Les Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

Extrait de la convention établie avec les établisseıents partenaires :

- ces établisseıents autorisent la nuıérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de ıanipulation des docuıents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les iınages résultant de la nuıérisation seront dûıent référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré coııne une « oeuvre » (nuıérisation, traiteıent des iınages, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et adıinistrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est souınise à autorisation.
- toute utilisation coıınerciale restera souınise à autorisation particulière deıandée par l'éditeur aux établisseıents détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques coıpétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



Q. M

Quam male perlegerent indocti sæpe locata.
His nisi præsidio tu Calepine fores.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Christus Scopus Perennis Vitæ

CS 54097 NCE UR

DICTIONARIVM

AMBROSII CALEPINI, ITERVM NVNC

supra omnes hactenus euulgatas accessiones, magno omnis generis uocum auctario locupletatum & recognitum.

VNA CVM

CONRADI GESneri Onomastico, siue propriorum nominum serie numerosissima.

Cum Cæs. Maiest. gratia & Priuilegio.

Sum Christophori Romani Preissens. Lipsiensis Misnici. Ao. M.DC.XCVI.
Symb: Christus Rex Parat Laudem Meam.

BASILEÆ.

Nunc dono cessi ejusdem Domini Preisens Anno 1735 F. Philippo Jansen Profe Dernebergensi Ordinis Cæsariensis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

TYPOGRAPHVS Lectori S.



NIterum tibi, candide Lector, ex officina noſtra prodit Ambroſii Calepini dictionarium, uel potius fortaſſe nunc aliorum, ob innumeras illas, quibus huc uſque in molem hanc tantam, quam uides, accreuit, acceſſiones, nuncupandum. Quo hercle denuò edendo, nihil de ſtudio illo remiſimus, quod eſſe nobis, unà cum alijs huius conditionis hominibus, maximum ſolet: ut uidelicet uſibus & ſtudijs tuis inſeruire opera & impenſis noſtris queamus. Cuius ſanè tùm uoti nos compotes fieri puto, ſi quàm producendis & ab interitu uindicandis bonis authoribus, non minorem diligentiam adhibuerimus, ut producti iam & aſſerti libri, quibus tamen ultima manus nondum adhibita eſt, nec adhiberi ita facilè una aut altera uice poteſt, perfectiores ſemper cõ ſummatioresq; per ſuccedentes ſibi repetitasq; editiones prodire in publicum poſsint. Quod equidem hîc etiam, dum excudere rurſus dictionarium hoc inſtituimus, curaſſe nos pro uirili, arbitramur. Nam ut, quantò hæc ſuperiores omnes præſtet editio, intelligas, breuiter dicam. Priu enim quàm prælo rurſus opus hoc committeremus, diſpicere apud eruditos cœpi, ut, ſi quæ præter hæc uocabula, plura ex frequenti & aſsidua autorum lectione annotaſſent, nobis, qui huc ea transferremus, communicarent. Qui ſane facto, non defuere nobis uiri eruditi & multifaria lectione exercitati, qui præter latinas aliquot uoces non modicum etiam uocabulorum, quorum apud Theologos, Iureconſultos, Medicos, et Mathematicos, nec non alios huius generis artifices uſus eſt creberrimus, elenchum nobis comparauerunt, quæ huc etiam ſuis quælibet locis, præter aliorum quorundam conſuetudinem adiecimus, qui latinis duntaxat conquirendis uocibus magis incumbun Me uerò non mouit, nec impedire ab inſtituto potuit, quòd uoces eſſent peregrinæ, Barbarę, aut non prorſus Latinę: quippe cũ uoluminis huius ſcopus & finis ſit, non tàm linguę proprietatem, elegantiam & phraſeis docere, quàm uocabulorum qualiumcunq;, quę paſsim apud omnis generis authores occurrunt, ſignificationes ſtudioſis explicare et interpretari. Suas etenim quælibet ars & ſcientia uoces quaſi peculiares habet, quas niſi, qui in iis uerſatur, intellexerit, quem inde fructum percipere, aut quomodo proficere ibi poterit? Hæc ideo pluribus refero, ut uideat ſtudioſus me commodis ſuis, etiam hoc pacto, cõſulere uoluiſſe, dum ſibi theſaurum hîc eſſe comparatum uidet uocum non tantùm latinarum, ſed etiam peregrinarum, quę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tamen latinos quoque, præſertim ſuperiorum facultatum & Mathematicæ diſciplinæ authores, legentibus ſubinde occurrunt. Verùm enim uerò non hoc ſolùm dictionum genere Lexicon hoc noſtrum locupletandum curauimus, ſed inſuper etiam aliorum dictionaria inſpeximus: ex quibus, quas plures uoces habebant, huc quoque in noſtrum traduci effecimus: Ita ut liquidò nunc teſtari queamus, quod ad uocum attinet numerum & copiam: hac locupletiorem huius dictionarij editionem nullam eſſe. Et hæc quidem de priori huius operis parte dicta breuiter ſufficiant. Sed & altera (quod ONOMASTICON à propriorum nominum catalogo inſcribitur) ſuum etiam auctarium qualecunque ad priſtinam menſuram accepit. Nam præter ea, quibus ſuperior proxima editio clara & ampla fuit, omnia, ueluti ſunt Stephani Geographicum uocabularium, & alia multa ex C. Plinii maximè de Natura opere adiecta, etiam nunc poſtremò, aliqua propriorum nominum facta eſt acceſsio. Eſt præterea hoc quoque in poſtrema hac editione operis huius totius commendatione dignum, quod uidelicet plurima quę corrupte antea legebantur, diligentiſsimè, quantum fieri potuit, caſtigata ſint: quòd item non pauca uocabula, quæ ordinem ſuum confuſè poſita egrediebantur, nunc in meliorem ordinem ſint redacta, digeſtaq;. Reliquum eſt igitur, amice Lector, ut ſtudium & uoluntatem hanc noſtram communi iuuandi ſtudia agnoſcere & grato accipere animo uelis. Vale & fruere. Baſileæ Kalendis Martij, anno poſt uirginis partum 1558.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ambroſius Calepinus Eremitanus Senatui populoque Bergomenſi S. P. D.

PLures anni ſunt magnifici cõſummatiſſimiq; uiri, ex quò à prophanis, tum ueteribus tum recentibus: uel à catholicis, & his ſanè doctiſſimis ſanctiſſimisq; uiris cõplurimas dictionum interpretationes, quæ mihi ad pernoſcẽdas authorum ſententias idoneę uiderentur, excerpere, atq; in unum cœpi cogere. Quod planè opus ſic à me ſuſceptũ eſſe uelim exiſtimetis, ut alijs, & mihi in primis, uſui quãdoq; futurum confiderẽ. Non enim tam inſtruendorum aliorũ, quàm mei exercẽdi ingenij gratia, id efficere aggreſſus ſum. Nam cum à teneris (ut aiũt) unguiculis inter ſacratorum numerũ fauentibus ſuperis, relatus fuiſſem: & neq; declamationibus, refragante natura, me dedendum putarem: neq; percipiendæ philoſophiæ ulla mihi à patribus facultas daretur: quippe qui in id temporis incidiſſem, quo de ſaluandis animis tantummodo cogitandum foret: cum nec tempus omnino fruſtra terendum ducerem, haud iniqua res uiſa eſt, ea me amplecti ſtudia, quæ certam præ ſe ferrent humanitatem. Neque uerò eò uel temeritatis uel dementiæ redactus ſum, ut bonarum artium ſtudioſis ſatis me facere poſſe exiſtimem, quando nemo, licet ſapientiſſimus, id unquam præſtare potuerit, certoq; ſciam me nec tanto ingenio, tantaúe literatura præcellere, ut quæ à Nonio Marcello, Feſto Pompeio, Pædiano, Seruio, Donato, Varrone, cæterisq; Latinæ linguæ luminibus elucubrata fuerint, eo ipſe magis religioni dedicatus, quàm cuipiam diſciplinæ, clarius aut enucleatius ſcribere poſſe confiderem. Verùm quia in præſtantiſſimis illis literarum antiſtitibus plurima deſiderabantur, ego ut commuui ſtudioſorum utilitati conſulerem, ea meis pro uiribus ſuſcepti muneris officio cumulatiſſimè ſatisfacerem, ac carptim ex omnium penè diſciplinarum monumentis exprimere conatus ſum: multa contrà Laurentium Vallam, contra Priſcianum alioſq; authores, præſtantiorum authoritate nixus. Plus enim apud me Ambroſij, Hieronymi, uel Auguſtini grauitas & doctrina ualet, & Græcorũ, quàm Laurentij Vallæ ſtudioſa repræhenſio. Id autem bene maléue fuerim aſſecutus, iudicent alij. Hoc unum affirmare auſim noſtrum hoc opus & uocabulorum multitudine, & prępoſitionum interpretamento, & authorum citatione, ordineq;, dictionaria cuncta ſuperare. Quod cum in uolumen amplum excreuiſſet, ac illud multorum rogatu emittere ſtatuiſſem, patriam legi, cui id dedicarem. Nam cui potiſſimùm conſecrari opus de re literaria debuit, niſi patriæ? & illi quidẽ patriæ in qua magno & excellenti ingenio uiri ſunt, qui de grauitate, de iuris prudentia, deq; omni ſcientiarum genere præclarè meriti eſſent, quos ego tanq; obices oblatrantib. conſtitui opponere. Ferè enim plericq; omnes, qui in literis pręſertim aliquid edidere, id principi uel ſenatui cuipiam inſcripſere, quærentes ut ab eorum potentatu ac magnitu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dine, laboribus ſuis apud omnes authoritatẽ, & ab inuidis tutelam muni-menq́ꝫ pararent. Prudenter id quidem, quando ita ueteri conſuetudine fieri uidemus, ut omni in re, quæ principes probãt, ea cæteri laudent, cupiãt, tueantur. Scio nanq́ꝫ futuros eſſe, qui labori noſtro detrahãt. Ita enim fit ut quæcunq́ꝫ mortales agant, ſiue priuatim, ſiue publicè, calumniæ ſubiacere certum ſit: nec diuinis operibus maledica lingua parcit, tantum ſibi humanus arrogat intellectus. Ego non niſi uolentibus hæc legenda trado. Multa ſanè, fateor, à me tradita ſunt, quæ alij probent, ab alijs uitio dentur: quod pleriſq́ꝫ etiam doctiſsimis uſu eueniſſe cõpertum eſt. Velle ſuum cuiq́ꝫ eſt, inquit Poëta, nec uoto uiuitur uno. Domus quę apud forum extructa eſt, quòd editior ſit, uel depreſsior quàm æquum uideatur, ſæpe contenditur. Difficile reor omnibus placere poſſe. Sed ego non ſolùm cuipiam me non præpono, ſed nec æquiparo quidem, eligens cum Propheta abiectus eſſe in domo Dei. Quare ſi meum opus à uobis acceptum fuerit, illudq́ꝫ probaſſe uideamini, abeſſe non poterit, quin à tam grauibus, tam doctis, tam eloquentibus uiris laudatum, laudandum quoq́ꝫ reliqui exiſtiment. Multa uerò, imò penè innumerabilia deſunt in hoc opere. Quis enim uniuerſa multis etiam queat comprehendere uoluminibus? Verùm ne longius epiſtolam euagari patiar, finem dicendi faciam, ſi modò hoc unum uos monitos effecero, quod ad rem plurimùm conducere uidetur: quippe quod unã quanq́ꝫ dictionem inuentu facilem reddit. Nam omnes orationis partes aut ſimplices ſunt, aut compoſitæ. Quæ ſimplices ſunt, ſuo quæq́ꝫ loco pro duarum triúmue literarum præcedentium ordine collocantur.

Compoſitarum alias ſimplicibus, alias per ſe, ſecundum uariam multiplicemq́ꝫ earum ſignificantiam coaptaui, ab A. litera initium ſumens.

AMBRO-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AMBROSII CALEpini Vita, ex additionibus in eum librum, quem Io. Tritemius de Ecclesiasticis scriptoribus edidit.

AMbrosius Calepinus Bergomensis, ordinis diui Augustini, quo tẽpore Ludouicus Sphortia Mediolanensibus dux præerat, floruit: diuinarum & humanarum literarũ indagator studiosissimus. Vnde opus pergrande sua industria, magno labore, ex innumeris prope autoribus collectum, de uocabulorum notitia, ac præpositionũ interpretatione Græca et Latina, cum autorum attestatione, nobis commune fecit. In quo non solùm quę ad literarum & poẽtarum & oratorum cognitionem plurimum conferunt, sed etiam quæ ad Medicos, Philosophos, nec non doctores Ecclesiasticos pertinent uocabula, doctè satis eleganterq; explicuit: explicita in ueriorem lucem, quàm in quibusdam alijs codicibus consimilibus, legenda reliquit. Quæ profectò doctis pariter & indoctis, non mediocre attulerũt subsidium. Hinc enim factum est, ut quæ apud barbaros iam barbara euaserunt, Latina fiant: Quæ uerò apud doctos in dubium reuocabantur, nunc pateant, discussa dubietatis nebula. De CALEPIO oppido, à quo nomẽ huic scriptori, quære in propríjs nominibus. Videtur & alia quædam scripsisse. Nam ubi Venetiarum mentionem facit: de huius (inquit) ciuitatis laude, quoniam apud Iacobi Philippi Chronica à nobis latè congestum est, duximus omittendum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



NOMEN est literæ primæ Hebræis Græcis & Latinis, quibus id simpliciter sonat quod scribitur, nihilque habet, quod in ipsa prolatione detrahatur, ut Hebræi de Aleph, & Græci de suo Alpha possunt. In ordine tam apud nos, quàm apud illos cæterarum est tum uocalium, tum consonantium princeps. Latinis autem uocalis prępositiua, sicuti Græcis: nam in constitutione diphthongorum præponitur, ut apud illos in αι, αυ, apud nos in æ au facilè uideri potest. Qua uerò figura fuerit primis illis temporibus, quibus literæ datę sunt Latinis, siue ab alio quopiam, aut Deo, aut homine mihi non liquet, monumenta illa periisse puto. ~~Minus rusim affirmare A, nostrum grandiusculum formam suam accepisse à labiorum nostrorum motu, & oris diductione, quum proferimus,~~ ut multi uolũt: longè alia figura pingeretur: non enim esset, ut uidemus triquetra forma, superiori duntaxat parte conclusum, transuersa linea paulò supra medium posita. Sed hæc nimia diligentia est: sequamur patrum uestigia, & usus. At quoniam omnis compositionis uis partim in elementis consistit, quæ & literas appellamus, partim in syllabis, partim in dictionibus partim in membris: elementa sunt, à quibus prima uox cõstituitur, & in quæ demum resolnitur, idcirco in omnibus literis maximè pnũtiationis modus considerari debet. Delectus enim non tantùm est in compositione dictionum ad orationem, sed in locatione quoque syllabarum ad dictionem, literarumque ad syllabam. Qua de re hoc loco nihil scriptum ab aliis animaduerto, licet ergo mihi paucis immorari. In gratiam tyrunculorum hæc scribo, prætereant doctiores pauculas lineas. Literarum potestas ipsa pronuntiatio est, propter quam factæ sunt figurę, & indita literarum nomina. Hanc pronuntiationem uetustiores Grammatici & cæteri, elementum appellauere, hac ratione. Siquidem ab his, dum coëunt perficiuntur corpora, etiamnum quando hæc cohærent: literalis uox quasi corpus aliquod cõponitur, uel magis uerè corpus. Nam si aër corpus est, & uox quæ ex aëre icto constat, corpus esse ostenditur: quippe quę quum tangit aurem, & tripartito diuiditur, quod est proprium corporis: hoc est in altitudinem, latitudinem, lõgitudinem: syllabæ in tenore altitudinem habent, in spiritu latitudinem, & crassitudinem, longitudinem in tempore. Hęc Cęsarienſis Grammaticus. Ego etiam alia ratione putarim pronunciationem dictam esse elementum. Nam elementorum natura est, mutua & perpetua conuersione uti inter sese: partes enim alterius crassiores per descensum ad ima proximioribus accedentes non desistunt, donec ab altiori conuexi loco ad inferiorem centri partem deuenerint, rursus attollunturà centro ad conuexum partes subtiliores. Hanc eandem naturam seruant elementa, de quibus nunc agimus: transfũdunt enim partes suas altera in alteram literam literæ, iuxta earum positionẽ, sonus iis obscurior est in fine, auditur magis in principio quàm in medio, nisi sequentium qualitatibus uires suas aut imminuant, aut imbecillitatem adiuuẽt.

~~A, denos habet sonos, uel plures,~~ sicuti aliæ uocales: quando breuis, siue aspiretur siue non, & grauatur & acuitur, ut habeo, hábeamus, ábeo ábimus: Quum producitur, tàm cũ aspiratione quàm sine, grauatur, acuitur, circumflectitur, hâmi, hámorum, hâmus: ârę, ârarum, âra: hactenus Cęsarienſis. Hæc litera clara ex arteria prodit, os renidens hilaritate quadam liberius aperit, spiritusq; profundior suapte natura palati conuexum ferit: eius sonus magis auditur in principio, quàm in medio, remissior in fine dictionis: fit tamẽ in principio clarior, si subsequitur minus uehementis spiritus consonans: at si huiusmodi literæ geminentur, maius incrementum suscipit: si diuersæ obstrepentes succedant non parum asperitatis habet: denique iuxta qualitates consonantiũ aut simpliciter positarum, aut geminatarum, aut diuersarum, coëuntium inter se, modò suauius sonat, modò asperius strepit. Cæteras q; soni prestãtia longe anteit uox illa, in qua plurimum uiget A, quod maximè tum in oratione deprehenditur, tum in carmine. Sic duobus potissimum locis apparet, in uersu pentimemeri scilicet, & heptimemeri, ubi fit arsis, & thesis, magis canora fiunt carmina. Grandiori figuræ nullum accomodatius elementum, Huius cõcursus, et positus crebrior non tam exprimit magnitudinis, & grauitatis formam: ut, at nũc horrentia Martis Arma, uirumq; cano, &c, quàm animi affectum declarat: ut, Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit. At reginæ graui iam dudum saucia cura. duo maximi apud Maronem affectus. Verùm quia uocales breues grauitati parum idoneæ, longiores uerò multò præstãtiores: ut ait summus & optimus dicẽdi magister, quũ in dubium reuocet quis pes magis aptus sit, & conuenẽs in fine clausulæ, Trochæus an Iambus: Iambum concludit, qui constet ultima longa, Trochæus uerò breui: Non indignum fore existimaui hic subiicere, & singulis elementis, quod nõ parum conferet ad numeros orationis, si ritè res perpendatur, correptionis, & productionis regulas in solo dictionis fine: nam in principio, & in medio optimorum autorum petantur exempla: dent ueniam uiri docti, nõ enim ipsis hęc scribimus, sed nouitiis. A, in fine cuiuscunq; dictionis producitur. Corripiuntur, ita, quia, puta, itẽ nominatiui, & uocatiui, nisi uocatiuus à nominatiuo in as: numeralia uerò in ginta communem habent ultimam. In notis antiquorum. A. Augustus, uel Aulus, uel assoles, uel aut, uel aliquando, uel ager, uel agrum, uel aiunt, uel annus, uel absoluo, uel absolutio. AA. Augusti, uel Augusta. AA. Augustalis: A.A. apud agrũ uel aurum, argentum. A.A.C. ante audiram causam. A.A.A. Augusti. AAA. bF, ere, argẽto, auro, flato ferundo, uel flauo ferundo. A.A.A.F.F.QV.TY. auri, argenti, æris flator, fabricæ quirinalis Tyberini. A.A.S.L.M. apud agrum sibi locum monumenti. A. salutarem literã appellauit Cicero. Nam in diiudicandis causis erat absolutionis nota, sicuti C. condemnationis. & N.L. significabant non liquere. A, prępositio ablatiuo per appositionem deseruiens, sine aspiratione & graui accentu scribitur, ratio est, quoniam descendit ab ἀπὸ Græca, remota ultima syllaba πο, si enim aspiraretur, esset contra Græcam doctrinam: & significat motum de loco. A, nunquam coniungitur cum dictionibus in quibus inuocali. Significat autem A, inactum, cum uerbis passiuis causam efficientem, siue (ut loquuntur alij) personam agentem, ut Actus à Scipione, id est, uicit cum Scipio, uerbi potestate hic ablatiuus in datiuum. Cic. Honesta bonis uiris, non occulta cernuntur. id est, à bonis uiris. A interdum Post, (μετὰ) cum accusatiuo (et ἀπὸ) Cic. de Senect. Cuius à morte hic tertius, & tricesimus est annus, hoc est, post cuius mortem. Sed dicimus, A partu, à tergo, à funere, à commeatu, quod est, Post partum, post tergum, (ὄπισθον, κατόπιν) post funus, post commeatum. Liu. 5. ab Vrbe. neque hostium à tergo incursum uidit. Sueton. in Cæsare, Plebs statim à funere ad domum Bruti & Cassii cum facibus tetendit, hoc est, post celebratas exequias, Sic à somno, id est, post somnum. Dicimus quoq; à rege, hoc est, post regem, siue secundus à rege. Liuius: Si dignum, qui secundus à Romulo numeretur, creaueritis. Quãdoque significat De, Terent. A nulla mercenarium uidi. Sueton. in Vespasiano, Alterum ad Iuniam Caluinam à gente Augusti pertinere dicebat, pro de gente. Martialis, Ipsa protinus à uia salutes. Quandoque habet uim defensionis, & significat pro, (ὑπὲρ cum genitiuo) Cicero in Bruto, Nec uerò M. Cælium prætereundum arbitror, quæcunque eius exitus uel fortuna, uel mens fuit, qui quandiu autoritati meæ paruit, talis Tribunus plebis fuit, ut nemo contra ciuium perditorum popularem, turbulentamq; dementiam à senatu, & à bonorum causa steterit constantius, Vbi quòd, A senatu ait: &, A causa bonorum: perinde est ac si dixisset, Pro partibus senatus, & bonorũ: hoc est, senatui studuerit, & fauerit eumq; tutatus fuerit. Idem pro Cluent. Non modò dicendi à reo, sed ne surgendi quidẽ potestas fuit qđ est Pro reo: hoc est, in gratiam, & fauorem rei. sic dicimus, A quæstionibus à testibus, à uoluntate, quæ locutio creberrima est apud idoneos authores, quasi defensor quæstionum, testium, & uoluntatis alterius. Item in officiis & dignitatibus significandis plurimus eius usus est: ut, A studijs dicitur esse, qui puerilitate, & doctrina sua præest studijs alicuius, puta principis A rationibus, A libellis: (ὁ τῶν βιβλιαρίων προϊστάμενος τῷ βασιλεῖ) qui rationibus, libellis supplicibus præest. Sueton. in Claud. Sup hos Polybiũ à studijs, Narcissũ ab epistolis et Pallantẽ à rationib., quos decreto quoq; senatus non præmijs modò ingentib. sed & quæstorijs, prętoriisq; ornamẽtis ornari libẽter passus est. Sic A batis, qui præest mẽsuris, quibus annonam mẽsuris diuidit. A caliculis, ὁ πρὸς τοῖς κύλιξι, qui præest caliculis, quæ sunt uasa potoria. A cõmẽtarijs, qui præest cõmentarijs, hoc est, qui in cõmentariũ custodias refert & ueluti diarium custodiarum conficit. Hunc Asconius

a Pædia-

Pædianus Commentariensem uocat, Hieronymus li. 2. Reg. Iosaphat erat à commentariis. A manibus (ὁ ἐπὶ τῶν ὑποσπόνδων γινόμενος) siue à manu dicuntur scribæ, quorum manu ad literas scribendas principes uti solent. Sueton. in Cæsare, Nunquam nocere sustinuit Philomenem à manu seruum, qui necem suam per uenenum inimicis promiserat, nō grauius quàm simplici morte puniit. Idem in Vespasiano, Post uxoris excessum Cænidem Antoniæ libertam adamauit, & à manu dilectam quandam, sibi reuocauit in contubernium. Hi alio nomine Ad manum dicuntur. Cicer. libro tertio, de Oratore, Liciniū seruum sibi Gracchus habuit ad manum. Similiter Amanuensis eos Suetonius alibi uocat. A memoria (ὁ ἐπὶ τῆς μνήμης τοῦ βασιλέως) cuius officiū est suggerere principi, res obeundas, & quæ sunt agenda in memoriam illius reuocare, ex præscripto. A pedibus uocantur quorum pedibus ad eundum utimur. Cicer. ad Atticum, Nec ullam ob aliam causam Pollucem seruum à pedibus Romā missi. Martialis li. 5. Cur nō mēsa tibi ponitur à pedibus? Idem lib. 7. Ad pedes eos appellat, cum inquit, Misto lagenam replet ad pedes uino. Inuenimus etiam pro eodem pedes sine præpositione, ut idem libro tertio. At ipse retroflexus ad pedem turbā. Et sciendum, A pedibus per omnes casus eadem terminatione dici. Rectè enim interrogaueris. Quid agunt à pedibus? Intelligitur enim ibi, serui à pedibus. Missi à pedibus. Dedi à pedibus meis. Hi etiam Circumpedes uocantur. Vnde Agret. ait, Circumpedes sunt obsequia seruorum: Antepedes, amicorum. Cicero, Circumpedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat. A pugione, dicitur qui principis pugionem gestat, eiq; semper præsto est. Lampr. in Com. Inter quos Libertinus qui à pugione appellatus est. Multa sunt alia huiusmodi nomina, quæ, (ut Tacitus scribit) sunt summæ curæ, & medicamenti. A punctis, qui præest reditui aquariorum, ut est apud Frontin. lib. 2. de aquæductu. A secreto, siue à secretis, qui est secretarius, socius secretorum, cō siliarius, ὁ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων. Budæus in prioribus in Pandectas annot. A secretis sunt, qui ab ore principis imperia recipiunt diplomatum subscribendorum, doctorumq; quæ in consilio selecto decerni solent. A uoluptatibus, qui studium habet comminiscendi uoluptates ad principem oblectandum. Vnde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui nouum uoluptatis genus reperisset. Suet. in Tyb. Denique officium instituit à uoluptatibus, præposito equite Rom. Cæsonio Prisco. A capite periculum propulsare, aliquādo in discrimen capitis uenire, nonnunquam & magis propriè caput ab iniuria tueri. A, motum à loco significat: ut, A uilla redeo. Cic. libro 1. Academ. Nunciatum est uenisse eum à Roma. Vergilius libro secundo Aeneid. Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat, A Tenedo. Aliquando pro contra ponitur. Idē in Melibœo: Dum teneras defendo à frigore myrtos, hoc est, contra frigus. Cicero pro Fonteio, A quo periculo defendite iudices ciuem fortem. A, pro ἴνεκα siue p, quod pertinet ad, Cic. pro Rabirio, Quorum impunitas fuit non modò à iudicio, sed etiam à sermone. Idem ad Atticum, Sumus enim flagitiosè imparati cū à militibus, tū à pecunia. Idē, Mediocriter à natura instructi. Idē de Orat. Hæc cū Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit et à cęteris silentium fuit, pro, quod ad iudicium, ad milites ad pecuniam, ad cæteros ptinet. Plaut. in Epidico: A morbo uacui, id est, qđ ad morbum pertinet. Idem in Curcul. Tam à me pudica est, quasi soror mea sit. Pudica, inquit, est quod ad me attinet. Dicitur tamen & A parte, pro eodem. Plinius lib. 13. c. 15. Laudatissimo à parte Aquilonis, aut cū spongijs. A, præterea cū ablatiuo personæ, eleganter domicilium significat, ut A iudice uenio, hoc est, à domo iudicis. Terent. in Andr. Vnde estis dic clarè. MY. à uobis, i. à domo uestra. Sic à me, à milite, à Glycerio, apud eundē. Sunt & aliæ significationes, cuiusmodi sūt quæ sequūtur. Cæsar, Opportuno, atq; occulto loco à militibus circiter duobus Romanorum aduentum expectabant. Pro interuallo duūm millium passuū. Idē, Positis castris à militibus passuum quindecim, auxilia Germanorum expectare constituit. Ab aliquo legare. Cic. pro Cluent. Italq; ei testamēto legat grandem pecuniam à filio, à secundo hærede nihil legat. Subintellige tradendam, id est, A Cluent. legat Oppianico grandē pecuniā, ut is eam non nisi à filio, si quis natus esset, accipere posset, ut scilicet ipsi Oppianico curæ esset salus filii, cum in eo tātum suum emolumentum positum intelligeret. Nam legata non ualebant, si is, à quo nominatim testamento relicta essent, hæres non potuisset. A lenone manu asserere, apud Plaut. in Pers. Hæc de significatione, & usu literæ A, cæteris dictionibus appositæ. In compositione uerò separationē significat: ut amouco: & priuationem, ut etiam apud Græcos, amens. A, in compositione solùm cum m, & u consonante connectitur, ut amouco, ello. Quin & hoc sciendum, hanc præpositionem A, non solum motum è loco, sed etiam à tempore significare, & quemadmodum cum dico, Profectus à Flaminia Basileā ueni, significo me iter accepisse à Flaminia, Sic dicens, à teneris unguiculis te dilexi, significo dilectionem meam cœptam statim, cum teneri iā essent unguiculi. Sed huiusmodi sint curiosorum Grammaticorū. A, quum prępositio est, apud Iureconsultos immediati temporis uim habet, Pompon. lib. 11. de Orig. iu. dixit à cę de: Paulus uerò in l. pater. ff. de adulteriis, à diuortio, quorum locorū interpretatio est, illicò post cædē, post diuortiū. A, ab, & abs, eandem ferè significationē habent, sed uide ab, & abs suis locis. A cum aspiratione, ut Ah, uide suo loco.

Ab, a græca uoce ἀπὸ descēdit remota ο et quoniā remanet ἀπ tenuitate sua π uertitur Latinè in suam mediam b. & ita dicitur. Ab ablatiuo seruit. Coniungitur cum dictionibus incipientibus à uocalibus, sæpenumero etiam cum quibusdā quæ à consonantibus sumunt principium, ut ab legibus, ab Romulo, ab Ioue, ab ducibus, ab nobis, ab summo, ab tuo. Significat aliquando post, uel ante, ut in multis locis apud Ciceronem de Orat. Qui annus ei primus ab honorum perfunctione. Ad Atticum, Ab ea igitur (ut scribit) auctione. De Natur. Homerus qui recens ab illorum ætate fuit. in Ver. Ab illo tempore illos secū habuit, ab hora tertia bibebatur. Significat etiam præter & cōtra, ut Plau. Quiduis, dum ab re ne quid ores, faciam scilicet præter, & cōtra utile, & honestum. Significat etiam Ad, ab æquitatu firmus, ad equitatū. Cum ablatiuo personæ domiciliū notat, ut ab iudice uenio, à domo iudicis. Terē. Ab ea Mysis egreditur, scilicet à domo Glycerij. Item ualet Cum, ut ab ætate tenella, cū esses admodū puer. Cum quibusdā nominibus designat ministeriū, ut ab epistolis, ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν. Cum passiuis dicit causam efficientē. Significat motū de loco, ut ab agro redeo, ab urbe, ab Italia. Vergil. in primo Aeneid. Maia genitum demittit ab alto. Quandoq; ponitur pro Per. Plautus in Rud. Ab se cantat cuia fit, id est, per se, ac suo uni⁹ testimonio. Idem in Bacch. Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit: id est, per transennā. Quandoq; p. Præter siue Contra, unde Ab re, significat, præter, siue contra utilitatem, aut sine utilitate, cui contrarium est, E re, id est, ad utilitatem. Sæpius autem usurpatur cum particula negatiua, Plautus in Asin. Haud ab re aucupis: Plinius li. 33. capit. 8. Id quod notasse, haud ab re est, hoc est non inutile, aut præter propositum. Ab re, pro frustra. Plaut⁹ in Trin. Subdolè blanditur, ab re consulit. Ab re orare, Plaut⁹ in captiuis, Quiduis, dū ab re nequid ores faciā Id est nequid ores alienū: ab honestis morib. qđ bonis moribꝰ nō cōueniat, quasi tu dicas, præter, uel cōtra honestatem. Non ab re Suet. in Augusto: Nō ab re fuerit, subtexere quæ ei prius quā nasceretur, in ipso natali die deinceps euenerint, hoc est, non alienum à proposito, non absurdum. Haud ab re reduxi, uerbis quoque ipsis ut tradita, nūcupatāque sunt referre. Ab, pro ἴνεκα siue pro quod pertinet ad. Plaut. in Epi. Ab animo æger fui, scilicet quod ad animum. Huc pertinēt & hæc: Ab animo perit. & ab re perit. Ab animo otiosus, Ab ingenio improb. Doleo ab animo, Doleo ab oculis, & milia apud Plaut. ac Teren. Accipitur etiam Ab, pro eo quòd uulgò dicimus, De parte. Plin. lib. 2. ca. 47. Sunt ergo bini in quatuor cœli partib. ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriēte brumali Vulturnus: p uersus orientem. Ab eo pro eius Teren. in Eunuch. Adibo atq; ab eo gratiam hanc, quam uideo uelle, inibo. ubi Donatus: Hęc est locutio Gratiam ab ea inibo pro, Eius gratiam merebor. Nam ab eo, amat Terent. pro, Eius, ponere: ut in Andria: Hæc primum animaduertenda ab eo iniuria, id est, eius iniuria. Ab in compositione connectitur cum a, d, e, f, i, l, n, o, r, & u: ut, abactor, abduco, aberro, abfore, abiuro, ablacto, abnuo, abhorior, abrogo, abundo (notantur aufero & aufugio, in quib. b, euphoniæ causa mutatur in u) & significat ferè priuationem, ut absimilis, non similis. Nonnunquam separationē, ut in ablacto, aufugio. Ponitur interdum pro extra, ut abduco. Et pro contra, ut abusus, contra usum. Aliquando superflua est, ut apud Liuium Flauius supplementū ab Roma abduxerat. Præterea sciendū non solùm hanc particulā significare motū è loco sed etiam à tempore, ut cum dico, Profectus ab Aemilia Romā me cōtuli, significo me iter ab Aemilia cœpisse, sic uerò dicens, ab infantia te dilexi, cum scilicet inciperet infantia. Huc etiam referre potes quæ dicta sunt superius in litera A. In notis antiquorum, A, B, alia bona. ABN. abnepos. ABS. absolutus. AB

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

V, à bono uiro. AB. VC. ab Vrbe condita.

Abaces, carẽs uoce, mutus. Itẽ Abaces uasa quædã uiliora sunt, in quibus preciosiora reponuntur. Paul. inquit lib. 22. ff. de leg. in l. hęres. Cui Corinthia uasa legata essent, & abaces, huic quoq; eorum uasorum collocandorum causa parata uideri, Trebatius respondit.

Abacion, pen. cor. diminutiuum est a nomine Abax: cuius significationem uide in primitiuo Abax, ἀβάκιον.

Abactorẽs, qui sint, quære in. Abigeus in Abigo. ἀπελάται.

Abactus, adiectiuum, et **Abactus** uerbale, Vide Abigo.

Abăcus, pen. corr. m. s. a genitiuo Græco ἄβακος, ab ἄβαξ, mensa est, uel tabula in qua aliquid deponitur: quales sunt mensę coquorũ, in quas receptacula eduliorum exponi solent. Item mensæ genus ex opere intestino, ad exponenda omnis generis uasa factum. Cicero in Verrem, ab hoc abaco uasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit. Iuuenalis. Sat. 3. Lectus erat Codro Proculaminor, urceoli sex Ornamentum abaci. Cic. 4. Tuscul. Abacos complures ornauit auro & argẽto cælato.

Est item tabula calculatoria, ἀβάκιον Ammonio, in qua logistę numeros subinde deletiles, & mathematici suas lineas & figuras ducũt. Persius, Nec qui Abaci numeros, et secto in pulucre metas Scit risisse uafer. Vtitur eo in hac significatione & Apul. in Mag. Veteres mensam Pythagoricam appellabant. Vnde et pro ipsa supputandi peritia, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, uulgus abuti solet. Aliquando planities è marmore uel structura, ad sesũ habilis hoc nomine appellatur.

Sunt præterea Abaci, columnarũ ornamenta, & tabulæ quadratæ, quæ epistylij supponũtur. de quib. Vitruu. lib. 13. cap. 1

Abaculus, m. s. diminutiuum est à nomine Abax: quo significatur parua mensa, in qua uel rationes subducũtur, uel uasa reponuntur, ἀβάκιον. Sunt præterea Abaculi, calculi quibus utebantur ueteres in supputatione dispũctionęq; rationum qui mos etiam hodie apud omnes ferè nationes seruatur. Plinius lib. 36. capit. 26. Vitri fragmenta teporata adglutinantur tantùm, rursus tota fundi non queunt, præterquam abrupta sibi, nec tingi, ueluti quum calculi fiũt, quos abaculos appellant.

Abagio onis teste Varrone lib. 6. de lingua Latina. à ueteribus dicebatur pro eo quod nos, una litera immutata, Adagio nem dicimus, παροιμία.

Abălĭĕno, as. are, pen. prod. Quod nostrum erat, alienum facere: & de rebus mancipi dicitur, id est, quæ à nostro ad alterius dominiũ transire possunt, ἀπαλλοτριόω. Cic. de lege Agr. Huiusmodi res commissa nemini est, ut agros uectigales populi Romani abalienaret. Hinc Abalienatio, id est (ut Cic. in Topic. scribit) eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possũt. Ponitur etiam pro separare, disiungere. Plautus in Curcul. Nisi mors animum meum abs te abalienauerit. Idẽ in Mil. Istuc crucior, à uiro me tali abalienarier. Item pro Auertere. Cicero Attico lib. 14. Sed totum se à te abalienauit Dolabella.

Abalienatus, particicium, Quem quis à se remouerit, aut alienum à se fecerit. ἀπαλλοτριώμενος. Ci. Atti 2 Sed mirandum in modum est animo abalienato. Idem in Verr. 6. Abalienati scelere istius à nobis omnes reges amicissimi, nationesq;.

Abămbŭlantēs, Abscedentes, autore Festo, ἀπερχόμενοι.

Abāmĭtă, Est soror abaui. ἡ θεία πρὸς πατρὸς μητέρα. Inst. lib. 3.

Abănec, cingulum sacerdotale (sicuti docet Hieron) polymita arte ex cocco, purpura, hyacintho q; contextum, ita ut flores at q; gemmæ in eo uiderentur esse distinctæ.

Abānnātio. f. t. unius anni exilium.

Abānnĭtĭ, qui in annuũ exilium missi sunt cædis perpetratæ causa, quod græcus sermo, ut author Eustath. Homeri interpres, ἀπενιαυτισμὸν, quasi abannationem dicas, conformi latinis nomine appellat.

Abaptistum, substantiuũ, Medicorum est instrumentum, terebellę usum prebens, quoties cranii os propter fracturam aliquam perterebrandum est: habet enim hoc instrumentũ in summitate sua labrum, siue obicem prohibentem, ne altius immergi possit, aut meningas lædere: unde & nomẽ habet, ἀβάπτισον. Vide Galenũ lib. 6. Method. cap. 6. et Celsum lib. 3. cap. 23.

Abaptistus, adiectiuũ, quod mergi non potest, ἀβάπτιστος. Epitheton est propriè suberi conueniens.

Abaphus, penultima corr. Non tinctus. ἄβαφος: ab ἀ priuati ua particula, et βάπτω, tingo.

Abarea, uel Abazea. Instituta Dionysij. Cicer. de nat. Deor.

Abartia, æ, f. p. Insatiabilitas: nostris bolismus.

Abas, sacer morbus.

Abatnama, bellariorum genus.

Abatos. Latinè dicitur inaccessus, auius, inuius. Vide in Pr.

Abauũculus, Frater abauiæ. ὁ θεῖος πρὸς μητρὸς μέρους. Insti. 3.

Abauus, pen. cor. Proaui pater, quòd iã lõgè absit ab abauo ἀπόπαππος. Cic. de Clar. Orat. Iam duorum abauorũ quàm est illustrè nomen. Sic Abauia, mater proaui ἀπομάμμη.

Abax, abacis, idem est quod Abacus, hoc est, mensa uel tabula, in qua aliquid deponitur: quales sunt mensæ coquorum, in qua disci, aliaq; id genus exponuntur, ἄβαξ. Item tabula calculatoria, in qua logistæ numeros deletiles, & mathematici lineas suas ducunt. Item tabula quadrata, quæ epystilijs columnarum supponitur. Sunt præterea Abaces, uasa quædam uiliora, in quibus pretiosiora reponuntur. Horum meminit Iabol. in l. hæred. de legat. 3. Cui Corinthia uasa legata essent, huic abaces quoq; eorum uasorum causa parata, deberi Trebatius respondit: Labeo autem id non probat, si cas abaces uasorum numero testator habuit. Proculus uerò rectè ait, si æneę quidem sint abaces, non autem Corinthiæ, nõ deberi. Hinc deducitur diminutiuum Abacion, idem significans quod Abaculus, id est, paruus Abax. ἀβάκιον. Ammonius tamen ita distinguit, ut Abax sit mensæ genus in triclinijs, ubi uasa omnis generis exponi solent: Abacion uerò tabula illa calculatoria, in qua uel numeros uel lineas subinde deletiles ducimus.

Abba per geminũ b, ἀββᾶ Hebræa, uel potius Syra dictio est cõposita ex aleph & beth, in qua singulare quiddã est qđ & patres libẽter audiũt, & pueri primũ sonare discũt. Paul⁹ Roma. 8. hâc uocẽ exponit, Per quẽ, inqt, clamam⁹ Abba pater.

Abbas, batis, Collegii societatisq; magister ac moderator. κοινοβιάρχης. Sunt qui unico b scribant.

Abbatia, tiæ, à recentioribus capitur tam pro abbatis dignitate, quàm pro loco in quo habitat abbas. Sed quoniã nimis malè sonat, Græcos imitatus, per τια scriberem semper, Abcateia ἀββάτεια, penultima longa.

Abbatissa, femininum ab abbate. ἡγουμανδρίτης. Hieronym. de modo uiuendi, Quum à semitis iustitiæ deuiat, ipsamet etiã abbatissa cognoscat.

Abbrĕuio, as, are, βραχύνω. Vegetius in prologo libr. 3. Quæ per diuersos authores libros q; dispersa, Imperator inuicte, mediocritatem meam abbreuiare iussisti, &c.

Abbreuiatura, æ. f. p. apud Barbaros instrumentum est notarij non extensum in l. Chirographus ff. de admi. tut. Est etiam officium (ut ita dicam) apud Rom. Pontificem.

Abdico, as, penul. corr. Amouco, repudio, reiicio, expello: quasi longè dico. ἀποδοκιμάζω. ἀποκηρύττω. Apud Terent. in Andriæ periocha, Recusat nuptias: generum abdicat. Vnde Abdicare filium dicitur pater, quem adhuc uiuus bonis & omni iure filii priuat: quod multò grauius est, quàm exhæredari. Ille enim dicitur exhæredari, qui testamento paterno ab hæreditate submouetur. Quicunq; itaq; abdicatus est, etiam exhæredatus intelligitur, non contrà. Sic Abdicare magistratu aliquem, est abrogare alicui magistratum, & eo priuare. Cic. 2. de Natura deorum, Augures rem ad Senatum, Senatus ut abdicarent Consules, abdicauerunt q;. Sed Abdicare se magistratu, est deponere magistratum, siue relinquere ἀπίεναι τῆς ἀρχῆς, μὴ ἐξόμνυσθαι μὴ παραιτεῖσθαι τὴν ἀρχήν Cic. in Philippicis, Antonius eo die non modò Consolatu, uerum etiam libertate se abdicauit.

Ad eundem modum dicimus, Abdicare se tutela, dictatura, libertate, & id genus similibus. Plinius quoq; lib. 20. cap. 3. eleganter hoc uerbo usus est: Democritus, inquit, in totũ rapum abdicauit in cibis, hoc est, tollendum censuit: ex omnẽ prorsus ciborum usu sustulit: ἀθετησεν. ἀποδοκίμασεν. Et lib. 13. cap. 22. de thapsia. Nec corticem abdicãt. pro, non tollunt ex usu medicinæ. Sic lib. 15. cap. 3. Laurus quidem manifesto abdicat ignes crepitu, id est, reiicit, auersatur. Et lib. 33. cap. 1. Vtinam posset è uita in totum abdicari aurum. pro, ex hominum usu tolli.

Abdicatio, uerbale, quæ opponitur adoptioni. Plini. lib. 7. cap. 45. Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem. Fierì autem consueuit Abdicatio, patre à filio iniuria affecto, aut inobedientia eius offenso: quem in iudicium uocatum, probata causa abdicabat: eũq; abdicatũ alere nõ tenebatur: imò egenũ uestibus q; ipsis spoliatũ dimittebat, nec defuncto patri suc-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tri succedebat in hæreditatem. Transumitur etiam ad alia: ut Abdicatio magistratus, Dictaturæ, &c. quum scilicet ipse magistratus, aut Dictatura deponitur. Liuius 6. ab Vrb. Amotus q; post triumphum, abdicatione Dictaturæ terror & linguam & animos liberauerat hominum.

Abdico, pen. prod. cis, xi, ctum, Augurale est uerbum, et significat reiicere, repudiare. Cic. li. 1. de Diuin. Quumque in quatuor partes uineam diuisisset, treisq; partes aues abdixisset, quarta parte, quę erat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine unã, ut scriptũ uidemus, inuenit. Contrariũ eius est Addicere, uerbũ Auguribus etiam peculiare. Tunc enim aues addicere aliquid dicuntur, quum aliquid feliciter cessurũ pollicentur: cõtra Abdicere, quum aliquid aut nunquam futurum, aut infeliciter cessurum significãt.

Abditamentum, detractionem, ac deductionem pretij significat: cuius contrarium est, Additamentum. alterum ab addẽdo, alterũ ab abducendo, & quasi abdicando deriuatum.

Abditiuus, a, um, denominatiuum à participio Abditus, ut opinor, obsoletum. Festus, Abditiuo abditiui.

Abdo, dis, abdidi, abditum, ex Ab et Do, significat Abscondo, occulto, obtego, retrudo. κρύπτω. Construitur autẽ modò cũ accusatiuo: idq; dupliciter, uel cũ prępositione. Ci. ad At. 9. In Aegyptũ nos abdemus. Hoc est, occultandi gratia in Aegyptũ nos recipiemus. Idẽ Tusc. 2. Audisne hæc Amphiarae sub terram abdite. Liu. ab Vr. 2. Abdito intra uestẽ ferro. Vel sine prępositione. Cic. in Pis. Domum se abdidit. Terent. Hecy. Rus abdidit sese. Modò cum ablatiuo, atq; id duobus modis. Vno cum prępositione. Liuius ab Vrbe 1. Se in suis quisque tectis abdiderunt. Idem ibidem, Cultrum quem sub ueste abditum habebat, eum in corde defigit. Altero, sine prępositione. Vergil. Georgic. 3. Hunc quoq; ubi aut morbo grauis, aut iam segnior annis Deficit, abde domo, nec turpi ignoscе senectę. Vbi Seruius, Abde domo, hoc est, in domo. Nã si aduerbialiter uellet loqui, Domi, diceret.

Dicimus etiam Abdere se literis, & in literas abdere, Cic. p Archia, Si qui ita se literis abdiderunt, ut nihil possint ex ijs neq; ad cõmunẽ fructũ afferre, neq; in cõspectũ lucẽq; pferre Idẽ Volũnio lib. 7. Epist. Famil. Ac me totũ in literas abdere. Ponitur etiã interdum cũ prępositione Ex. Plautus in Pseu. Ex conspectu sui heri si se abdiderunt, luxuriantur.

Abditè, aduerbium, Occultè, latenter, secretò. κρυφῆ, Cicer. 1. Verr. Aliquid ita conditum esse, aliquid ita abditè latẽre, ut omni diligentia inuestigari non possit.

Abditum, ti, substantiuum, pro loco occulto. κρύφιος τόπος, Plin. lib. 8. cap. 5. Nunquam nisi in abdito coeunt.

Abditus, Particip. ab Abdo, id est, occultus, reconditus.

Abdomen, pen. prod. à medicis rei anatomicæ peritis uocatur extima totius uentris pars, totumq; illud quod intestina tegit, ex cute, adipe, musculis octo, & peritonæo compactum, totum illud spatium comprehendens, quod est à cartilagine mucronata, nothisq; costis, usq; ad ilia, atq; ad ipsũ usq; os pubis ὑπογάστριον. Corn. Celsus lib. 4. cap. 1. Ipsa autem ilia inter coxas & pubem in imo uentre posita sunt, à quib⁹ à pube abdomen sursum uersus ad præcordia peruenit, ab exteriori parte euidenti cute, ab interiori lęui membrana in clusum, quæ omento iungitur, περιτόναιος, à Græcis appellatur. Dictum autem uidetur Abdomen, quòd sub cute abditum sit. Et quoiam pars hęc uentris adiposa est, fit ut passim apud scriptores καταχρηστικῶς, Abdomen, πίαρ, accipiatur pro adipe, uel quauis uentris pinguedine. Iuuenalis Sat. 4. Montani quoq; uenter adest abdomine tardus.

Accipitur prætereà Abdomen pro ima uentris fuilli parte, quæ alio nomine Sumẽ appellatur, summisq; in delicijs habebatur apud Romanos. Plin. lib. 11. cap. 37. Porcæ sumen optimum, si modò fœtus non hauserit: antiqui Abdomen uocabant. Vide de hoc plura in dictione Sumen. Per translationem aliquando Abdomen positũ inuenitur pro gula & uentris ingluuie. Cicer. pro Sestio, Libelli etiam pro uino oppignorabãtur: manebat insaturabile abdomẽ, copiæ deficiebãt.

Abduco, cis, penul. prod. act. t, A loco duco, alium alicunde mecum duco, ἀνάγω. cui contrarium est Abducere. Abducimus autem sine ui, aut per uim. Sine ui, Terent. in Eunuch. Tum me conuiuam solum abducebat sibi. Cic. 2. de Finib. Maiores nostri ab aratro abduxerũt Cincinnatum illum, ut Dictator esset. Per uim, Lactan. lib. 4. Postremò capti, abductíque Babylonem, pœnas impietatis suæ graui seruitio pependerunt. Curtius, Armentũ omne abductũ. Teren. in Adelph. Me inuito abduxit meam. Dicimus etiam abducere ui, &

Abducere per uim. Cicero act. 5. in Verrem, Ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori Mimi filiam, ui abductam à Rhodio milite. Liu. lib. 1. ab Vrb. cond. Consularibus negotio dato, ut collegã per uim, si aliter non possent, à foro abducerẽt. Inuenitur etiam Abducere positum p auferre. Plaut. in Truculẽ. Quid, si de uestro aliquid orem abducere? Idem in Cas. Vbi intrò hanc nouam nuptam deduxi, clanem abduxi.

Per translationem ponitur pro Auertere, auocare, abstrahere, remouere. Cic. Familiar. 5. Me interea nec domesticus dolor, ne cuiusquam iniuria à rep. abducet. Et Tusc. 1 Magni est ingenij, reuocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine abducere. Idem pro Flac. Fide abducere, dixit sine prępositione, pro reuocare à fide præstanda. Verba eius hæc sunt, Quod ait Lucius, L. Flaccum sibi dare cupisse, ut fide se abduceret, H S uicies.

Abecedarius, dicitur rei literariæ tyrũculus, qui adhuc ultra literarum cognitionem nihil profecit, ἀλφαβητικός. Accipitur item pro eo qui aliquid per ordinem alphabeti digerit, uel pro eo quod alphabetico ordine digestum est. Vide Cæi. lib. 14. cap. 28. & Budæum in Pandect.

Abedo, dis, uel Abedo, abes, abedi, abedere, idem quod exedo, absumo. Corn. Tac. lib. 15. Nam exorta uis locustarum abederat quicquid herbidum aut frondosum.

Abellinæ, Vide Auellanæ.

Abemo, compositũ ab Ab, et Emo: significat, quasi adimo: quod dictum uidetur pro abimo. Plautus, Abemito uestem. Festus, Abemito significat demito, uel auferto. Emere enim dicebant antiqui, pro accipere.

Abeo, is, abiui, uel abii, abitum, n. q. Discedo, ἀπέρχομαι. Liuius lib. 1. Hæc loquutus, sublimis abiit. Terent. in Eunuch. Heus Demea, rogat frater, ne abeas longius. Aliquando Abire, dicitur, quod nos paulatim deserit, παύεσθαι. Terentius in Adel. Menses abierunt decem, id est effluxerunt. Aliquando pro euanescere, sedari, cessare, præterire. Idem in And. Mirabar, hoc si sic abiret. Interdum pro dilabi. Cicero Att. 11. In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? Item pro deserere, ut Abire ab emptione, Abire à magistratu: hoc est, deserere emptionem, deserere magistratum. Pro eodem etiam dicimus sine prępositione, Abire magistratu, Liuius 3. ab Vrb. Non tam properantis abire magistratu, quàm uiam ad continuandum magistratum quærentis esse. Sic Abire in cœpto, pro eo quod est, ab incœpto desistere. Abire è medio, idem quod mori. Terentius in Phormione, Ea mortem obiit, è medio abiit. Denotat etiam motum ad locum, quò est iter: quãuis & motum de quo inclusum habeat: ut Quò abijt Vergilius quinto Aeneidos, Quò tantùm mihi dexter abis? Habet alios quoq; loquendi elegantes modos. Plin. lib. 3. cap. 14. Bello sociali oppidum deleuit, quod nũc in uillas abiit. Liu. ab Vrb. 2. Telo exacto, præceps Fabius in ulnus abiit, id est pronus cecidit in ulnus. Idem, Ne in ora homũ num pro ludibrio abiret, id est, ne ab omnibus rideretur, ne uulgi fabula fieret. Terent. Adel. Patrissas, abi, uirum te iudico. Vbi inquit Don. Abi, blandientis est uerbum, quemadmodum ad eos dicere solemus, qui iã compotes suorũ uotorum sunt facti. Idem in Phorm. Præsens quod fuerat malum in diem abijt, id est, in aliud tempus dilatum est. Abi, etiã per contemptum dicitur. Terent. Adel. Nunquã rẽ facies, abi, nescis incessare homines. Abi etiã: dicimus hęreti, morantiq;. Teren. And. Vos isthæc intrò auferte: abite. Abire uiã figuratè dictum. Plaut. Rud. Abi tacitus tuam uiam.

Abitur, impersonaliter posuit Plautus in Merc. Scio iam quid uelis: nempe me hinc abire uis. H. uolo. C. abibitur.

Abitus, et Abitio pro discessu, ἀποχώρησις, Terent. Heaut. Quin uideam miserum hunc eius abitu cruciari. Ibidem, Propter eam hæc turba atq; abitio uenit. Abitionem antiqui dicebãt mortem, Festus.

Abitus præterea non modò abitionem, & discessum, sed & locum per quem abire possumus, significat. Vergil. 9. Aeneid. Hinc atq; hinc, omnemq; abitum custode coronant.

Aberceo, ces, ex ab, et Arceo significat prohibeo, ἀπείργω. Plautus, Atq; eam abercet domo.

Aberro, ras, Valde erro, longè digredior, ἀποπλανῶμαι, ἀποσφάλλομαι. Lactan. li. 4. A quo hi duo riui si aberrauerint, arescant necesse est. Cic. lib. 5. Tusc. Quæst. Sed redeat unde aberrauerit, oratio. Plin. Iunior lib. 4. Epist. A qua rogo ut artificẽ quem elegeris, ne in melius quidem sinas aberrare, id est, ab illo exemplari discedere, etiam si melius facturus sit.

Aberratio, uerbale, Digressio à recta uia: & metaphoricè pfugiũ. Ci. Cassio, Verũtamẽ aliã aberrationẽ à molestijs nõ habem⁹

Aberunco

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aberúnco, cas, Lege Auerrunco.

Abfore, pen. cor. significat abfuturũ esse, ἀπέσεσθαι. Quæ duo per b scribuntur, ne si per geminum ff scriberentur, cõposita quis crederet ex Ad præpositione, quæ oppositũ significãt. Ouid. Esse quoq; in fatis reminiscitur, affore tempus. Stat. tamen lib. 1. Thebaidos, accipere uidetur, Affore, in significatione præsẽtis: sensit manifesto numine ductos Affore, quos nexis ambagib. augur Apollo, Portẽdi generos, nultu fallente ferarũ, Ediderat. Sic Abforẽ, p abessem: Afforẽ p adessem. Verg. 1. Aen. Atq; utinã rex ipse Noto cõpulsus eodẽ Afforet Aeneas. De aliis à Fore compositis. Vide in dictione Forem.

Abgrego, gas, pen. cor act. p. Ab grege duco, uel ex pluribus gregibus parteis subduco, ἀφορίζω. Huic contrarium est Aggrego quod est addo, & quasi in gregem duco. Disgrego uerò & Segrego, pro disiungo poni solent, quibus contrarium est Congrego.

Abhinc, Vna dictio composita idem significans quod Ante hac, ἄδη. Et iungitur tam accusatiuo quàm ablatiuo. Terẽ. in And. Abhinc triennium, hoc est, Ante tres annos, τρίτον ἄδη ἔτος. Cic. ad Att. Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius xx. spoponderisse dicitur Elauius.

Abhorreo, res rui, n. s. Aspernor, fugio, dissẽtio, discrepo, remotus sum à re aliqua, μισάπλομαι, ἀπαπάτ]ομαι. Et modò cũ accusatiuo, modò cum ablatiuo iungitur. Cum accusatiuo: Suet. de Aug. Nam pumilos atq; distortos, & omnes generis eiusdem, ut ludibria naturæ, maliq; ominis, abhorruit. Liu. 4 ab Vrbe, Eodem anno Posthumia uirgo Vestalis, de incestu causam dixit, crimini obnoxia ob suspitionem propter cultum amœniorem, ingeniumq; liberius quàm uirginem decet, parum abhorrens famam. Cum ablatiuo mediante præpositione à. Terentius in Hecyr. Nam omnino abhorrere animum huic uideo à nuptiis. Sic, Abhorrere ab re uxoria, apud eundem in And. Et apud Ciceronem de Fato, sine præpositione, Alij talibus nitiis abhorrent. Sciendum tamen, quòd quum accusatiuo iungitur, in simili ferè significatione sumitur, qua Horreo: tunc enim significamus, nos rẽ præsentẽ uel propinquam, quam audire, aut aspicere pertimescimus, execrari. Cum uerò ablatiuo, tunc procul nos esse ab eo quod non placet, uel quod refugimus, demõstramus: ut si dixero, Hanc rem abhorreo, significat execror, & patiné queo. Abhorreo ab hac re, id est, alienus factus sum, uel procul esse uolo. A multis enim procul esse uolumus, ut à rebus uenereis, licet nostris sensibus plerunq; odiosæ non sint, sed animi moderatione ab illis abesse studemus, ne nobis officiant. L. Valla lib. 1. cap. 104. scribit hoc uerbum semper construi cum ablatiuo, sed fortasse decepit eum Ab præpositio, quæ ablatiuũ exigere uidetur. Sed si hoc in pleriscq; uerbis fiat, non tamen in omnibus, sicut in Aboleo, Abluo, & huiscemodi: quæ accusatiuum, non ablatiuum postulant. Ponitur interdum absolutè. Ambrosius Offic. lib. 1. cap. 8. Legim⁹ officium dici à nobis posse, nec ratio ipsa abhorret: quando quidem ab efficiendo dictum putamus, quasi efficium. Cic. pro Cluen. Omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes ut immanem ac pernicioſam bestiam, pestémque fugiebant.

Abhorrens, sine adiecto, Quod ratione caret, seu alienum est à ratione. Liu. Risus illic nequaquam tam absurdus est, quàm uestræ absurdæ & abhorrentes lachrymæ.

Abhorresco, n. s. Valdè timeo, seu in horrorem abeo, & quasi uidere non patior, ἐκπλήττ]ομαι. Lactant. de Ira, Quem terra cõtremiscit cœlumq; & mare, & latebræ Tartareæ, & dæmones abhorrescunt.

Abhortor, idem ferè quod dehortor.

Abiecto, tas, frequẽt. significat frequẽter abiicio, ἀποῤῥίπτω.

Abies, etis, pen. cor. fœm. gen. Arbor est altissima, rectissimáque cuius pars inferior enodis, Sapinus nocatur: superior uerò nodosa duriorq;, Susterna, ut Plinius scribit lib. 16. cap. 39. Præcipua dos est crispantibus, & intorto quodam discursu uenarum pretiosis. Alii hanc Gallicam uocant, propter candorem.

Abiecula, diminutiuum, Græcè dicitur ἰλάτη, forsan ab ἰλάω impello, produco, prolongo. Dictam autem uolunt Abietẽ, quòd in altitudinem longius eat, quàm cæteræ arbores.

Abiegnus, a, um, Quod est materiatum ex abiete, ut, Abiegnæ mensæ, ἐλάτινος. Col. libr. 12. cap. 41. Quidam eadem ratione arida populnea, uel abiegna scobe uirides uuas custodiunt.

Abietarius, m. s. Faber lignarius, ab abietibus, & aliis lignorum generibus, ut in Exod. Faciant opera abietarij. Hi etiam Materiarii dicuntur, à Materia, τέκτονες, cuius nomine ligna, quæ ad ædificandum fulciendũq; necessaria sunt, intelligenda esse declarat Iureconsult. Festus pro denominatiuo usurpat, Abietaria, inquit, negotia, quã nunc materiam dicimus uidelicet ab abietibus coemendis: & Abietarius negotiator.

Abiga, pen. cor. siue ut alii malunt, Ainga, herba est quæ à Plinio alio nomine Chamæpitys dicitur: ab abigendo partu sic uocata, χαμαιπίτυς. Hanc eandem esse herbã credit Ruellius, quàm uulgò Iuam muscatam uocant.

Abigas, Auic. Albertus dixit armaturam cõceptus: tertium est inuolucrum fœtus in utero, quod partum tuetur aduersus sui ipsius lotium & humores.

Abigo, a. t. pe. corr. ex ab & ago: propriè est pecus aut greges abducere, siue ui id fiat, siue dolo, ἀπελαύνω. Liu. 1. ab Vr. Herculem in ea loca, Geryone interempto, boues mira specie abegisse ferunt. Aliquando ponitur simpliciter pro agere, si ue propellere, ut fit quum boues in pascua mittuntur. Varr. de re Rust. lib. 2. cap. 1. Itaq; greges ouium longius abiguntur ex Apulia in Samniũ æstiuatũ. Significat præterea Abigere, rem nobis odiosam, aut molestam propellere, & fugare, ἀπάργειν. Cic. Tusc. 1. Proiici se iussit inhumatũ. Tum amici Volucribusne, & feris? Minimè uerò, inquit, sed bacillũ prope me, quo abigam, ponitote. Secundum hanc rationem transfertur interdũ ad res incorporeas: ut Abigere fastidiũ, lassitudinem, & id genus, pro expellere. Plin. lib. 12. ca. 17. Ex Syria reuehunt styracem, acri eius odore in locis abigentes suorũ fastidiũ. Plaut. in Merc. Agedũ Acanthiũ, abige abs te lassitudinẽ. Huic simile est Amoueo, sed mitius. Cic. pro Cluent. Odium, inuidiã, metum, cupiditatesq; omnes amoue. Abigere partum, etiã elegãter dicimus, pro eo quod est, Herbis & medicamentis fœtum iã conceptũ deq; ellere. Ibidem, Memoria teneo, Milesiã quandã mulierẽ, quũ esset in Asia, quod ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis fuisse damnatam.

Abactus, a, um, ab Abigor: ut abacti greges, qui aut furto, aut per uim abducti sũt, ἀπηλατάς, Ci. 4. Ver. Præter ea greges nobilissimarum equarum abactos. Liuius 4. ab Vrbe, Exercitus in agrum Veientem, ac Falisci ducti, prædæ abactæ hominum, pecorumq;. Additur quandoq; & ablatiuus Furto. Plinius lib. 8. cap. 51. Compertum agnita uoce suarii, furto abactos, mersoq; nauigio inclinatione lateris uni⁹, remeasse. Abacta nox, pro exacta. Verg. 8. Aeneid. medio iam noctis abactæ Curriculo. Dicebantur etiam Abacti, authore Festo, magistratus, qui coacti deposuerant imperium, ἀπωθούμενοι.

Abactus, us, ui: uerbale, pro uiolenta expulsione, ἀπηλασία. Plinius in Panegyrico, Quã dissimilis nuper alterius principis transitus (si tamẽ transitus ille, nõ populatio fuit) quũ abactus hospitum exerceret. Abactus etiam uocatur furtũ illud quo pecudes è pascuis abiguntur, aut à gregibus subtrahuntur: quod alio nomine Abigeatus dicitur.

Abigeatus, us, m. q. ipse abigendi actus, siue crimen abactionis ἀπηλασία. Marcellus lib. 47. Digest. Abigeatus crimen publici iudicii non est, quia furtum magis est.

Abigena bos, Varro de lingua latina libro 6. Abustum quod circumustum est: ut abigena bos apud augures quã circũ aliæ hostiæ cõstitiuũtur. Fortasse legendũ ambigena & ambustũ.

Abigens, pen. cor. m. s. ab Abigo dicitur, ut author est Vlpianus, qui pecora de pascuis, uel ex armẽtis subtrahit, & quodámodo depredatur, & abigẽdi studiũ, quasi artẽ exercet equos de armẽtis, uel oues de gregib. abducens, ἀπηλάτης. Cæterũm si quis oueẽ aberrantẽ, uel equos in solitudine relictos abduxit nõ est Abigens, sed fur potius. Scribit & Claud. Quãtitas discernit furẽ ab abigẽo. Qui enim unã suẽ surripuerit, ut fur coercebitur: qui gregẽ, ut abigeus. Multò aũ grauius suppliciũ à legibus in abigeos, quã in cæteros fures constitutum est: quod hos ædibus nostris possimus excludere: pascua autem maiora sint, quã quæ muro possint cingi. Quem Vlpianus Abigeum appellat, Apuleius Abactorem nocat.

Abiício, cis, act. t. pẽ. cor. & per geminum i, quia mutatur a in i, quæ tamen in præterito cõuertitur in e. Est aũt Abiicere proiicere, hoc est, à se longè iacere, προΐημι, ἀποβάπτω, ἀποῤῥίπτω. Vale. lib. 1. Quum prælium nauale committere uellet, auspicialiq; more maiorum petiisset, & pullarius non exire pullos cauea nuntiasset, abiici eos in mare iussit, dicens, Quia esse nolunt, bibant. Cic. Tuscu. 1. E muro se in mare abiecisse. Est etiam hoc uerbum aliquando humilis & contempti, suppliciſue: unde, Abiicere se ad pedes alicuius, est suppliciter ante pedes eius procumbere, à quo aliquid precibus eo-

bus conamur impetrare. Cicer. Attic. lib. 8. Non sum ueritus ne uiderer assentari, cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. Pro eodem etiam dicimus, Supplicem se abiicere. Idem pro Milone, Ego me plurimis pro te supplicem abieci. Abiicere sese, est deprimere se ipsum & parnipendere, ταπεινῶν ἑαυτόν. Cicero in Paradoxis, Sic te ipse abiicies atq; prosternes, ut nihil inter te & quadrupedem putes interesse? Abiicere hastam, idem est quod desperare: cuius testimoniū habes apud Ciceronem pro Murena. Metaphora ducta ab iis qui prælio uicti arma abiiciūt, quæ fugientibus oneri magis sunt, quam usui. Transferrur etiam ad res animi, accipiturq; pro deponere, expellere & amouere: ut Abiicere amorem: & Abiicere spem, siue animum, hoc est, desperare. Cicero 3. Verrin. Socij uerò nationesq; exteræ, spem omnium, tū primum abiecēre rerum. Sic, Abiicere curā, est curam deponere, & desinere solicitum esse. Idem Pæto libr. 9. Famil. Sed caue, si me amas, existimes me, qđ iocosius scribam, curam rei abiecisse.

Abiectus, a, um, participium. Ouid. Sic ubi fata uocāt, udis abiectus in herbis. Et Abiectus, abiectior, abiectissimus, nomen ex participio. Cicer. 5. de Finib. Nihil abiectum, nihil humile cogitant. Abiectus, id est, iacens, summissus, contemptus, afflictus, & animo fractus, ἀπῳδήμινος, καταβεβλημένος.

Abiectè, aduerbium, pro contemptim, & abiecto animo. Cic. 1. Tusc. Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebriterue faciamus.

Abiectio, fc. minin. t. uerbale, idem est quod animi deiectio & contemptus sui. Cicero in Pis. Quid debilitatio atq; abiectio animi tui, Macedonia Prætoria nuntiata.

Abinteg rò. penult. naturaliter corr. significat Denuò, quasi res perfecta rursus inchoetur, ἐξ ἀρχῆς. Ver. Ecloga. 4. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Cic. 5. Verr. Vtrū existimatis minus operis esse, unam columnam efficere ab integro nouā, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere?

Abintestato, aduerb. significat sine testamento, ἀδιαθέτως, ut, Hic abintestato decessit, μὴ διαθέμενος. Sic etiā dicimus, Succedere abintestato. Afran. lib. 29. Digest. Quicunq; enim abintestato successerit, locum habet codicilli. Et pòst, Nec interest quis succedat, dum abintestato succedat.

Abioros, penul. prod. herba est Dioscor. quæ notiori nomine Cicuta appellatur, ἀβίωτον. Nomen inde ductum uidetur quod capite damnatis cum uino misceri solcat. Nam ἀβίωτον, Græcis triste significat, & doloribus plenum.

Abiudico, as. penul. corr. significat, Rem de qua controuersia est, per iudicium aufero, & alteri trado, ἀποδικάζω. Vnde Ager abiudicatus ab Liu. dictus, quem Romani per iniquū iudicium interceperant, eripuerantq; Ci in Verr. Act. 2. Nulla res cuiquam tam patria atq; auita fuit, quæ non imperio istius abiudicaretur. Ponitur aliquando extra forum, pro repudiare, siue reiicere Cic. de Orat. lib. 2. Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico atq; reiicio.

Abiugo, gas, act. p. pē. corr. ppriè à iugo remouco, ἀποζύγνυμι: ut, Abiugare bouem, hoc est, à pari disiungere. Sed per translationem significat separare, alienare, ἀποχωρίζειν. Pacuuius, Quę res te ab stabulis abiugat? Huic contrariū est Adiugo, de quo infrà.

Abiungo, gis, act. 3. Separo, ἀποζύγνυμι. Verg. 3. Georg. it tristis arator, Mœrentem abiungens fraterna cæde iuuencum: Cic. ad Att. Quod se ab hoc refractoriolo iudiciali dicēdi genere abiunxerit: hoc est, se disiunxerit. Huic contrarium est Adiungo.

Abiurasse, antiquum uerbum, pro Abiuro, sicuti apud Cl. in lib. de Senect. in uersu quodam Ennii, Leuasso pro Leuo, O Tite, inquit, si quid ego adiuto, curamue leuasso. Plaut. in Perf. Nec metuo, quib. credidi hodie, ne qs abiurasset mihi.

Abiuro, ras, act. p. pen. prod. significat rem mihi creditā per iurio nego, ἀπομόω, ἀπόμνυμι, Plaut. in Curc. Qui abiurant, si quid creditum est. Accipitur etiam latius pro eo quod est, factum aliquod cum periurio negare. Cic. Att. lib. 1. Tullioia nostra, deliciæ nostræ, tuum munusculū flagitat, & me sponsorem appellat: mihi autem abiurare certius est, quàm depēdere. Quo in loco Cicero suo more ludens, ait se potius constituisse, uel cum periurio negare se spopondisse, quā quod pro Attico spoponderat, exoluere.

Abiurātus, Cum periurio negatus: ut quum depositum abiuratum dicimus. Aliquando tamen simpliciter acceptum in

uenitur pro eo quod est, contra ius retentum. Sic enim interpretatur Seruius illud Vergil. lib. 8. Abstractæq; boues, abiuratæq; rapinæ, Cælo ostenduntur.

Abiuratio, rei creditæ abnegatio cum periurio.

Ablacto, tas. act. p. à lacte remouco, ἀπογαλακτίζω. Vergil, dixit à lacte depello: & Varro, à mamma disiungo. Ablacto apt idoneos authores uix reperias.

Ablaqueo, neut. p. propriè est, circū arbores effodere terrā, & radices superiores retegere, ut magis fructificēt. βίστομῶ. Colu. lib. 5. Vinea uetus, neq; ablaqueāda est, ne radices quas in summo habet, inarescant: neq; aranda, ne radices abrūpātur. Palladius li. 2. Ianuario mense locis temperatis ablaqueandæ sunt uites: quod Itali excodicare appellant: id est, circa uitis codicē dolabra terrā diligenter aperire, & purgatis omnibus, uelut lac° efficere, ut Solis teporibus & imbribus prouocentur. Ex quo loco satis apparet, non à laqueis, ut plerisq; existimant, sed à lacubus, hoc est, fossis, quæ circa uitium radices fieri solēt, hoc uerbum deductum esse. Hinc Ablaqueatio, ipse actus ablaqueandi. Plinius lib. 12. ca. 15. Myrrha gaudet rastris & ablaqueationibus.

Ablatiuus casus, Grammaticis dcitur, qui sextus est casus apud Latinos, & alio nomine, teste Prisciano, Comparatiuus appellatur, eò quòd per eū non minus comparatio significetur, quā ablatio. Seruit enim cōparationi, quū dicimus, Fortior Hectore: ablationi uerò, quū dicimus, Aufero ab Hectore. Diomedes lib. 1. Ablatiuū Græci non habent: hunc tamen Varro interdum Sextum, interdum Latinū nocat, quia Latinæ linguæ pprius est: cuius uis apud Græcos per Genitiuū explicatur. Vide apud Priscianum lib. 5. cap. de Casibus.

Ablectę ædes, à Plauto in Mostellaria appellantur, quæ nitidæ sūt, & ornatæ, quęq; emptorē sua elegātia facilè alliciāt.

Ablegmina, crāt partes extorū quæ diis immolabātur. Fest.

Ablego, gas. pen. prod. a. p. Aliò aliquem mitto, ἀποπέμπω, ἀποστέλλω. Liuius lib. 2. Pueros uenatum ablegauit. Dicitur & de aliis animalibus. Colu. libr. 7. Itaq; cum ablegabuntur, in ea loca perducēda erunt, quibus nullum impascitur pecus.

Ablegatio, nerbale, ἀπόπεμψις. Cicer. 1. de Leg. Ablegationem aliquam nimirum ista oratio postulat.

Ablepsía, f. f. Latinè cœcitas, & inconsiderantia, ἀβλεψία. ab ἀ priuatiua, & βλέπω, uideo. Sueto. in Claud. Inter cætera in eo mirati sunt homines & obliuionem, & inconsiderātiam: uel, ut Græcè dicam, μνημοσύνην ἢ ἀβλεψίαν.

Abligurio, ris, pen. cor. Liguriendo absumo, κατανιχνίω. Terent. in Eunuch. Itidem patria qui abligurierat bona, id est, suauibus escis consumpserat. Donatus.

Abloco, as, pen. cor. Idem quod locare, uerbum rarissimum Suet. in Vitel. cap. 7. Satis constat exituro uiaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domū in reliquā partem anni ablocaret. Apud Iureconsul. est denuo locare fundum tertio locatum, notat Zas. in parag. Item Seruiana Instit. de actionibus.

Abludo, pe. pro. act. t. Dissimilis sū, distans: cui opponitur Alludo. Horat. 2. Serm. Hæc à te non multū abludit imago, id est, Hoc exemplum nō multum dissimile est tuis moribus.

Abluo, luis, uide in dictione Lauo, ἀπονίπτω, Abluere somnium, est post somnium se abluere, ut quod somnio portendebatur, huiusmodi ablutione expietur, ὄνειρον ἀποκλύσασθαι. Huc respexisse uidetur Persius. Sat. 2. quum ait,

Hæc sanctè ut poscas, Tyberino in gurgite mergis
Mane caput, bis terue, & noctem flumine purgas.

Ablutio, nerbale. Macrob. Saturn. libr. 3, cap. 1. Constat diis superis sacra facturum, corporis ablutione purgari.

Abluuiū, n. Cuniuersalis inundatio, κατακλυσμός. Vide Gellium 16. cap. 7. & Cæl. lib. 22. cap. 24.

Abmaterrera, penultima corr. soror abauiæ ἡ τοῦ πρὸς μητρὸς μητράδελφος. Instit. lib. 3.

Abmitto, act. t. uerbum rarissimū: idem quod mitto. Plautus in Trucul. Dic ob hæc dona quæ obmiserit, me illum amare plurimùm omnium hominum.

Abnato, as: are: pen. cor. alicūde natādo recedere, ἀποκνίσσομαι. Statius li. 1. Achil. Tunc excepta freto, longè ceruice reflexa,
Abnatat, & blandis affatur littora uerbis.

Abneco, act. p: as, are, idem quod sum simplex: ἀναιρῶ. Plautus in Trucul. Neq; sibi persuaderes, ut abortioni operā daret, puerumq; ritè abnecaret.

Abnego,

Abnego, gas, act. p. pē. cor. nego quòd maximè profiteri debeo, ut fidem, pietatē & huiusmodi: qđ uulgò denegare dicitur, ἀπαρνέομαι. Lact. lib. 5 Nec enim poterunt retinere pietatē, qui communē omniū patrē Deū, tanquam prodigi, atque rebelles liberi, abnegasſent. Abnegare depoſita, aut promiſſa dicimur, quum negamus apud nos aliquid eſſe promiſſum. Plin. Epiſt. lib. 3. Ne depoſitum appellati abnegarēt. Accipitur etiam Abnegare, pro negare id quod à nobis petitur. Verg. 8. Aenei. Rex tibi coniugium & quæſitas ſanguine dotes Abnegat. Colum. lib. 10. ſi Iupiter abnegat imbrem, Expectetur hyems. Item pro renuere. Ver. 2. Aeneid. Abnegat exciſa uitam producere Troia

Abnepos, pen. cor. m. t. filius pronepotis, quaſi ſeiunctus à nepote, ἀπάνεψιος. Eſt enim inter ipſum & nepotem pronepos. Sic Abneptis, proneptis filia, ἀπανεψιά.

Abnocto, as, aui, atum, Foris pernocto, uel noctu abſum. Vnde cautum eſt in Pandectis. Lillud. de offi. præſid. ne Præſes extra prouinciam abnoctet. Seneca de uita beata, Alius Iouem adulterum inducit, & abnoctantem.

Abnodo, act. p. idē quod enodo, id eſt, arbores & uites nodis repurgo. Colum. lib. 4. cap. 24. Hunc ergo tanquam æmulum, diligenter iidem amputant & abnodant, priuſquàm corroboretur.

Abnormis, om, t. ſine norma, ἄπειρος, ἄνομος. Horat. libr. 2. Serm. Ruſticus abnormis ſapiens.

Abnuo, nuis, nui, nutū, a t, ex Ab & Nuo, eſt ſigno capitis aliquid nego, ἀνανεύω, quanuis & oculis, & manibus, uel etiam uerbo id fieri poſſit: & ſimpliciter pro negare, ſiue recuſare ponitur. Cic. de Fato. Nihil enim unquam abnuit uoluntas mea ſtudio tuo. Nuere enim apud ueteres pro uelle ponebatur. Vnde Nutus: & Numen, quòd eſt Dei nutus, hoc eſt, imperiū & poteſtas. Verg. 11. Aene. meo ſine numine uenti Audetis. Nutus uerò ſignificat, quòd fit oculis, uel capite, uel manibus. Idem. Annuit, & totū nutu tremefecit Olympū. Ponitur & p uoluntate, quæ ex huiuſmodi ſigno declaratur, ſiue affirmando, ſiue negando. Liu. Sub umbra Scipionis ciuitatem dominā orbis terrarū latere, nutus eius p decretis patrum, p populi iuſſis eſſe. Plin. lib. 1. Epiſt. docet Nutū dici, quando annuimus: Renutum, quando recuſamus. Sic enim ait, Nā ego quoq; ſimili nutu, ac renutu reſpōdere uoto tuo poſſū. Suet. uerò in Veſpaſ. Nutū accipit p Renutu quū ait: Aduleſcentulū fragrantem unguento, quū p impetrata præfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, uoce etiā grauiſſima increpuit, Maluiſſem allium oboluiſſes: literasq; reuocauit.

A Nuo fit Nuto, tas, frequentatiuum, quod eſt, ſæpe capite huiuſcemodi ſignum facio, νυσσάζω. Aliquando ponitur pro moueri, & quaſi ruinam minari, ducta trāslatione à motu capitis, qđ inclinādo affirmare, & cōcutiendo negare ſolemus. Vnde Nutare ædificia dicimus, quū malè ſolidata, ruinā minitantur. Transfertur etiā ad animū, & p titubare, id eſt, dubitare in quā partem uertendum ſit, accipitur. Accipitur etiam Abnuo, pro Prohibeo, Vergilius 10. Aeneid. Abnueram Italiam bello concurrere Teucris. Vbi Seruius, Prohibueram Italiam contra Teucros bella ſuſpicere. Reperitur & Abnuo in ſecunda uerborū declinatione. Ennius 8. Annal. Certare abnuo, metuo legionibus labem. Legitur & Abnuitur impersonale. Liu. 3. ab Vrb. Nec abnuitur ita fuiſſe, ſi ad iudices alios itum foret. Contraria huic uerbo Abnuo, ſunt Nuo & Annuo, pro aſſentior, & nutū aſſenſum præſto, fatīco, innuo, ſigno aliquo uoluntatem meam oſtendo, ſiue affirmem, ſiue negē aliquid. Terent. in Eunuch. Nihil, niſi abies mihi innuit. Renuo. Recuſo. Nonius inter Nutare, Nuere & Niſtare, hoc intereſſe ſcribit, qđ Nutare capitis fit, inclinando, aut in gyrū mouendo: Nuere, narium, uel labiorū: Niſtare, oculorū, patefaciendo eos, aut claudendo, uel utrunq;, uel alterū. Plau. in Aſin. Nec illa ulli homini nutet, niſtet, annuat, hoc eſt, ne capite ſignum faciat, ne faciente aſſentiatur, nec oculis quicquā indicet. Abnuo etiā ſignificat ſolo uerbo, ſimpliciter q; negare. Colu. Nos quoq; abnuim⁹ in agro tēperato, & minimè humido, ſementē ſic fieri debere. Cic. 1. de Fin. Quid quiſq; concedat, quid abnuat.

Abnuto, pen. prod. frequentatiuum, quod eſt ſæpe ſigno capitis abnuentis quippiā nego. Plaut. in Cap. Quid mihi abnutas? Cic. 3. de Ora. Quid nā eſt obſecro, qđ te adiri abnutas?

Aboleo, pen. co r. aboleni, uel abolui, aboletum, uel abolitū ſignificat, caſſo, tollo, deleo, oblitero, ut ne odor quidem eius relinquatur, ἀφανίζω Plin. lib. 28. cap. 9. Crebrò poſtea coquitur, donec omnis aboleatur odor. Lactā. li. 1. Decretū eſt

ut hi libri abolerentur. Verg. 4. Aen. abolere nefandi Cuncta uiri monumenta iubet. Abolere magiſtratum, leges, dignitatē, idē eſt quod abrogare. Liu. 1. ab Vrbe, Tentationemq; eam fore abolendi ſibi magiſtratus, ni conſenſu reſiſterent.

Abolitio, f. t. uerbale, ἀφανισμός. Quintil. lib. 9. ca. 2. Aduerſus tyrannum, qui ſub pacto abolitionis, damnationem depoſuerat, agit competitor. Eſt autem abolitio, peremptio infitiatæ actionis, eſtq; duplex: generalis & ſpecialis. Vide C. de Abolit. gener. l. ultima. & ff. de Abolit. l. Abolitio.

Abolesco, n, ſ. ad nihilum redigor, ἀφανίζομαι. Colum. libr. 4. Eademq; nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus abolescit.

Abolla, f. p. ueſtis Senatoria, quaſi abulla: quod undique ſit bullata. Alii accipiunt pro ueſte confecta duplici pāno, qualis ſcholaſtica apud nos, & apud Græcos Diplois. Quandoq; p ueſte militari ſumitur: unde extat ioc⁹ Mart. in Criſpinū Neſcit cui dederit Tyriam Criſpinus abollam.

Dum mutat cultus, induiturq; togam. Sumitur etiā Abolla pro ueſtis philoſophicæ genere. Iuuenalis Satyr. 5. audē facinus maioris abollę. Stoicus occidit Baream delator amicum. Eſt præterea ABOLLA, ἄβολλα, ſi credimus Stephano, oppidū Siciliæ cuius incolæ uocātur Abollæi, ἀβολλαῖοι.

Abolus, ἄβολος. Pullus eſt qui nondum dentes illos emiſit, ex quibus in equis præſertim ætas dignoſcitur: unde etiam dentes illi à Xenophonte & Ariſtotele, νώμονες appellātur.

Abomaſum, pen. prod. inteſtini genus eſt in uentre, circa reticulum, quod Gaza ἄντερον, interpretatur, olim inter delicatiores cibos habitum.

Abominor, aris, d. pen. corr. ex Ab & Ominor, eſt execror, & quaſi pro malo omine habeo, βδελύττομαι. Plin. Abominamur recedente aliquo ab epulis ſimul uerri ſolum. Idem li. 28. cap. 2. Incendio inter epulas nominato, aquam ſub menſa profundi abominamur.

Abominād⁹, deteſtatiōe dign⁹. Pl. l. 22. c. 4. Eadē uocatur obſidionalis, liberatis obſidione, abominādoq; exitio totis caſtris.

Abominatus, Execrātionib. malisq; ominib. deuot⁹, Diris petit⁹, βδελυκτός. Hor. in Epo. Parētibusq; abominat⁹ Annibal.

Aborior, reris, uel, riris, dep. t. uel q. abortiuū facio, ἐκβλώσκω Var. Vinū qđ tibi natū ſit in quodā loco, ſi prægnans biberit fieri ut aboriatur, hoc eſt, ut fœtū imperfectè adhuc ante tēpus mater eiiciat. Quoties enim actiuè, uel abſolutè accipitur, de matre intelligitur: Paſſiuè uerò de fœtu: quemadmodum apud Gell. lib. 12. cap. 1. Quod quidē eadē fit uecordia, qua quibuſdam commentitiis fraudibus nituntur, ut fœtus quoque ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur, id eſt, ante maturum partum eiiciantur.

Abortus, ta. tum, & Abortus, tus, dictus quòd non tempeſtiuè ortus, ἔκτρωμα. Plin. Extat in monumētis medicorū, & quibus cōſectari curæ fuit, uno abortu XII. edita puerperia. Differt autē Abortus ab Eiectione, quòd hæc grandioris fœtus ſit: Abortus uerò intra quadrageſimum diem cōtingat, hūc Græci uocant, ἔκτρωσμόν

Aborſus. us, ui, uerbale eſt, ut uidetur, à uerbo Aborior, quod idem ferè ſignificat quod Abortus: præterquam qđ hic, fœtus ſit iam grandiuſculi, ut Nonio placet: ille, nō ita pridem concepti, ἔκτρωσις.

Abortio, fœm. t. Aboriendi actus, ἄμβλωσις, ἐκτρωσμός. Gellius lib. 3. Quum abortio quibuſdam, non partus uideretur intē peſtiuitas. Cicer. pro Cluentio, Quæ pecunia mulieri legata erat à filio, ſi natus eſſet, eam præſentem Oppianicus non debitam mulieri ſoluit: ſi hæc ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda eſt.

Abortio, tis, tiui, neut. q. Immaturum fœtum edo, ἀμβλίσκω. Plī. li. 8. ca. 51. Implētur uno coitu, qui & geminatur, ppter facilitatē abortiendi. Eſt & Abortior uerbum deponens.

Abortium, tii, n. ſ. idē quod abortio, ἔκτρωσις. Hieronym. Dū crebris abortiis, & experta fœcunditate conceptum, &c.

Abortiuus, ua, uum, pen. prod. quod abortum facere poteſt, ἐκτρωματίως Plin. Oſcitatio quidē in enixu lethalis eſt, ſicut ſternuiſſe à coitu, abortiuū. Idem lib. 14. cap. 18. Aegypt⁹ & ecbolimam habet abortiuos facientem. Subaudi fœtus.

Aborto, tas, n. p. ſicut Abortio, tis, id eſt, Abortū facio, ἄμβλω. Firmicus lib. 6. Math. Abortauit filios geminos. Varro 2. de Re ruſt. cap. 4. Ne dum exilire uelit, prægnans abortet.

Abatruus, frater abaui, ὁ θεὸς πρὸς πατρὸς μέρος. Theophilus libro tertio, Inſtit.

Abra, abræ, ἄβρα, uox Græca eſt, quę ancillam adoleſcentiorem ſignificat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Abrado, dis, pen. prod. act. r. Radẽdo tollo, derado, ἀποξυνῶ. Plin. lib. 6. cap. 20. Barba abraditur, præterquam in superiore labro. Cic. pro Rosc. Abrasa supercilia. Item reseco, tollo, abscindo. Colu. libr. 3. Arida & uetera quæ falce amputari non possunt, acutà dolabra abradito. Per translationem ponitur pro extorquere, exprimere siue per uim, quasi radendo auferro. Cic. pro Cecin. Posteaquam uidet nihil se ab A. Cecinna posse litium terrore abradere.

Abripio, pis, act. t. pẽ. cor. ex Ab & Rapio. Abstraho, ui, eripio, aufero: & tum ad res, tũ ad personas refertur, ἁφαρπάζω, Cic. lib. 1. Offic. Qui abripiunt ab aliis, ut aliis largiantur. Teren. in Eunuch. Ex Attica hinc abreptã. Cic. ad Quirites, Nec patiamini me à meis liberis abstractũ, à cõiuge abreptũ, ab aris focisq; innocentẽ pectũ, uitã degere in exilio. Plaut. in Mil. alio modo est usꝰ, Quis est homo? PE. Nescio, ita abripuit re pẽte sese subitò: Hoc est, sustulit & recepit se. Huic cõtrariũ est Arripio, qđ ex Ad & Rapio cõponitur, & significat attrahere uel accipere. Cic. in Catone, Non cani, non rugæ repente authoritatem arripere possunt, sed honestè acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos. Aliquando significat uehementer ad me rapio, ut fit, quũ celeri quadã animi, corporisq; uehementia ad nos trahimus. Liu. libr. 1. Tũ Tarquin. necessitate iã etiã cogente, ultima audere: ipse multò & ætate, & uirib. ualidior, mediũ Seruiũ arripit, clatũq; è curia, in inferiorẽ partẽ per gradus deiicit. Aliquando, Subitò euado. Plaut. in Curcu. Vix me foras arripui. Aliquando, Celeriter rapere, inuadere. Vergil. 3. Aen. Hanc arripe uelis.

Abrodo, act. t. Rodendo abscindo. Pli. li. 10 c 62. Viperæ mas caput inserit in os, qđ illa abrodit uoluptatis dulcedine.

Abrogo, gas, act p pen. cor. Infirmo, adimo, refigo, abdico, rescindo, dissoluo, irritũ facio, antiquo, ἀκυρόω, ἀναιρῶ. Dicimus autem, Abrogatur legi, & abrogatur lex. Author ad Heren. Illa defensio tenuis est, quũ ostenditur id factum esse, qđ ea lex sanciat, eui legi abrogatũ, uel derogatũ sit. Et Seruius scribit Abrogari legi, quũ prius tollitur: Derogari, quũ pars detrahitur. Iungitur aũt Abrogo, datiuo uel accusatiuo. Ci. de Clar. Orat. Qui tantũ authoritate dicendo q; ualuit. ut legem Semproniã frumentariã, populi frequẽtis suffragiis abrogauerit. Liu. lib. 9. ab Vrb. condita, Vbi duæ leges contrariæ sunt, semper antiquæ abrogat nouã. Septẽ modis ex iure cõcessis fieri constat abrogationẽ. Primò, cõtraria cõsuetudine quæ nota est principi. Secundò, cõtraria cõstitutione. Tertiò, causæ cessatione. Quartò, locorum uarietate. Quintò, nimio rigore. Sextò, si precibus occasionem malignandi habeat. Septimò, ꝓpter malum inde sequẽs. Interdum est simpliciter auferre. lib. 1. ad Heren. Nã & periculosum est, ne quando plus minusue dicamus, & suspicionẽ affert auditori meditationis & artificii, quæ res fidem abrogat orationi.

Abrogatio, uerbale, ἀποχειροτονία. Cic. Att. lib. 3. Neq; enim ulla est lex, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis.

Abrotonum, pen. cor. herba est satis cognita, etiam hodie in officinis nomen retinens, ἄβρότονον. Huius duo sunt genera: unum sarmentosum, minutis foliis, minus candidum semine tenui & numeroso, uti absynthium, quod marẽ uocamus. Vulgus Gallorum, seruatis manifestis linguæ Græcæ Romanæq; uestigiis, uocat d'Auronne. Nascitur hoc genus in hortis, & locis campestribus. Alterum, quod fœminã appellant, arbusculæ speciem habet, foliis magis candicantibus. Seriphii modo minutim circum ramulos incisis, floribus refertum, in summo auri fulgore comatos corymbos obtinẽs, odoratum etiam cum grauitate quadam. Vulgus uocat sylueſtrem cupressum, Gallicè, du Cyprez. Nascitur in montib. unde & montanum appellatur. Dictum est autem Abrotonum, ut Nicandri interpres testatur, διὰ τὸ πρὸς ὄψα ἄβρον. καὶ ἁπαλὸν φαίνεσθαι, quod aspectu tenerum, molle, & delicatum sit. De hoc Horatius lib. 2. Epist. abrotonum ægro Non audet, nisi qui didicit, dare.

Abrotonites, abrotonitę, pẽ. pd. masc. gen. sed figuratè neutro generi iungitur, & est uinum factitium ex Abrotono de quo meminit Col. lib. 12. cap. 35. & Dioſc. lib. 5. ἄβροτονίτης οἶνος.

Abrumpo, act. t. Incido, interrumpo, dissicio, anello, ἀποῤῥήγνυμι. Liu. 6 Belli Pun. Stragem tabernaculorum ingenti sonitu ac fuga abrumpentium uincula iumentorum facerent. Idem lib. 8. Cohortes à fronte urgebant, ut abrumperẽt cornua à cætera acie, id est, interrumperent. Transfertur ad rés corporeas. Vergil. 3. Georg. Nec somnos abrumpit cura salubres. Sic Abrumpere sermonem. Abrumpere uitam, apud eundem, & Abrumpere otium, apud Plinium Iuniorẽ.

in Epist. Et Ci. Phi. 14. Magna atq; incredibilia sunt in Rempᵃ huius merita legionis: hæc se prima latrocinio abrupit Antonii, id est, subitò, & cum impetu sese ab eo liberauit. Hinc Abruptus sermo, abrupta oratio.

Abruptio, uerbale, ut Abruptio corrigiæ. Cic. 2. Diuina.

Abruptè, aduerbium. Quint. lib. 3. cap. 10. Nec enim abruptè, nec undelibet incipiendum. Quin & loca abruptæ, diuulsa, atq; ob id inuia dicuntur, ἀπόρρηκτα, κρημνώδη. D. Hieron. lib. 1. Regum, Perrexit Saul ad inuestigandum Dauid, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Huius quoq; significationis est Prærumpo.

Abs, significat idem quod A, de quo satis in in superioribus.

Abscedo, dis, pen. prod. ex Abs & Cedo, significat recedo. ἀφίσταμαι. Hirtius lib. 5. bell. Afric. Vbi Cæsar conspexit Labienum ab suis copiis longius abscessisse. Et sine præpositione, apud Liu. 6. bell. Pun. Abscedere irrito incœpto, & mouere à Capua statuit castra.

Abscessus, m. q. & **Abscessio**, quæ ferè idem significant: quum tamen Accessus & Accessio sæpe differant. Nam Accessus est aggressus, Accessio incrementum, & interdum aggressio: de quibus alibi latius dicemus. Cic. de Vniuer. Quũ ad corpora tum accessio fieret, tũ abscessio. Idem de Nat. deor. lib. 1. Abscessus solis à nobis. Abscessus, ἀπόστημα, medicis est tumor corporis contra naturam, quum pus ex phlegmone procedens, in particula quapiã, ueluti in sinu quodã est collectũ aut etiam sine phlegmone, quũ humor aliquis acris, in parte aliqua colligitur, eamq; copia distendens, excoriat. Varia sunt abscessuum genera pro uarietate substãtiæ in iis contẽtæ, præcipua tamen tria: Atheroma, ἀθήρωμα: Steatoma, στέατωμα: et Meliceris, μηλικηρίς, à similitudine cõtentarum in ipsis substantiarum dicta. Aliud enim eorum ueluti seuum, aliud ueluti mel, aliud pulticulæ quiddam simile, quam ἄθηραν uocãt, in se continet. Vide Galenum 14. Methodi, ca 12.

Abscido, dis, pen. prod, ex Abs & Cædo (sed æ diphthõgus uertitur in i productum) significat partem à re aliqua seco ἀποτέμνω, ἀποκόπτω. Verg. Aen. 3. Hesperium Siculo latus abscidit: aruaq; & urbeis, &c. Hoc tamen potius esse uidetur à uerbo Abscindo, cuius frequentior est usus, quàm uerbi Abscido: quũ contra, Præcido frequentius, quàm Præscindo reperiatur.

Abscindo, dis, idem quod Abscido. Iuuen. Sat 2. Quid tamen expectant Phrygio quos tempus erat iam More supernacuam cultris abscindere carnem: Plaut. Ego tibi istam scelestam scelus linguam abscindam. Per translationem, apud Liu. 9. ab Vrb. Nos omnium rerum respectum, præterquam uictoriæ, nobis abscindamus.

Abscissus, a, um, amputatus, fractus, abruptus, ἀποκεκομμένος. Inuenitur & comparatiuus, apud Valer. libro sexto. Sed aliquantò Charõdæ Tyrii præfactior & abscissior insitia, ad uim & cruorem usq;.

Abscio, is, ire, act. q. est de memoria exire, inusitatũ. Descire autem (ut suo loco dicemus) est ab obedientia prioris ducis discedere.

Abscondo, dis, di, ditum uel absconsum, act. Occulto, ἀποκρύπτω. Vnde ἀποκεκρυμμένος. Absconsum, abditũ, occultum Colum. lib. de arboribus. cap. 7. Reliquas radices, quæ in terram absconduntur, fac abradas. Absconditq; a. um.

Abscõditè aduerbium, κρυφῆ. Cic. 3. de Finib. Ea nec accutisi⸗ mè, nec abscõditè differuntur. (tudinem.

Abscõsio, uerbale. Pli. li. 8. c. 16. Velut deputãs abscõsione turpi

Absens, om. t. ἀπὼν: & Absente nobis. uide Absum.

Absentaneus, nea, um, quod in absentia fit.

Absentia, f. p. ab absẽs fit: ἀπουσία. Seneca ad Luciliũ, Aequo animo ferre debemꝰ absentiã. (uenit, absentire uidetur.

Absentio, tis, si, sum, Dissẽtio, διαφωνία. Nã qui minimè cõ

Absento, tas: act. p. Absentem facio seu absens sum. Claud. de Raptu Proserpinæ lib. 3. Et dura de matre queri, quæ tale recessu Maluerit damnare decus, uetitamq; dearum Colloquio, patriis procul absentauerit astris.

Absilio, is, ire, ex ab & salio, saltu alicũde recedo. Sat. 2. The. Fugere feræ, nidosq; tepentes Absiliunt (metus urget) aues.

Absimilis, om. t. Multum dissimilis, ἀνόμοιος. Colum. li. 4. Materiam fructumq;, nisi qđ duplicẽ, non absimilẽ minor germanæ gerit. Frequens aũt est huius uocabuli cum negatione usus: ut Haud absimilis, &c. Quæ locutio figurata est, & ferè κατὰ κατάχρησιν plus innuit, quum minus dicat. Plin. lib. 8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.8.cap.33. Eminet roſtrum in parua, haud abſimile ſuillo, hoc eſt quaſi de ſimile. Col.lib.6.cap.17. Odoris grauis, neq; ab ſimilis bitumini. Suet.in Othone, Iamq; non abſimilis Tybe rio principi fuit, ut plerisq; procreatum ab eo crederent.

Abſinthium, ἀψίνθιον, Dioſcoridi herba eſt ſua amaritudine nulli non cognita, quæ & in officinis nomen ſuũ retinet. Huius quãuis plures ſint ſpecies, (quas mox ſuo ordine explicabimus) Abſinthij tamen nomine, quum nihil addimus, Abſinthium uulgare intelligimus, quod & Romanũ, & Ponticum dicitur. Galli uocant Del'aloine. Sunt qui putent αὐτιφρασιπῶς dictum à Græco ἄφρων, eò quòd ob inſignem amaritiem à nullo animalium attingatur. De hoc ſic ſcribit Plinius libro 27.cap.7. De uſu abſinthij conuenit dicere, herbæ facillimæ, atq; inter paucas utiliſſimæ: præterea ſacris populi Romani celebratæ peculiariter. Siquidem Latinarum ferijs quadrigæ certant in Capitolio, victorq; abſinthium bibit: credo ſanitatem præmio dari honorificè arbitratis maioribus. Magnam uim habet in enecandis uermibus: unde & pueris dari ſolent eius folia in fico latentia: aut etiam eius ſuccus, poculis oris melle circũlitis, ut fic amaritiem fallerent. Ad quod etiam alluſit Lucretius hiſce uerſib. Ac ueluti pueris abſinthia tetra medentes. Quum dare conantur, prius oras pocula circum Aſpirant mellis dulci flauoq; liquore. ¶ Abſinthiomenon, ἀψινθιομένον, herba eſt, quæ notiore nomine Abrotanum uocatur: ita dicta ab amaritudine Abſinthij, quam guſtu repreſentat. Vide Diſcoridẽ.

¶ Abſinthium marinum, ἀψίνθιον θαλάσσιον, Abſinthii genus eſt, abrotani parui ſimilitudine, refertum minutis ſeminibus, ſubamarum, & ſtomacho inimicum, grauiter olens, cum quadam calfactione aſtringens. Hoc & Seriphium à nõ nullis appellatur: de quo ſic ſcribit Plin.li.27.ca.7. Eſt & Abſinthium marinum, quod quidam Seriphium uocant, probatiſſimum in Taposiri Aegypti. Huius ramum Iſiaci præferre ſolenne habent, hodie ſemen lumbricorum uocant. Gallicè, La mort aux uers. Abſinthium ruſticum, idem quod abſinthium uulgare, ſiue Ponticum. Vide in dictione Abſinthium. Abſinthium Santonicum, ἀψίνθιον σαντονικὸν, abſinthij ſpecies eſt copioſiſſimè prouenies apud Santonas Galliæ populos, uulgari abſinthio non diſſimilis, ſemine tamen non æquè fœcunda. Eaſdem uires habet, quas Seriphiũ. Vide Plin.li.27.ca.7. Abſinthiũ Põticũ, ἀψίνθιον πουτικὸν, idem eſt cum abſinthio uulgari, ſiue propriè dicto. Nomen habet à Ponto, Aſiæ regione, in qua tanta copia prouenit, ut pecora illo pinguescant, & ſine felle inueniantur. Vide Plin. lib.17.cap.7.

Abſinthites, æ, Vini factitii genus eſt cum abſinthio decocti, aut alio quouis modo abſinthio cõditi, ἀψινθίτης οἶνος, Eius confectionem docet Plinius lib.14.cap.16.

Abſis, idis, ἀψὶς, m.t. Suidæ, fornicis curuatura. Cæcil. in Epiſt. Cubiculũ in abſida curuatũ. Apud Hom. Iliad.5. accipitur pro plaga ſiue foramine retis. Dicũtur quoq; Abſides, circuli in ſtellis. Plin.li.2.cap.15. Plurimis de cauſis hæc omnia accidũt: prima circulorũ eſt, quos Græci abſidas in ſtellis uocant. Eſt præterea abſis, ligneus circulus rotã ambiẽs, in quo ſignatur radij. In qua ſignificatione quidam primã aſpirãt, putantq; dici ἀπὸ τῆ ἅπτεσθαι, hoc eſt, à tãgendo. Hac enim parte rota, dum uoluuntur, terram contingunt. Dicitur & abſida, æ, Auguſtinus ad Max. In futuro Chriſti iudicio nec abſidæ gradatæ, nec cathedræ uelatæ adhibebuntur.

Abſiſto, ſtis, n.t. alicunde diſcedo, ἀφίσημι. Iungitur aũt frequenter ablat. ſine præpoſitione. Ver.6. Aeneid. Procul, ô procul eſte profani, Cõclamat uates, fotoq; abſiſtite luco. Idem lib.7. Centum ærei claudunt uectes, æternaq; ferri Robora, nec cuſtos abſiſtit limine Ianus. Quandoq; ſupprimitur ablatiuus. Verg.1. Aeneid. Nec prius abſiſtit, quàm ſeptẽ ingentia uictor Corpora fundat humi. Subaudi illinc, uel ab eo loco. Quandoque ponitur pro deſiſtere, deſinere, abſtinere. διαλήγειν. Liuius lib.8. ab Vrbe, Legatos miſere ad Conſulẽ Romanum, ut receptis equitibus, qui cauſa belli eſſent, abſiſteret obſidione. Claudian. Abſiſte rogari. Fit autem Abſiſto, à uerbo neutrali Siſto, quod idem penè eſt quod ſto, unde nec proprium habet præteritũ, nec ſupinũ, quemadmodũ ſuum ſimplex. Aliud eſt Siſto actiuum, idem ſignificans quod Stare facio: ſed illud nulla format de ſe compoſita. Inuenitur etiam abſiſtitur, impersonale. Liuius 1. Bell. Pun. Legati miſſi Carthaginem, ſi non abſiſteretur bello, ad ducem ipſum in pœnam fœderis rupti deposcendũ. Abſiſtens participium, Idem 4. bell. Pun. Tamen ſpe labefactandæ fidei haud abſiſtens, Salapiam tendit.

Abſoleo, es, pen cor. abſolere, eſt ab uſu recedere, ἀπαρχαιοῦμαι. Vnde Abſoletus locus, Neglectus & ſordidus dicitur. ἀπηρχαιωμένος. Absoletus

Abſoluo, uis, act. tert. Quod ligatum erat diſligo, omninò libero, ἀπολύω. & maximè ad iudicia pertinet: cui cõtrarium eſt Damnare: habetq; accuſatiuũ, & cum quidem aliquãdo cũ genitiuo criminis. Author ad Heren.2. Cæcilius iudex abſoluit iniuriarũ illum. Aliquando uerò cum ablatiuo: & id quidem uel ſine præpoſitione. Liuius libro ſecundo, Latæ de inde leges, quæ Conſulem regni ſuſpicione abſoluerent. Vel cum præpoſitione De. Cicero ad Quint. Frat. Druſus erat de præuaricatione à Tribunis ærarijs abſolutus. Vel cũ præpoſitione A. Idem pro Qu. Roſc. Vt ne Roſcium ſtipulatione alliget, neq; à Fannio iudicio ſe abſoluat. Cic.4. Verr. accuſatiuũ cum datiuo poſuit. Hic hominẽ (inquit) Veneri abſoluit, id eſt, quod ad Venerẽ pertinet, abſoluit eum. Et quoniam re ſemel inchoata, dum ea ad finẽ ſuum perducatur, quaſi impedita eſſe uidetur, fit ut Abſoluere pro rei finẽ imponere, ſeu perficere ponatur, ἀποτελῶ. Gel. lib.2. Septimæ ferè hebdomade, id eſt, nono & quadrageſimo die, totus homo in utero abſoluitur. Cic. Offic.3. Vt nemo pictor eſſet inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, abſolueret. Huc referri poſſunt & iſta. Plaut. Amphit. Curauit, uno ut fœtu fieret, uno ut labore abſoluat grumas duas, quod eſt, quaſi euadat. Et in Epid. Te abſoluam breui, id eſt expediam. Item pro Perſoluere, Terent. in Adelph. Ego ad forum ibo, ut hunc abſoluam. Id eſt, (ut Donatus exponit) ut hunc reddito pretio dimittam. Nam (inquit) uelut ligati ſunt, quibus debetur aliquid. Et pro Soluere. Plaut. in Mil. A matre illius uenio, ſi eſt itura, eat: Omnes moratur, nauim cupimus abſoluere.

Abſolutio, uerbale, pro liberatione à crimine, ἀπόλυσις. Cic. pro Font. Magna me hercule cauſa, iudices, abſolutionis, cũ cæteris cauſis hæc eſt. Et pro perfectione. Idem Virtus, rationis abſolutio definitur. Eſt quoq; apud Oratores (ut Cicero de Inuent.1. ſcribit) per quam omnia quæ incidunt in cauſam genera, amplectimur partitione.

Abſolutorius, a, um, Quod in abſolutione pertinet: ut, Tabula abſolutoria, Suet. in Auguſt. Non tantũ duas tabulas, damnatoriã, & abſolutoriã cognoſcentibus dedit, &c. Et Abſolutoriũ, rij, neu. gen. Remediũ abſoluẽs, ſiue liberans. Plin. lib. 28.ca.6. Clauum ferreum defigere, in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitiali, abſolutorium eius mali dicitur.

Abſolutus, nomen ex participio, id eſt, Perfectus. Cic. Quo fit ut uerã & abſolutã eloquentiã nemo aſſequatur. Vnde Abſolute aduerb. Cic.3. de Finib. Neceſſariò ſequitur omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè fortunatè uiuere.

Abſoluta, iuridicialis conſtitutio eſt ea, quæ ipſa in ſe non implicitè & abſconditè, ut negotialis, ſed patentius & expeditius, recti & non recti quæſtionem continet, αὐτίληψις. Author eſt Cic. lib.2. de Inuentione. Abſoluta plurali nu. à Iuriſconſultis dicuntur quæ lecta ſunt, & à partibus approbata & ſubſcripta. Vide Inſt. de contrahen. empti. & C. de fide inſtrument l. contractus.

Abſono, nas, penult. corr. n.p. Diſſono, malè ſono, ἀπάδω. Vide in dictione Sono.

Abſonus, na, num, pen. cor. Quod eſt parui ſoni, aut ſine ſono, uel non rectè ſonãs, ἄπαδος, Cic.1. de Orat. Sed ſunt quidã aut lingua ita hæſitantes, aut ita uoce abſoni. Apul. de Aſin. li.1. Ad hæc neſcio an caſu noſtro, an illius abſono clamore experrectus Socrat. exurgit prior, id eſt diſſono. Vnde p trãſlationẽ ponitur pro alienus, ſeu differẽs. Liu.7. ab urbe, Nec abſoni à uoce motus erant. Idem lib.1. Hæc fermè Romulo regnante domi militiæq; geſta, quorum nihil abſonũ fidei.

Abſorbeo, bes, bui, itum, & abſorpſi, abſorptũ. 2. ſ. dicitur, quaſi ſorbendo abſumere, & propriè de rebus liquidis. Plin. lib.11.cap.37. Araneus omnem humorem abſorbens, aridatem ampliat. Idem lib.22.cap.24. Lens optima, quæ facillimè coquitur, eaq; quæ maximè aquam abſorbet, hoc eſt conſumit. Transfertur autem & ad alia ut ſi dicas, Aqua nauim abſorbuit. Lucanus libro 4. Iam cumuli colles q; latent, iam flumina cuncta Cõdidit una palus, uaſtaq; uoragine mersit, Abſorpſit penitus rupes, ac tecta ſeparum Detulit. Item ad res incorporeas tranſumitur, ita ut idem ferè ſignificet quod perdo, deſtruo, conſumo, corrumpo: ut quum dicimus: Felicia adoleſcentulorum ingenia uoluptatum illecebris abſorberi. Cic.2. de legib. Sed antequam ad populares leges uenias, uim iſtius cœleſtis legis explana, ſi placet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ne æstus nos consuetudinis absorbeat, & ad sermonis morẽ usitati trahat. Idem, Sed hũc quoq; absorbuit æstus quidam insolitæ adolescentibus gloriæ.

Absque, Præpositio separatiua est, idem quod sine significans, ἄνευ, χωρίς. ut, Absq; pecunia difficilè uitam traducas. Absq; te esset, &, Absq; te foret: pro eo quòd uulgò dicimus, Ni si tu esses, locutio est Plautina & Terẽtiana. Plaut. in Bacch. Nam absq; te esset, ego illam haberẽ ad ingeniũ bonũ: nunc propter te, tuamq; prauus factus fiduciam: id est, nisi tu obstares. Terẽt. in Phorm. Nam absq; eo esset, rectè ego mihi uidissem, & senis essem ultus iracundiam: id est, si ad eum res nõ pertineret. Sic in prima persona. Plaut. in Menech. Nam absq; te fuissem hodie, nũquam ad solis occasum uiuerem. Alibi tamen Plautus, Si, particulâ addidit. Nã (inquit in Trinum.) exædificasset me ex ædibus, si absq; te foret. In hoc tamen Hecyrę Terentij, Quàm fortunatus sum cæteris rebus, absque una hæc foret. Absq; aduerbialiter uult poni Donatus, ut sit sensus, Nisi una hæc res esset.

Abstemius, a, um, ex abs, & temetũ, id est, uinũ: quasi sine uino. Sobrius sine (ut alij uolunt) ex Abstineo & Temetũ, id est, qui uino abstinet, ἄοινος, ἀβρόμιος. Ouid. Met. lib. 15. Clitorio quicũq; sitim de fonte leuarit, Vina fugit, gaudetq; meris abstemius undis. Varro de uita pop. Rom. lib. 1. Quantopere abstemias mulieres uoluerint esse, uel uno exemplo potest uideri. Gel. lib. 10. cap. 22. Qui de uictu atq; cultu populi Rom. scripserũt, mulieres Romæ, atq; in Latio ętatem abstemias egisse: hoc est, uino semper, quod Temetum prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt.

Abstentus, ti, m. s. à Cypriano ponitur pro excommunicato, cum ait: Qui non tãtùm ab his istis abstentus, sed abs te illic nuper de ecclesia pulsus est. Apud Iurecõs. significat qui ab hæreditate abstinuit. Aphricanus ad S. C. uel.

Abstergeo, es, ere. act. s. idem quod Abstergo, ἀποψάομαι, ἀποτρίβω. Plaut. in Asin. Tu labellum absterges potius, quã cuiquam illa suauium faciat palàm.

Abstergo, is, ere, absersi, absersum, Detergere, siue tergẽdo remouere, purgare q. Liuius 1. ab Vrbe, Inspectũ uulnus absterso cruore, omnia salubria esse. Transfertur ad animum. Cic. in Top. Tum exultantẽ lætitiã cõprimens, tum ægritudinem (dinè abstergens.

Absterreo, es, a. s. Terrore incusso amoueo, repello, prohibeo, ἀποτρέπω. Cic. 4. Verr. Vt iam uideamur non à pecunijs homines absterrere.

Abstineo, es, pen. corr. ex Abs, & Teneo, significat Tempero, contineo, cohibeo. ἀπέχομαι. Et iungitur cum accus. Terent. Non manum abstines maftigia? Aliquando cum ablatiuo sine præpositione, Iusti. lib. 1. Contentiq; uictoria, imperio abstinebant. Hor. lib. 3. Carm. cum genitiuo iunxit, Mox ubi lusit satis, Abstineto, Dixit, iratum. Plaut. in Amphit. pro Arcere posuit, Nunc quando factis me impudicis abstines, id est, Quoniam me arces & prohibes ab impudicitia.

Abstinetur. Impersonale. Liu. 5. ab Vrbe, Dictator edicere iubet, ut ab inermi abstineatur.

Abstinens dicitur, qui est suo cõtentus, uel nulla libidine præceps, maximè auaritia & impotẽti cupiditate. Ci. ad Q. Frat. Esse abstinentem, cõtinere omnes cupiditates, præclarũ est.

Abstinentia, est uirtus qua ab alienis abstinemus, nihil cuiquã eripientes, ἐγκράτεια, ἀπόχισις. Differt autem à continentia, quod hęc sit in uiro temperante, illa uerò in innocente, Sallust. in Iug. Cum strenuo, uirtute: cũ modesto, pudore: cum innocente, abstinentia certabat.

Abstinẽter, aduerb. Cic. in Sall. Modestè se gessit & abstinẽter.

Absto, as, abstiti, abstitũ, & abstatũ, significat longè sto, ἀπέχομαι.

Abstorqueo, uide Torqueo. (σκαμαι.

Abstraho, Quasi per uim, aut arte aliqua aufero, ἀποχωρίζω. Cic. lib. 1. Tusc. Certè si tunc occidissemus, mors non à malis, non à bonis abstraxisset. Huius contrarium est Attraho. Aliter usus est Cæs. 7. belli Gall. Bona ciuium Roman. diripiunt, cædes faciunt, in seruitutem abstrahunt. Hinc abstractus, a, um, Cic. Tusc. Abstractus à ratione.

Abstractũ, ab Abstraho, id dicitur quod ab alio trahitur, τὸ ἐξαφαιρούμενον τὸ κεχωρισμένον. Definitur uerò à Logicis hoc modo, Abstractum est quod significat formã aliquam, cum exclusione subiecti: ut Albedo. Concretum est, quod significat eãdem formam, cum hærentibus subiecti: ut Album: Concresco, quod significat cõiungor in aliqua re. Et aliter dicuntur Denominans & Denominatiuum, ut est apud Aristotelem in Antepræd.

Abstringo, is, ere, xi, ctum, Soluo. Liu. 3. Dec. lib. 4. Tanquã laxaret elatum pedem abstricto nodo, moratus turbam, &c.

Abstrudo, dis, pen prod. ex abs & Trudo, significat abscondo uel claudo, ἀποκρύπτω. Sed Ser. authore differunt: quod Abscondere, sit de industria: Abstrudere, à natura. Verg. 1. Georg. Vt uenis silicis abstrusum excuderet ignem. quæ tamen differentia non semper obseruatur. Plaut. in Prol. Aul. Atq; aulæ timens domo sublatam uarijs abstrudit locis.

Abstrusus, a, um, nomen ex particip. ἀποκρυφος, κρυφαῖος. ut, Abstrusæ insidiæ, id est, penitus latentes. Cic. 4. Aca. Sequitur disputatio copiosa illa quidẽ, sed paulò abstrusior. Abstrusus homo, qui secreta sua magnopere celat. Tacit. lib. 1. Annal. Hæc audita, quanquam abstrusum, & tristissima quæq; maximè occultantem Tiberium, &c.

Abstulit, ab aufero præteritum est, significatq; asportauit, ademit, eripuit.

Absum, ἄπειμι. ex Ab præpositione (quæ mutat significationem in dictionibus, & facit per σύνταριν significare) & Sum (id est, præsens existo:) significat non coram sum, disto, disiunctus sum: & tam ad rerũ carentiam, quàm ad loci & temporis interuallum referri potest: ponitur q; aliquando absolutè. Terent. in Eun. Domini ubi ab sunt. Aliquando cum præpositione A uel Ab. Sall. in Iugurtha, Neq; animus, neq; corpus à uobis aberit. Sic abesse ab urbe, Abesse ab domo, frequens est apud Ciceronem. Aliquando sine præpositione. Cic. de Natu. 2. Quòd Diana quũ in partu Olympiadis adesse noluisset, abfuisset domo, id est, ab æde sua. Liu. lib. 5. bel. Pun. Romana castra uiginti milliũ spatio aberãt. Ver. 11. Aeneid. Nec longis se inter passibus absunt. Aliquando cum dativo Cicero pro P. Syl. Vt mirari Torquatus desinat, me, qui Antronio abfuerim, Syllam defendere. pro, non adfuerim Antronio, siue non defenderim. Aliquando cum accusatiuo. Terent. in Heaut. Clam me profectus, menses treis abest. Cicero pro Plan. Qui quum abessent aliquot dierum uiam. Aliquando cum genitiuo, ut Abesse bidui, triduì. Cic. ad Attic. 10. Quum in castra proficiscerer, à quibus aberam bidui. subaudi itinere, uel aliquid simile. Aliquando cum aduerbijs, Lõgè, Procul, Multum, Paulũ, &c. Plaut. in Truc. Oues illius haud longè absunt à lupis. Cæsar diuisa compositione uerbum hoc duab. dictionibus extulit, Qui erat (inquit) ab oppido millia passuum circiter tria. pro, Aberat. Dicimus præterea, Culpam à nobis abesse, pro eo quod est uacare culpa. Itẽ, Culpam nostrã à re aliqua abesse, pro eodem: Cic. ad Cornificiũ, Ego certè Reip. nõ decro, & quicquid acciderit, à quo mea culpa absit, animo forti ferã.

Absens, ab Absum, sicut à Præsum, Præsens, ἄπων. Vlp. Absentem accipimus eum qui non est in eo loco quo petitur. Nõ enim trãs mare absentẽ desideramus. Etsi fortè extra cõtinẽtiam urbis sit, abest. Cæterum usq; ad cõtinentiã non abesse uidebitur, si loco latitet. Abesse aũt non uidebitur, qui ab hostibus captus est, sed qui à latronibus detinetur. Paulus, Abesse res uidebitur, si uestimẽtũ scissum reddatur, uel res corrupta reddita sit, ueluti sycophi collisi, aut tabula, rasa pictura: quoniã earum rerũ pretiũ non in substãtia, sed in arte sit positũ. Item, si eam dominus rem quæ sibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abesse, etiam si id postea ita esse sciret: quia uidetur res ei abesse cui pretiũ abest. Abesse etiam scribit Caius, quæ in rebus humanis nõ sunt. Quum autem dicimus absente nobis, & Præsente nobis, pro Absentibus & præsentibus nobis, Articorum fit mutatio: sicut, Aperite aliquis astutum, apud Terent. in Adel. & Plaut. in Amph. Nec nobis præsente quisquam aliquid ausi sunt.

Absumo, mis, psi, ptum, pen. pro. Profundo, omnino cõsumo & aboleo, ἀποδαπανῶ, διαστρέφω, καταλύω. Varius ac multiplex eius usus est. Cic. p Quint. Hortensius à me petit, ne dicẽdo tẽpus absumã. Liu. 10. bel. Pun. Lacessendo leuib. præliis diem absumpsit. Asco. Pæd. Adeò, ut in eius impẽsas opes suas absumpserit. Ter. in Heau. Nã ut alia omittã, pitissando modò mihi Quid uini absumpsit? Plin. Iun. in Epist. Vastissimum incendiũ multas priuatorũ domos, & duo publica corpora, quanquã uia interiacente, Gerusiã & Issum absumpsit. Dicimus etiam absumi ferro, ueneno, morte. Et Plau. in Mostel. Absumpti sumus: pro perijmus, & actũ est de nobis.

Absumedo, inis. Compositio, à uerbo Absumo, Plaut. Cap. Quanta Pernis pestis ueniet: quanta labes larido? quanta fumini absumedo?

Absurdus, a, um, Quod est dispar, diuersum, abhorrẽs, inconueniẽs, stultũ, deforme, odiosum, iniquũ, ἄπρεπες, ἄτοπος. Cic. in Læl. Auaritia uerò senilis, quid sibi uelit, nõ intelligo.

Potest

Potest enim quicquã esse absurdius, quàm quò minus uiæ restat, eò plus uiatici quærere?

Absurdè, aduerbium. Cic. de Finib. Idq; si ita dicit, non esse reprehendendos luxuriosos, si sapientes sint, absurdè dicit.

Absynthium, & absynthites, uide suprà absinthium.

Abundo, as, er ab & Vndo, ut quidã aiunt: unde fiunt Exũdo & Inundo. Est autem abundare, affluere, & suprà modũ quippiã possidere, ἐυθωῶν, ὑπερῶν. Tractũ ab amnibus, qui quo magis augentur imbribus, eò maioribus & crebrioribus undis eriguntur, Terent. in Phor. Amore abundas Antipho. Dicimus & Abundo pecunia, & pecunia abundat mihi. August. lib. Confess. Nam id furatus sum quod mihi abundat. Lucilius cum genitiuo iunxit, Quarum & abũdemus rerũ, & quarum indigeamus. Verg. lib. 4. Georg. absolutè, Rursus abundat fluidus liquor. Hinc abũdans, pro diuite, pecuniosо, potente, profluente.

Abundantia, Opulentia, satietas, copia, ἐυθωία, περισσία. Plin. lib. 20. cap. 1. Ad coercendam succi abundantiam.

Abundans, nomen ex participio, Idem significat, quod copiosus, ἐυθικῶν. Inde abundanter, aduerb. hoc est, copiosè, & cum quadam abundantia, ἐξαρκέντως. Cicero de Orat. De qua copiosè & abundanter loquantur.

Abundatio, onis, Idem quod exundatio, quum aquæ sese ripæ aut littoris limitibus non continet. Plin. lib. 3. ca. 15. Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia.

Abundè, aduerb. ab Abundo, Significat copiosè, sãtis superq; ἐξαρκέντως. Suet. in Cæs. Dict. Se iam pridẽ potẽtiæ gloriæq; abundè adeptum. Abũdè est, ἐξαρκέντως ἔχει. Verg. 7. Aenicid. Terrorum & fraudis abundè est. Quo in loco habet genitiuum ut cætera aduerbia quantitatis. Sallustius in Iug. sine casu posuit, Dein quòd parentes abundè habemus usitatius cum nominib. adiectiuis collocatur: ut eodem in loco, Abũ dè magna præsidia nobis in uestra amicitia fore.

Abuolo, penult. cor. Volando discedo, Anolo, ἀπίπαμαι. Cic. de Finib. Fluit itaq; uoluptas & prima quæq; abuolat.

Aburo, is, cuius participium est abustus, quæ uox Varronis est de lingua Latina.

Abusque, aduerbium, modò tempus, modò locum significans: est & poetica uox, pro Vsq; ab, Plautus in Amphit. Hæc illic est pugnata pugna abusq; mane ad uesperum. Verg. Siculo prospexit abusq; Pachyno.

Abutonon, Herba est Dioscoridi, quæ alio nomine Abrotonum uocatur, ἀβρότονον. Vide suprà.

Aburor, pen. prod. d. t. In usum consumo, ἀποδαπανῶ. Plautus in Asinaria, Vbi illa, quæ dedi ante? C. abusa: nã si ea durarent mihi, Mulier mitteretur ad te. Sæpius tamen in malã partẽ pro Perperam, sine nimis licenter utor, accipitur, Græcè καταχράομαι, ut fit quum utimur aliqua re contra id ad quod est instituta: ut si in templo negotia secularia tractemus, dicimur templo abuti. Cic. in Catil. Quousq; abutere Catilina patiẽtia nostra? Donatus. Vtimur cum honore, abutimur cum iniuria. Vtimur his rebus, quæ nobis utentibus permanent: Abutimur his quæ nobis utentibus pereunt. Ex quo usus χρῆσις, & Abusus καταχρησις, uidentur contraria: nam est usui ager, domus: abusui, uinũ, oleũ, & huiusmodi. Cic. in Topic. Non debet, inquit, ea mulier, cui uir bonorũ usum legauit, cellis uinarijs plenis relictis, putare id ad se pertinere: usus enim, non abusus legatus est. Per translationem uerò, Tempore & labore dicimur abuti, quũ frustra tempus in aliqua re magno cum sudore terimus, Terent. in Prolog. And. Nam in scribundis prologis operã abutitur, id est operam suam malè collocat. Vbi sciendũ quòd Abuti & ablatiuum habeat & accusatiuũ: ut Abuti aliqua re, uel Abuti aliquam rem, quod tamen antiquum est. Plaut. in Bacch. Nos aurum abusos. Abuti quoq; ueteres passiuè dixerũt. Varro apud Prisc. lib. 8. Vtile utamur potius quàm ab re abutamur.

Abusus, participium, in eadem significatione. Ibidem Hortensius, Abusis iam omnibus locis. Et apud Plautũ in exemplo citato, Vbi illa, quæ dedi antè? C. abusa. Id est utendo uel in usum consumpta.

Abusus, huius Abusus, de quo paulò antè dictum est.

Abusio, onis, eiusdem significationis: unde & apud Latinos & Rhetoras, figura dictionis, quam Græci καταχρησιν uocant, Abusio appellatur. Fabianus lib. 3. cap. 3.

Abusiuè, id est impropriè, & cõtra naturã, usũ, καταχρηστικῶς.

Abydena, n. f. Dicũtur futilia, ac nullo prorsum digna pretio, ἀβυδηνὰ, ἐπιφορήματα: quod Abydeni uolut molles & lasciui habebãtur: & quibus olim is mos fuerat, si quẽ ciuem aut hospitẽ acciperent cõuiuio, præterea in sacris ac solẽnibus epulis, ut post unguentũ & coronas, infantes à nutricibus inducerentur, circũferrẽturq; suauiãdi. Obstrepentibus igitur nutriculis & alijs incõditis clamoribus, minus suauc, ac gratũ reddebãt cõuiuiũ. Hinc factus est locus prouerbio, Abydena, uel Abydena bellaria: quo utimur: quoties res futiles & ineptas uolumus significare. Refertur à Suid. & Steph.

Abydocomæ, pen. corr. ἀβυδοκόμαι. Dicuntur sycophantæ à uerbo κομᾶν, quod est, efferri & parum modestè se gerere. Hoc enim nomine malè audiebant Abydeni, quòd insignes calumniarum artifices essent, eoq; sibi nomine placerent. Vide Cæl. Rhodig. lib. 26. cap. 21.

Abyrtace, Apud Mediæ populos erat edulii genus ex porro, cardamo, allio, granis mali punici, sinapi alijsq; nonnullis rebus confectum, ἀβυρτάκη.

Abyrtacopæi, dicũtur qui eiusmodi esculenta parant, ἀβυρτακοποιοὶ Vide Cælium Rhodig. lib. 27. cap. 13.

Abyssus, Propriè dicitur infinita aquarum congeries, quæ fundum non habent, ἄβυσσος: quasi ἄνευ βύσσου. Iones enim βύσσον dicunt ἀντὶ τοῦ βυθὸν. Augustin. tamen non solum de aqua, sed de quauis humida natura dici ostendit. Apud Græcos etiam adiectiuum est idem significans, quod fundo carens. Erat præterea Abyssus, sacellũ Persephones, in quo magna uis auri multis seculis erat congesta: unde nomen accepit ab infinita auri copia. Vide Suidam.

A C.

Ac, coniunctio copulatiua est, pro Et, siue Atq. καὶ: ut, Doctus ac iustus es. Aliquando aduerbium est, & accipitur pro Quam, ἤ ut, Haud secus ac iussi, faciunt. In principio sententiarũ cõnectendi uim habet. Cic. in proœmio 1. lib. de Orat. Ac primò quidem totius orationis ignari. Aliquando (sicut docet Donatus) significat Contrà quã. Terẽt. in And. Nescio quid tibi sum oblitus hodie ac uolui dicere. Ponitur etiã Ac, & Acsi, Post perinde, pro Ita: ut, Superbis perinde, ac si rex esses. Ac in compositione ponitur pro Ad, mutatione d literę in c: unt Accedo, Accipio, Accolo, In notis Antiquorum A. C. alius ciuis, AC. Actio, ACC. Acceptat, uel Acceperat. ACIN. Actionẽ. ACO. N. uel ACON. Actionem, uel actionũ. ACV. A claro uiro. ACVB. AVGG. A cubiculo Augustorum. A. CSL. A consulibus. AC. S. L. E. C. à consilijs suæ legationis, & ciuitatis, AC. MR. Ancus. Martius. A C. D. Q. T. P. actione dotis, quæ tibi petitur. A C. D. N. actione Domini nostri A. COSS. CI. A consulibus, uel à consiliarijs ciuitatis. AC. L. AQ. actione legis Aquiliæ.

Acabo, penult. corr. Animal multum ualens ui medica, in desertis Arabiæ.

Acalis, f. t. Fructus est in Aegypto nascentis fruticis, quem Dioscorides tamaricis semini non absimilem esse, & in aqua maceratum oculis mederi tradit, ἀκακαλὶς. Sunt qui à Minois regis filia nomen accepisse putent, quam Apollo uitiauit. Vide Ruell.

Acacia, f. p. Spina est, quæ in Aegypto nascitur, arboris in modũ fruticosa, nunquã se in rectũ attollẽs, flore cãdido, & semine lupino simili in folliculis cõtento: ex quo in pila cõtuso succus exprimitur, eiusdem nominis cum sua arbore, qui in umbra siccatus, mirũ in modũ astringit, ἀκακία. Est & alterum acaciæ genus, in Cappadocia Pontoq; proueniẽs, Aegyptiæ spinæ similitudine, lõgè tamen minus & tenerius, & folijs rutæ. Vtrumq; speciem uide apud Dioscoridem lib. 1. cap. 113. Meminit & Plinius lib. 24. cap. 12.

Acacus, Purus, innocens: minimè nersutus. ἄκακος. Inde Acacia, id est, innocentia, securitas ab omni terrore: in qua Philosophorũ nõnulli summũ bonũ cõstituerunt, ἀκακία.

Acæna, Virga erat longa pedes decem, qua agros demetiebantur: à Thessalis (ut scribit Apollonij interpres) primũ excogitata, ἀκαίνη. Sic dicta, ab ἀ priuatiuo, & uerbo καίνω, quod est, occido: eò quòd cædibus, quæ quotidie ob limitũ confusionẽ fiebãt, finem imponerent. Est etiã aratorũ baculus, quo boues suos extimulant. Vide Cæl. Rhod. lib. 7. ca. 290.

Acalanthis, ἀκανθὶς Suidæ, Auis est, quam alii Acanthidem, alij Carduelẽ uocãt. Vide Acãthis. Est præterea Acalanthis, canis nomẽ, dictum (ut putat Suid.) ἀπὸ τοῦ ἀκάνθου, hoc est, ab adulãdo cõcolori amplitudine. Vincit numero foliorũ marinã, quinquefoliorũ nõ excedentem, eodem odore superatur.

Acalyphe, ἀκαλύφη Herba est, quã nostri urticam uocant, dicta

dicta Acalyphe, teste Athenæo, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἁφήν, hoc est q̃ tactui non sit iucunda. Est etiã ex genere muscarum, apud Arist. de Animal. Itẽ piscis quoddã genus, quod & nostri Vrinã appellant. Plin. lib. 9. ca. 45. inter τὰ ζωόφυτα connumerat, hoc est inter ea quæ mediam habent naturam inter animantia & plantas. Vide latius in dictione Vrtica.

Acantha, ἄκανθα, Herba eadẽ est cũ acantho. Vide Acãthus.

Acanthaleuce, ἄκανθα λευκὴ, Herba est foliis aculeatis, & cãdidis maculis, uariegatis, quasi lacte conspersis: unde & Latini Spinã albã uocãt. Officinæ Punico nomine uocãt Redegarim.

Acanthauola, ἀκανθαβόλα, instrumenta Chirurgorum, spinis piscium educẽdis, quæ in gurgulione hæserunt, idonea.

Acanthiæ cicadæ, ἀκάνθιαι τίτθιγες, Prouerbium est, dici solitum de hominibus mutis: tractum à mutis quibusdam cicadis, quæ Achantiæ uocãtur, siue quòd eiusmodi iuxta Acanthum urbẽ inueniãtur, ut Stephano placet: siue (ut mauult Suidas) quòd tales sint, quę inter dumos et spinas uersantur.

Acanthica, f. p. masticha, μαστίχη ἀκανθινὴ, Lachryma helxines herbæ, de qua sic Plin. lib. 11. ca. 16. Helxine rara usu est, neq̃ in omnibus terris est: radice foliosa, ex qua media ueluti malum extuberat, contectũ sua fronde. Huius uertex summus lachrymam continet iucundi saporis, Acanthicen mastichen appellant.

Acanthion, siue **Acanthium**, thii, ἀκάνθιον, Herba est albæ spinæ similis, cuius meminit Plin. li. 10. cap. 12. his uerbis, Spinæ albæ similis est spina illa, quam Græci acanthion uocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & arenosa lanugine obductis: qua collecta etiam uestes quædã bombycinis similes fiunt in Oriente.

Acanthis, thidis, ἀκανθὶς, f. t. Auis stridula, quæ & Carduelis: ita dicta, quòd spinis carduis pascatur. Nam ἄκανθα, spina est, ἀκανθὼν spinetum. Plin. lib. 10. cap. 74. Et acanthis in spinis uiuit: idcirco & asinos ipsa odit, flores spinæ deuorãtes. Verg. li. 3. Geor. Littoraq̃ halcyonẽ resonãt, & acanthida dumi. Quo tamen in loco Pierius Acalãthida legẽdum contendit, itaq̃ in uetustissimis exẽplaribus legi asserit. The odorus Gaza pro Acanthide, uertit spinũ & Liguriũ, lib. Arist. 8. de hist. anim. cap. 3. Acanthis Callimacho est genus herbæ, quæ Latinè Senecio dicitur, teste Plin. lib. 25. cap. 13.

Acanthus, siue Acantha, ἄκανθα, ὁ ἄκανθος, Herba est quam officinæ à similitudine quã eius folia cũ anterioribus ursorũ pedibus habent, Brancã ursinã uocant. Plinius duo eius genera cõmemorat: quarũ alterũ aculeatũ facit, & crispũ: alterum leue, quod à quibusdã Pæderota uocari asserit, ab alijs Melamphyllum. Dictum autem uolunt Acanthũ ab Acantho puero in florem huius herbæ conuerso. Folia eius in columnarum epistylijs insculpi solent: unde & Marmorariam uocatam fuisse, author est Dioscorides. Solent quoq̃ pocula huiꝰ sculptura decorari. Vnde apud Verg. 3. Ecl. Damœtas pocula sua ab acãthi sculptura cõmendat, quũ ait, Et molli est ansas circum complexus acantho. Est præterea Acãthus, ἄκανθος, oppidum Macedoniæ, situm ad Isthmũ eius Chersonesi, in qua est Athos mons. De hoc Plin. lib. 5. cap. 11. Itẽ alterum eius nominis oppidum in Aegypto, trecentis uigintì stadijs distans à Memphi: de quo uide Steph. Item tertium in Asia ad Ninum fluuium: quod olim Dulopolis dicebatur. Vide Plinium lib. 5. cap. 28.

Acapna, ἄκαπνα, n. f. Dicuntur lingna sicca, quæ igni admota & flammã facilè concipiunt, & quàm minimum edunt fumi. Vnde & nomen habent, ab ἀ priuatiuo, & καπνὸς fumus. De lignis eiusmodi uidetur intellexisse Cato de re Rust. cap. 130. his uerbis, Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito: perbibant bene, ita neq̃ fumosa erunt, & bene ardebunt.

Acapnon, ἄκαπνον, Mellis optimi epitheton est, quod ex fumo uitium non contraxerit. Vide Plin. lib. 11. cap. 16.

Acapnos, ἄκαπνος, maiorana. Dioscor. lib. 3. cap. 46

Acaros, ἀκαρὸς, Frutex est aculeatus, qui & Oxymyrsine, & Chamæmyrsine, & Latinè Ruscũ appellatur. Vide Ruelliũ.

Acarpia, ἀκαρπία, Fructuum priuatio dicitur: καρπὸς enim fructus est.

Acarpos, m. f. ἄκαρπος, Latinè infructuosus.

Acarus, ri, ἀκαρὸς, Tineæ genus in cera nascens, quod omnium animalium minimum esse existimatur. Ex Aristotele li. 5. de Histor. animal. cap. 32. Dicitur à Græco ἀκαρὴς, quod est inuisibile & insectibile.

Acatalectos, ἀκατάληκτος, & Acatalecticus uersus, cui nulla syllaba deficit: cuĩ opponitur Catalecticus, cui una deest syl

Acatalepsia, ἀκαταληψία, cum accentu in penultima, Latinè incomprehensibilitas dicitur.

Acatalis, ἀκαταλὶς, parua Iuniperus.

Acatera, ἀκατέρα, Iuniperus magna.

Acatia, ἀκατία, spina cuius semen lenticulæ simile, minor est tamen & grano & folliculo.

Acatium, ἀκάτιον, Genus nauigii actuarii. Plin. lib. 9. ca. 10. Aliam sibi in Propontide uisam esse conchã Mutianus prodidit, acatij modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata. Iul. Pollux scribit Acatium uelũ in naui maximũ esse, sicut minimum Dolonem, & tertium quod retrorsum panditur, Epidromum. Lege Bayfium de re nauali.

Acaustos, ἀκαυστὸς, Latinè Minimè ustus dicitur: nã καίομαι est ardeo, καῦμα calor intensus.

Accanto, as, aui, are, Iuxta cantare, παροιδέω. Statius 4. Syl. Sumo animum, & magni tumulis accanto magistri.

Accedo, is, pen. prod, Aduenio, appropinquo, παραγίνομαι. Constructionem eandem habet, quã reliqua uerba quæ motum ad locum important: nimirũ in nominib. proprijs oppidorum aut pagorum accusatiuũ, sæpius nulla præcedente præpositione: in reliquis, accusatiuũ cum præpositione. Cic. 12. Phil. Poterõne Ariminum tuto accedere? Terent. in Andria, Ad flammã accessit imprudentius. Per translationem sæpè pro assentiri, probare, recipere ponitur, ut Accedere sententijs, Accedere ad cõditiones alterius. Terent. in Prol. Phor. Voluntas uestra si ad poetã accesserit, hoc est si poetæ faueritis. Græcè συγκατατίθεσθαι dicitur. Interdum similitudinem quandam denotat, uel æqualitatem, ut, Hoc adillud accedit, id est, simile est. Et cum dativo. Cic. in Brut. Antonio Philippus proximus accedebat. Aliquando accedere in tertijs duntaxat personis incrementum importat, ut idem sit, quod addi uel adiungi, ut quum dicimus, Accedit ad hæc, pro adiungitur ad hæc. Et in hac significatione iungitur aut dativo. Cic. Attico, Dolor accessit bonis uiris: aut accusatiuo mediante præpositione Ad, Ibidem, Ad calamitates hoc quoq̃ malum accedit. Aut aduerbijs Huc, Eò, Eodẽ, & similibus: ut accedit huc, Eodem accedit. Interdũ etiam prorsus absolutè. Cic. de Orat. Accedit, ut ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit.

Accessus, m. q. Ab accedo, pro Aduenio.

Accessio, f. t. ab accedit, Adiungitur, Adiectio & incremẽtum, προσγίνεται quorum contraria sunt Recessus, & Decessio. Seneca, Magna reb. nostris facta erat accessio. Inuenitur etiã Accessio pro aduẽtu, sicut Decessio pro recessu. Ci. 1. Offic. Eorũ neq̃ accessione uitam meliorem fieri, neq̃ decessione peiorem. Accessio in febribus dicitur morbi ipsius exasperatio, quum scilicet redeunte malo ad pugnam irritatur naturæ uis. Græci Paroxysmon, παροξυσμὸν dicunt.

Accelero, ras, penul. corr. n. p. Propero, festino, celeriter ago, σπεύδω, ἐπείγω. Cic. in Catil. Aurelia uia profectus est: si accelerare uolent, ad uesperam consequentur.

Acceleratio, nerbale, Festinatio, properatio. Author ad Heren. Continuatio est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.

Accendo, dis, di, sum, act. t. Ex Ad & Cando, a in c, mutata: quemadmodũ à Mando fit Cõmendo. Neq̃ enim fit à Candeo (ut quidã malè crediderunt) quod habet significationẽ neutralem, Accendo uerò actiuã. Neq̃ rursus à Cendo: quod nusquam legitur. Sequitur igitur simplex esse Cando: quod licet hodie in usu non sit, ex neutro tamen eius Cãdeo, constat olim fuisse usitatum. Postulat enim analogiæ ratio, ut quemadmodum ab actiuo Albo fit neutrũ Albeo, à Duro, Dureo, à Pendo Pẽdeo, ita ab eo quod est Cãdo, deducatur Candeo. Est autem accendo, ignem excito, inflammo, ἅπτω. Cic. in Pisonem, Ego faces iam accẽsas ad huius urbis incendium extinxi. Item illuminare. Idem in Somnio Scipionis, Luna radijs Solis accensa. Per translationem significat Animare, & instigare. Ver. 6. Aeneid. quo non præstantior alter Aere ciere uiros, Martemq̃ accendere cantu.

Accensi, in. f. (ut Marcell. scribit) Genus militiæ erat administrantibus proximũ. Dicti quod necessarias res sæpius accirentur, ueluti accersiti. Festus uerò scribit fuisse, qui in locũ mortuorum militum subrogantur, & ad accessum adijcebantur. Idem li. 1. Adscriptitij, ueluti quidã scripti dicebantur, qui supplẽdis legionibus adscribebãtur, hos & Accẽsos dicebãt. Sed Varr. rectius sentire uidetur, qui docet Accẽsos ministratores fuisse magistratuũ: ab acciẽdo dictos, id est uocando. Nam Accẽsus instar præconis acciebat iussu Cõsulis

Quirl-

Quirites ad concionem. Plin. lib. 7. Post aliquot annos adie ctus est & meridies, Accenso Consulũ id pronunciante. Erãt singuli Præsidibus prouinciarũ Accensi. Quod munus nemi ni, nisi libertis deferebatur, sicut scripsit M. Cic. ad Q. Frat. cuius uerba sunt hęc, Accensus sit eo etiã numero, quo eum maiores nostri uoluerũt, qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris, non temere, nisi libertis, deferebãt. Asconius autem sic habet, Accẽnsus, est nomen ordinis & promotionis in militia: ut nũc dicitur princeps, uel cõmentari ensis, aut cornicularius. Accẽsi & præconis officia in hoc cõueniebant, q uterq; ad imperium nutumq; Consulis, Præsidisue præsto esset: uerũ in hoc differebant, quòd Præco ad comitia populũ aduocabat, Accensus ad concionem.

Accentus, m. q. Dicitur quasi Adcantus, hoc est iuxta cantum: quia ad cantilenã uocis nos cognoscere facit syllabas. Græci προσῳδίαν dicunt, quòd προσάδηται τῶν συλλαβῶν. A Latinis etiam Tonus, & Tenor uocatur: quia ibi sonus crescit & desinit. Definitur à quibusdã, q sit anima uerborũ: ab alijs quòd sit uox syllabæ. Hos ueteres nunc Moderamenta, nunc Accentiunculas, nunc Voculationes appellant. Sunt autem tres accentus: acutus, grauis, & circunflexus: Acutus ὀξεῖα προσῳδία, dictus est quòd acuat et erigat syllabam: Grauis, βαρεῖα προσῳδία quòd deprimat, et deponat: est enim cõtrarius acuto: Circũflexus, περισπωμένη προσῳδία, qui ex acuto & graui constat: incipiẽs enim ab acuto, desinit in graue. De his Fabius lib. 1. Priscianus & Tortellius.

Accepso, Veteres pro acceperim dixere. Pacunius, Haud sinam quicquam profari, priusquam accepso quod peto.

Acceptabulum, Vide paulò pòst Acetabulum.

Acceptilatio, Acceptio, Accepto, Acceptor, Acceptus, uide Accipio.

Accerſio, sis, ire, act. quartæ coniug. significat Voco, aduoco, ad uocandum eo. μεταπέμπω. Liu. 3. Placere ita q patrem accersire. Sal. in Iug. Postremò Syllam accersiri iubet. Ponitur etiam pro accusare. Cic. 2. de Inuent. Quidam capitis

Accerſo, sis, siui, situm, μεταπαλέω. Et Arcesso, sis, ambo t. cõiug. quę significãt euocare, seu ad uocandũ ire. Actũ enim corporis denotãt, sicut cætera in so, terminata: sed in præterito, nõ aũt in præsenti, sunt quartæ, quæ propterea desyderatiua à Grãmaticis dicuntur, q nunquã ferè eorũ uerborum actus sine desyderio fiãt. Ter. in An. Obstetricem accerso. Fit aũt Accerso ab Accio: Arcesso uerò ab Arcio, q idẽ est: quũ apud Antiquos (ut Prisc. inquit) Ar p Ad poni consueuerit, Aruenas, Aruẽtores, Aruolare: p Aduenas, Aduentores, Aduolare dicẽtes. Vnde ostẽditur rectè Arcesso dici ab Arcio, quod nos Accio dicimus. Claud. lib. 3. Iupiter interea cunctã Thaumãtida nimbis Ire iubet, totosq; deos arcessere mundo. Apud Verg. tamẽ li. 4. Georg. p attraho ponitur. Hinc pecudes, armenta uiros, genus omne ferarum, Quẽq; sibi tenuẽis nascentẽ arcessere uitas. Accipitur interdũ pro accuso, κρίνω. Sall. in Iug. Quos pecuniæ captæ arcessebãt, delicta patefierẽt. Ci. in. Ver. Act. 3. Quòd tũ magis inuidioso crimine, quã uerò accerseretur. Et paulò pòst, Qui erit tam demẽs, qui post quinquẽniũ statuarũ nomine accersatur?

Accerſitus, ta, tum, participiũ, Vocatus. Ci. 2. de Orat. Etenim cauendum est, ne accersitum dictum putetur.

Accerſitus, us, substant. Cic. 2. de Nat. Deor. Nam cum ferijs Latinis ad eum, ipsius rogatu, accersitu q uenissem.

Accerſitor, oris, m. t. Vocator. Plinius Iunior, epist. 101. Altius libi otium, & pinguius, eoq; securius: nulla necessitate togæ, nemo accersitor ex proximo.

Accído, pen. prod. ex Ad et Cædo, significat attenuo, circũcido, exhaurio. ἐκτρυχῶ. Liuius 1. ab Vrbe, Ita prælio uno accidit Vestinorum res, ut ne uallo quidem freti in oppida dilaberentur. Idem, Quanquam accisa res eorum satis constabit, id est, ἐκτετρυχωμένας, κατεναλωμένας. Verg. 7. Aeneid. Accisis coget dapibus consumere mensas.

Accído, dis, pen. cor. Ex Ad et Cado. Quasi ad, id est iuxta, aliquid cadere, συμπίπτω, προσπίπτω. Suet. in Cæs. Lucullo, tantum calumniarum metum iniecit, ut ad genua sibi accideret. Ci. At. 1. Ad pedes omnium singulatim accidente Clodio. Iureconsulti usurpant pro mori, πάσχω. ut, Si quid filio meo acciderit, N. seruus meus hæres esto, id est, si filius meus mortuus fuerit. In tertia persona significat præter spem uenire: & hoc tam in bonum quàm in malum. Terẽt. in And. Interea aliquid acciderit boni. Cic. de Amicit. Nihil mali accidisse Scipioni putandum est. Ponitur etiam ab-

solutè, sequente particula Vt. Cic. 3. Ver. Accidit, quum iste à Cn. Dolabella efflagitasset ut se ad regem Nicomedem, regemq; Sadalam mitteret, ut illo itinere ueniret.

Accidens, τὸ συμβεβηκὸς. m. t. Vox est Dialecticis usitata, pro qualitate quæ adest, & abest, præter subiecti corruptionem. Aliter definitur, Accidens est terminus uniuocus prædicabilis de pluribus in eo quòd quale accidẽtale non cõuenibili ter. Quint. lib. 5. cap. 10. Causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera sunt rerum accidentia.

Accidentia, æ. Verbale ab accidit. Plin. lib. 32. cap. 1. Esse uerò illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam appositò occurrit exemplo.

Accieo, accies, acciui, accitum, penultima breui: μεταπέμπω προσκαλέω. Verbum rarũ, idem significãs quod Accio. Plautus in Milite, Vos modò curate, ego illum probè iam oneratum huc acciebo.

Accingo, gis, xi, ctũ, act. t. ex Ad et Cingo, significat instruere, armare: atq ferè cum ablatiuo iungitur: ut, Accingere se armis, ferro, ense, &c. Verg. 2. Aen. Atq omnis facibus pubes accingitur atris. Interdum aggredi uel præparare. Habet aũt uel datiuũ. Verg. Aen. 1. Illi se prædę accingunt. Idem lib. 7. Accingunt omnes operi. Vel accusatiuum. etiam in passiua significatione. Idem Aeneid. 4. Magicas inuitam accingier artes: p, ad illas discendas præparari. Vel accusatiuũ cũ Ad uel In. Liuius, Proinde in hoc discrimen, si iuuat, accingere, id est, ad hoc periculũ subeundum te para. Idem, Quin igitur ad hoc accingeris? id est, Cur hanc rem non aggrederis? Vnde Accinctos uocamus, industrios, paratos, expeditosq: contrà Discinctos, ignauos, incomptos, negligentesq.

Accino, is, ere, accinui, accentum, ex Ad, et Cano, προσάδω. Hinc accentus, us, ui, προσῳδία. de quo suprà.

Accio, cis, ciui, uel cii, accitũ, pen. prod. ac. q. Ex ad et cio, significat aduoco, προσκαλέω. Iude Accitus, aduocatus. Verg. lib. 11. Aen. Spem si quã accitis Aetolum habuistis in armis. Accitus, tus, ui, Ver. Aen. 7. Regius accitu chari genitoris ad ur

Accipio, pis, Capio, λαμβάνω. Quanquã ab inu- (bem. cem separantur, sicut in dictione Capio dicitur. Multi & narij usus est hoc uerbum. Interdũ enim est audire. Cic. in Catone, Accipite ueterem orationem Architæ. Interdũ sentire. Ter. in Heaut. Clinia, aliter de amore tuo, atq est, accipis. Interdum cognoscere, intelligere. Cic. 1. de Nat. Deor. Quum M. Catonem Græcas literas in senectute didicisse acceperim. Interdum concipere. Verg. lib. 8. Aen. alij uentosis follibus auras Accipiunt, reddunt q. Interdum recipere. Lucil. Sic inquam ueteratorem illum ueterem lupũ Annibalem acceptum. Interdum tractare, tam in malũ quã in bonum. Terent. in Adelph. Ego abs te miseris sum acceptus modis. Cic. Roga ipsum quemadmodum ego eum Arimini accepi. Accipere nomen, pro eò quod uulgus dicit, recipere ad monstrã, Liuius 1. Bel. Pun. Itaq si suum nomen Dictator acciperet, se comitijs interfuturos dicunt. Dicimus etiam Accipere conditionem, colorem, fœdera, libertatem, &c. Huius compositum est Præaccipio.

Acceptus, nomen ex participio, gratus, uel iucundus, χαίρων. 1. Bel. Gal. Maximè plebi acceptus erat. Acceptũ, accepti, absolutè, dicitur quicquid ab alijs accipimus seu dono, seu mutuo, seu alio quouis modo. Plaut in Truc. Hic ratio accepti scribitur. Antitheton eius est, Datum, siue expensum. Vnde Tabulæ accepti & expensi dicebantur libri mercatorũ in quos referebãt tã ea quæ accepissent quàm quę expendissent. Cicero pro Roscio Comœdo. Si tabulas Fannius accepri & expẽsi profert suas, in suam rem suo arbitratu conscriptas, quo minus secundum illas iudicetis, non recuso.

Acceptum refero.

Acceptũ ferre, Habeo pro accepto, & fateor me accipisse, etiã si non acceperim, προστίθημι, ἀναγράφομαι, ἀφίημι. Tracta est loquẽdi figura à negotiatoribus, qui in rationes suas referũt quicquid acceperint. Frequentius tamen est apud probatos scriptores in eadẽ significatione, Acceptũ referre: de quo plura suo loco sumus dicturi. Hinc fit Acceptilatio: de quo sus-

Accepto, as, are, frequentatiuum ab accipio: Significat (præcat accipere soleo. Plaut. In Pseud. P. Quid dubitas dare? H. Tibi ego dem? P. Mihi hercle uerò, qui res, rationesq; heri Ballionis curo, argentum accepto.

Acceptio, uerbale ab accipio. ἄψις, Cic. in Top. Nam neq; deditionem, neq; donationem, sine acceptione intelligi posse.

Acceptor, aliud uerbale. Plaut. in Trinum. Qui illorum uerbis falsis acceptor fui.

Acceptrica, cæ. Plau. Truc. Des quãtũ uis, nusquã apparet neq; datori, neq; acceptricę. A uerbali Acceptrix, uidetur formasse

Acceptu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Acceptilatio, ἄφεσις. Eſt liberatio (ut docet Modeſtinus) quæ fit per interrogationem & reſponſionẽ, qua utriſq; cõtingit ab eo nexu abſolutio. Vt ſi dicã, Quicquid tibi per ſtipulationem promiſi, uel ex ſtipulatu debui, habesne acceptũ? Et tu reſpõdeas, Habeo, acceptumq; fero: id perinde eſt, acſi accepiſſem abs te per ueram ſolutionẽ. Apocha uerò (inquit Vlpianus) non aliàs, quàm ſi pecunia ſoluta ſit, appellari poteſt.

Accipiter, pen. cor. ἵεραξ. Genus eſt ad aues omnes rapaces: cuius ſpecies ſunt ſexdecim: præcipuè tamẽ ſunt, Buteo, Triorchis, Aeſalon: de quibus uide Plin. lib. 10. cap. 8. Dictus eſt ab accipiendo, hoc eſt à rapiendo. Terent. in Phorm. Non accipitri tenditur neq; miluio.

Accíſſo, ἀκκίζω. Veteres dixerunt pro inceptire, delirare, uel inſanire: item pro diſſimulare ea quæ maximè cupimus. Vtrumq; tractũ eſt à moribus Accíſs aniculæ adeò ineptæ atq; deliræ, ut & cum imagine ſua in ſpeculo reddita, tanquã cũ altera muliere colloqueretur, & ueſtes nõdũ pertextas, à tela ſoleret detrahere atq; induere. Illud etiã in moribus habuit peculiare, ut recuſaret quod maximè cupiebat. Vnde ab eius quoq; nomine Acciſmũ dictũ uolũt ἀκκισμὸν, fictam diſſimulationem, quã ſcilicet, quæ maximè cupimus, nos uelle diſſimulamus. Vide Olympiodorum, & Eraſmũ in Adagijs.

Acclamo, as, are pen. prod. act. p. Eſt exclamare, uocẽ efferre. ἐπιφωνέω. Cic. pro Cecin. Populus cũ riſu acclamauit ita eſſe. Credo te ex acclamatione Clodij, &c.

Acclamito, frequentatiuum. Plaut. in Amphit. Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat.

Accline, adiectiuum, n. t. pen. prod. Dicitur ſtrictum, incuruatum, incenſe, humile ἐπικλινὴς. Et propriè in deſcenſu dicitur. Hieronymus: Scabellum accline, & ex una parte obliquũ. Dicitur & acclinus, na, num, ſicut & interclinus: quo uſus eſt Ambroſius in Egeſippo. Ciuitas, inquit, prærupta undiq; propè erat interclina rupibus.

Acclino, nas, pen. prod. act. p. Ad aliquid flecto, inclino. ἐπικλίνω. Liu. 4. ab Vrbe, Haud grauatè acclinaturos ſe ad cauſam Senatus. pro, Aſſenſuros cauſæ Senatus.

Accliuis, ſiue Acclivus, ua, uum, per u, pen. prod. Quod eſt leniter erectum, & acuminatum: ac propriè de aſcenſu dicitur, quaſi incliuum, acuminatum, & pẽdulum ſurſum. πρόκλυτος, ἐπάντης Cic. Q. fratri, Ea uiæ pars ualde acclíuis eſt. Huius contrarium eſt Decliue, ſiue declíuum, quod eſt inclinatum, atq; incuruum, pendulum deorſum.

Accliuitas, Loci facilitas in aſcenſu. Cæſar, Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebatur.

Accludo, dis, pen. prod. Vide in dictione Cludo.

Accolo, lis, penult. corr. Apud, ſiue iuxta colo. παροικέω. et de aquis montibusq; dicitur. Liu. lib. 4. Hi dimiſſis circa omneis populos legatis, qui Hetruſcũ mare, quiq; Tyberim accolunt ad frumentum mercandum. Plin. lib. 4. Perſe Rubrũ mare ſemper accoluere. Et lib. 3. cap. 1. Accolitur dextra læuaq; crebris oppidis.

Accola, pen. cor. Vicinus, ab accolendo, id eſt iuxta habitando dictus. πάροικος. Accola montis, qui prope mõtem habitat. Accola Padi, Accola campi: qui iuxta Padum, iuxta campũ habet domum. Liu. lib. 1. Paſtor accola eius loci, nomine Cacus ferox urbibus.

Accomodo, das, penul. cor. Adhibeo, adopto, aptè colloco. ἁρμόζω, συμβιβάζω. Cic. lib. 2. de Orat. Africano illi ſuperiori coronam ſibi in conuiuio ad caput accommodanti. Idem lib. 1. Offic. Qui ſe ad rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodauere.

Accomodatus, id eſt aptus, ἐπιτήδειος. Cicero in Orat. contra Rull. Numeri ſingulis orationis generibus accomodati.

Accõmodatè, aduerbiũ. Idem ſignificat quod Aptè, ἐπιτηδείως. Cicero. 5. Verr. Primum oratoris officium eſſe, ad perſuadendum accommodatè.

Accõmodatio, onis, f. t. Ipſe actus accõmodandi, ἐπιτηδεύσις. Cic. 1. de Inuen. Elocutio eſt idoneorum uerborũ & ſententiarum ad inuentionem accommodatio.

Accommodus, a, um, Idem quod accommodatus, aptus, idoneus. ἐπιτήδειος. Verg. 11. Aeneid. Eſt curuo anfractu uallis, accommoda fraudi.

Accredo, dis, pen. prod. Ex Ad et Credo, uidetur ſignificare ad id quod creditur accedo: ſicut Aſſentio ſiue Aſſentior, ad ſententiam accedo. πιστεύω. Col. lib. 2. Idq; etiam non ſpernendus author rei ruſticæ Saſerna uidetur accredidiſſe. Horat. l. 1. Epiſt. ad Vallã, Scribere te nobis, tibi nos accredere par eſt.

Acceduo, duis, obſoletũ uerbũ, Idem quod accredo, Plaut. Neq; diuini, neq; humani mihi poſthac quicquã accreduas.

Accreſco, ſcis, n. t. uide in dic. Creſco. ἐπιγίνομαι, ἐπαυξάνομαι. Accretio, onis, Incrementũ, Ipſe actus accreſcendi. Cic. 1. Tuſc. Lunam accretione, & diminutione luminis, &c.

Accrementum, ti, Idem quod incrementum. ἐπαύξησις. Plin. lib. 9. cap. 2. In mari aũt tam latè ſupino, mollíq; ac fertili accremẽto, accipiente cauſas genitales è ſublimi, ſemperq; patiente natura, pleraque etiam monſtrifica reperiuntur.

Accubo, penult. corr. Iuxta cubo, adiaceo. παράκειμαι. Suet. in Cæſ. Theatrum ſummę magnitudinis Tarpeio monti accubans. Aliàs ſignificat diſcumbo, κατακλίνω.

Accubatio, uerbale, Cicero de Senect. Accubatio epularis amicorum. Idem in Officijs, Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio.

Accubitum, ti, n. ſ. ſiue Accubita, te, Lectus in quo cubatur interdiu. ἀνακλιντήριον. Vnde apud Lampridium de Commodo ſcribitur, quod non accubuit, niſi in accubitis quæ pilũ leporinum habuiſſent, aut plumas perdicum ſubalareis. Hæc alio nomine dicuntur Anaclinteria. Hinc accubitalia dicuntur ſtragula, quibus hoc genus lectuli ſolent operiri. Vide Cælium lib. 26. cap. 29. & lib. 27. cap. 15.

Accubitus, huius accubitus, Ipſe accubandi actus ἀνάκλισις. Pli. li. 18. c. 2. Pleriſq; hominũ triclinijs, accubitu iere p lectos.

Accudo, is, penul. prod. Cudendo addo, et propriè de pecunia dicitur, ἐπιτάπω, ἐπιβάπω. Plaut. in Merc. Tres minas accudere etiam poſſum, ut triginta ſient.

Accumbo, bis, propriè. Adiaceo, iuxta cubo. παράκειμαι. Et in hac ſignificatione ferè habet datiuum. Eſt etiam accumbere menſæ, aſſidere ſumendi cibi gratia, uel conuiuio interesſe. κατακλίνομαι. Cubabant etiam antiqui ueſcentes. Cic. Pæto, Accubueram hora nona, quum id literarum exemplũ in codicillis exaraui. Dicitur & Accumbere epulis. Cic. pro Murena, Qui quotidianis epulis in robore accumbunt.

Accumulo, las, penul. corr. Amplifico, et quaſi ad cumulũ addo, ἐπισωρεύω. Plin. lib, 10. cap. 19. Feruentibus enim locis accumulat æſtate radices.

Accumulatio, uerbale, apud Plinium libro 17. cap. 26.

Accumulatè, aduerbium. Author ad Heren. Vt pro tuo in nos officio, & noſtro in te ſtudio, munus hoc accumulatiſſimè tuæ largiamur uoluntati.

Accuro, ras, pen. pro. et per ſimplex r. Significat ſtudioſè et diligẽter curo, ἐπιμελέομαι. Plaut. in Bacch. Eho, pẽſum meũ lepidè accurabo. hoc eſt curabo ut efficiã q mihi mãdatũ eſt. Cic. de Inuẽt. Melius accurãtur, quæ ſine cõſilio adminiſtrantur.

Accuratus, Magna cura factus, ἐπιμελής. Gellius de Demoſthene, Cultu corporis nitido, uenuſtoq;, nimisq; accurato fuiſſe. Liu. 4. Belli Maced. Sed oratione etiam longa, & accurata inſectatus ſit rogationem noſtram.

Accuratè, aduerb. diligenter. ἐπιμελῶς. Cicero ad Brut. Literis tam accuratè ſcriptis.

Accuratio, ἐπιμέλεια. Cic. de clar. Orat. At inueniendis componendisq; rebus mira accuratio.

Accurro, ris, per duplex rr. προστρέχω. Vide in dictione curro.

Accuſo, ſas, pen. prod. a. p. frequent. eſt ab Accudo, ſicut docet Priſcianus. Componitur enim ex Ad, & Cuſo, quod à Cudo deducitur. Ex quo compoſita Incuſo, Excuſo, & Recuſo. Quanquam non deſint, qui dicant Accuſo ex Ad, & Cauſa, ſeu Cauſor componi. Sed magis audiendus eſt Priſcianus: quia magis commoda fit compoſitio à Cuſo, frequentatiuo uerbi Cudo, quod Cuſum ſupinum facit. Eſt autem Accuſare propriè (ut ait Valla) apud iudicem, uel aliũ, & aliquando apud illum quem accuſes, offendere aliquem peccaſſe. κατηγορέω. Terent. in Prolog. Andriæ: Qui quum hoc accuſant, Næuium, Plautum, Ennium accuſant. Dicimus autẽ, Accuſo te illi, apud illum, uel coram illo magni ſceleris, aut de magno ſcelere. Cic. 4. Verr. Is apud C. Sacerdotem rei capitalis accuſatus. Idem Att. lib. 4. Non committam poſthac ut me accuſare de litterarum negligẽtia poſſis. Idem pro Sext. Roſcio, Sexcenti ſunt, qui inter ſicarios & de ueneficijs accuſantur. Id obſeruatum ferè comperi, nomen exprimi genitiuo, quod minus ablatiuo poneretur: ut, Te accuſani homicidij, alioq; nefario ſcelere. Incuſare uerò, eſt alterius mores reprehendere: & pleruncq; cum querela, quòd ab illo iniurijs affectus, ἀπαθῶς. Qui dixerũt incuſare, de maioribus dici. Accuſare de paribus, uel minoribus, cõuincuntur cõtrarijs authorũ teſtimonijs. Cæſ. primo Com. Omnium ordinum adhibi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

adhibitis ad id consilium centurionibus, uehemẽter eos incusauit. Diomed. Incusante Cicerone, Catilina cõuictus est. Corn. Tacit. Intemperiem cœli incusantes.

Accusator, uerbale, Qui accusat, κατήγορος. Quintil. li. 4. cap. 2. Quæ quum accusator suspiciosè narret, &c. Et accusatrix. Accusatio, κατηγορία.

Accusatorius, Quod ad accusationem pertinet, κατηγορικός: ut, Liber accusatorius, in quo continẽtur accusationes. Cic. pro Cluent. Non accusatorio animo, non ostentatione aliqua, aut gloria adductum.

Accusatoriè, aduerbium. κατηγορικῶς. Cic. 4. Verr. Ne quis hoc me magis accusatoriè, quàm liberè dixisse arbitretur.

Accusatiuus, ua, uum, Per quod quis accusatur, κατηγορικός Vnde accusatiuus casus dictus est, quia per hunc uel accusare, uel laudare solemus. Dicitur etiam Incusatiuus, uel Causatiuus, & Laudatiuus.

Ace, Vide Aca.

Acedia, ἀκηδία, Latinè pigritia, tristitia, tædium, anxietas.

Acentra, ἄκεντρα, Dicũtur, quæ sunt sine aculeis, centrisúe, id est punctis.

Acenteta, quæ et Acentra, dicuntur gemmæ, quæ lenes sunt, & mucrones non habent: quasi sine punctis centrisúe. Plin. lib. 37. cap. 2. de crystallis, Quæ uerò sine uitio sunt, puras esse malunt, Acenteta appellantes Herm. Barb.

Aceo, aces, acui, Acidus sum, Acorem sapio. ὀξύω. Cato de re Rust. Vini quadragenæ urnæ dabuntur, quod neq; accat, neque muceat. Vnde compositum Coaceo.

Acidus, a, um, adiectiuum, ὄξινος.

Acesco, scis, Acidus fio. ὀξύω. Hieronymus ad Furiam, Egesti acescentcis & morbidos cibos, releuasti æstuãtem stomachum. Horat. in Epist. Syncerum est nisi uas, quodcunque infundis acescit. Hinc coacesco, quod est totus acidus fio.

Acetum, Acre uinum. ὄξος. Colum. li. de arb. cap. 8. Infructuosas uites fœcũdas facito. Vites quę exiguũ dant fructũ, aceto acri cũ cinere rigato, ipsumq; codicẽ eodem cinere linito.

Acor, Idem quod Aciditas, hoc est sapor acidus, qualis est in aceto, & in fructibus quibusdam qui ad aceti saporem accedunt ὀξύτης. Colum. lib. de arb cap. 23. Nos exiguum admodum laser Cyrenaicum uino diluimus, & ita cacumina obleuimus: ea res acorem emundauit malorum. Idem lib. 5. Ea res emendabit acorem malorum.

Acephalus, pen. cor. ἀκέφαλος, Latinè sine capite dicitur, ab ἀ et κεφαλὴ caput. Vnde Acephali uersus, sine capite dicuntur, qui in genere heroico à breui syllaba incipiũt. Et Acephali, uel Acephalitæ, hæretici quidam dicti sunt, quoniam nullus inuenitur author, à quo exorti sunt. Hi duarum in Christo substantiarum proprietatẽ negant, & unam in eius personam prædicant naturam. Acephali sacerdotes, qui sub nullius episcopi disciplina gubernantur, Cælius lib. 3. antiq. lect. cap. 12.

Acer, eris, pen. genitiui corr. f. t. Arbor est, forma et magnitudine tiliæ non absimilis, uerùm cortice paulò scabriore. Galli sua lingua uocant Erable, σφενδαμνος, ὀξύω. Plin. lib. 16. cap. 15. author est, in hac arbore duo tubera inueniri, unũ bruſci nomine, alterum moluſci: quorum illud intortum & crispum, hoc simplex & sparsum facit. Vtrumq; discurrentibus uenis, aspectu iucũdissimum est; speciosius tamẽ moluscum: adeò ut haud dubiè cito præferretur, si mensarum amplitudinem caperet. Est autem Acer neutri generis, contra Priscianum, qui femininum esse putauit. Ouid. in Elegijs, At quondam uile fuistis acer. Ex hac arbore fiebãt mensæ, quæ proximam citreis dignitatem obtinebant. Corripit autem Acer substantiuum, priorem syllabam, quum adiectiuum eandem producat. (Is Acer in Sylua vn forte crimpled Acer

Acernus, a, um, quod ex acere confectum est. ὀξύινος. Vergilius 2. Aeneidos. Præcipuè quum iam trabibus cõtextus acernis Staret equus.

Acer, hæc acris, hoc acre, prima prod. à quo Acrior et Acerrimus. Propriè ad uinum, acerum, & huiusmodi pertinet. Nam saporis acetositatem significat, Græce ὀξύς. Colum. lib. 3. Radice tenus uitem præscindito: plagam acri aceto pariter ac lotio permista terra linito, eodemq; radices irrigato. Medici tamen, quorum est ex saporibus simplicium medicamentorum uires discernere, Acrem saporem, δριμύα, ab acido distinguunt: acria nimirum appellãtes, quæ ori admota, & ab illo calefacta, ipsum uicissim recalfaciũt, atq; accendunt, & mordicãt, præq; leuitate, ad caput subleuata, obuia quæq; incidunt: ut ex Platonis Timæo annotauit Galenus lib. 1. de Facul. simpl. medicam. Plin. lib. 11. cap. 53. Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria. Acre ninũ, quod in acetum degeneravit, ὄξος οἶνος. Trãsfertur ad alia, et modò pro forti ponitur. Verg. Aeneid. 9, Haud acrẽ dubites in prælia poscere Turnum. Modò pro neloci. Idem li. 4. At puer Ascanius medijs in uallibus acri Gaudet equo. Idẽ, Calidũq; animis, & cursibus acrem. Modò pro acuto. Cicero, Acri homo ingenio. Modò pro uehementi. Idẽ in Hortens. Aut Philippo breuius, aut Theopompo acrius. Sic acrẽ hostẽ dicimus uehementẽ, id est, durum, sæuum. Modò pro diligente. Verg. Iam tum acer curas uenientem extẽdit in annũ. Cic. Offic. Sic nos si acres, ac diligẽtes esse uolumus animad uersores uitiorum, magna sæpè ex paruis intelligimus. Ab Acer fit cõpositum Peracer. Derivata sunt, Acredo, Acrimonia, Acritudo, Acritas, & Acriter aduerbium.

Acrimonia, Est qualitas mordax, & linguam calefaciens, qualis est in pipere, sinapi, allio et cæpa. δριμύτης. Et propriè quidem usus est Cato de re Rust, ca. 157. de brassica Pythagorea, Et si ulcus acrimoniã eius ferre non poterit, farinã hordeaceam misceto. Et Colum. li. 10. Abstineat omnibus redolentibus esculentis, ut sunt salsamenta, & eorum omnia liquamina: itẽ fœtẽtibus acrimonijs, allij uel cæparũ. Trãslatè uerò ponitur pro uehementi, δριμύτης. Author ad Heren. li. 4. Hæc exornatio tum multum uenustatis habet, tum grauitatis & acrimoniæ plurimum. Item pro seueritate, siue ea in uultu, siue in uerbis, aut etiam in rebus consistat. Ibidem, Conuenit igitur in uultu pudorem & acrimoniã esse. Et paulò pòst, Licentia si nimium uidebitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

Acritas, atis, denominatiuum ab adiectiuo Acer, Idem significans quod Acredo, uel Acrimonia. δριμύτης. Gell. li. 13. cap. 2. Sicut autem nihil quicquam interest, suauitudo dicas, an suauitas: acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an (quod Accius in Neoptolemo scripsit,) acritas: ita, &c.

Acritudo, inis, δριμύτης. Idem quod Acrimonia: tametsi non nunquam καταχρηστικῶς pro aciditate, uel etiam acerbitate positum inueniatur. Vitruuius lib. 8. cap. 3. Fieri autem naturaliter hoc ideò uidetur, quòd acer, & acidus succus subest in ea terra, per quã egredientes uenæ intingũtur acritudine.

Acriter, aduerbium ab Acer, Vehementer. Tacit. lib. 19. Satis patuit ijs, qui principum offensas acriter speculantur.

Acer, aceris, neutri generis, pro palea mileacea, seu frumẽti purgamento, uide A C V S.

Aceratus Vide Acus, aceris.

Acerbitas, Species est saporis, qualis est in fructibus immaturis, terrestri quadam substantia linguam contrahens, exicãs, atq; exasperãs: nõ alia ratione differẽs ab Austero, quàm quòd uehemẽtius adstringat: ut rectè docet Plato in Timæo. & post eum Galenus libro 9. de Simp. med. facul. cap. 37. στυφνότης. Translatiuè ponitur pro asperitate, siue inclementia. Cic. Q. Frat. Iracundia exorabilis, ut in malis, acerbitati anteponenda est. Idem, Nec acerbitatem sententiarum, nec differendi spinas probauit. Aliquando pro molestia, siue tristitia potius, ex miseria & calamitate cõtracta: ut, Sylani temporis acerbitatem subterfugere, apud Ciceronem. Idem in Catil. Mihi hæc conditio Consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusq; perferrem.

Acerbo, bas, aſt p. Aspero, πικραίνω. Claud. lib. 2. Nec patruo cedunt, stimulat cõmunis in arma Virginitas, crimẽq; ferit raptoris acerbat. hoc est exasperat, & acerbius reddit. Huius cõpositi est Exacerbo, q̃ est ualde acerbo, uel asperè turbo.

Acerbus, ba, bũ, Propriè dicitur, quod sapore uehementer adstringente prædituſ est, linguãmq; gustatum cõtrahit, & exiccat, ut post Platonẽ docuit Galen. li. 1. de Facul. simp. med. στυφνὸς. Differtq; ab Austero, ut maius à minori. Nã quæ uehementer adstringunt, Acerba στυφνὰ dicũtur: quæ mediocriter, Austera σύφοντα. Columella, Vua primò est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit. Trãslatè ponitur pro uehemẽti, duro & aspero: & tam ad res, quã ad personas refertur. Vnde Acerbum uulnus, Ateriba mors. Vergil. lib. 6. Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo. Tractum à fructibus immaturis, quæ nimia acerbitate gustui molesti sunt & iniucũdi. Cic. Fam. 1. Eo die acerbum habuimus Curionem.

Acerbè, acerbius, acerbissimè, Aduerbium.

Acerq;

Acĕro, ras, et Acerosus, uide Acus aceris.

Acerra, Arcula, in quam thus reponi solet, quo diis sacrificatur. θυμιατήριον. Thuribulum uulgo dicitur. Alii putant esse aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebãt. Cornutus scribit esse pateram in qua libatur. Vergilius, Et plena suppléx ueneratur acerra.

Acĕrsĕcomēs, penult. correpta. ἀκερσοκόμης. Idem est quod intonsus siue capillatus. Iuuenalis Sat. 8. Si nemo tribunal Vendit acersecomes. Hoc epitheto apud Græcos insignitur Apollo, quemadmodum & apud Latinos intonsi cognomine. Dicitur autem Acersecomes παρὰ τὸ ἀκερματικὸν, καὶ κέρμα τὸν κόμην, hoc est ab intonsa coma.

Aceruus, Aggregatio et cumulus: et ut Valla uult, proprie minutarum rerum, ut frumenti, leguminis. σωρός. Plautus in Pseudolo, Quibus cunctis montes, maximi acerui frumenti sunt domi. Aliquando tamen maiorum uirtutum, Aceruus scutorum. Strues autem est præcipuè lignorum: Strages, cadauerum interfectorum, uno in loco iacẽtium, siue humanorum, siue brutorum: Sarcina utensilium.

Aceruatim, Per aceruos, σωρηδόν. Colum. Quum enim eiusmodi pestis incessit, sub fauis aceruatim enectæ reperiũtur. Lucretius lib. 6. Confertos ita aceruatim mors accumulabat. Aceruatim dicere, quasi promiscuè & nullo seruato ordine. Cic. pro Cluẽtio, Aceruatim iam reliqua dicã Iudices.

Aceruo, uas, Accumulo. σωρεύω. Hinc Coaceruo, quod est, in totum uel simul aceruo, coniungo. Lactant. lib. 5. Errores suos insuper crudelibus factis coaceruauit.

Aceruatio, uerbale, id est accumulatio. Plinius lib. 11. cap. 53. Aceruatio saporum pestifera.

Acerualis, & hoc aceruale. om. t. Cicero 2. de Diuin. Argumentationes, quas Græci soritas uocant, aceruales appellat, his uerbis, Aut quemadmodum Soriti respondeas: quem si necesse sit, Latino uerbo liceat acerualem appellare: sed nihil opus. Vt enim ipsa Philosophia, & multa uerba Græcorum, sic σωρείτης satis Latino sermone tritus est.

Acesco, Vide Aceo.

Acesis, ἄκεσις, Genus est chrysocollæ, diuersæ ab orobitide. Vide Plinium lib. 33. cap. 5. (uritur. Dioscor.

Acestides, fornaces ferreæ, prægrãdes, in quib. Cadmia adAcētābŭlŭm, n. s. Ab accipiendo dicitur, ut Hermolao placet: seu potius ab Aceto: Mensura genus est, quod Græci ὀξύβαφον appellant, Cotylæ quartam partem continens, hoc est, drachmas XV. Acetabula quoq; in corporib. dicũtur pyxides (ut Anatomatici uocãt) quibus coxendices insigniuntur, et circa quæ uertuntur ossa coxarum, κοτυληδόνες. Plinius libro 28. cap. 11. Item ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices uertũtur. Acetabula itẽ sunt ueluti quidam calculi in ijs piscibus, qui molles appellantur, ut in polypo. Plin. lib. 9. cap. 30. Præterea negat esse ullum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & sorbet acetabulis, ac numeroso suctu detrahit eum. Acetabula sunt etiã prælstigiatorum uasculasiue caliculi, quibus astantium oculos præstringunt. Seneca lib. 6. Epist. Ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorũ acetabula & caliculi: in quibus me fallacia ipsa delectat. Latini etiam herbam quandam uocant hoc nomine, quam & Græci κοτυληδόνα appellant, quòd folia habeat concaua, et quo dammodo in acetabuli formam tornata. Alio nomine Vmbilicus Veneris dicitur. Acetabulũ abusiuè dici potest de rebus alijs, quæ similitudinem quandam referunt acetabuli, quod in corporibus esse, suprà dictum est. Quintilianus lib. 8. cap. 6.

Acetare, Dicebant ueteres, quod nunc dicimus agitare. Festus.

Acētārĭă, n. s. A quibusdã dicuntur herbæ, seu cibaria, quæ ex aceto sumuntur ad excitandum appetitum: quales sunt herbæ uirentes, quas aceto oleoq; guttatim instillato cõcinnamus. ὀξύβαφα. Fiunt et ex herba cum radicibus acetaria. Plin. lib. 10. cap. 20. Stomachum in acetarijs sumpta corroborat. De portulaca loquitur. Græci ὀξύβαφον appellant, quasi aceto tinctũ, παρὰ τὸ ὄξος, καὶ βάπτω, τὸ δλόν. Acetaria dici quoq; possunt carnes minutim concisæ, quę ex aceto su(muntur.

Acerum, Vide Aceo, ces.

Achanæ, ἀχάναι, Genus erat mensuræ frumentariæ, apud Persas, capiens medimnos Atticos 45. Cel. lib. 8. cap. 9. docet esse uasis genus, in quo commeatus eorum includebatur, qui ad Theorias mittebantur. Porrò quas Athenienses nocarint Theorias, uidebis infrà suo loco.

Achărĭs, com. t. ἄχαρις, pen. cor. Latinè dici potest Sinegratia, ingratus: χάρις enim gratia dicitur: et ἀχαριστία, ingratitu(do.

Achateon, Vide Acatium.

Achātēs, pen. prod. ἀχάτης, Gemma est uersicoloribus uenulis ita distincta, ut & nemorum & fluminum, & montium, nonnunquam & iumẽtorum & curruum speciem referat. Hanc primùm repertam ferunt ad Achatem Siciliæ fluuiũ: unde & nomen accepit. Postea in India, & Phrigia inuenta est. Insignem Achatem Pyrrhus Epirotarum rex habuisse traditur, in quo nouem Musæ, & Apollo citharam tenens spectabatur, non arte, sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, ut Musis quoq; singulis sua redderentur insignia. Vide plura de hac gemma apud Plinium lib. 37. cap. 1. & 10.

Achetæ, ἀχῖται, Cicadarum quarundam (ut inquit Suidas) non species, sed epitheton est, dictũ, ἀπὸ τοῦ ἄχειν ἐν ἀκάνθοις. hoc est, ab eo quòd inter spinas canant. Plinius lib. 11. cap. 26. Similis cicadis uita: quarum duo genera: minores, quæ primæ proueniunt, quæq; sunt mutæ, nouissimè pereunt: maiores, quæ canunt, uocantur Achetæ.

Achilleis, siue Achilleas, ἀχιλλὶς Theophrasto, ἀχιλλὰς Hippocrati, hordei genus, cui spica folio proxima est, amplitudinis, & crassitudinis maioris: ideoq; ærugini magis obnoxium. Vide Ruellium libro 2. cap. 5.

Achilleos, ἀχίλλειος. Myriophillum herba appellata, quòd eam Achilles inuenisse traditur in curando uulnere Telephi. Plinius lib. 25. cap. 5.

Achilleum, ἀχίλλειον, Genus spongiarum renue densum, ex quo fiebant penicilli. Plinius lib. 9. cap. 45.

Achimenis, Plinio ἀχαιμενὶς, siue ut apud Dioscoridem legitur, Achamenis, ἀχαμενὶς, Herba est quæ alio nomine Polium montanum appellatur. De hac Plinius lib. 26. ca. 9. Achimenide conjecta in aciem hostium, trepidare agmina, ac terga uertere.

Acholus, pen. cor. ἄχολος, Carens felle, uel bile. χολὴ enim apud Græcos fel, uel bilem significat.

Achōres, pen. prod. ἀχῶρες Galeno, Sũt cutis capitis ulcera foraminosa, sanie tenaci fluentia, quæ mediam quandã consistentiam inter aquæ tenuitatem & mellis crassitudinem obtineant. Nam in quibus sanies mellis crassitudinem adæquat, Ceria, κήρια, uocantur: quæ et foramina habent ampliora. Achoras Galli tineas uocant, similitudine sumpta ab ijs animalculis quæ uestes arrodunt. Malum est pueris in primis familiare. Vidé Fuchsium, & Manar. in Epist.

Achras, adis, ἄχρας, Pyri syluestri genus est tradissimè maturescens, maioremq; nim habens astringendi, quàm cætera pyrorum genera, uociq; in primis officiens. Vnde Thrasybulum Athenienſem accepimus à Lacedæmoniorum legatis corruptum, ne postulatis illorum contradiceret, simulasse se achrades comedisse, atq; ob id loqui non posse. Vide Col. lib. 7. capite 9. & Dioscoridem libro 1. & Galen. libro 6. de Facultate simplic. medicament.

Achrestus, ἄχρηστος, Idem quod abusiuus, insuauis, inutilis. Nam χρηστὸς Græcis, idem est quod bonus, siue utilis. Inde ἀχρειότητα inutilitatem significat, siue incommoditatem.

Achriogelos, ἀχριώγελως. Dicitur qui proclinis est ad risum, quasi temere & sine causa ridens: quod stultitiæ signũ est: unde etiam pro stulto aut insano positum inuenitur. Vide Erasmum in Adagijs.

Achyrosis, pen. prod. ἀχύρωσις. Ratio quædam esse commiscendi paleas cum argilla, aliónue luto, ab hirundinibus, (ut uidetur) primùm excogitata, quæ ex luto festucis quibusdã commisto nidos sibi conficiunt. Has deinde rustici imitati, ædificorum suorũ parietes hoc intrituræ genere illinũt. Nomen habet ἀπὸ τοῦ ἀχύρου, hoc est ab acere: unde à Latinis quibusdam Lutum aceratum appellatur.

Aciæris, Securis ærea, qua in sacrificiis ueteres sacerdotes utebantur. Festus.

Acĭcŭlă, f. p. formatione, non significatione, diminutiuum ab acu, ut inquit Priscianus, Est spinula quędã ex ferro, uel alio metallo, quandam acus similitudinem referens, qua utuntur mulieres ad ornatum capitis. κρόνιον.

Acicula. Est piscis tenuis ac longus, qui & Acus dicitur. A Græcis ῥαφὶς appellatur. Est et herba huius nominis, inculti in locis sponte nascens, plebis Athenienſis quotidianum olim cibus, odore ad daucum, reliqua similitudine ad chærephyllum accedens, exerta habens in uertice cornicula,

quæ

quæ acus effigiem repræsentant: à quo habitu à Romanis nocata est Acicula teste Diosc. græcis dicitur ῥαφανίδιον: quo nomine & Latini utuntur.

Acidoton. pen. prod. ἀκιδωτὸν, Herba est, quæ notiore nomine Poterium ποτήριον, et neuras νευράς, Dicitur. Plin. lib. 25. cap. 9. eandem Phrynion uocat. Vide Diosc. lib. 3. cap. 15.

Acidus, da, dum, pen. cor. Idem est quod Acetosus, hoc est aceti saporem gustui repræsentans. ὀξὺς, ὀξύνης. Galen. lib. 1. de facult. simpl. medicamen. acida cum acribus in hoc conuenire ostendit, quòd utraq; linguam mordicant: in hoc autem differre, quòd acria cũ ualida caliditate hoc præstant, acida uerò citra omnem calorem. Columella lib. 6. Malũ Punicum si acidum aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Huius compositũ Subacidus, aliquantulũ acidus, Cato de re Rust. cap. 108. Vinũ ponito sub dio, postridie manè gustato: si id sapiet quod in dolio est, scito id duraturum: subacidum non durabit.

Acidulus, la, lum, diminutiuum ab Acidus, ea forma, qua à Candidus deducitur Candidulus: idem est quod subacidus, hoc est acoris non nihil habens. ὀξάκης. Hinc Acidula dicta sunt pyra quædam, quòd subacida essent, quandamq; aciditatem gustui repræsentarent. De quibus Plinius cap. & lib. 15. Simili etiã ratione aquæ quædam acidulæ dictæ: quales sunt Lyncestis fluuij aquæ, uini modo inebriantes: de quibus idẽ Plinius lib. 2. cap. 103. Est etiã Acidulus fontis nomen in agro Venafrano dictus, quòd aquas haberet subacidas. Plin. li. 31. cap. 2.

Acies, tria significat. fœm. q. Primo acumen falcis, cultri, et similium quæ secant. ἀκουὴ ἀκμὴ. Et ἐξ ἀκονᾶμαι dicitur siue à Latino uerbo Acuo: unde & Acumen deducitur. Cic. in Verrem, act. 4. Iam antè aciem securium tuarum uiderat. Colum. lib. 4. Obtusa enim, hebesq;, & mollis falx putatorem moratur, eoq; minus laboris efficit, & plus laboris affert uinitori. Nam siue curuatur acies, quod accidit molli: siue tardius penetrat, quod euenit in retuso & crasso ferramento, maiore nisu est opus. Verg. 2. Georg. Ipsa acie falcis nondũ tentanda: sed uncis Carpendæ manibus frondes. Aciem ferri exterere, idem est quod adhibita cote acuere. Aciem trahere, proprium est aquæ, quũ ferrum acuitur. Secundò, Exercitus instructionem, παράταξιν, quum ad dimicandum paratus est: eo quòd acuto ferro armatus sit: uel certè quòd acuta frõte soleat collocari. Verg. Georg. 2. & campo stetit agmẽ aperto, Directæq; acies. Et acies quidem instructa his uocabulis uocari solet, Frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, alæ, turres, cornu, & quibusdã alijs. Tertiò, Oculi lumen. Cicero de Somnio Scipionis, Radijs solis acies nostra sensusq; uincitur. Idem 2. de Natura deorum, Acies ipsa, qua cernimus, quę pupilla uocatur. Per translationẽ, Acies sumitur pro ingenij perspicacitate. Cicero in Catone, Nõne nobis uidetur animus qui plus cernit & longius, uidere se ad meliora proficisci: ille autẽ cuius obtusior sit acies, non uidere? Huius genitiuum ueteres tam Acie quàm Aciei extulerunt. Sallusti us libro primo Historiarum referente Gellio, Dubitauit acie pars, pro acici.

Acinacis, m. t. pen. cor. Gladius Persicus. ἀκινάκης. Horat. lib. 1. carm. Vino & lucernis Medus acinacis Immane quantum discrepat. Valerius Flacc. Insignis manicis, insignis acinace dextra. Pollux Acinacem esse interpretatur Περσικὸν ξιφιδάριον, ᾧ μικρῷ προσηκμάνον, hoc est Persicum quendam gladiolũ, qui à femore suspendebatur. Herodotus quoque libro 5. author est Pantheam Abradatæ uxorem, acinace quem habebat, sibi iugulũ aperuisse. Suidas uerò Acinacem esse ait μικρὸν δόρυ Περσικὸν, hoc est paruam Persarum hastam. In qua etiam sententia Arrianus fuisse uidetur. Omnibus tamen hoc conuenit, ut nominatiuum ἀκινάκης faciant. Vnde & apud Latinos Acinaces per secundam uocalem non Acinacis, per tertiam, legendum uidetur.

Acinos, ἄκινος Dioscoridi, herba est tenuibus siccisq; surculis, ocymo similis, odorata, sed hirsutior, ex qua coronæ factitantur. quidam ex uulgo, Syluestre basilicum uocant, Latini Ocymastrum quod planè Ocymum imitetur. Plinius hanc herbã & coronarum & ciborum causa ab Aegyptijs seri asserit: & alio nomine Epitreton uocari, & nunquam florere. Vide lib. 20. cap. 16.

Acinus, n. ſ. pen. cor. masc. generis, et Acinum neutri, teste Nonio, in uua id dicitur quod uulgus granũ appellat, ῥάξ. Neq; solum uuæ, sed hæderæ, sambuci, tribuli, mali punici grana, Acinorum uocabulo continentur. Atq; in hoc à bacca differt (ut Valla uult lib. 4. cap. 28.) quòd acini inter fructus minutiores arborum fruticumq; densius nascantur: baccæ uerò disperſius & rarius: ut fructus lauri, oliuæ, corni, loti, lentisci, baccæ melius, quàm acini dicuntur. Nonnunq; tamen indifferenter ponuntur. Vergilius in Gallo, Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem, Acinaceus Acinacius siue Acinatitius, Palladio, libro primo capite sexto & 7. ut Acinacium uinum, quod ex uuarum folliculis, atque acinis, expresso musto, additaq; aqua maceratis conficitur: Græci ἀκινάτριον, id est secundarium: Latini Loram uel Lorcam appellant. Vlpianus l. Si quis uinum. ff. de lega. 3. Acinaceum planè uino continebitur.

Acinosus, a, um, ab Acinus dicitur. Quod multos habet acinos ῥαχώδης. ut, Vua acinosa. Dicitur etiam de aliis plantis quæ semen habent ita dispositum ut in uua acini. Plin. lib. 12. ca. 13. Asari semen acinosum saporis calidi ac uinosi.

Acintani, Vide Acitani.

Acipenser, apud antiquos, piscium nobilissimus est habitus, qui unus omnium squammis ad os uersis contra aquã nando meat. Hinc Plin. lib. 9. cap. 17. testatur suo seculo nullo fuisse in honore, quod se mirari ait, quũ esset rarissimus. A quibusdam, eodem Plinio teste. Elops ἔλοψ uocatus est. Alij Calionymon, alij Anthiã, nonnulli etiã Callichthyn appellauere. Huic olim tantũ habebatur honos, ut à coronatis ministris cum tibijs in cõuiuium soleret inferri: ut in Saturnal. testatur Macrob. lib. 3. cap. 16. De hoc pisce extat distichõ Martialis lib. 13. Ad pallidas aspersum mittite mensas / Ambrosius ocheat, munera rara, lapis

Acleros, pen. prod. Exhæres, qui hæreditate priuatus est. ἄκληρος quasi ἄνευ κλήρου, hoc est sine sorte, parte, uel hæreditate, Bud. in Comment. ling. Græcæ.

Aclasis. f. r. Tunica ab humeris non consuta. Festus.

Acletos. ἄκλητος, non uocatus, qui citra uocationem ad conuiuium uadit: quod amici faciunt. Asymbolus uerò, ἀσύμβολος dicitur qui nihil confert ad cœnam.

Aclides, m. t. pen. cor. ἀκλίδες, sunt tela quædam antiqua adeò, ut nusquam memorentur in bello. Legitur tamen quòd sint clauæ quædam breues eminentibus hinc & hinc acumi nibus quibusdam, quæ ita in hostem iaciuntur religatæ loro uel lino, ut peractis uulneribus possint redire. Vergil. lib. 7. teretes sunt aclides illis Tela: sed hæc lento mos est aptare flagello.

Acme, ἀκμὴ, Vox Græca est, Galeno familiaris, quam Theodorus Gaza modò nigorem, modò flarem ætatis interpretatur. Est etiam mulieris nomen apud Catullum.

Acmon, ἄκμων, Latinè incus: unde Pyracmon unus fuit ex Vulcani famulis, quòd à calenti incude nunquàm discederet. Verg. 8. Aen. Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon.

Acmotheton, ἀκμοθέτιον, dicitur truncus ille qui impositam sustinet incudem.

Acoeton, ἄκοιτον à Plinio lib. 11. cap. 15. optimum mellis genus appellatur, quod per se fluxit, quodq; nihil habeat retrimenti aut sedimenti admistum. Dictum ἄκοιτον, quasi sine cubili. Nam sedimentum in uino, aliisq; rebus liquidis, ruficorum nonnulli etiam hodie uocant cubile.

Acolastus, ἀκόλαστος, Idem est quod effrænis, indomitus, prodigus: ab ἀ priuatiua particula, et κολάζω, emendo, corrigo, castigo, coërceo. Vnde Acolasti dicuntur, quos Latinè Nepotes, uel Decoctores uocamus.

Acolyti, ἀκόλουτοι, Dicti sunt qui nullis ministeriis ab instituto poterant reuocari. Vnde Stoici acolyti dicti sunt, qui turpe putabant mutare sententiam. A Christianis etiam hoc nomine dicuntur sacrorum ministri, qui quum ipsi sacra non facerent, ab illis tãmen nõ excludebãtur: dicti Acolyti, quasi non prohibiti, ab ἀ priuatiua particula, et κωλύω quod significat prohibeo.

Acoluthus, m. ſ. pen. prod. ἀκόλουθος Latinè consequens dicitur: ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν, id est à sequendo.

Acone, pen. cor. ἀκόνη Latinè cotem sonat, uel cautè. Est etiam Aconc, ut apud Plinium legitur: siue ut est apud Strephanum, Acone, ἀκόνη Nomen oppidi, uel portus Marianorum, non procul ab Heraclea Ponrica, ubi magna in copia prouenit aconitum, quod (ut quibusdam placet) ab hoc loco nomen accepit. Plin. lib. 6. cap. 1. Portus Acone, ueneno aconito dirus.

Aconiti, ἀκόνιτι Latinè idem sonat quod sine puluere, hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est, citra negotium & laborem. Translatio sumpta est ab athletis, qui unctis corporibus puluerem inspergebant, ut prehendendi obesset lubricitas.

Aconitum, n. s pen. prod. ἀκόνιτον. Herba, quæ Cerberi spuma consperſa, uenenum efficaciſsimum contraxit, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Dictum Aconitum, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc est à cote, seu cautc. Ouid. 7. Metamo. Quæ quia nascuntur dura uinacia caute, Mortales aconita uocant. Sunt qui ab Acone portu seu oppido Martiandinorum deducant, iuxta Heracleam Ponticam, ubi copioſiſsimè prouenit. Illinc enim non longè abest Acheruſia ſpecus, per quam Hercules Cerberum ad ſuperos fertur pertraxiſſe. Alij Aconitum dictum putant, quòd ἀκονιτί, hoc est ſine puluere aut terra proueniat. Nascitur enim in duriſsimis cautib. nulla terra interueniente. Plin. lib. 27. cap. 3. Nascitur aconiti in nudis cautibus, quas Aconas uocant. Et ideò Aconitum aliqui dixere, nullo iuxta ne puluere quidem nutriente. Alij quoniam uis eadem in morte eſſet, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur. Hæc Plinius, Alio nomine dicitur Pardalianches, quòd pantheræ eo gustato ſtatim ſtrangulentur.

Aconitiæ, ἀκοντίαι, ſ. p. Sunt ſtellæ crinitæ, ſeu impreſsiones dictæ ἀπὸ τῆς ἀκοντίδος, hoc est à iaculo: quia (ut Plinius ſcribit lib. 2. cap. 25.) iaculi modo uibrantur ocyſsimo uolatu. Ex his quaſdam breuiores & in mucronem faſtigiatas Xiphias uocauere, quæ ſunt omnium pallidiſsimæ & quodam gladij nitore ſine radijs.

Acontiæ, ἀκοντίαι, Serpentes quidam, duorum cubitorũ magnitudine, figura circa caput craſſa paulatim in tenuẽ abeunte, colore uiridi, aluo minutis quibuſdam maculis conſperſa quæ quandam granorum milij ſimilitudinem repreſentant. Vnde & Cenchrides κεγχρίδες, & à Latinis nonnullis miliariæ uocantur. Acontiæ autem ἀπὸ τῆς ἀκοντίδος, hoc est à ſimilitudine iaculi. Mira enim celeritate progrediũtur, non flexuoſis ſpiris, ut reliqui ſerpentes, ſed recto quodã tramite ſeſe quodammodo eiaculantes. De his Actius lib. 13. ca. 27. & Lucan. lib. 9. Vide infrà in dictione Cenchris.

Acopa, n. ſ pen. cor. Medicamenta laſsitudines et fatigationes leuantia, impoſito ex re uocabulo, ἄκοπα. Plin. lib. 19. ca. 3. Ad omniaq; quæ acopis curantur, unguentumq; pariter & medicamentum eſt.

Acopis, Gemma, nitro ſimilis, punicoſa, aureis guttis ſtellata, cum qua oleum ſubferuefactum perunctis laſsitudinem ſoluit, ἀκωπὶς. Plin. lib. 37. cap. 10.

Acopos, pen. cor. ἄκοπος Dioſcoridi, Herba eſt fruticoſa, graui odore, flore holeris: quæ & Anagyros uocatur à Plinio, à Dioſcoride etiam Anagyris, ἀνάγυρις. Vulgus ob odoris grauitatem Lignum fœtidum appellat. Huius ſemen, quod in oblongis corniculis habet, commanducatum, uomitiones ciet. Vnde factus eſt locus prouerbio, ἀνάγυριν κινεῖν, Anagyrin mouere, quo utimur in eos, qui ob futura ſibi cõmouẽt.

Acor, Vide Aceo.

Acorna, ſ. p. Herba eſt ex genere acanacearum, ſpinam habens pro folio, uernaculo cneo ſimilis, colore tamen rufo, ſuccum pinguem & ſanguinem fundens, ἄκορνα. De hac Plinius lib. 20. cap. 16.

Acorum, ἄκορον Dioſcoridi, Plinio Acoros, Herba eſt folia habens iridis, radicesq; illi non abſimiles, guſtu acres, odore non ingratas, easq; complicatas, nec in rectum, ſed in obliquum actas. Vulgo Galanga maior uocatur. Quod uerò officinæ pro Acoro oſtentant, uerum Dioſcoridis Acorum non eſt, tametſi quædã eius ſpecies eſſe uidetur. Hanc uulgus Gladiolum aquæ appellat.

Acoſmus, Idem eſt quod inornatus, ἄκοσμος. Nam κόσμος apud Græcos, ornatum uel ornamentum ſignificat.

Acoſmia, confuſa quædam rerum congeries: & ſignificationẽ contrariam habet huic dictioni Ornatus: quaſi dicas, Inornatum, uel Ornatus neglectum, ἀκοσμία.

Acquieſco, n. t. Rei alicui quietis gratiã innitor, ἐπικλίνομαι Seneca, Nihil ò miſerior ero, ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat. Nonnunquã accipitur pro ſimplici ſuo quiesco, ἡσυχάζω. Cic. Att. li. 7. Acquieſco enim, & ad te ſcribens & legens tua, Ibid. Vitandi caloris cauſa Lanuuij tres horas acquieueram. Interdum tranſumitur Acquieſcere, pro eo quod eſt cum animi tranquillitate uoluptateq; in re aliqua uerſari. Ibidem Cicero, Nulla eſt reſpublica quæ me delectet, aut in qua acquieſcam. Idem de Diuinat. lib. 1. Qui iam ætate prouecti in noſtris libris acquieſcunt. Nonnunquã etiã pro eo quod eſt, in re aliqua quietem ſuam & ſpem repoſitam habere. Idem de Amicit. Libenter enim ſenes in adoleſcentum charitate acquieſcimus.

Acquiro, act. t. Quæro, comparo, concilio, colligo, adipiſcor, conſequor: ab Ad & Quæro. προσπορίζομαι, περιάπτω, Cicero de Amic. Semper aliqui acquirendi ſunt, quos diligãt, & à quibus diligantur. Plinius lib. 15. cap. 17. Quo genere & uino odorem acquiri putant.

Acræpala, ἀκρώπαλα, Ab Hippocrate dicuntur ea omnia quæ crapulæ obſiſtunt, quemadmodum Adipſa, ἄδιψα quæ ſitim prohibent. Inter Acrepala numerantur amygdalæ amariores.

Acratiſmus, ἀκρατισμὸς ſeu Acratiſma, Latinè Ientaculum dicitur, ἀπὸ τοῦ ἄκρατος, hoc eſt à uino non diluto, ut placet Plutarcho in Sympoſiacis: ſiue quòd apud Græcos ientaculi uice ſumi ſolet buccella panis mero macerata: ſiue quod iuxta medicorum conſilium in ientaculo uino meraciore ſit utendum.

Acratocorthones, pen. prod. ἀκρατοκόρθωνες, Dicti ſunt homines uinoſi, & meracius bibentes: quaſi dicas uini meri pocula: ἄκρατον enim merum eſt, κόρθωνες autem inter pocula numerantur. Vide Cælium lib. 27. cap. 27.

Acratos, ἄκρατος, Purus, merus, intemperans, intemperatus: ab ἀ, priuatiuo, & uerbo κεράω, κεράννυμι, quod eſt tempero. Hinc Acraton, ἄκρατον, ab ſoluto ponitur pro mero, hoc eſt uino non diluto. Vnde ἀκρατοπόται dicunt Græci, pro eo quod eſt meracius potare: & qui meri auidiores ſunt, uinumq; non diluunt, Acratopotæ, ἀκρατοπόται dicuntur: uitiumq; ipſum Acratopoſia, ἀκρατοποσία appellatur.

Acratophorum, n. ſ. penul. cor. ἀκρατοφόρον, Vrceolus Latinè dicitur Cicero 5. de Fin. Et tamen puto concedi nobis oportere ut Græco uerbo utantur, ſi quando minus occurret Latinum, ne hoc ephippijs & acratophoris potius quàm προκυμίνοις, et ἀποπροκυμίνοις concedatur.

Acredo, ſ. r. penultima producta, acredinis, ἀφμύτης, Proprièeſt qualitas illa mordax, quæ eſt in pipere, porro, allio, & ſimilibus, quæ linguam ſimul mordicant & calefaciunt: cuiuſmodi ſapores ſuprà docuimus Acres nocari, ab ijs qui ex profeſſo de ſaporibus tractant. καταχρηστικῶς tamen hanc uocem uſurpari uidemus pro acore, ſeu aciditate, uel etiam pro acerbitate, ſiue auſteritate. Idem iudicandum eſt de reliquis deriuatis adiectiui Acer, qualia ſunt Acrimonia, Acritas, & ſimilia.

Acredula, ſ. p. pen. cor. φιλομήλη, Putatur Luſcinia auis, ſiue (ut alijs placet) auis illa quam uulgò Ranatinũ uocamus. Cic. de Diuinat. Et matutinis acredula uocibus inſtat.

Acribodicæi, ἀκριβοδίκαιοι, teſte Budæo, ab Ariſtotele appellantur Iuriconſulti: qui neglecta æquitate, ſummo iure, hoc eſt uerbis ipſis inhærent. ſic dicti, quod nimium exactè legis rigorem, quem uocant, obſeruarent. Et ſtrictum illud ius Acribodicæon, ἀκριβοδίκαιον appellatur.

Acrifolium. Arbuſcula eſt, quæ à Macrobio inter arbores infelices numeratur, λωτὸς, Creditur eadem eſſe quæ Lotos alio nomine, à Gallis autem Alyſia uel Alyſerum uocatur. Vide Ruellium.

Acrimonia, uide Acer adiectiuum.

Acriſia, ἀκρισία, Eſt abſentia iudicii, uel delectus. Budeus in Commentarijs.

Acritas, Acritudo, Acriter, Vide Acer adiectiuum.

Acroamata, n. t. ἀκροάματα, Græci auditiones, ſiue auſcultationes uocant. Ἀκροᾶσθαι enim audire eſt, ſeu auſcultare. Ariſtoteles Acroamata nominauit commentationes ſuas, quas diſcipulis tradebat, in quibus Philoſophia remotior ſubtili ordq; agitabatur. Huic diſciplinæ, quæ Acromatice dicitur, tẽpus dabat in Lyceo gymnaſio matutino. Alij appellant Acroamata, feſtiuas recitationes, ludicraſq; narrationes. Quod ſignificat Cicero Verr. 6. Hic quaſi feſtum acroama, ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, ibidem cõuiuis inſpectantibus, emblemata auellenda curauit. Et Sueronius de Auguſto ſcribit, Acroamata, hoc eſt, narrationes recitationeſq́ue ludicras & mimicas ab Auguſto interponi ſolere conuiuijs, ad conuictores oblectandos. Lampridius accipere uidetur pro ipſis hominibus acroamata recitantibus, quum ait in Alexandro, Alexandrum nanos, & nanas, & moriones, & uocalcis exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pulo donasse. Similiter Plinius in Epist. Interdum, inquit, cupiebamus acroamata, interdum iucundissimis sermonibus nox ducebatur.

Acroamaticus, ca, cũ, Idẽ quod auscultatorius, ἀκροαματικός.

Acrochordones, ἀκροχορδόνες, Tubercula sunt in cute excrescentia, dura & exigua, ima sui parte adeò angusta, ut uelut choidarum nexu summa in cute suspendi uideatur: unde & nomen habent. A quibusdam Verrucæ pensiles appellantur. Vide Galenum Methodi lib. 2. cap. 11. & Manardũ Epistolarum lib. 7.

Acrocomus, penultima correpta, Longas comas habens ἀκρόκομος.

Acrocorium, Bulbi species est. Plinius libro 19. capite 5. ἀκροκόριον.

Acrodrya, Propriè dicuntur fructus arborum qui ligneos cortices habent: quales sunt castaneæ, glandes, amygdalæ, iuglandes, et similes, ἀκρόδρυα. Et contra, Opora dicuntur quæ molli sunt putamine. ὀπώρα. Quanquam Acrodryorũ nomen latius interdum accipitur pro cuiusuis arboris fructu. Vide Ruellium lib. 1. cap. 97.

Acronyctæ, ἀκρονύκτιαι, Stellæ uespertino tempore orientes, quum sol uergit ad occasum. Nam ἀκρόνυξ à Græcis dicitur, quod nos crepusculum uespertinum uocamus. Vide Cælium Rhod. lib. 21. cap. 5.

Acropolis, f. t. Arx dicitur supra oppidum in ædito loco sita: cuiusmodi olim Athenæ habuerunt, Mineruæ delubro insignem. ἀκρόπολις.

Acrostichis, idis, pen. cor. Dicitur quum primis aliquot uersuũ literis nomẽ alicuius, uel alia quæuis dictio aut oratio exprimitur, ἀκρόστιχις. In hoc genere Plautus lusit aliquot argumenta Comœdiarum, quę primis literis fabulę nomen indicant.

Acrostolia, orum, Ornamẽta erant proræ in nauibus, quæ Bayfius eadem cum rostris credit, ἀκροστόλια.

Acroteria, Dicũtur pinnacula in summitate ædificiorum prominentia. Item in corpore humano extremitates etiam Acroteria dicuntur, quales sunt in manibus & pedibus illæ partes digitorum, quæ sub unguibus latent, ἀκροτήρια. Vide Budæum in commentarijs.

Acroterus, penultima producta, Dicitur, quod ad saltationis mensuram non respondet, ἀκρότητος. Vnde Athenæus lib. 11. sermones intempestiuos, & nihil ad rem pertinentes, ἀκρότητα κύμβαλα uocant.

Acrothinia, Primitię frugũ sunt, quæ de summo aceruo solent tolli ἀκροθίνια. Ἄκρον enim summũ sonat, θῖνες autem frumentorũ acerui dicuntur. Vnde ἀκροθινιάζειν Græci dicunt, pro eo quod est Summa delibare, uel primitias consecrare.

Acsi, ut si, tanquam si, pro eo ac si, quasi perinde, quasi similiter ac si, iuxta ac si, non secus ac si.

Acta, substantiuum nomen, et Græcum, ultimo depresso accentu, ἀκτή, Litus secretum et amœnum. Vergilius lib. 7. At procul in sola secretæ Troades acta Anchisen flebant. Seruius.

Acta, actorum: Vide Ago.

Actæa, Herba est: siue frutex, graui foliorum odore, caulib. aniſi geniculatis, semine nigro, ut hæderæ, baccis mollibus. Nascitur in opacis & asperis, & aquosis. Hæc Plinius, libro 27. cap. 7. Ruellius hanc eandem esse putat, aut certè similimam illi, quæ à Dioscoride χαμαιάκτη, à Latinis Ebulum uocatur.

Actasta, Vide Acasta.

Acte, Frutex arborescens, quem Latini Sambucum uocant. ἀκτή. Vnde Chamæactæ, χαμαιάκτη dicitur, quod Ebulum à Romanis appellatur, quasi pumilia sambucus. Vide infra in dictione Sambucus.

Actia, ἄκτια Stephano, ludi erant in Actio Epiri promontorio, quinto quoq; anno celebrari soliti in honorem Apollinis, qui & ipse Actius cognominabatur. Hos ludos uetustissimos fuisse cõstat, ut poetarum & Callimachus meminerit. Summo tamen apparatu ab Augusto instaurati fuerunt, postquam Antonium & Cleopatrã nauali prælio ante Actiũ superasset, cura eorum deinceps Lacedæmonijs mandata. Hæc Strabo lib. 7. Stephanus tertio quoq; anno celebratos fuisse tradidit, tribusq; certaminibus fuisse insignes, gymnico, equestri, & nauali. Horum meminit & Seruius in illud Vergil. 3. Aeneidos, Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.

Actio, Vide Ago.

Actito, Actiuus, Actor, Vide Ago.

Actuarius, Actuosus, Actum est, Actus adiectiuum & substantium, Vide Ago. Actuarius, in grobis apsimilibus,

Actum, Vide Ago.

Aculeus, m. s. Spiculum, uel res pungens, & propriè uespartum est, & apum, & similium, κέντρον. Colum lib. 1. Nec paludem quidem uicinam esse oportet ædificijs, nec iunctam militarem uiam: quod illa caloribus noxium uirus eructat, & infestis aculeis armata, culices, muscas, tabanos, quæ in nos densissimis agminibus inuolant. Cicer. 3. de Finib. Vespas aculeis uti uidemus. Idem 2. Tuscul. Quũ liqueſcimus, fluimusq; mollitia, apis aculeum ferre non possumus. Dicuntur & in herbis aculei, spinulæ quædã in foliis, caule, aut flore eminentes, ut in carduo, tribulo, leucacantha, & similibus. Cic. de Optimo dicendi genere, transtulit ad orationẽ, Horum oratio, inquit, neq; neruos, neq; aculeos oratorios ac forenseis habet.

Aculeolus, dimin. quo utitur Martialis, Epigrammatum lib. 8. κεντρίδιον.

Aculeatus, ta, tum, Quod aculeum siue acutum quiddam aculei instar habet, κεντρωτός. Plin. lib. 11. cap. 26. de Cicadis, Sine ore est: pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt. Per translationem quoq; oratio aut epistola aculeata dicitur, quæ ueluti aculeis quibusdam munita, animum quodammodo mordet, ac pũgit. Cicero ad Atticum lib. 14. Satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi.

Acumen, Acumino, Acuminatus, uide pòst Acuo.

Acuncula, uide Acus.

Acuo, acuis, acui, acutum, Aciem induco rei alicui, ut falci, cultro, & huiusmodi ferramentis, ἀκονάω, θιγγάνω. Col. lib. 3 Quoties falcem acueris, pelle aciem detergito, atq; ita putare incipito. Per translationem Terent. in Adelph. opibus adhibuit, quum ait: Attentiores sunt ad rem omnes, quàm sat est: Quod illos sat ætas acuet: id est docebit. Vergil. 1. Georg. in simili significatione animo tribuit, Curis acuens mortalia corda. Cic. in Topicis uiris apposuit, In excitando autem, & in acuendo plurimùm ualet, si laudes illum, quẽ cohorteris. Et lib. 3. Offic. Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otium, & solitudo, id est incendebant. Verg. 7. Aeneid. in malam partem accipit, pro instigare, incendere, irritare. Postquã, inquit, uisa satis primos acuisse furores. Huius uerbi compositæ sunt, Exacuo: quod est Valde seu perfectè acuo. Verg. lib. 1. Georg. Exacuunt alij ualos, furcasq; bicorneis. Idem lib. 3. Geor. Dentesq; Sabellicus exacuit sus. Præacuo, Prius acuo, uel anteriorem partem acuo. Caro cap. 41. Vitam teneram præacuito.

Acutus, ta, tum, propriè de ferro dicitur, quod aciem habet, & bene secat: cui opponitur Hebes uel obtusum, ὀξύς. Plautus in Mil. Vide, ut tibi istic sit acutus Cario cultrer probè. Item quod in Mucronem, siue acumen desinit, ut Acutus palus, Acutus angulus, Acutũ rostrum. Per metaphoram autem ponitur pro subtili uel acri: ut, Acutum ingenium, Acutus sophista, Acuta uox, ὀξυφωνία. Item Acuti oculi, id est clarè cernentes, ὀξυδερκεῖς.

Acutè aduerbium. ὀξύ. quod quanuis primò de acie ferri dicatur, sæpius tamen ad animũ refertur, idemq; significat quod ingeniosè, uel subtiliter. Cic. pro Cælio, Si mihi acutè, argutèq; respõderit. Idem in Lælio, Multa, responsa acutè ferebantur. Interdum de uoce dicitur, ita ut habeat anthiteton Graiter: ut, Vox acutè sonans, apud Ciceronem de Somnio Scipionis. Nonnunquã & de usu, pro Clarè, perspicaciter. Pro quo etiam legimus Acutum, ut Horat. lib. 1. Serm. Sat. 3. Quĩ tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorũ uitijs tam cernis acutum?

Acutulus, diminutiuum, Idem quod subacutus. Cic. 3. de Nat. deor. Breues & acutulas conclusiones.

Acumen, pen. prod. Idẽ quod aculeus, seu cuspis, κέντρον. Cic. in Arati Phænomenis, Tergaq; Centauri, atq; nepai portat acumen. Accipitur & pro ingenii perspicacitate, ἐυσυνοια. Idem de Natur. deor. Epicurus, homo sine acumine, sine ullo lepõre. Colum. in præfatione, Facillimam esse, nec ullius acuminis rusticationem, quòd quæ in acutum terminent, interius magis penetrent: quomodo solent perspicacia ingenia penetrare.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Acumino, nas, act. p. pen cor. Acutum facio. ὀξύνω Lact. de Opific. in quadrupedibus, autem contextū spinæ à summo capite deductum: longius extra corpus eduxit, & acuminauit in caudam.

Acuminatus, a, um, Quod acumen habet, κινητοτός. Plin. lib. 11. capite 2. de culice, Ita reciproca generauit arte, ut fodiendo acuminatum, sorbendo q; fistulosum esset.

Acŭpĕdĭus. Dicitur, cui præcipuum est in currendo pedum acumen, ὀξύπους. Festus.

Acupictores, m. t. Qui acu pingunt. Alio nomine Phrygiones appellantur, à Phrygia, regione Troiæ, ubi primùm inuenta hæc ars dicitur.

Acŭs, aci. m. s. generis masculini, Genus piscis, qui & Acicula dicitur. Mart. li. 10. Et satius tenues ducere credis acos. Hic etiam Belona dicitur, βελόνη. Plin. libro 9. cap 51. Acus siue Belone, unus piscium, dehiscente propter multitudinem utero parit.

Acŭs, ĕris, generis neutri, Purgamentum frumenti, σκύβαλον, ἄχυρον. Colum. libr. 8, Nam in suburbanis lactens porcus acere nutriendus est.

Acero, acras, acerare pen. cor. Paleas inficere, ἀχυρόω.

Aceratus, adiect. Acere plenus, aut permistus, ἀχυρώδης. Inde Lutum aceratum, authore Festo, quod paleam habet admistam.

Acerosus, adiect. Idem, ut, Panis acerosus, qui confectus est ex frumento parum purgato, acere q; non satis diligenter excreto.

Acus, g. artæ declinat. generis fœminini, Instrumentum est quo uestes sarciuntur, ἀκίσπα, βελόνη. Item, quo ornatrix utitur ad discernendos capillos. Iuuen. Saty. 2. Ille supercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. Mart. Figat acus tortas, sustineat q; comas. Purgamenta quoq; legumini num Acus dictas inuenimus à Columella lib. 2. cap. 10. Vbi sic scribit de fabarum tritura: Nam semina excussa in area iacebunt: super q; ea paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur: ac durissimè quidem acus resectæ separatæ q; erunt à cudentibus: minutæ uerò quæ cum siliquis de faba resederunt, aliter secernentur. Similiter exercitus instructio, Acus dicitur, quòd ea militum pars uehementissima sit ad hostem nulnerandum acumine telorum. Perottus.

Acuncula, diminutiuum ab acus: qua utuntur mulieres ad se ornandum, ἀκίσπα. Hujusmodi est discerniculum, quod capillis distriminandis est accommodatum.

Acustici, Sunt auditores: quales erant discipuli Pythagoræ. Ille enim à suis auditoribus, ut minimum, biennium exigebat, quo illis tantùm audire, non etiã loqui licebat, ἀκουστικοί

Acutè, Acutus, Acutulus, uide Acuo.

Acylonion, lichnis coronaria. Dioscor.

Acylon, seu potius Acylos, ἄκυλος Suidæ, Fructus est ilicis fœminæ. Plin. lib. 16. cap. 6. Ilicis glans utriusq; brevior, & gracilior, quam Homerus Acylon uocat: eoq; nomine à glande distinguit. Masculas ilices negant ferre. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cuiusdam, quæ mediam quandam naturam obtinet inter suberem & quercum, quæ ob id Phellodrys uocatur. Vide Ruellium lib. 1. cap. 89.

Acyrologia, ἀκυρολογία, Latinè impropria locutio, qualis est illa Vergilii 4. Aen. Hunc ego si potui, tantum sperare dolorem. Vbi Sperare, pro Timere dixit: quum propriè speremus bona, timeamus aduersa. Ab aliis dicitur dictio minus conuenienter ciata, uel non propriis dictionibus obscurata sententia: ut, Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Ibi enim nullus significatur ignis, sed meretrix. Dicta est autem Acyrologia, quasi, ἄκυρος λόγος, hoc est, improprius sermo.

A D

Ad, πρός τὸ παρά cum accusatiuo, Præpositio accusatiuo seruiens, proximitatem significat, eamq; frequentissimè coniunctam cum motu ad locum, uel ad personam. Cicero in Vatinium, Venisti ad fretum per Mauritaniã. Terent. in Andria. Venit ad me Chremes postridie. In hoc itaq; differt à præpositione Apud, quod hæc nũquam motũ nec ad locũ, nec ad personam importet. Ad uerò frequentissimè motui seruit, sæpe etiã quieti, ut infra ostendemus. Differt à præpositione In, quòd hæc ingressionem termini significet. Ad uerò tantũmodo accessum ad terminũ. Vnde rectè dixeris, Iudicẽ uel prætorem in tribunal se conferre, Litigatorem autem ad tribunal. Sic ad urbem olim accedebant Imperatores, qui ob res prosperè gestas triumphum sibi decerni cupiebant: quibus tamen urbem ingredi, nisi positis fascibus, & abiecta triumphi cura non licebat. Sæpe etiam ut diximus, ita nullo ponitur motu, ut idem sit, quod Apud, παρὰ cũ dativo Cic. pro Cælio, Habes hortos ad Tyberim. Idem pro Flacco, Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dicebant. Idem pro Sext. Roscio Amerino, Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roscius. Ita etiam aliquando cũ accusatiuo personæ, quo locus citra motum denotatur. Cicero in Verr. Act. 2. Decem fisci ad Senatorem relicti. Idẽ Att. lib. 9. Dionysius ad me fuit bene manè. Hoc est, domi senatoris, domi meæ: accusatiuus psonæ pro loci accusatiuo. Multiplex præterea huius præpositionis est usus: ut quum pro Imponitur. Cic. in Pison. Deprehẽsus denique cum ferro ad Senatum est. Cæs. Bell. Gal. 5. Toram hyemem ipse ad exercitũ manere decreuit. Pro Circa. Cic. Att. Ad quæ tempora ne expectem, facias me certiorem uelim. Pro Circiter. Terent. Heaut. Talenta ad quindecim coëgi. Pro Versus: ut, Ad Orientem, Ad Meridiem. Sic, Ad sydera, Ad cœlum tendere manus, siue oculos. Vergil. 2. Aen. Duplices tendens ad sydera palmas. Pro Præ. Terent. in Eunuch. Est ne ut fertur, forma? P. Sanè. CH. At nihil ad nostram hanc. Pro Post. Cic. Att. 12. Nescio quid interfit, utrum illuc nunc ueniam, an ad decem annos. Præpropter. Propertius Eleg. ult. lib. ult. Panditur ad nullas ianua nigra preces. Liuius ab urbe. 1. Indequum aliæ boues quædam ad desiderium (ut fit) relictarum mugissent, id est, propter desiderium, uel præ desiderio. Interdum etiam idem valet quod Pro. Plaut. in Aul. Venimus coctum ad nuptias, id est, Nuptiarum causa Terent. Argentum dabitur ei ad nuptias. Cic. 5. Verr. Qui ad statutã pecuniam contulerunt. Pro Ante: ut, Ad limina expectare. Vergil. 4. Aen. Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. Ad pedes se abijcere. Cic. Attico lib. 2. Clodius abiecta toga, se ad generi pedes abiecit. Pro Præter. Terentius in And. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Pro Secundum, similitudinem scilicet significans: ut, Ad arbitrium, ad nutum alterius. Plaut. Merc. Ad istam faciem uirum quæro. Pro quantumuis, Cic. 3. Ver. Vidi simul cum populo Romano forum, comitiumq; adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum cogitationẽq; acerbo & lugubri. Id est, Quantum ad speciem, Quantum ad sensum. Pro Vsq; ad, uel Vsq; in. Cic. Ad multam noctem contenderunt. Cæsar. Ad horam nonam in anchoris expectauit. Liuius, Ad lucem acerrimè pugnatum est. Aliquando significat rei usum. Cic. 6. Verr. Quo solutus erat uti ad festos dies, & ad hospitum aduentum. Aliquando officium. Vnde Ad manus seruus dicitur, qui & A manu, siue Amanuensis, de quo antea. Sic Ad cyathos stare, dicuntur pincernæ uini administratores. Ad limina custos, qui est, ædituus. Iungitur & cum gerundijs in dum: ut, Luit ad lauandum. Terent. in And. Nec satis ad obiurgandum causæ. Sunt aliæquoq; huius præpositionis locutiones: ut, Ad pedes desilire. Cæs. pro, de equo descendere. Ad dextram, ad sinistram, scilicet manum. Terent. in Adelph. Ad sinistrã hac recta platea. Ad extremum, Ad ultimum, quæ aliquando ordinis sunt, uel temporis, & pro Deniq;, uel postremò, uel tandem accipiuntur: aliquando nullius sunt ordinis. Ad summam, id est In summa, siue deniq;, postremò. Cic. Att. 10 lurabat ad summam, quod nullo negotio faceret. Ad summum uerò ad numerum refertur. Idem, Scies igitur fortasse cras, ad summum perendie. Ad uerbum, idem est quod De uerbo ad uerbum. Cic. Fabellas Latinas ad uerbum de Græcis expressas. Plin. Ad uerbum translata sententia. Ad unũ, idem quod nullo excepto. Liuius 2. ab Vrbe, Quos cõsul Romanus in Algido consequutus, ad unum omnes occidit. Sic Ad lyram canere: Ad lucernam studere. Et Cic. Ad eum nuntiũ cõmoti sunt omnes. id est, audito eo nuntio. Ouid. Mortua crede mihi, tamen ad tua uerba reuixi. Cæterum notandum quod Ad, in cõpositione quũ iungitur dictionibus incipientib. à c f g l n p r s t, mutatur d in literas sequẽtes: ut Accurro, Afferro, Aggrego, Allego, Annumero, Appono, Arrogo, Assisto, Attribuo. Excipiũtur Agnosco, in quo d abijcitur aut in g mutatur, sicut in Agnatus, euphoniæ causa: similiter Adsum, ubi d remanet, sicut suo dicetur loco. Sed si componatur cum a b d e h i o u, semper d integra manet: ut Adamo, adbibo, adbreuio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, aduoco. Si uerò cum q, d mutatur in c, ut Acquiro. Anquiro autem ab An fit, quod significat circum, ut latius suo loco dicetur. In notis antiquorum, AD, adiutor. AD F. ad exactorem, uel effectorem uel extortorem. ADF. ad finem. AD. L. ad locum. ADIAB. ADIABimicus. ADI. adiutor. ADI. P. Adiutor prouinciæ uel patriæ, uel op. A-

I N ad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

DN. Adneps. ADP. uel ADOP Adoptiuus. Ad. Q. S. R. ad quæstorem. A. D. P. ad diem Pridie. AD. D. ad Dioscoridem, uel ad discordiam uel ad discendum. Adest. AD. F. ad frontem. ADLR. adulterauit. AD. P. XII. ad pedes duodecim.

Adæquè, significat Peræquè, pariter, æqualiter, ἰσίως. Plau. in Cas. Neq; est, neq; fuit me senex quisquã amator adæquè miser. Apuleius lib. 4. Ecce plures numero iuuenes aduenerunt, quos incontanter adæquè latrones arbitrêre.

Adæquãre, Idem propriè quod æquare, hoc est complanare, ὁμαλίζειν. Liuius 1. ab Vrbe, Romanus passim publica, priuataq; omnia tecta adæquat solo. Bud. in Epist. & Com.

Adæro, as, are, pen. prod. ab ære deductum, significat Aere æstimare, ἐξαργυρῶσαι. Bud. Annot. 2.

Adaggero, ras, ἐπιχωματίζειν, uide in dictione Aggero.

Adãgia, æ. f. p. modò netula recentis partus dicitur, modò ad agendum apta.

Adagium gii, & apud antiquos Adagio, onis, Est sententia breuis rebus tempoibusq; accommodata, tectum latêtemq; in oratione sensum obtinens, παροιμία. Dictum Adagium, quasi circum agium, quod teste Varrone, passim per hominũ ora obambulet.

Adãlligo, as, are, a. p. Ad aliquid ligo, προσδέω, Plin. lib. 20. cap. 21. Quin & semen tritum adalligant brachio.

Adãmas, pen. cor. ἀδάμας. Lapis maximi inter gemmas omnes pretii, ab ἀ, priuatiua particula, & δαμάζω, domo quòd durissimus credatur, & nulla ui domabilis: quod tamen falsum esse sæpius compertum est. Nulla tamen re facilius, quã hircorum calido sanguine dissolnitur. Sunt autem adamantum genera quatuor: scilicet, Indicus, Arabicus, Macedonicus, & Cyprius. Qui in India nascitur, æquè magnus est ac nucleus auellanæ: cui similis est Arabicus, sed aliquantò minor. Qui in Macedonia in Philippico auro inuentus est olim, cucumeris semini par est magnitudine. Cyprius colorem æreum repræsentat, & in medicamine plurimùm ualet. Est etiam Adamas cognomine Siderites, quòd ferrei sit splendoris, cæteris adamantum generibus ponderosior, sed dissimili natura, utpote qui frangatur facilius, & adamante alio perforetur, nempe eo qui Cyprius est. Volunt quidam adamantem indicum (qui omnium pretiosissimus est) tantum inesse uim, ut iuxta magnetem positus, ferrum ab eo abstrahi patiatur, aut abstractum ad se rapiat. Venena præterea, lymphationes, metusq́ue uanos abigit ex hominum mentibus. Est etiam hoc nomine herba, quæ & Hyoscyamus & Apollinaris uocatur. Vide Dioscoridem libro 4. cap. 69. & Plinii lib. 37. cap. 4.

Adamanteus, a, um, pen. prod. ἀδαμάντειος. Idem quod Adamantinus Ouid. 7. Meta. Ecce Adamanteis Vulcanum naribus efflant.

Adamantinus, a, um, pen. cor. Quod ex adamãte. ἀδαμάντινος. Horat. lib. 1. Carm. ad Agrippam, Quis Martem tunica tectũ adamantina Dignè scripserit?

Adamantis, idis, fœm. g. ἀδαμαντίς, Herba quædam esse traditur à Magis Armeniæ Cappadociæq; alũna, qua admota leones resupinari feruntur hiatu laxo. Nominis rationem ijdem hanc tradunt, quòd conteri nequeat, quemadmodum nec adamas. uide Plinium lib. 24. cap. 17.

Adamo, mas, penultima correpta. Amatoriè amo, ut placet Vallæ. στοργίζω. Quint. Me quidem, marite, si quis interroget, omnes matres liberos suos, tanquam adamauerint, amant. Adamare interdum est honestè, ac nalde amare, & quacunque de re dicitur. Cic. libro tertio de Orat. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone adamarat.

Adapertus, a, ũ, Idẽ quod apertus, uel semiapertus, ἀνεῳγώς Ouid. lib. 1. Amor. Eleg. 7. Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestræ.

Adapto, uide Apto.

Adaquo, quas, pen. cor. ex Ad & Aquo: id est Aqua reficio, ποτίζω, ut, Adaquare arbores, Plin. lib. 17. cap. 10. Ternas simul ferendas trianguli ratione, palmo inter se distantes, denis diebus adaquari, donec grandescant. Sueton. in Galba. cap. 7. Ita decreuit, ut ad locum ubi adaquare solebat, iumentum duceretur capite inuoluto.

Adarces, fœ. p. Dioscor. ἀδάρκης. Salsugo quædã gelata, palustribus in locis, ijsdẽq; humidis, prouenies, quibus exiccatis condensari solet, atq; arundinibus adhærere. Plin. li. 16. ca. 30. & 36. lib. 32. cap. 10. & lib. 22. cap. 24. Adarcam uocẽ Latinã agnouit: traditq; nasci in cortice calamorũ, sub ipsa coma, ex spuma aquæ marinæ cum dulci commista: & à nonnullis καλαμοχνῆν, hoc est arundinaceam lanuginem uocari. Vide Hermolaum in Plinium, & Marcellum Verg. in Dioscor.

Adãrẽo, res, rui, pen. cor. f. Idem quod arere, siue exarere, ξηραίνεσθαι, utitur eo Cato de re Rust. cap. 98. Amurcam de coquito ad dimidium, & ea ungito fundum arcæ, & extrinsecus pedes & angulos: ubi ea adaruerit, uestimenta condito.

Adasint, siue (ut Festus legit) Adaxint, ueteres dixerũt pro Adigant. Plaut. Vtinam diui adasint ad suspendium.

Adãsus, Species tunicæ, sic dictæ, quòd ab humeris non erat consuta. Perottus.

Adaugẽo, et Adaucto, αὐξάνω, uide Augeo.

Adbĭbo, is, adbibi, adbibitum, n. e. Largius bibo, ὑποπίνω. Terent. in Heaut. Is mihi, ubi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora. Plaut. in Sticho, Euge, quando adbibero, alludiabo. Accipitur & pro imbibere per metaphoram. Horat. 1. Epist. nunc adbibe puro Pectore uerba puer.

Adcŏrpŏro, as, act. p. adiungo, admisceo. Solinus. Et carinis tenaciter adcorporatur.

Adaugesco, cresco, Ciceronis nox.

Addĕcẽt, aduerbium idem quod decet. Plaut, admodum familiare: ut, Eius studio seruire addecet.

Addĕcĭmo, mas, act. p. decimam partem accipio.

Addax, m. t. Animalis quoddam genus est in Africa, quod cornua habet erecta, rugarumq; ambitu contorta, & in lene fastigium exacuta, ita ut lyras diceres. στρεπτόκερα Greci cornua tortis cornibus appellant. Hæc ferè Plinius lib. 11. cap. 37.

Addephagia, ἀδηφαγία, Inexplebilis edendi auiditas, παρὰ τὸ ἄπληστον ἐσθίειν, hoc est ab auidius edendo dicta. Hæc apud Siculos pro dea colebatur: ubi templum habebat sibi peculiariter dedicatum. Vide Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 11.

Addenseo, ses, sui, ex ad & denseo, teste Seruio, significat Densum facere, stipare siue constipare, πυκνόω. Verg. 10. Aen. extremi addensent acies. Verbum rarissimum.

Addenso, as, are, Idem quod addenseo. Plin. lib. 20. cap. 21. Mirum aquã, radice ea addita, addensari sub dio, arq; lactescere.

Addico, cis, pen. cor. act. 3. significat Auctionem facere, hoc est bona sua proscribere, & licitantib. tradere, & rem uenalẽ ci qui plus cæteris obtulerit, adiudicare. Græcè ἀνωμοσία dicitur. Plin. lib. 35. cap. 11. Tabulas inde omneis ex publico propter æs alienum ciuitatis addictas, Scauri ædilitas Romã trãstulit. Addictas, hoc est, publicè uenditas. Quint. Omneis facultates in pretia collegi, rus, seruulos, & omnia utiliora properanti festinatione parẽtes addixi. Suet. in Cæs. Amplissima prædia ex auctionibus hastę minimo, seu (ut quidã legũt) nummo addixit: Et addicere Prætor dicebatur, quando debitorem tradebat creditori, ut in eum & uitæ & necis haberet potestatem, quum soluendo non esset, παραδίδωμι. Cic in Pison. Nónne Fusidium debitorem creditoribus suis addixisti? Idem pro Flacco, Is quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab eo ductus est. Vnde Addicti (ut est apud Vallam lib. 5.) κατακεκριμένοι. Est enim unum ex tribus uerbis Prætorijs, quæ sunt hæc, Do, Dico, Addico. Ab hac forensi significatione refertur etiam ad alia: ut in disciplinã Augurali aues dicuntur Addicere, quando ratũ faciunt Auspiciũ. Liuius, Fabio auspicanti aues semel atq; iterum addixere. Addicere opus aliquod, pro Locare faciendũ. Cic. 3. Ver. Addicitur id opus HSDLX. milibus. Et Addicere sententiã pro uendere. Cic. Phil. 2. Quum neq; principes ciuitatis rogando, neq; maiores natu monendo, neq; frequens senatus agendo te de uendita atq; addicta sententia mouere potuit. Addicere supplicio, morti: pro Dãnare, destinare, deuouere. Cic. Phil. 3. Gladiatorio generi mortis addictus. Addicere se cupiditatibus, petulantiæ, intemperantiæ, &c. Pro se dare. Quemadmodum & apud Horatiũ 1. Epist. Nullius addictus iurare in uerba magistri.

Addictè, aduerbium: ut apud Tacitum lib. de Germ. moribus, Trans Lygios Gothones regnant, paulò iam addictius, quàm cæteræ Germanorum Gentes, nondum tamen supra libertatem.

Addictio, onis, uerbale. ἀποκήρυξις. Cic. 2. Ver. Simul in iure dicendo bonorum possessionumq; contra omnium instituta addictio, & condonatio.

Addisco, scis, n. t. per duplex d. Bene disco, uel ad ea quæ didiceram, addo. προσμανθάνω. Cic. de Senectute, Solon dicebat se-

bat ſeneſcere ſe in dies multa addiſcentem.

Additamentum, Additus, uide Addo, addis.

Addiuino, as, are. Idem quod diuino, μαντεύομαι. Plin. lib. 37. cap. 10. Vt Appion grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addiuinantem, &c.

Addo, das, Ad data addo, προσδίδωμι. Plaut. in Trucul. Tuo arbitratu, quod iubebis, addabitur.

Addo, dis. Affero acceſsionem, adiungo, προσίθημι ut, Hoc meis malis, uel ad mea mala additur. Cic. Appio Pulchro, Illud uelim ſic habeas, quod intelliges hac re nouata, additum potius aliquid ad meũ erga te ſtudiũ (cui nihil uidebatur ad di poſſe) quàm quicquam eſſe detractum. Addere animum id eſt augere. Plaut. in Amph. Vbi noſtris animus additus.

Additamentum, ti, n. ſ. Acceſsio, αὔξησις. Cic. pro Seſtio, Interceſsit Ligus iſte neſcio quis, additamentum inimicorum meorum.

Additus, ta, tum, pen. cor. Adiunctus, προσθεμιένος. Quandoq; inimicus. Sic enim interpretatur Seruius illud Vergilij 6. Aen. nec ne Teucris addita Iuno Vſquam aberit.

Addŏcĕo, Idẽ quod doceo, uel ad iam docta aliquid addo, προσδιδάσκω. Horat. Sollicitis animis onus eximit: addocet artes.

Addormio, uel **addormiſco.** Contrarium eſt eius quod eſt expergiſcor. κοιμάομαι. Suet. Et quoties poſt cibum addormiſceret (quod ei ferè accidebat) olearum ac palmarum oſsibus inceſſebatur. Alij legunt obdormiſceret.

Addŭbĭtŏ, as, Aliquantulum dubito. Cic. Cecinnæ, Habes augurium meum, quo, ſi quid addubitarem, non potius uterer, quàm conſolatione. Idem Volum. lib. 7. Quòd ſine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primũ addubitaui num à Volumnio Senatore eſſet.

Adduco, cis, pen. prod. a 1. Ad aliquem duco, προσάγω. Terent. in And. Audiui Archillis, iamdudum Lesbiam adduci iubes, &c. Interdum cogo, & quaſi renitentem ad aliquid faciẽdum impello. Cic. in Ver. Act. 1. Adductus ſum, Iudices, officio, fide, miſericordia. Idem Attico lib. 1. Pompeium in eã uoluntatem adduxi. Interdum eſt contrahere, ἐπαίρω. Ver. li. 1. Geor. ubi ignea uenis Omnibus acta ſitis miſeros adduxerit artus. Vnde abductã frontẽ irati habere dicuntur, hoc eſt contractã & conſtrictã. Interdũ intorquere, rotare. Idem li. 9. Ipſe ter adductas circũ caput egit habenas. Interdũ pdūco, extendo. Vergil. Aen. 9. Ocyus adducto torquens haſtile lacerto. Aliquando declaratur per uerbum Redigere. Cic. in Cæl. Contracta res eſt, & adducta in anguſtum.

Adduplĭcŏ, as, are, act. p. Idẽ quod duplico. διπλάζω, Plaut, in Pœnul. Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi.

Adechaſtus, ἀδίαστος, Propriè dicitur qui nulla accipit munera. ab ἀ priuatiua, & δίχομαι. Vnde Adechaſti iudices dicũtur incorrupti, & qui nullis muneribus à recta illa iuſtitiæ trutina poſſunt deflecti. uide Cæl. Antiq. lect. li. 23. ca. 14.

Adedo, dis, pen. cor. In totũ edo, cõſumo, καταφάγω, καθίδω. Vnde Adeſum, conſumptum, nam ibi Ad, auget. Vergilius 4. Georg. nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio.

Adeſus, a, um, ab Adedor, id eſt conſumptus, ἀπωδιόμενος. Cic. 2. Tuſc. Quum uerò adeſum inflatu renouatum eſt iecur. Adeſa pecunia, per metaphoram, pro conſumpta apud eundem.

Adelphi, m. ſ. ἀδελφοί, Fratres, quaſi non ſoli: Delphon enim priſca lingua Græcorum, Vnum ſignificat. Vnde Apollo, id eſt Sol, (Macrobij ſententia) Delphios dicitur, quaſi unus & ſolus. Alii ab ἀ deducunt, quod interdum ſignificat ἁμᾶ, ſimul & διαφὼς, quod uoluam uel uterum: ut Adelphi dicantur, qui ex eodem utero prodierũt. Hoc nomine Terent. Comœdiam quãdam inſcripſit, in qua Aeſchin. & Ctesipho fratres introducuntur.

Adelphides, pen. cor. ἀδελφίδες, Palmæ ſpecies eſt, ſapore quàm proximè ad caryotas accedens. unde & Adelphides dictæ ſunt, quaſi caryotarum ſorores, author Plin. libro 13. cap. 4.

Ademptio, Ademptus, uide Adimo.

Adenes, pen. cor. ἀδένες. Glandulæ ſunt in gutture, ex carnein duritiem contracta, quæ alio nomine χοιράδες, hoc eſt ſcrophulæ nocantur. Plinius lib. 11. cap. 37.

Adĕo, ſecunda ſyllaba breui, Aduerbiũ eſt, & ſignificat Vſq; cò, uel In tantum. τοσοῦτον, ὅτως. Quint. Nunquam adeò pro nobis ſolicita eſt lex, ut quod præſtet, extorqueat. Quando quę ponitur pro nalde, ſiue multùm. Terent. in Eunucho Id uenem adeò nobilem. Poſt Acq; ſubiunctum, eſt coniectiua, uel augmentariua particula, idem ſignificans quod Imò, uel porrò. Cic. pro Cluent, De foro, atq; adeò de cunitate ſublatus eſt. Idem in Catil. Eorum autem caſtrorum Imperatorem, ducemq; hoſtium intra mœnia, atq; adeò in Senatu uideris inteſtinam aliquam quotidie perniciem Rei publicæ molientem. Quandoq; pro Certè, ſine dubio. Verg. Geor. 1. Multũ adeò raſtris glebas qui frangit inertes, Vimineasq; tradit crateis. Quandoq; pro Modo, Terent. And. Turetã adeò eius audies uerba. Apud pœtas præſertim Comicos, ſæpe eſt particula ornatiua, ſeu mauis explerliua, quippe nihil ad ſenſum conferens, ſed uel ad ſermonis ornatum, uel ad metrum explendum adhibita. Ibidem, Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua.

Adeouſq;, ſiue una eſt dictio, ſiue duæ, idem eſt quod Vſq; adeò. Plaut. in Aſin. agè agè manſero Tuo arbitratu, uel adeouſq; dum peris, pro Vſque dum, id eſt donec.

Adeo, adis, adiui, uel **adii, aditum,** pen. cor. act. q. id eſt Accedo, προσέρχομαι. ut, Adeo prætorem. Cic. 4 Acad. Tribunum aliquem cẽſeo adeant. Idem App. Pulchro, ad me adire quoſdam memini. Adire hæreditatem, eſt ſe hæredem profiteri, & pro hærede ſe gerere. Cic. 2. Philip. Quum ipſe patris hæreditatem non adiiſſet. Interdum pro ſubire, uel ſuſcipere: ut Adire labores, Adire periculum capitis, apud Ciceronem pro Seſt. Roſcio. Aliquando adoriri & aggredi, ἐπιχειρέω. Terent. in Phorm. Nunc prior adito tu: ego in inſidijs ero hic ſuccenturiatus, ſi quid deficies. Verg. 5. Aen. nec quiſquam ex agmine tanto Audet adire uirum. Huius paſsionum protulit Colum. lib. 1. Sed granaria ſcalis adeantur, & modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. Et Cic. 2. Tuſcul. Illa pericula adeuntur in prælijs.

Aditur impersonale. Cic. 4. Verr. Antequam in ius aditũ eſſet. Idem pro Flacco, M. Cratidius ad quẽ eſt aditũ, negauit, &c.

Additio, onis, f. t, eſt acceſsio, πρόσοδος. Plaut in Truc. Quid tibi hanc aditio eſt? Figuratè, pro, cur hanc adis? Vbi eſt dignũ notatu, caſum uerbi additum eſſe nomini: ut apud Ciceronem, Domum reuerſio: & alia quædam eiuſmodi.

Adito, tas, pen, corr. frequentatiuum ab Adeo, adis. Plautus in Capt. Si adites propius.

Aditus, tus, m. q. ſignificat ingreſſum per quem ingredimur & admittimur. πρόσοδος. Cic. 15. Epiſt. duo ſunt aditus in Ciliciam ex Syria. Verg. 9. Aeneid. Aditumq; per auia quærit. Vnde quandoq; pro limine ſeu ianua ponitur. Cic. 1. Philip. Forum ſepietur, claudentur aditus, armati in præſidijs, multis in locis collocabuntur. Transfertur etiam aliquando ad incorpora. Idem pro Cluentio, Hominibus ignominia notatis neq; ad honores aditus, neq; in Curiam reditus eſt. Idem pro Fonteio, Magnitudine rei ſic occupant eorum, qui audiunt, animos, ut difficilis aditus ueritati relinquatur.

Adeps, ſtás, gen. dub. medicis, cæteris q; qui anatomẽ ex profeſſo tractant, dicitur unctuoſum illud quod muſculorum extremitatibus membranisue adhæſit ex frigida portione ſanguinis, quæ è uenis excidens, exanguibus, ideoq; frigidis membranis adhæret, ibidemq; non ſecus arq; oleum frigore concreſcit. Vnde & in corporibus, quibus frigidior eſt natura, copioſior: in calidioribus, parcior gignitur. In uentre inferiore magna in primis eius copia colligitur, quòd ea pars membranoſa ſit, & à fonte caloris longiuſculè diſsita. Differt itaq; Adeps ab eo quòd Latini pingue, uel pinguedinẽ Græci, πιμελὴν appellant, duplici ratione: primùm ſimpliciter, quòd ille muſculorum (ut diximus) extremitatibus, aut membranis adhæreat. Pingue, teſte Plinio lib. 11. cap. 37. inter carnem & cutem ſitum ſit. Deinde quòd adeps frigore concreſcat, durusq; fiat & fragilis: pingue neq; congeletur, neq; durum aut fragile euadat. Rurſus a Seuo Adeps diſtinguitur ut eodem in loco docet Plinius, quòd adeps in iis duntaxat animalibus dicatur, quæ biſulca ſunt, ſciſſiſue digitis, & nõ cornigera: Seuum uerò in cornigeris, iiſq; una tantum ex parte denatis, & talos habentibus. Hæc tamen differentia ne ab ipſis quidem medicis ſemper obſeruatur. Apud cæteros uerò ſcriptores nullo penè diſcrimine omnia hæc confunduntur adipisq; uocabulum latiſsimè ſumitur, ut etiã ad ſeuũ & pinguedinem extendatur. Exempla paſsim occurrent. Effertur aũt hoc nomen modò maſculino, modò fœminino genere. Plin. lib. 28. cap. 9. Maſſurius palmam dediſſe lupino adipi antiquos tradit: ideò nouas nuptas illo perungere poſtes ſolitas, ne qd mali medicamenti inferretur. Idem lib. 30. ca. 3. Protinus uel ptiſanę, uel alicæ, uel orizę cremor dandus eſt, cum quo recens adeps cocta ſit. Sepius tamen Maſc. eſt.

Adipes

Adipes plurali numero legimus: quod tamen rarum eſt. Plinius lib. 8. cap. 56. Illi ſunt adipes medicaminibus apti.

Adipale, pen. prod. adiect. Pro pingui, στέατινον. Vnde Feſtus, Adipaleis cœnas ſacerdotum uocat, quæ etiam Adiiciales dicuntur.

Adipoſus, Adipe abundans, στεατώδης. In Sacris literis etiam pro diuite accipitur, & opulento, quemadmodũ & Adeps pro diuitiis: ut annotauit Hermolaus in Plinium.

Adipatus, ta, tum, Adipem admiſtum habens, στεατώδης. Vnde Iuuenalis Satyr. 6. Adipata dixit, pro cibis adipis admiſtione confectis, Liuida materno feruent adipata ueneno. Cic. in Oratore, ad orationem tranſtulit, Adipatamq; orationem dixit, pro pingui. Adſciuere (inquit) ſuis artibus opimum quoddam, & tanquam adipatæ dictionis genus.

Adeprio, Adeptus, uide Adipiſcor.

Adequito, as, uide Equito.

Adeſdum, ex Aedes quod imperatiuum eſt, & Dum particula nihil ſignificante. Eſt enim productio, & adiectio ſyllabæ: ut Ebodum ad me.

Adeſpotus, ἀδέσποτος. Nullius dominio ſubiectus. Vnde ἀδέσποτοι libri uocantur, qui nullum titulo domini uomen profitentur. Et Plutarchus in uita Ciceronis, ἀδέσποτον ἐπιγράφην uocat, in qua ſcriptoris nomen erat ſuppreſſum. Adeſpota bona, ἀδέσποτα κτήματα à Budæo uocantur, quę quum iuſtũ hæredẽ non inueniãt, ad fiſcũ deuoluũtur.

Adeſſe, uide Adſum.

Adeſurio, is. Valde eſurio, βουλιμιάω. Plaut. Adeſuriuit magis, & inhiauit acrius lupus.

Adeſus, uide Adedo.

Adfremo, is. Ad aliquid fremo. Val. Flac. Argon. 1. Adfremit his, quaſſatq; caput.

Adfringo, is. Ad aliquid frango. Stat. 5. Theb. plenisq; ad fringere paruos, Vberibus, ferroq; omnes exire per annos.

Adgrẽrus, a, um, apud Enniũ. Adgretus fari, pro eo, quòd eſt aggreſſus. Venit à Græco. Feſtus.

Adhæc, siue Adhoc, id eſt, præterea, quaſi præter ſuprà iam dicta, πρὸς τούτοις, ἐπὶ τούτῳ. Cicero pro Flacc. Adhæc prædia incenſa dedicauiſti. Salluſt. in Iug. Ad hoc plerasq; tempora in uenando agere: leonem atq; alias feras primus uel in primis ferire.

Adhærẽo, n. ſ. Affixus maneo, arctiſsimè infideo, adhærens ſto, approximo, προσκαθέομαι. Cicero 1. Verr. Tela in tuis uiſceribus adhærebunt. Idem in Phænomenis Arati, Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.

Adhăbĕro, as, act. p. παρέχω, iuxta habito, uel iuxta pono. Plautus in Cap. Aedepol nanq; ſi adhabites propius, os denſabit tibi.

Adhæreſco. Adhærens fio, uel idem quod Adhæreo. Cicero Offic. 1. Omninoq; iuſtitiæ, honeſtatiq; adhæreſcet.

Adhæſio, f. t. uerbale. Ipſe actus adhærendi, πρόσκλισις. Cic. 1. de Fin. Et copulationes, & adhæſiones inter ſe, &c.

Adhæſus, us, pro eodem. Lucretius lib. 3. Nam neq; pulueris interdum ſentimus adhæſum.

Adhălo, act. p. afflo, aſpiro, πνέω. Plin. lib. & cap. 22. Nunc quidem, ſi ſerpentis cauerna iuxta fuerit, ſi pateſcentes, primo adhalauerit.

Adhāmo, act. p. Idẽ eſt quod obligo, irretio. ἀγκιστρόω. Cic. 2. Academ. Qui enim ſerius honores adhamauerunt, uix admittuntur ad eos, nec ſatis cõmendati multitudini poſſunt eſſe. Deducitur ab hamus, quod catenam, & uncũ quo pisces ineſcantur, ſignificat.

Adhĭbĕo, pen. corr. act. ſ. Appono, admoueo, adiungo, adiicio. Et tam ad res, quàm ad perſonas refertur: habetq; penè ſemper accuſatiuum. Cicero 1. Famil. Adhibui diligentiam, quotieſcunq; Senatus fuit, ut adeſſem. Terent. Phorm. Nunquam amittam ego à me, quin mihi teſtes adhibeam. Cicero Fam. 7. Rationes confectæ me abſente ſunt tecum, ad quas ego nihil adhibui, præterlectionem. Idem Rufo, Vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem.

Adhĭnnĭo. Propriè eſt equorum, quũm ſe mutuò conſpicientes, audientes, aut olfacientes, hinnitum emittunt, προσχρεμετίζω. Ouid. 1. de Arte, Fœmina cornipedi ſemper ad hinnit equo. Per metaphoram accipitur pro eo quod eſt alicuius orationem cum plauſu excipere, aſſenſumq; noſtrũ clara uoce teſtari. Cicero in Piſonem. Sic ad illius hanc orationem adhinnijt, ut non magiſtrum uirtutis, ſed authorem libidinis à ſe illum inuentum arbitraretur.

Ad hŏram, ἐφ' ὥρᾳ, ſignificat ad tempus conſtitutum.

Adhortor, aris. Idem quod ſimplex hortor, παρορμάω, προτρέπομαι. Cicero 1. Offic. Ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus adhortari.

Adhortatio uerbale, Idem quod Hortatus, uel admonitio. παράκλησις.

Adhuc, ſ. duerbium compoſitum ex Ad, id eſt Vſq;, & Huc & ſignificat etiamnunc, Etiamtum, Hactenus, uel Ad hoc tempus. μέχρι τούτου, ἔτι, πρόσθεν. Author ad Heren. lib. 4. In his quatuor generibus exhortationum, quę adhuc propoſitę ſunt, non inopia uerborum fit ut ad idem uerbum reuertatur ſæpius. Idem lib. 1. Adhuc quę dicta ſunt, arbitror mihi conſtare cum cæteris artis ſcriptoribus. Quint. Eſt adhuc alia in reſpondendo figura. Horatius in arte, Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Adhuc locorum, eadem figura qua dicimus Vbiq; locorum, &c. Plaut. in Capt. Vt adhuc locorum feci, faciam ſedulò.

Adiăcĕo, ces, pen. cor. Iuxta iaceo, adhæreo, πρόσκειμαι. Colum. in præf. An putem fortunacius à catamito repulſum ianitore, ſæpe nocte ſera foribus ingratis adiacere?

Adiănŏĕtă, ἀδιανόητα, Id eſt nõ intelligibilia. nam διανοία intelligo ſignificat.

Adiantum, ἀδίαντον, Herba eſt quæ aliis nominibus Polytrichon, Callytrichon & Capillus Veneris appellatur. uide Plin. 22. cap. 21

Adiăphŏră, pen. cor. ἀδιάφορα. Latinè dicũtur promiſcua ſiue indifferentia, quibus & bene poſſumus uti, & malè: quæ lia ſunt bona corporis, ac fortunæ.

Adiatrepſiam, ἀδιατρεψίαν, Græci dicunt inuerecundiã. ἀπὸ τῆς ἀντιτύπου, καὶ διατρέπω.

Adiectio, Adiectiuum, Adiectus, uide adiicio.

Adigo, gis, pen. cor. a. t. ex Ad & Ago, ſignificat Vi impellere: ſicut feriendo adigimus cuneum, διάγωσαι, ἐς φέρειν. Plinius libro 16. capite 10. In ipſam arborem clauus ferreus adigatur. Cæſ. de bell. ciu. Tantùm aberat à noſtro caſtello, ut telum tormentumue miſſum adigi non poſſet. Per metaphoram ponitur pro Concitare, impellere. Terent. Adelph. Tu homo adiges me ad inſaniam. Item pro Aliquò ago, hoc eſt, compello, προσηλαύνω. Idem Eunuch. Noctu te adigent horſum inſomnia. Plautus in Bacch. Nam amabo quis has huc oues adegit? Cicero loco huius uerbi, Apello uerbo eſt uſus: inquit enim de Diuin. Viſum eſt in ſomniis paſtorem ad me appellere duos conſanguineos arietes. Item pro cogere: ut Adigere in uerba, eſt cogere quempiam, ut in uerba noſtra iuret. Sic adigere iure iurando, ſiue ad iuſiurandum, dicitur, qui conceptis uerbis, hoc eſt arbitrio ſuo dictatis, alium iureiurando obſtringit.

Adactus, participium, paſſiuum, Vi impulſus. Plinius libro 16. cap. 40. Et ne ſic quidem adactus uelli clauus queat.

Adactio, uerbale. Liuius 2. Bell. Pun. A Tribuuis ad legitimam iuriſiurandi adactionem translatum.

Adiicio, cis, pen. cor. act. t. ex Ad & Iacio, cum cæteris à Iacio compoſitis, per duplex ij, niſi in poëmate, ubi quandoq; primam ſyllabam contingit breuiari. Statius, Fontibus intendas abicit, monſtratq; cruorem. Idem, Pectoraq; inuiſis obicit fumantia muris. Verg. Tityre paſcentes à flumine rice capellas. Ibi enim altera abiicienda eſt, ne ſyllaba longa poſitione i duplicis conſonantis, cõtra rationem metri corripiatur. In illo item italq; Vergilii, His germana malis oneras, atq; obiicis hoſti: uerbum obiicis gemino ii eſt ſcribendum, alioqui prima produci non poſſet. In præterito uerò per unicũ i ſcribenda ſunt, ubi a in e, mutatur: ut Abieci, Adieci. Significat autem Adiicere propriè, ad aliquid iacere, ἐπιβάλλω. Cæſ. Bell. Gall. 5. Vt neq; ex inferiore loco ſatis commodè tela adiici poſſent. Transferrur quoq; interdum ad alia. Sic adiicere uires, Adiicere authoritatem. Adiicere animum rei uel ad rem, eſt animum appellere, adiungere, applicare, προσέχειν. Adiicere oculos in aliquam rem, ἐπέχειν ὀφθαλμούς, eſt cupiditate rei uiſæ teneri. Adiicere calculum, eſt approbare. Conſtruitur autem cum datiuo, uel cum accuſatiuo, & præpoſitione Ad uel In.

Adiectio, uerbale. Vitruu. lib. 9. cap. 9. Sin autem cuneorum adiectionibus & deiectionibus correptiones dierum aut crescentiæ non probabuntur, &c.

Adiectiuũ, quaſi adiunctiuũ, qa ſubſtãtiuis adfigitur, ἐπίθετον,

Adiectus, huius adiectus, uerbale, Idem quod Adiectio. Vitruuius libro nono cap. 9. Cuneorum adiectus, aut exemptãs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gulis diebus aut menſibus.

Adiuciales cœnæ, Adiales, quæ uocantur ſacerdotum, ut patet ex Feſto, Plin. Seneca & Macrob. in his enim multa extra ordinem, iuſtaq; fercula adijcebantur. Var. lib. 3. de re Ruſt. Primus Q. Hortenſius pauones Augurali adiuiciali cœna poſuiſſe dicitur.

Adimo, mis, pen. cor. a, t Aufero, ἀφαιρέω, Terent. in And. Hanc niſi mors, adimet nemo. Inde Ademptus, ablatus, ἀφῃρημένος. Adimere ius uerborum in comitiis, eſt ius ſuffragandi tollere, & tanquam ſeruos de ponte deijcere. Nam per pontem ſuffragia ferebantur. Componitur autē ex Ad & Emo, id eſt accipio, ut Feſtus uult.

Adēptio uerbale, Priuatiuo, ablatio, ἀφαίρεσις. Cic. pro domo ſua, Id aūt ut eſſet faciendum, non ademptione ciuitatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.

Adimpleo. Idem quod impleo, πληρόω. Plin. 11. cap. 37. Cochleis oculorum uicem cornicula bina prętētatu adimplēt.

Adindo, is, ere, act. t. uerbum antiquum, compoſitum ex Ad, quod & ipſum ex Do eſt compoſitum, ſignificat imponere, immittere, ἐπιτίθημι, ἐπικλείω. Cato de re ruſt. ca. 18. Orbē olearium latum pedibus quatuor punicarnis coagmentis facito craſſum digitis ſex, ſubſcudes lineas adindito.

Adĭneo, inis, pen. cor. adiniui, adinitum, Id eſt aliquid, uel iuxtà mitto, ἐπαφίημι. Colum. lib 7. Quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medullam eius nucem Græcā, uel auellanam abſcondito, & ita adinito. Hæc Calepinus, corruptis exemplaribus, ut pleriſq; aliis in locis, deceptus. Nam in citato Colum. loco emendatiores codices Adobruito habēt, non adinito.

Adinſtar, Idem quod Inſtar, δίκην κατὰ δίκην. Ad, enim (ut Valla ſcribit) redundat. Primus autem Serenus Lyricus hanc dictionem uſurpaſſe fertur. Vtitur ea & Politianus in Miſcell.

Adĭnuĕnĭo, is, ire, Idem quod ſuum ſimplex, ἐυρίσκω. Cic. 2. de Nat. deor. Ex quo intelligitur, adinuenta animo, percepta ſenſibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos conſecutos.

Adĭpālē, Adĭparum, Vide Adeps.

Adipiſcor, ſeris, ex Ad & Apiſcor, quod non eſt in uſu, à quo Aptus participium uidetur fuiſſe. Vnde Adeptus. Feſtus Aptus cum propria ſignificatione intelligitur: poni tamen ſolet pro Adepto: ſicut Apiſci, pro Adipiſci. Nonius de priſcis dictionibus. Lucilius lib. 26. Vt ego effugiam, quod ego te in primis cupere apiſci intelligo. Dicitur etiam Apiſcor, ſcaris. Lucill. Magnam inde apiſcatus infamiam. Inde etiam Indipiſcor, quod ſignificat aſſequor. Plaut. tamen in Aulularia Indipiſces, in actiua uoce dixit. Adipiſcor igitur, quoniā plenius ſonat quàm Apiſcor, in uſum uenit, & ſignificat quando quis conſequor ſiue obtineo προσκτάομαι. Lib. 4. ad Heren. Hæc omnia adipiſcemur, ſi rationes præceptionis diligentia conſequemur, & exercitatione. Plaut. in Trin. paſsiuè, Non ætate, uerùm ingenio adipiſcitur ſapientia. Aliquando ſignificat Conuenio, peruenio, quando ſcilicet eum perſona iungitur. Plaut. in Epid. Dij immortales infelicitēt te, ut tuis grandibus gradibus. Nam ut ad portum te conſpexi, Curiculò occœpi ſequi, uix adipiſcendi poteſtas modò fuit. Cic. Nam medio itinere eum adeptus amplexus ſum. hoc eſt quū medio itinere ad eum peruenìſſem.

Adeptus, ta, tum, Aſſecutus, acquiſitus, inuentus, ἐπιτυχών. Plin. lib. 7. cap. 24. Tam multis gloriam eius adeptis. Cic. de Sen. paſsiuè protulit, Quā ut adipiſcantur, omnes optant, eandem accuſant adeptam.

Adeptio, uerbale, Idem quod cōſecutio, ἐπιτυχία. Cic. 2. de Fin. Nos beatam uitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus.

Adĭpoſus, uide Adeps.

Aditio, onis, fœminiū tertiæ, πρόσοδος, eſt acceſsio. Plaut. in Trucul. Quid tibi hanc aditio eſt? Figuratè, pro cur hanc adis?

Adĭto, tas, fr. ab adeo, adis. Dicit Nom. Adeo adis, hoc iteramus Aditto, tas, dicitātes. Plaut. Si adites ppius. uerbū rariſſimū.

Adĭtus, tus, m. q. uia, introitus, neſtibulum, os, ſignificat ingreſſum per quem ingredimur. Vergilius, aditumq; per uia quærit.

Adipſarheon, ἀδιψάθριον, ἢ ἀσπάλαθος, Frutex eſt furculoſus ſpinis horrens, qui ad Iſtrum, & in Niſyro, Syria, & Rhodo naſcitur quoq;, ad unguentorum ſpiſſationem olim utebantur. Alijs nominibus Aſpalathus, Erysiſceptron, Diſpacos, & Diaxylon nominatur. Ruellius putat idem eſſe, quod hodie in officinis Lignum Rhodium appellatur. De hoc Plin. lib. 24. cap. 13. & Dioſcorides libro. 1. cap. 19.

Adĭpſa, ἄδιψα, Dicuntur quæque medicamenta ſitim aut extinguentia, aut obrepere prohibentia: quemadmodum Alima ἄλιμα quæ fami obſiſtunt. Vrrorumq; meminit Plutarchus inconuiuio ſeptem Sapientum.

Adipſos, ἄδιψος, Species eſt palmæ uiridis, odore mali cotonei, nullo intus oſſe. Naſcitur in Aegypto, ſimillimum myrobalano in unguentis uſum habens. Dicitur & Phœnicobalanus, ubi maturuerit, teſte Plinio lib. 12. cap. 12. Eſt præterea Adipſos radix olim in Scythia, hodie etiam in agro Frā conienſi naſcens, quam à dulcedine Glycyrhizam appellant. Vulgus corrupto uocabulo Liquiritiū uocat. uide eundem lib. 22. cap. 9.

Adiudĭco, cas, per ſententiā & iudicium tribuo, aſſigno, ſe, ἐπιδικάζω, ψηφίσματί τινι Cic. ad Att. li. 4. Nemo enim dubitat, quin domus nobis eſſet adiudicata. Huius contrariū eſt Abiudicare, ἀποδικάζειν. Refertur quoque aliquando ad alias res extra forum decernendas. Plaut. in Menech. Adiudicato, cum utro hanc noctem ſiet. Cic. Attico primo, Salutem mihi imperij atque orbis terrarum adiudicauit, id eſt iudicauit me imperio Romano atq; orbis terrarum ſalutem attuliſſe.

Adiŭgo, gas, pen. cor. Id eſt cōiungo, ad aliquid iungo, quaſi adiugum annecto, ἐπιζεύγνυμι. Pacuuius per translationē poſuit pro addo, uel adiungo. Mater eſt terra, ea parit corpus, anima mater adiugat uoluntatem.

Adiumentum, uide adiuuo.

Adiungo, gis, xi. t Alligo, annecto, addo, coniungo, adhibeo, apto, accommodo, προσίθημι, συζεύγνυμι, Terent. And. Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant.

Adiunctio, uerbale, Cic. de Fin. In quibus nulla eſt uirtutis adiunctio.

Adiunctor. Cic. Art. lib. 8. Ille Galliæ ulteriōris adiunctor.

Adiunctus, nomen ex participio. Cicero pro Cluent. Acerua tim iam reliqua Iudices dicam, ut ad ea quæ propiora huius cauſæ, & adiunctiora ſunt, perueniam.

Adiurgium. Idē quod iurgium uel obiurgatio, ἐπιτίμησις ἢ ξυγομαχία. Plaut in Menech. Nec pol filia unquam accerſit patrem ad ſe, niſi quid commiſi adiurgij eſt cauſa.

Adiurgo, as, are, Valde obiurgare, ἐπιτιμάω, ἐγκαλέω. Plautus, At pol quin certa res eſt adiurgare hanc, &c.

Adiuro, ras, pen. prod. Valde iuro, ὀμόω. Terent. in Hecy. Sanctè adiurat non poſſe apud nos Pamphilo ſe abſente per duran. Adiurare eſt incantationibus dæmones eijcere. Græcè ἐξορκίζειν dicitur. Lactan. lib 4. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet qui uiderit, quatenus adiurati per chriſtum de corporibus quę obſederint, fugiant.

Adiuuo, as, pen. cor. Opem fero, βοηθέω. Terentius in Phormione, Qui me dudum, ut dixi, adiuuerit comiter.

Adiutor, pen. prod. nomen uerbale, βοηθός, (Quamuis iutor à Iuno rarò legatur.) & ponitur pro auxiliatore, participe, ſocio. Et quidem adiutores (ut ſcribit Donatus) dicuntur in re bona, impulſores in mala. Vnde illud Terentij in Adelph. Poſtremò hodie in pſaltria iſta emunda adiutor fuit. Ironicōs dictum idem annotauit.

Adiutorium, Dicitur officium illud, quod ab adiutore præſtatur. βοηθεία. Valer. Max. Adiutorio deorum immortalium.

Adiumentum, ſimiliter ſumitur pro auxilio, βοήθημα. Cic. 1. Offic. Sed ijs qui habēt à natura adiumēta rerum gerendarū.

Adiuto, tas, pen. prod. Frequentatiuum ab Adiuuo, quod etiā pro primitiuo accipitur, βοηθέω. Vt in uerſu Ennii apud Ciceronem de Senect. O Tite, ſi quid ego adiuto.

Adiutor, aris, adminiſtro, deponens, uetuſtè dictum pro adiutare, Pacuius: Dulo reſte, Ilium quæro, qui adiutatur.

Adiutrix, icis, fœm. t. Minerua quæ ſemper adiutrix meorum conſiliorum extitiſti, Cicero pro Dom.

Adlimina ſeruus, uide Limen. Adlinō, uide Allino.

Adliquidū, uide Liquidus. Adlubeſco, uide Allubeſco

Admando, Significat alicui quicquam curandā committo. ἐπιτάττω, προστάττω. Plaut. in Pœn. Reuertor rurſus denuo Carthaginem, ſi quid admandare uultis, aut curarier: argentum mihi qui dederit, nugas egerit.

Ad ma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ad manum, uide manus.

Admetior, iris, d. q. idē quod simplex metiri, μετρέω τινί, ut admetiri militib. frumētū, quod Græci dicūt σιτοδοτεῖν, Liu. 5. bell. Maced. Frumentū ab Aetolis, quod militi admetiatur. Admensum uinum, ridiculè interpretantur quidam pro uino ad mensam uendito, est enim idem quod simplex mensum. Cato de Re rust. Vinum emptoribus sine molestia hoc modo admetiri debet.

Admīniculor, aris, propriè est adminicula, hoc est, pedamenta fulciendarū uitiū, aut tenellarū arbusculārū causa erigere, ὑποστηρίζω, Cic. 5. de Fin. Quæ scit scientia atq; ars agricolarum, quæ circundat, amputet, adminiculetur. Per translationem etiam accipitur pro adiuuo, pro quo etiā legitur Adminiculo, uoce actiua. Cato de liberis educandis, Quoad potui, adminiculaui tuam uoluntatem in scribendo.

Adminiculatus, nomen ex participio. Gell. lib. 20. cap. 11. Sed eius generis, seminisq; sint, ex quo facilè adolescant, aut ingenia hominum uegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio solertior.

Adminiculum, li, propriè idē est quod pedamentū, hoc est, palus sustinēdis uitibus, tenellisue arboribus accommodatus, χάραξ, Cic. de Sen. Adminiculorū ordines, capitū cōiugatio, & religatio, & propagatio nitiū. Per translationē idem ualet quod auxilium, siue præsidium, βοήθεια, Cic. 3. Offic. Hanc igitur partem explebimus, nullis adminiculis.

Administer, qui ministrat, aut iuuat in aliquo, uel etiam alicui opem præbet, ὑπηρέτης, Cic. 3. de Leg Iouisq; Opt. Max. se consiliarium atq; administrum datum. Idē pro Quintio, Administri & satellites Sexti Næuij.

Administro, as, a. p. propriè idem est quod procuro, guberno, gero, obeo, διοικέω, Cic. 1. Offic. Sine seueritate administrari ciuitas non potest. Idē 1. de Nat. deor. Deorum mente ac ratione mundum administrari, ac regi.

Administrator uerbale, qui rem aliquam administrat, & gubernat, διοικητής. Cic. 1. de Orat. Qui quum esset constitutus ad ministratione belli gerendi.

Administratio, actus ipse administrādi, διοίκησις. Cic. ad Len. In sententijs senatorijs, & in actione atq; administratione Rei publicæ floruissemus.

Administratiuus, a, um, πρακτικός, Quintil. lib. 2 cap. 18. Si tamen una ex tribus artibus, habenda sit, quia maximus eius usus actu continetur, atq; est in eo frequentissima, dicatur actiua uel administratiua.

Admiror, aris, idem quod miror, aut ualde miror, θαυμάζω, Cic. ad Att. lib. 6. Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. Admirari aliquem, est uenerari, suspicere, quod & Græci θαυμάζειν dicunt. Cic. 4. Acad. Diodoro quid faciam Stoico quem à puero audiui, qui mecum uiuit tot annos, qui habitat apud me, quem & admiror & diligo.

Admirandus, admiratione dignus, θαυμαστός. Vergil. 4. Georg. Admiranda tibi leuium spectacula rerum.

Admirator, θαυμαστής. Quint. lib. 1. c. 5. Admirator nimius antiquitatis.

Admiratio, f. t. θῶυμα, θαυμασμός. Cic. 4. de Fin. Quid aūt habēt admirationis, quū propè accesseris? Admirationē mouere, efficere, in admirationem traducere, admiratione afficī.

Admirabilis, is, admiratione dignus, θαυμαστός. Cic. 3. de Finib. Verūm admirabilis compositio disciplinæ, incredibilisq; rerum traxit ordo.

Admirabilitas, f. t. denominatiuum ab admirabilis, & idē significat quod Admiratio, θαυμασμός. Cic. de Nat. deor. lib 2. Vides quanta sit admirabilitas cælestiū rerum. Idem in Offic. Hæc animi desipientia admirabilitatem magnam facit.

Admirabiliter, aduerb. θαυμαστός. Cic. 4. Tusc. Nimis admirabiliter, nimisq; magnificè dicere uidentur.

Admisceo, sces, scui, admistum, siue admixtum, est rem aliquam cum alia miscere, ἐπιμίγνυμι. Colum. lib. 12. cap. 13. Admiscēt torrefacta sesama cum aniso Aegyptio. Et de personis, Terent. in Heaut. Ita istthæc tua misceto, ne me admisceas.

Admistio, f. t. uerbale, μίξις Cic. de Senect. Animus omni admistione corporis liberatus.

Admissārius equus, Admissionales, & Admissura, uide Admitto.

Admitto, tis, approbo, recipio, intromitto, & tam ad res quàm ad personas refertur, ἐφίημι. Iuuen Sat. 6. Iam fas est, admittere uiros, dormiente adultero. Cic. 3. Philip. Salutatum uenientes admittebant, admissus est nemo. Mart. lib. 4. Ante fores stantem dubitas admittere famam? Huc pertinet quod Sallustius dixit, Nónne emori per uirtutem præstat, quàm hanc uitā miserā atq; inhonestā, ubi alienæ superbiæ ludibrio fueritis, per dedecus admittere? id est, acceptare uel sustinere, προσίεσθαι. Interdum ponitur pro facere, committere, ut admittere scelus, admittere fraudem. Cic. pro Rabirio, Rabirius fraudem captialem admisit. Admittere equum dicimus, quum laxaci habenas permittimus, & ad cursum incitamus. Vnde equus admissus, dicitur equus celer, & ad cursum incitatus. Ouid. de Ponto, Non nocet admisso subdere calcar equo, pro quo imperiti supposuerunt amisso. Cæs. 1. bel. Gall. Confidius equo admisso ad eum accurrit. Liu. bel. Pun. 5. Signum equitibus datum est, ut in hostem admitterent equos. Admittere est marem fœminæ, uel fœminam mari admouere. Colum. lib. 7. cap. 2. Patruus meus arietes feros mercatus, quosdam in agros transtulit, & mansuefactos tectis ouibus admisit.

Admissarius equus, qui ob fobolem procreandam ad equam admittitur, ἀναβάτης ὄχιος. Colum. lib 6. cap. 27. Democritus præcipit, ut quum progenerari marem uelimus, sinistrum testiculum admissarij lineo funiculo, alioue quolibet obligemus. Apud Ciceronem in Pison. ponitur pro homine libidinis peruagatæ, & ad omnium fœminarum luxuriam exposito. Itaq; admissarius iste, inquit, simul atq; audiuit uoluptatem, &c.

Admissio, pro permissu, quemadmodum admittere, pro fieri finere, nonnunquam usurpatur.

Admissionales, m. t, dicuntur ij quorū officiū est admittere aulicos intra cubiculum ad principem salutandum, εἰσαγωγεῖς. Lampridius in Alex. Saluraretur quasi unus de Senatoribus, patente uelo, admissionalibus remotis. Vox est insolēs, & noua, scriptoribusq; classicis minimè usitata.

Admissura, f. p. ἐφέσις, tēpus & actio ipsa, quā mariti gregum admittuntur ad coitum, fœturæ causa. Strat. Expectatur equus, cuius de stēmate longo Felix demeritos habet admissura parentes. Colum. lib. 6. cap. 28. Marem putant minorem trimo non esse idoneum admissuræ.

Admōdūlor, aris, simul modulor accino, προσάδω. Claudianus in Epithalamio Honorij & Mariæ. Padus electriferis admoduletur alnis.

Admodum, pen. cor. aduerb. id est, ualde, quasi dicas supra modum, κομιδῆ, Plin. lib. 20. Huius cucurbitæ commanducatæ succus stomacho admodum prodest. Quandoq; significat aliquantum, siue satis, quasi secundum rationem. Liu. 1. ab Vrbe, Iam mitigati admodū animi raptis erant.

Admœnio, is, iui, 4. q. πανταχοῦ. Plaut. in Pseud. Hoc ego oppidum admœnire, ut hoc die capiatur, uolo, Plautus finxisse uidetur pro obsidere.

Admolior, iris, admoueo, propriè dicitur de rebus magnis aut arduis, ἐπιχειρῶ. Plautus in Asin. Vbi sacro manus sis admolitus. Cur. Velut de industria rupes præaltas admolita natura est.

Admoneo, nes, 2. f. pen. cor. idem quod moneo, siue commonefacio παραινέω Proprièt amen admonemus de re quæ nondum in mente uenit ei qui admonetur. Construitur autem uel cum accusatiuo. Cic. 9. lib. Epist. Caninius me tuis uerbis admonuit, ut ad te scriberem. Vel cum duplici accusatiuo. Idem ad Quin. Frat. Illud te admoneo. Vel cum præpositione De. Idem Fam. 4. Putaui ea de re esse admonendum. Vel cum genitiuo. Liuius ab Vrbe 5. Aduersq; deinde res admonuerunt religionum.

Admonitor, Admonitio, & Admonitus, Verbalia sunt. Cic. 5. de Finib. Sed ueteris prouerbij admonitu, uiuorum memini.

Admordeo, uide in dictione Mordeo.

Admoueo, ues, pen cor. Admoui, Admotum, act. 5. Iuxta moueo, appono, προσίθημι. Verg. 3. Eclog. Necdum illis labra admoui, sed condita seruo.

Admotus, participium. Plinius libro 2. cap. 9. Sed alias admoto cælo, alias contigua montibus.

Admotio, onis, uerbale. Cic. 2. de Nat. deor. Admotorum elicendos sonos, ac ribiaui, apta manus est admotione digitorū.

Admotus, us, ui, Idem quod admotio. Plinius libro 24. cap. 11. Ciet menstrua admotu.

Admūgio, is, ire, iui, itum, antepen. long. Propriè de bobus dicitur, quū aliorum mugitibus respondent, προσμυκάομαι, Sicut equi adhinnire dicuntur, quum aliorum equorum

hinnitibus reſpondent, uel equabus hinnitu blandiuntur. Ouid.lib.1.de Arte amandi, Mollibus in pratis admugit fœmina tauro.

Admurmuro, as, Orationem dicentis cum murmure excipio: quod fit, quum aut orationem eius ſubmiſſo murmure improbant auditores, aut ſimili ſuſurratione ea agnoſcere præ ſe ferũt, quæ recte ab illo dicũtur. ἐπιψιθυρίζω. Cic. 7. Verr. Memoria tenetis, iudices, quàm ualde uniuerſi admurmurarint, quàm palàm principes cõtradixerint. Idem Attico libru primo Id̃ admurmurante Senatu, neque me inuito actum eſt.

Admurmuratio, uerbale, ψιθυρισμός. Cicero pro lege manilia, Veſtra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoſcere uideamini qui hæc fecerint. Idem ad Q. Fratrem, Clodium accuſaui multis & ſecundis admurmurationibus cuncti Senatus.

Admutilo, as, Idem quod ſimplex mutilo, plagis uidelicet afficere, & torquere. κολοβῶ πηρόω. Plautus in Perſa, Meuſq̃ admutilaſti ad cutem.

Adnaſcor, eris, Propriè eſt naſci in re aliqua præter id quod ei naturale & proprium fuerat, προσφύω. Plinius lib. 16 cap. 44. Viſcum autem in quercu, robore, ilice, pruno ſylueſtri, terebintho, nec alijs arboribus adnaſci.

Adnecto, is, xui, xum. Cic. i. Tuſc. quæſt. Nauem, ut horriſono freto Noctempauentes, timidi adnectunt nauitæ.

Adnitor, Cic. de Amicitia, Natura ſolitarium nihil amat ſemperq̃ aliquid tanquam adminiculum adnititur.

Adno, nas, Eſt natando aliquid peruenire, προσαμίχω. Vergilius 6. Aeneid. Paulatim adnabam terræ.

Adnato, adnatas, frequentatiuũm. Plinius lib. 8. cap. 25. Itaque ei uni inſulæ crocodili non adnatant.

Adnoro, uide Annoto. **Adnumero**, uide Numero.

Adnuntio, uide Annuntio & Puntio.

Adnutrio, is, ire, Iuxta aliquid nutrio, ἐπιτρέφω. Plin. libro 17. cap. 23. Singulis denas ſæpe adnutriunt uites.

Adobruõ, is, i. Idem quod obruo, καταχόω. Col. lib. 2. cap. 11. Minimis aratris proſcindunt, atq̃ ita iaciunt ſemina, & ſarculis adobruunt.

Adŏlĕo, les, pen. cor. adoleui, & adolui, adultum, (ut Ponius ſcribit) uerbum propriè ſacra reddentium, quod ſignificat uotis aut ſupplicationibus numen auctius facere, cremare, & quaſi odorem diis præbere, θυμιάω. Verg. in Pharmaceutria, Verbenas q̃ adole pingueis, & maſcula thura. Quo niam uerò ſacrificium igni fieri conſueuit, Adolere pro urere ſiue igni imponere capitur, καίω, Parr. Quum inteſtina adoleuiſſent, partim dijs obtulerunt, partim ipſi conſumpſere.

Adoleſco, is, adolui, & adoleui, adultum: ab Adolee, uel potius ἀδολέσχω, quod eſt nugor, quòd quædam loquendi luxuries atq̃ impetus in ea ætate adoleſcat, uel quòd cum ſanguine ſimul perturbationes animi effrenatius adoleſcant, ſignificat ætate augeri, id eſt ætate creſcere, ἀυξάνω. Cic. in Sall. Adoleſcentia demonſtrata, facilè intelligitur, quàm petulanti pueritia tam impudicus & procax adoleueris: id eſt ad adoleſcentiam peruenieris. Et non ſolùm de hominibus, ſed de brutis quoq̃, & ſtirpibus dicitur. Cicero de Senect. Viriditas herbeſcens, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit. Vergil. pro In ſacrificiis incendi poſuit, Adoleſcunt igni bus aræ.

Adoleſcens, Homo dicitur, quandiu in longitudinem corporis creſcit, & primã lanuginem producere incipit: id quod fit ab anno duodecimo uſq̃ ad annum uiceſimũ primum: quo tempore Ephebus dicitur: & quũ percreuit, Adultus, ſiue Ex ephebis exceſsiſſe. Terent. in And. Nam poſtquàm ex ephebis exceſsit. Cicero etiam in fœminino genere extulit, pro puella, quæ nondum peruenit ad iuſtum incrementũ. Publij (inquit) Africani filia adoleſcens.

Adoleſcentulus, & Adoleſcentula, diminutiua,

Adoleſcentia, eſt prima ætas poſt pueritiam.

Adultus, Qui creuit ad iuſtã ſtaturæ ſuæ altitudinẽ, ἀνδρωθεὶς Vnde iuuenes dicuntur Adulti, qui in flore ætatis ſunt poſiti. Item Virgo adulta, quæ uiro matura eſt, & plenis nubilis annis. Cic. de Clar. orat. Eam q̃ tueamur, ut adultã uirginem, caſtè. Verg. 4. Georg. de apibus, aliæ ſpem gentis adultos Educunt fœtus. Vbi Seruius, Educunt adultos, hoc eſt educendo adultos faciunt. Transſumitur etiam ad inanimata. Cic. de Clar. orator. Thucydides & Pericles, qui iam non naſcentibus Athenis, ſed adultis fuerunt. Adultus item partipium pro crematus, κεκαυμένος. Antias in 74. Eò omnes hoſtiæ, rituli XXVI. coniecti: & ita omnia adulta ſunt. Ex Priſciano lib. 9.

Adoleſcentior, aris, ſignificat luxurio, τρυφάομαι. Varr. Id quidem ut facias cenſeo, quoniam tu quoq; adoleſcentiaris.

Adoleſcenturio, adoleſcentium more facio, ſiue in adoleſcentiam redeo, μαραίνομαι. Laberius, Incipit adoleſcenturire, & neſcio quid nugarum facere. Verbum eſt nouum, ut plera que alia à Laberio adinuenta.

Adoleſchia, ἀδολεσχία, Garrulitas dicitur, uel futilis loquacitas, ἀδολεσχᾶν enim nugari ſignificat, & multa importunè deblaterare.

Adoleſchus, ἀδόλεσχος, uel ἀδολέσχης, nugator dicitur.

Adonai, ἀδωναῖ, nomen Dei apud Hebræos, quod generaliter interpretatur Dominus, quòd generaliter dominetur creaturæ cunctæ.

Adonia, orum, ἀδώνια. Feſta Adonidi dicata. Ammian. lib. 22. Hiſt. Euenerat iiſdem diebus annuo curſu completo Adonia celebrari, ritu ueteri, amoto Veneris, ut fabulę fingunt, apri dente ferali deleto. Adonia cum planctu celebrantur à mulieribus Veneris planctum imitantibus. Quod non obſcurè innuit Ouid. 10. Metam. luctus monimenta manebunt Semper Adoni mei: repetitaq̃ mortis imago Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri.

Adonium, ἀδώνιον, ſpecies eſt abroroni, quod in teſtis, turbinibus ſe cadorum ui uiri radice ſeri ſolet: quo pacto Adonidis hortulos pangere ſolebant: unde & nomen habere uidetur, quod hortulis eiuſmodi conſerendis ſit idoneum. Quidam hanc herbam eſſe quam ex Adonidis ſanguine ortum traxiſſe poëtæ fabulantur, atq̃ inde Adonium appellatum putarunt. Quod tamen falſum eſſe, Nicandri & Theophraſti teſtimonijs facilè conuincitur, qui herbam illam Anemonem eſſe oſtendunt: ut ſuprà attigimus in dictione Adonis, & latius infrà dicturi ſumus, quum de Aenomine agemus. Sumitur etiam Adonium, pro Adonidis ſimulachro, & pro luctu ſacro, quo mulieres ad Adonium fluuiũ, & Byblum oppidum, Adonidem plangere ſolebant.

Adoperio, is, ui, ertum, idem quod operire, ἀποκρύπτω, καλύπτω. Liu. 1. ab Vrbe, Tranſmiſſo per uiam Tigillo, capite adoperto.

Adopinor, aris, pen. prod. idẽ quod ſimplex opinor, δοξάζω Lucret. Deinde adopinamur de ſignis maxima paruis.

Adopto, ptas, eſt in filii locum aſciſcere, υἱοθετέω. Fiebat autem adoptio, teſte Gellio, duobus modis. Vno modo per Prætorem, quæ propriè adoptio dicitur, altero per populum, rogante tribuno, quæ arrogatio dicebatur. Caius tamen iuriſconſultus aliter diſtinguit adoptionem ab arrogatione, Pandect. lib. 1. de Adopt. & Emancipat. ut adoptio ſit quando is qui ſui iuris non eſt, apud magiſtratum in alienam tranſit familiam: Arrogatio autem, quando principis authoritate adoptamus eos, qui iam ſui iuris ſunt. Illi enim arrogabantur, id eſt, interrogabantur, an uellent adoptatori iuſtorum filiorum loco eſſe, ſimiliter & is qui adoptabat rogabatur, an uellet eum quem arrogaturus erat, iuſti ſibi filij loco eſſe. Ouidius uenuſtè ad arborum inſitiones tranſtulit, lib. 1. de Remedio amoris ubi ſic habet, Venerit inſitio, fac ramum ramus adoptet.

Adoptatitius, qui in adoptione uenit, υἱοθετητός. Plautus in Pœn. Siquidem Antidamarchi quæris adoptatitium.

Adoptitius, ex adoptato filio natus.

Adoptiuus, qui in adoptionem uenit, υἱόθετος ποιητός. Gellius lib. 5. cap. 19. Id etiam eum culpauiſſe, quòd filius adoptiuus patri adoptatori, inter præmia parum prodeſſet. Adoptatiua ſacra, quorum ius per adoptionem acquirimus. Cicero pro Domo ſua. Tu neq; Fonterius es, qui eſſe debebas, neq; patris hæres, neq; amiſſis ſacris paternis, in hæc adoptiua uenisti.

Ador, nomen indeclinab. frumenti genus ſignificans, quod & Far appellatur: Olim Edor dictum ab edendo, ut Feſto placet, cò quòd populus Roman. ex omnibus frumenti generibus trecentis annis, ſolo farre uſus fuerit, ut etiam ex Verrio refert Plin. lib. 18. cap. 7. Alij ab adurendo dictum putant, quòd torreri ſoleret, ut ſcribit Feſtus, antequam extromola ſalſa conficeretur in uſum ſacrorum. Hoc etiam adoreum appellabatur ſiue ſemen adoreum, nonnunquam etiam Far adoreum. Plin. lib. 18. cap. 8. Vulgatiſſima frumenti genera. Far quod adoreum ueteres uocauere, ſiligo, triticum. Colum. lib. 2. cap. 6. Prima & utiliſſima ſunt hominibus frumenta, triti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

triticum & ſemen adoreum. Varro rei Ruſt. lib. 1. In loco hu-
mido far adoreum potius ſeritur, quàm triticum. Columel.
quatuor adorei enumerat ſpecies, Cluſinum, Vermiculum
duplex, & Trimeſtre, quod & Alicaſtrium dicitur. Vide ip-
ſum locò paulò antè citato.

Adorea, f. p. idem eſt quod gloria, proprieq; ea, quę ex rebus mi
litiæ præclarè geſtis comparatur, δόξα. Nomen ductum eſt
ab adoreo frumenti genere, quod apud neteres ſummo in ho
nore habitum fuit, propterea quòd alio frumenti genere Po-
pulus Rom. trecentis ab urbe condita annis non uiſitarit.
Vide etiam Imperatores re bene geſta hoc frumenti genere à
populo ſolent donari. Plin. lib. 18. cap. 8. de farre, Primus anti
quis Lario cibus, magno argumento in adoreæ donis. Idem
eodem lib. cap. 2. Gloriam denique ipſam à farris honore ado-
ream appellabant. Feſtus, Adorea laus, quia gloroſum puta-
bant, qui farris copia abundabat.

Adoreum, ſiue Semen adoreum. Vide ſuprà in dictione Ador.

Adōrdĭŏr, iris, adorſus, d. q. Incipio, ἄρχομαι. Ambr. lib. 1.
Offic. Poſtea nunquam, niſi conſulto Domino, bellum ad-
orſus eſt.

Adŏrĭŏr, iris, d. q. & t. uel adoreris, adortus, eſt repente, et
exinſidijs aliquem inuadere, aggredi, ab eo quòd corpora ag-
gredientium exurgant ſubitò, atq; increſcant: atq; hoc mo-
do maximè ad rem bellicam pertinet, ἐπιτίθεσθαι. Liu. lib. 1.
Timor deinde inceſſit, ne ciuitatem ſine imperio uis aliqua
externa adoriretur. Differunt tamen, ut inquit Donatus,
Adorior, & Aggredior, quia aggredimur de longinquo, adori
mur de proximo. Interdum extra rem bellicam pro inchoare,
uel incipere. Gell. lib. 19. cap. 9. Iulianum rethorem laceſſere
inſectarique adorti ſunt. Lactan. lib. 4. Antequam præclarũ hoc
opus mundi adoriretur, id eſt inchoaret.

Adōrno, 2. p. idem eſt quod orno, κοσμέω. Liu. lib. 1 ab Vr-
be, Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit, inſignique
eum ueſte, & curuli regia ſella adornauit. Interdum ſigni-
ficat præparare. Plautus in Epid. Tragulam in te injicere
adornant.

Adōro, as, pen. prod. ex Ad et Oro, 1. p. ſignificat oro, pĕne-
ror, precor, ſupplico, religione placo, προσκυνέω. Priſc. ab
Ador, hoc eſt frumento ſacrificijs deſtinato deriuat. In eadẽ
ſententia eſt & Nonius: cuius hæc ſunt uerba, Ador frumen
ti genus, quod epulis & immolationibus ſacris pium putaba
tur: unde Adorare, propitiare religiones poteſt deductum ui
deri. Quandoq; ſignificat alloqui. Apul. lib. 2. Infuſa aqua
populum ſic adorat.

Adoratio. Plin. lib. 28. c. 2. Cur & faſcinationib. adoratione pe-
culiari occurrimus?

Adoxía. Eſt nominis et famæ obſcuritas, ignominia, infa
mia, ἀδοξία. Vnde ἄδοξοι, dicuntur inglorii, et obſcuri. Ado
xior materia, ἄδοξα ῥήματα, à Gellio uocantur, quæ à Cice-
rone infames, ab alijs inopinabiles, quę ingenij exercendi cau
ſa ſolent excogitari, cuiuſmodi eſt apud Iſocratem Buſiridis
encomiũ, apud Platonem Iniuſtitię, ex perſona Glauconis,
apud Phauorinum, Febris quartanæ, apud Lucianũ Muſcę,
& apud Eraſmum Moriæ.

Adpero, uide Appero.

Adplenum, uide Plenus.

Adprime, Adprobus, Adpromiſſor, Adpropera, Appropinquo, uide A ante P.

Adpulſus, uide Adpello, is.

Adquo, id eſt, quouſq; Africanus, Vt ſcire poſsis adquo te
expediat loqui. quo ad.

Adrachne, ἀδράχνη, arbor eſt bifera, arbuto ſimilis, in mon
tibus naſcens, cacumine ſemper uirenti, quę detracto in or-
bem cortice non offenditur. Andrachnæ autem, ne quis no
minis uicinitate fallatur, herba eſt, quam Latini Portulacam
uocant. Vide Plin. lib. 13. cap. 22.

Adramyttĕon, pen. prod. ἀδραμύττιον, ſiue, ut apud Plin.
legitur, Adramytteos, ciuitas eſt littoralis in maiori Myſia, ſi
ue Aeolide, ita dicta ab Adramytto conditore, Aeliattæ filio,
& Crœſi fratre, ut tradit Ariſtot. in Polit. Alij à Mercurio no
men accepiſſe ferunt, quam Lydi Phrygia lingua Adramyn.
ἄδραμυν, uocant. Thucydides lib. 5. Adramytteon uocat,
ἀτραμύττιον, διὰ τοῦ τ. quam ſcripturã etiã Steph. coguoſcit.

Adramyttenus, adiectiuum, ſiue Adramytteus, penult. prod.
ἀδραμυττηνός, ἢ ἀτραμυττήνος, ut Sinus Adramyttenus, ἀδρα-
μυττηνὸς κόλπος, qui et Idæus appellatur, ut author eſt Stra-
bo lib. 13.

Adrepo, pis, pen. prod. a. t. ad aliquid repo, πρόσειμι. Plin.
lib. 11. cap. 10. Ad matris morientis ex uulnere mammam ad
repens infans. Per metaphoram, pro ſenſim ſe inſinuare, &
paulatim accedere. Cic. in Verr. Quibus rebus non ſenſim
atq; moderatè ad iſtius amicitiam adrepſerat.

Adrobolon, uide Hadrobolum.

Adrodo, uide Rodo.

Adrogo, uide Arrogo.

Adroſphærum, uide Hadroſpherum.

Adrumo, as, pen. prod. teſte Feſto, rumorem facio, ſiue Cũ
murmuro: quod à rumine quidam, id eſt, parte gutturis, pu-
tant deduci.

Adruo, is, ex ad & ruo, ſeruat ad in compoſitione, præter re-
gulam aliorum, propter euphoniã: & ſignificat arando ſub-
ruo, ἀναρόω. Colum. lib. 2 cap. 5. Diſſectum deinde proti-
nus firmum inarari, & adrui conuenit.

Adſcíſco, Adſector, Adſentio, Adſequor, Adſe-
ro, Adſeruo, Adſeuero, Adſicco, Adſideo, Adſi-
guo, Adſilio, Adſimilis, Adſimulo, Adſiſto, Ad-
ſolet, Adſtringo, Adſtruo, uide in A ante S.

Adſcire, ſiue Adſciſcere, ſignificat Adiungere, ἀφίομαι.
Columel. in Præfat. Comm. Et hanc adſciuimus quaſi agri-
culturæ partem.

Adſcribo, Adſcripto, Adſcriptio, Vide in ſimplici
Scribo, & Adſcribo.

Adſeſtrix, icis, fœmininum eſt ab eo quod eſt Aſeſſor, Afra-
nius in Fratribus, Dimittit adſeſtricem, me ad ſeſe uocat.
Nonius.

Adſignifico, 2. p. idẽ quod ſuũ ſimplex Significo, σημαίνω.
Varr. 2. de Re ruſt. Olim tonſores non fuiſſe, adſignificant an
tiquorum ſtatuæ.

Adſtipulor, Adſtituo, uide A ante S.

Adſum, ades, adfui, neut. & anomal. ſignificat præſens ſum,
uel propriè ſum, πάρειμι. Nam adeſſe etiam dicitur quod
paulò pòſt futurum eſt, aut quod aduenerat. Vnde dicimus,
Adeſt Scipio, quum iam in itinere eſt, uel non longè abeſt,
ſed præſens eſt id quod iam uenit. Cic. 3. Offic. Inter homi-
nem & beluam hoc maximè intereſt, quòd hæc tantum, quã
tum ſenſu mouetur, ad id ſolũm quod adeſt, quodq; præſens
eſt, ſe accommodat: id eſt, propè eſt. Conſtruitur etiam cum
dativo, uel ablativo mediante In. Cic. in Philip. Omnibus
his pugnis Dolabella adfuit. Idem ad Ser. Sulp. Ego uerò, Ser
ui uellem, ut ſcribis, in grauiſſimo meo caſu adeſſes. Idem
pro Flacco, Siluerunt Principes, neq; in illa concione affue-
runt. Adeſſe aliquando eſt fauere uel præſidio eſſe, cui con-
trarium eſt Deeſſe. Liu. lib. 1. ſecundi belli Pun. Sed pueri,
fœminæq; ſuper animi corporisq; uires adſunt, pugnanti-
bus tela miniſtrant. Sic Adeſſe cauſæ dicuntur aduocati,
& amici, συνηγορῶν. Cic. 5. Philip. Semper enim abſenti
adfui Deiotaro. Quandoq; ſumitur pro accedere. Verg. Ecl.
9. Hunc ades ô Galatea. Idem Eclog. 7. Huc ades ô Melebœe,
caper tibi ſaluus & hœdi. Sciendum quod in Adſum ſerua
tur d. triplici ratione: ſcilicet differentiæ cauſa ab Aſſus, a,
um. Euphoniæ cauſa, quod plenius ſonet, adſum, quàm aſ-
ſum. Poſtremò, quòd ipſa uerbi declinatio d repetit, tanquã
in ſuum naturale principium reuertens. Veteres tamen aſ-
ſum dicebant: unde Aſſas dicebant nutrices, teſte Nonio,
quòd adſint his quos nutriunt, nec ab eis uel exiguo tempo-
re diuellantur. Plaut. Nilphio aſſum apud te, eccum. Inter-
dum etiam pro ſubſiſto accipitur, ſiue maneo. Plaut. in Aul.
Iſtic adeſto, ſi hercle tu ex iſto loco Digitum craſſum tranſ-
uerſum, aut unguem latum exceſſeris.

Ad ſummam, uide Summa, & Summatim.

Ad ſummum, uide Summatim, & Summus.

Ad tempus, uide Tempus.

Adtexo, uide Attexo.

Adtibernalis, habitator cõtinuæ tabernæ, πάροικος, quod
genus domicilij antiquiſſimum Romanis fuiſſe teſtimonio
ſunt exteræ gentes, quę adhuc tabulatis habitant ædificijs.
unde etiam tecta caſtrenſia quamuis pellibus contegantur,
tabernacula tantùm dicuntur. Hæc Feſtus. Alij ſcribunt At-
tibernalis.

Aduĕho, unde Aduecto, & Aduectio, uide Veho.

Aduĕlĭtātĭo, uide Velitor, & Velitatio.

Aduena, pen. cor. cõ. p. qui non eſt ciuis, aut inquilinus, ſed
externus, πάροικος. Et propriè qui ex uno longinquo loco in
aliquod

aliquod oppidum ueniũt, Aduenæ dicuntur: Conuenæ, qui ex pluribus locis. Terent. in Heau. Est è Corintho hic aduena anus paupercula.

Aduũerãri, ualde & ex animo uenerari, σεβάζεσθαι. Varr. lib. 1. de Re ruſt. Item adueneror Minerũam & Venerem: quarũ unius procuratio oliueti, alterius hortorum eſt.

Adaẽnio, nis, pen. cor. Idem quod accedo, uel ad locum ali quem uenio, προσέρχομαι. Terent. in Eunuch. Si fortè huc ad uenerit. Cęcilius, Aedepol ſenectus, ſi nihil aliud apportes te cum quum aduenis.

Aduẽntitius, Qui non eſt loci illius quem habitat, & qui caſu in aliquem locum uenit, non morandi gratia, neq; conſulto, ἔπηλυς. Vnde aduẽntitia bona quæ non ex recta ſucceſſione, puta patris aut auí, ſed ex legatis, aut aliter ca ſu aliquo nobis aduenĩũt, τυχηρά. Cic. 3. Ver. Homo Ligurem accuſare cœpit, qui in re aduentitia atq; hæreditaria, tam diligẽs, tã attentus eſſet. Aduentitio opponitur Innatum, & inſitũ. Cic. Top. Specie autem comparantur, ut anteponãtur quæ propter ſe expetenda ſunt, ijs quæ propter aliud: & ut innata atq; inſita, aſſumptis & aduẽtitiis: integra contaminatis. Aduẽtitius morb. qui fortè, & nulla noſtra culpa uenit, συμβολικός.

Aduentito, pen. cor. n. p. Frequenter aduenio.

Aduẽto, tas, Accedo, appropinquo, προσέρχομαι, γίγνομαι. Gell. Sed poſteà quum Brunduſium aduentaremus, mollitiq; eſſent uenti maris, percontatus ego ſum, quæ nam ratio illa pauoris ſui eſſet. Cicero Curioni, Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare, hoc eſt, ueniendo proximum eſſe. Idẽ Ad Att. lib. 4. Aduentare, & propè adeſſe iam debes.

Aduentores, m. t. Qui propè peculiariter frequentant officinã quampiam, aut tabernam, πλησιάζοντες. Plaut. in Truc. Si æquum facias, aduentores meos non incuſes. Dicti Aduentores, ab adueniendo.

Aduentorius, a, um, Quod aduenienti cuipiam offertur. Vnde Aduentoria epiſtola, apud Martialem in præfatione libr. 12. quæ aduentanti amico mittitur obuiam. Cælius Antiq. lect. libro 15. capite 3.

Aduentus, tus, m. q. uerbale & propriè expectatorum, neceſſariorumq; dicitur. Terentius in Eunuch. Salutãt, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur.

Aduerbero, as, Vehemẽter uerbero, μαστιγόω. Stat. 9. Theb. Et auratis aduerberat unguibus armos.

Aduerbium, ii, ἐπίρρημα, Quaſi iuxta uerbũ dicitur: quia in oratione prope uerbum ponitur. Nec enim poteſt uerbi uis ſatis ſignificanter exprimi, niſi iungatur aduerbium: ut dico & Nauigo, non plenæ ſignificationis ſunt, niſi adiiciantur aduerbia: ut, Bene, malè dicit: Fœliciter nauigat. Vnde Donatus Aduerbium ſcripſit eſſe partem orationis, quæ adiecta uerbo, ſignificationem eius explanet atq; implcat. Fiunt autem aduerbia quandoq; à nomine: ut à Bonus, Bene. Auerbo, ut à Traho Tractim. A nomine & uerbo, ut Pedetẽtim, à pede & tento. A participio, ut ab Inſignitus, Inſignitè. A pronomine, ut Hĩc, Illic, ab Hic & ille. A præpoſitione, ut ab ex, Extra, & à Sub, Subtus. Ab aduerbiis etiã, ut à Prope, Propius.

Aduerſus, ſa, ſum, Cõtrarius, repugnãs, aduerſans, ἐναντίος. Terent. in And. Eorum obſequi ſtudiis, aduerſus nemini, Aduerſum abſolutè, pro re aduerſa, & improſpera. Terent. in Heaut. Hĩc ſi quid fortè aduerſi euenerit. Ponitur quoq; aliquando pro quacunq; re, quæ ab anteriori parte apparet: ut, Aduerſa uulnera, quæ à fronte accepimus. Cic. de Aruſp. reſp. Acceptis à forti aduerſario uulneribus aduerſis. Et in hac ſignificatione anhitetõ habet Auerſus. Idem 2. de Orat. Tu & aduerſus, & auerſus impudicus es. Interdum idem eſt quod oppoſitus, obiectus, è regione ſitus, ἀντικείμενος. Idem 2. de Diuinat. Eodemq; equo aduerſam conſcendit ripam. Idem de Somn. Scipion. Intueri ſolem nequitis aduerſum.

Aduerſus, uel aduerſum, præpoſitio, κατὰ, πρὸς, Significat inimicitias, diſſidia, contrarietatemq; ſicut Contra: ut Aduerſus, uel Contra hoſteis bellum geritur. Aliquando Erga, in meliorem partem. Terent. in Andr. Et id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam. Cicero 1. Offic. Adhibenda eſt etiam quædam reuerentia aduerſus homines.

Aduerſo, as, antiquè dictũ, pro aduerſor. Plaut. in Rud. Animo aduerſaui ſedulo, ne herum unquam præterirem.

Aduerſor, d. p. Contrarius ſum, ἐναντιοῦμαι. Et conſtruitur cũ datiuo. Terent. in Hecyr. Neq; tuæ libidini aduerſabor.

Aduerſabile, quod aduerſum eſt & contrarium homini. Auerſabile uerò, quod auerſari debemus, & hu militer cauere.

Aduerſans, antis, participium. Cic. de Orat. Sed tantam uim habet illa, quæ rectè à bono poëta dicta eſt flexamina, atq; omnium regina oratio, ut non modò inclinantem erigere, aut ſtantem inclinare, ſed etiam aduerſantem, & repugnantem, ut imperator bonus ac fortis capere poſſit.

Aduerſarius, a, um, Idem quod contrarius, uel commodis noſtris obſiſtens, Aduerſus, ἐναντίος. Cicero pro Cecinna, Vis ea quæ iuri maximè eſt aduerſaria. Idem pro Plancio, Ea res in hoc iudicio aduerſaria eſt Cneo Plancio. Conſtruitur autẽ cum datiuo, quum Aduerſarius ſubſtantiuum, uel genitiuum habeat, uel ſine caſu ponatur.

Aduerſaria, orum, n. ſ. Dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante codicis confectionem perſcribebantur, ne memoria rerum excideret, & ex iis poſtea tabulæ iuſtæ & æternæ fierent. Græci, ἐφημερίδα uocant, Latini etiam Diaria. Ex actiores autem rationum tabulas, Codicem appellabãt. Cic. pro Q. Roſcio, Quòd ſi eandem uim, diligentiam, authoritatemq; habent aduerſaria, quam tabulæ, quid attinet codicem inſtituere.

Aduerſarius, ἀντακωνιστής. Ab aduerſor, pro repugnore: nam Aduerſarii dicuntur ſibi inuicem repugnantes, ac propriè ſunt ii, qui aduerſus nos litigant in iudicio: quos aliàs Partem aduerſam uocant. Terent. in Phor. Verum ſcientem, tacitum, cauſam tradere aduerſariis, Etiamne id lex cogit? Aduerſaria etiam genere fœminino dici poteſt mulier, quæ aduerſus nos iudicio contendit. Et extra perſonam. Cicero Famil. 2. ad Curionem, Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta, & parata incredibilis quædam expectatio.

Aduerſator, m. t. Qui aduerſatur, ἐναντιούμενος. Vnde fit Aduerſatrix. Terent. in Heaut. Vllamne ego rem unquã uolui, quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris, Soſtrata?

Aduerſitas, ſ. t. denominatiuum ab Aduerſus, ſa, ſum, Contrarietas & repugnantia, ἐναντίωμα. Plin. lib. 11. cap. 25. Magnã aduerſitatem cum ſtellionibus putant eſſe. De ſcorpionib. loquitur.

Aduerſitores, m. ſ. ab Aduerſum, id eſt, obuiam, eundo, Serui ſunt, qui dominum deducunt, & reducunt, οἱ ἀπαντῶντες δοῦλοι. Terent. in Adel. Neq; ſeruulorum quiſquam qui aduorſum ierant. Vbi ait Donatus, propriè loquutum Terentium eſſe, dicendo Aduorſum: nam inde aduerſitores dici.

Aduerſio, onis, Verbale: ut, In aduerſione emere, in aduerſione uenire, Per aduerſionem uendere, Per aduerſionem conducere, Aduerſione locare. Modeſt. l. qui officii, de contrah. empt. & uend. Res in aduerſione empta, ſi non dolo uenditoris factum ſit, ad periculum emptoris pertinebit, etiam ſi res aſſignata non ſit. Vlp. in l. ſi quis uina. de peric. & com. rei uend. Si in aduerſione uinum uenit, cuſtodia tantùm præſtanda eſt. Dicitur autem res aduerſione empta, quando ſic emitur, ut omnis aduerſus caſus ab emptore ſuſcipiatur. Budęus legit pro Aduerſione, Auerſione & Per auerſionem, ab auerendo quòd uenditor periculum à ſe in emptorem auertat.

Aduerto, tis, Ad aliquem locum uerto, ἐπιστρέφω. Terent. in in Eun. Illa ſeſe interea commodùm huc aduerterat in hanc noſtram plateam. Transfertur quoq; ad animum apud Terẽtiũ: uel aduertere animo, apud Plautum. In qua ſignificatione etiam abſolutè poſitum inuenitur pro animaduerto. Cicero Attico li. 2. De librariis, ſi me amas, diligenter aduerte. Ponitur etiam perſonaliter. Cic. Lent. Nam aduertebatur Pompeii familiares aſſentire Volcatio. Plinius quoq; elegan ter epiſtola 10. pro eo quod eſt, ad ſe uertere, & allicere ſpectatores. Multa in Euphrate ſic eminent, & relucent, ut mediocriter quoq; doctos aduertant, & afficiant.

Aduẽſpẽrãſcit, Veſpertinũ tempus appetit, ſeu aduẽtat. ἑσπέρᾳ. Cic. 6. Ver. Quũ iã adueſperaſceret, diſceſſimus.

Aduígilo, as, n. p. Diligenter uigilo, ἐγρηγορέω. Translatè pro alicui rei incumbo, operàm dò, ἐπαγρυπνέω. Terent. in Andria. Nam ſatis credo, ſi aduigilaueris, Ex unus geminas mihi conficies nuptias.

Aduiuo, pen. prod. quaſi adhuc uiuo, ἐμβιῶ. Plinius lib. 15. cap. 18. Eadem autem fortitu ito ſatu aduiuit in medio foro. Sic legit Hermolaus, quum alia exemplaria habeant, uiuit.

Adũlor, pen. prod. Idem eſt quod aſſentari, hoc eſt blandiri ſiue uoce, ſiue geſtu, omniaq; ad uoluntatẽ alicuius et loqui & agere, nõ ad ueritatẽ, κολακεύω. Cicero de Amicitia. Apertè adulantem nemo non uidet, niſi admodum ſit excors. Idem 2. de Diuin. Nec adulatus, nec admiratus ſum fortunã illius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

illius, Valla lib.5.cap.69. Adulari, inquit, est inseruire, & adnititur fauorem emercamur quoquo modo, uel uoce, uel gestu. Est tractum ἀπὸ τῶν ὑλάκων, quod seruum significat. Est enim sanè quàm seruile, hominẽ ingenuo minimè dignũ. Festus ab alluendo deductum putat, paucis literis transpositis. In qua sententia Nonius quoq; fuisse uidetur, quum Adulationem propriè canum blandimentum esse interpretatur, consuetudine ad homines traductum. Dicuntur enim canes adulari, quum corporis gesticulatione & caudæ motu nobis blandiuntur. In qua significatione usus est hoc uerbo Ouid. lib.14. Metam. Quinetiam blandas mouere per aëra caudas, Nostraq; adulantes comitant ueſtigia. Idem alibi de Circe, & inter Agmen adulantum media procedit ab aula. Veteres etiam dicebant Adulo, actiua uoce. Lucret. lib.5. Longè alio pacto gannitu uocis adulant. Huius passiuo usus est Cicero lib.1. Offic. Cauendum est, ne assentatoribus assuefacimus aures, neue adulari nos sinamus. Inuenitur apud uetustissimos pro Lambo, siue Ebibo. Cic.2. Tusc. Ex Aecij Prometheo, Pinnata canda nostrum adulant sanguinem.

Adulatio, uerbale, actus ipse adulandi, κολακεία.

Adulator, qui adulari solet, hoc est, qui ficto amore & obsequio gratiam ac fauorem captat, κόλαξ.

Adulatrix, quæ adulari solet, κολακὶς.

Adulatorius, adiect. κολακευτικὸς. Tacit. lib.5. Vitellius formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudij, turpe in seruitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorij dedecoris habetur.

Adulter, μοιχὸς. Adultera, μοιχὶς. componi uidentur ex Ad & Alter, seu altera: quòd ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferat. Quid. 1. Epist. Obrutus insanis esset adulter aquis.

Adulterium, μοιχεία, quod propriè cum nupta committitur, ut Valla scribit lib.6. Cic.3. de Orat. Qualem existimas eum qui in adulterio deprehensus sit? tardum. Quint. lib.7. cap.4. Non commisi adulterium. Transfertur aliquando ad alia, ut Adulteria naturæ pro operibus nõ uerè naturalibus. Adulteria mercis, pro fraude. Adulteria arborum, pro insitionibus. apud Plinium.

Adultero, as, pen. cor. adulterium committo, μοιχάω. Gell. lib.10.cap.23. In adulterio uxorem si deprehendisses, sine iudicio impunè necares: illa te si adulterares, non auderet digito contingere. Est etiam adulterare arte aliqua quippiam pro uero assimilare, atque ita rem synceram corrumpere, κιβδηλεύειν. Plin. lib.12.cap 7. Piper longum facillimè adulteratur Alexandrino sinapi. Inde etiam adulterare iudicium, adulterare tabulas, &c. apud Cicer.

Adulteror, aris, depon. Idem Cic.1. de Offic. Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe est,

Adulteror, aris, passiuè, μοιχεύομαι. Horatius Epod.16. Mirus amor iuuet, & tigres subsidere ceruis. Adulteretur & columba miluio, hoc est, per adulterium à miluio ineatur.

Adulteratus, a, um, quod alienę rei cõmistione corruptum est, ut Adulteratum gummi, κιβδηλωθὲς. Plin. lib.19.cap.3. Huic opponitur Syncerum.

Adulterinus, a, um, pen. prod. Nothus, quasi ex adultero procreatus, μοιχικὸς, κίβδηλος. Plin. lib.10.cap.3. de aquilæ pullo, Si conniuentem flentemq; animaduertit, præcipitat è nido, uelut adulterinum & degenerem. Vnde per metaphoram, Adulterina signa, dicuntur, quę sunt falsis assimilatisq; annulis facta. Cic. pro Cluen. Testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignauit. Sic, Adulterinæ literæ, & adulterinę claues, quę pro ueris substituuntur. Item Numus adulterinus, apud Cic.2. Offic.

Adultus, uide Adolco.

Adumbro, as, a. p. Vmbram adhibeo, siue umbram tegendo facio, ἐσκιάζω. Col. lib.11. Adumbrantur uel stramentis, uel alijs tegumentis uuæ, ne uentis, aut caloribus exarescant. Accipitur pro exprimo, repræsento, siue imitor: uti pictores, qui imagines adumbrant, ut solidè uideantur. Cic.5. Tusc. Est enim gloria, solida quædam res, & expressa, non adumbrata.

Adumbratio, uerbale, ἐσκιαγραφία. Cic. de Perf. Orat. Nulla est enim ullo in genere laus Oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen, & adumbratio.

Adumbratus, fictus, non uerus, anthitetoti expressus.

Adumbratim, ad ea, quę subobscurè, non apertè, Lucret. lib.4. Non tamen ut coram quę sunt uereq; rotunda,

Sed quasi adumbratim paulum simulata uidentur.

Aduncо, as, a p. ab Vncus, significat curuo, ἐπικάμπτω.

Aduncus, curuus, tortuosus, καμπύλος. Cic. pro Cluent. Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuosa. Idem 1. de Nat. deor. Corpuscula curuata, & quasi aduncа. Vomer adunc.

Aduncitas, ipsa, ut sic dicam, incurũitas, καμπυλότης, ut Aduncitas rostri. Plin. lib.8 cap.27.

Adungaem, uide Vngues.

Aduno, a p. pen. prod. congrego, ἑνόω. Plin. lib.19. cap.2. Vulsum fascibus in aceruo aduuatum uideo.

Adunati, simul congregati,

Adunum, uide unus.

Aduoco, cas, pen. cor. a p. Ad me uoco, προσκαλέομαι. Vnde pro consiliorum auxilijsue causa amicos accersere ponitur. Terent. in Phorm. Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adsient. Augustus de Ciuit.3. Vt eam honoribus talibus aduocarẽt cultores sui. Huic opponitur Auoco, ἀποκαλῶ.

Aduocati, m. f. dicuntur qui alteri adsunt in causa, συνήγοροι. Plaut. in Cas. Stultus contrini diem, Dum adsto aduocatus cuidam cognato meo: Quem hercle item adeò perdidisse gaudeo, Ne me nequicquã sibi hodie aduocauerit. Inter Aduocatum & Patronum hoc interesse Valla existimat, quòd Aduocatus nomen sit generalius, quàm Patronus: ut non tantũ significet eum qui alterius causam agit, quę propriè Patronũ dicimus, uerumetiã quicunq; adest alteri in causa, offitij gratia, Aduocatus appelletur, etiam si nihil dicat, neq; agat, sed tantùm paratus sit defendere. Patronus propriè, qui agit causam, sed accusati, non accusantis.

Aduocatio, uerbale, f.t. quæ est amicorum coactorum ad opem fauoremq; præstandam facta coitio, aut cœtus ipse patronorum & causidicorum, aut ipsa causæ defensio. Cic. in Epist. Fam. ad Treb. In re militari multò es cautior, quàm in aduocationibus.

Aduolo, las, pen. cor. iuxta, uel ad aliquem locum uolare, προσπέτομαι, & construitur cũ accusatiuo, præposito Ad uel In, & aliquando dativo, Plin. At in agrum Volaterranum pulmbium uis è mari quotannis aduolat. Idem lib.10.cap.40. Platea nominatur aduolans ad eas, quæ se in mari mergunt. Ibidem, Caprarumq; uberibus aduolant.

Aduolatus, tus, actus aduolandi. Cic.2. Tusc. Tristi aduolatu aduncis lacerans unguibus.

Aduoluo, προσκυλίω, uide in diction Voluo. Verg.3. Geor. cõgestaq; robora totas Aduoluere focis ulmos, igniq; dedere.

Aduorsor, ἀναστρέφομαι, pro aduersor, & Aduorsem, pro aduersarium ueteres dixerunt, teste Festo. Sic Aduorsum, & Aduorto, pro Aduersum, & Aduerto.

Aduotum, uide Votum.

Adurgeo, es, ere, uehementer urgeo, ἐπάγω, ἐπισπέχω. Celsi. Is quoniam natus est dens in locum prioris, quotidie digito adurgendus est,

Aduro, pen. prod. idem est quod simplex Vro, καίω. Cic. 2 Offic. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candenti carbone sibi adurabat capillum?

Adustio, onis, uerbale, καῦσις. Plin. lib.14.cap.20. Vitia præter supradicta, cor, aut fumidum uirus, picis aurem, adustio.

Adusque, id est, Vsq; ad, μέχρι. Verg.11. Aeneid. Aridè Prothei Menelaus aduſq; columnas Exulat. Gell. lib.15.cap.2. Præterea uini libidine aduſq; ludibria ebriosus.

Adynamum, ἀδύναμον, uini factitij genus, quod fiebat ex musto albo, dimidia parte aquæ addita, quod admotum ignì decoquebatur, donec aquæ mensura exaresceret. Vide Plin. lib.14.cap.16. Dictum Adynamum, ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας, propterea quod esset imbecille & sine uiribus: ideoq; cyris dabatur quibus uini noxam metuebant.

Adytum, pen. cor. ἄδυτον, locus est secretior templi, ad quẽ nulli est aditus, nisi sacerdoti, ab ἄ priuatiuo, & δύω, ingredi, or, quasi inaccessibile. Verg.2. Aeneid. Isq; adytis hæc tristia dicta reportat.

Ae, dipgthongus, communis error per multa secula, & malè scribitur, dum ex duobus corponb. fit unum e, aut ſ, natur e caudatũ, pro æ, & malè pronunciatur, dum solum e sentitur in prolatione. Scribi debent seiunctim hæc duo elementa, & utrum ꝫ proferendo audiri. In notis antiquorum, AEDIL. ædilis, AEDILL. ædiles. AEDIL. CVR. ædilis curili. AED. PL. ædilis plebis. AEG. æger. AER. P. æqualis

personæ

perſona. AER. grarium, uel grarij. AER. COL. ære collato. AER P. ære publicò. AED. D. ædem dicauit. AED. S. ædem ſacrauit, uel ædibus ſacris. AED. IN. M. ædes inſcripſit meridie. AER. S T. grario Saturni.

Aedepol, pro cor. νὴ πολυδίνκα, Aduerbium iurandi, quod eſt, quaſi per ædem Pollucis. Item Pol & Perpol, quę idem ſignificant. Perpol, quàm pauci, apud Terent. in Andr. per tmeſin dictum puto, pro Pol perquam pauci. Erat autē Aedepol, teſte Gell. lib. 11. cap. 6. iuramentū tam uiris, quàm mulieribus commune. Per Herculem autem mulieres nunquā iurabant, neq; uiri per Caſtorem.

Pol. et Perpol.

Aedes, f. t. tam in ſingulari quàm in plurali numero, pro templo, uel ſacrario, ſed ferè ſemper cum adiectione, ut Aedes ſacra, uel Aedes ſacrę, Aedes Iouis, Aedes deorum, Aedes pacis, & huiuſmodi, ναὸς ἀνάκτος. Cic. 2. Ver. Aedes Minerue in fano Apollinis. Idem 1. Philip. Ex eo die quo in ędem Telluris conuocati ſumus. Valer. Max. lib. 1. Ea Pontificum admonitione effectum eſt, ut Marcellus ędibus ſeparatis Honoris ac Virtutis ſimulachra ſtatueret. Ouid. in Epiſt. Didus, pro ſepulchro poſuit, quum ait: Eſt mihi marmorea ſacratus in ęde Sichęus. Nam & ſepulchra, ut ſcribunt Iureconſ. de Sepul. & relig. inter loca ſacra habentur. Prō ædificio prophano, uix aliter quàm plurali numero utimur. Cic. 2. Verr. Quę uidi egomet apud iſtum in ędibus. Idem de claris Orat. Ex teſtudine quadam exijt in ędes. Non tamē imus. inficias etiam in ſingulari numero in hac ſignificatione inueniri: uerùm id uſui recepto aduerſari contendimus. Curtius de geſtis Alexandri, Excubabant Principum liberi ſeruatis nōctium uicibus, proximi foribus ædis, in qua Rex acquieſcebat. Vbi ædem pro cubiculo dixiſſe uidetur. Idem alibi eodem in numero pro cœnāculo poſuit, quum ait: Stabat ad fores ędis eius, in qua Rex ueſcebatur. Dicitur autem Aedes, ut ſcribit Seruius, ab Edo: quòd in ea ſacrificantes edere conſueuerint. Nam quędam ſunt nomina, quę initio diphthongum recipiunt, quamuis à uerbo monophthongō deriuentur, ut Aedes, Aeſculus. Varro lib. 4. de lingua Latina, ab aditu fieri putat, quòd ſcilicet plano pede adibant: un de etiam prima ſyllaba diphthongum accepit. Feſtus, Aedes quòd in ędito poni ſoleret. Alij Aedem dici exiſtimant quòd in ea æuum degatur, quod Græcè αἰὼν, uocatur. Aedis in nominatiuo ſingulari. Varro de uita pop. Rom. lib. 1. Hæc ædis quę nunc eſt, multis annis pòſt facta ſit, &c. Hoc etiam ex diminutiui formatione uidetur conſequi, ut Aedis in recto dicamus, non Aedes. Nam ut Apicula ſit à nominatiuo Apis, uidetur analogię ratio exigere, ut Adicula ſit ab Aedis. Nam ab eo quod eſt Aedes, potius fieret diminutiuum Aedecula, ut à Vulpes, Vulpecula.

Aedicula, f. p. non eſt parua domus, ut uulgò accipiunt, quod ex Liuio Budęus demonſtrat, ſed cella in ædibus. Plautus in Epid. In ædiculam ſeorſum iſthęc eat, iube. Aliquando pro ſacello, quod eſt ędis ſacrę appendix. Liuius, Iiſdem diebus ędiculam Victorię uirginis, propę ædem Concordię M. Portius dedicauit. Aliquando pro loculamento ſimulachri. Plin. lib. 36. de Venere Cnidia, Aedicula eius tota aperitur, ut conſpici poſſit undiq; effigies deæ. Aedicula, ędicularum, paruę ędes, id eſt, parua domus. Terent. in Phorm. Aedicułæ item ſunt ob decem alias. Aedicula templum ſacrum eſt apud Iureconſ. ad Iul. pecul. l. ſacrilegij.

Aedifico, a, p. propriè idem eſt quod domum ſtruo: quod etiam indicant partes compoſitionis, οἰκοδομέω, nam ab æde, uel ædibus faciendis dictum eſt, & ita fere abſolutè ponitur ſine caſu. Cic. ad Q. Frat. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. Horat. 1. Epiſt. Diruit, ędificat, mutat quadrata rotundis. Mart. in Gell. Poſcenti numos ut dicere poſcit amico, Hoc unum uerbum, Gellius, Aedifico. Quotiens uerò accuſari num adiunctum habet, idem ualet quod ſtruo. Cic. pro lege Manilia, Qui quum maximas ędificaſſet, exornaſſetque claſſes. Idem pro Sylla, Ad illius pœnam carcer ædificatus eſt. Idem 1. Offic. Vrbes ſine hominum cœtu, nec ædificari potuiſſent, nec frequentari. Idem, Qui quum ędificaſſet in palatio domum plenam dignitatis. Quo in exemplo accuſatiuus Domum, additus, facilè indicat, Aedificare, ſimpliciter ibi accipi pro ſtatuere: nam alioqui redundaret. Cic. 1. de Nat. Deor. Quibus enim oculis animi intueri potuit ueſter Plato fabricam illam tanti operis, qua conſtrui à Deo, atq; ædificari mundum facit? Huius compoſita ſunt, Coędifico, Exędifico, Inędifico, in loco aliquo ędifico. Liu. lib. 3. Et ut libera cęteris religionibus ara eſſet tota Iouis, templúque eius quod inædificaretur, exaugurare fana, ſacellaq; ſtatuit. Proædifico: unde Proædificatum uetteres dicebant, teſte Feſto, quod ex priuato loco proceſſerat in publicum ſolum. Reædifico, rurſus ædifico, Superædifico, Hieron. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, &c. Verbalia ſunt:

Aedificatio, ipſe ædificandi actus, οἰκοδομία. Cic. ad Attic. Aedificatio me non mouet.

Aedificatiuncula, parua ædificatio. Cic. ad Q. Frat. Quęſiuitq; ex eo, quid de illa ędificatiuncula Laërtij, de qua mecum locutus es, mandauiſſes.

Aedificator, uerbale, οἰκοδόμος, οἰκίας ἐργάτης. Cato, de bono ædificatore melius emetur.

Aedificium, n. ſ. ædis conſtructio, & ponitur pro omni ſtructura, οἰκοδομία. Aedificii quoque appellatione non ſolùm ſuperficiem ſigi aari, ſed ſolum quoque ipſum, cui ædificium ſuperpoſitum eſt, Vlpianus putat. Plin. lib. 26. cap. 6. Minus utilis ędificijs q; , quò adire poterant incenſis.

Aediles, m. t. pen. pro diuisoribus, dicti ſunt ab eo quod ædes ſacras & priuatas procurarent, teſte Varrone lib. 4. de lingua Latina. Primò ex plebe duo creati ſunt Aediles: dein de procedente tempore duo ex patricijs adiuncti ſunt, qui à ſolio eburneo, quod eis datum eſt, Curules dicti ſunt. Officium Aedilium erat ludos publicos exhibere, & ſacras priuatasq; ędeis procurare, totam urbem tueri, ut cloacę & aquę ductus, & quęque publica ędificia munda & integra eſſent: loca in theatro aſſignare. Si quiſpiam ſeruum, aut iumentum morboſum, uitioſumue pro integro, ſanoq; uendidiſſet, edicto Aedilium emptori ſuccurrebatur: idque Edictum ædilitium dicebatur, ſiue Edictiones ędilitiæ. Cic. 3. de Legibus, lege XII. Tabul: Suntoque Aediles curatores urbis, annonę, ludorumque ſolennium: olliſque ad honoris amplioris gradum, is primus aſcenſus eſto. Erant & alij Aediles, qui frumento præerant, à Cæſare primùm creati, & à Cerere Cereales nominati, ut ſcribit Pomponius. His cura ponderum ne qua fraus fieret, & menſurarum commiſſa erat. Aediles curules uel Curules.

Aedilatus, ἀεδιλοσύνη, idem quod Aedilitas.

Aedilitas, atis, f. t. ipſa dignitas, ἀγορανομία. Cicero 1. Offic. Craſſus cum omnium hominum moderatiſſimo Q. Mutio munificentiſſima ędilitate functus eſt. Suet. in Cæſare, Siquidem ante paucos dies, quàm ędilitatem iniret. Liu. lib. 7. ab Vrbe, Annus hic inſignis nouis duobus magiſtratibus, Prętura, & Curili ædilitate: hos ſibi patricij quæſiuere honores, pro conceſſo plebi altero Conſulatu.

Aedilatus, m. q. idem quod Aedilitas, ἀεδιλοσύνη.

Aedilitius, a, um, ἀγορανομικός, Nomen poſſeſſiuum ab Aedilis: ut Comitia ædilitia, in quibus creabantur Aediles: Aedilitium munus, hoc eſt, officium ad Aediles pertinens. Cicero de Offic. lib. 2. Sed quid ego ędilitias repulſas colligo? Homo Aedilitius. Cicero pro Cluentio, Et illum hominem Aedilitium, iam Prętorem opinionibus hominum conſtitutum, &c.

Aedilitius, tij, qui ędilitate functus eſt, quemadmodum & Conſularis, qui conſulatum geſſit, & Prętorius qui prætura adminiſtrauit. Cic. in Brut. Sed omnia is ſumma ſperans, ędilitius eſt mortuus.

Aeditimus, m. ſ. pen. cor. qui ædibus præeſt, νεωκόρος. Gell. lib. 12. cap. 10. Ait æditimus dici ea forma qua finitimus, legitimus. Verùm pro eo nunc utimur Aedituus, ut Var. lib. 1. de Re ruſt. ait: Et Sementinis ferijs in ædem Telluris uenerat rogatus ab æditimo, ut didicimus à patribus noſtris, ut corrigimur à recentibus urbanis, ab ędituo.

Aedititius, iudex quem una pars elegerit. Cicero pro Planco, Neque enim quicquam aliud in hac lege niſi ædititios iudices es ſecutus.

Aedituor, & Aeditimor, ædem tueor, νεωκορέω. Gellius lib. 12. cap. 10. Qui poſtquam tibi appareo, atque ędi timor in templo tuo.

Aeditus, a, um, ὑψηλός, altus & fortis dicitur. Horat. in Serm. Viribus ędi tior credebat ut in grege taurus. Et ædita loca dicuntur alta ac ſeſe ędentia, id eſt, oſtendētia. Scribitur q; cum diphthōgo, ut differat ab Edo pro comedo. Sic & Cornucop. non uidetur tamen efficax ratio, cum in coniugando multum differant ædo compoſitum, & edo ſimplex. Nec poteſt ędi tum ab edo deductum uideri.

Aedituus, idem quod Aeditimus, Sacræ ædis tutor, id eſt, curam gerens, ab ædibus ſacris quas tuetur, νεωκόρος. Lucret. pro ędituis dixit Aedituentes, ut eſt apud Gell. Hoſpitibus loca, quæ complerent ædituentes.

Aedificium,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aedificium, Aedifico, Aedilis, Aeditimus, Aedituus, Vide Aedes.

Aedœica ulcera, αἰδοικὰ ἕλκη, Aegineta appellat, quæ circa pudenda nascuntur. Nam αἰδοῖα Græci uocant, quæ nos pudenda.

Aedon, dictio trisyllaba, pen. prod. ἀηδών, Auis est, aliis quibusdam nominibus & Philomela, & Luscinia dicitur, dicta Aedon, ἀπὸ τῆς ἀεὶ ᾄδειν, hoc est, à perpetuò canendo, quòd etiam nunc canat, quum reliquę uolucres sileant, Vergil. de cantu Syrenum, Quodq; leues calami, quod suauis cantat aedon.

Aeger, a, um, ab Ago, per contrarium, ut quidam opinantur, eò quòd ęgri non probè fungantur suis actionibus: siue quòd qui morbo correptus est, grauius agitetur, νοσῶν. Et tam de animo dicitur, quàm de corpore, quamuis Donatus eam fecerit differentiam, ut Aegritudo ad animum, Aegrotatio ad corpus referatur, quod omninò uerum non est. Sallust. in Catil. Antonius pedibus ęger. Gell. lib. 2. cap. 16. Quũ M. Frontonem Consularem pedibus ęgrum uiseret. Cic. Att. 7. Tyronem Patris ęgrum reliqui. Idem pro Cæl. Medea animo ęgra, amore sęuo saucia. Per metaphoram Cic. 3. Verr. Mihi uideor magnam, & maximè ęgram, & propè depositam Reipublicæ partem suscepisse.

Aegreo, es, n. s. æger sum, ἀσθενῶ, à quo Aegresco, quod magis est in usu, ęger fio, debilitor. Plin. lib. 10. Corui ante solstitium generant. Item ægrescunt sexagenis diebus siti, maximè antequàm fici coquantur autumno.

Aegresco, cis, à nomine æger derivatum, & significat ęgriorem fieri, pertinet propriè ad animum.

Aegrè, significat molestè, dolenter, iniquo animo. Terent. in Andr. Redeo inde iratus, atq; ęgrè ferens. Aegrè, malè, difficulter, uix, καλεπῶς, δυσχερῶς, Verg. 3. Georg. Ergo ægrè rastris terras rimantur. Neq; solùm cum uerbo Ferre, sed cum alijs etiam uerbis iungitur: ut, Careo ęgrè, Sustineo ægrè. Et Cic. Art. Ab hasta ea ęgrè me tenui. Aegrè est mihi, frequens est apud Plautum, pro dolet mihi, aut malè me habet: ut in Cassan. Quid tibi ęgrè est? Aegrè facere alicui, pro eo quod est ægritudine, uel molestia afficere. Teren. Eunuch. Voluit facere contrà huic ægrè. Aegrius & ęgerrimè, pro difficilius, & difficilimè. Plin. lib. 16. cap. 10. Fragosius fidunt, ægrius re uelluntur. Cęsar 1. Belli Gall. Aegerrimè confecerant, ut flumen transirent. Aegrè ferre, uitiosè scribitur coniunctim, cum sint duę dictiones, pro eo quod est molestè ferre.

Aegrimonia, f. p. λύπη, idem quod ægritudo, abstractum ab Aeger, factum ex forma, qua ab Acer, Acrimonia. Plaut. in Rud. Tantisper dum abscedat à me hæc ęgrimonia. Cic. ad Att. 12. Ferrem grauiter, si nouę ægrimonię locus esset.

Aegritudo, f. t. Est animi ægri affectio, λύπη. Terent. in And. Si nulla ęgritudo huic gaudio interceserit. Hanc Cic. 4. Tusc. sic definit, Aegritudo, est animi aduersante ratione contractio. Teren. in Phorm. pro corporis morbo usurpauit. Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est. Vbi Donatus, Ex ægritudine, inquit, hoc est, ex infirmitate & morbo. Sic & Plin. lib. 8. cap. 11. Visiq; sunt fessi ęgritudine, quando & illas moles infestant morbi.

Aegrotus, a, um, νόσιμος, adiect. ab Aeger derivatum, à quo tamen sic differt, teste Seruio, ut Aeger de corpore & animo dicatur, Aegrotus de corpore tantùm. Horat. 1. Epist. Non domus aut fundus, non æris aceruus & auri Aegroto domini deduxit corpore febres. Cic. ad Attic. Vt ægroto, dum anima est, spes est, &c. Terent. in And. ad animũ transtulit, Animum ęgrotum plerumq; ad partem deteriorem applicat.

Aegroto, as, ægro corpore sum, morbo afficior, νοσέω. Cic. pro Cluent. Is ibi in morbum incidit, ac satis uehementer, diuq; ęgrotauit. Idem de Senect. Adolescentes facilius in morbos incidunt, grauius ægrotant, difficilius curantur. Transfertur etiam ad animum. Cic. 4. Tusc. Vt ea res, ex qua animus ęgrotat, oriatur. Ab Aegroto, fit & Coęgroto. Hieron. Quod si ipsa languerit, coægrotandum est, & nunquam ab eius lectulo cedendum.

Aegrotatio, f. t. uerbale, quod & ipsum propriè de corpore dicitur, νόσημα. Cic. 3. Tusc. Sed propriè, ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. Per metaphoram tamen aliquando de animo dicitur, quemadmodum & uerbum à quo descendit. Cic. Tusc. 4. Quis enim dubitarit, quin ęgrotationes animi, &c.

Aegialus, αἰγιαλὸς, Latinè dicitur littus, Vnde Achaia propter urbes in littore dispositas, ante αἰγιαλὸς, uocata est, teste Plinio lib. 4. cap. 5.

Aegilips, ipis, αἰγίλωψ, Stephano, Dicitur locus editus & penè inaccessus. Latinè sonat relictum à capris, hoc est, locus tam arduus, quem ne ipsę quidem capręę queant ascendere. Est etiam hoc nomine urbs Epiri in prærupta rupe sita, unde & nomen inuenit. Author Stephanus.

Aegilopa, Fistula parua nomen à capris sumpsit, αἴξ enim capram significat, nec aliud αἰγίλωψ Græcis, quàm caprinum oculum, non colore aut figura, sed uitio & labe hac, quę huic animali propria, & frequens est.

Aegilops, opis, αἰγιλώψ, Herbà est, folio uerno tempore piloso, ut lolium, hordeum enecans, quę & Festuca dicitur, quod messis tempore, quum semen iam deciderit, uacuum reperiatur in modum festucæ. Plin. lib. 18. cap. 17. Est herba quę cicer enecat, & eruum, circum ligando se: uocatur orobanche: triticum simili modo ęra: ordeum festuca, quę uocatur ægilops. Hæc Plinius. Vergil. 1. Georg. Latinè uertit sterilem auenam, in hoc uersu, Infelix lolium, & steriles dominantur auenę. Rustici in Gallia uocant, del'auron. Est præterea Aegilops, quæ & ægilope, αἰγιλώπα, absessus inter nares, & magnum oculi angulum, qui si incuriosè tractetur, ut inquit Aegineta, in fistulam uertitur. Dictus Aegilops, quasi oculus caprinus, quod capræ huic uitio peculiariter obnoxię sint. Huic malo medetur Aegilops herba, teste Plinio lib. 25. cap. 13. Vnde & ipsa nomen accepisse uidetur.

Aeginos, cicuta apud Diosc.

Aegirinon, αἰγίνειον, Vnguenti genus est, teste Ruellio, ex una populi arboris confectum, ἀπὸ τῆς αἰγείρου. Est autem Aegiros arbor, quam alij elnum, alij nigram populum credunt.

Aegis, idis, f. t. αἰγὶς, munimentum pectoris æneum à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Quod si in pectore numinis sit, Aegis, si in corpore hominis, sicut in antiquis Imperatorum statuis uidemus, Lorica dicitur. Vergil. 8. Aeneid. Aegidaq; horriferam, turbatæ Palladis arma. Hæc ferè Seruius. Aegis apud Græcos uaria significat. Pelliceum tegmen, quod gestant Afri: præterea maris intumescentis undas, ac uentorum procellas & turbines. Alij malunt esse rete ex coronamentis contextum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, qnę Athenis solita sit ferre sacram Aegidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent uxores. Vnde factum prouerbium, Aegis uenit. Quod Suidas indicat dici solitum de ijs, qui petulanter & impudenter agerent. Vide Erasm. in Chiliad. Est prærerea Aegis, scutum Iouis, & Palladis, Hiad. 4. & A in cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus uice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox uertebantur in lapides: ut apud Ouid. 4. Metam. Est etiam Aegis lignum densum, medullæ simile, in larice femina nascens, mellei coloris, ex quo pictoriæ tabulę fiebant, & codicilli, immortali penè materia, nullisq; rimis aut fissuris obnoxia. Author Plinius lib. 16. cap. 39.

Lorica. Proverb.

Aegithalos, αἰγίθαλος, auis est apud Arist. quæ à Theodoro Parus uertitur. Hermolaus in Plinium.

Aegithus, ᾰἴγιθος, auiculæ nomẽ est, irreconciliabiles cum asino simultates exercens, quod nidus eius, quem ferè in carduis struit, ab asino dissipetur. Contrà ęgithus, quoniam alia parte nocere non potest, asini ulcera erodit. Plinius libro 10. cap. 74.

Aegiris, pen. prod. αἰγῖρις, herba est Dioscor. quæ notiore nomine Anagallis dicitur.

Aegloga, pen. cor. f. p. ἀίγλωγα, Caprarum seu rerum pastoralium sermo dicitur, quasi αἰγῶν λόγος. At Ecloga, ἔκλογα, sine diphthongo, electio, uel explanatio, elegantia dicitur, ut inquit Plinius lib. 4. Epist. & Euseb. lib. 4. Eccles. hist. contra Tortellium.

Aegocephalus, pen. cor. m. f. αἰγοκέφαλος, auis est lienẽ carens. Vide Aristotelem lib. 2. de animalib. & Plinium lib. 11. cap. 37.

Aegoceros, otis, m. t. αἰγόκερως, signum cœleste est, quod à nobis Capricornus dicitur: quod solingrediens, Solstitium hyemale efficit. Poętæ fabulantur hunc ex Amaltheæ nymphæ capta natum fuisse, & eodem lacte cum Ioue educatum: qui postea cœli imperio potitus, uetterem collactaneum inter astra collocauit. Inuenitur etiam accusatiuus Aegoceron, tertia declin. Græcũ, à nominatiuo αἰγόκερως, per ο, paruum. Lucanus, Aegoceron, Cancrumq; tenet. Est etiam Aegoceros, ᾰἰγόκερως, Dioscoridi, siue, ut apud Plin. legitur,

Aegoce-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fœnum Græcum qd alijs Fœnugreg dicitur. Capriſe

Aegoceras, quæ noriori nomine Fœnum græcum appellata dictum, quod ſemen habeat in ſiliquis caprino cornu ſimilibus, uide Plin. lib. 24. cap. ult.

Aegon, onis, pen. genit. prod. αἰγών, Idem quòd caprile, hoc eſt, ſtabulum capratum.

Aegolethros, m. ſ. αἰγόληθρος, Herba in Ponto alba, ex cuius flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod Heracleoticum, uel Ponticum uocatur, dicta à capris interimendis. αἴξ enim capra, et ὀλιθρίον, pernicioſum.

Aegoncmus, m. ſ. pen. cor. αἰγόνομος, Caprarum ductor, qui et Aepolus, ἀιπόλος dicitur, quaſi αἶγας νέμων, id eſt, capras paſcens.

Aegonychon, αἰγόνυχον, Dioſcoridi herbâ illam eſſe docet Ruellius, quæ in officinis Milium ſolis appellatur. Alio nomine Lithoſpermon uocatur.

Aegonychus, αἰγόνυχος, Caprungula herba, Theod.

Aegophthalmus, à Plinio lib. 37. cap. 11. gemma quædam appellatur, quæ caprini oculi ſpeciem præ ſe fert.

Aegre, Aegreo, Aegreſco, Aegrimonia, Aegritudo, Aegrotus, Aegroto, Aegrotatio, uide Aeger. Abeng a, mm.

Aegylops, uide ſuprà Aegilops.

Aegypios, et Gypas, ἀιγυπιὸς καὶ γῦπας, Græci uocant, quos Latini uultures.

Aëlij. Aëlij, per quatuor ſyllabas, Ἄελιοι dicuntur, quibus duæ ſorores nupſerunt. Vide Cælium Rodig. lib. 29. cap. 24.

Aëlla, æ. f. p. ἄελλα Græcè, Latinè procella, turbo.

Aelon, ἄελον Græcè, ſuauitas Latinè dicitur.

Aelurus, pen. prod. m. ſ. αἴλουρος, Latinè catus et felis dicitur. Ariſtot. de Anim. Aeluri & Ichneumones tot numero pariunt, quot canes. Aelianus Hiſtor. animal. lib. 7. Aeluro rum mas quidem libidinoſiſſimus eſt, fœmina autem amantiſſima prolis: fugit coitum cum maribus, quoniam ſemen emittunt caliduſſimum, & quaſi ignem genitalia adurens. Hoc cernens mas, communem fœtum dilaniat: illa uerò pro lis deſyderio, mareis libidine ardenteis adit rurſus. Gell. lib. 20. cap. 7. Aelurorum quoq; oculi ad eaſdem uicis lunæ, maiores fiunt aut minores.

Aemulor, aris, dep. pr. pen. cor. ab Aemulus, cũ accuſatiuo in bonam partem accipitur pro imitari, & quaſi aſſequi, ζηλόω. Cic. pro Flacco, Omnes eius urbis inſtituta laudare facilius poſſumus, quàm æmulari. Terent. in prol. And. Quorum æmulari exoptat negligentiam Potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam. Horat. lib. 4. Carm. Pindarum quiſquis ſtudet æmulari. Interdum ſine caſu. Plaut. in Mercat. Æmulari quia non licet, inuidet. Accipitur & in malam partem, pro inuideo, φθονῶ, et ſic ferè cum dativo conſtrui ſolet. Cic. 2. Tuſc. Obtrectare alteri, aut illa uitioſa æmulatione, quæ rivalitati ſimilis eſt, æmulari, quid habet utilitatis? Et paulò pòſt, Quumq; corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eoq; magis incendi, quod his æmulemur, qui ea habent, quæ nos habere cupiamus, &c.

Aemulatio, ſῖnis, ſῖnem, quæ (ut Cic. Tuſc. 4. ſcribit) dupliciter dicitur, ut in laude & in uitio nomen hoc ſit, ſicut Aemulor. Nam, inquit, & imitatio uirtutis, æmulatio dicitur: & eſt æmulatio ægritudo, ſi eo quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat.

Aemulator, oris, idem quod Aemulus. Cic. Attic. lib. 1. Seruilius æmulator Catonis. ζηλωτής.

Aemulus, m. ſ. Innidus, φθονερὸς, ut, Aemula ſenectus apud Vergil. Aen. Quę quaſi inuidere nobis uidetur iucundioris ætatis felicitatem. Item eiuſdē rei ſtudioſus, uel ſectator atq; imitator, ζηλωτής. Cic. Attic. 6. Licebit eum ſolus ames, me æmulum non habebis.

Aemulus, la, lum, qui æmulatur. Terent. Miles uerò putare ſibi adductum ante oculos æmulum.

Aemulum ſolis & lunę, ſydus Veneris. Plin. lib. 2. cap. 8. Aemula labra dixit Martialis lib. 1.

Aeneus, a, um, idem quod æreus, χάλκεος. Diæreſim quandoq; patitur, & interponitur aſpiratio firmioris ſoni gratia, Horat. lib. 1. Epiſt. Hic murus aheneus eſto. Pro eodem etiam legitur Ahenus, a, um, ut ahena turris, apud eundem.

Aencatores, dicti ſunt rubicines, ab ænea tuba, σαλπιγκταὶ, Ammian. lib. 19. Quum ſupereſſet exiguum noctis, ęnearorum clangore ductores urbem, ut mox caſuram, terribili corona cinxerunt. Et lib. 14. Aencarorum accentu ſigno dato progredi ad pugnam, ad arma concurſum eſt.

Aenigma, atis, n. t. αἴνιγμα, obſcura allegoria, uel quæſtio obſcura, quæ difficilè intelligitur, niſi aperiatur, ab αἰνίσσω, obſcurè loquor, innuo. Innuitur enim quiddam, quod pluribus explicandum eſt. Huiuſmodi eſt illud libri Iudicum: De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Gel. libro 12. cap. 6. Quæ Græci dicunt Aenigmata, hoc genus quidam ex noſtris ueteribus Scrupos appellarunt.

Aenigmaticus, a, um, αἰνιγματικὸς, obſcurus, et ænigmatibus inuolutus.

Aenigmatiſtes, ſtæ, uel ſtis, m. t. αἰνιγματιστὴς, qui ænigmata facit, ſeu proponit. Hieronym. contra Iouin. Sed quid ad noſtrum ænigmatiſten, cuius libros multò difficilius eſt noſſe, quàm uincere?

Aeniochi, uide Heniochi.

Aenum, n. ſ. genus uaſis, ab ære, quod et cacabus ſiue caldare dicitur, χαλκεῖον. Diuiditur quandoq; diphthongus per diæreſim, & tunc (ut Seruius docet) aſpiratio interponitur, ut apud Horatium: Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. Vergil. Aut folijs undam tepidi deſpumat aheni.

Aenus, adiectiuum ſignificat quod æreus. Verg. 2. Aeneid. Et luce coruſcus ahena. Quem Vergilij locum Gell. lib. 2. cap. 3. teſtatur ſe uidiſſe in uetuſtiſſimo exemplari, & Vergilij (ut ipſe credebat) archetypo: ubi aſpiratio in dictione Aena non interpoſita erat literis, quemadmodum nunc ſcribimus, ſed Græcorum more literis ſuperpoſita.

Aeonion, genus nucum apud Dioſc.

Aeon, onis, m. t. αἰών, æuum Latinè dicitur.

Aepolium, lii, n. ſ. αἰπόλιον, caprarum grex.

Aepolus, li, m. ſ. αἰπόλος, caprarius.

Aequabilis, uide Aequus.

Aequæuus, Aequalis, eiuſdē ætatis, ab æqualitate æui. ὁμῆλιξ. Verg. 2. Aen. Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi Vitam exhalantem. Nomen eſt propriè poeticum: nam Aequalis oratorium eſt.

Aequamentum, Aequatio eſt, quod et Libramentum dicitur, æqua utrinq; portione propendente. ἰσόμοιρος. Sic enim uertit Gaza locum Ariſtotelis de animalibus.

Aequanimis, et hoc nimè, et Aequanimus, a, um, qui eſt æqui animi, qui nec proſperis extollitur, nec aduerſis frangitur. ἰσόψυχος. Auſon. Aequanimus fiam te iudice, ſiue legenda, Siue tegenda putes carmina quę dedimus.

Aequanimitas, fauor, et propitius animus, ἰσοψυχοσύνη. Terentius in Adelph. Facite, æquanimitas ueſtra Poetę ad ſcribendum angeat induſtriam.

Aequanimiter, Moderatè, patienter, æquo animo, ἰσοψύχως.

Aequatio, uide Aequo, as, in Aequus.

Aequator, oris, circulus in cælo, ſphæram diuidens in duas partes æquales, parem utrinq; uerſus polos mundi diſtantiam relinquens: in quem quum ſol inciderit (quod bis contingit in anno: ſemel in principio Arietis, atq; iterum in principio Libræ) dies fiunt æquales noctibus in toto orbe terrarum, ἰσημερινὸς.

Aequè, uide Aequus.

Aequidiale, n. t. dictum ab antiquis, quod nunc dicimus Aequinoctiale, quia nox diei potis, quâ dies nocti annumerari debet, ἰσημερινόν. Sic etiam Aequidium, ἰσημερία, quòd nunc Aequinoctium, authore Feſtus.

Aequilatatio, ſ. t. nomen duriuſculè compoſitum ex æquo & latum, quaſi æqualium linearum ſecundum latitudinem productio. Vitruuius lib. 2. cap. 8. Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitię æquilatatio ſignetur, ubi erit litera E, ſiniſteriore parte, id eſt, æqua ſiue æqualis latitudo.

Aequilauium, n. ſ. ex toto dimidium ſignificat: dictum à lauatione lanę, quę dicitur æquilauio redire, quum dimidium decidit ſordibus. Ex Feſto.

Aequilibralitas, ἰσοσταμία. Cic. de Nat. Deor. Etſi alii legunt æquabilitas, alij æqualitas.

Aequilibrium, Aequatio libræ, ἰσορροπία, quod et Aequamentum & Libramentum dicitur, & Trutina, quum probi lancis ſeu ſtatere lingua ſumitur, ῥοπή. Gell. Nunc cui membrum ab alio ruptum eſt, ſi ipſe itidem rumpere per talionem uelit, quęro an efficere poſſit rumpendi pariter membri equilibrium.

Aequilibris, & hoc bre. pen. prod. om. t. ex Aequus & Libra compoſitum, propriè ſignificare uidetur, quod ad libram æquali conſtat pondere: ut ſi dicas, Hi numi ſunt æquilibres, id eſt, æquali pondere, ἰσορρόπους. Transfertur tamen ad alium æqualita-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

æqualitatem. Vitruu. lib. 5. cap. 12. Sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ, quæ suprà scripta est, hoc est omnino æquales, quasi ad libram æquati, uel quasi æqua liter librati.

Aequilibritas, atis, ἰσονομία. Cicero lib. 1. de Nat. deorum, Confugis ad æquilibritatem: sic enim ἰσονομίαν (si placet) appellamus.

Aequimanus, pen. cor. m. f. Idem quod ambidexter, hoc est qui utraque manu utitur, ἀμφιδέξιος.

Aequimentum, ti. Iusta merces appellabatur, apud ueteres, quæ dominis soluebatur nomine equorum, aut asinorum, qui iumenta inibant. Varro sexagesimo. An si equum emisses quadrupedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum popposcissem, dedisses æquimenti: Hæc Nonius. Fortassis melius Equimētum, absq; diphthōgo, ab equo, quum sit merces pro admissura equi.

Aequinoctium, n. f. Ab æqualitate noctiū dicitur: quòd tunc dies & nox horarum spacio æquales sint, ἰσημερία. Cic. ad Att. Nūc quidē æquinoctium nos moratur, quod ualde perturbatum erat. Duo sunt autem æquinoctia, Vernale scilicet & Autūnale. Vernale fit quarto Idus Martias, uel circa octauū Cal. April. & in octaua parte Arietis conficitur. Autumnale decimo octauo Cal. Octob. ante Virgiliarum occasum, diebus quadraginta. Annum enim olim in duastantū partes diuidebant, hoc est, in æstiuum, & hyemale solstitiū.

Aequinoctialis, adiect. um: ut, Tempus æquinoctiale, & Horæ æquinoctiales, quarum 24. exæquant diem naturalem. Plin. lib. 2. cap. 75. Sic fit, ut uario lucis incremento in Meroe longissimus dies XIII. horas æquinoctiales, & octo partes unius horæ colligat. Catul. Iam uer egelidos refert tepores, Iam cœli furor æquinoctialis Iucundis Zephyri silescit auris.

Aequiparo, as. a. p. pen. cor. Significat comparo, uel æquo, ἰσόω. Cic. 5. Tusc. Nemo est qui factis me æquiparare possit. Ver. 3. Ec. Nec calumis solū æquiparas, sed uoce magistrū. hic

Aequiparabilis, & hoc le, om. t. Quod æquari uel comparari cum aliquo potest. Plaut. in Trin. Ita tu nunc dicis, non esse æquiparabiles uestras cum nostris factiones, atq; opes.

Aequiparatio. f. t. Gel. li. 14. cap. 3. Aequiparatio ipsa plerumq;, & parilitas uirtutum inter se consimilium.

Aequipolleo, les. per duplex ll. Parem potestatem habeo,

Aequipollentia, æquiualentia. (ἰσοδυναμία.

Aequipondium, n. s. ex adiectiuo Aequum, & Pondus. Ponderis æqualitas, σάκωμα. Vt si dicas. Aurum dedi ad argenti æquipondium. Legitur hoc nomen apud Vitruuium, lib. 10. cap. 8. apud quem & Sacoma pro eodem.

Aequus, Aequo. Vide Aequus.

Aequiualeo, es, pen. cor. u. f. Idē quod æquiparo, assequor, quasi tantundem ualeo, ἰσορροπέω. Ouidius de Philomela, Nam quamuis aliæ uolucres modulamina tentēt, Nulla potest modulis æquiualere tuis.

Aequiuocum, n. f. A Martiano uocatur Pluriuocum, quā do pluribus rebus eadem est appellatio: ut Aries. Nam & machinamentum quo muri expugnantur, & sydus in cœlo, & animal in terris Aries uocatur, ὁμώνυμον.

Aequor, oris, n. t. Mare dicitur, ab æquare, pro planum facere, quod æquam superficiem habeat, siue planum sit, nullis iam à tempestate fluctuātibus procellis, πέλαγος. Virg. Aen. 1. Heu quæ nunc tellus, inquit, quę me æquora possunt Accipere? Neq; solūm de mari dicitur, sed etiam in terra de campo plano. Idem Georg. 3. At prius ignotum ferro quàm scindimus æquor. Cic. de Diu. 1. Sic enim Aegyptii, sic Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, quum ex terra nihil emineret quod cōtemplationi cœli officere posset, omnē curā in syderū cognitione posuerunt. Quando; pro aēre. Idē 1. Aen. Aspice bis senos uolitātes æquore cygnos.

Aequoreus, a, um, Quod ad æquor pertinet. Mart. lib. 13. Hic scarus æquoreis qui uenit obesus ab undis. Verg. 4. Aen. Et genus æquoreum, pro piscibus.

Aequus, a, um. In quo nihil eminet, nihil; est inæquale. ὁμαλός Cic. pro Cecin. Sed neq; quo quidem & plano loco. Per trāslationē ponitur pro integro, & iustitiæ dedito, quicq; nullā in partē se inclinet: ut Prætor æquus Cic. 6. in Ver. Prætor æquus, & sapiens dimitti iubet senatū. Ponitur aliquādo pro fauēte, uel suffragante: & hoc interdū cū datiuo: ut, Te mihi æquū præbere debebis. Cic. ad Attic. Consequēris, ut eos ipsos, contra quos stratuas, æquos placabilesq; dimittas. Ad rē quoq; aliquādo refertur, ut Aequa cōditio, æqua lux, æqua postulatio. Terent. in Eun. Quare æquū est nos cognoscere, & ignoscere. Aliquando æquus, pro æquali legitur siue æquè magno. Terent. in Eun. O Thais, utinā, esset mihi pars æqua amōris tecum. Verg. 2. Aen. Sequitur; patrē nō passibus æquis. Aequū neut. gen. Idem quod æquitas, & ut annotat Alciat. quod Aristoteli, ἐπιεικὲς. Verg. 2. Aen. Cadit & Ripheus iustissimus unus Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui. Est; naturalis quædam moderatio, quæ in pectoribus hominū residet, nec satis legi præscribi potest. Desinitur aliter absoluta bonitas, & æquitas; & uiris medulla, germanaq; Iustitia. Item uis non lege comprehensum, id est; legitimum, sed legitimi iuris emendatio, Græcè δικαία. Aequus Iudex quem uulgus non suspectum iudicat.

Aequi boniq; facio, in bonā partē accipio. ἐπιεικῆ τινα. Apul. lib. 1. de Asin. Istud quidē quod polliceris, æqui boniq; facio. Potest etiam accipi pro Non magni pendo, ὑπερορῶ πρός τι. Terent. Cæterum equidem istuc Chreme, æqui boniq; facio. Liu. Ne serpat latius contagio eius mali, nos æqui boniq; facimus. Cic. ad Attic. sine copula dixit, Aequi boniq; facit. Hæc loquendi formula à Iurisperitis est profecta. Illi enim Aequum bonum appellant, quando non stricto & summo iure, sed secundum æquitatis dictamen, quæ est legitima iuris moderatrix, negotium deciditur. Ex æquo & bono statuere, arbitrari, censere, æstimare. Aequū & bonum impetrare, id est ius suum obtinere, rem suā recipere, quod æquum erat auferre.

Aequabilis, om. t. Idē quod æqualis, ἴσος, ὁμαλὸς, ἰσόνομος. Cic. Off. 1. Sed hoc colendū est æquabile, & temperatū orationis genus, hoc est quod uno tenore incedit, nec multis figuris & affectib. uariatur, sicut solet orationū stylus. Idē p. Cecin. Quod æquabile inter omnes, & omnibus unum esse possit.

Aequabilitas, f. t, ἰσονομία, ὁμαλότης, Idē ferè quod æqualitas, hoc est certus quidā rerū modus, & constantia, uel sibi constans, & nulla parte in uitiū inclinans ratio: ut Aequabilitas uitæ, in qua nulla est perturbatio, neq; uarietas, aut discrepantia. Cic. 1. Off. In liberis uerò populis, & in iuris æquabilitate exercenda etiam est facilitas. Ibidem, Aequabilitas tum uniuersæ uitæ, tum singularum actionū, maximè decora est.

Aequabiliter, aduerb. Aequaliter, ὁμαλῶς, ἰσονομικῶς, Idem 1. de Orat. Genus facetiarum æqualiter in omni sermone fusum. Idem 2. de Natura deorum, Tactus autem toto corpore æqualiter fusus est.

Aequalis, om. t. Par, æquè magnus, ἴσος, ὁμαλός. Cic. 3. de Legibus. Paupertatē diuitiis etiam inter homines æqualem esse uolumus. Idem. 3. de Oratore, Cretici æqualis Pæan, qui spatio par est, syllaba longior. Interdum accipitur pro simili, ὅμοιος. Plin. Quū & ipse æqualē fortunam expertus fuissem. Refertur & ad ætatē dicūturq; Aequales, ἥλικες, qui pares sunt ætate, & æquè multos numerant annos. Coætanei uerò ἡλικιῶται dicuntur, qui ætate eadem uixerunt, etiamsi alter altero annis multis fuerit maior. Sic Ciceronem, & Augustum coætaneus fuisse dicimus, æquales uerò nequaquā. Cic. in Caton. Nec cum æqualibus solùm, qui pauci admodum restant. Idem de Clar. Orat. Liuius Ennio æqualis fuit.

Aequalitas, Similitudo, paritas, seu æqualitas, ὁμαλότης. Plin. lib. 10. cap. 31. Carnesq; quæ crescunt, ad æqualitatem redigit: explet quoq; & ad cicatricem perducit.

Aequaliter, Similiter, pariter, ex æquo, ὁμαλῶς, ἴσως. Cicero 4. Acad. Aequaliter omnib. abrogatur fides: hoc est tam his abrogatur quàm illis.

Aequè, aduerbiū significat iustè, δικαίως. Seneca, Iudex qui parte inaudita altera aliquid statuit, etiam si æquè statuerit, haud æquus fuit. Nonnunquā idem q. ex æquo, uel æqualiter, ὁ ἴσος, ὁμαλῶς. Cic. 2. Offic. Beneuolentia ciuiū non æquè omnes egent. Idem Fam. 13. Literæ utriq; nostrū propè æquè gratæ erāt. Interdum significat Tam, uel tantū, uel similiter, ὁμοίως, & admittit Ac, uel Atq;, uel Vt. Suet. in Cæs. Nihil æquè ac iudicis acerbitas profuit. Terent. in And. Miser æquè atq; ego. Cic. Attic. Simul quòd æquè ea quæ sunt, ut ea quæ certè futura sunt, uidere non possum.

Aequitas, f. t. Modò planitiē significat, ὁμαλότης, modò iustū, quodq; rationi consentaneū est: modò paritatem quandam inter homines, quā Cicero æqualitatem uocat, quū omnes coæquamur, συμμετρία. Nam Deus qui homines generat, & inspirat, omneis æquos, id est pareis esse uoluit, candēq; conditionem uiuendi omnibus posuit, omnibus immortalitatem spopondit: nemo apud Deum seruus, nemo dominus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vbi non sunt omnium pares, æquitas non est, & excludit inæquitas ipsam iustitiã, cuius uis omnis in eo est, ut pareis faciat eos, qui ad huius uitæ conditionem pari sorte uenerũt. Huiusmodi æquitate, quam Græci ἐπιείκειαν uocant, ad iudicandas res maximè opus est, ut nullo personarum delectu iudex moueatur, nullaq; aut gratia aut maleuolentia à uero honestoq; deflectat. Sæpenumerò autem accipitur Æquitas, pro perfecta quadam ratione, quæ leges, strictumq; ius interpretatur, & emendat, nulla Scripturæ comprehensa sed soldm in uera ratione consistens. Cicero pro Cecinna, Omnino iã bene agis: à uerbis enim recedis, & æquitate uteris. Idem pro Plãcio, Fugisti sententiã legis, æquitatẽ omnem reiecisti. Pro eodẽ etiã dicimus Æquũ & bonũ. Idem pro Cecinna, Ex æquo & bono, nõ ex callido uersutoq; iure rem iudicare oportet. Æquitas animi, est cõstantia quædã ac moderatio, quũ æquo animo, patienterq; omnia ferimus, & in bonã partẽ accipimus, ἐυγνωμοσύνη. Cic. 2. ad Att. Perspicẽ æquitatẽ animi mei. Idẽ de Senect. Noui enim moderationem animi tui, & æquitatẽ. Pro eodẽ etiam legitur Æquitas absolutè. Idẽ in Pisonẽ, Quo in spectaculo mira reipublicæ æquitas erat, uter eorũ perisset, tãquã lanista. Cic. in Part. duplicẽ uim æquitatis cõstituit, cuius altera directi, & ueri, & iusti ratione cõstet: altera ad uicissitudinẽ referẽdæ gratiæ pertineat, quę in beneficio Gratia, in iniuria Vltio nominatur

Æquo, as, a. p. Æquũ, siue æqualẽ facio, plano, ὁμαλίζω. Plin. Æquato deinde pauimẽto infũditur oleũ. Cic. Verr. 6. Quo in summo est æquata agri planities, & aquę perennes. Et hęc propria est huius uerbi significatio. Per translationẽ autẽ significat æqualiter diuidere. Verg. in Aen. operũq; laborem Partibus æquabat iustis. Aliquãdo cõtinere. Idem 9. Aen. felix si protinus illũ Aequasset nocti ludũ. Accipitur etiã hic quoniam Aequare, p eo q dicimus, Aequalẽ uel parem alicui facere, uel etiã quempiã aliqua in re assequi. Atq; ita interdũ construitur cum præpositione Cum. Cic. de Legibus. 3. Inuentum est temperamentũ, quo tenuiores cum principib. se æquari putarint. Interdũ cum datiuo. Idem Offic. 1. Vt nõ soldm oratiões meas, sed hos etiã de Philosophia libros, qui se iam illis ferè æquarunt, studiosè legas. Interdum absolutè. Cæsar Belli Gallici 1. Vt æquato omniũ periculo spem fugæ tolleret. Huius composita ad æquo, coæquo, exæquo & peræquo, quæ secundum uim præpositionum significant.

Æquatio, uerbale. Æquatiõs, ὁμαλότης. Liu. 4. ab Vrbe, Nec excellere unum aut alterum ordinem ciuitate, sed æquationem ad dignitates fore credidit, &c.

Aër, ἀήρ, m. t. Propriè dicitur medium spatiũ inter elementum ignis & terram, plus multò habens raritatis, quàm inferiora elementa. A Vergilio etiam inane uocatur, in Sileno, Namq; canebat uti magnũ per inane coacta Semina. Dictus aer (ut quidam autumãt) ἀπὸ τοῦ ἀείρειν, ab eo quòd ferat terram, uel quòd feratur. Sed credo potius dici, ab ἄημι, id est spiro, unde producit ultimum. Luc. lib. 1. Aer & longi uoluent Titana labores. Qui corripiunt, Claudiani deprauata lectione falluntur, dum sic legunt, Lucidus umbroso miscebitur aer Auerno. Vera siquidem lectio, nõ habet Aer, sed Axis. Alioqui neq; quantitatis ratio constaret, neq; sensus conueniret. Hic autem aer partim ad terrenam, partim ad cœlestem materiam pertinet. Nam illa subtilis, ubi uẽtosi ac procellosi motus non possent existere, ad cœlestem pertinet partem: iste uerò qui uoluerib. permeatur, & stadijs quadraginta (ut Possidonius ait) à terra distat, quum sit turbulentior & exhalationibus humidis corporescat, terræ deputatur, atque ex se multas species reddit. Nam commotus, uentos facit: uehementius cõcitatus, ignem & tonitrua: contractus, nubila: conspissatus, pluuiã: congelatis nubibus, niuem: turbulentius congelantibus densioribusq; grandinem: distentus, serenum efficit. Aliquando Aer dicitur uentus, spiritus, uel flatus modicus. Verg. Aera dimouit tenebrosum, & dispulit umbras. Aliquando dicitur sonus, Varro, Anima ut concluſa in uesica, quando est arctè ligata, si perculeris, aera reddit. Est aer omnium rerum & morborũ causa. Hyppocrates. libro de flatibus.

Aeripes, quatuor syllabarũ, pen. corr. com. t. Celer quasi Aerios pedes habens, ἀερίπους. Vergilius synæresim facit. Fixerit æri pedem ceruam licet.

Aerius, adiectiuum quatuor syllabarum, ἀέριος, Modò significat altum: ut, Aeria turris: modò quod constat ex aere: ut, Corpus aerium, fulgor aerius. Verg. 4. Georg. Protinus aerij mellis cœlestia dona.

Aeromantia, pen. prod. ἀερομαντεία, Diuinatio ex aere.

Æra, ræ, f. p. Numeri nota erat in moneta, qua eius pretium designabatur. Lucil. Hæc est ratio peruersa, aera numeri subducta improbè. Astrologi quoq; tẽporis initiũ, à quo supputationes incipiũt, Aerã uocãt. Vide Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 2.

Aera, ἄερα, Herba triticũ enecans, quæ apud nos Loliũ dicitur, ut inquit Dioscorides. Plin. li. 18. ca. 17. Est herba quæ cicer enecat, & eruũ circumligando sc. nocatur orobanche: triticum simili modo æra.

Aerineus, a, um, Quod ex æra factum est. Idem, Panis uerò cum melle & ærinea farina, id est loliacea.

Aeranthemis, Vide Anthemis.

Aerica, Piscis est, carnium uoras, qui unus inter omnes pisces pediculis sub branchiis innatis infestatur, χαλκὶς. Aristoteles. Chalcidem uocat, si Gazę credimus, qui lib. 8. Hist. animal. Aericam uertit, quem Aristoteles Chalcidem appellat.

Aerinus, a, um, Siue (ut alii legunt) Acrineus, idẽ est quod Loliaceus. Vnde Farina ærina, uel ærinea, quæ fit ex Lolij semine. Plin. lib. 22. cap. 25. Aerina farina magis cæteris purgat ulcera uetera. Vide Aera, ærę.

Aerizusa, ἀερίζουσα, f. p. Gemma est ex Iaspidum genere, ab aerio colore nomen habens. Nam ἀερίζειν, est aerem imitari. De his Plinius libro 37. cap. 8.

Aeromeli, ἀερόμελι, Liquor est in Syria præcipuè & Arabia sereno cœlo ex aere defluens sub exortũ Vergiliarũ, plantisq; adhærescens, & deinde duritiẽ quandã colligẽs. A quibusdã Ros Syriacus, à recẽtioribus Manna dicitur. Vide Ruel. lib. 1.

Aerugo, pen. prod. æruginis, f. t. Idem quod (cap. 24. rubigo, & propriè in ære uel argento, quum uiridescit, ἰὸς χαλκοῦ: rubigo uerò in ferro, & segetibus, ἰὸς σιδήρου. Quanquã & Rubigo pro æris uitio positũ inuenitur. Plin. lib. 34. cap. 9. Aera exterſa celerius rubiginẽ trahunt, quã neglecta, nisi oleo perungantur. Transfertur ad segetum rubiginẽ, ut est apud Theophrastũ lib. 4. de Causis plantarũ, appellat enim Græcè ἰασίβλωτα. Est autem Aerugo incidentis segetibus humoris putrefactio, quo uitio spicæ marcidæ fiunt, & in puluerem fœtidum confriatiles. Apud Horatium & Iuuenalem accipitur Aerugo pro pecunia, quæ ex ære fit.

Aeruginosus, a, um, ἰώδης, Quod est ærugine plenum. Seneca libro de Bre. uitæ, Maiorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit.

Aerumna, f. t. ἀέρμνα. Leuo, tollo: nam propriè Aerumnæ, & per diminutionem Aerumnulæ dicuntur furcinulæ, quibus uiatores farcinas suas religatas, tabella interposita ferre consueuerunt: quæ à Mario earum inuentore muli Mariani postea uocatæ sunt: de quibus suo loco. Hinc factũ est, ut labores onerosi, Aerumnæ dicantur. ὀίδυς. Cic. lib. 2. de Finibus. Labores non fugiendos, ærumnas nominarunt. Vnde Labores Herculis, Aerumnæ sunt appellatæ. Plaut. in Persa, Superauit ęrumnis suis ærumnas Herculis. Ausonius, Prima Cleonei tolerata ærumna laboris. Cic. lib. 4. Tusc. Aerumna est ægritudo laboriosa. Breuiter Aerumna dicitur miseria, calamitas, infelicitas.

Aerumnosum dicitur, quod est laboribus, ac miserijs afflictũ, ὀιδυρόν. Cic. 3. Tusc. Nec tam ærumnoso naufragassem salo, Apud Plaut. in Capt. etiam inuenitur, Aerumnatus adiectiuũ, Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus sum miser.

Aerumnalis, adiectiuũ: ut Labor ærumnalis, ὀιδυρός. Apuleius lib. 1. de Asin. Mox in urbe Latia aduena studiorum. Quiritũ indigenam ærumnali labore aggressus excolui. Aerumnabilis, ærumnis plenus. Lucret. lib. 6. Illud in his rebus miserandum magnopere unum Aerumnabile erat.

Aeruscare, n. p. Veteres dixerunt pro pecunias undiq; fallacias colligere. Gell. lib. 9. cap. 2. Aeruscanti cuipiam id genus, & philosophum se ostentanti, dari iussit mille nummũm.

Aeruscator, pen. pro. Qui malis artibus æs, id est pecuniã corradit undiq;: quales sunt mimi, prestigiatores, arioli. Gel. l. 14. cap. 1. Sed id prestigiarũ, atq; offuciarũ genus cõmẽtos esse homines gruscatores, & cibũ quęstumq; ex mendacijs captates.

Aerarium, Aerarius, Aeratus, Aerificium, Aereus, Aerisonus, Aramentum, Aero, Aeras, Aerosus, Vide Aes, æris.

Aes, æris, n. t. Propriè species est metalli rubro colore, primũm in Cypro reperta, χαλκός. Deductum nomen putant alii ab auri similitudine, alii à Græco αἶα, terra, Varro ab esse. Et quia primũ maximo in pretio fuit, adeò, ut pecuniã quoq;, lacente auro, ex eo signarẽt, factũ est, ut pro ipsa pecunia accipiatur. Quid, in Fastis, Aera dabant olim: melius nunc

emes

omen in auro est, Victaq; concessit prisca monetæ nouæ. Ca
to, Fundum æribus suis emptũ possidebant. Seruius rex, pri
mus post Vrbẽ conditã signare æs cœpit, cuius in altera par
te nota fuit Ianus geminus: in altera rostrum nauis. Hæc Pli
nius lib. 33. Macrobius aũt primũ æs à Iano ipso signatum fu
isse tradidit, eo tẽpore quo Saturnus, filiũ fugiens, primũ in
Italiam uenit. Hocq; à Iano tributũ existimat aduenæ bene
de se meriti memoriæ, quòd rudis illa Aborigenũ gens mon
strato agriculturæ usu, ab illo ad meliorẽ uitam esset tradu
cta. Quare etiam à Iano in portionem regni est receptus. Et
quoniam naui fuerat auectus, in signando ære ex una quidẽ
parte, sui capitis effigiem, ex altera nauis rostrum impressit,
ut quantum in se esset, Saturni memoriæ consuleret, ne ac
cepti beneficij immemor esse uideretur. Ponitur etiã quan
doq; pro rubis, quoniam ex ære fiunt. Vergilius 6. Aen. Aere
ciere uiros. Vnde Aeneatores, tubicines dicuntur. Aes alie
num. Idem quod debitum, χρέος, ὀφείλημα: ut Aes alienũ meũ
m, æs alienum tuum, æs alienũ filij, id est, quod ego, quod
tu, quod filius contraxit, & debet. Hinc, In ære esse dicimus,
quo eleganter usus est Cic. Famil. 13. Et me hercule semper
sic in animo habui, te in meo ære esse, ppter L. Lamiæ nostri
cõiunctionẽ, id est inter amicos meos esse. In ære enim meo
est idẽ est quod meũ, & in bonis meis est, atq; in censu meo.
Sic, In ære alieno nullo esse, idem quod nihil debere. Cic. 6.
Verr. At hominẽ uideo auctionem fecisse nullam, uẽdidisse
præter fructus suos nihil unquam, non modò in ære alieno
nullo, sed in suis nũmis multis semper fuisse. Dicitur etiã
Aes nostrũ, τὸ χρεωστούμενον, quod nobis alii debẽt. Aes mi
litare dicebatur, cp tribunis ærarijs attributũ erat, ut militi-
bus redderetur, χρήματα στρατιωτικά. Plaut. in Aul. Cedit mi
les, æs petit. Aes ductile, Quod facilè ducitur, attenuaturq;
in laminas, χαλκὸς ἐλατός. Hoc & Regulare uocat Plin. lib.
34. cap. 9. Aes caldarium. Quod funditur tantũ, & malleis
fragile est, χαλκὸς χυτός. Plin. lib. 34. cap. 9. Aere dirutimi
lites uocabantur, quibus propter ignominiam stipendium
subtrahebatur. Cicero in Verrem. Aleatoris castra, in quibus
quũm frequens esset, ære tamen dirutus est.

Aramentum, ti. n. s. Opus ex ære confectum, ut Ferramẽtum,
ex ferro, χάλκωμα χαλκούργημα. Plinius lib. 15. cap. 8. Lora etiã
ac coria omnia, & calceamina, axesq; decocta ungi, atq; æra-
menta contra æruginem.

Aerarium, n. s. Aeris repositorium, hoc est nummorum, simili-
umq; rerum pretiosarum, atq; opum, quæ utilitatem reipu-
blicæ allaturæ erant, ὁπισθόδομοι, ταμίειον. Sic dictum, quòd
æra in illud principaliter inferebantur. Romanorum autem
ærarium in æde Saturni fuisse constat, propterea q; aureo il-
lo seculo nullum factũ esse furtum creditur. Cic. 3. Tusc. Et
quidem C. Gracchus, quum largitiones maximas fecisset, &
effudisset ærarium. Distinguitur autem Aerarium à Fisco,
quòd Aerarium sit ciuitatis, Fiscus principis.

Aerarios præfectos, hodie (ut arbitror) uocare possumus, quos
Generales financiarum dicunt: qui etiam Quæstores uoci-
tari possunt: quod munus olim Prætores, Prætorijq; obibãt.
Tribunos uerò ærarios, ἀποδέκτας, quos Receptores gene-
rales appellant. Illis autem (ut Varro scribit) tributa erat pe
cunia, quã militibus redderent: idq; quod attributum erat,
dicebatur Aes militare. Aerarij milites, dicti sunt ab ære, q
stipendium facerent, μισθοφόροι.

Aerarius, a, um. Quod est aeris, siue ex ære, χάλκειος. Plin. lib. 33.
Laudationem eandem in ærarijs metallis, & proximũ in ar-
gentarijs fieri compertũ est. Aerarius substant. qui ærea o-
pera fabricat, χαλκεύς, χαλκουργός. Plin. lib. 16. cap. 6. Aerario-
rum tantum officinis compendio. Aerarius fieri dicebatur,
qui plebeius à Censoribus in centum tabulas referebatur,
ac per hoc non esse in albo Centuriæ suæ denotabatur,
ut ciuis, sed tantummodo, ut pro capite suo tributi nomi-
ne æra penderet. Hæc Budæus ferè ex Asconio. Vnde ærarium
facere, & inter ærarios, siue in ærarios referre, pro eodẽ legun
tur: hoc est ea ignominia quempiam afficere: quod ius pro-
priè ad Censores pertinebat. Liu. 4. secund. Bell. Pun. His su-
perioribusq; illis equi adempti, qui publicum equum habe
bant, tribuq; moti, ærarij omnes facti.

Aeratus, adiectiuum. Quod ære tectum est. Plinius libro 34. ca-
pite 3. Quòd ærata ostia haberet in domo, & triclinia ærata,
abacosq; & monopodia. Aeratus homo, ære alieno obstri-
ctus: qui usitatius dicitur Obæratus. Cicero ad Attic. lib. 1.
Tribuni non tam ærarij, quàm, ut appellantur, ærati. Plau-
tus pro pecuniosо posuit in Mostel. Ferocẽ facis, quia te ę-
ratus amat.

Aere diruti milites dicebantur quibus propter ignominiã sti-
pendium subtrahebatur.

Aereus, a, um. Quod est ex ære factum, χάλκεος. Vergil 1. Aen.
Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæq;. Aere trabes:
foribus cardo stridebat ahenis.

Aerificium. Quod ex ære factum est, χάλκωμα. Varro. Politæ
enim quasi ærificio uidebantur.

Aeripes, trium syllabarum, Aeneos habens pedes, χαλκόπους.

Aerisonus, a, um, adiectiuum. Aeris dans sonum. Stat. libro 1.
Theb. melius uotis Mareotia sumat Coptos, & æriſoni lu-
gentia flumina Nili, hoc est, dantis sonum æris, propter si-
stra, quibus in Isidis sacris utebantur.

Aero, as. Significat æs misceo, ære adultero, siue ære orno, χαλ
κόω. Vnde Aeratæ fores apud Verg. Prisc. A metallorũ quoq;
nominibus solent nasci uerba: ut ab auro, Auro, auras: ab æ-
re, Aero, æras. Vnde Auratus & Aeratus. Cic. 3. Verr. Lecti æra-
ti, candelebra aurea, ψαλτήριον χαλκόω, Persius, Ne qua subærato
mendosum tinniat auro. Adæro, as, uide suo loco.

Aerosus, a, um. Quod ære abundat, χαλκώδης. Vnde Cyprus
ærosa dicta est, q in ea æris plurimũ nascereţur, uel quòd prì
mùm ibi æs fuerit repertã. Aurũ ærosum, quod multũ æris
habeat admistũ. Plin. lib. 33. cap. 4. Ediuerso aurum ærosum
contrahit se, hebetatur q & difficulter ferruminatur. La-
pis ærosus, ex quo æs excoquitur, quẽ & Cadmian καδμείαν
appellari testatur idem Plinius libro 34. cap. 1.

Aestalon, ἀεστάλων, pen. cor. Genus accipitris, quod solùm to
to anni tempore nostris in regionib. apparet. Reliqua enim
accipitrũ genera sub hyemem abeunt. Plin. lib. 9. cap. 8.

Aesculanus deus, & Argentinus, dicti sunt dii æris, & ar-
genti, id est locupletandorum hominum potestatem haben
tes. Budæus libro 1. de Asse.

Aesculus, μαχάνωτος, pen. cor. Arbor glãdifera, cuius fru-
ctu in primæua ætate homines uescebantur. Vnde quidam
sine diphthongo scribunt, ab esca nomen trahentes.

Aesculeus, a, um. Quod est materiarum ex æsculo. Pallad. Asse-
res quernæ cũ æsculeis non misceãtur. Ouid. 2. Metamorph.
Hic iuuenum quicunq; manu, pedibusue, rotaue Vicerat, æ-
sculeæ capiebat frondis honorem.

Aestas, f. τὸ θέρος. Anni pars incipiens ab æquinoctio uerna-
li, & finem accipiens æquinoctio autumnali: constatq; senis
mensibus. Nam totus olim annus in æstatem tandem & hye
mem diuidebatur. Postea tamen anno in quatuor partes
diuiso, cœpit Aestatis nomine uocari trimestre illud ab in-
gressu Solis in Cancrum, usq; ad æquinoctium autumnale,
quod fit sole ingrediẽte Libram. Ita enim distinguũtur qua-
tuor anni partes, ut sole ingrediente Arietem, incipiat Ver,
in Cãcro Aestas, in Libra Autumnus, in Capricorno Hyems
principium sumat. Varro 4. de lingua Latina. Ab æstu Aestas:
hinc æstiuum, nisi fortè à Graeco αἴθω. Vergilius 1. Aeneid.
nam te iam septima portat Omnibus errantem terris, &
fluctibus æstas.

Aestiua, siluorum, neutrum, secundæ, pluraliter. Dicuntur lo
ca umbrosa, nemorosa, in quibus per æstatẽ uitatur Solis ar
dor, τὰ θερινά. Statius, & umbrosi patuêre æstiua Lycæi.
Quandoq; ponitur pro ipsis gregibus in æstiuo commorari
tibus: uel contrà pro ipsis locis, in quibus æstate sunt armen
ta & greges. Vergil. lib. 3. Georg. nec singula morbi Corpora
corripiunt, sed tota æstiua repente. Aestiua castra dicũtur,
in quibus æstate milites degunt, quemadmodum Hyberna,
in quibus Hyemem transigunt. Cic. Epist. lib. 1. Mihi erat in
animo, quum primùm æstiua attigissem, militaremq; rem
collocassem, decedere ex Senatusconsulto. Idem Attic. lib. 7.
Ciceroues nostros Deiotarus filius secum in regnum duxit,
dum in æstiuis nos essemus.

Aestiuo, as, are, pen. prod. n. p. Propter æstũ euitandũ alicu
bi morari: quemadmodũ Hyberno, hyemem alique in loco
transigo, χειμάζω διάγω. Plin. lib. 12. Intra sepem eam æstiuãt
pastores, opacam pariter & munitam uallo arboris. Varro 2.
de Re rust. cap. 2. Nam mihi greges in Apulia hybernabant,
qui in Reatinis montibus æstiuabant.

Aestiuus, a, um, pen. prod. Quod est æstatis, θερινός. licet ab æ-
stus, nõ ab æstas formatum sit: ut Aestiui mẽses, Aestiui dies,
Aestiuæ niues. Cic. ad Q. Frat. Vnus æstiuus dies. Aestiuæ
fruges, dicuntur milium, panicum, & cætera id genus, quæ
ante Vergiliarum exortum seruntur: quemadmodum Hy-
bernæ, quæ circa Vergiliarum occasum satæ, per hyemẽ ter-
ræ nutriuntur. Vide Plin. lib. 18. cap. 7.

Aestimo, as, a. p. pen. corr. Significat considerare, χαλκεύω, si-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cut Existimo, iudicare: ut Valla uult lib. 5. cap. 10. Hinc ponitur pro Appretio, taxo, τιμῶ. Habet autem accusatiuũ cum genitiuo horũ nominũ, tanti, quãti, quantiuis, tãcidẽ, quãti cunq; magni, parui, pluris, maioris, maximi, plurimi, nihili, & si qua huiusmodi reperiantur. Cic. 2. de Finib. Magni estimabat pecuniam. Si tamen hæc nomina adiectiuè accipiãtur, hoc est, si habeant aliud substantiuum adiunctũ, debẽt poni in ablatiuo. Non enim rectè dixeris, Non æstimo hoc pami pretii: sed paruo pretio, quanquã etiã sine substãtiuis inueniuntur in ablatiuo posita. Cic. ibidẽ, Nẽ istã gloriosam uirtutẽ nõ magni æstimandã putem. Sic etiã cũ aliis ablat. Idẽ. 4. Ver. Hæc pecunia æstimari nõ queũt. Seneca. Data magno æstimas, accepta paruo. Liuius utrũq; casum cõplexus est, Mãcipia minora annis uiginti, quæ post proximũ lustrũ decẽ millibus æris, aut pluris uenissent. Persæpe tamen sub intelligitur accusatiuus, & tamen exprimitur genitiuus, uel ablatiuus. Interdũ sine ablatiuo, aut genitiuo, cum accusatiuo solùm: quale est illud Ciceronis in Verr. deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, æstimare harum rerum omnium pretia. Similem significationẽ habent, pẽdo, facio, curo, est, interest, & refert, quũ pleriam iungitur: quia eiusdem ferè sunt significationis. Interdum habet accusatiuum cum ablatiuo, & præpositione Ex: & tunc significat perpendere, metiri. Cicero pro Roscio, Vulgus ex ueritate, pauca, ex opinione, multa æstimat. Valla arbitratur hoc uerbũ componi ex Aes, æris, & nomine Græco τιμὴ, hoc est pretium: ut æstimo, sit idem, quòd æris pretio taxo. Qua in re sibi permittit, quod in aliis reprehendit, ut dictio aliqua ex Græca, & Latina dictione componatur. Malim itaque scribere Extimo: ut per Syncopen dictum sit ab existimo: uel ut totum Græcum sit, compositum ex præpositione Græca ἐξ & τιμή. Æstimare litem, est quod uulgò dicitur Taxare expẽsas. Vnde Lis æstimata uocabatur, (ut Budæus scribit) pecunia multatitia & nummaria sententia: ut hodie quum dices actorum dispendia & incommoda, certa summa æstimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. Et Æstimata pœna, τίμημα, quæ certo ære censebatur, ut ouis decussis, id est, decem assibus: bos centussis, id est, centum assibus.

Æstimator, uerbale, Qui æstimat, & considerat. Cicero 3. de Finibus Et quia te aptissimum habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & iudicem.

Æstimabile, Quod facilè æstimari potest, τιμητέον. Cuius contrarium est, Inæstimabile, ἀτίμητον. Cicero 3. de Finib. Æstimabile esse dicitur, quod pondus habeat æstimatione dignũ.

Æstimatio, ſt. Ab antiquis Æstimia dicebatur, τίμημα. Cic. 3. de Finibus. Quod pondus habeat dignum æstimatione.

Æstiuus, Vide Æstas.

Æstuarium, Æstuo, æstuas, Vide Æstus.

Æstus, us. m. q. Calor nimius & feruor, flagrantia solis. καύσωνος πνῖγος, ἵλιγγος. Verg. Georg. 3. Æstibus in mediis umbrosam exquirere uallẽ. Aliquãdo pro motu & agitatione fluctuum. Cicero de Orat. 3. Vndiq; omnes uẽti erumpunt, sæui existunt turbines, feruet æstu pelagus. Græcè ὑπόδρομος dicitur. Plaut. in Asin. Quò magis te in altum capessas, tam æstus te in pörtum refert. Ab utroq; significato ducta metaphora, ponitur pro uariis animi ægritudinum generib. cupiditate, amore, libidine, &c. Cic. de Ora. Repente te quasi quidam æstus ingenii tui procul à terra abripuit. Idem in Bruto, Hunc quoq; absorbuit æstus quidam gloriæ. Sic apud plinium Iun. pro scrupulo ponitur, & dubitatione non mediocri, Explica, inquit, æstum meum, audio me malè legere duntaxat uersus, orationes enim commodius.

Æstuaria, n. ſ. ἀναχύσεις. Loca dicuntur per quæ mare uicissim tum accedit, tũ recedit: siue quæ marinis aquis referta sunt ex inundationib. pelagi: ut docet Strabo li. 3. Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura uadosi maris, æstuariis tenui alueo intercursantibus. Cæsar, Pedestria esse itinera concisa, æstuariis nauigationem impediri.

Æstuo, as, n. p. Ferueo, flagro, καυσῶμαι, & opponitur algendi significato. Cic. 2. Tusc. Itemq; Lycurgi laboribus eruditi iuuentutem, uenando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Idem 1. Acad. Ille quum æstuaret, umbram sequutus est. Per metaphoram ponitur etiã pro angi, & dubitatione torqueri. Cicero 4. Verr. Iraq; æstuabat dubitatione, uersabat se in utranq; partem. Idem pro Flacco. Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille prosequitur. Aliquando æstuare, est fluctuare, agitari, ταράττεσθαι, ἰλιγιᾶν, Vergilius 6. Aeneidos. Turbidus hic cœno, uastaq; uoragine gurges Æstuat, atq; omnem Cocyto eructat arenam.

Æstuatio, uerbale. Plinius lib. 18. cap. 1. Quorũ æstuatione & gaudio, nos quoq; relictis æstuationi suæ istis hominum turbis, pergamus excolere uitam: id est uehementibus desyderiis. Huius compositum est Exæstuo ὑπερζέω, quod est extra æstuo, exundo incremento. Vergilius: Fundoq; exæstuat imo. Iustinus lib. 1. Quæ materia in his locis passim è terra exæstuat. Sueton. Fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, obstructas longa uetustate, militari opere deterſit.

Æstuosus, a, um, Quod est calore plenum, πυριώδης. Col. lib. 4. Cœlum neq; niuale uinea, nec rursus æstuosum desyderat. Cic. Att. lib. 2. Iter conficiebam æstuosa & puluerulenta uia.

Æstifer, a, um, Quod æstum, id est calorem affert. Vergilius 2. Georgicor. Hoc ubi hiulca siti findit Canis æstifer arua. Æstifer Canis, quòd æstum afferat. Æstiferum etiam dicitur quod æstum fert, & patitur. Luc. libro 1. sicut squallentibus herbis Æstiferq; Libyes uiso leo cominus hoste, Subsedit dubius, totam dum colligit iram.

Ætas, ſt. ab ἀΐδιος Græco nomine deductum. ab hoc enim Aenum, Aeuitas, & per syncopen Aetas, ἡλικία. Generaleq; nomen est ad infantiam, pueritiam, adolescẽtiam, iuuentutem & senectutem pertinens. Varro quinq; gradus facit. In primo usq; ad annum decimum quintũ, Pueros dictos uult: quòd sint pueri, id est, impuberes. In secundo ad annum trigesimum, Adolescentes, ab adolescendo nominatos. In tertio usq; ad annum quadragesimũ Iuuenes appellatos, eosq; Rempublicam in re militari iuuare possent. In quarto autẽ gradu, usq; ad sexagesimum annum, Seniores nuncupatos, quòd nunc corpus senescere incipiat: inde usq; in finem uitæ uniuscuiusq; quintũ gradum factum, in quo qui essent, Senes appellatos, quòd ea ætate corpus iam senio laboraret. Horum tamen singuli trifariam diuiduntur: ut prima pars uiridis sit, deinde adulta, postea præceps. Vnde Verg. Viridisq; iuuenta. Alij aliter diuidunt ætates. Aetas præterea mundi prima, ab Adam usque Noe numerabatur: secunda à Noe usq; ad Abraham: tertia ab Abraham usque ad Dauid: quarta à Dauid usque ad transmigrationem Iudææ in Babyloniam: quinta deinde usque ad aduentum Saluatoris in carne: sexta quæ nunc agitur usq; quo mũdus iste finiatur. Interdum ætas accipitur pro anno, Verg. Vbi quarta accesserit ætas, Varro. Aetate uix decimam egressus. Interdum pro triginta annorum spatio, γενεά. Cicero, Tertiam iam ætatẽ hominum uiuebat. Sic Plutarchus ætatem ostendit esse spatiũ triginta annorum, secundum Heraclitum. Interdum pro centum annis. Ouid. 12. Metamorph. uixi Annos bis cẽtum, nunc tertia uiuitur ætas. Ponitur & pro quouis tempore humanæ uitæ longissimo. Græci ætates γενεὰς dicũt. Aetas mala, dicta est senectus. Plaut. Confitus sum, senectute onustum gero corpus, uires reliquerunt: ut ætas mala est, mors mala est. Ecotrario, Bona ætas, Iuuenta appellatur, ἀγαθὴ ἡλικία. Cic. Quòd si ipsis uoluptatibus bona ætas fruitur libentius, primùm paruulis fruitur rebus. Aetas media uocatur illa, quæ est inter iuuentam & senectam: quam Auicenna uocat ætatẽ pulchritudinis, ἀκμὴ τῆς ἡλικίας, quæ ferè est à trigesimo usq; ad quadragesimum annum. Eadem dicitur Aetas consistendi: in qua Hippocrates Aphorisſ. 2. facilè inediam ferri dicit.

Aetatem, aduerbium temporis, significat die. Plautus, Vt tibi superstes uxor ætatem sit. Teren. Iamdudũ ætatem lites sunt inter eos. Idem. Iamdudum ætatem abij. Idem in Hecy. Nam neq; ille hoc animo erit ætatem. Plaut. Aetatem uelim seruire Litanum modò ut conueniam.

Aetatula, f. p, diminutiuum, Aetas modica, & tenerior puerorum ætas, ὑπαίων ἡλικία Cic. de finibus. Facilè est hoc cernere in primis puerorum ætatulis. Idem de Aruſp. respon. Qui primam illam suam ætatulam ad scurrarum locupletum libidines detulit. Plaut. in Pseud. In Munditijs, mollitijs, delicijsq; ætatulam agitis.

Aeternus. Perpetuus, quasi æuiternus, à quo Sempiternus, quasi semper æternus, ἀθάνατος, ἀΐδιος. Sallust. in Cat. Virtus clara, æternaq; habetur. Differunt tamen Aeternum & sempiternum: quòd sempiternum dicunt Deum esse, qui semper fuit, erit q; : Aeternos homines, qui principium quidem habuerunt, & tamen animo sunt immortales atq; perpetui. Aeternùm, frequenter pro aduerbio temporis accipitur, ἀΐδ. Verg. 6. Aen. sedet, æternumq; sedebit Infœlix Theseus. loquitur de pœnis inferorũ. Idem, manet, æternũq; manebit. Sic Aeternad. Idem. Plinius libro 2, capite 107.

Vsq;

Virens æternò hunc fontem igneum contexens fraxinus.

Aetates ab Aeternitate dicta, semper uiua apud Dioscoridem.

Aeternitas, f.t. Perpetuitas quæ nulla temporis quātitate mensurari, nullo temporis spatio designari potest: quum omne contineat æuum, & contineatur à nullo, ἀϊδιότης. Plin. lib. 11. cap. 4. Materię uerò ipsi æternitas. Idem libro 2. cap. 7. Nec mortales æternitate donare.

Aeterno, as, 2 p. Perpetuum facio, ἀποθανατίζω. Varro, Rerum humanarum lib. 2. Literisq; ac laudibus æternare. Verbū est antiquum. Horat. 4. Carm. Quæ cura patrum, quæue Quiritum, Plenis honorum muneribus tuas Auguste uirtutes in æuum Per titulos memoresq; fastos Aeternet.

Aethaliones, αἰθαλίωνες, Cicadæ dictæ. παρὰ τὸ αἴθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, hoc est propterea quòd à sole adurātur. Cælius ex Theocriti interprete libro 17. cap. 6.

Aether, m. t. αἰθήρ, Ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. Aristoteles uerò de Mundo hoc nomine significari ait, cœli, syderumq; substantiam, hoc est totam syderum, & cœli, & stellarum compaginem, non quòd ignita flagret, ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν, sed quòd semper motu suo circunductili currat, & cursibus rapidissimis rotetur: ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, quum sit, inquit, illud elementum à quatuor illis diuersum, tum diuinum, tū interitus expers. Hodie quoq; Philosophi duas præcipuas mundi constituunt partes, Elementa & Aetherē, siue (quod in unum recidit) Mundū elemētarem & Aethereum: elementorū nomine Terram, Aquam, Aerem & Ignem intelligentes: Aetheris autem nomine, complectentes quicquid est supra elementum ignis. Alii Aetherem accipiunt pro aere. Apulcius, Aqua, tellus, æther, ignis, Vergil. Resonatq; fragoribus æther. Lucret. lib. 1. Aethera posuit pro Ioue. Postremò pereūt imbres: ubi eos pater Aether In gremium matris Terrai præcipitauit.

Aetherius, a, um, αἰθέριος, Quod est ætheris. Vergil. 12. Aeneid. Aetheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto Turbabat cœlo.

Aethera, æ, f. p. αἰθήρ, generis fœminini, nominatiuus est Latinus, deductus à Græco accusatiuo αἰθέρα, idem significans quod Aether: tametsi in eodem genere apud Homerū & Pindarum etiam legatur.

Aethiopis, idis, Αἰθιοπὶς, Herba est lactucæ folio, in Aethiopia nascens, uel in Meroe Nili insula (à qua etiam Merois dicitur) cuius tactu (si Pythagorum uanitati credimus) clausa omnia aperiantur, amnes etiam, & lacus exarescunt. De hac Plin. lib. 20. cap. 4. & lib. 27. cap. 4.

Aethra, æ, f. p. Splendor ætheris, & pro aere ponitur, αἴθρη. Verg. lib. 3. Nam neq; erāt astrorum ignes, neq; lucidus æthra Syderea polus. Vbi Seruius, per Aethrā sydeream, intelligit splendorem æthris. Nam æther est ipsum elementum, æthra uerò splendor ætheris.

Aetia, orum, Αἴτια, Callimachus Poeta librum suum inscripsit, quem de causis & rationibus sacrorū edidit, eodem penè argumento quo Ouid. Fastos conscripsit. Opus hoc temporum iniuria interceptum ad nos non peruenit.

Aetiologia, f. p. αἰτιολογία, Causæ redditio, cōposita dictio ἀπὸ τοῦ αἰτίας καὶ λόγου. Quintil. lib. 2. cap. 15. Sententiæ quoq; & chriæ, & æthiologiæ, subiectis dictorū rationibus, apud Grammaticos scribantur, quia initium ex lectione ducunt. Quorum omnium similis est ratio, forma diuersa: quia Sentētia, uniuersalis est uox: Aetiologia, personis continetur.

Aetion, ἄετιον, Causa, principium, origo. unde Aetia, Callimachus librum suū inscripsit, quo causas & origines sacrorum Græcanicorum est complexus, quemadmodum Ouidius in Fastis Romanorum Latinorumq; sacrorū initia causasq; est persequutus.

Aetites, m. t. pen. prod. ἀετίτης, Lapis est colore subrufo, quē si concutias, alium lapidēm, quem ueluti prægnans in utero gerit, audis sonantem. Inueniuntur bini in aquilarum nidis: feruntq; aquilæ sine iis ouа parere nō posse. Quā ob causam nomen illis impositum creditur. Mulierum quoq; partus, femori alligatus crites, facilos reddere putatur. Quatuor aūt sunt aetitæ species, quas enumerat Plin. lib. 36. cap. 25. Est & Aetites, gemmæ nomē, impositū à colore aquilæ candicāte cauda. Vide eundem lib. 37. cap. 11.

Aetus, ti, m. s. ἀετός, aquilæ genus.

Aeuum, n. s. αἰών, Propriè tempus, & ætas longa, siue perpetua, à Græco αἰών, u litera interiecta, ut inquit Apul. Vergil. Tantum æui longinqua ualet mutare uetustas. Pro ætate: Idem. 2. Aen. uos ô quibus integer æui Sanguis, ait. Inde Aeuitas, & Aeuiternus secundum Priscianum, quod per syncopam Aetas, & Aeternus dicitur, pro senectute, longeuitateq;. Hinc deducuntur Coæuus, Aequæuus, Grandæuus, Longæuus, & Primæuus.

Aeuitas, f. t. Antiqui pro ætas, uel annositas dixerunt. Varro. Tithono, Extima attigit metā æuitas. Gell. lib. 20. ca. 11. Si in ius uocat, si morb. quitasq; uitiū esset, qui in ius uocabit, iumētū dato. Hic p annositate: Sunt aūt uerba ex lege XII. Tab.

Aexones, ἀίξωνες, Prouerbii specie dicuntur cōuitiatores, ab Aexonibus Atticæ regionis populis, dicacitate & mordaci uirulentia famosis. Cæl. Ant. lect. lib. 18. cap. 27.

A F.

AF. in notis antiquorum, alio facto, A.F.P.R. aptum fide Rutilij: uel ante factum post relatum, uel Aemilius fecit, plectitur Rutilius. A.F.B.R. ad Fossabaurum.

Afer, aut potius Apher, λίβυς. Vide in Africa.

Affabilis, uide Affor.

Affabrè, pen. cor. aduerbium, Significat artificiosè, fcitè: sicut infabrè, sine artificio, σκαλαίως. Cic. 2. Verr. Deum deniq; nullum Siculis, qui ei paulò magis affabrè, atq; antiquo artificio factus uideretur, reliquit. Pacuuius, Barbaram pestem nostris nauibus obtulit, noua figura factam, cōmissam infabrè, Gell. lib. 7. cap. 7.

Affabrum, pro affabrè factum, dixēre ueteres πεπαντοιμένον. Perottus.

Affabulatio. Dicitur breue documentū, quod fabulis subnexum, earum explicat utilitatem, ἐπιμύθιον.

Affaniæ, arum, f. p. Sunt nugæ, uerba futilia, ac mera mendacia: à fando inclinatum nomen, ὑθλήματα. Apuleius lib. 4. Hæc & alias similes affanias frustrà oblatrantes, eos retrorsum adducunt pagani.

Affarim, aduerb. prima, non media acuta, ut Quintil. lib. 4. docet, significat Abūdè, largè, ἀδδήν. Cic. lib. 1. ad Atticum, Puto me Dicæarcho affatim satisfeciſſe. Idem de Nat. deor. lib. 1. Iisdemq; seminibus homines affatim uescētur, Vide de hoc Gellium libro & cap. 7. & Vallam lib. 5.

Affectatè, Affectatio, Affectatus, Affectio, Affecto, Affectus, uide Afficio.

Affero, a. inconseq. compositiom ex Ad & Fero, significat Apporto, ἐπιφέρω, προσφέρω. Terent. in Eunuch. Hic quoq; bonam magnāq; partem ad te attulit. Idem in Andria, Et puerum ut afferret simul. Atq; huius significationis infinitus ferè est usus: exēpla diligens lectio abundè suppeditabit. Inter cætera significat quod nulgò dici solet, Allegare, & Adducere. Cicero, An ætatē adferetāid est, in causam uel excusationem adducet. Item, Addere. Cic. Attic. lib. 16. Magnam attulit accessionē tua uoluntas erga me. Aliquādo nūtiare. Cic. Attic. lib. 8. Caius Missius familiaris tuus, aliiq; complures, attulerunt, Cæsarē iter habere Capuam. Afferre alicui manus, est nim alicui inferre Cic. 1. Offic. Qui iniustè impetum in quempiā facit, is quasi manus uidetur afferre socio, Sibi manus afferre, est seipsum interficere. Cicero Octauio, Ego ipse Senatum sibi manus afferre coegi.

Allatus, per duplex ll, Apportatus, participium ab Afferor, προσενηνεγθείς. Plautus, Allata peregrè epistola.

Afficio, is, pen. cor. a. t. ex Ad & facio, significat affectionem quandam siue dispositionem induco, διατίθημι. Et tam ad animum, quàm ad corpus refertur: & tam in bonam, quàm in malam partem accipitur: construiturq; cum accusatiuo & ablatiuo: ut, Hæc res afficit me gaudio, id est affert uel inducit in me gaudium. Hæc res afficit me dolore. Affeci te lethali uulnere, id est Intuli tibi uel induxi in te lethale uulnus. Inuenitur quandoq; absolutè positum: ut, Multa sunt quæ afficiunt hominem, id est affectiones, siue affectus inducunt. Celsus, Pulmo totus afficitur, id est maceratur, læditur, corrumpitur. Quandoque cum præpositione Ad. Cicero in Topicis, Dycuntur etiam argumenta ex rebus, quæ quodā modo affectæ sunt ad id, de quo quæritur, id est adiunctæ, aut affines.

Afficior passiuum, quasi animor, id est ictus animi sum, διάκειμαι, διατίθεμαι, πάσχω. Ci. in Lælio, ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosipsos. Postea sequitur, Vt quemadmodum in se quisq;, sic in amicum sit animatus.

Affectus, a, um, participium, quum absolutè ponitur, sumitur pro languente, τρυχόμενος, κακοπαθῶν. Propertius, Iuppiter affectæ tandem miserere puellæ. Liuius lib. 5. Vires corporis affectæ, Affecta ædificia, κατεργασμένα, & cætera huiusmodi dicun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicuntur, quæ propè sunt confecta, sed non ad finem deducta. Cic. de Prouinc. consul. Bellum affectum uidemus, &, ut uerè dicam, penè confectum.

Affecta femina, (inquit Festus) uel in bonam partem dicitur, uelut honorata, σεμνὴ: uel in malam, ad extremum periculum adducta.

Affectus, us, m. q. Idem quod affectio, πάθος. August. 2. de ciuit. Quæ sunt sententiæ philosophorum de his animi motibus, quos Græci πάθη, nostri autem quidam, sicut Cicero, Affectiones, uel Affectus: quidam uerò de Græco expressius Passiones uocant. ¶ Interdum accipitur pro studio, cupiditate, uel desyderio. Iuuenal. Si res ampla domi, similisq; affectibus esset.

Affectib, onis, f. t. Est quinis animi motus, siue passio: ut amor, odium, iracundia, inuidia, timor, lætitia, spes, & similes, πάθος. Cic. 1. de Inuentione, Impetus & quædam cõmotio animi, affectioq; ¶ Interdum & latius sumitur, ut etiam ad corporis mala extendatur. Vnde sic definitur à Cicerone lib. 1. de Inuentione, Affectio, est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa cõmutatio: ut lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & similia.

Affecto, as, act. p. Significat cũ affectu, & anxiè quæro, pnũ animum ad aliquid faciendum habeo, appeto, nimis exquiro. ἐπιθάμομαι, μνάομαι, μνυστεύομαι, σπουδάζω. Verg. 4. Georg. Viamq; affectat Olympo. Author. ad Heren. Non tam affectanda quàm superiores, sed tamen adhibenda nonnunquam. Aliquando affectare est afficere. Plaut. in Bacch. Tua flagitia, aut damna, quibus patrem, & me, teq; amicosq; omnes affectas tuos.

Affector, deponens, sed obsoletũ, ἐπιθύμω. Varro, Affectatus est regnum. Ab Affecto fit Affectatus nomen & participium: ut, Affectata castitas. Plin. Iun. in Panegyr. Affectatæ alijs castitas, tibi ingenita & innata. ¶ Affectata oratio, φρυαγμα τῶδες λόγοι, quæ nimis anxiè, & curiosè quæsita est, & exnimio cultu quandam resipit nouitatem.

Affectatè, id est curiosè: ut, Affectatè scribere.

Affectio, f. t. uerbale Curiositas. Plin. lib. 11. cap. 37. Tanta est decoris affectatio, ut tingantur oculi quoq;

Affigo, gis, a. t. Ad aliquid figo. προσάπτω, προσηρέδω. Cic. 2. de Nat. deor. Minerua, cui talaria affigũt. ¶ Per translationem de in corporeis dicitur. Plin. lib. 30. cap. 1. Hũc enim maximè affixisse animis eam dulcedinẽ cõstat, id est tenaciter impressisse. Affingo, is, Idẽ, quod fingendo accõmodo, siue addo, προσεπιπλάττω: & propriè est figulorum, quum uasi ansas, uel aliam quamuis particulã addunt. Quanquã etiam latius accipitur pro efformo, siue addo. Cic. 2. de Orat. Nullã partem corporis sine aliqua necessitate affictã, totamq; formam quasi perfectam reperies. ¶ Sumitur etiam pro eo q̃ est rem aliquam inter narrandum mendacijs augere. Idem 2. Philip. Qui boni aliquid uolunt afferre, affingũt aliquid, quò id efficiant, quod nuntiant, lætius.

Affictitius, a, um, uerbale, Quod rei alicui affingitur, siue additur. Varro lib. 3. de re Rust. cap. 12. Sequitur, inquit Appius, actus secundi generis, affictitius ad uillã qui solet esse, ac nomine antiquo à parte quadam leporarium appellatam.

Affines, com. t. In agris uicini sunt, πρόσοροι: in hominibus, qui nõ consanguinitate, sed per propinqui alicuius nuptias sunt coniuncti, προσήκοντες κατὰ ἐπιγαμίαν. Neq; solum de uiris dicitur, uerùm etiã de mulieribus. Cic. Post. red. in Sen. Tu affinem tuam, meam filiam, superbissimis, & crudelissimis uerbis à genibus tuis repulisti. Dicuntur autem ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, p nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: ex Ad, & Finis. Terent. in Adelph. Hegio his est cognatus proximus, affinis nobis. Idem in Heaut. Imò gener, & affines placent. Vbi Donatus ait, Vxoris cognati, sunt affines mariti. Vnde multi gradus sunt, & uelut rami propinquitatis in affinitate, & cognatione dispositi. Nomina eorum hæc sunt, Socer, socrus, gener, nurus, uitricus, nouerca, prignus, prigna. Et quidem uiri pater uxoris q̃, Socer: mater eorum Socrus appellatur. Filij uxor, Nurus: Mariti Gener. Vxor, liberis ex alia uxore natis, Nouerca dicitur. Mariti uir, ex alio uiro natis, Vitricus appellatur. Eorum uterque natos aliunde, Priignos, Prignasq; uocat. Viri frater, est Leuir, uiri soror dicitur Glos. Duorũ fratrum uxores lanitrices dicũtur. Sed de singulis horum copiosius suis locis.

Affinis, adiect. Idem est quod uicinus, uel cõiunctus: & tam genitiuo, quàm datiuo iungitur, πρόσορος, Affinis culpæ, uel sceleris dicitur is, in quem cadit culpę uel sceleris suspicio: uel qui est culpæ, uel sceleris particeps. Cic. in Catil. Huic sceleri si paucos putatis affines esse, uehementer erratis. Idem pro Sylla, Vbi neq; homines fuisse putantur huius suspicionis affines. Idem, Circumspicite paulisper mẽtibus uestris homines, qui huic affines sceleri fuerunt.

Affinitas, tatis, f. t. Propinquitas ex cognati nuptijs contracta, uel hominum affinium inter ipsos coniunctio. Cic. 4. Ver. Quo quisq; te maximè cognatione, affinitate, necessitudine, aliqua attingebat.

Affirmo, as, a. p. Affecuero, κατάφημι, διισχύρομαι. Cic. 4. Acad. Quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc interesse.

Affirmatio, enuntiatio alicuius de aliquo, κατάφασις. Cic. 3. Offic. Est enim iusiurandum affirmatio religiosa.

Affirmatè, aduerb. Cic. 3. Offic. Quod autem affirmatè quasi Deo teste promiseris, id tenendum est.

Afflatus, Vide Afflo.

Affleo, es, eui, etum, n. f. Illachrimor, ἐπιδακρύω. Plautus in Persa, Sed longè ab Athenis esse se natum autumet, Et ut affleat, quum ea memoret.

Affligo, is, penul. prod. act. tert. compositum ex Ad, & Fligo antiquo uerbo, propriè est prosterno & terræ allido, προσπράσσω, κακόω, ταλαιπορέω. Plin. lib. 8. cap. 40. Ingruit assultãs, contraq; belluam assurgens, hinc & illinc artifici dimicatione, qua maximè opus esset, infestans atq; cuitans, donec assidua rotatum uertigine afflixit, ad causam eius tellure concussa. ¶ Accipitur pro opprimo, malè mulcto, dolore afficio, perdo. Cicero Attic. libro 4. Vt me leuarat tuus aduentus, sic discessus afflixit.

Afflictus, a, um, Propriè idem quod prostratus, iacens, & rebus aduersis oppressus, προσαραχές. Cic. pro lege Manil. Diffidẽtem rebus suis confirmare, afflictum erigere, perditumq; recreare. Idem post reditum, Qui mihi afflicto & iacẽti dexteram porrexit.

Afflictatio, Aegritudo cum uexatione corporis, κάκωσις.

Afflictus, us, Idem Cicero 2. Tusculanar. Effœminata uirtus afflictu occidit,

Afflictor, alind uerbale, Qui affligit, uel afflixit. Cicero in Pis. Age, Senatus odit te, (quod eum te facere iure concedis) afflictorem, & proditorem non modò dignitatis, &c.

Afflicto, as, frequentatiuum. Cic. 4. Tusc. O te infelicem, quàm te afflictarem, nisi iratus essem. Idem ad Atticum lib. 1. Hic tu me accusas, quòd me afflictem.

Afflo, as, a. p. Ad aliquid spiro, ἐπιπνέω. Liu. afflabat uis frigoris acrior. Cicero de Senectute, Odores afflantur è floribus. Vide latius in dictione flo.

Afflatus, us, uerbale, Actus afflandi. Plinius libro 10. cap. 33. Perdices concipiunt superuolantium afflatu.

Affluo, n. t. Abundo, βρύω, ἐπιπολάζω, πλουτέω: ut, Affluo diuitijs. Dicimus etiam, Diuitiæ affluunt mihi. ¶ Aliquando est uehementer decurrere, ἐπιῤῥύω. Columella lib. 1. Ne quũ à uertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta conuellat.

Affluentia, Abundãtia. Cicero de Lege Agr. Ex hac copia, atq; omnium rerum affluentia, primùm nata est arrogantia.

Affluenter, aduerbium. Copiosè. Cicero 1. Tuscul. Quoq; affluentius uoluptates hauriat.

Affluus, abundans, diues.

Affodio, is, affodi, affossum, Fodiendo adiungo. Plin. lib. 2. cap. 68. Furtoq; uicini cespitem nostro solo affodimus.

Affor, aris, atus sum. d. p. ex Ad & Fari compositum, significat Alloqui. Ver. Aen. 2. Tũc sic affari, & curas his demere dicebat.

Affabilis, pen. cor. ex Ad & Fabilis. In sermone iucundus, & gratus: uel comis, lenis, facilis, ἐυπροσήγορος. Terent. in Adelph. Meditor esse affabilis,

Affabilitas, ἐυπροσηγορία. Cicero 2. Offic. Quantopere conciliet animos comitas affabilitasq; sermonis.

Affabiliter, affabilius, affabilissimè, aduerbia. Gel. lib. 26. cap. 5. Hęc tum Phauorinus, multaq; eiusmodi alia affabilissimè dicebat.

Affore, προσουσιάω, Vide Fore.

Afformido, as, arc, a. p. Idem quod suum simplex, πεφοβῆμαι. Plaut. Bacchid. Magisq; afformido, ne is pereat.

Affrango, is, a. t. Ad, siue iuxta frango. Stat. lib. 1. Theb. aut exiccata fatiscet Mater Achilleis hyemes affrangere bustis.

Affrico, as, προσρίβω, pen. cor. Vide in dictione Frico, as.

Affrictus, us, uerbale. Plin. lib. 31. cap. 6. Spumaq; aquæ affrictus uerrucas tollit.

Affrio,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Affrio, as, ex Ad, & Frio, Digitis terendo, aliquid aſpergo: & propriè de rebus ijs dicitur, quæ facilè, & modico tritu com minuuntur, & in puluerem rediguntur, ut reſina inter digitos. ἐπιτείβω. Varr. 1. de re Ruſt. Quidam ipſum triticũ conſpergunt, quum addant circiter in M. modium quadrantal amurcæ. Item alius aliud affriat, aut aſpergit, ut Chalcidicã, aut Caricam cretam, &c.

Affulgeo, es, uide Fulgeo.

Affundo, is, a. t. Aſpergo, ἐπιχέω. Plin. lib. 16. cap. 44. Vinũ illi affundere. Affundi fluuij quoque & maria dicũtur ijs locis quæ alluunt, aut præterlabuntur. Idem lib. 5. cap. 1. Affunditur huic autem æſtuarium è mari flexuoſo meatu.

Aforis, aduerbium, pen. cor. A parte exteriori. ἔξωθεν. Plin. 18. cap. 24. In ulcus penetrat omnis aforis iniuria. Sunt qui diuiſim ſcribant, à foris & melius, meo quidem iudicio.

Ag, agit, uel agil, uel Agrippa, uel Agro. AG. ago, uel agro. AG T. agitur. AGO. agor. A. G. Aul. Gel.

Agagulo, m. t dicitur uanus fornicator.

Agalacta, paſcua nuncuparunt ueteres medici lacti minus accommoda: nam herbis lactis aliquo modo naturam immutari, traditum eſt.

Agallochum, ἀγάλλοχον, Lignũ eſt Dioſcoridi thyiæ ligno ſimile, maculis quibuſdam diſtinctum, odore iucũdiſſimo. guſtu ſubamarum, oris graueolentiæ maximè conducens. Græci recentiores ξυλαλόην appellarunt, quos noſtræ ætatis ſeplaſiarij imitati, Lignum aloes uocarunt.

Agalma, n. t id eſt figura, uel eſt ſpeculum præclarum. Ponitur etiam pro cœlo.

Agamus, penult. correpta, Latinè dicitur celebs, ἄγαμος. hoc eſt, ſine uiro, ſeu uxore. γάμος enim nuptiæ ſunt.

Agăpē, pes, f. t ἀγάπη habet duo nomina apud Latinos charitatem ſcilicet & dilectionem. Auguſtinus de uerbis Domini loquens, de epulone diuite, contra raptores qui amore dei aliena diſtribuunt, dicit in perſona talium: Ego ſimilis illius diuitis, non ſicut agapes facio. Agape, in decretis pontificum. XLII. diſtin. C. ſi quis deſpicit, ſumatur pro eleemoſyna. Priſci Chriſtiani conuiuiola ſua appellabãt agapas: Locus tamen citatus in Decretis aliter legitur ab alijs, nam pro agapas legunt eclapinas.

Agapeta, f. p. pen. prod. ancilla dei, quæ pro Chriſto nubere noluit. Dicitur quoq; Agapeta, uel petes, lenocinator, ſeu qui cum fœminis illicitè conuerſatur.

Agăricŏn, ἀγάρικον, penult. cor. Fungus eſt, aut certè radix, fungi more in arborib. naſcens, ſapore initio dulci, ſed mox in amaritudinem declinante. Naſcitur circa Boſphorum, & in Galatia. Duo eius ſunt genera, mas, & fœmina. Vide Plin. lib. 25. cap. 9. Ruellium libro 3. cap. 1.

Agaricum, radix laſerpitio ſimilis, ſed facie ſumma ſoluti-or, & fungoſa tota, innaſcitur arboribus. Dioſc. Plin. Suidas.

Agaritudo, ſuſpirium uel anxietas.

Agarus, curſor pedeſter.

Agaſo, pen. prod. m. t. Equorũ uel aſinorũ ductor. ὀνηλάτης. Plin. lib. 35. cap. 11. Pinxit & in una tabula, quanq; maximè inclaruit, agaſonem cum equo. Liuius, Acceptos ab agaſonibus equos, quum rex aſcenſurus erat, admonebant.

Agaſyllis, ἀγασύλλις, Frutex eſt, quem iuxta Cyrenem Africa gignit, ex quo ſuccus pſ luẽs in ſubiectas arenas decidit, quẽ Ammoniacũ uocat. Vide Dioſc. & Ruelliũ lib. 3. cap. 53.

Agathides, maiorana. Dioſc.

Agăthŏs, thi, m. ſ. bonus latinè dicitur, inde dicitur Aga.

Agaticia, herba quædam.

Agaſyrtus, ἀγάσυρτος, Apud Latinos ſqualliduſ ſonat, & ſordidũ: unde Pittacus Mitylenæus philoſophus Agaſyrtus eſt dictus, qui neglecto corporis cultu uideretur ſordidior.

Agĕ, Aduerbium adhortantis: ſingulare numerum deſyderat, Agite pluralem: Agedũ utrumq; admittit. ἄγε, φέρε δή. Quint. Agedum ſi uidetur, extra portas proſpicite. Cic. p Syl la, Agedum, conferre nunc cũ illius, uitam P. Syllæ. Dicimus & Agitedũ, ſed in plurali ſemper. Liu. lib. 1. Agitedũ, ite mecũ. Interdũ eſt corripientis. Terent. in Adelph. Age, ſcis quod loquar? Pecuniã in loco negligere maximũ interdũ eſt lucrum. Interdũ pro dic. Terẽt. in Adelph, Age, noui tuum animum, quaſi iam uſquã tibi ſint uiginti minæ. Vbi Donatus, Age nunc uerbũ eſt ſignificans Dic: quia iam propè eſt, ut cõſentiat perſuadẽti. Interdũ conſentientis. Terent. in Adelph. Age age, traducatur Bacchis. Interdũ excitandi: & plerunq; poſt Nunc, apud poetas ponitur. Vergil. Georg. 4. Nũc age, naturas apibus quas Iuppiter ipſe Addidit, expediã.

Agĕã, pen. prod. f. p Via in nani, dicta quod in ea maximæ quæque res agi ſoleant. κατάστρωμα. Ennius, multã foro plenus, ageaq; longa repletur. Vſitatius Foros uocamus.

Agea, orum plural dicuntur uictimæ quæ pro rebus agendis offerebantur.

Agelæus panis, ἀγυιᾶος, ἄρτος, Dicitur à Græcis, qui à noſtris Cibarius dicitur, ex farina parũ bene cribrata conſtans. Vide Cælium lib. 9. cap. 16. & Ruellium lib. 2. cap. 14.

Agelaſtus, ἀγέλαστος ab ἀ & γελάω. Latinè mœſtus & ſineriſu. Quo nomine dictus eſt Craſſus, auus Craſſi à Parthis interempti, quem tradunt ſemel tantùm in uita ſua riſiſſe: quod factum eſt, quum uidiſſet aſinum carduos comedentem, dixiſſetq; ob id Similem habẽt labra lactucam. Factãq; hoc feſtiuiſſimum riſus ſubſecutus eſt. Cic. 5. de Finibus.

Agellus, uide Ager.

Agēmăn t. atos, pen prod ἄγημα. Idem quod agmen. Arrianus ſcribit alam equitum fuiſſe, quæ dicebatur ἄγημα. quanquam & de peditibus dici agema, idem teſtatur Arrianus. Liuius. 5. Decade, Delecta inde, & uiribus, & robore ætatis ex omni certatorũ numero duo erant agemata: hanc ipſi legionem uocabant.

Agĕnĕălŏgĕros, ti, com. ſ. ἀγενεαλόγητος, Latinè ſine nuptiis dicitur, imò uilis genere.

Agĕnĕros, ri, m. ſ. ſignificat increatum ingenium.

Ager, m. ſ. ab ago, is, quòd in eo aliquid agatur, uel (ut Donatus inquit) quòd in eo multa ſunt agenda. Quintil. autẽ lib. 1 ſcribit Græcũ eſſe. nam ἄγρος Latinè rus dici poteſt. Significat q; ager quandoq; circumiectum territorium alicuius urbis ſeu prouinciæ, χώρα. Sall. in Catil. Reliqua Catilina per montes aſperos in agrum Piſtorienſem abducit. Vnde dicimus, Ager Campanus, Ager Brixianus. Et includit in ſe nemora, ſaltus, paſcua, lacus, flumina, & omnia quæ in territorio illo ſunt, & in ea ſignificatione uix unquã reperitur pluraliter. ¶ Quandoq; ſignificat partem quandã ipſius territorij urbis, quæ priuatim ab aliquo poſſidetur, & eſſe uidetur rus, in quo domus, & omnia quæ in agro ſunt, generaliter continẽtur: id eſt quæ pro captu ipſius partis eſſe poſſunt. Vnde Terent. in Eunuch. Ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi. Et ſequitur, Neq; agri neq; urbis odiũ me unquam percipit. Vbi ſatietas cœpit fieri, cõmuto locũ. Idem in Heaut. Agrum in his regionibus meliorem, neq; pretij maioris nemo habet. Et paulò pòſt, Talẽta duodecim coegi, agrum hunc mercatus ſum, hic me exerceo. Ex his innuitur ſub agri nomine & domum, & omnia alia quæ in agro continentur, comprehendi, idemq; eſſe Agrum, Rus, & poſſeſſionem. ¶ Notandum tamen quod nec rus, nec ager uilla eſt, ſed uilla in rure, ſiue agro dicitur eſſe. ¶ Quandoq; ager ſignificat locum in rure, quem colimus, ſine arando, ſiue cã ſerendo: & ſingularem, pluralemq; numerum habet. Col. li. 1. Nam ubi ſedulò colitur ager, plerunq; compendium, nunquam, niſi ſi cœli maioris uis, aut prædonis inceſſit, detrimentum affert. Liuius lib. 4. Peſtilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerunq; fit, excepit. Ager colonus. Cic. de Leg. agrar. Cognoſcerẽt qui ager colonus eſſet, quò milites ueterani deducti eſſent, qui &c. Videtur eam agri partem ſignificare, quæ propriè ad arandum accommodata eſt, & alio nomine Aruum dicitur.

Agellus, m. ſ. diminutiuum, ſignificat paruum agrum, χήδιον. Terẽt. in Adelph. Agelli eſt hic ſub urbe paulum, quod locitas foris. Huic demus, qui fruatur. Hinc fit aliud diminutiuum Agellus. Ambroſius, Qui fidei exercet militiã, ab omni uſu negotiationis abſtinere debet, agelluli ſui contentus

Agrarius, ia, ium, ἀγροικος, Quod ad agros perti (fructibus. net: ut, Lex agraria, νόμος κληρουχικός, γῆς ἀναδασμός, quæ ferebatur de agris populo diuidendis. Liuius lib. 2. Tum primũ lex agraria promulgata eſt.

Agrarius, rij, ſubſtantiuum. Legis agrariæ ſuffragator, aut qui agros publicè diuiſos poſſidet. Cic. 11. Philip. Num rurſus re probos decuriabit? num ſolicitabit rurſus agrarios?

Agreſtis. Dicitur, quod ruſticũ eſt, & ad agros pertinet quodq; in agris, non in hortis naſcitur, ἄγριον. Vergilius, Cererem pubes agreſtis adoret. Idem, Dicendum & quæ ſunt duris agreſtibus arma. ¶ Item Agreſtis dicitur, qui ſylueſtrem uitam agit, & feram: quem & Græci ἄγριον dicunt. Vnde in compoſitione Onager dictus eſt aſinus ferus. ¶ Agreſtis ſubſtantiuum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

stantium pro homine rustico. Verg. 9. Aeneid. Lydorumq; manum, collectos armat agrestes.

Agricola, pen. cor. ex Ager, & colo. Cultor agri. γεωργός. Vergil. 1. Georg. O fortunatos nimiũ, bona si sua norint, Agricolas. Cicero 1. Tusculan. Arbores fecet diligens agricola. Est autem nomen generale: nam agricolarum alij Aratores, alij Vinitores, nonnulli Arboratores, multi etiam Pastores, quales erant ferè apud antiquissimos. Nec solùm rustici, & agrestes dicuntur Agricolæ, sed multi etiam oppidani: quod genus uitæ olim in maximo pretio fuit, atq; honore, præsertim apud Romanos. Cato de re Rust. cap. 1. Bonus agricola, bonusq; colonus. Ita laudabant antiqui uirum bonum.

Agricolatio, onis. Idem quod agricultura. Col. lib. 1. cap. 9. Minus in hoc officio quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.

Agricultor. Idem quod Agricola. Liu. 6. bello Punic. Seruos agricultores remp. abduxisse.

Agricultura, ræ, Cultus agrorũ γεωργία. Cic. 1. Offic. Nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

Agripetæ, pen. cor. Qui petunt ex agrorum diuisione portionem, quæ uiritim dabatur. Cicero ad Atticum, Seruulos autem dicere eum agripetas electos à Buthrotijs.

Ageraton, ἀγήρατον, Herba est ad duorum palmorum altitudinem excrescens, similis origano, florem ferens bullis aureis non absimilem: ita dicta, quòd non facilè marcescat. Vide Plinium lib. 27. cap. 4.

Ageratus, ἀγήρατος, Lapis est, quo coriarii olim utebantur in poliendis corijs: cuius loco hodie utuntur massa uitri. Meminit huius lapidis Galenus lib. 9. Simpl.

Agerona, Deæ cuiusdam nomen erat apud Romanos, ab agendo dicta, quòd industriæ præsidere putabatur. Sicut cõtra Murcea, socordiæ Deæ credebatur.

Agĕsis, aduerbium excitandi compositũ ex particula, Sis, prosuis, quæ uerbis imperatiui modi apud ueteres addebatur, Lucretius lib. 1. Nunc agesis, quoniã docui nil posse creari De nihilo.

Agger, ris, m. t. per duplex g. masc. gen. Significat propriè lapidum, aut terræ coacernationem, quæ fixis uallis aggeritur, castrorum alterius ue loci muniendi gratia. χῶμα. Solent enim Romani milites uallos, hoc est, palos secũ circunferre, quoties castra mutabant, eosq; quoties cõsidebant, humi adfigere, terramq; illis aggerere, ut tuti essent ab hostium irruptionibus. Impropriè dicitur cuiuslibet rei coacernatio, qua fossæ, aut ualles impleri possunt. Quin & muros & munimenta aggerem dici uoluit Seruius in illud Vergilij 10. Aeneid. Quin intra portas atq; ipsis prælia miscent Aggeribus murorum. Dicitur etiam Aggerem edia uiæ eminentia, ex aggeratis lapidibus strata. Idem, Qualis sæpe uiæ deprehensus in aggere serpens. Agger item dicebatur tumulus ex terra, aliaue materia congestus ad oppidi uel arcis cuiuspiam oppugnationem. Cic. Attic. lib. 2. Oppidum cinximus uallo & fossa, aggere maximo. Idem 5. Phil. Græciã per translationem uocat Aggerem oppugnandæ Italiæ, quòd ea aptissima esset, ex qua tanquam ex loco superiore, bellum Italiæ posset inferri. Græcia, inquit, uel receptaculum esset pulso Antonio, uel agger oppugnandæ Italiæ.

Aggero, as penultima correpta, a. p. Significat accumulo. πτασσάπλω, χόω, σωρεύω. Vnde arbores aggerat, siel aggerare circa arbores terram dicimur, quum post hyemem, æstate iam instante, terram circunfundimus, & ueluti circummunimus, ne calore nimio radices exarescant: pro quo etiam dicimus, Arbores operire, uel adobruere. Columella. Omnes arbores fructiferæ circunfossæ aggerari debent. Et per metaphoram Aggerare pro augere, & aggrauare ponitur. Verg. 11. Aeneid. Onerat dictis, atq; aggerat iras. Hinc fiunt cõposita Adaggero, Columel. lib. 5. cap. 10. Deinde terram circa arborem adaggerato usq; ad ipsum insitum. Exaggero uehementer aggero, & per translationem augmento, extolloue significat, uel amplifico, διανολογῶδη, διωνοποιῶμαι. Cic. de Orat. Veritus es, si artem istam exaggerasses, ne operam perdidisses. August. lib. 4. de Ciuitate, Quid si commemorare uoluissem, & exaggerare illa mala, non quæ sibi inuicem homines faciunt, sicut sunt uastationes, euersionesq; bellantium, sed quæ ex ipsius mũdi elemẽtis terrenis accidũt reb.

Aggero, is, pen. cor. si, stum, a. t. Iuxta gero, ἐπιφορέω, Plin. libro 17. capite 4. Nec fluminibus aggesta semper laudabilis. Item ad aliquem gerere, προσφέρειν. Plautus in Rud. Si quidem mihi ultrò his aggerenda etiam est aqua.

Agglŏmĕro. Implico, adiunga, συναγήρω, à Glomero, quod à Glomus seu Glomer deducitur. Vergil. 2. Aeneid. Et lateri agglomerant nostro.

Agglūtĭno, pen. cor. a. p. Ad aliquid glutino, copulo, προσκολλάω. Plautus in Aulul. Ita mihi ad malum malæ res planè se agglutinant.

Aggrăuŏ, as pen. corr. a. p. Valde onero, uel nalde grauis sum, ἐπιβαρύω: à quo Aggraueſco, quod est, Valde grauis fio. Liuius bel. Pun. 2. li. 8. Nihil aliud ab suis relatum est, quàm inopia aggrauari socios. Terent. in Hecy. Malè metuo ne Phi lumenæ magis morbus aggraueſcat.

Aggredior, com. t. Ad aliquem gradior: & hoc aliquando in bonam partem, idq; uel cum accusatiuo solùm, προσέρχομαι, παραγίνομαι, ἐπιχειρέω. Cic pro Cecin. Quid agat, quomodo aggrediatur iudicem non habet. Verg. 4. Aeneid. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Vel cum accusatiuo, & præpositione Ad. Cic. de Nat. deorum, Antequam aggrediar ad ea, quæ à te disputata sunt. Vel cum infinitiuo. Idẽ Offic. 2. De quibus dicere aggrediar. Aliquando in malam partem pro adoriri, inuadere, quasi gradatim & ueluti ex insidiis adire, quo pacto solent gladiatores. Salust. Ex lateribus cæteros aggreditur. Iustin. Quos ex improuiso aggressus facilè fudit. Sumitur etiam non raro pro incipere. Cic. 1. Offic. Omnib. autem in rebus priusquàm aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Aliquando pro tentare. Sallust. in Iugurtha, Omnes asperitates superuadere, naturam etiam loci uincere aggreditur. Hæc autem uerba Aggredior, Adorior, Alloquor, & similia, Ad præpositione eis adiuncta, cum accusati uo solo elegantius ponuntur, quàm si simplicia eorum accusatiuo, Ad præposita iungantur ut, Aggredior hominem, non Gradior ad hominem.

Aggressio, uerbale, Actus ipse aggrediendi. Cic. in Orat. Quum que animos prima aggressione occupauerit, infirmabit, excludetq; contraria.

Aggrego, às, pen. corr. a. p. Congrego, quasi in unum locũ gregem contraho, ἐπισωρεύω. Cic. in Catil. Quod si eõdem cæteros undiq; collectos naufragos aggregauerit. Trãslatè pro adiungere, apud Cæsarem sexto bell. Gall. Qui se ad eorum amicitiam aggregauerant. Opponitur uerbo Abgrego.

Aggressio, uide Aggredior.

Aggressura. Vlpian. Sed & si quid, ait, ex peculatu, uel sacrilegio quæsitum erit, uel ui, aut clã, aut latronicio, aut aggressura, hoc non diuidetur.

Aggressus. Apud antiquos legitur pro Aggressus, ut apud Enni um, Aggressus fari, &c.

Agilis, pen. corr. om. t. Leuis, dexter, qui se facilè agit, hoc est qui leuis & expedito est corpore: uel pronus, aut uoluntarius ad agendum, ἐπαφρός. Horat. Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi, Sedatum celeres, agilem gnauumq; remissi. Columella, Malo unius agilẽ industriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam.

Agilitas, Dexteritas, corporis celeritas, ἐπαφρότης, ἐυκινησία. Colu. lib. 1. Eiusdem agilitatis homo frugi melius quàm nequã faciet.

Agiliter, agilius, agillimè, id est cum agilitate. Columella lib. 2. ca. 2. Detq; requiem in summa, ut spe cessandi, totum spatiũ bos agilius enitatur.

Aginã, pen. prod. f. p. Est in qua inseritur scapus trutinæ, id est, in quo trutina agitur, & uertitur, ab agendo dicta.

Aginator, qui paruo lucro mouetur: nomẽ ab Agina tractum, quæ minimo pondere huc aut illuc impellitur. Festus.

Aginatores, aurigæ sunt, qui in ludis Circensib. curuli certamine se exercebant.

Aginor, penultima producta. d. p. Vilia negotior.

Agitatio, Agitator, Agitõ, Agitas, uide ago.

Agite, Agitedum, uide Agõ.

Aglaophotis, pen. prod. ἀγλαοφωτίς, Herba est inundi simi coloris, qua magi utuntur ad euocandos dæmones. Nascitur in marmoribus Arabiæ: unde & Marmaritidem quidam appellant. Plin. lib. 24. cap. 17.

Aglăphōtis, idis, f. t. admiratio hominum Latinè dicitur, φάτος enim homines uocant Poëtæ Græci.

Aglaspis, f. t. Nomen legionis, Liu. 5. Decad. lib. 4. Intermallum, quod inter cetratos, & phalanges erat, implent legio, atq; aciem hostium interrupit. A tergo cetratis erat, frõtem aduersus clypeatos habebat, Aglaspides appellabantur.

Aglidia

Aglidia, orum, ἀγλίδια. Dicuntur segmenta illa in capiti busallii, quæ alio nomine Aglithes dicuntur. Ruellius libr. primo capite secundo.

Aglyphos, m.f. ἄγλυφος. pen.cor. Latinè non sculptus; nam à fine, γλύφω sculpo.

Agmen, n.t. significat multitudinem, πλῆθος. Verg. 7. Aen. Vocat agmina sæua sororum. ¶ Interdum ordinatam multitudinem, ut est exercitus incedentis. Idem 8. Aeneidos: it clamor, & agmine facto Quadrupedante putrē sonitu quatit ungula campum. Cic. 2. Tusc. Cum æstu magno agmen ducebat, laborabat Marius. ¶ Interdum impetum, ut apud Vergil. Et leni fluit agmine Tybris.

Agminalis, is, le, adiect. Vnde agminales equi, qui agmen exercitus sequuntur ad conuehenda impedimenta. Bud. in Annotationibus posterioribus.

Agna, gnæ, uide Agnus.

Agnascor, eris, sci, d.t compositum ex Ad & Nascor, προσφύω, Cic. 1. de Orat. Nunquis eo testamento, quod paterfamiliàs antè fecit, quàm ei filius natus est, hereditatem petit? nemo, quia constat agnascendo rumpi testamentum. ¶ Agnasci præterea dicuntur, quæ in re aliqua nascuntur ad eius perfectionem minimè necessaria, nihilq; utilitatis habentia ut sextus in manu digitus, & fungi in arboribus, παραφυάδες.

Agnatio, f.t. uerbale, id est, Agnatorum consanguinitas. Cicero secundo de Legibus. Ex quo uerè uel agnatio nobis cum cœlestibus, uel gentis, uel stirps appellari potest. Et paulò pòst In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status.

Agnati, n.f. pen. prod. ἀγχιστεῖς. οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι, Dicuntur qui per uirilis sexus personas cognatione cōiuncti sunt, qua si à patre cognoscantur (inquit Caius Iurisc.) uelut frater eodem patre natus, filius fratris, neposue ex eo. ¶ Inter Agnatos & Cognatos συγγενεῖς, hoc interest, quod in cognatis cōtinentur agnati, in agnatis non utiq; cognati: utputa frater patris, id est, patruus, est agnatus, & cognatus, matris uerò frater, id est auunculus, cognatus est, sed non agnatus. Gentilitas uerò & agnationem complectitur. Agnatum dicimus quicquid ultra debitum natum est, hoc est, quicquid inutiliter in re aliqua gignitur, ad eius perfectionem minimè requisitum. Vnde agnascentia & agnata membra appellantur, παραφύσεις, ἢ παρεφυάδες. Plinius, Membra animalibus inutilia sunt, sicut sextus hominis semper digitus.

Agnellus, Agnitus, uide Agnus.

Agniglossa, herba quædam, quæ & agnilingua dicitur.

Agnomen, n.t. pen. prod. Dicitur quod est extrinsecus aliqua ratione uel casu quæsitum: ut, Africanus, Asiaticus, Achaicus, & similia, ἐπωνυμία. Ci de Inuent 1. Nomen quum dicimus cognomen quoq; & agnomē intelligatur oportet.

Agnomones, Equi dicuntur uetuli, ex quorum dentibus ætas amplius dignosci non potest, ἀγνώμονες. Vide Cæl. Rhodig. Antiq. lect. lib. 12. cap. 9.

Agnosco, 3. t. Ex ad & nosco, euphoniæ causa, d mutata in g. Propriè est noscere id quod nobis olim aut uisum fuit, aut alia quauis ratione cognitum, ἐπιγινώσκω. Varro: Vereor, ne me quoq; dum reuertero, præter canem agnoscet nemo. Vergilius tertio Aeneid. Agnoscitq; suos, lætosque ad mœnia ducit. Atq; hac potissimum ratione differt à uerbo Cognosco, quod propriè dicitur de rebus antea nunquam cognitis. Idem 4. Eclog. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. ¶ Interdum idem est quod admittere, recinere, approbare, ἀποδέχεσθαι. Cic. pro Mil. Quum tota Italia facta illius gloriam libenter agnosceret.

Agniti natales, de ingenuis tantùm intelligendi, Pompon. lege hoc sermone si libert. ingen. dic.

Agnitio, uerbale, Actus ipse agnoscendi. Plinius libro decimo capite septuagesimo, Pisces sui cadaueris agnitionem fugientes.

Agnus, m.f. Fœtus est ouis, qui annum nondum egressus sit ἀρνός. Cic. de Sen. Villa abundet porco, hædo, agno. Nomē habere putatur ἀπὸ τῆς ἁγνείας, hoc est, à puritate, siue castitate: unde & nonnullis Hagnus, per aspirationem scribendum uidetur. Est etiam Agnus (ἄγνος Dioscorid.) frutex arborescens, quem Latini à uinciendi usu Viticem appellant. Dictus Agnus, quasi ἀζνός, id est, castus, quod mulieres in Thesmophoriis, hoc est, Cereris sacris pudicitiæ conseruandæ causa hunc sibi fruticem substernerent. Alii Agnum per syncopen dictum putant, quasi ἄγονον, quod calore & siccitate sua genituram dissipare putetur. Vide de hoc nonnulla in dictione Vitex.

Agnis qui nondū habeant annū 1. cum quæreretur de lege 3.

Agnellus diminutiuum. Plautus in Asinaria, Agnellum, hæ dillum me tuum dic esse.

Agninus, Quod ex agno est, aut ad agnū pertinet, ἀρνεῖος. Plinius libro 29. cap. 4. Muris aranei morsus sanatur coagulo agnino in uino poto.

Agna, gnæ, f.p. Mensuræ genus in agrorum dimensione. Colum. lib. 5. ca. 16. Actus quadratus undiq; finitur pedibus CXX. hoc duplicatum habet Iugerum, & ab eo quod erat iunctum, nomen Iugeri usurpauit: sed hunc actum Pronunciæ Beticæ rustici aguam uocant.

Ago, gis, gi, actum, a.t. ἄγω, multa significat. Nam agere est operari, πράττειν. Plaut. in Amph. Dum hæc aguntur Cicero lib. 1. Epist. Hic quæ aguntur, quæq; acta sint, ea te literis multorum cognoscere arbitror. Quandoq; inducere seu impellere. Lactan. li. 6. Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant, ira, cupiditas, libido. Quandoq; audire. Terent. in Andr. Hoccine agis, an non? id est audis, ut exponit Donatus. Sic Plautus, Vos agite spectatores. Quandoque dicere. Idem in Adelph. Sed est ne hic ipsus, de quo agebam? Quandoq; pronuntiare, ὑποκρίνεσθαι. Cicero de Optimo genere dicendi. Diserti deformitate agendi multi inantes putati sunt, ut iā non sine causa Demosthenes tribuerit primas, & secūdas, & tertias partes actioni, ὑποκρίσεα. Quandoq; cogitare πρὸς πυθέσθαι. Ver. Eclog. 9. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse uoluto. Quandoq; effingere: ut Ago statuam: id est fingo, siue repræsento me statuam: Vnde actores comœdiarum, ὑποκριτοὶ dicuntur qui diuersorum hominum gestus agunt in scena. Cic. pro Q. Roscio: Roscius lenonem Ballionem quum agit, agit Chæream. Quandoq; ire, incedere, uiuere, διάγειν, ut Nudus ago. Pōp. Mela, Exercent bellando animos, corpora ad consuetudinē laborum, maximè ad frigora: nudi agunt, antè quàm pubes res sint. Agere bonum ciuem, est fungi boni ciuis officio. Cic. lib. 4. Epi. Dum mihi pacis mandata das ad Cęsarem, mirificum agis ciuem. Sic agere Consulem, uel Senatorem, est facere ea, quæ propria sunt Consulis, uel Senatoris. Cuiusmodi orationes Valerius Maximus aliquando nouè per nominationum extulit. ut quū ait, Experiri uolui, an scires Cōsul agere: id est fungi Consulis officio. Idem, Publius Rutilius, non publicanus in Sicilia egit, sed operas publicanis dedit. Quandoq; Agere significat extendere, porrigere: ut Vera gloria radices agit, atq; etiam porrigit. Agere testudinem, est admouere, uel applicare, teste Seruio in illud Vergil. 2. Aen. Obsessum; acta testudine limen. Sic agere uineas & turres. Cæs. bel. Gal. 5. Quibus fortiter resistentibus, uineas turresq; agit. Item agitare. Plaut. Aedepol eam agam uerberibus. Vergilius 6. Aene. Prodigiis acti cœlestibus ossa piabūt. Agere cum aliquo dicimur, quum quippiam ab eo impetrare, uel aliquid ei persuadere conamur. Cic. Att. lib. 5. Is egit mecum accuratè multis uerbis, ut tibi responderem. Idem in Lælio, Quum enim sæpe mecum ageres, ut de amicitia aliquid conscriberem. Bene uel præclarè agi nobiscū dicimus, quum res nobis feliciter succedunt, nihilque habemus, de quo magnopere queri possimus. Cicer. de Amicitia, Cum illo quidem actum optimè est, mecum autem incommodius. Ibidem, Cum illo quis neget actum esse præclarè? Idem in Verrem Act. 4. Hæc conditio fuit aratorum, ut secum præclarè agi putarent, si uacuos agros Apronio tradere liceret. Agitur res nostra, uel, De re nostrā agitur, hoc est, ad nos pertinet, uel res nostra in discrimen adducitur. Cicero pro Sexto Roscio. Tua quoq; res permagna agitur. Idem pro Lege Manilia, Agitur enim salus sociorum, aguntur certissima popul. Rom. uectigalia, aguntur bona multorum ciuium. Idem de Amicitia. In quibus eorum de capite agatur aut fama. Agere cum aliquo tabellis obsignatis, est eum cōuincere testimonio literarum suarum. Testimonium est apud Ciceronem 5. Tusc. Agere, & ferre, est diripere, & populari: locutio à Græcis tracta, qui in eadem significatione dicunt, ἄγειν καὶ φέρειν τὴν χώραν. Actum est, uel Res acta est, hoc est periit, uel deplorata est, πέπρακται, οἴχεται Terent. in Heaut. Vnam ei cœnam atque eius comitibus dedi: quòd si iterum mihi sit danda, actum siet. Idem, Acta hæc res est, perii. Actum agere, id est nihil agere. τὸ πραχθὲν πρᾶξαι Idem in Phormione, Actum, ajunt, ne agas. Forma loquēdi est à more iudiciorum tracta. Quod enim iure semel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

iudicatum fuerit, rescindi, & iterum agi non potest. Aliud agere, uel Alias res agere, est non esse intentum iis quæ aguntur. Cicero pro Sexto Roscio; Vsq; adeò animaduerti, iudices, eum iocari, atq; alias res agere. Ponitur interdum agere pro uertere. Vergilius, Ipse ter adducta circum caput egit habena: Pro urgere, persequi. Idem, Pastor agens telis. Pro regere. Vergilius primo Aeneidos. Tros, Tyriusue mihi nullo discrimine agetur. Pro arce nos pellere. Idem prima Ecloga, en ipse capellas Protinus æger ago. Pro uehere, ducere. Varro, Non hos Pactolus aureas undas agens, eriperet unquam è miseriis. Pro foras pellere, fugare: ut, Membris agit atra uenena. Agere etiam ad lites pertinet: unde emerserunt innumeræ penè loquendi formulæ: ut, Furti agere, hoc est, actionem furti intendere: Agere causas, Agere ex syngrapha, Lege agere ex sponsione, de quo infrà in dictione Spondeo. Agere reum, αἰτίαν ἐπιφέρειν, hoc est accusare. Peragere reum αἰρεῖν τὸν δίκην est agendo perficere ut reus condemnetur. Agere gratias, hoc est, uerbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum. Nam gratias habere, χάριν ἀδίναι, pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficii mentem animumque habeo, & inuicem gratificandi uoluntatem. Referre uerò gratiam, ὑποδιδόναι χάριν, est facto acceptũ beneficium remetiri, ut si à me subleuatus aliquo beneficio uicissim aliquo modo me subleuaueris, gratias retulisti, reddidistique. Et licet Seneca nolit malas gratias referri posse, sed reddi, Cicero tamen in Sallustio ait, Quòd ista inusitata rabie in uxorem & filiam meam inuasisti, quæ se facilius mulieres abstinuerunt à uiris, quàm tu uir à uiris, satis doctè ac peritè fecisti. Non enim speraſti me mutuam tibi gratiam relaturum, ut uicissim tuos compellarem. Terentius in Eunucho, Illis crucibus quæ nos, nostramque adolescentiam habent despicatui, Nunc referam gratiam, at que eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. Referre igitur gratiam, tam in malum, quam in bonum dicitur, quum sit facto beneficium, aut iniuriam acceptam compensare. Rectiusque hunc uerbo singularem accusatiuum Gratiam, iungimus, quàm pluralem Gratias. Et contrà melius dicimus, teste Valla, Habere gratias, quàm gratiam: nunquam autem, uel rarissimè, Agere gratiam, sed ferè semper, Agere gratias. Liuius, Statiatus tandem complexu filii, Renuntiate, inquit, gratias regi me agere, referre gratiam aliam nunc non posse, quàm ut suadeam non antè in aciem, descendat, quã in castra me rediisse audierit. Cicero, Cui pro me Senatus gratias agendas putauit, ego à me gratiam referendam non putem? Pro eodem etiam dicimus, Respondere officiis. Plãcus Ciceroni, Immortales tibi ago gratias, agamque dum uiuam: nam relaturum me affirmare non possum: rantis enim tuis officiis non uideor mihi respondere posse. Agere cum populo, est populum rogare, ut suis suffragiis quid iubeat aut uetet, ἐν τῷ δήμῳ χρηματίσαι. Cuniculos agere, est specus subterraneos effodere, per quos occultus in locum aliquem fiat aditus. Cicero tertio Officiorum, Quòd si fana pater expilet, cuniculos agat ad ærarium. Agere uiam, est uiã sibi aperire per loca inuia. Verg. tertio Aeneid. Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse uias sub ter mare. Denique Agere, pertinet ad omnes actus humanos, ἐνέργειαν. Nam qui sedet, qui stat, qui cogitat, qui iacet, qui moritur, aliquid agere dicitur: ita ut nullus, qui modò uiuat, esse unquam possit sine actione. Hinc fit, ut & Agere dicamus pro uiuere: pro quo etiam dicimus, Vitam agere. Terentius in Andria: Primum hæc pudicè uitam, parcè ac duriter agebat. Item annum uigesimum, uel trigesimum agere. Aeuum agere, Senectutem agere, & similia. Annus, uel mensis uigesimus agitur, hoc est currit, uel in cursu est. Terentius in Hecyra, Tum postquam ad te uenit, mensis iam hic agitur septimus. Agere animam, est mori, uel morti proximum esse. Cicero Epistol. libr. quarto. Qu. Hortensius quum hæc scripsi, animam agebat. Componitur Ago cum Ab, ut Abigo: cum Am, ut Ambigo: Con, ut Cogo: Circum, ut Circumago, quod est, Circumduco: De, ut Dego Ex, ut Exigo: per, ut Perago: Pro, ut Prodigo: Re. ut Redigo, Sub, ut Subigo, à quo fit Prosubigo: Trans, ut Transigo. Sũt etiam qui putent Castigo, Instigo, Mitigo, Lenigo, Litigo & Nego, composita esse uerbi Ago: ut sit Castigo: Castè ago, Mitigo, Mitem ago: Lenigo, Leuem ago, id est, planum: Fustigo, Fuste ago: Litigo, Lite ago: sed quum sint primæ conjugationis, habeantq; quædam i productam, non uidentur ab Ago composita. Ab Ago sunt Actor, ποιητής. Actio, πρᾶξις. Actus, acta, actũ, πεπραγμένον; & Actus, actus, πρᾶξις

Agito, as, pen. cor. Crebro facio, factito, πράττω. Saluſt. in Iugurtha, Ita uariè per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atq; gaudia agitabantur. Item Stimulare, compellere, ἐλαύνειν, quo pacto agi solent equi, quum eos calcaribus urgemus. Plautus. Nam iam agitabo quadrupedem calcari. Item Obseruare. Vergilius libro secundo Georg. Ipse dies agitat festos. Item Perturbare, molestare. Cicero de Legibus. Furiæ agitant insectaturq; improbos. Plautus in Curc. Tum te igitur morbus agitat hepatarius. Item insectari. Cicero libro tertio Offic. Suntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus. Ipsæ enim ferè nullo insequente sæpe incidunt. Item Exercitare. Lactantius Nisi uirtus agitetur, proficimus parum. Agitare uitam, idem quod agere, uel ducere. Salluſt. Proœm. Bel. Catil. Etiam tum uita hominum agitabatur sine cupiditate. Itẽ Cruciare, ut apud eundem, Agitabatur magis magisque in dies ferox animus inopia rei familiaris, & conscientia scelerum. Item Sæpe administrare. Idem, In pace uerò beneficiis magis, quàm metu imperium agitabant. Item Sæpe considerare, cogitare, recogitare. Idem, Sed ea quæ mente agitari omneis iam antea audistis. Terentius in Phormione, Ego quoque id quidem agitans mecum sedulò, inueni (ut opinor) remedium huic rei. Agitare ferociter, est sese ferociter gerere. Salluſtius in Catil. Minari interdum ferro, nisi obnoxia foret: postremò ferocius agitare, quàm solebat. Agitare lætitiam, est lætitiam præ se ferre, & reipsa gaudium ostendere. Ibidem, Ciceronem ad cœlum tollere, & ueluti ser uitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat. Huius compositum est Exagito.

Agitatio, uerbale, Ipse agitandi actus.

Agitator, Qui est equorum, curruumue rector. Cic. Att. lib. 15. Nec est melius quicquam, quàm ut Lucullus sustineat currum, equosque, ut bonus sæpe agitator.

Actus, a, um, Completus, πεπραγμένος. Vergilius libro sexto, His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ. Vnde Actum agere prouerbio dicitur, pro Nihil agere. Quod enim (inquit Donatus) in iure semel iudicatum fuerit, rescindi & iterum agi non potest. Ponitur etiam actus pro Appulsus Idem libro septimo, Siue errore uiæ, seu tempestatibus acti. Pro Admotus libro nono, Accelerant acta pariter testudine Volsci. Pro Coactus, territus. Idem libro sexto. Prodigiis acti cœlestibus ossa piabunt. Alia significata quære in dictione Ago.

Actum est, Semper in malam partem accipitur: ut, Actum est de Republica, id est, extincta, desperata, perdita est, δέδοκται, πέπρακται. Terentius in Andr. Quid ego audio? actum est, si quidem hæc uera prædicat.

Acta, orum, πράξεις, Generaliter dicuntur quæcunq; aguntur, siue publicè, siue priuatim, siue in iudicio, siue extra iudicium. Cicero de Orat. Consilia primùm, deinde acta, postea euentus. Propriè tamen actorum nomen collectionem quandam importat, accipiturque pro quadam rerum actarum congerie, in tabulas uel commentarium redacta: uel etiam pro ipsis commentariis, in quibus perscripta sunt ea quæ aguntur. Cicero Trebonio libro decimo, Epistol. 28. Res urbanas actaque omnia ad te perferri arbitror. Idem in prima Antoniana, An in libellis & chirographis acta Cæsaris firma erunt? Valla libro quarto capite nono, Acta à gestis distinguit: ut hæc sint eorum duntaxat quæ in administratione magistratus, & in rebus maioribus, & ad Rempublicam, aut ad plures spectantibus geruntur: ut, Gesta Alexandri, gesta Cæsaris: Acta uerò etiam rerum priuatarum & minorum ac familiarium, quanquam etiam de rebus grauibus arduisque dicuntur. Frequentissimè enim Cicero Acta Cæsaris appellat, in quibus tamen & agrorum diuisiones, & donationes regnorum continebantur. Neque solùm de rebus priuatis, uerùm etiam publicis Acta dicuntur. Cicero secundo Phil. In publicis actis nihil est grauius, in priuatis firmissimum est testamentum. Legitur etiam Actum, acti, singulari numero. Idem primo Philip. Nihil est, quod tam propriè dici possit actum eius, quàm lex. Acta circumducere est antiquare, & delere. Paul. l. Acta ff. de re iudi. Acta apud se habita si partes consentiant, & Iudex hoc permiserit, potest iubere eadem die circunduci. Acta diurna, quæ in singulos dies conficiuntur. Græci ἐφημερίδας uocant. Latini Diaria. Referre in acta, est inter acta perscribere. Iuuenal. Sat. secunda, licent modò uiuere, sient, Fient ista palàm, cupient & in acta referri.

Actus, us,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Actus, us, Generali uocabulo, dicitur omne quod agitur, aut dicitur, πρᾶξις. Cic. in Salluſt. Si de mea uita atq; actibus hic conuitiatori reſpondero. Idem 1. de legibus. Non ſolũ in rectis ſed etiam in prauis actibus inſignis eſt humani generis ſimilitudo. ¶ Dicuntur præterea Actus, partes fabularũ inter quas modi fieri ſolent. Hos in omni fabula quinq; exigit Horatius in Arte poetica. Neue (inquit) minor quinto, neu ſit productior actu Fabula, quæ poſci uult & ſpectata reponi. Cic. de Senect. Nec hiſtrioni peragenda eſt fabula, modò in quocunq; fuerit actu, probetur. Per translationem Actus dicuntur diuerſæ uitæ humanæ partes, in quibus non ſecus atq; hiſtriones in Comœdia, alias atq; alias quodammodo induimus perſonas. Ibidem. Naturam optimam ducem ſequimur, à quo non ueriſimile eſt, quum cæteræ partes ætatis bene deſcriptæ ſint, extremũ actũ, tanquã ab inerti poeta eſſe neglectum. Item Actus dicitur ſpatium in agro centũ uiginti pedum, quòd in eo boues agerentur, quũ ararctur uno impetu iuſto, ut inquit Plinius lib. 18. ca. 3. Triplices autem reperiũtur Actus: minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus quatuor pedes habet lattitudinis, longitudinis pedes centum uiginti: quod ſpatium in agris erat inter uicinos. Quadratus undiq; cẽtum uiginti pedibus præfinitur. Quadruplus duplicatus iugerum præſtat. Rurſus Actus (ut Modeſtinus de Seruitute prædiorum ruſticorum ſcribit) eſt ubi armeta trahere, & uehiculum ducere licet, ὁδός, hoc eſt, uia qua quis pedes uel eques commeare poteſt. Vide Inſtitutiones Iuſtiani lib. 2. tit. 3.

Actiuus, ἐνεργητικὸς, Qui agit. Denominatiuum eſt à nomine Actus, fictum à Grammaticis: ut actiua ſignificatio, & uerbũ actiuum, quod (teſte Priſciano lib. 8.) ſemper actum ſignificat, & facit ex ſe paſſiuum.

Actuoſus, ab Actu etiam deſcendit, Qui in actibus, præſertim in geſtibus corporis abundat, & multùm ſe exercet, ὑποκριτικός, πρακτικὸς: ut Actuoſi homines, qui motu corporis maximè exercentur: ut hiſtriones & ſaltatores. Et Actuoſus ignis apud Senecã. Actuoſa uita, quę in actione & labore uerſatur, non in ſtudio & contemplatione. Et hæc actiuè: paſſiuè autem quum accipitur, ſignificat rem in qua multum ſit laborandum. ut Actuoſa comœdia. Donat. in Terent. Hæc ſcena actuoſa eſt, magis in geſtu quàm in oratione conſtituta.

Actuosè aduerbium. Cic. 1. de Orat. Quid petam præſidii? quã leniter? quàm remiſsè? quàm non actuosè?

Actio, uerbale. Idem ſignificans quod Actus, uel operatio, uel adminiſtratio, πρᾶξις. Cic. 1. Offic. Virtutis enim laus omnis in actione cõſiſtit. Apud Rhetores autem ſignificat pronuntiationem, ὑπόκρισιν. Cic. in Ora. Eſt enim actio, quaſi corporis quædam eloquentia, quũ cõſtet è uoce atq; motu. Quid autem ſit Pronuntiatio lib. 1. ad Herennium explicatur: Pronuntiatio eſt uocis, uultus, geſtus moderatio cum uenuſtate. ¶ Quando & Actio pro accuſatione, ſiue petitione accipitur, κατηγορία, quomadmodum Actor pro accuſatore, κατήγορος: ut Ciceronis actiones in Verr. Quint. lib. 7. Cuius actionem equidem ſolam in hoc tempus emiſeram. Quando & dicitur defenſio ſiue oratio: pro cauſæ defenſione, aut alicuius rei, de qua agitur, κατηγορία. Cicero Qu. Valerio, Actionem meam C. Cæſar primo ſuo Conſulatu lege in Agraria comprobauit. ¶ Eſt etiam Actio, Ius quod ſibi debebatur in iudicio perſequendi, δίκη: ut author ad Heren. libro primo. Et à cauſa cadit is qui agit, niſi habeat actionem. Dicimus etiam Gratiarum actionem, pro beneficii accepti confeſſione, & grata uerborum redditione.

Actito, as, pen. corr. frequent. oriundum, non ortum, ab Ago. ſed ab Acto, ſicut Scriptito à Scripto, Lectito, à Lecto: & proprie Actitare dicitur in cauſis ἀγονίσασθαι. Plin. Iunior ad Marcum, Magis miraberis, ſi ſcieris illum aliquandiu cauſas actitaſſe. Cicero de Claris Orat. Etiam M. Pontidius municeps noſter multas priuatas cauſas actitauit. Vide & Gellium libro nono capite ſexto.

Actor. Dicitur omnis qui aliquid agit ὁ πράττων. Cicero pro Seſt. Cato & dux, & author, & actor illarum rerum fuit. Item is qui in iudicio cauſam agit, σωνήγορος. Cicero de Claris Orat. Eodẽ anno Miloni Rhodio Romæ dedimus opẽrã, & actori ſummam cauſarũ & magiſtro. Apud Iuriſconſult. Actoris uocabulũ ſemper accipitur pro accuſatore, ſeu petitore, hoc eſt, pro eo qui actionem in iudicio intendit aduerſus reũ, κατήγορος. Vlpian. l. quæ omnia. ff. de procuratorib. & defenſorib. Quę omnia nõ ſolũ ex parte rei, ſed etiã in perſona actoris obſeruabũtur. Actor etiam dicitur hiſtrio qui fabulam agit, ὑποκριτής. Cic. ad Qu. Fratrem, Poetæ boni, & actores induſtrii in extremo actu ſolent eſſe diligentiſſimi. Item actor dicitur uilicus, qui noſtras res curat, quem factorem ſolemus appellare. de quo Columella lib. 1. cap. 7. Ita fit ut & actor, & familia peccent, & ager ſæpius infametur.

Actuarius. Qui acta deſcribit uelocis ſtylo, eaq; deſcripta deinde recitat. Notarius, γραφεύς. Suetonius in Cæſare, quam nõ immeritò Auguſtus æſtimabat magis ab actuariis exceptam malè ſubſequentibus uerba dicentis, quàm ab illo editam.

Actuarius, a, um, ἐνεργητικός. Idẽ quod agilis, uelox & facilis, ad circum agendum, unde Naues actuariæ, κωπήρεις dicuntur, quæ leuiores ſunt, & agiliores, quæq; huc illuc quàm minimo negotio flecti poſſunt. Liu. quartæ Decadis. lib. 8. Tradito & naues, armentaq; earum, ueue plures quàm decem naues actuarias, nullã quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. In eadem etiam ſignificatione actuarium legimus neutro genere. Cicero. Attic. lib. 10. Recordor enim eſtate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans, quàm fuerim ſolicitus. Quid duro anni tempore actuaria fore cenſes?

Actuariolum, diminutiuum. Cicero. Attico lib. 16. Hæc ego conſcendens è Pompeiano tribui actuariolis decem ſcalmi: Id eſt, remigibus earum nauicularum, quæ uocantur actuaria, uel actuariola.

Actutum, pen. prod. aduerbium temporis: Ab Actu, id eſt celeritate derivatum. Significat enim confeſtim, ſine dilatione, ἀυτίκα. Terent. in Phorm. Aggredere actutum.

Agōgæ, ἀγωγαὶ, ἢ ἀγωγὴ, Foſſæ ſunt in metallis aurariis, per quas aqua aurum trahens ducitur, ulice frutice, qui illis inſterni ſolet, aurum retinente. Vide Plinium li. 33. cap. 4. Hermolaus Inlices uocari tradit.

Agŏlum, n. ſ. pen. cor. ſeu agolus. m. ſ. Paſtoralis baculus, quo pecudes aguntur, ποιμένιον. Feſtus.

Agōn, ἀγὼν, Græcis idem eſt quod certamen, ſtudium, contentio, labor cum difficultate coniunctus. Accipitur & pro loco ipſius certaminis. Vnde locus Romæ iuxta Tyberim, qui Circus Flaminius dicitur, etiam Agoñ appellatus fuit, quòd in eo curule certamen ſoleat exhiberi. Eſt & Agon uitimarii uerbum pro Agone. Ouid. lib. 1. Faſt. Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros, Semper agatne rogat, nec, niſi iuſſus, agit. Et Seneca lib. 3. Controuer. Carnifex manum tollat, deinde reſpiciat ad patrem, & dicat Agon: quod fieri ſolet in uictimis. Fuit quoq; proprium uiri nomen ex Teo, de quo Plinius lib. 33. cap. 3. Summæ apud exteros licentiæ fuerat, Agonem Teium Alexandri magni præfectum aureis clauis ſuffigere crepidas.

Agonalia, quæ ad agonem pertinent. Vide in propriis.

Agonia, f. p. ἀγώνια, Feriæ erant Romæ menſe Ianuario celebrari ſolitæ poſtea Agonalia appellata. Ouid. 1. Faſtorum: Et prius antiquus dicebat Agonia ſermo. Vide in proprijs in dictione Agonalia. Agonias quoq; antiqui hoſtias appellabant, teſte Feſto, nomine ab agendo deducto. Sterilitatem quoq; & impotentiam generandi, Agoniam Græco uocabulo ἀγωνίαν, uocamus. Agonia antepen. product. ἀγωνία ex trema eſt conturbationis ſpecies, quam Latini Trepidationem uocant. Quam uocem etiam Lucæ interpres ſeruauit, cap. 22. Et factus (inquit) in agonia, prolixius orabat.

Agoniſma, atis, n. t. ἀγώνισμα, Græcis eſt palma, ſiue præmiũ certaminis.

Agonium, Dies appellabatur, quo rex ſacrorum Agonias, hoc eſt hoſtias immolabat. Author Feſtus.

Agoniſta, m. p. ἀγωνιστὴς, Qui in agone cõtẽdit, certator, pugil.

Agonius, ἀγώνιος, Dicebatur Deus, qui præſidebat rebus gerendis, in cuius honorem Agonalia inſtituta fuiſſe, exiſtimauit Feſtus.

Agonizo, ἀγωνίζομαι, n. centrum. & Agonizor deponens ſignificat dimico, contendo. Hieron. in Eccleſ. Agonizare pro anima tua, pro iuſtitia. Cyprianus ad Moyſen. Omnis qui agonizatur in omnibus continens eſt.

Agonomus. m. ſ. princeps, quaſi per actionem nominatus & diuulgatus.

Agonotheſia, agonotheteæ munus, ἀγωνοθεσία.

Agonotheta, m. p. ἀγωνοθέτης, pen. cor. ab ἀγὼν & τίθημι, Munerarius, quaſi agonis diſpoſitor ſeu præfectus, qui præmiũ certãtibus in quolibet ludorum genere proponit: qualis Achilles apud Homer. in funere Patrocli, & Aeneas apud Verg. in

Aene

Aen. Spartianus in Adriano, Pro agonotheta resedit.

Agonothetæ, dicebantur qui sacris certaminibus præerant, eranturq; decemuiri, ut scribit Iul. Pol. Prædia quæ his iam emeritis distribuebantur Agonothetica dicentur, sicut ea quæ ipsi Agonothetæ ahtletis adiudicant.

Agonium, Agonorhetes, uide Agon.

Agoræus, ἀγορᾶιος, m. s. Nundinarius, nilia emens: ab ἀγοράζω, emo, ἀγορὰ enim forum uenalium dicitur: quamuis etiam pro Concione, pro Pretio rei, pro Re uendita, & pro Foro iudiciali, quondoq; ponatur.

Agoræus panis, ἀγορᾶιος ἄρτος, dicitur, qui in foro rerum uenalium uenundatur: de quo uide Ruellium lib. 2. cap. 14.

Agoranomus, m. s. ἀγορανόμος, pen. cor. prorsus eiusdē significationis est, cui⁹ & Aedilis, de quo in superioribus satis. Dictus Agoranomus, à foro rerum uenalium, cui regulam præscribit. Plaut. in Cap. Mirumq; adeò est, nisi hunc fecerunt sibi agoranomum Aetol.

Agrammatus, dicitur illiteratus.

Agraphus, ἄγραφος, pen. cor. Latinè non scriptus dicitur, uel non pictus. Sic Agraphum ius dicitur, quod nō est scriptum, sed consuetudine receptum, & à maiori populi parte approbatum.

Agrarius, Agrestis, uide Ager.

Agredula, f. p. dicitur parua rana, quæ in agris inuenitur.

Agria, ἄγρια, Scabies quædam est statis anni temporibus reuertēs, curatu adeò difficilis, ut nulla penè arte sanari possit: unde & nomen habet, ἄγριος enim idem est quod immitis, uel ferox. Celsus Feram scabiem appellat.

Agriacantha, ἀγριάκανθα, ἡ ἄκανθα ἀγρία, Spina est syluestris carduo similis, densis horrens spinis. Author Dioscorides.

Agricola, uide Ager.

Agrielæa, ἀγριελαία, Olea sylueſtris, quem Latini uocant Oleastrum.

Agrimonia, herba quædam, quæ præcipuè abundat in agris.

Agriocardamum, ἀγριοκάρδαμον, Herba eadem esse creditur cum ea, quę alio nomine Hiberis dicitur, et Lepidiū Galeno. Vide Ruellium lib. 1.

Agrionnardum, ἀγρία νάρδος, Herba est folio oleris atri, quam Dioscorides. Phu, φῦ, nonnulli etiam Nardum Creti cum appellarunt. Recentiores uocant Valerianā maiorem.

Agriophagitæ, homines qui solùm ferarum carnes edūt. Hi Cyclopes dicuntur, uel monoculi, quia unum habent oculum in media frōte ad modum cycli. Hos India gignit.

Agrioselinum, ἀγριοσέλινον, Herba eadem cum Hipposelino, Dioscorides.

Agripeta, com. p. uide Ager.

Agrippæ, quasi Aegrippæ ab ægro partu (ut docet Gell.) dicuntur quorum in nascendo non caput, sed pedes primi exierunt, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur: ab ęgritudine & pedibus appellati. Confixos autem pueros esse in utero Varro scribit, capite infimo nixos, sursum pedibus elatis, non ut hominis natura est, sed ut arboris. Nam pedes cruraq; arboris appellāt ramos: caput, stirpem atq; radicem. Quando inquit, contra naturā fortè conuersi in pedes, brachiisq; plerunq; diductis, retineri solent, ægrius tunc mulieres enituntur. Fuerunt autem multi sic appellati, quorū unus fuit Menenius Romanus cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphauit, & populum qui à patribus secesserat, in gratiam reuocauit, narrato apologo de membris aduersus uentrem conspirantibus. Hic tam pauper decessit, ut collatis in singula capita sextātibus publico sumptu elatus sit. Alter Syluius Agrippa duodecimus Latinorū rex, cuius meminimus paulò antè. Item M. Agrippa, Augusti gener, nauali uictoria contra Sext. Pompeium insignis. De quo Vergil. lib. 8. Parte alia uentis & diis Agrippa secundis. Item Herodes Agrippa, secundus Galilæorum Tetrarcha, Herodis primi Iudæorum regis filius, qui Christum illusum remisit ad Pilatum. Fuit præterea alius hoc nomine Aristobuli filius, quem à Tiberio in uincula coniectum, Caligula soluit, regemq; Iudæorum constituit. Vide Iosephum, & ea quæ infrà annotauimus in dictione Herodes.

Agrisis. Herba tum præcipua dulcedine, tum hominibus ac iumentis utilis in primis usus, ea potissimum Aegyptii uescebantur. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1.

Agrostes, ἀγρώστις, Phalangii species, apud Nicandrum.

Agrostis, ἄγρωστις, Herba est geniculatis per terram ramulis serpens, folia habens oblonga & acuminata, in modum parua arundinis, qua boues iumenta⁹q; pascuntur. Latini Gramen appellant. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 26.

Agyia, ἀγυιὰ Stephano, uide Agyieus.

Agyrtæ, ἀγύρται, Præstigiatores sunt & circulatores circūforanei. Nam ἀγυρτίζω inter cætera significat, præstigium exerceo.

A H . & I

Ah, siuè Aha, ἆ ἀ, interiectio est multorum affectuum significatiua. Nam siue dolentis est, siue commiserantis. Vergil. 1. Eclog. Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit. Modò admirantis ut apud Plaut. Ah, quid ais? Aliquando dehorrantis, in qua significatione crebrò occurrit apud Ieremiam & Ezechielem Prophetas. Ah, indignantis, siue increpantis sepsum. Terent. in And. Ah, uix tandem sensi stolid⁹. Ver. Eclo. 2. Ah, Corydō, Corydō, quę te demētia cepit? Ah, desperantis. Plautus in Asinaria, Ah, quāto amplius ualerem, si hic maneres? Ah, factum alterius reprehendentis. Terentius in Andria, Nam quid ego dicam de patre? Ah, tam tamne rem tam negligenter agere? Ah, obiurgantis. Ibidē Ah, quanto satius est te id operam dare, qui istum amorem, ex animo amoueas tuo. Ah, abnegantis. Ibidem. Ah, ne me obsecro. Ah, reclamantis aut contradicentis. Terentius in Hecyra, Meum receptas filium ad te Pamphilū. Bachis. Ah, Lachis, Sine dicam. Vbi Donatus, Ah, quod falsum est reclamauit mexetrix statim, & uoluit contradicere, si permitteret senex. Ah, ah, suspirantis. Plautus in Milite, Habe bonum animum. Pamp. Ah, ah. Quum uenit in mentem, mores mihi mutandi ut sient. In notis antiquis A. H. Alius homo.

Ahenum, n. s. Vas est in quo aqua ad lauandum calefit, χαλκεῖον. Vergil. 1. Geor. Et foliis undam tepidi despumat aheni. Vide Aenum.

Ahenus, a. um, Idem quod Aereus, χάλκεος. Verg. Et luce coruscus ahena.

Aheneus, a. um, Idem Horatius prima Epistola. Hic murus aheneus esto.

Abertæ. Vocantur duæ uenæ quæ ab umbilico & matrice per pectinem transeunt infra renes.

Ahorta, uide Aorta.

Ahu, Interiectio animi perturbati significatiua, ἰώ. Ter. Ahu A. I. In notis Antiquorum, à iudice. AIC. MT. actione mandati.

Aianea, dicitur ultimus calor in coitu, quo omne corpus concutitur.

Aichryson, herba, semper uiuum. Dioscorides.

Aigleuces, αἰγλεῦκος, Vini genus est, quod musti dulcedinem non amisit: ita dictum, quod semper mustum uideatur, quale est uinum quod in lacu nunquam deferbuit. Plinius lib. 14. cap. 9.

Aio, ais, ait, aiūt, Præteritum imperfectum habet integrum perfecti solùm secūdas personas. In imperatiuo: Aie. In futuro optatiui, Aias, aiat, aiamus, aiant. Participium habet unū Aiens. Reliqua omnia tempora desyderantur: & significat idem quod Dico, φημί. Augustinus, Vos adiicientes in malo aiūtis. Plaut. in Asin. Me unicè unum ex omnibus atque illā amare aiebat. Aliquando accipitur pro affirmo: & habet antithetον Nego. Nævius, An nata est sponsio prægnans? uel ai, uel nega. Cicer. de Fin. bon. Quasi ego id curem, quid ille aiat, aut neget. Gellius libro sexto. Siue aias, siue neges, hærebis in captione. Priscianus Aiamus dixit libro primo de construct.

Aiuga, Herba quæ Græcè Chamepytis, χαμαιπίτυς dicitur: cuius tres sunt species, quas uide apud Plinium lib. 24. capite sexto. Alii legunt Abiga, adducti uerbis Plinii, qui eam ab abortu nomen habere affirmat.

Aizoon, ἀείζωον, Herba est folio carnoso, leui, oblongo, & semper uirenti: unde & ἀείζωον à Græcis & à Latinis quibusdam Semperuiuum appellatur. Plin. lib. 15. cap. 13. duo eius constituit genera. Maius in fictilibus uasculis seritur quod aliqui Bupthalmon, id est, bouis oculum, à similitudine uocant. Alii Zoophthalmum, id est, animalis oculum: ambitu enim effigiem oculi imitatur. Alii quod amatoriis cōueniat, Erogenneton, γενέθλιον enim gignō, ἔρως amor. Alii hypogeson, quoniam ferè i subgrundiis nascitur. Græci enim parietes tecti prominētes γῆσα uocāt. A Latinis etiā Sedū maius aut Di-

sùt Digitellus appellatur. Aizoon minus, quod & Sedũ minus Latinis, à Græcis etiam τριθάλης appellatur, quòd ter quotannis floreat. Vulgo Vermicularis, à similitudine foliorum, quę figura oblonga & propemodum ouali, uermiculorum ſpeciem referunt. Naſcitur in petris, & parietibus uetuſtis. Hiſce à Dioſcoride tertium additur Aizoi genus, foliola habens pinguiora, ad portulacæ figuram nonnihil accedentia, ſed hirſuta, breuioríque cacumine. Herbarii Vermicularem minorem uocant.

A L.

Ala, ſ. p. quia aues uolant, πτερὸν. A cuius ſimilitudine Ala etiam dicitur locus ille concauus ſubter brachium in homine, quia in eo pili quaſi pennæ naſcuntur. Plin. lib. 11. capite 40. Elephas tantùm ſub armis, duas (ſcilicet mammas) nec in pectore, ſed citra in alis occultat. Hinc hircinus ille odor concipitur. Horat. Epod. 12. Grauis hirſutis cubat hircus in alis. Pro eodem etiam Axillam dicimus: cuius uocabulo antiqui ſolũ utebantur. Nam Alæ appellatio recentior eſt, fuga uaſtioris literæ ex Axilla effiſta. Malè ita q credidit Priſcianus Axillam ab Ala factam eſſe per diminutionem: ut ſatis docet Cicero in Oratore, his uerbis, Quinctiani uerba ſæpe contrahuntur, non uſus cauſa, ſed aurium. Quomodo autẽ ueſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ uaſtioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis & uexillo & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. Præterea ala dicta eſt equitum turma, quòd pedites regant alarum uice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra ſiniſtraq, tanquam alæ in auium corporibus locantur. Alæ etiam nauium dicuntur: ut, Velorum pandimus alas. In notis antiquorum, A. L. AE. arbitrium litis æſtimãdum. A. L. alia lex. A. III. L. alpinæ tertiæ legationis. A. L. E. arbitrium liti examinandę uel exiſtimandæ uel æſtimandum. ALA. L. G. alia lege uel legione. ALXA. Alexander.

Alaris, alare, denominatiuum ab Ala: & Alarius adiectiuum, p eodem: ut Equites alarii, & Cohortes alariæ. Liu. lib. 10. ab Vrbe, Cum cohortibus alaribus. Idem, Qui præerat alariis equitibus Cæſar 2. Belli ciuil. Cohortes circiter triginta alariorum addidit.

Alatus, a, um, ab ala auium. Quod habet alas πτερωτὸς. Mercurius alatus. Verg. 4. Aen. Vt primùm alatis tetigit magalia plãtis. Alati equi ſolis, Ouid. 3. Faſtorum.

Alifer, Alatus, πτερωτός. Ouidius 4. Faſtorum, & alifero tollitur axe Ceres.

Aliger, Alatus, πτερωτός. Vnde Cupidinem alatum & aligerum poetæ uocant. Vergilius ptimo Aeneidos. Ergo his aligerum dictis affatur Amorem. Cupi, aligeros.

Alipes, pen. cor. Velox, quaſi alas in pedibus habens, πτερόπους. Verg. 12. Aeneid. Alipedumq; fugam curru tentauit equorũ. Sil. Ital. lib. 7. Alipedem planta curru premit.

Alipilus, li, Alarum pilos in balneis uellens. Seneca lib. 8. Epiſt. ad Lucilium, Alipilum cogita, tenuem & ſtridulam uocem quòd ſit notabilior, ſubinde exprimentem, nec unquam tacentem, niſi quum alas uellit, & alium pro ſe clamare cogit. Cælius lib. 30. cap. 19.

Alabandicus, & Alabandia cus, ἀλάβανδικός, ἀλαβανδιανός, poſſeſſiua: ut Roſa Alabandica, apud Plin. libro 21. capite 4. Quæ folia habet albicantia, & inter uiliora roſarum genera connumeratur.

Alabanda, dicitur lapis pretioſus.

Alabarches, uide Halabarches.

Alabaſtrites, ἀλαβαστίτης, Lapis humani unguis candorẽ referens: unde & Onyx appellatur: dictus Alabaſtrites quòd alabaſtra ex eo fieri ſolerent. Vide in dictione Alabaſtrum. Eſt etiam Alabaſtrites, gemma quædam, candorem habens uariis coloribus intercinctum, quæ cremata cum foſſili ſale ac tuita, granitatem oris & dentium extenuat. Plinius libro ultimo capite decimo.

Alabaſtrum, n. ſ. ἀλάβαστρος, καὶ ἀλαβάστου. Vaſis genus erat ex Alabaſtrite lapide torno excauãtum, ad conſeruanda unguenta maximè idoneum. Martialis, Quod Coſmi redolent alabaſtra, focíq; deorum. Dicitur etiam in maſculino genere, Alabaſter, & ab Ariſtophane ἀλάβαστος. Cic. lib. 2. Acade. Quibus etiam Alabaſter plenus unguenti putere uidetur. Alabaſtrites autem ex quo uaſcula huiuſmodi fieri conſueuerunt, authore Plinio libr. 36. capite 8. Lapidis genus eſt colore candido, quem Onychem à colore humani unguis nominabant. Alabaſtritæ autem nomẽ ab alabaſtris deductum eſt, quæ ex eo fieri ſolebant. Alabaſtrum uerò dictum uidetur ab ἀ priuatiua particula & λαυβάνω. Erant enim uaſcula ſine anſis, quæ propter ſummam lenitatẽ uix comprehendi, teneriúe poſſent. Eſt etiam Alabaſtrum Aegypti oppidum. Plin. lib. 5. cap. 9.

Alabes, ἀλαβὴς, Piſcis eſt Nilo peculiaris: inde dictus, quòd ob lubricitatẽ manibus comprehendi non poſſet. Meminit eius Strabo libro 17. Plinius libro quinto capite nono Alabetam uocat.

Alabrum, n. ſ. dicitur inſtrumentum quo fila uertuntur. Filũ è colo ducitur in fuſum, de fuſo in alabrum, hinc in girgillum, deinde in glomicellum, hinc in pannum, poſtea in telam.

Alacer, alacris, & hoc alacre: uel hic & hæc Alacris, & hoc alacre, pen. corr. om. t. Qui niger ſenſibus uniuerſis (ut inquit Aſconius) quod eſt indiciũ erecti animi, atque ſublimis. ἀκρωρυὴς, ἐυθυμος. Nã e contrario Lacer dicitur, amputatis in corpore membris, hoc eſt artibus oculiſque. Quæ ad animum ſæpe transferuntur, quòd plerunq; afflicto animo, ſenſibus nõ utamur erectis. Sic Alacer dicimur is, cui omnis ſenſus in loco ſuo quiſq; degit: Lacer uerò, qui ſic affectus eſt, ut uultu indicet adeſſe animum non ſyncerum ſenſibus ſuis. Quæ re cognita, illud quoq; intelligitur aliud eſſe Alacrem, aliud Lætum. Sunt qui Alacrem feſtinantem & properum dici putant, quaſi alis acrem. Hæc Aſcon. Pæd. Donatus in illud Terentii, Quid tu es triſtis? quidũ alacris? ſcribit alacrem pro ἄδακρυν, id eſt, non triſtem, litera l pro d poſita, dici.

Alacritas, Vigor, & animi erectio, nec non lætitia geſtiens: quæ ſecundum Donatum, propriè eſt mutatio quædam uultus geſtientis in ſpem aliquam: & media eſt inter lætitiam atq; triſtitiam, φαιδρότης. Interdum dicitur uoluntaria celeritas, ſeu promptitudo, ardorúe, προθυμία. Liu. lib. 3. Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus (qd bene uertat) geſturum ſe illis morem, poſteroq; die in aciem deducturum affirmat. Cic. lib. 1. Tuſc. quæſt. Pro lætitia geſtiente, quæ in malis habenda ſit, accepit. Vir igitur (inquit) temperatus, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate, nulla libidine uexatus.

Alacriter, Plinius lib. 20. cap. 12. Secuta ætas alacriter defendit. Et Alacrè, pro alacriter. Plaut. in Amph. Verùm quidem è loco compellemus alacrè.

Alapa, pa, ſ. t. Idem quod colaphus, κόλαφος, ſed Alapa Latinum eſt, Colaphus Græcum. Author Valla in Raudenſem.

Alaparthus, ἀλάπαθος, Herba eſt Theocrito, quam Lapathon Dioſcorides, & Latini Rumicem appellant, deiiciendę alui uim habens: unde & nomen inuenit. Græci enim ἀλάπαθα purgationem uocant.

Alaris, & Alarius, uide Ala.

Alaſtor, ἀλάστωρ, à Græcis dicitur animus ſibi conſcius, ſine (ut ita dicam) conſcientiæ remorſus, uel etiam malus genius hominem crucians, ἀλαστία enim apud Græcos crucior ſignificat, uel graue aliquid patior. Numeratur etiam Alaſtor inter equos Plutonis, quorum nomina Claudianus recenſuit his uerſibus, Orphnæus crudele micans, Actonq; ſagitta Ocyor, & Stygii crudelis gloria Nycteus Armenti, Ditiſq; nota ſignatus Alaſtor.

Alaternus, Arbor, ſine frutex, nullum ſemen aut fructum ferens, cui folia ſunt media, quadam ſimilitudine inter ilicẽ & oliuam. Plin. lib. 16. cap. 26. & Colum. lib. 7. cap. 6.

Alatus, uide Ala.

Alauda, ſ. p. Auis, quæ olim Galerita nocabatur, quia apicẽ habet, hoc eſt plumam elatam in capite ad ſimilitudinem galeri, ſine galeæ, κορυθάνης. Varro appellat Galeritum. Alauda legionis nomen, quam Cæſar dictator in Gallia conſcripſit. Plinius libro undecimo cap. 37. Atq; ab illo Galerita appellata quondam, poſtea Gallico uocabulo etiam legionem dederat alauda. Cic. ad Att. Antonius cum legione alaudarum ad urbem pergit.

Alaudium, teſte Budæo, à laudando, hoc eſt à nominando dictum, quòd qui prædia eo iure habent, laudare, hoc eſt nominare authorem ſuum nemini teneantur. Vox eſt receptioribus duntaxat Iuriſconſultis, cognita.

Alazonia, pen. prod. ἀλαζονία, Superbia eſt, uel arrogantia quãquis plura pollicetur, quã potis eſt præſtare. Ἀλαζονίνομαι enì ſuperbire eſt, uel mẽtiri, uel ſibi plus æquo arrogare.

Alba ſpina, ἄκανθα λευκή, Herba eſt aculeata, folia habens chamæleõtis albi ſimilia, quã officinæ Bedegarim appellant.

Albarium, uide Albus. (Vide ſuprà Acantha leuce.

Albarenius

Albatenius, Medici nomen, qui Galeni libros primus in Arabicum conuertit idioma, teſte Iohanne Serapione. Idem ſcripſit commentarios in Ariſtotelem.

Albarus, uide Albus.

Albedo, uide Albus.

Albegmina, Partes extorum, quæ diis immolabantur: à colore eorum dicta, Feſtus.

Albergariæ, cenſus ſunt, ſeu pactiones quæ debentur pro comeſtionibus, de hoc gl. in C. præterea de iure. pact.

Albeſia, Scuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, uſi ſunt. Hæc eadem Decumana nocabãtur, quòd eſſent ampliſſima: ut Decumani fluctus, qui cæteris longè maiores & periculoſiores creduntur. Feſtus.

Albeus (λύπος) per diminutionem Albeolus, tabula luſoria. Cic. de Finibus bonorum. Aut albeolum poſcere aut quærere quempiam ludum. Plin. M. Meſſalia conſul pridie Calendas Octobreis diem natalis ſui egit. Tranſtulit albeum cum teſſeris luſorium, è gemmis duabus, latum, pedes treis.

Albicerata ficus, Pediculo minimo, latiſſima. Plinius libro 15. cap 18. Androtion λευκηρίνον appellat.

Albico, Albidus, uide Albus.

Albo, albas, uide Albus.

Albogalerus, Pileum capitis, quo flamines Diales utebãtur. Fiebat enim ex hoſtia alba, Ioui cæſa. Feſtus.

Albor, alboris, uide Albus.

Albosia, uide Albeſia.

Albucum, n. λασιόδηλος, Herba eſt ſcapum habens cubitalem, radicem ſimilem multis napis ſimul coaceruatis. Alio nomine Aſphodelon, ſiue Haſtulam regiam uocant.

Albuelis, Vuæ genus. Plinius lib. 14. cap. 2. Albuelis ſummis arboribus eſt fertilior.

Albugo, f. t. pen. prod. Macula in oculo, τὸ λευκὸν τῦ ὀφθαλμῦ, λεύκωμα, λεύκωσις. Plinius libro. 22. Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur. Idem Albuginem uocat album in ouo.

Albula, βύβρις, pen. cor. Fluuius, ab albo colore aquæ qui poſtea Tyberis à Tyberino Syluio Albanorum rege ibi extincto dictus eſt. Liuius, Pax ita conuenerat, ut Hetruſcis Latiniſq; fluuius Albula, quem nunc Tyberim uocant, finis eſſet. Albulæ (inter rete Galeno lib. 8. Methodi) dicuntur aquæ aluminoſæ, cutem lauantium mirum in modum adſtringentes, & uulneribus medentes: cuiuſmodi Strabo non paucas eſſe tradit in agro Tiburtino. Martialis lib. 4. Quod ſiccæ redolet palus lacunæ, Crudarum nebulæ quod albularum. Pl. lib. 31. cap. 2. Albulæ aquæ iuxta Romam uulneribus medentur, egelidè hæ: ſed Cutiliæ in agro Sabino gelidiſſimæ.

Albumen, pen. prod. n. t. Quod eſt in ouo album, λεύκωμα Vitellus uerò, quod croceum. ὑπόλευκος

Albunus, haſtula regia Aſphodelus Dioſc. Plin. Aſphodeli radicem uocauit.

Alburnum, n. ſ. Adeps arboris, σὰρξ δένδρου. Plin. lib. 16 cap. 38. Humor & cortici arborũ eſt, qui ſanguis eorum intelligi debet. Eſt enim in toto corpore arborũ, ut reliquorũ animalium cutis, ſignis, caro, nerui, uenæ, oſſa, medullæ. Pro cute cortex, humor ſanguis, proximi pleriſq; adipes. Hi uocantur à colore alburnum. Hinc exalburno, as, quod eſt Alburnum detraho. Idem libro decimo ſexto. capite 40. Et reliquis arboribus ficciſſima lotos, deinde robur exalburnatum, cui nigricans color. Solent autem robora exalburnari, hoc eſt alburno ſuo ſpoliari, eò quòd ea pars materiæ ſit inutilis, propterea quòd facillimè cariem ſentiat: eo autem detracto, quod reliquum eſt, aduerſus omnem corruptionis iniuriam ſe præbet inuictum. Id nonnulli eſſe exiſtimant, quod à Theophraſto, μελάνδρυον appellatur: quanquam ille hoc nomine potius quandam roboris ſpeciem uidetur deſignaſſe.

Albus, a, um. Nomen coloris notiſſimi, quod à candido ita differt: ut Album pallori cõiunctum ſit, quale eſt plumbũ, candidum uerò ſplendori, qualis eſt in niue, λευκός. Albo opponitur Atrum, Candido Nigrum. Feſtus uult album à Græco ἄληφον eſſe appellatum. Alii ab eo, quod Sabini Alpũ dicunt. Vnde credi poteſt Alpium nomẽ à candore niuiũ eſſe deriuatum. Ab Albo fit Exalbeſco, id eſt, pallidus fio. Interdum per metaphoram Albus ponitur pro bono, ſicut è contrario Niger pro malo. Perſius, Per me equidem ſint omnia protinus alba. Horatius, Hic niger eſt, hunc tu Roma ne caueto.

Album, n. ſ. ſubſtantiuum. Dicitur quod Græci uocant, λευκῶμα, Tabula gypſata, λιθιαρχικὸν, καὶ γραμματεῖον, in qua iudices notari, Prætorum leges inſcribi ſolebant. Si quis uerò cor rupiſſet, puniebatur, quia Prætoris maieſtas contempta uidebatur. Paul. Si familia alicuius album corruperit, non ſimiliter hic edicitur, ut in furto. Iudex (inquit Seneca libr. 3. de Bẽneficiis) ex turba ſelectorum, quem cenſus in album & equeſtris hæreditas miſit. Hoc & Pyctatium dicitur: ut in Alexandro Cæſare Lampridius, uulgò Matrix appellata. Similiter ea tabula dicitur Album, in qua ſingulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo, proponebaturq; domi eius, ut poteſtas eſſet populo cognoſcendi. Hi nunc Annales maximi nominantur, ut author eſt Cicero libro 2. de Oratore. Eſt & Album decurionum & citharœdorum. Nam in Digeſtis titulus eſt, de Albo ſcribendo: ubi docet Vlpianus quo ordine decuriones in albo ſcriptos eſſe oporteat. uide Pyctatium. Ponitur etiam Album abſolutè pro albore. Vergilius in Bucolicis, Sparſis etiam nunc pecudibus albo. Idem 3. Georg. Nec mihi diſpliceas maculis inſignis & albo.

Albarium, n. ſ. Dicitur quod illinitur tectorio, quũ paries pingendus non eſt, quod fit ex calce, κονίαμα. Plin. libr. 35. cap. 12. Eademq; lacte diluta, & tectorium albaria interpolantur. Albarium opus. Plin. lib. 36. cap. 25. Contrà in albario opere: ut macerata calx, ceu glutinum hæreat.

Albatus, a, um, Ab albus: ut Albatus homo, id eſt, veſtibus albis ornatus: cui contrarium eſt, Atratus. Antiqui autem feſtos dies albati ferè agebant. Cicero in Vatinium, Quum ipſe epuli dominus albatus eſſet, tu in templum Caſtoris tecum C. Fidulo atrato, cæteriſque tuis furiis funeſtum intuliſti.

Albedo, f. t. Albitudo, Pro cãdore accipiuntur, λευκότης. Plautus in Trin. Et item alterum ad iſthanc capitis albitudinem Caliclem aiebat uocari.

Albeo, es, n. ſ. Albus ſum, λευκός εἰμί, λευκαίνομαι. Verg. 12. Aeneidos, Campiq; ingentes oſſibus albent.

Albeſco, Albus fio. Verg. lib. 1. Georg. Flammarum longos à tergo albeſcere tractus. Huius compoſitum eſt Exalbeſco.

Albico, as, pen. correpta. n. p. Albeſco, aliquãtulum albus ſum, ὑπολευκός εἰμι. Plinius libr. 22. Solidum ſemen coniicitur in oculum nec turbat, ſed in ſe caliginẽ contrahit: mutat colorem, & ex nigra albicare incipit, & tumeſcit. Horatius, Nec prata canis albicant pruinis. Idem cenſendum eſt de uerbis ſimiliter terminatis: qualia ſunt Vellico, Fodico, Candico, Nigrico, Nutrico, & plerag; alia, quæ omnia diminutionem important actionis ſuorum primitiuorum.

Albidus, a, um, pen. cor. Quod eſt aliquantulum album, ὑπόλευκος. Ouid. lib. 3. Metamor. Spumaq; peſtiferos circunfluit albida rictus. Colum. lib. 1. cap. 9. Quod extrinſecus albidum, intus etiam conſpicitur candidum, leue, &c. Auguſt. lib. 21. de Ciuit. pro albo poſuit, Lapides igne candente percocti, & ipſi fiunt candidi. Et quamuis ille magis rubeat, illi albido colore niteſcant: congruit tamen illi luci, quod album ſicut nigrum tenebris. Hinc, Subalbidus, parum ſiue aliquantulum albidus. Plinius. Ramos habet candidos, folia ſubalbida.

Albo, as, act. p. Album facio, λευκόω, λευκαίνω: cuius paſſiuum Albor, aris, Albus fio. Vnde & Dealbo eiuſdem ſignificat. Curius Ciceroni, Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Albor, oris, maſculini generis, t. Albedo, λευκότης. Verbale eſt ab Albeo, ſicut Candor à Candeo. Varro, Qui uident albo-rem eius, admirantur. Alborem etiam Alpitius uocat, quod eſt album in ouo, qd Plinius Albuginem appellat: me dici Albumen.

Albi calculi, λευκοὶ ψῆφοι, dicebantur, quibus Cretenſes, dies lætos quos in uita agerent, numerare ſolebant: nam candidos lapillos ad hoc officium eligebant: quemadmodum è contrario infelices, atque infauſtos dies, nigris lapillis ſignabant, & ex candidorum numero uitæ tempus metiebantur: malos enim dies in annorum numeros nõ redigebant. Huc alludit Horatius in Epiſtol. Hunc Macrine diem ſigna meliore lapillo.

Albeolus, pro Alneolus, Cic. de Finib. Aut albeolum poſcere, aut quærere quempiam ludum.

Albus ſpinus, à uulgo Gallorũ appellatus haree, ſiue ſarbuſcula

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

buſcula ſpinoſa, pruni magnitudine, acinis, quũ pubeſcũt, uiridibus, quum maturuerunt, rubris. Vide Ruellium libro tertio capite duodecimo.

Alcæa, f. p. Leo dicitur, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, hoc eſt, à fortitudine, quòd caudæ incitamento ad fortitudinem excitetur. Cælius libro ſeptimo capite 29.

Alcaicum carmen, ἀλκαϊκὸν μετρόν, Quod poſt duos dactylos trochaicam habet ſyzygiam: quale eſt illud apud Horatium, Heſperiæ mala luctuoſæ. Nomen autem accepit ab Alcæo inuentore.

Alcal, dicitur acetum ualens ad alchimiam.

Alcarmes, ſiue Carmes punica, lingua dicitur coccus ſeu uermiculus, ex quo fit coccineus ille color, quem inde Carmeſinum uocant.

Alcea, f. p. ἀλκέα, Herba eſt ſylueſtrium maluarũ generi aſſignata, folia habens uerbenacæ. Plinius libro 27. capite quarto Alcea folia habet ſimilia uerbenacæ, quæ & Periſtereon cognominatur.

Alcedines, f. t. Sunt quædam aues, dictæ quaſi algedines, quòd frigidis temporibus in mari pariãt, ἀλκυόνες. Plautus. Nam Hercule tu periſti, niſi illam tam trãquillam facis, quã mare eſt olim, quum alcedo pullos educit ſuos. Dicta eſt à Græcis ἀλκυών, κος uel ἀλκυὼν, ὠνος, παρὰ τὸ ἁλὶ κύειν: ab eo quod in mari fœtus excludat. Ambroſius lib. Hexam. Halcyone eſt auis maritima, quæ in littoribus fœtus ſuos edere ſolet: ita ut in arenis ouа deponat medio ferè hyemis: nam id temporis foouendis habet deputatum partubus, quando maximè inſurgit mare, littoribuſq; uehementior fluctus illiditur, quò magis repentinæ placiditatis ſolẽnitate auis huius cluceret gratia. Nanq; ubi uado ſum fuerit mare, poſitis ouis ſubitò miteſcit, & omnes cadunt uentorum procellæ, flatuſq; auarum quieſcunt, ac placidum uentis ſtat mare, donec ouа fouet halcyone ſua. Septem dies fœtus ſunt, quibus decurſis educit pullos. Illicò alios ſeptem adiungit dies, quib. enutriat partus ſuos, donec incipiãt adoleſcere. Tantam autem gratiam minuſcula auis diuinitus indultam habet, ut hos quatuordecim dies nautici præſumptæ ſereni tatis obſeruent, quos & Halcyonidas uocant, quibus nullos motus procelloſæ tempeſtatis horreſcãt. Hinc Poetarum fabulandi arripuerunt, Halcyonem filiam Aeoli fuiſſe, qui in gratiam filiæ, dum illa in littore ouа parit, & fœtus educat, uentos incluſos ſeruat. Ferunt hanc auem paulò maiorem eſſe paſſere, pennis purpureis, candidis admiſtis, collo gracili & pcero, roſtro ſubuiridi, longo & tenui, rarò uiſam. Ariſtoteles libro octauo de Animalibus Halcyonum duplex genus eſſe ſcribit: alterum nocale, arundinibus inſidens: alterum murum, ampliori corpore. Ab Halcyone fit Halcyonius, a, um, Halcyonii dies, ἀλκυονίδες ἡμέραι, fitq; à Græco ἅλς, quod mare ſignificat: unde etiam per aſpirationem ſcribendum uidetur Halcyon, quum Alcedo Latinis ſine aſpiratione notetur, eò quòd ab algedine originem habere exiſtimetur. Euſtathius tamen contra etymi rationem ἀλκυόνα tenui ſpiritu notandum tradidit, adiecto etiam generali canone, quo negat uocabulum ullum eſſe aſpirandum, quod initium ſumat ab α, ſubſequente ν.

Alcedonia, ἀλκυονίδια, ἢ ἀλκυονίτιδες ἡμέραι. Dies ſunt hyberni ferè quatuordecim, quibus alcedo ouа parit in mari et excludit, quo tempore ſumma uentorum eſt trãquillitas. Dicti ſunt autem Alcedonia ab alcedine, quemadmodũ & à Græcis Halcyonides ab Halcyone appellantur. Plautus, Trãquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum.

Alce, iumento ferè ſimilis beſtia, in Aſia & Aphrica, ni proceritas aurium, & ceruicis diſtinguat, Plin. lib. 8. cap. 15.

Alces, is, f. t. ſeu Alces, æ, ſiue alce, es, ἄλκη Pauſaniæ, Animal Galliæ tranſalpinæ, figura, colore & quantitate mulæ ſimili tudinem prætendens: ſed labium ſuperius adeò protenſum habet, ut niſi retrogradè incedens, herbas in terra carpere non poſſit. Eſt inuentu rarum, olfactu è longinquo uenatorem ſentiens, ſtatimq; in ſpecu & latibula ſe cõdens, media inter camelum & ceruum ſimilitudine. Sed mares ex his in ſupercilijs habent cornua. De his animalibus Cæſar lib. 6. & Iulius Capitol. mentionem faciunt. Plin. lib. 8. cap. 15. Septentrio fert & equorum greges ferorum, ſicut & aſinorum Aſia & Africa: præterea Alcem, ni proceritas aurium & ceruicis diſtinguat, iumento ſimilem.

Alchech, Arabice eſt animal quod multi Arabici Lynca uocant. Naſcitur ex leone & pardo, & nimium ferox eſt.

Alchimia, ſcientia docens facere aurum uel argentũ ex pul neribus metalli, uel aurum quoq; à cupro ſeparare.

Alchimiſta, qui hanc artem callet, ſeu profitetur.

Alcibiadion, n. ſ. ἀλκιβιάδιον Dioſcoridi Herba ſic dicta quod uti ea ad formam conciliandam ſolitus ſit Alcibiades magnis foliis & aſperis, radice tuſa, oblonga, naſcens præcipuè in aridis & arenoſis locis. Notiore nomine uocatur Anchuſa.

Alcibiacum, Echion. Dioſcorides.

Alcibias, ſtechas. Dioſcorides.

Alcibion, ἀλκίβιον, Herba aduerſus ſerpentum morſus remedium habens. Plin. lib. 27. cap. 5.

Alcida, æ, (ut Diodorus fabulatur) Fera fuit immenſæ magnitudinis, igne ore uomens, quo regiones omnes per quas faciebat iter, exuſſit, donec Pallas humani generis miſerta, partim uiribus, partim ingenio feram interfecit.

Alea, f. p. pen. cor. Idem quod teſſera, uel ipſe ludus teſſerarius, πεττεία, κύβοι. Horat. in Epiſt. damnoſa Venus, quem præceps alea nudat. Accipitur etiam pro quouis ludo, qui ceſu potius, quàm arte gubernatur. Martial. in Diſtichis,

Alea parua nuces, & non damnoſa uidetur:
Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates.

Per translationem ponitur pro quauis fortuna, ſiue periculo, ſiue etiam periculi dubitatione: dicitur q, Aleam iacere, ἐπὶπᾶν κύβον, qui ſe periculo fortunæ q cõmittit. Cic. de Diuinat. Non perſpicitis aleam quandam fuiſſe hoſtiis deligẽdis? Liuius, In dubiam imperii ſeruitiiq; aleam imus.

Alcator, m. t. Qui ſæpe alea ludit, κυβευτής. Cic. in Catil. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudiciq; uerſantur. Idem 2. Philip. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Aleo, aleonis. Idem quod aleator, teſte Feſto. Næuius, Peſſimorum peſſime, audax ganeo, lucro aleo.

Aleatorium, n. ſ. Apud Sidonium, pro ludo aleæ, κυβευτήριον. Ait enim, Atq; illic aleatorium laſſis conſumpto ſphæriſterio faciat. Suetonius uocat Aleatorium forum.

Alabria, f. p. ueteres dixerunt pro bene olentibus. Feſtus.

Alec, μαυὶς, Vide infrà in diction. Halec.

Alec, ſiue (ut apud Plinium legitur) Alex, genus eſt liquaminis, quod ex piſcibus quibuſdam conficiebatur. Martialis libro 11. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Alecem, ſed quam protinus illa uorat. Horat. 2. Serm. Sat. 4. in neutro genere collocauit, ego, inquit, fœcem primus & alec Inueni. Theodorus quoq; ex Ariſtotele Alecem uertit, pro piſciculo quem ille μαυίδα, Cicer. Mænam appellat. Sunt qui per aſpirationem ſcribant Halec, ſiue Halex.

Alecula, diminutiuum ab Alec, ſiue Alex, Parua Alec, ſiue mæna, μαυίδιον. Columel. lib. 8. cap. 17. Itaq; præberi conuenit tabentes aleculas, & ſalibus exeſam chalcidem: Idem libr. 9. Datur cammarus & riualis alecula, uel ſi qua ſunt incremẽti parui fluuiorum animalia.

Alectoria, f. p. ἀλεκτορίαι, Gemma quæ in uẽtriculo galli inuenitur, Gallus enim Græcè ἀλέκτωρ dicitur. de qua Plin. libro 37. cap. 10. Alectorias, inquit, uocant in uentriculis galli naceorum inuentas, cryſtallina ſpecie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotonienſem uſum in certaminibus, in uictum fuiſſe uideri uolunt.

Alectorolophos, ἀλεκτοροφόλοφος, Herba eſt tuſcis tibus utilis, foliis, galli gallinacei criſtæ ſimilibus, caulem tenuem, ſemenq; nigrum in ſiliquis habens. Latinis Criſta dicitur, teſte Plinio libro 27. cap. 5.

Alepterion, (ἀλειπτήριον) unctuarium, locus in balneis idoneus. Iul. Pol.

Ales, huius alitis, dicitur quælibet uolucris, ab alis gerendis. Et tã maſculino quàm fœmin. genere proferitur, ἀετὸς, ἀέτις. Verg. Nanque uolans fulmen Iouis ales in æthra. In genitiuo plurali Alitum, & Alitum, per epentheſim ſecundum Priſcianum. Vergilius lib. 11. Alitum, pecudumq; genus ſopor altus habebat. Auis eſt quæ parit ouа, & pennis prædita ὄρνεον. Volucris autem ſignificatio latius patet. Nam de omni eo dicitur, quod uolat, ſiue pennas habeat, ſiue non. Vnde neſpertilio dolucris eſt, non tamen auis.

Ales. Adiectiuum omnis generis, ponitur à poetis pro ueloci, ταχὺς ὠκύς. Silius, Alite curſus equo. Verg. 8. Aen. Ignis & alitis Auſtri. Ponitur & pro Alato, hoc eſt, alas habente. Cicero primo de Inuentione, Angues ingentes, alites, iunctæ iugo.

Ateſco

Alesco, scis, n. t. Antiquum nerbum ab Alo, alis: idem quod cresco, αὐξάνω, Varro de Re rust. libr. 1. capite 44. Quæ nata sunt, in fundo alescunt, adulta concipiunt. Ibidem capite tertio. Quemadmodum quicquam seri, aut alescere, aut mesti possit. Inde Coalesco, pro Concresco.

Alerudo, apud Festum, Verbale ab alēdo, corporis pinguedinem significat. Obsoletum est.

Alcuron, ri. neut. gen. ἄλευρον, Farina propriè tritici: Alphiton verò hordei: hinc apud Ruel. li. 6. ca. 14. panis alcurites.

Alex, alicis, fœm. generis, Genus est liquaminis, quod Plinius muriæ uitium appellat, libro 31. cap. 8. sic scribens, Laudatur & Clazomenæ garo, Pompeiiq; & Leptis: sicut Muria Antipolis ac Thuria: iam uerò & Dalmatia. Vitiū huius est alex, imperfecta, nec colata fex. Est etiam Alex, siue Alec, piscis nomen, interprete Theodoro, qui ab Aristotele Mænis, μαινὶς appellatur. Vide suprà in dictione Alec.

Alexicacon, n. s. ἀλεξίκακον, Remedium quod sit ad depellenda mala. hoc & Amuletum dicitur.

Alexicacus, ἀλεξίκακος, in malis adiutor, malorum depulsor, Herculis & Apollinis epitheton. Pausanias in Attica, Alexicaci Apollinis simulachrum effinxit Calamis. Id Apollini nomen indictum aiunt, quòd quum pestilentia bello Peloponnesiaco in Attica grassaretur, oraculo Delphis reddito tanta calamitate populum liberauit. Alexiaci dæmones dicebantur, qui nocumenta & diras amoliri existimabantur, qui & Apopompeii, & Apotropæi, Lysij quoq;, & Phyxii appellabantur. Budæus, & Cælius lib. 1. cap. 32.

Alexipharmaca, n. s. ἀλεξιφάρμακα, Sunt (ut Suidas ait) medicamenta auxiliatoria, quæ scilicet uenena, incantationes, & execrationes pellunt, prohibentq; ne iis nobis noceri possit. Plin. lib. 21. cap. 20. Nec magis alia herba cōuenit medicamentō, quod Alexipharmacon uocant.

Alexiteria, ἀλεξητήρια, Eadem quæ Alexipharmaca.

Alga, f. p. Herba quæ nascitur in aquis marinis: dicta ab algore aquæ, siue quòd pedes alliget, quia cruda, est, foliis ex parte supernatantibus, φύκος θαλάσσιον. Verg. li. 7. Lateriq; illisa refunditur alga. Algenses Pelagiæ, Purpuræ genus uilissimum, nomen habens ab alga, qua nutritur. Plin. lib. 9. capite trigesimoseptimo.

Algosus, a, um, Alga abundans. Plin. lib. 32. cap. 9. Aceruantur muricum modo, uiuuntq; in algosis.

Algama, atis, dicitur summitas uel altitudo.

Algarilis, hirundinis genus, Plin. lib. 10. cap. 33.

Algeo, es, alsi, uel alxi, alsum, n. s. à Græco ἀλγέω, Dolco, patior frigus, frigidus sum, ψύχομαι. Opponitur huic nerbū Æstuo. Cic. Tusc. 2. Itemq; Lycurgi laboribus eruditi iuuentutem uenando, currendo, esuriendo, algendo, æstuādo.

Algidus, a, um, adiect. Frigidus. Catull. Ego uiridis algida Idæ niue amicta loca colam. Algida niue, hoc est, frigida.

Algificus, quasi Algefaciens, ψυχροποιὸς, Gell. libro 19. cap. 4. Quod timor sit omnibus algificus: id est frigus inducens.

Algor, oris, m. t. ab algeo, sicut Calor à calco. Idem quod frigus & propriè frigus uehementius, ψῦχος, ψυχρὸς, ψυχὸς. Plin. libro 14. cap. 2. Æstu magis, quam algore uexantur. Sallustius in Catil. Corpus patiens inediæ, uigiliæ, algoris.

Algus, gi, ἄλγος. Idem quod algor. Lucretius lib. 3. Sollicitè euolitant morbis, algoq; fameq;.

Algus, us, hi. Idem. Plaut. in Rud. Vel suda, uel peri algu, uel etiam ægrota. Pes translationem ponitur pro dolore & tristitia.

Algorismus, mi, m. Ἀλγοριστικὴ, ipsa supputandi peritia.

Algorista, æ, m. p. ἀλγόριστος, peritior supputatiuæ artis.

Alguasen, herba similis lilio, & dicitur Lilialis, Cōfert morsuræ rabidi canis, propter quod Græcè Alguasen dicitur.

Alhandal, colocynthis.

Alias, Alibi, Vide Alius.

Alibantes, ἀλίβαντες, Mortui dicuntur, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα, hoc est eò quòd humido illo naturali destituti sint. Cælius lib. 3. cap. 12.

Alica, pen. cor. f. p. Ex tritici generibus est (ut inquit Galen. lib. 1. de Facult. aliment.) aut certè farris genus tritico simile succum, ramen leuiorem habens, quàm triticum, siue in aqua cocta cum mulso, aut uino, siue cum oleo saleq; frixa sumatur, ὄνδρος. Plin. lib. 18. cap. 7. Tunicæ frumento plures. Hordeum maximè nudum, & alica, sed præcipuè auena. Nomen autem Alicæ ab alendo Festus deducit, quod uehementer nutriat. Est præterea Alica, confectio quædam ex frugum quarundam farina, aliis in locis aliter præparata: ita dicta (ut ex Aegineta colligi potest,) quòd primùm ex frumento, siue farre, cui Alica nomen est, fuerit confecta. Postea tamen magis receptū fuit, ut ex zea conficeretur. Plures autē fuerunt apud ueteres alicæ conficiendæ rationes, quas omnes exequitur Plinius lib. 18. cap. 11. Palladius quoq; lib. 6. docet quo pacto ex hordeo confici possit.

Alicancalon, Nic. interpretatur bonum nutrimentum, sed quæ re non uideo. Fuerunt Sophistæ illi inopes linguæ, ut ne nomina quidem idonea habuerint, quibus id exprimerent quod uolebant.

Alicariæ, Meretrices in Campania appellatæ, quod solitę essent circa pistrina alicariorum uersari. Festus.

Alicastrum, n. s. Genus farris est, ea forma ab Alica deriuatum, qua Silicastrum à Siliqua, Colum. lib. 2. cap. 6. Semen trimestre quod dicitur Alicastrum, idq; pondere, & bonitate præcipuum est.

Alienigena, cōmunis generis, uel secundum Probum, omnis generis, sumitur in eodē significato cum Alienigenus, ἀλλόφυλος. Gellius libro 2. capite 25. Neque uino alienigena sed patrio usuros. Sic & alia composita è Gigno: ut Agmen Troiugena.

Alienigenus, a, um, penultima corr. nomen compositum à nomine Genus, uel è uerbo Gigno, & significat quod est externum, uel alieni generis, uel inter alienos genitum. Valerius libro primo. Adiici nostris duo eiusdem generis alienigena exempla non absurdè possunt.

Alienus, genus anis aquilæ similis uel paulò maius.

Alifer, Aliger, Vide Ala.

Alima, ἄλιμα, Medicamenta dicuntur quæ famem aut sedant, aut prohibent obrepere: quemadmodum Adipsa dicuntur quæ siti resistunt. Vtrorūq; meminit Plut. in Symp. septem sapientum.

Alimentum, Alimentarius, Alimonia, Alimonium. Vide Alo.

Alipænea, Emplastra sunt, quæ ex medicamentis non pinguibus conficiuntur, ἀλιπαάνη. Nam λιπαίνω, idem est quod impinguo, Celsus lib. 5. cap. 19.

Alipastos, caro quæ pinguedine caret.

Alipes, Vide Ala.

Aliphanus, dicitur parnus cyphus, paruū habēs foramen ad modum uitri gutturati, quo ad alendos infantes nutrices uti solent.

Alipilus, Vide Ala.

Aliptērium, ἀλειπτήριον, Locus erat in balneis, in quo loti ungebantur. Cæl. lib. 16. cap. 47.

Aliptes, ἀλείπτης, Dicebatur magister athletarum, qui eos certaturos inungebat, eaq; curabat, quæ ad corporis robur attinebāt. Dictus ἀπὸ τῦ ἀλείφειν, quod est inungere. Hac uoce usus est Cicero in Epistola ad Lentulum, Qui homines quòd me saluum uoluerunt, est gratissimum. Sed uellē nō solùm salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam ut aliptæ, uirium & coloris rationem habere uoluisseut. Dicuntur præterea Aliptæ, chirurgi, qui & ipsi oleis, pinguibusque malagmatibus foris adhibitis, uulneribus, morbisq; exterioribus medentur. Celsus lib. 1. cap. 1. Sanus homo, & qui bene ualet, nullis obligare se legibus debet, ac neq; medico neq; alipta egere. Vbi tamen nonnulli legunt Iatrolipta. Est etiam Aliptes, fontis nomen apud Ephesum.

Aliqua, Vide Aliquis.

Aliquammulti, Aliquandiu, Vide Aliquantus.

Aliquantisper, Vide Aliquantus.

Aliquando, ποτέ, secundum Priscianum, cum accentu in antepenultima, quanuis in carmine ratione positionis semper producatur. Aliud enim est syllabæ quantitas, aliud accentus. Habet autem tria tempora, præsens, præteritum & futurum, & significat idem quod Nonnunquam, Interdum Quodam uel aliquo tempore, uel Tandem. Cicero Valerio, Aliquando nos reuisas.

Aliquantus, adiectiuum, ex Alius & Quantus, Idem penè qđ mediocris significat. Sallustius in Iugur. Timor aliquantus, sed spes amplior.

Aliquantum, ἐπί ποσόν, ἀλίγον, Modò nomē est, ut apud Ciceronem pro Cluentio, Aliquantum agri in medio relictum est. Modò aduerbium, significans Paulùm, Non nihil, Leuiter, Paulisper, Nescio quid, Aliqua ex parte. Plinius lib 10. capite

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cap.3. Aliquantum uetus forma mutata est

Aliquantulum, diminutiuum ab Aliquantum, Idem significat quod Paululum, ὀλίγον. Cicero libr.2 de Inuent. Et de natura licet aliquantulum ducere suspicionis. Idem pro Quintio, Quum æris alieni aliquantulum relictum esset.

Aliquantillum, diminutiuum ab Aliquantulum. Plautus in Capt. Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat.

Aliquandiu, aduerbium temporis. Aliquo tempore, non autem longo admodum. Cicero 1. Academ. Aristum Athenis audiuit aliquandiu.

Aliquammulti, pro aliquot. Cicero 6. Verr. Sunt uestrûm aliquammulti, qui L. Pisonem agnouerunt.

Aliquantisper, aduerbium, ad temporis breuitatem refertur, ut ait Valla: idēq; significat, quod aliquādiu, ἐπὶ χρόνον. Ter. in Heaut. At certè cōcedas aliquò ab eorū ore aliquātisper.

Aliquis, aliqua, aliquod, quasi alius quis, & habet nim pluralem, quanuis singulariter dicatur: non enim est aliquis, ni si de multis. Vade & apud nereres uario genere numeroq; proferebatur, τίς. Terent. Aperite aliquis aſturum ostium. Idem est dicendum de Quisquam, Quispiam, & ullus. Aliquis etiam, ut Græcis τὶς. capitur pro homine, non obscuro; & non nullius pretii. Cic. Att. Itaq; fac, ut me uelis esse aliquem: quoniam qui fui, & qui esse potui, iam esse non nō possum, id est, Velis esse me non prorsus obscurum & abiectum. Iuuenal. Sat. 3. Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum, Si uis esse aliquis.

Aliquid, substantiuum est: ut, Aliquid utile, τί. Cicero Attic. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam.

Aliquid, substantiuum est: ut, Aliquid utile, τί. Cicero Attic. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam.

Aliquispiam, Idem prorsus est quod Quispiā, τὶς. Cicero pro Sestio, Aliquapiam ui pelleretur.

Aliquà, aduerbium, Per aliquem locum, πῆ. Cicero 3. Verr. Cupere aliquà euolare, si posset.

Aliquatenus, penult. corr. significat Vsq; ad aliquam partem, siue Ex aliqua parte, aut aliqua ratione, μέχρί τινος, ἐς πόσον ἔστιν ὅπως. Quintil. Verum hoc aliquatenus temporum mutatum est conditione. Plinius li. 27. cap. 12. Caulibus pluribus ab una radice aliquatenus rubentibus.

Aliquò, ad aliquem locum, ποῖ, ἔστιν ὁποῖον. Terentius Heaut. Aliquò profugiet militem.

Aliquorsum, Versus aliquem locum, ἔς τινα τόπον.

Aliquot, τινὲς ἔνιοι, numero tantùm plurali este Donato significat idē quod Nec multi, nec pauci. Terentius in And. Aliquot me adiere. Cic. de Vniuersitate, Disciplina Pythagorica aliquot secula in Italia, Siciliaq; uiguit.

Aliquotfariam, Varro de Re rustica libr. 1. cap. 2. In eo agro aliquotfariam in singula iugera dena culea uini fiunt.

Aliquotiens, seu Aliquoties sine n, significat aliquot uicibus, ἐνιοτὲ, ἔστιν ὁσάκις. Cicero 4. Verr. Aliquoties ad socios literas de istius iniuriis miserat. Idem pro Quintio, M. Iunius, qui hanc causam aliquotiens apud te egit.

Alisti, Hetruscorum lingua, flos est purpurei coloris, quem Græci, φίον ἀν ὸν, hoc est, Iouis florem, Latini paradisi florem, Galli dei oculum, rustici Goccolurdam appellant.

Alisma, atis, ἄλισμα, Dioscoridi, Herbæ est nomen, quam nōnulli fistulæ pastoris, aliæ Plātagini aquaticæ cādē faciūt.

Alitura, uide Alo.

Alius, alia, aliud, genitiuo alius pen. prod. quanuis in carmine sit indifferens, idem est quod diuersus. Olim faciebat genitiuum & datiuum sicut cætera, adiectiua prima & secū da declinationis, ἄλλος. Cic. de Natur deorum, Quibus bestiis erat is cibus, ut alij generis bestiis uescerentur. Alij generis inquit, pro Alius. Accedit quandoq; ad uim comparationis. Quintil. Aut quanto alius fuit ille infelicissimi in uenis affectus? Quomodo autē differat ab Alter, illic uides.

Alias res agis, Id est, non intendis ad id quod dicitur, aut nugatorias res agis, παρὸν ἀπολλύεις.

Aliās, aduerb. significat Alio in loco, uel aliter, uel Alio tēpore, ἄλλοτε. Terent. in And. Quid ali s malim, quā hodie has fieri nuptias? Cic. Sed de hoc aliās. Idē Treb. lib. 7. Sed plura scribemus aliās. Ponitur & pro Aliquādo, uel Interdū, & tūc ferè geminatur. Cic. 3. de Ora. Aliās ira loquor, ut necessū est aliās ut necesse est Verr. Aliās reuocabat, aliās recensabat.

Alibi, Alio loco, ἄλλοθι. Verg. Georg. 1. Hic segetes illic ueniunt felicius uuæ: Arborei fœtu alibi. Teren. in Hecyra. Habebam alibi animum amori deditum.

Alicubi, In aliquo loco, uspiam, usquam, ἔνθά. Cic. Att. li. 9. Ita ut si saluus sit Pompeius, & consiliterit alicubi.

Alicunde, Ex aliquo loco, πόθεν. Terent. in And. Venit meditatus alicunde. Vide in dictione Aliquò.

Alienus, a, um, Quod est alterius, siue quod ad alium pertinet. ἀλλότριος, ἀπότριος. Cicero 1. Offic. Difficilis est cura rerum alienarum. „Alienum quoq; aliquando dicimus, qui nullo nobis necessitudinis uinculo est deuinctus. Idem Epist. li bro 1. Tantūm enitor, ut neq; amicis, neq; alicnioribus opera, consilio, labore desim. Interdum idem quod auersus, uel abhorrens, Cic. 3. Verr. Letilius homo non alienus à literis. Nonnunquam idem quod alienatus, hoc est immutatus, & ex amico inimicus factus. Idem libro 1. Epist. Sin ille à me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. Idem p Deiotaro, Quum is in te animo esset alieno. Idem de Diuinat: Neq; hoc dii alienum ducunt maiestate sua.

Alieno, nas, nauit, p. Alienum facio, uel ex nostro dominio in alienum transfero, ἀποστρέφω, ἵστημι. Cic. de lege Agraria, Vænire res nostras proprias, & in perpetuum alienari. Idē 5. Verr. Nam turpitudinē summā esse arbitrantur referri in literas publicas, pretio paruo ea quæ accepissent à maiorib. uendidisse atq; alienasse. Paulus iurisconsultus, Alienationis uerbo usucapionem contineri putat. Vix est enim, inquit, ut non uideatur alienare, qui patitur usucapi. Eum quoq; alienare dicimus, qui non utendo amittit seruitutes. Accipitur & Alienare, pro immutare, & ex amico inimicum, siue ex benenolo malenolum reddere. Cic. Epist. lib. 1. Hominem adolescentulum non tam allicere uolui, quàm alienari nolui. Ibidem, Qui & te nonnunquam à me alienarunt, & me immutarunt tibi.

Alioquin, & Alioqui (utroq; enim modo dicitur) habent penultimam productam: accentus tamen est in antepenultima, ne uideantur duæ dictiones, significantq; Aliter seu alio modo, uel Quòd si non, uel Præter hoc, ἄλως, ἀλλὰ μή. Cicer. 3. de Legibus, Minima olim fuit istius rei cupiditas, alioquin multa extarēt exempla maiorum. Idem 3. de Oratore. Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur: alioqui quomodo ille in suis hærebit bonis?

Alioquin, non rarò pro in aliis usurpatur.

Aliorsum, Versus alium locum, ἄλλοσε: ut, Aliorsum ire, apud Plautum. Item in aliam partem. Terent. in Eunuch. Verè or ne illud grauius Phædria Tulerit, neue aliorsum atq; ego feci, acceperit.

Aliouersum, Idem Plaut. Aulul. Atq; igitur Antrax aliouersum dixeram, Non istud quod tu insimulas.

Aliter, aduerbium, fit ab Alius, huius alis, pro alius, sicut declinabant antiqui, & significat, alio modo, ἄλως. Verg. Diis aliter uisum. Cicero septimo Verr. Aliter decernere in eadem causa non potuisti.

Alibi, Compositum ex Alius, & ubi, idem significans quod Alibi: ἄλλῃ. Plin. Nec usquam aliubi candide nascuntur.

Aliunde, Ex alio loco, ἀλλόθεν. Plinius libro decimoquinto, capite decimonono, Inde repertum, ut allatq; alicunde, & inter se colligatæ, iniicerentūr fico.

Aliusmodi, Quasi alterius modi. Cæsar, Vno enim excepto, quē aliusmodi, atque omneis, natura finxit, suos quisque habebit charos.

Aliūtā, ueteres pro aliter scripsisse manifestum est, ex Græco ἄλλη, uel ἄλλως transferentes. Hinc est illud in legibus Numæ Pōpilij, Si quis aliu ta faxit, ipsius Iouis sacer esto. Festus.

Allābŏr, d t. pē, pd. Iuxta fluo, siue appellor. παραρρέω. Claudianus, Siculis allabitur oris. Cic. 2. de Diuinat. Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis uidemus.

Allaborare, Est alicui rei per labore aliquid adiicere, Horatius 1. libro Carmin. Simplici myrto nihil allabores. Significat etiam idem quod adnitor.

Allæuo, pen. prod. idem est quod Læuo, hoc est, planum facio, λλαίνω. Colum. lib. 4. cap. 25. Nam ea plaga, quæ sic fit, uno uestigio allæuatur.

Allambo, is, ere, a. t. Idem quod simplex lambo, & per metaphoram leuiter attingo. Quint. Scitis ipsi quo exequiarum die labore extracta fit, quandiu filium tenuerit allabentibus flammis.

Allatro, as, are, Vide simplex Latro.

Allatus, Vide Affero.

Allaudo, as, are, a p. Poēticū nerbū pro Laudo, ἀινέω. Plaut. in Merc. Agit gratias mihi, atq; ingenium allaudat meum.

Allecto, ctas, Vide Allicio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Allector, Vide Allicio.

Allectus, Vide Allego, allegis.

Allego, gas, pen. prod. a p. Aliquò mitto, uel ad aliquem locum mitto, παραπέμπω. Plaut. in Casin. Quin ea ipsa me allegauit, qui istam accerserem. Proprium autem eum & maxime ueru ſtiſſimum uerbum hoc locum obtinet, quum rei alicuius impetrandæ gratia ad aliquem mittimus eos, quos aut gratia, aut authoritate apud illum ualere exiſtimamus, quique ueluti legatorum officio fungentes, noſtram apud illã cauſam agant. Cicero pro Sext. Roſcio. Homines nobiles allegatis, qui peterent ne Syllam adirent. Idem 3. Verr. Petit à me Rabirius & amicos allegat: facilè impetrat. Idem 4. lib. Epiſt. Fam. Extremum illud eſt, ut Philoſophiam ad te allegem. Plaut. in Caſi. Filius autem armigerum allegauit ſuum, qui ſibi eam uxorem poſcat. Vſurpatur etiã pro Citare, ſiue Adducere, ἐπάγειν, προσφέρειν, παρέχειν. Plin. Tum multa allegauit, quæ ad rem propoſitam pertinere minimè uidebantur. Budæ. Διδασκολικῶς, ſua iure allegare, & iniure diſceptare: quod Cauſſificari Plautus dixit. Cicero etiam, & Cauſari, & proferre, Quintilianus & Iureconſulti Allegare appellant.

Allegatio, onis, Verbale. Cicero 1. Verr. O dii immortales, quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus, illam ſibi legationem expugnauit. Id eſt, amicorum interceſſionibus, & ueluti legationibus.

Allego, gis, pen. cor. a. t. Aſcribo, deligo, deligendo addo, co opto, ἐπιλέγομαι. Vnde apud Iulium Capitolinum ſcribitur M. Antonium philoſophum multos ex amicis in Senatum allegiſſe cum Aedilitiis ac Prætoriis dignitatibus. Liuius libro decimo, Cæterùm quia de plebe allegebantur, eandem ægrè paſſi patres.

Allecti dicebantur, qui ad augendum numerum Senatorum ex equeſtri ordine aſſumebantur: qui etiam Conſcripti uocabãtur, προσκριμένοι, προσκατακλινόμενοι. Nam Patres dicebãtur, qui erant Patricii generis.

Allegoria. Allēgoʀĭă, f. p. ἀλληγορία, cum accentu in penultima, Figura eſt, quæ à Quintiliano dicitur Inuerſio, quum aliud uerbis, aliud ſenſu oſtenditur. Naſcitur autem hæc figura ex eõ tinuata, perpetuaq; metaphora. Eiuſmodi eſt illa apud Vergiliũ tertia Eclog. Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt. Id eſt, Deſinite iam plura canere, quia ſatis audiuimꝰ.

Alleluia. Alleluia, Duæ dictiones ſunt, quibus ſignificatur, Laudate Dominum. Allelu enim (ut Auguſtinus ait) imperatiui modi eſt, & ſignificat, Laudate, ia uerò Vniuerſalem, uel Vniuerſaliter, ſcilicet Deum. Hieronym. Ia apud Hebræos unum eſt de decem Dei nominibus. Et in illo Pſalmo ubi legimus, Laudate Dominum quoniam bonus eſt pſalmus: in Hebræo eſt, Allelu ia, ſunt autem duæ partes Hebraicæ.

Alleuo, as, pen. cor. a. p. In altum tollo, erigo, & quod humi iacet ſurſum leuo, ἐπαίρω. Quint. Vide multos, quorũ ſuper cilia ad ſingulos uocis conatus alleuarentur. Accipitur itẽ Alleuo, pro leuius reddo, κουφίζω. Cice. pro Sext. Roſcio, Hoc onus ſi uos aliqua ex parte alleuabitis, ferã, ut potero. Trãſfertur etiam ad animum, pro eo quod eſt recreare, uel dolores mitigare, ἰατικεύεσθαι. Cic. de Clar. Orat. Quod aliqua ex parte ſolicitudines alleuaret meas. Sic dicimus, Alleuare afflictum, hoc eſt ſublenare, & calamitate eximere. Quintilianus, Non petit, ut afflictum alleuetis, niſi & probauerit ſe infeliciorem.

Alleuatio, f. t. uerbale, Doloris mitigatio, ſiue diminutio. Cic. Famil. 4. Et ſi tot, tantisq; rebus urgemur, ut nullam alleuationem quiſpiam non ſtultiſſimus ſperare debeat.

Alleuamentum, n. f. Idem Cic. pro Sylla, Et in aduerſis ſine ullo remedio, & alleuamento permanere.

Allex, lege Alex.

Allex, uel allux, cis, m. t. dicitur pollex ſcandens proximum digitum, quod uelut inſiliiſſe in alium uidetur.

Allatum, Vide Allium.

Allicefăcĕo, cis, a. t. Idẽ eſt quod allecto, ἐπάγω. à quo allicefio. Suetonius in Vitel. Pronus uerò ad cuiuſq; & quacunq; de cauſa necem atq; ſupplicium: nobiles uiros condiſcipulos & æquales ſuos, omnibus blanditiis tantùm nõ ad ſocietatem imperii allicefactos, uario genere fraudis occidit.

Allicio, is, pen. cor. allexi, allectum, ex Ad & Lacio, ſignificat blãditiis attraho, ſine potius Induco atq; inuito, ἐπάγω, ἁρμαγωγῶ, ἐπάγομαι, ἐφέλκομαι, ἐπισύρομαι. Cic. pro Planc. Allicere uoluntates alienas, retinere partas. Idem pro Murena, Cato negat uerũ eſſe, beneuolẽtia cibũ allicere. Plaut. in Trin. Te & amicitiã & gratiã in noſtrã domũ uideo allicere. Lucanus & præteritũ Alicui, ſicut ab Elicio, elicui, Piſo l. 1. hiſt. Aulus unius præmio multorum allicuit animos. Id tamen admodum rarum eſt.

Allecti qui propter inopiã, ex equeſtri ordine in Senatus ſunt numerum aſſumpti. Bud. in Annot. (res ſint captiuorũ.

Allector, oris, nerbale, Qui allicit. Colu. li. 8. ca. 10. Quaſi allecto

Allecto, ctas, Frequentatiuum ab Alliciq, Significat per blanditias attraho, ἐπάγω. Colum. lib. 2. Ad aquam duci oportet, ſi bilos allectari, quo libentius bibant.

Allido, dis, pen. prod. a. t. Impingo, quod eſt interficiẽdi cauſa cõtra aliquid iacio, uel ad ſaxum, durúmue aliud corpus comminuo, ἐπιρρήσσω, προσρήσσω, καταφέρω. Lactan. libr. 4. Et in conſpectu ſuo uexari acerbiſſimè coniuges ſuas cernerent, uiolari ac proſtitui uirgines, diripi pueros, allidi paruulos. Cæſar 3. Bel. Ciui. Et ex magno remigum propugnatorumq; numero pars ad ſcopulos alliſa interficeretur.

Alligo, pẽ. corr. a. p. propriè ad aliquid ligo, ἅπτω, ἐξάπτω, περιάπτω: ut, Alligare uitem palis, uel ad palos. Col. lib. 2. Arbuſtiuam uitem antequam putes, alligare diligenter oportet. Per translationem Alligare, eſt obſtringere, obnoxium facere. Terent. in Eunuch. Hic furti ſe alligat, ἐνέχεται κλοπῆς Cicer. pro Rabirio Poſthumo, Lex ubi omnes mortales alligat, ſic loquitur. Accipitur & pro ſuo ſimplici. Idem de Diuinat. Alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent. Idem 3. de Orat. Neq; uerba alligata ſint, quaſi certa aliqua lege uerſus. Alligari quoq; rei quis dicitur, cui ita eſt addictus, ut diutius ab ea abeſſe non poſſit. Sic aduleſcentulos ſcortis alligatos dicimus, qui meretriciis amoribus ſunt irretiti.

Alligatio, Ipſe actus alligandi.

Alligator, Qui alligat. Columella libro 4. cap. 15. Deinde ſequitur alligator, cuius officium eſt, ut rectam uitem producat in iugum.

Alligatura, ἀνάδεσις, περίαμμα, Idem de arboribus ca. 8. Infra inſitionem, & alligaturã falce acuta leuiter uitem uulnerato.

Alligurio, Idem quod ſimplex Ligurio, λιχνίζω.

Allino, is, Ex Ad & Lino, Inũgo, & linẽdo rei alicui induco ἐπιχρίω. Plinius. Sunt qui leporino coagulo mel addant, eoque dentem allinant.

Allium, n. g. Herbæ genus ſatis notum, non diſſimile porro, grauiſſimi odoris, quod laſſitudini mederi creditur, & ſerpentes fugare, σκόροδον. Vnde etiam meſſoribus ſolet eſſe in deliciis. Vergilius in Buccolicis.

Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu,
Allia ſerpillumq; herbas contundit olentes.

Horatius eius odorem infectatur feſtiuo carmine, Parentis (inquit) olim ſi quis impia manu Senile guttur fregerit, Edat cicutis allium nocentius.

Alliatum, ab allio, Pulmentarii, & intinctus genus eſt, ἰσχάς ἀλιομένου. Plautus, Sine me alliato fungi fortunas meas. Ab allii admiſtione nomen habet. (unt.

Allo, m. t. lapis eſt rotundus, quo fabri inſtrumenta ſua acuunt.

Allodium, res libera, & propria alicuius, ex quo præſtatur tributum. l. at ſi quis, parag. interdũ. ff. de relig, & ſum. fun. dicitur etiam hæreditas, quum uendere uel donare poſſum deductum putat Alciatus à laudo, & allaudium fundum dictum, qui pleno iure ad poſſeſſionem pertinet, prò quo nullum alicui laudatiuum præſtandum eſt.

Allophylus, la, lum, dici poteſt alienigena, alteri⁹ tribus. Nam ἄλλος ſignificat aliud, & φῦλον genus, gentem, nationem, Ambroſius libro Offic. Aduerſarios ſuos Hebræi Allophylos id eſt, alienigenas latino appellabant uocabulo. Hoc nomine dicti ſunt Paleſtini, qui & Philiſtæi, φ in π, mutato ut teſtatur D. Hieronymus.

Alloeotheta, ſ. p. ἀλλοίωτα, Figura eſt ſynaxin concernens, quum ſcilicet contra uulgatos conſtructionis canones aliquid uariamus. Vnde & Variatio à Priſciano interpretatur. Confundit autem numerum: ut, Pars in fruſta ſecant, uel Caſum, ut, Tu mihi quodcunq; hoc regni, pro, Hoc regnum uel genus, ut,

Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis.
Lente ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas.

Ad dulce enim quod eſt neutrum, tam maſculina, quàm feminina reddidit.

Alloſcorodõ, ἀλλοσκόροδον, Herba eſt Dioſcoridi, quæ notiore nomine, Capparis appellatur.

Alũlbẽſco,

Allũbẽſco, ſcis, ſine adlubeſco, n. t. Lubens facio, obedio, faueo, conſentio. Plautus, Hercle uerò iam mihi allubeſcit primulum.

Allucinor, pen. corr. d. p. propriè oculorum eſt, quum illi circa obiectum falluntur, alterumque pro altero conſpicere uidemur, παραβλέπω. Colum. li. 8. Cuſtodis officium, ſublimem celciſſimáq; oculorum ueluti ſpeculam deſyderat: ut neq; tardiores grauidas, dum cunctantur, neq; agiles & fœtas, dum procurrunt, ſeparari à cæteris ſinant: ne fur, aut beſtia allucinantem paſtorem decipiat. Trasfertur etiam ad animum: dicimurq; allucinari, quum nauia ſomniamus, & à uero iudicio aberramus. Cic. 16. ad Atticum, Ego tamen ſuſpicor, hũc, ut ſolet allucinari, Gel. lib. 16. capite 12. uerbũ hoc iubet aſpirari, etiam ſi ἀπὸ τῦ ἀλύειν, quod tenui ſpiritu ſcribitur, uelit deduci. Vide infra Hallucinor.

Allucinatio, f. t. Lucis alienatio, uel aberratio, ἀμβλυωπία: Qđ & ad oculos mentis transfertur, quum minus rectè quid intelligitur, obducto quadam caligine animo. Eſt autẽ à Græco ἀλύειν, quod eſt tardum, languidum, & ſtupidum eſſe. Sunt qui per aſpirationem ſcribant in principio, Aulũ Gellium ſequuti, qui teſtatur ſua ætate ita ſcribi ſolere, quamuis ſua natura non habeat aſpirationem. Vide Hallucinor.

Alludo, pen. prod. n. t. Ludendo alicui blandior: & propriè eſt puerorum, quum ludentes nutrici uel parentibus blandiuntur: aut etiam canum, quum cauda motu heris adulantur, προσπαίζω. Lactan. lib. 3. Aut hominũ alludunt animali. Eſt item Alludere (ut ſcribit Valla libr. 4.) quum aliud dicimus, & ad aliud ſententiam latenter referimus. Verg. 7. Aeneid. Nec plura alludens, ea uox audita laborum Prima tulit finem. Alludere ad hiſtoriam, eſt ad rei fidem uerba componere: quod proprium eſt poëtarum, qui in fabuloſis ſuis narrationibus hiſtoriæ ueritatem uno atq; altero uerbo nonnunquam attingunt.

Alluſio, ad nocis quoq; ſimilitudinem refertur, ut poſſeſſio quaſi poſitio: magiſtri, quòd monſtrent: furtum, quaſi furuũ: teſtamentum, teſtatio mentis: facellum, ſacra cella: interdictum, inter duos dictum.

Alluo, luis, a. t. Iuxta fluo, abluo, allabor. Verbum eſt aquis proprium. Maria enim & flumina alluere dicuntur loca, ad quæ feruntur, quæue præterfluunt, ἐπικλύζω. Eſt autem compoſitum ex Ad, & antiquo uerbo Luo, quod eſt eiuſdem ſignificationis cum uerbo Lauo: à quo fiunt & Abluo, Colluo, Diluo, Eluo, & ſimilia. Cic. 5. Ver. Non alluuntur à mari mœnia extrema: ſed influit in urbis ſinum portus. Curtius, mõtem leniter alluit præteriens amuis. Hinc fit Alluuio, onis. Alluuies, & Alluuium, πρόκλυσις, pro immoderata aquarum uiolentia, uel pluuialium, uel fluuialium, ſimiliumque quæ non tantùm agros confundit, ſed quandoq; eripit, & nonnũquam funditus deſtruit. Sed quum pars alicuius agri impetu fluminis aggeritur in alium agrum, tunc cedit in poſſeſſionem eius, cuius eſt ager. Vnde Lucan⁹, Illos terra fugit dominos, his rura colonis Accedunt donante Pado. Circumluuio autem, περίκλυσις eſt, quum partem alicuius agri rapidus amnis in alueum ſuum impulerit, & in modum inſulæ circumuoluerit: quæ ipſo iure uicinioris erit. Valla, Alluuies, ſordida aqua quæ abluit, ubi lutum cum aqua nõ multa. Liuius lib. 1. In proxima alluuie, ubi nunc ficus ruminalis eſt, quam Romularem uocatam ferunt, pueros exponũt. Proluuies, propriè ſordis profuſio. Vergilius libro tertio, fœdiſsima uentris Proluuies. Illuuies, ἀλσοία, eſt etiam immunditia in homine, aut ueſte, aut re quauis alia inſita, ſeu iniecta. Terentius in Heaut. Pannis obſita, neglecta, immunda illuuie. Vergilius libr. primo, Dira illuuies, immiſſaq; barba. Eluuies, propriè dicitur, quod expurgatur, præſertim aquarum fluxu: quamuis & alterius humoris dici poſſit. Plinius, Quod in tutis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Lactantius libro 7. Eluuiem poſuit pro aquarum inundatione, quũ ait, Eluuie aquarum euertentur ciuitates. Eluuies per translationem à Cicerone in oratione pro Domo ſua, ponitur pro exitio, & interitu. Idcirco inquit, Tu ad labem, atq; eluuiem ciuitatis ſine ſumma ui peruenire potuiſti. Colluuies, αὐχμός, Sordes cœni, aut cuiuſuis rei coactæ. Colum. lib. 1. Tum etiam nantium, ſerpentiumq; peſtes hyberna deſtitutas uligine, cœno & fermentata colluuie uenenatas emittit. Colluuio, Idem eſt quod Colluuies. Cicero de Senect. O præclarum illum diem, quum in illiud diuinum animorum concilium, cœtumq; proficiſcar, quumq; ex hac turba, & colluuione diſcedam: Hier. ad Heliod. Neget & ſacrilegum eſſe, qui in libidinem ſe dedit, qui membra Chriſti, et hoſtiã uiuam placentem Deo, cum publicarum libidinum uictimis nefaria colluuione uiolauit. Diluuium, κατακλυσμός, terrarũ inundatio: qualẽ Noẽ ætate cõtigiſſe ex Sacris literis cõſtat, aut (ut poëtæ fabulantur) Deucalionis temporibus. 7

Alma, apud Hebræos nomen ambiguum eſt, ſignificat enim (ut inquit Hieronymus) & adoleſcẽtulam & abſconditam. Ergo Alma uirgo, abſcondita & ſecreta dicitur, quæ nunquã uirgũ patuerit aſpectibus, ſed magna parentũ diligẽtia cuſtodiæ ſit ligata. Vel alma fãcta ſiue pulchra, uel aleus à alendo, Alma urbs præclariſſima, l. 1. C. negotiat. ne milit. libr. 11.

Almities, f. q. Almarum rerum habitus.

Almus, a, um, ab alendo (ut docet Feſtus) idem quod alens uel alimoniam ſuppeditans. Vnde Alma tellus peculiari dicitur epitheto, quod fruges ſuggerat, quibus alimur. Colu. libro 3. cap. 22. Quibus alma tellus annua uice, uelut æterno quodam puerperio læta, mortalibus diſtenta muſto demittit ubera. Simili etiam ratione ξειδώρου ἄρουραν quidam Homero dictam putant, quaſi ξειδώρου, quòd aquorum feracitati uitam debeamus, Plin. tamen lib. 18. cap. 8. ξειδώρου ἄρουραν dictam mauult, quòd zeam ſuppeditet: quod frugis genus, olim ſummo habitum eſt in honore. Cereri quoq; hoc epitheton aſſignauit Verg. lib. 1. Georg. uos ô clariſſima mundi Lumina, labentem cælo qua ducitis annum, Liber, & Alma Ceres. Apud Plautum quoq; in Curc. Paraſitus Heram, hoc eſt, Fortunam (quam nutricem ſuam appellat) Almam nominat. Inuoco (inquit) almam meam nutricem Heram. Accipitur & pro ſancto, ſiue pulchro: unde & Venerem almam appellat Vergil. in Epigram. de Venere & Vino, prodi Venus alma creandæ Seruiat. Item pro tranquillo, ſiue ſereno. Vergil. 5. Aeneid. Præterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit.

Alnus, f. f. Arbor eſt aquoſis locis gaudens, ex qua primùm factæ ſunt lintres: ita dicta, quod amne alatur, κλύζω. Naſcitur enim iuxta fluuios, aquisq; obruta, (ut inquit Vitruuius) non facilè corrumpitur. Vnde & lignum eius ad nauale materiam in primis commendatur. Lucan. Et fluctibus aptior alnus. Hinc fit ut & pro naui quandoq; poni ſolerat. Vergil. 1. Georg. Tunc alnos primùm fluuii ſenſere cauatas. Claud. Qui dubiis auſus committere fluctibus alnum. Scribit Ariſtoteles, Alnos in ſola Creta ſteriles non eſſe. In alnos ſorores Phaëtontis mutatas ait Vergilius.

Alo, lis, lui, litum uel altum, a. t. Significat nutrio, alimentis ſuſtento, τρέφω. Cicero de natura deorum lib. 1. Omnia quæ aluntur, & creſcunt, continent in ſe uim caloris. Idem pro Sexto Roſcio, Anſeribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in capitolio. Transfertur & ad res incorporeas, pro augere & magis facere. Cicero in Catilina, qui ſpem Catilinę mollibus ſententiis aluerunt. Quintilianus, Sed alere facundias, uires augere eloquentiæ. Vergilius, Hos ſucceſſus alit, id eſt, augere facit. Sic etiam dicimus, Honor alit artes: hoc eſt, Auget artes, & ad eas capeſſendas nos incitat. Duo ſunt huius uerbi participia præteriti temporis, Alitus & Altus, quemadmodum & duo ſupina Alitum & Altum. Diomedes tamen Alitum rectius dici putauit, quàm Altum, id quę ambiguitatis uitandæ gratia, apud Ciceronem tamen contrà Altum ſæpius legimus quàm Alitum: ut in Bruto. Videsne igitur, ut in ea ipſa urbe, in qua & nata, & alta ſit eloquentia, quàm ea ſerò prodierit in lucem.

Altor, oris, nerbale, m. t. Qui alit, ſine educat. Cic. libr. 2. de Nara deorum, Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrãtur, ſeminator & ſator & parens, ut ita dicam, atque educator & altor eſt mundus.

Altrix, icis, f. t. Quæ alit. Plin. libr. 10. cap. 64. Altricemq; habere per ſe nitam illam, quæ ſatis, arboribusq; contingat.

Alibilis, le. Quod facultatem habet alendi. Varro de Re ruſt. li. 2. cap. 11. Eſt enim lac omnium rerum, quas cibi cauſa capimus liquentium, maximè alibile.

Alitura, pro nutricatione, ἀγωγή. Gellius lib. 12. ca. 1. Alituram feram, & ſæuam criminatus eſt.

Alimentarius, a, um, Quod ad alimentum pertinet, σιτικός: ut Lex alimentaria, qua filii parentes alere tenebantur.

Alimentum, n. t. Quod datur ad uitæ ſuſtentationem, τροφή. Scribũt Iureconſulti, Alimentis legatis, cibaria, & ueſtitus & habitatio debebitur: quia ſine his ali corpus nõ poteſt. Plinius libro 11. cap. 13. Hoc quidam attingi uetant, ut largi alimento ualida excat ſoboles. Cic. de Vniuerſ. Nec uerò deſyderabat

derabat mundus alimenta corporis.

Alimonia, pen. corr. f. p. Idem quod alimentum, nutrimentū.

Alimonium, nij, n. Idem. Varro libr. 3. cap. 16. Hęc omnia uocant à mellis alimonio, aluos.

Altilis, & in plurali Altilia, a, à penult. correpta, quicquid domi, uel in uillis, uel in uiuariis saginatur, siue sit auis, siue quadrupes, siue piscis: ab alendo, quasi Alitilis: ut, Altilis gallina, quæ alita est. Macrobius Altilem sanguinem dixit, non qui alitur, sed qui alit, τρόφιμος quasi alentem. Plautus in Cist. Dotem altilem, opulentam dixit.

Alumnari, Alere & enutrire, τρέφειν. Apul. libro 8. de Asino, Quos ad tutelæ præsidia curiosè fuerant alumnati.

Alumnus, m. ſ. Dicitur filius uel discipulus, qui ab aliquo, uelut à patre, alitur, siue uictu, siue moribus, siue doctrina, τρόφιμος, Cicero Dolabellæ, Mihi uerò gloriosum, te iuuenē consulem florere laudibus, quasi alumnum disciplinę meę. Plinius lib. 3. cap. 4. Terra omnium rerarum alumna, tadē & parens numine Deūm electa. Curtius lib. 7. Oro, quæsoq; ne humanarum rerum terminos adeūtem alumnum, cōmilitonem uestrum ne dicam regem, deseratis. Nonius putauit tam actiuè, quàm passiuè accipi posse: quo nomine reprehenditurà Valla.

Aloē, aloēs, ἀλόη f. t. Herba amarissimi succi, quæ à quibusdam Sempervivum, marinum appellatur. Iuuen. Plus aloēs quàm mellis habet. Resistit uermibus & putredini, ac uisui utilis est. Gignitur in India & in Arabia, herba odoris grauissimi, foliis pinguibus, & crassis, & in modicam latitudinem se fundentibus, iisq; striatis, & in spinulas retusas desinentibus.

Alógia, ἀλογία, Latinè irrationalitas (ut ita dicam) interpretari potest, quum scilicet quauis in re à rectæ rationis dictamine recedimus. Augustinus ad Casulanum, pro immodico omnium luxu accepit. Attendite (inquit) quemadmodum Dominicæ dici non paruo prandio reficiatur, sed alogia delectetur. Sicut enim animalia ratione carentia ἄλογα dicuntur, quibus similes sunt uentri deditiita immoderatum conuiuium, quo mens (in qua ratio dominatur) ingurgitatione uescendi ac bibendi quodāmodo obruitur, Alogia nuncupatur. Dicitur etiam Alogia, quum principis liberalitate, gratiaq;, necessitas reddendarum rationum cuipiam remittitur.

Aloia, iuxta Plinium dicitur esse animal mulæ, propemodum carens flexura poplitum in anteriorib. cruribus, Ideò inter dormientes non cubat, sed innititur arbori.

Aloīre, es, ἀλοίτη, Herba est uim habens soporificam, quæ alio nomine Mandragora dicitur.

Alopecia, f. b. ἀλωπεκία, Morbus in capite humano, & barba, ex uitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum. Dicta à uulpe, quàm Græci uocant, ἀλώπεκα: quod ea crebrò id genus morbi patiatur. Plinius, Lingua herba est, quæ circa fontes nascitur, cuius radix combusta, & trita, alopecias emendat. Est & Alopecia Straboni lib. 11. Insula Mottidis paludis, ante ostia Tanaidis, Mygdorum domicilium.

Alopecus, qui alopecia laborat.

Alopecias, Piscis marini genus, apud Plinium lib. 32. ca. 11.

Alopecides, ἀλωπεκίδης, Canum genus, ex cane & uulpe prognatum. Pollux.

Alopecurus, f. ſ. ἀλωπέκουρος. penultima producta & fœm. gen. Herba est, spicam habēs mollem & lanuginem densam non dissimilis uulpium caudis: unde & nomen habet. Vide Plinium lib. 20. cap. 17.

Aloschorodon, Capparis.

Alosæ, f. p. τρίγωνα, Pisces sunt sic dicti à Gallis & Campanis, quos Hispani Saualos, Hetrusci autem & Veneti, uetere seruato nomine Culpeas appellant. Apud Aristotelem uerò, Strabonem, Aelianum, Oppianum, & Athæneum Trissas legere est, quam uocem Alosam interpretatur Gaza. Ausonius in Mosella, Stridentesq; focis obsonia plebis alosas.

Alpha, ἄλφα, Nomen primæ Græcorum literæ. Vnde pro principe, capite, & antesignano accipitur. Martial. li. 2. Non ipse Codrus alpha penulatorum. Et libr. 5. Quòd alpha dixi Codre penulatorum: Vbi uidetur significare, Codrum fuisse primū penulatorū: hoc est, inter plebeios & pauperes primum tenuisse locum.

Alphita, f. p. est primum granum maturum & altissimum in spica, dicitur etiam farina hordei, uel pollenta.

Alphos, m. ſ. ἄλφος, Species est nitiliginis, corporis superficiem maculis albis, iisq; subasperis, & non continuis, quæ guttis quibusdam aspergens: differq; ab ea specie, quam μέλανα, hoc est, nigram nitiliginem uocat Celsus, solo colore, A Lence uerò distinguitur, quòd hæc plus habeat albedinis, altiusq; descendat, adeò ut & carnem contingat, ac pilos coloret. Alphi autem minus albescunt, solamq; contingunt cutem. Vide Celsum ad finem lib. 5.

Alpina, quod hic pro arboris nomine perperam erat in fartum, uide in dictione Laburnum.

Alsine, nes, ἀλσίνη, Herba est quam muris auriculam uocāt Itali, Galli Mouronem quòd hortorum muris peculiariter delectetur. Vide Plin. lib. 26. cap. 4.

Alsiosi, m. ſ. Dicuntur qui sunt naturæ frigentis, quique à frigore læduntur, ῥιγώντες. Plin. Abrotonum, & Adonium alsiosa esse memorantur. Varro, Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus, si spectat quod est alsiosum.

Altanus, m. ſ. pen. prod. Genus uenti, siue flatus, è terra cōsurgentis. Plin. lib. 2. cap. 43. Nanq; & è fluminibus, & è niuibus, & è mari etiam tranquillo uidemus & alios uētos, quos uocant Altanos, è terra cōsurgere: qui quidem quum è mari redeunt, Tropæi uocantur: si pergunt, Apogæi.

Altare, n. t. Ab altitudine dictū est. Nam antiqui in ædificiis à terra elevatis sacra faciebant diis superis, in terra diis terrestribus: in effossa, diis infernalibus, βωμός Plin. lib. 15. capite 30. Vt nē propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria arāq; debeant. Altare superis tantùm consecratum erat; Ara tàm superis quàm inferis.

Alte, uide Altus.

Altea, Lege Althæa.

Alter, altera, alterum, genitiuus alterius, penul. corr. Græcè ἕτερος, & ὁ δ'ἕτερος. Et de uno ex duob. dicitur: ut Annibal in transitu Alpium amisit alterum oculum. Siue de una duarum partium. Cic. Duplices similitudines esse debent, unæ rerū, alteræ uerborū. Vergil. 2. Eclog. Aurea mala decem misi cras altera mittam. Alius, uerò ἄλλος de pluribus dicitur: ut, Alii uirtutem præponunt, alii uoluptatem, alii indolentiam. Interdum tamen Alius de duobus dicitur, & tunc idem ferè significat, quod diuersus. Alia est facies mea, alia tua. Item Alter ponitur pro secundo è duobus, pluribusue: ut, Altero mēse repudiaui uxorem: &, Hic est alter annus belli Punici: id est, secundus à Belli Punici origine. Cic. de Senectut. Nec nunc quidem adolescentis uires desydero. Is enim erat alter locus de uitiis senectutis. Plin. libro 15. Tabulas plureis pinxit, è quibus unam in foro: alteram in comitiis, duas in Pompeii porticibus uidemus. Aliquando pro aduerso, (auctore Festo) & non bono, ut in Auguriis, Altera appellatur auis, quæ utiq; prospera non est. Vnus, aut alter, idem ualet quod Vnus, aut duo. Cic. pro Clu. Quum is unum iam & alterum diem desyderaretur. Item Attic. Vt factum Dolabellæ laudarem, adductus sum tuis unis & alteris literis. Terentius in Andria. Postquam amans accessit unus, & item alter, pretiū pollicens. Quē tamen in locū Donatus annotauit, Alterū de tribus dici qđ totidem esset Chrysidis amatores. Alter ego elegans locutio, pro homine mihi charissimo arctissimaq; necessitudine deuincto. Cic. Att. li. 2. Me ipsum accuso, deinde te, quasi alterum me. Idem lib. 1. Epist. Fami. Quem si reliquissem, dicerent iniqui, non me planè post annum ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Olim per primam & secundam nominum inflexionē declinabatur, sicut Niger, a, um, Vnde apud Terentium in Heaut. legitur datiuus Alteræ. Hoc ipsum (inquit) alteræ dū narrat, fortè audiui.

Alter, têris, pen. prod. ἀλτὴς & genere masculino, Significat massam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnasiis utebantur. Mart. lib. 14. Quid pereunt stulto fortes altêre lacerti? Exercet melius uinea fossa uiros. Dictus alter est ab ἅλλομαι, quod est sallo, Nam massulis huiusmodi, plumbeis utraq; manu se librabant, qui saltu se exercebant.

Alterà, Antiqui dicebant pro aliàs. Festus.

Altercor, caris, d. p. Significat mutuò iurgia iactare criminari, & clamosè inficiari, & aduersam partē tueri, διαδικάζεσθαι, Cæsar Bell. ciu. 3. Qua ex frequentia T. Labienus prodiit, summissa oratione loqui de pace, atq; altercari cum Vatinio incipit. Dicitur & Altercor Terent. in Andr. Scio, cum patre tuo altercasti dudum.

Altercatio, Concertatio, contentio, qualis erat inter actorem, & reum, quando non perpetua oratione, sed interciſis iurgiis sese mutò impetebant, διαδικασία. Liuius, Altercatio inde, non sermo fuit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Altercator,oris, Qui altercatione utitur, non perpetua oratione. Quintil.lib.6.cap.4.Bonus altercator uitio iracundiæ creat.Idem, Nuc turbidus, & clamosis fit altercator.

Alrercum,n.f.siue Altercangenum, Apud Arabes herba est, quæ à Græcis ὑοσκύαμος, id est, Faba porcina: à Latinis Appollinaris appellatur.Plin.lib.25,cap.4.

Alternatim, aduerbium, Significat per uices, ἀμοιβαίως. Quadrig.Annal.libr.3. Item gaudium, atq; ægritudinem alternatim sequi.Nonius.

Alternè, aduerbium, à nomine Alternus, Id est, alternatim seu alternis uicibus.Plin.lib.11.cap.37.Supercilia homini & pariter & alternè mobilia.

Alternus, adiectiuum, à nomine Alter. Quod fit alternatim seu Alternis uicibus.Cic.de Orat.Pedes aut Heroos, aut Choreos, aut alternos esse oportet .Vergil. Eclog.7. Alternis igitur contendere uersibus ambo Cœpere. Alternis diebus, ἡμέραν παρ' ἡμέραν.

Alternis, aduerbium significat Vicissim, Nunc unum nũc aliud, παραλλὰξ, ἡμέρα. Vergil , Eclog.3. Alternis dicetis , amant alterna Camœnæ.

Alterno, nas, nare, actiuum, Vicissim alterum duorum ponere. ἀμοίβειν, ἐναλλάττειν, παραπάττειν, ἐναμφωτερίζειν. Columel.libr.5.cap.5. Dabimus operam in ordinibus disponendis, ut pari ordine uernaculas & Atinias alternemus. Hinc Alternatio, per uicem successio.

Altero, as, pen.cor.Vario, & quasi alterum facio, ἑτερόω. Ouidius in Fast.Ille suam faciem transformat & alterat alter.

Alteratio, ἑτέρωσις, quam Philosophi definiunt esse progressionem ab una qualitate in alteram.

Alterplex, A ueteribus pro duplici positũ inuenitur.Fest.

Alteriam, pro Alterutra ueteres posuerunt.Festus.

Altĕrŭtĕr, Quiuis è duobus, siue alter ex duobus, ἑκάτερος ὁ ποτεροῦν. Cic.in Verrem, Video necesse esse alterutrũ . Cæl. Cic. Pompeius dicitur ualdè pro Appio laborare, ut etiam putent alterutrum de filiis ad te missurum.

Altĕrŭtrinquĕ, aduerbium, Videtur significare ab alterutra parte.Plinius libro decimo, capite 7 . Eadem in causa alterutrinque modus est.

Althæa, ἀλθαία f.p. Suidæ, Alterum è maluarum generibus est, syluestre scilicet: cui grande folium, & radices candidæ. Verg. Hibiscum, uulgus autem Seplasiorum Bismaluam uocat. Dicitur autem ἀλθαία ab ἀλθαίνειν, id est Mederi, quasi medicam dixeris . Est & Althæa proprium Meleagri matris nomen: quæ ut fratrum suorum cædem ulciscereturà Meleagro filio suo perpetratam, fatalem illius stipitem igni imposuit, filiumq; unà cum illo exussit . Vide infrà in dictione Meleager.

Altrimeter, m. f.à Geometris nocatur instrumentum quo metiuntur alta.

Altrisonus, a,um, ὑψηχής, Quod ex alto sonat, poëticum est. Cic.3.Tusc. Septum altisono carmine templum.Idem 1.de Diuin.Hic Iouis altisoni subitò priuata satelles, &c.

Altrĭtonās, pen.cor.m. f. ὑψιβρεμέτης. Qui ex alto tonat, Cic. de Diuin. Nam pater altitonans stellãuti nixus Olympo.

Altiuŏlāns, pen.cor. Qui altum uolat, ὑψιπέτης. Cic.2.de Diuin. at Romulus pulcher in alto Quærit Auentino, seruat genus altiuolantum.

Altiuolus, a,um Idem Plin.lib.10.cap.19. Sunt ferè omnes altiuolæ, præter nocturnas.

Altor, oris, & Altrix, Vide Alo.

Altrinsĕcŭs, ἑτεροῖος, pen. corr. aduerbium ab Alter formatum, significat ab altera, uel ab utraui parte. Lactant. lib. de Opificio, Aureis duas, quarũ duplicitas, incredibile est quãtam pulchritudinem præ se ferat, quòd tum pars utraq; similitudine ornata est, tum ut uenientes altrinsecus uoces facilius colligantur. Item significat iuxta alteram partem Plau. in Pseud. Assiste altrinsecus, atq; oncra hũc maledictis. Idem in Rud. In ensiculo mei nomẽ patris, post altrinsecus est securicula, item aurea literata . Quandoq; in altiore parte Appul. lib.3. Tectum scandulare conscendit, quod altrinsecus ædium patore perflabili nudatum, ad omnes orientales cæteras q; aspectus peruium. Et lib.5. Altrinsecus ædium horrea sublimi fabrica perfectè magnis congesta gazis cõspicit.

Altrouersum , aduerbium antiquum ex Alter, & Versus in, uel uersus alterã partem, ἑτέρωσε. Plautus in Casinar . Verum autem altrouersum, quum eam mecum rationem puto, eius esset mecum postulatio.

Altus, ta, tum, quum est nomen, significat idem quod Sublimis, aut editus, ὑψηλός. Interdum etiam idem quod profundus, βαθὺς, ut quum puteum altum, aut mare altum dicimus. Quia etiam Altum ponitur pro ipso cælo. Verg.4.Aeneid. Hæc ait, & Maia genitum demittit ab alto. Et pro ipso mari profundiore, & à terris remoto. Idem 1.Aeneid. Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Sallust. Et piscatoria scapha in altum nauigat. Per translationem quoq; ponitur pro excellenti, glorioso. Ver.3.Aeneid. Te sine nil altum mens inchoat . Et pro magno. Idem 10.Aeneid. Sic pater ille Deũm faciat, sic altus Apollo . Transfertur & ad incorporea, pro recondito, seu profundo. Idem 9. Aenei. quid me alta silentia cogis Rumpere ? Idem 1. Aen. manet alta mente repostum Iudicium Paridis.

Altè, aduerbium qualitatis, modò Excelsè ὑψηλῶς: modò profundè, βαθὺ, significans, Verg.6.Aeneid. Ergo altè uestiga oculis. Liuius 1.ab Vrb.Ferrum haud altè in corpus descendit.

Altius, comparatiuum. Cic.2.de Diuin. Quum terra araretur, & sulcus altius esset impressus.

Altitudo, ἐκ ὕψος, Propriè est rei alicuius sublimitas: ut, Altitudo turris. Dicitur etiam altitudo fluminis, uel maris, quæ est profunditas, βαθύτης. Plin.lib.10.cap.33.Merops nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine. Cic.7.Verr. Totum opus est ex saxo in mirandam altitudinem depresso.

Alueus, pen.cor. Propriè dicitur fossa, per quam fluuius defluit. Vergil. Assuetæ ripis uolucres, & fluminis alueo. Ad huius similitudinem etiam uas quoddam amplum in balneis hoc nomine appellatur. Cic. pro Cælio, Ex quibus requirã quomodo latuerint, alueusne ille, an equ⁹ Troianus fuerit. Item tabula lusoria ad aleam & latrunculorum ludum accommodata, Alueus dicitur, Græcè λύβος. Plinius M. Messala Consul, pridie calen. Octobr . diem natalis sui egit: transtulit alueum cum tesseris lusorium, è gemmis duabus latũ pedes tres .

Alueolus, m.f.& Alueolum, n.f. diminutiua sunt eiusdem significationis. Cic.de Finibus, Aut alueolum poscere, aut quęrere quempiam ludum. Col.lib.8.ca.5. Totum ouorum numerum in alueolum ligneum conferat. Est etiam Alueolus, teste Varrone, cauata cortex, uel uiminum uasculum, in quo quid propter concauitatem reponitur, κυψέλη. Hieron.ad Demet. Habeto lanam semper in manibus, uel stamis pollice fila deducito, uel ad torquenda subtegmina in alueolis fusi uertantur. Sed & receptaculum, in quo apes mellificãt, Alueus dicitur, à mellis alimonia, ut Varro existimat. Plin.libr.11. Alueos ex cornu spectatos esse, id est apum aluearia. In hac significatione etiam Aluus dicitur. Varro de Re rust. Si ex aluo minus frequenter exeunt. Aliquando, p. naui, siue pro ipsius nauigii receptaculo, ut apud Propertium, Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina? Portabat sanctos alueus ille uiros. Liuius li.21. Alueos informes raptim faciebant, id est, nauiculas. Declinatur & hoc Alueum. Festus, Naustibulum alueum est, ad naues similitudinem factum .

Alucarium, rii, n.f. quod & Alueare, & per apocopen Alucar. Locus uel copia ipsa alucorum, ἀμᾶνος, κυψέλη. Varro libro 3. de Re rust. Quæ maceriæ ad uillam uenationis causa claudantur, & propter aluearia. Columella libro nono capite undecimo, Quum uetus alueare numero apum destituitur . Idẽ libro nono capite octauo, Earum frequentiam apertis aluearibus consyderemus .

Alucatus, a,um. adiectiuum, In aluei modum cauatus . Cato cap.43. Sulcos, si locus aquosus erit, alucatos esse oportet.

Alueo, ἰλίσσει, nocturna auis, gallinaceo maior.

Alueolatus, a,um. Virru.lib.3.cap.3. Si enim ad libellam dirigetur, alueolatus oculo uidebitur .

Aluini, Vide Aluus.

Alum, Authore Plinio lib.27.cap.6. Herbæ species est, σύμφυτον πετραῖον, quæ in petris præcipuè nascitur , similis cunilæ bubulæ, foliis paruis, ramis tribus aut quatuor à radice, cacuminibus thymi surculosum, odoratum, gustu dulce, radice longa & rutila. Ruellius Buglum uulgo credit uocari.

Alumen, penult. product. n.t. Salsugo terræ, ad crystalli colorem accedens, quam Græci ἀπὸ τῆς σύφεως, hoc est ab adstringendo, στυπτηρίαν uocauerunt . Tria huius enumerantur genera, liquidum , rotundum , & scissile. Liquidum natura primum est: nam ex eo duæ reliquæ species concrescunt. Verùm hoc rarissimum est, quemadmodum & scissile.

Alumen

Inuenitur tamen in Aegypto, lacti persimile. Alumen rotundum, & globosum est, non tamen absolutè sphærieum (habet enim plurimos angulos) sed ad rotundam figuram nonnihil accedens. Huius hodie maxima ad nos aduehitur copia. Tertium genus aluminis est, quod Græci ψιλὸν, hoc est sciſſile uocant, eo quòd molle sit, & friabile in minimas partes. Hoc quoq; rariſſimum est. Nam quod Seplasiarii pro eo supponunt, quodque hodie Galli sua lingua uocant Alũ de plume, Amiantus lapis est. Vide Plin. libr. 35. cap. 15. & ea, quæ infra annotauimus in dictione Amiantus. Dictum putatur à Lumine, quòd lumen coloribus ringendis præster.

Aluminatus, ta, tum: ut, Aqua aluminata, quæ transit per uenas aluminis, apud Plin. libr. 31. cap. 6. Aluminosus, idem.

Alumnus, Alumnari, Vide Alo.

Alus, symphitum petræum. Dioscorides.

Aluſiæ, specus sacer in Thalamo Thuriæ montis, ab Alluſio proximo amne cognominatus, ut scribit Lycius Ianus Parrhasius in Claudianum.

Alua, farina & scalmatis folia siue scamatis odores, suffumigandis odoribus idonea.

Aluus, sicci excrementi receptaculum.

Alura, pen. prod. Pellis mollior, & ad calceos, & ad cætera opera facienda concinnata, κάρβασα. Cæs. Bel. Gallici 5. Pelles pro uelis, alutæque tenuiter confectæ. Sumitur etiam quandoq; pro sacco, seu marsupio. Iuuenal. Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ.

Alutamen, n. t. & Alutamentum, A ueteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum.

Alutarius, Coriarius, hoc est, pellium & coriorum concinnator. Plaut. Hic alutarius cerdo. Propriè tamen alutarii tenuiorum pellium dicuntur: Coriarii crassiorum.

Alutatio quid sit, docet his uerbis Plinius lib. 33. cap. 4. Aurum qui quærunt, ante omnia segullum tollunt: ita uocatur indicium. Alueus, ubi id est, arenæque lauantur: atq; ex eo qd resedit, coniectura capitur, ut inueniatur aliquando in summa tellure protinus, summa felicitate. Alutationem uocãt, si & auro ea tellus subest. Vide in hunc locum Hermolaum Barbarum.

Aluus, ueia, ab alluendo. Propriè dicitur, quà sordes effluunt, siue eluuntur. Plin. lib. 20. Pepones qui uocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum. Quandoq; capitur pro uentre qui apparet. Colum. libr. 8. Nisi obesam ingluuie, atq; distentam in pabulis aluum demerserit, & refrigerauerit. Item Aluus, ubi apes mellificant, qui & alueus. Varro, Si ex aluo minus frequentes exeunt. Interdum uas cauatum, ubi quid reponitur. Olim erat tam masculinum quàm femininum, hodie tantùm fœminini generis. Vergil. In latus, inque ferit curuam compagibus aluum. Accius in Annalibus teste Nonio, in masculino genere posuit, Aluus quàm frigidissimus.

Aluini, m. s. dicti sunt lyenterici, κοιλιακοὶ à Græcis dicti quòd aluo languescunt. Plin. lib. 21. cap. 27. Vinca peruinca, aluinis imposita, multùm prodesse dicitur.

Alypon, ἄλυπον Dioscoridi. Est herba subrubra, latis festucis, foliis minutis, flore nigro, radice betæ non absimili.

Alyſſon, ἄλυσσον Dioscoridi. Frutex est caule tantùm & foliis minoribus à rubia distans: ut tradit Plinius libro 24. capite undecimo. Nomen habet ab eo, quod solo conspectu rabiem curare credatur. Quidam eandem putant esse cum ea quam hodie Rubiam minorem nocamus, alii eam esse malunt, quæ Cannabis agrestis dicitur.

A M

Am, Præpositio Græca, quæ, nisi apud uetustissimos, extra compositionẽ nõ reperitur, significatq; circum. Cato separauit, quum dixit, Am terminum. Verùm quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, i, u, interponitur b euphoniæ causa: ut, Ambages, Ambio, Ambesus, Ambigo, Amburgium, Ambarualis, Ambustus. Si uerò c, h, f, q, mutatur in n: ut, Anciſus, Anhelo, Anfractus, Anquiro: Cum p, remanet integra: ut, Ampluro. In notis antiquorum. AM. amicus. AM. N. amicus noster. AM, P. amabilis persona. AMS. amicus. AVR. aurum uel Aurelius. AMN. amantissimus. AM. NT. AMN. amicus noster amantissimus. AMPHTR. amphiteatrum.

Ama, f. p. anis nocturna, quæ & strix, eadem fortè quæ uesperilio. Ama etiam dicitur uas, ad fundendum uinum accommodum. (Amo.

Amabilis, Amabilitas, Amabiliter, Amabo, Vide Amo.

Amadryades, Vide Hamadryades.

Amando, das, a. p. Aliò mando, siue aliò deputo, ablego, alii quò mitto, ut à nobis amoueamus, ἀποσκευάζομαι, ἀποπέμπω ἀποδιοπομπεύομαι. Cic. pro Ro. Amandauerat hunc sic, ut esset in agro ac tantummodo aleretur ad uillam, ut commodis omnibus careret.

Amandæus, a, um. Gellius libro duodecimo capite 1. Neque multò minor amandati ad nutricem aliam filii, quàm morte amissi obliuio est.

Amandatio, onis, Cicero pro Roscio, Tamen ne hæc attenta uita & rusticana, relegatio atq; amandatio appellabitur?

Amans, Amanter, Vide Amo.

Amantilla, herbæ nomen.

Amanuenſes, m. t. Dicti sunt serui, quorum opera & manu in scribendo perinde ac scribarum utimur. Hi & Amanu, dicuntur. ὑπογραφῆς.

Amaracinum n. s. ἀμαράκινον, pẽ. cor. siue sampsuchinum, σαμψύχινον, Oleum seu unguentum, quod fit ex amaraco, ad ex calefaciendos, emolliendosq; neruos, ut Plin. scribit libr. 21. Lucretius, postesq; superbos Vngit amaracino, & foribus mi ser oscula figit. Et iterum, Sicut amaracini blandum fractęq; liquorem. Huius unguenti nobilissimus odor locum fecit prouerbio, Nihil cum amaracino sui: quod Aulus Gellius, extremo lucubrationum suarum capite eleganter torquet in quosdam ingenio pinguiore homines, & à Musarum sacris alienos, qui elegantiores literas, quas non assequuntur, miro supercilio contemnunt.

Amaranthus, m. s. ἀμάραντος, Herba est spicam uerius habens, quàm florem, eamq; purpureàm, ab immortalitate nomen trahens: unde, Immortales amaranthi, nunquam enim marcescit. Eitq; ab ἀ priuatiua particula, & μαραίνομαι ficcor, tabesio. Plin. lib. 21. cap. 8. Amarantho non dubiè uincimur. Galli Passeuelutum uocant.

Amaríce, Gallicè Bruyerre, frutex ille exiguus esse creditur qui Erice & Tamarice, & Myrice uocatur. (dicitur.

Amarillus, arboris est proprium, cuius fructus Amarillum

Amarus, a, um, πίκρος. Quod contrarium est dulci. Vergilius 1. Eclog. Et salices carpetis amaras. Plinius, Esse debet gustu amarum. Translatè pro aspero. Vergil. 11. Aene. Hostis amare quid increpitas? Ci. Att. Amariorẽ me fecit senectꝰ.

Amarescere, n. t. Amarum fieri, πικραίνομαι. Palladius, Amygdalus, si rodatur, amarescit.

Amarico, cas, pen. corr. a. p. Amarum, id est, asperſum facio, & quasi exacerbo, πικραίνω. Augustinus, Ipsi Amaricauerũt Deum, qui peccando in eam ægritudinem deuenerunt.

Amarities, ei, f. q. Idem quod amaror: & per translationem accipitur pro solicitudine & dolore. Catul. Multa satis lusi, nõ est dea nescia nostri, Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

Amaritudo, f. t. & Amaror, pro eodem accipiuntur: nam significant insuauitatẽ & asperitatẽ illam, quam Græci πικρίαν: quum scilicet lingua adeò detergitur, ut etiam exasperetur. Huiusmodi enim sapores amaros uocari docet Plat. in Tim. & post eum Gal. libr. primo, de Facult. Simpl. medicã Verg. Geor. 2ꝰ. At sapor indicium faciet manifestus: & ora

Tristia tentatum sensu torquebit amaror.

Per translationem quoq; ponuntur pro dolore & solicitudine, ut suprà docuimꝰ in dictione Amarities. Plin. l. 11. ca. 37. Ideò tantã habent amaritudinẽ, ut à canib. nõ attingantur.

Amarulentus, Valde amarus, πικρὸς: ut, Succus amarulentus. Per metaphoram ponitur pro animi dolore in inuidiam, aut maleuolentiam exacerbato. Gellius Amarulentus libru maledicentissimum conscripsit.

Amasſo, pro Amauero, scripsit Laberius & Plautus in Mil.

Amasius, ἐρώμενος uel **Amasia, ἐρωμένη,** Qui uel quæ amat uel amatur. Gell. lib. 19. cap. 9. Audite ac discite, nostros quoq; antiquiores poetas, amasios ac uenerios fuisse.

Amatio, Amator, Amatorius, Vide Amo.

Amauroſis, ἀμαύρωσις, Latinè dicitur oculorum obscuritas, quum sine ullo euidenti uitio, & citra dolorem, uisus obscuratur: qd solet cõtingere ex obstructione nerui uisui.

Ambactus, m. f. Circumactus, circumductus, περιηγμένος, Ambacti præterea Gallorum lingua serui dicuntur, uel clientes. Cæsar lib. 6. Eorum ut quisq; est genere copiisq; amplissimus, ita plurimos circum se ambactos, clientesq; habet.

Ambagẽs, pen. prod. f. t. Significat uerborum circuitus, περιφορὰ. Verg. lib. 2. Georg. non hic te carmine ficto, Atq; per ambages & longa exorsa tenebo.

Ambagiosus,

Ambagiosus, sa, sum. Quod abundat ambagibus, περίλογος. Gell. Neq; præcepta dicunt, sed lubrica atq; ambagiosa coniectatione nitentes inter falsa & uera.

Ambarualis hostia, omnis, tertiæ, ab ambiĕdis aruis dicta, uictimæ genus erat quotannis pro frugibus scrificari solitũ. Solebant enim huiusmodi hostiis, antequam cæderentur, arua lustrari. Verg. Terq; nouas circum felix eat hostia fruges. Festus tamen ab Ambo, uidetur compositionem deducere, dicens, Ambaruales hostiæ appellabantur, quæ pro aruis à duobus fratribus sacrificabantur. Huic autem sacrificio præfecti erant sacerdotes numero XII. à Romulo primũ instituti, quos Fratres Aruales uocabant, de quibus latius suo loco.

Ambarum, Odoramenti genus est, quod ab Aetio, recentioribusq; Græcis ἄμβαρ appellatur, quod teste Ruellio lib. 1. cap. 27. uulgò Ambra gryfea uocatur.

Ambasiatores, pro Legatis uulgò dicuntur.

Ambedo, ambedis, ambedi, ambedere, ex Am, et Edo, id est circumedere, περιτρώγειν. Plaut. Merc. Dicit capram, quam dederam seruandam sibi, Suæ uxoris dotem ambediſſe: oppidò mihi Illud uideri mirum, ut una illæc capra Vxoris simiæ dotem ambederit.

Ambesus, a, um, Circumquaq; esus, περιτρωγάς. Vergil. 3. Aeneid. Quàm uos dira fames, nostræq; iniuria cædis Ambesas subigat malis absumere mensas. Legitur & Ambest, tertia persona ab Ambedo, quemadmodum Est ab Edo. Reliqua tempora & personæ regulariter per tertiam uerborum declinationem inflectuntur.

Ambegni, à ueteribus bos & uerues appellabantur, quum ad eorum utraque latera agni in sacrificium deducebantur. Festus.

Ambidentes, f. t. Quæ dicta à ueteribus inueniũtur, quæ in utraq; mandibula habeant dentes. Hæc & bidentes dicũtur. Author Festus.

Ambidexter, m. ἀμφιδέξιος, ἀμφοτεροδέξιος, dicitur, qui leua manu utitur, ut dextrâ.

Ambigna, f. pecies batur ouis, quæ cum geminos pareret, cum ipsis sacrificabatur.

Ambigo, gis, pen. corr. a. t. ex am & ago, propriè significat circumago, circundo, περιάγω. Auguſt. Quibus m ris ambigere. Vnde Ambactus, & Ambages. Item Ambigere, est dubitare, ἀμφιβάλλειν, ἀπορεῖν. Cic. in Orat. Quum de uero ambigetur. Vnde Ambiguum. Item discordem esse, litigare ἀμφισβητεῖν. Terẽ. in Heaut. Simo & Crito, uicini nostri, hic ambigunt de finibus: me accepere arbitrum.

Ambigitur, impersõn. Cic. 3. Verr. Si de hæreditate ambigitur.

Ambiguus, a, um, Dubium, quod in ambas agi partes animo potest, ἀμφίβολον. Licet de pluribus intelligi quandoq; possit. Li. 1. ad Heren. Ex ambiguo controuersia nascitur, quum scriptum duas sententias aut plureis significat, hoc modo: Tullius meus hæres Terentiæ uxori XI. pondo uasorũ argenteorum dato, quæ uolet. Post mortem eius pretiosa uasa, & cælata magnificè petit mulier. Filiꝰ se, quæ ipse uellet, in triginta pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima exambiguo. Habet etiam Ambiguus nonnunquam genitiuum quemadmodum & Dubius. Cornelius Tacit. lib. 2. Tiberiũ anceps cura distrahere, ui ne militũ seruũ coërceret, an inanem crudelitatem tempore uanescere sineret, ambiguus pudoris, ac metus reputabat.

Ambiguitas, f. t. Dicitur, quum de re aliqua ambigitur, ἀμφιβολία. Cic. de Inuent. 1. Sed nobis ambiguitate nominis uidentur errare.

Ambiguitas nominis est, quod Acquiuocationem uocamus.

Ambiguè, aduerbium, Dubiè ἀμφιβόλως. Cicer. 4. Academ. Siquid ambiguè dictum sit.

Ambilæuus, m. f. Verinq; sinister Aristoph.

Ambio, bis, ambiui, uel ambii, ambitum, a. q. pen. prod. ex Am & Eo, is, permutatione e in i, & b interposita, Significat propriè undiq; cingo, circumeo, cõcludo, κυκλόω, περιβάλλω. Verg. 6. Aeneid. Quæ rapidus flammis ambit torrẽtibus amnis. Iulius Firmicus, Pompeii post totot triumphos ad Nili fluminis ripam ceruices inuictas, & regias, & quas toties purpura triumphalis ambierat. Per translationem uerò Ambire ponitur pro blandiri, interpellare, παραψίθυρον, circumuenire, μετιέναι. Vergilius libro 4. quo nunc reginam ambire furentem Audiat affatu. Quoniam uerò Romani, dum honores & magistratus quærerent, circumire singulos solebant, prensare dextras, rogareq; ut se suffragiis adiuuarent factũ est, ut Ambire capiatur pro honores quærere, σπουδάζειν, φιλοτιμεῖσθαι. Cic. 11. Phil. Quod si comitia placet in senatu habere, petamus, ambiamus, tabula modo noua detur nobis, sicut populo data est. Interdum etiam significat simpliciter deierare, μυκτύειν Hieronym. ad Damasum, Nihil aliud ambiant, quàm ut authoritate communionis nostræ fulti, treis hypostaseis cũ antiquo sensu prædicent. Auguſt. lib. 8. Confeſ. Quæso te, omnibus illis laboribus nostris quò ambimus peruenire? quid quærimus?

Ambitio, f. t. Circuitio περίοδος. Ambr. Sinus in quo Christus requieſcit, non corporis gremio præparatur, nec uestimentorum ambitione componitur, sed uiri tutũ operatione colligitur. Sumitur & pro rerum magnarum, honorum, & imperiorum scilicet immoderata cupiditate. Cic. 2. Tuscul. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorũ loquar? Idem 1. Offic. Miserrima est omnino ambitio, honorumq; contentio, φιλοτιμίαν Græci appellant.

Ambitioſus, Qui immoderatè appetit honores, φιλότιμος Cicer. in Salluſt. Si fortè fui in honoribus petendis nimis ambitioſus. Idẽ p Flacco, Qui ita ambitioſus est, ut nos omnes quotidie perſalutet. Dicitur etiam Ambitioſus, qui habitu, sermone, uultu, denique modis omnibus misericordiam captat. Quintil. lib. 1. Non sum ambitioſus in malis, nec lachrymarum causas augere uolo: utinam esset ratio minuendi. Ouid. lib. 3. de Ponto, Sed tamen hoc factis adiunge prioribus unum, Pro nostris ut sis ambitioſa malis.

Ambitus, ta, tum, pen. prod. participium Circũdatus, κυκλούμενος. Oui 1. Meta. Iuſsit & ambitæ circundare littora terræ

Ambitus, bitus, pen. cor. nomen, m q. Propriè circuitus, περίβολος. Cic. de Vniuerſ. Quum se octo ambitus, cõfectis suis curſibus, ad idem caput retulerint. Ambitus ædium dicebatur locus inter ædificia relictus, pedum duorum & dimidiati, ab ambiendo dictus, quòd domum ambiret, uel quòd per eum domus posset circunquaq; ambiri. Cic. in Top. Q. Scæuola id esse solũ ambitus ædium dixit, quantum communis parietis tegendi causa tectum proiiceretur. Et quoniam qui honores petebãt, si irirent, aut meritis diffiderẽt, tribus circumire solebant, easq; aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factum est, ut Ambitus ponatur p crimine honoris malis artibus affectati, quod seueriſſimis apud Romanos legibus coërcebatur. Cic. 2. de Orat. Rarò illud datur, ut possis liberalitatem ac beniginitatem ab ambitu atq; largitione seiungere. Idem ad Q. Fratrem, Senatusconsultũ factum est de ambitu, in Afranii sententiam. Capitur interdum pro captatione misericordiæ, quum habitu, uultu, gestu, & oratione, præsentium commiserationẽ aucupamur, Quintil: Si iuuenis innocentiſſimus, iudices, uti uellet ambitu triſtiſſimę calamitatis, poterat allegare uobis amiſſam in oculis omnium cogitationum temeritatem, id est miseri cordiam captare, ex commemoratione malorum. Est item Ambitus, prolixior uerborum circuitus, ex colis, hoc est membris, & comatibus constans: Græci περίοδον uocant. Cicero de Clar. Orat. Comprehensio, & ambitus ille uerborum, si fic, Periodon appellari placet. Idem in Orat. Arguti, certiq;, & circunscripti uerborum ambitus.

Amblothridion, ἀμβλωθρίδιον. Pharmacum abortum faciens.

Ambo, m. & n. f. fœm. est ambæ arum. p Ex Græco ἄμφω uidetur deductũ, & nõ dicitur nisi de duob. quæ præcesserint: ut, Plato & Aristoteles, ambo philosophi. Terentius in prol. And. Qui utramuis rectè norit, ambas nouerit. Vel cum hac dictione Duo: ut, Vidi duos homines ambos mihi amicos. Vel quum de his loquimur, quæ tantumodò sunt duo: ut, Perdidi ambos oculos, & ambas manus.

Ambrices, pen. corr. Sunt tegulæ quæ transuersæ asseribus & tegulis interponuntur, ut inquit Festus. Vbi per asseres cæterios etiam intelligimus. Imbrices uerò tegulæ, quibus incuruis domus tegitur.

Ambrosia ἀμβροσία Latinè immortalitas dicitur, ab ἀ, priuatiua, & βροτὸς mortalis: uel quia mortales etiam non comedunt, uel quia qui comederent, efficerentur immortales: sed μ, interponitur ad Euphoniam. Fabulæ ferunt esse deorum cibum, nectarq; potionem. Ex quo illud Martialis, Iupiter ambrosia satur est, & nectare uiuit. Cic. libro primo, Tusc. quæst. Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut Iuuentute pocula ministrante, lætari arbitror. Dioscorides

Ambrosia. Nectar.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ambrosiá scribit Romanis uocari Caprũ syluaticũ, aliis Botryn, aliis Apium rusticũ. Plin. herbá esse scribit odore nõ iucundo, uagi nominis, & circa uarias herbas fluctuantem.

Ambrosius, sia, sium, adiectiuum. Pro immortali, diuino, odorifero, fragranti. Vergil. 1. Aene. Ambrosiæq; comæ diuinum uertice odorem Spirauere.

Ambrum, gemma est nigri coloris.

Ambũbāiæ, Sunt (Porphyrione authore) mulieres uagæ ac uiles, quibus nomen ab ebrietate balbutientiũ uerborũ uidetur esse inditum. Nonnulli Ambubaias, tibicinas Syriaca lingua putant dici. Horatius, Ambubaiarum collegia, &c

Ambubeia, Herba est, quam alii Ambugiam, alii Intubum agrestem, & notiori nomine Cichoriũ appellant. πικρίον.

Ambulachrum, uide Ambulo.

Ambulo, las, n. p. 1. co, incedo, gradior. Plin. lib. 10. ca. 65. Mures Aegyptii bipedes ambulant, ceu alpini. Aliquando Ambulare, est animi causa exercere, περιπατεῖν, Plaut. Abiit ambulatum: id est, abiit ut se exerceat animi causa. Idem Menæch. Conuiuæ ambulant ante ostium. Transfertur etiã ad alia, ut quum dicimus, Ambulare maria, Cic. 2. de Finib. Ambulant naues, Cato de re Rust. Ambulant aues. Plinius libro decimo, capite decimo octauo. Huius composita sunt

Anteambulo, ante alios ambulo: à quo Anteambulones, προπέμποντες, dicti sunt stipatores, & satellites, qui honoris gratia comitando principem, solent præcedere. Suetonius in Vespasian. Dum eum itidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat. Martial. libro tertio, Sum comes ipse tuus, tumidiq; anteambulo regis. Deambulo, nidealibi. Inambulo, spatior. Et propriè Inambulare est Peripatheticorum, qui deambulantes disputare consueuerunt. Ob ambulo, aduersus alios ambulo, & quasi ambulanti me opponо, ascendo. Perambulo, per aliquid, siue ad finem usque ambulo.

Ambulatio, f. r. Ipse actus est ambulandi. Cic. 5. de Finib. Constituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. Est & locus ad ambulandum, & idẽ quod ambulacrum. Vitruuius lib. 5. ca. 9. Circa theatra sunt porticus & ãbulationes.

Ambulatiuncula, diminutiuum. Cicer. ad Cælium, Cum una me hercule ambulatiuncula, atq; uno sermone nostro omneis fructus prouinciæ non contero.

Ambulator, m. r. Qui huc & illuc ambulat, περίπατος. Columel. libro tertio, capite octauo, Villicus (ut ait Cato) ambulator esse non debet.

Ambulatrix. Cato capite 143. Ad cœnam ne quò eat, neue ambulatrix siet.

Ambulatorius, a, um. Qui ambulat & mouetur: ut Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admouebatur muris, ad urbes oppugnandas, ut scribit Vegetius. Hirt. de bello Alexan. Quæq; partes urbis inferiores erant, has altissimis turribus denorum tabulatorum munierant: præter ambulatorias totidem tabulatorum confecerant. Plin. lib. 25. cap. 14. Operculum à tergo esse ambulatorium.

Ambulacrum, n. s. pen. prod. Est locus ad ambulandum, ubi commodè ambulari potest animi causa, περίπατος. Festus.

Ambulacra, ambulationes. Plin. Tam fora atq; gymnasia, & p suis extenta porticibus ambulacra miremur.

Ambũrbiālĕ, uel **Amburbium**, Sacrificii genus erat, quo ciuitas lustrabatur: ita dictum, quod uictima, antequã immolaretur, urbem ambibat: unde & ipsæ uictimæ Amburbiales dictæ sunt, eadem forma, qua Hostiæ ambaruales, quæ circum arua ducebantur, antequàm cæderentur, ut fruges felicius prouenirent.

Ambũro, pen. prod. a. r. Circumuro, περιφλέγω. Plautus in Epidico, Nam ille quidem Vulcani irati est filius: quaquà tãgit, omne amburit.

Ambustus, sta, stum, Circumustus. Cicero pro domo sua, Qui denique ambustas fortunarum mearũ reliquias suas domos comportari iuberent. Plin. libr. 10. cap. 33. Hirundinum pulli ad cinerem ambusti multis morbis medentur.

Ambustio, onis, f. r. uel bale. Plinius libro 23. capite 4. Myrteum oleum medetur eruptionibus, & ambustionibus.

Amouxus. Clemacis Dioscoridi.

Amecum, & **Amecam**, Pro amico & amica antiqui dicebant, Laberius, In lacu Auerno mulierem fuisse amecabundam, scripsit: hoc est Amantem.

Amella, Herba quæ nascitur in ea Mellam Galliæ fluuium à quo nomen accepit. Amellus flos eius. Vide Seruium in illud Vergilii quarto Georg. Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello fecere agricolæ.

Amen, ἀμήν, Dictio Hebræa, quam nos Fideliter, secundum Aquilæ interpretationem dicere possumus. Dubium aduerbium ex nomine fidei. Secundum uerò Septuaginta interpretes idem est ac si, Fiat, diceremus. Vnde in fine librorum (in quinq; siquidem Psalterium apud Hebræos diuisum est) Fiat, Fiat, transtulerunt, quod in Hebræo legitur, Amen, Amen, quod ea uerè quæ suprà dicta sunt memorentur. Vnde Apostolus asserit, non posse aliquem respondere Amen, ad ea quæ dicta sunt, nisi intellexerit prædicationem.

Amens, omn. t. Qui à mente sua discesserit, hoc est qui sine cõsilio, animoq; est, quo sapimus, ἄνους. Cic. 2. de Fin. An me tã amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar?

Amentatus, a, um, Cic. de Orat. Amentatas hastas ab aliquo accipere.

Amentia, ἄνοια. Terent. in Andr. Cur meam senectutem solicito huius amentia? Cic. 3. Tusc. Nec minus illud acutè, quod animi effectionem lumine mentis carentem nominauerũt amentiam eãdemq; dementiam. Quidam Demẽtem ab Amente ita distinguunt, qđ Demens sit, qui nõ cogitat quid agat, aut loquatur: Amens, qui prorsus insanit.

Amentum, n. s. Omne ligamen, ueluti lorum, quo media hasta religatur, ut iaci longius possit, λῶρον, ὄχανον, ἄμμα. Silius libr. 14. Hasta iunatur amento. Hinc Amentatæ soleæ & Amentata iacula dicuntur. Cic. 1. de Orat. Amentatas hastas ab alio accidere, easq; oratoris uiribus, lacertisq; torquere. Et Amentare apud Lucanum pro iacere, aut circundare, aut amento munire, Iaculum amentauit habena.

Ameia, Colum. semen ulmi. Plin. Gamariam uocant.

Ameos, Vide Ammi.

Amerimnon, ἀμέριμνον, Herba est quæ alio nomine Aizoon maius appellatur. Author est Plinius libro 25. cap. 13. Nomen habet ab eo quod curam & solicitudinẽ leuare putetur, ἀμέριμνος enim idem est quod solicitudinis expers.

Amerina, Species est silicis arboris, quæ & Sabina appellatur. Plin. lib. 24. cap. 9. Amerinæ nigræ semen cum spuma argenti pari pondere psilothrum est.

Ames, amitis, masculini generis, t. Pertica aucupalis. Horatius in Epod. Aut amite leui rara tendit retia. Palladius libro nono capite duodecimo, Nunc in amitibus apparet aucupium noctux.

Amethystus, ἀμέθυσος, m. s. Gemma est diluto uiolæ colore, fulgore purpureo, non prorsus igneo, sed in uini colorem desinente: ita dicta ab ἃ priuatiuo, & uerbo, μεθύσκω, quod est inebrior: siue quod ebrietati credatur resistere, ut Aristoteli cum Magis conuenit: siue ut Plinio placet, quòd usq; ad uini colorem accedens, prius quàm eum degustet, in uiolam desinat. Plin. lib. 37. cap. 9. quinq; enumerat amethysti species, ex quibus palmam tribuit Indico. Amethystus quoq; à nonnullis uocatur uuæ quædam species, uirium tam infirmarum, ut nullo modo inebriet: unde Plinius lib. 14. cap. 2. eam suæ ætate Inerticulam appellatam fuisse testatur. Ab Amethystus fit adiectiuum Amethystinus, a, um, quod ex amethysto constat, aut quod amethysti colorem refert. Item Amethystinatus, amethystino colore ornatus, sicut purpuratum dicimus uestem purpurea exornatum. Martial. libr. 2. Hic quem uidetis gressibus uagis lentum, Amethystinatus media qui secat sepia.

Amethistizontes carbũculi, ἀμεθυσίζοντες ἀνθρακίται. Optimum carbunculi genus, cuius extremus igniculus in amethysti uiolam exit, Plin. lib. 37. cap. 7.

Amētriā, f. p. ἀμετρία, Immodestia, uel immoderatus excessus, ab ἃ priuatiua, & μετρίομαι, unde τὸ μέτρον.

Amia, Piscis est pelamidi similis, cuius incrementum singulis diebus intelligitur, Plinius lib. 9. cap. 15.

Amiantus, ἀμίαντος, Lapis est friabilis in modum lanæ, ad lumini scissili adeò similis, ut p. co. à Seplasiariis supponatur. Vulgus Gallorũ uocat Alumen plumeum, falsò existimans speciem esse aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt cllychnia, propterea quod ab igne non consumatur. Texitur quoq; in uestes & mappas, quæ sordidatæ igni purgantur. Discernitur ab alumine scissili, quòd hoc aquæ innatet: amiantus autem mergatur. Gustu quoq; dignoscitur: nam alumen scissile substantiæ tenuitate linguã mordicat, & tradens

Anteambulones.

Inambulo.

Inambuli dr auf sayten greyfft Nigromantici.

Emptus.

Amens.

Demẽs.

Diff. inter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& tandem exulceratˌ Amiantus uerò acrimonia omnis, mor dacitatis ſpes eſt. Adhæc, Amiantus in ignem coniectus, ſuperuà durat, alumen autem liqueſcit, burlaq; exiccat.

Amicinum, pen. prod. n. f. Vtris pediculus, ex quo uinum diffunditur. Feſtus.

Amicio, cis, pen. corr. cixi, amictũ, re. q. ἀμπίσχω, ἀπαναβάλλω, unde amictus. Eſt autem amicire, ueſtire. Horat. Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. Sueton. in Veſp. Dum ſaltabatur, & calciabat ipſe ſeſe, & amiciebat. Huius compoſita ſunt, Examicio, & Circumamicio. Veteres amicibor dicebant. Plaut. Subnixis alis me inferam, atq; amicibor gloriosè.

Amictorium, n. f. Veſtimentum puellare, candidum & ſubtiliſſimum ex lino, ἀμπεχόνιον. De quo Martialis in Diſtichis, Mammosias metuo, tenerę me trade puellæ, Vt poſſint niuea pectora lina frui.

Amictus, ctu, ctũ, participiũ. Idẽ quod ueſtitus, ἀμφιεσμένος. Cicero 2. Philip. Sedebat in roſtris collega tuus amictus toga purpurea, in ſella aurea coronatus.

Amictus, us, m. q. ἱματισμός, ἀναβολή, ἐπίβλημα, ἀμπεχών, Veſtis, quæ ſuperponitur alijs ueſtibus, quaſi palliũ. Tibullus, Fruſtra iam ueſtes, fruſtra mutantur amictus,

Amiculum, n. f. Genus ueſtimenti, authore Feſto, à circumiectu dictum, ἀμφίκομα. Cic. 2. de Diuin. Viſus eſt in ſomnis amicæ eſſe amictus amiculo. Valer. Max. Detracto etiam Ioui Olympio magni ponderis aureo amiculo, iniectoq; ei laneo pallio. Inde Amiculatus, amiculo indutus.

Amica, cæ. Quam quis amat inhoneſtè ἑρωμένη. Horatius Epiſt. Vt nox longa quibus mentitur amica, diẽsq; Terent. in Andria, Siue iſta uxor, ſiue amica eſt, grauida à Pamphilo eſt.

Amicula, diminutiuum ab Amica. Plinius, Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam. Sueton. in Caligula, Quoties uxoris uel amiculæ collum exoſcularetur.

Amicus, ſubſtantiuum. Beneuolus, neceſſarius, qui honeſto amore aliquem complectitur, & indiſſolubili familiaritatis iure ei eſt coniunctus, φίλος, φιλόξενος. Paulus iureconſultus, Amicos appellare debemus, non leui notitia cõiunctos, ſed quibus fuerint iura cum patre familiàs, honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. Huius cõtrarium eſt Inimicus. Amica quando ad uirum refertur, inhoneſta res eſt, quaſi concubina: tu uerò non amicus es, ſed amator eius, quoniam amator eſt, qui ad tempus & uenereè amat: & amor huiuſcemodi Amatio dicitur. Plautus, Nimis penè inepta, atq; odioſa eius amatio eſt. Donatus, Amicus animi eſt, Amator corporis: amator ad tempus, amicus in perpetuũ. Cicero 5. Verr. Poteritne te Alba tuus antiquiſſimus nõ ſolùm amicus, uerùm etiam amator abſoluere?

Amiculus, m. ſ. Diminutiuum ab Amicus, φιλίνος. Horat. in Epiſt. Diſce docendus adhuc, quæ cẽſet amiculus. Hæc diminutiua plena blanditiarum, & amoribus accõmodata ſunt.

Amicus, ca, cum, adiect. Beneuolus, amicitia coniunctus. φίλος. Cic. Attic. Mihi nemo eſt nec amicior, nec iucundior, nec charior Attico. Idem ad Q. Frat. Prætores habemus amiciſſimos. Iunctũ cum re inanimata, ſignificat utile, ſiue gratum: ut, Amicus pratis humor, Amica frugibus æſtas, Amicum plantis ſydus.

Amicè, aduerbium. Cum amore & beneuolentia, φιλικῶς, φροσφιλῶς. Cicero in Lælio, Qui mihi tantum tribui dicis, quãtum ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amicè. Idem de Finibus 1. Quos tu paulò antè, cum memoriter, tum etiam erga nos amicè, & beneuolè collegiſti.

Amiciter, aduerb. pro Amicè. Plautus. Perſ. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam Dabunt, &c.

Amicabilis, lis, le, φίλιος. Plautus in Mil. Vos modò porrò ut occepiſtis, operam date amicabilem. Hoc eſt quam dare debet amicus.

Amico, as, are, Concilio, propriùm reddo. προσάγομαι, σπάγω. Stat. Theb. Ac prior Aeclides ſolita prece numen amicat.

Amicitia, f. p. φιλία, ab Amicus, eſt ſtudiorum omnium, uoluntatumq; conſenſus. Cic. in Lælio, Eſt autem amicitia nihil aliud, niſi omnium diuinarũ, humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate ſumma cõſenſio: Cuius contrariũ eſt Inimicitia. Ennius, Amicitiam atq; inimicitiam in fronte promptam gero. Sed in frequẽtiore uſu Inimicitiæ dicuntur plurali tantùm numero.

Amilla, flos apud Græcos authores, aliqui autumant eſſe anthemidis, id eſt Chamæmilæ.

Aminæum, n. f. Genus uitis. unde Aminæa uua, & Aminææ uites. Verg. Sunt & aminææ uites firmiſſima uina. A regione autem ita uocabantur: & Aminæi fuerunt, ubi nunc Falernum eſt, ut Macrob. teſtatur. Quod facit ut mirer Seruium tantum Grammaticũ ſcripſiſſe Aminæum dictũ quaſi ſine minio, hoc eſt ſine rubore, quoniã natura alba eſt. Alij Ammineum ſcribunt, geminato, m, pen. cor. Vnde & uerſum Vergilij ſuprà citatum ſic reſtituerunt, Sunt etiam Ammineæ uites, &c.

Amiſtides, lapis eſt, quem qui ſecum geſtauerit inebriari non poterit. NB.

Amis, itis, eſt lignum bifurcatũ, per quod uenatores expandunt retia, ad capiendas feras.

Amita, pen. corr. Theoph. Patris mei ſoror, quaſi à me tertia ſit atque auia uideri poſſit, uel quia à patre meo amata eſt. πατραδελφη, ἡ πρὸς πατρὸς θεία. Nam plus ſorores à fratribus diligi ſolent, propter diſſimilitudinem perſonarum, quæ ideò minus diſſenſionis habent, quò minus æmulationis. Maior amita dicebatur, aui & auię amita: ſicut & maior auunculus, aui & auia auunculus. Liuius, Adoleſcens inde ſe ad Ebutiam amitam contulit.

Amita q. à me tertia. Mamm. Patrue Conſobrini

Amiternus, adiect. ut, Amiterna cohors apud Silium Ital. libro 8. Item Amiternus ager. Mart. lib. 13. Nos Amiternus ager fœlicibus educat hortis.

Amitini, pen. prod. m. ſ. authore Nonio dicuntur ii, quorũ alter ex fratre, alter ex ſorore eſt genitus, οἱ πρός ἑ ἀδελφοῦ, καὶ τῆς ἀδελφῆς ἀνέψιοι. Duorum autem fratrum filij Patrueles, ſororum uerò liberi Conſobrini appellantur.

Amitto, a, t. Dimitto, ſeu abire permitto. ὑποπέμπω. Plaut. in Cap. Et te & hunc amittam: hinc alio pacto abire non potes. Terent. in Heaut. & prius Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: Hui, quantam feneſtram ad nequitiã patefeceris. Item amittere ſignificat perdere, ἀποβάλλω. Salluſtius. Iampridem equidẽ nos uera rerum uocabula amiſimus, quia bona aliena largiri, liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo uocatur. Item agnoſcere. Terẽt. in Eunuch. Vnam hanc noxam amitte, ſi aliam admiſero unquam, occidito. Item ædimere. Plaut. in Aſin. Cur ergo minitaris te tibi uitam eſſe amiſſurum?

Ammi, ios, ἄμμι. Dioſcoridi, Herba eſt caule rotundo, furculis multis exiguis, folio oblongo, anguſto, per ambitum inciſuris diuiſo, flore paruo & candido, umbella anethi, ſemine multò exiliore quàm cuminum, guſtu origanum præ ſe ferente, acri nimirum & ſubamaro, radice candida & capilloſa. à nonnullis Pipercula dicitur. Apud Plin. lib. 20. cap. ult. legitur genit. Ammii, tãquam à nominatiuo Ammium Anethi, inquit, & fœniculi ſeminis, & aniſi, & ammij. Officinis uocatur Ameos.

Ammiraldus, pro littorum cuſtore, ſiue maris præfecto, neſcio cuius linguæ uerbum eſt, inquit Eraſ. Quod genus ſunt & illa Mariſchalcus, Seneſchalcus, Baro, quæ uidentur nuper cum Barbarico imperio inuaſiſſe. Quibus quidem uocabulis aut tũdum cenſet, aut uetus aliquod uocabulum ſubijciendum, quod nouo reſpondeat. Id ut cõmodius fieri poſſit ipſe indicat in de Conſcribend. epiſt.

Ammochryſus, Gemmæ nomen, ἀμμόχρυσος. Plinius lib. 37. cap. 11. Arenarũ ſimilitudo eſt in ammochryſo, uelut auro arenis mixto.

Ammodites, ἀμμοδύτης. Serpens eſt uiperæ ſimilis, arenoſi coloris, unde & nomen accepiſſe uidetur. A nonnullis Cenchrias dicitur, quòd caudam habet duram inſtar milij. Aëtius lib. 13. cap. 25.

Ammones Coronopeus. Dioſcorides.

Ammoniacum, ἀμμωνιακόν. Eſt gutta ſine lachryma ferulæ in Libya naſcẽtis, quę à Dioſcoride Agaſyllis, à Plinio Metopion appellatur. Nomen habet ab arenis, quas Græci ἄμμους appellant, propterea quòd ab arbore ſua deſtillans, in ſubiectas arenas decidat, atq; in ijs in grumos quoſdã thuris more concreſcãt. Aut certè ab Ammone Ioue, qui in deſertis Libyæ in locis arenoſis templum habebat, circa quod hoc ferulæ genus præcipuè naſcebatur. Plin. Ammoniaci lachrymam uocat, eo (opinor) conſilio, ne quis homonymia deceptus, Ammoniacum ſalem intelligeret, qui ab Ammoniaci gutta omnino eſt diuerſus. Vide Dioſcor. lib. 3. & Plin. lib. 12. cap. 23.

Ammoniacus ſal, ἀμμωνιακὸν Dioſcoridi, Terræ ſalſugo eſt in Libyę arenis creſcente luna efferueſcens, ſtatumq; ſciſſili non diſſimilis, glebis oblongis, uenisq; in longitudinem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rectis. Inuenitur potissimùm in tractu Cyrenico, & iuxta Iouis Ammonis templũ, ubi ab accolis effoditur, terræ tumorem, ueluti certissimum indicium, sequentibus. Ammoniaci igitur nomen sortitus est, aut ab arenis sub quibus inuenitur, aut ab Ammonia regione Libyę, in qua Iupiter Ammon colebatur, circa quam præstantissimus erui perhibetur. Vide Plinium lib. 31. cap. 7. & Dioscoridem lib. 5. Hodie natiuo, uero q́ Ammoniaco sale caremus, nam qui à Seplasiarijs nobis ostenditur, factitius est.

Differ: Amator & Amas

Ammonis cornu, ἄμμωνος κέρας, Gemma est aureo colore, arietini cornus effigiem repræsentans, quæ somnia uera afferre perhibetur. Author Plinius libro ultimo, cap. 10.

Ammonitrum ἀμμώνιτρον, Massa est cõstans ex arena mollis trita, & tertia parte nitri: ex qua recocta fit uitrum purũ & candidum, Plin. lib. 36. cap. 26.

Amnenses, Amnium accolæ. ποταμῖοι.

Amnestia, f. p. ἀμνησία, Cum accentu in penultima, Latinè præteritorum in perpetuum obliuio dicitur, quasi lex obliuionis ab ἀμνησίω, id est immemor fio, obliuiscor. Cic. 1. Philip. Ieci fundamenta pacis, Athenienſiumq́ renouaui uetus exemplum, Græcum etiam uerbum ἀμνησίαν usurpaui quod tum in sedandis discordijs usurpauerat ciuitas illa, atq́ omnem memoriam discordiarũ perpetua oratione delendam censui.

Am = Circum et No

Amnis, m. t. ποταμός, Fluuius: ab Am, circum, & No, fluo, quoniam flexuoso meatu labitur, uel ab Ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideo q́ cornuta pinguntur. Nec desunt, qui à Græco ἀμνὰς deduci malint, quod etiam Suidas fluuium interpretatur. Hinc etiam ἀμνιαίδας νύμφας à Callimacho dici putant, pro amnicis. Sic enim habet ille in Hymno Dianæ, Ἀὸς δίμοι ἀμφιπόλους ἀμνιαίδας ἄλοσινύμφας. Hoc est, Da mihi famulas Amnisidas uiginti Nymphas. Verùm hoc potius deductum uidetur ἀπὸ τ̃ ἀμνισοῦ, quod proprium nomen est fluuij in Creta, à Suida quoq́ commemoratum: quod etiam Callimachi interpres annotauit his uerbis: ἀμνισὸς ποταμὸς κρήτης, ἀφ' ὃ ἀμνισίδας, κρητικὰς, id est Amnisus fluuius Cretæ, à quo Amnisidas, hoc est Creticas. Vergil. 1. Georg. Atq́ alius latum funda iam uerberat amnem. Plin. lib. 20. cap. 32. Halcyones subeunt & in amnes. Ponitur & pro torrente. Vergil. 4. Aeneidos, Ruunt de montibus amnes.

Amnicola, læ, ποταμοβάμων, Amnis accola. Ouid. 10. Metamor. Amnicolæq́ simul salices, & aquatica lotos.

Amnicus, a, um, Significat fluuiale, ποτάμιος, ut Stips amnica, apud Apuleium. Plin. lib. 3. cap. 25. Insula in Sao Matubarris, amnicarum maxima.

Amnites, gemma est uitro similis, sed durior.

Amo, amas, amare, a. p. maioris uis est, quàm diligere, φιλῶ. Cicero Dolabellæ, Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum tamen accessit, ut mihi deniq́ nunc amare uidear, ante dilexisse. In eodem sensu idem Cicero ad filium, Sed tamẽ ut scires eum non à me diligi solùm, uerumetiam amari. Terentius tamen cõtrarium posuisse uidetur, quum inquit, Non pol, quò plus quenquam amem, aut plus diligam, eò feci. Quòd si amo absolutè ponatur, capitur pro Amore captus sum: hoc est, esse in amore. Plautus, Amat filius: certum est. Composita huius uerbi sunt Adamo, Deamo, Redamo, penultima correpta. Sic & Peramo, quod est ualde, uel usque ad finẽ amo. Cic. lib. 1. de legibus. Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus peramatur toto pectore?

Ego libro

Amābō, πρὸς θεῶν, Interiectio blandientis, Comicis ualde familiaris. Plautus, Noli, amabo, uerberare lapidem, ne des manum. Quidam exponunt, Gratum erit. Gell. lib. 11. Amabo mi fili quiescas. Sæpe etiam habet adiunctum accusatiuum. Cic. ad Attic. Cura, amabo te, Ciceronem nostrum.

Anang. partic. Amans nomen

Amans, om. t. participij, Significat cum uel eum, qui uel quæ amat pudicè uel impudicè, ἐρῶν, ἡ ἐρῶσα. Cic. Nihil difficilè amanti puto. Amo autem, & semper amaui nimiùm studia & mores tuos. Cum genitiuo constructum, transit in nomen ut, Amans quietis, φιλήσυχος. Interdum substantiuè accipitur in eadem significatione, qua amator, ἐραστὴς, Ouidius 1. in Arte, Pallear omnis amans: color est hic aptus amanti.

Amanter, aduerbium, Significat benevolè, uel cum amore, φιλικῶς. Plinius in Epistolis. Nos, ut amicos paternos, & amanter & modestè complectabatur.

Amatio, f. t. Amor Venereus, ἔρως. Plautus in Pœn. Acerba amatio est. Idem in Merc. Cum tua hac amica, cum q́ amationibus.

Amator, m. t. ἐραστὴς, & in bonam & in malam partem accipitur, In bonã. Cic. de Vniuer. Qui sapientiæ amatorẽ se profitetur. Idem ad Atticum, Bibliothecam tuam caue cuiquã de spondeas, quãuis acrem amatorem inueneris. In malam: ut, Amator mulierum. Terent. in Eunucho, Amatores audiram esse mulierum eos maximos. Idem 3. Tuscul. Aliud est esse amatorem, aliud amantem. Sunt qui ita distinguant inter amatorem, & amantem, ut Amator dicatur, qui multis se amoribus implicat, naturaq́ ad amandum est procliuis: Amans, qui ex causa amat, etiamsi alioqui mutua sua in amorem non admodum sit propensus. Amator item fingere potest: in amante nihil est simulati.

Amatorculus, m. f. diminutiuum, ἐρωτύλος. Plaut. Nam quæ sedulò munditer nos habemus, uix ægrè amatorculos inuenimus.

Amatoriè, aduerb. Quod est ad similitudinẽ amãtis, ἐρωτικῶς. Cic. 2. Phil. Erat enim amatoriè scripta epistola Amatorien quoq́ nonnulli unam ex Musis esse uoluerunt, quæ Græcis Erato dicitur, decepti nimirum corrupto Ouidij uersiculo ex Epist. Saphus ad Phaonem, quem sic legunt, Vilis amatorie, Vilis mihi cãdida Clio. Quem Ouidij locum si quis propius expendat facilè deprehendet, non de Erato & Clio esse intelligendum: sed de Amythone & Cydno Lesbijs mulierculis, quibus illa ad portentosam libidinẽ abutebatur. Subdit enim, Quas non sine crimine amaui: Quod, quàm restè conueniat Musis uirginibus, quiuis facilè intelligat.

Amatorium, subst. tãtùm, Genus quoddam uenceni amorem uel insaniam generantis, φίλτρον.

Amatorius, ria, rium, Quod ad amorem pertinet, ἐρωτικός. Cicero 5. Tusc. Anacreontis tota posiẽs est amatoria.

Amabilis, le, omnis tertiæ: Dignus amari, ἐράσμιος. Plaut. Compara labella labellis: bella es, atq́ amabilis. Cic. ad Attic. Filiolam tuam tibi iam Romæ iucundam esse gaudeo: eam q́, quã nunquam uidi, tamen & amo, & amabilem esse certò scio. Cuius contrarium est Inamabilis. Martialis, Inamabilis sciurus, & frequens phœnix.

Amabilitas, f. t. Morum comitas, formæ sine nenustas, ad amorẽ alliciens. Plautus in Sticho, Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus. Idem in Pœnu. Qui amabilitati animum addiceret.

Amabiliter, aduerbium. Antonius ad Ciceronem in Epistola ad Atticum, Sed me hercule si humaniter & sapienter, & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profectò præbebis.

Amabundus, a, um, qui abundè amat. Copiam enim in bundus terminata denotant.

Amŏ, ās, cum accentu in antepenultima, Significat Posthac ἀφ' ὅτου. Apuleius, Nemo me amodo iam manè egredientem solũ uidebit. Siue ab hoc tẽpore, ut in Euangelio, Si me cognouissetis, & patrem meum agnouissetis, & amodo cognoscetis eum.

Amœbæus, m. f. ἀμοιβαῖος, in penultima cum æ, & in antepenultima cum œ diphthongo, Genus carminis, in quo qui canunt, ut uarijs æquali numero uersibus, & ita se habet ipsa responsio, ut aut maius, aut contrarium aliquid dicat, ut est apud Vergilium in Bucolicis, Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena, Ille colit terras, &c. Nomen deductum ἀφ' ἅ ἀμοιβῆ, quod inter cætera significat alternis respondere.

Amœno, as, a. p. Delectatione afficio, ἐυφραίνω, Cypria. ad Dona. Et dũ inter arbores & uiteis, quas uidemus oblectant te prospectu, oculos amœnamus, animam simul & auditũ instruit, & pascitur obtutus.

Amœnus, a, um, cum œ diphthongo, iucundus aspectu, καλὸς. Componitur ab A, id est sine, & munus, quod sit res grata, uel sine fructu. Vel (ut inquit Seruius) à Mœnio, munio, uel fructum capio. Vnde qui nihil præstant, Immunes uocantur. Festus ab Amo deriuat, quum ait, Amœna loca dicuntur, quæ ad se amanda alliciunt. Vergilius 6. Aeneidos. & amœna uireta Fortunatorum nemorum. Plin. Amœnus circa ripas gramine. Hinc Amœnitas, iucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. Cic. 2. de Legibus. Præsertim hoc tempore anni & amœnitatem & salubritatem hanc sequor. Plinius lib. 12. cap. 1. Gelidi fontis amœnitate.

Amœniter, aduerb. pro Amœnè. Gell. lib. 10. cap. 7. Annianus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

poëta in fundo suo, quem in agro Falisso possidebat, agitare erat solitus uindemiam hilarè atq; amœniter.

Amŏlĭor, liris, d. q. Ex A, & molior, quod est à mole. Significat Amouco, & propriè de iis dicitur, quæ cum magna difficultate submouentur, ἀπωθέω, ὑποσκινδάλεω, ὑπεκτρίβομαι. Plinius lib. 11. cap. 10. Amoliuntur omnia è medio. Terentius per translationem in Andr. pro recedo posuit, Proinde hinc uos amolimini: nam mihi impedimento estis. Accipitur & pro refellere. Quint. lib. 5. cap. 13. Videndum etiam an simul nobis plura aggredienda, an amolienda singula.

Amomis, penult. prod. ἄμωμις, Herba est, tesle Plinio, amomo similis, minus tamē uenosa, & durior, minusq; odorata.

Amomum, n. s. ἄμωμον, penultima producta. Frutex est, ex. liginoso connolutus in racemi modum, flore paruo, ceu cādidæ uiolæ, foliis uitis albæ similibus. Est autem triplex, Armeniacum, Medicum, Ponticum. Actius scribit, Amomū uiribus esse acoro simile, sed ficcius (ξηρότερον) acorum, digestiuum uerò magis (πεπτικώτερον) amomum.

Amor, m. t. ἔρος, Plus est, quàm benevolentia, licet plerunq; pro eodem accipiantur. Ex amore enim nascitur benevolentia, sicut ostendit Cicero. Amor enim (ex quo amicitia nominata est) princeps est ad benevolentiam coniungendam. Differt autem Amor à Charitate: quòd Amor sit genus Charitas species. Ille ad omneis pertinet animantes, hæc ad homines tantùm. Est autem Amor (ut inquit Augustinus lib. de Amicitia) animæ rationalis affectus, per quē ipsa aliquid cum delyderio quærit, & appetit ad fruendum, per quem & fruitur eo, & cum quadam fruitate interiori amplectitur, & conferuat adeptum: ut, Amor quietis, φιλησυχία. Amor singulari numero plerunq; honestus est: ut, Amor fraternus, Amor patris in filium. Cicero, Incensus sum amore incredibilium uirtutum tuarum. Potest tamen & in uenerem partem accipi & tunc (secundum Augustinum) cupiditas aut libido uocatur. Verg. Omne adeò genus in terris hominumque, ferarumq;, Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; uolucres In furias ignemq; ruunt: amor omnibus idem. Amor (inquit Plaut.) melle & felle fecundissimus est, gustu dulce dat amarum ad satietatem usq; aggerit. Amor formæ (ait Seneca) rationis obliuio est, & insaniæ proximus, fœdum, minimè conueniens animæ sospiti uitium, turbat consilia, alios & generosos spiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. Amores uerò plerunq; lasciui sunt. Cicero pro Cælio, Mulier amorum turpissimorum quotidie fœdera feriens. Idem 4. Tusculanar. Atq; horum omnium libidinosos esse amores uidemus. Nonnunquam tamen etiam honestos amores dicimus, Idem lib. 4. Offic. Formā quidem ipsam, Marce fili, & tāquam faciem honesti uides, quæ si oculis cerneretur, admirabiles amores, sui excitaret. Amor item pro cupidine (quem ueteres Deum amoris esse putauerunt) accipi solet. Propert. Quicunq; ille fuit puerum qui pinxit Amorem.

Amor sing. num.

Amorgine, ἀμοργίνη, herba est quę notiore nomine Helxine dicitur. Dioscorides libro 4.

Amorphus, a, um, Latinè dicitur informis, sine forma, ἄμορφος.

Amŏvĕō, es, s. cō, eo: idest, abigo, siue remouco, ἀποκινέω. Plautus in Amphytrione, per translationem dicit, Amoui è foribus maximam molestiam, id est, abegi, siue abire compuli: quia prius dixerat, Abigam ego iam hunc uenientem ab ædibus. Quo item modo Terentius in Adelph. usus est, Ego hunc amouebo. Cicero ad Atticum, Et nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amoue.

Amōtio, s. ab amouco, ut amotio doloris. Cicero lib. 2. de Finib. Augendæ uoluptatis finis est doloris omnis amotio.

Ampeloprason, ἀμπελόπρασον, Herba est foliis porri, sed angustioribus, flore candido, radice bulbosa. Nascitur in uinetis, unde & nomen accepit. Vide Plinium libro 24 cap. 15. Vulgus Porrum uinearum uocat.

Ampelītis, idis, ἀμπελῖτις, Terra est bitumini similis, circa Seleuciam Syriæ nascens, quæ rustici uites illinere solent, ad necandos uermiculos, oculos illarum de pascentes, quos Ipas, siue Scinipas uinitores appellant. Eadem & Pharmacitis, φαρμακῖτις dicitur, quòd uitium morbo medeatur. De hac Dioscorides li. 5. & Galenus li. 9. Facult. Simpl. med.

Ampelodesmos, ἀμπελόδεσμος, Plinius libr. 17. capite 25. Herba est, qua uites religari solent apud Siculos, qui quanuis salicibus abundēt, quia tamen earum uincula duriuscula sunt, malunt eam ad rem ampelodesmo uti.

Ampelos melæna, ἄμπελος μέλαινα, Vitis nigra, herba est foliis similacis, sed maioribus, clauiculis quibusdam obuia quæq; complectens. Semen habet racemosum, initio herbaceum, sed ubi maturuerit, nigrum. Radicem foris nigram, intus buxei coloris. Vitis nomen inde nacta uidetur, quòd serpat in modum uitis, quodq; arbores, fruticesq; clauiculis suis, uelut pedamenta apprehendat. Nigræ autē cognomentum à radicis, seminisq; nigredine uidetur esse sortita.

Ampelos, f. l. ἄμπελος, à Græcis dicitur, quam nos uitem appellamus. Est & nomen ciuitatis Macedoniæ, apud Plinium libro 4. cap. 10. Ptolemæus quoque Ampelon urbem in Creta collocat, Stephanus aliam in Cyrenaica regione. Est præterea Ampelos, siue Ampelus, promontorium Sami insulæ è regione Drepani Icariæ insulæ. Author Strabo libro 14.

Ampelos leuce, ἄμπελος λευκὴ, Herba est, quæ aliis nominibus Bryonia, Psilothrum, & à Latinis Vitis alba dicitur. Vitis quidem, non quòd re uera sit uitis, sed quòd ad eius similitudinē accedat: nam & sarmenta habet & folia, & capreolos, satiuæ uiti similia, omnia tamen hirsutiora. Alba uerò à radicis colore dicta putatur. (stis. Plin. lib. 23. cap. 1.

Ampelos agria, ἄμπελος ἀγρία, Labrusca, id est uitis agrestis.

Amphemerinos, ἀμφημερινός, Febris species est, quā quartanam exquisitam uocant medici. Fit ex pituita extra uasa putrescente.

Amphíbia, ἀμφίβια, Animalia tam in terris, quàm in aquis uiuentia. Amphibion Græci dicunt, quod est duplicis uitæ. Columella libro 9. Venio nunc ad aueis, quas Græci uocant ἀμφίβια, quia non tantū terrestria, sed aquatilia quoque desyderant ab ἀμφί καὶ βίος, quòd in ambobus elementis degant. Varro 4. de Lingua Lat. Græci ea quæ in aqua & terra possunt uiuere, uocant amphibia. Hæc Cicero. Ancipites bestias uocat, lib. de Natura deorum 1. Bestiarum autem terræ sunt aliæ partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utra que sede uiuentes.

Amphíbolia, f. p. ἀμφιβολία, Ambiguitas.

Amphíbologia, f. p. ἀμφιβολογία, Dubium dictum, sermo dubium sententiam indicans. Figura quæ fit uitio compositionis, quum in ambiguo posita est sententia. Et modò fit per duos accusatiuos à uerbo infinito rectos: ut, Aio te Aeacida Romanos uincere posse. Modò per uerbum commune: ut quum dicimus, Cato insuste criminatur: incertum est enim, an ipse ab alio criminetur, an ipse alium. Modò per participium: ut, Vidi statuam auream hastā tenentem. Modò per homonyma: ut si quis dicat Aciem, nec exprimat oculi, uel gladij, uel exercitus. Potest etiam fieri alijs modis.

Amphíbolon, n. s. ἀμφίβολον, Ambiguum dicitur, quasi utrinq; percutiens, ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ, καὶ βάλλω.

Amphĭlŏgŭs, ἀμφίλογος, similiter sermo dubius dicitur.

Amphíbrachus, m. s. ἀμφίβραχυς, pen. cor. Pes est ex prima & ultima breuibus, media producta, sic dictus quod in utraq; parte breuē habeat: ut timere. Ab ἀμφὶ, utrinq;, & βραχὺς, breuis. Huic opponitur Amphimacrus, qui breuem habet syllabam inter duas longas, ut Aequitas. ⏑ – ⏑

Amphícaustis, ἀμφικαυστὶς, Hordeum montanum, quod & ἄτρωτον Græci uocant. Vide Ruellium.

Amphĭcyrtŏs, ἀμφίκυρτος, Græcis appellatur, quod est utrinq; declive & gibbosum. Hinc fit ut Lunā ἀμφίκυρτον uocemus peculiari epitheto, quum nondùm semiplena est, circa decimum scilicet aut duodecimum à coniunctione diem: tunc enim cornua & conuexitatem quandam oculis nostris exhibet. Est & Amphicyrton, lignum quoddam incuruum, quo onera gestari solent, non dissimile illi, quo mulieres quibusdam locis aquā gestitant æqualibus utrinque situlis propendentibus.

Amphidoxion, cuius contrariū frequēter cōtingi solet.

Amphímacrus & Amphímacer, m. s. ἀμφίμακρος, pen. corr. pes ex tribus syllabis constans, prima & ultima longis, media correpta: ut, Palladi. Sic dictus, q utraq; parte longam habeat syllabam, ἀμφὶ enim utrinque sonat, & μακρὸς longum. Est autem contrarius Amphibracho. – ⏑ –

Amphimalla, n. s. ἀμφίμαλλα, Erant tunicæ gausapinæ, ex utraq; parte pilos habētes, quæ & Gausapia dicebātur. Plin. lib. 8. cap. 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla nostra, sicut uillosa etiam uentralia. Quæ uerò ex altero tantū latere uillos habebant, Heteromalla dicebantur.

Amphí

Amphimaſchala, ἀμφιμάσχαλα. Veſtes erant liberorũ duas habentes manicas: Herroamaſchala autem, quæ ſeruorũ ueſtes erant, unam tantùm habebãt manicam. Veraq; nomẽ acceperunt ab axillis, quæ à Græcis uocantur μασχάλαι.

Amphippi, ἄμφιπποι. Milites, qui duobus equis in bello utuntur, & ex ſeſſo in recentem tranſiliunt. Liuius lib. 2. bel. Pun. Deſultores uocat: & equi ipſi Deſultorij appellantur.

Amphitanc, ἀμφιτανὲ, Gemma, quæ alio nomine dicitur Chryſocolla. Inuenitur in ea Indiæ parte in qua formicæ eruũt aurum, colore auri, figura quadrata, traditurq; natura eius eadem, quæ magnetis, niſi quòd aurum quoq; trahere dicatur. Hæc Plinius lib. 37. cap. 10.

Amphitapa, f. p. ἀμφίταπος Athenæo, Veſtis genus utrinque uillos habens. Varro, Alterum bene acceptum dormire ſub amphitapa bene molli. Lucilius, Plumæ, atq; amphitapę, & ſi quid aliud delitiarum. Vtitur hoc uocabulo Vlpia nus in l. ueſtis. ff. de auro & argent. leg. Pro eodem etiam legimus Amphimallon.

Amphitalamus, Cubiculi genus eſt, quaſi duplex thalamus. Vitruuius lib. 6. cap. 9. In proſtadis autem dextra & ſiniſtra cubicula ſunt collocata, quorum unum Thalamus: alterum amphitalamus dicitur.

Amphitheatrũm, n. ſ. ἀμφιθέατρον, pen. prod. Aedificiũ erat rotundum, ueluti ex duobus theatris (quæ hemicycli figura erant) compoſitũ, circunquaq; ſpectandi uſum præbens. Martialis libro 1. Omnis Cæſareo cedat labor amphitheatro.

Amphitheatralis, le. adiectiuum, Ad amphitheatrũ pertinens: ut, Ludi amphitheatrales: Amphitheatrale ſpectaculũ. Plin. lib. 11. cap. 24,

Amphiteatrica charta, ita dicta à loco confecturæ, cui quartus locus tribuitur à Plin. lib. 13. cap. 12.

Amphithetum, ἀμφίθετον, Poculi genus eſt, quod utrauis ex parte ſtare poteſt. Eraſmus in prouerbijs, ex Heſychij ſententia, credit eſſe poculum, quod ob magnitudinem ambabus tollitur, & reponitur, quod genus Hollãdi Buſam uocant. Neq; abſurdũ forte fuerit dicere, eſſe poculi genus circa mediũ, quũ clauſum eſt, uentricoſum, utrinq; baſim habens cui inſiſtat: quod ſi aperias, diuiditur in duo æqualia pocula, in ſeſe ſi claudas, cocuntia. Qua etiam forma ſalina fieri conſueuerunt, & hac tempeſtate etiam pocula ex auro & argento fiunt. Quicquid id eſt, conſtat certè magnũ fuiſſe poculum, quo uti ſolebant, quum ſtrenuè potare uolebant: unde manſit prouerbium, Ex amphitheto bibiſti, quum alium ad ebrietatem uſq; bibiſſe uolumus indicare.

Amphŏrã, ἀμφορεὺς, pen. corr. Vaſis fictilis genus, duas habens anſas: unde & nomẽ accepit, quòd ſcilicet anſis utrinq; apprehenſis ferretur: ab ἀμφὶ, καὶ φέρω. Horatius in arte, amphora cœpit Inſtitui, currente rota cur urceus exit? Erat autem hoc uaſis genus uino aſſeruando in primis accommodatum. Idem; Carm. Nec Læſtrygonia Bacchus in amphora Langueſcit mihi. Erat præterea amphora, menſuræ genus, capiẽs congios octo, hoc eſt quadraginta octo ſextarios. Alio nomine Quadrantal dicebatur, à menſuræ eius figura, quæ omni ex parte pedem habebat quadratum. Cicero pro Fõteio, Itaque Titurium Toloſæ quaternos denarios in ſingulas uini amphoras portorij nomine exegiſſe. Idem in Verrem, Iam non quæro, unde quadringẽtas amphoras mellis habueris.

Amphoralis, le. Quod eſt unius amphoræ capax. Plin. lib. 37. ca. 2. Idem Xenocrates author eſt, uas amphorale uiſum, & aliqui ex India cryſtallum ſextariorum quatuor.

Amphorarius, ἀμφορηφόρος, m. ſ. Qui mercedis gratia amphoram portat.

Amphoterodexios, ἀμφοτεροδέξιος, id eſt ambidexter.

Amphoteroplon, fœnus nauticum eſt, cum fœnerator & commeatus & remeatus periculum ſuſcipit. Heteriplon cum commeatus tantũm. notat Bud. in l. nihil intereſt. de nat. fœ.

Amplant, pro amplificant ex Nonio.

Ampicurare, præſul dicebatur in exultationibus Saliorũ promotus edere.

Amplector, cteris, amplexus, d. t. Idem eſt quod circumnctere, circumplicare, περιπλύσιμαι, περιβάλλω. Plaut. in Ciſtellaria, Anus ei amplexa eſt genua. Numeratur à Priſciano inter communia: ſicut & Amplexor, aris, eius frequẽtatiuum. Lucilius, Quin amplexetur, qui uelit: ego nõ ſinam me amplectier. Ponitur & amplecti pro amare. Eos enim amplecti ſolemus, quos uehementer amamus. Cic. Epiſt. Fam. lib. 7. Libenter amplector talem animum.

Amplexus, us, ui, nomen, ipſe amplectendi actus. Cicero 1. de Diuinatione. Puerũ dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.

Amplus, a, um, Dicitur magnum, ſpatioſum, quod latè patet, & per multa diffunditur, πλατὺς, εὐρύχωρος. Ad Herẽnium, Loci præter modũ ampli uagas imagines reddũt. Verg. 1. Aen. Vocemq; per ampla uolutant Atria. Eſt item Amplus, idẽ q; Græcis ἄξιος, hoc eſt, dignitate multa, & authoritate præditus. Cic. pro Sext. Roſcio, Is mihi uidetur ampliſſimus, qui ſua uirtute in altiorem locum peruẽnit. Idem de Amicitia, Suoſq; omnes per ſeſe eſſe ampliores uolebat:

Amplè, aduerbium, Copioſè, magnificè. Cic. 2. de Finib. Si ne hæc quidẽ ſatis amplè, ſatis honeſtè dici putas. Idẽ 6. in Verrem, Exornat amplè, manificeq; triclinium. Amplius, uide infrà. Ampliſſimè ut, Ampliſſimè gerere honores, hoc eſt, cum ſumma amplitudine & dignitate, Cic. in Verrem.

Ampliter, aduerbium, pro amplè ut ampliter acceptus: hoc eſt cũ magno apparatu, & copia. Ampliter ſumptum facere.

Amplius, aduerbium, ſignificat Plus, πλέον. Et quandoque iungitur ablatiuo. Cæſar Comment. 7. Ita ut non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. Quandoq; accuſatiuo Verg. 1. Aen. noctem non amplius unam Falle dolo. Quandoq; nominatiuo. Cæſar Comment. 5. Amplius octingentæ, quæ uno erant tempore, à littore diſceſſerũt. Ponitur etiã pro præterea, πρὸς, ſine caſu. Cic. de Aruſp. reſpõ. Quid enim ſi illi inimiciſſimus eſſet, amplius ad eius laudem minuendam facere potuiſſet?

Amplitudo, f. t. Vt Cic. lib. 2. de Inuent. ſcribit, Eſt potentiæ, aut maieſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundãtia, ἀξίωμα. Idem ad Lentulum, Tuæ ſapientiæ magnitudinisq; animi eſt, omnem amplitudinem, & dignitatẽ tuam in uirtute, atque in rebus geſtis tuis, atq; in tua grauitate poſitam exiſtimare. Amplitudo corporis. Plin. in Epiſt. Nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis grauior & ſonantior erat.

Ampliuagus, ga, gum, pen. cor. Quod in amplum uagatur. Author ad Heren. lib. 4. Ampliuagas imagines reddunt.

Amplio, plias, a p. Augeo, protraho, dilato, πλατύνω, ut, Ampliare ætatis ſpatium, Ampliare uires. Pertinet etiam hæc uox ad iudicia. Ad Heren. lib. 4. Nam quid fuit iudices, quare in ſententijs ferendis dubitaueritis, aut iſtum hominem nefarium ampliaueritis? Liuius libro 4. ab Vrbe condita, ſcribit Poſthumium uirginem Veſtalem ampliatam, deinde abſolutam pro collegij pontificum fuiſſe ſententia, hoc eſt per ampliationem in ſecundam actionem interpoſita dilatione protractam, ut ſcilicet bis cauſam dicere poſſet. Romani enim iudicia hoc modo peragebant. Nam ſtatim ſententia dicebatur à iudicibus, ſi abſoluendus eſſet reus: aut amplius pronuntiabatur, ſi cauſa obſcurior eſſet: & tunc duabus hiſce literis N. L. iudices ſignificabant ſibi non liquere quid eſſet ſtatuendum, cauſamq; denuò eſſe dicendam. Hinc ampliatio naſcebatur, quæ appellata uidetur, quaſi amplius dicendi pronuntiatio. Quia qui ampliabatur, interpoſita dilatione, rurſus ad agendam cauſam redibat. De hac ampliatione intelligit Cicero tertia in Verrem actione, quum ait, Etſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti ſibi turpe exiſtiment non primò iudicare. Differt autem ampliatio à Comperendinatione, quòd Ampliatio certum numerum actionum non habebat, Comperendinatio, iteratam actionem in tertium diem. Cicero in Verrem Act. ſecund. Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus: antea uel iudicari primò poterat, uel amplius pronuntiari.

Amplifico, as, a p. Augeo, amplius reddo, extollo, αὔξω. Cicero 1. de Natura Deor. Eamq; facultatem amplificauit Academia. Idem 3. Tuſc. Nam attrectatu fœuum amplificatis dolorem. Idem pro Domo ſua, A populo ſemper ſum defenſus, amplificatus, atq; ornatus.

Amplificator, m. t. nerbale, Qui rem aliquam, aut perſonam maiorem aut ampliorem reddit. Idem 3. Tuſcul. Pythagoras non ſolùm nominis inuentor, ſed etiam rerũ ipſarum amplificator fuit.

Amplificatio, onis, f. t. augmentatio, αὔξησις Cic. 1. Offic. Nec uero amplificatio rei familiaris, nemini nocens, uituperanda eſt. Apud Rhetores autem amplificatio (definiente Cicerone in Paritione) eſt grauior quædam affirmatio, quę mẽtu animorum conciliet in dicendo fidem.

Amplu

Ampluſtre, Vide Apluſtre.

Amprŏn, onis, m. t. ἄμπρων, Latinè funiculus, qui per iuga iumentorũ tenditur aut quo trahi ferriue ſolent à iumentis onera. Verbum autem ἀμπρεύειν, propriè ſignificat iter curru facere. Per abuſionem uerò translatum eſt ad ueterina iumenta.

Ampulla, genus II. Veſis genus ex uitro, aut alia materia, ad ſeruandum oleum in balneis, item in menſa ad aquam, uel potionem, aliosue uſus accommodatum. λήκυθος. Apul. in Floridis, Hippias prædicauit ampullam quoq; olearia, quam geſtabat ſemet ſibi fabricatam. Cic. lib. 4. de Finibus. Si ad illam uitã quæ cum uirtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat, ſumpturum ſapientem eam uitam potius cui hæc adiecta. Erat autem hoc uaſis genus turgidum, uelut ventre inflato: unde per translationem dixit Horatius, Proiicit ampullas & ſeſquipedalia uerba: pro eo quod eſt uerba turgentia & ſufflata abijcit. Vtebãtur etiam Romani ampulla ad hauriẽdas potiones. Sueton. in Domit. Prãdebatq; ad ſatietatem, ut non temere ſuper cœnam præter Martianum malum & modicam in ampulla potiunculam daret. Eſt etiam Ampulla, tumor inflatus, quem & Bullam uocamus, Græci modò φυσάλυμα, modò φύσημα appellant.

Ampullarius, rij, m. ſ. ſubſtant. Artifex ampullarum. Plautus Pud. Ni erit tam ſyncerũ, ut quiuis dicat ampullarius, Optimum eſſe opere faciundo corium, & ſynceriſſimum.

Ampullarius, a, um, adiectiuum: ut, Ampullariæ unctiones. Plautus Stic. Vel unctiones Græcas ſudatorias, Vel alias mollis malacas ampullarias.

Ampullaceus, au. m, Quod ex ampulla eſt: ut fruſtum ampullaceum.

Ampullaceæ pyra, Quæ ab ampullæ forma nomen habent. Plinius libro 15. cap. 15.

Ampullor, laris, d. p. ab Ampulla, n. ſuperbio, turgeo: quo uerbo uſus eſt Suetonius in Domitiano. & Horatius 1. Epiſt. Antragica deſæuit, & ampullatur in arte.

Ampŭto, tas, pen. cor. a. p. Circumputo, abſcindo, ſeu aufero. περικόπτω, περιαιρῶμαι, ἀπορράσσω. Cic 7. de Finib. Quæ ſit ſciẽda atq; ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. Hinc fit aliud compoſitum, Peramputo, perfectè, ſeu totum incido. Col. lib. 8. Ferro quã cautiſſimè circunſecari opoſtet, ne dum amputatur, etiam quod infrà eſt animal uulneremus. Idem enim quũ ſauciatur, uenenatã ſaniem mittit, quæ repreſſum uulnus ita inſanabile facit, ut totum peramputandum ſit.

Amſanctus, Seruius omni ex parte ſanctus interpretatur apud Vergil. 7. Aeneid. Amſancti ualles, dẽſis hunc frondibus atrum.

Amſagerces, dicuntur quorum ager uiam rangit. Feſtus.

Amula, pen. corr. Genus uaſculi ad aquam geſtandũ, quod religionis & expiandorum malorũ gratia geſtabatur, περιῤῥάντηριον, dictum quaſi amola, ab amoliendis periculis. Huius diminutiuum Amulula.

Amŭlētum, n. ſ. penultima producta. Omne genus remedij aduerſus cuncta mala mendicamenta, & præſertim contra ueneficia. ἀλεξιφάρμακον, περίαμμα. Plinius, Infantibus alligatur ſuccinum amuleti ratione, formam uaſculi habẽs. Græci etiam ἀποτροπαῖα, hæc uocant, ἀπὸ τοῦ ἀποτρέπειν, quod eſt amoliri, ſummouere, depellere. Dictio hæc frequens eſt apud Plinium.

Amulius, ἀμύλιος, Procæ filius, & Numitoris frater, qui regnum fratri abſtulit, atq; omnem eius ſtirpem uirilem necauit. Fratris quoq; filiæ, Rheæ Syluiæ, per ſpeciẽ honoris, quũ Veſtalem eam legiſſet, perpetua uirginitate ſpem partus ademit. Liu. 1. ab Vrbe.

Amurca, ſ. p. ἀμόργη, Sordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ ſequuntur, Fæces uocantur. Vergil. Georgic. 1. Et nigra perfundere amurca. Hoc nomen per c, ſcribitur, ſed profertur per g: ut fit in Caius, Cneus. Amurca contra culices & limaces uim habet maximam. Hinc examurcatus, ſordidibus purgatus.

Amurcaria dolia, in quæ amurca infunditur. Cato de Re ruſt. cap. 10. Dolia, quæis uinacea condat, decem, amurcaria decem.

Amuſſium, n. ſ. Ventis diſcernendis excogitatum organũ, ut ait Cælius. Vitru. lib. 1. cap. 6. Collocetur ad libellam marmoream amuſium medijs mœnibus: aut locus ita expoliatur ad regulam & libellam, ut amuſium non deſyderetur.

Amuſſis, ſ. t. per duplex ſſ, Fabrorum & lapicidarum regula, qua ad dirigenda ligna ſaxaq; utũtur, σάνις, Sed latè pro omni ordine ponitur.

Amuſſim, aduerbium, & ab eo compoſitum, Adamuſſim: ut, Iudicium adamuſſim factum apud Gelliũ: & Examuſſim: id eſt rectè, caſtigatè, regulariter. Plaut. in Amph. Si uera hæc loquitur, examuſſim eſt optima.

Amuſſitata opera dicuntur, quæ adamuſſim facta ſunt. Plaut. in Mil. In hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles. Nonius.

Amūſus, pen. prod. ἄμουσος, Inelegans, & indoctus: hoc eſt à Muſis alienus. Antiquitus enim nihil eruditũ habebatur ſine muſica: unde apud Comicos, qui literas ſe didiciſſe negant, aiunt ſe non didiciſſe muſicam. Vitruuius lib. 1. cap. 1. Ne muſicus ut Ariſtoxenus: ſed non amuſus.

Amxyrus, uide Anxyrus.

Amygdala, læ, f. p. ἀμυγδάλη, pen. cor. Nux Græca, quæ & Thaſia dicitur. Amygdalum, ἀμύγδαλον, etiam. neutro. genere dicitur pro fructu. Palladius, Græci aſſerunt naſci amygdala, ſcripta, ſi aperta teſta nucleum ſanum tollas, & in eo quodlibet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore inuolutum reponas.

Amygdalus, ſ. f. ἀμυγδαλή, Arbor. Amygdala, hoc eſt nuces Græcas proferens. Col. lib. 5. Amygdalus, ſi parum ferax erat, per arborem foratam lapidem adigito. Hinc Amygdalinus, na, num, penult. cor. Serenus, Fertur Amygdalinæ iuce cus nucis eſſe bibendus.

Amygdălītēs, ἀμυγδαλοειδὴς Dioſcoridi, Herba eſt genere tithymali, à ſimilitudine foliorum amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos à latitudine foliorum. Plin. lib. 26. capite 8.

Amylon, n. ſ. ἄμυλον, Placentæ genus quod ex tritico fiebat, aut ſiligine ſæpius elota: ita dictũ quòd ἄνευ τῆς μύλης, hoc eſt ſine mola fieret. Macerabatur enim ſæpius quotidie triticum aut ſiligo, donec ita molleſceret, ut crentor exprimi poſſet, qui deinde in ſole ſiccabatur. A uulgò Seplaſiorũ unica litera immutata Amydon uocatur. Rationem conficiendi amyli, uide apud Plin. lib. 18. cap. 7. apud Catonem de Re ruſt. cap. 87.

Amymita, thuris ſpecies, & cognomen, alioqui cãlidum dum molitur, digitis cedit, more maſtiches.

Amyris, genus arboris eſt, ut inquit Hieronymus, quod Latini putantes myrrhã dictũ, unguenta interpretati ſunt. De cuius arboris notitia hoc ſolũ ad nos peruenire potuit, eã odorem ſolũ habeat ſuauẽ, nullum tamen afferat fructum.

Amyron, attractilis, Dioſcor.

Amyſtis, ſ. f. t. ἄμυστις, Strenuæ potationis genus erat apud Thraces, quum potus ingurgitabatur, ut uinum in dolium infunditur, neq; ſpiritu reciprocato, neq; ore contracto. Vnde ἀμυστίζειν Græci dicunt, pro ingurgitare, & ſine reſpiratione affatim bibere. Horat. lib. 1. Carm. Baſſum Threicia uincat amyſtide. Alij Amyſtidem poculi ſpeciem interpretãtur, quo Thraces utebantur, quoties ἀμυοί, καὶ ἀπνευσί, hoc eſt circa labrorum contractionem, & ſpiritus reciprocationem, potare uolebant.

A' N.

An, aduerbium interrogandi, & pro nunquid ponitur, ἢ μή. Cicero, An uerò Romulus ille, aut paſtores, aut conuenas cõgregaſſe uidetur? Sed aliquando tranſit in uim coniunctionis ἤ, quum ſermo dubitatiuus eſt, & nunc ferè ſubiunctiuo iungitur: ut, Neſcio an pater uiuat. In notis antiquorum. AN. Annius. A. N. N. ante noctem. A N. M. actionẽ mandat. A N N. uel A N. uel A. annis. A N T. ante uel antea. A. N. T. T. C. ante terminum conſtitutum. ANG. P. angelus percuſſit, A N M. anima. ANN. SEN. Anneus Seneca.

Ana, eſt etiã nox barbara, qua Medici noſtri temporis utuntur in ſuorum medicamentorum compoſitionibus, pro latinis uocibus, ſingulorũ partem ſeu partes, uel quod idem, unius cuiuſq; ſpeciei.

Anăbăſis, ſ. t. ἀνάβασις. Dioſcoridi, Herba quæ Equiſetum Latinè dicitur, à Græcis Hippuris. Plin. lib. 26. capite 13. Recentiores Caudam equinam uocant.

Anabaſius, ἀναβάσιος. Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem diſſeminaturus, qualem Triptolemum fuiſſe in fabulis legimus, quem ſemina per orbem ſparſurum, Cereris beneficia annuntiaturum, à dea rapidiſſimo curru emiſſum fabulantur. Nomen deductum eſt, ἀπὸ τῆς ἀναβάσεως, hoc eſt, ab aſcenſu, curruũ ſcilicet, uel equorum

Hiero-

ἀμυστίζειν.

ana Medicæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hieronymus contra Rufinum, Idcirco ne cereales, & anabasij tui per diuersas prouincias cucurrerũt, ut laudes meas legerent?

Anăbăthră, n. ſ. ἀνάβαθρα, Scalæ, pulpita, gradus ſuperiores ſcãſiles, aut inſtrumẽta ſcabellorũ, aut ſubſellia: ab ἀναβαίνω, id eſt ſurſum aſcendo. Iuuenalis Satyr. 7. Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Anăbŏlāgĭŭm, ἀναβολάγιον: uel anaboladiũ, ἀναβολάδιον; Sindonis genus eſt, quo humeri operiuntur: dictum ἀπὸ τοῦ ἀναβάλλομαι, quod interdum Induo ſignificat, interdum reijcio. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere, & quum uiſum eſſet, reijcere.

Anabula, læ, ſ. p. ut ſcribit Plinius animal Aethiopicũ capite cameli, collo equi, cruribus bouis prætendens ſimilitudinem, per totum corpus nitentem habens rubedinem, albis maculis immiſtam. Eſt & miri decoris, longo collo & altis anterioribus & poſterioribus cruribus.

Anacacabea, ἀνακακάβδα, nom. ſ, à uulgò Græcorũ arbuſcula quædã appellatur, teſte Aëtio, quæ Homero Lotos dicitur: Galli Alyſam & Alyſarũ nominant. Fructus quoq; eodẽ Aëtio teſte, à recentioribus Græcis Anacacabon appellatur: Latini uocant Fabam Græcam. Vide Ruellium lib. 1. cap. 95.

Anacampſeros, otis, ἀνακαμψίρροος, Herba eſt, cui à Magis reuocandi amoris uis tribuitur: ita dicta ab ἀνακάμπτω reflecto, & ἔρως amor. Plinius lib. 24. cap. 17. Anacampſerotẽ celeber arte Grammatica paulò antè, cuius omnino tactu redirent amores, uel cum odio depoſiti.

Anacardium, ἀνακάρδιον, Arbor Indis familiaris, fructu auiculæ corculo non diſſimili: unde nomen putant inditum, rubente intus cruore, quo ueluti ſanguine ſcatet. Ruellius lib. 1. cap. 37.

Anăcĕphălæōsĭs, ſ. f. ἀνακεφαλαίωσις, penultima producta. Breuis recapitulatio, in qua repetitio rerum ſummatim fit. Quintilianus lib. 6. cap. 1. Rerum reperitio, & cõgregatio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibuſdam Latinorum Enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totam ſimul cauſam ponit ante oculos iudicis. Græcè κεφάλαιον, caput dicitur in ea ſignificatione, qua nonnulli capituli appellatione utuntur.

Anachires, ἀναχίτης, Gemma eſt omnium pretioſiſſima, quem noſtro nomine Adamãtem uocamus: ita dicta quòd uanos motus, animiq; lymphatiões credatur abigere, & aduerſus uenena habere uim antidoti. Vide Plinium libro ultimo, cap. 4.

Anachoreſis, ἀναχώρησις, Eremus, receſſus, unde monachi eremum incolẽtes, & quicunq; procul ab hominibus receſſerint, ἀναχωρεῖται uocantur. Caſſianus in Col. Cuius ſectatores anachoritæ, id eſt receſſores meritò nuncupantur, eo qđ nequaquam cõtenti hac uictoria, qua inter homines occultas inſidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifeſto conflictu dæmonibus congredi cupientes, uaſtos eremi receſſus penetraſſe non timeant.

Anachoritæ

Anăclēsĭs, ſis, fœm. t. ἀνάκλασις, reuerberatio, repercuſſio. Vlp. l. ſi arcoram deſeruit. Vrbs. præd.

Anaclĭnterĭum, rii, n. ſ. ἀνακλιντήριον. Lectulus, ſuper quo quieſcimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuſcanica: & apud Lampridiũ in Heliogabalo, Accubita: à quibuſdam quoq; Stibadia dicũtur. Spart. in Ceionio Commodo, Nam lectum eminentibus quatuor anaclinterijs fecerat, minuto reticulo undiq; incluſum.

Paulbasit

Anacollia, uocantur, quorum lachryma incommodantes pilos corrigit, Aëtius.

Anacoluthos, ἀνακόλουθος, Latinè inconſequens: unde Anacoluthon figura eſt, quum non redditur quod ſuperioribus reſpondeat, ut ſi in oratione ponatur μέν, & nõ ſequatur δέ. Aut è contrario, quum particula quæ non niſi poſteriori loco poni conſueuit, ſola ponitur, ſine ea quæ ſolet præcedere: ut ſi, uerbi gratia, relatiuum ponitur ſine antecedente. Vergilius 2. Aeneidos. Millia quot magnis nunquam uenere Mycenis. Vbi Seruius, Anacoluthõ eſt: nam dicit quot, quum non præmiſerit tot.

Anacoluthon

Anacriſis, ἀνάκρισις, Quæſtio de reo habita, ſiue ea per tormenta fieret, ſiue ſine tormentis. Item interrogatio teſtium, quam uulgus Informationem uocat. Vide Bud. in Comment.

Anactorion, ἀνακτόριον, Herba eſt, quæ notioribus nominibus ξιφίον Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioſcorides libro 4.

Anadema, ἀνάδημα, pen. prod, quidam legunt Anadeſma, Corona, ſertũ, aut ſimile capitis ornamẽtũ. A uerbo ἀναδέω, corono, uel circumligo. Lucretius lib. 4. Et bene parta patrũ fiunt anademata, mitræ.

Anadendrades, pen. cor. ἀναδενδράδες. uocantur à Græcis uites arbuſtiuæ, quæ ſcilicet arboribus fulciuntur.

Anadendromalache, ἀναδενδρομαλάχη, Malua arboreſcẽs, quã Galenus 4. Therapeuticæ eandẽ facit cum Althæa.

Anădĭplōsĭs, ἀναδίπλωσις, penult. prod. Dici poteſt reduplicatio. Eſt enim dictionis in ultima parte præcedentis uerſus poſitæ in prima ſequentis repetitio. Verg. Eclog. 8.

Certent & cygnis ululæ, ſit Tiçyrus Orpheus,
Orpheus in ſylphis, inter Delphinas Arion.

Anadyomene, pen. cor. ἀναδυομένη, Participiũ fœmininũ eſt uerbi ἀναδύομαι, Latinè poteſt dici Emergens. Hoc nomine Apellis opus dictum eſt, quod Venerem habebat è mari emergentem. Vide Plin. lib. 35. cap. 10.

Anagallis, ἀναγαλλίς, Herba eſt quam Morgelinã, uel Gallinę morſum uulgò uocari, ſi Ruellio credimus. Duę eius à Plinio traduntur ſpecies floris colore diſtinctæ. Mas eius florem habet phœniceum, fœmina cæruleum.

Anaglypha, u. ſ. ἀνάγλυφα, pen. cor. Dicuntur naſa, aliáque opera, ſculpturis aſpera, quæ ſcilicet ita exſculpta ſunt, ut in eis imagines eminẽant: ita dicta ab ἀνὰ, quod ſurſum ſignificat, uel ſuprà, & γλύφω ſculpo: eo quòd ſculpturæ in ſuperiori parte emineant. Vnde & à Gallis Releuata dicuntur. Eadem & Anaglypta inuenimus appellata. Plin. lib. 35. cap. 11. Nunc anaglypta in aſperitatemq; inciſa circa linearum puncturas quærimus. Mart. lib. 1. Nec deſunt tibi uera Glaniana, Nec menſis anaglypta de paternis.

Anaglyptes, m. uel p. ἀναγλυπτής, Sculptor, qui ita quippiam exſculpit, ut in eo imagines promineant.

Anaglyptice, f. t. ſiue Anaglyphice, ἀναγλυφικὴ ἢ ἀναγλυπτική, Ars & ratio ita ſculpendi, ut in opere imagines emineant. Huic opponitur Diaglyphice, διαγλυφική, quum imagines ſuperficie operis ſunt depreſſiores, & ita excauatæ, ut eminẽtes imagines ceræ, alteriúe corpori molli poſſint imprimere: cuiuſmodi ſunt annuli & ſigilla tam publica, quàm priuata, quibus literæ, & diplomata obſignantur.

Anagnoſtes, m. p. uel t. ἀναγνώστης, Latinè lector dicitur. Nam ἀναγνώσκω, lego, ἀνάγνωσις recognitio, lectio. Cic. Att. Nampuer feſtiuus anagnoſtes noſter Soſiſtheus deceſſerat.

Anăgōgē, ges. f. t. ἀναγωγὴ, Latinè receſſus dicitur, ſubtilis ſiue excelſa aut ſuperior intelligentia, ab ἀνὰ καὶ ἄγω, ὅθεν ἀναγωγὴ, reductio.

Anăgrāphē, deſcriptio, ut Cic. Vel ut uulgus inuẽtarium.

Anagyris, ἀνάγυρος, Herba eſt grauiſſimi odoris, quæ ob id à ruſticis lignum putidum uocatur. Huius folia, virgasq; ſi quis decerpſerit, fœdiſſimo odore manus imbuit, quæ nonniſi frequenti lotione poteſt liberari. Hinc factus eſt locus prouerbio, ut qui ſibi offutura commoueat, ἀνάγυρον κινεῖν, hoc eſt, Anagyrin mouere dicatur.

Analecta, n. ſ. ἀνάλεκτα, Purgamenta cœnarum & quiſquilię ciborum ſub menſam cadentes, quæ manu colligi ſolẽt, & extra triclinium efferri. Mart. lib. 7. Colligere longa nec turpe putat dextra Analecta, quicquid & canes reliquerũt. Dicta Analecta, ἀπὸ τοῦ ἀναλέγεσθαι, hoc eſt à colligendo, propterea quòd manu colligerẽtur, non ſcopis euerrerẽtur. Inuentis enim lithoſtrotis, cæteriſq; id genus pretioſioribus pauimentis, ceſſauit uſus ſcoparum. Illa enim, quòd ex minoribus teſtulis conſtabant, ſcopas non admittebant: unde etiã Aſarota dicebantur, quòd non uerrerẽtur: ſed quòd manu purgamenta colligi ſoleant, & pauimenta ipſa ſpongijs lauari. Mart. lib. 14. In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe, Otia ſed ſcopis nunc analecta dabunt.

Analectes, æ, ἀναλέκτης, Dicitur, teſte Cælio Rhodig. lib. 15. cap. 31. qui multa lectione exercitatus, memoria eſt firmiſſima, ita ut quicquid unquã legerit, uel audiuerit, habeat ad manum. Nomen deductũ eſt à uerbo ἀναλέγεσθαι, quod inter cætera ſignificat, ἀναμριβόλως ἔχειν πρὸς ἐννοεῖσθαι, hoc eſt memoria concipere, & firmiter tenere. Sene. Suaſit illi Satellius Quadratus, ut Grammaticos haberet analectos.

Analecti

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Analectides, ἀναλεκτίδες, Dicuntur quibus è xylino lino, uel quauis materia, puellæ tanquam puluillis constipant scapulas prominentes, ut uideri habitiores possint. Ouid. 3. de arte amandi. Conueniunt tenues scapulis analectides altis, Angustum circa fascia pectus erat. Cæl. lib. 7. cap. 11.

Analesia æ, f. p. dicta est eò quòd sanas partes capitis sensu priuet. Fit uel nascitur ex negligẽtia aut ex nimio cibo, aut ex luxuria aut potu frigido bibendo, uel nimium cogitando, uel ex indigestione ciborum.

Analogia, ἀναλογία, Accentu in pen. Proprietas, proportio conuenientia, similitudo. Cicero. Quod analogiam Stoici, nos appellemus conuenientiam, si placet. Quint. lib. 1. Analogia præcipuè, quam proximè ex Græco transferentes in latinum Proportionem uocauerunt. Hæc est eius uis, ut id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet: ut si quæratur, funis masculini, an fœminini generis sit, ex eius diminutiuo cognoscitur, quia funiculus generis masculini est.

Analogismus, ἀναλογισμός, A Dialecticis uocatur firmissimum illud argumenti genus, quod à causa propinqua ducitur. Cui opponitur Epilogismus, qui solet sumi ab effectu, aut certè à causa remota. Dicitur autem Analogismos à uerbo Græco, ἀναλογίζομαι, quod inter cætera significat ratiocinari, & firmissimis argumentis aliquid colligere.

Analogistæ, tutores qui non tenentur rationem reddere tutelæ administratæ.

Analogos, ἀνάλογος, Proportione respondens.

Analytica, orum. n. f. ἀναλυτικά, Nomen est duorum librorum Aristotelis, quibus ille iudicandi, siue (ut alii loquuntur) argumenta resoluendi, partem exequitur. Nomen deductum est à uerbo, ἀναλύω, quod resoluere significat, non nunquã etiã diiudicare. Bud. in Comm. linguæ Græcæ.

Analphabeti, ἀναλφάβητοι, A Græcis dicuntur qui ne elementarias quidem literas nouerunt, quos Fulgentius Abcedarios appellat, in 3. Mythologicon. Budæus in Pandectis.

Anamnesis, f. t. ἀνάμνησις, Latinè commemoratio dicitur.

Anancæon, n. f. ἀναγκαῖον, Necessarium Latinè dicitur. Figura quum uolumus ostendere necessitudinem, aut naturę, aut temporis, aut alicuius personæ: quale est illud Democharis, Nihil ualebat assidua pro fratre ac misericors precatio, quum iudicaret tyrannus, cuius crudelitas omnem naturæ necessitudinem extinguebat. Rutilius Lupus libr. 1.

Ananchitis, ananchitidis, ἀναγχίτις, Gemma, de qua sic Plinius lib. 37. cap. 11. Ananchitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum.

Anangilos, Rubus Dioscoridi.

Anantrapodoton, ἀνανταπόδοτον, Schema est, quo Græci frequentius utuntur quàm Latini, quum scilicet oratio aliquo membro destituitur.

Anantiæ, arum, capilli à fronte dependentes.

Anapæstus. m. s. ἀνάπαιστος, Pes ex duabus syllabis breuibus & ex tertia longa. Componitur ex ἀνὰ re, & παίω ferio, eò quòd repercutiat dactylum sono reciproco. A Græcis ἀντιδάκτυλος dicitur, quasi dactylo contrarius. Cic. libr. 2. Tusc. Non adhibetur ulla sine anapestis pedibus exhortatio.

Anaphalis, ἀναφαλίς, Herba est, quæ notiore nomine Cnaphalium, & à quibusdam Centunculus appellatur.

Anaphora, f. p. ἀναφορά, seu Epanaphora, ἐπαναφορὰ pen. cor. Figura quam nos Relationem seu Repetitionem dicere possumus, quæ fit quoties in principio singulorum membrorum, aut uersuum eadem pars orationis repetitur; hoc modo, Verres calumniatores apponebat, Verres de causa cognoscebat, Verres pronuntiabat. Verg. 1. Aen. Nate meæ uires, mea magna potentia solus, Nate patris summi. Anaphoræ etiam scansiones seu ascensiones signorum uocabantur, ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ, ex inclinatione cæli uaria, nunc maiores, nunc minores. Firmicus, Sed istis tandiu uitiis laborabit, quoad signi eius fuerit anaphora completa.

Anapologeros, ἀναπολόγητος, Latinè inexcusabilis.

Anarchus, ἄναρχος, Sine principe, uel principio. Ambr. libro Hexam. Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatem, ne anarchon, id est, principio carentem crederemus.

Anarrhinon, ἀνάρρινον, Quod & Antirrhinum, herba est anagallidi similis, radice nulla aut perexigua, semine uitulinas nares imitante: unde & nomen habet. Galenus Buceranion appellat. Galli Oculum catti. Vide Plin. 25. cap. 10. & Ruellium lib. 3. cap. 131.

Anas, atis. f. t. pen. genitiui corr. Auis notissima ex genere amphibiorũ: ita dicta ab assiduitate natãdi, νῆττα. Mart. lib. 13. Tota tibi ponatur anas, sed pectore tantùm Et ceruice sapit, cætera redde coquo.

Anaticula, diminutiuũ est, νηττάριον. Cic. de Fin. Serpere anguiculos, euolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti uidemus bones.

Anatinus, na, num, pen. prod. Plaut. in Rudente, Vtinam fortuna anatina nũc uterer: ut quũ exissem ex aqua, aërẽ tamẽ.

Anatarius, qui anates custodit, pascitue, νηττοφύλαξ.

Anatarius, a, um, Quod ex anate est: ut, Anatariæ plumæ: siue quod ad anates pertinet: ut, Anataria aquila, νηττοφόνος ἀετὸς quæ anetes uenatur. Plinius lib. 10. cap. 3.

Anasphoros, ἀνάσφορος, A quibusdam uocatur Herba, quã Græci πλατίδα, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus. Quidam uerò hoc ut pleras; alias herbarum nomenclaturas apud eundem inter notha referre malunt.

Anastomosis, ἀναστόμωσις, A medicis appellatur aperitio neruorum, quando scilicet uenarum orificia amplius quàm aperiuntur: quod fit aut propter uasorum imbecillitatem, aut propter sanguinis ad orificia affluentis copiam. Galen. lib. 4. & 5. Methodi. Est autem nomen hoc deductum à uerbo Græco, ἀναστομόω, quod Latinè sonat Aperio.

Anastrophe, ἀναστροφὴ, Inuersio, uel peruersio dicitur. Est enim (ut docet Diomedes) duorum uerborum ordo præposterus: ut, Italiam contra, pro contra Italiam.

Anathema, ἀνάθεμα, n. t. Idem quod Detestatio, uel execratio. Item donarium, quod dijs suspenditur in columna, uel pariete templi, ἀπὸ τοῦ ἀνατίθεναι, hoc est à seponendo, uel suspendendo: aut certè ab eo, quòd nefas esset ea loco mouere. Homines quoq; sacri, quorum capita deorum alicui dicata sunt, Anathemata appellantur. Vide Budæum in Commentarijs Linguæ Græcæ.

Anathematizo, zas, Denouco, detestor.

Anatheosis, f. t. recta diuinitas dicitur, uel cultus deo debitus, qui alio nomine Latria.

Anatole, stellæ cuiusdam in Oriente nomen.

Anatocismus, m. s. ἀνατοκισμός. Est usuræ anniuersaria reuolutio, & quas usuras usurarum uocant. Cic. ad Atticum, Interim quum in edicto translato centesimas, me obseruaturum haberem cum anatocismo anniuersario.

Anatome, mes, ἀνατομὴ, Dissectio, uel consectio, quum scilicet humanum corpus dissecatur, ut uenæ, nerui, & cætera à medicis conspici possint.

Anaxetum, ἀνάξητον, Apud Dioscoridem lib. 3. legitur inter nomenclaturas Gnaphalij herbæ. Quanquam non desunt qui & hoc malint inter notha referre.

Anaxyris, ἀναξυρὶς, Herba est notissima, quam & Oxalidẽ Græci, & Latini Rumicẽ appellant. Ita dicta, quòd folia eius calceorum soleas imitentur, & quæ anaxyrides quandoq; à Græcis appellantur.

Ancæsa, n. f. Dicta sunt ab antiquis nasa, quæ cælata uocamus, quòd circumcedendo talia fiant. Ipsum quoque Cælare uerbum ab eadem causa dictum est, d cum l permutata. Festus.

Anceps, ancipitis, om. n. Quod utrinq; acutum est, ἀμφίστομος. Anceps (inquit Festus) significare uidetur, quod ex utraq; parte caput habet, ut securis, bipennis. Sed magis à capiendo, quòd ex utraq; parte æquè capiatur, appellatum est. Lucil. Vecte, atq; ancipiti ferro effringã cardines. Accipitur pro dubio, siue ambiguo, ἀμφίβολος, ἐπαφοτεύων. Cicero pro Marcel. Incertus est exitus, & anceps fortuna. Idẽ 1. de Nat. deor. Bestiæ quasi ancipites, in utraq; sede uiuẽtes.

Ancetum, sylnestris cucumer, apud Dioscorides.

Anchites, Lege Anachites.

Anchora, f. p. pen. corr. Ferreum instrumentum quo naues retinentur, quod & à Græcis ἄγκυρα uocatur: unde & Latini nocem hanc procul dubio mutuarent, & tenue in suam aspiratam, & u in e commutãtes, Cic. 7. Verr. Vela fieri, præcidi anchoras imperauit. Et quia nautæ tempestate iacti quãdo feliciter nauigãdi nulla spes superest, ad anchoram cõfugiũt, qua ancta nauim eodẽ in loco retinẽt, donec felicius nauigandi se offerat occasio: factum est ut Sacram anchoram

Anatomia.

anchoram prouerbialiter dicamus pro extremo perfugio. Vide Erasmum in Adagijs.

Anchorarius, m. s. Qui curam anchoræ habet, ut eam uel demittat, uel eleuet.

Anchorarius, a. um, Quod ad anchoram pertinet: ut, Funes anchorarij. Hircius, Storias autem ex funibus anchorarijs tres fecerunt.

Anchoralis, lis, le, adiectiuum. Plin. lib. 16. cap. 8. Vsus eius anchoralibus maximè nauium piscantiumq; tragulis. Anchoralis tractus. Liuius 7. belli Macedonici.

Anchusa, f. p. ἄγχουσα, Herba est lactucæ foliis, radicem habens digitali crassitudine, colore sanguineo, æstate, manus inficiēs, qua mulieres colorem purpureum malis inducūt. Galli uocant Ochanettam.

Ancile, n. t. per simplex l. pen. prod. Scutum breue erat, authore Festo, ita ex utroq; latere recisum, ut nullus angulus uideri posset, & summum infimumq; eius latus medio pateret. Dictum ab Am & Cæsum, quasi Ancisum: uel ab ἄγκων, quod est cubitus: uel ab ἄκος remedium, quoniam pestilentiæ remedium fuit. Ferrur Numæ Pompilij tempestate de cœlo decidisse, unaq; editam uocem, omniū potentissimam fore ciuitatem, quandiu in ea mansisset. Itaq; facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cœleste posset. De hoc Ouid. lib. 3. Fast. Ecce leui sciūtū uersatum leniter aura Decidit: à populo clamor ad astra uenit. Et paulò pòst, Idq; ancile uocāt, quod ab omni parte recisum est, Quemq; notes oculis, angulus omnis abest. Liuius lib. 1. Salios item duodecim Marti gradiuo legit, tunicæ pictæ insigne dedit, & super tunicam, æneum pectori tegmen: cœlestiaq; arma, quæ ancilia appellātur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudijs, solenniq; saltatu iussit. Horat. lib. 3. Carm. hoc Ancilium declinauit, quū ait, Anciliorum nominis, & togæ. Iuuenalis uerò adiectiuū posuit, quum dixit, clypeis ancilibus.

Ancile, Incisio est tendinū circa collum uel articulos, propter quam impeditur functio. Galen. de definit.

Ancilla, δμωὴ, Mulier serua. Nomen deductum putauit Festus ab Anco Martio, quòd is in bello magnum fœminarum numerum ceperit. Siue quòd antiqui Anculare dicebāt, ni nistrare. Ex quo dij quoq; ac deæ feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi, & Anculæ. Plin. lib. 2. cap. 63. Terra mortalium semper ancilla.

Ancillula, διμωαδιον, Diminutiuum ab ancilla. Terent. in Eunuch. Nonnè ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam, &c. Cic. 1. de Orat. Iuris scientiam eloquētiæ, tanquā ancillulam pedissequam q; adiunxisti.

Ancillularis, adiectiuum, quod ad ancillam pertinet. Sallust. in Ciceronem, Cui insidias in ciuitate fecisti ancillares.

Ancillariolus, ancillæ addictus, qui ancillam amat. Martialis libro 12. Ancillariolum tua te uocat uxor, & ipsa Lecticariola est: estis Alauda pares.

Ancillor, laris, d. p. δουλεύω, Ministro, uel dedico me ad ministrandum, ac seruiendum, more ancillarum, quæ suis ministrant ac seruiunt heris. Cicero in Sallustium, non enim uni priuatim ancillatus sum.

Anclābra, Vasa sunt, quibus sacerdotes utebantur. Anclabris (inquit Festus) est mensa ministerijs apta diuinis, uasa quoq; in ea, quib. sacerdotes uruntur, anclabra appellātur. Sunt qui legant Antlabra, ἀπὸ τῆς ἀντλῶ, hoc est ab hauriēdo.

Anclare, Lege Anclare.

Ancones, Vasa sunt cubitalia, Paul. de fundo instructo. l. tabernæ, inquit, Doliaria uasa, ancones, calices, trullæ.

Anconisci, ἀγκωνίσκοι, Instrumenta tortoria. Item ferramenta oneribus sustinendis idonea, quæ à Gallis corruptè Angones uocantur: cuiusmodi in cellarum uinariarū columnis uidemus, quibus incumbunt ligna quæ dolia ferūt. Dicta à similitudine cubiti, quem ἄγκωνα Græci appellant. Nam ut plerig; dormientium cubitis, ita hisce ferramentis onera innituntur.

Ancteres, ἀγκτῆρες, Vincula sunt, quibus uulnerum labra constringūtur, ne latior fiat cicatrix. Gal. 3. Therapeut. Item pars colli, suffocationi maximè obnoxia, ἀπὸ τῆς ἄγχης. Vide Cælium Rhod. libro 4. cap. 2.

Ancylas, & Ancyclopes nuncupare solēt articulorum detentiones, originem ad densitatem, obstructionemq; uel neruale quampiam extensionem referentes.

Ancurisma, Vinosi uasis euacuatio, uel spiritalis materiæ ablatio per diapesin solutæ.

Ancyloglossum, ἀγκυλόγλωσσον, Vinculū neruosum subtus lingua, in pueris præsertim, quod Filum uulgò appellatur. Eximitur autem instrumento, quod ἀγκυλότομος, appellāt. Vide Paulum Aeginetam lib. 6. cap. 29.

Anculi. Et Anculæ, dij, deæq; ancillarū putabantur. Festus.

Ancyromachus, m. s. ἀγκυρόμαχος, pen. cor. Genus nauigii est, ita dictum, quòd anchoris, & reliquis nauigii instrumētis uehendis sit aptum.

Andabatæ, ἀνδαβάται, Gladiatores erant, qui oculis clausis digladiabantur. Cicero Trebatio, Quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus. De Andabatis sic scribit Erasmus, Andabatæ fuerintné populi clausis oculis soliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clausis oculis tenderent in aduersarium, an potius lusus genus, ut propemodū ex Seneca licet conijcere, nondum (ut ingenuè fatear) satis compertum habeo.

Andrachne, f. t. ἀνδράχνη. Herba est, quæ à Latinis Portulaca dicitur.

Andrachneagria, ἀνδράχνη ἀγρία Herba est maiori semper uiuo similis, sed foliis minoribus, quæ à Latinis illecebra appellatur, & Portulaca syluestris. Vide Ruellium libro 2. cap. 140.

Andrago, f. t. ἀνδραγὼ, pen. prod. Mulier animum uirilē habens, ἀπὸ τῆς ἀνδρὸς καὶ ἄγειν, Latini uiraginem uocant.

Androdamas, m. t. ἀνδροδάμας, Lapis est ex genere hæmatitarum, colore nigricante, pondere ac duritia insignis, qui attritus coti succum reddit sanguineum. Vide Plin. lib. 36. cap. 20. Est præterea Androdamas, gemmæ nomen, quæ argenteū nitorē habere tur adamas, quadrara, & semper tessellis similis: cui Magi putant nomen impositum ab eo quòd impetus hominum & iracundiam domet, ἀπὸ τῆς δαμάζειν τὰς ἄνδρας, hoc est domandis uiris. De hac Plinius lib. 37. cap. 10.

Androgynos, m. s. ἀνδρόγυνος, pen. cor. Qui utrunq; habet sexum, & maris & fœminæ: cuiusmodi Hermaphroditum fuisse Poëtæ fabulantur, Mercurij & Veneris filium, Ab ἀνὴρ & γυνὴ. Cic. de Diuinat. Quid ortus Androgyni? nonne fatatale quoddam monstrum fuit?

Andron, m. t. ἀνδρὼν, A quibusdam putatur esse locus in ædibus, parietibus undiq; septus, sed tectè sine tecto. Plin. in Epist. Tam alti abditiq; secreti illa ratio est, quòd interiacens andron parietem cubiculi hortiq; distinguit, atq; ita omnē sonum medij inanitate distinguit. Festus locum esse in ædibus longitudine angustiorem, in quo uiri plurimū uersantur, ut γυναικῶνα, in quo mulieres. Solebant enim uiri publico scito in conuiuijs maximè à mulieribus seiungi, ne illorum moribus accumberent. Suidas quoq; Andronem interpretatur locum in ædibus, in quem uiri solent conuenire. Dicebatur huiusmodi locus etiam Andronitis: quòd in eo uiri sine interpellationibus mulierum uersarentur, ut scribit Vitruuius libro 6. Est etiam Andron (sicut scribit Ptolemæus) oppidum inferioris regionis Nili.

Andronium. Medicamentum est, uuæ, quæ in fine fauicium nasci solet, curandæ utile. Eius confectionē uide apud Celsum libro sexto, cap. 14.

Androsæmon, ἀνδρόσαιμον, Herba est similis Hyperico, clauiculis tamen maioribus, ac magis rubentibus. Florē habet lutei coloris, qui digitis attritus, succum emittit sanguini similem: unde & nomen habet. Αἷμα enim apud nos sanguinem significat, de hac herba uide Plin. lib. 26. cap. 5.

Androsaces, ἀνδρόσακες, Herba est maritimis Syriæ locis copiosissimè proueniens, alba, carens foliis, folliculos in cirris habens, & in folliculis semen. Vide Plin. lib. 27. cap. 4.

Aneclogisti, οἱ παρὰ Ῥωμαίοις ἀνεκλογισταί, apud Vlpianum in l. ita autem intelligendi, qui rationibus reddendis soluti.

Anellus, m. s. ἀμφιβρὸς δακτύλιος, diminutiuum ab Annulo. Horatius in Serm. sæpe notatus cum tribus anellis, modò lęua Priscus inani. Cicero, Cuius imaginem non modò in tabulis nostri familiares, sed etiā in poculis, & anellis habebāt.

Anēmōnē, f. t. pen. prod. ἀνεμώνη, Herba est florem habēs eiusdem nominis, caduca lenitate statim euanescentem, quem poëtæ fabulantur ortum esse ex sanguine Adonidis ab apro interempti. Galli uocant Herbam uenti, quòd flante uento floribus suis spolietur, quos illi Coquelordas appellant. Meminit huius herbæ Nicander in Theriacis, & Theocritus in Bucol. Flos est purpureus, aspectu satis amœnus, sed nullo odoris gratia commendatus. Vnde ortum est

prouerbium,

prouerbium, ῥόδον ἀνεμώνη συγκρίνεις, hoc est, Rosam cum Anemone cõfers. Dicta putatur Anemone, quòd nisi uento flante (quem ἄνεμον uocant Græci) non aperiatur.

Anemosphoros, ἀνεμόσφορος, Herba est ex naporum genere, quæ receptiore nomine Bunion appellatur.

Anethum, n. f. ἄνηθον, Genus herbæ boni odoris, etiam hodie in officinis nomen retinens, ructus mouens, tormina sedans, & singultus cohibens. Plinius libro 20. cap. 18.

Anfractus, m. q. Dicuntur obliqui uiarum flexus, in se recurrentes, ab Am & frango, quòd recta uia crebris meandris undequaq; sit interrupta, περίοδοι. Cæsar, Oppidi murus ab paritie, atq; initio ascensus, recta regione, si nullus anfractus intercederet, M D D. passuum aberat. Transfertur & ad alia, accipiturq; simpliciter pro quouis circuitu. Cic. de Part. Orat. Oratio circũscripta longo anfractu. Idẽ de Diuinat. Iam uerò quid opus circuitu, & anfractu. Legitur & anfractum neutro genere apud uetustissimos. Accius Eurysace, citante Nonio, Super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta reuisam.

Angari, ἄγγαροι, teste Suida, Nuntii erant regii apud Persas, qui & ἀγγάροι uocabantur, Quod tamen nomen postea latius usurpari cœpit, pro quibusuis qui seruorum aut iumentorum onera baiularent. Horum diuersoria, in quæ peracto diei pensо diuertebant, Angara ἄγγαρα uocabantur. Quod etiam annotauit Cælius Rhodig. lib. 18. cap. 8.

Angaria, ἀγγαρεία, pen. prod. Dictio Persica, ut inquit Suidas, propriè seruitus coacta. Vnde si quis cogitur plus soluere publicanis quàm liceat, angaria est, Inde ἀγγαρεύω, cogo. Budæus sic habet, Apud Persas erat ἄγγαρεῖον δρόμημα, cursus perniciſſimus equitum, ut scribit Herodot. in 8. unde nomen Angariæ, & Perangariæ in libris iuris lectitatum manauit: est enim nomen Persicum. Nostrates Postas, quasi positos collocatosq; in certis locis, & semper in procinctu excubantes, appellant.

Angĕlus, m. f. ἄγγελος. Latinè nuntius: nam officii nomen est, non naturæ. Semper enim spiritus sunt: sed quum mittuntur uocantur angeli. Angelicum metrum Diomedi, celeritate nuntiis aptum.

Anger, genus serpentis qui cruciator, & expatharius dicitur. Est & nomen fluuii in Illyrico.

Angina, uide Ango.

Angiportus, quarti ordinis: & Angiportum, n. f. Via est cæcum non habens: uel uicus angustus & flexuosus in modum anguis: quasi anguitus ad portum aditus: ab angĕdo & portu, κατὰ τροπὴν Vlpianus, Angiportum à portu dictum est: portus uerò, conclusus & munitus locus est, quemadmodum & statio: ab importandis, exportandisq; mercibus nomẽ habens. Terent. in Adelph. Id quidem angiportum non est peruium. Cic. 4. in Verrem, Vt omnibus in angiportis prędonis improbissimi statuæ ponantur. Idem 1. de Diuinat. Ex horreis direptum effusumq; frumentum uias omnes angiportusq; constrauerat. Alii à Græco ἀγχὶ, quod significat propè, deductum uolunt, quia non longius extenditur.

Ango, angis, anxi, anctum sine supino usitato, ἄγχω, Idem est quod cruciare, suffocare, premere, uexare. Et modò ad animum, modò ad corpus, modò ad utrumq; promiscuè pertinet. Ad animum. Cic. Epist. fam. lib. 16. Audio te animo angi. Gellius, Chilo præstabilis homo sapientiæ, quonam usq; debuerit contra legem, contraq; ius pro amico progredi, dubitauit: eaq; res in fine quoq; uitæ ipso animum anxit. Ad corpus. Col. lib. 8. Cauendum est ut teneriora separentur à ualidioribus, quia robustus angit imbecillum. Ad utrum que promiscuè. Gell. Dum Pyrrhus rex intra Italiam esset, & unam atq; alteram pugnam prosperè pugnauisset, satisq; ageretur Romani, & plera q; Italia ad regẽ desciuisset. Plaut. pro absumo posuit in Aulular. Tum anxisse aquam, si quis petet. Deducitur ἀπὸ τοῦ ἄγχω, quod est suffoco, strangulo: à quo Synanche morbus faucium acutus, ut dictum est in dictione Angina. Dicimus autem, Angor animi, uel animo.

Angor, oris, m. c. Corporis uel animi cruciatus, ἀδημονία. Cic. 4. Tusc. Angor, est ægritudo premens. Idem 1. de Finib. Sic robustus animus & excelsus, omni est liber cura & angore, quum & mortem contemnit.

Anxietas & anxietudo. Cic. libro secundo de Republica. Quantaque anxietudo prona ad luctum, & mœrens, semper se ipsa sollicitans.

Angina, f. p. pen. prod. ἀγχόνη. genus morbi acutissimi, quo fauces anguntur ac strangulantur. Impetum uulgus medicorum. Squinantiam uocat. Dicta angina, quod angat guttur, uiamq; spiritui præcludat. Plautus, Vellem me in anginam uerti, ut huic aniculæ fauces præoccuparem. Festus, Anginam uinariam habere dicuntur, qui uino suffocantur.

Anguillæ, f. p. piscium. solæ exanimes non fluitant, quas non ouo, non coitu procreari scribit Aristoteles, ἔγχελεις. Dictæ anguillæ, quòd specie anguem repræsentent. Plin. lib. 9. cap. 51. Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta uiuiscunt, nec alia est earum procreatio. Plaut. in Pseud. Anguilla est, elabitur.

Anguis, tam fœm. quàm masc. gen. serpentis genus est satis notum, & propriè illud, si Seruio credimus, quod in aquis degit, ὄφις. Frequentissimè tamen etiam de terrestribus dictum inuenitur. Vergil. Eclog. Frigidus ô pueri, fugite hinc latet anguis in herba. Valerius lib. 1. Sylla consul, sociali bello, quum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subitò ab una parte aræ prolapsam anguem prospexit. Cornelius Tacit. Vnam omnino anguem in cubiculo uisam narrare solitus est. Frequentius tamen in masculino genere profertur.

Anguiculus, diminut. ab anguis, ut apud Cic. 5. de Fin. Serpere anguiculos, nare anaticulas.

Anguifer, penult. cor. signum cæleste, quod à Græcis dicitur ὀφιοῦχος. Colum. Anguifer cum mane occidit, tempestatem significat. Cic. de Nat. deor. Atq; hęc quidem à tergo, propter caput autem anguitenens.

Anguineus, a, um, quod anguium est, aut quod ex anguibus constat, ὀφιώδης, ut Anguineæ comæ Medusæ, apud Ouid. 4. Trist. & anguineus capillus Eumenidum, apud Catull. Item quod ad anguis similitudinem accedit: ut anguineus cucumer. Colum. lib. 2. cap. 9. hoc est oblongus, & ad anguis similitudinem contortus. Plinio dicitur Erraticus, lib. 20. cap. 2.

Anguimanus, ni, elephantorum epitheton est, propterea quòd proboscis eorum quæ manus uocatur, in omnem partem, anguium more, facilè flectitur, & uertitur. Lucret. lib. 5. Anguimanos belli docuerunt uulnera Pœni Sufferre, & magnas Martis turbare catervas.

Anguipedes, à pedibus dicti sunt gigantes, quasi loripedes, quòd pedes tortuosos habuisse fingantur, sicut angues se tortuosos faciunt. Ouid. 1. Metam. qua centum quisq; parabat Inijcere anguipedum captiuo brachia cælo.

Anguinus, a, um, idem, ut anguina uernatio, pro pelle quam uerno tempore angues exuunt. Plin. lib. 30. cap. 5 Anguinum ouum. Plinius lib. 29. cap. 3. Propterea est anorum genus in magna Galliarum fama, omissum Græcis. Angues innumeri æstate conuoluti, saliuis faucium corporumque spumis artifici complexu glomerantur, Anguinum appellatur.

Anguítia, tiæ, uide Angitia.

Angulus, m. f. pen. cor. à Geometris dicitur id quod resultat ex duabus lineis in idem punctum desinentibus, γωνία. In ædificijs item anguli dicuntur, ubi duo parietes cõeunt. Item in agris & regionibus, ubi duo latera conueniunt, atq; in acutum desinunt, angulus appellatur. Cæsar 5. belli Gallici, Huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, &c. Et quoniam anguli in ædificijs reliquis partibus ferè sunt obscuriores, & secretiores, factum est, ut angulus accipiatur pro loco quouis secreto & abdito. Terentius in Adelphis, Interea in angulum aliquò abeam. Cicero in Catil. Nemo non modò Romæ, sed ne ullo quidem in angulo totius Italiæ fuit.

Angellus, li, parvus angulus. Lucret. lib. 2. Sed magis angelli paulum prostantibus.

Angulatus, a, um. Cicero de Nat. deor. Esse corpuscula quædam lęuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata.

Angulosus, habens plures angulos, γωνιώδης. Plin. lib. 37. cap. 12. Figura oblonga maximè probatur, deinde quæ uocatur lenticula, postea clypeodes & totunda, angulosis minima gratia.

Angularis, & hoc lare, quod habet angulos, γωνιαῖος. Cato de re Rust. cap. 15. Pilas ex lapide angulari.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Angulatim, κατὰγωνίαν, aduerbium significans per angulos.

Anguſtus, a, um, ab Angulus, cuius arctus, eò quòd anguli ſemper coarctentur, ut anguſta domus. Cic. 1. de Fin. Anguſtiſſimæ fauces, Cæſar 1. bel. Ciuil. Anguſtioribus ſolijs. Plin. lib. 13. cap. 21.

Anguſto, as, idem quod ſtringo, συνοχορίω. Lucan. lib. 5. Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos.

Anguſtans, Anguſtatus, Anguſtandus, participia Catull. Cuius iter cæſis anguſtans corporum aceruis. Cic. de Somnio Scip. Omnis enim terra quę colitur à nobis, anguſtata uerticibus, lateribus latior. Seneca de Tranq. uitæ. Anguſtanda certè patrimonia ſunt, ut minus ad iniurias fortunę ſimus expoſiti.

Anguſtè, aduerb. Cæſ. 5. bel. Ciuil. Ad rem frumentariam expediendam, qua anguſtè urebantur.

Anguſtia, æ. f. p. locus arctus, & minimè amplus, cuiuſmodi ſunt montium fauces. συνοχωρία. Cæſar 5. Belli Gallici, Tamen anguſtijs uiarum quàm maximè poteſt, cõtra it. Idem, Qui prior has anguſtias occupaueri* ab hoc hoſtem prohiberi nihil eſſe negotij. Transfertur & ad alias res, ut anguſtia orarionis, anguſtia rerarij. Anguſtia etiam corporis & animi. Cæſar, Neminem qui ei in tot rerum anguſtijs ſubueniret habebat.

Anguſtitas, aris, uetus nomen, pro anguſtia. Actius, Sed anguſtitatem incluſam, ac ſaxis ſqualidam. Nonius.

Anhelo, as, n. p. pen. prod. ex Am & Halo, m in n mutata ſignificat ægrè halo: quum uidelicet ex curſu, aut alio quouis labore uehementi, crebris quaſi ſingultibus ſpiratur, ac reſpiratur, ἀσθμαίνω. Colum. lib. 1. cap. 3. Sed antè ad præſepia boues religare non expedit, quàm ſudare, atq; anhelare deſierint. Vnde & pro ardenter cupio, per translationem poni conſueuit. Cic. in Catil. Tandem aliquando Quirites Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem, peſtem patriæ nefariè molientem, &c.

Anhelator, qui eſt ſuſpirioſus & pneumaticus, quod uitium conſiſtit in ſpirandi difficultate, ἀσθματικὸς. Plinius 22. Anhelatoribus, & in tuſſi uetuſta cum porro ex aceto datur.

Anhelatus, participium, Ouid. in Epiſt. Medeę ad Iaſonem, Iſſet anhelatos non pręmedicatus ad ignes.

Anhelatio, onis, ſpirandi difficultas, πνευμάτωσις. Plin. lib. 11. cap. 21. Prodeſt & orthopnoicis, & anhelationi.

Anhelitus, us, pen. cor. m. q. ipſe ſpiritus, uel reſpirandi actus, Plaut. in Epid. Animo malè eſt, accipiam anhelitum.

Anhelus, a, um, idem quod anhelans, ægrè anhelitum deducẽs, ἀσθμαίνων, πνευματώδης, Verg. 1. Georg. Nosq; ubi primus equis Oriens afflauit anhelis. Idem 2. Georg. Senibus medicantur anhelis, id eſt, ſuſpirioſis.

Anicetum, ἀνίκητον, à quibuſdam appellari ſemen, quod notiore nomine Aniſum uocamus, author eſt Plin. lib. 20. cap. 17. propterea quòd appetentiam excitet. A Græcis, quæcunq; orexim adiuuant, ἀνίκητα dicuntur, quaſi inuincta. Non aliam etiam ob cauſam Dioſcorides eandem appellationem anetho tribuit, lib. 3. cap. 60. Vide ea quæ ibi annotauit Marcellus Vergilius.

Aniciana, inter pyrorum genera ponuntur. Vide Colum. lib. 5. cap. 10. & Catonem cap. 7.

Anicularis, uide Anus.

Anilis, Anilitas, Aniliter, uide Anus.

Anima, f. p. ψυχὴ, corpus uiuentium, hoc eſt, ſtirpium, & animalium tam rationabilium, quàm ratione carentium, pars nobilior, qua unumquodq; illorum uiuit, alitur, ſentit, aut ratiocinatur. Ea in ſtirpibus ſimplex eſt, quam Altricem appellant, qua ſcilicet illæ alimentum attrahunt, retinent, & in uniuerſas ſui partes diſtribuunt, illiſq; aſſimilant, & quod in alimoniam uerti non poteſt, excernunt. Brutis uerò animantibus anima duplex eſt, quæ à nobiliori ſua actione Sentiens appellatur, ſub ſe comprehendens altricem, non ſecus atq; in tetragono trigonus comprehenditur. Longè autem nobiliſſima homini eſt anima, quæ à ratione, qua ſolus homo nitritur, Rationalis appellatur. Hæc re quidem una eſt, ex triplici autem actione tria ſortitur nomina, modò Altrix ſine uegetatrix, modò Sentiens, modò Ratiocinatrix appellata. Accipitur item anima, pro uita, pro ſpiritu, de quibus uide teſtimonia in dictione Animus.

Animula, f. p. ψυχάριον, diminut. ab anima, Seru. Sulp. ad Ciceronem lib. 4. In unius mulierculę animula ſi iactura facta eſt, tantopere commoueris?

Animal, n. t. ab anima, eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, ζῶον ἔμψυχον. Plinius lib. 10. cap. 63. Bipedum ſolus homo animal gignit. Cicero 1. de Legib. Animal prouidum & ſagax homo.

Animalis, & hoc animale, om. t. quod eſt ex animali, ſiue quod habet in ſe animam, ψυχικὸν. Vnde ueteres Animales deos dixerunt, qui de animalibus eſſent facti, ut Penates. Animalis item dicitur ſpiritualis. Cicero lib. 3. Tuſcul. Siue illi animi ſint animales. Huius contrarium eſt, Exanimalis, qui non eſt animal, uel qui ſine anima eſt. Plautus in Bacchide, Nam neq; Bellona mihi unquam, neq; Mars creduit, ni illum exanimalem faxo, ſi conuenero, nitide exheredem fecero uitę ſuę.

Animalis hoſtia, dicebatur quæ ob eam ſolùm cauſam mactabatur, ut eius anima Deo alicui offerretur, θυσία ψυχικὴ. Duo enim, ut inquit Macrobius, erant hoſtiarum genera, unum in quo uoluntas Dei per exta diſquiritur: alterum in quo ſola anima Deo ſacratur, quas Aruſpices animales hoſtias idcirco appellant.

Animalis, le, adiect. qui animã & ſpiritum habet. Cic. 2. de Natura deor. Principio enim terra ſit in media parte mundi, circumfuſa undiq; eſt hac animali ſpiritaliq; natura, cui nomen eſt aër.

Animalitas, pro ipſa animali eſſentia, τὸ ψυχικὸν.

Animaduerto, n. t. id eſt, animum aliquo uerto, ſiue ſenſus in illud quod fit intendo, cogito, intueor, conſidero. βάπτομαι ἐς νοῦν, προσίχω τὸν νοῦν, καθάπτομαι. Plautus, Animaduertere hominem ſubalbidum. Cic. 1. de Diuinat. Experrecta nutrix animaduertit dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. Cum accuſatiuo mediante præpoſitione In, ſignificat punire, κολάζειν, oppugnare, uerberare, iram exercere. Cic. in Verrem, Act. 3. Tu qui ſtatueras animaduertere in eos qui perperam iudicaſſent. Interdum ſine præpoſitione. Idem in Verrem. Act. Atque ea ſunt grauiter animaduertenda peccata, quæ difficillimè præcauentur. Inuenitur etiam ablatiuo innctum, in eadem ſignificatione mediante præpoſitione à uel ab. Terentius in Andria, Ea primùm ab illo eſt animaduertenda iniuria, id eſt caſtiganda & uindicanda.

Animaduerſio, quod modò conſiderationem ſignificat. Cic. 1. de Finib. Intereſſe enim inter argumentum, concluſionemq; rationis, & inter mediorum animaduerſionem. Modò punitionem, quam κόλασιν Græci uocant. Idem 1. Offic. Omnis autem & animaduerſio, & caſtigatio contumelia uacare debet.

Animaduerſor, punitor, κολαστὴς, Cic. 2. Offic. Si acres ac diligentes eſſe uolumus animaduerſores uitiorum, magna ſæpe intelligimus ex paruis. Apul. Exponam breuiter, quid animaduerſor meus fecit.

Animaduerſus, perfectus, cognitus. Cæſar, Hac re animaduerſa, Cæſar iubet ſigna conuerti. Item animaduerſus, qui ſupplicio affectus eſt. Paulus Iureconſultus, Corpora animaduerſorum, quibuslibet perentibus, ad ſepulturam danda.

Animæquus, a, um, moderatus, tolerans, minimè quærulus in aduerſis, denique omnia æquo animo ferens, εὐγνώμων.

Animæquior, comp. com. t. qui eſt animo æquiore & tranquilliore, εὐγνωμονέστερος.

Animus, & Anima, in hoc differunt, quòd anima ſit uitæ, animus conſilii, ψυχὴ. Nam anima in homine eſt, qua uiuimus, & ſentimus, & mouemur: ita ut contineat uim uegetandi, mouendi, & ſentiendi: quæ omnia communia ſunt nobis cum cæteris animantibus. Nam ipſa alunt, creſcunt & gignunt, mouentur præterea, & ſentiunt. Animus διάνοια uerò eſt, quo homines ſumus, quo ſapimus, & intelligimus. Quæ uis non eſt educta de potentia materię, ſed à Deo immortalis de nihilo creatur, eodem tempore quo & infunditur in corpus noſtrum. Cic. lib. 1. Tuſc. ſic differit, Animum autem alij, animam etiam ferè noſtri declarant nominari. Nam & agere animam, & efflare animam dicimus, & animoſos, & bene animatos, & ex animi ſententia. Ipſe autem animus ab anima eſt dictus. Sciendum tamen eſt, animum pro anima plerumq; ſumi, ut apud eundem in Catone, Qui ſi in hoc erro, quod animos immortales credam, libenter erro. Et iterum, Sic mihi perſuaſi, ſic ſentio, quum tanta celebritate animarũ, &c. Eius contrarium eſt Inanimis, qui animo carent. Similiter

Exanis

Exanimus, siue Eranimis. Semianimus, qui semiuiuus est, ἡμίθνης. Aliquando accipitur pro uoluntate siue affectu & delectatione. ψυχαγωγία. Plaut. in Epi. Captiuam adolescentulam de præda mercatus est. Quid ego ex te audio? T. Hoc quod fabulor. E. Cur eam emit? T. Animi causa. E. Quot ille animos habet? Hinc fit Vnanimis ὁμόψυχος, qui unius est animi, id est uoluntatis. Quandoq; pro spiritu, siue flatu, ac uento: unde anima uel animus nomẽ accepit. Nam ἄνεμον Græci dicunt, quem nos Ventum. Cic. 1. Tusc. Si anima animus est, fortasse dissipabitur. Terent. in Adel. Animũ recipe, id est respira. Pro eodem etiam legitur Anima: & (ut oppinor) frequentius quàm animus. Cic. de Vniuersitate, Inter ignem & terram, aquam Deus animam̃q; posuit. Verg. 8. Aeneid. Quantum ignes, animæq; ualent. Ponitur etiam animus pro animositate, siue fortitudine, & animi alacritate. Cic. Att. lib. 1. Nostris animus accessit: timor hostibus iniectus est. Idem lib. 3. Labieni aduentu noster Cneus multò animi plus habet. Animos quoq; plurali numero, eleganter dicimus, pro ferocula quadam animositate, quæ scilicet habeat arrogantiæ nonnihil coniunctum. Cic. pro Flacco, Remittant spiritus, comprimant animos, sedent arrogantiam. Idem pro Cluentio, Noratis animos eius & spiritus Tribunitios. Legitur etiam animus pro Memoria, ut annotauit Seruius in illud Vergilij 9 Eclog. Omnia fert ætas, animum quoq;. Frequenter etiam Anima pro uita accipitur. Sall. At nobis est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes multò asperior: denicq; quid reliqui habemus præter miseram animam? Iuuenalis, Inune, & uentis animam committe, dolato Confisus ligno, digitis à morte remotus Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda. Animam quoq; pro animo positam legimus, hoc est pro mente. Macrobius, Tũc enim anima libera est, & nulla corporis cogitatione impedita. Item pro uento, ut suprà ostendimus. Sæpe etiam pro halitu oris, siue spiritu. Plautus in Asinaria, Dic, amabo an fœtet anima uxoris tuæ? Verg. 3. Georg. animas & olentia Medi Ora fouent illo. Terentius, Hoc ubi audiui, ad fores suspenso gradu, placidè ire perrexi, accessi, astiti, animam compressi, aurem admoui. Plautus, Ne quid emittat animæ dormiens. Pro eodem etiam Græci ψυχὴν dicunt, à uerbo ψύχω, quod est refrigero. Nam quæ plus æquo calent, anima, hoc est spiritu, refrigeramus. Anima item accipitur pro ira. Idem, Animam comprime. Hinc Animosus, & Animatus, pro irascendo: de quibus suprà. Varro posuit Animam pro sono. Et Phrygias audire animas. Verg. pro ipso homine, Ite, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo. In homine autem quatuor animas esse constat: Vitalem scilicet quæ in uermibus est, qui tantùm mouẽtur. Sensualem, ut in brutis animalibus, in quibus est sensus & timoris & gaudij. Intellectualem, quæ est in hominibus tantùm, qui & cogitare & iudicare possunt: Et quæ infrà omnes est Physicam: hoc est naturalem, ut ea quæ est in arboribus & herbis, quę etsi non mouentur, uitam tamen habent, cum nascantur, crescant & pereant.

Anim. lus, diminutiuũ. Plautus in Cas. Mi animule, mi Olympio, mea uita.

Animo, as, a. p. Fortem reddo, & quasi animũ induco siue animum incito: & sic ab animus descendit καταθαρρύνω. Claudian. lib. 3. Qualis pestiferas animare ad prœlia taxos Torua Meæra ruit. Macrobius, Animati sunt ergo ueteres ad faciendam discretionem. Aliquando animare est animam inducere & uiuificare, ψυχόω, tunc q; ab anima, siue ab animo, quum pro anima capitur, deducitur. Columel. lib. 9. Diebus quibus animantur oua, & in speciem uolucrum conformantur.

Animans, substantiuum, fœm. uel neut. generis, ferè pro animali accipitur, quod Græci ζῶον uocant. Cic. de Nat. deor. Animantium aliæ corijs tectæ, aliæ uillis uestitæ. Idem 1. de Legib. Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. Inuenitur & genere masculino. Horatius 2. Serm. sed hic stylus haud petet ultrò Quemquam animantem. Cicero de Vniuers. A quo enim animante omnes reliquos contineri uellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. Nomen quam latius extenditur Animantis appellatio, præsertim in neutro gen. ad omnia scilicet, quæ habent animã: ut sunt arbores, frutices, & herbæ, quibus animã alentem inesse constat, quam philosophi recentiores Vegetatiuam appellant. Itaq; uiuere & mori illa dicimus: nec animalia tamen, sed animãtia nuncupantur, ut docet Seneca lib. 8. Epist. moral.

Animans uerò adiect. ἔμψυχος. Idem est quod animam habens. Author ad Herennium libr. 4. Sed inuentio similium facilis erit, si quis sibi res omnes animantes, & inanimantes frequenter ob oculos poterit ponere.

Animatus, ab animo fit, sicut à tunica, Tunicatus: à galea, Galeatus: & significat idem quod Animo, aut uoluntate aliqua affectus, διακείμενος Cicero D Bruto. Ita paratus, seu animatus esse debes, ut nihil facias nisi iussus. Id est eam uoluntatem habere debes.

Animatus, Participium, Qui habet animam, ἔμψυχος. Cicero Tusc. 1. Animatum quod est, id motu cietur interiore & suo. Huius contrarium est Inanimatus, qui non habet animam. Cicero de Amicitia: Res inanimatæ atq; mutæ.

Animatus, us, uerbale nomen. Idem quod animatio. Plinius libro 11. cap. 3. Volare quidem aliqua, & animatu carere in ipso spiritus uiuentia docuimus.

Animitus, pen. breui, Significat animotenus, uel, tanquam ipsum animum, ψυχόθεν. quemadmodum Occultius & Medullitus.

Animatio, uerbale, ab animando. Cicero de Vniuers. Erant autem animantium genera quatuor, quarum unum diuinum atq; cæleste: alterum pennigerum, & aërium: tertium terrestre: quartum diuinæ animationis.

Animosus, habens in se uehementiam animi, siue qui est elati spiritus; quisq; ad iracũdiã est procliuior, θυμώδης, θυμοειδής. Ouidius, Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris. Cicero in Catone: Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quàm adulescentia. Verg. Quos animosi Euri assiduè hiantq; feruntq;. Ea quoq; animæ potentia, qua ad iram incitamur, Animosa, θυμική appellatur. Inuenitur etiam animosus, pro nodoso, per translationem positum. Verg. 3. Georg. Luxuriatq; toris animosum pectus. Vbi Seruius Animosum interpretatur nodosum: non malè tamen Animosum pectus intelligere possimus, quod animositatis indicium est.

Animosè, aduerb. Magno animo. Cic. 9. Philip. Nec solùm id animosè & fortiter, sed considerate etiam, sapienterq; fecerunt.

Animositas, f. t. Est uehementia, & impetus animi, sedem habens in corde, quam Speusippus definit esse imperium uiolentũ partis animæ irrationalis, absq; ratione & ordine mentis, θύμωσις.

Anisum, ἄνισον. Herba est, caulem, folia, & flores habens fœniculo similia: unde etiam à quibusdam Fœnieulum Romanum appellatur. Semen fert in umbellis, cibis condiendis in primis utile, herbæ suæ nomine Græcis, Latinis, Germanis, & Gallis cognitum. Plin. libro 20. capite 17. Anisum à Pythagora inter pauca laudatur, siue crudum siue decoctum. Idem uiride aridumue omnibus quæ condiuntur. quæq; intinguntur, desideratum: fœtorem tollit manducatum, mox uino collutum uultum iuniorem præstat: appetentiam ciborum facit.

Annales, Annalis, Annarius, Vide Annus.

Annascor, ris. t. Iuxta nascor, πρὸς φύομαι. Gellius, Denteis quoq; in septem primis mensibus, & septenos ex utraq; parte gigni, & cadere annis septimis, & genuinos annasci annis ferè bis septenis. Hinc Agnatus, Agnatio, in quibus subtrahitur n, quę pro d poneretur, & mutatur in g.

Annauigo, as, Vide nauigo.

Annecto, is, Vide Necto.

Annitor, pen. prod. cris. d. t. Conor intentius, & incumbo ad aliquid agendum, φιλοτιμέομαι. Salustius: Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Prætore missus est, anni tente Crasso, qui eum infestum inimicum Cn. Pomponio nouerat. Cicero in Lælio, Sic natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliud, tanquam adminiculum, annititur, quod in amicissimo quoq; dulcissimum est.

Annisus, & Annixus. Liu. 5. ab urbe, Et patres reficere intercessores legis annisi sunt. Idem lib. 4. Patres summa ope annixi sunt. Annisurus, & Annixurus. Liuius secundo ab Vrbe, Annisurum, ut appareat exilio sibi iratos, non fractos animos esse. Idem lib. 1. Quod annixurus pro se quisq; sit.

Annominatio. Est (inquit author ad Heren. lib. 4.) quum ad idem uerbum & nomen accedit commutatione uocum, uel additione unius litera, aut literarum: aut syllabæ, aut syllabarum: aut quum ad res dissimiles similia uerba accommodantur. A Græcis uocatur παρωνομασία.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Annonatinus, a, um, pen. prod. quod ad annonam pertinet, σιτηρέσιος, ut Naues annonatinæ, quibus annona comportatur, ut apud Cæsarem in Commeut.

Annŏto, as, a p. pen. cor. iuxta siue ad aliquid noto, inscribo, signo, ἐπισημαίνομαι, ἀποσημαίνω. Lactantius lib. 6. Et ausus est libros suos nefarios, ac Dei hostis annotare. Annotare etiam dicitur, qui memoriæ causa aliquid refert in commentarium suum. Columella lib. 11. cap. 3. Sciret unde daret, & meminisset, atq; annotaret, quid, & quando, & cui dedisset.

Annotator, oris, qui aliquid annotat. Plin. in Panegyr. Num enim ante medium diem distentus solitaria cœna, spectator, annotatorque conuiuis tuis immines? hoc est, obseruator, ut uidelicet notes, & obserues quantum quisque aut edat, aut bibat.

Annuarim, quotannis, seu singulis annis, κατ' ἔτος. qua uoce usus est Hieronymus, referens Plinium prodidisse, singula millia talentûm thuris annuatim pensitasse Arabas regib. Persarum. Locus Plinij, quem citat Hieronym. est lib. 12. cap. 17. ubi tamen annua legitur, non annuatim.

Annulus, li, uide Anulus.

Annumero, as, uide Numero.

Annuntio, as, idem quod Nuntiare. Plin. lib. 7. cap 52. Animam relicto corpore errare solitâ, uagamq; è longinquo multa annuntiare. Cic. Attic. Eiq; interea, ut scribis, salutem annuntiabis.

Annuo, is, n. t. proprie est nutu, id est, capitis signo, assentior, σημαίνω Verg. 9. Aen. Annuit & totum nutu tremefecit Olympum. Annuere, pro affirmare. Plaut. Bacch. Ego autem uentuum annuo.

Annus, tempus est 365. dierum, & horarum circiter 6. quo Sol cursum suum conficit, ἐνιαυτὸς, ἔτος. Nominis ratio uaria à diuersis traditur. Quidam enim dictum existimant ab Am. circum, & No, fluo. Seruius ab annulo deducit, quòd in se redeat, quasi annulus. Ad quam originem etiam Vergilius alludere uidetur, quum ait: Atq; in se sua per uestigia labitur annus. Nam mensibus in se currentibus uoluitur. Solenim per duodecim Zodiaci signa excurrens, annum conficit. Vnde apud Aegyptios, ante inuentas literas dracone picto suam mordente caudã indicabatur. Alii à uerbo Graeco ἀναίνω, derivãt, quod significat renouo, quia semper renouatur. Alij à Graeco ἔννατος unde & τρίννατα dicebat, quod nos Trimum. Triplex autem olim fuit annus: Lunaris, triginta dies habens: Solaris, qui duodecim continet menses, qui dicitur solis anfractus, quum peracti trecentis sexaginta quinque dies & quadrante, ad eadem syderum loca redit: qui etiam Annus uertens dicitur. Item Magnus annus, quem esse uoluerunt omnibus planetis in eundem locum recurrentibus. Et hoc fit secundum Ciceronis Hortensium, post annos duo decies mille, nongentos, quinquaginta quatuor solares. Annì uerò quatuor sunt tempora, diuisa in ternos menses. Ipsorum quoq; temporum faciunt talem discretionem, ut primo mense Ver nouũ dicatur, secundo Adultum, tertio Præceps uel Extremum, unde est: Extremæ sub casum hyemis. Idem quoq; de æstate, autumno, & hyeme dicendum est. Annum primò Eudoxus, pòst Hipparchus, deinde Ptolemæus, ad ultimum Cæsar deprehendit. Annus Saturni, κρόνου ἐνιαυτὸς, quibusdam dicitur, qui est quadraginta annorum. Annus Arcadum tumesti is fuit, Aegyptij Lunae scnio annum terminabant, apud quos etiam singula millia annorum quidam uixisse produntur.

Annales, m. t. dicuntur res gestæ, quæ de anno in annum in historias redigũtur: nostriq; temporis esse possunt, ὑπομνήματα, ἐνιαύσιοι. unde Vergil. 2. Aeneid. Et uacat annales nostrorum audire laborum. Historia res gestas narrat, ætatis nostræ memorias remotas. Cic. lib. 2. de Or. Erat enim historia nil aliud nisi annalium confectio. Gellius sic habet: Rectè annaleis, historias appellaueris: sed non continuò quicquid historia fuerit, annaleis appellare possis, sunt enim utræq; rerum gestarum narratio. Earum propriè rerum sit historia, quibus gerendis interfuit is qui narrat: Annales uerò, quum res gestæ pluium annorum, seruato cuiusque anni ordine, memoriæ traduntur. Quum autem non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur: Diarium, ἐφημερὶς uocatur. Præterea historia non solùm res gestas longo ordine explicat, sed & consilia quibus gestæ sunt, exponit, & conciones facit, & acies instituit, & situs locorum describit. Annales singulorum annorum gesta breuissimè notant. Vnde Annales Pisonis, & Sallustij historias dicimus.

Annalis, & hoc annale, omn. tert. quod ad annos pertinet, ἐνιαύσιος. Vnde Legem annalem dixerunt, quæ præscribebat legitimam ad petendum magistratum ætatem. Cicero de Legibus, Ciuitatem annali lege seruanto. Dicitur & tempus annale, quod est unius anni. Varro: Et quoniam tempora duorum generum sunt: unum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit.

Annarius, a, um, idem quod annalis, ut Lex annaria, ab antiquis dicebatur, qua finiuntur annui magistratus capiẽdi, ut inquit Festus.

Annellus, Cic. 5. de Finib. Epicuri imaginem non modò in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & in annellis habent.

Annicerij. Cic. 3. Offic. Annicerij philosophi ab Aristippo.

Anniculus, quod est unius anni: ut anniculus puer, anniculla puella, anniculum iumentum, ἔτος, ἐνιαῖος. Nec de animalibus tantùm, sed etiam de inanimatis: ut anniculæ uites. Plinius libro 13. Ergo plantaria instituunt, anniculasque transferunt, & iterum binas. De pueris tamen magis dicitur per diminutionem, & ijs omnibus quę adhuc incrementum accipere possunt. Vide Vallam Elegant. lib. 1. cap. 5.

Annifer, adiect. Plin. lib. 16. cap. 7. Quædam & radice & semine, ut cæpa, allium, bulbi, & si quorum radicem anniferorum relinquunt.

Annilis, hoc annile, omn. t. pen. prod. dicitur quasi senilis & ætate grandi, πολυετὴς. Colum lib. 2. Parentem omnium terram sicut muliebrem sexum ætate annili confectam, progenerandis esse fœtibus inhabilem. Quanquam in castigationibus exemplaribus, non annili legitur, sed anili, quod etiam comparationi illi, quam ibi Columella ab ætate mulieris senio efferæ, ad terræ sterilitatem transfert, multò est accommodatius. Satius itaque erit, nisi aliud testimonium afferatur, ab hac uoce abstinere. Nam apud Columellam proculdubio anilis legendum est unico n. Est autem anilis, denominatiuum ab anus, idem significans quod ad anum pertinens: ut anilis fabula, anilis ætas, γραώδης.

Anniuersalis, & hoc anniuersale, om. t. Anni circulus, ἐνιαύσιος.

Anniuersarius, a, um, quod singulis annis statuto tempore reuertitur, sicuti Sacra anniuersaria, ἐτήσιος. Cicero in Verr. 6. Mercurius sacris anniuersarijs colebatur. Scribit Valerius Maximus, quòd Antipater Sidonius poëta, omnibus annis, uno die natali tantùm corripiebatur febre, quę idcirco anniuersaria dici poterat. Suetonius de Augusto, Quasdam & anniuersarias, certo tempore recurrentes experiebatur.

Anno, as, n. p. annum ago, à quo fit perenno, quod significat annum perficio.

Annona, æ, f. p. pen. prod. ab anno inclinari uidetur, βίος. Hoc enim nomine non solùm fruges comprehenduntur, uerùm etiam omnia quę annus suppeditat ad alimoniam nostram. Columella libro nono, Vel lactis annona permittit. Cicero libro 2. de Diuinat. Putarem annonam in macello cariorem fore. Iuuenalis: His opibus nunquam cara est annona ueneni. Abusiuè pro ipso uictu capitur. Annonam etiam ueteres mensuram uel annuam mercedem ac stipendium nominauerunt. Veget. de re militari: Torques aureus solidæ uirtutis præmium fuit, quem qui meruisset præter laudem duplas consequebatur annonas. Annona etiam pro pane capitur, sicut panis quoque pro annona, præsertim apud Iustinianum in Aut. de non alien. Paragr, Hæc ergo. Idem libro ultimo C. de iure dot. l. hac edictali. Paragr. his illud. C. de secundis nuptijs ibi fit mentio de annona ciuili, & de pane ciuili. Hinc Annonatinus, na, num.

Annonarius, a, um, quod ad annonam pertinet, σιτηρέσιος, ut Lex Annonaria, τυφλὸς νόμος, quam Clodius tulit, & summè popularis fuit. Vegetius Annonarias expensas uocat, eas frugum pabuliq; species quas prouinciales militibus expendunt.

Annosus, a, um, quod est uetustum, quasi multorũ annorum, πολυετὴς, ut Annosa mater, Colum. lib. 9. cap. 28. Annosum Falernum, Mart. lib. Annosa ornus, Verg. 2. Aen. Anno. o degit æuo, Plin. lib. 4. cap. 12.

Annoti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Annotinus, quod eſt unius anni. Colum. lib. 4. cap. 24. Vngues cuſtodum annotinos reſecato.

Annua bima, trima die explicat iureconſ. quid notet de an. leg. l. ſi legatum. Aliqui etiſtimãt ſignificare anno biennio, triennio d manumiſſ. teſt. l. ſi ita.

Annuus, a, um, quod unius anni ſpatio cõtinetur, ἐνιαύσιος, ἐνιαύσιος, ſicut diurnum, quod diei. Cicero Caſsio, lib. 15. Ad hanc prouinciam quam & ſenatus, & populus annuam eſſe uolunt. Annuum quoq; dicimus quod ſit ſingulis annis. Verg. 1. Georg. atq; annua magnæ Sacra refer Cereri. Annua abſolutè dicuntur alimenta in ſingulos annos. Iuuen. Sunt quę tortoribus annua præſtent. Sueton. de Tiber. Peculio conceſſo à patre, prębitisq; annuis, fraudauit per ſpeciem publici iuris.

Anōdina, ἀνώδυνα, à medicis appellantur Pharmaca dolorẽ ſedantia, quæ cruciatus quidem minuunt, partem autem affectam non ſanant, ſed ſenſum eius obſtupefaciunt. Ab ἀ priuatiuo, ὠδίω, doleo, ν litera euphoniæ gratia interiecta.

Anomalía, f. p. ἀνομαλία, inæqualitas eſt, Analogiæ contraria. Gell. lib. 2. cap. 25. In Latino ſermone, ſicuti in Græco, alij analogiam ſequendam putauerunt, alij anomaliam. ἀναλογία, eſt ſimilium ſimilis declinatio, quam quidam Latinẽ Proportionem uocant, ἀνομαλία eſt inæqualitas, declinationum conſuetudinem ſequens.

Anomalum, n. ſ pen. cor. ἀνόμαλον, dicitur inæquale, ab ἀ ſine, & ὁμαλὸς, æqualis. Anomalum etiam dicitur aſperum, uarium.

Anonis, pen. prod. quæ & Ononis, ἄνωνις ἤ ὄνωνις, herba eſt ex genere aculeatarum, quam recentiores herbarij Reſtam bouis appellant. Vide Dioſc. lib. 3.

Anonymos, pro nomine arboris, uide Euonimos.

Anonymum, n. ſ pen. cor. ἀνώνυμον, ſine nomine & obſcurum. Legimus autem populos eſſe in Africa Athlantes dictos, qui ſunt anonymi, hoc eſt, ſine propriis nominibus, qui in uniuerſum Athlantes tantùm uocitantur. Horum memi nit Plinius lib. 5. cap. 8.

Anōphytus, ἀνώφυτος, latinè dicitur deſuper natus, ab ἄνω, καὶ φύω, ὅθεν τὸ φυτὸν.

Anormis, me, ſine norma, qui aliorum normam non ſequitur, ἀνόμαλος, Horat. 2. Serm. Ruſticus anormis, ſapiens, craſſaq; Minerua. Vide Abnormis.

Anquina, f. p. pen. prod. funis nauis, quo ad malum antenna conſtringitur. De qua Cinna, Arq; anquina regit ſtabilẽ formoſiſſima curſum.

Anquírere, antiquum eſt uerbum, ἀμφισητῆσαι. Liu. 4. bell. Pun. Seu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret, id eſt, ut uulgò loquimur: faceret inquiſitionem, ſiue informationem, quod Cic. tum quærere, tum inquirere in aliquem dicit. Budęus. caputis, manuſcript. Sandfab.

Anſa, f. p. uaſis auris, utrinq; prominens, quæ ſcilicet manibus teneri ſolet, λαβὴ. Verg. in Sileno, Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Anſa quoque manubrium, uel quicquid omnino à toto corpore exit. Vnde ponitur quandoque pro fibula, ſeu fixula, quæ calceis inſuitur, περόνη. Tibullus, Anſaq; compreſſos alligat arcta pedes. In cathenis quoque anſæ uocantur annuli ex quorum connexione tota conſtat catena. Per translationem anſa ponitur pro occaſione. Cic. de Am. Quinetiã neceſſe erit cupere, ut quàm ſępiſſimè peccet amicus, quò plures det ſibi tanquã anſas ad reprehendendum. Idem pro Plan. Si locus habet reprehenſionis anſam aliquam.

Anſula, f. p. diminutiuum ab Anſa, βρόχος, quo uſus eſt Auguſtinus libro 8. Confeſſionum, pro annulo quo fiunt cathenæ, licet per translationem. Ex uoluntate, inquit, peruerſa facta eſt libido, & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo, & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas, quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis, unde cathenam appellant, tenebat me obſtrictum dura ſeruitute. In calceamentis quoque anſulę uocantur fibulæ, quibus ligantur. Valerius Max. lib. 8. cap. 13. Mirificè & ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe à ſutore de crepida & anſulis paſſus, de crure eum diſputare incipientem, ſupra plantam aſcendere uetuit.

Anſatus, adiectiuum, quod anſam habet: ut uas anſatum, Columella libro 9. cap. 15. Anſatus homo. Plautus in Perſa, Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriosè. T. Sed quis hic anſatus ambulat? Anſatum hominem ioco dixit, qui incedit utroq; brachio anſarum in modũ ad latera applicato: ſiue, ut ipſe loquitur, qui ſubnixis alis ſeſe infert.

Anſarium, n. ſ. cultellus ſutoris, quo pelles purgat.

Anſanctus, quære Amſanctus.

Anſer, m. t. Auis eſt nota, χήν. Hæc nocturnas excubias celebrat: uigilias enim ſuas clangore teſtatur. Anſeres olim publicè in capitolio alebantur, quòd cuſtodibus omnibus ſopitis, Romanos ad defenſionem arcis excitauiſſent, & arcem ſuis ueluti excubijs à Gallorum ui ſeruaſſent. Anſerum autem alii domeſtici, alij agreſtes, de quibus Plinius libr. 10. ca. 22. Anſer itẽ nomen poëtæ, quem Ouidius procacem uocat libro 2. Triſt. Cinna quoq; hic comes eſt, Cinnaq; procarior Anſer.

Anſerinus, a, um, Quod eſt Anſeris, χήνος. Plinius, Tubera, & quæcunq; emolliri opus ſit, efficaciſſimè anſerino adipe curantur.

Anſerculus, li, diminutiuum, χηνάριον. Columella libr. 8. capite 14. Ne noceri poſſit excuſſis anſerculis, quos enecant urticæ

Antacæi, ἀνταχαῖοι, Piſces ſunt delphinos magnitudine æquantes, quos ad Mæotin & Boryſthanis oſtia, in glacie effodi author eſt Strabo lib. 7. Eorum naturam uide apud Aelianum lib. 13. cap. 7.

Antăchātēs, ἀνταχάτης, Gemma, ex Achatę generibus, myrrham redolens quum uritur, & ob id mulieribus grata. Plinius lib. 37. cap. 10.

Antæ, arum. f. p. tantùm pluraliter. Oſtiorum latera dicuntur, παραστάδες: à quibus Antepagmenta diuntur ornamenta tabularum, quæ antis appinguntur, hoc eſt affiguntur. Antes ſunt extremi ordines uinearum: unde etiã nomẽ trahũt Antę, quę ſunt latera oſtiorũ. Idẽ, Antes ſunt quadratæ, unde & Antæ dictæ ſunt quadræ columnæ. Anta in ſingulari legitur apud Vitruuium: & Antarius, apud eundem libro decimo capite tertio, His explicatis antarii fines ante laxi collocentur.

Antănāclăſis, f. t. ἀνταναάκλασις, ad uerbum transferri poteſt, Ex aduerſo refractio. Figura, quũ id qd ab altero dictũ eſt, non ea mente, qua dictum eſt, intelligitur: ſed in aliam, aut contrariam accipitur. Vide Quintilianum l. 8. ca. 3.

Antapocha, Vide Apocha.

Antăpŏdŏſis, f. t. pen. corr. ἀνταπόδοσις, Figura eſt, quum media primis, & ultimis reſpondent: ut, Veſtrum hoc factũ reprehendo P. C. non meum, ac pulcherrimum quidem factum, uerùm (ut dixi) non meum, ſed ueſtrum.

Antārcticŭs circulus, ἀνταρκτικὸς κύκλος, qui Arctico ex diametro opponitur, terrædq; obiectu à nobis cerni non poteſt. Huius circuli centrum Polus antarcticus appellatur, qui Arctico polo oppoſitus eſt, & alio nomine Auſtralis appellatur.

Antarium bellum, quod ante urbem geritur.

Antĕ, Modò aduerbium, modò præpoſitio eſt. Aduerbium, quando nulli deſeruit caſui, & ſignificat Antea, πρότερον. Vergilius Eclog. 1. Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui. Hoc enim accidit multis præpoſitionibus. Nec mirum, quando aduerbiis etiam quibuſdam liceat uim præpoſitionis aſſumere: ut Pridie Calendas, pridie Nonas. Itaq; Apud, Circum, Ante, Poſt, & reliquæ, tunc præpoſitiones iure appellantur, quando caſibus adiunctæ tranſitionem facere oſtenduntur, quod eſt proprium ipſarum: quando uerò ſine caſibus ponuntur, ſunt aduerbia. Sciendum quod Ante & Poſt, quum caſibus præponuntur, accuſatiuum exigunt: ut, Ante multum, Poſt multum: quum uerò caſibus ſubijcĭuntur, ablatiuũ, Plaut. in Aſin. Vix anno poſt exegi. Niſi malis dicere, Poſt ibi eſſe aduerbium. Ante præpoſitio, πρὸ, extra compoſitionem, quandoq; perſonam, quandoq; locum, quandoq; tempus denotat: ut, Ante ora parentum, Ante tẽplum, Ante duos annos. Compoſita plerumq; ſignificat ſicut ſonat, & componitur cum dictione incipiente ab A: ut, Anteambulo: à c, ut Antecapio: e, ut Ante eo: f, ut Antefero g, ut Antegradior: l, ut Antelucanus: p, ut Ante pono: ſ, ut Anſto. Ab Ante fiunt deriuatiua, Antica, Anticum, Antes, Antenna, & huiuſmodi.

Ante, id tempus notat quod actum præcedit, poſt, quod ſubſequitur, communis doctorum opinio quæ ſententia in actu momentaneo expeditum intellectum habet, ſed in actu tractum habente, idem eſt. ut cum dicimus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rem ante bellum factum intelligitur ceptum, Legatur Alc. in l.ff. Si tert. pet.

Antea, Aduerbium eiusdem significationis cùm Ante, componitur ex ante & ea, ut ostendit Priscianus, quamuis tantum tempus denotet, πρότερον. Horatius Epod. 11. Pecti, nihil me, sicut antea, iuuat Scribere uersiculos amore perculsum graui.

Ante alios, plus aliis, prius aliis, uel præter alios, πρὸ τῶν ἄλλων. Verg. 11. Aneid. Ille mihi ante alios fortunatusq; laborum Egregiusq; animi. Idem 3. Aeneid. O felix una ante alias Priameia uirgo.

Anteactus, participium ex ante & Actus, præteritum significat, ut Anteacta uita. Cicero pro M. Marcello, Ille quidem fructum omnis anteactæ uitæ hodierno die maximum capit. Idem 5. Verrin. Nihil putas ualere in iudicijs coniecturam, nihil suspitionem, nihil anteactæ uitæ existimationem.

Anteambulo, as, præcedo, prægredior, προπέμπω. Vnde Anteambulones dicti sunt, qui aliquem honoris gratia deducentes præeunt. Hi & à Græcis προπεμπόντες appellantur, qui uerò sequuntur, ὑπόμενοι.

Antecanis, à Cicer. de Nat. deor. dicitur sydus illud quod à Græcis προκύων, inde nomen habens quòd ante maiorem Canem exoritur. Hic, teste Higinio, in lacteo circulo est defixus, pedibus æquinoctialem circulum tangens. Spectat ad occasum, utpote qui inter Geminos & Cancrum sit constitutus. Tres tantùm habet stellas. Ab aliquibus Anticanis appellatur, sed illorum error ex Græcæ dictionis compositione facilè deprehenditur.

Antecapio, a.t. Præuenio, antecipio, προλαμβάνω. Sallust. Consul optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, antecapere, ne quid eo spatio nouaretur. Tacit. lib. 20. Quia pontẽ Mosę fluminis anteceperat.

Antecedo, n. t. pen. prod. præcedo, anteuado, & construitur tam cum accusatiuo, quàm cum datiuo, προέρχομαι. D Brutus Ciceroni, Biduo me Antonius antecessit, itinere multò maiore fugiens, quàm ego sequens. Cicero pro Archia, Celeriter antecedere omnibus ingenij gloria contingit.

Antecedens, particip. Plin. Antecedens annus. Cic. Antecedens dignitate.

Anteceſſor, oris, m. t. qui antecedit. Suet. in Vitel. Irruperãt iam agminis anteceſſores, & ſingula rimabantur.

Anteceſſio, onis. Cic. 1. Offic. Conſequentia cernit, cauſas rerũ uidet, earumq; progreſſus, & quaſi anteceſſiones non ignorat.

Anteceſſus, ſiue Anteceſſum, dicitur id quod prius datur, ut pòſt aliquid recipiatur, πρόδομα. Seneca lib. 4. de Benefic. Vnde apud me iſtæ expenſorum, acceptorumq; rationes diſtinguuntur. Ego, quod cui debeam ſcio, alijs poſt longam diem repono, alijs in anteceſſum eſt. Et alibi, Sed non ero difficilis, bene credi tibi ſcio: itaque in anteceſſum dabo.

Antecello, idem eſt quod Præcello, ὑπερέχω. Cic pro Corn. Qui eloquentia cæteros antecellis. Idem. 1. Offic. Omnes participes ſumus rationis, præſtantiæq; eius, qua antecellimus beſtijs.

Antecellens, entis, participium. Cicero pro Muræna, Quin. Catullum humanitate, ſapientia, integritate antecellentem.

Antecœnium, n. ſ. cibus qui ante cœnam ſumitur. uulgò Merenda, τὸ μετ' ἄριστον. Apul. lib. 2. Prorſus gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antecurſor, m. t. qui præcurrit, ab ante & curſor, πρόδρομος. Cæſ. 1. bel. Ciu. Ibi cum antecurſoribus Cæſaris prælio commiſſo. Idem 5. bel. Gall. Hora circiter tertia ab antecurſoribus de Craſſi aduentu certior factus.

Antedico, icis, prædicere, πρόφημι. Cic. 2. de Diuin. Hæc qui antedicunt, quam rationem ſequantur uides.

Antĕĕo, n q tam datiuo quàm accuſ. iungitur, & ſignificat ante uado, præcello, πρόειμι, ὑπερέχω. Cic. 1. Offic. Barbatum diſtricto gladio iubebat anteire. Plaut. in Amphit. Virtus omnibus rebus anteit. Cic. Offic. lib. 2. Cæteros uirtute anteeũt. Salluſt. in Iugurt. Et quum omneis gloria anteiret, omnibus tamen charus erat.

Ante expectatum, ſiue **Antexpectatum**, una dictione, ut Seruio placet in illud Virgilij, Anteexpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris, ponitur pro aduerbio temporis, & idẽ eſt quod ante uel citius, quam expectabatur.

Antefero, a incon pen. cor. antepono, προτιμάω. Cic. Cecin. Quum uel iniquiſſimam pacem iuſtiſſimo bello anteferrẽ.

Antelatus, partic. Cic. pro Prouin. conſ. Quum ipſæ cæteris omnibus eſſer omni honore antelatus. Anteferendo, Horat. 2. Epiſt. Te noſtris ducibus, te Graijs anteferendo.

Antefixa, dicuntur quæ ex opere figulino ſub tectis affigunrur ſub ſtillicidio, Feſtus.

Antegenitus, priore loco genitus, προτερογενής. Hinc Antegenitalis, adiect. Plin. lib. 7. cap. 55. At quanto facilius certiúſque, ſibi quemq; credere, ac ſpecimen ſecuritatis antegenitali ſumere experimento?

Antĕgrĕdior, Ante uado, προπατάρχω, πρπάρχω Cic. 1. Off. Quicquid eſt quod deceat, id tum apparet, quum antegreſſa eſt honeſtas. Idem de Nat. deor. Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur ſolem.

Antehabeo, idem eſt quod præferò, προτιμάω, ſicut contra poſthabeo, poſtpono, Tac. l. 4. Ne diuulgata atq; incredibilia auidè acceptaueris, neq; in miraculũ corruptis, antehabeas.

Antehac, non modò ſignificat ante hoc tempus, πρότερον. Terent. in And. Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet, id eſt, ante hoc tempus, ſiue hactenus, uel uſq; modò, ſed etiam ante illud tempus, ſicut poſthac, non tantùm poſt hoc, uerumetiam poſt illud tempus. Sall. Sic erat accenſa libidine, ut ſæpius peteret uiros, quàm peteretur, ſed ea ſæpe antehac ſi dem prodiderat, id eſt, ante illud tempus.

Antĕlăpidĕs, ſunt qui utrumq; latus oſtii muniunt.

Anteloquor, d t prius loquor, προφθέγγομαι, à quo anteloquium, προτολογία, primus in dicendo locus, ſiue prior loquutio. Macrob. Huic aſſenſi omnes, Prætextato anteloquium detulerunt.

Antelūcānus, a, um, quod eſt ante lucem. ἀμφιλυκὸς, λυκαυγές. Cic. M. Catoni, Ex antelucano tempore uſq; ad horam diei decimam magna multitudine hoſtium occiſa. Sic & antelucanæ cœnæ. Antelucani flatus, ἀμφίλυκοι ἄνεμοι, Venti ſunt diluculo flantes, uerno præſertim tempore, ſole autem inualeſcente cadentes. Oriuntur ex uicinis fluminibus, aut uallibus, aut ex ſinu aliquo, neq; ultra terræ conſpectum feruntur.

Antĕlūco, as. n p. pen. prod. ſiue antelucor, ſignificat ante lucem uigilo, ὀρθρίζομαι.

Anteluco, & Anteluculò, aduerbium, quaſi ante lucem, λυκαυγῶς. Apul. lib. 1. Optimum itaq; factu uiſum eſt, anteluculò furtim euadere.

Antema, malua hortenſis, quod nomen Pythagoras illi indidiſſe fertur.

Antemalorum, hyphen eſt, id eſt, ſubunio, quia ſub uno accentu duo dictiones proferuntur. Eſt enim unitas quaſi cõpoſitio, nam ſignificat præteritorum malorum. Sic apud Terent. Semper lenitas pro perpetua lenitas. Verg. 1. Aeneid. Neque enim ignari ſumus antemalorum.

Antemeridianus, προμεσόβριν@, ab Ante & Meridies, Quod eſt, uel fit antemeridiem. Plin. lib. 36. cap. 15. Antemeridiano ludorum ſpectaculo edito. Cic. Attic. lib. 3. Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi.

Antenna, f. p. per duplex nn, κεραία, lignũ per tranſuerſum in malo poſitum, in quo uelum alligatur, à circumtenendo dicta. Plin. lib. 1. Non antennas ſolùm, uerũ ipſa nauigia contorta frangens. Verg. 3. Aen. Cornua uelatorum obuertimus antennarum.

Anteoculos, πρὸς ὀφθαλμῶν, minus eſt quàm coram, nam coram proximitatem ſignificat. Ante oculos poteſt etiam de remotiore loco intelligi, modò extra conſpectum non ſit. Terent. in Eunuch. Quæ mihi antè oculos amatorem coram adduxti tuum.

Anteoccupo, præoccupo. Cic. in Orat. Vt ante occupes, quod putat apponi.

Anteoccupatio, onis, Cic. in Orat. Erroris inductio in hilaritatem impulſio, anteoccupatio.

Antepagmenta, n. ſ. ſunt ualuarum ornamenta quòd ante ualuas appingantur, id eſt, affigantur, uel quòd appingantur antis, ſeu ualuis, προσπήγματα. Cato cap. 14. Fullonicam unam antepagmenta, uaſa, torcula duo.

Antepilani, m. ſ. in Romana militia ſecundæ aciei milites erant, ſcutati omnes, robuſtioriſq; ætatis, quòd ferè exopti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ex optimatibus essent, & armis maximè insignes, etiam Principes sunt appellati. dicti autem sunt antepilani, quòd antepilanos, hoc est, ante triarios, qui pilis pugnabant, prælium capesserent. Ita enim apud Romanos, teste Liuio, acies instruebatur, ut primo loco hostes aggrederentur manipuli hastatorum ex flore iuuenum pubescentium collecti, qui si hostem propulsare non possent, sensim retrocedentes à principibus scutatis, quos Antepilanos uocari diximus, in interualla ordinum recipiebantur, principesq; in eorum locum succedebant: hastati autē post eos subsequebantur. Si à principibus quoq; non satis feliciter esset pugnatum, à prima acie ad Triarios paulatim referebantur, unoq; facto agmine, iam nulla spe post se relicta, unà omnes in hostem procedebant. Ex his itaq; Triarij, qui nouissimi prælium inibant. Pilani dicti sunt, quòd pilis præcipuè in bello uterentur. Erat autem Pilum teli genus, longum pedes quinque & semis, Romanis familiare, quemadmodū Sariſſæ Macedonibus, & Gesa Gallis. Principes uerò scutati, qui ante hos in acie consistebant, Antepilani dicti sunt. Hæc ferè Liuius libro 8. ab Vrbe condita.

Antepono, is, a. t. propriè est appono, uel ante aliquem pono, προτίθημι. Plautus in Curcul. Quid anteponet Veneri à ientaculo? Sæpe etiam accipitur pro præferre, προτιμᾶν, Cicero in Lælio, Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.

Anterius, antehac, uel prius, ἔμπροσθεν. Fit enim ab ante, sicut à post, posterius: & sub, subterius, quo usus est Boëtius. Sidon. ad Dominum, Quænam potissimùm anterius caulibus nostris culina fumaret.

Antermini, m. s. qui circum terminos prouinciæ habitant. Festus, πρόσοροι.

Antērōtēs, ἀντηρώτης. Gemmæ sunt ex generibus amethysti, de quibus Plin. lib. 37. cap. 9.

Antes, m. t. nomen ab ante deductū, quo significantur eminentes lapides, siue ultimæ columnæ quadratæ, quibus sustinetur fabrica, παραστάτα. Hinc dicti uidentur Antiani magistratus in urbibus, qui semestrem magistratum exercent, qui uelut antes columnæ, totius urbis onera sibi incumbentia sustinent. Antes etiam dicuntur primi ordines uitium, sic dicti, quòd ante stent, & se primos offerant. Verg. lib. 2. Georg. Iam canit extremos effœtus uinitor antes.

Antesignanus, signorum, hoc est, uexillorum propugnator, siue defensor, πρόμαχος. Nam signum pro uexillo militari ponitur. Liu. lib. 4. Signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos recipiuntur. Signifer est, qui uexillū fert. Liu. ibidē, Ita primo statim prælio, quum Dictator equitatu immisso antesignanos hostium turbasset, legionum inde signa inferri properè iussit, signiferumq; ex suis unum cunctantem occidit.

Antesto, as, n. p. cum datiuo construitur, significatq; antecello, προίσαμαι. Cic. de Inuen. Omnibus corporum uiribus antestetterunt. Gellius lib. 9. Qui & uiribus & magnitudine, & adolescentia, simulque uirtute cæteris antestabat, id est, antecellebat. Sed hoc per translationem: nam propriè significat sicut sonat. Vnde Antistes, & Antistita, de quibus infrà.

Antestor, aris, teste Budæo, Vetus est Iureconsultorum uerbum, significans accipere in testem. Apud ueteres enim qui aduersarium in ius pertrahere uolebat, prius aliquem de præsentibus antestabatur, hoc est, antestabatur, uel testem capiebat, eius attingens auriculam, & sic interrogans: Licétne antestari? illo autem respondente Licet: tum iniecta manu aduersarium in iudicium rapiebat. Solos autem liberos antestari fas erat: serui autem testes esse non poterant. Ad hoc alludit Horatius libro primo Sermonum Satyra 9. quum ait: quò tu turpissime? magna Exclamat uoce, & licet antestari: ego uerò Oppono auriculam rapit in ius. Hanc etiam iuris solennitatem elegantissimè depingit Plautus in Persa: Age (inquit ibi Saturio) ambula in ius leno. DORP. Quid me in ius uocas? SAT. Illic dicam apud Prætorem: sed ego in ius uoco. DORP. Nónne antestaris? SAT. Tuan' ego causa carnifex cuiquam mortali libero aureis atteram? Quare autem antestantes testium aures apprehendamus, docet Plinius libro 11. capite 45. Est (inquit) in aure ima memoriæ locus, quam tangentes antestantur.

Anteuenio, a. q. præuenio, προφθάνω. Sallust. in Iug. Ac per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit. Plautus in Trinu. datiuo iunxit, pro Coràm, siue obuiam uenio: Tempori huic hodie anteueni.

Anteuerto, n. t. Præcedo, præuenio, anticipo, φθάνω. Cicero in Lælio: Id ipsum quum tecum agere conarer, Fannius anteuertit, id est, præuenit.

Anteuolo, as, προίπταμαι. Verg. 5. Aeneid. Anteuolans tardum præcesserat agmen.

Anteurbānus, a, um, Quod est urbi propinquū, προάστιος. Vnde Anteurbana prædia dicuntur, urbi propinqua Festus.

Antexpectātum, Tota una dictio, aduerbium significans antè uel citius, quàm expectabatur, ἀπροσδοκήτως. Vergil. libro 4. Georgic. Antexpectatum positis ruat in agmine castris.

Anthalium, ἀνθάλιον, Malum est rotundum, magnitudine mespili, in locis Aegypti arenosis, non procul à Nilo, quod bellariorum uicem in secundis mensis apud Aegyptios obtinet. Vide Plinium lib. 20. cap. 15. Theophrastus Anthali malum uocat, ab Anthalo planta, in qua nascitur, quam Plinius cyperi folia habere tradit.

Anthēdon, f. t. pen. prod. ἀνθηδών, Mespili arboris genus, pomum ferens minus cæteris, sed odore præstātius & quod diutius seruetur. Flos amygdalę flori similis, folium magna ex parte fissum, quod antequàm decidat, ualde rubescit. Non fuit in Italia hęc arbor Catonis tempore. Vide Plinium lib. 15. cap. 20.

Anthemis, f. t. ἀνθεμίς, Herba est fœniculi folio quam non nulli Leucanthemida, alii Leucáthemum, nonnulli Melanthemum uocant. Hanc medici recentiores barbarè Chamomillam uocant. Ruellius libro tertio capite 68. & Plin. lib. 22. capite 21.

Anthēricĕum, n. s. ἀνθερίκειον, Balsami genus & tenui & capillacea coma. Antherices enim Aristæ dicuntur.

Antherīcus, ἀνθέρικος, Scapus est, siue caulis Asphodeli herbæ quam Hastulam regiam quidam hodie appellant. Vide Plinium lib. 22. cap. 22.

Anthias, ἀνθίας, Piscis nomen est, qui circa chelidonias Asiæ insulas capitur: cuius naturam uide apud Plinium libro 9. capite 59.

Anthilion, auricula muris apud Dioscoridem.

Anthinum mel, ἀνθινὸν μέλι uocatur, quod Vere factum est, quoniam ex floribus faui construūtur, quos Græci ἄνθη appellant. Mel uerò æstiuum uocatur, ὠρᾶιον, quòd Græci omnes fructus æstiuos nominant, ὡραίους, quoniam id tempus per excellentiam Horam uocant.

Anthirrinon, alia ab Hypoglosso, de qua uide Dioscoridem.

Anthrax, ἄνθραξ, Latinè carbo. Est & Anthrax, gemmæ nomen pretiosissimæ, rubræ & translucidæ: ita dicta ab igniti carbonis similitudine: unde & à Latinis Carbunculus dicitur. Hoc præterea nomine medici uocant ulceris genus (teste Gal. libro 6. de Comp. medic. secundum genera) celeriter crustam faciens, cum uehementi, totius circunstantis particulæ inflammatione.

Anthracites, ἀνθρακίτης Gemma est, in qua ueluti scintillæ ignis discurrere uidentur. Plinius libro trigesimo septimo capite septimo.

Anthracinus, m. s. ἀνθρακίνος, Color niger, à carbone quòd carboni similis sit: siue quòd huiusmodi color fiat ex tritis in mortario carbonibus. Varro de Vit. pas. Propinquæ adolescentulæ, etiam anthracinis, proximo amiculo nigello, capillo demisso sequuntur luctum, minarum sistat profluuia. De hac Plinius lib. 20. cap. 15.

Anthrīscum, ἄνθρισκον, Herba est scandici adeò similis, ut eadem uideri posset, nisi tenuioribus & odoratioribus foliis ab ea distingueretur. Peculiaris eius laus est, quòd fatigato uenere corpori succurrat, iamq; senio marcescentes coitus excitet, &c.

Antropographus, ἀνθρωπόγραφος, Dictus est Dionysius, quòd nihil aliud quam homines pinxerit. Plinius libro 35. capite decimo.

Anthropomorphon, ἀνθρωπόμορφον, à Pythagora dicta est herba quædam somnifera, quam alio nomine Mandrágoram appellamus: ab humana imitum forma impositio nomine, quam radix eius utcunq; uiderur imitari.

Anthropomorphitæ, ἀνθρωπομόρφιται, Dicti sunt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui ſimplicitate ruſtica, Deum ἀνθρωπόμορφον, hoc eſt, humanam formam, & membra habere arbitrabantur. Vnde & Anthropomorphitica hæreſis.

Anthropos, pi, m. ſ. ἄνθρωπος, quoniam ſurſum uertitur, Latinè homo dicitur.

Anthus, ἄνθος, auis eſt, quæ aduentu equorum herbæ pabulo pulſa, ut iniuriam ulciſcatur, hinnitum irſidendo imitatur. Plin. lib. 10. cap. 42.

Antypŏphŏra, f. p. ἀνθυποφορά, ſiue ἀντιποφορά, figura eſt apud Rethores, quam Quint. Subiectionem uocat, quum ta citę aduerſariorum obiectioni occurrimus, eorumq; nobis dicta ſententiasq; proponimus, in hoc tantùm, ut illis reſpondeamus. De hac Iul. Ruſinianus lib. 2.

Anthyllion, ἀνθύλλιον, herba eſt lenti ſimillima, quæ in uino pota, ueſicam uitijs liberat, & ſanguinem ſiſtit. Plin. lib. 26. cap. 8.

Anthyllis, ἄνθυλλις, herba eſt, chamæpityos ſimilitudine, flore purpureo, graui odore, radice intubi. Plinius libro 26. cap. 8.

Antypatea, ἀνθυπαλέα, diſcordia, ſicut Synypathea, σωνπάτεα, concordia nobilium, ut docet Plin. lib. 30. ὕπατος, enim conſul dicitur.

Anthypatus, ti, m. ſ. ἀνθύπατος, Latinè proconſul.

Antĭa lex, dicebatur quam Antius Reſtio tulit, quæ licet optima eſſet, luxuriætamen obſtinatione nullo abrogãte obliterata eſt, propter quod Reſtionem ipſum tradunt, quandiu poſtea uixit, foris non cœnaſſe, ne legẽ à ſe latam contemnere uideretur. Vide Macrob. lib. 3. cap. 17.

Antiæ, ſunt muliebres capilli in fronte demiſſi, quòd ante faciem ſiti ſint, προκόμιον.

Antiades, ἀντιάδες, Paulo Aeginetæ dicuntur tonſillæ, quũ in tumorem obduruerint, cibi potusq; & ſpiritus uitã præcludentes.

Antiaxŏna, quaſi contra axem poſita, ἀντὶ enim contra, ἄξων, axis. Græcis ἀντιάξονα.

Antibacchius, m. ſ. ἀντιβακχεῖος, pes Bacchio contrarius. Conſtat ex duabus longis & ultima breui, ut Natura.

Antĭca, uide in dictione Poſtica.

Anticantharus, ἀντικάνθαρος, à quibuſdam appellatur flos quem Romani Lilium agreſte uocant.

Anticanis, uide Antecanis.

Anticategoria, ἀντικατηγορία, Latinè dici poteſt Recriminatio, ſiue mutua accuſatio. & eſt genus controuerſię iudicialis. Quint. lib. 3. cap. 12. Adiecerunt quidam numero mutuam accuſationem quæ ἀντικατηγορία uocatur.

Anticatones, ἀντικάτωνες, dicti ſunt duo libri, quos Cæſar contra Catonem ſcripſit. Suet. Reliquit & de Analogia duos libros, & Anticatones totidem. Iuuen. Sat. 6. quæ pſaltria penem Maiorem quam ſint duo Cæſaris Anticatones Intulerunt. Nomen eſt compoſitum ex Græco & Latino. Nam, ut Quint. inquit, ex peregrino & noſtro componuntur dictiones, ut Epitogium & Anticato.

Anticellium, herba eſt lenti ſimillima, quæ & Anthyllion dicitur. Plin. lib. 22. cap. 29.

Anticĭpo, as, a. p. antecapio, præuenio, προκαταλαμβάνω, προλαμβάνω. Verg. in Roſis, Strictior eoos præceſſerat aura iugales, Aeſtiuum ſuadens anticipare diem. Cic. Attic. Quid igitur proficis, qui anticipas eius rei moleſtiam, quam triduo ſciturus ſis?

Anticipatio, onis, f. t. uerb. πρόληψις. Cic. 1. de Nat. deor. Quæ eſt igitur gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus.

Auticyricon, ἀντικυρικόν, Seſamoidis herbæ ſpecies, ſimilis Exigeronti, quæ in Anticyra inſula creſcit.

Antidŏra, n. ſ. pen. prod. ἀντίδωρα, ſunt remunerationes, aut quę à nobis pro acceptis munenibus redduntur. Vlp. tit. de pet. hęred. Planè ſi antidora acceperunt, dictũ eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, uelut genus quod dam hoc eſſe permutationis.

Antidŏſis, f. t. penul. corr. ἀντίδοσις, Latinè Retributio, ſignificat enim quicquid ex aduerſo datur, ab ἀντιδίδωμι: retributio.

Antidŏtărius, liber in quo de antidotis tractatur.

Antidŏtum, n. ſ. pen. cor. ἀντίδοτον, remedium ſiue medicamentum quod contra uenena datur. Nam & ipſa antidota ferè uenena ſunt, ut ſit antidotum, quaſi uenenum datum contra uenenum, ἐξ ἀντὶ καὶ δίδωμι, id eſt, contra & dono. Contraria contrariis curantur. Quintilianus libro 7. Tyrannus ſuſpicatus à medico ſuo datum ſibi uenenum, torſit eum. Ille datum ei uenenum dixit, ſed ſe antidotum daturum. Dicitur & antidotus, genere fœminino. Gell. lib. 14. Huius regis antidotus celebratiſſima, quæ Mithridatios uocatur.

Antiferna, bona ſunt quæ à marito uiciſsim loco dotis adferuntur in matrimonium. Nam φερνὴ dotem ſignificat, unde & Parapherna uocantur bona quæ mulier ultra dotẽ ſibi habet.

Antigĕrio, ueteres pro ualde, & pro ſtatim utebantur, quaſi antequam res gereretur. Feſtus.

Antigrăphĕus, m. ſ. ἀντιγραφεύς. dicitur cui id muneris iniunctum eſt, ut obſeruet pecuniam, quam in uſum principis uel ciuitatis collegerunt exactores. Galli ſua lingua, Contrarotulatorem uocant: nos Antigraphiarium appellare poſſumus. Hos Cicero Cuſtodes appellat, in oratione pro lege Agraria contra Rullum, & de Reditu ſuo. Et Vlpianus libro tertio de adminiſtr. tutor. Budęus in Annotationibus.

Antigraphum, n. ſ. ἀντίγραφον, dicebatur Antigrapheorum nota, ſiue diuerſum exemplar.

Antilĕna, f p, προτυβίδιον, qua pectus iumenti cingitur, ſicut Poſtliena, quæ ſub cauda ponitur.

Antilepſis. f. t. ἀντίληψις. Græcè dicitur, quam Latini interceſſionem, uel interiectionem nominant.

Antilogia, f p. ἀντιλογία, dici poteſt contradictio, refragatio, uel quaſi contraria oratio.

Antimaron, Græcum ſit an Hebræum neſcitur: Nicolaus tamen interpretatur contra morrem.

Antimelon, ἀντίμηλον, herba eſt Dioſcoridi, quam alio nomine Mandragoram appellamus.

Antimĕtăbŏlē, f. t. ἀντιμεταβολὴ, Latinè dici poteſt Exaduerſo mutatio. Figura qua uerba declinata repetũtur, ut, Non ut edam uiuo, ſed ut uiuam edo.

Antinomia, ἀντινομία, eſt cum duæ leges caſu colliduntur, & euentu, ut inquit Budæus. Quint. lib. 7. cap. 8. Proximum eſt de legibus contrarijs dicere, quia inter omnes artium ſcriptores conſtat, in antinomia duos eſſe ſcripti, & uoluntatis ſtatus; &c.

Antiparaſtaſis, f. t. ἀντιπαράστασις, figura eſt frequens Demoſtheni & Ciceroni, habens confeſſionem quandam coniunctã cum maiore inficiatione. Sic Demoſt. aduerſus Leptinen. ubi docuit etiam apud maiores in uſu fuiſſe, ut uiris fortibus præmia perſoluerentur, poſtea oſtendit, ſe ſine cauſæ detrimento, eius contrarium poſſe cõfiteri, neq; ex eo ſequi, immunitates illa ætate uiris de republicis bene meritis conceſſas, ſine manifeſta aliqua culpa eſſe eripiendas, niſi oſtenderet aduerſarius, idem quoq; à maioribus eſſe factitatũ. Sic etiam Cicero in Oratione pro Rabirio Poſthumo, ubi oſtendit falſum eſſe, Rabirij manu occiſum eſſe Saturninum, ſubdit: Si integrum ſibi eſſet, libentiſſimè ſe hoc confeſſurum, & meritum eo nomine præmium petiturum, quod ciuem ſeditioſum è medio ſuſtuliſſet.

Antipates, ἀντιπατὴς, gemmæ nigræ ſpecies, non translucẽtis, quæ in lactæ decocta, id myrrhæ ſimile facit. Plinius libro 37. cap. 10.

Antipăthia, f. t. ἀντιπάθεια, naturalis rerum differentia ſiue repugnantia, ad uerbum ſonat contrapaſſionem, cui opponitur Sympathia, συμπάθεια, quæ mutuam quandam rerum inter ſe cognationem ſignificat. Plin. lib. 32. cap. 2. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam uocant, nihil eſt uenenatius uſquam, quàm in mari paſtinaca. Idem libro 34. cap. 15. A rubigine uindicatur ceruſa & gypſo, & liquida pice. Hęc eſt temperatura, à Græcis antipathia dicta. Eſt igitur antipathia, inter ea, quæ ueluti naturali quodam odio inter ſe diſſident, ut braſſica antipathiam quandam habet cum uite. Contrà oſtrea & concha ſympathiam habent, quod plenilunio plenæ ſint, & decreſcente luna decreſcant.

Antipĕlargeſis, f. ter. penul. prod. ſiue Antipelargia, ἀντιπελάργησις. Eſt mutua acceptorum beneficiorum compenſatio. Græcè enim ἀντιπελαργᾶν uocant, de nobis bene meritis officium uiciſſitudine reſpondere. Sumpta metaphora

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

phora à ciconiis, quas illi πελάργους uocant. Illis enim natura lis quædam pietas insita est, qua parentes senio defectos alūt & quum sub hyemem mutãda sedes est, eos inter se medios recipiunt, & deficientes alis sustinent. Quod etiam Latini quidam ad imitationem Græcorum Ciconiare uocauerūt.

Antiperistasis, f. t. ἀντιπερίστασις, Latinè circumobsistẽtia, reciprocatio, compressio undiq; circũfusa: per quam ubi calidum est, inde frigus expellitur. Hinc purei per hybernum tempus calent, quia illò se calor contulit, cedens frigori superiora possidenti.

Antiphonă, f. p pen. pro. ἀντίφωνον, Vox reciproca, duobus choris alternatim psallentibus. Antiphonas Græci primi composuerunt, & apud Latinos sanctus Ambrosius instituit. Ex hinc in cunctis regionib. occiduis usus increbruit.

Antiphrasis, ἀντίφρασις, pen. cor. sermo per contrarium intelligendus: ut, Parcæ, quia nemini parcant. Sic Manes, quòd non sint boni: Manum enim antiqui bonum dicebant.

Antiphrătes, gemmæ species, quæ in lacte decocta, id myrrhæ simile facit.

Antipocha, Chirographum, confessio quam debitor creditori facit, in præstationibus annuis oppidò necessarium.

Antipophora, Vide Antypophora.

Antiptōsis, f. t. penult. prod. ἀντίπτωσις, figura est quando casus pro casu ponitur: ut, Vrbem quam statuo, uestra est. Componitur enim ex ἀντὶ pro πτῶσις casus, à πίπτω, cado.

Antīquŭs, Idem quod uetus siue priscus: ab Ante & Acuũ, ut Varroni placet, ἀρχαῖος, πρίσβυς. Vergilius 1. Georg. antiquasq; domos auium. Quoniã uerò quæ antiquiora sunt, ferè meliora esse consueuerant, ut mores, uinum, & similia: factum est ut antiquum pro probo, bono, & simplici dicamus. Terentius in Andria Pol. Crito hospes, antiquum obtinet. Cicero pro Sext. Roscio: In qua muliere uestigia antiqui officii remanẽt. Sic & Antiquius dicimus, pro meliore, charriore, potiore, πρότιμότερον, πρυτιμώτερον. Cicero ad Atticum libro 1. Nihil mihi antiquius nostra amicitia est. Idem primo de Inuent. Qui pauperes sunt, ijs antiquior officio pecunia est.

Antiquarius, a, um, om. f. Qui uerba ab usu remota, & commẽtarios pontificum, & uetustissima fœdera, & exoletos scrutatur autores, ut ex his contrahat, quæ non intelligantur, utq; quædam solus scire uideatur, φιλάρχαιος, Iuuen. Ignotosq; mihi tenet antiquaria uersus. Suet. in Auguſt. Cacozelos, & antiquarios pari studio spreuit.

Antiquitas, f. t. pro uetustate, ἀρχαϊσμός Cic. 1. de Finib. Quod quàm magnum sit, fictæ ueterum fabulæ declarant, in quibus tam fabulis multis, tamq; uariis ab ultima antiquitate repetitis, tria uix amicorum paria reperiuntur. Antiquitas pro ipsis antiquis. Plin. lib. 12. cap. 19. Cinnamomum & casias fabulosa narrauit antiquitas. Item in alio significatu accipitur apud Salust. Seruio teste, Tantùm antiquitatis, curæq; maioribus pro Italica gente fuit. Id est, antiqui & præcipui amoris siue charitatis: ab eo quod est antiquum pro charo.

Antiquitus, Idem quod olim, uel tempore antiquorum. Cæsar libro 6. Bell. Gall. Quòd summa authoritas antiquitus erat in Heduis.

Antiquo, as, a. t. Euacuo, aboleo, abrogo, irritum facio, ἀναρχαιόω, καταργέω. Vnde legem antiquatam dicimus, quam populus suffragijs suis improbauit, nec perferri passus est. Abrogatam autem dicimus legem, quæ quum accepta fuerit, & perlata, postea contraria lege fuerit sublata. Liuius, Omnium rerum causa uobis antiquandas censeo istas rogationes. Cicero tertio de Lege, Vos item, ut uideo, legem antiquastis sine tabella.

Antiquatio, onis, uerbale, Abolitio, abrogatio. Gel. Facta mox est antiquatio legis.

Antiquè aduerbium, Hoc est ad morẽ antiquorũ: ut, Antiquè dictum. Horatius 2. Epist. Si quędam minus antiquè, sì pleraq; durè Dicere credat eos.

Antirrhesis, f. t. ἀντίῤῥησις Latinè contradictio dicitur.

Antirrhinum, ἀντίῤῥινον, Herba est eadem cum illa, quam suprà Anarrhinon appellauimus, de qua uide Plinium libro 25. capite decimo & ea quę suprà annotauimus in dictione Anarrhinon.

Antiscorodon, ἀντισκόροδον, Herba est ex generibus allii, quę & Vlpicum, & Allium Cyprium appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 6.

Antispasis, secundum Hippocratem, est auersio materiæ morbi in contrarium.

Antispoda, siue Antispodía, ἀντίσποδα Dioscoridi, ἀντισπόδια Galeno, Vocantur à medicis omnia ea quæ eandẽ cum spodio habent facultatem, quęque in spodii inopia pro eo possunt supponi. Quid autem sit Spodos siue spodium, uide suo loco.

Antismos, quòd hic corruptè legebatur, uide Asteismos.

Antistes, itis, com. t. Exante & sto, tam fœminini quàm masculini generis, à uerbo antiquo Antisto, pro antesto, quòd cæteris antestet, id est excellat, προστάτης ἢ προστάτις. Et erant primarij templorum singulorum sacerdotes, qui sacris præerant, deq; futuris responsa dabant. Ouidius 4. de Pon. Non finit illa sui uanas antistitis unquam Esse preces. Liuius 1. ab Vrbe, Potitii ab Euandro edocti, antistites sacri eius per multas ætates fuerunt. Valer. libro primo ab Vrb. Ne deę uetustis ritibus perita deesset antistes. Per translationem uerò Antistes dicitur, qui in re aliqua excellit, atq; principatum tenet. Vnde Seruius Sulpitius, Quintiliano teste libro 11. capite primo Iuris antestes appellatus est. Item Plato sapientię antistes.

Antistita, æ, προστάτις. Gel. lib. 13. cap. 19. Sacerdotes quoq; fœminas M. Cicero Antistitas dicit: Sacerdotes, inquit, Cereris, atq; illius fani antistitæ.

Antistitium. n. s. Excellentia, & apex, & quasi antistitis dignitas, προσασία. Martian. Capell. Antistitio præminebat Athanasia.

Antistitor, penultima cor. Præses, præfectus, quasi antestator. ἀντιστάτης. Columel lib. 4. Neq; enim singulis totidem antistitores possit dare, qui obseruent, quiq; præcipiant, ne acerbę uuę demetantur.

Antísto, as, are, antiquum uerbum pro Antesto, id est antecello, προέχαμαι, Cato cap. 156. Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat. Lucr. lib. 5. Herculis antistare autem si facta putabis, Longius à uera multò ratione ferere.

Antistœchon, n. s ἀντίστοιχον, Literarum permutatio, quũ scilicet litera pro litera collocatur: ab ἀντὶ pro, & στοιχεῖον, elementum: ut Sella pro sedda, & Magalia pro Magaria, l pro r. nam Magal pro magar dicitur, quod Pœnorum lingua uillam designat.

Antístrophē. f. t. ἀντιστροφή, Dicitur quum inter coniuncta duo, quę à sese mutuò pendeant, fit alterna conuersio: ut, Seruus domini, & Domini serui. Lyricis autem Poëtis Antistrophe est, saltationis genus, quo modo in sinistram choros agerent, ac reuocarent.

Antitesion, Xanthion uel Lappa à Dios.

Antítheſis. f. t. ἀντίθεσις, penul. corr. Color rhetoricus, quũ contraria contrariis opponuntur. Quintilianus contentionem uocat.

Antítheton. n. s. pen. cor. ἀντίθετον, Figura est, qua contrariis opponuntur contraria, ut apud Ouidium 1. Metam. Frigida pugnabant calidis, humẽtia siccis, Mollia cũ duris, sine põdere habentia põdus. Persius, crimina rasis Librat in antithetis, doctas posuisse figuras Laudatur. Cic. ad Brutum, Semper hęc quę Græci antitheta nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorum necessitate ipsa efficiunt.

Antítypum, n s. ἀντίτυπον, pen. cor. Latinè exemplar simile formæ, uel contrarium.

Antlare, ἀντλᾶν, Vetustissimi dicebant pro haurire, uerbo à Græcis mutuato. Liuius Andronicus, Florem antlabant Liberi ex carchesijs. Hinc Exantlare, exhaurire, de quo infrà

Antlía, æ, ἄντλία, Machinula ad hauriendam aquam excogitata. Nam ἀντλᾶν Latinis haurire est. Martialis lib. 9. Curua laboratas antlia tollit aquas. Et Festus, Antlare, haurire, à Græco, ἀντλάω, id est haurio. Liuius, Florem antlabant Liberi ex carchesijs.

Antonomasía. f. p. ἀντονομασία, Dici potest, pro nomine, id est uice nominis positio. Diomed. Antonomasia est uocabulum quod sine nomine positum, loco eius fungitur: ut est arma uirumq; cano: ubi intelligitur Aeneas. Fit autem tribus modis: Ab animo: ut, Magnanimus Anchisiades, id est Aeneas: A corpore: ut, Ipse arduus, id est Polyphœmus. Extrinsecus, ut Infelix puer, atque impar congressus Achilli, hoc est Troilus. Antonomasticũs, hoc est per Antonomasiam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Antopyrites panis, idem quod ἀντόπυρος.

Antræ, arum, authore Festo, Dicuntur conualles uel arborum interualla.

Antropatia, occidentalis pars ad Armeniam, & mare Caspium terminata, separatum regnum ab Antropato contra Macedones defensum referunt, Adephius Apollonid. Trogus & alii.

Antrum, n. s. ἄντρον, στοὰ πωλων, Latinè specus uel cauerna. Vergil. sexto Aeneid. Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. Mart. libro 13. Gaudet in effossis habitare cuniculis antris.

Anubias, adis, ἀνουβιὰς, A quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine Conyza appellatur, & uulgò Cimicaria, seu Pulicaria. Legitur hæc uox in quibusdam Dioscoridis exemplaribus: quam tamen à peritioribus inter nomen cleturas nothas, falsoq; Dioscoridi attributas uideo numerari.

Anulus, m. s. Pro digitorum ornamento à circuitu uocatus est, siue à rotunditate, quasi annus. Græci à digitis δακτύλιον appellauerunt. Cic. 5. Verr. Sæpe enim nostri imperatores superatis hostibus, optimè Republica gesta, scribas suos anulis aureis in concione donarunt. Fuerunt homines tàm inepti, qui anulos etiam digitos à Latinis uocari crederent, authoritate Plaut. in Pœnulo. Atq;, ut opinor, digitos in manibus non habent. AG. Quid iam? MIL. quia incedunt, anulatis auribus. Sed hi profecto nimis pueriliter delirant, neque poëtæ iocum assequuntur. Irridet enim ibi poëta Pœnorum morem, qui, ac si digitos in manibus non haberent, anulos à manibus ad aures transferebant. Apud nos prisci Vngulum & Vnguinum uocabant: postea & nostri & Græci, Symbolò dixere. Nam Symbolum, nota est & signum. Anuli autem equestris ordinis notæ erant. Condulum quoq; & Condalium ueteres anulum nuncupauere, teste Festo. Plaut. in Trin. In thermodolio condalium es oblitus. Mos fuit ueterum gerere anulum in digito sinistrę manus, qui est minimo proximus. Eius rei duplex redditur ratio à Macrobio. Prior, quia in eo digito gemma anuli ab omni lęsione esset tutissima: altera quia dissectis humanis corporibus, repertum est, neruum quendam tenuissimum (ut credi uult) ab eo digito ad cor hominis peruenire. Et ideò uisum est ueteribus, ut ille digitus anulo, tanquam corona, circundaretur. Anulus, item Fluuius est Mauritaniæ, in quo elepanthes luna nouа appaiente se abluunt. Plin. lib. 8. capite 1. Authores sunt, in Mauritaniæ saltibus, ad quendam amnem, cui nomen est Anulo, nitescente luna noua, greges elephantum descendere, ibiq; se purificantes, solenniter aqua circunspergi, atq; ita salutato sydere in syluas reuerri.

Anularius m. s. δακτυλικόν. Artifex qui anulos facit. Cic. 4. Acad. An tibi erit quærendus anularius aliquis, quoniã gallinarium inuenisti, Deliacum illum, qui oua cognosceret?

Anularis, are, Quod anuli est: ut, Digitus anularis dicitur, qui proximus auriculari, δακτυλικόν. Quare autẽ ueteres in hoc potissimùm digito anulos gestauerint, uide Macrobiũ lib. 7. Satur. cap. 13.

Anulatus, δακτυλιωτός, Anulis ornatus. Plautus in Pœnulo, Quid iam? quia incedunt anulatis auribus.

Anus, us, generis feminini, & prima correpta, q. Vetula dicitur, ab annorum multitudine ita uocata, quum antiqui consonantem non gaminarunt, γραῦς. Vel ab ἀ & νῶς sensus intellectus: quòd iam deliret, & quodammodo mente careat Cic. 1. Tusc. Quæ est anus tam delira, quæ nos uidelicet: si physica non didicissetis, timeretis?

Anicula diminutiuum, γραΐδιον. pro uetula Flac. Aniculæ minimè suspiciosæ purgat se.

Anilis, & hoc anile, Quod est anus, uel quod ad anũ pertinet. γραϊκός. Vergilius quarto. Aen. illa gradum studio properabat anili.

Anicularis, & hoc aniculare, Idem est quod anilis, ἀρχαῖος. August. Delirare tibi uideor, auare, quum hęc loquor: anicularia tibi uidentur hęc uerba.

Anilitas, atis, Senectus. Catul. Vsq; dum tremulum, mouens Cana tempus anilitas, Omnia omnibus annuit.

Aniliter aduerbium. Cic. 1. de Natur. deor. Neq; id dicitis superstitiosè atq; aniliter: sed physica constantiq; ratione.

Anus, ni, generis masculini, & prima producta, pars posterior uerenda, πρωκτός. Cicero Pæto, Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? si turpe est, ne alieno quidem: si non est, suo potius. Dicitur & alio nomine Podex. Quo nomine dictus est fluuius quidam.

Anxius, a, um, Solicitus, mœstus, περιαγὴς, ab ἄγχω. Proprièt amen quid sit, Cicero 4. Tusc. ostendit his uerbis. Itaq; dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia sæpe sint: alij ad metũ, alij ad aliam perturbationẽ procliues. Ex quo in alijs anxietas, unde anxij: in alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Estq; aliud iracundum, aliud iratum: ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando, neq; anxij semper anguntur.

Anxiè, aduerbium, Sollicitè, curiosè, φροντιστικῶς. Salust. in Iugurth. Nobis satis compertum est, illum magis honore Marij, quàm iniuria sua excruciatum: neq; tam anxiè laturum fuisse, si adempta prouincia alii, quàm Mario, traderetur. Plin. lib. 11. cap. 52, Ne in se quisq; & auguria anxiè quærat.

Anxietas, f. t. & Anxietudo, ἀδημονία. Cic de Republ. ut citat Nonius, Quartaq; anxietudo prona ad luctum, mœrens semper. Plinius libro 7. cap. 53. Quem euenti anxietate diximus mortuum. Iuuen. Sat. 13. Perpetua anxietas, nec mensę tempore cessat.

Anxifer, penultima corr. Quasi angorem, anxietatemq; ferens, ἀγχαυὸς. Cicero lib. 2. Tusc. Nunc nunc dolorum anxiferi torquent uertices. Idem 1. de Diuin. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

A O.

A. O. in notis antiquorum, alij omnes. AO. P. auro puro uel auro posito.

Aorta, ἀορτὴ, Arteria est omnium maxima, ex sinistro cordis uentriculo exoriens, spiritũ uitalem in totum animantis corpus deferens, natiuũq; calorem per diastolen & systolen temperans. Hæc ubi primùm à corde emersit, impari bus sectionibus bifariam diuiditur: quarum altera, quæ minor est, sursum fertur, omnibus, quæ sunt supra cor partibus, uasorum propagines præbitura. Altera quæ maior est, fertur deorsum, partibus omnibus inferioribus arterias immittens. Ex Galeno de dissectione arteriarum, & libro 16. de Vsu partium.

A P.

AP. in notis antiquorum, AP. IVD. apud Iudicem. APP. Appius. APP. appellat. A. P. Q. Aulus. uel Auli Publij Quint. A. P. R. C. anno post Romã conditã. AP. N. apud nos. APPN. appellantur. APPS. CLV. Appius Claudius. A. P. apud. A. P. C. L. N. ad pedes columnæ.

Apage, ἄπαγε, & **Apagete**, dictio Comica, ducta à uerbo Græco ἀπάγω, quod significat abduco, abigo, remoueo. Plautus in Curcul. Apage hanc caniculam. Apuleius, Apagete factorem extremæ latrinæ. Vatin. ad Ciceronem, Apagete cum nostro Sexto Seruilio, nam me hercule ego illum quoque amo.

Apagesis, pen. cor. (quod & ipsum frequẽs est apud Comicos) Familiariter corripientis est, & significat Aufer, uel remoue si uis. Apul. Apagesis iam cruentos deos. Vel etiam absolutè, pro Abi si uis. Plautus in Pœnulo, Apagesis, negotii in muliere quantum una est.

Apalæstri, ἀπάλαιστροι Græci uocant ignaros palæstræ, hoc est qui sese in lucta non exercuerunt.

Apalon, uinum, id est, tenerum.

Apānthrōpia f. p. ἀπανθρωπία. Latinè inhumanitas dicitur

Apanthrōpŏs. m. s. ἀπάνθρωπος. Latinè inhumanus.

Aparctias, ἀπαρκτίας, Ventus ab arcto flans, hoc est, à Septentrione.

Aparine, f. t ἀπαρίνη, Lappæ genus, quod alio nomine Philanthropos appellatur, quòd uestibus hominum adhærens eos amare uideatur.

Apate, ἀπάτη, Genus intybi apud Theophrastum, quã Theodorus Fraudem conuertit, eo quòd gustantes amaritudine decipiat.

Apathes, ἀπαθὴς, Latinè dicitur sine passionibus, sine ulla animi perturbatione, quasi impassibilis, quem Stoici uolebant esse sapientem. Negabant enim sapientis esse aut dolore, aut uoluptate, aut metu, aut odio, aut misericordia commoueri. Plin. lib. 7. cap. 20. scribit quosdam sapientiæ sectatores toruitate quadam naturæ dura & inflexibili præditos, humanis affectibus caruisse, qui & ipsi Apathes nominantur. Vnde Apathia, ἀπάθεια, Animi tranquillitas, nullis affectuum motibus obnoxia.

Apator, ἀπάτορ, Dicitur sine patre: quo nomine à Poëtis Vulcanus dicitur, quem illi fingunt, à Iunone sine patre esse editum. Dicuntur etiam ἀπάτορες qui incerto patre nati sunt

sunt, quos Latini Spurios uocant. Vide Plutar. in Problem.

Apedes, Vide Apodes.

Apeliotes, tæ, pen. prod, ἀπηλιώτης Ventus est ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subsolanum uocant.

Apella, m. p. Dici potest sine pelle, ἀπόδιρμος, Quo nomine uocati sunt Iudæi circuncisi. Horatius lib. 1. Serm. Satur. 5. credat Iudæus appella, Non ego.

Apello, lis, apuli, apulsum, ex a, & pello, Significat amouco, ἀποκινέω. ut Apulsus ab urbe, id est amotus. Sunt tamen qui putant Aspello, non Apello scribi debere, & componi ex abs, seu ab, b, in s. mutata: ne ex AD compositum uideatur. Nam ita in Captiuis Plauti legitur, Hic est ille dies, quum nulla uitæ salus sperabilis est mecum, Neq; exilium exitio est neq; adeò spes, quæ mihi hunc aspellat. Cicero 2. Tuscul. Sed longè à læto numine aspellor Iouis.

Apepsia, æ, ἀπεψία, Ventriculi uitium est, quod Latini Cruditatem appellant: quum scilicet cibi in uentriculo non immutantur: sed tales ferè egeruntur, quales sunt ingesti. Quo modo autem differat à dyspepsia, & à tertia specie, quã Græci βραδυπεψίαν uocant, uide in dictione Dyspepsia.

Aper, m. s. Porcus syluester, à Græco κάπρος, remota prima littera. Iuuenalis, quanta est gula, quæ sibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum. Varro de ling. Latin. libro 4. Apri ab eo, quòd in locis asperis uersantur: nisi à Græcis deductum malis, qui hos κάπρος uocant.

Aprinus, καπρινὸς, ab Apro deducitur: ut, Aprina caro. Sic scribi quidem debet secundum analogiam. Antiqui tamen scribebant Aprugnus. Plin. lib. 8. cap. 51. Catonis Censoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes diuiso apro, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata.

Aperio, ex Ad & Pario. a. q (ut inquit Priscianus) abiecta d, (quia d, sequente p, nonnunquam abijcitur) Significat patefacio, ἀνοίγω, Terent. Fores aperi. Habetq; a correptam. Iuuenal. Protulit, ut mos est, & aperta palluit agna. Quandoq; detego. Hinc Macrobius ait, iuniores solitos esse non tã honoris, quàm ualetudinis causa, maioribus caput aperire. Statius, sic fatus aperto Ense uocat socios. Per translationem, Aperire ponitur pro exponere. Plautus, Age iam & hoc ænigma aperi nobis. Item, pro nudare. Cic. Verentur enim ne si quo casu acciderit, ut partes corporis quædam aperiantur, aspiciantur non decorè. Item pro uulnerare. Iuuenalis, Fuste aperire caput, candelam appouere ualuis. Huius uerbi cõposita sunt, Adaperio, quod est ualde aperio. A quo Adapertile, pen. cor. ἀνοιτὸν, quod aperitur, uel aperiri potest: ut Versatilis axis, qui uersatur uel uersari potest. Ouid. de Trist. Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri. Exaperio, foris uel ualde aperio.

Apertè, aduerb. Clarè, manifestè, φανερῶς. Cic. Attic. Quæ uerba apertè indicant, posse rationem haberi etiam absentis. Hinc, Apertius, & apertissimè. Idem pro Q. Rosc. Planius & apertius dicam. Idem Attico, Lætitiam apertissimè tulimus omnes.

Apertio, onis, uerbale. Varro 1. de Re rust. cap. 61. Sub terra qui habent frumentum in ijs, quos uocant Syros, quò cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdam interclusa sit anima.

Apertum ius, Clarum & indubium est, Author Cic. & Quint. Sicut Variũ, quod uagatur in opinionibus. Iurecoss. contro uersum autem, à contrarietate opinionum.

Apertus, a, um, Patens, manifestus, planus, ante oculos positus

Apertura, ræ. Vitru. lib. 5. cap. 5. Contraq; eas cellas relinquẽtur aperturæ inferiorum graduũ cubilibus, &c. Idem lib. 10. cap. 9. Circa frontem eius figuntur tabulæ, relictis semipedalib. aperturis, ad aquam intrò concipiendam.

Apes, uel Apis, f. t, in nominatiuo singulari, μέλισσα. Columel. lib. 10. Nam quanto grandior apis atq; rotundior, tanto peior. Ouid. lib. 15. Metamor. Non apis inde tulit collectos sedula flores. Hoc nomen compositum existimant pleriq; ab a fine, & pes, quòd fine pedibus nasci uideantur, dicente Vergilio, Trunca pedum primo. Sed quum non seruet analogiam, sicut cetera composita, Bipes, edis, Tripes, edis, Compes, edis, magis simplex iudicandum est. Creantur apes ex bouum fimo, sicut crabrones ex equorum, fuci ex mulorum, uespæ ex asinorum excrementis.

Apecula, siue apicula, diminutiuum, f. p. Parua apes μελίττιον. Plinius libro 7. Quadrigam ex eadem materia, quã musca integeret alis, fabricatam, & nauem quam apicula pennis absconderet.

Apiarium, n. s. Locus ubi apes considunt, hoc est ubi aluei apiũ tenentur, quod Mellarium, siue aluearium nominatur. μελισσῶν. Columell. libro decimo. Non est dubitandum, quin in ædificio iunctum apiarium maceria circundemus. sed in ea parte, quæ tetris latrinæ sterquilinijq;, & balnei odoribus libera est. Idem lib. 8. cap. 14. Nos similiter appellamus apium cubilia, apiaria.

Apiarius, m. s. Qui curat, siue qui possidet apeis, μελιτουργὸς, Plinius libro 21. Prouentum enim sperant apiarij largè florescente thymo.

Apiastrum, aliàs Apiarium, μελισσόφυλλον, Herba est, qua apes mirum in modum delectantur: unde & Melyssophyllon, & per syncopen Meliphyllon appellatur. Vulgò Melissa. Vide latius in dictione Melissophyllon.

Apiastra, μελισσοφόνος, Auis dicitur, quæ apeis comedit. Alio nomine Merops dicitur: de quo uide infrà suo loco.

Apiatus, a. tum, ab apibus: sicut à uermibus, Vermiculatus, Dicitur quod apium impressam habet similitudinem: ut, Apiata mensa, apud Plinium lib. 13. cap. 15. ubi de mensis cedrinis loquitur.

Apex, icis, m. t. Propriè uirga in summo flaminis pileo, in cuius extremo modica lana est: quod primùm constat ad Albam Ascanium instituisse, κυρίαν ἀκροσιχίν. Hodie Pontificum insula hoc nomine appellari potest. Valer. lib. 1. At Sulpitio inter sacrificandum à capite apex prolapsus, eidem sacerdotium abstulit. Plerumq; tamen sumitur pro summa uerticis parte quòd longè sit à pedibus, & pro cuiuscunq; rei summitate acuminata. Columel. lib. 5. Eiúsque uelut apex pronus imminens uocatur. Cicero uerò trãstulit ad summã rei alicuius dignitatem: Apex. κολοφὼν inquit senectutis est authoritas, quanta fuit in M. Cælio Metello.

Apiculus, m. s. diminutiuum Paruus apex, λιφαία. quod & apiculum dicitur. Festus, Apiculum, filum est quo Flamines uelatum apicem gerunt.

Apẽxabõ, onis, Intestinum sanguine plenum, admisto pingui: sic dictum, quòd in summitate quiddam, quasi in capite apicem habet. Varro lib. 4. de ling. Latina.

Aphaca, æ, siue Aphace, ces, ἄφακα, Herba est in aruis nascẽs, paulò altior lente, foliis admodum tenuibus, terna aut quaterna semina nigra in filiquis ferens. Hęc Plin. lib. 27. cap. 5. Ruellius eandem esse putat cum ea, quam uulgus Viciam agrestem appellat.

Aphærẽsis, pen. cor. ἀφαίρεσις, Dici potest abscisio. Figura quę à principio dictionis literam uel syllabam aufert: ut, Pone metum, pro Depone, Ex ἀπὸ καὶ ἀφροῦμαι.

Aphẽtẽria, ἀφετήρια, Græci dicunt carceres, unde equi emittũtur ad cursum. Sunt & Apheteria, ut inquit Suidas, organa ad expugnandas urbes accommodata.

Aphilos, adiect. ἄφιλος, dicitur qui nullum habet amicum.

Aphonia, f. p uocis priuatio.

Aphracta, ἄφρακτα, n. s. Sunt aperta, intectaq; nauigia. Cic. ad Att. Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucupaturi eramus. Idem ad Tironem, Nosti aphracta Rhodiorum, nihil est quod minus fluctum ferre possit. Legitur & Aphractus masc. gen. Cic. ad Att. lib. 6. Nos Etesiæ uehementissimè tardarunt, detraxit uiginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum.

Aphrogala, idem quod cremor lactis.

Aphren, Cicuta apud Dioscoridem.

Aphrodisia, ἀφροδίσια, Dicũtur Veneris festa, uel Venereæ uoluptates.

Aphronitrum, n. s. ἀφρόνιτρον, Spuma nitri, de qua Plin. lib. 31. cap. 10. & Mart. li. 14. Rusticus es? nescis quid Græco nomine dicar? Spuma uocor nitri, Græcus es? aphronitrum.

Aphron, Plinio herba est ex generibus papaueris, foliis, si propius accedas, passerum speciem repræsentantibus, radicem habens in summa terræ cute, semine spumeo. A Dioscoride μίκρον ἀφρόδιτος, hoc est spumeum papauer appellatur. De hoc Plin. lib. 20. cap. 10.

Aphros, spuma, ἄφρος. Inde Aphroditẽ Venerem dicimus, quia de maris spuma concepta fertur.

Aphroscorodon, ἀφροσκόροδον. Genus est allii maioris incrementi, quod à Plinio Vlpicum uocatur. Nominis ratio diuersa traditur Nam Columel. ab Aphris nomen sumpsisse existimat. Vlpicum (inquit) quod quidam allium Punicum uocant, Græci Aphroscorodon. Plinius à spuma dictum existimat,

æstimat, quam gignit in pulmentarijs quibus adhibetur: ita enim habet lib. 19. cap. 6. Vlpicum quoque in hoc genere Græci appellauerunt allium Cyprium, præcipuè Aphricę celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increscat spuma.

Aphroselenus, ἀφροσέληνος, Lapis alio nomine Selebites dictus διὰ τὸ ἐφίστασθαι αὐτῇ νυκτὸς μισοῦντι ἐν τῇ τοῦ σελήνης παραυξήσει. Nascitur in Arabia, colore candido, pellucidus & minimè ponderosus. A Latinis etiam Lunaris lapis appellatur. Vide Dioscoridem lib. 5.

Aphthæ, ἄφθαι, Exulcerationes sunt in summo ore, infantib. peculiares, prouenientes uitio lactis quo nutriuntur, calido humore corrupti. Oriuntur & in ætate prouectioribus, quũ ora illis intumescunt, rubescuntqúe, calidis humoribus eò commeantibus. Vide plura apud Cælium Rhodig. lib. 9. capite 20.

Aphthítis, semen buphthalmi apud Dioscor.

Aphya, ἀφύη, Piscis genus, candidum, molle, ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde Prouerbiũ Aphya ad ignem: in ea quæ cleriter intereunt, aut consumũtur. Piscis huius meminit Aristoteles lib. 6. Animal. Theodorus Apuum uertit. Athenienses πλωκτὸν ὄψον, hoc est mendicorum obsonium uocare solent, ob nimiam rei uilitatem. Cic. Attic. lib. 4. Aphyam populi uocat sentinam: & sordes populi. Quare, inquit, ut homini curioso, ita perscribere ad me quid primus dies, quid secũdus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi aphya: deniq; etiam quid de te fiat, ad me uelim scribas. Vide Cælium lib. 5. cap. 19.

Aphyracora, electri species.

Aphythacoras, Ctesias, referente Plinio, arbores quasdã esse uoluit iuxta Hypobarũ Indiæ fluuiũ, electrum ferentes: uoceq; hac prædulcem suauitatem significari tradidit. Vide Plinium lib. 37. cap. 2.

Apíanus, na, um, Quod apes auidæ sumunt. μελισσάρατος. Vndæ Apianæ unę dictæ sunt, quas, ut inquit Columella, muscę insectantur: nunc uulgò à muscis, Muscatellæ dicuntur. Græci sticam uocant, etiam à quodam sapore quasi casto reo. Plinius lib. 14. cap. 1. Apianæ, apes dedere cognomen, præcipuè earum auidæ. Colum. lib. 12. cap. 34. Passum si ex una apiana facere uolueris, uuam apianam integram legito. Idẽ libro. 3. cap. 2. Magnis etiam dotibus tres apianæ commendantur, omnes feraces, iugoq; & arboribus satis idoneæ: generosior tamen una, quæ nudis foliis est. Nam duæ lanatæ quamuis frondibus, & palmitum pari facie fluxuræ, qualitate sunt dispariles, quum tardius altera recipiat cariem uenustatis. Pingui solo feracissimæ, mediocri quoque fœcundæ, præcoqui fructus. Ideoq; frigidis locis aptissimę, uini dulcis, sed capiti, neruis, uenisq; non aptæ, nisi maturè lectæ. Pluuiis, uentisq;, & apibus afferunt prædam, quarum uocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Apia, ἄπια, A Græcis arbor dicitur, quã Latini Pyrũ uocant.

Apicæ oues, Dictæ sunt, quæ non amplo corpore sunt, nec multã lanam habẽt circa corpus totum. σφηκώδη πρόβατα. Plin. lib. 8. cap. 48. In ipsa oue satis gerositatis ostenditur breuitate crurum, uentris uestitu: quibus nudus esset, Apicas uocabant, damnabantq;.

Apícula, Vide Apes.

Apículus, uide Apex.

Apĭnă, æ, f. p. ἄπινη. arbor quasi minimè pinus: quæ pinus picea dicitur, quòd piceæ potius quàm pino similis est.

Apinæ, pen. cor. Nuces uocantur, inquit Perottus, quæ cutem uerius, quàm putamen, adeò mollẽ habent, ut simul mãdatur. Apud Plinium tamen lib. 15. cap. 10. unde Perottus hęc ad uerbum descripsit, Sapineum hoc nucis genus, non Apinam nominatum inuenimus.

Apĭŏnĭă mala, maiora apiis; aliter Melappia: dicta à figura orbis in rotunditatem circumacti.

Apiria, f. p, ἀπειρία, Inexperientia. Cicero de Finibus, uertit Infinitionem. Quarum inquit incursionem non solùm uideamus, sed etiam cogitemus infinitionem ipsam, quam apiriam uocant.

Apíscor, eris, Cuius præteritum uolunt esse Aptus sum, idẽ est quod acquiro, τυγχάνω. Verbum est penè obsoletũ, quod non nisi apud antiquissimos legitur. Lucret. lib. 1. Nec ratione animi, quam quuis posse apisci. Idem lib. 6. Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci. Ex aliis alios auidi contagia mõrbi. Huius composita sunt Adipiscor & Indipiscor de quibus suo loco.

Apístŏs, (Quod hactenus hic perperam pro gemmæ nomine lectum est) lege Apsyctos.

Apĭthănŏn, ἀπίθανον, Latinè impersuasibile.

Apium, Herba est hortensis, quam Galli sua lingua uocant du Persil. σέλινον. Ex hac fiebant apud antiquos coronæ uictoribus in Nemæorum sacris certaminibus. Iuuenal. Gaudentes fœdo peregrina ad pulpita saltu Prostitui, Graiæq; apium meruisse coronę. Quidam hoc nomen ab apice deducunt: quia antiqui apicem capitis apio coronabant: unde est illud dictum, quòd apex hoc ferre solebat Victoris, ueterum fieret dum more triumphus, Ipse sibi talem prior imposuisse coronam Dicitur Alcides. Alij hoc nomen ab apibus deductũ putant, quę illo præcipuè delectari putantur.

Apium montanum, Herba est cicutæ foliis, quæ Apium agreste uocatur, in montibus ferè, locisq; petrosis nascens: unde & nomen habet, ὀρεοσέλινον.

Apium palustre, Herba est apio satiuo maior: sic dicta, quòd in paludibus, & aquosis locis proueniat, ἐλεοσέλινον.

Apium saxatile, Herba est semen proferens ammeos semini nõ dissimile, sed odoratius: quæ quoniam in Macedonia optima nascatur, unlgò Petroselinum Macedonicum uocari cœpit, πετροσέλινον. Nascitur in petris: unde & nomen accepit Pro hoc officinæ hipposelinum perperam substituunt, quæ est herba à petroselino omnino diuersa, quam Latini Olusatrum appellant. Vide suo loco.

Aplānēs, pen. prod. Dicitur non uagus, inerrabilis, ἀπλανής. Macrobius lib. 1. de Som. Prima illa stellifera sphæra, quæ proprio nomine dicitur cælum, Aplanes apud Græcos uocatur, continens & arcens cæteros.

Aplustre, n. t. & in numero plurali Aplustra, uel Aplustria, n. s. Nauis est ornamentum in summitate mali: & omnino scribendum est absq; m, quia apud poëtas inuenitur prima correpta, quæ, si per m scriberetur, ratione positionis necessariò produceretur. Cic. in Arato, Nauibus assumptis fluitantia quærere aplustra. Festus utroque modo scribi posse existimauit. Aplustria, inquit, nauium ornamenta, quę quia erant amplius, quàm essent necessaria usui, etiam Amplustria dicebantur. Hæc ille. Nos contrà putamus, non ab Aduerbio Amplius, hoc nomen deduci sed ab ἀ priuatiua, & uerbo πλέω, quòd ad nauigationem non sit necessarium.

Aplysĭæ, ἀπλυσίαι, Illotarias uertit Theodorus, Spongiarũ genus uilissimum, maximas habens fistulas, & reliquam partem admodum spissam: ita dictũ, quòd elui nõ possit. Vide Plinium lib. 9. cap. 45.

Apŏcălўpsis, f. t. Latinè reuelatio, ἀποκάλυψις, ex ἀπό, quæ Re in compositione significat, & καλύπτω, uelo.

Apŏcătāstāsis, f. t. ἀποκατάστασις, instauratio.

Apocha, æ, pen. cor. f. p. Scedula est, qua fatemur nobis de pecunia esse satisfactum, ἀποχή. Vulgò Quittantiam uocant. Antapocha uerò est, quàm debitor dat creditori. Acceptilationis autem nomen generalius est, quàm Apochę Illa enim quamuis liberationẽ continet, etiam si nulla præ uenerit numeratio. Apocha autem solùm dicitur, quum pecunia soluta est. Vlpian. de Acceptil. l. Si acceptolatum.

Apocleti, Lege Apolecti.

Apocope, f. t. ἀποκοπή, Amputatio, ex ἀπό, quæ Re uel Ab significat, & κόπτω, scindo, amputo. Figura, quando ultima litera, uel syllaba tollitur, ut Peculi peculij.

Apocopi, m. s. ἀπόκοποι, Dicti sunt à Iulio Materno castrati quasi execti, & spoliati.

Apŏcrīsis, is, f. t. ἀπόκρισις, responsum.

Apocrisiarii, non Apochrysarii, nec nõ Ipochrysiarii. quãuis perinde barbarũ, ut hæc esse uideatur: attamẽ illud rectius ab ἀποκρίνομαι, quod respondeo significat, dicitur. Est autẽ Apocrisiarius, ut quidam putat, Respõsalis & Legatus Episcopi, inde dictus, quòd aliquando pro Episcopo respondere cogatur. Vsi sunt hac uoce Pontifices. Melius tamen alij qui aiunt, Apocrisiarios dictos uelut locum tenentes Episcoporum, ut res Ecclesię gubernarent, negotia singulorum audirent, referrentq; ad Episcopos.

Apocrotus, m. s. Idem quod durus, asper, rigidus, ἀπόκροτος Firmicus lib. 7. Nascentur serui, miseri, Apocroti, oligochronii, & infelices.

Apocryphus, a, um, pen. corr. ἀπόκρυφος, Latinè abscon-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ditus, secretus, ex ἀπὸ quæ exaggerat rem, & κρύπτω, abscondo. Illa uerò scriptura dicitur Apocrypha, cuius occulta origo est, & in qua licet inueniatur aliqua ueritas, tamen propter multa falsa, non habet scripturæ canonicæ pondus. Qui uerò sint apocryphi libri, quære in Decret. distinct. 15. capit. Sancta Romana ecclesia.

Apocynon, n. s. ἀπόκυνον, Osiculum in ranæ sinistro latere quod si in aquam deiectum fuerit, statim feruere ferunt: amorem eo & iurgia si in potionem addatur concitari: multaq; præterea alia de hoc tradit Magica uanitas. Sic dictum, quoniam canum imperus eo cohibentur. Vide Plinium libro 32. cap. 5.

Apodectæ, Athenis dicebantur, qui collationibus & uectigalibus præerant, quorum iudicio quicquid controuersiæ erat, in publicis collationibus decernebatur.

Apodes, e. t. pen. cor. ἀπόδες, Aues quædam, ex genere hirundinum, ita dictæ quod careant usu pedum. Alio nomine Cypselli dicuntur, uolant plurimùm, nidificant in scopulis atq; in editioribus domibus. Quies eis nisi in nido nulla: aut pendent, aut iacent. Plinius lib. 10. Plurimùm uolant, quæ Apodes uocantur, quia carent usu pedum.

Apodixis, f. s Euidens probatio, demonstratio, siue experimentum, ἀπόδειξις. Vnde Apodixes grammaticas Quintilianus uocat potentissimas Geometrarũ demonstrationes.

Apodos, m. f pen prod. scribitur enim per ω ἀπώδός. Est uox galli intempestiua, siue immatura, & uox quæ neq; choro, neq; fidibus concordat.

Apŏdŏsis, pen. cor. Schema iucundissimum, quum præcedentium membrorum singulis singulæ particulæ respondent, ἀπόδοσις. Exemplum eius est apud Terentium in Andria, Adeon' me ignauum putas? Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, Vt neq; me consuetudo, neque amor neq; pudor Commoueat, ut seruem fidem? ibi enim consuetudo feritati, amor inhumanitati, pudor ingratitudini respondet. Latinè redditionem sonat.

Apodyterium, Spoliatorium. Locus in quo loturi, aut sudaturi uestes deponebant, quas capsarii seruabant, ἀποδυτήριον, nam ἀποδύειν exuere dicitur Plinius ad Apollinarem, Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atq; opacum.

Apogæum, n. s ἀπόγαιον, ab Astrologis uocatur pars media cæli, quæ & μεσουράνημα dicitur: sicut contrà Hypogæum, pars ima cæli appellatur. Vide Cælium Rhodig. l. 2. ca. 34.

Apogæi, Venti sunt à terra flantes, ἀπόγαιοι. Pli. li. 2. ca. 34.

Apogoni. Vide Epigoni.

Apographum, n. s. Exemplum & descriptio libri, & imago tabulæ, ἀπόγραφον Latinè Descriptum, & Exscriptum dicitur. Vnde Cicero libros suos philosophicos Apographa uocat, quasi scriptorum Græcorum imagines & exempla. Plin. lib. 35. cap. 11. Huius tabulæ exemplar, quod Apographon uocant, L. Lucullus duobus talentis emit.

Apolactizo, as, ἀπολακτίζω, Calcibus inuado. Per translationem Paruifacio, contemno. Plautus in Epid. Auxilia mihi, & suppetiæ domi sunt: apolactizo inimicos omnes.

Apolecti, m. s. ἀπόλεκτοι, Senatores erant, sanctiusq; concilii, quod ex delectis uiris cõstabat: ita dicti παρὰ τὸ ἀπολέγεσθαι eo quòd ex multis soleant deligi. Liuius libr. 6. belli Maced. Vbi quum in concilio delectorum, quos apolectos uocant, Phaneas & quæ imperarentur, & quæ ipsis propè accidissent exposuisset. Ibidem. Concilium quidem uniuersæ gentis Aetoli post dimissos Romanos non habuerunt, per apolectos autem (ita uocant sanctius concilium, quod ex delectis constat uiris) id agitabant, quomodo res in Græcia nouarentur. Est & genus piscis, ex pelamidum genere. Plin. libr. 9. cap. 15. Pelamides in apolectos, particulatimque consectæ in genera cybiorum dispartiuntur. Idem libro 32. capite undecimo, Pelamis earum generis maxima, apolectus uocatur duri ortritone.

Apolis, idis, ἄπολις, Latinè extorris dicitur, qui caret ciuitate, quales sunt exules, aut deportati. aut in metallum damnati, quibus ciuitatis ius adeptum est. Martianus. l. Quidã. de pœnis. Item quidam apolides sunt, ut sunt in opus publicum perpetuò dati, & in insulam deportati.

Apologia, f. p. ἀπολογία, Responsio uel satisfactio, defensio seu excusatio, quę Apologeticon, et Apologema, ἀπολόγημα dicitur: unde Apologeticus liber, quo nos expurgamus, aut aduersario satisfacimus.

Apologus, m. s. pen. cor, ἀπόλογος, Fabula in qua bruta animalia loqui introducuntur. nam est quædam ex humilibus rebus composita forma ac species accommodata ad ridendum, quæ & Apologia dicitur. Cic. 2. de Orat. Et ad hoc genus adscribamus etiam narrationes apologorum. Vide Quintilianum lib. 5. cap. 11.

Apologo, as, a. p. Postulo, ἀπολογοῦμαι Senec. Epist. 47. Et sæpe illum inuicem apologaui. Gallicè dicitur Brocarder.

Apologatio, onis, Quintil. lib. 5. cap. 11. Nostrorum quidam nõ sanè receptum in usum nomine, Apologationem uocant. De fabulis loquitur.

Apomeli, itis, ἀπόμελι. Potus confectus ex macceratis aquafauis, medium inter mulsam & oxymeli locum obtinens, cuius plurimus est usus circa Peloponnesum, ut scribit Galenus lib. 8. Methodi.

Apophasis, f. t. pen. cor ἀπόφασις, Negatio, abnuentia, depulsio ab ἀπόφημι. Vide de hac figura Quintilianum lib 9. cap. 2. Apophasis etiam dicitur catalogus & index bonorum: qualis fieri solet à morte alicuius. Iurisperiti suo quodam more uocant Inuentarium. Dicitur autem Apophasis in hac significatione ab ἀποφαίνω, quod est, in rationes tutelæ refero.

Apŏphātica, orum. n. s. ἀποφατικα negantia: Vt cum quis accusatus quod homines occiderit, respondet. Non occidi.

Apoleumonos, magicè scammonio, apud Dioscorid

Apophlegmatismi, ἀποφλεγματισμοί, Vocantur remedia quæ in ore detenta, uel mãducata, aut linguæ subdita, noxios quosque humores ex capite detrahunt. Fit à uerbo Græco ἀποφλεγματίζω, quod est capitis pituitas expurgo

Apophyades, ἀποφυάδες, Latinè Appendices uocari possunt, quæ scilicet rei alicui adnascuntur. Vnde & Aristoteles ἀποφυάδας uocat intestinorum appendices, quæ & ἐμφυάδες dicuntur.

Apŏphŏrēta, n. s. pen. prod. ἀποφόρητα, Munera quæ dari solebant Saturnalibus, quem morem hodie quoque seruamus mense Decembri, in natali Saluatoris die. Munusculaquoque quæ à cœna conuiuis dabantur domum auferenda, etiam Apophoreta dicebantur: ita dicta à uerbo Græco ἀποφέρειν, quod auferre significat. Suetonius in Domit. Dabat sicut Saturnalibus uiris apophoreta, ita per Calend. Martias fœminis.

Apophthegma, atis, n. t. ἀπόφθεγμα, Breuis & acuta sententia, siue argutum dictum, non cuiuslibet, sed illustrium tantùm uirorum. Vnde Plutarchi Apophthegmata. Cic. 1. Of fic. Multaq; multorum facetè dicta, ut ea quæ à sene Catone collecta sunt, quæ uocant ἀποφθέγματα.

Apoplectici, m. s. ἀποπληκτικοί, Sunt quorum uidelicet & corpus, & mens stupet ictu fulminis, aut morbo. Celsus lib. 3. cap. 26. uocat Attonitos.

Apoplexia, f. p, ἀποπληξία, siue Apoplexis, Est stupefactio neruorum totius corporis cum priuatione sensus & motus. Ita dicta à uerbo Græco ἀποπλήττω, quod est percutio, afflo, attonitum reddo. Celsus lib. 6. cap. 26. Attonitos quoque rarò uidemus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdũ morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. Idem capite proximè sequenti. At resolutio neruorum frequens ubique morbus est, sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres authores illud Apoplexian, hoc Paralysin nominauerunt, nunc utrunq; Paralysin appellari uideo.

Apŏptŏsis, cum pili palpebrarum decidunt.

Aporior, aris, Verbum ex Græco ἀπορέω tractum, quo interpres Testamenti noui usus est 2. ad Cor. ca. 4. Significat aũt modò hæreo, & cõsilii inops & perplexus sum, modò ad summam angustiam redigor: modò indigeo.

Aporia, æ, ἀπορία, Indigentia, uel dubitatio, & consilii inopia.

Aporon, ἄπορον, Controuersiæ genus explicabile, cuius exemplum proponitur à Gellio lib. 9. cap. 15.

Apŏrrhōgas, ἀπορρῶγας, Græci uocant deflexus quosdam aërios, qui ad terram labentes, stellarum casus imitantur,

Apotiopesis, f. t ἀποσιώπησις, pen. prod à Cicerone dicitur Reticentia, à Celso Obticentia, alij interruptionẽ appellant. Nam est quasi interceptum silentium. Figura indignãtibus familiaris, in qua uerbum extrinsecus subintelligitur. Vergil. primo. Aeneid. Quos ego? deest enim Punitum, uel

quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quid ſimile. Quintil. libro 9. Omne in quo aliquid deeſt, Apoſiopeſis poterit appellari.

Apoſtăta, m.p penul cor. ἀποστάτης, Defector, ſiue deſertor, ut qui à duce ſuo ad hoſtes transfugit, aut à Chriſtianis ad Ethnicos, uel Iudęos. Monachos quoq; , qui ab inſtituto ſuo reſiliunt, Apoſtatas uocamus. Huiuſmodi autem defectio, Apoſtaſia ἀποστασία appellatur.

Apoſtato, as, n p pen. cor. ἀποστατέω, Rebello, obſiſto & oppugno, quod antea defendebam. Cyprian. ad Corn. Eos qui uelut apoſtatauerunt, & ad ſeculum, cui renuntiauerunt, reuerſi, gentiliter uiuunt, uel ad hæreticos transfugæ facti, contra Eccleſiam pernitiala arma ſuſcipiunt.

Apoſtaſion, repudij libellus.

Apoſpaſmata, id eſt, auulſiones. Apoſtematis quoq; ſpecies eſt, ſed cuius nomen nunc ſuccurrit, ubi phlegmoni hare na innaſcitur, ligna, carbones, amurca, fęces, ſetæ porcinæ, calculi, quiſquiliæ, & id genus alia quædam quæ malis medicamentis fieri, inſana uulgi arbitratur credulitas. fit autem ut inquit Galenus, inueteratis abſceſsib. ob uarias humorũ qualitates, materiã in huiuſmodi quiſquilias, & iſtiuſmodi formam conuertentes.

Apoſirmata, deſquammationes.

Apoſtēma, atis. n. t. pen. pro. ἀπόστημα, Eſt tumor præter naturam, quum pus ex Phlegmone reſolutum, in quendã quaſi ſinum colligitur, uel etiam nulla præcedente phlegmone, quum humor quidam acris ſtatim ab initio in parte aliqua colligitur, ſpatiumq; ſibi moliens uel inter duas tunicas, uel ſub certis membranis, nimia diſtentione eam excoriat. Tria autem præcipua horum ſunt genera, quorum ſingula propriam appellationem ſunt ſortita à rebus in ipſis contentis. Nam ſi quiddam melli ſimile contineant, Melicerides, μελικηρίδες appellantur. Si pingue quippiam in morem ſeui, Steatomata, στεατώματα. Quòd ſi pultis ſimilitudinem referat quod in iis continetur, Atheromata ἀθερώματα dicuntur. Dicitur autem Apoſtema ἀφίστημι, quod eſt abſcedo: unde & Larini uerbum ex uerbo exprimentes, Abſceſsũ appellarunt. Celſ. lib. 2. cap. 1. Abſceſſus corporis, quæ Apoſtemata Græci nominant. Plinius lib. 20. cap. 33. ſuppurationem interpretatur: Caro (inquit) eius interior clauis pedum & ſuppurationibus medetur, quæ Græci uocant Apoſtemata.

Apoſtolus, ἀπόστολος Latinè miſſus, ſiue nuntius dicitur, ab ἀποστέλλω mitto. Apoſtolorũ autem quatuor ſunt genera. Adeo miſsi, non per hominem: ut Moſes: à Deo, ſed per hominem, ut Ieſus Naue: per hominem tantùm, ſicut noſtris temporibus multi fauore uulgi in ſacerdotium ſubrogati ſunt: ex ſe autem, ſicut ſunt ipſi Pſeudoprophetę. Apoſtoli etiam dicebantur litęræ dimiſſoriæ: de quibus Alciatus de rerum & uerb. ſignifi. Athenis quoq; Apoſtoli, Magiſtratus quidã erant, quorum officium erat rectè atq; ordine curare atq; inſtruere claſſem,

Apoſttŏphē. f. t ἀποστροφὴ Dici poteſt conuerſio: Figura quũ ſermonem à iudice uel auditore ad abſentem aliquem conuertimus. Te nunc alioquor Affricane, cuius mortui nomẽ ſplendori ac decori eſt ciuitati. ἀποστρέφω enim auerto.

Apoſtrophus, m. ſ. ἀπόστροφος Colliſionis nota, in fine alicuius dictionis, denotans uocalem præcedentis dictionis eliſam propter hiatum: ut ἀφ' ὅ pro ἀπὸ ὅ.

Apŏtĕlĕſmă. n. t. ἀποτέλεσμα Effectus horoſcopi, hoc eſt quicquid cæſum ex aſtrorum compoſitione & aſpectu mutuo affectum, in natali hora cuiuſq; efficit. Hinc Apoteleſmatici, ἀποτελεσματικοὶ poſt Homeri ætatem dicti ſunt, qui nunc Mathematici & Chaldęi uocantur: quorum curioſitas nihil reliquit, quod planetarum non ſubijceret poteſtati: ut in primum librum Iliad. annorauit Euſtathius.

Apŏthēcă, f. p. ἀποθήκη Cella uinaria, ubi uinum & conſeruatur & uenditur. Plin. Tantum pecuniarum detinent uini apothecæ: nec alia res maius incrementum ſentit. Idem, Vina in apothecis Canis ortu mutantur. Dicitur etiam Apothecatio, in qua res uenales exponuntur.

Apŏtheŏſis, f. t. ἀποθέωσις Conſecratio, ſeu deificatio, relatio in numerum diuorum: quæ quibus ceremonijs apud Romanos fieri ſoleat, eleganter ſcribit Herodianus lib. 4.

Apŏtŏmĭă, ἀποτομία, Maior pars ſemitoni, quæ à Latinis diſciſsio dici poteſt: à uerbo Græco ἀποτέμνω, φ eſt abſcindo.

Apoxyomenos, ἀποξυόμενος, Signum æreum Lyſippi, quod à M. Agrippa ante thermas ſuas dedicatum Tiberius Cæſar detraxit, & in cubiculum ſuum tranſtulit: quod tamen, populi clamoribus adactus, poſtea repoſuit. Erat aũt imago diſtringentis ſe: ita dicta à uerbo græco ἀποξύνεσθαι, quod eſt diſtringi.

Apozema n. t. ἀπόζεμα, Aqua cocta cum uariis condimentis, decoctum ex herbis. A uerbo Græco ἀποζέω, quod eſt deferueſco.

Apparatus, et Apparatio, uide Apparo.

Appareo, es n. ſ. pen. prod φαίνομαι. Significat uideor. Ver. 1. Georg. Apparet liquido ſublimis in aĕre Niſus. Eſt etiam de improuiſo ſe oſtendere. Cic. quum equites Antonij apparuiſſent. Item obedire, & præſtò eſſe ad obſequium, παρεῖναι. Verg. lib. 12. Hæ Iouis ad ſolium, ſæuiq; ad limina regis Apparent. Apparere, comparere. Terent. in Eunucho Ille autem bonus uir nuſquam apparet. Plin. in Epiſt. Interceptusúe ſit à ſuis, an cum ſuis, dubium: certè non ipſe, non quiſquam ex ſeruis eius apparuit.

Apparitio. f. t. Oſtenſio dicitur, ἐπιφάνια. Et Apparitio, pro præſtatione officij, ſeu præſentia ad obſequendum, cuiuſmodi ſolet eſſe Apparitorum erga magiſtratus. Cic. ad Thermum, Ego quum antè ſtudioſè commendabam Marcilium, tum multò nunc ſtudioſius, quòd in longa apparitione ſingularẽ & propè incredibilem patris Marcilij fidem, abſtinentiam, modeſtiamq; cognoui.

Apparitores. m. t. Dicti ſunt quòd appareant, & præſtò ſint ad obſequium, κλητῆρες, ῥαβδοφόροι, οἱ ταξιῶται, qui & Statores dicuntur, ut ſunt ij qui magiſtratibus circunſtant, parati ad obſequendum. Quandoq; apparitores tabellariorum officio fungebantur. dabatur enim comes magiſtratibus, qui & ſalarium à Repul. licet paruum, accipiebat. Cicero in Verr. Act. 5. Tuus apparitor parua mercede populi conductus.

Apparitura. f. p. Ipſum miniſterium, παράσασις. Scribit Suetonius lib. de Grammaticis, Orbilium apparituræ feciſſe magiſtratibus: ſignificans eum fuiſſe apparitorem miniſtrumq; magiſtratuum: quod Græci, παρισάναι.

Appărŏ. pen. cor. Paro, comparo, præparo, cum magnificentia quadam & ſplendore adorno, παρασκευάζω, ἑξαρτύω. Cic. 3 Philip. Facilius apparabitis ea quę neceſsitas poſtulat. Idem pro lege Manilia, Pompeius extrema hyeme bellũ apparauit ineunte Vere ſuſcepit, media æſtate confecit. Idem ad Q. Fratrem, Ludos apparat magnificentiſſimos, ſic inquam, ut nemo ſumptuoſiores.

Apparatè, aduerbium cum apparatu. Cic. Attico, Itaq; & edit, & bibit ἁδρῶς, & iucundè, opiparè ſanè, & apparatè. Liu. 1. bel. Maced. Ludi magnificè, apparatèq; facti.

Apparatio. f. t. Idem quod apparatus. Cic. 2. Offic. Eſt enim multum in laudãda magnificentia, & apparatione popularium munerum. Idem 1. de Inuent. Propterea quòd ex his ſuſpicio quædam apparationis, atq; artificioſę diligentiæ naſcitur.

Appello, as. a. p. Nomino, ὀνομάζω, προσαγορεύω. Cic. 3. Offic. Pub. Scipione, qui primus Africanus appellarus ſit. Item Appellare, eſt comiter ſeu familiariter cõpellare, alloqui, uocare, ἐντυγχάνειν, κοινολογεῖσθαι. Cic. pro Cluẽtio, Appellat hilari uultu hominem Bulbus, ut blandiſſimè poteſt. Hinc etiã Appellare, teſte Vlpiano de Iniurijs, eſt blãda oratione alicuius pudicitiã attẽtare, πειρᾶν, λόγοις προσφέρειν περὶ σωφροσύνης. Interdum ſignificat accuſare. Liuius, Blactius Daſium de prodition̄e appellabat. Item auxilij, uel teſtimonii gratia quẽpiam implorare. Cicer. pro Sexto Roſcio, Te nunc Publi Scipio appello. Appellare debitorẽ, eſt rẽ nobis debitã à debitore exigere. Quint. Appellabatur à creditoribus, ut ſolueret debitum, interdum etiam eſt poſt ſententiam tanquam iniquã ad ſuperiorem iudicem prouocare. ἐκκαλεῖσθαι τὴν δίκην, ἐφ' ἑτέραν, ἐπικαλεῖσθαι, Vlpianus, Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. Dicimusq; Appello principem, & ad principem. Appellare. ex aduerſo, Eſt nomina per Antiſtrophen imponere, καλεῖν κατὰ ἀνασροφὴν. Vt qui herbam illam omni duritia carentem ἁλόητον uocauit, quaſi totam oſſeam.

Appellator: oris, uerbale Qui appellauit, hoc eſt qui ab aliquo iudice ad alium prouocauit. Cic. 6. Verr, Quo quidem die nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abſtinerentur.

Appellito, as, are, frequentatiuum. Vnde Feſtus, Appellitauiſſe, pro appellauiſſe.

Appellatio, Idem quod cõpellatio, allocutio, πρόσρημα. προσφώνησις, In-

ναστε. Interdum idem quod nominatio. Cic. pro domo ſua Regum appellatione, uenales erant. Apud iuriſconſultos Appellatio ſignificat prouocationem, quum ob ſententiam iniquam maioris iudicis auxilium imploramus. Vide ſuprà in uerbo Appello.

Appello, lis, appuli, appulſum. a. t, Applico, admouco, προσορμίζω. Cic. 2. Verr. Quum Perſæ mille numero nauium claſſem Delum appuliſſent. Idem Attico, Quum ad uillam noſtram nauis appelleretur. Verg. 3. Aen. Hinc digreſſum uentis deus appulit oris. Legitur etiam Appellere abſolutè & ſine caſu, pro accedere. Cic. 2. De diuin. Viſus eſt ſomnis paſtor ad me appellere. Hinc Appulſus, us, Pro acceſſu pecoris ad aquam, καταγωγή, προβολή, Iureconſultus, Totum corrum par pecoris ad aquam appulſum. Appellere animum, ſignificat animum ad aliquid agẽdum intendere, προσέχειν, ὁρμᾶν Terent. in Prolog. And. Poëta quum primùm animum ad ſcribendum appulit. Interdum idem quod adduco, compello, cogo. Plaut. in Aſin. Argenti uiginti minę me ad mortẽ appulerunt, id eſt adduxerunt.

Appendeo, es, n. ſ. Iuxta ſeu ad aliquid pẽdeo, προσαρτῶμαι

Appendo, is, di, ſum. a. t Suſpendo, quaſi ad aliquid pendo προσαρτάω, ut, Appendi uuam ad tigna. Plinius, atq; uuas iam maturas ad ſolem appendere. Eſt etiam Appendere, ad ſtaterã, lancemq; ponderare, ἐξαμίζειν. Cic. in Anton. Vt iam appendatur pecunia, non numeretur. Item appendere adiungere: unde Appendix.

Appenſus, participium, Suſpenſus. Cicero 5. Tuſc. In hoc medio apparatu fulgẽtem gladium à lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſsit.

Appenditus, ta, um, quod ab alio pendet.

Appendix. f. t. Dicitur quod alij adiunctum eſt, quaſi ex alio pẽ deat, ἀποφυάς, προσθήκη. Cic. in Horten. Vidit, quod uidendum fuit, appendicem animi eſſe corpus. Eſt & Appendix genus ſpinæ, ita dictum, quòd baccas puniceas habeat de ſe pendentes quæ & ipſę dependices nominantur. De hac Plin. lib. 24. cap. 13.

Appendicula. Cic. pro Rabi. Eſt enim hæc cauſa, quo ea pecunia peruenerit, quaſi quædam appendicula cauſæ iudicatæ, atque damnatæ.

Apperema, furfur.

Appeto, is, pen. cor. a. p. Auidè cupio, ὀρέγομαι, ὀρεγῶν ἐφίεμαι, ἐρῶ, & tam in bonum, quàm in malum, ſicut Expeto, capitur, niſi quòd in Expeto maior uis eſt propter Ex, quę maximam in ſe uim cõtinet. Curtius, Herebat inter cupiditatem pudoremq;, & quò modeſtius quod expectabat appeteret, cò peruicacius oblaturos eſſe credebat. Falluntur itaque qui differentiam hanc aſſignant inter Appetere et Expetere. Expetere cum ratione eſſe, Appetere qualitercunq;: & Expeti bona, planéq; honeſta: Appeti uerò in honeſta & mala. Ex quo Appetitus, quæ eſt immoderata cupiditas. q conſtat falſum eſſe. Nam Appeto ad bona atq; honeſta authores uſi ſunt, & Expeto ad inhoneſta atq; mala. Cic. Caſ. Tu puer me appetiſti, ego autem ſemper ornamento te mihi fore duxi Idem libro quarto Tuſc. Quoniam ut bona natura appetimus, ſic & à malis natura declinamus. Quòd autem Expeto etiam ad uoluptates, & quandoque ad maximum malum pertineat, Cicero oſtendit libro. 1. Officiorum, Expetuntur diuitiæ cum ad uſus uitæ neceſſarios, tum ad perfruendas uoluptates. Ad maximum malum. Cicero in Piſonem, A me quidem etiam pœnas expetiſtis, quibus coniuratorum manes mortuorum expiaretis, id eſt requiſiſtis, ſiue flagitaſtis. Conſtruitur frequenter cum ablatiuo inter cedente præpoſitione: ſicut apud Quintilianum libro 9. Ex cognitione rerum, exemplorumq;, quibus in primis inſtructus debet eſſe orator, ne omnia teſtimonia expetat à litigatore. Aliquando tamen pro requiro, ſiue deſydero, ſolo accuſatiuo contentum eſt. Plaut. in Caſinæ prologo, Nos poſtquam populi rumore intelleximus ſtudioſè expetere uos Plautinas fabulas. Appeto uerò, præter eam, quam prædiximus, ſignificationem, ponitur pro Adeo: quia ſicut dicimus Adeo Prætorem, ita Appeto Prætorem, Interdum appetere ſignificat inſtare, appropinquare, ἐγγίζω, ἐνίσταμαι, unde Appetit dies, dicimus. Appetit nox, ueſpera, &c. Interdum pro Aggredi, βάπτειν, unde dicimus appetere uitam alicuius, pro eo quod eſt, Mortem alicui moliri. Cic. pro Sexto Roſcio, Filij uita infeſta, ferro atq; inſidijs appetita. Item Appetere oculos, pro Inuadere, Liu. libro ſeptimo Leuans ſe alijs, os, oculosq; hoſtis roſtro & unguibus appetit. Hieronymus ad Vital. pro amare poſuit, quum inquit, Impendiò precor, ut in amore quo nos appetere cœpiſti, ad finem uſq; perdures. Ab Appeto fiunt Appetitor, ἐπιθυμητὴς, Appetitus & Appetentia, & Appetitio, pro deſyderio, ὄρεξις. Plinius lib. 19. A ſtomacho faſtidium auferunt, cibiq; appetentiam faciunt lactucæ.

Appetens, Nomen ex participio. Idẽ quod rei alicuius auidus Sall. in Catil. Alieni appetens, ſui profuſus. Cic. de Amicit. Nihil eſt appetentius ſimilium ſui.

Appetentia, Idem quod appetitio, ſeu cupiditas, motúsue animi, quo ad aliquid agendum impellimur, ὁρμή. Cic. 4. Tuſc. Vt ęgritudo quaſi morbum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendam animi & fugam, lætitia profuſam hilaritatem, libido effranatã appetentiã. Appetantia cibi, ὄρεξις. Plin. Cibi appetentiam faciunt lactucæ.

Appetitio, tionis, f. t. Motus eſt & impetus animi, quo ad aliquid agendum impellimur, ὁρμή Cic. 2. de Finib. Appetitio animi quæ Græcè ὁρμή dicitur. Accipitur & pro appetentia cibi, quã Græci, ὄρεξιν uocant. Gel. li. 10. cap. 3. Quòd quũ ante hac ſemper edundi fuerit appetens, nunc poſt imperatam inediam tridui, omnis eius appetitio priſtina elanguerit Item pro conatu aliquid apprehendendi. Cicero 1. de Diuinat. Nam quum dormienti ei Sol ad pedes uiſus eſſet, ter eum ſcribit fruſtra appetiuiſſe manibus, quũ ſe conuoluẽs Sol elaberetur, & abiret: eiq; Magos dixiſſe, ex triplici appetione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum portendi.

Appetitus, us, m. q. Concupiſcentia, impetus animi, quo ad rẽ aliquam impellimur: cuius ſedem Philoſophi conſtituerunt in iecore, ὁρμὴ, Cic. 3. Offic. duplex eſt animorum uis atq; natura. Vna pars in appetitu poſita eſt, ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc atq; illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet, & explanat quid faciendum, fugiendúmue.

Appianum, ni, Coloris uiridis genus, apud Plinium lib. 35. capite 6.

Appingo, egi, actum, compoſitum eſt à Pango, Idem ſignificans quod addo, uel adiungo. προσίθημι. Cic. ad Att. lib. 2. Epiſtolam ſuperiorem reſtitue nobis, & appinge aliquid noui. Alterum eſt Appingo, xi, ctum, compoſitum à Pingo, quod ſignificat iuxta pingo. Horat. in Art. Poët. Delphinũ ſyluis appingit, fluctibus aprum.

Appioſus, morbus, in pecudibus uocatur, cum noxius ſanguis membranam cerebri, & ex una parte perfuderit, & eandem calore nimio ceperit prægrauare, eius & mens & uſus hebetatur.

Applaudo, n. t. Significat Allido, ἐπικροτέω. Apuleius lib. 9. Incuſsis in eam poſteriorum pedum calcibus, protinus applaudo terræ. Aliquando Applaudere, eſt manuum, uel pedum plauſu fauorem oſtendere. Plautus Pſeud. ſi uultis applaudere, Atq; approbare hunc gregem & fabulam, in craſtinum uos uocabo. Cicero pro Sext. Quid ego nunc dicam, quibus uiris, aut cui generi ciuium maximè applaudatur?

Applauſor, oris, uerbale, Qui applaudit. Plinius in Panegy. Idem ergo populus ille aliquando ſcenici Imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in Panthomimis quoque aduerſatur.

Applauſus, a, um, participium. Ouid. 4. Meta. Ille canis uelox applauſo corpore palmis Deſilit in latices.

Applauſus, us, nomen. Cicero de Diuin. Eminus qui magno applauſu loquitur, aſſentante populo, &c.

Applico, as, pen. cor. aui, atum, & applicui, applicitum. a. p. Significat appello, κατάγω, προσορμίζω, ἐνορμίζω, Adiungo. annecto. ἐπάγω, προσαρμόζω, προσάπτω, παραβάπτω, & conſtruitur cum datiuo, uel accuſatiuo mediante Ab. Verg. 1. Aen. Quæuis in manibus applicat oris. Cic. Appio Pul. Omnes uires ciuitatis ſe ad Pompei ductum applicauerunt. id eſt adiunxerunt. Libro 2. ad Heren. Qui in itinere ſe ſociauerit. Terentius in Andria, Tum ille egens forte applicat primùm ad Chryſidis patrem ſe, id eſt confert uel recipit.

Applicatio. uerbale fœm. tert. Actus ipſe applicandi. Cicero 1. de Orat. Cui Romæ exulare ius eſſet, ſi ſe ad aliquem quaſi patronum applicuiſſet, inteſtatoq; eſſet mortuus, nónne in ea cauſa ius applicationis obſcurum ſanè & ignotum, patefactum in iudicio, atq; illuſtratum eſt patrono? Idem in Lælio, Quæpropter à natura uidetur mihi potius, quàm ab indigentia orta amicitia: applicatione magis animi cum quodam ſenſu amandi, quàm cogitatione, quantum illa res utilitatis eſſet habitura.

Applicatus, & Applicitus, Participium. Cæſar. tertio. Bell. ciu.

Applicatisq;

Applicatisq; noſtris ad terram uauibus. Plinius in Epiſt. Applicitum, eſt in cubiculo hypocauſtum perexiguum.

Applodo, is, pen. prod Omnino idem eſt quod Applaudo ἐπιπερστω Veteres enim Plodo dicebant, quod nos Plaudo. Applodere fulgetris, apud Plinium eſt fauere, teſtariq; honorem illo motu,

Apploro, as. are, n.p. Deponere apud aliquem ſuos fletus, προσλκρύω Horat. lib. 3 Carm. Contrahq; lucrum nil ualere candidum Pauperis ingenium, quærebar applorans tibi.

Appluda, pen. prod. f. p. Antiquis idem ſignificabat quod furfur, ut docet Gellius lib. 11. cap. 7. πιτύβιον. Plin. lib. 18. ca. 10. docet appludam uocari purgamenta milij, & panici, & zizaniæ, quum in frumento palea dicatur. Dicta Appluda ab applodendo, quod propter tenuitatem, quia minutiſsima eſt, ſpiritu deijciatur. Næu. Ne hercle appluda eſt hodie quâ tu, leuior.

Appluo, is, Vide Pluo.

Applumbo, as, Vide Plumbo.

Appono, Vide Pono.

Appoſitus, a, um, Quod eſt iuxta, uel ad aliquid poſitum. πρόσθεμένος. Cicero de Inuent. Gladium propè appoſitum è uagina eduxit, & illum alterum occidit. Aliquando ſumitur pro eo, quod eſt conueniens ad propoſitum ἐπιτήδειος. Idē ibidem, Eam ipſam ſcripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus partibus pertentare, ſi quid aut ad id appoſitum ſit, quod nos interpretemur aut ei quod aduerſarius intelligat, aduerſetur.

Appoſitè, aduerbium, Conuenienter, aptè, ἐπιτηδείως. Officiū eius facultatis uidetur, dicere appoſitè ad perſuaſionem. Alias ſignificationes quære in dictione Pono.

Appoſitio. Cic. in Parad. Sed hęc uideri poſſunt obſcuriora quĩ ſine appoſitione exemplorum lentius diſputantur. Eſt etiam Appoſitio, πρόθεσις, literæ uel ſyllabæ in fróte dictionis additio. Literæ, ut, Turno gnatoq; patriq;. Syllabæ, ut, Conçitũ tetuli gradum.

Apporto, προσφέρω, Vide Porto.

Appoſco, is, Vide Poſco.

Appōtus, Valde potus, qui multum potauit, οἰνόλωτος. Plaut. in Curcul. Poſtquam cœnati, atq; appoti, talos poſcit in manum. Idem in Amphytr. Credo equidem dormire Solem, atq; apporum probè.

Apprehendo, a. t. & in carmine apprendo, Significat attrecto, capio, uel ad me traho, λαμβάνω, ομαι. Cicero de Natura Deor. Vites clauiculis adminicula, quaſi manibus apprehendunt Vergilius 2. Aeneid. Quò res cunq; loco Panthu? quã prendimus arcem?

Apprehenſio, aſsimilatur traditio, l. penale. de uſuc. pro legato. qua ratione Parag. Hoc autem amplius de rerum dom.

Apprīmē, pen. prod. aduerbium, Significat In primis, egregiè, ualde, ἐς τὰ πρῶτα. Terentius in And. Nam id arbitror apprimè in uita eſſe utile. Fit ab antiquo nomine Apprimus quo ueteres uſi ſunt pro longè primo, ut docet Gellius lib. 7. cap. 7. citans illud ex Liuij Odyſſ. Ibi deniq; uir ſummus, apprimus, Parroclus.

Apprĭmŏ, is, ere, ex Ad, & Premo. Plin. lib. 24. cap. 9. Sedare nĕtris dolores aſſeuerauit impoſitam, ita ut tunica cinctuq; corporis apprimeretur.

Approbus, peo. cor. Valde probus, προσδόκιμος. Gellius, Et in uerſu eſt Cæcilij poĕtæ comici, Hierocles hoſpes eſt mihi adoleſcens approbus.

Approbo, as, are, a. p. Idem quod ſimplex probo, uel etiam uehementer probo, δοκιμάζω Cic. 4. Acad. Nec tamen ego is ſum, qui nihil unquam falſi approbem. Idem App. Quicquid feceris, approbabo.

Approbatio, uerbale. Cicero 1. Tuſc. Effectus eloquentiæ, Eſt audientium approbatio.

Approbator, oris, uerbale, Qui aliquid probat, δοκιμαστής. Cic. Att. Quãuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ: approbator certè fuiſti.

Appromĭttŏ, is, Pro altero promitto, ἐγγυῶμαι. Cicero Attico, de Oppio factum eſt ut uolui, & maximè quòd DCCC appromiſiſti, quæ quidem ego utique uel uerſura facta ſolui uolo.

Appromiſſor, oris, uerbale. ἐγγυητής, Vulpianus Appromiſſorẽ uocat Fideiuſſorem l. In omnibus ff. de ſolutionibus.

Appronare in genua, dictum eſt, pro eo quod eſt ingenicularī, ut antiqui dicebant, ἀποπλώσθαι. Apuleius lib. 1. Planiore in ripę margine implicitus, ingenua appronat ſe, auidus affectans portionem. Videtur eſſe compoſitum ex Ad præpoſitione & nomine Pronus: unde gemino p, ſcribendum eſt.

Appropĕro, as, are, n. p. Idem quod propero, uel ualdè propeto, accelero, σπεύδω. Terentius in And. poſtquã ante oſtiũ Me audiuit ſtare, approperat. Cicero Attico, Quare appropera, & uale. Approperatum opus, id eſt acceleratum. Liuius libro 4. ab Vrb. Cœptumq; opus adeò approperatum eſt, ut Sole orto, &c.

Appropinquo, as, are, n. p. Propinquũ fieri aut loco, aut tempore, ἐγγίζω. Cæſar. 1. Bel. Gal Heduos finibus Bellouacorum appropinquare cognouerant. Cicero ad Qu. fra. Sed eius rei maturitas, neque dum uenit, & tamen iam appropinquat.

Appropinquatio, uerbale. Cic. de Senect. Quarta reſtat cauſa, quæ maximè angere, atq; ſolicitam habere noſtram ætatem uidetur, appropinquatio mortis.

Apragmoſis, coronarium quoddam ſatiuum, apud Ariſtophanem porrum, ut Grammaticus Ariſtophanis interpretatur, Athenis in Academia naſci ſolitum.

Aprīcŭs, a, um, pen. pro. προσήλιος, ὑήλιος, πρόσηλιος, Idem quod Soli expoſitus, quaſi ἄνευ φρικὸς, hoc eſt ſine frigore, & aſpirata in π, ſuam tenuem conuerſa. Vergilius 2. Georg. Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis. Apricus homo, uel aprica auis, quæ ſole gaudet. Idē 7. Aeneid. Apricis ſtatio gratiſsima mergis.

Apricior, apriciſsimus. Colum. lib. 11. ca. 3. Nonnulli hanc eandem locis apricoribus à Calendis Martijs deponũt. Idem lib. 9. cap. 14. Dum adhuc autumni reliquię ſunt, apriciſsimo die purgatis domicilijs.

Apricari, Eſt in aprico loco eſſe, hoc eſt in loco Soli expoſito uerſari, ἀλιθρεῦν, ἡλιάζεσθαι. Varro in miniſteriis, Licet uidere multos quotidie in hieme in Sole apricari. Plin. lib. 36. de columbis, Apricantur, aliæ ſcalpentes ſeſe. Cicero in Caton. Vbi enim poteſt illa ætas aut caleſcere, uel apricatione melius, uel igni, aut uicisſim umbris aquisue refrigerari ſalubrius?

Apricatio, onis, ἡλίασις. uerbale. Cic. Att. Sibi habeat ſuam fortunam. unam me hercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo ſole malim, quàm omnia iſtiuſmodi regna.

Apricitas, atis, Eſt hybernus ille tepor in locis apricis. Colum. lib. 8. ca. 15. Cum apricitate diei geſtiunt aues. Idem lib. 7. ca. 7. Si diei permittit apricitas. Plin. lib. 6. cap. 36. Apricitatis in clytæ regio.

Aprilis, m. t. Menſis dictus eſt, quaſi aperilis, quòd terram aperiat, ἀπρίλιος, θαργηλιών. Nam uerna temperie plantarũ germina aperiuntur. Vel dicitur Aprilis, quaſi Aphrilis, ab ἀφρὸς ſpuma, quòd Venus, cui hic menſis ſacer eſt ex ſpuma maris fingitur nata. Horatius 4. Carm. Idus tibi ſunt agendę Qui dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem. Accipitur præterea adiectiuè: ut Nonis Aprilibus. Cicero ad Lent. Quinctiam Marcellino, & Philippo Conſulibus, Nonis aprilibus eſt ſenatus aſſenſus.

Apronia, Herba eſt, quam alij Vitem nigram, alij Bryoniam alii Chironiam, alii Gynecanthen uocant, ἄμπελος μέλαινα, Plinius lib. 23. cap. 1.

Aprŏsōpŏs, ἀπρόσωπος. Latinè impersonalis dicitur, ὁ πρόσωπον perſona, Græcè appellatur,

Apſeudes, homo eſt minimè fallens.

Apſis, idis, Vide abſis.

Apſyctos, ἄψυκτος, Gemma eſt nigra & ponderoſa, rubentibus uenis diſtincta: ita dicta quaſi irrefrigerabilis. Nam ſemel igni excalefacta, ſeptem diebus calorem ſeruat. Author Plinius lib. 36. cap. 10.

Apſychon, ἄψυχον, n. ſ. Inanimatum, quod eſt ſine anima, & ſpirare non poteſt.

Aptè, & **Apto**, Vide Aptus,

Aptōtum, n. ſ. aptoti: pen. prod. Interpretatur ſine caſu. Sunt enim aptota nomina, quę neq; per caſus, neq; per numeros declinatur, ut Frugi, Nihili, Nequam, Fas, Nefas. Author Donatus in 2. Editione, Hæc alio nomine dicuntur indeclinabilia.

Aptus, ta, um. dicitur quod ad aliquid accõmodatum eſt. ἐπιτήδειος, ἁρμόμενος, προσηρμοσμένος. Perſius. Sat. 1. Si fortè quid aptius exit. Interdum Aptum dicitur neceſſarium.

Cicero

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cicero lib. 3. de Fin. Itaq; natura ſumus apti ad totius cõſilia ciuitatis. Interdum elegans, ut apud eundem lib. 1. de Orat. Ita porrò uerbis eſt aptus & preſius, ut neſcias utrum ſententiæ oratione, an uerba ſententiis illuſtrentur. Idem 1. Offic. Vt enim pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos. Interdum connexũ. Verg. lib. 2. Georg. ipſos è torquibus aptos, lunge pares. Huius compoſitum, & contrarium eſt Ineptus. Eſt etiam Aptus participium ab Apiſcor, idem ſignificans quod adeptus. Varro. Ea omnibus oſtentat, quæ bello eſt aptus.

Apto, as, a. p. Conuenienter aliquid rei alicui iungo, ſeu accommodo, προσάπτω Conſtruitur cum datiuo & accuſatiuo mediante Ad. Cicero in Philipp. Cuius deniq; fortuna ſtudia tantæ laudi & gratulationi tuæ ſe non aptarint? Idem 3. de Orat. Hoc uerbum eſt ad id aptatũ, quod antè dixerat. Huius compoſita ſunt Adapto, & Coapto.

Aptitudo, f. t. Eſt cõuenientia, pulchritudo, elegantia, κομψότης Vnde fit Aptè aduerbium, &c.

Apua, æ, f. p. Piſciculus eſt minimus & uiliſsimus, quẽ Græci, quòd ex pluuia naſcitur, ἀφύλλω uocant. Vnde Plin. lib. 32. cap. 8. & ea quæ ſuprà annotauimus in dictione Aphya.

Apud, præpoſitio eſt, quæ nunquam compoſita reperitur: appoſita uerò caſibus, quãdoq; locum denotat, παρὰ, πρὸς. Apud Mantuam hæc ſcripſi. Quandoq; perſonam: ut, Apud regem. Quandoq; loci & perſonæ coniunctionem: ut, Cœnaui apud Pompeium. Sed quum ad perſonam refertur, plerunq; familiaritatem ſignificat, non dominium: ut, Fui apud te, id eſt tecum, uel domi tuæ. Penes uerò & poteſtatem & perſonam, & dominium, (ἐπὶ cum datiuo.) Ouid. lib. 1. Faſt. Me penes eſt unum uaſti cuſtodia mundi. Quanquam etiam ſine dominii ſignificatione aliquando inueniatur: ut latius docebimus ſuo loco. Apud aliquando accipitur pro In: ut apud Terentium in Andria, De Dauo modò apud forum audiui. Apud ſe dicitur eſſe, qui omiſsis negotiis ſe in receſſum recipit. Cic. libro primo de Orat. Marcus uerò Scaurus, quem non longè ruri apud ſe eſſe audio. Magis tamen uidetur Apud ſe, in hoc Ciceronis loco accipi pro Domi ſuæ: quemadmodum frequenter apud Terentium, Apud nos, pro Domi noſtræ.

Apus, odis, uide Apodes.

Apyrinon, ἀπύρινον. Genus eſt mali Punici dulciſsimi, ita dictum, quaſi ἄπυρον πυρῆνος, hoc eſt, ſine nucleo: non quod prorſus nucleis careat, ſed quòd eos habeat minus lignoſos. Quo fit, ut & acinos habeat blãdiores, & minus amaros. Plin. lib. 13. cap. 19. Martialis lib. 13. Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis, Et uernæ tuberes: quid tibi cum Lybicis? Legitur & adiectiuum Apyrinus, a, um, ut Apyrinus fructus, hoc eſt dulcis, nucleiſq; minus lignoſis, quales habent apyrina. Col. lib. de arboribus cap. 23. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuis annis fructum uinoſum: poſtea uerò etiam dulcem & apyrinum faciet.

Apyrũm ſulphur, ἄπυρον θεῖον. Plin. lib. 35. cap. 15. uocat ſulphur uiuum, quodq; ignem non eſt expertum, ἄπορον enim Græci uocant incoctum, & quod igni non eſt admotũ. Vnde & Apyri tripodes ἄπυροι τρίποδες dicebantur, qui ignibus intacti erant, ut qui non culinario uſui, ſed domorũ templorumq; ornatui dicati erant.

Apyrotus, ἀπύρωτος, Gemma igniti carbonis ſimilitudinẽ referens, quam Ouid. 2. Metamorph. Pyropum uocat, Latini Carbunculum: inde Apyrotus dicta, quod ignẽ non ſentiat. Plin. lib. 37. cap. 7. Principatum habent Carbunculi, à ſimilitudine ignium appellati, quum ipſi non ſentiant ignes: ob id à quibuſdam Apyroti uocati.

A Q.

Aqua, f. p. cõponi uidetur ex à & qua: quaſi à qua uiuamus. ὕδωρ. Vnde aqua & igni interdici ſolebat damnatis. Aquam & ignem ſumebant nuptæ, & qui funus perſecuti fuerant, redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi. quod purgationis genus uocabant ſuffitionem. Hoc elemenrum cæteris omnibus uidetur imperare. Terras enim deuorãt aquæ, flammas necant, ſcandunt in ſublime, & ipſum quoq; ſibi uendicant cælum. Quid eſſe mirabilius poteſt, quàm ſtare in cælo aquas? At illæ non modò in tantam altitudinem, ſed ſecum quoque piſcium examina, & lapides rapiunt. Eædem cadentes omnium terra naſcentium cauſa fiunt: fruges, arbores, frutices iuuant: migrant in cælum, ut uitalem animã deferant herbis. Præterea alibi calidæ ſunt, alibi frigidæ, alibi tepidæ, & penè omnibus morborum generibus auxiliantur. Aliæ ſulphuris, aliæ ferri, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ bitumini, æris. Aliæ acidæ ſunt, aliæ ſalſæ, & cunctæ hominum tantùm cauſa uidentur erupiſſe. Generatim neruis prosunt omnes: aliæ pedibus, aliæ coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis, aliæ exinaniunt aluos, aliæ ſanant uulnera, aliæ capiti auribuſq; & oculis priuatim medentur: aliæ ſterilitatem mulierum, & uirorum infamiam abolere produntur, nonnullæ iuuant calculoſos, aliquæ prohibent abortum. Sunt, quæ tollunt uitiligines, aliæ podagris proſunt, aliæ tertianas febres diſcutiunt, aliæ denteis ſiſtunt, aliæ ungulas etiã iumentorum indurant, aliæ ſubtiliores faciunt ſenſus, aliæ memoriã auferunt, aliæ obliuionem inducunt, aliæ canoras uoceis faciunt. Hæc Perottus ex Plinio, quibus illud præterea addit, ſe deduxiſſe aquas in agro Viterbienſi, quæ letargicos, & hydropicos & cholicos curant, luxatos ſtatim ſanant, dentes ea collutos ſiſtunt, ſcabiem, lichenas, uitiligines mira celeritate tollunt, famem omnino ſublato faſtidio inducunt, fœcunditatem mulieribus afferunt, uenerem debilitatam excitant, calculorum uitia diſcutiunt. Hæc ille. Alii aquam, quaſi æquam, hoc eſt, æqualem dictam uolunt, ablato e, quòd aqua niſi uentis agitetur, nihil ſit æqualius. Aqua apud Iureconſ. alimentorum appellatione continetur. l. 1. ff. de alim. leg. Aqua paluſtris, aquę putrefactio. Aqua pluuia & cæleſtis eadem eſt. Aqua uiua, quæ uſui eſt. l. is qui puteum. ff. quod ui aut clàm.

Aqua oculi, oculorum uitium, ubi immodicè humores lenti defluunt, congelati inter corneam, & chriſtalloidem.

Aquula, f. p. dimi. ab aqua, ὑδάριον. Cicero lib. de Orat. Quæ mihi uidetur non tam ipſa aquula, quę deſcribitur, quàm Platonis oratione creuiſſe. Et lib. 2. Vbi non ſecluſa aquula teneatur, ſed unde uniuerſum flumen erũpat. Eſt & Aquula Ptolemæo oppidum Hetruriæ: unde Aquulenſes quos Aquenſes uocat Plin. lib. 3. cap. 5.

Aquæductus, us, ui. m. q. ab aqua ducẽda, ὑδραγωγία. Eſt enim aquarum deductio, hoc eſt cum alicunde aqua deriuatur, ut per cuniculos impoſitis canalib. aliò inducatur, ſiue ad bibendum, ſiue ad irrigandum, ut eſt uidere apud Iulium Frõtinum in libro de Aquęductibus Romanorum. Erat autem apud ueteres duplex ratio ducendę aquę. Nam aut per ſubterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Vtriuſq; generis etiam hodie Romæ non pauca extant ueſtigia. Vlpian. de Seruit. ruſt. præd. Seruitutes ruſticorũ prædiorum ſunt hæ, Iter, actus, uia, aquæductus.

Aquælicium, n. ſ. Dicitur, quam aqua pluuialis remediis quibuſdam elicitur? quod in magnis ſiccitatibus aliquando factum creditur.

Aquæ niuales, menſę adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur ut eſſent ſalubriores, ὕδατα νιφόεντα. Poſtea colo niuario & ſacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Aquagium, quaſi aquæ agium. Idem quod aquæductus, ὑδραγωγία, ὑδροχόη, ἀγωγός. Pomp. l. hoc iure. de aq. quotid. Dum ne fundum domino, aut aquagium riualib. deterius faciat.

Aqua intercus, Morbus eſt, quem Græci Hydropen appellant, quũ inter cutẽ aqua colligitur, qua corpus turgeſcit, ὕδρωψ ὑδέρος. Nonius, Aqua intercus, hydrops morb. quaſi aqua inter cutem. Cic. 3. Offic. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam inter cutem. A Gelſo Aqua inter cutem appellatur. Ita enim habet ille lib. 3. cap. 21. Lõgus fieri poteſt morb. eorum, quos aqua inter cutem malè habet. Pl. uocat Aquã ſubter cutẽ fuſam.

Aqualicus, m. ſ. pen. corr. Aluus, quò ſordes defluunt. Item genus quoddam lati inteſtini, ex quo farcimina fieri ſolent. Apicius, & reple aqualicum, ſic ut laxamentum habeat, ne diſſiliat in coctura.

Aqualiculus, m. ſ. diminutiuum eſt ab Aqualicus. Vas eſt in quo porci ſorbent, χάρων. Per translationem pro uentre ſiue aluo ſumitur, tam occulta, quàm apparente, in quam ſordes fluunt. Perſius Sat. 1. nugaris, quum tibi calue Pinguis aqualiculus propenſè ſeſquipede exter.

Aqualis, & hoc le. om. t. Gen. maſc. genus uaſis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur, quod & Matellio dicitur, teſte Varrone, ὑδρία. Plautus in Curc. Date iſti ſellam ut ſedeat, & aqualim cum aqua.

Aquariola. n. ſ. Dicuntur lotrinæ, in quas lotura proiicitur, nec in culina tantùm, ſed & in triclinijs, & cubiculis; & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiũt. (aſſeclæ. Feſtus.

Aquarioli, m. ſ. Dicuntur mulierum impudicarũ ſordidiſſimi

Aquariolũ, ſiue aquariũ, n. ſ. Locus in quẽ ſordida aqua demit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

titur, q & Lauatrina dicitur à lauãdo, & p syncopẽ, Latrina.

Aquarius, ria, rium, Quod ad aquã pertinet, ὑδατικός. ut, Cos aquaria, Res aquaria. Gellius, Re aquaria defectos. Plin. li. 34. Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior ei fiat acies.

Aquarius, rii, Vndecimum signum zodiaci, est proximum Capricorno, quod oritur 15 Calend. Februar ὑδροχόος Fabulantur Poëtæ hunc fuisse Ganymedem, quem Iupiter, eius pulchritudine captus, ab aquila in cælum raptum, ministrum suum fecisse existimatur.

Aquarius sulcus, Qui aquam educit, ἀβαξ ὑδατικὸς Columel. libro secundo, Crebros q; sulcos aquarios, quos, & nonnulli Elices uocant.

Aquaticus, ca, cum, Qui in aqua degit, ἔνυδρος, sicut Terrestris qui in terra uiuit. Plin. Terrestres & aquatici pisces.

Aquatilis, pen cor. om. t. Idem quod aquaticus, ὑδατικός. Plin. lib. 9. cap. 12. Aquatilium tegmẽta plura sunt. Cic. 1. de Nat. deo. Bestiarum autem terrenæ sunt aliq, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraq; sede uiuentes.

Aquor, aris, uerbum castrense est, aquam haurio, siue aquam fero, ad usum exercitus, uel alterius rei, ὑδρεύω, ὑ ροφορέω. Curtius, Quum miles aquatum profectus esset. Ver. Sub mœnibus urbis, aquantur. Vide in dictione Adaquo.

Aquario, onis, uerbale, f. t. Actus aquandi, hoc est aquam ad castra afferendi. Cæs. 4. bel. Gal. Tamen sese non longius millibus passuum quatuor aquationis causa processurum eo die dixit.

Aquator, oris, m. t. Qui aquandi ministerium, præsertim in exercitu, facit, ὑδροφόρος. Cæs. 1. bell. Ciuil Hæc consultantibus eis, nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro.

Aquatus, ta, tum, Aqua infusum, ὑδρομένον: ut Aquatum uinum. Interdum idem qpod aquosus: ut, Lac aquatum. Plin. lib. 28. cap. 9. Omne autem uernum aquatius æstiuo.

Aqueus, a, um, Quod ex aqua est, ὑδαινός, ut, Color aqueus.

Aquosus, sa, sum, Quod copiam aquæ habet, ὑδατώδης, ut, Hyems aquosa. Colum. lib. 4. de ficis, Locis, inquit, frigidis, & autumni temporibus aquosis præcoces serito. Huius compositum & contrarium est Inaquosus, ἄνυδρος.

Aquosus sanguis, uocatur. Gal. lib. 3. de Symptomatum causis, excremẽti species, sanguis uidelicet similis aquæ, in qua ablutæ fuerũt carnes, uel similis aquæ cruentæ, q̃ epar regurgitat.

Aquidiale, ἰσημερία, Græcè.

Aquifŏlĭa, Species est ilicis, mespilum foliis referẽs, κραταίγωρ, ἢ κρατάιγονος, Theophr. unde & Mespilus syluestris, μέσπιλος ἀγρία à nonnullis appellatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 13. & lib. 27. cap. 8.

Aquila, ἀετὸς, f p. Regina auium, quam poëtæ Iouis alitem, eiusdemq; armigeram appellant, & fulmina ei subministrare fabulantur. Cui fabulæ occasionem dedit aquilæ natura, quia sola auium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem oculis inconniuentibus potest aspicere. Sex autem aquilarum genera numerantur à Plinio, Melænaëtos, quæ & Valeria: Pygargus: Morphnos, quam & Peremon Homerus, Latini Plancum, & Anatariam uocant: Percnopterus: Oncsios: & Haliæetus. Aquila præterea sydus cæleste est, cuius ala dextra circulum æquinoctialem attingit, sinistra autem non longè à capite Ophiuchi uidetur figurata. Rostrũ eius à reliquo corpore diuidit circulus à Cancro ad Capricornum perueniens. Exoriente Leone, occidit: exoritur autem cum Capricorno. Habet in capite stellam unam, in utraq; ala unam, & unam in cauda. Est etiam Aquila, piscis nomen ex genere planorum, quem & Græci, ἀετὸν appellant: teste Plinio lib. 9. cap. 24.

Aquilinus, a, um, ἀετινος, ut Aquilinæ ungulæ. Plaut. in Pseu. An tu inuenire postulas quenquam coquum, Nisi sit miluinus, & aquilinis unguis? Vbi Aquilinas ungulas dixit, pro manibus rapacibus, quales sunt ungues aquilarum.

Aquiliferi, m f Dicti sunt signiferi in Rom. militia, ἀετοφόροι ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in secundo Cõsulatu suo propriè dicauit: fuitq; tanquam princeps totius legionis signum. Cæsar. 5. bel. Ciu. In eo prælio quum graui uulnere esset affectus aquilifer. Habuerunt & Romani alia quatuor signa uidelicet lupos, minotauros, equos, apros, quæ singulos ordines antecedebant. Item & dracones: unde Draconarii, Postea tamen repulsis cæteris, unam seruauerunt aquilam.

Aquilegium, n. f. Aquæ collectio, & aquæductus, κρουνὸς. Plaut. Si pluet, aquilegio iuuabo.

Aquilex, pen cor Qui aquam colligit, ducit, & propriè qui signis quibusdam fontes nouit inuestigare, ὑδροσκόος. Varro. At hoc pacto utilior te Tuscus aquilex. Plin. Subesse aquas credunt, & hoc habent signum aquileges.

Aquilus color, Fuscus & subniger, ab aqua, ὑδατῶδες χρῶμα. Nam cum antiqui duos omnino naturales colores nosceret, album scilicet & nigrum, interuenit is q̃ 10oque, qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque proprietatem trahat, quem potissimùm ab aqua nominauerunt, cuius incertus est color. Plautus in Pœnulo, Statura haud magna corpore aquilo. Suetonius in Augusto, Nasum à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumq;.

Aquiminarii, Dicuntur omnia uasa deferundis aquis deputata, ὑδρεῖα. Florentinus iurisconsultus lib 34 Digest. Nã & pelues argenteas, & aquinarios argenteos in suppellectili esse non dubitatur.

A R.

ARMP. In notis antiquorum, arma publica. ARM. E. arma eius. AR C. arca. AR G. argentum.

Ara, f. p. Quasi ansa, ut Varroni placet, dicta est à tripodibus, quòd sacrificantes ansas tenebant: uel potius, quia precantes manibus aras apprehenderent, βωμὸς. Hinc Vergilius 4. Aeneid. Talibus orantem dictis, arasq; tenentem. Primò ergo Ansæ dictæ, deinde commutatione literarum, aræ. Sunt qui aras ab ardendo deriuent, quòd in his uictimæ adolerentur. Alii ab ἀράσμαι, quod est oro, (unde & ἀρὰ oratio dicitur,) quòd in sacrificando orerur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Vnde celebratur nobilis illa Periclis sententia, Ad aras usq; me amicũ esse oportet: qua significatur, neminẽ amici causa aut peierare, aut quippiam inhonestum facere oportere. Est etiam Ara ciuitas, Arabiæ regia, necnon & insula Arabiæ adiacens, ut scribit Ptolemæus. Habet autem hoc nomen priorem syllabam productam. Hara autem cum h, eandem corripit, & significat porcorum, seu auium stabulum, συφόρβιον. Ouidius in Epistola Penelopes ad Vlyssem, Tertius immundę cura fidelis Harę. De hoc plura suo loco.

Ara, sidus cęleste. Cic. de Nat. deinde Nepæ cernes propter fulgentis acumen Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri.

Ărăbarchēs, m t. ἀραβάρχης, ut pulchrè ostendit Alciatus li. 1. Prætermissorum, Dicebatur publicanus, qui præerat exigendo uectigali de pecoribus, quę ex Arabia in Aegyptum adducebantur. Horum autem officiũ Arabarchia ἀραβαρχία uocatur. Super hac re extat Constitutio Val. Grac. Theod. imp. in hæc uerba, Vsurpationem totius licentię submouemus circa uectigal arabarchiæ, per Aegyptum atq; Augustaneam constitutum, nihilq; super transductione animalium uendicari permittimus. Hinc facilè intelligi potest sententia horum uersuum apud Iuuenalem, Atque triumphales inter quos ausus habere, Nescio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches. Inuehitur enim in T. Alexandrum natione Aegyptium, quem Arabarchen uocat, hoc est Aegyptium publicanum.

Arabicè, aduerb. ut Arabicè olere, id est benè olere, & odoribus Arabicis, ἀραβικῶς ὄζειν.

Arabilis, Vide Aro.

Arachnides, tunica tenuissima in oculo: ea media subsidet eoq; cauo cõtinetur quiddam, quod à uitri similitudine hyaloides appellatur à Græcis, idq; neq; liquidum, neq; aridũ est, sed quasi concretus humor, ex cuius colore pupilli color, uel niger est uel cæsius, cum summa tunica tota alba sit: id autem superueniens, ab interiore parte membranulæ includit. Sub his gutta humoris est oui albi similis, à quo uidenti facultas proficiscitur, χρυσαμοειδὴς à Græcis nominatur.

Arachnium, olearũ morbus est apud Theoph. lib. 4. ca 17.

Araciæ ficus, Dicuntur albæ, pediculo minimo, latissimæ, de quibus Plin. lib. 15. cap. 18.

Arange, spondylion apud Dioscoridem li 3. cap. 86.

Aranea, æ, ἀράχνη, fœminino genere, Tela seu rete araneorũ. Ouid. 4. Metamorph. non illud opus tenuissima uincant Stramina, nec summo quæ pendet aranea tigno. Reperitur quandoq; tamen Aranea pro ipso animali. Verg. 4. Geor. Laxos in foribus suspendit aranea casses. Ouid. 6. Metam. Stamen & antiquas exercet aranea telas.

Araneus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Araneus, nei, ἀράχνης, Animalculum ex genere insectorum, quod Græci, ἀράχνιλων appellant. Huius multa sunt genera: unum tamen præcipuum, nullique incognitum, quod miro quodam artificio telas orditur, quibus muscæ irretiuntur. Plaut. in Asin. Iussin' columnis deiici opera araneorum? Idem in Stycho, Vt operam omnem araneorum tergâ & texturam improbem, deiiciamq; omnes eorum telas. Sunt & ex araneorum genere Phalangia, Italiæ ignota (ut scribit Plinius lib. 19. cap. 4.) quorum noxii morsus, corpus exiguum, uarium, & acuminatum. Hæc rursus in multas secantur species, quas uide eundem loco iam citato. Sunt & alia araneorum genera, quæ latius explicat idem Plinius lib. 11. cap. 24. Est præterea Araneus, uitiũ peculiare uitibus & oliuis, quũ ueluti telæ inuoluunt fructum & absumunt. De hoc Plinius lib. 17. cap. 24. Est etiam piscis quidam hoc nomine, mari peculiaris, noxiam in dorso spinam ferens: de quo Plinius lib. 9. cap. 48. & li. 32. cap. 11. Araneus mus, Animal est ex genere mustellarum, morsu uenanto: quod si orbitam transierit, statim emoritur, μυγάλη. De hoc Plinius libro 8. capite 58. & Aelianus lib. 8. cap. 39.

Araneolus, cum accentu in antepenultima, diminutiuum est ab Araneus, ἀραχνίδιον. Vergilius in Culice, Atq; ut aranea li tenuem formauimus orsum.

Araneosus, a, um, Aranearum faciem habens, ἀραχνώδης: ut Araneosus caulis. Plin. libro 21. cap. 17. Huic similis est spina illa quam Græci Acanthion uocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & araneosa languine obductis, Plin. lib. 24. cap. 12.

Ararat, interpretatur maledictio tremoris.

Aratio, Aratiuncula, Arator, Aratrum, Vide Aro.

Arabilla, f. t. aruina, Id est, pinguedo corporis. Festus.

Arbiter, tri, m. s. pen. cor Iudex non à lege datus, sed ab iis qui litigãt lectus, qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitrando, id est, existimando, διαιτητής. Eius enim officium est iudicare, non pro ut iuris sit, sed pro ut ipse æquum esse existimet. Index uerò ex officio dictus est. Terentius in Heaut. Simo & Crito uicini hic ambigunt de finibus, Me ce pere arbitrum. Cæs. 3. bel. Ciuil. De his rebus quum ageretur apud Cæsarem, isq; maximè uellet pro communi amico atq; arbitro controuersias regum componere. Legitur & fœmininum Arbitra. Ambrosius lib. 1. Offi. Conscientia uera atq; incorrupta, pœnarum, præmiarumq; arbitra.

Arbitramentũ. n. s. Idem quod arbitrium, hoc est arbitri sentẽtia, δίκαια.

Arbitrarium, n. s. Dicitur quod alicuius arbitrio est relictum: ita dictum ab arbitrorum more, qui totius controuersię suo arbitrio finiendæ potestatem habent, τὸ ἐφ' ἡμῖν. Illi enim non ad summum iuris rigorem, sed quod ipsis æquissimum uidetur, solent decidere. Vnde arbitraria pœna dicitur, quæ non lege statuta est, sed iudicis arbitrio relicta. Martianus, Quam celebrem cuperent, fictor arbitrarius uariabat. Plautus in Amph. Hoc quidem profectò certum est, non arbitrarium.

Arbitratus, us, m, q. Arbitrium, uoluntas, opinio, δόκημα, Plautus Amph. Mane, arbitratu tuo iusiurandum dabo. Cic. in Læl. Cuius disputationis sententias memorię mãdaui, quas in hoc libro exposui meo arbitratu.

Arbitratiò, siue arbitratè, aduerb. Idem quod pro arbitrio, hoc est pro uoluntate, Plaut. Pœn. **Nunc pol** ego perii certò, haud arbitratiò.

Arbitriũ, trii, n. s. Sentẽtia est quæ ab arbitro statuitur, δίκαια. Interdum dicitur, potestas arbitrio data. Vnde arbitrium suscepisse dicitur, qui partes iudicis suscepit. Cic. in Proœmio Offic. Iudicio, arbitrioq; nostro, quantũ quoq; modò uidebitur, hauriemus. Interdum idem est quod opinio siue uoluntas, γνώμη, τὸ αὐτεξούσιον: Omnio pro meo arbitrio facio, id est ut mihi uidetur, & ut opinor faciendum.

Arbitror, aris, pen corr. d. p. Existimo, censeo, ἡγέομαι. Cicer. 6. Verr. Si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrare, succedam ego uicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. Terent. Hecyr. Neque enim quenquam esse arbitror. Interdum accipitur pro speculari, κατασκοπεῖν, & inquirere, seu auscultare. Plaut. in Aul. Hinc ego huc & illuc potero, quid agant arbitrarier.

Apud iurisconsl. Arbitrari, pro iudicare ponitur, & litem arbitrio finire: quod & διαιτᾶν à Græcis dicitur. Vlpianus de receptis arb. Siquis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quò minus arbitretur, pœnã committetur.

Arbores resinam sudantes, sunt sex, pinus, pinaster, picea, abies, larix, teda, quibus addi potest & septima, pinaster in Hispania. Quarum singularum descriptiones, lege suis in locis.

Arborideus ramus dicitur, qui alitur ut arboresçat, hoc est, ut arbor fiat, & arborea magnitudine adolescat. Colum. libro 5. capite 4.

Arbor, oris, Notæ significationis nomen: cuius appellatione continentur plantæ maiores, dissolutu contumaces, quę simplici caudice, ramisq; brachiorum more porrectis assurgunt, cuiusmodi sunt olea, uitis, quercus, & similes, δένδρον, καὶ δένδρος τό. Plinius in proœm. libri 12. Summumq; munus homini datum, arbores, syluęq; intelligebantur. Dicitur & Arbos in nominatiuo. Vergilius 4. Georg. Obuiaque hospitus teneat frondentibus arbos. Hinc Festus, Arbosem pro arbore antiqui dicebant, & Robosem pro robore.

Arborem fici, sicut arborem ficum dici posse, ostendit Columella libro 6. quum ait, In scrobem fici arbusculam deponito. Ibidem, Tum arborem fici detrunca. Cicero pro Flacco, Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam uidisset, fiscinam ficorum obiecisti. Quod est contra Laurentium Vallam.

Arborarius, a, um, adiect. ut, Arborarius picus, qui in arboribus nidificat, Plin. lib. 30. cap. 16. Eo usq; arborarii pici rostrũ habeant. Arboraria falx, apud Catonem cap. 11.

Arborator, m. t. Nomen uerbale, ab Arboro, ras, quod significat cum qui arbores putat: qui & Frõdator dicitur, δενδροτόμος Plinius libro 18. Frondem medio die arborator ne cędito. Columella libro 11. cap. 1. Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus fossor; aut fœnisector, nec minus arborator, & uinitor.

Arboresçere, Arborem fieri, uel in arborem crescere, δενδροῦσθαι. Plin. lib. 19. Tradunt authores, in Arabia maluas septimo mense arboresçere.

Arboretum, n. s. δενδρών, Vide Paulò pòst in dictione Arbusta.

Arboreus, a, um, Quod est arboris, δένδρειος. Verg. lib. 1. Georg. Arborei fœtus alibi.

Arbores, Vide Arbor.

Arbuscula, diminutiuũ ab Arbor, δενδρίον. Varr. lib. 3. de Rerust. In eo arbusculas esse oportet, quæ ferant glandem. Significat etiam machinulã, quæ Græcè ἁμαξόπους dicitur, in qua uersantur rotarum axes conclusi laminis ferreis, de qua Vitruuius lib. 10. cap. 17. Arbuscula præterea nomen est mulieris cuiusdam mimæ. Horatius 1. Serm. Satyr. ult. nam satis est equitem mihi plaudere, ut audax, Contemptis aliis explosa Arbuscula dixit.

Arbusta, n. s. Loca consita arboribus uitiferis, hoc est ulmis, populis uel similibus, in quibus uites extendi solent, uel ipsæ etiam arbores uitibus maritatæ, & in ordinem digestæ, βάμνοι δενδρώνες. Colum. lib. 5 cap. 5. Qui uineam uel arbustum constituere uolet, seminaria prius facere debebit. Docet etiam Plinius quomodo arbustum sit faciendum. Rursus arbustum, Locus est in quo arbores sunt ad fructum consitæ, sicut Salictum, uel Salicetum, in quo sunt salices. Hoc & arboretum aliqui uocant. Gel. lib. 17. cap. 2. Conualles, inquit, & arboreta magna erant. Arboreta ignobilius uerbũ est, Arbusta celebratius.

Arbustiuus, a, um, adiectiuum: ut Arbustiuæ uites, quæ arboribus applicantur, & in sublime procedunt, ἀναδενδράδες, δένδριτιδες. Pallad. Locum, quem arbustiuis uitibus destinabis implere. Colum. de arboribus cap. 16. Arbustiuam uitem, quã putare, tam alligare diligenter oportet.

Arbusto, stas, n. p. Agrum arboribus consero ad maritandas uites, δενδροφυτέω Plin. lib. 17. cap. 23. Transpadana Italia, præter supra dicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, arbustat agros.

Arbutus, f. s. pen. cor. Arbor folio citro similis, sed raris frondibus, cuius fructus Arbutum, seu unedo uocatur, κόμαρος. Hæc arbor in Arabia excrescit in altitudinem 50. cubitorum. Verg. Eclog. 7. Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra.

Arbutum, Pomum rubrum syluarum, quod Plinius unedonẽ uocat, quòd asperitate sua plura edi non possint, κόμαρον. Verg. lib. 2. Georg. Dant arbuta syluæ Duo eius traditur esse genera, Comaron, & Memecylon. De quo uide pluta apud Plinium cap 24. lib 15.

Arbuteus, a, um. Ex arbuto factum, ut Arbuteæ crates, & Arbuteæ uirgæ, Verg 1. Georg. Arbuteæ crates, & mystica uana

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nus Iacchi. Idem 11. Aeneid. & molle pheretrhum Arbuteis exeunt uirgis.

Arca, cæ, f. p. Scrinium, capsa, κιβωτός, ab arcendo dicta, ut inquit Varro lib. 4. de Ling. Lat. quòd ab ea clausa arceantur fures. Cicer. in Parad. Animus hominis diues, non arca, appellari solet.

Arca camerata, id est, arcuata & conformicata. Vlp. in l. si inquilinus. Locati, Vide in hunc locum Bud.

Arcalia, pro fisci quodam iure particulari. Reliqua (inquit Theodosius) tàm arcaliam, quàm utriusq; ærarii, usq; ad incipientem primam indictionem, iubemus ad indulgentiam pertinere, id est remitti.

Arcula, f. p diminutiuum, Parua arca, κιβώτιον. Cic. Offic. Præmittebatq; de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas mulierebres, & ne quod in Vestimentis telum occultaretur, exquirerent. In auspiciis quoq; Arcula dicebatur, teste Festo auis, quæ aliquid fieri uetabat: ab arcendo nomen habens, quòd consulentem à re aliqua aggrediúda arceret, hoc est, prohiberet. Est & arca urbs Cœlesyriæ, antiquum adhuc nomẽ inter Barbaros retinẽs: cuius meminit Iosephus. li. 5. Antiq.

Arcanum, Dicitur secretum, absconsum, occultũ, ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manent, ἀπόῤῥητον, Potest & ab arce dici, quæ tutissima pars urbis est. Verg. 1. Aeneid. Longius & uoluens fatorum arcana mouebo. Arcanè, & Arcanò, aduerbia, ἀποῤῥήτως. Colum lib. 3. cap. 2. Sed de hac sententia, quanquam & ipse paulò antè id censuerim, quid tamen arcanius iudicẽ, suo loco mox dicam. Cæsar. 1. bel. Ciu. Ipse arcanò cum paucis familiaribus suis colloquitur.

Arcanus, a, um, adiectiuum. ut, Arcanus homo, qui, quæ audit tacet & continet optimè. Plaut. Caue sic dixeris, me dixisse hoc. P. Dixisti arcano satis. Arcanus sensus. Vergilius 4. Aeneid. solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

Arcarius, est qui pecuniam publicam adseruat. Scæuola de Fidei commiss. lib. 1. Thais Stichum, inquit, rationibus reddidis, manumisis. uolo. Stichus arcarius, probante domino, nomina fecit. Et in C. Iustin. titul. est, de Susceptoribus, & præpositis, & arcariis.

Arcarii, & Atriarii à Iureconsultis inter seruorum species numerantur. Ea refert Alex. Neapolit. cap. 25. tertij Gen. dier. & Pyrrhus lib. 2. Quæst. magist.

Arcatus, Vide Arquatus.

Arcella, f. p. Videri potest diminutiuum ab Arcera, de qua infrà. Vnde Arcellata uitis, quę in formã arcerę est disposita. Col. lib. 3. cap. 2. Vnam etiam præcocem uitem, nobis ante hoc tempus incognitã, Græca consuetudine Dracontion uocari comperimus, quę fœcunditate iucunditateúe arcellatę, basilicęq;, & Biturice comparari possit, generositate uini, Aminææ. Et paulò antè, Omnium quas cognouimus, copiosissima arcellata.

Arceo, es, cui, Sine supino usitato. (Nam arcitum non dicimus: licet in compositis Exercitum dicamus, & Coërcitum) Idem ferè est quod propulso, abigo, & propriè, prohibeo ne accedat. ἀμυνῶ, ἀπερύκω. Cicero in Catil. Tunc tu Iupiter hunc à mœnibus urbis arcebis. Idem 4. Philipp. Brutus illũ non ut Consulẽ recepit, sed ut hostem arcuit. Aliquando legitur pro stringo, siue coërceo. Verg. 2. Aen. Teneras arcebãt uincula palmas. Differunt autem inter se Arcere, Prohibere, Inhibere, Abigere, & Vetare. Nam Arcere uim hostium, est uim ui propulsare, & operam dare, ne noceant. Liuius 1. ab Vrbe, Ad arcendam uim aduenarum, armati ex urbe atq; agris concurrunt. Prohibere est de loco, uel de re aliqua detrudere, uel amouere, dicto siue facto, ne quis obtineat quod uult. Inhibere est aliquid concessum uel permissum reuocare, uel inceptum uetare ne progrediatur. Abigere, de loco fugare, uel pecora & huiusmodi abducere. Vetare, præcipere, uel minari, uel facto prohibere, ne quid secus dicatur, aut fiat quàm ipse uult: & generale est significatione uerborum prędictorum. Ponitur tamen quãdoq; arcere pro fugare. Colum. lib. 1. Sic emunita sola & latera horreorum prohibente curculionem, quod genus exitij cum incidit, multi opinantur arceri posse. Sciendum est quod Arceo ultra accusatiuum, non solùm ablatiuum cum prepositione, sed etiã sine prepositione requirit, metri uel ornatus causa. Liu. lib. 1. Ceteros metus non curia modò, sed etiam foro arcebat. Arcere aquam pluuiam. Idem pro Murena, Ille scit ut hostiũ copiæ, ru ut aquę pluuiæ arceãtur. Ab arceo fiunt Arx, arcis, Arctus, a, um, & Artus pro mẽbris, de quibus infrà suo loco.

Arcesso, sis, a. q. Ab Arceo nascitur, & significat accuso, siue ad accusandum eo, κρίνω, ἐλαύνω. Etenim accusare alium, est à maleficiis eum arcere. Et hoc modo construitur cum genitiuo, & aliquando cum ablatiuo. Libro 1. ad Heren. Arcessitur Cæpio maiestatis. Cic. lib. 2. Offic. Atq; etiam hoc præceptum officii diligenter retinendum est, ne quem unquam innocentem iudicio capitis arcessas. Est & Arcesso, aduoco, siue ad uocandũ eo, μεταπέμπω, ab Accio, d in r mutata. Antiqui enim, teste Prisciano, d literam mutabant in r, nos in c. Plaut. in Amph. Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat. Cic. pro Rosc. Amer. Quum ab aratro arcessebantur, qui Consules fierent. Interdum arcessere est præoccupare, uel ante tempus distrahere. Cic. Quando arcessentur? quo genere uecturę?

Arcto, actas, a. p. frequentatiuum est formatum ab Arctum, inusitato supino uerbi arceo, idem significans quod constringo, στενόω. Colum lib. 12. cap. 43. Nonnulli adiecto defruto, contenti sunt transuersas perticas arctare. Plin. lib. 17. cap. 25. Quando contineri debet uimine, non arctari. Est item Arctare, angustius facere. Plin. lib. 3. cap. 6. Etiamuum angustias eas arctantibus insulis paruis, quæ Cunicularię appellantur. Mart. Atriaq; immodicis arctat imaginibus.

Arctus, a, um, Angustus, strictus, ab arcendo, id est constringendo, στενός. Cic. 2. Verr. Mihi credite, arctioribus apud Populũ Romanum laqueis tenebitur. Inde Arctè aduerbium. Col. lib. 3. In tribulum fictile uel cornu arctè inserito.

Arcera, Ab arca deducitur, & significat plaustrum tectũ undiq; ex tabulis, quasi arca quædam magna, uestimentis instrata, ut inquit Asconius, quo uehiculi genere & senes & ægroti cubantes uectabantur, φορεῖον. Gellius lib. 20. cap. 1.

Archaismus, m. s. ἀρχαϊσμός, Latinè Antiquitas dicitur. Figura est, uetustè aliquid dictum significans. Terent. in And. Quod pleriq; omnes faciunt, adolescentuli. Vbi Donat. Pleriq; omnes pro una parte orationis dixere ueteres. Ibidem; Ille instat factum. Vbi donatus, Instat factum, ἀρχαϊσμος. uetustè, id est, instat dicere factum esse.

Archarius, m. s. Præfectus & moderator dicitur. οἰκονόμος. Paulus ad Romanos, Salutat uos Erastus Archarius ciuitatis. ἀρχὰ nostris principium, à quo ἄρχω, impero, præsum.

Archetypus, m. s. ἀρχέτυπος, pen. cor. adiectiuum, Est quod cunq; ita primum fabricatum est, ut exemplar reliquis sit. Martial. lib. 8. Archetypum Myos argentum se dicit habere. Idem lib. 3. Sic tanquã tabulas, scyphosq; Paule, Omnes archetypos habet amicos. Est & Archetypum substantiuum, quo significatur primum exemplar, quod quis sibi imitandũ proponit. Plin. Iunior ad Antonium, Vt pictores pulchram absolutamq; faciem, rarò nisi in peius effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Dicuntur etiam Archetypa, signa, statuæ, uasa, & tabulæ, non ad aliorum similitudinem efficta, sed à nobili quopiam artifice primùm confecta. Martial. lib. 8. Archetypis ueluti nil est odiosius Aucti.

Archezostis, ἀρχίζωστις, Dioscor. Herba quam Latini uitem albam uocant, Græci etiam ἀμπελοειδίκην, satiuæ uiti foliis, sarmentis, & pampinis simillima. Vide Plin. li. 23. cap. 1. & Rubell. lib. 3. cap. 153.

Archiater, & **Archiatrus**, tri, m. s. ἀρχίατρος, Medicorum princeps, ἰατρὸς enim medicus, ἀρχὸς princeps dicitur. Hic uulgò Protomedicus appellatur. Archiater dictus est Aesculapius tanquam præses deusq; medicorum. Hieronymo dictus est archiater Saluator noster, qui languentium animarũ præsentissimus est opitulator. In codice Imperatorio legimus, priuilegiis Imperatoriis archiatros decorari. Casiianus archiatros, salutis magistros uocat.

Archibelion, anchusa apud Dioscor. lib. 4. cap. 26.

Archieunuchus, cubiculariorum Regis princeps.

Archigerontes, ἀρχιγέροντες, Latinè Principes seniorum, seu summi senes. Alciatus de Episc. & cler. C.

Archigrammatei, ἀρχιγραμματεῖς. m. s. Dicti sunt scribarũ principes. Vnde scribit Plutarchus, Eumenem Cardianum fuisse archigrammatea Alexandri Magni. Vulgò Cancellarii uocantur.

Archigubernus, gubernator, princeps, siue classis præfectus: compositum nomen ex ἀρχὸ, Græco & Latino quod per rarò fit. Iabolen. ad senatusconsultum Trebell. l. eius: Saturnius, inquit Archigubernus ex classe Britannica.

Archimagirus, m. s. pen. prod. ἀρχιμάγειρος. Princeps & magister cocorum, qui coquinæ præest, μάγειρος enim Latinè coquus, Iuuen. Finxerunt pariter librarius. archimagiri.

Archimã-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Archimandritæ, pen prod. m.p ἀρχιμάνδρῖται, Dicuntur præpositi conſectaneę turbæ, haud longè diſſimiles ab epiſcopali dignitate: ita dicti quòd principes mandræ & agminis ſint. Mandræ quoq; ſignificant ſpeluncas, in quibus greges ſolent ſtabulari. Hinc epiſcopi archimandritæ à Græcis dicti poſſunt uideri, non diſſimili ratione, ab ea, quæ à nobis dicuntur paſtores. Alciatus ſcribit Archimandritam id ſignificare, quod dicimus Abbatem. Priſci enim monachi eremos colentes, ἐν τοῖς μάνδραις, id eſt in ſpeluncis, & cauis montium habitabant.

Archimimus, mi, ἀρχίμιμος. Mimorum princeps. Sunt autem Mimi, qui in ſcena geſtus eorum, quos uolunt irridere, exprimunt & imitantur, ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, quod eſt imitari. Trãquillus in Veſpaſiano, Fauo archimimus perſonam eius ferens, ſuſtinensq;, ut eſt mos, facta & dicta uiri, &c. Vtitur etiam hac uoce Iulianus de operis libert. l. patronus. Nam ſi quis, inquit, archimimum, uel pantomimum, &c.

Archine, mandragora apud Dioſc. lib. 4. cap. 79.

Archiotæ, uide Archiuum.

Archipirata, tæ, m.p. Prædonum dux, ἀρχιπειρατῆς. Cic. 7. in Verr. Archipiratam ipſum uidit nemo, de quo ſupplicium ſumi oportuit. Idem 2. Offic. Ille qui Archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpertiat, aut occiditur à ſociis, aut relinquitur.

Archippocõmus, pẽ. cor. ἀρχιππόκομος. Dicitur hippocomorũ præfectus. Hippocomi autem, dicuntur equorum curatores, ab ἱπποκομέω uerbo neutro, quod ſignificat equos curo. Eſt itaq; Archippocomus, quem Galli Magnum ſcutarium uocant.

Architectus, ἀρχιτέκτων. m.ſ. Nomen compoſitum ex ἀρχὸς princeps, & τέκτων faber, fabricandi artem habens, uel qui ſtructuris ædificiorum præeſt, & qui fabricanda præſcribit. Architectus (ut inquit Plato libro de regno) magno miniſterio non utitur, ſed utentibus præſidet. Fabri autem, qui aliquid manu faciunt in ædificiis, alii funguntur ingenio, alij opera ualent. Cicero Varroni, Si quis adhibere uolet non modò ut architectos, uerùm etiam ut fabros ad ædificandam Rempublicam, poterimus & nos libenter accurrere. Martialis libro 5. Si duri puer ingenii uidetur, Præconem facias, uel architectum.

Architecton, onis, Idem quod Atchitectus. Plautus Pœn. Medõlis iam ſuperat architectonem. Idem Moſtel. Nam ſibi laudaſſe ædeis ait architectonem Neſcio quem, eſſe ædificatas ſanè bene.

Architectonicus, a, um, adiectiuum, ἀρχιτεκτονικὸς, Ad architectonem pertinens. Vitru. libro 9. cap. 4. E qua per rationes architectonicas, circiniq; deſcriptiones eſt inuentus effectus in mundo.

Architector, ſtaris. d.p. Conſtruo, fabricor, ἀρχιτεκτονέω. Vitru. lib. 9. cap. 4. Nãq; in his locis naturalis poteſtas ita architectura eſt, collocauitq; ordines tanquam centra. Translatè ponitur à Cicerone 2. de Fin. Cur tandem ſapientia tantopere laudatur: an quòd ita callida eſt, ut optimè poſſit architectari uoluptates? id eſt formam & rationem fruendarum uoluptatum cõminiſci & præſcribere: quemadmodum architecti opera minoris ſumptus, & magnifica ingenti ratiocinatione architectari ſolent. Budęus.

Architectonice, ces, fœm. gen. ἀρχιτεκτονική, Ars ipſa architectandi. Quintil. lib. 2. Aliæ quoq; artes minores habent multiplicẽ materiam, uelut architectonice: namq; in omnibus quæ ſunt in ædificio utilia uerſatur.

Architectura. f.p. Aedificandi ſcientia, Græcè ἀρχιτεκτονική, Architectonice dicitur. Hoc nomine Vitruuius opus ſuum inſcripſit, quod de ædificandi ratione conſcripſit. Cicero lib. 1. Officiorum, Quibus autem artibus aut prudentia ineſt, aut non mediocris utilitas quęritur, ut medicina, aut architectura, ut doctrinę rerum honeſtarum.

Architriclinus, pen, prod. m.ſ. Qui præeſt triclinio, ἀρχιτρίκλινος. Erat autem Triclinium, cœnaculum tribus ad accumbendum lectis ſtratum, Iuuenalis, Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra lecto. Architriclini erat curare, ut eduliorũ uariorum fercula ſeriatim & in tempore conuiuis exhiberẽtur utq; rectè omnia diſpoſita eſſent.

Archiuum. n.ſ. ἀρχεῖον, Armarium librorum, ſeu locus publicus in quo acta urbis & ciuium recondi conſueuerunt. Romani Tabularium dicunt: Græci Chartophylacium.

Archiotæ, penul. prod. ἀρχαῶται, Dicebãtur qui publico archiuo præerant. In ſcholiis Græcis traditum eſt, aulam locum eſſe, in quem fontes ducerentur, eumq; à iunioribus, ἀρχεῖον appellari.

Archœnochus, pincernarum, ſiue ut D. Hieronymus ſub finem Quæſt. in Geneſ. interpretatur, uinariorum princeps.

Archon, ontis, ἄρχων. m.t. Summus principatus Athenis, ſicut Suffes apud Carthaginienſes, Romæ Dictator. Fuerunt enim, teſte Suida, Archontes nouem, quorum ſex Theſmothetæ, hoc eſt, legislatores dicebantur, unus Rex, unus Polemarchus, & præter hos unus qui per excellentiam Archon dicebatur. De hoc magiſtratu ſic ſcribit Budæus: Archontes qui fuerint, non planè conſtat. Suidas nouem fuiſſe author eſt: & inter eos numerat Theſmothetas: rectè ut opinor, quũ idem ſentire uideatur enarrator Demoſthenis: quippe qui Archontas etiam Theſmothetas appellet. Sd ex his unus erat princeps collegii & præfectus, qui & Hegemon & Prytanis uocabatur. Prytanes autem erant numero quinquaginta, decimam partem conſilii & curiæ quinquagenariæ efficientes, in orbem πρυτανεύοντες, hoc eſt, magiſtratũ eum gerentes, & in ſingulos menſes uices mutantes. Verùm is, qui inter Archontas peculiarem appellationem retinuit, ſimili etiam ratione Prytanis dictus eſt. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicihus præerat, atq; ideò quæſtionis iudex dictus eſt, & quæſitor: ita hic Archon Athenis iudicibus præſidebat. Cicero de Fato, Morietur Epicurus, quum duos & ſeptuaginta annos uixerit, archonte Pytharato.

Archontici, ἀρχοντικοί, Hæretici quidam à principe appellati, qui uniuerſitatem, quam Deus condidit, opera eſſe principum dicebant, & negabant reſurrectionem carnis.

Archos, m.ſ. ἄρχος. Latinè princeps dicitur, A quo fiũt multa compoſita, ut: Monarcha, patriarcha, patrum princeps.

Arcío, arcis, arciui, arcitum, pro Indere, & adigere accepiſſe uidetur Cato de Re ruſt. cap. 40. Surculum aridum, præacutum, inter librum, & ſtirpem arcito primores digitos duos Et paulò pòſt, Surculum aridum, quem arcueras, eximito: eoq; arcito ſurculum, quem inſerere uoles: librum ad librũ uorſum facito, arcito uſq; adeò, quo præacueris. Antiquum eſt uerbum.

Arcíma, Genus modici plauſtri, quo homo geſtari ſolet. Feſtus, ἅμαξίς.

Arcitenens. om.t. adiectiuum, Apollinis epithetõ, ab arcu tenendo, quòd ſemper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo, τοξοφόρος. Vergilius 3. Aeneidos, Quam pius arcitenẽs oras & littora circum Errantem Mycone celſa, Gyaroq; reuixit. Ouid. 1. Meta. Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis Antè, niſi in damis, capreisq; fugacibus uſus Perdidit, &c.

Arconicum, uide infrà in dictione Arſenicum.

Arcophtalmon, ἀρκόφθαλμον, A quibuſdam appellatur herba, quæ Chryſonomon Dioſcoridi dicitur. Eſt autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioſcoridis à doctioribus numerantur.

Arcophyton, ἀρκόφυτον, Ex iis nomẽclaturis, quæ Bechio ſeu Tuſsilagini herbæ in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus tribuuntur.

Arctomys, ἀρκτόμυς, Animal habens ſimilitudinem muris & urſi.

Arctophylax, pen. cor. ἀρκτοφύλαξ, Sydus iuxta maiorem Vrſam, alio nomine Bootes. Cicero in Phœnom. Arati, Arctophylax uulgò qui dicitur eſſe Bootes. Latinè Vrſę cuſtodem interpretari poſſumus, nam ueluti cuſtos quidam Vrſæ adhibitus, à tergo eam ſubſequitur. Simili etiam ratione Bootes appellatur, quòd in modum bubulci plauſtrum ſequatur, ruſtici enim Septentriones Plauſtra uocant. Fabulantur autem poëtæ hunc eſſe Caliſtus ex Ioue filium, cui nomen Arcadi fuit.

Arctos, ἄρκτος, Apud Græcos urſum, uel urſam ſignificat. Quo fit, ut pro duobus ſignis Septentrionalibus accipiatur, quæ & à Latinis Vrſæ appellantur. Sunt autem arcti duæ Septentrionali polo, uelut axe quodam, nixæ, Arctico circulo clauſæ, & ita collocatę, ut utraq; reſupinata, alterius contegat caput, ſed caput eius quæ ſuperior eſt, ad caudàm inferioris contendat. Alteram maiorem Vrſam ſiue Elicen: alteram minorem Vrſam, ſiue Græcorum lingua, Cynoſuram id eſt Canis caudam nominant. Illam Græciæ populi notare ſoliti, hanc Sidonii obſeruant inter nauigandum. Ouid. Eſſe duas arctos, quarum Cynoſura uocatur Sidoniis, Elicen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Graia carina notat. Elicem ſcribit Heſiodus Caliſto Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuiſſe. Hanc ſtudio uenationis inductã, relicto patre, ſeſe in ſyluas cõtuliſſe, factamq; unam ex comitib. Dianę, à qua cum mirificè amaretur, quodam die ſolam in ſyluis inuentã, à Ioue compreſſam fuiſſe. Quod facinus quũ aliquandiu celaſſet, tandem iuſſam cum cæteris uirginibus lauari, tumore uteri crimen detexiſſe. Quamobrem in dignatam deam, in Vrſæ effigiem eam commutaſſe, quę Græcis ἄρκτος appellatur: in ea ſpecie non multò pòſt filium peperiſſe, quem Arcada nominauit: à quo poſtea dicta eſt Arcadia Peloponneſi regio. Ab Arcto oritur Arctous, Arcticus & Antarcticus.

Arcticus, a, um, adiect. ἀρκτικός. ut, Polus arcticus, hoc eſt Septentrionalis, cui oppoſitus eſt Antarcticus polus, hoc eſt Meridionalis.

Arctous, ἀρκτῶος, pen. prod. adiectiuum ab Arcto, idem quod Septentrionalis. Martialis lib. 10. Felices, quibus urna dedit ſpectare coruſcum Solibus arctois, ſyderibuſq; ducem. Arctous orbis, Lucanus lib. 1. Arctoa ſedes, & arctous polus, Seneca in Hercule Oeteo.

Arcturus, ἀρκτοῦρος, Stella in ſigno Bootæ poſt caudam maioris Vrſæ, cuius ortus & occaſus tempeſtates facit: dictus Arcturus, παρὰ τὴν οὐρὰν τῆς ἄρκτου ἐρᾶν, hoc eſt ab urſinæ caudæ ſimilitudine. Vergil. 1. Georg. At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum Arcturum, tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.

Arcula, Vide Arca.

Arculata, Circuli qui è farina in ſacrificiis fiebant. Feſtus.

Arcus, huius arcus, quartæ tantùm declinationis, m Inſtrumentum eſt notum, è quo ſagittæ eiaculantur, τόξον. Ouid. 1. Metamor. ſigat tuus omnia, Phœbe, Te meus arcus, ait. Ci. de Senect. Appius animum intentum, tanquam arcum habebat. Dictus eſt autem Arcus ab arcendo, quòd eminus arce at hoſtem, non cominus propulſet, quemadmodum enſis aut haſta. Eſt præterea Arcus, curuatura in ædificiis, quę alio nomine Fornix appellatur. Ita dictus ab Arcendo, hoc eſt continendo, uel conſtringendo ædificia, καμάρα, κύρτωμα Cicero, Iam enim arciolum, & arcus duos abſoluerat. Arcus item, ſiue, ut Nonio, placet, Arquus ἶρις, accipitur pro arcu cęleſti, quem pluuio tempore uariis coloribus expreſſum in nubibus conſpicimus. Horatius in Arte, Quum flumẽ Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus. In hac autem ſignificatione, etiam per ſecundam declinationem inflexum legitur. Cic. 2. de Natu. Deor. Cur autem arci ſpecies in deorum numerum non reponitur? Ennius genere fœminino protulit. Formatur autem arcus cæleſtis hoc modo: Dum enim Sol in nubibus rareſcentibus ex aduerſo refulſerit, radioſq; ſuos directa linea humori nubilo transfundens impreſſerit, fit reflexio ſplendoris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicans, arcus ſpeciem format. Sicut enim impreſſa cera anuli imaginem exprimit, ſic nubes ex aduerſo ex rotunditate Solis figuram ſumentes, orbem efficiunt, & arcus effigiem fingunt. Apparet autem hoc non ſemper, ſed quum rareſcunt nubila cæli. Nam rurſus quum coëunt in ſe nubes atque denſantur, confeſtim arcus forma reſoluitur. In nubium enim denſitate, arcus imperfecto gyro complectitur. Deniq; ſine Sole & nubibus nunquam apparet arcus. Quadricolor autem eſt, quia ex omnibus elementis in ſe rapit ſpecies. De cælo enim trahit igneũ colorem, de aquis purpureum, de aëre album, de terris colligit nigrum. Nonius hoc diſcrimen ſtatuit inter Arcum, & Arquũ, ut Arcus dicatur fornix ſuſpenſus: Arquus autem non niſi qui in cælo apparet, quem Irim poëtæ dixerunt. Vnde etiam Arquatos dictos uult, quibus color & oculi uirent, quaſi in Arqui ſimilitudinem. Verùm eam differentiã non uſquequaq; obſeruari, abundè magno illud eſt argumento, quod & arquatum dicimus pro ornamento, & Arquites pro ſagittariis.

Arculus diminutiuum ab arcus, παρὰ τὸ ἄρειον, à quo fit aliud diminutiuum Arcellus. Arculus præterea, teſte Feſto, dictus eſt Deus, qui turelam gereret arcarum. Item Arculus, ut idem Feſtus teſtatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad ſuſtinenda commodius uaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienſes, poſtea ad alias quoq; nationes trãslatus, ut uirgines nubiles, Dianæ ſacra capite gererent in caniſtris, ſunde Canephoræ κανηφόραι dictæ ſunt) circulis quibuſdam ſuppoſitis, ut firmius inhærerent: hoc ipſo Dianæ fidem faciẽtes, ſe uirginitatis pertæſas, cupere exauthorari.

Arcuo, as, are, In modũ arcus curuare, κάμπτειν, καμπυλίζειν, κύρτειν. Plinius lib. 29. cap. 6. Illam autem, quæ non arcuatur, Sepa Græci uocant, alii Scolopendram.

Arcuatus, a, um, participium. Curuatus in modum arcus. Liuius 1. ab Vrbe, Ad id ſacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iuſſit. Plinius in Epiſt. Sicut initio tentatum erat arcuato opere. Dicitur etiam Arcuatus, correptus ictero, hoc eſt morbo regio, de quo uide infrà Arquatus.

Arcuatim, aduerbium, In modum arcus. Plin. lib. 29. cap. 6. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt è uermibus terræ, piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tractuq; contrahens ſeſe.

Ardea, f. p. Auis quædam, quaſi ardua, quoniam uolando alta petit, ἐρωδιός. Vergilius 1. Georg. Atq; altam ſupra uolat ardea nubem. Huius diminutiuum eſt Ardeola. Ardearum tria genera ponuntur, ab Ariſtotele: Leucon ab Albedine dictum: Areſtias à fulgore aſtrorum, & Pelos, ab aduerbio πέλας, quod propè ſignificat, quoniam hoc tertium non ita altè uolat.

Ardelio. m. t. Homo inquietus, & huc atq; illuc ſemper uolitans, ſaliens, & omnib. negotiis ſeſe immiſcẽs, πολυπράγμων. Mart. ad Attalum, Vis dicã quid ſis, magnus es Ardelio.

Ardeo, ardes, arſi, arſum. n. f. ſignificat Concremor, flagro, deflagro, καίομαι, πυρέσσω. Vergilius 5. Aeneid Namq; uolãs liquidis in nubibus arſit arundo. Per trauslationem Ardere ponitur pro ardenter, ſeu impatienter amare, ſiue alicuius rei cupiditate, uel ſtudio teneri, & ſic modò cum accuſatiuo, modò cum ablatiuo conſtruitur. Verg. 2. Eclog. Corydon ardebat Alexim. Horat. in Epod. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batillo Anacreonta Teium. Cic. Quoniam animio uidendi te deſyderio ardebam. Et cum infinitiuo. Verg. Patriæq; mori pro mœnibus ardent. Plin. Ardeo te uidere. Interdum pro feſtinare, σπεύδειν. Vnde ardens, pro feſtinante, ingenioſo, acutoq; ponitur, quod inſtar ignis omnia pene tret: ſicut e contrario Segnis dicitur tardus, quaſi ſine igne. Verg. 1. Aeneid. Inſtant ardentes Tyrii. Interdum pro fulgorem emittere αἴθω. Idem 4. Aeneid. Tyrioq; ardebat murice læna. Vnde & Ardens, αἴθων, pro fulgido ſeu flammeo. Interdum furere, uel iraſci, ut apud eundem lib. 10. Proxima quæq; metit gladio, latumq; per agmen Ardens limitem agit ferro, te Turne ſuperbum Cæde noua quærẽs. Huc pertinẽt illa ardere bello, auaritia, cupiditate, cura, dolore, flagitio, ira cundia, inuidia, &c. Huius compoſita ſunt. Exardeo, ἐκφλέγομαι. Inardeo, & Perardeo, in quibus præpoſitio auget uim ſignificationis.

Ardeſco, ſcis, Ardens fio: iterum atq; iterum ardeo, ardorem cõcipio, φλέγομαι, ἐνάπτομαι. Verg. 1. Aeneid. Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo. Inde exardeſco, & Redardeſco. Ouid. de remed. Flamma redardeſcit, quę modò nulla fuit.

Ardens febris, eſt feruor qui cum inflammatione multa nullã quieſcendi remiſſionem corpori præbet: hæc linguam reddit aridam & nigram, & frigidi cupiditatem atq; ſitim ingerit.

Ardens, nomen ex participio, πυρικαύς. ut, Ardentiſſimæ diei horæ Plinius libro 31. capite tertio. Ardentiſſimus color. Plinius libro 21. cap. 4. Addidere alii Mileſiam, cuius ſit ardentiſſimus color.

Ardenter, aduerb. πυρικαῶς. Plin. lib 12. cap. 19. Auſtros ibi tam ardenter ſtare, ut æſtatibus ſyluas accendant.

Arſurus, participium futurum. Ouid. 14. Metamor. Luridaq; arſuro portabat membra pheretro.

Ardor, oris, m. t. Vehemens calor, & incendium, καῦμα. Cicero 4. Acad. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. lib. 14. cap. 16. Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores.

Ardum, Veteres pro Aridum dicebant, inquit Nonius, citans illud Lucilii ex libro 27. Ardum miſerrimum, atq; infelix ſignum ſabucum uocat.

Arduus, a, um, Altus & aſcenſu difficilis, ἀναίτης, ἀνωφερής. Ouid. 2. Metamor. Ardua prima uia eſt. Per metaphoram accipitur pro difficili, laborioſo & moleſto. Saluſt. in Catil. At mihi quid tametſi haud quaquã par gloria ſequatur ſcriptorem, & authorem rerum: tamen in primis arduum uidetur res geſtas ſcribere. Quod uerbum exponens Gellius libro quarto capite 15. inquit, ſed Arduum, Salluſtius non pro difficili tantùm, ſed pro eo quoq; ponit, quod Græci δυσχερὲς, aut χαλεπὸν, appellant, quod eſt cùm difficile, tùm moleſtum quoq; & incommodum, & intractabile. Plinius lib. 2. cap. 46. Tam ardua inuentum perquirere, inter bella præſertim & infida hoſpitia.

Arduitas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Arduitas, atis, f. t Altitudo: ut, Montium arduitas atq; aſperitas. Varro 1. de Re ruſt. cap. 10.

Area, f. p. Propriè dicitur locus purus in urbe ſine ædificio, quẽ Græci πλατεῖαν dicunt, ἅλως κὴ ἀλὼν. Dicta area, quod Ardore ſolis ſit facta arida, & non poſſit quicquam generare. Quidam ab Ara deducunt, quòd ſicut ara pura eſt, ita areæ in urbe, ſiue uico, loca pura ſunt, id eſt ſine ædificio. Vel quòd ſicut arę flammis, ita areæ ſolis ardore torreãtur. Vala, Campus, eſt planities ampla & grandis, ideoq; ſpatioſæ plateæ areq; campi nomẽ accipiũt. Vnde Romę campus Martius, nam locus huiuſmodi uocatur area. Cic. in Paradoxis, Etenim ſi callidi iſti rerum æſtimatores, prata & areas quaſdam magni eſtimant, quòd ei generi quaſi nocere nihil poteſt. Suetonius tamen in Cæſare poſuit Aream pro loco puro, accommodato foro extruendo, quum inquit Forum de manubiis inchoauit, cuius area ſuper ſeſtertium millies conſtitit. Item area dicitur ſolum terreum, ſeu planities glabra, id eſt locus purgatus, coæquatusq; & cylindro conſolidatus, plateis amplitudine ſimilis, ubi frumenta areſcunt & terũtur. Vergilius lib. 1. Georgic. Area tum primùm ingenti eſt æquanda cylindro. Columella lib. 3. Area quoq; ſi terrena erit, ut ſit ad trituram ſatis habilis, primùm radatur. Item Area, & per diminutionem Areola, eſt tetra probè ſubacta, atque ſata, ſeu ſerenda: quales ſunt in hortis quadrata quædam & bene ſubacta, & coæquata ſpatia, in quæ mox ſemina iaciantur. Columella, Areæ ſic informandæ ſunt, ut facilè runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. Apud Geometras Area ſumitur pro ſpatio uacuo in aliqua figura, ut in triangulo, uel quadrangulo. Item Area morbus eſt capitis cum profluuio capillorum, ita dictus, quòd areas quaſdam, hoc eſt loca capillis nuda in capite efficiat. Celſus lib. 6. cap. 4. Arearum genera duo: commune utriq;, quòd emortua ſumma pellicula, pili primùm extenuãtur, deinde decidunt. Ea quæ ἀλωπεκία appellatur, ſub qualibet figura dilatatur, & in capillo, & in barba. Id uerò, quod à ſerpentis ſimilitudine ὄφιάσις appellatur, incipit ab occipitio, & duorum digitorum latitudinem non excedit. Hæc ille. Area præterea à quibuſdam nominatur ſpecies uel imago ſidereæ claritatis, illuſtrata undiq;, quæ & ἅλως à Græcis dicitur: differens ab iride, quòd hæc aduerſo ſole appareat: area uerò totum ſidus ambitu ſuo cingat. Vide Commentarium de Mundo, qui Ariſtoteli adſcribitur.

Areola, diminutiuum ab Area, ἀλώνιον. Colum. lib. 6. Quum terram benè ſubegeris, areolas facito Aliter accipitur à Geometris, pro ſpatio ſcilicet in figuris uacuo inter lineas.

Areator. m. t. Qui aream purgat, & in ea frumentum triturat ἀλωνιστής. Columell. lib. 2. cap. 21. Atq; hoc ſupremum areatoris emolumentum percipiendorum ſeminum, quæ terræ crediderat. Hæc Calepinus. Mea tamen ſententia, Aratoris hic, non Areatoris legendum eſt.

Arẽna, f. p. Tenuiſſimus puluis & aridus, ideoq; ab ariditate deductum nomẽ quidam exiſtimant, ἄμμος. Caret enim omni humore & ſucco, unde plurimùm aquę ebibit: & ita ſine aſpiratione ſcribi debet. Nec quenquam mouere debet, quòd Arena habeat primam breuem, Area uerò productam, quum deriuatiua non ſemper primitiuorum naturam ſeruent. Alii per aſpirationem ſcribunt, uoluntq; dici ab hęrendo, quòd ſibi inuicem propter tenuitatem cohæreat: uel quòd cum calce parietibus inhæreat, ſicut in fabricis uidemus. Eius uerò tres ſunt ſpecies: ſcilicet Foſſilis, fluuiatilis, & marina, inter quas craſſior ſabulum ψάμμος nuncupatur. Quandoq; tamen Arena ponitur pro loco, in quo pugnabant gladiatores. Suetonius in Aug. Quodam autem muneris die Parthorum obſides tunc primùm miſſos per arenam mediam ad ſpectaculum induxit. Hinc arenarij dicti ſunt gladiatores, qui in arena depugnabant. Per translationem Arenam dicimus pro foro, quia illic ſic depugnant actores cauſarum, ut in arena gladiatores digladiantur. Seneca, Hoc ita habitum eſt, ſcholam quaſi ludum eſſe, forum arenam. Hinc Plinius Arenam ſuam appellat Cẽtumuiros: quoniam in iudicio centumuirali certabat frequenter telis oratoris. Hoc nomen licet rarò pluralem numerum habeat, Vergilius tamen dixit. Quàm multę zephyro turbantur arenę.

Arenaceus, cea, ceum, Quod ex arena eſt, ἀμμαθώδης. Plin. lib. 17. cap. 7. Eſt enim alba, ruſa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea. Idem lib. 13. cap. 15. Inueniuntur in corniculis cochlearum arenaceę duritię.

Arenarius, ria, rium, Quod ad arenam pertinet, ἀμμώδιος: ut Iupiter arenarius, quem Græci Ammonem dicunt.

Arenarius, ſubſtantiuum, Qui in arena depugnat. Calliſtratus, Nec ſi meretrix manumiſſa fuerit, eaſdẽ operas patrono præſtare debeat: nec arenarius manumiſſus tales operas: quas iſtæ ſine periculo uitæ præſtari non poſſunt.

Arenarię, arum, Fodinę in quib. foditur arena. Cicero pro Cluentio, In arenarias quaſdam extra portam Eſquilinam productus occiditur. Varro, Neque lapicidinę, neq; arenarię, ad agriculturam pertinent.

Arenatus, ta, tum, quod arena miſtum eſt: ψαθυρὸς. ut, Calx arenatus. Cato de Re ruſt. capite decimo octauo, Poſtea cę mentis minutis & calce arenato, ſemipedem unumquodq; corium ſtruito.

Arenatum, ſubſtantiuè, pro eo quod ex arena factum eſt: ſicut Marmoratum, quod ex marmore. Vitruuius, Quę autem tectoria fundata arenati & marmorati ſoliditate ſunt. Varro de Re ruſt. Vbi librauerit de glarea & calce, arenatum primo corio facito. Plin. In Græcia tectoriis etiam arenatũ quod ducturi ſunt, priusin mortario ligneis uectibus ſubigunt. Arenatum alio nomine intritam uocamus: Barbari etiam Mortarium: nonnulli & Cæmentum, ſed perperam. Nam cæmenti appellatione lapides ſignificãtur impoliti, uel potius lapidum fruſta, quæ arenato coniunguntur: ut latius docebimus ſuo loco.

Arenoſus, ſa, ſum, Quod arena abundat, ψαθυρὸς, ψαμμαθώδης. Pli. Littus nõ arenoſum, ſed alga, & fluuiorũ ſordibus pleuũ Verg. 4. Aenecid. Littus arenoſum Libyę.

Arenula, diminutiuum ab Arena, ψαμμάθιον Arena tenuiſſima. Plinius libro 30. capite tertio, Arenulę, quę inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditę, ſtatim liberant dolore.

Arenidum, id eſt furfuroſum.

Areo, res, rui, n. ſ. Aridus ſum, σπλίω. Plaut. in Rud. Vtinam fortuna nunc anatina uterer, ut quũ exiſſem ex aqua, arerẽ tamẽ. Plinius lib. 13. cap. 4. In totum arentes Thebaides. Quidam hoc uerbum ab ara deducunt, in qua quæ diis immolabantur, torreri ſolębant. Alii uerò per contrarium ſenſum ἀπὸ τοῦ ἄρδειν, quod ſignificat irrigare, quòd aridum minimè ſit irrigatum. Huius compoſita ſunt, Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo, & Subareo: de quibus ſuo loco.

Arefacio, Aridum facio, ξηραίνω, ἀναίνω, σκληρύνω. Cato de Re ruſt. cap. 69. Poſtea amurcam eximito, & arefacito. Plin. libr. 13. cap. 22. Quidam caulem incidunt per meſſes, & in ipſa excauant radice, quo ſuccus confluat, arefactumq; tollunt. Huius paſſiuum eſt Arefio, ξηραίνομαι pro exiccor.

Areſco, ſcis, n. t. ξηραίνομαι, μαραίνομαι, ἀναίνομαι, ῥιπιάζομαι, καταστηλίνομαι. Author ad Heren. lib. 2. Nihil lachryma citius areſcit. Idem Part. Cito areſcit lachryma, præſertim in alienis malis. Huius compoſita ſunt Adareſco, idem quod areſco. Cato de Re ruſtica, Veſtimenta ne tinea tangat, amurcam decoquito ad dimidium, & ungito fundum arcæ, & extrinſecus, & pedes, & angulos: ubi ea adaruerit, ueſtimenta condito. Inareſco, intus ſiue penitus areſco. Colum. li. 1. Deinde quum prædictum tectorium inaruerit, id eſt, aridum intus, penitusúe factum eſt. Obareſco, circum uel omnino areſco. Perareſco, ualde areſco. Exareſco, ſiue Exareo, Aridus ſum uel fio.

Aridus, da, dum, pen. cor. Siccum quod naturalẽ humorẽ amiſit, αὗς. ξηρὸς σκληρὸς, ἀπεσκληκώς. ut, Fons aridus. Cat. Atqui corpora ſicciora cornu, Aut ſiquid magis aridum eſt. Interdum ponitur pro puro & lucido. Plautus in Ruden. Argento arido. Interdum pro horrifico, acuto, quum de ſono loquitur: quia ea quæ arida ſunt, quum frangi cœperint, nimium atq; horrificum ſonum edunt. Vergilius libro 1. Georgic. & aridus altis Montibus audiri fragor. Huius diminutiuum eſt Aridulus.

Ariditas, quæ & Aritudo dicitur, f. t. Siccitas, ξηρασία, ξηρότης. Plin. lib. 11. cap. 15. Sitit enim araneus, & omnem humorem abſorbens ariditatem ampliat. Varro de Re ruſt. libr. 1. cap. 12. Quod & beſtiolæ ſi quæ propè naſcutur, & inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.

Aritudo, pro parſimonia apud Plautum in Rud. Qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis.

Arepennis, apud Gallos menſura eſt dimidii iugeri, qua illi agros ſuos metiuntur. Colum. lib. 5. cap. 1. Galli Candetum appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum: in agreſtibus autem pedum CL. quod aratores Candetum nominant: ſemiiugerum quoq; Arepennam uocant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Arēs Græcè ἄρης, quatuor significat, ferrum, interdum bellū aliquando uulnus, sæpius uerò Martem, quo nomine & nos & ferrum & bellum, & uulnus significamus, ab Ἄρης Aries quasi Martialis, sicut à Marte Martius. Nam etiam Mathematici dicunt Martis esse domum Arietem & Scorpionem, ut etiam ab conuenientiam influxus dicatur Aries à Marte, à Græcis in deducendo Mart. dicunt Ares, Ares tamen poëtę, sed Græci.

Arestor, ἄρεστον, Vnico r. Latinè sonat placitum, à uerbo ἀρίσκω, placeo. Hinc factum est, ut sententiæ Præfecti Prætorio, quæ appellatione rescindi non possunt, Aresta dicantur. Budæus.

Arētālōgŭs, penul corr. m. ſ ἀρεταλόγος, Porphyrione teste, garrulus & loquax dicitur in ostentationem uirtutis: unde nomen deducitur: ἀρετὴ, enim uirtus est, & λόγος sermo Suetonius in Aug. Frequentius Aretalogos, & festos & solenneis, nonnunquam tantum iocularitatem celebrabat. Iuuenalis Satyr. 15. risum fortasse quibusdam Mouerat, ut mendax Aretalogus. Aretalogus etiam dicitur, qui in fingendis mendaciis auditores mouet arte uerborum. Sed tunc contra Porphyrionem ab ἀρίσκω placeo, fieret, ut sit Aretalogus, facetus, urbanus, quiq; sermonis lepôre oblectat auditores.

Arētē, ἀρετή, Latinè uirtus. Vnde Philaretus proprium nomen, & significat amatorem uirtutis.

Arferia, æ, f p Aqua quæ inferis libabatur, seu uas uini quod adhibebatur sacris, & à Fero deducitur. Festus.

Argagarion, medicamentum quo utebantur olim aduersus elephantiasin. author Celsus Aurelianus lib. 4. cap. 1.

Argēmă, atis, penult. breui n t. ἄργεμα. Morbus est oculorū quum scilicet albidum quoddam ulcus oculi infestat circulum, quem Irim Græci dicunt: quod mali genus affine est illi, quod Latinis Albugo uocatur, Græcis etiam λεύκωμα. Plinius lib. 29. cap. 6. Eadem uis est in gallinacei felle alligato ad argema & albugines. Apud eundem (nisi fortè uitiata sit lectio) legitur & Argema, æ, per primam nominum declinationem: ut libro 20. capite 5. Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argemas inunxere. Item capite nono libri eiusdem, Folia trita cum oleo argemas iumentorum sanant. Quibus tamen in locis nonnulli legunt Argemos Græcis certè ἄργεμα, ατος, & ἄργεμος, ου, indifferenter effertur.

Argemon, Herba est apud Plinum lib. 24. cap. 19 quæ Lappa canaria dicitur.

Argemone, es, penul. pro. ἀργεμώνη, Herba est syluestri papaueri omnino similis, ita dicta ab effectu, quòd oculorum albugines, quæ argemata appellantur, sanet. Vide Dioscoridem libro secundo capite 169. Plinius Argemoniam appellat, lib. 25. cap. 9.

Argentum, n. ſ. Metallum est post aurum pretiosissimum, quod gignitur (si chymistis credimus) ex argento uiuo, & sulphure albo ἀργύριον, ἢ ἄργυρος. Eius spuma uulnera sanat neque finit superfluas carneis excrescere, & sordeis cordis mundificat. Argentum factum dicitur, quod elaboratum est, & in uasa, aliamúe suppellectilem fabricatum: Græci ἀργυρώματα appellant Pompon. ff de auro & argento legat. Argento facto. Qu. Mutius ait, uasa argentea contineri, ueluti trullas, paropsides, pelues, & his similia. Huic opponitur Argentum infectum, hoc est rude & nondum laboratū.

Argentum signatum, ab eo dicitur pecunia argētea, quod signū principis, uel magistratus habeat impressum, ἀργύριον Seneca. 1 de Benefic. Libētius donabo argentum factum, quā signatum. Interdum etiam argentum absolutè positum legimus pro argento facto, siue suppellectili argentea Plautus. Tu esto lectisternator, tu argentum eluito. Cic. Quum essent triclinia strata, argentumq; expositum in ędibus. Item pro argento signato, hoc est pecunia argentea. Terent. in Phorm. Emunxi argento senes. Idem in Heaut. Argentum cudo. Argentum primò signatum est anno Vrbis 485. Quinto Fabio Consule, quinq; annis ante bellum Punicum primum. Nota argenti bigæ & quadrigę fuerunt: inde Bigati, & Quadrigati nummi appellati sunt. Aureus uerò nummus 62. anno post argenteum percussus est, in quo primò Consulum, deinde Imperatorum capita imprimi cœperūt, & ab iis sępè nomina accepere. Argentum pustulatum. uide infrà, statim post dictionem Pustula.

Argentum sublimatū, nusquam apud antiquos reperiri, traditum est. Planè Venenū est, quod semihora & minori spacio exedendo interficit. Nam omnia intrinseca, & præsertim prę cordia, uelut ignis urit.

Argentarius, rii, substantiuè. m. ſ. Qui argentum exercet, hoc est apud quem pecuniam deponimus, quā tempore locoue alio nobis reddat, τραπεζίτης. Plautus in Curcul. Habent hunc morem plerique argentarii, Vt alius alium poscant, reddant nemini. Eundem etiam Trapezitam & Mensarium appellamus. Idem ibidem, Ibi interrogat, Ecquem in Epidauro trapezitam Lyconem nouerim. Cic. pro Flacco, Ciuitas, in qua nummus nullus moueri potest, sine quinq; Prætoribus tribus Quæstoribus, quatuor mensariis. Propriè autem Argentarii dicuntur (ut docet Iureconſ. ff. de edendo) maiores mensarii qui multorum pecunias acceptas custodiunt, quum opus fuerit reddituri, & quorum officium atq; ministerium publicam habet causam, hiq; rationes conficiunt. Author est Seneca, argentarios præesse publicis actionibus. Minutuli illi numularii campsores, uulgò dicti, Græci argyrognomonas uocant, quasi pecuniæ spectatores & collybistas & ἀργυραμοιβούς, publicam causam habere, non iam dentur, nec rationem accepti expensiq́e facere, ut argentarii, illi & mensularii, qui non tam pecuniarum permutationem quàm maiorem negotiationem exercent. quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari, fœneratò interdum, interdum gratuitò. Vide Budęi Annotationes in Pandectas.

Argentarius, ria, rium, adiectiuum, ἀργύρεος. Quod est argenti, aut ad argentum pertinet: ut, Argentaria metalla. Plinius libro 33. cap. 5. Laudationem eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum est. Ratio argentaria, id est pecuniaria. Cato de re Rustica capite secundo. Rationem putare argentariam, frumentariam. Auxilium argentarium. Plautus in Pseud. alicunde hodie me bona opera, aut mala, tibi inuentum esse auxilium argentarium.

Argentaria, riæ, Mensa, tabernaſe argentarii, uel etiam officina in qua argentum cuditur, aut præparatur. Plautus in Epid. Per myropolia & lanienas, circumq; argentarias.

Significat & Argentaria officium seu functionem argentarii. Vlpianus titul. de eden. Sed & quod solui constituit argentarius, edere debet, nam & hoc ex argentaria uenit. Argentariam facere uel exercere. ἀργυροπρακτικὴν ἐργάζωμαι. Idem eodem titulo, Is etiam qui desiit argentariam facere, ad editionem compellitur, ubi argentariam exercuit.

Argentatus, ata, tum, Argento tectus, ἀργυρικὸς. Liuius lib. 9. ab Vrbe, Tunicæ auratis militibus uersicolores, argentatis lineæ candidæ.

Argenteus, a, um, Quod est ex argento, ἀργύρεος, ut, Argenteus denarius, & Argenteę sphęræ apud Plinium. Argenteum folium, argenti splendorem referens, apud eundem libro 16. capite 18. Argentea amica, quæ argento uendita est. Plautus in Pseud. Quid ego ex te audio? amicam tuam esse factam argenteam?

Argentosus, Cui immistum est argentum, ἀργυρομιγής. ut, Aurum argentosum. Plinius lib. 33. cap. 5. Ira ferruminatur aurū quod argentosum uocant.

Argentifodina, næ. f. p. Vbi foditur argentum, quam Argenti minam uocamus, ἀργυρεῶνα, ἀργυρωρυχία. Plin. lib. 33. cap. 6. ex argentifodinis inimicus est omnibus animalibus, sed maximè canibus.

Argentum uiuum, Genus est metalli liquidi, argentum colore, fluida uerò consistentia aquam referens, inde nomen accepit, ὑδράργυρος. Aristoteles ἄργυρον χύτον, hoc est fusile, seu liquidum argentum uocat. Huius duę sunt species, Natiuum, seu Fossitium, & Factitium, quod ex minio excoquitur. Vtrūque Hydrargyros Dioscoridi dicitur. Plin. Hydrargyron ab argento uiuo distinguit, quod fossile est & natiuum. Argentum uiuum, quod ex minio purgatur, Hydrargyron appellās Sic enim habet libro 33. cap. 3. Aes inaurari argento uiuo, aut certè hydrargyro legitimum erat. Vtraq; species pestilentem exhalat odorem, auramq; planè exitialem.

Argentangina, uocabulum est Latinum, ex Græco ἀργυράγχη effictum quo significatur angina ex argenti, hoc est pecuniæ cupiditate proficiscens. Vnde Argentangina laborare dicuntur, qui pecunia corrupti reticent ea, quæ ad Reipublicæ commoda iudicant pertinere. Vide infra in dictione Argyranche.

Argestes, ἀργέστης. Ventus flans ab occasu æstiuo, qui à Latinis Corus & Caurus dicitur. Plinius libro 2. cap 47. Ab occa-

su

casu solstitiali Corus: Zephyron & Argesten uocant.

Argĕtŏs, ἀργητὸς, significat uelocem & candidum, splendidum & strennuum.

Argilla, f. t. ἄργιλ©ρ. terra cretosa, & candida, qua figuli utuntur ad uasa facienda. Cicero in Pisonem, Quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus? Horatius 2. Epistol. idoneus arti Cuilibet, & argilla quiduis imitabitur uisu. Sunt qui unico l scribant, quod etiam conuenire uiderur cum Græca origine: contrà tamen usus obtinuit.

Argillaceus, a, um, quod est ex argilla, aut quod tenax est in modum argillę. Plin. lib. 17. cap. 7. Est enim alba terra, rufa, colsibina, & argillacea.

Argillosus, a, um, ἀργιλώδης, abundans argilla, ut Loca argillosa, Plin. lib. 21. cap. 4. Seri nec pinguibus uult, nec argillosis locis. Colles argillosi. Colum. Olea maximè collibus siccis, & argillosis gaudet.

Argĭŏn, Capillus ueneris apud Dioscor. lib. 4. cap. 117.

Argiros, linozostis uel mercurialis apud Dioscoridem libro 4. capite 201.

Argis, ἀναργὲς, aduerbialiter in loco. Plin. lib. 26. Argis, etiam olea durare dicitur.

Argo, f. t. ἀργὼ. prima nauis fuisse creditur qua Iason, unà cum flore iuuentutis Græciæ, in Colchida nauigauit, uellusque aureum, à Medea admotus, in Græciam reportauit. Volunt autem hanc nauem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo Flaccus, ad charum Tritonia deuolat Argum, Moliri hunc puppim iubet, & demittere ferro Robora. Diodorus à uelocitate dictam putat. nam ἀργὸς inter cætera significat uelocem. Alij ab Argiuis, qui in ea uecti fuerunt, malunt appellatam. Quod sentire uidetur Cicero lib. 1. Tusculan. quæst. quum ait: Et eas angustias, per quas penetrauit ea, quę est nominata Argo, quia Argiui in ea delecti uiri uecti, petebant pellem inauratam arietis. Est & Argo, signum cęleste, quod & nauis appellatur. Oritur prid. idus Martij.

Argonautæ, ἀργοναῦται, dicti sunt heroes illi qui cum Iasone in Colchos profecti sunt numero amplius quinquaginta, ex quibus prępcipui fuere Castor & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, & Hylas puer. Sic cognominati à naui qua nauigauerunt. De his Orpheus lib. 1. & Apollonius in Catal. heroum, & Flaccus in Argonaut.

Argos, gi, m. s. adiect. ἀργὸς, dicitur tardus, segnis, unde & Cynosargos intemperans, à quo & locus dictus est in quo otiosi & intemperantes homines solebant conuenire. Vnde & prouerbium, I ad Cynosarges, κυνοσαργὲς. Inde ut Cicero lib. de Fato inquit, ἀργὸς λόγ©ρ, id est, ignaua ratio. Hinc iocus in hendecasyllabo Martialis, Non nautas puto uos, sed argonautas. ubi alluso est ad famigeratos nautas, & intelligi tamen uult pigros & lentos nautas. *1 for ipsum argon. Salu. mendose & sic am Stap.*

Arguo, arguis, argui, argutum, imputo siue accuso, reprehendo, ἐλέγχω. Et genitiuo sępius, quàm ablatiuo iungitur. Curtius, Orsinem modò auaritiæ, interdum & defectionis arguebat. Plaut. in Amphit. Et eccùm uideo, qui me miseram arguit stupri dedecoris. Si uerò id quo quis arguitur non exprimitur, accusatiuum tantùm habet. Lactantius lib. 3. Tui ergo te liberi arguunt. Propriè tamen arguere est ostendere. Verg. 4. Aeneid. Degeneres animos timor arguit. Aliquando in discrimen uocare. Festus, Argutum iri, id est, in discrimen uocari. Hujus composita sunt, Coarguo, & Redarguo, ἐνθάπτω. Sall. in Catil. Lentulum dissimulantem coarguunt sermonibus, quos ille habere solitus erat. Sciendum est, quòd licet arguo, argutum supinum faciat, ex quo argutus, participium tamen futuri temporis est Arguiturus. Sallust. lib. 2. hist. Quos aduersum multi ex Bithynia uolentes occurrere, falsum filium arguituri. Nam, ut docet Priscianus, quædam sunt uerba, in utum supinum formantia, quorum participia futuri terminant in iturus, & uerbalia in itio, ut Argutum, arguiturus: Tutum, tuiturus: Sputum, spuiturus: Plutum, pluiturus, pluitio.

Argutus, a, um, participium passiuum ab arguo, idem significans quod accusatus, uel reprehensus, ἐλεγθὲὶς. Plautus in Pseud. Argutus malorum facinorum. Quandoque uerò est nomen, idem significans quod subtilis & argutus ἰξὺς, ἀγωνιστικὸς. Plin. in Epist. Vitassem iamdudum, ne uiderer argutior, nisi propositissem omnes angulos tecum epistola circuire. Interdum pro canoro resonantiq, καπυρὸς, ut Arguta hirundo, & Arguti homines, qui multum & celeriter loquuntur. Vergilius Eclog. 9. Argutos inter strepere anser olores. Interdum pro exili, breui, & quasi acuto. Idem libro 3. Georg. Argutumque caput, breuis aluus, obesaq; terga.

Argutulus, m. s. σωμύλος. ἐγχειρηματικὸς, diminutiuum ad contemptum deriuatum, & non blandiendi causa, ut Homunculus, & Homulus.

Argutus, a, um, f. p. dicitur acutè & malitiosè dictum uel factum. σόφισμα. Plaut. in Most. Exi à culina, sis foris mastigia, Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Cic. Sed nihil est, quod illi non assequantur suis argutijs.

Argutiola, æ, diminut. Gell. lib. 2. cap. 7. Argutiola quippe hæc friuola atq; inanis est.

Argutor, aris, pen. prod. depon. ab Argutus fit, & significat procaciter loquor, teste Nonio, σοφίζομαι, ἀντιλογῶ. Næu. Quandoq; ad ludos uenit, alij quum tacerent, totum diem argutatur, quasi cicada. Est & argutari, subsilire. Titin. in Full. ut citat idem Nonius. Terra hęc est noua, quasi ubi tu solitus argutari, pedibus cretam dum compescis, uestimentaq; lauas. Reperitur &

Argūto, as, Propert. Illa mihi totis argutat noctibus ignes, id est argutè obiicit.

Argutatio, strepitus, ἀνταίρεσα, ἀνταίρασμα, καύπλογία. Catul. Pulsinusque peræquè, & hic & illic attritus, tremuliq; quassa lecti argutatio, inambulatioq;.

Argutator, oris, uerbale. σοφιστὴς, σοφιστὴς. Gellius lib 17. capite 5. Processisset autem argutatori isti fortasse reprehensio. Argutatorem pro sophista argutulo, uel argumentatore accipit.

Argumentum, ἐπιχείρημα, πίστις. Quintiliano est ratio probationem præstans, qua colligitur aliquid per aliud, & quæ quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. Sumitur interdum etiam pro materia, quæ aliquo in opere tractatur, quam Græci ὑπόθεσιν uocant. Cicero Quoniam nullum scribendi argumentum mihi relictũ est. Sic dicimus Argumentum Comœdię, quod Græci Periocham uocant, id est, summam totius Comœdię, paucis uersibus expressam. Interdum pro coniectura. Idem in Catil. Certissima argumenta, atq; indicia sceleris. Idem 2. Verr. Quæres pertenui nobis argumento indicioque patefacta est. Item pro sententia, ab arguo, pro demonstro. Cicero lib. 2. Offic. Tabulę uerò nonę quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum? Argumentum prætexta pro ingenioso artificio ponitur. Idem 6. Verr. Ex ebore diligentissimè perfecta erant ædificia in ualuis. Sic alibi legimus argumenta rotarum, & argumentosa opera, pro ingeniosis.

Argumentum, est ficta res quæ tamen fieri potuit. Cic. de Inuent. 1. Argumentum, est probabile inuentum ad faciendam fidem. Idem de part.

Argumentum, est ratio quæ rei dubiæ facit fidem. Cicero in Top. Ad probandum duplex est subiecta Oratori materies, una rerum earum quas non excogitat Orator, sed in re proposita ratione tractantur ut tabulæ, testimonia, pacta, conuenta, quæstiones, leges, senatusconsulta, res iudicatę, decreta, responsa, & reliquæ si quę sunt quę non ab Oratore prætereuntur. Sed ad Oratorem à causa atq; à reis deferuntur. Altera est quæ tota in disputatione & argumentatione Oratoris collocata est. Cic. in Orat. 1. Proprię notę argumentũ, quod nunquã aliter fit, certumq; declarat, ut fumus ignem. Cic. in Part.

Argumentor, aris, d. p. ἐπιχειρέω, συλλογίζω, rationibus nitor ad aliquid probandũ. Cic. 3. Verr. Nónne argumentamur, quò ista pecunia peruenerit? Idem de Fin. 1. Sed & argumentandũ & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de uoluptate & dolore. disputandum putant.

Argumentandi duo sunt genera, quorum alterum ad fidem directò spectat, alterum se inflectit ad morum. Dirigitur, cum proposuit aliquid quod probaret, sumpsitq; ea quibus monstretur: atque his confirmaris, ad propositũ sese retulit, atq; concluserit. Illa asit altera argumentatio, quasi retro & contrà prius sumit quę uult, eaq; cõfirmat. Deinde id quod proponẽ dum fuit, permotis animis iacet ad extremum.

Argumentatio, f. t. est rei propositæ, per argumenta probatio. ἐπιχείρημα. Author ad Herennium lib. 1. Argumentationes, Græci ἐπιχειρήματα appellant. Cicero 2. de Orat. Altera est, quæ tota in disputatione & argumentatione Oratoris collocata est. Idem lib. 1. de Inuentione, definit hoc modo, Argumentatio, est inuentum ex aliquo genere, rem aliquam,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aut probabiliter ostendens, aut necessariò demonstrans. Necessariè demonstrantur ea quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt. hoc modo: Si pepe. it, cum uiro concubuit. hoc genus argumentandi quod in necessaria demonstratione uersatur, maximè tractatur in dicendo, aut per complexionem, aut per enumerationem, aut per simplicem conclusionem. Cic. 1. de inuent.

Argumentationis uitia. Ipsum autem genus argumentationis uitiosum his de causis ostendetur. Si autem in ipso uitium erit, aut si nõ ad id quod instituitur, accommodabitur. Atq; in ipso uitium erit, si omnino totum falsum erit, si commune, si uulgare, si leue, si remotum, si mala definitio, si controuersum, si perspicuum, si non concessum, si turpe, si offensum, si contrarium, si inconstans, si aduersum. Aduersum est quod ipsi causæ aliqua ex parte officit, ut si quis hostium uim, & copias & felicitatem augeat, quum ad pugnam milites hortetur. Commune est, quod nihilò magis ab aduersariis quàm à nobis facit. Contrarium est quod contra ea dicitur, quæ ii, qui audiunt, fecerunt, ut si quis apud Alexandrum Macedonem contra aliquem urbis expugnatorem diceret, nihil esse crudelius quàm urbes diruere, quum ipse Alexander Thebas diruisset. Controuersum est, in quo ad dubium demonstrandum dubia causa adfertur. Definitionem malam uide in litera D, suo ordine. Falsum est in quo perspicuum mendacium est. Inconstans, quod ab eodem de eadem re diuersè dicitur, ut si quis dixerit qui uirtutẽ habeat, eum nullius rei ad bene uiuendum indigere: neget postea sine bona ualetudine posse bene uiuere: aut se amico adesse propter beneuolẽtiam, sperare tamen aliquid commodi ad se peruenturum. Leue est, quod aut post tempus dicitur: aut perspicuè rem turpem leui tegere uult defensione. Non concessum est, quum id quod agitur in cõtrouersia est: ut si quis cum Vlysse accuset, in hoc maximè commoretur, indignum esse ab homine ignauissimo uirum fortissimum Aiacem necatum. Offensum est, quod eorum qui audiunt uoluntatem lædit: ut si quis apud equites Romanos cupidos iudicandi Cæpionis legem iudiciariam laudet. Perspicuum est, de quo non est controuersia, ut si quis cum Orestem accuset, planum faciat ab eo matrem esse occisam. Remotum est, quod ultra quam satis est, petitur. Turpe, quod aut eo loco in quo dicitur, aut eo homine qui dicit, aut eo tempore quo dicitur, aut iis qui audiunt, aut ea de re qua agitur, indignum propter inhonestam rem uidetur. Vulgare est quod in aliam quoq; rem non probabilem, si nunc concessum sit, transferri possit. Cic. de Inuen. 1.

Argumentosus, sa, sum, Quod est factum magno argumento, hoc est, artificio, ἐπιτεχνήσεως. Quint. lib. 5. cap. 29. Vulgoq; pauò numerosius opus, dicitur argumentosum, id est, nimia argumentorum mole refertum. In picturis quoq; argumento sa opera uocamus, id est ingeniosa.

Argyranche, es, f p. ἀργυράγχη, A Græcis dicitur, quam Latinorum quidam uerbum ex uerbo exprimentes. Argentanginam appellauere, cuius uocabuli hæc traditur fuisse origo. Milesiorum legati Athenas missi, quum Demosthenem postulatis suis magnopere aduersari uiderẽt, pecunia eum corrumpunt, ne quid in posterum commodis ipsorum obsisteret. Postridie itaq;, quum res denuo apud populum ageretur Demosthenes collum fasciis obuoluit, anginaq; sese laborare simulauit. Qua re audita, quidam ex populo, cui fucus subolebat, non synanchen illam, sed argyranchen esse exclamauit. Hinc prouerbio locus factus est, ut argyranche laborare dicantur, qui pecunia muti redditi sunt, eaq; supprimunt quæ ex Reipublicæ usu esse nouerunt.

Argyraspides, m. t. ἀργυράσπιδες dicuntur, Qui argentea scuta ferunt. Sic Chrysaspides, ab aureis clypeis nominati. Lampr.

Argyritæ, arum, pen. prod. ἀργυρῖται. Agones quidam dicebantur, ab Argenteo, pecuniarioue præmio. Budæus.

Argyritis, ἀργυρῖτις, Spuma argenti dicitur. Plin. lib. 33. ca. 6. Fit in iisdem metallis & quæ uocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin uocant: secunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin.

Argyrocopus, ἀργυροκόπος, à Græcis appellatur numularius, campsor, uel ipse etiam argenti sculptor, παρὰ τὸ κόπτειν τὸν ἄργυρον, hoc est, ab incidendo argento.

Argyrologus, ἀργυρολόγος, A Græcis uocatur, quem Latini Quæstorem appellant, cuius officium est, ut argentum, hoc est, pecuniam colligat, & in ærarium, siue fiscum redigat.

Argyrõdãmas, m. t. ἀργυροδάμας, lapillus argenti nitorem habens, ut adamas, de quo Plin. lib. 37. cap. 10. addubitat, sitne idem cum eo quem Androdomanta uocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Argyrognomones, ἀργυρογνώμονες, uocantur à Græcis pecuniæ permutatores, quos Latini Campsores uocant, quasi pecuniæ spectatores dicas.

Aria, ἀρία, arbor est apud Theophrastũ, hyemis initio fructificãs, materie tam dura, ut necesse sit, prius quàm terebretur, aqua eam macerari.

Arianis, ἀριανίς, herba ignei coloris, cuius actu Magi tradũt ligna oleo peruncta accendi. Nascitur apud Arianos, quæ est Scythyca gens, Cedrosis finitima, à quibus & nomen accepit. De hac Plin. lib. 24. cap. 18.

Arida, ἔχιον, herba est, quæ & Echium, & Alcibiadion dicitur, de qua Dioscor. lib. 4.

Aries, etis, pen. cor. m. t. mas ouium & dux gregis, qui integer est, & tenetur ad generandam sobolem, κριὸς. Veruex uerò, cui inuersi uel adempti sunt testiculi. Ab ara dictus est aries, quòd aris imponi sacrificio soleret. Vergil. 3. Ecloga, Ipse aries etiam nunc uellera siccat. A cuius similitudine bellica machina, aries appellatur. Veget. lib. 4. cap. 14. Materia ac tabularis testudo contexitur, quæ ne flammis exuri possit, corio siue cilicio uestitur. Intrinsecus recipit trabem, quæ si aduunco præfigitur ferro, Falx uocatur, ab eo quòd incuruata est, ut ex muris lapides extrahat. Si uerò caput ipsius ferro tegitur, aries appellatur, quòd instar arietini capitis fieri soleret, uel quòd habet durissimam frontem, qua subruat muros: uel quòd more arietum retrocedit, ut uehementius feriat. Cæsar lib. 7. belli Gall. Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit. Cicero 1. Offic. Quamuis murum aries percusserit. Liuius 1. ab Vrb. Quum effractis portis, stratisue ariete muris. Plin. lib. 7. cap. 56. Equum qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Troiam ferunt inuenisse. Eadem & Testudo dicitur, à similitudine naturæ testudinis: quia sicut illa modò reducit caput, modò profert, ita eiusmodi machina interdum reducit caput, interdum effert, ut uehementius feriat. Est & aries cæleste signum primum in Zodiaco. Aries etiam marinus piscis, siue marina belua est, candore tantùm cornibus assimulatis. De hoc Plin. lib. 9. cap. 44. Grassatur, inquit, aries ut latro, & nunc grandium nauium in solo stantium occultatus umbra, si quem nandi uoluptas inuiter, expectat: nunc elato extra aquam capite, piscantium cymbas speculatur, occultusque adnatans mergit.

Arietarius, a, um, quod ad arietem pertinet, seu quod arietis habet similitudinem, κριάδης. Vitruu. Construebatur autem in ea arietaria machina.

Arietinus, a, um, pen. prod. quod est ex ariete, ὁ τῦ κριοῦ. Plin. Arietinum iecur ad id utile est.

Arieto, as, pen cor. pecutio, deiicio, κριόω, tractum ab arietum similitudine, cuius firmissimũ caput & solidissima cornua faciunt, ut magno impetu quicquid obieceris percutiant & deiciant. Plaut. in Truc. Quis proteruè nostras ædes arietat? Curt. Macedo gladium cœperat stringere, quem occupati complexu, pedibus repente subductis Dioxippus arietauit in terram.

Arinca, Gallicum est uocabulum, quo, teste Plinio, significatur frumenti genus, quod Græci Olyram, Latini Siliginẽ uocant, ὄλυρα. Vide Ruel. lib. 2. cap. 21.

Arisaron, ἀρίσαρον, herba est exigua, radicem habens oliuæ magnitudine, maiore acrimonia, quàm Aron, à Plinio Aris appellatur.

Arista, f. p. ab ariditate dicitur, quòd sit omnino arida, ἄθηρα, ἀθερίνη, ἀνθερίξ. Sunt enim Aristæ extremæ spicæ partes, quæ primæ arescunt, quæ ueluti aculei quidam, siue spinæ, frumentum ab auium minorum morsu tuentur. Cicero in Catone, Fundit frugem spicæ ordine structam, & contra auium minorum morsus, munitur uallo aristarum. Apud poẽtas quandoq; accipitur pro ipso frumento. Verg. 1. Georg. Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Nonnunquam etiam pro ipsa ætate. Idem 1. Eclog. Post aliquot mea regna uidens, mirabor aristas. hoc est, post aliquot ætates, siue aliquot annos.

Aristocrãtia, f p. ἀριστοκρατία, optimatum principatus, ubi optimates Rempub. tractãt, quasi ἡ τῶν ἀρίστων κράτησις. qualis etiam hodie est apud Venetos.

Aristolo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aristolochia, f. p. ἀριστολοχία, herba est etiam hodie nomen seruans, cuius duæ sunt species, alia longa, alia rotunda. Aurium sordes emundat, & cum melle mista, si in aures instillata fuerit, auditum iuuat.

Aristolochia cretica, tertium eius genus, radice longissima, flore purpureo, colore buxeo, bacculas ferens ut capparis.

Aristophontes. ontis, m. t. ἀριστοφόντης, quasi optimatum occisor.

Aristophorum, n. s. pen. cor. ἀριστοφόρον, uas quo prandium defertur, Latinè discus. ἄριστον enim prandium dicitur, φορῶ, porto.

Arithmetica, f. p. ἀριθμητικὴ, numerandi scientia, quæ tractat de numeris & supputandi ratione. Hæc inter disciplinas Mathematicas prima esse dicitur, quoniam ipsa nulla alia indiget disciplina: Musica autem, & Geometria, & Astronomia, istius auxilio egent. Plin. lib. 35. cap. 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmeticè & Geometricè. Dicta Arithmetica ἀπὸ τῆ ἀριθμῆσαι, hoc est à numerando.

Arithmus, ἀριθμὸς, Latinè numerus, inde Arithmetica.

Aritudo, uide Areo.

Arma, n. s. ab armis dicuntur, id est, humeris, à quibus dependent, ut inquit Festus, ut scutum, gladius, tela, & ea quibus præliantur, ὅπλα. Seruius docet Arma esse, quæ armos tegunt. Varro ab arcendo Arma dicta existimat, quòd his arceamus hostes, ut fustes, lapides, & huiusmodi. Quidam à Græco deriuant ἁρμόζειν, id est, conuenire. Inutilia enim sunt arma, nisi ita quadrent corpori, ut neq; ampliora sint, neq; angustiora: ut neque corpus lædatur angustia, neque amplitudine impediatur. Sed re uera non solùm hoc nomine bellica, sed etiam omnium ferè artium instrumenta intelliguntur. Vnde rusticorum arma uocamus, rastra, ligones, & huiusmodi. Vergilius 1. Georg. Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. Arma coquinaria sunt, lebes, patella, tripos, olla. Plautus, Quàm eleganter instructum coquinarijs armis. Arma studiosorum, stylus, pugillares, libri. Plinius, Cuius arma erant, non uenabulum, & lancea, sed stylus & pugillares. Nautarum quoq; & pistorum instrumenta, arma dicuntur. Verg. lib. 5. Aeneid. Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere remis. Et lib. 1. cerealiaque arma Expediunt. Quandoque Arma capiuntur pro bello, sicut toga pro pace, ut Cedant arma togæ. Fraudes quoq; & consilia, Arma dicuntur. Vergil. 2. Aen. & quærere conscius arma. Quandoq; dicuntur insignia, παράσημα, νύσμια, quæ le nonnulli intelligunt illud Vergilij, Armaq; fixit Troia. Consueuerunt enim antiqui suspendere arma in postibus antiquorum.

Armatura, f. p. habitum armorum, uel ipsa arma significat, ὁπλισμὸς, ὅπλα, πανοπλία, σκευή. Cic. Attic. lib. 6. Habet autem cohortes quadragenarias, nostra armatura XXX. id est, similibus, quibus nos armati armis. Vegetius lib. 1. cap. 14. Tertius ordo disponitur de armaturis uelocissimis, de sagittarijs iuuenibus.

Armatura, conceptus, uide suprà Abigas.

Armifer, a, um, adiect. arma ferens, ὁπλοφόρος. Sil. lib. 6. Queis cedat, toga, & armifera gens sacra Quirini. Armifera dea periphrasis Mineruæ. Ouid. ad Liuiam. Armiferum aurum. Seneca in Medea.

Armiger, geri. pen. cor. m. s. qui lanceam, scutum, galeamq; ferens, armatum equitē in prælio sequitur, ὁπλοφόρος, ὁπλίτης. Et planè apud antiquos Armigeri fuerunt summi uiri, ut Patroclus fuit armiger Achillis, & Achates Æneæ. Plin. lib. 35. Pinxit Appelles Clytum equo ad bellum festinantem, & ei galeam poscenti armigerum porrigentem.

Armipotens, om. t. armis ualens, κρατερὸς, αἰχμητὴς. Vnde Pallas siue Bellona, armipotens dicitur. Cic. Antequam iret in exilium, Nam ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, teq; particeps connubij, socia regni, regia Iuno, teq; Tritonia armipotens, Gorgonia Pallas, Minerua. Verg. 3. Aen. Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram Procumbit.

Armisonus, notæ significationis, ut Pallas armisona. Vergilius tertio Aeneid. tum numina sancta precamur Palladis armisonæ.

Armitenens, om. t. ὅπλα ἔχων, qui arma tenet.

Armo, mas, a p armis induo, seu munio, ὁπλίζω. Verg. 8. Aen. Tunc quoq; fas nobis Teucros armare fuisset. Plancus ad Ciceronem, Qui quidem quum in fraudem se deductum uideret, manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Liu. lib. 2. de bel. Pun. Itaq; & muri reficiebantur, & propugnaculis armabantur. Compositа sunt: Dearmo, quod est armis exuo, ἀποπλίζω. Idem lib. 4. Consul triumphans in urbem redijt, Ciuilio duce Volscorum ante currum acto, prælatisque spolijs, quibus dearmatum exercitum hostium sub iugo misit. Exarmo, idem significat. Suetonius in Domit. Negantemque ultra se tueri eum posse, quòd exarmata esset à Ioue. Exarmatas autem feras dicimus mansuefactas. Lampridius de Heliogabalo, Habuit leones & leopardos exarmatos, quos edoctos per mansuetarios subitò ad secundam & tertiam mensam iubebat accumbere. Obarmo, Circumarmo. Horatius lib. 3. Carm. Mos unde deductus per omne Tempus Amazonia securi Dextras obarmet. Perarmo, perfectè uel pulchrè armo. Curtius, Hoc modo instructo exercitu, ac perarmato, Babylone copias mouit.

Armati, mas. fec. dicuntur non solùm, qui scutis reliſque parati sunt, sed etiam qui glebis, aut saxis, aut fustibus instructi, ὕοπλοι.

Armator, m. t. ὁπλισὴς, & Armatrix, uerbalia sunt ab Armo, as.

Armatus, huius armatus, m. q. idem quod armatura. Liuius 7. bel. Maced. Inde Neocreres mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. Hoc est paribus & similibus armis induti.

Armamenta, n. s. armorum congregatio, ἑρμαλέα, σκεύη. Vnde nauium instrumenta uel munimenta, sicut funes & uela, armamenta dicūtur. Col. lib. 4. Nonnulli strennuè fabricant nauigia, nec cōsummata perinde instruunt armamētis, ministrisq;. Dicuntur tamen etiam de alijs rebus. Nam Plin. ciuium uinitorum instrumenta, armamenta uocat.

Armamentaria, repositoria armorū sunt, & ferè naualiū, quæ mamēta uocari, paulò antè ostēdimus, ὁπλοθήκαι, σκευοθήκαι. Armamentum insigne Athenis Philon fabricauit, mille (teste Plinio) capax nauium. Liu. de bel. Maced. Conflagrarunt & horrea regia, armamentarium cum ingenti apparatu machinarum & tormentorum. Visitur etiam hodie amplissimum armamentarium Venetijs, quod illi sua lingua Arcenale uocant.

Armarium, rij, n. s. ab armis, locus ubi cibaria, libri, & similia reconduntur, ἄβαξ. Plaut. in Capt. Cellas refregit omneis intus, reclusitq; armarium. Huius diminutiuū est Armariolū, ἀβάκιον, paruum armarium. Plaut. in Truc. Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.

Armentum, n. s. inquit Festus, id genus pecoris dicitur, quod est idoneum ad opus armorum, ut sicut equi & boues, ἀγέλη. Nam equis in bellum curritur, clypei uerò boum corcis armantur. Varro autem boues armenta uocari uoluit, quasi Aramenta, tertia litera sublata, quòd eorū præcipuè opera in arandis agris utamur. Vnde Colum. lib. 7. Iumenta & armenta nomen à re traxere, quòd nostrum laborem, uel onera subuectando, uel arando iuuarent. Propriè itaq; armenta boues dicuntur & equi, quamuis & alia maiora animalia eo nomine dici possint, quamuis sint ad arandum, aut ad gestanda arma inutilia. Nam cerui, qui ad hoc non sunt idonei, inter armenta computantur à Vergilio lib. 1. quum ait: Hos tota armenta sequuntur. De hoc uide plura in dictione Græx.

Armentalis, le, om. t. quod est ex armēto, ἀγελαῖος. Ver. 11. Aen. Hic natum in dumis interq; horrentia lustra Armentalis equæ mammis & lacte ferino Nutriebat teneris immulgens ubera labris.

Armentarius, rii, m. s. armenti custos, ἀγελάρχης. Verg lib. 3. Georgic. omnia secum armentarius Apher agit tectumq; laremq;. Lucr. l. 6. Præterea iam pastor, & armentarius omnis.

Armentosus, armentis abundans, ἀγελώδης. Gell. lib. 11. cap. 1. Quòd Italia tunc esset armentosissima.

Armentinus, a, um, quod est ex armento, ἀγελαῖος. Plin. lib. 18. cap. 17. Fimi ceruini, maximè subulonis, sed & bubulis de armentinis loquor, &c.

Armentitius, a, um, idē significat. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 10. In alimoniis armentitium pecus sic continendum.

Armillæ, erant ex auro, quas uiri militares ab Imperatoribus donati, gerebant: dictę, quòd ab armis, hoc est, humeris dependebant. Fest. Vlpian. de aruo & argen. leg. l. argumento. Inaures, inquit, & armillæ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Armillatus, Dicitur qui armillas habet, ψελλοτός. Propertius 3 Atque armillatos colla Molossa canes. Fuit & Armillatus nomen uiri, qui sub Nerone & Domitiano uixit.

Armille, neutri generis, Instrumentum, & apparatus uersutiarum, ab armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius lib. 6. Ad Armille redit.

Armiagrion, dracontium maius.

Armillum, Vas uinarium in sacris, ita dictum, quòd ab armo, id est, humero deportaretur. Varro de uita popul. Rom. libro primo. Etiam nunc pocula, quæ uocant Capulas, & Capides, quod est poculi genus: item armillum, quod est, urceoli genus uinarii.

Armomantia, diuinatio quæ fit in armis, hoc est scapulis bestiarum.

Armon, Plinius libro 19. capite 5. Rhaphani syluestris genus Pontica lingua dici ostendit, quod Latini Armoracium uocant.

Armoracea, ceæ, f. p. ἀρμοράκιον, teste Palladio, Agrestis rhaphanus est. Plinius Armoracium uocat, sic scribens libro 19. cap. 5. Etiamnum unum syluestre: Græci, ἄγριον, uocant, Pontici Armon, alii Leuce, nostri Armoracion, fronde copiosius, quàm corpore Est & hoc nomine fluuius, qui de montibus Arabiæ descendens in stagnum Asphaltiten erumpit, diuidens Moabitidem & Ammonitidem. Iosephus libro quarto.

Armus, m. s. Humerus, ὦμος. Vergilius libro 3. Georgic. Densa iuba & dextro iactata recumbit in armo. Differt tamen Armus ab humero. Nam humeri propriè eorum sunt, qui recti in cælum spectant: unde homini soli humeros esse dicimus. Vergil. 4. Aeneid. Os humerosq; deo similis. Armi uerò sunt brutorum: (quamuis & de hominibus quandoq; dicantur.) Horatius Satyr. 4. Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.

Arnabo, unguenti species apud Paulum & Aëtium, sed exoletum planè.

Arnogloſſum, n. s. ἀρνόγλωσσον, Latinè Lingua agni, uulgò Plantago dicitur, ἀρνὸν enim Græci agnũ dicunt, γλῶσσαν linguam. Hæc alio nomine dicitur Heptapleuros, id est, habens septem costas, nam in folio eius sunt septem costæ. Sũt enim septem nerui instar costarum animalium. Vide Ruellium lib. 1. cap. 20. & libro 2. cap. 58.

Arnon, interpretatur exultans.

Arõ, aras, n. p. Propriè significat terrã iam proscissam rursus uomere uerto, ἀρόω. Plinius, In arando magnopere seruandum est Catonis oraculum. Quid est primum? Agrum benè colere. Quid secundum? Benè arare. Quid tertium? Sterco rare. Per translationem Arare ponitur pro coire. Plaut. Fundum alienum arat incultum, familiarem deserit, id est. alienas mulieres subagit, uxorem deserit. Composita huius uerbi sunt Dearo, Exaro, Inaro, Peraro, & Subaro. Plin. Sunt qui iam natas inarant segetes.

Aratio, onis, f. t. Ipse arandi actus, ἄρομα. Plin. li. 18. cap. 20. Aratione per transuersum iterata, occatio sequitur. Nonnunquam pro ipso aruo, seu agro culto. Nam (ut rectè inquit Valla) nomina quæ positionem habent in io, latius significare solent: nec actionem modò, sed rem etiam & corpus significant. Cicero quinto Verr. Quum dederint Apronio quod popoſcerit, relinquent arationes, relinquent larem familiarem suum? Plin. libro 27. capite 8. Nascitur in arationibus.

Aratiuncula, læ, diminutiuum. Plautus in Truc. Malè uortit res pecuaria mihi apud uos: nunc uicissim uolo habere aratiunculã pro copia apud uos. A. Non aruus hic, qui arari soleat, sed pascuus est ager.

Arator, m. t. Qui arat, ἀρότης. Et sumitur tam pro bone, quam pro homine bouem ducente. Plinius libro decimo octauo capite decimonono Arator nisi incuruus, præuaricatur.

Arabilis, le, uerbale, Quod arari potest. Plinius l. 1. decimo septimo capite quinto, Contrà in Byzantio Africæ illum centena & quinquagesima fruge fertilem campum, nullis, quum siccus est, arabilem tauris.

Aratro, as, pen. prod. siue Artro, litera una per syncopen ablata quasi rursus arãdo itero, ἀροτριάω. Significat autẽ segetes iam natas rursus arando proscindere, quod impinguandi causa fit. Plin. lib. 18. cap. 20. At ille messes duplicatæ docuerunt quod nunc uocant artrare, id est, aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit uel incipienti calamo, quum iam is bina uel terna emiserit folia.

Aratrum, tri, n. s. pen. prod. ἄροτρον, dictum ab Aro uerbo, sicut à Lauo lauacrum, & à Simulo simulacrum. Instrumentum est quo aratur. Vergil. 7. Aen. Et terram centum uertebat aratris.

Arõmata, n. t, ἀρώματα, sunt quæ uulgò species dicuntur, uel alia etiam odoramenta. Colum. lib. 12. cap. 20. deinde cũ uidebitur mediocriter calere defrutũ, reliqua aromata contusa, & cribrata paulatim insperges,

Aromaticus, a, um, Odorem habens aromatum.

Aromatopola, ἀρωματοπώλης, qui aromata uendit, quem nos Aromatarium dicimus.

Aromatites, ἀρωμα]ίτης, gemma quæ in Arabia gignitur. ita dicta, quòd myrrhæ odorem habeat. Plin. lib. 37. cap. 10. Aromatites & ipsa in Arabia traditur gigni, sed & in Aegypto circa Pisas ubiq; lapidosa, & myrrhæ coloris, & odoris, ob hoc reginis frequentata. Est item Aromatites, uinum aromatibus conditum. Plin. lib. 14. cap. 13. Lautissima erant apud priscos uina myrrhę odore condita. Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Hoc uini genus quopacto confici soleat, docet Dioſc. lib. 5.

Aron, ἄρον, herba est è bulborum genere, teste Plinio lib. 19 cap. 5. scillæ proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duorum cubitorũ, baculi crassitudine, radice molliòris naturę, quę & cruda editur. Folia quoq; eius in aceto decocta manduntur. Officinæ corrupto, ut solent, nomine Iarum appellant. Quidam ex uulgo Pedem uituli, alij Serpentariam minorem uocant.

Aromon, semper uiuum apud Dioſc. lib. 4. cap. 91.

Arpen, genus teli falcati, quo utebatur Mercurius.

Arquatus, a, um, siue Arcuatus, adiectiuum ab Arcus, dicitur quicquid arcus figuram ullo modo imitatur. Ouid. 11. Metamorph. Dixit, & arquato cælum curuamine signans. Vnde opera illa quibus aqua duci solet, arcuata dicuntur, quòd multis arcubus æqualiter distantibus fulciantur. Dicuntur etiam arquati, quos Græci ἰκτερικοὺς uocant, quòd uirentibus oculis arqui cæleſtis colorẽ imitentur. Hinc morbus à Varrone, Morbus regius dicitur. unde Arquatum pecus, quod morbo icterico, id est, regio laborat. Colum. lib. 7. Bilis æstiuo tempore non minima pernities, potione depelli tur humanæ uereris urinę, quæ ipsa remedio est etiam pecori arquato.

Arquites, dicebant antiqui arcu præliantes, quos nunc Sagittarios uocant, τοξότας. Vide suprà in dictione Arcus.

Arreptitius, qui à dæmone rapitur, qui etiam Abreptitius dicitur, ἀναρπαστὸς. Veteres Arreptitium dicebant, laruatum quasi à laruis arreptum. Perottus.

Arrha, rhæ, f. p. & Arrhabo, onis, pen. cor. ἀρραβών, utrumq; sumitur pro eo quod dari solet ad confirmationem contractus. Plin. lib. 33. cap. 1. Argumento est consuetudo uulgi, ad sponsiones etiamnum annulo exiliente, ab eo tempore quo nondũ erat arrha uelocior. Ter. Ea relicta arrhaboni est. Hinc Arrho, rhas, à quo Subarrho quod est arrham facio. Ambrosius: Annulo suo subarrauit me Dominus meus. Est præterea oppidum Arabię. Sunt & qui scribunt, sine aspiratione.

Arra, id est, quod datur in emptione & uenditione in testimonium uel signum uenditionis. Sunt & arræ sponsalitię, quã utrinq; sponsus & sponsa mutuo dant in signum contrahendi matrimonij.

Arrestare, uulgò est aliquem, uel bona sua, per mandatum iudicis impedire, ne moueatur à loco, donec conquerenti respondeat. Arrestrum pro sequestro, uerbum quoque barbarum est.

Arrideo, es, ridendo applaudo, uel risu lætitiam ostendo, προσγελάω. Cicero de Somnio Scipionis, Hic leniter arridens Scipio. Accipitur & pro placeo. Idem Attico, Inhibere illud tuum, quod ualde mihi arriserat, uehementer displicet.

Arrigo, is, pen. cor. arrexi, arrectum, arrigere, ex ad & rego compositum, significat erigere, ἵστημι, τείνομαι. Verg. 10. Aen. Comasq; arrexit. Arrigere aliquem, siue alicuius animum, per metaphoram. Sall. Eos non paulò Marius oratione sua arrexerat. Arrigere aures. Terent. in Andr. Arrige aures Pamphile. Verg. 1. Aeneid. Arrectisq; auribus astant. Arrigere aures alicui sermone aliquo. Plaut. Rud. Suo mihi sermone arrexit aures.

Arrectus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Arrectus, participium, Vergilius 4. Aeneid. Arrectæq; horrore comæ.

Arrectarius, a, um, adiectiuum à participio Arrectus, quod est arrectum, ut asser arrectarius in cratitio pariete, qui arrectus est, sicut Transuersarius, qui in transuersum ponitur. Vitruuius libro 2. capite 8. Etiam qui sunt in tectoriis operibus, rimas in ijs faciunt arrectariorum & transuersariorum dispositione.

Arripio, is, a.t. ad me rapio, attraho, apprehẽdo, προσαρπάζω, Cic. 2. de Orat. Si quemcunq; patremfamiliâs arripuissetis ex aliquo circulo. Idem pro Sestio: Qui cognomen sibi ex alio rum imaginibus arripuit. Idem 2. de Natura deorum, Quærit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus.

Arrodo, dis, arrosi pen. prod. idem quod rodere, uel circũrodere significat. Plin. lib. 11. cap. 30. Semina arrosa condunt formicæ, ne rursus in fruges exeant è terra. Arrodere Remp. per translationem. Cic. pro Sest. Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, ut illa ex nepreculis extracta nitedula Rempub. niteretur arrodere.

Arrogo, es, a. p. pen. cor, assumo, uendico, plus satis mihi tribuo, arroganter præsumo, ἀποτίμειν ἑαυτῶ, ἀλαζονεύεσθαι. Huic opponitur Derogo. Cicero pro Sexto Roscio. Non enim tantum mihi derogo, tamen si nihil arrogo, ut te copiosius putem, quàm me posse dicere. Hieronymus in prologo Esdræ, Interrogent Hebræos, & ipsis authoribus translationi meæ uel arrogent uel derogent fidem. Cicero in Philip. Ego itaque pacis, ut ita dicam, alumnus, qui quantuscunq; sum, (nihil enim mihi arrogo) sine pace ciuili certè non fuissem. Item arrogare, ἀσποιεῖσθαι, est in filium ac familiarem ascisce re, à quo fit arrogatio, quæ est, quum is qui ascisci aliquem in filium, interrogatur an uelit illum iustum sibi filium esse, & is qui ascisci rur rogatur, an id fieri patiatur. Vel ideo arrogatio dicitur, quòd per populi rogationem fiat. Vide Aul. Gellium lib. 5. cap. 19.

Arrogans, qui sibi temerè atq; insolenter tribuit, quę in eo non sunt. ἀλαζών. Cæsar, 3. bell. Ciuil. Statuerat enim hos prius iudicio populi debere restitui, quàm suo beneficio uideri receptos: ne aut ingratus in ferenda gratia, aut arrogans in prę ripiendo populi beneficio uideretur. Aristot. in Ethicis, Arrogans præclara, & ea quæ non insunt, & maiora quàm insint, sibi fingit: Dissimulator uerò, aut inesse sibi negat, aut imminuit.

Arrogantia, per quam temeritas atq; imprudentia uanã sibi cõparat authoritatem, ἀλαζονεία. Cæsar 3. belli Ciuil. Accedisse igitur his quod plerumq; hominibus nimia pertinacia atq; arrogantia accidere solet, uti eò recurrant, & id cupidissimè petant, quod paulò antè contempserint.

Arroganter, aduerb. superbè, ἀλαζονικῶς. Cic. 2. de Orat. Si aspe rè, si arroganter, si turpiter, sordidè, si quoquo animi uitio dictum esse aliquid uideatur.

Arrhostema, atis, n. t. uel Arrhostia, æ, ἀῤῥώστια, ἀῤῥώστημα, Latinè ægrotatio, ab ἀῤῥωστέω, ægroto. Arrhostos, ἄῤῥωστος, ægrotus. Cic. 4. Tus. Deinde arrogationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα, his q; item oppositæ contrariæ offensiones.

Arrũgia, cuniculus subterraneus, ex quo effoditur aurum, μυσωρυχία. Vide Plin lib. 33. cap. 4.

Ars, f. t. τέχνη, multipliciter dicitur. Nam quædã est ars quæ in specularione tantùm consistit, ut Astrologia, & hæc Theorice, id est speculatiua dicitur, nullum exigens actum, sed ipso, rei cuius studium habet, intellectu contenta. Quædam in agendo, quę actu perficitur, & Practice, id est actiua dicitur, ut saltatio. Quędam in effectu, quæ operis, quod oculis subiicitur, consummationem finem accipit, qualis est pictura, & sic diffinitur: Ars est recta ratio rerum faciendarum. Dicta ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est, à uirtute, quam Græci uniuscuiusq; scientiam uocant. Est etiam ars, quæ constat ex præceptorũ collectione, ab Arcto, as, quòd arctis præceptis, id est, angustis & breuibus concludatur, ut est Ars Seruij, ars Donati, ars Prisciani. Ars etiam astutia, siue sit in uirtute, siue in uitio dicitur, qua quis non facilè falli, sed magis alios fallere potest, quæ Græcè quoq; dicitur τέχνη. Verg. 2. Aen. Dolis instructus & arte Pelasga.

Ars, est similium comprehensionum congeries, quæ ad finẽ quendam uitæ cõmodum referri possunt. Vel sic, Ars est cõprehensionum similium adiectio, quæ ad finem unum referuntur. Galenus de Definit.

Ars, earum rerum est, quæ sciuntur. Cic. 2. de Orat.

Ars medica, ab Hippocr. in lib. de Arte, sic definitur, medicinam hoc nomine appellante, ut sit, quæ à morbis & ægritudinibus liberet affectos, & laborantes grauiter, & uehementiores morborum impetus sedat, & ne malefactis admoliamur, monet scientes, hæc omnia medicinam præstare posse. Sunt & alij non pauci, qui sic definierunt: Medicina est ars non minus sanitati iuuandæ, atq; morbis sanandis accommoda. Gal. de Defin.

Ab ars, fiunt composita Iners, Solers, Artifex. Huius nominis diminutiuum est Articula, τεχνίον, τεχνίδιον.

Artifex, om. t. qui artem aliquã exercet, aut nouit, dictus quòd arte quippiam faciat, δημιουργὸς, τεχνίτης. Cicero 4. Acad. Quam si subtraxeris, quî distingues artificem ab insciò? Quintil. lib. 2. cap. 14. Artifex est, qui percipit artem. Festus, Artifices dicti, quòd scientiam suam per artus exercent, siue quòd aptè opera inter se arctent, qua ex causa etiam artes appellatę sunt.

Artificium, n. s. ars & scientia, τέχνη. Cæsar 7. belli Gall. Neque acie uicisse Romanos, sed artificio quodam, & scientia oppugnationis. Cicero pro Cluent. Nisi fortè hæc causa est, quòd Medici nihil præter artificium, Oratores etiam authoritatem præstare debent. Artificium pro fraude, dolo. Cicero ad Atticum, Quorum artificijs effectum est, ut Respublica in hunc statum peruenirent. Idem 4. Ver. Audit hæc etiam Verres, & primo illo suo leuiore artificio Heraclitum aggredi conatur.

Artificiosus, a, um, plenus artificio, ἔντεχνος. Cicero 2. de Finibus, Epicurus autem, ut opinor, necnon uult, si possit, planè & apertè loqui, nec de re obscura, ut physici: aut artificiosa, ut mathematici, &c. Sic artificiosa eloquentia, apud eundem, de Inuentione. Dicitur & artificiosus, qui aliquid arte facit. Cicero 2. de Natura deorum. Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum.

Artificiosè, aduerbium, τεχνικῶς. Cicero 1. de Oratore, Nulli fuerunt, qui illa artificiosè gesta, generatim conponerent.

Artificialis, le, quod arte factum est, τεχνικὸς. Huius compositum, & antithetõ est Inartificialis, qui arte caret, ἄτεχνος. Quintilianus lib. 5. cap. 5. Alijs probationibus æquè inartificialibus soluitur.

Artificialiter, aduerb. artificiosè, τεχνικῶς, cui opponitur Inartificialiter, ἀτέχνως, hoc èst, sine arte. Idem lib. 2. cap. 18. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

Artitus, pen. prod. dicitur bonis artibus instructus. Fest.

Arsacus, ramus cancri.

Arsela, argemones species secunda.

Arsemanthon, glichon uel pulegium, apud Dioscoridem libro 3. cap. 34.

Arsenicum, ἀρσενικὸν, genus est coloris lutei, quod à Plinio Auripigmentum uocatur, eò quòd in picturis, auri colorem referat. Duo eius sunt genera, natiuum, & factitium. Natiuum rursus est duplex: alterum crustosum & in squamas scistile, aureo colore micans, nulliq; materiæ permistũ. Hoc à nonnullis uocatur foliatũ. Huius generis magnam uim Caius princeps auri auidissimus, excoqui iussit, & fecit planè aurum excellens, sed tam exiguum, ut detrimentũ sentirer. Alterum genus glãdis effigie, pallidius, & colore sandarachæ referens. Hoc ignobilius est, nullumq; ex eo excoquitur aurum. Sepe in eadem inuenitur gleba cum sandaracha: à qua solo colore differt, & coctione, uim alioqui eandem habens. Ex hac specie fit Arsenicum factitium, quod quo pacto fiat, uide apud Dioscor. lib. 5.

Arsẽnocœtãs, ἀρσενοκοίτας, Græci uocant pueros cõcubinos, catamitos.

Arsenogõnon, ἀρσενόγωνον, herba ferens semen testibus simile, ita dicta, quòd uino, in quo macerata est, epoto, mares generari credantur, quemadmodũ Thelygono fœminæ. Author Plin. lib. 26. cap. ult.

Arsis, f. t. ἄρσις, Latinè uocis eleuatio, sicut & θέσις, positio uocis: ut, Arma: ar, eleuatio est: ma, positio. in his duob. per diuisionem pedes legitimi colliguntur.

Arse uerse, auerte ignẽ significat. Tuscarũ enim lingua Arse, auerte: Verse ignẽ cõstat appellari. Vnde Afranius ait, Inscribat aliquis in ostio arse uerse. Festus.

Arraba,

Artaba, æ, f, p, siue Artabe, es, ἀρτάβη, mensura est frumentaria apud Persas, capiens Atticum medimnum, & chœnicas tres. Author Herod. lib. 1.

Artemesion, dictamnum, Dioscor. lib. 3. cap. 35.

Arthemisia, f p. herba insignis, absinthii modo fruticosa, maioribus foliis, pinguioribusq; cuius duo sunt genera, alterum latioribus foliis, alterũ minoribus & tenerioribus, non nisi in locis maritimis nascens. Nomen accepisse putatur ab Artemisia regina, quum antea Parthenis diceretur. Alij ab Artemide cognominatam putant, quoniam priuatim medicatur fœminarum malis. Vide Plinium libro 25. capite septimo.

Artemon, onis, m. t ἀρτέμων, quid sit inter eruditos non satis conuenit. Bayfius credit esse uelum maximum in naui, eo argumento fretus, quòd etiam hodie Veneti maximum nauis uelum hoc nomine uocant. Alciatus uerò credit esse uelum additum, quod scilicet maiori uelo additur & assuitur dirigendæ nauis causa. Nam Græci ἀρτάω dicunt assuere uel appendere, ἄρτημα appendicem. Alii uerò uolunt esse nauis antennam, ex qua uelum suspenditur. Vitruuius libro 10. docet Artemonem esse, quam nostri Trochleam, Græci ἐπάγουλα uocant. Hac autem in nauibus funes ductarij trahuntur, & armamentaria explicantur, ut meritò additamentum magis, quàm pars nauis esse uideatur. Ait idem scriptor, machinas id genus tractorias ad onerandas naues esse accommodatas, fieriq; his trochleis nauium subductiones.

Arteria, f p. ἀρτηρία. Latinè significat uenam uitalem, seu semitam, in qua est uitalis spiritus. Plinius lib. 11 cap. 37. Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semitæ. Gellius libro 3. cap. 10. & lib. 17. cap. 11. & lib. 18. cap. 10. Arteria est, inquit, conceptaculum spiritus naturalis misti confusiq; cum sanguine, in quo plus spiritus est, & minus sanguinis, quæ motu, atq; pulsu habitum & modum febrium demonstrat. Antiqui arterias uocant pulsus. Super arterias locantur uenæ, præterquam in dorso, in quo magna arteria est posita super uenam. Læduntur arteriæ, si antequam uox bene permulsa est, acri clamore compleantur. Ergo interuallis longioribus uti conuenit, recreatur enim spiritu uox, & arteriæ reticendo acquiescunt. Ponitur quandoq; uena pro arteria. Persius, Tange miser uenas, & pone in pectore dextram, Nil calet hic. Neque enim uenas ægrotorum, sed arterias pertentamus. Celsus libro 3. Si protinus uenæ conciderint, & sæpius eodem die, si inter plures accessiones uis perinde corporis deest. Dicta est autem arteria ab eo quod aër, hoc est, spiritus in ea feruetur, quasi τὸν ἀέρα τηρεῖσα. Aspera arteria, τραχεῖα ἀρτηρία, Est fistula exterior colli, ab ore protensa ad pulmonem, per quam spiritus attrahitur, & emittitur.

Arteſis, dicitur artuum morbus. Prudent. Nodosa quos podagra distorquet. & artesis.

Artemicus, qui illo morbo laborat.

Arthritis, idis, ἀρθρίτις, morbus articularis. ita dictus, quòd τὰ ἄρθρα, hoc est articulos & iuncturas infestet.

Arthriticus, ἀρθρικὸς, ἢ ἀρθριτικὸς, qui laborat arthritide, hoc est morbo articulari. ἄρθρον enim, apud Græcos membrum significat. Cic. ad Petum, Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere.

Arto, as. uide suprà Arcto.

Artocopus, pen. corr. ἀρτοκόπος, pistor, seu factor panis, quanquam & pro dispensatore accipitur, cui panis distribuendi officium incumbit. Iuuenalis Satyr. 5. Salua sit artocopi reuerentia.

Artocreas, atis, ἀρτόκρεας, neut. gen. sicut simplex κρέας, atos, cibi genus est ex pane & carne minutim concisa confectum. Quod quopacto fieri consueuerit, uide in eo libello, qui Apicij nomine circumfertur. Sunt qui inflectant per primam inflectionem: an rectè ipsi uiderint: certè apud Apicium legitur nominatiuus Artocreas. Ita etiam uidetur exigere ratio analogiæ, quam habet cum simplici. Neque obstat Persij authoritas Satyra 6. oleum artocreasque popello Largior: an prohibes? Nam doctorum omnium iudicio, artocreas ibi est accusatiuus singularis, neutri generis.

Artŏlăgănus, ni, masc. gen. secundæ declin. penult. corr. ἀρτολάγανος, panis genus delicatissimi, quod cum pusillo uino, lacte, oleo, & pipere coquebatur, ut placet Rullio libro 2. capite 14. Plinius libro 18. cap. 11. Panis ipsius uaria genera persequi superuacuum uidetur: aliàs ab obsoniis appellati, ut ostrearii: aliàs à deliciis, ut artolagani. Cicero Pæto. lib. 9. Epist. Dedisce dæ sunt tibi sportellæ, & artolagani tui.

Artopta, f, p. ἀρτόπτης. A quibusdam dicitur mulier, quæ coquit panem in clibano uel in furno: ὀπτάω coquo. Erat enim id officium mulierum: neq; ante bellum Persicum (teste Plin. lib. 18. cap. 11.) Romani, pistores suos habuerunt. Plaut. in Aulul. Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto. At Pollux dicit esse instrumentum artocopi, in quo panes torrebantur. Alii accipiunt pro uase in quo farina subigitur.

Artoptitius panis, m. f. Qui ex fermento duriore conficitur, torreturq; in artopta. Plin. lib. 18. cap. 9. Siliginea farinæ modius Gallicæ, uiginti duas libras panis reddit: Italicę duab. tribusue amplius artoptitio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras. Vide Ruellium lib. 2. cap. 14.

Artrare, uide Aratro, as.

Artredines uocãtur, quæ ex apib. sunt minores, harũ meminit Arist. qui inter crabrones collocat, etiamsi in ueteribus exemplaribus teuthedron corruptè legatur, pro artredon.

Artus, artuum, artubus, m. q pluralis rantùm numeri. ἄρθρα μόνα. Propriè dicũtur nodi in corpore animalis, ex duorum ossium coeuntibus extremitatib. resultantes: ita dicti ab arctandis, hoc est continendis & colligandis ossibus. Vergilius libro 5. Et magni membrorum artus. Quidam sic distinguunt Artus à membris, quòd Artus ossa cum neruis & uenis: Membra autem propriè uocemus carnem artus tegẽtem. Vnde Membrana, superior membri pars, hoc est pellis. Sed hæc sæpenumero confundunrur. Apud Plautum in Menæch. Artua dicuntur, à nominatiuo Artu, Ita mihi imperas, ut ego huius membra, atq; ossa, atq; artua Comminuam illo scipione, quem ipse habet.

Artuo, tuas. a. p. ab Artus fit, διαρθρόω. à quo Deartuo, quod est per artus diuido. Maternus libro quinto, Vt sic artuatis uiscerum partibus, membra omnia crudelis artificii præsidi proferantur.

Articulus, diminutiuum ab Artus, & ponitur pro iunctura siue nodo uel parte membri, ἄρθρον. Plin Articulis membra distinxit. Sed in uite dicuntur articuli, nodi ex quibus gemma erumpit. Cicero in Catone: Itaq; ineunte Vere, in iis quę relicta sunt, existit tanquã ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur Articuli etiam in montibus dicuntur. Plinius in calce operis: Etenim contingit recurrẽtis Italiæ positio in partem utilissimam, & inter ortus occasusque mediam, aquarum copia, memorum salubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli ubertate. Vbi montium articulos uidetur accepisse pro colliculis, & cliuis molliter surgẽtib. qui editioribus montibus, ueluti corpori membra, sunt annexi. Sic articulos fidei, tanquam membra religionis nostræ dixerunt. Interdum ponitur pro digito, ut apud Ouidium lib. 2. de Ponto: At reditus iam quisq; suos amat, & sibi quid sit Vtile sollicitis computat articulis. Interdum pro momento, καιρὸς & tempestiua rerum faciẽdarum hora, siue puncto, ἀκμὴ: seu alicuius rei aut temporis particula. Ter. in Adel. Vide ut in ipso articulo (ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ) oppressit eam. Item articulus membrum est periodi, quod etiam à Græcis κῶλον appellatur, de quo Author ad Herennium libr. 4. Articulus habetur, quum singula uerba interuallis distinguuntur cæsa oratione. Similiter Articulus, ἄρθρον à Grammaticis dicitur particula, quæ in declinandis nominibus, discernendi generis causa præponitur: cuiusmodi sunt apud Latinos Hic, hæc, hoc: apud Græcos ὁ, ἡ, τό. Quanquam est & aliud genus articulorum apud Græcos, quos illi subiunctiuos uocant, eundem usum præstantes. quem relatiua apud Latinos.

Articulus etiam est, cum singula uerba interuallis distinguuntur, cæsa oratione, hoc modo. Acrimonia, uoce, uultu, aduersarios perterruisti. Item, Rem, famam, parentes, amicos, deum amisisti. Facit ad acrimoniam orationis, nam crebris ueluti uulneribus animum ferit. Poëtæ Asyndeton uocant. Vide Fabium.

Articularis, & hoc re, om. t. Quod ad articulos pertinet, ἀρθρικὸς. ut, Articularis morbus, ἀρθρῖτις, ita dictus, quòd per omnes artus uagetur. Hoc morbo Ennius laborasse fertur. Serenus: Si uerò articulos tabes inimica per omnes,

Hæserit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hæserit ex ficu betas cum melle iugabis, Vel pelagi latices, simul & Baccheia dona Sumere curabis, nimio sed parcito uino. Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua, Hoc uitio tales fertur meruisse dolores.

Articularius, a, um, Plin. lib. 21. cap. 20. Articularios morbos sedat, canisq; morsus. Idem lib. 20. cap. 9. Podagræ autem, morbisq; articularijs illini cum rutæ, coriandri, & salis mica, hordei farina.

Articularius, rii, subst. qui articulari morbo laborat. ἀρθρικὸς. Plaut. Merc. Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes.

Articulatim, significat per articulos, ἐνάρθρως. Plaut. in Epid. Hem istic homo te articulatim concidit senex.

Articulatè, Idem, Inde dicimus articulatè pronuntiare, id est, distinctè, & quibusdam ueluti articulis. Interdum ponitur pro clarè, apertè. Cic. Att. Valebis igitur, & puellæ salutem articulatè dices.

Articulatio, onis, Plin. lib. 16. cap. 25. Clareq; & tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio.

Articulo, a. p. ἀναρθρόω, significat iungo, & quasi articulum, id est, nodum nodo appono. Augustinus lib. 3. de Ciuitate Dei, Neque ea sola membra mouemus ad nutum, quę compactis articulata sunt ossibus, sicut pedes & manus ac digitos.

Articulosus, qui plenus est articulis, ἀρθρώδης. Plin. l. 24. cap. 16. Alij radice longa, ueluti signata, articulataq; monstrauere, tribus omnino calculis. Quintilianus lib. 4. cap. 5. Euitanda utique maximè concisa nimium, & uelut articulosa partitio.

Aruica, genus frumenti.

Aruina, pen. prod. f. t. durũ pingue inter cutem, ut author est Seru. λίπος, τὸ. Verg. lib. 7. Pars læuis clypeos, & lucida spicula tergent Aruina pingui.

Aruncus, m. f. Villus est à caprarum mento dependens, πώγων. Plin. lib. 8. cap. 50. Dependet omnium mento uillus, quem aruncum uocant.

Aruncus, a, um, Ver. 7. Aen. Atq; epidem meminit (fama est obscurior annis) Aruncos ita ferre senes,

Arundo, f. t. aquaticus frutex, κάλαμος. Liuius 7. belli Pun. Erant autem pleraque ex cratibus, aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta. Et quoniam ex arundinibus fiebant sagittæ, quandoq; Arundo ponitur pro sagitta. Verg. lib. 7. Aenеid. actaq; multo Perq; uterum sonitu, perq; ilia uenit arundo.

Arundineus. nea, neum. quod est ex arundine, καλάμινος. Plinius lib. 10. cap. 29. Addita in transuersas labias, fronde arundinea.

Arundinaceus, a, um, similis arundini, καλαμώδης. ut folium arundinaceum. Plinius lib. 18. cap. 7. Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti.

Arundinetum, n. s. pen. prod. locus arundinibus abundans, καλαμὼν. Sicut Salictum & Oliuetum dicimus, pro locis in quibus magna est copia salicum, & oliuarum. Plin. lib. 10. cap. 32. Minores halcyones in arundinetis canunt.

Arundinosus, sa, sum, adiectiuum, abundans arundinibus καλαμώδης. Catullus. Quæq; Ancona, Cnidumq; arundinosum Colis.

Arundifer, adiect. ferens arundines. Ouid. 5. Fast. Tybris arundiferum medio caput extulit alueo.

Aruspex, uide infra, in dictione Haruspex. οἰωνοσκόπος.

Aruum, ui, n. s. ab arando dictum. Ager aratus, necdum satus, qui tamen sementi datur, ἄρουρα. Varr. 1. de Re rust. cap. 29. Aruum, quod aratum, nec satum est. Sall. Quia Numidæ pabulo pecoris magis, quàm aruo student. Pro eodem etiam dicitur Ager aruus. Plaut. Truc. Non aruus hic, qui arari soleat, Sed pascuus est ager.

Aruales fratres, dicti sacerdotes, quos Romulus primus instituit: seq; inter illos duodecim, fratrem appellauit, ut arua fruges ferrent. Quorum insigne erat, infula alba, & corona spicea.

Arx, f. t. ab arceo, quia arcet, id est, prohibet hostes accedere, ἀκρόπολις, ἄκρα. Est enim locus urbis in monte situs natura munitus. Inde etiam summitates montium, & cuiuscunq; altitudinis, ex quibus facilè possunt depelli hostes, Arces dicuntur. Vel, ut Solinus inquit, ab arcadibus dicta est arx, qui munitissimos quosq; colles sub Euandro tenuerunt. Vergil. 2. Aeneid. Quo res summa loco Panteu? quam prendimus arcem? Cic. Parad. Hoc opus in apertũ ut proferas, nihil postulo, nõ enim est tale, ut in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidiæ, sed tantùm ut ex eadem officina exisse appareat.

A S

A S. In notis antiquorum T T. à supra tecto A S L F. à sua lege fecit. A S. à suis.

As, asis, libra à Græcis Mna. Mina à nostris, interpositione i literæ, quæ ex nonaginta sex drachmis conficitur, siue duodecim unciis, ἀσσάριον. Uncia uerò ab uno dicitur ὄγκια. Sextãs unciæ duæ, quasi sexta pars assis, ἑξημόριον. Quadrans, unciæ tres, quarta pars assis, qui & Triuncium dicitur. τετραημόριον. Triens, quatuor unciæ, tertia pars assis. τριημόριον Quincunx, unciæ quinque, Semis, unciæ sex, dimidium assis, siue selibra, id est media pars libræ, quasi semi assis. ἡμιπλήριον. Septunx, unciæ septem. Bes, unciæ octo, dempto triente ab asse quasi Des, δημοιρία. Dodrans, uncię nouem, ab asse dempto quadrante. quem & Nouuncium dicimus. τριμοιρία. Dextans, unciæ decem, dictus quòd assi desit sextans, hoc est, unciæ duæ. Deunx, uncię undecim, quasi unica dempta ex asse uncia. Aeris autem minima pars, Sextula dicitur, quòd sit sexta pars uncię. Semuncia, dimidia pars unciæ. Sicilicum, semunciæ dimidium, ita dictum, quòd semunciam secet. Sicilire enim antiqui dicebant, quod nos dividere, unde etiam Siciliæ nomen manst. Et sciendũ quod ueteres uolentes aliquid diuidere in partes æquales, ut hęreditatem, & quiduis simile, id Assem appellauerunt, & partes uncias. Vnde illud Plinij de luna lib. 2. cap. 14. Haud dubiũ est lucere dodranteis semuncias horarũ ab secũda adiicientẽ usq; ad plenum orbem. Vnde etiam habemus, Ex asse hęredẽ fecit, ἐξ ὅλης κλήρου, id est, totius hæreditatis. Suet. in Cæs. Nouissimo testamento tres instituit hęredes sororum nepotes. Octauium ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante. Interdum etiam As dicitur numus æreus libralis, quòd esset unius libræ, ita dictus ab ære. Horat. Quem si diminuas, ullẽ redigatur ad assem. Valebat autem as, inquit Budæus, quaternos denariolos nostros, paulò pluris. Inde dupondius, ex duabus libris. Et Sestertius, duarũ librarum & semissis. Interdũ Triens Quadrans, Quincunx, & similes partes assis apud Poëtas accipiuntur pro calicibus, aut mensura poculorũ. Proper. Quũ fuerit multis exacta trientibus hora. Mart. Te conuiua leget mixto quincunce. Componitur ac t as. cum eo quod est Tres, & fit Tressis. Perf. Hic Dama est, non tressis Agaso. Ex octo & As, fit Octussis. Horat. Quanti empta? Parui. Quanti ergo? Octussibus Et sic per omnes numeros usq; ad centũ, ut Centussis. Perf. Et centum Græcos curto centusse licetur.

Asarius, rii, m. s. ἀσσάριον, numus siue genus ponderis, Iosephi. Quatuor drach. uenderetur assarius.

Asarum, n. s. pen. cor. ἄσαρον, teste Plin. lib. 12. cap. 13. herba est folia habens similia hęderæ, rotundioribus tamen & mollioribus, flore purpureo, radice Gallici nardi, semen acinosum, saporis calidi, & uinosi. Hęc herba etiã hodie, si Ruellio credimus, Gallorũ lingua Asarum appellatur, Baccara, & cabara. Id certũ est uel Dioscoridis testimonio eandẽ herbam esse cum ea, quæ alio nomine Baccar dicitur.

Asarotum, pen. prod. n. s. ἀσάρωτον, pauimentum picturæ arte elaboratũ, à Græcis inuentũ, sic dictũ, quòd uerri non debeat. Nam deducitur ab ἀ priuatiua particula, & σαίρω, uerro, scopo. Scopæ quoq; à Græcis σάροι dicuntur. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quæ ἀνάκλιτα uocantur, è pauimento eueni, dum subtegulanea pauimenta in usu erant. Postea asarotis inuentis, cessauit usus scoparum, manibusq; colligi purgamenta cœperunt, pauimenta uerò spongijs mũdari. Xenodorus primus clarum in faciendis asaroris, quæ miro artificio paruulis testulis in uarios colores tinctis, & imagines pictis strauit. Nam Pergami in asaroto columbam effecit bibentem, quæ aquam capitis umbra offuscabat, alia sibi escam eripiente. Papinius libro Syluarum, uarias ubi picta per arcis Gaudet humus, superantque nouis asarota figuris. De hoc uide plura apud Plinium libro 36. capite 25.

Asbestinum, n. s. ἀσβεστινὸν, genus est lini, quod ignibus non absumitur. Viuum id uocant, ardentesque in focis conuiuiorum ex eo uidimus mappas, sordibus exustis splendentes igni magis, quàm possent aquis. Vocatur autem à Græcis Asbestinum ex argumento naturæ. Hæc Plinius libro 19. cap. 1.

Asbe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Asbestus, ἄσβεστος, Latinè inextinguibilis, & nomen est, ferrei coloris, in montibus Arcadiæ nascentis, qui quum ignem non habeat proprium, tamen sic ardet, ut non possit extingui. De hoc Plin. lib. 37. cap. 10.

Asbitæ, uide Hasbitæ.

Asbolus, numeratur ab Ouidio libro 3. Metamorph. inter canes Actæonis. Nomen est fictitium, dictum à colore pilorum fuliginem referente, ἄσβολος enim apud nos fuliginem sonat.

Ascalabotes, æ, m. p. ἀσκαλαβώτης, animal uenenatum, ex genere stellionum, lentigine plenum, acerbi stridoris, diuersum ab eo quod Itali sua lingua Tarantulum uocant. Vide Plinium libro 29. cap. 4. Dictus autem putatur Ascalobotes, παρὰ τὸ ἀσκαλῶς, τὸ ὑσυχῶς, καὶ τὸ βῶ, καὶ πλινθασμῷ τῷ σ.

Ascalonium, ἀσκαλόνιον, πρόμυνον, Cæpæ genus, quod in Ascalone plurimùm nascatur, Plin. lib. 19. cap. 6.

Ascarides, ἀσκαρίδες, uermes sunt exigui ex genere lumbri, corum, de quibus Galenus lib. ult. Methodices.

Ascendo, dis, n. t. ex Ad & Scando, ἀναβαίνω, Terent. in Adelphis, Nauem ascendit. Ascendere in concionem, hoc est, in eum locum unde oratio solet haberi ad populum. Cicero ad Atticum. Tum subitò ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit.

Ascensio, & Ascensus, pro ascendendi actu, ἀνάβασις. Cic. pro Domo sua, Homines audaces ab eius templi aditu atq; ascensu prohibuisti.

Ascetería, ἀσκητήρια, n. s. uocantur monasteria in Codice Iustiniani, à uerbo ἀσκῶ, quod est mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum.

Ascia, æ, f. p. fabri lignarii instrumentum est, quò fabricæ materiæ dolantur, ἀξίνη. Plinius libro 16. cap. 40. Mollissima tilia, eadem uidetur & calidissima, argumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat. Huius diminutiuum est Asciola.

Ascio, as, n. p. Ascia cædo, πελεκύω. Vitruuius libro 7. cap. 2. Sumatur ascia, & quemadmodum materia dolatur, sic & calx in lacu macerata ascietur. Sic Exascio, as, unde Exasciatum opus dicitur, à Plauto pro polito, perfectoque. λελεπτυσμένος.

Asciscо, scis, asciui, ascitum, uel etiam, ut quibusdam placet, Ascio, is, significat aduoco, aliunde sumo, accerso, expeto, ascribo, adiungo, ἐπάγομαι, προσάγομαι, εἰσάγομαι, προσκαλοῦμαι. Accusatiuum post datiuum semper fermè postulat. Quintil. lib. 8. Quo in genere idem præcipuè custodiendum, ne id quod similitudinis gratia nobis asciuimus, aut obscurum sit, aut ignotum. Cicero pro Domo sua, Istam sapientiam mihi non ascisco. Lactant. lib. 4. Et illos qui temerè sapientium sibi nomen asciuerunt, erroris stultitiæque damnarunt. Cic. pro Archia, Quod si mihi à uobis tribui, concediq; sentiam, perficiam profectò, ut Aulum Licinium non modò non segregandum, quum sit ciuis, à numero ciuium, uerumetiam si non esset, putetis asciscendum fuisse, id est, donandum ciuitate. Huic contrarium est Desciscо, ἀφίσταμαι, quod cum ablatiuo semper construitur cum A, uel Ab, & ultra ablatiuum aliquando habet accusatiuũ mediante Ad, & ut Valla scribit lib. 5. cap. 89. significat se ab imperio ductuq; alterius subtrahere, ut milites à duce, populi à domino, discipuli à magistro, ad alterius scilicet uel imperium, uel scientiam se conferentes. Liuius lib. 2. Præneste à Latinis ad Romanos desciuit. Gellius, Posuit eam rem Cæcilium non inconsideratè dixisse, neque temerè à Menandro, atque à multorum opinionibus desciuisse. Lactantius libro quarto, Desciuerunt à te, & abiecerunt legem tuam.

Ascitēs, ἀσκίτης, hydropis, hoc est, aquæ subter cutem fusæ, species est, in qua plus sese humoris promit, spiritus autem minus. Cui opponitur Tympanites, in quo plus spiritus est, quàm aquæ. Vide Celsum libro tertio, capite 21.

Asclepías, adis, ἀσκληπιὰς, herba est, ramos oblongos, & hæderæ folia habens, & radices numerosas: ita dicta ab Asclepio inuentore. De hac Dioscorides lib. 3. & Plinius libro 26. cap. 5.

Ascōpēra, f. p. ἀσκοπήρα, Sacculus pelliceus, marsupium, dictum ab ἀσκὸς & πήρα. Sueton. in Nerone, Alterius collo deligata. Ex quo datur intelligi, cullei symbolum fuisse deligatum Neronianæ statuæ: quoniam matricida fuit.

Ascræus, a, um, adiectiuum, ἀσκραῖος. Vergilius 2. Georgic. Ascræumq; cano Romana per oppida carmen. Et Ouidius 6. Fastorum. Ascreę oues.

Ascríbo, psi, ptum, a. t. ex Ad & Scribo, Significat subscribo, hoc est, ad scriptum aliquod, nomen uel sententiam me am subiungo, προσγράφω, προσάπτω. Cicero de Legibus 1. Ascribito me fratris sententiæ. & de Opt. genere orat. Qui Thucydidem laudauit, ascriber suæ nostram sententiam. Idem Attico, Nam quòd me non esse ascriptum uides, id est nomen meum. Sic ad Quintum fratrem. In qua primum erat, quòd antiquior in tuis fuisset ascripta literis, quàm in Cæsaris. Idem ad Atticum, Igitur tu quoq; salutem utriq; ascribito Significat quoq; ascisco. Cicero pro Archia, Venit Heracleam, quæ quum esset ciuitas antiquissimo iure ac fœdere, ascribi se in eam ciuitatem uoluit, id est, ciuis fieri uoluit, & aliis natis ciuibus adiungi. Dicimus autem ascribere ciuitati, in ciuitatem, uel in ciuitate. Item Ascribere, est attribuere, adiungere, uel assignare. Cicero, Quòd uulgò hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus. Vbi cum datiuo poni uides. Cum præpositione uerò In uel Ad. Idem Offic. lib. 3. Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit ut se in amicitiam tertium ascriberent. Et ad Quintum fratrem, Hunc ad tuum numerum libenter ascribito. Et in malam partem, pro imputare, προσίθημι, ἀναπίθημι. Cicero, Neq; mihi negligentiam uelim ascribas, Ab Ascribo Ascripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut cæteris colonis adderentur. Item Ascripti milites, qui supplendis legionibus ascribebantur: quos etiam Accensos dicebant, quòd ad legionum censum essent ascripti. Et uelatos, quia uestiti inermes sequebantur exercitum. Et Ferentarios, quia fundis præliaturi, ea modò ferrent, quę in hostes iacerẽt. Et Rorarios, quòd id hominum genus antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicarent.

Ascriptitius, Allectus, qui ad aliquam rem ascriptus est. παρεγγραπτος, προσγεγραμμένος. ut qui uulgò in collegiis magistratuum Extraordinarii uocantur. Et Dii ascriptii, qui diis maiorum gentium opponuntur: de quibus Budæus in Pandectis. Item ciues ascriptitii, quòd natis ciuibus adiuncti, se iam in alterius imperium dediderunt.

Ascriptor, oris, m. t. Qui rei alicui nomen suum ascribit, alterius ue acta approbat, προσγραφεὺς. Cicero pro Domo sua, Denique ille nouitius Ligur uænalis ascriptor, & subscriptor tuus, quum M. Papirii sui fratris esset, testamento & iudicio improbatus, mortem eius se uelle persequi dixit. Idem ad Quir. post. red. Itaq; is fuit non modò salutis defensor, uerumetiam ascriptor dignitatis meæ.

Ascriptiuus, Idem, quod Ascriptitius, apud Plautum in Mœnæch. Idem istuc aliis ascriptiuis ad legionem solet.

Ascyron, ἄσκυρον, Herba est hyperico similis, comas habens quæ manibus tritæ, succo sanguineo manãt: unde & Androsæmon appellatur. Vide Plinium libro 26. capite quarto.

Asilus, m. s. pen. prod. ὄιστρος. Muscæ genus, gregibus maximè infestum: unde etiam à Græcis Oestros appellatur. Hoc infecto Iuno pellicem Io mutatã in iuuencam adegit ad insaniam. De hoc Vergilius tertio Georgicorum.

Est lucos Silari circa, ilicibus q; uirentem
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen Asilo
Romanum est, œstrum Graii uertêre uocantes.
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta. Nascitur è latiusculis quibusdam bestiolis, quæ in fluuiis supernatant. Vnde circa aquas magna asilorum copia, ubi id genus bestiolarum est.

Asina, Asella, uide Asinus.

Asínus, m. s. ὄνος, ὁ. Animal notum, cuius fœmininum est Asina, ὄνος, ἡ. Varro de re rust. lib. 2. cap 8. Ex equo enim & asino fit mulus: contrà ex equo & asina hinnus. Asini in Achaia optimi sunt Arcadici, in Italia Reatini: ut tradit Plinius lib. 8. cap. 43.

Asellus, m. s. diminutiuum ab asinus, ὀνάριον. Martialis lib. 6. Hunc uerò acuto capite, & aurib. longis, Quæ sic mouẽtur, ut solent, asellorum. Asellus etiam est nomen piscis, sic dicti, quòd sit colore cineritio, sicut asinus, quem uulgò Merlusium uocamus. De quo uide Plinium lib. 9. cap. 17. Est & nomen duarum stellarum in signo Cancri. Plin. libr. 18. cap. 35. Sunt in signo Cancri duæ stellæ paruæ Asselli appellatæ.

Asella,

Aſilla, f. p. diminutiuum ab Aſina. ὀνίσκη, ſicut Aſellus, ab Aſinus. Ouidius 3. de Arte, Vt rudit à ſcabra turpi aſella mola.

Aſinarius, adiectiuum, Quod ad Aſinos pertinet. ὀνικός. ut Mola aſinaria, quam circumagit aſinus. Et Aſinaria Plauti comœdia, ita dicta, quod de Aſinorum uenditione tractet.

Aſinarius, rii, m. ſ. Qui aſinos paſcit uel cuſtodit, ὀνηλάτης. Cato de Re ruſtica, cap. 10. Operarios quinque, bubulcos tres, ſubulcum unum, aſinarium unum. Suet. in Auguſto, Apud Actium deſcẽdenti in aciem, aſellus cum aſinario occurrit.

Aſininus, a, um, adiectiuum, Quod eſt aſini. ὄνειος. ut Pullus Aſininus, Varro 2. de Re ruſt. cap. 8. Lac aſininum. Plinius libro 28. cap. 10. Aſinino lacte poto uenena reſtinguuntur.

Aſio, onis, ὠτὶς, Auis eſt ex genere nocturnarum, minor bubone, plumas erectas habẽs auricum modo. Plinius libro 10. cap. 23. Otis bubone minor eſt, noctua maior, auribus plumeis eminentibus: unde & nomen illi: quidam Latinè Aſionem uocant.

Aſomatos, ἀσώματος, Id eſt ſine corpore, & impalbabilis. Cicero 1. de Natur. deor. Quòd uerò ſine corpore ullo Deum uult eſſe, ut Græci dicunt, ἀσώματον, id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt. Sic conuersò Origenes σωματικὸν appellat id, quod ſolidum, & palpabile eſt.

Aſmatographi, ἀσματόγραφοι. Dicti ſũt Poëtæ, qui ad barbiton, citharam, aliud ue muſicum inſtrumentum cantica conſcribebant: huiuſmodi fuere Automedes, Demodocus, & Lares Corcyræi, & Ithacenſis Phemius: ut poſt Demetriũ Phalereum refert Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 4.

Aſonch, Aegyptiacè plantago.

Aſotia, a f. p. ἀσωτία, Popinatio, incontinentia, luxus, Gellius, Cedere equidem uobis debui, ut in tali aſotia, id eſt luxu, prodigalitate, atque nequitia artium nos uinceretis. ex ἀ κὴ σάω ſoluo.

Aſotus, m. ſ. pen. prod. ἄσωτος, Laſciuus, prodigus, popino, helluo. Cic. 2. de Nat. deor. Poſſe aſotos ex Ariſtippi, acerbos ex Zenonis ſchola exire. Inde aduerbium Aſotos, ἀσώτως. Idem ſignificans quod incontinenter & nequiter. Martialis Viuis aſotos, id eſt laſciuè, incontinenter.

Aſpalathus, f. f. ἀσπάλαθος, Spina eſt candida, teſte Plin. lib. 12. cap. 19. magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cuius radix unguentis expetitur. Putatur idem eſſe cum eo, q̃ hodie officinæ Lignũ Rhodiũ appellant. Vide Ruell. lib. 1. cap. 58.

Aſphaltion, ἀσφάλτιον, Species eſt trifolii, apud Dioſcoridem lib. 3.

Aſpărăgŭs, gi, m. ſ. pen. corr. ἀσπάραγος, Herba eſt fœniculi folio, baccisq̃ quum maturuerint, rubris: etiam hodie tam in ſeplaſiorum officinis, quàm uſu uulgi, indubitata ueteris nomenclaturæ ueſtigia retinens. Duo eius ſunt genera: alterum ſatiuum, ſiue altile, quod propriam ſibi aſparagi appellationem uendicauit. Alterum ſylueſtre, quod peculiari uocabulo Corrudam uocauerunt. Plin. lib. 19. cap. 4. Syluestres fecerat natura corrudas, ut quiſq̃ demeteret paſſim: ecce altiles ſpectantur aſparagi.

Aſpello, is, Amoueo, abigo, arceo, ἀποκινέω. Cic. 3. Tuſc. Sed longè à læto numine aſpellor Ioue.

Aſper, ra, rum, Quod uiſu uel guſtu uel tactu, alioúe ſenſu inſuaúe eſt, ut inquit Sipõtinus. τραχύς. Videtur deductum à Græco ἀσπορόν. Hinc aſperam arteriam uocat Plinius, atque adeò medici omnes, quã Græci τραχεῖαν propter multorum ſemicirculorum aſperitatem. Lene & aſperũ contraria. Cicero 2. de Finibus Senſus iudicat dulce amarum, lene aſperum, propè longè, &c. Læuis & Aſper contraria. Cicero in Part. orat. In locis autem illa naturalia, læues an aſperi, ſalubres an peſtilentes, &c. Aſpera ſignis pocula. Vergil. 2. Aeneid. Cymbiaq̃ argento perfecta, atque aſpera ſignis Pocula. Transfertur & ad alia quæ dura ſunt, σκληρός. Terent. Aſperũ patet hoc eſt, aliud ſodes para. Vnde & p̃ nocente quãdoq̃ capitur. Verg. 3. Georg. Aſper, acerba ſonãs. Et pro iniquo. Idẽ 1. Aen. Quin aſpera Iuno. Cic. pro Cn. Plan. Eodemq̃ adiungas quos natura putes aſperos, atq̃ omnib. iniquos. Pro faſtidioſo & ingrato Verg. 8. Aen. Rebusq̃ ueni non aſper egenis. Aſpera & horrida oratio. Cic. in Orat. Quod ipſum alij aſpera, triſti, horrida oratione, neq̃ perfecta, neque concluſa, &c. Aſperam meteſis uſitata poëtis. Verg. 2. Aen. Improuiſum aſperis, reſſit qui ſentibus arguem.

Aſper nummus dici putatur, qui recẽter cuſus inæquatusq̃ eſt, quòd pluſculum habeat aſperitatis, quàm ille qui iam nummis tritus eſt. Perſ. quid aſper Vtile nummus habet Suet. in Nerone, Exigitq̃ ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum.

Aſperitas, atis, contraria lenitati. Cicero 4. de Finibus, Quam illorum triſtitiam atq̃ aſperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probauit. Aſperitas animi, ſiue animæ, pro difficultate ſpirandi. Plin. lib. 22. cap. 24. Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius anxietas, dulciore ſucco mitigatur.

Aſperè, aduerbium, Duriter, inſolẽter. Cicero de Amicitia, Vtitur & monere, & moneri, proprium eſt ueræ amicitiæ: ex alterum liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, non repugnanter: ſita &c. Idem 1. de Oratore, M. Cato Gallus grauis atq̃ acer inimicus, aſperè apud populũ Romanum, & uehementer eſt loquutus.

Aſperiter, pro eodem apud Næuium in Pullis, Vbi tu nequaquam cubabas aſperiter. Nonius.

Aſpero, as, pen. cor. a. p. Aſperum facio. τραχύνω. Columel. lib. 9. Iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulũ formatis gradibus aſperantur, ne ſint uolantibus lubrici. Verginus pro Coagulo, ſiue durũ facio, poſuit. Aen. 3. Et glacialis hiems Aquilonibus aſperat undas.

Aſpredo, penultima producta, Idem quod aſperitas. Celſus lib. 5. cap. 27. Interdũ ſimile his, quæ uocãt Græci κονδυλώματα, aſpredine quadam, & magnitudine ſua.

Aſpretudo, inis. Celſus libro 6. cap. 6. Atque alia quoque utilia ſunt, quæ ad extenuandam aſpretudinẽ fiunt, de qua prolinus dicam.

Aſpretũ, ti, penult. prod. locus aſper & abruptus. τράχηλος. Liuius 9. ab Vrb. Ad hæc ſaxa erant, & temerè iacentia, (ut fit) in aſpretis. Idem 5. bel. Macedonic. Tabernacula ſtatuere in aſpretis, & inæquabili ſolo difficile erat.

Aſpergo, gis, ſi, ſum. a. t. ex Ad, & Spargo, quaſi ad aliquid ſpargo, uel aliquantũ madefacio. ἐπιπάσσω, ἐπίημι βάπτω, ἐπιῤῥαίνω. Regit autem accuſatiuum ſolum. Plautus, Aſperſiſti aquam, iam redijt animus. Vel accuſatiuum cum datiuo. Verg. lib. 3. Georg. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ, Peſtis acerba boum, pecoriq̃ aſpergere uirus. Vel accuſatiuum cum ablatiuo. Plautus id Epid. Ah, guttula pectus mihi ardens aſperſiſti. Vel accuſatiuum cum præpoſitione Ex. Cic. Fam. 6. Quæ eſt igitur (inquies) ſpes ab iratore eodem fonte hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus.

Aſperſio, onis, ῥαντισμός. Cic. 2. de Legib. Nam illud uel aſperſione aquæ, uel dierum numero tollitur.

Aſpergo, inis. f. t. Significat actum ipſum aſpergendi, uel made factionem ῥαντισμός. Verg. Aen. lib. 3. Salſa ſpumant aſpergine cautes. Plin. li. 36. cap. 22. Aſpergine & gelu pruinisq̃ rumpuntur in teſtas.

Aſperſus, huius aſperſus, nomen. Plin. lib. 11. cap. 23. Quæ inſecta appellauimus, omnia olei aſperſu necantur,

Aſpergillum, Inſtrumẽtum, quo aqua nos aſpergere ſolemus. περιῤῥαντήριον. Sipontinus.

Aſpernor, aris. d. p. compoſitum à Sperno. Recuſo, auerſor, non agnoſco, faſtidio, καταφρονέω. Terent. in Phorm. Quam uis aſpernatur nunc tam illiberaliter.

Aſpernabilis, om. t. Qui eſt dignus ut aſpernetur, ἐξουθενίσεως. Gell. Nonnũquam apud meipſum ſoleo res eiuſmodi paruas quidem minutasq̃, & hominibus non bene eruditis aſpernabiles, &c.

Aſpernatio, Contemptus, καταφρόνησις. Cic. 4. Tuſcul. Quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eueniunt.

Aſphalaton, Hieronymus Herbarius, pro berberis Spina interpretatur, non rectè, non eſt enim noſtri climatis, aut orbis arbor uel Spina, ſed Rhodi & Græciæ: nec uideo cur hodie ueram poſſimus habere theriacã, cum tamen de rebus ipſis quæ ingrediuntur non cõſtet. Sic hic planè de Aſphalato quicquid tamẽ ſomnient diuinatores, qui ex ſuis ſuſpitionibus hodie docent cognoſcere herbas, & in ſuo ſenſu egregiè ſibi ſapientes uidentur.

Aſphaltion, trifolium apud Dioſcoridem lib. 3. cap. 122.

Aſphaltitis, trifolium apud Dioſcoridem libro 3. cap. 122.

Aſphaltitis, Polygonium, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 50.

Aſphodelus, li, ἀσφόδελος, Herba eſt, quã alio nomine Anthericon uocant, qua Lucianus fingit manes ueſci apud inferos. Eius duæ ſunt ſpecies, ſexu diſcretæ. Marẽ Albucũ nominant

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

minant, fœminam haſtulam regiam, quòd, dum floret, regij ſceptri effigiem referat. Vide Plinium lib. 20. cap. 17. & Rutilium libro 2. cap. 99.

Aſpĭcĭo, is, a. t Ex ad & Specio, antiquo uerbo (teſte Varrone) e in i mutata. Intueri, oculos in rem aliquam intendere ἐφορᾶν, ἐμβλέπειν. Plautus in Aſin. Si quem alium aſpexerit, cœca continuò fiet. Terent. in And. interea inter mulieres Quæ ibi aderant, fortè unam aſpicio adoleſcentulam.

Aſpectus, us. m. q Viſus & intuitus cuiuſcunq; animalis. ὄψις ἐπίφασις. Verg. 1. Aen. te q; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Cic. 1. Tuſcul. Quod ijs ſæpe uſuuenit, qui quũ acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectum omnino amitterent: ſic mentis acies ſeipſam intuens nonnunquam hebeſcit. Idem de Vniuer. Qua ex coniunctione cælum ita actũ eſt, ut ſub aſpectum & tactum cadat.

Aſpecto, as. a. p Sæpe, aut fixè aliquem intueor. ἐφοράω Plaut. in Amph. Cœlum aſpectat, obſeruabo quam rem agat. Vergil. 1. Aen. Aduerſas q; aſpectat deſuper arces.

Aſpectabilis, le, om. t. Dignũ quod aſpiciatur. Cic. de Vniuer. Deus animal unum aſpectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit. Interdum id quod uideri poteſt. Idem de Vniuerſitate, Corporeum, atq; aſpectabile, item q; tractabile omne neceſſe eſt eſſe quod natum eſt.

Aſpĭdion, alyſſon. Dioſcor, lib. 3. cap 104.

Aſpidion, attractilis apud Dioſc. lib. 3. cap. 100.

Aſpidiſci, ἀσπιδίσκοι, Breuia ſunt ſcuta, & in ſcuti modum orbicularia ornamenta. Cælius lib. 15. cap. 16.

Aſpilates ἀσπιλάτης, Gemma eſt igniei coloris, quã Democritus tradit in Arabia gigni, & in auiũ quarundã nido inueniri: tradit q; eam ex cameli pilo ſplenetícis alligatã malo illorum mederi. Eſt & altera eodem nomine, argentei coloris, lymphatis utilis. Vtriusq; meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

Aſpiro, ras, n. p. penultima producta, Idem quod afflo; ex Ad, & Spiro, ſed d, abiicitur. ἐπιπνέω. Verg. Aſpirant auræ in noctem. Habet autem uel datiuum, uel accuſatiuum cum præpoſitione Ad, Et per metaphoram ponitur interdũ pro Auxilium præbere, fauere, ἐπιβοήθειν, ἐπιβοηθεῖν. Verg Aeneid. Aſpirat primo fortuna labori. Tractum à nauigantibus, quibus ſpirantes auræ fauent. Interdum pro Incumbere, & quaſi toto ſpiritu intentum eſſe, ἐφίεσθαι: ut Scipio aſpirat ad conſulatum. Interdum pro iuxta accedere, ſeu propè tangere, ἐφάπτεσθαι Gell. lib. 1 Ad horum autem ſyncerítatem q; uerborum an aſpirauerit Cæcilius, conſyderemus. Cic. Trebatio, Vltro eriam accerſitum ab eo, ad quem cæteri non propter eius ſuperbiam, ſed propter occupationem aſpirare non poſſunt.

Aſpiratio, onis, uerbale, Actus ipſe aſpirandi, hoc eſt inſpirandi: nẽpe dum aẽrem in corpus intromittimus, ἐπίπνοια Cic. 2. de Natur. deor. Animantes autẽ aſpiratione aẽris ſuſtinentur. Cic. de Diuinat. Nam ſi obſcurior, quaſi q; caliginoſa ſtella extiterit, pingue & cõcretum eſſe cælum, ut eius aſpiratio grauis & peſtilens futura ſit. Eſt item aſpiratio, ſpiritus aſper, quo literas quaſdam uegetiore ſono efferimus, δασεῖα. Cic. 3. de Orat. Maiores nuſquam, niſi in uocali, aſpiratione utebantur.

Aſpis, idis, ἀσπίς, Serpens paruus, tardi uiſus, tam præſens habens uenenum, ut nullũ ſit morſis remedium, niſi ut partes læſæ cõfeſtim amputentur. Huic animali tantus eſt amoris affectus, ut uix unquã ſine compare uagetur. Itaq; ſi quis alteram interemerit, tanta eſt alteri ultionis cura, ut interfectorem perſequatur: unumq; eum in quantouis hominum agmine agnitum infeſtat: perrumpit omnes difficultates, permeat ſpatia, nec niſi amnib. arcetur, aut præceleri fuga. Hæc Plin. lib. 8. cap. 28. Aſpis, ſi Lucano credimus, in ſola Africa naſcitur, quãuis & in noſtrum orbem auaritia inuexerit. Ita enim de ea ait lib. 9. Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in orbem Sponte ſua, Nilo q; tenus metitur arenas. Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur Huc Libycæ mortes, & fecimus aſpida merces. Sunt autem plures aſpidũ ſpecies, diſpares q; effectus ad nocendum: de quibus uide Aelianum lib. 9. à capite 20. uſq; ad cap. 29. Eſt & Aſpis inſula in mari Lycio de qua Plin. lib. 5. cap. 31. Eſt item Aſpis, promontorium in littore Africæ, à forma clypei dictum, urbem habens eiuſdẽ nominis, quæ à Latinis Clypea dicitur. Silius: In clypei ſpeciẽ curuatis turribus Aſpis. Strab. lib. 6. Coſyra inſula eſt ante Aſpidem ſita, Carthaginenſem urbem, quam Clypeam uocant.

Aſplenos, hædera apud Dioſc. lib. 2, cap 199.

Aſplẽnum, ni, pen. prod. n. ſ. ἀσπλήνιον, Herba ita dicta, quòd lienem imminuat: de qua Plinius lib. 27. cap. 5. Hanc alij Scolopendrion uel ſcolopendram uocant: Arabes Cetherach: quod nomen uulgus pharmacopolarũ adhuc retinet. Quam autem pharmacopolæ falſò Scolopendrã uocant, eſt ea quam Dioſcorides Phyllitim appellat.

Aſportare, a. p. Auferre, quaſi hinc aliò portare. ἀφέρειν. Terentius in Phormione: Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. Cicero in Paradoxis. Multa de ſuis rebus ſecum aſportarent. Verg. 2. Aen. Nec comitem te hinc aſportare Creuſam. Huius contrarium eſt importare, ἀφέρειν, quod eſt aliunde huc portare Cæſar. Ac plerunq; utuntur irumento importato.

Aſportatio, onis, uerbale, Aſportandi actus. Cic. 6. Verr. His pulchritudo periculo, amplitudo ſaluti fuit, quòd eorũ demolitio atq; aſportatio difficilis uidebatur.

Aſſa uox, ut Nonius ſcribit, ore tantum prolato, nullis tibiarum, aut aliorum organorum uocibus admiſtis. Cato de Liberis educandis, Melos alterum in cantibus eſt bipartitũ: unum, quod eſt in aſſa uoce: alterum, quod uocant organicum. Budæus in Pand.

Aſſa, in neutro genere, uel aſſæ carnes eadem ratione dictæ ſunt, qua uox aſſa, ὀπτὰ ὀπτάλια. Aſſum enim apud ueteres ſolum ſignificat, uel merum: uel quòd ſolo igne ſine aliquo liquore coctæ eſſent, uel quod ſine condimento aliquo, aut adiumento alieni ſaporis ſoleant edi. Eadẽ etiam figura, Merum dicimus, pinum ſolum & purum, quod nihil aquæ habeat admiſtum. Sic etiam uox aſſa, dicitur uox ſola, quæ nulla organorum ſymphonia adiuuatur.

Aſsãmenta, orum, neut. plur. Tabulæ ſunt ſectiles, quæ aſſes ſiue potius aſſeres aliàs dicuntur, non abſimiles ſcandulis, quibus tecta tegularum uice aliquando regi ſolent. Plinius libro 16. cap. 4. Obid cardinibus, aſſamentis q; portarum utiliſſima.

Aſſaratum, Authore Feſto, Potionis genus erat ex uino & ſanguine temperatum, quod Latini priſci ſanguinem Aſſir uocabant.

Aſſecla, com. p. Ab aſſequendo nomen deductum, quod ſignificat eum, qui alicuius commodi ſpe alterum aſſectatur, eiq; ad nutum præſto eſt, ἀκόλουθος. Liuius lib. 5 Et eò deuolui rem, ut aut Patricij, aut Patriciorum aſſeclæ habendi Tribuni blebis ſint. Cic. in Salluſt. Sed tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem poſtea adulter.

Aſſentio, tis, ſi, ſum, n. q. & Aſſentior, iris, ὁμογνωμονῶ, συγκατατίθεμαι, συναινῶ, ἀρέσκομαι. Idẽ quod cõſentio, ſiue in eadem ſum ſententia. Cic. Lent. lib. 1. Epiſt. Nam aduertebatur, Pompei familiares Volcatio aſſentire. Idem 2. de Orat. Tibi Senatus breuiter impoliteq; dicenti maximis eſt de rebus aſſenſus.

Aſſenſus, us, uerbale, Approbatio, conſenſus, συγκατάθεσις. Cic. 4. Acad. Quare qui aut uiſum, aut aſſenſum tollit, is omnem actionem tollit è uita.

Aſſenſio, onis, aliud uerbale eiuſdẽ ſignificationis. Cic. 4. Academic. Neq; peccare quenquam, niſi aſſenſione. Idem lib. 1. Academic. Sed ad hęc quæ uiſa ſunt, & quaſi accepta ſenſibus, aſſenſionem adiungit animorum, qua eſſe uult in nobis poſitam, & uoluntariam.

Aſſenſor, m. t. Qui alicui aſſentit, σύμψηφος. Cicero Torianio. Quotidie commemorabam, te in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem, & me tibi.

Aſſentor, aris, d. p κολακεύω, Significat (ut ſcribit Valla libr 5. cap. 68.) inſidioſè, & conciliandæ alicuius utilitatis gratia, eſt fuſius, & plerunq; falſò, quempiam laudo. Et propriè aſſentamur uoce, adulamur geſtu, blandimur tactu. Ponitur autem aliquando abſolutè. Cice. Ne aſſentari uiderere. Aliquando cum datiuo. Idem in Bruto, Cur ita ſentiam, nõ dicam, ne me tibi aſſentari putes. Aliquando cum accuſatiuo. Terentius in Eunucho. Poſtremò imperaui egomet mihi Omnia aſſentari.

Aſſentatio, onis, uerbale, Actus aſſentandi, κολακία. Liui 1 bel. Maced. Aſſentatione immodica pudorem onerantis. Cic. de Amic. Semper auget aſſentatio id quod is, cuius ad uoluntatem dicitur, uult eſſe magnum.

Aſſentatiuncula dimin. Cic. ad Lucceiũ: Vereor ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gloriam uidear.

Aſſentator, oris, m. t. Qui aſſentatur, κόλαξ. Ci. 1. Off. Nõ benefici, neq; liberales, ſed pernicioſi atq; aſſentatores iudicãdi ſunt.

Aſſen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Assentatoriè.aduerb.κολακευτικῶς.Cic ad Qu.frat. Dubitare te non a ſe.ntatoriè,ſed fraternè ueto.

Assequor,eris,d.t.Nanciſcor præeũtem,ad eum quem ſequor peruenio,ἐπιλαμβάνω.Cic.Attic.lib.1. Ad te quid ſcribam,n cio.Si enim es Romæ,iam me aſſequi nõ potes: ſin es in uia,quũ me fueris aſſecutus,coràm agemus. Per translationẽ accipitur pro æquare.Cic.3. de Legibus.Quem imitaris,nunquam aſſequère.Idem Lent.Nullã partẽ tuorũ erga me meritorum uidear aſſequutus. Quandoq; pro acquiro,ἐπιτυγχάνω. Idem poſt reditum ab exilio,Veſtros denicq; honores,quos eramus gradatim ſingulos aſſequuti.

Assector,aris,d.p.Alteri honoris gratia aſſiduè comitatũ præſto,παρακολουθῶ. Cic.de Orat.Quum ædilitatem Craſſus peteret,cumq; maior natu & conſularis Sergius Galba aſſectaretur,quòd Craſſi filiam Gn.filio ſuo deſpondiſſet.

Assectatio,onis,f t.παρακολούθησις.Cic. pro Muræ.Hanc in noſtris petitionibus operam atq; aſſectationem,&c.

Assectator,oris,m t. Qui aſſiduè comitatũ præſtat,ἀκόλουθος. Cic.7.Verr. Quum ab eo uetus quidam aſſectator ex numero amicorum non impetraret,ut &c.

Asseres,m.t.Tabulæ ſectiles,dicti ab aſſidendo,quòd admoueantur,hæreátq; parietibus,trabibusq;,σανίδες.Huius nominatiuus ſingularis eſt Assis asseris,ſicut puluis:ſiue etiam asser.Plin.Vernisq; asseribus,contabulare pauimenta oportet. Hinc asso,as,de quo infra.Palladius asseres quernas dixit. Asserum ſtructuram,Coaſſationem uocamus,ut à tabulis Tabulationem. Interdum aſseres accipiũtur pro lignis, quibus utebantur lecticarij.Suet.in Calig.Ad primũ tumultum lecticarij cum aſseribus accurrerunt. Dicitur & assis, is,pro eodem:unde & diminutiuum Assiculus.Colum.lib. 6.cap.18.Assibus roboreis compingitur ſolũ. Et paulò pòſt: Nec exire alia parte prohibentibus aduerſis aſſiculis. Hinc fit Assula diminutiuum. Asserculus autem diminutiuum eſt ab Asser,eris, σανίδιον.Colum.libro 12.cap.50. Itaq; quũ lacus extruxeris,asserculos inter ſe diſtantes,ſemipedalibus ſpacijs ſupra ſolum ponito.

Assero,ris,n.t.pen corr.aſſeui,aſſitum,Iuxta ſemino,uel iuxta planto,προσφυτεύω.Cato de Re ruſt.Arbores facito,uti bene maturatæ ſint,uitesq; uti ſatis multæ aſſerantur.

Assero,ris,asserui,assertũ,a.t. Significat affirmo, approbo, διαβεβαιῶμαι, Cicero Offic 3.Quòd ſi qui proſcribunt uillam bonam (ut ipſi aſſerunt) beneq; ædificatam. Asserere item iuris uerbum eſt,idem ſignificans quod uindicare,ſuumq; eſſe dicere, προσποιεῖσθαι,ἀντιλαμβάνεσθαι. Vnde asserere in libertatem,eſt affirmare aliquem,qui ſeruus creditur. eſſe liberum.Contrà Asserere in ſeruitutem,eſt aliquem qui pro libero ſe geſſit,tanquam ſeruum ſuum uindicare. Liuius libro 3.ab Vrbe cond.M.Clodio clienti negotium dedit, ut uirginem in ſeruitutem asſereret,hoc eſt uindiciarum iudicio pro ſerua uindicaret. Sic etiam dicimus, Asserere ſe ab iniuria mortalitatis,aut obliuionis,pro eo quòd eſt, rerũ geſtarum,aut ſcriptorum monumentis,à quadam obliuionis,aut mortalitatis ſeruitute,cui alioqui ſumus obnoxij,ſe uindicare. Frequens etiam locutio eſt apud ueteres, Asserere manu,pro eo quod eſt,in libertatem uindicare.Terẽt. in Adelph. Nam ego illam liberali cauſa manu assero. Vbi Donatus.uerba,inquit,ſunt iuris.Nam & assertores dicuntur uindices alienæ libertatis: & ipſa cauſa liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis. Item apud Plautum in Curcul.Memento promiſiſſe te,ſi quiſquam hanc liberali cauſa manu asſereret,mihi omne argẽtum redditum iri. Legimus etiam Asserere ſe,abſolutè dictum,pro uindicare ſe in libertatem.Ouid.lib.3.Amor. Scilicet aſſerui iam me,fugiq; catenas.

Assertor,Dicitur is qui aliquem in ſeruitutem,aut etiam in libertatem uindicat.Prioris exemplum eſt apud Liuium lib. 1.ab Vrbe cond.Assertor,nihil opus multitudine concitata ait,ſe iure graſſari.Vbi aſſertorem intelligit M.Clodium,qui ab Appio Claudio ſubmiſſus,uirginem in ſeruitutem petebat.Poſterioris exempla paſſim occurrunt.Martialis libro 1. Assertor uenias,ſatisq; præſtes.Item alibi, Qui Curios loquitur,aſſertoresq; Camillos. Vocat autẽ Camillum Aſſertorẽ, hoc eſt publicæ libertatis uindicem,quòd populum Romanum à Gallorum ſeruitute in libertatem uindicauerit.Contrarium eius eſt Deſertor,qui patriam,principem,aut clientem in periculo deſerit.

Assertio,Ipſe aſſerendi actus, hoc eſt affirmatio, διαβεβαίωσις. Cic.1.Acad.Quibus de cauſis nihil oportere neq; profiteri, neque affirmare quenquam, neque aſſertione approbare. Inuenitur nonnunquam poſitum pro ipſis uindicijs,ſiue liberali iudicio. Fabius libro 3. cap.8. Sitné liber, qui in aſſertione eſt.

Asseruio,is,ire,Idẽ quod toto corpore aſſentationi uocis, inſeruio,obſequor.ὑπηρετῶ. Cic.4.Tuſc. Qui uolunt exclamare magis,toto corpore contentioni uocis aſſeruiunt.

Asseruo,as,Seruo,cuſtodio, φυλάττω. Cic. 3. Verrin. Tum iſte imperat,dum res iudicaretur,hominem ut aſſeruarent. Idem pro Archia,Quum Appij tabulæ negligentius aſſeruatæ eſſe dicerentur.

Asseuero,as,n.p. Conſtanter & ſeuerè affirmo,in affirmatione perſiſto, διϊσχυρίζομαι,διαβεβαιῶμαι,Cicero primo Academ.Nemo ulla de re poteſt contendere, neque aſſeuerare, ſine certa aliqua eius rei & propria nota. Idem de claris Oratorib.Magni intereſt, coràm uidere,quemadmodum aduerſarius de quaq; re aſſeueret.

Asseueror,paſſ.Cic.4.in,Verr. Quæ eſt iſta defenſio:utrum aſſeueratur in hoc,aut tentatur?

Asseueranter,& Asseueratè aduerb,βεβαίως.Cic.ad Attic. Statius ſcripſit ad me,locutum ſecum eſſe Q.Ciceronem ualde aſſeueranter,ſe hæc ferre non poſſe. Idem 4.Acad.Multò etiam aſſeuerantius,in Syria,quum eſſet mecum,& paulò antè quàm eſſet mortuus.Gellius libro 7.cap.5.Tragœdias poẽtarum nobilium ſcitè atq; aſſeueratè actitauit.

Asseueratio,uerbale,Affirmatio,βεβαίωσις. Quint.lib.4.cap. 2.Quum præſertim quorundam probatio ſola ſit in aſſeuerationẽ & perſeuerantia,&c.Plinius lib.9.cap.4. Tanta authorum aſſeuerationẽ commendatur.

Assicco,as,a.p. Diligenter ſicco,ξηραίνω,Columel.libro 12. cap.15. Tum rurſum in ſole aſſiccauit.

Assicceſco,is,n.t,Siccum fieri, ξηραίνεσθαι.Col.lib.12.cap.9,Expreſſos in Cratibus pandere,dum aſſicceſcant.

Assidelæ, Menſæ ad quas ſedentes Flamines ſacra faciebant.Feſtus.

Assideo,Assides, penultima correpta, compoſitũ eſt à Sedeo,Idem ſignificans quod iuxta ſedeo, παρεδρεύω. Verbũ neutrum,ſicut ſuum ſimplex.Cicero pro Planco, Huic aſſident, pro hoc laborant. Habet etiam interdum accuſatiuum uirtute præpoſitionis, ex qua componitur. Salluſt. in Iugurt. Adherbalem dextra aſſedit. Quanquam hoc aliqui uelint eſſe ab Assido. Salluſtius teſte Priſciano,paſſiuè protulit, Oppidum amiſſum aſſideri eodem modo ſicut dicimus,Obſideri & Circumſideri: quod certè rariſſimum eſt. Assideo etiam accipitur pro ſimilis ſum. Horat. Parcus ob hæredis curam,nimiumq; ſeuerus,Assidet inſano, id eſt ſimilis eſt inſano.

Asseſſio,onis,uerbale. Cic. Mario,Quæ tua fuerit aſſeſſio,oratio,confirmatio animi mei,&c.

Asseſſor,Nomen uerbale ab aſſideo,cuius officium eſt aſſidere Præſidi atq; conſulere in cauſis,cognitionibus,poſtulationibus,libellis,edictis,decretis,epiſtolis, πάρεδρος. Cicero primo de Diuinat. Lacedæmonijs regibus ſuis Augurem aſſeſſorem dederunt.

Asseſſura,ræ, Vlpian.de proxenetis,Facilius quod Græci ξενικὴν ἀντιγραφὴν appellant, peti apud eos poterit,ſi quis fortè conditionis uel amicitiæ,uel aſſeſſuræ,uel alicuius alterius huiuſmodi proxeneta fuerit.

Asseſtrix,fœm.uerbale,Quæ iuxta ſedet,πάρεδρος, i. Afranius, Dimittit iam aſſeſtricem,me ad ſeſe uocat. Nam uerbalia fœminina ſi formentur à ſupinis in ſum deſinẽtibus,aſſumunt literam t,ut Expultrix,Tonſtrix.Aſſeſtrix:& non temere aliud inuenias uerbale in Trix,præter hæc tria,cuius maſculinum terminetur in ſor.

Assido,dis,penult.prod. quemadmodum & ſuum ſimplex Sido,Idem penè ſignificat quod Aſſideo,ſed cũ motu quodam, ut ſit quaſi,ad aſſidẽdum me demitto. Caret proprio præterito & ſupino. Cepit autem præteritum à uerbo Aſſideo,propter ſignificationis affinitatem, & temporum ſimilitudinem: quæ uix alia ratione, quàm accentu, dignoſcas. Vnde in illo Salluſtiano, Adherbalem dextra aſſedit,Priſcianus nult eſſe præteritum ab aſſido: non proprium tamen, ſed mutuatum à uerbo Aſſideo. Neſcio quid hic ſomniarint qui hoc uerbum Assido & Simplex Sido actiuum eſſe uoluerunt: quibus ſignificationis natura refragatur. Nihil enim aliud ſignificant,quàm ad ſedendum,uel aſſidẽdum, deſcendo. Neque ſtatim ſequitur,ſi Assido accuſatiuũ habere inueniatur,eſſe uerbum actiuum,quum etiam Accedo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eadem ratione esset uerbum actiuum. Hoc enim fit ex natura duntaxat præpositionis. Neque etiam leuius peccauerũt, qui penultimam huius uerbi corripi uoluerunt: quod certè falsum est, quum & simplex & reliqua composita eãdem producant. Vergilius 6. Aeneid. Sedibus optatis gemina super arbore sidunt. Ouidius libro primo Metamorph. Iussit & extendi campos, subsidere ualles. Multa alia hoc in loco congesta erant, quæ quòd partim falsa essent, partim inutilia, omnia resecuimus.

Assiduus, Iugis, cõtinuus: quòd in eadem re, quã quis frequenter agit, consedisse uideatur, προσκαρτερῶν, σωνεχής. Liuius 3. Bel. Maced. Accedebat, quod alter decimum iam propè annum assiduus in oculis hominum fuerat.

Assiduitas, s. p. Diligẽtia, τὸ σωνεχές. Cic. 1. Acad. Quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant. Cic. 2. de Nat. Deor. Assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi: neq; admirantur, neq; requirunt rationes earum rerum, quas semper uident. Ecõtrario desides dicuntur segnes & otiosi. Aliquando assiduus dicitur frequens. Assidui etiam dicebantur, qui locupletes erant, & facilè, quum id tempus postulabat, munera populo præstabãt. Cic. in Top. Lex Aelia iubet uindicem assiduum esse. Vide Gell. libro 16. cap. 10. Et assiduus qui asse suo, id est sua pecunia, & sine stipendio militabat. Et tũc ab asse, id est, ære dando deducitur.

Assiduè, Frequenter. Verg. 2. Eclog. Tantùm inter densas, umbrosa cacumina, fagos Assiduè ueniebat. Terent. in Heaut. Quid te futurum censes, quem assiduè exedent. Cic. de claris Orat. Assiduissimè autem mecum fuit Dionysius.

Assiduò: Idẽ quod assiduè. Plaut. in Mil. Dum tale facies, quale assiduò edes, Communicabo te semper mensa mea.

Assigno, as, a. p. Attribuo, constituo, πρόσταττω, Cic. pro domo sua, Inferiorem ædium partem assignauit genti suæ Clodiæ. Idem 5. Verr. Hoc quoq; attendite, apparitores à Prætore assignatos habuisse decumanum. Interdum idem quod imputare, tribuere. Author ad Heren. libro 1. Sed si tardius hæc quam studes, absoluetur, tum rerũ magnitudini, tum occupationibus assignare debebis.

Assignatio, uerbale, Idem significans quod attributio. Cic. Rutilio, Quum Cæsar Syllanas uenditiones & assignationes ratas esse uelit, quò firmiores existimentur suæ. Sic assignationes agrorum, apud eundem 4. Philip. & de lege Agraria.

Assilio, lis, pen. cor. assilui & assiliui, assultum, ex Ad & Salio, Saltu ad rem aliquam me confero, ἐφάλλομαι. Cic. 3. de Orat. Nec assiliendum est statim ad illud genus. Accipitur pro Oppugno, inuado, aggredior. Ouid. lib. 11. Metamorph. Quum sæpe assiluit defensæ mœnibus urbis. Etiam assilire dicitur de animalibus maribus, quum fœminas ineunt. Colum. lib. 7. Nam nisi prius ea marem conciuit assiliẽtem, admissarium calcibus proturbat.

Assultus, us, ui, m. q. uerbale, Actus assiliendi. Vergil. 1. Aeneid. Nunc hos, nũc illos aditus, omnemq; pererrat Arte locum, & uarijs assultibus irritus urget.

Assulto, as, are, frequentatiuum, ἐφάλλομαι, Plin. lib. 9. cap. 42. Assultant illi protinus. Idẽ. lib. 8. cap. 40. Mox ingruit assultans, contraq; belluam exurgens.

Assultim, aduerbium, Per saltus, uel more salientium. Plinius libro 11. cap. 24. Phalangia ex his appellantur, quorum noxij morsus, corpus exiguum, uarium, acuminatum, assultim ingredientium.

Assimilis, le, om. t ex Ad & Similis. Prorsus similis, ὅμοιος. Cic. 2. de Nat. deor. In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongijs mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima. Plaut. Merc. Quasi tu nunquam quicquam assimile huic facto feceris.

Assimiliter, aduerbium, Similiter, ὁμοίως. Plautus in Bacch. Assimiliter hodie mihi obtigit.

Assimilo, las, a. p Similem facio, uel comparo, ὁμοιόω. Cic. 4. Verr. Literæ, lituræque omnes assimilatæ & expressæ, de tabulis in libros transferuntur. Ouidius 1. de Trist. Assimilemq; sui longa assuetudine fecit, Grandia si paruis assimilare uelis.

Assimulo, las, a. p. Fingo aliquid esse, quod re uera non est, ὑποκρίνω, προσποιοῦμαι. Terent. in And. Nunc tuum est Officiũ, has bene ut assimules nuptias. Cic. 3. Offic. Vlysses furorem assimulauit, ne quò iret. Assimulari, passiuè. Terent. Eunuch. Tum pol ego is essem uerè qui assimulabar.

Assimulatio, uerbale. Plin. lib. 11. cap. 49. Cõtrà mulierem paucis prodigiosa assimulatio.

Assipitum, id q; Arabicè uocant Ziribergi, dulcis cibus, factus de carnibus, speciebus & melle seu saccharo, seu aceto, etiam si addi id interdum possit. Vtitur eo uocabulo subinde in dictis suis author Tacuin.

Assipondium, n. s. Pondus unius assis, siue libræ, λίτρα. Varro de lingua Latina, Quo unum pondo, Assipondium dicebatur, id ideò, quòd as erat libræ pondus.

Assis, is. m. t. Tabula sectilis, σανίς. Plinius, Quernis q; asibus contabulare pauimenta oportet. Vide suprà in dictione Asseres.

Assula, f. p. diminutiuum ab Assis, Tabella, σκινδάλμος. Plaut. in Merc. At etiam cesso foribus facere his assulas?

Assulatim, Id est minutatim, καθ' σκινδάλμοις. Plau. in Menæ. Faciam quod iubes, securim capiam ancipitem, atq; hunc senem exossem reddam: dedolabo assulatim uiscera.

Assulosè, aduerbium, Idem quod assulatim. Plin. Calamus melior qui assulosè potius, quàm raphani more frangitur.

Assisto, is. n. t. Adsto, præsẽtè me exhibeo, παρίσταμαι, παρίσαμαι Terent. in Adel. Hîc propter hunc assiste. Aliquando significat patrocinari, quod prisci Adesse dicebant. Sic enim elegãter dicimus, Tibi adsum: & tibi assisto, pro eò quod est Aduocatus sum, causamq; tuam defẽndo. Reliqua uide in dictione Sisto.

Asso, as. n. p. Tabulis sterno, uel operio, σανιδόω, à quo Coassum, pro contabulo. Vitruuius, Quum assatum fuerit, super altera coassatio struatur, clauisq; fixa, duplicem præbeat cõtignationi loricationem. Item assare etiam utimur pro cibum ad ignem torrere. Vnde inassare. Plinius lib. 30. capit. 10. Alii in cibo, in ligneis uerubus inassatum.

Assarius, a, um, Idem quod assus, siue assatus, ὀπτός, ὀπταλέος. Cato de Re rust. cap. 132. Daps Ioui assaria pecuina, urna uini Iunoni castæ.

Assatura, Carnes assæ, ὄπτημα. Flauius Vopiscus scribit Aurelianum imperatorẽ conuiuiũ de assaturis maximè dedisse.

Associo, as, are, Socium se adiungere. Stat. Theb. Solers tibi cura futuri Amphiarae datur: iunctaq; Amythaõe cretus Associat passus. Significat & adaptare & coniungere. Claudianus, cornua summis Associant malis.

Assolet, n. s. pen. corr. Idem quod simplex Solet, ἔωθα, φιλῶ. Legitur autem in tertijs tantùm personis, & ferè impersonaliter. Cicer. de Amicit. Quum in hortos D. Bruti commentandi causa (ut assolet) ueniissemus. Liu. 1. ab Vrbe, Vbi illuxit, paratis omnibus, ut assolet, uocari ad concionem utrunq; exercitum iubet. Cic. 2. de Nat. deor. Gracchus ad senatum retulit, Senatus ad quos assoleret, referendum censuit. Nonnunquam etiam personaliter. Terent. in Andr. Adhuc Archillis, quæ assolent, quæq; oportet Signa ad salutem esse omnia, huic esse uideo.

Assono, nas, penultima correpta, Sonitum reflecto, uel sono respõdeo, ἠχῶ. Persius Satyr. 1. Euyon ingeminat, reparabilis assonat Echo. Ouid. 3. Metamorph. Planxerunt Dryades, plangentibus assonat Echo.

Assuesco, is. n. t. ex Ad, & Suesco compositum. Est usu discere & eniti longa consuetudine aliquid facere, ἐθίζομαι. Cicero 5. de Finib. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret uoce uincere. Verg. Aen. 8. tua cernere facta Assuescat.

Assuetus, Vsitatus, σωήθροφος, σωνήθης, ἰθάς, ab assuesco, scis, Pl. Assuetis eò dona mittere iam & regibus Romanis. Cic. pro Plancio, Vicinitas non assueta mendaciis.

Assuetudo f. t. Cõsuetudo, σωνήθεια. Ouid 2. de Arte, Nihil assuetudine maius. Idem 1. de Tristib. Assimilemq; sui longa assuetudine fecit. Tacit. lib. 18. Degenerabat à labore ac uirtute miles assuetudine uoluptatum, & contemptu ducis.

Assuefacio, cis, a. t. ex Ad præpositione, & duobus uerbis, nempe Sueo, sues, & facio compositum: Est usu docere, ἐθίζω. Cicero de Prouin. Conf. Imperio populi Rom. parêre assuefecit. Huius passiuum est Assuefio. Cic. 3. de Orat. Quorum sermoni assuefacti qui erunt, non poterunt non lautè loqui. Liu. 2. bel. Pu. Ea secretis uiri alieni assuefacta sermonibus.

Asula, Plinio Vitruuioq; & aliis honesta uox est, qua primùm significant, quæ marmorarii in cædendo marmore fragmenta diffecant, & quæ in frãgendis aliis rebus in longitudinem magisq; in latitudinem frãgmenta difficiuntur. Item Dioscoridis interpretes significaturi radicum concisionem, ututur ea uoce, σκινδάλμῦ, quod eas scilicet radices interdum assulosè siue assulatim iubeant concidi.

Asumo

Assumo, mis. a. t. pen. prod. Modò significat accipio, προλαμβάνω Cicero, Neq; id onus inuitus assumpsit. Modò tribuo, attribuo, arrogo. περιποιοῦμαι, ἀφιερίζομαι. Idē 1. Offic. Si id mihi assumo, uideor id meo iure quodāmodo uēdicare.

Assumptio, onis. f. t. uerbale. Acceptio. Cic. 3. de Finibus. Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum assumptione, tum, &c.

Assumptiuus, uerbale, Quod assumit. Cic. 1. de Inuent. Ac iuridicialis quidem ipsa in duas distribuitur partes, absolutam, & assumptiuam. Et paulò pòst, Assumptiua est, quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem, &c.

Assum, Vide adsum.

Assuo, assuis, a. t. pen. corr. assui, assutum, pen. pro. ἐπιῤῥάπτω, Suendo annecto. Sipontinus. Inde assumentum, ti, nomen substantiuum.

Assurgo, gis, rexi, n. t Est honoris uel beneuolētiæ causa surgo, uel erigor. ἀναίσσομαι, ἐξανίσσομαι. Vergil. 6. Eclog. Vtq; uiro Phœbi chorus assurrexerit omnis. Ponitur figuratè pro cedere. Ausonius, Assurgit Musæ nostra Camœna tuæ. Vergilius 2. Georgic. Tmolus & assurgit quibus & rex ipse Phanæus. Accipitur item pro excrescere, & altum fieri. Vergil. 3. Georgic. Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu latè, septemq; assurgit in ulnas. Sic etiam plantas dicimus assurgere, quum crescunt, & in altitudinem accipiunr incrementum. Colles quoq; assurgere dicūtur, qui non ardui sunt, sed accliues, quiq; paulatim in altitudinem tendunt. Columella lib. 2. Collem molliter assurgentē, montem sublimem & asperum, sed nemorosum & 1 erbidū maximè probauerunt.

Assus, a, um, Idem est quod torrefactum, eò quòd igni assudescit, (ut Varroni placet lib. 4. de lingua Latina,) Sudendo enim assum distillat ob calorem, ὀπῖσις. Vel dicitur assum (ut Nonius mauult) quasi solum: (quemadmodum merum, solum dicimus.) quoniam in obsonijs sine pigmento saporis alieni assæ carnes inferebantur. Vide Assa.

Ast, Coniunctio est, qua Poētæ carminis gratia utuntur, pro At, siue Sed. αὐτὰρ. Vergilius 1. Aeneid. Ast ego, quæ diuūm incedo regina.

Astaci, ἀσακοί. Ex genere sunt cancrorū apud Plin. 9. cap. 13.

Astanda. Regum in Perside nuncios Angaros nuncupatos, à doctis obseruatum est, atq; illarū gentium esse uocabulum Herodoto uidetur. Sicuti Astandæ ferè notionis eiusdem, hoc est, grammataphori siue tabellarij, qui certis itinerum spacijs permutarentur. Plutarch. libro de Alexandri fortuna scribit, Darium Persarum regem fuisse quandoque regis Astandam.

Astaphylinos, Pastinaca sylуestris, quæ & Staphylinos dicitur. Vide Ruellium libro 3. cap. 41.

Astaphis, idis, ἀσαφίς, A nobis uua passa uocatur. Plinius libro 23. cap. 1. Vua passa, quam Astaphida uocant stomachū, uentrem, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent.

Astaphis agria, ἀσαφὶς ἀγρία, Herba est cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ: fert folliculos uerius, quàm acinos, uirides, similes ciceri. Hęc à Romanis, teste Dioscoride, Pedicularis herba dicebatur, eo quòd nucleos haberet phthiriasi curandę utiles. Vocatur & Staphis agria, prima uocali à capite sublatā. Nam quam ἀσαφὶδα Attici, reliqui Græci σαφίδα appellāt. Quinetiā hodie ab officinis Staphis agria dicitur.

Astăpus, significat aquam è tenebris profluentem.

Asteismos, ἀστεισμός, m. s. Latinè urbanitas: & est tropus multiplex, nnmerosæq; uirtutis. Nam Asteismos putatur, quicquid rustica simplicitate caret, & facetа satis urbanitate exponitur, ut apud Vergilium 3. Eclog. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui. Id est pro pœna ei cōtingat, ut diligat Mœuium peiorem poētam. Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Id est faciat ea quæ contra naturam sunt. Nam ἀστεῖος, urbanus, ἀστείομαι, urbanus sum.

Aster, m. s. & Astrum, ἀστὴρ καὶ ἄστρον, hoc modo inter se differunt, quòd hoc congregationem significat stellarū, uel signum ex stellis coactum, ut est Leo, Libra, &c. Illud uerò unam tantùm stellam. Apud Græcos etiam eadem obseruatur differentia. ἀστὴρ enim apud illos unicam tantùm stellam, ἄστρον sydus totum significat. Suidas, Ἀστὴρ ἄστρον διαφέρει. ὁ μὲν ἀστὴρ ἕν τι ἐστί, τὸ δὲ ἄστρον ἐκ πολλῶν συνεστηκὸς, ὃ καὶ ἀστροθέτημα καλοῦσι. Cicero, Quum autem uer esse cœperat, cuius initium iste non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabat, &c. Idem de Vniuers. Has igitur ob causas nota sunt astra.

Asteriscus, m. s. ἀστερίσκος, diminutiuum, Signum est ad paruæ stellæ similitudinem, quo urimur quum aliquid in scribendo omissum est, uel quum uariant exemplaria. Hieronymus. Qui editioni antiquæ Theodotionis miscuit asteriscos & obelos.

Astrale, adiect. ἀστρικός quod ad astra pertinet. Vnde Astralia facta dicta sunt ab August. lib. 5. de Ciuitate Dei.

Astrifer, ri, Ferens astrum. ἀστροφόρος. Martialis lib. 8. An tua multifidum numerauit lana Timauum, Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit.

Asterchillos, Achillea, apud Dioscor. lib. 4. cap. 19.

Aster samius, ἀστὴρ σάμιος. Species est terræ cuiusdam ad multos medicinæ usus conducētis, quæ in Samio insula effoditur: ita dicta à stellæ imagine quæ illi imprimi figillo cō sueuit. Huius terræ meminit Galenus lib. 9. Simplicium.

Aster Atticus, ἀστὴρ ἀττικός, Herba est Plinio, quòd præsens est inguinū remedium, à Romanis Buboniū dicitur, & uulgò Inguinalis. Vide Plinium lib. 26. cap. 5.

Astĕrĭas, ἀστερίας, Auis ex genere ardeolarum, à fulgore astrorum. Plinius lib. 19. cap. 60.

Astericum, ci, ἀστεικὸν, Herba est ocymi folio, quæ & Helxine dicitur, & Vrceolaris herba, eò quòd uitreis urceolis de tergēdis in primis sit idonea. Nascitur in tegulis, parietinisque: unde & Parietaria, & Muralis herba uulgò dicitur. De hac Plinius lib. 22. cap. 17.

Asteriscus, ci, ἀστερίσκος, Herba est Dioscoridi, quæ & Aster Atticus, & Bubonium appellatur.

Asterion, rii, ἀστέριον, Species est aranei, cuius morsu genua labefactantur, ut tradit Plin. lib. 29. cap. 4. Est & Asterion herba quæ & Spondyliū dicitur, q; semen habeat Asterij animalculi figura. Vide Dioscor. lib. 3. in descriptione Spondylij.

Asterno, is, ere, astraui, astratum, a. p. Iuxta sterno, πεσκατακλίνω. Ouidius utitur eius passiuo 2. Metamorph. Nocte dieq; uocant, asternunturq; sepulchro.

Asthmaticus, m. s. cum h ἀσθματικός. Anhelus, & suspiriosus dicitur: quū scilicet spirare sine sono & difficultate quispiam nō potest. Id autem morbi genus Asthma, ἄσθμα uocatur, hoc est spirandi difficultas.

Astipulor, pen. corr. d. p. Assentior. πείθομαι, ἐπιψηφίζω, συγκατανεύω, Liuius 9. bell. Maced. Non pendere ex alterius uultu ac nutu, nec alienis momentis animi circumagi, astipulariq; irato Consuli Tribuni plebis.

Astipulatio, f. t. Assensus, Plin. lib. 29. cap. 1. Qua de re extat etiā Annei Senecæ astipulatio.

Astipulatus, us, Attestatio, uel Assensus. Plinius lib. 7. cap. 47. Consecratus est uiuus, sentiensq;, oraculi eiusdē iussu, & Iouis deorum summi astipulatu.

Astipulator, oris, m. s. Qui assentitur Cic. 4. Acad. Sed illud falsum esse & Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus.

Astituo, is, astitui, astitum, a. t. compositum ex ad & statuo, Iuxta statuo, præsentem exhibeo, παρίσημι. Author ad Heren. lib. 1. Aegrotū in lecto cubantē faciemus, & reū ad lectū eius astituemus. Est itē Astituo, Suo in loco colloco. Plaut. in Capt. Iuben', an non iubes astitui aulas, patinas elui?

Asto, as, astiti, astitū, n. p. Significat præsens, aut firmus, seu erectus sto, παρίσημι. Ponitur interdum absolutè. Plaut. in Capt. Ego miser uix asto præ formidine. Idem in Cist. Ado lescens asta, atq; audi. Interdum cum datiuo. Idem in Cas. Stultus contriui diem, dum asto aduocatus cuidā cognato meo. Interdum cum præpositione In. Idem: Continuò in genua astanti. Et cum Ad. Cic. pro Archaia: Quum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. Aliquando significat simpliciter sto. Vergil. Arrectisq; auribus astant. Interdum sum, quum de rebus loquimur quæ cadere non possunt: ut quum dicimus terram astare.

Astorgion, uel asterion, ἀστόργιον, genus aranei quod latè pungit Barb. in Coroll.

Astræa, ἀστραία, Astræi, & Auroræ, siue (ut alii malunt) Iouis & Themidos filia, Iustitiæ antistita, quam Poētæ fabulantur aureo illo seculo è cælo in terram migrasse, & tandem mortalium sceleribus offensam cælum repetiuisse. Ouid. 1. Metamorph. Vltima cælestum terras Astræa reliquit.

Astrăgălus, m. s. pen. cor. ἀστράγαλος, Os est pedis in animalibus quibusdam supra calcaneū, quod à Latinis Talus dici-

tur. Astragalus itē aliud genus erat, in quo astragalis, hoc est talis utebantur, ijsq; aut naturalibus, aut ad earum similitudinem ex ebore, aliaúe materia effictis: de quo ludi genere uide plura in dictione Talus. Astragali quoq; dicuntur septem spinæ uertebræ, quibus collū incumbit, quos σπονδύλους ἑπτὰ τραχήλου Suidas appellat. Vnde Homerus lib. 10. Odyss. Elpenorem tradit in Circes ædibus de scalis delapsum, astragalos fregisse. Est itē Astragalus, (ut ex Dioscoride colligit Ruellius) herba quam Montanum uel rusticum cicer appellamus. In ædificiorum quoq; columnis Astragalus erat cælaturæ quoddam genus, ab herbæ fortasse huius similitudine dictum: cuius meminit Vitruuius, quū ait: Astragali faciendi sunt octauæ partis.

Astragalizo, n. p. ἀστραγαλίζω, Græcum est uerbum, idem significans quod talis ludo. Vnde Astragalizontes, ἀστραγαλίζοντες, talis ludentes: quo nomine dictum fuit opus nobilissimum Polycleti ex ære, quod duos habebat pueros, talis ludentes: de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

Astrapias, ἀστραπίας, Gemma est colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radios in medio habens discurrentes, unde & nomen accepit. De hac Plin. lib. ult. cap. 11.

Astringo, a t. Vnio, coniungo, contraho, coarcto, προσκλῶ. Columella lib. 3. Quum omnes surculos, quos arbor patietur, dimiseris, libro ulmi uel uimine arborē astringito. Vergilius lib. 1. Georg. Seu durat magis, & uenas astringit hiantes. Per translationem Astringere ponitur pro obligare, ἐνέχειν: & sic genitiuo iungitur, sicut Gellius notauit Sabinum scripsisse, Qui alienum tacens lucrifaciendi causa sustulit, furti astringitur, siue scit, cuius sit, siue nō scit. Quandoq; pro promittere: quia promissa, uincula fidei dicūtur. Terētius in Eunuch. Meam astringo fidem. Est item astringere, σύφειν, medicorum uerbum, quod significat densare, & poros, siue meatus contrahere.

Astrictio, uerbale, σύψις, συστυφότης, Actus siue facultas astringendi. Plin. Gustus amari cum astrictione.

Astrictorius, a, um, Quod astringit, συπλικός. Plin. lib. 24. cap. 13. Paliuri folia astrictoriam uim habent.

Astrictè, a duerb. Arctè. Cic. 3. de Orat. Qui putat orationē, quæ quidem sit polita, atq; facta quodammodo non astrictè, sed remissius, numerosam esse oportere.

Astrios, otis, Gemma crystallo propinqua, quæ si astris opponitur, fulgorem eorum rapit & regerit. Plin. lib. 37. cap. 9.

Astrobolismus, ἀστροβολισμός, Arborum uitium est, quū Caniculæ æstu (quam Theophrastus peculiariter ἄστρον appellat) humore absumpto arescunt. Latinorum nonnulli Siderationem interpretantur. Transfertur & ad animalia, quum pars aliqua corporis cum ipsis etiā ossibus exarescit: quod mali genus σφακελισμὸς à Galeno appellatur.

Astroites, ἀστροίτης, Gemma quæ oculis piscium similis esse perhibetur. Author Plin. lib. 37. cap. 9.

Astrolabium, ἀστρολάβιον, Instrumentum ex quo astrorum motus colliguntur.

Astrologia, f. p ἀστρολογία, Scientia tractans de cognitione & motu astrorum: quæ Astronomia dicitur: quāquam non desunt, qui hæc ita distinguant, ut Astrologia sit, quę de motu astrorum differit: Astronomia autem, quæ de iudicijs agit ad uitam fortunamq; pertinentibus. Verūm hæc differentia non obseruatur. Cicero de Senectute, In Astrologia C. Sulpitium audiuimus. Idem tertio de Diuinat. Eudoxus in Astrologia facilè princeps.

Astrologus, m. f siue Astronomus, ἀστρολόγος, ἢ ἀστρονόμος. Qui astrologiæ, siue astronomiæ gnarus est. Cic. 2. de Diuin. Quid astrologus? cur stella Iouis aut Veneris cōiuncta cum Luna ad ortum puerorum salutaris sit, Saturni, Martisúe contraria? Astrologorum prædictiones, apud eundem ibidem.

Astrum, ἄστρον, Vide in dictione After.

Astruo, is, a. t. Iuxta struo, & ædificiū ædificio iungo. προσκατασκευάζω. Col. lib. 1. Nam quū ueteri astruitur recēs ædificium, quasi surgenti reluctans, oneri cedit. Hinc per translationem pro affirmare sumitur. Plin. lib. 12. cap. 18. Periti rerū astruxerunt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum, &c.

Astu siue astus apud Latinos, idē est quo calliditas, πανουργία, quæ & Astutia dicitur. Festus Pompeius, Astu apud Poētas astutiam significat: cuius origo à Græco ἄστυ, hoc est ab oppido deducitur, in quo qui uersati assiduè sint, cauti & acuti esse uidentur. Vide infrà in dictione Astus.

Astu, aduerb. pro astutè ponitur, πανούργως. Terent. in Eunuch. Quòd si astu rem tractauit, dij uestram fidem. Quantam & quam ueram laudem capiet Parmeno?

Astus, adiectiuū uidetur finxisse Plautus Truculento si uenerit Ne istum ecastor hodie astus confertum fallacijs.

Astus, us, m. q. πανουργία, idem quod astu, uel astutia, à Græco ἄστυ, quod Latinis oppidum sonat. Nam qui in urbibus frequentes sunt, solent esse callidiores. Silius lib. 16. Non ars aut Astus belli, uel dextra deerat. Callidi astus, Seneca in Troade. Acris ástus, Valer. 2. Argonaut.

Astutus, ta, tum, adiect. Versutus, cautus, πανοῦργος, φρόνιμος. Seruius, propriè astutos malitiosos uocamus. Cic. 2. Verr. Itafiet, ut tua ista ratio existimetur astuta, meum hoc cōsilium necessarium. Idem 3. Offic. Certè non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non uiri boni: sed uersuti potius, ob scuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, ueteratoris, uafri. Plautus Casina. Nec fallaciam astutiorem ullus fecerit Poëta.

Astutia, æ. f. p. Calliditas, malitia, πανουργία. Cic. 5. de Fin. Quibus abest ad præcauendum intelligendi astutia. Terent. in Eunuch. nunc opus est tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria atq; astutia.

Astutè, aduerb. Callidè, uersutè, πανούργως. Cic. ad Qu. frat. Nihil tamen nec temerè dicere, nec astutè reticere debeo.

Astylis, idis, ἀστυλὶς, Lactucæ latioris genus sine caule, quæ ob insignem frigiditatem Veneri maximè creditur resistere: unde & Eunuchion, & Spadonion à nonnullis est appellatum. Vide Ruellium lib. 1. cap. 20.

Asyla, Herba est, qua sibi pecora medentur, si quando anagallidem fœminam imprudenter gustauerint. Latini Ferum oculum appellant, teste Plin. 20. cap. 13.

Asylum, ἄσυλον, neut. s. Templū aliusúe quiuis locus inuiolabilis, & consecrationis lege tutus à direptiōe, ad quem confugientes sine summo piaculo auelli non poterant. Dictū Asylū ab ἀ, priuatiuo, & uerbo σιλάω, quod est, rapio, prædor, & sacrilegio polluo. Seruius tamē Asylum dictū mauult, quasi ἄσυρον, à uerbo σύρω, quod est traho: propterea quòd inde auelli quempiam nefas esset. Asylum autem primùm Athenis sibi constituerunt Herculis posteri, ueriti uim eorum, qui ab illo fuerant uexati. Statius duodecimo Thebaidos, Fama est, deiectos acie post busta paterni Numinis Herculeos sedem fundasse colonos. Hos deinde imitatus Romulus, & ipse Romæ asylum constituit inter Capitolium & Palatium in sacro luco, quod Quercetum dicitur. Vnde Pædianus. Totus populus Rom. à principio tres fuerunt tribus: Tatienses una, à Tatio rege: Ramnes altera, à Romulo: Luceres tertia, à Lucomone, siue à luco, quem lucum Asylum uocauerat Romulus. De hoc Vergilius libro octauo, hinc lucum quem Romulus acer Asylum Rettulit. Scribit Liuius libro quinto bell. Maced. Templum Apollinis Delij fuisse Asylum, atq; sacra Templa à Græcis uocari Asyla.

Asylia, æ, ἀσυλία, Ius libertatis, immunitatis & ueniæ, quod is consequebatur, qui ad asylum confugiebat: quod immunitatis genus etiam hodie obseruari uidemus in ijs, qui ad diuorum templa confugiunt. Bud. in Annot. in Pand.

Asyli, etiā dicuntur à Græcis, homines à uiolentia tuti, ut sunt sacrosancti, quos attingere sine periculo non licet, nec prehendere: quales erant Tribuni plebis apud Romanos, & Caduceatores.

Asymbolus, m. s. ἀσύμβολος, Qui symbolū non dedit, & sine collatione accessit ad cōmessationem. Terēt. in Phor. Tenè asymbolum uenire unctum, atq; lautum è balneis.

Asymphonia, fœm. p. ἀσυμφωνία, Latinè inconsonantia, ἀσύμφωνος, discors.

Asyndeton, n. s ἀσύνδετον, siue Asyntheton, ἀσύνθετον Dici potest incompositum, uel disiunctum. Est enim figura, quum plura sine coniunctionis uinculo proferuntur: ut, Veni, uidi, uici.

Asynthetā, ἀσυνθέτα, Plinius appellat crystalla, quæ pura sunt, & sine uitio.

Asystaton, ἀσύστατον, Idem quod instabile, aut adeò repugnans, ut subsistere non queat. Vnde genus quoddam philosophiæ quod Arcesilas introduxit ignorantiæ magister, à Cellio Asystaton appellatur. Affirmabat enim Arcesilas, sese hoc unum scire, quod nihil sciri posset. Cuius assertionis ueritas subsistere non potest. Nam si hoc scias, nihil sciri posse: sequitur aliquid esse quod sciatur. Sic inducitur dogma sibijpsi repugnans, sesēq; dissoluens.

Asistatos, id est non consistens status. Africanus hac uoce usus est in

est in l, qui quadraginta ad Leg. Falcib. ut uulgati habent codices: tametsi in Nor. tex. ἢ ψευδομένῳ legatur iuxta Alciat. utraque lectio uidetur posse defendi, nisi quòd altera ad Rhetores, altera ad Dialecticos pertinet. Vide eum cap. 8. lib. Parerg.

A T.

AT. In notis antiquorum, aut ATE, à tergo, A.T.M.D.O. aio te mihi dare oportere. ATQ. atq; A. TRE B. Aulus Trebonius. ATR. authoritas uel author, A.TP. annuo tẽpore. A. TT. ante titulum. A. TR. TP. ad turrem Tarpeiam. A. T. AB. adolescentis testiculos abscidit.

At, Particula principiis apta, præsertim quum aut indignationem, aut dolorem exprimere uolumus, ut iræ æstum, aut querelas significantius ostendere ualeamus, ἀλλὰ. Vergilius 2. Aeneid. At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis Dij (si qua est cælo pietas, quæ talia curet) Persoluant grates dignas. Terentius: At tibi dij dignũ factis exitiũ duint. Quandoq; superiorum dictorum discretiuũ est: ut apud eũdem in Andria: At mihi scrupulus unus restat. Quandoq; rerum differẽtiam denotat: ut, Scipio est bellator, at Cato Orator. Quandoq; ponitur pro saltem γέ. Ouidius: Crudeles somni quid me timuistis inertẽ? At semel æterna nocte premenda fui. Et apud Vergilium 1. Aeneid. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, At sperate deos memores fandi, atque nefandi. Quãdoq; aduersatiuum. Vergilius 4. Aeneid. At regina graui iamdudum saucia cura. Nam quum Aeneas quiesceret, regina turbabatur: quod est contrarium. Cum ponitur cum Enim, ut, Atenim. ἀλλὰ γάρ, νὴ Δί' ἀλλά Est autem hæc particula authypophoris in primis accommodata. Cic. 2. de Natura deorum. Atenim minora dij negligunt: sic enim dicitis. Idem in Diuinat. in Verrem. At enim istum soli Siculi persequũtur, ciues Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt.

Atat, Interiectio est paulatim percepti atq; intellecti mali. ἔ ἤ, ἆι ἆι. Terent. in Eunuch. Atat, data hercule uerba mihi sunt. Seru. in Arte: Atat, est aliquid de improuiso deprehendentis. Quandoq; est interiectio timoris. Terent. in Eunuch. Atat mi homo formidolosus es.

Atauus, pen. cor. m. f. Est abaui, uel abauiæ pater, δίσπαππος. Terentius in Phormione: memoriter Progeniem uestrã usq; ab auo atque atauo proferens. Cic. pro Cælio: Non patrem tuum uideras, non patruum, non auum: proauum, atauum audieras Consules fuisse?

Atechna, orum, n. f. ἄτεχνα. id est inartificiosa, quæ non ab arte sunt.

Ater, a, um, Obscurum nigrum, ab atterendo dictum, quòd quæ atteruntur, liuorem contrahunt, μέλας. Cicero 5. Tusc. Alba & atra discernere non poterat Democritus luminibus amissis. Terentius in Adelphis, Tam excoctam reddam atq; atram, quàm carbo est. Atra bilis, succus est frigidus & siccus, qui ex multa adustione atrum colorem contraxit: Græci μελαγχολίαν uocant. Cicero 3. Tusc. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latius, furore distungimus. Græci uolunt illi quidem, sed parum ualent uerbo, quẽ nos furorem, μελαγχολίαν ipsi uocant. Quasi uerò atra bili solũ mens, ac non sæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Interdum Atrum capitur pro funesto: unde Atri dies, aduersi, & infelices uocabantur, quibus Romani insignem aliquam cladem acceperant: ut dies ante quartum Calendas Nonas, uel Idus, ater habebatur: quòd ante quartam calendas Sextiles clades ad Cannas credatur accepta. Gellius libro quinto, capite 17.

Atratus, a, um, adiect. ab Ater. μελανείμων. ut, Atratus fluuius, atro colore tinctus. Cic. 2. de Diuinat. Quid, quod fluuius atratus sanguine fluxit? Atratus item, ueste lugubri indutum significat. Cic. in Vatin. Cedò, quis unquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, ut minus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.

Atritas, atis, f. t. Nigredo, μελανότης. Plautus in Pœn. Ita replebo atritate, ut atrior multò fiet Quàm Aegyptij. Aliquando pro immanitate capitur. Gellius Atrorem dicere maluit, libro 2. capite 26. Rubidus autem est rufus, acrore nigroreq; multo mistus.

Atror, oris. pro Atritate. Gellius lib. 2. cap. 26. Rubidus autem est rufus, atrore, nigroreq; multo mistus.

Atrũ plus, quod Græci ἱπποσέλινον, & ἀγριοσέλινον, id est, equi apiũ, siue agreste apiũ dicũt: altitudine reliquũ apiũ superat.

Atramentum, n. f. Ab atro colore dicitur, μέλαν γραφικὸν: cuius duo sunt genera, scilicet scriptorium, (μέλαν γραφικὸν, Herm.) quod & Librarium dicitur, quòd librarij in transcribẽdis libris eo uterentur: & Tectorium, à tectorijs, quo pictores utebantur. Cicero ad Qu. frat. Calamo, & atramento temperato, charta etiam dentata res agitur. Est & Sutorium atramentum, quod in inficiendis pellibus sutores coriarij usurpant, χάλκανθον. Vuulgò hoc à uitri similitudine Vitriolũ nominant. Plin. lib. 34. cap. 22. Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento Sutorio: appellant enim Chalcanthum. Atramentũ pro sanguine est sepijs. Plin. lib. 9. cap. 29. Vbi sentire se apprehẽdi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur.

Atramentarium, Vasculum, quo atramentum cõtinetur, μελανοδοχεῖον.

Ateramna, n, f. ἀτήραμνα, A Theophrasto appellãtur legumina coctu contumacia: cuiusmodi Plato ea esse tradidit, quæ per boum cornua ferendo in terram conciderũt. Græcis enim ἀτήραμνοι, idẽ est quod incoctilis, & indomitus. Vide Ruellium lib. 2. cap. 28.

Athacus, ci. m. f. genus uolucris gradiens super quator pedes, longioraque retro crura habens de quo fit mẽtio apud Leuiticum.

Athanasía, quemadmodũ herbis à diuersis rebus & euentibus imposita sunt olim nomina, ita ex compositis medicamentis, quemadmodum est id cernere in libro compositionum Nicolai, ex quibus est & hæc Athanasia ab immortalitate, quia perpetuò ualentes reddit ægrotos sic dicta. descriptionem eius lege apud Nicolaum.

Athanatos, pen. cor. ἀθάνατος, dicitur immortalis, quod nomẽ Deo. Opt. Max. conuenit. Fuit item Athanatus, uir incredibili corporis robore, quippe quem Thorace plumbeo, quingentorum pondo, & cothurnis totidem pondo indutum, per scenam ambulantem Plin. se uidisse testatur libro 7. cap. 20.

Athara, ἀθάρα. Medicamentum ex olyra, siue siligine, infantibus utilissimum: quo tamen & adultos illinunt. Vide Plinium lib. 22. cap. 35.

Atharatrion, compositũ uidetur ab athara & trion, quod placentę genus est apud Plautum, ductum à folijs fici, quibus circundatur.

Atheos, m. f. ἄθεος, Impius qui negat Deum esse.

Atheromata, n. f. ἀθερόματα, Tubercula sunt ex genere apostematum: ita dicta, quòd humorem pulti similem in se cõtineant. Nam ἀθάρα, Græcis pultis genus est ex olyra siue siligine confectum. Vide Galen. lib. ultimo Methodi.

Ather, eris, ἄθηρ, In hordeo dicitur summa spicæ cuspis: ut ex Galeni authoritate docet Ruellius, lib. 1. cap. 2.

Athlẽta, m. p. pen. prod. ἀθλητὴς. Pugil & luctator dicitur: ab ἆθλέω, quod est certo, Pollux hoc nomine Gymnicos intelligit, παλαιστὰς, δρομεῖς, πυκτὰς, δισκοβόλους, καὶ ἀλτικούς, hoc est luctatores, cursores, pugiles, item disco & saltu certantes. Cicero 2. Tusc. Faciunt idem quum exercentur, athletæ.

Athletica, f. p. Absolutè dicitur pro arte saltandi, ἀθλητική. Vnde apud Iurisconsultum legitur, ignominiosos non esse, qui athleticam uirtutis gratia exerceant.

Athleticus, a, um, ἀθλητικός. Quod athletarum est: ut, Athletica certamina,

Athleticè, Id est optimè & firmissimè. Plaut. in Bacchid. Bene ne usq; ualuit? C. Pancraticè, atq; athleticè.

Athloteta, m. p. ἀθλοθέτης, Certaminũ iudex: quo uerbo utitur Suetonius. Athlothetæ in gymnicis ludis erant: hoc est, curatores, constitutores q; certaminũ, iidem qui βραβεύται, & Agonothetæ. Horum erant lictores mastigophori, id est, flagriferi, ad summouendam turbam, & cohibendas seditiones. Bud.

Athophia, uocatur etiam paruitas oculi totius, & pupillæ cum uisus imbecillitate.

Atimus, a, um, ἄτιμος, Ignobilis & sine honore.

Atinia, æ, Genus ulmi, rarissimam ferẽs sameram (ita enim ulmi semen uocant) eamq; inter frondes, quas prima germinatione edit, latentem. Col. lib. 5. cap. 15.

Atizoes, ἀτιζόης, Gemmæ species argenteo nitore fulgẽs, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris iucundi. Vide Plinium libro 37. cap. 10.

Atlantius nodus, Primus spinæ articulus uocatur à Plinio libro 28. capite 8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Atnepōs, ôtis, Filius abnepotis, uel abneptis.

Atneptis, Filia abnepotis, uel abneptis. Institut. lib. 5.

Atocion, ἀτόκιον, Dicitur omnis medicina quæ conceptū abigit, hoc est, spem partus intercipit. Plinius libr. 29. cap. 4. Tertium genus est eodem phalangii nomine araneus lanuginosus, grandissimo capite: quo dissecto inueniri dicuntur intus uermiculi duo, adalligatiq; mulieribus ceruina pelle ante solis ortum, præstant ne concipiant. Vis ea annua est, quam solam ea omni atocio dixisse fas sit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali uenia indiget. Est & Atorianlychnis agria. Dioscorides lib. 3. cap. 114.

Atomos, ueratrum album apud Dioscor. lib. 4. cap. 151.

Atomos, hyoscyamus, Dioscorides lib. 4. cap. 72.

Atomum, thus, thuris, fragmentum.

Atŏmus, penul corr. generis fœminini, ἄτομος. Corpusculum minutissimum, quæ τομὴν, id est, sectionem non recipit. Nam atomos insecabilis dici potest, ab ἀ & τέμνω, diuido, seco. Vnde & Atomi dictæ sunt, quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quæ infusis per fenestrā radiis Solis, uidemus. Vnde Epicurus ex suis atomis mundum struit, & uniuersa conformat, & earundem dissolutione dissoluit. Cicero 1. Acad. Quid est enim magnum, quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat atomos) concursione fortuita loquis? Sunt etiam atomi in corpore, ut lapis quum diuiditur usq; ad minutiam quæ diuidi & secari non possit. Dicitur etiam eadem ratione Atomus, minimum & insecabile temporis momentum. Similiter in numeris unitas.

Atonychon, leontopodion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 132.

Atos, bunium apud Dioscor. lib. 4. ca. 125.

Atos ἄτος, insatiabilis dicitur.

Atquĕ, Coniunctio connexiua est, πρὸς. Verg genus unde Latinum, Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ. Quandoq; aduerbium, quod pro Quàm poni solet, ἢ, καὶ: ut Persius, qui tu impunitior exis, Atq; hic? Suetonius in Cæsar. Velut grauius atq; ipse sensisset. Cicero in Catil. Simulachrum Iouis contrà, atq; antea fuerat, ad Orientem conuersum. Idem de Somnio Scipionis, Stellæ errantes uersantur retrò, contrario modo atque cælum. Idem Attico, Hoc ad officium meum æquè, atque ullam rem pertinet. Quandoq; pro celeriter & statim, καὶ δὴ. Vergilius. Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni. Quandoq; pro festinè, & intrepidè geminatum inuenitur. Ennius, Atq; atq; ascendit super muros Troiana iuuentus. Quandoq; pro Postquam. Plautus in Amphitrione, Neq; se Luna mutat quoquam, atq; exorta est semel. Atq; adeò, particula est augmentatiua: qua utimur, quum significantius grauiusq; uerbum leuiori subiungimus. Cicero pro Sexto Roscio, Hoc consilio, atque adeò hac amentia impulsi. Idem Attico lib. 1. Ego princeps in adiutoribus, atq; adeò secundus fui.

Atqui, Sed, sed enim, at enim, ἀμέλει, ἀπαμέλω, ἀκήρ. Terentius in Adelphis, Atqui ex me hic non est natus, sed ex fratre. Cicero pro Milone, Atqui excelso loco superiorem se fore putabat Milo.

Atrabilaria, id est, atræ bili obnoxia corpora.

Atractўlis, ἀτρακτυλὶς, Spina est, ex qua mulieres colus faciebant unde & nomen habet. Eius duæ sunt species, quarum unam Cartamum agrestem, alteram Carduum benedictum uocant officinæ. Vide Plinium lib. 21. cap. 17. & Ruellium lib. 3. cap. 55.

Atrebaticæ uestes, χιτῶνες ἀτρεβατικαὶ, Vestes erant coloris xerampelini, hoc est siccatis uitium frōdibus similes: quæ apud Atrebates optimæ fiebant. Suidas Atrabaticas uocat, alii Atrabapticas, à coloris scilicet nigredine. Vide Cælium Rhodig. lib. 16. cap. 10.

Atri dies. Vide suprà in dictione Ater.

Atricapilla, μελαγκόρυφος, Auis est ex ficedularum genere. Festus, Melancoryphi, genus auium, quæ Latinè uocantur Atricapillæ, eò quòd summa earum capita nigra sint.

Atrifer, a, um, Μιλανκεφανισμὸς, dicitur quoniam semen nigrum ferat, iunci species est.

Ātrium, atrii. m. s. ἀυλὴ, Prima pars domus, quę continet mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit, & in qua prisci (ut ait Cato) aperto ostio epulabantur, ubi etiam pecunias & cætera pretiosiora seruabant: seruosque quibus tanquam honoratioribus earum rerum custodiam committebant, Atrienses appellabant. Vitruuius libro 6. In ūrbe atria proxima ianuis esse debent. Gellius lib. 6. cap. 5. Animaduerti enim quosdam haudquaquam indoctos uiros, opinari uestibulum esse partem domus primore, quam uulgus Atrium uocat. Dictum Atrium ab Atriatibus Hetruriæ populis, ut inquit Varro libro 1. de lingua Latina, quia id genus ædificij Atriæ primùm in Hetruria sit institutum: uel quòd à terra oriatur, quasi Aterrium: uel quod atrum esset ex fumo culinæ. In atrio enim tria erant habitacula: uestibulum, locus sportularum, qui & ipse Sportula dicebatur: ubi proponebantur eo die, quæ dono danda erāt, & culina: quáquam uestibulum propriè locus sit ante ædes. Vide suo loco.

Atriolum, n. s. αὐλίδιον, Paruum atrium. Cicero ad Quintum fratrem, Quo in loco te in porticu scribere aiunt, ut atriolū fiat: mihi, ut est, magis placebat, neque enim satis loci esse uidebatur atriolo.

Atrici, m. s. ἄϋλιοι, A Iureconsultis dicuntur, qui excubant ad atrium, qui & ad limina uocantur, & Atrienses.

Atrienſis, om. t. αὔλιος, Is erat, cui credebatur cura atrii: est autem seruus præcipuus in familia. Cicero in Piso. Serui sordidati ministrant, nonnulli etiam senes: idem coquus, idem atriensis. Columella lib. 12. cap. 3. Tum sistere atriensibus, ut suppellectilem exponant.

Atrilicium, eam atrij partem significat, in qua olim licia etiam texebantur, teste Ascon. Pedian.

Atriplex, s. t. ἀτράφαξις Dioscoridi, Herba est syluestris & hortensis, frigidæ & humidæ substantiæ. Aluum mollit & ictericis prodest: ab atro colore, ut quidam aiunt, quòd homines liuidos & decolores faciat. Macer, Atriplicem tritam nitro, melle & aceto, Dicunt appositam calidam sedare podagram. Accusatur hæc herba à Pythagora, quòd hydropicos homines faciat, & regium morbum inducat. Atreplexū ueteres dixere, teste Festo.

Atrox, o. t. Asper, crudelis, quòd qui atro uultu sunt, asperitatem & sæuitiam præ se ferunt. ἀπλωὴς. Terent. in Hecyr. Incredibili re, atq; atroci percitus. Verg. 1. Georg. Ecce inimicus atrox magno strídore per auras Insequitur Nisus. Festus à Græco nomen hoc deriuat, quòd ἀτρόκια appellant, quæ cruda sunt: siue ab eo quòd atroces nihil de se timeāt: τρέω enim significat timere. Vnde & pro constanti quandoq; ponitur. Horat. lib. 2. Car. Odyss. 1. Et cuncta terrarum subacta, Præter atrocem animum Catonis.

Atrocitas, atis, Crudelitas, ὠμότης, ἁπλωΐα. Cic. 6. Verr. Donec populus, atq; uniuersa multitudo atrocitate rei, miseri cordiaq; commota, senatum clamore coēgit, &c.

Atrociter, aduerbium, ὠμῶς, Crudeliter. Cicero pro Roscio, Amer. Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri uidemus, aut audimus, etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.

Atrophia, æ, ἀτροφία, Macies uel totius corporis, uel alicuius tantùm partis prouenięs ex una uel pluribus naturalis facultatis partibus uitiatis: ut contingat, exempli causa, partis alicuius facultatem attractricem adeò esse imbecillam, ut alimentum suum attrahere non possit, necesse erit, eam partem nutrimento suo destitutam, macie extenuari & ueluti exarescere. Idem censendum est, si alia quæuis ex facultatibus naturalibus munus suum exequi non queat. Qui autem hoc morbi genere laborant, Atrophi, ἄτροφοι, appellātur. Vide Gal. in tractatu de Symptomat. differen. & Celsum lib. 3. cap. 22.

Attaceo, ces, cre. ex ad & taceo, simul taceo. Cic. pro Flac. Liceat hæc nobis si obliuiscì non possumus attacere: liceat mihi potius de leuitate Græcorum queri.

Attæ, m. p. Teste Festo, dicti sunt, qui per uitium crurum, aut pedum, plantas à terra non subleuant, & atterunt magis terram, quàm ambulent: quod cognomen fuit Quintio poëtæ. Horatius lib. 2. Epist. ad Augustum, Rectè, nec ne crocum, floresq; perambulet Attæ Fabula, si dubitem: clament perijsse pudorem, Cuncti penè patres, ea quum reprehendere coner, Quæ grauis Æsopus, quæ doctus Roscius egit.

Attagen, pen. corr. gen. masc. & Attagena, æ, ἀτταγᾶς. Suidæ. Auis Asiatica inter nobilissimas habita, maximè uerò quæ in Ionia nascitur, & inter esculentiores aues præcipuo sapore censebatur. Plinius libro 10. capite 48. Attagen maximè Iouius celebratus, uocalis aliàs, captus uerò obtumescens, quondā existimatus inter raras aues. Martialis, Inter sapores fertur alitū primus Ionicarū gustus attagenarum.

Attalum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Attalum, emplastrum, quod uulneribus medetur, Celsus libro quinto, cap. 5. & 19.

Attamen, Coniunctio est composita ex Ad & tamen, idem significans quod Veruntamen, ἀλλ' ὅμως. Cicero in Epist. Attamen ne mirere unde hoc acciderit. Aliquando etiam legitur diuisa. Idem 3. de Orat. Atq; ei si nequaquam parē eius ingenio, at pro nostro tamen studio, meritam gratiam referre debemus.

Attamino, σπιλόω, Vide in dictione Contamino.

Attegiæ, arum, f. p. Id est mapalia, & tuguria, σκηνώδρια, ἀτ]τ γία. Iuuen Dirue Maurorum attegias, castella Brigathum.

Attegrare Veteres dixerunt pro Integrare, siue augere. Fest.

Attelabus, ἀτ]τέλαβος, Paruæ locustæ species est, quæ alis caret. Vide Plin. lib. 29. cap. 4.

Attempero, as. Idem est quod Adapto. προσάπλω.

Attemperatè, aduerbium, Idem significans quod Tempestiuè. Terentius in Andria, Itane attemperatè uenit hodie in ipsis nuptiis?

Attendo, Aduerto, cogito, consydero, & quasi animum intendo, προσέχω. Ponitur autem interdum absolutè. Cicero 2. de Inuent. Si diligenter attendimus, hæc apta esse inter se intelligemus. Nonnunquam cum accusatiuo. Ibidem, Hoc autem in horum locorum expositione oportebit attendere. Idem pro Archia, Quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis. Aliquando accusatiuus mutatur in ablatiuum. Terentius, Nunc quid petam mea causa, æquo animo attendite. Suetonius iunxit datiuo, Inter liberales disciplinas attendit & iuri, id est, operam dedit. Ponitur quoque cum præpositione Ad. Terentius, Nimium ad rem in senecta attenti sumus. Dicimus etiam Animum attendere, pro intendere, & mentem in re aliqua fixam habere. Cicero 3. Offic. Et quum animum attēderis, turpitudinem uideas adiunctam. Hinc Attentos, φιλήκοος dicimus auditores, qui ad ea quæ dicuntur, intendunt animum. Ciccro 3. de Natura deorum. Præbebo igitur me tibi uicissim attentum contra Stoicos auditorem. Et Attentum patrē familiās, id est, consyderatum, prudentem. Cicero pro Quintio, Quintius fuit P. Quintii huius frater, sanè cæterarum rerum paterfamiliās & prudens & attentus: una in re minus consyderatus, qui &c. Et Attentam uitam, pro diligente & curiosa. Cic. pro Roscio Amer. Tamen ne hæc attenta uita & rusticana, relegatio, atq; amādatio appellabitur.

Attentio, f. t. ut Speusippus inquit, Est intentio animi ad discendum, προσοχή. Cicero 3. de Orat. Reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, &c.

Attentè aduerbium, Id est animo intento, φιλικόως Cic. ad Catonem, Scis enim, quàm attentè, te audire soleam.

Attento, as, a. p. ex A d & tento, πειράω. Plin. in præfat libr. 6. Nemo apud nos quidem, qui attentauerit. Cic. in Orat. Melius est præterire quàm attentatum deferere.

Attenuo, as, a, p. Significat subtilē facio, minuo, ψιλόω. Ouidius 4. Trist. Cuncta potest igitur tacito pede lapsa uetustas Præterquam curas attenuare meas.

Attenuatè aduerbium. Cic. de Clar. orat. Oratorum bonorum duo sunt genera: unum attenuatè, presseq; alterum sublatè, ample que dicentium.

Attenuatio, onis, uerbale. Author ad Heren. libro 4. Defensoris narratio simplicem expositionem debet habere cum attenuatione suspicionis.

Attero, attriui, attritum, Est rem aliquam ad aliam terere, & quodāmodo cōfricare: ut, Atterere gladiū coti, προσρίβω. Plin. lib. 9. cap. 5. Anguillæ atterunt se scopulis. Significat & comminuere, frangere. Colum. lib. 5. cap. 6. Nam demissum ex eo palmitem germinantem inferior atteret, & fructū decutiet. Verg. 4. Georgic. aut errans bucula campo, Decutiat torem, & surgentes atterat herbas.

Attritus, tior, tissimus. Nomen ex participio. Cic. 6. in Verr. Vt ictus eius, ac mentum paulò sit attritius: qd' in precibus & gratulationibus non solū id uenerari, uerumetiam osculari solent. Attritæ opes, apud Liu. pro imminutæ.

Attritus, us, pen. prod. uerbale. Plin. lib. 9. ca. 45. Contactos pisces, attritu; petræ scalpentes pruritum, inuadit.

Attestor, aris, In testem accipio, μαρτύρομαι. Cic. pro Mil. Is qui ita natus est, & ita consueuit, te Magne tamen attestare tur. Plin. lib. 11. ca. 45. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangētes attestamur. Pro eodem ueteres dicebant antestor. Vide suo loco. Ponitur etiam nonnunquam pro testimonium dicere, uel affirmare. Plin. in Præfat. lib. 4. Hoc attestabatur uel inimico iudici approbari posse.

Attestationes, dicta testiū sunt, uel testimonia, ordine Iuris scripto deducta.

Attexo, is, ere, attexui, attextū, Addo, adiungo, προσίθημι. Cicer. de Vniuers. Vos autem ad id, quod erit immortale, partē attexito te mortalem. Varro li. 2. cap. 5. Nos interea secundū actum de maioribus attexamus. Cæsar, Pinnæ, loricęq; ex crātibus attexuntur.

Attigo, sine n. Idem quod Attingo: nam sicut Tango, ita & Tago dicimus. Plaut. in Mostel. Abscedite, telis ne attigant.

Attiguus, Proximus, ab Attingendo, sicut Cōtiguus à Contingendo, προσαφής. Apuleius lib. 4. Contra procliue montis attigui, fuga me liberaui.

Attilus, pen. prod. in. f. Piscis satis grandis, qui in Pado inertia pinguescens, ad mille aliquando libras captus est, catenato hamo, nec nisi boum iugis extractus. Plin. lib. 9. cap. 17.

Attinere, n. f. Pertinere, decere, conuenire, προσήκειν, ἀνήκειν. Teren. in Adel. Iamne me uis dicere, quod ad te attinet? Aliquādo significat iuxta, siue in manib. tenere. Plaut. in Capt. Nam senex est in tonstrina, nunc iam cultros attinet.

Attingo, gis, attigi, attactum, a. t. Leuiter tango: minus est enim quàm tango, ut inquit Donatus, ἅπτομαι, ἐπιψάυω, Terentius in Adelph. Tetigi ne iam tui aliquid? AE. Si attigisses ferres infortunium.

Attactus, us, uerbale. Verg. Aenei. 7. Ille inter uestes, & læuia pectora lapsus Voluitur attactu nullo.

Attollo, is, a. t. Eleuo, erigo, ἐπαίρω. Liuius: Quumq; se quisque attollere ac leuare uellet. Aliquando ponitur pro Aufero. Pacuuius: Custodite istum uos, ne eum quis attollat, neue quis attingat. Aliquando pro Affero. Plautus in Casina: Quid si propius attollamus, Eamusq; obuiam? Hoc uerbum facit præteritum Attuli. Diomedes, Affero, attuli, quoniam & à fero Tuli dicimus, quanquā & id perfectum qd' est attuli, ex alio uerbo proficisci reperimus apud ueteres, ex eo quod est Attollo.

Attonitus, Consternatus fulmine, aut morbo stupefactus, ἀποπληκτος, ἐμβρόντητος. Seru. Attonitus dicitur, cui casus uicini fulminis & sonitus tonitruū dant stuporē. Ver. 3. Ac. Talibus attonitus uisis ac uoce deorum. Nomen est ex participio deductū à uerbo Attono: quo usus est Ouid. in Epist. Phædrę ad Hippolytū, Aui quas semideę Dryades, Faunique bicornes Numine contractas attonuere suo.

Attonitè, aduerb. Plin. libr. 30. ca. 1. Britannia hodieq; eā attonitè celebrat tātis ceremoniis, ut dedisse Persis uideri possit.

Attraho, his, a. t. Ad me traho, alliceo, ἕλκω. Cic. Att. Quū id malū, qd' uitare poteras ultro accersas, atq; attrahas.

Attrecto, significat manibus traho, palpo, μεταχειρίζομαι, ψηλαφάω. Plaut. in Persa: Ne me attrecta subigatrix. Liu. ab Vrbe: Quod id signum more Hetrusco, nisi certæ gentis sacerdos, attrectare non esset solitus. Sic Cic. de Auruspic. respon. Attrectare contaminatis manib. Et Verg. 2. Aen. Attrectare sacra. Cicer. p Cælio, Est enim dictū ab illis, fore qui dicerent, uxores suas à cœna redeuntes attrectatas esse à Cælio.

Attrectatus, us, uerbale. Ci. 2. Tusc. Nam attrectatu, & quassu sæuum amplificatis dolorem.

Attremo, is, ere, Ad uocem alicuius contremiscere. Stat. 8. Theb. Dixerat atq; īandudū regia tristis Attremit oranti.

Attribuo, is, a. t. Impono, committo, assigno, ascribo, destino, tribuo, προσάπλω, ἀναπίθημι. Liuius, Cæterorum curā tuendorum C. Flaminio Quæstori attribuit. Cęsar lib. ultimo, Nostri sicut superioribus diebus, ut cuiq; erat locus attributus, ad munitionem accedunt. Vnde attributæ pecuniæ, quas nunc assignationes dicimus. Varro de lingua Latina, Tributum, inquit, dictum à tribus quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à singulis proportione census exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat, Attributum dictum. Ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia ut militi reddant, Tribuni ærarii dicti. Id quod attributum erat, Aes militare dictum.

Atypus, pi, ἄτυπος, m. f. Dicitur qui non satis expedito plectro linguæ utitur: quasi aērem non feriens, uel quasi non satis uerba exprimens, conformāsq;. Gellius libro quarto ca. secundo, Balbus autem, inquit, & atypus uitiosi magis, quā morbosi sunt. Huius uitii meminerunt & Iurisconsulti de Aedilit. edict.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A V

AVG. In notis antiquorum Augustus, uel augur, AVGG. Augustus. AVG. N. Augustus noster. AVR. Aurelius. AVT. uel AVTS. uel AVC. auctoritas, uel auctoratus, uel auctor. AVT. PR. R. author prouinciæ Romanorum.

Au, Interiectio est conturbatæ mentis. Terent. in And. Dictu rane quod rogo? M. Au. D. Concede ad dextram. Aut interiectionem esse silentium iniungentis, docet Linacer ex Terentii Eunuch. Au, ne cõparandus hic quidem ad illũ est, quod tamen rectius Hau, per aspirationem legitur.

Auarus, m. f. quasi auid⁹ æris, φιλάργυρος. Dictio composita est (ut Nigidius uoluit, referente Gellio) siue (quod Gellio magis placet) simplex nomen est, ab auendo dictum: & semper in reprehensione est. Auidus uerò ab auendo, etiam in laude ponitur. Sallustius, Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Horatius 1. Epist. Semper auarus eget. Teren. Eunuch. Ab meretrice auara.

Auara terra dicitur, quum id, quod in se recipit, ampliore fœnore non reddit.

Auaritia, uox ab Alc. obseruata in codice Theodosiano functionis nomen, etiam quæ collatione lustrali exigebatur de rebus promercalibus & uenalitiariis, eam sustulit Iustinianus lib. 11. Codicil.

Auaritia, f. p. Cupiditas, φιλαργυρία. Cic. 4. Tuscu. Auaritia est opinatio uehemens de pecunia, quasi ualde expetenda sit, inhærens, & penitus infita. Terent. in Phormione, Quę egẽs relicta est misera, ignoratur parẽs, Negligitur ipsa: uide, auaritia quid facit.

Auarities, tiei idem. Lucretius, Deniq; auarities, & honorum cœca cupido, Quæ miseros homines cogunt transcendere fines Iuris.

Auarè, aduerbium, Tenaciter, πλεονεκτικῶς. Cic. 3. Offic. Nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinẽter esse faciendum.

Auariter, aliud aduerbium eiusdem significationis: quod non nunquam etiam accipitur pro auidè. Plaut. Curc. Hoc uide ut ingurgitat impura in se merum auariter.

Abion, Chelidonia, Dioscorid. lib. 2. cap. 200.

Auceps, aucupis, com. t. Qui uel quæ aues capit, ὀρνιθοθήρας Columella libro octauo capite decimo, Qui ab aucupibus in hunc usum nutriti, quasi allectores sint captiuorũ. Plautus in Asin. Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum, aues assuescunt.

Aucupium, & Aucupatio, Auium captio ὀρνιθοθήρα. Plautus in Asin. Hic noster quęstus aucupii simillimus est. Per translationem accipitur pro illecebris. Cic. de Orat. Sic minimè animaduerteretur delectationis aucupium.

Aucupor, penultima correpta, deponens p. Aues capio, ὀρνιθοθηρῶ, ἰξεύω. Per translationem uerò significat artificio quodam & solertia quæro, θηρῶμαι: ut, Aucupari gratiam alicuius. Cicero ad Luceium lib. 5. Non uereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear. Aucupari rumusculos imperitorum hominum. Cecero 2. de Legib. Reperitur etiam Aucupo, as, uoce actiua. Plaut. Mostel. Circunspice dum, nunquis est Sermonem nostrum qui aucupet. Idem in Asinar. pauliſper mane, Aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.

Aucupatorius, a, um, Quod ad aucupiũ pertinet, ἰξευτικός. Vnde Aucupatorii calami uiscati, quibus utimur ad capiendas aues. Plin. lib. 16. cap. 36. Quum igitur anno permanserit inundatio, proficiũt in aucupatoriam quoq; amplitudinem.

Audeo, audes, ausus sũ, n. s. Significat fidentẽ esse, τολμᾶν. Plaut. Vix domo egredi audet. Iungitur aliquando cum accusatiuo. Ouid. lib. 6. Metam. Et nihil est, quod non effræno captus amore Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammas. Aliquando temere præsumere. Vergil. 12. Aenei. hæc præmia, qui me Ferro ausi tentare ferunt.

Audens, participium, Non timidus. Vergil. 10. Aeneid. Audentes fortuna iuuat.

Audens, nomen ex participio. Quintil. lib. 9. Illa adhuc audentiora, & maiorum (ut Cic. existimat) laterum, quæ prosopopeiæ dicuntur. Vergil. 6. Aeneid. Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito.

Audendum. Tibul. 1. Eleg. Audendum est, fortes adiuuat ipsa Venus.

Audenter, aduerbium, Idem quod audacter, θρασέως Tacit. lib. 4. Quidam audentius apertis in collibus uisebantur.

Ausus, a, um, participiũ. Liu. Exules, obærati, ausi capitalia pl e-

A V D

rique. Ouid. 1. Trist. Conscia percussit meritorum pectora Colchis Ausa, atq; ausura multa nefanda manu.

Ausum, ausi, nomen substantiuum, τόλμημα, Silius lib. 5. Funditur unanimo uisu, & concordibus ausis Pilorum in Pœnos nimbus. Vergilius sexto Aenei. Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.

Audax, om. t. modò fidens dicitur, τολμητίας, uel quod ἀτληκὸ τι ρον est, τολμητής, Vergil. 5. Aeneid. Quiq; pedum cursu uales, & qui uiribus audax. Modò temerarius. Plaut. Pergin audax hoc facinus persequi?

Audaculus, m, f. diminutiuum. Gell. Aderat reprehensor audaculus uerborum.

Audacia, f. p. θράσος, ut inquit Speusippus, est securitas, qua quis malũ neq; futurũ expectat, neq; præsens horrescit. Et ferè accipitur in malam partem pro nimia confidentia, qua quis sine ullo aut periculi metu, aut pudoris respectu rẽ aliquam temerè aggreditur. Cic. Nec uires eis nec audacia, nec tela defuere. Salust. Audacia pro muro habetur.

Audaciter, & Audacter per syncopen, θρασέως. Cicero pro Roscio, Multa sceleratè, multa audaciter, multa improbè fecisti Idem de Claris orat. Magis audacter, quàm paratè ueniebat ad dicendum.

Audio, audis, audiui, auditum, a. q. Propriè significat sonũ auribus accipio, ἀπὸ τῆς αὐδῆς, id est à uoce, cuius proprium est ut audiatur, ἀκούω. Vergilius audiendi uocabulum etiam ad eam transtulit quæ auribus & sensu carent, quum ait libro primo Georgicorum, & frustra retinacula tendens Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. Aliquando Audire est intelligere, aduertere. Vergilius primo Aeneidos, Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat. Interdum est audita petenti concedere. Vergilius nono Aeneid. Audiit & genitor cæli de parte sinistra Intonuit læuum. Interdum credere, accedere. Cicero in Tusculano. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum ait. Interdum præcipienti parêre, ὑπακούειν, ἀκούειν: & hoc tã cũ accusatiuo, quàm cum datiuo. Cicer. Audies te, id est, auscultabis tibi. Nam audire præcepta alicuius dicimus, quum eis paremus. Cum datiuo. Idem: Et audiens esset huic ordini, id est, obediens. Inuenitur & Audio cum aduerbio bene, quod significat commendor, laudor, καλῶς ἀκούω, Aristophanes. Terentius, Benedictis si certasset, audisset bene. Huius uerbi composita sunt, Exaudio, Inaudio, bene uel perfectè audio. Plautus, inaudisse, inquit, pro Valde audisse. Cicero Pansæ, pro simplici posuit, Quorum eripuit illa uox, de qua ego ex te primùm inaudieram. Inauditum tamen dicitur pro eo quod nunquam auditum est, ἀνήκοος, ἄπιστος: ut, Res inaudita. Cicero pro Ligario, Rẽ certè nouam & ante hunc diem inauditam. Et inauditum quandoque dicitur, quod non audit, ἀνήκοον. Varro, Animalium aliud alio sensu caret: quædam enim à natura gignuntur aut inodorata, aut inaudita. Obaudio etiam ueteres dixerunt pro non obedio: & Subaudio, quod modò parum audio significat, modo intelligo.

Auditio, f. t. Ipsè audiendi actus, ἀκρόασις. Cicero 5. de Finibus Dantq; se ad ludendum, fabellarum q; auditione ducuntur. Dicitur & audientia p eodẽ. Plau. Exurge præco, fac populo audiẽtiam, hoc est, fac ut populus audiat. Cicer. 1. Verr. Quã tam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura sit. Hinc Auditiuncula, diminutiuum. Gellius libro 13. capite decimo octauo, Auditiuncula quadam de Catonis familia aspersus est.

Auditorium, n. s. Locus ubi auditur præceptor, aut Orator. ἀκροατήριον. Quintilianus libro 2. cap. 11. Sed cuius rei gratia plenum sit auditorium. Per metonymiam accipitur pro ipsa auditorum turba. Plin. in Epist. Nam proximè frequenti auditorio inter se corãm multi ordinis nostri clarè iocabantur. Auditorium etiam pro foro & tribunali ponitur. Paulus in l. contra de re iudi. Is qui ad maius auditorium uocatus est, si litem inchoatam deseruerit, contumax non uidetur. Significat etiam auditorium propriè scholam Rhetorum, Grammaticorum, aut Philosophorum, in qua discipuli præceptorem audiunt, aut certè disputationibus, aut declamationibus sese exercent: atque ita foro opponitur. Quintilianus libro decimo capite 1. Sed alia ratio est litium & disputationum, fori & auditorii, præceptorum & periculorum.

Auditor, oris, m. t. uerbale, Discipulus, qui professorem audit, aut Rhetorem declamantẽ, aut Poẽtam carmina sua recitã-

tem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tem, ἀκροάτης. Cicero Attic. lib. 16. Sed notentur Eclogarij, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio dun-taxat legat. Iuuenalis Satyr. 1. Semper ego auditor tantùm.

Auditus, tus, m. q. Modò sensum audiendi significat, hoc est potentiam illam, qua soni percipiuntur, ἀκοή. Plin. libr. 10. capit. 69. Auditus cui hominum primò negatus est, huic & sermonis usus ablatus. Cicero pro Mar. Vereor ut hoc quod dicam non perinde intelligi auditu possit, atq; ego ipse cogitans sentio.

Auĕ, Verbum defectiuum: in secũda persona singulari Aue, & plurali auete: infinitiuo Auere, teste Diomede libro. 1. χαίρειν. Martialis li. 5 Exprimere, Ruffe, fidiculæ licet cogant Aue Latinum, χαῖρε non potest Græcum.

Auĕho, is, a. t. Abduco, siue alio uecho, ἀπάγω Suet. in Cæs. Stipendiarium quoq; pronuntiatum, & abstrahentibus statim eripuit, occultauitq; apud se diu, & mox ex præfectura proficiscens in Hispaniam, inter officia prosequentium faces q; lictorum lectica sua auexit. Terẽtius in Adelphis. Is uenit, ut secum auehat.

Auellānă, næ, f p ναπλόκαρπον. Nux est coryli arboris, quæ alio nomine dicitur nux Pontica, quòd in Asiam, Græciáq; primò è Ponto uenerit: eadem & Prænestina dicitur, quòd Prænestini his abundent, siue (ut Macrobio placet) quòd Prænestini ab Annibale obsidione cincti, his nucibus famem tolerauerint. Primùm autem dictæ sunt Abellinæ ab Abellino Campaniæ oppido, quòd à Vergilio appellatur Abella, à Silio Auella. Plinius lib. 15. cap. 21. Cæteris quicquid est, solidum est: ut in auellanis, & in ipso nucũ genere, quas antea abellinas uocabant.

Auĕllo, lis, auelli, & auulsi, auulsum, a. t. A loco uello, abstraho, aufero, ἀποσύρω Cic. de Senect. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, ui auelluntur. Verg. 2. Aeneid. Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium. Terent. in And. Ita magnæ, ut sperem posse auelli, id est, abduci, disiungi.

Auulsor, m. t. ἀποσπαστὴς, & Auulsio, ἀπόσπασμα, uerbalia. Plin. libr. 17. cap. 10. Aut enim semine proueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulsione. Idem libro 9. capite 45. Vbi auulsorem sensere, contractæ multò difficilius abstrahuntur.

Auēna, æ, pen prod. f. p. Herba est nota ex frumentacio genere, equorum præcipuè pabulis nascens, tritico foliis & culmo similis, semen habens eiusdem nominis, è summo pendens culmo, locustarum quandam similitudinem referens, duplici crure diuaricatarum, βρῶμος. Nomen accipisse putatur ab eo, quod ad fructum non ueniat. Numeratur enim inter uitia segetis, ueluti quidam frumenti abortus. Solis enim cęliq; uitio interdum accidit, ut triticum, hordeumúe in auenam degeneret. Nonnunquã etiam idẽ euenit uitio seminis, si illud aut imbecillum fuerit, aut cariosum. Vide Plin. lib. 16. cap. 17. Est & alterum auenæ genus, quæ Auena Græca à Plinio uocatur, & à Græcis, ἀγίλωψ. quòd morbum curet eiusdem nominis. Hæc in hordeo nasci gaudet, ut lolium in tritico, multiplicisq; radice solum emacians, illi præripit alimẽtum. Ponitur interdum Auena pro calamo, siue culmo segetis, ex quo pastores sibi fistulas conficere solent: quò fit, ut pro stylo, siue charactere bucolico accipiatur. Vergil. 1. Eclog. Syluestrem tenui musam meditaris auena.

Auenaceus, a, um, Quod ex auena confectum est. Plinius libro 30. Vel cum farina hordeacea, uel auenacea.

Auenaria, f. p. Cicadæ species est, quam uocnulli Frumentariam uocant, quoniam simul cum frumentis arescentibus apparet. Author Plinius libro undecimo capite uigesimo septimo.

Aueo, es, Verbum defectiuum sine præterito, & supino, Significat concupisco, γλίχομαι Cicero libro 1. Offic. Itaq; quũ sumus negotiis curisq; uacui, tum auemus aliquid audire, & discere. Idem ad Atticum libro primo, Valde aueo scire quid agas. Auere etiam à nimia cupiditate, pro gaudere ponitur. Vnde salutantes quoq; Aue χαῖρε dicimus, id est, gaude & lætare.

Auens participium. Horatius 2. Serm. non est mihi tempus auenti Ponere signa nouis præceptis.

Auĕrrūncāre, Idem est quod Auerto, uel depello, quod putatur à runcando deductum esse, ἀποτρέπειν, ἀποπαμβᾶσαι. Est autem runcare, herbas uel frutices noxios, ex agro euellere, Liuius 8. ab Vrbe. Placuit ad auerruncandam Deũm iram, uictimas cædi. Inde Auerruncasso, pro eodem, Lucilius libro 26. Dii maluerint meliora, atque amentiam auerruncassint tuam.

Auērtæ, tarum, f p. Sunt lora (ut Budæus scribit in Annot. Post.) latiora, quæ per terga equi iugalis excurrunt, sub alis eius succincta. Accursius Auertã, equorum pectorale uult esse, ita dictum, quòd auersum collocetur: sicut Postilena Plauto incuruum illud corium dicitur, quòd à sella in caudam desinit: ab eo, quod post sellam sit. Alciato placet, hoc uocabulo ornamentum capitis intelligi, quo habenæ figuntur: & id quoq; ab auertendo, quod equi per eam uertantur, prout sessori usum est.

Auerto, is, a. t. Aliò uerto, amoueo, ἀποτρέπω. Vergilius 1. Aeneid. Nec posse Italia Teucrorum auertere regem? Plautus in Amphytrione, te uolo uxor colloqui: Quò te auertisti nunc? Huius anthitheton est Aduerto. Vnde Aduertere oculos, uel mentem dicimus, pro eo quod est, ad rem aliquam aciem oculorum uel mentis intendere. Auertere autem est remouere, & aliorsum flectere. Cicero de Amicitia. Tu uelim animum parumper à me auertas. Lælium loqui ipsum putes. Est item Auerto nonnunquam idem ferè quòd Interuerto, hoc est intercipio, & efficio ne res ad eum perueniat, cuius est. Cicero tertia in Verrem, Is auersa pecunia publica aufugit. Et paulò antè, Hic in quæstura pecuniam publica Cn. Carboni Cos. datam auertit. Idem in Frumentaria. Frumentum auersum à Republica abreptum ab aratoribus.

Auersus, a, um, Qui faciem à nobis auertit, tergumq; ostendit, ἀπεστραμμένος: cuius anthitheton est Aduersus, ἀναντίος, qui faciem, anterioremq; corporis partem nobis obiectã habet. Cic. 3. de Orat. Aduersus, & auersus impudicus es, hoc est ab anteriore parte, & à posteriore. Sic hostes aduersus aggredi dicimur, quum eos à fronte inuadimus: auersos autem, quũ fugientes à tergo adorimur. Per metaphoram Auersum uocamus iratum, iniquum, contrarium, & malè cupientem. Cic. ad Att. libr. 8. Deos auersos esse à salute populi Romani. Idem eidẽ li. 7. Ille auersissimo à me animo est. Verg. Aene. Talia dicentem iamdudũ auersa tuetur. Vbi Seruius, Auersa inquit, hoc est irata. Nam si intueretur, quomodo auersa, ni si irata? Auersa Venus, dicitur præposterus coitus, qui infandus est, & execrandus, καταπυγοσύνη. Iul. Capitol. de Clodio Albino, Mulierarius fuit inter primos amatores, auersæ ueneris semper ignarus, & talium persequutor.

Auersor, aris, d. p. Detestor, abominor, ab aliqua re, quam odio habeo, uultum auerto, ut illam repellere uideri possim, ἀποστρέφομαι, ἀποτροπιάζομαι. Ouidius in Fast. Officioq; leuem non auersatus honorem. Columella, Nam nec rubos auersatur capra.

Auersatio, uerbale. Quintil. lib. 8. cap. 3. Ego certè mihi cernere uideor eorum qui aderant tantam auersationem, ac timidam uerecundiam.

Auertor, eris, deponens, t. Idem quod Auersor, hoc est, contemno, uel sperno, ἀποτρίπτομαι, à moribus, & consuetudine hominũ ducta significatione. Ab iis enim quæ nobis sunt contẽptui, faciem nostrã auertimus. Boëtius, Heu heu, quã surda miseros auertitur aure, id est spernit, dedignatur. Aliud est Auertor passiuum ab Auerto: à quo fit Auersus, de quo suprà.

Aufero, aufers, abstuli, ablatum a. inconseq. ex Ab, & Fĕro compositum, (teste Cicerone in Oratore) Significat tollere, ἀποφέρω, ἀφαιρέω. Teren. in And. Vos isthæc intrò auferte. Cicero 3. de Finib. Commentarios quosdam, inquam Aristotelicos, quos hic sciebam esse, ueni ut auferrem, quos legerem dum essem otiosus.

Ablatus participium. Val. Flac. 6. Argonaut. nec ablatam sequitur, quæritúe sororem.

Aufŭgio, is, pen. cor. n. t Aliò fugio, ἀποφεύγω. Ter. in Hecyr. deniq; herclè aufugerim Potius, quàm redeam, si eò mihi redeundum sit. Inuenitur aliquando accusatiuo iunctum, quemadmodum simplex Fugio. Cic. 1. de Nat. deor. Andromeda aufugiens conspectum mœsta parentis. Sæpè etiam absolutè, & sine casu. Idem in Epist. ad Vatinium. Dionysius quum multos libros surripuisset, nec se impunè laturũ putaret, aufugit. Interdum cum ablatiuo mediante præpositione A, Ab, uel Ex. Liu. Iam aliquantum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat.

Augeo, es, xi, auctum, a. f. Maius facio, amplifico, addo, accessionẽ facio, cumulo, multiplico, αὔξω, σωρεύω. Et tum ad res, tũ ad personas refertur. Ad personas. Cicero ad Atticum Auctus Antonii beneficio sum. Ad res. Idem in Verrem, Nam locu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nam locupletissimi cuiusq; census extenuarant, tenuissimi auxerant. Et ad Qu. frat. Cæsaris in nos amorem, quibuscunque poterimus rebus, augebimus. Hinc componitur Adaugeo & Exaugeo, quæ uehementiam significãt. Terentius in Heauton. Hoc timet, ne tua duritia antiqua illa etiam ad aucta fiet. Idem, Ibi concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. Ab augeo fiunt Auctor, as: Auctus, a, um, αὐξηθείς, Auctus, us, Auctor & Augesco, scis, Augifico, nonnulli ex antiquis dixerunt. Ennius, Et tabes numeros augificabit suos.

Augesco, scis, n. t. Cresco, incrementum accipio, αὐξάνομαι. Sumitur enim passiuè, & semper intransitiuè ponitur. Plin. li. 11. Augescunt corpora dulcibus, atq; pinguibus, & potu: minuuntur siccis & aridis, & siti. Cic. in Catil. Quę & succo terræ, & calore solis augescens, primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.

Auctus, us, m. q. uerbale, αὔξησις. Liu. 4. ab Vrbe, Cuius rei præmium sit in ciuitate, eam maximis semper auctib. crescere. Plin. Epist. 97. Fontis mira natura: ter in die statis auctibus & diminutionibus crescit, decrescitq;. Plin. lib. 4. cap. 12. Auctu immenso aquarum.

Auctum, Vocabatur spatium circi, quod super definitum modum uictoriæ adiungebatur, Festus.

Auctio, onis, f. t. Nomẽ ab Augeo. Significat augmẽtũ, αὔξησις. Vnde etiam ponitur pro uenditione, quæ fit per augmentum pretii, πράσις: quum fit publica rerum priuatarum uẽditio, & res traditur plus offerenti. Iuuenalis, Si coniugis auctio fiat. Plaut. in Stich. de auctione parasitica loquens, Nũc auctionem (inquit) facere decretum est mihi. ἐπάρτιον προγράφειν. Auctio uerò hastæ, Est uenditio publica bonorum eorum, qui damnati, proscriptiq; fuerunt. Nam hastæ subiiciebant ea, quæ publicè uenundabant, sicut in bello capta. Inde hastam Cæsaris refrixisse scribit Cicer. qui alibi ait, Bis iam uidimus hastam in foro ponere, & bona ciuium uoci subiacere præconis.

Auctionor, pen. prod. d. p. Per auctionem uendo. ἐπάρτιον προγράφω, ἀποκηρύττω τὰ πατρῷα παρὰ ἐπωνῆ. Ci. pro Quint. Næuius hominem multis uerbis deterret, ne auctionetur.

Auctionarius, m. s. adiectiuum: ut, Auctionaria atria, in quibus auctio fiebat. Cic. de Leg. Agr. Vt in atriis auctionariis potius, quàm in triuiis, aut in compitis auctionentur.

Aucto, as, a, p. Frequentatiuum est uerbi Augeo. αὐξάνω Plau. in Amph. Et ut res rationesq; uestrorum omnium Bene expedire uoltis, peregreq; & domi Bono atque amplo auctare perpetuo lucro. Huius compositum est Audacto. Accius, Quibus rem suam, & patriam nostram quondam adauctauit pater.

Auctito, as, frequentatiuũ ab Aucto: ut, Auctitare pecunias fœnore, apud Tacitum.

Auctarium, rii, n. s. Quod super mensuram uel pondus iustum adiicitur: ut cumulus in modio, ἐπίμετρον, προσθήκη, ἐπίβλημα, πρόσθημα. Item quod ad iustum pretium adiicitur, Plautus, Auctariũ adiicito uel mille nummũ plus quàm poscet.

Auctor, m. t. nomen uerbale ab Augeo, Pro eo qui auget: cuius fœmininum est Auctrix. Author uerò quem Græci αὐτεργὸν & αὐθεντῶ dicunt, sine c, scribendum est. Videtur enim fieri à Græco αὐτέργος: quo is significatur, qui per seipsum suoq; artificio aliquid perficit. Cic. 2. Offic. Apud Homerum optimum authorem nulla talis est de Vlysse suspicio. Legitur & in fœminino genere. Ouidius li. 4. Fast. Optima tu prii nominis author eris. Figurateq; per obliquos, sicut alia uerbalia in or desinentia, neutris adiungitur. Vergilius lib. 3. Italiam petiit fatis authoribus, esto. Est autem author, quasi operis factor. Vnde poëtæ, cæteriq; operum cõditores dicuntur Authores. Valla lib. 4. cap. 32. & lib. 5. cap. 30. Neque solùm qui opus aliquod facit, sed qui princeps est, & primus iubet ut aliquid fiat, aut inductor, persuasorue, Author uocatur: ut si quis populum ad bella cõcitauit, uel qui concordiam persuasit, belli uel concordiæ author fuit. Cicero libro tertio Officiorum. Atq; huius deditionis ipse Posthumus qui debebatur, suasor, & author fuit: quasi dixisset, suasor, & per suasor. Author etiam significat promissorem. ut apud Liuium libr. secundo, Authores sumus tutam ibi maiestatem Romani nominis fore. Item primum propugnatorem siue defensorem, aut uindicem. Idem, Sed ut inuentor legis Volero, sic Lectorius collega eius author cum recentior, tũ acrior erat. Item eum, cui quis fidem habet. Idem, Agitatis deinde consiliis ex omni parte assentiendo multis authoribus trepidauerat. Item primum denuntiatorem. Idem, Iisdem authoribus cognitum est Aequos, Volscosq; summa ui bellum apparere. Similiter approbatorem. Idem li. 3. Multiq; erant, qui mollius consultum dicerent, quòd legum ab eis latarum patres authores fuissent. Is etiam in quo est ius, potestas, dignitas, nec ab alio pendet, potest dici Author: à quo Authoritas, αὐθεντία est appellata. Vnde illud apud Liuium, Decreuerunt, ut quum populus regem iussisset, id est ratum esset, si patres authores fierent, hoc est, si authoritatẽ suam interponerent, & ratum haberent. Authores sententiæ sunt, quorum sententiam sequimur. Authores pupilli in quorum administratione res eius sunt. Paulus Iureconsultus, etiam si non interrogatus tutor, author fuit, ualet authoritas eius: quum se probare dicit quod agitur, id est, authorem fieri.

Auctificus, pen. cor. adiectiuum, Quod auget, quodũe momẽtum aliquod affert ad incrementum, αὔξημος, αὐξητικός. Lucret. lib. 2. Ne porrò rerum genitales, auctificiq; Motus, perpetuò possunt seruare creata.

Augmen, inis, αὔξησις, Idem quod augmentum. Lucretius lib. 3. Perfectum corporis augmen. Augmine donare, pro augere. Idem libro secundo, Vnde abeunt, minuunt: quò uenêre augmine donant.

Augmento, a, p. συναρμόζω. idem quod augeo. Cic. in Læli. Sed uiuendi est finis optimus, cum integra mente cæteris; sensibus, opus ipsa suũ quæ augmentauit natura dissoluit. Hinc coaugmentor, uide infrà in coagmento.

Augur, anguris, οἰωνοσκόπος, οἰωνοπόλος, ὁ ἐπ' οἰωνοῖς μαντευόμενος, Qui ex uolatu, pastu, aut cãtu auium futura diuinat: ita dictus, teste Festo, ab auium garritu, siue à gestu earum, quem augures solent obseruare. Cic. in Caton. Augurq; quũ esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ p Reip. salute gererentur.

Auguralis, le, Ad augurem pertinens, οἰωνοσκοπικός. ut, Auguralis cœna, quæ & adiicialis dicitur. Var. 3. de Re rust. cap. 6. Primus hos Q. Hortensius augurali cœna posuisse dicitur. Cic. ad Gallum, In eas quum incidissem in cœna augurali apud Lentulum. Augurales libri. Auguralia insignia. Porta auguralis, Tacit. lib. 2. Nocte porta egressus auguralí, per occulta, & uigilibus ignara, uno comite, &c.

Augurale, Insigne augurum. Senec. de Tranquil. uitæ, capit. 11. Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, &c. Vir auguralis. Cic. de clar. Orat. Auguralis uirga, οἰωνοσκοπικὴ ῥάβδος, Baculus erat breuis, qui & Lituus appellatus est, in ea parte qua robustior erat, incuruus.

Augurium, n. s. Pro ipsa diuinatione, quasi Auigeriũ dictum uel Auigarium: pro quo antiquissimi etiam Augurum dixerunt per tres syllabas, ut Accii testimonio confirmat Nonius. οἰωνοσκοπία. Erant autem tria diuinationis genera in auibus. nam aliæ uolatu, aliæ cantu futura prædicebant: & illæ quidem Præpetes, istæ Oscines dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum pastu, quum pullis gallinaceis è cauea depromptis esca porrigebatur. Si enim ita auidè edebant, ut cibus ore excidens terram pauiret, hoc est feriret, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiabatur, & feliciter cessurum quicquid ille animo concepisset: contrà omnia infausta portendebantur, si escam non caperent. Quapropter infelicem conflictum à Numantinis in Mancinum illatum prædixerunt pulli, qui escam non ceperunt, sed ex cauea euolarunt. De auguribus, auguriisq; uide Alexandrum ab Alexandro, & Budæum in Pandectas. Sumitur etiam latius Augurii non pro quauis diuinatione, siue coniectura. Cicero quarta, Philip. O mea semper frustrà ueritissima auguria rerum futurarum.

Auguraculum, raculi, n. s. Veteres dicebant, quem nos arcem Vocamus, quòd ibi aues publicè auspicarentur, οἰωνοσκοπεῖον. Festus. Augurius, a, um, Idem quod auguralis, οἰωνοσκοπικός. Cicero Epist. lib. 2. Quum ipsam cognitionem iuris augurii consequi cupio.

Auguro, as, Idem quod auguror, οἰωνίζομαι. Verg. 9. Et si quid ueri mẽs augurat opto. Hinc Inaugro, & exauguro, composita contrariæ significationis. Nam inaugurare est per augurium consecrare. Exaugurare autem, quod inauguratum erat contrario augurio profanare. Ci. de Antonio Cæsaris Flamine, Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem: uide qui te inauguret. Liu. 1. ab Vrb. Et ut libera & cæteris religionibus area esset, tota Iouis templiq; eius, qd inædificaretur exaugurare fana, sacellaq; statuit.

Auguror. pen. cor. Propriè est ex auium cantu, gestu, uel pastu futura di-

futura diuino, μαντεύομαι, οἰωνοσκοπῶ. Quanquam etiam latius accipitur, pro quouis modo coniicio. Regit autem uel accusatiuum, Cic. de Diuin. 1. Calchas ex pallerum numero belli Troiani annos auguratus est. Vel ablatiuum. Idem ad Attic. Etenim quantum coniectura auguramur. Item cū præpositione De. Idem in Bruto, Sed quid de illo augurer, iubet dicere. Et cum Ex. Idem Cecinnæ, Non igitur ex aliis uolatu, nec ex cantu sinistro oscinis, nec è tripudiis solistimis, aut somniis tibi auguror.

Auguratò, aduerbium, Per augurium: sicut Auspicatò, per auspicium. Liuius 1. Decad. lib. 1. Accitus Numa, sicut Romulus auguratò in urbe condenda regnum adeptus est, de se quoque deos consuli iussit.

Auguratus, us, Scientia, uel dignitas auguris, οἰωνοσκοπική. Cicero 2. de Diuin. Cuius quum tentaret scientiam auguratus dixit ei cogitare se quicquam. Ibidem, Quid lituus iste uester, quod clarissimum est insigne auguratus, unde uobis est traditus?

Auguratio, onis, ipse augurandi actus, οἰωνοσκοπία, Cic. 3. de Diuin. Quæ tandem ista auguratio est ex passeribus?

Augustus, a, um, Dicitur sanctus, & dignus, quem religiosa quadā ueneratione obseruationeq; colamus, σεβάσμιος, σεμνός ἱερός. Vnde Augusta templa, & simulachra, augusta forma, & augusta dignitas, &c. Ouidius 1. Fast. Sancta uocant augusta patres: augusta uocantur. Templa sacerdotum, ritè dicata manu. Cicero 5. Tuscul. Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, augustoq; fonte, nostra omnis manabit oratio. Sed & Octauius Cæsar primùm, indeq; reliqui ab illo Cæsares, Augusti, σεβασοὶ cognominati sunt, cum ob singularem eorum uirtutem meritaque in Rempublicam, maxima, tum ut cæteri tam augusto, splendidoque nomini adepto, ad eadem egregias uirtutes inuitarentur. Item quia mense Sextilii Octauius Cæsar primū Consulatū iniit, triumphos in urbem intulit: Aegyptus quoq; hoc mense in potestatē populi Romani reducta, & finis ciuilibus bellis impositus est, placuit Senatui, ut qui antè Sextilis, deinde Augustus appellaretur, ut qui imperio felicissimus fuerit.

Augustè, aduerbium, Sanctè, piè, religiosè, & cum quadam ueneratione, σεβασμίως Cic. 2. de Nat. deo. Hunc dico liberum Semele natum: non cum, quem nostri maiores augustè sanctèq; Liberum, cum Cerere & Libera consecrauerunt. Di cere de religione augustius. Cicero de Clar. orat.

Augustale, is, n. t. Domus principis uel magistratus, à recentioribus appellata fuit, quæ à ueteribus dicebatur Prætorium, πραιτώριον. In castris quoq; Imperatoris tabernaculum, Augustale dictum legimus.

Augustales teste Vegetio lib. 2. Rei militaris appellabantur, qui primos in bello ordines ducebant, ita dicti, quòd ab Augusto ad id munus essent delecti.

Auidus, Cupidus, ab auēdo, hoc est à cupiendo, πλεονέκτης Terent. in Heaut. Sed habet patrem quendam auidum, miserum, atq; aridum. Plin. libro duodecimo cap. 1. Vt est natura hominum nouitatis auida.

Auiditas, atis, πλεονεξία Cic. de Senect. Habeoq; senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis auiditatem auxit, potionis & cibi sustulit. 3. de Finib. Erat enim, ut scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec saturari poterat.

Auidè aduerbium, Cic. de Senect. Græcas literas senex didici, quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. De hoc etiam in dictione Auarus.

Auis, f. t. Volucris omnis, quæ oua parit, & pennis decorata est, ὄρνις ἀπὸ τοῦ ἀείρειν dicta (ut quibusdam uidetur) ab auiis hoc est locis secretioribus, quibus aues maximè delectātur. Author ad Heren. lib. 1. Auium dulcedo ducit ad auiū. Volucres autem πτηνὰ dicūtur, quæcūq; uolare possunt. Vnde apes, uespæ, muscæ, & papiliones, uolucres quidē sunt, nō tamen aues. Vespertilio quoq; à quibusdam inter aues non numeratur, eò quod pennata non sit, sed pennarum loco alas habeat membranaceas, & quatuor pedes cōtra auium naturam, quo fit, ut media quædam species inter quem, & murem esse uideatur: tametsi Valla ab auium genere eū nō excludat.

Auicula, diminutiuum, Parua auis, ὀρνιθάριον. Gell lib. 2. Auicula est parua, nomen est Cassita, nidulaturq; in segetibus.

Auiarium, ariarii, n. s. ὀρνιθών. Locus in quo aues nutriuntur, uel claudūntur, uel custodiuntur, uel quo se aues recipiunt ita dictum ab auibus, sicut Apiarium ab apibus. Cic. Quinto fratri, Nihil restabat, præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. Colum. libr. 8. cap. 1. Quę nos similiter appellamus, apum cubilia apiaria: uel nantiū uolucrum, quæ stagnis piscinisque lætantur, auiaria uel etiam pecudum syluestrium, quæ nemoribus clausis custodiuntur, uiuaria. Auiaria quoque à Vergilio dicuntur loca nemorosa, & secreta, quæ auibus abundant. Sic enim habet 2. Georgic. Sanguine is inculta rubent auiaria baccis. Vbi Seruius, Auiaria secreta nemorum, quæ aues frequentant.

Auiarius, m. s. Qui curam auium gerit, ὀρνιθικός & Colu. lib. 9. de Gallinis, Sic tamen ut illustria sint loca, quo commodius habitet auiarius. Dicitur & Auicularius.

Auilla, quasi quilla, Agnus recentis partus Festus.

Auius, a, um, Quod lōgius distat à uia, aut quod est sine uia ἀίσιμ. &. Vergi. lib. 2. Georg. Auia tum resonant auibus uirgulta canoris. Sallust. in Iugurt. Ipse nocturnis, auiis itineribus ignoratus, repentè Romanos palantes aggreditur. Lucret. Auia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo. Item, Auius à uera longè ratione uagaris.

Aula, siue olla, arborum uitium. quomodo contrahatur, Vide Theophr. lib. 4. cap. 16.

Aula, f. p. Propriè est principium domus uentis perflatile, ut annotauit Athenæus, αὐλή. Vnde apud Homerum loca subdialia hoc nomine intelliguntur. Verum quoniam principum ædes habere solent amplissima hypæthra, factum est ut aula pro regia ponatur. Seneca, Notissima uox est eius, qui in cultu regum consenuerat, quum quidam illum interrogaret, quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset senectutem, Iniurias, (inquit) accipiendo, & gratias sæpè agendo. Antiqui Aulas dicebant, quas nos Ollas, id est, uasa figulina, quibus cibaria coquuntur. Plaut. in Amph. Optimo iure infringatur aula cineris in caput. Huius diminutiuum est Aulula, à qua Plaut. comœdia Aulularia uocata est hoc est parua olla. A quo rursus fit aliud diminutiuum Auxilla, ut est author Festus.

Aulicus, ca, cum, denominatiuū: ut, Aulicus apparatus. Et Aulicus, subitantiuè, Qui aulæ sectator est assiduus. Suet. in Nerone, Nam fortè accidit, ut in publica fama Alexandrina nauis nuntiaretur, pulueremq; luctatoribus aulicis aduexisse.

Aulæum, aulæi, n. s uel (quod magis in usu est) Aulæa, orum, pluraliter αὐλαῖα, Sunt uela picturata, & uersicolori textura spectabilia, quæ à Græcis περιπετάσματα, & περισκέλα. α, nominantur, quibus in splēdido aliquo apparatu parietes obtenduntur. Dicta Aulæa, ab aula Attali Asiæ regis in qua primùm inuenta sunt. Vnde etiam Atalica aulæa uocantur. Propertius, Nobilis aulaeis porticus Attalicis. Beluata tapetia, ἑωσὰ, dixit Plautus, à textura beluarum, quæ in aulæis intexuntur. Singularis numerus legitur apud Ciceronem in Oratione pro Cælio, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Legitur & Aulæa fœminino genere apud Qu. Curtium, Nec quicquam (inquit) eorum quæ inuicem iactata erāt, rex ignorabat, quum post aulæam, qua lectos obduxerat, staret.

Aulētes, pen. prod. αὐλητής Latinè dicitur Tibicen, à Græcis etiam Aulœdus. Fuit & Auletes cognomen Ptolemæi, patris Cleopatræ, qui præter reliquam uitæ mollitiem, etiā choraulam exercuit: unde & nomen nactus est. Hic ab Alexandrinis regno exactus, ad Pompeium confugit: à quo Senatui commendatus est, & à Gabinio in regnum reductus. Author Strabo lib. 17.

Auleticus, ca, cum, pen. cor αὐλητικὸς τοῖς αὐλοῖς Hoc est tibiis idoneus: ut Auleticus calamus. Plin. lib. 16. ca. 36. Orchomenius, est cōtinuo foramine peruius, quē Auleticon uocant.

Auletris, αὐλητρὶς, Mulier tibicina est, nam αὐλὸς tibia est.

Aulicoqua, n. f. Antiqui dicebant, quæ in aulis, hoc est ollis coquuntur. Vnde Aulicoqua exta dicuntur, in ollis elixa. Author Festus.

Aulon, αὐλὼν, ut scribit Hieron. cannulæ aut chordulæ sunt quæ in organo resonant. Aulæ tibia & calamus tibialis, auleticus dicitur utpote tibiis utilior. Ille uerò qui fistulis est accommodatus, syrinx appellatur sicut scribit Plin. lib. 16. Dicitur & hic Aulos, auli, pro tibia, inde Choraulus tibicen.

Aulœdus, m. s. αὐλῳδὸς, Qui tibiis canit, quas Græci αὐλὸς uocant. Cic. pro Muræna, In Græcis artificibus eos aulœdos esse aiunt, qui citharœdi fieri non possent.

Auŏco, as, pē. cor. a. p. Aliò uoco, ἀποκαλῶ: & per translationem Abstraho, dissiungo auerto, ἀποτρέπω Lactant. libr. 1. Et ad studia pacis à rebus bellicis auocauit. Ci. pro Rosc. Amer. Non necesse est omnes commemorare Curios, Marios, denique Mamercos, quos iam ætas à præliis auocabat.

Anoca-

Auocamenta, n.f. Sunt negotia iucundiora, siue solatia, animum à mœrore auocantia, id est, reuocantia. Plin. in Epist. Ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittetur auocamenta & cicatricem pati possit. Budæus.

Auolo, as, pen. corr. n.p. Aliò uolo, siue aliò subitò discedo, ἀφίπταμαι, Cic. ad Att. Experiar certè ut hinc auolem.

Aura, αὔρα, f.p. Vērus Ienior, tesle Senec. in Naturalib. quæst. Verg. libr. 4. Aeneid. at illi Dulcis compositis spirabat crinibus aura. Interdum ponitur pro splendore. Idem in 6. Discolor unde auri per ramos aura refulsit. Interdum pro afflatu & fauore: quia quum flat aura æstate, uidetur æstuantibus fauere. Idem ibidem, Iam quoque nunc nimium gaudens popularibus auris. Horatius per translationem posuit pro uenustate, & illecebris mulierum, & quodam quasi philtro, quo illæ amantes ad se alliciunt. Sic enim habet 2. Carm. Ode. 9. Te suis matres metuūt iuuencis: Te senes parci, miseræq; nuper Virgines nuptæ: tua ne retardet Aura maritos. Metaphora sumpta est à nauigantibus, quorum cursum aduersi uentorum flatus sæpe remorantur. Fit autem (ut quidam uolunt) Aura ab aëre, quòd motus aër & splendorem faciat & uentum: & procul dubiò Græcum est. Suidas, αὔρα, ἴτοι πνοή, Aura inquit, id est spiritus, uel si magis flatus.

Aurāta, f.p. χρυσόφρυς, Piscis qui ab auri colore nomen accepit: cuius amator Sergius, Orata cognominatus est, ut refert Macrob. quasi aurata: sicut Plostrum pro Plaustrū. Martial. lib. 13. Non omnis pretium, laudemq; que aurata meretur. Aurata, pallidior statua apud Catullum pro ictherico & regio morbo laborante legimus.

Aurea Alexandrina, Alexandri cuiusdam nobilis compositio ab excellentia aurea dicta, describitur à Nicolao proposito in antidotario suo. sunt qui ab loco sic inscriptam uolūt.

Aureæ, sunt fræni, qui circa aures equorum religantur, imò pars habenæ, quæ circa aures ponitur, παρώτια. Festus.

Aures, f.t. Ab hauriendis sonis dictæ sunt, detracta aspiratione, ὦτα. Verg. 3. Aen. uocemq; his auribus hausi. Alii à Græco αὐδή, deduci malunt, quod uocem significat, quæ solo auricum instrumento percipitur: aut certè à uerbo audio: ut Aures dictæ sint, quasi Audes. Intelliguntur autem hoc nomine tā cartalagines foris prominentes, quàm ipsa foramina. Lucretius lib. 6. Sollicitæ porrò, plenæq; sonoribus aures. Aures item dicuntur in rebus inanimatis, quibus rem aliquā apprehendimus, quas alio nomine Ansas uocamus. Virgilius 1. Georgic. Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso. Hinc Inauris, ἐνώτιον, & Auritus, ὠτόεις: de quibus infrà. Auribus prouehi, ἀκοῆ προάγεσθαι, dicimur, quando audientes aliquid delectabile, laborem pedum non sentimus, tanquam aures nos uehant. Apuleius, Me usq; ad istam ciuitatis portam meis auribus proucto.

Auricula, f.p. quamuis diminutiui formam habeat, non tamē paruam aurem significat, sed exteriorem auris partem, aut certè mollem illam particulam, quæ etiam infima, uel ima auris appellatur, λοβὸς ὠτίου. Cic. Qu. frat. Auriculam fortasse mordicus abstulisset. Martialis tamen pro tota aure posuisse uidetur, quam ait lib. 5. Auriculam Mario grauiter miraris olere: Tu facis hoc: garris Nestor in auriculam.

Auricula muris, Alsine apud Dioscorid. lib. 4. cap. 89.

Auriculam muris quoq; pingit Plinius lib. 27. cap. 12.

Auricularis, aizoum maius apud Dioscorid. lib. 4. cap. 91.

Auricularius, a, um, ὠτικός, Quod ad aures pertinet. Vnde Auricularium specillum, chirurgorum instrumentum, quod curandis purgandisue auribus adhibetur. Pro eodem etiam dicimus Auricularis, & hoc auriculare: ut, Vermiculatio auricularis, quum putridæ aures uermibus scatent. Et auricularis digitus, Paruus, quo aures mundantur.

Auriscalpiū, n. f. Instrumentū quo aures purgantur, ὠτοκυφίς.

Auritus, a, um, pen. prod. ὠτόεις, Qui magnas habet aures. Ver. 3. Aeneid. Auritosq; sequi lepores. Auritus item dicitur, qui bene audit. Horat. lib. 1. Carm. Doctus auritas fidibus canoris Ducere quercus. Auritus populus, apud Plaut. in Asin. id est, aures intentas habens.

Aurichalcum, Vide Orichalcum.

Auriga, com. p. pen. prod & generis communis, secundum Priscianum, Qui uel quæ currum regit, ἡνίοχος, Quæ uox ab aureis agendis dicta uidetur. Sunt autem aureæ (ut suprà ex Festo docuimus) lora quædam, quæ circa equi iugalis aures religantur. Verg. 12. Aeneid. Circumstant properi aurigæ, manibusq; laccssunt Pectora plausa cauis. Hinc Aurigo, as, uerbum, id est, currum rego, ἡνιοχῶ. Suet. in Cal. Nec ullis, nisi ex Senatorio ordine aurigātibus. Idem in Nerone, Mox & ipse aurigare, atq; etiam spectare sæpius uoluit.

Aurigor, aris, d.p. Moderor, rego, ἡνιοχέω. Varro Modio, Natura aurigatur, non necessitudo.

Aurigatio, onis, uerbale, ἡνιοχία, ἡνιόχησις. Gell lib. 7. ca. 8. Quibus uerbis delphini amantis, & pueri non abhorrentis, consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert.

Aurigarius, uidetur usurpari à Suetonio in Nerone, cap. 5. pro eo qui curam habet instruendi aurigas in spectaculis. Perfidiæ uerò, inquit, tantæ, ut non modò argentarios pretiis rerum coëmptarum, sed & in Prætura mercede palmarum aurigari os fraudauerit.

Aurígo, ginis, f.t penul. prod. Morbus regius: à colore auri, quem bilis per totum corpus diffusa repræsentat. ἴκτερος. Hinc Auriginosus, ἰκτερικὸς dicitur, qui eo morbo laborat.

Auripigmentum, ti. n.s. ἀρσενικόν, Genº est coloris quod in Syria inuenitur in summa tellure, auri splendore, sed fragile, lapidum specularium similitudine. Vide Plinium li. 33. cap. 4. Duo autem sunt auripigmenti genera: quæ uide sub Auris, ris, Vide Aures. (prà in dictione Arsenicum.

Aurōra, æ. f p. pen prod. Prima dici lux, qua sub solis aduentum aër illustratur, ἠώς. Item tempus ipsum, hoc est prima pars dici, qua lux quædam dubia in Oriente cernitur, adueniente sole. Varro 6. de ling. Lat. Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo, quòd ab igne Solis aureo aër aurescit. Poëtæ fingunt Auroram deam esse Tithoni cōiugem, & matrē Memnonis, quæ quòd maritum habeat senem, relicto eius cubili ortum Solis anteuertit.

Aurum, ri, n.s. χρυσὸς, Pretiosissimum omnium metallorum ab aura, hoc est, à splendore ita appellatum: aut certè à Græco, αὐρὸς, quod diuitem & potentem significat. Plin. lib. 33. cap. 1. Vtinam posset è uita in totum abdicari aurum, sacra fames, ut celeberrimi authores prodidere, prosciissum conuiiis ab optimis quibusq;, & ad perniciem uitæ repertum. Aurum factum, χρυσὸς ἀργασμένος dicitur, quod artificis manu aliquem in usum est laboratum. Vlpianus l. Q. Murius. ff. de Auro & argent. legat. Cui aurum & argentum factum legatum est, si tractum, uel collisum fuerit, non continetur. Seruius enim existimat, aurum, uel argentum factum id uideri quo commodè uti possumus. Huic opponitur Aurum infectum, hoc est rude, & non laboratum. Verg. 10. Aenei. Sunt auri pondera facti, Infectiq; mihi. Aurum signatum, est pecunia ex auro cusa. Vlpianus. Si autem aurum, uel argentū signatum legatum est, id paterfamiliās uidetur testamento legasse, quod aliqua forma est expressum. In eadem etiam significatione legimus aurum absolutè, & sine ulla adiectione positum Plaut. in Aul. Effodio aulam auri plenam. Ponitur item Aurum pro ornamentis muliebribus, ex auro cōfectis. Terentius in Eunuch. Interea aurum sibi clàm mulier demit, dat mihi ut auferam. Aurum coronarium, quod Imperatori triumphaturo in coronā decernebatur. Triumphalis enim corona, quæ antiquitus in corruptis adhuc Romanorum moribus ex lauro fiebat, postea ex auro fieri cœpit.

Auro, as, à p χρυσόω, aurum superpono. à quo Deauro, & Inauro, Inde auratum, inauratum, deauratum.

Auratus, a, um, Quod in superficie habet aurū, διάχρυσος, χρυσοβαφής. Cic Post red. in sen. Lentuli beneficio, excellenti atque diuino non solùm reducti sumus in patriam, sicut non nulli clarissimi uiri: sed equis insignibus, & curru aurato reportati. Suet. in Neron. Piscatus est reti aurato, purpura, coccoq; funibus nexis. Abusiuè tamen Auream domum, & Auream portam dicimus pro aurata. Milites aurati. Liuius 9. ab Vrbe, Tunicæ auratis militibus uersicolores.

Auramentum, n.s. Videtur instrumentum esse effodiendo aut purgando auro accommodatum, χρύσωμα. Plin. li. 33. c. 3. Hispania strigiles uocat auri paruulas massas, quòd super omnia solum in massa auramento capitur, quum cætera in metallis reperta igni perficiantur.

Aurarius, a, um, adiectiuum, ut Auraria metalla. Plin. lib. 37. ca. 12. Aurariū negotium, Plaut. Bacchid. Auraria fodina. f.p. Vbi foditur aurum: quæ & aurifodina dicitur, χρυσορυχία.

Aurarii, m.s. Aurifices, qui aliquid ex auro conficiunt, aut inaurant, χρυσοχοΐ. Aurarii etiam fautores dicuntur, teste Seruio, à nomine Aura, quod nōnunquā pro fauore accipitur.

Aureus, substantiuum, Nūmus est ex auro cusus, χρυσοῦς. Plin. lib. 33.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.37.cap.10. Immane tabulæ pretium accepit, aureos, mẽsura non numero.

Aureus, a, um, Quod ex auro est confectum, χρυσοῦς χρύσεος. Cicero 4. Phil. Sedebat in rostris Cæsar, in sella aurea coronatus. Item quod auri colorem habet. Verg. 3. Eclog. Aurea mala decem misi: cras altera mittam. Interdum enim idem quod pulchrum. Idem 10. Aen. at non Venus aurea contra. Pauca refert.

Aureolus, a, um, diminutiuum ab adiectiuo Aureus. Aureolũ collum auri colorem referens. Varroni 3. de Re rustic. cap. 9 Aureolus libellus, Cicero quarto Acad. Malum aureolum, Catullo.

Aureolus, substantiuum, diminutiuum ab Aureo numo. Martial. lib. 5. Qui crepat aureolos, forsitan unus erit. Idem lib. 10. Aureolos ultro quatuor ipse petit.

Aurescо, scis. Varro de ling. Lat. Auroram splendorem solis existimant, seu matutinum splendorem, eò quòd ab igne solis, air, aureo aer aurescit.

Auricomus, m. f. pen. cor. Qui aureos crines, seu auream comam habet, χρυσόκομος. Vnde Phœbus uocatus est Auricomus. Batauus auricomus, Silius lib. 3.

Auriferum, n. s. Quod fert aurum, χρυσοφόρος. Vnde Aurifera flumina dicuntur. Tagus in Hispania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolus in Asia, Ganges in India. Aurifera arbor. Cic. 2. Tusc. Auriferum nemus. Plin. lib. 5. cap. 1. Aurifera terra, Martialis lib. 10.

Aurifex, ficis, m. t. Faber aurarius, qui auri laborãdi artifex est, χρυσοχόος. Cic 1 de Orat Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. Plin. Velut aurificũ arte alternis inter folia candicantib. margaritis.

Aurificina, pen. prod. Pro aurificis officina.

Aurifur, com. t qui furatur aurum, χρυσοκλέπτης. aut. E. mihi hic aurilur est.

Auriger, ra, rum, adiectiuum, χρυσοφόρος: ut Auriger taurus. Cic. 2. de Diuin. Aurigeris diuũm placantes numina tauris. Arbor auri, gera, Valerius. Argonaut.

Aurilegus, p. n. cor. Qui aurum legit, id est, furatur, χρυσολόγος χρυσοκλέπτης.

Aurum coronarium, dicebantur triumphales coronæ aureæ quæ imperatoribus, ob honorem triumphi mittebantur. Vide Corona.

Aurugo, dicitur morbus regius.

Auscaripedam, Dixerunt ueteres pro uermiculo pilloso, qui solet in fronde nasci cum multis pedibus, teste Varrone lib. 6. de Lingua Latina.

Asculari, Veteres pro osculari dicebant. Et ab osculo, hoc est paruo ore deducitur, quod auisculum dicebant. Festus.

Auscultо, n. p. Cum accusatiuo significat Audio, & diligenter attendo, ἀκροάομαι. Hinc illud Catonianum, Auditis enim, non auscultatis, tanquam pharmacopolam. Aliquãdo, obedio, sed cum datiuo, πείθομαι, προσέχω. Teren. in And. Pamphilumne adiutem, an auscultem seni? Item Aspicio cerno. Afran. Priuigno, (ut citat Nonius,) Ludos hinc auscultaui procul. Hinc Auscultatio & Auscultator, uerbalia.

Ausim, ausis, ausit, neut. defect ponitur pro Audeam, audeas, audeat, τολμάω Liuius in Proœmio lib. 1. ab Vrbe, Nec fi sciam, dicere ausim. Vergil. . Georg. Ausim uel tenui uitẽ committere sulco.

Ausio, Ausus, & Ausum, ἀποτετολμήμενον τόλμημα pro temere præsumpto accipiuntur. Maro: Hoc tibi pro meritis & talibus imprecor ausis.

Auspex, icis, com. t. Propriè dicitur qui ex auium uolatu, cantu, aut pastu futura diuinat, quem & Augurem appellari suprà ostendimus, οἰωνοσκόπος. Cicero ad Attic. lib. 1 Latores & auspices legis curiatæ. Auspices etiam dicebantur νυμφεύοντοι, παράνυμφοι, qui nuptiis contrahendis præerant, a parte sponsi adhibiti, quemadmodũ pronubæ à parte sponsæ. Ita dicti ab auspicando, quòd de nuptiarum successu auspicia sumerent. Vnde apud Suetonium legimus. Sporum puerum Neroni nupsisse, dote inter auspices consignata. Auspicem præterea uocamus, cuius ductu, & authoritate rei aliquid gerimus. Horatius lib. 1. Carm. Ode 7. Nil desperandum est Teucro duce, & auspice Teucro.

Auspicalis le om. t. Quod ad auspiciũ pertinet, οἰωνοσκοπικός: ut, Auspicalis pisciculus, qui aliquid portendit, aut significat futurum. Plin. lib. 32. cap. 1.

Auspiciũ, cii. n. s. Augurium, diuinatio sumpta ex gestu uel cãtu auium: cuius inuentionem Tiresiæ Thebano assignat Plinius lib. 7. cap. 56. οἰωνισμὸς, οἰωνοσκοπία. Dictum auspicium, quasi auispecium, ab auibus spectãdis: quemadmodum Augurium, quasi auigarium, ab auium scilicet garritu, quem auspicantes obseruabant, Cicero 2. de Diuin. Nihil publicè sine auspiciis, neq; domi, neq; militiæ gerebatur. Sumitur etiam latius, ut ad alia diuinandi genera extendatur. Cicero tertio de Diuinat. Fulmen optimum auspicium habetur, si sinistrum fuerit. Ponitur & pro ductu, fortuna & authoritate. Verg. 6. Aen. En huius, nate, auspiciis illa inclyta Roma Imperium terris, animos æquabit Olympo. Nonnunquam etiam pro imperio & potestate. Idem 4. Aenei. Communem hunc ergo populum, paribusq; regamus Auspiciis.

Auspicor, aris, d. p. Auspicia sumo, de cælo seruo, ex auium cantu gestuq; futura diuino, de rei euentu aues consulo, οἰωνοὺς σκοπῶ. Cicer. 1 de Nat. deor. Gracchus quum pomerium trã ferret auspicari est oblitus. Et quoniam ueteres nihil nisi auspicatò gerebant, fit ut Auspicari dicamus pro incipere, & negotium aliquod aggredi. Suetonius in Aug. Militiam auspicantibus non tribunatum modò legionum, sed etiam præfecturas alarum dedit, id est, militiam incipientibus, & felici auspicio inchoantibus. Colum. libr. 2. Possit ab Idibus Ianuariis auspicari culturarum officia.

Auspico, as, Antiqui dixerunt pro Auspicor. Plaut. in Persa, Ego auspicaui in hunc diem. Idem in Rud. Non hodie isti auspicaui rei. Nonius.

Auspicatò aduerbium, Idem significans quòd augurato, hoc est, bono auspicio, auibus addicentibus. Cic. 2. de Divin. Romulus urbem auspicatò condidit. Idem pro Deiotaro. Nihil Deiotarus, nisi auspicatò gerit. Sumitur nonnunquam p Feliciter. Terent. in Andr. Haud auspicatò me huc appuli. Huius compositum est Inauspicatò, hoc est, infeliciter, uel nullo auspicio præuio.

Auster, Ventus meridionalis: ab hauriendis aquis dictus, licet non aspiretur in principio, νότος. Nam nebulosus atque humectus est: unde etiam Græcè eadem ratione νότος appellatur, quoniam νότιος Latinè humor dicitur. Vergilius. 4. Georg. Frigidus ut quondam syluis immurmurat Auster.

Ab Auster fiunt duo adiectiua, Australis, & Austrinus, νότιος Cicero de Som. Scipion. Duo sunt habitabiles, quorum Australis ille, in quo qui insistunt, aduersa nobis urgent uestigia. Plin. li. 16. Prius & amygdalæ, etiam si non pluat, sed flat austrinum cælum, atq; nubilum, florem amittunt.

Austro, as, Humecto, νοτίζω. Plautus, Austrati ad ignem sedẽt.

Austerus, a, um, pen. prod. αὐστηρός. Immitis subacerb. qualis est sapor fructuum, qui nondum plenam maturitatem sunt consequuti. Differt autem ab Acerbo, (ut docet Plato in Timæo, & Gal. libro tertio, de Facult. Simp.) tanquam minus à maiore. Vtraq; enim gustata astringunt & contrahunt linguam: minus tamen eam exasperant, quæ austera sunt. Hinc Austerum uinum dicimus, quod uulgus uiride appellat. Per translationem accipitur pro duro, aspero, graui. Horatius in Serm. Molliter austerum studio fallente laborem. Propert. libro tertio, Eclog. Qui uolet austeros arte ferire uiros.

Austeritas, atis f. t. Contraria suauitati, αὐφότης. Quintilianus libro secundo, capite secundo, Non austeritas eius tristis non dissoluta sit comitas.

Austerè, aduerbium. Cicero pro Muræna, Attamen agit mecum austerè & Stoicè Cato.

Austrum, uide Haustrum.

Aut, coniunctio separatiua, ἤ. Verg. 1. Aen. Aut onera accipiunt uenientem, aut agmine facto Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Aliquando dubitatiua: ut, Aut librum uolo, aut pretium. Si semel subiiciatur, diminutiua est: ut apud Vergilium 2. Aen. aut age diuersas (quod enim grauissimum erat, Iuno primum optabat, ut scilicet submersas puppes obrueret): aut si id grauius uideretur, ut saltem in partes diuersas eas dissiceret. Aliquando coniunctiua: ut apud eundem 9. Aeneid. me primam absumite ferro, Aut tu magne pater diuũm miserere.

Autem, Pro, sed, siue, uerùm, Coniunctio est tantùm subiunctiua ἁπλ.

Authenticum, n. s. αὐθεντικὸν. Dicimus, Græcos secuti, quod Latinè Authoratum diceremus. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod multorum authoritate comprobatum est.

Authepsa, αὐθέψης, Ollæ æneæ fuit genus, ita dictum, quasi se ipsum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

per seipsum coquens, quòd tam artificiosè factum esset, ut minimo supposito igne facilè bulliret. Meminit huiusmodi ollæ Cicero pro Sexto Roscio Amerino: cuius tantū pretium fuisse dicit, ut prætereuntes audito pretio totum fundum uænire arbitrarentur.

Author, com. t. Lege in nomine Auctor; in Augeo.

Authoritas, f. t. Est pondus & eminentia quædam, uitæ probitate, scientia, ætate, meritis, potentia, uel honoribus parta, cuius gratia dictis faciisq; cuiuspiam plurimum deferimus. τὸ κῦρος, ὑπόϛϛις, τὸ ἀξιωματικὸν, αὐθεντία. Cicer. 2. de Diuinat. Hunc ergo antepones Platoni? qui ut rationem non redderet, authoritate tamē hos minutos philosophos uinceret. Idem lib. 1. Epist. Fam. Nos eo minorem in causa authoritatē habemus, quòd tibi debemus. Liuius libr. secundo ab Vrbe, Nec antè mouerunt de sententia Consulem, quàm Tribuni in authoritate patrum futuros esse polliciti sunt. Cicer. Philippica prima, A uobis peto, ut si sequi minus audebitis orationem atq; authoritatē meam, ut feciſtis, adhuc audiatis.

Authorare, a. p. Est aliquem aut sacramento aut præmio obligare: & habet o productum, πρίασθαι, οἰκεῖσθαι. Sueton. De legendo, uel authorando milite, ac legionum, & auxilio rum discretione. Cic. in Epist. Famil. Quia cum depressus in ludum, bis gratis depugnasset, authorari sese nolebat, & ad populum confugerat.

Authoramentum, n. s. Sumitur pro obligatione, nexuq;ue, ac ueluti stipendio, pretioq;ue eius qui sit authoratus, id est obligatus, ὀψώνιον. Cicero libro 1. Offic. Mercedem ait esse authoramentum seruitutis. Vbi authoramentum capitur pro illa obligatione, qua mercenarius accepta mercede, cogitur seruire. Seneca, ad finem operis, Magno authoramento labor peruenit.

Authoratus, m. s. Authoramento obligatus, mercede conductus: quod nomen ad gladiatores refertur, qui uitam suam uenalem habent, uiliq; mercede ad apertissima pericula sese addicunt, ἀκροβολισταί. Huic opponitur Exauthoratus hoc est authoramento solutus. Hinc exauthorati dicuntur milites, quasi exobligati, solutiq;ue à militari sacramento & obligatione: quod interdum per ignominiam, interdum citra ignominiam fit. Plinius lib. 14. Vindemiatorem authoratum dixit, hoc est mercede conductum, & sublimitate uitis periclitantem. Idem libr. 36. populum Romanum Authoratum appellat, in spectaculis periclitantem, instar gladiatorum. A Liuio Authoratus proditor dictus, quasi obligatus. Manilius libr. 5. Astronomicôn, ministros perpetuò quasi epitheto Authoratos uocat, tanquam perpetuos mercenarios, obligatosq; dominis, à quibus mercede comparantur. sic enim ait, Atq; authoratos in tertia iura ministros. Sic Seruius dixit solos parentes habere potestatem authorandi.

Autochthones, αὐτόχθονες, Epithethō est Athenienſium & aliorum nonnullorū populorum: quasi indigine & in eodem nati solo quod incolant, eiusq; terræ primi cultores, ut quæ illis sedes eadem sit & origo. Cicero Attico lib. 7. Curius autem ipse sensit quantùm uellet à me diligi, & eo sum admodum delectatus: & me hercule est, quam facilè diligas αὐτόχθονα in homine urbanitas, id est, ingenita, natiua.

Autocineton, n. s. αὐτοκίνητον, seipsum mouens, & non ab alio mouetur.

Autodidactus, m. s. αὐτοδίδακτος, Qui seipsum magistrum habet, qualis fuit diuus Augustinus Ecclesiæ doctor eximius.

Autographum, n. s. αὐτόγραφον, Dicimus propria manu scriptum. Vnde Autographa epistola, αὐτόγραφος ἐπιστολὴ apud Suetonium in Augusto, ipsius manu scripta significatur, Antigrapha uerò rescripta.

Autolecythus, m. s. pen. cor. αὐτολήκυθος, Mendicus, Scurra. Nam λήκυθος, est urceolus olei, αὐτὸς ipse: quoniam non aliud possidet, ait Suidas. Vide Erasmi adagia.

Automăt**ă**, n. s. αὐτόματα, Sunt instrumenta arte mechanica ita subtiliter fabricata, ut sua sponte, nullaq; apparente causa mouentur: qualia sunt horologia, machinæq; uersatiles, αὐτόματον enim interpretatur ultroneum, et suæ spōris, Scribit Vitruuius hydraulicas machinas & aquarum expressiones Automatas à Ctesibio primò repertas fuisse. Mors naturalis & fatalis dicitur à Demosthene αὐτόματος: quasi sua sponte, & nulla extrinsecus ui coacta.

Automălæ, sue Automoli, αὐτομόλοι, à Græcis dicuntur [illegible] Pomponius scribit, Aeri. lopum alios. cari à uitæ [illegible] obios: alios, quia ex Aegypto aduenerū. Automolas, ita enim Græci profugos appellant.

Autonomia, αὐτονομία, Libertas uiuendi suis legibus.

Autonomus, pen. cor. αὐτόνομος. Qui uiuit suis legibus.

Autophoros. pen, prod. αὐτόφορος, A Iurisconsultis uocatur fur manifestus, qui scilicet in ipso furto, aut cum re furtiua antè quàm (quòd destinauerat) pertulisset, est deprehensus. Vetustissimi enim Græci φῶρα uocauerunt, quem recentiores κλέπτην uocant.

Autopyros, pen corr. αὐτόπυρος, Epitheton panis, ex quo furfures non sunt sublati, quasi totum in se triticum non imminutum habens. Celsus li. 2. cap. 17. Firmius est triticū, quàm milium: idipsum quàm hordeum: & ex tritico firmissima siligo, deinde similà, deinde cui nihil ademptum est, quod autopyron Græci uocant, infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius panis. Ex quibus Celsi uerbis satis constat, non eundem esse panem autopyron cum eo, quem Cicero cibarium uocat Autopyros enim (qui & πιτυρίας à Galeno appellatur) is est, ex quo nihil neq; pollinis neq; furfuris excretum est. Cibarius uerò dicitur, cui bona pars pollinis adempta est, quiq; magna ex parte furfuraceus est, quē Paulus Aegineta ῥυπαρὸν uidetur appellare.

Autoschedios, αὐτοσχέδιος Adiectiuum est idem significans quod Extemporalis, rudis, siue impræmeditatus: à uerbo αὐτοσχεδιάζω, quod est ruditer, ex tempore, & impræmeditatè aliquid ago.

Autumnus, ὀπώρα φθινόπωρον. Vna ex quatuor anni partibus, inter æstatem & hyemem media, qua uindemia fit: & arborum fructus colliguntur. Vnde etiam ab augendo quidā Autumnum dictum putāt, quòd eo tempore coactis fructibus, agricolarum opes maximè augeantur. Vergilius primo Georgicorum, Quid tempestates Autumni & sydera dicam? Idem 6. Aeneid. Quàm multa in syluis Autumni frigore primo Lapsa cadunt folia.

Autumnitas, Autumni tempestiuitas: sicut Oliuitas, quando olea legitur. Cato de Re rust. cap. 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato. Idem cap. 150. Prima autumnitate, quum pluuia est, tum maximè ab aqua periculum est.

Autumnale, adiectiuū, ὀπωρινός, ut, Tempus autumnale. Varro lib. 1. cap. 39. Nónne uidemus alia florere uerno tempore, alia æstiuo, neq; eadem autumnali, quæ hyberno?

Autūmo, as, pen cor. Existimo, cēseo, affirmo. ὑπολαμβάνω. Cic. in Topic. Bene quam meritam esse autumas, dicis malè mereri. Plaut. Nisi hoc ita factum est, perinde ut factum esse autumo, non causam dico, eum quin simules probri. Vide Gellium lib. 15. cap. 3.

Auturgía, αὐτουργία, manualis operatio.

Autourgos, Auturgus, artifex per seipsum faciens.

Auus, m. s. πάππος, Patris, uel matris pater, ab æuo nominatus, quòd patre antiquior sit: uel à Græco αὖος quod siccum significat & aridum. Aut certè à uerbo αὔω, quod inter cætera significat clamo, strepo. Est enim ætas illa clamosa, & impendiò loquacior. Hinc Proauus, πρόπαππος, Aui paterni, uel materni pater, quod sit propè auum, Abauus, ἀππάππος, Proaui paterni, uel materni pater, quòd sit iam procul ab auo. Attauus, Qui est Abaui, uel Abauiæ pater. Tritauus, quasi Tetartauus, quòd quartus sit ab auo. Post tritauum, Maiores, πρόγονοι, προγεγενημένοι dicuntur.

Auunculus, m. s. Non est diminitiuum, quia non seruat significationem integri, sed est, matris meæ frater, θεῖος πρὸς μητρὸς μητράδελφος, sic dictus, quòd æquè tertius à me, ut auus est, sed non eiusdem iuris: ideoq; uocabuli facta diminutio est, perinde ac minor auus. Vel dicitur Auunculus, quòd aui locū teneat, & proximitate tueatur sororis filios: quemadmodum frater patris, à patre Patruus, πατράδελφος θεῖος πρὸς πατρός appellatur, quòd sit quasi alter pater. Vnde & ipsi fratrum ac sororum filii, nepotes ex fratre & nepotes ex sorore dicuntur. Ci. 3. de Finib. Eamq; controuersiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo, diuino ac singulari uiro.

Auunculus maior, θεῖος ὁμώνυμος Theophilo, est auiæ maternæ frater. Persius, Maior auunculus exit.

Auiæ, f. p. Patris, uel matris mater, μάμμη. Ci. de Arusp. respon. Te te, Cn. Lentule, cuius abauia Mater deū manib. esset accepta, spectatorem esse uoluit. Hinc componuntur Proauia, Abauia, Atauia, & Tritauia.

Auitus, a, um, pen. prod. Quod ab auo, aut auia ad nos peruenit. πατρῷος, προγονικός. Cic. in Ver. Act. 1. Nulla res cuius quā tām pa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tam patria, atque auita fuit, quæ non ab eo imperio iſtius obiudicaretur.

Auxeſis ſunt maximè luminoſæ, & quaſi actuoſæ partes duæ, quarum alterum appellant Theſin. Alterâ in augendis, amplificandiſq; rebus, quæ ab iiſdem, auxeſis eſt nominata.

Auxilium, lii, n. ſ. Subſidium, adiumẽtum, quam & opem Latinè dicimus, βοήθεια. Cic. in ea oratione quam habuit antequam iret in exilium, In meis miſeriis diuinum aliquod auxilium, & numen oſtendite. Idem pro Rabirio, Dii quorũ ope & auxilio hæc reſpub. gubernatur. Accipitur & pro ipſis militibus, qui alicui auxilio mittebantur. Cic. 6. Philip. Non ut ex acie auxilium haberemus, ſed ut ipſa acies ſubſidium haberet etiam tranſmarinum. In qua tamen ſignificatione frequentius utimur plurali numero. Idem in Parad. Magna equitum & peditum auxilia. Idem p Deiotaro, Et imperatoribus noſtris auxilia mitteret. Dictum autem putatur Auxilium ab Augendo, quòd uires eius augeat, cui accedit.

Auxilior, aris, Adiuuo, auxilio ſũ: & datiuo cõſtruitur, βοηθῶ. Terentius in Adelph. Vt ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliari.

Auxiliaris, & Auxiliarius, Opifer, medicinalis, ſuppetias ferẽs, βοηθικὸς, ἰατρικὸς, συμμαχικός. Plin. li. 23. ca. 1. Vinumq; & acetum ex his factum, auxiliarem contra eandem uim habent. Aſinius Pol. Ciceroni, Militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quóquam miſi. Auxiliaria cohors, apud Cicer. de Prouinciis conſularibus.

Auxina maior, periclymenon, apud Dioſc. lib. 4. cap. 16.

Auxillam, Ollam paruulam dicebant, ut inquit Feſt.

Auxillaris Vena, iecorariæ ramuſculus.

A X

Ax, In notis antiquorum, annis X.

Axamenta, n. ſ. Carmina quæ à Saliis in uniuerſos homines componebantur. Feſtus.

Axare, antiqui pro nominare poſuerant. Feſtus.

Axilla, f. p. Locus concauus ſubter brachium, ubi naſcuntur pili, μασχάλη. Quidam putauerunt diminutiuum eſſe ab Ala. Cicero tamen in oratore author eſt, Alam potius ex Axilla contrahi, ſublata aſperitate literæ x: ut ex Maxilla Malam, & ex Paxillo Palum.

Axim, pro egerim Pacuuius Peribœa, Vt quæ egi, ago, uel axim uerruncem bene. Nonius.

Axinomãntia. f. p ἀξινομαντία, Genus Magicæ diuinationis, per dolabellas ſecuresq;, quas Græci ἀξίνας uocant. Plinius lib. 36. ca. 19. de gagate lapide, Hoc dicuntur uti Magi in ea, quam uocant axinomantiam.

Axioma, n. t. ἀξίωμα, pen. prod. dignitas, & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratum: uel etiam authoritas, quam δύναμιν Græci uocant. Dictum Axioma à uerbo Græco ἀξιόω, quod inter cætera ſignificat dignum iudico. Axiomata idem à Dialecticis dicuntur diſciplinarum principia, & propoſitiones quædam demonſtrabiles, quæ in communi ſenſu conceptũq; uerſantur, neq; ulla egent probatione, ſed per ſeipſas fidem faciunt: cuiuſmodi eſt illud, Quæ ſunt æqualia eidem, inter ſe quoq; æqualia eſſe neceſſe eſt. Accipitur item Axioma, pro oratione perfecta, ueri aut falſi ſignificatiua, quam Cicero nunc pronuntiatum, nunc Effatum, Varro Profatum & Proloquium appellat: nonnulli ex recentioribus Propoſitionem nominãt: cuiuſmodi ſunt, Annibal Pœnus fuit: Scipio Carthaginem deleuit. Gellius libro ſexto capite octauo, Et omnino quicquid ita dicitur plena atque perfecta uerborum ſententia, ut id neceſſe ſit aut uerum, aut falſum eſſe, id à Dialecticis ἀξίωμα appellatum eſt. Eſt præterea Axioma, quod alii Adiunctum, alii Connexum dixere, συνημμένον, ἀξίωμα, nonnulli ex recentioribus Propoſitionem hypotheticam appellauere. Cuius generis ſunt hæc, Si Plato ambulat, Plato mouetur: Si dies eſt, ſol eſt ſuper terram.

Axis, ἄξων, P propriè ſignificat lignũ illud teres, circa quod rota currus uertitur: ita dictum ab agendo, quòd rota circa illud agatur, hoc eſt moueatur. Vergilius 3. Georgic. Poſt ualido nitens ſub pondere faginus axis. Nonnunquam tamen figuratè pro toto curru ponitur: ut apud Iuuenalem, Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. In cælo item, Axem uocant mundi diametron, hoc eſt lineam quandam imaginariam, quę ab uno mundi cardine in alterum tendit.

Alio modo pro ipſis polis accipitur, qui & cardines dicũtur, quod circa eos rotari orbis uideatur. Vnus Auſtralis, ſiue Antarcticus, ἀνταρκτικὸς appellatur. Arctico oppoſitus, qui terræ obiectu à nobis cerni non poteſt: alter ſeptentrionalis, ſiue Arcticus, ſiue Arctous, aut Boreus, ἄρκτικὸς, βόρεος, qui nunquam occidens, ſemper conſpicitur. Verg. 1. Georg: Hic uertex nobis ſemper ſublimis, at illum Sub pedibus Styx atra uidet, manesq; profundi. Cicero 1. Tuſcul. Tum globum terræ eminẽtem è mari, fixum in medio mundi uniuerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilem & cultum. Quarũ altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem unde horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Altera Auſtralis ignota nobis, quam uocãt Græci ἀντάξονα. Item Axis dicitur totum cælum. Vergilius. 4. Aeneidos ubi maximus Atlas Axem humero torquet, id eſt cælum ſuſtinet. Item Axes, tabulæ ſectiles ſunt, inquit Feſtus, quæ & à Græcis Axones appellantur, cuiuſmodi erant Athenis quæ leges Solonis habebant inſculptas. Gellius lib. 2. cap. 12. In legibus Solonis illis antiquiſſimis, quę Athenis axibus ligneis inciſæ ſunt. Axis quoque fera eſt in India, hinnuli pelle, pluribus candidioribusq; maculis, ſacra Libero patri, ut eſt author Plin. lib. 8. cap. 21.

Axitioſi, à ueteribus dicti ſunt factioſi, quum plures unà quid agerent facerentq;. Author Feſt.

Axŏnă, Græci uocant ſecundum ceruicis uertebram, quod ſit immobilis quaſi axis.

Axos, flos eſt ſpinæ eiuſdem nominis, uenenatus, de qua uide Dioſc. lib. 6. cap. 13.

Axungia, f. p. σίαρ ὕειον Dioſcoridi, ἀξύγγιον Aeginetæ, Interior porci pinguedo inueterata, ab axe plauſtrorum ungendo dicta, ut facilius circa eum rota uertatur. Hæc quantò uetuſtior tantò utilior eſt, & multas uireis habere creditur, quoniam id animal herbarum radicibus ueſcitur. Vide Plinium lib. 28. cap. 9.

A Z

Azẽlos, m. ſ. ἄζηλος dici poteſt ſine amore, infelix, ſine inuidia.

Azymus, a, um, ἄζυμος: Sine fermento: unde Azymi panes hoc eſt infermentati. Per translationẽ accipitur pro ſyncero & non elato. Nam infermentata conſperſio non attollitur.

B



LITERA muta eſt, quæ non in ſonũ ſuum, ſed in ſonũ e literæ finitur. Hanc Græci βῆτα nominant. Non modò impedit us, & obſcurus eius eſt ſonus, ſed nullus apparet, dumq; ſibi exitũ parat, irrito laborat conatu, & omnino incaſſum niteretur, ſi uocalis deſtitueretur adminiculo: hæc etenim uelut cæteri mancipatum & uinctum eripit, ac ſoluit, quo morbi uitio laborant & ceteræ mutæ. Dum profertur, incipit à labiorum compreſſione, & A uocalem ſibi ſociam aſſumens, diducuntur labra, & exit. Gerit uirtutẽ & poteſtatem mediam inter p & ph. Quare nos ob literarum affinitatem dictiones Græcas traducentes, nonnunquam p, & ph in illam conuertimus, ut quum apud Græcos πῦξ scriberetur, apud nos buxus. & quod illi ἄμφω, nos ambo tranſcribimus. At è contrario, quod illi per b ſcribunt, nos in ph, commutamus: ut θρίαμβος, triumphus. Conuertitur quã doq; b in u, euphoniæ, uel differentiæ cauſa, idque in duob. tantùm uerbis, teſte Cicerone, Aufero, pro Abfero: Aufugio pro Abfugio. Tranſit etiam in f: ut, Sufficio: in c, ut Occurro: in g, ut Suggero: in m, ut Summitto: in p, ut Nubo, pſi. Sonum eius & auget, & minuit ratione loci, qualitate antecedentium, aut ſubſequentium uocalium, aut conſonantium ſimplicium, geminatarum, aut diuerſarum coëuntium inter ſe. hac ſola ratione b amat m, ante ſ: quod m terminat in labiorum compreſſu, in quo b incipit. In fine cuiuſcunq; dictionis ſyllabam corripit. In notis antiquorum B. bonus uel Brutus, uel bene uel balbus. B. Balbius uel Balbus, uel bonæ, uel bene. B. A. bonam actionem, uel bonis auſpiciis, uel bonis auibus, uel bonus amabilis, uel bonam actionem, uel bonis auguriis. B. A. bona. B. ARA, bona aurea. BB. bonorum. B. C. Bonum conceſſum.

Babæ, βαβαὶ, aduerbium Græcum: pro quo nos interiectione admirantis Papæ utimur. Plaut. in Pſeud. Babæ, nunc demum mihi animus in tuto eſt loco.

Babylonica, ſubſtantiuè, ſunt uela uariis coloribus intexta, quoniam Babylonica intexuit primùm.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Baccæ,f.p. geminato c, & ſine aſpiratione, continent intra ſui nominis ambitum fructus diuerſorum generum, lauri, oliuæ, corni, myrti, & aliorum huiuſmodi τὰ ἀκρόδρυα. Differunt ab Acinis, quòd Acini denſius naſcantur, ut in uuis: Baccæ diſperſius, & rarius: Vide Plinium libr.15.cap.14. & Vallam libr.6.ca. 14.Cic.1.Tuſcul. Ergo arbores feret dili gens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe nunquam.Idem 1.de Diuin. Vt agricola quum florem oleæ uidet, baccam quoq; ſe uiſurum putat. Eſt & Bacca, Gemma candida, & baccæ more rotũda, quam & unionem dicimus, μαργαρίτης. Vergilius in Culice, nec Indi Conchea bacca maris pretio eſt.

Baccifer, Ferens baccas.Plin.lib.16.ca.10.Ex omnibus ſola baccifera.Seneca in Oedip. Hedera baccifera.

Baccula diminutiuum, parua.bacca Plin. li.25. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, ut cappares.

Baccatus, a, um, Gemmatus, unionibus ſeu margaritis ornatus, διάλιθος.Verg.1.Aeneid.Colloq; monile Baccatum.

Baccalia, Lauri ſpecies eſt, à baccarum fertilitate dicta.De qua uide Plinium lib.15.cap.30.

Baccharis, is.f.t. βάκχαρις Dioſcoridi herba eſt radice odorata, folio aſpero, magnitudine inter uiolam & uerbaſcum, angulo ſo caule, quæ coronis admiſceri ſolet.Ruſtici in Gallia D.Mariæ chirotecas appellant, ut tradit Ruell. lib.3.capit.37.

Bacchus, βάκχος, Iouis ex Semele filius, putatus eſt Deus uini & pro ipſo uino poni conſueuit. Hic multi nominis fuit.nã primũ Dionyſius, deinde Liber pater dictus eſt, & poſtremò Bacchus, ut Diodoro placet, à Bacchis mulieribus, quas βακχούντας, hoc eſt, inſanientes, & immodeſtè ſe gerentes, in Indiam expeditionem parans, multas ſecum habuiſſe fertur. Idẽ & Oſiris dicitur, & Bromius, & Lenæus. A Græcis etiam διμήτωρ quòd bis natus fuiſſe, & duas quaſi matres habuiſſe fingatur. Ferunt enim Semelen ex Ioue iam grauidam, quum ab amatore Deo (qui ſe illi daturũ, quicquid petiiſſet per Stygiam paludem iurauerat) Iunonis dolo hoc ſibi munus rogaſſet, ut talis ſecum, qualis cum Iunone ſolebat, nocte una concumberet, fulmine fuiſſe exuſtam, puerumq; utero exemptum, Iouis femori fuiſſe inſertum: quem ille poſtea maturo partus tempore, more grauidæ mulieris eſt enixus. Hic orbem ferè terrarum peragrauit: multas nationes domuit: Indos debellauit, & primus omniũ triumphauit, uectus Indico elephanto, ut ſcribit Diodorus.Primus emere ac uendere inſtituit, & diadema regum ac triumphum inuenit. Dictus etiam Bachus fertur, ἀπὸ τῆς βαχῆς, hoc eſt, à uociferando & ululando, adiecta litera κ, quo uaſtior ille Mænadum ſonus in ipſo Dei nomine redderetur.

Baccha, bacchæ, βακχὴ, μαινὰς, Bacchi ſacrificula, quæ & Mænas, & Thyas, & Baſſaris appellatur. Mulieres etiam tertio quoq; anno ad Cithæronem montem cateruatim cum Thyrſis conuenientes, ut ibi Bacchi Orgia magno cum ululatu celebrarent, Bacchæ dicebantur.Ouid.9.Metamorph. Vtq; tuo mota, proles Semeleia, Thyrſo Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. Cicero Fab. libro ſeptimo, Bacchis uerò ubi eſt apud me locus? At pulchellæ ſunt: noui optimè, & ſæpe uidi.

Bacchanal, uel Bacchanale, διονύσιον, βακχεῖον. Locus in quo Bacchi feſta celebrantur.Plautus in Aulular.Ad Bacchas ueni in Bacchanal coquinatum.

Bacchanalia, quæ & Dionyſia, διονύσια, Bacchi feſta, in quibus uiri per noctem fœminis & teneræ ætati turpiter miſcebantur per dolum.Vnde eſt illud apud Iuuenalem Satyr.2. Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia uiuunt. Hæc à multis Græciæ urbibus triennio quoq; celebrabantur. Eſt autem hoc nomen pluralis numeri tantùm: facitq; genitiuum Bacchanalium, uel Bacchanaliorum: quo in cæteris feſtorum nominibus obſeruatur.

Bacchari, d.p. βακχεύειν, Propriè eſt Baccharum, quæ furore quodam correptę, magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabãt: quanquam & latius ſumitur pro furere, inſanire, & clamoribus, tumultuq; omnia implere.Verg.4.Aeneid.Seuit inops animi, totamq; inſenſa per urbem Bacchatur: qualis commotis excita ſacris Thyas, ubi audito ſtimulant trieteri ca Baccho Orgia, nocturnusq; uocat clamore Cithæron.

Bacchatus, participium.Verg.10.Aeneid.Medias Italûm bacchata per urbes. Legitur & Bacchatus, & in paſſiua ſignificatione, proco quod eſt à bacchantibus frequentatus, aut per agratus. Vergilius 2.Georg. uirginibus bacchata Lacæna Taygeta. Vbi Taygeta bacchata, dixit ea forma, qua alibi, Terra acri regnata Lycurgo. Sed hoc rarius.

Bacchans, antis, aliud participiũ.Cic.4.in Catil. uerſatur mihi ante oculos aſpectus Cethegi, & furor in ueſtra cæde bacchantis.

Bacchatio, onis, uerbale, βάκχευσις.Cic.3.Verr. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac uigiliis. Huius uerbi compoſitum eſt Debacchor.

Bacchatim, aduerbiũ.ſignificat More bacchantiũ βακχικῶς. Apuleius. Quin igitur ſoror hunc primum bacchatim diſcerpimus?

Baccheis, idos. βακχεῖς. Denominatiuum fœmininum à Baccho formatum. Sta.2.Syl. Qualis ſi iubeas Ephyres Bacchei dos altum Culmen ab Inoo fert ſemita recta Lechæo.

Baccheus, a, um, per tres ſyllabas, quarum penultima producitur, βακχεῖος. Poſſeſſiuum à Baccho deductum. Colum.lib. 10. per omiſſa ſcientia Muſis Pierii nemoris Baccheia uoce frementem. Vergil. e diphtongum diuidens, per quatuor ſyllabas extulit, libro 1.Georg. Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerunt?

Bacchicus, a, um, βακχικός, Poſſeſſiuum à nomine Bacchus deductum. Ouid. primo Triſt. Deme meis hederas Bacchica ſerta comis.

Bacchides, pẽ.corr. βακχίδης, Patronymicum maſculinum à Baccho formatum, quo ſignificatur Bacchi filius uel nepos Fuit & Bacchides nomen unius ex ſatrapis Aſſyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio aduerſus Macchabæos miſſus, ab illis eſt interfectus.

Bacchium, ſiue Baccheum pen.pro, βακχεῖον, Genus uaſis uinarii, quo in ſacrificiis Bacchi utebantur. Quin ipſum etiã Bacchi templum à Græcis hoc nomine appellatur.

Bacchius, ſubſtantiuum, Genus pedis eſt ex tribus ſyllabis cõſtans, quarum prima breuis eſt, reliquæ duæ longæ, βακχεῖος ut Honeſtas. Hoc pedis genere utebantur in carminibus ſacrorum Bacchi: cui contrarius eſt Antibacchius, conſtans ex duabus longis & ultima breui: ut, Fortuna.

Baceli, βάκελοι Ab Auguſto dicti ſunt ſtulti, teſte Suetonio, à Bacelo quodam eunucho, (ut Alciatus credit) qui corpore quidẽ ꝓcero fuit, ſed adeò ſtolidꝰ, ut ceſſerit in ꝓuerbiũ.

Bachimindus, Medicus, citatur à Galeno.

Bacrionem, Dicebant genus uaſis longioris manubrii, qđ alii trullam appellant. Feſtus. De uſu autem huius uaſis, uide infrà in dictione Trulla.

Bă cŭlŭs, li, maſculin gen. Fuſtis, ſtipes, ſcipio: pro quo legitur & Baculum neut.gen. βάκτρον βακτηρία. Ouid.lib.15 Metamor. Baculumq; tenens agreſte ſiniſtra.

Bacillum, neutri generis diminutiuum. Cic.lib.2.de Fin.bon. Bacillum aliud inflexum & incuruatum, aliud ita natum. Bacillus in maſculino genere in uſu non eſt: à quo tamen uidetur manaſſe compoſitum Imbecillus, a, um, & Imbecillis, imbecille. Vnde Imbecillitas pro infirmitate.

Badius color Is eſt quem & Phœniceum uocant, à colore dactylorum, quas φοίνικας uocant Græci. φοινίκινον χρῶμα. Idem & Spadiceus dicitur, & Baius: ab eo quod termitem unà cum fructu à palma reuulſum, Græci σπάδικα καὶ βαῖον appellant: Vide Thyleſii libellum de coloribus.

Badízare, βαδίζειν, ſignificat ire. Plaut. in Aſin. Demã hercle iam de hordeo, tollutim ni badizas.

Bāiŭlŏ, as, p.corr. Porto, βαστάζω. Plau. in Aſin. Ego baiulabo, ut decet dominum, ante me ito inanis. Quintilianus libr.6. cap.1. Ego te baiulare non poſſum.

Bāiŭlŭs, m.p. penult corr. Operarius, & propriè qui uecturas onerum corpore ſuo, uictus quærendi gratia portat, φορτοβάκτης, φόρτα ξ, ὁ βαστάζων. Cic. in Parad. Vtrum potius de bonis eſt quærendũ quid baiuli atq; operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint? Idem 2.de Oratore, Remigem aliquem, aut baiulum nobis oratorem deſcripſeras.

Baius color, Idem eſt cum ſpadiceo, ſiue badio, in equis in primis laudatꝰ, φοινίκινον χρῶμα, ita dictus eſt παρὰ τὸ βαΐον, quo nomine Græci appellant palmæ termitem unà cũ fructu auulſum, qui huius eſt coloris.

Bălænă, æ. f.p. Vaſtiſſima maris belua, ex genere cetorum, quã Plin. tradit in Oceano Indico ad quaternûm iugerũ magnitudinem creſcere. Græcis φάλαινα dicitur, παρὰ τὸ ἐν φῶς ἄπτειν. Vnde & Latini Balenam appellarunt, φ aſpirata in β mediam ſuam conuerſa. Vide Plin.lib.9.cap.3.4.6.

Balanus, ni, n.ſpe.cor.ge.fœm. βάλανος. Generale nomẽ eſt

omnia

omnia continens, quæ apud nos glandis uocabulo comprehenduntur. Præcipuè tamen hoc nomine dactyli appellantur, & oliuæ, & ſi qua ſint alia, quæ nucleos intus habent. Balanus, myrepſice, βάλανος μυρεψική Dioſcoridi, Fructus eſt arbuſculæ, myricæ ſimilis, magnitudine nucis auellanæ, ex cuius cortice odoriferus liquor exprimitur, quem uocant Oleum balaninum. Sunt qui credant eſſe glandem eam, quã uulgo nucem muſcatam uocant: quibus tamen non arbitror adhibendã fidẽ, quum deſcriptio ei non conueniat. Cõſtat enim glandẽ myrepſicam lignoſo intus eſſe oſſe, qd nux odorata nõ habet. Satius itaq; Ruell. crediderim ſcribẽ ti nucẽ odoratã: quã nos Muſcatã uocam⁹, ueterib. fuiſſe incognitam. Glandẽ aũt myrepſicam Plin. uno nomine uocat Myrobalanum, quaſi dicas glandẽ unguentariam. Ita enim de eo ſcribit lib. 12. cap. 21. Myrobalanũ, Troglodytis, & Thebaidi, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat, commune eſt, naſcens unguento, ut ipſo nomine apparet. Quo item indicatur, glãdem eſſe arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, ſimili folio. Fructus, magnitudine auellanæ nucis. Hactenus ille. Myrobalanũ Celſus uidetur accepiſſe pro unguento ipſo quod ex glandis myrepſicæ commiſto liquore conficitur. Ita nanq; ait lib. 4. cap. 9. Fit ex unguento & palmulis, quod Myrobalanon uocant. Ad hanc etiam ſignificationem alluſiſſe uidetur Martialis lib. 14. Quod nec Vergilius nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento conſtat, & ex balano. Nam ſi de glande ipſa intelligas, non uideo quomodo dicat Myrobalanum conſtare ex balano & unguẽto. Balanus etiam à Græcis uocatur extrema mẽbri uirilis pars quam etiam Latinè Glandem uocamus. Hoc etiam nomine dicuntur, quæ à Pharmacopolis uocantur Suppoſitoria, quæ ad ſubducendum aluum podici inſeruntur: ita dicta, quòd figura glandis ſimilitudinem referant.

Balanites, huius balanitæ, βαλανίτης, Gẽma ſubuiridis, & Corinthio ſimilis æri, ſecante mediam flammea uena. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Balanitis, idis, f. t. βαλανῖτις, Genus caſtaneæ rotundius & maximè purgabile, & ſponte proſiliens: à rotunda glandis effigie ita appellatum. Plin. lib. 15. cap. 23.

Balanatus, ta, tum, adiectiuum, Hoc eſt balanino oleo perfuſus. Perſius Satyra quarta, Tu quũ maxillis balanatum gauſape pectas.

Balaninus, na, num, aliud adiectiuum. Ex balano factum: ut, Balaninum oleum. Plin. lib. 23. Balaninum oleum repurgat uaros. Idem lib. 13. cap. 1. Inere it deinde Mendeſium, balanino re na miſta.

Bălănitæ, βαλανίτης, uuæ, à magnitudine.

Balare, n. p. Propriũ eſt uocis ouis, aut hœdi, βληχᾶσθαι. Quintil. lib. 1. ca. 5. Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, niſi iudicio uetuſtatis niterentur. Ouid. 4. Faſt. Tactaq; fumanti ſulphure balet ouis. Silius lib. 15. cui mille ſub altis Lanigerq; balant ſtabulis.

Balito, as. frequentatiuum. Plaut. in Bacch. Paſtor harum dormit, quum eæ eunt Sic à pecu balitantes.

Balatus, us, nomẽ, βλάχη, βλάχημα. Plin. Guſtatum à pecore capriſq; balatum concitat.

Balaria, lychnis coronaria. Dioſc. lib. 3. cap. 313.

Balatrones, m. t. inquit Feſtus, & Blateas, antiqui appellabant, bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamẽtorum ſoleis raditur. Balatrones pro nihili hominibus, & nullius pretii uidetur accepiſſe Varro de Re ruſt. libr. 1. cap. 5. quum inquit, Videbo iam uos balatrones, & huc afferam meũ corium, & flagra. Dicti autem putantur Balatrones à balatu & uaniloquentia, ut annotauit Porphyrion in illud Horatii 1. Serm. Satyr. 1. Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne Mœſtum ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli.

Balauſtium, n. ſ. βαλαύσιον, Flos mali punici, utilis nõ modò medicinis, ſed etiam tingendis ueſtibus, quas ſibi concolores facit. Propriè autem hoc nomine appellatur ſylueſtris punicæ flos: nam ſatiuæ Cytinus dicitur.

Balauſtinus, a, um, pe. cor. ut Balauſtinus color, à floris huius ſimilitudine dictus.

Balauſus, βάλαυσος, herba nõ multùm diſſimilis narciſſo.

Balbus, Qui uitio linguæ non bene poteſt exprimere uerba & obſcurè loquitur, ψελλός. Perſius Sat. 1. Rancidulum quid dam balba de nare loquutus. Cic. 1. de Orat. Quumq; ita balbus eſſet, ut eius ipſius artis, cui ſtuderet, primam literã nõ poſſet dicere, &c.

Balbè, aduerbium, Obſcurè, imperfectè, blesè.

Balbutio, tis, n. q. Imperfectè loquor, quadam linguæ hæſitatione & confuſione trepido, ψιττίζω, ψίττω, ψίττομαι. Horatius in Serm. Balbutit Scaurum prauis fultũ malè talis Ci 5. Tuſc. Me quidem authore etiam Peripatetici, ueteresq; Academici balbutire deſinant aliquando.

Balbucinari, ſignificat lingua balba loqui, ſicut ſenes, ψίθυρος, ψιθυρίζειν.

Bălĕāticæ cochleæ, quas cauaticas appellant, quia in ſpelũca naſcantur.

Baleuca, aurum eſt nondum purgatum, neq; adhuc in maſſam redactum, Græcè χρυσαμβὸς dictum, quaſi ab eo quòd ſit aurum imperfectum: uerbum non Latinum, ſed Hiſpanũ Plin. lib. 33. Hiſpani, inquit, aurum quod minutum eſt, balleucam uocant.

Balinciũ uinũ qd in Sicilia naſcitur, ſaporẽ mulſi referens.

Balineum, βαλανεῖον, & Balneæ, arum, Idem quod Balneũ & Balneæ, arum, Cic. Att. libr. 2. Balineum calefieri iubebo Plaut. Pœnulo, Numnam ita balineis circunductus pallio? Plinius Epiſt. 3. Quid balineum illud, quod plurimus ſol implet, & circumit? Dictum autem putatur Balineum ἀπὸ τῶν βαλάνων, hoc eſt, à glandibus, quæ in balneis ſuccendi ſolẽt: Scribit enim Suidas glandes hominibus apud antiquiſſimos, cortices uerò earum igni alimenta præbuiſſe.

Balius color, m. ſ. βαλία χροιὰ, In equis laudatiſsimus eſt, à quo Homerus unum ex equis Achillis Balium, ſiue Baliam appellauit. Nonnulli uarium interpretãtur, maculisq; multis diſtinctum. Thyleſius autem in libello de coloribus, eundem eſſe exiſtimat cum eo qui & Spadiceus, & Baius, & Badius, & Phœniceus appellatur.

Ballaria, æ, A Romanis appellata eſt herba, quæ à Dioſcoride λυχνὶς στεφανωματικὴ, hoc eſt Lychnis coronaria, & à Gallorum uulgo candelaria dicitur. Vide Ruellium libro tertio capite quinquageſimoſeptimo.

Ballinus, pro præſide, Ballia, ſeu Ballinatus, pro prouincia uocabula ſunt omnino peregrina. Vides in quam uocum ſpurcitiem degenerarunt interpretes, paulatim recedentes à puritate Latini ſermonis ueterum Iuriſconſultorum.

Balliſta, f. p. gemino ll, à βάλλω, Iacio: Machina eſt qua ſaxa torquentur, uel ſagittæ. De ſaxa iaciente (quæ & maior balliſta appellari poteſt) Valer. Max. lib. 1. Quum telorum iactu perforari nequiret (intelligit ſerpentem ab Attilio regulo in interemptã) ad ultimum balliſtarum tormentis undiq; petitam, ſilicum crebris & ponderoſis uerberibus procubuiſſe &c. Et ſiue trabs, quæ uerſilis appellatur, fuerit, ſiue alterius generis, modò ſaxa maiora & grauiora iaciat, hoc nomine intelligitur. De ſagittas iaciente (quæ & minor) Lucan. lib. 2. Tortaq; per tenebras ualidis balliſta lacertis Multifidas iaculata faces. Et D. Hieron. cõtra Iouin. Balliſta quantò plus retrahitur, tantò fortius emittitur. Hanc Græci βάλιστραν dicunt, quam & Phœnicas inueniſſe. Plin. tradit libr. 7. capite 56. aliis Saturnũ à Ioue pulſum in Græciam profugum balliſtarum uſum docuiſſe ſcribentibus.

Balliſtarium, Locus ubi ſita eſt balliſta. Plaut. Intenta eſt balliſta probè, quam ego haud multò pòſt emittam è balliſtario. Vbi etiam Balliſtam accipere uidetur pro telo.

Balliſtarius, m. ſ. qui balliſta utitur.

Bāllōtē, βαλωτὴ, Herba eſt marrubio ſimilis, quæ & Melampraſion à Græcis appellatur. Officinæ Marrubiaſtrum uocãt aut Marrubium nigrum. Vide Dioſcor. lib. 3. Plin. lib. 27. ca. 8. & Ruell. lib. 3. cap. 78.

Balluca, cæ, Vide Balux.

Balneæ, erãt bina ædificia coniuncta, alterum ubi uiri, alterum ubi mulieres publicè lauantur, author Varro.

Balneum, uel Balineum, βαλανεῖον, & in plurali num. Balneæ, arum, uel Balnea, orum, Loca ſunt publica uel priuata, in quibus aut ſanitatis, aut abſtergendarum ſordium cauſa lauamur. Cic. Terentiæ uxori, Labrum ſi in balneo non eſt, fac ut ſit. Idem Attico, Balneum calefieri iubebo. Vbi quædã exemplaria legunt Baliueum. Idem pro Sext. Roſc. Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roſcius. Illud autẽ ferè obſeruatur à ſcriptoribus: ut Balneæ, uel Balnea in pluri numero de publicis tantùm dicantur: Balneum in ſingulari locus in domo noſtra, ubi priuatim lauamur. Ratio huius diuerſitatis uidetur, quòd in publicis balneis plura adlauandum fuerint loca. Habebant enim mulieres lauationes ſuas à uiris ſeparatas. Erant præterea in balneis tria ueluti cœnacula, (niſi regiones malis appellare) quorum ſummũ plenum erat aẽris calidi, qualia hodie ſunt Germanorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hypocaũſta. hæc balneorum pars Laconicum uocabatur. In medio cœnaculo erant aquę calidæ in imo frigidæ. Ex his facilè oſtẽdi poteſt quid ſit diſcriminis inter Balneas & Thermas. Balnea enim tantũ dicuntur in quibus lauamur. Vnde ſumma illa balneorũ pars, quã Laconicum uocari diximus & cryptæ quædã ſiccæ in littore Baiano calidi aẽris plenæ, balneorũ appellatione non ueniunt, quæ tamen Thermę aptè dici poſſunt. Thermę enim dicuntur quæcunq; loca calida, ſiue illa ſicca ſint, ſiue calidis lotionibus accõmodata. Frigidũ itaq; balneũ ſub Thermarũ appellationẽ non uenit. Nam θέρμη calorẽ ſignificat. Valla in Raudenſem huiuſmodi ponit differentiã, ut Thermæ dicãtur quæ naturæ calidæ ſunt, Balnea etiã quę calefiũt igni. Qđ nõ omnino uerũ eſſe cõſtat multis tũ Martial. tũ aliorũ teſtimoniis, qui Neronis & Titi Balnea Thermas uocãt, quæ certè igni calefiebãt. Vnde aũt dicatur Balneũ, uide ſuprà in dictione Balineum.

Balneolum diminutiuum eſt. Iuuenalis Satyr. 7. quũ iam noti celebresq; poëtæ Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos Tentarent.

Balnearia, orum, Ea pars uillæ, ſiue ædium, in qua balneę ſunt, & nonnunquã etiã ipſum balneũ. Cic. ad Q. Frat. li. 3. Sed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationẽ, & alia uariũ. Ibidẽ, In balnearijs, aſſa in alterũ apodyterii angulũ promoui. Colu. li. 1. ca. 6. Balnearia Occidenti æſtiuo obuertãtur, ut ſint poſt meridiẽ, & uſq; in ueſperum illuſtria.

Balnearius, a, um, ſiue balnearis, re, Quod ad balneũ pertinet: ut, Veſtis balnearis, Seruus balnearius. Itẽ Balnearia inſtrumenta, cuiuſmodi ſunt ſtrigiles, ampulla olearia, lintea. Pro quibus etiam Balnearia abſolutè dixit Apuleius lib. 3. Milonem iuſſit cum balnearibus aſſequi.

Balneator, βαλανεύς, Qui curam habet balnearũ Cic. pro Cæl. Familiaris facta erat balneatori. Plaut. Truc. Omnes amatores balneatores ſient. Huius fœmininum eſt balneatrix, βαλανὶς Mulier cui balnei curandi cura incumbit.

Balneatorius, a, um, Quod ad balneum pertinet. Martianus Iureconſ. Inſtrumẽto balneatorio legato balneatores cõtinentur, quoniam ſine his balneæ uſum ſuũ prębere nõ poſſunt.

Balſamenta, Buphthalmus, apud Dioſc. lib. 3. cap. 157.

Balſamita, ut inquit Dioſc. albæ uiolæ, lilii autem pyracanthæ magnitudine conſpicitur, folium rutæ proximum, at longè candidius, perpetuò uirens, In Iudæa ſolùm quadam ualle, & Aegypto naſcens, his differens modis, ſcabricia, pro ceritate, gracilitate, quod igitur tenui & capillacea coma eſt Theriſtum uocant quaſi demeſſile. Fortaſſe quoniã ob graci litatem facilè demetatur. Plura Plin. libr. duodecimo ca. 25. Theoph. lib. 9. cap. 6.

Balſamodę, uide infrà Caſia.

Balſamum, neutri generis, βάλσαμον, Arbuſcula uni terrarum Iudææ quondam conceſſa, uiti ſimilior quàm myrto. Vergil. 2. Georgic. Quid tibi odorato referam ſudantia ligno Balſamaque & baccas ſemper frondentis acanthi? Seritur malleolis, ut uitis, & colles implet uinearum modo, ſuſtinens ſeſe ſine adminiculis. Intra tertium annum eſt fructifera: proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Præfertur omnib. odoribus. Inciditur uitro, lapide, oſſeiſue cultellis, & ſuccũ emittit eximiæ ſuauittisa, quem Opobalſamum dicunt. Nã ὀπὸς Græcis ſuccus eſt. Sũma Opobalſami probatio eſt, ut lac coagulet, & in ueſte maculas non faciat. Lignum quoq; eius in pretio eſt, Xylobalſamum appellatum, quæ officinæ unguentariorum pro ſucco ſubſtituebant. Carpobalſamũ, fructus balſami, κάρπος enim Latinè fructus. Vide Plinium lib. 12. cap. 25.

Balſamelæon, βαλσαμέλαιον, Succus eſt oleo perſimilis, qui in eunte autumno, ex imis balſami fruticis partibus ſcarificatis profluit: ut poſt Aëtium refert Ruell. lib. 1. cap. 35.

Balſaminus, na, num, adiectiuum, penul. corrept. ut, Balſaminum oleum. Plinius libro 23. cap. 13. Balſaminum longè pretioſiſſimum omnium, ut in unguentis diximus, contra omnes ſerpentes efficax.

Balteus, & Balteum, in ſingulari, in plurali neutrum tantũ ζωστήρ, Militare cingulum, uel zona bullis ornata. Vergil. 12. Aeneid. infelix humero quum apparuit alto Balteus. Varro, Qui gladiatores Balteum cingulum è corio habebant. Liuius lib. 9. Auratæ uaginæ, aurata balteis illis erant.

Balux, lucis, Minutior auri particula ab Hiſpanis dicitur, cuiuſmodi in arrugiis, aut puteis penè puræ inueniuntur, nullaq; opus habentes coctione, à Græcis χρυσάμμος, quaſi aurea arena dicitur. Plinius libr. 33. capite quarto. Aurum argentum quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inueniũtur ita maſſæ. Necnon in puteis etiam denas excedentes libras. Palacras Hiſpani, alii Palacranas: iidẽ quod minutum eſt, Balucem uocant.

Bambacion, βαμβάκιον, βάμβαξ, καὶ βαμβακὶς Suidæ, Lanæ genus candidiſſimum, in exiguo naſcens frutice, quem non nulli Goſſipion, plures Xylon appellant, teſte Plinio libr. 19. cap. 1. Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non diſſimilem quæ dehiſcẽs uelut inculcatum lanæ glomũ detegit, ex qua deinde ueſtes fiunt, quæ à nonnullis Bambacinæ appellantur, à peritioribus Xylinæ, Goſſipinæ. Vulgus Cotonum uocat, à ſimilitudine fortaſſe illius lanuginis, quę foris in malo cotoneo gignitur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 70.

Bambilius, m. ſ. animal uolatile quod uulgo Barbellus dicitur, de quo Amb. libro Hex. Fertur hic corniger uermis cõuerti primùm in ſpeciem caulis atque in eam mutari naturam, inde proceſſu quodam fieri bambilius, nec eam tamen formam figuramque cuſtodit, ſed laxis & latioribus foliis pinnas uidentur aſſumere. Ex his foliis mollia illa Seres depectunt uellera, quæ ad uſus ſibi pprios diuites uendicarũt.

Banacura. Vide Baracura.

Banauſus, βάναυσος Propriè dicitur artifex, qui circa caminos & fornaces exercetur, quiq; opera ſua igni conficit, βάναυσος enim Pelopnneſiis caminus eſt, αὔειν, incẽdere. Per nãſlationem tamen latius ſumitur ad uiliores omnes operas, qua manuum opificio uictum quæritant. Id quod Hieronymus annotauit lib. 1. aduerſus Pelagium. Ariſtot. in Polit. interſeruum & banauſum hoc unum intereſſe ait, quòd ille natura ſeruit, banauſus mercede.

Banchus, m. ſ. βάγχος, Piſcis marini genus, quem & Myxona uocari author eſt Plinius libro 32. capite ſeptimo. Eſt & Banchus inter mugiles minimus, quem Ariſtoteles Chelonem uocat.

Bānnū, exilii ſpecies quæ antiquis dicebatur Proſcriptio. Hinc Banniti dicebantur qui carebant iure togæ, quibus aqua & igni interdictum erat. C. de Epiſcop. & cler. in no.

Baphia, f. p. pen. prod βαφεῖα Dicũtur loca tincturæ, in quibus tingũtur panni: nos Tinctoria dicimus. Lampridius in Alexand. ſcribit, Probũ fuiſſe baphiis propoſitum, βαφὴ enim tinctura dicitur: unde Dibapha, bis tincta.

Baptes, βάπτης, Gemma eſt mollis, ſed præſtantiſsimi odoris Plin. lib. 37. cap. 10.

Baptiſmus, & Baptiſmum, m. n. ſ. βαπτισμὸς, & Baptiſma, atis, n. t βάπτισμα Latinè immerſio uel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo. Gregorius, Βάπτισμα, Græco eloquio dicitur, quod Latinè tinctio: quia ibi homo Spiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat, efficitur. Primùm enim fœdi eramus deformitate peccatorum, in ipſa tinctione reddimur pulchri de lauatione uirtutum.

Baptiſterium, n. ſ. βαπτιστήριον, Eſt ueluti lacus quidam ex ligno aut lapide ædificatus, in quo lauandi gratia mergi ſolent. Hoc in cellis, id eſt, in locis ſecretioribus ſolet conſtitui: quarum aliæ Caldariæ ſunt, in quibus calida lauamur: aliæ Frigidariæ, in quibus lauamur frigida: aliæ Tepidariæ, in quibus tepida aqua abluimur. Plin. iun. ad Apollinarẽ, Cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum, atq; opacum. Hæc eadem piſcinæ dicuntur Latinè, & natatoria & natationes. Side Piſcina ſeu ſi græcari uolumus βαπτιστήριον.

Barathro, m. t. Luxurioſus dicitur, uel guloſus, qui in barathrum gulæ inſumit totum patrimonium.

Barba, f. p. Vtroq; numero, non ſolùm hominum, ſed & brutorum quadrupedum eſt, πώγων Plautus in Bacch. Cano capite, atque alba barba. Vergilius 2. Aeneid. Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines. Horatius lib. 1. Serm. Vtque lupi barbam uariæ cum dente colubræ. Plin. lib. 18. Affecrunt & Magi ſua commenta: primùm omnium rabiem hircorum, ſi mulceatur barba, mitigari. Silius numero plurali etiam de homine dici poſſe oſtendit libr. 13. Indociles nunc propexis in pectora barbis Verrere humum. Huius nominis compoſita poſſunt declinari ſecundum tertiam & ſecundã declinationem: ut Imberbis, & hoc imberbe: & Imberbus, a, um, quod eſt ſine barba.

Barbula, læ, diminutiuum. Cic. pro Cæl. Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis: non hac barbula, qua iſta delectatur, ſed, &c.

Bārbārĕ, n. p. eſt barbam emittere, πωγωνοφυεῖν.

Barbatus, Dicitur qui barbam habet, πώγων. Vnde illud, Si promiſſa

promissa facit prudentē barba, quid obstat, Barbatus possit quin caper esse Plato? Cic. 1. de Natur. deor. Isto enim modo dicere licebit, Iouem semper barbatum.

Barbatulus, diminutiuum: ut Barbatuli iuuenes, & Mulli barbatuli, Cic. in Parad. Barbatulos mullos exceptare de piscinis. Idem ad Attic. lib. 1. Concursabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ.

Barbiger, ra, rum, adiectiuum, Qui barbam gerit, πωγωνοφόρος ut, Baibigeræ pecudes. Lucretius libro 5. Quippe uidere licet pinguescere sæpe cicuta Barbigeras pecudes: homini quæ est acre uenenum.

Barbitium, n. s. Ponitur pro barba, Apuleius, Hircino barbitio philosophum mentiebatur.

Barba Iouis, Chrysocome apud Dioscor. lib. 4. cap. 58.

Barbapetræ, τραγοπώγων, herba est uulgò sic appellata, à quibusdam Barbula hircina, in acetariis laudatur.

Barbaralexis, f. t. βαρβαράλεξις, Figura qua dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiscemus orationi ut Gaza & Magalia, apud Vergil.

Barbari, m. s. βάρβαροι, Factitio nomine, inquit Strabo li. 14. dicti sunt ab initio, qui difficulter, asperè, atq; duriter loquebantur, quasi duriloqui, & crassilingues: quemadmodū blęsi atque balbi dicuntur, qui lingua impediti sunt. Dicti Barbari à βάρβαρ absona uoce, in quam peregrini homines Athenas aduentantes, quum primum Græcè loqui conarentur, identidem incidebant. Omnes igitur qui crassè loquuntur Barbari dicūtur: qualis olim habiti sunt omnes gentes, Præter Græcos. Vnde Plautus Næuium poëtam Latinum, Barbarum dixit. Nunc etiam ab hoc nomine exempti sunt Latini, quòd hi mitiorem linguam habeant ac magis cultam. Quinetiam inter hos, si quis non rectè proferat, barbarè loqui dicitur. In summa Barbari dicuntur illiterati, malis moribus, feri, crudeles, Cicero pro Fonteio. Immanis, ac barbara consuetudo hominum immolandorum.

Barbarè, aduerbium: ut, Barbarè loqui. Cic. 2. Tusc. Vt enim si Grammaticum se professus quispiam, barbarè loquatur.

Barbaricus, a, um, pen. cor. βάρβαρος. Eiusdem significationis est cum Barbarus, hoc est, ferus, & malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus. Vergil. Barbaricum aurum dixit, pro multo, aut ex Barbaria aduecto, Aencid. 2. Barbarico postes auro, spoliisq; superbi Procubuere. Barbarica pauimēta, quæ & subtegulanea dicebantur, ex testis tusis, rudere, & calce constantia, & fistucis pauita: de quibus Plinius libro 36. capite 25.

Barbaricum, n. s. neutri generis, Clamor exercitus dicitur: qđ eo uociferandi genere Barbari utantur. Festus.

Barbaricarii, m. s. Textores artifices q; barbaricæ uestis, qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur. Aliter Phrigiones dicuntur. Alciatus.

Barbaries, f. q. βαρβαρότης. Ad imitationem pertinet, & significat inciuilitatem, feritatemque. Cicero pro Corn. Balbo, In ueteratam quandam Barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinaque delexit. Accipitur etiam pro ipsis barbaris Idem 1. de Natura deorum, Aegyptii, & Syri, & ferè cuncta barbaries. Item pro uitioso, & inquinato sermone. Idē de clar. Orat. Sed omnes tum ferè, qui nec extra urbem hāc uixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.

Barbarismus, m. s. βαρβαρισμὸς, Est cōtra Romani sermonis legem, aut scripta, aut pronunciata uitiosè dictio. Fitq; duob. modis, scripto & pronuntiatione: & hoc quadrifariam, adiectione, detractione, mutatione, transpositione, literæ, syllabę temporis. Adiectione literæ, ut Relliquias Danaūm, pro reliquias: syllabæ, ut Mauors pro Mars: temporis, ut, Italiam fato profugus. ubi prima syllaba quum corripi debeat, producitur. Detractione literæ, ut Argyripa, oro Argyrippa, apud Vergil. 11. Aeneid. syllabæ, ut Salmentum, pro Salsamentum: temporis, ut, Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus. Mutatione literæ, fit barbarismus, ut Olli pro illi: syllabæ, ut Pernucies, pro pernicies: tempore, ut Vnius ob noxam. Trāspositione literæ, ut Tymbre, pro Tymber: temporis, ut dominus, penultima producta.

Barbitos, βαρβιτὸς, pen. cor. gen. masc. Instrumentum musicum quod pulsatur plectro uel calamo. Horat. lib. 1. Carm. ode. 32. Age dic Latinè barbite carmen, Lesbio primum modulate ciui. Fœminino autem genere usus est Ouidius in Epist. Saphus ad Phaonem. Nec facit ad lachrymas barbitos ulla meas. Dicimus etiam Barbiton in neutro genere. Autsonius in Philomusum, Hoc genere & chordas & plectra & barbita condi.

Barbo, genus piscis, uide Mullus,

Bardocucullus, m. s. Genus uestis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare soliti erant imbrium tempore in castris milites, & in agris rustici. Martial. Gallia Santonico uestit te bardocucullo, Cercepithecorum penula nuper erat. Sunt qui dicant Bardocucullum esse tegmen capitis uillosum cuius usus translatus sit à populis Galliæ, qui dicūtur Bardi.

Bardus, m. s. Stultꝰ, à tarditate ingenii, βλάξ. Bic. pro Cecin. N. audacem nimisq; bardum. Idem de Fato, Stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula concauata non haberet. Bardi etiam apud Gallos uates erant, aut philosophi, qui uirorum fortium laudes decantabant: de quibus Lucanus, Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Bariona, pen. pro. dictio Syriaca, qua significatur filius Columbæ.

Baryptes, gemma nigra, cum sanguineis & albis notis.

Baris, βαρὶς, Apud Aegyptios dicebatur cymba, qua cadauera uectabant, ad sepulturam. Propertius libr. tertio, Baridos & contis rostra Liburna sequi. Est item Baris Pamphyliæ oppidum, in præfectura Pisidica: cuius meminit Ptolemęus libro 5. cap. item 5.

Baros, inquit Erasm. Græcè nonnunquam fastum significat & Latinè graues uiros dicimus eximios magnæq; authoritatis, unde suspicor & uulgò nunc dici Barones, qui generis ac uirtutum autoritate cæteris præeminent.

Bārones, uiros fortes uidetur appellasse, Cicero in Epistol. ad Atticum libro quinto, Apud Patronem, & reliquos Barones te in maxima gratia posuit. De Epicureis loquitur quos Philosophorum nomine non dignatur, sed Barones ironicè appellat, hoc est uiros fortes, quum tamen innuere uelit, molles esse & effœminatos. Varia tamen lectio hanc dictionem omnibus aliis testimoniis destitutam, in dubium reuocat.

Baroptenus, Plin. libro 37. cap. 10. gemma est nigri coloris, sanguineis & albis notis distincta.

Barrus, ri, ἐλέφας, Maximum animalium terrestrium, quod Elephantem uocant Græci pariter & Latini. Horat. in Epod. Quid tibi uis mulier nigris dignissima barris? Hinc Ebur dictum putant Elephanti dentes, quòd sit è barro.

Barritus, us, pen. prod. Vox elephantis. Barritus etiam dicitur Romanorum clamor militum, qui fit quum utræq; acies se iunxerint. Author Vegetius.

Basaltes, æ, βασάλτης, Genus est marmoris ferrei coloris, & duritiæ, ab Aegyptiis in uicina Aethiopia inuentum: cuius generis longè maximum Vespasianus Cæsar in templo pacis dedicauit. Authore Plin. lib. 36. cap. 7.

Bāsanitēs, tis, m. t. βασανίτης, lapis ex quo fiunt cotes, Plin. 36. cap. 20. Experimentum eius esse in cote, ex lapide basanite. Dictus basanites, ἀπὸ τοῦ βασανίζω, quod est explorare, uel examinare: unde & βάσανον dicunt Græci pro indice, cuius attritu exploratur aurum.

Bascauda, Vas Britannicum, postea in Romanorum usum receptum. Iuuenal. Saty. 12. Adde & Bascaudas, & mille escaria. Martial. libr. 14. Barbara depictis uenit bascauda Britannis: Sed me iam mauult dicere Roma suam.

Basia, uide Basium.

Bāsilēus, ei, m. s. βασιλεύς, rex, tanquam populum sustētans. βάσις sedes, et λαὸς populus. Quantò enī quis magis præponitur, tantò amplius pondere laborum grauatur.

Basilica, cæ, f. p. βασιλικὴ, Principio dicta fuit domus ampla & spatiosa, causarum cognitioni destinata: dicta ab eo, quòd principes eò ad ius dicendum conuenirent: aut certè, quòd Græci τοῦ βασιλέως appellatione etiam iudicem intelligerent, astipulante etiam Hesiodo, qui δωροφάγους appellat βασιλῆας, hoc est doniuoros iudices, interprete Budæo. Plinius in Epist. Descenderam in Basilicam Iuliam, auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam. Erat autem Basilica templo persimilis, ambulationib. amplissimis instructa, ad quam multi tota ex urbe, alii causas agendi, alii consultandi, alii aliud agendi gratia confluebant. Vnde uenustum in primis est illud Ciceronis ad Atticum libro secundo, De pangendo quod me crebrò hortaris, fieri non potest: basilicam habeo, non uillam, frequentia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Formianorum. Postea etiam basilicæ ædificatæ fuerunt in usum negotiatorum, eæque in locis calidissimis, foroq; proximis: ut haberent mercatores, quo se hybernis mensibus subitò ingruente tempestate possent recipere. Vide Vitruuium libro quinto.

Basilicus, a, um, *βασιλικὸς*, Regius, siue regalis. Plautus in Cap. Basilicas edictiones, atq; imperiosas habet. Et in Pseu. Basilicus status, & basilicus uictus, id est, regalis & excellens, & Basilica facinora, hoc est regia. Basilica nux, siue Basilicon absolutè, *βασιλικὸν κάρυον*, Iugulandis genus optimum, quod & Persicum dicitur, quòd ex Perside primùm fuerit aductum. Dictum autem uidetur Basilicon, siue à præstãtia, qđ inter nuces principatũ obtinere uideatur, siue à regibus, qui eas primi è Perside in Græciam transtulerunt: ut non obscurè innuit Plinius li. 15. cap. 22.

Basilicè, aduerbium, *βασιλικῶς*, Regiè, magnificè, splendidè, egregiè. Plautus in Pœnulo, Basilicè ornatus incedit, & affabrè ad fallaciam.

Basilinda, *βασιλίνδα*, Ludi genus est, quo rex sorte creatus, negotii aliquid ministro similiter sorte creato imperat.

Basilisca, herba quæ alio nomine Gentiana dicitur.

Basiliscus, *βασιλίσκος*, Genus serpentis, quod (teste Plin. lib. 8. cap. 21.) in solitudinibus Africæ habitat, candida in capite macula, uelut quodam diademate, adornatum. Acutissimum habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinẽ uergentem. Reliquos serpentes sibilo fugat, ut solus regnare uideatur. Lucanus libro nono, Sibilaq; effundeus cunctas terrentia pestes, Ante uenena nocens, latè sibi submouet omne Vulgus & in uacua regnat Basiliscus arena. Latinorum nonnulli regulum uocant. Basiliscus nomine notius animal quàm uisu, Cyrenaicæ potissimus prouinciæ 12. non amplius digitorum magnitudine, candida in corpore macula, ut quodam diademate insigni: sibilo omnes fugat serpẽtes, nec ut reliqui serpentes corpus impellit, sed celsus & in medio erectus incedens, frutices & herbas necat, & non contactu solùm sed & afflatu: huic tamen tali monstro mustellarum uirus exitio est. Plin. lib. 8. cap. 21.

Basio, as, Vide Basium.

Basis, *βάσις*. f. t. A nostris dici potest Sustentamentum. Sunt enim bases, fulcimenta, & quidam ueluti pedes columnarum, statuarum, seu fabricarum, quæ à fundamento consurgunt, & superpositæ fabricæ sustinent pondus. Cicer. 5. Tusc. Animaduerti columellam non multùm è dumis eminentem in qua inerat sphæræ figura & cylindri: quo quum patefactus esset aditus, ad uniuersam basim accessimus: apparebat epigramma, exesis posterioribus partibus uersiculorum. A qua similitudine orbiculi illi, quibus uasa in mensis collocantur, ne toralia polluantur, uocari solent bases. Trebatius Iureconsult. de Legat. lib. 5. Cui Corinthia uasa legata essent, & bases huic quoq; horum uasorum collocandorum causa paratas, deberi respondit. Est & Basis, figura in narrationibus, quum omnia pedentim insinuãdi gratia proferũtur, ut apud Terenrium in Eunuch. Matri mercator dono dedit, mater ubi accepit, &c.

Basium, sii, Idem quod osculum uel suauium, *φίλημα*. Martialis li. 1. Basia dimidio quod das mihi Posthume labro, Laudo, licet demas hinc quoq; dimidium. Donatus tria ponit osculandi genera Osculum, Basium, & Suauium: quæ sic distinguit, ut oscula sint officiorum, basia pudicorum affectum, suauia libidinum uel amorum. Quæ differentia aut nulla est, aut cerrè non obseruatur: ut latius infra ostendemus in dictione Osculum. Hîc satis fuerit hoc ostendere, basia sæpenumero impudicorum affectuũ esse. Catullus ad Lesbiã, Da mihi basia mille, deinde centum. Idem paulò pòst, Ne tantum sciat esse basiorum. Et mox, Tam te basia multa basiare, Væsano satis & super Catullo, Quæ nec pernumerare curiosi possint, nec mala fascinare lingua. Idem ad Iuuentium, Nunquam iam posthac basia surripiam. Hinc Basiare uerbum est. Basiator uerò & Basiatio uerbalia. Martialis libro 6. Et bis, terq; quaterq; basiauit. Idem lib. 7. Hybernas Line basiationes. Catullus, Quæris quot mihi basiationes Tuæ Lesbia sint satis superq;,

Bastagia, munus est ferendi res necessarias ad exercitum. Bastagarij erant, qui necessaria militibus portabant: ut quod in bello calones, in priuata familia mediastini, in militia palatina faciant Bastagarii, à græco uerbo *βαστάζω*, quod portare significat. Inde etiam uernacula Italorum lingua, Clitellam Baston dicunt, quòd onera portet atque sustineat.

Bastẽrnæ, genus uehiculi, Seruio in Vergilii 8. Aeneid.

Bat, Vox est qua uti solemus quum quempiam corripimus, iubemusq; eũ tacere. Plautus Pœnul. Quid opus est? P. Potin aliam rem ut cures. C. at. P. bat. C. crucior. P. cor dura. C. Nõ possum. P. fac possis.

Bathynon, *βάθυνον τό*, profundum. (& *ἔχω* habeo.

Bathyochus, profundus, nam *βαθὺ* profundum significat

Batiola, *βάτιον*, f. p. Vasis genus, quo uinum è cado hausturn ad mensam ferebatur. Plaut. in Colace, ut citat Nonius, Batiolam auream octò pondo habebat.

Batillum, n. s. Ferreum instrumentum est similitudine palæ quo pruna colligitur: primùm Batulum dictum, quasi patulum: à quo deinde diminutiua forma deductum est Batillũ Plin. libro 33. cap. 8. Batillis ferreis, candentibus, ramento argenti impositò, quod candidum permanet, probatur. Apicius de petasone, Et armillam illius candenti batillo uris, & melle contegis. Batillum etiam rustici uocant ferreum instrumentum, quo ad sulcos, illices, fossasq; in agris faciundas utuntur. Varr. 3. de Re rust. cap. sexto, Itaq; pastorẽ earũ cum batillo circuire oportet, ac stercus tollere ac conseruare: quod & ad agri culturam idoneum est. Est item batillum messorium instrumentum, quo Picentes utebantur. Idem primo de Re rust. capite quinquagesimo, Altero modo metunt, ut in Piceno: ubi ligneum habent incuruum batillum, in quo sit extremo serrula ferrea: hæc quum comprehendit fascem spicarum desecat, & stramenta stantia in sege te relinquit, ut postea subsecentur.

Batis, idis, uel Batus, ti, *βατὶς*, *ἡ βάτος*. Piscis mollis & delicatissimi species est, quem Plin. lib. 32. cap. ult. enumerat inter eos qui mari peculiares sunt. Hinc *βατιδοφαγίστοις* homines delicatos, & gulæ proceres Græci appellant. Huius piscis sel recens quidem, sed uino inueteratum, auribus medetur, teste Plin. lib. 32. cap. 7.

Batis, Herba est fruticosa, pingui folio in modum portulacæ, sed crassiore, latiusculo, & gustu salso, floribus candidis, & semine libanotidis, quam Dioscorides *κρίθμον*, siue *κρίθαμον* appellat. Eius duo sunt genera, quorum alterum in locis petrosis & marinis nascens, ad nos defertur sale & aceto conditum. Hoc officinæ Cretam marinam appellant. Alterum in hortis nascitur, quod Plinius à quibusdam Asparagum Gallicum uocari tradit. Columella Olus chordum appellauit, quasi serotinum, quemadmodum & Fœnum chordum dixit Varro, quod autumnali demum tempore colligitur. Vulgus Bacilias uocat, quasi baticulas. Vide Dioscorid. lib. 2. & Ruell. lib. 2. cap. 61.

Batos, *βάτος*, Frutex spinosus, lenta habens flagella per terrã sparsa, quem Latini Rubum appellant: de quo Dioscorid. libro quarto capite 40. Diuersas eius species uide apud Ruellium libro tertio, cap. 93.

Batrachites, *βατραχίτης*, Lapis ranæ uiridi similis, colore atque effigie. Plin. lib. 37. cap. 10.

Batrachium pen. corr *βατράχιον*, Coloris species quo antè inuentas personas faciem obungebant. Vnde apud Athenienses, Pausania authore, forum Batrachium erat, à coloribus denominatum. Est & genus herbæ quam & Latini Ranunculum uocant: de qua Plinius libro 25. capite 13. Est & Batrachium chymistis chrysocollæ quoddam genus, ex diuino quem uocant, latice prouenieus, cui tanta inest uenenuis, ut uel solo halitu incautum interficiat. Vide Cæl. Antiect. libro 28. capite nono.

Batrachomyomachia, *βατραχομυομαχία*, Ranarũ & murium pugna, quo titulo elegantem Homerus conscripsit libellum.

Batrachus, chi, penu. cor. m. f. *βάτραχος*, Medicis est tumor quidam sub lingua nascens cum inflammatione, quam ranulam uocat Auicenna. Est item Batrachus piscis mari peculiaris, apud Plin. libro 32. cap. 11. Fuit præterea nobilis hoc nomine statuarius ex regione Laconica, qui unà cum Scauro, Octauiæ templa Romæ extruxit porticibus inclusa: de quo Plinius libro 36. cap. 5.

Battologia, f. p. *βαττολογία*, Verborum redundantia, eiusdẽ rei uitiosa repetitio. Nomen deductum est à Batto quodam inepto Poëta, qui in carmine suo cadẽ sæpiũ repetebat, eandemque iterum atq; iterum occinebat cantilenam. Huic opponitur Laconismus, quum Lacedæmoniorum more sermonis studemus compendio.

Batuo, is, uerbero, *δαπάω*. Plautus in Casin. Quid quæso potius, quàm sculponeas, quib. batuatur tibi os, senex nequissime? Sue-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fic: Suetonius de Calig. Mirmillonem è ludo rudibus secũ batuentem, & sponte prostratum confodit ferrea sica. Cic. Pæto, transtulit ad rem obscœnam, quum inquit, Equidem iam etiam non obscœna uerba, pro obscœnis sunt. Batuit enim impudenter, Præcidit, multo impudentius, atqui neutrum est obscœnum.

Batus, ti, βάτ&, Hebraicè mensuræ genus fuit, teste Iosepho Antiquitatum libro 8. quæ continebat sextarios 72. ut docet Budæus in Comment. de Asse.

Baubari, deponens, βαύζομαι. Factitium uerbum à uoce canũ quum latrant. Lucil. libro quinto, Et quum deserti bauban tur in ædibus omnes.

Baucalis, uas est quo æstate utimur refrigerãdis in aqua cya this. Alc. author in prætermissis.

Baxeæ, f. p. Sunt crepidæ & calceamenta: & propriè calcei Philosophorum, ut ostendit Apuleius in lib. de Asino aureo qui ait, Nec quid pallio, baculoq;, & baxeis, & hircino barbi tio philosophorum fingeret. Plaut. in Menæch. Quis est pe niculus qui extergentur baxeæ?

B D

B.D. In notis antiquorum, bonum datum, B.F. bona fide uel bona fides, uel Fortuna uel Filia uel fœmina. B F. beneficiũ uel bonum pactum, & aliquando bene fecit. B.F.C. benefici um uel bene fecit. B.F.C. B.Fi.C. B.F.C.T. bona fide contra ctum, bonæ fidei contracti. B.F.L. bonorum filius. B.F.P. bo næ fidei possessor. B.F.R. bona fortuna. B. GR. bona gratia B. H. bonus homo uel bona hæreditaria. B.H.S.I. boi a hic sita inuenies. B.H.T.S. bonorum hæreditas.

Bdellium, n. ſ βδέλλιον, Arbor nigra, magnitudine oleæ, fo lio roboris, fructu caprifici, gummi genus exudans, quod & ipsum Bdelliũ uocatur. Maximè commẽdatur quod in Ba ctriana nascitur: quanquam & in Arabia, & in India, & Me dia, & Babylonia prouenial. Galenus lib. 6. Simp. duo bdel lii constituit genera, Scythicum & Arabicum: quorum Scy thicum nigrius est, magisq; resinosum: Arabicum transluci dius & siccius. Vide plura de hoc apud Plinium libr. 12. ca. 9. & Dioscoridem lib. 1. cap. 69.

B E

Beatus, a, um, Felix, fortunatus, qui ita est sua sorte contentus, ut eam cum nullo uelit cõmutare, μακάρι&. Qui sint dicendi beati Seneca lib. 6. Epist. declarat his uerbis: Hoc nos docet beatum non eum esse, quem uulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit: sed illum, cui bonum omne in animo est, erectum, & mirabilia calcan tem: qui neminem uidet cum quo se commutatum uelit: qui hominem ea sola parte existimat, qua homo est: qui na tura magistra utitur, ad illius leges cõponitur: sit uiuit quo modo illa præscripsit: cui bona illa nulla uis excutit: qui ma la in bonum conuertit: certus iudicii, inconcussus, intrepi dus. quem si aliqua uis mouet, nulla perturbat: quem fortu na quum in eum quod habuit telum nocẽtissimum ui ma xima intorsit, pungit, non uulnerat. Sed talem hactenus ui dere haud licuit. Nemini enim summa illa beatitudo, nisi exuto corporis impedimento, potest contingere: adeò ut ue rissima uideatur Solonis illa apud Poëtam sententia: sci licet ultima semper Expectanda dies homini est, dicíq; beatus Ante obitum nemo supremaq; funera debet. Cic. libr. 5. Tuscul. Hos existimo beatos, qui sint in bonis nullo adiun cto malo. Nec ulla alia huic uerbo cum beatum dicimus, subiecta notio est nisi secretis malis omnibus cumulata bo norum complectio. Apul. lib. de philosophia. Illum omnib. beatum uideri, cui & bona suppetunt & quemadmodum carere uitiis dicunt callet. Felices dicuntur omnium bono rum compotes. Accipitur & pro diuite: quæ significatio ex uulgi opinione tracta est, quòd solos diuites felices existi mat. Iuuenal. Sat. 1. optima summi Nunc uia processus ue tulæ uesicæ beatæ. Horat lib. 2. Carm. Ode. 4. Nesciat, an te gẽ nerum beati Phyllidis flauæ Decorent parentes. Transfer tur & ad alia. Vnde Beatam uocem dixit Quintilianus pro sonora, & rara, cuiq; ad perfectionem nihil desit.

Beatulus, pen, cor. diminutiuum. Persius Sat. 3. tandemq; beatulus alto Compositus lecto.

Beatè, aduerbium, Feliciter, & sine mali alicuius contagione. Cic. 1. de Finib. Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beatè uiuendum refertur. Idem in Paradox. Profectò ni hil est aliud bene beateq; uiuere, nisi honestè & rectè uiuere.

Beatitas, & **Beatitudo**. μακαριότης Ciceronis seculo, uocabula fuerunt dura, quæ tamen ille putauit usu fieri posse mollio ra. Sic enim scribit lib. 1. de Natur. deor. At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit, (ut utrunq; enim durum, sed usu mollienda uerba sunt) uerũ ea quæcũq; est, cur aut in Solẽ, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam fi gura membrisq; corporis uacuam, cadere non potest?

Beo, as, a, p. Beatum facio, & per translationem consolor, μα καρίζω. Plaut. in Truc. Hoc me beat saltem, quoniã perduel les uicit, & domum compos laudis reuertit. Terent. in And. O factum bene, Beasti, metui à Chrysíde. Hinc beatus, bea tior, beatissimus: de quibus paulò antè.

Bebelosis, is, f. t βεβήλωσις dicitur prophanatio.

Bẽchion, βήχιον, Herba est, Latinè Tussilago dicta, quia tus sim sedat. Vnde etiam Bechion à Græcis dicitur, παρὰ τὸ τὺν βῆχα θεραπεύειν, hoc est à tussi sananda. Plin. lib. 26. cap. 6. Of ficinæ Vngulam caballinam uocant.

Bechica medicamenta, βηχικὰ φάρμακα, à medicis appellã tur quæ tussi medentur. βῆχα enim Græci tussim appellãt.

Belbiton, (quod hîc corruptè legebatur) uide Bolbiton.

Belbus, quæ & hyæna, βοῦνα, Ferarum omnium astutissima, quæ imitatur sub noctẽ humanos gemitus, ut homines pie tate motos, & ad succurrendum egredientes deuoret.

Bĕlĕci, legumina apud Aristophanem: sic enim interpreta tur βελέκοι, Græcè.

Belenium, βελένιον, Aristoteli (si modò Aristotelis opus sit, quod de plantis nomine eius circunfertur) olim delibuto rium in Perside uenenum erat: translatum autem in Aegyp tum & Palæstinam, sine periculo mandi cœpit. Putatur idẽ esse quod Cretelas medicus Helenium Aegyptiũ uocat. Vi de Ruellium lib. 2. cap. 12.

Belion βέλιον, Herba, quæ à Dioscoride πόλιον ὄρεινὸν, hoc est Po lium montanũ appellatur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioscorid. à doctoribus numerantur.

Bellāriā, orum, n. plu. num. Fructus, & cibi saccharo aut mel le conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & Secun dæ mensæ appellantur, τραγήματα, ἐπιδορπισμοί, πέμματα, τρα γήματα. Macrobius in Satur. Adhuc dicente Furio, secundæ mensæ illata bellaria nouo sermoni principium dedere. Vi na quoque dulciora est innenire in comœdiis antiquiorib. hoc uocabulo appellata, dictaq; esse ea Liberi bellaria. Gelli us libro 13. capite undecimo.

Bellaria, (quod quidam pro lychnide herba huc malè inges serunt) uide paulò suprà Bellaria.

Bellator, Bellatrix, Bellax. Vide Bello.

Bellatulus, bellè, bellissimè, bellitudo, bellul⁹. Vide bonus.

Bellica, cæ, Dicebatur columella illa ante templum Bellonæ super quã iaciebant hastã quum bellum indicerent. Festus.

Bellicum, ci, substantiuum, Sonus tubæ, quo signum dabatur militibus ineundæ pugnæ. Vide bellicũ canere, propriè est milites tubæ cantu ad prælium animare. Per metaphoram accipitur pro instigare seu inflammare ad dissidium. Cic. 6. Philip. Atq; iidem bellicum me cecinisse dicunt. Idem 3. de Orat. Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus ca nit quodam modo bellicum. Idem pro Muræna, Simulatq; motus aliquis nouus bellicum canere cœpit.

Bellum, Propriè est discordia hostium, arma sibi mutuò in ferentiũ: cui opponitur Pax, πόλεμ&. Item totũ illud tem pus, quo hostes in armis sunt. Prælium autem est conflictus ipse, & hostium congressio, quæ & pugna dicitur, & certa men: quamuis hoc etiam nudis uerbis peragi possit. Hæc dif ferentia non obscurè colligitur ex Liuio, quum, ait, Populũ Rom. nullo bello, multis uerò prælíis fuisse superatum. Itẽ ex loco Vergilii 11. Aeneid. Infantem fugiens media inter prę lia belli, Extulit exilio comitem. Aliquandò tamen bellũ capitur pro prælio. Sallustius, In eo bello trecenti milites de syderati. Dictum bellum (ut Priscianus sentit) per antiphra sim, quòd minimè bonum sit. Alii à bono deducunt, non ta men per contrarium, sed quòd boni gratia bella olim susci perentur, nec ad inferendam, sed ad propulsandam iniuriã, pacemq; parandam. Alii à duello deriuant, adiecto d, & di gamma in b conuerso. Festus à belluis, quòd belluarum sit mutuo se laniatu conficere.

Bellum recuperatorium, quod scilicet ob recuperationem re rum ablatarum infertur. Defensorium uerò, quod uidelicet necessariæ defensionis gratia non interuallo; sed ex continẽ ti suscipitur. Verùm hoc non propriè belli nomen meretur, sed potius defensionis censetur facultas, cuilibet omni iure ipsoq; rationis ductu permissa, quãdoquidem uim, atq; iniu riam propulsare Ius gentium permittit. l. ut olim. ff. de Iust.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& iuris cum simul notatis per dictum Baronem loco allegato bellum Offensiuum, bellum Defensiuũ ut uulgo loquuntur in Barbarorum schola nota sunt uocabula.

Bellicus, a, um, adiectiuum, Quod ad bellum pertinet: ut Bellica disciplina, πολεμικός. Cic. 2. de Nat. deor. Bellica corona quæ bellatoribus uictoribus dabatur. Plin. lib. 16. cap. 4. Ouidius 3. Fast. Dea bellica Pallas.

Bellicosus, a, um, Fortis, ferox, & ad bella gerenda aptus, πολεμικός. Sallust. in Iugurta, Libyes quàm Getuli, minus bellicosi erant. Liu. 9. ab Vrb. Cepisse enim eos non Romã, sed quod multò bellicosiùs fuerit, Romanam uirtutem ferociamq;.

Bellicosè, aduerbium, Fortiter, ferociter, ut uirum bellicosum decet, πολεμικῶς.

Bellicrepa, Genus ueteris saltationis à Romulo institutæ, in qua cum armis saltabant.

Bellifer, a, um, Bellicosus, ad bellum gerendum idoneus, πολεμικός. Claudianus in Rufinum, Quid belliferam cõmunib. urunt Italiam maculis?

Belliger, a, um, Ad bellum gerendum idoneus, πολεμικός. Martial. lib. 11. Hermes belligera superbus hasta.

Belligero, as, Bello, bellum gero, πολεμῶ. Cicero pro Fonteio, C. Marius qui isti par in belligerãdo esse possit. Ennius apud eundem lib. 1. Offic. Nec cauponantes bellum, sed belligerãtes. Liuius primo lib. tertii belli Punici, Et cum Gallis tumultuatum magis quam belligeratum.

Bellipotens, penult. corr. Qui bello pollet, ἐνόπλιος, δαΐφρων. Statius. Theb. 2. Bellipotens cui torua genas horrore decoro Cassis, & asperso crudescit sanguine Gorgon. Cicero tertio de Diuinat. Aeacidæ bellipotentes magis sunt, quàm sapientiæ potentes.

Bello, as, n. p. Oppugno, bellum gero, confligo, πολεμῶ. Plin. libro 5. cap. 1. Romana arma primũ Claudio principe in Mauritania bellauere, Ptolemæum regem à C. Cæsare interemptum ulciscente liberto Aedemone. Cic. pro lege Man. Fuit proprium pop. Rom. longè à domo bellare. Est & bellor, aris, deponens. Vergilius 11. Aeneidos, Et pictis bellãtur Amazones armis. Composita sunt Debello & Rebello: de quibus infrà suis locis.

Bellarius, a, um, quod bello aptum est, ut arma, sagittæ, & huiusmodi quæq; instrumenta bellica.

Bellator, oris, m. t. Bellicosus, uel qui bellum gerit, πολεμιστής. Cicero 4. Tusc. An accusatori maiores nostri maiora præmia quã bellatores esse uoluerunt? Dicitur etiam de brutis animalibus. Vnde Verg. libr. 10. equum animosum & ad prælium incitatum Bellatorem uocat, quum inquit: & inter Bellatoris equi caua tempora coniicit hastam.

Bellatrix, cis, f. t. Mulier quæ bellum gerit, seu bellicosa, πολεμιστρία. Vergilius 1. Aeneid. Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix.

Bellax, acis, adiectiuum, Idem quod bellicosus, uel belli appetens, πολεμικός, μαχικός.

Bellona, dea belli.

Bellus, Vide Bonus.

Bellosus, a, um, Vetustum est nomen, Idem significans, quod bellicosus, πολεμικός. Cæl. apud Nonium, Tantum bellũ susscitare conari aduersarios contra bellosum genus.

Belone, βελόνη, per simplex l, Piscis est, qui alio nomine dicitur Acus: utroq; nomine à tenui, recta, & oblõga figura deducto, qualem ferè in acu sartoris cernimus. De hoc Plinius libr. nono cap. 11. Acus, inquit, siue belone, unus piscium de hiscente propter multitudinem utero parit: à partu coalescit uulnus: quod & in cæciliis serpentibus tradunt. Vulgò Anguisigula dicitur.

Belos, eos, n. t. βέλος, Sagitta, telum, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, quod significat iacere. Caius de Verb. sig. Quod nos telum appellamus, ibi βέλος appellant: eoq; nomine uulgò quidem id significatur, quod ab arcu mittitur.

Bĕlŭa, æ, f. p. siue, ut alii malunt, Bellua geminato ll, Immanis fera, θήρ, θήριον. A Bello, hoc est bono, uel pulchro κατ' ἀντίφρασιν (ut quidã existimant) dicta: aut (ut aliis placet) à substantiuo Bellum quòd bestiarum sit bellũ sibi mutuò inferre, quibus natura ad hoc ipsum arma uidetur concessisse Terent. in Eunuch. Eóne es ferox, quia habes imperium in beluas? Belua etiam per conuitium dicitur in hominẽ. Terent. in Phorm. Sed quid pertimui autem belua? Idẽ in Eunucho, Age nunc belua, credis huic quid dicat?

Beluata tapetia. Dicta sunt à Plauto in Pseud. beluarum figuris picta, intexta q, ζωωτά.

Beluin⁹, a, ũ, Qd est beluæ: ut, Beluina rabies, θηριώδης, Ambr. Tum ipsa habitudo corporis suauis & grata, ut neq; beluinæ uastitas horrori sit, nec gracilitas infirmitati.

Beluosus, a, um, siue Belluosus, Quod abũdat beluis, θηριώδης. Vnde Oceanus dictus est beluosus, κητώδης, à beluarũ multitudine & magnitudine, quæ ibi sunt, nã inter beluas marinas numerantur balenæ, pristis, physeter, & orca. Horatius 4. Carm. Te beluosus qui remotis Obstrepit Ocean⁹ Britãnis.

Beli oculus, gemma est albicans, Belo Assyriorum Deo dicata, pupillã pingens nigram è medio aureo colore lucentẽ. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Bendídia, βενδίδεια, Sacra fuisse apud Thraces narrat Strabo ex quibus Orphica originẽ sumpsere. Vide Cæl. Rhodig. Lect. antiq. lib. 18. cap. 23.

Bene, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficiarium, Vide Bene in Bonus.

Benna, æ, teste Festo, Lingua Gallica genus est uehiculi. Vnde Combennones, in eadem benna sedentes. Cato de Re rustica, cap. 23. Bennæ emantur, oleæ caducę saliantur.

Berbena, aliàs Verbena.

Berberion, uel berberi cõchæ, gen⁹ ex qua uniones & margaritæ uelluntur, author Barbar. in Corol. Chamarion lib. 2.

Berílion, anemone.

Bero, saccus quasi pero à pera dictus, Vide prior Budæum in Annotationibus.

Berenices coma, κόμη βερενίκης, Sidus ad caudam leonis situm, ex septem constans stellis, trigoni figura collocatis: ita dictũ, à capillis Berenices, Ptolemæi Philadelphi filiæ, & Euergetę fratris sui uxoris, quos quum illa uoti soluendi gratia derondisset, & postridie nusquã apparerent, in hasce stellas creditum est esse commutatos. Vide latius paulò antè in dictione Berenice.

Berillus, Vide Beryllus.

Bēryllŭs, βήρυλλος, Gemma est subuiridis, & transparẽs, uix alibi unquam, quã in India reperta: cuius nouem enumerãtur species apud Plin. lib. 37. cap. 5. Probatissimi tamen sunt ex iis, qui uiriditatem puri maris imitantur. Poliuntur omnes sexãgula figurã artificum ingeniis: quoniam hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. Propert. li. 3. Et solitum digito berylon adederat ignis.

Bes, bessis, masculini generis, cõpositũ est ab Asse, octo significans unicas, ὀκτωμοιρία. Festus, Bes appellatus est, quòd bis triens sit: quamuis dura compositio fiat bessis ex triente. Cicero ad Atticum, Fœnus ex triente. Idem Quintilianus, Factum erat bessibus. Plin. lib. 18. cap. 11. Græci in binos semodios farinæ satis esse besses fermenti constituere. Legitur & nominatiuus bessis apud Festum, modò emendata sit lectio, Bessis, inquit, unciæ octo, triens quatuor. Bes etiam est Geometrarum mensura, cõtinens octo partes iugeri in duodecim partes diuisi. Vide Colum. lib. 5. cap. 1.

Besasa, semen rutæ ut placet Aëtio, sermone 8. cap. 47.

Bestia, Crudelitatem uidetur exprimere, θηρίον. Belua, magnitudinem, & quasi monstrositatem. Fera opponitur cicuri. Vlpianus, Bestias accipere debemus magis ex feritate, quàm ex animalis genere, quæ proprio morsu uel unguibus sæuiunt, ut pardi, leones, tigrides: à uastando. Bestiæ Ciceroni etiam pisces & uolucres appellantur 5. Tusc. Namq; alias bestias nantes, aquarum incolas esse uoluit: aliàs uolucres cælo frui libero: serpentes quasdam esse gradientes. Idem de Amicitia, Quod si hæc apparent bestiis uolucribus, agrestibus nantibus, &c. Bestia quoq; prænomine Lucii commemoratur à Sallustio inter eos, qui cum Catilina aduersus Rempub. coniurarunt.

Bestiola, læ, diminutiuum. Plinius libro undecimo capite 6. Apes alueum illinunt amarioribus succis cõtra aliarum bestiolarum auiditates.

Bestiarii, m. s. Dicebãtur qui cũ bestiis depugnare damnati erant, θηρομαχοῦντες. Hinc à Seneca ludus bestiariorum nuncupatur, quo bestiarii depugnabãt. Cic. p Sestio, Præclara ędilitas, unus leo, ducẽti bestiarii. Idem in Vatiniũ, Milonem dicas gladiatoribus & bestiariis obsediſſe Rempublicam.

Bestiana, antidotus hepathis scirrho conueniens, describitur ab Aëtio libro 10. cap. 6.

Beta, tæ, m. p. Herba est notissima, etiam hodie nomen retinens, quæ quòd insipida sit, fatua peculiari quodam Epitheto appellatur, σίτλος. Martialis libro 13. Vt sapiant fatuæ, fabrorum

fabiorum prandia betæ, O quàm sæpe petet uina, piperq; cō quus? Betæ quoq; à Diogene appellabantur homines mol les & cinædi. Vnde & Betizare dixit Augustus, pro languere, & effœminari. Vide Cælium libro 17. cap. 11.

Betanomantia, f.p. quod in quibusdam editionibus huc perperam fuit ingestum. Vide Botonomantia.

Bethycatus, Vide Bœtis.

Bethisalca, Vitis nigra apud Dioscor. lib. 4. cap. 195.

Beto, is, Vade quasi bene ito. Varro, Mulierem quod parere ea non poterat, foras betere iussit. Plautus Curcul. Si illa ad me betet.

Bētŏnĭcă, f.p. *πίτρον* Dioscoridi, Herba Gallis dicitur, quæ ab Italis Serratula teste Plin. lib. 25. cap. 8. Est & altera Betonicæ species, teste Aegineta, herba unicaulis, ramulos habēs pulegij, sed tenuiores, & gustu fatuos, quę à superiore, specie differt, non effectu.

Bĕtŭlla, gemmo ll, *σκμὸς*, Arbor est uirgis aptissima, cortice candidissimo: quam Romani ex Gallia in Italiam transtulerunt, & ex ea fasces conficiebant, qui Magistratibus solebāt præferri. Huius meminit Plinius lib. 25. cap. 8.

B I.

B.I. In notis antiquorum, Bonum iudicium, B.I.I. boni iudicis iudicium.

Biæŏn, *βίαιον*, Vini factitii genus erat, ualetudinis causa excogitatum. Fiebat ex uuis ad solem siccatis, & aqua marina: dictum est à cura, quia multum in eo condendo laboris adhibebatur: siue quia uiolentum esset, & efficax contra morbos, siue à festinatione atq; impetu. Plin. lib. 14. cap. 8. Apud Græcos iure clarissimum nomen accepit quod appellauerunt Biæon, ad plurimos ualetudinum usus excogitatū. Fit autem hoc modo, Vuæ paulum antè maturitatē decerptæ, siccantur acri sole, ter die uersatæ per triduum, quartò expri muntur: dein cadis sole inueterantur.

Biarchi, *βίαρχοι*, Qui præsunt commeatibus, uitæq; necessariis cōparandis. *Βίος* enim Græcis non modò uitam, uerùm etiam uictum significat.

Biblĭa, bibliorum, plur. num. *βιβλία*, Libri, quo nomine Libri sacri per excellentiam appellantur.

Bibliographus, *βιβλιογράφος*, Librarius, *παρὰ τὸ βιβλίον καὶ γράφω*.

Bibliolathas, ā, Demetrio Trœzenio dictus est Didymus Grammaticus: quoniam supra ter mille quingentos libros cōscripsit. Vide Cælium lib. 19. cap. 9.

Bibliopola, m. p, *βιβλιοπώλης*, penult. prod. Qui libros uendit. Mart. Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon. Plin. iunior, Bibliopolas Lugduni esse non putabam: ac tantò libentius ex literis tuis cognoui uenditari libellos meos. Cōponitur aūt ex *βιβλίον*, quod est liber, & *πωλῶ* uēdo, per ω in pri-

Bibliotaphi, *βιβλιοτάφοι*, Ab eruditis appellantur, (ma. qui ut soli sapere uideantur, librorum aliquid insigniū nacti, nemini eorum copiam faciunt, sed in arca, uelut in sepulchro quodam, incluſos asseruant.

Bibliotheca, f.p. pen. prod. *βιβλιοθήκη*. Tam librorum magnus numerus, quàm locus ubi libri sunt, appellatur, ut lib. 32. Digestorū scribit Vlpianus. Cic. ad Sulp. Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorū tractauit, quum multos libros surripuisset, &c. Latinis libraria dicitur. Gell. Fortè in libraria ego, & L. Paulus poēta uir memoria nostra doctissimus, consederamus. Est & bibliotheca titulus siue inscriptio, qua Diodorus historiam suam nominauit. Plin. in Proœmio operis, Apud Græcos desijt nugari Diodorus, & Bibliothecas historiā suam inscripsit. Bibliothecæ (ut scribit Vitruuius) ad Orientem spectare debent. Vsus enim librorum matutinum expostulat lumen.

Bibliothecalis, le, quod est Bibliothecæ: ut apud Martianum, Bibliothecalis copia.

Biblo, is, uerbum est factitium, à similitudine soni, quæ fit in uase, Næuius: Biblit amphora. Festus.

Biblos, *βίβλος* fœm. gen. Iuncum significat, item Aegypti arborem, quæ & Papyrus, cuius cortice ad chartas, ligno autē ad nauigia utebantur. Lucanus lib. 3. Nondum flumineas Memphis contexere biblos Nouerat.

Bibo, n. t. bibis, bibi, bibitum, Potum haurio, humorē attraho, *πίνω*. Plaut. in Stic. Vide quod cyathos hos bibimus. Verg. lib. 11. etiam his iunxit, quæ uim attrahendi humoris nullam habent, Hasta sub exertam donec perlata papillam Hæsit, uirgineūq; altè bibit acta cruorē. Bibere etiam accipitur pro auscultare, seu studiosè audire. Horat. lib. Car. 1. Pugnas & exactos tyrannos Densum humeris bibit aure uul gus. Huius composita sunt Adbibo, quod significat Præbibo, uel etiam ualde bibo, *προπίνω*. Terentius in Heauton. Is mihi ubi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora. Combibo, Simul bibo. Cicero, secundo de Finibus, Sed inficī debet his artibus, quas si combiberit, dum tener est, ad maiora ueniet paratior. Vnde & combibones dicuntur compotores. Cicero Præto: In his controuersijs quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis, optima opera uti eius soleo. Ebibo, Extrabibo, exhaurio, *ἐκπίνω*. Plautus in Amphytrione Factum illud est, ut ego illic uini cirneam ebiberim meri. Per translationem Ebibere ponitur pro consumere. Idem. Non ego cum uino simul ebibi imperium tuum. Præbibo, Ante bibo, *προπίνω*. Hieronym. Nec uenena iam metuam, quum antidotum præbibero. Imbibo, Humorem attraho. Cic. in Verrem. An nunquam iste bonam de se spem habuisset, nisi de nobis opinionem imbibisset? Perbibo, Totum bibo, *διαπίνω*. Lactant. libr. 2. Infecti sunt enim persuasione, ac penitus eorum mētes succum stultitiæ perbibe runt. Subbibo, Parum bibo, *ὑποπίνω*, Suetonius in Neron. Si paulùm subbibisset, aliquid se afferre tinniturum Græco sermone promisit. Et hæc omnia habent penultimā correptam. Inuenitur etiam passiuum huius uerbi Bibo in tertia persona. Inuen. sed nulla aconita bibuntur Fictilibus.

Bibax, om. t, & **Bibosus**, Qui est bibendi auidus, uel nimius potator, *πότης*, *ποτικὸς*. Gell. libr. 3. cap. 12. Bibendi auidum. P. Nigidus in commentariis Grammaticis bibacem & bibosum dicit. Laber. Non māmosa, non annosa, nō biposa, non procax. Bibosus tamē (si Gellio credimus) uocabulum est nouum, & à Laberio uocum innouatore confictum. Nomina enim in osus, potius fiunt à nominibus, quàm à uerbis.

Bibaculus, diminutiuum, à nomine Bibax, Qui largius & frequentius bibit, *φιλοπότης*. Item nomen fuit poētæ, quem Hieronym. in Chronicis Cremonæ natum scribit, paulò minorem Cicerone.

Bibacitas, atis, Naturalis propensio ad largius bibendum, *φιλοποσία*.

Bibesia, æ, Vocabulum est à Plauto confictum: pro nimia bibēdi auiditate, *φιλοποσία*, quemadmodum & Perediam idem dixit pro fame, & uoracitate. Festus.

Bibulus, a, um, Quod facilè sorbet, *πότης*, *ποτικός*. Verg. ad Messalam, Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo. Lumen enim bibit oleum, id est, ardendo consumit. Vnde & Bibulorum cognomen dictum est, & Bibula papyrus, quæ sorbet atramentum. Lucan. Conficitur bibula Memphitis charta papyro. Hinc fit Meribibulus, de quo alibi. Horat. passiuè dixit bibulū Falernū: Potores bibuli media de nocte Falerni.

Oderunt porrecta negantem pocula.

Biceps, Biclinium, Biclor, Bicornis, Bicorpor, Bicubitalis. Vide Bis.

Bilis, *χολή*, f. s. Nomen est commune duobus præcipuè humani corporis humoribus: quorum alter, qui calidus est & siccus, ab aureo colore Flaua bilis appellatur. Alter, qui frigidus est & siccus, quoniam nigræ fauillæ colorem imitatur, Atra bilis dicitur. Vtrunq; genus rursus in duas primarias species finditur: in naturalem scilicet, & non naturalem. Bilis flaua naturalis (quæ bilis appellationem sibi peculiariter uendicauit) rursus duplex est. Quædam enim apta est nutritioni, quæ unà cum sanguine miscetur in uenis: partim ut ille hoc ueluti uehiculo commodius penetret in uenas exiliores, partim ut alat partes affines, hoc est, calidas & siccas. Deinde munere suo functa, quod reliquum est, unà cum sudoribus foras effluit per poros. Hæc tenuis humoris permistione mutatur in bilem pallidam, quæ & ipsa à naturali quàm minimùm recedit. Altera excrementitia est, & inepta nutritioni, quæ à sanguine expurgata recipitur in ueiculam bilis, quā *χολήδοχον* Græci appellant, & inde proprio meatu in intestina delabens, deiectionem stimulat, & tingit excrementa: Non naturalis iterum in quatuor distinguitur species, in uitellinam, *πυρωδῆ*, quæ fit ex bile pallida, acrimonia caloris non naturalis usta: in porraceam, *πρασοειδῆ*: in æruginosam *ἰώδη*: & in eam quæ cæruleo colore glastum imitatur, unde *ἰσατώδης* à Græcis appellatur. Tres hæ posteriores species potissimùm fiunt in uentriculo, ex alimentis acribus, ut porro sinapi, & similibus: ex quibus primùm fit porracea bilis, deinde æruginosa, & postremò cærulea. Nonnunquam etiam in iecinore ex uitellina uehementius usta, ut accidere solet in morbis ardentissimis. Atra bilis &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ipſa in Naturalem diuiditur, quam propriè μέλαναχυμόν, id eſt atrum ſuccum, ſiue ſucum melancholicum medici appellãt, & non Naturalem. Naturalis rurſus in aptã nutritioni, quæ miſcetur ſanguini in uenis, alitq; partes frigidas & ſiccas, oſſa ſcilicet, & cartilagines: & in Excremẽtitiã, quæ nihil aliud eſt quàm excrementũ ſanguinis, quod à iecore li en ad ſe allicit: eiusq; tenuiſſima parte alitur, reliquam per proprium meatum (quem & Stomachũ uocant) in uentriculum regurgitans, ut illum aſtringat & roboret: ubi mune re ſuo functa, unà cum excrementis per inteſtina deijcitur. Non naturalis autem (quæ propriè Atra bilis dicitur,) in tri plici eſt differentia. Alia enim fit ex ſucco melancholico, pu tredinis aut caloris ui in cinerem quodammodo conuerſo. Alia ex bile uitellina, primùm in porraceam, deinde in æru ginoſam, & poſtremò in cæruleam mutata. Alia ex pituita in uenis putreſcente, & uehementius uſta. Hæc tam exactè diſcutere, ad medici forſan officium magis attinebat, uerùm quoniã hîc tam craſsè impegiſſe uidebamus Dictionarij hu ius conſarcinatores, ut atram bilem eam eſſe traderẽt, quæ à ueſicula fellis excipitur: flauam autem bilem inteſtinorum uitium interpretarentur, uiſum fuit hæc paulò altius repe tere, ut intelligerent uel rei medicæ imperiti, aliud eſſe ſpe cioſis doctorum titulis lectori fucum facere, & putria ſalſa menta (quod dici ſolet) origano condire: aliud ex fumo lu cem præbere, & præter ſummam fidem & diligentiam, iudi cij etiam nonnihil ad opus aliquod afferre. Accipitur itẽ Bilis pro ira, quæ à bile excitatur. Horat. 2. Serm. Sat. 2. tan tum maledicit utriq;, uocando:

Hanc Furiam, hunc aliud, iuſſit, quòd ſplendida bilis.

Bilioſus, a, um, In quo bilis abundat, χολώδης: ut, Sanguis bi lioſus, Sputum bilioſum, apud Cornelium Celſum.

Billis apud Afros appellatur ſemen humanum, humi profu ſum. Feſtus.

Bilutes, lege Belutus.

Biothanatos, βιοθάνατος, ex βία uiolentia, & θάνατος mors id eſt uiolenter mortuus: ut eſt qui ferro, uel alia ui interfi citur, & non ſua, id eſt naturali morte moritur, quæ natura liter cõtingit: & mors ipſa Biothanata dicitur, quæ per uim infertur. De qua intellexit Vergilius quum dixit, Nam quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed miſera ante diem. Scribit Lamprid. prædictũ fuiſſe Heliogabalo ipſum biotha natum futurum, Iul. Firm. Si luna, inquit applicuerit ſe Sa turno, deficiens lumine, faciet matres biothanatas interire. Seruius ait biathanatorum animas non recipi in origi nem ſuam.

Bis, aduerbium, Duabus uicibus, δίς. Cicero de amicit. Bis unà conſules. Plinius, Vt aliquæ bis die pariãt. Multa habet compoſita, de quibus modò dicemus.

Biceps, itis, om. t. Qui habet duo capita, δικέφαλος. Plin. lib. 10. cap. 62. Serpentes cõeunt complexu, adeò circunuolutæ ſibi, ut una exiſtimari biceps poſſit. Cicero 1. de Diuin. Etſi puella nata biceps eſſet.

Biclinium, n. ſ. locus ubi duo lecti ſunt, ſicut Triclinium, ubi tres, δικλίνιον. Eſt autem hæc dictio ex Latino & Græco cõ poſita, nam bis Latinum eſt, & κλίνη Græcum, quod lectum ſignificat. Plautus in Bacchid. In Biclinio cum anima ſua uterq; cubitum eatis.

Bicolor, com. t. adiectiuum, Duorum colorum. δίχροος. Plin. lib. 10. cap. 51. Intus omne opus uolucrũ bicolor. Ouid. 11. Metam. Myrtea ſylua ſubeſt bicoloribus obſita baccis.

Bicornis, ne, Quod habet duo cornua. δίκερως. ut, Bicorne ferramentum. Col. lib. 10. cap. 1. Bicornes furcæ, Verg. 1. Ge org. Exacuunt alij uallos, furcaſq; bicornes.

Bicorporis, & hoc bicorpore, duorum corporum. Cic. 2. Tuſc. Hæc bicorporum affixit manum.

Bicubitalis, le. Quod duorum eſt cubitorum, διπήχης: ut Bi cubitalis caulis. Plin. lib. 20. cap. 23.

Bidental. n. t. Locus erat, aut ædificium fulmine tactum, ita dictum ab oue bidente, quæ ad prodigij procurationem à ſacerdote immolata, ibi ſepeliebatur. Horatius, Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental Mouerit inceſtus: certè fu rit, ac uelut rurſus. Nonius Marcel. Bidental dici uult, quòd binæ pecudes mactarentur.

Bidentes, f. t. Quidam intelligũt oues, aut alia pecora, quæ per ætatem, duos dentes altiores habent. Nam Higinus dicit: Quæ bidẽs hoſtia, oportet dẽtes habeat octo, ſed ex his duos cæteris altiores, per quos appareat ex minore ætate in maio rem trãſcendiſſe. Alij hoſtias bimas, id eſt duos annos haben tes, hoc nomine intelligunt, quod in commentarijs adius Pontificum pertinentibus legatur Bientes primo dictas, d, litera ex ſuperſluo interiecta (ſicut in Redeo) ad hiatũ dua rum uocalium præcauendum. Ergo bidentes primò dictæ ſunt quaſi Biennes: poſtea autem uocabulo longo uſu lo quendi corrupto, quæ prius Biennes dicebantur, poſtea bi dentes ſunt dictæ. Vide Gellium lib. 10. cap. 4. Verg. 6. Aeneid. Totidem lectas de more bidentes. Item Bidens, ὀμώνη. Pollux, ubi περὶ τῶν γεωργικῶν ὀργανέων. inſtrumentum ruſticum foſſorium, quod duos dentes habeat. Iuuenalis, Vi ue bidentis amans, & culti uillicus horti.

Biduum, n. ſ. Spatiũ duorum dierum: à quo Biduanus, à, um: ut Biduanæ induciæ, δύο ἡμέραι. Terentius in Eunuch. Ego impetrare neq; hoc abs te biduum Saltem ut concedas ſolum. Biduo continenti, ſignificat duobus diebus conti nentibus. Suetonius in Calig. Per hunc pontem ultro citro commeauit biduo continenti.

Biennis. om. t. Qui eſt duorum annorum, διετὴς: ſicut trien nis qui trium.

Biennium. n. ſ. Spatium duorum annorum. διετία. Cicero de Amicit. Primò Gabinia lege: biennio autem poſt Caſſia.

Bifariam, διχῶς, & Trifariam, τριχῶς, aduerbia ſunt, Quibus ſignificatur quod duobus uel tribus modis, uel quod in du as uel tres partes fari poteſt. Cic. 3. Tuſcul. Bifariam quatuor perturbationes æqualiter diſtributæ ſunt, nã duæ, &c. Sic multifariam, Omnifariam, Plurifariam ſignificat multorũ generum, omnis generis, plurimûm generum, ſiue in mul tas, in omnes, & in plures partes: ſiue quod multis, omnibus & pluribus modis fari poteſt. Dicimus etiam Bifariè, Trifa riè, Multifariè, &c.

Biferus, a, um, Quod bis quotannis fructum fert, διφόρος, δί καρπος. Vergil. 4. Georg. Biferiq; roſaria Pæſti Biferæ ficus, Columella libro 5. capite 10. Fabulantur poëtæ Alcinoi Phæa cum rege pomaria fuiſſe bifera, hoc eſt bis quotannis fructum protuliſſe.

Bifidus, a, um, pen. cor Quod in duas partes fiſſum eſt. δίχηλος. Plin lib. 11. cap. 37. Lacertis bifida & piloſa lingua. Ouidius 4. Metamorph. bifidoſq; relinquit Rima pedes.

Bifidatus, a, um, adiectiuum. Idem quod Bifidus. Plinius libro 13. cap. 4. Folia cultrato mucrone, lateribus in ſeſe bifidatis, bellas primùm demonſtrauere gemmas.

Biforis, re, Quod habet duas ianuas. δίθυρος. Ouid. 3. de Pon to: Nox erat, & bifores intrabat Luna feneſtras. Biforis can tus. Verg. 9. Aen. Vbi aſſuetis biforem dat tibia cantus. Vbi Seruius, Biforem, biſonum, imparem.

Biformatus, a, um, adiect. Idem quod biformis. Cic. 2. Tuſc. Nõ biformatus impetu Centaurus ictus corpori infixit meo.

Biformis, is, & hoc Biforme, Duas habens formas, δίμορφος. Verg. 6. Aen. miſtumq; genus, proleſq; biformis. Colum. lib. 10. Inter laſciuos Satyros, Panasq; biformes.

Bifrons, tis, com. t. Qui duas frontes habet, δίμετωπος. Eſt au tem hoc Iani epitheton, quem ideo dicimus bifrontẽ, quòd præterita ſciuerit, & futura præuiderit: uel quia ſuperûm & inferûm ianitor eſt. Vergilius 12. Aeneid. Laronaq; genus du plex, Ianumq; bifrontem.

Bifur, Plus quàm fur, ſiue qui bis in furto eſt deprehenſus.

Bifurcus. om. ſ. Geminas furcas habens: ἀμφίσωρος. ut, Bi furcum ferramentum. Columella libro tertio capite 18. Bi furci ramuſculi. Idem libro. 5. cap. 11.

Bigæ, f. p. Currus duobus equis uecti: ita dicti, quaſi Biiugi, quòd duorum equorum iugo agantur, ὁμωρὶς, ζεύγη. E qui uerò ipſi Biiugi, Biiugeſue dicuntur. Sic Quadrigæ, quæ à quatuor equorum iugo trahi ſolent: & equi ipſi Quadriiugi. Vergilius 5. Aeneid. Et nox atra polum bi gis ſubuecta tenebat. Apud ueteres tamen Bigam, & Tri gam, & Quadrigam inuenimus. Suetonius in Tib. Vix unius bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Papin. in Theb. Roriferum gelida tenuauerat aëra biga. Plinius, In ſummo Mauſolio eſt quadriga marmorea. Bigas primum iunxe runt Phrigij, quadrigas Erichthonius, teſte Plinio libro 7. capite 56.

Bigamus, m. ſ. δίγαμος, Qui duas uxores duxit: à quo Biga mia. γάμος enim nuptiæ dicuntur.

Bigati, m. ſ. Numi bigas impreſſas habentes. Plin. lib. 33. cap. 3. Nota argenti fuere bigæ atq; quadrigæ: & inde bigati, qua dirigatiq; dicti. Tacitus de Germ. Pecuniam probant ueteremque, diu notam ſerratos, bigatoſq;.

Bigemmis, me, om. t. Quod habet duas gemmas. Colum. lib. 6. Pro materijs lõgioribus pollices quaternûm aut quinûm gem-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gemmarum relinquũtur, pro cuſtodibus autem bigemmes reſeces efficiunt in ea.

Bigenera, f.t. Animalia ex diuerſo genere nata, ut Leopardus ex læna & pardo, non (ut aliqui putant) ex leone & panthera, διγενῆ. Varr. lib. 2. de Re ruſt. Nam muli & hinni bigeneri, atq; inſititij, nõ ſuopte genere ab radicibus. Ex equa enim & aſino fit mulus: contrà, ex equo & aſina hinnus.

Bignæ, Geminæ dicuntur, quia bis una die natæ ſunt. Feſtus.

Biiugij, m. ſ. Equi dicuntur, quum bini ad unum iugum nexi ſunt. δύζυγοι. Mart. Geſtatus biiugis Regulis eſſet equis. Verg. 10. Aen. Interea biiugis infert ſe Lucagus albis.

Bihernij, dicuntur quibus in utriſq; ſcroti partibus ſigna herniæ apparent. δίχηνοι Græcè.

Bilagium, medicamentum eſt, id eſt, χολάγωγον.

Bilanx, cis, f. t. Statera quæ duas habet lances, ζυγός, alio nomine Libra dicitur.

Bilibris, bre, om. t Duarum librarum, δίλιτρος. Martial. lib. 11 Nunc ut emam grandemúe lupum, mulumúe bilibrẽ. Plin. lib. 18. cap. 11. Ex aqua hordeoq; bilibres offæ.

Bilinguis, Qui duas habet linguas, hoc eſt qui modò unum, modò aliud loquitur: uel qui aliud dicit, & aliud cogitat, δίγλωσσος. Vnde etiam pro fallaci poſuit Verg 1. Aen. Quippe domum timet ambiguam, Tyrioſq; bilingues.

Bilix, adiectiuum à licium: om. t. ut Bilix lorica à Vergilio dicta, quæ duo licia & fila in ſummitate haberet ad ornatum, lib. 12. Aen. rumpitq; infixa bilicem Loricam.

Biluſtris, ſtre, ut, Bellum biluſtre, quod duo luſtra, hoc eſt decem annos durauit, δεκαετής. Ouid. 2. Amor. Pergama quũ caderent bello ſuperata biluſtri.

Bimaris, re, adiect. pen. cor. Quod inter duo maria ſitum eſt: ut Bimaris Corinthus. Horat. 1. Carm. Aut Epheſum bimarisúe Corinthi mœnia.

Bimaritus, Qui duas uxores habuit, δίγαμος.

Bimater, Agnomen Bacchi, quòd duas matres habuerit, Semelen, & Iouem, matris fugientem officio. διμήτωρ. Vide ſuprà in nomine Bacchus.

Bimembris, Duarum partium, quaſi membrorum, δίμελής. Ouid. Et malè confiſum pedibus, formaq; bimembri. Et Bimembres ſubſtantiuè, pro Centauris. Ouid. 12. Metam. Ecce ruunt uaſto trepidi clamore Bimembres. Verg. 8. Aeneid. tu nubigenas inuicte Bimembres, &c.

Bimenſis, huius bimenſis, Tempus duorum menſium. Liuius Dec. 3. Et ad opera quæ locaſſent probanda, anni & bimenſis tempus prorogaretur.

Bimeſtris, ſtre. om. t, Duos menſes habens, aut duos annos à luna computatos, δίμηνος. Horat. lib. Carminum, & porco bimeſtri. Cum famulis operum ſolutis. Sic Trimeſtris, Quadrimeſtris, Quinquemeſtris. Plin. Caſtrari agnos, niſi quinquemeſtres, præmaturum exiſtimant.

Bimulus, pen. corr. Qui in bimatu eſt, hoc eſt qui duos annos ætatis habet, διετής. Et propriè de iis dicitur (teſte Valla) quæ poſt eã ætatẽ adhuc incrementum poſſunt arripere: ut puerũ propriè bimulum dicas, bouem aut canem non ita.

Bimus, δίετνος. Trimus, Quadrimus, Quimus (unde Bimatus, Trimatus, Quadrimatus, Quimatus,) pro eo quod ætatem habet duorum, triũ, quatuor, aut quinq; annorum. Cato de Re ruſtica cap. 17. Dum ſint nuces bimæ, inde ſemẽ excidet. Varro de Re ruſtica cap. 5. Vnum anniculum, alterum bimum. Bima ſententia. Cicero ad App. De hac quoq; ſententia bima decedat, id eſt qua cenſuit, ut per duos annos remanerem in prouincia. Plinius: Vita fœminis quindecim annis longiſſima, maribus uiginti: rubor in quimatu. Suetonius in Augu. Quadrimus patrem amiſit. Plinius lib. 11. cap. 21. Vita ueſparum bimatum non tranſit.

Binarius, Numerus duorum, δυϊκός.

Bini, æ, a, Propriè diſtributiui numeri uox eſt, idem ſignificans quod duo per ſingula, δισσοί. Cicero 4. Verrin. Deſcribebat cenſores binos per ſingulas ciuitates Timarchides, id eſt duos in ſingulis ciuitatibus. Idem Attico: Pompeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarum, hoc eſt unicuique duos. Sic binos, ternos, quaternos, aut quinos dicimus milites incedere, hoc eſt duos, tres, quatuor aut quinque, in ſingulis lineis aut ordinibus. Nonnunquam etiam ſimpliciter accipitur pro duobus, & ſic frequentius ijs iũgitur, quæ ſingulari numero deſtituuntur. Sic binas literas dicimus, & Bina caſtra, nõ duas literas aut duo caſtra. Cicero 6. Verr. Cn. Pompeius cum P. Vectio intra bina caſtra colloquutus eſt. Idẽ 2. in Verrin. Vt dies 45. inter binos ludos tollerentur. Nam Caſtra pro militum tentorijs, & Ludi pro magnificis & ſplendidis ſpectaculis, ſingularem numerum non agnoſcunt. Aliquando tamen etiã in hac ſignificatione ijs coniungitur, quæ utrunq; habent numerum, ſed hoc frequentius apud Poëtas. Verg. 1. Aeneid. Bina manu lato criſpãs haſtilia ferro. Idem 8. Aeneid. Frenaq; bina meus qui nunc habet aurea Pallas. Interdum etiam in oratione ſoluta. Plinius libro 9. cap. 10. In noſtro mari loligines capiũtur quinũm cubitorum, ſæpe binũm. Cicero 3. de Orat. Demoſthenes una contentione uerborum, binas contentiones uocis & remiſſiones continebat.

Binomius, m. ſ. Dicitur qui geminum habet nomen: ut Iſter, & Danubius, Iulus & Aſcanius, διώνυμος.

Binominis, ne, om. t. Idem Ouid. 14. Metam. Inde ſub Aſcanij ditione binominis Alba Resq; Latina fuit.

Bipalium, n. ſ. Inſtrumentum ruſticum, quo terra foditur. Varro, Si locus humectus ſit, ibi cacumina populorum ſerũda, & arundinetum, id prius bipalio uortito. Liuius 3. ab Vrb. Ibi ab Legatis ſalute data, &c. ſeu foſſam fodiens bipalio innixus, ſeu quum araret, &c.

Bipalmis, me, Duorum palmorum Varro 3. de Re ruſt. capite 7. Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus ſub ordines ſingulos, tabulæ fixæ ſint bipalmes, quo utantur ueſtibulo, ac prodeant.

Biparus, a, um, Qui uel quæ bis peperit. δίτοκος.

Bipatens, pen, cor. Quod ex utraq; parte aperitur, διόδρομος, ut, Bipatentes portæ, pro geminis. Verg. 2. Aeneid. Portis alij bipatentibus adſunt. Idem lib. 10. Conſidunt tectis bipatentibus. Hoc eſt utrinq; apertis.

Bipedalis, le. Quod habet longitudinem duorum pedum: ut, Trabs bipedalis. Cæſ. bell. Gall. libro quarto. Inſuper bipedalibus trabibus immiſſis.

Bipedanus, a, um, ſiue Bipedaneus, Idem quod bipedalis. Col. lib. 2. cap. 2. Frumentis autem ſat erit, ſi æquè bona ſuberit bipedana humus: arborib. altitudo quatuor pedum abundè eſt. Idem lib. 4. cap. 1. Quippe ſeminibus uineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes, adiecto dodrãte ſuper altitudinem bipedaneam.

Bipennis, ne, om. t. Quod duas habet pennas, δίπτερος. Plin. lib. 11. cap. 18. de inſectorum pennis, Nullis eorum pẽnæ reuiuiſcunt auulſæ: nullum, cui aculeus in aluo eſt, bipenne eſt. Bipẽnæ item dicitur, teſte Nonio, quod utrinq; eſt acutum. Verg. lib. 11. ferro ſonat acta bipenni Fraxinus. Eſt & bipennis, f. t. πέλεκυς, ſubſtantiuum quod ſignificat ſecurim, aliudúe inſtrumentum ex utraq; parte aciem habens. Vergilius ſecundo Aeneid. Ipſe inter primos correpta dura bipenni Limina perrumpit. Idem 4. Georgicorum, Vre ſata, & ualidam in uites molire bipennem.

Bipennifer, a, um, Ferens bipennem, πελεκυφόρος. Ouid. 8. Metamor. Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas. Idem 1. Triſt. Oſſa bipenniferi ſic ſint malè preſſa Lycurgi.

Bipertio, is, & Bipertior, iris, d. q. In duas partes diuido, διχάζω Col. lib. 11. cap. 2. Vndecimo Cal. Maias Ver bipertitur, pluuia, & nõnunquã grãdo. Cic. in Cat. Atq; ibi in proximis uillis ita bipertiti fuerũt, ut Tyberis inter eos & põs intereſſet.

Bipertitò, Bifariam, dupliciter. διχαδιχῆ. Cicero de Inuent. Nam id fit bipertitò: nam tum cauſa, tum res ipſa remouetur. Cæſ. 1. bell. Gall. Romani conuerſa ſigna bibertitò intulerunt. Hoc eſt duobus locis.

Bipinella, herba hortenſis dicta, quòd in duas pinnas folia per totum cauliculum diducta habeat, hanc corrupto uocabulo quidam pimpinellam uocant.

Bipes, bipedis, adiect. om. t. Quod habet duos pedes, δίπους. Iuuenal. atq; alium bipedem ſibi quærat aſellum. Ponitur etiam ſubſtantiuè, eo quòd facile in eo intelligatur ſubſtantiuum. Cic. pro Domo ſua, Hoc miniſtro omnium non modò bipedum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo.

Biremis, Nauis quæ duobus remorum ordinibus agitur: ab Erythreis (ut creditur) primùm inuenta, δίκροτος. Plin. libro 7. cap. 57. Biremem Demoſth. author eſt Erythreos feciſſe: triremem Thucydides Amoclen Corinthum: quadriremem Ariſtoteles Carthaginenſes. Verg. 8. Aeneid. Geminasq; legit de claſſe biremes.

Birotum, pen. cor. Genus uehiculi duas rotas habentis, δίτροχον.

Biſellium, lii, ſubſellium duorum capax, δίθρονον. Author Varro quarto de Lingua Latina.

Biſeta, Porca dicitur, à cuius uertice ſetæ bifariam diuidũtur, quum iam eſſe incipit maior ætate ſex menſium. Feſtus.

Biſextus,

Biſextus, ſiue Biſſextus, m. ſ. Dies intercalaris, qui quarto quoque anno interſeritur, ut anni ratio cum curſu Solis conueniat. ἐμβόλιμος ἡμέρα. Inuenta eſt autem hæc intercalandi ratio à Cæſare Dictatore. Is enim quũ animaduertiſſet, Solẽ curſum ſuum conficere diebus 365. & horis circiter ſex, quarto quoq; anno diem unum curauit adijciendum. Dictus eſt autem biſextus, quòd bis, hoc eſt duobus diebus cõtinuis numerarent ſexto Cal. Martias. duos uidelicet dies pro uno computantes. Vnde qui eſt natus biſexto Calend. nihil refert (ut inquit Celſus de uerborũ ſignif. l. Quũ biſextus.) utrum priore, an poſteriore die natus ſit, quum illud biduũ pro uno tantùm die habeatur. Erat autem huic intercalatio ni conſtitutus dies certus, qui eſt poſt 23. Februarij diẽ, inter Terminalia iam peracta, & Regifugium. Februarius uerò duabus de cauſis huic rei aptiſſimus uiſus eſt, tum q; pauciſſimos haberet dies, tum etiam quòd inter menſes ultimũ haberet locum. Nam quum antea decem tantùm eſſent menſes, quorũ primus eſſet Martius, duo poſtea in fine ſunt adiecti, Ianuarius & Februarius.

Biſulcus, Qui ungulas non ſolidas habet, ſed ſciſſas, δίχηλος. Plin. lib. 11. cap. 27. Cornigera una parte dentata, & quæ in pedibus talos habent, ſeuo pingueſcunt: biſulca ſciſſiſúe in digitis pedibus, & non cornigera adipe. Ouid. 7. Metamorph. Puluereum q; ſolum pede pulſauere biſulco. Accipitur & latius pro omni eo quod in duas cuſpides diuiſum eſt. Vnde biſulcam caudã dixit Plin. lib. 9. cap. 29. & Biſulcos arborũ furculos, Columella. de Arboribus. cap. 6.

Biſultor, m. t. Martis cognomen, à bis ulciſcendo impoſitum. Auguſtus enim, quum Brutum & Caſſium uiciſſet, & ſigna à Parthis recepiſſet, Marti templum dedicauit, quem biſultorem cognominauit, quòd primùm C. Cæſaris, deinde & Craſſorum necẽ ultus eſſet. Ouidius quinto Faſt. Ritè Deo templum q; datum, nomen q; Biſultor.

Bithalaſſum, locus ubi duo concurrunt maria.

Biuium, n, ſ. Quod duas uias habet, ſicut Triuium, Quadriuium, quod tres aut quatuor habet anfractus. ἄμφοδος. Vergilius 9. Aeneid. locum inſidijs conſpeximus ipſi, Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.

Biumbres, ἀμφίσκιοι. Populi ſunt quicũ q; inter tropicos cancri habitant ad Meridiẽ: quando q; enim incidentes habent umbras quum à Meridie ſol ad gnomonẽ accedit rectũ, ad ſubiacens planum: quãdo q; autem in aduerſum, quũ ſol in aduerſum conſiſtit. Verba ſunt interpretis Straboni lib. 2.

Biſon, Βίσων. Pauſaniæ, Animal ferum & deforme prolixitate iubarum, & reliquo corpore, cerui figura, media fronte inter aures unum cornu habens. Mart. in Amph. Illi ceſſit atrox bubalus, atq; biſon.

Biſontes, gignit Scythia Germania, uulgus hodie bubalos appellat. Suſpicatur Volaterranus doctiſſimus uir alios eſſe bubalos, quos hodie ſic uocamus, ab his quos Plin. intellexit.

Bithymum mel, Vide infrà in dictione Thymum.

Bitumen, inis, n. t. Limus quidam eſt tenax, & ſulphurei odoris, in Iudææ lacu emergens, qui inde Aſphaltites dicitur. ἄσφαλτος. Inuenitur & durum in Syria, non procul à Sidone, terreæ glebæ, uel eorum carbonum ſimilitudine, qui in uſum ferrariarum fabricarum è terra effodiuntur. Eſt præterea & liquidum bitumen, in Zacyntho inſula, & circa Babylonem naſcens, & in agro Apollinatarum, quod Græci πισάσφαλτον appellãt, argumento picis & bituminis. Gignitur & pingue, liquoris oleacei, in Sicilia, Agragãtino fonte inficiens riuum: quo incolæ utuntur ad lucernarũ lumina, olei uice. Huius generis Bitumen apud Prutenos ex ſaxis effluit, ex quo maris frigiditate, in quod defluit, ſuccinum ſiue electrum coaleſcit. Apud Babylonios bitumẽ calcis uſum præbet, ita ferruminatis Babylonis muris. Vide plura apud Plin. lib. 35. cap. 15.

Bitumineus, a, um: ut Bitumineæ uites. Ouid. 15. Metamorph. Siue bitumineæ rapiunt incendia uites.

Bitumino, as, Bitumine linio. ἀσφαλτόω. Vnde aqua bituminata, apud Plin. lib. 31. cap. 6. cui admiſtum eſt bitumen, uel quæ per uenas terræ bituminoſas tranſit.

B L.

B. L. In notis. antiq. bona lex. B. L. B. bonorũ liberi. B. M. bonæ memoriæ, bona materna, bene merẽtes. B. M. R. C. bene mereat cibũ. B. M. R. S. E. H. bene merentibus ſerua hoc. B. M. F. bene meritæ fecit. B. M. H. E. bona memoria hic eſt. B. M. N. bona munera. B. M. P. bene merenti poſuit, uel bene meritæ. B. M. T. bona materia. B. N. bona noſtra. B. N. H. I. bona hîc inuenies B. N. M. F. E. C. bene merenti fecit.

Blactero, ras, uide Blatero,

Blada, pro frumentis, ſed non Latinum uerbum.

Blæſus, Qui linguã habet impeditã, aut qui inter pronuntiandum aliquam literam aut excludit, aut malè profert. βλαισὸς, τραυλός. quo uitii genere Demoſthenem laboraſſe accepimus, qui aliquandiu primam artis ſuæ literam enuntiare non potuit. Iuuenalis, Blæſis atq; mero titubantibus. Martial. lib. 5. Et nomen blæſo garriat ore meum. Idem lib. 10. Os blæſum tibi, debilis q; lingua eſt. Græci etiam hoc nomen ad alia membra transferunt, Blæſos q; appellant, quibus mẽbrum aliquod ſolutum eſt, quos & paralyticos appellamus: & generaliter omnes eos, quibus aliquod membrum quod actiones ſuas commodè obire non poſſit, quodúe ſitu aut figura ſit deforme: quales ſunt qui crura habent in diuerſum acta, quos Latini Valgios & Vatios appellant. Vide Cælium Rhodig. lib. 8. cap. 1. & Budæum in annotationibus Pand.

Blanchnon, quod hîc pro filicis ſpecie corruptè legebatur, (lege Blechnon.

Blandè, & Blanditer, Vide Blandus.

Blandior, iris. d. q. Aſſentor, adulor, blanditias dico, θώπω, ἀρέσκομαι, κορίζομαι. Cicero de Amicit. Qui aduerſario aſſentatur, & litigare ſe ſimulans, blanditur. Idem pro Flacco, Cur matri blanditur? cur epiſtolis & matris & ſororis imbecillitatem aucupatur? Refertur & ad ſenſus interiores, pro eo quòd eſt placeo, arrideo, animum uel affectum titillo. Cicero 1. Acad. Vide quàm ſuauiter uoluptas ſenſibus blandiatur. Blandior calamitatibus meis, dixit Quintilianus, pro eo quod eſt mitigo, lenio calamitates, uel æquo in calamitatib. me animo gero. Huius compoſitum eſt Eblandior, blandiis extorqueo. Liuius lib. 7. cap. 5. belli Punici, Neq; enim omnia emebat, aut ebl ãdiebatur: ſed uim etiam flagitiis adhibebat. Vnde Ebiandita ſuffragia dicuntur, quæ precibus & blanditiis impetrantur. Cicero pro Plancio, Comitiis Aedilitiis ſtudia eſſe non iudicium populi: eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia.

Blanditus, us, ui, Ipſe blandiendi actus, ſiue blanditię, & quædam quaſi illecebræ ſenſum titillantes, χρησολογία, ἰωδή. Lucret. lib. 2. Vtres per Veneris blanditum ſecla propagent.

Blanditus, a, um, participium à uerbo Blandior. Plinius lib. 10. cap. 23. Hanc principio blandita peregrinatione auidè profectam, pœnitentia in uolatu cum labore ſcilicet ſubit. Vbi Blanditam peregrinationem dixit, pro grata: iucunda, quæque principio adblandiebatur & arridebat.

Blandus, adiectiuum, Placidus & comis in ſermone, & hilaris, χρησολόγος, ὑπροσήγορος. Cicero ad Atticum, Scis me minimè eſſe blandum. Terentius in Hecyra, At tu hecaſtor morẽ antiquum obtines, Vt unus hominũ homo te uiuat nunquã quiſquam blandior.

Blandulus, a, um, diminutiuum ab adiectiuo Blandus.

Blandè, aduerbium Cic. ad Attic. Sed amabo te, mi Attice: uidésne quàm blandè? Idem pro Cluentio, Tum appellat hilari uultu hominem Bulbus ut blandiſſimè poteſt.

Blanditer, Idem quod blandè. Plautus Pſeud. Magis cogito, ſæuiter, blanditer ne alloquar?

Blandiculus, & Blandicellus, Diminutiua ſunt à Blãdus: ſicut ab eo q; eſt Mollis, fit molliculus, & Mollicellus. Nam Blandicus & Mollicus (à quibus nonnulli hæc trahi uoluerunt) Latinæ linguæ periti non agnoſcunt. Inde Blandicella uerba apud Feſtum.

Blandidicus, Qui blandè loquitur, χρησολόγος. Plautus Pœnulo, Nunc mihi blandidicus es: heri in tergo meo tres facilè corios contriſtiui bubulos.

Blandifico, Blandum facio, ἡπιάω. Perottus.

Blandiloquus, pen. prod. Qui blanda uerba loquitur: χρησολόγος. ut, Vox blandiloqua. Seneca in Agam. Quid uoce blandiloqua mala conſilia dictas?

Blandiloquens, penultima correpta, Idem Macrobius ſecundo Saturnalium, Submiſſa placidè blandiloquens oratio.

Blandiloquentulus, Diminutiuum. Plaut. Trinum.

Blandiloquentia, tiæ, χρησολογία. Cic. tertio de Natura deorum, Nam & ego illis ſupplicarem tanta blandiloquentia.

Blandimentum, ti. n. ſ. Idem quod blanditia, oblectamẽtum, illecebræ, χρησολογία ἰωδή. Cicero pro Cælio. Multa enim blandimenta nobis natura ipſa genuit.

Blanditia, æ, & Blanditiæ, tiarum, Adulatio, illecebræ, χρησολογία, ἰωδή. Plaut. in Bacch. Viſcus merus ueſtra eſt blanditia. Cicero pro Plancio, Facilis eſt illa occurſatio, & blanditia popularis: aſpicitur, non attrectatur. Idem 1. de Finibus Blanditijs præſentium uoluptatum deliniti atq; corrupti.

Blap-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Blapſigonia, βλαψιγονία, quaſi prolis detrimentum. Quum apes morbo, ignauia, aut fœcunditate naturali fœtum non peragunt. Plinius lib. 11. cap. 19. A βλάπτω, noceo, et γόνος fœtus ſiue proles.

Blaſphemia. f p. pen. cor. βλασφημία, Execratio, maledictio, uituperatio, conuitium, & quaſi nocens dictum, ſacrilega in famario, uel obtrectatio nefaria, Budæus.

Blaſphemo, as a. p. βλασφημῶ, penultima producta, Significat execror, maledico, & uerbis calumniam infero, ac dignitati honoriq; alterius derogo.

Blatero, as, et Blatio, is. n. p. q. συμφύω, ψιπίσμαι. Veteres dicebant pro incōditè & inaniter loqui: ut ſunt, qui extra appoſitum loquuntur, uel uerba immoderata emittunt, & quorum lingua (ut ait Gellius lib. 2. capite 15.) tam prodiga, infrenisq; ſit, ut fluat ſemper & æſtuet colluuione uerborum teterrima. Hoc hominū genus Locutuleios, & Blaterones, & Linguaces Latini dixerunt. Plaut. in Amph. Qui malùm, intelligere quiſquam potis eſt, ita nugas blatis? Idem in Aulul. Vbi tu es, quæ blaterauiſti iam uicinis omnibus me meæ filiæ daturum dotem. Sunt autem factitia uerba, à camleorū uoce tracta, qui quum uocem edunt, blaterare dicūtur. Quidam tamen à Græco deducunt, apud quot βλὰξ dicitur, qui ſe inaniter iactat: quapropter c, literam addentes, blacteronem & blacterare exiſtimant ſcribendum. Ouidius de Philomela, (ſi tamen credamus hoc carmen eſſe Ouidii) produxit Blacterat hinc aries, & pia balat ouis. Horatius in Serm. ſine c, & prima correpta, Audit, quum magno blateras clamore, furiſque.

Blatero, onis. m. t. Homo immoderatæ loquacitatis, & iactantiæ: à blaterando dictus, βλάξ Gell. libr. 1. cap. 15. Nec minus inſigniter ueteres quoq; noſtri, hoc genus homines in uerba prouectos, loquutuleios, & blaterones, & linguaces dixerūt.

Blatta. f p. Vermis, qui aluearia lædit: à βλάπτω, noceo, σίλφη. Colum. libr. 10. appellat Lucifugas blattas. Martialis tamen poſuit pro uerme libros & ueſtes rodente. Conſtrictos (inquit) niſi das mihi libellos, Admittam tineas, truceisq; blattas. Horatius in Ser. cui ſtragula ueſtis, Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcit in arca. Blatta etiam ponitur pro purpura. Sidonius in Paneg. Pontus caſtorea, blattam Tyrus, æra Corinthus. Blattam recentiores ſcriptores uermiculum Bombycem intellexerunt, cuius textu ueſtes ſericæ conficerentur: unde Blattea ueſtis, & Blatteum paludamētum apud Lampridium, Capitolinumq;, pro ſerico & pretioſo: uel (ut Paulus Aegineta) pro purpura: quoniam indicum conchylium uulgò Blatta dicitur. Sic Caſſiodorus in Epiſtolis Blatteum pro purpureo cepit, Chamelæon (inquiens) modò praſſina, modò cyanea, modò blattea uarietate ſe commutat. Eutropius ſcribit Neronem ſolitum piſcari reti aureo blatteis funibus annexo: quum ab Oroſio dicatur purpureis. A quo colore Blatta etiam frumentum dicitur, quod rubidum ſit, ſementi accommodatius, in purpuram declinans.

Blattaria, Herba eſt uerbaſco ſimilis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo: hæc abiecta blattas in ſe contrahit unde & nomen accipit. Plin. lib. 25. cap. 9.

Blatteus, a, um, Purpureus, πορφύρεος. Eutropius in Nerone, Nero inuſitata luxuria fuit, ut qui exemplo Caligulæ frigidis & calidis lauaretur unguentis, hamis aureis argenteiſque piſcaretur, quæ blatteis funibus extrahebantur. Suetonius uocat purpureos, Piſcatus eſt (inquit) reti aurato, purpura, coccoq; funibus nexis. Oroſius, Luxuriæ, inquit, tam effrenatæ fuit Nero, ut retibus aureis piſcaretur, quæ purpureis ſunib. extrahebantur. Caſiodorus in Epiſt. Chamæleon modò praſine, modò cyanea, modò blattea uarietate ſe commutat.

Blax. com t βλάξ, Stolidus, mollis, delicatus, laſciuus, qui neſcit res diſcernere, & qui ſe inaniter iactat. Feſtus.

Blechnon, βλέχνον Dioſcoridi, Herba eſt notiſsima, quam Græci πτερίδα, Latini Filicem appellant. Vide Plinium libro uigeſimo ſeptimo, cap. 9.

Blechon, βλῆχον, Plinio Sylueſtre eſt pulegium, ſimile origano, minorib. foliis quàm ſatiuum: quod à pecore guſtatum balatum excitat: unde etiam literæ unius commutatione βλῆχον appellatum eſt, ἀντὶ τοῦ γλήχων, ſic enim Græci Pulegium uocant. Vide Plin. lib. 20. cap. 14.

Blennos, Stultos eſſe Plautus in Bachid. indicat, qui ait, Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Feſtus.

Blepharo, com. t. βλεφαρώδης, Dicitur ſupercilioſus homo qui habet ſupercilia magna Plautus in Amph. Raptant pro mœchis: Blepharo captus arbiter.

Bleſſi, quibus extrorſum ſunt crura, ſicut rhœbi, quibus introrſum ſunt, author Poll.

Bleſus ſeu Blæſus eſt, qui literam aliquā exprimere non poteſt, eamq; non quamlibet, ſed certam. Bud.

Bletes. ſpecies calceamenti, dicta quod pedes offendat.

Blētrā, βλῆτρα appellare ſolent Græci offendentia præſertim pedes.

Bletrus, herba, Vide Blechnon.

Blitum uel Blitus uel Blætum, indifferenter dicitur Græcè & Latinè, erumpit ocioſiſſimè blitum ſemen, ut bletæ, corticeum copioſum, racemoſumq; ut attriplici, radice nō una craſſa in rectum tendente, ut beta & lapathon, & maxima pars olerum, ſed continua, multiplici ac prolixa inſipidū & ſine acrimonia, duorum generum habetur, rubrum & candidū. Nullū in morbis aut ſanitate uſum habet, in aliquibus tamen locis uulgari plebeculæ edendo eſt.

Blitum, βλίτον Dioſc. βλίτος Suidæ, Olus eſt betæ foliis, teſte Herm. iners, nulliusq; ſaporis aut acrimoniæ. Inde Bliteum dicitur, quod uile eſt & nullius pretij. Vnde apud Menād. (teſte Plin. lib. 20. cap. 21). uxores per conuitiū Blitæ uocātur à maritis, & apud Plaut. in Trucul. Meretrix blitea.

B O.

B.O. In notis antiquorum bene, optime. BN. EM, bonorum emptores, B.P. bona poſſeſſio, uel bonorū poſſeſſor. B.P. bona paterna. B.P C. bona pecunia. B. P. bonū publicum, uel bona paterna, uel bonorum poteſtas. B. Q. bona quæſita.

Boa, æ, Serpentis genus eſt, quod in miram magnitudinē ex creſcit: ita dictum, quòd lactis bubuli ſucco primū alatur. De hac ſic ſcribit Plin. lib. 8. cap. 14. Faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ in tantam magnitudinem exeuntes, ut diuo Claudio principe, occiſæ in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primò bubuli lactis ſucco: unde & nomen traxere. Hæc ille. Eſt etiam Boa morbi genus, quū corpora papularum multitudine rubent, à ſimo bubulo, cuius litu maximè tollitur, ita dictum. Plin. lib. 28. cap. 18. Boas ſimus bubulus abolet: unde & nomen traxere. Idem lib. 26. cap. 11. Ebuli folia contrita, & è ueteri uino poſita, boam ſanant, id eſt rubentes papulas. Creditur hic morb. eſſe, qui pueros præcipuè infeſtat, quem Rubellam uocant.

Boalia, Boarius, Vide Bos.

Boaria lappa, Herba nota, cuius radix è uino potata, articulis mirificè prodeſt.

Bocas, inquit Feſtus, Genus piſcis: à boando, id eſt clamando appellatum. Hæc ille. Βῶκες (ut ex Speuſippo annotauit Hermolaus) ſunt leucomænides, hoc eſt mænæ candidiores, quas nos Girros, ſiue Girrulos uocamus.

Bodellion, n ſ. (quod hic perperā legebatur, ut pleraq; alia ex Brunfelſij Onomaſtico huc translata) Vide Bdellion.

Boethi, βοηθοί, à Græcis adiutores dicuntur, ἀπὸ τοῦ βοηθεῖν, hoc eſt ab adiuuando. Vnde ſcribarū adiutores Boethi uocantur ab Imperatore in l. Vnicuiq; C. de Prox. ſacr. ſcriniorum. Hinc etiam Seuerin. Boëthius dictus eſt, non Boëtius, ut uulgò ſcribitur.

Boiæ, arum, βοῖδια, Genus uinculorū tàm ligneorum, quā ferreorum, teſte Feſto, ſeu torquis damnatorum, quòd quaſi iugum in boue ſit. Plautus in Aſin. Carceres, numellas, pedicas, boias, tortoresq; acerrimos.

Bolbiton, ti, βόλβιτον, Græcis ſimum ſignificat, & propriè bubulum: unde Imbulbitare dictum putat Feſtus, pro eo quod eſt, puerili ſtercore inquinare. Plin. lib. 28. cap. 17. Fimi ceruini, maximè ſubulonis, ſed & bubuli, de armentinis loquor, (quidā Bolbiton uocant) cinis, cochleariorū trium in mulſi hemina bouis fœminæ in mulieribus efficax, & ex altero ſexu in uiris.

Bolenia, f p. Gemma, quæ nimbo inuenitur glebæ ſimilitudine. Plin. lib. 37. cap. 10.

Bōlētus, maſc. ſ βωλίτης. Aeginetæ genus fungi, inter omnes optimi: de quo abundè Plinius libro 22. cap. 22. Iuuenal. Vilibus ancipites fungi ponentur amicis: Boletus domino, ſed qualem Claudius edit.

Bolis, idis, f. t. βολὶς, à Græcis dicitur haſta miſſilis, iaculum: παρὰ τὸ βάλλω, iacio. Ad cuius ſimilitudinē faces quædā ignæ bolides uocantur, quæ in ſuprema aëris regione gignuntur. Plin. lib. 2. cap. 26. Duo genera earum: lampades uocant, plānè faces: alteram bolidas, quales Mutinēſibus malis uiſum eſt. Diſtant, quòd faces ueſtigia longa faciunt, priore ardēte parte;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

parte: bolis uerò perpetua ardẽs, longiorem trahit limitem. Bolis καταπερκτρία, βολὶς, etiam est perpendiculum nauticum, hoc est funis cum plumbeo aut ferreo pondere annexo quo nautæ maris altitudinem explorant. Eius meminit Lucas in Actis Apostol.

Bolus, penult. prod: m. s. βῶλος. Cuiusq; rei fruſtũ: unde Bolum terræ, glebam dicimus: Bolum argenti, maſſam argenteam. Terent. in Heaut. Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam ſubitò è faucibus. Quod dici ſolet, inquit Eraſmus in Chiliad. quoties commoditas, quæ iam propemodũ tenebatur, inopinatò præripitur: translatione (ut ait Donatus) ab animalibus ſumpta, quibus aufertur præda. Bolus autem penultima breui, iactum ſignificat, uel rete ipſum piſcatorium, quod Fundã uocamus. Plautus in Rud. O Neptune lepide ſalue. Nec te aleator ullus eſt ſapiẽtior: perfectò Nimis lepidè iecisti bolum, periurum perdidisti. Verba ſunt Trachalionis ſerui ad Neptunum exiſtimãtis lenonem naufragio periiſſe. Perdere autẽ, perimere & euertere interdum ſignificat: unde iocus reſultat. Aleatores enim & piſcatores bolum iaciunt. Perdidisti igitur Neptune hominem perdidiſſimum, id eſt lenonem maximè perdẽdum, propterea Neptune aleam pulchrè iecisti, pulcherrimum iactum fecisti. Hæc ex Budæo in Pand.

Bolus armenia, βῶλος ἀρμενία, Gleba eſt terræ, quæ inuenitur in ea Armeniæ parte, quæ Cappadociæ contermina eſt, colore ochræ, miram ad deſiccandum uim habens. Hæc hodie apud nos admodũ rara eſt inuẽtu. Nam quam Sepla ſiarij hodie pro bolo Armenia uendunt, aut ex Hiſpania, aut ex Normannia aduehitur, penè ad rubricam accedens.

Bombax, A ueteribus uſurpatum eſt pro aduerbio cõtemnentis, uel negligentis. Plaut. in Pſeud. Fur. B. babæ. P. fugitiue. B. bombax. C. fraus populi. B. Planiſſimè.

Bombilo, Bombilatio, Vide Bombus.

Bombina, Lege Bembina.

Bombochylon, mandragora apud Dioſc. lib. 4. cap. 79.

Bombus, βόμβος, Sonus tubarum raucus, nec ualde acutus: uox tracta ab ipſo ſonitu, ſicut mugitus boum. Perſius, Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Eſt etiam Bombus ſonus apum.

Bombilo, as, penult. corr. βομβίω, eſt Bombũ emitto, & propriè eſt apum. Author carminis de Philomela, Bombilat ore legens munera mellis apis.

Bombilatio, ſ. t. Sonus apum, βόμβος.

Bombylius, βομβύλιος, Apis quoddam genus obſtreperum, à bombo, quem edit, appellatum.

Bombylis, Vermis genus eſt, ex quo necydalus, & deindè bombyx procreatur. Plin. lib. 11. cap. 22. Eſt & alia bombycũ origo è grandiori uermiculo, gemina protendens ſui generis cornua. Hi erucæ ſunt. Fit deinde, quod uocatur Bombylis, ex eà necydalus, ex hoc in ſex menſibus Bombyces.

Bombyx, m. t. βόμβυξ. per y. Vermis genus eſt ſimilis erucæ, qui apud Indiam, Aethiopiam, & Seres in aranearũ morem tenuiſſima fila ducit ad ueſtem faciẽdam. Primũ Bombylis, deinde necydalus, demũ bombyx appellatus. De hoc Ariſtoteles & Plin. ferè idem tradũt. In ſex menſibus bombyces telas aranearum mundè texunt, ad ueſtem luxumq; fœminarum, quæ bombycina appellantur. Primò eas in filum torquere, & rurſus texere inuenit mulier Pamphila Latoi filia.

Bombycina, orum, βομβύκια, Veſtes ſunt tenuiſſimæ, ex bombyce confectæ. Martial. Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus.

Bombycinus, a, um, pen. corr. βομβύκιος, Quod ex bombyce eſt confectũ: ut, Pãniculus bombycinus, apud Iuuenalẽ Satyr. 6. quarum Delicias & panniculus bombycinus urit.

Bōmŏlŏchŭs, m. ſ. pen. corr. βωμολόχος. Dictus eſt apud Græcos, qui facilis, atq; idem humilis, omni lucri gratia perfert iocando, cauillãdoq;, quales apud nos Scurræ appellantur, qui ut ſumptuoſioribus cœnis interſint, à nullo ſcurrilitatis genere ſe continent. Sed propriè qui altari inſidiantur ut furentur oblata, quaſi περὶ τοὺς βωμοὺς λαχοῦντες. Vide Cælium Rhodig. Antiq. lect. lib. 10. cap. 6.

Bonariam (Cæſar μαλακίαν Malaciam) matris tranquillitatem uulgus mali ominis uitãdi gratia nominat, cum fluctus quieſcunt.

Bona caduca, Bona dea, Bonæ fidei poſſeſſor, Bonæ frugi hominem, Bona hæreditaria, Bona uenia, Boni conſulere, Vide Bonus.

Bonaſus, βόνασος, Pen. prod. Fera eſt, quæ, ut ſcribit Ariſtot. in monte Meſapo, qui Pæoniæ ac Mœſiæ limes eſt, inuenitur, cuius meminit & Plin. lib. 8. cap. 15. Habet caput taurinum, corpus uerò & iubas equi: latiore tamen corpore eſt quam bos, ſed pilo molliore quàm iuba equina, & compoſitiore: color pili totius corporis flauus, iuba prolixa & ad oculos uſq; demiſſa. Cornua adunca, multo nexu in ſe recuruata, & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari: uocem ſimilem bouis emittit: caret ſuperiore dentium ordine, crura hirſuta habet, & pedes biſulcos. Ab Aeliano Monops appellatur. Meminit eius & Solinus, qui circa Lydiam & Phrygiam bonaſum naſci tradit.

Bonus, na, num, Dicitur qui opponitur malo, ἀγαθός. Cic. 2. Offic. Vir bonus innumerabilibus officijs & laudibus continetur. Bonum abſolutè à Philoſophis appellatur, quod ſua cauſa expetitur. Vnde Ariſtot. τ' ἀγαθὸν, hoc eſt bonum appetitus ſenſitiui obiectum facit. Idq; duplex eſt, Verum, & Apparens. Voluptas enim corporis tanquam bonum expetitur, non quòd re uera bonum ſit, ſed quòd eiuſmodi appareat. Summum autem bonum appellabant, quod eſſet rerum omnium expetendarũ extremum: quod Stoici in uita naturæ cõueniente, Epicurei in animi uoluptate, ſiue indolẽtia, Cyrenaici in uoluptate corporis, alij alijs in rebus collocabant. Peripatetici triplicia conſtituũt bona, animi, corporis, & fortunæ. Quò fit, ut opes & facultates à noſtris etiã Bona, ὐσία, χρήματα appellentur. Cic. pro Cecin. Ad incertũ reuocari bona, fortunas, poſſeſſiones q; omniũ. Idem in Topicis, Mulier, cui uir bonũ ſuorũ uſum fructũ legauit. Bonum item dicitur, quod exequitur officium ſuum, quodq; actiones ſuas probè obit. Hinc ſi uirum bonum dicimus, intelligimus probum: ſi bonũ militem, fortẽ: ſi bonum Imperatorem, prudentem: ſi bonum Grammaticum, literatũ: ſi bonum Oratorem, facundum: ſi bonum iudicem, iuſtũ. Sic e contrario, Malum generale eſt nomen, & turpia ſimul, & detrimentoſa complectens. Vnde malum uirũ dicimus flagitioſum: malum militem, imbellem: & ſic de reliquis. Aliquando Bonum ſumitur pro bonitate: ut quum dicimus, Ex æquo & bono iudicare. Aliquãdo pro magno. Sal Iuſtius, Bona pars militum inde diſceſſerat. Aliquando pro non uili, quia (ut Donatus ait) boni non ſunt uiles. Terentius in Phormione, Illam ciuem eſſe Atticam bonam, bonis prognatam. Aliquando pro utili: ut Bonum eſt pecuniæ parcere. Item pro otio & quiete: ſicut Malum, pro labore. Seneca, Delicatus, & bono ſemper aſſuetus. Item pro miti, & fauente. Statius, tu corda parumper Huc aduerte libens, atque has bonus accipe uoces. Item pro pulchro, Vide forma bona, apud Terentium in And. Item pro apto & idoneo, Verg. 2. Georg. & bona bello Cornus. Item pro docto. Horatius, Quandoq; bonus dormitat Homerus. Bona caduca, Facultates quæ hæredem non habent, uel quæ non habent firmitatem, quales ſunt res damnatorum. Bona dea, quã ueteres Faunã, ſeu Fatuã ſiue Sentam dixere, ἀγαθὴ θεός. Hanc Varro ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo illam, dum uixit, præter uirum, mas uiderit, nec nomen eius audierit, propter quod illi in operto mulieres ſacrificabant, & bonam deam appellabant. Vide Alexandrum ab Alexand. libro 6. capite 8. Bonæ fidei poſſeſſor, Eſſe uidetur, qui rem poſſidet non ſuam, quam tamen ſuã eſſe putat, & eum qui uendidit, ius uendendi habuiſſe, puta procuratorẽ aut tutorem fuiſſe, κτητικὸς ἐπιεικῶς. Contrà uerò Malæ fidei poſſeſſorẽ dicimus, qui nec rem ſuam poſſidet, & eam ſcit ſuam non eſſe. Bona fides, ἐπιείκεια χρηστότης: & Bona fide ἰσοδιάσμῳ. Bonæ frugi hominem, dicimus cum laude, hoc eſt utilem & bonum, χρησόν. Apuleius libro 4. Statui iam dolis abiectis aſinum me bonæ frugi dominis exhibere. Hæc loquendi formula uetus admodum uidetur, & penè obſoleta: frequentius tamen apud Plautum & ueteres Iuriſconſultos occurrit, quàm ut librariorum culpæ debeat aſcribi. Illud tamen dubium non eſt uſitatius dici Bonæ frugis hominem, quàm Bonæ frugi. Ad bonam frugem redire, hoc eſt ad bonos mores, probitatemq;. Reliqua uide infrà in dictione Frugi. Bona hæreditaria, Ex patrimonio prouenientia. κλῆρος. Bona uenia, Dicimus, quod eſt ſine ira, ſine indignatione, ἐπιεικῶς. Terentius in Phormione, Adoleſcens, primum abs te bona uenia peto. Boni conſulere, hoc eſt Bene ſtatuere, in bonam partem, ut aiũt, accipere. ἐυγνωμονεῖν.

Melior

Melior, & hoc melius, Comparatiuum à Bonus.

Melioresco, is, Melior fio, βελτιῦμαι. Columella lib. 2. cap. 10. Napus deuexam amat & siccam, tenuiq; propiorem terram, atq; sabulosis, glareosisq; aris melioresc it.

Optimus, Superlatiuũ est à Bonus. ἄριστος, κράτιστος, βέλτιστος. *Optimo iure* prædia esse dicuntur, quæ immunia prorsus sunt, id est ut nunc loquuntur, alaudialia. Cic. de Leg. agr. Optimo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima cõditione sunt. Quintilianus in Proœm. lib. 1. Optima facere quàm promittere maluerunt.

Optimè aduerbium, Quod præter alia significata ponitur aliquãdo p opportunè. Ter. in Eunucho, Adest optimè frater.

Optimitas, atis, Vtilitas, commodum, ὠφέλημα. Plautus, Maximas optimitates, gaudioq; offertissimas Suis heris ille unà mecum pariet.

Optimas huius optimãtis, communis gen. Optimates dicuntur, ut ait Perottus, qui *in ciuitate* locum tenent: uel quòd opulentiores sunt, & in maiori censu, uel quod in primis opem ferre possunt oppressis. Cicero pro Sestio sic dicit: Duo genera semper in hac ciuitate fuerunt eorum qui uersari in Rep. atq; in ea se excellentius gerere studuerunt: quibus ex generib. alteri se populares, alteri optimates & haberi & esse uoluerunt. Qui ea quę faciebant, quæq; dicebant iucunda uolebant esse, populares. Qui autẽ ita se gerebãt, ut sua consilia optimo cuiq; probarentur, optimates habebantur. Ibidem, Omnes optimates sunt qui neq; nocentes sunt, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Priscianus libro 5. Optimates *sunt qui defendunt* Senatores: populares qui defendunt populum. Cicero Attico libro 10. Vide, ne dum putet parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas. Optimates matrouæ. Cicero ad Trebatium libro 7.

Bellus, a, um, per duplex ll, diminutiuũ est à Bonus. κομψός. Varro, Ita cum eis bellum geras, ut bella omnia domum auferas, *id est bona omnia*. Idem, Venio nunc ad ultimũ testamentũ, quod *dicitur* physicõ, in quo Græci belliores, quàm Romani nostri. Et quoniam bonũ, quandoq; pulchrũ significat (ut apud Terentium, Forma bona fortasse) Bellum quoq; pro pulchro accipitur: ut Bellus puer, Bella puella, Bellum corpus. Martialis, Bella es, nouimus, te puella: uerũ est. Hinc Belli homines aliquando boni & prudentes: aliquando formosi atq; elegantes, & festiui dicuntur.

Bellior, comparatiuum, de quo paulò antè citauimus ex Varrone testimonium.

Belli.limus, superlatiuum, Idem significãs quod optimus, uel pulcherrimus. Terentius Adelph. Ego iam prospiciam mihi atq; unumquodq; quod erit bellissimum Carpam.

Bellatulus, a, um, Vocabulum blandientis eiusdem significantiæ cum Bellulus. Plautus. Cur ergo non imus cubitum bella bellatula.

Bellus, a, um, diminutiuum formatum à Bellus, Idem quod pulchellus. Plaut. in Mil. Aedepol equidem bellula es. A quo aduerb. bellulè. Plaut. Nam nurus bellulè se habet.

Belliatus, a, um, adiect. Idẽ quod bellulus. Plaut. in Rud. Hem tibi aquam mea tu belliata. Sunt tamen qui hoc in loco bellatula legere malint quàm belliata.

Bellè, aduerb. Idẽ quod pulchrè. καλῶς. Plautus Trucul. Qui istas buccas tam bellè purpuriss atas habent. Dolabella Ciceroni, Terentia minus bellè habuit: sed certum scio iam conualuisse eam. Cicero Terentiæ, Bellissimè uel mecum, uel in nostris prædiis esse poteris.

Bellitudo, inis, Ornatus, pulchritudo. Festus. κάλος.

Bonitas, f. t. Capitur pro uirtute, & honestate, atq; iustitia, ἀγαθότης. Cic. 2. Offic. Quum enim fidem aliqui, bonitatemq; laudant, dignum esse dicũt, qui quũ in tenebris mices. Huic contraria est malitia. Frequentius tamen bonitas p benignitate, & quadam ingenij simplicitate ponitur. Plin. Bonitas & simplicitas uxoris. Malitia econtrario pro uersutia: unde malitiosum, callidũ ac uersutum dicimus. Cic. Virtutis contraria est Vitiositas, sic enim malo, quàm malitiã appellare, quã Græci κακίαν appellant. nam Malitia certi cuiusdam uitii nomen est, Vitiositas omniũ. Est & alia bonitas, non ex industria, sed ex natura proueniẽs. Idem. 2. Offic. Quæ & bonitate ingenij multi assequuntur, id est excellentia & dote ingenij. Huic similiter contraria Malitia est. Plin. Quod modò cæli, modò terræ malicia facit.

Bene, ῦ, aduerbium, à bonus formatũ. Terentius in And. O factum bene. Aliquando *ponitur* pro commodè: ut, Bene habito. Cicero 2. Offic. Domus bene & ratione ædificata, Interdum feliciter, siue prosperè. Cicero tertio de Diuin. Quæ autem deorum inconstantia est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? Nonnunquam pro ualde. Idem de Lege agraria contra Rullum, Adolescens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Idem tertio de Orat. Habetis sermonem bene longum. Bene cogitare, εὖ φρονεῖν, uel malè cogitare, κακὰ φρονεῖν, referuntur ad alterum, significãtq; beneficiũ, aut perniciẽ. Plin. Hoc tuo studio bene de te cogitantẽ & liberaliorẽ reddes. Cic. de Senectute, Carthaginem diu malè cogitantem non prius timere desinam, quàm excisam cognouero. Bene de te mereor, εὖ ποιῶ σε, id est bona in te confero, aut bene tracto. Bene uertere, καλὸς φέρεσθαι. Est in utilitatem uertere: sicut Maleuertere, est in perniciem. Bene uolo tibi, amo. εὐνοϊκῶς ἔχω, εὐνοῶ. Hinc beneuolus, εὐνοϊκὸς, & Beneuolentia, quæ est inclinatio animi cum desyderio bene faciendi.

Benedico, a t. εὐλογέω, εὐφημῶ, Bene loquor, duæ sunt separatæ dictiones: & constituitur cum datiuo. Cic. pro Sest. Cui bene dixit unquã bono? bene dixit? imò quem, &c. Nonnunquam una est dictio, quæ in sacra Scripturta accipitur pro laudo, quod non temerè inuenias apud ueteres, teste Valla libro primo, cap. 12.

Benedicta, εὐφημα, Bona uerba, placida, & beneuolentia plena: quibus opponuntur Maledicta. Terent. in Phorm. Bene dictis si certasset, audisset bene. Bene dicta etiam diuisis dictionibus dicimus, pro ijs quæ commodè, prudenter, & appositè dicta sunt. Cic. de Nat. deor. lib. 2. Bene dicta, malè interpretari. Idem de Clar. Orat. Philosophia mater omnium bene dictorum, beneq; factorum.

Benedicus, ca, cum, κακολόγος, qui benedicit & laudat, à quo aduerbium.

Benedicè, pen. cor. aduerb. εὐφήμως. Plautus Asin. Aliam, atq; olim, quom illiciebas blandè ad te & benedicè.

Benefacio, a, t. Rectè & quod me decet, facio. καλῶς πράττω. Terentius in Eunucho, Benefacis: meritò te amo. Vbi Donatus, Benefacis, non iudicantis, sed gratias agentis est. Benefacio cum datiuo, est beneficium in aliquem confero, de aliquo bene mereor. Cicero 2. de Inuent. Ab ijs quibus bene fecerimus, malè tractari.

Benefactum, n, f. substant. beneficiũ. εὐεργέτημα. Liuius quinto bel. Punici, Respondit, non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quàm paucis his annis maleficia eorum, &c. Cic. 2. Offic. Benefacta malè collocata, malefacta arbitror. Bene facta iam diuisis dictionibus dicuntur, quæ rectè atq; ordine gesta sunt. Idem 4. Tusc. Omnia enim bene facta in luce se colligari uolunt. Idem de Senect. Multorũ bene factorum recordatio iucundissima est.

Beneficus, m. f. Liberalis, qui beneficium præstat. εὐεργέτης. Cicero 1. de Nat. deor. Vt enim omittam uim & naturam deorum, ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos, & benignos fuisse. Comparatiuum habet Beneficentius, & superlatiuum beneficentissimus. Legitur tamen & Beneficissimus apud antiquos: ut apud M. Cat. De Ptolemæo rege optimo & beneficissimo.

Beneficiarius, m. f. Qui beneficium accepit. ἐν παθὼν. Vnde à ueteribus beneficiarij dicti sunt illi, quos Imperator suo beneficio p mouisset in militia. Cæsar libro primo belli Hispanici. Petreius uerò non deserit se, armat familiam: cũ hac & Prætoria cohorte certamen init, barbarisq; equitibus paucis, beneficiarijs suis.

Beneficium, n. f. Meritum. εὐεργέτημα. Terent. in Eunuch. Vt solidum parerem hoc mihi beneficium Chærea. Ibidem, Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Beneficentia, æ, f. p, Benignitas, Beneficiorum collatio. εὐεργεσία. Cic. 1 de Nat deor. Quid est melius aut præstantius bonitate aut beneficentia?

Beneuolẽs, Idem est quod beneuolus. Plaut. in Capt. Ecquem alium beneuolentem uideris. Idem in Mercatore, Non sum molesta, sed beneuolens.

Beneuolus, a, um, adiect. Bene cupiens alicui. εὐμενής. Terent. in Hecyra, Facilem, beneuolũq; Lingua tua iam tibi me reddidit. Cic. 2. in Verr. Beneuolo animo me, ut magnopere cauerem, præmonebat.

Beneuolè, aduerb. pen. cor. benignè, amicè. εὐμενῶς. Cic. de Amicitia, Et hæc accipienda amicè, quum beneuolè fiunt.

Beneuolentior, oris, cõparat. à Beneuolus, siue ab antiquo Beneuolens: quo Plautus identidẽ utitur, ut paulò antè ostẽdi

mus

mus ſuo loco. Cic. lib. 2. Epiſt. Beneuolentior tibi quàm fueram, nihilo ſum factus. Idem alibi, Nam beneuolentior quã ſemper fui, eſſe non poſſum.

Beneuolentia, æ, f. p. Studium, fauor, amor. εὐμένεια. Cic. 1. Offic. Beneuolentia beneficijs capitur maximè. Idem 3. de Orat. Hæc omnia beneuolentiam maximè conciliant.

Benignus, Liberalis, munificus. à bene gignendo, ut quibuſdam uidetur, εὐεργετικὸς, εὐνοϊκὸς & ἐκτενής. Vnde Benignam terram dicimus, fructus abundè reddentem. Plinius de Aegypto, Nulla eſt benignior tellus, nullus ager feracior. Cic. 2. de Nat. deorum, Ne homines quidem, nili imbecilli eſſent, futuros benignos, & beneficos fuiſſe. Plaut. Rud. Quando ergo tibi benignus fuit.

Benignè, aduerbium, Liberaliter, amicè, beneuolè, εὐνοϊκῶς, εὐμενῶς. Cic. 1. Offic. Nam ut opera benignè fit indigentib. aut pecunia. Idem pro Flacco, Iſta ciuitas neq; ſeuerè Flaccũ oppugnauit, neq; benignè defendit. Idem in Verrem act. 4. Frumentum (inquit) me abs te emere oportet. Optimè. Modium donario. Benignè, ac liberaliter.

Beniguiter, Idem quod benignè: apud Titiniũ in Geminis, ut citat Nonius, Nimium te patrocinari cenſeo beniguiter.

Benignitas, atis, Liberalitas, munificẽtia. εὐεργεσία, εὐνοϊκότης Terent. in Eunuch. nũcubi meam Benignitatem ſenſiſti in te claudier? Vbi Donatus, Benignitas eſt in quãtitate rerum, aut in facilitate præſtantis. Nam plerũq; ingrata dona ſunt, in quibus facilitas non apparet. Cic 1. Offic. Ne maior benignitas ſit quàm facultas.

Boos, Vide Boa.

Borago, herba quæ alio nomine Bugloſſum. Vide in dictione Bugloſſum.

Borcas, reæ, βορέας. Ventus frigidus & ſiccus, ſpirans inter Septentrionem, & exortum ſolſtitialẽ, teſte Plin. lib. 2. cap. 47. à quo Hiperborei montes nomen traxerunt. De hoc in dictione Aquilo. Dictus Boreas, ἀπὸ τοῦ βοᾶν, καὶ ῥεῖν, quoniam ut uiolẽti flatus eſt, ita etiam ſonori. Verg. 1. Georgic. aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Fuit item hoc nomine Thrax quidam Strygmonis filius, raptor Orithyiæ, Erichthonij Athenarum regis filiæ: unde poẽtis fabulandi occaſio ſubminiſtrata eſt, Orithyiam à Borea uento fuiſſe raptã, eiq; Zethen & Calain peperiſſe.

Boreus, a, um, penult. prod. βόρειος. Idem eſt quod Septẽtrionalis: ut axis Boreus, qui & Polus arcticus dicitur. Ouid. 4. Triſt. Vita procul patria peragenda ſub axe Boreo eſt.

Boreæ, Gemmæ ſunt ex Iaſpidum generibus, cæloa utumnali matutino ſimiles: unde & Aerizuſæ appellantur. Vide Plinium libro 37. cap. 8.

Boriæ, uide Boreæ.

Borith, herba fullonum, quæ iuxta ritum prouinciæ Paleſtinæ in uirentibus & humectis locis naſcitur, & ad lauandas ſordes eandem uim habet quam nitrum.

Borſycites, Plinio libro 37. cap. 11. Gemma eſt, in nigro ramoſa, candidis aut ſanguineis frondibus.

Boryptes, Gemma nigra, ſanguineis & albis nodis, Plinius libro 37. cap. 10.

Bos, bouis, βοῦς, generis communis, datiuum & ablatiuum pluralem Bobus per ſyncopẽ facit, & more ueterum Bubus. Col. lib. 2. Nihil dubium quin equis medius quã bubus res conficiatur. Cic. de Nat. deor. Quid de bubus loquar? Idem de Senectute, Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe Milo dicitur, quum humeris ſuſtineret bouem uiuum. Hinc fiunt adiectiua, Bouinus, a, um, cuius diminutiuum eſt Bouillus, Bubulus, Bucerus, a, um, & Boarius, a, um: unde Forum Boarium, ubi uendebantur boues. Dictus Bos, ἀπὸ τοῦ βόσκω, quod eſt paſco, q homines paſcat laboribus ſuis. Iuuenci autem in bubulo genere dicuntur iuniores, qui iam uituli eſſe deſiderũt, ſecũdo ſcilicet ætatis anno: ita dicti à iuuentute, teſte Var. lib. 2. de Re ruſt. cap. 5. ubi quatuor ponit ætates in genere bubulo: ut prima ſit uitulorum, ſecunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta uetulorum.

Boalia, βοφονία, apud antiquos Atticos, quæ & Bupetiæ, ſiue Bupetij dicuntur. Ludi boum gratia inſtitui. In eo enim feſto ſolennis boum & taurorum uenatio fieri ſolebat, quemadmodum nunc quoq; Venetijs & ferè per totam Italiã fieri ſolet eo die qui quadrageſimæ proximus eſt.

Boarius, a. um, adiectiuũ, Quod ad bouem pertinet: ut Boariũ forum Romæ dicebatur [illegible]s in quo uendebantur boues. βουῶν ὄχυρα. Huius [illegible] Plin. lib. 28. cap. 2. & lib. 34. c. 2.

Boo, as, n. p. Mugio, clamo, à βοάω, uel boum mugitibus μυκᾶσθαι. Plaut. in Amphit. Tela frangunt, boat cælũ fremitu uirũm. Et Boo, bois, boere, eiuſdẽ ſignificationis, uerbũ antiquum. Varro Parmenone, ut citat Nonius, Exeunt citi, ſtrepunt, bount. Pacuuius Medea apud eundem, Clamore & ſonitu reſonantes bount. Bouare dicuntur boues, quũ uocem emittunt, teſte Varrone lib. 6. de lingua Latina: uerùm Boare magis eſt in uſu. Hinc Reboo, as, &c.

Boſtar, Locus ubi boues ſtare conſueuerunt. βόσταθμον.

Bouatim. Ad ſimilitudinem bouis. Nigidius Figulus apud Nonium, Sunt etiam aſſimilanter dicta hæc, Canatim, Suatim, Bouatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

Bouilia, n. ſ. Dicũtur loca, in quibus boues morãtur: βουσταθμία: ſicut Ouilia in quib. oues. Columella lib. 2. Domitis armentis duplicia bouilia ſunt: hyberna, atq; æſtiua. Eadem etiam Bubilia dicuntur. Plautus Perſa, enim metuo, ne poſſim in bubile reijcere, ne uagentur. Cato capite quarto, Bubilia bona, beneq; ædificata, &c.

Bouillus, a, um, Idem eſt quod Bouinus, licet ſit diminutiuũ. Plinius, Bouillæ carnis iure facilè curatur. In eadem ſignificatione dicimus & Bubulus.

Bouinor, aris, d. p. pen. prod. Conuitior, & quaſi in aliquẽ mugio. λοιδοροῦμαι. Vnde Bouinatores dicti ſunt. λοίδοροι, quos deriſores dicimus: & Bouinatio, λοιδορία, conuitium. Hæ tamen dictiones ab Aulo Gellio lib. 11. cap. 7. numerantur inter obſoletas, & deſitas: easq; (iuxta ſententiam Cæſaris) non minus quàm ſcopulum præcipit eſſe fugiendas.

Bubſequa, com. p. pen. cor. Bubulcus qui boues ſequitur. βουκόλος. Sidonius ad Eutropium, Si relinquare inter ſubſequas ruſticanos ſubulcoſq; runcantes, tunc eſt tibi ſumma uotorum beatitudo.

Bubulcus, m. ſ. Qui bobus arat, ſiue qui boues fundi aratorios paſcit, βουκόλος. Cic. 1. de Nat. deor. Hoc uerò eum ſomnio commotum, manè bubulco præſtò ad portam fuiſſe: quæſiſſe ex eo quid eſſet in plauſtro.

Bubulcinor, aris. d. p pen. corr. Bubulci officiũ facio. βουκολῶ. Plautus in ſtel. Decet me amare, & te bubulcinarier.

Bubulus, a, um, pen. cor. adiectiuum à boue formatum, Idem ſignificans quod Bouinus. Plinius, Stomachum exulceratum lactis aſinini ac bubuli potus reficit. Columella lib. 7. Defricari bubula urina conuenit. Pro eodem dicimus & Bouillus.

Buceria, æ, Boum armentarij, ſiue bubuli generis grex. Luc. libro 2. Lanigerq; pecudes, & equorum duellica proles Buceriæq; greges.

Bucerus, pen. cor. βούκερος, Bubuli generis epitheton, idẽ ſignificans quod Bubula habens cornua, ἀπὸ τοῦ βοὸς, καὶ τοῦ κέρως. Ouidius in Metamorph. armenta q; bucera pauit.

Bucolica, orum, βουκολικὰ, Paſtorale carmen, ita dictũ ἀπὸ τῶν βουκόλων, hoc eſt à bubulcis: quod paſtorum genus apud ruſticos maximè habetur in pretio.

Bucolicon, βουκολικὸν, Genus eſt Panacis, quod ex Macedonia affertur: ita dictum, quòd armentarij ſuccum eius ſponte profluentem excipiunt. Vide Plin. lib. 25. cap. 4.

Bucula, f. p. per ſimplex c, diminutiuum eſt à boue, uaccam iuuenem, & adhuc teneram ſignificãs. Plinius, Eidem morbo buculæ iecur contritum prodeſt. Vergilius lib. 1. Georg. aut bucula cælum Suſpiciens patulis captauit naribus auras. Item Buculus maſculinũ, Paruus bos. Columella lib. 6. cap. 2. Quum deinde buculos comprehenderis, perducito ad ſtabulum, & ad ſtipites religato.

Boſchis, idis, Volucris eſt (teſte Col. lib. 8. cap. 17.) quæ clauſa paſcitur, quemadmodum anates, & coturnices.

Boſmorus, Teſte Strabone lib. 15. frumenti religioſi genus eſt, tritico minus, apud Indos inter amnes prouenies, quod excuſſum protinus torretur: iuramento q; adiguntur meſſores, nõ aſportaturos prius quã coſerint, ne ſemen in alias terras transferri poſſit. Apud Diodorum Boſphoron uocatum legimus, corruptis (ut uidetur) exemplaribus.

Bõſtrychites, βοστρυχίτης, Gemma crinibus mulierũ ſimilis. Plinius libro 37. cap. 10.

Boſtrychus, βόστρυχος, Dicitur capillus plexus, & cæſaries in modum muliebris comæ ornata. Firmicus lib. 3. Venus criſpos crinium facit, & boſtrychis comatos, id eſt capillis muliebribus cæſariatos.

Botanomantia, βοτανομαντία, Magiæ ſpecies, quæ fit per herbas, qua Circẽ & Medeam excelluiſſe poẽtæ prodiderunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bothryon oculi ulcus arctum & purum quasi foſſulam du xerit. Auicenna anulum uocat: eſt in cornea oculi.

Botrus, tri, V. o, racemus. à Græco βότρυος, quod παρὰ τὸ βῶ, τὸ πατῶ, Moſchopulas deduci arbitratur.

Botryo, onis, βοτρύων, Botrus, uel uua, præſertim condititia. Martialis lib. 11. Nec toto dignam ſe botryone putat.

Botrytis, Cadmiæ ſpecies, quæ teſtudinariarum fabricarum uuæ modo adhæret: unde & nomen habet. Vide Galenum lib. 9. Simpl.

Botrypes, (quod hîc pro nomine gemmæ corruptè legebatur) uide Botryptes.

Botrys, βότρυς, Dioſc. Herbæ genus, quod alio nomine Ambroſia, & à quibuſdam Artemiſia uocatur: ita dictum, quod circa imum caulem ſemen habeat in ramulis, uuarum modo dependens, odore uinoſo. βότρυω enim Græci racemum uocant. uide Plinium lib. 26. cap. 4.

Bŏtўtillŭs. m. ſ. paruus botrus.

Botrytes, βοτρύτης, Gemma, quæ incipienti uuæ ſimilis eſt, alia nigra: alia pampinea. Vide Plinium libro trigeſimo ſepti mo capite 10.

Botulus, ſiue Botellus, Farciminis genus, ex carne ſuilla: à bolis, id eſt, fruſtulis carnis, ut quidam putant, appellatus. Mart. lib. 5. Et pultem niueam premens botellus. Idem li. 14. Qui uenit botulus medio tibi tempore brumæ, Saturni ſeptem uenerat ante dies.

Bouinalis, paronychia, frutex apud Dioſc. lib. 4. cap. 57.

Box, ocis βῶξ, Genus piſcis marini, à boando, ut putatur, dictum: cuius meminit Plinius libro trigeſimo ſecundo, capit. ultimo. Vide ſuprà Bocas, & Boces.

B R.

B. R. In notis antiquorum, bonorum. BR. SI. bonorum ſerui BR. bonorum rector. BRITANNIC. Britannicus. B R. P. N. bono rei publicæ nato. B R T. Britannicus. B S. bene ſatis fecit, uel bona ſua. B T. bonorum tutor.

Brabeutæ, βραβευταὶ, à Græcis dicuntur iudices ſpectaculorum, qui uictoribus in certamine exhibent præmium & coronas: qui uerò præfectus eſt certaminis, ἀγωνοθέτης dicitur. Græci (uthore Philoſtrato) ludis Olympicis decem iudices præficere ſolebant. Suetonius de Ner. Nec aliter certamina gymnica Græcia tota ſpectauerat, quàm Brabeutarum more in ſtadio humi aſsidens. Suidas, βραβευτὴς, διοικητὴς, κριτὴς, ἐριτὴς, καὶ βραβεῖον ἐπινίκιος ἀμοιβὴ. Sunt & Brabeutæ, funebrium pomparum curatores, quos etiam Latinè Deſignatores uocamus: qui ſcilicet cuique incedendi ordinem præſcribunt. Vide annotationes Budæi.

Brabium, penultima producta & per literam b, in ſecunda ſyllaba, βραβεῖον, Dicitur uictoria, uel certaminis præmium.

Brabyla, pruna apud Theoc. id eſt dameſcena.

Brăchæ, f. p. περισκέλη, ἀναξυρίδες, A quibuſdam accipiuntur ueſtes fluxæ, intonſæque, ac uarii coloris, quibus utebantur frigidioris plagæ gentes, ut inquit Diodorus lib. 6. & à quibus Bracchata Gallia uocata eſt Narbonenſis prouincia, quòd ueſtes ferret intonſas, & uarii coloris. Brachis uſos fuiſſe Scythas docet Ouidius, ſcribens, Pellibus & laxis arcent mala frigora brachis. Vide Alexandrum ab Alexandro lib. 5. cap. 18. & Gellium libro 10. ca. 21. Pomponius Mela, Bracchati ſunt, inquit, totum corpus Sarmatæ, & niſi quâ uident etiam ora ueſtiti. Suet. in Cæſ. Idem in curia Galli brachas depoſuerunt, latum clauum ſumpſerunt. Corn. Tacit. lib. 8. ſic ait, Ornatum Cecinnæ municipia, & coloniæ in ſuperbiam trahebant, quòd uerſicolori ſagulo brachas barbarum tegmen indutus, togatos alloqueretur. Alii ſcribunt gemino c, ſine aſpiratione.

Bracharii, bracharum ueſtium confectores. Lampridius, Ob quod Alexander Imperator ueſtigal inſtituit brachariorum linteonum, & pellionum.

Brachatus, bracha indutus. Cicero pro Font. Si exiſtimatis eos hic ſagatos, brachatosque uerſari animo demiſſo, atque humili, ut ſolent ii, qui affecti iniuriis ad opem iudicum ſupplices inferioresque confugiunt. Brachatam Galliam, Plinii teſtimonio, conſtat dictam eſſe Galliam Narbonenſem, Romanorum prouinciam, à brachis genere ueſtis, quo eius regionis homines præcipuè utebatur. Hæc alpibus ab Italia diſcernitur, & Varo amne. Reliqua autem Gallia à ſtudio nutriendæ comæ Comata dicta eſt.

Brachium, n. ſ. βραχίων, ονος, Aliquando totum membrum cum manu comprehendit. Vergilius libro 5. Et uinctis attollit brachia palmis. Aliquando ab humero ad cubitum, id eſt, pars ſuperior, quę Armus dicitur. Nam armos, humeros cum brachiis, ſed non econtrario dicimus: à cubito uerò uſque ad uertebra manus, Lacertus nuncupatur. Ouid. libro 1. Metamorph. laudat digitosque manusque Brachiaque & nudos media plus parte lacertos. Transfertur interdum ad maris & montium ſinuoſos flexus. Ouidius 1. Metamorphoſ. nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Brachiolum, li, diminut. Catull. Mitte brachiolum teres, Prętextate, puellulæ.

Brachiale, n. t, σαρπὸν, Theodoro dicitur nodus, quo manus cum brachio iungitur coarctaturque. Vel ſic, Brachialia, περιβραχιόνια, brachiorum ornamenta, & tegumenta, ſicut Ventralia uentris, Frontalia frontis, Tibialia tibiarum. Plin. lib. 8. Lanis & Salpe canum rabioſorũ morſus, & tertias quater nasq; febres arcent leniri, menſtruo in lana arietis nigri, & argenteo brachiali illuſo.

Brachiatus, a, um, quod eſt ad brachiorum modũ factum, & ad uites præcipuè pertinet. Colum. lib. 6. Alij capitatas uineas, alij brachiatas magis probant, quibus cordi eſt in brachia uitem componere.

Brachiconiſter, eris, βραχιονιστὴρ, dici poteſt armilla.

Brăchycătalēctō, βραχυκατάληκτος, breuis terminatio uerſus, cui deſunt in fine ſyllabæ. Nam in eo, ut perfectus ſit, deeſt integer pes. Vnde & metrum Brachycatalecticum dicimus.

Brăchilŏgia, f. p. βραχυλογία, breuiloquium, Laconiſmus. Vide Quint. lib. 9. cap. 3.

Bractea, f. p. & lamina (ut ſcribit Valla lib. 4. cap. 57.) ſic differunt, quòd Lamina craſſior eſt, ex qua armatura conficitur & qua incenſa olim homines torquebantur. Poteſt autem eſſe ferrea, ærea, & argentea, electrea, orichalcea, plumbea, aurea, lignea, coronea, ſiue ex alia materia. Bractea tenuis magis eſt, & ſua ſponte plicabilis, quæ crepitat. Vergilius lib. 6. Sic leni crepitabat bractea uento. Bracteis inaurari ſimulachra ſolebant, ſed unguibus plerumq; auferebantur. Martialis, An magis aſtuti deraſa eſt ungue miniſtri Bractea. Et ſeruus qui bracteam deraſerat (apud Sueton.) damnatus eſt. Dicta bractea ἀπὸ τῦ βράχεσθαι, hoc eſt, à reſonando.

Bracteola, diminut. foliolum auri, alterius ue metalli. Iuu. Qui bracteolam de Caſtore ducat.

Bracteator, m, t. Idem quod bractearius. Firm. Quicunq; habuerit horoſcopum in 17. parte Scorpij, erit aurifex, inaurator, & bracteator.

Bractearius, qui bracteas facit, cuius ars, bractearia, & bracteatũ quod bracteis tegitur. Bud. in Pand.

Branchiæ, arum, f p βραγχιὰ, dicuntur in piſcibus, ſecundũ ceruicem follium more hiantes partes, quibus anhelitũ reddere, ac per nices recipere exiſtimantur. Plin. lib. 9. cap. 18. Brãchiæ non ſunt balænis, nec delphinis. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorſo.

Branchus, βράγχος, raucedo, & aſperæ arteriæ paſſio, quũ humor ad guttur deſcendit, ita ut mandente interiore pellicula uox rauceſcat. Vnde & Arteriacũ hoc uitium appellant, quòd aſperã arteriam peculiariter infeſtet. Contingit etiã interdum citra humoris defluxũ, nimia uociferatione, uel frigidi aëris inſpiratione, ut & Acgineta aſſerit, & experientia ipſa confirmat.

Braſſica, f. p. pen. cor. κράμβη, herba eſt uulgò caulis nomine nota, ita dicta, quaſi Præſeca, teſte Varrone, quia ex eius ſcapo quem maximum habet, folia minutatim præſecantur. Cato de Re ruſt. cap. 156. & 157. Braſſicarum tria facit genera, Vnum extenſis folijs, caule magno: alterum criſpo folio, quã Appianam uocant & Selinada: tertium minutis caulibus. Huic herbæ tantùm traditur eſſe cum uite diſſidii, ut uitis, ſi prope ſe ſata ſit braſſica, in diuerſam refugiat partem. Cicero de Natur. deor. Iam uerò uites ſic clauiculis adminicula, tanquam manibus apprehendunt, atque ita ſe eriguntur ut animantes, quinetiã à caulibus, braſſicisq;, ſi propè ſata ſint ut à peſtiferis, & nocentibus refugere dicuntur, nec eas ulla parte contingere.

Braſſica ruſtica, apocynon apud Dioſcoridem libro quarto cap. 84.

Braſſica ſylueſtris, maritimis præruptis locis gignitur, ſatiuæ ſimilis, ſed candidior hiſpidiorq; & amara.

Braſſica marina à ſatiua præcipuè abhorret, quòd folia ferat

i rotun-

rotundæ aristolochię prælonga, tennia, singula à ramis rubentibus exeunt singulari ut hederæ stylo, habet lacteum succum, salso gustu, & aliquantùm amaro, pingui compage.

Brauium, uide brabium.

Bregma, βρέγμα, à medicis propriè appellatur pars anterior capitis supra frontẽ capillis tecta, quę & Synciput à Latinis dicitur, quamquã etiam frequenter apud Græcos pro toto capite positum inuenitur.

Brenthiæ, radices quædam quibus mulieres nonnullæ genas rubificant, quas nonnulli fucum aut anchusam interpretantur.

Brephotrophia, f. p. βρεφοτροφεῖα, Latinè paruulorum hospitalitia, quibus infantes exposititii aluntur, βρέφος enim infans nominatur, τροφὴ educatio. De quibus in Decret. 23. q. 8.

Brẽuis, & hoc breue, om. t. dicitur quod opponitur longo, βραχὺ. Cic. pro Archia, Quid est, quod in hoc tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui, nostris nos laboribus exerceamus? Horat. 4. Carm. Sed Cynaræ breues Annos fata dederunt.

Breui, aduerbium. quod significat paucis uerbis, siue breuiter, uel breui tempore. Cicero Curioni, Breui tamen sic habeto, in eum statum temporum tuum reditum incidere. Potest esse & ablatiuus, ut subintelligatur tempore. Cicero in Verr. Breui postea mortuus est. Idem in Terentiam suam scribens cum tempore coniunxit. Etiam illud uerendum est, ne breui tempore fames in urbe sit. Et ad Octauium posuit cum præpositione In, O miseram, & in breui tam celerem, & tam uanam Reipublicæ commutationem. Aliter Gellius lib. 13. cap. 17. Fuit autem, inquit, Aeschylus non breui antiquior Euripede, hoc est, non multo tempore ante Euripedem.

Breuio, as, are, βραχύω. Quintilianus lib. 1. cap. 19. Qua & breuiare quædam, & exornare, saluo modò Poętę sensu, permittitur,

Breuia, um, βραχία, Thuc. Vadosa loca sunt in mari, nauibus insidiosa. Ver. 1. Aen. In breuia & Syrtes urget.

Breuiarium, n. s. Compendium, summarium, opus concisum, ἐπιτομή. Plin. lib. 18. Verum ut pariter omnis culturæ breuiarium peragatur. Suet. in Aug. Fecit & breuiariũ totius imperij, quantum militũ sub signis ubiq; esset, quantũ pecunię in ærario, & fiscis, & uectigaliorum residuis.

Breuiloquens, tis, Cic. ad Att. lib. 7. Breuiloquentẽ iam me tempus ipsum facit.

Breuiloquentia, siue breuiloquium, βραχυλογία Cicero de Republica, ex Gellio lib. 12. cap. 1. Breuiloquentiam in dicendo colat.

Breuiloquus, qui aliquid paucis scribit, aut dicit, βραχυλόγος.

Breuitas, atis, f. t. ut Breuitas arboris, breuitas diei, βραχύτης. Cicero Offic. lib. 2. Breuitatis causa uno exemplo contenti erimus. Est etiam angustia, contractio. Cic. 3. Verr. Multa autem propter rationem breuitatis ac temporis præmittenda existiment. Est & partitionis pars, ut breuitas est quum nisi necessarium nullum assumitur uerbum. Cicero de Inuent. 2. Breuitas cõficitur simplicibus uerbis, semel unaquaque re dicenda, nulli rei, nisi ut dilucidè dicas. seruiendo. Cicero in part. Breuitas duplex est. Prima, quum nullum uerbum redundat. Secunda quum tantum uerbum est, quantũ necesse est. Cic. de Orat.

Breuis, item & breue, m. & n. gen. à quibusdam dicuntur in eo significato, quo uulgus usurpat breue Apostolicũ, ἐπιτομή. Lampridius, Milites suos sic ubiq; scivit, ut in cubiculo haberet breues, & numerum & tempora militantium. Fl. Vopiscus, in Aurel. Breue nominum conscripsit. In Annorat. prior. Bud.

Brisa, æ, uinaceorum massa, ex qua uini uel aquæ affusione fit uinum secundariũ. Col. lib. 12. cap. 39. Postea uinaceos calcare, adiecto recentissimo musto, quod ex aliis uuis factũ fuerit, quas per triduũ insolaueris: tum permiscere, & subactam brisam prælo subiicere, passumq; secundariũ statim uasis oblinitis includere, ne fiat austerius.

Britannica, Plin. lib. 25. cap. 3 herba est foliis oblongis & nigris, radice item nigra, neruis & dentibus salutaris, & contra anginas, & serpentum morsus efficax remedium habens. Huius flores Vibones uocantur, quibus ante tonitrua degustatis, milites aduersus fulminum ictus prorsus securi reddebantur. Scribit Plinius loco iam citato, promotis à Germanico trans Rhenum castris, in maritimo tractu tantem fuisse inuentum aquæ dulcis, qua potu iactra biennium dentes decidissent, compagesq; in genibus soluerentur. Ei autẽ malo Britannicam herbam auxilio fuisse, à Frisiis Romano militi commonstratam.

Brocardia, materia dicitur, quæ est contrarium opinionũ rationibus inuoluta.

Brochus, adiectiuum est, idem significans quod Broncus. Vide suo loco.

Brochos, arbor est nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, ex qua Bdellium manat. Hanc aliqui Malabram, alij Maldacon appellant. Author Plinius libro 12. capite 9.

Bromos, βρῶμος, herba est folio & culminis tritico simili, in summo semen habens, simile locustis duplici crure diuaricatis, iumentorum potius quàm hominum nascens pabulo. Latini Auenam appellant. Vide Plinium lib. 22. cap. ult.

Bronchus, βρόγχος, corpus quoddam est cartilagineum, Galeno, secundum asperam arteriam, quod & βρογχίον appellatur, ita dictum παρὰ τὸ βρύχειν ἐν τῷ πίνειν, καὶ σιτεῖσθαι. Accipitur & pro gutture, unde βρογχοκήλην dixerunt pro gutturis tumore.

Bronci, ut Nonius scribit, dicuntur qui producto ore, & dẽtibus prominentibus sunt. Plin. lib. 11. cap. 37. Labra, à quibus Bronci Labeones dicti. Lucilius, in Satyr. Broncus nonit Lanius dente eminulo. Hic est Rhinoceros. Varro de Re rust. libro 1. non broncos, sed brochos canum uocat. Ex eo, inquit, enatis duobus dentibus, dextra & sinistra paulò eminulis superioribus, directis potius quàm brochis & cautis. Hinc brochitas. Plin. lib. 11. cap. 37. Senectus in equis & cæteris ueterinis, intelligitur denuum brochitate, superciliorum canitie.

Bronchocela, βρογχοκήλη, tumor magnus & rotundus in ceruice inter cutem & asperam arteriam, qua modò caro hebes, modò humor aliquis iucluditur: interdum etiam minutis ossibus pilis immisti. Creditur gigni hoc uitium assiduo potu aquæ quę ex niuibus resoluitur, unde iis præcipuè peculiare est, qui alpibus sunt uicini: Sabaudis scilicet & Pedemontanis. Qui hoc uitio laborant Gutturosi dicuntur.

Bronteum, pen. prod. βρονταῖον, machina erat sub schena, æneum habens uas, in quo decidentes calculi & in eo circumacti, tonitrui sonum imitabatur: quod genus Claudiana tonitrua Festus appellauit, à Claudio Pulchro inuentore.

Brontia, æ, βροντία, gemmæ nomen, quæ cum tonitruis cadere creditur, testudinis capiti similis. Vide Plinium lib. 37. cap. 10.

Bruchus, m. s. βροῦχος, genus uermis, è locustarũ genere, sine alis tamen, herbas, & arborũ frondes erodẽs: unde & nomen accepit, παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν.

Bruma, f. p. dicitur dies solstitii hyemalis. qui est ad 18. Calend. Ianuar. quo die fit in Capricorno hyemale solstitium χειμερινὴ τροπή. Cicero 2. de Diuinat, Nam & musculorum iecusela bruma dicuntur augeri, & pulegium aridum florescere brumali ipso die. Et ponitur quandoq; pro hyeme, aut rectè pro frigidissima illa hyemis parte, qua dies breuissimi sunt. Vergil. Georg. Frigida sub terra humidum quem bruma tegebat. Martialis lib. 1. At quum December canus, & bruma impotens. Aquilone rauco mugiet. Inde Brumalis, adiectiuum, ut brumale tempus, & brumalis dies, apud Ciceronem 2. de Diuin. Dicta bruma, quasi βραχύμερον, id est, breuis dies.

Brumalia, à Romanis dicebantur Bacchi sacra, quæ & Liberalia dicebantur: quæ bis quotannis celebrabantur, semel XI. Calend. Martii, atque iterum XVII. Calend. Septemb. Διονύσια. Plinius, Priora & posteriora uinalia appellat. Brumalia autem à Brumo dicebantur: quo nomine Romani Bacchum appellabant. Vide Cælium Rhod. lib. 28. cap. 15.

Brupeo, κατὰ πτωτήλομαι, ueteres dixere pro stupeo, à quo obrupeo, pro obstupeo.

Bruscum, n. s. Tuber est aceris arboris intortius crispum, nam quod simplicius sparsum est, Molluscum dicitur. Author Plin. lib. 19. cap. 19.

Bruta,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bruta, arbor est soli Oriēti cognita, cupresso fusæ similis, at bicantibus ramis, odore cedri, circa Pasitigrin nascens, in Zagro monte. Vide Plinium lib.12. cap.17. Sunt qui hanc arborem hodie in Europa passim nasci existiment, eandemq; esse cum secundo sacræ genere. Vide Ruell.lib.1.cap.79.

Brutiarij, dicebantur ij, qui coacti erant seruilia exhibere, pro eo quòd bello Punico secundo, & post cladē Cannensem ad Hannib.lem defecissent primi. Alexan. Genial.dier.lib.1. cap.27.

Brutus, a, um, adiect. ἀνόητος, dicitur stupidus, grauis, tardus hebes, insensatus, cui sapiens opponitur. Cyprianus ad Demetr. Nullus effectus effert lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto: quum nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. Horat.lib.Carm. Brutam tellurem dixit pro graui & tarda, quod terrę perpetuum est. Inde bruta animalia pro tardis, & irrationabilibus. Plin. lib.11. cap.37. Brura existimantur animalia, quibus cor durum riget, ubi bruta animalia accipit pro hebetioris, tardioris q; intellectus. Inde Iunij Bruti cognomen, qui se stolidum simulauit.

Brya, æ, f. pr. Pumilus quidam frutex in Achaia appellatur, quem Dioscorides μυρίκην, Romani Tamaricen appellant. Eius duo sunt genera, satiuum, fructum ferens gallæ similem: & syluestre, nihil ferens pręter muscosum florem. Vide Plin.lib.13.cap.21.

Bryon, βρύον, uillosum quiddam est, in quercu præcipuè, in cedro, & in populo nascens, quod Latini Muscum arborum appellauerunt. Vide Diosc.lib.1.cap.20. Est & Bryon herba quædam quam Plinius Lupum salictarium, officinę Lupulum appellant: cuius flore Gallię aliquot & Germaniæ populi ceruisiæ suæ saporem commendant. Vide Ruell.lib.2. cap.141.

Bryon marinum, βρύον θαλάσσιον, herba est marina, lactucæ foliis, rugosa, & uelut contracta sine caule, exeuntibus è radice foliis. Nascitur in scopulis maximè, testisq; terra comprehensis. Vide Plin.lib.27.cap.8.

Bryonia, βρυωνία, herba est, sarmenta, capreolos, & folia habens satiuæ uiti non dissimilia, omnia tamen hirsutiora. Alio nomine Vitis alba à nostris, & à Græcis ἄμπελος λευκὴ appellatur, à nonnullis etiam Psilothrum, quòd acinos ferat rubentes, quibus coriarij ad tergora depilanda utuntur. Vide Plin.lib.23.cap.1. & Dios.lib.4.cap.163.

Bryton, βρύτον, potionis genus ex hordeo, cuius meminerunt Sophoc. in Tript. & Aeschylus in Lycurgo. Aristoteles πῖνον uocat.

B V

Bu, βῦ, particulam solebant magnis & amplis rebus præponere, à magnitudine scilicet bouis. Hinc Bupędas, magnos pueros: bupodas, magnos pedes: bulimiam, magnam famem dixere.

Bua, f.p. puerorum infantium potio est, βρῦα Aristophani. Varro, Quum cibum ac potionem Pappas & Buas uocent, & matrem Mammam, & patrem Tatam. Lucilius lib.8. Quū uinulentas diceret, uini buas designauit.

Bubalus, pen. cor. βουβαλὶς, animal est simile boui, uel syluestris bos, colore niger, fortissimis cruribus, & breuibus respectu sui corporis: cornua habet longa, & inflexa nigraq; ue, paruipili, & paruæ caudæ, præterea est magnę uelocitatis. Plinij ætate bubali Romæ erant solo nomine noti: unde non mirum uideri debet, si cerui aut uituli figura esse dixerit. Primi autem bubali creduntur ex Africa esse aducti: nunc autem tanta eorum in Italia copia est, ut uix alio animali ad agriculturam utantur. Itali etiam hodie unica litera immutata Bufalum uocant.

Bubalinus, a, um, ut Thorax bubalinus. Vn colet de buffle. Bubalina stragula, à Iurecōsulto dicta sunt, quæ equis insterni solebant: ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus stragula ad equos. Bayfius.

Bubetia, uide Bupetii.

Bubile, uide Bos.

Bubino, as, act. pr. penultima producta, menstruoso mulierum sanguine inquino, cuius compositum est Imbubino. Lucilius apud Nonium, Hęc te imbubinat: at hic contrà te imbulbitat. Nam Imbulbitare, βοβιτίζειν, est pueri stercore fœdare. Tractum à fimo, quod βόλβιτον Græci uocant.

Bubo, onis, βύας, gen.masc. & fœm, secundum Priscianum, Auis feralis, debilis ad uolandum, in cauernis commorans, à bouis mugitu, quem imitari uidetur, ita appellata. Ouid.libro 8. Metam. Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Vergil.libro 4. Solaq; culminibus feralis carmine bubo. Bubones βουβῶνες, tumores quidam sunt præter naturam, in quacunq; corporis parte prouenientes, sed maximè circa inguina: unde & nomen acceperunt: Nam & inguina ipsa Græci βουβῶνας appellant.

Bubonium, βουβώνιον, Herba est, quæ alio nomine After Atticus dicitur à capitulis quibusdam quæ in cacumine habet stellæ in modum radiata. Latinis etiam Inguinalis appellatur eadem ratione qua à Græcis Bubonium, quòd scilicet prę sentaneum sit affectorum inguinum remedium. Vide Plinium lib.29.cap.5.

Būbōnocēle, βουβωνοκήλη, teste Manardo, hernię species est quum intestinum aut omentum non intra scrotum descendit, sed in inguine retentum, ipsum tumefacit. Latini Inguinis ramicem appellant.

Bucardia, βουκαρδία, Lapillus bubulo cordi similis, in Babylone tantùm nascens. Plinius lib.37.cap.10.

Bucca, cæ, f.p. Oris concauitas intra malas à mento ad oculos, quæ spiritu à pulmone reuocato & oppressis labiis retēto inflatur, λόφος γνάθος. Horatius libro 1 Serm. Quid causæ meritò quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Plautus in Truc. pro maxillis exterioribus posuit, Quæ istas buccas tam bellè purpurissatas habes: id est, ipsas malas. Et sonus ille qui ex inflatione buccarum erumpit, fictitio nomine Scolppus dicitur. Persius, Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas. Buccas inflare est, τοὺς γναθους φυσιᾶν, & apud Luc. κατοφρῦσαι, Quicquid in buccā uenerit scribere aut loqui dicimus: pro eo quod est, Quic quid in mentem uenerit, ex tempore, & inpræmeditatè, προχείρως. Cicero ad Aeticum. Si rem nullam habebis, quod in buccam uenerit scribito. Item Bucca, tuba dicitur. Iuuenalis Satyr. sexta, Et Phrygia uestitur bucca tiara. Hinc Buccina.

Būccōnēs, m.t. qui tumidioribus sunt buccis & prō stultis accipiuntur Plaut. Bacch. Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones, solus ego omnes anteeo stultitia. Hi à Physionomis habentur leues & futiles.

Būccūlēntus, a, um, om. f qui magnam habet buccam. Plautus in Merc. Ego dicam tibi canum, uarum, uentrosum, buculentum.

Buccula, per duplex cc, diminutiuum à Bucca, oris parte: id est pusilla bucca. Apuleius lib.6. de Asino, Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manuq; ad os suum relata comba siauit. Quandoq; ponitur pro parte cassidis, per quam mittitur spiritus, ita dicta, quòd buccam tegat: unde & buccarum tegmen à Cæsare appellatur. Cassis enim caput, buccula autem barbatas partes armat. Aut certè pro summo galeæ cono, in quo defiguntur cristæ, quòd buccæ paruæ habeat similitudinem. Iuuenalis, Lorica, & fracta de casside buccula

Buccella, diminutiuum à bucca, ψάμιον. (pendens.

Buccea, cæ, f.p. A bucca fit pro ore, & significat frustulum alicuius rei esui aptæ, quantum scilicet bucca commodè capit quod & Bolus dicitur, ἔνθεσις, ψωμὸς, βωμὸς, Augustus Cæsar ad Tiberium, Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbathis id ieiunium seruat, quàm ego hodie seruaui, qui in balneo demum post horam primam noctis, duas buccas manducaui priusquam ungi inciperem. Martialis.li.7. Buccas dixit pro Bucceas, uel Bucellas: Buccis (inquit) placentæ sordidas linis mappas.

Buccellarii, Gellogręci uocabantur: & bucellanorum regio Gallogræcia: ut est apud Suid. citante Alciato. Sunt & bucellarii equites cataphracti per Orientem qui suberant magistro militum, ut legitur in Breuiar. Scoti ad Theod. Imp. Alberico latrones sunt, qui ponunt in ora captiuorū lignū, ut non clament.

Buccellatum, n. f. panis castrensis, & frumentacei genus. ἐμψωμισμένον, de quo Spartianus scripsit, Pescenio, Imperatorem prohibuisse pistores exercitum sequi, ac iussisse milites omnes buccellato in locis pacatis accepto esse contentos. Ammianus uerò sic scribit, Viginti dierum frumentum, ex eo quod erat in sedibus consumendum ad usus diuturnitatem excoctum, bucellatum, ut uulgò appellant, humeris imposuit libentium militum. Vbi bucellatum accipere uidetur pro pane nautico, quem uulgus bis coctum appellat. Dictum est ex eo, quòd in bucellas, & quasi tessellata frusta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

confectum fit. In Codicis uolumine legimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum, carnem ueruecinam accipere debere.

Buccellatum, dicimus à bucca. quod est frustulũ panis quantum cõmodè bucca capere potest. Augustus apud Tranq. Post horam primã noctis duas buccas manducauit. Inde fit buccella. Mart. Alc. in l. 1. C. de erogat. mil. lib. 12.

Buccina, æ, f p pen. cor. propriè est cornu recuruum, quod tubæ modo inflatur: ita dictum à bucca: quæ tubam significat, σάλπιγξ, βυκανιστήριον. Hieron. ad Dar. Bucca uocatur tuba apud Hæbræos, deinde per diminutionem buccina dicitur. Varro Orphea uocari iussit: qui quum eò uenisset, cithara cantare iussus, buccinam inflauit. Ouid. caua buccina sumitur illi Tortilis in latum. Est quoq; buccina pastoralis, qua oues & porci appellantur. Colum. lib. 7. Ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, quum pastorali signo, quasi receptui canitur. Nam id quoque semper crepusculo fieri debet, ut ad sonum buccinæ, pecus, si quod in syluis substiterit, septa repetere consuescat. Buccinas à tubis nonnulli sic distinguunt: quòd illæ ex recuruis animalium cornibus: tubæ ex ere argentoue confici soleant, ad animos militum & equorum inflammandos. Apuleius certè lib. 3. Florid. buccinam manifestè à tuba secernit, quum ait: Siquidem uox hominis & tuba rudiore toruior, & lyræ concentu uariatior, & tibię quæstu delectabilior, & fistulę susurro iucundior, & buccinę significatu longinquior. Sępè tamen buccinam pro tuba positam inuenimus, aut certè pro instrumento tubę simili, eundem in bello usum habente. Cic. pro Mur. Te gallorũ illum buccinatũ cantus excitat: tu actionẽ instituis, ille aciẽ instruit. Buccina etiam nomen oppidi in Sicilia, cuius meminit Dionys. quo nomine etiã dicta est insula, Pontiani põtificis exilio, & morte clara.

Buccino, n p. pen. cor. buccina cano, σαλπίζω. Varro 2 de Re rust. primò quũ includerunt, quum buccinatũ est, aperiunt, ut exire possint, &c.

Buccinator, m. t. qui buccina canit, ad incitandos ad prælium militum animos, σαλπικτὴς, βουκανιστής. Cæs. 2. bel. Ciuil. Qua re animaduersa Varus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speciem castrorum in tabernaculis relictis, de tertia uigilia silentio exercitum in oppidum reducit. Per translationem etiam buccinatorem pro laudatore ponimus. Cicero Tironi, Quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id constantiq; animo facias.

Buccinum, ni, n. s. Idem quod buccina, hoc est, cornu recurnum, quod tubæ modo inflatur, σάλπιγξ, βυκανιστήριον. Buccinum item conchæ genus, purpura minus, quod petris adhæresit, & circa scopulos legitur. Plin. lib. 6. cap. 36. uno in loco utramque significationem expressit. Buccinum est, inquit, minor concha, ad similitudinem cius buccini, quo sonus editur. unde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa.

Bucea, per simplex c, folliculus grani fabæ interior, qui albus est.

Bucentaurus, βουκένταυρος, composita dictio à βοῦς, quod magnũ quiddã signat, & Centaurus, id est, magna nauis Centauro insignita. Veteres enim solebant magnis rebus βῦς syllabam præponere, à magnitudine scilicet bouis.

Bucentes, βυκίντης, Tabanus à pungendis bobus, κεντέω enim pungere significat. Latini hoc insecti genus Asilum uocant Græci alio nomine οἶστρον. Non dissimile est apibus, quamuis maiore corpore, armentis præcipuè infestum. De quo ita Vergilius in Georg.

Est lucos Silari circa, ilicibusq; uirentem
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen Asilo
Romanum est, œstrum Graij uertêre uocantes:
Asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta.

Bucentrum, βυκίντρον, stimulus quo boues agitantur.

Bucephalus, m s. pen. cor βυκέφαλος, quasi bouis caput, quo nomine dictus est equus Alexandri, ab aspectu toruo, seu ab insigni taurini capitis armo impressi. In cuius demortui memoriã, Bucephalam Indiæ urbem condidit. Est etiã Bucephalus herba eadem cum tribulo: ita dicta, quòd bubuli capitis imaginẽ referat duobus cornibus & rictu. Vide Marcellum Vergilium in Dioscor.

Buceras, βυκέρας, herba est Theophrasto, quæ notiore nomine Fœnugræcum appellatur: ita dicta, à figura seminis, quod corniculorum similitudinem quandam præ se fert. Vide Plinium lib. 24. cap. ultimo.

Bucranium, βυκράνιον, herba est, Galeno alio nomine Antirrhinon appellata. Vide Ruell. lib. 3. cap. 131.

Bufo, m. t, μυξός, rana terrestris uenenata. Vergilius 1 Georgic. Inuentusq; canis bufo, & quæ plurima terræ Monstra ferunt.

Bugloſſum, siue Bugloſſos, βύγλωσσον, herba est officinis & herbariis Boragini nomine nota: diuersa ab ea quam uulgus hodie bugloſſam uocat, nam ea Crisson est, siue bugloſſum maius. Dictum autem bugloſſum à linguę bubulæ similitudine. Alio nomine Euphrosynum dicitur, propterea quòd in unum delecta animi hilaritatem gignere credatur. Vide Plinium libro 25. capite octauo.

Bugŏnes, m. t. βουγονοί, à Græcis dictæ sunt apes, quoniam ex boue putrefacto nasci perhibeantur. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 5.

Bulapathum, βουλάπαθον, herba est ex Lapathi generibus, ab oxylapatho sola radicis altitudine differens. Vide Plinium libro 20. capite 21. & Ruellium libro secundo capite 49.

Bulbine, es, teste Plinio lib 20. cap 9. herba est, porraceis foliis, rubicundo bulbo. quę uulneribus mirum in modum utilis est. Officinæ Maurorũ uocabulo Bubigerim appellant, teste Ruellio lib. 2. cap. 100.

Bulbito. as a p. pen. cor βολβιτίζω, puerili stercore fœdo. Vide in dictione Bubino.

Bulbus, m. s βολβὸς, Latinè Allium agreste, siue Allium marinum, caulem & folia habens lilio similia: cępęque genus est non absimile Ascalonię, quod uenerem impendio excitat. Martialis libro 12. Quum sit anus coniunx quum sint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis quàm satur esse potes. Columella lib. 10. quæq; uiros acuunt, armantq; puellas, Iam Megaris uentant genitalia semina bulbi. Generaliter uerò apud idoneos authores bulbi sunt radices rotundæ, membranis suis tunicatę, siue pluribus capitulis coagmententur, uno folliculo omnes ambiente, siue quadantenus distinctæ separentur: cuiusmodi sunt croci, narcisci, colocasię, scillæ, & arundinum. Pallad. Nunc & liliorum bulbos ponemus, uel lilia ante habita seminis summa diligentia, ne oculos circa radices nascentes, & minores bulbos sauciemus, qui à matre subtracti, atque in alios digesti ordines, noua lilieta formabunt. Idem, Violarum plantæ, & croci bulbi serendi sunt. Varro & Apicius ita scribunt, Aqua decoquant bulbos, qui ueneris usum quęrunt. Ex bulborum genere Cato maximè celebrauit Megaricos: ita dictos, quòd è Megaride Attici agri regiuncula mittebantur. Alij Scillam nobilissimam faciunt, medicamenti, & aceto exacuendo natam. Vide Plinium lib. 19. cap. 5.

Bulbosus, adiectiuum, ut Radix bulbosa, in qua bulbi conspiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plinius lib. 21. cap. 17. Semipedali radice, bulbosa, molli, tribus aut quatuor agnatis.

Buleuta, æ, m. p. βουλευτὴς, Latinè dicitur consiliarius, senator, decurio, à βουλή, senatus, consilium. Plinius in Epist. Claudiopolitani quoque in depresso loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis quàm ędificant, & quidem ex ea pecunia, quam Buleutæ adduxit beneficio tuo.

Buleuterion, βουλευτήριον, Græci uocãt ædificium amplum conciliis publicis destinatum. Latinè curiam uocare possumus. Cicero 4. Verr. Deinde ut in curia Syracusis, quem locum illi Buleuterion uocant. Plinius libro 36. cap. 15. insigne buleuterion Cyzici fuisse tradit, sine ferreo clauo, ita dispositа contignatione, ut eximerentur trabes sine fulturis ac reponerentur: quod item Romæ in ponte Sublicio religiosum fuit, posteaquam Coclitæ Horatio defendente ægrè reuulsus est.

Bulgæ, garum, f. pr. authore Festo, Sacculi erant ex corio, aut alia materia confecti, quibus circumferebant peregrinantes pecuniam, aut alia uiæ necessaria: à Græcis ab equis, quibus ferebantur, ἱπποπῆρα appellabantur Lucilius Sat. lib. 6.

Cui neq; iumentum est, nec seruus, nec comes ullus,
Bulgam, & quicquid habet nummorum, secũ habet ipse:
Cum bulga cœnat, dormit, lauit: omnis in una
Spes hominis bulga: hac deuincta est cętera uita.

Bulimia, fœ. pr. βουλιμία, ἡ βούλιμος, immodica appetentia in-

terpretari

terpretari poteſt, quum ſcilicet cibo quantolibet ſumpto fames non extinguitur. Componitur ex βοῦ particula, quæ magnum quid indicat in compoſitione, & λιμὸς fames. Eſt & Bulimia, ſiue bulimos, Caleno 2. Aphor. orificij uentriculi morbus, & caſus appetentiæ, ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, ſed non habet eam amplius adiunctam. Et in hoc differt ab appetentia canina, quæ perpetuò cibum appetit, ſumptumq; ſtatim euomit.

Bulla, βῖμα, inſigne erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remediis, quæ crederent aduerſus inuidiam ualentiſſima. Hinc deductus mos, ut prætexta, περιπτύγμα, quæ magiſtratuum erat, etiam in uſum puerorum nobilium uſurparetur ad omen & uotacondæ uirtutis, ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt. Erat hæc bulla rotunda, ut Macrobius ſcribit, in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant in collo, ut bullam inſpicientes, ita demum ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſtarent. Romani depoſita adoleſcentia eam exuebant. Dicta eſt autem bulla, teſte Macrobio, παρὰ τὸ βυλλῶ, hoc eſt, à conſilio, quòd effrænis illius ætatis impetus, conſilio præcipuè eſſet regendus. Primus autem Tarquinij Priſci filius, quòd ſe in bello uiriliter geſſiſſet, bulla aurea donatus eſt, & tota prætexta. Deinde omnibus pueris facta eſt communis, quorum pareutes Curulem magiſtratum geſſiſſent. Libertinorum uerò filij, lorum in collo pro bulla decore geſtabant. Aſcon. Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi communiens pectus puerile. A cuius rei ſpecie (Plutarcho authore in Problem.) dicta bulla, φυμφόνυξ, tumor quidam exereſcens tam in aqua quum bullit, quàm in urina quum ſpumam facit, & repente euaneſcit. Ex quo etiam prouerbialiter apud Varronem dicitur, Homo bulla, quòd ſcilicet ſimilis bullæ uita hominis ſit fluxa, & momento caduca. Plaut. in Aſin. accepit bullam pro capite clauorũ: Iuſſiſti in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris? Nam clauorum capita more bullæ quaſi turgentia formata ſunt, & ſplendent ad fores decorandas. Sic Cicero tradit Verrem bullas aureas, ex ualuis templi magnificentiſſimis abſtuliſſe. Bullæ etiam dicuntur ornamenta, quibus cingula decorantur. Calphur. in Bucol. Alternat uitreas lateralis cingula bullas. Apud Apul. lib. 6. accipitur pro ornamentis illis orbiculatis extubernantibusq; quibus tanquam oculis ephippia equorum, & pectoralia, & habenæ exornari ſolent, ait enim, Bullis multis aureis inoculatum, ueluti ſtellis relucentem.

Bullari, uerbum barbarum, quo tamen Accurſiani utuntur pro eo quod Imperat. Conſtantinus in l. ſi quis in metallum. C. de pœnis translatè, nec omnino ineleganter dixit, in facie ſcribere.

Bullula, diminut. parua bulla, φυσκμάτιον. Celſus lib. 2. de Vrina, Aut ſi quaſdam, inquit, maculas repreſentet, ut ſi bullulas excitet.

Bullatus, a, um, bulla inſignitus. Veſtis bullata, in qua erat bulla. Accipitur pro inani, tumido & inflato. Perſius, Non equidem hoc ſtudeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgeſcat.

Bullio, is, iui, itum, n. q. ἀναβράζω, ὑπερζέω, ſignificat feruere, dictum à bullis, quas in aqua feruida uidemus. Celſus libro 5. cap. 19. Aut ſpumę argenti ſcelibra, ex olei hemina, & aquę marinę altera, cocta donec bullire deſierit, cui paulum ceræ ſit adiectum. Huius compoſitum eſt Ebullire, ἐκφυσᾶμαι, efferueſcere, & inrer bulliendum effundi, ſicut aqua in aheno calefacta ebulliens, non ſe ipſam capit, ſed intumeſcit & effunditur. Per metaphoram accipitur pro iactare, uel oſtentare. Cic. 5. de Finib. Dixerit Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem, quod quidem ſolet ebullire nonnunquam. Idem 3. Tuſculanar. quæſt. Qui ſe uirtutes ebullire uolent, & ſapientias, nihil aliud dicent.

Bullo, as, are, idem quod Bullio, ἐκφυσῶμαι. Cato de Re ruſt. Vinum Græcum ſic facito: Muſti quadrantalia uiginti in ahenum aut plumbum infundito, ignem ſubdito, ubi bullabit uinum, ignem ſubducito. Plinius, Magna ſigna ſunt urinæ bullantis, & craſſæ. Sic Ebullo, id eſt, erumpo, crepo. Perſius, O ſi ebulliet patrui præclarum funus.

Bumamma, ſiue (ut apud Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 3. legitur) Bumamma una, eſt eadem quæ & Bumaſtos dicitur. Vide in ſequenti dictione.

Bumaſtos, m. ſ. βύμαστος, fœminini generis, Vuæ genus, craſſioris mammæ cuiuſdam modo intumeſcentis; à βοῦ augmentatiua particula, & μαστὸς mamma: quaſi magnam mammam dixeris. Plin. libr. 14. capit. 1. Tument uerò mammarum modo bumaſti.

Bumelia, f. p. βουμηλία, Fraxini ſpecies in Macedonia ampliſſima & lentiſſima, cuius folia contra ſerpentes ſucco expreſſo ad potum, & impoſita ulceribus maximè proſunt. Plinius lib. 6. cap. 13.

Bunias, adis, βουνιὰς, Napi ſpecies eſt, diuerſa à Bunio. Plinius lib. 20. cap. 4. duas napi ſpecies facit, quarum altera Bunion, altera Bunias uocatur. Bunion autem anguloſis foliorum caulibus eſſe tradit, ciuſq; decoctum purgationibus fœminarum, & ueſicæ, & urinæ utile eſſe: idq; Dioſcorides à Romanis, Scopam regiam uocari aſſerit. Buniada autem idem Plinius raphano, & rapo ſimilem facit, cuius ſemen antidotis, quæ contra uenena fiunt, admiſceri tradit. Hodie Bunias napi nomine nulli non cognita eſt. Bunium autem id eſſe, quod uulgus gallorum Carpentariam herbam uocat plerique ſuſpicantur. Vtriuſque autem generis appellatio à tumente radicis figura tractum uidetur. Nam colles, terræque tumores βουνοὺς Græci appellant. Napum autem Bunialis nomine ne Columella quidem ignorauit, qui ſic ſcribit libro decimo Atque Amiterninis defertur bunias aruis.

Bupædas, com. t. βουπαίδας, Magnos pueros dicunt Græci qui fecerunt finem excreſcendi. Latini uocant Exoletos.

Buphonum, n. ſ. βύφονον, Genus herbæ, quæ à bobus deuorata anginam procreat, eoſque necat. Græcè quippe φόνος dicitur mors, Hanc herbam Camelæontem uocant: alii Cynozolon, quòd fœtore eius ricini è canum auribus decidant, κύων enim canis, ὄζειν fœtere, Vide Plinium libro uigeſimo ſecundo, capite decimooctauo, ubi tamen Vlophonum legitur, non Buphonum.

Buphthalmus, βύφθαλμος, Herba eſt, quam Romani Boariam appellauere, caliculis teneris & ſubtenuibus, foliis fœniculi, floribus luteis, maioribus quàm anthemidis, & bubulorum oculorum ſimilitudinem referentibus: unde & nomen accepit. Vide Plinium lib. 25. cap. 8. Buphthalmos etiam apud Dioſcoridem recenſetur inter appellationes Sedi, ſiue Semperuiui maioris.

Bupleuron, n. ſ. βούπλευρον, Herbæ nomen, quam ſic deſcribit Plinius libro uigeſimo ſecundo, capite uigeſimo ſecundo Bupleuron in ſponte naſcentium herbarum numero Græci habent, caule cubitali, foliis multis, longiſq; capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate, in Medicina, à Glauco ne & Nicandro.

Bupreſtis, f. t βύπρηστις, ut ſcribit Plinius libr. 30. cap. 4. Animal eſt ex genere cantharidum, ſcarabeo longipedi ſimile, uenenatum, rarum in Italia: fallit inter herbas bouem maximè unde & nomen inuenit. Apud Iureconſul. Titulo Ad legem Corneliam ſcribitur, Si cui temerè pigmentarii dederint pytiocampas, aut bupreſtes, quæ ambo uenenata ſunt, teneri pœna legis Corneliæ de ſicariis & ueneficis. Eſt & Bupreſtis herbæ genus, quam in laudibus ciborum habuere. Vide Ruellium lib. 2. cap. 127.

Bura, f. p. ſiue Buris, Pars aratri poſterior, quæ manu bubulci tenetur: ita dicta, quaſi, βοὸς οὐρὰ, quòd ad ſimilitudinẽ bubulæ caudæ ſit incuruata, ἰξύη. Varro lib. 1. de Re ruſt. Et ſæpe fracta bura relinquunt uomeres in aruo. Vergilius libro primo Georg. Continuò in ſyluis magno ui flexa domatur In burim. Fuit item Bura, βοῦρα, Achaiæ propriè dictæ urbs, ad ſinum Corinthium ſita, olim florentiſſima, nunc unà cum Elice uicina urbe, maris impetu hauſta: de quo Ouidius lib. 15. Metamorph. Si quæras Elicen, & Buran, Athaidas urbes, Inuenies ſub aquis: & adhuc oſtendere nautæ Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis. Plin. libr. 2. cap. 92. Pyrrham & Antiſſam circa Mæotim pontus abſtulit: Elicem & Buram in ſinu Corinthio, quarum in alto ueſtigia apparent.

Burdo, m. t. Dicitur qui ex equo & aſina natus eſt, ἡμίονος. Vtitur hac uoce Vlpianus Iureconſul. de Legat. 3. l. item legato.

Burgi, quorum mentio in titul. C. de Fund. rei priuatæ. Eum qui collegio, uel curiæ uel burgis cæteriſq; corporibus ſeruiebat. And. Altham. Vir eruditus præcipuusq; Germaniæ illuſtrator, Rhenani noſtri ſententias firmans, à Græco pyrgo deductũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

putat, colligitq; haud absurdè ab hac uoce eos qui castellis, munitionibus,& turritis mœnibus habitãt. Burger quod ciues significat, quasi dicat pyrgios,& Burggraff appellatũ præfectũ atq; Comitẽ arcis & castri. Constans aũt est opinio à Burgis, Burgundiones Germaniæ populos esse dictos.

Burrhanicum, n. s. genus uestis, Fest.

Burrhanica, f. p. genus potionis, lac sapa mistum, à rufo colore nomen ductum, Fest.

Burrhus, m. s. color à ueteribus dicebatur, qui hodie Rufus dicitur. Græci enim πυῤῥὸν rubrum, seu rufum uocant. unde qui ex præclara potatione rubescunt, Burrhi, siue Byrrhi sunt appellati, & Burrhæ, uestes rufi coloris.

Buselinum, βουσέλινον, herba est satiuo appio similis, solaq; caulis breuitate,& rufo radice differens. Author Plin. lib. 20. cap. 12.

Busicon, βούσικον, ficus erat præcipuæ magnitudinis, sed fœtuo sapore, quæ alio nomine Marisca dicitur. Ex Festo.

Bustuarij, m. s. gladiatores dicti sunt, qui ante sepulchra in honorem defuncti gladiabantur, ἐπιτυμβίοι. Cic in Pison. Si mihi cum illo bustuario gladiatore, & tecum,& cum collega tuo decertandum fuisset.

Bustum, n. s. proprié dicitur locus, in quo mortui cadaueri combustum est, & sepultum, τύμβος. Dicitur bustum, quasi bene ustum. Hæc Festus. Seruius uerò in 12. Aeneid. Pyra, inquit, est lignorum congeries: Rogus cum ardere cœperit dicitur: bustum uerò, iam exustum uocatur. Quem ordinem seruat poëta, dicens: Constituêre pyras. Item, subiectisq; ignibus atris, Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrêre rogos. Item postea, semustaq; seruant busta. Liuius quoque libro 5. scribit locum fuisse iuxta Aequimelium, nomine Busta Gallica, quoniam illic aceruatos cumulos suorum defunctorum ex pestilentia usserant Galli. Cicero uerò lib. 3. de Leg. Bustum appellauit tumbam aut monumentum, Pœna, inquit, fuit Solonis lege constituta, si quis bustum aut uiolasset, aut deiecisset. Sueton. in Cæsar. Iudi qui etiam noctibus cõtinuis bustũ frequentarunt. Cic. ad Att. Vnas uideo à te non esse redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret ad bustum Basilij uulneratus & despoliatus est.

Bureo, m. t. ex accipitrum genere auis est, quam Græci à numero testium τριόρχην uocant. ὄρχις enim testiculus dicitur. Huic aui Phœmonoe Apollinis filia in auguriis principatum dedit. Buteonum item nobilis Romæ familia fuit, ita dicta à buteone aue, quæ prospero auspicio in Fabij ducis naue consedit, referente Plinio libro 10. cap. 8.

Buthysiam, f. p. βύθυσίαν, magnum sacrificium appellauere, qualis est Hecatombe, & immolatio magnarũ hostiarum. Suet. in Nerone, Inter buthysiæ apparatũ barbam primã posuit. Deducitur à βῦ augmentatiua particula, & θυσία, quod hostiam uel sacrificiũ significat. Plaut. Buthytas appellat sacerdotes.

Butio, uide Buteo.

Butomum, βούτομον, frutex est in paludibus nascens, folia ferens irinis proxima, ex una radice non singulos scapos, sed plures ueluti uirgas emittens, ad utilitũ nexus utiles. Frondibus autẽ boues maximè oblectantur, unde & nomen accepit. Vulgus hodie iuncũ cabacinum appellat: quod ex foliis eius sportulæ texantur, quibus ficus & uuæ passæ ad nos afferuntur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 127.

Buttubata, ueteres usurpauerũt pro eo quod nugatorium est, & nullius ualoris. Festus ex Næuio.

Butyrum, n. s. βούτυρον portio lactis pinguior, quæ frequenti agitatione à sero separatur: dictum Butyrum, quasi βοὸς, τυρὸς, hoc est bubulus caseus. Fit enim (teste Plinio libro 28. capite nono) ex lacte bubulo ut plurimùm. Habet autem penultimam syllabam indifferentem, quamuis apud ueteres poëtas non temere inuenias. Macer & Serenus corripuerunt: Sidonius uerò, aliíque nonnulli produxerunt.

Buxus, f. s. πύξος, arbor exigua, semper uirens & tonsilis. Producit ex se uiscum, & semen seu granum, quod Cartegon dicunt, omnibus animalibus inuisum. Lignum habet adeo durum, ut cariem non sentiat, & tam ponderosum, ut in aqua subsideat. Hoc buxum appellatur. Nam in plerisque nominibus arbores sunt fœminini generis, fructus uerò & ligna, neutri. Vergilius. Dant arbuta syluæ: Cruentaq; myrta: & Cerea pruna: Volubile buxum. Quandoq; tamen buxus dicitur pro ligno. Vergilius lib. 9. Buxosq; uocat Berecynthia mater. Ex buxo fiunt tibiæ multiforatiles, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad usus plurimos.

Buxeus, a, um, quod ex buxo est, uel quod buxi colorem imitatur, πύξινος. Mart. Et tres sunt tibi Maximina dentes, Sed planè piceiq;, buxeiq;.

Buxetum, n. s. locus buxis consitus. πυξώων. Mart. Non otiosis ordinata myrtetis, Viduaq; platano, tonsiliq; buxeto Ingrata lati spatia detinet campi.

Buxosus, a, um, quod simile est, πυξοειδής, ut Lignum balsami buxosum. Plin. lib. 12. cap. 25. Ex hoc buxosum est optimum, quod est odoratissimum.

Buxifer, ferens buxum, πυξοφόρος, ut Buxifer Cytorus, Catullo.

B Y

Byrsa, βύρσα, coriũ ac tergus Græcis dicitur, unde & βυρσία, coriarium appellarunt. Hinc arx in media Carthaginensium urbe Byrsa appellata. Dido enim quum fratrem fugiens in Africam peruenisset, emit ab Iarba rege tantum soli quantum taurino tergore posset circundare. Dissecto deinde tergore in minutissimas laminas tantum loci eo circumdedit, quantum arci extruendæ sat esset. Ad hanc fabulam alludit Vergilius quum ait,

Mercatiq; solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.

Byssus, βύσσος, Tenuissimi lini genus, proximam ab asbesto dignitatem obtinens, ex quo subtilissimę fiunt uestes, quæ mulieribus olim præcipuè in delitiis erant. Plinius circa Elim Achaiæ nasci credidit: Pollux uerò ex India & Aegypto gigni prodidit. Philostratus author est, byssum ex quadam arbore nasci, quæ altitudine populos æquat, foliis autem salicibus æquiparatur. Quam quum uidisset Apollo gauisus est, quòd fusco amictui, quem gestabat, non dissimilis admodum esset.

Byssinus, a, um, βύσσινος, Quod ex bysso confectum est: ut, Byssinæ uestes, quæ lutei coloris erant, & fulgore aurum imitabantur: quanquam postea inuenta est ratio byssum quouis colore inficiendi.

C.



Tertio loco ponitur à Latinis, uariato à Græcis & Hebræis ordine. medium est inter G. & CH. Vnius horum cognita natura, facilè notis reliquarum duarum. Dum profertur extrema linguæ pars anteriores dentes percutit, fitq; ex eo repercussu obtusior sonus. Diuersæ regiones diuersimodè pronunciant, aliæ ita proferunt aut magis ad sonum S, uideatur accedere: aliæ uerò nonnihil de sono G admixtum habent, Sed nil mirum quando nulla apud nos est recta elementorum pronuntiatio, ut facilè percipi potest. Sed diffusius ubi de elemento H. uerba fecerimus. Auget hæc litera sonum & minuit eadem ratione qua & B. Nam & ipsa litera muta est, quę ante n, sequẽte uocali in eadẽ syllaba ponitur, sed profertur sub uoce g, ob cognationem literarum, ut Cnidius, Cneus. Transit etiam per compositiones & deriuationes in g, ut quadringenti, pro quadricenti. In s, ut parco, parsi. In x, Duco duxi, Nocco noxa. In fine dictionum producit syllabam præterquam in donec, nec & lac quæ corripiuntur. In notis antiquorum C. comitia, comitialem diem. C. causa, causat, centum, con, contra, cum, cornibus, condemno, condemnatio, Caio C, uel C A. A M. causa amabilis. C B. Corymbus, C. con, Caia. C C. calumniæ causa. C. C. E. causa conuenta est. C C. circum. C C C. D P. tercentum duplex. C C C. T P. tercentum terræ pedes. C. C. F. Caius Caii filius. C S. causa. C. A. uel C A M. Camillus. C A E. Cæsar. C A E S. AVG. uel A. Cæsar Augustus. C A E S. AVG. Cæsaris Augusti C A E S S. AVG G. Cæsares de tribus. C A R. C O S V. chariſſimæ coniugi. C A R I S S. chariſſimus. C B. commune bonum, ciuis bonus C. C. ducenti. C. C L V. causam clara regi. C. C R. contrarius C C consilium cepit. uel cesset, calumniæ causa contractus. C S. cuius C. D. Quadringentis condemnatus. C D. condignum.

Caballitio seu Caballatio, onis f. t. in Constitutionibus munus alendis equos publicos, à caballis dicta, Festum authorem habet Alciatus, unde apparet exemplaria in hoc uariare.

Caballus,

Caballus, m.s. Equus, ἵππος. Lucil. libr. 2. Succussator tetri, tardiq; caballi Varro in Parm. Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit. Seneca epistola 87. O quantum erat seculi decus Imperatorium, triumphalem, Censoriumque super omnia, hoc est Catonem uno caballo esse contentum.

Caballus ab equo dictus, quod caballus ferè nunquam sine derisione dicitur: Equus uerò semper de apto & probato. Pomponius de Fund. instr. l. Si ita Caballos, ait, qui in pistrinis essent, tanquam dicat malos.

Caballinus, a, um, penultima producta, ut, Caballina caro, Plinius lib. 28. cap. 20. Caballinus fons, est in monte Helicone Bœotiæ, quem Pegasus in eo loco saxum feriens, aperuit, ἵππου κρήνη. Vnde & Pegasæus uocatur. Author Strabo. Vide infrà in dictione Helicon.

Cabus, frumentaria est mensura: unde Cabæsi, qui expleri nequeunt.

Cācabō, as, n.g. pen. corr. Propriè est uocis perdicum, κακκαβύζειν, τιτυβίζειν. Ouid. de Philomela (si modò id carmen Odii dicendum sit) Cacabat hinc perdix, hinc gracitat improbus anser.

Cacabos lingua Pœnorum Solanum somniferum apud Dioscor. lib. 4. cap. 76. & 74. cacabulum.

Cacabus, pen. cor. Vas æneum in quo pulmentarium coquimus, λέβης, κάκαβος. Plin. libr. 23. cap. 6. Succus in cacabo nouo coquitur mellis crassitudine. Paulus Iureconsl. Inter ahenum quod supra focum pendet, & cacabum non multum interest: Nam hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum calescit. Antiqui enim calidam & frigidam cœnis adhibebant. Apicius, Capita porrorum simul elixabis in cacabo nouo, ut aqua ad tertiam deferueat.

Cacalia, κακαλία, Herba est, quæ & leontice uocatur, in montibus ferè nascens, folia ferens candida, & magna, inter quæ semen dependet eiusdem nominis minutis margaritis simile. Authores Plin. libro 25. capit. 11. & Dioscorid. libr. 4. capit. 108. Officinis Carui agreste uocatur, teste Ruellio libro 3. capite 128.

Cācephătŏn, n.s. κακέφατον, uel Cancophaton, κακόφατον, Durior in oratione sonus, ex mala ut plurimùm compositione nascens: quale est illud, Numerum cum nauibus æquat. Item illud, O fortunatam natam me Consule Romam. Huic contraria est Euphonia εὐφωνία.

Căchexĭă, f.p. καχεξία, A medicis appellatur malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur, quod fit, quũ longo morbo uitiata corpora, etiamsi illo uacant, alimentum tamen in sui substantiam non conuertunt. Qui hoc uitio laborant, Cachectici κακεκτικοὶ appellantur.

Căchinnŭs, m.s. Solutus risus, à sono risus fictum uocabulum, καχασμὸς Iuuenalis, Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni. Persius, Ingeminat tremulos naso crispate cachinnos. Hinc Seneca præcipit, ut risus sit sine cachinno, uox sine clamore. Apud antiquos non de risu tantùm dicitur, sed & de quouis alio sono uehementiore. Catullus, Procedunt, leuiterq; sonant clangore chachinni.

Cacchinnor, aris, deponens, p. & Cachinno, as, neutrum, Immoderatè rideo, καχάζω. Cicero 5. Verrina, Ridere conuiuæ, cachinnari ipse Apronius: nisi fortè existimatis eum in uino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non possit. Lucretius libro 4. Quam famulæ multæ fugitant, furtimq; cachinnant. Dicitur & de alio quouis sono uehementiore. Accius, Sæua sonando crepitu clangentes cachinnant.

Cachinnatio, f.t. Dissolutio risus, καχασμός. Cic. 4. Tuscul. Vt ridere concessum sit, uituperetur tamen cachinnatio.

Cachla, Plinio lib. 25. cap 8. Herba est, quæ alio nomine Buphthalmus appellatur. Vide suprà.

Cachryes, κάχρυες, Sunt oblonga pannicularum modo nucamenta quæ squamatim compacta propendent è ramis. Crescunt hyeme, Vere dehiscunt in flauentes squamulas, & folio prodeunte decidunt: qualia multa in abiete, picea, cæterisque id genus arboribus conspiciuntur. Vide Plinium lib. 16. cap. 7.

Căcĭă, f.p. κακία, Græca dictio in Latinorum usum non recepta, quam Cicero uitiositatem interpretari mauult, quàm malitiam, quum Vitiositas nomen sit generalius ad omnia pertinens, Malitia specialius. Apud ueteres Malitia inter adiaphora, hoc est, indifferentia connumerabatur, quasi sit & bona, & mala: ut dolus bonus, & malus. Vnde apud Plautum dicitur cum laude, Te ciuem summa omni malitia.

Căco, n. p. aluum exonero, uentris onus depono, excerno, κίσω. Mart. Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro, Basse bibis uitro, carius ergo cacas. Concaco, cacando fœdo, κατακινάω.

Cacatus, a, um, excrementis fœdatus. Catul. Annales Volusi cacata charta.

Cacaturio, ris, n.q. Desyderatiuũ à Caco. Mart. lib. 11. In Vacer. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cacobasilea, f.p. κακοβασιλέα, malum regnum.

Cacochyla, siue Cacochyma, κακόχυλα, κακόχυμα, dicuntur illa quæ malum succum habent: quibus contraria sunt Euchyla, εὔχυλα, & Euchyma, εὔχυμα.

Cacodæmon, κακοδαίμων, à nostris Larua, aut malus genius interpretatur.

Cacoēthes, dictio tetrasyllaba, neutri generis, & pen. prod. κακόηθες, mala & præpostera consuetudo. Nam κακὸν, malum, & ἦθος, morem uel consuetudinem sonat. Iuuen. pro ambitione sumpsisse uidetur per translationem, quæ quum semel animo insederit, non facilè amoueri potest. tenet, inquit, insanabile multos, Scribendi cacoëthes. Hermolaus in Castig. Budęus in Pandect. Politianus Miscel. cap. 49. Cacoëthæ præterea à medicis appellantur ulcera maligna, quæ quũ omnia rectè atq; ordine feceris, non tamen curantur, quia in ipso ulceris loco, Galeno teste, inest malignitas, sanari ea prohibens quũ in aliis ulceribus malorum humorũ inflexus aliunde recipiatur.

Cacoëthia, æ, f.p. malignitas.

Cacolŏgus, gi, m.s. adiect. κακολόγος maledicus.

Cacologia, æ, f.p. κακολογία, maledictio.

Cacos, κακός, modò malus, modò deformis, modò timidus dicitur. Et barbara est dictio, ut ait Theodorus Gaza libro 5. Iliados.

Cacos, iris syluestris apud Dioscor. lib. 4. cap. 25.

Cacostomachos, n.s. κακοστόμαχος, qui malum ac debilitatum stomachum habet, hoc est, uentriculum. Os enim uentriculi, qui stomachus dicitur, pro ipso uentriculo sumi solet. Cicero ad Tironem, De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes eius non probo: ius enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος esses.

Cacosyntheton, n.s. κακοσύνθετον, mala, seu deformis cõpositio: apud Verg. Terga fatigamus hasta.

Cacotechnia, κακοτεχνία, ars mala interpretatur, & ad pernitiem inuenta. Quint. lib. 2. cap. 20. Cacotechniam quidam nominauerunt artis prauitatem.

Cacozelia, κακοζηλία, dicitur mala & indecora affectio, quo ties inscitè uirtutẽ aliquã imitantes, in uitium labimur. Veluti si quis Atticismũ affectans, ieiunus fiat & aridus, aut cõtrà copię studens, in ineptã incidat loquacitatẽ. Cacozeliæ genere peccare, Quint. lib. 2. cap. 3.

acozelus. m.s. pen. prod. κακόζηλος, ineptus imitator.

Cactos, κάκτος, herba est teste Plinio libro 21. capite 16. in Sicilia nascens, quæ caules habet è radice emissos, & in terra serpentes: quos etiam Cactos uocant. Athenæus eam esse credit, quę Latinis Carduus, Græcis Cinara uocatur.

Cacubalum, herba acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis Strychnos, à Latinis uerò, quòd strumis medeatur ab effectu Strumum appellatur. Vide Plinium libro 27. capite octauo.

Cacŭla, m.p. penul. cor. militis seruus, fustibus, clauisq; ligneis armatus ad turelam dominorum, ἀκόντιον. Dictus ἀπὸ τῶν κάλων, hoc est, à lignis quæ ferebat. Plaut. Video caculam militarem me futurum.

Cacumen, n.t. pen. prod. summitas cuiusq; rei, κορυφή, ut Cacumina montium. Cacumina arborũ. Cæsar 7. bel. Gal. Itaq; truncis arborum, aut admodũ firmis ramis abscissis, atq; horũ delibratis atq; præacutis cacuminibus, perpetuę fossę quinos pedes altę ducebantur. Verg. 6. Æneid. de hinc summa cacumina linquit.

Cacuminare, acutũ reddere. Ouid. 3. Metam. Dat spatium collo, summasque cacuminat aures. De Actæone loquitur in ceruum mutato.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cacuminatus, a, um, adiectiuum. Plinius lib. 10. cap. 52. Auium oua, ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenia, piscium ex liquore mollia, aquatilium rotunda, reliqua ferè tastigio cacuminata.

Cădauer, n. t. pen. prod. corpus mortuum, à cadendo (ut inquit Hieronymus) ab eo quòd post mortem ceciderit, τὸ νεκρὸν ἀπὸ πτώσεως. Cæs. 7. bel. Gal. Quid hominum millibus octoginta uno loco interfectis, propinquis, consanguineis quorum animi fore existimatis, si penè in ipsis cadaueribus prælio decertare cogentur? Transfertur & ad alia, ut etiam de oppidis solo æquatis quandoq; dicatur. Seruius Sulp. Ciceroni, Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Seruius etiã à Cadendo deducit.

Cadaueroſus, a, um, quod cadauetis similitudinẽ habet, ut Cadaueroſa facies, apud Terent. in Hecyra.

Cădiſcus, uaſculum quo ſuffragia colliguntur. Fuerunt autem duo apud ueteres cadiſci in quos calculos mittebant iudices; alterum, κύριον, in quem condemnationis, alterum ἄκυρον, in quem abſolutionis calculos proiiciebant. Hic καδίσκος λίθος, id eſt, miſericordiæ uocabatur, in quem ὠφλήσαι mittebantur, alter θανάτου, hoc eſt, mortis erat, priore loco poſita. Bud. Comm. Græcè καδίσκος, diminutiuum à cadus. Eſt etiam Cadiſcus mons Cretę, Plinio libro 4. capite 12.

Cadmites, καδμίτης, gemma quam cæruleæ interdum bullæ cinguãt.

Cadmia, καδμεία, corpus eſt metallicum, cuius duo ſunt genera: alterum quod in riuis & montibus reperitur earum regionum, in quibus æris ſunt metalla, idque Cadmiam lapidoſam uocat Galenus libro 9. Simpl. Nam re uera nihil aliud eſt, quàm pyrites æroſus, ex quo excoquitur æs. Atque hoc quidem cadmiæ genus etiam Plinio cognitum fuit: qui eius ſic meminit libro 34. capite 1. Fit & æs è lapide eroſo, quem uocant Cadmiam. Item capite 10. eiuſdem libri, Namque ipſe lapis ex quo fit æs, Cadmia uocatur. Alterum eſt genus Cadmiæ, quod in ærariis officinis inuenitur, idq; rurſus duplex. Nam quod ex fuligine ſiue faulla, quę ex fornace perpetuò egeritur, ſenſim colligitur, altioribusq; ędium partibus, in quibus æs excoquitur, adhęreſcit, Botryitis appellatur, quòd uuę quandam imagenem repræſentet. Alterum in fornacibus ipſis inuenitur ſupra diphriges, cruſtæ ſimilitudine: unde & Placit. in appellauere. Vide Galenum lib. 9. Simpl. & Agricolam de metallica.

Cădo, is, cecidi, caſum, n. t. propriè ſignificat corruere, uel præcipitari, uel labi, πίπτω. Cicero in Orat. Si ſemel conſtiterit, nunquam cadet. Ponitur autem cum datiuuo. Plautus in Menæc. Quid clamas? quin taces? Quot eras annos natus quum te pater à patria auehit? MEN. Septuennis, nam tum dentes mihi cadebant primulùm. Plinius lib. 16. cap. 22. Cadunt plurimis autumno. de folijs loquitur, quę maximè illo tempore arbores amittunt. Cum præpoſitione Ab. Plinius libro 16. cap. 18. de auibus, Impingi putes aliquas, aut rurſus ab alto cadere has, illas ſalire. Cicero per aduerbium dixit, Magnum tamen periculum non ambit: altè enim cadere non poteſt. Cum præpoſitione De. Cicero de Fato, Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. Cum præpoſitione Ex. Plinius libro 17. cap. 20. Perfringi ſolùm debet ſuprà ex Nouembri menſe in Februarium, quo ſolutæ, ſponte cadunt ex arbore, atque ſubnaſcuntur. Habet hoc uerbum multas egregias & uenuſtas translationes, locutionesq;. Terentius in Adelph. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum: Virtutes narro. CTES. meas? SY. tuas. homini ilicò lachrumæ cadunt, Quaſi puero, gaudio. Vergil. Eclog. 1. Et iam ſumma procul uillarum culmina fumant, Maioresq; cadunt altis de montibus umbræ. Idem, Cadit & Ripheus iuſtiſſimus unus. pro Occidit, moritur. Item Cadere commodè, optatè: pro euenire, contingere. Cadere in ſuſpitionem, in cogitationem, in deliberationem, in offenſionem, pro Incidere, uenire. Cadere cauſa, uel à cauſa: pro Amittere litem. Cadere formula, pro Rem ipſam per formulas non rectè explicare. Cadere animum, cadere oculos, uultus, uerba &c. pro frangi, debilitari, opprimi, perire. Et Cic. in Orat. Quòd uerba melius in ſyllabas longiores cadunt. pro terminant, deſinunt. Idem ad Atticum, Accedit illud, ſi manco, & illum comitatum optimorum & clariſſimorum ciuium defero, cadendum in unius poteſtatem: pro Venire, redigi, poni. Tracta eſt metaphora à lado talorum. Tunc enim talus feliciter cadere dicebatur, quum in ſummitate Venerem, hoc eſt, numerum ſeptenarium oſtenderet, aut etiam ſenionem: contrà ſiniſtrè uel infeliciter cadere dicebatur, quum unionem, quem illi Canículam uocabant, in ſummo latere oſtenderet. Hinc etiam res nobis feliciter cadere dicuntur, quotiens aliquid nobis pro uoto obtigit. Cicero ad Atticum, Nihil mihi felicius cadere potuit. Huius compoſita ſunt, Accido, concido, decido, excido, intercido, occido, procido, recido, & ſuccido, quæ habent penultimam correptam. Deriuata ſunt, Caſa, Caſo, as, & Caſito, de quibus infrà.

Caſus, us, m. q. propriè idem quod ruina, à cadendo, πτῶσις. Curtius, Inopinatò rhedæ caſu oppreſſus. Interdum idem quod fortuna, uel inopinatus euentus, σύμπτωμα, τύχη. Cicero de Amicitia, Vt ſi in eiuſmodi amicitias ignari caſu aliquo inciderint. Modò calamitas & infortunium. σύμβαμα. Vergil. 2. Aeneid. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Caſus temerarius à Græcis αὐτόματον dicitur à Cicerone Temeritas. Item caſus dicitur uocabulorum formę, quibus in aliam cadunt effigiem. Hinc etiam ueteres Caſcum, antiquum dicebant, quaſi iam cadentem.

Caſo, as, are, frequenter cado: à quo fit aliud frequentatiuũ Caſito, as. Paul. Iureconſ. de ſeruit. urb. prędl. Seruientes, Si antea ex tegula caſſitauerit ſtillicidium, poſtea uel ex alia materia caſitare non poteſt.

Căſura, ræ, f. p. πτῶσις, caſus, ſeu cadendi actus. Hieron. Totum amiſit in caſura quod erat ædificatum in fabulo.

Caducus, a, um, pen. prod. non ſolùm momentaneum ſignificat quod facilè cadit, ſed & id quę cadere facit, πτώσιμος. Vnde Caducus morbus, quòd correptum faciat cadere. Firm. lib. 7. Si luna in horoſcopo fuerit inuenta, ſtultos, lentos, fatuos, & caducos efficiet. Plin. lib. 17. In drupis quoq;, quæ maturęſcentes tunc ſunt præcipuè caducæ, id riguis magis euenit, etiam ſi non ceciderint, faſtidiendis. Quandoq; Caducus mortuus dicitur. Vergil. lib. 6. Hinc multum fleti ad ſuperos, belloq; caduci Dardanidę. Caduca hæreditas dicitur quum hæredes ceciderunt, hoc eſt, quę legitimum hæredem non habet. Caducarij, qui eiuſmodi hęreditatẽ accipiunt Caducum, quod ſub aliqua conditione legatum eſt. Iuu. Legatum omne capis, nec non & dulce caducũ. Caduca auſpicia, ueteres dicebant, quum aliquid in templo excidit, uel luti de manu uirgæ. Caducæ literæ, γράμματα ἐνκαταπτωτά, quæ obſcuriores ſunt, & uiſum propemodum fugiunt. Plin. lib. 13. cap. 12. Scabritia leuigatur dente, conchaũe, ſed literę caducæ fiunt.

Caduciter, aduerbium antiquum, teſte Nonio, idem ſignificans quod præcipitanter. Varro, Frigidos nimbos aqua iſta caduciter ruentes pertimuerunt aquatiles querquedulæ natantes.

Caduus, a, um, penultima producta, quod per ſe cecidit, ἐνκατάπτωτος. unde Cadua poma dicuntur, quæ non manu collecta, ſed ſua ſponte in terrãm cecidere: & Caduus folia quæ per ſe ex arboribus cadunt. Plinius, Colligi mala poſt æquinoctium autumnale, caduus ſeparari ſtramentis, ſtoriis, paleiſue ſterni.

Caduceum, Mercurii uirga fuiſſe fertur, qua ille ad diſſidia, & diſcordias tollendas utebatur, à cadendo dicta, quod contentiones & bella cadere faciat, κηρύκειον. Nam quemadmodum per Feciales bella indicebantur, ita per Caducearios finiebantur. Non immeritò itaq; Mercurio qui orationis deus, & deorum nuntius habebatur, aſſignatum eſt caduceum, quòd diſſidentium animi oratione præcipuè ſedentur. Caduceum Aegyptij in ſpeciem duorum draconum maris & fœminę figurarunt, qui parte media ſui uoluminis, nodo, quem Herculeum uocant, ſibi alligantur, primiſq; partibus reflexi, in modũ circuli oſcula iungũt. Hãc uirgã Apollo dicitur inueniſſe, & Mercurio donauiſſe, lyra uiciſſim ab illo accepta. De draconibus autem caduceo additis hanc efferunt rationem: Mercurium, quum hanc uirgam manu tenens in Arcadiam proficiſceretur, duos ſerpentes pugnantes inueniſſe, uirgãq; interpoſita dicto citius prælium diremiſſe. Ad cuius rei memoriam poſteri caduceum duorum draconum ſimilitudine fecerunt, qua etiam in palęſtra reliquiſq; certaminibus tollendis uſi ſunt.

Caduceatores, dicuntur legati pacem petẽtes: à caduceo quem manu geſtabant, κήρυκες. Cato, Caduceatorum nemo homo nocet. Liu. 6. bel. Pun. Aſdrubal, ne in arcto res eſſet, caduceatorem miſit. &c.

Caducifer,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Caducifer, nomen quo Mercurius uocitatus est. Quum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septichordem ad Atlantidũ numerũ instituisset, quod Maia mater eius ex illarum numero esset: ac non multò pòst deprehensa fuisset ab Apolline boues suas abigere, quò facilius ueniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, ut lyram à se primò inuentam prædicaret. Quamobrem Apollinem ferunt uirgã quandam Mercurio dedisse: quã cum manu tenens in Arcadiam proficisceretur, inuẽtos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes: quo uiso, uirgam interposuisse, & dicto citius prælium diremisse. Qua re conspecta, huiusmodi uirgam pacis gratia creditum est esse constitutam. Vnde factum est, ut legati pacis Caduceatores dicerentur, posteriq; eius rei exemplo, Mercurio uirgam dein ceps duorũ draconum similitudine ubiq; affinxerint. Huius uirgæ potestatem describit Vergilius Aineid. 4.

Quum uirgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallenteis, alias sub tristia Tartara mittit.
Dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat.
Illa fretus, agit uentos, & turbida tranat Nubila.

Cadurcum, n. s. Tentorium, siue culcitra, qua merces tegũtur. à Cadurcis Galliæ populis, ut inquit Plinius, apud quos lini præstantia palmam obtinet in culcitris. Iuuenalis, Institor hybernæ tegetis niuei q; cadurci. Sunt qui putent esse uela illa pensilia, quæ lecto obtenduntur: aut etiam tegmen quoddam quadratum, quale est illud sub quo principes in solennioribus pompis uehi uidemus. Iuuenalis, uiolato pœna cadurco.

Cadus, κάδος m. s. Vas uinarium, quo uinũ cõditur, ut uult Acron: cuius prima corripitur. Martialis, In Vaticanis condita musta cadis. Continet congios decem, uel (ut alii uolunt) duodecim. Primi in alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt.

Cæcias, καικίας, Ventus qui ita flare dicitur ab Aristotele, non ut nubes propellat, sed ut ad se uocet. Flat inter Aquilonem & exortum Aequinoctialem. Plinius libro 2. cap. 47. Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes. De hoc uide multa apud Erasmum in Adagiis.

Cæcilia, f. p. Genus serpentis cæci, unde et nomen accepisse uidetur. Columella libro septimo. Est & magnorum animalium noxium uirus. Nam & uipera, & cæcilia quum in pascuo bos improuidè supercubuerit, lacessita onere morsum imprimit.

Cæcubum, καίκουβον Straboni, Vinsi generosissimum: sic dicti à Cæcubis Campaniæ populis, apud quos nascitur. Plinius libro 4. Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His iungun tur Falerni, Galeni. Martial. lib. 4. Cæcuba Fundanis genero sa coquuntur Amyclis.

Cæcus, Oculorum usu carens, quasi oculis captus, τυφλός Quandoq; idem est quod insidiosus, occulrè malus, latens tacitus, qui uideri non potest, ἐνδομυχοῦν. Columella lib. 1. Ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. Cicero contra Rullũ, Cur hoc est tàm obscurum, atq; cæcum? Idem de Orat. Res cæcæ & ab aspectus iudicio remotæ. Sic Vergilius etiam Vada cæca, & cæcos scopulos uocat. qui ita sub aquis occultantur, ut oculos fallant. Transfertur etiam ad animum: ut quum aliquem Cæcum esse auaritia, furore, amore, aut odio dicimus. Cicero pro Sexto Roscio, Ipsos cæcos reddit cupiditas atq; auaritia. Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non uidemus. Vestigia quoq; cæca dicuntur, quæ in obscura aut incognita uia uersantur. Verg. 5. Aen. Cæca regens filo uestigia. Item Locus cæcus dicitur in quo non uidemus. Cæcæ fossæ, cæci aditus, qui sunt obsepti. Cæcum uallum, in quo peracuti pali affixi herbis uel frondibus occuluntur. Itẽ Cæcum intestinum, quod inter ileon, & colon situm, paruo oblongoq; uentri simile est: cæcum appellatum ab eo, quòd ingressum exitui aduersum non acceperit, sed hos tam uicinos habeat, ut plerunque in unum coire, & exitu carere uideatur.

Cæculus, diminutiuum à Cæcus. Est & nomen proprium filii Vulcani: huius mater quum iuxta ignem sederet, fortè fortuna scintilla quædam in eiusdem gremium euolauit, ex qua mulier concepit: peperitq; filium, quem postea ob oculorum paruitatem Cæculum uocauit: à quo Cæcilios ortos putant, quorum familia Romæ nobilissima fuit. Hic collecta multitudine, postquàm diu latrocinatus esset, Præneſtinam ciuitatem in montibus condidit: & quum ad ludos uicinos populos inuitasset, cœpit eos admonere ut secũ habitarent, & pro gloria iactare se filium Vulcani. Quod quũ illi non crederent, inuocato Vulcano ut se filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus est flamma circundatus. Quo facto commoti omnes, simul habitauerunt, & Vulcani filium esse crediderunt. Hæc Seruius in illud Verg. lib. 7. Aeneid. Nec Præneſtinæ fundator defuit urbis: Vulcano genitum pecora inter agrestia regem Inuentumq; focis, omnis quem credidit ætas, Cæculus, &c.

Cæcitas, atis, f. t. Tam ad corpus, quàm ad animum refertur τυφλότης. Cicero de Aruſp. resp. An tibi luminis obesse cæcitas plus, quàm libidinis? Idem pro Domo sua, Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa.

Cæcigenus, n. m. s. Qui cæcus natus est, τυφλογενής. Lucretius lib. 2. Nam quum cæcigeni, solis qui lumina nunquam Aspexerit tamen cognoscant corpora tactu.

Cæco, as, a. p. Cæcum facio, τυφλῶ. Plin. de uiris illustribus, Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, ut sacra Herculea seruos publicos edocerent: unde cæcatus est. Cicero 4. Philip. Sed spes rapiendi atq; prædandi cæcat animos eorum. Idem pro Domo sua, Argenti & suppellectilis mæ cupiditate esse cæcatum. Cuius composita sunt, Excæco, quod est ualde, seu perfectè cæco. Plin. Vt quum lauatur, si oculos attingat, excæcet. Obcæco, de quo infrà.

Cæcutio, is. n. t. Parum uideo, ἀμβλυώτ]ω. & cæcutiens, quasi semicæcus. Varr. Vtrum oculi mihi cæcutiunt, an ego uidi seruos in armis contra dominos? Hieronymus ad Paul. Vt rarus sit, qui non earum cæcutiat lectione.

Cæculto, as, n. p. Obtusum uisum habeo, & quasi cæco similis sum, ἀμβλυώτ]ω. Festus, Cæcultare, est cæcos imitari. Plaut. Numnam mihi oculi cæcultant? est ne hic noster Hermio?

Cædítiæ tabernæ, Dictæ sunt à Cæditio quodam, qui eas in uia Appia ædificauit.

Cædo, is, cæcîdi, pen. prod. cæsum, uerbum actiuum t Percutio, ferio, uerbero πλήτ]ω, τύπ]ω, μαστιχῶ. Terent. in And. Verberibus te cæsum in pistrinum Daue dedam. Interdũ idem quod amputo uel abscindo. Cic. 3. de Diuin. Arbores simul cum luna senescentes tempestiuè cędi. Et paulò pòst, Qui robur illud cæcîdit, dolauit, inscripsit. Itẽ Occîdo. Ver. 2. Aen. Cæduntur uigiles. Ponitur quandoq; pro immolare: ut apud eundem, Cædunt binas de more bidentes. Item pro frangere. Cic. 3. Verr. Cædere ianuam saxis, instare ferro.

Cædi testibus, apud eundem ad Q. Fratrem, est testium multitudine urgeri, premi, conuinci. Huius composita sunt Abscîdo, Concîdo, Circuncîdo, περιαιρεῦμαι, Decîdo, Excîdo, Incîdo, Intercîdo, Occîdo, Præcîdo, Recîdo, & Succîdo: quorum pen. producitur. At Cædo sine diphongo, cessi præteritũ & supinum cessum facit, multaq; significat, χωρέω. Nam quandoq; Cedere significat abire, & locum uictori dare, ἄκεμι. Cicero, Cui quidem exercitus nostri, imperatores q; cesserunt. Quandoq; discedere, euitare atq; subtrahere. Plau. Cedamus imbri. Hinc cedere iræ, κ]ᾶδε τὸ θυμοῦ, dare locũ irę, & quasi ab ira discedere. Cedere bonis, Discedere à bonis, & quicquid nostrũ erat, tradere creditori, ἐκεῖναι τῶν ἔντων. cedere iuri, discedere à iure, ius quod habebamus alteri tradere: quod & de iure cedere dicimus. Cedere item est in ius alicuius uenire: ut, Cedunt mihi ea bona, id est in ius meum ueniunt. Et cum accusatiuo mediante In. Hier. super Mat. Ita fiebat, ut oblatio liberorum sub occasione templi & in sacerdotum lucra cederet. Rursus cedere ponitur pro dare. Enn. Saluete optima corpora, cedite manus uestras, meas q; accipite. Pro concedere, obsequi, non repugnare, παραχωρεῖν. Vergilius primo Aeneidos, Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso. Pro succedere, seu in sortem cõtingere. Idẽ, Cesserit Ausonio si sors uictoria Turno. Pro incidere. Plau. Aulul. In hostem absoluturus cedas. Inuenitur & Cedò Imperatiuum, Dic, φέρε δή, εἰπέ: nec habet aliam personam, nisi tantùm Cedite plurariter, habetq; primam correptam. Terentius in Andria, Cedò, cuium puerum apposuisti hic ante ianuam? Lactant. libro tertio, Cedò igitur, quid didiceris Cic. in Caro, Cedò, qui uestram Remp. tantam amisistis? id est dic. Terentius in Phormione, posuit pro Da, Quin tu mihi argentum cedò: PHOR. imò uxori tu cedò. Cedere diẽ, χωρεῖν τὴν ἡμέραν, inquit Vlpianus, significat incipere debere pecuniam, sicut Venire diem, significat eum diẽ uenisse, quo pecunia peti possit. Cedere è uita, est mori. Cic. de Clar. Orat. Hortensius è uita cessit. Huius uerbi composita sunt, Abscedo, Accedo, Cõcedo, Decedo, Discedo, Excedo, Incedo Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, ἀμφίσαμαι, Retro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cedo, Secedo, & Succedo: quæ habent penultimã productã.

Cæſus, partic. à Cædo. ut, Cæſis copiis, Cicero ad Brut. lib. 10. Cæſis uictimis. Idem ad Attic. libro 2. Cæſæ arbores, Plinius lib. 16. cap. 12.

Cæſum, cæſi, Pars orationis nondum ex duobus aut pluribus uerbis quicquam abſolutè ſignificãs: hoc modo, Et ſi uereor iudices, ne turpe ſit. Interdum tamen Cæſum dicimus, quum non efficiuntur membra ex connexione uerborum, ſed ſingula uerba aliquid ſignificantia proferuntur: hoc modo, Quis eſt iſte Gellius? armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori, depopulator curiæ.

Cæſura, ræ, f. p. propriè inciſura, διαιρετή. Plin. lib. 17. Ante Calendas Martias creſcit ad brumam uſq; deſinitq; quum durescere incipit hoc ſignum, quod tempeſtiuam habet cæſurã.

Cæſura item in carmine dicitur, quum in medio uerſus uox pronuntiantis quaſi inciditur, pedis alicuius principio finem dictionis terminante. Hęc quadrifariàm diuiditur, alia Penthemimeris dicitur, ſiue ſemiquinaria, alia Hepthemimeris, ſiue Semiſeptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica.

Penthemimeris eſt, quum poſt duos primos pedes ſuperans ſyllaba inuenitur, quę dictionem terminet: ut, Arma uirumq; cano: &, Italiam fato: habet enim ex quinq; dimidiũ. Hepthemimeris eſt, quum poſt tres pedes ſimiliter ſyllaba dictionem terminans inuenitur: ut, Arma uirũmq; cano Troię. Continet enim ſeptenarii medietatem. Trochaica eſt, quum poſt duos pedes trochęus partem orationis perficit: ut Nil noſtri miſerere. Bucolica, quum poſt quatuor pedes ſyllaba ſuperat in partem rationis deſinens, & inuenitur trochæus partem orationis terminãs: ut, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.

Cæſuratim, Significat Succinctè, breuiter, per cæſurę commata συντόμως. Vtitur hac uoce Sidonius in Epiſtola quadam ad Claudianum.

Cæſim, aduerbium ſignificat cædendo, ſiue per inciſionem gladii, ἐκ καταφορᾶς, κοπτικῶς, τμήδην: ſicut Punctim ἐκδιατυπῶσης, pungendo. Liu. 2. bel Pun. Hiſpano punctim magis quã cæſim aſſueto petere hoſtem. Colum. lib. 5. Maior autẽ pars operis in uineã ductim potius q̃ cæſim facienda eſt, id eſt cũ maturitate potius, q̃ uno impetu. Ceſſim uerò gemino ſſ, & ſine diphthõgo aliud ſignificat: de quo uide infrà ſuo loco

Cæſio, onis. f. t. uerbale. Idem ſignificans quod inciſio. Colum. lib. 4. cap. 33. Et poſt quinquennium cæſa, more ſalicti recreatur, atq; in palũ formata, ferè uſq; in alterã cęſionẽ perennat.

Cæſitium, tii, n. ſ. Linteolum erat purum & candidum: dictũ quòd cædendo ad candorem peruenerit: uel quòd oras circunciſas haberet. Plautus in Epid. Linteolum cæſitium. Ex Nonio.

Cædes, dis. f. t. Mors ferro, aut alia ui illata, præſertim ab eo qui occidere aut ferire uolebat, φόνος. Cic. in Brut. Nam quum in ſylua ita facta ſua cædes eſſet. Ouid. 8. Metam. modo uulnera fratrum Ante oculos mihi ſunt, & tantæ cædis imago Plin. li. 14. cap. 13. Inuenimus inter exempla Mecenii uxorem, quòd uinum bibiſſet è dolio, interfectam fuiſſe à marito, eũq; cædis à Romulo abſolutum. Inde dicimus aliquem commiſiſſe cædem. Huius diminutiuum eſt Cædicula.

Cædua ſylua, A cædendo dicta, quę ſcilicet religioſa non eſt, ſed quoties opus eſt, ad ignis uel ædificiorum uſum cæditur, κουριζομένη ὕλη. Plinius lib. 13. cap. 4. Cæduæ palmarũ ſyluæ. Contrà Incidua ſylua dicitur, quæ non cęditur. Eiuſmodi erant Luci religioſi, quos uiolare nefas erat, qualem deſcribit Lucanus Pharſaliæ ſuę lib. 3. Lucus erat longo nunquam uiolatus ab æuo.

Cælatura, Vide Cælo.

Cælebs, generis communis. t. Vir ſine uxore, aut mulier ſine marito uiuens, ἄγαμος ἀνήρ. Dictus cælebs (ut inquit Hieronymus) quòd cælo dignam uitam agat, qui coitu careat. Auguſt. Cęlebs qui non habet uxorem, uel quæ nõ habet maritum: qualia ſunt numina in cælo, quę abſq; coniuge ſunt, ſi agapetas non attendamus. Hi accipiunt Cælibes non tam pro uxore carentibus, quàm pro caſtis & omni uenere abſtinentibus, Sed propriè dicitur Cælebs, qui uxorem non habet etiam ſi concubinas habeat. Nam & Cęlebs & maritus contraria ſunt. Martial. libro 12. Corrumpis ſine talione cęlebs. Hoc eſt, corrumpis alienas uxores, quum ipſe uiuas in cęlibatu, nec habeas uxorem, quam illi uiciſſim poſſint corrumpere. Quintilian. Nam clarus, an obſcurus: magiſtratus, an priuatus: ciuis, an peregrinus: liber, an ſeruus: maritus an cælebs: parens liberorum, an orbus ſit. Cicero de Legibus Cęlibes eſſe prohibento. Inde dicimus Torum cælibem, & uitam celibem, actam in cælibatu. Ouid. Quę ſi non fuerat, cęlebs te uita deceret.

Cælibatus, us, Pro uita, quæ agitur ſine uxore, ἀγαμία. Martialis. Conſtituit Mercurius pellere cælibatum. Suetonius Verùm amiſſa uxore Lepida, duobuſq; ex ea liberis manſit in cælibatu.

Cælia, potus genus ex frugibus confecti: cuius meminit Plinius lib. 22. cap. 25.

Cælibaris haſta, dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quę in corpore gladiatoris occiſi ſtetiſſet, ut ſicut illa cõiuncta fuerat cum corpore gladiatoris, ſic cum uiro noua nupta eſſet copulata. Feſtus.

Cælo, as, ſculpo. n. p γλύφω. Cic. 1. de Diuinat. Hanc ſpeciem Praxiteles cælauit argento, & expreſſit Archias uerſibus. Ver. Cęlataq; in auro Fortia facta uirũm. A quo Cęlata uaſa dicuntur quę ueteres Anceſa uocabant, quòd circuncidendo fiant: & Cælum, γλυπτήριον, ipſum, inſtrumẽtum, quo quippiam cęlatur. Plinius lib. 33. conſtruxit hoc uerbum inſtar eorum, quę pretium ſignant. L. Craſſus, inquit, orator duos ſcyphos habuit Mentoris artificis manu cælatos, feſtertiis cẽtum: confeſſus eſt tamen, nunquam ſe his uti propter uerecundiam auſum.

Cælatura, f. p. Ars eſt cęlandi, aut ipſa ſcalptura & inciſio, γλυφή. Plin. lib. 19. cap. 4. Superq; piſtrinarum operibus, & cælaturis uiuere. Idem lib. 25 cap. 12. Qui plaſticen matrem ſtatuarię, ſculpturęq;, & cęlaturę eſſe dixit.

Cælator, oris, γλυπτής. Quintilianus libro 2. cap. 4. Cælator cęlum deſyderat, & pictor penicilla. Argenti cælatores Plinius lib. 34. cap. 8.

Cælamen, inis, Idem quod cælatura, γλυφή. Ouid. 15. Metamor. neq; enim clypei cælamina nouit, Oceanũ, & terras, cumq; alto ſydera cælo.

Cællo, cællis. a. t. diphthongo, & gemino ll, ſcriptum, Verbũ antiquum, & quo ſolum in cõpoſitis utimur, ſignificat percutio, aut frango, πλήττω, τύπτω. Præteritum facit Ceculi, uel culſi, & ſupinum culſum. Hinc fiunt compoſita Percællo, Procællo, & Recællo. Percællo, idem eſt quod percutio, pulſo, & frequenter ad animum transfertur. Terent. in And. Percul ſit illicò animum. Procællo idem eſt quod propello, uel euerto. Inde Procælla: de quo ſuo loco dicemus. Item Recællo idem quod reclino. Eſt & Cello, ſine diphthongo ſcriptum: de quo uide infrà.

Cæltes, is. m. t. eſt inſtrumentum ad ſculpendum aptum. Quidam à cælo, alii à cællo deductum putant.

Cælõmă, ulcus in oculi cornea tunica, latius quàm bothryum, ſed profundum minus, Auicenna Lilimie uocat.

Cælſus, uide Celſus.

Cælum n. ſ Inſtrumentum, quo utuntur argentarii, dum uaſa ſculpunt: aut quo ſcalptores, aut ſtatuarii utuntur in ligneis, aut lapideis ſimulachris ſculpendis, γλυπτήριον, γλυφίον. Vnde eſt illud, Cælo fabricata Myronis.

Cælum, οὐρανός. Vno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ eſt ſupra elementum ignis, quam Philoſophi æthera appellant: ita dictum à celando, hoc eſt, occultando. quòd inferiora omnia celet, & tegat: ſiue à ſtellarum imagine quæ in eo quodammodo cælatę apparent. Ambroſius libro Hexam. cælum, quòd impreſſa ſtellarum lumina habeat, quaſi cælatum appellatur: ſicut argentum, quod ſignis eminentibus refulget, cælatum dicimus. Varro cœlum, quaſi κοῖλον, hoc eſt cauum, dictum putat: & ſic per œ diphthongum ſcribendum uideretur. Cic. pro Pomp. Pompeium omnes, ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed de cœlo lapſum intuentur. In cælo eſſe metaphoricẽs dicitur, pro eo quod eſt numeris omnibus felicem eſſe, & ſummis laudibus celebrari ὑπερπολοκιμᾶν. Item in cælum ferre uel tollere, eſt ſummis honoribus afficere, Cic. Att. li. 3. Salaminii nos in cælum decretis ſuis ſuſtulerunt. De cælo detrahere, eſt de ſummo honoris gradu deturbare. Cicero 6. Philipp. Collegam de cælo detraxiſti. Philoſophi, decem cælos eſſe dixerunt, quorum ſeptem à planetis appellauere: octauum, ſidereum, ſeu ſtellatum: nonum uerò, quum neſcirent cuius conditionis eſſet, uocauerunt cælum aqueum, cryſtallinumue, non à frigidi tate, ſed tranſparentia, quòd per illud ſydera appareant, & pelluceant. Decimum locum ſibi uendicat cælum illud, quod ultimum philoſophi putantes, Primum mobile uocauerunt. Vndecimum cęlum beatorum ſedes, ab

Aethnicis

Aethnicis philoſophis ignotum: quod idcirco Theologi Empyreum uocauerunt, non quòd calore, ſed ſplendore & claritate cęteris antecellat. Sunt igitur undecim cæli, ſcilicet cælum empyreum, primum mobile, cælum cryſtallinum, cælum ſtellatum, cælum Saturni, cælum Iouis, cælum Martis, cælum Solis, cælum Veneris, cęlum Mercurii, & cælum Lunæ, Hæc fuſius tractantur in libro de cælo ab Ariſtotele. Cicero 4. Tuſcul. Cęlum hoc in quo nubes, imbres, uenticq; coguntur, quod & humidum, & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ. De cælo ici, eſt fulmine afflari. Cicero libro ſecundo de Diuinatione, Summanus de cælo ictus. De cęlo ſeruare, eſt cæli ſtatu obſeruato, auſpiciis obnuntiare Auſpicia enim non niſi ſereno cælo, rata erant: contrà fulmine aut pluuia turbabantur. Cicero in Vatinium, Quod eo die ſcires de cęlo eſſe ſeruatum. Idem Attic. lib. 2. Milo pro ſcripſit ſe per omnes dies comitiales cælo ſeruaturum. Plinius lib. 11. capite 37. cælum, capitis cranium uidetur appellaſſe, eo quod caput totum eo tegatur, ut inferiora hęc cælo: Hoc (inquit) eſt uiſcerum excelſiſſimum, proximumq; cęlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. Interdum cælum ſumitur pro aëre. Vergilius primo Aeneid. Maria ac terras, cęlumq; profundum. Idem Georgic. 1. & uarium cęli prædicere morem. Vbi Seruius, cæli, id eſt aëris. Lucret. In hoc cælo qui dicitur aër. Plinius libro ſecundo. Et hoc cælum appellauere maiores, quod alio nomine aëra. Hinc grandines ſunt, & pruinę, imbres, procellę, turbines uentorum. Cælum ἐραυὸν antiquiſsimum deorum fingunt Poëtæ, qui Terra ſorore in matrimonium ducta, Saturnum, Bętillum, Dogana, & Atlanta genuit. A cuius nomine formoſiſſimum ſupremum corpus cælum dicunt fuiſſe appellatum.

Cæleſtis, ſte, diuus, diuinus, è cælo exiſtens, οὐράνιος. Vergilius 1. Aeneid. Tantę ne animis cæleſtibus irę? Liuius 4. ab Vrbe, Siccitate eo anno plurimùm laboratum eſt: nec cęleſtes modò defuerunt aquę, ſed terra quoque ingenito humore egens. Cæleſtes etiam ſubſtant. diciinus pro cælitibus & diis ſuperis. Cicero ſexto. Philipp. Quid eſt, quod de uoluntate cęleſtium dubitare poſſimus? Idem 2. Offic. Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor in cęleſtium concilio collocauit.

Cælicola, com. p. Qui uel quæ cælum habitat, οὐρανίωρ Ver. 2. Aeneid. Meſi cęlicolę uoluiſſent ducere uitam.

Cælicus, a, um, οὐράνιος, idē eſt quod cæleſte: ut, cælica regna.

Cęlifer, Atlantis epitheton eſt, quem Poëtę ob inſignem Aſtrologiæ peritiam finxerunt ſuſtinere cælum, οὐρανοφόρος. Vergil. ſexto Aeneid. ubi cęlifer Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Cęlites, cęlitum, com. t. penult. cor. Dii cęleſtes, qui cęlum inhabitant, οὐράνοι. Cælum autem appellabant ueteres, illam mundi partem, quam nos æthera, ſiue ętherеum mundum uocamus: hoc eſt omne illud, quod eſt ſupra elementum ignis. Vnde Solem & Lunam, & cęteros planetas inter deos cęleſtes numerabant. Cicero 2. de Diuinat. Ego deūm genus eſſe ſemper dixi, & dicam cęlitum. Idem in Som. Scipion. Et grates, inquit, tibi ago ſumme Sol, uobiſq; reliqui cęlites. Legitur & apud Ouidium 5. de Ponto ſingulare cęlite. Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi. Vbi uocat Auguſtum cælitem.

Cęlitus, pen. cor. aduer. ſignificat è cęlo: ſicut diuinitus, à Deo οὐράνιος. Hieronymus, Tandem cælitus inſpiratus præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit.

Cæmentum, n. ſec. κάτις, à cædo ut quidam putant. Sunt enim cæmenta, omnis rudior materia, qua ędificia conſurgunt: quales ſunt rudes lapides nulla arte ad ędificium accōmodati aut politi, ſed quales inueniuntur temerè congeſti. Fodinas quoque ruſtici Campaniæ cæmentarias appellant. Liuius, Nec erat difficile murum fubruere, quòd cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructurę antiquæ genere. Columella libro nono, Sub porticibus quadratę hæ cæmentis, uel etiam latericulis extruuntur. Aliquando ponitur pro ipſo opere, id eſt ædificio, quod ſtructo lapide erigitur. Plinius Pallidus lapis in cæmento rarò utilis: licet enim contra iniurias fortis, ad ſtructuram tamen infidelis eſt. Interpres utitur in Biblus pro calce, aqua, ſabuloq; fermentata. Habuerunt lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento.

Cæmentarii, m. ſ. dicuntur cæmentorum, hoc eſt ędificiorum, quę ex lapidibus ſunt, ſtructores, quos fabros murarios appellant.

Cæmentitius, a, um, Quod ex cæmento eſt: ut, Parietes cæmentitii. Vitru. libro 2. capite 8. Itaq; pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructę.

Cænos, καινὸς, nouū, unde Cænodoxia, καινοδοξία noua gloria.

Cæpe, generis neut. & indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur: unde & primo uocalis diphthongum accepit, κρόμμυον. Plinius libro decimonono, capite ſexto, Ergo omnibus annis ſeparatim ſemen cæpe cauſa feritur, ſeparatim cæpe ſeminis. Dicitur & cępa, cępę. Ouidius quarto Faſt. Cędenda eſt hortis eruta cępa meis. Cęparum plura ſunt genera, nobiliſſima Aſcalonia, ab Aſcalone oppido Iudęę. Nā ut refert Strabo libro decimoſexto, Aſcalonienſium regio prępiuè fert cępas. Colum. Pompeiā uel Aſcaloniam cæpā eligito, & componito in ſidelia. Cępa oculos mordet: unde à Græcis nomen impoſitum κρόμμυον, quaſi pupillam oculi comprimi cogeret, ſicut ſcribit Ariſtoteles in Probl. Vnde lachrymoſa dicitur à Columella.

Cępula, dimin. à cępa. Pallad. Hoc menſe cępulas ſeris.

Cępitius, a, um, & Cępitium ſubſtant. ſecundum Priſcianum, pro eo quod eſt ex genere cæparum.

Cępus, facie ſatyro ſimilis, cętera inter canem & urſum, naſcitur in Aethiopia. Strabo lib. 17.

Cæra, & eius deriuata, uide Cera.

Cęrago, liquor uel ſuccus ex fauorum concauitatibus, ſaporis amari, Græci erithicen dicunt.

Cærēmōniæ, f. p. pen. cor. θρησκεία, τελετὴ, uel ab oppido Cęre, uel à carendo dictę ſunt. Nam urbe à Gallis capta, quū Veſtales uirgines ſimulachra deorum ex hoſtibus erepta traducerent, in oppidum Cęre potiſſimùm conuenere, ubi benignè fuerunt hoſpitio ſuſceptę, donec à Gallis ciuitas per Camillum liberata fuit. In cuius beneficii memoriam Romani præſtiterunt, ut omnis diuinus cultus cęremonia, à Cęre diceretur. Liuius libro quinto, ſcribit, L. Albinū de plebe uirum, uirgines ſacerdotes, ſacraq; plauſtro Cære inuexiſſe: unde cęremoniis ſit enatum nomen. Macrobius libro ſecundo, capite tertio, innuit cęremonias à carendo dictas. Seruius Sulpitius (inquit) Religionē eſſe dictā tradidit quæ propter ſanctitatem aliquam remota & ſepoſita à nobis ſit: quaſi à relinquendo dicta, ut à carendo cęremonia. In quo exemplo illud notandum eſt, dici etiam cæremonia in ſingulari. Cæſar, 7. bell. Gal. Quod more eorum grauiſſima cæremonia continetur.

Cærere, uide Cæro.

Cærinthe, uide Cerinthe.

Cæroma, uide Ceroma.

Cæruleus, a, um, Quod cæli puri, & nubibus uacui colorē imitatur: quaſi cæluleus, κυάνεος. Vnde & mare, quòd à cælo colorem ſuum accipit, propriè Cęruleum dicimus. Vergilius 12. Aeneidos, Fontesq; fluuioſq; uoco quęcunque æther is alti Religio, & quę cęruleo ſunt numina ponto. Sic etiam Cicero libro primo de Natura deorum, Neptuni oculos dixit eſſet cæruleos, ad maris nimirum colorem reſpiciens.

Cęrulus, a, um, penultima correpta, Idem eſt quod Cęruleus θαλασσικός Catullus, Cærula uerrentes abiegnis æquora palmis. Et apud Vergilium libro decimo Aeneidos Freta cęrula.

Cærulum, ſubſtantiuum, ſeu potius in plurali numero Cęrula, pro mari frequentiſſimè accipitur apud poëtas. Vergilius tertio Aeneid. Adnixi torquēt ſpumas, & cęrula uerrūt

Cæruleum, Arenæ genus eſt, quæ in auri atq; argenti metallis naſcitur pictorum uſui, cuius tria ſunt genera, Aegyptiū, Scyticum, & Cyprium. Vide Plinium libro tricęſimo quarto, capite duodecimo & decimo tertio.

Cæſa, uocabant antiqui, quæ poſtea Gæſa dicta ſunt: quæ erant tela Gallis peculiaria, ſicuti Romanis pila, & Macedonibus ſariſſæ. Varro, Qui gladiis cincti ſine ſcutis, cum binis cæſis eſſent.

Cæſale, (quod hic corruptè legebatur) uide Caſeale.

Cæſaries, riei, f. q. Coma. A crebra cæſione, ideoq; propriè uirorum eſt, κομὴ, κουρὰ. Plaut. in Mil. Vide Cæſaries quàm decet. Cæſaries promiſſa, id eſt longa, apud Liuium bel. Pun. 8. Vnde Cęſariati, comati dicuntur. Plautus in Mil. Qui miles admutiletur cæſariatus.

Cæſion, Cæſim. Vide Cædo.

Cæſiūs cōlōr, Oculorū proprius eſt, quem & Felineum à feliū oculis nonnulli appellauerūt, γλαυκὸν χρῶμα: quemadmodum

modũ & Græci γλαυκὸν, quod noctuinorũm oculorũm ſimilitudinem repræſentet. Eſt aũt hic color ſubuiridis, igneo quodam ſplendore internicans: qualem in leonis oculis potiſſimũm conſpicimus. Huiuſmodi oculos Mineruæ Poëtæ tribuerunt bellorum præſidi, utpotè præferocis animi indices: unde & γλαυκῶπις à Græcis, à noſtris Cæſia peculiari epitheto appellatur. Eſt autem hic color diuerſus à cæruleo manifeſtè eos diſtinguente Cicerone 1. de Natura deorum, ubi ſic habet: Apollinem ſemper imberbem, cæſios oculos Minerue, cæruleos Neptuni.

Cæſones, maſculini, tertiæ, pen. prod. Qui cæſo matris utero nati ſunt. Plinius libro ſeptimo, capite 9. Primusq; ex Cęſarum familia, à cæſo matris utero dictus: qua de cauſa & Cæſones dicti.

Cæſpes, generis maſculini, à Cædo fit, & ſignificat terram cum herba auulſam, ſeu in modum lateris cæſam, βῶλος. Vergilius 1. Ecloga, Pauperis & tuguri congeſtum cæſpite culmẽ.

Ex cæſpite agger caſtrenſis fit. Lucanus lib. 1. Et ſubitus rapti munimine cæſpitis agger, Prębet ſecuros intra tentoria ſomnos. Docet Vegetius lib. 3. qua altitudine ac latitudine cęſpes circuncidi debeat.

Cæſpititius, a, um, Quod fit ex cęſpitib. Vnde & Tribunal cæſpititium, uocatur ſuggeſtum ex cæſpitibus factum. Flauius Vopiſcus, Deinde concurſus ad cęſpititium tribunal. Aræ cęſpititiæ, ex cęſpite congeſtæ. Iulius Capitol. Centum aræ uno in loco cęſpititiæ extruuntur.

Cæſpito, as. a. p. pen. cor. παρέφορον βαδίζω, Pede aliquid percutio, quo quaſi ruere cogar: ut ſit cęſpitare, quaſi ad cęſpitẽ offendere, uel in cęſpitem ferri.

Cæſpitatores equi, q̃ ſæpe in cæſpitem, uel lapidem, aut aliquid huiuſmodi impingunt.

Cæſtrum, Inſtrumentum, quo ebur cauatur. Plin. lib 35. ca. 11. Lala Cyzicena perpetua uirgo M. Varronis iuuẽta, & peni cillo Romę pinxit, & cęſtro in ebore imagines mulierum maximè, &c. Ibidem, In encauſtice pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera, & in ebore cæſtro, id eſt uiticulo, donec claſſes pingi cœpẽre.

Cæſtus, us. m. q. Genus clauæ pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens, quo Daretem & Entellum pugnaſſe legimus: à cædendo dictum πυγμή. Vergilius lib. 5. Sin crudo fidit pugnam committere cęſtu. Ceſtus uerò ceſti, ſine diphthongo ſumitur pro cingulo, & zona illa uirginea, quã maritus prima nocte diſſoluebat: & eſt fœm. gen. quanuis & maſc. reperiatur: à uariis punctis ſic dicta: κεντῶ enim pungere eſt, & picturare. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipſa Martem, & Iuno Iouem conciliabant, à Poëtis Ceſtus, κεστὸς dicitur. Martialis, Vt Martis reuocetur amor, ſum miſſe tonantis, A te Iuno petit ceſton, & ipſa Venus. Sed & lorum, aut opus interpunctum, acutè pictum, commune ornamentum fœminarum, Ceſton Græci uocant.

Proinde Celſus Africanus, contra quem ſcripſit Origenes 24. libros edidit, quos à rerum uarietate κεστοὺς appellauit. Hinc Inceſtus: & Ceſtilus diminutiuum. De Veneris ceſto uide multa apud Homerum libro 14. & eius interpretem Euſtathium.

Cæſuliæ, A uetuſtiſsimis dicti ſunt, quæ ceſiis ſunt oculis.

Cæſum, Cæſi, Vide Cædo. (Feſt.

Cæſura, **Cæſuratim**, **Cæſus**, Vide Cædo.

Cætera, cæterum, abſq; recto maſculino in ſingulari numero uſitato, ex Græco, κοὶ ἕτερος, id eſt & alius. Terentius in Heeyr. Quàm fortunatus cęteris ſum rebus. Cicero quarto Acad. cætera ſeries deinde ſequetur. Idem 6. Verr. Argentum illi cæterum purum appoſuerat. Cętera doctus, figurata locutio, deriuata à Græcis, qui κατὰ præpoſitionem frequenter ſubaudiunt. Cicero primo de Natura deorum. Non ſolùm enim poëta ſuauis, uerùm etiam cętera doctus, ſapiensq; traditur. Martialis, Viſceribus bonus eſt, cætera nile ſapit. id eſt quantum ad cętera. Nominatiuo ſinglari Cæterus in maſculino genere uſus eſt Cato de Re ruſtica capite 22. ubi ſic habet, Cęterus ornatus domi, Pompeiis emptus eſt.

Cętero, aduerbium. Plin. lib. 10. cap. 58. Palumbes fœmina incubat, poſtmeridiana in matutinum, cętero mas: hoc eſt quod reliquum eſt temporis.

Cæteroquin, pro alioquin. Cicero de Orat. Illam autem concinnitatem adhibet quidem hic ſubtilis: quem, niſi quòd ſolum: cęteroquin rectè quidam uocant Atticum.

Cæterum, μέντοι, coniunctio, ſiue aduerbium, pro ſed, ſiue id quod dicere ſolemus, Quod reliquum eſt. Plautus Pœn. De hinc cæterum ualete.

Cæterà, etiam quandoq; aduerbialiter capitur pro Deinceps, τὸ ἄπτα. Vergilius 9. Aen. Cæterà parce puer bello. Curtius, Cæterà opimam prędam fore. Id eſt in poſterum.

Calæ, f. p. teſte Seruio, à maioribus dicebantur fuſtes quos portabant ſerui ſequentes dominos ad prælium: unde etiam Calones dicebantur. Nam conſuetudo erat militis Romani ut ipſe ſibi arma portaret, & uallum: uallum autem dicebãt Calas. Lucil. Scinde calam, ut caleas, id eſt ſcinde lignum, & focum accende, ut calefias.

Calabra curia, Romæ erat proxima caſæ Romuli, à calando, id eſt uocando dicta, quòd ibi ante faſtorum cognitionẽ Pontifex conuocata plebe pronuntiabat, quot dies inter Calendas & Nonas intercederent. Hinc curia ipſa, teſte Macrobio libro 1. cap. 15. Calabra dicta eſt, quod in ipſam populus calaretur.

Caladrius, pro auis nomine, Vide Charadrius.

Călămă, æ, ſ. p. eſt haſta ſeu Spica ipſius frumenti. Dicta ἀπὸ τῆς κάλης, qđ eſt lignũ. uel ἀπὸ τῆς καύσεως ſic appellatũ. Suid.

Calamagroſtis, καλαμαγρωστὶς, Graminis genus, foliorum magnitudine ad arundinem penè accedens, iumenta apud Babylonem, (ubi iuxta uias copioſè naſcitur) enecans. Latini Græcorum imitatione Gramen arundinaceum appellant.

Calamarium, n. ſ. καλαμοθήκη, Theca, id eſt repoſitorium calamorum: quod & Theca calamaria dicitur.

Calamentha, pen. prod. apud Colum. lib. 4. cap. 27. ponuntur pro fragmentis ueterum calamorum, hoc eſt pedamentorum, quę ex calamis, hoc eſt ex arundine fiebant.

Calaminthа, æ, καλαμίνθη, Herba eſt montibus familiaris, folia habens ocymi incana, ſurculos aridos, caules angulo-ſos, & florem purpureum. Hoc autem caliminthæ genus officinæ, ſeruata propemodum antiqua appellatione, Calamentũ uocant. Sunt & aliæ duæ Calaminthæ ſpecies: quarum altera pulegio eſt ſimilis, & figura & odore, licet aliquanto maior ſit: unde & pulegium ſylueſtre à uulgo appellatur. Altera mentaſtro ſimilis, foliis oblongioribus, caule & ramulis maioribus, quàm ſuperior. Vide Dioſc. libro 3. capit. 34. & Ruellium lib. 3. cap. 30.

Calamiſtrum, n. ſ. καλαμίς, ίδος, generale eſt, κάμινθρον. Acus maior, qua calefacta, & adhibita, criſpantur capilli. Cic. poſt Redi. Non te illius unguentorum odor, non uini anheli tus, noñ frons calamiſtri notata ueſtigiis, in eam cognitionem adducebat? Vnde calamiſtratus puer, καλαμιδοκὴς, pro criſpulo, cirratoq;, qui anulatos capillos habet. Cic. ibid. Cur in heluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris, tam eximia uirtus tandiu ceſſauit? Plaut. in Aſin. Quiſnam iſtuc tibi accredat, cinæde calamiſtrate? Varro refert calamiſtrũ parari ob ornatum, quod calefactum in cinere capillos ornet. Qui autem calamiſtratum adminiſtrat, à cinere Cinerarius, & Ciniflo uocatur.

Calamochnus, καλαμόχνη, ἀδάρκης, Eſt falſa quædam lanugo in locis paluſtribus calamis tenuioribus adnaſcens, ex aqua dulci & marina, ubi ſe miſcent. Alio nomine Adarca dicitur. Vide Plin. lib. 22. cap. 10.

Calamitæ, f. p. καλαμῖται, Ranæ minimæ ſunt, et uiridiſsimæ quæ à quibuſdam Dryopetæ uocantur: ſic dictæ quòd inter calamos uerſentur. Plin. lib. 32. cap. 7.

Calamites, m. p. Gemma, à Calamo nomen habens, quòd plures ſimul iunctæ inueniantur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Calamus, m. ſ. κάλαμος, pen. corr. Arundo magis minuta, habens internodia longa & recta, ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebant. Vergil. Eclog. 3. quum Daphnidis arcum Fregiſti, & calamos. Plin. libro decimoſexto, Calamis populi Orientis bella conficiunt. Eſt & Calamus, quo ſcribi ſolet. Primi enim calami ex arundine conficiebantur. Martialis in diſtichis, Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus: Texantur reliqua tecta palude tibi. Eſt & calami genus concauum & fiſtulis, quas Syringas uocant, conficiendis accommodatum. Ad quod uidetur alludere Vergilius Ecloga 6. Nec calamis ſolùm æquiparas, ſed uoce magiſtrum. Huius primum inuentorem fuiſſe Pana uolunt Poëtæ. Idem Eclog. 2. Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit. Calamus item eſt uirga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendos piſces: ſimiliter uirga ad capiẽdas aues uiſco illita. Martialis, Galbula decipitur calamis, & retibus ales. Aliquando accipitur pro ſtipula, & pro quacunque,

re te

re tereti, ac fistulosa ad similitudinem arundinis. Vnde arborum quoq; ac uitium calamos dicimus, id est teretes particulas & uirgas ad ferendum in terra aptas. Plin. Qui longius efferantur pomorum calami, rapis infixos optimè custodire succum arbitrantur. Est etiam Calamus mensura sex cubitorum & palmi. Calamus odoratus, κάλαμος μυρρικὸς Dioscoridi, arundini similis est aspectu, multis geniculatus nodis, cafiæ sapore, tactu mollis, & quum frangitur sciffilis, intus araneosus, locum in quo nascitur, suauissimo replens odore. Prouenit in Arabia, India, & in Syria iuxta Libanum montem. Vide Plinium lib. 12. cap. 20. In officinis appellationem retinet.

Calamitas, tis, f. t. Grando quòd comminuat calamos, hoc est culmos, & segetes, κάλασις Plau. Casin. Profectò hercle non fuit quicquam oleū, Nisi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquam. Terentius in Eunucho, Ipsa egreditur nostri fundi calamitas Sed translatio in hoc exemplo est. Ibi enim calamitas pro infortunio & miseria accipitur, siue erumna, συμφορά.

Calamitosum, Dicimus malis ac calamitatibus prægrauatum. ὀϊζυρόν. Cic. Et honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitososq; defendere.

Calamitosè, adueib. Miserè. Cic. 3. Offic. Nam quod aiunt, minima de malis, id est ut turpiter potius, quam calamitosè! an est ullum maius malum turpitudine?

Calantica, f. p. Tegmen muliebre quod capiti innectitur τανία. Cicero in Clod. Tunc, quum uincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares, &c.

Calasatri, pueri dicebantur, canoram uocem habentes, inquit Vitruuius, qui à regibus ad hoc munus quæri solebant. Legendum Catasthli, Mart. Epig. 12. Cum tibi Niliacus portet Crystalla Catasthlus. Vide Georgii Merulę Annotationes super eum locum.

Calasiris, authore Festo, nestis genus fuit apud ueteres, quod Græci καμίσιον uocant. Sunt qui dicãt tunicæ muliebris nodum esse, quo circa ceruicem connectitur.

Calata comitia, Vide in dictione Comitium.

Calathus, m. s. pen. cor. ab aliquibus Qualus & Quasillus: ab aliquibus Fiscella, uas uimineũ, secundum Porph. in quo mulieres pensa uel tramam reuoluunt: aut in quo flores, uel fructus, aut aliquid id genus ferunt, κάλαθος, τάναφρον. Vergil. in Alexi, tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis. Ouidius libro quarto Fast. Hæc implet calathos lento de uimine nexos: Hæc gremium, laxos degranat illa sinus. Erat autem calathi forma superne latior, paulatim in angustum desinens, qualem etiam in turbine conspicimus. Accipitur interdum pro calice ad sacrificium apto. Vergilius in Daph. Vina nouum fundam calathis Arusia nectar. Seruius ait esse uas æneum, in quo lac, uel recens caseus distrahitur.

Calathiscus, diminut. καλαθίσκος, paruus calathus. Catullus, Ante pedes autem candentis mollia lanæ Vellera, uirgati custodebant calathisci.

Calathiana uiola, Flos est præter uiolarum naturam Autumno prouenians, lutei coloris, foliis minutis, sine odore: a calathi figura ita appellatus. Vide Plin. lib. 21. cap. 6.

Calatores, κλήτορες, Dicebantur serui, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est uocare, quòd semper uocari possent ob necessitatem seruitutis.

Calbei, authore Festo, dicebantur apud ueteres armillæ, quibus triumphantes utebantur, & milites ob uirtutem donabantur.

Calcendix, Festo, conchæ genus est.

Calcifraga, æ, Herba est in maritimis petris ferè nascens, à calculis frangendis ita dicta: λιθοτρόφον: de qua uide Plin. lib. 27. cap. 9. & Ruellium lib. 2. cap. 129.

Calcioli, (quod hic corruptè legebatur) uide Carsioli & Carseoli.

Calculus, m. c. Lapis breuis terræ admistus: sic dictus, quòd molestiam calcantibus exhibeat: uel, quòd calcem, hoc est pedem offendat, ψῆφος, λιθίδιον. Verg. 2. Georgic. Tenuis ubi argilla, & dumosis calculus aruis. Cicero tertio de Orat. Demosthenes coniectis in os calculis summa uoce aduersus multos uno spiritu pronuntiabat. Est item calculus lapillus in renibus, aut uesica generatus, meatum urinę prohibẽs asperrimumq; gignens cruciatum, quod morbum genus Græci λιθίασιν appellant Plinius lib. 11, cap. 37. Sed hominum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi, & setarum capillamenta. Qui autem eo morbo laborant, Calculosi dicuntur Plinius lib. 20. cap. 21. Hic & calculosis, & inflationi & torminibus illinitur. Celsus libro 7. cap. 26. de curatione calculosorum A Græcis λιτανικοί, λιθιῶντες. Plin. libro 21. Vtuntur ad alopecias, lithanicos, opisthotonicos. Item Calculus, ψῆφος dicitur quem Latronem seu Latrunculum antiqui appellauerunt, uulgus Scacum uocat. Martialis, Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto, Calculus hic gemino discolor hoste pent. Quoniam autem calculis subducere rationes solemus, Calculus pro ipsis rationibus ponitur. Hinc reuocare, siue reducere ad calculum est aliquid exactius supputare Cicero de Amicitia, Hoc est quidem minus exiguè & exiliter ad calculum reuocare amicitiam, ut parsit ratio acceptorum & datorum. Idem, Itaq; tibi concedo, ut si te alicuius dati pœnitet, ad calculum reducas. Calculis item olim suffragia colligebant: candidis absolutionem, nigris condemnationem significantibus. unde factum est, ut Calculum pro suffragio, sententia, & iudicio ponamus.

Calculo, as, are, n. p ψηφίζομαι, rationem facio. Inde Calculator, à Calculis, id est lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant, ψηφίς. Martial. lib. 10. nec calculator, nec notarius uelox Maiore quisquam circulo coronetur.

Calculosus, a, um, Calculis plenus. Columella, Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. Et apud Plinium libro 35. cap. 14. Calculosum solum.

Calendæ, f. p καλάνδαι, Plutarcho, Primus dies mensis: à καλέω uoco. Tunc enim Pontifex calato, id est uocato populo, quot dies à calendis ad Nonas supererent, pronuntiabat. Confluere autem Nonarum die in urbem populus solebat, ut addiscerent quid eo mense in diuinis, humanisq; rebus facto opus esset. Hinc Nonas quidam dictas putant, quasi nouæ initiũ obseruationis: uel quod ab eo die ad Idus nouẽ putentur dies. Apud Tuscos Nonæ plures habebantur, quòd nono quoque die regem suum salutarent, & de suis consulerent negotiis, Sciendum, quum dico Tertio Calendas, certum semper diem me significare. Ad tertium uerò Calendas, etiam incertum: ut, qui est circiter tertium Calendas.

Calendaris, re, Quod ad Calendas pertinet: ut, Iuno Calendaris dicta, quòd Calendarum dies ei sacer esset. Macrobius lib. 1. cap. 14. Idus, inquit, Ioui dedicatæ, Calendæ Iunoni: unde Laurentes Calendarem Iunonem appellauere.

Calendarius, a, um, Idem est: ut, Calendarius liber, ἀνωγραφὴ ἡμερίς.

Calendaria. Dicebantur tabulæ, ab obseruatione singulorum mensium: ut Diaria, à singulorum dierum ratione obseruata. Accipitur etiam Calendarium apud Iurisconsultos pro negotiatione nominum faciendorum. Vlpianus, Calendarii quoq; curatio & quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus, Itaq; ipsæ pecuniæ si adhuc calendario, id est nominibus faciendis destinatæ essent, fidei commissio cedere solent. Budæus.

Calículus, uide Calix.

Caliendrum, Ornatus est muliebris capitis, uel certè coma ascititia, ut interpretatur Acron in illud Horatii 1. Serm. Altum Saganę caliendrum Excidere atq; herbas, atq; incantata lacertis Vincula cum magno risu q; ioco q; uideres.

Căliga, f. p. pen. cor. καλίγα, Tegumentum tibiarum: cuius diminutiuum est Caligula. Cic. 2. Philipp. Cum caligis & lacerna cucurristi. Plin. lib. 7. cap. 41. Quanquam Massurius author est, bis in triumpho ductum. Cic. Mulionem castrensem suffarraneum fuisse: plurimi iuuentam inopem in caliga militari tolleraſſe.

Caligatus ta, tum, adiectiuum: ut miles caligatus. Iuuenalis, Veniam caligatus in agros. Dicebantur autem milites caligati, tenuissimæ sortis, & postremarum classium milites. Nam primæ & secundæ classis milites ocreas æneas gestabãt. Author est Liuius lib. 1. ab Vrbe condita.

Caligarius, a, um, ut, Caligarius clauus. Pli. lib. 10. ca. 18. In quibus pisces omnib. annis Virgiliarũ ortu existũt squamis conspicui crebris atq; præcutis, clauorũ caligariorũ effigie. Idẽ li. 34. cap. 14. Aliud breuitate sola placet, clauisq; caligariis.

Caligaris & hoc caligare. Plin. lib. 22. cap. 22. Si enim caligaris clauus, si ferri uel chalybis aliqua rubigo, &c.

Căligo, f. r penultima producta, Tenebræ, obscuritas, opaci

tas, ῥάθις

Calx pro talo pedis

Calx pro sententia iudicio, suffragio.

tas, aëris ſpiſsitudo, ὄφος. Vergilius 4. Aen. Quis globus o ciues, caligine uoluitur atra?

Caliginoſus, a, um, γνοφώδης, ζοφώδης pro obſcuro dicitur Cic. 1. Tuſculan. Vt penetret & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, uenti q; coguntur, quod & humidum, & caliginoſum eſt, propter exhalationes terræ.

Caligo, as, Cæcutio, ἀμβλυώττω. Plin. lib. 20. cap. 22. Inunguntquoq; ſcabras genas, aut caligantes oculos cum melle.

Caligans, participium. Verg. 4. Georg. & caligantem nigra formidine lucum Ingreſſus.

Caligatio, onis, uerbale, ἀμβλυωπία. Plin. lib. 20. cap 6. Aquilæ miſto felle cum melle Attico inunguntur nubeculæ, & caligationes, ſuffuſionesq; oculorum.

Călim, Veteres pro Clàm uſurparunt. Author Feſtus.

Călix, m. t. κύλιξ, Genus poculi, quo bibimus: ita dictũ quòd eo calidam bibebant: nam & calidam conuiuiis ueteres adhibebant. Plaut. in Cap. Aulas călices q; omnes confregit, niſi quæ modiales erant. Quandõq; ponitur pro maiori uaſe. Cic. 1. Tuſcul. Quid? huic calix mulſi impingẽdus eſt, ut plorare deſinat. Quandoq; pro uaſe in quo legumina & olera coquuntur, Ouid. lib. 4. Faſt. Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat. Varro, Calix à caldo, quòd in ea calida puls apponebatur.

Caliculus, li, Diminutiuum à Calice deductum, quum uas potorium ſignificat, κυλίκιον. Cato de Re ruſt. cap. 108. Vinum ſi uoles experiri, duraturum ſit, necne, polentam grandem di midium acetabuli in caliculum nouum indito.

Calla, Herba genus eſt aro ſimile, in arationibus naſcens, uſuſq; eoſdem habens quos arum. Eſt & altera callæ ſpecies, quam Anchuſam nonnulli, alii Rhinocliſia appellant. Vide Plinium lib. 27. cap. 9.

Callæi, κάλλαοι Gallinaceorum barbæ dicuntur, eò quòd colorem purpureum, quem κάλλαιον Græci dicunt, imitantur. Vide Cælium Rhodig. lib. 11. cap. 16.

Callaís, καλλαΐς Gemma eſt ex uiridi palleſcens, oculi figura extuberans, leuiterq; adhærens petris, non ut agnata, ſed ut eiſdem appoſita. Naſcitur in finibus Indiæ amplitudine conſpicua, ſed fiſtuloſa, & ſordium plena. Vide plura de hac gemma apud Plinium lib. 37. cap. 8.

Calleo, Callens, Vide Callum.

Callarías, Piſcis eſt mari peculiaris, ex aſellorum genere, niminor eſſet. Vide Plin. lib. 32. cap. ultimo.

Callíblĕphărŏn, καλλιβλέφαρον, Medicamen accommodatum uitiis oculorum, præſertim cum palpebræ cohæreſcunt, & ulcera oculorum malè curata ſunt. Plin. lib. 23. cap. 4.

Callícia, Herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit Vide Plinium lib. 24. cap. 17.

Callíelæa, καλλιέλαια, Olea ſatiua. Vide Ruel libro 1. cap. 104.

Callídus, Callidè, Calliditas, uide Callum.

Călligŏnŏn, n. ſ. καλλίγονον, Herba eſt, quam nonnulli Sanguinariam dicunt, à multitudine ſeminis, denſitate fruticis ſic dicta. Plin. lib. 27. cap. 52. Dicitur & Polygonon.

Călli mŭs, κάλλιμος, Lapis eſt ex genere ætitarũ: de quo Plin. lib. 37. cap. 21.

Callíon, κάλλιον, ῥίζος ὑπνοτικὸς, Herba eſt, quam aliis nominibus Solanum ſomniferum, Halicacabum, & Veſicariã appellant. Vide Plinium lib. 21. cap. 31.

Calliŏnў mŭs, m. ſ. καλλιώνυμος, Genus piſcis, cuius fel cicatrices ſanat, & carnes oculorum ſuperuacuas conſumit. Plinius lib. 32. cap. 7.

Calliſcere, Vide Callum.

Calliſtephanos, καλλιστέφανος, Genus eſt oleaſtri, quo uictores Olympiorum coronabantur: unde & nomen accepit. Author Pauſanias.

Calliſtruthiæ. f. p. ψυκτάριαι, Ficorum omnium frigidiſſimæ. Plin. lib. 15. cap. 18.

Callítrichon, καλλίτριχον, Herba eſt, quæ alio nomine Polytrichon dicitur, quòd multos & pulchros crines nutriat. nam in uino cocta cum ſemine apii, adiecto oleo copioſè, & fluere capillum prohibet, & criſpum denſumq; facit. Dioſc. Adiantum appellat: quo nomine & Plinius utitur lib. 22. ca. 21. Aliud (inquit) adianto miraculum: æſtate uiret, bruma non marceſcit: aquas reſpuit perfuſum, merſumq; ſicco ſimile eſt: tanta diſſociatio deprehenditur: unde & nomen à Græcis, alioquin frutici topiario. Quidam Callitrichon uocant, alii Polytrichon: utrunq; ab effectu. Hæc ille. Legitur & nominatius Callitrix. Idem lib. 26. cap. 14. Aſtragali radix in puluerem trita, humidis ulceribus prodeſt: item callitrix decocta in aqua.

Callítrix, icis, καλλίτριξ, Animal eſt ex genere ſimiarum, à pili pulchritudine ita dictum. Plin. lib. 8. cap. 54. Callitriches toto penè aſpectu à ſimiis differunt: barba eſt in facie, cauda latè diffuſa primori parte. Hoc animal negatur uiuere in alio, niſi Aethiopiæ, quo gignitur, cælo.

Callitrix, icis, f. t. herba quę decocta in aqua, humidis ulceribus prodeſt, Plin. lib. 25. cap. 14.

Callius mas Tripolium, Dioſc. lib. 4. cap. 136.

Cállŏs, κάλλος, pulchritudo, honeſtas.

Callus, in maſc. genere, & Callum, li, utroq; enim modo dicitur, Eſt curis labore uiæ pedibus, aut alio opere in manibus, parteſue alia corporis denſior facta, cuiuſmodi eſt in ſuis roſtro, ceruice bouis, animalium plantis, & duritia illa quę in manibus ex labore naſcitur, τύλος, τύλη. Plaut. in Perſa, Plus calleo quàm aprugnum callum callet. Eſt autem Callum aprugnum caro apri calloſior, & obid ſaporis iucundioris. Et in Captiuis, Quanta ſumini abſumedo? quanta callo calamitas? Vnde Callum obducere dolori, uel labori, per metaphoram dicimus, pro eo quod eſt, longa conſuetudine ita nos comparare, ut laboris, uel doloris moleſtiam non admodum ſentiamus. Cic. lib. 9. Epiſt. Fam. Conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo. Idem 2. Tuſculan. Et ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori.

Callus eſt ſubſtãtia lapidoſa & rigida, compacta quędam alba, atq; expiratione priuata caro. Vnde etiam dolorem non ſentit, quippe cum neq; uena, neq; neruus ipſam pertingat. Curationem eius uide apud Paulum lib. 6. cap. 77.

Calloſus, adiect. durus, callis plenus, τυλώδης. Colum. lib. 3. ca. 1. Humido loco ſciet non rectè mandari fructus, teneri & amplioris acini, ſed calloſi & anguſti. Author Carminis ad Piſonem, quod Ouidio à quibuſdam tribuitur, Humida calloſa quum pinſeret hordea dextra.

Calleo, les, n. ſ. Propriè Calloſus ſum, τυλόω. Plaut. in Pſeud. Neq; ego homines magis aſinos unquam uidi: ita plagis coſtæ callent: quos dum ferias, tibi plus noceas. Transfertur & ad animum. Cicero Sulpitio, Atqui in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. Interdum Callere, eſt perfectè ſcire, ἐπίστασθαι, quòd ſicut pes uel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens longa experientia colligit habitum quendam rerum, in quibus uerſatur. Et ſic neutrum tranſitiuum eſt. Perſius, Dicenda, tacendaq; calles. Horatius in Arte, Legitimumq; ſonum digitis callemus & aure. Huius compoſitũ eſt, Occalleo: à quo Occalleſco. Plautus in Aſinaria. Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis? Occalluit animus, apud eundem per translationem, pro obduruit, & longa conſuetudine confirmatus eſt.

Callens, nomen. Plin. libr. 21. cap. 31. Halicacabi radicem bibunt qui ſunt uaticinandi callentes.

Calliſcere ueteres dixerunt pro calleſcere, ſiue occalleſcere. Cat. Aures nobis calliſcunt ad iniurias, id eſt, occaluerunt. Nonius.

Callidus, per duplex ll, aſtutus, differtq; à uerſuto, quòd callidus ſit ille (ut ſcribit Cicero) cuius animus uſu, ut manus opera concalluit: Verſutus, cuius mens celeriter uerſatur πανοῦργος. Cicer. 4. Acad. Ego enim, ut agitator callidus priuſquàm ad finem perueniam, equos ſuſtinebo.

Callidè, aduerb. aſtutè, uafrè, malitioſè, πανούργως. Cicero 3. de Orat. Callidè, argutèq; dicere. Idem 2. de Finib. Sed omnia callidè, referentem ad utilitatem.

Calliditas, atis, f. t. Vafritia, aſtutia, πανουργία. Cicero 1. Offic. Scientia, quæ eſt remota ab iuſtitia, calliditas potius quàm ſapientia appellanda eſt.

Callis, lis, m. t. Via callo perdurata, τρίβος. Vergil. libro 8. Rara per occultos ducebat ſemita calles. Idem 4. Aeneid. prædãq; per herbas Conuertant calle anguſto.

Calo, as, καλέω, καλῶ, Idem eſt quod uoco. Hinc dicta ſunt comitia calata, quæ pro collegio Pontificum haberi ſolent, aut Regis ſacrorum, aut Flaminum inaugurandorum cauſa. Dicta autem ſunt Calata comitia, quòd claſſes per ordinem calarentur, hoc eſt, uocarentur. Equites enim uocabantur primi, octoginta deinde primæ claſſis centuriæ, & deinceps ſuo ordine cæteræ inferiores claſſes. Budæus.

Calator, pẽ prod. Feſt. Calatores ſerui, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quia ſemper ob neceſſitatem ſeruitutis uocari poſſent.

Calones

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Calones, m. s. calcei ex ligno. Quo etiam nomine serui militũ castra sequentes dicuntur, qui clauas ligneas & fustes gerebant, uel qui militibus ligna subministrabãt, καλοφόροι Horatius Hunc perminxerunt calones atq; caballi. Liuius 5. Bel. Pun. Impedimenta subsequi iussit, calones, lixasq;, & inualidos milites uallũ ferre. Quidã tamen Calones à calando deriuant, quòd ad ministerium aduocarentur: alii à Calẽdis, quod Calendarum die cibaria caperent pro toto mense.

Călŏphănta, m. p. καλοφάντης, derisor. Plautus in Curc. Calophantam, ac sycophantam.

Călŏpŏdĭŏn, καλοποδίον calceamẽti lignei genus est, quod alio nomine dicimus Soccum & per diminut. Socculum.

Călŏpŭs, masc. t. καλόπους, animal Syriæ, iuxta Euphratem habitans, auiferum ac uelox, cornibus longis, quibus arbores deiicere fertur.

Calor, & Caliditas, f. t. θέρμη, ἀλέα. idem significans: à calendo. Plautus in Milone, nam mihi nimius calor Comburebat gutturem.

Caldor, doris, idem quod calor, θέρμη. Varr. lib. 1. de re Rustica cap. 55. Olea lecta, si nimium diu fuerit in aceruis, caldore fracessit, & oleum fœtidum fit.

Calidus, a, um, à calore fit. Modò feruentem significat, θερμόν. Verg. Aeneid. 9. Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen. Modò ferocem, inconsultum. Pacuuius, Caue sis, ne minis calidè loquaris, & turbam concites. Modò uelocem. Varro, Quum hæc dixisset, ecce calidus quidam nauicularis irrumpit in curiam. Dicitur & Caldus per syncopen. Mart. Frigida non deerit calda petenti.

Caldarium, n. s. Ahenum quo aqua calida hauritur: uel in quo aqua igni admouetur, λέβης ὑπολίβας. In balneis item Caldarium erat locus in quo calida lauabantur: quemadmodum Frigidarium, in quo frigida & Tepidarium, in quo tepida.

Caldarius, a, um, Caldaria cella, in qua frigida lauabantur. Plinius lib. 5. Epi. Frigidariæ cellæ connectitur media: cui sol benignissimè præsto est, caldariæ magis: prominet enim. Caldarium æs, ex quo caldaria, hoc est ahena fiebant. Plin. lib. 14. cap. 8.

Caleo, les, lui, per simplex l, feruco, calidus sum, θέρομαι. Plautus in Rud. Os tibi calet. Vergilius 1. Aeneid. Centum calent aræ. Calere dicitur res per translationem, dum adhuc recens est. Plaut. Pœn. At enim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur. Tracta metaphora à fabris ferrariis, qui ferrum candens simul ac igni exemerunt, statim cudunt, ne mora interposita durum fiat, & intractabile. Aliter tamen calere res apud Cic. accipitur. 3. in Verrem, Posteaquam satis calere res Rubrio uisa est, quęso (inquit) Philodame &c. id est ubi uidit eos inflammatos & accensos multa compotatione. Composita sunt Concaleo, & incaleo. Caletur impersonale à Caleo.

Calesco, scis, n. t. calidus, uel calidior fio, θερμαίνομαι. Plin. lib. 20. ca. 21. Succusq; tribus modis exprimitur in fictili, calescitq; in eo in sole modicè. Ouid. 6. Fast. Est Deus in nobis, agitante calescimus illo. A quo Concalesco, & Incalesco.

Calefacio, & Calfacio, a. t. calidum reddo, θερμαίνω. Plinius libro 21. Chrysochomę radix calfacit & stringit. Cicero 2. de Nat. deo. Partim ad calefaciendum corpus igni adhibito. Transfertur & ad animum. Cic. ad Qu. Frat. libro 3. Eodem die Gabinũm ad populum luculenter calefecerat Memmius id est uexarat, exagitarat, Hinc excalfacio: à quo Excalfactorius, a, um, θερμαντικός. Idem Excalfactorias habet uires. Concalfacio, calidum reddo, σωκθερμαίνω. Cicero, Et ait idem, quum brachium concalefecerit, tum solere pugnare.

Calefactus, particip. Ouid. in Ibin. Vtq; petit primò plenum fluentis arenæ Nondum calefacti uelitis hasta solum.

Calfactus, us, nomen. Plin. li. 29. cap. 3. Cibo quot modis iuuẽt, notum est, quum transmeent faucium tumorẽ, calefactuq; obiter foueant.

Calfacto, as, are. Horatius 2. Epist. Sub noctem gelidam lignis calfactat ahenum.

Calefio, calidus fio, sub uoce neutrali passiuam habet significationem, θάλπομαι. Cic. ad Attic. lib. 2. Balneum calefieri iubebo. A quo Concalfio & Excalfio. (Frigorificus.

Calorificus, a, um, quod calorẽ facit, θερμοποιὸς: sicut à Frigore Κωφὸς λιμήν, id est bonas portus: ita Græci nominarunt (à re scilicet, ut solent frequentissimè) Scythiæ Europeæ portũ in Euxino super Tauricos. Pomp. lib. 2.

Calotechnus, καλότεχνος, bonus artifex, cuius contrarium est cacotechnus κακότεχνος, malus artifex.

Calpar, κάλπις, Dolium, & uini genus, quod sacrificii causa è dolio emittebatur, prius quàm degustaretur. Varro li. 1. de Vita populi Romani, Quia antequàm nomen dolii prolatum esset, quum etiam id genus uasorum Calpar diceretur, id uinum Calpar appellatum. Festus docet esse genus uasis fictilis.

Caltha, κάλθη, Viola est lutei coloris Verg. in Bucol. Mollia luteola pingit uaccinia caltha. Vide latius apud Plinium libro 21. capite sexto. Vulgus Gallorum Solsiam uocat, quasi solsequiam.

Calthula, læ, Vestis, à caltha uiola coloris lutei. Plautus, Induси aram, patagiatam, calthulam ac crocotulam.

Calua, æ, Dicitur os capitis, ubi capilli esse consueuere, κράνιον. Martialis, Psilotro faciemq; lauas, & dropace caluam.

Caluaria. f. p. Totum caput carne nudum: & tam de Brutis, quàm de hominibus dicitur, κρέγμα. Caper caluam uocat Palladius, Equæ caluaria, sed non uirginis, intra hortum ponenda est, uel potius asinæ. Caluariæ descriptionem uide apud Celsum libro 8. capite 1. Et caluariæ, loca sepulturæ publica, πολυάνδρια, seu loca in quibus supplicio afficebantur damnati.

Caluaster, subcaluus, cui capilli partim deciderunt, ἀναφαλαντίας.

Caluata uinea, In qua uites quidem sint, uerùm paucæ, raræq;, ut in caluitio capilli. Plinius libro 17. capite 22. Cato de Re rustica capite 33.

Caluities, f. q. & Caluitium, Defluuium capillorum à capite: seu locus capitis, ex quo iam capilli defluxerunt, φαλάκρα, φαλακρότης. Suetonius in Cæsare, Caluitii uerò deformitatẽ iniquissimè ferebat, sæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus ideò deficientem capillum reuocare à uertice consueuerat. Cic. 3. Tusc. Proinde stultissimum regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitiõ mœror leuaretur.

Caluco, es p. s Caluus sum, φαλακράω. Plin libro 11. cap. 37. Et quædã animaliũ naturaliter caluent, sicut struthiocameli, & corui aquatici. Hinc componitur Recaluco, ἀνασιηοῦμαι, quod est rursus in caluitiem reuertor.

Caluescere, Est caluum fieri, φαλακροῦμαι. Plin. lib 11. Propriũ huic caluescere omnibus annis, quũ feritur rapa. Dicitur & de agris. Colum. lib. 5. Propter mures atq; talpas sæpe nouella castaneta caluescunt, id est, rarescunt.

Caluefio, fis, Caluus fio, ἀναφαλαντίας γίνομαι. Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 37. Ego ista etiam, inquit Agrasius, non solùm in omnibus tondendis, sed in meo capillo à patre acceptum seruo, ne decrescente luna tondens caluefiam.

Caluo, uas, a. p Caluum facio, φαλακράω, à quo Decaluo, & Recaluo. Primum significat Valde caluo: secundum, Ab anteriore capitis parte caluo.

Caluo, uis, a. q. Decipio, Frustror, κατασοφίσομαι, cuius passiuũ est Caluor: tractum à caluis militibus, qui omnibus solent esse frustratui. Sallustius in 3. historiarum, Contrà illa calui ratus. Hoc est decipi.

Caluor, deponens. Plautus in Cas. Nam ubi domi sola sum, sopor manus caluitur, id est decipit.

Caluus, Dicitur à cuius capite capilli defluxerunt, siue qui sine capillis natus est, φαλακρός. Vnde Plin. lib. 11. docet esse gentes naturaliter caluas: quales Myconii, qui capillo carentes gignuntur. Suet. in Cæsare, Vrbani seruate uxores, mœchum caluum adducimus.

Calumnia, f. p, Vexatio alicuius in litibus per fraudem & frustrationem: aut rei alicuius malitiosa interpretatio, διαβολή. Nonius malitiosam & mendacem infamationem interpretatur. Cic. 1. Offic. Existunt sæpe iniuriq, calumniæ quædam nimis callidæ, arq; malitiosa iuris interpretatione. Idem in Sallust. Sed est quędam calumnia, quam unusquisq; nostrũm, testante animo suo, fert de eo qui falsum crimen bonis obiectat.

Calumnior, aris. d. p. Significat per fraudem & subdolam rationem causa uincẽdi in litibus, mendaciis alios uexo: uel falsa crimina intendo, διαβάλλω, συκοφαντέω. Cicero ad Varronem, Nam quòd antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam.

Calumniator, m. t. Qui calumniam facit, id est qui falsum crimen obiicit, συκοφάντης. Vnde in lege duodecim Tabularum, Calumniator idem patiatur quod reus, si conuictus fuerit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fuerit. Cicero pro Cluentio, Est hic Ennius egens quidam calumniarum mercenarius Opianici.

Calumniosus, Qui calumniam inferre solet. συκοφαντικός. Augustinus, Nemo illic calumniosus tendiculam uerborũ

Calumniosè, aduerbium, συκοφαντικῶς. (requirit.

Caluo, caluus, uide Calua.

Calx, dub.t. pro calcaneo, extrema pedis parte ponitur, qui & pes imus appellatur, à calcando dictus, πτέρνα, σφυρόν. Vergilius 5. Aneidos, Calcemq; terit iam calce Diores. Vnde & pro fine metaphoricè ponitur: ut, Auertice ad calcem. Cicero. Quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati. Aliquando pro ictu calcis, & percussione pedum, plagaq;, λάκτρον. Terentius in Phormione, nam quæ insciția est Aduorsum stimulos calces. Iuuenalis, Aut dic, aut accipe calcem. Et tam pro calcaneo, quàm percussione, modò masculino, modò fœminino genere usurpari solet. Silius, Iam compos uoti ferrata calce cruentat Cornipedem. Vergilius, Cornipedemq; citum ferrato calce fatigat.

Calcar, caris, n.t. penultima producta, Ferreus stimulus ad urgendos equos: sic dictus, quod ad calcem alligetur, πλῆκτρον, κέντρον. Ouidius, Non opus est celeri subdere calcar equo. Cicero de Oratore, Quod dicebat Isocrates doctor singularis, se calcaribus in Ephoro egere: contrà autem in Theopompo frænis uti solere. Currenti calcar addere, prouerbialis metaphora, pro eo quod est, eum qui sua sponte ad rem aliquam satis incitatus est, uehementius adhuc inflammare.

Calcatus, & Calcaneum. n.s. (utroq; enim modo dicitur) Pars posterior pedis imi, πτέρνα. Vergilius in Moreto, Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

Calceus, m.s. à calce, Pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium, ὑπόδημα, καλτίδιον. Cic. lib. 1. de Inuent. Si mul tus erat in calceis puluis, ex itinere eum uenire oportebat. Plautus in Truc. Iam quos capiam calceos?

Calceolus. m s. diminutiuum à calceus, ὑποδημάτιον. Cicero 1. de Natura deorum, Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.

Calcearium, ij. n.s. singulari numero pluralis uim habet: quem admodum & Vestiarium, ὑποδήματα, ὑπόδεσις. Nam quum alicui calcearium aut uestiarium legatum dicimus, non calceum unum, non uestem unam significamus, sed tantum uestium, aut calceorum, quantum illi corpori honestè tegẽdo, pedibusq; armandis fuerit satis. Vlpianis de Ali. leg. Diariis, uel cibariis relictis, neq; habitationem, neq; uestiarium, neq; calcearium deberi palàm est.

Calceolarius. m.s. Qui calceos conficit, ὑποδηματοποιός. Plautus in Aul. Propõlæ, linteones, calceolarii.

Calceamen. n. t. & Calceamentum pro ipso calceo, ὑπόδημα. Plin. lib. 19. Hinc calceamina, & pastorum uestis. Cic. 5. Tus. Mihi amictui est Scithicum tegmen, calceamentum solorũ callum, cubile terra.

Calceatus, us. m.q. Idem quod calceamen. Plinius, Itaq; longo itinere sine calceatu atteruntur pedes. Idem libro 11. cap. 45. Pes imus uestigio carnoso: qua de causa in longiore itinere sine calceatu fatiscunt.

Calcio, & Calceo, as, a.p. Calceos induo, ὑποδέω. Et modò accusatiuum habet eius rei, qua quis calceatur, modò ablatiuũ Accusatiuo iunxit Plinius lib. 36. cap. 5. Arcesilaum quoq; (inquit) magnificat Varro, cuius se marmoream habuisse lænam tradit, aligerosq; ludentes cum ea cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii è cornu cogerent bibere, alij calciarent soccos, omnes ex uno lapide. Ablatiuo autem idem iunxit libro septimo, capite uicesimo, Nos quoque uidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurnisq; quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi. Item Gellius, Dic feriato tunicis, & lacernis indutos, & gallicis calciatos. Calciari item equi dicuntur, quum pedes eorum aduersus saxorum iniuriam ferramentis muniuntur. Testimonium uide apud Sueton. in Vespasiano. Huius compositum est, Excalcio. Suetonius in Vitell. Pro maximo munere à Messalino petiit ut pedes præberet sibi excalciandos.

Calcitro, as, a.p. pen. cor. Pede percutio, λακτίζω. Plin. lib. 30. capite 6. Mulas calcitrare quum uinum biberint. Hinc Calcitrones dicti sunt equi, qui calcibus infestant. Gellius libro 4. cap. 2. Equus mordax aut calcitro uitiosus, non morbosus. Huius compositum est Recalcitro.

Calcitratus, ut, nomẽ uerbale, actus ipse calcitrandi, λακτισμός Plinius libro 8. capite 44. Mulæ calcitratus inhibetur uini crebriore potu.

Calcitrosus, qui sæpe calcibus ferit, λακτιστής. Columella lib. 1. Iuuencumq; reste tractum, calcitrosum reddit.

Calco, as, a.p. propriè significat pede comprimo, πατέω. Verg. libro 12. Aeneid. Mistaq; cruor calcatur arena. Idem tertio Trist. Durum calcauimus æquor. Plinius libro 13. capite quarto Tertium ex his genus pateton, calcatis simile. Idem Ita serratis uectibus calcari solent, parietesq; similiter. Transfertur etiam ad animum: ut idem significet quod contemno. Author carminis ad Pisonem, rarasq; non humilem calcat fastosa clientem. Sic dicimus, Calcare uoluptates, aut alias animi passiones. Composita sunt, Conculco, Inculco, & Proculco.

Calx, f.t. lapis ustus, ex quo arenæ admistione fit intrita: ita dictus à calcando. nam ita lapides simul astringit, ut calcati uideantur, ἄσβεστος, ὁ. Cicero pro Mil. Repente lyntribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atq; arma conuexit. Palladius, Calx quæ erit ex spisso & duro saxo, structuris conuenit: ex fistuloso uerò, aut molliore lapide, tectoriis adhibetur utilius. Vide Plin. lib. 36. cap. 23.

Calcaria fornax, in qua calx coquitur, κάμινος ἀσβέστου: sicut Sulphuraria, in qua sulphur. Plinius libro decimoseptimo capite nono. Nuper repertum, oleas gaudere maximè cinere è calcariis fornacibus. Est autem adiect. Calcarius, a, um. Calcarius uerò substantiuè, qui præest fornaci calcariæ. Cato de Re rustica. Calcarius ligna conficit ad fornacem.

Calcata ædificia, dicuntur calce contecta, τετμιγωμένα: quam artẽ Loricationem & Tectoriam appellant, & præcipuè si læue politumúe fuerit, ut superinduci possit peniculus uel albarium, uel pictura, uel aliud quippiam ad uenustandam structuram.

Calcatorium, n.s. apud Palladium libro 1. capit. 18. uidetur esse semita quædam editior in cella uinaria, inter duos lacus. Verba eius sunt hæc, Cellam uinariam Septentrioni debemus habere oppositam, ita instructam necessariis, ut nõ uincatur à fructu: sic autem dispositam, ut basilicæ ipsius forma calcatorium habeat altiore loco cõstructum: ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda uina hinc inde depressi sunt gradibus tribus ferè, aut quatuor ascendatur. Et paulò pòst, Quòd si cupis, locum suum deputabimus: is locus ad calcatorii similitudinem, podiis breuibus & testaceo pauimento solidetur. Dictum autem uidetur Calcatorium, siue à calcando, hoc est, eundo: siue ab opere calcato, hoc est, loricato, ex quo conficiebatur.

Călȳptră, æ, καλύπτρα, Genus uestimenti, quo mulieres capita tegebant: à καλύπτω, tego.

Calyx, κάλυξ, m.t. Significat folliculum, quo primùm flos, & deinde semen herbarum, uel fructus arborum cooperitur à καλύπτω, cooperio.

Calyculus. diminutiuum. Plinius lib. 16. capite 44. Quod uerò in spina fullonia gignitur hypophæston, calyculis inanibus, foliis paruis.

Cama, lecti quoddam genus breuis & circa terram. D. Ambros. in Offic,

Cambades, Vide Chambades.

Cambio, is, psi, commuto, μεταπάτομαι. Apud antiquos uerò Cambire accipitur pro pugnare, iter inchoare, flectere: à quo Campso, as, quod est iter flecto.

Camella, genus uasis est apud Ouidium libro quarto Fast. ubi sic habet.

Dum licet, apposita ueluti cratêre, camella,
Lac niueum potes, purpureamq; sapam.

Camelopardalis, καμηλοπέρδαλις, animal est cameli pro ceritate, colore pantheræ, maculis ueluti florentibus uariegatum, postremæ infra aluum partes humi subsident, sicut in leonibus uidemus, humeri pedesq; priores, atq; item pectus præter cæterorum membrorum rationem procera, te. nuis ceruix: camelo capite simile, pedibus & cruribus boni. Plinius libro 8. cap. 18.

Cămēlus, m.s. simplici l, κάμηλος, animal quadrupes, quod crura prolixa, collum oblongum habet. Sitim per triduum tolerat, sed quum inuenit aquam, tantum bibit, ut & præteritæ, & futuræ siti satisfaciat. Bactri camelos mittũt & Arabes ut scribit Diodorus: sed in hoc differunt, quòd Arabici in dorso

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dorso bina habent tubercula(hos Dromedarios uocant) Bactriani singula. De camelis multa Plin. lib. 8. cap. 18. Cic. 2. de Nat. deor, Camelli adiuuantur proceritate collorum. Horat. 2. Epistola, Diuersum confusa genus panthera camelo. Est & Camelus funis nauticus, quo anchoræ religantur. De quo aliqui intelligunt illud in Euangelio, Facilius est camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cælorum.

Camelinus, a, um adiectiuum, ut Camelinum lac. Plinius lib. 28. capite nono, Vulcissimum ab hominis camelinum, efficacissimum ex asinis.

Camelasia, siue Camelaria, curatio est camelorum, & Camelarij ipsorum camelorum curatores, Arca. de Mun. l. munerum, Camelasia ait, personale munus est, & ibidem de Camelario.

Camelopodion, καμηλοπόδιον, Herba est quibusdã, quã Dioscorides, πράσιον, Latini Marrubium uocant.

Cămĕră, fœm. p. pen. cor. καμάρα, arcus ædificium sustinens, tectumq; deuexum & incuruatum: quod & Fornix & Testudo à Latinis appellatur. Seruius deductum existimat ab adiectiuo Camurus, quod curuum significat & inflexum. Cicero ad Qu. Frat. Cameras quasdam non probauit, mutariq; iussi. Sallustius in Catilinam, Eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculta tenebris.

Camerarius, a, um, adiectiuum. Plinius loquens de cucurbitis. libro decimonono, capite quinto, Inde hæc duo prima genera, camerarium & plebeium, quod humi repit. Camerariũ, genus cucurbitæ uocat, quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi serpit.

Camero, as, are, n. p. καμυρῶ, Cameram, id est fornicem & testudinem facio: à quo Concamero, Plinius libro uigesimoquarto, Dinocrates architectus Alexandri, Arsinoes templum cõcamerare inchoauerat.

Cameratus, a, um: unde Cõcamerata loca, dicimus testudinea, hoc est quæ fornicibus constant. Camerata uehicula, quæ Græci καμαρατὰ uocant, qualia sunt pensilia, quibus matrone gestantur: cuiusmodi etiam hodie fiunt corio contecta.

Camillus, propriè puer ingenuus, qui flamini diali ad sacrificia ministrabat. Antiqui enim Camillos & Camillas uocabant ministros & ministras impuberes in sacris. Vnde Mercurius Hetrusca ligna Camillus, quasi deorum minister dictus est.

Căminŭs, masc. s. κάμινος, pen. prod. Latinè fornax dicitur. Verg. lib. 3. Aeneid. Ruptis flammam expirare caminis. Iuuenalis Satyra 10. Iam stridunt ignes, iam follibus atq; caminis Arlet adoratum populo caput. Est etiam structura quæ fumum excipit, uel locus, in quo ignis struitur. Cicero ad Atticum, Luculento camino utendum censeo. Suetonius in Vitel. Nec ante in prætorium rediit, quàm flagrante triclinio ex conceptu camini.

Camino, as, are, a. p. Facere in modum fornacis. Plinius libro decimo sexto, cap. 6. Acerui confertis taleis recentibus luto caminantur. Idem libro decimoseptimo, capite decimoquinto, In prunis palmo amplius, & ubiq; caminata fossura ore compressiore sint.

Cammaron, κάμμαρον, Herbarum uenenosissima, quæ notiore nomine Aconitum appellatur. Cammaron autem dictum existimant à radicis flexura, quam Dioscorides scorpionis caudæ assimilat. Mandragoram item herbam non nulli Cammaron appellant.

Cammarus, penultima correpta, piscis est ex cancrorum genere, molliorem testam habens pro cute. Vidę Plinium libro 31. cap. 8. Martialis libro secundo, Concolor in nostra cãmare lance rubes.

Camœnæ, cum œ diphthõgo, Musæ, Iouis & Memoriæ filiæ à cantus amœnitate ita dictæ. Varro author est ab antiquis, Carmœnas & Casmœnas dictas fuisse, quæ postea abiecto r uel s, Camœnæ appellatæ sunt. Aliter Festus, Camœnæ (inquit) à carminibus sunt dictæ, uel quòd canunt antiquorũ laudes, uel quòd sint castæ mẽtis præsides. Vergilius 3. Eclog. Alternis dicetis, amant alterna camœnæ. Dicimus etiam Camœna numero singulari. Persius Saty. 5. tibi nunc hortante Camœna excutienda damus præcordia. Seneca in Med. Ille uocali genitus Camœna.

Campana, næ. f. p. κώδων, instrumentum notum ad pulsandum idoneum: à qua Campanula. Hieronymus ad Eusto. Quousq; campanula in claustro pulsabitur. Malleus campanæ dicitur Rhopalum, ῥόπαλον, est etiam instrumẽtum quo pulsatur ostium.

Campanus, a, um, adiectiuum: ut, Vrbs Campana, Ver. 10. Aen. Et Capys: hinc nomen Campanę ducitur urbi. Liuius Campanum, Statius 5. Syl. Morbus campanus, Horatius 1. Serm. Campanum ob morbum in faciem permulta iocatus.

Campe, f. t. καμπὴ. plur. num. tantùm et neut. gen. Vermis genus horrensis, herbas & arborum frondes infestans. à uerbo Græco κάμπτειν, quod est flectere eo quòd flexo obliquis tractibus corpore progrediatur. Colum. lib. 10. Nec solùm teneras audens erodere frondes Implicitus conchæ limax hirsutaq; campe. Hinc Hippocampe, pisces: qui & equi appellantur, à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt.

Campsor, oris, qui ex pecuniæ permutatione lucrum facit κοπὴ βίου.

Campus, m. s. Est grande atq; amplum spatium terræ planæ, ut plateæ, areæq;, πεδίον. Oppius 3. bel. Ciuil. Sed quũ esset inter bina castra campus circiter millium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit. Verg. 7. Aen. Filius ardentes haud secius æquore campi Exercebat equos.

Dictus Campus à capiendo, quòd animalium, seu rerum aliarum multitudinem facilè capiat: seu quòd uereres ex agro tantùm plano capiebant fructus. Solet tamen accipi pro qualibet re, in qua quis studium habeat. Cic. 4. Acad. Quum sit enim campus in quo possit exultare oratio, curream in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta cogimus? Latissimum dicendi campum, alio loco dixit Cicero, pro ubertate materiæ, quam uocant.

Campestris, stre, denominatiuũ à campo formatum, πεδινὸς: ut, Campestres operarii, qui in campo Martio seruilem operam candidato impertiebantur. Campestria Loca plana à Campo deductum nomen, πεδινὰ χωρία. Campestria itẽ dicuntur genitalium succinctoria, eo quòd ludentes in campo uestibus omnibus exuebantur, & nudi ludebant solis cãpestribus tecti uirilia, περιζώματα. Horatius penula solstitio, campestre niualibus auris. Vnde qui ita succincti sunt, Campestratos uulgus appellat.

Camura, æ, pen. prod. Vasis genus, quod opertũ in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia. Festus.

Cămū**rŭs**, a, ũ, Idẽ quod inflexus est, seu curuus, ἐπικαμπὴς, καμπύλος. Verg. 3. Georg. Camuris hirtæ sub cornibus aures.

Camus, mi, m. s. Genus uinculi, κνημὶς, φίμος. Plautus in Casina posuit pro fune quo damnati alligantur furcæ, quum ait, Camam & furcam feras. Item equorum retinaculum, frænũ, & muliebre ornamentum. Græcis etiam Cadum iudicialẽ significat, coni figuram referentem, in quem iudices calculos coniiciebant. Est & genus tibiæ, pabuli, & lilii, & quædam herba. Item mechanicum instrumentum igniferum.

Chamos aspiratum, idolum est, quod alio nomine dicitur Beelphegor, ut inquit Hieronymus.

Canabis, Vide Cannabis.

Canalicolæ, com. p. pen. cor. Forenses homines pauperes: dicti quòd circa canales fori consisterent. Festus.

Cănālis, pen. prod. & tam masculini quàm fœminini generis, à canna fit, una litera detracta. Est autem Canalis lignum ad cannæ similitudinem cauarum, quo aqua deducitur. σῶλην, Festus, Canales per quos aqua confluit in uiis lapide stratis. Vergilius tertio. Georg. greges ad stagna iubeto Currentem illignis potare canalibus undam. Dicitur & hoc Canale. Statius libro 1. Syl. Flumina demerso tradit intemerata canali.

Canaliculus, diminutiuum à Canalis in masculino genere, σωλινάριον. Columella libro nono Largiore cibo celerius pinguescit: semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur.

Canalicula, diminutiuum, Parua canalis, σωλινάριον. Gellius lib. 7. cap. 11. Ipsum autem Erasistratum dicere, duas esse quasi canaliculas quasdam, seu fistulas, &c.

Canaliculatus, a, um, Quod est in canalis modum factum, σωλινωειδὴς. Plin. lib 19. Quibusdam angusta & canaliculata, ut cumino: paucis foliacea & lata ut atriplici.

Canalitius, a, um, adiectiuum, ut Canalitium aurum, dicitur in puteis effossum, quod uenarum canalibus per saxa uagatur huc atq; illuc, & per latera puteorum. Plin. lib. 33. ca. 4. Quod puteis foditur, canalitium uocant: alii Canalense, marmoris glareæ inhærens.

Canaria, Herba est, quam uernacula nostra lingua etiam Herbam canis uocamus, quòd canes ęgroti ea præsentem uomitum eliciant. Plinius libro 25. capite 8. Inuenerunt &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

canes canariam, qua faſtidium deducũt, eamq; in noſtro conſpectu mandunt: ſed ita, ut nunquam intelligatur quę ſit: ete nim depaſta cernitur. Ruellius humilem eſſe herbulã oſtendit, foliis tritici multò minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodiis tibiarũ modo in ſe inferctis, quæ tracta ſuis ex uaginulis exeruntur: cuiusdam ſpicę loco paniculam habens: deniq; folio & culmo triticum, cacumine arundinem imitans.

Canarius, Canatim, uide Canis.

Cănātĭŭs, ab Apuleio dicitur in Flor. pro clara ſeu præconis uoce. Canatius inquit lunam dabo, ut per omnes prouincias eat. Sed hoc à canando, id eſt Calando uidetur dictũ. Nam Varro ſcribit conſuetudinis fuiſſe, ut claſſicus in arce circumq; muros canatum iret.

Cancanos, *κάγχανος*. Herba eſt Galeno, quæ Dioſcoridi & Plinio, Cacalia dicitur, & Leontice. Vide Ruellium libro 3. capite 118.

Cancelli, lorum, m. ſ. Ligna aut ferramenta, modicis intervallis in tranſuerſum inſtar retis inuicem annexa, quibus ſcenæ, & tribunalia arcq; feneſtræ muniri ſolent, aditusq; eorum præcludi. *κιγκλίδες, δίκρανοι*. Et apud priſcos ferè ſemper fuerunt ærei, quorum multi extant per baſilicas diſtributi, ad lignorum ſimilitudinem fabrefacti, quorum lineolæ altrinſecus in quincũcem ſuperpoſitæ foramina linquũt, quibus quum aër aſpectusq; admittatur, prohibetur acceſſus. ſeruiuntq; uſui is eiuſmodi clauſtra uineis pro ualuis, foribusq; apponi. Cicero pro Seſtio, Tantus eſt à fori cancellis plauſus excitatus. Cancellos alicui circundare, per translationẽ dicitur pro eo quod eſt, limites quoſdam anguſtos cuipiam præſcribere, extra quos non liceat euagari. Idem pro Quintio Si extra hos cancellos, quos mihi ipſe circundedi, declinauero. Sunt & cancelli loca cancellatim, hoc eſt teſſellatim facta, transuerſariis lignis accomoda ſeſſui. Ouidius, Cancellis primos impoſuiſſe pedes. In ſacris literis Cancelli uocantur ſpecilla foraminibus plena, & tranſuerſim plagulis feneſtrata, quas uulgus Zelotypias uocitat. Vnde in Prouerbiis, De feneſtra domus meæ per cancellos perſpexi iuuenem. Hos cancellos delicioſos, Cicero libro primo de perſpecto genere dicendi, appellat Tranſennas, ab oculorum uidelicet & foraminum tranſitu: ait enim, Quaſi per tranſennam prætereuntes, ſtrictim aſpiciamus.

Cancello, as, a. p. Concido, dilanio, diſpungo, erado, deleo. *διακόπτω*. Nam ſicut ex tranſuerſo ducuntur ligna in cãcellis, ita delendis ſcripturis tranſuerſo calamo notæ, lineæq; atramentariæ. Iureconſ. tit. De his quæ in teſtamento delentur. Cancellarat quis teſtamentum, uel induxerat.

Cancellatus, a, um, adiectiuum, Quod cancellorum figuram imitatur. Plinius lib. 3. cap. 10. Duriſſimum dorſo tergus, uentres molles, ſetarum nullum tegumentum: ne in cauda quidem præſidium abigendo tædio muſcarum (nanque id & tanta uaſtitas ſentit) ſed cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo quum extenti recepere examina arctatis in rugas repente cancellis, comprehenſas enecant. Vbi Cancellatam cutem appellat, quibuſdam cancellis diſtinctam, hoc eſt teſſellatim quadratam, & in modũ capſularum factam.

Cancellatim, ad ſimilitudinem cancelli, *δίκλω κιγκλίδων*. Plin. lib. 11. cap. 37. Terreſtrium aliis uenter denticulatę aſperitatis, aliis cancellatim mordacis,

Cancellarii, m. ſ. *ἀρχιγραμματεῖς*, Degenerante iam tum paulatim lingua Latina, dicti ſunt ſcribę principum, quorum opera illi in conficiendis, examinandisue diplomatibus utebantur. Vtitur hac uoce Flauius Vopiſcus, ſcribens à Carino Imperatore factum eſſe præfectum urbis unum ex Cancellariis ſuis.

Cancer, cri, *καρκίνος*, Piſcis genus eſt mollem teſtam habens pro tegumento: cuius multæ ſunt ſpecies, quas uide apud Plinium lib. 9. cap. 31. Eſt item cancer ex duodecim zodiaci ſignis à quadam cancri piſcis ſimilitudine ita dictum: eo quòd Sol menſe Iunio ſignum hoc perambulans, paulatim incipit à nobis recedere, & curſu retrogrado ferri, in modum cancri. Refert Hyginus, hunc fuiſſe cancrum, qui à Iunone in Herculem, cum Hydra Lernea pugnantem, immiſſus fuit: qui quum pedem eius momordiſſet, ab Hercule occiſus eſt, & à Iunone inter ſydera collocatus. Cancer item, *καρκῖνος, καρκίνωμα*, morbus eſt ab atra bile efferueſcente proficiſcens, cùm alias corporis partes, tùm mulierum mammas in primis infeſtans, quę menſtruo non purgantur. Dictus Cancer, uel quòd paulatim ſerpat cancri piſcis ſimilitudine, uel quòd uenas circa ſe habeat extẽſas, inſtar brachiorũ cancri: uel quod pertinaciter hęreat, ut ſolet cancer, ſi quid chelis apprehenderit. Eſt autem & in hac ſignificatione, ut in duabus præcedentibus, maſculini generis & ſecundę declinationis. Cato de Re ruſt. Eadem braſſica uulnera putrida, cancroſq; purgabit, ſanoſq; facit. Grammaticorũ non nulli in hac ſignificatione neutri generis eſſe tradiderunt, & tertiæ declinationis: decepti Ouidii loco, quem opinionis ſuæ corroborandæ cauſa ſolent adducere: Vtq; malum latè ſolet immedicabile cancer Serpere, & illæſas uitiatis addere partes. Qua in re nimium profectò pueriliter falluntur, non animaduertentes, adiectiuum immedicabile, non cum nomine Cancer, ſed cum dictione Malum, cohærere. Cancros Orci, dixit Apuleius, pro faucibus, & tenacibus ſtationibus, quaſi cancellos. Cancer eſt tumor inæqualis, aſper, fœdus, ſublimis, dolore infeſtans, abſq; ulcere interdum: quem etiam latentem nonnunquam appellauit Hippocrates, qui ſcilicet & curatione potius irritatur, interdum cum ulcere proueniens. Paulus lib. 6. cap. 45.

Canchrys, *κάγχρυς*. Libanotidis fœcũdæ ſemen eſt, Dioſcoridi lib. 3. cap. 70.

Canderinon, Lapathon, Lapathi ea ſpecies eſt, quam Oxalida uocant, uerus ramex.

Candaulus, *κάνδαυλος*, Obſonii genus fuit ex carne elixa, pane & caſeo Phrygio, cum anetho, & pingui iure. Vide Cælium Rhod. lib. 20. cap. 14.

Candefacio, Vide Candeo.

Candela, f. p. A candore luminis dicitur, *λύχνος, κηρός*, Iuuen. Satyr. 9. Candelam apponere ualuis. Hinc cãdelabrum, In quo candelæ figuntur, *λυχνεῶν, λυχνία, λυχνιαῶν*. Ci. Verr. Iam uerò lectos æraros, & candelabra ænea, num cui, præter iſtum Syracuſis per triennium facta eſſe exiſtimatis? Sunt enim Candelæ quacunq; conſtent materia, ſcirpis, teda, ſeuo, cera. Varr. Candelabra à candela, in his enim funiculi ardentes figebantur. Martial. de candelabro Corinth. Nomina candelæ nobis antiqua dederunt: Non norat parcos uncta lucerna patres.

Candeo, es, ui, n. ſ. Cãdidus ſum, *λευκὸς εἰμί*. Verg. 4. Aeneid. Candentis uaccæ media inter cornua fundit. Ouid. 11. Metã. Candida de nigris, & de candẽtibus atra. Significat etiam ignitũ eſſe, *αἰθέριπυροῦσθαι*. Cic. 1. Offic. Qui cultros metuẽs tonſorios candere carbone ſibi adurebat capillum. Compoſita, Excandeo, & Incandeo, à quibus Excandeſco, propriè uehementer incendor, inflammorq;. Cato de Re ruſtica. Nã ſi ſub tecto coquas, quum bitumen & ſulphur additum eſt, excandeſcet, hoc eſt incendetur, & inflammabitur. Tranſferuntur etiam ad iram, *θυμοῦσθαι*, quòd ea eſt, uelut ignis animum incendens, & uultum hominis quodam candore perfundens: uel quia, ut ſol quantò candidior, tantò ardentior: ita animus, dum ira concitatus eſt, inflammatus, incenſus, & excandeſcens dicitur, ut tanta mentis commotio ſignificetur. Cęlius Cic. Id poſtquam reſciit, excanduit, & cauſam inimicitiam quærere clamitauit, id eſt ira uehementer incenſus eſt. Hinc Excandeſcentia, quæ eſt (ut Cicero quarto Tuſcul. inquit) ira naſcens, & ſine modo exiſtens, *θύμωσις*. Incandeſco, candens, & ignitus fio. Meta. libro ſeptimo. Non ſecus exarſit, quàm quum Baleares plumbum Funda iacit: uolat hoc, atq; incandeſcit eundo: Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes. Eſt & Recandeo: à quo Recandeſco, quod eſt rurſus candeſco: & accipitur pro caleſio. Ouidius lib. 1. Metamorph. Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti, Solibus ætherei, altoq; recanduit æſtu.

Candeſco, ignitus fio, igneſco, *πυροῦμαι*. Ouid. 2. Metamorph. Currusq; ſuos candeſcere ſentit. Candeſcere etiam album fieri ſignificat. Tibullus libro primo: Liceatq; caput candeſcere canis.

Candor, oris, m. t. Albedo ſplendori cõiuncta, *λευκότης*. Plaut. in Men. O, ſolem uides, ſtatim ut occæcatus eſt, præ huius corporis candoribus. Plin. lib. 12. cap. 14. Thus probatur candore. Cicero ſecundo de Natura deor. Nam ſolis calor, & candor illuſtrior eſt, quàm ullius ignis: quippe qui immenſo mundo tàm longè lateq; illuceat. Dicitur & per metaphoram candor animi à Cicerone multis in locis, pro ſyncerita te & puritate animi.

Candefacio, a. t. Candidum facio. *λευκαίνω*. Plaut. in Moſtel. Vna opera ebur atramento candeſcere poſtules. Aliquãdo etiam

etiam candeſcere, πυρίζειν. Eſt candentem, hoc eſt ignitū reddere. Plinius libro 14. capite octauo Vbi inter lapides candefactos fundi tur. Hinc excandefacio, Candens & ignitum facio: unde Ferrū excandefactum, hoc eſt candens & ignitum. Per translationem accipitur pro ira inflammare, θυμέω.

Candico, as, a.p. penult. corrept. Candorem habeo, ſubcandidus ſum, λευκόω. Plin. lib. 8. Inſigne eſt in dextro latere cādicans macula.

Candicantia, æ, prò albedine, λευκασμός. Plin. lib. 37. Fictitiæ ſacrificationis candicantiam fugiunt.

Candidatus, Qui luce quadam nitente perfuſus eſt. Vnde Lactantius immortalitate nos ueluti candidatos eſſe, eleganter dixit. Candidati etiam dicebantur, qui ad alicuius magiſtratus, aut dignitatis petitionem aſpirabāt οἱ παραγγέλλοντες τὰς ἀρχάς, οἱ δ' αἰτούμενοι, à toga candida, quam per id tempus induebant, ſiue ad denotandum integritatem, quòd ſolus hic color ſyncerus ac purus, & minimè inquinatus eſt: ſiue, ut perſpici ab omnibus poſſet, eōs pecuniam non habere, qua ciues corrumperent. Ire autem candidati per comitia ſolebant, ſuadendo, rogando, ſubmittendo ſe omnibus, & nudato etiam corpore, cicatrices oſtendendo. Cicero pro Muræna, Nec candidatis iſta benignitas adimenda eſt, quæ liberalitatem magis ſignificat, quàm largitionem. Inde per translationem aliarum quoque rerum petitores, Candidati dicuntur, ſicut à Quintiliano, Candidatus eloquentiæ, & à Plinio in Paneg. Candidatus gloriæ, & immortalitatis: ab Hieronymo, Candidatus fidei. Ex quibus oſtenditur Candidatus conſtrui cum genitiuo: ut ſit Candidatus Cōſulatus, Prætura, Quæſtura, qui petit Conſulatum, Prætu-ram, Quæſturam.

Candidus, da, dum, propriè dicitur, quod lucentem quandam habet albedinem: unde niuem candidam, & cygnum candidum magis propriè *dixeris*, quàm album. Seruius in 3. Georgic. Aliud eſt candidum eſſe, id eſt quadam nitenti luce perfuſum, aliud album, quod pallori conſtat eſſe uicinum.

Sumitur etiam candidum αἴθωρ pro ignito: unde Ferrum candidum uocamus, quum accenſum eſt & ignitum Et quia inter colores candidus puriſſimum eſt, accipitur etiam Candidum pro puro, & ſyncero, & minimè fucato. Horat. 1. Epiſt. Albi noſtrorum ſermonum candide iudex. Interdū Candidus ponitur pro Felici: tractum à Thracibus, qui diem fortunatum, albo: aduerſum, nigro lapillo deſignarunt. Catullus, Fulſere ferè candidi tibi ſoles. Horatius libro ſecundo. Serm. Hunccine ſolem tam nigrum eſſe mihi? id eſt triſtem & exitioſum.

Candidè, Idem ſignificans, quod purè, ſyncerè, & benignè, εὐγενομένως. Cælius Ciceroni, Cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter, & candidè poſuiſſe inimicitias uidearis.

Candidus, a, um, diminutiuum, Cicero 5. Tuſcul. Candiduli dentes, uenuſti oculi, color ſuauis.

Candido, as, a.p. Candidum facio, λευκόω. Pomponius, Veſtē lixinio candidans. Plinius, Cuius radice uruntur ad candidandos capillos.

Candidatorius, a, um: ut, Candidatorium munus. Cic. ad Att. lib. 1. Nos in omni munere candidatorio fungendo ſummā adhibebimus diligentiam.

Candifico, as, Candidum facio, λευκόω, Næuius, Polliens ſeſe, & ſuccis herbarum candificans cutem.

Candoſoccus, in uitibus quid dicatur, docet Colum. li. 4. cap. 4. his uerbis, Nonnullos tamen in uineis characatis animaduerti, & maximè heluenaci generis, prolixos palmites, quaſi propagines ſummo ſolo adobruere, deinde rurſus ad arundines erigere, & in fructum ſummittere, quos noſtri agricolæ Mergos, Galli Candoſoccos uocant.

Canella, uulgò Cinnamomum, idq; Italico idomate, & à mercatoribus.

Caneo, uide Canus.

Canentas, Capitis ornamenta ueteres dixere. Feſtus.

Cānēphŏrā, f.p. pen. cor. κανηφόρος. Virgo dicitur, quæ more Attico ſacra in ciſtulis repoſita capite ſuſtinebat, κάνεα enim Græci dicunt, quæ nos Caniſtra, & per diminutionem Caniſtella. Cicero 6. in Verrem, Habe canephoras; deorum ſimulachra reſtitue.

Cani, canorum, uide Canus.

Cangræna, uide Gangræna.

Canſa, æ, Vrticæ ſylueſtris genus. Plinius libr. 21. cap 15. Et in ſylueſtri quæ dicitur Cania, acrior, caule quoq; mordaci, ſimbriatis foliis.

Canicæ f.p. Furfures ab antiquis dicebantur, teſte Feſto, eò quòd canes iis paſcerentur. Vnde Canicaceum panem, furfureum dicimus. Pacuuius, Qui apud te, quaſi ſeruus, eſt canicaceum panem.

Caniceps, Genus animalis faciem caninam habens, κυνοκέφαλος. Plinius lib. 7. cap. 2 tradit in Aſiæ montibus genus hominum eſſe canino capite pro uoce latratum edentiū, quos uocat κυνοκεφάλους: nos etiam Canicipites uocare poſſumus.

Canicula, Vide canis.

Caninus, Vide Canis.

Canis, gen. comm. t. κύων. Animal latrabile: piſcis marinus: & ludi talaris ſignum, quod unum duntaxat punctum continebat: Ideo damnoſus canis appellatur. Propertius, Semper damnoſi ſubſiluere canes. Canis animal à canendo dicitur, quòd nocte in cuſtodia, & in uenando ſignum uoce det. Terent. in Phorm. Introiit in ædes aſer alienus canis. De hoc Colum. lib. 7. cap. 12. Quis hominum clarius, ut tanta uociferatione beſtiam uel furē prædicat, quam ille latratu? quis ſa*mulus amātior domini? quis fidelior comes? q*s *cuſtos* incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt uigilantior: De genere autem & natura canum, uide Plinium libro decimo, cap. 61. & Xenophontem in opere de uenatione. *Canis ſydus* leporem fugientem ſequitur: habet in lingua ſtellam unam, quæ propriè appellatur Canis, magnam quidem & ſplendidam: in capite alteram, quam nonnulli Sirion dicunt. Sunt ergo duo canes in cælo, maior ſcilicet & minor: ſed Canem dicendo, maiorem intelligimus, Minor enim canis Canicula dicitur, quæ quia integrum diem in ortu. atq; occaſu Canē præcedit, à Græcis προκύων uocatur. Hæc etiam Antecanis, & Sirius dicitur. Cicero, Antecanem, Procyon Graio qui nomine fertur. Oritur decimo ſeptimo Calend. Auguſt. Occidit, ſed non tota, poſt dies quadraginta: idq; dierum ſpatium, Dies caniculares appellamus, eo quòd ſydus hoc iis diebus in medio cæli centro ſit, coniunctum q; cum Sole duplicet calorem, quo diſſoluuntur corpora, & euaporantur. Dicta canis, quòd corpora morbo afficiat, & nimio calore mordere uideatur.

Canis. Plin. li. 8. cap. 40. Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere, præliantes contra reſiſtentes. Propter bella Colophonii, Caſtabalēſes q; cohortes canum habuere, & primæ dimicabant in acie, namque detrectantes, hæc erant fidelisſima auxilia, nec ſtipendiorum indigna. Pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus. Fideliſſimi, ut inquit Plinius, ante omnia homini ſunt canes. Colum. libro 7. capite 12.

Canicula. f.p. diminutiuum à Cane, quum eſt fœminini generis, κυνίδιον. Cic. 3. de Nat. deor. At illud non modò non arrogantis, ſed potius prudentis, intelligere ſe habere ſenſum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. Accipitur & pro ſigno cæleſti, θέρι&. Columella lib. 10. Quum q; peracto ſolſtitio uſq; ad ortum Caniculæ, qui ferè dies triginta ſunt. Hinc Caniculares dies, αἱ ἀμφὶ τὸν θέριον ἡμέραι. Dicebatur præterea, hoc nomine tali latus, quod unitatem oſtendebat, in quo conuerſo talo, deponebatur ab eo qui iactauerat, nummus unus, aut quantum inter ſe pactum fuerat ſine aliquo lucro, idcirco damnoſa canicula uocabatur. Perſius damnoſa canicula quantum Raderet. Canicula item genus piſcis marini, apud Plinium lib. 32. cap. 11.

Caniculus. m.f. Catulus, diminutiuum à canis, generis maſculini, κυάριον, κυνίδιον.

Caninus, a, m, Quod eſt ex cane. κυνικός, Plinius, Sanguine canino nihil contra toxica præſtātius eſt. Vnde Canini dentes, poſt primores: de quibus in dictione Dens. Et caninum prādium, abſtemium, in quo nihil uini potatur, quoniam canis uinum non bibit. Vide Aulum Gellium lib. 13. cap. 29. Canina cœna, Idem Plaut. in Caſ. Hac ibo, caninam cœnam ſpero meliorem fore.

Canarius, a, um, Quod ad canem pertinet, κυνικός: ut Lappa canaria, quæ canibus adhæret. Augurium canarium. Plinius libro 18. cap. 3. Augurio canario agendo dies conſtituatur, prius quàm frumenta uaginas exeant, & antè quàm in uaginas perueniant.

Canatim, aduerbium ſignificans ad ſimilitudinem canis, κυνηδόν; ſicut Bouatim, ad ſimilitudinē bouis. Cnigidiq; Figu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ius in Comment. Grammaticorũ, ut citat Nonius. Sunt etiã assimulanter dicta hæc Canatim, Suatim, Bouatim, quę ab animalibus sumuntur.

Canistrum, n.s. & Canister, κάνεον, Fiscella, cista uiminea: à Græco, κάναστρον, α in ι mutato. Vergilius, cereremq; canistris Expediunt. Palladius, Saligni canistros fieri debere uirgultis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. Hinc fiunt diminutiua Canistellum & Canistellus κανάριον, κανίσκιον.

Canna, f.p. κάννα, φόναξ, Arundo, licet minor sit, & maior calamo. Ouidius Epigram. uelabat canna paludem. Colum. li. 5. de arundineto, Ea est autem senectus, quum uel exaruit situ, & inertia plurium annorum, uel ita densatus est, ut gracilis, & cannæ similis arundo prodeat. Strabo scribit in Africa ad cubitos quinos longas, crassitudine uerò digiti minoris cannas nasci.

Canneus, a, um, adiectiuum, quod ex cannis conficitur. Vnde Columel. Canneas tegetes uocat, storias ex cannis confectas quæ ad excipiendã oliuã arborib. substerni solebãt. Sic enim ait lib. 12. cap. 50. Vrcei quibus oleum progeritur canneæ tegetes, quibus oliua excipitur.

Cannetum, n.s. Vbi cannarum copia est, κάνναβις, Palladius, Liliera, canneta ponenda sunt.

Cannabis, f.t. κάνναβις, pen. cor. Herba est, ex qua fiunt chordæ. Persius, Tunc mare transilias? tibi torta cannabe fulto Cœna fit in transtro? Dicitur & cannabum. Palladius lib. 3. cap. 5. Hoc tempore cannabum seris.

Cannabaceus, a, um, & **Cannabinus**, a, um, Quod est ex cannabe, καννάβινος. Colum. lib. 7. Cannabinisq; funibus cornua iuuencorum ligato.

Cannitiæ cameræ, s.p. Dicuntur in agrestibus ædificiis ex cannis constructæ, καλάμιναι, καμάραι, ut est apud Palladium lib. 1. titul. 13.

Cano, is, cecini, cantum: sed eius composita faciunt præterito in ui, diuisis syllabis, significatq; propriè canere, uoce modulari, ἄδω. Plinius lib. 10. cap. 29. Merula canit æstate, hieme balbutit, Cicero quarto Acad. Quum cornix cecinerit. Hinc canere Poëtæ dicuntur, quoniam uersus rhythmica ratione compositos, cantando pronuntiare consueuerunt. Vergilius 1. Aeneid. Arma uirumq; cano. Canere etiam is dicitur, qui fides, organaue pulsat, aut qui tibias inflat. Cic. 1. Tusc. Igitur Epaminundas, princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclarè ceciniſſe dicitur. Idem 2. de Orat. Quemadmodũ tibicẽ sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non potest. Canere receptui, significat post conflictum milites à pugna reuocare, quod fit cantu tubarum & clangore. Liuius 6. bel. Pun. Legionũ ardor ingens ad hostem insequendum fuit: sed Flaccus receptui cani iussit. Contrà Canere bellicum, Est milites tubæ clãgore ad bellum accendere. Cicero in Oratore, Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. Sed quia ueteres laudare, & uaticinari uersibus solebant, factum est, ut canere pro laudare capiatur. Vergilius septimo Aeneidos Regemq; canebant. Et pro uaticinari. Idem sexto. Aeneidos, Ipsa canas oro. Et pro prædicare, & cum quodam, ut exaudiri possit, canore proferre. Martialis, Quicquid fama canit, donat arena tibi. Canere candẽ cantilenam dicitur is, qui molestus est, sæpius eadem inculcans. Terentius in Phorm. Cantilenam eandem canis.

Intus canere, dici solet is, qui priuati commodi studiosus, quicquid agit, id omne ad domesticam fert utilitatẽ. Cicero in Rullum aduersus legem Agrariam, Atq; hoc carmen hic Tribunus plebis non uobis, sed sibi intus canit. Huius uerbi composita sunt, Accino, quod est ad aliquid, uel iuxta cano, προσάδω, προσαυλῶ, ἐπαυλῶ. Concino, simul cano.

Intercino, inter agendum cano. Occino, siue Occano, κατάδω, conuitium facio. Percino, canendo perseuero.

Procino, canendo profero. Præcino, prædico, prædiuino, & antè cano. Recino, rursus cano. Horatius lib. 1. Carmin. Quem deum cuius recinit iocosa Nomen imago. Interdum significat in contrarium cano. Inde frequentatiuum Recantare, idem significans quod retractare, & quod semel à nobis malè aut dictum aut scriptum est, reuocare, & corrigere: quod Græci eodem modo dicunt παλινῳδῶ. Idẽ libro 1. Carmin. Nunc ego militibus Mutare quæro tristia, dum mihi Fias recantatis amica Opprobriis. Est Succino, quod est summissa uoce cano. Et omnia habent penultimam correptam.

Cantio, onis, f.t. Idem quod cantus, ἄσμα. Plaut in Sticho, Lepidam & suauem aliquam cantionem occipito.

Cantiuncula, diminutiuum, ἀσμάτιον. Cicero 5. de Finibus, Vidit Homerus probare fabulam non posse, si cantiunculis tantus uir irretitus teneretur.

Canor, oris, m.t. Cantus, & elegantia quædam, ac consonãtia, μέλος. Ouidius libro 5. Metamorph. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aureis. Verg. 4. Georgic. nanq; morantes Martius ille æris rauci canor increpat.

Canorus, a, um, adiectiuum, Vocalis, sonorus, λιγυρὸς, φωνήεις, μεγαλόφωνος. Plaut. in Pœn. Canora hic uoce tinnire temperent. Cicero de Senectute, Omnino canorum illud in uoce splendescit. Vergilius 6. Aeneidos: Threcia fretus cithara, fidibusq; canoris.

Canorosus, a, um, Idem Gellius, Collectam coactamq; uocem, & magis claros, canorosos q; sonitus facit.

Cantilena, f.p. Carmen, canticum, μελῳδία, ἄσμα. Cicero 1. de Orat. Neq; ex scholis cantilenam requirunt. Accipitur & pro uerborum iactatione, denuntiatione, & rumore. Brutus ad Ciceronem lib. 11. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione uerborum, & denuntiatione periculi, sperare eos, te pertimefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia: & totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quàm plurimum lucri faciant.

Canticum, n.s Propriè est elegãs & lasciuus cantus, ᾠδή. Quintilianus, Sic poëtæ lectio cum suauitate quadam grauis, & non quidem prosæ similis (quia carmen est, & se Poëte canere testantur) non tamen in canticum dissoluta.

Cantor, m.t. & Cantrix, Verbalia qui uel quę cantus exercet. Plaut. Trin. Cantrices, cistellatrices, nuntii, raptores panis & peni. Cic. de Orat. Ita & tibi Iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.

Cantus, us, m.q. à Cano, Est inflexio uocis, & pro cantione cuiuscunq; rei dicitur, μέλος. Verg. 8. Aeneid. Tum Salii ad cantus incensa altaria circum. Populeis adsunt euincti tempora ramis. Cicero de Orat. 2. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inueniri potest? Cantus etiam pro incantatione seu magicis carminibus accipitur. Tibul. nempe hæc eadem se dixit amores Cantibus, aut herbis soluere posse meos.

Canto, as, p. frequentatiuum à Cano, ἀδάω. Plin. lib 11. cap. 26. Mares cantant in utroq; genere. Terent. in Eun. Cantatum prouocemus Pamphilam. Plaut. in Epid. Conducta ueni, ut cantarem fidibus seni. Item Cantare pro incantare. Vergilius in Pharmaceutria, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Seruius, Cantando, dum incantatur. Nam gerundiuus modus ab omni uerbo similiter procreatur: unde modò Cantando à passiuo, ait, quum supra ab actiuo dixerit, Cantando tu illum. Cantare item pro celebrare, tollere laudibus ἐγκωμιάζειν. Cicero ad Att Nam, ut scis, iam pridem istum canto Cęsarem. Ab hoc uerbo fiunt Cantatio, ἀοιδή. Composita sunt Accanto, Excanto, Incanto, & Recanto.

Cantito, as, pen. cor. frequentatiuum à Canto frequentatiuo formatum. Terent. in Adelph. Facturum credo, ut habeas qui cum cantites. Cic de Clar. Orat. Vtinam extarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, &c.

Cantatus participium, Statius 1. Syl. Asteris & Battis totam cantata per urbem.

Cantator, Qui consueuit canere, ἀοιδὸς, μουσουργός. Martial. lib. 13. Cantator cygnus funeris ipse sui.

Cantatrix, ψάλτρια. Claudianus, Imploret citharas, cantatrices q; choreas.

Cantamen, inis, n.t. pro incantatione accipitur, γοητεία. Propert. Outinam magicæ nossem cantamina Musæ.

Canocersea, Helxine apud Dioscor. lib. 4. cap. 42.

Canon, κάνων, Tributum erat frumentarium, quod Aegyptus, Africa, & Sicilia statum populo Romano quotannis pendebant. Asconius Pædianus tria facit tributorum genera: Canonem, ut in portoriis & uectigalibus: Oblationem, ut in uini distractione: & Indictionem, quæ & Collatio, & Collecta dicitur à Cicerone lib. 2. de Oratore.

Canon, onis, m.t. pen. genitiui cor. κανών. Latinè regula, Cic. ad Tiron. Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, unde illud tam ἄκυρον, ualetudine fideliter inseruiendum. Pli-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dum? Plinius lib.34.cap.8. Fecit & quem canona artifices uocant, lineamenta artis ex eo petentes, uelut à lege quadam. Canon etiam lorũ scuti, in quod brachium immittitur.

Canonicus, a, um, Regularis κανονικός. Inde Canonici & Rituales libri sunt Decreta priscorum sacerdotum, quibus doctrina iuris pontificii constare debet. Vide & Festum in uerbo Rituales.

Cănŏnīzŏ, as, a.p. ad regulam examino, regula & regulamẽta, κανὼν καὶ κανονίσματα.

Canor, Canorus, Canorosus, Vide Cano.

Canta, pro cantata ueteres usi sunt. Festus.

Cantarus, Vide Cantharus.

Cantes, pluralis numeri tantùm, & fœmin. gener. Fistulæ sunt organorum.

Cantator, Cantatrix. Cantatio, Vide Cano.

Cantharias, Gemmæ species, quæ scarabæorũ effigiẽ habet: quippe Græci κανθάρους uocãt scarabæos. Plin. li. 37. ca. 11.

Cantharis, cantharidis, κανθάρις, Vermis terrenus uiridis, auri colore, superlucens: in summitate ramorum fraxini, & oliuę nascens: cuius succus in uenas ingressus, ut uenenum interimit, & humano corpori applicitus, ueficas plenas humore facit. Ouid. Cantharidum succos dante parente bibat. Plin. lib 19. cap. 4. In cantharidibus magna quæstio: quoniã ipsę uenena sunt potæ, ueficæ cum cruciatu præcipuo. Cicero ad Pætum lib. 9. Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. Cantharis à quibusdam appellatur herba, quæ καπνὸς Dioscoridi, Latinis Fumaria, & officinis Fumus terræ dicitur.

Cantharos, m.s. κάνθαρος, pen. cor. Poculum quod Baccho tribuitur, sicut Scyphus Herculi: à cantharo, nauigii genere. Plinius lib. 33. cap. 11. C. Martius post uictoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo tradidit. Verg. Ecloga sexta, Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Vlpianus scribit Cantharos esse, per quos aquæ saliunt. Et Cantharus, piscis nomen est apud Plin. libro 32. capite 11. Columella libro octauo. Nam & halecula modò capta, & cantharus, exiguusq; gobio. Est item Cantharus Græcis, quem Latini Scarabæum uocant, ex genere insectorum, qui circa animalium fimum ferè uersatur, pilulas ex eo conficiens, auersisq; pedibus uolutans. De hoc multa Plinius lib. 11. capite 28. & Aristophanes in cantharo. Est item Cantharus cæleste signum in Aquario, ex tribus constans stellis. Cantharus item Comicus Athenienſis fuit, cuius scripta memorantur à Suida.

Cantherium, κανθήριον, Vehiculi genus, de quo Senec. Epi. 87. M. Cato Censorius cantherio uehebatur Aethiopico.

Cantherius, Genus iugi in uinea, de quo Colum. lib. 4. ca. 12. Itaq; aut ueteres, ne nouæ radicem agant, arundines binas singulis uitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, uetera deponemus hastilia, quibus annectuntur singulæ transuersæ perticæ, in imam partem ordinis, quod genus iugi Cantherium uocant rustici. Cantherius equus, Cui testes amputati sunt, ut fiat mansuetior. Varro, Et ideò quòd semine carent ij, Cantherii appellantur. distat ab equo, sicut capus à gallo. Cantherii item dicuntur qui subijci solent à fabris materiariis, dum moles arborum secant: uulgus Caballos uocat. Item Cantherii tigna dicuntur. Vitruuius libro quinto. Et Cantherii prominentes ad extremam suggrundationem. Supra cantherios templa. Item Cantherius, ut author est Varro, mons est in Sabinis.

Cantheriolus, diminutiuum, pro paruo pedamento. Columel. lib. 11. capite tertio: Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi cantheriolis interpositis, rigorem stylorum conseruato, &c.

Cătherinus, a, um, adiectiuũ. Plaut. Menæch. Certè hæc mulier cantherino ritu astans somniat. Solent enim equi stantes somniare, authore Plinio lib. 10. cap. ult. Cantherinum hordeum. Colum. lib. 2. cap. 9. Proximus est his frumenti usus hordei, quod rustici hexasticum. quidam etiam cantherinum appellant. Cantherinum lapathum, Latini Rumicem appellant. Plin. lib. 20. cap. 21.

Cantheriatus, a, um, Colum. lib. 5. Quæ pedaminibus adnixæ, singulis iugis imponũtur, eas rustici cantheriatus appellant.

Canthus, thi, m.s. κανθός. Ferrum quo rotæ extremitates uinciuntur. Persius, Vertentem sese frustra sectabere canthum. Canthos etiam Græci angulos oculorum uocant.

Cantícũ, Cantilena, Cantio, Cantito, Vide Cano.

Cantor, Cantus, Vide Cano.

Canus, a, ũ, Cui canẽt, siue albẽt capilli præ senectute, πολιός Plaut. in Asin. Cano capite te cuculum uxor ex lustris rapit. Idem in Bacch. Cano capite, atq; alba barba. Transfertur & ad alia: ut, cani montes, albi ex niue. Cana fides. Verg. 1. Aen. Cana fides & Vesta. Vbi Nonius, Canam fidem, uetere, & antiquam interpretatur. Cana ueritas. Varr. in Eudæ, Et ecce de improuiso ad nos accedit cana ueritas, Atticæ Philosoph. alumna.

Cani, orum, substantiuè, pluraliter tantùm, Capilli albi in capitibus senum. Cic. de senect. Non cani, non rugæ repente autoritatem auferre possunt.

Caneo, es, ui. n.s. Propriè de capillis dicitur in senibus, quum albescunt: πολιῶ. Per trãslationem de aliis etiam rebus quæ capillorum canitiem imitantur. Canent herbæ, hoc est albæ sunt, matutino roræ aspersę. Verg. 3. Georgicorum, Luciferi primo quum sydere frigida rura Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. Idem 2. Georgicorum, Et glauca canentia, fronde salicta.

Canesco, is n.t. Canus fio: & propriè de senibus dicitur, quum capilli eorum in albedinem uergunt, πολιοῦμαι τῷ τρίχα. Per translationem autem accipitur pro senescere. Cic. 1. de Legibus, Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur: eaq; (ut ait Scęuola) de fratris mei Mario, canescet seculis innumerabilibus. Idem de Claris Oratoribus, Quumq; ipsa oratio iam nostra canesceret, haberetq; suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.

Canities, f.q. & Canitudo, Capillorum albedo, qualem in senibus conspicimus, πολιότης. Plinius, Et ipsa iam canitie uenerabilis. Idem lib. 11. cap. 37. Canities homini tantùm, & equis. Plautus, Stultus est aduersus ætatem & capitis canitudinem: Var. Aboriginum, Sed neq; uetulus cantherius, quàm nouellus, melior: nec canitudini comes uirtus.

Capacitas, uide Capio.

Capax, uide Capio.

Capedo, inis, Vas amplum & capax, à capiendo dictum, ὑποχωρία. Plin. lib. 37. cap. 2. Sed Nero, ut par erat, principes uicit omnes, quadringentis sesterciorum millibus capedinem unam parando. Cicero in Paradox. Minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?

Capedũcula, dimin. Cic. 3. de Natur. deor. Docebo meliora me didicisse de colẽdis diis immortalibus iure pontificio, & more maiorum, capedunculis, quas Numa nobis reliquit.

Capella, uide Caper.

Caper, pri.m.s. Mas castratus in genere caprino, τράγος. Martialis, Dum iugulas hircum, factus es ipse caper. Nam Verg. impropriè Caprum pro hirco posuit, quum dixit, Vir gregis ipse caper: sicut etiam impropriè brutum animal Virum appellauit. Dicitur Caper uel Capra à carpendis uirgultis: rodit enim omne uirgultum & in primis uites, propter quod Baccho immolari caper solebat.

Capra, f.p. quasi carpa, quòd uirgulta carpat: uel quòd capret aspera: uel à crurum crepitu. Vnde & Crepas eas antiqui uocabant. Pallad. de Re rust. lib. 2. cap. 3. Studiosè enim de agrestibus fruticibus pascuntur: atq; in locis cultis uirgulta carpunt: itaq; à carpendo Capræ nominatæ. Est etiam Capra signum cæleste, quæ (ut Pœtis placet) Amaltheæ capra fuit, cuius lacte educatus est Iupiter. quare postea rerum potitus, inter astra eam collocauit. Columella libro 11. capite 2. Decimo Calend. Ianuarii, Capra occidit manè, tempestatem significat.

Capella, æ, f.p. diminutiuum à Capra, χίμαρος. Colum. lib. 7. cap. 6. Anniculæ, uel bimæ capellæ (nam utraq; ætas partum edit) submitti hœdum non oportet. Verg. Eclog. 3. Tityre pascentes à flumine reice capellas.

Caprarius. m.s. Custos exercitorq; caprarum, αἰπόλος, αἰγονόμος, Varro 2. de Re rust. cap. 3. Is enim quum in suburbano haberet agrum iugerũm mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad urbem, denarios sibi in dies singulos dare auditset. &c. Colum. lib. 3. cap. 10.

Caprea. f.p. penult. correpta, δορκάς, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι: id est à uidẽdo. Animal syluestre, non solùm uidens, seu perspiciens acerrimè, sed & alius usum præbens. Afferunt enim medici huic animali intra uiscera humorem quendam inesse, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quosq; usus ex acuat. Martialis in distichis, Pendentem summa capream de rupe uidebis: Casuram speres, decipit illa canes. Caprearum genera uide apud Plinium. Est & Caprea uitis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicta (ut inquit Varro) quòd pariat capreolum.

Capreolus,li,m.ſ. diminutiuum à Capreus, δορκάδιον. Vergil. Ecloga 2. Præterea duo, nec tuta mihi ualle reperti Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo. Sunt etiam Capreoli, clauiculi intorti in uitibus,& ueluti manibus quibuſdam,adminicula complectitur. Præterea Capreolus inſtrumentum ruſticum eſt bicorne, Colum.lib.11.cap.3. Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramenti eſt, terra commouetur.

Caprigenus,a,um, penult. corr. Quod eſt ex caprarum genere, αἰγογενής. Plautus in Epid Caprigenum hominum non placet mihi, neq; pantherinum genus.

Caprile,n t αἰγεῖον, penultima producta. Locus ubi capræ ſeruãtur: ſicut Ouile, ubi oues. Plin.lib.28.cap.10. Atq; in totum difficilius ſe recolligentes à ſerpẽtum ictu, in caprilibus optimè conualeſcunt.

Caprillus,a,um, αἰγεῖος. Idem quod Caprinus, ſicut ab oue Ouillus: ut Stercus caprillum,& ouillum.

Caprimulgus, Dicitur qui capras mulget, αἰγοβόσκος, αἰγονόμος. Catullus, Suffenus unus caprimulgus aut foſſor. Rurſus uidetur. Caprimulgi, Aues ſunt merulæ aſpectu, aliquanto grandiores, fures nocturni, interdiu uidentur, nec ipſi uidẽt: intrant paſtorum ſtabula, caprarumq; uberibus propter ſuccum lactis aduolant, qua iniuria emoriuntur ubera. Hos Ariſtoteles à caprarum mammis, αἰγοθήλας uocat. Plinius libro 10.cap.40.

Caprinus,a,um, Idem quod capreus, αἰγεῖος: ut, Caprinus grex Liuius 2. bel.Pun. Caprina pellis, Cic.1.de Nat.deor.

Caperò, as, pen. cor Frontem rugis contraho,& aſperitatẽ uultus oſtendo, συσπᾶν τὸ ὄψιν: quòd à criſpis caprorum frontibus, uel à cornuum caprinorum ſimilitudine tractũ eſt. Vnde & Caperatũ, rugoſum dicitur, συντεταμένον. Plautus, Quid illud eſt, quod illi caperat frons ſeueritudine?

Capeſſo, Vide Capio.

Caphura, κάφουρα, Actio, & Actuario Indiæ arbor eſt tantæ magnitudinis, ut ſub ſingulis hominum centuriæ poſſint quieſcere. Naſcitur in montibus mari uicinis, materie leui, & ferulacea: gummiq; exudat eiuſdem nominis, quod à recentioribus unguentis admiſcetur: cuius longè maximus eſt prouentus, quum cælum fulgetris coruſcat. Officinæ Camphoram appellant.

Canĭdŭlŭm, Genus ueſtimenti, (inquit Feſtus) quo caput tegebatur.

Capillus, m.ſ Quaſi capitis pilus, κόμη. Cicero in Piſonem, Erant illi compti capilli, & madẽres cincinnorum fimbriæ. Quamuis & pro omni pilo ſumatur, τρίξ. Plinius lib.7.cap.3. Oſſibus humanorũ capitum bibere, cutibuſq; cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Gel. Capillum pro hœdino pilo poſuit, quum ait, Nam ſi ouium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, conſtat ferme in his lanam duriorẽ, in illis capillum gigni teneriorem. Capillorum affectus nouem ſunt, ſcilicet: Contorſio, decoloratio, quaſſatio, fractio, nutrimenti penuria, ἀτροφία, canities, alopecia, fluxio. Contorſio in extremitate eſt capillorum habitus & connexio indiuiſibilis, adeò ut non poſſint augeſcere crines. Conquaſſatio autem hæc eſt, inæqualis crinium diſſidentia, quæ fit forcipibus combinatis, aut tonſis non diſſimilis. Atrophia id eſt nutrimenti indigentia, & uehemens ex defectu gracilitas, propter quam non poſſunt crines creſcere, ξηρασία autẽ eſt cum lanuginoſa eſt criniũ ſuperficies, ſimillis his qui ſunt puluere diſciſſi & diſſoluti. Defluxio capillorum eſt deciduia ſequens plerumq; deficientes, aut qui ex morbo longo cõualeſcunt. Canities eſt muratio criniũ in alborem ante maturũ ætatis tempus. Alopecia mutatio crinium eſt in cando rem, cũ crines ueteres radicitus excidunt. Ophiaſis eſt mutatio colotis, ſimilis ſuprà dictis at multò denſior, etiam cum tunc tortuoſi fiunt & caput diuiditur.

Capillo,as,are, Eſt capillos facere, τριχόω. Plinius libro 36. capite 11. Polytrix in uiridi capillatur, ſed defluuia comarum facere dicitur.

Capillatus,a,um, Qui crines longiores habet, τριχωτός. Cicero de lege Agrar. Non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.

Capillamenta, neut. ſ. Dicuntur ipſi capilli, τριχώματα. Apuleius lib.2.de Aſin. Tanta eſt capillamenti dignitas, quamuis auro, ueſte, gemmis, omniq; cætero mundo exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtinxerit, ornata non poſſit uideri. Plinius libro 21. Herba croci eſt folio anguſto, penè in capillamenti modum. Transfertur quoq; ad herbas & arbores. Columel. libro quinto. Qui non ſolùm in eo errabant, quòd primi anni capillamenta ſeminum intecta patiebantur, &c.

Capillare, huius capillaris, neut.gen. Reticulum muliebre: quo capillos inuoluunt. Martial.lib.3. Non erubeſcit murice aureo nobis Diuidere mœchę pauperis capillare. Capillaris,& Capillata arbor appellabatur, in qua tonſum capillum adoleſcentes ſuſpendebant, quando deponebant comam, deo eã ſacrantes. Erat & in urbe Roma, teſte Feſto, arbor antiquiſſima, quam ſupra trecentos & ſeptuaginta annos duraſſe compertum eſt, quæ capillata appellabatur, quòd uirginum Veſtalium capillos ad eam deferre mos erat, cuius arboris meminit & Plinius lib.16.cap.44.

Capillitiũ, n.ſ. Idem quod capillamentum, κόμη. Sic enim à capillo Capillitium dicitur, ut à famulo Famulitium, à ſatellite Satellitium. Capillitium flauum Apul.

Capillus Veneris, Herba ſic dicta, quod delapſos poſt alopeciam capillos recreat: ſiue quòd capillorum fluores coërcet, ἀδίαντος. Plinius Adiantum, Polythrichon, & Callitrichon appellat.

Căpio, is, cepi, captum, a.t ſignificat accipio, λαμβάνω. Ver. lib.4. Georgic. Cape ſacra manu, cape robora paſtor. Sed differunt: quia Capere eſt cum affectu: Accipere quum quis non ſic accipit, ut habeat. Ideo ut Vlpianus ſcribit, non uidetur quis capere, quod eſt reſtituturus. Et Capere eſt ſponte, uel non ſponte: Accipere tantùm ſponte. Vnde dicimus, Cepi labores, Cepi moleſtiam, Cepi uel ſuſcepi inimicitias: Accepi calamitatem, cladem, contumeliam, uulnus. Valer. Max. Vt non coactus enſem accipere, ſed ſua ſponte ſumere uideretur. Habet interdum reciprocum uſum: ut idem ſit, Cepi uoluptatem: &, Cepit me uoluptas, Cepiſti dolorem, Cepit te dolor, ὀδυνᾶν σε ἔλαφεν. Quandoq; ſignificat facere. Terent.in And. Non ſic capiundos mihi ſciam inimicos homines omnes. Quandoque delectare, τέρπειν, inescare, irretire, ex translatione ferarum, ueneratusq;. Horatius ſecundo Serm. Te coniunx aliena capit, meretricula Dauum.

Quandoque propitiari. Lucret. lib.2. Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. Quandoque decipere, πλανάω. Verg. 2. Aeneid. captiq; dolis, lachrimisq; coactis.

Quandoque eligere, αἱρέω. Terent. in Hecyr. Quum illum gnatum cepimus. Quandoque perpeti: ut apud eundem in Heaut. Dum abs te abſum, omnes mihi labores quos cepi, fuere leues. Quandoque tenere, χωρεῖν: ut in Eunucho, Dii boni quid turbæ ædes noſtræ uix capiunt.

Quãdoque inuadere, occupare, λέγεσθαι. Cicero, Nauem quandam piratarum præda onuſta cepere. Varro, Quid hic uenator non capit? Hinc uincti, Captiui dicuntur, quòd nõ ſui iuris ſunt, ſed in poteſtatẽ aliorũ redacti, ἀχμαλωτοί. Quoniam autem qui ita capti ſunt, non ſunt amplius ſui iuris, ſed libertate priuati, ideò captos quandoque pro priuatis, ſiue impeditis accipimus. Mente capti, amentes, hoc eſt qui mentis compotes non ſunt. Capti oculis, qui officio oculorum priuati ſunt. Aliquando Capere, eſt amore accendere: unde Capti, amentes dicuntur. Lucilius Ne aſpectu & forma capiare aliena. In ſumma hoc uerbum ſua habet ſignificata pro diuerſitate rerum, cum quibus iungitur: ut, Capere manu, eſt comprehendere: Capere oculis, uidere: Capere auribus, audire: Capere mente, intelligere: Capere conſilio, eligere: Capere aſtu uel dolis, decipere: Capere cantu aut uoluptate, delectare. Vergil.4.Georg. Carmine quo captæ dum fuſis mollia penſa Deuoluunt.

Capere conſilium, eſt deliberare, συμβουλὴν λαμβάνειν. Cicero, Quum autem conſilium hoc princeps cepiſſet.

Capere rationem, eſt modum inuenire, μέθοδον εὑρεῖν. Plautus, Rationem cepi, ut & amanti obſequerer, & patrẽ non offenderem. Huius uerbi compoſita ſunt, Accipio, à quo Præcipio, Concipio, Decipio, Excipio, Incipio, Intercipio, Percipio, Præcipio, Recipio, Suſcipio & Vſucapio, quæ antepenultimam correptam habent. Deriuata ſunt quæ ſequuntur Auceps, Forceps, Municeps, Princeps, Particeps. Capere uerbum ad effectum acquiſitionis magis refertur, quàm accipere. Nam plerumq; accepiſſe dicitur qui tamen adhuc acquiſiuit l. naturalis. Parag. 1. de præſcript. uer. Quamuis etiam capere dicimus eum qui rapit uel ſimpliciter aufert. l. Fid. tut. Sunt & qui accipere de manu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de manu alterius, capere uerò ꝓpria authoritate intelligant. Sed hæc confundi aliquando monuit iam antea Alcia tus: Attamen phas eſt, capere quàm accipere. l. aliud eſt capere de uerb. ſig.

Captus, us, m q. Comprehenſio, capacitas, intelligendi facultas, κατάληψις. Cic. lib. 2. Tuſc. Græci homines non ſatis animoſi, ſed prudentes, ut eſt captus hominum: quaſi diceret, tam prudentes, quàm capax prudentiæ eſt hominum natura. Apuleius dixit, ſupra captum cogitationis: pro eo quod eſt, ſuprà quàm quiſpiam cogitatione capere & complecti poſſit. Accipitur item captus pro ſorte & conditione. Terentius in Adelph. Præterea (ut captus eſt ſeruorum) non malus: hoc eſt, ut ſe habet ſeruorum conditio, ſicut exponit Donatus.

Captura, ræ, Actus ipſe capiendi feras aues, aut aliquid eiuſmodi, ἄγρα, λῆψις. Plinius libro 19. capite primo, Ad piſcium & alitum capturam. Interdum præda, quæ capitur. Idem lib. 10. cap. 10. Platea nominatur aduolans ad eas quæ in mari ſeſe mergunt, & capita earum morſu corripiens, donec capturam extorqueat. Accipitur & pro quæſtu. Suetonius in Calig. Ex geruiorum diuitiis quæſtibus pars octaua, ex capturis proſtitutarum, quantum quæque uno concubitu mercer.

Captio, f. t. Ipſe actus accipiendi, ſeu id per quod quis capitur. ἀπαγωγή. Cicero de Clar. orat. Quanta eſſet in uerbis captio cùm in cæteris rebus, tùm in teſtamentis, &c. Captio, deceptio. Plautus Epid. Verùm ſi plus dederis, referam: nulla in ea re captio eſt.

Captio, id eſt deceptio. l. ſi fundo. ff. de Act. empt. Hanc in cõtractibus, inſidias uerò extra eos fieri receptum eſt. l. i. de minoribus. Captio item pro captatione bonorum. l. magiſtratus. ff. de Mun. & bonor. cum ſum l. Sed pro captura uſurpatur, ut indicat Albertus.

Captiuncula, diminutiuum, Gellius, Quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæc eſſe neceſſum eſt?

Captioſus, ſa, ſum, Quod capit, ſeu decipit, & dolis plenum eſt ἀγρωτικός. Gellius. Nõ eſſe captioſis quæſtionibus reſpondẽdum Ci pro Quint. Roſcio, Quo nihil captioſius, neq; indignius dici poteſt.

Captioſè, aduerbium. Cic. 4. Acad. Sic me, inquit, antè ſuſtinebo, nec diutius captioſè interroganti reſpondebo.

Captiuus, Qui in bello captus eſt, & in hoſtium poteſtate detinetur, αἰχμαλωτός. Cic. lib. 8. Philip. Diutius ſeruitutem perpeſſi ſumus, quàm captiui frugi & diligentes ſolent. Verg. 9. Aeneid. Præterea bis ſex genitor leſtiſſima matrum Corpora captiuosq; dabit.

Captiuitas, ipſa detentio, αἰχμαλωσία. Tacitus, Quocunq; oculos Romanus intenderet, captiuitatem, cædemq;, & dira omnia oculis obuerſari.

Captiuo, as, quod eſt Captiuũ facio, ἀπαγωγίω, ἀχμαλωτίζω, ἀιχμάλωτον ποιῶ.

Capto, frequentatiuum à Capio: licet à primitiui ſignificatione nonnihil deſciſcat, θηρατεύω. Idem eſt quod blanditiis & illecebris aliquid uenor: ut, Hic obſequendo captat auram popularem. Cic. in Piſ. Inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta, penè puerorum, captare plauſus, uehi per urbem, conſpici uelle. Martial. Capto tuam (pudet heu) ſed capto, Maxime, cœnam: Tu captas alias, iam ſumus ergo pares. Aliquando Captare, eſt conari, decipere, θηρᾶν, αἱρεῖν. Terent. in Hecyra, Iniurium eſt autem ulciſci aduerſarios? aut quia tibi captent te illi, eadem ipſos capi? Martial. lib. 9. Dum me captares mittebas munera nobis, Poſtquam cepiſti, das mihi Rufe nihil. A capto rurſus deducitur Captito, aliud frequentatiuum.

Captatio, f, t. Venatio, θήρα. Plin. in Proœm. lib. 14. Poſtquam cœpit eſſe captatio in quęſtu fertiliſſimo.

Captator, Venator, θηρευτής. Cic. captator ille popularis auræ.

Captatorius, a, um, καλακευτικὸς: ut, Captatoriæ ſcripturæ, & captatoriæ inſtitutiones: id eſt adulatoriæ, ut interpretantur Papinianus, Caius & Iuriſconſulti: quæ ſcilicet ideo factæ ſunt, ut uiciſſim heres ſcribaris, ut ſaltem legatum conſequaris ab eo, quem inſtituiſti. Nam Captare, propriè eſt illecebris, donis, obſequio, & maiorum ſpe aliquid aucupari.

Capeſſo, is, iui, itum, ſecundum Priſcianum, uerbum actiuum, Idem quod capio, ſiue ad capiẽdum eo, ἐφάπτομαι, ἐπιχειρῶ, ἐπιβάλλω, ἀντιλαμβάνομαι. Sal. lib. 2. Hiſt. Diuerſa, uti ſolet, rebus perditis capeſſiuit. Liu. lib. 1. Ergo ut ſegregaret pugnam, capeſſit fugam. Similiter Apuleius, Dum ſimul illi & gratias agerem, & dona capeſſerem. Verg. poſuit pro Exequendum ſuſcipio, Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Plautus in Aſin. pro Immitto, recipio. Quò magis te in altum capeſſis, tam æſtus te in portum refert. Idem in Amph. Nunc pergam hera imperium exequi, & me domum capeſſam.

Capax, acis, om. gen. t. Quod capit, ſeu continet, aut continere poteſt, δεκτικός, δεκτός. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines utero capaci. Idem lib. 12. cap. 1. Capax quindecim conuiuarum triclinium. Cirero in Orat. Tamen non ſemper implet aures meas, ita ſunt auidæ, & capaces, & ſemper aliquid immenſum, infinitumq; deſiderant.

Capacitas, atis. f. Locus qui capere & continere poteſt. Cic. 1. Tuſcul. Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus eſſe, quo tanquã in aliquo uaſe, ea quæ meminimꝰ infũdatur?

Căpis, idis. f. t Poculi genus eſt à capiendo Liu. libro 10. ab Vrb. Qui Iouis Opt. Max. ornatu decoratus, curru aurato per urbem uectus in Capitolium aſcenderit, ſi conſpiciatur cum capide & lituo, capite uelato uictimam cædat. Huius diminutiuum eſt Capidula.

Capiſterium. n. ſ Genus uaſis ruſtici, quod tamen (ut Georgius Merula inquit) Scaphiſteriũ melius dicitur, σκαφίς. Colum. lib. 2. cap. 9. Quicquid exteretur, capiſterio expurgandum erit: & ſemper quod propter magnitudinem ac pondus in imo ſubſederit, ad ſemen reſeruandum.

Capiſtrum, Capiſtro, capiſtras, uide Caput.

Capitatus, Capitellum. Capitium, Capito, Capitulatum, Capitulatim, Capitulum, uide Caput.

Capnias, καπνίας, Gemma eſt ex laſpidum generibus, quodam ueluti fumo infecta, unde & nomen accepit. Plinius libro 37. cap. 9.

Capnion, uide Capnos.

Capnitis, καπνίτις, Herba eſt eadem cum fumo terræ. Eſt item Capnitis Cadmiæ ſpecies tenuiſſima, quę è fornacibus flamma atq; flatu egeſta, cameris, lateribusq; fornacum adhęret. Vide Plinium lib. 34. cap. 10.

Capnos, m ſ. καπνὸς Fumus. Hinc ἄκαπνα, dicta ſunt ligna ſicca, quæ ſine fumo ardent. Et Vinum Capnias, οἶνος καπνίας, hoc eſt fumoſum. Capnos etiam, ſiue Capnion, καπνὸς Dioſcoridi, Herba eſt quæ & Fumus terræ uocatur: naſcitur in ſegete hordeacea. Hæc lachrymas ut fumus prouocat. Plinius lib. 16. cap. 7. & lib. 25. cap. 13.

Capnomantia, καπνομαντία, Diuinationis genus, quod fiebat ex fumi diſſectione, qui è thure in ara accenſo emanabat. Qui uerò hoc augurii genere utebantur, Capnomantes dicti ſunt.

Capo, uide Capus.

Cappa. f. p. κάππα Nomen literæ Græcæ, pro qua Latini utũtur C. Græci (ut Suidas docet) quum malum hominem uolunt prouerbio ſignare, unum cappa: quum peiorem, duo: quum peſſimum, tria habere cappa dixerunt, uolentes eum intelligi eſſe Cretenſem, Cilica, Cappadoca: qui ſingularis fuiſſe improbitatis exiſtimantur. Vide Eraſmum in prouerbio, Tria κάππα peſsima.

Cappacorania bupthalmus, Dioſcorides libro tertio, capite decimo ſeptimo.

Capparis, κάππαρις. penultima correpta, Frutex eſt firmioris ligni, ſentricoſus, & humilis, baccis oleæ, ſed minoribus, quibus fathiſcentibus eminet flos roſeus, candidus, odoratusq;, qui poſtquam decidit, glans extuberat oblonga, ſeminis acinoſi plena. Naſcitur præcipuè in parietinis, hoc eſt, muris ueteribus, & ſpleneticis prodeſt: feritur quoq; in locis ſiccis, area circum effoſa: parieteq; ex lapidibus circumducto, ne latius euagata, ſteriles reddat agros. Flos, & baccæ in cibo rum condimentis laudantur, eò quòd & expetentiam excitent, & lienem laxent, & pituitam per aluum exigant. Columella, Capparis & triſtes inulæ, ferulæq; minaces. Dicitur & Cappar. Palladius, Hoc menſe menta & paſtinaca, thimũ, & origanum, & cappar.

Capricornus, m. ſ. αἰγόκερος, Cæleſte ſignum, quod Pana fuiſſe exiſtimant, qui in Aegypto repentino aduentu Typhonis gigantis perterritus, poſteriorem partem in effigiem piſcis, priorem uerò in formam hirci commutauit: cuius ingenium admiratum Iouem ferunt hanc figuram in cælum tranſtuliſſe. Alii uolunt Capricornum Iouis fuiſſe collactaneum. Amalthea enim, cui Iupiter nutriendus datus erat quum ipſa lac non haberet, aluit eum lacte capræ, quæ duos habebat hœdos, quos Iupiter unà cũ matre in cælũ trãſtulit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Stellam habet in naſo unam, in pectore duas, in pede duas, inter ſcapulas ſeptem, in uentre ſex, in cauda duas. Cic. de Nat.deor. Tum gelidũ ualido de pectore frigus anhelãt. Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe.

Caprificus, ci, f.ſ. penult. producta, Ficus eſt ex ſylueſtrium genere, nunquam matureſcens: ſed quod ipſa non habet, aliis tribuens, ὀρινός. Gignit enim culices, qui ad ficus alias aduolantes, ipſis maturitatem conferunt. Vide Plinium libro 15. capite 19. Dictam autem uolunt Caprificum à carpendo, quòd parietes & maceries, atque adeò ſaxa ipſa ſibi obſtantia diſcerpat. Martialis, Marmora Mæſſale ſcindit caprificus.

Caprificari, Ficuum proprium eſt, quũ culices ex caprifici fructu (quas Groſſos appellant) ad ipſos aduolantes, lacteum humorem in eis contentũ abſumunt, easq; ad maturitatem perducunt, ὀρινάζεσθαι. Plin. lib. 16. cap. 27. In Cea inſula caprifici triferæ ſunt. Primo fœtu ſequens euocatur: ſequẽti tertius: hoc fici caprificantur.

Caprificatio, onis, f.t. ὀρινασμὸς, συκασμὸς, ut hactenus interpretati ſunt quotquot Onomaſticon huic manus ſunt admoliti, in arboribus dicitur, quoties illarum cortex cultello finditur, ut commodius prorumpant, & creſcant, ſimilitudine caprifici quę ruptis muris intumeſcens exit. Qua in re quàm longè à ueritate aberrarint, ſatis docebunt Plinii uerba libro 15. cap. 15. quæ hic ſubiecimus, Caprificus (inquit) culices parit: hi fraudati alimento in matre, putri eius rabe, ad cognatam uolant, morſuq; ficorum crebro, hoc eſt auidiore paſtu, aperientes ora earum, atque ita penetrantes, intus ſolem primò ſecum inducunt, cerealesq; auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc eſt, infantiam pomi abſumunt: quod fit & ſponte. Ideoq; ficetis caprificus permittitur ad rationem uenti ut flatus euolantes in ficus ferat. Inde repertum, ut illatæ quoque aliunde, & inter ſe colligatę, iniicerentur fico: quod in macro ſolo & aquilonio non deſydaratur: quoniam ſponte areſcunt loci ſitu, rimiſq; eadem, quæ culicum opera, cauſa perficit: necnon ubi multus puluis, quod euenit maximè frequenti uia appoſita. Nanque & puluerulis ſiccandi, ſuccumq́ue lactis abſorbendi: quæ ratio puluere, & caprificatione hoc quoque præſtat, ne decidant, abſumpto humore tenero, & cum quadam fragilitate ponderoſo. Ex quibus Plinii uerbis conſtat, Caprificationem nihil aliud eſſe quàm rationẽ quandã perficiendi ut culices è groſſis enati ad ficus aduolẽt, humoreq; earum lacteo conſumpto, ad maturitatem eas perducant. Id autem ſolet fieri duobus modis: aut enim circum ficeta ita ſolebãt diſponi caprifici, ut uentorum flatu culices è groſſis enati ad ficus ferrentur: aut groſſi aliunde petitæ, & colligatę in arborem iniiciebantur.

Caprificialis dies, Vulcano ſacer fuit, quo Attici æſtiui mellis uindemias auſpicabantur. Vide Plinium lib. 11. cap. 15.

Caprigenus, Caprile, Caprillus, Caprimulgus, Caprinus. Vide Capra.

Capronæ, arum, Iubæ, ſeu comæ in fronte deuexæ, quaſi capite pronæ, προκόμιον. Lucil. lib. 7. Satyr. (ut citat Nonius) Aptari caput, atque comas fluitare capronas. Alias, frontibus immiſſas, ut mos fuit illis. Hæ alio nomine dicuntur Antiæ. Ex Feſto, & Nonio.

Caprunculum, Vas fictile, ſic dictum quòd capax ſit. Feſtus.

Capſa, f.p. Ciſta & repoſitorium, à Capio, quòd res in ſe reconditas capiat: uel à κάμπτω, quod eſt curuo. Cic. in Diuin. in Verrin. Mihi quàm multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſcemel ad meas capſas admiſero.

Capſula dimin. à quo Capſella. Plin. lib. 30. cap. 11. Stellionem incluſum capſulis ſubiiciunt capiti. Catul. Huc una è multis capſula me ſequitur.

Capſarius, m.ſ. Qui mercedis gratia, ſeruanda in balneis ueſtimenta ſuſcipit, cuſtos capſarum. Suetonius in Nerone, Conſtat quoſdã cum pædagogis & capſariis uno prandio pariter necatos. Item capſarius, qui portat libros, inquit Vlpianus quidam Carpſari legunt.

Capſaces, pen. cor. Vas olearium, λήκυθος. Cyprianus libro ſecundo Epiſtol. Fidelia fratris non deficiet, & capſaces olei non minuetur.

Capſis, Antiqui dicebant pro eo, quod eſt Capeſis: ſicut Sodes, pro ſi audes. Capſit, prehenderit, teſte Feſto. Obſoletũ uerbum à Capio, quod eſt prehendo.

Capſoldum, barbara uox, ſic à uulgo cõficta, qui de ſolido, id eſt integro capiatur, author Alciat. Capſoldum nõ diſſimilem collybo deductionem Salicetus de ſtipendiis Iuris profeſſorum deduci non poſſe docuit. l. priuilegia. C. de ſacro ſancta Eccleſia.

Capſus, Carruca undiq; tecta.

Captatio, Captator, Captatorius, Captio, Captiuncula, Captioſus, Captiuus, Captiuitas, Capto, Captura, Captus, Vide Capio.

Capula, f.p. Vas uinarium, quo ueteres utebantur: ita dictũ, quòd facilè capi poſſet, Varro, Capis, & minores capulæ à capiendo nominãtur, quòd anſatæ ſint: uel à Græco, quòd Calpim & Calpium, digitatos, anſatosq; crateras, Erythris fingi ſolitos Philemon, & Pamphilus ſcripſere. Capulis item utebantur in uaſis oleariis deplendis: unde & uerbum Capulare manauit: de quo poſtea.

Capulator. m.t. Qui capulis oleum deplet. Col. lib. 12. cap. 50.

Capulo, as, are, Dolia olearia capulis deplere. Cato de Re ruſt. capite 67. Ligna in torcolario ne cædat, oleum frequenter capulet.

Capulus, m.ſ. & Capulum, à capiendo, Id quo mortui efferuntur, πυρφόρον. Item ipſe ſarcophagus, quòd corpora capiat. Et Capulus item κάπη λαβή, Manubrium gladii, quòd manu capiatur. Verg. 2. Aeneid. Capulo tenus abdidit enſem. Suet. in Calig. Veniam, inquit, ueniam, & hic mecum, capulum gladii crebrò uerberans, quo cinctus erat.

Capularis, re, adiect. ut, Capularis ſenex, id eſt morti contiguus & mox capulo efferendus, συμβρέγων. Reum item capularem dicebant, quòd capulo dignus eſſet. Stamen capulare, pro uita breui etiam capulo uicina. Plautus in Aſin. Tam capulari ſtamine tibi diu uideor uiuere.

Capus, pi, & Capo, onis, Gallus cui teſtes ſunt auulſi. Varr. 3. de Re ruſt. Villaticæ gallinæ, mares galli, capi ſemimares, quòd ſunt caſtrati. Idẽ: Ex gallo gallinaceo fit capus. Siponti nus, Galli quibus teſtes auelluntur, libidinis abolendæ cauſa, ut magis pingueſcant, capi uocantur: quum meritò Galli à ſimilitudine ſacerdotum Matris deũm dici poſſe uiderentur, Itaque à contrario ſenſu Gallos appellatos quidam exiſtimant.

Caput uiride, Aethiopibus Biſecher, accolis Mandanga dicitur referente Alberico Veſputio: poſt quod eſt regnũ Gambre Cadamuſio.

Caput, itis, κεφαλὴ, Dicitur totum illud quod collo ſuſtentatur: inde dictum quòd ab eo initium capiunt nerui, per quos totum in corpus diſtribuitur ſenſus & motus. In ſummo enim à natura collocatum eſt, quòd in eo regĩmen totius animantis reſideret. Alii ἀπὸ τοῦ κεφαλῆς, quod eſt caput, uel ἀπὸ τοῦ κάρας, eiuſdem ſignificationis. Terent. in Adelph. Colaphis tuber eſt totum caput. Partes capitis diſtinguũtur: nam eminentior pars Vertex appellatur. Tum corona capitis diuiditur in Frõtem anteriorem, & Occiput poſteriorem partem: media uerò ſunt Tempora, quibus aures inhærent.

Aliquando Caput dicitur origo, principium, ἀρχή. Cicero pro Flacco, Caput eſt omnium Græcorum concitandorum Heraclides ille Temnites. Aliquando pro uita ponitur. ut, Capitis reus eſt, id eſt, de uita periculum eſt. Plautus in Trinum. Ei nimirum crederem, cui ſi capitis reus fiet, nummum nunquam credam plumbeum. Aliquãdo pro ſumma prima in pecunia, à qua fœnus aut alius quæſtus ſit ueluti rei principium: quum & Sortem dicunt, ἀρχαῖον.

Capita item initia parua in libris, quæ capitula apud uulgares dicuntur. Gellius, Quod in capite ſuperiore à Critolao ſcriptum eſſe dicimus. Caput facere dicitur de ſuppurationibus, quum apoſtemata franguntur. Plin. de furunculis, Remedio ſunt quæ diximus folia trita cum polenta, ſi non caput fecerint. Capite cenſi, Dicebantur eiuſmodi, qui in plebe Romana perquàm pauco, aut nullo ære cenſebantur, ὁ ὀντικόμ τιλοῦντες: à cenſione capitum, quòd ſolis capitib. cenſerentur. Horum opera Romani in bello non utebãtur, quòd opes ciuiũ obſidum loco ducerent, metuerẽtq; ne infimæ ſortis homines, qui nihil quod amittere poſſent, in urbe reliquiſſent, aut ſeguiter pugnarẽt, aut facilè ſpe lucri ad hoſtes deficerent. Proletariorum autem conditio paulò erat honeſtior: nam hi rebus aſperis in militiam admittebantur, armaq; illis ſumptu publico præbebantur. Horũ cenſus erat ad mille, quingentũ æris. Capite cenſi aũt nõ amplius 375. æris in cenſum deferebant. Dicti autẽ ſunt Proletarii, à munere officioq; prolis edẽdæ, quòd quũ re familiari parua minus poſſent

possent Rempublicam iuuare, sobolis tamẽ gignendæ copia ciuitatem frequentarent. Capitis diminutio, κατασάσις ἀναλή. Est prioris status permutatio, cuius tria sunt genera (ut scribit Paulus) Maxima, minima, media. Tria enim sunt quæ habemus: libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur quum hæc omnia amittimus, maximam esse capitis diminutionem, ut est Deportatio: quum uerò amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis diminutionem: ut est in colonias Latinas transpotratio. Quum libertas & ciuitas retinetur & familia tantùm mutatur, minimam esse capitis diminutionem constat, uelut est adoptio.

Capitalis, le, adiect. quod capitis supplicium meretur, ut Capitale crimen. Cicero 7. Verr. Primùm insimulatio est repentina, capitalis, atque inuidiosi criminis. Capitalis homo, non solùm pro sceleste, qui est dignus puniri capite, ὁ ἰσχάτης τιμωρίας ἄξιος, sed etiam qui promptus est ad cædem, φονικὸς. Cicero in Antonium, Capitalem & pestiferum M. Antonij reditum à Brundusio expectabamus. Capitalis oratio, ὁλέθριος λόγος. Cicero lib. 1. Offic. Capitalis oratio est ad æquationem bonorum pertinens. Capitalis ira ab Horatio dicitur pro mortifera. Capitale odium, ἔχθος μῖσος. Capitalis morbus, quod caput & uitam hominis petat. Capitalis locus dicebatur, ubi si quid uiolatum erat, capite uiolatoris expiabatur. Capitale pactum, capitale uitium, id est, propter quod debeat quis ad pœnam capitis peti.

Capitaliter, aduerbium. Plinius Epist. 7. Præterea reminiscebantur, quàm capitaliter meipsum apud Centumuiros lacessissent.

Capistrum, n. s. capitis uinculũ, quod equis, & huiusmodi animalibus adhiberi solet, ne fugiant, κημὸς. Mart. Paret purpureis aper capistris. Colum. lib. 7. uitibus attribuit, quum inquit, Quare quum ad summum palum recta uitis extenta est capistro constringitur, ne fœtu grauata subsidat, curuetur{q}. Et capistrum dicitur, quod circa os brutorum inuoluitur, ne cibos decerpant.

Capistro, as, act. pr. capistrum impono, κημόω. Plin. lib. 18. cap. 19. Si inter arbores, uitesque aretur, fiscellis capistrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. Columella libro 11. capite 2. Vt iuga uineis imponantur, & capistrentur.

Capitatio, onis, tributum, quod in capita distributum erat, ut lugatio in iuga boum l. immunitates, & l. seq. C. de agric. & cens. lib. 11. Captiatio item pro annona, in tit. C. de Annonis & capitatione. Bud.

Capitatus, a, um, quod in caput latius crescit, κεφαλωτὸς, Vnde Capitatum porrum. Colum. lib. 12. Cultus autem porri capitati assidua sarritio & stercoratio est. Item Capitata uinea ab eodem dicitur, sicut & Brachiata, lib. 5. cap. 5. Nam duæ species huius quoq; culturæ sunt, alij capitatas uineas, alij brachiatas magis probant.

Capitellum, li, n. s. diminutiuum est à Capitulum, quod significat paruum caput, id est crassiorem summitatem cuiuscunque rei, κεφαλίς, κεφαλίον. Plinius, Inde ramuli assurgũt sua capitella gerentes. Item Capitellum dicitur Epistylium, id est, caput columnarum: nam Basis, inferior pars est: hoc & Capitulum uocatur. Plinius lib. 36. cap. 23. Spiræ subditæ, & capitella addita. Recentiores insuper medici Capitellum sumunt pro uase illo duplici, in quo reponuntur herbæ, aromata & similia, ut igni suppositio ex eis aqua exprimatur.

Capitium, neut. s. interprete Nonio, capitis tegumentum est, κάλυμμα τῆς κεφαλῆς. Contrà Varro non obscurè innuit muliebre tegumentũ fuisse, quo illæ pectus uinciebant, & à capiendo, id est, cõprehendendo, nõ à capite esse deductũ. Capitiũ (inquit lib. 4. de ling. Latina) quod pectus capit, id est, cõprehendit. Idem lib. 4. de uita pop. Rom. ut citat Nonius, Neq; id aborbita matrumfamiliãs institutum, quod ex pectore & lacertis essent apertis, nec capitia habebant. Vlp. P. Vestis ff. de Aur. & argent. leg. Muliebria sunt ueluti stolæ, pallia, capitia, zonę.

Capitones, m. t. dicuntur duri, qui nunquam de sua sententia immutantur, ut apud Plaut. in Persa. ἀτρέμονες. dicitur & Capito, qui magnum habet caput. Cic. 1. de Nat. deor. Redeo ad deos, ecquos insigni nota stranõnes, aut petulos esse arbitramur, ecquos nouum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones? Est item Capito, piscis apud Catonem de Re rust. cap. 158.

Capitosus, a, um, qui magnũ caput habet. Interdũ dicitur qui est duri capitis, qui & Ceruicosus appellatur.

Capitularum, dicitur quod in summo crassum quiddam habet, in morem capitelli, κεφαλωτὸν. Plinius, Folia bouis linguæ similia minora, subcandida, & in cacumine capitulata.

Capitulatim, aduerb. per capita. Plin. lib. 2. cap. 12. Nunc confessa de iisdem breuiter atq; capitulatim attingam.

Cãpitulo, as, a. p. capitulũ appono, uel per capita distinguo, κεφαλαιῶ. Vnde & Recapitulare, ἀνακεφαλαιῶσθαι, est breuiter quę dicta sunt per capita recensere.

Capitulum, n. s. diminut. significat paruum caput. κεφάλιον. Plautus Curc. Vbi quid furripuere, operto capitulo caldum bibũt. Est & uox blandientis. Idem, Meum capitulum, meus ocellus. Terentius, O lepidum capitulum. Aliquando dicitur initium sententiæ, quod per metaphoram etiam caput uocatur, κεφάλαιον. Cicero 1. de Legibus, Nec uerò ferent, si audierint te primum capitulum optimum prodidisse, in quo scripsit, Nihil curare Deum, nec sui, nec alieni. Item Capitulum dicitur caput columnarum. Plinius lib. 36. cap. 23. Quoniam capitulis Corinthiorum eadem est altitudo, &c. Est præterea Capitulum urbs Italiæ propter Bouillas, & Calatias.

Capitulum Martis, Eryngion apud Dioscor. lib. 3. cap. 23.

Cara, radix est herbæ eiusdem nominis, qua lacti admista Hircius scribit Cæsaris exercitum diu inopiam leuasse.

Carabus, pen. cor. κάραβος, genus cancri. Plin. lib. 9. cap. 31. Cancrorum genera carabi, astaci, maiæ, paguri, heracleotici, leones, & alia ignobiliora. Carabi à cæteris cancris cauda distant. In Phœnice ἵππους uocantur, tantæ uelocitatis ut consequi non sit.

Caracalla, læ, indumenti genus fuit ad talos usque demissum, ab Antonio Imperatore populo datum: unde & Caracallæ cognomen inuenit. Author Sextus Aurelius in Antonino.

Carbas, λίψ, à Vitruuio appellatur uentus ab occasu brumali flans, quem usitatiore nomine Africum uocamus. Itali Garbinum uocant, nomine à Carba (ut uidetur) deducto.

Caralitanum, & Caralitani, uide Calaritanum, & Calaritani.

Carbasus, pen. cor. κάρβασος, in singulari frequentius fœminini generis, interdum etiam masculini, in plurali uerò neutri. Papinius in Achilleid. Nec mora iam dextras Ithaceia carbasus auras Poscit. Propertius, Exhibuit uinos carbasus alba focos. Apud Valerium Maximum in masculino genere inuenitur. Ita enim ait lib. 1. Quum carbasum, quem optimum habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit. Est autem carbasus genus lini mirę tenuitatis, in Hispania primùm repertum, ut scribit Plinius libro 19. cap. 1. Ex carbaso fiebant uela nauium, quæ & ipsa carbasa, ἀρμίνα dicuntur. Vergilius 3. Aeneid. & aurę Vela uocant, tumidoque inflatur carbasus Austro. Nonius docet Carbasum esse pallium, quo fœminę amiciuntur opulentiæ causa, ut serico, aut tenui lino. Vergilius 8. Aeneid. eum tenuis glauco uelabat amictu Carbasus.

Carbaseus, sea, seum, ex carbaso factus. Cicero 7. Verr. Tabernacula carbasei intenta uelis collocabat. Carbasei uenti. Tibullus libro 3. Post hæc carbaseis humorem tollere uentis.

Carbasinus, sina, sinum, ut Carbasina uela, apud Plinium lib. 19. capite 2. Quint. Curtius, Carbasinis uestibus Indi & Arabes corpora uelant, quæ sunt auro, purpuraque distinctæ.

Carbasineus, a, um, idẽ Varr. de uita pop. Rom. l. 4. Eadẽ postea carbasineo magis, ut pellibus tegerentur togæ.

Carbatinæ, καρβατίναι, calceamenti rustici genus, ex recentiore corio bubulo: unde Carbanitę crepidæ, apud Catullum. Aristoteles lib. 1. de Animalibus scribit camelos calciari carbatinis, ne scilicet in exercitu longiore itinere fatiscant.

Carbo, onis, m, t propriè dicitur, quum extincta fuerit pruna, ἄνθραξ. Persius, Illa prius creta, mox hæc carbone notasti. Terent. in Adel. Tam excoctã reddam, atq; atram, quàm carbo est. Aliquando dicitur Carbo, quum est ignitus. Plin. lib. 18. Et quum cinis in foco concrescit, & quum carbo uehementer perlucet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Carbunculus, m.s. diminutiuum, Paruus carbo, ἀνθράκιον. Plautus in Moſt. Amburetur miſero ei corculum, ut carbunculus. Ad Herenuium libro quarto, Ipſe à uicinis cum teſta ambulans carbunculos corrogaret. Eſt item Carbunculus, tumor præter naturam, ſiue ulceris genus celeriter cruſtam faciens, cum uehementi partis inflammatione: ita dictus à carbonis igniti ſimilitudine, ἄνθραξ. Eius hæ notæ ſunt: Rubor eſt, ſuperq; eum non minimum puſtulæ eminent, maximè nigræ, interdum ſubliuidæ, aut pallidæ. In his ſanies eſſe uidetur, infrà eſt color niger, ipſum corpus aridum & durius quàm naturaliter oportet. Plinius libro uigeſimo tertio, capite quarto, Nomas repurgant, carbunculos rumpunt. Eſt item Carbunculus, Gemma igniti carbonis ſimilitudinem referens, ipſisq; etiam noctibus lucens, & quibuſdam quaſi radiis refulgens: quæ apud Indos, & Garamantas inuenitur, ἀνθρακίτης. Plinius libro 37. capite ſeptimo. Principatum habent carbunculi, à ſimilitudine ignium appellati, quum ipſi non ſentiant ignes: ob id à quibuſdam Apyroti uocati. Sumitur quandoque Carbunculus, pro terra, ubi teſſelæ lapideæ, & nigræ reperiuntur. Palladius, In Ianuario menſe carbunculus, niſi ſtercoretur, macras uineas reddit. Plinius libr. decimoſexto, Maximeq; ſabulum humidum, aut carbunculum, aut tophaceam formam. Hinc carbunculoſus ager dicitur, in quo id genus carbunculi abundat. Colum. libro tertio, capite undecimo, Nam carbunculoſum agrum niſi ſtercore iuues, macras uineas efficere dixerunt. Plin. lib. 31. cap. 3. Sabulum maſculum, & arena carbũculoſa ceras promittit uenas, ſtabilesq; ſalubres. Carbunculus præterea in uitibus & arboribus dicitur, quum earum flores aduruntur, & ad carbonis ſiccitatẽ nigredinemq; reducuntur, σφακελισμός. Plin lib. 17. capite 24. Syderatio tota è cælo conſtat: quapropter & grando iis in cauſis intelligi debet, & carbunculatio, quòd pruinarum iniuria euenit. Hæc enim Verno tepore inuitatis, & erumpere audentibus ſatis mollibus inſidens, adurit lacteſcentes germinum oculos: quod in flore carbunculum uocant.

Carbunculo, as, p. neut. abſolutum, & Carbunculor, aris, deponens, pro eo quod eſt, carbonis ſimilitudine aduro, ſeu inflammo, σφακελίζω. Plinius libro uigeſimo tertio, capite 3. Succus eorum carbunculantibus circa oculos ulceribus & puſtulis, procidentiq; pupillæ efficax. Idem lib. 12. cap. 7. Verùm & his ſua iniuria eſt, atq; cœli intemperie carbunculantur, fiuntq; ſemina caſſa, & inania. Idem libro decimo octauo, capite uigeſimooctauo, In hoc temporis interuallo res ſumma uitium agitur, decretorio uuis ſydere illo, quod caniculam appellauimus: unde carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exuſtæ.

Carbonarius, ſubſtant. qui carbones conficit, ἀνθρακεύς. Plautus in Caſ. Sine modò rus ueniat, remittam ad te uirũ Cum furca in urbem, tanquam carbonarium.

Carbonarius, a, um, adiectiuum: ut, Fornax carbonaria. Carbonarium negotium exercere. Pllnius de Viris illuſtribus, Nam pater eius, quamuis patritius, ob paupertatem carbonariũ negotium exercuit.

Carcer, ceris, m. t. locus in quo ſeruantur noxii: uel undecunq; quis exire prohibetur: quaſi Coarcer, à coërcendo, ut docet Varro: quòd uincti in eo cuſtodiri prohibeantur exire, δεσμωτήριον, φυλακή. Liuius libro primo, Carcer ad terrorem increſcẽtis audaciæ, media urbe, imminens foro ædificatur. Cic. ſeptimo Verrinn. Cur carcer ædificatus? cur tot ſuppliciа in improbos more maiorum conſtituta. Vnde & in circo, unde emittebantur equi, carceres ſunt appellati, quod coërceantur equi, ne inde excant, antequàm magiſtratus ſignum miſerit, βαλβίδες, ἀφετήρια. Terminum autem ad campi finem, ubi curſum ſiſtunt, Metam dicimus. Hinc metaphoricῶs Carceres pro principio, Metam pro fine ponimus. Et licet quidam dicant in ſingulari tantùm ſignificare cuſtodiam publicam, in plurali currentium equorum repagula, uel funes, qui equis ad metam currere uolentibus, opponuntur, Cicero tamen utrunq; indifferenter poſuit. Nam in Catone ſic inquit, Nec uerò uelim quaſi decurſo ſpatio, ad carceres à calce reuocari. Et lib. 4. ad Heren. Quaſi ſi quis ad Olympiacum curſum uenerit, & ſteterit ut emittatur, impudentesq; illos dicat eſſe, qui currere cœperint, ipſe intra carcerem ſtet. Carceres tamen interdum pro furibus, ſeu captiuis poni ſolent: Græci δεσμῶτας, idq; per metonymiam continens pro contentis: quemadmodum etiam Ergaſtula ſæpe accipimus pro iis, qui ergaſtulis ſunt incluſi. Cicero in Epiſt. Quacunq; iuit, ergaſtula ſoluit.

Carcerarius, a, um, quod ad carcerem pertinet, ἀρτικὸς. Plautus in Captiu. Aegrè mihi eſt, hoc quæſtum facere carcerarium.

Carceratiuum, Alex. de uerb. ſign. accepit pro illa mercede quã militibus, qui cuſtodiæ carcerũ præſunt, humanitatis cauſa magiſtratus largiuntur. Alij tamen non legunt carceratiuũ, ſed Charifticon.

Carchēdonius, κορχηδόνιος, σμαραγδίτης, genus æris inter metalla repertũ, uiliſſimum, minimumq; : idem fragile, & colore incertum, ac uirentium in caudis pauonum, columbarũq; collo plumis ſimile. Alio nomine Smaragdites dicitur. Vide Plin. lib. 37. cap. 5.

Carcheſium, n. ſ. καρχήσιον, poculi genus. Vergilius quinto Aeneid. Hic duo ritè mero libans carcheſia Baccho. Tradunt Iouem, quando cum Alemena concubuit, in pretium ei concubitus carcheſium aureum dediſſe. Eſt autem id uaſis genus procerum, ac circa mediam partem compreſſum, anſatum mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus. Eſt præterea Carcheſium in nauibus ſupremа pars mali, à qua ueli latera, quæ Cornua uocantur, utrinque diffunduntur: à cuius figura Aſclepiades, referente Mactobio, uaſcula eiuſdem nominis dicta arbitratur. Mali autem nauium in tres omnino partes diſtinguuntur: quarum infima Pterna uocatur, media τράχηλος, ſuprema Carcheſium. Plura de hoc uide apud Macrobium, Crinitum & Bayfium.

Carchoquios, genus ranunculi, cœnulentũ in dorſo, habens in uentre croceas maculas.

Carcinethrō, καρκίνηθρον, genus herbæ, quod Græci Polygonũ uocãt, cius ſuccus naribus infuſus, ſupprimit ſanguinẽ, & cũ uino potus cuiuslibet partis profluuiũ excreationesq; cruentas inhibet. Geniculatã Latini uocant. Plin. li. 27. ca. 12.

Carcinias, καρκινίας, gemma eſt marini cancri colore. Plin. lib. 37. cap. 11.

Carcinodes, uide Carcinus.

Carcinoma, n. t. pen. prod. καρκίνωμα, cancer morbus, de quo Plin. lib. 20. cap. 9. Cato de re Ruſt. Et ſi quid in mammis ulceris natũ, & carcinoma, braſſicam tritã apponito, ſanum faciet. Celſus tria facit eius genera: primũ Cacoëthes, quũ ulcus quidem preſſum eſt, ſed quæ circa ſunt, intumeſcunt: ſecundum ſine ulcere: tertiũ quod Thymum uocat. Vide plura in dictione Cancer.

Carcinus, m. ſ. pen. cor. καρκῖνος. cancer animal, & ſignũ cæleſte. Vide in dictione Cancer. Lucanus 9. Par geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens, Humidus Aegoceros. Eſt item Carcinus, καρκῖνος, duorum poëtarum Tragicorum nomen, quorum alter Athenienſis fuit, alter Agrigentinus: quorum ſcripta enumerat Suidas.

Carcinodes, neutri generis, καρκινῶδες, uitium, ſeu morbus, cancri naturam imitans, ſimiliq; modo ſerpens. Plinius lib. 20. cap. 17. Narium quoq; carcinodes conſumit illitum ex aqua.

Cardaces, apud Perſas appellabantur, qui ex rapto uiuebant, nam Carda apud eos bellicoſum, & uiolentũ ſignificabat. Author Strabo lib. 15.

Cardamine, καρδαμίνη, Siſymbrii genus eſt, quod Officinæ Naſturtium aquaticũ uocant. Vide Dioſ. lib. 2. cap. 117. & Rubellium lib. 2. cap. 60.

Cardāmōmum, neut. ſecun., καρδάμωμον. frutex eſt amomo ſimilis, odoratus, oblongo ſemine & anguloſo, metitur eodem modo quo amomum. Vide Plinium libro 12. cap. 13.

Cardamon, κάρδαμον, à Græcis uocatur herba, in hortis paſſim proueniens, quam Latini Naſturtium hortenſe uocãt. Cardamum autem dictum putatur ἀπὸ τ καρδίας, quòd cor foueat, & in ſyncope illa, quam cardiacã uocant, plurimũ ualeat. Alii diuerſa ratione uſi, ſic dictum arbitrantur, quòd caput edomet, quaſi κατὰ δάμον. Nam arcem mentis obſidens ſuo ferit acremento, & ignea ui prædictũ caput tentat. Capitis tamen uitia purgare creditur, unde ortum eſt prouerbium, ἔσθιε κάρδαμον, hoc eſt, Ede naſturtium, in eos dici ſolitum, quibus ſanum non eſt cerebrum.

Cardax, κάρδαξ, ſaltatio obſcœna & Comica, inquit Budæus.

Cardía, f. p. καρδία, Latinè Cor, quanquam etiam à priſcis medicis, teſte Galeno, pro ſuperiori uentriculi orificio po-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

no ponebatur: quopacto ipsum etiam Hippocratem aliquã do loquutũ esse ostendit. Hinc factũ est ut Cardiacus morbus dictus sit, non qui cor, sed ipsum infestet uentriculũ: quippe qui fiat ex humoribus mordacibus, & uenenatis, in uentriculo cõgestis, nimioq; dolore syncopen afferentibus, quã Cardiacam appellant.

Cardiacus, aci, pro illo qui cardiaco morbo tentatur. Cic. 1. de Diuin. Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendũ sit, nec phreneticis. Iuuen. Cardiaco nunquã cyathum missurus amico. Est & Cardia nomen urbis in Thracia, ad Melanem sinum, à cordis similitudine uocata, teste Plinio libro 4. capite 11.

Cardialgia, καρδιαλγία, Dolor cordis, & mentis tristitia. Item uentriculi erosio, quę & Cardiogmos dicitur. Vide infrà.

Cardinum, (quod hîc pro nasturtio hortensi perperam legebatur) uide Cardomum.

Cardiogmus, mi, καρδιωγμὸς, morbus est uentriculi, ortum habens ex humoribus acribus & mordacibus, ipsum uentriculi orificiũ (quod prisci Græci, teste Galeno, etiã καρδίαν appellarunt) intolerabili punctione erosioneq; infestantibus, nonnunquam etiam syncopen inducentibus. Ea enim pars corporis exactissimo tactus sensu est prædita, propter insigne par neruorum adeam à cerebro transmissum. Quo fit ut dolores ea in parte sint maximi, quibus quum nires ferendis pares non sint, soleat subsequi ea syncope, quam stomachicam uocant.

Cardisce, καρδίσκη, gemma est, quæ fit ex draconis cerebro, uiuenti abscisso: alio nomine Dracontias dicta. Plinius lib. 37. cap. 10. Draconites, siue dracontias è cerebro fit draconũ, sed nisi uiuentibus abscisso nunquam gemmascit, inuidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est, ut morientibus animalibus caput amputent. Encardia nominatur, & Cardisce.

Cardo, inis, *dubium*, tertiæ, Ferramentum circa quod fores uertuntur, γίγνυμος, σφῆξ, σφηνός. Vergil. 6 Aeneid. Foribus cardo stridebat ahenis. Plaut. in Amphitr. Penè effregisti, fatue, foribus cardines. Hinc apud Romanos fuit dea Cardea, siue Cardinea, quæ cardinibus præerat, quasi Cardina. Cardines etiam dicũtur duæ cæli partes immobiles sibi mutuò oppositę, quarum altera est ad Septentrionem, altera ad Austrum, Græci πόλους uocant, unde etiam stella Boriali polo proxima, quæ est in cauda minoris Vrsæ, Polaris stella uocatur, non quòd sit polus ipse, sed quòd sua circumuolutione circulum minimum efficiat, cuius polus est centrum. Linea autem illa recta, quam Astronomi ab uno cardine ad alterum imaginantur, propriè Axis appellatur. Sæpe tamen Cosmographi Cardinum nomine quatuor præcipuas cæli regiones intelligunt. Ortum, Occasum, Septentrionem, & Meridiem. Cardo etiam in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à Meridie ad Septentrionem, sicut Decumanus uocatur limes ille, qui secat agrum ab Exortũ ad Occasum, ut inquit Plinius, & Columella. Ponitur interdum Cardo pro opportunitate, ἀκμὴ, καιρὸς. Vergil. 1. Aeneid. Haud tanto cessabis cardine rerum. Quod Seruius inde tractum existimat, quòd in prouerbio dicitur, Res in cardine est, & Circa id uerti cardinem dicimus, in quo summa rei est.

Cardinatus, a, um, ut Tignum cardinatum. Vitruuius libro decimo, capite 21. Coniuncta capitibus transuersario cardinato tigno, & alterno mediano inter duos scapos cardinato.

Cardinalis, & Cardineus, adiectiua sunt à cardine deducta, quibus recentiorum nonnulli usi sunt pro præcipuo, seu principali.

Cardinales, in pontificio iure dictos opinatur Alciat. exemplo ciuilũ Magistratuũ. In lib. Off. Theodosij prefecti. Cardinales appellantur prefecti prætorio Asianę, quòd maiores cæteris essent.

Cardopos, καρδοπος, significat arcam panariam.

Carduelis, f. t. ἀκανθὶς, auis parua, capite rubro, alis luteis, albo nigroq; distinctis: dicta quòd carduorum semine pascatur. Plinius lib 10. cap. 42. Minimæ autem carduelis imperata faciunt, nec uoce tantùm, sed pedibus & ore pro manibus.

Carduus, herba uulgo nota, à quo *Carduelis auis* appellata, σκόλυμος. Vergil. 2. Georgic. segnisq; horreret in aruis Carduus.

Carẽ, uide Carus.

Cărectum, uide Carex.

Careo, es, carui, & casus sum, & caritum & casum. n. f. secundum Priscianum, Est rem desyderatam non habere: & propriè de eo dicitur, teste Cicerone, quod aliquando habuimus, & quo nunc indigemus, στερῶμαι. Ita enim ait, Tusc. lib. 1. Triste est nomen ipsum carendi, quia subiicitur hæc uis. Habuit quis, non habet, desyderat, requirit, indiget. Et mox, Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere uelis, inest enim uelle in carendo, nisi quum tanquam in febri dicitur, alia quadam notione uerbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, quum aliquid non habeas, & non habere te sentias: etiam si id facilè patiare. Hactenus Cicero. Ex quo patet Carere non modò de iis rebus dici, quæ ad nostrum usum, naturamq; accommodatæ sunt, sed etiam de aliis: ut Carere febri, carere dolore, carere molestia, & his similia. Constructur autem hoc uerbum aliquando cum genitiuo. Ter. in Heaut. Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, Quos cepi, leues, præterquam tui carendum quòd erat. Aliquando cum accusatiuo. Plautus in Curc. Sed quid est, quod lubet perditum dicere te? Quia id, quod amo careo. Sæpius uerò cum ablatiuo, ut Carere domo, patria. Cic. pro Milone, Comprehensus est in templo Castoris seruus P. Clodij, quem ille ad Cneium Pompeium interficiendum collocarat, extorta est confitenti sica de manibus, caruit foro postea Pompeius, caruit senatu, caruit publico: id est, in *forum non uenit*, in senatu non fuit, in publico non uersatus est. Idem de Finib. lib. 1. Itaq; non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem & uoluptatem: illud enim ipsum quod quibusdã medium uideretur, quũ omni dolore careat, non modò uoluptatem esse, uerùm etiam summam uoluptatem. Et Famil. lib. 6. Aegypta ad me uenit pridie idus Aprilis, is etsi mihi nuntiauit te planè febri carere, & bellè babere, tamen quòd negauit te posse ad me scribere, curam mihi attulit. Quod autem Plautus in Curc. dixit, Caruitne febris te heri, uel nudiustertius? hypallage quędam est, & præposteram omnino locutio. Aliquando ponitur pro: besse. Cicero Attic. lib. 9. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimũ togam puram dedi.

Careum, siue Carium, Plinio, κάρον. Dioscor. herbæ genus est, gentis suæ cognomento ita appellatum, semen habens eiusdem nominis. Athenæus Pastinacam maiorem interpretatur, uulgata pastinaca multò præstantiorem. Officinę Carui appellant. Vide Ruellium libro 3. capite 43.

Carex, fœminini generis, tertiæ declinat. herba & acuta, & durissima, similis sparto, uliginosis & palustribus locis plurima nascens, δύναξ. Ver. 4. Geor. Et carice pastus acuta Columel. lib. 11. cap. 2. Filix quoq; aut carex ubicunq; nascitur, Augusto mense rectè exturpatur: melius tamen circa Idus Iul. ante Caniculę exortum.

Carectum, cti, locus caricibus plenus, δυναχάρ Verg. Eclog. Tu post carecta latebas. Colum. lib. 6. cap. 12. Melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, quàm lapidosis locis durã tur ungulæ.

Cariatis, uide Caryatis.

Carica, æ. f. p. genus fici à loco sic dictum. Plin. lib 13 cap. 5. Syria præter hanc peculiares habet arbores in ficorũ genere, caricas, & minores eius generis, quę coctona uocant. Cic. 2. Diuinat. Quum M. Crassus exercitum Brunduſij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens, Caunetis clamitabat.

Cărico, as, pen. cor. idem est quod onero. Hieron. Origenes maiora cogitans propriumq; ingenium ferre non sufficiens, oneribus maioribus cancabat se: & quum sic incedere non posset, ruina magna deuolutus est.

Căries, riei, f. quin. putrilago ex uetustate, σῆψις. Lucilius libro 4. Ne auricufam obsidat caries, ne uermiculique. Ausonius, Ut tineas, cariemq; ne pari te charta necesse est. Propriè autem Caries in lignis dicitur, quum à uermiculo, qui à Græcis κὶς dicitur, erodantur. Colum lib 12. Omnis materia in ædificio succidebat luna decrescente, ab nigesima usq; in trigesimam, quia sic cæsa iudicatur carie non infesta ri. Plinius, Cedri oleo perunctæ materies nec tineam, nec cariem sentit. Idem lib. 12. Celeriter ea cariem sentit.

Carioſus, a. um, quod est carie plenum, σηψώδης, Columella libro quarto, Alia summouenda, quæ uel carioſa, uel iusto breuiora sunt. Ouidius primo Amor. Quid precer iratus? nisi uos carioſa senectus Rodat. Columella libro 2. capite

capite 4. Quam terram ruſtici uariam, carioſamq; appellant. Vide Catonem cap. 7. & Plinium lib. 17. cap. 1.

Cărina, næ, f. p pen. prod. Pars nauis eſt, quam aluum, aut uentrem uocant, hoc eſt ipſa nauis conditas, τρόπις σάρα. eſt infima trabs, cui inædificatur nauis, quæq; illi eſt pro fundamento. Ouidius 14. Metamorph. mediisq; carina Subdita nauigiis, ſpinæ mutatur in uſum. Idem libro quarto de Pon. Dum mea puppis erat ualida fundata carina Cæſar 1. bel li Ciuil. Carinæ primùm, ac ſtatuminæ ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium uiminibus contextum coriis integebatur. Poëtæ κατὰ συνεκδοχὴν, Carinam pro tota accipiunt naui. Vergilius 1. Georg. Quum iam portum tetigere carinæ. Idem 4. Aeneid. Huc curſum Iliacas uẽto tenuiſſe carinas.

Carinare, eſt in modum carinæ formare, τρόπιν & δίκλιν διακόπτειν. Plinius libro nono, Saliunt pectines, & extra uolitant, ſeq; & ipſi carinant, id eſt ſua ſibi concha inſtrumentum porrigunt ad nauigandum, & ceu carinam quandam ex teſta efficiunt. Aliquando Carinare eſt probra proiicere, quòd qui ſe mutuis probris inſectantur, ſint infimæ ſortis homines, ſicut & carina nauis pars eſt infima.

Carinatus, a. um, adiectiuum eſt à carina deductum, idem ſignificans quod concauus, & in carinæ modum incuruatus, κεκοιλωμένος. Plinius libro undecimo, capite trigeſimo ſeptimo, Pectus homini latum, tantùm reliquis carinatum. Idem libro nono capite trigeſimo Concham eſſe acatii modo carinatam.

Carinatim, ſignificat ad ſimilitudinem Carinæ.

Carion, eryngion. Dioſc. lib. 3. cap. 23.

Cariоſus, Vide Caries.

Cariota, Vide Caryotæ.

Cariſſam, antiqui pro uafro uſurpabant, & nonnulli à carne deductam putauerunt.

Caritas, Vide Carus.

Carmen, n. t. quaſi canimen à canẽdo, dici poteſt quicquid eſt metricè ſcriptum, ἔπος. Vnde Vergil. 3. Aeneid. uerſum unum carmen dixit: & rem carmine ſigno, Aeneas hæc de Danais victoribus arma. Et duos ſimiliter, in Daphnide, tumulo ſuperaddite carmen: Daphnis ego in ſyluis, &c. Tota inſuper Aeneis, heroicum carmen dicitur: item Eclogæ uniuerſæ, carmen bucolicum. Quandoque Carmen dicitur incantatio, ἐπῳδή, ut, Carmina de cælo poſſunt deducere lunam. Dicebantur etiam Carmina apud ueteres, formulæ quædam conceptis uerbis ad ſolennitatem aliquam compoſitæ, unde Iuriſconſulti illi uetuſtiſſimi dicuntur habuiſſe carmina quædam excogitata, à quibus non licebat recedere. Cicero pro Murœna, Prætor interea, ne pulchrum ſe, ac beatum putaret, atque aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt, cum cæteris rebus abſurdum, tum uerò nulli uſui, Iſtam uiam dico, inite uiam, &c. Erant & Saliis ſua carmina, quæ Saliaria uocabant, Marti peculiariter dedicata. Habebant & Feciales ſuum quoddam carmen ad res repetendas, & bellum indicendum deſtinatum. Habebant & Patres patrati ſua carmina, quibus ad ferienda fœdera utebantur: quorum formulam depingit Liuius libro primo ab Vrbe cond. Erat aliud carminis genus in urbium obſidionibus ſolenne, quo dii tutelares, ne cum illis quoque bellum ſuſceptum uideretur, ſolent euocari, Hoc, teſte Macrobio, ferè his uerbis conſtabat, Si Deus, ſi dea eſt, cui populus, ciuitasq; Carthaginenſis eſt in tutela: teq; maximè, qui huius urbis tutelam recipiſti, precor, uenerorq;, ueniamq; à uobis peto, ut uos populum, ciuitatemq; Carthaginenſem deſeratis: loca ſacra, templa, urbẽque eorum relinquatis: abſque iis abeatis, eique populo & ciuitati metum iniiciatis, proditique Romam ad me, meoſque ueniatis: noſtraq; uobis loca, templa, ſacra, urbs acceptior, probatiorque ſit, mihi populoque Romano, militibuſque meis propoſiti ſitis, ut ſciamus intelligamuſque. Si ita feceritis, uoueo uobis templa ludoſque facturum. Erat & aliud carminis genus, quo hoſtium exercitus ſolent deuoueri, cuius formam Macrobius tradit Saturnal. libro tertio, capite nono.

Carmino, as, are, a p. eſt pectere, & lanas ab immunditiis repugnare, ξαίνειν. Plinius libro 19. cap. 1. Iuſtum eſt è quinquagenis faſcium libris quinas denas carminari. Idem li. 9. cap. 38. Quinis lana potat horis, rurſusq; mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem.

Carminatio, uerbale. Idem libro undecimo, Hanc ab his quoq; gigni, ſubigiq; unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.

Carminatores, dicti ſunt, qui lanas pectunt, caſuq; ab adhærentibus ſordibus repurgant.

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex, Carnificium, Carnuarij, Carnoſus, uide Caro.

Carnopes, locuſtæ ſic dictæ ab Oetenſibus.

Căro, huius carnis, fœm. ter. propriè mortuorum animaliũ, quod careat anima, inquit Donatus, κρέας, σάρξ. At Hieron. inter Carnem & Pulpam, ſic diſtinguit, ut caro ſit quæ ſanguine, uenis, oſſibus, neruisq; conſtringitur: pulpa, quæ mã ducatur, eo quòd pulſetur, & concidatur. Plin. lib. 6. cap. 30. Agriophagi, pantherarũ & leonum carnibus maximè uiuẽtes: Pamphagi omnia mandentes: Antropophagi, humana carne ueſcentes. Et non ſolùm de animalibus, ſed etiam de piſcibus pomisq; Caro dicitur. Plinius lib. 9. cap. 17. de mullis piſcibus, & aliorum piſcium carne. Idem lib. 16. cap. 38. Atq; in toto corpore arborum cutis, ſanguis, caro, nerui, uenæ, oſſa, medullæ. Quidam hoc nomen à Greco deriuant, κρέας, à quo fit Creo uerbum.

Carnarius, qui carnes uendit: ac etiam qui carne delectatur, κρεοπώλης. Martialis lib. 11. Carnarius ſum, pinguiarius non ſum. Hoc eſt, carnoſa muliere delector, pingui non delector.

Carnarium, n. ſ. propriè locus, ubi caro ſalſa ſuſpenditur, ſeu reponitur. Plinius, Quippe è macello, aut carnario uiuendum eſt. Plautus in Captiu. Adueniens modò deturbauit totum cum carne carnarium. Quandoque etiam dicitur locus ubi carnes tantummodo uenduntur, κρεοπώλιον. Plautus, Cœnam è carnario emit, iam factus ſatur. Varro Tabernam carnariam uocat. Interdum Carnarium accipitur pro ipſa carne, ſicut Cibarium pro cibo. Plautus, Quid mihi carnarium parauit, ridiculus, ad tentandum? Carnarium item inſtrumentum dicitur cum pluribus uncis, quibus ſuccidq;, hoc eſt, carnes ſalitæ appenduntur.

Carnarius, a, um, quod ad carnem pertinet, σαρκικός, ut Carnaria taberna, ubi carnes uenduntur.

Carneus, a, um, quod ex carne eſt, σαρκώδης. Corn. Gall. Carnis ad officium carnea membra placent.

Carnifex. m. t. qui carnes ex hominibus facit, δήμιος. Cic. 7. Verr. Aderat ianitor carceris carnifex Prætoris, mors terrorq; ſociorum, & ciuium lictor. Hinc Excarnifico, as. pro excrutio. Teren. in Heaut. Huiuſmodi ſemper cõminiſcere, ut me excarnifices.

Carnificina, æ, f. p. pen. prod. locus publicus, in quo iuſſu magiſtratus homines ſontes à carnificibus occidũtur, κολαστήριον. Plautus, Quid ſi deſperatis rebus carnificinam petat? Suetonius de Tiberio. Carnificinæ eius oſtenditur locus Capreis, unde damnatos poſt longa & exquiſita tormenta præcipitari coram ſe in mare iubebat. Carnificina item dicitur ipſa excarnificatio & cruciatus. Plautus in Capt. uel carnificinam hanc facilè poſſum perpeti. Cicero pro Seſtio, Non eſt ea medicina, ſed carnificina, atque crudelitas. Cato Carnificinas dixit plurali numero, pro tormentis, & crudelitatibus, βάσανοι, ubi ſocietas (inquit) ubi fides maiorum, inſignitas iniurias, plagas, uerbera, ubices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque ignominiam te facere auſum eſſe? Plautus in Ciſtel. ſingulari uſus eſt: Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. Cicero 1. Tuſculan. per translationem uſus eſt, Nam quum omnis perturbatio miſera eſt, tũ carnificina eſt ægritudo, quia inſtar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animũ, excarnificatũq; cõficit.

Carnificium, n. ſ. ipſe actus carnificis, quod & Carnificina dicitur. Carnificium cribrũ, actiuè legitur apud Plaut. in Moſt. O carnificiũ cribrũ quod credo fore, Ita te forabunt patibulatum per uias Stimulis.

Carnifico, as, act. pr. corpus humanum in fruſta diſſeco, more carnificis. κίδνημι, ἀνατέμνω. Liuius 4. bell. Pun. Quod ubi tribuni militum Graccho nunciauerunt, neminem ſtantem iam uulnerari hoſtem, carnificari iacentes, & in dextris militum pro gladijs humana capita eſſe, ſignũ dari properè iuſſit.

Carniuorus, penultima correpta, carnes uorans, σαρκοφάγος. Vnde dicimus aquilam carniuoram, quòd carnibus ueſcatur. Plinius lib. 10. Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

Carnoſus,

Carnosus, a, um, Carne seu musculis abundans: ut Carnosum fœmur, Carnosum palatum, πολύσαρκος. Plinius libro 11. capite 37. Sed in gustatu, linguæ uice carnosum aquatilibus palatum.

Carnositas, musculorum plenitudo, qualis in obesioribus esse consueuit, πολυσαρκία.

Caruncula, à caro diminutiuum est, σαρκίον, κρεάδιον. Carnicula uerò à carnis nominatuo antiquo. Cic. 2. de Diuinat. An tu, inquit, caruncula uitulinæ mauis, quàm Imperatori ueteri cedere? Celsus, Si urina crassa caruncula quasdam exiguas, quasi capillos habet.

Caromemphitæ, uide Caricon.

Caron, Athenæus pastinacam maiorem esse putauit, & multo præstantiorem sapore, quàm pastinacam uulgarem, lib. 9. Dipnosoph.

Caros, κάρος, Crapularis redundantia, à λαρόω perturbo, uexo, agito. seu à καρόω, quod est capite aggrauor, oblidor, uel ut ab oppressura capitis, & ingenij offensione. Apud Medicos, Caros est somnus iusto profundior, proueniens ex humore frigido, & uiscido, cerebrum, & præcipuè anteriores eius uentriculos occupante, sensumq; pariter & motum ad tempus impediente, spiratione tamen integra relicta. Hęc Galen. lib. 4. De locis affectis cap. 2.

Caros, κάρον, Dioscoridi libro 3. semen est exiguum, anisi proportione respondens, cuius radix pastinacæ modo estur. Plinio Carum, siue Carium dicitur, Officinis Carui.

Carota, pastinaca sylueſtris. Dioſc. lib. 3. cap. 57.

Carotides uenæ, καρωτίδες φλέβες, Circa colli iugulũ sunt, quæ & σφαγῖτίδες Aristoteli, id est, iugulares dicuntur. Carotides appellatæ, quòd iis uehementius compressis, Caros morbus gignatur.

Carpa, piscis, Cyprinus, aliquibus Carpano.

Carpathon, periclimenon, Dioſc. lib. 4. cap. 14.

Carpentum, n. ſ. uehiculi genus, ita dictum quasi Carmentum, à Carmenta Euandri matre, ὄχημα. Ouid lib. 1. Fastor. Nam prius Ausonias matres carpenta uehebant: Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor. Plinius de uiris illust. A qua iussa turba recedere, quum domum rediret, uiso patris corpore, mulionem equitatem super ipsum corpus carpentum agere præcepit.

Carpentarius, masc. sec. faber qui carpenta facit, faber lignarius, ἁμαξουργός. Hieron. Carpentarius artifex fecit scamnum. Carpentarius equus, qui carpentum ducit. Carpentarium opus quod ad fabrum lignarium pertinet.

Carpesia, herba uenenosa. Plin. lib. 5. cap. 44.

Carpheotum, thuris genus purissimum & candidũ, quod autumno legitur ex partu æstiuo. Author Plinius. lib. 12. capite 14.

Carphos, herbæ genus, quæ alio nomine Fœnogræcum dicitur, & Bucceras à similitudine cornuum bouis: à nonnullis etiam ægoceras, quòd semen eius caprarum cornibus simile sit. Græci τῆλιν nominant. Plin. lib. 24. cap. 19. Nec fœnogræco minor authoritas, quod Telin uocant. Alij Carphos, Gallicè Senegre.

Carpinus, fœmin. gen. secun. declin. pen. corr. ſυγία, arbor nota de acerum genere. Columella lib. 6. Quineriam cornus, & carpinus, & ornus, nonnunquam & salix à plerisque in hoc ipsum disponitur. Palladius, Carpinus ultima arbor.

Carpineus, a, um, ex carpino factũ. Plin. lib. 16. cap. 43. Hyginus manubria rusticis carpinea fieri iubet.

Carpio, onis, m. t Benaci lacus accolis appellatur piscis uni huic lacui peculiaris, quem aureis arenulis uictitare tradunt. Caue autem accipias pro illo pisce, quem Carpam uulgò dicunt, nam longè ab eo diuersus est. Vocatur aũt Carpa à quibusdam Cyprinus.

Carpo, is, carpsi, carptum, act. tert. Decerpo, δρέπομαι. Verg. Eclog. 9. Infere Daphnipyros: carpent tua poma nepotes. Idem 3. Georg. Luciferi primo cum sydere frigida rura Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. Item eligere. Terent. in Adelph. Vnumquodq; quod erit bellissimum, carpam. Item reprehendere, διασύρειν. Martialis, Carpere uel noli nostra, uel ede tua. Item lædere, ut Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo Fœmina. Carpere uiam, est ambulare. Carpere uitales auras, est haurire spiritum. Carpere lanam, est pectere, & attenuare, ξαίνειν ἐρίον. Vergilius libro 1. Georgic. Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ Nesciuere hyemem. Carpere linum, est euellere. Carpere cibum, est pasci. Composita sunt, Decerpo, discerpo, & excerpo: de quibus uide locis suis.

Carptim, aduerb. Hinc atq; illinc carpendo, non ipsam seriem sequendo, ἀκροτηγῶς Sallustius in Catilina, Statu res gestas populi Romani carptim, ut quæq; memoria digna uidebuntur, perscribere.

Carptus, huius carptus, masc. gen. quar. declin. & Carptura, æ, fœm. pr. ipse decerpendi actus, & nonnunquam id quod decerpitur. Plinius lib. 24. cap. 10. Flos cuiusq; generis trium digitorum carptu, dysenterias & aluum citam emendat, in uino austero bis die potus, hoc est, quantum tres digiti decerpere possunt. Varro libro secundo de Re rustica, cap. 16. Necnon etiam aliud discrimen sequatur in carptura, &c.

Carptor, oris, nerbale, qui reprehendit. Gell. lib. 19. cap. 7. Quale illud est, quod uituperones suos, subducti supercilii carptores appellauit.

Carpŏbalsamum, n. ſ. καρποβάλσαμον, balsami fructus est. Nam καρπὸς Græcis fructum significat. Vide Plinium libro 12. cap. 25.

Carpophorus, penultima correpta, καρποφόρος. Latinè fructifer. Hieronymus ad Eustochium, de morte Paulæ, Sal ue Euphratha regio uberrima, atq; καρποφόρα, cuius sterilitas Deus est. Fuit etiam Carpophorus proprium nomen cuiusdam ex familiaribus Domitiani Cęsaris, cuius in conficiendis feris dexteritatem extollit Martialis in Amphiteatro.

Carptim, Carptus, Carptura, Carptor, Vide Carpo.

Carpophyllon, li, n. ſ. καρπόφυλλον, genus lauri, non nisi in montibus nascens, foliis mollioribus, ualde etiam ad opera topiaria longè aptissimum perhibetur, & ad coronas conficiendas accommodatissimum, de quo Plinius libro 15. capite 30.

Carpos, finis ossis parapechii. Plinius, uocat Brachiale, ossibus compactum octo, cui quod præiacet, Procarpion uocant.

Carrago, à quibusdam usurpatur pro cruribus, reliquisq; castrorum impedimentis, quæ Galli etiam Gariagium uocant.

Carrus, & Carrum, currus quatuor rotarum. cuiusmodi erant quibus exercituum impedimenta uehebantur: à sono, ut quidam putant, & rotarum stridore dictus, ἅρμα. Cæsar; Inter carros, impedimentaq; prælium commiserunt. Hircius libro sexto, Pompeius eo die per uiarum angustias carra complura, multosq; laniatos retraxit. Cęsar bel. Gall. lib. 1. Alteri ad impedimenta, & carros suos se contulerunt.

Carruca, f. p. pen. cor. genus uehiculi duas habẽs rotas, quod et Cisium dicitur. δίτροχον. Mart. lib. 5. Nec feriatus ibat ante carrucam. Plin. lib. 33. cap. 11. At nos carrucas ex argento cęlare inuenimus.

Carrucarius, qui carrucã regit. VIp. in l. Item quæritur in prin. ff. loca. Si cisiarius, id est, carrucarius, dum cęteros transire cõtendit, cisium euertit.

Carrucarius, ria, rium, quod ad carrucam pertinet. Pompon. Pleraſque mullas carrucarias tales esse, ut transiungi non possint.

Carrallus, li, m. ſ. κάρταλλος, Græca dictio significans canistrum.

Carthegon, buxi granum est, Plinius libro decimosexto, capite 30.

Cartilāgo, inis, f. t Pars similaris corporis ex spermate genita, quę ramen neque os est, neque caro est, sed quoddam intermedium, qualis est tota auris, & extremæ partes ossium motoriorum, χόνδρος. Plinius lib. 11. cap. 4. Insecta non uidentur habere cartilaginem. Idem lib. 9. cap. 24. Planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet.

Cartilagineus, a, um. quod ex cartilagine constat, χονδρόδης. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed auriculæ omnibus, exceptis quæ cartilaginea appellauimus.

Cartilaginosus, a, um, Plin. lib. 12. cap. 25. quod maximè laudant cartilaginosum, purum, ad similitudinem ammoniaci, minimeq; lignosum.

Carti

Cartii, Tithymalus apud Dioſc. lib. 4. cap. 168.

Caruncula, uide Caro.

Carus, a, um, idem eſt quòd gratus, dilectus, iucundus, ſuauis, πρόσφιλης. Vergilius quarta Eclog. Cara deûm ſoboles. Cicero poſt reditum ad Quirites, Mihi uerò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, uita ſunt mea cariores. Et quia quod omnibus gratum eſt, magno pretio ſolet uendi, hinc eſt factum ut Carum etiam ſignificet, quod magno conſtat. Cicero ſecundo de Diuinat. Putarem annonam in macello cariorem fore. Sunt qui ita diſtinguant, ut Charus per aſpirationem ſignificet idem quod dilectus: Carus ſine aſpiratione, quod magno uẽditur. Hanc tamen differentiam non eſſe ueram, uel ex eo ſolum oſtenditur, quòd alteram ſignificationem ex altera uidemus eſſe deflexam. Satius itaque erit utrunq; ſine aſpiratione ſcribere, quum dictiones ſint prorſus Latinæ. Nam iis qui à Græca dictione χάρις deduci uolunt, refragatur primæ ſyllabæ quantitas, quæ in dictione Carus producitur, quum χάρις eandem corripiat.

Carè, aduerbium à Carus, Magno pretio, & pluris quàm pro rei ualore: ut Carè æſtimare, Carè uenire. Cicer. ad Brutum, Valde carè æſtimas tot annos, quot iſta ætas recipit. Varro, Quæ pingues, uæneunt carè.

Caritas ſine h, à careo, ſignificat exuberans rei alicuius pretium, ex penuria ferè & raritate proueniens. Cicero quinto Verr. Biennio prouinciam obtinuit, quum alter annus in utilitate, alter in ſumma caritate fuerit. Liuius libro undecimo, Caritas primùm erat annonæ. Differunt autem Caritas & inopia: quòd Caritas ſit rerum penuria, quę adhuc extant, Inopia earum, quæ non extant. Cicero pro Domo ſua, Qua ex re primùm caritas nata eſt, deinde inopia.

Caryatides, Statuæ mulibres in ædificiis, ut ait Vitruuius, ſicut uiriles, quæ mutulos, aut columnas ſuſtinent, Telamones à noſtris, ἀτλάντες à Græcis appellatæ. Nam euerſa Carya, Peloponneſi ciuitate, & interfectis uiris, matronæ in ſeruitutem adductæ fuerunt: nec paſſi ſunt uictores eas ſtolas deponere, ut æterno ſeruitutis exemplo graui contumelia preſſæ, pœnas pendere uiderẽtur pro ciuitate. Ideo qui tũc architecti fuerunt, earum imagines ædificiis publicis deſignauerunt oneri ferendo, ut etiam poſteris pœna Caryatidum memoriæ traderetur.

Cărȳcă, f. p. pen. cor. καρύκη. Genus edulii ex ſanguine & uariis condimentis conſtans, quod & καρύκωμα à Græcis dicitur. Vide Cæl. Rhodig. libro uigeſimoſeptimo capite uigeſimo tertio. Carica uerò per i noſtrum, ficus genus eſt, ut ſuprà docuimus ſuo loco.

Cariytes, per tres ſyllabas, media producta, Tithymali ſpecies, foliis myrti acutis & pungentibus. Vide Plinium libro uigeſimo ſexto, cap. 8.

Cărȳon, rii, neut. gen. κάρυον, Quamuis Græcis generale ſit ad omne nucis genus uocabulum, unde κάρυον ποντικόν auellanam, & κάρυον βασιλικὸν iuglãdem appellant, peculiariter tamen, κοινῇ κατ' ἰδιολεξίαν, hoc ſibi nomen iuglandes uendicarunt. Plinius libr. 15. capit. 22. Caryõ à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conueuit dictum.

Carynus, a, um, adiect. ut, Carynum oleum. Idem libro uigeſimo tertio capite quarto E nuce uerò iuglande oleum, quod carynum appellauimus, alopeciis utile eſt, & tarditati auritum infuſum.

Cărȳŏpŏs, pi, καρύοπος, Genus cinnami, quod in Syria gignitur. Plinius libro duodecimo capite 28: In Syria gignitur & cinnamon, quod Caryopon appellant. Hic eſt ſuccus nuci ex expreſſus, multum à ſurculo ueri cinnami differens, uicina tamen gratia.

Caryotæ, ſiue Caryotides, καρυωτίδες, Palmulæ genus eſt in Iudæa præcipuè circa Hierichuntem naſcentis: ita appellatum à capitis grauedine, quam gignit. Plinius libro decimotertio cap. quarto ab his caryotę maximè celebrãtur, & cibo quidem, ſed & ſucco uberrimæ: ex quibus præcipua uina Orienti, iniqua capiti. unde pomo nomen. Varro libr. ſecundo Non ſcitis palmulas caryotas Syriam parere, inuectas in Italiam non poſſe? Papin. in Syluis, Prægnantes caryotides cadebant.

Caryum, Vide Carya.

Cāſā, f. p. Domus ruſtica. ita dicta, quaſi caua, ut nonnulli exiſtimant, eo quòd primi agricolæ in cauis montium, hoc eſt, in antris ſolerent habitare, κατὰ κοίλα. Alii à caſu, id eſt, ruina deductum malunt: propterea quòd ruſtica ædificia, quum ex leuiore ferè materia conficiãtur, minus ſunt diuturna, magisq; ruinæ obnoxia. Vergilius 2. Eclog. Atq; humiles habitare caſas, & figere ceruos. Hircius libro 6. Et harpagones ad caſas, quæ ſtramentis ab noſtris hybernorum causa ædificatæ erant, diruendas. Varro 2. de Re ruſtica, capite 10 Qui autem ſunt in ſaltibus, & ſylueſtribus locis paſcunt, & non in uilla, ſed caſis repentinos imbres uitant. Diminutiuum eſt Caſula.

Caſabundus, crebrò cadens, πτωτικός.

Caſaria, Dicitur mulier quæ caſam cuſtodit. Feſtus.

Caſcus, ca, cum, κάσκος, Significat uetus: cuius uerbi origo Sabina eſt. Ennius, Quem primum caſci populi genuere Latini. Refert Varro Manilij nomine celebratã fuiſſe hanc ſententiam, Caſcum duxiſſe caſcam non mirabile eſt, id eſt, uetulam nupſiſſe ſeni. Vide Eraſ. Adagia.

Caſeus, m, ſ. A coẽundo, uel (ut inquit Varro) à lacte coacto dicitur, τυρὸς: nam fit ex lacte coagulato, hœdino in primis, uitulinoſue coagulo. Vergilius in Bucol. Pinguis & ingratæ premeretur caſeus urbi. Cicero de Senectute, Villa quæ tota locuples eſt, abundat porcõ, hœdo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. Caſeus muſteus, id eſt recens & mollis, qui magis alibilis, quàm uetus & aridus. Caſeus oxygalacticus commendatur à Galeno, dicitur; quaſi aceroſum lac. nam Græci τὸ ὄξος, acetum uocant, & γάλα, lac. Caſeorum uaria genera uide apud Plinium lib. 11. cap. 42. Herm. Barb. in Corol. lib. 1. & prox. Supra Caſeus Gallicus. Laus apud priſcos erat præcipua Caſeo Nemauſenſi (Sic enim à ciuitate Galliæ nominatur) cuius meminit Plin. lib. 11. qui ſcribit: Caſeo Nemauſenſi fuiſſe commendationem, ſed muſteo tantùm & recenti. Vide Columell. lib. 12. cap. 16. Caſeus ex quibus fit, deq; eius natura, uide Dioſcoridem lib. 2.

Caſeale, lis, n. t. locus aluo exonerãdę deſtinatus: quã Sellã familiarem uocat Varro. Colum. lib. 2. cap. 15. Nam ubi greges quadrupedum uerſantur, quædam quotidie, ut culina, & caſeale: quędam pluuiis diebus ut bubilia & ouilia debent emundari.

Caſearius, a, um, adiect. à caſeo formatum, ut Taberna caſearia. Vlp. l. ſicuti parag. Ariſto. ff. ſi ſeruit. uend. Ariſto. Cerelio Vitali reſpondit, non putare ſe, ex taberna caſearia fumum in ſuperiora ædificia iure immitti poſſe, niſi eius rei ſeruitutem talem admittat.

Caſia, f. p. unico ſ, quamuis apud Græcos κασσία gemino σσ, ſcribatur, frutex eſt Theophraſto ſalicis Amerinæ magnitudine, multis ſurculoſiſque brachiatus ramis, craſſiore quàm cinnamomum, ſarmento, ſolo; cortice commendatus. Vergilius 2. Georgicon, Nec caſia liquidi corrumpitur uſus oliui. Dioſcorides libro 1. tria facit præcipua caſię genera: unum ex nigro purpuraſcens, & roſæ odorem referens, Zyger appellatum: alterum longius & anguſtius, & fiſtulis plenum, aromatum & uini miſtum odorem repręſentans: quod Arabum lingua Lada, ab Alexandrinis autem mercatoribus Daphnitis dicitur. Tertium genus, ſuperioribus paulò uilius, quod Rubum moſylicum uocitarunt. Hyginus author eſt, à Latinis Caſiam appellari coccum Cnidij fruticem, quem Græci Cneorum uocant, & Thymeleam, cuius folia & in coronamenta ueniunt. Vnde eſt illud apud Vergilium 2. Eclog. Tunc caſia, atq; aliis intexens ſuauibus herbis. quanquam ibi caſiam herbam quandam, non fruticem uidetur deſignare. Caſia fiſtularis, κασσία συριγγώδης, à recentioribus medicis appellatur, quam ex doctioribus nonnulli Siliquam Ægyptiam malunt nominare Eſt autem ſiliqua oblonga & teres, concretum intus atramentum continens, non una coaleſcens ſerie, ſed ex interuallis ligneſis tenuibuſq; membranis ſeptum, oſſaq; quędam habens immerſa, non diſſimilia iis, quę noſtra profert ſiliqua.

Caſignete, κασιγνήτη, herbæ genus eſt, apud Plin. lib. 24. cap 17. ita dictum, quòd cum ſui generis herbis tantùm naſcatur. Eandem & Dionyſionymphadem appellant, quòd uino mirè conueniat.

Caſmar, m. t. ſenex dicitur Oſcorum lingua. Feſt.

Caſo, as. are, à cado, frequentatiuum, uide Cado.

Caſſis, huius caſsis, maſc. gen. tert. declin. Rete præſertim uenatorum, quòd caſum, hoc eſt, ratum ſit, δίκτυον, unde & à raritate Rete dictum. Ouidius 2. de Arte, Incidit in caſſes præda petita meos. Verg. 4. Georg. aut inuiſa Mineruæ, In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes.

Caſcu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cassiculus, diminutiuum à Cassis, pro reti, ἄρκυδιον. Hieronymus, Nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos. Dicitur & Cassiculum neutri generis. Festus, Cassiculum, reticulum, à Cassibus per diminutionem dictum.

Cassidilis, paruum reticulum ad modum peræ contextum, ut est aucupis, in quo aues captas reponit. Accipitur etiam pro pera, marsupio, loculis, & huiusmodi.

Cassis, huius cassidis, fœmin. gen tert. decl. Galea, quòd uacua sit ad caput recipiendum, κόρυς. Plautus in Trinum. Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput. Iuuenalis, Fracta de casside buccula pendens. Cæsar septimo belli Gallici, Mulionesque cum cassibus, equitum specie, ac simulatione collibus circumuehi iubet. Dicitur & Cassida, ę. Propertius, Aurea cui postquam nudauit cassida frontem. Vergilius 11. Aeneid. Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea uati Cassida. Vbi Seruius Cassida, accusatiuus Græcus pro nominatiuo Latino Cassis.

Cassita, fœm pr. penultima producta, auis, quam alii Alaudam, alii Galeritam dicunt, κορυλαλὸς. Plinius libro 10. capite 17. Vide apud Gellium apologum de cassita, libro 2. Capite 20.

Cassiteros, pen. cor. κασσίτερος, Latinè plumbum album dicitur. Plnius lib. 34. cap. 16. Plumbi duo genera, nigrum atq; candidum. Pretiosissimum candidum à Græcis appellatum Cassiteron. Vnde Cassiterides, κασσιτερίδες, insulæ decem in Oceano, ex aduerso Celtiberiæ, in quibus plumbum album effoditur. Plinius lib. 4. cap. 17. Ex aduerso Celtiberiæ complures sunt insulæ, Cassiterides dictę Græcis, à fertilitate plumbi.

Cassitias, uisci genus in abiete & larice nascens, Sipontin.

Casso, as, uide Quasso.

Cassus, a, um, quod est inane & uacuum, fragile, atq; omni re carẽs, φρόδος, ut Cassa nux, à Plauto & Horatio dicta. Lucanus, Cassa fraude parat. Plaut. in Aul. Virginem habeo grãdem, dote cassam, atq; illocabilem. Verg. Lumine cassum: & Aethere cassos, dixit pro uita priuatos & uacuos. Vnde & Cassis, & per diminutionem Cassiculus. Hinc In cassum, aduerbium. ἀσκόπως.

Castaldia, f. p. gubernatio dicitur qua domini res gubernãtur. Castaldi Gubernatores uel Vice domini. Zas. de Feu. degenerant. Itaq; erat Castaldio non absimilis procuratori & actori possessionẽ domini cuius sit mẽtio in l. ult. C. Quod cũ eo qui in alien. pot. est. Secundũ Aluarot. & secundũ Gloss. erat uelut œconomus quidam cui res dominica gubernanda committebatur, instar œconomi ecclesiastici arg. l. iubemus nulli C. de Sacrosc. eccles. ex cõment. feudalibus Baron à Tautenberg.

Castã mola, dicebatur sacrificii genus, quod Vestales uirgines faciebant. ἄγγος ὄλυρα.

Castanea, f. p. κάσανα, à Castano Magnesiæ urbe, ut putatur dicta: tam fructum, quàm ipsam arborem significat. Verg. 2. Ecl. Castaneæ molles, & pressi copia lactis. Plin. lib. 10. cap. 20. Castanea pedamentis omnibus præfertur facilè tractatus, per durandi peruicacia.

Castanetum, locus castaneis consitus. Colum. lib. 4. cap. 33. Propter quæ sæpe nouella castaneta clauserunt.

Castaninum oleum, ex castaneis factum.

Castẽ. uide Castus.

Castellum, Castellanus, Castellani, Castellatim, uide Castrum.

Casteria, f. p. κωπή, significat locum ubi quum nauigatio conquieuit, remi & gubernacula reponuntur. Plaut. Quin si pol reposui remum sola ego in casteria, Vbi quiesco. Lactantio dicitur pertica, quam in naui hortator remigum tener, qua si incesserit, remiges non desinunt: si deposuerit, conquiescũt à labore.

Castificus, uide castus.

Castigo, act. pr. pen. prod. propriè uerbis reprehendo, quasi castum, id est, honestum ago, σωφρονίζω, σκῶπτω. Verg. 5 Aeneid. Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. Quandoq; Castigare est uindicare, punire, κολάζειν Idem lib. 6. Castigatq; dolos, subigitq; fateri. Hinc Castigatus dicitur correctus emendatusq;, κεκολασμένος Cic. 1. Tusc. Videsne ut obmutuerit, non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor?

Castigatio, onis, f. t. uerbale, κόλασις, actus castigandi. Cicero 1. Offic. Animaduersio, & castigatio omnis contumelia uacare debet.

Castigator, oris, m. t. qui reprehendit & obiurgat. Plaut. in Trinum. Ibo ad meum castigatorẽ. Horat. in Arte, Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero: censor castigatorq; minorum.

Castítas, uide Castus.

Castímonia, Castus, huius Castus, uide Castus.

Castor, m. t. κάστωρ, animal ex genere amphibio, quod Latinè Fiber Ponticus appellatur, ex cuius testiculis medicamentum conficitur, quod Castorium καστόριον, medici appellant. Hic comprehensa hominis parte, non ante quàm fracta concrepuerint ossa, morsum resoluit. Habet caudam piscium, cætera species lutræ, pilus mollior pluma. Et licet sint qui dicãt castora castrare se, ne à uenatoribus capiatur, quòd sciat se expeti propter testiculos, qui medicinis adhibentur: Sestius tamen diligentissimus medicinę conditor, negat testes amputari ab ipso castore, quum capitur: quinimò paruos esse ait, substrictosq;, & adherentes spinæ, nec adimi sine animalis uita posse: uerùm folliculos geminos esse ex uno nexu dependentes, qui amputentur, quorum uis medica sit. Plin. lib. 32. cap. 3. Spectabilis naturæ potentia in his quoq; quibus & in terris & in aqua uictus est: sicut & fibris, quos castores uocant.

Castoreus, a, um, adiect. ut Castoreus odor. Plin. lib. 12. cap. 24. Asphalati probatio est in colore rufo uel igneo, tactuq; spisso, & odore castoreo, hoc est, fœtido & putri, uel acuto. Castoreum item appellatur phatmaci genus, ex castoris uulsus testiculis (ut creditur) compositum. Idem lib. 26. cap. 15. Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo, & uerbenaca ex uino.

Castorea, orum. authore Plinio lib. 32. cap. 3. uocantur testes castoris.

Castra, orum, uide Castrum.

Castrametor, uide Castrum.

Castrata, siliginis genus est apud Plin. lib. 18. cap 9. quod in Campania prouenichat, Pisano magis rufum.

Castrensis, uide Castrum.

Castro, as, arc, a. p. propriè est uirilia amputare, ἐκτέμνω, τὰ γενέσια, ἐκτομεύω. Iuuen. nullus ephebum Deformem sæua castrauit in arce tyrannus. Plin. lib. 19. cap. 32. Verres, iuuencos, arietes, hœdos, decrescente luna castrato. Licet & de quacunque truncatione, siue priuatione quandoq; dicatur. Pacuuius, Vt esset aliquis qui linguam eius castraret. Castrare alueraria, est alueos fauis spoliare, & mellis uindemiam facere: quod qua ratione faciendum sit, docet Colum. lib. 9. cap. 15.

Castratio, uerbale, uirilium amputatio. Colum. lib. 16. cap. 26. Id optimum genus castrationum quod adhiberetur teneræ ætati.

Castratura, ę, idem Plinio lib. 18. cap. 9. Iustum est, è grano Campanæ (quam uocant castratam) è modio redire sextarios quinque.

Castrum, n. t. num. sing. locus est muris munitus, τεῖχος, dictus à casa, quòd sit coniunctio quædam casarũ. Cic. ad Catonem lib. Epist. 15. Vallo & fossa oppidum circundedit: sex castellis, castrisq; maximis sepsi.

Castra, plurali numero, appellantur loca in quibus milites tentoria fixerunt, uel ipsa tentoria, in quibus milites aduersantur, στρατόπεδον. Cicero ad Attic. Quum Cæsar ad oppidum castra haberet. Vnde & de natibus Vergilius dixit, Nos castra mouemus, quoniam in illis milites essent. Cæsar 5. bel. Gall.. Atque iis imperat, ut coactis omnibus copiis, castra naualia de improuiso adoriantur, atq; expugnent. Dicta à castri similitudine, quòd fossa, uallo q; quasi muro circundari solent.

Castellum, diminut. à Castro. paruus uicus muris circundatus ἐπιτείχισμα, φρούριον, προβολή, Cic. pro Cecinn. Ecce ipse Eburius in castellum uenit. Cæsar. Cunctis oppidis, castellisque desertis. Dicebantur etiam Castella, quædam in aquæductibus receptacula, ex quibus ad omnes uiarum anfractus, aqua per uncias & digitos diuidebatur. Frontinus, Omne plumbum, & omnes impensæ ad aquæductus, & castella. & lacus pertinentes, inde erogantur. Qui autem eiusmodi castellis prærant, Castellarij dicti sunt.

Castellanus, na, num, ut Castellanus triumphus, id est, de castello

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

caſtello capto actus. Cic. de Clar. orat. Malim mihi L. Craſſi unam pro M. Curio dictionem, quam caſtellanos triumphos duos.

Caſtellani. Dicti qui caſtellum habitant, κωμῆται. Liuius quarto belli Macedonici. Decem millia popularium cũ caſtellanis agreſtibus in armis habuit. Saluſtius in Iugurtha, Iter Caſtellanorum anguſtum undiq; præciſum. Dicti autem ſunt caſtellani à caſtello, ea forma qua ab oppido Oppidani & à uico Vicini.

Caſtellatim, aduerb. Quaſi turmatim per caſtella, κατὰ φρήτρια Liuius lib. 7. Vt hoſteis, & nocturno pauore attonitos, & circa collem caſtellatim diſſipatos, aggrederentur.

Caſtrametor pen. pro. d. p Caſtra loco, ſiue pono, στρατοπεδεύω Liu. 9, ab Vrbe, Eò Conſules cum ualido exercitu uenerunt: & primò circa ſaltus, quum utrinque ad hoſtem iniqua uia eſſet, cunctati, caſtrametatiq; ſunt.

Caſtrenſis, & hoc caſtrenſe, Quod ad caſtra pertinet, στρατηγός. Vnde caſtrenſes uigiliæ, quæ in caſtris diſponuntur.

Caſtrenſe peculium, eſt quod à parentibus uel cognatis in militia agenti donatum eſt: uel quod ipſe filius familiâs in militia acquiſiuit: quod, niſi militaret, non acquiſiturus fuiſſet. Et Caſtrenſia bona dicũtur, quæ licet in militia filiofamiliâs non acquiruntur, ita tamen fiunt ipſius ac ſi acquiſita in militia fuiſſent: ut ſunt ea quæ ex officiis acquiruntur. Ordo caſtrenſis, qui in caſtris ſeruatur, pro uniuſcuiuſq; officio, Milites enim Centurioni parebant, Centuriones Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Conſuli, & Magiſter equitum Dictatori.

Caſtũla, læ, f. p. Palliolũ, quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro. Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſuccula. Hæc & περιζώνιον, & Præcinctorium appellatur.

Caſtus, a, um, Purus, cõtinens, & à libidinis labe immunis, ἁγνὸς, σάφρων. Plaut. in Pœnul. Eo ſumus gnatæ genere, ut deceat nos eſſe à culpa caſtas. Verg. 2. Georg. Caſta pudicitiam ſeruat domus. Vnde dicimus Vxorem caſtam, et Caſtum cantum, in quo nihil eſt laſciuiæ: & Caſtam mauum, quæ ſe ab alienis continet. Item pro pio & religioſo. Vergil. 6. Aeneid. Quiq; ſacerdotes caſti, dum uita manent.

Caſtus, huius caſtus, per quartam declinationem, Idem quod caſtitas. Varro, Et religiones & caſtus id poſſunt, ut ex periculo eripiant noſtro.

Caſtè, caſtius, caſtiſsimè, id eſt, pudicè, continenter, ἁγνῶς. Cicero pro Lege Manilia, Caſtè, integreq; uerſatus eſt labor meus in priuatorum periculis. Idem de Aruſp. reſpon. Quod quum Deiotarus religione ſua caſtiſſimè tueretur.

Caſtitas, f. t. & Pudicitia paria putantur: quum ſit puditia ab iniuria turpium libidinum libera: caſtitas & ab his continens eſt & remota, præterea & religioſa munditia & puritas, σωφροσύνη, ἁγνότης. Cicero ſecundo de Legibus, Ei colendæ uirgines præſint, ut aduigiletur facilius ad cuſtodiam ignis, & ſentiant mulieres in natura fœminarum omnem caſtitatem pati.

Caſtimonia, f. p. Caſtitudo, Idem ſignificat quod caſtitas, ἁγνότης. Liuius libro nono belli Macedonici, Decem dierum caſtimonia opus eſſe, Accius, Ibi fas, ibi cunctam anti quam caſtitudinem.

Caſtificus, a, um, Seneca in Hippol. Expelle facinus mente caſtifica horridum, id eſt, quæ te caſtum faciat.

Cătă, præpoſitio Græca, quæ in, aduerſus, ſiue contra ſignificat.

Catabaſis. κατάβασις, Inferior, ſolis meatus, uel deſcenſus.

Cătăchrēſis, f. p. penultima producta, κατάχρησις, Tropus, quem nos Abuſionem, uel Vſurpationem dicimus, quum a ienis abutimur perinde ac propriis, quum propria deficiunt: ut, quum piſcinam dicimus pro natatione in qua nulli ſunt piſces. Simile eſt illud, Facies & ſimillima lauro: nam Facies propriè hominis eſt. Dicta Catachreſis παρὰ τὸ καταχρᾶσθαι, quod eſt abuti.

Cataclīſta, f. p κατακλιστὸς, Veſtis undiq; clauſa: dicta à uerbo κατακλείω, id eſt, undiq; claudo.

Cataclyſmus, κατακλυσμὸς, Diluuium & inundatio dicitur. Varro tertio de Re ruſtica capite primo, Thebæ quæ ante cataclyſmum Ogygi conditæ dicuntur. Frequens eſt cataclyſmi mentio apud ueteres philoſophos. Illi enim magnum quendam annum imaginabantur, cuius hyems eſſet Cataclyſmus, Ecpyroſis uerò æſtas.

Catacriſis, fœ. ter. κατάκρισις, condemnatio, decretum, ſanctio, à uerbo Græco κατακρίνω, quod eſt condemno, ſtatuo, ſancio. Vtitur hac uoce Cicero in Epiſtola ad Atticum.

Cătădrŏmus, m. ſ. penult. corr. κατάδρομος, Latinè decurſorium. κατατρέχω enim decurro. Suetonius in Nerone, Nouiſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens, per catadromum decurrit, id eſt, per ſtadium, in quo equites decurrere ſolebant imaginario prælio, ut fit ſæpe in Gallia, principe ſpectante. Licias uocant. Eſt etiam, teſte Vitruuio, machinæ genus hoc nomine, qua architecti utuntur ad ſubleuanda uel denuntienda onera: quæ apud Iuriſconſultos Catadromus γεράνη uocatur, quaſi dicas decurſorium gruis: à figura forraſſis, quòd collum haberet extenſum more gruis: quales machinas etiam hodie uidemus in maritimis emporijs, ad exoneranda nauigia accommodatas, quas etiam hodie Grues uocamus. Fuit & alius catadromi uſus cuius meminit Iulius Pollux lib. 4. cap. 19. quum ex ſublimi theatri parte per machinam quis dilapſus aliquem rapit, & ſecum ſurſum aſportat: ut quum Aurora Memnonem rapiebat, aut Iupiter Ganymedem, aut Diana Endymionem. De machinæ genere uidentur intelligenda eſſe Pauli Iuriſconſulti, lege penultimam de Actione empti.

Catagnomícum, eſt ſignum ex quo cognoſcitur effectus interiorum & exteriorum.

Catagraphe, f primæ, καταγραφὴ, futuræ picturæ deliniatio eſt, quam & deſcriptionem uocant Latini. Catagraphus autem in picturis obliquæ imaginationes dicuntur, ex uno tantũ latere ſeſe oſtendentes, interprete Plinio libro 35. cap. 8.

Catalecticum, metrum, καταληκτικὸν, dicitur cui una tantùm deeſt ſyllaba, ut apud Horat. Mea renidet in domo lacunar. Eſt enim ſenarium Iambicum perfectum, una ſyllaba minus. Acatalecticum, ἀκαταληκτικὸν dicitur, quod legitimo fine clauditur, cuiq; ad perfectionẽ nihil deeſt, ut Nec fonte labra prolui caballino. Eſt enim Iambicum ſenarium perfectum.

Catalepſis, f. p. κατάληψις, occupatio, comprehenſio, cognitio. Cic. 4. Acad. & li. 3. de Fin. Cognitiones aũt, uel ſi hæc uerba aut minus placẽt, aut minus intelliguntur, κατάληψις appellemus licet. Eſt præterea Catalepſis medicis, affectus cerebri, & potiſſimùm poſteriores eius partis, procedens ab humoribus frigidis, cerebri uentres, percipuè poſteriores, occupantibus, reſpiratione tamen integra manente, oculisq;, ut in uigilia apertis.

Cătălēxis, κατάληξις. terminatio.

Catalogus, maſc. ſ. penult. corr. κατάλογος, ſermo uel ſcriptura quæ numerum, uel ordinem recenſet. Plautus in Milite, Si minus cum cura aut catalogo loquendi dictum ſiet.

Catalyma, f. p. κατάλυμα, refectio diuerſorum.

Catalyſis, is. f t reſolutio, κατάλυσις.

Cătămidiārĕ, a. p. uerbum Græcum, ad Latinam declinationem deflexum, quo labaſcente iam tum linguæ Latinæ puritate, nonnulli uſi ſunt pro ridere. Spartianus de conſtitutionibus loquens: Decoctores bonorum ſuorum, ſi ſuæ authoritatis eſſent, catamidiari in amphiteatro, & dimitti iuſſit: eſt, deridendos omnibus per theatrum præberi. à Græco καταμειδιᾶν, quod deridere, & ludibrio habere ſignificat. Vnde id propemodum ludibrij genus eſſe ſuſpicor quo polygami afficiuntur, id eſt, qui multis uxoribus abutuntur, quum mittellati in ſcalario, ſuggeſtu laſciuientis plebeculæ ſcurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas coguntur: mitrare id appellant. Cui non diſſimile eſt illud, quod traducere Latinè dicitur. Bud.

Catamítus, m. ſ. pen. prod puer, quo quis ad præpoſteram uenerem abutitur, πόρνος μισθὸν, Græci mercedem dicunt, quaſi κατὰ μισθὸν, id eſt, pro pretio. Cic. 2. Philip. O hominem nequam, quid enim aliud dicam magis propriè nihil poſſum dicere. Ergo ut te catamitum nec inopinatò quũ oſtendiſſes, præter ſpem mulier aſpiceret. Auſonius, Aut Iouis Elyſij tu catamitus eris.

Catangelos, rubus apud Dioſc. lib. 4. cap. 147.

Catanance,

Catanance, καταράγκη Dioscoridi, Herba est, qua ad amorum ueneficia Thessalę mulieres utebantur: unde & Thessalam herbam nonnulli appellarunt. Eius duo sunt genera. Alterum folia habet longa, cornicis pedi similia, radicē gracilem, iunceamq; capitula autem sex aut septem, in quibus cruo simile semen est, quod quum siccatur, ad speciem unguium exanimati milui contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguam, oliuæ magnitudine: folia autem figura colorēq; oleaginis similia. Posterius hoc genus Officinæ Bistortam appellarunt: nam superius herbarijs nostris est incognitum.

Catanchusa, idē quod Anchusa apud Dioscoridem lib. 4. cap. 26.

Cataphysis, κατάφυσις, Herba est pulicaris, quæ Psyllio Dioscoridi dicitur. Est autem ex ijs nomenclaturis, quæ ueluti nothæ à doctioribus ex Dioscoride abiectæ sunt.

Cataphoricus somnus, id est βαθὺς, profundus.

Cataphractus. m.s. κατάφρακτος, Vndiq; munitus, à uerbo Græco καταφράσσω, quod est obsepio, & munio. Vnde Cataphractæ naues dicuntur, quas nos contractas, aut rectas dicimus. Seruius in 11. Aeneid. Cataphracti equites, qui & ferro muniti sunt, & equos similiter munitos habent. Sallustius, Et sequuntur equites cataphracti. Est etiā Cataphracta, καταφράκτη, lorica, siue thorax militaris. Vnde Vegetius scribit exercitium Romanum pedestrē cataphractis & galeis fuisse munitum. Et Liuius libro 37. Pedites loricatos cataphractos uocat.

Cataphractarij, Qui cataphractis muniti sunt. Lampridius de Alexandro, Cataphractarios, quos illi clibanarios uocāt, decem millia in bello interemimus.

Catapiromantia, Vnde Magia.

Cataplasma, atis, n.t. κατάπλασμα. Malagma quod constat ex floribus, eorumq; furculis, axungia. Plinius libro 20. capite 16. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Cataploos, κατάπλους, nauigatio.

Cătăpŏtēs, καταπότης, dicitur guttur.

Catapotía. n.s. καταπότια, Pilulæ dicuntur, ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod est deuorare, uel bibere propriè: quoniam neque estur, neq; lingitur id genus, sed deuoratur. Plinius libro 26. capite 8. Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia, soluendæ alui gratia.

Catapsyxis, cicuta apud Dioscoridem lib. 4. cap. 82.

Cătăpultă, tæ, καταπέλτης, Machina bellica, qua tela, aut saxa excuti solent. in Curc. Atq; ita te neruo torquebo, ut catapultæ solent. Cæs. 3. bel. Ciuil. Centones insuper eiecerūt, ne aut tela tormentis emissa tabulationem perfringerēt, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent.

Catapultarium pilum, hoc est sagitta, siue iaculum, quod catapulta emittitur. Plautus Cur. Et te hodie faciam pilum catapultarium.

Cataracta, oculorum uitium humorum effusio lentorum inter corneam & crystalloidem congelatorum.

Cataracta, f.p. siue Cataractes, siue etiam geminato rr, Catarracta, uel Catarrhactes, καταῤῥάκτης, ἢ καταράκτης, Locus est abruptus, & præceps in flumine, unde aqua ruit potius quàm fluit. Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo flumine, Vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catapudi uocantur, nouissimo cataracte inter occursantes scopulos, non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Dictæ autem sunt cataractæ à uerbo Græco καταράσσω, siue καταῤῥάσσω, quod inter cætera significat, cum impetu decido. Dicuntur item Cataractæ, portæ quædam ex funibus aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti possunt, cuiusmodi in urbium portis uidemus, ad hostiū irruptionē propulsandā accōmodatæ: item in fluminib. quibusdā emittēdę uel retinendæ aquæ idoneas. Liuius, Pendulas & recidenteis portas cataractas. Idem, Porta cataracta deiecta clausa erat: eam partim funibus subducunt in tantum altitudinis, ut subire rectè possent. Est item Catarrhactes, Pamphyliæ fluuius post Olbiam, ita dictus, quòd magno cum impetu defluat. Strabo libro 14. Post Olbiam est qui Catarrhactes appellatur, amnis magnus, & torrentis more rapidus ab alta petra descendens, adeò ut longissimè strepitus audiatur. Meminit huius fluuij & Pomponius Mela libro primo, in descriptione Pamphyliæ. Sunt præterea Cataractæ, aues quædam fulicis similes, sed dentatæ, oculosque habentes coloris ignei, cætero corpore candido, quæ nusquam terrarum apparent, nisi in insula Apuliæ adiacenti, Diomedis tumulo nobili, ubi & aduenas Barbaros clangore infestant, Græcis tantùm adulantur, miro discrimine, ueluti generi Diomedis hoc tribuentes. Vide plura de ijs apud Plinium libro 10. cap. 44.

Catarrhus, m.s. κατάῤῥους, ῥοῦς, Latinè fluxio, siue destillatio. Differt à Coryza, & Brancho, κόρυζα enim dicitur, quū pituita nares tantùm obsidet, Grauedo Latinè dicta: Catarrhus uerò, quum fauceis, palatumq; at βράγχος quum & guttur, & arteria corripitur: ob id & Artericum quandoq; id uitium appellant. Omnia hæc tamen Hippocrates Coryzas uocat, nostri Destillationes, quia Græcè κατασταγμοὶ non nominātur in cōmune. Dictus est aūt Catarrhus à καταῤῥέω defluo, destillo.

Cătărrhytŭs, pen. corr. κατάῤῥυτος. Latinè irriguus, à uerbo Græco καταῤῥέω. Vnde etiam Pliuius lib. 5. cap. 4. Hipponem Africæ oppidum Catarrhytum uocatum fuisse tradit propter aquarum irrigua.

Catascopium, n.s. κατασκόπιον, Genus nauigii exploratorij, quòd circunquaque speculetur. Cicero ad Atticum: Aphracta Rhodiorum, & dicrotum Mityleneorū habebam, & aliud catascopium.

Catascopus, m.s. κατασκόπος, Latinè speculator. Est enim σκοπεῖν speculari.

Cătāstă, τὰ βάθρα Lucianus, Locus erat ubi uenales serui exponebantur. à ἱστημι uerbo Græco, quod significat expono. Tibullus lib. 1. Eleg.

Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coēgit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

Est & Catasta machina lignea, longæ & magnæ compedis forma, qua serui uincti tenebantur. Plin. lib. 35. cap. 18. Talem in catasta uidere Chrysogonum Syllæ.

Catastroma, pen. prod. καθαστρωμα, Nauis partē significat, per quam nautæ discurrunt. Latini Transtra uocant.

Catastrum, extimum his, qui latinas non callent literas.

Cătăstrŏphĕ, κατατροφὴ, Latinè subuersio, uolumē, ἀπὸ τοῦ στρέφειν, ideſt à conuertendo. Vnde etiam extrema pars fabulæ κατατροφὴ appellatur, quòd in ea res turbulentæ in lætū conuertantur exitū, ut in Comedijs fieri solet: aut cōtrà res lętæ tristem sortiuntur exitum, ut in Tragœdijs. Transumitur pro cuiusuis rei exitu, & pro ipsa etiam morte poni tur, quæ est extremus nostræ uitæ actus.

Cătătўpōsis f.p. κατατύπωσις, Figura est, quæ fit quum aliquid ad typum, hoc est formā alterius describitur, ut apud Verg. lib. 4. Aeneid. Omnia Mercurio similis, uocemq; colorem̄q;, Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

Catax, à ueteribus dictus est, teste Festo, qui hodie Claudus.

Catechomenion, Cicuta apud Dioscoridem lib. 4. cap. 82.

Cătēchēsis, f.t. pen. prod. κατήχησις. Dicitur institutio, uel instructio rerum sacrarum, quæ uiua uoce tradi solet ijs, qui sacris mysterijs initiabantur. Nam Aegyptij theologi (à quibus hic ritus fluxisse creditur) nefas arbitrabantur arcana suæ religionis scripto cōmittere: satiusq; illis uisum est, eos qui illorum mysterijs uellent initiari, uiua uoce institui, & ita religionis suæ ceremonias ueluti per manus ad posteros propagari. Ad hunc etiam modum in primitiua Ecclesia, qui ad Baptismum admitti cupiebant, prius fidei Christianæ mysteria ab Apostolis uiua uoce accipiebāt. Huiusmodi institutionis genus κατήχησιν appellabant, ἀπὸ τοῦ κατηχεῖν, quod est uiua uoce instruere. Illi autem qui ad hunc modū sacris mysteriis initiabantur, κατηχούμενοι dicebantur.

Cătēchīzo, as, a.p. κατηχίζω, instruo, doceo, erudio.

Catechumenus, pen. corr. κατηχούμενος, Qui sacris nondum est initiatus, sed adhuc imbuitur elementis religionis, necdum ad sacra spectanda introductus: cui mysteria fidei uiuæ uocis ministerio concredebantur. Budæus.

Categoremata, κατηγορήματα, Prædicamēta. Cic. 4. Tusc. Distinguitur illud etiam, ut libido sit earum rerum quæ dicuntur de quodam, aut de quibusdā, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: ut Habere diuitias, Capere honores.

Categoria. f.p. κατηγορία, as, Accusatio, à κατηγορέω, Accuso: unde & κατήγορος, Accusator. Categoriæ item siue Categoremata Aristoteli dicuntur Prædicamenta. Quin & positiones quædam à Dialecticis Categoriæ nominantur, quas prædicatorias Latinè dicere possumus: à κατηγορεῖν, prædicare. Sunt autem decem prædicamenta, circa quæ uersari uidetur omnis quæstio, οὐσία, id est Essentia, Qualitas,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quantitas, Ad aliquid, Agere, Pati, Vbi, Quando, Situs, & Habitus. Appellatas, uerò Categorias constat (ut inquit Augustin. in Dial.) propterea quòd non possunt nisi à subiectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi sibi hominem ponat ante oculos, quasi subiectum homini?

Cateia, Persarum lingua dicitur teli genus, quod proiectũ retrahi potest. Verg. Soliti torquere cateias. Sunt tamẽ exemplaria nonnulla quæ catelas habent.

Catella, diminutiuum à catena, Vide Catena.

Catellus, Vide Catulus.

Cătēna, f. p. Vinculum est ferreum, quo uel seruos, uel captiuos, uel animalia irretimus, ne effugiant, *σεῖρα*. Ita dicta, quod se capiendo teneat, quia in ea anulus anulum capit. Liu. 1. ab Vrbe: Iectæ Turno catenæ. Cic. 7. Verr. Iste hominibus miseris, innocentibus injici catenas imperat. Transumitur etiam ad incorporea. Seneca ad Lucil. Vna est catena quæ nos alligatos tenet, amor uitæ. Cic. pro Sestio, Hanc terram immanemq; belluam uinctam auspicijs, alligatã more maiorum, constrictam legum sacrarum catenis, soluit subitò legum Consul, &c. Hinc cateno. a. p. idem quod ligo, à quo Concateno & particip.

Catenatus, a, um, *πεδήτης*. Cæl. ad Ciceronem, Vellem quidẽ Venere prognatus tãtũ animi habuisset in uestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit. Martial. lib. 7. Nulla catenatis pila est præcincta lagenis. Catenati labores, per translationem, hoc est sese uicissim sequentes. Martial. lib. 1. Expectant curæq;, catenatiq; labores.

Catenatio, Pro coniunctione & arctatione stricta trabium uel aliarum rerum inter se. Vitruuius libro 2. cap. 9. Et in commissuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firma recipiunt catenationes.

Catenarius, a, um. Senec. lib. 3. de ira, Irascaris catenario cani, & hic quum multum latrauit, obiecto cibo mansuescit. Canis catenarius, qui ad foras domus alligatur causæ custodiæ.

Catenula, diminutiuum à Catena, *ἁλυσίδιον*.

Catella, uel Catellum, aliud diminutiuum. Liu. 9. bell. Maced. Quintius alter Prætor suos equites catellis & fibulis donauit. Plaut. Curc. Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes ferreo. Horat. 1. Epist. Nota refert meretricis acumina, sæpè catellam, Sæpè perisce lidem raptam sibi flentis.

Caterua, f. p. Propriè Gallorum legio, *τάγος*. sicut Phalanx Macedonum: eaq; certo numero constabat. Nam autore Vegetio lib. 2. cap. 2. in caterua erant sena militum millia. Horat. 1. Epist. Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq; catervæ. Plerunq; tamen pro quauis multitudine sumitur. Cic. 1. Tusc. Cateruæ contradicentium. Idem pro Muræna, Posthumius obuiã cum benè magna caterua sua uenit. Verg. 2. Aeneid. Magna comitante caterua.

Cateruarii, m. s. Cateruatim conglobati, *οἱ συσφοφοί*. Sueton. in Augusto, Sed & cateruarios oppidanos inter angustias uicorum temerè & sine arte pugnantes.

Cateruatim, aduerbium, Peruarias cateruas, *ἴλαδόν*. Plin. libro 10. cap. 24. Sturnorum genere proprium cateruatim uolare. Liu. bel. Pun. 3. Iam primi conseruerant manus, quũ alij cateruatim currerent. Gallicè, par bandes. Col. lib. 3. cap. 19. Sed illud etiam dicẽdum est, an plurium generum uites habendæ sint, exq; separatæ & distinctæ specialiter, an confusæ & mistę cateruatim.

Catharmătã, n. t *καθάρματα*, Hostiæ, quæ pro peste, alioue morbo expiando immolabantur dijs. Romani piacula uocabant. Erat autem interdum hostia humana, interdum ex brutorum genere, in cuius caput mala omnia, quæ ciuitati imminebant, sese credebant auertere.

Cathartícus, a, um, *καθαρτικός*, Quod purgat: unde Medicamentum catharticũ dici potest, quod nos Purgationem uocamus. Celsus. Sed medicamenta stomachum ferè lædũt, ideoq; omnibus catharticis ante miscenda est.

Cathēdra, dræ, f. p. *καθέδρα*, Propriè est sella sublimior professorum, recitatorum, aut declamatorũ. Martial. lib. 11. De cathedra quoties surgis. Iuuenalis, Cuius apud molles minima est iactura cathedras. Horat. 1. Serm. Saty. 10. Discipulorũ inter iubeo plorare cathedras.

Cathedrarios, Philosophos uocat Seneca, umbratiles illos quibus satis est de uirture in cathedris garrire.

Cathedralitius, a, um: ut, Cathedralitius seruus, qui in cathedra herum defert. Martialis.

Quum cathedralitios oportet tibi rheda ministros
Et Lybis in longo puluere sudet eques.

Catholícus, *καθολικός*, Dici potest uniuersalis, quasi circa omnia uersetur, fit enim ex *κατὰ*, id est circa. & *ὅλον* totum. Inde etiam Catholicon medicamẽtum, quod omnibus humoribus simul uacuandis utile est. Item præcepta uniuersalia, uel perpetua, catholica uocant, ait Quint. lib. 2. cap. 11.

Catillus, Catillones, Catillatio, Catillo, Vide Catinus.

Catinus, m, s. penultima producta. quod & Catinum dicitur, Vas immensum escarium, quo pultẽ aut iurulenti quid ponebant: à capiendo appellatum, *τρίβλιον*. Persius Satyr. positum est algẽte catino Durum olus, & populi cribro decussa farina. Catinus item dicebatur uas, in quo metalla purgabantur. Plinius libro 33. cap. 44. Quæ è Catino iactatur spurcitia: in omni metallo uocatur scoria. A Catinus fit diminutiuum Catillus: à Catinum Catillum, uel Catinulum, *παροψίδιον*. Colum. libro 12. cap. 57. Hanc misturam quum in catillo cõposueris, oleum superfundito. Vide Bayfium, de Vasculis.

Catillus, m. s. siue catillum, diminutiuum, Paruum uas escarium. Col. lib. 12. cap. 57. Hanc misturam quum in catillo composueris, oleum superfundito. Est etiam pars superior molæ, sicut Meta pars inferior. Paul. in l. Quum de lanionis, parag. idem consultus. ff. de fundo instructo.

Catillones, m. t. Qui catillos lingunt, & pro gulosis accipi solent, *λίχνοι*. Catillones etiam dicebãtur lupi Tiberini, inter duos pontes capti, quòd stercora circa ripas catillarent, id est deuorarent. Vide Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 16.

Catillo, as, are, Catinos lingere, *λιχνίω*. Plaut. in Cas. Operam uxoris polliceor foras, Quasi catillatum.

Catillatio, f. t. Graue opprobrium obijciebatur hominibus generosis, si qui prouincias amicas populi Romani expoliassent, quòd eorum bona liguriisse uiderentur, *λιχνεία*. Festus.

Catoblepas, *κατωβλέπας*. Feræ genus est, solis Aethiopibus cognitum, solo usu hominem interficiens. Plin. lib. 8. cap. 21. Est apud Hesperos Aethiops fons Nigris, Nili, ut pleri que existimant, caput. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, cæterisq; membris iners, caput tantũ prægraue ægrè ferens, idq; delectum semper in terram: alias internecio humani generis, omnibus, qui oculos eius uidẽre, confestim expirantibus. De eadem uide & Aelianum lib. 7. cap. 1. apud quem *κατωβλέπων* dicitur.

Catoche, f. t. *κατοχὴ*. morbus est ueterno similis, ex melancholicis & biliosis humoribus proueniens, cerebrum occupantibus, perpetuosq; sopores inuehentibus. Latini uigilantem soporem interpretantur. Differt à catalepsi, quòd in ea oculi maneant aperti, in catoche autem claudantur.

Catocœlía, *κατοκοίλια*, aluus, inferior uenter, in quo excrementum diutius remoratur.

Catochus, detẽtio seu captio insensibilis animæ cum punctione totius corporis. Species autem huius sunt tres, Vna somniculosa cui lethargus inest. Alia uigilãs, huic adest tetanus. Tertia autem species quã neq; perperam, neq; inusitatè Catochon Phreniticon aliquis dixerit. Fit autem ex misticne aggregatio Catochi, & Phrenetidis, quemadmodum tiphonia, quæ aut lethargus, aut suffocans, aut lethargicus affectus dicitur. Gall. de Definit. Græcorum medici uetustiores uocauerunt *ἀπὸ τοῦ κατέχειν*, quod est detineri & occupari, & in eo malo constitutos *κατεχομένους* nuncupauerũt, Recentiores uerò fœminino genere, sed non dissimili significato *καρηνὴν καὶ κατάληψιν*, quasi detentionem & deprehensionem dicat aliquis nominauerunt. Paul. lib. 3. cap. 10. Vide suprà Catalepsis.

Catŏchītēs, *καρχίτης*, Gemma Corsicæ insulæ, impositam manum uelut gummi retinens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Catogeum, *κατώγειον*, Domicilium subterraneum.

Catoptromantía, *κατοπτρομαντία*, Diuinatio quæ fit per speculum: de qua uide infrà in dictione Magia.

Cătŏpyrītēs, *κατοπυρίτης*. Gemma, quæ ex Cappadocia uenit. Plinius libro 37. cap. 10.

Catorthōma, a. t. penultima prod. *κατόρθωμα*, Opus uirtutis rectum. Cicero Perfectum officium interpretatur, & Rectè factum.

Catorthosis, *κατόρθωσις*, Recta effectio, *κατορθόω*, Egregiè, cum uirtute aliquid facio. Cic. 3. de Finib. Quæ nos aut recta, aut rectè facta dicamus, si placet, illi aũt appellãt *κατορθώματα*, omnes numeros uirtutis continent.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cătulus, m.f.pen.corr. Propriè significat caniculum, hoc est minorem, uel iuniorem canem: ab antiquo nomine catus, quod sagacem significat, σκυμνός. Varro, Catulus à sagaci sensu & acuto. 2. de Natura deorũ, Bene igitur idem Chrysippus, qui similitudines adiungẽs, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: ut in equo, quàm in equulo: in cane, quàm in catulo: in uiro, quàm in puero. Sed ponitur largè pro fœtu omnium animalium, præterquàm auiũ, siue immaniũ, siue mitium: unde de Colubro Vergilius, Catulos tectis atq; oua relinquens. Et de leonibus Plinius, Raptor ap propinquante tigridis fremitu, abijcit unum ex catulis. Idẽ, Simiæ gestant catulos, quos mansuefactæ intra domus pepere. Idem, Muriũ quoq; catuli ostentum faciunt. Idem delphinorũ catulos nominat. Lacertarum quoq; & cæterorũ serpentium soboles Catuli dicuntur. Accipitur quandoq; Catulus pro ipso cane. Apulcius, Catulos secum ducens uenaticos, atq; sagaceis. Interdum pro quodam uinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plautus, faciam te delicatũ, catulo ut accubes ferreo.

Catellus, & **Catella**, diminutiua à Catulus, Paruus canis, uel canicula: σκυλάκιον. Plautus in Stic. Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi sat est loci. Cicero de Diuinatione Erat autem mortuus catello seo nomine.

Catulinus, a, um, Quod est ex catulo: σκυλακινὸς, unde Plinius Catulinam carnem esitauisse Romanos ostendit lib. 29. cap. 4. Genito mane catulo res diuina fit: & in cœnis Deũm etiamnum ponitur catulina.

Catulire, n.q. Est gestire, & coitum maris appetere: σκυζᾶν, & propriè de canibus dicitur: quamuis etiam ad alia transferatur. Varro, Fœturæ principium admittendi faciunt Veris principio, tum enim dicuntur catulire, id est naturæ instinctu in uenerem rapi. Plautus, Quin meam uxorem uidi catulientem.

Catulitio, f.t. Quæ propriè dicitur de canibus, quum statis anni temporibus ad uenerem incitantur. σκυζυθμός. Plinius libro 16. capite 25. ad terram transtulit, Catulitionẽ (inquit) uocant, gestiente natura semina accipere, eaq; animam inferente omnibus satis.

Catulāstĕr, tri, m.s. Catuli imitator, sicut ab Antonio Antoniastor, Catulaster etiam significat ipsum catulum, hoc est paruum canem, siue filium.

Catus, a, um, Veteribus idẽ erat quod callidus, & sagax, παλαιὸν. unde etiam Catuli dicti sunt, teste Varrone. Horatius lib. 1. Carm. Qui uerus cultus hominum recentum, Voce formasti catus, & decoræ More palestræ. Idẽ in Serm. Post hæc ille catus, quantumuis rusticus, ibit.

Caua, æ, f.p. τρωγλὴ, foramẽ in quo aues nidificãt. Plin. Multo tamen efficacissimè, ripariarum pulli, ita uocant in riparum cauis nidificantes.

Cauædium, dii. n.s. (ut Plinius Iunior in Epist. dictione mutilata) siue Cauum ædium (ut Varro duabus integris dictionibus) Locus est sub dio uacuus, cinctus undiq; porticibus, ad communem omnium usum. Huius tria sunt genera, Tuscanicum, Corinthium, Tetrastylon displuuiatum, & testudinatum. Plinius epistola quadragesima prima, A tergo cauædium, porticum, aream, &c.

Caucalis, Genus herbæ fœniculo similis, breui caule, flore candido. Plinius. lib. 22. cap. 2.

Caucon, καύκων, Herba est, quæ etiam Ephedra, & Anabasis appellatur. Nascitur uentoso ferè tractu, scandens arborẽ, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. Hæc Plinius libro 26. capite 7. Vulgus Prelam appellat: qua mulierculæ utuntur ad purganda uasa culinaria. Est etiam Caucon Triphyliæ fluuius, à quo uicini populi Caucones appellati sunt. Author Strabo lib. 8.

Caudacus, a, um, significat suauem & mansuetum.

Cauda, f.p. quam ueteres etiam Codam dicebant, οὐρά. Cicero de Orat. Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarãdos dedit. Vergilius 3. Georgicorum, extremæq; agmina caudæ Soluuntur. Vnde Caudati, & Codati, κερκοῦται dicuntur, qui caudas habent. Interdum Cauda ponitur pro uirili membro. Horat. in Serm. Accidit ut quidam testes, caudãq; falacem Demeteret ferro.

Caudecæ, f.p. Cistellæ appellatæ sunt ex iunco, ad similitudinem caudæ equæ factæ, Festus.

Caudex, uel **Codex**, m.t. κορμός, Dicitur in fruticibus & arboribus id, quod à radice supra terram simplex assurgit: siue in quod fruticis uel arboris à radice defertur alimentũ: differtq; in hoc à caule, ut caulis ad herbas, caudex uerò ad frutices, & arbores pertineat. Lactantius, Caudice defecto lachrymat sua gaudia palmes. Vergilius 2. Georg. Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu) Tunditur è sicco radix oleagina ligno. Est præterea Caudex plurium tabularum contextus. unde tabulæ Codices dicuntur, quasi caudices: & naues quibus commeatus subuehuntur, Caudicariæ appellantur. Sic etiam Appius Claudius Caudex cognominatus est, quoniam primus Romanis persuasit nauem conscendere. Seneca de Breu. uitæ, Claudius is caudex fuit ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus, Caudex apud antiquos uocatur. Ponitur & pro duro sedili, seu pro sede meretricia, quæ plerunq; ex truncis fieri solet. Iuuenalis, Horrida quæ facit residens in codice pellex. Hominem præterea stultum, metaphoricõs, Caudicem appellamus. Terentius in Heaut. Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus. Apud ueteres Caudex & Codex pro eodem legũtur, sicut Plaustrum & Plostrum. Et certe utriusque eadem debet esse significatio: quamuis hodie Codicem frequentius pro libro, Caudicem pro trunco accipiamus.

Caudeus, a, um, Quod est ex caudice. Plautus in Rud. Cistellã istic inesse oportet caudeam in isto uidulo.

Caudicalis, om.t. Ad caudices scindendos idoneus. Plautus in Pseud. Te cũ securi caudicali præficio prouinciæ, id est præpono te oneri scindendorum lignorum: quæ caudicis nomine appellantur.

Caudicarius, a, um: ut, Caudicariæ naues, quæ commeatus per Tyberim subuehunt: quòd ex lignis crassioribus cauatis fierent. Fitq; à caudice, dũ pro trunco seu tabula ponitur: quæ & Codicariæ dicuntur.

Cauea, Vide Cauus.

Căuĕŏ, es, cautum, n.s. Significat cautionẽ, hoc est diligentiam adhibere, prouidere, consulere, prospicere, ne aliquid præter spem accidat. ὑπαβῦμαι. Varia huius constructio est. Interdum absolutè ponitur. Plautus, Caue nemo id intelligat. Interdum cum dativo. Cicero Famil. lib. 7. Tu qui cæteris cauere didicisti, in Britannia ab essedarijs ne decipiaris, caueto. Quo in loco Cauere uerbum est proprium Iurisconsultis & patronis. Illi enim dicebantur cauere suis clientibus, quum prospiciebant ne quid illis damni inferretur. Cic. in proœmio Topicorum ad Trebatium, Etenim quum tu mihi, meisq; multa sæpe cauisses, ueritus sum, ne si grauarer, aut ingratum id, aut superbum uideretur. Terentius in Eunucho, Istuc est sapere: ut hosce instruxit, ipse sibi cauit loco. Cum dativo & accusativo. Plautus in Bacchid. Hæc ita me orat, sibi qui caueat aliquem ut reperiam hominem, Istoc milite ut ubi emeritum sibi sit, se reuehat domũ: id, amabo te, huic caueas. P. Quid isti caueam? &c. Et Cato de Re rustica capite quinto, Scabiem pecori & iumentis caueto, id est, uideto ne scabie inficiantur. Cum dativo & ablativo mediante præpositione Ab. Plautus in Pseud. herclè quin ut prædicas, Cauendũ est mihi abs te irato. Cum accusativo. Terentius in Eunuch. Quod cauere possis, stultum est admittere. Cicero ad Atticum. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut caueret insidias. Sũt aliæ quoq; in hoc genere loquendi formę: ut, Caue facias, p Caue ne facias. Caue faxis, pro Caue ne feceris. Caue responderis, pro Caue ne respondeas. Quæ omnia sine Vt, aut Ne, Latinè dixeris, aut etiam cum illis. Terentius in Andria, Tum id cauit, ne unquam infamiæ ea res sibi esset. Cum Vt, Plautus in Bacchid. Quid isti caueam? Quin & in iure usus est huius uerbi, quum scilicet (ut tradit Alciatus) significat securum facere. Is autem securus est, cui uel pignore, uel fideiussione consultum est. Ad hanc significationem huiusmodi locutionis genera referũtur, ut: Cauere capite, pro capitis periculo se obligare, & alium sibi eodem uinculo obstringere. Cauere testamento. Cicero de Finibus lib. 2. Sed ut sit, etiam ne post mortem coletur, idq; testamento cauebitis, qui nobis quasi oraculum ediderit, nihil ad nos post mortem pertinere? Idem in Bruto, At uerò (inquam) tibi ego Brute, nõ soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum: id nisi te spondente satis accepero. Sic, Cauere obsidibus de pecunia, id est dare obsides, quoad pecunia dissoluatur. Cauere sibi obsidibus ab aliquo, pro acceptis obsidibus se securum facere. Et, Cauere alicui obsidibus, pro obsides dare. Hinc componitur Præcaueo, quod est diligenter caueo. Terentius, Hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tempus præcauere mihi me monet. Inuenitur & Cauo, is, in eadem significatione. Horat. in Serm. Vade, uale, caue, ne titubes, mandata frangas. Vbi, ue, syllabæ breuitas satis arguit tertiæ coniugationis imperatiuum esse, non secundæ, qui necessariò produceretur.

Cautor, m. t. Qui cauet, & prouidet alijs: quales erant Iurisconsulti & patroni, qui consultoribus aut clientelis suis cauere solent, & prouidere ne quid causa eorum detrimenti accipe ret. Plaut. in Epid. Iam cautor ipse captus est. Cic. pro Sestio, At ille sceleratissimus, ex omnium scelerum colluuione natus, parum se fœdus uiolaturum arbitratus, nisi ipsum cautorem alieni periculi, suis proprijs periculis terruisset &c.

Cautio, onis, f. t. Prouidentia quædam, qua auertimus, & uitamus ne quid mali nobis accidat. Cicero 4. Tuscul. Quoniam quę ut bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus: quæ declinatio quum ratione fiet, Cautio appellatur, ea intelligitur in solo esse sapiente. Idem de amicitia, Omnino omnium horum uitiorum atque incommodorum una cautio est, atque una prouisio, ut ne nimis citò diligere incipiamus, neue non dignos. Cautio est, loquutio frequens est apud Comicos, pro Cautione est opus, Cauēdum est. Terentius in And. Puerum autem ne resciscat mihi esse ab illa, cautio est. Plautus Pseud. Ne quisquam pertundat crumenam, cautio est. Cautiones etiam à Iurisconsultis uocantur fideiussiones, aut aliæ etiam stipulationes quibus nobis cauemus, id est securos nos reddimus. ἐγγύησις. Vlpianus l. Ita autem parag. Iulianus ff. de administratione tutelæ. Nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus.

Cautionalis, le, adiectium, om. t. ut, Cautionales stipulationes Prætoriæ, apud Vlpianum de Præt. stip. lib. 46. Digest. Prætoriarum stipulationum tres uidentur esse species, Iudiciales, Cautionales, Communes. Et paulò pòst, Cautionales autem sunt, quæ instar actionis habent.

Cautus, Prudens, circūspectus, & qui sibi scit cauere ἐνλαβὴς, φρόνιμος, περιφυλακτικός. Terent. in Phorm. Vt cautus est, ubi nihil opus est. Nonnunquá pro re cui cauetur. Cic. pro Cecinna, Quo res mulieri esset cautior. Vnde Incautus, qui nescit sibi cauere. ἀνεξαπάτητος. Liuius lib. 3. In incautum hostem decumana porta erupit.

Cautè aduerbium, prudenter, callidè πανύργως, περιφυλακτικῶς, Plautus in Curcul. Cautè ut incedas uia.

Cautim, Idem est quod Cautè. Terent. in Heaut. Sed hæc ita, ut sunt, cautim & paulatim dabis.

Cautela, læ, pro Cautione. Paulus in l. Si defunctus. parag. qui ad communi. ff. de procurat. Qui ad communi diuidundo iudicium datus est, ad agendum idem, & defendendum uidebitur datus, duplici cautela interponenda. Pompon. in l. Quamuis conuenit. ff. de pig. act. Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda.

Cauerna, Cauernosus, Cauernula, Vide Cauus.

Căuĭārēs hostiæ, quæ & Cauæ, Erant partes hostiæ cauda tenus, quæ in sacrificio pro collegio Pontificūm quotannis ponebantur. Festus.

Căuilla, læ, & Cauillus, li, Irrisiæ quædam iocosa, σκῶμμα. Plautus in Aulul. Pone hoc sic, auferi cauillam: non ego nūc nugas ago. Idem in Trucul. Quid id est amabò isthæc ridiculoria, cauillationes uis Opinor dicere, ita ut pauxillum differat à cauillis.

Cauillor, aris, deponens, à Caluo, is, teste Nonio, Significat iocari, siue etiam irridere. σκώπτω, περτομῶ. Cicero 2. de Orat. Vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. Idem ad Quint. Fratrem libro 2. Præterea togam sum eius prætextam, quam erat adeptus Cæsare Consule, magno hominum risu cauillatus. Cicero 4. de Natura deorum. Atque etiam in eo cauillatus est, æstate graue esse aureum amiculum, hyeme frigidum. Est & Cauillari, in disceptationibus fallacia & dolo uti σοφίζεσθαι. Hinc cauillatio, subdola (ut Caius Iurisconsultus definit) ratio, quam conscij nobis mendacij, uincendi tamen causa proferimus. Vnde Boëtius super Topic. scribit, Cauillationem partem quandam Logices esse, quam inquit, colligendi facultas tripli i diuersitate tractatur. Aut enim ueris & necessarijs argun entati nibus di sputatio decurrit: & Disciplina uel Demon. tratio dicitur. Aut tantū probabilibus: & Dialectica dicitur. Aut apertissimè falsis: & Sophistica, & Cauillatoria perhibetur. Sic Seneca & Cicero Caui' ones [illegible] Græcè, σοφίσματα nuncupant. V[illegible] s l. Nam ff cauer. & per. significat Cauillationis natui, quam Graeci σοφισ κὴν appellauerunt, hæc est, ut ab euidenter ueris, per breuissimas mutationes disputatio perducatur. Est item cauillatio arguta irrisio, quam Græci περτομίαν, uel σκώμμα appellant. Cicer. 2. de Orat. Quum duo (inquit) sint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breue, superior Cauillatio, altera Dicacitas nominata est. Suetonius in Vespas. Et maximè tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, ut inuidiam aliqua cauillatione dilueret, transferretq; ad sales.

Cauillator, φιλοπερτομος, φιλόψογος. Cic. ad Attic. lib. 1. Consul autem ipse paruo animo & prauo, tamē cauillator, &c. Plautus, Cauillator facetus, uel conuiua commodus item ero.

Caŭlă, læ. f. p. ἔπαυλις, ὁρκάνη, Latinè stabulum dicitur, in quo oues reconduntur, addita c, ad αὐλὴ (ut quidam putant) quòd non solùm atrium uel aulam, sed etiam stabulum, & omnia septa designat. Festus à Cauo Caulam deriuat, quòd antiqui ante usum tectorum, oues in antra ducebant. Sed uerius ἀπὸ τῶν καυλῶν. nam etiam nunc fiunt ex uimibus septa. Vergilius 9. Aeneidos, Ac ueluti pleno lupus insidiatus ouili, Quum fremit ad caulas. Á ueteribus uerò Caula pro quocunq; receptaculo accipiebatur. Lucretius lib. 6. Dispergunt animas per caulas corporis omnes.

Caulis, huius caulis, mascul. generis, t. In herbis dicitur ipsum robur, siue stipes, id est, ea herbæ pars, unde se producunt folia aut ramusculi, καυλός. Plinius lib. 19. cap. 8. Satiui autem differentię in folio denso, crispo, aut rariore, & leuiore: item caule tenuiore aut crassiore. Idem lib. 18. cap. 7. Fabæ in folia exeunt: ac deinde caulem emittunt nullis distinctū internodiis. Similiter in arboribus & in uite Caulis dicitur, ad quem alimentum defertur, quiq; supra terram exurgit. Radix autem plantæ est, unde alimentum attrahitur à terra. Ramus, quod à caudice exit. Surculus, qui è ramis oritur. Varro, Ex farmento caules qui nati sunt, de his plurimū ualent. Vergilius lib. 12. Puberibus caulem foliis. Ponitur & pro quibuscunq; oleribus. Iuuenalis Sat. 1 Caules miseris atq; ignis emendus. Caulis item in uolucrum pennis dicitur calamus extra cutem eminens, è quò plumea illa lanugo erumpit. Plinius libro undecimo, capite 39. Pennarum caules omnium auium præcisi non crescunt, uulsi autem renascuntur. In animalium quoque caudis Caulis dicitur illud, unde pili nascuntur. Idem libro undecimo, Boum caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus. Quandoque (sicut docet Seruius) sumitur pro uirili membro: quandoque pro ferro, & pro quolibet hastili. A Caulis fiunt composita, Vnicaulis, & Multicaulis. Idem libro duodecimo. Est & illa differentia, quòd quædam in his multicaulia, ramosaq; sunt, ut carduus.

Caulias, liæ, καυλίας, succus ex caule laserpitii, qui in uas coniectus, admisto furfure, subinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur. Plin. lib. 19. cap. 3.

Cauliculus, m. f diminut. à Caulis, καυλίον. Plin. Hic est quidā ipsorum caulium delicatior, tenuiorq; cauliculus.

Caulesco, is. n. t. In caulē excrescо, caulem produco. καυλῶμαι: licet quādoq; ponatur pro folia producere, unde & Decaulescere contrarium, quod significat sine foliis fieri. ἀποκαυλοῦσθαι. Plinius libro decimonono, Raphanus uti iucundior detractis foliis antequam decaulescat.

Caulinum uinum iuxta Capuam proueniens, ab agro ita nominatum. Plinius lib. 14. cap. 6. Campania excitauit nuper nouis nominibus anthoritatem sine cura, sine casu, ad quartum à Neapoli Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis, & in suo agro Trebulanis.

Caulis Iouis aizoum apud Dioscor. lib. 4. cap. 93.

Caulōdēs, καυλώδης, brassicæ species est, lata habens folia, è caule exeuntia: unde & nomen accepit. Author Plinius libro uigesimo, capite nono. (uror.

Căumă, atis. n. t. καῦμα. Latinè calor. ἀπὸ τοῦ καίομαι, quod est

Cauma, καῦμα, aliàs Siriasis, infantium nunc distillatio, nunc adustio. Vide Siriasis.

Caūniæ siue cauneæ, καυνίαι, fici genus minutum, quod è Cauno maritima Cariæ urbe aduehebatur. Cicero secundo de Diuinatione, Quum Marcus Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens, Cauneas clamitabat.

Cauo, Cauas, Cauatus, Vide cauus.

Căupŏ, onis, masculini generis, t. ert. Esculentorum poculentorumq; uenditor, κάπηλος. οἰνοπώλης. Vlpianus in l. 1. paragra. caupones autem. ff. nautæ. caup. stab. Caupones autem & sta-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& ſtabularios æquè nos accipiemus, qui cauponam uel ſtabulum exercent, inſtitoresúe eorũ. Martialis lib. 1. Nõ potes, ut cuperes, uẽdere caupo merum. Cic. 2. de Diuin. Quũ duo quidam Arcades admodum familiares iter unà facerent, & Megaram uenissent, alterum ad cauponem diuertisse, ad hoſpitem alterum, &c.

Caupõna, pen. prod. Vocatur tam mulier, quæ uinum & eſculenta uendit, quã ipſa taberna uinaria, καπηλίς. Cic. in Piſonẽ, Nonne tibi nox erat pro die? nõ ſolitudo p frequentia? caupona pro oppido?

Cauponula, diminut. Cic. 2. Phil. Delituit in quadã cauponula, atq; ibi ſe occultans, perpotauit ad ueſperum.

Cauponaria, æ, f. p. Ars cauponandi, καπηλική.

Cauponius, a, um, Quod ad cauponem pertinet, καπηλικός: ut Ars cauponia. Iuſtin. libro 1. Iuſſit cauponias, & ludicras arteis, & lenocinia exercere. Martian. de fund. inſtr. & inſtr. leg. l. pictoris. Et inſtrumento cauponio inſtitorum.

Cauponor, aris, penultima producta, cauponariã exerceo, uel re aliqua lucri cauſa ad quæſtum abutor, καπηλεύω. Ennius apud Ciceronem de Offic. libro primo, Nec cauponãtes bellum, ſed belligerantes.

Cauſia, καυσία, regium capitis tegmen apud Macedones. Valerius Maximus libro quinto, Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit cauſia, qua uelatum caput, more Macedonum habebat. Alibi etiam tenuiores cauſia uſos legimus. Plautus Perſa, Tunicam, atque zonam, & chlamidem afferto, & cauſiam.

Cauſõn, uel Cauſo, maſc. t. καῦσος, ἡ καύσων, æſtus ſeu ardor. Inde ab Hippocrate Cauſon febris æſtuans appellatur, quæ cum multo ardore nullam corporis remiſſionem adfert, linguam ſiccat, nigro colore reddit, ingentemq; frigidi appetitum facit.

Cauſſa, f. p. αἰτία, Propriè dicitur id, ex quo, uel propter quod, uel per quod, uel à quo aliquid fit. Cic. de Fato, Cauſſa eſt, quæ id efficit, cuius eſt cauſa: ut uulnus, mortis: crudi tas, morbi: ignis ardoris. Et paulò pòſt, nulla igitur earum eſt cauſſa, nulla earum rerum ſua ui efficit, id cuius dicitur cauſſa. Differt autẽ cauſſa à Ratione: quòd Cauſſa dicitur impulſus ipſe ad aliquid agendum: Ratio uerò ordo gerendorum ex cauſſa uenientium. Eſt & illud frequens bonis authoribus. Quid eſt cauſſæ quòd ita, id eſt negaréne quiſquam poteſt, uel cauſſam aliquam afferre? & Cauſſam haud dicam, id eſt per me licet, non recuſabo. Quatuor autem cauſſarum genera ſcripſit Ariſtoteles: Materialẽ, ex qua aliquid fit: Formalem, per quam aliquid tale fit: Efficientem, à qua aliquid fit: Finalem, cuius gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem Deum, cauſſam cauſſarum eſſe affirmat. Per translationem tamen Cauſſa dicitur omnis actio quam in ſenatu uel in foro habemus. δίκη. Vnde tria eſſe cauſſarum genera ſcribit Cicero, Demonſtratiuũ, τὸ ἐπιδεικτικὸν εἶδος. Delibratiuum, τὸ συμβουλευτικὸν: & Iudiciale, τὸ δικαϊκὸν. Ex his tamen magis propriè cauſſa dicitur, quæ iudicialis eſt: unde & cauſſam pro lite ac controuerſia ponimus: ut, Cicero diligenter egit cauſſam Milonis. Cicero 2. de Orat. Atque in ciuium cauſſis, deſcriptionibus diuerſantur. Interdum Cauſſa dicitur occaſio ἀφορμή, Terẽtius in Eunucho, Iam diu aliquam cauſſam quærebat, quamobrem aliquid inſigne faceret. Interdum dicitur excuſatio, ἀπολογία: ut, Honeſta eſt cauſſa mei diſceſſus. Interdum ratio, λόγος. Ouidius 1. Faſtorum. Tempora cum cauſis Latium digeſta per annum. Interdum origo, ἀρχή. unde & quidã cauſam à caſu dictam exiſtimant, quòd initia & originés rerum, quæ cauſæ ſunt, caſu eueniant: Nonnulli à Chaos, detracta aſpiratione, quod confuſa illa materia prima omnium cauſa fuerit. Alii à Græco καῦσις, quod ardorem, ſeu incendium ſignificat, quòd cauſa ſit quæ nos accendit ad aliquid agendum. Alij à cauendo, quod ea ſit quæ cauet ut aliquid agatur, aut nõ agatur. Cauſa item pro partibus accipitur. Lucanus libro 1. Victrix cauſa deis placuit, ſed uicta Catoni. At quoniam cauſa aliter à philoſophis aliter à medicis, aliter à iureconſultis, aliter à Rhetoricis conſideratur, uiſum eſt hîc operæprecium ſingulorum cauſas ſeorſum recenſere: præter quã philoſophorum, quæ prius erant appoſitæ.

Medicorum.

Cauſſa, alia eſt procatarectica, id eſt euidens, alia ſynectica, id eſt coniuncta, ſiue continens: alia præcedens, ſiue inna. Procataractica eſt, quæ dum aduerſam ualetudinẽ creauit, ſeparatur: ut canis mordens: ſcorpio pungens. Cauſſa cõiuncta eſt, quæ cũ præſens eſt, eius quoq; effectus adeſt: cum uerò deſinit, etiam effectus euaneſcit: ut lapis in ueſica, unguis in oculo. Præcedẽs cauſſa eſt, quæ à procataractica præparatur, & adiuuatur. Vel eſt, qua aucta augetur & qua ſublata aufertur effectus. Perfecta, quæ eundem in ſeipſa finem facit. Cauſæ abditæ in medicina uocantur, in quibus requiritur, ex quib. principijs corpora noſtra ſint, quid ſecundã quid aduerſam ualetudinẽ faciat. Celſ. lib. 1. Cauſſæ euidentes in medicina uocãtur, in quibus quæritur initiũ morbi, calor attulerit an frigus, fames an ſatietas, & quæ ſimilia. Cauſſas omnium morborum, lege apud Hippocratẽ lib. de Flatibus. Cauſſæ morborum ſunt, ſpiritus, & aër eodẽ. Cauſſa eſt, ad quam aliquid ſequitur. Ad eam uerò aliquid ſequi, eſt ex ea, per eam, ab ea, aut ex eius gratia aliquid fieri. Cauſſa in actu, quæ ſimul cum effectu exiſtit. Cauſſa in potentia, quæ non ſimul cum potentia exiſtit. Cauſſa efficiens uocatur, à qua aliquid fit. Cauſſa finalis eſt gratia cuius aliquid fit. Cauſſa formalis eſt, per quam res habet eſſe. Nam dat eſſe rei, & eam conſeruat in eſſe Ipſa nanq; præſente res eſt, & ipſa fugiẽte perit. Cauſſa per ſe uocatur, cum aliquid ſuapte naturæ ſit, cauſſalitatis nomine pariter eſt expreſſa. Cauſſa per accidens, quæ ad effectũ eum non ordinatur, aut cauſſa litatis nomine minimè eſt expreſſa. Cauſſa materialis, ex qua cum aliquo aliquid fit, uel ex qua cum forma ſit compoſitũ, uel in quã aliquid, ut in ſubiecto. Cauſſa propinqua eſt, quæ particulari nomine deſignatur: aut inter quã & effectum haud multæ interiacent cauſſæ. Cauſſa remota, quæ nomine communi deſignatur, aut inter quam & effectum multæ interiacent cauſſæ. Iuriſconſult.

Cauſſa, uerbum generale eſt, quod comprehẽdit principiũ negocij cum proponitur, & cum quis deliberat, & proponit ut litiget. Cum uerò diſcuritur, Iudicium eſt, quod accipitur, non ſolũ cum ipſum factum diſcutitur, ſed etiam tractantur ea quæ præparatoria dicimus ipſius diſcuſſionis. At ubi iudicatum fuerit, dicitur facta Iuſtitia, quia tum Ius unicuiq; eſt redditum Alc. lib. 2. Diſpunct. cap. 24. Lege Lis. Vnde Cauſſa Vlpiano facta eſt unde obligatio oritur, quod Rhetores αἴτιον, uocãt. Idem in lib. 9. ff. Si cer. pet. Et cauſſa tranſitiuè, dicitur omnis actio, quam in ſenatu, uel in foro habemus. Et Cauſſidici, patroni dicuntur, qui in cauſis iudicijs q; uerſantur, ubi lites & controuerſiæ, id eſt cauſę iudiciales aguntur. Cauſſa dicitur id ex quo, uel per quod, uel à quo, uel ꝓpter q aliquid fit. Differtq; hoc à Ratione, quod Cauſſa eſt impulſus ipſe ad aliquid agendum: Ratio uerò, ordo gerendorum ex cauſſa uenientium. Cauſſa ius reſpicit, Occaſio factum. Cauſſa dominij quæ proxima ſit, item quæ remota, Gloſ. explicat in l. poſſidere parag. ueteres. ff. de Acquir. poſſ. Cauſſa, & Factum interdum pro codẽ uſurpantur. l. plurimum. ff. de Iur. & facti ignor. l. ſi ex plagis parag. in cliuo. ad Leg. Aquil. Cauſarum tria genera eſſe notũ eſt: Demonſtratiuum, Delibratiuum (quod & Concionale appellatur) & Iudiciale. Ex ijs tamen propriè cauſſa dicitur, quæ Iudicialis eſt. Vnde Cauſſam pro lite & controuerſia ponimus. Quamuis nonnulli ita diſtinguant: ut Controuerſiam, ſeu litem dici nelint, poſtquam conteſtatum eſt: Cauſſam autem, & ante & poſt conteſtationem. Cauſſæ definitionem, quam refert Gl. in Rub. ff. de Cond. & demon. Bart. improbat: qui ait: Cauſſam eſſe quid præteritum uel inſtans, quo quis impellitur ad aliquid diſponendũ. Cauſſa criminalis dicitur maior, Ciuilis minor. Aut. Vt om. obed. Iud. proui. parag. ſi igitur fuerint. Cauſſa efficiens, eſt eius, ex quo res ipſa fluit. ut Ius ciuile, tutelæ: Teſtator, teſtamentariæ: Lex, legitimæ: & Magiſtratus, datiuæ. Ius gẽtium, emptionis, locutionis, mutui, commodati, depoſiti, & cætera. Ius ciuile, ſtipulationis, contractus emphyteutici, & cætera. Cauſſa fauorabilis non ea eſt (ut exiſtimat uulgus) fauore digna, ſed quod fauoris plena apud omnes eſt, & propemodum hæ ſunt cauſſę teſtamenti, matrimonij, dotis, legitimationis, pupilli, eccleſiæ, uiduarum, & aliarum miſerabilium perſonarũ. Cauſſa ſontica, quæ cuique rei, de qua agitur, nocet, atq; prohibet, ne quis in ius ueniat. Cauſſa ſuperior quæ Iuri communi fundata eſt: uel Ius apparentium. Cuius contrarium eſt, cauſſa inferior. Vnde Budæus in poſteriore de Origine. Rhetorum.

Cauſſa eſt, ut dicit Hermogaras, res quæ habeat in ſe cõtrouerſiam in dicẽdo poſitam, cum perſonarum certarum interpoſitione. Cicero de Inuen. 1. Cauſſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus cernitur, aut in omnibus, aut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in plerisq; eorum. In Topic. Cauſſa ea eſt, quæ id efficit cuius eſt cauſſa, ut uulnus, mortis: crudelitas, morbi: ignis, ardoris. De Fato, Cauſam appello rationẽ efficiendi, euẽtum id quod eſt effectum. In Parti. Chryſippus cauſſarum genera diſtinguit: Cauſſarũ enim, inquit, aliæ ſunt p̃fectæ & principales, aliæ adiuuantes & p̃ximæ. De Fato, Cauſſarum genera duo ſunt, Vnum, quod uiſa id quod ſub ea ſubiectum eſt, certè efficit, ut ignis accendit. Alterum quod naturã efficiendi non habeat, ſeu ſine quo effici non poſſit: ut ſi quis æs cauſſam ſtatuæ uelit dicere, quod ſine eo non poſſit effici. Huius generis cauſarũ ſine quo non efficitur, alia ſunt quieta, nihil agentia, ſolida quodammodo, ut locus, tempus, materiæ. Alia autem percurſionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per ſe adiumenta & ſi non neceſſaria, ut amori congreſſio cauſſam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere cauſſarum ex æternitate pendentium Fatum à Stoicis nectitur. Sunt aliæ cauſæ, quæ planè efficiant nulla re adiuuãte: aliæ quæ adiuuari uelint, ut ſapientia efficit ſapientes ſola per ſe, In Topic. Cauſa ſimplex, quæ abſolutam continet quæſtionem. De Inuen. 1. Cauſa coniuncta ex quæſtionibus pluribus, in qua plura quæruntur. Ibidem, Cauſa ex comparatione, quam per contentionẽ, utrum potius, aut quid potiſſimum ſit quæritur. Ibidem, Cauſam facere dicitur, quo ſublato, controuerſia ſtare non poteſt. De Orat. 2. Tria ſunt genera cauſarum, iudicij, deliberationis, exornationis. Ariſtoteles tribus in generibus rerum uerſari rhetoris officiũ putauit, demonſtratio, deliberatio, iudicialı. In Part. Cauſæ communi quæſtione ſeiunctæ partim in iudicijs uerſantur, partim in deliberatione. Eſt etiã genus tertium, quod in laudandis aut uituperandis hominibus ponitur. Hæc tria genera uide ſuo ordine. De oratore 1. Genera cauſarum ſunt quinq;, Honeſtum, admirabile, humile, anceps, obſcurum, De Inuent. 1. Honeſtum cauſæ genus eſt cui ſtatim ſine oratione noſtra auditoris fauet animus. Admirabile eſt, à quo alienatus eſt animus eorũ, qui audituri ſunt. Humile, quod negligitur ab auditore, & nõ magnopere attendẽdum uidetur. Anceps, in quo aut iudicatio dubia eſt, aut cauſa & honeſtatis & turpitudinis particeps, ut beneuolentiam pariat & offenſionem. Obſcurum in quo aut tardi auditores ſunt, aut difficilioribus ad cognoſcendam negocijs cauſa implicata eſt.

Cauſarius, adiectiuum: ut Cauſarii milites, ἀπόμαχοι, οἱ ἐξ αἰτίας τινὸς ἀπολυόμενοι, dicuntur à Liuio libro 7. qui propter honeſtam cauſam. puta ualetudinem, à militia ſoluantur, quaſi ualetudinarij, ſiue ſontici, aut qui omnino cauſam & miſſionem habebant ex morbo, ſenectuteue: Tertius, inquit, exercitus ex cauſarijs ſenioribus q; à L. Quintio conſcribatur, qui urbi mœnibus q; præſidio ſit. Sic cauſaria miſſio dicitur, per quam milites ſoluuntur à ſacramento militari. Vlpianus, Cauſaria, inquit, miſſio eſt, quæ propter ualetudinem à laboribus militiæ ſoluit.

Cauſariè, aduerb. Martial. in l. Milites agrum, paragraph. is etiam ff. de re mil. Ideò ad eum, qui cauſariè miſſus eſt, poteſt dici pertinere, quum hic quoq; præmium præſtetur.

Cauſatiuus, a, um, αἴτιος, quod eſt cauſa ut aliquid fiat, ut nimia repletio eſt cauſatiua infirmitatis. Quamuis etiã aliquã cauſatiuã uocant q; antecedentẽ cauſam ſignificat, ſicut & cauſale αἰτιολογικὸν coniunctiones cauſales ſeu cauſatiuæ.

Cauſula, diminutiuũ à cauſa. Cicero in Orat. Sed quia & priuatas ille plerasq;, & eas ipſas alijs, & paruarum rerum cauſulas ſcripſit, uidetur eſſe iciunior. τῆς γραφῆς.

Cauſor, aris, deponẽs, Significat rei geſtæ cauſam affero ſeu reperio, & accuſationem adduco. προσφασίζομαι. Sueton. in Nerone, Cauſatus nondum eſſe fatalem horam. Idem, Sylla num item Socerum ad necem, ſecandas q; nouacula fauces compulit, cauſatus quòd ſe in greſſum turbatius mare non eſſet ſequutus. Gell. Negotiũ ſibi eſſe cauſatur. Vergil. Eclog. 9. Cauſando noſtros in longum ducis amores. Cauſari etiã culpare eſt, αἰτιᾶσθαι.

Cauſificor, Cauſam dico, excuſationem affero, recuſo, αἰτιολογοῦμαι, σκήπτομαι. Plaut. in Aul. Non cauſificor, quin ego illam habeam potiſſimùm. Cauſificari eſt etiam iura allegare & in iure diſceptare. Aſconius.

Cauſatio. f. t. Prætextus, excuſatio, uel color: quandoque ponitur pro uitio interiore, & ægritudine, πρόφασις. Pal. libro 1. Si ſaluo capite in pulmonibus, ac thorace, aut hilla eſt, aut rara cauſatio.

Cauſidicus, m. ſ. penultima corr. Dicitur patronus, qui in cauſis iudiciis q; uerſatur, δικανικὸς λόγος. Cicero 1. de Oratore Non enim cauſidicum neſcio quem, neq; proclamatorẽ, aut rabulam, conquirimus, Iuuen. Saty. 10. nec unquam Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.

Cauſtica medicamenta, Sunt quæ habent uim cauſticam. id eſt, uſtiuam. καυστικὰ φάρμακα. Plin. lib. 2. cap. 9. Stirpium braſsicæ aridorum cinis, inter cauſtica intelligitur. Martialis, Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos.

Cauſton, καυστὸν, Latinè dicitur Vſtile. Plinius, Quartum cauſtum ad ellychnia.

Cautè, Cautela, Vide Caueo.

Cauteres, καυτῆρες, Idem cum cauteriis, quos Palladius habendos eſſe in inſtrumento ruſtico præcipit.

Cauterium, rii, n. ſ. καυτήριον, Inſtrumentum eſt quo notæ imprimuntur, & morbi alioqui inſanabiles inuri ſolent. Plinius libro 22. cap. 23. Tempeſtiuè etiam datum cauterij uim obtinet: aſſuetis etiam utilius, quàm expertibus. Præterea Cauterium in pictorum inſtrumentis continetur, quo bituminationes, & fortiores quæq; conglutinationes concoquuntur maximè in ea pictura, quæ ἐγκαυστικὴ appellatur, quæ fit carbonibus inuſtis, reſolutis igne ceris. Martianus titulo De fundo inſtructo, ſic refert, Pictoris inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliaq; horum legato cedunt: item peniculi & cauteria, & conchæ.

Cauteriatus, a, um, Quod eſt cauterio notatũ κεκαυτηριασμένος. unde ad Apoſtolo Cauteriata conſcientia dicta eſt.

Cautes, huius cautis, fœmin. gen. Saxum aſperum & abruptum, ῥαχία Verg. 6. Aen. Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes. Plinius lib. 2. cap. 96. iuxta Harpaſa oppidum Aſiæ, cautes ſtat horrenda, uno digito mobilis: eadem ſi toto corpore impellatur, reſiſtens. Cæſar 3. bel. Gal. Et ab æſtu derelictæ. nihil ſaxa & cautes timerent.

Cautor, Cautio, Cautionalis, Cautus. uide Caueo.

Cauus, a, um, Propriè concauum, uacuum: à Chaos, quod quaſi uorago quædam erat inanis. κοίλος. Virg. 3. Aeneid. dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta Aere cauo. Ouid. 4. Metam. quæ ſanguine miſta recenti Coxerat æra cauo.

Cauus, m. ſ. ſiue Cauũ, Locus cauatus, ſeu concauus. κοίλωμα. Var. Facere his cauos oportet laxiores, ubi pullos parere poſſint. Columel. lib. 12. Deinde cauum quem feceris, ſurculo obthurato. Idem ſcribit Cauũ eſſe locum, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulus ut eſſet. Horat. Epiſt. Macra cauum repetas arctũ, quem macra ſubiſti. Plin. lib. 10. cap. 18. Pullos in cauis educant auium ſoli.

Cauaticus, a, um, ut, Cauaticæ cochleæ. Plinius libr. 30. cap. 6 Sunt Balearicæ, quas cauaticas uocant, quoniam in ſpeluncis naſcuntur.

Cauo. as, a p Euacuo, cauum facio. κοιλόω, κοιλαίνω. Plin. lib. 36. in Syphno lapis eſt qui cauatur, tornaturq; in uaſa coquẽdis cibis utilia. Liuius bel. 1. Pun. Itaq; ingens coacta uis nauium eſt, lintrium q; temere ad uicinalem uſum paraturũ: nouas q; alias primùm Galli inchoantes cauabant ex ſingulis arboribus. Ouid. 1. de Arte, Saxa cauantur aqua. Vergil. 3. Georg. cauatq; Tellurem, & ſolido grauiter ſonat ungula cornu. Huius compoſita ſunt, Concauo, Excauo, & Recauo, pen. cor. Ouid. lib. 2. Metamor. Eſt locus in geminos ubi brachia concauat arcus.

Cauator, oris. Verbale: ut, Cauator arborum picus Martius. Plinius lib. 10. cap. 18.

Cauea, cauæ, f. p. à cauo fit, ſignificatq; ſpecum, uel anulũ ſub terraneum. ἄντρον. Sed quoniam in huiuſmodi locis eſſe conſueuerunt ferarum cubilia, caueas pro ipſis ferarum receptaculis uſurpamus. Apul. B. ſtiam immittimus caueæ. Suetonius, Beſtiarũ more quadrupedes cauea coẽrcuit. Et ab harũ ſimilitudine pro ſeptis ex ligno, ſiue ex ebore, aliaue materia factis, in quib. auiculas tenemus. οἰκημάτια, οἰκίδια. Plaut. in Curcul. Quia enim caueat ſi forent concluſi, itidẽ ut pulli gallinacei. Itẽ cauea, eſt & area in medio theatri, in qua equitũ ſubſellia conſtituta eſſe conſueuerunt, q uelis tecta caueæ ſimilitudinẽ haberẽt, θωρηκίσκον. Plaut. in Amph. Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totã caueã ſpectatoribus. Quandoq; ponitur pro populi cõceſſu. Verg. 5. Aen. Hic totum caueæ conſeſſum ingentis, &c.

Cauerna, næ, f. p. Specus, uel antrum ſubterraneum, uel terræ concauitas, ἄντρον. Cicero 1. de Natura deorum. Quòd magnas uis terræ cauernis contineatur caloris, eaq; hyeme ſit denſior. Vergil. 2. Aeneid. Inſonuere cauæ, gemitumq; dederc cauernæ. Cicero 2. de Nat. deorum, Nos ex terræ cauernis ferrum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam.

Cauernoſus, a. um, Pro loco paſſim uacuo, & ueluti cauernis pleno, ἀντρώδης.

Cauernula, læ, dimin. Plin. lib. 17. cap. 11. Ipſi qua pediculis ad hærent, cauernulas habent, & intus ſemen.

Caycus, Vide Caicus.

C E

CEL. In notis antiquorum. Celeres. CENN. PP. uel CENS. uel CHS. Cenſor perpetuus. CEN. A. Cenſoris arbitratu. CENT. Centuria uel Centurio, uel centenario. CENTV. centuriones. C F. Caij filius.

Cē Syllaba, adiectio eſt: de qua infrà in particula Met.

Cecubum, Vide Cæcubum.

Ceditiæ tabernæ, Aedificia quædam Romæ: ita dicta à domini nomine, qui Ceditius uocabatur. (Cado.

Cedo, cedis, ceſsi, ceſſum, n, t. παραχωρῶ. & Cedò, cedite. Vide

Cedratus, Vide Cedrus.

Cedrelate, tes, fœminini generis, κεδρελάτη, Genus Cedri. Plinius libro 24. capite 5. Cedrus magna, quam Cedrelatem uocant, dat picem, quæ Cedria uocatur, dentium doloribus utiliſſimam.

Cedria, f. p. κεδρία, Pix eſt, quæ ex cedrelate, hoc eſt ex maiore cedro defluit. Plin. lib. 24. cap. 3. Scabiem corporum, ac pruritum oleo & cedria miſtis tollūt. Vide Ruell. lib. 1. cap. 62.

Cedron, interpretatur denigratus, triſtis.

Cedromælon, lege Malus Puniça.

Cedroſtis, f. t. κέδρωστις, Vitis alba, quam nonnulli Ampelo leucen uocant. Plin. lib. 23. cap. 1. Vitis alba quam Græci Ampeloleucen, alij Ophioſtaphylon, alij Melothron, alij Pſilothron, alii Archezoſtin, alij Cedroſtin, alij Madon appellāt, Hæc & Brionia à Dioſcoride appellatur.

Cedrus, f. p. κέδρος, Arbor eſt perpetuò uirens, iunipero nō abſimilis, radicibus raris, per ſumma terræ diſperſis, folio duro, acuto mucrone, capillato, & ſpinoſo, ligno contorto, nodoſo, medulla rubente odorata, baccis myrti flauis, odoratis & eſculentis, nouo fructu per autumnum cum anniculo pendente. Laudatiſſima in Creta naſcitur, ita in Africa & Syriæ montibus. Cedro æterna materies, cariem non ſentiens: unde claſſibus & domorum tectis ædificādis in primis eſt idonea. Plinius duo cedri facit genera, maioris & minoris diſcrimine: minorem rurſus in duas ſecans ſpecies: quas Lyciam appellat, & Phœniciam, utranq; iuniperi ſimilitudine, ſed foliis differentem. Nam quæ acutum, ſpinoſum, & durum habet folium, Oxicedrus nominatur. Altera odore præſtat. Maioris itē cedri duo facit genera. Nam quæ floret, fructum non fert: fructifera non floret, ſed in ea antecedentem fructum nouus occupat. Cedrus in Cypro maxima naſci traditur centum triginta pedum longitudine, craſſitudine autem ad quinſum hominum complexum. Vide plura de hac arbore apud Plinium lib. 13. cap. 5. Vergilius 2. Georgic. Dant alios aliæ fœtus, dant utile lignum. Nauigiis pinos domibuſq; cedrum, atque cupreſſos. Vitruuius libro 2. author eſt, ex cedro oleum naſci, quo libri, aliaq; res perunctæ, à tineis & carie non læduntur: Ad quod pertinere uidetur illud Perijſſe Satyra prima, & cedro digna loquutus, Item illud Ouidij primo Triſtium, Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Cedratus, a, um, Cedrino oleo perunctus. Plin. lib. 13. cap. 13. Et libros cedratos fuiſſe, propterea arbitrarier tineas nō tetigiſſe.

Cedrinus, a, um, nomen poſſeſſiuū, Quod eſt ex cedro κεδρινός. Plinius libro 13. cap. 5. Cedrinus eſt Romæ in delubro Apollo Sofianus, Seleucia aduectus.

Cedrium, n. f. Pix liquida, & primaria quæ ex tæda excoquitur. Plinius libro 16. capite 11. Pix liquida in Europa è tæda coquitur naualibus muniendis, multoſq; ad alios uſus. Lignum eius cōciſum, furnis undiq; igni extrà circūdato, ut primus ſudor aquæ modo fluat in canali. Hoc in Syria Cedrium uocatur, cui tanta uis eſt, ut in Aegypto corpora perfunctorū eo perfuſa ſeruentur.

Cedrides, pen. cor. κεδρίδες, Fructus cedri, ſicut Daphnides, fructus lauri. Plin. lib. 24. c. 5. Cedrides, hoc eſt fructus cedri tuſsim ſanant, urinam ciunt.

Celatim, Vide Celo.

Ceaſtrus, f. f. Theophraſto, Arbor eſt æterna frondens coma cultura degenerās, omnium tardiſsimè fructus ſuos perficiens: uſus eius ad baculos & ſcipiones accommodatus. Vide Ruellium lib 1. cap. 63. & 138.

Celebris, & hoc celebre, uel Celeber, bris, bre, penultimā correp. διάσημος, πανδόκιος, εὐδοκιμῶν. Diſtinguitur à Frequenti, quòd Frequēs dicatur creber, ſiue de loco, ſiue de re inanimata: ut, Frequens miles, frequēs Senatus, id eſt creber, copioſus, multus. Frequentes domus, id eſt crebræ, multæ. Aliquando dicitur quod ab alijs frequentatur: ut, Frequens templum, in quod multi conueniunt. Vnde & Infrequens, parum frequentatum: ut, Infrequens forū, id eſt quo pauci uel rari cōueniunt. Phœnix infrequens auis, id eſt quę rara reperitur. Cicero ad Qu. Fratrem, Sum Romæ infrequens. Celebris uerò, Idem eſt quod Clarus, & famigeratus, & qui in omnium ore uerſatur. Cicero de Diuin. Nunquam illud oraculum tam celebre, aut tam clarum fuit. Idem in Verrem, Clara res eſt, tota Sicilia celeberrima atque notiſſima. Sæpè etiā accipitur pro frequenti, & hoc paſſiuè, tam ad rem, quàm ad perſonam relatum. Author ad Herennium libro 2. Locus quæritur celebrisnē ſit, an deſertus, id eſt qui celebratur.

Celebritas, f. t. Frequentia & hominum cœtus, πολυπλέθεια. Cicero ad Atticum. Odi celebritatē, fugio homines, lucem aſpicere iiix poſſum. Idem pro Domo ſua, Nullis unquā comitijs campus Martius tanta celebritate omnis generis hominum floruit. Interdum Celebritas idem eſt quod famæ claritas, qua apud multos innoteſcimus. Idē pro Arch. Hac tanta famæ celebritate quum eſſet abſentibus notus Romam uenit. Quintius, Ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate, & in media Republica uiuendum eſt, aſueſcat à puero non reformidare homines. Cicero 1. Offic. Itaq; nos, qui maxima celebritate atq; in oculis quondam ciuium uiximus, nunc fugientes conſpectum ſceleratorum hominum, &c.

Celebriter, aduerbium, Cum celebritate, cultu & honore ἐπιφανῶς.

Celebro, as, a. p. Frequento, φοιτάω. Varro, Cui non tam cura erat, ut templa deorum, quàm ut popinas celebraret. Cicero 3. de Orat. Qu. Mutij ianua maxima quotidie ciuiū frequentia celebratur. Eſt item Celebrare, idem quod prædicare, & illuſtrare, ἐπιφανῆ ποιεῖν. Cicero pro Rab. Hæc mira laus eſt, quæ non poëtarum carminibus, non annaliū monimentis celebratur, ſed prudentium iudicio expēditur. Hinc celebrare laudibus, ἐπιφημίσαι, δοξάσαι, & uirtutum celebritatē, ἑορτὴν, εὐφημίαν, ἐπιφάνειαν dicimus, Item Celebriorem, Celeberrimum, pro illuſtriore & illuſtriſſimo. Celebrare ludos, eſt cum celebritate quadam ludos facere. Cicero 6. Philipp. Ludi Appollinares incredibili M. Bruti honore celebrati. Celebrare diem feſtum, eſt feriari. ἑορτάζειν. Idem in Catil. Quapropter Quirites celebrate illos dies cum cōiugibus & liberis ueſtris.

Celebratio, onis, uerbale. Celebrandi actus. Cic. ad Attic. lib. 15. De celebratione ludorū Bruti tibi aſſentior. Plin. lib. 34. Quę domus, quæ celebratio, quæ familiaris dignitas, quæ ſtudia amicorum, quæ ex quoq; ordine multitudo?

Celebratus, nomē ex participio. Cic. 2. Philipp. Scio me in rebus celebratiſſimis ſermone omnium uerſari.

Celebreſco, n. t. Celebris fio, εὐδοκιμῶ. Accitus, Et qualiſcunq; fama celebreſcat tua. Ex Nonio.

Celer, celeris, om. t. Idem quod uelox, ταχύς. Cicero ad Octauium, O miſeram, & in breui, tam celerem, & tam uariā Rei pub. commutationem? Horatius lib. 1. Epiſt. Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi, Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſſi. Hinc Celerrimus ſuperlatiuum: pro quo uetuſtiſſimi dicebant Celeriſſimus. Manilius in Iliade apud Priſcianum, Celeriſſimus aduolat Hector. Celeres dicebantur milites CCC. quos Romulus ad cuſtodiam corporis ſui delegerat, à celeritate dicti, quod pro belli neceſſitate, tum equites tum pedites expediti expugnabant. Zaſs. in l. ij. ff. de Orig. iur.

Celeriuſculus, a. um. aliquantulum celer.

Celero, celeras, a. p. penult. cor. Celeriter aliquid facio, ταχύνω. Verg. 9. Aeneid. Tum celerare fugā, patriaq; excedere ſuadet. Idem 8. Aeneid, Ergo iter inceptum celerāt rumore ſecundo. Hinc accelero compoſitum, de quo ſuprà ſuo loco.

Celeritas, atis, Velocitas. ταχύτης. Cic. 7. Verr. Hæc centuriopina nauis erat incredibili celeritate. Idem 1. Acad. In pedibus celeritatem, in manibus uim ponebant.

Celeritudo, f. t. idē ſignificat. Var. 5. de Re ruſt. Lucius Aelius putabat dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes eſſet.

Celeripes, pedis, com. t. Qui leuis eſt pedibus, ὀξύπους, Cic. ad Attic. lib. 9. Venit autem eo ipſo die ille celeripes, quem Saluius dixerat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Celeriter, celerius, celerrimè, aduerb. Velociter ταχύ. Cæsar lib. 5. de bel. Gall. Illi imperata celeriter fecerunt. Cic. 2. de Finib. Celerrimeq; multa simul agitantem.

Celeranter, idem quod celeriter. Accius apud Nonũ, Sed quis est, qui matutinum cursum huc celeranter rapit?

Celeratim, aliud aduerb. pro celeriter, Sisen. hist. lib. 5. ut citat Non. Quo magis celeratim poterat, in insidiis suos disponit.

Celẽces, pen. prod. m. t. κέλητες, uocantur equi, qui ad cursum soli adhibẽtur, sine bigis, uel quadrigis. Latinè dicũtur Desultorii, quod ex his facilè desiliatur. Plinius libro trigesimo quarto, capite quinto, uidetur Celetas posuisse pro statu is equestrib. Equestres (inquit) statuæ Rom. celebrationẽ habẽt, orto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantùm dicabant in sacris uictores: postea uerò & qui bigis & quadrigis uicissent. Celetes item dicebantur nauigia actuaria, quæ unico remorum ordine agebantur. Latini Celoces appellant.

Celetizontes, κελητίζοντες, à Græcis dicuntur equitantes, & equum celetem regentes. Qua uoce usus est Pliuius libro trigesimo quarto capit. 8. Hegiæ, inquit, Minerua, Pyrrhusq; rex laudatur, & Celetizontes pueri.

Celeusma, n, t, κέλευσμα, Clamor nautarum & aliorum, quum uno aliquid iubente, omnes uniformiter respondẽt, quasi sibi inuicem iubentes. Martialis lib. 5.

Quorum per uada tarda nauigantes
Lentos figitis ad celeusma remos.

Celeustes celeustæ, masc. gen. κελευστὴς, Qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator: qui à Plauto Latinè hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ uerbo Græco Celeusmata dicuntur etiam à Latinis, Budæus.

Celia, Potus ex frugibus confectus, qui Hispanis præcipuè in usu erat, sicut ceruisia Gallis. Plinius lib. 22. capite ultimo. Est item Celia Apuliæ oppidum, in tractu Peucetiorum, non procul ab Egnatia, cuius meminit Strabo libro 6. & Ptolemæus lib. 3. capit. 1.

Cella, f. p Dicta est quòd in ea celentur quæ esse uolumus occulta. Græci ἀποθήκην dicunt, in qua res esculentæ, & poculentæ reponuntur: quanuis propriè ἀποθήκη cella uinaria sit. Cic. Att. libro 14. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam uillam, cellamq; tradidi. Capit autem Cella significationem, pro ratione adiectiuorum quæ illi iunguntur: ut, Cella uinaria, οἰνῶν: Cella olearia, ἐλαιῶν: Cella farinaria, Cella pomaria, Cella liguaria, Cella libraria, Cella casearia. Denicq; omnis locus, in quo quid reponitur, Cella dicitur, Cic. de Senect. Semper enim boni assiduiq; domini referta est cella uinaria, olearia, mellaria, & pomaria. Terent. in Adel. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. Verg. item 4. Georg. fauorum cauernas Cellas uocauit quum ait: Distendunt nectare cellas, κυτίδρας. Item loca in quibus lauamur, aut ungimur in balneis Cellæ dicuntur. Vnde Caldariam cellam, frigidariam, & tepidariam dicimus. Cella item pars templi erat sacratior, in quam ingredi cuiuis fas non erat, ἄδυτον. Vnde apud Gellium legitur, Scipionem in Capitolium sæpe uenisse, iussisseq; cellam Iouis apperiri, ibiq; solum demoratum fuisse. Liuius libro 3. In cella Iouis optimi Maximi habitaret exul.

Cellula, æ, diminutiuũ à cella. Terent. in Eun. Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Colum. lib. 8. cap. 9. Receptacula non tanquam columbis loculamenta, uel cellulæ cauatæ efficiuntur.

Cellaria, f. p locus ubi conditur uinum οἰνῶν. Plaut. in Mil. Ego eiiciar cellaria. Et cellaria, ταμία Hom. Quæ præest cellæ. Plaut. in Mil. Iampridem, quia nihil abstulerit, succenset cellaria.

Cellarius, m. f. Qui in cella præpositus est penui promendo uel condendo, ταμίας Columella, ut cibus & potus sine fraude à Cellariis præbearur. Plautus in Capt. Prome quoduis, te facio cellarium. Hunc etiam Promum condum appellabãt. Plaut. in Pseu. Promus & cõdus sum, procurator peni. Ausonius: Promusq; quàm condus magis.

Cellarium, rii. n s. ταμεῖον, uidetur ea figura dici, qua Granarium, Penarium, ut pro cella ac repositorio accipiatur. Hanc & Cellam promptuariam, seu Promptuarium appellant, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad uictum necessaria. Plinius libro 36. capite decimoquinto, Quorum agri quoq; minorem modum obtinuere, quàm istorum cellaria. Idem & Penarium, & penaria, seu penaria cella à penu nuncupatur. Cicero in Verrem, M. Cato sapiens cellã penuariam Reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit. Huius diminutiuum est Cellariolum.

Cellaris, re, adiect. ut Colũbi cellares. Colum. lib. 8. cap. 8. Hac eadem ratione palumbos, colũbosq; cellares, pinguissimos facere contingit.

Cello, is, sine diphthongo, Antiquissimis in usu fuit pro cedo nunc compositis tantũ utimur, Excello, & Præcello, quæ significant Excedo, & Antecedo. Vide in dictione Cællo.

Celo, as, a. p. Abscondo, clam habeo, ἀποκρύπτομαι, ἀποκρύπτω. Construitur modò cum uno duntaxat accusatiuo. Cic. 1. de Natura deorum. Nec tu me celas, ut Pythagoras solebat alios. Lactantius lib. 5. Verumne profitebitur fugitiuũ se, uel pestilentem domum uendere, an celabit emptorem? Modò cum duobus. Plautus in Bacch. Aedepol fecisti furtum ætati malũ, quum istæc flagitia me celauisti & patrem. Eodem modo Græci ἀποκρύπτομαι, σε τὸ ἀπόῤῥητον. Interdum loco unius accusatiui habet datiuum. Terentius in Phormione. Si hoc celetur patri, in metu sum. Modò cum ablatiuo mediante præpositione. Cicero Trebatio: Sed Bassus noster de hoc me libro celauit. At quum passiuè ponitur, res siue persona quam quis aliquem celauit, ponitur in nominatiuo. Terentius in Eunucho: Vbi ubi est, diu celari non potest.

Celatus, participium. Cicero pro Cluẽtio. Non est profectò de illo ueneno celata mater: nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum.

Celatim, aduerbium, Idem significãs, quod Clam, uel abscondité κρυβδόν. Gell. lib. 12. c. 15. Sisennã citans lib. 6. Historiarum: Quã maximè celatim poterat, in insidijs duo disponit.

Celox, f. t. Nauigii exigui genus fuit, quod uno remorũ ordine agebatur: à celeritate nomẽ habẽs κέλης, κελήτιον. Plautus in Asin. Quò hanc celocem conferam. Apuleius libro de Republica: Qui celocẽ regere nequit, onerariam petit. Eam Rhodij inuenerunt.

Celsus, celsa, celsum, Altus, sublimis, excellens. ὑψηλός. Plin. lib. 13. cap. 24. Firmiores, celsioresq; infantes fore. Cic. 2. de Natura deorum: Quæ primùm eos humo excitatos, celsos, & rectos constituit. Deduci quidã uolunt hoc nomen à Cello antiquo uerbo. Festus à Græco κέλης, quòd qui equo uehuntur, sublimes sint.

Celsitudo, inis, pro excellentia, ἐξοχή.

Celsitas, tatis, Altitudo, excelsitas, ἐξοχή. Cic. in Officiis, Celsitas animi, & magnitudo.

Celtis, Est arbor insignis, magnitudine pyri, in Africa, & potissimùm circa Syrtes nascens, quæ Lotos appellatur, λωτός. Incisuræ in foliis crebriores faciunt ne ilices uideantur: fructus magnitudo fabæ, color croci. Tam dulcis ibi cibus est, ut nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominãtur. Plinius libro 13. cap. 17.

Celydrus, Lege Chelydrus,

Cemus, Græcè κῆμος, hinnulus cerua siue idem quòd κεβρός, quanquàm κήμαδα nolunt progredi in pascua. Damã Græcè πρόκα, Aristoteles, & idonei ferè omnes à cerno nõ distinguunt. Alij primogenitos tantùm ceruos procas uocant. Ab hoc animali proconnesus quoque uocata est. Nam Ophion quod Sardinia quõdam ferebat, interijsse creditur. Ceruus non erat, sed animal pilo ac dentibus simile, ceruo minus. Barb.

Cemus, κῆμος herba est apud Plinium libro 27. capite 8. cuius descriptionem se idcircò prætermittere ait, quòd foliis in amatorijs usum habeat. Dioscorides libro quarto eãdem esse ostendit cum leontopodio. Cemus autem uidetur appellata ex floris, siue calycis figura: quoniã pyxidicula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subiectũ uasculum, quod Cadiscum uocabant, demitti consueuerant. Vide Ruellium libro 3. capite 130.

Cenchramides, κεγχραμίδης, Ficorum grana, ita dicta à milii similitudine, quod Græci κέγχρον uocant. Plin. lib. 15. cap. 19. frumenta appellat, Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus.

Cenchris, chridis, f. t. κέγχρις, Auis ex accipitrum genere quã Aristot. lib. 6. de Animal. solam ex adũco genere, quaterna, & eo plura oua parere dicit. Plinius libro 29. capite 6. Turturis fimus albugines extenuat: item cochlearum cinis, & fimus cenchridis. Dicta Cenchris, quasi miliaria, Latini à tinnitu uocis Tinnunculam appellant. Est item Cenchris serpens

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſerpens maculis plena, Thebano marmori ſimilis. Lucilius libro nono, Et ſemper rectè lapſurus limite cenchris, Pluribus ille notis, uariatam tingitur aluum. Plin. libr. 20. cap. 22. Serpillum aduerſus ſerpentes efficax, maximè cenchrin, & ſcolopendras.

Cenchrites, κεγχρίτης, Gẽmæ ſpecies, quæ ueluti ſparſis milii granis diſtincta uidetur. Plin. lib. 37. cap. 11.

Cenchron, Adamantis genus eſt, quod ſit milii magnitudine, κέγχρος enim milium dicitur. Plin. lib. 37. cap. 4.

Cenos, Latinè uacuꝰ, κενός, unde Cenodoxia inanis gloria.

Cĕnŏtăphĭum, κενοτάφιον, Vacuum ſepulchrum, κενὸς enim uacuus dicitur, & τάφος ſepulchrum: ἐνάπλειν ſepelire. Eſt enim ut capſa, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorum. Verg. 3. Aeneid. deſcribit Cenotaphium ſic:

Solennes tum fortè dapes, & triſtia dona
Libabat cineri Andromache, manesq; uocabat
Hectoreum ad tumulum: uiridi quem ceſpite inanem
Et geminas, cauſam lachrymis, ſacrauerat aras.

Quo loco Seruius tumulum inanem cenotaphiũ eſſe dicit. Cenotaphiorum autem uſum adinuenit ſuperſtitioſa ueterum opinio, qui credebant defunctorum animas, ſi honore ſepulchri carerent, ſtygiam paludẽ tranare non poſſe. Vnde à ſacerdotibus inuentum eſt exequiarum genus, quod Terræ iniectionem uocabãt: ut etiã iis qui naufragio periiſſent, aut quorum corpora haberi non poſſent, iuſta perſoluerentur. Tumulũ itaq; ex ceſpitib. aut alia materia congerebant, ubi abſente defuncti cadauere, tanquã præſente, ſolẽni quo dã ritu exequiæ peragebãtur. Huiuſmodi autẽ ſepulchrum, in quod nullæ illatæ erant reliquiæ, Cenotaphium, hoc eſt, inane ſepulchrum uocabatur. Suetonius Honorarium tumulum appellat, in Claudio, Cæterũm, inquit, exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret, Galliarumq; ciuitates publicè ſupplicarent. Quibus uerbis ſignificat cenotaphiũ Druſo In Germania extructum, quum corpus eius Romam deuectum eſſet. Sic uocari poſſunt hodie, quas repræſentationes in anniuerſariis exequiis uocamus. Budæus.

Cenſeo, cenſes, cenſui, cenſum, pen. corr. a. f. Significat exiſtimo, puto, arbitror, ἀξιόω, τιμάω. Terentius in Eunucho, Cenſen poſſe me obfirmare, &c. Liuius libro ſexto, Belli Punici: Cenſent eò uenturum obuiam Pœnum. Item conſiluere, deliberare, ſententiam dicere, ἀποφαίνεσθαι γνώμην. Nã ſenator cenſet, quum ſententiam dicit de eo, quod ſibi uidetur: aſſentitur, quum alienam approbat. Cicero in Catilin. Quid ſenatus cenſuerit, exponam. Idem pro Flacco: Cuius patrem armis pellendum à ſuis mœnibus cenſuiſſent. Item Cenſere, ſuccenſere ſignificat: Varr. Ne uobis cenſeam, ſi ad me referretis. Eſt item Cenſeri, æſtimatis facultatibus in cenſum redigi, τιμᾶσθαι. Boëtius in Topic. Quoniam faciendi liberi tres ſunt partes: una quidem, ut cenſu liber fiat. Cenſebantur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Cenſeri autem dicebantur, quum bonorum ſuorum cenſum, hoc eſt ualorem apud Cenſores profitebantur: quotum etiam nomen à cenſu deductum eſt. Cicero pro Flacco: Verum eſto, glorioſus fuiſti, uoluiſti magnum agri modum cenſeri, & illius agri, qui diuidi plebi Romanæ non poteſt. Legitur & Cenſus ſum uel fui, in actiua ſignificatione, tanquam à deponente Cenſeor. Idem ibidem Cenſus es mancipia Amyntę. Compoſita à Cenſeo ſunt, Accenſeo, Percẽſeo, διεξέρχομαι, quod eſt perfectè cenſeo, numero. Colum. Ruſticationis magna & diffuſa materia eſt, partesq; ſi uelimus eius percẽſere, uix numero comprehendimus. Recẽſeo, quod eſt enumero: & Succenſeo, ſubiraſcor.

Cenſuus, adiectiuum: ut, Cenſui agri, qui emi & uænire iure ciuili poterant. Feſtus.

Cenſio, onis, f. t. Caſtigatio, τίμησις. Vnde Cenſionem facere dicebantur Cenſores, quum multam cuipiam irrogabant, uel equiti equum adimebant, uel ſenatorem ſenatu mouebãt, uel quempiam ex plebe ærarium faciebant. Plaut. in Rud. Aſſume quidem, ne cenſionem ſemper facias: Cenſio haſtaria uocabatur, quum militi multæ nomine, ob delictum militare indicebatur ut haſtas daret.

Cenſitor, oris, uerbale ab antiquo uerbo Cenſio, is, quartæ declinationis. Idem quod cenſor. Vlpia. in l. Forma. paragraph. illam æquitatem ff. de cenſibus. Illam æquitatem debet admittere cenſitor, ut officio eius congruat.

Cenſor, oris, m. t. Qui cenſuram gerit, τιμητής. Cenſores magiſtri morum erant, à Cenſendo, id eſt arbitrando dicti, quod illis ſummum arbitrium erat aliorum morum. Vel à Cenſu quod quinto quoque anno pop. Romani cenſum agerent. Varr. Cenſor ad cuius cenſionem, id eſt arbitrium cenſeretur populus. Cicero tertio de Legibus ex Leg. XII. tabul. Cenſores populi æuitates, ſoboles, familias, pecuniasq; cenſento urbis templa, uias, aquas, ærarium, uectigalia tuento. Feſtus Cenſores dicti, quod quiſque tanti ſua æſtimaret, quantum illi cenſuiſſent, quod non abſurdum uidetur, quia & rerum & morum cenſores erant. Vnde Plutarchus in Aemilio: Cẽſura maximè omnium magiſtratuum reuerentiæ, plurimę poteſtatis, tum in aliis rebus, tum maximè ad morum emẽdationem. Nam ſenatores è ſenatu remouere poteſt, equitibus equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamia cenſum agere, luſtrum condere. Erant autem duo Cenſores qui quinto quoq; anno creabantur. Vide Liuium libro quarto, Decadis 1. ubi docet Cenſores ab agendo populi cẽſu nomen fuiſſe ſortitos.

Cenſorius, ad hominem relatum, Eum ſignificat, qui aliquando cenſura fuerit functus, τιμητικὸς: quemadmodum Cõſularem, & Prætorium uocamus, qui aliquando aut conſulatum geſſerit aut Præturam. Cicero 2. de Orat. Quid enim poterit dicere? Conſularem ſe eſſe hominem & Cenſorium. Et paulò pòſt: Id autem committere, uide quàm ſit homini turpe Cenſorio. Frequenter tamen iungitur rebus, ut Cenſorium dictum, quod eſt cenſoris, ſeu quod ad cenſorem pertinet, & Cenſoria uirgula. Quintilianus libro primo capite ſecundo, Veteres Grammatici non uerſus modò cenſoria quadam uirgula notare, & libros, qui uiderentur falſò inſcripti, tanquam ſubditicios ſubmouere familia permiſerũt ſibi, &c. Cenſorium non eſt. Cicero pro Cluent. Hominum delictum fortunæ iudicio committere, minimè cenſorium eſt. Cenſoriæ ueſtes dicebantur, quibus Cenſores meritò uti poſſent. ἱμάτια τιμητικά.

Cenſura, ræ, f. p. Cenſoris dignitas, ſicut à Prætore, Prætura. τιμητεία, τιμητικὴ ἀρχή, Plinius libro decimoquarto capite quarto, Catonum ille primus, triumpho & cenſura ſuper cętera inſignis. Liuius libro quarto, ab Vrbe: Alios magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem cenſuram grauem eſſe. Accipitur interdum pro ſeueritate, correctione, decreto, & lege. Plinius in Paneg. Nam uita principis, cenſura eſt, eaq; perpetua ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur. Apud Græcos cẽſuræ genus, δοκιμασία.

Cenſus, us, m. q. Dicebatur æſtimatio rerum & bonorum facta ſecundum quam tributa pendebantur. Vnde, Cenſum agere, eſt recenſere hominum facultates. Liuius primo ab Vrb. Cenſum inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio. Cenſus item, annuus reditus, & quicquid fortunarum quis habet, οὐσία, τίμημα. Iuuenalis: Protinus ad cenſum: de morĩ bus ultima fiet Quæſtio. Cicero 2. de Legibus: A quo iterum funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus, à minis quinque ad minam. Vnde qui centum millia ętis in profeſſionem detuliſſent, Cenſi dicebantur. Cenſus equeſtris conſtabat ex ſeſtertiis quadringentis.

Cenſus, ſi, m. f. Significat eum de cuius bonis factus eſt cenſus, τιμητός Cic. pro Arch. Eum qui ſit cenſus, ita ſe geſſiſſe iam tum pro ciue. Capite cenſus, uide ſuprà ſuo loco.

Cenſualis, le, Vlp. l. Forma ff. de cenſib. Forma cenſuali cauetur ut agri ſic in cenſum referantur. Vincula cenſualia. Idem ea. l. parag. ſi quis inquilinum uel colonum nõ fuerit profeſſus, uinculis cenſualibus tenetur.

Centaurea, æ, f. p. ſiue Centaurion, rii, κενταύριον, Dioſcorid. Herba eſt, quę à Chirone Centauro nomen accepit, qui ea curatus dicitur, quum Herculis hoſpitis ſui arma pertractanti, ſagitta decidiſſet in pedem. Eius duo ſunt genera, maius, & minus. Maioris radix, quæ ſola in uſu eſt, in Officinis, p Rheo. Pontico magno errore oſtenditur. Minus uerò Centaurion (quod à Plinio Centaurion lepton dicitur, & à nõnullis Limneſion, propterea quòd rigua amet loca) etiam hodie in officinis nomen retinet: tametſi à quibuſdam Febrifugia, & Felterræ dicitur. Vergil. 4. Georg. Centaureum appellauit, pen. prod. Cecropiumq; thymum, & grauceolentia Centaurea. Vide Plin. lib. 25. cap. 6.

Centauris, Plinio, Vertia eſt centaurii ſpecies, cognomento Triorches, eo quod qui eam ſecat, à triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin lib lib. 25. cap. 7.

Centenarius, Centenus, Centeſimus, Cẽteſimare, Centiceps, Centimanus, Vide Centum.

Centifolia, Roſæ genus, in Campania potiſsimùm prouenies: à foliorum multitudine ita appellatum: de quo uide Plinium lib. 21. capite quarto.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Centigranum, n. s. Genus tritici, dictum quòd centum ferat grana. Plin lib. 18. cap. 10.

Centinodia, Vide Polygonon.

Centipēda, Vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim repens, ab aliquibus multipeda, ab aliis Millepeda dictus, ὀνίσκος. Differt à scolopendra, quæ & minor est, & pernicioſior neque arcuatim serpens. Autor Plin. lib. 29. ca. 6.

Centipellīō, onis, Plin. lib. 28. cap. 9. de ceruis: Testes quoq; eius inueterati, uel genitale maris salutariter dātur in uino: item uentres qui centipelliones uocantur.

Centipes, com. t. Piscis est alio nomine Scolopēdra dictus ἑκατόμπους, dicitur à terrestris Scolopendræ similitudine. Hic hamo deuorata omnia interanea euomit, donec hamū egerat: deinde resorbet. Autor Plin. lib. 9. cap. 45.

Cento, onis, m. t. Velum laneum, lana, aut tomen confertū qualibus olim in bello uti solent, ad machinas obtegendas, ne tormentorum missilibus perfringerentur, κέντρων ἐπίτα γμα, σύρραμμα. Cæsar: Cētones q; iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerēt, ut saxa ex catapultis lateritium discuterent. Sisen. lib. 3. Histor. Aceto madefactis centonibus integuntur. Quidam Centonem capiunt pro Straguli genere, quod cubantibus insterni solet. Cato de Re rustica, capite decimo & undecimo, Culcitras octo, instragula octo, puluinos sedecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris sex. Similiter Macrob. dum scrophā sub centonibus iacere scribit, rusticum stragulum esse declarat. Fieri autem centones constat ex pannis diuersorum colorum, uel lanis in unum condensatis atq; consutis. Vnde ad earum similitudinem, Centonem uocāt carminis genus ex diuersis carminum fragmentis hinc atque illinc accersitis contextum, quasiq; consutum: Græci κέντρωνας uocant. Extāt adhuc Homero cētones Ὁ μικροκέντρωνες, & Vergilio cētones, à Proba Falconia consuti: item alii ab Ausonio, qui etiam centonum legem præscribit his uerbis: Variis (inquit) de locis, sensibusq; diuersis quædam carminis structura in unum solidatur uersum, ut coēant, aut cæsi duo, aut unus, & sequens cum medio: nam duos iūctim locare ineptū est.

Centūculus, m. s. diminutiuū à Cento, pro uili ac sordido stragulo ἐπισαγμάτιον. Seneca libr. 11. Epist. Diurnum accipit, in centunculo dormit. Accipitur & pro uiliori operimenti genere quod clitellis substerni solet. Liu. 7. ab Vrb. Multis strata detrahi iubet, binis tantūm centunculis relictis. Centunculus item teste Dioscorid. à Romanis uocatur herba, quam Græci Gnaphalion, & Chamæzelum uocant. Ratio nominis tracta uidetur à molli foliorum lanugine, qua ad inferciendos centones tomenti inopia suppleri posset. Vide Dioscoridem lib. tertio capite 112. Plinius autem libro 24. ca. 17. autor est, Centunculum Italis appellatum fuisse tertium clematidis genus, rostratis foliis, ad similitudinem capitis penularum iacens in aruis.

Centonalis, Ruta syluestris apud Dioſc. lib. 3. ca. 51.

Centonicum, id est, Absynthiū marinum. Dioſc. l. 3 ca. 26.

Centrinæ, Culices in ficubus, fucis apum ignauia militiaque similes.

Centrum, tri, n. s. κέντρον, Punctum sphæræ, aut orbis medium. Apul. in Cosmographia: Cardinem, inquit, mundi (sic enim dixerim centrum) habet tellus. Cicero 1. Tuscul. Persuadentem enim Mathematici terram in medio mundo sitam ad uniuersi cæli complexum, quasi puncti instar obtinere, quod Centrum illi uocant. Centra in marmore, sunt quidam ueluti duriores nodi, ad claui similitudinem, inimica serris: qui intima etiam lignorum parte inueniuntur. Plinius libro 16. capite trigesimonono. Inueniuntur & in quibusdam arboribus, sicut in marmore, centra, id est duritia clauo similis, inimica serris. Et quædam fortè accidunt, lapide recepto, aut comprehenso in corpus, aut alterius arboris ramo. Est item Centron crystalli quoddam uitium, durum & fragile, quod & Salem appellant. Plin. lib. 37. cap. 2. Infestantur crystalli plurimis uitiis, scabro, ferrugine, maculosa nube, occulta aliquando uomica, præduro fragilique centro, & sale appellato.

Centralis, adiectiuum, κεντρικός, Plin. lib. 2. Quindecies & pluribus suberit, quàm terra centralis interueniat.

Centrosus, a, um. m. t. Centrosa scobs, id est, limatura admodum dura, ueluti centrum quod in marmore, uel iunipero inuenitur. Plinius libro 17. cap. 7. Adulterantur uitro simillimæ sed cote deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ factitiæ: molliot enim materia & fragilis, & centrosa, scobe deprehēduntur, & pondere, quod minus est uitreis, aliquando pustulis argenti modo relucentibus.

Centum, Nomen numerale & indeclinabile, ἑκατόν. Cicero pro Mil. Hi centum dies penes accusatorem quum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. Accipitur aliquando Centū indefinitè pro pluribus. Sic, Centū greges apud Hor. 2. Carm. Ode. 16. & Centum inuenci apud eundē, lib. Epod. Centum puer artium, 4. Carm. Composita tamen uariantur ut, Ducenci, tę, ta, Trecenti, Quadringenti. Quingenti, Sexcentī, Septingenti, Octingenti, Noningentī.

Centenus, a, um: Centena millia. Sic Ducentenus, Trecentenus, Quadringentenus, Quingentenus, Sexcētenus, Septingentenus, Octingentenus, Nonningentenus, Cētuplus, Ducentuplus, Trecētuplus, & reliqua. Centesimus & deinceps.

Centies, aduerbium, ἑκατοντάκις. Ducenties: Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingēties, Octingenties, Noningenties.

Centenarius, & similia in arius, denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum quæ non nominantur: ut, Lapis centenarius, nō quòd Centuplus sit, sed quòd centū sit librarū. Homo centenarius, nō quòd sit centumge minus, sed quòd habeat centum annos. Centenarius numerus gregum. Varr. 2. de Re rust. cap. 5. Centenariæ cœnæ dicebantur in quibus lege Lucinia non plus centussibus, hoc est centum assibus impendebatur, qui erant nummi breues ex ære. Festus.

Centenus, a, um, Plinius libro undecimo capite 37. Iecur maximæ uetustatis patiens, centenis durare annis, obsidionum exempla prodidere, hoc est, centum. Idem libro 33. cap. decimo, Non erat apud antiquos numerus ultra centum milia: itaque & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena milia, aut sæpius dicantur. Vergil. 10. Aen. Et grauis Auletes centenaq; arbore fluctum Verberat assurgens, hoc est, centum ingentibus remis.

Centesimus, a, um, Propriè ordinis numerus est, significans postremum, uel unum ex centenario, ἑκατοστός. Plaut. in Milite, haud centesimam Partem dixi, neque otium si sit, possem expromere. Interdum multiplicandi uim habet, & pro cētuplo accipitur, ut quum dicimus: Centesimum fructum ager attulit, hoc est centies tantum quantum sementis acceperat. Centesima fruges, idem. Plinius libro quinto, cap. quarto, Ita appellatur regio CCLM. passuum fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Centesimas Calendas. Iurisconsulti uocant centesimum mensem: unde Centesimis Calendis aliquid dare, hoc est intra annos octo, & menses quatuor: ut annotauit Alciatus in Parerg.

Centesima, simę, Genus usuræ, quæ centesimo mēse explet sorte, utpote quū centum librarum fors singulis mensibus libram unam usuræ parit, hoc est duodecim libras singulis annis, ἑκατοστή. Vide Bud. de Asse. Cicer ad Att. lib. 1. Nam à Cæcilii propinquis minore centesimis nummum mouere non possum. Plin. Epist. 205. Proinde prima quaq; occasione mitte, appositis quidem usuris, quas ego (non possem parcius) centesimas computabo.

Centesimare, & Decimare exercitum, castrensia uerba sunt, propter eo quod est cētesimum, uel decimum militem supplicio afficere. Solent enim Imperatores quum grauius quippiā milites deliquissent, eam moderationem adhibere, ut neq; uniuersum exercitum delerent, neq; facilitate ueniæ alios ad similia inuitarent. Conuocatis itaq; uniuersis, centesimū aut (si uideretur) decimum quenq; sorte proditum securi percutiebant, cæterosq; metu liberabant.

Centiceps, pitis, Qui centum habet capita, ἑκατοντακέφαλος. Horatius 2. Carm. Ode. 13. illis carminibus stupens Demittit atras belua centiceps Aures.

Centimanus, m. q. Qui centum habet manus, ἑκατόχειρ: qualem fuisse Briareum gigantem Ver. 6. Aen. refert. Ouid. 5. Metam. Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa, Centimanus Gyges, Horatius secundo Carm. Testis mearum centimanus Gyges Sententiarum.

Centumuiri, Magistratus Romę, qui res iudicabant. Nam quū essent Romæ trigintaquinq; Tribus, quæ & Curiæ sunt dictæ terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, & Centūuiri appellati: q licet quinq; supra cētū fuerint, tamē quò facilius nominarentur, Centumuiri dicti sunt. Fest. Cic. pro Cecin. Et hoc loco Scæuolam dixisti causam apud Centumuiros non tenuisse. Idē 1. de Orat. Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patritios Centumuiri iudicarunt?

Centumui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Centumuiralis, le, Quod ad centumuiros pertinet: ut, iudicium centumuirale. Cic. 1. de Orat. Quid quod item in centumuirali iudicio certatum accepimus? Centumuirales cauſe, & centumuiralia iudicia, & Centumuiralis haſta, &c.

Centuplex, icis, om. t. ἑκατονπλασίων. Plaut. in Per. Hæc niſi in de abierit centuplex murus rebus ſeruandis paruus eſt.

Centuplicatò aduerbium. Plinius lib. 6. capit. 23. Quæ apud nos centuplicatò uænenunt.

Centuplus, a, um, Idem quod centuplex.

Centuſſis, m. t. Pecuniæ genus fuit apud Romanos, cẽtum aſſes, ſeu (quod in idem recidit) quadraginta ualens ſeſtertios. Perſius: Et centum Græcos certo centuſſe licetur.

Centumcapita, ἑκατογκέφαλος, Herba eſt ex aculeatorum genere quæ alio nomine Erynge alba, ſiue Eryngium dicitur κρύγιον, caule & radice in cibos à Græcis recepta Pl. l. 22. c. 8

Centumpondium, n, ſ. Pro immani pondere legitur, etiam ſi centum pondo excedat. Plaut. in Aſin. Ad pedes quando alligatus es, æquum centumpondium. Cato cap. 13. Cellas duas, trutinam unam, centumpondium incertum unum, & pondera certa.

Centunculus. Vide Cento.

Centuria, ſ p. ἑκατοντάς, τάξις, ἑκατοσία, In re militari centum continet homines, qui ſub uno Centurione ſunt, quorum centenarius eſt numerus. Cicero 2. de Diuinat. Primùm uide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuiſſet. Centuriæ in agris, dicebantur ducenta iugera. Centuria à centum iugeribus uocabatur, ſed mox duplicata nomen retinuit, inquit Columella lib. 6. Sicut tribus dictæ, primùm à partibus populi tripartito diuiſi, quæ tamen nunc multiplicatæ, priſtinum nomen poſſident.

Centurio, m. t. Dicitur qui centum peditibus præeſt, ἑκατόνταρχος, ταξίαρχος. Cicero pro Marcello: Nihil ſibi ex iſta laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. In exercitu autem miles Centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Conſuli obediebat: ſed ſeorſum Magiſter equitum Dictatori obtemperabat. Centurio autem primæ cohortis dicebatur Primipilus, teſte Plinio ueteres quum uiderent commiſſo prælio, acies facilè turbari, ut hoc incommodum euitarent, cohortes in centurias diuiſere, & ſingulis centuriis ſingulos centuriones præfecerunt, qui primò Centurioni uocabantur, quemadmodum Decuriones decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in ſingulis legionibus, ſed prima, quæ reliquas & numero militum & dignitate præcedebat, Aquilam habebat, quod præcipuum erat ſignum Romanorum. Centuriones huius cohortis cæteris centurionibus digniores habebantur. Prima centuria Primipilum uocabatur, quòd circa ſigna grauis armaturæ conſtituta erat. Centurio ipſe Primipili centurio dicebatur, & Primipilus. hic non modò Aquilæ præerat, ſed quatuor centurias, hoc eſt, quadringentos milites in prima acie gubernabat, & tanquam princeps totius legionis merita conſequebatur & commoda. Mart. Gfata Pudens meriti tulerit cum præmia pili.

Centurio, centurias, In centurias ordino, κατατάττω, καταγράφω, καὶ ἀνίημι. Cicero ad Quirites poſt reditum: Ego quum homines in tribunali Aurelio palã conſcribi, centuriarique uidiſſem. Ager centuriatus, qui in ducenta iugera definitus erat. Romulus enim centenis ciuibus ducenta iugera diſtribuit. Et milites centuriati, qui in centurias ordinabantur, τεταγμένοι. Liuius lib. 29. Scipio poſt quàm in Siciliam traiecit, uoluntarios milites ordinauit, centuriauitque. Centuriata comitia, ut Aſconius ſcribit, dicuntur, quum ab omni ſexu & ætate fertur ſuffragium: quod per centenas turmas diuiſus erat populus Romanus. Hinc Succenturio, à quo Succenturiati, dicuntur milites non primæ, ſed ſecundæ centuriæ, ubi ad inſidiandum maximè collocabantur. Vnde Succenturiatus dicitur, quaſi in inſidiis poſitus. Terentius in Phor. Nunc prior adito tu, ego in inſidiis ero hîc ſuccenturiatus, Si quid deficies. Propriè autem Succenturiare ſignificat explendæ centuriæ gratia militum numerum ſupplere, uel in locũ occiſorum, uel exauteratorũ militum, alios ſubſtituere. Gellius eleganter ad cibos tranſtulit, quum in locum ciborum qui auferuntur, alii tamen ſubſtituuntur.

Centuriatus, us, nomen, Dignitas & officium centurionis, ἑκατονταρχία. Cicer. pro Lege Manilia: Quẽ enim poſſumus Imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu uæneant centuriatus, atque uænierint? Liuius 4. bell Punic. Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conueniſſent. Cicero in Piſon. Quid centuriatus palàm uenditos?

Centuriatim, Significat per centurias, κατὰ τάξεις: quemadmodum Tributim, per tribus. Cicero pro Flac. Diſtributis partibus, tributim, & centuriatim deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus.

Centurionus, ab antiquis dicebatur, teſte Feſto, qui poſtea Cẽturio appellatus eſt: ſicut Curionus, & Decurionus, qui nũc Curio & Decurio nuncupantur.

Cepæa, Plinio, Herba eſt ſimilis portulacæ, nigriore radice, ſed inutili, naſcens in littoribus arenoſis, guſtu amara.

Cepe, ſiue Cepa. Vide Cæpa.

Cephalalgia, κεφαλαλγία: Generale nomen eſt ad omnes capitis dolores: continetque ſub ſe Hemicraniam, Cephaleam & ſimiles.

Cephalea, f. p. κεφαλέα, Diuturnus & inueteratus capitis dolor, à ſono, ſplendore, uel odore uehementiore, & nonnunquam à meri potu prouenientes. Differt ab hemicrania, quòd ea dimidiã tantũ capitis partem infeſtet. Cephalea totum caput occupet. Plin. lib. 20. ca. 23. Lenit autem capitis dolores pota cum uino, aut cum aceto & roſaceo illita. Si uerò ſit cephalea, cũ farina ordeacea, uel acero. Sed & Celſus Cephaleam acutum quoddam peſtilens malum appellat.

Cephiaticum medicamentum, quod carnem producit.

Cephalicum emplaſtrum, ſic dictum quòd capiti fracti cõuenit. Celſus lib. 5. cap. 19.

Cephaliſte, linguæ portio cui guſtus potentia ineſt.

Cephalocrũſtes, ſtæ, m. ſ. κεφαλοκρύστης, Vermis qui in foliis perſici inuoluitur.

Cephalos, daphnoides apud Dioſc. lib. 4. cap. 149.

Cephalotos, thymus apud Dioſc lib. cap. 24.

Cephalotus, porrum capitatum, ſic dictum quod maiorẽ uim habet. Eſt & quod ſectiuum porrum uocant.

Cephalus, m. ſ. κέφαλος, Piſcis eſt in metu caput occultãs, totum ſe abſconditum exiſtimans: cephalus dictus à capitis magnitudine.

Cephaleus, cephalea, um: ut Caro cephalea. Lucil. lib. 1. Satyr. Abdomina, thinnia uenientibus priua Dabo, cephaleamque carnem. Vide Gell. lib. 10. cap. 10.

Cephas, interpretatur petrus, à petra, Syrum.

Cephenes, κηφῆνες, Recentes fucorum fœtus, cum formam capere cœperint. Plin. lib. 11. cap. 16. Rex apum ſtatim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus: neque uermiculus, ſed ſtatum penniger. Cætera turba cum formam capere cœperit, nymphæ uocantur, ut fuci ſirenes atque cephenes. Cephenes item fuerunt Aſiæ populi, qui poſtea à Perſe Ioue & Andromede filio Perſæ appellati ſunt. Autor Herodotus libro ſeptimo.

Cephus, Animal eſt apud Aethiopes, pedes poſteriores humanis pedibus, & priores hominis manibus ſimiles habẽs. Hoc animal à Pompeio, quum ludos faceret, in theatro fuit oſtenſum, & poſtea Romæ non uiſum. Plinius libro octauo capite 19.

Cepedines, Saxa prominentia. Feſtus.

Cepina, ſiue potius Cæpina, κρόμμιον. Colum. libr. 11. cap. 3. Herba eſt hortenſis, eadem cum cæpa. Cæpinam (inquit) magis frequenter ſubactam poſtulat terram, quam altius conuerſam. Et paulò pòſt: Sed cæpina uel ſæpius, certè non minus debet quàm quater ſarriri.

Cepionides, Gemmæ criſtallini nitoris, quæ imagines reddunt ut ſpeculum. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cepites, ſiue Cepocapites, Gemma candida eſt, uenarum nodis coëuntibus candore imaginem referens. Plinius libro 37. cap. 10.

Ceporos, κάπρος, hortulanus.

Cepurica, n. ſ. κηπουρικὰ, Græci appellant, quæ noſtri hortenſia, olera ſcilicet, quæ in horto ſeruntur. Vnde Sabinus Tiro liburum Cepuricon ſcripſit, hoc eſt hortenſium, quem Mecenati dicauit.

Cera, radicis nomen, de qua in rebus geſtis à Cæſare mentionem facit Horatius. Hæc lacti admixta leuaſſe dicitur ſimilitudine repræſentata inopiam panis, meminit & Plutarchus, ſed nomen herbæ non prodit.

Cera, κηρὸς, f. p. ſatis notæ ſignificationis eſt, nempe illud quod melle ex fauis expreſſo remanet. Plinius libro 21. capite 14. Cera fit expreſſis fauis, ſed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili.

Cera

Cera etiam ueteres, ante inuentum papyri uſum, pugillares ſuos obducere ſolebant: unde etiam pro epiſtolis & pugillaribus poſitum inuenitur. Iuu. Nonne libet medio ceras implere capaces Quadriuio? Plin. Epiſt. libro primo, Erat in proximo, non uenabulum aut lancea, ſed ſtylus & pugillares: meditabar aliqua, annotabamque: ut ſi manus uacuas, plenas tamen ceras reportarem. Hinc profectæ ſunt illæ loquendi formulæ, quæ ſæpe apud ueteres occurrunt: In prima cera, In ſecunda cera, Ima cera, & Extrema cera. Romani enim ſuâ teſtamenta in tabulis ceratis perſcribebant. Suetonius in Cæſ. Q. Pedium ex quadrante hæredem inſtituit, reliquas in imâ cera, hoc eſt in ultima parte teſtamenti. Inter ceras optima creditur Punica candidiſſima, proxima maximè fulua.

Cerula, læ, diminutiuum. Cic. ad Att. lib. 16. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam.

Cero, as, a, p. Idem eſt quod cera obduco, κηρόω, Columella li. 12. capite 50. Sexta quoq; oliuitate dolia cerari oportere, anti qui dixerunt. Hinc Tabulæ ceratæ dicebantur, cera ſuperinductæ. Hinc fit compoſitum Incerare. Iuuenalis: Genua incerare deorum.

Cerificare, n. p. apes dicuntur, cum ceram faciunt, κηροποιέω. Plinius libro nono capite trigeſimooctauo, Quuum cerificauere, fluxos habent ſuccos. Quædam tamen exemplaria hoc in loco habent, fœtificauere.

Ceratura, ræ, f. p. Ipſa ceratio, κήρωσις, Col lib. 12. cap. 50. Cætera non crediderim, propter olei ſuccum, ceraturam pati.

Ceratum, n. ſ. ſiue Cerotum, κήρωτον, Malagmatis genus, quod uulneribus ſolet ſuperimponi: conſtat ex rebus ſiccioribus, & igni appoſitũ molleſcit, ſed corpori admotum dureſcit, & pertinacius hæret. Dictum uidetur à cera, quę ferè omnibus ſeratis haberi ſolet. Plin. lib. 13. cap. 22. Faciemq; inuadũt ignes ſacri, ob id cerato prius illinunt.

Cerarium, n. ſ. Apud Ci. ſ. Verrin. uidetur accipi pro eo quod ceræ nomine penditur: cuiuſmodi eſt quod etiam hodie ꝑ diplomatum ſigillis exoluimus. Cic. ſ. Verr. Ex omni pecunia quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primùm pro ſpectatione, & collybo, deinde neſcio pro quo cerario.

Cereus, a, um, Quod ex cera fit. κήρινος: ut, Imago cerea. Cic. 3. de Nat. deorum, Vt enim ſi omnis cera commutabilis eſſet nihil eſſet cereum, quod commutari non poſſet. Sumitur quandoque pro molli, facili, & flexibili, Horatius, Cereus in uicium flecti, monitioribus aſper. Item pro flauo. Verg. 2. Eglo. Addam cerea pruna, à ceræ uidelicet colore. Inde ſi cedulæ pingues ab Accio cereæ uocantur, translucente nimirum per cutem flaua pinguedine. Quandoq; pro uncto. Mart. Cerea ſi pendet lumbis, &c.

Cereus, m. ſ. ſubſtantiuum, κηρός. Eſt funale, uel candela ex cera confecta. Mart. Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes.

Ceroferarii, m. ſ. ἀκόλουθοι et κηροφόροι, dicti ſunt à deportandis cereis in ſacris.

Ceroferarium, inſtrumentum quo cereus fixus continetur. In Decretis Cano. diſtin. 23. Acolythus accipiat ceroferariũ cũ cereo ut ſciat, ſe ad accendenda lumina mancipare.

Cereolus, diminutiuum, Hieronym. Magnum honorem præbent huiuſmodi homines beatiſſimis martyribus, quos putant huiuſmodi cereolis illuſtrandos.

Cerinus, a, um, Quod ceræ ſimile eſt: ut, Cerinus color. Plinius, Sunt & nigra, ac laudatiora cerina, atque purpurea. Cerini ſmaragdi, apud eundem libro 37. capite quinto, Plautus in Epid: Cumatile, aut plumatile, aut cerinum, ſubintellige ueſtimentum: quod & Melinum ab eodem dicitur, à mellis colore, quod μέλι Græci appellant.

Ceroſus, a, um, Quod ceram admixtam habet, κηρόεις. Vnde ceroſum dicitur, nondum ſatis expurgatum. Plinius Liquore ueluti mellis ceroſi.

Cērachātēs, κηραχάτης. Gemma eſt ex achatæ generibus ceræ colorem præſe ferens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Ceraitis, κηραΐτις, A quibuſdam appellatur herba, quæ Græcis τῆλις, Latinis Fœnogræcum dicitur. Ceraitis dicta, quòd fructum habeat corniculis ſimilem.

Ceramites, Gemma eſt teſtæ colorem habens unde & nomen accepit: nam κέραμος teſtam, uel tegulam ſonat. Memi nit huius gemmę Plin. lib. 37. cap. 10.

Ceraminum, tuberis genus.

Cerarium Vide Cera.

Ceras Amalthęias, κέρας ἀμαλθείας, Dicitur cornucopiæ, à cornu Amaltheæ Nymphæ, quæ (ut fabulantur poëtæ) Iouem caprino lacte nutriuit. Vide infrà Cornucopiæ.

Ceraſobola, κερασβόλα, Semina ſunt, quæ tempore ſementis bubula cornua ſi attigerint, ea ueteres crediderunt neque igni conſumi, neque facilè coqui. Vnde & ἀτεράμονα nominat Plutarchus in Symp. quaſi incoctilia. Hinc homines duri, & contumaces non inuenuſta metaphora κερασβόλοι appellantur.

Ceraſcomion, Oenanthe. Dioſc. lib. 5. cap. 134.

Ceraſphoros, κερασφόρος à noſtris corniger dicitur.

Ceraſconia, paſtinaca ſylueſtris. Dioſc. lib. 4. cap. 57.

Ceraſta, arbor quæ ſit require ex Theophraſt. lib. 8. cap. 18.

Cĕraſtes, ſtę, κεράστης. Genus eſt ſerpentis, quod teſte Plin. lib. 8. ca. 23. quadrigemina cornua præfert, ſimillima arietũ, unde & nomẽ habet. Nam κέρας, ατος, Cornu dicitur. Lucanus: Spinaq; uagi torquente ceraſtæ.

Cĕrăſus, pen. cor. f. ſ. κέρασος. Arbor nota, à Ceraſunte Ponti ciuitate ſic dicta: quam cum Lucullus deleuiſſet, inde illam Romam tranſtulit, & à ciuitate Ceraſum appellauit. Sanè arbor Ceraſus dicitur, fructus uerò Ceraſum. Ouid. de nuce: Audiat hæc ceraſus, ſtipes inanis erit. Plinius libro decimoquinto, capite uigeſimoquinto, Ceraſorum Aproniana maximè rubent. Et paulò pòſt, Inter Ceraſa principatum obtinent Duracina. Galenus libro ſecundo de Alim. κεράσια uocat. Ceraſa Aquitanica dici poſſunt, quæ Galli uocant des Guiſnes, quòd ab Aquitania quæ ab illis Cuienne appellatur, primùm ſint aduecta. Dicitur & Ceraſum pro arbore Columel. Ceraſa & tuberes, & armeniacæ, & amygdalæ, quæ primæ florent, poſſunt inſeri commodè. Sunt & alia genere Siciliana, rotunda, Iuniama, Puratina, Campanica, Laurea, Amaraſia, Viſula, Germanica, Gallica, Macedonica, plura alia uideri poſſunt, apud Plin. libro decimotertio, capite 25. libro 15. cap. 1. lib. 16. cap. 18. Theophraſt. lib. 3. cap. 24. Dioſc. lib. 7. Aeginetam lib 6. Serapion. cap. 145. Gal. 7. ſimp. capit. 18. & alimentorum lib. 2. cap. 11.

Ceratia, tiæ, f. p. Genus herbæ, de qua Plin lib. 26. cap 8. Ceratia uno folio, radice nodoſa & magna, in cibo cœliacis & dyſentericis medetur.

Ceratias, Comæ genus, ἀπὸ τὸ κέρατος, hoc eſt, à cornu, cuius ſpeciem habet. Plin. lib. 2. cap. uigeſimoquinto: Ceratias cornus ſpeciem habet, qualis fuit quũ Græcia depugnauit apud Salamina.

Ceratinæ, κερατίναι, apud Quint. uocantur argumentationes quædam ſophiſticæ inexplicabiles, quæ à Latinis etiã argumenta cornuta uocãtur: dictæ à cornibus, hoc eſt à materia ipſa qua uterentur, uerborum: cuiuſmodi eſt. Quod non perdidiſti, habes: cornua nõ perdidiſti: cornua ergo habes.

Cerātis, corniculatum papauer, apud Dioſc. libr. 4. cap. 91.

Ceratium, κεράτιον, Minimum pondus, quod apud nos Siliqua dicitur: tres uerò ſiliquæ conficiunt obolum. Ceration item Græcis appellatur arbor ſiliquas ferens corniculorum ſimilitudine unde & nomẽ habet. Latini Siliqua Græcã appellant. Colum. libr. de Arboribus cap. 25. Siliquam Græcam, quam quidam κεράτιον uocant, deinde perſicum ante brumam per autumnum ſerito.

Ceratonia, κερατωνία, Galeno arbor eſt quæ Latinis Siliqua dicitur, cuius fructus etiã Græco nomine Ceration appellatur, propterea quòd corniculorum ſimilitudinem referat.

Ceratum, Vide Cera.

Ceraunobolus, κεραυνοβόλος, Dicta eſt Appellis tabula, in qua tonitrua, fulgetra & fulgura pinxit: ita dicta, quaſi τὸν κεραυνὸν βάλλων, hoc eſt fulmen torquens. Plinius libro trigeſimoquinto capite 10.

Ceraunia, niæ, Gemma eſt candida. Plinius libro trigeſimo ſeptimo cap. 9. Eſt inter candidas & quæ Ceraunia uocatur, fulgorem ſyderum rapiens.

Ceraunium, Tuberis genus, in Thracia naſcẽs. Plin. lib. 19. c. 3.

Cerceraphron, Anagallis ab Dacis ſic uocata.

Cercitam, κερκίταν, Pauſanias Gram. ait uocari temonis genus, à populis inuentoribus, qui Cercitæ appellabantur in terra India.

Cercius, qui & Circius dicitur, Vẽtus eſt uiolẽtiſsimus Galliæ Narbonenſi peculiaris, ſeliquis cæli partibus ignotus. Vide Aulum Gell. lib. 2. cap. 22.

Cercopa, Græci appellãt lucri undiq; cupientem, quaſi κέρδωλα, quem nos quoq; lucrionem uocamus. Feſtus.

Cercõpi-

Cercopithecus, pen. prod. κερκοπίθηκος, nomen compositum à κέρκος, quæ dicitur cauda, & πίθηκος simia, quasi simia caudata quam. marmonem uulgò dicimus. Plinius libr. octauo Cercopitheci nigris capitibus, pilo asinino, & dissimiles cęteris uoce sunt. Martialis libro decimotertio, Callidus emissas eludere simius hastas, Si mihi cauda foret, cercopithecus eram. Cercopitheci, maximi magnitudine, sunt, cauda quinum cubitorum, unde nomẽ traxerunt, barba protensa, coma humana, alba facies, reliquo corpore nigrantes. Require Strab. libro decimosexto.

Cercos, (quod hic pro accipitris genere corruptè legebatur) Vide Circos.

Cercurus, κέρκυρος, Nauis Asiana prægrandis, autore Nonio à Cypriis inuenta, teste Plin. lib. 7. cap. 56. Plau. in Stich. Cercurum, quo ego me maiorem non uidisse censeo. Est item Cercurus, uilissimi oleris genus: unde natum est illud Græcorum prouerbium, κὴ κέρκυς ἐν λαχάνοις, id est, Est & cercurus inter olera.

Cerdissimos, κέρδιστος, Latinè significat acutissimum perindeque prudentissimum.

Cerdosynē, es, f. t κερδοσύνη, astutia maxima quæ fallit.

Cerdones, m. t. Artifices sordidi, & quæ arteis illiberaleis quæstus gratia exercent, quales sunt sutores ueterum calceorum, qui à Suet. Veteramentarii appellãtur βάναυσοι. Mart. li. 3. Ebrius es: nec enim faceres hoc sobrius unquam, Vt uel les corio ludere cerdo tuo. Cic. 1. de Nat. deor. Orpheũ poëtã docet Aristoteles nũquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pithagorei ferunt cuiusdam fuisse cerdonis. Dicti autẽ sunt Cerdones à Græco κέρδος, quod Lucrum significat: unde & Lucriones à Latinis appellantur. Cerdo etiam nomen fuit hæretici, à quo Cerdoniani, qui Christum nec natum à fœmina, nec habuisse carnem, nec uerè mortuum, uel quicquam passum, sed simulasse passionem dicebant.

Cere, Vide Cære.

Carealis, Vide Ceres.

Cerebrum, n. s. inquit Plinius, Est uiscerum excellentissimum, proximumq; cælo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus, ἐγκέφαλος. Hîc habet sensus arcem, hîc culmen altissimum, hîc mentis est regimen. Cic. Tusc. Aliis pars quædam cerebri uisa est animi principatũ tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animũ: sed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum. A cerebro proficiscitur somnus. Quæ cerebrum nõ habent, non dormiunt.

Cerebellum, n. s. diminutiuum. Plin. lib. 29. cap. 5. Morsis à cane rabido, ne rabiosi fiant, cerebello gallinacco occurritur. Medici cerebelli nomine intelligunt posteriorẽ cerebri partem, quam παρεγκεφαλίδα Græci appellant, à reliquo cerebro duplicatis meningibus seclusam, eoq; duriorem & sicciorem: cuius pars extrema per spinæ fistulam illapsa in ossis sacri imum trahitur: à qua duriores nerui, ut ex arboris caudice rami, proferuntur.

Cerebrosus, Cui uitiatum est cerebrum, quiq; præceps fertur in iram, totusq; suo consilio hæret, & obstinatus à nemine persuadetur, & in acundiæ obtemperans, sine ratione fertur. ἀνθρώδης, παράφρων. Horatius lib. 1. Sermon. Donec cerebrosus prosilit unus. Dicitur & de Brutis. Colum. li. 2. Quod eo tempore fatum pecori sit noxium, & præcipuè bobus, quos pabulo suo cerebrosos reddit.

Ceria, Potionis genus ex frugibus confectum, quo utuntur Hispani. Plin. lib. 12. cap. 15.

Ceria cuspia, Semper uiuum apud Dioscorid. libr. 4. cap. 91.

Cērinthe, es, f. t. uel Cerintha, κηρίνθη. Genus herbæ est, mellis cum cera misti saporem habens. Verg. 4. Georg. Cerinthæ ignobile gramen. Habet folium candidum, incuruum, capite concauo, cuius florum apes sunt auidissimę. Dicitur & Cerinthus κήρινθος, & à Dioscoride Cerathe. ab Arist. Erithace. Vulgò eam uocare solent Carbinam, in Hetruria præsertim & Liguria, quia flatu Africi nasci creditur, quem (ut inquit Vitruuius) Carbõ nautæ, uel Carbinum cognominant.

Cerinus, Vide Cera.

Cerion, κηρίον Ulceris genus, achoribus simile, maiusculis foraminibꝰ, in quibus sanies melli similis, instar faui apum continetur: unde & nomẽ accepit: nam κηρίον Græcis fauũ significat. Plin. libr. 20. cap. 2. Sanat radix ulcera concreta in modum faui, quem Cerion appellant. Idem lib. 21. cap. 7. Cũ melle item ulceribus, quæ Ceria uocantur, illinuntur.

Cerites, pen. prod. κηρίτης, Gẽma est cerei coloris: cuius meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

Ceritus, pen. prod. quasi cereritus, hoc est Cereris ira & indignatione uexatus, νυμφόληπτος. Nam in Cereris sacris furore corripiebantur. Et sicut à Baccho Bacchãtem dicimus, sic à Cerere Ceritum. Horatius in Serm. Ceritus fuit, aut cõmotæ crimine mentis, id est, insanus & furiosus. Plautus in Amph. Tu certè laruatus es, aut ceritus. Idem, Iube hanc pro cerita circunferri.

Cerno, is, creui, cretum, a. t. Video, βλέπω. Vergil. 3. Aene. Cernimus astantes nequicquam lumine toruo Aetnęos fratres. Et 2. Aeneidos: Ardentes clypeos atque æra micantia cerno. Transfertur & ad sensus interiores, ut idem sit qd animaduertere, siue consyderare. Cicero in Topic. Verecundè tu quidem, ut omnia, sed tamèn ut facilè cernerem te ardere studio, mecum, ut tibi illa traderem, egisti. Idem libro tertio Epistolarum: Cerno iam animo, quanto omnia uberiora futura sint. Quando & indicare, statuere, deliberare, τάσσειν. Cicero de Legibus: Quotcunque Senatus creuerit, populusq; iusserit, tot sunto, regio imperio duo sunto. Lucilius: Postquam præsidium castris educere creuit. Pacuuius: Et æquũ & rectum est quod postulas, iurati cernant. Quandoque diuidere, secernere, cribrare? quod & Incernere dicitur: unde & Incernicula cribros uocamus. Plinius libro decimooctauo, capite undecimo, Rursus quæ transit, arctiore cernitur. Vnde & Crines dicti sunt, quod sint discreti. Quandoque dimicare. Plautus: Pro patria Amphitryodum cernit. Quandoque adire, unde Cernere hæreditatem filii parentum dicti sunt, ἐμβατεύειν ἐστίᾳ κληρονομίαν. Cicero ad Dolabellam: A te peto, ut me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere. Composita huius uerbi sunt Concerno, Decerno, Discerno, Excerno, Incerno, Secerno, Succerno, quorum significationes uide suis locis.

Cretio, onis, uerbale, est certus dierum numerus, in quo institutus hæres, aut adit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum illi est tempus ultrà capiendæ hæreditatis, à decernendo appellata, id est, à constituendo, quod hæres debeat decernere. Cicero ad Atticum libro undecimo, Galeonis hæreditatem creui. Duco enim cretionem fuisse simplicem, quoniam ad me nulla missa est. Varr. 5. de Ling. Latina, Facito uideant te hæredem: itaq; in cretione adhibere iubent testes. Theodosius Imp. lib. 6. C. tit. de iure delib. Cretionum scrupulosam solennitatem hac lege penitus amputare decreuimus.

Cernuus à Cerno formari uidetur, quasi diminutiuum à Cerrus, quod nusquam legi, potius Cernigum à Cernuus. Hieron. cõtra Ruff. Quanquam tu occupatus in sensibus, & ad instruendam mihi calumniam cernulus Grammaticorum & Oratorum præcepta contempseris.

Cernuus, a, um, Propriè inclinatus, quasi qui terram cernat. ἐπικυφώς. Verg. lib. 10 Erectoq; incumbit cernuus armo. Vbi Seruius: Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, qua si in eam partem qua cernimus. Vnde & pueri quos in ludis uidemus, ea parte qua cernunt stantes, Cernui uocantur: ut etiam Varro in ludis theatralibus docet.

Ceroma, n. t. κήρωμα, Oleum quo sese athletæ perungere solent, adhibito quodam terræ genere. Cælius libr. 9. cap. 26. uocat πάτον: cui si sudor accessisset κονίσαλος uocabatur ab iis, qui nimis Attici uideri uolebant, ut inquit Gal. Arenam autem qua Athletæ se aspergebant, post huiusmodi unctionem ἀφὴν uocabant. Mart. Et flauescit haphe. Fiebat autem ceroma ex oleo, terraq; nec ex omni terra, sed ex quibusdam generibus, quibus robustiora fieri corpora, & ad tolerandos æstus, atque algores reddebantur firmiora: & erat albida quædam terra pertenuis, ex Albano agro, & rubrica, & Baianus puluis. Adhibebatur autem oleum, tum ad agilitatem præstandam, ut corpora lubrica fierent: tum quod natura olei est, tepefacere membra, & contra algores munire. Terra uerò ad indurandos magis artus, & aduersus æstum firmandos admiscebatur. Statius de Palæstris: Postquàm oleo gauisa cutis, petit æquor uterq; Procursu medium, atq; hausta uestitur arena: Tum madidos artus alterno puluere siccant. Ponitur & pro loco in quo palæstritæ ungebantur, quẽ Vitruuius κονιστήριον uocat. Plinius Idem palæstras athletarum imaginibus & ceromata sua illustrant.

Ceromaticus, a, um, quod ceromate perunctum est. Iuuen. Satyr. 3. Et ceromatico fert niceteria collo.

Cerostrotum, pen. prod κηροστρώτον Compositum à κήρατα cornu

cornu, & στρωτὸς stratus: & est picturæ genus, quum ex cornibus ramenta tinguntur uariis coloribus, deinde uermiculatim ligno inseruntur. Principiò hoc ex ligni bracteis fieri cœptum, postea cœpere tingi animalium cornua, dentes elephantorum secari, lignúmq; ebore distingui, mox totum operari. Plin. lib. 11. Nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ Cerostrota, picturæ genere dicuntur. Propriè tamen dicuntur Cerostrota; cornibus strata: sicut Lithostrata, lapidibus strata.

Cerotum, Vide Ceratum in Cera.

Cerri, piscium genus de quibus Diosc. lib. 2.

Cerrus, f. f. Arboris glandiferæ species est, cuius glande suilla caro firmior redditur, ἀγίλωψ. Plinius lib. decimosexto capite sexto. Glans optima in quercu atque grandissima, mox æsculo: nam robori paruas. Cerro tristis, horrida, echinato calyce, ceu castaneæ.

Cerrinus, a, um: ut, Cerrinus calix. Plinius libro trigesimo capite decimo. Quidam pectus eius bibendum censent, & in cerrino calice.

Cerreus, a, um: ut, Cerrea glans. Plin. lib. 16. ca. 6. de glande fagina loquens, Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram.

Certè, Vide Certus.

Certo, as, n. p. Aliquando rei bellicæ conuenit, pro pugno, seu prælior, ἀγωνίζομαι. Tacit. libr. uigesimoprimo, Missus in eos eques cum expeditis cohortibus ambiguè certauit. Aliquando extra hanc significationem, est omni re contendo: & tam in bonam partem, quàm in malam accipitur. Cum datiuo. Verg. Ecloga 7. Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas. Cum ablatiuo. Ter. Benedictis si certasset, audisset bene. Cum ablatiuo & præpositione De. Li. Aricini atq; Ardeates de ambiguo agro quum sæpe bello certassent. Cũ præpositione Cum. Sallust. Sed ut mos est illius gentis, equitare, iaculari, cursu cum æqualibus certare. Cum præpositione Inter. Ci. Reliquum est, ut officiis certemus inter nos. Et cũ aduerbiis Mecũ, Tecũ, Secũ. Plin. Iun. Nam mihi satis est certare mecũ. Hinc cõponuntur Decerto, & Concerto.

Certamen, n. t. Conflictus, qui fit inter duos aut plures, ἀγὼν ἄθλων ἀμφισβήτησις. Ouidius 10. Metam. Mors pretium tardis ea lex certaminis esto. Interdum res ipsa de qua certatur scilicet uter columbam sagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Vergilius secundo Georgic. Velocis iaculi certamina ponit in ulmo. Græca certamina celebratissima hæc fuerunt, Olympia, Pythia, Isthmia & Nemæia, in quibus Græci magnos honores constituerunt athletis. Nam Olympia, iuxta Olympiam, Elidis ciuitatem quinto quoque anno in honorem Olympii celebrabantur: & qui uicisset, corona ex oleastro, qui Philostephanus dicitur, donabatur: instituta q; sunt anno mundi quadringentesimo supra quatuor millia: in eo q; certamine Hercules primus coronatus est. Pythia, Apollini sacra erant, in memoriã Pythonis serpẽtis ab Apolline occisi instituta. Vnde & nomẽ tenuerunt. Ex hoc certamine uictor coronam lauream cũ malis reportabat. Nã qd Ouid. Pythiorũ uictori ęsculeam coronam uidetur tribuere lib. 1. Metamorphoseos (quum ait:

Neue operis famam posset delere uetustas,
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicunq; manu, pedibusue, rotaue
Vicerat, æsculeæ capiebat frondis honorem.)

Id non ex animi sententia affirmat, sed ut commodiorem faceret transitum ad fabulam Daphnes. Subdit enim: Nondũ laurus erat. Isthmia, ab Isthmo Peloponnesi, ubi celebrabantur in honorem Palæmonis: quem Latini Portunum dicunt, in quibus qui uicisset, coronam ex pinu reportabat. Nemęia, à Nemęia sylua in memoriã Archemori Lycurgi filii fiebant, quorum uictores apio coronati abibãt. De hisce quatuor sacris Græciæ certaminibus extat etiam hodie notabile Archiæ poëtæ Græcum epigramma:

Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἐν ἕπταδα τέσσαρες ἔρωι·
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων·
Σκυθὸς, πὰγκοίλαο, πάλαιμονος, ἀρχεμόροιο
Ἄθλα καὶ τῶν κότινος, μῆλα, σίλινα, πίτυς.

Hæc certamina etiam Ludi plurali numero dicũtur, & Spectacula. Certamen significat etiam priuatam contentionem. Sallustius: Diu magnum inter mortales certamen fuit, uine corporis an uirtute animi res militaris magis procederet: Certamen, prælium. Cicero quarto de Finibus, Sed ut magnum & difficile certamen iniens, quum sibi cum capitali aduersario dolore depugnandum uideret, excitaret omnes rationes fortitudinis & patientię. Plancus Ciceroni: Aut ipse à certamine belli tam necessarii me remouissem.

Certamen Chrysantianum, ab aureo flore præmio uictoris nũcupatum, ἀπὸ τοῦ χρυσίου, id est, ab auro, & ἄνθους flore.

Certatio, onis, f. t. Actus contentioq; certantium, φιλονικία. Cic. 5. de Natur. deor. Sed nequaquam isthuc ibit: magna est certatio. Idem 2. de Legibus: Ludis publicis (quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat) popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto.

Certatim, aduerbium, Cum certamine, contentione, & æmulatione, φιλοτίμως. Vergilius libro octauo, Aeneidos: Tunc lecti iuuenes certatim, aræq; sacerdos Viscera torta ferunt taurorum. Suetonius in August. Senatus & in funere ornando & in memoria honoranda eo studio certatim progressus est.

Certatus, us, ui, nomen, m. q. Idem quod certamen. Stat. lib. 5. Syl. ridetq; benigna Parthenope gentile sacrum, nudosq; uirorum Certatus, & paruæ suæ simulachra coronæ.

Certus, a, um, Clarus & indubitatus, à Cerno pro uideo quia ea quæ cernimus, clara & indubitata sunt, ἀφανὴς, δῆλος. Plaut. Merc. Quid illud sit negotii, lubet scire me, ex hoc ut sim certus metu. Gell. Certi fumus non ignorare te quid uenna appellatur. Interdum Certus dicitur constitutus, hoc est tantus & talis quantum & qualem uolumus. Vnde Certum uulnus feciss aliquem dicimus, quũ nec plus nec minus fecit, quàm uoluit. Martialis, O quàm certa fuit librato dextera ferro. Interdum discretus, ἀφωρισμένος. Hinc certos ferè plurali numero dicimus, p eo qd est Quosdã quasi à cæteris discretos. Cic. Is enim cum certis aliis ad Cæsarem missus, paulò antè discesserat. Sallust. Apud latera certos locauit. Item Certus, firmus, nõ uacillans, βέβαιος. Ouidius Da mihi quod petitur certo contingere telo. Et Certum dicimus deliberatum, in quo plerunq; adiungitur datiuus cũ infinitiuo Certum est mihi Asiã nauigare, διάνοια μοι. Vergilius in Gallo: Certum est in syluis inter spelæa ferarum Malle pati.

Certifico, pro hoc uerbo ceu reprobato, plerique ponunt, certum aut certiorem facere seu reddere, licet etiam eum certiorem facere dicimus, qui alioquin nihil certi à nobis habuerit, atque sic obtinuit frequentior usus scribendi, tamẽ aliter à Cicerone positum libro nono, Epist. Fam. Insulanus obseruauit.

Certior, & Certius, Comparatiua, pro compertiore, exploratore, & peritiore. Seneca in Hip. loquẽs de Cupidine, Ipsumq; Phœbum, tela qui neruo gerit, Figit sagitta certior missa puer. Facere certiorem, δήλωσιν παραγγέλλειν. Est notum facere, indicare, & dicere ita esse. Cicero sexto Verr. Adsunt Segestani clientes tui, socii populi Romani atque amici: certiorem te faciunt, P. Africanum Carthagine deleta, &c. Plaut. in Cas. Face me certiorem quid meus uir me uelit. Terent. in Phor. Quantum potes, me certiorem face.

Certioro, as, a. p. Certiorem facio, δηλῶ παραγγέλλω. Quod uerbũ non temere alibi reperias, quàm apud Iurisconsultos. Vlpianus de eo qui pro tut. l. 1. Sed necessarios pupilli non certiorauit. Idem l. i. ff. de Act. empti. & uenditi. Hæc ita uera sunt, si emptor ignorauerit seruitutes: quia non uidetur esse celatus, qui scit: nec certiorari debuit, qui non ignorauit.

Certisso, certissas, Certus fio. Pacuuius apud Nonium: Vocant cocos, unde certissent.

Certitudo, f. t. à Certus, ἀσφάλεια, πληροφορία. Vnde Incertitudo notæ significationis.

Certè, aduerbium affirmantis, ἀμήν, νὴ δία. Cicero 5. de Finibus: Satisne hoc conclusum uidetur? certè. Interdum idem quòd certò, σαφῶς, hoc est clarè & manifestè. Cic. Q. Fratri: Certè enim scio, te feciss cum causa. Idem Attico. Quod te molestè ferre, certè scio. Interdum idem est quod saltem. Cicero pro Marcello, Victi sumus igitur: aut si uinci dignitas non potest, certè fracti, & abiecti.

Certò, Clarè, liquidò, σαφῶς. Terentius in Eunucho, Hoc certò scio. Rhamnusium se esse aiebat. Cicero in Epistola. Et si certò scio, &c.

Certioro, as, uerbo hoc Iurisconsulti utuntur pro Certifico.

Cerua, Ceruarium, Vide Ceruus.

Ceruchus, m. f. pen. prod. κέρυξ. Latinè dicitur Cornutus: quasi κέρατα ἔχων. In nauibus autem Cheruchi dicuntur ruden-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur rudentes antennarum cornua firmantes, suasq; habentes in puppe ansas, ad quas religantur. Flaccus 1. Argon. Temperet ut tremulos Zethes, fraterq; ceruchos. Hesychius Ceruchos uocat, quasi τὰ κεφάλαια, ἔχοντας.

Ceruical, Vide Ceruix.

Cerui, m. s. Animalia satis nota, ita dicta qđ magna cornua gerãt, quasi gerui, g in c. mutata, ἔλαφοι. Vel ἀπὸ τῶν κεράτων hoc est à cornibus, quæ primùm bimis oriuntur, simplicia quidem & recta ad subularum similitudinem: quamobrem Subulones per id tempus appellantur. Plinius libro octauo capit. 32. Ceruis quoq; est sua malignitas, quãquam placidissimo animalium. Cerui item dicuntur furcæ, quæ ad casæ sustentationem figuntur, ad similitudinem cornuum cerui. Vergil. 2. Ecloga: Atque humiles habitare casas, & figere ceruos.

Cerua, uæ, f. p. Plin. lib. 25. cap. 8. Simplicius ceruę monstrauere elaphoboscon, de qua diximus.

Ceruarius, a, um. adiect. à ceruo deductum, ἐλαφηρός. Vnde Lupus ceruarius, (θῶς Aristoteli, si Theodoro credimus) dicta est fera, lupi effigiem habens, & Pantheræ maculas, nomine (ut opinor) à ceruina pernicitate impositio. Pl. lib. 8. cap. 22. de lupis: Sunt in eo genere qui Ceruarii uocãtur, qualem è Gallia in Pompeii Magni arena spectatum diximus. Ceruarium uenenum. Plin. libr. 27. cap. 12. Limeum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in uenatu tingunt medicamento, quod uenenum ceruarium uocant.

Ceruinus, a, um, quod ad ceruum pertinet, ἐλάφειος. ut, Ceruinum cornu. Var. 3. de Re rustica: Circum caueas eorum incendendum cornu ceruinum, ne qua serpens accedat. Ceruinus color, qualis est pellis cerui, uel castaneæ. Palladius lib. 4. capite 13. Colores hi præcipui badius, aureus, albineus, rufleus. murteus, ceruinus, giluus, &c. Pellis ceruina. Horatius 2. Epistolar. uenaticus ex quo Tempore ceruinam pellem latrauit in aula, Militat in syluis catulus.

Ceruisia, s. p. uel ceruisium. n. s. potus ex aqua & frugibus confectus, & præcipuè ex hordeo madefacto, & rursus clibanis siccato, addito lupi salictarii flore: quo potus genere etiã hodie pleraq; Galliæ & Germanię loca, Britanniaq; uniuersa, uini inopiam supplent. Plin. lib. 22. cap. 25. Ex iisdem fiunt & potus, zytum in Aegypto, cælia, & ceria in Hispania, ceruisia & plura alia genera in Gallia.

Ceruix, f. t. posterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad spinam, ἰτωμὶς. Quæ autem anterior est, Gula dicitur. Ceruicis hæc commoditas est, ut ad dextram, sinistram ue, prorsum, retrorsumq; uertatur. Constat enim ex ossibus orbiculatim uertebratis, ex quibus fit ad circunspectum facilis. Hinc est qđ qui nec flecti nec cogi possunt, ceruicis duræ prohibeãtur. Vnde dicimus hominẽ durę ceruicis, quasi indomabilem, siue inexorabilem, atq; contumacem: qui & Ceruicosus dicitur, ἀτρέμων. Antiqui uero (ut Quintilianus ait) Ceruices pluraliter dicebant, primusq; Hortensius Ceruicem dixit. Cic. in Vat. Inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti. Cato, Si caput, aut ceruices dolent, ea lotio caldo lauito.

Ceruicula, diminutiuum. Cic. 5. in Ver. Tamen ne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo se ad coronam daturum?

Ceruicale, n. t. & per apocopen Ceruical, pen. prod. Significat ceruicis sustentamentum, & munimentum, cui scilicet dormientis caput, & ceruix innituntur, προσκεφάλαιον. Iuuenalis: Conducit comites, sellam, ceruical, amicas. Mart. Tinge caput nardi folio ceruical olebit. Plin. lib. 20. capite uigesimo Sunt qui ante solis ortum, ceruicalibus subiici efficaciter putent.

Ceruicosus, ponitur pro duro & inexorabili.

Cerus, Vide Cerrus.

Cerula, Vide Cera.

Ceruſſa, f. p. pen. pro. Plumbo in acuto aceto soluto comparatur, ψιμμύθιον. Vitruuius docet quomodo fiat: dicens, Rhodii in doliis sarmenta collocantes aceto suffuso supra sarmenta collocant plumbeas massas, deinde ea obthurant, ne spiramentum obthurata emittant: post certum tempus aperientes. inueniunt è massis plumbeis cerussam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes efficiunt eruginem. Ceruſſa uerò quum in fornace coquitur, mutato colore, ad ignis incendium efficitur Sandaracha. Id autem incendio factum ex casu didicerunt homines, ex eo multo meliorem usum præstari, quam quæ de metallis, per se nata foditur. Vtcunq; igitur ita ceruſſa comparetur, neq; acutum, neq; lacinans quicquam habet, neq; distrahens, sed emplasticum, ac refrigerans. Vsta autem, inquit Aëtius, pura ceruſſa mutatur in id quod Syricũ nuncupatur: medici Sandyca uocãt. Vide Galen. lib. 9. Simpl. & Plin. lib. 34. cap. ultimo.

Ceruſſatus, a, um: ut, Ceruſſatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia ceruſſa utuntur. Martial. libr. 2. Ceruſſata timet Sabella solem. Ceruſſata cutis, Ceruſſatæ buccæ, Martialis lib. 7. Cicero in Pisonem.

Ceryx, f. t. κήρυξ, Latinè præco & caduceator: Vnde Eusebius scribit à Nerone Cerycas fuisse certamina superatos. Seneca ad Serenum: Non uis nisi Consul aut Prytanis, aut Ceryx, aut Suffes administrare Rempublicam, hoc est caduceator & magistratus ad Rempublicam gerendam.

Cespes, Vide Cæspes.

Cessio, onis, f. t. Cicero Top. Abalienatio est eius rei quæ mãcipi est, aut traditio nexu, aut in iure cessio, inter quos ea in re ciuili fieri possunt.

Cessim ire, ἀναχωρεῖν, significat regredi, retrocedere. Iustinianus libro secundo, Commisso prælio ite cessim, inhibete remos & à bello discedite. Et apud legis consul. tit. ad legem Aquil. Interim superius plaustrum cessim ire cœpit. Fit autem à cedo.

Cesso, as, n. p. Abstineo, ab opere uaco, παύομαι. Vergilius septima Eclog. Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra, id est (inquit Seruius) Si potes breue otium tibi persuadere. Dicimus autem Cessare in re aliqua, & Cessare à re. Cicero Neque unquam in suo studio atque opere cessauit. Liuius, Ne ex quo castris castra collata sunt, cessatum à leuibus præliis est. Item Cessare, ὀκνεῖν, ῥᾳθυμεῖν, βραδύνειν, tardare, remorari, diutius immorari in re aliqua facienda, & eum negligentius agere. Vergilius sexto Aeneidos, Cessas in uota, precesq; id est tardus es in uota facienda. Terentius in Eunucho: Paululum si cessassem, Pythia, Domi nõ offendissem, ita iam adornabat fugam. Idem in Adelph. Aeschinus odiosè cessat, prandiũ corrumpitur. Et Cessare dicimus eos quorũ officiũ desyderamus. Gellius in fabula cassitæ: Amici isti magnam in partem cessatores sunt, ὀκνηροί. Breuiter sic accipe, quòd Cessare interdum significat nihil agere, uacare: interdum conquiescere, uel respirare, & his duobus modis absolutè ponitur, ut apud Cicer. de Natura deorum, Cur tam multos deos nihil agere, & cessare patitur? & apud Terentium in Eunucho, & Adelph. ut dictum est. Quum uerò pro intermittere, desistere, desinere, uel finẽ facere ponitur, habet alium secum infinitiuum. Cicero ad Quint. Frat. Si te quoque inimici uexare cœperint, ne cessaris me certiorem facere ut accurrãm. Terẽtius in Andria, Cessas alloqui, & in Phormione, Absenti tibi te indignas, seq; dignas contumelias nunquam cessauit hodie dicere, id est toto die nihil aliud quàm contumelias loquutus est. Huius compositum est concesso, Plaut. in Pœnulo: Postquam aurora est, nunquam concassauimus lauari, aut fricari, aut ornari.

Cessator, oris, m. t. uerbale à Cesso, as, Cunctator, otiosus, qui cessat, & nihil agit, μηθὲν ἐργάζεσθαι, χολᾶσθαι. Gellius: Amici isti magnam in partem cessatores sunt. Cic. Pæto lib. 9. Hæc tibi antea non rescripsi: non quo cessator esse solerem, præsertim in literis: sed quia, &c.

Cessatus, a. um, participium sine uerbi origine, sicut regnatus, & similia: nam Regnor, aut Cessor non dicimus. Hinc Cessata arua, id est neglecta, & non culta. Ouid. 4. Fast. Largaq; prouenit cessatis messis in aruis.

Cessatio, onis, f. t. uerbale, μέθησις, χολωσύνη. Cic. 1. de Nat. deor. Profecto Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. Colum. lib. 2. cap. 1. At econtrario seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet.

Cessim, pro locum dare regrediendo, & retrocedendo. Iurisc. Ad leg. Aquil. Interim superius plaustrum cessim ire cœpit.

Cestículus, m. s. Paruum cingulum, κεστὸς μικρός.

Cestícillus, aut. Festo, Circulus est quem mulieres imponunt capiti, quò commodius onera ferant.

Cestrosphendona, κεστροσφενδόνη, Telum erat semicubitale spiculum infixum habens digiti crassitudine, cui ad libramen pinnæ tres, ueluti sagittis solent, circundabantur. Nomen inuenit à figura, & usu, quorum utrunque mediam habet inter telum & fundã, κέστρον enim Græcis teli genus est, Persico bello inuentum, σφενδόνη autem

id est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

id est, quod Latini fundam uocant. Nam fundæ modo librā batur. Inuentum autem fuit hoc teli genus, autore Liuio in bello Macedonico.

Ceſtreus, duabus tantùm ſyllabis, κεστρεύς, Piſcis genus, qui & Cephalus, & mugil uocatur, publicis adulterorum ſuppli ciis deſtinatus apud Athenienſes. Vide Cælium Rhodig. lib. 27. capite quarto.

Ceſtrum, n. ſ. κέστρον, Inſtrumentum quo cauatur ebur. Sui das putat eſſe genus teli Perſico bello inuenti. Latini Viricu lum appellant. Iulius Pollux pro ſtimulo, ſiue ſtylo accipit. Eſt & Herba Ceſtron, quæ & Betonica dicitur, à uarietate re mediorum, & efficacia nomine impoſito. Plin. libr. 25. cap. 8. Quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, à Græcis Ceſtron, aut Pſychotrophon.

Ceſtus Veneris, uide Cæſtus, & Politian. Miſc. cap. 11.

Ceſyphum, uerum Ladanum, ex hyrcorum barbis corraditur.

Cetarii, Vide Cetus.

Cetra, træ, f. p. Scutum breue loreum, quo utuntur Afri, & Hiſpani. Vergil. 7. Aenei. Leuas cetra tegit. Liu. 1. bel. Pun. Hiſpani ſine ulla mole in utres ueſtimentis cõiectis, ipſi cetris ſuperpoſitis incubantes, flumen tranſnatauere. Hinc Cetra ti dicti ſunt, milites cetris muniti, quos Peltiſtas uocãt. Hircius bel. Ciuil. lib. 1. Erant legiones Afranii tres, Petreii duæ, præterea ſcutatæ citerioris prouinciæ, & cetratæ ulterioris Hiſpaniæ cohortes circiter octoginta. Liu. li. 1. bel. Mac. Nocte cetratos, quos Peltiſtas uocãt loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat.

Cetus, ti, m. ſ. κῆτος, Nomen eſt maioribus omnibus marinis piſcibus cõmune, iis præſertim qui animal pariunt, non ouum: cuiuſmodi ſunt balenæ, orcæ, priſtes, thynni, & ſimiles. Vnde Cetarii appellantur, teſte Nonio, qui maiores in mari piſces capiunt. Plin. lib. 32. cap. 1. Cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intraſſe tradit Iuba, pinguiq; eius negotiatores et omnium piſcium adipe camelos perungi in eo ſitu, ut aſſilos ab his fugent odore. Dicimus & Cete pro iiſdem plurali tantùm numero, nullaq; caſuum inflexione. Verg. 5. Aeneidos, Immania cete.

Cetarii, m. ſ. Qui cetos, hoc eſt marinos piſces maiores capiũt, aut uendunt, κητοπῶλαι. Columell. li. 8. Salſamentorum omnium purgamenta, quæ cetariorum officinis euerruntur, præberi conuenit. Varro: Aduertis cetarios, quum uideri uolunt in mari turmas, aſcendere in malũ altè, ut penitus per aquam perſpiciant.

Cetariæ, arum, f. p. Loca iuxta mare ſtagnante lacu, in quibus thynni & alii huiuſmodi piſces capiuntur, & ſaliuntur. Plinius libro 37. capite quinto, Ferunt & in ea inſula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarios marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis.

Ceu, aduerbium ſimilitudinis, Idem ſignificans quod Tanquã, uel quaſi: magisq; eſt poëtarum, quàm oratorũ: ſed quo multi, & præſertim Plinius, utuntur, οἷον οἰονεί. Vergilius 2. Aeneid. Aduerſi rupto ceu quodam turbine uenti Confligunt. Plinius lib. 8. cap. 16. Incremento terga ſeu quodam citamento flagellantur.

Ceua, æ, f. p. Genus uaccæ humilioris. Colum. libr. 6. cap. 13. Melius etiam in hos uſus altinæ uaccæ probantur, quas eius regionis incolæ Ceuas apellant. Eæ ſunt humilis ſtaturæ, lactis abundantes: propter quod remotis earum fœtibus, genero ſum pecus alienis educatur uberibus.

Ceuere, σαυλοπρωκτιᾶν, καλακωνίζειν, πτερυγίζειν. Ariſtoph. in Auibus, σώνειν pen. prod. Eſt clunes mouere, quod fit adulando, ut in canibus ſæpe uidemus. Perſius: An Romule ceues?

C H

CH. In notis antiquorum, cuſtos hæredum.

Chære, id eſt, Salue. Martialis lib. 5.

Chærophyllon, χαιρόφυλλον, Herba eſt, paſtinacæ erraticæ, ſiue dauci folio, aliquanto tenuiore, radicula candicãte, ſub amara. Veteres Gingidion appellarunt. Nam chærephylli nomen recentius eſt, à comæ luxuria, & aſpectus iucunditate (ut uidetur) impoſitum. Hodie à uulgo herbariorum Chærefolium appellatur, Græca & Latina uoce in unam coalescentibus.

Chalaſis, f. t. χάλασις à medicis uocatur laxatio articulorũ, quum ſcilicet ex laſſitudine nimioũe labore, aliaũe ex cauſa euenit ut laxatis uinculis membrorum excidat: ut ſi radius in brachio à cubito ſubmoueatur; ita ut locus quidam in medio uacuus relinquatur.

Chalaſſis, pen. prod. Tunicæ genus, quod & Græci χάλασαν uocant à laxitate: uel (ut quidã dicunt) nodus tunicæ mulièbris, quo connexæ circa ceruicem tunica ſubmittitur.

Chalaza, f. p. χάλαζα, Collectio ſub cute, buboni, & Aegyptiæ fabæ ſimilis, dolorem ſi tangatur, afferens: à Latinis Grando dicitur.

Chalazias, χαλαζίας Gemma, quæ grandinum colorem, & figuram habet, adamantinæ duritiæ. Plin. lib. 37. cap. 11.

Chalazion, χαλάζιον, Tuberculum eſt in oculorum palpebris, non diſſimile illi, quod à Græcis κριθὴ appellatur: diuerſæ tamen figuræ; & mobile, ſi huc atq; illuc pellatur. Recentiores medici Grandinem appellant.

Chalcanthum, n. ſ. χάλκανθον. Corpus eſt metallicũ, quod à Latinis, Atramentum ſutorium appellatur. Eſt autem duplex: foſſile & factitium. Foſſilium aliquando eſt cærulcum, aliquando pallidum, aliquando candidum & pellucidum in morem uitri: Vnde & Vitriolũ à uulgo appellatur. Factitium uerò ex aqua pluuia fit per metalla defluente in lacunam, quę inde ab iis, qui ad metalla ſunt damnati, in uaſa ampla fictilia perfertur, in quibus paucis diebus concreſcit. Dictum Chalcanthum, quaſi flos æris. Atramenti autem ſutorii nomen accepit, quòd ex eo aqua diſſoluto corium denigretur. Vide de hoc plura apud Dioſcorid. libr. 5. & apud Plin. lib. 34. cap. 12.

Chalceos, Herbæ genus eſt, apud Plin. lib. 21. ca. 18. ſpinoſos habens aculeos.

Chalcetum, Herbæ etiam genus eſt, apud eundem lib. 26. cap. 7. Item herba Chalcetum è uineis contrita imponitur.

Chalceutice, f. t. χαλκευτική. Aeraria fabrica. Nam χαλκεύς, Faber ærarius eſt, quem excuſorem Quintil. interpretatur.

Chalcis, idis, f. t. χαλκίς, Serpentis genus eſt è genere lacertarum, quaſdam ærei coloris lineas in tergo habens: unde & nomen habet. Plin. libr. 32. cap. 4. Quippe aduerſus ſcorpiones ex uino bibuntur, aduerſus phalangia & araneas ex mulſo: aduerſus chalcidas cum myrtite. Idem lib. 29 cap. 5. Lacerta, quam hi ſepa, alii Chalcidem appellant. Chalcidis lacertæ meminit & Ariſtoteles de animalibus. Eſt & chalcis Homero, auis nocturna, ex genere accipitrum, bellum interneciuum cum aquila gerens. Plin. libr. 10. cap. 8. cymindin uocat. Eſt & Chalcis, piſcis quidam ex genere chombrorum, apud Plin. lib. 32. capite 11.

Chalcites, χαλκίτης, Gemma ærei coloris, ſed nigrioris. Plini libro 37. capite undecimo.

Chalcophonos, χαλκόφωνος, Gemma quæ illiſa, æris tinnitum reddit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chalcoſmaragdos, χαλκοσμάραγδος, Gẽma ex genere ſmaragdorum, æneis uenis turbida. Plinius libro trigeſimo ſeptimo, capite quinto.

Chalcus, m. ſ. Exiguum pondus erat apud Atticos, quod decies ſumptum, Obolum conficiebat. Plin. lib. 31. ca. ultimo. Drachma Attica denarii argẽtei habet pondus: eademq; ſex obolos pondere efficit: obolus decem Chalcos.

Chalepi uerſus, χαλεπὰ μέτρα, Dicuntur duri, aſperi, ac prolatu difficiles, qualis eſt uerſus Vergilianus: Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Chalix, μικρὸν λιθίδιον, lapidis genus ex quo deducitur ignis.

Chamæ, à Græcis χημαί, ſpecies ſunt concharum. Aliud in mari uidetur piſcis eſſe genus Chamæ, quas Hiatulas quidã interpretantur habentes uuluã, ſicut qui & Erichtynni hoc eſt, Rubelliones dicuntur. Chamarum duo redduntur genera, ſcilicet Trachęæ, hoc eſt, aſperæ, mali ſucci, quas & oſtrea cognominãt & in Macedonia Corycos & Athenis Crios. Alterum leues multò meliores & craſſiores: ob id Pelorides & Pelorinæ à quibuſdam & Baſilicæ uocantur, & ab Helio Spartiano Lioſtria, id eſt Lithoſtrea, ſi mendoſè legatur.

Chamæacte, es, χαμαιάκτη, Sambuci genus eſt humilius, quod à Latinis Ebulum appellatur. Plinius libr. 24. ca. 8. Sambucus habet alterũ genus magis ſylueſtre, quod Græci Chamæacten, alii Helion uocant, multò breuius.

Chameceraſi, χαμακέρασοι, Ex ceraſorum genere humillimæ, terna rarò altitudinis cubita excedentes. Plin. lib. 15. ca. 25. Sunt & Macedonica paruæ arboris, raroq; tria cubita excedentis: & minore etiam num frutice chamæceraſi.

Chamecypariſſos, χαμαικυπάριττος, Herba quæ ex uino pota, contra uenena ſerpentium omnium, ſcorpionumq; ue pollet Plinius lib. 24. cap. 15. Ruell. docet, pumilum eſſe frutecem, in

ecm, in hortis seri solitum, foliis incanis, cupressi arboris folia odore & figura referentibus. Vnde & à uulgo Cypressus appellatur.

Chamæcissos, χαμαίκισσος, Genus hederæ, quæ nunquam se ab humo attollit, Compositа dictio ex χαμαί, quod humi siue ad terram significat, & κισσός hedera. Sic Chamæplatani, uocantur humiles platani, & coactæ breuitatis.

Chamædaphne, χαμαιδάφνη Plinio, Herba est in hortis seri solita in funiculi modum sese porrigens, & uicina quæque uinciens: unde & Vinca peruinca ab eodem appellatur, folia habet lauro similia: ideò chamædaphne, hoc est parua laurus appellatur: florem autem uiolæ similem, de hac Plinius libro 21. capite undecimo, Dioscoridi κλήματις δαφνειδὴς dicitur. Est & altera Chamædaphnes species, cuius idem Plinius meminit libro 24. capite decimoquinto, Chamędaphne, inquit, unico ramulo est, cubitali ferè, folio tenui, lauri similitudine cuius semen rubens admissum foliis, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani Laureolam aut Lauraginem appellant: Dioscorid. autem, & Galen. hanc solam chamædaphnes nomine nouerunt.

Chamædracontes, χαμαιδράκοντες, genera serpentium.

Chamædrops, chamædrys apud Dioscor. lib. 3. cap. 111.

Chamędrys, χαμαίδρυς, Herba est Plinio lib. 24. capi. 15. quæ Latinè Trissago dititur. Aliqui eam Camædropen, alii Teucrion appellauere. Dicitur autem Chamædrys quasi humilis & terrestris quercus. Vulgò Serratula appellatur, teste Ruell. lib. 3. cap. 56.

Chamędiron, Tussilago, apud Dioscorid. lib. 3. ca. 124.

Chamælæa, f p. χαμαίλαια, Herba quæ similitudinem folio rum oleæ habet. Plinius libro 25. capite septimo, Multum in fra hunc succum est, qui in Gallia fit ex herba Chamælæa, gra num cocci ferente. Idem libro 24. capite 15. Chamælea similitudinem foliorum oleę habet: sunt autem amara, odorata, in petrosis, palmum altitudine non excedente. Vulgus à foliorum similitudine Oliuellam uocat.

Chamæleon, chameleonis, m t χαμαιλέων. Herba est ex genere aculeatarũ: ita dicta à uarietate foliorum. Mutat enim cum terra colorem, hîc niger, illic uiridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. Quibusdam in locis uiscum gignit sub alis foliorum: unde & Ixia appellatur. Eius duo sunt genera, album & nigrum, radicis colore distincta. Album Latini Cardunm suarium, quod sues enecet, officinę Cardopatium appellant. Nigrum Galli Cardonettam uocant, Latini Vernilagium, uel Carduum nigrum. Vide Plinium libr. uigesimosecundo capite decimooctauo.

Chamæleon, tis, m. t. χαμαιλέων, Quasi paruus leo, animal est diuersa uarietate cõspersum, ut pardꝰ, & ad colores quos uidet conuersione facillima uariatur. Nascitur in India, figura & magnitudine lacertæ, nisi quod crura habet recta & excelsiora. Latera uentri iunguntur, ut piscibus, & spina simili modo. Eminet rostrum simile subulæ, cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se uiperinis orbibus: ungues adunci, motus tardior, ut testudini, asperum corpus, ut crocodilo: habet oculos corpore concolores, nunquam eos operit. Solus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio quàm aêris alimento: latet hyeme, ut lacerta. Vide plura de chamæleonte apud Plinium libro uigesimooctauo capite octauo.

Chameleuce, χαμαιλεύκη, Herba quæ Tussilago dicitur, nascitur circa fluuios, folio populi, sed ampliore. Plin. lib. 24. ca. 15. Vulgus ungulam caballinam. Barbarus Populaginem & Bechion.

Chamæmelon, χαμαίμηλον, Herba est uulgò nota, ab odore mali sic dicta, quæ alio nomine Anthemis appellatur. Medici recentiores Chamomillam barbarè uocant. Eius tria sunt genera, floribus tantùm distantia, Leucanthemon, Chrysanthemon, & Eranthemon: de quibus latius suis locis.

Chamæmelon, parthenicum. Dioscor. lib. 3. cap. 156.

Chamæmelon, inter alia lingua Siculorum cognomentum tertiæ speciei Aristolochiæ, ut inquit Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Chamæmyrsine, f. t. χαμαιμυρσίνη, Frutex ex quo scopæ fiũt aliàs Ruscus. Nonnulli syluestrem myrtum uocant, ex quo fit oleum chamæmyrsinum. Vide Plinium libro uigesimo tertio capite nono.

Chamæpeuce, f. t. χαμαιπεύκη, Herba est folia habens laricis foliis similia, lumborum & spinæ doloribus propria. Plinius libro 24. cap. 15.

Chamępitys, yos, f. t. χαμαιπίτυς, Herba est Plin. libro 24. capite sexto à Latinis Aiuga, siue (ut alii legunt) Abiga uocata, ab abortu scilicet, quem facere creditur. Alio nomine Thus terræ dicitur. Eius tria sunt genera: unum sesquipedalibus surculis, flore & odore pinus: alterum breuius, & incuruum: tertium foliis scabris, digitalis caulis crassitudine. Vulgus Iuam appellat.

Chamæplatani, coactæ breuitatis platani. Plinius libro 12. capite secundo.

Chamærhyten, lege Sthrutium.

Chamærops opis, f. c. χαμαίροψ, Herba est myrtheis circà caulem geminis foliis, capitulis Græculæ rosæ, quæ ex uino pota, lateri, renibus, conuulsis, & ruptis medetur. Autor Plinius lib. 26. cap. 8. Ruel. eandem esse existimat, quam à Mithridate inuentore Mithridation appellant.

Chămæripēs, χαμαίριπες. Arbores sunt ex specie dactylorum quæ in Creta & in Sicilia nascuntur, folio latiore, ac molli, & ad uirilia utilissimæ. Vide Plin. lib. 13. cap. 4.

Chamæsice, χαμαισικὴ, Herba est lentis folia habens, nihil se attollentia, in aridis petrosis q nascens. Vide Plinium libro 24. capite 17. Chamæsice papauer satiuum apud Dioscoridem libro quarto cap. 65.

Chamæteræ, quæ & **Chamæterides**, χαμαιτηρίδες, à Græcis dicuntur, humiles & depressæ imagines: quales sunt seruarum & pedissequarum, quæ ferè humi sedentes fingun tur, χαμαὶ enim Græcorum aduerbium Latinè significat Humi. Scribit Plinius lib. 36. cap. 5. Scopam fecisse Apollinem Palatinum; Vestam sedentem laudatam in Seruilianis hortis, duasq chamæteras circa eam.

Chamæzelon, χαμαίζηλον, Herba est teste Plin. lib. 17. capite 10. quam quidam eandem esse credũt cum gnaphalio, cuius folia ita alba, & mollia sunt, ut planè uideantur tomentum, & pro tomento usurpentur. Est & aliud Chamæzeli genus, quod & Pentaphyllon à Græcis, & à Latinis Quinquefolium appellatur: cuius meminit Plin. lib. 25. cap. 9.

Chamelopardalis, & **Chamelus**, Vide Camelopardalis & Camelus.

Chamsæ, Crocodyli apud Aegyptios uocantur.

Chanona, id est placenta.

Chaos, n. indecl. χάος, Hesiod. in Theog omnium rerum initium uocat, quod ante omneis deos, deasq natũ sit: de quo & Orpheus initio Argonaut. Alii appellant materiam cæli & terræ confusam atq informem, quæ primùm ex nihilo facta est, de qua postmodum omnia sigillatim per species uarias, formasq proprias, pdierunt: de qua scriptura loquitur: Qui fecisti mundum de materia informi. Lact. uerò sic habet: Nemo quærat ex quibus ista materiis tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit Deus ex nihilo. Nec audiendi sunt poëtæ, qui aiunt Chaos in principio fuisse, id est confusionem rerum atq elementorũ: postea uerò Deum diremisse omnem illam congeriem, singulisq rebus ex confuso aceruo separatis, in ordinẽq descriptis, instruxisse mundũ pariterq & ornasse. Est autem hoc nomen Græcum, quod declinatur prima declinatione contractorum, hoc modo, ὁ χάος τοῦ χάους τῷ χάει. Apud Latinos tantũ in usu est Chaos, & quamuis Priscianus per secundã declinationem declinauerit Chaos, Chai, &c. Verg. lib. 4. Georgic. Atq Chao densus diuũm narrabat amores. Ouid. lib. 14. Metam. & noctem noctisq deos, Erebo q Chaoq Conuocat. Dictum à χέω fundo quòd fuerit fusio, id est confusio elementorum omnium.

Chaos, animal effigie lupi, pardorum maculis. Plin. libro 8. capite decimoseptimo.

Chărăcătŭs, adiectiuum à Graeco χάραξ, κος, quod inter cætera uallum significat, siue pedamentum, cui uitis alligatur. Vnde Caracata uitis: quæ quo pacto fieri soleat, docet Columella libro quinto, capite quarto. Mox (inquit) quæ defixis arundinibus circummunitę, per stratumina calamorum, materiis ligatis, in orbiculos, gyrosq flectuntur, eas nonnulli characatas uocant.

Characias, χαρακίας, Plinio libro 26. capite octauo, primum est tithimali genus, ramos habens digitali crassitudine, cuius semen cum melle decoctum, in usu est ad catapotia, hoc est pilulas faciendas, soluendæ alui gratia. Hanc officinæ corrupto uocabulo Cataputiam uocant. Alia quoque Characias est (uulgò Charantia) quæ septi modo in hortis fenestrisque per cancellos topiario opere digeritur. Sed de hac uetetes nihil. Hermolaus Corol.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Character, m.t. χαρακτὴρ, Latinè dicitur signum, insigne, siue figura & forma. Columel. lib. 11. cap. 2. Nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent. Item Character, Genus & figura dicendi. Gell. lib. 7. cap. 14. Et in carmine, & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας uocant Cic. in Orat. Sed iam ipsa forma restat, & character ille, qui dicitur.

Characterismos, m. f. χαρακτηρισμὸς, Latinè designatio: figura qua orator uitas eorum de quibus loquitur, deformat: ut est apud Iuu. Et caluo seruiret Roma Neroni, id est Domitiano.

Charadrius, m. f. χαράδριος, Auis maritima magna, & inglu uiosa, quam aspicientes icterici morbo liberantur, teste Aeliano lib. 15. cap. 26. Alio nomine Icterus appellatur, & à Latinis Galgulus, ut existimat Plin. lib. 30. cap. 11.

Charax, adminiculum uitis.

Charchari, pisces sunt.

Charientismos, χαριεντισμὸς, Est urbinitas, lepos & uenustas sermonis: à uerbo Græco χαριεντίζομαι, quod significat iocor, facetè cauillor. Sumitur etiam pro figura illa, quæ alio nomine ἐυφημισμὸς, à Græcis dicitur, qua scilicet dura dictu mitius & gratius proferuntur: ut si roganti, An se quispiam quæsiuerit, respondeas. Bona fortuna: item si uixisse dicas, quem mortuum esse uelis significare.

Charis, ritis, χάρις, Latinè gratia, festiuitas, beneficium, munus. A quo Charisma, χάρισμα, in eadem significatione.

Charisticon, pro remuneratione apud Callistratum in l. diuus Adrianus de Bo. damnator. Sed debẽt ad ea seruari quæ iure præsidium solent erogari: utputa Charisticon quibusdam officialibus. &c.

Charistium marmor, (quod hic ut uitiosè scriptum erat ita perperam interpretatum) uide Carystium.

Charistia, χαρίστια, neutri generis & pluralis numeri, Festa uocabantur quibus cognati conueniebant, & munera mutuò mittebant. Ouidius libro 2. Fastorum:

Proxima cognati dixere Charistia chari,
Et uenit ad socios turba propinqua deos.

Valer libro 2. Conuiuium etiam solenne maiores instituerunt id q; Charistia appellauere, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur.

Charistia pro annona graui & difficili imperitè sumitur.

Charmasynum, ni, n. f. genus sterici, ex eo quod aspicientes delectet.

Charmel, idem quod Carmel.

Charitas & Charus, Vide Caritas & Carus.

Charopus, pen. cor. χάροπος, Latinè amabilis, blandus, gratiosus dicitur, à χάρις, & ὄψ, ὀπός, aspectus. Vnde Charopus χάροπον: χρῶμα, qui dilutam habet uiriditatem, igneo quodam splendore intermicantem: qualem in leonum oculis conspicimus.

Charta, f, p. χάρτον, cum ch aspirato, Papyrus in qua scribimus, propriè q; ea quam ueteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant: cuius species uaria q; nomina, & præparandi rationem uide apud Plin. lib. 13. ca. 11. 12. & 13. Quanquã etiam latius chartæ nomen postea cœpit extendi, ut etiam de iis dicatur quæ ex membranis, linteis, aut alia quacunq; materia conficiuntur. Suet. in Nerone: Plumbeam chartam supino pectore sustinuit. Plin. lib. 13. cap. 11. Chartam Alexandri Magni uictoria repertam, autor est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria, antè non fuisse chartarum usum: palmarum foliis primò scriptitatum, deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ceris. Charta uirgo, quæ nunquam peperit, hoc est, quæ nondum transcripta est, dicitur à Mart. Custodit ipse uirginis pater chartæ. Parere enim dicuntur chartæ, quum ex iis exempla sumuntur. Item Charta, urbs Tyri dicta est, ex qua Dido orta fertur, & ab eius nomine à sese cõditam urbem Carthaginem appellasse.

Charteus, Chartulanus, & Chartaceus, a, um, quod est ex charta, ὁ ἐκ χάρτου. Vlpianus de leg. 3. Quòd in codicibus sint membraneis, uel chartaceis, uel etiam ebureis, uel alterius materiæ.

Chartarius, a, um: ut Chartariæ officinæ. Plin. lib. 18. cap. 10. Hoc ærariæ officinæ, chartariæ q; utuntur.

Chartula, diminutiuum, χαρτίον. Hieronymus: Volo in chartulis meis ineptias scribere.

Chartophylacium, m. f. χαρτοφυλάκιον, Scrinium est, uel cubiculum, uel ipsa etiam domus, in qua chartæ asseruantur. Latini Tabulariũ uocãt, nã φυλακὴ custodia est, φυλάττω, custodio.

Chartaprati, Chartarum & papyri uẽditores sunt, χάρτα enim chartam sonat, & πιπράσκω, uendo. Nunc Papyropolæ uocãtur. Hegen. in tit. C. de Coll. & Chart.

Chartularii, m. f. sunt Iustiniano qui tabulis nomina recepta & impensa describebant. Ex Pyrrho.

Chartilago, Vide Cartilago.

Charus, Vide Carus.

Chasma, n. t. χάσμα, Latinè hiatus, fissura, à χασμάω, Hio. Fit autem Chasma non solùm in cælo, sed etiam in terra. Vnde ait Iureconsultus de censibus l. Forma paragraph. quare si. Si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem relegari. Ammianus eleganti uocabulo Chasmaticũ appellat terræ motum, quo patefactis subitò uoratrinis, terrarũ partes per hiatum absorbentur.

Chastanon, Xanthion, uel Lappa apud Dioscoridem libro quarto capite 139.

Chaus, Lupi species est, pardorum maculas habentis quem alio nomine Lupum ceruarium uocant. De quo Plin. li. 8. ca. 19. ita scribit: Pompeii Magni primùm ludi ostenderũt chaũ, quem Galli Rhaphium uocant, effigie lupi, pardorum maculis. Et paulò pòst eodem libro capit. 21. Sunt in eo genere qui Ceruarii uocantur, qualem è Gallia in Pompeii Magni arena spectatum diximus.

Chedra, hippuris altera. Dioscor. lib. 4. cap 5.

Chelæ, arum, f. p. χηλαὶ, Scorpionum & canchrorum brachia ita dicta à forficulis denticulatis, quos Græci χηλὰς uocant: Verg. 1. Geor. Quã locus Erigonem inter, chelasq; sequẽtes. Ambrosius de cancro loquẽs: Et periculosum est, inquit, si chelam eius includat.

Chelidonia, f. p. siue Chelidonium, χηλιδόνιον, Herba ab hirundinibus appellata, quæ Græcè χηλιδόνιαι dicuntur. Eo enim auium genere adueniente nascitur, & discedente extinguitur. Fertur etiam hirundines oculos pullis excæcatis ea herba restituere. Plinius libro 8. cap. 27. & libro 25. capite 8. Chelidoniæ duæ sunt species, quarum maior etiã hodie in officinis nomen retinet. Minorem autem, quòd strumis medeatur, quas Scrophulas nonnulli uocant, siue quod strumosam habeat radicem, Scrophulariam appellat. Chelidonia Item uocatur Fauonius uẽtus, à die sexto ante Februarias idus, usque ad septimum Calendas Martias: eo quod iis diebus hirundines primùm conspici incipiant. Autor Plin. lib. 2. cap. 47. Est etiam Chelidonia, gemmæ nomẽ altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis, altera hirundinis colorem referentis: unde & nomen accepit. De hac Plinius libro 37. capite decimo. Item genus aspidis ut Galenus autor est. Chelidonia præterea inter ficorum genera recensetur. Plin. lib. 15. cap. 18. & Colum. li. 10. Purpureq; chelidoniæ, pinguesq; marisc æ.

Chelonia, χηλωνία, Gemma est Indicæ testudinis oculo simili is quam Magorum uanitas tradidit linguæ impositam, futurorum diuinationem præstare. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Chelonium, Vide Chelys.

Chelydros f. t. χέλυδρος, Est testudo marina. Nam χέλυς testudinem Græcis, & ὕδωρ aquam significat: quasi testudinem aquaticam dixeris. Sunt qui etiam pro ornamento muliebri accipi putent, citantes illud Iuuen. Donat arcana chelydros Quo tamen in loco alii cylindros legere malunt.

Chelys, f. t. χέλυς, Propriè est testudo animal, quanuis etiam pro instrumento musico accipiatur, quod & Latini Testudinem appellant. Nã ex testudine prima facta est cithara à Mercurio, consumpta iam carne, sed superstitibus neruis.

Chelonium, χηλώνιον, Testudinis tegumentum est. Nam testudinem Græci χηλώνην appellant.

Chemites, sepulchri species ebori simili is, in quo Darium cõditum ferunt.

Chemosis, oculorum morbus, quando ex timore uehementi utræq; palpebræ conuertuntur ut uix liceat conniuere, & album supra nigrum attollitur, ac rubescit.

Chenălōpĕcĕs, χηναλωπηκες, ex anserum sunt genere, quibus pro cibis lautioribus utuntur Britanni. Vide Plin. lib. 10. cap. 22. Est autem nomen ἀπὸ τῦ χηνὸς καὶ ἀλώπηκος, hoc est ex anserе, & uulpe compositum: unde & Vulpanserem Aeliani interpres transtulit. Anserem enim specie, uulpem calli-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

refert. Aquilæ & felis iniuriam facilè propulsat. Aucupi ad nidum accedenti obuiam prodit, ut interim pullis elabēdi spatium præbeat. Vide Aelian. lib. 15. cap. 11.

Cheniſcus, n. ſ. χηνίσκος, Latinis anſerculus eſt. Vnde & puppis extremum, quod ornatus gratia ad anſeris ſimilitudinem effictum erat, Cheniſcum appellarunt. Apul. Puppis intorta cheniſco. Lucian. in eo Dialogo, qui ἡ ἰνυχὰ inſcribitur: Ὡς δὲ ἡ πρύμνη μὴ ἐπανίσκηται ἡρέμα καμπύλη χρυσὸν χηνίσκον ἐπικάμπτουσα. Κατατικρὺ δὲ ἀνάλογον ἡ πρώρα ὑπερβιβηκὼς ἐς τὸ πρόσω ἀποκυνουμένη τῷ ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν ἔχουσα τῷ Ισιῳ ἑκατέρωθεν. Hoc eſt, Vt uerò ipſa puppis ſenſim aſſurgit inflexo aureo cheniſco, (hoc eſt anſerculo) ornata: è regione autem apportione prora prominet in longū producta, habēs utrinq; ſignū Iſidis deæ, quæ cognomentū naui indidit. Idē in ueris narrationib. Ὅτε γὼ ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπεφύκατο καὶ ἀνεβόησε. Hoc eſt Cheniſcus enim (ſiue anſerculo) qui ad puppim erat, repente alis plaudere cœperit, & clangorem edere. Formam cheniſci uide apud Bayf. de Re nauali.

Chenoboſcion, pen. prod. χηνοβοσκεῖον, Locus ubi anſeres, aliæq; id genus nantes uolucres aluntur: nam χὴν, χηνὸς, anſer dicitur. Colum. lib. 8. cap. 14. Qui uerò greges nantium poſſidere ſtudent, chenoboſcia conſtituant.

Chenomycon, Herba eſt ad cuius aſpectum expaueſcūt anſeres. Aliis nominibus Nyrtegretum dicitur, & Nyctilops, eo quòd noctibus luceat. Vide Plin. lib. 21. cap. 11.

Chenopus, dis, m. t. χηνόπους, Latinè anſeris pes dicitur: quo nomine dicta eſt & herba, quæ habet effigiem anſerini pedis. Plin. lib. 11. cap. 8. Ceras ex omnium arborum ſatorumq; floribus confingunt, excepta rumice, & chenopode.

Chenotrophia, æ, f. p. pen. prod χηνοτροφεῖα, Nantium uolucrum auiaria.

Cheramides, Genus lapilli pretioſi, qui (ut Strab. libr. ult. refert) Mauritaniæ campeſtribus naſcitur. Plin. lib. 37. cap. 10. Cheramides eadem eſſet, quam Oſtraciten uocant, niſi quòd hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt.

Cheria, A quibuſdam appellatur Raphanus ſylueſtris, quem Latini Armoraciam appellant. Vide Ruell. lib. 2. cap. 133.

Cheredranon, hippuris, apud Dioſc. lib. 4. cap. 49.

Chernites, χερνίτης, lapidis genus eſt ebori ſimillimi, in quo defunctorum cadaueaa condebantur. Plin. li. 36. ca. 17. Mitior eſt autem conſeruandis corporibus, nec abſumendis, cherniteſ ebori ſimillimus: in quo Darium conditum ferunt.

Cherſina, æ, f. p. Genus eſt teſtudinis terreſtris, in aridiſsimis Africæ deſertis, roſcido humore uiuens. Autor Plinius libro nono, capite decimo.

Cherſydros, m. ſ. χέρσυδρος, Serpens, qui tam in aquis, quā in terris moratur, nam componitur ex χέρσος, terra, & ὕδωρ aqua, quaſi uiuens in terra, & in aqua.

Cherydra, χερύδρα, propriè terræ ruinæ, ſiue fiſſura, quam aqua pluuia, torrens, aut terræmotus efficit.

Chia terra, χία γῆ, Terra eſt albida, ſiue cineritia, Samiæ ſimilis, quæ cutem erugat, totumq; corpus amabili coloris bonitate commendat. Autor Dioſc. lib. 5. cap. 101.

Chia ficus, ſiue Chia abſolutè, σῦκον χῖον, Fici ſpecies eſt, grato quodam ſapore palatum pungens, uinique ueteris, ſaliſque ſaporem referens. Martialis lib. 7.

Infanti melimela dato, fatuasq; mariſcas:
Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia placet. Idē li. 13.
Chia ſeni ſimilis Baccho, quem Setia miſit:
Ipſa merum ſecum portat, & ipſa ſalem.

Chibis, Herba eſt quem alii Scortanam uocant.

Chilias, f. t. χιλιάς, Numerus qui mille continet: Chilia enim mille à Græcis dicitur.

Chiliarchus, m. ſ. χιλίαρχος, Qui præeſt mille hominib. A Græcis tamen ſcriptoribus, quoties de Romanorum militia ſermo eſt, Chiliarchus accipitur p Tribuno militari, quemadmodū in ciuitate Demarchus, δήμαρχος, pro tribuno plebis. Nam autore Ioſepho, ordo in Romanorum militia hic erat: ut milites ad Centuriones, illi ad Tribunos, quos Græci Chiliarchos uocant, manè conuenirent ſalutatū. Hecatontarchi aūt dicebantur Centuriones, qui centum militibus præerāt. Pentecoſiarchi, qui quingentis. Decarchi, qui & à Latinis Decuriones, qui decem militibus præerant.

Chiliophyllon, χιλιόφυλλον, Herba eſt quæ notioribus nominibus Achillea, & Militaris herba στρατιωτικὴ dicitur. Chiliophylli nomen accepit à multitudine foliorum.

Chiliodynamis, χιλιοδύναμις Dioſcoridi, Chiliodyname Plinio, Herba eſt quæ alio nomine Palemonia dicitur, à regum certamine, qui eius inuentionem ſibi certatim uendicauerunt. Chiliodynamis autem à Cappadocibus nominata eſt, propter uarios in medicina uſus. Vide Plinium libro uigeſimoquinto cap. 6.

Chilones, χηλῶνες, Quibus immodica ſunt labra, qui & à Latinis Labeones dicuntur. Nam χῆλος Græcis labrum eſt

Chimaſtrum, n. ſ. χείμαστρον, Veſtis eſt ruſticorum qua hyeme utuntur, ἀπὸ τοῦ χειμάζειν, quod nobis ſonat hyemare.

Chimerine, Aizoum minus apud Dioſc. lib. 4. ca. 91.

Chimerinos, pen. cor. χειμερινός, Græcis idē eſt quod hybernus, ſiue hyemalis. Martialis de Earino,

Si daret autumnus mihi nomen, Oporinos eſſem:
Horrida ſi brumæ ſydera, Chimerinos.

Hinc Capricorni Tropicus, ad quem accedente ſole, dies breuiſſimi fiunt, à Græcis Chimerinos appellatur: quemadmodū & à nobis Brumalis. Plaga quoq; Auſtralis habitabilis, à Coſmographis Chimerine appellatur. Duæ enim ſunt plagæ orbis habitabiles: quæ à nobis incolitur θερινὴ nominatur: altera quam incolunt Antichthones, Chimerinæ, à nobis Hyemalis: quæ quòd ad Auſtrum deflexa ſit, Auſtralis quoq; nuncupatur, quum noſtra Septentrionibus ſuppoſita ſit.

Chiragra, pen. cor χειράγρα, Morbus articularis manus infeſtans. Mart. Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra eſt.

Chirager, & Chiragricus, χειραγρῶν, Qui chiragram patitur.

Chiræ, in pedibus qua ſunt rapturæ, unde ita affecti Chiropedes nuncupati, Rhagopedes.

Cihrembolum, χειρέμβολον, Vlpian. in l. i. Naut. caup. ſtab. Quanquam ipſe uel nauicularius uel magiſter id faciat, qđ Græci χειρέμβολον appellant. Significat hæc uox manus immiſſionem, ut Alciatus in Parerg. refert, qui arbitratur χειρέμβολον dici ſignum quod magiſter in prora ſedens dat cum nautis imperat ut aliquid faciant ſeu aliquem recipiāt. Verū cum hæc uox à ſe nuſquam alibi lecta ſit, admonet amplius quærendum.

Chiridota, f. t. χειριδωτὸς, Tunica prolixa ultra brachia manus operiens. Alio nomine Macrochira dicitur. Vnde Scipio Gallo homini delicato obiecit, quod cum chiridota tunica, id eſt manicata, accubuerit. Has ueſtes Plaut. uocat manuleatas. Dicta eſt autem chiridota ἀπὸ τῶν χειρῶν, hoc eſt, à manibus quas tegebat.

Chirographum, n. t. χειρόγραφον, Eſt qđ noſtra manu perſcripſimus in fidem alicuius. Aſconius ſcribit Chirographa dici, in quibus tantùm quę geſta ſunt, ſcribi ſolent. In ſyngraphis etiam contra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata pro numerata pro tēporaria uolūtate hominū ſcribi ſolet. Iuu. Vana ſuperaci dicūt chirographa ligni. Cic. 3. de Nat. deor. Id quoq; L. Labien. fecit, quum chirographum ſex primorum imitatus eſt.

Chirographarius, m. ſ. à Iureconſultis ponitur pro eo, qui ſuo Chirographo ſcripſit ſe debitorem in codice.

Chirogylius, lii, m. ſ. echinus terreſtris ut eſt apud Leuiticū capite undecimo.

Chiromantia, f. p. χειρομαντία, In manibus diuinatio, quæ exlinearum, quæ in manibus ſunt, inſpectione fieri ſolet, à μαντεία καὶ χεὶρ.

Chironion, m. ſ. χειρώνιον, Tertium panacis genus, ab inuētore Chirone Centauro, ita dictum, folium lapatho ſimile, florem aureum, radicem paruam habens. Plin. lib. 25. ca. 4. Eſt præterea Chironium herba eadem cum centaureo maiore: ita dicta à Chirone Centauro qui ea curatus eſſe dicitur, quū Herculis arma pertractando telum in pedēdecidiſſet. Vide ſuprà in dictione Centaurea.

Chironia uitis, χειρώνειος ἄμπελος, Herba eſt ſmilacis foliis, clauiculis ſuis arbores uitis modo cōſcendens, pro ſemine acinos habens uuæ modo dependentes, initio herbaceos poſtea nigricantes, radice foris atra, intus buxei coloris. Alio nomine Vitis nigra, ἄμπελος μέλαινα appellatur. Plinius libro 23. capite primo.

Chironomus, m. ſ. χειρονόμος, Propriè qui inter ſaltandum manib. geſticulatur: quāuis etiā ad reliqui corporis geſtū trāſferatur. Iuu. Sat. 6. Chironomē Ledā molli ſaltāte Batillo Tucia ueſicæ nō imperat. Inde χειρονομεῖν Græcis idem eſt quod manib. geſticulari: cuius uerbi participio uſus eſt idē Iu. Sat. 5.

Structorem interea (ne qua indignatio deſit)

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Saltantem ſpectas, & χειρονομοῦντα uolanti
Cultello, donec peragat dictata magiſtri
Omnia, nec minimo ſanè diſcrimine refert
Quo geſtu lepores, & quo gallina ſecetur.

Vbi χειρονομοῦντα dixit, quaſi manibus geſticulantem, & certo quodam manuum geſtu eſcas diuidentem.

Chironomia, f. p. χειρονομία, Manuum geſticulatio inter ſaltandum, uel ſaltationis quoddam genus, qđ manuũ geſticulationẽ habebat adiunctã: cuiuſmodi olim fuit Pyrrhica. Quintil. lib. 1. cap. 19. legem geſtus interpretatur: à χείρ manus & νόμος lex: ſunt enim manuũ motus quidã præſcripti, quib. ſaltantes utuntur: quod potiſſimũm in Græcorum uſu fuit. Apud Romanos autẽ, integris adhuc urbis morib. ſaltatio in ſolo theatro exercebatur, & maximè pyrrhica.

Chirotheca, f. p. χειροθήκη, Manuum uagina, quæ etiam Manica dici ſolet. Ci. in Phil. Solet enim citò accipere manicas. Græci etiam Dactylothecam uocant.

Chirurgus, χειροῦργος, Medicus uulnerarius, à manuũ operatione ſic dictus. Mart. lib. 2. Chirurgus fuerat, &c.

Chirurgicus, a, um, χειρουργικός; ut Ars chirurgica, Inſtrumentum chirurgicum.

Chirurgia, f. p. χειρουργία, Licet nomen generale ſit ad omnẽ artẽ quæ actionẽ habet manuũ cũ cognitione coniunctã: propriè tamẽ dicitur de ea parte medicinæ, quæ ſectione, uel uſtione aut alia quauis ratione, quæ manu adminiſtretur, morbos curat. Cic. ad Att. Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. Eadem & Chirurgice appellatur. Celſ. in Proœmio lib. 1. Medicinæ: Iiſdemq; temporibus in tres partes medicina ducta eſt, ut una eſſet quæ uictu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu medetur. Primam Diæteticen, ſecundam Pharmaceuticen, tertiam Chirurgicen Græci nominauerũt. Chirurgia eſt ſcientia medicinæ altera pars, quæ per cõſuetas tũ ſectiones tũ aduſtiones & quæcũq; alia manu fiunt, humana corpora reſtituit. Chirurgia cum ſit uetuſtiſſima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quã à prioribus exculta eſt, deinde poſteaquam deducta ab aliis, habere profeſſores ſuos cœpit, in Aegypto quoque increuit, Philoxone maximè authore, qui pluribus uoluminibus hãc partem diligentiſſimè comprehendit: Gorgias quoque & Soſtratus & Hieronym. & Apollonii duo, & Hammonius Alexãdrinus multiq; alii uiri, ſinguli quædam repererunt. Ac Romæ non mediocres profeſſores, maximeq; nuper Tryphon pater & Euelpiſtus, & ut ex ſcriptis eorum intelligi poteſt eruditiſſimis magis quibuſdam in melius mutatis, aliquantum rei diſciplinæ adduxerunt. Hactenus Celſus.

Chlamys, ydis, f. t. χλαμύς, Ppropriè ueſtis militaris, pallio breuior multò, ac ſtrictior. Ver. 8. Ae. ipſe agmine Pallas In medio chlamyde & pictis conſpectus in armis. Plaut. Puer cape chlamydem. & da pallium. Idem ad ornatum militis ait opꝰ eſſe chlamyde, machæra, & petaſo. Similiter Iul. Pollux inter apparatus militares numerat chlamyda. Iurecõſulti uerò inter ueſtimenta puerilia numerant chlamydes. A Numa Romanorum rege chlamydem repertam Suidas author eſt. Qui dam deducunt à χλιαίνειν, tepefacere.

Chlamydatus, adiectiuũ, Qui eſt chlamyde indutus, χλαμυδωτός. Plaut. in Pſeud. Quis hic homo chlamydatus eſt? aut unde eſt? aut quem quæritat?

Chlamydula, dimin. χλαμύδιον, Idem: Tu ſume chlamydulam.

Chlæna, æ, f. p. χλαῖνα, Veſtimenti genus quod palliis, hyberno præſertim tempore, ſuperinduebatur. Latinis Læna appellatum. Vnde natum eſt apud Græcos prouerbium, ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις, περὶ τῶν μὴ καθ' ὥραν τοῖς ἀναγκαίοις χρωμένων, Hoc eſt, Aeſtate lænã deteris. In eos dici ſolitũ qui alieno tẽpore reb. neceſſariis abutuntur. Dicta eſt autẽ Chlæna, ut putatur, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, hoc eſt, à calfaciendo, propterea quòd denſitate ſua & pondere geſtantes calfaceret.

Chlorion, χλώριον, Auis eſt lutei coloris, perpetuas cũ coruo inimicitias exercens, altero alterius ouis inſidiante. Vide Plinium libro 10. cap. 29. & 74.

Chlorites, χλωρίτης, Gemma eſt herbacei coloris, quæ in ſcyllæ auis uentre inueniri creditur. Hanc Magi ferro includi iubent, tanquam ad prodigioſa quædam miracula utilem. Vide Plinium lib. ultimo, cap. 10.

Choa ſiue Chus, χόα, ἡ χοῦς, Menſuræ genus fuit apud Græcos, Romanum capiẽs congium, hoc eſt ſextarios ſex, ſiue cothylas Atticas duodecim. Vide Bud. de Aſſe.

Choaſpites, χοάσπίτης, Gemma eſt uiridis, auri fulgore intermicante: ita dicta à Choaſpi fluuio in quo inuenitur. Auctor Plinius lib. 37. cap. 10.

Chœnix, chœnicis, n. t. χοῖνιξ, Nomẽ menſuræ duos capiens ſextarios. Hac menſura ſeruis olim frumentum in cibum ad metiebantur domini. Vnde Pythagoræum ænigma eſt: Super chœnice non ſedendum, hoc eſt per inertiam & otium, alienum cibum non eſſe ſectãdum, ſed ſua quenq; induſtria ſibi uitæ neceſſaria debere parare.

Chœnix, quæ & maior libra apud Athenienſes uocatur, fuit mẽſura tritici, quantum quiſq; uno die comederet: pẽdebat earum drachmas CL. hoc eſt VII. & XX. uncias Græcas, noſtra autem menſura ſeſquilibram. Eius Chœnicis dimidiũ, drachmarum LXXV. libra ſeu libella dicebatur, cuius fit mento in l. iudices. C. de Epiſc. aut qua iubent Imp. Honor. & Theodot. duas Libellas & Chœnicem uictualis ſubſtantiæ cuſtoditis præſtari.

Chœnicion, χοινίκιον, Inſtrumentum eſt chirurgorum, quo minora oſſicula execant. Latini Modiolum uocant. Celſus libro 8. cap. 3. Exciditur uerò os duobus modis: ſi paruulum eſt modiolo: ſi ſpatioſum, terebris.

Chœrades, χοιράδες, Nihil aliud ſunt quàm indurati adenes in collo præcipuè, in alis, & inguinibus naſcentes: Latino uocabulo Strumæ appellatæ. Chœrades autem dictæ uidentur, ἀπὸ τῶν χοίρων, hoc eſt à ſuibus, qui hoc malo peculiariter infeſtantur.

Cholas, Lapis eſt ex genere ſmaragdorum, quem Iuba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis includi, referente Plinio libro 37. capite quinto.

Cholera, choleræ, χόλερα, Morbi genus eſt præcipitis, in quo & uomitus, & deiectio ſimul fiunt. Corn. Celſ. libr. 4. cap. 11. Primò facienda eſt mentio choleræ, quia cõmune id ſtomachi atq; inteſtinorum uitium uideri poteſt. Nam ſimul & deiectio & uomitus eſt, præterq; hæc inflatio: inteſtina torquentur: bilis ſuprà infraq; erumpit, primùm aquæ ſimilis, deinde ut in ea recens caro lota eſſe uideatur: interdum alba, nonnunquam nigra uel uaria. Accipitur & pro bile, χολή, Lamp. Alexander inquit, Cæſar iudices, qui furtorum fama laboraſſent, ſi caſu aliquo uideret: commotione animi & ſtomachi choleram euomebat. Cholera eſt paſſio peracuta, moleſta atque grauis, quæ ſtatim hominem ad Catarrhum adducit, cum uomitu & uentris deiectione multa, & in tormina, inteſtinorumq; dolorem, deinde in febres recidit. Vel, Cholera eſt paſſio acuta cum uomitibus uitioſis atque immodica uentris exinanitione, & etiam contrahuntur ſuræ eturum, infrigidanturq; corporis partes extremæ: pulſus in ipſis minores fiunt & imbecilliores. Cholera quid & quotuplex, Galenus de atra bile folio 313. Cholera rubea, tenuem propè ſanguinis ſubſtantiam oſtendit, & quia non concreſcibilis quoque uocatur. Galenus eodem folio 11. Cholera phæon quam nos ſubnigram. Definitionem Choleræ uide apud Galen. in definitionibus ſuis.

Choliambi, χωλίαμβοι, Qui & Scazõdes dicuntur, dicti quaſi claudi Iambi. Græci enim χωλὸν claudum dicunt. Verſus ſunt Iambici trimetri, nihil aliud à rectis Iambicis diſtantes, quam quod in quinta ſede ſemper habeant Iambũ, in ſexta uerò ſpondeum.

Cholopæon, Abrotonon, apud Dioſc. lib. 3. cap. 27.

Choma, atis, n. t. χῶμα. Agger, ſiue tumulus. Bud. in Pandect. Chomata ſunt aggeres, qui terra aggeſta facti ſunt, quibusq; Nili aqua coërcetur. Vlpian. de extra ord. crimi. l. Saccularii. In Aegypto qui chomata rumpit.

Chondros xiphoides, χόνδρος ξιφοειδής, A medicis appellatur corpus quoddam cartilagineum, quod ab extremo pectoris oſſe dependet, uentriculi orificio ſuperiori reſpondẽs. ita dictum quod acuminatum ſit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.

Chondros, χόνδρος. Græcis pars eſt ſimilaris, in corpore animalis ex ſemine generata, mediam inter oſſa & carnem duritiem obtinens, quam Latini cartilaginem uocant.

Chondroſyndeſmon, uocant conſtitutionem illam quæ eſt ex ligamentis & cartilaginibus in homine. Gal. 1. de Temperamentis à fine.

Choramos, appellant, utrosq; linguæ ſinus & cauitates.

Choragium, Choragus, Choraules, Vide Chorus.

Chordus, da, dum, Quod ſerotina fœtura natũ eſt: ὁ ψίγονος: ut, Chordi agni, qui poſt tempus debitum naſcuntur: quos uulgus uocabulo inde deducto, Chordiſcos uocat. Varr. libr. 2. de Re ruſt. cap. 1. Dicuntur agni chordi, qui poſt tẽpus naſcuntur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcũtur & remanſerunt in uoluis intimis: uocant χορίον: in-
de Chordi dicti. Plin. lib. 8. ca. 47. de ouibus loquens, Gerunt
partum diebus C L. poſtea concepti inualidi: Chordos uoca
bant antiqui poſt id tempus natos. Dicitur & de hominibus
unde plerique ſerius nati Chordorum cognomen traxerũt.
Vnde Chordi cuiuſdam Cremetii meminit Suet. item alteri
us Iulius Capit. in uita Gordianorum. Quint. quoq; li. 1. à di-
ligenti præceptore exigit, ut nominum origines curioſè ſcru
tetur: cuiuſmodi ſunt Aggrippa, Opiter, Chordus & Poſthu-
mus. Trãſfertur & ad inanimata: unde Chordum fœnum di-
citur, quod autumno ſecatur. Columel. libro ſeptimo capite
tertio, Autumnali fœno, quod Chordũ uocatur. Sic & Chor-
da frumenta dicuntur, quæ ſerò matureſcunt. Apud pleroſ-
que animaduertimus Cordum ſcribi ſine aſpiratione: quæ ta
men ſcriptura repugnat etymo, quod paulò ante è Varrone
adduximus.

Chorda, dæ, f. p. χορδή, Funiculus in inſtrumẽto muſico, qui Latino uocabulo fides dicitur. Cicero tertio de Orator. Nam uoces, ut chordæ, ſunt intentæ, quæ ad quemque tactum reſpondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua. Ouidius quinto Metamorph.

Calliope querulas prætentat pollice chordas,
Atq; hæc percuſſis ſubiungit carmina neruis.

Chordapſus, χορδάψος, Morbus eſt inteſtinorum, quem Latini Iliacum uocant. Eadem etiam ratione Græci χορδαψὸς uocauere, παρὰ τὴν χορδὴν: ita enim inteſtinum uocãt, quod peculiariter hoc morbo infeſtatur.

Chordum, fœnum dicitur quod ſerò naſcitur.

Chorea, reæ, **Choraules**, **Choreuma**, uide Chorus.

Choriambus, m. f. χοριαμβος, Pes ex prima & ultima productis duobus mediis breuib. ut, filiolis. Dictus Choriambus, quòd ex choreo, hoc eſt trochæo conſtet & iambo.

Chorius, m. f. ſiue **Choreus**, χόρειος, Pes qui alio nomine dicitur Trochæus, conſtans ex duabus ſyllabis, prima longa & ſecunda breui: ut, Muſa.

Chorobates, χοροβάτης, pen. corr. Eſt regula longa circiter pedes XX. quæ habet tranſuerſaria aquarum librationibus dicata, ut eſt uidere apud Vitruuium lib. cap. 6.

Chorocithariſta, **Chorodidaſcalus**, **Choroſtates** Vide Chorus.

Chorodanon, Spondyliou, apud Dioſc. lib. 3. ca. 88.

Chorroei, interpretantur furores. (præcipuè fontiũ.

Chortos, ti. m. f. χορτὸς, gramen in commune ſignificat, ſed

Chorographia, χωρογραφία, Regionis alicuius particularis deſcriptio. Geographia uerò, eſt totius orbis terrarũ deſcriptio. Hinc fit Chorographus, regionis alicuius deſcriptor.

Chorus, ri, m. f. χορὸς, Propriè eſt multitudo canentium, aut ſaltantium. Nam multorum uocibus, & concentu conſtat, ut Seneca & Macrobius tradũt. Et apud priſcos ex ſeruis ſymphoniacis comparabatur. Vnde apud Iureconſultos libro tertio de Legatis. Si chorus legeretur perinde eſt ac quaſi ſinguli homines legati ſint. Et à χαρὰ (ſecundum Plat. lib. 2 de Legibus) quæ eſt lætitia, deducitur. Feſtus à corona deriuat, habetque primam correptam. Vergilius ſexto Aenei. Illa chorum ſimulans, euantes orgia circum Ducebat Phrygias. Ser. Chorum, hoc eſt multitudinem in ſacra collectam. In primo Georgicorum, Omnis quam chorus, & ſocii comitatur euantes. Vbi rurſus Seruius, Chorus propriè eſt coetus, cãtus atq; ſaltatio. Trãſumitur & ad res incorporeas, ſumiturq; pro conſentienti rerum aliquarum multitudine. Cicer. 3. Offi. Poteſt igitur quicquam utile eſſe, quod ſit huic talium uirtutum choro contrarium? Hieronymus ad Dardanium ſcribit Chorum eſſe muſicum inſtrumentum ex ſimplici pelle, cum duabus cicutis æreis, quod per primam inſpiratur, & per ſecundam ſonus emittitur.

Coragium, gii, n. f. χοράγιον, Propriè ædificium amplũ poſt ſcenam, unde promebantur omnia ad ludos neceſſaria. Vitruu. libro quinto, Poſt ſcenam porticus ſunt conſtituendæ, uti quum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò ſe recipiat ex theatro: choragia q; laxamentum habeant ad chorum parandum, uti ſunt Porticus Pompeianę. Feſtus Choragium interpretatur, ipſum ſcenicum inſtrumentum, quo ſcena inſtruitur & apparatur: cuius prefectus dicitur Choragus, χορηγὸς. Plautus in Trinummo: Ipſa ornamenta à Chorago ſumpſit ſuo periculo. Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatum. Autor ad Heren. libro quarto, Aut aliquod fragile falſæ choragium gloriæ cõparetur. Apuleius libro quinto, de Aſin. Iam feralium nuptiarum miſerrimæ uirgini choragium ſtruitur. Dictum Choragium à uerbo Græco χορηγῶ, quod eſt ſuppedito, ſubminiſtro.

Choragus, gi, χορηγὸς. Dux chori & ſuppeditator inſtrumẽti ludicri, & expenſarum, inquit Budæus. Plautus in Perſa: Sed πόθεν ornamenta? T. abs chorago ſumito. Suet. in Auguſto: Quum primùm iſtorum conduxit menſa charagum,
Sex q; Deos uidit, Mallia ſex q; deas.

Choraules, com. t uel etiam Choraula χοραύλης, A choro & tibiis dicti ſunt, quæ modulantur ad choros, uel qui in choro fiſtulas inflant, χορὸς nanq; chorum, & tripudiũ ſignificat, αὐλὸς uerò fiſtulam, ſeu tibiam: unde Choraulæ dicti, quod tibiis ad choreas canũt. Mart. libr. 11. Non ſit quũ citharœdus aut choraules. Plin. lib. 37. cap. 7. Præterquam ſmeniam choraulẽ multis q; fulgentibus q; uti ſolitum. Apul. Erat quidam iuuenis ſatis corpulentus, choraula doctiſſimus. Iuuen. Saty. 6. Accipis uxorem de qua citharœdus Echion: Aut Claphyrus fiat pater, Ambroſiusq; choraules. Choraules monumentarii, ἐπιτάφιοι αὐληταὶ, ſunt tibicines, qui ad ſepulchra defunctorum canebant, quales priſci Siricinas uocant, qui apud ſitos id eſt, defunctos canunt.

Choraula, χοραύλη, appellatur ars tibicinum. Vnde Strabo cul pat Ptolemæum Aegypti regem, quod præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

Chorea, reæ, χορεία, penultima indifferente, à χορεύω ſalto, pro ipſa ſaltatione uſurpatur. Vergil. 6. Aeneid. Pars pedibus plaudunt, choreas & carmina dicunt. Idem: Immemores noſtri feſtas duxere choreas.

Choreutes, χορευτὴς, Quilibet ex choro uocatur. Bud.

Choreuma, χόρευμα, à Platone uocatur canticum quod à choro canitur & ſaltatur.

Chorocitharistæ, m. p, χοροκιθαριστὰι, Qui in choro citharizant ſicut pſallocitharistæ, qui pſallunt, id eſt, canũt ad citharam. Suetonius in Domit. Cerrabatur etiã & proſa oratione, Græcè, Latinè q; ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque & pſallocitharistæ.

Chorodidaſcalus, li, χοροδιδασκαλὸς, Magiſter eſt chori, Plat. & Ariſtoteli. Budæus.

Choroſtates, χοροστάτης, Chori præcentor, eſt quem uulgus Intonatorem uocat, qui ſcilicet chorum ſymphoniacum moderatur.

Chreſis, ſ. t. χρῆσις, Latinè uſus dicitur. Vnde Cathachreſis, κατάχρησις, abuſio.

Chreſtõ, χρηστὸν, Intubi erratici ſpecies, quæ Aegyptio nomine Cichorium, Romano Ambubeia appellatur. Chreſton appellatur ab inſigni utilitate, teſte Plin. lib. 20. cap. 8.

Chria, ſ. p. χρεῖαι, Eſt communis cõmemoratio alicuius dicti uel facti, uel utriusq; ſimul, celebrem habẽs demonſtrationẽ, ut Iſocrates dicebat, Virtutum radices amaras, fructus uerò dulces. Eſt autem una ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas præcepit. Aphthonius in Progymnaſ. definit χρεῖαν hoc modo, χρεία ἐστὶ ἀπομνημόνευμα σύντομον, ἐνσόχως ἐπὶ τι πρόσωπον ἀναφερόμενον: hoc eſt, Chria breuis eſt commemoratio, commodè ad perſonam aliquam relata. Chriæ uſum & genera latius exequitur Cælius Rhodig. lib. uigeſimo ſexto, capite uigeſimo ſeptimo, Dicta Chria, quæ maximè ſit utilis & neceſſaria. χρεία enim, & uſum & neceſſitatem ſignificat.

Chriſma, atis, χρῖσμα, Vnguentum, ſiue unctio à uerbo χρίω, ungo: unde & Chriſtus χριστὸς unctus. Ideò autem nos unxit quia luctatores cõtra diabolum fecit. Chriſis, χρίσις unctio.

Chromata, n. t. χρώματα, Præter uulgatam illam apud Græcos ſignificationẽ qua colores denotãtur, quę propria uiſus ſunt obiecta, etiã accipiuntur p ornamentis & luminib. artium: qui & Colores à Latinis appellãtur. Vnde Cromaticum melos ab antiquis dicebatur una ex tribus Muſicę partibus, quæ ob nimiã mollitiẽ infamię nota nõ caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuiſſe traditur.

Chrombus, Genus piſcis eſt, cuius tres numerantur ſpecies, Cyprinus, Chalcis, & Cobio. Plin. lib. 32. cap. 11.

Chronia, orum, χρόνια, Saturni feſta.

Chromis, apud Plin. 32. cap. 21. Piſcis eſt in aqua nidificans. Fuit etiam hoc nomine Herculis filius: de quo Papinius: Et Chromis, Hippodamusq; alter ſatus Hercule magno.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

conſeruantes, quibus ſcilicet res geſtæ, ſeruato temporum ordine digeruntur. Inuenitur & Chronicus, ca, cum, Gel. lib. 17. cap. 21. Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruiſſent Græci, ſimul atq; Romani uiri. Chronici, qui de temporibus ſcribunt. Plin. libr. 35. Quod & ipſius Timagoræ carmine uetuſto apparet, Chronicorum errore non dubio.

Chroniſſo, as, χρονίζω, Græcum uerbum eſt, idem ſignificans quod moror, ſubſiſto, & ex itinere identidem quieſco. Quo uerbo uſus eſt Lucretius libr. 2. Et ſatiati agni ludunt, blandeq; chroniſſant.

Chrones, n. ſ. χρόνος, Latinè tempus dicitur. Cic. 2. de Nat. deorum, Saturnum autem eum eſſe uoluerunt qui curſum & conuerſionem ſpatiorum ac temporum contineret: qui Deus Græcè id ipſum nomen habet: κρόνος enim dicitur, qui eſt idem χρόνος, id eſt, ſpacium temporis. Hinc factus eſt locus fabulæ, Chronon, hoc eſt, Saturnum filios ſuos deuorare, & eoſdem rurſus, cuomere: qua nihil aliud ſignificatur, quàm tẽporis ſucceſſu omnia gigni, & rurſus conſumi.

Chryſalis, dis, χρυσαλὶς, Erucæ genus eſt ex rore naſcẽs, quæ rupto cortice, cui includitur, fit papilio. Vide Pl. li. 11. ca. 32.

Chryſanthemon, χρυσάνθεμον. Genus eſt anthemidis, ſiue chamæmeli, luteis per ambitum foliis à leucanthemo diſtinctum, de quo ſeperatim agit Dioſc. lib. 4. Meminit Chryſanthemi & Plinius libro 26. cap. 8.

Chryſei, ſtellæ radios aureos emittere apparentes.

Chryſelectrum, χρυσήλεκτρον, Electri ſpecies in colorem luteum declinans: de quo Plin. lib. 37. cap. 4.

Chryſendeton, penu. cor. χρυσένδετον, Vaſis genus aureis cruſtis illigatum. Mart. lib. 6. Si uidere potes miſeri chryſendera Cinnæ.

Chryſiceptrum, Chamæleon albus. Dioſc. lib. 3 cap. 9.

Chryſippea, peæ, Herba à Chryſippo inuentore dicta: cuius meminit Plinius lib. 26. cap. 9.

Chryſites, χρυσίτης. Gemma eſt in Aegypto naſcens, quæ alio nomine Philogynos dicitur, oſtreæ ſimilis Atticæ. Plin. libro 37. ca. 10. Numeratur item Chryſites inter genera lapidis mortariorum, Plin. lib. 36. cap. 22.

Chryſitis, χρυσῖτις, quæ dicatur, docet Plin. libr. 33. cap. 6. his uerbis: Fit (inquit) in iiſdem metallis & quæ uocatur ſpuma argenti: genera eius tria: optima, quàm Chryſitin uocant: ſecunda, quam Argyritin: tertia, quam Molybditin. Et plerunq; omnes hi colores in iiſdem tubulis inueniuntur. Probatiſſima eſt Attica, ſecunda Hiſpanienſis. Chryſitis ex ipſa uena fit: Argyritis, ex argento, Molibdytis plumbi ipſius fuſura, quæ Puteolis fit: unde & nomen habet. Eſt item Chryſitis herbæ genus, quæ alio nomine Chryſocome appellatur: de qua uide paulò pòſt in dictione Chryſocome.

Chryſitis, Mercurialis Dioſc. lib 4. cap. 201.

Chryſoberylli, χρυσοβήρυλλοι, Berylli quidem pallidiores, ſed colorem aureum fulgore præ ſe ferentes. Eſt autem Beryllus, gemma proxima ſmaragdis. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chryſocalis, χρυσοκαλὶς, A quibuſdam uocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Eſt autem ex iis nomenclaturis, quæ inter notha Dioſcoridis à doctioribus reiiciuntur.

Chryſocarpum, χρυσόκαρπον, Hederæ ſpecies eſt, ab aureo acinorum colore ita appellata. Autor Plinius libro decimo ſexto, capite decimo quarto.

Chryſocolla, χρυσοκόλλα, Humor qui in metallis per uenas defluit, craſſeſcente humore, rigoribus hybernis, uſque in duritiam pumicis. Laudatiſſima eſt in ærariis metallis: proxima in argentariis: tertia in aurariis: deterrima in plumbariis. In omnibus autem iis metallis fit & cura, multùm infra naturalem, immiſsis in uenam aquis leuiter hyeme tota, uſque in Iunium menſem, deinde ſiccatis in Iunio & Iulio: ita ut planè intelligatur, nihil aliud eſſe chryſocollam, quàm uenam putrem. Natiua autem ab hac duritia multùm diſtat, quam luteã uocant. Tingitur tamẽ & factitia herba quadam quam luteam appellant, ut natiuam emẽtiatur. Hæc autem duo genera in uſu ſunt pictoribus. Eſt & tertium chryſocollæ genus, quod aurifices ſibi uendicant ad glutinandum aurum: unde & nomen accepit. Temperatur autem Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. Vulgus Boracem uocat. Vide plura de hac re apud Plinium libro 33. capite quinto.

Chryſocome, f. t. χρυσοκόμη, Herba eſt, quæ alio nomine Chryſitis appellatur, Latinam appellationem nõ habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex auſtero dulci, in petroſis opacisq; naſcens.

Chryſocomus, pen. cor. χρυσοκόμης, Comas aureas habens: quo nomine dictus eſt Apollo, à fulgore radiorum, quæ comæ ſunt ſolis aureæ.

Chryſogonum, χρυσόγονον, Herba eſt folio querno, flore coronarii uerbaſci, radice rapi, uehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & impoſita cum aceto, muris aranei morſibus auxiliatur. Autor Dioſcorid. libr. 4. cap. 46. Nomen autẽ accepit ab aurei ſeminis colore.

Chryſolachanon, χρυσόλαχανον, Dioſcorid. herba eſt eadem cum atriplice: Plin. lib. 27. cap. 8. duo facit Chryſolachani genera: unum in pinetis naſcens, lactucæ ſimile: alterum flore aureo, & foliis oleris.

Chryſolampis, χρυσόλαμπις, Lapillus in Aethiopia naſcens, noctu ignei coloris, licet die palleſcat Plin. lib. 37. ca. 10.

Chryſolectrum, Vide Chryſelectrum.

Chryſolithus, f. ſ. χρυσόλιθος, pen. cor. Lapis pretioſus, aureo nitore translucens, χρυσὸς, aurum, λίθος, lapis, quaſi aureus lapis. Ouid. 2. Metamor. Per iuga chryſolithi, poſitæq; ex ordine gemmæ. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

Chryſoma, atis, χρύσωμα, Græci uocant, quod nos aurũ factum, quod ſcilicet in uaſa, aut alium uſum laboratum eſt.

Chryſomallos, χρυσόμαλλος, Epitheto eſt arietis illius, qui Phryxus trans Helleſpontum uectus eſt: ab aureo nimirũ uellere, quod illi poëtarum fabulæ tribuerunt. Nam μαλὸς uellus ſignificat, ſiue lanam.

Chryſomela, χρυσόμηλα, Mala ſunt ex genere cydoniorum ad auri colorem inclinantia, & inciſuris quibuſdam criſpatis, eadem, ut opinor cum iis quę Vergilius aurea mala appellat. Vide Plin. lib. 15. cap. 11.

Chryſos, Piſcis aurei coloris. Ouid. in Halieuticis meminiſſe autor eſt Plin. lib. 32. cap. 11. Sunt qui ſuſpicentur eundẽ eſſe, quem nunc Auratam dicimus.

Chryſopaſtus, χρυσόπαστος, Auro aſperſus, πάσσω enim ſpargo ſignificat.

Chryſopraſus, pen. cor. χρυσόπρασος, Gemma eſt ex genere topaziorum, à porracea uiriditate nõnihil in aurũ declinãs. πράσον Græci enim Porrum uocant. Inde Praſinus color, id eſt porraceus. Vide de hac gemma Plin. lib. 37. cap. 8.

Chryſoſpermon, χρυσόσπερμον, A quibuſdam appellatur herba, quę notiore nomine Semperuiuũ maius appellatur, Dioſcorid. lib. 4. cap. 91.

Chryſtulion, Pſyllium. Dioſc. lib. 4. cap. 73.

Chryſulca, aqua illa eſt, qua miſta metalla diducuntur. Vulgò Aquafort. cuius uim ignoraſſe ueteres, colligit Alciat. ex Vulpiani uerbis in l. idem Pomponius ſcribit uerſus, ſed ſi diduci de rer. uen.

Chus, χῦς, ſiue Choa, Genus menſuræ humidorum apud Attícos, Romanorum congium capiens, nempe ſex ſextarios, ſiue cotylas Atticas duodecim. Bud.

Chytra, f. p. χύτρα, & Chytron, uel etiam Chutron. Latinè olla. Inde Chitropus, odis, Olia quę habet pedes, uel inſtrumentum ferreum, ſuper quod olla apud ignem colatur, χυτρόπους. Cato: Vbi in chutra feruefeceritis id lotium, ſub ſellam ſupponito pertuſam.

Chytropus, Vide Chytra.

Chymus, χυμὸς, quãuis apud Græcos quẽuis ſuccũ ſignificet à medicis tamen peculiariter accipitur, p maſſa ſanguinea, quæ fit in hepate ex chylo è uentriculo per meſenterium attracto: quæ deinde exactius in uenis excocta, & per earum orificia ad uniuerſas corporis partes delapſa, uertitur in illarũ alimentũ inſtauratq; qd à colore naturali fuerat diſſipatum.

C I

C I. In notis antiquorum, centum millia. C I C. Cicero. C. S. C Caius Iulius Cæſar. C. III. IN. Cubitos tres inuenies. C. S. C I P P. cippus id eſt terminus, ut ad tertium cippum, ſeu lapidem. C I V. Ciuis uel ciuitas. C. I. V. cauſa iuſti. C. I I. I V. P. cubitos duos inuenies plumbum.

Cibale, Cibarium, Cibo, Vide Cibus.

Ciborium, n. ſ. κιβώριον, Dioſc. interpretatur utriculos quoſdam in faba Aegyptia (quam & Colocaſiam uocat Plin.) ueſparum fauis ſimiles, in quibus fabæ ſunt bullarum modo emergentes. Idem & Ciborium appellari teſtatur, quaſi ſcrinioſum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

niloum: propterea quòd ſeratur faba hæc indito in madentẽ glebam ſemine, ſicque in aquam proiecto. Habet autem faba Aegyptia folia latiſſima, peraſi ſiue galeri ſimilitudine, quibus Alexãdrini pro poculis & catinis utebantur, teſtibus Pli. libro 20. capite decimoquinto & Strabo libro 17. A quorum etiam ſimilitudine, poculi quoddam genus Cibotium, ſiue Ciborium uocari Author eſt Athenæus. In qua etiam ſignificatione uſus eſt hac uoce Horatius lib. 2. Carm. Ode. 7. Obliuioſo læuia Maſſico ciboria exple.

Cibus, m. ſ. Omne id quo ueſcimur. σιτίον καὶ βίος. Cicer. de Senectute, Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur uires, non opprimantur. Donatus cibum diſtinguit à uictu, quòd Cibus etiam delicatis præbeatur. Victus in paruis, aridiſque alimoniis conſtitutus ſit. Terentius in Andria, Lana ac tela uictum quæritans. Idem in Eunucho, Viden oti um & cibus quid faciat alienus? Ibidem, Cibum nonnunquam capiat cum ea.

Cibo, as, a, p. Cibum infero, alo, nutrio, σιτίζω. Columella libro nono, Atq; ea genera, quæ intra ſepta uillæ cibantur, ferè perſequuti ſumus.

Cibaria, orum, Alimenta non modò hominum, uerumetiam quorumuis animalium. ὁ βίος: τὰ ἐδώδιμα ἀδιαστρόφα. Cicero ad Atticum libr. ſexto, Reſpondi, me non inſtituiſſe iis de re cibaria, quorum opera non eſſem uſus. Cicero pro Sexto Roſc. Anſeribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut ſignificat ſi fures uenerint. Cato de Re ruſtica capite ſexageſimo, Bubus cibaria annua in iuga ſingula lupini modios CXX. &c.

Cibarius, a, um, Quod ad cibum pertinet, τροφίμος, σιτικός. Macrob. lib. 3. Saturnal. Sylla mortuo, Lepidus Conſul legem tulit & ipſe cibariam. Cato enim ſumptuarias leges, cibarias appellat. Cibarius panis ἄρτος ἐπαρὸς Aeginetæ, dicitur panis ſecundarius, qui fit ex farina ſecundaria ex qua flos antè excuſſus eſt. Cornelius Celſus libro primo capite decimoſeptimo, Firmius eſt triticum quã milium: idipſum quàm hordeum, & ex tritico firmiſſima ſiligo: deinde ſimila: deinde cui nihil ademptum eſt, quod αὐτόπυρον Græci uocant. Infirmiſſimus cibarius panis. Hæc ille. Cicero libro primo Tuſc. Cui cum peregrinanti in Aegyptum, comitibus non ſequutis, cibarius in capſa panis datus eſſet, nihil uiſum illo pane incundius. Cibarium uinum, pro ignobili. Varro, Potus meus uinum cibarium. Sic & cibarius homo, ab eodem dicitur pro ſordido & plebeio: ait enim, Tuus frater cibarius fuit Ariſtoxenus. Cibarium oleum. Columella libro duodecimo, capite quinquageſimo, Cauendum eſt itaq; ne ex ea fiat oleum cibarium.

Cibatus, huius cibatus, m. q. Idem ferè quod cibus, σιτίον, βίος. Plinius, Truncos quidem grauiſſimo in cibatu habent. Plautus in Mil. Interclude inimicis commeatum: tibi muni uiam, Qui cibatus commeatuſque ad te & legiones tuas, Tutò poſſit peruenire.

Cibalis & hoc cibale, om. t. Quod ad cibum pertinet, ἐδώδιμος Varro, Eſt enim lac omnium rerum, quas cibali cauſa cupimus, liquentium maximè alibile, & id ouillum, inde caprinum. Sic enim hactenus lectum eſt in omnib. quotquot uidere contigit Dictionarii huius editionibus: quum tamen in emendatoribus Varronis exemplaribus, Cibi cauſa legatur, nõ cibali. Locus Varronis eſt de Re ruſt. libr. 2. cap. 11. quem ideò indicare uiſum eſt, ut & lectori diligentiæ noſtræ fidem faceremus, & ne quippiam, animi potius noſtri ſomnio, quã optimorum exemplarium fide freti, uideremur emendaſſe.

Cibilla, æ, teſte Varone libro quarto, de Lingua Latina Menſa erat eſcaria à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & poſtea rotunda. Feſtus item Cibillam interpretatur menſæ rotundæ genus: apud quem tamen Cillibam corruptè legi putauerim, pro Cibilla.

Cicada, f, p. τέττιξ, Inſecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo rorẽ lambit, non niſi æſtiuis mẽſibus apparens: unde & Cicadam quidam dictam uolũt, quaſi citò cadentem, hoc eſt euaneſcentem. Verg. 3. Georg. Et cãtu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. Idem Eclog. 1. At mecũ raucæ (tua dum ueſtigia luſtro) Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. Plin. lib. 11. cap. 26. autor eſt, cicadam ex omnibus quæ uiuunt, ſine ore eſſe, pro eo aculeatum quidam in pectore habere linguæ ſimile, quo rorem lambit, & pectus ipſum fiſtuloſum, quo uocem emittit. Cicadarum autem duo genera: minores, quæ primæ proueniunt, & nouiſſimæ pereunt: maiores quæ canunt, uocantur Achetæ.

Cicātrix, cis, f. t. Propriè eſt ſignum uulneris obducti, quaſi circa cutem: uel quaſi occicatrix, ἀπὸ τοῦ κεκαῦσθαι. Eſt enim calloſa caro pro cute inducta, ubi hiatus uulneris, quod iã coiuit, fuerat Terent. in Eunuch. Neq; pugnas narrat, neq; cicatrices ſuas Oſtentat. Cic. 7. Phil. Luculentam ipſe plagam accepi, ut docet cicatrix. Idem 7. Verrin. Ipſe arripuit M. Aquilium, &c. ut cicatrices pop. Rom. iudicesq; aſpicerent aduerſo corpore exceptas. Hinc Cicatricare, teſte Feſto, pro eo quod eſt cicatricem ducere.

Cicatricoſus, Cicatricibus plenus ἀνάπλεως. Colum. de Arb. c. 17. Tum etiam uitis minus cicatricoſa fit. Quintil. lib. 4. capit. 1. Turbari memoria, uel continuandi uerba facilitate deſtitui, nuſquam turpius: quum uitioſum proœmium poſſit uideri ut cicatricoſa facies.

Cicatrix, Romanè coronopus fortè quia cicatricem facit.

Cicatrix, oculi, idem quod oculi albugo & nebulæ.

Ciccum, Dicebant antiqui membranam tenuem, quæ eſt in malo punico uelut cellularum diſcrimen. Feſtus, Ciccũ mẽbrana tenuis malorum Punicorum.

Cicer, ris, n. t. Genus leguminis, ἐρέβινθος. Plin. libr 18. cap. 11. Ciceris natura eſt, gigni cum ſalſilagine: ideo ſolum urit, nec niſi madefactum pridie, ſeri debet. Vide ibidem plura ciceris genera. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. inde domum me

Ad põrri, & ciceris refero, laganiq; catinum.

Cicer arietinum aliud à ſatiuo uulgari. Vide Dioſc. li. 2. Pli. 18. Theoph lib. 9 Paul lib. 6.

Cicer erraticum, ſerpillum.

Cicerbita, Leonicenus dicit illam eſſe quam Dioſcorides Sonchon appellat.

Cicera, æ, Leguminis genus, à Columella inter pabula annumeratum, à cicercula ſolo differens colore. Eſt enim obſoletior & nigro propior. Græcis ὠχρὸς dicitur, ſi Theodori uerſioni credimus: quanquam idem pro ochro nonnunquam & eruiliam uertit.

Cicercula, æ, Leguminis genus ciceri non diſſimile, ſed minutius, inæquales angulos habens, ueluti piſum, λάθυρος. Plin. lib. 18. cap. 12. Eſt & cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens, ueluti piſum. Colum. lib. 2. cap. 30. Cicercula, quæ piſo eſt ſimilis, menſe Ianuario, aut Februario ſeri debet, læto loco, cælo humido.

Cicerculum, neutro genere, Genus ſinopidis, Plin. libr. 35. cap. 6. Species ſinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimę in libras tredecim denarii. Vſus ad penicillum, aut ſilignum colorare libeat. Eius, quæ ex Africa uenit octoni aſſes: Cicerculum appellant.

Cichorium, penultima producta, κιχώριον Dioſcoridi Herba eſt, quam alio nomine Intubum erraticum uocant. Plin. lib. 20. cap. 8. Cichorium refrigerat in cibo ſumptum. Idem libro nono capite octauo, Eſt & erraticum intubum, quod in Aegypto Cichorium uocant. Horatius dictionis huius penultimam ſyllabam produxit, corripuit autem antepenultimã, perinde acſi apud Græcos κιχόριον ſcriberetur, Me (inquit) paſcunt oliuæ, Me cichoria, leuesq; maluæ. Poſterior uerſus eſt Dactylicus Alcmanius Acatalecticus, conſtans duobus dactylis, & duobus ſpondæis.

Cici, κίκι, ἢ κρότωνος, Frutex eſt paruę fici magnitudine, folia habens platano ſimilia, maiora tamen nigrioraq;, & maiore læuore mollia, ſemen autem in racemis aſperis, quod cortice datum ricino uermi ſimile eſt: ex quo colligitur id, quod Ricinum oleum uocant, lucernarum nominibus, & emplaſtris utile. Ab huius ſeminis ſimilitudine Romani ipſum etiam fruticem Ricinum appellant, quemadmodum & Græci κρότωνα, Vide Dioſc. lib. 4. cap. 145 & Plin. lib. 15. cap. 7. Vulgus herbariorum hodie Cataputiam maiorem uocat.

Cicinus, a, um, adiectiuum: ut, Oleum cicinũ, κίκινον ἔλαιον Dioſcorid. quod & Ricininum appellari, paulò antè docuimus. Plin. lib. 23. cap. 4. Oleum cicinum bibitur ad purgationes uentri cum pari caldæ menſura.

Cicina, (quod hic p aue nocturna legebatur) uide Cicuma.

Cicindēlă, pen. prod. πυρολαμπίς. Ariſtot. Genus muſcarum, quod noctu lucet ignium modo, laterum & clunium colore à Græcis λαμπυρὶς dicta. Quidam Noctilucam, alii Nitedulam uocant. Non ante matura pabula, aut poſt deſecta conſpicitur: nunc pennarum hiatu refulgens, nũc compreſſu obumbrata. Ab hac lychnus penſilis, quem uulgò Lampadem uocant, Cicindela appellatur, quæ nocte tota ſeruatur accenſa, & lampyridis inſtar lucet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cícínía, parua & gracilis ſerpens, in Italia ferè ueneno carẽs.

Ciconia, f.p. Auis quæ ſerpentis pullos nutrit, teſte Plinio libro 10. cap. 12. πέλαργος. Iuu. Satyr. 14. ſerpente ciconia pullos Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta. Ouidius libro 4. Metam. ſumptis quin candida pennis Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro. Quo etiam nomine ab Hiſpanis uocatur lignum roſtratum, quo è puteis hauriri aqua ſolet: quod & Telonem agricolæ uocant. Itẽ Ciconia menſuræ genus eſt, ſiue inſtrumenti, quo ruſtici uti ſolent in ſulcis & foſſis ducendis, ne qua pars aliis aut profundior eſſet, aut latior. Colu mell. lib. 4. Sed huic operi erigendo, quaſi quandam machinam cõmenti maiores noſtri regulam fabricauerunt, in cuius latere uirga prominẽs, ad eam altitudinem, qua deprimi ſulcum oportet, contingit ſummam ripæ partem. Id genus menſuræ Ciconiam uocant ruſtici.

Cicuma, æ, Auis eſt nocturna, teſte Feſto. Cæl. libr. 17. cap. 11. nyctícoracem interpretatur.

Cícŭr, cicuris pen. cor. adiectiuum, om. t. ſignificans quod ex fera factum eſt manſuetum, τιθασὸν, ut aper, ceruus, leo, & quicquid cicurari, id eſt, manſuefieri poteſt. Quod enim à fero diſcretum eſt, id Cicur dicitur. Cicero 5. Tuſcul. Earum ipſarum partim ſoliuagas, partim congregatas, immanes alias, quaſdam autem cicures, nonnullas abditas, terraq; tectas. Cicur ingenium dicitur mite, ac manſuetum. Varro de Lingua Latina libro 6.

Cicuro, as, a. p. Manſuefacio, uerbum uetus: quod alio uerbo dicitur Exarmo, τιθασεύω.

Cicũtă, f. p. pen. prod. κωνίον, Herba uenenoſa, teſte Plin. libr. 25. cap. 13. caule uiridi & geniculato, altior ſæpe binis cubitis, in cacuminibusq; ramoſa, foliis coriandri tenuioribus, graui odoratu, ſemine aniſo craſſiori, radice concaua, nullius uſus nam ſemini tantùm & foliis refrigeratoria uis eſt. Cicutæ famam Athenienſes auxerunt, ſucco eius capitali iudicio damnatis necem inferentes. Iuu. Saty. 7. hunc inopem uidiſtis Athenæ, Nil præter gelidas auſæ conferre cicutas. Eſt itẽ Cicuta (ut Seruius docet) in cannis, calamiſue, quod interceptum eſt inter duos nodos. Vergil. 2. Eclog. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula.

Cicutaría, Mirrhis Dioſcoridi.

Cidắris, ris, pen. cor. κίδαρις, Tegumentum capitis quo Perſarum reges peculiariter utebantur, albis maculis in cærulei coloris faſcia intermicantibus. Qu. Curtius lib. 3. Cidarim regum capitis uocant inſigne. Hieronymus item autor eſt, Hebræorum Pontifices cidari uti ſolitos, in qua Dei nomen habebant inſcripti.

Cidonium, malum idem quod Cotoneum. Hinc Cidoniũ uinum, ex eius mali ſucco confectum. Vlpian. & trit. leg. l. ſi quis Cidonia, inquit, ſi qua alia ſũt uina quæ nõ ex uinea fiũt

Cieo, es, Cio, is, ambo ciui, citũ, faciunt: ſed à Cieo, es, fit Citum, pen. cor. à Cio uerò producitur. Oui. lib. 1. Metam. Nec fruitur ſomno uigilantibus cocita curis. Idem li. 1. Triſt. Accitus toties in genus omne ioci. Et cieo quidẽ ſignificat turbare, commouere, ἐξορμάω, κινέω, Verg. 4. Aeneid. Tonitru cælum omne ciebo. Cio uerò, uoco propriè. Propriè autem dixi, quoniam Cire aliquando mouere eſt: ſicut & Ciere uocare adeò ut alterum pro altero quandoque ſumi poſſe uideatur. Vergil. 6. Aene. Miſenum Aeolidem, quo non præſtantior alter Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu. Colum. libr. 7. cap. 5. Cio, is, poſuit pro commoueo. Nullo (inquit) tempore, & minimè æſtate utile eſt, boues in curſum concitari: nã ea res citat aluum: Liu. li. 1. Principes utrinq; pugnam ciebant, Similiter à Cieo fiunt Concieo, & Excieo, & ſi qua ſunt alia compoſita. Primum ſignificat commoueo uel conuoco. Liu. Galli, quos prædæ populationumq; conciuerat ſpes. Secundum, foras moueo & excutio. A Cio fit Excio, euoco. Statius lib. 4. Theb. ſuus excit in arma Antiqua Tiryntha Deus. Accio ſiue Arcio: de quibus ſuprà. Procio, prouoco. Percio, pulſo, tango, percutio, & ualdè commoueo. Concio, ſimul uoco congrego. Hinc Concio, onis, quod tria ſignificat, autore Gellio: Populum ipſum qui ad audiendum conuenit: orationẽ ipſam, quæ coram multitudine habetur: & locum ipſum, ſiue ſuggeſtum, ex quo habetur oratio. A Concio, Excio, Procio, turſus fiunt, Concito, Excito, Procito, frequentatiua. Porrò quòd præterita & ſupina eadem amborum ſimpliciũ ſunt itemq; compoſitorum, orta eſt non parua interpretandi ea uerba difficultas. Nam Cito, as, frequentatiuum eſt amborũ primitiuorum, Cio & Cieo, ideò aliquando uocito, aliquando frequenter moueo ſignificat. Pro uocito, ἐπάγομαι. Cicero in Verrem Act. 4. Citatur reus, cauſa agitur. Pro crebro Colum. lib. 8. Ne immaturis herbis citetur aluus. Igitur noſ ſomniculosè ſpectanda ſunt frequentatiua, compoſita, præterita, participiaq; compoſitorum, ut quæ uocationis magis proprietatẽ habẽt à Cio: quæ uerò notionis, à Cieo ſumãtur.

Citus, Celer, uelox, ὀξύς. Liu. 6. bell. Pun. Eques citus ab Roma uenit. Saluſti⁹, Modò citus, modò tardus inceſſus eius. Hinc Citior, citiſſimus. Plautus, Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quam famam reor. Citiſſimus omnium rediit. Eſt & Citus participium à Cieo, pro Citatus uel agitatus. Vergil. lib. 8. Aeneidos, Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant.

Citò, aduerbium, ὀξέως, ταχέως. Terent. in Eunuch. Citò hunc deduci ad militem Cic. Varr. lib. 4. Quid ergo potiſſimũ ſcribam? quod uelle te puto, citò me ad te eſſe uenturum.

Citius, cõparatiuum. Terent. in Hecyr. Qua me propter examinatum citius educi foras. Verg. Aene. 1. Hæc ait, & dicto citius tumida æquora placat.

Citiſſimè, ſuperlatiuũ. Plin. lin. li. 16. c. Citiſſimè aſcias retũdit.

Cito, as, frequentatiuum à Cieo, quod eſt, προσκαλέομαι, προσφέρω. Et modò eſt iudiciale uerbum, pro in ius uocare, iubere adeſſe, & diem alicui dicere: modò uerò extra forum, pro fidẽ authoritatemq; alicuius obteſtari, & (ut nonnulli) allegare, ſiue (quod Latinis magis probatur) laudare ponitur. De primo ſignificationis genere. Cicero pro Cluentio, Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe illum, ut re ſemel atq; iterum præiudicata, condemnatus in iudicium uenerit. Et in Verrem quarto, Citat reum, non reſpondet: citat accuſatorem, citatus accuſaror M. Pacilius, neſcio quo caſu, nõ reſpondit, non adfuit. De altera ſignificatione. Idem de Natura deorum libro primo, Tu ipſe paulò antè quum tanquam Senatum philoſophorum citares, ſummos uiros deſipere dicebas Huius compoſita ſunt, Concito, penultima correpta. qđ ſignificat ad iram prouoco. Hinc concitatus, iratus, Gellius Erat enim aliquantò concitatior. Iucito, Excito, Suſcito, &c.

Citatus, a, um, participiũ, Idem quod uocatus, προσκεκλημένος.

Citatus, nomẽ, Idẽ quod acceleratus, uel citus, aut uelox, ὠκύς. Apuleius, Citato, nõ teſtudineo greſſu. Liu. li. 8. bel. Pun. Citato gradu in hoſtem ducebant. Idem, Citato uadere equo. Liuius 7. bel Pun. Nero ea nocte quæ ſequuta eſt pugnam, citatiori quam inde uenerat agmine, die ſexta ad ſtatiua ſua atq; ad hoſtem peruenit. Ibidem lib. 2. Quàm citatiſſimo poterãt agmine ſeſe abripuerunt.

Citatim, aduerb. ταχύ. Celeriter. Hircius de bel. Afric. Ipſe cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

Cilícium, cii, n. ſ. à Cilicibus populis dictum eſt, apud quos (ut inquit Varro ſecundo de Re ruſtica capite undecimo) Cilicia primùm confecta ſunt, κιλίκιον, διφθέρα. Cicer. 3. in Verrem, Quum iſte ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, faccos imperaret. Fiunt autem ex uillis hircorum atq; caprarum: adhibenturq; (ut Vegetius inquit) ad excipiendum impetum ſagittarum. Aſconius ſcribit Cilicia tecta eſſe ex pilis, in ea ſtrorum uſum atque nautarum. Inde Cilicina ueſtis quæ ex Cilicio eſt, uel ei ſimilis.

Cilíum, n. f. teſte Plinio libro nono, capite trigeſimoſeptimo Antiqui uocauerunt extremum ſuperioris genæ ambitum: unde & Supercilia. Genas autem intelligit Plinius folliculos quibus oculus integitur, & à quibus palpebræ, hoc eſt pili dependent. Alii Cilia intelligunt folliculos ipſos quibus oculus integitur. Nam quas Græci uocant βλεφαρίδας, Theodorus Cilia uertit. Lactantius quoque de Opific. oculos cilio rum tegminibus occultatos ſcribit. Cilium (inquit Feſt.) folliculus, quo oculus tegitur, unde & ſupercilium. Idem alibi, Supercilium dicitur quod ſuper cilium ſit, id eſt, integumentum oculi ſperius.

Cílíbæ: pẽ. cor. Menſæ rotundu. τράπεζαι. Hæc aũt à Varrone Cibillæ uocãtur, à cibo. Ita enim ſcribit de Lingua Lat. lib. 4. Menſam eſcariam Cibillam uocant: ea erat quadrata, ut etiã nunc eſt in caſtris: à cibo cibilla dicta: poſtea rotunda facta.

Cílleo, antiqui uſurpauerunt pro moueo κινέω, unde etiam Furcillæ appellatæ ſunt. Autor Seruius lib. 2. Georg.

Cíllíbantes, κιλίβαντες, Inſtrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello ſcuta imponebant fatigati: ut ex Ariſtophane annotauit Cæl. lib. 9. cap. 16.

Cíllíbantum, uide Cylibantum.

Cílones, φοξοί, Dicti ſunt quorũ capita oblonga, & cõpreſſa ſunt: uel quib. frõs eminentior eſt, ita ut à dextra ſiniſtraq; reciſa uideatur. Cic. in Salluſt. Quicquid impudicorũ, cilonum, parricidarum ſacrilegorum, debitorũ fuit in urbe, &c.

Címa

Cima, Vide Cyma.

Cimacia, Vide Cymatia.

Cimeliarchium, locus est, ubi reponitur thesaurus. Vnde Cimeliarcha, custos uasorum & aliarum rerum Ecclesiæ.

Cimex, m.t, Vermiculus est odore fœdus, ex ligno nascens, chartisq; & paleis, κορύς. Martialis lib. 11. Nec toga, nec focus est, nec tutus cimice lectus. Plin. lib. 27. cap. 9. Folio cimicem necant. Idem lib. 29. cap. 4. Veluti cimicum animalis fœdissimi, & dictu quoq; fastidiendi natura, contra serpentum morsus, & præcipuè aspidum, ualere dicitur.

Cimolia creta, Vide Cimolus.

Cinædiæ, Lapilli, qui inueniuntur in cerebro cinædi piscis, maris habitum colore præsagientes. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cinædus, m.s. cum æ, diphthongo, κίναιδος & κιναίδος, Qui mulicbria patitur, παρὰ τὸ κινεῖν τὰ αἰδοῖα. Catullus Epigram. 21. Cinædus mollior cuniculi capillo, uel anseris medulla, uel mola molicella. Gellius, Nihil interest, quibus membris cinædi sitis, posterioribus, an prioribus. Alii Cinædos, quasi pudore uacuos appellant. κενὸς enim uacuus, αἰδὼς pudor. Alii interpretantur saltatores, uel pantomimos, ἀπὸ τῶ κινεῖν quod libidine omnibus ante irent, qui choros ducebant, & nimia agilitate se exercerent. Hos alio uocabulo Petauristas uocant, eo quòd saltibus leuioribus mouerentur, ut nulla durities in corpore uideretur. Plaut. in Aul. In fustibus sum mollior magis quam ullus cinædus. Cinædus etiam, genus piscis, de quo Plin. lib. 32.

Cinædicus, a. um, pen. prima correpta, adiectiuum, κιναιδικός. Plautus in Sticho. Lepidam & suauem cantationem aliquã occipito Cinædicam.

Cinara, Vide Cinyra.

Cinaræ. Cardui sunt maiores, quos uulgus Articocalos uocat, qui primùm ab Italis, mox etiam à Gallis inter præcipuas mensarum delicias habiti sunt, σκόλυμοι. Columella libr. 10. Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho Potanti ueniat, nec phœbo grata canenti, &c. Nominis originem referunt ad Cinaram puellam in herbam sui nominis mutatam. Alii à cinere deductum putant, quòd cinere in primis hæc herba gaudeat stercorari.

Cincinnalis, Enygron Dioscorides.

Cincinni, m.s, per duplex nn, κίνκινννοι, Sunt crines intorti qui etiam Calamistrati dicuntur. Iuuenalis, Altior hic quare cincinnus? Hos capillos Martialis Anulos uocat: ait enim, Vnus de toto peccauerat orbe comarum Anulus. Varro, Is est coliculus uitcus intortus, ut cincinnus. Solent autem cincinni oleo perungi. Cicero in Pisonem, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Inde Cicinnati dicti, qui capillos intortos gestant. Cicero post reditum in Senat. Quo uultu cincinnatus ganeo nõ solùm ciuiũ lachrymas, uerumetiam patriæ preces repudiauit? Plautus Capt. Subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus. Hoc cognomen fuit L. Quintio, qui ab aratro ad Dictaturam uocatus, equos uictos sub iugum egit, & decimosexto die, à quo magistratum acceperat, Dictatura se abdicauit.

Cincius, Romani Senatoris nomen, qui seculi sui luxui infensus, uehementissimus suasor fuit legis Fanniæ sumptuariæ: orationeq; ad populum habita accerrimè inuectus fuit in mores suæ ætatis, & quorundam gurgitum gulam, qui solidos porcos Troianos in conuiuium inferebant. Ita enim uocabat aprum, qui inclusis minoribus animalculis grauidus erat, quemadmodum equus Troianus grauidus erat armatis. Vide Macrobium lib. 3. cap. 13.

Cinclus, κίγκλος & Suidæ, Auis est exigua, perpetuò caudam mouens, unde & Motacilla à nonnullis appellatur. Hanc posteriore sui parte tam debilem esse aiunt, ut nidum struere non possit: sed in alienis nidis oua pariat. Quæ res fecit locũ prouerbio, ut omnium rerum inopia laborãtes, Cinclo pauperiores dicamus. Autores Suidas, & Aelianus lib. 17. cap. 28.

Cinctus, Vide Cingo.

Ciner, Ciniflones, Vide Cinis.

Cingo, is, xi, ctum, a. t. Notæ significationis est, & cum accusatiuo ablatiuum habet ζώννυμι. Ouidius 5. Fastor. Sustulit hoc Nymphe, cinxitq; decentibus armis. Idem 2. de Ponto: Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis. Cic. 3. de Natur. deor. Diligentiusque urbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis. Per translationem Cingere ponitur pro circuire &, circunspicere, περιβάπτω. Liui. li. 1. Nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat urbem, quam nondum munierat, cingere parat. Aliquando tamen accusatiuo solo contentum est. Plinius. Quum eum saltum uenatores cinxissent. Dictum cingo, quasi circũ ago. Huius composita sunt Accingo, Circuncingo, Discingo, de quibus suis locis. Incinctus, idem quod cinctus. Liuius libro 10. Incinctum Gabino cinctu super telũ stantem. Intercingo, Plinius. Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenitur in Africæ parte. Præcingo, idem quod cingo. διαζώννυμι. Plautus in Bacch. Inde de Hippodromo, & palestra ubi reueniſſes domum, Cincticulo præcinctus, in sella apud magistrum assideres. Interdum Præcingere est præparare, παρασκευάζω. unde Præcinctos. ἐυζώνους, strenuos & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: à quo Procinctus. apparatus bellicus. Vnde dicimus, aliquid nos feciſſe in procinctu, quum ad expeditionem, aut ad iter essemus parati & accincti. Ouidius, hæc in procinctu carmina facta puta. Plinius, Vinum curas, uigoremq; animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta classis uocabatur, quũ exercitus cinctus erat confestim pugnaturus. Recingo, q cinctum erat, discingo. Ouid. lib. 1. Metamorph. Velantq; caput, tunicas recingunt. Subcingo, subtus cingo, & ad cingulum alligo, παραρτῶ, ὑποζώννυμι. Cicero 12 Philip. Serg. Galbam eodem pugione succinctum quo in castris uidetis: Et succingere, id est, cinctu uestes ita colligere, ut breuiores uideantur, fiatq; homo ad agẽdum promptior. Vnde & succinctam orationẽ, breuem dicimus, & Succinctè, breuiter, συντόμως. Hinc Succingulum, balteum dicimus, ζωστὴρ. Succinctorium uestis genus breuissimæ, quo uenter & uerenda teguntur: quod & Semicinctium uocatur, quòd medium hominem cingat, id est, uestiat.

Cinctus, participium. Cicero pro Flac. Equidem existimo in ciusmodi regione atq; prouincia, quæ mari cincta, partibus discincta, insulis circũdata esse, &c. Gellius, Scuto pedestri & gladio Hispanico cinctus, contra Gallum constitit.

Cinctus, us, m. q. A Cingo, sicut Cingulum, διάζωμα. Varro de lingua Latina, Cinctus & cingulum à cingendo: alterum uiris, alterum mulieribus attributum. Quamuis & pro uestitu sumatur. Verg. 7. Aeneid. Ipse Quirinali trabea, cinctuq; Gabino Insignis. Porphirio docet Cinctum tunicæ genus esse infra pectus aptatæ, à quo Cinctutos Cethegos Horatius nominauit. Cinctum Gabinũ esse dicunt, togam sic intergum reiectam, ut una eius lacinia reuocata hominẽ cingat. Hoc genere uestimẽti Consul Romanus utebatur bellũ inducturus. Hoc item uestis genere indutos fuisse duos Decios, quum se pro exercitu deuouerent, author est Liuius.

Cinctati, pro uiris militaribus & quasi ad militiam accinctis dicuntur. Contrà Discincti, ad pugnam imbecilles atq; imparati accipiuntur.

Cincticulus, m.s. diminutiuum, Amiculi genus, quod ferè sub umbilico præcingitur, & ad dimidium crus porrigitur, διὰ ζωμάτιον. Plautus in Bacch. Cingulo præcinctus in sella apud magistratum assideres.

Cinctutus, a, um, pen. prod. Cinctu indutus: quod uestis genus antiquissimis Romanis in usu fuit. Vnde Horatius in Arte, quum antiquissimos illos denotare uellet. Cinctutos Cethegos dixit. Verba eius sunt hæc, si fortè necesse est, Indicijs monstrare recentibus abdita rerum, Fingere cinctutis non exaudita Cethegis Continget. Hoc est ijs seculis nunquam audira, quibus Romani cinctu utebantur. Alij Cinctutos intelligunt bellicosos, quasi ad militiam accinctos: sicut contrà Discinctos, molles & imbelles. Prior tamẽ interpretatio Horatij loco magis uidetur conuenire.

Cingulum, m.s. Hominis cinctorium dicitur, & propriè mulierum, ζώνη. Varro 4. de Lingua Latina, Cinctus & Cingulum à cingendo: alterum uiris, alterũ mulieribus attributum. Festus, Cingulo noua nupta præcingebatur, quod uir in lecto foluebat. In cælo quoq; Cingula dicuntur, quæ & zonæ. Cicero in Som. Scip. Cernis autem terram eandẽ, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis. Quandoq; pro anulo ponitur, quod digitum circuit.

Cingula, læ, f.p. Qua cinguntur iumenta, ζῶμα. Ouidius de Remed. Et noua uelocem cingula lædat equum.

Cingriæ, f.p. Tibiæ dicebantur, quæ licet breuiores essent, subtilioribus tamen modis insonabant.

Cingulum, & Cingulus, Vide Cingo.

Cinis, cineris, ab antiquo nominatiuo Ciner, hodie masculini gen. olim etiã fœmin. τέφρα. Puluis in quẽ materia usta resoluitur. Statius lib. 3. Thebaid. uteris cũ regia Calmi Fulmineum in cinerẽ monitis Iunonis iniquæ Cõsedit. Idẽ 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aeneid. Non ſatius cineres patriæ inſediſſe ſupremo? Idem 6. Aeneidos. Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit. Sumitur & pro manibus & reliquijs funerum, ſiue memoria. Cic. in Verrem, Homo impoꝛtuniſſime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo feciſti? cur hunc dolorem cineri eius atq; oſſibus inuſiſti? Verg. 4. Aeneid. Nec patris Anchiſæ cineres, manesue reuelli. Antiqui hoc nomen etiam fœmi nino genere efferebant. Caluus apud Nonium, Quum iam fulua cinis fueris.

Cineraceus, a, um, Cineris colorem referens. Plin. lib. 33. Terra eſt aliàs fuſa, aliàs cineracea.

Cinereus, a, um, Quod è cinere eſt, uel quod cinereum refert colorem.

Cinerarius, rij, pro ciniflone. Catullus, Nunc tuum cinerarius Tondet os: miſer, ah miſer Concubine nuces da.

Cinericus, a, um: ut, Panis cinericius, ἐγκρυφίας ἄρτος, qui coctus eſt ſub cinere.

Cinefacio, cinefacis, cinefacere. Eſt in cinerem reducere, ἀπὸ τοῦ τεφρόω. A quo Cinefactus, a, um, In cinerem diſſolutus, τεφρωθείς. Figuratio eſt (inquit Nonius) ut, Tepefactum & Labefactum. Lucilius lib. 3. At nos horrifico cinefactũ te propè buſto Inſatibiliter deflebimus.

Ciniflones, m. t. qui & Cinerarij dicti ſunt, qui calamiſtris in cinere calefactis capillos criſpabant. Horatius, Cuſtodes lectica, ciniflones, paraſiti.

Cinira, nomen eſt oleris cui inditum uidetur nomẽ à cinere, quoniam huic herbæ id genus ſtercorationis eſt aptiſſimũ, plura uide in hortis Colum. Bapt. Colum. lib. 11. cap. 3.

Cinnăbări, ſiue **Cinnabarim**, κιννάβαρι. Plin. lib. 33. ca. 7. ſaniem putauit eſſe draconis eliſi elephantorum morientium põdere, permiſto animalis utriuſq; ſanguine. Quod tamen falſum eſſe, manifeſtius eſt quàm ut debeat refelli. Dioſcorides à minio diuerſum eſſe oſtendit, quòd Cinnabari ex Libya, minium ex Hiſpania afferretur: quid tamẽ re uera eſſet, non indicauit. Hoc tantùm teſtatur, tam exiguã eius copiam afferri ſolere, ut uix uariandis in picturs lineis pictoribus ſufficeret. Quod autem hodie Cinnabrium uocant, ex ſulphure & argento uiuo ſimul uſtis conficitur.

Cinnamomum, κιννάμωμον, Frutex eſt in Aethiopia Troglodytis contermina, humilis & ſurculoſus, duorum cubitorum altitudine, omnem in cortice dotem habens: nam lignum eius, quod Xilocinnamomũ uocant, propter quandam origani acrimoniam in faſtidio eſt. Cinnamomum etiam hodie in officinis nomen retinet: uulgus à quadam canalium figura Canellã appellat. Vide plura de hoc apud Plinium lib. 12. cap. 19.

Cinnamomum, Frutex duorum cubitorum altitudine, ampliſſimus, palmiq; minimus, quatuor digitorum craſſitudinis, ſtatim à terra ſex digitis, ſurculoſus, arido ſimilis, cũ uiret non odoratus, folio origani, ſiccitate gaudens, ſterilior imbre, ceu diræ naturæ. Gignitur in planis, ſed dẽſiſſimis in uepribus rubiſq;, difficilis collectu. Plura apud Plin. lib. 12. cap. 19. Thephraſtum lib. 9. cap. 47. Genera eius plura eſſe inquit Dioſcorid. libro 1. patrium ſibi nomen uendicantia. Præfertur tamen Moſyllion, quod Caſiæ, cui Moſylitl nomẽ eſt, aliquẽ refert effigiem. Plura loco citato. Malumus enim hæc ex fontibus ipſis petas, & ne nos librũ immenſum grauemus. Barbaris tamen Corollarium, quoniã rem ferè omnem in compendio explicat adſcripſimus. Cinnamomum in partes quinq; concidunt, præcipua bonitas tenuiſſimis ad longitudinẽ palmis. paulo ũe amplioribus. Secunda proximis breuiore menſura. Vtiliſſimæ, quæ radicem antecedunt, quoniam ibi minimum corticis, in quo ſumma gratiæ, qua de cauſa præferuntur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipſe frutex duorũ cubitorũ altitudine ampliſſimus, palmiq; minimus, quatuor digitorũ craſſitudinis. Statim à terra ſex digitis, ſurculoſus, arido ſimilis, cũ uiret, nõ adoratus, folio origani, ſiccitate gaudens, ſterilior imbre, ceu cõtraria cæteris natura. Gignitur quidẽ in planis, ſed denſiſſimis in uepribus rubiq; difficilis collectu. Verior ſententia eſt, naſci in Aethiopia, Troglodytis cõnubio permixta. Non ut Herodotus, quo ſitu Liber pater educatus eſſet, ex inuijs rupibus, auiũq; nidis peti, & priuatim Phœnicis. Neq; ut illj, in Arabia. Igitur mercantes illi à conterminis uergunt per maria uaſta ratib. ſine gubernaculo, ſine remis ac uelis, ſed hyberno per brumã, Euris, tum maximè flantibus. Primus his portus Gebẽnitarũ Ocila, ſiue Acila, ut Strabo, Ptolemæus Oceilis. Produntur uix quinto anno reuerti mercatores, & interire multos. Contra reuehunt uitrea, & ænea, ueſtes, fibulas, cũ armillis ac monilib. Ipſum lignũ in faſtidio eſt, propter Origani acrimoniã. Xylocinnamomum uocatur. Pretiũ in libras uiginti. Quidã Cinnami (nam & Cinnamum dicitur) duo genera tradidere, candidus nigricansq;. Et quondã præferebatur candidũ. Nunc contrà, nigrum cõmendatius, au thore Plinio: atq; etiã uarium præferunt candido, certiſſimo argumento, ſi ſit ſcabrũ: atq; ut inuicem tritũ contumaciter frietur & inhorreſcat. Improbatur molle in primis, aut cui albicat cortex. Ius eius à Gebennitarum rege ſolo proficiſcitur. Is edicto mercatu uendit. Pretio quondã fuere in libras denariorum mille. Auctum id parte dimidia eſt, incenſis (ut ferunt) ſyluis ira barbarorum: aut etiam fortè fortuna, quoniam Auſtri tam ardentes ibi afflare ſolent, ut æſtatibus ſyluas accendant. Coronæ ueteribus fiebant ex Cinnamomo, interraſſili auro incluſæ. Radicem eius magni põderis aureæ patere impoſitam uidiſſe, Plinius meminit, ex qua guttæ editæ, annis omnibus in grana durabantur. Pſeudocinnamomum, Galenus Cinnamomidem quoq; appellari ſcribit.

Cinnămūm, penult. correpta, κίνναμον, Frutex ſiue arbuſcula naſcens apud Gebanitas, in finibus Troglodytarũ, præſtantiſſimum exudans odoramentum, quod & ipſum Cinnamum dicitur. Vide Plin. lib. 12. cap. 19. Ouid. 3. Faſt. Cinnama tum primùm captiuaq; thura dediſti.

Cinnaris, f. p. Herba eſt authore Plinio, quæ ceruis aduerſus uenenãta pabula eſt remedio. Plin. lib. 8. cap. 27. Ceruus herba cinnare uenenatis pabulis reſiſtit.

Cinniligium, gii, n. ſ. quo noua nupta præcingebatur.

Cinnomyron, unguentum Liliorum.

Cinnus, per duplex nn. Eſt plurimarum rerum, præſertim liquidarum, cõmiſtio: nã ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectum putatur, quod κυκεῶνα Græci appellant. Cicero de Oratore, Cinnus utriuſq; particeps, uel utriuſq;, ſi uerũ quærimus, expers. Et eleganter Picus Miran dula ad Angel. Polit. Tu ita utrũq; imples, ut utrum magis, haud ſatis conſtet, qui & Græcam, & noſtram Mineruã pulchrè amplectaris, quaſi cinnus utriuſq; linguæ: ut quæ inſitia ſit, quæ genuina, non facilè diſcerni poſſit.

Cinyps, Vide Cynips.

Ciperum, (quod hic corruptè legebatur) Vide Cyperos.

Cippus, Columnã ſignificat, quæ cum inſcriptione ad conſeruandam rei alicuius memoriam ſoleat erigi, σύλη. cuiuſmodi etiam in defunctorum monumentis erigi conſueuerunt. Horatius 1. Serm. Satyr. 8. Hic miſeræ plebi ſtabat cõmune ſepulchrum, Pantolabo ſcurræ, Nomentanoq; nepoti, Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat, hæredes monumentum ut ſequerentur. Cippus item inſtrumentum erat ligneum, quo ſeruorum & captiuorum pedes colligabantur.

Circa, præpoſitio eſt accuſatiuo ſeruiens caſui, Idem ſignificans quod iuxta περί. Cicero de lege agrar. contra Rullũ, Quum Rullus Capuam & urbes circa Capuã occuparit. Idẽ 3. In Verrem, Aiebat multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet. Ponitur & pro Circiter, ut tempus denotet. Plin. lib. 9. cap. 18. Nec amplius, quàm circa eũ mensem uiſuntur. Inuenitur etiam aduerbialiter poſitum, & ſine caſu. Cicero ad Atticum lib. 2. noſtram ambulationẽ, & ea quæ circà ſunt, uelim, quum poteris, inuiſas. Hinc fiunt Compoſita, Quo circa, & Circuncirca: de quibus ſuis locis.

Circanea. Auis dicitur quæ uolando circuitũ facit. Feſtus.

Circæa, κιρκαία, Herba eſt ſtrichno ſatiuo ſimilis, flore nigro & puſillo, ſemine milij magnitudine, naſcẽte in quibuſdam corniculis, radice ſemipedali. Autor eſt Plin. lib. 25. cap. 13. Fuerunt qui candẽ crederẽt cum Circæio, quod tamen falſum eſſe ex utriuſq; deſcriptione facilè deprehenditur.

Circæium, n. ſ. Herba quæ & Mandragora dicitur. Vide Plinium lib. 25. cap. 13.

Circenſes ludi, Circenſes, ſine adiectione, Certaminis curulis genus erat in honorem Conſi conſiliorum Dei inſtitutum: ἱπποδρομία: ita dictum, quòd in circo peragerẽtur, non autem ab enſibus (ut Seruius nugatur) in circuitu diſpoſitis. Liuius, Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca Patribus, Equitibusq; urbis ut ſpectacula ſibi quiſque faceret. Vergilius 8. Aeneid. Nec procul hinc Romam, & captas ſine mora Sabinas. Conſeſſu caueæ, magnis circenſibus actis Addiderat. Circenſium ludorum, ſeptem erant curricula ſolennia. Gellius lib. 3. cap. 10. ex Varrone. Circenſe tomentum, Dicitur quod fit ex ſummitatibus arũdinum mollibus, lanæ ſimulibus. Martialis lib. 14. Tomentum conciſa palus circenſe uocatur:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vocatur: Hoc pro Lingonico, stramine pauper emit.

Circērus, pen. prod Nauis Asiana prægrādis, ut inquit Nonius. Plaut. in Stich. Quum percūctor portitores, ecquę nauis uenerit ex Asia, negant uenisse. Cōspicatus sum interim circerum, quo ego meliorem non uidisse censeo.

Circinus, m. s. pen. corr. Instrumentum quo circuli uertendo designātur, διαβήτης. Plin. lib. 2. cap. 15. Omnia autē hæc constant ratione circini semper indubitata.

Circino, as, a. pen. cor. Rotundum facio, κυκλόω, uel Circino circulum facio. Plin. lib. 16. cap. 38. Cætera mensarum genera fissis arboribus circinnantur in pulpam. Significat etiā Circumire: ut, Circinnare auras apud Ouidiū 2. Metam. Sic super Actæas agilis Cilenius arces, Inclinat cursus, & easdem circinat auras.

Circĭter, à Circa fit, Idēq; significat: & refertur modò ad tē pus, περίπου, ὅτ. Plaut. in Mostel. Redito huc circiter meridiem. Cæsar. 5. bell. Gal. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt. Cicero ad Att. Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Modò ad numerum. Sal. in Catilinam, Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa. Modò ad locum. Plautus in Cistel. Loca hæc circiter excidit mihi. Circiter aduerbiū. Cicero ad Attic. Verùm hæc in Arpinati ad sextū circiter Idus Maias non deflemus. Cassius Hemina, Lapidem fuisse quadratum circiter in media arce iunctum.

Circiter ad tempus solū pertinere Priscianus existimauit. Contrà Valla (quod uerius est, nec latuit etiam interpretes nostros) ad numerum frequentius refert. Adrian. Card. de off. ord. lib. 6. & Specul. de Disput. & alleg. parag. 4.

Circites, peult. corr. Circuli ex ære facti teste Festo. Est & genus oleæ apud Columellam lib. 5. cap. 7.

Circius, Ventus nulli uiolētia inferior: sic dictus, quòd omnia turbet, ac circumuertat. Hic peculiaris est Galliæ Narbonensi: de quo Gellius, Galli uentum ex sua terra flantem; quem sæuissimum patiuntur, Circium appellant, à turbine, opinor, eius ac uertigine. Lucan. solus sua littora turbat Circius, & tuta prohibet statione Monœci. Ventus Circius, quum loquare, buccam implet: armatum hominē, & plaustrum oneratum percellit. Cato Cercium, non Circium appellat. Est item Circius Tauri montis pars apud Plinium lib. 5. cap. 27.

Circitores. Vide Circumeo.

Circos, κίρκος, Auis est ex Accipitrum genere, altero pede clauda, prosperrimi augurij in nuptialibus negotijs, & re pecuaria. Autor Plinius, libro 10. cap. 8.

Circuitor, Circuito, Circuitus, Vide Circumeo.

Circulator, Circulo, Circulus, Vide Circus.

Circum, Præpositio, περί, & componi solet, & separari. Separata locum tantùm significat, sicut & composita: ut, Circum theatrum. Quandoq; loco aduerbij ponitur. Vergil. 4. Aene. Anne uides toto properari littore circùm? Componitur uerò cum dictionibus ab a, incipientibus, ut Circumago: c, ut, Circumcido: d, ut, Circumduco: e, ut, Circumeo: f, ut, Circunfluo: i, ut, Circumiacio: à quo Circumiectus: l, ut, Circunlinio: m, ut, Circummunio: n, ut, Circunnascor: p, ut Circumpono: q, ut, Circunquaque: s, ut, Circunscribo: t, ut, Circūtuli: u, ut, Circunuenio. Verùm iuncta uocabulis integra scribi, sed non proferri debet, ut circumago, circumeo scribantur, sed proferantur circuago, circueo. Vnde Priscianus ait, Circumeo, & circumago, & similia nō paterentur elisionem in pronuntiatione, si transiret in sequentem syllabam m. Si uerò iungatur cum c, d, f, q, t, mutatur m, in n: ut, Circuncido, Circundo, Circunfero, Circunquaq;, Circūtuli. Cum alijs remanet m, integra: ut Circumscribo, Circumuolo.

Circumaggero, as, Plin. lib. 19. cap. 5. Terra minuta, fimoq; circumaggeratas resistere frigori radices.

Circumago, gis, a. t. Significat circunduco, περιάγω, περιάγομαι. Liuius 1. ab Vrbe, Prius penè, quàm Romulus, quinq; cum eo equites erant, circumagerēt fratris equos, terga uertunt. Plin. lib. 2. cap. 3. Circumagitur orbis uigintiquatuor horarum spatio. Apuleius, Nudumq; hominē circumagens omnibus ostendebat. Interdū insequor, fugo, ἐλαύνω. Curtius, Nec uulneratum, & ferè seminecem circumagere destiterunt. Inde Circumactus uerbale, Conuersio, siue motus in gyrum, περιαγωγή. Plinius, In ponte prætenui duabus capellis obuiis diuerso, circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo.

Circūambulo, as, In circuitu ambulare, περιεύχομαι. Paul. in lege Possideri. in princ. ff. de acquirēda possessione. Vt qui fundum possidere uelit, omnes glebas eius circūambulet.

Circumaspicio, cis, περισκοπέομαι. Plin. lib. 8. cap. 33. Nec pupillæ motu, sed totius oculi uersatione circumaspicit.

Circuncelliones, Dicti sunt qui circum cellas uagātur. ἀλᾶται. Solent enim ire hàc atq; illàc, nusq; quā habētes sedes.

Circuncido, dis, a. t. Circum, uel per circulum incidere & amputare, περικόπτω. Columella lib. 3. Eiusdem spolij, corticem circuncidito, & materiem delibrato. Circuncidere uinum, pro eo quod est, uini usu interdicere. Celsus libro 4. cap. 20. Deinde ubi ad se redit, circuncidendum uinum est in totum annum. Idem lib. 6. cap. 9. In dentium autē dolore, qui ipse quoq; magnis tormentis annumerari potest, uinum ex toto circuncidendum est. Id est, uinū omnino non est bibendum. Circuncido absolutè positum. Cicero 5. de Finibus, Quæ sit scientia & ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat.

Circuncisus. Participium. Plin. lib. 14. cap. 19. Quod circuncisis, uinaceis, pfluxerit. Cic. 1. de Finibus, Vt sapiēs solū amputata, circūcisaq; inanitate, & errore, naturæ finib. cōtentus.

Circuncidaneus, a, um, ut Vinum circuncidaneum: quod scilicet postremò exprimitur, uinaceis, ubi fluere desierint, circunquaq; accisis. Gato cap. 23. Torriuum mustum circuncidaneum suo cuiq; dolio diuidito, additoq; pariter.

Circuncisitius, a, um: ut, Circuncisitium uinum, idem quod circuncidaneum. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 54. Quum desijt sub prælo fluere, quidam circuncidunt extrema, & rursus premūt: & rursus, quū expressum, circuncisitiū appellāt; ac seorsum quod expressum est seruāt, quod resipit ferrum.

Circūcisè, aduerb. Sueton. de Clar. Rhet. Tum ne usquequaq; scholasticus existimaretur, circuncisè, ac sordidè, & tantum modo triuialibus uerbis egit, uerùm rarius.

Circuncisio, onis, περιτομή. Lactātius lib. 4. cap. 17. Sed iræ atq; inuidiæ suæ alias causas præferebant, quod circuncisionem uacuè faceret.

Circuncisura, ræ, Incisio in orbē facta. Plin. lib. 16. cap. 40. Stantes q; à circuncisura siccatę fideliores.

Circuncingo, gis, Circūdo, περιζώννυμι, περιβάλλω. Silius lib. 10. Ceu fera quæ telis circūcingentibus ultro. Assilit in ferrum, & per uulnera colligit hostem.

Circuncirca, cōpositum ex duab. præpositionibus, Ab omni parte. ἀμφί, περί. ut, Circuncirca prospicere: Plautus in Aulularia, Occepit ibi scalptutire ungulis circuncirca.

Circuncludo, dis, circuncluſi, circunclusum, Vndiq; claudo, περικλείω. Plin. lib. 8. cap. 15. Si nubes solē circuncludāt. Cæsar 6. bel. Gall. Hæc studiosè acquisita ab labris argēto circuncludunt, atq; in ampliſſimis epulis pro poculis utūtur. Loquitur de cornibus urorum. Cic. in Catil. 5. Num inficiari potes, te illo ipso die meis præsidijs, mea diligentia circunclusum, commouere te contra Rempub. non potuisse?

Circuncolo, lis, circuncolui, circuncultum, Circum habito, περιοικέω. Liuius 1. bel. Maced Is timor omnes qui circuncolunt Bœben paludem, relictis urbibus, montes coēgit petere. Vlpian l. ff. de flumin. flumen à riuo magnitudine discernendum est, aut æstimatione circūcolentium, &c.

Circuncolumnium, n. s. Locus est circunquaq; porticus habens, uel saltem à tribus lateribus, qualia fieri in monastēriis solent. περίστυλον.

Circunculcare, Circuncirca cōculcare. Colum. lib. 5. cap. 6. Sin minus terra subacta, operiamus, circunculcemus ipsum seminis codicem. Ibidem, Ac diligenter circunculcari.

Circuncurro, is, n. t. περιτρέχω. Quintilian. lib. 2. cap. 23. Hāc autem, quā nos materiā uocamus, id est, res subiectas, quidam modò infinitam, modò non propriam Rhetorices esse dixerunt, eamq; artem circuncurrentem uocauerunt, quòd in omni materia deceret.

Circuncurso, as, are, frequentatiuum à Circūcurro. Terentius in Heaut. Hàc, illàc circuncursa: inueniendū est tamen Argētum. Plaut. Rud. Omnia iam circumcursaui, atq; in latebris omnibus Præreptaui quærere conseruam.

Circundo, a. p. περιβάλλω, περιαμβάνω, Circumeo, περιέμι, inter se differunt: quoniam dicimus, Hercules circuiuit terram, non circūdedit: & Anulus circūdat digitum, non Circumit. Circuitus nomē utrunq; cōplectitur. Cicero Catoni, Vallo & fossa circundedi. Plautus in Asin. Circundato me brachijs, meumq; collum circumplecte. Cesar 3. bell. Ciuil.

Octauius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Octauius quinis castris oppidum circundedit. Horat. Serm. 1. Sat. 2. Ad talos stola demissa, & circundata palla Plurima. Armis circundatus, id est, armatus. Vergil. 9. Aeneidos. Celsus libro 8. capite 10. Quinto die idem faciendum, ferulæq; circundandæ.

Circundolo, as, are, Est circũquaq; dolare, seu polire. Plin. lib. 16. cap. 42. Sed maximè mirum, Antandri platanus etiam circundolatis lateribus restibilis sponte facta.

Circunduco, cis, a. t. penult. prod. In orbem duco, περιάγω. Plaut. Aliquos mitte, circunduce exercitum. Cic. 2. Philip. Calinum coloniã deduxisti, quò erat paucis annis antè deducta, ut uexillum uideres, & aratrum circunduceres. Liu. 8. ab Vrbe, Placuit inde iam maiore conatu, animoq; ab unius expugnatione urbis ad perdomãdum Latium, uictorem circunducere exercitum. Circunducere apud Iurecõsultos metaphoricõs pro abolere, delere & abrogare accipitur. Paul. l. acta. ff. de re iud. Acta apud se habita si partes consentiant, potest iubere iudex ea die circunduci, nisi uel negotium, uel lis terminata est. Vlpia. l. Et post edictum. ff. de iudic. Quòd si is, qui edictum peremptorium impetrauit, absit die cognitionis, tunc circunducẽdum erit edictum peremptorium. Circunducere aliquem per dolos, est decipere, παρακρούεσθαι. Plautus Pseu. Per sycophantiã, atq; per doctos dolos, Eam circunducam lepidulè. Circunducere argento, Idem. Plautus, Te uelle amantem argento circunducere. Idẽ Bacch. Quadringẽtis Philippeis filius me & Chrysalus circunduxerunt.

Circunductio, Deceptio, παρακρύσις. Plautus Cap. Nec pueri suppositio, nec argenti circunductio.

Circumeo, is, it, Ambio, περίειμι. Liu 1. ab Vrbe, Sed ipse Romulus circumibat, docebatque, patrũ id superbia factum, qui connubia uicinis negassent. Prædia circumire. Cicero pro Cecinna.

Circuitus, participium, penult. corr. Circunductus. Seneca in Med. Orbem circuitis cornibus alligat, Id est, circunductis, & totum globum cingentibus.

Circuitores, m. t. ἀγύρται, & uigiliarũ recognitores, ἔφοδοι ἐφοδεύοντες. docet Vlpian, uulgò appellari, quibus uestiarii, uel lintearij dant uestem circumferẽdam uel distrahẽdam.

Circitores, um, m. t. περίπολοι, publici urbis custodes, qui uigilias nocte circumeunt. Vlpian. de instit. act. l. quicunq;. Circitores uocat, qui circunferunt merces per uicos & urbes uendendi causa. Circitores à Triumuiris, aut à præfecto uigilum constituti: urbem noctu circumibãt, ad extinguenda incendia, & arcendos fures. Hos Vegetius circuitores appellat. Sed & uariè apud Vlpian. in l. quicunq; de Inst. act. & Modestinum in l. si duos. de Excus. tut. capiuntur. Horũ meminit & Pyrrhus de Mili. off.

Circuitus, tus, ui, nomen uerbale, περίοδος. Cicero 2. de Natura deorum. Circuitus enim solis orbium quinque diebus LX. & CCC. quarta ferè diei parte addita, cõuersionem conficiunt annuam. Celsus lib. 3. cap. 5. Sed tertianarum quartanarumq;, quarum & certus circuitus est, & finis integer est. Quintil. lib. 1. cap. 10. Ergo etiam id fieri potest, ut maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur.

Circumitio, uel Circuitio, uerbale Liuius 3. ab urbe, Circuitio, ac cura Aedilium plebis erat: ad eos summa rerũ, ac maiestas Consularis imperij uenerat. Terentius Andr. Ita apertè ipsam rem modò locutus, nihil circuitione usus es. Cic. 2. de Diuinat. Ergo hic circuitione quadam deos tollẽs, certè non dubitat diuinationem tollere.

Circumequito, as, are, Equo circumeo, περιππεύω. Liuius lib. 10. ab urbe, Ne quam occultam in fraudem incautus rueret, duas turmas sociorum Latini nominis circumequitare mœnia, atq; explorare omnia iubet. Idem 9. bel. Punic. Cum equitibus Numidis circumequitabat urbem.

Circunfero, actiuum, pen. corr. Circumporto, circunduco, περιφέρω. Sallustius, Fuere item ea tempestate, qui dicerent Catilinam, oratione habita, quum ad iusurandum populares conscios scelèris sui adigeret, humani corporis sanguine uinum permistum pateris circuntulisse. Per translationem ponitur pro lustrare, seu purgare. Vergilius lib. 6. Idẽ ter socios pura circũtulit unda, Spargens rore leui. Nam lustratio à circunlatione dicta est, uel cæde, uel uictima.

Circunfirmare, Circunsepire, circunquaque munire, περιφράττειν. Columella libro 4. cap. 17. Nam ubi magna uis & incursus est pluuiarum, procellarumque, ubi frequentibus aquis uitis labefactatur, ubi præcipitibus cliuis uelut pendens plurima præsidia desyderat, ibi quasi quadrato circunfirmanda est agmine.

Circunflecto, ctis, circunflexi, circunflexum, In gyrũ flecto, περιστρέφω. Verg. 5. Aeneid. Constituit signum nautis pater, unde reuerti Scirent, & longos ubi circũflectere cursus.

Circunflexus, participium. Vndiq; flexus. Inde accẽtus circunflexus, περισπωμένη προσῳδία, ex acuto & graui factus.

Circunflexus, us, ui, nomen, περισπασμός. Plinius libro 8. cap. 11. Vt & ipsos circũflexu facili ambiant. Idem lib. 2. cap. 1. Cuius circunflexu reguntur cuncta.

Circunflo, as, are, Vndiq; afflare, περιπνέω. Cicero 5. Verr. Sic est hic ordo quasi propositus atq; editus in altum, ut ab omnibus uentis inuidiæ circunflari posse uideatur. Circunflantibus Austris. Statius lib. 11. Theb.

Circunfluo, n. t. Abundo, ὑπερρέω. Cicero in Læl. Et circunfluere omnibus bonis, copijs, atq; in omni rerum abundantia uiuere. Propriè tamen circunfluere, est circũ aliquid fluere, decurrere, περιρρέω. Plinius, Id oppidum circunfluit amnis. Interdum cõcurrere, συρρέω. Idem, Postquam uariæ undiq; gentes circunfluxere.

Circunfluus, a, um, Quod circũfluit, περίῤῥυτος. Ouidius 15. Metam. Scinditur in geminas partes circunfluus amnis. Plin. lib. 2. cap. 66. Tellus medio ambitu præcincta circunfluo mari. Item in passiua significatione, Insula circunflua, quam aqua circunfluit. Ouid. 15. Metamorph. Vnde Coronidem circũflua Tyberidis alti Insula Romuleæ sacris Arcesserit urbis.

Circunforanea domus, apud Apuleiũ, pro ea quæ mobilis & ambulatoria est, facilis ad circunferendum, περιφόρητος οἶκος.

Circunforaneæ hostiæ, Dicuntur non tam quæ circum fora, quàm quæ circũ agros & urbeis in ambaruali sacrificio circunferuntur: à circunferendo dictæ.

Circunforani, seu Circũforanei, m. s. qui circa fora crebrò uersari solent, quales nugatores, impostores; q;, qui fucis & strophis captant quæstũ, ἀγύρται. Cic. pro Cluentio. Tũ repente Aconitanum quendã L. Clodiũ pharmacopolã circunforaneũ, qui casu tum uenisse, aggreditur. Hieronym. Garrulum nescio quem remigerulum, circunforaneũ. Aes circunforaneum, quod è Danistis in foro tractatur. Cic. Attic. lib. 1. Tusculanum & Pompeianum ualde me delectãt: nisi quòd me ære, non Corinthio, sed hoc circunforaneo obtuerunt. Hoc est, ære alieno, quod è foro à Danistis fœnori sumpsi.

Circunfodio, fodis, In gyrum fodio, περιορύττω. Plin. lib. 17. cap. 18. Circunfodi autem omnibus annis à solstitio duũ cubitorum scrobe bipedali altitudine.

Circunfossor, uerbale Plin. lib. 17. cap. 26. Aut circunfossor iniurioso ictu uerberauit. (fossuram.

Circunfossura, ræ. Plin. ibidem, Cupressus aspernatur circun

Circunforo, as, περιτρήω. Plin. li. 17. cap. 27. Stipite ab ima parte circunforato.

Circunfrico, περιτρίβω. Cato cap. 26. Priuas scopulas in dolia facito habeas illi rei, queis labra doliorum circunfrices.

Circunfulgeo, ges, περιφαύομαι. Plinius libro 2. cap. 37. Hominum quoque capita uespertinis horis magno præsagio circunfulgent.

Circunfundo, dis, Circuncirca aspergo, περιχέω. Cicero 2. de Natura deor. Terram autem esse infimam, quam crassissimus circunfundat aër. Ibidem. Principio autem terra sita in media parte mundi, circũfusa undiq; est hæc animabili, spiritaliq; natura, cui nomen est aër.

Circungelatus participium. Plin. lib. 13. cap. 12. Sed cui circungelatus uideri possit.

Circungemo, mis, Horat. Epod. 16. Nec uespertinus circungemit orsus ouile.

Circũgestare, περιφέρομαι. Cicero ad Quint. fratrem libro 1. Nam eam quoq; epistolam T. Catienus circungestabat.

Circunglobo, as, προσαναπλάττω. Plin. lib. 9. cap. 47. Adeoq; nihil non gignitur in mari, ut cauponarũ etiam æstiua animalia pernici molesta saltu, aut quæ capillus maximè celat, existant: & circunglobata escæ sæpe extrahantur.

Circuniaceo, ces, cui, In circuitu iaceo, περίκειμαι. Liu. Nã & Lycaonia, & Phrygia utraq;, Pisidia omnis, & Chersonesus, quæq; circuniacent Europæ, in uestra sunt potestate.

Circunjicio, cis, ieci, iectum, a. t. à Iacio compositum, περιβάλλω. Liuius 3. bel. Macedon. Postquam læuo latere nudato, circunijcere hastas in uenientẽ ex transuerso hostem conati

tonati sunt. Circunijcere uallum apud eundem, pro circũmædificare. Et Circunijcere ambitu extrema cæli. Cic. de Vniuers. Extremitatem cæli à suprema regione rotunda ambitu circuniecit, hoc est, circumamplexus est.

Circuniectus, a, um, pro Circumpositus: ut, Circuniecta urbi loca, Liuius.

Circuniectus, us, Cic. de Nat. deor. Qui terram tenero circuniectu amplectitur.

Circunlambo, bis, περιλείχω. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed supra dictis capillamẽti tenuitate: cæteris ad circunlambẽda ora.

Circunligo, circunligas, περιδέω. Plinius libro 17. cap. 10. Proderit toto cespite circunligari. Liu. 1. bel. Pun. Id sicut in pilo quadratum stuppa circunligabant, linebantq; pice. Cicero 2. de Diuin. De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circunligatus fuerit angui.

Circunlínio, linis, liui, linitum, Circum ungere, uel fricare, aut aliquid leuiter digito, aut aliquo instrumento alicui rei circuminducere, & molliter ac leniter circum imprimere, non autem crassè, περιχρίω. Plinius lib. 8. Nec pictura, in qua nihil circunlinitum est, eminet.

Circunlíno, in præterito, circunliui, uel circũleui, & circunlini. Est circuncirca leuiter induco. Plin. Circunlini alucaria fimo bubulo, utilissimum.

Circunlitio, onis, Actus ipse circunlinendi, In picturis item circunlitiones dicebãtur supremæ operis expolitiones: quẽ admodũ etiã hodie in usu est, ut tabulæ iam perfectæ iuniperi gummi alligantur, κονιάματα. Plin. lib. 35. cap. 12. Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles, interrogatus quæ maximè opera probaret sua in marmoribus, Quibus Nicias manum admouisset, tantum circunlitioni eius tribuebat.

Circunloquutio, περίφρασις, figura est, cum pluribus uerbis, id quod uno, aut certè paucioribus dici potest, explicatur. Vt ad requisita naturæ dixit Sallust. Voluptatum semi narium & libidinis officina, apud Cyprian. de ratione Circuncisionis.

Circunluo, luis, lui, Circunfluo, περιῤῥέω. Liu. 5. bel. Pun. Quo in peninsulæ modum pars maior circunluitur.

Circunluuio, onis, uerbale. Cic. 1. de Orat. Gentilitatum, agnationum, alluuionum, circunluuionum, &c.

Circummítto, a. t. περιπέμπω. Liuius 4. ab Vrbe, Veiẽs multitudine abundans, qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummisit. Idem 2. ab Vrbe, Vincebat auxilio loci paucitas, ni iugo circummissus Veiẽs, in uerticem collis euasisset.

Circummulcere, Molli attactu circuncirca adblandiri. περιαπαλάττειν. Plin. lib. 28. cap. 3. Ex qua familia legatus Hexagõnomine, à Consulibus Romæ in dolium serpentium coniectus, experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Circummunio, a. q. Circũsepio, circunroboro, περιφράττω. Coll. lib. 3. Priusquam pomarium cõstituas, quàm magnum habere uoles, circummunito macerie aut fossa, ita ut nõ solùm pecori, sed nec homini transitus sit. Plaut. Capt. Ita uinculis custodijsq; circummuniti sumus.

Circummunitio, uerbale, περίφραγμα. Cæsar, Id ne fieri posset, obsidione, oppidiq; circummunitione fiebat.

Circumnascor, περιφύομαι. Plin. lib. 2. cap. 103. Lacus Sinnaus in Asia circunnascente absinthio inficitur.

Circumobruere, περικαταχοῦν. Plin. lib. 19. cap. 5. Confert alterna folia circumobruere.

Circumpadanus, a, um, Qui habitat in circuitu Padi. Liuius 1. bel. Pun. Consistere iussis militibus Italiam ostentat, subiectoq; Alpinis montibus circumpadanos campos. Plin. lib. 14. cap. 20. Liguriæ maximè, circumpadanisq; mustis utilitas.

Circumpangó, περιφυτεύω. Plin. lib. 17. cap. 13. Ramis terra circumpactis.

Circumpauio, uis, Circumpauire. Plin. lib. 12. cap. 14. Alibi area circumpauita.

Circumpedes, m. t. pen. cor. Idem qui & A pedibus dicuntur. Cic. in Verrem, Seruos artifices pupilli quum haberet domi, circumpedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat.

Circumplector, ctteris, περιπλέκω. Cic. de Vniuers. Vndiq; est eos circumplexus. Plin. lib. 13. cap. 10. Tam uastis arboribus, ut terni nequirent circumplecti.

Circumplexus, us, nomen, περίπλοκή. Plin. lib. 10. cap. 63. Lacerte, ut ea quæ sine pedibus sunt, circumplexu uenerẽ nouere.

Circumplico, as, pen. prod. Circunnecto, περιπλέκω. Cic. 1. Diuin. experrecta nutrix animaduertit puerum dormientẽ, circumplicatum serpentis amplexu.

Circumpono, nis, περιτίθημι. Horatius 2. Serm. Satyr. 4.

Primus & inueni piper album cum sale nigro
Incretum, pueris circumposuisse catillis.

Circumpotatio, onis, uerbale à Circumpoto, ἐγκυκλοποσία Cic. 2. de Legibus, Hæc præterea sunt in legibus de unctura, quibus seruilis unctura tollitur, omnisq; circumpotatio.

Circunrado, dis, περιψάω Plin. lib. 17. cap. 26. Veluti detractio sanguinis circunrasi corticis. Colum. lib. 4. cap. 29. Huius traducis si non est facultas tum detractum uiti quàm recentissimum eligitur sarmentum, & leuiter circunrasum.

Circunretio, tis, Implico & impedico, περιπλέκω. Lucretius lib. 5. Circunretit enim ius, atq; iniuria quemque, Vnde eriã exorta est, ad eum plerũq; reuertit. Cic. 7. in Verrem, Num ego tibi ullam salutem, ullum præfugium putem quum te implicatum seueritate iudicum circunretitum frequentia populi Romani esse uideam?

Circunrodo, dis, pen. prod. Plin. libr. 32. cap. 2. Polypum hamos appetere, brachiisq; complecti, non morsu, nec prius dimittere quàm escam circunroserit. Circunrodere per translationem accipitur pro meditari, & quodammodo ruminare. Cic. ad Atticũ libr. 4. Quid quod iam (dudum enim circunrodo quod deuorandum est) subturpicula mihi uidebatur esse παλινῳδία. Item pro detraho, obtrecto. Horatius 1. Epist. Dente Theonino quum circunroditur.

Circunscalpo, pis, περικνίζω. Plin. libr. 20. cap. 5. Radice eius circunscalpti dentes dolore liberantur.

Circunscarifico, cas, περιαμύττω. Plin. libr. 22. capit. 23. Pedum clauos circunscarificatos ferro, mistum ceræ extrahit.

Circunscindo, dis, περικαταῤῥήγνυμι. Liuius 2. ab Vrbe, Quò ferocius clamitabat, eò infestius circunscindere, & spoliare lictor.

Circunscribo, bis, a. t. Colligo, comprehendo, intra finem quendam complector, definio, περιγράφω. Cic. 6. Philip. Virgulam stantem circunscripsit, iussitq; ut responderet, priusquàm ex illa circunscriptione excederet. Lactantius, Cuius scientiæ summam breuiter circunscribo, ut neq; religio ulla sine sapientia sit, nec ulla sine religione probanda sapientia. Columella, Diophanes Bithynus Vticensem totum, Dionysii Pœni Magonis interpretem, per multa diffusum uoluminа, sex epitomis circunscripsit. Cicero in Parad. Exilium terribile est illis, quibus circunscriptus est habitandi locus, id est constitutus. Idem pro Rab. Exiguum nobis uitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ. Per translationem accipitur pro circumuenio & decipio, παραχρέομαι. Idem 1. Acad. Alterum est, quod captiosis & fallacibus interrogatiunculis circunscripti & decepti quidam, quum eas dissoluere non possunt, desciscunt à ueritate. Plinius libr. 7. Vana mortalitas: & ad circunscribendam seipsam ingeniosa.

Circunscriptè, aduerb. Cic. 2. de Natu. deor. Idq; ratione concludimus, singulasq; res diffinimus, circunscripteq; comprehendimur.

Circunscriptor, m. t. Qui fraude priuat aliquẽ bonis, Iuue. Satyr. 15. pupillum ad iura uocantem. Circunscriptorem.

Circumpscriptio, onis, uerbale. Cic. 1. Tusc. Quum totam terram contueri licebit, eiusq; cùm situm, formam, circunscriptionem, tùm & habitabiles regiones. Verborum quadam circunscriptione comprehendere concluderéq; sententiam, Cic. de Clar. orat. Circunscriptio, pro deceptione & fraude παράκρουσις. Cic. pro Cluent. Quum omnis ab his fraus, omnes insidiæ, circunscriptionesq; adolescentium nascerentur.

Circunscriptus, nõ uidetur, qui usus est iure communi l. non uidetur circunscriptus. C. de Integ. rest.

Circunscriptus dolo, dicitur sua facultate lapsus, l. ff. de Minoribus.

Circunseco, cas, Circuncido, περικόπτω. Colum. lib. 7. cap. 5. Turberculum cui subest uermiculus, ferro quàm cautissimè circunsecari oportet.

Circunsecus, aduerb. pen. cor. Significat in circuitu, à lateribus. Apuleius lib. 5. Quiq; circunsecus uenantur.

Circunsedeo, des, & Circunsídeo, des, circunsedi, circũsessum, Significat circũdare, obsidere, περικάθημαι, πολιορκω. Cæl. ad Ciceronem lib. 8. Nisi si mauult Pompeium Brundusii circunsidêre. Cicero ad Attic. libro 9. Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circunsidet, fossa & uallo septum tenet, fuga

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fuga prohibet. Circunſident item, qui aſſident alicui. Cic. 4. in Catil. Nec tamen ego ſum ille ferreus, qui frattis chariſſimi atq; amantiſſimi præſentis mœrore nō mouear, horūq; omnium lachrymis, à quibus me circunſeſſum uidetis.

Circunſeſſio. Cic. 3. in Verrē, Te huius circunſeſſionis tuæ cauſam & culpam in alios tranſtuliſſe.

Circunſepio, pis. περικλείω, περιφράττω. Cic. ad Auguſt. Sed quoniam cohortibus armatis circunſeptus Senatus. Liu. 1. ab Vrbe, Conſcius deinde, malè quærēdi regni ab ipſo aduerſus ſe exemplum capi non poſſe, armatis corpus circūſepſit.

Circunſero, περιφυτεύω. Plin. lib. 21. cap. 12. At geniſtas circunſeri aluearijs gratiſſimum.

Circunſido, dis, περικατίζω. Idem quod *circunſedeo*, niſi quòd motum quendam habeat coniunctum: ut circunſidere dicantur, qui ſe iam ad ſedendum componunt, uel qui ipſo actu oppidum uel arcē caſtris uel exercitu circundant. Liuius 9. ab Vrbe, Et ſpe abiecta Satriculæ tuendæ, Pliſtiam ipſi ſocios Romanorum, ut parem dolorem hoſti redderēt, circunſidunt.

Circunſignare, Colum. lib. de Arboribus, cap. 26. Eā duobus digitis quadratis circunſignato, ut medio gemma ſit.

Circunſiſto, is, a. t. pro circundo ponitur: ſiue ad obtinendum, defendendum, ſeu offendendum circunſto, περίσταμαι. Liu. lib. 1. Centuriones Metium circunſiſtunt. Cæſar, Si quis grauiori uulnere accepto deciderat, circūſiſtebant, id eſt circumaſtabant fauentes ei, & tela ab eo arcentes. Vergilius, At feſſi tandem ciues infanda furentem Armati circūſiſtunt.

Circunſono, as, are. Vndiq; ſono, περιηχῶ. Liuius 9. bel. Maced. eos deducere in locum, qui circunſonet ululatib. cantuq; ſymphoniæ, & cymbalorum, & tympanorum pulſu, ne uox quiritantis, quum per uim ſtuprum inferatur, exaudiri poſſit. Idem 3. ab Vrbe, Iuſſa miles exequitur, clamor hoſtes circunſonat.

Circunſpergo, gis, περιπάσσω. Columel. lib. 11. cap. 2 Magnis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circunſpergere, & cætera.

Circunſpĭcio. *cis*, ex Circū & Specio, uerbo antiquo, quod aſpicio ſignificat, περισκοπῶ. Eſtq; Circunſpicio, huc atq; illuc oculos uerto, & circunfero: omnia oculis colluſtro. Iuſtin. lib. 1. Primò latebras circunſpicit. Cic. pro Roſcio, Circunſpicit, æſtuat. Terent. in And. Circunſpicio, nuſquā. Significat etiam animaduertere, & diligenter uidere, ſiue conſyderare. Cic. 4. Acad. Deinde quum dicant, poſſe accidere ſapienti, ut quum omnia fecerit, diligentiſſimeq; circunſpexerit, exiſtat aliquid quod & ueriſimile uideatur. Circūſpicere ſe, pro Gloriari & ſeipſum admirari, ſibi placere. Cic. Vſq; eóne te diligis, & magnificè circunſpicis, ut, &c.

Circunſpectus, ſignificationis eſt actiuæ, & ſignificat eum qui in omnem partem circunſpectat, hoc eſt qui prudens eſt & ſagax, περιφυλαχμένος, περισκεμμένος. Col. Nam illa ſolēnia ſunt omnib. circunſpectis, ut ergaſtuli mācipia cognoſcāt.

Circunſpecto, as, frequētatiuum, διαπαπταίνω, κατασκοπῶμαι. Terent. in Eunucho, Et properans uenit: neſcio quid circūſpectat. Cic. 2. de Nat. deor. Iam uerò illa etiā notiora, quanto ſe oportere cuſtodiant beſtiæ, ut in paſtu circunſpectent, ut in cubilibus deliteſcant.

Circunſpectus, paſſiuè, Qui circūſpicitur: ut, Verba nō circūſpecta, id eſt non perpenſa, & conſyderata. Ouid. 5. Faſt. Verba mouent iras non circunſpecta deorum. Vires non circunſpectæ. Ouid. 5. Metamor. Sed furit, & cupiens alto dare uulnera collo Non circunſpectis exactum uiribus enſem Fregit in extrema percuſſæ parte columnæ. Id eſt non circunſpiciens quò uires & feriendi impetum rectè dirigeret.

Circunſpectus, us, ui, m. q. Actus ipſe circunſpiciendi. Cic. 12. Phil. Hæc ego in urbe præuideo: facilis eſt circunſpectus, unde exeam, quò progrediar: quid ad dexteram, quid ad ſiniſtram ſit. Plin. lib. 11. cap. 37. Ceruix flexilis ad circūſpectum, articulorum nodis iungitur.

Circunſpicientia, Idem Gellius lib. 14. cap. 2. Multa & anxia cura, & circunſpicientia indigens.

Circunſpectio, f. t. aliud uerbale. Cic. 4. Acad. Sin ex circunſpectione aliqua, & accurata conſyderatione, quod uiſum ſit, id ſe dicent ſequi, tamen exitum non habebunt.

Circunſpectè, aduerbiū. Quint. lib. 9. cap. 2. Parcius & circunſpectius faciendum.

Circunſpectator, & Circūſpectatrix, uerbalia. Plaut. in Aul. Exeundum hercle tibi hinc eſt foras. Circunſpectatrix cum oculis emiſſitiis περίβλεπτος.

Circunſpicuus, à Circūſpicior, Qui circunquaq; aſpici poteſt.

Circunſtipo, as, Comitum agmine cingo: ut, Amores nurum circunſtipant. Claudianus 2. Panegyr.

Circunſto, ſtas, circunſtiti, circunſtitum, n. p. Circundare, περείστημι. Cic. ad Attic. lib. 1. Vt me circunſteterint, ut apertè iugula pro meo capite P. Clodio oſtentarint. Idem in Catil. Fortiſſimi ciues, qui circunſtant ſenatum. Ouid. 3. Metamorph. Ad circunſtantes uertit ſua brachia ſyluas.

Circunſtantia, æ, Actus ipſe circunſtandi. Gell. lib. 3. cap. 7. De loci importunitate, & loci circunſtantia. Circunſtantiæ item περιστάσεις, quæ in unaquaq; controuerſia quæri ſolēt, & quaſi quæſtionem circunſtant. Ex circunſtantia dicere argumentum, Quintil. lib. 5. cap. 10.

Circunſtatio. onis, uerbale. Gell. lib. 7. cap. 4. Ea circūſtatio militum Corona appellata ſit.

Circunſtrepo, pis, In circuitu ſtrepitum facio, περιψοφῶ. Tacitus, Tum certatim cæteri circunſtrepunt.

Circunſtruo, ſtruis, περιοικοδομῶ. Plin. lib. 11. cap. 6. His deinde fores quoque latiores circunſtruunt. Idem lib. 19. cap. 8. Ripiſq; undiq; circunſtructis lapide.

Circunſudo, das, Plin. lib. 14. cap. 1. Stipatæ uinaceis circunſudantibus.

Circunſuo, ſuis, περιῤῥάπτω. Plin. lib. 34. cap. 16. Vitilibusq; nauigijs circunſutis corio aduehi.

Circuntego, gis, Circūcirca operio, περικαλύπτω. Plau. Mil. Meus herus elephanti corio circuntectus, non ſuo eſt.

Circuntexo, xis, Verg. lib. 1. Aeneid. Et circuntextum croceo uelamen acantho.

Circuntextum, ti, Amictus genus, quòd purpuram circū habeat. Feſtus.

Circuntondeo, περικείρω. Suetonius in Auguſto cap. 45. Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circum tonſam matronam miniſtraſſe compererat, per trina theatra uirgis cæſum relegauerit.

Circuntono, nas, Horatius 2. Sermon. Saty. 3. quem cepit uitrea fama, Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis. Silius lib. 6. Iamq; ubi feralem ſtrepitu circuntonat aulam, Cornea gramineum perſultans ungula campum.

Circuntrĕmŏ. mis, n. t. Lucretius lib. 1. Atq; ideo totū circuntremere æthera ſignis.

Circumuado, penult. prod. περιπολέω. Liu. 2. bell. Mace. Repente anceps terror hinc muros aſcēdentibus Romanis, illinc arce capta, Barbaros circunuaſit.

Circumuagus, gi, ut, Oceanus circumuagus. Horatius Epod. 16. Aethereæ moles circunuaga flammæ. Author carminis ad Piſonem. Periphraſis eſt Solis.

Circumuallare. Vallo munire, περισωρεύω, περιτειχίζω. Cæſ. 7. bel. Gall. Oppidū oppugnare inſtituit, idq; biduo circunuallauit. Cic. ad Attic. lib. 9. Quum mihi epiſtolà affertur à Lepta, circumuallatum eſſe Pompeiū. Terēt. Adelph. Tot res repentè circumuallant, unde emergi non poteſt.

Circumueho, is, ere, a. t. Circumporto, περιλαύνω. Liuius 3. ab Vrbe, Dictator quantum nocte proſpici poterat, equo circumuectus, contemplatusq; qui tractus caſtrorum, quæque forma eſſet.

Circunuectio, onis, uerbale, Cicero ad Atticum lib. 2. Illud tamen quod ſcribit, animaduertas uelim, deportorio circunuectionis.

Circunuecto, as, frequentatiuum. Vergilius 3. Georg. Singula dum capti circumuectamur amore.

Circumuenio, a. q. Idem quod circundo, κυκλόω. Liuius lib. 1, Vt & hoſtibus circunuenire ſe à tergo ratis, terror ac fuga iniiceretur. Salluſtius, Petere conſulatum C. Antoniū, quem ſibi collegam fore ſperabat, hominem nobilem, familiarē, & omnib. neceſſitudinibus circumuentū. Aliquando decipere ſeu inſidiis inuoluere, πλουτικτέω, παρακρούομαι, tractum à uenatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circunuenire ſolent. Cic. lib. 2. Offic. Suū quiſq; tencat, neq; tenuiores propter humilitatem circunueniantur, nec locupletibus ad ſua uel tenenda, uel recuperanda obſit inuidia. Aliquando opprimere. Salluſt. Cuiq; optimo literas mittit ſe falſis criminibus circumuentum. Sic Liuius lib. 1. Fœnore circumuentam plebem dicit.,

Circumuertere, περιστρέφω. Plaut. Perſa, Iam à foro argentarij abeunt, in curſu rotula circumuertitur. Circumuertere aliquem argento. Plautus Pſeud. Aut de pacto faciunt conſutis dolis, Qui me argento circumuertant. Id eſt dolis auferant à me argentum.

Circum-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Circunuersari, Lucret. lib. 6. Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt, Quærentes uiam, circumuersantur, & ignis Semina conuoluunt è nubibus.

Circunuestire, περιτιθέναι, περιβάλλειν. Plin. li. 17. cap. 23. Vernacula putatio deiectis per ramos uitium crinibus, circunuestit arborem. Cic. 3. de Oratore, Quandoquidem iste circunuestit dictis, sepit sedulò.

Circunuincio, cis, περιδέω. Plaut. Rud. Quasi murteta iuncis, item ego uos uirgis circunuinciam.

Circumuiso, circũuisis, frequentatiuum à circumuideo. περισκοπῶ. Plaut. Sed angues oculis omnibus circũuisere.

Circunuŏlŏ, las, a. p. περιπέτομαι. Silius lib. 17. Iaculo circumuolat alite campum. Horat. 2. Serm. Sat. 1. Mors atris circunuolat alis.

Circumuolatus, participium passiuum, à Circumuolor. Plin. lib. 10. cap. 32. Halcyonem uidere rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu, & circa solstitia brumamũe, naue aliquando circumuoluta, statim in latebras abeuntem.

Circumuolito, a. p. frequentatiuum: iterum atq; iterũ circumuolo. Huius proprius usus est apud Verg. lib. 1. Georg. Aut arguta lacus circunuolitauit hirundo. Columella per translationem pro Crebrò uiso, seu pro Celeriter circundo, usus est: An honestius dixerim mercenarij salutatoris, mendacissimum aucapium, circunuolitantis limina potentiorum.

Circumuoluere, περιπλέω. Plin. lib. 10. cap. 16. Serpentes coëunt cõplexu, adeò circũuolutæ sibi, ut existimari biceps possit Verg. Interea magnum sol circunuoluitur annum, Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas.

Circueo, circuis, circuire. Vide Circumeo.

Circus, ci, masc. gen. κύκλος, f. Omnis in gyrum ambitus: à circumeundo, secundum Seruium. Mathematici definiunt eum, figuram planam, una tantùm linea contentam, in cuius medio punctus sit, à quo omnes lineæ ad circunferentiã ductæ, inter se sint æquales. Et differt Circus à Globo, quod circus est planities rotũda, ut circuitus: globus soliditas undiq; rotunda, ut est sphæra, & staminum glomera. Circus κίρκος. Athenæo lib. 13. etiam dicitur locus muris septus, in quo curulia certamina peragebantur. Verg. lib. 5. mediaq; in ualle theatri Circus erat. Cic. 3. Philipp. Nescis heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum fuisse: Fuerũt autem tres Circi Romæ: Circus maximus inter Palatium & Auentinum: Circus Flaminius, qui & Apollinaris: & Circus Neronis in Vaticano. Candens Circus, γαλαξίας, id est orbis lacteus. Cicero in Arato, Vidisti magnum cãdentẽ serpere circum, Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. Idem in somnio Scipionis. Erat autẽ is splendidissimo candore inter flammas Circus elucens, quem uos, (ut à Graijs accepistis) orbem lacteum nuncupatis.

Circulus, m. s. diminutiuum à Circus, κύκλος Figura est anularis. Cic. 2. de Natura deorum, Quum duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus, (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur, &c. A Mathematicis definitur esse figura plana, una tantùm linea contenta, in cuius medio punctus est, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, sunt æquales. Hæc omnium planarum figurarum est perfectissima: unde Circularem scientiam dicimus, pro absoluta omnium scietiarum cognitione, quam Græci ἐγκυκλοπαιδείαν uocãt. Circulus per translationem pro cœtu hominum in orbem collectorum sumitur. Tacit. lib. 3. Nec ignoro in conuiuijs & circulis incusari ista, & modum posci. Liu. lib. 4. Decade quinta, In omnibus circulis atq; etiam (si dijs placet) in conuiuijs, sunt qui exercitus in Macedoniam ducunt.

Circularis, re. adiecti uũ, Quod ad circulũ pertinet. κυκλικός: ut, Figura circularis. Circulares item magistratus dicuntur, qui in orbẽ deferuntur, quæ & περιοδικὰ πολιτεύματα à Demosthene appellantur.

Circulator, m. t. Qui hominum cœtu circundatus, fabulis eos aut præstigijs oblectat, quiúe in foro, hominumúe coronis sese ostentare solet, quem & Circunforaneum dicimus, ἀγύρτης, ἀπατεών. Cicero lib. 5. Epist. Circulator auctionum notissimus. Apul. lib. 1. de Asino, Circulatorem aspexi equestrem, spatham præacutã mucrone infesto deuorasse. Paul. Iurecons. ff. de Extraord. crim. In circulatores qui serpentes circunferunt, & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur. Dictus Circulator à Circulo, hoc est, hominum corona.

Circulatrix, icis, f. t. Quæ in foro, hominũq; circulis uersatur, spectatores aut saltando, aut canẽdo, aut lasciuioribus fabulis remorans, eaq; sibi ratione uictum quærens. Mart. lib. 10. Linguã circulatricẽ dixit pro petulanti & maledica. Vernaculorum (inquit) dicta, sordidum dentem, Et fœda linguæ probra circulatricis, Poëta quidẽ clancularius spargit.

Circulatorius, a, um, Quod ad circulatorẽ spectat, ἀγυρτικός. Vnde Quintilianus præcipit nobis parandam uim orandi, non circulatoriam uoluptatem spectandam, hoc est, garrulam illam circulatorum festiuitatem non esse aucupãdam. Idem Quintil. libro 2. capite 4. Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, ex uix surgendi mora, circulatoriæ uerè iactationis est.

Circulatim, Significat per circulos, κατὰ κύκλους. Suetonius, In summo publico luctu, externarum gentium multitudo circulatim suo quæq; amore lamentata est.

Circulo, as, are, a. p. pro circundare legitur. περιβάλλω. Columella lib. 12. Isq; debebit antè circulari fossula, quæ repleatur lapidibus & calce. Cicero de Claris Oratoribus posuit pro In circulum caput circunferre: Videt (inquit) oscitãtem iudicem, colloquentem cum altero, nonnũquam etiam circulantem. Budæus.

Cĭris, κάρις, Est auis, quẽ alio nomine Alaudã dicimus. Hanc poëtæ fabulantur fuisse Scyllã Nisi regis filiã, quæ quum patrem fatali crine spoliatum Minoi prodidisset, mutata est in auem Cirim. Nominis huius etymon Ouid. deducit à Græco uerbo κάρω, quod est tondeo: alludens nimirũ ad fabulã, qua Scylla purpureũ Nisi patris crinẽ fertur todondisse. Sic enim ait lib. 7. Metamor. plumis in auem mutata uocatur Cirris, & à tonso hoc est nomen adepta capillo.

Cirnea, æ, uas uinarium, nam κιρνῶ misceo significat. Plaut. in Amph. Inde impleui cirneam.

Cirrăcũs, balsami genus, scabro aspectu incuruum, fructuosum, odoratum.

Cirri, m. f. à quibusdam appellãtur capilli contorti, ac perinde crispari, quales picus Martius, & alauda, & grues in capitibus gerunt, βόστρυχοι, πλόκαμοι. Ostreorum etiam capillamenta dicuntur Cirri. Mart. lib. 7. Et ostreorum rapere liuidos cirros. Alij cirros capillos capitis attonsos putant, à κάρω attondeo, incido. Cato de liberis educandis, Itaque Ambraciæ primũ puerilem dentem, item cirros ad Apollinem ponere solent.

Cirratus, id est capillatus. Persius, Tẽn' cirratorũ cãtum dictata fuisse Pro nihilo pendas? Inde Cirratos uocat pueros, qui comam nutriunt, quam Veneri consecrent detonsam.

Cirsi, κιρσοί, ab Hippocrate uocantur uarices, hoc est tumores pedum, & nonnunquam circa imam partem uẽris, atq; adeò circa ipsos testes. Aristoteles ἕλικας uocat.

Cis, κίς, Vermiculus in tritico præcipuè & ordeo nascens, seminaq; illa cuspide sua exiguis foraminibus penetrans: à cuius similitudine etiam pumex lapis κισηρὶς Græcis appellatur, quòd fistulosus sit, & multis foraminibus pertusus.

Cis, & Citra, ἐντὸς ἐπὶ τάδε, ἐπιβατέρα μέρη. differunt, quòd Cis magis proprijs nominibus fluminum uel mõtium præponi solet: reliquis magis Citra: ut, Cis Rhenum, Cis Padũ, Cis Alpes, ἐπὶ τάδε τῶν ἄλπεων. Citra forum, citra templũ, hoc est ab hac parte templi, aut fori. Harum duarum præpositionum significationi opponitur Vltra, quod significat Trans, uel ab alia parte: ut, Vltra Apẽninum, Vltra Padũ. Hæ autem particulæ Citra, Intra, Vltra, ut docet Gell. apud ueteres singulis syllabis appellabantur Cis & Vls. Dicebaturq; Cis Tyberim, & Vls Tyberim: mox dici cœptũ est, Citra Tyberim, & Vltra Tyberim: & Intra Calẽdas, Citra Calẽdas. Cis etiam per compositionem nominibus montium, uel fluuiorum coniungitur: ut, Cisalpinus, Cispadanus. Et quamuis habeat uim localem, per translationem tamen, & in tempore, & in alijs rebus uti possumus: ut, Cis definitum tempus ueniſti: sicut, Vltra tempus à nobis datum ueniſti. Cis naturæ leges, hoc est minus quàm patiantur naturæ leges. Citra etiam quandoque pro Sine χωρὶς ponitur, Colum. In agricultura uoluntas facultasq; citra scientiam, sæpè magnam dominis afferunt iacturam. Sueton. in Cæs. Alij citra Senatus, populiq; autoritatem, id est sine autoritate. Quintil. lib. 1. Tum neq; citra Musicen Grammatice potest esse perfecta. Plin. libro 3. Citra fastidium nominentur. Quandoq; ponitur pro Ante: ut, Citra Calendas: id est ante Calendas. Sueton. in August. Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inusitatum, dignumq; cognitu &c. Fit autem Citra à Cis,

Citerior,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Citerior, & Citimus, à Citra, uel à Citer, uocabulo obſoleto. Cicero ad Attic. lib. 12. Hircius ad me ſcripſit Sextum Pompeiũ Corduba exiſſe, & fugiſſe in Hiſpaniam citeriorem. Aetas Citerior. Valerius lib. 8. tit. de ſtudio & induſtria. Citerioris ætatis metas, ſed non parui tamẽ ſpatij Chryſippi uiuacitas flexit. Hoc eſt, ad recentiorem noſtræ propiorem ætatem peruenit. Quæ enim nobis proxima ſunt, citima appellantur. Cic. de Vniuerſ. Hanc autem citimam è mediana linea direxit ad læuã, ſed principatum dedit ſuperiori. Idem in Som. Scip. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

Citimus, pen. cor, ſuperlatiuum à Cis, uel Citra, uel potius ab antiquo nomine Citer. Idem eſt quod proximus nobis. Vnde Citima uocantur, quæ in cælo infima ſunt, & nobis proxima, ἐγγύτατα. Cic. in Somnio. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris luce lucebat aliena.

Ciſſibilites, genus uini eſt, in Galatia naſcens, quod ſaporem mulſi præbet.

Ciſium, n. ſ. genus uehiculi, duas habens rotas, δίτροχον, à quo Ciſiarij, qui ciſium regũt. Cic. Delituit in quadam cauponula, atq; ſe ibi occultans, perpotauit ad ueſperum: inde ciſio celeriter ad urbẽ uectus, domũ uenit capite inuoluto.

Ciſiarius, m. ſ. Ciſij moderator ſiue auriga. Iureconſ. lib. 10. Digeſt. Si ciſiarius, dum cæteros tranſire cõtendit, ciſium euertit, & ſeruum quaſſauit, uel occidit, puto ex locato eſſe in eum actionem.

Ciſpello, as, are, apud uetuſtiſſimos inuenitur p. eo quod eſt in citeriorem partem pellere. Plautus in Amphit. Inde optimè ciſpellam uirum.

Ciſſæmethos, helxine apud Dioſc. lib. 4. cap. 92.

Ciſſanthemos, pen. cor. κισσάνθεμος. Altera cyclaminii ſpecies, eſt, quam uulgus hodie (teſte Ruellio) Diuæ Mariæ ſigilum uocat.

Ciſſibium, n, ſ. Ligneum poculum ex hedera, quod Græci κισσύβιον uocant. Meminerũt Theocritus & Homerus. Pollux ait poculum illud paſtorale ſic dictum, quòd hedera circundatum ſit: nam κισσὸς hederam ſignificat.

Ciſſites, κισσίτης, Gemma eſt ad ſimilitudinem folii hederæ candicãs. Plin. lib. 37. cap. 11. Ciſſites in candido collucet hederæ foliis, quæ totam tenent. Et apud eundem eiuſdem libri cap. 10. Ciſſites circa Copton naſcitur candida, & uidetur intus habere partum, qui ſentiatur etiam ſtrepitu.

Ciſſus, κίσσος, Hederæ genus eſt, quæ ſola ſine adminiculo ſubſiſtit, neq; arboris aut muri, alteriuſue pedamenti eget ſuſtentaculo. unde etiam Orthociſſus à Græcis dicitur, quaſi recta hedera. Fabulãtur Græci Ciſſum Liberi patris puſionẽ in hanc herbam conuerſum, & nomen feciſſe.

Ciſta, ſ. p. κίστη, Genus uaſis uiminei, apud Colum. lib. 12. cap. 52. Ouid. 2. Metam. Clauſerat Actæo texta de uimine ciſta. Fit etiam Ciſta ex aſſeribus, in qua conduntur & pecuniæ & alia uſui noſtro neceſſaria. Cicero 5. in Verr. Quaternos H S. quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habeo, & in ciſtam transferam ex fiſco. Iuuen. Nanque uetus Græcos ſeruabat ciſta libellos.

Ciſtula, Martial. lib. 1. Parcę ciſtula non capax oliuæ. Hinc aliud diminutiuum Ciſtella. Terent. in Eunuch. Ciſtellã Pythia domo effer cum monumentis. A quo rurſus Ciſtellula. Plaut. Rud. Vbinam ea fuit ciſtellula? Author ad Herennium lib. 1. Ciſtellam pro uaſe poſuit, quo ſuffragia populi in creandis magiſtratibus, legibusq; ferendis colligebantur, quum ait: Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercederet: ille nihilominus ciſtellam detulit.

Ciſtifer, a, um, Qui fert ciſtã. Martial. Nupſiſti Gellia ciſtifero.

Ciſtellatrix, icis. Plaut. Trin. Nox datur, ducitur familia tota, Cantrices, ciſtellatrices, nuntij, renuntij, raptores panis & peni. Videtur ſignificare ancillam, quæ ciſtrũ fert heræ.

Ciſterna, f. p. Locus in quo colligitur aqua pluuia per euripos & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos, ad imbres ſuſcipiendos. δεξαμενή. Vlpian. l. 1. ff. de fonte, Ciſterna aquam uiuam non habet. Et quidem ciſternæ imbribus concipiũtur, ſed per glaream immiſſam in ſpongias purificatis. Idẽ l. Vulgaris. parag. Sed & ſi de naui. ff. de furtis. Et quidem ſi ciſterna uini ſit, quid dices? aut aquæ ciſterna?

Ciſterninus, a, um, Colum. lib. 12. cap. 43. Tota deinde uaſa in aqua fontana uel ciſternina ponderibus impoſitis mergi.

Ciſthos, κίσθος, quem & Cittaron uocãt, ſiue Ciſſaron, Eſt frutex maior thymo, foliis ocymi: cuius duo ſunt genera, floris colore diſtincta. Maſculus enim florem habet roſacẽum, fœmina album. Vide Plin. lib. 24. lib. 10. Vulgus Roſaginem, ſiue Roſam caninam appellat. Sub hoc frutice naſcitur hypociſthis: de qua ſuo loco.

Ciſtŏphŏrŭs, m. ſ. κιστόφορος, Numi ſpecies, ſic dicti à Canephoris Palladis Atticę uirginibus miniſtris, quarum imaginẽ habebat impreſſam. Cic. ad Att. lib. 11. Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertia bis & uicies. Huius pecuniæ permutatione fidem noſtrã facilè tuebere. Idem pro domo ſua, Vt ſi in Aſia ciſtophorum flagitaret.

Ciſtula, Vide Ciſta.

Citariſta, Vide Chitariſta.

Citatus. Vide Cito, citas.

Cĭtĕrĭă, Appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa uehi Romæ ſolebat. Cato in M. Cæcilium, Quid ego cum illo decertem amplius, quem ego deniq; credo in pompa uectitatum iri ludis pro citeria, atq; cum ſpectatoribus ſermocinaturum? Feſtus.

Citerior, Citerius, Vide Citra.

Cithără, f. p. pen. cor. κιθάρα, Inſtrumẽtum muſicũ, alio nomine Lyra appellata, quam Hieronymus ſcribit effici in modum Δ literæ, cum chordis uiginti quatuor, & per digitos uarijs uocibus, tinnulisq; ictibus in diuerſis modis concitari. Plin. lib. 7. cap. 56. Citharam Amphion: ut alij, Orpheus: ut alij, Linus inuenit. Citharam Verg. pro ipſa muſica & harmonia accepit, 12. Aeneid. Augurium, citharamq; dabat, celeresq; ſagittas. Quint. lib. 2. cap. 8. Nam ſicut cithara, ita oratio perfecta nõ eſt, niſi ab imo ad ſummum omnibus intenta neruis conſentiat.

Citharœdus, m. ſ. κιθαρῳδὸς, Qui cithara canit: & proprièt (ut Moſcopulus annotauit) qui citharam pulſat, & ore accinit. Iuuenal. Accipis uxorem de qua citharœdus Echion, Aut Graphyrus fiat pater. Cicero 5. Tuſcul. At uocem citharœdi non audiunt.

Citharœdicus, ca, cum, κιθαρῳδικὸς, ut Citharœdica ars, apud Plinium lib. 9. cap. 8, & Citharœdicus habitus. Sueton. in Nerua, Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

Cithariſta, m. p. qui citharam tantùm pulſat, non etiam accinit: nam is (teſte Moſcopulo) proprièt dicitur citharœdus. Cic. 3. Verr. At etiam illum Aſpendium cithariſtam, de quo ſæpè audiſtis id, quod eſt Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, ſuſtulit.

Cithariſtria, f. p. κιθαρίστρια, Quæ cithara canit, ſicut à tympano tympaniſtria. Terent. in Phorm. Continuò quandam nactus eſt puellulam Cithariſtriam. Ibidem Terẽtius eandẽ uocat Fidicinã, Ille, qui illam amabat fidicinam. Sunt autem Citharistes, & Citharistria, uerbalia, à Græco uerbo κιθαρίζω, quod eſt cithara cano.

Citimus, Vide Citra in Cis.

Citorus. Vide Cytorus

Citra, præpoſitio, ἐντὸς, Vide in dictione Cis.

Citro, Vide in dictione Vltro.

Citrus, f. s. Arbor eſt duorum generum: quarum altera lauri folio perpetuò uirens, eadem eſt cum malo medica, quæ citrium malum gignit, oris grauceolentiam emendãs, ut ueſtiũ cõmendans odorẽ, eaſdemq; à tineis conſeruans. Altera ſylueſtri cupreſſo ſimilis eſt, & caudice & folio, & odoratu, in Mauritania præcipuè naſcens: unde in Italiam ad pretioſiſſimarum menſarum materiã aduehebatur, quæ & Cedrinę appellãtur à Plin. lib. 13. cap. 15. Hæc arbor ab Homero Trogete, à quibuſdam etiam Thyia appellatur, præcipuã in radicis criſpitudine dotem habens. Citrum neut. gen. citri arboris lignum. Varro 3. de Re ruſt. cap. 2. Nuncubi hic uides citrum, aut aurum? Martialis lib. 9. Et teſtudineum menſus quater hexaclinon, Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo. Idem lib. 10. & citrum uetus, Indicoſq; dentes.

Citreus, a, um, Quod ex citro confectum eſt. Cic. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimam menſam citream, à Qu. Lutanio Diodoro (qui Qu. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis Romanus factus eſt) omnibus ſcientibus Lilybæi abſtuliſti. Citream menſam cum aurea comparat Martialis in Diſtichis, Accipe felicis, Atlantica munera, menſas: Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Citrinus color, A Citri ſimilitudine dictus. Plin. li. 19, cap. 5. de cucumere loquens, Creſcunt, qua coguntur, forma, in Italia uirides & quàm minimi: in Prouincijs quam maximi, & citrini, aut nigri.

Citreus, a, um, adiectiuum, ut Citrea malus, quæ & Medica, μηδικὴ, nominatur. Arbor eſt toto anno pomifera, aliis cadenti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cadentibus, aliis matureſcẽtibus, aliis ſubnaſcentib. pomis. Folia habet lauri, intercurſantibus ſpinis, fructum uerò aureo colore & odore gratiſſimo: quem Verg. ſecundo Georg. miris laudibus celebrauit, ibi, Media fert triſtes ſuccos, tardumq; ſaporem Felicis mali, Præcipuæ mali huius dotes ſunt, oris graueolentiam commendare, & ueſtes à tineis illæſas conſeruare. Varia citrei mali genera uide apud Ruell. lib. 1. cap. 69.

Citta, κίτ]α, f. t. Deprauatus mulierum prægnantium appetitus, quum inutiles cibos appetunt, quod ferè contingere ſolet ſecundo aut tertio à conceptu menſe, ex alimento in uentriculo corrupto, fœtu exiſtente tam imbecilli, ut nutrimentum conſumere non poſſit. Hinc fit, ut copioſæ in uentriculo redundantiæ accumulentur, quæ uarium abſurdũq; gignunt appetitum, ut carbonum, cretæ, & ſimilium. Eam ob cauſam Græci malum hoc κίτ]αν, hoc eſt picam, appellauere, ab auis eius uarietate ſumpta ſimilitudine.

Cittampelos, κιτ]άμπηλ@, Herba eſt quæ Dioſcoridi Helxine & officinis Parietaria dicitur. Vtitur hac appellatione Paulus Aegineta lib. 6.

Cittoſis, κιτ]ωσις, Vuarum uitium eſt, quum acini à racemis dilapſi pereunt. Vide Cælium Rhodig. Antiquar. lect. libr ſexto capite primo.

Ciuis, huius ciuis, com. t. Vrbis colonus. à coẽundo (ut Ciceroni probatur) quòd uinculo quodam ſocietatis ciues in unum coẽant cœtũ, & ſub iiſdem legib. uiuant, πολίτης, ὰ ὸς. Cicero in Catilinam, Serui me hercule mei ſi me iſto pacto metuerent, ut re metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. Idem 1. de Finibus, Debeo profectò quautumcunque poſſum, in eo quoque elaborare, ut ſint opera, ſtudio, labore meo, doctiores ciues mei. Ciuis & Peregrinus opponuntur. Cicero ſexto in Verrem. Apud Segeſtanos repertum eſſe iudices ſcitote neminem, neq; liberum neq; ciuem, neq; peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere. Idem, Colebatur à ciuibus, ab omnibus aduenis uiſebatur.

Ciuitas. f. t. Propriè eſt collecta ciuium multitudo, ad iure uiuendum, πόλις. Cicero de Somnio Scip. Nihil enim eſt illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia, cœtuſq; hominũ iure ſociati, quę ciuitates appellãtur. Idem pro Seſtio Tũ conuanticula hominum, quæ poſtea ciuitates nominatæ ſunt. Ciuitas & Vrbs in hoc differunt, quòd incolæ dicuntur ciuitas, urbs uerò complectitur ædificia. Cicero 4. Academ. Ariſtoteles & Xenocrates, quos Antiochus aſſequi uolebat, non dubitauiſſent quin & prætor ille eſſet, & Roma urbs & eam ciuitas incoleret. Idem pro P. Sylla, Etenim in qua ciuitate res tantas geſſerim, meminit, & in qua urbe intelligo. Aliquando ciuitas dicitur ius ciuium, unde Ciuitate donare, πολιτέαν δ]δόναι. Vſurpatiuê tamen dicitur urbs, hoc eſt ipſa mœnia, & ædificia.

Ciuilis, & hoc ciuile, om. t. Quod eſt ciuium, ſeu quod ad ciues pertinet, πολιτικός. ut Ciuilis mos, Ciuile ius, Ciuile odium, Ciuile bellum, Ciuilis homo, qui eſt peritus eorum quę ad adminiſtrandam Remp. pertinent. Cicer. 7. Philip. Itaque ego ille, qui ſemper autor pacis fui: cuiq; pax, præſertim ciuilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. Idem ad Attic. lib. 7. Genus belli quod ſit, uides: ita ciuile eſt, ut non ex ciuium diſſenſione, ſed ex unius perditi ciuis audacia natum ſit. Vndę ciuiles, id eſt, curæ, & ſolicitudines. Horatius 1. Epiſt. Nunc agilis fio, & uerſor ciuilibus undis. Studia ciuilia. Cic. pro Font. Si inimico teſti credi nõ oportuit, inimicior Marcello Craſſus, & Fimbrię Scaurus, ex ciuilibus ſtudiis, atq; obtrectatione domeſtica, quàm huic Galli?

Ciuilior, & **Ciuilius**, comparatiua. Ouid. 4. Triſt. Eleg. 4. Ipſe pater patriæ, quid enim ciuilius illo?

Ciuilitas. f. t. πολιτικὸν, Comitas, facilitas & moderatio quædã atq; modeſtia, magis ciui hominiq; politico, quàm imperatori conueniens, quam Auguſto tribuit. Sueton. cap. 51. Clemẽtiæ ciuilitatiſq;, inquit, eius multa & magna documenta ſunt. Iulius Capitolinus laudat Antonium Pium, quòd Imperatorium faſtigium ad ſummam ciuilitatem deduxerit.

Ciuiliter, aduerbium, πολιτικῶς. Cic. 1. Offic. Vt enim quum ciuiliter contendimus, aliter eſt inimicus, aliter ſi competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis eſt, cum altero capitis & famæ. Iuuenalis Satyr. 5. Poſcimus ut cœnes ciuiliter: id eſt, ut tibi ſit panis idem qui aliis conuiuis, iiſdẽq; ferculis utaris: non ut tyrannico more, aut regio cœnes. Ouid. 12. Mat. Exercet memores pluſquam ciuiliter iras.

Ciuicus, a, um, pen. cor. πολιτικὸς, idem quod ciuilis, ut Ciuica corona, quâ ciuis ciui, à quo ſeruatus fuiſſet in prælio, teſtẽ uitæ dare ſolebat, ex fronde querna, quoniã cibus antiquiſſimus è quercu capi conſueuerat. Cic. pro Planc. At id etiã gregarij milites faciũt inuiti, ut coronã dent ciuicã, & ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur.

C L

CL. In notis antiquorũ Claudius. CL. V. clariſſimus uir. CL. F. clariſſima filia uel fœmina. CLl. Claudius. CLDBL. cauſam laudabilẽ. C. L. Caij libertus, uel Caius Libertus. CL. cõlibertus. C. L. uel I. uel L. Caia liberta. CL. Caię libertę. C. LSB. Caij libertus, uel liberorũ. CL. B. cõliberte clariſſimæ. C. MAR. P. caput margine pleno. CM. Comis. C. ML. centũ millia. CMS. Comis. C. M. ciuis malus. C. M. uel CA. M. cauſa mortis, uel C. Marius. COM. uel CO. comitia obdurata. C. M. T. cauſa mali tui. C. M. T. crementũ multũ. CML. XII. camelos duode(cim.

Clãbũla, uide Clauola.

Clădes, f. t. κίτ]α, ὄλεθρ@, ſtrages, cædes multorũ, calamitas, ſiue detrimentũ in prælio, aut alio modo acceptum, παρὰ τὸ κλάω, ut quidam exiſtimant, quod eſt amputo, frango, aut certè, ἀπὸ τῦ κλαίειν, hoc eſt, à flendo ſiue lugendo, quanquã non deſint, qui à cadendo cladẽ dictã exiſtimãt, aut à calamis cõminuendis, quaſi Calamidẽ. Plin. lib. 16. cap. 32. A quo deinde tẽpore maieſtas populi Rom. reſurrexit, quæ ante uaſtata cladibus fuerat. Cic. de clar. Orat. Curſum ingenij tui Brute, premit hæc importuna clades ciuitatis. Verg. 12. Aen. & ſubita turbaret clade Latinos.

Clam, præpoſitio ablatiuo caſui ſeruiens, λάθρα, κρύφα. Idem ſignificat quod ſecretò, ſiue latẽter, ut Clam patre egiſti. Plautus in Am. Is amare occœpit Alcumenã clam uiro. Iungitur aliquando & accuſatiuo. Plaut. Caſ. Bona multa faciã clam meam hanc uxorem. Cic. in Salluſt. Timẽs ne facinora eius clam uos eſſent. Quandoquidẽ reperitur loco aduerbij poſita. Verg. 1. Aen. Clàm ferro incautũ ſuperat, ſecurus amorũ Germanæ. Hinc cõpoſitũ Perclam, quod eſt ualde occultè.

Clanculum, diminutiuum eſt à Clam, λαθρώως, κρύβδ]ω. Ter. in Eun. In cellulam ad patris penum omne congerebã clanculum. Ibidem, Veniſſe clanculum per impluuiũ. Clanculum accuſatiuo iunxit. Terent. in Adelph. poſtremò alij clanculum Patres quæ faciunt, quæ fert Adoleſcentia, Ea ne me celet, conſuefecit filium.

Clancularius, a, um, occultus, latens, κρυπ]ὸς, κρύφι@. Mart. lib. 10. Vernaculorũ dicta, ſordidũ dentẽ, Et fœda linguę probra circulatricis, Poëta quidam clancularius ſpargit, Et uulo uidere noſtra, &c.

Clandeſtinò, pen. prod. occultè, ſecretò, latenter, κρύβδα, κρύβδην, κρύφα. Lucilius, At enim dicis, clandeſtinò tibi, quod comiſſum fuerat. Plaut. in Mil. Nam hoc negotij clandeſtinò ut agerem, non datur mihi.

Clandeſtinus, a, um, pen. prod. occultus, ſecretus, κρυφῶ@. Liuius 4. ab Vrbe, Quum patres clandeſtina denunciatione reuocati ad diem certam. Manl. lib. 1. Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma. Silius lib. 7. Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum.

Clamor, m. t. uox intenſa, & maiore cum impetu prolata, κραυγὴ, βοὴ. Plin. in Epiſt. Turbidoq; clamore poſtulauerat ſi mul & oppreſſerat. Cic. 6. in Verr. Interea ex clamore fama tota orbe percrebruit, expugnari deos patrios. Verg. 4. Aen. reſonat clamoribus æther. Antiqui etiam Clamos dicebãt, ſicut Arbos.

Clamo, as, are, n. p. Eſt uociferari, βοᾶν, κλάζειν. Plaut in Merc. Nec tolerant, ut æquum eſt, patres, ſed clamant, indeceter obſtrepunt. Cic. ad Att. lib. 5. Id clamare omnes qui aderant, nihil impudentius, & Ter. in Adel. Clamant omnes, indigniſſimè factum eſſe. Clamare item pro dicere, & affirmare accipitur. Cic. 3. in Verr. Quum tutores HS LXXX. millibus id opus, ad illius hominis iniquiſſimi arbitrium ſe effecturos eſſe clamarent. Quandoq; uocare, καλεῖν, φωνεῖν. Verg. 4. Aeneid. Per medios ruit, ac morientem nomine clamat. Ouidius 2. Meram. Aſpicit hanc, uiſamq; uocat, clamata refugit. Idẽ 6. Met. Ipſa uidebatur terras ſpectare relictas, Et comites clamare ſuas. Clamare, conqueri. Terent. in Adel. Mihi qui dem non placent, Et clamo ſæpe. Liu. 3. ab Vrb. Clamant fraude fieri, quòd foris teneantur exercitus. Cic. pro Clu. Quum & de ſuo, & de uxoris interitu clamare, teſtamentumq; mutare cuperet, &c. Huius compoſita ſunt, Acclamo, Conclamo, ut Vaſa conclamo, ἀναξυγὴν σημαίνω. Item Declamo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Exclamo, Inclamo, Proclamo, Reclamo, & Succlamo, quę habent penultimam productam.

Clamito, as, are, frequentatiuum. Teren. in And. clamitent, Me sycophantam hæreditatē perſequi. Cic. 2. Tuſc. Nam quū ex reuibus laborarent, ipſo in ciulatu, clamitabat falſa eſſe quæ antea de dolore ſenſiſſet ipſe. Terent. in Adelph. Venit ad mē ſæpe clamitans, Quid agis Mitio?

Clamator, m. t. uerb. qui clamat. Cic. 3. de Orat. Quare Coracē iſtum ueſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido, qui euolent clamatores odioſi ac moleſti. Mar. lib. 12. Non uenit ablatis clamator uerna lacernis.

Clamatorius, a, um, ut clamatoria auis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine Cluina, & Prohibitoria appellabatur, ab effectu impediendorum auſpiciorū. Hanc Plin. lib. 9. cap. 15. numerat inter aues ſeculo ſuo incognitas. Clamatorium genus. Cic. ad Quint. frat. lib. 3.

Clamoſus, a, um, à nominatiuo clamos, quod clamore obſtrepit, uociferaturq; κραυγαστικὸς, Iuuen. Securum iubeant clamoſo inſiſtere circo. Quin. Non turbidus, non clamoſus ſit altercator.

Clango, gis, xi, uel gui, neut. t. tuba cano, uel increpo, κλάγγω. Valerius Flac. ter inhorruit æther, Luctificum clangentem tubam. Clangere item dicuntur anſeres, ut eſt uidere apud Columellam libro 8. cap. 13. Aquilis item clangorem tribuit author Philomelę apud Ouidium, Dum clangunt aquilæ.

Clangor, m. t. ſonus tubarum eſt, κλαγγή. Vergil. 2. Aen. Exoritur clamorq́ue uirūm, clangorq́; tubarum. Licet etiam dicatur de ſono anſerum, & aliarum rerum clarè ſtrepentium. Cicero 2. Tuſculan. de Prometheo, Iouis ſatelles (intelligit aquilam) paſtu delaniat fero, Tum iecore opimo farta & ſatiata affatim, Clangorem fundit uaſtum. Columella de anſeribus lib. 8. cap. 13. Eiusq́ue generis anſer præcipuè ruſticis gratus eſt, quod nec maximam curam poſcit, & ſolertior rem cuſtodiam præbet quàm canis, nam clangore proditinſidiantem.

Clareo, Clarifico, Clarigo, Claritas, uide Clarus.

Clariſſimatus, dignitatis uocabulum, de quo Alciat. cap. 4. lib. Diſpunct. 1. Clariſſimatæ mulieres appellantur, clariſſimis nuptæ. l. fœminis. ff. de Sena. Vide C. de Tut. & cur. clariſſ. perſon.

Clārus, a, um, propriè dicitur quod eſt lucidum, non obſcurum, ἀθρόος, λαμπρὸς, ut Clara dies Cic. in Som. Scip. Often debat autem Carthaginem de excelſo, & pleno ſtellarum, illuſtri, & claro quodam loco. Vergilius 1. Georg. Et claro ſyluas cernens Aquilone moueri. Figuratè tamen pro inſigni atque excellenti accipitur, ἐνδόξος, ὑδλωχιμῶν, & eo qui ueluti fulgore quodam famæ reſplendet, qui & Inclytus dicitur: quamuis plus ſit inclytus, quàm clarus propter In, quæ ibi auget. Cicero 1. de Finibus, Claris & fortibus uiris commemorabilis. Plautus in Trinum. In occulto iacebis, quum te maximè clarum uoles. Item quoniam quę clara ſunt, ab omnibus cernuntur, clarum etiam pro aperto, & manifeſto ſumitur, σαφὲς. Cicero in Ver. Res erat clara, neque ſolùm argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebatur. Idem 4. in Verr. Vt in re tam clara, tam teſtata. Interdum ponitur pro audibili aut ſonoro, ut Clara uox, ὁ ἐυφωνία. Cicero pro Sylla, Atque ut idem omnes exaudiant, clariſſima uoce dicam.

Clarè, aduerb. ὀξέως. Ter. in And. Vnde eſt? dic clarè. Cic. ad Att. lib. 2. Varietas in re nulla ſit, aperteq́ue loquantur, & iam clarè gemant. Celius Ciceroni libro 8. Et quo propius ea contentio, quam fieri neceſſe eſt, accedit, eo clarius in periculū apparet.

Clariſonus, a, um. ὀξύφωνος, ut uoces clariſonæ. Catul. Clariſonas imo fudiſſe è pectore uoces. Cic. in Arat. Hunc à clariſonis auris Aquilonis ad Auſtrum Condens.

Claritas, f. t. luciditas, σιπνότης, λαμπρότης, ut claritas ſolis. Plin. lib. 2. cap. 8. Claritatis tantæ eſt ueſper. Idum lib. 18. cap. 11. Emicantq́; fontes Oraxi oculorum claritati. Aliquando excellentia, & ſplendor, ὕλεια, ut Claritas generis, claritas rerum geſtarum. Cic. 1. Offic. facilior & tutior, & minus aliis grauis, aut moleſta uita eſt otioſorum: fructuoſior autem hominum generi, & ad claritatem, amplitudinemq́ue aptior, eorum qui ſe ad Rempublicam, & ad res magnas gerendas commodauerunt. Idem ad Sulpit. Quæ, quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentiſſimè ex tuis literis cognoſcam. Interdum facilitas, perſpicuitas, ut Claritas orationis.

Claritudo, dinis, idem quod Claritas, Feſto ac Nonio teſtibus. Salluſt. Quum præſertim tam multæ, variq́ue ſunt artes animi, quibus ſumma claritudo paratur. Claritudo uocis, ὀξυφωνία. Gellius lib. 7. cap. 5. Hiſtrio in terra Græcia fuit fama celebri, qui geſtu & uocis claritudine, & uenuſtate cæteris anteſtabat.

Claro, as, a. p. clarum facio, δοξάζω. Auſonius, Pollet Ariſtides, ueteres qui clarat Athenas. Cicero de Diuinat. ex antiquo poëta, Iuppiter excelſa clarabat ſceptra columna. Horat. illum non labor Iſthmus Clarabit pugilem. Lucretius lib. 4. Multaq́ue in his rebus quærendum, multaq́; nobis Clarandū eſt, planè ſi res exponere auemus. Hinc Declaro, as.

Clareo, es, ui, n. ſ. clarus ſum, uel manifeſtus, ſeu notus ſum, ὑδλοκιμέω, φαίνωμαι. Ennius apud Ciceronem 3. Offic. Ergo poſtq́ue magiſq́ue uiri nunc gloria claret. Idem de Senect. Turpilius Pædio, cuius aduentu inſula hodie claret Cypros. Claret lumen: Ennius Telamone (ut citat Nonius) Nam ita mihi Telamonis patris, atque facies proaui Iouis grata eſt, atque hoc lumen candidum claret mihi. Clarere, id eſt, apparere. Cicero in Arato, Propterea quod ad æſtatis primordia clarent. Claret, pro clarum eſt. Lucret. lib. 6. quod in primo quoq; carmine claret. Claret, mihi, id eſt intelligo. Claud. in Paneg. uentura poteſtas Claruit Aſcanio, ſubita quum luce comarum Innocuus flagraret apex.

Clareſco, ſcis, clarus uel clarior fio. Quint. lib. 6. cap. 4. Neq; tantum hoc ipſis monitoribus clareſcit, quidam faciunt apertè quòd rixemur. Verg. Aeneid. Clareſcunt ſonitus, armorūq; ingruit horror. Hinc fit compoſitum Inclareo, quod eſt ualde clareo, à quo fit Inclareſco, quod eſt ualde clarus fio. παρικφαίνομαι.

Clarifico, as. a p. clarum facio, illuſtro. λαμπρύνω. Plin. lib. 20. cap. 13. Alterum eſt nigrius, quod capitis uitia purgat, uiſum clarificat.

Clarigo. as, act. pr. penult. corr. res clarè repeto, bellum indico, σημαίνω ἢ πολεμῶ. A uocis claritate dictum, quaſi clarè ago, ſicut Litigo, litem ago: Læuigo, læue ago: Mitigo, mite ago. Plinius libro 22. Hanc ſemper & legati quum ad hoſtes, clarigatumq́; mitterentur, uſi: id eſt, res raptas clarè repetitum. Erat autem Romanis in more, quum bellum indicere alicui uolebant, ut Paterpatratus proficiſceretur ad hoſtium exercitum, & præfatus quędam ſolēnia uerba, clara uoce diceret ſe bellū indicere ob certas cauſas, quòd ſcilicet pecus abegiſſent, nec reddidiſſent, quòd noxios receptaſſent, quòd agrum uaſtaſſent, quòd ſocios læſiſſent, aut ali quid ſimile.

Clarigatio, f. t. belli denunciatio, ut ex uerbo Clarigo ſatis apparet. Accipitur & pro exactione nummaria, maximè quæ principis, uel Reipublicæ edicto conceditur. Liuius lib. 8. In Celiternos ueteres ciues Romanos, quòd toties rebellaſſent, grauiter ſæuitum, & muri deiecti, & ſenatus inde abductus, iuſſitq́; trans Tiberim habitare, ut eius, qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, uſq; ad mille paſſus 200. pondo clarigatio eſſet, nec priuſquàm ære abſoluto, is qui cepiſſet, extra uincula captum haberet.

Claſſis, f. t. æquiuocum eſt, ſignificat enim nauium multitudinem. σόλος, ἀπὸ τῶν κάλων, hoc eſt, à lignis. quamuis abuſiuè pro una tantū naui ponatur. Vergil. lib. 6. Lyciæ ductorem claſſis Orontem. Significat & ciuium partes pro cenſus ratione diſtributas, τιμήματα. Nam Liuius de Ser. Tulli rebus geſtis ſcribit, urbem in quinque claſſes diuiſam, cenſumq́; ab eo inſtitutū fuiſſe, rem ſaluberrimā tāto futurā imperio, quò pacis belliq́; munia, non uiritim, ut antea, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum claſſes centuriasq́; ad hunc ordinem ex cenſu deſcripſit. Qui centum millia æris, aut maiorem cēſum haberent, inter primarios numerabātur, & ſub primæ claſſis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta ſenum, quadraginta iuuenum. Seniores, ad urbis cuſtodiā, iuniores ut foris bellum gererent. Arma his, galea, clypeus, ocreę, lorica, omnia ex ære hæc, ut tegumenta corporis eſſent. Præterea tela in hoſtem, haſtæ, & gladius. Additę ſunt fabrorum duæ centuriæ, quę ſine armis ſtipendia facerent: datum munus, ut machinas in bello ferrent. Hinc claſſici huius primæ tantùm claſſis homines dicebantur, qui (ut docet Gell. lib. 7. cap. 13.) cētum & uiginti quinque millia æris, ampliusq́; cenſi erant. Hinc etiā Claſſici teſtes, hoc eſt, aſſidui, & locupletes, qui (ut inquit Feſtus) ſignandis teſtamentis adhibebantur, hoc eſt, primæ claſſis homines, quaſi primæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

autoritatis, & idonei ueritatis censores. Et metaphoricῶs Classicos autores uocat Gellius lib.19.cap.8. Quasi primæ notæ scriptores, Latinæq; elegãtiæ testes idoneos, cuiusmodi sunt, Cicero, Cæsar, Sallustius: Vergilius, Ouidius, Horatius, T. Liuius. Ex iis uerò qui intra centum septuaginta quinq; millia erant censi, uiginti seniorum, & totidem iunio rum centurias conscripsit, quibus pro scuto clypeus, & reli qua omnia arma, præter loricam, sunt imperata. Tertia classis à septuagintaquinque ad quinquaginta milia, Arma, ut in superiore, præter ocreas. In quarta classe à quinquaginta ad uigintiquinque millia, centuriæ uiginti seniorum, uiginti iuniorum, Arma mutata, nihil præter hastam, & uerutum datum. Quinta classis centurias triginta habuit, fundas, lapidesq; missiles gerentes. Et homines quintæ classis, pro tenuibus & minimæ autoritatis dicuntur, οἱ δὲ θητικοὶ τελοῦντες. In his erant accensi, cornicines, tibicines in tres centurias digesti, qui non ultra undecim millia censebantur. Creata est præterea una cẽturia quæ fuit immunis militia. Infra classem autem esse dicebantur secundæ classis, cæterarumq; classium, qui minore summa çris, quàm classici illi, censebantur. Significat & Classis, equitum ordines. Verg.3. Aeneid. Scio me Danais è classibus unum. Vnde & Classis procincta, παρεσκευασμένη στόλος, dicitur exercitus instructus. Apud antiquos Classes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus uocamus. Classes quoq; in scholis sunt ordines discipulorum. Quintilianus lib.1.cap.2. autor est, à præceptoribus suis pueros olim in classes distributos, ordinemq; discendi secundum uires ingenii datum.

Classicus, a, um, Quod est classis, uel quod ad classem pertinet ναυτικός, ut, Classicũ bellũ, bellũ nauale. Proper. li.2. Et cane rem Siculæ classica bella fugæ. Et Classici, οἱ ὑποτελεῖς, οἱ τελοῦντες, οἱ ἐντιμήματι, primæ tantùm classis homines, de quibus mox. Etiam Classici dicebantur Præcones, κήρυκες, Qui tabula uel cornu iussu magistratuum exarce, uel circum muros populum ad comitium uocabant, dicti à Calando, id est, uocando, siue à clangore. Vnde Classica pro ipsis tubis, σάλπιγξ, βυκανστήριον. Vergil. libro 7. Classica nanq; sonant. Vbi Seruius, Classicum dicimus, & ipsam tubam & sonum. Classicum autem est flexilis tuba. Liu. libro quinto, Vocatis classico ad concilium militibus. Classicum item ineundæ pugnæ signum appellatur, quod tuba dari solet: unde Classicum canere, σημαίνειν τῷ ἴφοδον, hoc est, signum dare, quo milites pugnam ineant. Contrà, Canere receptui, ἀνακαλεῖν, est à pugna reuocare. Accipitur etiam latius Classici uocabulum pro quouis tubæ sono, qui prodeunte imperatore, aut eius iussu in castris fieri solet. Cæsar 3. bel. Ciu. Pompeius paucis pòst diebus in Thessaliam peruenit: suum cum Scipione honorẽ partitur, classicumq; apud eum cani, & alterum illi iubet prætorium tendi. Verg.2. Georgic. Necdum etiam audierant inflari classica.

Classiarii. m. f. Propriè dicuntur classis milites, qui scilicet in classe stipendia merent, ἐπιβάται. Hircius lib.3. bel. Ciuil. Itẽque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sueton. in Galba, Nam quum classiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, ad pristinum statum redire cogeret. Apuleius usurpauit pro tubicine, aut eo qui classicum canit, quum ait: Et laudum eius classiarius, atq; assiduus præco. Vbi pro eodem penè uidetur accepisse Præconem laudum & Classiarium. Quo in loco Perottus, mentem Apulcii non satis assequutus, arbitratur classiarios pro potentioribus accipi, quos alio nomine uocabant Assiduos.

Claterna, à Pomponio Mela lib.2. numeratur inter oppida Piceni.

Clathrus, & **Clathrum**, n. s. utroq; modo dicitur, κλῆθρον à κλήω, claudo. Sunt autem Clathra, ligna quibus transuersis aliquid munimus, sepimusúe, ut fenestræ, quæ uulgò ferratæ dicuntur. Horat. Obiectos caueæ ualuit si frangere clathros. Columella posuit pro lignis cancellatim compactis, quibus glebæ contunduntur, Hirpicem Varro appellat.

Clathro, as a p. significat clathris claudere, κλειδοῦν. Colum. libro nono, Satis est autem uacerras, inter pedes octonos defigere, serisq; transuersis ita clathrare, nec spatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. Hinc fenestra clathrata apud Plautum in Milite, Nam certò neque solarium apud nos est, neque hortus ullus, neq; Fenestra nisi clathrata.

Claua, f. p. Fustis teres ad claui similitudinem capitatus, κόρυνη, κορύνη, ῥόπαλον Cic 6. in Verr. Qui primò quum obsistere ac defendere conarentur, malè mulctati, clauis ac fustibus repelluntur. Idem de Senect. Sibi igitur habeant alii arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam, &c. Plin. de lino, Interdum deinde in filo politur, illuíum crebrò in silice exaqua, tectumq; rursus tunditur clauis, semper iniuria melius. Hinc claua Herculis. qua ille utebatur.

Clauator, m. r. qui huiusmodi claua utebatur, inquit Festus, seruus scilicet, qui claua armatus dominum comitabatur. κορυνήτης, κορυνηφόρος. Plaut. Merc. Egomet mihi comes, clauator, eques, agaso, armiger. Idem Rud. Aedepol eccum clauator adnenit.

Clauiger, qui clauam fert, κορυνηφόρος &. Ouid. 7 Metam. Clauiger inuidit Vulcani occumbere prolem. Idem 15. Metam. illic lauêre Bimembres Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Clauarius, uide Clauis.

Clauatus, uide clauus.

Claudico, uide Claudus.

Claudo, is, si, sum, a. r. obstruo, obsero, includo, κλείω. Vergil. lib.3. Geor. Aut intus clausos sarura ad præsepia seruant. Interdũ ponitur pro Circuire, siue circundare, περιαμβάνειν, ita enim interpretatur Nonius illud Vergilii, Ecloga 6. Dictææ Nymphæ nemorum iam claudite saltus. Interdum pro obsistere, arcere, apud eundem lib.10. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Vlpian. l. Si quis graui. parag. sub uenitur aũt ff. ad Senatusconsf. Sylla clausos, ἀρχθέντας, pro ninctis accipit, si modò uincti sint, ut omni modo erumpere non possint.

Clausum, substantiuum, pro tecto, siue loco concluso, κλεῖθρον. Columella libro 9. cap. 8. Nam diebus requies danda est, & infundendi grati apibus liquores, quibus intra clausum alantur. Vergil. 4. Georg. Sic positum in clauso linquunt.

Claustrum. neut. sec. Clausura, siue quo aliquid clauditur, κλεῖθρον. Plaut. in Curc. Nam sonitum, & crepitum claustrorum audio. Verg.7. Aeneid. portarum ingentia claustra. Cic. pro Flac. Omnes sinus, promontoria, littora, insulas, urbes maritimas claustris imperii nostri contineri. In plurali tam masc. quàm neut. gen. est. Apud antiquos Clostra pro Claustris dicebantur.

Claustrum, impropriè est Cœnobium, siue Monasteriũ, ut impura sunt, quantum ad Latinitatem attinet, Canonistarum ferè omnia.

Claustrarius, m. s. qui septa, & cætera ad claudendũ opera facit, κλειδοποιός.

Clausula, f. p. dicitur id quod aliquid claudit, hoc est, finit. Plinius libro 11. capite 45. Vngues, qui clausulæ neruorum summæ existimantur, omnibus his, quibus & digiti. Item pro exitu. Cic. pro Cælio. Mimi ergo est iam exitus, non fabulę? in quo quum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus: deinde scabella concrepant, aulæũ tollitur. Hinc etiam clausula pro sententia accipitur, quam Græci περίοδον, dicunt, ita dicta, quòd sententiam claudat. Non nunquam etiam accipitur pro sententia, quæ epistolam uel carmen claudit, quam uulgò conclusionem uocamus. Cic. Fam.2. Quoniam mihi nullum scribendi argumentum est, utar ea clausula qua soleo.

Clausus, reconditus sub signo, & claustris suppositis, antitheton patens, apertus, promptus, expositus.

Claudus, quasi pedibus clausus, id est, impeditus, qui ex pedibus, aut cruribus fœmoribusúe uitiatis, æquis passibus incedere non potest, χωλός. Vnde etiam Appius Claudius, à quo Claudia familia originem traxit, primùm Appius Clausus dicebatur. Plaut. in Aulul. Quasi claudus sutor domi sedes totos dies. Cic. in Pison. Iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere. Idem 1. de Nat. deor. Claudum igitur habemus deum, quoniam de Vulcano sic accepimus.

Claudico, as. are, pen. corr. Altero tantùm pede incedo, uel alterum pedem infirmum, & instabilem, aut curtum habeo, aut uacillo, χωλαίνω. Cic. lib.2. de Orat. Nam quod Sp. Caruilio grauiter claudicanti ex uulnere ob Rempublicam accepto, & ob eam causam uerecundanti in publicum prodire, &c. Translatè dicitur de omni eo, quod suis partibus rectum non est. Cic.3. de Fin. Qui uerẽtur ne si amicitiã propter nostram uoluptatem expetendã putemus, tota amicitia quasi claudicare uideatur. Liu.2. belli Pun. Si altera parte claudicet Resp. malis consiliis ac bonis, idem iuris & potestatis erit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Claudicatio, onis, uerbale, χωλότης. Colum lib. 6. cap. 12. Sanguis demissus in pedes, claudicationem affert. Cic. de Nat. deor. In quo stante atq; uestito, leuiter apparet claudicatio non deformis.

Clauditas, fœm. t. idem, hoc est, ipsum claudicandi uitium, χωλία. Plinius, repulsu durioris materiæ clauditatem ilicò affert.

Clauícula, Clauículus, uide clauus.

Clauís, f. t. est quo ostia, arculæ, & id genus multa, & claudũtur, & aperiuntur, κλείς, à Clàm, quòd quæ celare uolumus, hac claudere soleamus. Cato de Re rust. cap. 13. Seriam uinariam unam, clauem torculario unam. Cic. pro domo sua, Scilicet tu heluoni spurcissimo, omne frumẽtum priuatum & publicũ, omnes prouincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorũ claues lege tua tradidisti. Habet & clauim in accus. Plaut. in Most. Clauim mihi harumce ædium nunc iam Iube afferri. Vnde Conclauia, loca quæ sub una eademq; claue clausa sunt: & cõclauatus locus, una claue clausus. Clauem Theodorus Samius primò monstrauit: à qua faber clauicularius, κλειδοποιὸς.

Clauicula, f. p. diminut. à claui, uel à claua uirga, κλειδίον. Dicitur quoq; Clauicula capreolus, siue pampinus in uite. Cic. de Senect. Vitis quidẽ, quæ natura & caduca est, & nisi fulta sit, fertur ad terram, eadem, ut se erigat, clauiculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.

Clauicularis, m. f. qui clauiculã, id est, uirgam, uel clauem gerit, κλειδοῦχος.

Clauarius, appellatus est Suetonij pater, ab eo quòd præfectus fuerit donatiuo Imperatorio inter milites dispertiendo. Vnde Corn. Tacit. scribit Clauarium donatiui nomen esse, qui ait. Seditiosæ militum uoces terrebant Clauarium: donatiui nomen est.

Claueola, læ, furculus arboris uel fruticis utrinque præscius, & plantationi aptus, quam & Taleam uocant Latini, ξυλάριον, ξυλήριον, κλάδος. Varro libro 1 de Re rust. cap. 40. Demum in oleagineis seminibus arboris uidendum, ut sint de tenero ramo ex utraq; parte æquabiliter præcisa, quas alii claueolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.

Clauſtrarius, Clauſtrum, Clauſula, uide Claudo.

Clauus, m. s. dictus est quod claudat, figat, atque contineat, à claudendo, nam ideo clauum figimus, ut claudat seu contineat aliquid, κλοῦς. Cæsar 3. belli Gallici, Transtra est pedalibus in altitudiem trabibus confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Clauus item nauis est gubernaculum, siue temo, quòd eam dirigat, rectamq; teneat, πηδάλιον. Cicero in Catil. Ille autem clauum tenens, quietus sedet in puppi. Item clauus, genus tuberculi, quod & ἧλον Græci appellant, rotunda specie coloris albi, fit in plantis digitisq; pedum maximè: sic appeilatũ, quia ita pungit, ut quasi clauus ferreus infixus uideatur. Nam caro durescit in callũ semper ferè pungentem. Alii Clauum intelligunt, quem ὀθόνια Græci. Celsus Furunculum appellat, sola duritie à phymate differentẽ. Aegineta definit esse tumorẽ cum abscessu, à crassis humoribus genitum, qui in carnosis præcipuè locis cõsistit, mitis alioqui, nisi profundior sit, nam tunc malignitatẽ cõtinuam habet. Eo morbo S[illegible]cus interiisse fertur. Plinius Epist. 71. Erat illi natus i[illegible]us clauus, cuius tędio ad mortem irreuocabili constantia decurrit. Fiunt & callosa quædam in candido oculi tubercula, quæ claui nominantur oculorum. Arbores quoq; clauum huiusmodi patiuntur, qui & Fungus, & Patella dicitur, ut inquit Plin. lib. 17. cap. 24. Idem scribit clauos innasci natibus, & qurgari succo pyxachanthi. Sunt & Claui caligares, à caligi militaribus, quibus suffigebantur. Idem lib. 9. cap. 8. In puibus pisces omnibus annis Vergiliarum exortu existunt, squamis conspicui crebris atq; præacutis, clauorum caligarium effigie. Præterea Clauus est uestimenti genus, ueluti quibusdam clauis aureis distinctum, quod & à palmarum similitudine Palmatum uocabatur, & à uerrucis clauo similibus Verrucata uestis: quod si latior ipsa uestis erat, Latusclauus dicebatur, πλατύσημον. Hanc soli Senatores & Patricii induebantur. Hotatius lib. 1. Serm. & latum demisit pectore clauum. Vnde Laticlauos appellati. Suetonius in Nerone, A laticlauo, cuius uxorem attrectauerat, cæsus. Ab Ouidio Clauus simpliciter dicitur pro Senatoria dignitate, illo uersu: Curia restabat, claui mensura coacta est. Suetonius de Aug. Clauo nec lato nec angusto.

Clauatus, a, um, Quod est aulæis clauorum modo prominentibus circundatum, ἑλωτός. Nam & clauatæ uestes, πλατύσημα ἱμάτια, hinc uocantur, quas uulgus à uerrucis clauo similibus Verrucatas appellat, etiamsi non ex auro, sed aut ex cocco, aut aliis coloribus uerrucas habeant. Lamprid. in Alex. Conuiuium neq; opimum, neq; nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterentur sæpius cocco clauata, aurata uerò nunquam. Hinc etiam Clauata, dicuntur uestimenta clauis intexta, uel calceamenta clauis confixa. Et clauati socci, quòd soleas habeant clauis intertextas. Clauata uerò sunt uestimenta quæ ex auro, aut ex cocco, aut aliis coloribus clauos & uerrucas hebent. Quæ autem cum auro, Auroclauata dicuntur & Auroclauatæ uestes, à textura aureorum clauorum, Clauus annalis, qui figebatur in parietib. sacrarũ ædium, per annos singulos, ut per eos numeros colligeretur annorum. Apud Liuium scribitur Dictatorem arcatum fuisse causa tantùm figendi claui ad pestilentiam sedandam, Hinc Clauo trabali beneficium figere, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod est, alta mente beneficium reponere, & in extinguibili memoriæ commendare: de quo uide infrà in dictione Trabalis. Præclauium, pars uestis quæ ante clauum texitur. Afranius apud Nonium, Tertium diem præclauium unum texere?

Clauator, appellatur seruus, qui ad tutelam domini fustibus, clauaq; armatus est.

Clauiculus, diminutiuum à clauo, κοχλίον. Significatur etiam hoc nomine Capreolus in uite, qui ἕλιξ Græcè, & Pampinus à nostris dicitur.

Clauiculatus, a, um, Clauiculis instructus, ἑλικοειδής, ἑλικοπλόκος,

Clema, κλῆμα, Herba est tithymali generibus assignata, Cyparissiæ non absimilis, quæ Dioscoridi Pityusa, Officinis esula dicitur. Vide Dioscoridẽ lib. 4. cap. 148. & Ruell. lib. 3. ca. 246. Clema item Plinio inter nomenclatura polygoni herbæ cõmemoratur.

Clematis daphnoides, f. t. κληματὶς δαφνοειδής, Herba est sarmenta habens prælonga, iunceæ crassitudinis, folia autẽ lauri: unde & Daphnoides cognominata est. Notiore nomine Vinca peruinca dicitur. Est & altera Clematis species, ramis rubentib. quibus se arboribus circunuoluit: ut similia: unde ab officinis Volubilis maior appellatur. Cõmemoratur, & tertia Clematidis species à Pli. lib. 24. cap. 17. Italis Centunculus appellata, eadem forteſſe cum ea, quam Dioscorides Gnaphalium appellat.

Clemens, tis, om. t. Lenis, mitis, mansuetus, humanus, qui remittit de eo quod posit prosequi, πρᾶος, ἐπιεικής. Cic. 2. de Finibus, Et satis clemens fum in disputando, tamen interdum soleo subiraſci. Differt à Placido, quòd Clemens sit circa recte agentes. Placidus circa delinquentes: & clementis nullos lædere, placidi arridere omnibus: clemens animo, placidus uultu. Terent. in Adelph. Ille suam semper egit uitam in otio in conuiuiis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.

Clementia, s. p. Quæ est illius, qui nunquam irascitur, πραότης ἐπιείκεια. Cicero de Inuentio. Clementia est, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitare retinentur. Terent. Adel. Facilitate nihil homini esse melius, neq; clementia. Cic. 7. Vere. Illam clementiam, mansuetudinem q; nostri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemq; esse conuersam.

Clementer, aduerb. Modestè & moderatè, πράως. Cic. 6. Verr. Leuiter hominem, clementerq; accipit. Clementer, & moderatè ius dicere, apud Cæsarem 3. bel. Ciuilis. His contraria sunt, Inclemens, Inclementis, & Inclementer.

Cleonicion, κλεονίκιον, Herba eadẽ cũ clinopodio, teste Pl. lib. 14. cap. 17.

Clepo, is. psi, ptum, 3. t. Furor, furto surripio: tractum à uerbo Græco κλέπτω. Vnde Cleptum, furto subtractum. Liu. Si quis clepsit, ne populo scelus esto, neue cui cleptũ erit. Plautus Rape, clepe, harpaga. Cic. de Rep. Nõ modò ut Spartæ rapere, ubi & pueri clepere discunt.

Clepsýdra, f. p. pen. cor. κλεψύδρα, Vas quoddam uitreum graciliter fistulatum, quod æqualibus dimensionibus signatas horas ostendebat, Ad cuius etiam fundum erat foramen quod aquam guttatim emitteret, & ita horæ per aquæ diminutionem, quot essent, uideri poterant. Dicta est autẽ Clepsýdra ab aquæ furto, quòd aquam aut celet, aut furetur Cicero 3. de Orat. Ad hunc non declamator aliquis ad clepsý

dram

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dram latrare docuerat. Martial.lib.6. Septem clepsydras magna tibi uoce petenti Arbiter inuitus Cæciliane, dedit. Consimilia sunt hoc tempore clepsydris uascula illa apud nos usitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum coarctantur, ex quibus puluisculus per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atq; ita legitimum tempus horæ metitur. Apud ueteres oratoribus acturis causas forenses, præscribebatur tempus dicendi datis clepsydris, quibus exhaustis, amplius dicere uetabantur. Plinius in Epist. Dixeram horis penè quinque, nam tribus clepsydris, quas spaciosissimè acceperam, sunt additæ quatuor. Est item clepsydra astronomicum organum, sydera dimetiens. Martianus, Clepsydris lunæ magnitudo cognoscitur. Est item Clepsydra nomen fontis in arce Messeninorum, in Arcinoën alterum fontem influentis. Fuit & Athenis in arce eiusdem nominis fons, ita dictus, quòd flare incipientibus Etesijs abundet, iisdemq; desinentibus exaresçat. Vide Cœlium Rhodig. lib. 18. cap. 39.

Clerici, Alciat. lib. 5. Pareng. Qui Christianæ, inquit, religionis sacris initiantur, ab ipsa usq; nascentis Ecclesiæ infantia Clerici sunt appellati, quòd Græcis κλῆρος sors sit.

Cleromantia, æ, κληρομαντία, diuinationis genus, quod fit per sortes.

Cleronomía, f. p. κληρονομία, hæreditas.

Cleronomos, m. s. κληρονόμος, hæres.

Clerus, ri, κλῆρος, uermiculus est, teste Aristotele, in alueorum pauimentis nascens, quo excrescente, uelut aranea obducitur alueus, & faui carie pereunt, ipsis scilicet unà cum fœtu putrefactis: quod uitij genus Clerum quoq; eruditiores appellant, hoc est, faui fœtusq; putrefactionem. Plinius lib. 11. cap. 16. clerum interpretatur apum abortum, & quandam amarç ceræ duritiem, quum inde fœtum apes non eduxerint, morbo impeditæ, aut infœcunditate naturali. Græcis item κλῆρος sortem significat, uel hæreditatem. unde Cleronomus, κληρονόμος, hæres, & Cleronomia κληρονομία, hæreditas.

Clibanus, mi, masc. sec. κλίβανος, instrumentum placentis potius, & id genus cibis, quàm pani coquendo dicatum, quod antiquitus ex testa, seu opere figulino fieri solet, postea etiam ex ferro, uel ære. Columella lib. 1. Scrobem clibano simulem esse debere, ut imus, quàm summus, patentior sit, ut latius radices agantur. Plinius lib. 19. Cortices quoq; decussi clibanis & furnis præbent usum. Differt autem Clibanus à furno, quòd hic maior sit, & immobilis: Clibanus autem minor, ut quocunq; usum fuerit, possit transferri. Hinc κλιβανίτης ἄρτος à Græcis appellatur, qui non in furno, sed in clibano coctus est, quem Varro libro 4. de Lingua Latina, Testuatium appellat, quod scilicet in calido testo (sic enim clibanum testaceum appellat) coqueretur.

Clibanarius, masc. sec. qui bene ferro & armis munitus certamen init, κατάφρακτος. Nazarius in Panegyrico ad Constant. Operimento ferri equi, atque homines obsepti, clibanariis in exercitu nomen est. Dicti Clibanarij, quoniam more testudinis arcuati armis (quæ clibani forma est) utebantur. Ammianus Marcellinus Clibanarios eosdem esse tradit, cum iis, qui Græco nomine appellantur Cataphracti.

Clidium, κλείδιον, Thynni iugulus est, qui præcipuè in recenti hoc pisce commendatur. Plin. lib. 9. cap. 15. Thynni mẽbratim cæsi ceruice, & abdomine cõmendantur, atq; clidio, recenti duntaxat, & tum quoq; graui ructu, cætera parte plenis pulpamentis sale asseruantur.

Clidũchus, κλειδοῦχος, Græcis clauigerum significat, ἀπὸ τῆς κλειδός, hoc est, à claue. Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & quadrigas, bigasq; & cliduchon eximia forma.

Cliens, com. t. qui sub tutela & patrocinio alterius est; & est correlatiuum Patroni, πελάτης, θεραπευτὴς, nam Patronus defensor causæ est dictus, quasi pater; Cliens autem defensione indigens, id est, litigator, qui patronum colit & sequitur, ut ab eo defendatur. Sed ut rectius uim uocabuli intelligas, scito quemadmodum Budæus in Pand. scribit, moris fuisse apud antiquos, ut patrocinales & socii populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modò publicè, sed etiã priuatim iisq; ut clientes eorũ dicerentur, inter se uerò hospites. Ferebat autem id huiusmodi necessitudo, ut cliens perpetuo patronorum suorum patrocinio caput, ac fortunas suas tuerẽtur, uicissimq; ipsi patronos suos omni obseruantia atq; obsequio colerent, & uenerarentur. Cic. in Diuinat. in Verrem, Clarissimi uiri, nostræ ciuitatis temporibus optimis, hoc sibi ampliss. pulcherrimum q; ducebant, ab hospitibus clientibúsue suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Rom, ditione q; essent, iniurias propulsare, eorum q; fortunas defendere. Quinetiam (ut idem scribit) quos Vasallos uocare solent, Clientes appellare possumus: & Clientelam, obseruantiã ipsam: & obsequium, quod Homagium dicũt Clientelaris officii sponsionem, agnitionem q;. Clientum origo hinc orta. Prouisurus Romulus, ne iniuria potẽtum in humiles, uel uicissim egenorum inuidia in potentes discordiam pareret, plebeis permisit, quem sibi uellent ex patriciis patronum eligerent. Hi Clientes dicebantur, eratq; ciuilis illa coniunctio, nihil aliud quàm susceptum pro pauperibus humilibusq; patrocinium. Zas. in l. 2. de Orig. iur.

Clienta, tæ, fœmininum, quo usus est Plaut. in Mil. Habeo eccillam clientam meam, meretricem adolescentulam. Idem in Ruden. Iam clientas reperi

Clientela, Clientum multitudo, qui potentem aliquem ciuem principémue fauore prosequuntur, & cuius dignitatẽ factionem q; tutantur, ducti aliqua mercede, uel beneficio, πελατεία. Cicer. ad Atticum, lib. 15. Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam Clientelam honestam iudicem. Item Clientela dicitur clientum officium erga patronos: unde Committere, uel conferre se in clientelam alicuius, est sese alterius clientem profiteri, & eius patrocinio, siue (ut Gallorum uulgus loquitur) Saluægardiæ se committere. Terentius in Eunucho, Thais patri se commendauit in clientelam & fidem. uide l. 1. C. VI. nemo ad suum patronum. lib. 11.

Clima, atis, n. t. κλίμα, Græca dictio, quæ spatium significat duobus respondens parallelis, quo dici longitudo ad dimia tam horam uariatur. Vitru. lib. 1. cap. 1. Disciplinam uerò me dicinæ nouisse oportet propter inclinationes cæli, quæ Græci κλίματα dicunt.

Climax, f. t. κλίμαξ, Latinè scala uel potius scalæ: & figura, quæ dicitur Gradatio: qua paulatim ueluti per scalas ascendimus: ut apud Ouidium, Viderat hanc, uisamq; cupit, potiturq; cupita.

Climactericus, ca, cum, κλιμακτηρικός, Latinè dici potest Scalaris, ἀπὸ τῶν κλιμακτήρων, quo nomine Græci scalarum gradus significãt. Vnde numerus climactericus dicitur, ad quẽ per gradus, & ueluti scalas quasdam paulatim ascendimus: qualis est numerus, qui ex nouem nouenariis resultat. Nam unitas ter sumpta conficit ternarium, Ternarius in se ductus, nouenarium. Nouenarius autem nouies sumptus conficit unum & octoginta, qui est numerus Climactericus. Hunc autem numerum in humanæ uitæ, annis maximè formidabilem esse, à ueteribus proditum est, quippe qui ratò fine uitæ, aut fortunarum periculo soleat transmitti. Hoc enim anno ætatis Plato Philosoph. Diogenes Cynicus, Dionysius Heracleotes, Eratosthenes geometra diem suum obierunt. Alii annum ætatis sexagesimum tertium in primis periculosum iudicarunt, qui constat ex septies tribus ter multiplicatis, quem etiam Climactere uocabant. Vnde Augustus Caium nepotem lætum natalem diem suum celebrare iubet, quòd annum illum omnibus periculosissimum euaserat. Fuerunt etiam qui annum undequinquagesimum maximè formidarent: partim quòd sit numerus quadratus quem potentissimum credidit antiquitas: partim etiam quòd ex septenario septies multiplicato resultet: cui inter omnes numeros ueteres plurimum detulerunt: adeò ut per omnem uitam septimum quenq; annum periculosum & & crisimum esse uoluerint, sed eum præcipuè qui per ternas hebdomadas ascenderet, qualis est annus primus & uigesimus, qui ex tribus septenariis: itẽ cõstat quadragesimus secũdus, & saxagesimus tertius, omnium maximus octogesimus quartus.

Clingo, Veteres pro cingo usurparunt: à Græco κλάω. Festus.

Clinice, ces, f. t. κλινικὴ, Medicina, quæ uictu, & pharmacis corporibus medetur. Diuiditur enim Clinice in duas partes, in Diæteticen, quæ uictu medetur, & Pharmaceuticen, quæ medicamentis curat. Plinius libro uigesimo capite 1. Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo Dei qui auxiliatus fuisset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur: atq; (ut Varro apud nos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

credit) in templo cremato, instituisse medicinam hanc, quæ Clinice uocatur.

Clinicus, m.s. penultima corr. κλινικὸς, medicus qui diæta curat, aut medicamentis: dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare solet, quasi Lecticularius. Martialis, Sotericlinici, id est, medici. Dicuntur & Clinici, qui ita morbo affecti sunt, ut surgere è lecto nō possint, nullaq; amplius de eorum salute spes sit. Plin. lib. 27. cap. 5. Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, uertigini, melancholicis, stomachicis, spasticis, clinicis, &c.

Clino, as, κλίνω, Græcum est, idem significans, quod inclino, & licet non sit in usu, eius tamen composita usurpantur, quæ sunt Acclino, declino, inclino, & reclino, pen. prod. Ver. lib. 12. Defigunt telluri hastas, & scuta reclinant.

Clinamen, inis, n.t. idem quod inclinatio, siue propensio. Lucret. de inclinatione elementorum & primorum corporum, sed ne res ipsa necessum Intestinum habet cunctis in rebus agendis, Et deuicta quasi cogatur ferre, patiq; : Id facit exiguum clinamē principiorum, Nec regione loci certa, nec tempore certo.

Clinē, κλίνη, Latinè lectus, lectica mensa, ἐξάκλινος, torus discubitorius qui sex capiebat. Martial. Et testudinem mensus quater hexaclinon.

Clinēdion, κλινίδιον, lectulus.

Clinopodion, κλινοπόδιον, herba est serpillo similis, surculosa, palmi altitudine. Nascitur in petrosis, orbiculato flosculi ambitu, speciem lecti pedum præbens, unde & nomen accepit. Hæc Plin. lib. 24. cap. 15. Putatur esse eadem quam Officinę Pulegium montanum appellant.

Clinopalē, les, f.t. κλινοπάλη, palestra lecti dicitur, πάλη, Græcè lectus, κλίνη, Palestra siue lucta. Suet. in Domit. Assiduitate concubitus uelut exercitationis genus clinopalem uocabat. Sic Vergil. nocturna bella uocat colluctationes uenereas & ab Apuleio militia amatoria dicitur. Clinopale immodica futuitio & uenerearum rerum usus. apud Paulum lib. 1. cap. 37.

Clitellæ, arum, f.p. dicuntur quibus farcinæ colligatæ mulis, & id genus ueterinis, portātur, qui uulgò Basti uocantur, ἀνάφορα, ὑποσάγματα, ἀσράβαι, σαγμάρια. Horat. in Satyr. Hinc muli clitellas tempore ponunt. Cic. ad Att. lib. 5. Clitellæ boni sunt impositę, hoc est, homini inepto & nequaquam idoneo delegata est prouincia. uide Erasmi Adagia. Hoc etiam nomine significatur locus Romæ, teste Festo, propter similitudinem clitellarū, & in uia Flaminea loca quædam deuexa subinde, & accliuia. Item quoddam tormentis genus, teste eodem.

Clitellarius, m.s qui clitellis utitur, ὑποσαγμένος, σπαναφόρος. Vnde clitellarij muli dicuntur, qui neque ephippiati sunt, neq; desultorij, nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera. Plaut. in Most. Muliones, mulos clitellarios. Habent, ego habeo homines clitellarios: Magni sunt oneris quicquid imponas, uehunt.

Clitorium, muliebre pudendum, quod & Scandrus dicitur.

Cliuius, a, um, adiect. difficilis, arduus, ut Cliuia auspicia, ἃ ἀναιρούντες οἰωνοσκοπίαι, quæ aliquid (inquit Festus) fieri prohibebant. nam & omnia difficilia & ardua nominabantur Cliuia: unde & Cliui.

Cliuina auis, in auguriis dicebatur, quę alio nomine uocabatur Prohibitoria & Clamatoria: à cliuijs auspicijs dicta, quæ teste Festo. dicebantur aduersa, quibusq; aliquid fieri prohibebatur. Hanc auem suo seculo fuisse incognitam, author est Plin. lib. 9. cap. 15.

Cliuus, ui, m.s. est locus molliter arduus, & pro colle ponitur. γήλοφον. Verg. 9. Ecl. qua se sub ducere colles Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo. Cliuus Capitolinus. Cic. ad Att. lib. 2. Quem ego in cliuo Capitolino te signifero à principe collocaram. Huius composita possunt esse tam secundæ quā tertię declinationis, ut Accliuus, a, um, & acoliuis, & hoc accliue. Decliuus, & decliuis: Procliuus, & procliuis, quæ habēt penult. productam. Dictus Cliuus à clino pro inclino. Vide Vallam lib. 4. cap. 43.

Cliuulus, li, dim. à Cliuus. Colum. lib. 6. cap. 36. Duos parietes aduerso cliuulo ingedificatos habet.

Cliuosus, a, um, adiect. frequentes habens cliuos, βυνώδης, ut Cliuosa loca. Colum. de Arboribus cap. 4. Curandum autem est, ut locis aridis & cliuosis altius uites deponantur, quàm humidis & planis. Vergil. 2. Georg. Nam iciuna quidem cliuosi glarea ruris Vix humiles apibus casias, roremq; ministrat.

Cloācæ, f.p. pen. cor. loca caua, siue ea publica sint, siue priuata, quò sordes confluunt, ἀφεδρῶνες. Vnde Arcem facere ex cloaca, dixit Cicero in oratione pro Plancio, pro eo quòd est, rem humilem & nullius ferè momenti supra modum extollere. Fistulę quoq; fossæ, & uię illæ subterraneæ parietibus in modum aquæductus munitę, per quas aquæ pluuiæ extra urbem uel in fluuium dilabentes, urbis sordes secum rapiunt, Cloacæ dicuntur, ὀχετοί, quòd urbem immunditiis purgēt. Dicta est autem Cloaca (ut putatur) à colluendo, quasi colluaca. Festus à cloacando, hoc est, inquinando deriuat, quum tamen potius contrà, Cloacare uerbum à cloaca deductū uideatur. Cic. pro Cecin. Qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerumq; cōtrouersijs interdicit. Plautus uerò in Curc. stomachum immundę uetulæ & aluū, Cloacam nominauit. Age, inquit, effunde hoc citò in barathrū, properè proluę cloacam. Vlp. de Cloac. l. 1. Cloaca est, inquit, locus concauus, per quem colluuies quædam fluat. Inde Cloacarius, qui cloacæ curam habet. Vlp. de Vsufr. l. si pendentes. Si quid, inquit, cloacarij nomine debetur.

Cloacarium, rij, n.s. quod Reipub. ob cloacarum purgationem impenditur, monuit Alciatus.

Cloacale flumen, Cato dixit, pro cloacarum omnium colluuie ut annotauit Festus.

Cloacare, inquinare, κοπρόω, unde Cloacam dictam putauit Festus.

Clo ster, κλωστήρ, Latinè filum uel nexus.

Cloſtrum, n. s. idem quod clauſtrum, κλεῖθρον. Cato de Re ruſt. cap. 13. Trullas ligneas duas, claues cum cloſtris.

Clota, Ptol. æſtuarium maris in Britannia inſula, exiguo terræ ſpacio à Bodotria altero æſtuario diremptum. Corn. Tacit. in uita Agricolę Clotam uocat.

Clotho, κλωθὼ, una parcarum, quæ humanæ uitæ ſtamina diſpenſant, Græcè κλώθω, circumuoluo, neo, deſtruo. De his nō nihil Orpheus in hymnis, pluraq; tradit in magica ſua, ſed in uolutra, & obſcura. Heſiodus autem in Theog. Themidos filias facit, & Iouis: Clotho, Lachenſin, & Atropon, & θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε, κακόν τε.

Cludo, is, a.t. idem quod claudo: quò uerbo ueteres utebantur, κλείω. Cic. 2. de Nat. deor. Ipſum autem mare ſic terram appetens litoribus cludit. Martial. lib. 11. Sed mors uocis iter properauit cludere blande. In ueteribus quoq; numiſmatibus legimus, Ianum cluſit. Huius compoſita magis ſunt in uſu, Accludo, concludo, circuncludo, excludo, includo, intercludo, introcludo, occludo. Plaut. Occluſit oſtium ancillæ. Pręcludo, antè claudo. Colum. lib. 7. Hirundo adhærens faucibus ſanguinem ducit, & incremento ſuo tranſitum cibis præcludit. Recludo, aperio. Vergil. 1. Aen. ueteres tellure recludit Theſauros. Secludo, ſeorſum claudo. Subtercludo, quæ omnia habent pen. prod.

Clueo, es, ere, n.ſ. perhiberi, putari, nominari. Plaut. in Trin. Ita ſis, ut nomen cluet. Idem in Epid. Senati qui columē cluent, id eſt, habentur, & reputantur Senatus. Idem in Pœn. Vē uolupe eſt homini mea ſoror, ſi quod agit, cluet uictoria, id eſt, uictorię tribuatur. Dicimus etiam Cluo, is, per terriam inflexionem, quod ſæpe pro ſplendeo accipitur. Prudentius, qui patria uirtute cluis. Cicero de clar. Orat. Tum duo Cæpiones multùm cluentes conſilio, & lingua, plus authoritate tamen & gratia ſubleuabant. Interdum etiam pro pugnare Plin. lib. 15. cap. 29. Depoſitis armis in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinę habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant.

Clumę, f.p. ſunt folliculi hordei. Feſt. λήπτρα, ἄχυρα.

Clunoſum, n. ſ. culter ſanguinarius: quòd ad clunes dependeat, uel quia clunes hoſtiarum diuidat. Author eſt Feſtus.

Clunis, nis, ſæpius in plurali Clunes, clunium. Nates, ſiue natium tumor, tam maſculini quàm fœminini gen. σφυρόν. Iuuenalis, Tremulo deſcendunt clune puellæ. Plautus, Qua ſi lupus ab armis ualeo, clunes infractos gero. Horatius, Quòd pulchræ clunes, breue quòd caput. ardua ceruix. Hinc ſimias clunas appellatas uolunt, quòd clunes tritas gerant.

Cluniculus, dim. Gel. Cęterarum auium atq; altilium, niſi tantùm apponatur, ut à cluniculis inferiore parte ſaturi fiant, cō uiuium putabant inopia ſordere.

Cluſinum

Clusinum far, Adorei, siue ferris genus est candidius, ita dictum à Clusio Hetruriæ urbe. Colum. lib. 2. cap. 6. Adorei autem uidimus in usu, plerumq; genera quatuor. Far, quod appellatur Clusinum, candoris nitidi. Far quod uocatur Vermiculum, rutilum: atque alterum candidum: sed utrumq; maioris ponderis quàm Clusinum. Semen semestre, quod dicitur Alicastrum.

Clusios, Galli nominant dæmones quosdam, quos nonnulli existimant spirirus esse elemento aëreo compositos.

Clymenos, siue Climenon, κλύμενον, herba est fabæ caulem ferens quadratum, folia plantaginis folliculis supra caulem in se inflexis, ut in polyporum cirrhis. Ita dicta à Clymeno rege, teste Plin. lib. 25. cap 7. Vulgus hodie partim Cypriam, partim Saponalem appellat.

Clypeus. m. s. **Clypeum**, siue Clupeus, y in u conuersa, ἀσπὶς, scutum maius, & tantùm peditũ, sicut Scutum equitum, Seruio authore. Liu. lib. 6. Clypeis ante Romani usi sunt deinde postquam stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Dicti clypei, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, quòd celent totum corpus: uel à clepere, quod est furari ab ictibus. Plin. lib. 35. cap. 5. ἀπὸ τῦ γλύφειν, hoc est, sculpendo, cælando q; deduxit, ut dicatur clypeus, quasi γλύπτ@, id est, sculptus, g in c mutata, Scutis, inquit, qualibus pugnatum est apud Troiam, conti nebantur imagines. Vnde & nomen habuerunt clypeorum: non ut peruersa Grammaticorũ subtilitas uoluit, à cluendo. Clypeum quoq; (ut Festus scribit) antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum.

Clypeatus, clypeo munitus. Plaut. in Curc. Clypeatus elephantum ubi machæra diligit. Sic apud Verg. 7. Aen. Clypeata agmina. Insequitur nimbus peditum, clypeataq; totis agmina densantur campis.

Clysmus, κλυσμὸς, Latinè purgatio, siue lotio, dicitur, unde Cataclysmus de quo suprà.

Clyster, eris, pen. prod. κλυσήρ, quod & **Clysterium**, κλυσήριον dicitur, ἀπὸ τῦ κλύζειν, quod est abluere, nam clystere aluum ægrotantium lauare, seu purgare solemus. Plinius, Cucurbita infusa clysteribus, intestinorum omnium uitiis medetur. Macer tamen huius nominis penultimam corripit. Appositis digitis aut intus clystere fusis: quem ea in re non imitabimur. Accipitur item clyster pro ipso instrumento, quod ad proluenda uentris recrementa sedi inseritur, quodque intestinorum (ut ita dicam) lauamentum aluo iniicitur. Vlpianus L. Item si obstetrix ad leg. Aquil. Si quis per uim, uel per suasum alicubi medicamentum infundit, uel ore, uel clystere. Oricularius clyster. Celsus lib. 7. cap. 27. Idem humor rosa mixtus in ipsum uulnus oricularo clyste re agendus est.

C N

CN. In notis antiquorum, Cneus, uel C. Neuius. C. N. EE. C. C. credimus non esse causam conuictam. C. N. Caius noster, uel Cęsar noster, uel ciuis noster. C. N. A R R. Cneius Arius. C. N. L. Cnei Libertus.

Cnecion, κνήκιον, quibusdam herba est, quam notioribus nominibus Sampsuchum & Amaracum uocamus: quanquam non desunt qui hanc nomenclaturam adulterinã existiment, & inter eas numerandam, quas inter Dioscoridis notha reiiciunt doctiores.

Cneoron, κνίωρον, frutex est coronarius, cuius duo sunt genera nigrum & candidum: utrumq; germinat post æquinoctium autumnale, diuq; floret. Hyginus Casiam interpretatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 9. Dioscorides item thymelæa herbam Cneorum, & Cnestrum appellat.

Cnicus, uel **Cnecus**, κνίκ@, Dioscoridi, nonnullis κνῆκ@, herba est, oblonga habens folia, incisuris diuisa, aspera & aculeata: ex cuius ramulis diuulsis sanguineus effluit liquor. Rubellius Cartamum satiuum uocat.

C O

CO. In notis antiquorum, coniugi. C. O. ciuitas omnis. C. O. controuersia. C O M. O B. comitia obdriaca, uel obaurata, uel obchiaca. C O N. Consularis. COM. SEN. E. OR. PQ. R. Consensu Senatus, equestris ordinis populiq; Romani. C O N S. uel C. S. Consiliarius. C O L. uel CL. Colonia, uel coloniæ, uel coloni, C O L L. collegæ, uel collegia, uel collegium. COL. collega, uel colonia, uel columen. C O L L. FABR. collegium fabrum, uel fabrorum. C O H. cohors. CONIV. coniunxit. C O N I V. O B S E Q V E. coniugi obsequentissimæ. C O N I V G. coniugi merenti. C O N X. Coniunx. C O N L I B. conlibertus, uel conliberta. C O N T V B. contubernalis. C O R. Cornelius. C O R P. corpus. C N R N. R. F. Corneliæ Regis filiæ. C O R N. A V R S, coronas aureas. C O S. Consul. C O S. Q V A R. uel I I I I. consul. quartum uel quarto. C O S. T E R. consul tertium uel tertio C O S S. D E S I G. consules designati. C O S S. Consules, uel consiliarii C O S. D E S. consul designatus. C. P. ciuis publicus. C P S. capsa. C. P T. causa petionis, uel causam posuit. C P R S. cupressi.

Coa, uestis, siue substantiuè Coa, in plurali numerò, subtilissimum erat uestis genus ex bombyce, adeo tenue, ut corpus pelluceret, βομβύκιον ἱμάτιον. Dictum à Co insula, in qua & bombycem nasci solere, sicut in Cea insula, autor est Plin. lib. 11. ca. 23 Ouid. de Arte amandi. Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus, Siue erit in Cois, Coa decere puta. Fuerunt qui etiam Cois in nominatiuo dici putarent pro hac uestę, decepti autoritate Horatii in Satyr. Altera nihil obstat, Cois tibi penè uidere est, Vt nudam. Qui profectò error nimium est puerilis, quum Cois ibi non nominatiuus sit, sed ablatiuus. Eadem & Ceę uestes dicuntur, à Cea insula, in qua Pamphila Latoi filia prima rationem inuenit bombycum telas retorquendi, easq; rursum texendi: ut testatur Plinius lib. 11. cap. 22.

Coaccedo, dis. simul accedo. Plaut. Curc. quia de illo emi uirginem Triginta minis, uestem, aurum, & decem pro his coaccedunt minæ.

Coaceruo, uas, a. p. Cumulo, congero, addo, ἐπισωρεύω, συμφορέω. Liu. lib. 5. ab Vrb. Armorumque cumulos, ut mos illis est: coaceruare. Cæsar 2. bell. Gall. His deiectis, & coaceruatis cadaueribus. Cic. 2. pro lege Agr. Antè pecuniæ coguntur, & coaceruantur, quàm gleba ematur.

Coaceruatio, onis. Cic. in Part. Atque hęc quidem utriq; maximè in peroratioue faciendæ: alteri frequentatione argumentorum, & coaceruatione uniuersa: alteri si planè causam redarguendo explicarit.

Coacesco, n. t. er Con, & Acesco, sed n abiicitur, significat simul seu totum acidum fieri, σωοξύνω. Cic. in Cat. Vt enim non omne uinum, sic non omnis ætas naturæ uetustate coacescit.

Coacum, emplastrum nigrum: quanquam legendum suspicatur Cæsareus Choacon, aut Chiacum. ut apud Georgium Vallam de Cura oculi. Nisi malis choacon, quod inter Hippocratis opera liber habetur, qui inscribitur, de Coacis prænotionibus: inde nomen deductum uideri potest. Celsus lib. 5. cap. 19.

Coactilia, Inuolucra dicuntur, uestibus inuoluendis, circunferendisq; idonea. Vlp. l. Argumento. de Auro, & Argento leg. Aristo etiam coactilia uesti cedere ait, & tegumenta subselliorum, huic legato cedetur.

Coacto, Coactura, Coactor, Coactus, Vide Cogo.

Coaddo. Simul addo, προσδίδωμι. Cato cap. 40. Sumito tibi furculum durum, eum præacuito: salicem Græcam discindito, argillam, uel cretam coaddito.

Coaduno, In unum cogo, ἑνόω, σωείρω. Plin. de uiris illustribus, Ipsi coadunatis pastoribus, ciuitatem condiderunt. Brachium statuæ coadunatæ, Iulianus in l. Tigni appellatione, paragr. idem est. ff. ad exhib

Coædificare, arctè ædificare, ædificiis frequentare: ut, Coædificatus locus, cui opponitur Vastus. Cic. in Partit. Culti, an incluti, celebres, an deserti: coædificati, an uasti.

Coæquo, as, are, a. p. Idem quod æquare, ὁμαλίζω. Sallust. Sed quoniam coæquare gratiam omnium difficile est. Col. libr. 3. cap. 15. Duabusq; gemmis supra terram eminere passi, reposita humo cætera coæquant.

Coæqualis, le, Idem quod æqualis, ἴσος, ὁμαλὸς. Col. li. 8. ca. 14. Atque ubi se paulum confirmauit, in gregem coæqualem compellitur.

Coæquus, a, um, Idem quod æquus, ἴσος ὁμαλὸς, Plin. lib. 6. ca. 29. Mirumq; dictu, ex innumeris populis pars coæqua in cõmertiis, aut latrocinis degit. Quo tamen loco in castigatioribus exemplaribus, Aequa legitur, non Coæqua.

Coæuus, Eiusdem æui, ὁμήλιξ. Cicero in Vatin. Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum uideras? nunquam puer, aut adolescens inter coæuos fueras?

Coætanei, Qui eadem ætate uixerunt, ἡλικιῶται. Portius Latro in declam. in Catil. Marco siquidem Catoni, aut Scipi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

oni Coætaneo ſuo. Vide ſuprà in dictione Aequalis.

Coagmento, as, coniungo, & compares coniunctiones cogo, ac ſtringo, *συνίσημι, συναρμόζω, καταρτίζω*. Cic. in Catilin. Viuendi finis eſt optimus, quum integra mente, certisq; ſenſibus, opus ipſa ſuum, eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit. Et translatè, apud eundem de Orat. Verba enim uerbis coagmentare negligat, id eſt, ne nimium diligens ſit in uerbis coniungendis. Plinius paſſiuum protulit, Mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatim ueſtitis.

Coagmenta, Cõiunctiones arctæ, & compares. à cogẽdo, id eſt, ſtringendo, *συναφαὶ, συσάσεις, συγκρίματα, συσήματα*. Plautus Moſt. Viden' coagmenta in foribus?

Coagmentatio. Cic. 1. de Nat. deor. Quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis?

Coagulo, as, a. p. cogo, conſtringo, *πήσω*. Gell. Semen in utero mulieris primis ſeptem diebus conglobatur, coagulatur, fitq; ad capiẽdum figuram idoneum. Plin. lib. 11. cap. 25. Summa probatio eſt, ut lac cõagulet.

Coagulatio, uerbale. Plin. lib. 18. cap. 10. Nam id quoq; uenenũ eſt in prima lactis coagulatione.

Coagulum, n. ſ. à cogendo, id eſt, denſando, ſiue ſtringendo, dicitur illud quo ad denſandum lac utimur. *πυτία*. Tibul. Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte. Ouid. 13. Metam. Lac mihi ſemper adeſt niueum: pars inde bibenda Seruatur, partem liquefacta coagula durant. Per metaphorã, quicquid connectit ac coniungit, Coagulum dicitur. Gell. Vinculum illud coagulum animi, atq; amoris.

Coaleo, les, cohæreo, cõcreſco, *συνίσημι, συμφύομαι*. Plin. lib. 15. cap. 1. Vt niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit. Gell. lib. 21 cap. 1. Cuius in corpore cuiuſque ex ſanguine concretus homo & coalitus ſit. Tacit. Vetuſtate imperij coalita audacia.

Coaleſco, is, coalui, Concreſco, *συνίσημι, συμφύομαι*. Col. de Arborib. Sic interpoſito triennio coaleſcet ficus oliuę. Liu. lib. 1. Vocata ad conſilium multitudine, quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus, potuit, iura dedit. Sall. Si poſtquam cõuenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alii alio more uiuentes, incredibile memoratu eſt quàm facilè coaluerint. Eius ſimplex protulit Varro lib. 1. de Re ruſt. Quemadmodum quicquam ſeri, atq; coaleſcere, aut meri poſſit.

Coalluere, eſt per alluuionem aliquid augere. Pomp. de Acqui. poſſ. l. ergo paulatim aliquid coalluendo locum eminentem ſupra alueum ſunt, & eum alluendo auxit.

Cõamicus, ci. Cic. de Amic. ex Comœdia quadam antiqua, Hodie me ante omnes coamico ſtultos ſenes Verſaris atq; luſeris lautiſſimè.

Cõanguſto, as, *συνστενοχωρίω*. Cic. 3. de Leg. Atq; hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coanguſtari etiam poteſt.

Coanguſtor, aris, paſſ. Celſ. lib. 7. cap. 27. Quò facilius claudatur uel certè coanguſtetur.

Cõarctare, comprimere, intro cohibere, *ἀντιπεριίσάναι*. Cic. 1. de Orat. Sed tu hoc nobis da Scæuola, & perfice, ut Craſſus hæc quæ coarctauit & peranguſtè refarſit in oratione ſua, dilatet nobis, atq; explicet.

Coarctatio, *ἀντιπερίσασις*, id eſt, cohibitio, & compreſsio undique circumfuſa, dictio frequens apud Phyſicos. Liui. 7. bell. Pun. Coarctatio plurium in anguſto tendentium facilior futura erat.

Cõarguo, is, reprehendo, redarguo, incido, *ἐλέγχω*. Cic. de Inuent. Aut aliis quoq; conſtitutionibus factum coarguetur. Liu. 2. ab Vrb. Sed eam occaſionem, ut literæ legatis darentur, quæ deprehẽſæ rem coarguere poſſent, expectabat. Plin. lib. 11. cap. 16. Quam probabilem aliàs ſententiam futurorum euentus coarguit.

Cõaſſo, as, n. p. per duplex ſſ, quod & Coaxo dicitur pro contabulo, *σανιδόω*. Vnde Coaxatio, *σανίδωσις*, contabulatio, ab axibus quamuis re uera aſſeres tabulę nõ ſint, teſte Vitruuio, ſed craſſior & anguſta in modum paruæ trabis materia, ab aſſidendo parietibus atq; tignis appellati, ut inquit Feſtus. Plinius lib. 36. cap. 15. Neceſſarium binas per diuerſum coaſſationes ſubſterni. Eſt & Coaxare, proprium uocis ranarum, *κοαξᾶν*. Author Carminis de Philomela, Garrula limoſis rana coaxat aquis.

Coaugmentare, uide Coagmentare.

Coaxo, Coaxatio, uide Coaſso.

Cobio, piſcis quidam ex genere chromborum. Plinius libro 32. cap. ultimo, Chromborum genera Cyprinus, Chalcis, Cobio.

Cobion, ſeptima tithymali ſpecies eſt apud Plin. lib. 26. cap. 8. quæ *δενδροειδὴς*, hoc eſt, arboreſcens Dioſcoridi cognomi natur.

Coccum, ci, n. ſ. uel etiam Coccus, *κόκκος*. eſt granum ex arbuſcula ilici ſimili. uel ex rubenti gramine naſcẽs: uulgo granum dicitur, quod ad purpuram tingẽdam adhibetur. Plin. lib. 21. cap. 8. Luxuria, ueſtibus quoq; prouocauit eos flores, qui colore commendantur. Hos animaduerto tres eſſe principales: unum in cocco, qui roſis micat, gratius nihil traditur aſpectu, & in purpuras Tyrias, dibaphasq;, ac Laconicas. Coccum à Dioſcoride *κόκκος βαφικὴ* dicitur, hoc eſt, granum tinctorium. Frutex eſt fullonius, cui adhęrent grana, quibus fit color lanarum præcipuus: cuius copia ſumma in ea parte Hiſpanię, quę Tudertana appellatur: ut eſt author Strabo lib. 10.

Cocceus, ſiue Coccineus, a, um, quod cocci, hoc eſt, grani tinctorii colorem habet, *κοκκοβαφὴς, κόκκινος*, ut Coccinei acini, apud Plinium, & Coccea indumenta apud Lampridium.

Coccinum, n. ſ. ſubſt. pen. cor. Veſtis coccinea, *κόκκινος χίτων*. Mart. Coccina famoſę donas & ianthina mœchæ. Idem, Si fuerit ſæuus, coccina quid faciunt?

Coccinati, m. ſ. dicũtur qui coccineis ueſtibus ſunt induti. Martial. lib. 5. Clamat coccinatus Euclides.

Coccinus, a, um, pen. cor. quod cocco tinctum eſt, ſiue quod cocci colorem refert, *κόκκινος*. Hic color exuberantiam quandam ac ſplendorem ruboris oſtendit, qui & Spadiceus, & Phœniceus, & Roſeus uocatur. Coccina ueſtis, cocco infecta.

Coccineus, a, um, aliud adiect. ut Coccinei acini. Plin. lib. 21. ca. 31. Quos inuitat hæderæ florum ſimilitudo, in duobus eius generibus: quorum alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, halicacabum uocant. Coccineum autem colorem non eundem eſſe cum purpureo, oſtendit Vlpian. l. Si cui lana. de leg. 3. Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto: ſed coccum non continebitur, buccinũ, & ianthinum continebitur.

Coccyx, ycis, *κόκκυξ*, Auis eſt ex genere accipitrũ, quamuis aduncis unguibus careat, uerno tempore procedens, & ſub Caniculæ exortum ſeſe occultans. Latini Cuculum appellant. Oua parit ſingula in alienis nidis, & maximè palumbiũ cuius rei cauſa putatur, quòd ſciat ſe reliquis auibus eſſe inuiſam. Vide Plin. lib. 10. cap. 9. Hinc *κοκκύζειν* Græci dicũt pro eo quod eſt coccycis more eandem ſemper ingerere cantilenam, quam & *κοκκυσμὸν* appellant. Eſt & Coccyx, piſcis cuiuſdam nomen, apud Græcos, quem & Latinorum nonnulli Cuculum uerterunt.

Coccix, pars ex lateribus ſacri oſſis, apud Gallen. lib. 2. Anatomiæ.

Cocetum, edulii quoddam genus, ex melle & papauere cõfectum, ſic dictum, quòd ad ignem coquatur.

Cochlacæ, dicuntur lapides ex flumine rotundi ad cochlearum ſimilitudinem. Feſtus. Vide in ſequenti dictione.

Cochlea, f. p. *κόχλος, ἡ κοχλίας*, ex genere eſt limacum, & propriè is qui teſtam habet. Nam limax quamuis aliquando generis nomen ſit, propriè tamen de iis qui teſta carent. Cochleæ autem nomen iis proprium eſt qui domicilium ſuum circumferunt (ſiue eæ terreſtres ſint, ſiue aquatiles) bina prætendentes cornua, quibus iter explorant, quòd oculis ſint deſtitutæ. Plautus in Pœn. Viciſti cochleam tarditudine. Idem in Cap. Quaſi quum caletur, cochleæ in occulto latent. Plinius lib. 18. cap. 17. Limaces naſcuntur in uicia, & aliquando è terra cochleæ minutę erodentes eam. Cochleæ etiam in torculari uocatur lignum erectum, ſtrias habens paulatim aſcendentes, quod dũ uertitur, attollit trabem pręli, aut demittit. Galli ſua lingua Viſam uocant. Eſt preterea Cochlea hauſtorium organum, quod uulgò Pompam uocant, cuius machinę conficiendæ rationem Vitruuius lib. 10. cap. 11. deſcribit. ſic inquiens, Eſt autem cochleę ratio, quę magnam uim haurit aquæ, ſed non tam altè quàm rota. Cochlea etiam eſt genus oſtii. Varro de Re ruſtica, Oſtium habere humile, & anguſtum, & potiſſimum eius generis quod Cochleam appellant, ut ſolet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

solet esse in cauea, in qua tauri pugnare solent. Cochleæ etiam lapides sunt ex flumine, rotundi ad cochlearum similitudinem, quæ & Cochlacæ, κοχλάδες, ἢ κόχλακες, dicuntur.

Similiter Cochlei, siue Cochlis, idis, turris dicitur, siue scalæ rotundæ, ad cochlearum similitudinem, quibus in editiorem partem ædium per circuitum conscendimus: quemadmodum & torcularia instar cochlearum facta, Cochleæ nominantur. Huius diminutiuum est cochleola.

Cochlĕārĭŭm, rii, n.s. Mensura minima rerum liquidarum quæ duodecies sumpta explet cyathum, Cyathus enim conquæ duodecies sumpta explet cyathum, Cyathus enim continet Mystra duo. Mystri tertia pars est cyame, quæ capit duo cochlearia. Plinius libro 21. cap. 27. Aridi sua hydropicis datur in aqua cochlearii mensura. Est & Cochlearium, cochlearum uiuarium in quo cochleæ propagationis ergò asseruantur. Varro 3. de Re rust. cap. 14. Nam & idoneus sub dio sumendus locus cochleariis, quem circum totum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non liberos earum sed ipsas quæras.

Cochleare, n.t. & per apocopen Cochlear, Instrumentum quo cochleæ, et alia huiusmodi uescendo sumuntur, ἡ δυξ. Martialis in distichis, Sum cochleis habilis, sed non sum unus utilis ouis: Num quid scis potius, cur cochleare nor

Cochlĭdĭŭm, n.s. quod & Cochleam & Cochlidem uocamus: κοχλίδιον: Scalæ rotundæ, per quas in turrim, et in editiorem ædificii partem conscendimus. Strabo lib. 17. Hæc est etiam altitudo quædam manufacta, turbinea, petrosa imæ persimilis, in quam per cochlidium ascenditur.

Cōchlĭdēs, Gemmæ sunt, quæ in Arabia ingentibus glebis nascuntur, & septem diebus cum melle coquuntur, donec terrenum uitiosumq; puluerem amittant. Vide Plin lib. 37. capite 12.

Cōclĭtēs, m.t. penult. corr. Luscos dixerunt antiqui, hoc est, qui unum tantū haberent oculū, quasi Oclites, μονοφθάλμους Nam & Cyclopas Coclites legimus, unum oculum in fronte habentes. Plaut. in Curc. Vnocule salue. Ex Coclitum prosapia te esse arbitror: nam sic sunt unoculi.

Cocolobis, Hispanis uuæ genus est, quam Dyrrhachini Basilicam uocant. Eius duo sunt genera, quæ uide apud Plin. lib. 14. cap. 2.

Coctĭbĭlis, Coctĭlis, Coctĭuus, Coctus, Cocus, Vide Coquo.

Coculum, Vide Coquo. Vas æneum coctionis aptū, χαλκίον Plautus. Aeneis coculis exacta est mihi omnis materia.

Codam, ueteres dicebant, quam caudam dicimus. Varro, Sed ut canis sine coda. Nonius.

Coda, tremula, uide Motacilla.

Cōdex, m.t. qui & caudex, Truncus, uel stipes arboris, cui cortex detrahitur, κορμός. Colum. lib. 4. cap. 8. Nec tam celeriter radiculæ inueterato iam codice enascuntur. Codex robustus, pro supplicii genere apud Plautum in Pœnulo, Ego iam detrudam ad molas, Inde porrò ad puteum, atque robustum codicem. Locus dicitur Festo Pompeio, quò præcipitabatur malefactorum genus. Codex etiam dicitur liber. Cic. 3. Verr. Itaque L. Piso multos codices impleuit earū rerum, in quibus ita intercessit, quòd ille aliter atque edixerat decreuisset. Codex item in negotiatorum rationibus, dicitur præcipuus liber, data continens & accepta, in quem transferuntur omnia, quę in aduersariis ad tempus scribuntur. Cicer. pro Qu. Roscio, Non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi relatum confitetur, sed in aduersariis patere contendit. Litura codicis. Cic. 5. Ver. Legere codicem, Cic. in Vatinium. Referre in codicem, Cicero pro Sylla. Scribere codicem, Cicero pro Roscio Com.

Codiculus, m.s. diminutiuū à Codex, dum pro libro ponitur. paruus codex, βιβλίον.

Codicillus, m.s. dimin. à diminutiuo Codiculus, γραμμάτιον. Sunt autem Codicilli literæ, hoc est, epistolæ. Cicero ad Qu. fratrem lib. 2. Epistolam hanc conuiuio efflagitarunt codicilli tui. Idem Leptę lib. 6. Simul ut accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiui è Balbo per codicillos, quid esset in lege. Budæus in secunda edit. Annot. scribit codicillos esse diplomata, id est, chartulas complicatas, & lino traiectas, obsignatasq;.

Codicillaris, re, adiectiuum: ut, Potestas codicillaris Lampridio est potestas conficiendi codicillos quæ beneficio principis et diplomate regio obtinetur, uel qua mandatur munus publicum, l. Iudices. C. de dignit. lib. 12.

Codicariæ naues, Erant naues graniores & firmiores, è codicibus, hoc est, crassioribus trūcis confectę. Varro, Antiqui plures tabulas coniunctas Codices dicebant: à quo naues codicarias in Tyberi appellamus. Sallustius, Et quanquam ad id naues codicariæ occultè per hyemem fabricatæ aderant.

Codĭāmĭnon, Plin. lib. 21. cap. 11. Herba est bis quotannis florens, Vere & autumno, æstates atq; hyemes fugiens. Ruellius bulbi genus esse existimat, cuius flos Codion appellatur. Vide ipsum lib. 2. cap 100.

Codion, Flos est bulbi initio Veris, atq; iterum sub æstatis exitum erumpens, frigus simul & æstum fugiens. Vide Ruellium lib. 2. cap. 100.

Cœlĭacus morbus, κοιλιακὴ νόσος, Qui inferius stomachi orificium infestat, quod à Græcis dicitur πυλωρός. Hunc morbum Celsus lib. 4. cap. 12. describit his uerbis. In ipsius uentriculi porta consistit is, qui & longus esse consuenit, κοιλιακὸς à Græcis nominatur. Sub hoc uenter indurescit, dolorq; eius est. Aluus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremæ partes frigescunt, difficulter spiritus redditur. Qui hoc morbo laborant, etiam Cœliaci, κοιλιακοὶ appellātur. Plin. libro 23. ca. 1. Decoctum eorum ueteres dysentericos & cœliacos iuuat. Medicinæ etiam, quibus huic malo occurritur Cœliacæ dicuntur. Varro, Quin ex flonous nucis Græcæ & cornu cœliacas fieri, atq; urina pota refici. Plin. lib. 20. cap. 18. Ego tamen damnauerim collyriis addi multoq; magis, quas uocant lexipyretas, quasq; pepticas & cœliacas.

Cœlostŏmĭa, κοιλοστομία, Vitium pronunciationis, quum uox ex recessu oris uelut è cauo quodam auditur.

Cœlum, li, Vide Cælum.

Cœmentum, Vide Cæmentum.

Cœmētērĭum, n.s. κοιμητήριον, à κοιμάω sopio, Idē est quod dormitorium. Vnde locum sepulturæ destinatum uocant Cœmeterium, quia ibi mortui dormire dicuntur, quasi mortuorum dormitorium. A quibusdam dicitur Sepulchrum.

Coëmo, mis, a. t. Idem est quod emo, uel coëmptionem facio, ὠνέομαι. Terentius, Coëmisse, hinc quæ illuc ueheres, multa. Cic. 5. Ver. Deinde ipsos sibi frumentum coëmisse.

Comĕptio, uerbale, quo Iurisconsulti ferè utuntur, pro imaginario uenditionis genere, quo uxor ueniebat in ius mancipiumq; mariti, aut filius adoptiuus in ius mancipiumq; adoptantis. Cicero primo de Orat. Nam neque illud est mirandum, qui quibus uerbis coëmptio fiat, nesciat: eundem esse mulieris, quæ coëmptionem fecerit, causam posse defendere.

Cœna, cœnæ. f p. Apud antiquos dicebatur (autore Festo) quod nunc est prandium. Vespera autem dicebatur quam nunc cœnam dicimus: à κοινὸς, quod est communis, quia multi in commune cœnare consueuerunt, Græcè δεῖπνον. Plin. in Epist. Apponitur cœna non minus nitida, quam frugi in argento puro & antiquo. Cic. 5. Tusc. Vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatū. Quæ sit cœna recta, uide in dictione Recta. A cœna fit Domicœnium, οἰκοσιτία, quo usus est Mart. lib. 6. Et tristi domicœnio laborat. Plautus, Incœnem dixit sine cœna, siue incœnatum.

Cœnula f.p, dimin. δειπνίδιον. Cic. 5. Tusc. Quid uos hesterna inquit, cœnula, non intellexistis me pecunia non egere? Mar. lib. 10. Vna ponetur cœnula mensa.

Cœno, as, aui, & cœnatus sum, n. pass. Cœnam sumo, δειπνέω. Plautus in Most. Hîc apud nos hodie cœnes. Cic. ad Q. fratrē Eo die cœnaui apud Crassipedem. Idem 5. Tusc. Socratem ferunt quum usq; ad uesperum cōtentius ambularet, quæsitumq; esset ex eo, quare id faceret, respondisse se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem.

Cœnatus, Qui cœnauit. ut Pransus, Potus, Lotus, qui prandit, potauit, lauit. Ci. pro Deiot. Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum uoluerit, cœnatum noluerit occidere?

Cœnatum est. Liu. 2. ab Vrb. Nam quum pridie quàm legati ad Tarquinios proficiscerentur, & cœnatum fortè apud Vitellios esset, &c.

Cœnaturio, n.q. Cupio uel appeto cœnare, δειπνητέω, quā significationem habent ferè in rio definentia: ut mulier parturit, id est, nititur ut pariat. Mart. In omnibus Vacerra quòd conclauibus consumit horas, & tota die sedet, cœnaturit, non cacaturit, id est, laborat ut cœnet.

Cœnito frequentatiuū, Frequenter cœno. Cic. lib. 9. Epist. Itaq; non desino apud istos, qui nunc dominantur, cœnitare. Idē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Treb. Ego si foris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo non defuissem.

Cœnaculum, n. s. à cœnando nomen assumpsit, Locus ad cœnandum idoneus, δειπνοτήριον, ὑπερῶον, ἀνάγεων, σωοικία. Varr. Sicut penarium, ubi penus: ubi cubabant, Cubiculũ: ita ubi cœnabant Cœnaculum. Sed postquam in superiori parte cœnitare cœperunt, superior domus uniuersa Cœnaculum dicta est, ad quod scalis, siue cochleis ascenditur, ut scribit Festus. Hęc aũt incolebant tenuiores, & inquilini, ut Iuuenalis Sat. 10. docuit, Lateranorum obsidet ædes Tota cohors, rarus uenit in cœnacula miles. id est, ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant. Cic. de lege Agr. Romam in montib. positam & cœnacula alis sublatam atq; suspensam, &c. Solet tamen Cœnatio, & Cœnaculum, & Diætæ accipi pro loco in quo æstate cœnatur.

Cœnatio, f. t. Locus ad cœnandum aptus, qui in imo domus, & hortis potentiorum erat, δειπνοτήριον, unde Iuuenalis, Et algentem rapiet cœnatio solem. Suet. in Neron. Præcipua cœnationum rotunda, quę perpetuò diebus ac noctibus uice mundi circumageretur.

Cœnatiuncula, f. p. dimin. Plin. in Epist. Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiũcula manu facta: ibi paulum retentus, in Larium lacum decidit.

Cœnacularia, æ, f. p. Quæstus qui fit ex cœnaculorũ ablocatione. Vnde Cœnacularium facere, siue exercere, dicebantur, qui domus totas conductas per singula cœnacula inquilinis locabant, ut inde quæstum facerent, pluris in summam locando. Vlpian. l. Si uer. paragraph. sed & si quis. ff. de his qui deie. uel effusu. Si quis cœnaculariam exercens, modicũ hospitium sibi retinuerit, residuum locauerit pluribus, omnes tenebuntur. Sic cœnacularius homo, ὁπιμισθῷ οἰκῶν, qui cœnaculum conduxit. Idem l. Solutum paragr. planè. ff. de pignorat. actio. Videtur autem tacitè, & cum domino ædiũ hoc conuenisse, ut non pactio cœnaculani proficiat domino, sed sua propria.

Cœnaticus, a, um, Quod ad cœnam pertinet, συμποσιακὸς: ut, Apparatus cœnaticus, Sermo cœnaticus. Varr. Cœna cœnatica, & spes cœnatica, id est, spes cœnandi. Plaut. Ca. Nunc ibo ad portum hinc: est illic mihi una spes cœnatica.

Cœnipeta. com. o. pen. cor. Qui ambit alienas cœnas, & parasiti sæpe personam induit, δειπνολόγος.

Cœnatorius, a, um. Quod ad usum cœnæ pertinet, κοινώνηνος.

Cœnatoria, orum. n. s. plurali numero, pro ueste cœnatoria, cũ qua discumbere in conuiuiis solebãt, quæ alio nomine Triclinaris toga dicebatur. Martial. lib. 10. Pugnorum reus, ebriæ quíe noctis. Cœnatoria mittat aduocato.

Cœnobium, n. s. κοινόβιον. Locus ubi communis uita ducitur, κοινὸς enim cõmunis, βίος uita. Hinc Cœnobitæ, pen. prod. qui in commune uiuunt.

Cœnum, n. s. Lutum dicitur, βόρβορος. Plin. lib. 14. cap. 12. Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & uolutatio in cœno. Ci. 4. Tusc. Sic se dicere omnes stultos insanire, ut malè olere omne cœnum. Per metaphoram ponitur pro abiecto & nullius dignitatis homine. Cic. pro Sestio, Habeo quę opponam labi illi, atq; cœno.

Cœnosus, a, um, Plenus cœno, βορβορώδης. Columel. lib. 7. cap. 10. Nec ulla re magis gaudet, quàm riuis, atque cœnoso lacu uolutari.

Coĕo, cois, coiui, coitum, f. q. ex Con, & Eo, sed n ablicitur, & tàm actiuum, quàm neutrum: significatq; conuenio, coniungo, aduno, contraho, socio, colligo, congrego, σωίκιμι, συνάκω, συγκύπτω, σωίσαμαι Terent. in Eunuch. Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo. Verg. lib. 11. coĕant in fœdera dextræ Quà datur. Lactan. de ira. Denique si atomorum & coitio & conglobatio efficeret omnia. Cicero cum accusatiuo usus est, pro inire, 2. Philipp. Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses. Gellius protulit passiuum, Coibatur societas inseparabilis. Nam propriè coiri societas dicitur. Sic ab Vlpiano Societas coita, pro contracta & collecta accipitur. Coire etiam aliquando concumbere dicitur, ὀχεύειν Lactan. libro 3. Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit. Aliquando congredi, σωιτλθεῖν, unde Coitio pro congressu. Terent. in Phor. uide quid agas: prima coitio est acerrima. Si eam sustinueris, post illam iam, ut lubet, ludas licet. Vbi bona translatio à prælio. nam & Congredi milites, & coire dicuntur.

Est item Coire, idem quod conuenire, aut congregari, ex communi consensu, & ferè in deteriorem partem, hoc est, ad facinoris aliquid perpetrandum. Cicero pro Cluentio, Qui eorum coit, coierit, conuenerit.

Coitus, pro concubitu, ὀχεία. Gell. lib. 9. cap. 2. Hippocrates autem diuina uir scientia, de coitu uenereo ita existimabat, partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixere.

Coitio, pro eiusdem conuentu, congregatione, aut conspiratione. Cic. pro Planc. Dubitatis an coitio facta sit.

Cœpi, uerbũ defectiuum, à Cœpio pro incipio, quod apud antiquos in usu erat, ἐπιβάλλομαι, ἐπιχειρέω, ἀρξάμην. Cato, Cœpiam seditiosa uerba loqui. Nunc tantùm præterito eius tam pro suo tempore, quàm præsenti utimur cum suis deriuatis. Cœperam, Cœpissem, Cœpero, Cœpisse, Cœptum ire. Terentius in Adelphis, Prius olfecissem, quàm ille quicquã cœperit. Sallust. in Catil. Sed ea tempestate cœpere se quisq; magis extollere. Vergil. 3. Geor. Sin in processu cœpit crudescere morbus.

Cœptum, ti, pro principio. Ouid. 1. Metamorph. dii cœptis (nã uos mutastis & illas) Aspirare meis.

Cœptus, huius cœptus, Idem Gel. lib. 2. cap. ult. Nos uerò ut cœptus noster est.

Cœpto, as, are, Idem quod incipere. Plautus in Merc. Cur istuc cœptas cõsilium? Terent. in Eunucho, Quid cœptas Thraso.

Cŏercĕŏ, es, a. s. ex Cõ, & Arceo, sed n, abiicitur, & a, in r mutatur. significatq; restringere, καθείργω. Cic. in Læl. Quem serpentem multiplici lapsu, & erratico ferro amputãs, coërcet ars agricolarum. Item refrænare, continere. Lactantius lib. 3. Illud ad coërcendum furiosi hominis errorem. Item circundare siue simul stringere. Ouidius libr. 1. Metamorph. Vitta coërcebat positos sine lege capillos, Lucan. lib. 4. camposq; coërcet Cinga rapax, hoc est, cingit, aut circundat. Item compellere, libr. 3. ad Herennium. prudentia partibus utemur in dicendo, si commoda cum incommodis confere mus: quum alterum sequi, alterum uitare coërcemur. Alii ita significationem huius uerbi distingunt, ut aliquando uim in se contineat, atque castigationem, aut certè reprehẽsionem, atque animaduersionem, & pro repellere, siue puniri ponatur: aliquando simpliciter sine ui, pro continere, complecti, comprehendere: propriè tamen de iis quæ aut diffluunt aut præter modum erumpunt.

Coërcitio, uerbale à Coërceo, idem quod cohibitio, uel castigatio, κατέρξις. Liuius libr. 4. ab Vrbe, Pronuntiauerunt q; ex collegii sententia. C. Valerio Cos. se damnum, aliamũe coërcitionem, aduersus intercessionem Collegæ dilectus causa detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros, Fit autem hoc uerbale regulariter à supino Coërcitum. Vnde etiam participium Coërcitus. Ouidius in Epist. Heroid. Clausa domo teneor, grauibusq; coërcita uinclis. Legitur & uerbale Coërcio, & fortasse sæpius quàm Coërcitio abiecta media syllaba: aut (quod uerisimilius uidetur) ab antiquo uerbo Arcio: quod etiam apud Festum legitur, quod ratione analogiæ facere debet supinum Artum, sicut Farcio, fartum, & Sarcio, sartum. Inde compositum. Coërcio, mutatione primæ uocalis in secundam, sicut à Farcio Refercio, & supinum Coërtum, sicut à Refercio Refertum. Itaq; in uenimus regulare uerbale Coërtio: quanquam Arcio, & Coërcio nunc non sunt in usu. Poterimus itaque utrouis modo scribere Coërcitio, siue Coërtio.

Cœron, κοιτὼν, Græci dicunt thalamum, unde procœtion dicunt antithalamum.

Cœtus, cum œ, diphthongo, m. q. Conuentus, congregatio à coëundo, id est, conueniendo in unum, σωιτσία, σήκημα. Cicero de Senect. O præclarum diem, quum ad illud diuinum animorum concilium cœtumq; proficiscar, quumq; ex hac turba & colluuie excedam: Idem 2. de finibus, Quid enim necesse est tãquam meretricem in matronarum cœtum, sic uoluptatem in uirtutum concilium adducere? Seneca lib. 3. Declam. Cœtum esse ait nomen magnæ multitudinis coëuntis ex consensu quodam.

Coëxercitatus. Quintilianus lib. 2. cap. 17. Artem constare ex præceptionibus consentientibus & coërcitatis ad finem utilem uitæ.

Coggygria, Arbor est adrachnæ non absimilis, fructum lanugine, quam Pappum uocant, amittens: quod nulli alii arbori euenit. Vide Plinium libro decimo tertio capite uigesimo secundo.

Cõgito, as. a. p. frequentatiuũ à Cogo, propterea quòd mẽs

plura

plura in unum cogit: unde quæ sibi uidentur optima, uel utilissima elicere posit, ἐννοέω, διανοέομαι. Nam cogo & cogito, sic se habent, ut Ago & Agito, Facio & Factito. Verumtamen sic modò animus hoc uerbum sibi uendicauit, ut non quod alibi, sed quod in animo colligitur, cogitari propriè iam dicatur. Cognitare itaq; sensus interiores ad originem suam reuocare, siue mentem agitare, & ueluti in mora esse cõsilii explicandi. Cic. lib 5. Tusc. Viuere docto uiro, est cogitare. Idem lib. 2. de Legibus. Nam illo loco libentissimè soleo uti, siue quid mecum ipse cogito, siue aut scribo, aut lego.

A Cogito fiunt composita, Excogito, quod propriè est perfectè cogito, ἐκφροντίζω, κατανοέω: licet pro Inuenio sumatur quod idcirco fit, quòd quum quis perfectè cogitat, aliquid ex eò quod cogitat, elicit & inuenit. Cic. 1. Tusc. Quid illa uis, quæ tandem est, quæ inuestigat occulta: quæ inuentio atq; excogitatio dicitur. Præcogito prius cogito, & cogitando præuideo, προνοέομαι. Quintil. lib. 12. Licet tamen præcogitare plura & animum ad causas componere, Recogito, iterum atq; iterum cogito.

Cogitatio, f. t. Quæ est uelut Cogitatio, id est, longa consilii explicandi, agitatio, διαλογισμὸς, διάνοια.

Cogitatò, Cogitatè, & Cogitatim aduerbia, pro Consultò, Accuratè, ἐκ προνοίας. Cic. pro Archia, Quæ uerò accuratè, cogitateq; scripsisset ea sic uidi probari, ut ad ueterum scriptorum laudem peruenire t. Idem 1. Offic. Sed in omni iniuria permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerũq; breuis est, & ad tempus, an consultò, & cogitatò fiat iniuria.

Cogitabilis, bile, Senec. Epist. 59. Cogitabile est, quod cogitari potest. Cic. 1. de Leg. Agr. Vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum uidentur.

Cognati, m. f. Ab eo dicti putantur, quasi unà, communiter ue nati, uel ab eodem orti progenitore, συγγενεῖς. Plautus in Pœn. Vos meæ estis filiæ ambę, & hic cognatus uester huiusce fratris filius. Cicero, Pro reditu Pompilii nulli cognati & affines deprecati sunt. Plinius per translationem posuit pro simili, & eiusdem generis. Eadem (inquit) causa est, ut pleręque alitum oculos hominum potissimùm appetant, quòd effigiem suam in iis cernentes, uelut ad cognata sua desyderia tendant, id est, sibi proxima, & suæ naturæ quodammodo similia. Cognatorum autem significatio latius extenditur, quàm Agnatorum. In cognatis enim agnati continentur, non autem contrà cognati in agnatis. Consobrini cognati quidem dicuntur, quum agnati tamen nõ sint. Illi enim soli, qui paterna linea nobis coniunguntur, Agnati uocantur: Cognati etiam illi, qui materno genere nobis sunt coniuncti.

Cognatio, onis, f. t. Modò naturæ est, & sanguinis, συγγενεία. Cicero 7. Verr. Nulla tibi Quinte cum isto cognatio est. Idem 4. Verr. Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxima manus tua putabatur. Modò aliarum rerum etiam Cognatio dicitur, id est, coniuncto, & similitudo. Cicero pro Archia, Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune uinculum, & cognatione quadam inter se continentur.

Cognitor, Vide Cognosco.

Cognõmẽ, n. t. Quod ab euẽtu imponitur alicui, ἐπίκλησις Cic. 1. de Finibus, Neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, &c. Idem 7. Verr. Quid? de Apollonio Dioclis filio Panhormitano, cui Gemino cognomen est præteriri potest? Liuius 1. ab Vrbe, Manfit Syluius postea omnibus cognomẽ, qui Albæ regnarunt.

Cognomentum, ἐπωνυμία. Cic. pro Mil. Cassinius cognomento Schola. Idem 2. de Finibus, Si aut de industria facias, ut Heraclitus cognomento, qui σκοτεινὸς perhibetur, &c.

Cognomines, om. t Eiusdẽ nominis sunt, ὁμώνυμοι. Sic à Plauto duæ sorores Bacchides nominatæ, uocantur cognomines. Declinatur & hic & hæc Cognominis, & in genit. huius cognominis. Nam apud Plautum legitur, Illa mea cognominis fuit. Idem Bacchid. Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines? Plin. lib. 6. cap. 2. Quo loco Henetos adiicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorũ Venetos credi postulat.

Cognomino, as, a. p. Cognomen impono, ἐπικαλέω. Fit autem ex Con, & nomino, n, in g, mutata. Plin. lib. 22. ca. 3. Suario cognominabatur, propter similitudinem Suarii cuiusdam negotiatoris. Idem lib. 33. ca. 10. Postea diuites cognominati modò notum sit, eum qui prius acceperit hoc cognomen decoxisse creditoribus suis.

Cognosco, is, a t γινώσκω, ex Con, & Nosco, mutata n, in g, ut fiat consonantior nox. Est autem Cognoscere, noscere eos qui prius incogniti erãt: quum Agnoscere, ἐπιγινώσκειν dicatur propriè de olim noris. Vergil. 4. Eclog. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. Varro, Vereor, ne me quoq; dum reuertero, præter canem agnoscat nemo. Confunduntur tamen hæc sæpenumero. Donatus, Cognoscere est diligenter, attenteq; consyderare. Terentius Hecyra, Postquàm ipse sese, & illam, & hanc quæ domi erat, cognouit satis.

Cognoscere ex literis, nuntiis, & id genus, idem est quod certiorem fieri. Cicero primo Attic. libro secundo, De me Imperatore, scribis te ex Philotimi literis cognouisse. Idem 1. lib. Epist. Famil. Quæ hic agantur, queq; acta sint, ea te ex literis multorum, & nuntiis cognouisse arbitror. Interdũ idem quod intelligere. Cicero in Horten. Vnde autem facilius quàm ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis Reipubl. disciplina cognoscitur? Terentius, Eo pacto, & gnati uitam, & consilium meum cognosces. Interdum Concumbere, uerecundiæ causa: ut in Euangelio, Et non cognouit eam. Aliquando ad forum pertinet: ut Cognoscere de hæreditate, est iudicium de hæreditate exercere, Auoir la cognoissance. Cognoscere de actis alicuius, est de actis eius anquirere, S'enqueiter d'aucun. Cognoscere causas, est in causis iudicis officio fungi, Iuger des causes. Cic. lib. 2. Offic. Adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognouit. Huius uerbi composita sunt, Percognosco, προγινώσκω. antè scio. Plancus Cic. Quòd si latro præcognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere cœperit. Præcognosco, διαγινώσκω. Plaut. in. Truc. Vtro[s] percognoui probè. Recognosco de quo alibi.

Cognitio, f. t. Iudicium, iudicatio, γνῶσις. Cic. 1. Academicarũ Cælestia aũt procul esse à naturæ cognitione cẽseret. Idem 2. de Nat. deor. Quæ primùm eos humo excitatos, celsos & erectos constituit, ut deorum cognitionem cælum intuentes capere possent.

Cognitor, oris, m. t. Qui cognoscit, γνώστης. Cic. de Aruspicũ respon. Quum in me cognitorem harum omnium rerum, illa flamma coniiciebatur. Idem 6. Verr. Homines tenues plerumque ad ea aduenium loca, quæ nunquam antea uiderũt ubi neque noti esse iis, quò uenerint, neq; semper cum cognitoribus esse possunt. Est & Cognitor forense uerbum, quo olim appellabantur qui hodie procuratores iudiciales dicuntur. Cicero 1. in Ver. Me defensorem calamitatum suarum, me ultorem iniuriam, me cognitorem iuris sui, me actorem causæ totius esse uoluerunt. Idem pro Sexto Rosc. Quid interest inter eum qui pro se litigat, & qui cognitorem dat? Quamuis propriè Cognitor is dicatur, qui litem alterius coram eo, cui datus est, tractat: Procurator autem absentis nomine actor est, ἐπίτροπος, Asconius & Budæus in posterioribus annotationibus.

Cognitus, ti, Idem quod notus, γνώστος. Cic. 1. Offic. Incognita pro cognitis ne habeamus, uitandum. Cognitior, id est, magis notus. Quid. 4. Trist. Sed magis hęc, quo sunt cognitio[r]a, grauant. Cognitissimus superlatiuus. Catullus, Tibi hæc fuisse & esse cognitissima Ait Phaselus.

Cognobilis, om. t Qui cognoscitur, εὔγνωστος. Gellius, His solis cognobiles fuerunt.

Cõgõ, coẽgi, coactum, a, t. Ex Con, & ago, in quo a, & n abiiciuntur, nisi in supino, ubi seruatur a. Est autem cogere, in unum colligere, συνάγω. Cicero lib. 1. Tusculanarum, Cælum hoc, in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur. Terent. in Heaut. Quasi talenta ad quindecim coẽgi. Quandoque urgere, ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι Idem lib. 3. Offic. Diogenes contrà Num te temere coẽgit. Quãdoq; mulgere, πιέζειν. Sic enim interpretatur Nonius illud Vergilii 3. Eclog. Cogite oues pueri: si lac præceperit æstus. Vt nuper, frustrà pressabimus ubera palmis. Quandoque coagulare, congelare, densare, siue durum facere, πήγνυμι. Idem libro quarto Georgic. nam frigore mella Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit. Quandoq; imprimere, seu intus ponere, καταφέρειν Idem, Quadrifidam quercum cuneis tum fortè coactis Scindebant. Quandoque in ordinem ponere, διατάττειν, ut omnes arbores in sulcum cogendæ sunt. Cogere aliquem in ordinem, est eum cęteris parem facere, neque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

neque plus ei deferre quàm cæteris. & quasi coërcere intra ordinem & statum reliquorum. Gallicè Mettre au rang des autres. Liuius libro quinto belli Punici, Nunquid uidetis (inquit) uos in ordinem coactos esse? Idem Decadis quintę, libro tertio. Eo facto auocatam à se concionem questus Tribunus, & in ordinem se coactum, ex Capitolio, ubi erat concilium, abiit.

Coactio, nis, ut, Coactio argentaria, munus ipsum cogendi pecunias. Sueton. in Vesp. Vbi deinde uenia, & missione impetrata, coactiones argentarias factitauit.

Coactor, oris, Qui pecuniam cogit, hoc est, colligit, quo nomine dicebantur qui tunc receptores particulares. Cic. pro Cluentio, Ne multa: perquiritur à coactoribus: inuenitur ea fernula ad Stratonem peruenisse.

Coactus, huius coactus, Idem quod Coactio. Cic. lib. 4. Ver. Eũ quoq; offendam, si quãdo iudex sit datus, coactu istius, quod non senserit iudicasse. Idem ad Brutum, Coactu tuo scribam quod sentio.

Cohæreo, res. n. s. Idem ferè quod adhæreo, *συγκολλῶμαι*. Cic. lib. 1. Acade. Neq; enim materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla ui contineretur: neq; uim sine aliqua materia. Cohærere dicitur res aliqua, quando negotio conuenit & concordat. Terent. Andr. Hem, Paululum obsoni, ipsus tristis, de improuiso nuptiæ Non cohærent.

Cohæresco, scis, n. t. Cic. de Nat. deor. Quæ interiecto inani cohæresunt tamen inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur. Cohærentia, tię. f. p. Cic. de Nat. deorum, Iam uerò circuitus Solis & Lunæ, reliquorumq; syderum quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinet, tamen & spectaculũ hominibus præbent.

Cohærarius, rii, Videtur pro eo accipi posse quem ligula Gallica appellat Adioinct. Cic. 3. de Legib. At si quid erit quod extra magistratus cohærario usus sit, q̃ cohæret, populus creato, eiq; ius cohærendi dato.

Cohæres, huius cohæredis, Qui simul hæres instituitur est. *συγκληρονόμος*. Plin. Epist. 116. Libertos eius, eosdemq; cohæredes suos, falsò, ut ueneficii reos detulerat ad principem. Idẽ in Panegyr. Quid si cohæredem non à filio accipiat? Cic. lib. 3. ad Att. Dolabellam uideo Liuiæ testamento cum cohæredibus esse in triente.

Cohĕbeo, es, a. s ex Con, & Habeo, quasi mecum habeo, & retineo apud me, constringo, fræno, *ἐπέχω, κατασείω*. Plinius, Et impetum furentis blanda oratione cohibuit. Plautus in Mill. Cohibete intra limen etiam uos parumper, hoc est, continete.

Cohibitio. f. t. uerbale, Ipse cohibendi actus. Cic. lib. 5. in Ver. Cohibitio tollẽdi, nisi pactus esset, uim adhibebat pactioni, non uoluntatem.

Cohonesto, stas, stare, a. p. Idem quod honestare, decorare, *ἐπικοσμῶ, τιμάω*. Cicero antequàm iret in exil. Tantùm à uobis illud Equites Romani & peto & rogo, ut quem sæpenumero, uestra laude cohonestatis, eundem in dubiis uitæ periculis uestra uirtute conseruetis.

Cohorreo, es, uel cohorresco, scis, Magna horrore afficior, *φρίττω* Cic. in Som. Scipion. Quem ut agnoui, equidem cohorrui. Idem 3. de Orat. Nanq; dum latus ei dicenti condoluisse, sudoremq; multum consecutum esse audiebamus: ex quo quum cohorruisset, cum febri domum rediit, dieq; septimo est lateris dolore consumptus.

Cohors, f. t. A cohortando dicta est, quòd tribunus eam ut sequatur, hortari soleat: seu quòd ipsa se mutuò frequenter ad pugnam hortetur, *σπεῖρα τάγμα*. Cæsar. 3. bel. Gall Illi eductis quatuor cohortibus, quæ præsidio castris relictæ integræ ab labore erant. Est autem propriè Cohors peditum sicut Turma equitum. Cicero pro Marcel. Huius gloriæ, Cæsar quam es paulo antè adeptus, socium habes neminem: nihil tibi cohors, nihil turma decerpit. Hoc est, neq; pedites tibi quippiam decerpunt, neq; equites Vnde Cohors alia Militaria, quæ MD. pedites, equites uerò CXXXII. Alia quingẽaria quæ ex DL. peditibus, equitibus uerò LXVI, constabat. Alex. de Alex. Geni. die. libro 1. capite 5. Cohors etiam pro congregatione quorumcũq; hominũ ponitur. Suetonius in Galba, Per hæc gratissimus Claudio, receptusq; in cohortem amicorum, magnæ dignationis est habitus. Horat 1. Epistol. Quid studiosa cohors operum struit? Item pro comitatu & satellitio, & familia magistratus, qui ibat in prouincia. Vnde Cohors prætoria, quæ Consuli aut Prætori in prouincia præsto semper erat, quasiq; latus eius cingebat. Cicero in Verrem, Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meministis. Horatius, Laudat Brutum, laudatq; cohortem. Erant autem duæ Prætoriæ cohortes: una euocatorum, altera uoluntariorum, qui Proconsules in expeditionem comitabantur, ut usu rerum peritiores domum redirent. Est & cohors, locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere in uilla solemus, *ἔπαυλις*. Ouidius, Abstulerat illa cohortis aues. Vnde etiam militares cohortes dictæ uidentur. Varro quarto de Lingua Latina, Cohors, quòd ut in uilla ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit unum, sic ex manipulis pluribus copulatur cohors. In uilla uerò Cohors dicitur, quòd circa eum locum pecus coërceretur.

Hinc Cohortales gallinæ, *αὐτόσαι ὄρνιτες* uocãtur apud rei rusticæ scriptores, quę in cohorte domi aluntur. Possunt etiã Cohortes ab horto. nam quum ueteres Hortos, uicos dicerent, quòd qui arma ferre possent, ibi nascerẽtur, inde cohortem dixerunt, manum hominum ex eodem uico ad pugnã exeuntium: quòd illi essent ex eodem horto. id est, uico geniti. Nam & Galli (ut est apud Cæsarem) hoc modo pugnabant. quisque enim pagus per se pugnam capiebat. Cohortales quoq; dicũtur, qui in domestica militia alicuius cohortis sunt. Dicitur & Cors pro auium septo. Varro, In urbana quoque domo, cortem facere poterimus, in qua pascere ciconias, grues, pauones, gallinas, anseres, & similia dabitur, ad usus quotidianos. Martialis, Raucæ cortis oues. Cortalis, le. ut, Gallina cortalis in corte. Columella in Præfatione totius operis, Et ut à pecoribus recedam, quorum in parte auium cortalium & aptum cura posita est.

Cohortari, d. p. Id est, simul, ut uehementer hortari, *παραίνῶ*. Cicero ad Terent. lib. 14. Eum, ut potui, per literas cohortatus sum.

Cohortatio, onis, f. t. uerbale, Cic. ad Brut. Erectior Senatus erat, non sententiis solũm nostris, sed etiam cohortationibus excitatus.

Cohum, n. s. Lorum, est quo temo buris cum iugo colligatur: à cauo dictum, inquit Varro, siue (ut Festus mauult) à cohibendo. Cohum etiam poëtæ cælum dixerunt, teste eodem Festo, à chao, ex quo putabant, cælum esse formatum.

Cŏinquĭno, uas, a. p. penultima correpta Idem quod simplex inquino, *κοινῶ*. Columella lib. 8. Totam progeniem coinquinat: si quidem celeriter tùm aliqua pecora tùm præcipuè oues contagione uexantur. Horatius, merdisq; conquiner albis. Cicero de Natura deorum, Periculum matres coinquinare regias.

Cois, Vide Coa uestis.

Coix, cis, *κοίξ* Genus stirpis, cuius folia ad textum sunt utilia, similia iunceis, atq; palmis. Author Strabo. Est itẽ Coix, uas farinarium, ex arborum corticibus contextum, quod Dores *κοίν* appellant.

Colaphus, m, s. & Colaphum, penult. corr est alapa, *κόλαφος* Terent. in Adel. Colaphis tuber est totum caput. Sic Colaphos infringere alicui, *κολαφίζειν* pro illidere, infligere, apud eundem: & Colaphos incutere, apud Iuuenalem, *κόλαφον ἐπὶ κόρρης*.

Colaphizo, as, *κολαφίζω*. Pugno clauso uerbero, colaphum impingo. Græcum uerbum est, quod apud Latinos extra Sacras literas haud temere reperias.

Colasis, f. t. *κόλασις*, Genus pœnæ est quod adhibetur castigandi uel emendandi gratia. Eustrathius in 3. Ethicorum interpretatur refrenationem affectuum.

Colax, om. t. *κόλαξ*. Latinè assentator dicitur: à *κολακεύω*, adulor.

Colchicum, *κολχικὸν*, Bulbus est agrestis, exitu autumni croceum ædens florem, & posterius folia pinguiora quàm bulbi, caule semipedem alto, semine rufo. Quidam Ephemeron lethale appellant. Gustatum enim fungorum more iugulat. Maxima eius copia in Colchide nascitur: unde & nomen accepit. Officinę Hermodactylon appellant. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 72.

Colema, commistio herbæ & olei, qua luctatores in palestra ungebantur.

Coles, is, Dicitur hasta siue uirga membri uirilis, unde depẽdent colei, *πόος*, ὁ. Eius suprema pars Glans dicitur, Græcè *βάλανος*: pellicula uerò, quæ glandem tegit, Præputium uocatur. Celsus lib. 6. cap. 18. De colis morbis & curationibus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tionibus, Igitur si ex inflamatione coles intumuit, reducique summa cutis, aut rursus induci non potest, multa calida aqua fouendus locus est. Vbi uerò glans contecta est, &c. Paulò glans contecta est, &c. Paulò pòst, Sursumq; coles ad uentrem deligandus est. Ibidem, Interdum autem per ipsa ulcera, coles sub cute exesus sic ut glans excidat.

Colis, huius colis, m. s. unico l, Est tener in uite uel in herba ramusculus, quē in uite etiam Pampinū uocant, καυλὸς, κλῆμα. Var. de Re rust. lib. 1. cap. 31. Pampinare, est ex sarmento coles, qui nati de iis, qui plurimum ualent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum.

Coliculus, diminutiuum, καύλιον, Columella lib. 11. cap. 2. Sed & faba eandem culturam exigit, si iam coliculus eius in quatuor digitos altitudinis excreuerit. Varro libro 1. cap. 31. Ex altera parte caprea, quòd parit capreolum, is est coliculus uitetus intortus, ut cincinnus.

Coleus, m. s. Testis siue testiculus per diminutionē, πτρίνιος Cic. Pæto, lib. 9. Vestes, uerbum honestissimum in iudicio, alio loco nimis: at honesti colei Lanuuini, Cliternini nō honesti. Dicitur etiam Culeus apud Poëtas quinta uocali pro quarta suppositā, ratione carminis. Martial. Quum depilatos Chreste culeos portas.

Colina, f. p. per simplex l, μαγαρεῖον, à Colo, is, quam postea Culinam, deinde à coquendo Coquinam uocauere: quòd ibi colebant ignem locupletiorem.

Cōliphium, n. s. κωλίφιον, Panis genus, quo athletæ utebātur: ita dictum, ἀπὸ τοῦ κόπτω, κωλίφι, hoc est, à robore membrorum: uel ἀπὸ τοῦ κόλικος. Est enim colix subcinericius panis. Plaut. Coliphia mihi ne incocta detis. Iuuenal. Satyr. 2. Luctātur paucæ, comedunt coliphia paucæ. Martial. lib. 7. Quum coliphia sexdecim comedit.

Colitiæ, Vide Collitiæ.

Colla, læ, f. p. κόλλα, à Græcis dicitur, quod nos glutinum dicimus, quo ligna ferruminantur. Vtimur autem tātūm eius compositis: Sarcocolla. Ichthyocolla, Chrysocolla.

Collabi, κολλαβοῦ. Græco uocabulo appellantur fidium epitomia, hoc est, clauiculi in cithara, aut testudine, quibus intenduntur & remittuntur fides. Cæl. lib. 9. cap. 16.

Collabor, beris, Labi, uel simul cū alio labi, πίπτω, συμπίπτω Plau. Truc. Clanculum collapsus est hic in corruptelam suā Ouid. 6. Metam. Hæc frustra fugiens collabitur.

Collapsus dicitur is, cui præ dolore concidit animus. Vergil. 8. Aeneid. hæc genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli collapsum tecta ferebant.

Collabasco, scis, scere, Ruinam minitari. Plaut. Sticho, si labāt Res lassæ, iridem amici collabascunt.

Collabefio, fis, collabefieri. Cæsar 2. bel. Ciuil. Illæ adeò grauiter incitatæ conflixerunt, ut uehementissimè utræq; ex concursu laborarent: altera uerò perfracto rostro tota collabefieret.

Collabefacto, as, are, Idem quod simplex labefactare. Ouid. 1. Fast. Et factum motu collabefactat opus. Vnde Collabefactari testula, ὀξοστρακίζεσθαι, significat eiici ex urbe per signa testarum, quod exilii genus Ostraciſmum uocabant.

Collabello, Labra adiungo. Laberius apud Nonium, Perge iam collabella osculum, hoc est, iunctis labris osculare.

Collachrymo, & Collachrymor, dicitur, προσαναπλαίω. Cic. in Somn. Scip. Ad quem ut ueni, complexus me senex collachrymauit. Idem pro Sestio, Et quoniam me huc prouexit oratio, histrio casum meum tories collachrymauit. Terent. in Andr. Tristis interim nonnunquam collachrymauit.

Collachrymatio. Cic. 2. de Orat. Signa doloris tui uerbis, sententiis, uoce, uultu, collachrymatione deniq; ostendens.

Collactaneus, m. s. ὁμογάλακτος, Qui eisdē mammis est nutritus, sicut Collacteus, qui uno & eodē lacte, συγγάλακτος. Iuuenal. Satyr. 6. Quid dicat notæ collactea Mauræ. Martian. Sed quòd sororis eius amica, & indiscreto fœdere collactanea uideretur.

Collare, huius collaris, Vinculi genus, quo canum colla astringūtur, quod Mellum uocauit antiquitas, περιτραχήλιον, περισκελιον. Fit ex corio firmo cū clauis capitatis. Var. 2. de Re rust. Ne uulnerentur à bestiis, imponuntur his collaria.

Collaria, riæ, fœm. gen. p. pro ferro rotundo, quo continguntur colla malefactorum, Plaut. in Cap. Hoc quidem haud mole stu'st iam quòd collus collaria caret.

Collatio, Collatus, Vide Confero.

Collaudo, das, a. p Laudo, approbo. ἐπαινέω. Cic. Lentulo, Illud tibi affirmo, ut quum redieris, ab omnibus collaudēre.

Collaudatio, nis, uerbale, ἐγκώμιον. Cic. 2. de Inuent. Primum scriptoris collaudatione, & loco communi, &c. Liu. 2. bel. Pun. Cuius collaudationē quum Tribuni plebis impedire conarentur.

Collegæ, arum, m p pen pro. dicuntur duo uel plures in dignitate & honore socii, συνάρχοντες, ita dicti, teste Varrone, quòd simul lecti sint. Vnde Cōsules & Prætores Collegæ erāt teste Gell. lib. 13. cap. 14. quòd scilicet eiusdem comitiis creabātur. Plaut. Asin. Id uirtute huius collegæ, meaq; comitate factum est. Cic. 4. Verr. Qui se non Timarchidis, sed ipsius Veris, collegam & socium esse dicebat.

Collegium, n. s. Quod est propriè collegarum societas, συνέδριον, συνάρχοντες, Tres numero collegium facere existimauit Horatius Priscus, quod magis sequendum affirmat Marcellus, quàm quod plerique scripserunt, maiorem ad id numerū necessarium esse. Plautus in Menæch. Captum fit collegium augurum. Cicero 6. Verr. Tum ex amplissimo collegio decemuirali, &c. Collegium item congregationem, & societatem quorumcunq; hominum significat. Pli. in Epistolis, Tu domine dispice, an instituendum putes collegium fabrorum, duntaxat hominum CL. ego attendam, ne quis nisi faber recipiatur.

Collegati artifices, ut Alciatus cap. fin. lib. 2. Pareg. scribit, dicētur, quòd in Collegia, seu Decanias distincti essent. Hi ut alicui muneri diligentius deseruirent, uaria priuilegia consequebantur: erantq; ex ipsius urbe fæce, ut idem testatur, interq; eos maximè illi numeros, quos in Nouellis Iustin. Lecti carios, seu Decanos appellat: ad hos cura Libitinæ pertinebat, id est, exequias, sepulturamq; defunctorum procurandi, pheretra, lectucasue ferendi. Varius autem eorum fuit numerus, donec Iustinianus mille & centum ergasteria, solum illis attribuit, quæ ad maiorem Ecclesiam pertinerent, immunitateq; fruerentur. l. 4. l. qui sub prætextu C. de Sacrosanct. eccle. Cæteros uerò Munifices esse iussit, neque hoc nomine excusari. Vide quæ idem annotauit cap. 13. lib 2. Parag. eiusdem operis.

Colleuo, as, a. p. Leuius reddo, mitigo, συνεπινυφίζω Plin. li. 13. cap. 1. Prodest renibus, iecinori, & interaneis uesicæ: colleuat enim ea. De musto loquitur.

Colliberti. m. s. Dicuntur qui ab eodem domino, cuius seruitui fuerunt, libertate donati sunt, συναπελεύθεροι. Plaut. in Pœnulo, Quin, hercle collibertus meus faxo eris. Paul. in l. Duo. Paragraph. duo. ff. pro socio. Duo colliberta societatem coierunt.

Collibet, uel Collubet, In tertiis tantum personis, idem est quod Libet, aut placet, συνδοκεῖ. Sallust. in Cic. An non ita à pueritia uixisti, ut nihil flagitiosum corpori tuo putares, & alteri collubuisset? Hor. 1. Serm. si collibuisset, ab ouo Amph. Vsq; ad mala citaret, Io Bacche. Plaut. Vtcunq; animo collibitum est meo. Cic. ad Crassum lib. 15. Vt simulac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat.

Collĭcĭæ, f. p. interprete Festo, tegulæ sunt per quas aqua in uas defluere potest. Solent & in agris humidioribus colliciæ constitui, per quos aqua in fossas eliceretur. Plin. lib. 18. capite 19. In usu est, & collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quæ in fossas aquam deducant. Col. Colliquias uocat, libro secundo cap. 8. Sed quamuis (inquit) tempestiuè sementis confecta erit, cauebitur tamen, ut patentes liras, crebrosq; sulcos aquarios, quo, nonnulli elices uocant faciamus, & omnem humorem in colliquias, atq; inde extra segetes deriuemus.

Collido, is, a p. pen. prod. Simul percutio, συμβάπω, συντρίβω, συγκρούω. Cic. 3. de Nat deor. Humor ita mollis est, ut facilè premi collidiq; possit. Quintil. lib. 2. cap. 13. Item collidere, manus, terræ pedem incutere, pectus, femur, frontem cedere, multùm ad pullatum circulum facit. Col. lib. 12. cap. 16. Ne inter se pondere suo pressæ collidantur. Lactant de Ira, Durissimi rigoris materiæ si ictu uehementiore collidantur, ignis excutitur.

Collusio, Quæ est duorum, aut plurium corporum mutua cōfricatio, πρόσρηξις, συγκρασμὸς, σύγκρουσις.

Collisus huius collisus. Idem Plin. lib. 9. ca. 35. Ceu sono quoq; collisu ipso margaritarum.

Colligo, is, a. t. penult. corr. In unum redigo, συγκομίζομαι, συστρατίζω, συλλέγω. Vergilius lib. 5. Aeneid. Colligere arma iubet;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

iubet, ualidisq; incumbere remis. Quandoq; aufero. Lucilius, Ruis huc, & colligis omnia furtim. Quandoq; lego, decerpo. Vergilius in Rosis, Collige uirgo rosas. Quum uerò dicimus, Colligo me, colligis te, tunc pro reficere, & quasi dilapsum spiritū recipere ponitur, ἀναλαμβάνειν, ἀναζωπυρεῖν Cic. lib. 2. de Orat. Crassus colligendi sua causa se in Tusculanum contulit. Idem lib. 4. Tuscul. Quid est aūt seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursus in suum locum congerere? Quòd si alium casum addamus, ut collegit se in arma: idem est quod parauit, muniuitq;, ἀνέλκει. Colligit se in iram, id est, excitat. Verg. lib. 12. Aen. Substitit Aeneas, & se collegit in arma.

Colligere rationem, Dicitur rectè computare, ita ut quæ colligenda sunt, colligantur: & quæ deducenda, hoc est, detrahenda, detrahantur, λογίζεσθαι.

Collectio, onis, f. t. uerbale, συλλογή, συναγωγή. Cicc. pro Pomp. Vt eorum collectio dispersa celeritatem persequendi retardaret. Collectiones etiam dicuntur tumores præter naturam, ex humoribus in partē aliquā corporis defluentibus collecti. Plin. lib. 20. cap. 8. In cibo sumptū, & illitū, collectiones, succusq; decocti uentrē soluit. Idem lib. 27. cap. 8. Præcipua siccandi ei, spissandiq; uis, & collectiones omnes, inflammationesq; cohibenda. De bryo herba.

Collecta, æ, f. p. Quæ à pluribus colligitur: Symbolum aliàs dicitur, σύμβολον, & uulgò scorum, L' escot. Cic. 3. de Orat. Quoniam collectum à conuiua Crasse exigis.

Collectaneus, a, um, Quod mistum est, & ex diuerso usu conflatum: ut Aes collectaneum, συμπεπλεγμένος. Plin. lib. 34. ca. 9. Massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. Vnde Collectanea, orum, dicuntur scripta, quæ ex pluribus excerpta locis, in unum lecta sunt.

Collectarii, in Iure coactores dicuntur, qui in auctionibus reliqua publicanorum solent emere, quæ illi uel ob grauiores curas, uel ob debitorum procrastinationem nequiuerunt exigere. l. quisquis. C. si cert. peta. Vide argumentarii & quæ adiecit Comment. nono. in Ligurinum.

Collectiuus, a, Quod colligit. Quintil. lib. 7. cap. 2. Ratiocinatiua atq; collectiua quæstio oritur.

Colligo, as, pen. cor. simul ligo, συνδέω. Plaut. in Amphit. Neque eum colligere quiuit quispiā in cunabulis. Ter. Eunuc. Colligauit primùm eum miseris modis. Cic. pro Rabir. perduel. I lictor, colliga manus. Colligare se cum aliis, per trāslationem. Cic. ad Pætū lib. 9. Quid faciat tamen non habet, Ira se cum multis colligauit. id est, impediuit, & irretiuit. Ci. in Orat. Annorum septingentorū memoriam uno libro colligauit. id est, complexus est.

Colligatio, uerbale, συνδεσμος. Cic. 2. de Orat. Quin, colligationem causarū omnium perspiciat animo, &c. Idem. 1. Offic. Arctior uerò colligatio est societatis propinquorum.

Colligatum, substantiuum: ut, Omne colligatum solui potest. Cic. de Vniuersitate.

Collīmāre, Oculorum proprium est, quum eos in angulū retorquens, obliquè aliquid aspicimus, penitusq; in rem aliquam defigimus: quemadmodum sagittarii solent, quum aliquid sibi ad ictum designant, σοχάζεσθαι, ἐνσοχᾶν Plaut. Collimatis oculis ad umbram meam. Cic. lib. 2. de Diuinatione uidetur posuisse pro eo quod est, signum oculis destinatum ferire. Quis est (inquit) qui totum diem iaculans, non aliquādo collimet? Quanquam non desunt, qui Collineet, ibi malint legere, quàm Collimet.

Collíneo, as, a. p. Ad rectam lineam dirigo, oculos in scopū intēdo, & non nunquam rem designatam iaculo contingo, σοχάζεσθαι, ἐνσοχᾶν. Cicero libro de Finibus, Vt si cui sit propositum collineare hastam aliquò, aut sagittam. Idem secundo de Diuinatione, Quis est enim qui totum diem iaculans non aliquando collineet? Quam lectionem eruditis magis uideo probari, quàm quæ in uulgatis editionibus occurrit, Collimet.

Collínus, Vide Collis.

Colliphium, Vide Coliphium.

Collínio, as, κατασοχῶ, ὀρθογραμμῶ dirigo, propositum assequor, ad lineam rectum facio. Augu. Cor tuum quandiu prauum & distortum, non potest colliniari rectitudine Dei.

Colliquatio, uocatur, cum per uentrem quiddam excernitur quod non ab accepto cibo aut potu prodit, sed ab humoribus ex corpore in uentrem defluentibus, similaturq; ei quæ tum per uomitum reiicitur, tum infernè procedit, flauę bili: differt autem ab eo tum grauedinis, tum quòd flauus quodam modo excrementum apparet, strigmenticiamq; crassitudinem habet: aliquando uerò oleosum & adiposum existit. Aēti. serm. 9. cap. 19. Vocatur & Syntexis.

Colliquesco, scis, n. t. Idem quod liquesco, σωτήκομαι. Col. lib. 12. cap. 22. Vsq; eo, dum ea quæ addideris, in pice colliquescant. Colliquefacere, σωτήκω. Cic. pro Cluent. In pane datum uenenum facilius ne potuit, quàm in poculo? latentius potuit additum in aliqua parte panis, quàm si totum colliquefactum in potione esset.

Colliquiæ, arum, Vide Colliciæ.

Collis, m. t. per duplex ll, Minor mons, à colendo dictus, βαννὸς, λόφος. Varro, Quòd primum ex agro fructus capiebant, Campus dictus est: postea quàm superiora loca colere cœperunt, à colendo Colles appellauerunt Cic. 5. Verr. Quos ego campos antea, collesq; nitidissimi uiridissimosque uidissem. Idem pro Cluent. Quum quæd. n in collibus, ut solet, controuersia pastorum orta esset. Colles Romæ septem fuerunt: unde & Septicollis dicta est. P. latinus scilicet, Quirinalis, Auentiuus, Cælius, Viminalis, Exquilinus, & Tarpeius, siue Capitolinus. Colles item dicuntur dorsi eminentiæ, uti inque à spina (quæ in medio depressa, quandam ualleculæ speciem referre uidetur) colliculorum modo extantes.

Colliculus, m. s per duplex ll. Significat paruum collem, λόφος, γιώλοφος. Apuleius libro primo Flor. Colliculus sepimine consecratus.

Collinus, a, um, pen. prod. ut, Collina uinea, quæ in colle plātata est. Colum. libr. 12. cap. 21. Eius defruti sextarius in duas urnas musti adiicitur, si mustum ex uineis collinis est: sed si ex campestribus, &c. Collina uina, in collibus nata. Collina aqua. Col. lib. 1. cap. 5. Tertia putealis uel collina, uel quæ nō infima ualle reperitur.

Collobium, ii. n. s. κολόβιον, genus tunicæ, quo antiqui Romanorum utebantur, sic dictum quod sine manicis esset ac mutilatum. Nam κόλοβον breue, mutilatum, truncum significat. Hæc cataclista uestis dicitur.

Colloco, as, are, Pono, τίθημι. Cic. Verr. Vbi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat. Idem 1. Offic. quamobrem melius apud bonos, quàm apud fortunatos, beneficium collocari puto. Idem ad Brutum, Maximo clamore atq; plausu in nostris colllocatus sum.

Collocatio, uerbale. θέσις, τάξις. Cic. 1. de Orat. Sequitur continuatio uerborum, quæ duas res maximè, collocationem primùm, deinde modum quendam, formamq; desyderat.

Collocupleto, as, are. a. p. Idem quod simplex locupleto, πλουτίζω. Terentius Heauton. Dum propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collocupletasti te Antiphila. Ad Herennium, lib. 2. Exornatio est, qua utimur rei honestandę & collocupletandæ causa.

Colloquium, & **Collocutio**, Vide Colloquor.

Colloquor, eris, d. t. colloqui, Simul loqui, συνομιλεῖν. Ter. Eunuch. Videbit, colloquetur, aderit unà in unis ædib. Cic. 1. de Orat. Hoc uno præstamus uel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quæ exprimere dicēdo sensa possumus

Collocutio, f. t. uerbale. Cic. 1. Tusc. Nec uerò id collocutio hominum, aut consensus efficit.

Colloquium, quii, Idem quod collocutio. Liu. 1. ab Vrbe, Priusquam dimicent, opus esse colloquio. Cic. 2. Philip. Amicorum absentium colloquia, epistolæ. Plin. lib. 10. cap. 49. Sanguinem quisquis ederit, intellecturus sit auium colloquia.

Collossentes, interpretantur supplicio affecti.

Colluceo, ces. ere, n. s. Idem quod simplex luceo, φλέγω, λάμπω, φαίνω. Verg. lib. 5. Aeneidos, quæ iam infelicis Elisæ Collucent flammis. Cic. 2. de Natur. deor. Nam solis calor & cādor illustrior est, quàm ullius ignis, quippe qui immenso mundo tam longè lateq; colluceat.

Collūco, as, pen. prod. apud Catonem significat profanę syluæ ramos officientes lumini decido, κλαδάω, κλαδοτομεῖν. Col. lib. 2. cap. 22. Neq; arborem feriis collucare permittitur.

Colluctor, ctaris. Simul luctor, συμπαλαίω. Plinius libro uigesimo septimo capite secundo, Cum eo solo colluctatur, uelut pari intus inuento.

Colluctatio, f. t. uerbale. Colum. lib. 6. cap. 2. Ne in colluctatione alter alteri noceat.

Colludo, dis, dere, n. t. Simul ludere, συμπαίζειν. Cicero 4. Verr. Nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi seruisset

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſeruiſſet quàm ſuæ. Verg. lib. 1. Georg. Aut ſumma nantes in aqua Colludere plumas. Hinc colluſor, oris, qui unà cum altero ludit. Cic. 2. Philip. Licinium Lenticulam de alea condemnarum, colluſorem ſuum reſtituit. Colludere apud iureconſultos dicuntur inter ſe litigantes, quum actor & reus litem inter ſe ſimulant, alterq; ſe patitur ſuperari, ut tertio cuipiam præiudicium afferatur: uel quum alter ex procuratoribus cauſam domini prodit: & quũ uincere poſſet, patitur tamen ſeſe condemnari. Vlpian. l. Et eleganter, ff. de dolo malo. Si dolo malo procurator paſſus ſit uincere aduerſariũ meum, ita ut abſolueretur: puto actionem de dolo non competere, ſi paratus ſit reus transferre iudicium in ſe ſub exceptione hac, Si colluſum ſit.

Colluſio, onis, f. t. uerbale, Colludẽdi actus. Cic. 5. Verr. Quũ uerò uerbo iudiciũ ſit in edicto, re quidem uera tuorum comitum hominũ nequiſſimorum colluſio cum decumanis ſociis tuis, atq; adeò procuratoribus: tamen audes illius iudicii mentionem facere?

Colluſor, oris, Qui cum altero ludit, *συμπαίκτωρ*. Cic. 2. Philip. hinc tu compraſoribus tuis, & colluſoribus diuidebas.

Colluſorie, aduerbium. Vlpian. l. ſi ſeruus plurium. ff. de legib. 1. Si hæreditatis iudex contra hæredem pronuntiauerit non agentem cauſam, uel colluſorie agentem, nihil hoc nocebit diuidebas.

Collum, n. ſ. per duplex ll, Pars corporis caput ſuſtentans: à Colo, is, quia hęc præcipuè pars torquibus ac monilibus ornari conſueuit, *τράχηλος ἀφὴ*. Cic. 5. Verr. Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Hinc Decollo, & Subcollo, de quibus ſuis locis. Legitur & Collus apud Plautum in Captiuis, Collus collaria caret, Collum obſtrictum, *τράχηλος παρεῤῥαμμένος*, ſeu Collum ob tortum, uerbum eſt iuris. nam in ius collo conſtricto rei trahebantur. Plautus in Curcul. Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Hieronymus, Obtorto collo me ius trahit.

Colluo, is, Idem eſt quod lauo: *νίπτω*, ut colluere os, Colluere dentes dicimus: & Colluere guttur apud Perſium. Item Colluere amphorã, apud Catonem de re Ruſt. cap. 98. Amphorã defricato, coluitoq;: puram impleto aqua pura. Plin. lib. 22. cap. 6. Vel ſi decocta aqua colluantur.

Colluſtro, as, are, a p. Circunſpicio, *περισκοπῶ*. Verg. 3. Aenei. Omnia colluſtrans, hanc primũ in littore claſſem Conſpexi uenientem, Cic. 5. Tuſc. Ego autem quũ omnia colluſtrarem oculis animaduerti Columellam, &c. Idem in Oratore, In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant.

Colluſtrum, Vide Coloſtrum.

Colluto, penult. corr. Fœdo, dedecoro, *πτηλόω*. Plaut. in Trinum. Hæc famigeratio te honeſtet, & me collutulet, ſi ſine dote duxerit.

Colluuies, ei, Fœmin. gen. Sordes, aut immunditiæ quæ ex concurſu alicuius rei contrahuntur, *συγκλύς*. Plinius lib. 24. cap. 19. Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in Colluuiem poturis, uel ex lacte & uino. Colluuies per trãſlationem apud Ciceronem ad Attic. lib. 9. Et te in certamine uinci cum illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea quæ perſpicitur futura colluuie regnare.

Colluuio, onis, f. t, Idem & per translationem. Cic. pro Seſt. Ille nefarius ex omnium ſcelerũ colluuione natus. Colluuiõ rerum, pro permiſtione & confuſione. Liu. lib. 3. Nec ui in colluuione rerum cõtumeliæ maieſtatem ſuam offerrent.

Colluuiaria, orum, n. ſ. Ducta ſunt in dictibus aquarum, per quæ colluuies & immunditiæ eiectantur, *ὀχετοί*. Vitruuius lib. 8. Etiam in uentre colluuiaria ſunt facienda, per quæ uis ſpiritus relaxetur.

Colluuiaris porcus dicitur, qui in colluuie nutritur, cibo permiſto. Feſtus.

Collybiæ, arum. f. p. ſunt quæ tragemata bellaria q; dicuntur ciberis frixi, uuarumq; paſſarum uilia munuſcula.

Collybus, bi, f. p. penultima correpta, *κόλλυβος*, Id detrimẽtum pecuniæ eſt quod in ratiociniis Emptionem auri appellant, & uulgò Cambium dicitur, quum pecunia ad exteras nationes exportanda eſt, & apud numularios aliis ſpeciebus commutanda, Vt ſi argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiata in una prouincia, alio quo genere permutanda fuit rato, receptoq;, & promulgato in ea prouincia: id idem, quod ex ſumma apud numularium deciditur, & ueluti deperit, Collybus uerbo Græco appellatur. Cicero 5. in Verrem, Ex omni pecunia quam aratorib. ſoluere debũ iſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebãt: primùm pro ſpectatione & collybo: deinde pro neſcio quo cerario. Hæc omnia Iudice, non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt uocabula. Nam collybus eſſe qui poteſt, quum utantur omnes uno genere nummorum? Vbi collybum appellat pecuniæ permutationem, & numorum quaſi interrimentũ. Collybus, inquit Pollux, *ἀργύριον ἀλλαγὴ*, id eſt, pecuniæ permutatio. Hactenus Budæus in Pandect. Cicero ad Atticum, De Cælio, uide quæſo nequa lacuna ſit in auro: ego iſta non noui: ſed certè collybo eſt detrimenti ſatis, &c.

Collybiſtes, æ, ſiue Collybiſta, *κολλυβίστης*, Numularius qui ex pecuniæ permutatione quæſtum facit.

Collyra, pen. cor. *κολλύρα*, Panis triangulus & modicus, quẽ Itali Tortam uocant. Plautus in Perſa, Collyræ facite ut madeant. Cæl. lib. 1. cap. 30.

Collyrium, n. ſ. *κολλύριον*, Medicamentum oculorum. Hor. 1. Serm. ſatyr. 5. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. Celſus lib 5. Nec ignoro multis placuiſſe lineamentũ in modum collyrii compoſitũ, tractum melle demitti. Nõ tamen ſolis oculis collyrium adhibetur, ſed aluo quoq; ſubiicitur in cura equorum & boum, ut autor eſt Colum. qui libro 6. cap. 6. ſcripſit, Salis ſextans cum decem cepis conteritur, & admiſto melle decocto, collyria immittuntur aluo, atque ita citatus bos agetur. Hoc etiam nomine peculiariter uocatur quoddam terræ Samię genus, diuerſum ab aſtro Samio, propterea quod præcipuus eius uſus ſit in collyriis. Vide Dioſcoridem lib. 5.

Cõlo, as, priore prod. Manilius, Et colare uagos inductis retibus amnes. Eſt autem colare paruillatim liquorem aliquem, ſtillatimq; emittere, uel rem aliquam per colũ purgare, *ὑθέω*. Apuleius libro Flo. de Gymnoſophiſtis, Non illi norunt aruum colere, uel aurum colare, uel equum domare. Vnde & Cola dicta, per quæ liquor emittitur, *ὑθμοί*. Vergilius in Georgic. Colaq; prælorum fumoſis diripe tectis. Inde compoſita Percolo. *Δίνημι*. Excolo, *ἀπηθέω*. Col. lib. 8. Nam maximè refert primo quoque tempore ferrum percolari. Vide ſuo loco.

Colo, is, colui, cultum, a t. Adoro, uereor, *σέβομαι, λατρύω, θεραπεύω*. Verg lib. 9. Aeneid. Summe deũm ſancti cuſtos Soractis Apollo, Quem colimus. Hinc Cultus & Cultura, quam Græci *λατρείαν* uocant. Colimus itẽm pares amore & officio, ut minores humanitate & beneficiis, hoc eſt, proſequimur amore, officio & ſimilibus. Plaut. in Ciſtel. Quia me colitis, & magnificatis. Terent. in Adelph. Et nos coluit maximè. Item Colere, exercere, *ἀσκεῖν, ἐπιτηδεύειν*. Liu. lib. 1. Abi, nuntia Romanis, cęleſtes ita uelle ut mea Roma caput orbis terrarum ſit, proinde rem militarem colant. Item habitare, *νέμεσθαι, οἰκεῖν*. Plautus in Aulul. Hanc domũ iam multos annos ego poſſideo & colo. Vergil. 2. Eclog. Pallas, quas condidit arces Ipſa colat. Vnde & Cęlicolas dicimus, quòd cælum colant, id eſt, habitent, tanquam quidam cęli coloni. Item diligere. Terent. in Heaut. Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt. Item ducere, *ἀράομαι* Verg. lib. 3. Georg. Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini. Item aráre, ſeu quoquo modo terras aptare, *γεωργεῖν*. Col. lib. 1. Nam ubi ſedulò colitur ager. Hinc Agricultor, Agricultura, Agricolatio, & Colonus, de quibus ſuis locis. Item ornare, *καταπείθειν*. Plaut Quin tu te colis, antequàm exeas domum? Cic. Erat enim non tam grauis, quàm elegans & faceta & culta oratio. Huius compoſita ſunt Accolo, Circuncolo, Excolo, Incolo, Intercolo, Percolo, & Recolo, penultima correpta.

Cultus, cultior, cultiſſimus, adiect. Col. lib. 8. cap. 8. Nam quãtò eſt cultior, tantò lætior auis conſpicitur. Idem lib. 1. cap. 1. Nam is demum cultiſſimum rus habebit qui & colere ſciet & poterit, & uoler. Animus cultus. Cic. 2. Tuſc.

Cultus, tus, m. q. uerbale eſt à uerbo Colo, unde etiam totidem penè habet ſignificata quod ſuum primitiuum. Interdum enim Colo ſignificat terram ad ſuſcipiendũ ſemen præparo. Inde Cultus, eſt huiuſmodi terræ præparatio, *γεωργία*. Cic. 2. de Leg. Nullius agricolæ cultu ſtirpes tam diuturnæ ſeminã tur. Cultus idem quoq; ſignificat quod ornatus, ſiue curatio. *κόσμημα, σκευή*, ut Cultus corporis, cultus animi. Cic. 1. Offic. Ob easq; cauſas ſtudeat parare ea quæ ſuppeditent & ad cultum & ad uictum. Plin. lib. 33. cap. 1. Fabricarem etiam deũm fibulas, & alia muliebris cultus. Cultum etiam

deorum

deorum dicimus, hoc est, uenerationem. Græci λατρείαν uocant. Cic. 1. Tusc. Hæc (Philosophiâ intelligit) nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum erudiuit.

Cultio, onis, f. t. Idē quod cultus. Cic. 5. in Verr. Quid est enim Sicilia, si et agricultionem sustuleris?

Cultum, ti, substantiuum: ut Pinguia culta. Claudianus in laude Serenæ.

Cultor, oris, m. t. uerbale. Liu. 4. ab Vrbe, Famem cultoribus agrorum timentes. Cic. 2. de Nat. deorum, Quid iam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, &c. Idem 1. Offic. Sunt his alii multū dispares, simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putent, ueritatis cultores, fraudis inimici.

Cultrix, uerbale, fœmininum, Ci. 5. de Finib. Earūq; augendarū & alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia, &c.

Cultura, ræ, f. p. Idem quod Cultus: ut cultura agri. Cic. 5. in Verr. Deinde quum audierit eas res, quibus fundi fructus & cultura continentur, &c. Idem 2. Tuscul. Ager, quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest.

Colonus, ni, m. s. à colendo, id est habitando, siue ab agrorum cultura, ἄποικος. duo significat. Nam aliquando coloni dicūtur, qui à Metropoli (sic enim ciuitas dicebatur quæ coloniā emittebat) in alium locum habitandi causa deducebantur: iiq; non propriis, sed Metropolitarum uiuebant legibus. Cicero tertio de Natura deorum. Quanquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiosè colunt. Vergil. 1. Aeneid. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni. Ascribere colonos nouos, Cicero secundo Phil. Assignare agros colonis. Cicero primo de Lege Agraria. Deducere colonos, Cic. 2. de Lege Agraria. Quandoque uero coloni, agrorum cultores dicuntur, γεωργοί. Cic. pro Cecin. Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum. Verg. 1. Aen. Vt quamuis auido parêrent arua colono. Col. lib. 1. Comiter agat dominus cum colonis, facilemq; se præbeat.

Colona, næ, f. p. Dicitur coloni, hoc est agricolæ uxor. Ouid. de Nuce, Et condit lectas parca colona nuces. Idem 4. Fastor. habebat Rus breue cum duro parca colona suo.

Colonarium dici posse uidetur Alciato, pensio emphyteutica, seu merces melioratiōnis, quæ pro plantis penditur.

Colonarium ius, pro conditione colonorum, inter quos ut Alciatus monuit, & ascripticios, & seruos & uicarios non multa est differentia, à nostris Doctoribus satis clarè tradita.

Colonus, a, um, adiectiuum, Quod culturæ idoneum est, γεώργιμον. Cic. 5. Philipp. Vti C. Pansa, A. Hircius Consules, alter, ambóue cognoscerent qui ager colonus esset.

Colonia. f. p. Gens ad habitandum aliquam terram missa, ab incolendo, hoc est inhabitando terram dicta, ἀποικία. Cæsar 8. bell. Gall. in togatam Galliam mittit ad colonias ciuiū Romanorum tuendas. Cic. de lege Agraria contra Rullum, Hoc in genere, sicut in cæteris Reipublicæ partibus, est operæ pretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspitionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, sed propugnacula imperii esse uiderētur. Idem 1. Offic. In alias domos, tanquam colonias exeunt.

Coloniarum aliæ Latinæ, aliæ ciuium Romanorum dictæ sunt, aliæ ex utriusq; conflatæ: nonnullæ ex peditibus uel equitibus, quum in agrum bello captum stirpis augendæ causa mitterentur. Bononia, Latina colonia est: Mutina & Parma, Romanorum ciuium. Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo trans Padum traduxerat. Non enim nouis colonis eas constituit, sed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latii, ut possent habere ius quod cæteræ Latinæ coloniæ, id est, ut ius petendi magistratus in ciuitate Romana adipiscerentur. Erant præterea coloniæ quibus ius Italiæ dabatur. Coloniarum autem huiusmodi ratio erat. Quum in urbe Roma multos ex ueteribus, nouisq; incolis, paupertate premi intellectum erat, adeò ut censui soluendo nō sufficerent, Triumuiri à Senatu creabantur qui locis primùm consyderatis, in quibus Reipublicę expediret propugnaculum constitui, noua edicta proponebant, danda esse nomina ab illis qui nouam coloniam deduci uellent: sicq; urbs pauperibus exonerabatur, & rei famiiaris pondere grauati, ad nouas quibus indigerent, diuitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebāt enim duo, quatuor, sex, aut septem agri iugera, & quandoque plura.

Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officiū, à colenda terra. Paulus, Seruus qui coloniæ ascriptus est, ad periculū coloni pertinebit. Græcè ἐργαζομένῃ γῇ. Plautus in Pseud. Det nomen ad molariam coloniam.

Colonicus, a, um, Quod est coloni, seu quod ad colonum pertinet, γεωργικός. Varro, Atq; etiam leges coloniças tollis.

Colonicum pecus, Dicitur hirsutum, quum molle dicatur tectum. Plin. lib. 8. cap. 47. Ouiū summa genera duo tectū & colonicum, illud mollius, hoc in pascuis delicatius, quippe quū tectum rubis uescatur. Cohortes colonicæ. Cæsar, Cohortes duas, quæ colonicæ appellabantur, quū eò casu ueniissent tuendi oppidi causa apud se reunent. Decuriones colonici. Suet. in Aug. Excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus urbicis Decuriones colonici in sua quisq; colonia ferrent.

Colocasia, f. p. κολοκασία, Faba Aegyptia, latissima habens folia, ex quibus Alexandrini sibi pocula conficere solebant. Pallad. Hoc mense colocasiæ bulbos ponemus. Amant humidum locum, pinguem, maximè irriguum. Frondere propè semper possunt, si tanquam citreta tegumentis defendantur à frigore.

Colocasium, neutro genere. dixit Vergilius in Pollione, Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho. Vide suprà in dictione Cibotium.

Colocynthis, idis, f. t. κολοκυνθίς, Syluestris cucurbitæ genus est, satiua minus, mediocris pilæ magnitudine fructū ferens, purgationibus alui accōmodatum. Vide Plin. lib. 20. cap. 5. Vulgus herbariorum Coloquintam uocat.

Colomestrum, n. s. Romani appellauerunt secundâ aconiti speciem, teste Dioscoride, quā idem & cynoctonon, & Lycoctonum, à canibus & lupis necandis cognominat.

Cōlōn, penultima producta, κῶλον, Est crassius intestinum, tabulatum, ex quo excrementa cum accipiunt colorem, qua egeruntur, plurimas cellulas atq; cauernas habens, ad renem sinistrum religatum. Gellius lib. 17. cap. 11. aluum uocat: Ac deinde, inquit, aridiora ex iis incrementa in aluum conuenire, quod Græcè, κῶλον, dicitur. Celsus li. 1. cap. 8. Laxius in testinum, uertit: Et si, inquit, laxius intestinum dolore consueuit, quod κῶλον nominant, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, ut concoquat aliquis, ut lectione & aliis generibus exerceatur: utatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis: denique omni modo frigus euitet: itemq; dulcia omnia, leguminaq; e, & quicquid inflare consueuit. Est autem Colon, quintum in ordine intestinorum, medium inter Cæcum & Rectum, locum obtinens. Primùm per iecoris caua obrepit, ubi folliculum bilis attingens, illiq; nonnunquam annexum, amarorem colo remq; e luteum contrahit: indeq; paulùm exurgens, uentriculi fundo insternitur. & rursus ad sinistrum hypochondrium contendens, lieni accumbit: post hæc in posteriora demergitur, cohæretq; reni sinistro: à quo demum laxius apud coxam sinistram eminet. Serenus dictionis huius priorem syllabam contra artem corripuit quum ait, Quum colon inuisum morbi genus intima carpit, Mande Galeritam uolucrem quam nomine dicunt, Aut pauidi leporis madefacta coagula pota. Nisi quis forte Colum, ibi malit legere, Latina terminatione, ut posterior syllaba per ellipsin absumatur. Est item Colon Græcis, quod Latinè membrum uocamus: unde per translationem etiā membra orationis Cola nuncupantur, quòd ex iis, ueluti membris, constet periodus. Cic. de Claris orat. Comprehensio & ambitus ille uerborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum cōtractus & breuis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci uocant, dispertiebat orationem libentius. Hinc Monocolon carmen dicitur, quod unimembre est, hoc est, simplex, & ex uno tantùm carminis genere constans: Dicolon, hoc est, bimembre, quod ex duobus uersuum generibus constat: & sic de aliis.

Colicus, ca, cum, adiectiuum: ut Colicus dolor, qui in colo generatur. & colicus homo. Plinius libro 20. capite 4. Praxagoras & ilioſis dādos censet: Pliſtonicus, & colicis. Colicon medicamentum ad dolorem intestini plenioris. Celsus lib. 1. cap. 14.

Colonus, Colonia, Vic Colo.

Colophonia, æ, f. p. κολοφωνία, Herba est, notiore nomine Scammonia appellata, succū habens eiusdē nominis. Colophonia dicta à Colophone Ioniæ urbe, unde laudatissima aduehebatur. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 152.

Color, oris, m. t. Obiectum proprium uisus, corpora omnia nobis conspicua reddens, χρῶμα. Cicero 2. de Legibus, Color autem albus præcipuè decorus Deo est, cum in cæteris, tum maximè in textili. Terentius Eunucho. Color uerus, corpus solidum, & succi plenum. Ibidem. Qui color, nitor, uestitus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ueſtitus. Cic. 3. Verr. Iſti color mutatus eſt, uultus, oratio, mens. Duo ſunt principes colores, Albus ſcilicet & Niger: alij non dicuntur colores, niſi per participationem. Colores item appellantur ipſa pigmenta, quibus pictores rerum imagines delineant: cuiuſmodi ſunt cretula, purpuriſſum, cæruleum, auripigmentum, ceruſſa, ſinopis, & ſimilia. Plin. lib. 35. cap. 6. Sunt autem colores auſteri aut floridi: utrunq; natura aut miſtura euenit. Floridi ſunt, quos dominus pingenti præſtat, minium, armenium, cinnabaris, &c. Et paulo poſt, cap. 17. Sed & in officina imperitè multa differenti ſilentium comiter ſuadebat, ridere cum dicens à pueris qui colores tererent. Colores etiam apud Rhethores dicuntur ornamenta orationis, id eſt figuræ, quæ à Græcis χήματα dicuntur, & τρόποι. Nam (ut ſcripſit Cicero) ſunt actori, ut pictori, colores ad narrãdum. Cicero Att. lib. 5. Sic ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, ſubitò deformatum, non ſine magno dolore. Horat. in Arte, Nec ſic incipitur tragico differre colori, Vt nihil interſit, Dauus ne loquatur, an audax Pythias. Accipitur item Color pro uelamento, fuco, ſiue prætextu, quo ueritas obſcuratur, aut culpa excuſatur. Iuuenalis Satyr. 6. Sed iacet in ſerui complexibus, aut equitis: dic, Dic aliquem ſodes, dic Quintiliane colorem: Hæremus. Dic ipſa. Olim conuenerat. inquit, Vt faceres tu quod uelles, nec non ego poſſem Indulgere mihi. Ab hoc nomine ſunt compoſita, Concolor, ὁμόχρους, eiuſdem coloris. Diſcolor, Verſicolor, ποικιλόχρους, diuerſi coloris. Decolor, κακόχρους, quod eſt colore uitiato, & habent penultimam correptam. Dicitur & Colos, ſicut Arbos, & lepos.

Coloro, as, a p. penultima producta, Colorẽ induco, χιμαιροποιῶ, ἐπιχρωματίζω, χράνυμι, cuius contrarium eſt Decoloro. Cicero 1. de Natura deor. Formare, fucare, colorare, animare non poſſent. Decoloratur id, cuius color uitiatur, nõ mutatur, κακοχροεῖ, ut eſt uidere in facie ægroti, quæ pallorem contrahit, aut liuorem: coloratur id, cuius alia fuit, quam ſit, facies. Colorare, pro inducere prætextum. Valerius Max. lib. 8. cap. 2. Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando. Coloratæ uuæ. Columella lib. 11. cap. 2. Quum coloratas & perlucidas uuas animaduertiſſent. Colorata oratio, coloribus oratorijs decorata & ornata. Cic. de Claris orat. Quòd non eſt eorum urbanitate quadam quaſi colorata tio. Coloratus, Pro fucato. Seneca Epiſt. 16. Quæ ſcribit unde ueniant, ſcio: non ſunt ficta, nec colorata. Coloratior. Plin. lib. 16. cap. 12. Quidam arbitrantur in montoſis copia præſtantiorem fieri ac coloratiorem.

Colorificus, a, um, χρωματοποιὸς, quod colorem facit.

Colorius, a, um, adiectiuum: ut, Colorię ueſtes, quę ex lana nõ tincta, hoc eſt natiuo colore factæ ſunt. Valla lib. 6. cap. 53.

Colora, latinè camarus. Apitius lib. 2. Vel camarum defrutum mittas, quod Romani coloram uocant.

Cŏlŏs, κῶλος, Fera eſt Scythiæ peculiaris, magnitudine inter ceruum & arietem, albicante corpore, eximiæ leuitatis ad curſum, naribus potum attrahens. Autor Strabo lib. 7.

Cŏlŏſſus, κολοσσὸς, Dicebatur ſtatua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi facta fuit à Charete Lyſippi diſcipulo ex ære, altitudine LXX cubitorum. Vnde etiam inter ſeptem orbis miracula numeratur.

Coloſſus, a dictiuum, Quod ſignificat altum, & ad coloſsi formam factum. Plin. lib. 35. cap. 7. Nero princeps iuſſerat ſe coloſſeum pingi CXX. pedum in linteo. Pro eodem etiam legimus Coloſsicus. Plin. lib. 34. cap. 8. Item duo ſigna quæ Catulus in eadem æde poſuit palliata: & alterum coloſsicũ nudum.

Coloſsinus color, κολοσσινὸν χρῶμα, à Coloſſe Troadis urbe nomen accepit, ubi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens, & purpuram. Vide Thyleſium in libello de coloribus.

Coloſtrum, n. ſ. & **Coloſtra**, æ Spongioſa lactis denſitas à partu prima, πρόφαλις. Martial. lib. 13. Surripuit paſtor, quæ nondum ſtantibus hœdis, De primo matrum lacte coloſtra damus. Palladius, Coloſtram uocant paſtores illud exiguum lactis, in quo eſt ſpiſsior natura.

Coloſtratio, tionis, ſ. t. Morbus eſt quo lactentes tentantur, ſi bi duo à partu maternum lac guſtauerint, denſato in caſei ſpeciem lacte. Ideò infantibus ſtatim à partu nutricis non matris lac exhibere conuenit, quia matris exitioſum eſt. Plin. lib. 11. cap. 41. Pullis earum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternũ lac guſtaſſe lethale eſt. Genus mali uocatur coloſtratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Coloſtrati dicuntur.

Colotos, κόλοτος, uel Colotes, κωλώτης, penult. produ. Ariſtoteli lacertæ genus eſt, quod Latini Stellionem uocant, Itali Tarantulam. Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

Colpos, κόλπος, à rei anatomicæ peritis appellatur ea uberum pars, quæ in ſe, tanquam in ſinu quodam lac continet, unde & nomen accepit. Nam κόλπον Græci ſinum uocant, hoc eſt, littoris obliquitatẽ, quibuſdam ueluti brachiis mare amplectentem. Vide Cæl. lib. 4. cap. 4.

Colŭber, m. ſ. penult. corr. Serpens qui umbras nemorum incolit, ὄφις. Anguis & Hydrus, qui in aqua: Serpens, qui in terra ſerpit: Draco, templi: ſed ſæpe confunduntur. Plin. lib. 32. cap. 5. Coluber eſt in aqua uiuens: huius adipem & fel habentes, &c. Ouid. 15. Metamorph. Niueiſq; frequẽs Sinueſſa colubris. Hieronymus ad Præſid. Coluber ad bibendum ueniẽs, uenenũ cõcretũ in aqua deponit, ne eum uenenũ aqua occidat. Nudum hominem timet, ueſtitũ perſequitur, caput tamen ſuum celat, ubi ſcit eſſe mortẽ ſuam. Serpens quidem ſi ſemel calamo percutiatur, moritur: ſin uerò iterũ percutiatur, cõfirmatur. Brumali tempore infirmior efficitur, & à toricibus uincitur. Igitur ante hyemem circa ſe colligit ſegetes, ut ille ſibi eſcam præbeant. Colubram fœminino genere dici probat Nonius ex Lucilio lib. 20. Satyr.

Iam diſrumpetur medius, iam ut Marſus colubras
Diſrumpit cantu, uenas quum extenderit omnes.

Colum, n. ſ. penult. prod. Vas eſt ex uiminibus contextum, ad uinum colandum aptum. κώμος. Verg. 2. Georgic. Colaq; prelorum fumoſis diripe tectis. Colum niuarium, uas, ex lapide ſpongioſo factum, ad colandas niues. Colum etiam eſt genus morbi, quem primus in Italiã ſenſiſſe Tiberius princeps dicitur, quum prius ignotus eſſet. Plin. lib. 26. cap. 1.

Cŏlumbus, m. ſ. & **Columba**, Auis nota, περιστερά. Verg. 2. Aeneid. Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Martial. Nec uioles teneras prędoro dente columbas. Varro lib. 3. capite 7. duo facit columbarum genera, quæ in periſterotrophio eſſe ſolent: unum agreſte, quod habetur in turribus ac culminibus uillæ, à quo appellatæ columbæ, quę propter timorem naturalem ſumma loca in tectis captant: alterũ columbarum genus clementius, quod cibo domeſtico intra limina paſcitur. Columbæ agreſtes à colore Liuiæ dicuntur, quaſi liuidæ: domeſtica uerò, Cellares. Ex columbo agreſti, & columba domeſtica, uel econtrario naſcitur genus tertiũ columbarum: à noſtris Miſcellæ dicuntur, ob duorum generum cõmiſtionem. Columbos eſſe in tutela Veneris ideo fictum putant, quia fœtui ſemper indulgent. Diſtinguuntur autem columbæ à palumbis, quòd hi feri & maiores ſint, & in arboribus & ſepibus nidificẽt: columbæ minores, & mansuetiores, ut quæ cibo domeſtico intra limina paſcantur. Sunt præterea palumbes columbis longè uiuaciores: uiuũt enim (ut quidam tradiderunt) in trigeſimum & quadrageſimum annum, quum columbarum uita octo ferè annorum ſpacio ſit concluſa. Vide Plin. lib. 10. cap. 34. & 35.

Columbarius, rii, maſc. ſ. Qui columbas curat. περιστροτρόφος. Varro 3. de Reruſt. cap. 7. Ipſæ propter pullos, quos habent, utiq; redeunt, niſi à coruo occiſæ, aut accipitre interceptæ, quos columbarii ſolent interficere.

Columbarius, rii, n. ſ. Locus ubi habitãt columbæ, περιστερεών, περιστροτροφεῖον. Palladius, Columbarium poteſt accipere ſublimis una turricula in prætorio conſtituta, læuigatis & dealbatis parietibus. Propriè tamen Columbarium, loculamentum in periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. Varro lib. 3. cap. 7. Singulis paribus columbaria fiunt rotunda, in ordine crebra. Columbaria ſingula eſſe oportet, ut os habeant quo introire & exire poſſint. Colum. lib. 8. cap. 8. Paxillis adactis tabulæ ſuperponãtur, quæ uel loculamenta, quibus nidificẽt aues, uel fictilia columbaria recipiant, repoſitis ueſtibulis, per quæ ad cubilia perueniant.

Columbaris, re, a dictiuum, Idem quod Columbinus. περιστερικός. ut Columbare ſtercus, Columbaris cella. Colu. lib. 9. Cæterùm cibos iuxta parietem conuenit ſpargi: quoniam ferè partes hæ columbari carent ſtercore.

Columbinus, a, um, quod eſt ex columbis, περιστροφώδης. Plin. Columbinus fimus in aqua decoctus. Columbinũ ouum. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. Pulli columbini. Varro 3. de Reruſt. Qui ſolent ſaginare pullos columbinos, quò pluris uendãt, ſecludunt eos, quum iam pluma ſunt tecti.

Columbatim, a duerbium, Ad ſimilitudinem columbæ, περιστερώδως

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

περιστερίον. Vnde, Columbatim oscula iungere, frequens est apud Catullum.

Columbar, n t Genus uinculi. Plaut in Ruden. Illic in columbū credo leno uortitur. Nam in columbari collus haud multò pòst erit.

Columella, Vide Columnæ.

Columellares dentes, Caninis proximi. Varro libr. 2. de Re rust. cap. 7. Incipientes quartum agere annum, itidem eiiciunt, & toridem proximas eorum quos amiserunt, & incipiunt nasci, quos uocant Columellares.

Colūmen, n. t. penult. corrept. à Columus, id est, culmus, significat culmen, uel columnam. σύνδεσμος, ἔρεισμα. Varro 3. de re rustica, cap. 7. Quod habetur in turribus, ac columinibus uillæ. Per translationem accipitur pro sustentatione, ornamento, & salute. Terent. in Phorm. Bone custos salue, columen uerò nostræ familiæ, Cui commendani filium hinc abiens meum. Vbi Donatus, Columen familiæ, sustentatio, decus: unde Columnæ dictæ. Plaut. in Cas. Sed eccum egreditur senati columen, præsidium populi.

Columis, me, & Incolumis, me, om. t. penultima correpta, Sanus, integer. σῶος. Plaut in Trinummo, Neq; ita, ut sit data, columen te sistere illi, & detraxisse autumēt. Cicer. lib. 1. ad Herennium, Casu & fortuitò nauis in portu incolumis delata est. Hinc columitas & Incolumitas pro salute, σωτηρία. Idē Treb. Itaq; si quis erit mihi aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, quæ sunt omnia agenda. Et lib. 3. ad Heren. Dicebat nullam utiliorem esse incolumitate.

Columnæ, f. p. dictæ sunt, quòd culmina sustineant. Pilaria uulgò à nostris uocantur. Item columnas, κίονας, & Pilas, πίλας, hanc differentiam esse uolunt, quòd columnæ uno scapo constant, id est, lapide oblongo perpetuo: Pilæ autem structura constant aut lapidea, aut cementitia, aut lateritia. Non rarò tamen etiam structiles columnas apud ueteres legimus. A columna sit Intercolumnium, μεσόκιον, quod est spatium inter columnas Libr. 4. ad Herennium, Aedes, intercolumnium, angulum, fornicem. Columnarum tria sunt genera: teretes, quadrangulæ, striatæ. Quæ superponuntur columnis, Epistylia, hoc est, Capitella: quæ supponūtur, Bases siue Spiræ dicuntur. Ipsum aūt colūnæ corpus Scapus uocatur, teste Budęo. Antiqui, teste Quin. Columam dicebant, detracta n, litera, pro columna. Vnde per diminutionē Columella dicitur, pro Columnella. Cæsar 2. bell. ciuil. Primùm trabes in solo æquè longè distantes inter se pedes quatuor, collocantur, inq; eis columnellæ, pedum in altitudinem quinq;, defiguntur, &c.

Columnatus, adiectiuum, Columna sustentatus. Varro tertio de Re rustica, capite quinto, Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholum, qui est ultra rotundus, columnatus, ut est in æde Catuli, si pro parietibus feceris columnas.

Columella. f. p. penult. prod. diminutiuum à columna. Cicer. 1. de Legib. Nam super terræ tumulum noluit quid statui, ni si columellam tribus digitis altam. Cato cap. 10. Trapeti columellam ferreā, quæ in miliario stat. Est & cognomen Lucii Moderati, genere Gaditani, qui de agricultura tam uersu, quàm prosa elegantissimè scripsit. Appellatur Columella à medicis quædā ueluti pellicula, in fine palati dependens, ut in hiante homine conspicitur: quæ si inflammetur, & teretem nacta fuerit figuram, Columella, κίων: si uerò rotundam, Vua, σταφυλὴ appellatur.

Columnatio, f. t. Columnarum extructio, σύστασις. Apuleius libro nono Florid. Quid igitur supereſt ad statuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio? prosceniī contabulatio? scenæ columnatio?

Columnelli. Volūt quidam Columnellos dici dēt̄es illos, quos caninos appellamus, quòd rotundi ac ad instar columellarum extent, & emineant.

Columus, A ueteribus dicebatur, qui nunc Culmus.

Cŏlurnus, a, um, Dicitur quod ex materia coryli, teste Seruio in illud Vergilii, Pinguia q; in uerubus torrebimus exta colurnis. Festus tamē à corno arbore deduci ait, his uerbis, Colurna hastilia, ex corno arbore facta potius, quàm ex corylo.

Cŏlūri, m. f. Duo sunt circuli in sphæra, sese mutuò ad angulos rectos sphærales dispescentes circa polos mundi, Zodiacumq; ita interfectantes, ut unus eorum per principia Arietis & libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni: ita dicti ab imperfecta sui conuersione. quippe Græci κόλον, imperfectum uocant. nunquam enim integri apparēt nam pars in Antarcticī uergens, nostris se nō ingerit obtutibus. Boēt̄ius de Arith. lib. 2. & Macrob. in Somniū Scip. Colura quoq; animalia sunt caudam nō habēt̄ia, uel mutilam caudam habentia, quæ in sacrificiis non offerebantur.

Colus, li, masculini generis, Tormenti genus, quod fit ex corio, ficut scribit Festus.

Colus, li, fœmini generis, tam quartæ, quàm secundæ declinationis, Instrumentum quod pensa continet, à quo fuso fila ducuntur, habetq; penult. correptam, λάκανον, ἀτρακτυλίς. Ouid. lib. 4. Metamor. Et colus, & fusus digitis cecidere remissis. Cic. 2. de Orat. Quid tu Aegilia mea,
Quando ad me uenis cum tua colo, & lana?

Colutea, f. pri. κολυτέα, Theophrasto, Arbor syluestris apud Theophrastum 3. de plantis, fructum ferens in siliqua, magnitudine lentis: quæ Alexandri Magni ætate haud temere alibi quàm in Lipara insula nascebatur: hodie etiam in Gallia passim prouenit, Baguenaudæ nomine uulgò nota. Vide Ruell. lib. 1. cap. 70. Coluteū autem neutro genere Plaut. in Persa uidetur appellasse quoddam mali genus. Cōmisce (inquit) mulsum: struthea, coluteaq; appara.

Colycæ, rūm, Specus quædā, in quibus aphronitrum inuenitur, teste Plinio, lib. 31. cap. 10.

Colymbades, κολυμβάδες, Vocabantur oliuæ quædam conditiuæ, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod innatare est: propterea quòd propter suam leuitatē salsilaginī innatabant. Pli. lib. 23. cap. 3. Colymbades sordida ulcera purgant, inutiles difficultatibus urinæ. Qua autem condituræ ratione hoc oliuæ genus solcat parari, uide apud Ruellium lib. 1. cap. 104.

Coma, æ, f. p. κόμη, Capillus, interprete Festo, aliqua cum cura compositus: ἀπὸ τοῦ κοσμεῖν, hoc est, ab ornando dictus: unde & Comere Latini deduxerunt. Cic. 3. Tusculanarum, Scindens dolore identidē intonsam comam. Ouid. 2. Metamorph. Permulcetq; comas, clamydemq; ut pendeat aptè Collocat. Com ameraphoricōs etiā de arboribus fruticib. arundinibus, atq; etiā herbis dicitur. Verg. 4. Georg. Ille comam mollis iam tum tondebat achanti. Ouid. 2. Amorum Frigidaq; arbores mulceat aura comas.

Comans, tis. participium, sine uerbo, qui longiorem habet comam. Plin. lib. 10. cap. 65. Equæ comantes gloria superbiunt. Vergil. 2. Aeneid. sic fatus, deinde comantem Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum Induitur. Equorum colla comantia. apud Verg. 12. Aenеid.

Comatus, a, um, participiū sine uerbo. Qui longiorem habet comam, κομήτης. Martialis lib 1. Caluus quum fueris, eris comatus. Sylua comata, Catull. Epigram. 3. Vnde

Comatulus, m. f. penult. corr. diminutiuum à Comatus. Vnde Hieronymus Comatulos pueros dixit.

Comosus, a, um. Item aliud adiectiuum. κομήτης. Plin. 16. cap. Hemeris uocatur, breuior, & in orbem comosa. Item lib. 29. cap. 26. Comosissimum ex omnibus maximè cauliculis.

Coma, atis, κῶμα, Morbus grauem ac diuturnum inducens somnum, quem Latini Veternum interpretantur. Est & altera Comatis species, quem Vigilantem soporem nonnulli appellant, quum neq; lumina, urgente somno, attollere, neq; tranquillè dormire possumus, aliis atq; aliis imaginationibus somni tranquilliratem interpellantibus. Autor Galenus in eo Commentario, quem de Comate nominatim inscripsit.

Comagene, Herbæ nomē, de qua in dictione præcedente.

Cŏmăros, f. s. κόμαρος, Arbuti genus est, cuius etiam pomum Græci κόμαρον appellant, Latini Vnedonem Plin. lib. 15. cap. 24. Duobus Vnedonem nominibus appellant Græci, Comaron & Memecylon. Ex quo apparet totidem esse gene & apud nos.

Combennones, Interprete Festo, dicti sunt in eadem benna sedentes. Benna autem uehiculi genus fuit, Gallis præcipuè usitatum.

Combibo, bis, n. t. simul bibo, computo, συμπίνω. Plin. libr. 17. cap. 11. Vt solem pluuias q; combibant. Colu. lib. 11. cap. 10 Quæ quum ius combiberit, simili mistura uas suppleatur. Ouid. Epistol. 11. Et cogor lachrymas combibere ipsa meas. Combibere artes, per translationem. Cic. 1. de Finib. Sed tamen infici debet his artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora ueniet paratior.

Combibo, cōbibonis, masculini gener. Compotor, συμπότης, Lucilius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lucillus lib. 6. Quandoquidem reperi magnis cõbibonum ex copiis. Pæto, libr. 9. In his controuersiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis. (συμβιβάσαι.

Combíno, as, a. p. penul. producta, Coniungo, conglutino, Combinatio, quam Græci ἐπίζευξιν uocãt, quum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Vergilius 9. Aeneid. Me me adsum qui feci.

Combretum, Herba est baccari similis, sed procerior, foliorum exilitate usq; in fila extenuata. Autor est Plinius lib. 21. capite 6.

Combũro, is, ssi, t. penult. prod. ex con, & uro, b, interposita, simul cum aliis uro: uel. ut suum simplex, uro, cremo, exuro ἐμπίπτω, πυρπολέω. Cic. pro Cluen. Puer ante noctem mortuus, & postridie antequàm luceret, combustus est. Idem de Natura deorum. Libri Protagoræ in concione cõbusti. Et ad Quint. frat. lib. 1. Fumo ut combureretur, tota plaudẽte prouincia. Et per translationem. Plaut. in Mil. nam mihi nimis calor Comburebat gutturem.

Combustíbilia sunt, quæcunq; meatus habẽt huiusmodi ut ignem introrsus admittant: atq; in hisce meatibus, qui per rectum dispositi sunt, minus ualentẽ quàm ignem continens humorem. 4. Metamorph.

Come, f. t. Herba est, quam Barbam hircinam uocant: à comæ similitudine, quòd folia in circuitu spargat, τραγοπώγων. Pliu. 21 cap. 15. & lib. 17. cap. 13.

Comedo, is, n. t pen. cor. & Comedo, comes, comest, in infinitiuo comedere, uel comesse, Idem significat quod suum simplex, Edo, φάγω, ἰώδω. Mart Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te. Plaut. in Trin. Quod ebibit, quod comest, quod facit sumpti. Cic. Sed ad extremũ pollicetur pro laturum se quæ comest. Supinum Comesum & Comestum. Salust. Comesa marrimonia. Comesa patina. Vbi translatè ponitur pro consumere, dissipare.

Comedim, pro Comedam, scripserũt ueteres: quod & Nonius obseruauit. Plaut. in Bacchid. Quod dem scortis quodq; in lustris comedim, cõgræcer pater. Cic. ad Pætum, Cura, si me amas, ut ualeas: ne ego tẽ iacente, bona tua comedim.

Comedo, onis, m. t. & Comedus, di, pen. cor. Qui bona sua consumit, ut interpretatur Festus. Varro apud Noniũ, Putat fore hoc, quod hinc comedonibus conuenit usu, quibus, nota uoluptate quum edunt, duntaxat gula gaudet.

Comessans, ris, Idem quod Comessator, ἐπίκωμος, κωμαστὴς, κωμάζων. Curtius lib. 9. Si quid uictis saltem aduersus comessantes animi fuissent, mille hercle uiri modò sobrii, septẽ dierum crapula graues in suo triumpho capere potuerunt. Modo comessantiũ aliquid agere, Liuius 3. ab Vrbe.

Comessationes, f. t. Conuiuia sunt nocturna post cœnam, & alia intempestiua: sicut Merenda, cibus qui ante cœnam sumitur, & lentaculum ante prandiũ, δόρποι, κῶμοι. Comessari enim est post cœnam cibum & potum sumere, & lasciuè intemperanterq; agere: κωμάζειν Quod uerbum à Como deducunt, comportationũ nocturnarum, uitæq; genialis præsidẽ. Suet. in Vitel. Epulas tribus fastigiam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in lentacula, prandia, cœnas, & comessationes. Liu. lib. 40. refert Demetrium post cœnam, qua sodales acceperat, dixisse, Quin comessatum ad fratrem imus?

Comessabundi, & Comessatores, Qui comessationibus indulgent. Cic. pro Cælio, Non idem iudicũ comessatorumq; conspectus. Liuius 9. ab Vrbe, Temulento agmine comessabundus incessit. Habet autem hoc nomen primam productam. Mart. Non Albana mihi sit comessatio tanti.

Comes, itis, com gen. t. Qui uel sequendo aliquẽ se maiorẽ comitatur, ἀκόλουθος, συνδοιπόρος, ὁπαδὸς. Cic. de Amic. Neque se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Lucanus libr. 6. Scire Senatus auet, miles te Magne sequatur, An comes. Aliquando tamen comitum appellatio paribus conuenit, ut quum plures idem iter arripientes, sibi mutuò comitatum præstant, συνέμποροι. Plaut. Epid. Age, age. absolue, atq; argentũ numera, ne comites morer. Autor ad Herẽ. Qui quum ante lucem surrexisset, comitem suum inclamauit. Prius enim dixerat, Et secum aliquãtum numorũ ferentem est comitatus. Differt enim comes à Socio, & Sodali, quòd Comes dicatur, qui quouis modo sequitur alterius ductũ: Socius plerunq; in negociis seriisq; rebus, & fortunæ arbitrio subiectis. Sodalis, ἑταῖρος, in leuioribus ac sæpe uoluptuosis, ut pote qui eiusdem erãt collegii, nnaq; epulabãtur. Vnde Cic. Norbanum Quæstorem suum appellat Sodalem. Idem de Senectute, Epulabar cum sodalibus omnino modicè. Comes uerò pro dignitate, etiam generis communis est, quam uis apud uulgus fœmin. Comitissa dicatur. Ab Ammiano Largitionum comes dictus est, qui præerat largitionibus imperatoriis. Alii pro dignitate Comarchum, κώμαρχον usurpant. Comes Domorum, is à Iustiniano dicitur, qui in domesticos Principis præfecturam habebat. Comes horreorum, cuius & mentio est in posterioribus Ciceronis libris, pistrini Principis curator fuit, habuitq; mancipia quædam purgandis horreis ascripta, coquendoq; pane principis. Comes laborum, qui & præpositus laborum, cui mediastini omnes, aliiq; domus Imperatoriæ artifices atque opifices subditi erant. Comes Andreas medicus citatur ab Aëtio serm. 14. capite 5. Comes rerum priuatarum, procurator erat Cæsari, cui omnis res familiaris commissa, qui quicquid egisset, ratum apud Cæsarem erat. Comes sacrarũ largitionum olim is erat, per quem Cæsares stipendia militibus erogauerunt. Comes Sacri patrimonii erat is, qui præerat patrimonii Cæsaris. Comites Palatini, curà Principibus constituantur doctis. Vigilius explicat in Institut. de exhæred. lib. Comites Sbholarũ, qui & Tribuni Scholarũ, à Scholis Palatins atque militaribus dicti: duorum munus in tribus posterioribus libris Cod. describitur: ut sint qui præsint epulis Imperatoriis, & bello & pace obsoni curent: quod tamẽ ẽ Pyrrho absurdum usum est. Comitem Stabuli, uoce etiã à Iustiniano usurpata, nonnulli eum intelligunt, qualis olim fuit magister militum. Budæ. Item Constabularium, Magistrum militum uocat. Procopus ut Pyrrhus refert, Protospatarium appellari dixit. Comitem Labeo definit eum, qui frequentandi cuiusque causa, ut sequeretur destinatus fuit. Nunc uerò dignitatis nomen est: uel quòd ipse Regem comitetur, uel quòd eum multi comitentur: ut Pyrrho usum est, Iureconsulto nostra tempestate ualde docto, nec infanti. Nonnulli à comitate, nec etymum desideret, appellatũ uolunt, quòd comis esse debeat. Callistratus in l. obseruandum. de Offic. præsid. censuit, ut præses in adeundo quidẽ facilem se præbeat, sed contemni se non patiatur.

Comitor. d, p. penult. corr. depon. Sector, assector, comitẽ me exhibeo, συμπαραμαρτύρω. & propriè est minorum erga maiores. Quicunq; eum comitati fuerant. Idem, Funerantiũ more comitantur exequias. Pro eodem & Comito, as, actiuè dicitur. Ouid. lib. 2. de Ponto, Quem pia nobiscum proles comitauit euntem. Et lib. 14. Metamorph. Nostraq; adulantes comitant uestigia. Idem 8. Metamorph. Et nostros comitate gradus, & in ardua montis Ite simul. Comitor etiam in passiua significatione nõnunquam inuenitur, παραπέμπεσθαι: unde nõ malè inter uerba cõmunia potest numerari: quod etiam ex participio præteriti temporis Comitatus potest deprehẽdi. quod tam eum significat, qui alterum honoris aut officii causa deducit, quàm eum qui deducitur. Cic. 2. de Inuent. In itinere quendam proficiscentem ad mercatum est comitatus. Idem in Catil. Molestè fero, quòd parum exierit ab urbe comitatus.

Comitatus, participiũ à Comitor, actiuè & passiuè accipitur, παραπέμψας, καὶ παραπεμφθείς. Actiuè Plinius, Quicũq; eum comitati fuerant. Passiuè. Cicero Inuect. 2. in Catil. Illud etiam molestè fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Verg. 1. Aneid. Ipse uno graditur comitatus Achate. Idem in significatione passiua Incomitatus posuit, quum ait: Sæpius Andromahce ferre incomitata solebat.

Comitatus, comitatior, comitatissimus. Cic. 5. Tusc. Puero ut uno esset comitatior. Plin. lib. 10. cap. 37. Est enim ars illis, inter se blandiri, & corrumpere alias furtoq; comitatiores reuerti. Sic Comitatissimũ hominem dicimus, quem uulgò Bene associatum dicunt. Budæus.

Comitatus, us, m. q. Ipsi comites dominum, uel patronum, uel alium quemuis officii uel honoris gratia subsequẽtes, οἱ παραπεμβοντες Cic. ad Lepidum, Eius Falernum mihi semper idoneum uisum est diuersorio: si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Sallust. in Catil. L. Valerio Flac. C. Pontinio Prætoribus imperat, ut in põte Miluio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Cic. 3. de Legibus, Auspicia, ut multos inutiles comitat⁹ probabiles impedirent moræ, quasi sæpe comitia populi temere essent coacta, obnunciatione augurum disturbata fuerunt.

Comessans, Comessatio, Comessator, Comessabundus, Vide Comedo.

Cometes, uel Cometa. p. penultima producta, generis masculini, Stella crinita, κομήτης. Lucanus lib. 1. Ignota obscu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ræ uiderunt ſydera noctes, Ardentemq; polum flammis, cæ loq; uolantes Obliquas per inane faces, crinemq; timendi Syderis, & terris minitantem regna cometen. Cic. 2. de Natura deor. Tum facibus uiſis cæleſtibus, tum ſtellis his, quas Græci cometas, noſtri cincinnatas uocant, quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerũt calamitatum prænunciæ. Vergil. 1. Georg. nec diri toties arſere cometæ. Eſt etiam nomen proprium unius ex Argonautis apud Valerium Flaccum, pater Aſterionis.

Comicus, ci, Vide Comœdus.

Comidrys, Pſyllium lingua Siculorum. Dioſc. lib. 4. ca. 73.

Cõminus, aduerbium, ἔσορ, οὐδ' ἔπι, Non eſt idem quod prope: ſed (ut ſic dicam) à prope: quemadmodum Eminus, à longe: ut, Cominus te inceſſabant lapidibus, hoc eſt, è propinquo loco. Cicero 2. de Diuinat. Nunc cominus agamus, experiamurq;, &c. Idem pro Cecinna, Neq; conflictu corporũ, neq; ictu cominus, neq; coniectione telorum. Significat etiã Statim, ſine intermiſſione. Verg. lib. 1. Georgi. Quid dicam? iacto qui ſemine cominus arua Inſequitur.

Comínia, Genus ὀλιυᾶς apud Plin. lib. 15. cap. 3.

Comis, om. t. Humanus, benignus, facilis, & ſuauis, qui non grauatè aliis inſeruit, ὑπηρετικός. Cic. 2. de Fini. Quaſi quis illum neget & bonum uirum, & comem, & humanũ fuiſſe. Idem pro Corn. Balbo, Comes benigni, ſuaues, faciles homines dicuntur.

Comitas, f t. Humanitas, & morum ſuauitas, φιλοφροσώνη. Cic. de Amicit. Sed amicitia remiſſior eſſe debet, & liberalior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatemq; propenſior.

Comiter, Suauiter, manſuetè, φιλοφρόνως, Comiter ac benignè appellare aliquem. Liu. 2. ab Vrbe. Ouidius 2. de Faſt. Comiter excipitur, ſanguine iunctus erat.

Comítia, orum, plurali numero, n. ſ. Cõuentus populi, qui fiebat quando magiſtratus creabantur: à ſimul itando ſic appellata. ἀρχαιρεσίαι, κατὰ ἀρχαίρεσια. Ex comitiis autem alia erant Conſularia, alia Prætoria, alia Quæſtoria, alia Tribunaria, alia Aedilitia: quibus ſcilicet Conſules, Prætores, Quæſtores, Tribuni, aut Aediles creabantur. Illæ enim coitiones populi ad creandos magiſtratus, & ad leges ferendas dicebãtur Comitia: quorũ alia Calata erãt, alia Centuriata, alia Curiata. Calata comitia uocabantur, quæ pro collegio Pontificum haberi ſolebant, aut regi ſacrorum, aut flaminum inaugurandorum cauſa. Curiata (ſimile eſt apud Græcos κατὰ φυλὰς) quæ ex curiis, id eſt, tribubus, quæ triginta quinque erant, & ex cenſu & ætate per lictorem curiarum procalari, id eſt, conuocari ſolebant. Centuriata, quæ habebantur in creandis conſulibus, quum centuriatim, id eſt, per ſingulas cẽturias calculus unus pro ſuffragio ferebatur. Et hæc per cornicinem ex regionibus & locis diuulgabantur. Dionyſius lib. 7. Hiſtor. ſcribit in comitiis curiatis omnem potẽſtatem creandi magiſtratus fuiſſe penes populum, in centuriatis penes diuites. Comitium, tii, ſingulari numero, locus erat Romæ iuxta forum & curiam, ita dictus à coëundo (teſte Varrone) eò quòd populus tum litium tum curiatorum comitiorum cauſa eò ſoleat coire. Cic. 4. in Verr. Quid? hoc ferendum cuiquam putas? huius argento domus ueſtras, huius ſignis & tabulis forum, comitium ornari? Idem pro Seſtio, Quum forum, comitiũ, curiã multa de nocte armatis hominib. ac ſeruis pleriſq; occupauiſſent, impetũ faciunt in Fabritium. Tempus comitiorũ habendorum id erat, quod augures deſignabant. Antiqui præterea cõmune, & ampliſſimum concilium Comitium appellabant. Vnde eſt illud in XII. tabulis, De capite ciuis, niſi per maximũ comitium, ne ferunto. Ex Cic. 3. de Legib.

Comitialis, le, o. t. Quod ad comitium pertinet, ἀρταιρεσιακὸς: ut, Dies comitialis, qui gerendis comitiis aptus, ſiue dictus eſt, quo cum populo agi licebat, ut inquit Macrob. & quo populus Romanus conuenire ſolebat ad ſuffragium ferendum. Cic. ad Quint. fratr. Cõſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat. Ioue autem tonãte aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. Comitialis morbus, ἐπιληψία, qui cum totius corporis conuulſione principes cerebri operationes tollit, toto cerebro, uel duobus eius uentriculis affectis. Gignitur ex craſſis humoribus, ſpiritus meatuum in cerebri uentriculis obſtruentibus, neruorum principio ſeipſum concutiente, ut quod noxiũ eſt, excutiat. Dictus Comitialis, quòd comitia uitiare diceretur, Interrũpebantur enim comitia, quoties aliquis ex hoc morbo concidiſſet. Cato, Quod comitia prohibere ſolet, nec id quidem mihi uitium fuit. Serenus, Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo, Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat. Sæpe etenim membris acri languore caducis Conciliũ populi labes horrenda diremit. Ipſe Deus memorat dubiæ per tempora lunæ Conceptum, talis quem ſæpe ruina profudit. Hic morbus alio nomine dicitur ſacer, & morbus maior, propter grauitatem: quoniam homo ſubitò concidit, & ſpumæ ore mouentur. Docet etiam Ariſtoteles hunc morbum à priſcis Herculeum fuiſſe nominatum, quia Hercules laborãſſe eo fertur: idq; ex atra bile pleriſq; cõtingere tradit. Plato & Apuleius diuinum nuncuparunt, quòd animi partem rationalem, quæ longè ſanctiſſima eſſe uidetur, obſideat. Græci ἐπιληψίαν, uocant, à uerbo Græco ἐπιλαμβάνεσθαι, quòd ſenſus comprehẽdat & uincat, ita ut eo correpti à mortuis nõ magnopere differre uideantur. Comitialis homo, ἐπίληπτος, qui hunc morbum patitur. Plin. Fel teſtudinum naribus illitum comitiales erigit, attollitq;. Plautus tamen Comitiales homines in Pœnulo appellat litigioſos, qui in comitio propter lites quaſi habitare uidentur, inquietantes tribunal prætoris: qui ſi nihil eſt litium, litem ſerunt.

Comitialiter, aduerbium, ἐπιληπτικῶς. Plin. libr 22. cap. 21. Folia helitropii contractionibus medentur, etiamſi id comitiale accidat, id eſt, etiam ſi contractiones fiant ex morbo comitiali.

Comitiarius, adiectiuum: ut, Comitiaria ſtatio, quæ in modum comitiorum celebratur. Liuius 3. belli Punici, In hac comitiaria iam duorum exercituum ſtatione, princepe Nolanorum nunciant, Marcello nocturna colloquia inter plebem & Pœnos fieri.

Comitiatus, us, m. q. Dicitur populi in comitio congregatio. Cic. 3. de Leg. Tum leges præclariſſimæ de XII. tab. tralatæ duæ: quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari, niſi maximo comitatu, uetat.

Comitiari Tribuni militares, qui dicãtur, docet his uerbis Aſconius Pædianus in 2. contra Ver. Tribunorum militarium duo genera. Primum eorum, qui Rufuli dicuntur: hi in exercitu creari ſolent. Alii ſunt comitiati, qui Romæ comitiis deſignantur.

Comitialiter, aduerbium, ἐπιληπτικῶς, Plin. lib. 22. cap. 21. Folia helitropii infantium diſtillationibus, quod Siriaſin uocãt, illita medetur: item contractionibus, etiamſi id comitialiter accidat, id eſt, etiam ſi contractiones fiant ex morbo comitiali.

Comito, & **Comitor**, Vide Comes.

Comma, atis, n. t. per duplex m. κόμμα, inciſio, à κόπτω, incido, minutiſſimę diſtinctionis genus eſt, quod inciſum à Latinis dicitur, à Cicerone etiam Cæſum, eò quòd incidat Cola & Periodos. Conſtat enim periodus omnis ex commatib. & colis, tanquam partibus. Ex his cola, dicuntur partes maiores periodi, quum ſcilicet oratio penè eſt perfecta, ita tamen ut animus audientis nondum quieſcat. Commata uerò dicuntur minimæ periodi particulæ, in quas cola rurſus, uelut in partes diſſecantur. Comnata etiam dicũtur aquarum emiſſoria, & inciſa, primùm in Aegypto ad hoc inuenta ſtructaq;, ut pro arbitratu accolarũ Nilus uiciſſim admittatur in campos aruales, aut intra alueum contineatur. Vlpian. de extraordin. crimin. l. Saccularii, Commata (inquit Budæus) & Diacopi, qui in aggeribus fiunt.

Commaculo, as, a. p. Idem quod maculo, ἐντακόω, Commaculare ſe ambitu, metaphoricõs. Cic. pro Cælio, Nonnunquã enim tam Cælius amens fuiſſet, ut ſi ſe iſto infinito ambitu commaculaſſet, ambitus alterum accuſaret. Commaculare manus ſanguine alicuius. Verg. de Medea, Eclog. 8. Seruus amor docuit natorum ſanguine matrem Commaculare manus. Id eſt, polluere nece filiorum ſuorum.

Commadeo, mades, n. ſ. Idem quod ſimplex Madeo, βρέχω μαι, ὑγρός εἰμί, Cato cap. 156 Coquito uſquedum ea commadebit bene, aquam defundito.

Commanducare, Dentibus molere. quod Cicer Mandere dicit, μασᾶσθαι. Plin. lib. 29. ca. 8. Quum priores religionem eam minimè cõmanducarent. Valerius, Protinusq; dentib. abſciſſam, & cõmanducatam linguam in eum expuit.

Commanducatus cibus, dicitur à Dioſco. lib. 20. cap. 3. Multa iteratione molitus, ac propè liquefactus, quã Maſum Quintilianus uocat, μεμασημένον βρῶμα.

Cõmanducatur deponens apud Lucilium lib. 4. legitur pro comedit, uel deuorat. Aſſequitur (inquit) nec opinantem, in caput inſilit, ipſum cõmanducatur totum complexum.

Cõman-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Commanducatus, us. Plin. lib. 24. cap. 4. Vlcera commanducatu, impositu; efficaciſſimè ſanari.

Commanipulo, onis, Miles eiuſdem manipuli, apud Spartianum. Bud.

Commeditor, aris, d. p. Idem quod ſimplex Meditor, μελετῶ. Autor ad Herenn. libr. 3. Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos aſſumpſerimus, egregiè commeditari oportebit, ut perpetuò uobis hærere poſſint. Lucretius libr. 6. Et fragiles ſomitus chartarum commeditatur, id eſt, exercet, facit, reddit.

Commemini, Idem qnòd ſimplex memini, μέμνημαι. Cic. 1. Tuſc. Ego autẽ non cõmemini, antequàm ſum nãtus, me miſerum. Idem 1. de Orat. Idem Q. Seruum Galbam, (quem hominem probè noſſe & commeminiſſe ſe aiebat) pergrauiter reprehendere ſolebat.

Commemoro, a. p. pen. corr. Commonefacio, in memoriam reduco, ἀπομιμνήσκω, ὑπομιμνήσκω, ὑπαγορεύω. Cic. in Catil. Pythagoræorumq; more, exercendæ memoriæ cauſa, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, cõmemoro ueſperi. Idem pro Quint. Nam quid hoc indignius, aut iniquius dici, aut commemorari poteſt?

Commemoratio. f. t. uerbale, ὑπόμνησις. Terentius in Andria, nam iſthæc commemoratio Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.

Commemorabilis, le, om t. Dignus qui commemoretur, ἀξιόμνησος, ἀξιολόγος. Cicer. de Natur. deor. Multaq; alia in aliis commemorabilia proferre poſſum. Plau. Pſeud. Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.

Commendo, as, a. p. ex Con, & mando. Idem quod laudo, ἐπαινῶ. & ſic duobus ferè conſtrui ſolet modis. Nam quandoq; accuſatiuũ tantùm habet. Cicer. Poſt reditum, Quum eum, præter ſimulatam triſtitiam, nulla res commendaret. Val. Max. lib. 10. Quapropter non ludicram artem commendauit. Quandoq; ultra accuſatiuum conſtruitur cum alio accuſatiuo mediante Apud, aut huiuſmodi præpoſitione: ut, Commendaui te apud prætorem. Quandoq; poſt accuſatiuum iungitur datiuus, & ſignificat quaſi charum quid cõmitto, ἐπιτρέπω. ſed nõ recedit à ſignificatione uerbi Laudo. Semper enim fit cũ charitate & laude eius, q cõmendatur. Cic. Q. Fratri, Quàm multos mecum egiſſe putas, ut ſe Statio commendarem? Plaut. Qualine amico mea commendauit bona Probo, & fideli & fido. Cic. 3. de Finib. Quorum uterq; tibi teſtamento liberos ſuos commendauit. Terenr. in Eunucho, Ego tuæ commendo & committo fidei.

Commendatus, a, um, participium. Idem quod cõmiſſus, laudatus, aut fidei alicuius concreditus. Cicc. pro Roſc. Ameri. Cui fama mortui, fortunæ uiui commendatæ ſunt atq; cõreditæ. Plancus Ciceroni, Meam dignitatem commendatam habeas rogo.

Commendatus, nomen ex participio. Cicc. pro Corn. Bald. Quis eſt enim noſtrũm, cui non illa ciuitas ſit huius ſtudio, cura, diligentia commendatior? Idem ad Brutum, Quum ipſi per ſe tibi commendatiſſimi ſint.

Commendatio, onis, f. t. uerbale. Cic. ad Lent. lib. 1. Noſtra cæterorumq; amicorum commendatione grauiſſimus iſt provincia fuit. Idem, Magna eſt hominum opinio de te, magna cõmendatio liberalitatis, magna memoria Conſulatus tui.

Commendator, Commendatrix. Qui uel quæ commendat alicui alterum. Cic. 1. de Legib. Sed profectò ita ſe res habet, ut quoniam uirorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemq; uirtutũ, ab ea uiuendi doctrina ducatur.

Commendatitius, a, um: ut, Cõmendatitiæ literæ, in quibus aliqui cõmendantur. Cic. Anton. lib. 5. Etſi ſtatueram nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias.

Commendabilis, le, Dignum quod laudetur. Col. libr. 5. cap. 6. Sed ut denſum arbuſtum commendabile fructu & decore eſt, ſic ubi, &c.

Commentaculum, culi, n. ſ. (inquit Feſtus) Virga qua in ſacris utebantur ad ſacrificia euntes, ut à ſe obuios homines amouerent.

Commenſus, Vide Cõmetior.

Commentor, Commentitius, Commentum, Vides Comminiſcor.

Commeo, as, n. ſ ex Con & Meo, aliquò cõferre, animo redeundi abire, ultra citroq; ire, φοιτᾶν. Col. lib. 1. cap 3. Qui libentius commentaturus ſit, ſi uexationem uiæ non reformider. Plaut. in Rud. Eum ad carnificem eſt æquius, quàm ad Venerem commeare. Inde Commeatus dari dicitur, id eſt, tempus quo ire & redire commodè poſſis. Lactant. lib. 5. Quid ergo interfuit, quo animo philoſophus ad meretricẽ famoſiſſimam cõmearet? Terent. in Hecyra, Nam ſenex ruſ abdidit ſe, huc rarò in urbem commeat.

Commeatilis miles dicitur, qui in ſtipendii partem accipit alimenta ex commeatu, id eſt, ex alimento publico, iuxta priorem ſignificationem uocis, Cõmeatus. Iuſtin. de Præfect. præt. Aphr. l. quas Deo. Nullum audeant Duces uel Tribuni Cõmeatilem de ipſis dimittere: ne dum ſibi lucrũ ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquam prouincias. Et infrà, Non de Commeatilibus militum, aut de eorum ſtipendiis lucrum facere.

Commeatus, us, m. q. Facultas abeundi, ſiue quod dicitur Salnus conductus, quem dat Imperator militi, præpoſitus inferiori, eundi quò uelit ad præſcriptũ diem reuerſuro, ἄδεια. Autor ad Heren. Ille qui ad diem cõmeatus nõ uenit, quòd aquæ eum intercluſiſſent. Liu. lib. 23. Magna pars ſine commeatibus dilabebatur. Aliquando accipitur pro cibariis, ad alimoniam exercitus, aut Reip. aut multitudinis, uel etiam alicuius, τροφή. Cic. pro lege Manil. Iam commeatu, & ptiuato, & publico prohibemur. Cæſ. 1. bell. Ciuil. Reliquas merces commeatusq; ad obſidionem urbis, ſi accidat, reſeruant. Aliquando pro tranſitu multitudinis. Apuleius libr. 6. Sed cuneatim ſtipato commeatu difficultates tranſabiremus.

Commercor, aris, d. p. Idem quod mercari, uel multas res ſimul mercari, ἀγοράζω,. Plaut. Capt. Pater captiuos cõmercatur alios, tantùm ſtudens, ut natum recuperet.

Commercium, n. ſ. Eſt libera commeandi, contrahendiq; facultas, conceſſa iis, qui merces ultro citroq; conuehunt, ἐμπορία. Aliter commercium eſt uicisſitudo dandi & accipiendi: à Con & Merces: mercium commutatio, quæ uictus cauſa inuenta fuit σωάπαγμα, ἀπαγή, ἐναμιξία. Plin. in Paneg. Diuerſasq; gentes ita commercio miſcuit, ut quod genitum eſſet uſquam, id apud omnes gentes natum eſſe uideretur. Accipitur & pro uſu & conſuetudine, κοινωνία, & tũc præpoſitioni Cum iungitur. Cicer. de Senect. Nec habet ullum cum uirtute commercium. Plaut. in Bacchid. Quid tibi commercii eſt cum diis damnoſiſſimis? Idem in Aulul. Quid tibi mecum eſt commercii, ſenex?

Commereo, res, n. t. uel Commereor, eris, Comitto, malè ago, delinquo, pecco, ἁμαρτάνω. Terent. in Andr. Quid feci? quid commerui? aut Peccaui pater? Vbi Donatus, Cõmerui, maioris culpæ eſt: Peccaui, multò minoris uel leuioris. Idem in Phorm. Nam ſi te ſenſerit timidum pater eſſe, arbitrabitur commeruiſſe culpam, id eſt (inquit Donatus) commiſiſſe. Idem in Hecyra, Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim? Quæ nunquam quicquam erga me cõmerita eſt pater, Quod nollem: & ſæpe quod uellem meritam ſcio. Vbi Donatus, Aduerte (inquit) proprietatem Cõmerendi & Merendi. Mereri bona dicimus, Cõmereri mala, id eſt, delinquere, peccare. Ergo hic Meritam, pro præſtitiſſe dixit. Cicero de Orat. Interrogabatur reus, quam quaſi æſtimationem cõmeruiſſe ſe maximè diceret. Interdum etiam in bonam partem accipitur pro mereri. Plautus in Moſtel. Quid grauaris, quaſi gratiam non commeream?

Commetior, tiris, de. q. Idem quod metiri, μετρέω. Cic. de Inuent. Nam ſæpe oportet cõmetiri cum tempore negotiũ, & uidere poteritne aut magnitudo negotii, aut multitudo rerum in eo transfigi tempore.

Commenſus, us, ui, m. q. Symmetriam ſignificat. Vitruuius libro 3. cap 1. Reliqua quoq; membra ſuos habẽt commenſus proportionis, &c.

Commeto, as, penult. corre. Vetuſtiſsimi dixerunt pro cõmeo, hoc eſt, eo, aliquò me confero, φοιτᾶω. Næuius, Quum ad lupam noſtram tam multi crebrò commetant lupi.

Commigro, as, n. p. Idem eſt quod migro, & habitationem in locum aliquem transfero, μετοικίζω, Terent. in And. Mulier quædam abhinc triennium cõmigrauit huc uicinia. Liuius 5. ab Vrbe, Quid ſi non Galli hoc, ſed ueteres hoſtes ueſtri Acqui, Volciue faciant, ut, Commigrent Romam? Cic. ad Quint. fratr. lib. 2. Sed ut ſpero, paucis menſibus poſt Calend. Quintiles in tuam commigrabis.

Commilitones, m. ſ. Dicuntur, qui ſimul militant, συστρατιῶται. Suetonius in Cæſar. Nec milites ſuos pro concione, ſed blandiore nomine cõmilitones appellabat, tanquam & ipſe unus eſſet ex numero militum. Cic. pro Deiot. Hic uerò adoleſcẽs, q meus in Cilicia miles, in Græcia cõmilito fuit.

Commiles, tis, Cæſar bell. Ciuil. Commilites q; nonnulli gra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uiores sermones militum uulgò durius accipiebant.

Cõmilitium, n, s. Ipsa belli societas, *συμμαχία, συστρατεία*. Iustinian. libr. 1. Deinde cogitatione legum sacrarum, tum uetusti per tot bella cõmilitii, orat misereatur ciuium exulum. Tacitus lib. 1. Chauci quum auxilia pollicerentur, in cõmilitium adsciti sunt. Apud Apuleium etiam Commilitia legitur, fœmin. gen.

Comminiscor, d. t. Fingo, uel excogito: ab antiquo uerbo Meniscor: unde & Reminiscor, *συμπλάττω, πορίζομαι*. Terent. in Hecyra, Aliquid tuliſſe cõminiſcentur mali. Cicc. 4. de Finib. Ille enim occurrentia nescio quæ cõminiscebatur. Liu. 7. bell. Maced. Nihil aduersus tale machinationis genus parare aut cõminiſci oppidani conabantur.

Commentus, participium actiuæ significationis. Cicer. 2. de Natura deor. Monogrammos deos & nihil agentes cõmentus est Epicurus.

Commentus, passiuè. Ouid. 6. Metamorp. Dat gemitus fictos, commentaq; funera narrat.

Commentor, aris, ari, d. p. frequentatiuũ est Cõminiscor, Cogitare, tractare, mentionem facere, disputare, *διαλαμβάνειν, πραγματεύεσθαι*. Cic ad Attic. lib 4. Veruntamen idipsum mecum in his locis cõmentor, ut ista improbem. Idem in Læl. Quum in horto D. Bruti commentandi causa, (ut assolet) ueniſſemus, hoc est, tractandi uel disputandi. Interdum significat comminiſci, confingere fallaciam, *πλάττειν*. Plaut. in Casin. Vt citò cõmentatus est, ecquid te pudet? Interdũ commentarium scribere, scribendo aliquid cõponere, *ὑπομνηματίζειν*. Plin. lib. 18. cap. 25. Id eo ipso anno, quum commentaremur hęc, notatum est, prouentum eorum ter repetito frigore extinctum.

Commentatus, participium, quod modò passiuè accipitur. Cic. ad Tironem lib. 16. Is q; diu, & multis lucubrationib. cõmentata oratione, uide ut probare possitis te nõ peccasse. Modò actiuè. Cic. Attic. lib. 4. Quum in uilla Metelli complures dies commentatus esset.

Commentatio, uerbale, Meditatio, atq; contẽplatio. *σκέψις*, Cic. 1. Tusc. Tota enim philosophorũ uita, ut ait idem, cõmentatio mortis est.

Commentariensis, dicitur is, qui cõmentarios custodiarum, hoc est, eorũ qui in custodia detinẽtur, conficit, & ad quem periculum reorum, si quis elabatur, pertinet. Bud.

Commentarium, n. s. Cõmentarius, & Cõmentarii, orum, plurali numero, pro una eademq; significatione sumuntur, scilicet pro libris in quibus non latè diffuseq; res, sed quàm breuissimè possunt, explicantur, simpliciterq;, & quasi per capita describuntur, *ἀπομνημονεύματα, ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμοί*. Cic in Brut. Non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius. Sic Cæs. Cõmentaria dicuntur, quos Plutar. *ἐφημερίδας* appellat, inquiens, *καίσαρ ἐν ταῖς ἐφημερίσι γέγραφεν*: in quibus ad exequendam historiã aliis uidetur materiã subiecisse. Vnde Sen. lib. 3. De clu. Sine cõmentario nunquam dixit Seuerus Cassius, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Gell. Est adeò Probi Grammatici cõmentarius satis curiosè factus. Et iterum, Nonnulli Grammatici qui cõmentaria in Vergilium composuerunt. Idem noster Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgiam Platonis composuit, scriptum reliquit. Præterea Cõmentarius quandoq; dicitur ipse commentator, *ὑπομνηματιστής*, hoc est, qui cõmentarios composuit. Seruius super primo Georg. Superfluam mouent quæstionem commentarii. A Commentarium, fit diminutiuum Commentariolum, *ὑπομνημάτιον*. Cic. 4. de Finibus, Quæ quidem res efficit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neq; à commentariolis suis discedere.

Commentitius, a, um, Fictum, & ad tempus commentum, & excogitatum, *πλασματώδης, ἀνάπλασμα*. Cic. 1. de Orat. Vt si in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur. Idem 4. Academ. Néue fueris commentitiis rebus assensus.

Commentor, oris, m. t. uerbale, Qui aliquid comminiscitur, siue excogitat: ut, Vuæ cõmentor dicitur Bacchus, id est, inuẽtor. Ouid. 3. Fast. Luce sua ludos uuæ cõmentor habebat.

Commentum, n. s. significat fictionem, uel aliquid ingeniosè excogitatum. *σκῆψις*. Terent. in And. Atqui ipsis commentum placet. Cic. de claris Orat. Vt sua commenta, & scripta meminisset. Deducitur à uerbo Comminiscor, quod facit supinum Commentum.

Comminiſtro, as, are, n. p. Idem quod miniſtrare, *ὑπηρετῶ*. Plinius lib. 28. cap. 8. Super omnia est, quòd extremam fistulam intestini contra iudicum ac potestatum iniquitates commonstrant, & ad successus petitionum, iudiciorumq;, ac litium euentus.

Comminor, aris, ari, d. p Idem quod minor, *ἀπειλῶ*. Sueto. in Cæsare. capite 62. Vt aquilifero moranti cuspide sit comminatus.

Cõminatio, uerbale, *ἀπειλή*. Plin lib. 8. cap. 45. Tauris in aspectu generositas, torua frõte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus, sed tota cõminatio prioribus impedib. stat, ira gliscente alternos replicans, spargẽsq; in altum arenam, & solius animaliũ eo stimulo ardescens. Cic. 3. de Orat. Orationis autem ipsius tanquam armorum est, uel ad usum comminatio, & quasi petitio, uel ad uenustatem ipsa tractatio.

Comminuo, nuis, a. t. *συντρίβω, διακρούω*. Plaut. in Bacc. Nisi mauultis fores & postes comminui securibus. Plin. lib. 20. cap. 4. Satiui uerò decocti, mane poti, ad ternos cyathos, comminuunt, & eliciunt calculos.

Commĩus, Vide Cominus.

Commiſceo, sces, scere, n. s. Idem quod permiscere, *συμμίγνυμι*. Plaut. Persa, Commisce mulsum, struthea, coluteaq; appara. Cic. 2. de Natura deor. Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptissimæ, & in mare, & in fœmina cõmiscendorum corporum mirę libidines.

Commiſtus, participium, *συμμικτός*. Verg. 2. Georg Magnus alit magno commistus corpore fœtus.

Commiſereſco, scis, scere, n. s. Idẽ quod miserescere, *οἰκτίζω*. Teren. in Hecyra, Ibi demum ita ægrè tulit, ut ipsam Bacchidem, Si adesset, credo ibi eius miserescceret.

Commiſeror, aris, ari, d. p. Idem quod miserari, seu misericordiam mouere. *οἰκτείρω*. Cicer. in Verr. Quid quum commiserari, conqueri, & de illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit?

Commiseratio, uerbale. Cic. 1. de Orat. Quid de Q. Regis commiseratione dicam?

Commiſſus, Commiſſuræ, Vide Committo.

Commiſtor, à Commisceo, Vide Misceo, *συμμικτός*.

Commitigo, as, a. p. penult. corr. Significat mitigare, *κατα μαλάσσω*. Terent. in Eunuc. Tibi uti cõmitigari uideam sandalio caput. Vbi Donat. Commitigari, est tondendo deprimi, atq; deponi.

Commitile, compositum. Pompon. Præcone posteriore. Si sciam quid uelis, quasi serui commitilis. Nonius.

Committere, pro tradere. Vlp. de Off. præf. urbi, l. 1. paragr. Cùm urbem nostram fidei tuæ cõmiserimus. Cõmittimus, inquit Donat. quæ cum magno periculo uolumus seruata.

Committo, tis, a. t. Alicuius fidei trado, *ἐπιτρέπω, πιστεύω*. Terent. in Eunuch. Quem lupo cõmisisti. Idem in And. Bona nostra hæc tibi cõmitto, & tuæ mando fidei. Ibidem, Nec satis digna cui committas primo partu mulierem. Quandoque Cõmittere est iniungere aliquid faciendũ, & quasi commendare, *ἐπιτάττειν*. Cic. lib. 6 Epist. Fam. Neq; te impedio, quò minus susceptum negotium pro tua fide & diligentia, ex uoluntate Cæsaris, qui tibi rem magnã difficilemq; commisit, gerere possis. Idem pro domo sua, Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem sunt commissa. Quandoq; peccare, *πλημμελεῖν*. Cic. in Verrẽ, Ego etiam, quæ tu sine Verre cõmisisti, Verri crimini daturus sum. Verg. 1. Aen. Quid meus Aeneas in te committere tantum? Quid Troës potuere? Quandoq; sociare, coniungere, *συνάπτειν*. Verg. 3. Aeneidos, Delphinum caudas utero cõmissa luporum. Quandoq; facere, perpetrare, *ἐπιδείκνυσθαι*. Sallust. in Cat. Sempronia, quæ multa sæpe uirilis audacię commiserat. Quandoq; incipere, *ἐσβάλλειν, κινδυνεύειν*. Verg. lib. 1. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. Sallustius, Quibus dictis mox prælium cõmisere, *πόλεμον καθίσαντο*. Quandoq; idem quod permittere, uel occasionem præbere, *προσήκειν*, Idq; ferè negatiuè, subsequente particula Vt. Cic. ad Attic. lib. 1. Non committam posthac ut me accusare de epistolarum negligẽtia possis. Idem 6. Philip. Ego nolo ciuem cõmittere, ut morte mulctandus sit. Aliquando etiam sine negatione. Idem lib. 2. Offic. Periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famã, committere ut accusator nominetur. Quandoq; in contentionem deducere, *συμβάλλειν, συγκρούειν, συνέρχεσθαι*. Suetonius in Calig. Nec cessauit ex eo criminari alterũ alteri, atq; inter se omnes

se omnes committere, id est, in certamen mittere. Committere prælium, est præliari, μαχεῖσθαι. Cic. lib. 4. Epistol. Famil. Sed ut rationem ineo, quo die prelium Pansa commisit, eodem die à Gadibus naues profectæ sunt. Propriè tamen ratione præpositionis Con, significat simul mittere, siue simul iungere, συσσυνύναι. Gellius, Gordium nomen est urbis quâ Sangarius amnis interfluit, magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulæ præbet: ac nisi tenue discrimen obiiceret, maria quæ nunc diuidit, committeret. Vide plura de hoc uerbo apud Vallam lib. 1. cap. 38. & lib. 3. cap. 62.

Commissa dicitur, quę contra contestatoris uoluntatem facta aut non facta ab hærede, mulcta aliqua pœnaq; plectuntur, autor Ascon. Idem

Commissus, participium. Cic. pro Fonteio, Atq; ita ut cõmissus sit fidei, permissus potestati. Verg. 5. Aeneid. Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Committendus, aliud participium. Cic. ad Attic. lib. 10. Fortunæ sunt committenda omnia, sine spe conamur ulla.

Commissum, substantiuum, Delictum, peccatum, ἁμάρτημα Cic. pro Sylla, Ecquid huius factum aut commissum, nõ dicam audacius, sed quod cuiquam paulò minus cõsyderatum uideretur. &c.

Commissio, onis, uerbale, Quo propriè significatur binorum uel pugilum, uel musicorum, uel poëtarum, uel rhetorum exhibitio, ad artis aut uirium ostentationẽ. Huiusmodi autem certaminibus Prætores, uelut Agonothetæ præsidebãt. Sucronius in Augusto, Componi aliquid de se, nisi & seriò & à præstantissimis offendebatur: admonebatq; Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolescere. Plin. Epist. 144. Proximis sacerdotalibus ludis productis in commissione pantomimis, quum simul theatro ego & Quadratus egrederemur, &c.

Commissorius, a, um: ut, Lex commissoria, id est, exceptio adiecta actioni, cõtra quam si quid commissum fuerit, cõuentio rescinditur. Vide Vlp. in l. Si fundus. ff. de leg. cõmiss.

Commissuræ, f. p. Iuncturæ, quales sunt tabularum & aliarum rerum, ἁρμογαὶ, ἁσκλουχίαι. Cic. de Vniuers. Deinde in orbem torsit, ut & ipse secum, & inter se ex commissura, quæ è regione esset, iungerentur. Idem 2. de Nat. deor. Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad actus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem?

Commoditas, Commodo, Vide in sequenti dictione.

Cõmodum, di, n. s. penultima correpta, Vtile, emolumentum, opportunitas, ὠφέλεια, χρήσιμα. Cuius contrariũ est Incommodum pro damno, δυσχρήσημα. Lib. 2. ad Herenium, Causa est, quæ induxit eum cõmodorum spe, aut incommodorum uitatione. Et infrà, Hic accusator in spe cõmodi cupiditatem ostendet aduersarii, & in uitatione incommodi formidinem augebit. Quandoq; Commodum dicitur bonum, aptum, coueniensq; quasi cum modo & ratione, ἐμμέτρως: Incommodum, malum, ineptum, atq; inconueniens. Pro quibus etiam in usu sunt Commoditas & Incommoditas. Terentius in Andria, nempe Incommoditas denique huc omnis redit. Si euenerit (quod dii prohibeant) discessio: At si corrigatur, quot commoditates, uide. Aliquando utrouis modo accipi possunt, ut apud eundem in Hecyra, Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum est ferre. Inuenitur etiam Commodùm aduerbium, & significat Iam tunc, id temporis, eo momento, κατὰ ταυτό. Apuleius, Commodùm limen euaserant, & fores ad pristinum statum integræ resurgunt. Idem lib. 1. Igitur inefficaci celeritate fatigatus, cõmodùm uespera oriente ad balnea processeram. Gellius libro 2. Taurus sectatoribus commodùm dimissis, sedebat pro cubiculi foribus. Cõmodùm sequente Quum, significat Vix, uel tantùm. Cicero Attic. Commodùm discesseras heri, quum Trebatius uenit. Item pro opportunè. Plaut. Mercat. Cõmodùm obuiàm uenies patri. Item in Mil. Hem, teipsum quæro, commodùm uir lepidissime.

Commodè, Idem significat: ut, Commodè agere, audire, dicere, &c. id est, bene, uel optimè, aptè. Famil. lib.. Sed ex illo Senatusconsulto, quod te referente factum est, tibi decernit ut regem reducas, quod commodè facere possis, id est, commodo tuo, facilè, sine molestia. Quo loquendi modo quasi per parenthesim interposito, uti solemus.

Commodius, & Commodissimè. Cicero ad Atticum libro 15. Posthac enim poterimus commodius colere in Tusculano. Hinc etiam formauit Plautus in Sticho diminutiuum Cõmodulè, hoc conuiuiũ est pro opibus nostris, satis cõmodulè nucibus, fabulis, faculis, Olea, interrupto, lupillo, &c.

Commodus, commoda, commodum, Vtile, aptum, tempestiuum, siue opportunum, πρόσφορος, ἐπιτήδειος, δεξιός. Terentius in Andria, Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non uidi. Vbi Dauus admiratur, quòd in ipso articulo periculi superuenerit Crito. Plinius in Epistolis, Hinc illa ita funus parauit, ita duxit exequias, ut ignorarit maritus: quinimò & quoties cubiculum eius intraret, uiuere filium, atque etiam commodiorem esse simulabat, id est, paululum iam è morbo esse confirmatum. Cornelius Celsus. Sed inter omnia maximè commodum est modicè exercere.

Commoditas, f. t. Aptitudinem quandam conuenientiamq; significat & utilitatem, ἐπιτηδειότης. Cic. 4. de Finib. Sed nõ sunt in genere tantæ commoditates corporis, tamq; productę temporibus, tamq; multę. Ouid. Epist. 15. Cogimur ipsius commoditate frui.

Commodo, as, penultima correpta, Obsequor, cõmoditati alicuius inseruio, seu commoditatem præsto, σωωφελέω. Cicero ad filium, Cui ego quibuscunq; rebus potero, libentissimè commodabo. Cicero Cæsari, Quicquid ei commodaueris, erit mihi gratum. Contra Incommodo, molestus sum, & noceo significat, βλάπτω. Terentius in Andr. Magis adeò, ut mihi incommodet, quàm ut obsequatur gnato. Commodare item, Est utendum dare, hoc est, alicuius rei usum ad tempus concedere, χρῆσαι, κιχάναι. Cicero, Dando & accipiendo, mutuandisq; facultatibus, accommodandis nulla re egemus. Nec rei tantùm mobilis commodatio dicitur. ut Vlpianus existimauit, sed etiam soli. Plautus, Quum ædes pauperi accommodasset. Libr. 4. ad Herenn. Ait cuidam ædes maximas ad nuptias commodasse. Et licet (ut multi asserunt) commodentur, quæ redduntur in eodem numero & specie, ut uestis, equus, liber: mutuentur quę non redduntur eadem numero, sed specie, ut uinum, frumentum, numi, Cicero tamẽ in Verr. Act. 6. usus est etiam de iis, quæ non eadem redduntur, sed similia. At publicè (inquit) commodasti non sine magno quidem prouinciæ Siciliæq; detrimento, tritici modios sexaginta.

Comodata res, Propriè intelligitur, si nulla mercede accepta uel constituta, utenda res data est, χῆμα, κιχρήσιμον. Nam commodatum debet esse gratuitum. Hinc Commodatarius, cui res data est cõmodato.

Commœreo, neutropass. s. Totus, uel in totum tristor, καταλγῶ. Plautus in Epidim. Nescio Aedepol quid tu timidus es, trepidas Epidice, Ita uoltum uideor uidere commeruisse.

Commolior, iris, iri, Idem quod molior, μηχανῶμαι. Cic. 3. de Natura deor. Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar, Scio quicquam.

Commolo, lis, lere, a. t. Mola contero, σωλοκόπτω. Col. lib. 12. cap. 50. Cauendum est itaque, ne ex eo fiat oleum cibarium, quod uno modo uitari poterit, si protinus illata de agro baca, cõmolita & expressa erit.

Commŏnĕo, es, ui. a. s penult. corr. Idem quod admoneo, & costruitur cum genitiuo, ὑπομιμνήσκω. Quintil. Grãmaticos sui officii cõmonemus. Terẽt. in And. Aliorũ exempla commonent. Ad Heren. lib. 4. Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonii commonebant.

Commonitorium pro cõtentione tacita, & absq; scriptura facta, apud Cod. Theodos. Cuius quoq; Iustiniani Codice mẽtio est. l. 1. C. de suffrag.

Cõmonitus, participium. Liu. 4. bell. Maced. Cõmonitosq; in quo statu rerũ accepisset eos, & in quo relinqueret, dimisit.

Commonitio, uerbale, ὑπόμνησις. Quint. lib. 4. cap. 2. Non inutilis erat in extrema parte cõmonitio.

Commonefacio, cis, act. t. Commoneo, in memoriam adduco, ὑπομιμνήσκω. Sallustius in Cic. Videlicet ut nos commonefacias quàm conuersa si Respublica, quum in ea domo habitares, &c. Huius passiuũ Cõmonefio. Cicero 7. in Verrem, Nemo est quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Commonstro, as, are, a. p Idem quod simplex monstro, δείκνυμι. Terentius in Heauton. Parentes meos ut commonstres. Cic. 1. de Orat. Si aurũ cui, quod esset multifariàm defossum, cõmonstrare uellem.

Commordere, Idem quod simplex mordere, δακνῆμι. Plin. lib. 24. cap. 12. Nomẽ accepit, quòd à cane cõmorsos rabiem sentire non patitur.

Commorior, reris, Simul morior, συναποθνήσκω. Plin. lib. 2[illegible]

cap.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cap.2. Mirumq; exitialia per se ambo quum fuerint duo uenena, in homine cõmoriuntur, ut homo supersit.

Commorientes, Nomen fabulæ Plauti. Terentius in prologo. Adel. Synapothneſcontes Daphili comœdia est, Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Commõror, raris, d.p. Idem cum simplici Moror. χρονίζω. Cic. ad App. lib.3. Fuitq; mecum familiariter triduum illud, quo ego Ephesi commoratus sum. Idem in Orat. Vt uersetur sæpe multis modis eandem & unã rem, & hæreat in eadem, commoretur q; sententia. Cõmorari aliquem, est detinere, & in mora tenere, ἀνέχεσθαι. Plautus Merc. Malè facis, properantem qui me cõmorare, sol abit.

Commoratio uerbale, Quod interdum pro habitatione sumitur. Cic. ad Leptam lib.6. Nam & uilla, & amœnitas illa commorationis est, non diuersorii. Interdum pro mora, seu tarditate. Cic. Quint. fratr. lib.1. Quòd multos dies epistolam in manibus habui, propter cõmorationem tabellariorum. Cõmoratio, figura Rhetorica. Autor ad Heren. libr.4. Commoratio est, quum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eodem sæpius reditur.

Cõmortalis, le, om. t. ut, Cõmortalis natura, Col. libr.3. cap.20. Sed interdum (quod ait diuinus autor Plato) rei nos pulchritudo trahit, uel ea consectandi, quæ propter infirmitatem cõmortalis naturæ consequi nequeamus.

Commosis, penultima producta, κόμμωσις, Primum melli ficii fundamentum, ex tenaci & uiscosa cõstans materia: ita dictum à Græco nomine κόμμι, quod nos Gũmi dicimus. Vide Plin. lib.11. cap.7.

Commõueo, a.f. penult. correp. Perturbo, ἀνταράττω. Terentius in Andria, Commoui hominem. Interdum significat à proposito deflecto, & quod nolo, persuadeo, Cicero libro 1. Epistolar. Visi sumus Senatum commemoratione tuæ uoluntatis erga illum ordinem commouere. Interdum lædere. Columella lib.2. Ne in radicem maiore nixu uomis impactus colla commoueat. Interdum recedere, ἀποχωρῶν. Cicero Tironi, Tu & cura ut ualeas, & te isthinc ne temere commoueas.

Cõmotus, participium, Idem quod motus, uel cõcussus. Cõmotæ columnæ, apud Cic.3. in Verr. Tripodes cõmoti. Seneca in Medea, tripodas agnosco meos. Fauente cõmotos dea. Nonnunquam idem quod perturbatus. Terentius Phorm. Quidnam ille cõmotus uenit.

Commotior, comparatiuus. Cic. de clar. Orat. Habitus est sanè (ut ita dicam) lucnlentus patronus, asper, maledicus, genere toto paulò feruidior atq; cõmotior.

Commotio, uerbale, Perturbatio: ut, Cõmotio animi. Cic. lib.3. Tusculanarum, Alicui rei cõmotionem iniicere. Quintil. lib.5. cap.10.

Cõmotiuncula, diminutiuum. Cic. ad Attic. lib.12.

Commulceo, ces, n.f. Mollio, placo, καταψάω, κατακηλῶ. Gellius libr.7. cap.3. In principiis autem patroni, qui pro reis dicunt, cõciliare sibi & complacare iudices debent: sensusq; eorum expectatione causæ suspensos regẽtes, honorificis uerecundisq; sententiis cõmulcere, non iniuriis atq; imperiosis cõminationibus confricare.

Communio, nis, nire, Circummunire, περιφράττω. Plaut. Rud. Oppidum magnum cõmunibo. Cæsar, Præsidia disponit, castella cõmunit, quò facilius, si se inuito transire conarentur, prohiberi possit.

Communitus, participium, Septus, firmatus, fultus. Cic.3. in Verr. Situs urbis cõmunitus & præclarus ad aspectum. Idem pro Cecinna, Quid refert habere fundum, si parum sit communitum ius?

Communis ne, om. t. Quod multorum est, & non priuatum ab iisdem muniis, siue muneribus, κοινός: unde & Immunis deducitur. Vsus eius multiplex est. Interdum ponitur sine casu. Cic. Offic.1. Magnum est enim eadem habere monimenta maiorum, eisdem uti sacris, sepulchra habere cõmunia. Interdum cum datiuo. Plaut. in Rudent. Mare quidem commune certum est omnibus esse. Cum datiuo, & ablatiuo, præeunte præpositione Cum. Cic. Famil.3. Cum patronõ Epicureo mihi omnia cõmunia sunt, nisi quòd in philosophia uehementer ab eo dissentio. Et aliquando sine datiuo. Cic. de Senect. Quod illud est crimen senectutis, quum illud uideatis cum adolescentia esse cõmune. Cum genitiuo. Terent. in Adelph. Cõmune omnis uitium, quod nimium ad rem attenti sunt senes. Cic. in Verr. Communis omnium inimicus. Cum præpositione Inter. Terentius in Adelphis, Nam uetus uerbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia. Communes dies, apud ueteres erat, qui alio nomine uocabãtur intercisi, κοιναὶ ἡμέραι: ita dicti, quòd diis hominibusq; essent cõmunes. Erat enim medii inter festos, & profestos: & quibusdam horis fas erat ius dicere, quibusdam non. Nam quum hostia cædebatur, fari nefas erat: cæsa autem & porrecta fari licebat: rursus quum adolebatur hostia, non licebat.

Commune, nis. subst antiuè, pro cõmuni Republica, inquit Asconius, κοινὸν. Cic.3. in Verr. Pro Quæstore uerò quomodo iste cõmune Myliadum uexarit, &c. Idem 4. in Verrẽ, Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare auderet, quum uidere statuas à negotiatoribus, ab aratoribus, à communi Siciliæ.

Communiter, aduerbium, κοινῶς. Cic. de Senect. Quo uterque nostrũm cõmuniter uteretur. Cic.2. Offic. Admirantur igitur cõmuniter illi quidem omnia, quæ magna, & præter opiuionem suam animaduertunt.

Communitas, tatis, f. t. κοινότης: ut, Communitas uitæ & uictus. Cicero 6. Philip. Quæ uobis potest cum hoc gladiatore, conditionis, æquitatis, legationis esse cõmunitas? Consociatio hominum atque cõmunitas. Cic.1. Offic. Communitas homini cum Deo, Cic.1. de Nat. deor.

Cõmunio, onis, s. t. Idem quod cõmunitas, uel participatio. Cicero pro Corn. Balb. Ita mihi maximè cõmunionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis continere uidetur. Idem 1. de Legibus. Inter quos porrò est cõmunio legis, inter eos cõmunio iuris est.

Communico, as, a.p. pen. corr. à nomine Cõmunis, significat cõmune facere, participare, cõferre, impartiri, ut quũ quod priuatum est, fit uniuersorum, κοινωνέω, κοινόω. Varia huius uerbi constructio est. Cum accusatiuo. Cicero de Amicitia, Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas patiens, cõmunicansq; leuiores. Cum accusatiuo & ablatiuo habente præpositionem Cum, Cic. pro Corn. Balb. Est enim in populum Rom. graue, non posse uti sociis excellenti uirtute præditis, qui uelint cum periculis nostris sua cõmunicare. Idem Famil.10. Nam, ut illa omittam, quæ ciuitate teste feciſti, quum mecum inimicitias cõmunicasti, id est, quando ostendisti te etiam esse inimicũ aduersariorum meorum, &c. Idem ad Attic. Nihil mihi scito nunc tam deesse, quàm hominem eum, qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, unà cõmunicẽ, id est, cum quo ea loquar, quæ uehementer me iam solicitant. Cum accusatiuo & præpositione Inter. Cic. Sed hæc (ut spero) breui inter nos, cõmunicabimus. Interdum præter præpositionẽ Inter, uel Cum, habet & alteram præpositionẽ De. Cic. Fam.15. Tum ut quibus de rebus uellemus, tu tuis, ego meis inter nos cõmunicaremus. Idem Lentulo, Fam.1. Etenim Pompeium, qui mecum sæpissimè non solùm à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te cõmunicare solet, scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse.

Communicatio, Verbale. Cic. pro Corn. Balbo, Cuius autoritate & exemplo nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio, & cõmunicatio ciũitatis.

Cõmunicatio rerum fungibiliũ, quia nihil aliud est quàm relatio, ideo præceptor noster Zasius (quẽ illustris Baro à Tautenbergo alicubi cõmendat, ob ueterem ac bene fundatam peritiam, ac etiam anxiè diligentis censuram amplectitur) genus unum & genera tria in rebus fungibilibus esse dixit. Quod Appellus candidissimus cõmendat ceu admodũ uerè & probè dictum, si ad diuersitatem retuleris categoriarũ. Aliter cõmunicatio est quasi cum his ipsis apud quos dicas deliberatio. Commutationem uide in constitutione translatiua. Cic. de Orat.

Commurmuro, ras, Idem quod simplex Murmuro, μορμύρω. Plin. lib.10. cap.23. Pythonos comen uocant in Asia Patentibus campis, ubi congregatæ inter se cõmurmurant. Silius lib.15. Clauso cõmurmurat ore.

Cõmurmuror, aris, deponens. Cic. in Pisonem, Ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, ut scriba ad ærarium quĩ eas retulit, præscriptis rationib. secum ipse caput sinistra manu perfricans cõmurmuratus sit, &c.

Commũto, as, a.p. pen. prod. Idem quod muto, permuto, ἀπαλλάσσω, καταλλάσσω. quod sit quum una res pro alia datur: quumq; quis alteri quod habet, concedit, ut aliud quippiam assequatur. Cic.5. Verr. Vt non modò eorum agris uectigal nouũ nullũ imponerẽt, sed ne legẽ quidẽ uenditionis decumarũ, néue uendundis aut tẽpus, aut locũ cõmutarẽt. Plin. in Epist. Librũ tuũ legi, & quàm diligentissimè potui, annotaui,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

annotaui, quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer. Commutare uerba, μεταβάλλειν τοὺς λόγους. Eſt pro bonis diſtis mala ingerere, id eſt, iracundia in maledicta cõpelli, alter cari, & iurgia habere, φιλονικεῖν. Teren. in And. Nunquã hodie tecum commutaturum patrem unum eſſe uerbum. Idẽ in Andria, Vt eſt ille bonus uir, tria non commutabitis hodie uerba inter uos.

Commutabilis, le. Quod facilè mutatur, μεταβλητὸς. Cicer. de Amic. Nam quum amicitię uis ſit in eo, ut unus quaſi animus fiat ex pluribus, quí fieri poterit, ſine in uno quidem quoq; unus animus erit, idemq; ſemper, ſed uarius, commutabilis, multiplex.

Commutatus, us, ui, uerbale, μεταβολὴ. Lucret. lib. 1. quapropter quoniam quæ diximus antè In commutatũ ueniunt.

Commutatio, nis, f. t. aliud uerbale eiuſdem ſignificationis. Cæſar 5. bell. Gall. Propter crebras commutationes æſtuum. Eſt & commutatio Rhetorum figura, de qua uide ad Herennium lib. 4.

Cõmo, is, pſi, ptum, a. t. Significat comam compono, orno, κομῶ. Terent. in Heautont. Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. Ou. 2. Amor. Comere ſed ſolas dignas Cypaſſideas. Tibul. lib. 1. Nec nitidum parca compſerit arte caput.

Comptus, a, um, Ornatus, politus, κεκαλλωπισμένος. Plaut. in Mil. Capite compto, crines uittasq; habeat. Verg. 10. Aeneid. Sanguine turpantem comptos de more capillos. Lucan. lib. 10. Quem formæ confiſa ſuæ Cleopatra, ſine ullis Triſtis adit lachrymis, ſimulatum compta dolorem, &c. Vnde diminutiuum Comptulus, κομψός.

Comptus, huius comptus, uerbale, ut, Virginei cõptus, apud Lucretium, lib. 1 id eſt, cultus puellares.

Cõmœdia, f. t. κωμῳδία, Fabulæ genus, ciuilis priuatæq; uitæ imaginem, uelut in ſpeculo repræſentans, quemadmodum contrà in Tragœdia, regum præcipuè & aulicorum mores depinguntur. Nam in Comœdia non niſi humiles, aut ſaltẽ priuatæ perſonæ: in Tragœdia uerò principes, heroës, atque adeò dij ipſi introducuntur. Quòd ſi in Comœdia, deorum aut principum perſonas contingat admiſceri, eæ non propriè Comœdiæ, ſed Tragicocomœdiæ appellantur. Ad hæc, in Comœdia turbulentum principium læta ferè excipit Cataſtrophe: contra, Tragœdiæ triſtiſſimus ferè eſt exitus. Dicta eſt autẽ Comœdia ἀπὸ τῶν κώμων, hoc eſt, à uicis, ut quidam uolunt: propterea quòd Athenienſibus nõdum in urbem coactis, & adhuc per uicos diſperſis, prima poëmatis huius rudimenta à iuuentute inuenta credantur: ſiue ut alij malunt, à Como laſciuiæ & comeſſationis deo: cui iuuentus indulgens, rudia & inculta carmina profundebat: quibus quos uidebatur, nominatim perſtringebat. Verùm quum eo genere licentiæ Poëtæ nimis petulanter abuterentur, atq; optimi cuiuſq; nomen inuaderent, lege cautum eſt, ne hoc poëmatis genere cuiquam in poſterũ uti liceret. Vertère ergo ſtylum (ut inquit Horatius) formidine fuſtis: & in ueteris Comœdiæ locum noua ſucceſſit, in qua ficta argumenta tractare cœperunt, Humanæ uitæ ſimilitudinem, ueluti penicillo quodam exprimere. Cic. 1. Offic. Duplex omnino eſt iocandi genus, &c. Alterum elegans, urbanum, ingenioſum facetum: quo genere non modò Plautus noſter, & Atticorum antiqua Comœdia, ſed etiam Philoſophorũ Socraticorum libri referti ſunt. Idem de Clar. Orat. Eius improbitatem ueteres Atticorum Comœdia notauerunt.

Comœdus, di, m. ſ. κωμῳδὸς, Qui repræſentat Comœdias, ſiue Comœdiarum actor: ſicut Calliopius apud Ter. & Q. Roſc. apud Cic. Facere Comœdum in pronuntiando, Quint. libr. 2. cap. 12. Fieri Comœdũ ex peſſimo hiſtrione, Cic. pro Roſc. Comœdo.

Comicus, κωμῳδοποιὸς, κωμικὸς, Qui Comœdias componit, ut Terent. Plautus, & ſimiles. Plin. lib. 15. cap. 1. Hoc erat celeberrimum Menandri poëtæ comici ætate.

Comicus, a, um, adiectiuum: ut, Comicus uerſus. Plin. lib. 14. cap. 14. Artificium comicum, Cic. pro Roſc. Comœdo, Nemo enim illum ex truncо corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat. Res comica, Horat. in Arte. Verſibus exponi tragicis res comica non uult.

Comœdicè, abuerbium, ſignificat manſuetè, ſuauiter, κωμῳδικῶς, κατὰ κωμῳδίαν. ſicut Tragœdicè, crudeliter. Plautus, Euge aſtitiſtis, & dulcè, & comœdicè. Feſtus.

Comoſandalos, κομοσάνδαλος. Flos eſt quã notiore nomine Hyacinthũ nominamus, ut tradit Pauſan. ex quo Hermionenſes ſolennibus Chthonię deę feſtis coronas cõplicabant.

Comoſis, Vide Commoſis.

Comoſus, Vide Coma.

Comotriæ, κομότριαι, Latinè cõptrices dici poſſunt, uel ornatrices, quæ ornandæ comæ habẽt peritiã. Romæ Veſtæ miniſtræ, autore Feſto, Comotriæ dictæ fuerũt, quæ ſex erãt numero, ut ſingulæ partes populi, ſingulas haberent Sacrorum miniſtras.

Comotrion, κομότριον. Dicitur inſtrumentum quo comptrices capillos adornant. Latinè Calamiſtrum appellatur, uel Diſcerniculum.

Compactus, Compactio, Compactilis, Vide Compingo.

Compago, ginis, & Compages, compagis, f. t. pen. prod. Cõiunctio & compoſitio, ἁρμονία. Ouid. 1. Metam. Atq; ita diſparibus calamis compagine ceræ Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ. Cic. de Senect. Nam dum ſumus in his incluſi cõpagibus corporis, munere quodam neceſsitatis, & graui opere perfungimur. Pacuuius, Saluete gemini mei compages ſanguinis. Verg. 1. Aeneid. compagibus arctis Claudẽtur belli portæ.

Compagino, as, a. p. penult. corr. Coniungo, copulo. à nomine Compages, ſiue Compago, quæ coniunctionem ſignificant, συναρμολογέω. Auguſt. Vt autem ſimus membra eius, unitas nos compaginauit.

Compar, om, t. Idem quod par, ἴσος. Liuius Comparem clade ad Aegates inſulas Charthaginenſium prælio nauali acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia ceſſere. Idem li. 1. ab urbe, Id enim demum compar connubium fore. Inuenitur & compar ſubſtantiuũ pro ſocio, ſeu coniuge. Plaut. in Caſ. Meus ſocer, cõpar, cõmaritus, uillicus, id eſt, ſocius, uel æqualis. Plin. li. 18. ca. 23. Cõiunga fermè uagãtur, nec niſi cum cõpare uita eſt. Rhetores cõpar id eſſe dicunt, quod duab. aut pluribus ſentẽtiis breuib. & inter ſe paribus erigitur, πάρισον.

Comparabilis, Comparatiuus, Vide Comparo.

Compareo, res, n. ſ. Idem quod Appareo, φαίνομαι. Plaut. Aulul. Qui modò nuſquam cõparebas, modò quum compares peris. Cic. 7. Verr. Quærite nunc ueſtigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant. Liu. Prima luce nec autor, nec cauſa terroris comparuit. Comparere pro Extare. Liu. Viſebantur enim excellentia eius generis ornamenta à Marcello conſecrata, quorum exigua pars comparet.

Comparo, comparas, penult, corr. Multiplicis uſus eſt. ſignificat enim aliquando comparationem facere, ſiue adæquare, συμβάλλειν. Et tunc habet uel datiuum. Cic. de Amic. Memineram Paulum, uideram Caium, ſed ij nec comparantur Catoni maximo & ſpectato uiro. Vel ablatiuũ cũ præpoſitione Cum. Idem de Senect. Quæ ſunt igitur uoluptates corporis cum autoritatis præmijs comparandæ? Vel accuſatiuum cum prepoſitione Inter. Idem Offic. 3. Etenim nõ modò pluris putare quod utile uideatur, quàm quod honeſtum: ſed hæc etiam inter ſe comparare, & in his dubitare, turpiſſimum eſt. Vel cum præpoſitione Ad. Teren. in Eun. Act. 4. Sce. 4. Hau, ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Vel accuſatiuum ſolum, ſine præpoſitione. Cic. in Bruto, Vt crebrò conferant pugnantia, comparent contraria. Sæpe etiam cõparo accipitur pro conſtituo, adapto, παρασκευάζω. Cic. de Nat. deor. Ego me ita comparaui. Et, Natura ita comparatum eſt, id eſt, conſtitutum, ὥτως πέφυκε. Terent. in Phorm. Quàm iniquè comparatum eſt, hi qui minus habẽt Vt ſemper aliquid addant diuitioribus. Item præparo, paro: quæ uidetur propria eſſe ſignificatio huius uerbi, συσκευάζω. Cic. Verr. 2. Vt erat inter ſuos copioſus, conuiuium comparabat. Sic comparare copias, exercitum: & per tranſlationem, Comparare riſum, dolum, inſidias, malum alicui. Item do. Idem ibidem, Et omni gemitu ac dolore certa merces comparabatur. Itẽ ſocio, coniungo, προσάγω. Plaut. in Aſin. Prehende auriculas, cõpara labella labellis. Itẽ compono, machinor, συσκευάζομαι. Siſen. libr. 4. Hiſtor. Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſilijs cõparauerint. Et comparare, emere, πορίζομαι, ἀντιπαρασκευάζομαι. Cato de Re ruſt. Prædium quum comparare cogitabis, ſic in animo habeto. Liu. lib. 2. Annonæ in primis habita cura, & ad frumentum cõparandum miſſi, alij in Volſcos, alij Cumas. Itẽ, habitare rerũ & hominũ, aliquid ſtatuo: & Cõparatio, eiuſmodi conſtitutum. Liu. His Volſci ſine ſorte, ſine cõparatione, prouincia data. id eſt, ſine cõuento, & certo conſtituto,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ἀπεισκίπ]Θ. Accipitur etiam pro quærere, siue acquirere. Cic. Offic. 2. Prima est adolescenti commendatio ad gloriam, siqua ex bellicis rebus cõparari potest. Idem de Orat. Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia cõparaui. Et pro Quintio, Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparaui.

Comparatio, f. t. uerbale, Idem quod apparatus, παρασκεύη, ut, Comparatio noui belli, Cic. pro lege Manil. Item acquisitio: ut, Comparatio uoluptatis, Cic. 2. de Finib.. Item constitutio. Liuius, His Volsci sine sorte, sine comparatione prouincia data est. Est etiam id quod Analogia Græcè dicitur. Cicer. de Vniuersitate. Comparatio item dicitur, rei unius cum alia ex aliqua similitudine collatio, quæ à Græcis παραβολὴ dicitur. Cicer. 1. Offic. Primùm igitur de honesto, tum de utili, pòst de comparatione eorum differendum.

Comparatè, aduerbium, Alterius cõparatione, παραβολικῶς. Cic. in Top. Quum autem quæritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparatè. Simpliciter, Experenda ne sit gloria: Comparatè, Præponenda ne sit diuitijs gloria.

Comparabilis, le, om. t. Quod cum alio potest comparari, παράβλη]Θ. Cic. 1. de Inuentione, Comparabile autẽ est quod in rebus diuersis similem aliquam rationem continet: cuius partes sunt tres, imago, collatio, & exemplum.

Comparatiuus, a, um, Quod per comparationem adhibetur, συγκριτικός. ut, Comparatiua iudicatio. Cic. de Inuent. Deinde oportebit illam ipsam comparatiuam iudicationem exponere, tanquam causam deliberatiuam. Hinc etiam Grammatici Comparatiuum gradum appellarunt, cuius propriũ est superare positiuum in ea qualitate quam obtinet: licet quandoq; pro positiuo ponatur. Est autem Comparatio, ut docet Priscianus, ad unum uel ad plures, tam sui generis, quàm alieni: quanuis Græci honoris causa suæ gentis magis, quàm ratione ueritatis dicant, non posse ad multos sui generis fieri comparationem. Statius. lib. 8. Thebaid. Sed pectora flectas, Et melior sis quæso deis. Valer. Max. libr. 4. Idem sentit Fabricius Licinius, honoribus & autoritate omni ciue temporibus suis maior. Et lib. 7. Tertium te importunio rem superioribus habere cœpimus rectorem. Comparatiua & superlatiua, quæ à præpositionibus ueniunt, præter suã constructionem ablatiui & genitiui, aliquando accusatiuo iunguntur. Cic. ad Octauium, Propius urbem Sallust. Proximè Hispaniam Mauri sunt.

Compascо, is, a. t, Simul pasco, σωύρισμαι. Varro, Colonus in agro furculario ne capras compascat. Plin. li. 9. cap. 54. Nuper excogitatum, famem longe aduectionis à Brunduſio, cõ pascere in Lucrino.

Compascor, pasciuum. Varro. 1. de Re rust. cap. 1. Messe facta, spicilegium uenire oportet, aut domi legere stipulam: aut si sunt spicæ raræ, & operæ caræ, compasci. Ius compascendi habere, Scæuola in leg. Testatrix, paragr. plures. ff. si seru. uend.

Compascuus, adiectium, ut, Ager compascuus, apud Ciceronẽ in Topicis, qui relictus est ad pascendum communiter uicinis, σωόμΘ ἀγρὸς. Valerius lib. 6. cap. 7. Ius compascuum, pro compascendi.

Compẽdes, penult. corr. & fœmin. generis, à nominatiuo singulari Compes, Vinculi genus, quo captorum pedes constringuntur, πέδαι, ποδοκάκη. Plaut. in Cap. Vbi ponderosas, crassas capiat compedes. Terent. in Phorm. Molendum usq; in pistrino, uapulandũ, habendæ compedes: Cic. Attic. lib. 8. Age iam has compedes, fasces (inquã) hos laureatos refer re ex Italia quàm molestum est.

Compeda, dæ, Antiquè. Varro Parm. Lepusculi timentes, hoc quadrangulum dedit Diana rete nexile, ac uiscum fugæ, lineamq; compedam. Legitur etiam nominis huius numerus singularis, præsertim ablatiuus Compede. Horatius, Niuali compede uinctus. Iuuenalis Satyr. 4. Squallidus in magna fastidit compede fossor. Columella lib. 8. cap. 2. Eaq, quasi compede cohibentur feri mores. Genera compedum sunt Numellæ, Boiæ, Pedicæ, Neruus.

Compedio, compedis, penult. correp. compediui, ditum, a. q. πέδω, significat pedes ligare, & uincire. Varro, Domum intro & pedes corrigijs compedio. Hinc

Compeditus, participium, Cõpedibus ligatus, πεπεδημένΘ. Plautus in Capt. In lapidicinas compeditum condidi.

Compedo, as, a. p. occido. August. super Leuit. Solet & uulgò apud nos dici, compedauit illum, quod est, occidit illum.

Compellatio, onis. Vide Compello, as.

Compello, lis, compuli, compulsum, a. t Propriè significat (inquit Seruius) diuersa, uel diuersorum generum animalia eodem cogere, σωνελάυνειν, σωωθεῖν. Verg. libr. 7. Compulerant q; greges Corydon & Thyrsis in unum. Et Plaut. in Pœn. Canes compellunt in plagas lepidè lycum. Quinetiam de hominibus dici solet. Cic. de Inuent. Qui dispersos homines in agris, & in tectis syluestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregauit. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Compulsis deinde in oppida equis, ea multitudo dilapsa quum Antium redisset, &c. Accipitur & pro cogo, adigo, & inuitum ad aliquid faciendum adduco, κατάργω. Plin. lib. 36. cap. 7. Quòd Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse. Et per translationem. Plautus in Asin. Quæ uolet faciemus, qui hosce amores Nostros dispulsos compulit. Cicero Acad. 4. quum sit enim campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus?

Compello, as, a. p. Alloquor, κοινολογῦμαι, ἐντυγχάνω. Plaut. in Amph. Compellemus sis hominem. Verg. 2. ultro flens ipse uidebar Compellare uirum. Cic. post. Reditum in Sen. Neque solùm id dixit, sed quos ei cotumodum fuit, compellauit. Aliquando infamo, accuso, προσκαλῦμαι. Sueton. in Cæs. Eodem modo Nonium quæstorem, quod compellari ad se maiorem potestatem passus esset, &c. Cic. ad Atticum li. 2. Nigidium minari in concione, se iudicem qui non adfuerit, compellaturum, id est, incusaturum.

Compellatio, f. t. uerbale. Cic. ad Cornificium. Itaque crebras uel potius quotidianas compellationes meas non tulit, fesq; in urbem recepit inultus.

Compẽllūcẽõ, ces, cere, διαφάνομαι. Vnde Cõpellucidus, penult. corr. διαφανὴς. Plaut. in Persa, Nihil est macrum, nihil è nigro compellucidum.

Compendium, n. s. Est id quod parsimoniâ quadam seruamus, σωώψΘ. sicut è contrario Dispendium quod uel incuria, uel immoderatione profundimus, aut perdimus. Plin. Bubulas carnes, caules caprificri, magna lignorũ compendio percoquunt. Idem, Magno id lignorum dispendio fit, addito sale: nam percoqui integro die uix possunt. Compendium dicitur etiam utilitas, lucrum, ὠφέλιμα: sicut Dispendium, damnum, βλοβὴ. Tibull. Nec nagus ignotis repetens compendia terris, Presserat externa nauita merce ratem. Item lib. 4. ad Heren. Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia atq; auaritia. Compendium, pro uia compendiaria & breui accipitur. Plin. lib. 5. cap. 5. Compendium uiæ quatriduì cõprehensum est. Item Compendium, quæuis breuitas dicitur, in qua tamen utilitas est: quales sunt libri in quibus breuiter summa operis alicuius colligitur, ἐπιτομὴ. Vnde Plautus in Mil. Quàm potes, tam uerba confer ad compendium.

Compendifacio, cis, Orationis compendio ũtor, σωτέμνω ci-θοδόω. Plaut. in Mostel. Orationis operam compendifacto. Nonnunquam etiam lucrifacio. Plaut. in Persa. Nam ego hodie compendifeci duos panes in dies.

Compẽdiosus, a, um, Valdè utilis, ευσιτελὴς. Colum. li. 1. Quod & per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen fit compendiosum.

Compendiarius, a, um, Breuis, succinctus, & ueluti ad certam metam per compendium ducens, σωότομΘ. Cic. lib. 2. Offic. Præclarè Socrat. hanc uiam ad gloriam proximã, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis ita ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset.

Compendiariò aduerbium, σωότομΘ, Senec. Epist. 120. Ad maximas diuitias te compendiariò uoco.

Compenso, as, a. p. Exæquo, retribuo, refundo, quasi pari pondere rependo, ἀνταμείβομαι, ἀνταπάγομαι. Cic. pro Muræna, Atq; hæc à nobis petunt omnia: neq; ulla re alia, quæ à nobis consequuntur, nisi opera sua compensari, putãt posse. Ouid. Epist. 5 Tot tamen amissis te compensauimus unũ. Valer. Max. Tarditatemq; supplicij grauitate compensat. Claud. in Rufinum, supplicijq; moram grauiori numina pœna Compensant.

Cõpensatio. f. t, ἀμοιβὴ, Quæ est (autore Modestino. l. 1. ff. de cõpẽsat.) debiti & crediti inter se cõtributio. Cic. 5. Tusc. Itaq; hac usurum compensatione sapientẽ, ut uoluptatẽ fugiat.

Ad

Ad Herenn. lib. 4. Fortitudo est contemptio laboris & periculi, cum ratione utilitatis & compensatione commodorũ.

Compĕrēndinō, as, a. p. pen. cor. Significat de die in diem differo, ἀναβάλλομαι, ὑπερτίθημι. Cic. 1. Verr. Tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias: mea, ut an te primos ludos comperendinem. Comperendinari aũt reus dicebatur, quum iudices adhuc incerti quid deberent pronuntiare, causam in aliud tempus differebant. Dictum est autem comperendinare, quasi in diem perendinũ differre. Dicebatur enim propriè Comperendinatio (teste Gellio) quando reus in tertium diem reijciebatur. Quum uerò in posterum diem causa differebatur, hoc, Diem diffundere, appellabant. Vide Gel. lib. 14. cap. 2. Accipitur tamen pro quantumuis longa iudiciali dilatione. Cic. 5. in Verr. Vt his ludorum diebus interpositis, nemo istum comperendinatum iudicaret?

Comperendinus, a, um, ut dies cõperendini, quibus uadimonium iuberi licet, ut inquit Macrobius, κύριαι ἡμέραι. Vide Valerium lib. 2. cap. 33. & Budæum in annotationibus.

Cõperendinatio, f. t. Quæ est (sicut docet Asconius) ab utrisq; litigatoribus inuicẽ sibi denũciatio in perendinũ diẽ, ne scilicet alter litigatorum imparatus tergiuersari posset, ἀναβολή.

Comperendinatus, us, ui. Cic. 5. in Verr. Adimo enim comperendinatum, quod habet lex molestissimum, bis ut causa dicatur. Vbi Asconius, Comperendinatum (inquit) pro Comperendinatione posuit.

Compĕriõ, & Comperior deponens, differunt, autore Diomede, quod Cõperiri, est ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere, καταλαμβάνειν. Sallustius in Iugurt. Sed ego comperior, Bocchũ magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat simul & Romanos, & Numidam spe pacis detinuisse. Comperire uerò, ab alio cognoscere. πείσκειν. Terent. in And. Item alio die Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum Quicquam attinere. Ea tamen differentia, ut pleræque aliæ Grammaticorum, ab autoribus passim contemnitur. Compertum est mihi, & Exploratũ est mihi: hoc est, per inuestigationẽ cognoui, σωθῆναι Aristoteles, & πεπραγμάτευμαι.

Compertus, participium, seu nomen ex participio. Sueton. in Tib. Cæs. ca. 35. Equiti Romano iusiurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quã se nunquam repudiaturum antè iurauerat, id est, deprehensam. Compertus stupri. Liu. 2. bel. Pun. Tum quòd duæ Vestales eo anno Opimia atq; Floronia stupri compertæ.

Compertò, absolutè, id est, quum compertum esset. Tacit. lib. 3. Neq; dum compertò, quos illa uis perculisset. Iabolenus in l. Pantomimus parag. pro hærede ff. de acquir. hæred. Pro hęrede gessisse filium placuit, qui moriens, comperto matrem suam intestatam decessisse, &c.

Compernes, om. t. dicuntur homines genubus plus iusto coniunctis, ut Festo placet, uel qui longos habent pedes, ut interpretatur Nonius. Lucil. lib. 17. Satyr. Compernem, aut uaram fuisse Amphytrionis coniugem Alcmenam.

Compes, Vide Compedes.

Compesco, is, a. t. Cohibeo, contineo, coërceo: quasi ab eodem (ut Festo placet) pascuo cõtineo, συνέχω, οἰωνίζομαι. Plin. lib. 10. cap. 7. Semine trito & ex uino poto libidinũ imagines in somno compesci. Plin. in Epist. Nullũ deniq; instrumentũ ad incendia compescenda. Iuuen. Digito compesce labellũ.

Competo, is, a. t. pen. cor. Honorem, uel coniugium, uel aliud quicquam cum alio peto, συμμετίημι. Pli. de Viris illust. Et unam speciosam duobus competentibus, pater puellæ conditionem tulit.

Competitores, m. t. Dicuntur qui in magistratibus, officijs, & honoribus petendis concurrunt, συμμετίοντες. Cic. ad Att. lib. 1. Competitores qui certi esse uidebantur, Galba & Antonius.

Competitrix, icis. f. t. Cic. pro Mur. Nam nos quoq; habuimus scenum competitricem. Aliquando Competere (teste Nonio) Est parem esse, uel conuenire, σωάπτειν, συμπίπτειν. Vnde in æstimatione rerum dicimus, Hoc illi competit. Senec. Nihil ei magis competebat. Col. lib. 2. Nec omnino cunctabimur, quò minus sub tectum congeratur: uel si non cõpetet, ut aut in uillam fœnum portetur, aut in manipulum colligatur: certè in metas extrui conueniet. Item quandoq; animi uel corporis parte aliqua compotẽ esse: &, ut Nonius inquit, cõstanter ualere. Sallust. lib. 1. Hist. Si uerò quasi formidine attonitus, neq; animo, neq; auribus aut lingua cõpeteret.

Competentia. f. p. pro conuenientia, ἀναλογία. Gell. lib. 2. Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundam debitam membrorum omnium competentiam modificatus est. Idem. lib. 14. cap. 1. Ad eandem competentiam nasci non queunt.

Competenter, Mediocriter, μετρίως, Vlpian. Sol. matrimon. l. Si quum dotem: Quatenus filio & patri competenter consulatur. Paulus in l. 16. ff. de testib. Qui falsa uel uaria testimonia dixerunt, uel utriq; parti prodiderunt, à iudicibus competenter puniantur.

Compilo, as. a. p. pen. prod. Vndiq; surripio, ἐνσκευάζομαι, συλάω. Dictum à πιλῶ, quod est complano, non à pilis uellendis, cuius prima corripitur: aut certè ab eo quod Pilotas fures Græci appellant. Vnde Compilare & Expilare hæreditatem dicimus: id est, fraudare & diripere. Cic. 1. de Nat. deor. Tot millia latrocinantur morte proposita: alij omnia, quæ possunt fana compilant. Plaut in Menæch. Vir ubi compilet clanculum, quicquid domi est. Horat. ne me Compilasse putes Crispini scrinia lippi. Interdum Cogo, ῥαψῳδῶ & in unum congero: unde Compilatores, qui multa in unũ cogunt, ῥαψῳδοί.

Compilatio, uerbale. Cic. Cæl. lib. 2. Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut uadimonia dilata, & Chresti compilationem mitteres?

Compilatus, a, um, Qui furtum passus est, (teste Nonio) quòd qui è domo suppellectilem detrahunt, æquare omnia & cõplanare uideantur, συριστουλημένος.

Compingo, is, compegi, compactum, a. t. Compositum à Con & Pango, cõtrudo, compello, detrudo, σωθίω. Plaut. in Amph. Quid faciam nunc, si tres uiri me in carcerem cõpegerint? Cic. 1. de Orat. Tanquam in aliquod pistrinũ detrudi & compingi uidebam. Plaut. Menæch. Et ob eam rem te in carcerem esse compactum scio. Interdum compono, coniungo, συμπάγνυμι. Verg. 2. Eclog. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Cic. 3. de Finib. Quid enim aut in natura (qua nihil est aptius, nihil descriptius) aut in operib. manu factis tam cõpositum, tamq; compactum, hoc est, disiunctũ, malè compositũ, ἀσυνάρμοστον. Potest etiam esse compositũ à Pingo. Lactant. li. 7. Vt summam illam, quę continet uniuersa, & compingerent, & adimplerent.

Compactum. n. s. pro conuento, uel compromisso. Suet. in Iul. Productusq; pro rostris autores ex compacto nominare. Cõpacto, uel de compacto aliquid agere, id est, ex composito. Plaut. Capt. Nemo rideat; sani exemplo rem de compacto geri. Liu. 5. ab urbe, ut multò uerisimilius sit, compacto eam rem, & communi fraude Patritiorum actam. Verùm hoc potius uidetur à uerbo Paciscor esse deductum.

Compactio, uerbale, Compositio, coniunctio: ut Compactio membrorum. Cic. 5. de Finib. Videamus ea quæ terra gignit, corticibus, & radicibus ualida seruari: quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadã compactione mẽbrorum,

Compactilis, le, Quod compactum est. Plin. lib. 11. cap. 18. Optimę apes breues, uariæq;, & in rotunditatem compactiles. Vitruuius libr. 4. cap. 7. appellat trabes compactiles, subscudibus compactas. Et lib. 10. cap. 17. Compactiles postes.

Compita, n. s. pen. cor. Dicuntur loca quæ petuntur, hoc est, adeuntur per diuersas uias: cuiusmodi sunt triuia & quadriuia, in quæ plures coëunt uiæ, ἄμφοδα. Ouid. in ternas compita secta uias. Verg. 2. Georg. Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum. Antiquis in usu erat & Compitus, masc. gen. ut annotat Nonius. Varro de Scenicis originibus lib. 3. Vbi Compitus erat aliquis.

Compitalia, orum. n. s. Festa quæ in compitis peragebantur, à Seruio Tullio dijs Laribus instituta, ut autor Plin. lib. 17. ca. ult, ἀμφοδία. Cato de Re rust ca. 5. Rem diuinam, nisi Compitalibus, in compito, aut foco ne faciat.

Compitalitius, a, um: ut Dies compitalitius, quo compitalitia celebrabantur. & Deus compitalitius, qui compitis & uiis præest, ἀγυιεύς. Vide plura de his apud Gel. li. 10, cap. 24. Compitalitiæ ambulationes. Cic. ad Attic. lib. 7. Ego quoniã IIII. Nonas Ian. compitalitius dies est, nolo eo die in Albanũ uenire molestus familiæ. Et ad eundem, lib. 2. Sed hoc ambulationibus compitalitijs reseruemus.

Compitalitia, orum, substantiuè. Cic. in Pison. Tu quũ in Cal.

Ianuarias

Ianuarias cõmpitalitiorũ dies incidissent, Sex. Claudiũ. &c.

Compitalis, le, adiectiuum. Sueton. in Aug. Compitales lares ornare bis anno instituit, uernis floribus, & æstiuis.

Complaceo, n. s, Valde placeo. ἀρίσκω. Terent. in And. Post quàm amare cœpi, tibi complacita est. Præteritum facit Cõplacui, uel Complacitus sum: ut superiore exẽplo, & apud Plautum in Rudente, Hoc Deo complacitum est.

Complaco, cas, a. p. Idem quod placo, ἱλαρίσκομαι, ἱλάσκομαι. Gell. lib. 7. cap. 3. In principiis autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi, & complacare iudices debent.

Complano, as. a. p. pen. prod. Plano, planum reddo, θαμαλόω, ὁμαλόω. Cato cap. 151. Dimidiatum digitũ terram altam succernito id bene tabula, aut manib. aut pedib. complanato. Cic. pro Domo. Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata, id est, destructa, solo æquata. Cæs. Sed propè iam constituta opera quum complanarent, id est, perficerent, extremam manum imponerent.

Complaudo, dis, dere. n. t. Plausu certatim comprobare, προτίω, προταλίζω. Cic. de Amic. Stantes complaudebant in re ficta.

Complector, complexus sum, comt. Amplector, con prehendo, περιπλέκομαι. Terent. in And. Accurrit, mediam mulierem complectitur. Cic. pro Rosc. Quo uno maleficio secula omnia complexa esse uideantur. Complector te amore, id est, amo te: quod & sine ablatiuo dicitur. Cic. Curioni, De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi erga te, si complecti hominem uolueris, habiturum esse neminem. Complector cogitatione, cogito: Complector animo, considero, τῷ νῷ περιβάλλω. Cic. in Cat. Etenim quum complector animo, quatuor reperio causas, cur senectus misera esse uideatur. Complectior etiam passiuè legitur. Scæuola in l. Si sic stipulatus sim. ff. de uerb. obl. Nam sicut & ipsius, & hæredis caput, ita & ipsius uis & hæredis uel sæpius facta complectitur, ut condemnetur quanti interest.

Cõplexus, participiũ pass. Cic. pro Ros. Amer. Atq; eiusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse uideantur.

Complexus, us, m. q. nomen à Complector, συμπλοκή. Plaut. in Amphit. Meus Amphitrio uno cubiculo Alcmenam complexu tenet. Cic. pro Font. Num etiam de matris hunc complexu, lectissimæ, miserrimæq; fœminæ uobis inspectantibus auellet, atq; abstrahet? Complexus pro amore. Cic. 5. de Finib. Serpit sensim foras cognationibus primùm, tùm affinitatibus, deinde amicitijs, pòst uicinitatibus cum ciuibus, & ijs qui publicè socij, atq; amici sunt, deinde totius complexu gentis humanæ.

Complexio, f. t. uerbale. Idem quod Cõplexus, σύμπλεξις, συμπλοκή. Cic. in Orat. Nec aceruatim multa frequentans, una complexione deuincet. Complexiones, copulationes, & adhæsiones. Cic. 2. de Fin. Complexio item à Rhetoribus appellatur, quod Græci δίλημμα, Latinorum nonnulli Argumentum cornutum appellant, duas habens partes, quarum utram concesseris, non effugis reprehensionem.

Complex, om. t. Particeps sceleris, & qui in eodem crimine uel uti complexus est, à complectendo, συνεάτης συγκροτήσας.

Compleo, a, s. ex Con & Pleo, Ad summum, seu penitus impleo, σωλαναπλήθω, συμπληρόω. Gell. Ventus à latere fæuiens nauem undis compleuerat. Reperitur etiam sine ablatiuo. Cic. de Somn. Scipion. Quis est qui complet aures meas, tantus & tam dulcis sonus. Per translationem pro finire. πληρόω. Idem in Cat. Leontinus Gorgias centum & septem compleuit annos. Interdum pro supplere, perficere, integrare. Sallust. Duas legiones instituit, cohortes pro numero militum complet.

Completus, a, um, Perfectus, absolutus, τίνος. Cic. in Orat. Aures perfecto, completoq; uerborum amb, tu gaudent.

Complementum. n. s Idem quod Completio, uel supplementum, πλήρωμα. Cic. in Or. Inculcata reperias inania quædam uerba, quasi complementa numerorum. Corn. Tacit. libr. 1. Addito maiestatis crimine, quod tum omniũ accusationũ complementum erat.

Complexus, Complexio, Cõplex, Vide Cõplector.

Complico, a p. Simul plico, συμπλέκω. Plaut. in Rud. Dum tibi hanc rudentẽ, quâ trahis, cõplico. Ad hunc modũ dicimus Complicare epistolã, pro eo quod est claudere. Cic. ad Att. Quũ complicarẽ hanc epistolã, &c. Significat etiam cõtrahere, & quod latũ erat, angustum reddere: ut quum dicimus, Complicare uela. Eius contrarium est Euoluo, quod scilicet implicatũ & inuolutũ erat, expedio. Cic. 3. Off. At uerò si quis uoluerit animi sui complicati notionẽ euoluere.

Complõdo, is. a. t. pen. prod. Concutio, collido. συγκρέω. ut Complodere manus, Complodere pedes, Est manuum uel pedum collisione strepitum edere. Quintil. libr. 11. Nam & complodere manus, scenicum est, & pectus cædere. Senec. lib. 1. de Ira, Complosæ sæpius manus.

Cõplõro, ras. n. p. Defleo, deploro, ἀποδύρομαι, Liuius 5. ab Vrb. Complorati omnes pariter uiui mortuiq;, totam penè urbem lamentis impleuerunt. Cic. pro Domo sua, Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris.

Comploratus, us, ui, ut, Comploratu iusto prosequi mortuos. Liuius 5. bell. Punici.

Comploratio, uerbale, id est, Lamentatio. Liuius 6. bel. Pun. Comploratio eorum, flebilesq; uoces.

Complũres, Complura, & Cõpluria, sine numero singulari, Idem quod multi, συχνά, συμπολύονα. Gellius positiui esse gradus, non comparatiui (li. 5. cap. 21) docet. Cæsar lib. 8. bel. Gall. Quod ubi accidit, cõplures hostiũ magno nostrorũ impetu pulsi uulnerantur. Cic. 4. Verr. Dicebant scyphorũ paria complura, hydrias argenteas. Ter. Hecy. Vbi illic dies est, complures accersi iubet. Idem Phor. Noua hic compluria. Vbi Donatus, Secundum regulam locutus est Ter. nam hoc Complure, & hæc Compluria dicitur. Sic ueteres, quod nostri dempta syllaba Complura dicunt. Sic Cato Orig. 2. Fana hoc loco cõpluria. Cic. in Orat. Confirmandi genera cõpluria. Credo, quia ueteros hoc Plure, non hoc Plus, dicebant.

Compluscŭli, orũ, diminut. Plaut. Rud. Non hercle adolescẽs, iam hos dies compluscŭlos Quenquã istic uidi sacrificare. Ter. Hecy. dies compluscŭlos Bene conueniebat sanè inter eas.

Compluries, aduerbiũ, Factũ ab eo quod est Cũpluria, & significat sæpe, πολυάκις. Cato, Contumelias mihi dixisti compluries. Plautus Persa, Metuo hercle uerò: sensi ego iam compluries.

Complŭuiũm, uii, n. s. Apluuia dicitur locus in ædibus, quò de diuersis tectis aqua pluuialis defluit. Colum. li. 4. ca. 29. At si longius, quàm ritus agricolarũ permittit, & à capite uitis emicuerit, & brachiis in aliorum compluuia perrepserit, &c.

Compluuius, a, um, adiectiuum: ut, Compluuius lacus: qui ex pluuia aqua colligitur. Varro lib. 1. de Re rustica. cap. 15. Vna, ut interius compluuium habeat lacũ, ubi aqua saliat, qui intra stylobatas quum uenit, sit semipiscina.

Compluuiatus, adiectiuum, Ad compluuij modum factũ: ut, Compluuiata uinea. Plin. lib. 17. cap. 21. Quinq; generum uineæ sunt: aut sparsis per terram palmitibus, aut per se uite subiecta, uel cum adminiculo sine iugo, aut pedatæ simplici iugo, aut compluuiatæ quadruplici. Et paulò pòst, Compluuiata copiosior uino est, dicta à cauis ediũ compluuijs. Varr. 1. de Re rust. ca. 8. Iugationis species duæ: una directa, ut in agro Canusino: altera compluuiata in longitudinem, & latitudinem iugata, ut in Italia pleræq;.

Compõno, is. a. t. pen. pro. Simul pono, cõiungo, συντίθημι. Vergil. 8. Aeneid. Componens manibusq; manus, atq; oribus ora. Item disponere, constituere, συντάττω, καταπλασμᾶν. Cic. pro Deiotaro, Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex munerare constituerat, Idem 3. de Or. Collocationis est componere, & struere uerba, sic ut néue asper eorum concursus, né ue hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & leuis. Accipitur etiam pro ædificare, κατασκοπῶν, Verg. 3. Aenei. Quam tuta possis urbem componere terra. Item comparare, συμβάλλειν, quoniam quæ comparantur, iuxta se ponuntur. Sall. in Iugurtha, Vbi Metelli dicta cum factis cõponit. Ver. 1. Eclog. Sic paruis componere magna solebã. Quandoq; ornare, ἰυστῆν, nam cõpositio apta ornatum affert. Idem 5. Georg. Dulcis cõpositis spirauit crinibus aura. Quandoq; colligere, συλλέγειν Cic. in Diuinat. in Ver. Si ab isto libro, quẽ tibi magister ludi nescio quis, ex alijs orationibus compositum dedit. Quandoq; reficere, recreare. Verg. 4. Geor. Vix defessa senẽ passus cõponere mẽbra. Quandoq; lenire, κοιμᾶν. Ambr. lib. 1. Offic. Cauere debemus ne in perturbationẽ prius incidamus, quàm animos nostros ratio componat. Quandoq; finire, claudere. Verg. 1. Aen. Ante diẽ cluso cõponet uesper olympo. Quandoq; concordare, συναττέιν, καταρτίζειν. Plaut. in Curc. Si possum hæc inter uos componere. Verg. Ecl. 3. Non ne-

inter

Fabrum Dextrum corporis complexionem uocant. Quas dicebant nigrijs sanct.

inter nos tantas componere lites. Quandoq; conuenire, pacisci, συντίθεσθαι. Vnde dicimus Ex composito aliquid agere, ἐκ συνθήκης pro eo quòd est, ex conuentione, uel quemadmodũ inter nos conuẽnit. Plin. Nihil non ex composito fecimus, pactum seruauimus. Quandoq; fingere, simulare. πλάττειν Salust. Nõsunt cõposita mea uerba: parui id facio, ipsa uirtus satis ostendit. Plau. Quas iste fabellas composuit?

Compositus, Cõpositior, Compositissimus, nomen ex participio. Liu. 8. secũdi bel. Pun. Acrior impetu atq; animis, quàm cõpositior ullo ordine pugna fuit. Cic. 2. in Ver. Et ex accusatione perficiã ut nemo unquam post hominũ memoriã paratior, uigilantior, compositior ad iudicium uenisse uideatur. Idem Att. lib. 6. Admiratus sum, ut uidi obsignatam epistolam, breuitatem eius: ut aperui, rursus σύγχυσιν literularum quæ solent tuæ compositissimæ & clarissimæ esse.

Compostus per syncopen. Verg. 3. Aen. nunc placida compostus pace quiescit.

Compositò, ablatiuus uice aduerbij, ut Cõpositò aliquid agere, hoc est, simulatè, & data opera. Cer. in Phor. Compositò factum est, quomodo hanc amans habere posit sine dote.

Compositè, aliud aduerbium, Idem significans quod aptè. Cic. 1. De Orat. Sin oratoris nihil uis esse nisi compositè, ornatè, copiosè eloqui, id est, eleganter.

Compositor, oris, uerbale. Cic. in Orat. Non enim inuentor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia. Ouid. 1. Trist. Plus sibi permisit compositore suo.

Compositio, nis, f. t. uerbale: ut compositio unguentorũ. Plin. lib. 20. cap. 24. Sed discessuri ab hortensibus rebus, unam cõpositionem ex his clarissimam subtexamus. Cic. 2. de Legibus. Totaq; huius iuris compositio pontificialis magnam religionem ceremoniamq; declarat. Compositio discordiarum pacificatio. Cæs. 1. bel. Ciu Legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere. Cicero 2. Phi. Pacis, concordiæ, compositionis autor esse non destiti.

Compositura, ræ, uel Compostura. Cato de Re rust. cap. 25. Tra petus emptus est in Suessano nummis quadringẽtis, & olei, P. L. cõposituræ nũmis sexaginta, &c. Gel. li. 5. ca. 20. Solœcismus est impar & incõueniens cõpositura partiũ orationis.

Comporto, as, a. p. Congero, in unũ locũ porto, συμφορέω. Cic. in Pison. Quũ seruorũ delectus haberetur in foro, arma in templo Castoris luce & palàm cõportarentur. Cõportare frumentum ex agris in loca tuta, Cic. ad Attic. lib. 5. Horat. 2 Serm. Si quis emat citharas, emptas comportet in unum.

Compos, om. t. Dicitur qui habet, uel assequutus est aliquid, ἐγκρατής, ἐπίβολος, ἐπιτυχής. Valerius li. 1. Imperatores compotes uictoriarum. Plaut. in Capt. Atq; ita me rex deorũ atq; hominum faxit patriæ compotem. Compos animi, qui animum suum habet in potestate, uel qui habet sanum animum, σώφρων, ἔμφρων. Terent in Adelphis, Vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. Huic opponitur Impos: ut Impos animi, pro insano, furioso, amente, qui animo sanus non est, qui ue animi instrumentum habet pitiatum. Plaut. in Capt. Eripe isti gladium, quæ sui est impos animi. Sic Compos uoti, & Impos uoti. Cicero, Nam quo modo uictores dicimus uoti compotes, qui quicquid uolunt faciũt: sic uictos è contrario uoti impotes, qui nõ possunt facere quod uolunt. Legimus etiam nonnunquam Compos miseriarum: ut etiam in malam partẽ accipiatur. Plau. in Epid. Cedò manum mihi, accipe, ærumnarum & miseriarum compotem. id est, qui simul tecum miserias sit habiturus. Sunt autem Compos & Impos generis communis, composita ab antiqua & inusitata uoce Pos, potis: unde & Possum & Possideo. Pos autem idem est quod Potes, cuius genitiuo Potis nunc loco nominatiui utimur. Perſ. Nec potis es nigrum ui tio præfigere theta. Vergil. 3. Aeneid. Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo. Terent. in Phorm. Adolescens primum abs te hoc bona uenia peto, Si tibi placere potis est, ut respõdeas mihi. Hoc est si potest, siue possibile est. Quod autem Persius dicit, Qui potẽtuis dicam? nugaris. Pote pro Potis accipitur metri causa. Similiter apud Propertium, Qui pote quisq; in ea conterat arte diẽ. Iungitur quandoq; Compos cum ablatiuo. Salust. Neq; animo, aut lingua satis compos. Liu. libro 3. Prædaq; ingenti compotem exercitum, suis etiã rebus recuperatis, quæ populatione agrorum amissæ erant, reducit. Quo in loco compotem, quasi affluentem & lætum significare puto. Sæpius tamen genitiuo iungitur.

Compositè, & **Compositò**, aduerbia, Vide Compono.

Compōto, as, pen. prod. Simul poto, συμπίνω.

Compotatio, onis. f. t. Conuiuium, συμπόσιον. Cicero de Senect. Bene maiores accubationem epularem amicorũ, quia uitæ coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt melius quàm Græci, qui hoc idem tum Compotationem, tum concœnationem uocant.

Compotor, oris, uerbale, συμπότης. Cicero 2. Philip. Tum adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem.

Compotrix, cis, fœmininum, συμπότρια, Ter. in Andr. Quia compotrix eius est.

Comprædes, Appellantur eiusdem rei sponsores, συνάγγυοι. Festus.

Comprānsor, oris, m. t. Qui simul prãdet. Cic. 2. Phil. Hunc tu agrum campransoribus, & collusoribus diuidebas.

Comprecor, aris, à Precor compositum est, idem significans quod simplex, λίσσομαι. Ter. in Adelp. Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem accersas. Comprecari cælestium fidem, dixit Catullus, pro eo quod est, Deorum auxilium implorare: Cælestumq; fidem suprema cõprecor horæ.

Comprecatio uerbale, Genus precationis, quæ solenni quodam ritu ab uniuerso populo fiebat apud Romanos, ut docet Gell. lib. 13. cap. 21. Liuius 9. bel. Maced. Nulli unquã concioni, Quirites tam non solùm apta, sed etiam necessaria hæc solennis deorum comprecatio fuit, quæ uos admoneret, &c. Nos Suplicationes uocamus, qua etiam uoce ueteres usi sunt.

Conprẽhendo, is, comprehendi, hensum, 3. t. Propriè est manu capio, λαμβάνω, συλλαμβάνω. Plaut. in Aulul. Dicant, coqui abstulerunt, comprehendite, Vincite, uerberate, in puteum condite. Cicero de Natur. 1. Quid opus manibus, si nihil comprehendatur? Sic Comprehendere hostem, & comprehendere aliquem in fuga, apud Cæsarem: & Comprehendere arma, apud eundem, pro capere. Sed per translationem pouetur aliquando pro percipere, uel intelligere. Cicero Famil. libro 6. Quæ didicisti, quæque ab adolescentia pulcherrimè à sapientissimis uiris tradita, memoria & scientia comprehendisti, ijs hoc tempore utare. In qua significatione dicimus quoque, Comprehendere animo, mente, ratione, sensibus, intelligentia. &c. Aliquando ponitur pro perstringere, concludere, uel complecti. Cicer. Attic. Cato uerbis luculentioribus & pluribus rem eandem comprehenderat. Idem de Orat. Ac ne plura, quæ sunt penè innumerabilia, consecter, comprehendam breui. Aliquando pro prosequi. Cicer. Famil. 13. Sed ut redeam ad id unde cœpi, uehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quę est singularis, comprehenderis, id est, complexus fueris. Quemadmodum idem ad Curionem scribens, inquit, De ipso T. Annio tantum tibi polliceor: te maioris animi, grauitatis, constantiæ, beneuolentiæ erga te, si complecti hominem uolueris, habiturum esse neminem.

Comprehensum, n. s. substantiuè, κατάληπτον. Cicer. libr. 4. Acad. Quum quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehensi, percepti, cogniti, constituti. Hinc comprehensè ad uerb. Cic. 2. de finibus.

Comprehensibilis, le, καταληπτὸς. Cicer. 2. Academ. Id autem uisum quum ipsum per se cerneretur, comprehensibile.

Comprehensio, κατάληψις Cic. lib. 3 de Finib. Cogitationes, comprehensionesq; rerum. Idem 4. Acad. Perceptio & comprehensio. Accipitur item pro ipso comprehendendi, siue capiendi actu. Cic. 2. Philip. Nam cum comprehensio sontium, mea animaduersio, Senatus fuerit.

Comprimis, pen. prod. Idem quod In primis, ἐν τοῖς πρώτοις Cic. pro Quintio, L. Albius uir bonus, & cõprimis honestus.

Comprimo, is. a. t. pen. cor. Premo. ut uuæ comprimuntur, quò uinum effluat, συμπίλω Plaut. Pseud. Comprimere dentes uideor posse aliquo modo. Item cohibeo, compesco, σωφίζω. Plaut. Rud Comprime hunc sic, si tuus est. Teren. in Heaut. At tu tibi istas posthac comprimito manus. Plaut. in Amphi. Ego tibi istam hodie sceleste comprimam linguam. Comprimere audaciam alicuius. Cic. ad Catonem Comprimere aluum, hoc est, sistere, cohibere. Celsus lib. 6. cap. 18. In hoc autẽ casu neq; acribus cibis utendum, neq; aluum comprimentibus. Comprimere, supprimere. Cic. Att. lib. 3. Scripsi equidem olim ei iratus, quod ille prior scripserat: sed ita compresseram, ut nunquam emanaturum putarem.

Comprimere uirginem, pro uitiare, βιάομαι. Liu. 1. ab Vrbe. Compressa Vestalis, quum geminum partum edidisset, &c. Martialis, Villica uti duri compressa est nupta coloni, Incaluit quoties saucia uena meo.

Com

Compreſſus, us, ui, Pro coitu, φθορὰ. Plaut. Nunc ad amicam decimo die Athenas uiſo, Quam grauidam hic reliqui compreſſu meo. Terentius Adelp. uirgo ex eo Compreſſu grauida facta eſt.

Compreſsiuncula, culæ, diminutiuum. Plaut. Dulces amantium compreſsiunculæ.

Compreſsio, nis, uerbale. Cic. de clar. Orat. Grandes erant uerbis, crebri ſententijs, compreſsione rerum breues, & ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri.

Compreſsè aduerbium, Succinctè, arctè, σωτόμως. Cicer. 2. de Fin. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat: quòd latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compreſsius.

Comprobo, bas, a. p. Idem quod approbo, δοκιμάζω, ἀποδέχομαι. Cæſar. 5. bel. Gall. Comprobat hominis conſilium fortuna. Cic. 4. Ver. Eorum ego dignitate accuſationem meâ comprobare non potero. Laudare, & uehementiſſimè comprobare. Cic. pro leg. Manil.

Comprobator, oris, m, t uerbale, δοκιμαστὴς. Cic. 1. de Inuen. De inde eius facti qui ſunt principes & inuentores, qui denique autoritatis eius & inuentionis comprobatores atq; æmuli.

Comprobatio, nis, f, t. δοκιμή. Cic. 5. de Fin. Quia eſt tam diſsimilis homini, qui non moueatur & offenſione turpitudinis, & comprobatione honeſtatis?

Compromitto, 2. t. Eſt præeunte utriuſq; litigatoris promiſsione, litem arbitrio boni uiri ſubmitto. Promittebat enim uterq; ſe arbitri ſententiæ pariturum, ἐπιτρέπω. Cicer. ad Quin. Frat. lib. 2. Tribunitij candidati compromiſerunt. H S quingenis in ſingulos apud M. Catonẽ depoſitis, petere eius arbitratu, ut qui cõtrà feciſſet, ab eo cõdemnaretur.

Compromiſſum, n. ſ. Dicitur poteſtas decidendi controuerſiã a liquam data arbitrio à litigatoribus per utriuſq; promiſsionem, qua polliciti ſunt ſe eius iudicio obtemperaturos, aut mulctam, quæ inter eos conuenerat, perſoluturos, ἐπιτροπὴ. Cic. ad Corni f. lib. 12. Sed à magiſtris quum contenderẽ de proferendo die, probarunt mihi ſeſe, quo minus id facerent, compromiſſo & iureiurando impediri. Compromiſſum facere de re aliqua, Cicer. pro Roſc. Comœdo, Quæ quum ita ſint, quæro abs te quid ita de hac pecunia, de his ipſis H SI CCC de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrum ſumpſeris. Ex compromiſſo ad arbitrum ire, Proculus in l. Societatem. ff. pro ſocio.

Compromiſſarius, adiectiuum: ut Compromiſſarius iudex. Calliſtratus in l. Cum lege Iulia. ff. de recep. arb. Nemini licere minorem uiginti annis compromiſſarium iudicem eligere.

Comptum (inquit Perottus) genus libaminis, quod farina conſperſa faciebant. APud Feſtum tamen, à quo hanc uocem ille ijſdem uerbis ſeruatis, in Dictionarium ſuum tranſtulit, Coniptum legitur, non Comptum, à uerbo nimirum Græco κονίω, quod eſt puluere aſpergo.

Comptus, participium, & **Comptus**, us, Vide Como.

Compugno, as, are, Simul pugno, & per metaphoram uerbis contendo ἀμφισβητῶ. Gell. lib. 14. cap 1. Eaq; inter eos cõtentio quum longius duceretur, non arbitratus ego operæpretium eſſe, hæc iſta diutius audire, clamantes oppugnantesq; illos reliqui.

Compulſo, as. a. p. Identidem collido, σωαράττω. Columel. libro 1. Eadem quæ ſemper mare conſpicit, compulſatur ac fluctu conſpergitur.

Compungo, compunxi, ctum. a. t. Idem quod pungere, κατανύσσω, κατασίω. Colum. lib. 8. cap. 14. Cauendumq; eſt, ne aut aculeis urticæ compungantur. Senſum compungere dicuntur, quæ ſenſus offendunt, ut ſplendor oculos, guſtum amaritudo, tactum res uel calidæ nimis, uel frigidæ, uel aſperæ, auditum ſoni uehementia. de quo uide Lucretium lib. 2. Compunctus, Signatus, ἐστιγμένος. Cicer. lib. 2. Offic. Barbarum, & eum quidem (ut ſcriptum eſt) compunctum notis Threiciis, diſtricto gladio iubebat anteire.

Compunctio, uerbale, κατάνυξις. Plin. li. 21. cap. 19. Hæc quoq; potio mulieres ex abortu purgat: laterum compunctiones tollit, & ueſicæ calculos.

Computo, as. a. p. pen. cor. Idem quod putare, ſiue ramos ſuperuacuos abſcindere: καθάω, καθαίω, ἀποτέμνω. Frequẽtius tamen ad mentem refertur. pro exiſtimo, iudico, ſiue reputo, λογίζομαι. Plin. libr. 9. cap. 15. Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabritius in triumphum tulerint, imaginetur eorũ fercula. Lactãt. lib. 3. Eamq; hominum ſapientiam pro ſumma ſtultitia computat. Item connumero, ſiue rationes ſubduco, quod uulgò dicitur Cõputum facio. Cicero in Lælio dixit, Ad calculum reuocare. Plin. in Epiſt. Si computes annos, exiguum tempus. Plin. li. 18. cap. 6. Si computetur impendiũ operæ. Plaut. in Mil. Dextera digitis rationem computat, feriens femur. Interdum imputo. Plaut. in Merc. Computat uxor, id eſt, imputat.

Computatio. f. t. uerbale. Plin. lib. 17. capite 22. Operarum iſta computatio eſt. Idem lib. 12. cap. 18. Minima computatione milies centena millia.

Computabilis, le. om. t. Quod computari poteſt, & numerari.

Computreſco, ſcis. n. t. Idem quod putreſco, σήπομαι: uel quum uariæ res mutuo cõtactu putreſcunt, συγκατασήπομαι. Plin. lib. 13. cap. 13. Propterea arbitrarier eos non cõputruiſſe. Col. lib. 1. cap. 10. Quoniam mutuo contactu aut computreſcent, aut uermibus interibunt. Plin. lib. 31. cap. 7. Capillum denigrant ſanguiſugæ, quæ in nigro uino diebus L X. computruere.

Con, & Cũm, idẽ ſignificant. σὺν. ſed Cum tantùm ſeparata, Con uerò ſemper cõpoſita reperitur, & ſignificat ſimul: ut, Coniungo. Interdum contrà, ut, Contendo. Interdum ualde, ut, Concrepo. Et eſt ſciendum quòd quando componitur cum dictione à uocali, uel ab h, incipiente, ſemper n, abijcitur: ut Coapto, Coërceo, Cohortor, Cohibeo: in Comedo, n, mutatur in m: in Cogo, n & a, tolluntur. Quando componitur cum b, m & p, tranſit n in m, ut Combibo, Commoueo, Compareo: cum c uerò, d, f. g, n, q, ſ, t, i, & u, conſonantibus, manet n integra: ut Concurro, Condo, Confugio, Coniecto, Cõnecto, Conquiro, Conſequor, Continco, Conuenio. In reliquis n mutatur in ſequentem literam: ut Colligo, Colluuies, Corrigo.

Conamen, Conamentum, Vide Conor.

Conaros, κονορὸς, ab Alexandrinis appellatur frutex quidã aculeatus, teſte Agathocle, qui à Dioſcoride Paliurus nocatur. Vide Ruellium lib. 1. cap. 107.

Conatus, Vide Conor.

Concaco, cas, μινθόω, βομβιτίζω, Senec. Puto concacaui me. Idem, Quid autem fecerit neſcio, omnia certè concacauit.

Concædes, concædium. plur. num. Sepimenta ſiue munitiones ex cæſis arboribus confectæ. Tacit. lib. 1. Romanus agmine propero ſyluam cæſiam, limitemq; à Tiberio cepti ſcindit, caſtra in limite locat, frontem ac tergum uallo, latera concædibus munitus: Vide Cæliũ Rhodig. lib. 7. cap. ult.

Concaleo, les, n ſ. Idem quod caleo. θέρομαι. Plaut. in Amph. Prius abis quàm lectus, ubi cubuiſti, cõcaluit locus. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16. Concaluit ſtomachus ut digerat multa facilius.

Concalefacio, cis, uel Cõcalfacio, cis, Calidũ reddo, θερμαίνω. Ci. 2. de Oratore, & ait idem, quum brachium concalefacit, tum ſe ſolere pugnare.

Concalefio, fis, neutropaſsiuum. Varro 3. de Re ruſt. cap. 9. Curator oportet circumeat, diebus interpoſitis aliquot, ac uertere oua, ut æquabiliter concalefiant.

Concalefactus, a, um. Cic. 2. Tuſc. Illam uerò funditus reijciamus in indiuiduorum corporum leuium & rotundorum concurſationem fortuitam: quam tamen Democritus concalefactam, & ſpirabilem, id eſt, animalem eſſe uoluit.

Concalefactorius, a. um. Plin. lib. 21. cap. 10. Vis ei concalefactoria. hoc eſt, excalefaciens, & nata calorem excitare.

Concaleſco, ſcis, Calidum fieri, uel calidum eſſe, θερμαίνομαι. Cic. 1. Tuſc. Calidior eſt enim, uel potius ardentior animus, quàm eſt hic aër, quem modò dixi craſſum, atque concretũ: quod ex eo ſciri poteſt, quia corpora noſtra terrena principiorum genere confecta, ardore animi concaleſcunt.

Concalleo, les. Idem quod Calleo, callos acquiro, callis obducor, τορέω. Ci. 3. de Nat. deo. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens uerſatur: Callidos autem, quorum tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit.

Concamerare, n. p. Eſt ad fornicis formam & arcuato opere ædificare, καμαρόω. Vetruuius, Interualla aut concameranda, aut ſolidanda fiſtucationibus. Plin. lib. 11. cap. 14. Specus ipſa, qua concameratur architectura.

Concameratio. f. t. Verbale. Concamerationes dicuntur ædificia quæ arcuato opere fiunt. Plin. lib. 6. Si hypogæa, concamerationesq; inſtituentur, fundationes eorum fieri debent craſsiores. Sabinus in l. Si cui ædes. ff. de l. 3. Conclaue quod ſupra concamerationem alterarũ ædium eſſet. Concamerationes etiam dicuntur pergularum hortenſium tecta, ad

arcua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

arcuati operis ſimilitudinem facta, quæ aut uiribus, aut alio opere topiario ad opacanda ambulacra ſolent obduci.

Concaſtigo, as, Idē quod caſtigo, σωφρονίζω, παιδεύω, κολάζω. Plaut. Trin. Nam ego amicum hodie meum concaſtigabo pro commerita noxa.

Concateno, act. p. συναρμόζω. à uerbo cateno, quod ſignificat ligo, inuoluo.

Concauſa, quæ cum altera æqualem facit effectum. Coadiutrix cauſa eſt quæ ſua uirtute morbum efficere non poteſt, alterius auxilio poteſt.

Concăuus, Sinuoſus, uacuus, κοῖλος. cuius anthitheton eſt Conuexus. Vnde Concauitas. Cic. 2. de Nat. deor. Speluncarum concauas altitudines, ſaxorum aſperitates. Ouid. 4. Meta. impulſaq; tympana palmis, Concauaq; æra ſonant. Cicero de Fato, Stupidum eſſe Socratem dixit & bardum, & iugula concaua non haberet.

Concauo, uas, are, Idem quod ſimplex Cauare, κοιλαίνω, κοιλαίνειν. Concauare brachia in duos arcus, id eſt, inflectere & ſinuare, ut formam imitentur duorum arcuum. Ouid. 2. Metam. Eſt locus in geminos ubi brachia concauat arcus Scorpius.

Concedo, dis n. t. pen. prod. pro Do, permitto, παραχωρέω, ὑφίεμαι. Terent. in Adel. Hui metuiſti nunc? ſi de tuo iure conceſsiſſes paululum, &c. Cic. Diuinat. in Verrem, Da mihi hoc, concede quod facile eſt. Item recedere, ἀναχωρέω, Terent. in Hecy. Hic uid[illegible] nec eſſe inuiſam immeritò, tempus eſt aliò concedere. Liu. 2. bell. Punic. Annibal Sagunto capto, Carthaginem nouam, in hyberna conceſſerat. Idem, Quæ quum agerentur, hoſtes in loca altiora conceſſere. Aliquando credere, conſentire, συγχωρέω Ter in Phorm. Nunquam ne hîc hodie concedes mihi, neq; intelliges? Cic. in Lælio, Quòd ſi rectum ſtatuerimus, uel concedere amicis quicquid uelint, uel impetrare ab his quicquid uelimus, perfecti quidem ſapientia ſumus.

Concedo, generale uerbū: unde uim accipit à natura contractus cui adiungitur, uide Bal. in leg. non ambigitur digeſtis de legat.

Concedere pro permittere temporarium eſt, cadere perpetuū. Vide text. uncta Gloſ. l. ad eum, ff. de donation.

Conceſſum, ſi, ſubſtantiuum. Cic. pro Cælio, Sed abhorret nō modò ab huius ſeculi licentia, uerùm etiam à maiorum cōſuetudine atq; conceſsis. Id eſt permiſsionibus atque conſtitutionibus.

Conceſſus, us, ui, m. q. pro permiſſu. Cic. pro Cælio, datur enim conceſſu omnium huic aliquis ludus ætati.

Conceſsio, onis, Idem quod conceſſus, συγχώρησις. Cicer. ad Att. Et noſtra conceſsione omnem uim ſui iuris amiſerint.

Concelebro, bras, Idem quod celebro, hoc eſt, frequento, φοιτῶ. Concelebrare diem feſtum, eſt feriari, ἑορτάζειν. Concelebrare conuiuium, uel exequias, eſt cum quadam celebritate, exhibere, uel inſtruere. Cic. de Pet. Conſul. Et in conuiuijs quæ facere te oportet, & amicis tuis concelebrentur, & paſsim, & tributim. Liu. 8. ab Vrb. Quantum militaribus ſtudijs funus ullum concelebrari poteſt.

Concelo, as, are, Idem quod celo, ἀποκρύπτομαι, ἀποκρύπτω. Gel. lib. 11. cap. 9. Non id poſtea cōcelauit, quin gloriæ quoq; hoc ſibi aſsignauit,

Concenturio, as, Dictum eſt à Plauto in Pſeudolo pro colligere. Concenturio (inquit) in corde ſycophantias. Nonius.

Concentor, Concentio, Concentus, Vide Concino.

Conceptaculum, Conceptiuæ feriæ, Conceptio, Conceptus, Vide Concipio.

Concerno, is, Idem quod Cerno. βλέπω. Q. Cic. de Petit. Conſul. Quòd ſi ſatis grati homines eſſent, hæc tibi omnia parata eſſe debebant, ſicut parata eſſe concerno.

Concerpo, pis, a. t. ex Con, & Carpo, Idem quod diſcerpo, lacero, διασπάω, διασπαράσσω Liu. 8 bel. Maced. Librum q; rationis ejus, quum Lucium fratrem afferre iuſsiſſet, inſpectante Senatu ſuis ipſum manibus concerpſiſſe indignatū, &c. Plin. lib. 10. cap. 18. Ille autem protinus concerpſit.

Concerto, tas, n. p Simul certo, contendo, ἀμφισβητῶ. Cic. Antequàm iret in exil. Nunc igitur ſi lingua eſt concertandum, innocentiæ uirtute freruſ ſupero. Ter. in Adel. Quid iſtuc Sannio eſt, quod te audio Neſcio quid concertaſſe cū hero? Concertatio, onis, uerbale. Plin. lib. 20. cap. 18. Qua de cauſa magna concertatio extiti.

Concertatorius, a, um. Cic. de Clar. Orat. Thucydides enim rerum geſtarum pronunciator ſyncerus, & grandis etiam fuit: hoc forenſe concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Concertatiuus, a, um, Quint. libr. 7. cap. 3. Mutua accuſatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν uocant, noſtri quidam concertatiuam.

Conceſſo, as, Idem quod ſimplex Ceſſo, hoc eſt, quieſco, ab opere uaco, ἀναπαύομαι. Plaut. in Pœnu. Poſtquàm aurora eſt, nunquam conceſſauimus lauari, aut fricari, aut ornari,

Conceſſatio, uerbale. Ceſſatio, quies, ἀνάπαυσις. Colu. libr. 11. cap. 1. Nam ut in itineribus conficiendis dimidio maturius peruenit is qui gnauiter, & ſine ullis conceſsionibus permeat, &c.

Concha, æ, f. t. κόγχη, Græca uox eſt, qua ſignificatur omne genus piſcis firmiorem habens teſtam. Quinetiam teſtæ ipſæ duriores propriè Conchæ dicuntur, quales ſunt cochlearum atque concharum. Ouid. Oſtrea quæ in conchis tuta fuere ſuis. Columel. implicitus conchæ limax. Conchārum genera enumerat Plinius lib. 9. cap. 33. & earum naturā explicat eodem libro, capite 35. In conchis naſcuntur margaritæ, ut ibidem docet Plinius. Vaſis quoq; genus quoddam concauum, ac ſuperius patulum, Concham uocamus. Plinius, Rurſus tunditur, deinde lauatur in conchis, ficcaturq; Alio nomine Alueos & Alueolos dicimus, & præſertim in longum porrectos, ligno excauato, more lyntrium, quæ uocantur Monoxyla. Item genus uaſis uinarij, in quod è dolio hauritur uinum. Iuuen. Quum bibitur concha. Aliquando ponitur pro tuba. Vergil. 7. Aeneid: Sed tum fortè cauā dum perſonat æquora concha. Ouid. lib. 1. Metamorph. Cæruleum Tritona uocat, conchaq; ſonanti Inſpirari iubet. His buccinis utebantur Tritones, qui erant tubicines Neptuni. Concham uero linguam habere, & Veneri eſſe conſecratam, autor eſt Aelianus lib. 3. Conchæ Cytheriacæ dicebantur, quæ margaritas producebant, mulierum ornatui præcipuè conuenientes: & ob id Cytheriacæ dicebantur, quia Veneri gratæ. Martialis, Læuior ô conchis Galle Cytheriacis. Vocantur alio nomine conchæ margaritiferæ.

Conchis, huius conchis. f. t κογχίς, Fabæ genus, ſiue eduliū ex fabis. Iuuen. Sat. 3. Cuius conche tumes? qui tecum ſectile porrum Sutor, & elixi ueruecis labra comedit? Sunt qui dicant eſſe fabam cum cortice ſuo elixam, ad differentiam fabæ frixæ, quæ ſine cortice coquitur: à ſimilitudine concharum, quòd fracto cortice uelut implicata conchis ſuis carunculā uidearur. Martial. lib. 13. Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta, Lautorum cœnis ſæpe negare potes. Huius diminutiuum eſt Conchicula.

Conchos, κόγχος, Mazæ genus, præ cæteris laudatum. Quo enim nomine apud Græcos ſignificatur oculorum concauitas. Vide Ruellium lib. 2. cap. 20. & Cælium Rhodig. libr. 16. cap. 1.

Conchyle, lis, n. t pen. prod uel Conchylium, lii, κογχύλη, κογχύλιον, Genus conchæ, idem cum murice, cuius ſanie pretioſiſſimæ lanæ tingebantur, auſterum in glauco colorem, & iraſcenti mari ſimilem referentes. Eſt autem diuerſum à purpura, teſte Plin. lib. 9. cap. 37. Conchylia, inquit, & purpuras omnis ora atterit, Cicer. in Piſonem, Extructa mensa non conchylijs aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. Ponitur quandoque Conchylium pro ipſo colore, ſicut & purpura, & murex. Plin. libr. 9. cap. 36. Concharum ad purpuras & conchylia eadem eſt materia. Alio nomine Oſtrum dicitur, eo quòd ex marinarum concharum teſtis eximatur. Conchylium itaque, Muricem, & Oſtrum in eadem ſignificatione accipimus. Vergil. 4. Aeneid. Tyrioq; ardeat murice læna. Idem 2. Georg. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro. Iuuen. Satyr. 3. Horum ego non fugiam conchylia? ho ceſt, luxurioſas ueſtes, & murice infectas. Conchylium nonnunquam generale nomen eſt ad omnes conchas. Plin. lib. 9. cap. 36. Lingua purpuræ longitudine digitali, qua paſcitur perforando reliqua conchylia: tanta duritie aculeo eſt.

Conchyliatus, a, um, κογχυλιατὸς: ut, Conchyliata ueſtis, quæ murice tincta eſt. Plin. libr. 9. cap. 39. In conchyliata ueſte cætera eadem ſine buccino. Conchyliata periſtromata, quæ infecta ſunt ſucco conchyliorum. Cic. 2. Philip. Conchyliatis Cn. Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres.

Conchyta, tæ, maſcul. gen. p. Qui conchylia quærit in mari, κογχυλεύτης. Plautus in Ruden. Saluete fures maritimi,

conchytæ

conchytæ, atq; hamiotæ. Dicuntur etiam Conchyliarii.

Concido, is. a. t. pen. pro. concidi, conciſum, Simul uel mi nutatim cædo, συγκόπτω, καταλεπτύνω. Plinius. Caro eius cõciſa ac decocta adhibenda eſt. Columella lib. 12. cap. 8. Conciſiq; ſectiui porri quantum uidetur adiicito. Item frangere, κατακλᾶν. Plinius, Et nucleus dentibus conciſus ſuper uulnus imponitur.

Conciſus, participium, ut *conciſa* oratio, Quæ non continua, ſed ueluti membratim cæſa eſt, περιτετμημένος λόγος. Et conciſus ſonus, fractus.

Conciſè, aduerbium, διαστόμως. Quintili. Quanquam ea non eſt tam minutè ac *conciſè* in *orationibus* utendum, quàm in diſputationibus.

Conciſura, ræ. Sene. Epiſt. 101. Deſit ſanè uarietas marmorum, & conciſura aquarum è cuniculis interfluentium.

Concido, *is.* penul. corr. *concidi*, *concaſum*, Corruo, in totum cado, καταπίπτω. Lactant. lib. 7. Et muri omnium ciuitatum cõcident. Plaut. in Amph. Vt quiſquis inſtiterat, concidit crepitu. Colum. lib. 8. Atq; alia genera pecorum, quum peſtilentia uexãtur, prius morbo & languoribus marceſcũt: ſolæ capellæ, quamuis optimæ atq; hilares, ſubitò concidũt. Cic. 3. Tuſcu. Quòd ſi cui, ut ait idem, ſimul animus cum re concidit, à grauiorib. illis antiquis philoſophis petenda me dicina eſt, *non ab his uoluptuariis*.

Concieo, es, ere: uel Concio, is, ire, Eiuſdem ſignificationis. Nam modò ſignificant conuocare, συγκαλεῖν. Liuius 1. ab Vrbe, Deinde ne uana urbis magnitudo eſſet, acciendæ multitudinis cauſa, utere cõſilio condentiũ urbes, qui obſcuram atq; humilem conciendo ad ſe multitudinẽ, natam è terra ſibi prolem mentiebantur. Liu. lib. 5. bell. Pun. 2. Galli, quos ſpes prædæ conciuerat. Modò commouere, cõcitare, κινεῖν. Terent. Hecyr. Fortaſſe unũ aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit. Plaut. Aſinar. Tu ergo face ut illi turbas & lites concias.

Concitus, pen. prod. particip. à Concio. Lucan. lib. 5. Inde ruũt *toto concita* pericula mundo. A Concieo uerò eandem correptam habet. Valer. Flacc. lib. 1. Quis tibi Phryxe dolor, rapido quum concitus æſtu Reſpiceres.

Concitor, oris, uerbale, κινητής: ut, Belli concitores. Tacitus lib. 6 quarto.

Concito, as, penult. corr. frequentatiuum à Concieo, commoueo, perturbo, extimulo, παροξύνω, παροξύω. Cic. lib. 4. Acad. Quòd enim ſpectat, quum artificia tolli quereris à nobis, niſi ut opifices concitentur? Sic Concitare diſcordiam, apud eundem. & Concitare equum contra aliquem, Liuius primo ab Vrbe.

Concitatus, participium, ut, Concitàtus ardore animus. Cic. 2. de Finib. Admirabili quodam ad philoſophiã ſtudio concitatus. Cic. de clar. Orator.

Concitatus, nomẽ: ut, Concitatior curſus, id eſt, celerior. Liu. lib. 4. bel. Maced. Concitatiſſimi equi. Idem 5. bel. Maced.

Concitator, oris, Qui commouet. Cæſar 8. bel. Gall. Quòd Corbeus autor belli, concitator multitudinis eſſet interfectus.

Concitatrix, fœm. ut, concitatrix uis. Plin. lib. 26. cap. 10.

Concitatio, nis, Commotio: ut, Cõcitatio multitudinis, apud Ciceronem pro Cluent. Vehementiores animi concitationes, apud eundem ad Qu. fratrem lib. 1.

Cõcilĭum, lii, n. ſ. à concalendo, ſiue conciendo, hoc eſt, à cõuocando, Senatus, uel cœtus conſiliariorũ, συνέδριον, σύνοδος, Vergi. 10. Aeneid. Conciliumq; uocat diuũm pater atq; hominum rex. Cæſar 2. bell. ciuil. Quibus de cauſis concilio conuocato de ſumma rerum deliberare, &c. Concilium etiã pro coaugmentatione ſiue copulatione ponitur. Lucret. lib. 1. Corpora ſunt porrò partim primordia rerum, Partim concilio quæ conſtant principiorum. Eſt etiam cõciliũ flos Iaſiones herbæ, unico cõſtans folio, ſed ita implicato: ut plura uideantur. Plin. lib. 25. cap. 22. Iaſione (inquit) olus ſylueſtre habetur in terra repens, cum multo lacte: floreq; fert candidum, Concilium uocant.

Concilio, as, a. p. Beneuolum facio, aut amore cõiungo, προσάγομαι, ἱπισπῶμαι, συνάγω. Liu. lib. 1. Aeneas aduerſum tanti belli terrorem, ut animos Aboriginum ſibi conciliaret, &c. Reconciliare uerò quis dicitur, quum poſt inimicitias rurſus aliquem in gratiam reducit, καταλλάττειν. Item contrahere, ſeu comparare: & hoc tam in malum, quàm in bonum, προξενεῖν, ἐπάγειν. Plaut. in Trin. Meus gnatus me ad te miſit, inter ſe atq; tuos affinitatem ut conciliarem, & gratiam. Terent. in Heauton. Exeo ergo, ut pacem conciliem. Sic dicimus, Cõcilio mihi odium, inimicitias, quod eſt quaſi cõparo, acquiro. Sic & Reconcilio. Quintil. Nam & plus auctoritatis afferunt ea, quæ non præſentis gratia litis ſunt comparata, & laudem ſæpe maiorem quàm ſi noſtra ſint, reconciliant.

Conciliatus, partic. Fœmina conciliata uiro, Catullus. Conciliatum mancipium pro empto. Terent. Prodi malè conciliate: id eſt, magno pretio empte, ut interpretatur Donatus.

Conciliatus, nomen adiectiuum. Quintil. lib. 4. cap. 2. Ad rem accipiendam iudicem fieri conciliatiorem, dociliorem, & intentiorem.

Conciliatus, us, aliud uerbale. Lucret. lib. 2. Ne quicquam cõmutari ſine conciliatu. id eſt ſine cõgregatione & coagmentatione ſeminum. Inde Denſus & paruus conciliatus apud eundem pro denſa & parua miſtione.

Conciliator, toris, Conciliationis interpr. προξενητής. Conciliator ſuillæ carnis lanius, Varro lib. 2. cap. 5.

Conciliatrix, f. t. Dicitur mulier, quę uiros mulieribus, & uxores uiris conciliat, inquit Feſtus, προξενήτρια. Plautus Mil. Itaquè eſſe, ancilla conciliatrix dicebat mihi. Cicer. 1. de Natur. deorum. Non uides quàm blanda conciliatrix, & quàm ſui ſit lena ipſa natura. Idem de Amic. Conciliatrix amicitiæ, uirtutis opinio. Idem 1. de Legibus. Oratio conciliatrix eſt humanæ maximè ſocietatis.

Conciliatricula, læ, diminutiuum. Cicero pro Seſt. Erat enim hominum opinioni nobilitate ipſa blanda conciliatricula cõmendatus.

Conciliatio, Ipſe conciliandi actus. Cicero 4. Acad. Honeſtum autem, quod ducatur à conciliatione naturæ. Conciliatio etiam pro conuentione, συνθήκη. Plaut. Extat conciliatio, ſeruanda promiſſa.

Conciliatura, ræ, pro conciliatione. Seneca Epiſt. 93. Cum Clodijs iiſdem uitijs gratioſus, quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipſa cauſæ dictione.

Conciliabulum, li. n. ſ. Locus in quem concilium conuenit. σύλλογος, συνέδριον. Plaut. in Bacchid. Quid ſi adeò ueniat de ſubito prandium, aut potatio fortè, aut cœna, ut ſolet fieri in iſtis conciliabulis? Idem in Trin. Ne penetrarem me uſquam, ubi eſſet damni conciliabulum. Liuius, Qui nundinas & conciliabula obire ſolent.

Conciliabundus, à Concilio uerbo, Conciliatorem agens, conciliatoris munere fungens, προσαγωγεύς, συναγωγός.

Concinnus, Idem eſt quod compoſitus, & ornatus, politus, facetus, ἁβρός, κόμψος, ἁρμόττων, εὐθήμων. ex Con, & Cinnus: ut Oratio concinna, id eſt compta, & aptè compoſita, ἐκκατάσκευος λόγος. Plautus in Perſa, Sat pol concinna facie.

Concinno, as. a. p. per duplex nn, Aptè compono, & quaſi conuenire facio, συντίθημι, συναρμόζω, συσκευάζω, quod Galli dicunt Accoutrer: ut Pellis concinnata eſt ad calceos. Plaut. Auceps quando concinnauit aream, eſcas effudit. Concinnare ueſtem, Concinnare uiam, Concinnare lutum, apud eundem Plautum. Concinnare uinum. Plin. lib. 14. cap. 20. Concinnare pelles, pro perpolire, apud eundem.

Concinnator, pen. prod. uerbale: ut, Concinnatores cauſarũ uel redemptores, φιλοδίκαιοι, συγκόπται, ἐργολάβοι. Vlp. in l. Nec quicquam. ff. de offic. procon. Circa aduocatos patientem eſſe Proconſulem oportet, ſed cum ingenio, ne contemptibilis eſſe uideatur: nec adeò diſſimulare, ſi quos cauſarũ concinnatores, uel redemptores deprehendat.

Concinnatorius, a, um: ut Vaſa concinnatoria, Paul. in l. Inſtrumentum. ff. de penu. leg. Inſtrumentum piſtrini, item uniuerſa uaſa concinnatoria, penu. non continentur.

Concinnentia, æ. f. p. continentia. Sidonius ad Conſentium. Quod domicilium parietibus attollite ad concinnentiam. Scilicet architectoni cam fabrefactis.

Concinnitas, tis, Ornatus, elegantia, κοσμότης, ἁρμονία. Cicer. de Clar. Orat. At quid eſt tam fractum, tam minutum, tam in ipſa, quàm tamen conſequitur, concinnitate puerile? Ibidem, Ornata ſententiarum concinnitas.

Concinnè, aduerb. ornatè, compoſitè, conuenienter κόμψως. Cic. 2. de Orat. Hæc quidem ſunt concinnè diſtributa, ſed non peritè. Idem pro Quintio, Hunc rogat blandè, & concinnè.

Concinnatitius, a, um, Quod breuiter collectum & aptè ſitum eſt, ὑπάρμοστος. Apul. lib. 2. Nam Milonis boni concinnatitiam menſulam rogatus accubueram.

Concinnitudo, f. t. Conuenientia, ὁμολογία, ἁρμονία. Cic. lib. 2

Inuent.

Inuent. Splẽdoris & feſtiuitatis, & cõcinnitudinis minimũ.

Concino, is. nui, cõcentum, n.t. Simul cano, συμφωνέω. Cicero 4. Tuſc. Hæc quum preſſis & flebilibus modis concinuntur, difficile eſt, &c. Per translationẽ ſumitur pro conuenio, conſono. ὁμολογέω. Idem 1. de Nat. deor. Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere uidentur, uerbis diſcrepare. Accipitur & pro prædicere, uaticinari. Idem pro Seſtio, Hæc tum à me, tanquam fata, in ipſa re gerenda concinebantur.

Concentor, m.t. in Decretis canonicis dicitur is, qui conſonat & concinit canenti, συνῳδὸς. Sicut Succentor, qui uoce ſubſequens canendo reſpondet. Præcentor, qui uocẽ præmittit in cantu.

Concentio, nis, uerbale à concino. Cic. pro Seſt. Nam quum ageretur Togata, ſimulans, ut opinor, caterua tota, clariſſima concentione in ore impuri hominis imminens concio-

Concentus, us, m. q. Harmonia ex diuerſis reſultãs (nata eſt. uocibus, συμφωνία. Vergilius lib. 1. Georg. Hinc ille auiũ cõcentus in agris. Cic. in Som. Scip. Qui acuta cum grauibus temperans, æquabiliter concentus efficit.

Concio, is, conciui, à. q. Conuoco, συγκαλέω. ut, Concire multitudinem, Liuius. Item commoueo. Terent. in Hecy. Fortaſſe unum aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit. Vide Cieo, & Concieo.

Concio, onis, f.t. à Concio, is, tria ſignificat. Scilicet ſuggeſtũ unde uerba fiunt. ἐκκλησία. Liu. lib. 1. Vocato ad Conciliũ populo, ſummiſſis faſcibus in Concionem aſcendit. Item multitudinem populi aſſiſtentis conuocatam uel magiſtratus iuſſu, uel publici ſacerdotis, uel autoritate eius qui cum populo eſt acturus, πρόδοσις Græci uocant. Cic. in Læl. Concio quæ ex imperitiſſimis conſtat, tamen iudicare ſolet. Sal luſt. Itaque concione aduocata, huiuſmodi orationem habuit. Tertiò orationem ipſam, δημηγορίαν, quæ ad populum habetur. Cicero Dolabellæ, Legi concionem tuam, nihil illa ſapientius.

Conciuncula, læ, diminutiuum. Cic. ad Attic. lib. 2. Quæ mihi uidetur una conciuncula clamore pediſſequorum noſtrorum eſſe peritura.

Concionor, d.p.pen. pro. Orationẽ habeo, δημηγορέω, ἐκκλησιάζω. Cic. in Epiſt. Famil. Quòd quum Lepidus concionaretur, atq; omnibus ſcriberet ſe cõſentire cum Antonio. Ci. 1. Tuſc. quæ quum ita ſint, magna tamen eloquẽtia eſt utendum, atq; ita uelut ſuperiore è loco concionandum.

Concionabundus, di. Idem ferè quod concionans, cõcionem habens, concionatorem agens, δημηγορῶν. Liu. 5. ab Vrb. Hæc propalam concionabundus, indies magis augebat iras hominum. Idem 3. ab Vrbe, Hæc propè concionabũdus circumbiat homines.

Concionator, Eſt qui orationem habet, δημηγόρος. Hieronymus in Prolog. Salom. Eccleſiaſten Græco nomine appellat. Cic. 4. in Catil. intellectum eſt quid interſit inter leuitatem concionatorum, & animum uerè popularem.

Concionatorius, a, um, Quod ad concionem pertinet, δημηγορικὸς. Gell. Ecce autem pro tibicina Laconica, tibia quoq; illa concionatoria in mentem uenit.

Concionalis, om.t. Qui idoneus eſt ad concionandum, aut qui concionari cõſueuit, qualis hodie uulgò Prædicator appellatur. Curius Cic. Quod quidem ſi inter uos ſenes concionales uænale proſcripſerit, egerit non multum. Concionalis clamor. Cicero ad Quint. fratrem lib. 2. Sed eodem die uehementer actum de agro campano clamore Senatus propè concionali.

Concionarius, a, um, Idem. Cic. ad Quint. fratrem lib. 2. Vehementer eſſe prouidendum ne opprimatur, concionario illo populo à ſe propè alienato.

Concĭpĭlo, as, apud Næuium, ponitur pro corripio, & inuoluo, ut annotauit Feſtus. Qua uoce uſus eſt & Plautus in Truc. quem ego Affatim iam concipilabo.

Concĭpĭo, is, pen. cor. a.t. Simul capio, apprehendo, συλλαμβάνω. Vnde Concipere mulieres dicũtur, quum genitale ſemen apprehenditur ad fœtum faciẽdum, ἀπονίσασθαι, κυεῖν. Lactant. lib. 3. Quid, quòd uxor poteſt eſſe communis, filius non poteſt: quoniam concipi non niſi ex uno neceſſe eſt? Transfertur ad animum, pro ἐν νῷ λαβεῖν, ἐμβάλλεσθαι νοεῖν. Quintil. Nec tantum concipere animo ſcelus potui. Hinc Conceptus mentis, ἔννοια dicuntur quæ comprehẽdimus & imaginamur. Et apud Geometras, communes animi Conceptiones uocantur ea, quæ omnes tanquã manifeſta & indubitata profitentur: ut, Omne totũ eſt maius ſua parte: &, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, inter ſe æqualia ſunt. Interdum Concipere eſt deliberare ac deſtinare, βουλεύεσθαι. Sene. Iandudum animo cõceperat quid eſſet acturus. Vergil. 12. Aeneid. aut tu bella cie, conceperunt q; excute fœtus. Interdum congregare, in unum reducere, συναθροίζειν. Colum. lib. 1. Ne quum à uertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamẽta cõuellat. Idem, Sed ampla ſtabula ſic ordinentur, ut ne quis humor influere poſſit, & ut quiſq; ibi conceptus fuerit, quam celerrimè dilabatur. Cõcipere uerba, frequens eſt apud ueteres, pro eo quod eſt, Certam quandam uerborum formulam alicui dictare, quam ille totidem uerbis referat. Vnde cõcipere uerba iuramenti, eſt præmeditari, præſcribere, & dictare iuranti ro, quibus uerbis uelimus fieri iuramentum. Liu. lib. 7. ab Vrbe, Procul inde ire omnibus iuſſis, cultrum ſtringit, & ſuper lectum ſtans, ferro intento niſi in quæ ipſe concepiſſet, uerba iuraret, ſe patris eius accuſandi cauſa conciliũ plebis nunquam habiturum, ſe eum exemplo transfixurũ minatur. Conceptis itaq; uerbis iurare, eſt iuramentum præſtare certa quadam uorborum formula ab eo qui iuramẽtum defert, præmeditata & præſcripta. Ad hunc etiam modũ ueteres dixerunt Concipere uadimonium, hoc eſt, dictare formulam uadimonij. Cic. ad Quint. Fratrem. Negat in tanta multitudine eorum, qui unà eſſent, quãquam fuiſſe qui uadimonium concipere poſſet.

Conceptus, a, um, participium, Apprehenſus, ſiue deſtinatus, ac contractus, συναλλαγμένος. Cic. de Aruſp. Reſp. Ex uirginis furtiuo ſtupro cõceptus. Cõcepta æſtu peſtis. Col. l. 7. c. 5

Conceptus, us, ui, m. q. pro ipſo fœtu. Plin. lib. 10. cap. 22. Non edendum grauidis, niſi mortuo conceptu. Conceptus, Actus ipſe concipiẽdi, idem quod conceptio. Cic. 1. de Diuin. Quædam etiam ex hominum pecudũmue conceptu & ſatu, oſtentorum exercitatiſſimi interpretes extiterunt.

Conceptio, onis, f.t. Idem quod conceptus, σύνληψις. Plin. lib. 21. cap. 22. Chryſippus & conceptionibus eam putat conferre multum. Contra naturam conceptio, Cic. de Diuinat. Formularum conceptio, Paulus in l. Actio. negotiorum. ff. de neg. geſt. In extraordinarijs iudicijs, ubi cõceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt. Conceptio apud Grammaticos ſchema eſt, quum unum genus concipit, hoc eſt, ſimul apprehẽdit aliud genus, uel una perſona aliam. Conceptio uel imprægnatio, quare ſic uocata primitus ſit, Galenus lib. 1. de homine ſic differit. Mihi uidetur, inquit, id ipſum uerbũ Concipere, quod Græci συλλαμβάνειν τὸ σπέρμα dicunt, adeoq; nomen hoc Conceptio quod σύνληψιν ipſi uocant, inde à mulieribus eſſe impoſitũ. Etenim motum quendam ſe percipere dixerunt in utero qui uelut contraheretur, & paulatim in ſeſe coiret, ubi ſemen non conceperunt. Conceptionis cauſa eſt, moderata locorum caliditas, nec non recens menſtruorum purgatio, & appetitus libidinis. Cum enim hæc non concurrunt, ſemen non continetur. Conceptus impeditus cum bis concipit mulier à duobus. Nota exemplum de Hercule & Iphiclo apud Solinum Mira. cap. 1. Conceptus fœminæ uultũ prægnantis inficit pallore. Solin. cap. 4.

Conceptaculum, n.ſ. aut Conceptabulum, Quod aliquid continet. ὑποδοχὴ, ἐκδοχεῖον. Vt uena eſt conceptaculum ſanguinis, id eſt, in qua ſanguis cõtinetur. Plin. lib. 11. ca. 37. Superbiæ aliubi conceptaculum, ſed in ſupercilijs ſedẽ habet.

Conceptiuæ feriæ, Sunt quæ quotãnis à magiſtratibus uel ſacerdotibus in dies certos, uel incertos concipi conſueuerunt, τεταγμέναι ἑορταί. Erant autem apud ueteres quatuor publicarum feriarum genera. Nam aut Statiuæ erant, quæ certis & fixis diebus quotannis obſeruabantur, & eodẽ ſemper die in faſtis annotabantur: nos hodie Feſta immobilia uocamus. Aut Conceptiuæ, quæ quotannis quidem fiebant, ſed modò hoc, modò illo tempore, ut magiſtratui uidebatur, quales erant Latinæ feriæ, Sementinæ, Compitalia, & Agonalia. Imperatiuæ uerò, quæ quotannis fieri non conſueuerãt, ſed propter ualetudinem Principis, aut inſignem uictoriam, aut etiam imminẽs periculum à magiſtratu imperabantur. Nundinæ autem feriæ erant ruſticorum cauſa, nono quoque die inſtitutæ, ut quum octo dieb. in agris fuiſſent, ad emenda neceſſaria nono die in urbẽ cõuenirent. Vide latius apud Macrobium lib. 1. Satur. cap. 19.

Concito, concĭtas, Vide Concieo.

Conclāmo, as, are, n.p. Simul clamare, συμβοᾶν, Cic. 6. Philip

Philip. Quum uos uniuersi una mẽte atq; uoce iterum à me conseruatam esse rempub. conclamastis. Tacit. lib. 1. Conclamat partes, corpus ad rogum humeris senatorum ferendũ. Conclamare pro simplici Clamare. Cæsar 1. bel. Gall. Quos quum apud se in castris Ariouistus cõspexisset, exercitu suo præsente conclamauit quid ad se uenirent. Conclamare uasa, militaris est locutio, pro denũtiare inter milites ut uasa colligant: quod fiebat quũ exercitus moturus erat cãstra. Cæsar. lib. 1. bel. Ciuil. Quo cognito, signum dari iubet, & uasa militari more conclamari. Conclamatum est, hoc est, transactum & finitum est, πέπρακται. Quod locutionis genus ab ijs tractum putatur, qui morientibus assistunt. Solẽt enim illi cadauerum recens exanimatorum faciem identidem frigida abluere, nomenq; eorum clara uoce inclamare, ne forte syncope correptos pro mortuis funerarent. Nam qui animi deliquium patiũtur, mortuis simillimi sunt: unde & nonnullos pro mortuis elatos, & à rogo relatos accepimus. Quum itaque affusa subinde frigida, nomineq; sæpius inclamato nihil proficeretur, post ultimam conclamationem, re iam desperata, comburebãtur. Hinc corpora conclamata dicuntur, hoc est, deplorata, quibusq; extremũ hoc conclamationis præstitum est officium. Lucanus, corpora nondum Conclamata iacent.

Conclamatio, ònis, uerbale. Clamor multorum. Sen. Quũ aliqua cõclamatio est, quomodo exeat, nõ quid efferat, quærit.

Conclamito, tas, frequentatiuum. Plautus Merc. Conclamita re tota urbe, & prædicare.

Conclauatæ res, inquit Festus, quæ sunt sub eadẽ claue.

Conclaue, penult. prod. neut. gen. t. Locus secretior in interioribus tectis, unam habens clauem communem domesticis, intra quem multa loca clausa sunt adhærentia triclinio, μύλῳ. Terent. in Eunucho. Dum apparatur, uirgo in conclaui sedet. Cicero 1. de Diuinat. Cõclaue illud ubi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Idem 3. de Orat. de Scopæ interitu loquens, Hoc interim spatio conclaue, ubi epulabatur Scopas, concidit. Quintilianus eandẽ re ferens historiam, Triclinium appellat, quod à Cicerone dicitur conclaue. Verba eius sunt hæc, Vix illo limen egresso, triclinium illud supra conuiuas corruit.

Conclauium, idem significat. Plautus in Aulul. Et conclauiũ mihi peruium facitis.

Concludo, is, a. t. pen. prod. Simul claudo, uel me unà cum alio in eodem loco includo, συκάζω, καθέργω, συγκατακλείω. Terent. in Adelph. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum est. Cic. de Vniuer. Intelligẽtiam in animo, animum in corpore conclusit Deus. Item perorare, id est, orationem terminare, συμπεραίνειν, ἐπιλέγειν. Cic. 6. Verr. Vt aliquando totam huius generis orationem cõcludam, ac definiam.

Conclusio, f. t. dicitur, quã Græci ἐπίλογον, nostri modò Perorationem, modò Cumulum uocãt. Nam cumulus propriè aceruus est, & in conclusione omnia, quasi in unum aceruum colliguntur. Vocis moderatio & uerborũ conclusio, Cicero 3. de Orat. Acutæ conclusiones, Quint. libro 5. cap. 14. Subtilis, & ad mortem Dialecticorum formata conclusio, Idem lib. 7. cap. 4.

Conclusiuncula, diminutiuum, apud Ciceronem 4. Acad.

Concoctio, Vide concoquo.

Concolor, oris, omnis gen. Eiusdem coloris, ὁμόχροος, ut Cõcolor cicatrix, Plinius libro 28. cap. 9. Et libro 10. capite 19. Turdis color æstate circa collum uarius, hyeme concolor. Verg. 8. Aeneidos,

Candida per syluam cum fœtu concolor albo
Procubuit: uiridiq; in littore conspicitur sus,

Concõquo, quis, n. t pen. cor. Idem quod simplex Coquo. ἑψέω. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 10. Ad focum ligna afferre & cibum concoquere. Concoquere etiam frequentissimè accipitur pro eo quod est mutare cibum in qualitatem corpori nostro conuenientem. Martial. lib. 1. Bene concoquit Charinus, & ramen pallet. Cic. 2. de Nat. deor. Eademq; hæc auis scribitur conchis se solere cõplere, easq; quũ stomachi calore concoxerit, euomere. Interdũ etiam metaphoricôs accipitur, pro æquo animo ferre, & pati. Liuius lib. 4. ab Vrbe, Vt quem Senatorem concoquere ciuitas uix posset, regem ferret. Tracta est translatio à concoctione, quæ fit in stomacho. Concoquere odium. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. De epistola Vatinij risi: sed me ab eo ita obseruari scio, ut eius ista odia non forbeam solùm, sed etiam concoquam.

Concoctio, uerbale, Vna ex naturalis animæ facultatibus, qua cibus mutatur in qualitatem parti nutriendæ cõuenientem. πέψις. Concoctionis autem partes sunt tres, quarum prima in uentriculo, secunda in iecore & uenis cõficitur, tertia in ipsis partibus nutriendis. Plinius, Multumq; in summo cibo concoctionibus confert uel folio, uel semine.

Concordialis, Herba est syluestri papaueri similis, quæ quòd argemati oculorum medeatur, à Dioscoride Argemone est appellata, ἀργεμώνη.

Concorporo, a. p. In unum corpus redigo, συσσωματόω: quod fit, quum duæ pluresue res mistæ unum quid efficiunt. Plin. lib. 22. cap. 24. Semper mulsum ex uetere uino, facil limeq; cum melle concorporatur.

Concors, om. t. A coniunctione cordis dicitur, qui unius cordis, siue unius animi est, ὁμόνους, ὁμογνώμων. Cic. 1. Tusc. Alijs cor ipsum animus uidetur: ex quo Excordes, Vecordes, Concordes dicuntur. Plin. lib. 7. cap. 12. Diuersarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, super omnẽ esse taxationem Parcæ concordes. Vergil. 4. Eclog. Talia secla suis dixerunt currite fusis, Concordes stabili fatorũ nomine Parcæ.

Concordia, f. p. Vnanimitas, & consensus discordiæ contrarius, ὁμόνοια. Sallust. Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Dicitur concordia à corde congruente. Cic. 5. Verr. Tantamq; habebat morum similitudo coniunctionem atq; concordiam, ut, &c. Discors concordia, dicitur rerum, quæ quum inter se diuersæ sint, tamen commixtæ unum quoddam corpus conficiunt, dum una alteri us uires tẽperat & coërcet. Quid. 1. Metam. Quippe ubi temperiem sumpsere humorq; calorq;, Cõcipiunt, & ab his oriuntur cũcta duobus. Quumq; sit ignis aquæ pugnax, uapor humidus omnes Res creat: & discors concordia fœtibus apta est. Horat. 1. Epist. Quid premat obscurum, lunæ quid proferat orbem, Quid uelit & possit rerũ cõcordia discors. Discordem concordiam uocat Lucanus simulatam amicitiam: ut quum illum amplecti & colere uidemur, quem tamen tacito odio prosequimur. Verba eius sunt lib. 1. de Cæsare & Pompeio, Temporis exigui mansit concordia discors. Paxq; fuit, non sponte ducum: nam sola futuri Crassus erat belli medius mora.

Concorditas, atis, Pro concordia apud Pacuuium aliosq; uetere s ὁμόνοια. Concorditatem (inquit) hospitio adiunctam, & perpetem probitatem conseruetis.

Concorditer, Vnanimiter, pari consensu, ὁμονοητικῶς. Cicero pro Rab. Et tibi acerbior patrui mors est, quẽ nunquã uidisti, quàm illi eius fratris, qui cum concordissimè uixerat.

Concordare, n p Conuenire, concordem esse, ὁμογνωνεῖν. Terent. in Phorm. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam senectutem oblectet. Ouid. 10. Metamorph. Et sensit uarios, quamuis diuersa sonarent, Concordare modos.

Concratitius, a, um, adiectiuum, significat quod ex consertis cratib. fit. Inde paries cõcratitius dicitur, qui insertis cratib. constituitur. Papin. in l. Si fratres Digest. pro socio. Si uicini semipedes inter se contulerint, ut ibi concratitiũ parietẽ inter se ædificarent, ad onera utriusq; sustinẽda, &c.

Concredo, is, Idem quod credere, seruãdum dare, & fidei alicuius tradere, ἐπιτρέπω. Plaut. Aul. Sed mihi anus huius obsecrans concredidit thesaurum auri. Cic. pro Quint. Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiscens, & concredere solebas. Propter lib. 1. Sed quoniã non es ueritus concredere nobis Accipe commissæ munera lætitiæ. Concredere mari nauigia, Colum in Præf. lib. 4. Ventis aliquid concredere, Catul. Cic. pro Rosc. Am. Cui fama mortui, fortunæ uiui commendatæ sunt atq; concreditæ.

Concreduo, duis, dixere ueteres. Plaut. Aul. Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo. Idem Casin. ei ego amorem omnem meam Concredui.

Concremo, as, a p. pen. cor. Idem quod Cremo. καύω. Plin. lib. 12. cap. 18. Periti rerum asseuerant, non ferre tantum Arabiam annuo fœtu, quantũ Nero princeps nouissimo pompæ suæ die cõcremauit. Concremare igni. Liu. 6. ab Vrb. Vrbs concremetur, Sen. Theb.

Concrẽpo, at, penult. corr Persono, διακαίω. Et plus est, quàm sono. Nam Con ibi auctiuum est. Terẽt. Sed ostium concrepuit. Plaut. Bacchid, Sed huc concedam, nam concrepuerunt fores. Concrepare digitis, Cic. 3. Offic. Concrepare gladijs ad scuta, Iuius 8. bell. Pun. Concrepare acti uè positum. Ouid. 5. Fast. Rursus aquam tangit Temesæaq; concrepat æra.

Concre-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Concreſco, concreui, concretum, Simul creſcere, uel conglutinari, *συμφύομαι*. Non rarò tamen accipitur pro congelari, *συμπήγνυσθαι*. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ neq; conglaciaret frigoribus, neq; niue pruinaq; cõcreſceret. Verg. 3. Georg. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Sic etiam dicimus, Lac uel aërem concreſcere, pro condenſari.

Concretus, participium. Cic. 1. Tuſc. Craſſus hic, & concretus aër. Aër concretus in nubem cogitur. Idem 2. de Nat. deorũ. Cælum craſſum atq; concretum, & Aër purus & tenuis, uelut oppoſita ponit Cic. 1. de Nat. deorum.

Concretum, ti, ſubſtantiuum, Cõiunctum & cõglutinatum. Cicero 1. de Nat. deor. Quæ nihil concreti habeat, nil ſolidi, nil expreſſi.

Concretus, us, ui, m. q. Plinius libro 12. capite 16. In plenum autem probatio eſt minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis ſucci.

Concretio, onis, f. t. Cic. 1. de Nat. deor. Idẽ facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit.

Concriminor, naris, Idem quod ſimplex criminor, *ἐπισκώπτεσθαι*. Plaut. Mil. Vt ſi illic concriminatus ſiet aduerſus militem meus Conſeruus.

Concrucior, aris, Doleo, torqueor, *ἀνιάω*: ut Concruciari omni corpore. Lucret. libro 3. Et quaſi quum caput, aut oculus tentante dolore Læditur in nobis, non omni cõcruciamur Corpore.

Concũbo, as, n. p. pen. corr. ſiue, quod uſitatius eſt, Cõcumbo, is, ſimul dormio, ſimul quieſco, *συγκαθεύδω*: & per tranſlationem coẽo, *ὀχεύω*. Cic. 1. de Inuent. Si peperit, cum uiro concubuit. Ouid. 3. de Arte, Credere uix poſſum, niſi cogat credere partus Vos ergo ueſtris cõcubuiſſe uiris. Ter. in Hecy. Nam aiunt tecum pòſt duobus concubuiſſe eam menſibus. Tibul. lib. 1. eleg. 8. At Venus inuenit puero concumbere furtim.

Concubitus, us, Coitus, *συνουσία*, *μίξις*. Plin. lib. 10. cap. 63. Cæteris animalibus ſtatim per tempora anni cũcubitus: homini omnibus horis dierum, noctiumq; Celſus lib. 1. Concubitus neq; nimis concupiſcendus, neq; nimis pertimeſcẽdus.

Concubinus, *συνεύνος*, & **Concubina**, *ὁμευνέτις*. Quòd ſimul cubent. Quintil. lib. 1. cap. 3. Noſtras amicas, noſtros concubinos uident. Cic. 1. de Oratore, Mater in concubinę locũ duceretur.

Concubinæ appellatio, Maſurio honeſtior uidetur quàm amicæ: quod Accurſius non recipit: ignarus planè concubinæ nomẽclaturam apud ueteres inhoneſtam non fuiſſe: ſolũq; ſic appellatam, quæ extra legis pœnam, & ſine metu criminis haberetur, at Amicæ nomen, quaſcunq; meretrices continebat. Cætera Alciatus de Verb. ſig.

Concubinatus, us, ui, m. q. Plaut. Pœn. Illam minorem in concubinatum ſibi Volt emere miles quidã. Sueton. in Neron. cap. 18. Super ingenuorum proagogia, & nuptiarum concubinatus, Veſtali Virgini Rubriæ uim intulit.

Concubium, n. ſ. Noctis primus ſomnus: ita dictum quòd eo tempore ferè omnes cubent: hoc eſt, illa pars noctis quæ eſt inter Primam facem, & noctem intempeſtam, *μεσονυκτίον*, *τὸ μέσον νυκτῶν*. Secabatur enim apud ueteres illos Romanos diei & noctis tẽpus in diuerſas particulas, quas propriis ſuis nominibus diſcernebant. Incipiebant autem diem ciuilem à medio noctis: quod illud tempus finis eſſet præcedentis diei, & principium ſubſequẽtis. Tempus proximum De media nocte, uocabant. Deinde Gallicinium, quum Galli canere incipiunt, Inde Conticinium, quum canere deſinunt galli. Poſtea diluculum, tempus ante lucem uocatur. Poſt hoc proximum eſt Manè, quum lux ſolis apparet. Sequitur deinde illud tempus quod Ad Meridiem uocamus: deinde medius dies, quem Meridiem, quaſi Medidiem uocamus. Tempus quod meridiem ſequitur, A meridie uocatur: deinde ex ordine ſubſequuntur Suprema tempeſtas, Veſper, Crepuſculũ, quum crepera, hoc eſt, dubia lux eſt. Deinde illud tempus, quo lumina accenduntur, quod antiqui Prima face appellabant. Proximum huic tempus uocatur Concubium: inde nox intẽpeſta: ita dicta, quòd illud tempus intempeſtiuum ſit rebus agendis. Quod reliquum deinde eſt temporis, Ad mediam noctem dicitur. Hæc ferè tradit Cenſorinus de Die natali, 19. capite, & Macrob. Sat. lib. 1. cap. 2. Nox concubia. Siſen. libro 4. Hiſtor. Ipſi legati concubia nocte oppido digreſſi, iam ſupra hoſtium munitionem ſuccedunt. Plinius libro 20. capite 6. Alij excoquunt ipſum, & nocte concubia in plumbeum uas condunt. Cicero 1. de Diuin. Qui ut cœnati quieſcerent, concubia nocte uiſum eſſe in ſomnis ei qui erat in hoſpitio, &c.

Concubitor, m. t. Qui cum alio cubat, *συγκοιμητής*. Quamuis per translationẽ accipiatur pro eo qui rem uenereã exercet.

Conculco, a. p. Idem quod calco, calcibus premo, obtero, *καταπατέω*, *ἐνάομαι*. Cicero ad Attic. lib. 8. Conculcari, inquam, miſeram Italiam uidebis proxima æſtate ab utriuſq; municipijs ex omni genere collectis. Proterere & conculcare aliquem, Cic. pro Flacc.

Conculcatio, onis. Plin. lib. 8. Obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.

Concũpio, pis, Idem quod cupio, *ἐπιθυμέω*. Cic. pro Quintio, Sicut tu ſemper ſummè concupiſti.

Concupiſco, ſcis, a. t. eiuſdẽ ſignificationis. Cic. 4. de Finibus, Vt ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat. Idem 1. Academ. Nihil enim deſyderabile concupiſcant.

Concupiſcor, paſſiuum. Plin. lib. 11. cap. 6. Id ſe facturas cõſciæ, quod concupiſci poſſit. Cic. 4. Tuſc. Lætitia ut adepta iam aliquid concupitum, efferatur & geſtiat.

Concupiſcentia. f. p. Quæ eſt bonarum æquè ac malarum rerum appetitus, *ἐπιθυμία*.

Concuro, as, idem quod ſimplex Curo. Plaut. Bacch. pro dignitate obſonij hæc concuret coquus.

Concurro, ris, n. t. Simul curro, *ὁμοδρομῶ*, *συντρέχω*. Cicero 4. Verr. Tantus in curia clamor factus, ut omnes concurrerẽt. Terent. in Eunucho, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij. Concurrere dicuntur milites, quum irruunt in hoſtẽ. Cicero ad App. libro 10. Antonius in aciem ſuas copias deduco produxit, & ſine metu concurrit. Verg. 1. Aeneid. audetq; uiris concurrere uirgo. Transfertur ad inanimata. Terent. in Heaut. Concurrunt multæ opiniones, quę mihi animum exaugeant. Id eſt, conueniunt & congruunt. Concurrere, *συρρέω*, confluere. Celſus lib. 2. cap. 12. Si in ſtomachum quædam bilioſa concurrunt.

Concurritur, imperſonale, ut, Concurritur undiq; ad commune incendium reſtinguendum. Cicero 10. Phil. Concurritur, pro committitur prælium. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. Militia eſt potior, quid enim? concurritur, horæ Momento aut cita mors uenit, aut uictoria læta. Vergil. 4. Georg. Erumpunt portis, concurritur.

Concurſus, us, m. q. nomen uerbale, *συνδρόμη*. Plaut. Epid. Fit concurſus per uias. Cicero ad Brutum, Cõcurſus eſt ad me factus.

Concurſio, onis, f. t. aliud uerbale. Cicero 1. de Finibus. Ille atomos quas appellat, id eſt, corpora indiuidua, propter ſoliditatẽ, cenſet in infinito inani ita ferri, ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant.

Concurſo, as, are, frequentatiuum. Cic. pro Sex. Roſc. Qui armati noctes dies q; concurſabant. Huc illuc caſũ, & temere concurſare. Idem 2. de Natura deorum. Lucret. lib. 2. Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes Concurſant.

Cõcurſator, oris. Liu. 2. bel. Maced. Ita nec eques regius equiti par erat, inſuetus ad ſtabilem pugnã, nec pedes cõcurſator.

Concurſatio, onis. Cic. pro lege Agr. Quàm acerba, quàm formidoloſa, quàm quæſtuoſa concurſatio?

Cõcurſus, us, **Cõcurſio**, is, **Cõcurſo**, as, Vide Cõcurro.

Concuſſus, Vide Concutio.

Concũtio, tis, Commoueo. *διασείω*. Terent. in Eunucho, At quẽ Deũ: qui tẽpla cæli ſummo ſonitu cõcutit. Ouid. 1. Metam. Terrificam capitis concuſſit terq; quaterq; Cæſariem. Valer. Flacc. lib. 6. quaſcunq; libet nunc concute mentes. Verg. 5. Aeneid: Caſu concuſſus acerbo.

Concuſſus, us, ui. Commotio. Plin. lib. 31. cap. 16. Coquitur in calicibus crebro concuſſu.

Concuſſura, pro Concuſſione utitur Tertulianus in libro de Fuga in perſecutione.

Condalium, n. ſ. Anuli genus, teſte Feſto, *δακτύλιος*. Plaut. in Trinu. Inter eosnè homines condalium redipiſci poſtulas? Et paulò antè, In termopilo condalium eſt oblitus. Dictum autem uidetur Condalium, *ἀπὸ τῶν κονδύλων*, hoc eſt, à digitorum articulis, ſiue nodis, qui anulis exornantur: quanquam & Condyli, ſiue conduli nomine etiam anuli ſignificari, idem Feſtus eſt autor.

Condẽcẽt, penultima corr. à Decet compoſitum: idem ſignificans, quod ſimplex, *πρόσκειται*. Plautus Pſeud. Sed uide an ornatus hic me ſatis cõdecet. Idem Amph. Obiſtuc omen ominator capies quod te condecet.

Condecenter, *προσηκόντως*. Cel. lib. 6. cap. 12. Commodè hæc quidem omnia, & condecenter.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Condecentia, ἐυχρμοσιωή. Cicero 3. de Orat. Sic uerbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam, sententiis uerò ad grauitatem orationis utatur.

Condemno, as. a. p. ex Con, & Damno, propriè iudicis est, quum multam reo, uel pœnam per sententiam irrogat, κατακρίνω. Et construitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Cicero 3. de Oratore, Cuius respõso sic exarserunt iudices, ut capitis hominem iunocentissimum condemnarent. Idem pro L. Flacco, Scæuola aliis multis criminibus condemnatus. Extenditur etiam interdum condemnandi uerbum ad accusatorem, ut idem sit quod reumperagere, uel efficere ut quis damnetur. Cicero 2. Verr. Ego hoc uno crimine illum condemnem necesse est. Item extra forum: ut, Condemnare aliquem negligentiæ, inertiæ, impudentiæ, hoc est, negligentiæ, inertiæ, uel impudentiæ uitio eum affinem uel obnoxium iudicare. Cic. 2. de Orat. Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare, pòst etiam impudentiæ. Cic. Tironi, Etiam sceleris condemnat generum suum. Idem Curioni, Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine.

Condemnator, etiam pro accusatore qui reum peregit, apud Tacitum lib. 4. ubi Domitium Afrum uocat condemnatorem Claudiæ Pulchræ, quum antè retulisset, fuisse ab eo ac Condemnatus uoti, Vide latè in uerbo Damno. (cusatam.

Condĕcŏrŏ. a. p. pen. corr. Orno, honesto, cohonesto, κοσμέω, τιμάω. Terentius in Prologo Hecyræ, Vobis datur potestas condecorandi ludos scenicos. Plin. lib. 35. cap. 10. Dignis digna loca picturis condecorauit.

Condecorè, aduerbium. Gel. libr. 14. cap. 4. Condignè me hercule, & condecorè Chrysippus depinxit.

Condenso, as. are, a. p. Cogere, spissare, συμπυκνόω. Colum. lib. 7. Torrido sale contingitur, rursus ponderibus condensatur. Cato cap. 90. Hæc unà bene condensato, quàm maximè uti lutum fiat. Pro eodem etiam apud antiquos legitur.

Condenseo, ses, set. Lucret. lib. 1. Quòd si fortè aliquis, quum corpora diffiluere, Tum putat id fieri, quia se condenseat aër, Errat.

Condensus, a, um. Plin. lib. 10. cap. 73. Insidunt in eadem Africa pardi condensa arbore. Condensa acies, Condensa turma, Liu. 6. bell. Pun. & Hircius lib. 5. Condensæ columbæ, Verg. 2. Aeneid. Condensa arborib. uallis, Liu. 5. bel. Pun.

Condepso, is, ere, Commiscere, à Græco δέψω tractum. Pomponius Nuptiis, Partem insipui, concluſui, condepsui. Hæc Nonius. Cat. ca. 76. Postea farinæ L. I I. conspergito, cõdepsitoq.

Condico, is, a. t. pen. prod Simul determino, constituo, de nuntio, ὁμολογοῦμαι, ἀφορίζω. Iustin. lib. 3. Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant. Idem, Hi per epistolas inuicem se confirmantes, locum tempusq; coëundi condicunt, bellum communibus uiribus instruunt. Idem pacisor, ineo. Liu. libr. 2. ab Vrbe, Hoc anno indiciæ, quæ antea semper negatæ fuerant, cum Latinis dictæ sunt. Dicimus etiam condicere cœnam pro prædicere, seu pronuntiare, seu promittere. Sueton. in Tib. Sex. Claudio libidinoso ac prodigo seni cœnam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret. Inde Condicta cœna, hoc est, promissa, uel denuntiata. Sueton. Velut ad subitam, condictamq; cœnulam inuitaret populum. Condicere rem aliquam, Iurisconsultis usitatissimum est, pro repetere. Iul. l. Si alienum. ff. de mortis causa don. Si alienam rem mortis causa donauero, eaq; usucapta fit, uerus dominus cõdicere eam non potest. Plaut. Hic scit posse sibi condici, si conualueris donator. Condicere rerum aut litium. antiqui dixerunt, pro denuntiare res aut lites. Liu. lib. 1. ab Vrbe, quarum rerum, litium, causarum condixit Pater patratus populi Romani Quiritium, Patri patrato priscorum Latinorum, hoc est, quas res, lites, causas Pater patratus denuntiauit.

Condictum. n. s. Quod in cõmune est dictum, id est, promissio, seu pactum inuicem factum, ὡμολογημένον. Festus.

Condictio. f. t. (ut docet Festus) in diem certum eius rei, de qua agitur denuntiario est. Condicere enim prisca lingua, est dicendo denuntiare. Actio in personam Condictio appellatur. Vlpian. in l. actionum genera ff. de act. & obl. Actionum genera duo sunt. In rem, quæ dicitur Vendicatio: & In personam, quæ condictio appellatur.

Condictitius, a, um, ut, Actio condictitia, qua aliquid condici mus, & reperimus: in iure ciuili Conditio uocatur. Vlpian, in l. Si duo, paragraph. idem Iulianuus. ff. de iurciurando Idem Iulianus scribit, eum qui iurauit furtum se nõ fecisse, uideri de toto iurasse: atq; ideò neq; furti, neq; cõdictitia tenetur: quia condictitia, inquit, solus fur tenetur. De conditione furtiua intelligit.

Condignum, n. s. Pro digno ab aliquibus usurpatur, ἄξιον. Plautus in Amph. Aecastor condignum donum, qualis est, qui donum dedit. Gel. lib. 3. cap. 7. Pulchrum facinus, Græcarumq; facundiarum magniloquentia condignum.

Condignè, aduerbium, ἄξιως. Plaut. Cas. Noctu ut cõdignè recubes curabitur. Condignè & condecorè, Gel. lib. 14. cap. 4.

Condisco, is, ere, n. t. Idẽ quod disco, μανθάνω, συμμανθάνω. Plautus Pseud. Ego isthuc alijs dare condidici: mihi obtrudere non potes Palpum. Cic. pro Planc. Condiscas censeo, mihi paulò diligentius supplicare.

Condiscipulus, li, m. s. Qui cum alio discit, συμμαθήτης. Cic. 1. Tusc. Dicæarchum uerò cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo, doctos sanè homines omittamus.

Condiscipulatus, us, Iustin. libro 12. Multum profuere & Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi.

Condiscipula, læ, fœminino, apud Martialem lib. 10. Hac cõdiscipula, uel hac magistra Esses doctior, & pudica Sappho.

Condio, dis. condiui, uel condii, conditum, a. q. pen, prod. Sapidum facio, quod fit quum epularum sapor, sale, aut pinguedine, seu aromatibus commendatur, ἡδύνω, ταριχεύω, ἀρτύω. Iuuenalis, & quadringentis numis condire gulosum Fictile. Cicero ad Gal. lib. 7. Herbas omnes ita condiũt. Idem 5. Tusc. Labore in uenatu, sudore, cursu, fame, siti condiebant epulas Lacedæmonij. Et per translationem, Condire tristitiam hilaritate. Cicero ad Atticum, Hilaritatem illam, qua hanc tristitia m temporum condiebamus, in perpetuum amisi.

Conditus, pen. prod. nomen ex participio: ut, Condita oratio, per metaphoram, salibus quibusdam aspersa. Cic. 2. de Orat. Nec enim concio maior unquam fuit, nec apud populum grauior oratio, quàm huius contra collegam in censura nuper: neq; lepõre & festiuitate conditior. Idem de Senectute, faciunt conditiora cibaria, aucupium, & uenatio.

Conditio, onis, f. t. secunda syllaba prod. Actus ipse condiendi. Cicero 1. de Natura deorum, Perspicuũ est enim quò compositiones unguentorum, quò ciborũ conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

Conditus, us, pen. prod. Idem quod conditura. Columella lib. 2. cap. 22. Vuas item q; oliuas conditui legere licet.

Conditor, oris, pen. prod. ὀψαρτυτής, qui fercula condit. Cicero post reditum, Hi sunt cõditores instructoresq; conuiuij: ijdem expendunt atq; æstimant uoluptates.

Condimenta, Dicuntur gulæ irritamenta, quæ ad condienda obsonia fiunt, ἀρτύματα, ἡδύσματα. Cicero lib. 3. Officiorũ, Nam ut tribuamus aliquid uoluptati, condimenti fortasse nonnihil, utilitatis certè nihil habebit. Plautus Cas. coquos equidem nimis Demiror, qui tot utuntur condimentis: eos eo Condimento uno non utier, quod præstat omnibus. Cicero 1. de Fin. Audio dicentem, Cibi condimentum esse famem, potionis sitim. Facetiæ omnium sermonum condimenta, apud eundem 3. de Orat.

Condimentarius, Dicitur qui condimenta conficit, aut uendit. ταριχοπώλης. Est & condimentarius, a, um, adiectiuũ, quod ad cõdimenta pertinet, ἀρτυματόδης. Plin. lib. 9. cap. 8. Hæc apud nos habet uocabulum aliud, Satureia dicta, in condimentario genere.

Conditaneus, Modò à condendo, hoc est, recondendo, siue reponendo: Modò à condiendo fit, & significat quod condi, uel cõdiri potest, ἀρωτικός. Vnde apud Varronem, Condita neam oleam in agro crasso & calido maximè ferre cõuenit.

Conditura, ræ, f. p, Idem quod condimentũ, σκευασία, ἄρτυμα. Colum. lib. 12. cap. 4. Vasa autẽ fictilia, uel uitrea plura potius quã ampla, & eorũ alia picata, nonnulla tamen pura, pro ut conditio cõdituræ exegerit. Seneca Epist. 96. Inuẽtæ sunt mille condituræ, quibus auiditas excitaretur.

Condo, dis, didi, a. t. In interiorẽ locum ad custodiam do, repono, recondo, ἀποτίθημι, καλύπτω, ἀποσώζω, ἀποκρύπτομαι, ταμιεύω. Plinius, Formicæ condunt æstate, quibus hyeme fruantur. Verg. 2. Aeneid. Et nota conduntur in aluo. Plinius, Si libeat credere, ut sub una ficu condantur equitum. Quandoq; constituo, ædifico, quasi simul do, κτίζω. ut, Troiani Romam cõdiderunt. Et, Cicero multos libros cõdidit, id est, composuit. συντάττω. Sallust. in Catil. Vrbem Romam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Romam ficuti ego accepi, cõdidere, atq; initio habuere Troiani. Cic. 1. de Diuinat. Nempe eò Romulus regiones direxit, rum quum urbem condidit. Verg. 2. Eclog. Pallas quas condidis arces Ipsa colat. Quandoq; potior: sic enim interpretatur Nonius illud Vergilij lib. 7. Aeneid. Optato condantur Tybridis alueo. Huius composita sunt Abscondo, & Recondo.

Conditor, m. t. pen. corr. à uerbo Cõdo, Qui aliquid facit, uel rei alicuius author, ἄρξας, δημιουργὸς, κτίσης, ἀρχηγὸς, ut Conditor legum, Plautus in Epid. Conditor disciplinæ militaris, Plinius in Epist. Conditor uerò penult. prod. à Condio, is, Vide Condio.

Conditorium, n. s. à condendo, Locus in quo aliquid reponitur, ἀποθήκη. Vnde & pro sepulchro ponitur, in quo mortuorum corpora, aut cineres reconduntur. Petronius Arbiter, In cõditoriũ etiã prosequuta est defunctum, positumq; in hypogæo Græco more corpus custodire cœpit. Suet. accipit pro ipsa capsa, in qua mortui reconduntur, quũ ait, Alexandri Magni conditorium aureum fuisse. Conditorium muralium tormentorum, apud Ammianũ, pro repositorio machinarum. Plin. Epist. 96. Tam rara in amicis fides, tam parata obliuio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus conditoria construere, omniaq; hæredum officia præsumere.

Condititicius, a, um, Quod conditum est & seruatum, ἀποθετός. Columella libro 9. de Columbis, Duobus aut tribus modò mensibus acceptãt conditicia cibaria, cæteris sepsas pascũt seminibus agrestibus:

Conditiuus, a, um, Quod conditum, seu repositum est, siue q aptè cõdi, & seruari potest, ἀποκεῖσθαι, ἐνάμιος, ἀποκείμενος. Varro lib. 1. de Re rust. Conditiua mala, struthea, cothonia, scantiana, mustea, in loco arido & frigido superposita palee, seruati rectè putant. Columella libro 8. Itaq; manè, priusquã pcedant in pascua, conditiuis cibis sustinendæ sunt, ne immaturis herbis citetur aluus.

Conditiuum, ui, substant. pro sepulchro. Seneca Epist. 61. Qui uerò latitant, & torpent, sic in domo sunt, quomodo in conditiuo.

Conditio, sine c. à Condo, is, fit: pro fortuna, siue sorte, aut qualitate fortunarum, temporum, & rerum poni solet, κατάστασις. Cic. O miseram conditionem administrandi Consulatus. Idẽ 5. Tusc. Nihil est enim quod tam obtundat eleuetq; ægritudinem, quàm perpetua in omni uita cogitatio, & meditatio conditionis humanæ. Conditiones pacis, hoc est, cõuentiones, pacta, leges. Cic. in Epist. Feruntur omninò conditiones pacis ab illo, ut Pompeius eat in Hispaniam. Homo bonæ cõditionis, qui in bona fortuna est, hoc est, qui diues est. Aliquando electionem & conuentionem denotat. Sic apud Terentium amatores Chrysidis tulerunt conditionem (πρόκλησιν) si uellet eis morem gerere, se daturos illi pretium: ipsa uerò accepit conditionẽ, id est, pactioni, promissionig; consensit, Terent. in Heaut. Harum duarum conditionum nunc utram malis uide.

Conditio, qualitas ea dicitur, qua aliquid condi, id est, fieri aptum est. Alciat. in l. debitori. C. de pact. Vel, Conditio dicitur, cum quid in casum incertum, qui potest tẽdere ad esse & non esse, confertur. Fer. Instit. de uerb. oblig. Conditio uera, intelligenda ea est, quæ omnino incerta est, ante cuius euentum, non oritur obligatio, nec actio. Cõditio diuiditur in eam quę est Facti, & eam quæ est Iuris l. multum interest. de Condi. & demonstra.

Conditionalis, lẽ, Martianus in l. Quum hæres. ff. de acquir. hær. Solus hæres futurus est omninò, nisi habeat in conditionalem partem substitutum.

Conditionaliter, aduerb. Instit. de leg. parag. longè magis. Sed si conditionaliter enuntiata fuerit causa, aliud iuris est.

Condus, m. s. Dicitur is qui condendis, hoc est, reponendis cibis præpositus est: quemadmodum Promus, qui cibum promit, hoc est, profert. Et quia eiusdem ferè officiũ esse solet, cibos promere & recondere, factum, est ut qui ei muneri præesset, composito nomine Promuscondus diceretur. Plaut. Pseud. Condus, promus, procurator peni.

Condoceo, ces, Idem quod doceo. Hircius libro 5. Eoq; fræ nato, uti condocuerat.

Condocefacio, act. t. Instruo, assuefacio, συμπαιδεύω, εἰθίζω. Cicero 1. Tusc. Nemo est enim qui eorum bonorum animum putet esse iudicem, cumq; condocefaciat, ut ea quæ bona, malaſie audiantur, possit contemnere.

Condõleo, les, Proprie est dolore alterius cõmoueri, συνάχθομαι, συμπάσχω, συμπάθω. Quanquam etiam non tarò pro simplici accipitur. Plaut. Trucul. Nam mihi de uento misere condoluit caput. Cicero tertio de Orat. Nam tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremq; multum consequutum esse audiebamus.

Condolesco, is, Cic. 1. Acad. Quumq; perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaq; & condolescere, & cupiscere, & extimescere, & efferri lætitia dicerent.

Condõno, as, act. p. idem quod Dono, δωρέομαι. Plaut. Menæch. Ego illam non condonaui, sed sic utendum dedi. Cic. ad Philip. Proconsulem, Vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimùm condones. Cicero 2. Offic. Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant. Condonare peccatum, est ignoscere, συγγινώσκειν, Salluſt. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam. Cæsar, Monet ut in reliquum tempus omnes suspiciones uitet, præterita Diuitiaco fratri condonare dicit.

Condonatio, Cicero secundo Verr. Simul in iure dicendo bonorum, possessionumq; contra omnium instituta additio, & condonatio.

Condormio, mis, Simul dormio, συγκαθεύδω. Plaut. Most. Abimus omnes cubitum, condormiuimus.

Condormisco, is, ere. Plaut. Rud. Obsecro hospes, da mihi aliquid loci, ubi condormiscam parum. S. Istic ubi ubi uis cõdormisce, nemo prohibet, publicum est. Idem Milite, Qui libitum est illi, condormiscam.

Condrillon, siue **Condrilla** Plinio, κονδρίλλη Dioscoridi, Herba est caule & flore ambubeiæ, hoc est, agresti intubo similis, unde & intybi speciem aliqui esse dixerunt: tota tamẽ tenuior est. Inuenitur q; in imi ramulis gummi, fabæ magnitudine, similitudine mastiches, quod tritũ, & cum myrrha in linteolo oliuæ quantitate fœminis subditum, menses earum ducit. Est & alterum condrillæ genus, folium habẽs ueluti circũrosum, oblongum, per terram stratum, caulem liquore lactis madentem, radicem tenuem in mucronẽ desinentem, inanem, rotundam, flauescentem, eodem liquore plenam. Vtriusq; Condrillæ meminit Dioscor. lib. 2. cap. 125.

Condris, siue potius Chondris, herba est, quam nonnulli Pseudodictamum uocant, & ferè ubiq; crescit, dictamo folio similis, ramulis minoribus. Author Plinius libro uigesimo quinto, capite 8.

Condrites, panis qui est ex halica, siue zea.

Conduco, is, act. p. pen. prod. pro simul duco, cõgero, σωάγω. Var. Manè suscitat rostra, populũ in fora conducit. Cic. 2. de Inuent. Tunc Croroniatæ publico de consilio uirgines in unum locum conduxerunt, & pictori quas uellet eligendi potestatem dederunt. Interdum conuerto. Lucil. Et uirtute tua & claris cõducere chartis. Interdum pretio utendum accipio, mercede operam alicuius emo, μισθόω. Cic. pro Cælio, Cælius domum conduxit in palatio. Idem pro Mur. Si mercede conducti obuiam candidatis issent. Plaut. Cædendum conduxi ego illum. Idem in Pseud. Quantulo argenti te conduxit Pseudolus? Cõducere etiam is dicitur, qui pretium accipit pro re aliqua facienda: quod & Redimere dicitur. μισθοῦμαι. Vlpian. Si quis seruum docendum conduxerit. Cic. de Diuinat. 2. Qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat facienda. Cõducit, in tertia persona uel conducere in infinito, significat utile esse, συμφέρει, συμβάινει. Et si de homine loquamur, cum datiuo tantũ construitur. Col. lib. 1. Nam id minimè conducit agri colæ. Si autem de re alia, tunc quoq; accusatiuum mediante præpositione admittit. Plaut. in Capt. Vt potissimũ quod in rem rectè conducat tuam, id petam, id prosequar corde, animo, atq; uiribus. Et iterum ibidem, Nam si ea memorem quæ ad uentris uictum conducunt, mora est. Cic. Lentulo, Et Reipub. rationibus putem conducere. A conduco, fit participium conductus, a, um, μεμισθωμένος. Plaut. Epid. parabo Dolosam fidicinam, nummo cõducta quæ sit. Idem Aul. Alibi, opera huc conducta est uestra, non oratio. Cic. pro Sest. Erat autem contentio non cũ uictore exercitu, sed cum operis conductis.

Conductũ, substantiuũ: ut, Habere aliquid conducti. Cic. pro Cluent. Solet enim extra portã aliquid habere conducti.

Conductor, oris. m. t. uerbale, Qui rem aliquam, aut operam alicuius pecunia cõducit, μισθοδότης. ut, Fundi cõductor hoc est, inquilinus: Item qui pretio opus aliquod faciendum suscipit. Cic. ad Q. fratrem lib. 3. Nicephorum uillicum tuum sanè probaui: quæsiuiq; ex eo quid ei de illa ædificatiũcula Laterij, de qua mecum loquutus es, mandatum fes. Tum is mihi respondet, seipsum eius operis HSXVI

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

conductorem fuisse: sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad pretium: atq; id se omisisse.

Conductio, onis, f. t. μίσθωσις. Cic, pro Cecin. Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum, quum ex eadē conductione fuerit in fundo. Conductio, pro collectione. Cic. 1. de Inuent. Quare in longis argumentationibus ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet: in breuibus, id solùm, quod conficitur, exponere.

Conducibilis, le, om. t. Quod utile est, λυσιτελὴς, ἀνύσιμον. Plaut. in Bacch. Non ego istuc facinus mihi cōducibile esse arbitror. Item quod conducì potest.

Conductitius, a, um, Quod conduci solet. siue ex eorū numero est quæ conducuntur μισθωτὸς. Plaut. in Epid. Sed una res me turbat, ratioq;, Apœcidi quomodo ostendam fidicinam aliquam conductitiam. Conductitia domus tamen dicitur, quæ conducta est, ἐπίμισθος οἶκος. Sic conductitia opera, dicitur mercenaria, quæ conducta est. Varro, Omnes hi agri coluntur hominibus seruis, aut liberis, aut utriq; : liberis autem, quum ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua pgenie, aut mercenarijs aut cōductitijs operis liberorū.

Condŭlus, Idem quod anulus, teste Festo, δακτύλιος. ita dictus, ut uidetur, ἀπὸ τῶν κονδύλων, hoc est à digitorum articulis, aut nodis : siue quòd anulis digiti exornari soleant, siue quòd in digitis anuli ueluti nodi quidem emineāt. Prisci etiam Vngulum uocauerunt, & Symbolum, teste Plin. libro 33. cap. 1.

Conduplicō, as, are, a. p. Idē qđ simplex Duplico, διπλόω. Terent. in Phorm. Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Diuitias conduplicare. Lucret. lib. 3. Cic. 1. de Diuinat. Tenebræ conduplicantur.

Conduplicatio, onis, διπλασιασμός. Plaut. in Pœn. Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio? Est & conduplicatio, figura Rhetorum. Author ad Neren. lib. 4. Conduplicatio est unius uerbi uel plurium, iteratio.

Condurdon, Herba est solstitialis, flore rubro, quæ è collo suspensa comprimit strumas. Vide Plin. lib. 26. cap. 5.

Condus, Vide Condo.

Condylōmă, atis, n. t. penultima producta, κονδύλωμα. Tuberculum insanabile (ut Iulius Pollux inquit) quod nascitur circa coronam ani, siue podicis, sanguinem iugiter profundens: ita dicta à similitudine condylorum, hoc est, nodorum, qui in digitis, stricta in pugnum palma, eminent. Curationem huius morbi uide apud Cels. lib. 6. cap. 18. Vulgus uocat morbum S. Fiacrij.

Cōndylŭs, m. f pen. corr. κόνδυλος. Iunctura, & nodus articulorum in digitis eminens, stricta in pugnum palma. Nam quatuor digiti, ut scribit Aristoteles, ternos habent condylos, pollex uerò duos. Græci etiam κόνδυλον pugnum uocant, qui fit complicatis digitis in cōdylos. Vnde Plutarch. scribit, eum quem Castor condylo percussisset, statim mortuum. Martian. lib. 1. Caput illi uirga comminuens, eisdem quibus fuerat eblandita ictibus crebris, cōplicatisq; in condylos digitis uulnerabat.

Confabulo, as, are, & Confabulor, aris, n. d. p. Colloquor, συμμυλῶ Plautus Mostell. Hisce hodie hanc confabulabant fabulam. Plautus Cistel. Saluā eccam, sed ego rem magnam tecum Confabulari uolo.

Confarrĕātĭō, f. t. seu ut alii cōfarratio, Genus erat sacrificij inter uirum & uxorem, in signum firmissimæ cōiunctionis: sicut Diffarreatio seu Diffarratio simile erat sacrificium, quo coniuges per confarreationem coniuncti, dissoluebantur. Sed huiusmodi matrimonij aut diuortij genus, solis sacerdotibus erat in usu. Author est Boëthius in Topicis Ciceronis. Plinius lib. 18. cap. 3. Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis uinculo erat: nouæq; nuptæ farreum præferebant. Corn. Tacit. lib. 4. Nam patritios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex queis unus legeretur uetusto amore: neq; adesse, ut olim, eam copiam, omissa cōfarreandi consuetudine, aut inter paucos retenta.

Confatalis, le, Quod eadem fati necessitate tenetur, συναπαρεμφής. Cic. de Fato, At si ita fatum sit, Nascetur Oedipus Laio, non poterit dici, siue fuerit Laius cum muliere, siue non fuerit: copulata enim res est, & confatalis.

Confector, Confectio, & Confectura, uide Cōficio.

Confercio, is, a. q. ex Con, & Farcio. significat compleo. ἐμφορέω, συσκευάζομαι, Plin. lib. 12. cap. 15. Myrrham passim à uulgo cōemptam in folles conferciūt. Varr. de Re rust. Quo facto non modò desistunt pugna, sed etiam conficiunt fe lingentes.

Confertus, participium. Idem quod condensatus. Cæs. Neq; a tanta multitudine coniecta tela cōferti uitare poterāt. Cicero in Catilina, Vino languidi, conferti cibo, fertis redimiti, unguentis obliti.

Confertus, a, um, à quo Confertior, Confertissimus, ἀθρόος, συνεσκιασμένος. Liu. 9. ab Vrbe, Præterquàm quod confertiores steterant. Ibidem, In confertissima turba prope regium tribunal constitit. Ibidem, Eò se in confertissimā turbam recepit.

Confertim, aduerbium, Densè. Liu. Quum confertim Romani, ut solent, densatis excepissent curis. Idem de bell. Maced. Confertim pugnant, & cædunt.

Confĕrō, confers, in unum fero, congero, συμφορέω. Columella lib. 1. Sitq; utriq; proximum horreum, quo conferatur rusticum instrumentum. Cic. lib. 3. Offic. Omnes curas cōgitationesq; meas conferebam. Ponitur aliquādo pro confero, hoc est, coniūgo. Vnde conferre pedem, ὁμόσε χωρεῖν τινί, est pedem pedi conferre, & loco non cedere. Conferre manum, & procedere longius audet. & paulò antè, Conferre manum furor, iraque monstrat. Conferre gradum, est gradum coniungere, & æquis passibus incedere. Idem 3. Georg. Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos. Idem. 6. Aen. iuuat usq; morari, Et conferre gradū, & ueniendi discere causas. Conferre signa, Est duorū exercituum signa in eundem locum ferre, animo ineundæ pugnæ. Liu. lib. 1. ab Vrbe. Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis signa contulerat. Conferre etiam cum accusatiuo loci sæpe significat idē quod Eo, uel accedo. Cic. in Epistola, Exclusus ab Anthiochia Dolabella in Laodiceam se contulit. Idem tertio de Oratore, Quum Aeschines cessisset Athenis, & se Rhodum contulisset. Quandoque pro disputo, seu in comparationē deduco, συμβάλλω. Et dicimus, Confero te illi, & cum illo. Ouid. Confer Amyclæis medicatum uellus ahenis, Murice cum Tyrio, turpius illud erit. Quandoq; pro paro, dispono. Plautus in Curcul. Ita tuum conferto amorē semper, si sapis, Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro. Quādoque pro impono, iniicio, transfero, ἐπάγω. Idem in Amph. Ne posteri us in me culpam conferas. Quandoque pro communico. Terentius in Heaut. Syrus cum illo nostro consusurrat, conferunt̄que consilia adolescentes, id est, simul communicant, κοινονοῦσι. Quandoque pro coniungo. συνάπτω, Cicero ad Octauium, Nam ut ordiar à principio, & perducam ad extremum, & nouissima conferam primis. Conferre uerba in pauca, διὰ βραχέων ἐπεῖν, pro concludere, & uerborūm compendio uti. Plautus, Nunc uerba in pauca conferam. Quandoque pro transfero, traduco, aliò fero. μεταφέρω. Terentius in Eunucho, Metuet semper, quem ipsa nunc capit fructum, nequando iratus tu aliò conferas. Idem ibidem, Vsquecadeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica uerba, uerba dum sint. Verùm enim si ad rem conferrentur, uapulabit, id est, deducerentur. Quandoque pro utilitatem affero, seu prosum, συμφέρω, συντελέω. Columella libro primo, Cæterum ad æstiuos temperandos calores, plurimum conferunt salientes riui. Conferre beneficium in aliquem, est aliquem beneficio afficere, uel beneficium apud aliquem colloçare. Exempla passim occurrunt apud Ciceronem in Officijs.

Collatio, f. t. Dicitur quod in unum confertur, ἔρανος, ἀσφορά. Budæus, Collationem antiqui uocabant, quæ indicitio aliàs Latinè dicitur : uulgus Taleam uocat. Plin. in Paneg. Nam mihi cogitantem eundem de collatione remisisse, donatiuum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Liu. 4. ab Vrbe, Patres bene cœptam rem perseueranter tueri, conferre ipsi primi : & quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium cōuehentes, spatiosam etiam collationem faciebant. Est item Collatio nōnunquā idem quod comparatio παραβολή. Plautus in Mil. Vbi facta erit collatio nostrarum malitiarum, Haud uereor, ne nos subdola perfidia peruincamur. Collatio (inquit Cicero 2. de Inuent.) est oratio rem cum re ex similitudine conferens.

Collatus, particip. ut; Collatis signis pugnare, συναθρῆσαι. quod significat unū in locū perlatis signis, ad pugnam congredi.

Collatitius, a, um, ἀσυλλογίμενος, συναγόμενος, Quod collatum est. Apul. lib. 4. Choraula doctissimus collatitia stipe de mensa

mensa paratus. Collatitia instrumenta, Seneca in cõsolatione ad Martiam, uocat ea quæ à pluribus commodãtur. Collatitijs & ad dominum redituris instrumentis scena adornata est. Sic Quintilianus Declamat. 6. Collatitiã uocat sepulturam, quæ à pluribus confertur.

Collatiuus, a, um, Idem quod Collatitius, quod scilicet à pluribus collatũ est: ut Collatiuum sacrificium. κὶξ ἐράνου θυσία. Collatiuum autem uentrem uocat Plautus, magnũ & turgidum, eo quòd in eum edulia multa conferantur. Collatiuũ etiã neut. gen. dicimus, eadem forma, qua Donatiuũ, pro pecunia quam populus principi uel Reipub. confert.

Collator, oris, m. t. uerbale à Confero. Plaut. Curc. Symbolorũ collatores apud forum piscarium.

Collatus, us, ui, m. q. Hircius de bel. Hispan. lib. 6. In collatu, pari erant conditione.

Conferrumino, Vide Ferrumino.

Confertus, a, um, & **Confertim**, aduer. Vide Confercio.

Conferua, quid sit, declarat Plin. lib. 27. cap. 9. his uerbis, Peculiaris (inquit) est Alpinis fluminibus conferua, appellata à conferruminando, spõgia aquarum dulcium uerius, quàm muscus, aut herba, uillosæ densitatis atq; fistulosæ. Curatum ea scio omnibus ferè ossibus cõfractis, prolapsum ab arbore alta putatorem, circũdata uniuerso corpori, aquam suam inspergentibus, quoties inarescceret, &c.

Conferueo, es, Simul ferueo, uel idem quod simplex Ferueo. ζέω, & per translationem pro quouis modo incalesco. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. mea quum conferbuit ira. Accipitur item Conferueo, pro ferruminor, coëo, consolidor. Celsus lib. 8. cap. 10. Si quando ossa non cõferbuerint, quæ sæpe soluta, sæpe mota sunt, in aperto deinde curatio est: possunt enim coire. Et paulò pòst, Solent interdum diuersa inter se ossa conferuere: eoq; & breuius membrũ sit, & indecorum. Hinc conferua herba nomen accepit, quòd ea ossa fracta cõ ferueant, hoc est, ferruminentur: de qua uide paulò antè.

Conferuesco, cis, Columella libro duodecimo. Nec postea tangitur, donec conferuescat.

Confestim, Statim, euestigiò, παραχρῆμα, παραυτίκα. Cæsar 5. bel. Gall. Cæsar præmisso equitatu, cõfestim legiones subsequi iussit. Cic. 5. Philip. Rem administrãdam arbitror sine ulla mora, & confestim gerendam censeo.

Confibula, læ, à Catone cap. 12. de Re rust. numeratur inter instrumenta torculari necessaria, cuius præcipuus erat usus, ut dehiscẽtibus arboribus induceretur, ad hiatũ earũ comprimendũ. Verba Catonis sunt hæc, Serias (inquit) tres fibulas, quadraginta uectes, quadraginta confibulas ligneas queis arbores comprimat, si dehiscent, & cuneos sex.

Conficio, confeci, confectum, act. t. compositum ex Con & Facio. Facio, perficio, exequor, πράσσω, διαπράττομαι, πράττω, τελέω. Cic. Fam. 5. De Dionysio, si me amas, confice: quãcunq; ei fidem dederis, præstabo. Idem, Cõfeci, quę iussi, fii omnia. Huc pertinent uariæ loquendi formæ. Cic. Philip. 9. At ille properans, festinansq;, mandata nostra coficere cupiens. Conficere officium legationis, apud Cæs. bel. Ciuil. 3. Conficere nuptias. Terent. in And. Nam satis credo, si aduigilaueris, Ex unis geminas mihi conficies nuptias. Conficere negotium. Plaut. in Cist. Nemo exibit, omnes intus conficient negotium: Vbi id erit factum, ornamenta ponent. Conficere pacem. Cic. pro Flac. Pacem maritimam summa uirtute, atq; incredibili celeritate confecit. Terent. in Heaut. In mentem uenit: nanq; adolescens quã maximè sine spe erit, tam facillimè Boni patris pacem in leges conficiet suas. Conficere iter. Cic. ad Attic. Nunc iter conficiebam: æstuosa & puluerulenta uia. Sic conficere annos, uitæ cursum, curriculum. Cicero 1. de Natura deorum. Sol cursus annuos conficit, cuius lustrationẽ menstruo spatio luna complet. Conficere annales, librum: pro scribere, componere. Conficere pecuniam, procurare, cõparare. Cicero pro Syll. Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut uersura, aut tributo. Conficere exercitum. Cicero pro Leg. Manil. Pompeius difficili tempore exercitũ confecit. Conficere bibliothecam. Cicero ad Atticum 1. Velim cogites id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. Conficere bellum. Cic. Fam 5. Nam si hoc expectandum sit, dum totum bellum conficiã. Admittit quoque in hoc genere præpositionem, Cic. ad Q. frat. De nostra Tullia tui me hercule amãtissima, spero cũ Crassipede nos confeciſſe, id est, transegisse. Idem Attic. 12. Sed hæc corã uidebimus, ita tamen, ut hac æstate fanum absolutũ sit. Tu tamen cum Appella Chio confice de columnis. Cõficere cibum, est mandere, & dentibus molere. Cic. de Nat. deor. Eorum aduersi acuti morsu diuidunt escas, infimi aũt conficiunt, id est, conterunt. Plin. lib. 26. cap. 8. Aliàs enim cibos nõ transmittit, aliàs non continet, aliàs non capit, aliàs nõ conficit. Conficere argẽtum, pro decoquere, & dilapidare, seu malè absumere. Terẽt. in Phorm. egomet ire senibus Suniũ Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudũ duxit Geta. Nam quum hîc non uideant me, conficere credãt argentum suum. Sic patrimonium conficere. Cic. pro Flac. Patrimonium, quod hic nobiscũ conficere potuit, Græcorũ cõuiuijs maluit dissipare. Et Plautus in Capt. Quia me meamq; rem, quod in te uno fuit, Tuis scelestis falsidicis fallacijs dilacerauisti, deartuauistiq; opes, Cõfeciſti omnes res atque rationes meas, id est, perdidisti quicquid ad hanc rem perficiendã excogitauerã. Cic. pro Marc. Nihil est enim opere aut manu factũ, quod aliquando non conficiat aut cõsumat uetustas. Conficere hominem, est uulneribus interficere & dilaniare: & propriè hoc uerbum (ut inquit Donat.) conuenit gladiatoribus ijs qui grauissimis uulnerib. se mutuò dilaniãt. Cic. in Pison. Plagis confectũ ante oculos tuos cecidisse. Liu. ab. Vrb. 1. Prius itaq; quàm alter, qui nec procul aberat, consequi posset, & alterum Curiatium conficit. Quin & Lactant. lib. 2. hoc uerbũ non inuenustè ad elementorum pugnã transumpsit. Ignis quidẽ (inquit) permiscri cum aqua non potest, quia sunt utraq; inimica: & si cominus uenerint, alterutrum quod superauerit, conficiat alterum necesse est, hoc est, perdat & consumat. Transfertur quoque ad molestiarum, dolorumq; magnitudinẽ, & idem ferẽ est quod enecare, & excruciare. Et interdũ actiuè. Cic. ad Attic. 11. Me conficit solicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis: qua leuata, ero unà cum eo, qui negotiũ gerit. Interdũ passiuè, & cum ablatiuo. Cic. Offic. 3. Quid si Phalarim crudelem tyrãnum & immanem, uir bonus, ne ipse frigore cõficiatur, uestitu spoliare possit, nónne faciat? Idem Fam. 4. Quanquã enim nulla meipsum priuatim perculit insignis iniuria: nec mihi quicquam tali tempore in mentem uenit optare, quod non ultrò mihi Cæsar detulerit: tamen nihilominus eis conficior curis, ut hoc ipsum, q̃ maneam in uita, peccare me existimem. Interdum absolutè. Idem. Conficior ueniſſe tempus, quum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere possim.

Confectio, f. t. uerbale. Cic. pro Flac. Nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur. Belli cõfectio Cicero 14. Philippic. Annalium confectio, Idem 2. de Oratore, Escarum cõfectio à lingua adiuuari uidetur, apud eundem 3. de Natura deorum.

Confector, oris, m. t. Cic. 2. de Nat. deor. Atq; hic noster ignis, quem usus uitæ requirit, confector est, & consumptor omnium: idẽq; quodcunq; inuasit, cuncta disturbat ac dissipat.

Confectura, ræ, f. p. Plin. lib. 13. cap. 12. Proximum amphitheatricæ datum fuerat, à confecturæ loco. Columel. lib. 9. cap. 14. Confectura mellis.

Confectus, perfectus, perditus, mulctatus. Cic. in Vat. cõfectus ac perditus fame.

Confido, is, pen. prod. Nihil addubito, fidem in aliquem repositam habeo, pro certo duco, πίποιθα, θαῤῥῶ. Iũgiturq; uerbis tam præsentis, quàm præteriti & futuri temporis: ut etiam annotauit Val. lib. 5. cap. 10. Cic. ad Attic. Cõfido rem, ut uolumus, esse. Idem 6. in Ver. Ego mei officij rationem confido omnibus probatam fuisse. Idem 4. Tuscul. Quem te & opto esse, & confido futurum. Confidere arcę alicuius. Cicero Attic. lib. 1. Ne dubites mittere, & arcæ nostræ cõfidito, hoc est, confide futurum ut pretium tibi ex arca nostra persoluatur. Sibi confidere, est seipso niti, & aliũde nõ pendére. Cic. de Leg. Vir excellens & fortis confidere sibi debet, & suæ uitæ, & actæ, & consequenti.

Confidens, entis, nomen ex participio, quod ferè in malam partem accipitur, pro audaci, impudenti, improbo, quiq; leges & iura contemnit, πρμητίας, θρασύς. Terent. in Phor. Homo confidens, quòd illum dij omnes perdant. Vergil. 4. Geor. Nam quis te iuuenum confidentissime nostras iussit adire domos?

Confidentia, f. p. Quæ est audacia cum improbitate coniuncta, θάρσος. Terẽt. in And. O ingentem confidentiam. Cic. pro Cecin. Quasi uerò aut in iudicio possit idem improbitas, quod in ui cõfidentia. Plaut. in Aulul. Scapularũ confidentia, uirtute ulmorũ freti. Aliquando tamẽ Confidẽs ponitur pro cõstanti, & graui, θαρσαλέος. Terent. in Andria, Nescio quis senex uenit modò, ellũ confidens, catus. Vbi Donatus, Confidentẽ pro constanti non in mala significatione

posuit. Sæpius tamèn in deteriorem partem accipitur. Cic. Tusc. 3. Qui fortis est, idem est fidens, quoniã confidens mala cõsuetudine loquendi in uitio ponitur. Ductũ uerbum à confidendo, quod laudis est. Ex quibus Ciceronis uerbis constat, quòd laudis sit Confidere: Confidens uerò & Confidentia ab ipso uerbo facta in uitio ponantur.

Confidenter, Cõstanter, τεθαρρηκότως. Plaut. quæ nõ deliquit, decet audacẽ esse confidenter. Quãdoq; etiam temerariè, θρασέως. Accius, Qui in puellæ domũ tam cõfidẽter irrupit.

Confidentiloquius, cõparatiuum à Confidentiloquus deductum: quo utitur Plautus in Trinum. nihil est profectò stultius, neq; stolidius, neq; mendaciloquius, neq; argutum magis, Neque confidentiloquius, neq; periurius quàm &c.

Confisus, pen. prod. participium. Vergil. 5. Aeneid. O nimium cælo & pelago confise sereno, Nudus in ignota Palinure iacebis arena. Copia & facultate causæ confisus. Cicero pro Roscio Comœdo.

Confisio, onis. Cicero 4. Tuscul. Et si fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est, & opinio grauis, non temerè assentiens.

Configo, pen. prod. confixi, confixum. a. p. Ferè idem est quod simplex Figo, uel transfigo, διηλαύνω: ut Configere tabulam aculeis, Colum. lib. 7. cap. 3. Configere sagittis, Cic. 4. Acad. Configere tabulas inter sese, Cato cap. 21. Configere curas omnes in salute Reipublicæ, per metaphoram dixit Cicero 7. Phil. pro eo quod est, omnes cogitationes ad salutem Reipublicę dirigere. Nisi (inquit) talis Consul esset, ut omnes uigilias, curas, cogitationes in Reipublicę salute configeret, Consulem non putarem. Dicimus etiam Configere spem nostram in aliquo, pro eo quod est, spem nostrã in aliquo repositam habere. Configere cornicum oculos prouerbialiter dicitur, teste Erasmo in Adagijs, pro eo quod est, ueterum scientiam nouo inuento obscurare, effi cereq́ue ut superiores nihil scisse, nihil uidisse uideãtur. Aut certè (ut interpretatur Budæus) callidos homines & uersutos, astutia & calliditate superare. Cicero pro Murena, Inuentus est scriba quidam, Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixit.

Confixus, participium. Cic. 12. Philipp. Meminerant, eius sententia confixum Antonium.

Configuro, as, are, συγχηματίζω, χηματοποιοῦμαι, Columnella lib. 10. cap. 10. Ne prauitas statuminum ad similitudinẽ sui uitem configuret.

Confingo, gis, Idem quod simplex fingo, πλάττω. Plinius libro 10. cap. 33. Hirundines eadem materia nidos confingunt. Significat etiam comminisci, commentari: ut, Configere dolum inter sese. Plautus Capt. Cicero 5. Verrẽ, Concedes, non hoc crimen nos in te confingere. Idem pro Deiotaro, Id uos & à uiro optimo, & ab homine minimè stulto cogitatum esse confingitis.

Confictus, particip. ut, Confictę lachrymæ. Terent in And.

Confictio, confictionis. Cicero pro Roscio Amerin. Criminis confictionem Erucius suscepit.

Confinis, om. t. penultima prod Conterminus, eosdẽ habens fines, ὅμορος: unde confines agros dicimus, quorum fines coniuncti sunt. Liuius lib. 4. ab Vrbe, Excursiones inde in confinem agrum Labicanum factæ fuerunt. Confinis meus etiam dicitur, qui agrum, aut uillam habet meæ cõtiguam, uel uicinam. Martialis libro 2. Vexat sæpe meum Patrobus confinis agellum.

Confine, per translationem, Idem ferè quod simile. Quintilianus lib. sexto, capite quarto, Ei confine est quod dicitur per suspicionem.

Confinium, nij, n. s. Est finis agri, ubi cum altero coniungitur, μεθόριον. Cicero libro 2 Offic. Conuenit autẽ cùm in dando munificum esse, tùm in exigendo non acerbum: in omniq; re contrahenda, uendendo, emendo, conducẽdo, locando, uicinitatibus & confinijs æquum & facilem multa multis de iure suo cedentem. Per translationem pro quauis uicinitate, aut propinquitate ponitur. Columella lib. 4. Mediocritas in electione loci maximè probatur, quoniã in confinio boni maliq; posita est. Lactantius, Ex quorum confinio nasus exoriens, æquali porrectus iugo, utranq; aciẽ simul & discernit & munit.

Confinia, nium, pluralis numeri, declinationis tertiæ. Seneca lib. 1. de Ira, In confinibus hostis arcendus est.

Confio, is, passiuæ significationis, Idem quod fio, siue confior, συμπράττομαι. Col. libro 5. capite 17. Tria igitur stercoris genera sunt precipua: quod ex auibus, quod ex hominibus, quod expecudibus confit. Idem lib. 1. cap. 8. Sic enim curabit, ut & panis diligenter confiat. Terẽt. in Adel. Hoc confit, quod uolo. Vergilius lib. 4. Aen. nunc qua ratione, quod instat Confieri possit, paucis (aduerte) docebo.

Confirmo, as, are, act. p. Firmum facere, robur addere, κραταιόω, στηρίζω, κυρόω. Cic. pro lege Manilia, Mithridates autem & suam manum iam confirmarat. Idem ad Qu. frat. lib. 1. Erige te, & confirma, si qua subeunda dimicatio erit. Idem Philip. 1. Pax deniq; per eum, & per liberos eius cum præstantissimis ciuibus confirmata est. Aliquando asseuerare. Cic. lib. 4. Acad. Maximè uerò uirtutum cognitio confirmat percipi & comprehendi multa posse. Idem de Amicit. Nemo unquã erit, & (ut confirmare possũ) nemo certè fuit.

Confirmator. Cic. pro Cluent. Vnus & alter dies interfuerat, quum res parum certa uidebatur, sequester & confirmator pecuniæ desyderabatur.

Confirmatio, onis, f. t. Cicero de Finibus, Inuenta uitę uia est, confirmatioq; omnium officiorum. Est confirmatio orationis Rhetoricæ pars, argumenta continens, quibus causæ nostræ fidem quærimus, authoritatem, & firmamentũ, de qua Cicero primo de Inuent.

Confirmitas, tatis, Plautus in Milite, Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, atque audaciam, Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

Confiscare, act. pr. Est in fisci ius reducere. Asconius, Quia maior summa est pecuniæ publicæ, quàm priuatæ, factum est ut fiscus pro publica pecunia, & inde Confiscare dicatur. Suetonius in Octa. Aug. capite 101. Legionariis trecenos nummos, quam summam repræsentari iussit: nam & confiscatam semper, repositamq; habuerat. Hgreditates confiscare, Suetonius in Domitiano. Confiscare item non solùm de bonis, sed etiam de hominibus dicitur. Suetonius in Cali. Et quondam proximo collusori demandata uice sua, progressus in atrium domus, quum prætereuntes duos equites Romanos locupletes sine mora corripi, confiscarique iussisset, exultans rediit, dicẽs, se nunquam fieliciore alea usum. Vide Fiscus.

Confiteor, eris, confessus. d. f. Profiteor, agnosco, fateor, ὁμολογῶ. Lactant. lib. 5. Vt doceret quibus pœnis affici oporteret, qui se cultores Dei confitentur. Plaut. in Capt. Hæc tu eadem si confiteri uis, ex re tua feceris. Teren. in Heaut. Ego ne confitear meum non esse filium, qui sit meus?

Confessus, a, um, Quod modò actiuè accipitur: ut, Reus confessus. Ouidius 2. de Ponto, Non est confessi causa tuenda rei. Aliquando pass. ut, Confessa res, hoc est, clara, & de qua nulla est controuersia. Cic. lib. 5. Ver. Confessa res est, & manifesta. Ex confesso. Quint. libr. 3. cap. 5. Et uituperare quæ ex confesso sunt turpia. In confesso est. Seneca de Benefic. lib. 3. cap. 11. Horum in confesso merita sunt. In confessum uenire. Plin. Epist. 302. Vt necesse sit, in ea re, quæ & in confessum uenit, & exemplis defenditur, deliberare.

Confessio, onis, ὁμολόγησις. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Ea erat confessio, caput rerum Romam esse. Cic. lib. 6. in Ver. Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, urgetur confessione sua, manifestis in maleficiis tenetur.

Confessor, Non is qui peccata alterius audit, ut imperitum uulgus appellat: sed qui propria confitetur rogatus. Nonius assignat differentiam inter confiteri, & Profiteri, quòd illud necessitatis, hoc uoluntatis sit Cic. pro Manilio, Hoc ego non solùm confiteor, uerumetiam profiteor.

Conflãges, f. t. penult. prod. dicuntur loca, in quæ diuersi conflant uenti, à Conflo, as, Festus.

Conflagrare, n. p. Est ardere, aut flammis cõsumi, συμφλέγομαι. Plin. lib. 34. cap. 5. Cuius basis conflagrauit curia incensa, P. Clodii funere. Plin. de Viris illustribus Flumine ictus cum regia conflagrauit. Conflagrare inuidia, eleganter dicimus pro inuidia grauari, aut inuidiosum esse. Liu. decimo belli Maced. Si innocens sum, ne inuidia conflagrẽ quum crimine non possim, deprecor.

Conflare, act. p: Simul flare, quã scilicet diuersi uenti simul spirant, συμπνέω. Item flando congerere. Statius libr. 9. Thebaidos, conflataq; uentis Tempestas. Interdum est sufflare, φυσάω. Plin. lib. 35. cap. 11 Philiscus officinam pinxit pictoris, ignem conflante puero. Interdum liquefacere & fignare, χωνεύω, quia hoc non nisi conflato igne fieri potest. Vnde conflare argenteam supellectilem, est liquefacere, & in massam redigere: & conflata pecunia, hoc est, fignata. Interdum ex composito, & consensu multorum adorno. Cicero lib. 3. Ver. Vnde hoc totum ductum & conflatum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum mendacium est, σωισχιυασμένον, ἰσκευωρημένον, συγκε κροτημένον. Interdũ concitare, contrahere, & ut plurimũ de malis dicitur, σωισάναι ἰπσιπᾶσθαι. Dicimus enim, Tu tibi hodie conflasti inuidiam, inimicitias, odium. Salluſt. Magnã illi inuidiam conflauerant. Itẽ, Mihi conflaui æs alienũ: quod est, feci me debitorem alienę pecuniæ. Idẽ, Alienum ęs grande conflauerat, quo flagitiũ aut facinus redimeret. Quibus correſpondet, Diſſoluo æs alienũ: quod eſt, æs alienũ qđ conflauerã, reſtituo. Cic. Patri perſuaſi ut alienũ filii diſſolueret. Interdum congregare. Lactant. lib. 2. Ita conflauit ex his omnibus populum. Interdum conficere, creare. Idem lib. 7. Et quicquid eſt in hoc opere mundi conflauit ac perfecit ex nihilo. Verg. lib. 1. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem. hoc eſt, cuduntur, fabricantur.

Conflatile n. t. pen. cor. Quod conflando factum eſt, χανευτόν, qualia ſunt ſigna ænea, aurea, aut argentea.

Conflatura. ræ, f. p. Conflandi ratio, χώνευσις. Plin. lib. ſeptimo capite 56. Argentum inuenit Erichtonius Athenienſis, ut alii Ceacus: auri metalla, & conflaturam Phœnix ad Pangæum montem.

Conſligo. gis, act. t. pen. prod. Dimico, acie decerno, prælio committo, συμβάλλω, συρράσσω, συμπίπτω. Salluſt. Optimũ factũ ratus in tali re fortunam belli tentare, ſtatuit cum Antonio quamprimum confligere. Cæſ. 7. bell. Gall. Fore uti pars cum ciuitatis parte confligat.

Conflicto, as, are, n. p. & Conflictor, aris, deponens, Pugno, percutio, affligo, διαμάχομαι, δυσχερκσοῦμαι, ἀθίζομαι. Terẽt. Phor. Nec cum huiuſmodi unquam uſus uenit ut cõflictares malo. Tacitus lib. quinto, Plura per ſcelera Rempublicam conflictauiſſet. Cic. de Aruſp. reſponſis, Cum his conflictari, & pro patriæ ſalute quotidie dimicare, omnino moleſtum eſt. Terentius in Andr. Qui cum ingeniis conflictatur huiuſmodi. Autor ad Herennium libro 2. Malo magno eſt hominibus auaritia, idcirco quòd homines magnis, & multis incommodis conflictantur.

Conflictatus, participium, Agitatus, uexatus. Plin. lib. 23. cap. 1. M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus graui morbo pedum. Conflictatæ ſæuiſſima hyeme uolucres, Plinius. 18. capite uigeſimoquinto.

Conflictatio. Gel. libr. 16. cap. 3. Totius exercitus conflictatione oppugnatus ſerpens inuſitatæ immanitatis.

Conflictio, onis, fœ. t. Conflictus, contentio, colliſio, cõcurſus, συμβολή Ci. 1. de Inuent. Conſtitutio eſt prima cõflictio cauſarum, ex depulſione intentionis profecta. Idem de Part. Rerum inter ſe pugnantium conflictio. Quint. lib. 3. cap. 6. Sonus eſt duorum inter ſe conflictio.

Conflictus, us, ui, Idem quod Colliſio, σύγχρουσις. Ci. de Diuin. Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit.

Conſlŭĕre, n. t. Simul fluere, συρρέω, συμβάλλω. Plin. lib 13. cap. 22. Et in ipſa excauant radice, quò ſuccus confluat. Et per translationem pro conuenire. Ci. 2. Tuſc. Quod accidet etiam noſtris ſi ad hęc ſtudia plures confluxerint. Plautus in Epid. Id ego experior, cui multa in unũ confluunt, quæ meum pectus pulſant.

Confluens, maſc. gen. Eſt alueus in quem duo flumina conueniunt, σύρροια Liu. 1. ab Vrb. Vbi Anienem tranſit, ad confluentes collocat caſtra.

Confluctuari, impersonale. Seneca in Medea, haud aliter metu Confluctuatur: ira pietatem fugat, Iramq; pietas.

Confluus, a, um, Quod ſimul fluit.

Confluxus, & Confluuiũ, Quo multi riui ſimul fluunt. σύρρυσις

Confluges, penultima producta. Loca ſunt in quæ riui diuerſi defluunt, σύρρουοι. Nonius.

Confodio, is, Idem quod Fodio, ὀρύσσω. Plin. libr. 17. cap. 10. Confodi iubent menſe Aprili. Plaut. Aul. His apud me confodere hortum iuſsi. Interdũ idem quod trãſigo, διιτλακώω.

Confoſſus, participium, hoc eſt, transfixus. Verg. 9. Aenei. Tum ſuper exanimem ſeſe proiecit amicum Confoſſus, &c.

Confœduſti, ſeu Confœdaſti, apud ueteres dicebantur fœdere coniuncti. Feſtus.

Confœtaſus, dicebatur quæ cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium. Feſtus.

Confore, Compoſitum à uerbo defectiuo Fore, Idem ſignificans quod futurum eſſe, ἔσεσθαι. Terent. in Andr. reſtat Chremes Qui mihi exorandus eſt; & ſpero confore.

Conforire, Veteres uſurparunt pro fœdare, aut concacare. Pomp. Conforiſti me. ex Diomede.

Conformis, conforme, om. t. Quod eſt eiuſdem formę. σύμμορφον. Per translationem ſumitur pro conuenienti & congruo, ἁμφρής.

Conformo. as, a. p. Propriè ſignificat in formam redigere, & cõfigurare, μορφόω. Cic. 1. de Einib. Genuit & conformauit nos natura ad maiora. Colum. libr. 9. Diebus quibus animantur oua, in ſpeciem uolucrum conformantur. Vnde & pro conuenire, adaptare, aſſimilare ponitur. Cic. Lent. Veruntamen ipſe me conformo ad eius uoluntatem. Idẽ pro Archia poẽta, Animum & mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium conformabam.

Conformare pro aſſeuerare. l. teſtiũ ff. de Teſtibus. De hoc uerbo uide quæ referũtur à Gloſ. in l. & quia ff. de Iuris diction. iudi. Bartolus pro conſeeruare, idem uerbum exponit in Extra. de Truga. C. primo.

Conformatio, uerbale, Cic. 1. Tuſc. Quaſi uerò intelligant, quæ lis ſit in ipſo corpore, quæ cõformatio, quæ magnitudo, qui locus. Eſt etiam Conformatio color rethoricus, de quo uide Priſcianum in præexercitamentis rethoricis.

Conformatus, participium. Cic. libr. 1. de Nat. deor. Mundus à natura conformatus.

Confornico, as, are, In fornicem conformare, apud Vitruuiũ lib. 4. cap. 5. καμαρῶ.

Confŏueo, confoues, êre, Simul fouere Cato ca. 5. Circum oleas autumnitate ablaqueo, & ſtercore addito confoueto.

Confrater nihili uox eſt: pro eaq; dicendum frater uel conſors. Inſulanus monuit.

Confrĕmo, is, Idem quod Fremo, uel ſimul fremo, φρυάττω, συμφρυάττω: ut, Agmina confremunt. Statius libro 1. Syl. Cælum confremuit, Silius lib. 16. Omnes confremuere, Ouidius 1. Metamorph.

Confrĭco, as, are, Propriè ſimul fricare, ut quum duo corpora mutuò tactu ſeſe atterũt, σωτρίβω. Interdum idem quod ſimplex frico, ψάχω, τρίβω Plaut. Aſin. Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. Colum. libr. 2. cap. 3. Boues quũ ab opere diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibusq; comprimat dorſum, & pellem reuellat.

Confringo, is, a. t. idem quod frango. διαῤῥήγνυμι Plautus Capt. Aulas, calicesq; omnes cõfregit. Cõfringere cõſilia. Ci. 3. in Verr. Cõfringat iſte ſanè ui ſua, cõſilia ſenatoria, quæſtiones omniũ perumpat. Confringere nauẽ, pro naufragium facere, Terent. in Andr. Nauem confregit apud Andrum.

Confractus, participium. Plaut. Rud. Confracta nauis eſt illis Id eſt, naufragium fecerunt.

Confragioſus, Idem eſt quod præruptus, aſper & durus, ἀπότομος. Liu. 8. ab Vrb. Confragoſa loca, & obſitos uirgultis tenebant colles.

Confragus, confragi. Lucan. lib. 5. & confraga denſis Arboribus dumeta tegunt. id eſt, aſpera & inacceſſa.

Confugio, is, ere, n. t. Idem quod fugere, καταφεύγω. Cic. 4. in Ver. Quid te futurum eſt? quò confugies? In agros confugere, Cic. Attic. lib. 5. Confugere in arcem, Cic. 2. Tuſcul. Cõfugere ad aliquem auxilii gratia. Liu. lib. 1. Inde Turnus Rutulię diffiſi rebus ſuis, ad florẽtes Hetruſcorũ opes, Mezentiũque regẽ eorũ cõfugiunt. Verg. 1. Aen. Ad te cõfugio, & ſupplex tua numina poſco. Cic. 1. Tuſc. Priamũ tanta pgenie orbatũ, quum in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit.

Confugium, gii, καταφυγή. Ouid 4. Triſt. Qui ueritus non esportus aperire fideles Fulmine percuſſę cõfugiuntq; rati. Cõmune confugium ægris animantibus. Stat. 12. Thebaid.

Confulcio, is, ire, Idem quod Fulcio, ἐρείδω, στηρίζω. Corpora confulta exiguis interuallis. Lucret. lib. 2.

Cŏnfulgeo, es. ere, Reſplendeo, διιλάμπω. Plaut. Amph. Totæ ædes confulgebant tuæ, quaſi eſſent aureæ.

Confundo, dis, Perturbo, & omnia in unum miſceo, συγχέω, συνταράττω. Plau. Moſt. Quaſi quum unà multa iura cõfundit coquus. Venerem cõfundere cum multo uino, id eſt libidinem cum ebrietate confundere. Ouid. 2. Triſt.

Confuſus, participium, Perturbatus. Liu. 6 ab Vrbe, Confuſam eam ex recenti morſu animi, quum pater fortè uidiſſet, percontatus, Satin ſaluæ? Migrat & nomen: unde Confuſior paruor apud Plin. lib. 7.

Confuſa quo diſtent à cõmiſtis, à Gloſ. differit in l. ſi frumẽ. parag. idem ſcribit, ſi ex melle in fin. ff. de Rei. Vendic. Alb.

Cõfuſurus, a, um, futuri tẽporis particip. Ouid. 6. Meta. ſed falſę, nefasq; Confuſura ruit, pœnæq; in imagine tota eſt.

Confuſio, onis, Perturbatio, σύγχυσις. Confuſio omnium rerũ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cicero de Finib. Perturbatio uitæ, & magna confusio. Idem 1. de Natura deorum. Confusio, pro animi perturbatione Plinius Epist. 22.

Confusè, aduerb. Cic. 1. de Inuent. In præsentia tantumodo numeros & modos, & partes argumentandi confusè & permistè disperfimus, pòst descriptè & electè.

Confusim, aliud aduerbium. Plin. lib. 18. cap. 16. Vnum de ea & cytiso uolumen Amphilochus fecit confusim.

Confūto, as, a. p. pē. prod. Refello, diluo, redarguo, ἀνασκευάζω: ab antiquo uerbo Futo, si Festo credimus, quo antiquos usos ait pro arguo. Ci. 2. de Diuin. Cotta sic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. Interdum idem quod conuincere: sic enim interpretatur Nonius illud Terentii in Phormione, Confutauit uerbis admodum iratum patrem. Apud antiquos etiam legitur pro commouere, seu confundere. Titinnius Setina, ut citat Nonius, Coquus magnum ahenum, quando fernit, paula confutat trua. Nonnunquam etiam pro commit tere. Varro Manio, apud eundē, Harum ædium summa atria confutabant architectones.

Confutatio, Contrariorum locorum dissolutio, ἀνασκευή.

Congĕlo, as, c p. pen. cor. Cōglacio, frigore astringor, coēo, coagulor. κρυσταλλίζω, συμπήγνυμαι. Per translationem etiā accipitur pro eo quod est in otio degere, præ otio marcescere, quod & Frigere dixit Terentius. Cic. Cælio lib. 2. Epist. Erat in eadem epistola Veternus ciuitatis: gaudebam sanè, & congelasse amicum nostrum lætabar otio.

Congelor, passiuum. Colum. lib. 1. Oleum quod minus prouenit, si congelatur flaccessit.

Congelatio, uerbale. Plin. lib. 31. ca. 5. Minui certè liquorem omnem congelatione deprehenditur.

Congemino, as, are, Idem est quod simplex Gemino, hoc est, duplico, διπλασιάζω, διπλόω. Plaut. in Amph. Tu peperisti Amphytrionem, ego alium peperi Sosiam: Nunc si pateram patera peperit, omnes congeminauimus. Inuenitur etiam positum pro multiplicare. Verg. libr. 12. Aene. & crebros ensibus ictus Congeminant.

Congeminatio, uerbale. Plaut. Pœn. Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

Congemo, is, ere, n. t. Simul gemo, & condoleo, συστενάζω. Cicero pro Murena, Congemuit Senatus frequens: neq; tamen satis seuerè pro rei indignitate decreuit. Lucret. Quid mortem congemis & fles? Verg. 2. Aeneid. transtulit ad fragorem cadentis arboris, Vulneribus (inquit) donec paulatim euicta, supremum Congemuit.

Congĕnĕro, as, are, Adiungere, associare, Accius apud Nonium, Quem mihi congenerat affinitas.

Congener, huius congeneris, pen. cor. adiectiuum, ut Degener Eiusdem uel consimilis generis, ὁμογενής. Plinius libro 15. capite uigesimoquarto, Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni.

Congĕnŭlārĕ, Est genu replicato cadere, uel genibus flecti, γονάζεσθαι. Cæcilius, Ipse regis ferit pectus, aduersum congenulat, percussu deiicit dominum. Sisenna li. 3. Histor. Multi plagis aduersis icti & congenulati. Ex Nonio.

Conger, Vide Congrus.

Congeries, Vide Congero.

Congermino, as, are, n. p. Coalescere, coniungi, uel consociari, συμφίεσθαι. Varro rerum hum. lib. 3. Postea cum his unā Rempub. coniuncti & congerminati tenuere.

Congerminascere. Quadrigarius apud Nonium, Facite exemplo eorum, ut uos cum illis congerminascere sciatur.

Congerro, onis, m. t. Cum quo familiariter uersamur, & facetè confabulamur, συνόμιλος. Plaut. in Trucul. Nequam ueniunt ad scorta cōgerrones, hoc est, quasi simul cum scortis garrientes. Idem Mostel. Nunc ego me illac per posticum ad congerronem me conferam.

Congero, ris, pen. corr. Congrego & coaceruo, συμφορέω. Tibullus, Diuitias alius fuluo sibi congerat auro. Cicero pro leg. Manil. Quas & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat. Terentius in Eunucho, Quum in cellulam ad te patris penum omnè congerebam.

Congestus, participium. Cic. 2. de Diuinat. Grana tritici in os pueri Midæ congesta.

Congeries, ei, f. q. Coadunatio, cumulus, agger. Plin. li. 10. ca. 43. Ita descendere pauentē expressisse tali congerie, quæ poturo sufficeret. Bonorum congeries, Claud. 8. Paneg. Pulueris congeries, Lucanus lib. 8. Syluæ congeries, Ouid. 9. Metam.

Congestus, us, ui, Colum. lib. 9. Congestu culmorum & frondium supertegemus. Congestus arenæ, Lucre. lib. 6. Copiarum congestus, Tacitus lib. 18.

Congestitius, a, um, Quod congestum est, συγκομιστός. Colum. libr. secundo capite decimo, Non deterius tamen etiam pinguibus arenis, uel congestitia humo proueniunt. Locus congestitius, non solidus ad iacienda fundamenta. Vitruuius libro tertio, capite 3. Si autem solidus non inuenietur, sed locus erit congestitius, &c.

Congiarium, rii, n. s. Munus imperatorium, (ut scribit Seneca lib. 4. de Benefic.) quo donabatur populus, sicut donatiuo milites, λαμπρὰ, ἐπίδοσις. Sic Plin. in Paneg. laudat Traianum, quod congiarium populo dedisset, quo locupletatæ sunt tribus, quum donatiuū milites accepissent. Huius congiarii diuersæ fuerunt summæ: Tiberius enim congiarium populo, trecentos nummos uiritim dedit: Caligula congiarium populo bis dedit tricenis sestertiis: Nero quadragenos nummos populo diuisit. Est & congiarium mensuræ genus, apud Paulum Iureconsult. Quintil. libr. 6. Congiarium communne est liberalitatis atq; mensuræ.

Congius, gii, masc, sec. Mensuræ liquidæ genus est, capiens sex sextarios. Alio nomine dicitur Chus, χοῦς, χόη. Plin. lib. 14. cap. 10. Libram & quadrantem in congios duos musti macerant. Ab hoc mensuræ genere Nouellius Torquatus Mediolanensis dictus est Tricongius, quòd unico hausfu, inspectante Tiberio Cæsare, tres siccasset uini congios. de quo uide Plinium libro 14. cap. 22.

Congialis, congiale, adiectiuum: ut, Fidelia congialis, quæ congium capit. Plautus Aulul. Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Congiarius, ria, rium: ut, Congiarius cadus, qui congium continet. Plin. Ipse quum rediit ex Asia, millia cadûm congiariū diuisit amplius centum. Vide Bud.

Conglaciare, n p. Est in glaciem conuerti, κρυσταλλοῦσθαι. Cicero 2. de Natura deorum, Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue, pruinaq; concresceret. Cælius Ciceroni libro octauo, Curioni nostro Tribunatus conglaciat. Id est, prorsus nihil agit Curio.

Conglŏbo, as, a. pen. cor. A Globus fit, significatq; coaduno σφαιρόω. Liu. lib. 8 ab Vrbe, Qui Latinorum pugnæ superfuerāt multis itineribus dissipati, quum se in unum cōglobassent, Vestia urbs receptaculum fuit.

Conglobatio, onis, Seneca Natur. Quæst. 1. Multa conglobatione ignium indigens, quum ingens eorū orbis maturini amplitudine solis interdum exuberet.

Conglobatus participium. Conglobatum corpus in pilæ modum, Plin. lib. 9. cap. 46.

Conglobatim, aduerbium, Quod significat per globos, ἀθρόως σφαιροειδῶς.

Conglomero, as, are, a ct. p. à Glomus, eris, Innoluere, superaddere, σωρηδὸν τίθεμαι. Ennius Thyeste, Heus mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala?

Conglomerari, passiuè. Lucret. libr. 3. Quam tenui constet textura, quáq; loco se Contineat paruo, si possit conglomerari.

Conglutino, as, a. p. Glutine ferrumino: & per metaphorā coniungo, copulo, συγκολλῶ. Cic. de Senect. Sic hominem eadem optimè, quæ conglutinauit, natura dissoluit.

Congratulor, aris, d. p. Ob felicitatem alicuius uel honorem lætitiā præ se ferre, eamq; uerbis, uel scriptis testari, σωέδομαι, συνχαίρω. Cic. pro Sestio, Mihi denicq; homines præcipuè congratulabantur.

Congratulatio, congratulationis. Cic. ad Brutum, Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatioq; me commouit.

Congredior, dep. ter. Simul gradior, coēo, συνδιατρίβω, συνέρχομαι. Varro, Omnesq; in unam domum congressi simul discubuere. Item ad pugnandum, uel disputandum ire, συμφέρεσθαι, συμπλέκεσθαι, προσίεσθαι. Gel. Qui ter cum hoste congressus, uictor rediit. Verg. 12. Aeneid. Vix hostem alterni, si congrediamur, habemus. Cic. 2. de Natur. deorum, Nę ego incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus sum.

Congrediens, participium. Cic. de Nat. deor. Sed tum congrediens cum sole, tum digrediens.

Congressus, a, um, aliud participium. Vergilius libro duodecimo Aeneidos, Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes Insequitur.

Congressus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Congreſſus, us, ui, Cicer. de Amicitia, Vt cõgreſſus hominum fugiat, atq; oderit. Congreſſu fœminarum pollui. Plinius lib. 14. capite duodecimo. Congreſſus, pro conflictu ſeu prælio. Salluſtius, Multi in eo congreſſu perierunt. Cæſar 1. bell. Ciuil. Noſtri in primo congreſſu circiter ſeptuaginta ceciderunt, Antitheto eſt Digreſſus.

Congreſſio, aliud uerbale. Cic. lib. 2. Philip. Eumq; à tua non modò familiaritate, ſed etiam congreſſione patrio iure & poteſtate prohiberet. Antitheton eſt digreſſio.

Congræcor, aris, depon. & Congræco, as, neut. Compotationibus indulgere, genialem uitam agere, κομάζω. Plautus in Bacch. Quodq; in luſtris comedam, & congræcem pater. Tractum eſt ex more Græcorum, qui compotationibus ac delitiis plus æquo indulgebãt. Dicimus etiam in eadem ſignificatione Pergræcor: quòd magis eſt in uſu.

Congrego, as, are, à grege deriuatum, Contraho, cogo, in unum compello, σωρεύω. Cic. 14. Philip. Ciues unum ſe in locum ad curiam congregabant.

Congregatus, partic. Cicer. pro Domo ſua. Multitudo hominum ex ſeruis conductis congregata.

Congregatio, uerbale. Cic. 4. de Finib. Natos q; eſſe ad congregationem hominum.

Congregabilis, le, Quod facilè congregari poteſt. Cicer. 2. Officiorum, Atq; ut apum examina nõ fingendorum fauorum cauſa congregantur: ſed quum congregabilia natura ſint, fingunt fauos.

Congreſſus, & Congreſsio, Vide Congredior.

Congrex, m. t. Dicitur gregi copulatus, commiſtusq;, σωρεύτικος. Apul. lib. 7. Nanq; me congregem paſtor egregius ali quando permiſit. Sic Segrex, à grege ſegregatus ob excellentiam. ἀτιμάγελος. Seneca in Hipp. Segreges ſparſi per agros.

Congrŭo, is, grui, n. t. Conuenio, conſentio, συμπίπτω, ἐπιβάλλω, ὁμοφρονῶ. Tractum à gruib. teſte, Feſto, quæ non ſe ſe gregant, ſiue quum uolãt, ſiue quũ paſcunt. Plaut. in Curc. Sanè illi inter ſe congruunt concorditer. Cic. lib. 4. in Verr. Quòd ſuos dies menſes q; congruere uolunt cum Solis Lunæq; ratione. Suetonius de claris Gram: Quod equidem nõ temerè crediderim, quum temporum ratio uix congruat.

Congruens, tis, participium. Plinius in Panegyr. Ita charitas mutua, ita congruens tenor uitæ.

Congruentia, tiæ, Conuenientia, ſimilitudo. Suetonius in Othone, Neroni inſinuatus, facilè primum inter amicos locum tenuit congruentia morum. Vnde congruum, κατάλληλον: & in congruũ, ἀκατάλληλον: Congruens, & Incõgruens. Lactantius lib. 2. Eſt autem peruerſum & incongruens, ut ſimulachrum hominis in ſimulachro Dei colatur.

Cogruenter, aduerbium, Conuenienter. Cic. 3. de Orat. Vt ad id, quodcunq; agetur, aptè congruenterq; dicamus.

Congrus, ſiue Conger, κόγγρος, m. ſ. Piſcis eſt oblongus, & lubricus, magnæ anguillæ non diſſimilis, etiam hodie nomen retinens. Terentius, Et congrum iſtum maximum in aqua finito ludere pauliſper. Plin. li. 9. ca. 20. Alii longi, ut muræna, conger. Inter alia eſt etiam morbus oliuæ. (gruo.

Congruus, Congruentia, & Congruenter. Vide Cõ

Congylis, ἡ γγύλις, Latinè rapum. Columel lib. 10.

Coniates, κονιάτης, Græco uocabulo appellatur, qui parietes incruſtat, aut tectorium iis inducit. Item qui athletas luctam inituros ceromate inungebat.

Cõnifĕra arbor, Dicitur quæ conos fert, hoc eſt, nuces pinicis ſimiles, κωνοφόρον δένδρον. Et coniferæ cypariſſi. Coniferos, κωνοφόρους uocabant Græci, qui in Bacchi exercitu, dum in Indiã proficiſceretur, thyrſos ferebãt, conis & ſtrobilis exornatos.

Coniicio, is, a. t. Iacio, iaculor, ſimul iacio, ῥίπτω, βάλλω: Liu. 2. ab Vrbe, Clamore ſubitò undiq; in unũ hoſtem tela coniiciunt. Cæſar libr. 1. Comment. Pro uallo carros obiecerant, & è loco ſuperiore in noſtros aduenientes tela coniiciebãt. Coniicere ſe aliquò, eſt cum feſtinatione ſe aliquò recipere. Terent. Heauton. Hæc ubi aperuit oſtium, continuò hic ſe coniecit intrò. Cice. pro C. Cælio, Sin ſe in intimum balnei coniicere uellent, non ſatis commodè calceati & ueſtiti id facere poſſent. Coniicere ſe in pedes, uel in fugã, idẽ eſt qđ fugere uel fugam arripere. Terent. in Phorm. Hinc me coniicerem protinus in pedes. Cicero pro Cælio, Atq; illo repentino hominum impetu ſe in fugam cõiecciſſe. Coniecere in uincula. Salluſt. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer Prætor ex ſenatuſconſulto cauſa cognita in uincula coniecerat, id eſt, ἐδήσατο, Cõiicere ueſtẽ in collum, Plau. in Epi. Orna te Epidice, & palliolum tuum in collum coniice: id eſt, ἐπιβάλλω. Coniicere aliquem in lætitiam, eſt lætitia afficere. Terent. in Heaut. Sire mi, obſecro, ne me in lætitiam fruſtrà coniicias. Per translationem uerò ſignificat interpretari, cogitare, colligere, diuinare, συμβάλλειν, συλλογίζεσθαι. Terent. in Phorm. Tu coniicito cætera. Et in Eunuch. Quid illud mali eſt, nequeo ſatis mirari, neq; coniicere. Plautus in Curc. Mane ſis, dum huic coniicio ſomnium. Cic. 2. de Diuinat. Nũ igitur aut aruſpex, aut augur, aut uates quis, aut ſomnians melius coniecerit, aut ex morbo euaſurum ægrotum, aut ex periculo nauem, aut ex inſidiis exercitum, quàm medicus, quàm gubernator, quàm Imperator?

Coniecto, as, a. p. frequentatiuum, Exiſtimo, iudico, diuino, τεκμαίρομαι. Terentius in Eunuch. Neque ſcio quid dicam, aut quid coniectem. Liuius 5. ab Vrbe, Poſtea euentu rem cõiectantibus uiſum ad damnationem ipſius Camilli, captæ deinde urbis, &c.

Coniector, oris, m. t. Interpres ſomniorum, ὀναροπόλος: à coniectura, hoc eſt, directione quadam rationis ad ueritatem. Cicero 2. de Diuin. Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe, ouum pendere ex faſcia lecti cubicularis. Plaut. in Pœnul. Nam iſti quidem orationi Oedipo opus eſt coniectore.

Coniectura, a. p. ut ait Speuſippus, eſt rei latentis iudicium, & eſt id quod quis per rationes, & ſigna, & tempora, & huiuſmodi coniicit, id eſt, cogitat, & colligit, συλλογισμός. Cic. Cornific. Quantum copiarum haberes, tùm ipſa coniectura conſequi poteram, tùm ex literis tuis cognoui. Quintilianus li. 3. Coniectura dicta eſt à coniectu: id eſt, directione quadã rationis ad ueritatem: unde etiam ſomniorum, atq; monſtrorum interpretes, Coniectores uocamus.

Coniecturalis, le, om. t. adiectiuum, Quod per cõiecturam colligitur, & proponitur, συλλογιστικόν. Vnde coniecturalem ſtatũ tum uocant Rhetores, quũ per coniecturas quæritur an aliquid factum ſit. Autor ad Heren. lib. 1. Coniecturalis eſt, quũ de facto controuerſia eſt: hoc modo, Aiax in ſylua poſtquam reſciuit quæ feciſſet per inſaniam gladio incubuit. Vlyſſes inuenit, occiſum conſpicatur, è corpore telum cruentum educit. Teucer interuenit, ubi fratrem occiſum, & inimicũ fratris cum gladio cruentato uidet, capitis accerſit. Hic quoniam coniectura uerum quæritur, de facto erit controuerſia & ex eo conſtitutio cauſæ Coniecturalis nominatur.

Coniecturo, as, are, Idẽ quod coniicere. Seneca li. 9. Nat. quæſt. Nobis coniecturare tantùm illa in occulto libet, nec cũ certa inueniendi fiducia, nec ſine ſpe.

Coniectarium, Efficax atq; perfectum, εὐσυλλόγιστον. Cic. 4. de Finib. Illud uerò mihimet coniectarium. Nonius.

Coniectus, us, m. q. Iactus, coniectio, βολή. Plin. libro 26. ca. 4. Aethiopide herba omnes ac ſtagna ſiccari coniectu, tactu clauſa omnia aperiri. Sic Coniectus radiorum, apud eũdem: &, Coniectus oculorum, Cic. pro Planc. Nõ enim tribum Tarentinam, de qua dicam alio loco, ſed dignitatem, ſed oculorum coniectum, ſed ſolidam & robuſtam & aſſiduam frequentiam præbuerint.

Coniectio, Cic. pro Cecin. Neq; ictu cominus, neq; coniectione telorum. Coniectio Somniorum. Somniorum coniectionem definit Chriſyppus hoc modo, eſſe uim cernentem & explanantem, quæ à diis hominibus ſignificẽtur in ſomnis.

Coniectus, a, um, participium. Ci. de Amicit. Sed exiſtimare debes, omnium oculos in te eſſe coniectos: unũ te ſapientem & exiſtimant, & appellant.

Conila, æ, ſiue Conile, es, κονίλη. Olus eſt cicutæ ſimillimum quod à Dioſcoride Myrrhis appellatur. Legitur hoc nomen in quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus: quanquam doctiores malint numerare inter ea quæ ſcriptori huic paulatim accreuerunt. Nicander certè in Theriacis Conilam eandem facit tum origano.

Conion, n. ſ. penul. prod. κώνειον. Græco nomine appellatur herba perniciоſiſſima, publica Athenienſium pœna nobilitata, quam Latini Cicutam appellant.

Coniosis primũ fundamentum operis apum. Plin. libr. 11. ca. 7.

Coniſco, as, Eſt cornu petere more arietum, qui procurrentes capita inter ſe collidunt, κορύττω. Quint. Caput opponis cum eo coniſcans. Lucret. lib. 2. Vt ſaciati agni ludunt, blandeq; cõniſcant.

Coniſticæ aues, quæ à nonnullis Puluератrices appellantur utroque nomine ab earum conſuetudine deducto, quòd ſe puluери ſoleant immergere, ὄρνιθες κονιστικαί. Vide Cælium libro ſeptimo capite 26.

Coniſtica, æ, κονίστρα, Arena, ſiue paleſtra: Ita nominata

ἀπὸ τῆς κονίας

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ἀπὸ τῆς κόνεως, hoc est, à puluere, quo athletæ se mutuò solent aspergere.

Coniugo, as, a. p. pen. cor. Coniungo, quasi in unum iugũ iungo, συζεύγνυμι, Cic. 1. Offi. Estq; ea iucundissima amicitia quam similitudo morum coniungit.

Cõiugata, σύζυγα, συνεζευγμένα συζυγάντα, apud Rhetores sunt, quæ ab uno genere ueluti iugo flectuntur: ut à Iustitia, Iustus, Iustè, Iustum. Hinc locum à Coniugatis dicimus, quum ita argumentamur, Si risus gaudium est, ergo & ridere gaudere.

Coniugator, toris, ut, Boni amoris coniugator, de Hymenæo dixit Catullus in Epithalamio.

Coniugatio, In uerbis dicta est apud Grammaticos, quod multa tempora ad unum thema, uelut iugum quoddam astringat, συζυγία. Cic. in Catone propriè dixit, Adminiculorum ordines, capitum coniugatio & religatio.

Coniugus, penultima correp. Quod coniugatum est, σύζυγος Plin. libro 8. cap. 23. Coniuga fermè uagantur, nec nisi cum compare uita est.

Coniugulus, a, um, ut Coniugula myrtus, apud Cat. c. 131. Plin. lib. 15. cap. 19. Cato tria genera myrti prodidit: candidam, nigrã, coniugula, fortassis à coniugiis, ex illo Cluacinæ genere.

Coniugium. n. s. Matrimonium, συζυγία, ἐπιγαμία. Verg. 1. Aen. Coniugio iungam stabili propriamq; dicabo. Ci. 4. de Finib. Vt coniugia uirorum & uxorum à natura coniuncta esse dicerent. Idem 1. Offic. Prima societas in ipso coniugio est, proxima in liberis. Coniugium, pro coitu. Verg. 3. Georg. sæpè sine ullis Coniugiis uento grauidæ.

Coniugalis, le, Quod ad coniuges, siue ad cõiugium pertinet, γαμήλιος: ut, Coniugalis torus, lectus coniugum. Dii coniugales dicuntur, qui coniugiis præsunt, ut Iuno, Venus, Hymen. Seneca in Medea, Dii coniugales tuque genialis tori Lucina custos.

Coniugialis, in eadem significatione. Ouid. 5. Metam. fremitu regalia turbæ Atria complentur, nec coniugiala festa Qui canat, est clamor, sed qui fera nuntiet arma. Fœdus coniugiale, Ouid. 11. Metam. Tunc quoq; mansit amor, nec coniugiale solutum est Fœdus. Iura coniugialia, Ouid. 6. Metamor. Nec mea uirginitas, nec coniugialia iura.

Coniunx, om. t. secundũ Priscianũ, à Coniũgo, is, siue Coniux siue n, secundum Phocam, à Coniugo, as, Vxor seu maritus: ὁμόζυγος. Cic. ad Qu. fratrem lib. 3. Fidelissima coniunx. Ouid. 2. Metam. Hoc certè factum coniux mea nescict, inquit, Debita coniux, id est, promissa & sponsa. Ouid. Epist. 7. Quondam sibi debita coniux. Delectam coniuge esse, id est, maritum amisisse. Verg. 3. Aeneid. Heu quis te casu delectam coniuge tanto Excipit?

Confum, κόνεον, Vide Conion.

Coniungo, is, xi, ctum, a. t. Simul iungo, copulo, συνάπτω: ut Coniungere boues feriis, apud Catonem de re Rust. cap. 138. Cassius ad Ciceronem lib. 12. Castra oppido coniunxit. Verg. 2. Eclog. Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit. Ouid. 8. Metam. dextram coniungere dextræ. Cicer. pro Cluent. Quantam uim habeat ad coniungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo.

Coniunctus, participium: ut homines beneuolentia coniuncti. Idem in Verrem, Quæ est enim tanta facultas & dicendi copia, quæ istius uitam tot uitiis, flagitiisq; coniunctam aliqua ex parte defendere possit?

Coniunctus, nomen ex participio. Plancus ad Ciceronem, Sed primũ quod ita meritos iudicabam: deinde quod ad omnes casus coniunctiores Reipublicæ esse uolebam. Cic. de Amicitia, Tum etiam cum iis & inter se coniunctissimos fuisse M. Curium, & T. Coruncanum memoriæ proditum est.

Coniunctio, f. t. uerbale, σύζευξις. Plin. libr. 15. cap. 29. Ideo tum electa, quoniam coniunctioni & huic arbori Venus præest. Coniunctio, pro mutua amicitia. Cicero ad Brutum, Coniunctio tua cum collega, concordiaq; uestra, quæ literis communibus declarata est. Societas coniunctionis humanæ, Cicero 5. de Finibus.

Coniunctè, aduerbium. Cic. de Orat. Et si coniunctè sit elatum &c. Plin. Epist. 94. Huius est hæres Maximus noster, quem & ipse amo, sed coniunctius tu.

Coniunctissimè & amantissimè cum aliquo uiuere. Cic. de Amicitia. **Coniunctim**, aliud aduerbium. Cæsar 6. bell. Gal. Hu ius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur.

Coniunx, Vide Coniugo.

Coniuro, as, pen. prod. Simul iurare, quũ scilicet multi in alicuius perniciẽ iurant, hoc est, conspirant, ὀμνύω, ὀμόω, ὀμνυμι. Sallust. Sed antè coniurauere pauci in quibus Catilina fuerat. Interdum etiam in bonam partem accipitur, quum plures eidem iuramẽto honestam ob causam sese astringũt. Vnde Mutius Scæuola apud Liu. lib. 1. Trecenti (inquit) coniurauimus principes iuuentutis Romæ, ut in te hac uia grassaremus. Horat. de Arte poẽt. per translationem posuit, p cõsentire, siue sibi mutuò opem ferre: alterius sic Altera poscit opem res, & coniurat amicè. Est etiam cõiurare, simpliciter iurare. Gell. Age, malitiam saltem defende: tu uerbis cõceptis coniurasti sciens, scienti animo tuo.

Coniuratio, uerbale, Conspiratio. Terent. in Hecy. Prò deũ atque hominum fidem, quod hoc genus est? quæ hæc coniuratio? Vt omnes mulieres eadem æquè studeant, nolintque omnia. Cicero 2. de Diuinat. Mirabile autem illud, quòd eo ipso tempore, quo fieret iudicium coniurationis in Senatu, signum Iouis biennio postquàm erat locatum, in Capitolio collocabatur.

Coniurati, orũ, Qui inter se coniurauerunt, οἱ συνόμοσαντες. Cic. in Catil. Ego quanta manus est coniuratorum, quam uidetis esse permagnam, tãtam me inimicorum multitudinem suscepisse uideo. Interdum coniungitur cum genitiuo: ut coniuratus Getarum, qui cum Getis conspirauit. Claudian. 1. in Ruf. tunc proditor ille

Impius imperii, coniuratusq; Getarum
Diffulit instantes, eluso principe, pugnas.

Conlatro, as, are, a. p. Latratu infesto, obloquor, καθυλακτέω. Seneca de uita beata, Siquis ex his qui philosophiam conlatrant, qd̃ solẽt, dixerit, Cur ergo melius loqueris, quã uiuis?

Conlutulo, Vide Collutulo.

Connato, n. p. Vide Nato in No, nas.

Connecto, ctis, simul necto, συμπλέκω, συνείρω. Quintil. lib. 5. cap. ultimo, Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solùm nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inexplicabile seris connectunt. Falces scalasq; connectere, Tacitus libro 19. antitheton Separo.

Connexus, participium. Cic. 2. de Nat. deor. Inde fides leuiter posita connexaq; uidetur.

Connexus, us, ui, συμπλοκή. Lucret. libro secundo, Differre necesse est Interualla, uias, connexus, pondera, plagas. Connexu corpus adhæret, Idem lib. 3.

Connexum, xi, Pro conclusione. Cicero 4. Acad. Ipsa enim ratio cõnexi quũ cõcesseris superius, cogit inferius cõcedere.

Connexio, onis, f. t. Connectendi actus, uel est lapsus ossium per articulam aut corruptionem nobilium in locum non naturalem, σύμπλεξις. Et pro conclusione apud Quintil. libro quinto capite 14.

Connexiuus, a, um, Quod aptum est connectere: ut, Connexiua coniunctio, apud Gell. lib. 10. cap. 29. pro copulatiua.

Conniror, eris, d. t. Simul, uel uehementer niti, & dare operam, συντείνομαι. Cicer. 5. de Fin. Quũ aũt paulum firmitatis accesserit, & animo utuntur & sensibus, cõnitunturq; ut sese erigant. Conniti pro eniti, & parere, ἀνατίκτειν. Verg. Eclo. 1. Hic inter densas corylos modò namq; gemellos.

Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.

Conniuẽo, iui, uel xi, ctum, n. s. Oculos genis intego, oculos claudo, & aperio, σκαρδαμύττω, καταμύω. Plin. lib. 11. Graniores alitũ inferiora gena cõniuent. Idẽ, Columbæ & similia utraq; gena cõniuent. Transfertur etiã ad alia. unde Gell. lib. 15. dixit. Conniuere cauã uentris & stomachi, pro stipari, claudi & cõtrahi. Conniuere item, est clausis oculis aliquid dissimulare, σκαρδαμύττειν. Cic. 4. Philip. Quibusdam in rebus etiam coniuro. Idem pro Cælio, Prò dii immortales cur interdum conniuetis in hominem sceleribus maximis? Sueton. in Cæs. Delicta nec obseruabat omnia, nec pro modo exequebatur, sed desertorum, ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris, id est, reliquæ cõuitia oculis neluti clausis præteribat, tanquam dissimulanter illa contueretur. Econtrario Inconniuens, dicitur qui oculis est uigilãtib. & aliqua in re fixis sine mutatione, ἀδιαφθάμνητος. Gel. de Socr. Inconniuens, immobilis in iisdẽ uestigiis præstabat. Habet hoc uerbum ni syllabam productam Silius, Conniuent, solemq; pauent deprendere uisu. Persius Satyr. 6. Væ nisi conniues.

Cõniuentia, æ, f. p. Dissimulatio. l. 1. C. de fund. & salt. rei dom. libro undecimo, Quod si uenalis procuratorum conniuentia ut id deinceps tentetur admiserit, eos grauissimo iubemus supplicio subiacere.

Conno,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cónno, as, are, Simul nare, σωνέχομαι. Vide Nato.

Connubium, n. ſ. Ius legitimi matrimonii à Nubo, cuius prima producitur, quum in cõnubio quandoq; propter metri neceſsitatem corripiatur, συγγαμία. Verg. 1. Aeneid. Connubio iungam ſtabili. eſt enim Syſtole figura, qua ſyllaba natura longa, corripitur Cic. 1. Offic. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui.

Connubialis, le, ut, Carmen connubiale apud Claudianum 7. Panegyr. Vincula connubiala, Statius 5. Thebaid.

Connudo, as, are, pen. prod. Idem quod nudo, γυμνῶ. Plin. lib. 28. cap. 7. Iam primùm abigi grandines turbinesq;, contra fulgura ipſa in menſe connudata, ſic auerti uiolentiam cæli.

Cõnóĭdēs, κωνοειδής, A Græcis dicitur quicquid coni, hoc eſt, metæ formam habet: unde cupreſſus fœmina hoc ueluti proprio epitheto à mare diſtinguitur, eo qđ faſtigiũ habet in metæ formã cõuolutũ: quũ mas extra ſe ramos ſpargat.

Conopeum, n. ſ. κωνωπεῖον, Tentorium ſeu uelum, & papilio ille lineus, uel laneus, ſeu bombycinus, qui toro circundatur ad arcendum culices, quo maximè utũtur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos κώνωπας dicunt. Inde κωνωπεῖον per ει, diphthongum. Poëtæ tamen Latini ſuo iure abiiciunt uocalem ſubiunctiuam, & penultimam corripiunt. Propertius, Fœdaq; Tarpeio conopea tendere ſaxo. Et apud Horatium lib. Epod. Et inter ſigna turpe militaria Sol aſpicit conopeum. Poſterius carmen eſt Iambicum dimetrum, cuius ultima ſedes poſcit Iambum. Ineptiſſimè autem lapſi ſunt, qui per œ diphthongum hanc dictionem ſcribendam præceperunt.

Conops, m. t. κώνωψ. A Græcis appellatur minoris muſcæ genus, quod nos Culicem appellamus. Inde Conopeum, ut iam docuimus.

Cõnŏr, aris, d. p. Niti, & dare operã ut aliquid fiat, πειρῶμαι. Terent. in And. tum autem hoc timet, Ne deſeras ſe. P. Hem egone iſtuc conari queam? Idem ibidem, Ego Pamphile tibi pro ſeruitio debeo Conari manibus, pedibus, noctesq; & dies Capitis periculum adire, dum proſim tibi.

Conatus, ui, m. q. Niſus, experientia, πεῖρα. Cic. 2. de Nat. deo. Dedit autem eadem natura belluis & ſenſum, & apperitum ut altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſſendos: altero ſecernerent peſtifera à ſalutaribus. Idem de clar. Orat. Populi ingrati pulſus iniuria ſe ad hoſtes contulit, conatum iracundiæ ſuæ morte ſedauit.

Conamen, nis, n. t. Conatus, uiſus, πεῖρα. Ouid. 2. Metam. dextraq; molarem Suſtulit, & magnũ magno conamine miſit.

Conamẽtum, ti, n. ſ. Pli. li. 19. cap. 2. De ſparto loquens, Ad reliquos uſus laboriosè euellitur, ocreatis cruribus, manibusq; tectis manicis, conuolutum oſſeis, ligneiſue conamentis hoc eſt, adiumentis, & fulcimentis ligneis.

Conquadrare, In quadratam figurã redigere, τετραγωνίζω. Colum. lib. 8. cap. 1. Conquadratæ deinde foratis duobus ad uerſis parietibus induuntur, &c.

Conquaſſare, a. p. Concutere eſt uel confringere, contere re, συνθῆαι, διαῤῥηγνύναι. Cato cap. 12. Qualum incidito pro pẽ imumſi uerò calix erit, conquaſſato: cum eo qualo aut calice in ſcrobẽ ponito. Corpus conquaſſatum, Lucr. lib. 3. Conquaſſari terræ motibus, Cic. 1. de Diuin. Apulia maximis terræ motibus conquaſſata eſt. Conquaſſare nationes, per translationẽ, pro uaſtare, & cõterere. Cicer. pro Seſt. Etiã exteras nationes illius anni furore cõquaſſatas uidebamus.

Conquaſſatio, uerbale. Cicer. 4. Tuſc. Itaq; illa duo, morbus, & ægrotatio ex totius ualetudinis corporis cõquaſſatione & perturbatione gignuntur.

Conqueror, eris, d. t. Idẽ cum ſimplici Queror, μέμφομαι. Cic. 5. Verr. Tanta uis erat iniuriarum, ut homines quiduis perpeti, quàm non de iſtius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent. Idem Metello, lib. 5. Epiſt. Satis habeas nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri.

Conqueſtus, us, ui, Querela, μέμψις, μεμψιμοιρία. Liu. 8. ab Vrbe, Tum libero conqueſtu coortæ uoces ſunt.

Conqueſtio, aliud uerbale. Cic. ad Q. fratrem lib. 1. Vbi nullum auxilium, nulla conqueſtio.

Conquieſco, n. t. Idem eſt quod ſimplex quieſco, ἡσυχάζω. ἡσυχίαν ἄγω. Cic. 5. de Finib. Videmus igitur ut conquieſcere ne infantes quidem poſſint. Conquieſcere in re aliqua, eleganter accipitur pro re aliqua delectari. Cicer. Curioni, Aetas noſtra iam ingraueſcens, in amore atque in adoleſcẽtia tua conquieſcat.

Conquiníſco, is, conquexi, n. t. Caput inclino, ὑποκύπτω. Plautus, Faciendum eſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtulam.

Conquíro, is, a. t. Eſt diligenter quærere, & inueſtigare, uel quærendo in unum contrahere, ζητέω. Cicero lib. 5. in Verr. Quum undiq; homines nequiſſimos conquiſiſſet. Inde Conquirere milites, eſt delectum militum habere.

Conquiſitio, uerbale, ut Conquiſitio militum, Eſt ipſe militũ delectus: quum ſcilicet Imperator pro ſua authoritate, quos ei uiſum fuerit, ad militiam conſcribit etiam inuitos: quod in maioribus tantùm Reipublicæ periculis fieri conſueuit. Alioqui enim contenti erant iis qui ultrò nomina dabant. Cice. de Prouinciis Conſ. Exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione coactus, omnis interiit.

Conquiſitores, Dicti ſunt homines illi, per quos milites conquirebantur. Cic. ad Att. Nullus uſquam delectus: nam conquiſitores, φωνοπροσωπεῖν non audent, nec nomina dant.

Conquiſitus, nomen ex participio: ut Menſæ conquiſitiſſimis epulis extruebantur. Cic. lib. 5. Tuſculanarum.

Conquiſitè, aduerbium, Pro doctè, & diligenter. Gellius libro 3. capite 10. Hæc Varro de numero ſeptenario ſcripſit admodum conquiſitè.

Conrei, Dicuntur qui ſimul ob eandẽ cauſam rei facti ſunt. Dictio frequens eſt apud Iureconſultos, ut apud Vlpia. in l. Liberationem. parag. nunc de effectu ff. de Liber legat.

Conrẽgiõnẽ, Veteres E regione dixerunt. Feſt.

Conſalũtãre, a. p. Eſt ultrò, citroq; ſalutationẽ dare, προσαγορεύειν, σωασπάζεσθαι. Cic lib 2. de Orat. qui cum inter ſe, ut ipſorum uſus ferebat, amiciſſimè conſalutaſſent.

Conſalutatio, uerbale. Cic. libr. 2. ad Att. Hinc plauſus maximi, conſalutatiõ forenſis perhonorifica.

Conſanguinei, m. ſ. Dicuntur qui ſanguine inter ſe cõnexi ſunt, συγγενεῖς, ὁμαίμονες, ἀγχίσποροι. Plau. in Pœn. Meis cõ ſanguineis nolo te iniuſtè loqui. Cicero ad Attic. libro 2. Sed βούπιδ& noſtri conſanguineus, nõ mediocres terrores iacit atq; denuntiat. Cõſanguineorum appellatione continẽtur etiam fratres ex eodem patre nati, li. 3. Inſtit. tit. de legit. agn. ſucceſſ. parag. 1. Itaq; ex eodem patre nati fratres, Agnati ſibi ſunt, qui & Conſanguinei uocantur. Arma conſanguinea, Claud. in bel. Gild. Turba cõſanguinea, Ouid. Epiſt. 14. Sopor conſanguineus lethi, Verg. 6. Aeneid.

Conſanguinitas, ſ t Ipſa ſanguinis coniunctio, συγγένεια πρὸς αἷματος. Liu. 7. ab Vrb. Cœritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat. Propinquus conſanguinitate alicui, Verg. 2. Aeneid.

Conſano, as, Curo, ſano, ἰάομαι. Columella libro 4. capite 24. Quo plerunq; fit ut præcidi debeat, perfringatur, & ſic uitis laniata ſcabrataq; putreſcat humoribus, nec plagæ conſanentur.

Conſaneſco, is, Sanus fio. Cic. Sulpit. lib. 4. Nunc autem hoc tã graui uulnere, etiam illa quæ conſanuiſſe uidebantur, recru deſcunt. Colum. lib. 4. cap. 27. Tum etiam uitem minus cicatricoſam reddit: quoniam id, ex quo uiride & tenerum decerptum eſt, celeriter conſaneſcit.

Conſarcínare, Simul ſarcire ſignificat, & nullo delectu cõiungere, συῤῥάπτειν. Gel. lib. 13. cap. 23. In quo uerſu non oportet alterum uideri uerbum, idem quod ſuperius ſignificans, ſupplendi numeri cauſa extrinſecus additum & conſarcinatum. Eſt enim hoc inane admodum & futile. Compoſitum eſt à Sarcino, quod apud ueteres Iuriſconſultos frequentiſſimè legitur pro Sarcire, & Sarcinator pro Sartore.

Conſarrio, is, ire, Idem quod Sarrio, σκαλεύω. Colum. libr. 11. cap. 3. Deinde ſulci omnes conſarriendi.

Conſaucío, as, actiuum, à quo Conſaucior, aris, paſsiuum, κατατρωματίζω. Autor ad Herenn. lib. 4. In hoc autem crebro & celeri uulnere corpus conſauciari uidetur.

Conſcendo, is, Nauim ingredior nauigãdi cauſa, ἐμβαίνω. Cic. 4. Acad. Quid enim conſcendens nauem ſapiens, num &c. Cæſ. de bel. Ciuil. Non minore animo ac fiducia, quam antè dimicauerant, naues conſcendunt. Vergil. 1. Aeneid. Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor. Ponitur aliquando abſolutè. Cicero Attic. lib. 9. Idibus Martiis Pompeium à Brunduſio conſcendiſſe. Cæſar, Erat completis littoribus contentio, qui potiſſimùm ex magno numero conſcenderent. Scopulum conſcendere: Vergil. 1. Aeneidos Currum conſcendere, Liuius 8. bell. Macedon. Equum conſcendere, Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re, Ibidem 5. Macedon. Conscendere in equum, Ouidius lib. sexto bel. Metam.

Conscensio, onis, uerbale, ἐπίβασις. Cic. 1. de Diuin. Eumq; dixisse remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum uaticinatum, madefactum iri minus XXX. diebus Græciam sanguine, rapinas Dyrrachii, & conscensionem in naues cũ fuga. à quo Conscensus ἀναβάσεις,

Conscelerare, Est scelere conspurcare, μιαίνειν. Liu. 10. bel. Maced. Agite, conscelerate aures paternas, decernite crimin. mox ferro decreturi. Conscelerare oculos dicuntur qui nefandum aliquod facinus aspiciũt. Ouid. li. 7. Metam. Cur non & specto pereuntem, oculosq; uidendo Conscelero?

Conscleratus, a, um, ἀνόσιος: ut, Conscelerata mens, Cic. in Cas. Et pro Cluentio, Conscelerata exectio linguæ. Consceleratus ultus, Ibidem. A filiis conscleratissimis furiæ domesticæ & assiduæ pœnas parentum dies noctesq; repetunt. Ci. pro Sext. Rosc. Amer.

Conscientia, Vide Conscius.

Conscindo, is, ere, a. t. In multas partes scindere, διαῤῥήγνυμι. Terent. Eun. Vestem omnem miseræ discidit, tum ipsam capillo cõscidit. Curæ conscindunt hominẽ solicitum, Lucret. lib. 5. Conscindere sibilis, per translationem pro Exibilare, & Explodere. Cic. Att. lib. 2. Tam gladiatores quã dominꝰ, quã aduocati sibilis conscissi. Conscindere aliquem, pro criminari, & alicui conuitiari Cic. ad Att. libr. 8. Is enim me ab optimatibus ait conscindi.

Conscissura, ræ, Ipsa ruptio. Plin. lib. 34. cap. 8. Dein quum pretio periisset gratia artis, detractum est aurum, pretiosiorq; talis existimatur, etiam cicatricibus operis atq; conscissuris, in quibus aurum hæserat remanentibus.

Conscio, a. q. apud Horatiũ in Epistolis legitur pro eo quod est alicuius rei mihi conscius sum, συνοιδα, hic (inquit) murus aheneus esto, Nil cõscire sibi, nulla pallescere culpa, hoc est, nullius rei sibi conscium esse.

Conscisco, is, consciui, conscitum, n. t. Consentio, cõmuni cõsilio statuo, decerno, συμψηφίζωμαι, ὁμοψηφίζωμαι. Liu. libr 1. Censuit, consensit, conscisuit, ut bellum cum priscis Latinis fieret. Valla lib. 5. cap. 89. scribit hoc uerbum ad mortem ferè pertinere: ut consciscere sibi mortem, παραλύειν τὴν ἑαυτοῦ προῖσθαι τὸν βίον. Cic. de Clar. orat. Themistocl. sibi mortem conscisuit. Idem libro tertio, Epist. Mortem mihi cur conscisscerem, causa uisa non est. Per translationem ponitur pro contrahere, ἐπισπᾶσθαι. Colu. li. 8. Diligens pastor stabulum quotidie conuertit, nec patitur stercus humorem conscisce re. Sciendum est quod Conscisco, Ascisco, Descisco, Præscisco, & Rescisco, faciunt præterita in iui, sicut eorum primitiua: & Conscio quidem, Descio, & Rescio, rarò sunt in usu, sed magis Conscisco, Descisco, & Rescisco. Ascio, & Præscio inueniuntur: quamuis Ascio non ita frequenter, sicut Præscio. Hinc Ascisco, & Præscisco, licet, magis Ascisco quàm Præscisco, eo quod Ascio minus in usu sit: Præscio uerò magis. Quum ergo Conscisco, Descisco, & Rescisco usurpentur, non mirum est si Conscio, Descio, Rescio obsoluerunt: quoniam ferè superfluum esset in eadem significatione utraque haberi. E diuerso autem, Scio, sæpissimè reperitur, rarius autem Sciscо apud Plautum tamẽ legitur Sciscam, in Amphitrione, Ocyus accurro, ut sciscam quid uelit. Præscio in usu est, Præscisco minus: quod tamen & ipsum legitur apud Vergilium lib. 4. Georg. Continuoq; animos uulgi trepidantia bello Corda licet longè præscisscere. Ascio apud Columel. in Præfatione, Et pecoribus parandis, conseruandisq; quoniam & hanc ascimus, quasi agriculturæ partem. Quo tamen loco emendatiora Columellæ exemplaria Asciuimus habent præterito tempore, quod ab Ascisco potius, quàm ab Ascio esse uidetur.

Conscius, propriè qui rem scit, σύνοιδος. Cicer. M. Rutilio, Quum & mihi cõscius essem quanti te facerem. Nonius de Verb. different. Scius inquit secum, Conscius cũ altero: quã tamen differẽtiam fatetur à scriptoribus non obseruari. Nã postquam Scius in usu esse desiit, Conscius utriusq; locum occupauit. Sallust. Populares conscios sceleris sui. Verg. 1. Aeneid. & mens sibi conscia recti. Cicero 3. Offic. Sibi autem nullius essent conscii culpæ.

Conscientia, Sui scientia, siue certissima scientia, & ueluti certitudo eius rei, quæ animo nostro ineſt, siue bona sit, siue mala, συνειδός, συνείδησις. In bonam partem accepit Cicero 5. Philip. In ipsa conscientia rectè factorum ſatis magnus laborum fructus est. Et alibi, Nulla re tam lętari soleo, quam officiorum meorum conscientia. Idẽm de Senect. Conscientia bene actæ uitæ, multorumque beneficiorum recordatio iucundissima est. In deteriorem partem idem posuit 3. in Catil. Inuect. Recitatis literis, cõscientia cõuictus repẽte cõticuit. Idẽ & Sext. Rosc. Suũ quenq; scelus agitat, amentiaq; afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæq; animi terrent.

Conscribello, pro conscribo ueteres dixerunt, ἐπιγράω, ἐπιγράφω. Varro, Itaq; eas in certam conscribellauit Herculis ad litem. Nonius.

Conscribo, a. t. Simul scribo, aut simpliciter scribo, συγγράφω. Cic. ad Att. lib. 12. De Antonio quoq; Balbus ad me cum Oppio conscripsit. Idem, Legem Consules, conscripserunt, qua Pompęio per quinquennium omnis potestas rei frumẽtariæ toto orbe terrarum daretur. Plautus in Asin. Agedum istum ostende, quem conscripsisti, syngraphum. Conscribere milites, est cogere, & in certum numerum ac scriptum redigere: quod Galli dicunt Enroller.

Conscripti, qui in Senatu scriptis annotati erant, qui per inopiam Senatorũ ex equestri ordine in Senatorũ numerum recipiebantur, προσγεγραμμένοι. Liu. li. 2. Deinde quò plus uirium in Senatu frequẽtia etiã ordinis faceret, cædibus regis diminutũ patrũ numerum, primoribus equestris gradus electis, ad trecẽtorum summã expleuit. Traditũ inde fertur, ut in Senatũ uocarentur, qui patres, quiq; conscripti essent: Cõscriptos uidelicet in nouum Senatum appellabant Lectos.

Conscriptio, onis, f. t. Compositio, actus cõscribẽdi, συγγραφή. Cic. pro Cluent. Falsæ conscriptiones quæstionum.

Conseco, as, are, a p. Idem quod Seco, uel in multa seco, τέμνω, διατέμνω. Plin. lib. 36. cap. 26. Acies tanta quacunq;, ut citra ullum sensum ad ossa consecet, quicquid afflauerit corporis. Ouid. 3. Trist. Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui. Consecare in tenues membranas, Plin. lib. 30. cap. 4.

Consectio, uerbale, ἀνατομή. Cic. de Nat. deor. Arborum autẽ consectione omniq; materia, & culta, & syluestri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibũ utimur, &c.

Consĕcro, as, a, p. pen. cor. Idem quod Sacro, id est, Deo dico & sacrum facio, καθιερῶ, ἐκθεάω. Cic. 2. Tuscul. Quasi ad dicti & consecrati. Plin. de Viris illustribus, Spolia opima Ioui Pheretrio in Capitolio consecrauit.

Consecratio, onis, Dedicatio, καθιέρωσις. Cicero pro domo sua Consecrationes fiebãt, aut à Pontificibus, aut à Tribunis plebis. Ibidem, In consecratione statuebantur aræ, quæ religionem afferrent.

Consecraneum, n. s. Quod est consecratum, ἀφιερωμένον. Vocabulum ferè in castris repertum, qualia sunt Conterraneum, Commilitaneũ, Militaneũ, Suffarraneum, Limitaneum. Iulius Capitol. in concione quadam Maximini Cæsaris. Commilitones (inquit) sacrati, imò uerè cõsecranei. Alio loco, Nullam ciuitatem æquè militaneam, dixit. Tertulianus Consecraneos uocat, qui quasi uni sectę mancipati sunt.

Consectaneus, Consectarium, Consector, Consectatio, Consectator, Vide Consequor.

Consemineus, a, um, Dicitur de re in qua uaria semina cõmista sunt. Vt Consemineæ uineæ sunt, in quibus diuersa uitium semina aceruatim confusa sunt, nec propriis generib. distincta. Columella li. 3. cap. 21. Iam illa seminum separatio summam commoditatem habet, quod uinitor suam cuiq; facilius putationem reddet, cum scit cuius notæ sit hortus, quẽ deputet idq; in uineis consemineis seruari difficile est. Sic etiã Syluã consemineam uocant, quæ ex uariis arborũ generibus confusè consita est. Idem lib. 12. ca. 46. Syluam si quis barbaricam, hoc est, consemineam uelit facere.

Conseminalis, Pro eodem etiam legitur apud eundẽ Columellam libr. 12. cap. 45. Propter quod etiam conseminalium uinearum non est tam firmum uinum, quam si per se syncerũ ammineum uel appianum condideris.

Consensio, Vide Consentio.

Consentia sacra, Quæ ex consensu multorum sunt statuta. Festus.

Consentio, is, n. q. Conuenio, idem sentio, ὁμονοέω, ὁμοδοξέω, προσίομαι, συμφωνέω, σωοίομαι. Plin. libro 17. cap. 11. Eadem mensura Græci autores consentiunt, non altiores quino semipede esse debere. Cicero 3. de Finibus, Ratio enim nostra consentit, oratio pugnat.

Consentiens, participium. Cic. 2. de Diuinat. animorum cõsentientium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dientium multitudine completum esse mundum.

Cōsensus, particip. ũ, Confessus, ὁμολογήμενος. Gell. libr. 5. cap. 20. Syllogismus est oratio, in qua consensis quibusdam & cō fessis, aliud quid quàm quæ concessa sunt, per ea quæ concessa sunt necessariò conficitur.

Consensus, us, ui, nomẽ, Concordia, conuenientia, ὁμοιότης. Cicero 3. de Nat. deor. Itaq; illa mihi placebat oratio de conuenientia, consensuq; naturæ. Claudian. de bel. Gild. dissensus acerbus, Et grauior consensus erat.

Consensio, f. t. ut Speusippus ait, Communio rerum omnium, cogitationum, suspicationumq; cōcordia ὁμόνοια, συμφωνία. Cic. ad Cass. Populi uerò Romani, totiusq; Italiæ mira consensio. Idem 1. de Nat. deor. Quũ enim non instituto aliquo, aut more, aut lege sit opinio constituta, maneatq; ad unum omnium firma consensio, intelligi necesse est, esse deos.

Consentaneus, a, um, Conueniens, σύμφωνος, ὁμολογήμενος. Cicero 5. de Finib. Itaq; omnis honos, omnis admiratio, omne studium, ad uirtutem, & ad eas actiones quæ uirtuti sunt cō sentaneæ, refertur. Idem 2. de Nat. deor. Quare cum in æthere astra gignantur, consentaneum est in his sensum inesse & intelligentiam.

Consepio, is, ire, Idem quod sepire, περιφράττω. Cicero de Senectute, Cæteris in rebus comem erga Lysandrum atq; humanum fuisse, & ei quendam conseptum agrum, & diligenter consitum ostendisse.

Conseptũ, pti, Quod undiq; clausũ, & munitũ est, περίφραγμα. Colum. lib. 1. cap. 4. Difficiliora enim consepta, non solũ pluris ædificabimus, sed etiam impensis maioribus tuebimur. Conseptum etiam fori dixit Quintilianus libro Octauo, pro ipsis cancellis.

Consequiæ, Vide Consequor.

Consẽquor, d. t. penult. corr. Immediatè sequor, ἀκολουθέω. Verg. 5. Aeneid. quem deinde Cloanthus Consequitur. Gell. lib. 2. Vter dies natalis haberi, appellariq; debeat, is quem nox ea consecuta est, an dies qui noctem consecutus est. Item obtineo, adipiscor, τυγχάνω, Cicero in Ver. Act. 1. Quod ego meo labore, & uigiliis consecutus sum. Idem 2. Verr. Habeo autem certam uiam atq; rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possum. Item exprimere, ἐξαπῶ. Idẽ Cæsari Iuniori, Extrema uerò quanta & qualia sunt, uerbis consequi non possum.

Consequens, tis, participium. Cic. de Senect. Sed memoriam illius uiri excipient omnes anni consequentes.

Consequens, nomen, Argumenti conclusio. Cicer. 4. de Finib. Quum consequens aliquid falsum sit, illud cuius id consequens sit, non posse esse uerum.

Consequentia, tiæ, f. q. Consecutio, ἀκολουθία Cic. 1. de Diuinat. Qui cursum rerum euentorumq; consequentiam diuturnitate pertractata notauerunt, &c. Est & Consequentia necessitas cōclusionis, quę ex præcedentib. infertur. Cic. ad Trebat. Ea enim dico cōsequentia, quæ rẽ necessariò consequũtur.

Consequenter, aduerbium, ἀκολούθως, Vlpian. l. Sed & si quid. parag. ult. ff. de usufru. & quemadmodum quis uta, & fru. Quibus consequenter fructuarius quidem acquirere fundo seruitutem non potest, retinere autem potest.

Consequiæ, Sequelæ, à consequendo: sicut ab exequendo, Exequiæ. Apuleius lib. 10. Nouissimis trahebantur consequiis.

Consector, ctaris, d. p. Auidè insequor, aut frequenter sequor, ἀκολουθέω, προσδιατρίβω, σπουδαιῶ, διώκω Lactant lib. 5. Quæras ab his, quid sibi uelint, quum fœminas tam rabidè consectantur, ut uix diuelli queant. Cæsar 6. bel. Gall. Redeuntes equites, quò possunt consectantur, atq; occidunt. Ci. 2. ad Att. Fusum clamoribus, & conuitiis, & sibilis consectantur. Per metaphoram accipitur pro aucupari, siue affectare, θηρῶμαι. Cicero in Pisonem, Leuitatis est, inanẽ aucupari rumorem, & omnes umbras, etiam falsæ gloriæ consectari. Cicero primo Offic. Alexander beneuolentiam Macedonum largitione consectabatur.

Consectari, passiuè. Laberius apud Nonium, Vxorem tuam, & meam nouercam à populo lapidibus consectari uideo.

Consectatio, uerbale. Cic. in Orat. In huius concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus.

Consectator, & Consectatrix, uerbalia. Cic. 3. Offic. Est enim tẽperantia, libidinum inimica: libidines autem consectartices uoluptatis.

Consectarius, adiectiuum. Cic. 4. de Finib. Illud uerò minimè consectarium, sed in primis hebes, illorum scilicet nominũ gloriatione dignam esse beatam uitam, quæ non possit sine honestate contingere, ut iure quisquam glorietur.

Consectarium, rii, n. s. Est argumentum breuiter astrictum, in quo cōclusio necessariò sequitur antecedẽs, ἀκόλουθον. Ci. 4. de Finib. Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ consectaria esse dicebas: & primum illud quo nihil potest esse breuius, Bonum omne laudabile, Laudabile autẽ omne honestum. Omne igitur bonum honestum.

Consectaneus, a, um, Qui alios assectatur, ἀκόλουθος, ut Consectanea turba. Hinc Consectanei dicuntur, qui aliorum opinionem uel sententiam sequuntur, ὁμογνώμονες.

Consĕro, pen. cor. conserui, consertum, a. t Coniungo, connecto, συμπλέκω. Verg. 3. Aeneid. Loricam consertam hamis, auroq; trilicem. Idem 5. Aeneid. Læuibus huic hamis consertam auroq; trilicem Loricam. Conserere manus, est manus coniungere, & dextras mutuò apprehendere. Vnde manum conserere dicebantur litigantes, quum in agrum, aut aliam rem, de qua cōtrouersia erat, profecti, rem litigiosam, aut aliquam eius particulam manu apprehendebant, iusq; suum in re præsenti uindicabant. Postea tamen propagatis Italiæ finibus, Prætoribusq; aliis negotiis distentis, placuit ut litigantes sine Prætore in agrum proficiscerentur, glebamq; inde in ius ad Prætorem deferrent, & in ea, tanquã in toto agro uindicarent, aduersariumq; ex iure manu consertum (id enim formulæ nomen erat) ad Prætorẽ uocarent. Pugnantes item manum conserere, ἀψιμαχεῖν dicuntur, quum cominus rem gerunt, & quasi manum manui admouent. Cic. ad Att. At illum ruere nuntiant, & iam iamq; adesse, non ut manum conferat, (qui cum enim?) sed ut fugam intercludat. Lactantius libro 5. Tum inter se manus conserere cœperunt, & insidiari, & gloriam sibi ex humano sanguine comparare. Pro eodẽ etiam dicimus, Prælium, siue pugnam conserere. Verg. 2. Aeneidos, Mulraq; per cœcam congressi prælia noctem Conserimus. Liu. 5. ab Vrb. Accensis utrinq; animis, ad arma discurritur, & pugna conseritur.

Consertus, participium, connexus, contextus. Fab. lib. 5. ca. 10. Vt sunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est.

Consertè aduerbium. Cicero de Fato, Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione consertè, contexteq; fiunt.

Consertor, oris, Plin. lib. 33. cap. 1. Quòd si impedimentum potuit in ea aliquod intelligi, etiam consertoris usu, argumentum est, maius in læua fuisse, qua scutum rapitur.

Consero, n. c. pen. corr. conseui, consitum, Locum aliquem seminibus, seu plantis oppleo, φυτεύω. Agri enim conseri dicuntur, semina autem uel plantæ seri. Verg. 1. Eclog. En quis conseuimus agros. Lactant. lib. 2. Quem in partibus Orientis omni genere ligni arborumq; conseuit. Columell. libro secundo, Celerius autem si eodem tempore stercores, & lupino uel faba conseras.

Consitus, penult. corrept. participium: ut, Cœca mentis caligine consitus Catullus.

Consitio, φυτεία, φυτουργία, Cic. in Catone, Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricola solertius. Columella libr. 4. A primo statim die consitionis formanda.

Consitor, toris, φυτουργός. Ouid. 4. Metam. Et cum Lenæo genialis consitor uuæ.

Consitura. ræ, Idem quod consitio, φυτούργημα. Cic. de Republ. Quæ uidelicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ inditiis interpretabatur. Nonius.

Conserratus, a, um, Serræ in modũ denticulatũ, πριονοειδής. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed spectatissimum insigne gallinaceis cor pore conserratum: nec carnem id esse, nec cartilaginem, nec callum iure dixerimus, uerum peculiare.

Conseruatio, Conseruator, Conseruatrix, Vide Conseruo.

Conseruo, as, are, a. p. Idem quod seruo, tueor, custodio, obseruo, φυλάττω, ἐπιτηρῶ. Cic. ad Att. lib. 6. Iis literis respondebo: sic enim postulas: nec οἰκονομίαν instituam, sed ordinem conseruabo tuum. Idem Attic. libro 5. Vt nos eam necessitudinem, quę est nobis cum publicanis, obtinere & conseruare patiantur. Idem Metello, Beneuolentiã certo iudicio susceptam, quoad uoles, conseruabo. Interdum Conseruare, idem quod incolumem seruare, & à certissimo periculo eripere, σώζω Cicero in Catil. Non minus iucundi sunt dies illi quibus conseruamur, quàm quibus nascimur. Idem Antequam iret in exilium, Ego apud uos non loquar, quos conseruauiq

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſeruaui? Et paulò pòſt, Qui hoc imperii domicilium ſartum tectum ab omni periculo conſeruaui.

Conſeruatus, participium. Cic. Lentulo. lib. 1. Illud quidem certè noſtrum conſilium iure laudandum eſt, quòd meos ciues & à me conſeruatos, & me ſeruare cupientes, ſpoliatos ducibus, ſeruis armatis obiici noluerim.

Conſeruator, toris, m. t. σωτήρ. Cic. pro Seſt. Optimatum principes autores, & conſeruatores ciuitatis. Item antequam iret in exilium, Vtrum, ut cuſtos accipiar, an ut proditor excludar? ſi ut cõſeruator, ueſtra erit ignominia: ſi ut oppugnator, præciſa erunt omnia.

Conſeruatrix, cis, σώτειρα, Cicero quarto de Finibus, Omnis natura uult eſſe conſeruatrix ſui, ut ſalua ſit, & in genere conſeruetur ſuo.

Conſeruatio, onis, f. t. cuſtodia. Cicer. 1. Offic. Et ſi attentos animos ad decori conſeruationem tenebimus.

Conſeruus, ui, Qui cũ alio eidem domino ſeruit, σύνδουλος, Terentius Adel. Cõſeruis ad eundem illis præcipio modum. Cic. ad Caſſ. O rem miſeram: dominum ferre non potuimus conſeruo ſeruimus.

Conſerua, æ, Terent. in Eunuch. Summa forma ſemper conſeruam domi uidebit.

Conſeruitium, tii, Plaut. Capt. Perq; conſeruitium commune, quod hoſtica euenit manu.

Conſeſſus, Vide Conſideo.

Conſideo, es, n. f. antepen. corr. Significat ſimul ſedeo, συνεδρεύω. Cic. in Brut. In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus. Aliquando ſignificat manere. Cicer. de Finib. Cuius in mente conſedit iuſtitia. Aliquando rei humilitatem habet, & quaſi denegatam altius euolandi facultatem. Ci. Conſedit utriusq; nomen in Quæſtura. Aliquando ponitur pro conquieſcere. ut Conſidere in otio. Aliquando pro ſedari. Liuius, Vbi ira conſedit. Aliquando pro commorari, uel conſiſtere. Cic. Phil. 13. Martiam legionem Albæ conſediſſe ſciebat.

Conſeſſor, oris, Qui unà cũ alio ſedet, σύνεδρος, συνκάθεδρος. Cic. ad Att. lib. 2. Præclarum ſpectaculum mihi propono, modò te conſeſſore ſpectare liceat.

Conſeſſus, m. q. Non eſt conſeſſio, ſed homines in uno loco ſedentes, συνέδριον, ſicut Conuentus, nõ eſt conuentio, ſed homines, qui in unum locum conueniunt. Cic. de Senect. Quibus quum à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex eis quendam, Athenienſes ſcire, quæ recta eſſent, facere nolle.

Conſidero, as, are, a. p. Diſpicio, iudico, cogito: à ſiderũ contemplatione, ut Feſto placet, dictum, σκέπτομαι, Cic. Terentiæ Reliquum eſt, quod ipſæ optimè conſiderabitis, ueſtræ ſimiles fœminæ ſint ne Romæ. Terent. Heaut. Et quũ egomet nũc mecum in animo uitam tuam conſidero.

Conſideratus, participium, Cic. de Aruſp. reſp. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu conſideratum, ac multò antè meditatum.

Conſideratus, nomen: ut, Conſideratus homo, Qui agenda conſiderat, nõ qui conſideratur, περισκεπτόμενος. Cic. pro Cecin. Verùm & illud conſiderati hominis eſſe putauit. Idẽ p. Quintio, C. Quintius fuit P. Quintii huius frater, ſanè cæterarum rerum paterfamiliãs & prudens & attentus, una in re paulò minus conſideratus, qui, &c.

Conſideratio, onis, f. t. σκέψις. Cic. 4. Acad. Conſideratio contẽplatioq; naturæ, eſt animorum ingeniorumq; naturale quoddam quaſi pabulum.

Conſideratè, aduerbium, περισκεπτόμενος. Cic. pro Quintio, Prætores ut conſideratè fieret comparauerunt. Ibidem, Quid feci non conſideratiſſimè?

Conſido, dis, conſedi, conſeſſum, Simul aſsido, συνκαθίζω. differt q; à Conſideo, quòd illud quietem, Conſido motum affert. Colum. lib. 8. Neq; aut recumbat, aut conſidat. Plin. li. 14. cap. 10. Iterumq; adiecta largiore teritur, & dum conſidat relinquitur. Liu. 1. ab. Vrb. Deductus in arcem, in lapide ad meridiem uerſus conſedit. Cic. ad Att. lib. 1. Antequàm alio loco conſedero, neque longas à me, neq; ſemper mea manu literas expectabis. Accipitur interdum Conſidere pro eo quod eſt ſedes aliquo in loco figere. Verg. lib. 1. Aeneid. Vultis & his mecum pariter conſidere regnis? Interdum idem quod deſidere, uel dehiſcere. Liu. 5. bell. Maced. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis conſedit.

Conſiditur, impersonale. Cic. 3. de Orat. Quum placuiſſet idem cæteris, in ſyluam uenitur, & ibi magna cum audiendi expectatione conſiditur.

Conſignare, a, p. Eſt eiuſdem penè ſignificationis cum ſuo ſimplici, hoc eſt, ſigno notare, uel ſignũ rei alicui clauſæ imprimere, συμβοῦμαι, σφραγίζω. Sic propriè dicimus cõſignare epiſtolas, quum illis complicatis anulum noſtrum imprimimus. Plaut. in Curcul. Eamus intrò, ut tabulas conſignemus. Idem Trinum. Epiſtolas duas, eas nos cõſignemus, quaſi ſint à patre. Conſignare pecunias inter aliquos, eſt deponere. Sueton. in Claud. Quam quum comperiſſet ſuper probra & flagitia C. etiam Silio nupſiſſe, dote inter aruſpices conſignata, ſupplicio affecit.

Conſignatus, participium. Laudatio alicuius conſignata creta, Cic. pro Flacco.

Conſignatio, uerbale, Sigilli impreſsio, σφραγισμός. Conſignationes item dicuntur quas uocamus documenta, uel chirographa. Quintil. libr. 14. cap. 8. Promittit enim litigator omnia, teſtem, populum, paratiſſimas conſignationes.

Conſileo, es, ere, pro cõdicere poſuit Ennius. Feſt. καταγγέλλω

Conſilesco, is, Gel. lib. 12. cap. 1. Omnisq; impatientiſſimæ ſolicitudiuis ſtrepitus conſilescit.

Conſiligo, inis f. t. Herba eſt, teſte Ruell. quæ à Gallis Pomelea, quaſi Pulmonea uocatur, ab herbariis Pata leonis, λεόντοποδιον. Dioſc. Conſiliginis autem nomen à ruſticis ei creditum, quod in aruis inter ſiliginẽ frequentiſſimè inueniatur. Vide Plinium lib. 27. cap. 8. & Ruell. lib. 2. cap. 134.

Conſilio, is, lui, uel liui, conſultum, Simul ſalio, συνάλλομαι, unde Conſulto. as, frequentatiuum.

Conſilium, definitore Cicerone lib. 1. de Inuent. Aliquid faciendi, non faciendiue ratio excogitata, βουλὴ βούλευμα, Cicer. Terentiæ, Veſtrum iam conſilium eſt, non ſolùm meũ, quid ſit nobis faciendum. Idem Attic. lib. 16. Nemo doctus unquã mutationem conſilii inconſtantiam dixit eſſe. Quandoq; ſumitur pro iudicibus deputatis. Cicero pro Roſcio, Qui ex cõuitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc conſilium delecti eſtis propter ſecuritatem. Et infrà, Dii prohibeant Iudices, ut hoc, quod maiores conſilium publicum uocare uoluerunt, præſidium ſectorum exiſtimetur. Dictum à Con, & Sileo, (ut quidam uolunt) quòd uno conſulente cæteri conſileant. Siue (ut alii malunt) à Con, & Salio, eo quod in unam ſententiam plurium mentes conſileant, & conueniant. Vt enim Exilium ab Exilio, is, ita Conſilium à Conſilio deſcendit. Non deſunt tamen qui pro conſiliariorum cõſeſſu, ſiue iudicibus deputatis, Concilium per ſecundam cõſonantem ſcribendum præcipiant, & à conciendo, ſiue concalando, hoc eſt, conuocando, dictum uelint. Conſilium dare, eſt ſuadere, συμβουλεύειν. Quin. Quum Ciceroni dabimus conſilium, ut Antonium roget.

Conſilioſus, à Catone dictum, teſte Gell. lib. 4. cap. 9. pro ſapiente, quiq; ſanis conſiliis abundat.

Conſilio, as, n. p. Conſulo, delibero, uel conſulto, βουλεύομαι. Tacit. lib. 18. Et rediere Bononiã omnes ſimul conſiliaturi.

Conſiliator, Dicitur qui alicui dat conſilium. Plin. in Epiſt. Ille in gerendis meis honoribus conſiliator & rector.

Conſiliarius, m. f. Qui ab aliquo in conſilium adhibetur, βουλευτὴς, σύμβουλος. Cic. 3. de Legibus, Augur meminiſſe debet, Ioui Optim. Maxim. ſe conſiliarium, & adminiſtrum datum. Idem 4. in Verrem, Interea amici & conſiliarii eius moleſtè ferre cœperunt Heraclitum profugiſſe.

Conſiliarius, a, um, adiectiuum. Plaut. in Epid. Iam Senatum conuocabo in corde conſiliarium.

Conſulo, is, conſului, conſultum, a. t. pen. cor. cum accuſatiuo Conſiliũ peto: προσαναθέσθαι: ut Cõſului doctos, id eſt, à doctis conſilium petii. Quintil. Ego aures conſulens meas. Inuenitur etiam apud ueteſtiſſimos in hac ſignificatione habere duos accuſatiuos. Ibo & conſulam hanc rem amicos, quid faciendum cenſent. Conſulo autem cum genitiuo Aequi uel Boni, ſignificat in meliorem partem interpretari. Plinius libr. trigeſimotertio, Quærabat argentum auaritia, boni cõſuluit (συνυγνώμονα) interim inueniſſe minium, rubentisq; terræ excogitauit uſum. Cum datiuo neutrum eſt, & ſignificat conſilium do, βουλεύω: ut, Medicus conſuluit mihi. Interdum Prouideo, proſpicio, & præſidiũ fero, προνοῦμαι, ſed hoc ſæpius in rebus inanimatis fit: ut Cõſule honori tuo, reb. tuis Conſule ſaluti tuæ, id eſt, prouide. Interdum etiam de rebus animatis. Cicero Trebatio, Conſuli quidem te à Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallem: hoc eſt mallẽ qd Cæſar prouideret tibi, quàm te interrogaret. Aliquando poſt datiuum iungimus accuſatiuum: ut Conſulo tibi commodum

modum tuum: hoc est, do tibi consilium, quod sit futurum commodum, συμβουλεύω. Quandoq; accusatiuum cum In, pro Contra, βουλεύομαι. Terent. Pessimè istuc in te, atq; illum consulit. Interdum est deliberare, sed in plurali tantũ, & ab solutè: ut Consulunt Senatores, id est, deliberãt, βουλεύονται Cæsar. 7. bell. Gal. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant consulunt. Et grauiter de se cõsulere, est aliquod periculosum sibi consilium capere, quod uitæ, aut fortunis detrimenti aliquid afferat. Vnde & de illis proprie dicitur, qui sibi manus inferunt. Liuius, Vt quicquã de se grauius cõsulerent, cõscientia impulerat, κακῶς τι περὶ ἑαυτὸ βουλεύσαι, δι' ὀργήν τινὰ ἐκ τῶν ἐνόντων διανοεῖσθαι.

Consulor, eris, passiuum: ut Consulor de hac re: id est, consilium à me petitur. Cic. 3. in Verrem, Quàm inanes domus eorum omnium, qui de iure ciuili consuli solent. Senatus nihil cõsulitur, Cic. Octauio.

Consul, is, ὕπατος, πρόβουλος, Plutarcho. Summum erat apud Romanos dignitatis fastigium, post exactos reges à Iunio Bruto primùm introductum ducẽtesimo quadragesimo quarto ab Vrbe condita anno. Dicti autem sunt Consules à Consulendo, siue quòd Reipub. consulerent, siue quòd à ciuib. cõsulebantur. De eorum officio, uide Festellam de Romanis Magistratibus. Cic. in Pison. Animo consulem esse oportet, cõsilio, fide, grauitate, uigilantia, cura, toto denique munere Cõsulatus omni officio. Proconsul, qui cum potestate extraordinaria, ad aliquam prouinciam Consularem administradam mittitur, ἀνθύπατος.

Consularis, Vir, qui Consulatum gessit; quemadmodum Prætorius, qui iam Præturam gessit, ὑπατικός. Cicero Lentulo Qu. Maximo, qui filium consularem amisit. Consularis ætas, in qua consulem esse licebat: quæ erat annorum trium & quadraginta. Cic. 5. Philipp. Quid Macedo Alexander, quũ ab ineunte ætate res magnas gerere cœpisset, nonne in tertio & tricesimo anno mortẽ obiit: quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quàm consulares? Consularis cognitio apud Romanos summa cognitio causæ censebantur. Bud. ult. de senator.

Consulariter. aduerb. Liu. 9. ab Vrbe, Quinq; consulatus eodẽ tenore gesti, uitaq; omnis consulariter acta.

Consulatus, us, m. q. Officium uel dignitas, siue tempus quo Consul in officio est, ὑπατεία. Plin. lib. 14. cap. 15. Epulo uerò in tertio consulatu suo Falernum, Chiũ. &c. Cic. pro Mur. Vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, fermo arrogãtiæ: sicut ut ei iam exploratus & domi conditus Consulatus uideretur. De Catilina.

Consulto, as, Delibero, βουλεύομαι. Cic. 2. Offic. In quibus deliberare homines, & consultare de Officio solent. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia ualidum erat, Reipublicæ consultabant.

Consultatio, f. t. tùm electio, tùm deliberatio futurarum est rerum earundemq; plerumq; particularium, lege Pontan. lib. 3. de prudentia, uerbale. Terent. Nulla tibi Pamphile hic iã cõsultatio est. Cic. 3. Offic. Sapientẽ & bonum fingimus, de eius deliberatione & consulatione quærimus.

Consultus, Quando participium est, significat eum qui consulitur, hoc est, à quo consilium petitur, συμβουλευτικός: ut Medicus consultus dixit te febri laborare. Ci. pro Milon. Nihil de eius morte populus consultus. Quandoq; nomen est, & ponitur pro prudenti & sapienti, σοφός. Ouid lib. 1. de Arte amãdi. Sit tibi credibilis sermo, consultaq; uerba, id est, prudentiæ ac sapientiæ plena. Est autem nomen duobus modis: scilicet quum per se ponitur. Hor. eris tu qui modò miles, Mercator: tu consultus modò, rusticus. uel quando habet genitiuum. Liu. lib. 10. Callidos, solertesq; iuris, atq; eloquentiæ consultos. Hinc dicimus Consultus Iuris, & Iuris consultior, & consultissimus, ἐξηγητὴς τῶν νόμων Idem lib. 1. Cõsultissimus iuris, ut illa quisquam ætate esse poterat. Sic Inconsultus habet tam significationem participii, quàm nominis, non tamen dici potest participium, quod non habeat uerbi originem.

Consultum in neutro genere, Idem est quod statutum, siue decretum, συμβούλευμα. Hinc dicimus Senatus consultum, pro eo quod Senatus decreuit. Horat. in Epist. Qui consulta patrum, qui leges, iuraq; seruat. Dicitur etiam, Opus est consulto: hoc est, opus est consulere, ut illud Sallustii, Nam & prius quàm incipias, consulto: & postquã consulueris, maturè facto opus est, id est, consulere, siue ut consulas. dicitur & consulrus, us, ui, m. q. hac significatione.

Consultor, oris, m. t. Qui alium consulit, id est, qui consilium ab aliis inquirit, ὁ συμβουλευόμενος. Cic. pro Cornelio Balbo, Etenim si Q. Scęuola ille augur, quum de iure Prætorio consuleretur iureconsultissimus, consultores suos nonnunquã ad Furium & Camillum reiiciebat. Idem pro Muræna, Vigilas tu de nocte ut consultoribus tuis respõdeas. Accipitur quandoq; pro eo qui alii consulit, σύμβουλος, βουλευθείς, ut apud Sallustium in Iugurt. Simul ab eo periit, ut fautor, consultorq; sibi adsit. Et in illo uersu prouerbiali, Consilium malum consultori pessimum est.

Consultrix, fœm. gen. t. Cicero 2. de Natura deorum. Ipsius uerò mundi, qui omnia complexu suo coërcet & continet, natura non artificiosa solùm, sed planè artifex, ab eodem Zeno ne dicitur consultrix, & prouida utilitatum, opportunitatumq; omnium.

Consultoria hostia, Erat qua diuina uoluntas per exta disquirebatur, συμβουλευτικά. De hac Verg. mactat lectas de more bidentes. Duo enim hostiarium genera à Macrob. enumerãtur: quarum altera Animalis uocatur, quum idcirco solùm hostia mactabatur, ut eius anima, hoc est, sanguis & uita, Deo alicui offerretur altera Cõsultoria, cuius exta ab Aruspice inspici solent, & deũm uoluntas ex illis explorari.

Consultè aduerbium, Prudenter. Plautus Rud. Ille qui consultè doctè atque astutè cauet.

Consultò, aduerbiũ, Deliberatè, βεβουλευμένως, ἐκ προνοίας. Plaut. Pœn. Consultò hoc factum est, mihi ut insidiæ fierent. Cõsulta opera, pro Consultò dixit Gellius lib. 6. cap. 17. Non spõtè, neq; consulta opera. Cic. 1. de Legib. Itaque ad hominum commoditates & usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea quæ gignuntur, donata consultò nobis, non fortuitò nata uideantur.

Consimilis, le, om. t. Idem quod similis, ὅμοιος. cuius contraria sunt Dissimilis & Absimilis. Pla. Am. Am'tu alterũ te reperisse consimilem Sosiam domi? Terent. Eunuch. & quia cõsimilem luserat Iam olim ille ludum. Cic. 2. Philip. Quòd quum rem gessisset, consimilem rebus iis quas ipse gesserat, me potissimum, &c.

Consisto, is, constiti, n. t. Propriè est iter incœptum morã interrumpere: & intransitiuè ponitur, ἵσταμαι. Terentius, Otiosè nunc iam illicò hic consiste. Vbi Donatus, Consistere, est audacter, & constanter stare. Sic consistere in anchoris, uel ad anchoram apud Cæsarem. Sed transfertur: ut Consistere in sententia. Cic. ad Quint fr. 2. Tantus clamor à nostris (placuerat enim referre grariam) ut neq; mente, neq; lingua, neque oratione consisteret. Cato de Re rust. cap. 157. Et si aluus non consistat, id est, non desinat fluere. Varro, Vt si pluerit, aqua non consistat. Dicimus item, Salutem nostrã aut spem in hoc aut illo consistere, hoc est, ab illo pendere, & sine eo nullam esse. Cicero pro Marcello, Salus Reipublicæ in mortalis unius anima consistit. Idem 5. Philipp. Quum in eo salus & uita optimi cuiusq;, & libertas populi Romani, dignitasq; consisteret. Consistimus quoq;, quum recuperatis uiribus firmiores incipimus esse, & ualidiores, ita ut sine ulla corporis imbecillitate possimus ingredi. Cicero Fam. l. 7. In eas herbas quum incidissem in cœna augurali apud Lentulum, tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hòdie primùm uidear consistere, Vergilius pro erigor posuit, Constitit in digitos.

Consobrini, m. f. Qui ex duabus sororib. sunt editi, quasi Consororini, ἀνεψιοί. Patrueles autem, qui ex duobus fratribus à Græcis dicũtur, ἐξάδελφοι, uel etiam ἀνεψιοί. Amitini, qui ex sorore & fratre propagantur. Sed ferè uulgus omnes istos communi appellatione Consobrinos uocat: quemadmodum & eos qui ex fratribus, patruelibus, aut consobrinis propagantur, uel amitinis. Cicero de Cælium lib. 2. Nam quòd ad me Curius consobrinus tuus, ut scis, mihi maximè necessarius. Terent. Hecyr. cedo quid ieliquit Phania Cõsobrinus noster?

Consobrina, & Materteræ meæ filia, ἀνεψία. Cicer. pro Quint. Quintii consobrinam habet in matrimonio.

Consocer, ri, Consoceri dicuntur, quorũ alter filium alterius filiæ maritum dedit. Suetonius in Claudio. Appium Syllanum consocerum suum crimine incerto, nec data defensione, occidit.

Consocio, as, are, n. p. Societatem ineo, communico, coniungo, κοινώνεω, συναγελάζω. Plaut. Rud. Vel consociare mihi quidem tecum licet: Aequas habemus partes. Liuius 8. ab Vrbe, Sed quòd tædio Imperij Romani cum Gallis gente efferata arma quondam consociassent,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Consociatus, participium Cic. in Parad. Qui uidet domi tuæ pariter accusatorum atq; iudicum consociatos greges, qui nocentes & pecuniosos reos &c.

Consociatio, uerbale, κοινωνία, συναγωνασμὸς. Cic. 1. Offic. Sequemur q; & id quod acutũ & perspicax natura est, & id quod ad hominum consociationem accommodatum est.

Consolida, f. p. herba est, quæ & conserua & coagulum dicitur Græcè σύγχυτον.

Consŏlĭdo, as, are, Redintegrare, & in unum congerere quod prius ruptum aut diuisum fuerat συμπαγίω. Rationes consolidatæ. Ci. ad Ruffum lib. 5. Illud quidem certè factum est quod lex iubebat, ut apud duas ciuitates rationes confectas & consolidatas deponeremus. Vsus fructus consolidatus, id est, confirmatus. Vlpian. l. Idem Neratius. ff. de Vsu fru. accresc. Nec nouum: nam & si duobus usus fructus legetur, & apud alterum sit consolidatus, ius accrescendi non perit: nec ei apud quem consolidatus est, nec ab eo: & ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem nunc amittit.

Consolidatio, onis, uerbale, cuius propriam significationem dignosces ex paragrapho, Item finitur de Vsufruct.

Consŏlor, com. p pen prod. Solarium præsto, dolorem minuo, mœrorem leuo, siue re fiat, siue uerbis, παραμυθέομαι, παρηγορέω Cicero Marcel lib. 4. Virtuti tuæ magis gratulari debeo quàm consolari dolorem. Cic. Sulp. Dices, Quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi perpetuis Reipublicæ? Inuenitur & in significatione passiua. Afinius, Sed quum ob ea quæ speraueram, dolebam, consolabar ob ea quæ tenui.

Consolo, actiuũ apud Varronem in Aedipo Thyestæ, Per idem tẽpus Oedipus Athenas exul uenire dicebatur qui cõsolaret.

Consolabilis, le, Cic. ad Sulpitium, Est omnino uix consolabilis dolor, tanta est omnium rerum amissio.

Consolatorius, a, um, Quod consolatur: ut Epistola consolatoria παραμυθικός. Cic. Attic. lib. 13. A Cæsare literas accepi consolatorias.

Consolator, toris, παρακλήτωρ. Cicero 3. Tuscul. Consolatores ipsos confiteri se miseros, quum ad eos impetum suum fortuna conuerterit.

Consolatio, is, Leuamen, leuatio, doloris confirmatio, παράμυθία. Cic. pro Mil Nunc me una consolatio sustentat. Idem de Clar. Orat. Ea consolatione sustentor, quã tu mihi Brute adhibuisti suauissimis literis.

Consolabundus. Agens consolatorem, cõsolatoris officio fungens, παρηγορικός.

Consŏno, n p, pen. cor. Simul sono, συμφωνέω. Varro de apibus, Quum iam euolaturæ sunt, aut etiam inceperunt, consonant uehementer, perinde ut milites faciunt, quum castra mouent. Plaut. Amph. Postquã id actũ est, tubæ utrinq; canunt, contrà Consonat terra, clamorem utrinq; efferũt. Ver. 5. Aeneid. Tum plausu, fremitu q; uirũm, studiisq; fauentum Consonat omne nemus. Consonare sibi, pro constare. Senec. Epist. 31. Vt perfecta uirtus sit, æqualitas ac tenor uitæ per omnia consonans sibi.

Consonans, nomen adiectiuũ ex participio. Cic. in Partit. Atq; etiam est hęc distinctio in uerbis: altera natura, tractatione altera. Natura, ut sint alia consonantiora, grauiora, &c. Consonantes literæ à Grãmaticis dicuntur, quòd cum uocalibus non per se sonent, σύμφωνα.

Consonus, a, um. Silius lib. 17. Armorũq; habitus noti, & uox consona linguæ. Cic. Attic. lib. 4. Credo Platonẽ uix putasse satis consonum fore, si hominem ætatis in tam longo sermone diutius retinuisse.

Consonantia, tiæ, Vocum concordantia, quæ συμφωνία Græcè dicitur.

Consopio, pis, ire, a q. In somnum incidere, κατακοιμάω. Cicero. primo Tuscul. Num igitur eum curare censes, quum luna laboret, à qua consopitus putatur, ut eum dormientẽ oscularetur? Ibidem, Quid melius quàm in mediis uitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno?

Consors, tis, om t. Eiusdem sortis, id est, conditionis & fortunæ, & qualitatis in omni re, & negotio, κοινωνός, ὁμότιμος. Sappho ad Phaonem, Non tantum Alcæus consors patriæq; lyræq; Laudis habet. Cic. 5. Verr. Sostratus & Numenius, & Nymphodorus eiusdem ciuitatis, quum ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur, &c. Consors, particeps: ut Consors consilii publici, Plin. Epist. 167. Generis consortes, id est, consanguinei, & propinqui, Ouid. Epist. 3. Socius & consors laboris, Ci. de clar. Orat. Thalami consors, ὁμόκλινος, ὁμοδέμνιος Ouid. 10. Metamor. thalami consorte carebat. Consortem Propertius posuit pro simili, quum inquit, Tu qui consortem properas euadere casum.

Consortium, tii, n. s. Societas, κοινωνία, ἑταιρία. Papinius l. Si inter fratres. paragr. idem Papin. ff. pro socio. Si inter fratres uoluntarium consortium initum fuerit, &c.

Consortio, onis. Liu. lib. 6. Quænam ista societas, quænam consortio est? Cicero 3. Offic. Dissoluatur necesse est omnis humana consortio.

Conspergo, gis, a. t. Aspergo, καταπάσσω. Plautus Curc. Vbi uino has conspersi fores. Lucretius lib. 2. Tempora conspergunt uiridantes floribus herbæ.

Conspersus, participium. Cic. de Oratore, Vt porrò conspersa sit quasi uerborum sententiarumq; floribus, id non debet esse fusum æqualiter, &c. Conspersum stellis caput, Cic. 1. de Natura deorum.

Conspĭcio, is, a t pen. cor. Video, cerno, ἀφορῶ Plautus in Amphitrione, Qui ipsus equidem nunc primùm istanc tecũ cõspicio simul. Dicitur & de mente. Cic. pro Com. Bal. Vt conspiciatis eum mentibus, quẽ oculis non potestis. Cõspicere pro attendere. Cic. pro Mur. Non debes M Cato arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuitio neq; temere Consulem populi Rom. saltatorem uocare, sed conspicere quibus præterea uitiis affectum esse necesse sit eũ, cui uerè illud obiici possit. Conspicere sibi, quæ sint in rẽ suam, Plaut. Trinum.

Conspicior, eris, passiuum. Cic. in Catil. Carere me aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium conspici mallem.

Conspectus, nomen ex participio. Liu. 2. bel. Pun. Plebeium Cõsulem sua plebs persecuta, turba, quàm dignitate, conspectior.

Conspiciendus, a, um, Dignus qui conspiciatur, illustris, insignis, περίβλεπτος. Autor ad Herennium lib. 1. In gestu nec uenustas conspicienda, nec turpitudo sit, ne aut histriones, aut operarii uideamur esse. Tibullus lib. 1. Eleg. 2. Insideat celeri conspiciendus equo.

Conspectus, Pro aspectu, ὄψις, περιωπή. Verg 1. Aen, Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti.

Conspicuus, a, um, à Conspicio, sicut perspicuus, à perspicio. Modò significat sagacem, perspicacem, acutũ, ἔμφρων. Quintilianus, Conspicuus, sagax, callidus. Modò clarum, & qui ab omnibus conspicitur, περίβλεπτος. Vnde Martialis, Conspicuum amphiteatrum appellat, libro primo, Hîc ubi conspicui uenerabilis amphitheatri Erigitur moles. Conspicuus homo qui in se omnium oculos conuertit. Liuius 1. ab Vrbe, Iam Romanis conspicuum eum nouitas diuitiæq; faciebant.

Conspicor, aris, d. p. à præpositione Con, & antiquo uerbo Specio, idem quod conspicere, ἰδίω, ὁράω. Terent. in Eunuch. Cur ego te in his conspicor regionibus? Cæsar. 2. bel. Ciuil. Hunc conspicatæ naues, sublatis anchoris sequi cœperunt.

Sic etiam Despicor pro Despicio. Vtrunq; autem corripit penultimam, unde clarum est, quàm pueriliter delirent, qui aut à spica, aut spiculis deriuari putant, quæ spi, syllabam producunt. A spica aut spiculo fit uerbum Inspico, media producta, quo utitur Vergilius primo Georg. Ferroq; faces inspicat acuto: de cuius significatione suo loco dicemus.

Conspicilium, n. s. Dicitur, unde clanculum conspicere possis διόπτρα. Plaut. In conspicilio asseruabam. Item quod oculis adhibemus ut melius intueamur, uulgò Ocularia dicuntur. Idem, Cedò uitrum, necesse est conspicilio uti. Sunt qui utrobiq; legant conspicillum.

Conspiro, ras, n. p. pen. prod. Simul spiro, conflo, συμπνέω, συμπράττω. Colum. lib. 4. Cælestes admittant imbres, eosq; alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conspiret. Per translationem sumitur pro cõsentio, siue cõmuni animo aliquid aggredior ὁμονοέω. Cicero contra Rullum, Consentite nobiscum, conspirate cum bonis. Plinius in Epist. Proinde conspirate, consentite, maioremq́ue animum ex meo sumite. Columel. la libro duodecimo Nihil erat quod aut maritus aut fœmina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune conspirabatur ab utroq;. Accipitur itẽ Conspirare in deteriorem partem pro coniurare, & (ut Cicero loquitur) coire,

συνισάνω

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

σωισάνω. Conspirare quoq; ponitur pro cõuoluere, σωεὶ λῶ, dictum à spiris, quæ sunt reuolutiones, siue circuli, qui in seipsos recurrunt. Vnde non ineleganter, Conspirare serpentes dicimus, quum se in orbem conuoluunt. Plin. de Viris illustribus, Anguis è sedibus eius elapsus, uenerabilis, nõ horribilis, per mediam urbem cum admiratione omnium, ad nauem Romanorum perrexit, & se in Volumnii taberna culo conspirauit.

Conspiratio, pro cõcordia & consensu, ὁμόνοια. Cic lib. 2. Off. Magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum, at que consensu. Et pro domo sua, Hanc nostram conspiratione in Rep. bene gerenda certi homines fictis sermonibus diremerunt. Conspiratio, pro coniuratione, σύνασις. Cic. pro Deiotaro, Conspiratio certorum hominum contra dignitatem tuam.

Conspiratus, us, quo Gellius utitur lib. 1. cap. 11.

Conspirati, orum, Qui conspirauerunt, & coniurauerunt. οἱ συνάσαντες. Suet. in Cæsare capite 82. Assidentem conspirati specie officii circunsteterunt. Conspiratæ res, quæ uelut conflatæ sunt in unum corpus. Seneca Epistola 87. Talem esse animum nostrum uolo, ut multæ in illo artes sint, multa præcepta, multarum ætatum exempla, sed omnia in unũ conspirata.

Conspisso, as, are, a. p. Condenso, συμπίγνυμι. Plin. lib. 31. ca. 6. Adulteratur Romæ creta cimolia, decocta, conspissataq;. Colum. lib. 2. cap. 18. Priusquàm conspissatum, & herbis colligatum sit solum.

Conspõndeo, es, Cum alio spondeo, συνεγγυῶμαι. Vnde Cõsponsores dicuntur, duo uel plures eiusdem rei spõsores. Ci. Attic. lib. 5. Velim des operam ut inuestiges ex consponsorũ tabulis, sitne ita. Idem Epist. Famil. 92. De negotio tuo, quòd sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare.

Conspuo, is, ere, a, t. καταπτύω. Sputo aliquem fœdo, cuius passiuum Conspuor. Plautus Ab omnibus derisus atque consputus.

Conspúto, as, are, frequentatiuum. Plaut. Curc. Culpant eum conspútatur, uituperatur. Cicero ad Qu. frat. libro secundo. Hora ferè nona, quasi signo dato, Clodiani nostros consputare cœperunt.

Conspúrco, as, are, a. p. Cõmaculare, μιαίνω. Col lib. 8. ca. 3. Nam superfiliens auis proluuie uentris cibos & aquam conspurcat. Sapore tetro conspurcare omnia, Lucret. 6.

Constabilio, is, ire, a, q. Stabile, & firmũ facio, καθίσημι, ἀσφαλίζομαι. Plaut. Capt. Aedepol rem meã Constabiliui, quũ illos emi de præda à Quæstoribus. Terent. Adelph. Dis quidẽ esses Demea, Ac tuam rem constabilisses.

Constafolarii, dictione ex Latino siue Gallico & Germani co cõflata, quos hodie Constofoleros uocant Germani, præsertim qui ad Rhenũ habitant, assessores iudicii, decuriones, Die Cõstofler olim, à Stafolo Comitis, hoc est, iudicis fiscalis, quę uox Germanis gradum significat. Sic enim illi tribunal iudiciarium innuebant, à gradibus, per quos ad id ascenditur, quando solent editiore loco sedere iudices.

Constans, antis, Constantia, æ, & Constanter, aduerbium, uide Consto.

Consternium, n. f. Dicebatur locus prope thermas, ubi uestes deponebantur, ἀποδυτήριον.

Consterno, as, naui, natum, Perturbo, & propriè de animo dicitur, teste Valla lib. 5. συσείω, ἐκπλήττω. Sallust. Qua uictoria elati hostes nostri territi, atq; animis consternati discesse re. Idem, Equi sine rectoribus exterriti, aut saucii consternantur, i. est, ἐκπλήττονται, πλήρουται.

Consternatio, Quæ est concitatio quædam subita ex aliquo metu, συσολή, ἔμπληξις: à sternutamento deduci uidetur, quòd eo toto concutimur corpore: uel potius à uerbo Sterno, q. significat deiicere. Illi enim qui ictu aliquo humi sternuntur maximè perturbantur.

Consterno, is, cõstraui, a. t. Idẽ quod sterno, uel sternendo operio, καταστρώω, καταβάλλω. Ver. 4 Aen. it stridor & altè Cõsternũt terrã concusso stipite frondes. Sic Cõsternere aream silicibus & lapide, quod Galli dicunt Pauer. Col. lib. 1. Area si competit, ita constituenda est, ut uel à domino, uel certè à procuratore despici possit: eaq; optima est silice constrata.

Constratus, a, um, participium à Consterno, eris, uerbo passiuo, Idem est quod tectus, στρωτὸς, κατάστρωτος. Cicero pro Sestio, Forum corporibus ciuium Romanorum constratum cæde nocturna. Inde naues constratæ dicuntur, quæ ab aliquibus uocantur tectæ, quæ scilicet sua habebant catastromata, in quibus propugnatores consistebant. Cicero 7. Verrin. Erat enim sola illa nauis constrata, & ita magna, ut propugnaculo cæteris posset esse. Quæ autem carebant catastromatibus, Naues apertæ dicebantur. Hircius de bello Alexandr. Magnoq; impetu quatuor ad eas constratæ naues, & complures apertæ contenderunt.

Constípo, as a. p Idem est quod condenso, & in unum cogo, ἐπισάττω. Cicero de Leg. Agrar. orat. 2. Sed ne constipari quidem tantum hominum numerum posse in agrum Capanum intelligetis. Cæs. bell. Gall. Hic dies nostris longè gratissimus fuit: sed tamẽ hũc habuit euẽtũ, ut eo die magnus numerus hostiũ uulneraretur, atq; interficeretur, ut se sub ipso uallo cõstipauerãt, receptumq; primis ultimi nõ dabãt.

Constitũo, act. t. Statuo, propono, decerno, βουλεύομαι. Terent. Phor. Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare. Vergilius 1. Aeneid. Qui teneant (nam inculta uider) homines, ferænè Quærere constituit. Item locum, siue tempus determino, ἀφορίζω, τάττομαι, ὁμολογέομαι. Terentius in Eunucho, Dati anuli, locus, tempus constitutùm est. Ad constitutum uenire: subaudi diem, uel tempus. Cicero pro Cecinna, Homines inermes, qui ad constitutum experiundi iuris gratia ueniss ent. Cicero Mario, Quare si quid cõstitutum cum podagra habes, fac ut in aliam differas diem. Quando q; significat conuenire, & pactum facere, κατάστημι συγκρόταφον. Terentius Hecyra, Nam constitui cum quodam hospite, me esse illum conuenturum. Cicero primo Officiorum. Vt si constitueris te cuipiam aduocatum in præsentẽ esse uenturum. Constituere pecuniam, hoc est, assignare, quod Græci dicunt κατάξιωσαι τὸ ὄφλημα. Aliquando Constituere, est gubernare, moderari, regere, καθίσασθαι, δίκτημι. Cicero, Ineuntis enim ætatis insciti, senum consti tuenda & regenda est prudentia. Interdum decernere, διατάττω. à quo constitutiones, decreta, διατάξεις, παραδόσεις. Nonnunquam parare, συσκευάζω. Cicero Tamtesi erat ignarus quantum sibi ac liberis suis iam tum mali constituere tur.

Constitutus, a, um, participium, Ordinatus, decretus, pactus, propositus, διατεταγμένος. Constituta in mensem Ianuarium auctio. Cicero de leg. Agr. Corpus bene constitutum, quod bono præditum est habitu, quod imperiti Bene complexionatum appellant, εὐκτικὸν σῶμα.

Constitutus, us, m. q. Multitudo est hominum simul consistẽtium, σύστημα Festus.

Constitutio, onis, Ordinatio, statutũ, decretũ, διάταξις: à uerbo Constituo, quod inter cætera significat decerno, sancio, præscribo, ordino. Vnde constitutiones principum, uel pontificum dicimus, pro decretis uel ordinationibus. Interdum idem quod institutio: ut religionum constitutio, apud Cic. 1. de Leg. Idem Bruto lib. 3. Illud necesse me ad te scribere, quid sentirẽ de tota cõstitutione huius belli. Constitutio corporis, est quam uulgus medicorum Complexionem uocat, ἕξις. In qua significatione est uocabulum medium: unde & bonam & malam corporis constitutionem dicimus, quas Græci εὐεξίαν, καὶ κακεξίαν appellant. Est item Constitutio Rhetoribus, prima causarum conflictio, quæ alio nomine status appellatur, στάσις. Autor ad Heren. lib. 1. Hæc exoratio in coniecturali constitutione causę fermè semper necessaria est. Cicer. de Inuen. Constitutiones apud Rhetores sunt 4. coniecturalis, definitiua, generalis. translatiua, qui status etiam dicuntur.

Constitutorius, a, um: ut, Actio constitutoria. l. Neq; enim. ff. de constitut. pecun. Neq; enim quod crescit peculium, aut decrescit, pertinet ad constitutoriam actionem.

Consto, as, constiti, constitum, & constatum. Lucan. libro 7. Constatura fides superũm. Martial. Constatura fuit Megalensis purpura centum. Est autem Constare, constanter permanere, perseuerare, ratum habere, ἐναπομένειν. Cic. Epist. 13. Qua in sententia si constare uoluissent, suam autoritatẽ cum salute recuperassent. Constare sibi, est similem esse & in eadem opinione cõstãter permanere, κατάμικτος εἶναι. Idem 1. Tuscul. Et si tibi quidem constare uis, omnes quicũque nati sunt, eruntue, non solùm miseri, sed etiam semper miseri, hoc est, Si hanc sententiam, Quod mors malum sit, firmam ratamq; habere uis. Constare mente, uel animo, est animi uel mentis compotẽ esse, eiusq; functiones probè

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

obire. Interdum etiam hoc uerbum ad rerum uenalium pretium refertur: unde magno uel paruo aliquid constare dicimus, hoc est, magno uel exiguo pretio esse cõparatũ. Cic. 6. in Verrem Metuisti ne æs alienum tibi cresceret, si HS. V I. M. tibi constarent ea, quæ tu facilè posses uendere. H S. C C. milibus? Idem Attico, Id propè dimidio minoris constabit. Cicero 1. de Nat. deorum. Homo qui ex animo constat & corpore. Interdum simul stare. Sisen lib. 4. historiarum, Multitudinem procul hostium constare uiderunt. Interdum suppetere, τὸ ἱκανὸν εἶναι. Iuuenal. Satyr 6. Quis feret uxorem, cui constent omnia? hoc est, cui nihil desit. In tertia persona sumitur pro manifestũ esse, φανερὸν εἶναι, σαφὲς εἶναι. Cicero in Epistol. Sanè molestè Pompeium id ferre constabat. Rursus pro conuenit. ὁμολογεῖται: ut hoc mihi tecum constat: id est, conuenio tecum in hoc & assentior tibi. Lib. 1. ad Herennium, Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris scriptoribus, ὁμολογουμένως. Rationem constare, significat æquam, legitimamq; rationem aut ostendi, aut apparere ostendi posse. Vlpianus, Planè si defendendi gratia aliquid fecerit, rationem ei constare oportet, id est, rationem eum iustam aut ostendere, aut facilè posse ostendere.

Constans, om, t. pro eo qui firmus est, & tenax propositi, ἴσος βέβαιος. Cicero ad Lentulum. Hoc tantam uim habet, ut magis iratorum hominum studium, quàm constantis Senatus consilium esse uideatur.

Constantia, Animi firmitudo, ἐνστάθεια. Cic. ad Att. O constantiam promissi, & fidem miram? Pli. in Epist. Nam quum omnibus uirtutibus abunder, tùm hac præcipuè, quod habet maximam in animo constantiam.

Constanter, aduerb. καθεστῶς, βεβαίως. Cic. de Amicitia, Multaq; eius & in Senatu, & in foro, uel prouisa prudenter, uel acta constanter, uel responsa acutè ferebantur. His cõtraria sunt Inconstans, ἀστάθεια. Inconstantia, & Inconstanter. Vnde autor ad Heren. lib. 3. Inconstanti gestu, Testimoniorum inconstantiam, & Inconstanter loquutum dixit.

Constratus, Vide Consterno.

Constrepo, is, ere, n t Idem quod strepere, κτυπᾶν. Gellius lib. 4. cap. 1. Atq; omnium horum & testimoniis & exemplis constrepebat.

Constringo, is, ere, a. t. Significat arctare, συνέχω. ut Cõstringere farcinam. Plaut. Trin. Cicero 1. de Orat. Quæ rem dissolutam diuulsamque conglutinaret, & ratione quadam constringeret.

Constringendus, particip. ut Constringendum se tradere libidinibus. Cic. 1. de Finib. Victi & debilitati obiecta specie uoluptatis, tradunt se libidinibus constringendos.

Constrictus, aliud partic. ut Habere aliquem constrictũ in suis uinculis, apud Quintil. lib. 2. cap. 4. Apertis uerbis constricta oratio. Cic. de claris Orat.

Construere, act. t. Simul struere, ordinare, fabricare, συνοικοδομεῖν, κατασκευάζειν. Cic. in Catone, Vt nauem aut ædificiũ idem destruit facillimè qui construxit: sic hominem eadem optimè, qui conglutinauit, natura dissoluit. Cic. 2. Philip. Ita que tanti acerui nummorum apud illum construuntur, ut iam appendantur, non numerentur pecuniæ.

Constructus, partic. Cic. 2. de Nat. deor. Dentibus autem in ore cõstructis mãditur, atq; ab his extenuatur & molitur cibus. Constructior domus. Cic. 1. de Inuent. Domus ea quæ ratione regitur, omnib. constructior est rebus apparatior quàm ea quæ temerè & nullo consilio administratur.

Constructio, uerbale. Cicero quarto Academic. Et totam constructionem hominis fabricata est natura. Idem 1. de Orat. Et ipsa oratio conformanda, non solùm electione, sed etiam cõstructione uerborum.

Constupro, as, are, idem quod stuprare simplex, μοιχεύω, καταμοιχεύω, ut constuprare matronas, Liu. 9. bel. Pun. Quin. Cicero de Petit. Cons. Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum deniq; in libidine artis & efficacitatis, ut propè in parentũ gremiis prætextatos liberos cõstuprarit, Idẽ ad Att. li. 1. Afflicta Respub. est, empto constupratoq; iudicio.

Consuadeo, es, ere, idem quod Suadeo, πείθω. Plaut. Merc. Sin ego saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo.

Consuasor, oris, Cic. pro Quint. Hæc omnia Quintinus agebat autore & consuasore Næuio.

Consualia, orum, Vide Consus.

Consũdo, ãs, are, idem quod simplex Sudo, ἱδρόω. Plaut. Ibe sis te operiri: beatus si consudaueris. Columella libro duodecimo cap. 7. Et sale conspersa, biduo sub umbra, dum consudant, reponuntur. Cat. cap. 96. Sinito biduum aut triduũ consudent.

Consudasco, is, ere. n. p. Idem Col. lib. 12. cap. 48. Sicq; triginta dies pati consudascere.

Consuefacio, is, a t. Vsu doceo, ἐθίζω: cuius contrarium est Dissuefacio. Terentius Adelphis, Nihil prætermitto, consuefacio. Ibidem, ea ne me celet, consuefeci filium. Varr. 2. de Re rust. cap. 9. Consuefaciunt quoq; ut possint alligari primùm leuibus numellis.

Consuesco, scis, esui, & consuetus sum n t Pro consuetudine habeo, in consuetudinem accipio, ἐθίζομαι. Verg. 2. Geor. Adeò in teneris consuescere multum est. Columel lib. 2. Iumentis præbeas medicam, sed inter initia parcius, dum consuescant, ne nouitas pabuli noceat. Idem li. 9. Nec magis humo, quàm stagno consueuerunt. Cic. 2. de Oratore, imò uerò rogemus Antonium, qui & potest facere id quod requiris & consueuit. Interdum Consuesco est familiaritate alicuius utor. Vnde & Consuetudinem dicimus pro usu & familiaritate. Sic. pro Sex. Rosc. Erat mihi cum eo non modò hospitium, uerùm etiam domesticus usus & consuetudo. Dicitur item consuesco de re uenerea: quod & consuetudinem habere dicitur, συνουσιάζειν. Cic. 6 in Ver. Huc omnes mulieres, quibus iste consueuerat, conueniebant. Idem in Phorm. Quum eius consuetudo olim matre in Lemno clanculum. Idẽ Adelph. Quid illi tandem credis animi fore misero, qui cũ illa consuerit?

Consuetus, participium, & nomen ex participio. Terentius in Andria, Tum illa, ut consuetum facilè amorem cerneres, Reiecit se in eum, flens quàm familiariter. Ouidius 12. Met. Exprimit incessus, multumq; sonumq: loquendi Adiicit, & uestes, & consuetissima quæq; Verba.

Consuetudo, inis, συνήθεια. Plaut. in Milit. Hoc adeò fieri credo consuetudine. Cato ad Ciceronem, Contra consuetudinem meam hæc ad te pluribus scripsi. Et pro conuersatione, ac familiaritate, Terent. in And. Vt neq; me consuetudo neq; amor, neq; pudor, &c. Cicero ad Curionem, ego te absuisse tamdiu à nobis, & doleo, quòd caruisti fructu iucundissimæ consuetudinis, &c.

Consuetionem, Plautus pro consuetudine dixit, teste Festo.

Consul, Consulo, consulis, uide Consilium.

Consummo, as, per duplex mm perficio, cõficio, ἀποτελῶ. Cicero 6. Philipp. Bella quæ à Consulibus gesta & consummata sunt 1. Officiorum, Latissimè uidentur patere ea quæ de officiis tradita à Philosophis, & præcepta sunt, & consummata. Lactant. libro secundo. Mundum Deus, & hoc rerum naturæ admirabile opus, sex dierum spatio consummauit. Plinius Epistola 2 5 6. Cogor petere à te, non solùm ob theatrũ uerumetiam ob hæc balinea, mittas architectum dispecturum utrum sit utilius, post sumptum qui factus est, quoquo modo consummare opera ut inchoata sunt, an quæ uidentur, &c. Sacrum consummare, peragere sacrum. Seneca Hippol.

Consummatus, a, um, Perfectus, τέλειος. Martialis, Quod magni Thraseæ, consummatiq; Catonis. Colum. Nullus est consummatæ sapientiæ.

Consummatio, Perfectio. Col. lib. 2. Hac consummatione operum, colligitur posse agrum, &c.

Consumo, is, a. t. penultima producta, In nihilum redigo, ἀποδαπανῶ. Solinus, Sunt etiam in Lycia saxa, quæ uiuentium quoq; corpora adalligata consumunt. Cicero primo de Legib. Sed quum ea tempestas uetustatis consumpserit. Sallust. Ego non rem familiarem modò, uerumetiam ædem consumpsi.

Consumor, passiuum, Absumor: ut, Consumor siti. Cæsar 8. bel. Gal. Consumi incendio, Liu. lib. 7. bel. Pun. Cõsumi senio & mœrore, Idem 10. bel. Maced.

Consumptus, participium, Absumptus: ut, Consumptus peste Plin. lib. 11. cap. 28. Morte consumptus, Tibullus lib. 1. Consumpta oratio, Sallustius in Iugur. Consumpta & exhausta actio, Cicero de Oratore.

Consumptio, onis. Cic. de Vniuersitat. Itaq; seipse consumptione & senio alebat sui.

Consumptor, oris, Cicero secundo de natura deorum. Atque noster ignis quem usus uitæ requirit, confector est & consumptor omnium.

Consuo, is, a. t. Simul suo, compono, coniungo, συρράπτω. Plautus in Amph. Aduenisti audaciæ columen, consutis dolis:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dolis, Imò equidem tunicis cõsutis huc aduenio, non dolis.

Consutura, æ, Suetonius in Vitel. cap. 2. Cuius filius sectionib. & consuturis uberius compendium nactus, &c.

Consurgo, is, ere n.t. Simul surgere, συανίσημι. Salluſt. Cõ surrexêre omnes, simulq; in eum impetum fecerunt. Cic. 3. ad Qu. frat. Consurrexit Senatus cum clamore ad unum, sicut ad corpus eius accederet.

Consurgitur, impersonale. Cic. 6. Verrina, Iraq; in curiam ueni mus: honorificè sanè consurgitur.

Consurrectio, onis. Cic. de Aruspice, Resp, Cepi equidem fructum maximum & ex cõsurrectione omnium uestrûm, &c.

Consyderor, as, Vide Considero.

Contabeo, es, n.s. uel Cõtabesco, is, Idem est quod simplex Tabesco, est in tabem conuertor, μαραίνομαι, σωκτήκομαι. Cicero 3. Tuscul. Vt Artemisia illa Mausoli Cariæ regis coniunx, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum, quãdiu uixit, uixit in luctu, eodemq; etiam confecta tabuit. Plaut. Merc. Cor ædepol miserum meum, quod guttatim contabescit.

Contabulare, n.p. Est tabulis, hoc est, asseribus aliquid tegere, σανιδόω. Suetonius in Caligula, Aemulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquantò angustiorem Hellespontum contabulauerat. Plinius libro 36. capite 25. Quæ tnisq; axibus contabulare. Contabulare murum turribus, Cæsar septimo bell. Gal. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerunt. Contabulare turres, Cæsar 2. bel. Gal. Turres contabulantur, pinnæ loricæq; ex cratibus attexuntur.

Cõtabulatio, uerbale. Cæs. 2. bel. Ciuil. Vbi turris altitudo perducta est ad contabulationem, eam in parietes instruxerunt, ita ut, &c. Et paulò pòst apertè declarat quid significet contabulare.

Contãgium, uide Contingo.

Contãmĭno. as, pen. cor. ex Con, & Tamino, Id est, fœdo, maculo, manibus lutulentis quicquam attingo, μιαίνω, de quũ res rei ita immiscetur ut neutra incorrupta mancat, contaminari dicitur. Terent. in prologo And. Contaminari non decere fabulas. & Liu. lib. 4. Contaminari sanguinẽ suũ patres, confundiq; iura gentium rebantur.

Contaminatus, a, um, μιαρός. Ibidem, An esse ulla maior, aut insignior contumelia potest, quàm partem ciuitatis, uelut contaminatam, indignam connubio haberi? Huius contrarium est Incontaminatus. Idem ibidem, Quas, quantasq; res C. Canuleium aggressum, colluuionem gentium, perturbationem auspiciorum, publicorum priuatorumq; afferre, ne quid incontaminati sit. Sunt & Attamino, & Intamino, quæ sunt contraria. Horatius, Virtus repulsæ nescia sordidæ, Intaminatis fulget honoribus, id est, incorruptis, & indiminutis,

Contechnor. aris, Commachinor. d. p. & fallaciam aliquã compono, μηχανῶμαι. Plaut. Pseu. Vide modò, ne illic sit cõ technatus quippiam.

Contĕgo, pen. cor. Cooperio, περιείπω, καλύπτω. Pli. lib. 15. cap. 19. Paruarum genus arborum post autumnum fimo cõ tegunt. Cic. pro Sest. Mefforia se corbe contexit.

Contectus, Partic. Cæsa contecta framine. Ouid. 5. Metam.

Contĕmĕrŏ, as, are, 2. p. Contaminare, fœdare, polluere, uiolare, καταμιαίνω, βιάζομαι. Martial libro primo. Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum, Ausus tam notas conteme rare manus.

Contemno, is, psi, ptum, a t Sperno, uilipendo, ὑπεροπτικῶς ἔχω, ὀλιγωρέω. Plaut. in Asin. Tu uerbero imperium meum contempsisti. Et est minus, quàm despicio. Cic. de Sene. Contemni se putant, despici, illudi. Componitur autem ex præpositione Con, & uerbo Temno: quo etiã Verg. usus est 6. Aen. Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Contemptor, aris, ari, frequentatiuum à contemno, Plaut. Mirari noli, neq; me contemptarier.

Contemptus, partic. Spretus. Cic. pro Sestio, Qui nullo præmio proposito, præter hoc quod iam contritum & contemptum putatur, iudicium bonorum, omnia pericula, &c. suscepit.

Contemptus nomen ex participio. Plaut. Pœn. Contemptiores mage erunt, atq; auidi minus. Tenuissimus uictus, atque contemptissimæ escæ, Cic. 2. de Finib.

Contẽnendus. Cic. de Clar. Orat. Ne Titus quidẽ Posthumius contemnendus in dicendo. (8. Aen.

Contemptor, ris, uerbale. Deûm contemptor Mezentius, Verg.

Contemptrix. Plinius libro 19. capite 8. Eruca præcipuè frigorum contemptrix.

Contemptio, f. t. uerbale. Fortunæ contemptio. Cic. in Parad.

Contemptus, us, ui, Dispectio, ὀλιγωρία, ut, Tu es omnibus cõ temptui: id est, despiceris ab omnibus.

Contemptim, aduerbium. Plautus in Pœnulo, Ne nos, tam cõ temptim conteras.

Contemplor, aris, d p. Diligẽter intueor, & res abditas cõ sydero, κατανοέω, ἀποσκοπέω: uerbum est ductum à templo, id est, à loco qui omni parte aspici potest, uel ex quo omnis pars potest uideri, quem Augures Templum nominabant. Cic. pro Deot. Et id animo contemplare, quod oculis non potes. Lactantius lib. 6. Vel si cæleste lumen, quod dicimus Solẽ, contemplari uelint.

Contemplo, as, Plaut. in Asin. Hem, meum caput contempla, si quidem ex te consultas tua. Ennius, Contempla, & templũ Cereris ad læuam aspice.

Contemplator, oris: ut Contemplator cæli, Cic. 1. Tusc.

Contemplatio, f. t. Consyderatio, siue meditatio rerum occultiorũ, teste Cicerone quarto de Finib. ἀναγωγή, θεωρία, σκέψις. Idem primo Acad. Est enim animorum naturale quoddam quasi pabulum, consyderatio, contemplatioq; naturæ. Idem primo de nat. deor. Hæc est res magna, & diligenti contemplatione dignissima.

Contemplatus, us, ui. Ouidius 5. Trist. A contemplatu summoueoq; mali.

Contemplatiuus, a, um, θεωρικός. Vnde comtemplatiua uita, quæ contemplationi dedita est. Seneca Epist. 95. Ars nulla cõ templatiua sine decretis suis est: philosophia aurem contemplatiua simul est & actiua.

Contemporaneus, nea, neum, Eiusdem temporis, coætaneus, σύγχρονος.

Contemptibilis, om. t. à Contemno, Idem quod Contemnendus, ἀφανιστός. Vnde Contemptibilitas. Item Contempti, & Contemptibiliter, aduerbia, ὀλιγωρημένως.

Contendo, n.t. Proficiscor, iter instituo, quasi contrà tendo, σπεύδομαι. Cæsar lib. 1. Ipse de quarta uigilia, eodem itinere quo hostes ierant, ad eos contendit, Itẽ certare, ἀμφισβητεῖν. Verg. lib. 4. Aeneid. quis talia demens Abnuat, aut tecũ malit contendere bello? Item cum conatu, ac nixu petere, seu aliquid agere, σπουδὴν ποιεῖσθαι, διατείνεσθαι, φιλοτιμεῖσθαι. Vnde Contenta corpora dicimus, quæ omni nixu intenduntur aduersus labores, ut in arcu neruus, ἔντονα σώματα. Cicero 1. Tusc. Sunt quædam animi similitudines cum corpore, ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis oppri munt. Item continuare. Cic. lib. 3. de Orat. Nihil pernitio sius quàm sine intermissione contentio, συντονία. Item festinare, προθυμεῖσθαι, κατατείνειν, ἐπείγεσθαι. Ver. 1. Aeneid. quæ lit tora proxima, cursu Contendunt petere. Item astringere, intorquere, σφίγγειν: Vergilius libro 4. Georg. Tanto nate magis contemne tenacia uincla. Item comparare, ἀντιτείνειν, παρασκευάζειν, συντείνειν, ἀντιπαραβάλλειν. & ad uerbum ἀντιπαρατείνειν, συμπαρατείνειν. Item extorquere, βιάζεσθαι. Cic. de Amic. Extremum autem præceptum in beneficiis operaq; dãda, ne quid contra æquitatem contendas. Item iacere, dirigere, βάλλειν, κατατείνειν. Verg. 5. Aeneid. Qui tamen aërias se lum contendit in auras Item intẽdere, ἐπιτείνειν. Hinc Contendere arcum uel citharam dicitur, quum chordas intendimus. Et per translationem Contendere neruos ingenii, corporis, siue industriæ, hoc est, uires omnes in re aliqua explicare. Cicero secundo in Verrem, Magnum sanè o nus, sed dignũ in quo omnes neruos ætatis industriaq; meæ contenderem.

Contentio, f. t. uerbale, quod significat uehementem conatũ ad aliquid agendum, ἡ παρὰ δύναμιν, τινὸς νεῦρων ἔντασις, καὶ θεωρία. Lib 1. ad Herennium, Si nostram causam laudando extollemus, & aduersariorum per contentionem deprimemus. Cicero tertio de Orat. Permulta tum uehementissima contentione animi, ingenii, uirium, ab eo dicta constabat. Idem libro primo Officiorum, Miserrima omnino ambitio, honorumq; contentio. Est præterea Contentio, ἀγὼν, oratio acris ad confirmandum, & confutandum accommodata: quæ à Plinio in Epist. dicitur, Oratio pugnax & contentiosa, ἐγκλιματικὸς, φιλοτίκος. Constat autem contrariis uerbis, quæ ἀντίθετα, id est, contra positum pariunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vt illud pro Cluent. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Contentè, contentius, contentissimè aduerb. Cic. 5. Tusc. Socratem ferunt quum usq; ad uesperam contentius ambularet, quæsitumq; esset ex eo quare id faceret, respõdisse, Se, quò melius cœnaret, obsonare ambulando famem. Idem 2. Tusc. Genu me hercule M. Antonium uidi, quum contentè ipsa pro lege Varia diceret, terram tangere.

Contentiosus, a, um, φιλόνεικος. Plin. lib. 19. Oratio, de qua loquor, pugnax & contentiosa est.

Contentiosè, aduerb. ut Contentiosè agere, id est, pertinaciter.

Contenebrare, uerbum neutrum est, pro aduesperascere. ὑποσκότωσις. Varro secundo de Re rustica, Ab occasu paruo interuallo interposita ad bibendum appellunt, & rursus pascũt quoad cõtenebrauit.

Contentus, uide Contineo.

Conterminus, ni, Finitimus, & uicinus, quasi eundem terminum inhabitans, ὅμορος. Columella libro 1. capite tertio. Nisi Autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incola Palatinus ullum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Plinius libro 12. capite 8. Contermina Indis gens Ariana. Strabula ripæ contermina, Ouid. 8. Metam.

Contero, is, ere, act. p. In puluerem redigo, σωτρίβω. Varro 2. de Re rust. cap. 7. Si fastidium saliendi est, scillæ modicum conterunt cum aqua. Conterere radicem in puluerem, Plinii libro 26. cap. 11. Diem conterere, id est, consumere. Plaut. Cas. contriui diem Dum adsto aduocatus cuidam cognato meo. Conterere ætatem in litibus, Cic. 1. de Legib.

Contritus, participium. Plin. lib. 2. cap. 13. Datur & dysentericis cum caseo in uino contrita. Cicero 2. de Finib. An uerum est hoc uetustate contritum prouerbium, Dignus qui cum in tenebris mices.

Contritor, oris uerbale. Plaut. Persa, Contritor compedum.

Conterraneus, Dicitur qui ex eadem terra est, ὁμοχώριος, quapropter Catullum conterraneum suum, Plinius in Præfatione prima uocat, qui non Veronæ, sed in Benaci insula natus erat. Verbum est in castris, natũ, quemadmodum pleraq; eodem fine desinentia.

Conterreo, es, ere, Notæ significationis, ἐκπλήττω. Liu. lib. 1. ab Vrb. Nouum pugnę conterruit genus. Conterret latratu canis aduenientem. Col. lib. 7. cap. 12. Conterere uultu aspectuq; loquacitatem alicuius, Cic. 1. de Orat. Verg. 3. Aen. aspectu conterritus hæsit.

Contestor, d. p. Obtestor, imploro, precor, ἱκετεύω. Cic. 6. in Ver. Deos hominesq; contestans, clamare cœpit. Contestari litem (inquit Festus) dicuntur duo aut plures aduersarii, quòd ordinato iudicio utraq; pars dicere solet, Testes estote, διαμαρτυρῶμαι, προκατάρχομαι δίκης. Cicero ad Attic. lib. 16. Neq; enim illi litem contestabuntur. Hinc litis contestatio dicta, quæ nascitur ex petitione actoris, & responsione rei.

Contestatus, particip. ut Contestata uirtus. Ci. pro Flac. Quũq; ab hac perenni, contestataq; uirtute maiorum non modò nõ degenerauit L. Flaccus, sed id, &c.

Contexo, is, ere, Simul texo, συνυφαίνω. Cic. 1. de Nat. deor. Quid enim oues aliud afferunt, nisi ut earum uillis confectis atque contextis homines uestiantur. Contexere, conniungere. Plin. Epist. 101. Sub his per latus omnes uineę porriguntur, unamq; faciem longè lateq; contexunt. Contexere amores. Catullus, Contexere interrupta. Cicero 1. de Legibus Contexere carmen. Cic. pro Cælio. Contexere crimen, Cic. pro Deiotaro.

Contextus, Participium. Argento & auro contextus. Tibull. libro primo.

Contextus, us, ui, συμπλοκή. Cic. de Finib. Pennarumq; contextu corporis tegumenta faciebat.

Contextè aduerb. Cic. de Fato, Omnia naturalis colligatione conserтè contexteq; fiunt.

Contextim, aliud aduerbium. Plin. lib. 10. cap. 53. Turdi in ea cuminibus arborum luto nidificantes, penè contextim in secessu generant.

Conticĕo, es, ere, n. s pen. cor. Simul cum cæteris taceo, κατασιγῶ. Verg. 2. Aen. Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant. Cic. in Catil. Recitatis literis debilitatus, atq; abiectus, conscientia conuictus repente conticuit.

Conticesco, is, n. t. Cum aliis tacitus fio, κατασιγῶ. Plin. lib. 11. cap. 10. Tum repente omnes conticescunt.

Conticinium noctis, Primum tempus quo omnia quiescendi gratia conticescunt, πρώτη νύξ, νυκτὸς ἀρχή. ex Polluce. Plaut. Asin. Redito huc conticinio. Macrobius tamen & Cẽsorinus Conticinium uocant eam partem noctis, quæ media est inter gallicinium & diluculum: & inde dictum uolũt, quòd galli tùm conticescant. Vide ea quæ supra annotauimus in dictione Dies.

Contígno, as, quasi tigna coniungo, σανιδόω, σωλήνω. Vide in dictione Tignus.

Contignatio, Quæ est solarium domus, siue stratum sit gypso, lateribusue, siue non stratum, qualia ferè sunt solaria domorum in Apulia. Eoq; pro miraculo apud Liuium refertur, bouem in tertiam contignationem conscendisse. Plin. Sesquipedalis paries, non plus quàm unam contignationem tollerat, σανίδωμα. Est enim superior & inferior contignatio, Galli Estagias uocant.

Contíneo, es, continui, contentum. a. s. pen. cor. Idem quòd tenere, & quodammodo arripere, καμβάνομαι. Plaut. Rud. Perii, animo malè fit: contine quæso caput. Idem Cas. Contine pectus, face uentulum amabò pallio. Continemus fluuium suo alueo, aut ripis, aut beluas septis. Item Cõtinemus nos domi, quum in publicum non prodimus. Ponitur aliquãdo pro moderari, temperare uel coërcere, κατασκήπτω. Vnde continens, ἐγκρατής, pro abstinente & integro: cuius cõtrarium est Incontinens, ἀκρατής. Lactant. lib. 3. Da libidinosum, adulterum, ganeonem: iam sobrium, castum, continentem uidebit. Aliquando est intra se tenere, περιέχω. sic dicimus, Vrbem continere homines, & Locum continere locatum. Item continuare, σωνέχω, unde & Continens, dicitur continuatum, τὸ συνεχές. Liu. Continens Imperium usq; ad nos habetis. Suet. in Calig. Per hunc pontem ultrò citroq; cõmeauit, biduo continenti. id est, continuo. Curtius, Omnia uelut continenti incendio ardere uisa. Cic. 1. Tusc. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. Idem lib. 2. Offic. pro simul tenere posuit, συνέχω. & quasi inuitum tenere, quum inquit, Nec ulla res tam uehementer Rempublicam continet, quàm fides.

Continens participium, Ea potest significare quæ continent, τὸ περιέχον. Continens etiam ille dicitur qui se ab omni turpitudine continet, hoc est, castus & sobrius. Terent. in Eun. hoc nemo fuit Minus ineptus, magis seuerus quisquã, nec magis continens.

Continens, neutri generis, à Rhetoribus accipitur pro firmamento orationis, τὸ συνέχον. Cic. in Top. Quibus autem hoc qua de re agitur, continetur, hæc Continentia uocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis defensio nulla sit. Accipitur item Continens pro continuo, seu propinquo. Vnde Vlpianus scribit, Continentes prouincias accipi debere quæ Italię coniunctæ sunt. Triphon. de Excusat. tutor. l. Titius. Testamento Romæ concepto, aut in continentibus. subaudi locis.

Continens uerò fœminini generis, sumitur pro terra, quæ non est insula quam uulgò Terram firmam appellant, qualis est Italia, ἤπειρος, ut, Ex Sicilia ad continentem parum intercapedinis est. Nam insula est quæ mari circundatur, ut Sicilia, Sardinia. Cherronesus autem peninsula dicitur, quæ penè tota mari circundatur, aliqua tamen sui parte continenti coniungitur, ut, Peloponnesus. Isthmos uerò est angusta terra, peninsulam cum continente coniungens.

Continentia. f. p. fit à Continens, ἐγκράτεια, de qua Cic. lib. 2. Off. Sed ualetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum quæ aut prodesse soleant aut obesse: & cõtinentiam in omni uictu, omniq; cultu corporis tuendi causa, & in prætermittendis uoluptatibus. Huic contraria est Incontinentia, ἀκράτεια.

Continenter, aduerbium, Modò significat parcè, sobriè & pudicè, ἐγκρατῶς, σωφρόνως. Plaut. Quanquam illum pater arctè & continenter habet. Modò coniunctè, ingiterq;, συνεχῶς. Idem, Trium dierum fitim continenter tulit. Cæsar, Belgæ cum Germanis bellum continenter gerunt. Contrarium eius est Incontinenter, hoc est, intemperanter, & impudicè, ἀκράτως ἀκολάστως.

Contentus, a, um, quum est participium à Contineor. Significat illud quod ab alio continetur, περιεχόμενος. Quando uerò significat eum qui animo sariatus est, neq; quicquã præterea desyderat, ἀρκούμενος, nomen est, non participiũ: quando-

quidem

quidem neq; tempus retinet, neq; significationem. Terent. in Eunuch. Neq; tu uno contenta eris, neq; solus dedit. Vnde superflua uidetur prolixa illa apud Vallam disputatio, an Contentus actuam retineat sui uerbi significationē, an passiuam: quū omnino uerbi sui significationē nō retineat. Neq; enim Cōtentus dicitur, qui continet, aut qui cōtinetur, sed qui nihil extra sortem suam desyderat. Est etiam Cōtentus participium à Contendor, Idem penè significās quod Extensus, ἐπιτεταμένος. Cic. in Tusc. Ballistæ lapidū, & reliqua tormenta telorum eò grauiores emissiones habent, quò sunt cōtenta atq; adducta uehementius.

Continuus, a, um, Quod est sine intervallo, & opponitur intermisso, ἀδιάλειπτος. Plau. in Mil. Quin. ubi triduū cōtinuū fuerit, iam odiosus siet. Plinius in Epistol. Littus ornant uarietate grauissima, nunc continua, nunc intermissa tecta uillarum.

Continuo, as. a. p. Perseuero, perago, διατελῶ. Apuleius, Scaphas ascendere, mari iter continuare. Sic Continuare sermonem, συνάπτειν τὸν λόγον. Et continuare perpotationem. Plin. libro 14. capite 22. Biduo, duabusq; noctibus perpotationem continuauit.

Continuatio, uerbale. Cicero 1. de nat. deor. Est mirabilis quędā continuatio seriesq; rerum, ut alia ex alia annexa, & omnes interse aptæ, colligatæq; uideantur.

Continuitas, tatis. Idem quod continuatio. Plinius lib. 8. cap. 30. Collum & iuba cōtinuitate spinæ porrigitur, flectiq;, nisi circumactu totius corporis nequit.

Continuò, aduerbium, Idem est quod Statim, aut confestim. παραχρῆμα. Terent. in Eunuch. Continuò accurrit ad me.

Eleganter etiam ponitur interrogatiue uel negatiue pro Num ideò, uel Non ideò. Negatiuè. Cic. pro Ros. Am. Non continuò, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. Hoc est, Si me in gregem sicariorum contulerim, non ideò sequitur me esse sicarium. Interrogatiuè apud eundem 2. de Orat. Ac si ille seditiones saluti huic ciuitati fuissent, num continuò, si quis motus factus esset ponendum? Num continuò dixit, pro Num ideò.

Contingo, gis, contigi, contactum, 3. t. Idem quod tango, ἅπτομαι, κατάπτομαι, Colum. lib. 1. Plurimis & his angustis illustratum fenestris, atq; à terra sic editis, ne manu contingi possint. Vergilius 2. Aeneidos, Funemq; manu contingere gaudent. Ponitur & pro accidere, siue euenire: sed hoc duntaxat in tertiis personis, ὑπάρχειν, συμβαίνειν. Cicero 5. Tusculanarum, Quod non modò singulis hominibus, sed potissimis philosophis contingit. Impersonale uerò cum infinitiuo: ut, Contingit mihi esse felici, uel felicem. Quando quę absolutè, ut apud Terentium, Hanc mihi expetiui, contigit: conueniunt mores. Ex quo datur intelligi, non semper seruan quod aiunt, Contingere esse de malis quæ sumus uersi, Obtingere de optatis, Accidere de inopinatis, tam bonis quàm malis.

Contingens, participium. Cic. 2. de Diuinat. Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram pene contingens.

Contingens, nomen adiectiuū: unde à Dialecticis Contingentia dicuntur, quæ in utranq; partem accidere possunt.

Contactus, participium: ut, Contactus religione dies. Liuius, Si diem contactum religione, insignemq; nomine eius loci ti meant Romani.

Contactus, huius contactus, nomen. Colum. lib. 11. cap. 3. Contactu eius langue scunt incrementa uirentium.

Contiguus, a, um, Quod contingit. Plin. lib. 2. cap. 9. Sed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus. Ouid. 4. Metam. Contiguas habuere domos.

Contagium, n. g. & Contagio, & Contages, pen. prod. Morbus qui ex contactu contrahitur: ex Con, & Tago, is, quod est tango. Vergilius. Dira per incautum serpant contagia uulgus. Iuuenalis, Cretice pelluces, dedit hanc contagio labem Lucretius libro quarto. Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

Contagiosus, a, um, adiect. ut, Contagiosa febris, Contagiosus morbus, & Pestis contagiosa à Celso dicuntur, quibus qui laborant, solo contactu alios inficiunt.

Continuo, as, & Continuus, V. de Continco, es.

Contophori, κοντοφόροι, Equitum genus, qui in bello contis utebantur, hoc est, hastis oblongioribus. Distinguit enim Iulius Pollux libro primo Onomastici, Equites in species septem, Hippotoxotas scilicet, doratophoros, contophoros, hypaspistas, scenophoros, hippagogos, & amphippos, hoc est, desultorios.

Contōr, aris, depon. p. Verbum deductum à conto nautarum pertica, qua illi maris profunditatem explorant, idem significans quod inquiro, & tanquam conto exploro, βυθάζω, ἐπιζητῶ. Ita scribendum est sine c, per o uocalem: nam Cunctor alterius est significationis: quanquam chalcographorum quorundam imperitia in quibusdam exemplaribus alterum pro altero positum inuenies. Cicero ad Atticum libr. 11. Quumq; ex eo de me contaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum. Hinc fit compositum Percontor, diligenter & exactè inquiro. & Percontator uerbale.

Contorqueo, es, ere, In ambitum & gyrum torquere, κυκλῶ, περιάγω, συστρέφω. Plin. libro undecimo capit. 37. Erecta autem, rugarumq; ambitu contorta. Cic. 2. de Nat. deo Non est enim ætheris ea natura, ut ui sua stellas complexa contorqueat. Ibidem libro tertio, At quàm rhetorice, quàm copiosè, quas sententias colligit? quæ uerba contorquet? ut licere cuiuis rhetori intelligas.

Contortus, a, um, particip. Dicitur id, quod quum sequitur, non conuenit cum superiore, σαφηνισμένον. Et contortæ res, dicuntur perplexæ, & perturbatæ, & sibi ipsis minimè cohærentes, σαφηνισμένα. Cic. lib. 1. de Orat. Contortas res, & sæpe difficiles necessariò perdiscimus.

Contortulus, diminut. à conrortus, Cic. 2. Tusc. Sitne igitur malum dolere, necne, Stoici uiderint, qui contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanentibus, effici uolunt, non esse malum dolorem.

Contortio, onis. Cicer. de Fato, Maius est enim has contorsiones orationis, quàm signorum ortus obitusq; perdiscere.

Contortè, aduerb. Cicer. 1. de Inuent. Hîc considerandum erit ne quid perturbatè, ne quid contortè dicatur.

Contorquendus. Cicero secundo de Orat. Qui tanquam machinatione aliqua tùm ad seueritatem, tùm ad remissionem animi, tùm ad tristitiam, tùm ad lætitiam est contorquendus.

Contortuplicare, Contortè inuoluere, quasi cōtortè plicare: quo uerbo usus est Plautus in Persa, Ita sunt Persarum mores, longa nomina, Contortuplicata habemus. Hoc est, adeò dura & quasi confragosa, ut uix efferri possint.

Contrā, ἀντί, κατὰ cum genit. Præpositio est, quæ & separatur, & componitur: significatq; Aduersum, locumq; uel personam designat. Separata est apud Verg. Contra Neptunum & Venerem, contraq; Mineruam. Componitur autem cum dictionib. incipientib. à d, ut Contradico: e, ut Contrāco: u, ut Contrauenio. Inuenitur etiam Contrà pro E regione, siue Ex opposito, ἐναντίον: & hoc tam cum casu, quàm sine casu. Verg. 1. Aeneid. Italiam contra. Iuuen. Stat contrà, stari que iubet. Verg. 3. Aen. Contra elata mari respondet Gnossia tellus. Plaut. in Amp. Hostes crebri cadunt, nostri contrà ingruunt. Aliquando ponitur pro uicissim, αὖ, πάλιν. Terent. in Adelph. In eo me oblecto solum, & charum ille ut item contrà me habeat, facio sedulò.

Contractus, Vide Contraho.

Contradico, neut. t. Refragor, ἀντιλέγω. Cic. 2. Tuscul. Vt quum is, qui audire uellet, dixisset quid sibi uideretur, tum ego contradicerem. Idem septimo in Verrem, Quàm palam principes contradixerint. (contradicta.

Contradictum. ti. Quintilianus in Proœm. libr. 4. Dissoluere

Contradictio, uerbale, ἀντιλογία. Quint. lib. 2. cap. 18. Ponuntur hæ quandoq; in 2. Cic. de Orat. libr. contradictiones, id est, Instantiæ & obiectiones quas uocant.

Contraeo, is, ἀντιπερόομαι, uado contra.

Contrăho, is, contraxi, contractum, Colligo. in unum congrego, συνάγω, συλλέγω. Lactantius libr. 3. Præterea ut ad se multitudinem contrahat. Vergilius 3. Aeneidos contrahimusque uiros. Pomponius Lentul. & Marcel. Epist. Attic. libro 8. Vos hortor, ut quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Contrahere auxilia, apud Liui. de bel. Pun. Contrahere pecuniam, Plin. Epist. 31. Contrahere amicitiam, Cic. de Amic. Quæ in rerum natura, totoq; mundo constarent, quæq; mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiā. Quādoq; compono conflo, ἐπισπάομαι: Vt æs alienum contraxi. Plin. Epist. 55. Vt æs alienum exolueret, contractum ex pulcherrimis causis. Dic. Quint. frat. lib. 1. Constare inter omnes uideo, abs te summam adhiberi diligentiam, nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatib. Quādoq; committo Cic. ad Q. fr. Ea molestissimè homines

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ferre debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt. Quando que paciscor, & conuentionem facio, συντίθεμαι: ut fit in emendis, uendendisq; mercibus. Idem lib. 3. Offic. Tollendū est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Et lib. 1. Nulla uitæ pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus, neq; domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neq; si cū altero contrahas, uacare officio potest, id est, si negotii aliquid cum illo geras. Quandoq; Constringo, retraho, συστέλλω, puta quum nerui contrahuntur rigore, aut metu, ita ut extendi nequeant. Vnde Contractio, συσολή. Idem 1. Tusc. Sed eò quòd in hoc est, omnis animi contractio ex metu mortis. Et lib. 4. Animosq; demittunt, & contrahunt, scilicet timore. Quandoq; conquiro, ἀντιποίημα, lib. 1. ad Herennium. A nostra persona beneuolentiam contrahemus si nostrum officium sine arrogantia laudabimus. Contrahere frōtem, Est fronti rugas inducere ἀναπάσσειν τὸ μέτωπον. Plau. in Prologo Amph. Quid contraxistis frontem, quia Tragœdiam dixi hanc? Contradictio dictionum apud ueteres. Vocales sine uocalibus sæpe breuitatis causa contrahebant ueteres, ut ita dicerent multis modis uasis argenteis, palmis, & crinibus tectis fractis. Quid uerò licentius, quàm quòd homi num etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? Nam ut duellum bellum, & duis bis, sic Duellum eum qui Pœnas classe deuicit, Bellum nominauerunt. Superiores autem appellati erant semper Duellii. Quinetiam uerba sæpe contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo enim uester axilla ala factus est, nisi fuga literæ uastioris? Quam literam etiam à maxillis, è taxillis, & uexillo, & paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Libenter etiā copulando uerba iungebant, ut sodes pro si audes, sis pro si uis. Iam in uno Capsis tria uerba sunt, ain' pro aisne, nequire pro non quire, malle pro magis uelle, nolle pro nō uelle, dein etiam sæpe, & exin, pro deinde & pro exinde dicimus. Quid illud non olet unde sit? quia dicitur cum illis, cum autem nobis non dicitur, sed nobiscum, quia si ita diceretur, obscœnius concurrerent literæ, ut etiam modò, nisi autem interposuissem concurrissent. Ex eo est mecum & tecum, non tūme & cūm te. ut esset simile illis uobiscum atq; uobiscū. Cicero in Oratore.

Contractus. participium, ut Contractus exercitus. Liuius 7. bel li Punici. Contracta breuitas, Cicer. 3. de Orat. Contractæ res, Idem primo Offic. Paupertas contracta, apud Horatium, &c. Contracta & attricta eloquentia putanda est Dialectica. Cic. de claris Orat.

Contractus, nomen ex participio. Cic. in Parad. Accipias igitur hoc paruū opusculum lucubratum his iam cōtractioribus noctibus. Col. lib. 1. cap. 1. Sed neq; spatiosiora, quā decem pedum, neq; contractiora, quàm quatuor.

Contractus, us, m. q. lata significatione continet omne pactum ex quo nascitur obligatio. propriè tamen ultrò citroq; est obligatorius. l. Labeo de uerborum significat. Quo differt autem innominatus (nam & is uenit nomine contractus) docet Bartol. enarrans l. stipulationes de Verb. obligat.

Contractio, uerbale. Cic. 3. de Orat. Aut contractione breuius fieret, aut productione longius. Superciliorum remissio & contractio, apud eundem 1. Offic. Idem quarto Tusc. ul. eodem enim in uitio est effusio animi in lętitia, quo in dolore contractio.

Contractiuncula, læ, dimin. Cice. tertio Tusc. ul. Hoc detracto quod totum est uoluntarium, ægritudo erit sublata illa mœrens: morsus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

Contrecto, as, are, a. p. frequentatiuum à contraho, Attingere significat, seu frequenter tangere, καταπλώμαι. Col. lib. 12. cap. 4. Ne contrectētur pocula. Plin. lib. 28. cap. 2. Capillum uerò eo utrectari, contra defluuia, &c. Oculis contrectare. Tacitus lib. 3. Nam quo pertinuit nudare corpus, & contrectandum uulgi oculis permittere?

Contrectatio, onis, f. t. Cic. 1. de nat. deor. Quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus uaccæ?

Contrectabiliter, aduerbium. Lucret. li. 4. leuissima corpora debent Contrectabiliter caulas intrare palati.

Contralicĕor, eris, eri, Ex aduerso liceor. Cæs 1. bel Gal. Propterea quòd illo licente, contraliceri audeat nemo.

Contrăpōsĭtus, adiectiuum, Pro oppositio. ἀντίθετος. Quin. De æquo, uero, iusto, bono, deq; iis quæ sunt contraposita disputat.

Contrārĭus, à contra fit, Significatq; oppositum, & repugnans. Ex quo Cōtrarior ἀντιβαίνω, uerbum repugno, aduersor: quod apud idoneos non reperitur, licet Perottus ponat. Contrarium est quod ex ipsa re pugnat. Dialectici in Topicis faciunt quatuor species. Relationem, ut pater, filius: dominus, seruus: ingenuus, libertinus. Priuationem, ut cęcitas. Cō tradictionem, ut Sempronius non est obligatus, & Contrari etatem, ut albedo, nigredo. Contraria sunt cum alterum ait, alterum negat. Cic. Acad. 4. Contrariorum genera multa, unum eorum quæ in eodem genere plurimum differunt: eodē autem genere dicuntur, quibus propositis occurrunt tanquam è regione contraria, ut celeritati tarditas. Hæc quæ ex eodem genere sunt, appellantur aduersa, ut si ſuluitiam fugimus, sapientiam sequamur. Sunt ualde contraria alia quæ appellātur negantia & apopharica Græcè, contraria agentib. ut si hoc est, illud non est. Sunt cōtraria quę priuantia licet appellemus Latinè, Græcè appellantur Steriti. ca, præpositio enim In, priuat uerbum ea ui q̄ haberet, si In, præposita nō fuisset: ut, dignitas, indignitas: humanitas inhumanitas. Cic. in Top. ἐναντίος Ci de Vn. Eos qui propè copulētur, contraiaq̄e regione, aut pone quos, aut ante labantur, &c. Cicero de Inuent. Contrarium est, quod positum in genere diuerso, ab eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimùm distat.

Contrariè, aduerbium, ἐναντίως. Cic. 1. de Orat. In quo aut am biguè quid sit scriptum, aut contrariè.

Contrăsto, as, Aduersor, repugno, resisto, ἀνίσταμαι, ἐναντιοῦμαι Næuius, Contrastat mihi, nec me sinit loquier.

Contrauēnĭō, is, ui q. Ex aduerso occurro, ἀναντιῶ. Cæsar 7. bel. Gal. Hoc animo, ut si qua ex parte contraueniretur, acie instructa depugnarent. Cicero lib. 1. Tuscul. Ego uerò facilē sum passus, ne in mentē mihi aliquid contraueniret, ita isti faueo sententiæ.

Contremo, is, ere. penul. cor. Idem quod simplex Tremo. τρίμα, τρομέω Cicero 3. de Orat Cælum tonitru contremit. Idem pro Sest. Cuius in mea causa nunquam fides utriusq; contremuit.

Contremisco, is, ere, Idem quod Contremere. Cicer. 1. de Orat. Et tota mente, atq, omnibus artubus contremiscam. Cecinna ad Ciceronem lib. 6. toto corpore contremisco, non pœnę metu, sed illius iudicii. Senec. Epist. 66. Fortes simus aduersus fortuita, non contremiscamus iniurias, non uulnera, non egestatem.

Contribŭō, is, ere, Simul tribuere & conferre, συμφορέω Ci. 14. Philipp. Vrbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere, soluere iubeant. Ouid. 7. Meramorph. Necnon Peneus, necnon Sperchiades unde Contribuere aliquid.

Contributio, uerbale. Pampin. in l. prima ff. ad leg. Rhod. de iactu, Lege Rhodia cauetur, ut si leuandæ nauis gratia factus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est.

Cont. ĭsto, as, are, Tristitia afficio, λυπέω Cælius Ciceroni lib. 8. Cōtristauit hæc sententia Balbum Cornelium, & scio eum questum esse cum Scipione. Valer. Flac. li. 6. Argon. Iuppiter, heu, mœsto contristat sydera uultu.

Controuersus, a, um, Ambiguum, litigiosum, & quod est in controuersia, ἀμφισβητήσιμος. Cicero de Diuin. Sed isti sumunt pro certo, quod dubium controuersumq; est. Idem pro Muræna, Sin aliter, etiam controuersum ius nosse & tractare uideare. Gellius, Argumenta autem censebat aut probabilia esse debere, aut perspicua, & minimè controuersa. Item controuersa res, dicitur illa de qua est controuersia. Cicero de Legibus, Res controuersa, & plena dissensionis.

Controuersia, Est certarum personarum de re propria contentio, ἀμφισβήτημα Cic. Aelio Proconsuli, Nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuersiam eum hodie habiturum. Sine controuersia, significat sine dubio, ὁμολογουμένως. Idem lib 3 Offic. Panetius qui sine controuersia de officiis accuratissimè disputauit. Genus est controuersiæ, cum & quid factum sit conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, constat, & tamen quantum, cuiusmodi & omnino quale sit, quæritur. Cic. de Inuent. Ex cōtrariis legibus controuersia nascitur, cū inter se duæ uidentur leges aut plures discrepare. Controuersiam definitionis uide in Definitione de Inuent. 2. Cōtrouersia omnis aut de re, aut de nomine esse solet. De finibus 4. Nominis controuersia est cū de facto conuenit, & quæritur id quod factum est, quo nomine appelletur. De Inuent. 1. Ex scripto & sententia controuersia consistit, cum alter uerbis ipsis, quæ scripta utitur: Alter ad id quod scriptorum sensisse dicetur, omnem

dirigit

dirigit actionem. De Inuēt. 1. Scripti controuersia est ex quæ ex scriptionis genere nascitur. De Inuent. 1. Ex ratiocinatione nascitur cōtrouersia, cum ex eo quod uspiā est, ad id quod nusquam scriptum est peruenitur. De Inuen. 1. Ratio est cum omnis quæstio, non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit.

Controuersiosus, Litigiosus, ἐπίδικος, ἀμφισβητήσιμος. Liu. li. 3. Quem enim sine hoc priuatæ rei iudicem fecisset, ut controuersiosam adiudicaret rem.

Controuersor, aris, d. pr. ex Contra & Versor, per mutationem a in o, significat contendo, ἀμφισβητῶ. Cicero in Protagora, Nunc à uobis ô Protagora & Socrates postulo, ut de isto concedatis alter alteri, & inter uos de huiusmodi non controuersemini.

Contrucido, as, penul. prod. idem quod trucido, ἀποκτείνω. Cicero pro Sest. A quibus hic multis uulneribus acceptus, ac debilitato corpore & contrucidato, se abiecit exanimatus.

Contrudo, is, penult. prod. Simul trudo, compingo, συνωθῶ. Cicero 7. in Verr. Et quòd eódem cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, &c. Contrudi in naues, Cicero in Sallust. Contrudi in dolia plena uinaceorum, Varro 1. de Re rust.

Contruncare, Est truncum uel mutilum reddere, uel etiam immenuere, κολοβῶ. Plautus in Sticho, Dum equidem hercle quod edant addas, meum ne contruncent cibum.

Contŭbernium, n. s. uerbum castrense, sicut scribit lib. 1. de Re milit. Vegetius, significans decem milites sub uno papilione degentes, quibus præerat Decanus, siue Decurio, qui caput erat contubernii, ὁμωφορία. Quin ipse etiam papilio eo nomine dicebatur. Cæs. 3. bel. Ciu. Depositis in contubernio armis, uallum relinquebant. Vnde accipitur pro conuictu & sodalitate. Cic. 7. in Ver. Vbi illud contubernium mulierbris militiæ, in illo delicatissimo littore. Plin. in Epist. Adhuc filium pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit, id est, consuetudinem familiaritatemq; domus tuæ.

Contubernales, dicuntur qui iisdem contuberniis utuntur, συναυλία, σύσκηνοι, σύσκηνοι. Cicero ad Papyrium libro 6. Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. Columella lib. 1. Sed qualicunq; uillico contubernalis mulier assignata est, quæ contineat eum. Dictum contubernium à tabernis.

Contueor, eris, penult. prod. dep. s. Fixo obtutu aspicio, ἐμβλέπω, ἐφορῶ. Cicero 4. Tusc. Quod tandem spectaculum fore putamus, quum totam terram contueri licebit? Idem 4. de Natura deor. Similiter facias ac si me roges, cur te duobus contuear oculis, & non altero contuear, quum idem uno assequi possim. Plinius libro 7. cap. 1. Contuentes solem immobilibus oculis.

Contuitus, us, ui, Aspectus. Cic. pro Sest. Facit enim, Iudices, ut ferendæ in me animorum oculorumq; contuitus, ut mihi iā licere putem remissiore uti genere dicendi.

Contumax, om. t. pen. cor. pertinax, Propositi tenax, quiq; nullis rationibus à proposito potest abduci, αὐθάδης, ἀπαθής. Et propriè inferiorū est in superiores. Cic. Att. Saram nefariū cognoui hominē, præterea in me cōtumacem. Author ad Herenn. lib. 1. In superiores cōtumax, in æquos & pares fastidiosus. Dictum autem uolunt Contumacem siue à contemnendo, siue (ut aliis placet) à tumore, hoc est, superbia. Vnde à Iurec. Contumax dicitur, qui tribus propositis edictis, uel uno pro tribus, quod uulgò Peremptorium appellatur, iudicioq; literis euocatus, præsentiam sui facere cōtemnit. Contumax (inquit Donatus) dicitur contemptor potiorum. Mart. lib. 2. ne me dixeris esse contumacem. Dicitur quandoq; etiam in bonam partem. Corn. Tac. Contumax etiam aduersus tormenta seruorum fides,

Contumacia, f. p. Inobedientia, ἀπείθεια, αὐθάδεια. Cic. pro Ros. Est tuę contumaciæ, arrogantiæ, uitæq; uniuersę uox. Accipitur aliquando in bonum, quemadmodum & Contumax. Cic. 1. Tusc. Adhibuitq; liberam contumaciam, à magnitudine animi inductam, non à superbia.

Contumaciter, aduerb. Inobedienter, αὐθαδῶς. Liuius 2. ab Vrbe, Nec ulla ui domari poterant, tantum certamen animis inbiberant, segniter, otiosè, negligenter, contumaciter omnia agere. Contumaciter spernere imperia ualidorum, Colum. lib. 6. cap. 2. Contumaciter repudiare morem patrium, Cic. 2. de Diuinat.

Contumelia, f. p. Conuitium, uel iniuria, ὕβρις. Vocabulum tractum est (ut Vlp. & Seneca aiunt) à contemptu. Terentius in Eunuc. Hanccine ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam? Cic. 5. Verr. Retinere solitus erat aratores, atq; ab iis non modò per iniuriam, sed etiam per contumeliam tantum exprimere frumenti, quantum Apronius imperasset.

Contumeliosus, qui contumeliam inferre solet, ὑβριστής Quintilianus lib. 10. cap. 7. Tam contumeliosos in se ridet iuuicē eloquentia. Cic. Phil. 5. At quàm contumeliosus in edictis, quàm barbarus, quàm rudis?

Contumeliosè, aduer. Cic. 1. de Orat. Dimitto aūt eos, non tàm contumeliosè, quàm philosophum illum.

Contumulo, as, a. p Tumulo tego, θάπτω. Mart. lib 8. Colligitq; sinu fragmenta nouissima tracti Oris, & aggesta contumulauit humo. Humo patria contumulari, Ouid. 3. Trist. Plinius lib. 10. cap. 15. Perdices ouis stragulum molli puluere contumulant.

Contundo, dis, contudi, penultima præteriti correpta, contusum, act. 1. Simul siue totum tundo, frango, cōminuo, percutio, συντρίβω, φλάω, κατακόπτω. Hor. lib. 1. Epist. Duram qui contudit hydram.

Contusum, Contractum, συντετριμμένον. Colum. lib. 7. Plus etiam eiusdem radix contusa prodest.

Contuor, eris, uideo & aspicio, ἐμβλέπω, ἐφορῶ. Plaut. Asin. At hercle ipsum adeo contuor, quassanti capite incedit. Contuor tamēn frequentiori est in usu.

Contuosi oculi sunt in angustum coacti, continentibus palpebris: à contuendo, id est, simul aspiciendo dicti. Festus.

Conturbare, act. p propriè est confundere res aliquas, & inter se commiscere, συγχέω, συγχωνέω. Vnde Catullus eleganter dixit, Conturbare basia, pro eo quod est, Basiorum numerum confundere. Transfertur etiam ad animum, & significat turbationem afferre. Cicero pro Cluent. Vnum est quod me maximè conturbat. Idem 3. Offic. Incidunt sæpe multæ causæ, quæ conturbant animos utilitatis specie. Conturbare, absolutè, uel Conturbare rationes, frequens est apud ueteres pro decoquere, & pecuniam dissipare: quod Galli uocant Faire banqueroute. Vlpian. Quicunque Digest. de Institor. act. Deinde pecunia accepta præsenti, ut dies singulos ei panes præstaret, conturbauerit. Cicero pro Planc. Verùm fac me debere multis, & in iis Plancio, utrum igitur me conturbare oportet, an ceteris, quum cuiusque dies uenerit, hoc nomen quod urget, nunc quum petitur, dissoluere? Sic etiam accipiendum est illud apud Martial. 9. Epigr. lib. 4. Grandis in ædem eo licet auctio fiat Olympo, Cogantur Deiq; Dei uendere quicquid habēt Conturbabit Atlas. Hoc est, etiam si superi facta auctione diuendant quicquid possident, ea tamen est æris alieni magnitudo, quo superi tibi sunt astricti, ut cęlestium omnium possessiones in pecuniam redactæ satisfacere non possent tanto æris alieni cumulo. Atlas itaq; ubi uiderit cęlum soluendo non esse, conturbabit, hoc est, conficiet se in pedes, quemadmodū mercatores solent, quum uident se non esse soluendo. Conturbator dici potest, quem uulgò uocamus Vn banqueroutier. Conturbare item debitores dici possunt. qui commiscent, & confundunt ea quæ bonis omnibus debent, ut ea non dissoluantur nisi uniuersis, aut ne uniuersis quidem. Solent namq; hi, qui creditoribus satisfacere non possunt, id beneficii ab imperatore imperrare, ut quinquennio toto à creditoribus appellari non possint. Alibi Cōturbare, præter ullam significantiam, etiam fidem frango, nec creditori nolo, aut possum satisfacere, denotat. Alphonsus de In rem uer. l. quidam fundum. Postea, inquit, cōturbauerat qui boues uenditerat. Idem de Iust. act. l. quicumq;. Si quis pistor seruum suum solitus fuit ad certum mittere locum, ad panem uendendum, deinde conturbauerit.

Conturbatio, uerb. Enn. apud Cic. 4. Tusc. Conturbatio est metus exortiens cogitata.

Contus, nti, masc. secun. κόντος, Suidæ, Sudes, siue hasta longior duriorque ad percutiendum apta. Vergilius nono Aeneid. telorum effundere contra Omne genus Teucri, & duris detrudere contis. Vnde Contatos milites Vegetius appellat. Accipitur & pro pertica ferrum in capite habente, qua nautæ utuntur ad loca nauibus opportuna exploranda. Vergil. 6. Aen. Ipse ratem conto subigit. Hinc Percontor, aris, teste Donato, pro inquiro, & quasi conto prætento.

Conuădor, aris, d. p. pen. corr. Idem est quod simplex Va-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dari, hoc est, uadimonio obstringere, κλητεύω. Plaut. in Curc. Vbi tu es, qui me conuadatus es uenereis uadimoniis.

Conualeo, es, uel Conualesco, Est ualetudinem & robur recipere, ῥώννυμι. Cicero ad Cornific. lib. 12. Hircius noster tardius conualescit. Martialis lib. 10. Hæredem scripsit me Numa, conualuit. Cic. antequam iret in exilium, Ne rei crudelitas experrecta in me, in nos conualescat, hoc est, uires & robur assumat.

Conuallis, f. t. Planities ex omni parte comprehensa montibus, collibusq; : dicta (ut inquit Varro) quasi cauata uallis. σωλήνωσις. Liu. 1. ab Vrb. Romani Sabiniq; in media conualle duorum montium redintegrant prælium. Plin. lib. 35. cap. 4. Conuallis & interualla substructis canalibus iunguntur.

Conuāso, as, n. p. pen. prod. significat furto omnia colligo, ut inquit Nonius, συνάλομαι. Ter. in Phor. Aliquid cõuasassem, atq; hinc me protinus conijcerem in pedes.

Conuĕho, is, ere, act. tert. Comportare, συγκομίζομαι. Plinius lib. 12. Thus collectum Sabotam camelis conuehitur. Cicero pro Milone, Repente lyntribus in eam insulam, materiam, calcem, cæmenta, atque arma conuexit.

Conuecto, as. frequent. Verg. 9. Aen. Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto. Idem 4. Aen. prædamq; per herbat Conuectant colle angusto.

Conuector, oris, m. t. Qui in eadem nauigat naui. Cicero ad Attic. lib. 11. Quinetiam naui eius me, & ipso conuectore usurum puto.

Conuello, is, a. t. Vello, uel auello, καταῤῥήγνυμι. Plautus in Amphit. Qui tam uasto impetu has fores toto cõuulsit cardine, id est, emouit. Plinius Epist. 39. Ac mihi domus ipsa nutare, cõuulsaq; sedibus suis ruitura suprà uidetur, id est, emota. Conuellere, pro auferre, abrogare, destruere. Cic. pro Cornel. Balb. Cur ea quę mutare non possumus, cõuellere malumus quàm tueri? Conuellere pro eo quod & Confutare dicimus. Cic. 1. de Diuin. Hæc si tenemus, quę mih quidem nõ uidentur posse cõuelli, profectò hominibus à diis futura significari necesse est.

Conuulsus. partic. ut Conuulsus musculus, hoc est, cuius fibrę cõtractæ sunt uersus suam originem. Conuulsi nerui, & Conuulsi tendones, hoc est, cõtracti, & ueluti complicati. Plin. lib. 20. cap. 7. Conuulsa & luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt.

Conuulsio, onis. σπασμός. Plin. lib. 20. ca. 15. Ligusticum aliqui panacem uocant: stomacho utile est, item cõuulsionibus & inflammationibus. Conuulsiones uulgò retractiones dicũtur: de quibus Galen. lib. De locis affectis.

Conuelo, as, are, idem puod simplex Velare, σκιάζω, καλύπτω. Plinius libro 17. capite 22. Plagam omnem obliquam fieri, ut facilè decidant imbres, & ad terram uerti, quàm leuissima cicatrice acie falcis exacta, plagaq; conuelata.

Conuenæ, Conueniens, Conuenientia, Vide Conuenio.

Conuenio, is, ire, ueni, quar. Simul uenire, congregari, coire, συνίημι. Liuius, Postera die arma capiunt, quò missi erant conueniunt. Sallust. Postquam unum in locum omnes cõuenere. Hinc Cõuentus, παναγυρις, πρόσοδος. Per translationem quandoq; Concordare, ὁμολογέω. Ouid. Non bene conueniunt, nec in una sede morantur Maiestas & amor. Conuenire item dicimus, pro eo quòd est, In iudicium uocare, siue actionem aduersus aliquem instituere, δίκην γράφειν, quod locutionis genus frequens est apud Iureconsultos. Quandoque statuere, συνίθεσθαι. Apuleius, Conuenimus, ad portum quàm primum ire. Quandoq; alloqui, ἐντυγχάνειν. Hinc conuentio, ἔντευξις. Terent. in Andr. Conueni hodie aduenientem quendam mei loci hinc atque ordinis hominem. Cicero 2. Varr. Non dubitat, quin si ipse Verrem conueniat, æquitate causæ, authoritate sua commouere hominem possit. Quandoque aptum, conueniens, & decens esse, πρόσφορον. Cic in Hort. Nam quid uereris, ne non conueniat nostris ætatibus ista oratio. quæ spectat ad hortandum? Quandoque placere, pactum facere, & controuersia carere, ὁμολογέω ὁμογνώμων εἶναι, συμφωνέω. sed in tertia persona frequentius, idq; interdum cum nominatiuo ex presso Cic. lib. 1. de Fin. Hoc mihi cum tuo fratre conuenit. id est, sine cõtrouersia est, & cõcordes sumus. Nonnunquam sine nominatiuo. Iuuenal. Sæuis inter se conuenit ursis. Item Terent. in Adelph. Hæc fratri mecum non conueniunt neq; placent. id est, dissentimus ab inuicem in his, & dissimiles sumus. Plaut. in Capt. Nunc ita conuenit inter me, atque hunc Tyndare. Et iterum, Dicito patri, quo pacto mihi conuenit de huius filio. Variis itaque modis huiusmodi orationes efferimus: ut, Hoc conuenit inter nos. Sic dicimus, De pretio conuẽnit, id est, concordes fuimus. Conuenire in manu, uel in manũ uenire, uxores ducebantur, quum per coëmptionem in familiam & mancipium uiri, & omnium bonorum consortium ueniebant. Nam (ut autor est Boëthius in Top. Cic.) tres erant habendæ uxoris modi: per Confarreationem quæ solis pontificibus conueniebat. Vsu, quum mulier nõ in omnium fortunarum, sed in lecti solùm participationem ueniebat: & Coëmptione, quæ certis solennitatibus fiebat. Nam sese coëmendo inuicem interrogabant. Vir ita, An mulier sibi materfamilias esse uellet. Illa respondeat, Velle. Item mulier interrogabat uirum, Vtrum sibi pater familiàs esse uellet. Ille respondebat, Velle. Itaque mulier conueniebat in manum, & uocabantur hæ nuptiæ Per coëmptionem. Et erat mulier mater familiàs. Matrona autem dicebatur, quæ tantùm usu uxor erat. Mellius libro 18. Materfamilias (inquit) appellatam eam esse solam, quæ in mariti manu esset, à matris nomine nuncupatam, &c.

Conueniens. entis, Congruens, consentaneus, πρόσφορος. Cicero secundo de Finibus, Nihil scriptum ab eo conueniens congruensq; decretis eius reperies. Idem de Amicitia, Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res uel secundas, uel aduersas, quàm amicitia.

Conuenienter, aduerbium, hoc est, congruẽ, aptè, consentaneè. Cicero secundo Offic. Conuenienter naturæ uiuere, hoc est, cum uirtute congruere semper. Horat. Viuere naturæ si conuenienter oportet.

Conuenientia, æ, Congruentia, cõsensus, ὁμολογία, ἁρμογή. Cic. 2. de Nat. deor. Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam, tam uariis cursibus in omni æternitate conuenientiam temporum, non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. Apud antiquos etiam legitur pro conuentu. Plaut. Milit. Facerent conuenientias.

Conuenæ. pen. cor. com. p. Dicuntur qui ex diuersis populis, gentibusq; in una mœnia conuenerunt, simulq; coalescunt, συνοικοῦντες. Cic. 1. de Orat. An uerò tibi Romulus ille, pastores & conuenas consilio & sapientia congregauit? Idem quinto Tuscul. Quibusdam conuenis & feris barbaris corporis custodiam committebat. Plin. li. 7. cap. decimo septimo, In dies ex æquo conuenarum turba renascitur.

Conuentus, us, m. q. Dicitur quum homines simul uenerint, συνοδία quod tribus ferè modis fieri solet. Vno, quum significatur multitudo ex pluribus hominum generibus contracta in unum locum. Cicero tertio Verr. Cur prudentissimas, lectissimasq; fœminas in tantum uirorum conuentum insolitas inuitasq; prodire cogis? Secundo, quum à magistratibus iudicii causa populus congregatur. Erant enim in prouinciis statuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Vnde Plinius de Hispania citeriore, Nunc uniuersa prouincia diuiditur in septem conuentus. Idem libro tertio, Scribit in Bætica fuisse iuridicos conuentus quatuor, uidelicet Gaditanum, Cordubensem, Astygitanum, Hispalensem. Tertio, quum aliquem in locum frequentia hominum, supplicationis, aut gratulationis gratia colligitur. Ponitur interdum pro coniugio. Iuu. Conuẽtum tamen, & pactũ, & sponsalia nostra Tempestate paras. Quanquã uersimilis est hoc esse à nominatiuo Conuẽtum.

Sto conuentus lib. Ihs Bleib Einer Vertrag. Stat pagus Locensis. Ger Bleibe bei Ihr Ihrs Zeugnis Ehr.

Conuentum, neut. gen. f. conuentionem significat, συνθήκη. In Pandectis Græcis conuenta, τὰ συνδόξαντα dicuntur. Cicero 2. de Orat. At uerò in foro tabulæ, testimonia, pacta, cõuenta, stipulationes, cognationes, affinitates, decreta, respõsa, uita denique eorum qui in causa uersantur, tota cognoscẽda est. Vlpian. l. Iuris gentium, paragr quinimò. ff. de pactis. Solemus enim dicere, pacta conuenta ineſſe bonæ fidei. Silius lib. 1. ter Marte sinistro Iuratũq; fœdus, conuentaq; Ioui patrum Sidonii fregere duces. Conuenta conditio dicebatur, quum primus sermo de nuptiis, & earum conditione habebatur. Autor Festus.

Conuenticulum. n. f. Plerumque in malam partẽm accipitur hoc est, pro cõuẽtu seditiosorum, aut sceleratorũ συνωμοσία Nonnunquam etiam in meliorem partem. Cicero pro Sestio, Conuenticula hominum, quæ ciuitates nominantur. Idem pro Domo sua, Quoniam plebi quoq; urbanæ maio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

maiores noſtri conuenticula, & quaſi concilia quædam eſſe uoluerunt.

Conuentio, f.t. τὸ συμφωνεῖν, ὁμολογία, συνθήκη, nomen generale eſt, ad omnia pertinens (ut ſcribit Vlp. l. 1. de pactis) de quibus negotii cõtrahendi, tranſigendiq; cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt. Nam ſicut Conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in unũ locũ coëũt, ita qui ex diuerſis animi motibus cõſentiunt, & in unam ſententiã cõcurrunt. Adeoq; Conuẽtionis nomen generale eſt, ut nullũ eſſe cõuentum, nullã eſſe obligationem dicat, quę non habeat in ſe cõuentionem, ſiue uerbis, ſiue re fiat.

Conuerbero, as, idem quod uerbero, μαστιγόω. Plinius lib. 11. cap. 22. Nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens.

Conuerro, ris, rere, Simul uerro, uel idem quod ſimplex uerro, συγκαθύνω, σαίρω. Plaut. Sticho, Hercle uerò capiam ſcopas, atq; hoc cõuerram lubens. Ibidem, Reuerram hercle hoc quod cõuerri modò. Colum. lib. 7. cap. 6. Diligens paſtor quotidie ſtabulum conuerrit, nec patitur ſtercus aut humorem conſiſtere.

Conuerritor, apud Apul. in Apolog. pro magia, Conuerritorem pridianæ reliquiæ. ac ſi ſupinum eſſet conuerritum.

Conuersè, aduerb. pro nitidè. Cato cap. 143. Villam cõuersè, mũdeq; habeat.

Conuerſor, & Conuerſatio, uide Conuerto.

Conuerto, a. t. Idem quod uerto, στρέφω, ut Conuertere ſe domum, hoc eſt, reuerti. Terentius in Adelph. Ego iam transacta re conuertam me domum cum obſonio. Plinius de uiris Illuſtrib. Veientes ad dolos conuerſi, pecora exaduerſo in conſpectu illorum poſuerunt. Cic. 3. Offic. Ibi quum palam eius anuli ad palmam conuerterat, à nullo uidebãtur, ipſe autem omnia uidebat: idem rurſus uidebatur, quũ in locum anulum inuerterat. Idem lib. 1. de Orat. Ac quocunq; te animo & cogitatione conuerteris, per multos excellentes in quoq; genere uidebis. Liuius 2. bel. Pun. In admirationem & ipſum, & omnes qui circa erant, conuerterunt. Cic. App. lib. 4. Gratulabor tibi prius (ita enim ordo poſtulat) deinde ad me conuertar. Conuertere, pro interpretari, ſiue ex una lingua in alteram uertere. Cic. de Opt. genere Orat. Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias. Ibidem, Quod igitur eſt eorum in orationibus è Græco conuerſis faſtidium.

Conuertor, teris, t. depon. quo antiqui uſi ſunt pro Conuerto, στρέφω. Plaut. in Amphit. Sed tamen in fugam ſe nemo conuertitur.

Conuerſus, partic. Cic. in Som. Scip. Huius quidẽ anni nondum uigeſimam partem eſſe conuerſam.

Conuerſio, onis, fœminin. t. ut Conuerſio uiciç, id eſt, inuerſio, & reuolutio. Plinius lib. 8. cap. 42. Vuluarum conuerſio, apud eundem lib. 10. cap. 22. Conuerſio uerborum. Cic. 3. de Orat. Et efficiendum eſt illud modò uobis, ut fluat oratio, ne uagetur, ne inſiſtat interius, ne excurrat longius, ut membris diſtinguatur, ut conuerſiones habeat abſolutas. Neq; ſemper utendum eſt perpetuitate, & quaſi conuerſione uerborum, ſed ſæpe carpenda membris minutioribus oratio eſt.

Conuerſo, as, are, frequentatiuum à Conuerto, περιάγω. Cic. de Vniuerſ. Quippe qui ex eadem uinctus, alteraq; natura, adiuncta materia temperatiore, trium partium proportione compacta, ſe ipſe conuerſans, quum materiam mutabilem arripuiſſet.

Conuerſor, depon. pr. Frequento, conſuetudine alicuius utor, διατρίβω.

Conuerſatio, διατριβή. Plin. lib. 10. cap. 33. Neũe cui frequentior conuerſatio ſpectata ſit. Tutior conuerſatio. Quintil. lib. 1. cap. 2. Conuerſatio pro conuerſione. Seneca Epiſt. 75. Sciatq; illa ipſa, quibus lædi uidetur, ad conuerſationem uniuerſi pertinere, & ex iis eſſe, quæ curſum mundi conſummant.

Conueſtio, is, ire, Veſtire, & exornare, ἱματίζω, κοσμέω, περιβάλλω, ut Conueſtiũtur herbis prata. Cic. 1. Tuſ. Idem ad Q. fr. lib. 3. Topiarium laudaui, ita omnia cõueſtiuit hedera, &c. Idem pro Domo ſua, Ergo eius domum euerſam duobus lucis conueſtitam uidetis.

Conuexo, a p. idem eſt quod ſimplex uexo, περιοιδῶ. Gel. lib. 10. cap. 6. Sed utinam reuiuiſcat frater, aliamq; claſſem in Siciliam ducat, atq; iſtã multitudinẽ perditũ eat, quę me malè miſeriã nunc cõuexauit. Verba ſunt filię Appii Claudii cæci,

Conuexum, n. ſ. Concauo oppoſitũ eſt, quod ſcilicet eſt ex omni parte declinatũ, qualis eſt natura cæli, quod ex omni parte ad terram uerſus declinatum eſt. Verg. 4. Ecl. Aſpice conuexo nutantem pondere cælum. Idem 4. Aeneid. Tedet cæli conuexa tueri, id eſt, cęlũ conuexum. Hinc Conuexitas, ipſa porrectio aduerſus nos. Plinius lib. 18. cap. 25. Super omnia eſt mundi cõuexitatis, terrarumq; globi differentia. Idem lib. 31. cap. 3. Reperiuntur in conuallibus maximè, & quodam conuexitatis cardine, aut montium radicibus. Tractum à concauitate nauium, quæ extrinſecus huiuſmodi formã habent. Vnde etiam pro eodem Carinatum dicimus, quod formam carinæ habet.

Conuicinium, neut. ſec. παροικιδίον. Vbi plures inter ſe uicini ſunt.

Conuicium, n. ſ. Contumelia, inquit Labeo iureconſ. quaſi conuocium, mutata litera: à concitatione, uel conuentu, ſiue collatione uocum, λοιδορία. Quum enim in unum compiures uoces conferunt, Conuicium dicitur, quum autem nec in cœtu, nec uociferatione dicitur, non propriè Conuicium nominatur. Feſtus tamen à uicis, in quibus p. ſtrò habitarum eſt, deriuat. Alii dicunt Conuicium eſſe maledictũ cum cõtumelia, & à uitio deriuari, uel à Conuito (ut Vallæ placet) unde etiam pertinent, nõnulli ſcribere maluerunt. Valla tamen fatetur poſſe ſcribi per c. Significatione. n huius dictionis optimè oſtendit Cic. pro Cęlio, Maledictum aũt nihil habet propoſiti, præter cõtumeliam: quæſi petulantius iactatur. Conuicium: ſin facetius, Vrbanitas nominatur. Idẽ 4. Acad. Vrgebor iam omnium ueſtrũm cõuicio. De hoc nomine uide Vallam lib. 6. cap. 52.

Conuicior, aris, d. p. Contumeliã dico, λοιδοροῦμαι. Quint. lib. 3. Contrà ſentientibus inhumanè conuiciabantur.

Conuiciator, qui conuicium dicit, uel facit, λοίδορος. Cic. in Sall. Si de mea uita atq; artibus huic cõuiciatori reſpondero. Idem pro Muręna, Si uerè obiicitur, uehementis accuſatoris: ſin falsò, maledici conuiciatoris.

Conuictor, Conuictus, uide Conuiuo.

Conuinco, is, a. t. idẽ quod Vinco, κρατέω, νικάω, ut Cõuincere aduerſarii authoritatibus & teſtibus, Cic. lib. 7. in Ver. Idẽ de Amicit. Tamen hæc duo ſequitatis & infimitatis pleroſq; cõuincunt. Idem lib. 2. in Cat. Quũ ille homo audaciſſimus conſcientia conuictus reticuiſſet.

Conuitium, uide Conuicium.

Conuiua, & Conuiuator, uide Conuiuor.

Conuiuo, is, re, n. t. Simul uiuere, & Comeſſari, συνεστιάομαι. Plaut. in Amph. Miſiſti ad nauim Soſiam, ut hodie tecum cõuiueret. Quint. lib. 1. cap. 12. Lauamur, & tondemur, & conuiuimus ex conſuetudine.

Conuiuor, aris, d. p. Conuiuium facere, aut ſimul cibum ſumere, ξυνεστιᾶσθαι, ἑστιᾶσθαι. Terent. in Heaut. Scortari uolunt, crebrò conuiuarier. Cic. lib. 5. in Verr. Quotidie ſolitum eſſe non ſolùm in publico, ſed etiam de publico cõuiuari. Vnde Conuiuator, dicitur qui parat conuiuium, δαιτυμὼν ἑστιάτωρ Liu. lib. 5. bel. Maced. Eſt autem res ſimillima cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei, hominis & boni, & ſciti cõuiuatoris. Cõuiuę uerò dicuntur, qui ſunt inuitati ad conuiuium, συνθοίνοι. Teren. in Heaut. Egomet cõuiuas moror. Plaut. in Aſin. Vocet conuiuam neminem, illam tu uoces.

Conuiuium, n. ſ. à uiuo fit, συμπόσιον, συνδεῖπνον. de quo Cic. de Senectute, Bene enim maiores noſtri accubationem epularem amicorum, quia uitæ cõiunctionem haberet, Conuiuium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tùm cõpotationem, tùm cõcœnationem uocant. Terent. in Eunuc. Vnà in cõuiuio erat hic, quem dico. Cic. pro Cæl. Baiis acta cõuiuia, comeſſationes, cantus, ſymphonias nauigia ſtant.

Conuictor, m. t. Dicitur quotidianus conuiua, & qui nobiſcum uiuit familiariter, συμβιώτης. Horatius, Nunc quia ſum tibi Mecœnas conuictor. Suet. in Tiber. Nihilo lenior in conuictores Græculos. Ouidius 4. de Ponto, Ille ego conuictor, denſoq; domeſticus uſu. Cic. Tironi, Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos ſecum Mitylenis Crateppus adduxit, hominibus & doctis, & illis probatiſſimis.

Conuictus, ctus, ctui, maſ. quar. Conuerſatio, & commercium: quòd qui unà uerſantur, ſæpe etiam unà uiuant, & epulentur, συμβίωσις. Columella lib. 11. cap. 1 In primis cõuictum domeſticum, multoq; etiã magis externum uitet. Conuictus humanus, & ſocietas, Cicero tertio

Offic.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Offic: Luceius Ciceroni libr. 5. Vt istis te molestiis laxes, & ad conuictum nostrum redeas, & ad cõsuetudinem, uel nostram communem, uel tuam solius ac propriam.

Conuiuale, om. t. Quod ad conuiuiũ pertinet, συμποσιακόν. Liuius, Multaq; conuiualia ex auro & argento uasa. Conuiualia oblectamenta. Liu. libr. 9. bel. Maced. Tunc psaltriæ, sambucistriæq;, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Fabulæ conuiuales, Tacitus libro 5.

Conuoco, cas, care, a. p. Cõgregare, simul uocare, συγκαλῶ ἀγῶρας, Cicero 3. Offic. Piscatores ad se conuocauit, & ab iis petiuit, &c. Conuocare in concionem, & ad concionem, apud eundem libro 3. de lege Agrar.

Conuocatio, onis. Cicero Post reditum in Sen. Nulla ad Rem publicam defendendam populi Romani conuocatio.

Conuolo, las, lare, n. p. Simul uolare, & per translationem concurrere, siue festinanter conuenire, συμπίτομαι. Cicero 3. Tuscul. Et illi quidem pugnant, & quidem uicinorum fidem implorant, multi autem sunt qui statim conuolent. Terentius in Hecy. quum interea rumor uenit Datum iri gladiatores, populus conuolat.

Conuoluo, is. ere, a. t. Simul uoluo, συμπλίκω. Plin. libr. 12 cap. 17. Atq; attractis funiculis herbam eam conuolui. Idem lib. 12. cap. 9. Nigrum uerò bedellium, & in offas conuolutã Hadrobolon uocant. Cicero lib. 1. de Diuinat. Quum se conuoluens sol elaberetur & abiret.

Conuoluŏlus, m. s. penult. cor. Vermiculus minor eruca, erodens pubescentes uuas, quem alii Voluocem appellant: à conuoluendo, quia se inuoluit in pampino, ἴψ. à Plauto Inuoluulus, à Columella Inuoluola, à Suida ἕλιξ appellatur. Plinius libro decimo septimo capite 28. Simili modo ne conuoluolus fiat in uinea, amurcæ congios duos, &c. Conuoluolus item, est herba per fruteta nascens, florem ferens nullo odore, nullisq; intus crocis, tantùm candorem lilii referentem, ueluti rudimentum naturę lilia facere conscentis. dictum, quòd sese rei cui adhæret, inuoluat. Hæc Plinius libro 21. capite quarto, κληματίς, ἑτέρα. Vulgus Campanellam uocat, aut uolubilem maiorem.

Conoti, Dicebantur iisdem uotis obligati. Festus.

Conus, ni, m. s. κῶνος, Nux pinea, & cognatarum arborum fructus, pineæ nucis similitudinem referens. Columella libro septimo, Remedio sunt cupressini quindecim coni, totidemque gallæ. Hinc Coniferæ arbores dictæ sunt, quæ conos ferunt, hoc est, nuces pineis similes. Vergilius tertio Aeneidos Aëriæ quercus, aut coniferę cypariſſi. A nucis huius similitudine Geometræ conum nominarunt, figuram ex lato in acutum desinentem, quæ turbini contraria est. Serenus, Donec in angustum conscendat litera conum. Vnde Conoides, κωνοειδὴς, dicitur, quicquid coni, hoc est, inuersi turbinis figuram habet, de quo plura diximus suo loco. In galea item Conus, appellatur summus apex in acuminatam degens figuram, cui cristæ inseri consueuerunt, λόφος. Verg 3. Aeneid. Et conum insignis galeæ, cristasq; comantes.

Conuulnĕro, as, are, a. p. Idem quod uulnerare, uel multis uulneribus afficere, τιτρώσκω. Plin. lib. 11. capite trigesimo septimo, Ipse cõuulneratus, & captus, semel per cauernam latomiarum euasit.

Conyza, æ, κόνυζα, Herba est, teste Plinio libr. 21. cap. 9. quæ alio nomine Cunilago dicitur. Vulgò à necandis pulicibus & cimicibus, Pulicaria, & Cimicaria appellatur, teste Ruellio lib. 3. cap. 63.

Cooperio, is, ire, a. q. Tego, καλύπτω. Cooperire lapidibus aliquem, hoc est, lapidare. Liuius quarto ab Vrbe, Eò indignatio erupit, ut Tribunus militum ab exercitu suo cooperiretur lapidibus. Cicero tertio in Verrẽ, Quẽ iste collegã nisi habuisset, lapidib. coopertus esset in foro.

Coopertus, participium: ut, Coopertus sceleribus. Cicero tertio Ver. Qui istum tot, tantis, tam nefariis sceleribus coopertum, iurati sententia sua liberarent. Coopertus miseriis. Sallust. in Iugur. Sicuti uidetis, extorrem patria, domo, inopem, & coopertum miseriis, efficit, ut ubiuis tutius, quàm in meo regno essem.

Cooperculum, li, Quo quid cooperitur, πῶμα, σκέπασμα. ut, Cooperculum doliorum, Plin. lib. 14. cap. 21.

Coopto, as, are, a. p Est eligere inter pares, aut ferè pares, autore Valla libro 5. ἐπιλέγομαι. ut, Milites cooptant, quẽ uolunt ducem. Cicero pro lege Agr. Ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Liu. 1. Decad. lib. 6. Dictatorẽ dici placet: dicitur M. Furius Camillus, qui magistratũ equitum L. Aemylium cooptat.

Cooptatio, onis, Cic. 3. de Leg. Neminẽ in summũ locũ, nisi per populum uenire, sublata cooptatione Censoria.

Coorior, iris, iri, pen. prod. uel cooreris, pen. cor. idem quod oriri, uel simul oriri, ὑπίσημι. ut Coorta tempestas. Cæs. 1. bel. Ciuil. Cic. 3. Ver. Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ. Liu. 4, ab Vrbe Volscos & Aequos fama affertur summa ui ad bellum coortos.

Copes, siue Copis, ueteres, teste Nonio, pro Copiosus posuerunt, ὔπνος. Plaut. Pseud. Atq; ego nunc ut gloriosum faciam, & copi pectore. Hinc Copona primùm, deinde Cauponа, taberna uinaria, propter copiam rerum quę ibi uendũtur. & ipsa etiam cauponis uxor.

Cophinus, m. s. pen. cor. κόφινος. Latinè corbis, uas est rusticum è uimine contextum. Iuuen. Satyr. 3. delubra locantur Iudæis, quorum cophinus, fœnumq; supplex. Idem alibi, Quum dedit ille locũ cophino, fœnoq; relicto. Colum. lib. 11. cap. 3. Confecta bruma stercoratam terram inditam cophinis obserat,

Copia, f. p. Ab antiquo nomine Copes, siue Copis, quod copiosum significabat, Pacu. Peribæa, ut citat Nonius, O multis modis uariè dubiũ, & prosperè copem diem. Inde Copia, quod abundantiam significat, εὐπορία. Cic. in Parad. Etenim diuitiarum est fructus in copia: copiam autem declarat satietas rerum, atq; abundantia. Idem pro Quintio, Cui tenues opes, nullę facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. Copia pro conmeatu, seu annona. Tacit. lib. 15. Contraq; prodiderit Corbulo, Parthos inopes copiarum, & pabulo ac trito, relicturos oppugnationem. Copia, pro facultate & potestate aliquid faciendi, plerumq; cum uerbo Facio, uel Do, iungitur, ἐξουσία. Plaut. in Cap. Vt mihi facias eius conueniundi copiam. Cic. 3. de Orat. Eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus cõsilii sui copiam. Plinius Epist. 147. Ne ego quidem indignus, cui copiam scientiæ tuæ facias. Ter. in Heaut. date crescendi copiam, Nouarum qui spectandi faciunt copiam. Verg. 1. Aen. Postquam introgressi, & coram data copia fandi. In plurali peculiariter significat exercitus multitudinem, δυνάμεις, ut Copiæ Cæsaris. Terent. in Eun. Militem secum ad te quantas copias adducere. Cic. 1. Tusc. Copias maximas duxit ad Troiam. In qua tamen significatione aliquando etiam Copiam legimus singulari numero. Pompeius ad Domitianum, Nec solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris. Idem, Etiam hortor ut cum omni copia quam primùm ad me uenias. Cic. ad Att. lib. 8. Vt Brundusium ducerem hanc copiam. Contrà etiã inuenimus Copias in plurali nonnunquam pro abundantia accipi, siue diuitijs, aut facultatibus. Plin. Epist. 41. Suggerunt affatim ligna proximę syluę: cæteras copias Ostiensis colonia ministrat. Cic. de Amicit. Quid autem dulcius, quàm plurimum copiis, facultatibus, opibus possint cætera parare? Idem 6. Verr. Vocat ad cœnam deinde ipse Prætorem, exponit suas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro.

Copiola, diminutiuum, significat paruam copiam, sicut Copiolæ, paruas copias. Cic. in Epist. ad Brut. Recurri ad copiolas meas: sic eas uerè appellare possum, sunt enim extenuatissimæ.

Copiosus, a, um, Abundans, ὔπνος. Cic. 3. Verr. Magnificè, & ornatè, ut erat in primis inter suos copiosus, conuiuium comparat.

Copiosè, Abundanter, Cic. de Sen. Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari.

Copior, aris, d. p. Castrense uerbum est, pro copias cogere. Gell. lib. 12. cap. 2. Et Romani multis armis, & magno cõmeatu prędaq; ingenti copiãtur. Quod uerbũ haud facilè reperias apud ciuiliũ causarũ oratores, exq; eadẽ figura est, qua Lignantur, & Pabulantur, & Aquantur.

Copo, onis, apud ueteres nonnunquã inuenitur pro Caupo & Copona pro Caupona. Festus.

Copta, Panis durissimi genus fuit, è Rhodo aduehebatur: quantum conijcere licet ex Martial. lib. 14. Peccantis famuli pugno ne percute dentes, Clara Rhodos coptã quam tibi misit edat.

Copula, læ, fœ. pr. Vinculum uel nexus, quo aliquid copulatur, hoc est, coniungitur, ἅμμα, σύνδεσμος. Apuleius libro 9. Copulæ sparteę tritura continua exulcerati. Ouidius, copula detrahitur canibus, id est, uinculum colli. Plaut. in Epid.

Epid. posuit Copula pro loris ad colligandum accommodatis, quum ait: Quæritant me, in manibus gestant compulas. Hinc & Grammatici coniunctiones Et, Que, cum similibus, copulas uocauere, quòd earum nexu uerba uerbis, & orationes orationibus coniungantur. Dicitur & Copula, cuiuslibet rei duplex numerus, συνδυασμὸς, unde Copula matrimonii,

Copulo, as, are, a. p. colligere, uincire, coniungere, συνδέω, συναναδέω. Plinius lib. 17. cap. 19. Insociabiles q; arborum naturæ copulentur. Cic. in Part. Constructio q; uerborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. Plautus in Pœn. Quid ais tu, quando mecum caput & corpus copulas?

Copulor, aris, depon. idem significat. Plaut. in Epid. Caue sis cũ filia mea Hanc copulari, neq; cõspicere. Idem, in Aul. Adeũt, consistunt, copulentur dextras.

Copulatus, partic. Cic. 4. Tus. Hæc, quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt, re uerò copulata sunt.

Copulatus, nomen ex participio. Cic. 1. Offic. Nihil aũt est amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum.

Copulatio, onis, uerb. Connexio, cõiunctio, συνδυασμὸς συναφὴς. Cic. 1. de Fin. Ita effici cõplexiones, & copulationes, ad amicitiam rerum.

Copulatè. aduerb. Gel. lib. 10. cap. 24. Diequinti, pro aduerbio: copulatè dictum est.

Copulatiuus, a, um, quod copulat, uel copulare potest, συναπτικὸς. Vnde Coniunctio copulatiua.

Coquina, Coquinarius, uide Coquo.

Coquo, is, xi, ctum. n. t. Est cibum esui aptum reddo, ἑψέω, ἁπτέω. Inde carnes coctæ, dicuntur carnes elixæ, siue assæ, siue alio modo ad edendum paratæ, ἑφθαί. Coquere cœnã, prandium, cibum. Plautus in Asin. & Ruden. Plin. lib 5. Huius proprietas, ut uentriculetur in coquendo, donec desinat olere. Coquere bellum, & consilia, per translationem, hoc est, parare, & moliri clanculum. Liuius 8. ob Vrbe, Omnibus consultationibus inter se principes occultè Romanum coquebant bellum. Coquit me cura. Cicero de Senectute, O Tite, si quid ego adiuto, curamúe leuasso, Quæ nunc te coquit, & uersat sub pectore fixa. Fructus etiã coqui dicuntur, quũ Solis calore ad maturitatem perducuntur. Verg. 2. Georg. Mitis in apricis coquitur uindemia saxis. Plinius, Aegrescunt sexagenis diebus siti maximè, antequàm fici coquantur autumno. Coquere item uentriculus dicitur, quum cibum in chilum conuertit: unde & Coctio dicitur una ex naturalibus animę functionibus, qua cibus mutatur in qualitatem parti nutriendę conuenientem. Huius composita sunt, Cõcoquo, decoquo, discoquo, excoquo, incoquo, præcoquo, & recoquo: quorum significata uide suis locis. Nam ea hic rursus inculcare, hominis fuerit otio plus satis abutentis.

Coquito, tas, pen. cor. frequent. est à Coquo: quo Plautũ usum esse pro Coctitare, author est Festus.

Coquinari, est coquinariam artem exercere, μαγειρεύειν. Plaut. in Aul. Nunquid ego unquam, nisi hodie, ad Bacchas uenî in Bacchanal coquinatum.

Coctus, a. um. à coquendo, quod crudum non est, sed assum, elixum, aut frixũ, aut alio modo esui aptum redditum, ἑψητὸς. Martial. lib. 3. Esse negas coctum leporem, poscisq; flagella. Accipitur & pro maturo, unde & Cocturam uocamus cœli temperiem, qua fructus maturescunt. Huius compositum est, Recoctus, hoc est, bis coctus, ut Crambe recocta. Vide in uerbo recoquo.

Coctio, onis, uerb. ipse coquendi actus, πέψις. unde Coctionem facere, pro cõcoquere, & cõficere cibum in uentriculo, quod uulgus digerere uocat. Plin. lib. 20. cap. 9. Coquitur & in melle cibi gratia maximè ut coctionem facias.

Coctura, æ, f. p. idẽ quod Coctio, aut id quod coquitur, ἕψησις. Colum. lib. 12. cap. 18. Si quinta pars picis Brutiæ in uniuersam cocturã adiiciatur, utilissimũ fit omni uindemiæ. Coctura dicitur etiã cœli temperies, à perfecta fructuũ coctione. Plin. lib. 17. cap. 4. Quum C. Gracchus Trib. pleb. seditionibus agitatis fuit interemptus, ea cœli temperies fulsit, quam Cocturam uocant, &c.

Coctilitiam tabernam, Lazarus Bayf. uir impensè doctus, eam intelligit, in qua coquebantur ligna, ne fumũ facerent: quorum meminit Vlp. in l. ligni appellatio de Leg. tertio, de Verbo. sig. his uerbis: Sed & tiriones, & alia ligna cocta, ne fumũ faciant. A Martiale autem ligna acapna dicuntur.

Coctito, frequent. quo Plautus sæpe utitur, ἑφθάω.

Coctiuus, a, um, pen. prod. quod facilè coquitur, uel maturatur εὐέψητος, ut Coctiua poma, Coctiuum legumen, Coctiuæ castaneæ, id est, nigræ, quæ magis in usu sunt. Plinius lib. 15. cap. 23. Laudatior Corelliana, et ex ea facta Materana, quam rubens cortex præfert triangulis, & popularibus nigris, quę Coctiuæ uocantur.

Coctilis, & hoc coctile, om. t. pen. cor. ἑφθὸς, accipitur pro re quę cocta est, & non crudà: sicut Fictile, quod factum est à figulo. Plin. lib. 7. Epigenes apud Babylonicos septingentorũ uiginti annorũ obseruationes syderũ coctilibus latericulis inscriptas docet.

Coctibilis, ile, quod facilè coquitur, εὐέψητος, ut Coctibilis caro. Plin. lib. 16. cap. 6. Glans fagea fructum hilarem facit, carnem coctibilem, ac leuem, & utilem stomacho.

Coquina. f. p. pen. prod. locus in quo dapes coquuntur. μαγειρεῖον, ὀψαλιδεῖον. Non. Culinam ueteres coquinam dixerunt.

Coquinaria, æ, f. p. ars coquendi, quæ ad uictum spectant, μαγειρική.

Coquinarius, a, um, quod ad coquinam pertinet, μαγειρικὸς, unde uasa coquinaria dicta à Plinio lib. 33. cap. 11.

Coctilicia taberna, apud Iulium Capitolinum in Pertinace, à quibusdam interpretatur, in qua ligna uendebãtur cocta, ne fumũ emitterent, cuius generis fuerunt, quæ Græci, ἄπναυα uocarunt. Verba Capitolini sunt, Pater eius coctiliciam tabernam in Hetruria exercuerat. Solere autem ligna coqui, author est Vlpianus l. Ligni appellation. de uerb. significat. Sed & tiriones (inquit) & alia ligna cocta ne fumum faciant, &c.

Coculum, n. s. uas æneum coctionibus aptum, χαλκίον. Plaut. Aeneis coculis excocta est mihi omnis materia. Alii Cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur obsonia. Author est Festus.

Coquus, m. s. per q, siue Cocus per c, qui cibos coquit, & uẽdit, μάγειρος. Mart. Nempe coquũ mauis scindere quàm leporem. Idẽ, Non satis est ars sola coco, seruire palato, Namq; coquus domi debet habere gulã. Cic. in Pis. In cœna coquus meus, præter ius ferueus, nihil potuit imitari.

Coquulus, pen. cor. dimin. paruus Coquus, μαγειρίσκος.

Cor, cordis, n. t. καρδία, præcipuũ inter uiscera, & uitæ sedes, & arteriarũ ac caloris natiui, quo animal regitur, quasi fons quidã & domiciliũ. Vide Galen. lib. 6. de usu part. & lib. 7. de Anatom. administr. Cic. 3. de Diuinat. Nullum animal, quod sanguinem habet, sine corde esse potest. Et quoniam ex ueteribus nõnulli mentis sedem in corde collocauerunt, (quod tamen secus se habet) factũ est, ut Cor, pro animo siue mente positum inueniamus. Cic. 2. de Finib. Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei nõ sapiat palatum. Cic. 4. Tusc. Aliis cor ipsum animus uidetur: ex quo excordes, uecordes, & cõcordes dicti sunt. Hinc etiam dicimus Cordi est, hoc est, placet animo meo. Cic. de Amicit. isq; mihi eo magis cordi est. Idem pro Quint. Mihi uita arida, arq; horrida cordi est. Ter. in And. Si hę nuptiæ tibi sunt cordi. Idem Phor. Quia uterq; utriq; est cordi.

Corculum, n. s. diminutiuum à Cor. Plautus, meum corculum, meus molliculus caseus. Fuit etiam hoc P. Naſicæ cognomen. Cic. 1. Tusc. Et Nasica ille prudens, bis Consul, Corculum appellatus. Corculum enim teste Festo, dicebãt antiqui solertem & acutum. Plin. lib. 7. cap. 31. Catos, Corculos apud Romanos cognominatos esse refert, qui sapientia præstiterunt.

Cordatus homo, Prudens, cui solertia multa pollet, & ingenio, ξυμφρων, νουνεχὴς, συνετὸς. Lact. lib 3. Non inficior fuisse illum paulò cordatiorẽ, quàm cæteros, qui naturã rerũ putauerunt ingenio posse cõprehendi. Cic 1. Tusc. Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus.

Cordatè, aduerbium. Sapienter, prudenter, σοφῶς, συνετῶς, περιττῶς. Plaut. Pœn. Quas tu sapienter, doctè, & cordatè & cautè, &c

Cordax. Pes, siue mensura metrica est, quæ alio nomine appellatur Trochæus. Cic. in Orat. Trochæus, qui est cordax spacio, quo chorêus, cordax ab Arist. appellatur.

Cordolium, Cõmiseratio, & quasi dolor cordis, quod uocabulũ in quotidiano sermone est usitatissimũ: quòd & uetustissimi authores utuntur, καρδιαγία. Plaut. Mihi cordoliũ est. Idẽ in Pœn. Ibi erit cordoliũ, si quã ornatã melius fortè aspexeris. Idem alibi negat mulieri esse cordolium: nam mulier nulla cordicitus dolet ex animo.

Coraci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Coracínus, Vide Corvus.

Coralium, n. s. κοράλιον, Frutex est mollis, sub aqua nascēs, colore uiridi, baccas ferens candidas, (teste Theophrasto in tractatu de Gemmis) qui ex aqua exemptus, confestim lapidescit, ruborem̄q; contrahit. Nascitur in mari rubro, sed uilius, laudatius in Oceano Septentrionali iuxta Orchadas insulas: item in mari Siculo circa Heliam & Drepanū. Scribendum est autem Coralium unico l, contra communem abusum. Inuenitur enim sæpè apud probatissimos poëtas antepenultima correpta. Ouidius lib. 4. Metamorph. Nunc quoq; coraliis eadem natura remansit. Idem 15. Metam. sic et coralium quo primum contigit auras. Claudianus geminauit l, literam, ut syllabam breuem extenderet, Mergit se subitò, uellitq; corallia Clotho.

Corālŏāchātēs, Gemma est ex Achatæ generibus, similis coralio aureis guttis distincto. Plin. lib. 37. cap. 10.

Coram, πρὸς cum genitiuo, Præpositio est, quæ contrariam habet significationem præpositioni clam: ut, Coram Senatu orationem habui. Differt tamen à Palam, quòd Coram magis ad personas certas, Palam ad omnes refertur. Coram indiget adiectione, Palam non indiget. Et differt ab Ante, quod Ante oculos, longe intelligi potest: Coram, proximitatem significat. Terent. in Eunuch. Quæ mihi ante oculos coram amatorem abduxit tuum. Coram, & in præsentia, idem est, referturq; ad corporalem præsentiam. Vide Bar. in l. 1. infin. ff. de Aut. tut. Coram, factum ex natura rei plerūq; illud non uidetur cui intelligentia non accesserit. l. diem paragraph. coram ff. de Arbit. Vide Alciatum in l. coram Ticio de uerb. signifi.

Corambe bes, κραμβὴ, κοὴ κοράμβη, ἀτ]ικῶς, herba est nota quam nos brassicam uocamus, ita dicta, quasi παρὰ τὸ ἀμβλυώδαι τὰς κόρας, hoc est, ab eo quòd oculorum pupillas hebetet.

Corban, Corbuna, interpretatur donum, oblatio.

Corbis, is, dub. t. Vas ex uiminibus factum, κόφινος. Cic. pro Sest. Messoria se corbe contexit. Dicta secundum Varronem ab eo quòd spicas aliudue quid eo corruebant. Olim enim spicas demessas in corbes coniiciebant, atq; ita in areas ferebant: teste eodem Varrone lib. 1. Re rust. cap. 50. Dicimus autē hic uel hęc Corbis. Corbis etiā inter naualia instrumēta numeratur. Est enim uas qđ in summitate mali suspēditur, unde desuper tela in hostium naues deiiciuntur.

Corbula, diminut. Vnde Cato de Re rust. capit. 11. scribit uillicum habere oportere corbulas Amerinas quatuor.

Corbitæ, f. p. penult. prod. Naues onerariæ dictæ, quòd in earum malo summo corbes solerent suspendi, unde & Iongiusculè dissita prospici, & tela è superiore loco in hostium naues coniici possent. Plaut. Tardiores quàm corbitæ sunt etiam in tranquillo mari. Cic. Attic. li. 16. Corbitāne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum: & si onerariā, statimne freto, an Syracusis.

Corbito, as, are, a. p. In corbitam immittere. Plaut. in Casin. Ego noui ambas estrices, corbitant, Vbi comesse possunt. Per translationem dixit, Corbitāt pro eo quod est, uentrem implent, quasi nauigium onerent.

Corbonam, κορβόναν Iudæi sacrum thesaurum dicunt. Authores Iosephus & Eusebius.

Corcalis, gemma est, quæ modò nigro, modò cæruleo colore est.

Corcholípis, genus simiæ est, quæ ultimā partem caudæ uillosam habet. Festus.

Corchorus, m. s. κόρχορος, Herba est humilis, altitudine palmum non excedens, quæ alio nomine Anagallis, & uulgò Morgelina, seu gallinæ morsus appellatur. Numeratur autē inter uilissima olera: unde locus factus est prouerbio, κόρχορος ἐν λαχάνοις, hoc est, Corchorus inter olera: quod de iis dici solet, qui fortuna sua ampliores, honores, & sese intra suam pelliculam cōtinere non possunt. Erasmus in adgaiis

Corculum, Vide Cor.

Cordapsus, κορδαψῶς, morbus tenuioris intestini, quem iuniores Italicum nominant.

Cordatè, **Cordatus**, **Cordax**, Vide Cor.

Cordícus morbus, Vide Cardiacus.

Cordolium, Vide Cor.

Cordíla capitis tumor, morbi nomen, ut author est Barbarus.

Cordíla, appellabatur partus piscium, qui feras redeuntes in mare, autumno comitatur.

Cordíre, ueteres dixerunt pro eo quod est animo cedere.

Cordus, a, um, quod serotina fœtura natū est, ὀψίγονος, ut Cordum fœnum, autumnale, quod scilicet autūno secatur. Colum. lib. 7. cap. 3. Aluntur autūnali fœno, quod cordū uocatur. Sic corda frumenta dicta sunt, quæ serò matureścūt. Et cordi agni, serotini, qui post-tempus debitū nascuntur, quos uulgus uocabulo inde deducto Cordiseos nominat. Plin. li. 8. cap. 47. de ouibus loquens, Gerunt partus diebus C L. Cordos uocabant antiqui, post id tempus natos. Dicitur & de hominibus ultra tempus legitimū in utero gestatis. Vnde apud Suet. Cordi Cremetij nomen legitur. Quo nomine etiam dictus est scriptor historiarum, quem sequi se ait Iulius Capitolinus in uita Gordianorum. Quinetiam Quintilianus lib. 1. præcipit scrutandas esse à subtili præceptore origines nominum, unde Agrippa, & Opiter, & Cordus, & Posthumus dicantur. Var. de Re rust. lib. 2. ca. 1. per aspirationē scribit Chordum, & ἀπὸ τῆς χορίης deriuat, quod significat uoluā intimā, siue inuolucrum, quo fœtus in utero matris inuoluitur. Latini Secundas uocant.

Cordyla, pen. prod. κορδύλη, Thynni partus uocatur, dum adhuc paruus est, qui postea Pelamidis, & post annum, quum iam adoleuit, Thynni nomen capit, teste Plinio lib. 9. cap. 15. Martialis lib. 11. Mox uetus, & tenui maior cordyla lacerta.

Corgo, aduerb. apud ueteres, pro Profectò, quasi ex corde ago, id est, loquor. Festus.

Coriacesia, herba est, qua Magi tradiderunt aquam conglaciari: quo etiam nomine à Pythagora celebrata fuit, teste Plin. lib. 24. cap. 17.

Coriaceum, uide Corium.

Coriago, f. t. Infesta (ut Columella inquit lib. 6.) pestis bubulo pecori, quum scilicet pellis ita tergo adhæret, ut apprehensa manibus deduci à costis non possit. Ea res non aliter accidit, quàm si bos, aut languore aliquo ad maciem perductus est, aut sudans in opere faciendo refrixit, aut si sub onere pluuia madefactus est. Vide Columellam libro 6. capite 12.

Coriandrum, κόριον, Dioscoridi, herbæ genus etiam hodie nomen retinens: cuius semen saccharo conuestitum, non extremum inter bellaria locum obtinet. Vide Plinium lib. 20. cap. 20.

Coriannon, id est, Corium uel Coriandrum, apud Dios. lib. 3. cap. 12.

Corias, coriæ, piscis genus. Plin. lib. 33. cap. 11.

Coriarius, uide Corium.

Corinthas, adis, Herba alio nomine Menais dicta, cuius sue eo aqua decocto serpentiū ictus protinus sanari prodidit Democritus referente Plin. lib. 24. cap. 17.

Coriolana pyra, quæ dicantur, uide Plinium libro 15. capite 17.

Corion, κόριον, herba est, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, semine in siliqua nigro: aliis nominibus Hypericum, & Chamepitys appellata: teste Plinio libro 26. capite 8. In Officinis Hyperici nomen retinet. Vulgus perforatam, & D. Ioannis herbam appellat.

Corion enygron, capillus Veneris apud Dioscoridem lib. 4. cap. 137.

Coris, κόρις, Dioscoridi, frutex est folio erucæ, sed minore, & pinguiore, & rubente, palmum altus, sapore grato, acri, odorato. Quidam Hypericum appellant. Plinius lib. 26. cap. 8. Est & aliud Hypericon, quod alii Corin appellant, folio tamaricis & sub ea nascitur, sed pinguioribus foliis, & rubentibus.

Coritus, uide Corythus.

Coriscus, m. s. leue missile in modum sagittarū. Verg. Coriscique leues & letifer arcus. Nonius.

Corium, n. s. Animalium est, præsertim eorum quæ crassiorem pellem habent, ac duriorem: quamuis quandoque de quacunq; pelle dicatur, etiam rerum inanimatarū, βύρσα, σκῦτος, δέρμα. Cæsar 2. bel. Ciuil. Super lateres coria inducūtur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Cic. 1. de Nat. deor. Quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ uillis uestitæ, aliæ spinis hirsutæ. Apud Plin. Conum terræ est, non tam cutis eius faciesq; summa, quàm tectorium, & statumē quod dam crassius, cui ei aliud quoq; subesse potest corium. Nam in parietibus struendis, ordines ipsi laterum Coria à Vitruuio dicuntur, hoc est, quæ uulgò turba opificum appellat

Cursus

Cursus. Budæus in Annotationibus in Pandect. Dicitur & Corius, masculini generis. Plautus in Pœn. Heri in tergo meo tres facilè corios cõtriuisti bubulos. A Corium fit Excorio, as, δαίρω, quod est, corium detraho, de quo latius suo loco.

Coriaceum, quod ex corio est, σκύτινον.

Coriarius, masc. s. qui coria concinnat, præsertim crassiora, βυρσοδέψης. Plin. lib. 17. cap. 9. In coriariorum officinis pilo madefacto. Coriarius præterea est frutex siue herba syluestris, foliis myrti, cauliculis breuibus, uenena & tineas pellens, cuius aridis foliis, ut malicorio, coria perficiũtur. Alio nomine Rhus appellatur, teste Plin. lib. 24. cap. 11.

Cornelion, origanum heracleoticon apud Dioscoridem libro 3. cap. 10.

Cornetum, uide Cornus.

Corneus, uide Cornu, & Cornus arbor.

Cornicen, uide Cornu.

Cornicor, Cornícula, uide Cornix.

Cornicularius, m. nomen est ordinis in militia, sicut Cõmentariensis & Accẽsus. Docet Ascon. Cornicularium à corniculo sic inclinari, ut à cornu Cornicinẽ. Nam qui corniculo militabat, is & Cornicularius dicebatur. Mater. n. uidetur ostendere Cornicularii officiũ fuisse super sententiis damnatorũ, quũ ait lib. 2. Quòd si in his locis Mars se aliqua societate cõiunxerit, uel si cum his fuerit inuentus, erant homicidiis publicis præpositi, & exceptores earũ sententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur, aut cornicularij, aut cõmentarienses, sed quibus iura committantur.

Corniculum, uide Cornu.

Cornigenus, Corniger, Cornípes uide Cornu.

Cornix, f. t, κορώνη, auis uiuacissima, minor coruo, quæ cæterarũ auium dux esse dicitur. Annosa cornix, Horat. 3. Car. Improba cornix, Verg. 1. Geor. Idẽ 9. Ecl. Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix. Cornices etiam accipi solẽt pro iis qui se sapientiores ac duces aliorũ uideri uolunt: unde Cornicũ oculos configere, prouerbio dicimus, pro eo quod est, ueterũ scientiam nouo inuento obscurare, & efficere ut priores nihil scisse uideantur. Cic. pro Murena, Inuentus est scriba quidã Cn. Flauius qui cornicum oculos confixerit, & à prudentibus iuris sapientiam ipsorum compilarit. Est etiam Cornix annulus ferreus, quo ostium pulsatur, à figura, aut potius à garrulitate sic dictus.

Cornicula, dimin. Hieron. ad Paulin. Malo alicui operis interpres existere, quàm (ut quidam faciunt informes corniculæ) alienis me coloribus adornare. Alludit ad corniculam illam, quæ (ut est in fabulis) alienis pennis ornata, reliquis auibus aliquandiu non paruæ fuit admirationi, donec deprehenso fuco, suas quæq; aues pennas repetentes, nudam corniculam destituerũt. Quam fabulã ita tangit Horat. in Epist. ne si repetitum uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus.

Cornicor, aris, pen. prod. dẽpon. significat more cornicũ garrio. κράζω. Persius Sat. 5. Nescio quid tecum graue cornicaris ineptè.

Cornu, n. q. & hic Cornus, secundum Prisc. à curuore (ut scribit Varro) nominatur, κέρας. Plin. lib. 28. cap. 11. Dentes mobiles cõfirmat ceruini cornus, cinis. Idẽ lib. 11. cap. 37. Omnibus autem caua & in mucronẽ demum cõcreta sunt cornua: ceruis tantùm solida & singulis annis decidua. Hinc fiunt Vnicornis, μονόκερως. Bicornis, δίκερως. Tricornis, Quadricornis. Per translationẽ, Cornua fluminum dicuntur, flexus, & curuitates alueorum, quòd multis in locis ad cornuũ similitudinẽ flectantur. Cic. Att. lib. 9. Ab utroq; portus cornu moles iacimus. Val. Flac. lib. 1. Arg. Elatis cornibus amnes. Item cornua antennarum, significant utramq; partem antennæ, κεράαι. Verg. 5. Aeneid. Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Similiter in prælio cornua dicuntur aciei partes ab utroque latere prominentes, κέρα. in exercitu enim est dextrum & sinistrum cornu, & quod inter utrumq; est, dicitur Media acies. Terent. in Eun. in medium huc agmen cum uecti Donax. Tu Simalio in sinistrũ cornu, tu Syrisce in dexterum. Cæs. 1. bel. Gal. Ipse à dextro cornu prælium cõmisit. Itẽ Cornu, βουκανίσιον, genus est tubæ obtortæ, à quo Cornicines, βυκανισταὶ dicti sunt.

Cornucopiæ, n. s. κέρας ἀμαλθείας, Cornu fuisse existimatur, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus, ei detraxit; hoc Naides acceptum, & omnium fructuum primitiis refertum, Copiæ consecrarũt: unde apud Ouid. Achelous, rigidũ fera dextera cornu Dum tenet, infregit, truncaq; à fronte reuellit: Naiades hoc pomis & odoro flore repletum Sacrarunt, diuesq; meo bona Copia cornu est.

Corniculum, n. s. dimin. à cornu, κεράτιον. Plin. lib. 11. cap. 28. Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignaua. Idem lib. 9. cap. 32. de cochleis, Oculis carent, itaq; corniculis præretentant iter. Hoc etiam nomine uocatum est oppidũ iuxta Tarquinios, κόρνικλον Stephano; à quo oppidani Corniculani, κορνικλάνοι, appellati sunt. Et Corniculum, ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene gesta. Liuius lib. 10. scribit Papyrium Consulem equites omnes ob insignem in bellis operam, donasse corniculis, armillisq; argenteis.

Cornicen, m. t. pen. cor. qui cornu canit, κεραύλης, βυκανιστής. Iuuen. Quadraginta dedit Gracchus sesterria decem Cornicini, siue hic recto cantauerit ore. Hisce olim etiam in prœliis utebantur, quemadmodum & tubicinibus. Liu. 2. ab Vrbe, Cornicines, tubicinesq; in equos impositos canere ante nallum iubet.

Cornigenus, a, um, quod est ex genere cornua habentium, sicut Caprigenum, quod est ex genere caprarum, κερατοφυής.

Corniger, m. s. pe. cor. Gerens cornua, κερατοφόρος, κεραφόρος, ut Cerui cornigeri. Ouid. 7. Metam. Caput cornigerũ. Ouid. Epist. 5. Fluuius cornigèr, Verg. 8. Aen. Taurus corniger, apud Ciceronem 2. de Natura deorum, Bacchus etiam corniger dictus est, quia simulachro Liberi patris cornua adiiciebãtur, quòd uini inuentor fuerit. Homines enim nimio uini potu truces redduntur.

Cornipes, com. t. pen. cor. animal corneos habens calceos, sicut equus & capra, & huiusmodi unguiũ aut pedum animalia, κερατόωνυξ. Ouid. lib 2. Fast. Cornipedi Fauno cæsa de more capella. Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

Cornupeta, pen. cor. animal quod cornibus petit, id est, ferit, κορυπλήτης.

Cornutus, a, ũ, quod habet cornua, κερατώδης, κεράτινος. Varro 2. de Re rust. cap. 7. Aeras cognoscitur equorũ, & ferè omniũ qui ungulas indiuisas habent, & etiam cornutorũ. Potest etiam dici Cornutum, quod procedit ex cornu. Mart. Occubuit tandem cornuto ardore potitus. Cornutę quadrupedes à ueteribus dicebantur elephanti, nã quos in his dentes multi dicunt, cornua sunt.

Corneus, a, um, a diect. nomen, κερατινὸς. Vnde hybernæ coronę, Coronæ dictæ sunt, quoniam negante tum flores terra, laminis è cornu tinctis fieri solebant. Vnde corneum rostrum, Cic. 2. de Nat. deor. Ibi aues excelsę, cruribus rigidis, corneo proceroq; rostro. Corneus color, qui cornu, uel corni similitudinem refert, Plin.

Corneolus, dimin. Cic. 2. de Nat. deor. Sed duros, & quasi corneolos habent introitus, multisq; cum flexibus quòd his naturis relatus amplificatur sonus.

Cornulaca, Tragium apud Dioscor. lib. 4. cap. 53.

Cornus, fœmin. gen. tam quartæ quàm secundæ declinatæ secundum Priscianum, arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus similes, fructum circa solstitia ferens, primò candidum, postea sanguineum, κρανέα. Verg. 2. Georg. & bona bello Cornus, id est, apta hastilibus. Itala cornus, Virgil. Aen. lib. 9. Coniecto sternit iaculo, uolat Itala cornus, id est, telum ex corno factum.

Cornum, corni, neut gen. fructus arboris corni, κράνιον. Verg. 3. Aen. baccas, lapidosaq; corna Dant rami.

Cornetum, ti, n. s. κρανιὼν, locus ubi sunt frequentes corni, sicut à pino pinetum.

Corneus, a, um, quod ex corno est. κρανίνος. Plaut. Duram ac corneam uirgam. Cornea pyxis, Plinius libro 21. cap. 20. Venabula cornea, Ouidius Epist. 4. Virgulta cornea, Vergil. 5. Aeneidos.

Coron, κόρον, Dioscor. herba est eadem cum sylueştri ruta.

Corolla, Corollarium, uide Corona.

Corona, f. p. est quam Græci στέφανον uocant, à nostris olim Strophium, ἀπὸ τοῦ στρέφειν, quod est uertere. Postea per diminutionem Strophiolum est appellatum: deinde etiam Serta in plurali numero à serendo. Et quum uideatur corona à choro dici, caret tamen aspiratione. Plautus in Asinar. Tum si coronas, serta, unguenta iusserit Ancillam ferre Veneri. Cic. 6. Ver. Vnxisse unguentis, complesse coronis, & floribus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ribus. Fuerunt autem apud Romanos diuersorum generum Coronæ in magno præcio habitę: scilicet, Triumphalis, quæ Imperatoribus post victoriã ad urbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc antiquitus ex lauro fiebat: postea etiam ex purissimo auro fieri cœpta: quod etiã inde aurum coronarium uocatur. Obsidionalis, quam liberati ab obsidione dabant ei, qui ipsos liberauerat ex agmine decerpto inde, ubi obsessos ille seruasset. Nam (ut ait Plinius) summũ apud antiquos signum victoriæ erat. Victos porrigere herbam è terra. Civica, quam ciuis ciui, à quo seruatus in prælio, testem uitæ, salutisq; perceptæ dat, & hæc erat primò ilignea, postea magis placuit ex quercu: quòd ante inuentas fruges, arboris eius glandibus homines victitarint. Muralis erat, qua donabatur ab Imperatore qui primus murum subiisset, inq; oppidum hostium per uim ascendisset. Hæc corona, ad incitandos ad oppugnationem militum animos, ex auro fiebat. Vallaris, quę & Castrensis dicitur, similiter aurea, habens insigne ualli. Hac donabatur qui primus hostium castra, pugna introisset. Naualis quoq; aurea, quibusdam quasi rostris nauium insignita, qua donari consueuerat qui primus maritimo prælio in nauem hostium ui transiliisset. Oualis myrtea erat, qua utebantur Imperatores, qui ouantes introibant ciuitatem. Ouantes autem Imperatores, urbem introibant quum bellum non ritè inductum erat, neq; cum iusto hoste gestum, utpote subactis seruis, aut piratis, aut humili alio quouis hoste: aut etiam quoties facta repentè deductione, uictoria citra pulueren (quod dici solet) obtigerat. His itaq; mittebatur corona ex myrto, quæ est arbor Veneri sacra, quòd huiusmodi victorias Venereas magis iudicarent quàm Martias. Corona etiam dicitur ornamentum muliebre. Horatius lib. 1. Carm. Et scindit hærentem coronam crinibus. Item ponitur pro conuentu hominum circumstante. Cicero pro Flacco, A iudicibus oratio auertitur, uox in coronam tubamq; effunditur. Idem pro Milone, Non enim corona uester consessus cinctus est, ut solebat. Item pro circulo circa lunam, ἅλως. Item pro signo cælesti supra humerum Artophylacis. Vergil. 1. Georg. Cnosiaq; ardentis decedat stella Coronæ. Ferunt Ariadnen coronam dono accepisse à Theseo, inde nupsisse Libero patri, & post eius mortem corouam à Libero in cælo fuisse collocatam. Alii dicunt hanc coronam dedisse Bacchum Ariadne, quum ad Minoẽm in Cretam ueniisset. Alii dicunt coronam fuisse Baccho datam à Venere, quum Ariadnen uxorem duceret. Hæc Cancro, & Leone exoriente occidit: exoritur cum Scorpione Nonis Octobris: habet stellas nouem in orbem dispositas.

Corolla, f. p. diminut. parua corona, στέφανον. Propert. Me iuuat externis positum languere corollis.

Corollarium, n. s. authore Varrone lib. 1. significat id quod additum est supra mensuram, præterquam quod debitum est, tanquam auctarium quoddam: à corollis nomen deductum quòd hæ, quum placuerant actores, in scena dari solitæ sint, ἐπιφορὰ, προσκατάβλημα, ἐπίῤῥυσις, ἐπίμετρον, unde & Corollaria dicuntur ipsæ coronæ. Suetonius in Augusto, Itaq; corollaria, & præmia alienis quoq; mulieribus ac ludis, crebra & grandia de suo offerebat. Plin. lib. 21. Paulatim & Romæ subrepsit appellario Corollis, inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & Corollariis postquam è lamina crea tenui inaurata aut margentata dabantur. Cic. in Frument. Nolo hîc colligere, qui numulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollariis decimam emerunt. Hæc autem quum precii parui forent, factum est, ut Corollarium. pro re leuiori accipiatur. Plin. lib. 9. cap. 35. At illa corollariũ id esse, sumpturamq; ea in cœna taxationẽ confirmans. Apuleius symbolicõs Corollarium uocauit posticum concubitum, quũ ait, Mihi iam fatigato, de propria liberalitate Photis puerile obtulit corollarium.

Corono, as, a. p. coronam capiti impono, στεφανόω. Plin. lib. 15. cap. 4. Athenæ quoq; uictores olea coronant. Verg. 1. Aen. Crateras magnos statuunt. & uina coronant.

Coronatus, partic. Cic. 2. de Leg. Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati.

Coronarius, rii, m. s. qui coronas nectit, στεφανοπλόκος, cuius fœminin. est Coronaria, στεφανοπλόκος, ὁ, mulier coronas conficiens. Plin. lib. 21. ca. 2. Factũ ideſt, ex ingenio Glycerę coronarię, dilectæ illi.

Coronarius, a, um, adiectiuum, quod ad coronas pertinet, στεφανωτικὸς, unde, Aurum coronarium, ex quo coronæ conficiebantur. Cicero pro lege Agraria, Quod ad quemque peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Coronarium opus, in modum coronæ factum. Plin. libr. 15. capit. 30. Ramos spargit à radice dodrãteles, topiarii ac coronarii operis.

Coronamentum, ti. n. s. Coronarum materia, hoc est, flores, aut frondes coloris aut odoris gratia coronarum confectioni congruentes, στέφανωμα. Plinius lib. 21. cap. 1. In hortis seri & coronamenta iussit Cato. Idem eodem libro capite 9. Folia smilacis, & hederæ in coronamenta se dedere, coronæq; earum obtinent principatum.

Coroneola, Genus rosæ est autumni tempore in rubo proueniens. Plinius lib. 21. cap. 4.

Coronion, Sesamoides paruum. apud Dioscor. lib. 4. capit. 155.

Corōnis, coronidis, penultima producta, fœminini gen. t. Summitas, seu apex alicuius rei, uelut montis, aut structuræ alicuius, κορυφίς. Significat & extremam nauis partem, hoc est, incuruum quiddam supra puppim in rostri modum eminens. Deniq; Coronidem per translationem accipimus pro quocunq; fine, & ultima manu rei alicui imposita, siue etiã pro eo quod rei absolutæ ornatus magis quàm necessitatis ergò accedit. Martialis lib. 10. Sed nimius uideor, seraq; coronide longus Esse liber: legito pauca, libellus ero. Idem Et mage principio grata coronis erit. Postremò Grammatici, quoties persona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, Coronidem uocant: eãq; notant ueluti rostri figuram exprimentibus lineis.

Corōnŏpŭs, m. s. κορωνόπους. Oblonga herba est, fissis foliis per terram repens, cuius radix cœliacis præclarè facit in cinere tosta. Plin. libr. 22. cap. 19. & libr. 21. cap. 16. hanc herbam inter graminis genera assignat, & à Romanis Gramen aculeatum uocari asserit. Vulgò ab olitoribus Dens canis appellatur Ruell. (32. capite undecimo.

Corophium, Piscis de genere cancrorum. Plinius libro

Corporale, Corporatio, Corporatura, & Corporeus, Vide Corpus,

Corpus, poris. n. t. Generaliter dicitur substantia omnis usu tactuue perceptibilis, σῶμα. Cicer. 2. de Orat. Etenim corpus intelligi sine loco non potest. Aliquando Corpus accipitur pro massa totius animalis ex partibus similaribus & organicis compacta, quæ unà cum anima totum constituit animal. Cicero pro Marcello, Vita corpore & spiritu continetur. Aliquando pro sola carne ponitur. Cicero Gallo, Ego hîc cogito commorari, quod me reficiam: nam & uires & corpus amisi. Martialis utranq; significationem uno uersu complexus est. Viuebam laceri membris stillantibus artus, Inq; omni nusquam corpore corpus erat. Corporum tria genera Pomponius esse affirmat. Vnum, quod una specie continetur: ut, Homo, Lapis, Lignum. Alterum, quod ex contingentibus, hoc est, pluribus inter se cohærentibus cõstat, ut Aedificium, Nauis, Armarium. Tertium, quod ex distantibus, compactum est, ut puta ex pluribus corporibus, uni nomini subiectis: ut Populus, Legio, Grex. Aliter Philosophi corpora distinguunt: ut quædam sint Inanimata, ut lapis, ferrum: alia Animata: ut arbor, leo. Ex his rursus quædam sunt anima uegetatiua duntaxat prædita: ut plantæ: quædam sensibili, ut bruta omnia animalia: quædam rationali, ut soli homines. Corpus, pro opere aliquo scripto, & uolumine. Cicero ad Luccium libr. 5. A principio enim coniurationis usq; ad reditum nostrum, uidetur mihi modicum quoddam corpus confici posse. Idem ad Quint. frat. lib. 2. Sed utros eius habueris libros, (sunt enim duo corpora) an utrosq;, nescio. Corpus pro parte, seu tribu ac multitudine populi. Liu. 1. ab Vrbe, Sui corporis creari regem uolebant. Corpus ciuitatis. Liuius 6. bell. Pun. Corpus nullum ciuitatis, nec Senatum, nec plebis consilium, nec magistratus esse. Collegiorum corpus. Caius in l. 1. parag. in collegia. ff. quod cuiusq; uniuersi. Item collegia Romę certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis, atq; constitutionibus principalibus confirmatum est.

Corpusculum, diminut. Paruum corpus, σωμάτιον: unde atomos Corpuscula uocat. Cicer. 1. Acad. & 1. Tuscul. Iuuenalis Saty. 10. mors sola fatetur Quãtula sint hominũ corpuscula

Corpulẽtus, Dicitur homo obesi corporis, μυγαλόσωμος. Plautus in Epid. Euge, corpulẽtior uidêre, quàm agilior. Sic corpulentum pecus apud Columellam lib. 6. cap. 3.

Corpulentia, Carnositas, πάχος. Plin. lib. 11. cap. 53. Somno concoquere, corpulentiæ, quàm firmitati utilius.

Corporale, quod est uel habet corpus, σωματικὸν. Incorporale, ἀσώματον. Senec. Epistol. 59. Dicimus quædam corporalia esse, quædam incorporalia. Aliquando accipitur

pro

pro eo quod est corporis: unde Corporalia bona, apud Gellium lib. 18. cap. 1. & Corporalia uitia apud Senecam Epist. 54. Corporalis possessio pignoris, quã habemus de pignore corporeo. Papin. l. Debitor. ff. de pign. act. Soluta pecunia, creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, restituere debet.

Corporeus, a, um, Quod est ex substantia corporis, σωματικὸς, σωματόδης: ut lapis. è diuerso Incorporeum, quod corpus non habet: ut uirtus. Cic. 2. de Nat. deorum, Contrà ille corporeus, uitalis & salutaris, omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensúque afficit.

Corporo, as, a. p. Cogo, coagmento, & in unum corpus redigo, σωματοποιῶ. Plin. lib. 7. ca. 15. Semine è maribus coaguli modo hoc in se glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, corporatúrque. Hinc Concorporo, & Incorporo, composita, de quibus suis locis. Apud antiquos Corporare legimus pro Interficere, quasi corpus solũ sine anima relinquere. Ennius apud Nonium, Corpus contemplatur, unde corporet uulnere. Accius, Corporare abs tergo es ausus.

Corporatus, ta, tum, Idem quod corporeus, siue corpus habẽs, σωματικός. Cicero de Vniuersitate, Semper ne fuerit, nullo genere natus ortu: & si ortus sit, an ab aliquo temporis principatu ortus sit: quandoquidem cernitur & tangitur, & est undique corporatus.

Corporatio, f. t Quantitas uel habitus corporis, σωμάτωσις. Columm. lib. 7. Custodiendum est, ne in corporatione, uel statura, uel uiribus impar cum uiolentiore iungatur: nam utraque res inferiori celeriter affert exitium.

Corporatura, f. t. Corporis quantitas, hoc est, habitus & status ipsius corporis. Veget. lib. 1. Scribit corporaturam boni tyronis implere sex pedum longitudinem. Colum. li. 7. Humilis enim & modica corporatura, pecoris operarii debet esse. Vitruuis lib. 6. Sed ex cælo roscidus aër in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas.

Corras, maxillas intelligi uolunt.

Corrãdo, dis, a t. penultima prod. Simul rado, & in unum contraho, σωρεύω. Terent. in Adelphis, Minas decẽ corradet alicunde. Lactant. libr. 5. Non propter humilitatem, quæ nulla in his erat, sed ut omnia cupiditatis & auaritiæ instrumenta corraderent.

Correpo, pis pere, a. t. Idem quod simplex Repo, ἕρπω. Cice. de Natu. deor. Qđ quũ efficere uultis, in duneta correpitis. Lu. l. 8. Exiguã uectorpauid⁹ correpsit in alnũ. Ci. ad Att. lib. 10. Igitur & occultè in aliquam onerariam corrependum.

Corrideo, des, dere, Simul rideo, συγγελάω. Lucret. li. 4. Omnia corrident concepta luce diei.

Corrigia, giæ, f. t. Cingulum quo cingimur, ζώνη. Ci. 2. de Diuin. Quæ si suscipiam⁹, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda. Quidam hoc nomen à corrigendo deducunt, uolũtq; corrigiam primũ lori quoddam genus fuisse dictum, quo serui corrigebantur.

Corrígo, gis, penult. cor. correxi, correctum, a. t ex con, & rego, Significat emendo, διορθόω, ἰθύνω. Lactant. libro 4. Antequam morum aliorum corrigas, tuos corrige. Terent. in Andria, Corrigere mihi gnatum porrò enitere. Cic. ad Qu. frat. li. 1. Sic ego, qui in isto homine colendo tàm indormiui diu, te me hercule sæpè excitante, cursu corrigam tarditatem tũ equis, tùm uelis.

Corrector, m. t. Emendator, ἐπανορθωτής, Terent. in Adel. Illud quod cecidit sorte, id arte ut corrigas. Corrector atq; emendator, Cice. pro Corn. Balb. Asperitatis corrector. Horat. Epistola prima.

Correctio, onis, f. t. Emendatio, διόρθωσις. Cic. 4. de Fin. Hæc uidelicet est correctio philosophiæ ueteris & emendatio, &c. Correctio, etiam figura est apud Rhetores, quę tollit id quod dictum est, & pro eo quod magis idoneum uidetur, reponit. Exemplum eius est in Rhetoricis ad Herenn. Nã postquã isti uicerunt, atq; adeò uicti sunt: Eã enim quomodo uictoriã appellẽ, quæ uictoribus plus calamitatis, quàm boni dederit?

Correctus, a, um, emendatus. Cicer. Attic. Laudationem Porciæ tibi misi correctam.

Corrígrya, similis Adrachmæ, folio tantùm magnitudine minor, Pappum uocant fructum eius. Plin. lib. 13. cap. 22.

Corripio, pis, pen. cor. a. t. Reprehendo arguo, obiurgo, ἐπιτιμάω, ἐπιλαμβάνομαι. Plin. in Epist. Repeto me correptũ ab eo, cur ambularem. Corripimus uerò magis uerbis quã uerberibus. Propriè autem aliquid celeriter rapere, λαμβάνομαι, ἀντιλαμβάνομαι. Vergil. libr. 1. Aeneid. Constitit hic, arcumq; manu, celeresq; sagittas Corripuit. Adaptatur autẽ hoc uerbum ad omnes actus humanos: ut, Corripitur somno, Corripitur febribus, hoc est, inuaditur: & multa alia huiusmodi. Corripere item, abbreuiare est, & contrahere: unde Correptas syllabas dicimus συστέλλειν.

Correptus, participium. Cic. antequam iret in exil. Ego repentè ui tribunitia correptus, non modò loquendi liberè in iudicio, sed ne consistendi quidẽ in ciuitate habeo potestatẽ.

Corrector, oris, Seneca 2. de Ira, Placidus itaq; sapiens, & æquus erroribus, non hostis, sed corrector peccantium.

Corriuare, n. p. Per riuos aquam eundem in locum ducere. Plin. lib. 6. cap. 14. Angustias impedit corriuatus salis è cautibus liquor. Hoc est multis ueluti riuis eundem in locum fluens. Idem libr. 3. cap. 5. Albula è media ferè longitudine Apennini, ex finibus Aretinorum profluit, tenuis primò, nec nisi piscinis corriuatus, hoc est, ex piscinarum riuulis eundẽ in locum confluentibus ortus. Sic Corriuari amnes & torrentes dicuntur, qui ex multis riuis eodem confluentibus oriuntur. Idem lib. 31. ca. 3. Plerunq; uerò damnosi torrentes corriuantur, detracta collibus sylua.

Corriuatio, onis, Aquæ eundum aliquem in locum deductio, siue conflexus, συρρέω. Plin. libr 31. cã. 3. Salix enim erratica & alnus, aut uitex, aut hedera, sponte proueniunt, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem à superioribus defluentis, augurio fallaci.

Corriuales, m. t. Qui duo aut plures eandem amicam habent, uel quòd eundẽ riuũ accedere uideantur, uel quòd inuicẽ cõtendant, ut ferè quæ ex eodẽ riuo haustũ petũt, ἀντιρασαὶ. Quintil. 14. Declam. Si patior miser illas lupanarium insultationes, illa corriualium maledicta, conuitia.

Corrõbŏrŏ, as, pen cor a p. Robustum & fortẽ reddo, κραταιόω, κρατῶ, ἐπισχυρίζω Sueton. in Galba, Veteranum ac tyronem militem opere assiduo corroborauit. Cic. 5. de Finib. Ad quorum etiam cognitionem, & usum iam corroborati, natura ipsa præeunte, deducimur. Plin. lib. 20. cap. 20. Stomachum in acetariis sumpta corroborat. Per translat. Ci. in Catil. Qui spem Catilinæ mollibus sententiis alluerunt, coniurationemq; nascentem non credendo corroberauerunt. Idem Cassio libro duodecimo, Manabat illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidiè. Idem pro Flacco. Virtus Lacædemoniorum non solùm natura corroborata, uerumetiam disciplina.

Corrõdo, is, ere a t. Rodendo consumo, uel idem quod simplex rodo, κατακείρω. Cic. 2. de Diuin. Nos autem ita leues atque incõsiderati sumus, ut si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus. Varr. 3. de Re rust. cap. 17. Cum eodem tempore insulas Lydiorum ibi corrosas uidisses. Ossa corrosa, Iuuenal. Sat. 15.

Corrõgo, as, a. p. Idem est quod rogãdo corradere, siue multis precibus contrahere, ἱκανίζω. Liu. 3 bel. Maced. Magistratos nauium mercatoresq; inuitare iussit, & uela cum antennis ex nauibus corrogari iussit, ut umbra cœnantibus in littore fieret. Ci. p Quin. Ipse suos necessarios ab atriis Liciniis & à taucib. macelli corrogat, ut ad tabulã Sestiã sibi adsint.

Corrogati auditores, dici possunt qui ambitione doctoris, alio qui fortasse surdis parietib. occenturi, undiq; corrogantur. Corrogata ad necessarios usus pecunia, Cæs. 3. bell. Ciuil.

Corrũda, f. p. pen. prod. Sylueſtris asparagus, ἀσπάραγος & ἄγριος. Cato, In arundineto, corrudam serito, unde asparagi. Colum. li. 10. Prodit & asparagi corruda simillima filo. Plin. lib. 20. cap. 10. Sylueſtrem asparagum aliqui Corrudam, aliqui Libycum uocant: Attici Orminium.

Corrũgo, gas, gare, pen. prod. In rugas contrahere, συνίσημι: ut, Corrugare frontem, apud Plautum, συνισᾶναι τὸ μέτωπον, est præ indignatione frontem in rugas contrahere. Horatius 1. Epist. 5. ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares. Columella libro 12. capite 39. Vbi satis corrugata erunt acina, demito, & sine scipionibus in dolium coniicito, pedibusq; bene calcato.

Corrugi, Sunt aquæ ex montiũ iugis ductæ ad lauandũ aurum, ita dictæ à corriuatione, authore Plin. lib. 33. cap. 4.

Corrumpo, pis, a t. Contamino, uitio, destruo. διαφθείρω. Plinius libro tertio cap. 22. Quę nec aqua, nec igni posset corrumpi. Terentius in Adelph. Pisces ex sententia nactus sum, hi mihi ne corrumpantur cautio est. Lactantius libro 3. Cæles literas corruperunt, ut nouam sibi doctrinam sine ulla

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

radice ac ſtabilitate componerent. Transfertur & ad animum. Cicero lib.1. Offic. Sed corrupti mores ſunt, deprauatiq; admiratione diuitiarum. Animus largitione corruptus, apud eundem ad Atticum libro 8. Aliquando eſt ſuborna re, inuitare, & illicere muneribus, καταδωροδοκῆν. Cice. pro Planc. Doce quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore tribus corrupta ſit. Et paulò antè, Quam quiſque tribum turpi largitione corrumperet.

Corruptus, a, um, quod modò participium eſt: ut, Iudiciũ corruptum, hoc eſt, pecunia à iure & æquitate abductum: apud Ciceronem pro Cluentio. Modò nomen ex participio: unde Corruptior, & Corruptiſſimus. Plin. libr.15. cap.17. Demptis forcipe corruptioribus acinis. Idem libr.15. cap.3. Quando etiam corruptiſſimo in genere.

Corruptor, m.t. uerbale, qui corrũpit, φθορεὺς: ut, Corruptor iuuentutis, Cic. in Cat. Iuu. Sat.1. nurus corruptor auaræ.

Corruptrix, fœmin. Cic. ad Qu. frat. lib.1. Tam deprauatis moribus, tam corruptrice prouincia.

Corruptè, aduerb. Cic. de Finib. De quibus neq; deprauatè iudicant, neq; corruptè.

Corruptela, f.p. Idem quod corruptio, διαφθορά. Terent. in Adelph. Communis corruptela noſtrũm liberũm. Cic.2. Offi. Melius etiam, quod largitionem corruptelam dixit eſſe.

Corruptio, eſt ſubſtantialis formæ in aliquo deperditio.

Corrŭo, is, pen. cor a.t. Concido, ſimul ruo, συμπίπτω. Liu.1. ab Vrb. Duo Romani ſuper alium alius, uulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. Cic. ad Qu. frat. lib.2. Et ille penè timore, ego riſu corrui. Idem 3. de Orat. O fallacem hominum ſpem, fragilemq; fortunam & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſepe franguntur & corruunt. Corruere pro labi, & errare. Cic. de Senect. Nec, tanquam inexercitati hiſtriones, in extremo actu corruiſſe. Corruiſſe opes dicuntur quæ corruptæ ſunt. Cic.3. Offic.

Cors, cortis, ἕπαυλις. Vide Cohors.

Corſoides, κορσοειδής, Lapis canitiei hominis ſimilis. Plinius libro 37. capite 10.

Cortales fœminæ propriè appellantur gallinæ, mares galli, ſemimares capi qui caſtrati ſunt.

Cortex, t. φλοιὸς, κέλυφος, λέπισμα, λέπος, tam maſculini quã fœminini generis, Eſt ueluti corium cuiuſq; rei: ut in arboribus liber, & in cæteris rebus cruſta quædam ad tegendum data. Nam corium propriè animalium eſt. Ouid.1.3. Metam. Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus. Verg.7. Aeneid. raptus de ſubere cortex. Idem Eclog.6. muſco circundat amaræ Corticis.

Corticula diminutiuum, φλοΐδιον. Colum lib.12. ca.47. Tum reſolutis corticulis eximimus eum.

Corticoſus, a, um, Corticibus plenum, φλοιώδης. Plin. lib.12. ca.14. Quod in arbore hæſit, ferro depectitur, ideò corticoſum.

Corticatus, a, um, Quod corticem habet. Columella libro 12. capite 23. Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges.

Cortina, penultima prod. f.p. multa ſignificat. Nam Cortinæ ſunt uaſa in quibus pigmenta coloresq; coquuntur, quibus lanæ intinguntur, & uela pinguntur immerſa. Plin. libr. 35. capite 6. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhęreſcit æreis cortinis. Seruius autem in illud Verg.6. Aeneid. neq; te Phœbi cortina fefellit: Cortinam interpretatur tripodẽ Apollinis, unde oracula reddebantur: uel qđ Apollinis tripus corio pythonis ſerpentis tectus eſſet, uel quòd certa illic reſponſa funderentur, quaſi Certina: uel quòd illic coruatis teneretur. Illuc enim raptæ Phœbades uaticinabantur. Hæ alio nomine Delphicæ dicebantur, quòd in eum potiſſimũ uſum fierent, ut Apollini Delphico dicarentur. Plinius libr. 34. cap.3. Exære factitauere & cortinas tripodũ, nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Cato Cortinam plumbeam accipit pro uaſe quo oleum fluit, quũ in torculari à factoribus premitur. Ait enim, Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat. Item Cortinæ dicuntur aulæa, & uela ad locum aliquem contegendum, περιπετάσματα. Vnde Hieronymus in Exod. De cem cortinas facito de byſſo retorta. Hæc etiam Velaria à uelis dicta ſunt. Nam Velum, Plagæ, & Stragula, inter ſe germana ſunt. Item, locus uelatus in theatro ex quo egrediuntur hiſtriones & mimi, Cortina dicitur. Vergilius, magni cortina theatri.

Cortinale, à Cortina, Sumitur pro loco in quo ſunt cortinæ, hoc eſt, uaſa quibus ſapa decoquitur. Columell. libro primo cap.6. Cortinale quo defrutum fiat, nec anguſtum, nec obſcurum ſit, ut ſine incommodo miniſter qui ſapam decoquit, uerſari poſſit.

Cortinon, gramẽ eſt, ſiue (ut alii uolunt) raphani ſemen.

Cŏrŭſco, ſcas, ſcare. n. p. Splendere: & propriè cæli eſt, quum in eo ignis oſtenditur ſine tonitru, ἀστράπτειν, σίνεσθαι. Cic.3. de Orat. Flamma inter nubes coruſcat, cælum tonitru contremuit. Verg.4. Georg. elucent aliæ, & fulgoræ coruſcant. Interdum accipitur pro uibrare: habetq; accuſatiuum adiũctum: ut Coruſcare gladium uel haſtam. Verg.10. Aen. Talia uociferans ſequitur, haſtamq; coruſcat. Idem 12. Aen. oditq; moras, haſtamq; coruſcat. Interdum abſolutè pro uibrari, & concuti. Satyr.3. longa coruſcat Sarraco ueniente abies,

Coruſcus, a, um, Reſplendens. Verg.2. Aen. ſtat ferri acies mucrone coruſco. Ignis coruſcus. Horat.1. Carm. Ode 14. Auro coruſcus, Verg.9. Aen. Radii coruſci, Ouid.1. Metamor, Syluę coruſcæ, hoc eſt, criſpæ, uel criſpantes, Vergil. 11. Aen. Tum ſyluis ſcena coruſcis Deſuper.

Coruus, m.f. Nota auis omnium nigerrima, κόραξ. Cic. de Nat. deo. Miluo eſt quoddã bellũ quaſi naturale cũ coruis. Idẽ 1. de Diu. Quid augur? cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornis? faciat ratũ? Græcis κόραξ dicitur: quo uerbo aliquãdo & Latini utuntur. Cicero, Quare coracem iſtum ueſtrum patiamur nos quòd pullos excludat ſuos.

Coruinus, κορακίνος: ut Coruinũ roſtrum, Coruinus adeps, Coruinum ouum. Refert Perottus quũ apud Alphonſum Siciliæ regem Neapoli ſub Caliſto pontifice eſſet, ſe uidiſſe coruum à rege Britanniæ miſſum, miro cãdore conſpicuũ.

Corycæi, m.f. per æ dipth. κορυκαῖοι, Dicuntur exploratores. Cic. Attic. Omnes enim Corycæi ſubauſcultare uidentur quod loquor. Nam tota Corycii montis Aſiatici, ſeu (ut quidam dicunt) promontorii in Creta præternauigatio latronibus plena fuit, qui diſperſi per portus ad mercatores furtim accedebant, & ſubauſcultabant quid rerum ferrent & quò nauigarent: ut poſtea diſcedentes adorirentur, ac diriperent. Ex quo factum eſt, ut omnes curioſi ſecreta auſcultantes, Corycæi dicerentur: & in prouerb. ceſſerit, Hunc Corycæus auſcultauit: quod de eo dici ſolet, cuius conſilia ſecreta patefacta ſunt.

Corycium, κωρύκιον, βυρσάκιον, dimin. eſt à κάρυκος, quod ſignificat peram, qua equites utuntur ad circunferendum uiaticum, uel aliud quiduis, uel etiam panarium, quod & βυρσίδιον Græci appellant, uel rete capiens panem, πλέγμα. Suid.

Corydălus, m.f. κορύδαλος, pen. cor Auis eſt habens in uertice capiris pennas aliquot erectas, quæ coni galeæ ſpeciem præbent. Vnde & nomen accepit. Nam κόρυς galeam ſignificat. Latini Galeritam appellant, & Gallico uocabulo Alaudam.

Corydylis, ſalſamentarii piſcis, quem nos Corydylam uocamus, Græci κορυδυλὶς καὶ δόρυλος.

Corylus, f.f. penul. cor. κόρυλος Theophraſto, Arbor ferens auellanas. Verg. lib.2. Georgic. Plantis eduræ coryli naſcun

Colurnus, a, um: ut Colurna opera, ex corylo arbore facta. (tur

Coryletum, n.f. Locus eſt frequentibus corylis conſitus. Ouid.2. Faſt. Illa modò in ſyluis inter coryleta iacebat.

Cŏrymbi, κόρυμβοι. Vuæ hederarum, quibus coronabatur Bacchus. Tibul. Sed uarii flores, & frons redimita corymbis. Plin. lib.16. cap.34. de hedera loquens, Racemis in urbẽ circumactis qui uocantur Corymbi. Eſt etiam Corymb. fructus chryſocomæ, ſiue chryſitidis herbæ, & aliarum quæ uuas ferunt hederaceis ſimiles. Plin. lib.2. cap.8. Chryſocome, ſiue Chryſitis nõ habet Latinam appellationem: palmi altitudine eſt, comãtib. fulgore auri corymbis, radice nigra.

Corymbifer, κορυμβοφόρος, Qui fert corymbos, ſiue hederã. Ouid. Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Corymbia, æ, Ferulæ caulis decoctus, muriaq; & melle cõditus. Plinius libro decimo nono, capite nono, Semen ferulæ in Italia cibus eſt: conditur quippe, duratq; in urceis anni ſpacio. Duo ea genera: caules & racemi. Corymbiam hãc uocant, corymbosq; quos condiunt.

Corymbion, κορύμβιον, Herba eſt quam Dioſcorides νυμφαία στεφανωτικὴ, hoc eſt, Lychnidẽ coronariam appellat.

Corymbites, κορυμβίτης, Tithymalli ſpecies, aliàs πλατύφυλλος uocata, à foliorũ latitudine. Piſces necat, aluum ſoluit radice, uel foliis, uel ſucco. Plin. lib.26. cap.8.

Coryne-

Corynephoros, κορυνηφόρος, Latinè dicitur clauam ferens.

Coryphæus, masc. sec. κορυφαῖος, Est cuiuscunq; ordinis caput, & præcipuus, παρὰ τὴν κορυφήν, hoc est, à uertice capitis Cic. 1. de Nat. deor. Zenonem, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicuriorum solebat, quum Athenis essem, audiebam frequenter.

Corythia, quæ & Colycia, Ex genere muricum sunt, æquè turbinata, sed multò minora, oris halitui conferuãdo in primis idonea. Autor Plin. lib. 32. cap. 7.

Coryti, m. s. pen. prod. γωρυτοί, Sunt thecę arcuum, siue sagittarum, quamuis sagittarũ ppriè dicantur Pharetræ. Stat. lib. 9. Thebaid. cælestibus implet Coryton telis. Verg. libr. 10. Coryti⁊ leues humeris, & lætifer arcus. Apud Græcos scribitur per γ, γωρυτὸς, ut uidere est apud Hom. Ὁ δυσ. φ.

Coryza, æ, f. p. κόρυζα, Corruptæ & fœtidæ naturæ defluxio, nares obturans, & uocem obtundens: quam Latini grauedinem appellant. Cels. lib. 4. cap. 6. Grauedo nares claudit, uocem obtundit, tussim siccam mouet, sub eadem salsa est sali ua: sonãt aures, uenę mouentur in capite, turbida urina est. Hæc omnia κορύζας Hipp. appellat: nunc apud Græcos in grauedine hoc nomen seruatur.

Cos, cotis, fœmin. generis, t. Lapis quo cultri acuũtur, ἀκόνη. Liuius 1. ab Vrb. Atqui hoc animo cogitaui, inquit, rẽ nouacula cotem discissurum. Hinc Cotes, siue Aconas olearias & aquaticas dicimus, quòd illas ad ferra acuendum oleo, h. s aqua madefacimus. Est & Cos, κῶς, insulæ, & ciuitatis nomen, ut docuimus suprà in dictione Coos.

Coticula, læ, diminut. βάσανος, Plin. lib. 31. cap. 9. Contrab⁊ suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. Accipitur item pro lapide, quo fit auri, uel argenti experimentum, alio modo Index, uel lapis Lydius uocatur. Modic⁹ est, & rarò quaternas uncias longitudinis, binas⁊ latitudinis excedens. Plin. lib. 33. cap. 8.

Cotaria, æ, f. p. Locus unde eruuntur cotes. Alphenus l. Cæs. ff. de public. Cæsar quum insulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat: Ne quis præter redemptorum, post Idus Mart. cotem ex insula Creta fodito, neúe eximito, neúe auellito.

Coscinomantia, æ, κοσκινομαντία, Diuinationis genus, q⁊ fit per cribrum.

Cosmeta, Cosmicus, uide Cosmus.

Cosmitto, Pro committo, m literam in s, uertentes ueteres dixere, teste Festo.

Cosmographia, fœm. p. κοσμογραφία, Mũdi descriptio. Differt autem à Geographia, tanquam totum à parte. Geographi enim solius terræ situm describunt, præcipuas eius regiones fluminibus & montibus distinguunt: cosmographi autem, mundi totius, tam elementaris, quàm ætherii cognitionem inquirunt, terræ⁊ situ non fluuiis aut montibus, sed cælestibus circulis discriminant.

Cosses, à Plinio uocantur uermiculi in ligno nascentes, li. 30. cap. 13. quos aliis in locis Cossos uocat. Cosses (inquit) qui in ligno nascuntur, sanant ulcera omnia. Vide Cossi.

Cossi, m. s. Vermes in ligno editi, qui apud Phryges & in Põto pro delicatissimis cibis sumuntur, σκώληκες ἐκ τῶν δένδρων. Plin. lib. 17. Prægrandes roborum uermes delicatiore sunt in cibo (cossos uocant) atq⁊ etiam farina saginati. Idem libr. 11. capite 33. Nec enim cossi tantùm in eo, sed etiam tabani ex eo nascuntur. A similitudine horum uermium homines rugosi corporis, ab antiquis Cassi dicti sunt: unde & Cossutiorum familia apud Romanos dicta est, ex qua fuit Cossutia uxor Cæsaris, cuius meminit Suetonius in uita eius, Similiter & Cossuuii, Cossuuiani.

Cossutii, uide Cossi.

Costæ, arum, fœ. p. Sunt ossa illa spinæ cohærẽtia, intestina⁊ suo complexu coércentia, πλευραί. Verg lib. 3. Georg. Et pedibus subigit terram, fricat arbore costas.

Costus, fœm. gen. siue Costum neut. κόστος Dioscor. κοστάριον Straboni, Frutex est exiguus in Arabia, India, & Syria nascẽs, radicem ferens eximii odoris, quam non secus ac thus diis suis adolebat antiquitas. Plin. lib. 12. cap. 12. Radix costi gustu feruens, odore eximio, frutice aliàs inutili.

Cotaria, uide Cos.

Cothonismon à calicis nomine Cotheus Atheniẽsis medicus uocauit, uinum quo statis diebus hilarescere permissum fuit non inebriari: de quo uide Barb. Corol. de uinis.

Cothurnus, mas. sec. κόθορνος, Calciamenti genus erat subere subleuatũ, quo Tragœdiarũ actores in scena utebantur ut proceriores uiderentur. Erat aũt calceamentum ἀμφοτεροδέξιον, hoc est, tam dextro, quàm siniſtro pede conueniens, & de suris solet religari. Vnde illud apud Verg. primo Aeneid. Purpureoq⁊ altè suras uincire cothurno. Potest etiam hoc nomine appellari hoc calciamenti genus subere suffultum, quo in Italia mulieres utuntur, ut Heroidum illam proceritatem uideantur referre, cuius meminit Iuuenalis, si breue parui Sortita est lateris spatium, breuiorq⁊ uidetur Virgine Pygmæa nullis adiuta cothurnis. Aliquando pro sublimiori dicendi genere. Vergil. Eclog. 7. Solã Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Cothurnatus, a, um, adiectiuum. Martialis, Grande Cothurnati ponc Maronis opus.

Cotícula, uide Cos.

Cõtídiẽ, Quamuis à quoto & die componatur, per c, & non per q scribendum esse quidam (ut Victorinus de Orthographia) existimant, quia tanta est affinitas inter c & q, ut q in c mutari facilè patiatur, ut sequor secutus, loquor locutus, quis cuius, ὁσημέρα, καθημέρα. Vnde Quintilianus lib. 1. Instit. Frigidiora his alia: ut, Quicquid, c quartam haberet, ne interrogare bis uideremur: & Quotidie, non Cotidie, ut sit, quot diebus. Verùm hæc iam inter ipsas ineptias euanuerunt.

Cotínus, penultima correpta, κότινος, Oleastri genus, quo Olympionicæ coronabantur: Aristoteles Philostephanon appellat. Est & frutex hoc nomine in Apennino, ad liniamẽta modo conchilii colore insignis. Autor Plinius libro decimosexto capite 18.

Cotonea, neæ, Veneris dicta fuit herba quam Galli Halum appellant, similis cunilæ bubulæ, tota odorata, capitula habens thymi, dulcis alioqui & sitim sedans. Vide Plin. libr. 26. cap. 7. σύμφυτον πετραῖον.

Coroneum, nei, n. s. κυδώνιον, Mali genus, primùm è Cydone Cretæ urbe aduectum: unde & Cydonion à Græcis appellatur: nam Cotoneorum nomen à Catone primùm profectum putatur. Eius uaria sunt genera. Quædam enim inciſuris distinguuntur, colore ad aurum inclinato: unde & Chrysomela dicuntur. Alia candidiora, præstantissimi odoris, Nostratia cognominata. Sunt & Neapolitana, & minora ex eodem genere Struthea, serotini prouentus, sed odoratiora. Sunt & præcocia mustea: item syluestria minora, sed à strutheis odoratissima. Hæc Plinius libro decimoquinto, capite undecimo.

Cottabus, bi, κότταβος, Aenea phiala, quam peracto conuiuio mensæ imponere solebãt uino plenam, deinde in minora pocula ab alto miscentes, sonum edere: qui si illisu maior ederetur, ab amasiis amari se augurabantur. Accipitur & pro ipso sono qui hoc pacto edebatur. Vnde κοτταβίζειν uerbum Græci usurparunt, pro eo quòd est sonum huiusmodi edere: & κοττάβισιν, pro hoc ludi genere: item κοττάβια, præmia uictori huius ludi dare solita, quæ teste Athenæo, fuerũt πυραμοαῦτις, hoc est, triticeæ placentulę & sesamineæ. Aristophanes quoq⁊, qui hoc genere ludi se recreabãt, μεθυσοκοττάβους appellauit: quod uix aliter, quã uino madentes id agerent. Plaut. in Trinummo, Cottabum uidetur appellasse, sonum flagrorum, qui inter uerberandum redditur. Cauesis (inquit) ne cottabi bubuli crebri in te crepent.

Cottana, κόττανα, Ficus exiguæ, uerũ iucundissimo sapore, Syriæ peculiares. Plin. lib. 14. cap. 5.

Cotulæ, uoluulæ atq⁊ thecæ ciceris.

Coturnix, f. t. Auis aduena, terrestris magis⁊ quàm sublimis⁊ nostri Qualeam dicunt, ὄρτυξ. De huius auis consyderatione plurima cognitu dignissima tradit Plinius lib. 10. cap. 23. Coturnices (inquit) semper antè ueniũt quam grues: parua auis, & quum ad nos aduolat, terrestris magis quam sublimis. Aduolant non sine periculo nauigantium: quippe uelis sæpe insident, & hoc semper noctu, merguntq⁊ nauigia. Iter est his per hospitia certa: Austro non uolant, humido scilicet & grauiore uento: aura tamen uehi uolunt propter põdus corporum, uires⁊ paruas. Hinc uolantium illa conquestio, labore expressa. Aquilone ita⁊ maximè uolant, Ortygometra duce. Primam earum appropinquantem terræ accipiter rapit. Reliqua uide apud Plin.

Cotyla, læ, κοτύλη. Mensuræ genus, quod alio nomine Hemina dicitur, continens dimidium sextarii. In ossibus item Cotylæ dicuntur, quę & Cotyledones, hoc est, caua quędam

acetabula quibus aliorum ossium capita inseruntur: cuiusmodi sunt in coxendicibus, ossium femoris capita excipientia. Accipitur & pro concaui uasis genere, cuiusmodi Diogenem usum fuisse docet Lacrt. antequam puerum ex concaua manus uola bibentẽ uidisset. Accipitur & pro ludi genere, in quo quis reductas in tergum manus coniungebat, stringebatq; alterq; impositis in eas genibus, tollebatur, suis manibus oculos gestantis obtegens. Ad hũc igitur modum gestatus, ὡς κοτυλὴ gestari dicebatur.

Cotyledum, κοτυληδὼν, Herbæ genus est, quæ teste Ruellio Vmbilicus Veneris à Romanis dicitur: quod nomen etiam hodie seruarit Officinæ. Cotyledonem autem Græci putantur appellasse propter figurã folii in acetabuli formam tornati, & modicè concaui. Cotyledones item in mulieribus appellantur ora uasorum in uterum desinentia, per quæ sanguinis redũdantia singulis mensib. ex omni corpore in uterum deriuatur, & per quæ semen alimentum ad se attrahit.

Couinus, m. s. Vehiculi falcati genus fuit quo Britanni & Galli in prœliis utebantur. Pompon. Mela, Dimicant non equitatu modò aut pedite, uerũ & bigis, & curribus Gallicè armati: Couinos uocant, quorum falcatis axibus utuntur. Inde Couinarius dicitur auriga qui couinum regit, aut qui ex couino pugnat. Tacit. in uita Agric. Media campi couinarius, & eques itrepitu ac discursu complebat.

Courmi, ex maceratis & coactis frugibus potus, fortasse id quod uulgò hodie ceruisiam uocamus.

Cous, κῶος. Denominatiuum est à Co insula, Hippocratis patria. Vnde Coum uinum, Coi populi, Cicer. 6. Verr. Artifex Cous dicitur Apelles κατὰ ἐξοχήν. Ouidius quarto de Ponto. Venus artificis labor est & gloria Coi, Cous præterea Græcè, Latinè Senio, numerus est in talo, Cani contrarius, qui & Venus dicitur: quem qui iecisset, sex lucrifaciebat: qui uerò Canem, hummũ unum addebat: unde etiam Damnosa canicula à Poëtis uocatur.

Coxa, & **Coxendix**, f. t. pro eodẽ accipiuntur, ἰσχίον. Sũt enim Coxendices, siue Coxæ, ossa duo, sacro ossi utrinq; astricta, cauaq; quædam habentia acceptabula, quibus ossium femoris capitula inseruntur. Græcè ἰσχία appellantur: unde Ischiadicus morbus, qui coxendices infestat. Vnde Ischiadici dicuntur è coxẽdicibus laborantes. Plinius libro uigesimoquinto, Coxendicibus & articulis omnibus cũ axungia utilissima. Cato incantamentum docet ad sanandas coxendices luxas, hoc est, loco suo motas. Suetonius de Augusto, Coxendice, & femore, & crure sinistro non perinde ualebat, ut sæpe etiam inde claudicaret. Plin. in Epist. Hunc dum sequitur colligitq; per læue & lubricum pauimentum, fallente uestigio cecidit, coxamq; fregit: quæ parum aptè collocata, reluctante ætate, malè coiit.

C R

C R. In notis antiquorum ciuis Romanus. C R. Creticus uel Crispus. C R. contractum. C R C. Cuius rei causa. C R. C P. cuius rei causa promittit. C S. communis, C S. A. Cæsar Augustus C S. IP. Cæsar Imperator. C S S. cum suis seruis. C S. FL. cũ suis filiis. C S H. cum suis hæredibus. C S P E. cum sua pecunia est C S I. controuersia.

Crabrones, m. t Insecta uolucria, uespis similia, sed maiora ἀνθρωνοι, σφηκία. Degunt in syluestrium arborum cauernis: uita bimatum non transeunt, creantur ex equis. Vide Plin. lib. 11. cap. 22. & lib. 20. ca. 13. & lib. 29. cap. 4. Spicula crabronũ O vid. 11. Metam. Asper crabro, Verg. 4. Georg. Irritare crabrones. Plaut. in Amph.

Crambe, es, fœmin. κράμβη, Brassicæ species est apud Plinium libro uigesimo, capite nono, Amari saporis, tenuioribus foliis & simplicibus, non ingrato gustu, sed quæ recocta fastidium uariat & nauseam. Vnde profectum est prouerbium, Crambe recocta mors est. Græcis tamẽ Crambe generale nomen est, ad ea omnia extensum quæ Latinis Brassicæ appellatione continentur. Crambe dicta (ut quidam putant) quasi κοραμβη, παρὰ τὰς κόρας ἀμβλυνόμη, hoc est, ab eo quod oculorum pupillas obtundat, hebetetq;. Vnde & κοράμβη ab Atticis appellatur. Quanquam sunt, qui uocis huius etymon ad aliam eius herbæ naturam malint referre, ut Crambe dicta sit, quasi κάρφω ἀμβῶ, seu potiꝰ ἀνίβη, hoc est, quasi crapulæ occurrat, seu resistat. Nã uino aduersatur, ut inimica uitibus: unde sumpta in cibis, ebrietatem arcet, & crapulam iam cõtractam discutit.

Crambion, Pityusa, Dioscor. lib. 4. cap. 176.

Cranocolapta, Species Phalangii, à percutiendo, scalpendo q; cornu dicta: qua fama & Picum Martium Græci δρυοκολάπτην appellarunt. Describitur à Nicandro, Phalenæ similis, quæ locustarum sit generis, quæ ψῶκα καὶ ψήκη sit dicta, hoc autem Phalangium.

Cranium, ii, s. κράνιον, Est calua capitis. & poculi genus, caluæ figuram referens.

Crapula, f. p κραιπάλη, id est, Lucta capitis, & omnis noxa à uinositate proficiscens. Cic. 2. Philip. Edormi crapulam, & exhala. Plin. lib. 23. cap. 1. Nouitium resinatum nulli conducit, capitis dolorem & uertigines facit: ab hoc dicta Crapula est. Vbi hoc uidetur innuere, Crapulam dici ἀπὸ τοῦ τὸ κάρηνον πάσχειν, hoc est, ab eo quòd caput, uertigine concutiat. Aristoteles in Problemat. in eo distinguit Crapulam ab ebrietate, quòd ebrietas unà cum mente adimit & sensum doloris: Crapula uerò constante mente caput afflictet. Hinc Acræpala, ἀκροπάλαι, à Græcis uocantur medicamenta quæ crapulæ resistunt: inter quæ numeratur & brassica.

Crapulor, aris, d. p. Est cibo, & uino se ingurgitare, κωμάζειν.

Cras, aduerb. temporis, idem significat quod die proximè futuro: sicut Heri, die proximè elapso, αὔριον. Cic. lib. 12. ad At. Scies igitur fortasse cras, ad summum perendie. Hora. Quid sit futurum cras, fuge quærere. Accipitur interdum pro nomine substantiuo, idemq; significat quod dies crastinus. Persius, Iam cras hesternum cõsumpsimus: ecce aliud cras. Martialis, Cras te uicturum, cras dicis Posthume semper: Nescio cras illud Posthume quando uenit. Nonnunquam ponitur indefinitè pro quouis tempore futuro. Plautus in Aul. Quæ cras ueniet, perendie feratur foras.

Crastinus, a, um, pen cor. à Cras fit, ὁ ἐπιοῦσα: sicut ab Heri, Hesternus: ut, Dies crastinus, id est, proximè aduenies. Liu. lib. 1. ab Vrb. Pero, crastino die adeste. Plaut. Menech. Inde usque ad diurnam stellã crastinam potabimus. Hircius Ciceroni, Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis daret. Verg. lib. 1. Georg. nunquam te crastina fallet Hora, nec insidiis noctis capiere serenæ. Cic. lib. 2. de Orat. Post meridiem, si ita uobis est commodum, loquemur aliquid: nisi fortè me in crastinum differre uultis.

Crastinò, aduer. idem quod Cras, αὔριον. Gellius, Si dominus messium ad amicos reiicit, crastino seges non metetur.

Crastino, as, figuificat De die in diem traho, & differo, αἰρίζειν. Hinc Procrastino, & Recrastino, eiusdem significationis.

Crasis, f. t. κρᾶσις, ut à Medicis accipitur, idem est quod temperamentum, hoc est, proportio quædam primarũ qualitatum existentiũ in elementis, ex quibus corpus mistum est & conflatũ. A Grammaticis Crasis accipitur pro contractione duarũ syllabarũ in unã coalescentium: ut, τέως, pro τέως. Dicta Crasis, ἀπὸ τοῦ κεράννυμι, quod est Misceo siue tẽpero.

Crassamen, Crassamentũ, Crassescere, uide Crassus.

Crassi uenium, n. s. Aceris arboris genus uilius, à uenarum crassitudine dictum. Plin. lib, 16. cap. 15.

Crassus, Spissus, densus, pinguis, ac ponderosus, παχυὸς, παχύς Terent. in Hecy. Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Cic. 1. Tusc. Crassus, & concretus aër. Plin. lib. 11. cap. 38. Animaliũ fortiora, quibus sanguis crassior. Plaut. in Pseud. Suram ubi aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes. Crassa Minerua dicitur aliquid fieri, quod inconditius simpliciusque, quasiq; indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Horat. 2. Serm. Rusticus, anormis, sapiens, crassaq; Minerua.

Crassamen, inis, n. t. à Crassus. Colum. lib. 12. cap. 25. Semper requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur.

Crassamentum, n. s. Crassities, πάχος & Gell. Surculi duo erãt teretes, oblonguli, pari crassamento, eiusdem longitudinis, derasi atq; ornati, similes. Sic Colum. Crassamentum uini facu lenti dixit, & lib. 12. cap. 25. Crassamen, pro Sedimento.

Crassities, & Crassitudo, pro pinguedine, σύσσαρκος, παχύτης. Plinius lib. 11. capite 39, Hippopotami corii crassitudo talis, ut inde tornentur hastæ. Cæsar 2. bell. Ciuil. Crassitudo parietum quinque pedum.

Crassescere, n. s. Est crassum fieri, uel pingue, παχύνεσθαι. Colu. 9. de Turturibus, Nec quia tritico uel aliis frumentis minus crassescant, uerũ quod semine eius maximè delectantur. Plinius lib. 2. Qui neque in nebulam densetur, nec crassescat in nubes, id est, crassus fiat. Idem lib. 29. cap. 6.

Crassè, aduerb. παχυνῶς. Columella libro 12. cap. 41. Lata uasa in modum patinarũ fieri iubebat, caq; intrinsecus & extrinsecus crassè picari.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cratægonon siue Cratæogonō, n.s. κραταίγονον, Genus Sa tyrii heroæ, femine lini maiore, durę radicis, cortice rubro, ſpore ſubdulci, q̄ in montoſis traditur inueniri. Vide Plin. libro uigeſimoſeptimo, capite 8.

Crater, teris, pen. prod κρατήρ, Vaſis genus capacius, quo in li bationibus, & ſolennioribus epulis uti ſolent. Verg. 9. Aenei. Sed magnum metuens ſe poſt cratera tegebat. Idem Ecloga 6. Crateraſq̄ duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Idem 6. Aenei. Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant. Ab huius ua ſis ſimilitudine, Crater in monte Aetna appellatus eſt, fora mē illud, per quod ignis euomitur. Ouid. Et pronos currus medio cratere recepit. Et Crater in fontibus dicitur recepta culum, quod & Labrū dicitur, in quod fiſtulis aqua decur rit. Item Signum cæleſte quod oritur decimoſexto calen das Martii, ueſpere Item Sinus in littore Campano à Miſe no Athenæum uſq̄ extenſus, duobus q̄ penè cōcuntibus pro montoriis incuruatus: ut eſt author Strabo lib. 8.

Cratera, æ, f.p. pen. prod. idem quod Crater. Horat. in Serm. Si ue grāuis ueteri craterę limus adhæſit.

Crateriſes, Gemma eſt prędurę naturæ, inter chryſolithi et electri colorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Craterra, ab antiquis dicta eſt, teſte Nonio, quā nos Situlam uocamus. Cic. 2. de Nat. deor. In medio q̄ ſinu fulgens crater ra relucet. Loquitur de urna Aquarii, cæleſtis ſyderis.

Crates, f.t. Eſt rara quædam liguorum, uel uiminum, uel eti tiam ferramentorum connexio, ταρφός. Plau Sub cratim ut iubeas ſeſe ſupponi. Liu. 10. ab Vrb. Ibi mediis ferè caſtris lo cus eſt conſeptus, cratibus pluteiſq̄ & linteis contextus. Cæ ſar 7. bell. Gall. Proximam foſſam cratibus contegunt.

Craticula, f.p. à Crates diminut. in qua cibi torrentur. Cato ca pite 13. Cōrium unum, lucernas, craticulas duas. Mart. li. 14. Parua tibi curua craticula ſudet oſella.

Cratitius, a, um. Quod ex cratibus fit: ut Cratitii parietes, qui cratibus inſertis fiebāt, ſeu aſſeribus arrectis, tranſuerſiſq̄ in modū cratis. Alio nomine uocantur Intergerini, quòd uici norum cœnacula iis dirimerentur. Vitru. li. 2. Cratitii pariē tes uelim ne inuenti quidem eſſent. Quantum enim celeri tate & loci laxamento proſunt, tāto maiori & cōmuni ſunt calamitati, quòd ad incendia, ut faſces, ſint parati.

Cratio, tis, tire. n.q. idem quod Occo, ταρφόω. Plin. lib. 18. cap. 28. Vtiliſſimū ſimul & herbæ arare, deindē cratire, ſerere flo rem ex fœnilibus, atq̄ ex præſepibus fœno delapſum ſpar gere, priuſquam cratiantur.

Craticula, uide Crates.

Cratio, uide Crates.

Cratos, κράτος, Latinè potentia, imperium.

Crebenia, uide Cebrenia.

Crēber, crebra, crebrum, Frequens, quaſi creſcens numero, denſus, συχνός, θαμινός. Plaut. in Amph. Crebri hoſtes cadunt Idem in Aul. Crebro ſalicto oppletus locus. Cic. ad Attic. li. 14. Et in ſcripto multo eſſem crebrior Verg. 3. Geor. Non tam creber agens hyemem, ruit æquore turbo.

Crebrò, aduerb Frequenter. συχνῶς. Plaut. in Truc In urbē cre brò conuenio. Cic. lib. 2. Attic. Velim obuias mihi literas om nibus de rebus crebrò mittas.

Crebritas, & **Crebritudo**, Frequentia & ſpiſſitudo, συχνότης. Ci cero ad Atti. lib. 13. Colloqui uidebamur, in Tuſculano quū eſſem, tanta erat crebritas literarum. Concinnitas, crebritaſ que ſententiarum: apud eundem de claris Orat:

Crebreſco, is, brui, n.t. Celeber fio, & diuulgor. διαφθάμαι. A quo Percrebreſco. Plin. Epiſt. 147. Ille non tollere oculos, nō remittere ſtylum, ſed obſirmare animum, auribuſq̄ prætēn dere: dum crebreſceret fragor, aduentare etiam, &c. Optatæ aurę crebreſcunt. Verg. 3. Aeneidos. Sermonem crebreſcere. Idem 12 Aeneidos.

Crēbriſſūrus, m.s. Significat uallum crebris ſuris, hoc eſt, palis muni tum. Feſtus.

Credentiarium, nominant Barbari cum, qui ſit à dapibus præguſtandis, quem peculiari nomine Suet. in uita Claudii uocat præguſtatorem: Qui ad principum mēſas minutatim ſuo more edulia conſcindunt, qui nos apud Italos ūbiq̄ eſt uulgaris, Structorū nomine uocari poſſe cenſuit Inſulanus.

Crēdo, is, credidi, creditum, a.t. Significat dictis uel factis fi dem habeo, adhibeo, authoritatem attribuo, uel adiungo, πιστεύω. Et ponitur uel abſolutè. Cicer. in Bruto Audiui equi dem iſta de maioribus natu, ſed nunquam ſum adductus ut crederē. Vel cum accuſatiuo. Cic. ad Attic. lib. 7. Omnia faci lius credere poſſum, quam quod ſcribitis. Vel cum accuſati uo & datiuo. Idem Famil. 11. Hoc mihi, ut teſti uelim credas. Vel cum datiuo ſolo, Idem Fam. 5. Non ſatis credidit homi ni prudenti. Verg. Eclog. 2. Nimiū ne crede colori. Vel cū præ poſitione De. Idē Fam. 3. Bis ad te ſcripſi, me purgans diligen ter, te leuiter accuſaui, in eo quod de me citò credidiſſes. Ali quādo Fidei cōmittere, ſeu ſeruandū tradere, παρακαταθήκη. Plaut. in Aul. Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credi dit. Lib. 4. ad Herennium, Nam quum canes funguntur offi ciis luporum, cuinam præſidio pecuaria credemus? Et non ſolū tradere, ſed etiam reuelare, ac manifeſtare ſignificat. La ctant. li. 4. Iudæi quoq̄, quibus ſolis arcanum Dei creditum fuerat. Interdum mundare. Colum. lib. 2. Vt iam percen ſeamus, quod operis in aream perducātur ea, quæ terræ cre didimus. Quando q̄ mutuum dare, δανείζειν. Martialis. Di midium dona e Lino, quā credere totum Qui mauult, ma uult perdere dimidium. Cum accuſatiuo mediante In, ſig nificat immittere, iniicere. Verg. lib. 2. Georg. In q̄ nouos ſo les audent ſe gramina tutò Credere. Interdum ponitur p Puto: & hoc uel abſolutè. Cicero Famil. 9. Tu enim ipſe, qui & me, & alios prudentia uincis, omnia credo uidiſti, nihil omnino te fefellit. Vel ſequente Quod, uel Quoniam, uel Quia. Cic. Famil. 13. Quod ad te decem legatis ſcripſi, parum intellexiſti, credo, quia διὰ σιμέων ſcripſeram. Inter Crede re Deo, Credere Deum, & Credere in Deū, Eccleſiaſtici hoc intereſſe putant, quod Credere Deum, eſt credere Deum eſſe Credere Deo, eſt Fidem habere Deo, ſiue uerbis eius: Credere in Deum, eſt fide bona ſe coniicere in Deum, & in eo ſpem omnem noſtræ ſalutis repoſitam habere. Huius uerbi cō poſita ſunt Accredo, Concredo, quæ uide ſuis locis. Vete res Creduas, pro credas dicebant. Plau. Ipſuus nec amat, nec tu creduas. Credere propriè is dicitur qui ita rem alienat ut dominiū transferat, qui enim dominium retinet, alterius fi dem nō ſequitur. Hincque in creditum ire dicitur, non qui rem ſuam ſeu certam ſpeciem uindicat, ſed in perſonam a git ut ſibi ſatis fiat, unde & per Prolepſin in creditum ire, ſimpliciter pro credere accipi plerumq̄ cōſtat l. 1. parag. mu tui datio, eod. & alibi. Credendi appellatio, Celſus ait genera lis eſt, Nam cuicunq̄ rei aſſentimur alienam fidem ſecuti, mox receptum quid ex hoc cōtractu credere dicitur, author Vlpian. ſi cert. petat. Credimus tamen etiam quibus nō mu tuò damus ut commodatario, depoſitario & creditori pig noris. Inſtit. Quibus modis res contra obl. Gloſ. l. creditori parag. in bonis. de Priui. credit.

Creditur, impersonale, Cic. pro Sext. Roſcio, Tamen non temē rè creditur, neq̄ leui coniectura res pēditur. Plaut. Menæch. Neq̄ domi, neq̄ apd amicā mihi iam quicquā creditur. Te rentius in Adelphis, Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt. Horatius 2. Serm. Pratenſibus optima fungis Natura eſt: aliis malè creditur.

Creditum n.s. Appellatur id quod nobis debetur, δάνεισμα ut Publicum creditum, apud Quint. lib. 5. cap. 10. Seneca de be nefic. lib. 2. Accipiā ergo tanquam creditū, non beneficium.

Creditor, oris, m.t. Dicitur cui debetur ex quacunq̄ actione, uel perſequutione, uel iure. χρήστης, δανειστής. Caius de uerb. ſign. Creditorū appellatione, non hi tantū accipiūntur qui pecuniā crediderūt, ſed omnes quibus ex qualibet cauſa de betur ſicuti ex empto uel ex locato, uel ex alio ullo cōtractu debetur. Ci. 6. Phili. Quod etiā uidere potuiſtis, quotidie ſpō ſores & creditores L. Trebellii. conuenire. Horat. 2. Serm. In teger eſt mentis Damaſippi creditor eſto.

Credulus, a, um, Qui omnia facilè uel temerè credit, εὐπιστός. Cic. de Amic. Hęc etiam in fabulis ſtultiſſima perſona eſt im prouidorū & credulorum ſenum. Incredulus, qui nō facilè, δύσπιστος, δύσπειστος.

Credentia eſt aſſertoria epiſtola, quam ulgò certificationem uocamus, cum ſuperior Magiſtratus fidem facit pro ſubdito uel etiam pro alio.

Credulitas, Credendi facilitas, ταχυπειθία. Plancus Ciceroni. Credulitas enim error magis, quàm culpa eſt: & tamē in op timi cuiuſq̄ mentem facilè irrepit. Martialis lib. 5. Et tumi dus Galla credulitate fruar.

Credibile, om.t. Quod ita ueriſimile eſt, ut facilè credi poſſit, πιστόν, πιθανόν. Plaut. in Pœnul. Credibile hecaſtor dicit: cre de huic, mi pater. Cicero 4. Verrin. Multa enim, quæ ſcio abs te eſſe commiſſa, quod aut nimium turpia, aut parum credi bilia ſunt, prætermittam.

Credibiliter, aduerbium. Cice. pro Deiot. At quam non modò non credibiliter, ſed ne ſuſpiciosè quidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cremasteres.m.t.κρεμαστῆρες,Nerui, in quibus teſtes depẽdent.Colum. lib.7.Priuſquàm ferrum admoueas, duabus anguſtis ligneis regulis, ueluti forcipibus apprehendere teſtium neruos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependent.

Crementum,à Creſco,id eſt,augmentum,αὔξησις.

Cremium.n.ſ.Caro frixa in frixorio,quæ quo magis torretur,eò magis uirtus & humor euacuatur,φρύγανον. Vtitur hac uoce Pſalmorum interpres. Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Quidam Frixorium uolunt eſſe:alii durum illud quod in frixorio remanet.

Cremia,ligni appellatione contineri apud Iureſconſultos Digeſt.32.& ſuperamẽta materiarum. etiamſi legitur Gremia quoq;.Cremia,inquit Columell.uocãt ruſtici tenuia ligna.

Cremo,as,a p.Comburo,κάω.Plin.libr.17.cap.1.Ad Neronis principis incendia,quibus cremauit urbem.Pl.de uiris illuſt.Qui libri,quia leues quaſdam ſacrorum cauſas continebant,ex autoritate Patrum cremati ſunt. Huius compoſitum eſt Concremo,κατακαίω.Liuius,incluſi cum coniugibus ac liberis,domos ſuper ſeipſos concremarunt.

Cremor,oris.m.t.(Hermol. κρίμνον dici putat)apud Catonem accipitur pro lacte expreſſo ex grano aqua macerato Celſus,Cremor ptiſanæ ſumendus eſt.

Crenæ.f,p.Sunt inciſuræ,à quibus Crenata herbarum folia uocantur:hoc eſt ſerrata ſectaq; per ambitum,πλυφίδες. Hodie quoq; multis locis ſigna,' quibus agreſtes numerum aliquem in ferulis deſcriptum habent,Crenæ appellantur. In ſagitta quoq; partis extremæ ſectio,in quam neruus inſeritur,Crena dicitur.Sed in ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas habent,in quibus collocatur,ſedetq; neruus. Crenæ item dicuntur aſperitates quædam œſophagi in rubi modũ denticulatæ,Plin. lib.11.cap.37.Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos decreſcentibus crenis quicquid appropinquat uentri.

Creocaccabis, caro minutatim conciſa cum ſanguine & adipe,iuſculentoq;,& dulciario liquore.

Creo,creas,creare, actiuum,primæ, Producere,gignere, κτίζειν,δημιουργεῖν.Cicero libro quinto de Finibus,Etenim omnium rerum quas & creat natura,& tuetur,&c. Idem 1. Tuſculanarum, Nam principium extinctum,nec ipſum ab alio renaſcetur,nec à ſe aliud creabit. Dicimus quoq; Creare fraudem alicui,commoditatem, cædes,lites, &c. Magiſtratus quoque creari dicuntur. Cæſar ſeptimo belli Gallici,Quum ſinguli magiſtratus antiquitus creari,atque regiam poteſtatem annum obtinere conſueſſent.Compoſita,Procreo,quod pro ſimplici ponitur.Recreo, pro inſtauro,reſicio,ἀναλαμβάνω.Plin.Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.

Creator. maſculinum, tertiæ, Effector,genitor, conditor, δημιουργός.Cicero pro Cornelio Balbo, Quod princeps ille creator huius urbis Romulus,fœdere Sabino docuit. Idem libro ſecundo de Diuinatione, Nobis Hæc portenta deũm dedit ipſe creator.

Creatio,onis,Creandi actus:ut,Creatio magiſtratuum. Cicero 3.de Legibus.

Creatrix,icis:ut,Rerum creatrix natura. Lucretius libro 2.

Creatura,κτίσις.

Crepax,acis,uide Crepo.

Crepæ,fœm.p.A principio capræ ſunt appellatæ,quòd cruribus crepent.Feſtus.

Creperus,a,um,penultima correpta, Idem quod dubius, unde creperum bellum,anceps & dubium. Lucretius li.5. Exæquataq; ſunt creperi certamina belli.

Crepuſculum.Dicitur tempus medium inter diem & noctẽ: quòd tum crepera,hoc eſt, dubia lux ſit.

Crēpi,m.ſ,Luperci dicti ſunt,à crepitu pellicularũ, quem faciunt uerberantes. Mos enim Romanis. nudos diſcurrere in Lupercalibus & obuias quaſque fœminas pellibus ferire.Feſtus.

Crepida,æ,pen.cor.Tuſcum calciamentum,teſte Seruio, quòd corrigiis ligabatur,κρηπίς.Apud Latinos poëtas corripit primã quãuis apud Græcos ſcribatur per uocalẽ longã.κ Perſius,Non hic,qui crepidis Graiorum ludere geſtit.

Crepidula,diminutiuum, κρηπίδιον.Gellius libro decimotertio,capite duodecimo,Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantùm in fine teguntur, cætera propè nuda,& teretib. habenis iũcta ſunt,Soleas dixerunt,nõnũquam uoce Græca Crepidulas .Horat.in Serm. Chryſippus dicat,Sapiens crepidas ſibi nunquam,Aut ſoleas fecit. Quidam hoc nomen à crepitu,hoc eſt,à ſono quem ambulando reddunt,dicunt appellatum.Certius tamen eſt, ex Gellii & Perſii autoritatibus,dicere uocem eſſe Græcam.

Crepidarius,rii,Qui crepidas conficit,κρηπιδοποιός.

Crepidarius, ria,rium,Quod ad crepidas pertinet:ut,Crepidarius cultellus.

Crepidat9,ta,um, Crepidis indutus, κρηπιδάτος.Cic.in Piſ.Is nocte intempeſta crepidatus ueſte ſeruili nauim cõſcendit.

Crĕpido.dinis,f.t.penultima producta, Significat oram terræ,quam aqua alluit:ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluẽs crepitat quum currit,aut undas appellit, κυματόω.Colu. libr. nono,Præiaciuntur in gyrum moles.Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur,& in tranquillo conſiſtens piſcis,ſedibus ſuis non exturbatur. Per translationem uerò & putei extremam oram,quæ ad ipſum puteum reſpicit,quæ uulgò dicitur Os putei: & editioris cuiusq; loci extremitatem ſolemus Crepidinem appellare, ut apud Hieronymum,In crepidine uiæ. Seneca, Quis crederet iacentem ſuper crepidinem Marium, aut fuiſſe, aut futurum Conſulem? Vnde etiam pro abrupti ſaxi altitudine ponitur. Vergilius libro decimo,

Fortè ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi,
Expoſitis ſtabat ſcalis,& ponte parato.

Crĕpo,as,pui,pitum,n.p. Significat ſonare,λακέω.Plautus in Menæch.Dic mihi,nunquam tibi inteſtina crepant? PENIC.Vbi ſatur ſum,nulla crepant:quando eſurio,crepitant, id eſt,murmurant & ſonant,quod inteſtinis inanibus accidere ſolet.Plaut. in Amphitrione,Orationem comprimam, crepuit foris.Terentius in Adelphis, Sed quis? nam crepuit foris.Ouidius,Et crepat ad medios laurus adaſta focos. Per translationem ponitur pro dolere,queri,accuſare. Horatius libro 1.Carm.Quis poſt uina,grauem pauperiem crepat? Hinc componuntur,Concrepo,id eſt perſono,διαλακέω.Vide, Concrepare digitis ſonum edere.Ci.Offic.3.Itaque ſi uir bonus habeat hanc uim,ut ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamẽta nomen eius,irrepere. Increpo,quod eſt etiam crepitum uel ſonum emittere.Item reprehendere, ſed ueluti cum crepitu,id eſt,uerborum,pedumue ſtrepitu. Tencer,reprendre aucun aſprement. Cicer.4.Academi. Sed tamen illis uerſibus,increpant eorum arrogantiam, quaſi irati. Percrepo, ualdè crepo.Cic. in Ver. Locum iſtum littoris percrepare totum mulierum uocibus,cantuq;ue ſymphoniæ.Et habent penultimam correptam.

Crepito,as,are,n,p.penultima correpta, Crepitum edo:& propriè de cymbalis,& huiuſmodi dicitur,quãuis & de aliis rebus dici poſſit,ψοφῶ.Plin.lib.12,cap.17. Myrtata reprehenduntur,crepitantq; in igne.

Crepitulum,n.ſ.Ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit.Feſtus.

Crepitaculum,Siſtrum,ærcum inſtrumentum quod manibus percuſſum reddit ſonum,in Iſidis ſacris ſolenne, teſte Valerio lib.4.cap.29.σῖστρον,κρόταλον,Colum.lib.9.ca.12. Crepitaculis æreis,aut teſtarum plerunq; uulgò iacentium ſonitu terreatur fugiens iuuentus.Quint.libr.9.cap.4.Et ſonum edant puerilium crepitaculorum.

Crepitacillum,diminut.à crepitaculo.Lucretius li.5.Nec crepitacillis opus eſt.

Crepax,acis,à crepãdo:ſicut ab edendo,Edax. Vnde crepacem malam,quodam in carmine dixit Mecœnas,referente Seneca,Epiſtola 115.

Crepitus,tus, m.q.Sonitus eſt,qui ex concuſſione & impulſu reſultat,ψόφος,κορκορυγὴ,βρόμος. Vnde pedentis ſonum, Crepitum uentris dicimus, quem Stoici æquè liberum eſſe debere,atq; ructum affirmabant. Plaut.in Curcul. Vbi quid ſurripuêre, operto capitulo calidum bibunt: Triſtes atque ebrioſi incedunt: Eos ego ſi offendero, ex unoquoq; eorum eiiciam crepitum polentarium. Et crepitus plagarum dixit Cic.in Ver.7.Crepitus dentium,Cic.4.Tuſc. Crepitus armorum,Plin. lib.2.ca.57.Crepitus forium,Plautus in Curc.Crepitus frænorum,Varro lib 2.cap.7.Crepitus gladiorum,Hircius lib.6.Crepitus imbrium,Plin.libr.12.cap.1. Crepitus pedum.Cic.in Topicis.

Crepundia,orum, n.ſ. Dicuntur prima munuſcula,quæ dantur pueris:ut ſunt faſciolæ,linteoli,ueſtes,bullæ,coralia, enſiculi,crepitacula,& puerilia ornamenta huiuſmodi, quibus pueri delectãtur:à crepando,id eſt,tinniendo dicta,quoniam infantes crepitaculis maximè gaudent.Plau.in Rudẽ.

Sunt cre-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sunt crepundia. D. Ecca, uideo, qua facie sunt. Ensiculus est aureolus, primùm literatus, pòst altrinsecus est securicula anceps, item aurea, literata est. Pòst ficula argenteola, & duæ connexæ maniculæ: Et sucula, & bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die. Plin. li. 11. Semestris loquutus est Crœsi filius in crepundiis, quo prodigio totũ id concidit regnum.

Crepusculum, Lux dubia, quæ fit ante solis ortum, & ante occasum, δάλη, ἀμφιλύκη. à crepero, hoc est, dubio, quia tũc multis dubium est, dies sit iam, an nox. Plin. Oriente sole, aut occidẽte matutini uespertiniúe, cognominari, prout alterutris eorum mane uel crepusculo contigit. Colum. lib. 7. Iuxta conseptũ saxis & canalibus sal superiectus, ad quem saturæ pabulo libenter accurrunt, cum pastorali signo quasi receptui canitur: nã id quoq; semper crepusculo fieri debet. Lucan. Longa repercussio nituere crepuscula Phœbo.

Crepusci, apud Sabinos nominati, qui eo tempore erant nati. Et Sidonius horam uespertinam, Crepusculascentem dixit.

Cres, uide Creta.

Cresco, is, creui, cretũ, n. t. Augeor, αὐξάνω, πράγομαι, φύομαι. Iuuenal. Crescit armor nũmi, quantum ipsa pecunia crescit Cice. secundo de Diuinat. Ostreisque & conchiliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant, pariterque decrescant. Idem pro lege Manil. Quum socii pertimuissent, hostium opes, animique creuissent. Huius composita sunt Accresco, adaugeor, ἐπιφύομαι. Concresco, simul cresco, & coniungor, συμπήγνυμαι. Vnde Concretum, cõglutinatum. Decresco, diminuor. Excresco & Increscо, ualdè cresco: unde Incrementum. Recresco, rursus cresco, ἀναφύομαι, Succresco, inferius uel paulatim cresco. Supercresco: quæ uide suis locis.

Crementum, pro augmento, αὔξησις.

Creta, æ, f. p. Terra tenax, κιμώλια γῆ, uel à Creta insula, in qua optima prouenit: uel à crescendo, quoniam proprietas eius est ut macerando crescat, quod in primis cretæ Vmbricæ accidit, quã uocant saxum, quę non nisi poliendis uestibus adhibebatur, iisq; duntaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo genera, caudidum unum, & alterum ad purpurissum inclinans, utrunq; uestib. aptũ. Hac medici aduersum morbos utuntur. Laudatur & creta Thessalica. Itẽ quæ argentaria appellatur, nitorẽ argenteũ reddens. Vtilissima erat creta, qua pedes uænaliũ trãs mare ductorũ notare mos erat. Creta Asiatica. Cic. p Flac. Hæc quæ à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, quæ est ferè omnibus nota nobis. Tenax creta, Verg. 1. Georg.

Cretula diminutiuum. Cicero 6. Ver. Quum Valentino eius interpreti epistola Agrigenti allata esset, casu signum iste animaduertit in cretula.

Cretaceus, a, um, adiectiuũ: ut, Cretacea siligo, quæ creuit in loco cretoso. Plin. lib. 18. cap. 9. Rufior illa, at Pisana candidior, ponderosior uerò cretacea.

Cretatus, ta, tum, Quod est creta insperſum: unde Cretati pedes dicebantur, qui creta erant dealbati, quales solebant esse seruorum pedes, qui trans mare uenales aduchebantur. Vnde Plin. inter prodigia insolentis fortunæ commemerat, libertos aliquot Prætoriis ornamentis decoratos rediisse eò unde cretatis pedibus aduenissent. Ad hoc alludit Iuu., quũ ait, Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis.

Cretosus, a, ũ, κρηδάσις. Qđ est creta plenũ: ut, Ager cretosus.

Creterra, uide Craterra.

Cretibus, substantiuum, κρητικός. Genus pedis est, qui constat prima & tertia longis, & media breui: ut, Sanitas. Alio nomine Amphimacrus.

Cretio, onis, uide Cerno.

Cribrum, n. s. Instrumentum ex Pellibus suillis, aut plurimũ crebris pertusum foraminibus, ad frumenta purganda, κόσκινον, ἰθμός. Cic. 2. de Diuin. Quasi uerò quicquã interfit mures diẽ ac noctẽ aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. Ouid. 12. Metam. utúe liquor rari sub pondere cribri. Cribro aquam haurire, uel agere, Prouerbium in eos qui operam perdunt. Plautus Pseud. Non pluris refert, quàm si imbrem in cribrum geras. Sunt & Cribra, quæ è setis equorum, farinæ è furfuribus separandæ gratia, facta sunt, quæ farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur, sunt & Excussoria è lino, Pollinaria à polline, quæ à nonnullis ab incernendo, Incernicula dicta sunt.

Cribro, as, a p. Purgo, σήθω, Cribramus enim triticum & huiusmodi, ut à puluere, & rebus immundis secernatur. Colum. lib. 12. cap. 23. Nam omni lentore misso, facilius in puluerem resoluitur, atque cribratur. Plinius libro 25. capite quinto. Præterea mirum inuentum est, quod incisum forficulis, ut diximus, cribrant, cortex remanet.

Cribrarius, a, um, Quod ad cribra pertinet, κοσκινικός. Plinius libro decimooctauo. Item Cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro.

Crimen, n. t. Propriè dicitur delictum, αἰτία. Seneca, Vitam agens simplicem, rectam, sine crimine. Cic. ad Marium. Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit Reip. profuturus criminis loco putant esse quod uiuam. Idẽ, Eodẽ ego te condemnabo crimine. Item appellatur id, quod per contẽtionẽ alicui obiicitur, ἔγκλημα, & obtrectatio. Cic. in Phil. Hæreditatem mihi negasti obuenisse: utinam hoc tuum uerum crimen esset. Et sic dicitur à Cerno, sicut à Discerno Discrimen. Verg. 7. Aeneid. Dissice compositam pacem, sere crimina belli, id est, contentiones, iurgia, ex quibus belũ oriatur. Aliquando ponitur pro falsa suspicione. Idem 11. Aen. Formidine crimen acerbat. Terent. Heçyr. Nam si cõperit crimini tua se falsò uxor credidisse, Missam iram faciet. Aliquãdo pro causa ut apud eundem, Et crimine ab uno Disce omnes. Crimen generica uox est cõplectitur; delicta. Vide Bar. in l. transire. C. de Transact. Crimẽ expilatæ hæreditatis, quia adhuc dominus non adest, alioquin futurum esset, ut quod in hostico esset prædam agere, in suo dilabentibus dominis compilare. Ex Alciato, Crimen Maiestatis est illud q aduersus populum Romanum, uel aduersus securitatẽ eius committitur lib. ad Iuli. Maiest. Securitatis significationem Accursiũ non intellexisse, admonuit hîc Bud., qui inquit: Securitas reipub. est ἀσφάλεια, cũ scilicet status Reipub. ita compositus est, ut nulla ex parte periculum imminere uideatur, nec sit metus belli externi aut intestini. Itaq; hoc loco securitatem ab Vlpiano Latinæ locutionis libenter obseruati, ac ceptam esse. Crimina, in quibus impunitas dabatur iudici (id est, ei qui eius facinoris cuius ipse est cõscius, latebras indicant) sunt Maiestatis & proditionis. Crimina publica recensentur in l. 1. Publ. iud. Pontificium Ius. Vnum quoq; crimen publicum censet.

Criminale, Quod est criminis, ἐγκληματικόν. ut Criminalis causa.

Criminosus, a, um. Qui crimen infert. Cic. pro Cluent. Hic tribunus plebis modestus, prudens, non modò seditiosus, sed etiam seditiosus aduersarius. Ille autem acerbus, criminosus popularis homo, ac turbulentus. Criminosum, Quod in se crimen habet. Colum. lib. 1. Criminosum tamen senatori fuit supra quinquaginta iugera possedisse,

Criminosè, aduerbium. Cic. pro Rosc. Amer. Quum enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non uideatur,

Criminari, com. p. Est culpare, accusare, contumeliosè reprehendere, πισκήπτεσθαι, διαβάλλειν. Cic. ad Attic. Me tantùm comperisse omnia criminabatur. Et dicimus, criminor te furti illi, uel apud illum. Terent. Hoc metui ne me criminaretur tibi. Cicero 3. Offic. C. Marius Q. Marcellum apud populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere. Criminat pro Criminatur apud Ennium lib. 3. Sat. Nam is non bene uult, tibi qui falsò criminat apud te.

Criminatio. f. t. Ipsa contentiosa contumelia. Cic. pro lege Agr. Num quid est causę, Quirites, quin illa criminatione qua in me absentem usus est, non solùm meam, sed etiam uestram diligentiam, prudentiamq; despexerit?

Crimnodas, urinas, pro crassis interpretatur Galenus in Hipp. Aphorisi. quæ; similitudinem farinæ triticæ habent.

Crimion pharmaci nomen apud Aëtium Serm. 10. capite 26. hydropicis accomodum.

Crinanthemon, κρινάνθεμον. Flos notissimus, quem Dioscorides, κρίνον Βασιλικόν, Romani lilium appellant.

Crines, m. t. Capilli, τρίχες, ἀπὸ τῦ κρίνειν, hoc est, à discernendo dicti. Verg. 4. Aeneid. Et crines flauos. Cicero 7. Verr. Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Tacitus de moribus Germ. Accisis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus. Crinis etiam piscium dicitur. Plinius libro nono, capite 30. de polypo pisce. Namque & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c. Crinis etiam uidetur esse genus uinculi ex crine equinæ caudæ confecto. Plinius libr. 25. cap. 21. Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculoue, ut in Hispania Brunduſioq;.

Crinalis, le, adiectiuum, Quod pertinet ad crines, ut, Vitta crinalis. Ouidius nono Metamorph. Crinalem capiti uittam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

natæq; ſibiſq; Detrahit.

Crinale, ſubſtantiuum, neut. gen. ornamentum capitis, ad fingendum capillos, ne turbentur, euaginenturq;. Ouidius Metam. ornabant aurata monilia collum, Et madidos myrrha cũruum crinale capillos.

Criniger, ra, rum, Qui multos habet crines. Lucanus libro primo, Et uos crinigeros bellis arcere Caicos Oppoſiti, petitis Romam.

Crinire, n. q Eſt crines emittere. τριχορρεῖν, quod uerbum legitur apud Statium 4. Thebaid. uatem cultu Parnaſſia monſtrant. Vellera, frondenti crinitur caſſis oliua.

Crinitus, a, um, Quod crines habet, κομήτης. Verg. 1. Aeneidos cithara crinitus Iopas Perſonat aurata. Crinita Stella, Cicero ſecundo, de Natura deorum, Tum ſtellis his, quas Græci Cometas, noſtri crinitas uocant. Idem 6. Verr. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguis, reuellit atq; abſtulit. Galea crinita triplici iuba. Vergilius 1. Aeneidos, Malè crinita mulier, Ouidius 3. de Arte.

Crinomenon, τὸ κρινόμενον, à Rhetoribus appellatur contentio quæ ex ſtatu efficitur, & circa quod uerſatur certamẽ totius controuerſiæ. Latini Quæſtionem uocant, teſte Cicerone in Topicis.

Crinon, κρινον, Plin libro 21 cap. 5. Lilium rubens appellat, quod alio nomine Cynorrhodõ dicitur, in Anthiochia, Laodicea, Syriæ & Phaſelide laudatiſſimum prouenientes. Dioſcorides tamẽ Græciq; ferè omnes nullo diſcrimine τὸ κρίνον appellatione omnia lilii genera intelligunt. Theophraſt. quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod Vere erumpit mox poſt uiolam albam, peculiari nomine κρίνον appellat.

Crinonia, æ, κρινωνία, Frutex eſt lilii, teſte Suida: nã Lilium Græci κρίνον appellant.

Crios, κριὸς, Ciceris genus, quod Latini Arietinum appellãt, ab arietini capitis figura: à qua & Græca appellatio fluit. Nã illi arietem κριὸν appellant. Fuit etiam Crios κρι& & proprium nomen.

Κριὸς μετωπὸν, Id eſt, arietis frons, Cretæ inſulæ promontorium eſt ad Occidentem, uerſus Cyrenas, ut ſcribit Rufus ex Dionyſ hic procul ingens Inclinat rupes ſeſe, obuia fluctibus altis. Et paulò pòſt, ut fert° ora Eſt aries, ultroq; minax petit obuia fronte. Vide Pomp. Mela. lib. 2. in deſcriptione Cretæ inſulæ, & Plin. lib. 4. cap. 12.

Criſion, bugloſſum magnum. Dioſcorides libro quarto, capite 120.

Criſim, patiuntur omnes morbi habituales & Chronici, ut Podogra, Chiragra: φθίσις.

Criſp na, lege Oxyacantha.

Criſis, f t. κρίσις, Iudicium, iudicatio, ſententia. Vnde dies Critici dicti, (ſiue ut Cenſorino placet) Criſimi, κρίσιμοι, hoc eſt, iudiciales & decretorii, de quibus infrà.

Criſpus, a, um, adiectiuum, eſt. ut Criſpus capillus: id eſt, intortus. Plau. in Trucul. Compoſitos, criſpos cincinnos tuos unguentatos. Criſpum folium, Plin. lib. 12. cap. 15. Folium oliuę, uerùm criſpum & aculeatum. Criſpiſſimum folium, apud Columellam libro 11. capite tertio. Criſpa abies. Cicero 3. Tuſc. Criſpioris elegantiæ materies: & ob id Perſis gratiſſima, Plin. lib. 13. cap. 9.

Criſpulus, diminut. à Criſpus. Martialis. libr. quinto, Criſpulus iſte quis eſt, uxori ſemper adhæret Qui Marianæ tuæ? criſpulus iſte quis eſt.

Criſpo, as, are, act. pr. Criſpum reddere. Plinius libro 28. capite 8. Fimi cinere criſpari capillum. Criſpari terra herbis, dicitur per translationem. Colum. lib. 10. Nunc apio uiridi criſpetur florida tellus.

Criſpans, antis, participium. Vergil. 1. Aeneid. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Criſpatus, a, um, ut Buxus criſpata cacumine, Claudius ſecundo de rap. Proſerp.

Criſpiculans, adiect. ut Criſpiculans fulmen. Cice. in Top. Atquum in Aiacis nauim criſpiculans igneum fulmen iniectũ eſt, inflammatur nauis neceſſariò.

Criſſare, πτυγίζειν, prædicare & ceuere non niſi magno cũ pudore exponi poſſunt. Eſt enim primũ mulierũ aptè ſe motantium quum in re Venerea ſunt. Iuu. Frictum criſſantis adorat. Alterum maſculorum dum pędicantur. Mar. Sed pædicaris, ſed pulchre Neuole ceues. Ceuere etiam adulantiũ geſtus ſignificat. Perſius, An Romule ceues.

Criſta, f. p. dicitur conus ille in uertice galli, & aliarum quarundam auium, λόφος. Plin. libr. 10. cap. 29. Vpupa obſcęna aliàs paſtu auis, criſta uiſenda plicatili. Ad huius ſimilitudinẽ etiã Criſtam uocamus, conũ galeæ. Verg. 12. Aeneid. Tũ galeam Meſſapi habilem, criſtiſq; decorã Induit. Criſta etiã herbæ ſpecies eſt, cuius meminit Plin. libr. 27. cap. 5. Alectoro lophos quæ apũd nos Criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtę, plura, caulẽ tenuẽ, & ſemẽ nigrũ in ſiliqs. Ruell. eandem eſſe credit cum ea quæ Gallicè Veruene dicitur.

Criſtula, læ, diminutiuum. Columella libro 8. capite 2. Rectis, rutilisq; criſtulis.

Criſtatus, a, um, Qui criſtas habet: ut Criſtatæ aues: eſtq; periphraſis gallorum gallinaceorum. Mart. libr. 14. Criſtatæq; ſonant undiq; lucis aues. Criſtata galea, Liuius.

Critæ, κριταὶ, à Græcis dicuntur iudices qui muſicis agonicis & ſcenicis certaminibus præerant.

Criticus, a, um, pen. cor. κριτικὸς. idem quod iudicialis uel iudicẽ agens, ἀπὸ τῦ κρίνειν, hoc eſt, à iudicando: unde & poëmatum cenſores, & iudices alienorum operum, olim Critici dicti ſunt: quales fuerũt Ariſtarchus & Ariſtophan. Grammatici: qui tantũ ſibi in ipſum etiã Homerũ permiſerunt, ut plurimos etiã uerſus, tanquã nothos & ſubditios, ex eius operibus ſummouerint. Cic. ad Dolabellam lib. 9. Ego tanquã criticus antiquus iudicaturus ſum. Horat. 2. Epiſt. Ennius & ſapiens & fortis & alter Homerus, Vt critici dicunt. Critici dies uocantur qui à Medicis Iudiciarii dicuntur, in quibus de ægritudinibus ratione ferri iudicium poteſt: quos noſtri Decretorios uocari poſſunt.

Crithe, κρίθη, Tuberculum paruum eſt in palpebra ſuper pilorum locum: ita dictum à ſimilitudine hordei: unde & Hordeolum à recentioribus quibuſdam nominatur. Vide Celſum libro 7. capite 7.

Crithiaſis, equorum morbus.

Crithmon, uide ſuprà, Batis.

Crobylos, κρώβυλος, Aureus uel argenteus corymbus, ex capillis pendens, idq; proprie in uiris: nam in mulieribus potius Corymbum, & in pueris Scorpium uocamus.

Crobyſſon, Aizoum minus, apud Dioſc. lib. 4. cap. 91.

Crocallis, Gemma eſt ceraſum repræſentãs, Plin. l. 37. ca 10.

Crŏcãre, & Crocire, neut p. & q. Verba fictitia à uoce corui, κρώζειν.

Crocito, tas, frequent. Plautus, Simul radebat pedibus terram & uoce crocitabat ſua.

Crocatio, teſte Feſto, & Crocitus, tus, pen. prod. Ipſa uocis corui prolatio, κρωγμός.

Croceatus, ta, tum, uide Crocus.

Crocías, κροκίας, Gemmæ ſpecies, à croci ſimilitudine ſic dicta. Autor Plin. lib. 37. cap. 11.

Crocinum, n. ſunguentum, κρόκινον μύρον, Quod exprimebatur ex aromatib. & croco in oleo macerato: ut docet Dioſcorid. lib. 1. Propert. lib. 3. Et crocino nares murrheus ungat onyx. Vide Plin. lib. 13. cap. item 13.

Crocinus, uide Crocus.

Crocis, κρωκὶς, Herba eſt, cuius cõtactu phalangia emoriuntur, ut ex Apollodori ſententia tradit Plin. lib. 27. cap. 17.

Crocodilinus, uide Crocodilus.

Crocodilus, m. ſ. pen. prod. κροκόδειλος, Animal quadrupes ex genere amphibiorum, tam in terra, quàm in aqua uiuens figura lacertæ non admodum diſſimile, incredibili magnitudine, armatũ unguib. ſoli Aegypto, & iis regionib. quæ Nilo alluũtur, cognitũ, cute uſqueadeò dura, ut i nulla ſui parte, niſi in ſolo uẽtre penetrari poſſit. Vnde etiã delphini, qui perpetuũ cũ crocodilo bellũ gerũt, nõ ignorãtes qua poſſit mũ parte hoſtis lædi poſſit, aquã ſubeunt, pinnaq; quam in dorſo gerũt, illi aluum ſubſecant. Habet & alterum hoſtem Ichneumonẽ, qui in apertas dormiẽtis fauces teli in morẽ illapſus, inteſtina eius erodit. Nullũ eſt animal quod à tã paruis initiis in tantã excreſcat magnitudinem. Ponit ſiquidem oua anſerinis nõ maiora: ſed hoc huic animali peculiare creditur, ut quandiu uiuat, nullũ creſcendi faciat finem. Quatuor menſes hyemales nõ comedit, & ſola beſtiarũ nõ habet linguã. Terribilis hæc belua cõtra fugaces eſt, fugax cõtra inſequentes. Oculos habet in aqua hebetes, extra acerrimi uiſus. Cõſpecto homine emittit lachrymas, mox appropinquãtem deuorat. Vnde fact° eſt locus puerbio, Crocodili lachrymæ: quod de iis dici ſolet, qui ſub ſpecie pietatis alios fallũt. Ex eo dictum autumnant, quod κρόκον ἐσθίει, id eſt, crocum fugit, ac eius odorem reformidat, qd mella conficientes in Aegypto

Aegypto sternunt, ne mel absumant crocodili, quoniã mirum in modum eo delectantur. Est & alterum Crocodili genus, quem Scincũ uocat Dioscor. lib. 2. superiori multò minus, in terra tantùm, nec nisi odoratissimis uiuens floribus cuius intestina iucundi nidoris fimo referta sunt: quo ad faciei medicamenta, coloris q; conciliationem mulieres, & uiri molliores, olim utebantur. Horat. in Epod. color q; sterco re fucatus crocodili.

Crocodilinus, a, um, Quod ad crocodilum pertinet, κροκοδείλινος ut Crocodilinæ ambiguitates, Quint. lib. 2. cap. 10.

Crŏcŏdīlæă, κροκοδείλεια, Fimus est crocodili terrestris, quo mulieres faciem illinebãt ad coloris cõmendationem. Crocodilorum enim duo commemorantur genera: quorũ alterum aquaticum est, Nilo tantùm familiare, & lacubus Nilo uicinis. Alterum terrestre, odoratis tantũ uescens herbis, quem Scincum σκίγκον Dioscorides appellat. Huius excrementa in primis odorata sunt, mulierumq; fucis expetita. Plinius libro 28. cap. 8. Vbi crocodili aquatici naturã multis explicuit, statim subdit. Alter illi similis, multũ infrà magnitudinem, in terra tantùm odoratissimis floribus uiuit: ob id eius intestina diligentissimè exquiruntur, iucundo nidore referta, Crocodilæum uocant.

Crocodilium, n. s. κροκοδείλιον. Herbæ species est, chamæleontis figura, radice longa, gustu Nasturtij, semine rotũdo, duplicis clypeoli forma. Plin. lib. 27. cap. 8. Crocodilion Chamælæontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æquali ter crasso, odoris asperi.

Crŏcŏmăgmă, atis, n. t. κροκόμαγμα, Vnguenti crocini fæx, & retrimentum, quod supereſt crocino unguẽto ex croco, cæteris q; aromatis expresso. Nam in confectione crocini unguenti oleum ante omnia quibusdã aromatibus solet spissari, postea q; crocum eò conijci, id q; post dies aliquot diffundi. ex aromate & croco oleũ: post hæc exprimi solet, quod q; reliquum erat, Crocomagma dicebatur: id q; in pastillos cõformari consueuit, & multum in tempus asseruari. Optimũ est, quod gustatum saliuam dentes q; inficit. Vide Dioscoridem lib. 1. & Plinium lib. 21. cap. 20.

Crocomerion, κροκομήριον, Herba, quæ alio nomine dicitur Leontopodium.

Crocopēplos, κροκόπεπλος, Auroræ epitheton est, quasi croceam habens uestẽ, nam eum colorem imitatur, quum primùm incipit apparere. Postea enim, adueniente iam die rubescens, à roseo colore ῥοδοδάκτυλος appellatur.

Crŏcōta, κροκωτὴς. f. p. Vestis muliebris est crocei coloris. Cic. de Aruſp. respon. P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebrib. soleis, purpureis q; fasciolis, est factus repẽtè popularis.

Crocotula, diminutiuum. κροκώτιον. Plaut. in Epid. Indusiatam, patagiatam, calculam, aut crocotulam.

Crocotularius, Crocotarum uestium infector. Idem in Aul. Quum incedunt infectores crocotularij.

Crocotilum, ueteres Valde exile dicebant. Plaut. Extortis talis cum crocotilis crusculis. Festus.

Crŏcŏtĭrĭŭm, genus operis pistorii.

Crocus, uel Crocum, κρόκος, Flos est qui Safranum uulgò dicitur: à Croco puero (ut poëtæ fabulantur) dictus, qui quum Smilacem puellam tenerrimè deperiret, amoris patientia uersus est in florem sui nominis. Ouid. 4. Metam. Et crocon in paruos uersum cum Smilace flores. Verg. 4. Georg Et glaucas salices, casiam q; crocum q; rubẽtem. Sallust. Pastus nemore, in quo crocum gignitur. Præstantissimum nascitur circa Coricum Ciliciæ montem: proximum in Olympo Lyciæ monte: mox in Centuripino Siciliæ agro. Prouenit in Gallia Narbonensi, licet bonitate inferius.

Croceus, a, um, κρόκινος, κρόκεος, pro colore, qui uulgò dicitur Gialdus: ut, Vestis crocea. Vergil. 1. Aen. Et circuntextum croceo uelamen acantho. Plinius lib. 22. cap. 18. Mutat enim cum terra colores: hic niger, illic uiridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus.

Croceatus, tum, κροκοβαφὴς, Croco tinctus, uel infectus: unde dicimus Pannum croceatum, Vestem croceatam.

Crocinus, na, num, & Croceus, Quod est lutei coloris, κροκώδης κροκωτός. Plin. lib. 21. cap. 19. Semen his optimum crocinum, nec anniculo uetustius, & in umbra siccatum.

Crocŭta. f. p. Fera est Aethiopiæ familiaris, ex hyæna, & leæna Aethiopica nascens, quæ & ipsa hyænæ more humanas uoces imitatur. Plin. libro 18. cap. 30. ubi hyenæ naturã multis explicuit, statim subdit, Huius generis coitu leæna Aethiopica parit crocutã, similiter uoces imitantẽ hominũ pecorum q;. Acies ei perpetua in utra q; parte oris, nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occursu hebetetur, captarum modò includitur.

Crolla, plectilis, detractione secundæ literæ o, pro corolla id est, parua corona, apud Plaut. in Bacch.

Cromm̃ion, alii Polydos uocant, Magi Calaboim Romani, cepam.

Cronium, à nonnullis mare concretum dicitur.

Cronon, magicæ conyzæ species tertia apud Dios. l. 3. c. 137.

Crotalia, κροτάλια. à Plinio lib. 9. cap. 37. dicuntur Margaritæ, ita in ornamentis collocatæ, ut ex collisione sonum generent. Subeunt, inquit, luxuriæ eius nomina, & tædia exquisita perditiore portàtu, Si quidẽ cũ id fecere, Crotalia appellãt, ceu sono quo q; gaudeãt, & collisu ipso margaritarũ.

Crŏtălŭm, n. s. pen. cor. κρόταλον, Crepitaculum ex ligno, ære, aliãue materia ita cõcinnatum, ut efficere sonũ queat, si quis manu uerset. Vnde Aegyptiorum sacerdotum sistra, quibus in Isidis sacris utebantur, à nõnullis etiam Crotola appellantur, ἀπὸ τοῦ κρούειν, hoc est, à percutiendo. Quidam putant fuisse anulum æreum, qui ferreo baculo quateretur. Alii circulum æneum interpretantur, multas habentem annexas laminulas, siue orbiculos mobiles, qui collisi sonum edebant: qualibus etiam hodie Lusitanos nautas in saltationibus suis uti uidemus. Verg. in Copia, Crispum sub crotalo docta mouere latus.

Crŏtălŭs. f. κρόταλος, masc. genere dicitur, Qui lingua est expeditiore, & uoce sonanti, ac propè tinnula, quiq; loquacitate sua neminẽ non obtundit. Ducta est metaph. à crotalo, crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedẽti.

Crotaphitæ, κροταφῖται, Musculi sunt duo, os claudentes, quos & Latini Temporales appellant. quòd tempora uestiant: unde etiam Græcum nomen traxerunt: nã κροτάφοις illi appellant, quæ nos Tempora.

Croton, onis, κρότων, Frutex est ad magnitudinem paruæ ficus assurgens, folio platani, sed læuiore, ac nigriore, ramis caudice arundinum modum concauis, semine uuarum aspero, purgatum effigiem ricini animalis repræsentat: unde & nomen accepit: nam ricinũ uermem Græci etiã κρότωνα appellant. Hoc semine exprimitur oleum, cibis quidem fœdum, sed lucernis & emplastris utile. Alio nomine hic frutex Ricinus appellatur, et Cici: unde etiam oleum ipsum Cicinum, & Ricininium appellatur.

Cruciatus, Cruciamentum, Crucio, Cruciabiliter, Crucifigo, Vide Crux.

Crudaria, Argenti uena, quæ in summa fodina reperitur. Plinius lib. 33. cap. 6.

Crudus, a, um, Quod coctum nõ est, ὠμός. unde carnes crudæ dicuntur quæ neq; elixæ sunt, neq; alio quouis modo esui aptæ redditæ. Fructus item crudos appellamus, qui iustam coctionem, hoc est, maturitatem non sunt assecuti. Cicerò de Senect. Poma quæ cruda sunt, ui auelluntur, quæ autem cocta, & matura, decidunt. Item crudi cibi dicuntur, qui nondum concocti sunt in uentriculo. Iuuen. & crudum pauonem in balnea portas. Crudum item hominem dicimus, cuius uentriculus probo coctionis officio nõ fungitur. Cic. 2. de Finibus. Asoti qui in mensam uomant, crudiq; postridie se rursus ingurgitent. Idem pro Cluentio, Dico illum, quum ad illud prandium crudior ueniisset, & sibi nõ perciſſet ægrotasse. Crudum uulnus, hoc est, recens, & adhuc cruentum. Plin. Epist. 111. Vt enim crudum adhuc uulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atq; ultrò requirit: sic recens animi dolor consolationes reiicit, ac refugit, mox desiderat, & clementer admodũ acquiescit.

Cruditas, tatis, f. t. Ventriculi uitium cibum ægrè concoquentis, ἀπεψία. Cic. de Senect. Caret ergo etiam uinolentia & cruditate, & insomniis. Columel. li. 7. Cruditatis signa sunt, crebri ructus, ac uentris sonitus fastidio cibi.

Crudescere, n. t. Est crudum uel crudius fieri, à Crudeo, es, ὠμοῦσθαι. Vergil 3. Georg Sin in progressu cœpit crudescere morbus. Idem 11. Aenecid. deiecta crudescit pugna Camilla. Inde Incrudescere & Recrudescere, quasi renouari, & ad pristinam acerbitatem redire.

Crudelis, om. t Inmitis, & asper, ὠμός. Cic. pro Deiot. Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium, qui nepos auum in discrimen capitis induxerit. Vergil. 1. Eclog. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Quidam à Cruore dictum uolunt, quem crudeles effundunt: ego malim à Cruditate deriuare. Nã quemadmodũ in pomis, quę mitia non

sunt, cruda dicuntur, ita & homines immites, Crudeles dicuntur. Vergil. 6. Aeneid. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.

Crudelitas, tatis, f. t. Inclementia, ὠμότης. Cic. pro Rosc. Am. Vestrum nemo est quin intelligat pop. Romanũ, qui quondam in hostes leniſſimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare.

Crudeliter, aduerbium, Atrociter, inclementer, ὠμῶς. Cic. 1. Offic. De euertendis autem, diripiẽdisq; urbibus ualde considerandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat.

Cruento, Cruentus, Vide Cruor.

Crũmẽnã, f. p. pen. prod. Loculus, βαλαντίον. à κρεμάω, suspẽdo, quòd plerunq; suspensa gesterur. Plaut. Epid. Ipse nemo in collo eius pater crumenã collocauit. Idem Truc. homo crumenam sibi de collo detraxit. Horat. 1. Epist. Et mundus uictus non deficiẽte crumena. Crumenula diminutiuũ est.

Cruniſmos, est torrentis modo cum strepitu & murmure de manente embrocatio. Vtitur eo uocabulo Paũl. libro 2. cap. 53.

Cruor, oris, n. t. Sanguis qui ex aliquo uulnere spergitur, αἷμα, ἰχὼρ. Verg. 8. Aeneid. Tepidusq; cruor fumabat ad aras. Idem lib. 4. usurpauit in numero plurali, Atq; atros siccabat uestes cruores, quòd Seruius tanquam nouè dictum annotauit, quũ alioqui neq; Sanguines dicamus, neq; cruores.

Cruentus, a, um, Sanguinolentũ, quod cum cruore est: αἱματηρός, ἀμακτός. ut, Cruenta uictoria. Sallust. in Catil. Cauete ne multi animam amittatis, neu capti potius, sicut pecora trucidemini, quàm uirorum more pugnantes, cruentã atq; luctuosam uictoriam hostibus relinquatis. Aliquãdo ponitur pro crudeli: Cruenta uox, & Cruenta oratio. Cuius contrarium est, Incruentus, a, um, ἀναίμακτος, quod est sine sanguine. Idem, Neq; tamen exercitus populi Romani lætam aut incruentam uictoriam retulit.

Cruẽto, as, a. p. Cruore inficio, αἱματόω, ἀιμάσσω. Cic. de Arusp. Respon. Secures suas cruẽtari scelere noluit. Idem 1. de Diuin. Atq; etiam trucidare aliquẽ, & impiè cruẽtari. Idem 2. Philipp. Hęc te, si ullã partẽ habes sensus, lacerat, hęc cruentat oratio. Cruẽtati oculi. Plin. lib. 28. cap. 7. Mulieris quoque saliuam ieiunæ potentem dijudicant oculis cruẽtatis.

Cruppellarij, Quantum ex Cornelii Tac. lib. 3. possumus conijcere, milites erant arma gestantes ex cõtinuo ferro, telis quidem impenetrabilia, sed eo pondere, ut in ferẽdis ictibus non essent idonea. Verba Taciti sunt hæc, Cęteri cũ uenabulis & cultris, quæq; alia uenantibus tela sunt, addũtur è seruitijs gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum fieri tegmen (Cruppellarios uocant) in ferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

Crũs, cruris, n. t. σκέλος. à currendo dictum nonnulli putãt, quòd crurum ministerio in cursu utamur: siue (ut alijs placet) à Græco uerbo κρόνω, quòd inter ingrediendũ huc atq; illuc feriant. Sunt autem Crura à genibus usq; ad imum pedem. Celſ. Crus ex duobus ossibus constat, ex tibia & sura.

Cruſculum diminutiuum, σκελίδιον. Martial. Pectus cicadæ, cruſculumq; formicæ.

Cruricrepidæ, arum, Plauto in Trimummo dicuntur, quibus crura crepuerunt ferro, ut dicit interpres.

Crurules, quod Beroaldus maior elegans uocabulum dicit, reponendum idem putat apud Vlpian. in l. argumẽto de Au. & arg. leg. nam pro eo uulgati codices habent fasciæ crinales. Crurules autem & Pedules Vlpianus appellat à crurib. scilicet & pedibus uestiendis.

Cruſma, atis, n. t. κρῦσμα, σῆστρον, Propriè dicitur sistrum, uelut cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo gestientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τ῀ κρούειν, hoc est, à pulsando, q῀ sonum emitteret dum pulsaretur. Martial. li. 6. Edere lasciuos ad Bætica cruſmata gestus, Et Gaditanis ludere docta modis. Bætica autem cruſmata uocat, quòd ijs mulieres Hispanæ uti solerent: quemadmodum & hodie Venetæ puellæ uocant autem sua lingua, Vn cymbano.

Cruſta, æ, f. p. Significat id excrementum quod uel ob putredinem, uel concretionem super alicuius rei superficie nascitur, πλάξ, ὄστρακον. Verg. lib. 4. Georg. Concrescunt subitæ currenti flumine cruſtæ. Item cruſta, qua quid integitur, ut Cruſta locuſtæ. Plin. lib. 19. cap. 30. Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere quod caret sanguine. In parietibus item, atq; in pauimentis Cruſtæ dicuntur tenuia marmoris, uitri, alteriusue materiæ segmẽta, quibus illa integebantur. Plin. lib. 36. cap. 6. Secandi marmora in cruſtas neſcio an Cariæ fuerit inuentum. Et paulò pòſt. Primũ Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe Cornelius Nepos tradidit Mamurram. Idem lib. 36. cap. 25. Lithoſtrota cœptauere iam sub Sylla paruulis certè cruſtis. In uasis item aureis argenteisue Cruſtæ dicebantur quæ ex diuersi generis materia illis illigabantur. Argenteis enim poculis, exempli gratia, laminæ aureæ, uel emblemata innectebãtur, quæ inde Cruſtata χρυσόνδυτα appellabant. Cicero lib. 5. in Verr. Vasis cruſtæ, aut emblemata detrahebantur. Cruſtas item ἐσχάρας, medici appellant, duros quosdam ueluti cortices quibus uulnera ulcerasue obducuntur, medicamento aliquo cauſtico adusta.

Cruſtula, læ, diminutiuum à Cruſta. πλακίδιον. Apulæius, Paruas marmoreas cruſtulas parieti adiungens.

Cruſtare, a, p. Cruſtam inducere, & materia aliqua dura integere, κονιᾶν. Plin. lib. 17. cap. 17. Mala uerò generoſiſſima eadem ratione cruſtant gypso uel cera.

Cruſtatus, a, um, participium: ut, Cruſtati parietes, id est, cruſta marmoris intecti, κεκονιαμένοι τοῖχοι. Secabantur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur. Primus apud Romanos Mamurra uir Equeſtris ordinis, præfectus fabrorũ Cæſaris, Formiis natus, domus suæ quæ in Cęlio mõte erat, parietes cruſtà marmoris traditur operuiſſe: ut ex Cornelij Nepotis sententia tradit Plin. lib. 36. cap. 6. Itẽ uasa argentea quæ auro illigabantur, etiam cruſtata dicebantur, quæ Græco nomine Chryſendeta uocantur. Et Cruſtata animalia, cruſtis intecta. Plin. lib. 11. cap. 37. In marinis cruſtata & cartilaginea priores dentes habent.

Cruſtarius, m. f. Qui incruſtat, κονιάτης. Plin. lib. 33. cap. 12. Habet & Teucer cruſtarius famam.

Cruſtarius, a, um, Quod ad cruſtas pertinet. Vnde Cruſtariç tabernæ, in quibus cruſtata opera uenduntur.

Cruſtoſus, a, um, Quod cruſtam habet. Plin. lib. 12. cap. 9. Facilius hoc & cruſtoſius, amariusq;, & gummoſum.

Cruſtana lingua, Dacorum Chelidonium apud Dioſcor. lib. 3. cap. 20.

Cruſtulata, tæ, Placentæ genus, quod & Cruſtulum. Spartianus, Pentapharmacum edulij genus est ex quinq; cõfectũ, quod reperiſſe dicitur Aelius Verus Romanorũ Imperator. hoc est, sumen, phasianus, pauo, cruſtulata & aprugna.

Cruſtum, n. f. Est fruſtum eorum quæ comeduntur, siue sit pars panis, uel placentæ, uel alterius edulii, ψώμιον. Vergilius 7. Aeneid. patulis nec parcere quadris Fatalis cruſti: Vnde per diminutionem Cruſtulum. Horat. lib. 1. Epiſt. pueris dant cruſtula blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. Quod genus dulciarij esse putat Porphyrio. Varro 4. de Lingua Latina, Cruſtulum à cruſta pultis, eo quòd ut corium exuritur, Cruſta dicta.

Cruſtumina, Pyra sunt ex parte rubentia, Glaciola nunc dicta: à Cruſtumino agro, qui Tiberi fluuio à Veienti diriimitur, sic appellata. De his Plin. lib. 15. cap. 15. & lib. 23. cap. 7. Item Columella lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 10. Vergilius Cruſtumia pyra uocat, 2. Georg. Cruſtumijs, Syrijsq; pyris, grauibusq; uolemis.

Crux, f. t. Furca, siue patibulum in quo damnati figuntur, σκυρός dicta à κρούειν. quod est Ferire, pulsare. Plautus in Curc. Colum. obstringe, abduce istum in malam crucẽ. Cic. 7. Verr. Statim deinde iussu Prætoris in crucem esse sublatũ. Crux etiã dicitur quicquid nos cruciat, torquet & affligit. Terent. in Eun. Et illis crucibus, quæ nos nostramq; adolescentiam habent despicatam. Hanc Veteres Gabalum uocauere. Varro, Nos barbari, quòd innocentes in gabalum suffigimus homines: uos non barbari, quòd noxios absoluitis

Crucio, as. a. p. Torqueo, affligo, ἀνιάω. Plaut. in Baceh. Vt ipſius se cruciat ægritudine. Terent. in Eunuch. Quæ nos semper cruciant modis.

Cruciatus, tus, m. q. Tormentum, afflictio, λύπη, Cic. ad Atticum, Confectus, cruciatus summo dolore.

Cruciamentum, n. f. eiusdem significationis. Cic. Philip. 6. Nec grauiora sunt tormenta carnificum, quàm cruciamenta morborum.

Cruciabilis, le, Aul. de Asin. Aur. lib. 10. Sed illo cruciabili silendo diutiſſimè fatigata.

Cruciabilitas, tatis. Plaut. Ciſtel. Qui omnes homines supero, atq; anteeo cruciabilitatibus.

Cruciabiliter, aduerbium. Hircius 5. belli Afri. Sic extra uallũ deducti sunt, & cruciabiliter interfecti.

Cruciatus, a, um. Cruce dignus, apud Apuleium de Asin. aureo, libro 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Crucifigo, is, In crucem tollo, ἀνασαυρόω, σαυρόω. Suet. in Domit. Authorem ſummarum pridie quàm crucifigeret, in cubiculum uocauit. Plin. lib. 8. cap. 16. Eaſq; de cauſa crucifixos uidiſſe ſe cum Scipione. Quintilian. lib. 7. cap. 2. Inuenerunt ducem crucifixum.

Crucinum uinum, inſuaue quòd bibendo cruciet. Alii legunt apud Celſum Cruciatum pro acerbo & auſtero.

Crymedes, febris quæ pulmone ſacris ignibus correpto prouenit.

Crypſerchis, eſt ſenſus teſticuli uel teſticulorum.

Cryptă, κρύπτη, Cauerna, uel teſtudo ſubterranea, uel in mõte excauata, à κρύπτω, occulto. Iuuen. Et ſolitus mediæ cryptam penetrate ſuburræ.

Crypticus, a, um, κρυπτικὸς, Significat occultum & ſubterraneum. Sidonius, Pontes antiquitus crypticis arcubus formicauit. Iulius Firmicus Crypticos homines, appellat ſecreta fideli taciturnitate cuſtodientes.

Cryptoporticus, f. q. Nomen compoſitum ex Græco Latinoq;, & ſignificat ſubterraneũ porticũ, cum amplis feneſtris, qua refrigerandi gratia per æſtatem utimur. Poteſt etiam dici Porticus undiq; ſepta, quaſi ſepimento parietum abſcondita, tanquam ſubterranea. Plin. in Epiſt. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, eſtate incluſo frigore riget, contentaq; aëre ſuo, nec deſyderat auras, nec admittit.

Cryſtallus, fœm. gen. κρύσταλλος, & Cryſtallũ, neut. Gemma candida & pellucida, ita dicta, παρὰ τὸ κεκρυῶθαι ἀπὸ τοῦ κρύους, hoc eſt, ab eo quòd gelu contrahatur. Plin. lib. 37. cap. 2. Contraria huic cauſa cryſtallum facit, gelu uehementiore concreto. Nec alibi certè reperitur, quàm ubi maximè hybernæ niues rigent: glaciemq; eſſe certum eſt: unde & Græci nomen dedere. Hæc ille.

Cryſtallinus, a, um, pen. corr. quod eſt ex cryſtallo, κρυσταλλινος. Iuuenalis. Grandia tollũtur cryſtallina, maxima rurſus Murrhina, deinde adamas notiſſimus, & berenices In digito factus pretioſior.

C T.

CT In notis antiquorum, cauſat, uel caput, uel ciuitatis CTRM. citra mirũ. CTR. cæterum uel ciuitatis Romanæ. CTO. contrarium uel contractum. CT.V.O. A.B. ciuitas uitæ omnia aufert bona. CT.RAE. ciuitas Rom.

Ctenes, κτένες, Quatuor ſunt dẽres anteriores, à cibo concidendo dicti: unde & πρῶτοι appellantur: Latini primores appellãt, Græci etiam γελασῖνοι, quod inter ridendum detegantur. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 1.

Cteniatri, κτηνίατροι, Sunt medici iumentorum & pecorum, quaſi mulomedicos quis dixerit, κτῆνος enim Græci iumentum appellant, nonnunquam etiam pecus immolationi aptum, παρὰ τὸ κλᾶν τὸ φονεύειν. Firmicus, Centauro oriente, qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorũ nutritor, aut mulomedicus, aut equarius. Hũc Columella & Varro Veterinarium uocant, uulgus Mareſcallum.

Ctẽnos, κτῆνος, Latinè iumẽtum dicitur, inde Creniatrus.

C V.

CV. In notis antiquorum, centũ uirum: uel clariſſimus uir, uel caſa uirginum. C V. clariſſimo uiro. C V I. Cuius C V I I. ciuitas. C V L. cultores. C V R. curiarum uel curionum uel curſor. C.X. IN A R G. cubitos decem inuenies argentum. C.XX.IV. AVR. M. cubitos uiginti inuenies aurũ mirabile.

Cŭbă, ſ. p. Sabinis uocatur, quam militares Lecticam: unde uidetur deriuatiuum eſſe Cubiculum. Feſtus.

Cubatus, Cubiculare, Cubile, Vide Cubo.

Cubitus, ti, uel Cubitum, n. ſ. Curuatura brachii, ubi lacerto iungitur, τὸ ἄγκων. Plaut. Stich. Cubitis depulſa de uia. Inniti cubito. Verg. 9. Aen. Oſſa ingentia cubiti, 12. Metam. A medicis tamen Cubitus uocatur os illud brachij, cui innitimur, quod ab ima manu ad brachii curuaturam extẽditur. Sunt enim in ea parte brachij duo oſſa, quorum inferius Cubitum, ſuperius Radium uocant. Accipitur etiam pro menſura cubiti. Plin. lib. 7. cap. 16. Inuenimus in monumentis Salamiam Euthimenis filiũ in tria cubita triennio adoleuiſſe. Cõſtat aũt cubitũ ex ſex palmis, hoc eſt, digitis uiginti quatuor: ut author eſt Vitruuius lib. 3. Seſqui pes enim. hoc eſt, pes unus cum dimidio, facit cubitum. Pes eſt ſexta pars altitudinis in corpore noſtro: cubitus quarta. Eſt præterea Cubitus regius, qui maior eſt communi cubito tribus digitis, ſicut refert Herodotus libro primo. Eſt & Cubitus geometricus qui tantum ualet quantum ſex noſtra cubita ut Origenes, Auguſtinusq; tradiderunt.

Cubitalis, & hoc cubitale, om. t. adiectiuũ, πηχυαῖος: ut Herba cubitalis apud Plinium. Cauea cubitalis, apud Liuium, id eſt, uno cubito alta.

Cubitale, lis, uel per apocopen Cubital, Cubiti ornamentum. Horat. in Serm. Ponas inſignia morbi Faſciculos, cubital, focalia,

Cubo, as, bui, bitum, n p. quamuis Cubatio, non Cubitio: ſicut & eius compoſita, quæ tam primæ quàm tertiæ conlugationis inueniũtur: ut Accubo, as, & Accumbo is: Decubo, as, & Decumbo, is: Incubo, as: & Incumbo, is: Recubo, as: & Recumbo, is: Occubo, as: & Occũbo, is. Verg. nec adhuc crudelibus occubat umbris, id eſt, iacet mortuus, Idẽ, Seu uerſare dolos, ſeu certę occumbere morti. Secubo, as, & Secumbo is, quod eſt ſeorſum & ſeparatus cubo. Propert. Miles depoſitis annoſus ſecubat armis. Liu. lib. 39. Per iocum adoleſcẽs uetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet religionis cauſa, ut uoto pro ualetudine ſua facta liberetur. Habet tamen Cumbo aliqua compoſita, quę non habet Cubo: ut Diſcumbo, quod eſt cibi capiendi gratia iaceo, nõ Diſcubo: Procumbo, non procubõ. Similiter Cubo habet aliqua compoſita quæ non habet Cumbo: ut Excubo, non Excumbo: Supercubo, non Supercumbõ. Eſt autem cubare, iacẽre, κατακεῖσθαι, κοιμᾶσθαι: ut Cubare in lecto, Plautus Cubare in ſpecu, Plinius. Cubare in faciem, eſt cubare ſupinum, apud Iunenalem. Et abſolutè apud Ciceronem 5. in Verrem, Quum iſte etiam cubaret, in cubiculum introductus. Sic, Ire cubitum, & Surgere cubitu, Cat. Dicitur & de ægrotis. Horatius, Cubat hic in ualle Quirini, id eſt ægrotat, ſicut interpreres exponunt. Cic. 4. Tuſc. Itaq; narrabat eum grauiter & copioſè, nihil eſſe bonum niſi quod honeſtum eſſet, cubantem diſputaſſe.

Cubito, as, n. p. frequentatiuum, κοιτάω. Cicero pro Cælio, Et propter nocturnos quoſdam inanes metus tecũ ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit. Plaut. Pſeud. Túne etiam cubitare ſolitus es in cunis puer?

Cubatus, us, m. q. Cubandi, ſiue dormiendi actus, κοίμησις. Idem lib. 10. cap. 57. Medicina in fame, & cubatus in fumo.

Cubile, n. t. penultima producta, Lectus, quòd in eo cubetur, κλίτη, εὐνή. Cic. 2. Tuſc. Abducet Patrocles credo, ut collocet in cubili: ut uulnus obliget. Idem 5. Tuſcul. Terra cubile erat Anacharſi. Cubilia item dicuntur loca in quibus feræ cubant. Quintilianus lib. 2. cap. 16. Moliri cubilia ferarum. Cic. 2. de Nat. deor. Delitescunt cubilibus beſtiæ. Dicitur & de ſtructura. Plin. lib. 35. Ea, inquit, maxima moles fuit, nec ſedet in cubili. Vtitur hac uoce & Vitru. lib. 2. in eadem ſignificatione. Cubile ſalutatorium dicitur in quo ſimulachra deorum imponi ſolent: quod & Lararium alio nomine dicitur. Plin. lib. 15. cap. 11. Omnia iam & uirorum ſalutatorijs cubilibus incluſa.

Cubiculum, n. ſ. Locus uno uel pluribus cubilibus inſtratus, nocturnæq; quieti deſtinatus, οἴκημάτιον, κοιτών. Senec. ad Lucil. Quid proſunt multa cubicula? in uno iacetis. Cic. 5. in Verr. In cubiculum intrò ductus.

Cubicularius, m. ſ. Qui in cubiculo miniſtrat, κατακοιμιστής. Cic. in Verr. Hũc ueſtri ianitores, hũc cubicularij diligunt.

Cubicularij, qui cubiculo uel ad limina aſſident. Alpheus hos numerat inter eos quos uſus ſui cauſa paterfamiliàs habet. ad finem l. in cenſoria. ff. de uerb. ſig.

Cubicularis, & hoc cubiculare, o. t. Quod ad cubiculum pertinet, θαλαμικός: ut Veſtis cubicularis, qua in cubiculis utimur: & Cubicularis lectus, apud Ciceronem 5. Tuſcul. Cubicularis, pro cubicolario. Suetonius in Nerone, cap. 38. Incendit urbem tam palàm, ut plerique conſulares, cubicularesq; eius cum ſtuppa tædaq; in prædijs ſuis deprehenſos non attigerit.

Cubitor, oris, nomen. Colum. lib. 6. Cubitorem bonem appellat, qui ſæpe decũbit ex pertinacì contumacia. Quod quidem uitium fame & ſiti tollendum eſſe cenſet, non igni, aliſue tormentis.

Cŭbŭs, m. ſ. κύβος, eſt figura ex omni latere quadrata, quales ſunt teſſeræ quibus in alueolo luditur, quæ etiam κύβοι à Græcis ſunt appellatæ. In numeris etiam Cubus dicitur, quum omne latus eiuſdem numeri æqualiter in ſe ſoluitur: ſicut fit quando ter terna dicũtur, atq; idem ipſe numerus triplicatur.

Cŭcŭbŏ, as, n. p. pen. cor. Propriũ eſt uocis noctuæ, ὑΐζω. Vt in carmine de Philomela quòd falsò Ouidio aſcribitur, Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cuculio,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cucullio, m.t. Est (ut Capitolinus docet) genus pilei uiatorum, quo capite obtecto uagari nocte solēt. Cato de Re rust. cap. 2. uidetur ostendere uestis rusticæ genus fuisse, qua opere aduersus tempestatum iniuriam tegebantur: Quum tempestates (inquit) pluuiæue fuerint, uideto quot dies, quæque opera per imbrem fieri potuerint, dolia lauari, picari, uillā purgari, funes ueteres sarciri, nouosq; fieri: centones cucullionesue familiam oportuisse sibi sarcire.

Cŭcŭlus, m.t. simplici c, & unico l, scribendum est, & ferè semper mediā producit, teste Erasmo in Adagio Cuculus, κόκκυξ. Horat. in Sermon. cui sæpè uiator Cessisset, magna compellans uoce cuculum. Martialis tamen penultimam corripuit, Quamuis per plures cuculus cantauerit annos. Est autem Cuculus auis notissima quæ in aliarum auiū nidis oua parit, quòd sciat se omni auiū generi odiosam, neq; confidat pullos in suo nido tutò futuros. Quare non uideo quid Gallis uenerit in mentem, qui adulteræ maritum Cuculum uocant, cui multò rectius Currucæ nomen conueniat, quæ aliena oua pro suis fouet. Plautus certè in Asinaria Cuculum uocat adulterū quòd scilicet ex alienis uxoribus liberos gignat quos mariti pro suis educēt. Plautus in Asin. At etiam cubat Cuculus: surge amator, i domum. Et paulò post, Cano capite cuculum, ex lustris rapit.

Cucullus, gemino ll, Genus uestis est, Iuuen. Sat. 6. Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos. Vnde constat monachos nostros malè uti hoc uocabulo Cuculla fœmin. gen. Sunt qui accipiant pro nautico aut rustico tegmine, ad arcendas pluuias. Colum. Cultam uestitamq; familiam magis utiliter, quàm delicatè habeat, munitam diligēter à uento, pluuiaq; quæ cuncta prohibentur pellib. manicatis, centonibus confectis, uel sagis, aut cucullis. Iuuenalis, Contentusq; illic Veneto duroq; Cucullo. Cucullus etiā pro tegmento papyraceo, quo pigmentarij utuntur, sumitur. Martialis lib. 3. Vel thuris piperisq; sis cucullus.

Cucullatus, a, um, qui cucullo indutus est, apud Col. lib. 1.

Cŭcuma, pen. prod. Vas æneū calefaciendi quæ idoneum. Petron. Arbiter in Satyr. Frangitur ceruix cucumæ, ignemq; ualescentē restinguit. Cucuma item appellatur tugurioli exiguū in quo pauperiores habitabāt. Martial. lib. 10. Torquatus nitidas Pario de marmore thermas Extruxit: cucumam fecit Otacilius. Budæus scribit Cucumā esse genus baculi ferrati. Iurisconsul. ad legem Iuliā de sicarijs, Sed & si clauā percusserit, aut cucuma in rixa: quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam.

Cucumella, diminut. Alpheus. l. si quando. ff. si serui. uendi. Et Seius in eo syluam seuisset, neq; nō labra, crateras, cucumellas positas haberet, &c.

Cŭcŭmĕr, siue **Cucumis**, m.t. pen. prod. cucumeris, siue cucumis in genitiuo, Herba est sarmētis prælongis humi repentibus, & in ramos uitis modo se diffundentibus, folio rotundo, cucurbita aliquanto minore, flore luteo, fructu oblongo, & ubi maturuerit, flauo, maculis quibusdam distincto, qui & ipsæ herbæ suæ cognominis est, σίκυς à σίκυος. Varro lib. 4. de Ling Lat. author est, Cucumeres à curuitate dictos, quasi curuimeres, Vnde & Tortū Cucumerē uocat Vergil. 4. Georg. Tortusq; per herbā cresceret in uentrem cucumis. Plinius tria enumerat cucumerū genera, Laconicū, Scytalicum, & Bœoticum. Vide ipsum lib. 19. cap. 5.

Cucumis anguinus, siue syluestris, Herba est solo fructu à satiuo cucumere distans, quem multò minorem habet, glandibusq; longiusculis similē, σίκυος ἄγριος. Officinæ cucumerem asininum appellant. Succum eius Elaterium uocant, ἀπὸ τ ἐλαύνειν. hoc est, ab expellendo: siquidē & menses mulierum retentos expellit, & grauidis abortum facit. Vide Plinium lib. 20. cap. 2.

Cucumerariū, n s. Locus cucumeribus cōsitus, σικύη. Cyprianus pro tugurio custodiarum posuit. Solet enim fieri tugurioli um in quo custos uigilanter obseruat, ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

Cucumis, Genus piscis ex genere concharum, cuius meminit Plin. lib. 33. cap. 11. Est etiam Cucumis ornamentum ex aurichalco in modum lancis factum, quod habenis affigitur, lorisue, quæ ab harmis pendent, atque pectore equorum. Aliàs pro uase apud Martialem.

Cucurbita, æ, f. p. Herba hortensis est notissima, etiam hodie in Officinis nomen retinens, fructus magnitudine omnes tùm herbarum, tùm arborum fœtus exuperans. κολοκύνθη. Plinius libro 19. cap. 5. duo eius facit genera, Pl: beium, quod humi repit: & Camerarium: faci i ſiexu i liq; ramorum curuitate tecta, pergulas & testudines operiens. Verba eius sunt hæc, Cucurbitæ duo prima genera, Camerarium & Plebeium, quod humi repit. In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Hæc omni modo fastigiatur, uaginis maximè utilibus, coniecta in eas, postquam defloruit. Crescit, qua cogitur, forma, plerūq; & draconis intorti figura: libertate uerò pensili concessa, iam uisa est nouē pedum longitudinis. Hæc ille. A fructus huius similitudine apud Celsum lib. 2. cap. 11. Cucurbitam, & per diminutionem Cucurbitulam, eam appellari legimus, quæ nunc uulgò Ventosa dicitur. Prima enim huiusmodi uascula ex cucurbitis fiebant. Ait enim, Vsus Cucurbitulæ præcipuus est, ubi non in toto corpore, sed in parte aliqua uitium est. Ibidem, Cucurbitularum duo sunt genera, Aeneum, & corneum: ænea altera parte patet, altera clausa est: cornea, altera parte æquè patens, altera foramen habet exiguum, &c. & Iuuenal. Satyr. 14. uacuumq; cerebro Iam pridem caput hoc uentosa cucurbita quærat.

Cucurbitare, dicitur uasallus qui domini uxorem adulterat, uel ad crimen istud saltem sollicitat, turpiter tētat, affectat, item filiam neptem, nurum aut sororem eius polluit. Zasius de Feud. priua.

Cucurbitula, Vide cucurbita.

Cucurbitinus, adiectiuum, ut Cucurbitina pyra dicimus, & Cucurbitinas ficus. ob cucurbitæ similitudinē, κολοκύνθινα. Cato de Re rust. cap. 7.

Cucurbitariū, rii, Locus in quo serūtur cucurbitæ, κολοκυνθάρ

Cucurbitarius, Amator cucurbitarum. φιλοκολόκυνθος.

Cucurio, ris, n. q. pen prod. Gallorū proprium est, κοκκύζω. Autor carminis de Philomela, quod falsò Ouidio ascribitur, Cucurire solet gallus, gallina gracillat.

Cudo, is, cudi, non cusi, ut quibusdam uidetur, supinum facit cusum, unico s. act. t. ut Excudo, excudi, excusum, nam Excussum, est ab excutio. Vergil. 1. Aeneid. Ac primùm silicis scintillam excudit Achates. Vbi Seruius excudit, id est, feriendo elicit, nam Cudere, ferire est, κόπτω, τύπτω, πολλάττω: unde & Incus dicitur, quod illic aliquid cudamus, id est, feriamus. Cudi pecunia dicitur, quum illi signum principis uel reipublicæ imprimitur. Terentius in Heaut. Argentum cudo, quod tibi dem. Passiuum protulit idem Terentius in Eunucho, At enim in me isthæc cudetur faba, quod est, in me hoc malum recidet, in me hæc uindicabitur culpa. Metaphora ducta est ab area, in qua fabæ triturantur, hoc est, siliquis suis excutiuntur. Ibi enim, quamuis faba præcipuè cudatur, tamen omnes ictus in aream recidunt. Huius composita sunt, Accudo, Excudo, Incudo, Procudo, & Recudo, quod est iterum cudo. Varro, Vt hi solent qui uetera metalla recudunt. Habent autem hæc omnia penultimam productam.

Cudo, onis, masculini generis, t. Significat capitis tegumentum ex corio confectum, quo uice galeæ uti solent. Silius libro decimosexto, Scipio contorquens hastam, cudone comantes Desiecit crines.

Cuias, cuiatis, om. t. ποδαπὸς, Significat Vnde, nec nomē tantùm, patriam, gentē, nationemq; innuit (ut apud Cic. lib. 5. Tusc. Socrates quidē quū rogaretur, cuiatem se esse diceret, Mundanum inquit. Totius enim mundi se incolam & ciuē arbitrabatur) sed etiā partes & secta: ut, Cuiates philosophi uos estis: Stoicine, an Epicurei? Sic nostras & uestras. Cic. Nō solū etiam ista uestra oratoria, sed & hæc etiam læuia nostra tia. Dicitur & Cuiatis cōmuni genere: unde & apud Plautum frequenter legitur Cuiatis est? id est, cuius patriæ & gentis? Accius Telepho, ut citat Nonius, Qui neque cuiatis esset, unquam potuimus, multa rogantes, scire.

Cuius, cuia, cuium, adiectiuum est per tria genera declinabile: ut, Meus, mea, meum. Refertur autem ad personā possessoris. Verg. Eclog. 3, Dic mihi Damœta, cuium pœcus? an Meliboei? Terēt. in And. Cuium puerum hic apposuisti? dic mihi, Idem in Eun. Quid uirgo, cuia est? Plaut. in Curcul. Cuiam uocem audio? Pro eodem etiam interrogamus per Cuius, genitiuum à Quis, quæ, quod, uel quid: ad quem respondetur etiam in eodem casu, præterquàm in possessiuis tam pronominibus quàm nominibus. Vt quū quærimus, Cuius est hæc uestis; respondemus Mea, uel herilis. Cuia res est. Cic. 3. Verrin. Vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuium periculum. Cuia interest. Cic. pro Muræ. Ea cædes potissimum crimini datur ei cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit. Antiquitus Quoius scribebatur, ut est uidere in emendatis Plauti exemplaribus.

Cuiusmodi,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cuiusmodi, Vox est indeclinabilis, composita ex duobus genitiuis Cuius, à quis: & Modi, à Modus. Ponitur autē relatiuè, infinitè, interrogatiuè, & etiam admiratiuè. Plautus in Men. Cuiusmodi homines erunt? E. Ego, & Menęchmus, & parasitus eius. Et aliter apud Cic. in Verrem 2. de Inuent. Quòd si hæc cum summè inutilia, tum multò turpissima sint, legem, cuiusmodi sit, in præsentia obseruari à iudicibus, id est, En la sorte qu'elle est. Pro eodē dicimus, Cuiusmodicunque. Cic. pro Cluen. Nam illud me non præterit, cuiusmodicunq; mater sit, tamen in iudicio filij de turpitudine parentis dici uix oportere, id est, Quelle qu'elle soit. Id Sallust. diuisim enuntiauit, Neq; solùm ciues, sed cuiuscunq; modi genus hominum, quod modò bello usui foret, &c.

Culcitra, f. p. pen. cor. Non stragulum est, quo dormientes integimur, ut quidam perperam tradiderunt: sed potius id quod plumis, tomento, floccis, aliaue materia fultrum dormituris substernitur, ἐφάπλωμα. Nomen autem habet à calcando, siue inculcando, quòd calcibus, hoc est, pedibus inferciatur. Cic. 4. Tusc. Eripiamus huic ægritudinem, quomodo collocemus in culcitra plumea, psaltriā adducamus. Idē ad Att. lib. 13. Nam Silius culcitras nō habet. Iuuē. Satyr. 3. Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto, Vnà simus, ait.

Culcitrula, diminutiuū. Plautus Mostel. Is me suam quidem pol optat culcitrulam.

Culcitula, Fasciculus quidam ligneus in sacris dicebatur. Festus.

Culeola, Sunt cortices nucū uiridium, similitudine culeorum, quibus oleum, aut uinum continetur. Hæc Festus.

Culeus, m. s. κωλεός, uel etiam **Culeum**, neutri generis, uel (ut alij scribunt) Culleum gemino l, Vter, siue saccus est ex lino, uel cannabe, uel corio factus, ab occulendo, id est, claudendo. Eo utimur ad portanda frumenta. Plin. lib. 7. cap. 20. Iunius Valens meruit in prætorio diui Augusti centurio, uehicula cum culeis donec exinanirentur, sustinere solitus. Factus est etiam Culeus pœna parricidarum. Nam parricidę sanguinēis uirgis derberati, in culeo cum cane, simia, gallo, & serpente inclusi mari iniiciebantur. Vnde Iuuenalis, quis tam Perditus ut dubitet Senecam præferre Neroni? Cuius supplicio nō debuit una parari Simia, nec serpēs unus, nec culeus unus. Est & Culeus nomen mensuræ Viginti Amphorarū capacis, uel quadraginta urnarū, ut est apud Plin. lib. 24. cap. 4. & Colum. lib. 3. cap. 3. Hinc Sesquiculeare dolium, apud Colum. est triginta amphorarum: quasi culeum & dimidiatum.

Cŭlex, κώνωψ, Vermiculus paruus, alatus: de cuius natura ut de Plinium lib. 11. cap. 2. Plaut. in Curcul. Vt muscæ, culices, pulicesq; & cimices.

Cŭligna, f. p κυλίκνη, Potorium uas, teste Festo. Cato cap. 132. Ioui dapali culignam uini quantum uis polluceto. Idē alibi, Culignam in fœnograeco, ut bene oleat.

Cŭlīna, f. p. pen. prod. ut Varro de uita Populi Romani scribit, dicta est ab eo quòd ibi colebāt ignem locupletiorē domus, μαγειρεῖον. Plaut. in Casi. Senex in culina clamat, hortatur coquos. Iuuenalis continēs pro cōtento posuit, scilicet pro cibis coctis, quum inquit, sequitur sua quenq; culina.

Culinarius, μαγειρικὸς: & Culinor, aris, quod est, Culinā exerceo, μαγειρεύομαι.

Cŭlmĕn, n. t. Dicitur, uertex, uel fastigium domus, uel etiā alterius rei, κίων, ονος. Ab antiquis culmina dicta sunt, quia ædificia è culmo, id est, paleis è messibus collectis, contegebant. Verg. 1. Ecloga, Pauperis & tuguri congestū cespite culmen. Idem, Et iam summa procul uillarū culmina fumant. Culmen, summitas alicuius rei. Plaut. Trin. E Capitolio, quo in culmine astat summo. Plinius libro 9. capite. 35. Principium ergo, culmenque omnium rerum pretij, margaritæ tenent. Culmen pro Culmo, siue stipula. Ouid. 4. Fast. Sanguis equi suffimen erit, uitulię fauilla: Tertia res duræ culmen inane fabæ.

Culmus, m. s. Frumenti calamus, à radice usq; ad spicam dictus quòd colatur: unde olim & Columus dicebatur, sicut & Columen primò quod postea Culmen, κάλαμος, καλάμη, ἀνθέριξ. Vergil. 1. Georg. ne grauidis procumbat culmus aristis. Ibidem, culmumq; leuem stipulasq; uolantes. Vbi Seruius, Culmus dicitur ipse calamus: stipulæ uerò, folia quæ ambiunt culmum.

Culpa, f p. ut scribit Donatus, est eius qui insciens aliquem læsit, αἰτία Plaut. in Epid. Mihi ut ignoscas, si quid imprudens culpa peccaui mea. Idem in Merc. Dij sciunt, culpam meam isthanc non esse ullam. Cic. 2. Offic. Ne maior pœna quàm culpa sit, cauendum. Iurisconsulti duo faciunt culparum genera, Latam. & Leuem: Latam culpam appellantes dolum præsumptum: Leuem uerò, negligentiam, quum scilicet quis eam diligentiam in rebus alienis non præstitit, quam prudens paterfamiliās solet. Culpæ nomen, generale est, dolumq; comprehendit non quidem uerum sed præsumptum. Nam si in materia culparum, quam nemo diligentius tractauit doctissimo nostro Zasio nero dolo locus esset iā culpā nominare qd attineret? l. Si idē C. de Cod. uul.

Culpo, as, are, a. p. Contrarium est uerbo laudare, κατηγορῶ. Plautus in Bach. Illum laudabunt boni, hūc etiam ipsi culpabunt mali. Idem Asin. Neq; quæ rectè faciunt culpo, neq; quæ delinquunt amo.

Culpatio, uerbale. Gel. libr. 16. cap. 13. Ne ipsi quoq; culpationes huiusmodi mereantur.

Culpito, as, are, frequentatiuum. Plaut. in Cist. Verùm haud metuo nè iusiurandum nostrum quisquam culpitet.

Cultĕr, m. s. Dicitur omne instrumētum quo aliquid scinditur, μάχαιρα. Plaut. Epid. acutum cultrum habeo Qui senī exenterem marsupium. Vnde culter tonsorius, dicitur nouacula qua tonsores barbas radunt. Cicero 2. Offic. de Dionysio superiori loquens, Qui cultros tonsorios metuēs, sibi candente carbone adurebat capillum. Item Culter uenatorius dicitur uenabulum, uel potius ferramentum uenabuli. Culter etiam dicitur uomer aratri, quo terra priusquàm proscindatur, secatur, futurisq; sulcis uestigia præscribuntur. Autor Plinius lib. 18. cap. 18. Veteres etiam in nominatiuo Cultrum dixerunt. Propertius, Et canis nostros nimis experrecta dolores, Quum fallenda meo pollice cultra forent.

Cultellus, diminutiuū. Iuuen. Saltantem spectans & chironomūta uolāti Cultello. Purgare ungues cultello, Hor. 1. Epist.

Cultellatus, a, um. Formā cultelli habēs, μαχαιροειδής. ut, Dorsum cultellatum, Plin. lib. 32. cap. 1.

Cultratus, a, um: ut Cultratus mucro, qui scindit uelut culter. Plin. lib. 13. cap. 4. Folia cultrato mucrone.

Cultrarius. m. s. Minister qui uictimam cultro immolat: qui alio nomine dicitur Victimarius. Suet. in Calig. Admota altaribus uictima, succinctus poparum habitu, elato altè malleo cultrarium mactauit. (Cole.

Cultrío, Cultus, Cultura, Cultor, Cultrix, uide

Cŭlullus, Calix fictilis quo in sacris utebantur Pontifices, & Vestales uirgines, testibus Porphyrione & Acrone. Accipitur & pro urceolo. Horat. in Arte, Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quem perspexisse laborāt. Idem 1. Carm. Ode. 31. Diues & aureis Mercatores exicet cululis Vina Syra rep. &c.

Cum, Præpositio copulatiua, quæ ablatiuo solet iungi notanti societatem & coniunctionem animi: ut Summa cum benevolentia, summa hilaritate illum excepi, σὺν κατὰ, cū genitiuo. Interdum denotat comitatum: ut, Cum Socrate profectus sum. Aliquando accipitur pro contra, πρός. ut, Cum hoste pugno. In compositione uerò postposita inuenitur: ut, Mecum, Tecum, Secum, Quicum, Quibuscum. Aliquando aduerbium est, & accipitur pro Quando, ὅτι ἐνίκα. Vergilius 3. Ecloga, Cùm facīā uitula pro frugibus ipse uenito. Cicero, Nonnihil me consolatur, cum recordor quanta me complecteris benevolentia. Iungitur modò indicatiuo: ut, Cum dico, Cum dicebam, Cum dixi: Cum dicam. Modò subiunctiuo: ut, Cum dicerem: Interdum accipitur pro Dum, ἐπειδή. Cicero, Cum me in Africam contulissem. Interdum pro Quanuis, & exigit post se Tamen, iungiturq; subiunctiuo. Cicero pro Deiot. Cum in omnibus causis grauioribus initio dicendi commoueri soleam, tamen in hac multa ita me perturbāt. Aliquando pro Quoniam, ut causam denotet: & similiter subiunctiuo iungitur: ut, Cum inueniam Latinos proprio sermone hæc parum attigisse, conatus sum pro uiribus. Iunguntur quandoque Cum & tum, καὶ τότε quæ licet idem ferè significent, diuerso tamen modo ordinantur. Nam in Cum est quiddam minus, in Tum quiddam maius: & hoc duobus modis fit: ut aut generale præcedat, & sequatur speciale, aut ambo sint specialia. Primo modo sic: Quin. Quod cùm omnibus confitendum est, tùm nobis præcipuè qui rationem dicendi à bono uiro non separamus, id est, omnib. multum, mihi autem maximè. Altero modo. Idem, Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus, quem cùm amicissimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem, diligentissimum

gnissimũ hoc mutuæ in nos charitatis pignore iudicamus: id est, multùm propter amorem tuum in nos, plus tamen propter amorem literarum. Aliquando etiã Cum & Tum coniunctiuo iunguntur. Cic. Curioni lib. 2. Epist. Graui teste priuatus sum amoris erga te mei, patre tuo clarissimo uiro: qui cùm suis uirtutibus, tùm uerò te filio superasset omnium fortunas, si te antè uidisset quàm è uita discederet. Quando autem fit sub duobus uerbis, fieri debet sub eodẽ modo & tempore. Cic. Att. lib. 1. Itaq; cùm meus me mœror quotidianus conficit, tùm uerò hæc addita cura uix uitam mihi reliquam facit. Quanquam etiam interdum diuersorium modorũ & temporũ uerbis iũcta inuenitur. Idem eidem, lib. 3. Quod cùm semper antea intelligerem, tùm uerò proximè iudicaui. Idem in principio lib. 1. de Nat. deor. Cùm multę res in philosophia nequaquam satis adhuc sint explicatæ, tùm difficilis Brute (quod tu minime ignoras) quæstio est de natura deorum. Ponitur quandoque Tum sine Cum, geminatum uel triplicatum in rebus paribus. Quintil. Nec indignetur Herodorus æquari sibi Titum Liuium, tùm in narrando miræ iucunditatis, clarissimiq; candoris, tùm in cõcionibus, suprà quã enarari potest, eloquentẽ: ita dicuntur omnia tùm rebus, tùm personis accõmodata. Ponitur nonnunquã Tum pro aliquãdo, ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ, & sic ferè geminatũ. Cicero. Tum hoc, tum illud argue, id est, modò hoc, modò illud. Quandoq; pro tunc, τότε. Vergil. 8. Aeneid. Tum primum nostri Cacum uidere trementem. Quandoq; est aduerbium ordinis pro deinde, ἔπειτα. Verg. 6. Aeneid. ipse atri uelleris agnam Aeneas matri Eumenidum, magnæq; sorori Ense ferit, sterilemq; tibi Proserpina uacam: Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. Quandoque pro præterea. Terent. in Prolog Eunuchi. Si quisquã est, qui se studeat placere bonis Quàmplurimis, & minimè multos lædere, In his Poëta nomen profitetur suum. Tum si quis est qui dictũ in se inclementius Existimet esse, &c. Sunt qui ita distinguunt, ut quando præpositio est, cum c scribi debeat: quando autem aduerbium seu coniunctio, cum q. Sed cum ratio non sit satis ponderosa, iam doctorum usus obtinuit, ut potius cum c, semper scribatur. quare unusquisque prout uoluerit scribet. Antiquitus, cum aduerbium erat, Quom scribebatur. Cum alter, una particula, antiqui pro cum altero usurpabant breuitatis gratia: ut annotauit Festus. Cũ dicto, significat, statim post uerba, & uixdum finito sermone, ἅμα λέγων, σὺν τῷ λόγῳ. Apul. Et cum dicto sutili centunculo faciem suam iandudum punicantem, præ pudore obtexit. Cum imperio esse, ἐν ἀρχῇ εἶναι dicebantur, cui nominatim demandabatur à populo imperiũ Cum iustę ætatis factus fuerit, Cum perfectæ ætatis fuerit, Cum adoleuerit, de annis 14. completis intelliguntur. Albericus locos indicat. Cum ad legitimum statum peruenerint, an uerba hęc conditionem inducant, not. in l. ex his uerbis C. Quand. leg. red. Cum maximè, ὅτι μάλιστα, uehementissimè, uehementius quàm aliàs unquam. Cic. pro Cluentio, Mater, quæ multos iam annos, & nunc cum maximè filium interfectum cupit. Terẽt. Hecy. Hanc Bacchidem amabat ut cum maximè tum Pamphilus, Cum pater, uxorẽ ut ducat, orare cœpit. Cum partim, ueteres dixere pro partim. Cato, Ibi pro scorto fuit in cubiculum, surrectitauit è cõiuio cum partim illorũ iam sæpè ad eundem modum erat. Vide ea quæ ex Gellio annotauimus in dictione Partim. Cum populo agere (quæ uerba legis sunt. XII.) Tab. est rogare quid populũ, quid suffragio suo uel iubeat, uel uetet: Vnde rogatio, p lege dicta. Cũ patrib. autem agere, est ad senatum referre. Vide Bud. in Annot. poster. Cum potestate esse, Dicebatur, qui à populo alicui præficiebatur negotio, seu qui magistratum gerebat, ἄρχειν, ἐν ἀρχῇ εἶναι. Cic. 2. de Inuent. Felix, an infelix: priuatus, an cum potestate sit. Cumprimis, Significat inprimis. εἰς τὰ πρῶτα. Cic. 3. Verr. Homo domi suæ cumprimis locuples. Apul. Hic cumprimis nobilis ac facundus. Cumprimè, olim dicebatur pro Cumprimis. Q. Quadrigarius, Nam M. Manlius, quem Capitolium seruasse à Gallis nuper ostendi, cuiusq; operã cum M. Furio Dictatore apud Gallos cum primè fortem Respubl. sensit, &c. Cum stomacho aliquid facere dicimus, hoc est, cum indignatione, siue fastidio, κατὰ κοσμάχου. Cum tempore, cum mora, & spatio temporis, χρόνῳ. Cũ uenia tua dicimus, hoc est, pace tua, & te permittente, σοὶ παθαρρήκως συγχορῦντος σοῦ.

Cumatilis color, κυματίας. à fluctuũ similitudine appellatus, qui & cœruleus alio nomine dicitur: nã Græci κύματα fluctus uocant. Plau. Cumatilem togam, aut plumatilem. Hinc etiam colorem periphrastice designat. Ouid. libr. 5. suæ Artis, quũ ait, Hic undas imitatur: habet quoq; nomen

Cumbam, Sabini uocant lecticam. (ab undis

Cũmĕrã, f. p. pen. cor. Va. ingens uimineum, uel etiam fictile, quo frumenta condũntur, ut inquit Acron. Festus uerò autor est, Cumeras ex sparto, palmarumue foliis confici solere. Horatius li. 1. Serm. Cur tua plus cumeris laudes granaria nostris? Idem 1. Epist.

Fortè per Angustam tenuis uulpecula rimam
Repserat in cumeram frumenti.

Cumerum, antiqui uasis genus erat quod opertum in nuptiis ferebatur, in quo erat nubẽtis supellex. Fest. Cumerum (inquit) uas nuptiale, à similitudine cumerarum, quæ fiunt palma uel sparto ad usum populare, sic appellatum.

Cuminum, siue **Cyminum**, pen. pro. κύμινον. Herba est notissima, folio fœniculo non dissimis, radice subrotunda, semen ferens copiosum, & canaliculatum, quod in uino epotum pallorem fertur generare. Vnde etiam ab Horatio libro 1. Epist. exangue cuminum appellatur: quod si pallerem casu, biberent exangue cuminum. Pers. Satyr. 5. Paliẽtis grana cumini. Galli hoc semen uocant Du cumin. Est item Cuminum agreste, κύμινον ἄγριον, satiuo multò efficacius, in collibus ferè proueniens: de quo uide Dioscoridem.

Cũmŭlŭs, m. s. pen. cor. Propriè dicitur maiorum rerũ ueluti aceruus quidam, σωρός. Liu. 10. ab Vrb. Consulis corpus eo die, quia obrutum super stratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit. Verg. Cumulum pro altitudine, & quasi magna aquæ mole posuit. 1. Aen. Insequitur cumulo præruptus aquę mons. Cumulus item est qui additur mensuræ plenæ, ut inquit Festus, πρόσθλιμα: & per translationẽ accipitur pro quauis accessione. Cic. pro Sex. Roscio, Vt ad illam opimam prædã damnatio Sex. Roscii, uelut cumulus accedat. Idem Att. libr. 2. Ad summã lætitiam quã ex reditu tuo capio, magn⁹ ex illius aductu cumulus accedit.

Cumulo, as, are, a. p. Implere, coaceruare, & quasi ad cumulũ addere, σωρεύειν, ἐπιτιθέναι. Vergil. 11. Aeneid. Et nunc ille quidem spe multum captus inani Fors & uota facit, cumulatq; altaria donis. Tractum à mensuris, quibus nonnihil soet addi. Dicimus. Cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus. Cic. ad Attic. lib. 14. Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd uulgò hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus.

Cumulatio, f. t. est unius actionis ad aliam adiuratio, uel est plurium rerum uel actionum coaceruatio contra eundem in Iudicio legitimè proposita. Zas. in tit. Instit. de Action. paragr. si minus, & cumulationum quatuor species Ibi.

Cumulatim, aduerbium. pro Aceruatim, σωρηδόν. Varro de Re rustica libr. 3. cap. 17. Quibus in tenebris quum cumulatim positum est, in doliis fiunt pingues.

Cumulatè, Abundanter. Cicero secundo de Diuin. Quæ ut benè, cumulateq; perfecta, de diuinatione ingressi sumus his libris scribere.

Cunabula, Vide Cunæ.

Cũnæ, arum, f. p. & **Cunabula**, orum, pro eodem accipiuntur: dicta quasi Cynæ, & Cynabula κοιτίδες. Nam κυεῖν Græci eniti dicuntur, & parere. Latini autem suo more, υ, in u conuertunt. Sunt autem lectuli in quibus infantes solent iacere, uel loca in quibus nascuntur. Cicer. 1. Tuscul. Iidem si puer paruus occidit, æquo animo ferendum putant: si uerò in cunis, ne querendum quidem. Dicũtur & Incunabula. nã In, præpositio hoc loco nihil significat, sicfiut & in aliquot aliis dictionibus, ut Columis, & incolumis. Sunt qui Cunabula & Incunabula à cunis distinguãt, & ea propriè dici existiment quæ ad cunas instruendas & ornandas pertinent: Cunas uerò exiguum illud fulcrum ex ligno alia ue materia, in quo infantis lectulus sternitur. Plautus in Amph. Sed puer ille quem ego laui, ut magnus est, & multum ualet? Neq; enim quispiam colligare quiuit in cunabulis. Et in Truc. Fasciis opus est, puluinis, cunis, in cunabulis Per translationem: Idem in Pseudolo, Sed istic seruus Caristo huc qui aduenit, quid sapit usq; à cunabulis? id est, usq; ab infantia, uel usq; à puero, hoc est, ab ea ætate quę in cunabulis agitur. Columell. Quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit. Liu. lib. 4. Ab incunabulis imbutũ odio Tribunorũ. Vergilius li. 5. Cunabula pro initiis posuit: Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ Centum urbes habitant. Similiter Cicero de Opt. gen. or. Non fuit alienum de oratoris quasi incunabulis di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lis dicere. Cic. in Salluſt. An ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis? ubi rudimenta pro initijs, & incunabula pro fomentis, ſiue augmentis poſuit. Quando & Incunabula uocamus nutritionem puerilem: unde locum incunabulorum uocamus eum, in quo ab ipſa ſtatim infantia educari ſumus, & in quo eam egimus ætatem, qua in cunis uagire conſueuimus. Sueton. in Veſpa. Quare princeps quoq; & locum incunabulorum aſſiduè frequentauit.

Cunctí, m.f. Significat quidem omnes, ſed qui ſunt coniuncti, σύμπαντες: Omnes uerò etiam ſi ſunt diſiuncti, & diuerſis locis. Cicero antequàm iret in exil. Quoniam laborē pro cunctis ferre conſueuit. Verg. 1. Georg. Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret. Idem lib. 1. Aeneidos, Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis, Compoſita, Percūctor, & Recunctor, quod eſt iterum moror.

Cunctor, ctaris, ctatus, d. p. cū c ante t, uerbum deponens eſt, idem ſignificās quod moror, ſiue procraſtinor, & de die in diem differo, μίσσω, ὀκνῶ. Liu. lib. 1. Alii dum cūctantur in ripis, inter pugnæ fugæq; cōſilium oppreſſi. Verg. lib. 4. Aen. Regina thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorū expectant. Cæſ. 1. bel. Ciu. Si cunctetur, atq; agat leuius, nequicquam eius auxilium, ſi poſtea uelit, Senatū imploraturum. Suetonius de Aug. Cunctari ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus rerum. A cunctor fiunt.

Cunctatio, f.t. uerbale, Tardatio, mora, μίσσησις, ὄκνος, ἀναβολή. Cicero 1. Offic. Sed iis quæ habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus, & gerenda Reſpublica eſt. Sine cunctatione dicere, Cic. in Verr.

Cunctator, maſ. t. Dilator, procraſtinator, μισητὴς σχολῶ&. Liuius 6. ab Vrbe, Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. Cælius Ciceroni, Noſti Marcellū, quàm tardus, & parū efficax ſit. itemq; Seruius quàm cunctator. Hoc cognomen ab æmulis Fabio Maximo inditum fuit, qui cunctabunda quadam prudentia uires Hannibalis fregit. Vnde illud Enniani, Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Cunctans, cunctantior, cunctātiſſimus. Liuius 10. bel. Pun. Sic ut dubites, utrum ingenio cunctantior, an quia ita bello propriè quod tum gerebatur, aptum erat: ſic nihil certius eſt quàm unum hominem cunctando nobis rem reſtituiſſe.

Cunctabundus. Liu. 6. ab Vrbe. Quod ubi aciem iam inſtruenti Camillo Centuriones renunciauerunt, turbatas militum mentes eſſe ſegniter arma capta, cunctabundosq; & reſiſtentes egreſſos caſtris eſſe, &c. Tacit. lib. 1. Nuſquam cūctabundus, niſi quum in ſenatu loqueretur.

Cunctanter, aduerbium, Cum mora σχολαίως. Liu. 1. ab Vrbe, Tum illud haud cunctanter diſcidiſſe cotem ferunt.

Cŭneus, m.ſ. inſtrumentum eſt ferreum, aut etiam ligneum, quo finduntur ligna, σφὴν. Huius prima pars acutior eſt, ut quamuis rimulam facilè intret, ſequens autem latior & amplior. Vergil. 1. Georg. Nam primi cunei ſcindebant fiſſile lignum. Idem 2. Georg. & altè Finditur in ſolidū cuneis uia: deinde feraces Plantæ immittuntur. Per translationē ſumitur pro peditum multitudine, in cunei formā redacta, teſte Vegetio lib. 3. quæ Græcis σφὴν& dicitur, hoc eſt, quæ ita diſpoſita eſt, ut eius pars prima anguſtior, deinde latior procedat. Ab huius etiam ſimilitudine Cunei dicti ſunt loca in theatro, id eſt, graduum ordines, in quibus uulgus ſpectatorū ſtabat inter ſedentiū ſubſellia. Iuuenalis, cuneis an habēt ſpectacula totis, Quod ſecurus ames? Vitru. lib. 7. Cunei ſpectaculorum in theatro ita diuidātur, ut anguli trigonorum, qui currunt circa curuaturam circinationis, dirigant aſcenſus, ſcalasq; intercuneos ad primam præcinctionem. Inde theatrum eleganti epitheto à Vergilio Cuneatū dicitur. Excuneati, ab Apuleio dicti ſunt, quibus ſedendi locus non fuit in cuneis confertis. Sed & conſtipatam turbam, Cuneos dicimus. Cyprian. Stipatus clientum cuneis. Verg. lib. 2. Georg. Hunc plauſus hiantem Per cuneos geminatus enim populiq; patrumq; Corripuit.

Cuneolus, li, m.ſ. diminut. à Cuneus, hoc eſt, clauus ligneus quo duo uel plura tigna connectuntur. Cicero de Vniuerſit. Crebris quaſi cuneolis inciſtis unum efficiebant ex omnibus corpus.

Cuneare, a. p. Eſt cuneis adactis firmare, σφηνοῦν. Plin. lib. 16. cap. 40. Ab his proxima eſt cornus: quanquam non poteſt uideri materies propter exilitatem, ſed lignum non aliò penè quàm ad radios rotarum utile, aut ſiquid cuneandum ſit in ligno, clauisq; figendum, ceu ferreis. Cuneari item eſt in cunei formam coarctari. Vnde Plinius lib. 3. ſcribit Hiſpaniam anguſtiis quibuſdam cuneari.

Cuneatus, a, um, Quod eſt in formam cunei factum, hoc eſt, cuius prima pars acuta paulatim in latitudinem procedat. σφηνοειδής. Vnde à Liuio forma ſcuti cuneatior appellatur, cuius ſummum latius, imum ſtrictius erat. Item Cuneatus ager, apud Columel. à lib. 1. cap. 2. In cunei forma factus, utputa quum eſt longus pedes centum, latus ex altera parte pedes uiginti, ex altera pedes non amplius decem. Ouid. 3. Metamorph. Prominet in pontum cuneatus acumine lōgo Collis. Hinc fiunt compoſita, Excuneatus, & Diſcuneatus: de quibus uide infrà ſuis locis, & ea quæ annotauimus in dictione Cuneus.

Cuneatim, Per cuneos, κατὰ σῖφη. Ammian. Imperator cuneatim ſtipatus. Cæſar 7. bell. Gal. Hoſtes re noua perterriti, muro, turribusq; deiecti, in foro, ac locis patētioribus cuneatim conſtiterunt.

Cŭnĭcŭlŭs, m.ſ. Animal lepori ſimile, quod ſub terra effoſſa latére ſolitum eſt, λαγύπους. Martialis, Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. Varro 3. de Re ruſt. ca. 12. Tertij generis eſt quod in Hiſpania naſcitur, ſimile noſtro lepori ex quadam parte, ſed humile, quem Cuniculum appellant. Et paulò pòſt, Cuniculi dicti ab eo quòd ſub terra cuniculos ipſi facere ſoleant, ubi lateant, in agris. Eſt & cuniculus, foramen ſub terra occultum, ad ſuffodiendas urbes inuentū, ὑπόνομον. Plinius, tentata per cuniculum fuga. Cæſ. 7. bell. Gall. Et aggerem cuniculis ſubtrahebant. Vnde Cuniculis oppugnare, per translationē, hoc eſt, dolo & fraude aliquid moliri, & negocium alicui facceſſere. Et Agere cuniculos, ὑπονομεύειν, quod uulgus Minare dicit, uel Minas facere. Cæſar 8. bel. Gallici, Eodem tempore tectos cuniculos agūt ad caput fontis. Cic. 3. Offic. Quid ſi pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium: indicétne id magiſtratib. filius? Cuniculus inſuper pro canali accipitur. Plin. lib. 9. cap. 58. Singulis aquæ amphoris centenas atq; quinquagenas medicamētis libras exæquari, ac modico uapore torreri, & ideò longinquæ fornacis cuniculo.

Cuniculatim, aduerbium. Cuniculi modo. Plin. lib. 9. cap. 35. Iam diſtinctione uirgulata, crinita, criſpa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

Cunicularius, rij, ſubſtantiuum, qui ſub terris cuniculos fodit. Vegetius lib. 2. cap. 11. Hæc enim erat cura præcipua, ut quicquid exercitui neceſſarium uidebatur, nunquā deeſſet in caſtris, uſque eò, ut etiam cunicularios haberent, qui ad morem Beſſorum ducto ſub terris cuniculo, muriſque intra fundamenta perfoſſis, improuiſi emergerent ad urbes hoſtium capiendas.

Cuniculoſus, a, um, Plenus cuniculis. Catullus, Tu præter omnes auide capillatis cuniculoſæ Celtiberiæ fili Egnati, &c.

Cūnĭlă, f.p. κόνυζα Dioſcoridi, Herba eſt quam uulgus à necandis pulicibus Pulicariam appellat: Latini etiam Cunilaginem: de qua paulò ante latius egimus in dictione Coniza. Huius uerò herbæ multa ſunt genera. Nam quędam Bubula appellatūr, & ſemem pulegij habet, quod contra ſerpētes in uino bibitur. Quædam Gallinacea, à Græcis Origanum Heracleoticum. Dioſc. lib. 3. cap. 32. Tertia à Græcis maſcula, à noſtris Cunilago, odoris fœdi, radicis lignoſæ, foliis aſperis: cuius manipulum ſi quis in domo poſuerit, omnes à tota domo blattas ad eum tradunt conuenire. Prodeſt aduerſus omnia uenenata. Hæc. Plin. lib. 20. cap. 16.

Cunilago, inis, Tertium genus eſt cunilæ, quam Græci Maſculum appellant, odore fœdo, radice liginoſa, folio aſpero: ad quam in ædibus abiectam omnes tota è domo blattæ cōuenire dicuntur. Author Plin. lib. 20. cap. 16. Vide Cunila.

Cūnīrē, (inquit Feſtus) Eſt ſtercus facere. Dictum à cunis infantium, quæ ſæpe ſtercore fœdantur.

Cūnĭlĭngī, orum, n.ſ. dicebantur homines ſordidiſſimi à cunis lingendis.

Cunnus, ni, m.ſ. duplex nu,) ὕσῖρα Lucian. τὸ μόρῳ τὸ γυναικεῖον) natura, intercapedo, pars muliebris pudendæ.

Cunyzamis, midis, κυνυζαμὶς, Herba quæ alio nomine cunilago dicitur. Author Plin. lib. 19. cap. 8.

Cūpa, f.p. ſiue (ut alii malunt) Cuppa, Vas uinarium amplum, in quo uinum in apotheca conditum ſeruabatur, πίθος. Vlpian. de Legat. lib. 3. l. Cuius. Vaſa (inquit) uinaria, id eſt, cupæ & dolia, quæ in cella fixa ſunt. Cupis etiam utebantur ad naues quæ reficiēdæ erant ſuſtinendas. Lucanus, Namq; ratem, uacuæ ſuſtentant undiq; cupæ.

Cupedia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cupedía, orum, à Romanis appellabantur lautiores cibi, ſiue à Cupedine Romano equite, cuius ædes ſolo æquatæ aream foro cupedinario extruendo præbuerunt: ſiue quòd delicatiores eiuſmodi cibi rebus cupidinis alimenta præbeãt. Plaut. in Stichc, Melius dicis, nihil moror cupedia.

Cupedia, cupediæ. Idem. Cicero 4. Tuſc. Aegrotationi autem talia quædam ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulieroſitas, peruicatia, liguritio, temulentia, cupedia, & ſi qua ſunt ſimilia. Quo in loco cupediam uidetur poſuiſſe pro uitioſo cupediorum appetitu.

Cupedula, læ, diminutiuum. Gellius libro 6. capite 13. Coniectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, ſed argutias quæſtionum.

Cupedinarium forum, & Cupedinis forum, In quo delicatiores epulæ coctæ uendebantur: ita dictum à cupiditate, uel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis. Varro lib. 1. Rerum human. Numerius Equitius Cupes, & Macellus Romanus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis, publicata ſunt eorum bona, & ædes ubi habitarant, dirutæ. Itaque ædificatus eſt locus in quo uendebantur ea quæ ueſcendi cauſa in urbẽ erant alata. Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum eſt.

Cupedinarij, m. ſ. Qui eſculenta & poculenta delicatiora cocta uendũt, ψωμοπῶλαι. Terent. in Eun. Ad macellum ubi uenimus, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, cetarij, lanij, coqui, fartores, aucupes.

Cupes, pis, adiectiuum, Quo antiqui utebantur pro eo q̃ eſt, cupedijs & liguritioni deditus. Plautus in Trinummo. Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus. Elegans, deſpoliator, latebricolarum hominum corruptor.

Cũpedo, inis, Idem quod cupido, ſeu cupiditas, ἐπιθυμία. Lucret. lib. 5. Quantæ tum ſcindunt hominem cupedinis acres Sollicitum curæ? Et libro 6. Et finem ſtatuit cupedinis atque timoris.

Cũpẽcũs, Lingua Sabinorum ſacerdos appellatur.

Cupherion, fluxus ſanguinis per nares: quod uitium equis procliue eſt, inquit Vegetius, ſi ultra uires agitentur ad curſum.

Cupío, is, cupiui, cupitũ, a. t. Opto, deſydero, ἐπιθυμῶ. Cic. 4. Verr. Quem igitur ab ijs equitibus Rom. qui iſtius cauſa cupiunt omnia, qui ab eo benigniſſimè tractati ſunt, condemnati neceſſe eſſe, &c. Idem de Orat. Neq; uerò nobis cupientibus atq; optantib. fructus otij datus eſt. Cupere alicui, pro bene uelle. Cæſar lib. 1. bel. Gall. Fauere & cupere Heluetijs propter eam affinitatem. Cic. Q. frat. lib. 1. Quid? ego Fundanio non cupio? nõ amicus ſum? nõ miſericordia moueor? nemo magis.

Cupire, in quarta cõiugatione apud antiquos legitur. Lucret. lib. 1. perfringere ut arcta Naturæ primus portarum clauſtra cupiret.

Cupiens, nomen, Idem quod cupidus. Plaut. in Mil. Huius cupiens corporis eſt. Cupientiſſimus. Salluſt. Marius cupientiſſima plebe Conſul factus.

Cupitus, pen. prod, Participium. Plaut. Pœn. te complecti nos ſine, Te cupite, atq; expectate. Ouid. 3. Faſt. Mars uidet hanc, uiſamq; cupit, potiturq; cupita.

Cupitor, oris, pen. prod. uerbale. Tacitus lib. 12. Neq; tamen repertus, niſi unus, talis matrimonij cupitor. Idem lib. 15. Nero, ut erat incredibilium cupitor.

Cupienter, aduerbium. Plaut. in Pſeud. Quum quid cupienter dari petimus nobis.

Cupidus, Auidus, qui q̃ rei alicuius, deſyderio tenetur, ἐπιθυμῶν. Terent. in Hecy. Eius uidendi cupidus.

Cupidior, Cupidiſſimus, comparatiua & ſuperlatiua. Cic. ad Attic. lib. 4. Cupidiſſimus mei. cupidiſſimus pacis, Aſinius Pollio ad Ciceronem lib. 10. Epiſt.

Cupidè, aduerbium. Cic. pro Roſcio, Ego uerò cupidè & libenter mentiar tua cauſa. Terent. in Adelph. Egomet conueniã ipſum, ut cupidè accipiat.

Cupido fœm. gen. t. pro cupiditate accipitur, quamuis Cupiditas leuior ſit quàm cupido, πλεονεξία, ἐπιθυμία. Lucil. lib. 19. Cupiditas ex homine, cupido ex ſtulto nunquam tollitur, quòd cupiditas pars ſit temperatior defluens à cupidine. Eſt autem animi affectio à libidine & cupiditate proficiſcens: qualis eſt auaritia, qua opes cupiuntur: qualis iracundia, qua ultionem appetimus, & ſimilia. Verg. 6. Aeneid. quæ lucis miſeris tam dira cupido? Plaut. Pœn. Quanquam cupido uerſatur in corde, tamen, &c. Mortis cupido. Ouid. in Ibin, Quodq; ferunt Brotean feciſſe cupidine mortis.

Inuenitur etiam nonnunquam in maſculino genere. Horat. Carm. Ode 16. Nec leues ſomnos timor, aut cupido Sordidus aufert. Idem 1. Serm. Sat. 1. At bona pars hominũ decepta cupidine falſo.

Cupiditas, atis, f. t. Auiditas, libido, appetitus, ἐπιθυμία: ut, Cupiditas cibi. Celſus lib. 8. & Cic. 4. Acad. Seneca de benef. lib. 2. cap. 27. Cupiditas ſe porrigit, & felicitatem ſuam non intelligit: quia non unde uenerit reſpicit, ſed quò tendat. Cicero in Parad. Neq; enim unquam expletur nec ſatiatur cupiditatis ſitis. Cæca temeraria dominatrix animi cupiditas, Cicero 1. de Inuent.

Cũpreſſus, ſi, f. f. κυπάρισσος, Arbor procera, caudice oblongo & recto, folio pini, ſed carnoſiore, molliore q̃, neque ita pungente fronde indecidua, odore uehementi. Duo eius ſunt genera: Fœmina quæ ſterilis eſt, ad metæ formam in faſtigio conuoluta: & Mas, latius ſpargens ramos, conosq; proferens pineq; nuci non abſimiles, licet multò minores. Mira huius eſt inter arbores fœcunditas, quippe quę trifera eſt, fructusq; habet & Ianuario, & Maio, & Septembri maturos, nulli tamen rei utiles, imò potius noxios, quemadmodum ipſa arbor, cuius etiam umbra noxia creditur. Græci κυπάρισσον uocant, à Cypariſſo puero in arborẽ hanc (ut Poëtæ fabulantur) conuerſo: ſiue potius παρὰ τὸ κυᾶν παρίσους, hoc eſt, ab eo quòd ex æquo & ramos & fructus creet. Numeratur cupreſſus inter arbores funeſtas, eo quòd & tardè creſcat, & ſucciſa nõ repullulet. Ideò funebri ſigno ante defunctorum ædes eam poſuere maiores. Legitur & Cupreſſus, ſus, per quartam declinationem. Ouid. 3. Triſt. Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſu. Idem 3. Metam. Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu.

Cupreſſinus, a, um, penultima correpta, Quod eſt ex cupreſſo. κυπαρίσσινος. Plin. lib. 23. cap. 4. Cupreſſinum oleum eoſdem affectus habet, quos myrteum.

Cupreſſeus, a, um, Quod ex cupreſſu confectum eſt, κυπαρίσσινος. Liuius 7. belli Punici, Poſt eas duo ſigna cupreſſea Iunonis reginæ portabantur.

Cupreſſetũ, ti, pen. prod. Locus cupreſſis cõſitus, κυπαρισσών. Cic. 1. de Leg. In cupreſſetis Gnoſiorum.

Cupreſſifer, a, um, Ferens cupreſſos, κυπαρισσοφόρος. Ouidius Epiſt. 9. Vt Tegæus aper cupreſſifero Erimantho Incubat.

Cuprum, n. ſ. Genus quoddam æris, quod à Plinio Aes cyprium uocatur, κύπριος χαλκὸς. Galli uocant Du cuyure. Vnde apud Palladium Cuprini claui dicuntur.

Cupreus, a, um, ut Cupreum uas. Plin. lib. 21. cap. 3. Cogitur, in cupreo uaſe ad craſſitudinem mellis.

Cũr, Interrogandi aduerbium idem ſignificans quod Quare, τίνος, ἕνεκα, διατί. Licet quidam Qũr per q, ſcribendũ putent, & à Quare per ſyncopen atq; apocopẽ deductum, a & e literis detractis, Terẽt. in And. Cur me excrucio? cur me macero? cur meam ſenectutem huius ſolicito amentia? Aliquando etiam relatiuè accipitur, uel infinitè. Cic. pro Roſc. Com. Non fuit cauſa cur tantum laborem caperes.

Cũrã f. p. Solicitudo, anxietas, ita dicta quòd cor edat, & excruciet, φροντὶς. Terent. in Phorm. Cura & ſumpta abſumitur. Ennius apud Ciceronem de Senect. O Tite, ſi quid ego adiuto, curamue leuaſſo, Quæ nunc te coquit & uerſat ſub pectore fixa. Verg. 1. Aeneid. Quando hæc te cura remordet. Quandoque ponitur pro ſtudio & diligentia: ut, Salus tua eſt mihi curæ. id eſt, ad ſalutem tuam ſtudium adhibeo. Quandoque pro opere quod adhibita cura fit. Mart. Teq; piget curæ præmia ferre tuæ: id eſt, præmia operis abſte facti. Quandoque pro amore. Vergilius 4. Aeneid. At regina graui iandudum ſaucia cura. Quandoq; pro munere, quo curator fungitur: uulgò Curatela dicitur. Vlpian. l. Hæres abſens. parag. Si quis tutelam. ff. de iudic. Si quis tutelam, uel curam, uel negotium, uel argentariam, uel quid aliud, unde obligatio oritur, certo loco adminiſtrauit. Vergilius etiam apud inferos, inter monſtra habitantia in faucibus inferorũ ponit Curas, quaſi deas aliquas: & ultrices poſuere cubilia Curæ.

Curantia, æ, f. p. idem quod curatio. Cicero ad Quint. frat. lib. 2. Quod me admones, de non curantia, ſuadesq; ut meminerim Iouis orationem.

Curioſus, à multa cura dicitur, ſiue in bonũ ſiue in malum, περίεργος, κυνόσπουδος. In malum, quoties plus diligentiæ quàm oporteat, reb. uel noſtris, uel alienis adhibetur. In bonum, quũ cura ſupra modum utimur ad res bene gerendas. Eſt igitur Curioſus, qui multũ, ſiue diligẽter aliquid curat.

Cicero

Cicero Appio Pulchro, Ita eſt homo, non modò prudens, ue rumetiam æquus uir, & curioſus. Et pro Seſtio, Etenim animus eius uultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obſtructio, nec diuturna eſt, neq; obducta ita, ut curioſis oculis perſpici non poſsit. In bonam quoq; partem Columella libro 1. uſus eſt aduerbio. Sin autem (inquit) ipſam uitem ſternere uoles, iuxta radicem ita ne ipſam lædas, curioſè fodito, μετὰ ἐπιμελείας ἀμελῶς. Similiter Incurioſè, ἀμελῶς, ἀπεράργως. Gellius, Si quis non incurioſè legat. Non eſt ergo Curioſus, à parua tantùm cura, uti Valla putauit, ſed etiã à diligenti & optima. De deriuatione quoq; quum dicit. Curioſus non tam à cura, quam à curia uidetur deſcendere, cuius compoſitum magis eſt in uſu, Incuria, ἀμέλεια, id eſt, negligentia. Etſi curia à cura dicatur, non ei aſſentio, neq; de cõpoſitione, ut à curia componatur incuria: ſed dico ita uenire curioſus à cura, per adiectionem literæ i, quemadmodũ & curia, niſi à curio ſumere uelimus. Similiter Incuria per adiectionẽ i, liquet non à curia, ſed à cura componi, quod ſignificatio eorum apertè declarat. Nam cura & incuria, ſunt oppoſita, & ex contraria eorum ſignificatione facilè monſtratur incuria à cura componi, quoniam In, negatiuè ſtat: & alterius ſignificatio ex contrario alterius edocetur: eo q; ſicut cura, diligentia eſt, ita incuria negligentia, ut Cicero in Lælio oſtendit, Vituperanda eſt rei maximè neceſſariæ tanta incutia. Quod non ſignificaret, ſi à curia componeretur. nã eſſet locutus à curia diuerſus: quoniam curia locus erat, ubi curas publicas gerebant, & ubi cura ſacrorum publica. Nec adiectionem literæ i, in curioſus, incurioſus, & incuria, niſi euphoniæ cauſa factam puto, quod non rectè ſonet curoſus & incuroſus & incura. Curia uerò accepiſſe i, arbitror. ut aliam à cura ſignificationem caperet, & nihilominus priuati ui naturam ſemper oleret. Aliquando incurioſus capitur pro pingui, quòd illi potiſsimũ qui omni prorſus cura ſunt liberi, pulcherrimè pingueſcant. Vnde Apuleius in Florid. aguum egregiè obeſum uocat incurioſum. Alciat. in rub. C. de Curioſ. & ſtationa. lib. 12. Curioſi erant, qui paſsim delicta in re militari commiſſa nunciabant. Scotus ad Theodoſium, ſcribit in officio magiſtri officiorum, eſſe curioſum unum curſus publici quales ſunt magiſtri curſorum Poſtmeyſter, uocabulo maioribus noſtris ignoto, appellati, Nam hi nobis primùm ſuo Cæſ. Maximiliano innotuerunt. Memoriam nanq; patrum neglectam eiuſmodi curſorum, quos & nos uoce Gallica Poſtas uocamus, conſuetudine Vicecomitum Mediolanenſ. Ducum familiæ renouantis.

Curioſitas, Pro affectione & diligentia, πολυπραγμοσύνη. Cic. ad Att. lib. 2. Sum in curioſitate, ὀξύπαν&: ſed tamen facilè patior te id ad me, &c.

Curioſè, aduerb, ἐπιμελῶς. Cic. ad Att. lib. 9. Quum de eo curioſè quæſiſſet ſeruus noſter Dionyſius. Quin. lib. 8. cap. 11. Quos curioſè potius loqui dixeris, quàm Latinè. Ab Incuria. Incurioſus, & Incurioſè. Plin. Rebellat ſæpe humor incurioſè datus.

Curia. ſp. Cura dicta, βουλαῖον, ἀρχεῖον. Curia, inquit Feſtus, Locus eſt ubi publicas curas gerebant: item ſedes ac templum publici conſilij. Cicero de Senectute, Non curia uires meas deſyderat, non roſtra, non amici, non clientes, non hoſpites. Eſt autem Curia duplex, ſacrorum ſcilicet & Senatus. In curijs enim uel ſacerdotes res diuinas, uel magiſtratus humanas curabant. Et non ſolùm pro loco, ſed etiã pro hominibus ſumitur, βουλή. Lucanus, Victo iure minax iactatis curia Gracchis. Curiæ etiàm nominantur populi partes, quales fuerunt ex in quas Romulus populũ diſtribuit, numero triginta: quas, quoniam tunc Reipub. curam per earum partium ſententiam expediebat, curias appellauit. His poſtea additæ aliæ quinq; fuere, ita ut in ſua quiſq; curia ſacra publica faceret, feriasq; obſeruaret. Curia in qua habebatur Senatus, Templum erat. Habebatur autem modò in ede Apollinis, modò in delubro Concordiæ, modò in hoc, modò in illo templo. Curia Calabra, à calando, hoc eſt, à uocanda dicta eſt, quòd calata, hoc eſt, uocata in Capitolium plebe iuxta hanc curiam Pontifices pronuntiare ſolent, quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent. Curia Hoſtilia, quã primùm ædificauit Hoſtilius rex Romanorum. Cicero pro Milone curiam uocat templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilij publici, caput urbis, aram ſociorum, portũ omnium gentium, ſedem ab uniuerſo populo conceſſam uni ordini.

Curiales dicuntur, qui ſunt eiuſdẽ curiæ, ſicut Tribules, eiuſdem tribus, φυλῖται, πάροικοι. Curiales flamines, curiarum ſacerdotes. Curiales menſæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis eſt appellata. Plaut. in Aul. Nam neq; quiſquam curialium Venit, neq; magiſter, quem diuidere argentũ oportuit. Cic. 2. Offic. Theophraſtus quidem Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Latiadas hoſpitialem fuiſſe.

Curiatus, a, um, adiect, ut, Curiata lex, à curiaris comitijs dicta. id eſt, tributim coactis. Cicero ad Atticũ, Qui ſe affuiſſe dicerent quum lex curiata ferretur. Et Curiata Comitia, conuentus qui curiatim per lictorem cogebantur. Gel. lib. 15. ca. 27. Curiata comitia erant quæ curiatim per lictorem calabantur, id eſt, conuocabantur: quorum erant pontifices arbitri, teſte Cic. pro domo ſua. Idem pro lege Agr. Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, centuriata auſpiciorum cauſa remanſerunt. De his uide plura in dictione Comitium.

Curio, onis, maſc. t. Sacerdos curiæ. In curijs enim ſacerdotes ita res diuinas curabant, ſicut Senatus res humanas in curia Hoſtilia curare ſolebat, ut ſcribit Varro. Non ineptè fortaſsis etiam noſtros hodie ſacerdotes, quos uulgus Curatũ uocant, Curiones dixerimus, & Curionatum, quam Curam barbarè appellamus. Curio maximus, ἀρχιερεύς, dicebatur cuius autoritate curia, omneſq; curiones regebantur. Curiones quoque dicti ſunt præcones. Iul. Capitolinus, Ille per curionem dici iuſſit, impoſturam fecit, & paſſus eſt. Euſebius libro quarto Eccleſiaſt. hiſt. Miſſo curione ad populum, iubet uoce maxima proteſtari Polycarpum, tertiò confeſſum ſe eſſe Chriſtianum. Plautus uerò in Aul. agnum curionem appellat macilentum, tanquam ob curam maceratum, confectumq;: unde à contrario Apuleius in Flor. agnum opimum & pinguem dicere uolens, appellauit Incurioſum. Item Curiones dicti ſunt quidam Romani ciues.

Curionatus, us, m. q. Curionis dignitas.

Curionia ſacra, Quæ à Curionibus in curijs fiebant. Feſtus.

Curionium, n. ſ. Dicebatur æs quod dabatur Curioni ob ſacerdotium Curionatus. Feſtus.

Curo, as, are, act. p. Operam dare, in re aliqua elaborare, rei alicui ſtudere, incumbere, diligentiam curamq; adhibere, σποδαίζειν. In qua ſignificatione ponitur interdum abſolutè. Terent. in Andria, Perterrefacias Dauum, obſerues filium Quid agat, quid cum illo conſilij captet. Soſ. Sat eſt: curabo, Idem, Hanc fidem ſibi me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum, ut darem. DA. Curabitur. Et hoc aliquando cum ut. Cicer. Famil. 16. Cura igitur nil aliud, niſi ut tu ualeas. Aliquando cum ne. Idem Famil. 2. Vnum illud te præcipuè rogo, ut cures ne quid mihi ad hoc negotij aut oneris accedat, aut temporis. Interdum cum accuſatiuo. Cicer. Attic. 8. Tu faſciculum, qui eſt M. Curioni deſcriptus, uelim cures ad eum perferendum. Et Famil. 7. Mandatum tuum curabo diligenter: ſed homo acutus ei mandaſti potiſſimum, cui expediret illud uenire quàmplurimi. Idem Attic. 1. Signa quæ curaſti, ea ſunt ad Caieram expoſita. Sic Curare pecuniam, ſignificat pecuniam ad diſſoluendum conficere, & comparare, πορίζεσθαι. Idem, L. Cincio H S. DCCC. pro ſignis Megaricis, ut tu ad me ſcripſeras, curaui. Et Curare ſe, uel cũrare corpus, pro reficere, φιλοσωματεῖν. Plaut. Pſeud. Qui ſe ſuamq; ætatem bene curant, edunt, bibunt, Scortantur, illi ſunt alio ingenio atq; tu, qui neq; Tibi bene eſſe patere, & illis quib. eſt, inuides. Cicer. Famil. 16. Cura igitur te, & confirma. Verg. Corpora curamus, feſſos, ſopor irrigat artus. Significat quoque hoc uerbum mederi, curationem adhibere, ἰᾶσθαι θεραπεύειν. Cicer. de Sen. Adoleſcentes grauius ægrotant, & triſtius curantur. Idem in Piſon. Et quum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te uti ualetudinis, quòd diceres uinolentis te quibuſdam medicaminibus ſolere curari. In paſſiua ſignificatione ſic uſus eſt Cicer. Tuſc. 3. An quum corpora curari poſſint, animorum nulla medicina ſit? Et cum ablatiuo addita præpoſitione Ab. Idem pro Cluent. Mulier exclamat ſe ab eo nullo modo curari uelle, quo curãte omnes ſuos perdidiſſet. Cic. Academ. lib. 2. Quis enim poteſt, quum exiſtimet à Deo ſe curari, non & dies & noctes diuinum numen horrere? Huius compoſita ſunt, Accuro: unde Accuratus, & aduerb. Accuratè. Concuro, Procuro, Percuro, quæ uide ſuis locis.

Curatus, particip. Cum diligentia & cura factus. Bene curata cute nitidus, Horat. 1. Epiſt. Plin. lib. 18. cap. 6. Adduxit filiam ualidam atq; bene curatam ac ueſtitam.

Curatè, aduerb. pro accuratè, ἐπιμελῶς. Tacit. libr. 2. Eius nego

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tij initium, ordinem, finem curatius edisseram.

Curator, m.t. ἐπίτροπος κύριος, κηδεμών, ἐπιμελητής, ἐπόπτης, ἔφορος. Generali nomine dicitur præpositus alicui negotio, ut, Reficiendis muris curator Demosthenes fuit, Cic. de Opt. gen. Orat. Curatores urbis & annonæ ædiles. Idem 2. de Legib. Instit. de Curatorib. parag. 1. Masculi quidem puberes, & fœminæ uiripotentes, usq; ad uicesimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc eius ætatis sunt ut sua negotia tueri non possint. Festus scribit Curatorem esse, qui pupillis loco tutoris datur, quasi qui pupillarium bonorum curam gerat. eius officium uocabatur curatura.

Curatio, onis, f.t. pro Cura, siue prouincia alicui delegata. Cic. ad Attic. libr. 15. Ego quod eram meditatus in uia, suadere ut uteretur curatione Asiatica frumenti: nihil esse iam reliqui quod ageremus, nisi ut salui essemus. Idē 1. de Nat. deor. Ab omni curatione & administratione rerum uacent.

Curatorius, a, um, Quod ad curatorē pertinet, ἐπιμελητικός, ut Curatoria actio.

Curax acis, adiect. Diligēs, curæ & uigilantiæ plenus, ἐπιμελής, σπουδαῖος, Caius, l. Si quid uenditor. ff. de Aedil. edic. Verbi gratia, si constantem, aut laboriosum, aut curacem, aut uigilacem esse, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem affirmauerit, & ex diuersis leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, tardus, comessor inueniatur, &c.

Curculia. f.p. Nautæ Curculias uocant funes illos quibus tempestatibus obortis utuntur.

Curcūlĭō, t. pen. cor. huius curculionis, mas. gen. Animal. paruum frumentum corrodens: quasi gurgulio eo quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur uideatur, τρώξ. Vergil. 1. Georg. populatq; ingentem farris aceruum Curculio. Colum. lib. 1. cap. 6. Ea res ab noxa curculionum & similium animalium commodissimè uidetur fruges conditas defendere. Est præterea Curculio, uia patens, seu fistula colli exterior per quam spiritus attrahitur, atque emittitur, φαρυγξ. Constat autem hæc ex cartilagine molli & flexuosa, quasi ex anulis in catenæ modum compactis, sed imperfectis. Dicitur etiam spiritalis fistula, quæ semper patet, ut spiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem corq; defertur. Trachiam arteriam medici appellant: Plinius arteriam asperam: cuius operculum est epiglottis. Scribitur autem Curculio per c, non Curgulio per g, ut cōstat ex argumento Plaut. comœdiæ quam Curculionem inscripsit: in qua primæ uersuum literæ Curculionis nomen exprimunt.

Curia, Curiales, Curiatus, uide Cura.

Curio, Curiosus, uide Cura.

Curis, Lingua Sabinorum hasta dicitur. Vnde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, est dictus: & Romani à Quirino, Quirites dicuntur. Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant. Festus. Vide Macrobium li. Satur. capite 9. & Seruium in 1. lib. Aeneid.

Curmi, ex maceratis & coactis frugibus potus. Vlp. l. si quis ff. de Tritic. & Vin. leg. Igitur & acetum, inquit, quod uini numero paterfamiliàs habuit, & zythum, & curmi, & cætera quæ pro hominum affectione atq; numero uini habebuntur.

Curmundula, pyra erant gratissimi saporis, corticis tenerrimi, quapropter à multis nequaquam corio detracto edebantur.

Curo, curas, uide Cura.

Curro, ris, cucurri, cursum, n.t. cuius composita quandoq; geminant syllabam, quandoq; non, τρέχω. Verg. lib. 4. Decurrere iugis, alij de parte patentes Transmittunt cursu campos. Cato contra Pisonem, Video hac tempestate concurrisse omnes aduersarios. Terentius in Hecyra, Vna illarum interea properè præcurrit. Est autem currere, celeriter ire, gradum præcipitare, intenta celeritate uiam quasi uorare. Cicero ad Atticum decimo, præterijt uillam meam Curio, iussitq; mihi nunciari mox se uenturum: cucurrit Puteolos ut ibi concionaretur. Sic Currere cursum, Currere spatium dicimus. Interdum accipitur pro fluere, ῥέω. Vergil. 3. Georg. Concrescunt subitæ currēti in flumine crustæ. Plin. lib. 11. cap. 54. Dolijs etiam inanibus currit eadem, concauo uel recto parietum spatio. Sic & Cicero Currere orationem dixit 2. de Finibus. Composita huius uerbi sunt Accurro, Cōcurro, Circuncurro, Decurro, Discurro, Excurro, Incurro, Intercurro, Occurro, Præcurro, Procurro, Percurro, Recurro, Succurro, & Transcurro: quæ omnia uide suis locis.

Currens, particip. Vnde Currentem incitare dicimus, pro incitatum iam & in rem aliquam incumbentem instantius hortari uel impellere. Cicero ad Atticum, Quòd me hortaris ut eos dies consumam in Philosophia explicanda, currentem tu quidem.

Curritur, impersonale. Terentius in Prologo Heaut. Si qua laboriosa est, ad me curritur.

Curso, sas, Sæpe, uel multum curro, ἀνατρέχω. Cic. 1. de Diuin. Fuscaq; non nunquam cursans per littora cornix. Idem pro Roscio Amerino, Postea homines cursare ultrò & citrò non destiterunt. Idem de Senectute, Quum alij malos scandant, alij per foros cursent. Terentius in Hecyra, Trepidari sentio, & cursari horsum, sursum.

Cursito. n.p. frequentatiuum, Diomedes, Sunt & quædam iteratiuorum iteratiua quæ sæpe in tres gradus deducunt uerba, quale est Video, deinde Viso. & quod plus est, Visito. Item Curro, deinde Curso & Cursito. Terentius in Hecy. Hodie mihi haud potestas data est, ita cursitando atq; ambulando totum hunc contriui diem. Idem Eunuch. Ne quis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet.

Cursus, us, & Cursio, Currendi actum significant: & tam de nauigante & equitante, quàm pedibus iter faciente potest intelligi, δρόμος. Plin. lib. 12. cap. 19. Hi recto cursu per sinus impellunt. Cicero ad Caff. Sin oppressus ibi erit, omnis hominum cursus est ad uos.

Cursura, æ, Idem quod Cursus, δρόμημα. Varr. Equi alii sunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam, alij ad missuram, alii ad cursuram.

Cursor. m.t. Qui currit, δρομεύς, Cic. 2. Tusc. in stadio cursores exclamant quam maximè possunt. Plaut. Merc. Genua hunc cursorem deserunt. Cursor item tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Mar. Cursorem sexta tibi Rufe remisimus hora.

Cursorius, a, um, Quod ad cursum pertinet: ut Nauis cursoria, δρομικός. Sidonius, Typhim cursoriam ascendi.

Cursim, aduerbium, Significat currendo, δρομαίως. Plaut. Pœn. Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnificē rapi. Cic. 11. Philip. Alter in Asiam irrupit cursim. Plin. Epistol. 49. Super hanc liber legebatur, annobatur, & quidem cursim.

Currus, us. m.q. Vehiculi genus, ἅμαξις, ἅμαξα, dictum ab eo quòd eo ueteres uterentur ad cursum. Verg. 12. Aen. Quadrijugo uehitur curru. Hoc nomine bigæ etiam & quadrigæ cōtinentur. Vnde etiam triumphantium quadrigæ, currus triumphales dicebantur. Per translationem ponitur pro triumpho. Cicero ad Catonem lib. 5. Quem ego currū, aut quam laurcam cum tua laudatione conferrem?

Curriculum, n.s. diminutiuū, Breuissimum uehiculi genus, quòd eo ueteres ad cursum in ludis Circensibus uterentur. Plaut. Mer. Quin pedes uos in curriculum coniicitis? Curt. libr. 8. Aliorum turbati equi, in amnem præcipitauere curricula. Est etiā Curriculū, cursus, δρόμος, δολιχός. Cic. 2. de Legib. Ludis publicis, quòd sine curriculo, & siue certatione corporū fiat, popularem lætitiam in cantu & fidibus, & tibiis moderante, eam cum diuum honore iungunt. Curriculum uitæ. Cic. pro Rab. Exiguum nobis uitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ. Item Curriculum significat tempus. Verg. lib. 8. Inde ubi prima quies medio iam noctis abactæ Curriculo expulerat somnum. Id est, medio tempore. Curriculum item locum siue interuallum ubi curritur denotat, à carceribus ad calcem: Græci ἀπὸ δρόμου appellant. Horat. 1. Carm. Sunt quos curriculo puluerem Olimpicum Collegisse iuuat.

Curriculò, aduerbium, pro Cursim, δρομαδηρόν, δρομαίως. Plautus Epid. Nam ut apud portum te conspexi, curriculò occepi sequi. Terent. Heaut. Curriculò percute.

Cūrrūcā, f.p. Parua auis quæ alienos pullos pro suis educat, ἐπιλάς, ἀποδλάς. Iuuenal. Satyr. 7. Tu tibi nunc curruca places, fletumq; labellis Exorbes.

Cursus, Cursim, Cursito, Cursor, Cursura, Cursas, uide Curro.

Curtem pro Cortem dicunt barbari si ædes uillaticas putent. Aliqui credunt Cortem dici, quod circa illam coërcea tur pecus. Insulanus.

Curtus, a, um, Breuis, paruus, mutilus, κολοβός. Hor. Nunc mihi curto Ire licet mulo, uel si libet, usq; Tarentum. Sic Curtum

Curtum calicem dixit Mart. pro fracto: & Perſ. Curtam ſupellectilem, pro exigua: & Cic. Curtam ſententiam, hoc eſt, decurtatam. Celſ. quoq; lib. 7. cap. 9. in auribus, naribus, ſeu labris curta appellat, partium illarum deformitates, particulæ alicuius defectu prouenientes.

Curto, as, Diminuo. Horat. in Serm. Sat. 3. Quantulum enim ſummæ curtabit quiſq; dierũ, &c. A quo Decurto, κολοβόω.

Curuamen, Curuatura, uide Curuus.

Curulis, & hoc curule. om. t. adiectiuum eſt à curru formatum, abiecto altero r, ut, Aedilis curulis, dignitas curulis, & apud Horatium, ebur curule: Cuilibet (inquit lib. 1. Epiſt.) hic faſces dabit, eripietq; curule, Cui uolet importunus, ebur. Nam ſenatores qui curulem magiſtratum, hoc eſt, maiorem honorem gerebant, honoris gratia in curiam uehi ſoliti erant curru, in quo ſella erat eburnea, ſupra quam conſiderent. Curulis etiam in fœminino genere accipitur pro ipſa ſella: quia facilè poteſt intelligi eius ſubſtantiuum. Lucan. libro 5. Prætor adeſt, uacuæq; loco ceſſere curules.

Curuus, a, um, Inflexus, tortus, ἐπικαμπὴς, καμπύλος. Vergil. 2. Geor. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem. Tibul. Et properat celeri curua ſenecta pede. Vergil. 3. Aen. Et littore curuo. A quo Incuruum, ualde curuum. Terent. in Eunuc. Incuruus, tremulus, labijs demiſsis. Donat. Incuruus, ualde curuus, κυρτός. Procuruus, Idem, Verg. 2. Georg. neq; illa procuruam Expectant falcem. Recuruus, idem quod ſimplex curuus. Verg. 7. Aen. Cornuq; recuruo Tartaream intendit uocem.

Curuo, as. 2. p. Flecto uel curuum efficio, καμπυλόω, κάμπτω, κυρτῶ. Vergilius 2. Georgicorum, Iturꝰeos taxi curuantur in arcus. Lactan. libr. 2. Quia curuant cæleſte animal ad ueneranda terrena. Plin. libr. 16. cap. 42. Et palmæ arbor inualida: in diuerſum enim curuatur. Huius compoſita ſunt, Accuruo, quod eſt, iuxta curuo, Colum. libr. 4. Nam fragilis eſt ea parte materia, qua torta & accuruata, quum deponeretur, cœperat uitium. Recuruo, & incuruo, uide ſuis locis.

Curuatus, participium. Stat. 5. Syl. Et ſimulant feſſos curuata cacumina ſomnos.

Curuatio, uerbale, ἐπικάμπη. Plin. lib. 17. cap. 23. In curuatione materiæ. Curuatio uitis, Colum. lib. 4. cap. 12.

Curuatura, æ, Plin. lib. 17. cap. 19. Ne curuatura fugiat. Ouid. 2. Metam. aurea ſummæ Curuatura rotæ.

Curuamen. n. ſ. t. Curuatio, ſiue curuitas, ἐπικαμπὴ, κλίμα, Ouid. lib. 2. Metam. Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes. Gel. Sub alio atq; alio cæli curuamine.

Curueſco. u. t. Curuus fio, κυρτέομαι. Huius compoſitum eſt Incurueſco: quo uſus eſt Cic. 3. Tuſc. Samos baccarum uberta te incurueſcere.

Curuipes, Qui curuos pedes habet, ἀγκυλόπους.

Cuſo, cuſas, uide Cudo.

Cuſpis, pidis. f. t. Acuta pars gladii, haſtæ, claui, & huiuſmodi, ὀξυφορατίς, ἀκμή. Mart. Aetola cuſpide fixit aprum. Cuſpis longa pro ueru. Mar. libr. 4. Spumeus in longa cuſpide fumet aper. Cuſpides, pro tubulis fictilib. Var. 1. de Re ruſt. cap. 9. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos Cuſpides appellãt, qua humor aduentitius tranſire poſſit. Hinc componitur Tricuſpis, adiect. τριγλῶχις, quod tres habet cuſpides, qualis fingitur eſſe Nepruni tridens.

Cuſpido, as, Cuſpidẽ rei alicui induco, ἐπιδορατίζω. Quo uerbo uſus eſt Plinius libro 11. Vrorum cornibus Barbari Septẽtrionales potant, utriſq; binis capitis unius cornua implẽtis alij præfixa his pila cuſpidant.

Cuſpidatus, Qui cuſpidem habet. Plin. lib. 18. ca. 19. Purget uomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla.

Cuſpidatim, aduerbium, idem quod acutè, & ad ſimilitudinẽ cuſpidis. Plin. lib. 17. cap. 14. Donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus.

Cuſtos, odis. cõ. t Qui rem aliquam tuetur & curat, φύλαξ. Terent. in Eunuch. Nũnnam tu hîc relictus es cuſtos, Ne quis fortè internuntius clàm à milite ad iſtam curſitet? Iure. dum etiam Cuſtos ſignificat prohibitorem: ut apud Vergil. de Priapo, Et cuſtos furum atq; auium. Ibi enim cuſtos furum non dicitur qui eos cuſtodit, ſed qui eos arcet. Vnde cuſtodem oſtij dicimus, qui curat ne quis iniuſſus ingrediatur, θυρωρὸν. Cuſtos horti, Qui prohibet aliquem in eum ingredi, uel damnum facere, κηπορός. Cuſtos ſacrorum, Qui ſacra miniſtrat atque obſeruat, θεοφρὸν. Vergil. 8. Aeneid. At domus Herculei cuſtos Pinária ſacri. Cic. lib. 2. Offic. Malus enim cuſtos eſt diuturnitatis, metus. Cuſtos etiam dictus fuit in iudicio, cui curæ erat accuſatorem obſeruare ne à reo corrũperetur. Cicero in Diuinat. in Ver. Cuſtodem, inquit, Tullio me apponitè. Quid? mihi quàm multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad capſas meas admiſero? qui non ſolùm ne quid enunties, ſed etiam ne quid auferas cuſtodierdus ſis. Et paulo pòſt, Etenim fides mea cuſtodem repudiat, diligentia ſpeculatorem reformidat. Cuſtodes etiam in uitibus dicuntur nouelli palmites, duarum uel trium, non amplius gemmarum, qui alio nomine reſeces, aut præſidiarij palmites uocantur. Plin. lib. 17. cap. 12.

Cuſtodio, is, iui, itum, act. q. Seruo, obſeruo, φυλάττω, σῴζω. Gellius libro 1. Parſimoniam apud ueteres Romanos, & uictus, atq; cœnarum tenuitas, non demeſtica ſolùm obſeruatione ac diſciplina, ſed publica quoq; animaduerſione, legumq; complurium ſanctionibus cuſtodita eſt. Cicero Dolabellæ, Fac ut diligentiſſimè teipſum mi Dolabella cuſtodias. Cuſtudio, pro Obſeruo. Qu. Cicero de Petit. Conſul. Facitaq; ut ſis abs te cuſtodiri atq; obſeruari ſciant. Cic. 1. in Catil. Oculi & aures omnium te ſpeculantur & cuſtodiunt.

Cuſtodia, diæ, ſ. p Ipſe cuſtodiendi actus, φυλακὴ. Horat. lib. 1. Epiſt. ut piger annus Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum. Celſus libro 2. cap. 2. Qui iſta nunquam ſine cuſtodia ſui tuta habuit. Sæpe etiam poſitum inuenitur pro ipſo carcere. Colum. lib. 1. Nam illa ſolennia ſunt omnibus circunſpectis, ut ergaſtuli mancipia recognoſcant, ut explorent an diligenter uincta ſint, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ munitæq; ſint. Quandoq; etiam ponitur pro eo qui cuſtodit. Tibullus. Sed pretium ſi grande feras, cuſtodia uicta eſt. Quandoque pro eo qui cuſtoditur, ὁ ἐν τῇ φυλακῇ. Suetonius in Domit. Nec niſi ſecretò atq; ſolus, pleraſq; cuſtodias, receptis quidem in manu catenis audiebat. Et Digeſt. de reorum cuſtodia ſcribitur, Nequis receptam cuſtodiam ſine cauſa dimittat. Et alibi, Erſi cuſtodia ſe interfecerit, uel præcipitauerit, militis culpæ aſcribitur.

Cuſtodia, idem ſignificare uidetur quod uincula: prior tamen uox non niſi publicam complectitur, poſterior & publicam & priuatam. l. uinculorum. de Verb. ſig. Magiſtratus autem ex qualibet leuiſſima ſuſpitione, eum quem nocentem arbitrabatur, in carcerem ducere poteſt: Bald. in l. nullus. C. de Exhib. reis. Accipitur etiam cuſtodia, pro carcere, in leg. ad Commentarienſem. C. de Cuſto. reor. quoniam in illum rei, non pœnæ cauſa, ſed cuſtodiendi mittuntur. Sed & cuſtodia non rarò pro ipſo in carcerem conjecto uſurpatur.

Cuſtoditè aduerb. Plin. Epiſt. 111. Quàm ſtudioſè, quàm intelligenter lectitabat? ut parcè, cuſtoditèq; ludebat?

Cuſtoditio, Eſt opera ad aliquid cuſtodiendum ſumpta, φύλαξις.

Cuſtoditum, n. ſ. Quod cum cuſtodia eſt, περιφυλαγμένον. Incuſtoditum, Quod ſine cuſtodia eſt, ἀφύλακτος. Martial. Incuſtoditis & apertis Lesbia ſemper Liminibus peccas.

Cuſtodela, à ueteribus cuſtodia dicebatur. Feſtus.

Cutis, f. t. Pellis ſiue corium, χρὼς, δέρμα. Plin. lib. 11. cap. 39. Ergo cutis ipſa ſenſu caret, maximè in capite, ubicũq; per ſe ac ſine carne eſt: uulnerata nõ coit, ut in bucca, cilioq;. Plancus ad Ciceronem lib. 10. Sed non poſſum non exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt uulneris, quod prius nocere poteſt, quàm ſciri, curariq; poſſit. Iuuenal. Sat. 6. Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet. Compoſita ſunt, Intercus adiect. idem quod Intercutaneum, quod intra cutem eſt. Subcutaneum, quod eſt ſub cute. Subtercutaneum, quod ſubter cutem eſt. Recutiti etiam à cute dicuntur Iudæi, id eſt, circumciſi, & cute, hoc eſt, præputio priuati. Cutis eſt corpus neruoſum, totam corporis ſuperficiem exornans atq; protegens, idq; decoris gratia, etiã ut offenſam & noxam omnem prohibeat. Galenus de Definitionibus.

Cuticula, diminutiuum, δερμάτιον. Iuuenal. Sat. 11. Noſtra bibat uernum contracta cuticula ſolem. Perſius. & aſſiduo curata cuticula ſole.

Cyamea, κυάμια. Gemma, quæ fracta, fabæ ſimilitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11. Cyamea nigra eſt, ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinem parit.

Cyamos, κύαμος. Herba Aegypto peculiaris, latiſſimis foliis, quæ & Colocaſia dicitur, & Faba Alexandrina. Plinius libro uigeſimo primo, capite 15. In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon uocant aliqui. Vide plura in dictionibus Colocaſia, & Cibotium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cyamus, masc. gen. κύαμος. Faba, genus leguminis, à cuius esu Pythagoram religiosissimè ferunt abstinuisse.

Cyanos, κύανος, autore Plinio libro trigesimo septimo, capite nono, Gemma est ex iaspidum genere, colore cæruleo. Vnde quibusdam eadem esse creditur quæ hodie ab Italis Turchina uocatur: à Gallis, Vne Turquoise. Alij hoc nomine lasuli lapidem malunt significari, qui contusus in pulue rem præstantissimum pictoribus cærulei coloris genus suppeditat. Quorum opinio idcirco mihi uerisimilior uidetur, quòd Plinius loco iam citato prodiderit, cyanum sæpe aureo puluisculo intermicare: quod in lasuli lapide frequenter usu uenit, ut qui ferè in auri fodinis inueniatur: in ea uerò gemma, quam uulgus Turchinam uocat, (nos Eranum esse credimus) id nunquam compertum est.

Cyaneus, adiect. idem significat quod cæruleus, quòd scilicet cyani gemmæ colorem refert. Varro, Cyanea penula amictus grassatur. Cyanos etiam flos est cærulei coloris in segetib. nascens, quem Galli, teste Ruellio, Blaueolum appellant. Plin. lib. 21. cap. 11. In Italia uiolis succedit rosa, huic interuenit lilium, rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

Cyathus, masc. sec. κύαθος, Calicis genus, à χέω, quod est fundere, dictum, mutatione literæ aspiratæ in tenuem. Sue cessit autem im simpuli locum in conuiuijs, ut docet Varro. Plinius, Potui uerò aqua pluuialis decocta, sed quæ per binos ternosue cyathos bibatur. Iuuenal. Satyr. 5. Cardiaco nunquam cyathum missurus amico. Inde translatus est ad mensuram, quorum duodecim sextarium complent. Ad cyathum stare, uel à cyathis esse, κυαθίζειν: dicebatur οἰνοχόος, qui potus mensuram cyathis (id quod antiqui solebant) metiebatur. Apuleius pocillatorem dixit. alij pincernam. Plin. lib. 22. scribit, Cyathum per se pendere drachmas decem. Cyathus etiam fluuij nomen est in Aetolia, ad Arsinoën, apud Polybium, ut notat Cælius Rhodig. Antiq. lect. lib. 15.

Cyathisso, sas, act. pr. Potum subministro, κυαθίζω. Plautus, Nõ scis quis ego sim qui tibi scypissimè cyathisso, apud nos quam do potas?

Cybistẽtẽres, masc. t. κυβιστητῆρες. Vrinatores dici possunt, qui τὰς κυβιστήσεις, hoc est, aquarum gurgites subeunt. Quo nomine & saltatores quidam appellati sunt, qui in caput conuolui, manibus pedibusq; adductis didicerant: à cubo, id est, tessera, uerbo deducto, qui quum in alueolum iacitur, hoc modo conuoluitur. Vnde

Cybistema, neut. gen. Illud genus saltationis & exercitij dicitur à Luciano in capite de gymnasijs. Bud. in Annotat.

Cybium, n. s. κύβιον, Piscis genus, quod ita scissum est, ut medium æquè pateat in omnes partes ad similitudinem testerarum. Plinius libro trigesimo secundo, Cybium est conciſa pelamis. Martialis libro 5. Diuisis cybium latebat ouis. Idem libro undecimo, Et caudam cybij, breuesq; mænas. Et paulo pòst, Et duo frustra rogat cybij, tenuem ue lacertum. Cybium scribit Budæus etiam appellatũ illud uas à Græcis quod Latini Quadrantal appellabant. Dictum ea ratione, quæ superius posita est in Cybio pisce.

Cychramus, Auis quæ coturnicibus trans mare redeunti bus comitatum præstat. Plinius libro 10. cap. 23. Semperq; hinc abeuntes coturnices comitatum solicitant: abeuntq; unà per sua signa glottis, otis, & cychramus.

Cyclãminũs, fœm. generis, κυκλάμινος. uel **Cyclaminum**, herba est quam nostræ ætatis rustici Panem porcinum uocant, quòd eius pabulum porcis in primis iucundum esse, subulci experiantur. De hac Plinius libro 21. capite nono In uepribus, inquit, nascitur cyclaminum: de quo plura aliàs. Flos eius colosſinus in coronas admittitur.

Cyclas, adis. f. t. κυκλὰς. Vestis fœminea rotunda. Nam Græci κύκλον circulum, & κυκλόω circundo dicunt. Iuuenalis, Hæ sunt, quæ tenui sudant ex cyclade. Propert. & cyclade longa Verrit humum. Videtur autem esse uestis tenuissima, explicatilis & spacioſa, qualem solent hodie Romanæ & Florentinæ, ac Senenſes mulieres in Italia gestare.

Cycnus, uide Cygnus.

Cygnus, uel potius **Cycnus**, κύκνος. Latinè olor, auis candida, anſere maior, argutam uocem habens, præsertim imminente iam morte: tunc enim doloris magnitudine in querelam fertur erumpere. & sibi adhuc uitæ lugubre carmen canere. Cicero primo Tuſculanarũ, Itaq; cõmemorat ut cygni qui nõ sine cauſa, Apollini dicati sunt, sed quod ab eo diuinationem habere uideantur, qua prouidentes quid in morte boni sit, cùm cantu & uoluptate moriatur. Mart. lib. 13. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe sui. Rauci cygni. Vergilius 11. Aeneid. Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cygni.

Fuit etiam Cygnus (ut Poëtæ fabulantur) Ligurum dux, Phaëtontis amator, qui poſt illius interitum diutino fletu in hanc alitem mutatus esse fertur. Huius filium Cupauonem, Vergilius lib. 10. dicit habere cygni pennas in galea, ad formæ paternæ insigne monſtrandum, Non ego te Ligurum ductor fortiſſime bello Tranſierim Cygne, & paucis comita te Cupauo, Cuius olorinæ ſurgunt de uertice pennæ.

Fuit & alius Cygnus, Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis: cum quo Achilles Troiani belli tempore congreſſus, quum fuſtrà eum iaculis appetiſſet, tandem re intellecta, humi eum proſtrauit, genibusq; collo innixus, animam eripuit: quumq; cadauer ſpoliare uellet, arma uacua inuenit. Cygnumq; in auem ſui nominis uidet commutatum. Vide Ouidium 12. Metamorphoſeon.

Cygneus, a, um, media producta, κύκνειος. ut, Vox cygnea, quæ est cygni. Cygnea cantio, Prouerbium cõueniens in eos qui ſupremo uitæ tempore facundè differunt. Vide Eraſmi Chiliades. Cic. 3. de Orator. Illa tanquam cygnea fuit diuini hominis uox & oratio, quam quaſi ſpectantes, poſt eius interitum ueniebamus in curiam, ut ueſtigium illud ipſum, in quo ille poſtremum inſtitiſſet, contueremur. Quandoq; Cygneus dicitur candidus. Fuit inſuper Cygnus filius Martis, de quo Heſiod. in Aſpide, ἵνθ' ἄρα τοι κύκνος μὲν ὑπερμενέος διὸς υἱὸν Κ]αὐκάσου μιμαὼς σάκεα ζμβαλε χάλκεον ὄγχος ἐλαύνων. id est, Vbi certè Cygnus quidem præpotentis Iouis filium occidere promptus ſcuto iniecit æream haſtam.

Cylindrus, m. ſ. κύλινδρος, Columnula lapidea rotatilis, quæ rei ruſticæ ſcriptores aream æquari iubent. Vergil. 2. Georg. Area tum primùm ingenti eſt æquanda cylindro. Cato de Re ruſt. cap. 129. Aream ubi frumentum teratur ſic facies. cõfodiatur minutè terra, amurca bene conſpergatur, ut combibat plurimum: ubi bene comminuta terra fuerit, cylindro, aut pauicula coæquato. Tractũ nomen ἀπὸ τοῦ κυλίνδεσθαι, id est, à uoluendo. Neq; uerò ſolùm de hoc ruſtico inſtrumento cylindrus dicitur, uerumetiam de omnibus rebus illis quæ figuram habẽt abſolutè teretẽ, ita ut facilè uolui poſſint. Cic. de Fato, Sed reuertitur ad cylindrum & turbinem ſuum, quæ moueri incipere, niſi pulſa, non poſſunt. Id autem quum accidit ſuapte natura, quod ſuper eſt, & cylindrum uolui, & uerſari turbinem putat. In gemmarum quoque generibus cylindri dicuntur teretes, & columellæ formam imitantes, quos mulieres ex auribus ſolent ſuſpendere. Iuuenalis Satyr. 2. donant arcana cylindros. Plinius libro 37. capite 5. de beryllis loquens, Ideò cylindros quidam ex his facere malunt quàm gemmas, quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Ex quibus uerbis colligitur cylindros oblongos eſſe, gemmas uerò quadratas, anguloſas, aut rotundas. Solinus ſimiliter ſcribit, Indicos reges gemmas in longiſſimos cylindros fingere conſueuiſſe.

Cylindracius, a, um, κυλινδροειδής. Quod eſt factum ad ſimilitudinem cylindri, hoc eſt, teres & oblongum. Plinius ſcribit ſiliquas piſi, quod genus leguminis eſt, cylindraceas eſſe. Anaximander item dixit terram eſſe formæ cylindraceæ.

Cylindrites, κυλινδρίτης, Lapis eſt oblongus & teres, ex genere pyritarum, colorem æris referens: ita dictus, quòd cylindri figuram habeat.

Cyliſmã, n. t. κύλισμα, uolutabrum, uolutatio.

Cylix, m. t. κύλιξ, poculum & calix latinè dicitur.

Cyllaſtris, hordeaceus panis.

Cyllo, cyllonis, Videtur idem ſignificare quod mutilus, debilis, & cui eraſſa ſunt genitalia: quod genus hominum etiam Græci κυλλὸς uocant. Cicero in Salluſt. Quicquid impudicorum cyllonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorũ fuit in urbe, municipijs, colonijs, Italia tota. &c.

Cyma, f. p. κῦμα, Tenerior delicatiorq; cùm aliarum herbarum, tùm præcipuè braſſicæ cauliculus, qui in prima generatione in ſumma ſtirpe prouenit. Nam quum uernum tempus appetit, primo quoq; foliorum pullulatu, præcluſis ad hucflorum calycibus, quidam quaſi turiones in herbis enaſcuntur, in quibus floris primùm, mox & ſeminis fœtus cõcluditur. Plinius lib. 19. cap. 8. Cymas braſſica à prima ſectione præſtat proximo uere. Hic eſt quidam ipſorum caulium delica-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

delicatior, teneriorq; cauliculus, Apicij luxuria; & per eum Druſo Cæſari faſtiditus, non ſine caſtigatione Tyberij patris. Et deinde, Poſt cymam ex eadem braſſica contingunt æſtiui autumnales q; cauliculi, mox hyberni, iterumq; cymæ, nullo æquè genere multifero. Idē lib. 20. cap. 9. Ex omnibus braſſicæ generibus ſuauiſſima eſt cyma, etſi inutilis habetur, difficilis in coquendo, & renibus contraria. Quo in loco nonnulli perperam exiſtimarunt cymæ nomine à Plinio peculiare braſſicæ quoddam genus intelligi. Neq; enim hoc ſentit Plinius, ex multis braſſicæ generibus, cæteris ſuauitate præſtare illud quod cymam uocant: ſed hoc potius in omnibus braſſicæ generibus partem plantæ totius ſuauiſſimam eſſe cymam. Celſus, Mali eſt ſucci braſſica. magisq; etiam cyma eius. Colum. Maior pars eius braſſica in cymam proſilit. Pro eodem etiam dicimus cyma, cymatis. Columel. libr. 10. Frigoribus caules, Veri cymata mittit.

Cymatilis, κυματίας. Veſtis dicitur quæ undarum colorem refert, ab undis, & fluctibus dicta, quæ κύματα à Græcis nominātur. Colorem hunc πεφρασικῶς deſignat. Ouidius libro 3. de Arte, Hic undas imitatur: habet quoq; nomen ab undis. Videtur ita color hic cæruleus eſſe, aut certè cæruleo proximus. Sunt tamen qui cymatilem ueſtem eſſe putant, quem nos undulatam uocamus, quòd undis quibuſdam ſit uariegata. Si tamen Ouidij locum propius inſpicias, facilè deprehendes eum loco iam citato de certo coloris genere ſentire, qui & Thalaſſicus dicitur, non de texturæ uariegatione, quæ criſpitudine quadam undarum ſimilitudinem referat.

Cymba f. p. Genus nauis piſcatoriæ, πορθμεῖον, κύμβη. Cicero 3. Offic. Opipare à Pythio apparatum conuiuium, cymbarum ante hortulos multitudo, pro ſe quiſq; quod ceperat afferebat. Eſt item cymba, portitorum nauicula, qua amnes aut lacus traijciuntur: unde etiam Poëtæ Charonti cymbam aſſignarunt. Vergilius 6. Aen. gemuit ſub pondere cymba. Iuuenal. Atque una tranſire uadum tot millia cymba.

Cymbula, æ, dimin. Plin. in Epiſt. Sæpe maiores minoribus, uelut cymbulæ onerarijs adhæreſcunt.

Cymbaliſtæ. m. p. κυμβαλισταὶ. Qui pulſant cymbala: ſicut tympaniſtæ, qui tympana pulſant. Apul. de Deo Socratis, Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum, & tympaniſtarū & choraularum.

Cymbălum. n. ſ. κύμβαλον. Inſtrumentum muſicum, quod in ſacris Matris deûm cum tympanis habebatur. Cic. in Piſ. Quos neq; herculè ego, neq; ſupercilium tuum, neq; collegæ tui cymbala, ac crotala fugi.

Cymbaliſſare, Cymbala quatere, κυμβαλίζειν. Caſſius Hemina libr. 4. Mulier cantabat tibijs Phrygijs, & altera cymbaliſſabat.

Cymbion n. ſ. κύμβιον Poculi genus eſt oblongum & anguſtum, teſte Didymo, ſimilè nauigio quod κύμβιον uocāt: Dionyſius Samius, referente Athenæo, idem putat eſſe Cymbion cum eo quòd Homerus κισσύβιον: ita dictum, (ut quidam putant) quòd ex ciſſi, hoc eſt, hederæ ligno confici ſoleat.

Cymindis, κύμινδις, Accipitris genus, noctu tantùm uolans, rarum etiam in ſyluis, interdiu minus cernens. Bellum interneccinum gerit cum aquila, ſæpeq; deprehenduntur co hærentes. Autor Plin. libr. 10. Hom. χαλκίδα uocat, quaſi χαλκίζουσαν τὸν χρόαν.

Cyminum, n. ſ. penultima producta, κύμινον. Herbæ genus, cum ſemine eiuſdem nominis, quod nos y in u uertentes, Cuminum dicimus. Eius duo ſunt genera. quæ uide ſupra in dictione Cuminum. Cymini ſector, κυμινοπρίστης, homo auarus, & ſordidus dicitur, qui uel uiliſſimis ex rebus lucrum quærit, nimiaq; parſimonia rem augere ſatagit. Tractū eſt adagium à cymini ſeminis uilitate ſimul & exilitate. Vide Eraſmi Adagia.

Cyna, æ, Arbor eſt in Arabia, folio palmæ ſimili, ex quo Arabes ueſtes ſibi conficiunt. Autor eſt Plin. lib. 12. cap. 11. Cyna etiam κύνη pilei genus fuit, quo Lacedæmonii uti ſolēt. Vide Bayf. de Re ueſtiaria.

Cynacantha, ὠνάκανθα. Arbuſcula, quæ acinos ueluti uuæ producit. Latini Caninam ſentem, & uulgò Vuam ſpinearn nominant.

Cynamolgus, Auis eſt Arabiæ peculiaris, ex cinnami ſurculis nidum conſtruens, quem deinde accolæ plumbatis ſagittis deijciunt. Autor Plin. lib. 10. cap. 33. Apud Aelianum hæc auis non Cynamolgos, ſed Cinnamomus appellatur: & ita nonnulli etiam apud Plin. legendum ſuſpicantur.

Cynānche. f. t. κυνάγχη, Morbi genus eſt, ſpirationis difficultatem, & ſuffocationis periculum afferens, Latinè Angina appellatur. Propriè tamen cynanche dicitur, cum laryngis, hoc eſt, gutturis interioris muſculi inflammantur. Nam quum exteriores eiuſdem muſculi inflammationē patiuntur, παρακυνάγχη appellatur. Eſt & ex anginarum genere Synanche, per ſ in prima ſyllaba, συνάγχη. qui peculiaris eſt Pharyngis, ſiue faucium morbus, quum ſcilicet illarum muſculi interni inflammantur, quemadmodum & παρασυνάγχη, quum exteriores earundē muſculi inflammatione fuerint correpti. Hippoc. tamen hæc omnia genera, Cynanches nomine complexus eſt.

Cynarica, Apocynon apud Dioſc. lib. 4. cap. 84.

Cynaras, (quod hic corruptè legebatur) uide Cinyras.

Cyneas, lege Cineas, per i.

Cynēgĕticā, κυνηγετικὰ, Dicuntur uolumina de uenatione conſcripta. Nam κυνηγὸς, καὶ κυνηγέτης Græcis dicitur Venator. Extat hoc nomine Xenophontis liber & Gratiani cuiuſdam fragmentum. Flauius quoq; Vopiſcus refert Olympiū Nemeſianum ſcripſiſſe Cynegetica.

Cynips, cyniphis, κώνωψ, Muſca minutiſsima longis cruribus, in capite habens roſtrum, quo perforat cutem animalium. Naſcitur ex humore & iuxta aquas abundat. Latini Muſcam caninam uocant. Eſt etiam hoc nomine fluuius in Africa: à quo & regio eo nomine dicta eſt, in qua maximi ſunt hirci. Hinc grex Cyniphius: id eſt, grex hircorum: & Cyniphia pellis, hircina. Mart. de Vdonibus, Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti: Cyniphio poterit planta latēre ſinu.

Cynocephalea, penultima producta, κυνοκεφαλέα. Herba eſt quæ ab Aegyptijs Oſirites appellatur, diuina prorſus, & ad omnia uenena efficax. Hac herba Appion Grammaticus Homeri manes ſe ab inferis euocaſſe gloriatus eſt, ad percontandum, qua patria, quibusq; parentibus genitus eſſet, non tamen auſus profiteri quid ſibi reſpondiſſet. Hæc Plinius libro decimotertio, capite 2.

Cynocephalion, κυνοκεφάλιον. Dioſ. Herba eſt quàm Græci nōtiore nomine ψύλλιον, nos Pulicarem appellamus. Nomen ei dedit figura floris, qui canini capitis ſimilitudinē refert.

Cynocrambe, Cynia herba apud Dioſc. lib. 4. cap. 202.

Cynoctonon, apocynon apud Dioſc. lib. 4. capite 84. Eſt & altera ſpecies Aconiti.

Cynŏdōntes, κυνόδοντες Dentes, qui à noſtris Canini appellantur: ita dicti, quòd acuminati ſint in formam dentiū canis. Hos tradit Plinius libro 11. capite 37. ſemel caſu aliquo amiſſos nunquam renaſci.

Cynogloſſos, ſiue **Cynogloſſum**, κυνόγλωσσον. Dioſcoridi, Herba eſt in locis fabuloſis naſcens, folijs latifoliæ plantagini ſimilimus, anguſtioribus tamen minoribuſq; & lanuginoſis, ſine caule, humi ſtrata. Latinis Lingua canina dicitur, diuerſa tamen ab ea, quam Officinæ Canis linguam uocant. Plinius libro 25. capite 8. Iungitur & Cynogloſſos, caninas imitans linguas, topiarijs operibus gratiſſima.

Cynomazon, κυνόμαζον. Herba eſt eadem cum chamæleone nigro, quam & Cynozolon Plin. appellat. Dictum Cynomazon, quòd in offa uel in pulte datum canes enecet.

Cynomorion, κυνομόριον, Herba eſt, quæ alio nomine appellatur Orobanche, inimica cruis, cæterisq; leguminib. cauliculum habens pinguem & rubentem, ſine folijs. Nomen habet à ſimilitudine genitalis canis, teſte Plin. lib. 22. cap. 25. Hodie teſte Ruellio, à Gallis Tenia uocatur.

Cynomyia, f. t. κυνομυῖα, Muſca canina, quæ ſanguinem ab animalibus exugit. Hæc præcipuè canum aures infeſtat: unde & nomen eſt ſortita. Eſt & genus hærbæ quæ nostioribus nominibus Pſyllij & Pulicaris dicitur: de qua Plin. lib. 25. cap. 25.

Cynorrhodon, κυνόῤῥοδον. Rubentis lilii flos eſt, teſte Plinio lib. 21. cap. 5. ita dictus, quòd à cane rabido morſis medeatur, quaſi Roſam caninam dicas. Eadem & Roſa ſyluestris appellatur, teſte eodem Plin. lib. 25. cap. 2.

Cynŏsbătŏn, κυνόσβατον, alii Cynoſpaſton, frutex eſt, teſte Dioſc. multò amplior rubo, folijs longè quàm myrti latioribus, aculeis circa uirgas robuſtis, flore albo, fructu oblon-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

go,ſimili nucleis oliuarum,ſed rubicundo.Columella Sentem canis uocat.Sunt qui exiſtimant fruticem eum eſſe, qui uulgò Eglenterij nomine cognitus eſt.

Cynoſorchis,ſ.t.κυνὸς ὄρχις,Herba quæ & Orchis dicitur, foliis oleæ mollibus ternis,paruiſq; ſemipedis longitudine in terra ſtratis,radice bulloſa:oblonga:duplici ordine,ſupe. riore,quæ durior eſt: & inferiore,quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti,in uineis fortè inuenti.Plin.lib.27.cap.8. Offici næ Græcam uocem ad uerbum exprimentes,Teſticulum ca nis appellant.

Cynozolon,κυνόζολον,Herba eſt eadem cum chamæleone nigro,ita dicta quòd odoris fœditate ricinos uermes in canium auribus enecet.Alio nomine Vlophonum dicitur. Vi de Plinium libro 22.capite 18.

Cynozematis,Coniza apud Dioſc.lib.3.cap.135.

Cynum,ni,n.ſ.metallum.

Cypăriſſias,κυπαρισσίας.Tithymali ſpecies caulem emittẽs dodrantalem,ex quo germinant folia cupreſſi ſimilitudine, (unde & nomen accepit) teneriora tamen ac tenuiora. Autor Plinius libro 26.capite 8.

Cyperos,κύπερος,Iuncigenus eſt angulоſum, iuxta terrã candidum,in cacumine nigrum & pingue.Eius deſcriptionem uide apud Plin.lib.21.cap.18. Ruellius à Gallis iuncos huiuſmodi Sonchetos uocari tradit, & minutim contuſos ad conciliationem odoris ueſtibus interponi.Legitur etiam in neut.genere Cyperum apud Varronem lib.3. de re Ruſt. cap.16

Cyphi,κῦφι,Thymiamatis compoſitio eſt, dicata diis, quæ abundè Aegyptij ſacerdotes utuntur. Cõſtat(ut Plutarchus ait) ex melle,uino,uua paſſa,cypero,reſina,ſeſeli,aſpalatho, myrrha,bitumine,iunco,bryo,calamo,utroq; iunipero, cardamomo,lapathſo.Rationem componendi uide apud Dioſcoridem libro 1.capite 24.

Cypirus,Herba eſt,folia habens ad iridis ſimilitudinẽ mucronata,quæ à Latinis Gladiolus dicitur, radice bulloſa, & odore uicino nardo,ξηρίον. Eſt & per ſe Indica herba, quæ Cyperis uocatur gingiberis effigie,commanducata cro ci uim reddens.Vide Plin.lib.21.cap.18.

Cyporon,genus paluſtris herbæ,lege Dioſc.lib.1.

Cyprínus,κυπρῖνος.Piſcis eſt ex genere chombrorum; cuius meminit Plin.lib.32.cap.11. & Ariſtoteles.

Cyprium æs,uide Cuprum.

Cypſeli,m. ſ.κύψελοι,Aues ex hirundinum genere, quæ & Apodes uocantur,ἀπὸ τ κυψέλης,hoc eſt,ab alueari,eo quòd nidum ſpecie aluearis ex luto fingant. Autor Plin. libr. 10. cap.39.

Cyrnea,æ,naſis uinarii genus,teſte Nonio. Plaut, Amph. Cadus erat uini,inde impleui cyrneam. Sunt qui Cirneam ſcribant per i noſtrum,& παρὰ τὴν κιρνᾶν,hoc eſt, à miſcendo dictum uelint.

Cyrrha,uide Cirrha.

Cyſſophyllon,Cyclamidos.

Cyſtiolithi,lapides qui ſpongiis innaſcũtur,ſic dictæ quia Veſiculæ medeantur.

Cyſſus,& **Cyſtus**,uide Ciſſus & Ciſthus,perperam antea per i ſcribebantur hæ dictiones.Sunt enim græcæ ſtirpium uoces, κύσθος etenim hederam ſignificat, κύστος uerò frutex eſt medicinis ualde notus.

Cytinus,κύτινος. Flos mali punicæ ſatiuæ, ut balauſtium ſylueſtris,ut eſt apud Dioſcoridem. Plinius Cytinum interpretatur primum partum punicæ florere incipientis.Flores uerò ipſos in cytino erumpentes,Balauſtia,natura aſtringentes.Solet tamen appellatio hæc & ad alia quoq; genera congruere:unde Dioſcor. Apollinaris hærbæ flores Cytinos appellauit.

Cytiſus,κύτιος,pen.cor.Genus fruticis incani,ad ſimilitudinem rhamni,cubitalibus ramis,foliis loti trifoliæ, quẽ Ariſtomachus Athenienſis *mitis laudibus* prædicauit,eo præcipuè nomine,quòd lætiſſimum pecori pabulum præbeat,& lactis copiã augeat: quod etiam confirmat Plin.lib. 11.cap.24.Inuentus eſt autem hic frutex primò in Cythno inſula (unde & nomen accepit) & inde translatus in omnes Cycladas & urbes Græcas.Colum.lib.13.cap.28.Cytiſum (quem Græci aut ξίαν,aut καρυικὴν, aut τριφυλλὸν uocant) quàmplurimũ habere expedit, quod gallinis,apibus, ouibus,capris,& omni generi pecudum utiliſſimus eſt.Idẽ alibi duas facit Cytiſi ſpecies,ſatiuam,& alteram ſuæ ſponte.



Litera,eſt ex numero mutarum, quæ quandoq; pro th aſpirato ponitur, ut θεὸς Deus. Quandoq; conuertitur in b,ut quod olim Duellum, nos iam Bellum dicimus,& Duellona,Bellona Quandoq; in l,ut à Sedeo, olim Sedda dicebatur,quæ nunc Sella.

Quandoq; in r, ut Meridies, ab eo quod eſt Medius dies. Interponitur nonnunquam in compoſitis hiatus prohibendi cauſa,ut Prodeſt, Redarguo, Redigo, Redintegro. Subtrahitur etiam nonnunquam quando ſequens ſyllaba ab ſcum alia conſonante incipit,ut Aſcendo,Aſpicio. Quando autem conuertatur in alias literas,dictum eſt in præpoſitione Ad.In fine cuiuſq; dictionis,corripitur,præterquàm ubi eſt dipthongus,ut in haud. D A.In notis antiquorum uel A V G. Diuus Auguſtus.D A. dona.D.A E.de ærario,D A T I Dathico. D. A. M. S. A V.de auib. malè ſenſerunt augures. D A V G. Deo Auguſto, uel Diuo Auguſto.D.B.C.D.C.D.E.diebus Cæſaris dictatoribus cauſa dicata eſt. D. B. D. D. de bonis dixerunt uel dederunt. D.B.S.F. de bonis ſuis fecit. D. B. N. de bonis noſtris uel de bene notatis. D. B. B M. de bene merentibus. D. B. C. de bene conſulentibus, de bono communi. D. B. I. de bono iudicio. D. B. IN. de bonis incertis. D. B. I. dis bene iuuantibus. D B.Decius Brutus. D. C. N. N. B. D. de Cæſare nemo non bene dicat. D. C. uel C A E S. diuus Cæſar. D C A. diuus Cæſar Auguſtus. D.C.S.de conſulum ſententia,uel conſulis uel conſilij ſententia. D.C.T. de tractum. D.D.S.duo deferebantur. D. dedit uel dies. D. D. dandam. D D. dedimus mercedem. D D. dandas. D. D. D, D. A. A. A. dedicarunt,dederunt, dono, auro, argento, ære. D D.M.V. dies mali uenerunt. D D. declinauerunt uel dedicauerunt. D D C. dedicauerunt. D.D.N. M. P. dare de nutu mihi parat. D D V R G. de bonis uirginis, D. D. E. H. L. I O. L I B. P R I. D. N. M A R P V. E T. L I P. dedicatus eſt hic locus Ioui liberatori primum, deinde Marti pugnatori & Libero patri. D.D.Q.O.H.L.S.E.V. dijs deabusq; omnibus hunc locum ſacrum eſſe uoluerũt. D. diuus uel Decius,uel dieb. uel Deuotus. uel diutius, uel dedicauit.D diua.D.dedicauit.D D.dedicauerunt uel dedicarunt.DD.dedimus dedicatio.D D. deo dicauit, uel doris dario uel dictio, uel dis dantib. uel donantib. uel dono dedit,uel ducum dux,uel duc duc,uel dono datum, uel deo domeſt. uel donauit,uel dono dicauit,uel ductio ducis, uel deus dedit,de donis uel deinde decreto dato.D.D.D.datus decreto decurionum,uel dono decurionum dedit, uel dono dedit,dicauit,uel dono decurio dedit.D.D.D. dono dederũt,uel dedere.D.D.D.D.dignũ Deo donũ dicauit.uelDecreto decuriones dederũt.D.D.L.M.dono dedit libero munere.D.D.N.N.domini noſtri de tribus.Imp. D.D.Q. dedit donauitq.D.D.Q.S.dis deabusq; ſacrum. D I S. duabus ſacris uel ſacrum.

Dacar,græcè δάκαρ,inſuauis,& uilis caſsia.

Dacnădes,uide dagnades.

Dacrymas authore Feſto, Liuius Andronicus appellabat quas nos lachrimas,Græcos ſecutus qui δακρύειν uocant Lachrimari,& δάκρυα lacrymas. Vnde etiam conſtat uerbum Lacrymor, & nomen Lacryma melius ſine aſpiratione ſcribi,quemadmodum uox Græca à qua originem trahunt.

Dactylus.m.ſ.penult.corr.δάκτυλος,à Latinis dicitur digitus: unde Dactylotheca (quæ Græcis etiam Chirotheca) pro tegumento manus, uel digitorum ſumitur.aliquando etiam pro anulorum repoſitorio. Dactylus item uocatur pes metricus,quum ſyllabam longam duæ breues ſubſequũtur,Herous pes Ciceroni dictus,lib.3.de Orat.quòd eo ſcribantur facta heroum & principum. Item Dactyli dicuntur fructus palmæ.Apicius,Et croci drachmę ſingulæ dactylorum oſſibus torridis quinq;. Dactylus præterea graminis genus eſt,de quo ſic ſcribit Plinius lib. 24.cap. 19. Sunt qui & aculeatum gramen uocant trium generum, quum *in cacumine aculei* ſunt plurimũ quini : (dactyloa uocant) hos conuolutos naribus inſerunt,extrahuntq; ſanguinis ciendi gratia. Dactylus item piſcis eſt è genere concharum.Plin.lib.9.cap. 6. Concharum è genere ſunt dactyli,ab humanorum unguium ſimilitudine appellati. Dactylus Idæus,gẽma.Plin.lib.37.ca.10.Idæi dactyli in Creta ferreo colore pollicem humanum exprimunt.

Dactylicus,a,um.Cic.in Orat. Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ ſit accomodatior.

Dactylion,δακτύλιον.Græci anulum dicũt,ἀπὸ τῶν δακτύλων, hoc eſt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hoc eſt, à digitis: unde & Dactylotheca, pro anulorum repoſitorio.

Dactylion, Scammonia, apud Dioſc. lib. 4. cap. 182.

Dactylis, dactylidis, δάκτυλις. uitis genus, dictũ à gracilitate digitali, ſiue q̃ grana habeat dactylis ſimilia. Autor Plin. lib. 14. cap. 3. Has etiam Dactylos uocat Colum. lib. 3. cap. 2.

Dagnades, Auiculæ quas potantes Aegyptii ad coronas deuinciebant, dum potum exercebant, quæ cantillando & morſicando non paterentur dormire potãtes. Autor Feſtus.

Dalmatica, ueſtis eſt, qua modò utuntur omnes Diaconi ex conſuetudine in ſolennitatibus, ut 76. diſt. de ieiunio.

Dalum. n. ſ. uelum minimum ad Proram nauis defixum.

Dãmã, Genus capræ ſylueſtris, tam maſculini quàm fœminini generis, πρόξ. Verg in Pharmaceutria, Quum canibus timidi uenient ad pocula damæ. Martialis, Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum, Imbelles damæ quid niſi præda ſumus? Huius diminutiuum eſt Damula.

Damiales, iuuencus. Phocion damalin omne animal exiſtimat iuuencam.

Damaſſonium, δαμασώνιον. Herba eſt plantaginis folia habens, anguſtiora tamen & in terram reflexa. A Dioſcoride Aliſma appellatur. Nonnulli putant eam eſſe quam uulgus Plantaginem aquaticam uocat: alij illam quæ ab officinis Iſtula paſtoralis dicitur.

Damium, teſte Feſto, Sacrificii genus, quod in operto fiebat in honorem Bonæ deæ: ita dictum per contrarium ſenſum, quòd minimè eſſet δημόσιον. hoc eſt, publicum. Vnde & Dea ipſa Damia, & ſacerdos eius Damias appellata eſt. Autor Feſtus.

Damnas, pro Damnatus apud Iureconſultos, ἀλὸς ὄφλων. Marcellus, Quisquis mihi hæres erit, dare damnas eſto. Vtebantur autem hoc uerbo quum teſtator ſuo teſtamento dãnabat hæredem ad præſtandum alicui aliquod legatũ. Quintilianus lib. 7. Hæres meus uxori meæ damnas eſto dare argenti, quod elegerit, pondo centum.

Damnum. n. ſ. à Demendo dictum, quum diminutione res deterior fit, βλάβη, ζημία. Terentius in Adelphis, Niſi eò ad mercatum ueniam, damnum maximum eſt. Cicero, Quòd declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. Damnum infectum, eſt damnum nondum factum, quod futurũ ueremur, apud Caium Iuriſconſultum.

Damnifico. a. p. damnũ infero, ζημιόω. Damnificus, qui infert damnum. Plautus in Ciſtellar. Imitatur nequam beſtiam, & damnificam.

Damnigerulus. Plaut. in Truc. Ite hàc ſimul mulieri damnigeruli foras gerrones.

Damnoſus, a, um, quod damnum uel detrimẽtum habet coniunctum, ζημιώδης βλαβερός. Columella li primo, Quod etſi per partes nonnunquã damnoſum eſt, in ſumma tamen cõpendioſum. Aliquando ſumitur actiuè, pro eo quod damnum infert. Plautus in Bacchid. Quid tibi commerci eſt cũ dijs damnoſiſſimis? Aliquando paſſiuè, ut apud Plautũ in Epid. Damnoſo ſene, pro eo qui damnum ſubeat. Damnoſus, profuſus. Suetonius in Nero. Non in alia re damnoſior, quàm in ædificando.

Damnoſè, aduerbium, ut Damnoſè bibere. Horatius 2. Serm. Satyr. octaua, tum Vibidius Balatroni, Nos, niſi damnoſè bibimus, moriemur inulti.

Damno, as, act p. Condemno, καταγινάσκω. quandoq; ablatiuo, quandoq; genitiuo iungitur. Cic. 4. ad Heren. Maiores noſtri ſi quam unius peccati mulierem damnabant, ſimplici iudicio maleficiorum multorũ conuictam putabant. Quo pacto? Quoniam quam impudicam iudicauerant, eam ueneficij quoq; damnatam exiſtimabant. Cicero primo Tuſc. Sed plurimi contrà nituntur, animoſq; quaſi capite damnatos morte mulctant. Quando uerò non apponitur pretium, uel peccarũ, pœnã ue peccati, accuſatiuo tantùm iungitur, & ſignificat culpo. Cicero quarto Tuſc. Rerum naturã potius quàm errorem damnare uoluimus. Interdum accipitur pro exhæredare, ἀποκηρῦσαι. unde è duobus filiis, alterum hæredem inſtitutum, alterum damnatum legimus. hoc eſt, exhæredatione improbatum. Interdum pro compellere, obligare, & neceſſitate obſtringere. Terentius in Phormione, Tuus eſt damnatus gnatus, non tu. Compoſita à damno ſunt, Condemno & Prædemno, quod eſt antè damno, προκαταχείνω Liuius lib. 4. Totam culpam eius temporis in prædemnatum collegam transferentem, omnes tribus abſoluerunt.

Damnatio, ònis. uerbale, Damnandi actus, κατάγνωσις. Reorũ acerbiſſimæ damnationes. Cicer. in Piſon. Idem 4. Verr. Docuiſſemq; hanc damnationem duci non oportere, &c.

Damnatorius, ria, rium, Cic. 1. Ver. Verres in Xenonem iudiciũ dabat illud ſuum damnatorium de iugerum profeſſione.

Damnatoria tabella. Suet. in Auguſto.

Damnatus, partic. ut, Damnatus capitis, uel capite, hoc eſt, cõ demnatus. Interdum etiam idem quod obligatus uel aſtrictus. Vnde hæredes dicebantur Damnati ad præſtandum legatum, hoc eſt, aſtricti & obligati. Pro quo ueteres etiam dicebant Damnas. Item Damnatus uoti, uel uoto, dicitur is qui iam eius cuius gratia uotum fecerat, factus eſt compos. Et Damnare aliquem uoto dicebantur dij, quum alicui tribuebant id cuius gratia uotum ſuſceperat. Fiebant autem uota ferè ſub conditione, hoc modo, Mars pater, ſi mihi populoq; Romano hodie uictoriam dederis, hoc ipſo in loco tibi ex marmore templum ſtatuam. Hoc uoto ita facto, qui uouit, ſtatim factus eſt reus uoti, nihil tamen cogitur præſtare, niſi adepta uictoria. Vbi autem iam debellatis hoſtibus, contigerat uictoria, tunc demum dicebatur damnatus uoto. hoc eſt, aſtrictus & obligatus ad perſoluendum uotum. Vergil. in Daph. Vt Cereri, Bacchoq;, tibi ſic uota quotannis Agricolæ facient: damnabis te quoq; uotis. Hæc ideò hic fuſius notanda duximus, quòd ipſum etiam Macrobium altiſſimæ eruditionis uirum, & pleroſq; alios, qui eius authoritatem ſequuti ſunt, ea in re lapſos uideremus, qui arbitrantur eum dici Damnatum uotis, qui iam uota perſoluit. Hoc autem uerum non eſſe, apertiſſimè conuincitur uno Liuij teſtimonio lib. 7. ad Vrbe condita, Dictator (inquit) deorũ quoque opes adhibendas ratus, inter ipſam dimicationem ædem Iunoni Monetæ uouit: cuius damnatus uoti, quum rector Romam reuertiſſet, Dictatura ſe abdicauit. Et paulò pòſt, Anno poſtquàm uota erat, ædes Monetæ dedicatur. Audis ne Dictatorem protinus parta uictoria fuiſſe damnatum uoti, quum tamen uotum adhuc nõ perſoluiſſet, quod ſub ſequenti demum anno fuit perſolutum? A participio Damnatus fit compoſitum Indemnatus, non condemnatus, ἄκριτος Salluſt. in Catil. Hi primò cœpere quenq; peſſimum, & omnibus inuiſum, indemnatum necare. hoc eſt, indicta cauſa & nulla præcedente condemnatione. Liu. libr. 2. ab Vrbe, Eum indemnatum indicta cauſa non debere uiolari. Compoſita à Damno ſunt, Condemno, & Prædamno, quod eſt antè damno, προκαταχρίνω. Liu. libr. 4. Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus abſoluerunt.

Danaẽ, laurus Alexandrina apud Dioſc. lib. 4. cap. 148.

Dãniſta, δανειστὴς, Fœnerator, creditor. Plaut. Morigerus eſt mihi Daniſta, qui de me argentum nõ petit, ἀπὸ τῦ δανείζειν, quod eſt mutuum dare.

Daniſticus, δανειστικός, Fœneratorius.

Danunt quandoq; à ueterib dicebatur pro Dant: & Duis p Dederis. Plaut. Cui ſeruitutẽ dij danunt lenoniã. Nonius.

Dapalis, Dapaticus, Dapatice, uide Daps.

Daphnia, Gemma comitialibus morbis utilis exiſtimata. Plin. lib. 37. cap. 10.

Daphnoides, δαφνοειδὴς. Lauri ſpecies, baccas habens è nigro rufeſcentes, quib. guſtatis os atq; guttur accenditur. Frutex eſt ramoſus, craſſiore quàm laurus folio. Autor Plin. lib. 15. cap. ult. Eſt item Daphnoides, clematidis ſpecies, mollia utilia per terram ſpargens, quæ à Latinis Vincaperuinca appellatur. Vide ſuprà in dictione Clematis.

Daphnois, id eſt, Iſocumamon, Plin. lib. 12. cap. 9.

Dapnon, δαφνὼν, Lauretum dicimus, hoc eſt, locum multis conſitum lauris. Mart. libr. 10. Diſpoſuit Daphnona ſuo Torquatus in agro.

Daphnos, uide Danaẽ.

Daps, dapis. f. t. inquit Feſtus, apud antiquos dicebatur res diuina, quæ fiebat aut hyberna ſemente, aut uerna: quod uocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularũ δαῖς dicitur. Liu. 1. ab Vrbe, Tum ſacrum factum, adhibitis ad miniſterium dapemq; Potitijs ac Pinarijs. Ibidem, Pinarijs extis adeſis ad cæteram uenirent dapem. Quomodò uerò dapes conſtruantur, uide Cat. de Re ruſt. cap. 132. Cæterũ dapes non ſolùm deorum: ſed etiã magnifici & opipari apparatus ſunt, ἐδέσματα Mart. Illa quidẽ lauta eſt, dapibusq; inſtructa ſuperbis. Vergil. 4. Aen. Diripiuntq; dapes, contractuq; omnia fœdant. Præterea & cibos uitabiles & infandos dapes uocari, Nonius ex duobus Vergil. locis affirmat, quo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rum alter est Aen. 3. de Cyclope. Nam simul expletus dapibus uinoq; sepultus. Alter in Buc. Quas illi Philomela dapes, quæ dona parauit.

Dapifer, a, um, ὁ ἱεροφόρος, dapes ferens.

Dapino, ás, pen. prod. Significat dapes parare. Plautus in Capt. Aeternum tibi dapinato uictum, si uera autumas.

Dapalis cœna, Quæ diuersis & amplis dapibus constat, λιπαρὸς, δαψιλὴς. Plin. lib. 10. cap. 10. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortensius, dapali cœna sacerdotij.

Dapiticus, a, um. Quod est amplum, magnificum: ut Negotium dapaticum, μεγαλοπρεπές. Festus.

Dapaticè, aduerb Id est, lautè, λιπαρῶς. Festus.

Dapsilè, aduerb. Abundanter, δαψιλῶς. Suet. in Vesp. Sed & cõ uiuabatur assiduè, ac sæpius rectè ac dapsilè.

Dapsilis, le, pen. cor δαψιλὴς, Abundãs, liberalis, largus. Plaut. Mast. Triginta minæ, præterq; alios dapsiles sumptus facit. Colu. lib. 4. cap. 27. Si autem continuis superiorib. annis dapsili prouentu fatigata uitis fuerit, requiescere ac refici par erit. Idem Colu. lib. 4, At spionia dapsilis, musto & amplitudine magis uarum, quàm numero fertilis. Δαψίλειαν, largitatem, abundantiam rerum, liberalitatemq; uocant: unde nostri quoq; dapsiles aliquando lautos, & liberales appellãt. Plaut. Aul. Istas magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror. Id est, affluentes & largas.

Dapsa, apud ueteres, genus sacrificii, quod fiebat aut hyeme sæuienti, aut uere: à Græcis δᾶις uocatur.

Dardanarij, Qui omnia præmunt, uti demum carius uendant, προωπλακες: dicti à Dardano quodam contaminatissimo & profligatissimo mago, à quo etiam Dardaniæ artes, à Columella uocantur magicæ. Eius sunt uerba, At si nulla ualet medicina repellere pestem, Dardaniæ neniunt artes.

Dardanium, δαρδάνιον, Genus ornamẽti, quod lacertis adhibebatur. Plin. lib. 33. cap. 3. Cuius sceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per anulos fecit, ut habeant in lacertis iam quiddam & uiri quod è Dardanis uenit: itaq; & Dardanium uocabatur.

Daricus, penul. prod. δαρεικὸς, Numisma priscum, Darii imagine percussum.

Darsisan quid re uera sit, uehemens hodie controuersia. Nec sanè conueniunt Arabum interpretes. Nam Euricius Cordus, uir uererem Medicinam edoctus, Asphalaton esse contendit eã, cuius meminit Dios. lib. 2. Verùm huius sententiã, ut nõ facilè improbarim, ita non habeo nunc quo affirmẽ maximè cum in his, atq; alijs peregrinis non aliter quàm cæci in tenebris palpemus Nec hic quicquam ad rem facit opinio, & suspicio, sed loca adeunda, considerandæ & contemplandæ res ipsæ sunt. Toti sunt in his suspicionibus etiam Manardus, & Leonicenus, magno interim risu multorum.

Darsion, lege. Asphalatus.

Dasia, pen. prod. δασεῖα, Densitas spiritus, & signum est uocalis aspiratæ, quod hanc nota ' formatur.

Daspis, Chrysospermon apud Dios. lib. 4. cap. 59.

Dasypodion, uiola purpurea apud Dios. lib. 4. cap. 125.

Dasypus, huius dasypodis, m. t. δασύπους, Animal est quod nos leporem, aut, ut alijs placet, cuniculum uocamus. Plin. lib. 10. cap. 63. Dasypodes omni mense pariunt, & superfœtãt, sicut lepores. A partu statim implentur: cõcipiunt, quamuis ubera siccante fœtu: pariunt non cæcos. Ex quo loco satis constat, Plin. Dasypodem à lepore distinxisse, Bud. tamen credit Plin. ea in re deceptum fuisse eo præcipuè argumento nixus, q Arist. plerisq; in locis dasypodẽ à lepore nõ uideatur distinguere. Si tamẽ diligentius scriptorẽ illũ excussisset, inuenisset locũ manifestissimũ, ubi ille duo hæc indubiè fecernit. locus is est lib. 1. de Historia animaliũ, ubi sic habet, Differũt præterea animãtes morib. nã aliæ mites, remissæ, ac minimẽ peruicaces sunt, ut boues: aliæ animosæ, peruicaces, brutæ omnino, ut sues syluestres: aliæ ingeniosæ, ac timidę, οἱ ἴππαρ, ἡ λαγὼς, ἡ δασύπους: hoc est (interprete Theodoro) ut cerui, lepores, cuniculi. Polyb. tamen lib. 12. historiarũ, cuniculum Latino nomine appellare maluit, non secus acsi Græca lingua animalis eius nomẽclatura destitueretur. Ait enim nasci animal lepori simile, κουνίκλον, καλεμένον. Hisce argumẽtis adductus Erasmus, uertẽs adagiũ illud apud Græcos usitatissimũ, δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ, maluit Græcã dictionẽ seruare, quàm de re incerta, quippiã temere pronuntiare.

Datarius, Datatim, uide Do.

Datiathum, thus minus probatum & secunda uindemia,

Daucus, δαῦκος, Herba est similitudine fœniculi, candidioribus tamen foliis, & minoribus, hirsutisq;, caule pedali recto, radice suauissimi gustus. Plura sunt eius genera, quæ uide apud Plinium libro 21. capite nono. Galli uocant Carotas syluestres.

Dautia, quæ & Lautia dicimus, munuscula, quæ dantur legatis hospitii gratia. Festus.

D E

DE, παρὰ, præpositio est, quæ separata significat ἀπὸ, hoc est, uel ab, uel ex: ut, Audiui de patre meo. Item περὶ, Cic. 3. de Orat. Oratio Crassi de Colonia Narbonẽsi, & altera de lege Seruilia. Item Propter. Teren. in Eun. Quantũ me amas de fidicina hac. Itẽ Deorsum, sicut Sus surSum: unde, Susq; deq; fero, ueteres dicebãt, hoc est, surSum, an deorSum res feratur parui facio. Itẽ memoratiuã uim habet, ut Cic. scripsit de Offi. Cõposita uerò aliquãdo detractionẽ notat, ut Decorti co, Delibero, Deuestio, Deplumo, Depilo, Decaluo, Dearmo In aliquib. deorsum, κάτω, ut, Descendo, Defluo. Interdum Non, ut Delũbe, quod est nõ habens lumbos. Interdũ actiua est, siue intensiua, ut Deamo, Deprauo. Interdũ diminutiua, ut Decresco, Deferuesco. Interdũ priuatiua, siue negatiua, ut Desperatus, Demens, Dedecet. Interdũ localẽ nim obtinet, ut Deambulo. Interdum deficientem uim sui simplicis indicat, ut Disco, DediSco: Tego, Detego, Doceo, Dedoceo. Interdum est honoris exhibitiua, ut Defero, Deduco. Significat etiam quandoq; In totum, uel omnino, ut Demãdo. Quandoq; apertè, seu palam, ut Demõstro. Componitur autem cum dictione incipiente ab a, ut Deamo: b, ut Debacchor: c, ut Decerno: d, ut Deduco: e, ut Deerro: f, ut Defero: g, ut Deglutio: h, ut Dehisco: i, ut Deiicio: l, ut Delabor: m, ut Demiror: n, ut Denudo: o, ut Deosculor: p, ut Depellor: r, ut Deriuo: s, ut Desudo: t, ut Detraho: u, ut Deuenio. Patitur nonnunquam elisionem, metri gratia: sicut in Deinde, & Dehinc. Vergilius libro primo Aeneid. Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur. ubi eliditur e.

Dea, dea, fœmininum à Deus, θεὰ, θεὸς ἡ. Vergil. 1. Aeneid. nec uox hominem sonat, ô dea certè. Deæ triformis sacra, id est, Hecates, quæ & Luna, & Diana, & Proserpina creditur esse: Luna quidẽ in cælo, Diana in terris, & Proserpina apud inferos. Ouid. 7. Metam. Auxiliaris dea. Ouidius 9. Metamor. quum te partu Lucina leuarit, Tollere quicquid erit, dea sum auxiliaris, opemq; Exorata fero. Vltrices deæ. Seneca in Octauia, Tartara testor Erebiq; deas Scelerum ultrices.

Deacinatus, adiectiuũ, ut deacinata dolia, à quibus abster si sunt acini. Cato de Re rust. cap. 26. Vbi erit lectũ post dies triginta, si bene deacinata erunt dolia, oblinito.

Dealbatores, item lib. 10. Cod. ab Imp. inter artifices recensentur qui munerum immunitate donati sunt.

Dealbo, a. p. Idem est quod albũ reddo, λευκαίνω: ut Dealbare parietem, est album rectorium superinducere, Curtius ad Ciceronem, Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Deambulo, n. p. De loco ad locum ambulo: uel hincinde ambulo, ut fit salutis uel relaxationis causa, περιπατέω. Terẽ. in Adelph. Deambulare huc libitum est. Cic. 1. de Leg. Quin igitur pergimus ad illa spatia nostra, sedesq;, ubi quum satis erit deambulatum, requiescimus?

Deambulatio. Teren. in Heau. Vel me hæc deambulatio, quàm non laboriosa, ad languorem dedit.

Deambulatorium, n. s. Locus in quo deambulamus, περίπατος.

Deamo, Valde, & ex animo amo, περιφιλῶ. Terent. in Heau. Næ ego sum fortunatus, deamo te Syre. Plaut. Truc. Magna mutauit Dinarchus hodie gaudia, mea dona Deamata acceptaq; habita esse apud Phronesium.

Dearmatus exercitus, hoc est, Exarmatus & spoliatus. Liu. 4. ab Vrbe, Consul triumphans in urbem redit, Ciuilio Volscorum duce ante currum ducto, prælatisq; spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub iugum miserat.

Dearticulatio, onis, f. t. Est mutatio uel corruptio ossis secundum naturam, in locum præter naturam.

Deartuo, as, quasi per artus incido, ἀπαρθρῶ Plaut. in Capt. Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus sum miser sceleSti huius technis.

Deauro, as, actiuum primæ, Inauro, auro tego, χρυσόω. unde διάχρυσος.

Debacchari, act. p. Propriè est præ ebrietate ualde furere, παροινῶ: quanquã etiã debacchari dicimus eũ, qui præ furore mentis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rementis suæ non satis cõpos, nihil consyderatè agit, & sine fructu tumultuatur. Terentius in Adelph. Si satis debacchatus iam es leno, audi si uis nunc. SAN. Egon' debacchatus sum in te, an tu in me?

Debellare, a p. Bello uincere, uel capere, καταπολεμῶ, κατασυνίστασθαι, Et propriè debellamus homines, Expugnamus castra, urbes, naues, & huiusmodi. Plin. lib. 6. Darium Alexander debellauit. Liu. lib. 8. Debellatum est cum Græcis, id est, finitum est bellum. Verg. 6. Aeneid. Parcere subiectis, & debellare superbos.

Debellatò, uice aduerbii. Liu. 10. belli Punic. Scipionem uelut iam debellatò, Vricæ oppugnandæ intentum auertit fama redintegrandi belli.

Debellator, uerbale: ut, Cruenti gurgitis debellator, apud Statium libro nono Thebaid.

Debeo, es, debui, debitum, n. s. Pertinet ad omnia quibus deuincti sumus: quod uulgò Teneor, seu Debitor, aut Obligatus sum dicitur, ὀφείλω. Cic. Planco. Perfice ut ne minus Respublica tibi, quàm tu Reipub. debeas. Idem Seruio, Homo & maximis meis beneficiis deuinctus, & propè omniũ, qui mihi debere aliquid uidẽtur, gratissimus, ὑπόχρεως. Plautus in Curc. Beatus mihi uideor, subduxi ratiunculam quãtum æris mihi sit, quantumq; alieni sit: diues sum si nõ reddo iis quibus debeo. Sallust. in Catil. Res autem opportuna uidebatur, quòd iis priuatim egregia liberalitate publicè maximis muneribus grandem pecuniam debebat. Sæpissimè uerò pro Oportet. Cic. ad Attic. Si uolent grati esse, debebunt Pompeium hortari ut sit amicus.

Debitor, m. t. ὀφλέτης, χρέστης, ὀφειλέτης, teste Modestino, propriè dicitur is, à quo inuitè exigi pecunia potest. Cic. Attic. lib. 5. Titinius debitoribus suis renũciauit ut eodem fœnore uterètur. Idem pro Flacco, Fecit eadem omnia, quæ nostri debitores solent: negauit se uersuram ullam fecisse. Debitori creditam pecuniam condonare. Cic. 2. Offic. Plin. in Paneg. Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.

Debitio, f. t Ipse debendi actus, ὄφλησις. Cic. pro Planc. Perquã dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ: nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, æs retinet alienum. Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert.

Debitum, n. s substantiuum, Dicitur æs alienum quod debetur. χρεοφείλημα. Cic. in Oratione ad populum antequàm iret in exilium, Fidei conducit in locum debitũ retribuere.

Debitus, a, um, participium, Quod debetur, χρεοφείλητος. Idem in Philip. O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimùm reddita. Frequenter etiam apud Ciceronẽ accipitur pro Meritus, siue Iustus. In Epist. ad Att. Huic habiti à me honores nulli, nisi debiti. Idem 9. Philip. Iustũ ac debitum honorem alicui decernere.

Dẽbilis, le, om t. ex De & Habilis, quasi parum habilis: hoc est, malæ habitudinis, id est, infirmus. ἀσθενὴς. Terentius in Adelphis, Membra metu debilia sunt. Cic. 5. in Cat. Infirmos sine illo, ac debiles fortè putabam. Imbecillis ac debilis senex. Cic. pro Sestio.

Debilito, as, are, a. p. Debilem reddo, ἐξασθενίζω. Cicero in Vat. Quæ leges sæpenumero Tribunit. furores debilitarunt & repressérunt.

Debilitari passiuè. Cic. 2. de Fini. Turpe esse uiro debilitari, dolere, frangi, succumbere. Ibidem, Recitatis literis, debilitatus atq; abiectus conscientia, repente conticuit.

Debilitas, atis, f. Infirmitas, ἀσθένια. Cic 1 de Finib. Vt succumbere doloribus, cosq; humili animo imbecilloq; ferre miserum est, ob eamq; debilitatem animi, multi parentes reliquerunt.

Debilitatio. Ci. in Pi. Quid debilitatio atq; obiectio animi tui?

Deblatero, as, are, σωμύλλω, ψιττίζομαι, Est stultè loqui, inquit Festus: nam βλάκας stultos uocant Græci. Nonius uerò deblaterare, Obloqui, & Cõfingere interpretatur. Plant. Aulu. Vbi es tu, quæ deliberasti iam uicinis omnibus, Me meæ filiæ daturũ dotem? Gellius lib. 9. cap. 15. Deliberatis uersuum multis milibus.

Debrior, aris, d. p. Idem est quod ebrior. Nunquid unus qui debriatur & turpis uidetur.

Decachinnari, d. p. Est deridere, ut est apud Tertullianum, ἀποκαχχάσαι.

Decãchordum, n. s. δικάχορδον, Instrumentum musicum decem chordas habens.

Dẽcã, ũmino, as, penult. corr. Cacumen præcido, siue cacumine priuo, ἀκρωτηριάζω, βλασολογέω. Vnde βλασολογία, Theodorus decacuminationem uertit, &c. Columel. lib. 6. Potest eitam ultimus sic disponi, ut adhuc tenera decacumi netur, ne altitudinem decem & quinq; pedum excedat. Plin. libro 17. Similem & decacuminatio rationẽ habet, cupressi, piceæ, cedri: hæ enim detracto cacumine, aut igne adusto intereunt. Decacuminatio quomodo fieri debeat, require ex Theoph. 4. cap. 17.

Decadorus, pen prod. δακάδωρος, Longus decem palmis.

Decalcatum, Calcelitum, κοβισωμένον.

Decalogus, m s. δικάλογος, pen. corr. Sacrum uolumẽ, quod decem legis præcepta continet.

Decaluo, as, ἀποκείρω, φαλακρόω, uide Caluo.

Decameron, id est, Decumanum, cõstans ex decem rebus. Describitur ab Aëtio serm. 12. cap. 44. Aliàs Decamyrum.

Decanto, as, penult. prod. a. p. Laudo, celebro, diuulgo, ὑπερφιλοφρονέομαι. Interdum idem quod iterum atque iterum repeto, & ad fastidium usque inculco, ταυτολογῶ. Cicero ad Att. lib. 1. Etenim hæc decantata erat fabula. Idem 3. de Orat. Græcus doctor qui alicui peruulgata præcepta decantet. Idem 3. de Finib. Quæ quidem res efficit ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque à cõmentariolis suis discedere.

Decaphoron, δικάφορον, pen corr. Lectica quæ fertur à decem hominibus: sicut Hexaphoron, quæ à sex.

Decaproti, pen. prod. δικαπρῶτοι, Qui decaprotiæ munere funguntur, Cicero Decemprimos uocat. Vlpia. l. & qui. ff. de mun. & honorib. Decaprotos minores etiam annis XXV fieri iampridem placuit.

Dẽcãpũlõ, as, a. p. pen. cor. Depleo, euacuo: à capulis deductum, quę sunt uasa ansata, quibus oleum depleri solet. Plin. lib. 17. cap. 6. Quare sæpius die decapulandum. Vnde & Capulator, de quo suprà.

Decarchos, m s. δεκαρχος à Græcis appellatur, qui decem præest militibus, quem Latini uocant Decurionem. Inueniuntur etiam Decadorchus.

Decas, adis, δεκάς, Aliquid decennarium numerum continens. Hinc Liuii Decades dicimus operis sectiones, quarum singulæ decem continent libros. Quanquã non desunt qui Liuium historiam suam in libros, non in decadas, uoluntdistribuisse: quorum opinioni quò minus accedam, faciunt decimo cuique libro præfixæ præfationes, quę reliquis nullæ præfiguntur.

Decaulesco, scis, Caules, uel frondes amitto, ἀποκαυλῶμαι. Plin. lib. 19. cap. 7. Rhaphanus utiq; iucundior detractis foliis antequàm decaulescat.

Dẽcẽdo, is, n. t. Abeo, discedo, ἀποχωρέω. Cælius Ciceroni, Quod tibi decedenti pollicitus sum. Teren. Heaut. Decedet iam ira hæc, etsi meritò iratus est. Propriè uerò à mandato custodiæ loco recedo: ut, Consules de prouincia dicuntur decedere, & Præsides de urbibus, Cic. ad Atti. Non putet nos Senatus antè oportere decedere, quàm nobis concessum sit. Decedere de summa, est de summa aliquid detrahi, eamq; imminui. Terent. Adelph. Mea, quæ præter spem euenere, utantur sine: De summa nihil deceder. Item Decedere, est Detrahi, siue minui, ἀπογίνεσθαι τῆς ἡλικίας: & sic eleganter habet datiuum. Lactant. lib. 1. Id autem solidum existimandũ est, cui nihil decedere: id perfectum, cui nihil possit accedere. Interdum idem est quod simplex Cedo. hoc est, locum dò. Cic. Antequàm iret in exilium, Ego inimicorum amentię salutis omnium causa decedam. Et paulò pòst, Si uiolentiæ impetu opprimimur, decedam pro omnibus unus Tribunitio furori. Decedere uia, est per errorem, siue hõnoris gratia digredi, ἐξίστασθαι τῆς ὁδοῦ. Suetonius in Cæs. Et quum luminibus extinctis decessu uiæ diu errabũdus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus euasit. Plaut. in Trin. Decedam ego de uia, de semita, de honore populi. Decedere de suo iure, est non summo iure agere sed aliquid sui iuris condonare comiter, τῶν δικαίων ἑαυτὸν ὑφίστασθαι Cic. 2. Offic. Est enim liberale, paululum nõnunquã de suo iure decedere, & interdum fructuosum. Rursus Decedere ponitur pro mori, ἀποθνήσκειν. & per se plenũ est, ut subintelligatur uia, tãquã de custodia & gubernatione corporis proficisci: ut eo modo dicatur Decessit, quo defunctus est. Cic. ad Attic. lib. 1. Pater nobis decessit ad VIII. Calend. Decemb. de statione uitæ, figurate apud eundẽ in Ca-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vetat Pythag. sine iussu Imperatoris de præsidio, & statione uiæ decedere. Ex dictis exẽplis colligi potest quòd hoc uerbum ablatiuũ habet aliquando cum præpositione De, aliquãdo uerò sine ea: ut Decedere uia, uel de uia, Decedere iure suo, uel de iure suo: Decedere officio, uel de officio, quod est cõtra officiũ aliquid facere. Sic Decedere instituto suo, uel de instituto, aut more suo, id est, secus, quàm quis solitus sit agere, mores mutare.

Decessor, m. t. uerbale est à Decedo, Significãs eũ qui iam magistratu defunctus, decedit de prouincia, & successori suo eam tradit. Vlp. in l. obseruare. ff. de off. Procõs. Rectè aũt & ordine faciet, si edictũ decessori suo miserit significetq; quo die fines sit ingressurus. Decessorem itaq; Latinè uocabimus quem uulgò Prædecessorem uocãt, cui scilicet in officio, alia quauis re, succedimus.

Decessio, onis, f. t. & Decessus, us, uì, Cicero ad. Qu. fratrem lib. 1. Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam. Idem Sulpitio lib. 4. Is mecũ sæpe de tua mãsione cõmunicat. Cæs. 5. bel. Gal. Vulgò credebatur ab eius decessu ferere solitos. Celsus lib. 3. cap. 12. Sub decessu febris cibum sumat.

Dĕcĕm, Numerale, indeclinabile, à Græco δέκα. Terentius in Heaut. Decem dierum uix mihi est familia. Hinc fiunt composita, Vndecim, duodecim: & Deriuatiua, Decies, Decuplus, Denus, & Decenus: de quibus suis locis.

December, Nomẽ mensis, quòd decimũ locũ teneret, antequã additi essent Ianuarius, & Februar. πεμπτόμην. Legitur & decembris, adiectiuũ. Hor. 2. Serm. age libertate decẽbri Vtere. Hoc est, ea libertate quæ seruis mense Decembri (tunc enim Saturnalia celebrabantur) solet concedi.

Decemiugis, Currus quẽ decẽ equi iuncti trahunt, δεκάζυγος. Suet. in Nerone, Aurigauit quoq; plurifariam: Olympiis uerò etiam decemiugi, subaudi, curru.

Decempeda, f. p. pen. corr. δεκάπους, Pertica qua mensuratur à terra numero pedum dicta, sicut Quincupeda, à quinq; pedib. Cicero 17. Phil. Vrbẽ iam peritus metator, & callidus decempeda sua Saxa diuiserat. Saxa hoc loco est proprium nomen amici Antonii.

Decempedator. Idem decimotertio Philip. Canebat etiam L. Antonius, qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedator.

Decemprimi, dicũtur à Cicerone, qui δέκα πρῶτοι Græcè. Pro Ros. Amer. Itaq; decurionum decretũ statim fit, ut Decemprimi proficiscantur ad L. Syllam, doceantq; eum qui uir Sex. Roscius fuerit.

Decemscalmus, m. s. Actuariolum quòd decem scalmis agebatur. Scalmus autem lignum illud est, in quo remus aptabatur ad facilius remigandum. Cic. ad Att. lib. 16. Hæc ego conscendens è Pompeiano, tribui actuariolis decemscalmi.

Decemuiri. m. s. Summus magistratus Romæ fuit, in Cõsulum locum suffectus, δεκαδύχοι. Cic. 1. de Orat. Dicant uel Græci, si uolunt, uel nostri decemuiri, qui duodecim tabulas præscripserunt, quos necesse est fuisse prudentes. Liuius 3. de Vrbe, Anno trecentesimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Consulibus ad Decemuiros, quemadmodum à Regibus antè ad Consules uenerat. Translatio imperii minus insignis, quia non diuturna mutatio fuit: læta enim principia magistratus eius nimis luxuriauere, eò citius lapsa res est: repetitumq; duobus uti mandaretur Consulum nomen imperiumq; Budæus in Annot.

Decemuiralis, le, om. t. ut: Decemuirales leges, quæ sunt leges duodecim tabularum, quibus præferendis Decemuiri consulari potestate creati sunt. Liuius libr. 3. Priusquàm urbem egrederẽtur, leges Decemuirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in æs incisas publicè proposuerunt. Decemuirale collegium. Cic. 7. Verr. Tum ex amplissimo decemuirali sacerdotes Pop. Romani, &c.

Decemuiratus, tus, m. q. Dignitas & officium Decemuirorum. Cic. de lege Agrar. Vt ii Decemuiratum habeant, quos plebs designauerat.

Decendium, Spatium decem dierum, δεκαετία. Nam decennium decem annorum dicitur.

Decennale, quod est decem annorum, δεκαετὴς: ut Bellum decennale.

Decẽnis, ne, Decem annorum, δεκαετὴς: à quo Decẽnium. Decennis fœmina, Plin. lib. 8. cap. 5. & 44.

Decies, aduerbium, δεκάκις. Plautus Stich. Quin & ipsa decies in die mutat locum.

Decimus, Vltimus ex denario, uel unus ex decẽ, δέκατος. Plautus in Amph. Alter decimo post mense nascetur puer.

Decimùm, aduerbium. Liuius 7. ab Vrbe, Nos reficietis decimùm Tribunos.

Decimanus, siue quod usitatius est, Decumanus. Idem ferè est quod decimus, δέκατος. Quia tamen ita usuenire solet in rerum natura, ut decima quæq; sint maxima, factum est ut Decumanus accipiatur pro Magno. Vnde Decumana porta castrorũ, quæ in his maxima est, eratq; in postica castrorum parte, ut ex Cæsare lib. 3. bel. Gall. intelligitur. Decumana ova, quæ cæteris maiora sunt: & decumani fluctus dicuntur, qui reliquos magnitudine superant. Nam & ouũ decimum maius nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur, ut scribit Fest. Põp. Ouid. 11. Meram. Vastius insurgens decimæ ruit impetus undæ. Decumanus accipenser, apud Cic. 2. de Fin. ex Lucilio. Decumanus ager. ex quo decimæ recipiuntur. Cic. 5. Ver. Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus est. Et Decumanus limes, in limitatione agrorum, à magnitudine & longitudine dictus putatur, qui agrum ab Exortu equinoctiali ad Occasum equinoctialem secat. Nam alter ex transuerso occurrens, cardo appellatur à Septentrione in Meridiẽ ductus. Plin. lib. 18. Linea hæc erit ab exortu æquinoctiali ad Occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrum, Decumanus uocabitur. Decumani etiam (ut Ascon. Pædian. docet) uocantur publicanorum principes, à quibus decumæ, siue decimæ exigebantur. Cic. lib. 5. in Verr. Decumani, hoc est, principes & quasi Senatores publicanorum, remouendas de medio literas censuerunt.

Decimæ, arum, siue Decumæ, Significat decimam partẽ quaruncunq; rerum, quæ soluitur principibus & sacerdotib δεκάτη, δεκασμὸς. Plaut. Vt decimas solueret Herculi. Legitur & Decuma in singulari numero. Cicer. 5. Verr. Affirmante se plus decumanõ daturum. Idem de Natura deorum, Neque Herculi quisquam decumam uouit unquam, si sapiens factus esset.

Decimo, as, are, a. p. Est decimam partem detrahere, ἐκ δεκατεῦν, δεκατοῦν. Vnde decimari legiones dicũtur, quãdo decimus quisq; supplicio afficitur ab Imperat. quod Polybius uocat ἐκ δεκάδος ἄγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ. Liuius lib. 2. Cætera multitudo sorte decimus quisq; ad supplicium lecti. Sic Vigesimare, & Centesimare dicitur.

Decimodia, uel Decemmodia, f. p. Vasis genus est decẽ capiens modios: sicut Trimodia, quod tres capiebat modios. Col. libro 12. cap. 18. Perennè fabricandæ decimodiæ & Trimodiæ & fiscellæ texendæ & picandæ.

Decermina, Dicuntur, teste Festo, quæ purgandi causa decerpuntur: cuiusmodi sunt frondes sacræ, quibus in lustrationibus uti solent, καθαρτικὰ φύλλα.

Dēcĕrno, is, decreui, decretum, n. t. Proprie constituo, definio, siue de magnis rebus certam sententiam profero: ut Senatus decretum, ψηφίζομαι. Cic. lib. 1. Offic. Quare expectanda quidem magis est decernendi ratio, quàm decertãdi festinatio. Terentius in Andria, Quicquid peperisset, decreuerunt tollere, id est, deliberauerunt. Interdum est ex potestate constituere: unde Decreta fatorum, & syderum. Scribit Firmicus sydera decernere felicitates infelicitatesq; mortalibus. Per translationem uerò pertinet ad ea quæ sunt dimicationis κρίνεσθαι. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Obuiàm egressi, ut potius acie decernerent, quàm inclusi de tectis dimicarent. Verg. libro 11. Aeneid. Ipsum armis, ipsumq; iubet decernere ferro.

Decretus, a, um, part. à Decerno, uerbo passiuo, Idẽ quod Definitus, siue constitutus, ἐγνωσμένος. Cic de Prouinciis Cõsul. Prouinciam desponsam, non decretam habere uidetur.

Decretum, decreti, nomen substantiuũ, Statutum, sententia, δόγμα, ψήφισμα Plin. in Epist. Decreta quibus damnati erant proferebantur. Cic. 4. Acad. Sapientiæ uerò quid futurũ est, quæ neq; de seipsa iudicare debet, neq; de suis decretis (quæ philosophi uocant dogmata) quoquã nullum sine scelere proditorie? Vnde Decreta Pontificũ, constitutiones dicũtur. Decreta Senatus, τὰ βεβουλευμένα, τὰ ἐψηφισμένα, à Consultis sic distinguuntur ab aliquibus, ut Decretum dicant particulam quandam esse Senatusconsulti: ut quum prouincia alicui decernitur. tanquã Decreta sint specialia, Consulta generalia. Decretum apud Iurisconsl. propriè est deliberatio iudicis cum causæ cognitione, ad mixtum imperiũ pertinens. l. nequicquam. parag. ubi de Offi. Proconsl. Item Decretum est id, quod placitum aliàs latinè dicitur, græcè δόγμα καὶ ψήφισμα, καὶ ἄρεσον, dicitur. Autor Budæus. Quo uerò à lege distet hæc uox, infrà patebit in dictione Lex. Decretũ est propriè &c.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prie & Specialius, cùm iudices autoritatem ſuam interponunt, & maximè in Iuriſdictione uoluntaria, ut in alienatione bonorum minoris, in tranſactione alimẽtorum, & in bonorum poſſeſſione. Albutius pro Alciato Decretum ſiue Edictum primum, in cõtumacem ſolet expediri, ut is tædio ductus, ſui copiam iudicio tandem faciat, Ius ipſum contumacis non perimens. l. 3. in fin. de Acqui. poſſeſſ. Decretum ſecundum, conſtituit eum bonorum poſſeſſorẽ, qui ex primo decreto detinebat, incolumi hactenus contumacis iure. Vide C. 1. ext. de Eo qui mit. in poſſeſſ.

Decretorius, a, um, Ponitur pro iudiciario, in quo ſcilicet iudicium ferri poteſt, κρίσιμος: ut Dies decretorius, κρίσιμος ἡμέρα, qui & Criticus & Criſimus dicitur. Decretorium ſydus uel tempus dicitur id, ex quo de prouentu aliquarũ rerum futuro ſumitur iudicium. Plin. lib. 18. Res ſumma uitiũ agitur, decretorio uuis ſydere illo, quod caniculam appellamus: unde & carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exuſtæ. Idẽ, Aquila exoritur ueſperi decretorio die, florentibus oleis. Aliquando dicitur quod eſt decretum, firmatum, extanſq; ad aliquid arguendum, iudicandúmue, Quintilianus, At quidam litigationib. ſuis illum modò ambitioſum declamanti ſudorem præſtitiſſe contenti, cum turba laudantium deſtituunt ſubſellia, pugnamq; illam decretoriam imperitis, ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt.

Decerpo, is, decerpſi, decerptum, a. t. ex De & Carpo, Detracto, ſiue à re aliqua carpo, ἀποκόπτω, ἀποδρίπτω: ut, Decerpere uuas. Plinius in Epiſtol. Decerpere fœtus arborum, Plinius libro quarto, capite duodecimo. Decerpere folia, Columella libro 5. cap. 10. Horatius 1. Serm. Satyra 2. quare (ne pœniteat te) Deſine matronas ſectarier: unde laboris Plus haurire mali eſt, quàm ex re decerpere fructus. Cicero 5. Tuſculanarum, Humanus autem animus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, niſi cũ ipſo Deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt.

Decerto, as, n, p. frequentatiuum, ἀμπάμαι. Cic. pro Planco, Sed erat non iure, non legibus, non diſceptando decertandum. Cæſar 2. bel. Ciuil. Hoc animo decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandũ habituri uiderentur. Idem 3. bell. Ciu. Ne ciues cum ciuibus armis decertarent.

Decertatur, imperſonale. Cic. 1. Offic. Quum uerò de Imperio decertatur, bello gloria quæritur. Decertatus, participium, Statius lib. 1. Theb. Fraternas acies, alternaq; regna prophanis. Decertata odiis, fontesq; euoluere Thebas. Labores decertati, id eſt, certando peracti, Claudianus 1. Paneg.

Decertatio, Verbale. Cic. 11. Philip. Quumq; harum rerum omnium concertatio Conſulibus optimis & fortiſſimis cõmiſſa & commendata ſit.

Decertatorius, a, um, ut Pugna decertatoria, Quintilianus lib. 6. capite quarto.

Decet, n. ſ. Conuenit, honeſtũ eſt, aptum eſt, conſentaneum eſt tempori, loco, ac perſonæ, πρέπει. Et modò perſonale eſt, in tertiis tamen duntaxat perſonis declinatũ. Ouid. de Remed. amor. Lude, decent animos molliia regna tuos. Modò imperſonale, habetq; ferè accuſatiuũ. Cic. 3. de Finib. Decet patriam eſſe chariorem nobis, quàm noſmetipſos. Idem 5. Tuſc. Oratorem iraſci non decet, ſimulare nõ dedecet. Nõnunquam etiam datiuum. Terent. Adelph. Facite ita ut uos decet. Plaut. Nobis decet eſſe bonis. Huic contrariũ eſt Dedecet, quod eſt inconueniens, ineptum, turpe, ſiue inhoneſtum, ἀπρεπές, ἀῤῥιπὲς ἐσί. Ouid. lib. 6. Met. Admouiq; preces quarum me dedecet uſus. Compoſita ſunt Condecet, Dedecet, pen. cor. A quibus Condecens, Indecens, Condecentia, Indecentia, Condecoro & Indecoro, & Dedecoro.

Decens, Conueniens, πρέπων, καθήκων.

Decentia, Conuenientia quædam &, pulchritudo, εὐκοσμία. Cic. 2. de Nat. deor. In corporum etiam motione atq; geſtu multa cernunt ſubtilius, colorum etiam & figurarum tùm uenuſtarem atq; ordinem, & (ut ita dicam) decentiam oculi indicant, atq; etiam alia maiora.

Decenter, aduerbiũ, Pulchrè, aptè, conuenienter, καθηκόντως. Cicero pro Cecin. Si quæ decentiſſimè deſcripta maioribus iura finium, poſſeſſionum, aquarum, itinerumq; ſunt, hæc perturbari aliqua ratione cõmutariq; poſſunt.

Decido, a. t. pen. prod. Abſcindo, amputo, ἀποκόπτω. Plautus in Mercator. Decide mihi collum ſi falſum ad te loquar. Per translationẽ uerò ſignificat determinare, διαλύω. Horatius, Et poſt deciſa negotia campo. Cicero ſeptimo in Verrem. Quibus rebus omnibus actis atque diuiſis, producuntur è carcere. Eleganter etiam ponitur pro litem conſenſu mutuo dirimere, quod Tranſigere plerunq; Iuriſconſulti uocant: translatione ſumpta ab iis, qui rem controuerſam ſcindunt, ut quiſque partem æquam auferat, & à controuerſia diſcedatur. Cicero quarto in Verrem, Res ad iſtum defertur, & iſtius more deciditur. Idem, Quæ cum eo tranſigat, poſt cum accuſatore decidat. Vide Budæum in Annotationibus.

Deciſio, onis, Determinatio, uel diremptio litium mutuo conſenſu. Cic. pro Cecin. Quid noſtra deciſio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, iudicetis. Idem pro Roſcio, Dicat deciſionem factam eſſe, quæ facta non eſt. Paulus ad Leg. Falcid. l. Si hæres, inquit, cum creditoribus decideret, ne ſolum ſolueret, & ob eam deciſionem factum ſit, ut aliquid retineret. Pro lege quoque Imperatoris accipitur. l. ueteres. C. de Contrahen. & commit. ſtip. & de Emend. Iuſti. cod. in prin. ſuper uerbo Deciſiones, & parag. unde quæſitum Inſtit. de Nup. Verũ ea Imperatoris lex intelligitur, quæ partim altercationes ſunt diremptæ. Pragmatica uerò ſanctio, licet uulgò dicatur, quam princeps extra corpus Iuris Ciuilis promulgarit, uerius tamen priuilegium uocatur, nõ quod priuatis hominibus, ſed corpori alicuius uniuerſitatis, uel ei qui officio bene functus eſt, confertur: hoc eſt, quæ ob cauſam publicam, aut communem negotiorũ functionem, in ſpeciale quoddam priuilegium impertitur. Vide Ferrarium in paragr. Sed & quod Principi. Inſtit. de Iur. nat. gent

Decido, is, a. t. pen. cor. Deorſum cado, καταπίπτω. Cicero 2. Offic. Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt. Decidere equo, uel ex equo. Cæſ. 2. bel. Gal. & Plin. lib. 28. cap. 8. Sic per metaphoram, Decidere ſpe, uel à ſpe, hoc eſt, ſpem amittere. Terent. in Heaut. Quanta ſpe decidi. Liu. lib. 7. belli Maced. Antiochus poſtquã à ſpe ſocietatis Pruſiæ decidit, Epheſum ab Sardibus eſt profectus.

Deciduus, a, um, καταπίπτωτος: ut Folia decidua. Plin. lib. 11. cap. 37. de cornibus animalium, Omnibus autem caua, & in mucronem demum concreta ſunt, ceruis tantùm ſolida, & omnibus annis decidua.

Decidium, pro occaſu. Seneca in Epiſt. 30. Baſſus noſter uidebatur mihi proſequi ſe, & componere, & uiuere tanquã ſuperſtes ſibi, & fortiter ferre decidium ſui.

Decies, Decima, Decimare, Decimus, Decimodiæ. Vide Decem.

Dēcipio, is, a. t. pen. cor. Defraudo, deludo. à Capio compoſitum. ἐξαπατάω. Cic. de Diuinat. Nam illa amphibolia quæ Cræſum decepit, uel Chryſippum potuiſſet fallere. Ouidius Epiſt. 11. Vltimus eſt aliqua decipere arte labor. Terẽt. in An. Deceptus ſum, at non defatigatus. Cic. 1. Offic. Iam illis promiſſis non ſtandum eſſe, quis non uidet, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit.

Decipula, æ, f. p. Inſtrumẽtum aliquod decipiẽdis uel auibus, uel muribus idoneum, παγίς, Pro quo & Decipulum neutri generis dixit Apuleius lib. 8.

Dēcircino, as, pen. prod. contrarium ſuo ſimplici Circino, quod ſignificat aliquid rotundum facio, ἐπικυκλόω. Manil. lib. 5. Quem teretis natura ſoli decircinat orbem.

Dēcirēmis, f. gen. Nauigii genus eſt, habens decem remorũ ordines, δεκήρης. Plin. lib. 7. ca. 56. Quinqueremen inſtituit Neſichton Salaminius, ſex ordinum Xenagoras Syracuſius: ab ea deciremem Mneſigeton.

Dēclamo, as, are, n. p. Eſt ficto themate ſe exercere, μελετᾶν. Cic. 5. de Finibus, Quo in loco ad fluctum declamare ſolitũ Demoſthenem. Ouid. 2. de Arte, Sed neq; declament medio ſermone diſerti. Nec ſua ueſanus ſcripta poëta legat. Contra aliquem uehementiſſimè declamare. Cic. 6. in Verrem, Ille autem inſanus, qui pro iſto contra me uehementiſſimè declamaſſet, poſtquàm, &c. Idem Appio libro tertio, Verùm tamen eſt maieſtas (ut Sulla uoluit) ne in quemuis impunè declamare liceret.

Declamito, as, are frequentatiuum. Cicero filius ad Tironem, Præterea declamitare Græcè apud Caſſium inſtitui, Latinè autem apud Brutum exerceri uolo. Cic. 1. Tuſc. Vt enim antea declamitabam cauſas, quod nemo me diutius fecit: ſic hæc mihi nũc ſimilis eſt declamatio. Idem 5. Philip. Ipſe interea decem & ſeptem dies, ut digeſtio potius quàm declamatio uideretur, de me in Tyburtino Scipionis declamauit, ſtrim quærens: hæc enim ei cauſa eſſe ſolet declamandi. Idem de claris Oratoribus, Commentabat declamitans (ſic enim nunc loquimur) ſæpe cum M. Piſone, & Qu. Pompeio.

Declamator, declamatoris, Qui domeſticis ſcholaſticiſue meditatio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ditationibus se exercet, ut postea in seriis causis sit paratior. Cicero in Oratore, Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed perfectissimum & doctissimum oratorem quærimus.

Declamatio, onis, s. t. Est domestica exercitatio, seu scholastica, qua futuri oratores seriis causis solent præludere, parandæ eloquentiæ causa, uel locupletandæ, μελέτη. Solebant enim causas acturi domi prius præmeditari ea quę in foro essent dicturi. Pueris quoq; in ludis ficta quædam themata solebant præscribi, quibus se præexercerent, & ad eloquẽtiam sibi uiam sternerent. Cic. pro Muræna, Non placet mihi declamatio potius quàm persalutatio. Idem pro Planco, Vulgaris & peruulgata declamatio.

Declamatorius, a, um, μελετητικὸς, προγυμναστικὸς: ut Genus dicendi declamatorium, hoc est, declamationibus magis quàm seriis orationibus accommodatum, hoc est, non tam neruosum quàm ornatum, & ad ostentationẽ compositum. Cic. Qu. frat. lib. 3. Et ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari uidetur.

Declamatoriè, aduerbium, More declamantium, μελετικῶς. Hieronymus, More eorum qui declamatoriè solent loqui ad populum.

Dēclārārē, a. p. Est apertè mõstrare, plus enim est quàm significare: & tam ad facta quàm ad dicta pertinet, ἐμφανίζειν, δηλοῦν, Cic. Luccio, Itaque hoc sæpius dicendum, ubiq; non significandum solùm, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Idem, Declarauit id modò temeritas C. Cęsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. Declarare Consulem ueteres dixerunt, pro eo quod est renunciare, quũ scilicet is, qui Consulatu decedebat, collectis tribuum suffragiis, pronũtiabat quis futurus esset Consul. Cicero pro Muræna, Vt eiusdem hominis uoce & declaratus Consul esset & defensus.

Declaratio, uerbale, Cic. Planc. lib. 10, Rursus declaratio animi tui, quem haberes de Republica, quemq; habiturus esses, mihi erat iucundissima.

Declino, as, actiuũ, primæ, penultima product. are, ἀποκλίνω κλίνω, ὑποξίνυμι, Significat deorsum aliquid flectere. Sed quoniam sæpius caput, aut totum etiam corpus declinando, periculum deuitatur, consuetudo inualuit ut pro uitare poneretur: & neque tantùm deorsum, sed quoquo uersus se quis flecteret, idem significaret: quemadmodum in gladiatoribus uidemus, qui ut petitiones aduersariorum facilius declinare possint, modò se huc, modò illuc, uel toto corpore flectunt. Sed uariè construitur. ponitur enim uel absolutè. Cic. pro Sestio, Magna rerum permutatione impendente, declinasse me paululum, & spe reliquæ tranquillitatis, præsentes fluctus, tempestatemq; fugisse. Vel cum accusatiuo. Cicero 1. Officiorum, Declinetq; ea, quæ ei nocitura uideantur. Vel cum ablatiuo & præpositione. Idem Tusculanarũ 4. Quomodoq; bona naturæ appetimus, sic à malis natura declinamus. Est & alia huius uerbi significatio, quum scilicet ponitur pro deflectere, uel diuertere: & hoc quoque aliquando cum accusatiuo. Cicero pro Planco. Brũ dusium ueni, uel potius ad mœnia accessi: urbem unam mihi amicissimam declinaui. Aliquando cum præpositione à. Cicero Attico, De Buthrotio negotio, utinam quidem Antonium conueniam, multùm profectò proficiam: sed nõ arbitratur eum à Capua declinaturum. Vel cum præpositione de. Idem de Finib. 5. Modò etiam paululum ad dextram de uia declinaui, ut ad Periclis sepulchrum accederem. Et translatè. Idem de Amicitia. Vt etiam si qua fortuna acciderit, ut minus iustè amicorum uoluntates adiuuandę sint, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum est de uia, modò ne summa turpitudo sequatur, id est, de summo iure decedendũ est, & aliquid amicitiæ condonandum est, modò ne turpitudinem aliquam grauiorem subeamus. Plaut. in Aul. Nam ego modò declinaui paululum me extra uiam. Interdum pro Deduco, hoc est, pro ab uno loco ad alium duco. Liuius 1. ab Vrbe, Nec ea culpa quam arguo, omnium Albanorum ducem sequuti sunt, ut & nos, si quò inde agmen declinare uoluissem, fecissetis. Interdum pro alieno, eximo. Terent. in Hecy. Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias.

Declinatio, uerbale, anthitheton appetitio, s. t. Curt. lib. 7. Igitur Macedo lanceam omisit, quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione uitasset, &c. Declinatio morbi uocatur, omnis pars, quæ uigorem suum subsequitur usq; ad secundæ accessionis principium, Galenus libro primo, Crisium cap. 3.

Decliuis, ue, om. t. Deorsum inclinatus, atq; incuruus. Cæsar 2. bell. Gall. Collis à summo æqualiter decliuis. Hircius 1. bel. Ciuil. Ab oppido autem decliui fastigio uergebat in longitudinem, passũ circiter quadringentorum. Plin. in Epist. Nam Mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diuidua, mater olim, &c.

Decliuitas, atis, Ipsa inclinatio. Cæs. 7. bell. Gall. Exiguum loci ad decliuitatis fastigium magnum habet momentum.

Dēcollo, as, are, a, p. De collo deponere: ut interpretatur Nonius, citans illud Cæcilii, Tibi tradidi, in collo tuo est, decolles caue. Significat etiam caput alicui auferre, quod ueteres Securi percutere dicebant, ἀποδοροτομῆσαι, ἐπὶ τραχηλίσαι. Fenestella lib. 2. Quemadmodum Cęsar à piratis captus sit utque eos postea ceperit, & decollauerit. Suet. in Calig. Miles decollandi artifex quibuscũq; è custodia capita amputabat. Per metaphoram destituere, & frustrari, siue decipere. Plau. in Capt. Nunc ibo ad portũ hinc: est illic mihi una spes cœnatica: Si ea decollabit, redibo huc ad senem ad cœnam asperã. Id est, si fefellerit ea spes, uel potius perierit, quasi collum fregerit. Quinetiam quod Varro Decollare dixit, Columella eandem rem tractans, deesse scripsit. Varronis uerba hæc sunt, lib. 1. de Re rust. cap. 2. Duo in primis spectasse uidentur homines Italici in colendo, posséntne fructus pro impensa ac labore reddere: & utrum saluber locus esset, an non: quorum si alterum decollat, & nihilominus nult colere, mente est captus, atque ad agnatos & gentiles est deducendus. Columellæ autẽ hæc, lib. 1. cap. 3. Porcius quidem Cato censebat in emendo, inspiciendoq; agro præcipuè duo esse consideranda: salubritatem cæli, ubertatẽ loci, quorum si alterutrum deesset, ac nihilominus quis uellet incolere, mente esse captum, atque eum ad agnatos & gentiles deducendum.

Dēcŏlŏr, om. t. pen. cor. adiectiuum, Significat quod colore uitiato est, uel malè coloratum, κακόχρως: δυσειδής. Tibullus, Quæ feret à celeri decolor Indus aqua. Plin. lib. 16. cap. 12. Frigida hyeme deterior, ac minus copiosa, & decolor. Decolor nonnunquam pro turpi & inhonesto accipitur. Ouid. in Epist. Deianiræ ad Herculem, Fama Pelasgiades subitò peruẽnit ad urbes Decolor, & factis inficiãda tuis. Aetas decolor. Verg. 9. Aeneid. Aureaq;, ut perhibent, sub illo rege fuerũt Secula: sic placida populos in pace regebat, Deterior donec paulatim ac decolor ætas, Et belli rabies, & amor successit habendi. Vbi Seruius Decolor ætas, uitiosa: in omni enim uitioso corpore inest pessimus color.

Decolŏro, as, a. p. pen. prod. Colore pristino priuo, aut colorem uitio, χρῶμα διαφθείρω, ἀμαυρόω. Liu. lib. 2. ad Herenn. Si tumore aut liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum ueneno necatum. Col. lib. 12. cap. 16. Deinde uuas pro magnitudine binas, uel ternas inter se colligatas, in ahenum feruens demitti, & exiguum pati, dum decolerẽtur. Seneca Natur. quæstion. 2. Decoloratur id cuius color uitiatur, non mutatur.

Decoloratio, uerbale. Cic. 2. de Diuin. Sed & decoloratio quædam ex aliqua cognitione terrena maximè potest sanguini similis esse.

Dēcŏquo, is, n. t. pen. cor. Paulatim diminuere, & coquendo absumere, ἀφεψέω. Plinius libro 31. cap. 3. Neronis principis inuentum est decoquere aquam. Ita Decoquere mustum, uel aliud, ad tertias, & quartas, Columellæ, & Plinio sæpe. Vnde Decocta aqua, & Decoctum, ἀφέψημα. Plin. lib. 22. cap. 22. pro conuertere accipere uidetur, quum dicit, Sic alligaris clauus, si ferri uel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor adfuerit nascenti, omnẽ illico succum alienum, saporemq; in uenenum decoquit. Interdum idem quod substantiam consumere, seu prodigere, & creditores solutione fraudare, χρεοκοπέω, quod sæpe euenit iis, qui gulę omnia dedunt, aut qui scorta sectantur, translatione sumpta ab iis rebus, qui ad ignem diutius cõmoratæ, ad nihilum redigi solent. Et ferè transitiuè ponitur. Cic. 2. Philip. Tenésne memoria, prætextatum te decoxisse? Interdum etiam transitiuè dicimus Decoquere patrimonium, uel Decoquere substantiam. Ita usus est Spartianus, quum scribit Adrianũ Sẽnatoribus, qui in uitio suo decoxerant patrimoniũ, pro modo Senatoriæ professionis expleuisse. Col. lib. 12. Nam quamuis interdum emendatũ sit perperam factum uel imprudentia, aut negligentia, res tamen ipsa iàm domino decoxit. id est, detrimentum dedit. Tale quid in se habet Defrigo: ut, Hic defrixit, id est, bona consumpsit.

Decoctor, oris, m. t. Dicitur qui patrimonio absumpto ad inopiam re-

piam redactus est, ἄσωτος. Cic. in Cat. Ex iis copiis quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere cõtemno exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, & decoctoribus, ex iis qui uadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerint.

Decoctum, decocti, substantiuũ, Ius in quo aliquid decoctum est. Plin. lib. 24. cap. 9. Ad dentium dolorem, auriumq; decoctum eorum salutare. Vulgus Pharmacopolarum, Decoctionem uocat.

Decoctus, us, quartæ declinationis. Plinius lib. 37. cap. 12. Et aliàs omnes gemmæ mellis decoctu mitescunt. Hoc est, cum melle decoctæ.

Decoctura, ræ. Plin. lib. 24. cap. 1. Decoctura eorum ueteres dysentericos, & cæliacos iuuat.

Dĕcŏr, oris, pen. pro. masculini generis, t. (ut Valla lib. 4. ca. 25. docet) Pulchritudo, est quædam decentia rerum personarumq;, in locis, temporibus, siue in agendo, siue in loquendo, κάλλος. Verg. libro 5. Diuini signa decoris, Ardentesq; notate oculos. Cicero 1. Acad. Spoliauit enim uirtutem suo decore, imbecillamq; reddidit, quòd negauit in ea sola positũ esse beatè uiuere. Inde fiunt compositæ, Indecor, & Dedecor, quæ idem significant quod turpis, uel inhonestus. Verg. lib. 10. Nec tamen indecorem tua te regina reliquit. Statius lib. 3. Theb. Legimus indecores. Sallust. Dedecores multiq; terga ab hostibus cædebantur. Inuenitur tamen hic & hæc indecoris. Actius, Cuius sit uita indecoris, mortem fugere haud conuenit, Ex Nonio.

Decorum, ri, n. s. penul. prod. substantiuum, τὸ πρέπον Ciceroni: quod non tam ipsum honestũ significat, quàm quod hominibus, & communi opinioni honestum uidetur, & pulchrum, & probabile. Cic. 1. Offic. Quæ autem pars subiecta est eius generi, eam sic definiunt, ut id decorum uelint esse, quod ita naturæ consentaneũ sit, ut in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Ibidem, Hoc loco continetur id, quod dici Latinè Decorum potest. Græcè enim πρέπον dicitur.

Decorus, a, um, pen. prod. Pulcher, decens, honestus, εὐχάριτος, πρεπώδης, σιμνός. Plin lib. 12. cap 5 Sepes munita uallo arboris decora specie subter intuẽti. Col. lib. 6. cap. 1. Apenninus durissimos, omnemq; difficultatem tollerantes, nec ab aspectu decoros. Cicero 2. de Natura deor. Nos æris, argenti, auri uenas penitus abditas inuenimus, & ad usum aptas, & ad ornatum decoras. Vergilius lib. 1. Aeneid. namq; ipsa decoram Cæsariem nato genitrix, &c. Horatius Epod. Ode. 2. Vel quũ decorum mitibus uuis caput Autumnus aruis extulit. Opponitur huic Indecorus, a, um, ἀπρεπής: & Indecorè, παρὰ τὸ καθηκόν.

Decorè, aduerbium, Decenter, conuenienter, πρεπόντως, τὸ πρέπον, ἁρμοττόντως. Cic. 1. Offic. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt: omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decorè, at quàm minimè indecorè facere possimus.

Decus, oris, pen. cor. & gener. neutri, Honor, laus, ornamentũ, τιμὴ ἀξιοπρεπής. Verg. lib. 1. Oblitus decorisq; sui sociumq; salutis. Vnde Decora militiæ, laudes, honores, honestamenta militi in bello cõparata, quales sunt coronæ, armillæ, & hastæ puræ, quibus milites donabantur. Huius contrarium est Dedecus, αἰσχύνη, quod pro iguominia siue infami turpitudinis genere sumitur.

Decoro, as, a. p. pen. cor. Orno, honesto, honorifico, ἐπιτρέπω, τιμάω. Horat. At bene nummatũ decorat Suadela, Venusq;. Cic. 1. Tusc. ex Ennii Epithaphio, Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. cur? uolito docta per ora uirũm. Cic. de clar. Orat. Hæc omnia uitæ decorabat grauitas & integritas. Vide plura in dictione Decus. A Decoro fit Condecoro, pro honesto. Dedecoro, κατασχύνω, pro uitupero, siue turpifico. Terent. in Hecy. An quicquã pro istis factis dignum te dici potest, quæ me, & te, & totam familiam dedecoras. Ex his omnibus patet, quòd plus est Decus, quàm Decor: & Dedecus, quàm Indecorũ, & Decoro, pen. cor. quàm Decõro, pen. prod. quoniam Decoro. pen. cor. significat honorifico: Decõro, pen. prod. pulchrum uisu aut auditu reddo. unde Decõrum & indecorum minus est, quàm Decus & dedecus.

Dĕcŏrtĭco, as, a. p. penul. cor. Corticẽ detraho, ἀποπτάω, ἐπὶρροιόω, Plin. lib. 6. cap. 29. Cædi intempestiuum quæ decorticentur. Scribonius Largus Excastrare uocat.

Decorticatio, uerbale. Plinius libro 17. cap. 24. Quòd si angusta decorticatio fuerit, nihil nocet supradictis.

Decõrum, Decõrus, Vide Decor.

Decores, Dictæ sunt togæ attritæ, quasi cotibus ddtritæ, atq; consumptæ sint: habetq; hæc uox penult. prod. Festus.

Decrepiti, m. s. Extremæ ætatis senes: à crepando dicti (ut quidam uolunt) hoc est, à clamando, & conquerendo, ἰσχνοτοκοῦντες, παρήλικες, Aut a decrescendo, eò quòd incuruati, & contracti minores fieri uideantur. Aut certè ab adiectiuo Creperus, quod anceps & dubiũ significat: propterea q; uita eorum id ætatis in dubio sit constituta. Plaut. in Asin. Atque unam amicam ductet decrepitus senex. Terent. in Eunuch. Cum meo decrepito hoc Eunucho. Cic. 1. Tusc. Ex his igitur, hora octaua quæ mortua est, prouecta ætate mortua est: quæ uerò occidente sole decrepita.

Decrescere, Dimunitiuum, μειοῦσθαι. Martial. Decreuere greges, quum cadit agna frequens. Cic. 2. de Diuin. Ostreisq; & conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant, & decrescant. Celsus lib. 3. cap. 6. Vbi febris decreuit, liberaliter oportet aquam tepidam potui dare. Plau. Curcul. Valetudo decrescit, accrescit labor?

Decretorius, Decretum, Vide Decerno.

Decũbo, as, n. p. pen. cor. Iaceo, quasi deorsum cubo, κατακοιμᾶμαι. Apul. Decubantem excitaui feram.

Deculco, as, Idem quod eius simplex Calco, πατέω. Plin. lib. 17. cap. 10. Alii in qualo pedibus in profluente deculcant.

Deculto, as. a. p. c. f. De & Occulto, abiecto altero c, significat ualde occulto, κατακρύπτω. Festus.

Decuma, & Decumanus, Vide Decimæ, decimarum, & Decimanus.

Decumbo, bis, n. t idem quod decubo, iaceo, recubo, κατάκειμαι. Cic. 3. Varr. Quũ Apronius in triclinio, quod in foro strauerat, recubuisset. Hieron. Quintum iam diem decumbens lectulo, nimia festinatione dictauí. Col. libr. 7. cap. 9. Si quem mater decumbens oppresserit, cubanti subtrahit. Significat etiam ad mensam sedere. Plaut. in Merc. Ad cœnam uocat, uenio, decumbo. Terent. in Phorm. Prior bibas, prior decumbas. Aliquando mori. Cic. 2. Tusc. Mittunt etiã uulneribus confecti ad dominos, qui quærant quid uelint: si satisfactum iis sit, se uelle decumbere. Idem in prima Philipp. Quod gladiatores faciunt ut honestè decũbant, id nos principes terrarum faciamus.

Decupa, pæ, f p. Quid sit, à uiris etiam doctis dubitatur, legitur tamen apud Cic. in Piso. Pistor domi nullus, nulla cella, panis & uinum à propola atque decupa. Quo loco legendum putat Budæus De cupa duabus dictionibus: ut sit sensus, Pisonem non uiuere frugaliter, & ut solent, quibus cura rei domesticæ sit cordi: sed uinum à propolis emere, atq; id è cupa. hoc est, non diffusum, aut asseruatum, sed quemadmodum è cupa auferrur, hoc est, penèmusteum, nõ enim futuris annis prouidebat.

Decuplus, a, um, Quòd rei alicuius quantitatem decies in se continet, δεκαπλάσιος. Liuius 6. bel. Maced. Vti ea quoque deculpo tanto pluris, quàm quanti essent æstimarentur.

Dĕcŭrĕs, antiqui pro decurionibus usurparunt. Festus.

Dĕcŭrĭo, onis, m. t. Dictus est, autore Vlpiano, quòd initio quum deducerentur Coloniæ consilij publici gratia, decima pars deductorum conscribi solita sit, λοχάρχης, ἑκατοντάρχος, ἑκατοντάρχης. unde Cicero in orationibus citat decreta Decurionum. Erant tamen alij Vrbani, alij Municipales Decuriones. Vrbanus Decurio turmæ præerat quæ duobus & triginta equitibus constabat. Varro autem tradit in singulis turmis equitum decuriones esse ternos. Itaq; quum turma in tres decurias diuidatur, singularum decuriarum præfecti. Decuriones dicti sunt. ex eo quòd denis equitibus præsint. Est autem Decurionis militaris officiũ, conto scienter uti, turmales sub sua cura depositos erudire ad omnia quę equestris pugna deposcit. Neq; uerò belli solùm, sed domi quoq; hac uoce utimur, pro eo qui præest cubiculariis. Sueton. in Domit. Saturius Decurio cubiculariorum. Decurio quoq; palatij dictus est ab Ammiano, qui præpositus erat palatio, qui est ordo dignitatis. In municipijs Decurio idem creditur, qui est Senator Romæ. Cic. pro Sest. Recita quæso Sexti, quid decreuerint Capuæ Decuriones. Plin. Iunior in Epist. Esse autem tibi centum millia numũm, satis indicat quod apud uos Decurio es. Igitur ut te nõ Decurione solùm, uerumetiam Equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas Equitis Romani facultates trecenta millia numũm.

Decuria. f. p. Manipulus decem militum, uel aliorum hominum cui à

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

num: cui qui præest, Decurio nominatur, δεκάς. Columella, Classes etiam non maiores quàm denûm hominũ faciunda, quas Decurias appellauerunt antiqui. Decuria Senatoria. Cic. 4. Ver. Hunc hominem iudicũ numero habebimus? hîc alteram decuriam Senatoriam iudex obtinebit? Decuria iudicum. Cicero 5. Philip. Totum denique comessationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse collectum.

Decuriare, a. p. Est milites conscriptos in decurias distinguere, συντάττειν, καταλέγειν, διατάττειν, συνδυάζειν, συμμορίας. Vnde Decuriati milites, hoc est, in decurias distincti, κατειλεγμένοι. Cic. pro Domo sua, Quum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum.

Decuriatio, uerbale. Cic. pro Plancio, Decuriatio tribuliũ, descriptio populi, suffragia largitione deuincta, &c.

Decuriatus, us, ui, Ipsa decuriatio, διάταξις. Liu. 1 bell. Punic. Et ubi ad decuriatum & centuriatum conuenissent, sua uoluntate ipsi inter sese decuriati equites, cẽturiati pedites cõiurabant sese fugæ, atque formidinis ergo non abituros.

Decurro, is, decurri, & interdum decucurri, decursum, n. t. Deorsum curro, καταδραμεῖν. Verg. 2. Aen. Laocoon ardens summa decurrit ab arce. Item Decurrere, idem quod currendo accelerare, & festinare. Plin. Iun. Ad tacita suffragia, quasi ad remedium decurrerunt. Liui. Qui positus fortè in statione pontis, quum captum repentino impetu Ianiculum, atque inde citatos decurrere hostes uidisset. Interdum idẽ quod confugere. Cicero pro Quintio, Ad hæc extrema inimicissima iura tam cupidè decurrebas. Plinius Epist. 64. Ad tacita suffragia quasi ad remedium aliquod decurrunt. Decurrere etiam milites dicuntur, quum proposito certamine exercent sese. Liu. Mos erat lustrationis sacro peracto, decurrere exercitum, & diuisas bifariàm acies concurrere ad simulachrum pugnæ. Verg. 1. Aneid. de Pallantis funere, Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrêre rogos, ter mœstum funeris ignem Lustrauere in equis. Suet. in Nero. Nobilissimus eques Rom. elephanto super sedes per catadromum decurrit. Interdum Decurrere idem est quod ad finem usque currere. Cicer. de Senect. Nec uerò uelim, quasi decurso uitæ spatio, à carcere ad calces reuocari. Idẽ pro Quin. Propè acta iam ætate decursaque.

Decurritur, impersonaliter, pro cõfugitur. Cæs. 1. bell. Ciu. Decurritur ad illud extremũ atque ultimũ Senatusconsultũ. Liu. 1. bel. Maced. Decurrebatur tamen eò ut ouans urbẽ iniret.

Decursus, us, Actus ipse decurrendi. Liu. 1. ab Vrbe, Itaque ne subitò ex collibus decursu Albanorum intercluderetur ab oppido, terga uertunt. Decursus pro simulachro præliorum. Gell. lib. 7. Vi in decursibus ludicris, aut simulachris præliorum fieri uidemus.

Decursio. f. t. Aliud uerbale eiusdem significationis. Cic. 5. de Finib. Quem Tiberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum quum regem Persen captum adduceret eodem flumine inuectum.

Decursorium, Locus in quo decurritur: Græci κατάδρομον; Galli Licias uocant.

Decurtatus, participium, à decurto. Idem est quod mutilatus, breuiatus, κολοβὸς, κεκολοβωμένος. Cic. in Orat. Mutila sentit quædã, & quasi decurtata. Pli. lib. 25. cap. 5. Legũtur aũt tenuissimę radices, breuesque, ac ueluti decurtatæ etiã hę.

Decus. Vide Decor.

Decussis, m. t. ut ex ipsa statim cõpositione apparet, decem asses ualebat. Vitruuius pro numero denario, quam δεκάδα uocant Græci, nõ semel usurpauit. Ita enim scribit lib. 1. cap. 5. Platoni placuit denarium numerum ea re esse perfectum, quòd ex singularib. rebus, quæ monades apud Græcos dicuntur, perficitur decussis, quæ simul ac undecim aut duodecim sunt factæ, quot superauerint non possunt esse perfectæ, donec alterum decussim peruenerit. Reliqua uide in uerbo Decusso.

Decusso, as, are, a. p. Est ad decussis figurã redigere, hoc est, res aliquas eo ordine collocare, ut inter se literæ Græcæ χ, aut Latinæ x, speciẽ præbeant. Ea enim figura apud Latinos uocatur Decussis: quia ut nos hodie, ita ueteres quoque hac figura numerum denarium significabant. Quòd si literam x, per medium feces, relinquitur u, quæ figura denarii dimidium, hoc est, quinarium numerũ commonstrat. Vnde etiam Latini eam figuram quincuncẽ uocauerunt: & eas arbores quæ ita erant collocatæ. ut huius figuræ u speciem referrent, dicebantur in quincuncem digestæ. Sed de hoc plura suo loco.

Decussis uerò ut diximus, constat ex duobus quincunciis collocatis, ut x literę imaginem exprimerent. Inde Decussare, est aliquid ad eius figuræ imaginem redigere. Cicero de Vniuersit. Hanc igitur coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediaque accõmodans mediam quasi decussauit. Colum. lib. 4. Nam duas regulas eius latitudinis quo pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ χ decussabimus.

Decussatim, significat per decusses, κατὰ χιασμόν. Col. lib. ult. Rapam in alueo aut seria cõponito: deinde, sicut consueuerunt Salgamarii, decussatim ferramento lunato incidito.

Dēcussio, is, pen. cor. si, ssum, a. t. ex de, & quatio, Quatiendo deiicio, demeto, decido, ἀποσείομαι. Liu. lib. 1. Rex uelut deliberabundus in hortum arcadium transit, sequente nuncio filii, ibi ambulans tacitus summa capita papauerum dicitur baculo decussisse. Col. libr. 11. cap. 2. Dum prorepentes oculi digito decuti possint. Liu. 5. bel. Pun. Murus turresque quædã Cumis non ictæ modò fulminibus, sed etiam decussæ.

Decussus, us ui, Decutiendi actus. Plinius libro 11. cap. 37. Aliqui tunc scribunt decidere eum, rursusque decrescere, facilem decussu.

Dedĕcĕt, penultima correpta, Indecorũ est, non decet, ἀπρεπές ἐστι Et modò personale est. Cicero 1. Offic. Vt si quid dedeceat in illis, uitemus & ipsi. Ouidius sexto Metamorph. Admouitque preces, quarum me dedecet usus. Cicero 1. Offic. Nam & ratione tui, atque oratione, prudẽter, & agere quod agas consideratè, omnique in re quid sit uerum uidere & tueri decet: contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse.

Dedĕcus, penultima corr. Ignominia ex re turpiter gesta, probrum, turpitudo, αἰσχύνη, ἀκοσμία. Cic. 2. Tusc. Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiam'ne maius quàm dedecus? Idem Attic. libr. 16. Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non possum, flagitii scilicet plenum & dedecoris. Idem pro Ros. Amer. Sumptus effusi cum probro & dedecore.

Dedecorus, a, um, pen. cor. Tacit. lib. 3. Sextus Pompeius M. Lepidum in socordem, inopem, & maioribus suis dedecorum, eoque etiam forte Asiæ depellendum incusauit.

Dedecoro, as, are. Plaut. Bac. Qui dedecorat te, me, amicos, atque alios flagitiis suis. Terent. Hecy. Et me, & te, & familiam dedecoras. Cic. 3. Offic. Dedecorantem & urbis auctoritatem & magistri. Suet in Ner. Tanquam aliter illi non possint nisi morte succurrere dedecoraro flagitiis omnibus.

Dedico, as, are, penult. cor. Consecro, religiosum facio, religione deuincio, ἀνάθημα ποιῶ, ἀφιερόω. Liuius 1. ab Vrbe, Multa alia sacrificia, locaque sacris faciendis, quæ Argeos pontifices uocant, dedicauit. Cic. de Legib. Nam qui se ipse norit, primùm aliquid se habere sentiet diuinum, ingenium in se suum sicut simulachrum aliquod dedicatum putabit. Ibidem Mens, Fides, Virtus, Concordia cõsecratę, & publicè dedicatæ sunt. Apud antiquos etiam legitur pro exponere. Cæc. lib. 1. Annal, ut citat Nonius, Legati quò missi sunt, ueniũt, dedicant mandata.

Dedicatio. Cic. pro Domo sua, Nisi quem fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.

Dedicare, & Dicare, propriè est dicendo deferre, ac obsequio dare alicui Numini, ac in perpetuum constituere. C. de Sacrosancta eccl. aut ingressi. In Pontificio Iure pro consecrare, quemadmodum & à Plinio in Epist. usurpatur: Tamensi ex M. T. pro domo sua, Vbi quid interfit inter Consecrare & Dedicare, colligi potest. Fiebat autem dedicatio templi, aut per Consulem, aut per Imperatorem, præeuntib. uerbis Pontificis Maximi ex Catanæo.

Dēdignor, aris, dep. p. Indignum reputo, contemno, ἀναξιόω, Plinius in Paneg. Vt appareat, non superbia & fastidio te ampliſſimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. Verg. 4. Aeneid. Quos ego sum toties iam dedignata maritos. Ouidius 1. de Ponto, Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est.

Dedignatio, uerbale. Plin. in Pan. Quàm speciosum est enim, quòd disciplinam castrorum lapsam, extinctamque refouisti, depulso prioris seculi malo, inertia & contumacia & dedignatione parendi.

Dedisco, is, dedidici, neu t. Quod didici obliuiscor, μεταμανθάνω, ἀπομανθάνω. Plau. Amp. Haud equũ facit, qui quod didicit, id dediscit. Cic. 3. de Orat. Ob eamque causam iuuentus nostra dediscere penè discendo. Ouidius 2. de Remedio amoris, Intrat amor mẽtes usu, dedisci tur usu. Idem tertio

Trist.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem 3. Triſt. Verba mihi deſunt, dedidiciq; loqui.

Dēdo, is, di, ditum, a. t, Significat in perpetuū do, uel totum ſubdo, ſiue in manus poteſtatémue & arbitriū do, ἐκδίδωμι. Vnde Dedere ſe hoſtibus dicitur, qui ſe in hoſtium poteſtatem tradit. Et traditio ipſa, deditio dicitur. Et qui ita ſe dedunt, dedititii uocantur. Plau. in Amph. Cōuenit, utri uicti ſint eo prælio, urbem, agros, aras, focos, ſeq; uti dederent. Liuius lib. 1. Sic ad ſupplicium Numitori Remus deditur. Cæſar lib. 1. Heluetii omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miſerunt. Forma deditionis deſcribitur apud Liuium in deditione Collatiæ. Ita enim rex interrogauit. Eſtisne uos legati, oratoresq; miſſi à populo Collatino, ut uos populumq; Collatinum dederetis? Sumus. Eſt ne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditisne uos populumq; Collatinum, urbem, agros, terminos, aquam, delubra, utenſilia, diuina humanaq; omnia, in meā, populiq; Romani deditionem? Dedimus. Et ego recipio. Aliquando dedere eſt ſimpliciter dare. Teren. And. Verberibus te cęſum in piſtrinum Daue dedam. Dedere ſe angoribus aut uoluptatibus. Cic. 2. Offic. Dedere ſe libidinibus, Idem 1. Tuſculan. Dedere ſe languori & deſidiæ, Idem 1. Officior. Dedere aures ſuas Poëtis, Idem pro Archia.

Deditus, participium, Addictus: ut, Deditus amori animus, Terentius in Hecyra, Deditus amatoriis leuitatibus, Cicer. 1. de Finibus. Deditus uoluptatibus, aut Epicuro, Cic. 1. de Fin. Deditus literis à pueritia. Cicero ad Lentul. lib. 1. Dedita opera, idem quod data opera. Cicero pro Roſcio Amer. Quæ facitis, eiuſmodi ſunt ut ea dedita opera à uobis cōtra uoſmetipſos facere uideamini. Terentius in Euncho, apud Antiphonem uterque pater & mater, Quaſi dedita opera domi erant.

Deditītius, a, um, Qui ſe in alterius imperiū dedidit, ἐνδοτος, ὑπόχειρος. Curtius, Multitudo deditītiorū incolis nouarum urbium cum pecunia capta dono data eſt. Cæſ. 2. bell. Gall. Quum ex deditītiis Belgis, reliquisq; Gallis complures Cæſarem ſequuti, unà iter facerent. Cic. ad Brutum, Itaq; id ſenatuſconſultum plerisq; interpretātur etiam ad tuos ſiue captiuos, ſiue deditītios pertinere.

Deditītii dicti ſunt quidam populi, qui cùm in Romanorum fidē cōceſſiſſent, rebellibus animis ab eis deſciuerūt, quos deinde rurſus ſuperatos adeò humanè Romani tractarunt, ut uitam illis ſeruarēt, & imaginariā quandam libertatē relinquerent, ſed tamen infamiq; labe aſperſam: Lege lata ut ad ueram libertatem Romanæq; ciuitatis iura peruenire nunquam poſſent. Ex Alciat. Deditītii, ii qui ſe permittunt alienæ uoluntari, quod non niſi in extrema fit inopia conſilii & prædidii. Eorum autem alii Libertini, alii peregrini dicūtur. De his habes elegans caput apud Angel. Politian. in Miſcel. Vide etiam Manumitti. Deditītii ſerui ſunt, qui ex obſidione ſe dediderunt in poteſtatem uictoris, de his in Inſtit. tit. de libertate.

Deditio, uerbale, Dedendi actus. Cic. pro leg. Manil. Spem deditionis non demit, obſidesq; imperauit.

Dēdŏcēre, a. ſ. Eſt ſecus atq; quis doctus eſt docere, uel falſum eſſe oſtendere, μεταδιδάσκειν. Quintilian. lib. 2. Quanta in eluendis quæ ſemel infederunt uitiis, difficultas conſequatur, quum geminatū onus ſuccedentes premat: & quidem dedocendi onus grauius ac prius, quàm docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum ferunt duplices ab his quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes, quàm ſi rudes traderentur. Cicero 1. de Finibus, Si à Polyxeno familiari ſuo Geometriam diſcere maluiſſet, quàm illam etiam ipſum dedocere.

Dēdŏlĕo, les, pen corr. Non doleo, uel dolore me priuo, uel dolere deſino, ἀπαλγέω. Ouidius lib. 3. Faſtor. Quid me indeſertis morituram Liber arenis Seruabas? potui dedoluiſſe ſemel.

Dedŏlo, aſ, a. p. Dolabra, uel huiuſmodi ferramento quæ ſcabra atq; impolita ſunt læuigo, ἀπογλύφω. Col. lib. 5. Hæc eorūq; ſimilia pedamēta poſt putationē retractanda ſunt, partesq; eorum putres dedolandæ. Compoſitum à uerbo dolo: unde mediam habet breuem. Martialis libro 11. Fractaq; fabrili dolat oſſa manu. Nam ſyllaba prior in uerbo Dolo corripitur. Iuuenalis, I nunc, atq; animam uentis committe, dolato Confiſus ligno. Errant itaq; qui producendam eſſe præcipiunt.

Dēdūco, cis, pen. prod. deduxi, deductum, a t. Multiplex eius uſus eſt, ſiue conſtructionem ſpectes, ſiue ſignificationē. Propriè enim ſignificat ex ſuperiori loco in inferiorem ducere. Et in ea ſignificatione interdum habet ablatiuum ſine alia præpoſitione, quàm quæ in uerbo includitur. Vergil. in Pharmaceutria, Carmina uel cęlo poſſunt deducere lunam. Sæpius tamen præcedente præpoſitione à, de, uel ex. Cæſar 3. bell. ciuil. Deducere de roſtris conantem concionari. Cato de Re ruſt. cap. 157. de braſſicæ utilitatibus, De capite & de oculis omnia deducet, & ſanum faciet. Aliquando de loco ad locum, ſiue de re ad rem ducere. Cic. Attic. lib. 7. Probata conditio eſt, ſed ita ut ille de his oppidis quę extra eam prouinciam occupauiſſet, præſidia deduceret. Sic dicimus, Deducere ex præſidiis & aliis locis cohortes. Cæſar 3. bel. Gallici, Deducere ex hortulis in Academiam. Cice. 2. de Natura deor. Hircius de bel. Alexā. lib. 4. Deducere ex regno, pro priuare & auferre regnum poſuit. Deducere de fundo. Cic. pro Cecin. Placuit Cecinnæ de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem præſentem ueniretur, & de fundo Cecinna moribus deduceretur. Deducere de uia. Cic. de Fato. Nec quum hæc ita ſint, eſt cauſa cur Epicurus fatū extimeſcat, & ab atomis petat præſidium, eaq; de uia deducat. Atq; hæc quidem magis propriè dici uidentur, quàm quæ ſequūtur, quæ translata potius ſunt. Cic. Famil. 1. Quod dat accipimus: quod inſtituit referre de religione, & ſæpe iam retulit, ab eo deduci non poteſt, id eſt, retrahi, abduci, remoueri, reuocari. Qu. Cic. de Pet. Cōſ. Qui ſine cauſa nō amāt, eos aut beneficio, aut ſpe, aut ſignificādo tua erga illos ſtudia futura deliries, dans operā ut de illa animi prauitate deducas. Lactā. lib. 4. Diximus nomē religionis à uinculo pietatis eſſe deductū, quòd hominē ſibi Deus religauerit. Habet interdum accuſatiuū cum præpoſitione In. Cæſar belli Ciui. lib. 3. Spe enim cōficiendi negotii propè in noctē rem deduxerant. Plaut. Nunc ne quis erret ueſtrūm, paucis in uiam Deducā, ſiquidem operam promittis dare. Liu. Petebant enim ne ſe temere in cauſam deduceret. Ad eundem modū dicimus aliquē deducere in cōtrouerſiā, in iudiciū, in ius. Item deducere in fraudem, in diſcrimē, in periculum. Item cum præpoſitione Ad. Cæſ. lib. 8. Si qua hominū æquitate res ad otiū deduci poſſet, id eſt, traduci. Cicer. pro Flac. Sed ſunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudiciū deducti non ſunt, id eſt, adducti. Idem ad Att. lib. 6. De gratia & de ope quid ſignificares, mecū ipſe quærebā: ſpe tamen deducebar ad eam cogitationē, ut te pro tua admirabili ac ſingulari ſapiētia de otio, de pace, de cōcordia ciuium agi uelle arbitrarer. Lactan. lib. 2. Homines aūt ipſos ad tantā cæcitatem eſſe deductos, ut uiuo ac uero Deo mortuos præferant. Interdum etiā deducere idem eſt quod ſubtrahere. Vnde Deducere cibum, eſt parcius ſolitò cibum ſuppeditare. Terē. in Eun. Haud ſimilis uirgo eſt uirginū noſtrarum, quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, uincto pectore, ut graciles fiēt: Si qua eſt habitior paulò, pugilem eſſe aiūt, deducunt cibum: Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas, Vbi propriè (inquit Donat.) deducūt, pro ſubtrahunt, uel ſubducunt, quemadmodū hi faciunt qui fame accurare ſolent quò ſint graciliores, formoſioresq;. Cic. libr. 1. Acad. Vt contra omniū ſententias dies plerosq; deduceret, id eſt, prolongaret: translatione ſumpta ab araneis fila deducentib. Pomp. in Attel. Vocem deducas oportet, ut mulieris uideantur uerba. Vbi deducere ſignificat quaſi in tenuitatem ducere, ἰσχαίνειν. Vnde & pro ſubtiliter, & nihil ſubruſticū proferre ponitur, καμπτῆρ. Horat. Quū lamentamur nō apparere labores Noſtros, & tenui deducta poëmata filo. Metaphora ſumpta à lana, quæ purgata in fila trahitur. Ad hunc etiā modum dicimus, Deducere riuos, quū ex maioribus fluminib. aquam per riuulos in prata deriuamus. Verg. 1. Geor. riuulos deducere nulla Religio uetuit, id eſt, diuertere. Significat item deducere, de ſumma aliquid demere. Cic. Off. lib. 1. Hæc igitur & talia circūſpiciēda ſunt in omni officio, & conſuetudo exercitatioq; capienda, ut boni ratiocinatores officiorū eſſe poſſimus: & addendo, deducendoq; uidere quæ reliqui ſumma fiat, ex quo quantū cuiq; debeatur, intelligat. Deducere etiam is dicitur, qui alicui officii gratia uel honoris præſtat comitatū. Liu. Frequentesq; eum domū deduxerunt. Cic. Fam. 10. Quumq; magna multitudo optimorū uirorum, & ciuiū me de domo deduceret, feci cōtinuò omnes participes meę uoluptatis. Deducimus quoque ſponſam marito, uel ad maritū, uel amicā ad amantem. Cic. 4. Verr. Hic eſt Docimus, ad quē iſte deduxerat Tertiam Iſidori mimi filiam. Tibullus, Vt iuueni primùm uirgo eſt deducta marito.

Deductio, nis, ſ. t. uerbale à deduco, Eſt actus deducendi. Vnde aquarum deductiones dicimus, quū ex fonte aut flumine per riuos aqua deducitur. Cic. pro Leg. Arg. Tum quę erit

in iſtos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in istos agros deductio? Idem de Diuin. lib. 1. Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio est? Nō ineleganter etiam deductio significat detractionem minoris summæ à maiori. Cic. in Verrem, Certis nominibus deductiones fieri solebant.

Deductor, ris. M. Cic. ad Qu. fratrem, Huius autem tres sunt partes: una salutatorum, quum domum uenimus, altera deductorum, tertia assectatorum.

Dēerrare, n. p. Est de uia, siue ratione declinare, ἀφαμαρτάνειν, ἀποπλανᾶσθαι. Iuuint. lib. 10. cap. 3. Frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, ut obuios non uideamus, & itinere deerremus. Vergil. Ecloga 7. uir gregis ipse caper deerrauerat. Auror ad Herennium libro 1. Si transitionibus nullis utemur, si non detrahimus ab eo quod cœpimus exponere.

Defalcare, act. p. Significat tollere & amputare, quasi falce abscindere, ἀποκόπτειν.

Defāmo, as, a. p. penul. prod Fama priuo, sicut Diffamo, βλασφημέω. Gellius, ut uocabula eorum quoq; defamata atq; deformia cum rebus ipsis uiderentur.

Defæco, a. p. cum diphthongo, Significat à fæce purgo, quasi fæcem detraho, ἀποτρυγόω, διαβυθίζω. Plin. lib. 18. Per brumam uitem ne uolito, uina tamen defæcari, etiam diffundi Higinus suadet. Hinc uinum defæcatum dicitur, quando est à fæce repurgatum, & similiter omnia pura, inturbata, & sine sordibus, defæcata dicuntur, ἀμίαντα, ἀποτρυγωθέντα. Plaut. in Aulul. Nunc defæcato demum animo egredior domo, id est, angore purgato. Propriè Colum. lib. ult. & defæcatum uinum in amphoras bonas adiicito.

Dēfatigō, as, actiuum uerbum est, Significans lassum, & labore defectum reddo, καταπονῶ, καματῶ. Cicero 3. de Orat. Profectò nunquam conquiescam, neque defatigabor, antequàm illorum ancipites uias rationesq;, & pro omnibus, & contra omnia disputandi percepero. Idem pro Marcello, Noli in cōseruandis bonis uiris defatigari. Defatigare aliquem assiduo labore. Cæsar 7. belli Gallici, Cicero tertio de Legibus, Ille uerò & si tuus totus est ordo, gratissimamq; memoriam retinet consulatus tui, pace tua dixerim, nō modò Censores, sed etiam iudices omnes poterit defatigare.

Defatigatus, participium, Idem significans quod labore confectus. Terent. in And. Deceptus sum, non defatigatus.

Defatigatio, uerbale. Cic. de Senect. Corpora quidem exercitationum defatigatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur.

Defectio, Defectiuus, Defectus, Defector, Vide Deficio.

Defendo, dis, di, sum, a. t. Significat tueor, aduerto, prohibeo, ἀπῶγω, ἀμύνω, προβάλλομαι. Duobus aūt modis ab aliquo defendi dicimur: à patrono nostro, uel defensore: ut quū dicimus Sextum Roscium fuisse defensum à Cicerone. Altero modo dicimur defendi ab aduersario, hoc est, ab iniuria, uel contra iniuriam aduersarii. Vt si nobis aduersarentur iudices, & Cicero tueatur, rectè dicemus, defendi nos à iudicibus: non quòd illi nos defendant, sed quòd præsidio Ciceronis ab illorum iniuria defendamur. Cic. lib. 1. Offic. Qui autem non defendit, nec obsistit si potest iniuriæ, tam est in uitio, quàm qui, &c. Differt tamen defendere, à propugnare, quia defensio est, quocunq; modo fiat: propugnatio autem, nón nisi per cōtentionem. Dicimus autem, Defendo frigus tibi: & defendo te à frigore. Vergilius Eclog. 7. Solstitium pecori defendite, iam uenit æstas. Et paulò antè, Dum teneras defendo à frigore myrtos. Accipitur etiam interdum defendo pro arceo, siue depello. Gel. Qu. Claudius defendebat hostes à pinnis facillimè.

Defensor, oris, m. t. Qui defendit. Cic. 3. Verr. Sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem maximè laudari uolo. Paterni iuris defensor, & quasi patrimonii propugnator fui: apud eundem 1. de Orat. Et pro Rabirio, Custos defensorq; iuris & libertatis.

Defensio, f. t. Cicer. 4. Acad. Vt ea pars defensionis relinquatur. Et pro Cluent. Innocentiæ defensio sæpe multorum improbitate intercluſa respirat.

Defensio, est instantis, imminentísue offensionis propulsatio. Vbi hæc cessat, non est quod propulsari queat, ab offensione enim, omnis defensionis pendet ratio. Vide Salomon. in l. ut uim de iusti. & iur. quo uerò iure defensio nitatur, Bartol. explicat in ead. l. & quàm uariè accipienda sit, refert ipse in l. de pupillo. parag. 1. & fin. 1. ff. de Oper. no. nunc. Defensio, pro accusatione apud Iurisconſ. 1. in l. sed si Reipubl. de Vsur. Item pro exceptione usurpatur. l. 3. C. de iur. & facti igno. l. siquidem. De Excep. Alb. Defensio illicita dicitur, cū offensio licita cēsetur. Baldo tex. singularis est, in l. si pignus, parag. si furem, de Fur.

Defenso. as, are, frequentatiuū. Plautus in Bacch. Noster esto, dum te poteris defensare iniuria. Sallustius, Arma capientes alios ab hostibus defensabant.

Defensito, tas, a. p. aliud frequentatiuū προϊσαμαι. Cicero lib. 1. Offic. Si igitur non poterit siue causas defensitare, siue populum concionibus tenere, siue bella gerere: illa tamen præstare debebit quæ erunt in illius potestate. Defensitare causas. apud eundem, de clar. Orat.

Defĕro. a. inconſ. penult. correpta. detuli, delatum, Idem est penè quod fero, uel affero, φέρω, προσφέρω. Plaut. in Amph. Quid si è portu nauis huc nos dormientes detulit? Regiq; semper accusatiuum casum, & hoc aliquando cum datiuo. Plaut. in Trin. Dimittam, ut te uelle uideo, sed monstra hosce homines mihi: Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epistolas. Aliquando cum præpositione ad. Idem in Asin. Egon' ut non domo uxori meæ Surripiam in delicijs pallam quam habet, atq; ad te deferam? Aliquando cum præpositione in. Plinius libro 12. capite 19. Hi recto cursu Per sinus impellunt, atq; à promontorij ambitu Argestæ deferunt in portum Gebanitarum. Et Plinius Iun. Defertur Meganus in Rhenum. Sic deferri in errorem, deferri in præceps. Significat quoq; nuntiare, certiorem facere. Cicero Famil. 17. Quæ ad me delata essent, scribenda ad uos putaui. Idem Famil. 5. Quod scribis de beneficijs, scito à me & Tribb. milit. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse: in quo quidem ratio me fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabā dari. Postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. Vbi deferre communiter pro denuntiare, exponunt, παραγγέλλειν. Solebant autem prouinciis præfecti decedentes, quum iam rationes suas deponerent, etiam eorum nomina qui se cum illis præclarè gessissent, deferre, quò & ipsi aliquando pro meritis suis aliquid beneficiorum à Senatu consequerentur. Interdum habet hoc uerbū accusationem, præsertim quum post se habet accusatiuum nomē, εἰσαγγέλω, ἀποφέρω δίκην καὶ γραφὴν, ἀπογράφω. Plaut. in Aulul. Ad Tresuiros iam ego deferam tuum nomen. Cicero in Verr. Serui cuiusdam nomen defertur: is accusatur, fiti testes in eum dantur. Vbi sciendum deferre nomen alicuius, non esse propriè accusare, sed ante accusationem apud iudicem uel magistratū aliquem de aliquo crimine denunciare. Deferre quoque causam dicitur cliens ad patronum, quum eum consulit, & illi controuersiæ ordinem argumentumq; exponit. Cicero in Verr. Itaque ad me præter cæteros, hanc querimoniam Sicilia detulit lachrymis. Pertinet etiam ad dignitatem & honorem & uenerationem, & officium, προτίμαν, ἀπονέμειν, καταθύμιον τιμὴν. Variisq; modis ponitur ac construitur. Liuius lib. 1. Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernūt, id est, offerendum atq; tradendum. Cicer. Octauio, Quæ tibi non antequàm postulares, maiora quàm uelles, plura quàm speraret, detulit Senatus. Idem Trebatio. Vniuersum studium & beneuolentiam ad te defero, id est, tibi attribuo.

Deferre appellationem in iure pontificio, idem est, quod admittere appellationem. Vide Archid. extr. de appell. c. cum appellat. libr. 6. Deferre hæreditatem, deferre iusiurandum, deferre iudicium, notæ & frequentes apud Iurisconſ. locutiones. Deferre causam ad patronum dicitur cliens, quum eū consulit, & ei controuersiæ ordinem, argumentumq; exponit. Den handel anzeigen. deferre in ærarium, item deferre in principis Commentarium quid sit. Budæus explicat in l. abesse. de Minoribus, cuius sensum Accursius nō intellexit. Deferre nomē, propriè non est accusare, sed apud magistrū, uel Iudicem de aliquo crimine ante accusationem denunciare, & alium in capitis discrimen rapere. deferre reū, idē est quod postulare, & ut cognitionem suscipiat, petere. l. deferre. de Iur. fisc. Quo modo autem id fiebat, docet Alciatus in l. indicasse. de uerb. sig.

Delatus, a, tum. partic. passiuum. Nauis in portum delata est, id est, deuecta, καταχθεῖσα. Hic delatus est lectica, Id est, deportatus.

Delator, ris, Occultus accusator dicitur, & calumniator, συκοφάντης. Plin. in Panegyr. Delatorum classis permissa omnibus uentis. Martial. Et delator habet quod dabat, exilium. Suet. de Domit. Deferebaturq; uox eius, Princeps qui delatores non castigat, irritat. Vide Alexandrum Neapolitanū, cap. 22. lib. 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.4.

Delatio, onis, ἔνδειξις. Cic. pro Cluent. Qui sibi delationem nominis & capitis periculum ostentarat. Cælius Cic. lib. 8. Illud mihi occurrit, quod inter postulationem, & nominis delationem, uxor à Dolabella discessit.

Deferueo, n. f. feruere desino, ἀποζέω. Gell. Interea puer uenit, & olla deferbuerat. Per metaphoram, miteſco, placidus fio, παύομαι, καταψύχομαι. Plin. in Epist. Quum iam satis ille primus impetus deferbuisset, & lãguidior in dies ad iustitiam redisset. Cic. pro Cælio. si splendor si nitor, iam ita deferbuerint, iam æras omnia, iam ista dies mitigarit.

Deferuescere, n. t, Feruorem amittere, ἀποζέω. Et per translationem, ardorem animi inuita ratione excitatum deponere, ἀποθυμαίνομαι. Cicero 4. Tusculanar. Aut rogandi orandique sunt ut si quam habent ulciscendi uim, differant in tempus, dum deferuescat ira. Sed hoc per translationem, quasi ira sit ignis quidam animum incendens. Columella proptiè pro refrigerari potuit, lib. 2. de fœno loquens, Prudentes agricolæ, quamuis iam illatum tecto non ante componũt quàm per paucos dies temerè congestum in se concoqui, & deferuescere patiantur.

Deferuefacio, a. t. Non significat refrigerare, ut nonnulli existimant, sed ualde feruere facio, ut De significationem uerbi augeat, θερμαίνω. Cato de Re rustica, capite 157. Brassicam macerato bene, postea in ollam coniicito: deferuefacito bene: ubi cocta erit, aquam defundito. Pliuius libro 25. cap. 7. Radix caprifici, deferuefacta in uino, dentium dolores cedat.

Defensor (tametsi à Procuratore non usquequaq; distet) dicitur qui absque mandato cum sola satisdatione alterum in iudicio defendit, atque tuetur, ut est in l. minor cum duabus proximè sequentib. ff. de Procurat. Vnde defensores ciuitatum, appellat Imper. minorem illum Magistratum, qui parentis uicem plebi exhibere uidetur, curareq; debet, ne innocẽs & subita rusticitas prægrauetur. C. & in Aut. de Defens. Ciuit.

Defetiscor, Deponens compositum, ab antiquo uerbo fatiscor per mutationem a literæ in e, significat labore deficio, καμνω, κοπιῶ. Terent. in Phorm. Hæc res mih sollicitudini est, Neq; defatiscar unquã ego experirier, Donec tibi id quod pollicitus sum, effecero. De huius uerbi præterito inter Grammaticos non conuenit. Priscianus enim nullt, eius præteritum esse defessus sum, sicut à fatiscor fessus sum. Contrà Diomedes fessus & defessus, nomina esse uult, non participia, cuius sententia uidetur uerisimilior. Neq; enim fessus aut defessus tempus ullum importat more participiorum, neq; actionem aut passionem, sed idem omnino significat quod lassus, quod certè nomẽ esse nemo dubitat. Differunt aũt hæc duo à participio fatigatus, sicut calidus & calefactus, quorum hoc & tẽpus & passionẽ significat: illud solam qualitatẽ. Sic fatigatus dicitur ille quẽ res aliqua fatigauit, fessus autem & defessus simpliciter qui labore deficit. Hinc compositum indefessus, idem quod indefatigabilis, ἀκάματος. Claud. lib. 1. de Rapt. Proserp. Indefessa ferar, nulla cessabimus hora, Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptum Inueniam. Verba aũt hæc fatiscor & defetiscor, in usu non sunt, sed eorum loco utimur uerbo neutro fatisco, quod eiusdẽ est significationis. Colum. lib. 2. Sed omni solo quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, una præsens medicina est, ut stercore adiuues, & adsumptas uires hoc pabulo refoueas.

Deficio, deficis, ex de & facio, n. t. Significat deesse, uel non sufficere, & iungitur ferè accusatiuo, ἐπιλείπω, ἐκκάμνω. Cic. 3. in Verr. Vererer ne mihi crimina non suppeterẽt, ne oratio deesset, ne uox uiresq; deficerẽt. Idem Seruio Sulpitio, Sed opprimor interdum, & uix resisto dolori, quòd ea me solatia deficiunt, quæ cæteris (quantum mihi exempla propono) simili in fortuna non defuerunt. Et more suo hîc fecit Cicero, ut per Desum, deficio exposuerit. Hinc Defectus pro priuatione deducitur; de quo infrà. Legimus etiam Deficere absolutè positum pro deesse, λειποψυχῶ, ὑποχρέω. Hircius, Quare neq; tanti sum animi, ut sine spe castra oppugnanda cẽsceam: neq; tanti timoris ut ipse deficiam. Hoc paulò pòst alio modo dixit, Deficere animo, λειποψυχῶ, Martius (inquit) Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, cohortatus suos ne animo deficiãt: id est, terrean tur & animus desit. Inuenitur etiam cum accusatiuo pro derelinquere siue destituere positum: quanquam in sensu idẽ sit cum deesse, καταλείπω. Cicero 4. in Verr. Iam me uires deficere cœperunt. Idem 3. de Orat. Prudentia nunquam deficit oratorem. Cæsar, Frustra meæ uitæ subuenire conamini, quem iam sanguis, uiresq; deficiunt, id est, ὑπαθυμοῦσι. Similem omnino usum habet uerbum Desero. Sallust. in Iugurtha. Sed de studiis partiũ, deq; omnibus ciuitatis moribus, si sigillatim atq; pro magnitudine parem differere, tempus quàm res maturius me deseret. Habet autẽ deficio in ea significatione ferè semper ante se nominatiuũ rei inanimatæ: ut Dies me deficit, Vox deficit, ἐπιλείπει. & Oratio illum deficit. Lactantius libro septimo, Non enim uerendum est ne tam in bona causa deficiat oratio, qui sæpe etiam malos copiosè ac fortiter defendisti. Cæs. libro secundo, Ipsos res frumentaria deficere cœpit. Si quis tamen in his datiuo pro accusatiuo utatur, non culpandus erit: frequentius tamen cum accusatiuo usurpatur. Non rectè autem ita dicas per nominatiuum rei animatæ, Vxor me deficit: sed, à me deficit. Item Deficere cum accusatiuo significat non suggerere. Vergil. primo Georgicorum, quum iam glandes atq; arbuta sacræ Dficerent syluæ. id est, non suggereret glandes atq; arbuta. Sic enim exponunt hunc locum plerique interpretes: quanquam non malè ibi deficerent pro deessent accipere possimus: ut Arbuta & glandes, nominatiuos esse intelligamus, syluæ autem, datiuum. Interdum absolutè ponitur pro finire, desinere, καταλήγειν: ut Hic præ mœrore defecit. Martianus, Tum demum id agere consilium erat, quum uita defecit. Construitur quandoque cum ablatiuo sine præpositione, & sic sumitur pro care re siue priuari, στερῶμαι. Columella libro tertio de uite loquens, Quumq; trãstuleris (inquit) de humido in aridum locum, uide ne pristino alimento deficiat. Idem, Commodè fluunt, nec deficiunt sacro solo. Idem libro tertio passiuo usus est, Iugatum quadam parte deficitur: quadam superat. Et libro octauo, Qui si memoria deficitur quo minus agnoscat cuiusque progeniem, pice liquida eandem notam scrofæ & porcis innotat. Capitur & pro dissentire, recedere seu rebellare, desciscere, desserere, ἀφίσταμαι. & tunc ablatiuo iungitur cum præpositione. Sallust. in Iugurt. Quod oppidum primùm omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Deficere enim dicuntur, qui ab his quorum imperio sunt, desciscunt, & in hostium numerum se conferũt. Cicero Lelio, Difficile est amicitiam manere, si à uirtute deceseris. Liuius libro 2. Eodem anno duæ coloniæ, Pomeria & Cora ad Aruncos deficiunt. Hoc est, Romanos deserunt transeuntes ad Aruncos. Inde Defectores, qui transeunt de uno exercitu ad alium, ἀποστάται.

Defectus, a, um, participium à deficio uel deficior, habet significationem actiuam in uoce passiua, ut defectus robore animi, δίοθυμος. Columella, Diligentis patris familiâs est, primam quanq; arborem senio defectam tollere. id est, quæ deficit. Quintil. lib. 3. Vt si obsessi & impares, & aqua cibo que defecti, de facienda ad hostem deditione deliberent. id est, qui defecerunt. Defectus passiuè. Cicero in oratione antequàm iret in exilium, Nunc uel solus defectus ad calamitatem, uel primus uocatus ad tale periculum, omnium animos iure debeo commouere.

Defectior, comparatiuus, & Defectissimus superlatiuus. Colum. el. in præfat. Sed siue fundum locuples mercatus est, è turba pedissequorum lecticariorumq; defectissimum quenq; annis & uiribus in agrum relegat, &c.

Defectus, us. m. q. nomen, Significat penuriam, non uitium aut culpam, aut morbum, ἔνδεμμα. ut, Defectu ciborũ dedimus nos hostibus. Liu. li. 4. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes riuosq; stragem siti pecorum morientium dedit. Interdum dicitur diminutio. Gellius libro secundo, Sed de lunæ motibus solisq; defectibus. Vnde defectio solis & lunæ dicimus. Defectus animæ, (ut Celso moris est loqui) λειποθυμία, λειποψυχία Græcè dicitur. A nostris etiam animi deliquium, & uerbale linqui animo, & intermori, & deficere, & extinctæ animæ speciem præbere: quos Plinius & defectos animo quandoque appellat. Defecta uerò corpora, & defecti, sunt quos Græci παρτοὺς, quasi resolutos dicũt: & resolutionẽ ipsã πάρεσιν dicũt, qui & syntecti uocantur, & syntexes defectiones. Plinius, Cenus unũ qdq; bion uocamus, prodest stomacho dissoluto, & prægnantib. & defectis. Martial.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Defectio, f. t. Recessio seu rebellio, uel militum ab Imperatore, uel ciuitatis à domino: qui dicuntur deficere, quum

t ab eo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ab eorum gubernatione diſcedunt, ἀπόστασις, ἀποστασία. Liu. lib.1. Ob reſiduas bellorum iras maximè ſollicitati, ad defectionẽ noluntarios traxêre. Cic. 4. Tuſculan. Omnium aũt perturbationum fontẽ eſſe dicunt intẽperantiam quæ eſt à tota mente, à recta ratione defectio. Aliquando dicitur diminutio & decretio, ἔκλειψις. Idem in Catone, Quoniam de lectabantur ad defectiones ſolis & lunę, multò nobis ante prę dicere. Sunt & defectiones in corpore humano, quales mulieribus, à conceptu accidere ſolent, ναπολυμία. Plin. in Proœmio lib.23. Pampini ſanguinem excreantibus, & mulierũ à conceptu defectioni diluti potu proſunt. Quod genus etiam malaciam μαλακίαν in prægnantibus uocare Plin. ſolet. Eſt enim malacia in ſtomacho debilitas. Et in mari malacia pro tranquillitate capitur.

Defectiuus, a, um, quod eſt mancum, ἐλλειπτικὸς. Cic. lib. 1. Off. Etenim cognitio contẽplatioq; naturæ manca, id eſt, defectiua quodammodo.

Defigo, is, defixi, a. t pen prod. Deorſum figo, implanto, immitto, καταπηγνύω. Columella lib. 2. Tum in terram bene paſtinatam & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. Ver. lib. 2. Georg. Altius & penitius terrę defigitur arbos, Eſculus in primis. Cæſar bell. Ciuil. 2. Afferes pedum duodecim cuſpidibus prefixi, atq; hi maximis baliſtis miſſi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. Defigere ſicam in corpore, apud Ciceronem. Defigere cultrum in corde, & Defigere gladium in iugulo, apud Liuium. Ex hac uerbi ſignificatione elegantes ſimul ac uarię translationes exiſtunt: ut quum aliquẽ dicimus Pauore defixum eſſe, aut ſtupore mœſtitiaue. Habetq; ſingularẽ cum his nominibus Animus & Oculus elegantiam. Cic. 4. Acad. Aduerſantur enim primùm, quòd parum defigunt animos. Idẽ pro Domo ſua, At quam ſententiam dixi primùm eam quam populi ſermo in animis ueſtris iam antè defixerat. Lactantius lib. 2. Oculos ſuos ab alto deiiciunt, ſoloq; defigunt. Cic. Philip. 11. Quid cum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius ſanguinẽ non bibere cẽſetis? in cuius poſſeſſiones atq; fortunas non impudẽtiſſimos oculos ſpe & mẽte defigere? Plinius libro 8. cap. 16. Quum pro catulis fœta dimittat, oculorum aciẽ traditur defigere in terram, ne uenabula expaueſcat. Cic. in Verr. Act. 2. Vt non modò in auribus ueſtris, ſed in oculis omnium ſua furta atq; flagitia defixus ſim, hoc eſt, ita depromptus & relaturus, ut non modò audiri, ſed etiam fieri uideantur: uel ſic, Vt non modò auditui & intellectui perſpicua ſint, ſed etiam ſub oculis poni uideantur. Aliquando pro ferio uel transfodio, καταπείρω Perſius, Ore teris modico, pallantes radere mores Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

Defixus, a, um, infixus, hęrẽs in aliquo. Cic. de Art. Vitia in aliquo penitus defixa atq; hærentia.

Defínio, is, a. q. Termino, decerno, & quaſi finiendo certos rei de qua agitur, terminos præſcribo. Cic. de Som. Scip. Sic habeto omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in cælo, ac definitum locum, ubi beati æuo ſempiterno fruantur. Idẽ de Amicitia, Altera ſentẽtia eſt quę definit amicitiam partibus officii ac uoluntatibus. Sic definire imperium, prędia, hortos, pro dimẽſa inter ſe diuidere. Definire præterea eſt uocabuli alicuius uim deſcribere, & explicare finitione quæ conſtat genere, ſpecie, differentiis, propriis, ut author eſt Quintilianus libro 7. cap. 4. & lib. 5. cap. 10. Cic. lib. 1. de Inuent. Quum aũt nominis cõtrouerſia eſt, quia uis uocabuli definiẽda uerbis eſt, conſtitutio definitiua nominatur.

Definitio, onis, f. t. ſecundum aliquos, eſt orario demonſtrans cuiuſmodi eſt illud de quo fit ſermo. Vel ſic: Definitio eſt oratio mẽtis contẽtum aperiẽs. Hanc alii ſic definiũt: Definitio eſt quę compẽdioſa ſubmonitione nos in rerum cognitionẽ uocibus ſubiecta adducit. Aut hoc modo: Definitio eſt oratio, id eſſe quod eſt monſtrans. Aut: Definitio eſt oratio, quæ declarationẽ & intelligẽtiam rei demonſtrat, & elucidat. Definitio itẽ eſt rei quaſi in uniuerſum dicta, non tamẽ uniuerſalis, in propoſitione per ſingulas partes, ſiue in uniuerſum deductio. Definitio propriè dicitur, quæ cõſtat ex genere & differẽtiis. Vide Bar. in l. 1. ff. de Teſta. Multa autẽ ſunt Definitionum genera, quæ Boẽtius breuiter & elegantter, lib. 2. Topic. Cic. exponit. Obſeruandum autẽ, quod Finitio nominis, præcedit Definitionẽ rei. Neq; enim probè definieris canẽ, niſi primùm conſtitueris, an de animali, ſiue terreſtri, ſiue marino, an uerò de cæleſti ſydere loquaris. Gloſ. l. quoties de Verb. obligat. Vt res exemplo pateat. Quæris, an Publicana actio detur aduerſus eum qui pro hęrẽ de poſſidet? Ab initio perſtringẽdum erit tibi, quid hac loquẽdi formula, pro hęrede poſſidere, intelligi uelis. Vide Ioan. Appell. præſtanti doctrina uirum in Meth. Dial. Rat. opuſculo ſanè aureo, Iuriſprudẽti & ſtudioſo, nullo non tẽpore, dõnec ediſcat, uerſando. Sed nec id prętereundum, quod Vigilius animaduerterit: non uulgũ modò, ſed & doctos plerosq, uiros; non diſtinguere Definitionẽ à Diffinitione, ſed Librariorum errore iam olim iſta confuſa eſſe. Salmonius, Cõſidera, inquit Diffinitionis eſſe, explicare quid eſt: Etymologiæ uerò rationem nominis explicare. Porrò, ueluti aliud eſt nomen, & aliud res ipſa quæ nominatur, ſic alia cognitio nominis, & alia rei nominatæ. Hinc à noſtris non reperitur paſſim ab Etymologia ſyllogyſmus, ſed uix negatiuè: & tunc quum ab eſſentia traducitur rei quę nominatur, ut iuris uocabulum è iuſtitiæ uiſceribus ductum. Definitio pro regula accipitur interdum, ut in illa uulgata regula: Omnis definitio in iure Ciuili periculoſa eſt, quod uel titulus demonſtrat. Neq; enim tã eſt difficile, rem aliquam in iure Ciuili exactè definire, quàm eſt rarum regulam ex legibus colligere, quæ nulla in parte infirmari queat. Adde Vig. inſt. de Teſt. ord. & uide Bud. in An. Quamuis hoc ipſum quoq; Accurſius declarauit. Definitio eſt earum quę ſunt, eiusq; rei propriè quã definire uolumus, breuis & circumſcripta quędam explicatio, in qua hęc præcipit ratio atq; doctrina, ut uis eius rei quam definias ſic exprimatur, ut neq; abſit quicquam, neq; ſuperſit. Cic. de Orat. 1. Patefactio, quaſi rerum opertarum, cum quidq; ſit, quæratur, definitio eſt. Cic. du Fin. 1. Definitio eſt oratio, quę quid ſit id de quo agitur, oſtendit quàm breuiſſimè. Cic. in Orat. Definitio eſt oratio, quæ id quod definitur, explicat quid ſit. Definitionum duo ſunt genera, unum earum rerum quę intelliguntur. Eſſe ea dico, quæ cerni tangiue poſſunt, ut fundum, ædes parietẽ, &c. Quo exgenere quædam interdum nobis definiẽda ſunt. Non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi, demonſtrariue nõ poſſunt, cerni tamẽ animo, atq; intelligi poſſunt. Vt ſi uſucapionẽ, ſi tutelam, ſi agnationẽ definias, quarũ rerum nullum ſubeſt quaſi corpus, eſt tamẽ quædam cõformatio inſignita, & impreſſa intelligẽtia, quam notionẽ uoco: ea ſæpe in argumẽtando definitione explicãda eſt. Cic. in Top. Atq; etiã definitiones aliæ ſunt partitionũ, cũ res quæ propoſita eſt, quaſi in mẽbra diſcerpitur. Diuiſionũ aũt definitio formas omnes complectitur, quę ſub eo genere ſunt quod definitur. Dicendum qui ſit definitionis modus. Cic. Diuiſio. Sic igitur ueteres pręcipiunt, cum ſumpſeris ea quę ſunt ei rei quã definire uelis cum aliis cõmunia, uſq; eò perſequi dum propriũ efficiatur, quod nullam in aliam rẽ transferri poſſit. Cic. ibidẽ, Definitionis cõtrouerſia eſt, cum in ſcripto uerbũ aliquod eſt poſitum, cuius de ui quęritur. Cic. de Inunet. 2. Mala definitio: genus uitioſæ argumẽtationis. Mala definitio eſt, quum aut communia deſcribit, aut falſum quiddam dicit, aut aliquid nec graue, nec magnũ continẽs. Cic. de Inu. 2. Definitio eſt oratio explicans quid ſit id de quo diſputatur. Eſt enim coactæ atq; cõplicatę rei explicatio, uelut quum dicimus: Homo eſt animal rationale & mortale. Quintil. Finitio, eſt rei propoſitæ propria, & dilucida, & breuiter comprehẽſa uerbis enunciatio. aliàs deſcriptio dicitur, & fit multis modis.

Definitum eſt, pro eo quod dicimus Decreui, uel cõſtitui. Plaut. in Ciſt. Perge dicere, A. Annẽ etiam quid conſultura eſt ſciã? M. Perge eloqui non remittam, definitum eſt.

Definitus, a, um, Certus, conſtitutus, attributus, aſſignatus. Cic. de Som. Hic certus eſt in cęlo, ac definitus locus.

Definitè, aduerb. Expreſsè, manifeſtè. Cic. pro Corn. Balb. Lex id Gellia, & Cornelia quæ definitè poteſtatẽ Pompeio ciuitatẽ donandi dederat, ſuſtuliſſet. Plinius in Paneg. Nec magis definitè, diſtinctèq; deſignat, qui Troianum, quàm qui optimum appellat.

Definitiuus, a, um, ἀριστικὸς, ut Definitiua conſtitutio. Cic. de Inuẽt. Facti controuerſia eſt, quando coniecturis cauſa firmatur, & conſtitutio coniecturalis appellatur: quum autem nominis, quia uis uocabuli definienda eſt, conſtitutio definitiua nominatur.

Defit, n. & defect. Deeſt, cum datiuo conſtruitur, λείπει. Terent. in Eun. Nihil quum eſt, nihil defit tamẽ. Idẽ in Hec. Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus ſit, benignè prębeatur. Verg. Ecl. 2. Lac mihi non eſtate nouum, nec frigore defit. Vnde Priſcianus, Deficio loco paſſiui defio facit, & deinde defectus.

Defioculus, m. ſ. Dicitur qui eſt captus uno oculo, quẽ luſcum alio nomine uocamus, ἐκπρόσθαλμος. Mart. lib. 12. de importunis baſiatoribus: Hinc defioculus & inde lippus,

Deflag-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Deflaccare, a p. Vetus & prorsus obsoletū uerbum est, quò antiquissimi usi sunt pro atte ere. author est Nonius. Nisi forte Defloccare quis malit legere, & à flocco eius originē trahere, & Defloccare propr. è sit floccos consumere: quod fit cum uestes nimio usu atteruntur. Huic cōiecturæ illud etiam fidē potest adstruere, quod apud Plaut. in Epid. uocantur defloccati senes, qui decrepiti sunt, & ita attriti, ut uestis, quæ floccos suos nimio usu amittit.

Deflagro, as, n. p pen prod. Comburor, igne consumor, καταφλέγομαι, ἐμπίπτω μαι, & semper ablatiuum postulat. Cic. 4. Acad. Fore tamē aliquando ut omnis hic mundus ardore deflagret. Idē lib. 3. Offic. Ictu fulminis deflagrauit. Et 2. de Nat. deor Dianæ Ephesiæ templum deflagrauisse. Significat & per translationem, languescere, deferuescere, ἀποθυμοῦσθαι. Lucanus lib. 4. Sic deflagrare minaces Incassum, & uetito passus languescere bello. Liuius 10. bell. Maced. Sed interdum spes animum subibat deflagrare iras uestras, purgari suspiciones posse.

Deflagratio, nis, Combustio, ἔμπρησις, ἐμπρησμός. Cic. 3. de Fin. Quoniamq; illa uox inhumana & scelerata dicitur eorum, qui negāt se recusare quò minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur.

Deflecto, is, a. t. Torqueo, curuo, κατακάμπτω, ἀποκλίνω. Col. lib. 3. Quum iam satis amplum incrementum susceperit, ramum oliuę deflecte, & ad crus arboris ficulneę religa. Cic. lib. 3. Off. pro declino, per translationē posuit. Hoc autē de quo nunc agimus, id ipsum est quod utile, in quo uerbum lapsa consuetudo de uia deflexit.

Deflexus, us, nomen, idem quod Curuatio. Colum. Ne deflexu frangatur.

Defleo, es, ere, Deploro, καταθλαυρόω. Plaut. Capt. Egóne non deflcam Talem adolescentē? Ciceroni Afinius Pollio lib. 10. Itaq; illud initium ciuilis belli defleui. Cic. 13. Philp. Sed hæc satis diu multumq; defleta sunt.

Deflo, as, are, Idem quod flare, πνέω, πνεῶ. Plin. lib. 28. cap. 2. Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur, utiq; per mēsas, uetabantq; munditiarum causa deflare.

Defloccati senes, Qui florem uirium deposuere, quasi attriti, ἀνθοῦντες, παραπμάσαντες. Metaphora tracta uidetur à uestibus, quæ multo usu floccos suos amittunt. Plaut. in Epid. Nam per urbem adeo defloccati senes Quæritant me.

Deflorare, Idem est quod conspurcare, contaminare, uitiare, quasi floribus, & ornatu spoliare, μιαίνω. Liuius lib. 7. bell. Maced. Erant qui fama id maius bellum, quàm difficultate rei, fuisse interpretantur: uno memorabili prælio fuisse debellatum, gloriamq; eius uictoriæ defloratam ad Thermopylas esse.

Deflorere, n. sine Defloreſcere, Flores amittere, ἀπανθεῖν, ἀπανθίζω. Plinius libro 17. Permissum inter omnia, quum defloreſcentē uitē, & oleam percurit imber, quoniam simul defluit fructus. Author ad Herēnium per translationē pro eo posuit quod dicimus Vigorem amitto, παρακμάζω. Formæ (inquit) dignitas, aut morbo defloreſcit, aut uetustate. Defloreſcere apud Colum. lib. 2. cap. 12. accipitur pro flores acquirere & eosdē amittere, hoc est, incipere, & desinere florere. Quum (inquit) totam spicam edidit, octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta. Vbi defloreſcere nō simpliciter accipitur pro flores acquirere, ut quidā interpretātur, sed potius flores acquisitos amittere: ut hic sit sensus, Post quam frumentum edidit spicā, statim flores acquirit, & eosdem intra octo dies amittit. Sic Effloreſcere, est ualde floridū fieri, ἐξανθεῖν. Cic. in Læl. Quæ tamen effloreſcit amicitia, etiam si tu minus eam secutus sis.

Defluere, n. t. Deorsum fluere, & propriè de fluminibus dicitur, καταῤῥεῖν. Plin lib. 6. cap. 7. Defluit in Rhenum Moganus. Per translationem significat decurrere, delabi. Cicero in Lælio, Ad leues amicitias defluxit oratio. Sallustius in Iugurt. Vbi per socordiam uires, tempus, ingenium defluxere, hoc est, quasi cecidere, & periere. Lactant. lib. 3. pro in nihilum redigere posuit, Nauis sine gubernatore abit pessum: & corpus relictum ab anima, defluit. Quandoq; defluere, est secundo amne fluere, id est, deorsum & uersus locum inferiorem fluere. Sunt enim fluminum aluei, quo mari propinquiora, eo declexiora. Ver. lib. 3. Geor. udisq; aries in gurgite uillis Mersatur missusq; secundo defluit amni. Defluere etiam dicitur quod ætate morbóue soluitur, ἀπορῥεῖν. Vnde defluere capillus dicitur.

Defluus, & Defluuium, ἀπόῤῥοια, Capillorū fluxus, ἀλωπεκία. Plinius, Sed defluuia comarum facere dicitur. Idem, Hippocrates capillos mulierum defluos fricari raphanis iubet.

Defluxus, us. m. q. Idem quod defluuium, καταῤῥοαί.

Defŏdio, is. a. t. pen. cor Sepelio, obruo, καταρύττω. Liu Fuerantq; defossi annis quindecim supra quingentos. loquitur de libris Numæ. Plaut. in Prol. Aulul. Domi tuæ defossam multis cum opibus aulam inuenit. Columell. libr. 8. pro fodiendo plantare & interere posuit, quum dixit, Confestim scrobem defodiamus in limine stabuli, & uiuam pecudem quæ sit pustulosa, resupinam obruamus. Defodere item est infrà, siue deorsum fodere, καταοκάπτειν. Idem libro 2. Pastinatur terreni iugerum, ita ut solùm in altitudinem trium pedum defodiatur.

Defossus, us, ui. Plin. li. 19. cap. 8. Area in defossu cauata.

Defœtus, si Latinum sit, idem erit quod effœtus, hoc est, fœtui per ætatem inidoneus. Quod tamen haud scio an apud classicos scriptores reperiatur. Nam quod ad illud testimonii attinet qd ex Ibide Ouidii adduci solet, Sit quoq; quod rarum est, solito defœta fauore, Fortunę facies inuidiosa tuæ: in castigationibus exemplaribus defecta legitur, non defœta. Similiter apud Columellam in præfatione libri primi, defectissimum legi debet, non defœtissimum.

Dēfŏmicātum. n. s. lignum dixerunt antiqui, quod à fomitibus quibus confoueri solet, erat succisum. Festus.

Defore, pen. corr. compositum à fore, idem significās quod defuturum esse, ὑπάψιμον. Cic. de lege Agrar: contra Rullum Verùm arbitrantur non defore qui illam restituerent.

Deformo, as, a. p. Destruo, & quasi de forma deiicio, pristinam bonam formam aufero, ab integra forma ad corruptā traduco, ἀπομορφόω, ἀμαυρόω. Lactant. de Opif. Dei, Quàm mirabili, quàm diuina ratione molitus est, ut tamen hiatus ipse nasi, oris speciem non deformaret. Autor. ad Heren. libro 1. Qui sunt qui Italiam deformauerunt? Cicero de Arusp. resp. In qua Pompeium ornat, an potius deformat? Item Deformare est figurare, deliniare, & noua forma insignire, διατυπόω. Vitruu. libro. 6. Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, & regalibus rebus. Idem, Architectus graphidis peritus, ut, deformare possit lineis imitationem quam uelit, ædificiorum.

Deformatio, nis, uerbale. Liu. 9. ab Vrbe, ut suæ quisq; conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ maiestatis, uelut à nefando spectaculo auertere oculos.

Deformis & hoc deforme, om. t. Turpis, fœdus, non formosus αἰσχρός. Plin. in Epist. Placuit locus in quo fuit aliquando domus (ut audio) pulchra, nunc deformis ruinis. Cicer. pro Cælio, Id nunquam tam acerbè fert M. Cælius, ut eum pœniteat non deformem esse natum. Liu. 1. ab Vrbe, Quòd uix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. Cic. Marcello lib. 4. Nec eam diligere minus debes quod deformior est. Deformius nihil est ardelione sene.

Deformitas, atis, Turpitudo, formæ infelicitas, ἀμορφία, αἰσχρότης. Cic. 1. de legib. deformitas animi, & corporis prauitas. Idē in Offic. Nullū est maius malū turpitudine: quę si in deformitate corporis aliquid habeat offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet uideri?

Deformiter, aduerbium, αἰσχρῶς, Quint. lib. 8. cap. 3. Iunctura deformiter sonat.

Defraudare, a. p. uel per syncopē defrudare, est per fraudē cuipiam aliquid intercipere, uel circumuenire aliquem. παρακρούομαι, ἀπονοσφίζω. Plaut. Asin. Nunc uerba in pauca conferam quid te uelim, Viginti iam usus est filio argenti minis, Face id ut paratum iam sit. L. Vnde gentium? D. Me defraudato. L. Maximas nugas agis: Nudo detrahere uestimenta me iubes. Defrudē te ego? agesis, tu sine pennis uola. Tene ego defraudē, cui ipsi nihil est in manu? Nisi quid tu porrò uxorem defraudaueris. Defraudare genium, est in terrūpere uoluptatē, & naturæ qd appetit negare. Terēt. in Phorm. Quod ille unciatim uix de mensō suo, Suum defraudans genium, comparsit miser. Contrà, Indulgere genio, est uoluptati operam dare, & quócunque nos naturæ appetitus trahat, subsequi. Quæ loquendi formulæ inde tractæ sunt, quòd antiqui Genium uocabant naturæ Deum, hospitalitatis præsidem. Vnde etiam Homo genialis, dicitur liberalis & hospitalis, & splēdido apparatui assuetus.

Defrænatus, a, um, Idem quo effrænatus, hoc est, indo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mitus, quasi sine fræno, ἀχάλινος. Ouid. 1. Metam. Et defræna to uoluuntur in æquora cursu.

Defrico, as, a. p. pen. cor. Idem quod simplex frico, καταψήχω. Colum. lib. 2. Totumq; eorum palatū sale defricato. Author ad Herenn. Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit postquā perfusus est, defricari.

Defrigescere, Idem quod frigescere, καταψύχεσθαι, Columel. lib. 12. cap. 20. Iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, couisq; dum defrigescit.

Defrigo, gis, xi, καταφρύγω. Vide in dictione Decoquo.

Defringo, is, a. t. Idem quod frāgo, uel decerpo. ἀποῤῥήγνυμι. Colum. lib. 6. Plerumq; fit aut crure aut cornibus bouum ramuli uitium defringantur. Verg. 2. Georg. Aut summas defringe ex arbore plantas. Cic. pro Cecin. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.

Defrugo, as, a. p. pen prod. Omnem fructum exhaurio, καρπίζομαι, ἐκκαρπίζομαι, ut faciunt quædam legumina, quæ etiam Theophrastus καρπιζόμενα appellat. Agricola itaq; agrū defrugare dicitur quum id genus seminis serit, uel quum nimia fœtura exinanit agros, uel per inscitiam aut negligētiam perdit, laesitūe fruges: ut quum uel festinata semētis est uel serotina, prœpropereq; aut præposterè quid agit. Plinius lib. 18. Oraculum illud magnopere custodiendum, Segetem ne defruges. Columella, Constat segetem nimia defrugatione exinaniri.

Defrutum, n. s. à deferendo (ut inquit Palladius) uinum de coctum, Plinio authore, usque ad mediam partem, ἥψημα, ἥψητον, παράχυμα, Hippocrati. Sapa uerò à sapiditate; mustū est ad tertiam partem decoctum. At Columella aliter, Mustum, inquit, quàm dulcissimum, decoquitur ad tertias: & decoctum, sicut suprà dixi, defrutum uocatur. Sic Nonius, Sapa, quod nunc mellaceum dicimus, mustum ad mediam partem decoctum: defrutum, si ex duabus partibus ad tertiā redigatur deferuefaciendo.

Defrutare, a. p. Mustum decoquere, ut inde defrutū fiat, ἥψειν. Columella libro 2. Sed defrutum quoq; facere & defrutare uinum licet.

Defrutarius, a, um, ἥψητικός, ut uasa defrutaria apud Colum. lib. 12. cap. 9. dicuntur quæ ad defrutum idonea sunt. Sic Cella defrutaria, apud eundem lib. 1. cap. 6. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, cellam uinariam, defrutariam.

Defugere, n. t. Recusare, in totum fugere, ἀναδύεσθαι, Cæsar 6. bel. Gal. Aditum eorum sermonemq; defugiunt, ne quis ex contagione incommodi accipiant. Cic. pro Sylla, Itaq; attendeiam Torquate, quàm ego defugiam auctoritatem Consulatus mei. Lact. lib. 5. Non defugi hunc laborem, ut implerē materiam quam Cyprianus non est exequutus.

Defunctoriè, Vide Defungor.

Defundo, a. t Effundo, & interdum idem quod Fundo, κατηχέω, Cato de Re rustic. Aquam defundito non omnem, ed addito oleum. Colum. Postea quum refrixit, in uasa defundas, & operias.

Defungor, eris, ἀφοσιοῦμαι. Vide in dictione Fungor.

Defunctoriè, Idē est, quod languidè, & remissè, πρὸς ἀποσίωσιν, Vlp. lib. 11. ad Senatusconsultū Tert. Non solùm aūt quæ non petit, coërcetur, sed etiam quæ defunctoriè petiit, ut priuilegio munirum uel oneratum tribus tutelis.

Degener, om. t. pen. cor. Qui maiorem suorum uirtuti non respondet, ἀγεννῆς. Verg. 2. Aeneid. Degeremq; Neoptolemum narrare memento. Ponitur quandoq; pro ignobili & uili, ἀνδροφοδώδης, ἀπλοπρεπής. Verg 4. Aeneid. Degeneres animos timor arguit. Plinius lib. 11. cap. 50. Canum degeneres sub aluum reflectunt caudam Est autem adiectiuū generis omnis, præsertim in obliquis singularis numeri. Vnde etiam more aliorū adiectiuorum tertiæ declin. facit in ablatiuo degenere, uel degeneri. Lucan. lib. 4. Si me degeneri statuisset fata sub hoste.

Degenerare, n. p. A genere discedere, ἐξίστασθαι, μεταπίπτειν, ἐκπίπτειν. Cicero de Prou. Cons Patrem dico, cuius utinam filii non degenerassent à grauitate paterna. Vergil. lib. 2. Geor. Pomaq; degenerant succos oblita priores, id est, deteriores fiunt saporis. Dii mihi sunt testes non degenerasse propinquis. Dicimus autem Degenerare, tam à malo quàm à bono. Liuius libro 9. Ne degeneraueris à familia imperiosissima & superbissima.

Degerò, is, a. p. Idem quod gerere, φέρω. Plaut. in Mænech. At ille mihi suppilat aurum, & pallas ex arcis: Modò me spoliat, mea ornamenta ad meretrices degerit, id est, defert. Quidam legunt Apud meretrices: & degerit, pro absumit exponunt. Idem, Atq; illud tuæ degeris amicę.

Deglabrare, Depilare, & glabrum facere, ἀποψιλοῦν.

Deglubo, is, deglubi, deglubitū, ere, a. t. Corticem eximere; siliquam aut folliculum exuere, & granum sua nudare tunica, ἀποδέρω, ῥυράω. Varro 1. de Re rust. cap. 48. Quod eo folliculo deglubitur granum. Irē exconare. Vnde prouerbialis sententia dici solet: Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere, quasi pellem detrahere.

Deglutinare, a. p. Est dissoluere quod glutinatum erat, ἀνακολλᾶν. Plin. lib. 25. cap. 13. Purgat enim ulcera oculorum, expletq; & ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.

Dego, is, n. t. ex de & ago, abiecto a, præteritum facit degi, sine supino, Idem est quod ago, duco, perago, ἄγω. Et ferè habet post se accusatiuum tempus denotantem: ut Degere uitam, ætatē, annum, diem, horam. Cic. de Senect. Degere omne tempus ætatis sine molestia. Idē 2. de Finib. Degere omnem ætatē in tranquillitate. Vergilius 4. Aeneid. Non licuit thalami expertem sine crimine uitam Degere more feræ. Terentius, Nam hunc diem miserè nimis cupio, ut cœpi perpetuum in lætitia degere. Cic. pro Rosc. Amer. Interfectas satius est ætatē degere quàm in hac tanta immanitate uersari. Ponitur interdum etiam absolutè sine aliquo accusatiuo, idemq; significat quod uiuere. Lactant. lib. 5. Idcirco eum uoluit sub aliena ditione atq; imperio degere, ut ne rerum prosperitate corruptus, in luxuriam laberetur. Legitur & passiuum Degitur, idq; in tertis tantùm personis. Cicero 1. de Nat. deor. Quæ uita deorum sit, quæq; ab iis degatur ętas. Lactant. lib. 5. Quo rectius uita degatur, non est necesse omnes circuire. Accipitur item Degere pro demere, detrahere. Plautus in Aulul. Nunc ego istum soror laborem degam & diminuam, id est, demam. Idem in Epid. Degitur corium de tergo meo.

Degrauo, as, are, a. p. Grauem, & ponderosum reddere, deprimere, molestare, βρίθειν, καταβαρύνειν. Liuius 4. ab Vrb. Alios in aquam compulsos gurgites ferunt: etiam peritos nandi lassitudo & uulnera & pauor degrauant. Labore operis degrauari, apud Columellam lib. 6. cap. 2. Paulatim degrauatum pondere suo præceps attrahetur, apud eundem lib. 2. cap. 5.

Degrummari, d. p, Ad grūmæ mensuram dirigere, ἰθύειν κατὰ κάθμην. Est aūt Grūma, teste Nonio, mēsura quædā qua flexæ uiæ ad lineam diriguntur. Lucil. Viamq; degrūmari uis, ut castris mensor fecit olim.

Degulo, as, a. p. pen. cor. Abligurio, quasi gulæ trado. κατακαυμάω, καταλιχνεύω, Plaut. Postquam degulato patrimonio pauper est factus.

Degustare, a. p. Idem significat quod simplex gustare seu delibrare, γεύομαι, ἀπογεύομαι. Plin. lib. 18. cap. 2. At ne degustabant quidē nouas fruges aut uina. Cato cap. 148. Vinum boni uiri arbitratu degustato. Degustare pabulum, Varro 2. de Re rust. cap. 5. Per translationē etiam accipitur pro leuiter & in transcurso aliquid attingere. Quint. lib. 4. cap. 1. Degustanda tamen hæc proœmio, non consummanda, id est, breuiter indicanda. Cic. 5. Tusc. Visné igitur, inquit, ô Damocle quoniam hæc te uita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? Huc etiam referendum est illud Lucretii lib. 1. Ignes degustant tigna celeri flamma, hoc est, leuiter attingunt. Degustare conuiuā, dixit Cicero lib. 4. Epist. ad Attic. pro eo quod est sententiā eius expiscari, Velim (inquit) ex Fabio, si quē habes aditum, odorere, & istum conuiuam tuum degustes.

Dehaurio, is, ire, Idem quod simplex haurio, ἀντλάω. Cato capite 66. Quum oleum sustuleris cortina, amurcam dehaurito.

Dehinc, id est, post hac, τοιοῦτον, ἀπὸ τότε. Ter. An. Dehinc ut quiescant porrò moneo. Itē significat deinde, ut sit aduerbium ordinis, ἑπειτα. Sall. in primis arduum uidetur res gestas scribere, primùm quòd facta dictis exæquāda sunt, dehinc quia pleriq; delicta quæ tu reprehenderis, maleuolentia atq; inuidia putant esse dicta.

Dehiscere, n. t. Aperiri, findi, rimas agere, χάσκειν. Plin. lib. 8. Acus, siue belone, unus piscū dehiscente propter multitudinem utero parit, hoc est, se aperiente;

Deho-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dehoneſtus, a, um, Quod eſt ualde honeſtum, περίσεμνος. Gell. Dehoneſtum deculpatumq; uerbum.

Dehoneſto, as, a. p. Contrarium uerbi Honeſto, quod ſignificat honore afficio, ἀτιμάζω.

Dehoneſtamentum, n. ſ. Dicitur id quod gratiam & honeſtatē alicui rei adimit, αἰσχύνη. Vnde ultus dehoneſtamentum dicitur cicatrix, uultum hominis dedecorans, aut oculi effoſſio. Gel. lib. 2. Quo dehoneſtamēto corporis maximè lętabatur. Pro contumelia uſus eſt Tac. lib. 12. Atq; illum non propinquum, neq; Arſacis de gente, ſed alienigenam & Romanū increpans, auribus deciſis uiuere iubet, oſtētui clemētiæ ſuæ, & in nos dehoneſtamento.

Dehortor, aris, Diſſuadeo, μετατρέπω. Ter. Phorm. At hic de hortatus eſt me ne illam illi darē. Cic. in Piſ. Res ipſa, & Reipub. tēpus, aut meipſum, quod nolim, aut aliū quēpiam aut inuitabit, aut dehortabitur.

Deiero, n. p. pen. cor. Sanctè iuro, iureiurando affirmo, ὀμνύω, ὀμόμνυμι. Gel. lib. 1. Nam quum amicus eum rogaret ut pro re cauſaq; eius falſum deieraret, his ad eū uerbis uſus eſt. Ter. in Eun. Illum liquet mihi deierare, his mēſibus Sex uel ſeptē prorſum non uidiſſe proximis. Idē in Hec. Phidippe, Bacchis deierat perſanctè, &c.

Deiuro, as, ate, neut. p. Idem quod deiero, hoc eſt, ſanctè iuro, ὀμνύω, ὀμόμνυμι Plaut. in Caſ. Per deos omnes & deas deiera uit. Idem in Rud. Deiura, te mihi argentum daturum.

Deiurium, n. ſ. Sanctum iuſiurandum, ὅρκιον. Gell. lib. 7, cap. 18. Tum octo ex iis poſtliminium iuſtum non eſſe ſibi reſponderunt, quoniam deiurio uincti eſſent.

Deiurus, pen. prod. Qui ſanctè & ualde iurat, ὁρκωμότης.

Deiicio, is, a. t. penult. corr. Deorſum iacio, uel deorſum mitto, καταβάλλω. Plautus in Aſinar. Iuſin' columnis deiici operas aranearum? Liuius 4. ab Vrbe, Quem quum ictum equo deieciſſet. Vergilius 8. Aeneidos, toto genitor quę plurima cælo Deiicit in terras. Liuius lib. 1. pro iaciēdo defigo poſuit, καταφέρω. Dum (inquit) intentus in eum rex totus aduerteret, alter elatam ſecurim in caput deiecit. Per translationem autem ponitur pro auerto, ἀποτρέπω. Cic. in Phil. Nec uerò uſquam, nec à Republica oculos deiiciebam. Item pro depellere, uel deturbare, παρωθεῖσθαι, ἐξώσαι, ut apud eundem 2. in Verr. Pollicitus eſt quantum uellent pecuniæ, ſi me Aedilitate deieciſſent. Idem pro Murena, Q. Tubero Prętura deiectus eſt. Liuius 3. ab Vrbe, Deiectiſq; honore duobus Quintiis. Deiicere de gradu, id eſt, dignitate. Cicero ad Attic. lib. 16. Ex quo mihi uidetur σφαλὴς ille deiectus de gradu. Deiicere de gradu, pro eo quod eſt de conſtantia deducere, & propoſito in quo pedem fiximus. Cic. 1. Offic. Fortis enim & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantē de gradu deiici, ut dicitur: ſed præſenti animo uti, & conſilio, nec à ratione decedere. Ad eundē modum dicimus, Deiicere de poſſeſſione, Deiicere de ſententia, Deiicere de dignitate.

Deiectiones, onum, f. t. Syncera apud Hippoc. uocatur impermiſta aquoſæ humiditati, quoniam ſolus humor euacuatus humore uacuatus deiicitur, ſiue biloſus ſiue melancholicus, ſiue porri colorē præ ſe ferens, ſiue bilis quæ ſanguinoſa appellatur. Gal. lib. 3. Aph. 23.

Deiectus, us, pro Deiectione, καταβολὴ. Liu. 9. ab Vrb. Quū ad alias anguſtias protinus pergerent, ſeptas deiectu arborum, ſaxorum ingentium obiacente mole inuenēre.

Dein, Per apocopen dictum eſt à Deinde, ἐντεῦθεν, ſicut Exin ab Exinde, Proin à proinde, Subin pro Subinde. Significat autem dein idem quod deinde, ſiue poſtea: & eſt poētis familiarius quàm Oratoribus. Ter. in And. Accepit conditionē, dein quęſtum occipit.

Deinde, aduer. eſt, Ordinē, ſiue tēpus importās, Idēq; ferè ſignificās quod poſtea, ἐντεῦθεν. Cōponitur ex de præp. & aduerb. inde: & habet accentū, teſte Priſc. in antepenult. ne duæ uideantur dictiones ſeparatæ, q etiā cōtingit in exinde, nimirū, aliquando, & ſimilib. Cic. ad Q. fr. lib. 3. Tu uelim cures ut ſciā quibus nos dare oporteat eas quas ad te deinde literas mittemus. In carmine ferè ſemper contractionē patitur, fitq; dictio diſſyl. Ver. 3. Ec. Incipe Damœta, tu deinde ſequēre Menalcha.

Deinceps, Propriè ſignificat gradatim, per ordinē, ſiue per uices, ſiue quod uulgò dicere ſolemus, unus poſt aliū, ἑφεξῆς. Liu. lib. 1. Ita duo deinceps reges alius alia uia, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Cicero Thermo, Sed tamen tres fratres ſummo loco natos, promptos, nō indiſertos, quos uideo deinceps Tribunos plebis per triennium fore, te nolo habere iratos. Colum. lib. 6. Quod quomodo, & qualis generis faciendum ſit, non pigebit deinceps præcipere, id eſt, per ordinem. Interdum ſumitur pro poſt hac, ſiue in poſterum. Cic. Att. lib. 7, Velim deinceps meliora ſint. Interdum pro præterea. Liu. 1. ab Vrbe, Extemplo aduocato concilio, ſceleris in ſe fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti eſſent, cædem deinceps tyranni, ſeq; eius autorem oſtendit.

Deincipem ueteres dixerunt quemq; captum: quemadmodum principem primum captum.

Deinſuper, penult. cor. Significat deſuper, ἄνωθεν. Salluſtius lib. 1. Hiſt. ut citatur à Nonio, Ad medium deinſuper aſtātium manibus in murum attollitur.

Deintegro, penult. cor. Significat denuo, ſiue à principio ad finem, ἐξαρχῆς. Ter. in Andria, Poſthac quas faciet deintegro comœdias. Deintegro incidere in morbū, Cic. ad Cornificium lib. 12. Gratulari alicui deintegro, Idem Attic.

Deiugo, gas, a. p. penult. corr. Diſiungo, ἀποζυγόω: cui contrariū eſt Coniugo. Pacuuius Chryſe, ut citat Nonius, Perq; noſtram egregiam unanimitatē, quam memoria deiugat.

Deiungo, is, Diſiungo, ἀφορίζω. Plaut. Aſin. Ne nos deiunge amantes, Cic. de Vniuerſ. Ita neceſſitas cogit, ut eadem ſint ea quæ deiuncta fuerunt,

Deiurium, Deiuro, Deiurus, Vide Deiero.

Dēiuuo, as, Antiqui dicebant pro non iuuare. Plautus in Trinumo, Deſerere illum, & deiuuare in rebus aduerſis pudet.

Delabor, ris, delapſus ſum, d. t. ſignificat deorſum labi, decidere, καταπίπτω, κατολισθαίνω. Vergil. in Sileno, Serta procul capiti tantum delapſa iacebant. Liu. Cælo tepente delapſus. Et cum præpoſitione, Cic. Offic. Ita conſiliis, diligentiaq; noſtra celeriter de manibus audaciſſimorum delapſa arma ipſa ceciderunt. Idem ad Quintum Frat. Nam Græci quidem ſic te ita uiuentem intuebuntur, ut quendam ex annalium memoria, aut etiam è cælo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum putēt. Idem de Orat. lib. 3. Capitolii faſtigium illud, & cæterarum ædium, non uenuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Et translatè. Cic. de Orat. Inſperanti mihi cecidit, ut in iſtum ſermonem delaberer. Idem in Lælio, Iam enim à ſapientum familiaritatibus, ad uulgares amicitias oratio noſtra delabitur. Idem Attic. ſeptimo, In ualetudine tua moueor, & filiam in idem genus morbi delapſam, curam tibi afferre maiorem ſentio. Et de Orat. lib. 2. Sed nonnunquam in hoc uitium ſcurrile delabitur. Idem Trebel. libro ſexto, Nam & ipſe, qui plurimum poteſt, quotidie mihi delabi ad æquitatem uidetur, id eſt, paulatim ad æquitatem propius accedere. Et Offic. libr. 2. Habenda autem eſt ratio rei familiaris, quam quidem delabi ſinere flagitioſum eſt, id eſt, conſumi, ad nihilum redigi, οἰχεσθαι.

Delacero, as, In partes lacero, conſcindo, conſumo, διασπᾶσαι, διαῤῥήγνυμι. Plautus Capt. Qui me meamq; rem, quod in te uno fuit, tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis delacerauiſti.

Dēlachrymare, Eſt lachrymas, uel aquam more lachrymantis demittere, ἀποδακρύειν. Colu. lib. 5. de uite loquens ut interdū potius deuexa, quàm in germine delachrymet.

Delachrymatio, nis, Plinius libro 37. capite 11. Vis eius collyriis oculorum aptiſſima, & delachrymationibus mordendo proficiens,

Delæuo, as, compoſitum eſt à læuo, idem ſignificans quod ſimplex, λαίνω. Colum. de Arbor. capit. 6. Plagam acutiſſimo ferro delæuato.

Delambo, is, ere, Idem quod lambere, λείχω, λάπτω. Stat. lib. 2. Theb. Molliaq; eiecta delambit uellera lingua.

Delamentor, aris, Deflco, καταδακρύω. Ouid. 11. Metamor. & natam delamentatur adeptam.

Delanio, s, pen. cor. Diſcindo, quaſi lanam traho, διαχόπτω, unde Lanius, qui pecus diſcindit. Feſtus.

Delapidata, Dicuntur lapide ſtrata, λιθόστρωτα: cuiuſmodi eſt uia Appia, quam à porta Capena Brunduſium uſq; quadratis ſaxis ſtrauit Appius ille Cæcus. Ex Feſto.

Delaſſo, as, a. p Idem quod ſimplex laſſo, καματόω. Plautus in Aſin. Eum etiam hominem in ſenatu dare operam, aut cilientibus, ibi labere delaſſatum totam noctem ſtertere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Horat.1.Serm.Sat.1.Cętera de genere hoc(adeò sunt mala)lo quacem Delassare ualent Fabium.

Delcani, à Delcano amne dicti pisces, salsamentis idonei, quos alii Leptinos & Lebianos cognominant.

Delecto,& Oblecto,a.p. Cõposita sunt à lacto, quod est frequentatiuum ab antiquo uerbo Lacio,τέρπω. Delecto sæpius in tertia persona utuntur authores.Cicero Rufo, Itaq; me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus expectatum meum aduentum abs te amanter uidebam. Quando autem cum infinitiuo iungitur,ponitur impersonaliter. Alioqui uerbum est actiuum & habet passiuum per omnes modos, tempora, & personas usitatissimum.Cic. Pæto,Plures etiam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos: tu te istic Atheriano iure delectato, ego me hîc Hirciano. Oblecto uerò plerumq; in se significationem passiuam habet, quamuis & actiuam, ὑφαίνω. Et quanquam passiuam habet, tamen regit accusatiuum non alterius personæ aut rei quàm eius qui se oblectat. Et ultra accusatiuum ablatiuum postulat, ex quo passiua significatio monstratur. Et hoc tribus potissimùm modis. Interdum enim hoc contingit nulla præcedente præpositione.Terent.in Eunuc. Me speres, me te oblectes. Interdum præcedẽte præpositione cum.Idem,Tu cum illa te intus oblecta interim, Aliquando etiam cum præpositione in. Idem, In eo me oblecto solùm, id est mihi charum. Cicero in actiua significatione sumpsit, quum in Catone ait, Quas si exequi nescirẽ, tamẽ me lectulus meus oblectaret. quod est, quasi, delectaret. Et pro Archia, Adolescentiam agunt,senecturẽ oblectant, scilicet lite.q. Est autem oblecto, sicut & delecto, compositum à uerbo lacto, quod est frequentatiuum ab antiquo uerbo lacio. Est autem lacto propriè dulcedine uel spe aliqua duco: & ferè semper in peiorem partem accipitur. Terentius, Solicitando & pollicendo, eorum animos lactas. Delectare uerò ἑλκειν, propriè significat attrahere, ducere. Ennius, Et me Apollo ipse delectat ac ducit Delphicus. Quadrigarius, Fabius de nocte cœpit hostium castra oppugnare, hostem delectare. Et quoniam quæ grata ac iucundia sunt, nos attrahere solent, factum est ut Delectare sit,gratum esse, ac iucunditate afficere. Passiuum etiam ipsum Delector, habet post se ablatiuũ, & hoc sine præpositione, uel mediante præpositione cum uel in. Casum autem peculiarẽ omnibus uerbis passiuis, qui est ablatiuus præcedente præpositione à uel ab, non admittit. Vnde etiam nonnulli deponens esse crediderunt. Est autẽ Delector, delectatione, uel iucunditate afficior, χαίρω,ὑφαίνομαι.φιλέω. Columella lib.1. Iucundius itaq; uiro, si etiam matrona comitatus: cuius ut sexus, ita animus est delicatior: amœnitate aliqua delectanda erit, quo patientius moretur cum uiro. Quod in aliis etiam uerbis fieri solet: ut,Desyderium tenet me,id est, teneor desyderio: sic Oblector, & huiusmodi,quæ significationem passiuam innatam habẽt.Lact.lib.2.Auro & gẽmis, & ebore delectantur.Idẽ. Oblectatur friuolis, & specie simulachrorũ capitur. Cic. Cæl. In cõmunibus miserus hac tamen oblectabar specula.

Delectamentum,ti, Oblectatio,uoluptas, τέρψις, τέρπνότης. Cic.de Sen. Possem persequi permulta delectamẽta rerum rusticarum: sed ea ipsa quæ dixi, sentio esse longiora. Idem in Pison. Inania sunt ista (mihi crede) delectamenta penè puerorum.

Delectatio, à delectando,τέρψις, Est iucunditas quam ex re aliqua percipimus, quam sic definit Cic. lib.4. Tus. Delectatio est uoluptas suauitate auditus animũ deliniẽs, & qualis hęc est aurium, tales sunt oculorũ, & tactuum, & odorationũ & saporũ:quę sunt omnes unius generis ad perficiendũ animũ, tanquam illiquefactę uoluptates.

Delectus, Vide Deligo,is.

Delẽgo,as,a.p.pen prod. Deputo,præficio, ut quum quem pia meo loco,officio,negotióue exequẽdo præficio,ἐπίτρεπω, Col.lib.4.Imò quis non imprudẽtissimum quẽq; etiam eum qui nihil aliud operis facere ualeat,huic negotio delegat?Cic. Post delegatã mihi hanc prouinciã, id est, post onus mihi impositũ. Hinc Sublegare dicimus,delegatas nobis à principe causas alteri cognoscẽdas iniungere. Delegare etiã significat Legatos mittere,ἀποστέλλω. Liu.Decernunt ut duodecim delegarẽtur ad Regẽ. Veteres pro discedere & dispertire posuerunt.Plaut.in Amp.Si quos fautores delegatos uiderint. Et Delegata dixerunt,quę dijs consecrata,quę nunc dedicata dicimus, ἀνατιθέμενα. Delegare etiam frequens est apud Iureconsul.pro eo quod mercatores uulgò uocãt Assignare,hoc est, aliũ pro se debitorẽ dare,quo recepto à creditore,prior debitor liberatur.Iust.C.de Nouat.& deleg. Delegatio debiti,nisi cõsentiẽte & stipulãti pmittẽte debitore,iure pficinõ potest.

Delegatus, Dicitur cui causa demittitur terminanda, uel exequẽda,uices delegantis representans &in iurisdictione nihil proprium habẽs,ff.de Off.eius cui man.est Iurisdict. l. 1. Vide infrà.Lege Iudex.

Delegatus,quod distet à uicario,hoc est,ut interpretes barbarè dicunt,a uicegerẽte seu locum tenẽte, Bartolus indicat. in l.1.& seq.C.de His qui uicem ger.alt.

Delenio,is,ire,a.q Compositum est à lenio, idem significãs quod demulceo,uel leneum,hoc est,mansuetum reddo,πραΰνω,καταμειλίσσω. Colum lib 10. Sed tamẽ iracundia notæ mellioris apium facilè delenitur, assiduo interuẽtu eorum qui curant aluearia.

Delenificus.Blandiloquus.Plaut.in Mil.Domi dolos, delenificaa uerba,domi fallacias.

Deleo,les leui,letum,a ſEx de & leo(ut inquit Priscianus) propriè est scripturã,picturam,uel aliquid simile induco,siue extero,ἐξαλείφω,περιγράφω Cic.pro Clu. Eadẽ hac Dinea testamentum faciẽte, quum tabulas prendisset Oppianic⁹,qui genet eius fuisset, digito legata deleuit,& quum id multis locis feciſſer post mortẽ eius,ne lituris coargui posset,testamẽtum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit. Per metaphoram quoq; hoc uerbo utuntur pro euertere seu destruere.Cæl.2.bel.Ciu.Quin spe prędæ in urbẽ irrumperẽt, urbemq; delerent.Nonnunquam etiam pro tollere,remouere seu obliterare.Cic.pro leg.Man. Delẽda est uobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta.Teren.Eun. Delebo omnes dehinc ex animo mulieres.

Deletus, a, um, & Delitus,teste Diomede. Varro, Delitę literæ quod tamen à delino esse potest.

Delebile, Quod deleri potest,ἐξαλειπτόν.Mar.lib.7.Casibus hic nullis,nullis delebilis annis Viuet.Cuius contrarium est Indelebile,quod deleri non potest,ἀνεξάλειπτον.

Deletilis,le,pen.cor.Quod delet.Var.Si displicet tibi tam magnum,sumã spongiam deletilẽ.Interdum delerile,seu deletitium passiuè sumitur pro eo quod deletur siue deleri solet, ut Charta seu tabula deletitia,quæ abrasis uel inductis prioribus literis rescribitur,παλίμψηστος.

Deleteria medicamenta,n.ſ. ὀλητήρια φάρμακα,à medicis appellantur noxia,& mortifera,quæ scilicet quum à calore nostro uinci non queant, neq; concoqui,alia celerius,alia tardius mortẽ inferũt.Dicta deleteria à uerbo Græco ὀλέω, quod est lędo siue noceo.

Deleterion,ὀλητήριον.Latinè dicitur Venenũ pernitiosũ, & mortiferum medicamẽtum.

Deliaca supellex,In qua erant triclinia,& lecti cum pedibus,& fulcris ex ære Deliaco factis.

Deliarium,Coniza apud Dioſc.lib.13.cap.135.

Delibatorium, Vide Delibo.

Deliberare,Dictum est à libella,qua quid ponderatur,& ſignificat consultare,decernere,perpendere uel definire,διαγινώσκειν. Cic. postquam reuersus est ab exilio, Nostem sibi ad deliberandum postulauit.Idẽ in Ver.Deliberatũ est,id est, fixũ & decretum est,βεβούλευται. Aliquando dubitare,βουλεύομαι.Cic.lib.3. Off.Est enim totum sceleratum & impiũ qui deliberant utrum id sequantur, quod honestum esse uideãt.

Deliberatur.impersonal.Cæſ.7.bel.Gal. Deliberatur de Auarico in communi consilio,incẽdi placeret an defendi.

Deliberatus,partic.Hor.2.Carm.Ode 37.ut atrum Corpore cõbiberent uenenum Deliberata morte.

Deliberatus, nomẽ ex participio. Cic. Metel. lib. 5. Neq; illi quicquam deliberatus fuit, quàm me quacunq; ratione posset,non iudicio,neq; deceptatione,sed ui atq; impressione euertere.

Deliberatum,subſt.Cæſ.1.bel.Ciu.Illi deliberata respondẽr,scriptaq; ad eum mandata per os remittunt.

Deliberator,oris,Cic.pro Sest.Illi preterea deliberatori merces, longa interposita nocte, duplicata est.

Deliberatio,onis,f.t.Consultatio,consilium,σκέμμα.Cic.1.Offic.Triplex igitur est,ut Panætio uidetur,consilii capiẽdi deliberatio.Idẽ 3.Off.Sapientẽ & bonum uirum fingimus,de eius deliberatione & consultatione quærimus.

Deliberatiuus,a.um,ut Deliberatiuum συμβουλευτικόν, genus orationis apud Cic.1.de Inuẽt. Causa deliberatiua, Cic.2.de Inuent. Materię deliberatiuæ, Quint.lib.11.cap.7.

Deliberans

Deliberabundus, da, dum, Deliberans. Liu. 2. ab Vrbe, Conſules uelut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur. Idem lib. 1. Rex uelut deliberabundus, in hortum ædium tranſit.

Delibo, as, a. p. pen. prod. Significat Decerpo, quaſi libando minuo, ἀπολείβω. Cic. pro Seſt. Non ium tam ignarus, Iudices, cauſarum, non tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undiq; floſculos carpam atq; delibem. Nonnunquam etiam accipitur pro leuiter attingere, & quaſi ſummis labris deguſtare. Plancus Ciceroni, Putabam poſſe me nec de laude ieiuni hominis delibare quicquam. Chriſtophorus Longolius Epiſt. 1. Verùm quod ad rem pertinet, tantùm abeſt ut ille de laude tua quicquam delibarit, ut eo quidem facto & ſtultitiam ipſe ſuam prodiderit, & uirtutem tuam, claram illam omnino & ſua ſponte nobilem, ſed illuſtrem tamen reddiderit. Liu. Nec ſatis conſtat cur primus ac potiſſimus ad nouũ deli bandum honorẽ ſit habitus. Interdum uiolo, deſtruo, uitio. Gell. lib. 1. Rependitur quippe & compenſatur leue damnum delibatæ honeſtatis, id eſt, uitiatæ. Melius autẽ huius uerbi ſignificationem aſſequetur qui ſciuerit Græcam habere originem. Eſt enim compoſitum à uerbo libo, Græcè λείβω, quod idem ſignificat quod rigo uel humecto, unde quũ ſumma tantùm labra rigamus, & leuiter deguſtamus, propriè libare dicimur. Nimis itaq; puerilis lapſus eſt eoru qui libare dictũ putant quaſi Labiare.

Delibatorium, n. ſ. Locus delibationi accõmodatus. Plin. lib. 16. Fuit & memoria noſtra in porticibus ſeptoriũ à M. Agrippa relicta, æquè miraculi cauſa, quç delibatorio ſuperfuerat, uiginti pedibus breuior, ſeſquipedali craſſitudine. Alii legũt apud Plin. Diribitorium.

Delibro, as, a. p. pen. cor. Decortico librum, id eſt, corticem arboris detraho, ἀπολεπίζω. Col. lib. 3. In ea nitidiſſimum ramum eligito, & eiuſmodi ſpatii corticẽ circuncidito, & matenam delibrato. Idẽ lib. 5. Cortex quoq; aridus fiſſuſq; per ſumma trunci dependẽs delibrandus eſt. Eſt etiam delibro à libra deductum, & compoſitum à libro, as, cuius penultima producitur, de quo in dictione Libro.

Delibutus, Vnctus, quaſi oleo aut aliquo liquore imbutus, ἀναπεμμένος. Colum. lib. 7. cap. 4. Vbi per triduũ delibuto tergore medicamina perbiberit. Cicero de Clar. Orat. Qui deuinctus erat faſciis, & multis medicamentis propter doloré artuum delibutus. Author ad Herem. lib 3. Aut ſi quam rem deformabimus turpem, ut ſi cruentam aut cœno oblitã, aut rubrica delibutam inducamus, id eſt, conſperſam. Tranſfertur & ad animum. Terent. in Phorm. Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo? Salluſt. Vxor ſacrilega ac periuriis delibuta. Eſt autem participium ſiue uerbo, nec ſcio an compoſitum ſit.

Delicata, orum, Vide Delico.

Delicãtus, a, um, à delicium fit, & idem eſt quod plenus deliciis, ſeu qui in deliciis uiuere aſſuetus eſt, τρυφερὸς, ἁβρὸς, ὑθρυπτος. Cicero 6. in Verrem, Noſtrum enim unuſquiſque qui tam beati, quàm ille eſt, non ſumus, tam delitati eſſe poſſumus. Idem 1. Offic. Turpe enim ualdeq; uitioſum in re ſeuera, conuiuio dignum, aut delicatum aliquem ſermonem inferre. Per metaphoram mollis ac tener dicitur, ut Molles & delicatæ uoluptates, apũd Ciceronem 1. de Nat. deorum.

Delicatè, aduerb. Col. Cultam, ueſtitamq; familiam utiliter magis habeat quàm delicatè.

Delicia, æ, authore Feſto, Tigni genus dicitur, quod è culmine ad regulas angulares infimas uerſus faſtigiatum collocatur. Vnde & tectum ipſum deliciatum, & tegulæ deliciares ſiue colliciares appellantur. Cato de Re ruſtica cap. 14. Deliciares tegulæ quæ erunt pro binis integris computabuntur.

Delicium, cii, n. ſ. in ſingulari, & Deliciæ, arum, in plurali, Oblectamentum, oblectamentaue quæ nobis uoluptati ſunt, à deliceo, quod ex De, & Lacio componitur, τὰ παιδικὰ. Mart. lib. 13. Delicium paruo donabis Dorcada nato. Idẽ lib. 1. Stellæ delicium mei columba, Verona licet audiente dicam, Vicit, Maximè, paſſerem Catulli. Cic. 6. Verr. Vnde igitur potius incipiam, quam ab ea ciuitate quæ tibi una in amore, atq; in deliciis fuit? Suet. Titus amor, ac deliciæ generis humani. Legitur & Delicia, fœmin. gen. Plautus, Mea uoluptas, mea delicia. Delicias facere, θρύπτεσθαι, κατατρυφᾶν, καταχαλιδοῦν, ſæpe legitur pro eo quod eſt fermè laſciuire ac luſitare, quodammodo faſtidire, ac ſe ſuperiorem eſſe uerbis, aut geſtu oſtendere: quod aliter dicitur deliciari, ἐντρυφᾶν. Plaut. Eia delicias facis, mi Menæhme, quin amabò is intrò.

Delico, as, a. p. pen corr. Explico, explano, interpretor, δηλῶ. Titinn. lib. 5. ut citat Nonius, Quid iſtuc eſt, aut iſte nulli ſermo? mater delica, id eſt, explana. Veteres etiã delicare, p de dicare quandoq; dicebãt. Vnde delicata, orũm, dicebantur diis conſecrata, quæ nunc dicata appellantur.

Delictum, uide Delinquo.

Delicus porcus qui dicatur, exponit Varro. 3. de Re ruſt. capite 15. his uerbis, Quum porci depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam delici appellãtur, neq; iam lactentes dicuntur.

Deligo, gis. a. t. ex de, & lego compoſitum, ἐπιλέγομαι. Deligere & eligere ſic differunt, ut Deligere ſit, quid magis idoneum ad rem agendam eſt, cernere: Eligere uerò, uel ad noſtrum emolumentum, uel ad illius qui èligitur, dignitatem Vide Vallam lib. 5. Cęſar 3. bel. Gal. Duces uerò hi deliguntur. Cic. 2. Offic. Quibuſcum ſi frequentes ſunt, opinionem afferunt populo, eorum ſe fore ſimiles quos ſubiipſi delegerunt ad imitandum. Deligere pro colligere. Tenui primam deligere ungue roſam. Ouidius. Epiſt. 4.

Delectus participium. Cicero pro Roſcio Am. Ad eam ne rem uos reſeruati eſtis, ad eam ne rem delecti, ut eos condemnaretis, &c.

Delectus, tus, m. q. uerbale à deligendo, idem eſt quod delictio ἐκλογὴ. Inde Delectus militum, dicitur militum electio, quũ ſcilicet Imperator imperii ſui autoritate, quos ei uiſum fuerit ad militiam conſcribit, etiam inuitos: quod in maioribus tantùm Reip. periculis fieri conſueuit, alioqui contenti erãt iis qui ultro nomina dabant. Homines autem per quos imperatores militum delectum habebant, à conquirendis militibus, Conquiſitores appellabantur. Cic. ad Attic. Nullus uſquam delectus, nam conquiſitores, φαινοπροσοπεῖν non audent, nec nomina dant. Idem de prouinciis Conſ. Exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione coactus, omnis interiit. Frequentiſſimè autem Delectus accipitur pro diſcrimine, ſiue iudicio, κρίσις, quod inde factum uidetur, quòd rectè diligere, niſi adhibito iudicio, & perſpecto rerum diſcrimine nõ poſſumus. Hinc dicimus, In uſu uerborum & ſententiarum adhibendum eſſe delectum, id eſt, iudicium. Cicero de Clar. Orat. Verborum delectum originem eſſe loquentiæ.

Deligo, as, are, a. p. Idẽ quod ligo, uincio, δέω, δεσμεύω. Varro 1. de Re ruſt. capit. 47. Ea ſumma integenda binis tabellis dextra ac ſiniſtra deligatis, herbæq; eligendæ. Deligare ad palum, Cicero ſeptimo Verr. Deligatis omnibus membris, Idem 9. Verr. Deligata in linteolo grana, Plinius libr. 22. capite 25.

Delimo, a. p. pen. pro. Compoſitum eſt à uerbo Limo, ſignificans idem quod lima abrado, ἀποξύω. Plin. libr. 34. cap. 1. Alii delimatam æris ſcobem aceto ſpargunt, Pro eodem etiam alio in loco Plinius dixit Elimare.

Delingere, præteritum delinxi, Idem eſt quod ſimplex lingo, λείχω, Plaut. in Curc. Hic hodie apud me nunquam delingens ſalem. Vide Latio in uerbo Lingo.

Delinio, is ire, a. q. ſi partium compoſitionẽ ſpectes, idem erit quod perungo, καταχρίω. Frequentius tamen accipitur pro per mulceo, placo, & illecebris quibuſdã allicio, κηλέω, θέλγω, Plaut. Stic. Vt eum aduenientem meis dictis deliniam. Cicero pro Mil. Vt non modò uirtute flecteret, ſed etiam tribus ſuis patrimoniis deliniret.

Delinitus, participium. Cic. in Epiſt. Iam eſt biennium quum uirtuti nuntium remiſiſti, delinitus illecebris uoluptatis. Plautus in Amph. Delinitus ſum profectò, ita ut qui ſim nec ſciam, id eſt, animo alienatus. Cic. de Orat. Genus hominũ diſertorum oratione delinitum.

Delinitor, oris, Cic. de Clar. Vt nõ cum aduerſario ſolùm, ſed etiam (quod mirabile eſſet) cum iudice ipſo, cuius delinitor eſſe debet orator, iurgio ſæpe contenderet.

Delinitio, onis. Cic. 2, Offic. Ipſaq; illa delinitio multitudinis ad breue exiguumq; ſit tempus.

Delinimentum, Oblectamentum, θέλγητρον. Lactant. lib. 6. Vitia uerò quibuſdam delinimentis naturalibus illicere animos hominum, & inanium iucunditatũ ſpecie captos ad acerbas amaritudines, miſeriaſq; perducere. Liu. 4. ab Vrb.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aptiſſimum tempus erat, uindicatis ſeditionibus, delinimẽ tum animis Nolani agri diuiſionem obiici.

Delineo, neas, a. p. Compoſitum ex præpoſitione de, & nomine linea, deſigno, & ruditer depingo: ut fit quum pictores primùm pingui quadam minerua futuri operis lineamẽta ducunt, διαγράφω, καταγράφω. Plinius de Apelle, Arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete delineauit. Vnde lineamenta dicta ſunt, γραμμαὶ. Idem paulò pòſt, Nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inuentus eſt.

Delino, is, a. t pen. cor. delini, deleui, & deliui, delitum, Fœdare, corrumpere, καταχρίω. Vnde Delitus, pro fœdatus. Cic. Cal. Tuli moleſtè, quòd literæ delitæ mihi à te redditæ ſunt. Priſcianus lib. 9.

Delinquo, is, deliqui, delictum, n. t. Pecco, & propriè non prætereunda prtermitto, πλημμῳέω. Plautus in Amp. Ex me queris quid deliquerit? Quoniam uerò prętermittere ea quæ præteriri non debent, peccare eſt, delinquere pro peccare ponitur. Cicero de Nat. deor. Ferretné ciuitas illa latorẽ iſtiuſmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, ſi pater aut auus deliquiſſet? Plaut. in Men. Ne tu delinquas, néue ego iraſcar tibi.

Delinquor, paſſ. Papin. l. Si adulterium. parag. Fratres deniq; ff. ad l. Iul. de adult. Adulterii crimẽ quod pubertate delinquitur, non excuſatur. Cic. 1. de Offic. Si quid delinquitur, fit neſcio quomodo, ut magis in aliis cernamus quàm in nobiſmetipſis.

Deliquium, n. ſ. Defectus, ἔκλειψις. Plaut. in Capt. Hoc ſi ſecus reperies, nullam cauſam dico quin mihi Et parentum, & libertatis apud te deliquium ſit. Deliquium ſolis, quum luna inter ſolem terramq; interpoſita, lumẽ eius noſtro eripit conſpectui. Plin. lib. 2. cap. 12. Deliquium animi, ἀποθυμία, quũ animus linquitur, & cum quis animo deficit, quam medici ſyncopen uocant.

Deliquum, iqui, Idem quod minus, interprete Feſto, ἧττον. Plaut. in Caſ. Siue amet, ſiue quod lubet id faciat, quando tibi nil domi Deliquum eſt.

Delictum, n. ſ. Peccatum, πλῶσμα, à delinquo, is, quòd qui peccat, delinquat officium ſuum. Nam propriè delictum eſt, quum non fiunt quæ fieri debent: peccatum quum fiunt quæ fieri non debent. Plaut. in Bacc. Sine hoc exorare meo ſecro abs te, ut iſtud delictum Deſiſtas tantopere ire oppugnatum. Plin. lib. 14. cap. 1. Atq; etiam in delictis pœnam ipſam ignorat.

Deliqueo, es, ere, uel Deliqueſco, is, delicui, In totum reſolui, & diſſolui, τήκομαι, σωτήκομαι. Ouidius. 4. Metam. Protinus imbutum cæleſti nectare corpus Delicuit. Colum. lib. 12. cap. 41. Hæc ita coquuntur, ut omnia poma deliqueſcant cum muſto. Per translationem, Cic. 4. Tuſc. Nec ſiti enter quid expetens ardeat deſyderio, nec alacritate futuli de liqueſcat.

Deliquiæ ſunt quæ alio nomine Colliquiæ, ſiue Colliciæ uocãtur. Vide Colliciæ.

Deliro, as, n. p. pen. prod. A recto decedo, παραφρονέω, παραπαίω, παραληρέω, παρανοῶ, παρακόπτω τῇ διανοίᾳ. Translatio ab aratore. Nam Lira eſt recta foſſa quæ in agris ducitur, ut in eam aqua pluuia & terræ uligo defluat. Et quia rectus eſt ſulcus delirare dicuntur qui extra ſulcum, id eſt, à recta uia declinant. Plautus in Epiſt. Profectò deliramus interdum ſenes. Cicero 1. Tuſc. Adeoné me delirare cenſes, ut iſta eſſe credam? Horat. lib. 1. Epiſt. ad Lollium, Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Eſt autem compoſitum ex de & lyro, quaſi deorſum liro. Lirare uerò, eſt agros in ſulcos dirigere. Alii Delirare à Græco λυρᾶν, quod ineptire eſt, trahunt.

Delirus, penult. product. qui inſanit, & qui à ratione diſcedit. παράκοπος, παράφρων. Ratio enim eſt uia recta, per quam omnes ducuntur. Cicero de Orat. Tum Annibal reſpondiſſe fertur, multos ſe deliros ſenes uidiſſe, ſed qui magis delira ret quàm Phormio, uidiſſe neminem. Idem 2. de Diuinat. An tu cenſes ullam anum tam delirã futuram fuiſſe, ut ſomniis crederet?

Deliratio, onis, f. t. Senilis ſtultitia, alienatio mẽtis, ab ætate uel morbo proueniẽs: quæ ſignificatio ſumpta eſt ab ineptis aratoribus à lira, hoc eſt, à ſulco aberrantibus, παραφροσύνη, παραφρόνησις. Plin. lib. 18. cap. 20. Aratione per tranſuerſum ite rata occatio ſequitur: ubi res poſcit, crate, uel raſtro, & ſato ſemine iteratio. Hoc quoq; ubi cõſuetudo patitur, crate dẽtata, uel tabula aratro annexa, quod uocant lirare, operiẽtes ſemina: unde primùm appellata deliratio eſt. Cic. de Sen. Iſta ſimilis ſtultitia (quę deliratio appellari ſolet) ſenum leuiũ eſt, non omnium.

Deliritas, pro deliratione. Labe. Quoniã mẽs quæ deliritas uos ſuppilatores facit, &c. Nonius.

Deliramentum, Idem quod deliratio. Plaut. in Amp. Hæc quidẽ deliramenta loquitur. Idẽ Menęch. Papę audin' tu ut deliramenta loquitur?

Delirium, Eſt alienatio mẽtis prouenieus ex intẽperie cerebri, uitiante actiones principis facultatis, qualem & in ſenibus uidemus, & in iis qui morbis ardentiſſimis infeſtantur. παραφροσύνη.

Deliteo, tes, n. ſ. pen. cor. ex de & lateo, Occultari, & ualde latere, ἐκλοχῶ, φωλεύω, ἐκκρύπτομαι. Sed non inueni niſi in præterito, quod eſt delitui. Verg. 2. Aen. Limoſoq; lacu per noctẽ obſcurus in ulua Delitui.

Deliteſco, quod eſt eiuſdẽ ſignificationis. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 12. Vbi interdiu Lepores, deliteſcunt in uirgultis, atq; herbis. Transfertur etiam ad alia ſignificata. Cic. pro A. Cecin. Iuris iudicium quũ erit & æquitatis, caue in iſta tam frigida, tam ieiuna calumnia deliteſcas.

Delitens, partic. Plin. lib. 35. cap. 1. Non placẽt iam abaci, ne ſpatia montis in cucibulo delitentia.

Delius, Vide Delos.

Delphax, δέλφαξ, Porcus eſt adultus, atq; maſculus ut Ariſtoph. Gram. exiſtimat. Certè Delphax & pro fœmina ſue capitur quandoq; à Poëtis.

Delphica uaſa, ſunt quorum nulla mutata forma, uarius & multiplex uſus eſt. Nam ita erant facta, ut duplici facie, diuerſis uſibus inſeruirent, nunc poculorum uicẽ præſtantia, nunc clypeorũ, tam elaboratæ artis Delphi uaſa habebant.

Delphin, ſiue Delphis, & Delphinus, m. ſ. δελφίν, δελφίς, Genus piſcis, uel potius maris belua. Parit catulos decimo mẽſe, interdum & binos nutrit uberibus, ſicut balęna, & decẽ annis ad ſummam magnitudinẽ peruenit. Plin. lib. 9. cap. 8. author eſt, Delphinos ſimones uocari à nauigantibus, quòd ſint roſtro ſimo, uel à Simonis pueri nomine, quẽ Delphinus in ſinu Baiano mirum in modũ fertur adamaſſe, ad quod nomẽ uocati accurrere feruntur. Ferunt delphinum nõ modò omnium marinorum, ſed etiam terreſtrium animalium uelociſſimum eſſe, atq; adeo ipſis uolucribus uelociorẽ. Lingua eſt his contra naturam aquatilium, mobilis, ſuillæ ſimilis, prouoce gemitus humano ſimilis, dorſum repandũ. Mulcetur muſica ſymphonia, præſertim hydrauli ſono. Eſt etiam ſyderis nomẽ. Varr. de Re ruſt. cap. 5. Maximè idoneum tẽpus ad concipiendum à Delphini exortu, uſq; ad dies quadraginta, & paulò plus.

Delphinium, n. ſ. δελφίνιον, Herba eſt florẽ habens purpureum uiolæ non diſſimilẽ, ſeſquipedales ex una radice ſurculos emittẽs, folia autẽ diuiſa & prælonga, quę delphinorum effigiẽ repræſentant, unde tractum eſt nomen. Alterum præterea eſt delphini genus quod Romani Buccinum uocant, ſuperiori non diſſimile, ſed ramis longè gracilioribus. Vtriuſq; meminit Dioſc.

Delubrum, n. ſ. Locus in quo dei ſimulachrum dedicatum eſt, τέμενος τό. Ita dictum, quòd in eo dii ponantur, ſicut cã delabrum dicitur ubi candela ponitur. Author eſt Varro, & Macrob. Satur. lib. 3. cap. 4. Cic. 3. de Nat. deor. Eſt enim mihi tecum pro aris & focis certamẽ, & pro deorum templis atq; delubris. Ver. 2. Aen. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt. Alii accipiunt pro loco ante aras, ubi aqua currit, à diluendo. Religio enim ſacrificii apud antiquos exigebat, ut ante ſacrum ſacrificulus manus ablueret. Alii delubrum Dei ſimulachrum accipiunt, à delibrato ligno ita dictum ξόανον. Plin. Præcipuam eam eſſe arborem circa Ammonis delubrum.

Deluctor, aris, d. p. Idem quod luctor, παλαίω. Plautus in Perſa, Cum auribus Stymphalicis, cum antea deluctari mauelim.

Deludo, is, a. t. Irrideo, decipio, καταπαίζω. Plaut. in Aſin. Fur cifer etiam me deluſiſti. Idẽ, Quid me deluditis, & nocte excluditis foras? Idem eſt & deludifico.

Delumbo, as, a. p. Idem eſt quod debilitare, quaſi lumbos frangere, ἐξασθενίζω, Plin. lib. 18. cap. 4. Hoc ſæpe delumbata quadrupede approbatur. Vide Lumbus.

Delumbis, lumbe, adiect. Quod lumbis caret, & ideo debile. ἀσθενὴς

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ἀσθενὴς. In lumbis enim uires corporis sitæ sunt Plin lib. 10. cap. 33. Perdix pregrauem, aut delumbem sese simulans. De lumbis, mollis & effœminatus. Persius Saty. 1. summa delumbe saliua Hoc natat in labris.

Deluo, deluis, delui, delutum, a. t. Depurgo, diligenter lauo, ἀπολούομαι. Caro, Laserpitium aceto deluito, Deluere item est madefaciendo aliquid delere. Varro, Obortæq; inter legendum lachrymæ literas deluebant.

Deluo, as, pen. cor. delutare, a. p. Est luto aliquid obducere, καταπλόω. Cato de Re rust. cap. 128. Habitationem delutare quum uolueris, terram quàm maximè cretosam uel rubricosam sumito. Inde fit delutamentum.

Demo, Herba est quam alii Calligonon uocant, uonnulli, πολύγονον dicunt.

Dēmādeo, des, pen. cor. Idem quod madeo, βρέχομαι. Ouid. 5. Tristium, Et te flente suos demaduisse sinus.

Demagis, Valde magis: ex de, & magis. Lucil lib. 16. Rex Corus ille duos hos uentos Austrum atq; Aquilonem nouissimè alebat: solos de magis istos ex nimbo Austellos, nec nos seneces putare. Item Demagis antiqui pro minus dicebant, ait Fest.

Demagogi, apud Athenienses uocabantur duces quidam uulgi, popularem auram concionibus aucupantes, homines populariter factiosi. Budæus in lege uenditor. Comment. Præd.

Demando, andas, a p. Committo iniungo, ἐπιτρέπω. Liu. li. 8. ab Vrbe, Curam eorum nominatim Legatis, Tribunisq; & præfectis demandabant. Idem lib. 5. ab Vrbe, Simulq; plures pueri unius curæ demandabantur.

Demano, as, pen. prod. Idem quod mano, μικρὸν ῥεῖν. Catul. Lingua sed torquet, tenueis sub artus Flamma demanat sonitu suopte Tingitur aures, gemina tegitur Lumina nocte

Demeare, n. p. Est deorsum penetrare, descendere, καταπορεύω. Apul. Quæ suis pedibus ad tartarum demeare cogitur.

Demeaculum, n. s. Descensio ad loca subterranea, καταφορέα. Sic Remeacula, à remeando. Apul. lib. 6. Proserpinæ nuptiarum demeacula.

Dememini, apud Martialem legitur pro obliuiscor. Sic enim habet ille lib. 2. Ipse iubet mortis dememinisse Deus. Sed quoniam hoc uerbum alibi non legitur, nō desunt qui hoc in loco malint legere, Te meminisse.

Demens, om. t, Qui est mēte diminuto, παράφρων, παράνοις. Cic. in Off. In tranquillo tempestatem aduersam optare de mētis. Terent. And. Quid hoc? adeoné est demens ex peregrina? Cic. in Pisonem, Ego te non uecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem, qui sis ausus, &c.

Dementia, s. t. παράνοια. Cic 3. Tusc. Nec minus illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem, nomina uerunt amentiam, eandemq; dementiam. Idem 4. in Catil. Qui autem ex numero ciuium dementia aliqua deprauati, hostes patriæ semel esse cœperunt, &c.

Dementer, aduerbium, Iusanè. Idem 3. in Catil. Tanta res tàm dementer credita.

Dementio, tis, n, q. De mente exco, deliro, insanio, παραφρονῶ. Lactāt. li. 4. Ecce aliquis instinctu dæmonis percitus, demētit, effertur, insanit. Lucret lib. 4. Sæpe animus dementit enim, deliraq; fatur.

Demento, as, n. p. Desipio, insanio, ἐξιστῶ, μωραίνω. Apul in Magia, Confessa est sese mea Magia in amorem deductam dementare. Dementare, in actiua significatione legitur pro impellere ad insaniam sed in Sacris tantùm literis, ut in Actis Apostolicis, de Simone quodam Mago, qui Samaritanos dementauerat.

Demereō, res, rui, ritum, n. s. quasi lucror, περιποιοῦμαι. Plau. in Pseud. Qui mercedis Petasus hodie domino demeret? Gel. Thais Corinthia ob elegantiam uenustatemq; grādem pecuniam demerebat. Est etiam demereo, præcipuè cum accusatiuo personæ iunctum, idem quod suo sibi meritò aliquem deuincire. Ouid. in Epist. Heroid. Dic mihi, quid feci, nisi nō sapienter amaui? Crimine te potui demeruisse meo. Suet. de Augusto, Profectò mox auunculum in Hispanias, aduersus Cn. Pompeii libros, uix tum firmus à graui inualetudine, per infestas hostium uias, paucissimis comitibus, naufragio etiā facto subsequutus, magnopere demeruit. Pro eodem etiam dicimus Demereor.

Demereor, d. s. De aliquo bene mereor, concilio, deuincio, placeo, benevolum facio, beneficium præsto: & exigit accusatiuū ἀναιροῦμαι, ἀναλαμβάνω. Quint. Simul ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei. Col. lib. 1. cap. 4. Quamobrem amœnitate aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum uiro.

Demergo, is, a. t. Immergo, seu aqua obruo, καταδύω. Ouid. Epist. 5. obscœnam ponto demergite puppim. Plin. lib. 12. cap. 2. Idem loligines euolare aqua tradit, tanta multitudine, ut nauigia demergant. Demersus ære alieno. Liu. 2. ab Vrbe, Totam plebē ære alieno demersam esse, nec sisti posse nisi omnibus consulatur. Cic. pro Sylla, Patriam demersam extuli. Demersæ leges opibus. Idem 2. Offic.

Demētior, iris, d. q. Diligenter, & quadam ratione metior, διαμετρέω, Cic. 3. de Or. Quæ non insidiis, sed & apertè palā laborat, ut uerba uerbis, quasi demensa, & paria respondeāt. Cic. 2. de Nat. deor. Atque ita demetita signa sunt, ut tantis descriptionibus diuina solertia appareat. Ibidem, eorū enim cursus demetiti, maturitates temporum, & uarietates, mutationesq; cognouimus.

Demensus, a. um, participium est à Demetior, Idem significans quod mensuratus, διαμετρητὸς, διαμετρημένος. Plaut Menæch. Nunc argentum uobis demensum dabo. Cic. de Orat. Vt uerba uerbis quasi demensa & paria respondeant.

Demensum, substantiuum, mensura erat frumenti, quam seruis admetiebantur singulis mensibus domini, ad totius mensis uictum, σιτομέτριον. Terent. in Phorm Quod ille unciatim uix de demenso suo, Suum defraudans genium, compar fit miser. Serui enim quaternos modios accipiebant frumēti in mensem, ait Donatus.

Dēmetō, tis, a. t. pen. cor Idem quòd meto, καταμάω. Catul. Sole sub ardenti flauentia demetit arua. Col. li. 10. Et uos agrestes duro qui pollice molles Dementis flores. Cic. 2. de Natura deor. Neq; enim serendi, neq; colendi, neq; tempestiuè demetendi percipiendiq; fructus, neq; condendi, ac reponendi ulla pecudum scientia est.

Demigrare, n. p Est de uno loco in alium domicilium transferre, μεθοικίζω. Plaut Amph. Animam amittunt prius quàm loco demigrent. Cic. 1. Tusc. Verat enim dominans in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare. Sic dicimus, Demigrare è uita pro mori. Cic. pro Rabir. Fortissimorū ciuium mentes quæ mihi uidentur ex hominum uita ad deorum religionē & sanctimoniam demigrasse.

Demīnuo, is ere, a. t Idem quod minuere, ἐλαττόω Plaut. in Trucul. Iam de hoc obsonio de mina deminui modò quinque numos. Idem in Amph. Tuum deminuam caput.

Deminutus capite, qui ciuitate mutatus est, & ex alia familia In aliam adoptatus, & qui in hostium potestatem uenit, & cui aqua & igni interdictum est.

Demiror, d. p. pen. prod. ualde miror, ὑπερθαυμάζω, ὑπεράγαμαι. Terent. in Hecy. Sed demiror quid sit, quamobrem tam topere hoc omnes nos celare uolueris. Cic. ad Attic. lib. 14. Et si addis Lamiam, quod demiror equidem Plinius libro 31. capite sexto. Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demiror. Aliquando demirari, est nescire, quoniam (ut Donatus inquit) admirationem ignorantia facit. Terentius, Quid mihi dicent, & quam causam reperient, demiror.

Demitígo, as, Idem quod mitigo. Cic. Attic. lib. 1. Nosmetipsi q Lycurgei à principio fuissemus, quotidie demitigamur

Demitto, a. t. Deorsum mitto, καθίημι. Verg. Eclo. 4 Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Sallust. Quum machinis strepitu demissum uictoriæ simulachrum coronam capiti imponebat. Inde demissitiæ tunicæ dictæ, longè & demissæ ad talos, & nulla zona succinctæ, ποδύρεις. Plaut in Pœnulo. Sanè genus hoc mulierosum est, tunicis demissitiis. Item demittere animū, est humiliare, καταβάπτειν, ταπεινοῦν. Ita dicimus esse demisso animo, qui est deiectis spiritibus, κατηφὴς, συνεσταλμένος. Cic. in Epist. Timido animo, humili, demisso. Idem de Finibus bon. Si uincunt, efferunt se: uicti debent tantùm, animosq; demittunt. Cæs 1. bel. Gal. Sed tristes capite demisso terram intueri. Verg. lib. 1. Georg. demissæ aures: incertus ibidem Sudor. Idem Aen. At breuiter Dido demissa profatur. Itē demittere significat defodere, καταρύπτειν. Idem Georg. 2. altèq; subebis In solido puteum demitti, omnemq; repones Rursus humum. Demittere mentes. Verg. lib. 12. Aeneid. De mittunt mentes, it scissa ueste Latinus. Id est, desperant, interprete Seruio, sicut cōtrà sperantes aliquid, erigunt mentes,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Demiſſio, uerbale. Cic. 3. Tuſc. Veriſimile eſt igitur, in quem cadit ægritudo, cadere in eundem timorem & infractionẽ quandam animi, & demiſſionem.

Demiſſe, aduerbium. Cic. 5. Tuſc. Non eſt auſus elatè & amplè loqui, quum humiliter demiſſeq; ſentiret. Cæſ. 2. bel. Ciuil. Hæc quam poteſt demiſſiſſimè atq; ſubiectiſſimè exponit. Valare demiſſus. Ouid. 3. Triſt.

Demi ŭm, n. ſ. δήμιον. Gemma eſt ex ſarde generibus, à pinguedine dicta. Græci enim δημὸν, pingue dicunt, qua uoce etiam Homerus frequenter utitur. Nec fuit in uſu antiquorum gemma ulla frequentior, ut Menandri fabulæ teſtantur. Plin. lib. 37. cap. 7. In India trium generum, rubrum, & quod demium uocant à pinguedine, tertium quod argenteis bracteis ſublinitur.

Demiurgus, n. ſ. Summus erat magiſtratus in quibuſdam Græciæ ciuitatibus. Liu. lib. 2. bel. Maced. Tum inter magiſtratus gentis (Demiurgos uocant: decem numero creantur) certamen nihilò ſegnius quàm inter multitudinem eſſe. Demiurgus item Græcis opificem, ſiue artificem ſonat: unde & Plato naturam rerum omnium opificem, uocat demiurgum.

Demo, is: a. t ex, de, & emo abiecta e, ſignificat detraho, ἀφαιρῶμαι. Terent. in Eunuch. Inde aurum mulier ſibi clàm demit. Cicero tertio de Nat. Idemq; Aeſculapii Epidauri barbam auream demi iuſſit. Celſus libro 8. cap. 4. His ita ſuccurrendum eſt, ut tamen quàm minimum ex oſſe dematur. Cicero 4. Acad. Quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.

Demptus, Plin. lib. 15. cap. 17. Demptus forcipe corruptioribus acinis. Ouid. 2. Metam. Paulatimq; metu dempto, nunc pectora præbet Virginea palpanda manu.

Democratia, f p δημοκρατία, Principatus populi, qualis olim erat apud Athenienſes, & hodie apud Heluetios.

Democratici, m. ſ. δημοκρατικοὶ, Qui fouent principatum populi, παρὰ τὸ δῆμος καὶ κρατέω: qui ſcilicet populari inſtituto uiuentes, dignitatem in libertate conſtituunt. Oligarchici uerò, qui dignitatem partim in cenſu, facultatibus, partim in generis nobilitate ponentes, paucorum gaudent principatu. Ariſtocrati uerò, qui uirtute dignitatem metientes, optimorum fouent ſtatum autor Budæus in Annotationibus in Pandect.

Dēmōlior, ris, d. q. A mole deductum eſt, & ſignificat diruo deiicio, κατασκάφομαι, ἀφανίζω Plau. in Amphit. Haſce illicò toto demolior cardine. Cic. 3. Offic. Demoliti ea, quorum altitudo officeret auſpiciis. Plaut. in Bacch. De me culpã hanc demolibor iam & ſeni faciam palam.

Demolitio, f. t. uerbale: ut, Demolitio ſtatuarum. Cic. lib. 4. & 6. in Verrem. Et molitioni opponitur. l. ſtipulatio. ff. de Oper no. mũcia. Siquidem demoliri eſt extructa diruere moliri eſt ædificare. Vlp. tit. de uſu fruct. l. hæres antequàm uſu fruct. prohibuerit, demolirit. & Demolitus paſſiuè, ut in titul. de uſu cap. l. Eum qui. Cic. in Ver. Dũ ea demolitio fieret, Quæſtores non triginta adeſſent.

Demonſtro, as, a. p. Idem quod mõſtro, indico, oſtendo, declaro, δείκνυμι Plaut. in Aſin. Et ædes demonſtraui noſtras. Terent. Heaut. Audiſtin' homo iſte modò quam uillam demonſtrauit? Cic. 4. Verr. Legatos mittunt, qui eum leges doceant, conſuetudinemq; omnium annorum demonſtrent. Interdum demonſtrare, eſt argumentis notiſſimis & irretra gabilibus ad rei alicuius cognitionem perduco, quod Græci ἀποδείκνυμι appellant. Vnde demonſtratio, eſt argumentũ firmiſsimum per ſe rei dubiæ faciens fidem, ἀπόδειξις. Cic. 3. de Orat. definit eſſe rationem quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit.

Demonſtratio Rhetoribus, Cauſæ genus, quod in laude, uel uituperio uerſatur, τὸ ἐπιδεικτικὸν. Cic 1. de Inuent. Si delibratio & demonſtratio genera ſunt cauſarum, non poſſunt rectè partes alicuius generis cauſæ putari. Demonſtratio eſt quædã ex inſtantibus uel præteritis accidentibus notitia, quæ magis diſpoſitio ſit liquida adhibita rei, quæ eſt in facto & non quę eſt in fieri. Verba Bartol. ſunt in l. demonſtratio. ff. de Cond. & demonſtra. Demonſtratio plerunque rem factam: Conditio autem futurum oſtendit. l. 3. ff. de Don. Gloſ. in Rubri. de Condito. & demonſtra & l. nominatim eodem tit.

Demonſtrator, oris. Colum. lib. 3. cap. 10. Itaque huius rationis demonſtratorem magis eſſe me, quàm inuentorem, libenter profiteor.

Demonſtratiuus, a, um. Quod demonſtrat, uel demonſtratur uel aptum eſt demonſtrari, ἐπιδεικτικὸς. ut Genus demonſtratiuum cauſæ ab oratore accipitur, in quo orator demõſtrat quod ſit in alicuius perſonæ laudem, uel uituperium. Cicero primo de Inuent. Ariſtot. tribus in generibus rerum uerſari Rhetoris officium putauit, demonſtratiuo, deliberatiuo, iudiciali.

Demorior, d t. In totum morior, ἀποθνήσκω. Colum. lib. 5. Siue enim caput demortuum eſt, duo induantur ſtatim ui mina. Demoritur te, id eſt, te deperit, & ardet amore tui. Plautus in Mil. Ea demoritur te, atque ab illo cœpit abire: odit ſenem.

Demortuus, participium. Cic. ad Attic. lib. 16. Noſtriq; familia res ferè demortui. Idem 6. Verr. Sanxe. ũt ne quis emeret mãcipium niſi in demortui locum.

Demoror, d. p. pen. cor, Multum moror, διαμένω. Lactant. lib. 4. Quum Moſes dux eorum aſcendiſſet in montem, atq; ibidem quadraginta diebus demoraretur. Accipitur etiam nonnunquam actiuè pro detineo, κατέχω. Cicer. 3. de Orat. Et ne diutius uos demorer, exponam. Plautus Epid. Diu me eſtis demorati. Colum. li. 4. Prudentis magiſtri eſt, eiuſdem, nomenclationis aucupio quo potiri nequeat, ſtudioſos non demorari. Demorari, pro expectare. Vergil. lib. 10. Aeneid. Et tua progenies mortalia demoror arma.

Demoratus, paſſiuè. Gell. li. 10. ca. 8. Hisq; ipſis, quæ iam dixi, demoratos uos uideo, alicui, opinor, negotio deſtinatos.

Demoueo, es, ere, a. ſ. De loco mouere, ἀπωθέω. Terent. Adelph. Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos. Cic. pro Syl. Ita charus utriq; eſt, atq; iucundus, ut non alteros demouiſſe, ſed utroſq; conſtituiſſe uideatur. Tacit. lib. 1. Ne Glanis ſolito alueo demotus in Amnem Arnum transferretur. Cic. 4. de Finibus, Sed tamẽ uim eſſe honeſtatis, tantumq; eam rebus omnibus præſtare & excellere, ut nullis nec ſuppliciis, nec præmiis demoueri poſſit ex eo quod rectum eſſe decreuerit. Liuius ſexto ab Vrbe, Quantumq; Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti.

Demugio, is, ire. a. q. Mugitu implere, κατ]αμυκάομαι Ouid. 11. Metam, ſed omne Vulnerat armentum, ſternitq; hoſtiliter omnes. Et paulo pòſt, ſanguine littus, Vnda'q; prima rubet, demugitæq; paludes.

Demulceo, ces, a. ſ. Valde, ſeu leniter mulceo: quemadmodum catulos blandè & molliter attrectamus, καταμαλάσσω, κηλέω. Nonnunquam etiam mitigo uel molle reddo. Terẽtius in Heaut. Non poſſum pati quin tibi caput demulceam. Liu. 9. ab Vrbe, Ne nihil remiſſum dicatis, remitto, ne utiq; deorſum demulceatis quum ex equis deſcenderis.

Demum, Significat tandem, uel ad poſtremum, τὸ τέλος, τὸ κλινταῖον, δή. Terent, in Adelph. Ego nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo fiam? Ponitur etiam pro omnino, præſertim quando iungitur cum is, ea, id, uel cum ita. Cic. in Salluſt. Ea demum magna uoluptas, æqualem ac parem uerbis uitam agere. Plin. Ea demum ſola auium non niſi uolatu depaſcitur. Quintil. Ita demum mihi ſatisfacies ſi apud patrem fuiſti.

Demuſſata contumelia, id eſt, diſſimulata, & cum ſilentio indignationeq; tranſmiſſa, ut Apuleius lib. 3. Muſſitare enim propriè eſt diſſimulandi cauſa tacere: dictum uel à Græco uerbo μύζω, uel à μ litera, quæ eſt animium preſſæ uocis, ac penè nullius. Terent. Adelph. Accipienda & muſſitanda iniuria aduleſcentium eſt. Vbi Donatus exponit, patienter cum ſilentio perferenda.

Demutilo, as, are Idem quod mutilo, κολοβόω. Columel. de Arboribus. Cacumina uirgarum ne luxurientur demutilato.

Demuto, as, are a p. Idẽ quod mutare, διαπάττω, μεταβάλλω. Plaut. in Trinum. aut ſi demutant mores Ingenium tuum, neq; eos antiquos ſeruas. Tacit. lib. 4. Placitum, inſtituto Flaminum nihil demutari.

Demutatio, onis. Plin. libr. 28. cap. 8. Nullum animal pauidius eſſe exiſtimatur, & ideò uerſi coloris eſſe demutationis. De chamælæonte.

Dena, idem quod derem; bis dena, uiginti. Iulian. de Legat. 1. l. ſi quis teſtamento. Nullam ait, hæc uerba recipiunt ambiguitatem: ut Dena dixiſſe uideatur. qui Decem dixit,

Denarius, ria, rium, adiectiuè, Idem quod decenarius, quod decem continet, δεκατεῖος. Plin. lib. 31. cap. 6. de ratione aquæ ducendæ. Fiſtulas denum pedum lõgitudines eſſe legitimum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

legitimum eſt. Et ſi quinariæ erunt, ſexagena pondo pendere: ſi octonariæ, centena: ſi denariæ: centena uicena, ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cuius laminæ latitudo, antequàm curuetur digitorum decem eſt: dimidioq; eius quinaria.

Denariæ ceremoniæ dicebantur, ſicut Tricenariæ, quibus ſacra adituris decem continuis diebus, uel triginta, certis quibuſdam rebus carendum erat. Hinc Vndenarius, Duodenarius, & huiuſmodi.

Denarius, denarii. m. ſ. δραχμὴ Budæo: apud Romanos numus erat argenteus, quatuor ualens ſeſtertios: ita dictus quòd pro decem aſſibus in ſolutionem cedebat, quo ad perpetuis bellis exhauſto ærario, placuit denarium ſedecim aſſibus permutari: quod contigit quum Annibal perpetuos octodecim annos totam Italiam ferro, flammaq; crudeliſſimè uexabat. Alioqui ferè ſemper denarius decem aſſibus permutabatur: unde & nomen habuit. Pendebat autem denarius, argenti ſiliquas XXIIII. Siliquæ autem duodeuiginti, conficiebant drachmam. Tres itaq; denarii pendebant drachmas quatuor octo autem drachmæ conficiunt unciam: uncia autem ſex conſtat denariis. Hæc ferè de denarii pondere ex Priſciano decerpſimus. Budæus autem in lib. de Aſſe, non uno in loco oſtendit drachmam Atticam & Romanum denarium eiuſdem fuiſſe ponderis & pretii. Quod & ipſe non obſcurè indicat Plinius lib. 21. cap. ult. Drachma, inquit, Attica (ſcio enim Atticæ obſeruatione medici utuntur) denarii argentei habet pondus: eademq; ſex obolos pondere efficit. Conſtat itaque denarium ad Gallicæ pecuniæ eſtimationem redactũ, ualuiſſe ſolidos turonenſes ties cum dimidio. denarii dimidium, quinarium appellabant: quinarii autem dimidium, ſeſtertium, qui & numus uocabatur. Si itaq; denarii ualorẽ (quem diximus eſſe trium ſolidorum cum dimidio) in quatuor feces partes, habebis ualorem ſeſtertii, hoc eſt, caroleum numum unum, & Gallici denarioli dimidium. Veteres etiã pro eodem denarium dixerũt in neutro genere. Plaut. in Rudente, Centum denaria Philippea?

Denarro, a, p. Per ordinem narro, καταλέγω. Gel. lib. 2. Hæc nobis Fauorinus ſumma cum elegantia uerborum, totiuſq; ſermonis comitate atq; gratia denarrauit.

Denaſcor, eris, d. t pro mori, θνήσκω. Caſsius Hem. Quæ nata ſunt, ea omnia denaſci aiunt. Ex Nonio.

Denaſo, as, a. p pen. prod. Naſum aufero, ἀποῤῥίνω. Plaut. in Capt. Nanque ædepol ſi habites propius, os denaſabit tibi mordicus. Id eſt, faciem naſo ſpoliabit.

Dēnato, as. n. p. penult. correpta, frequentatiuum eſt uerbi deno, as, quod eſt deorſum nato, uel ſecundo fluuio nato, καταινήχομαι.

Dendrachates, δενδραχάτης. Gemma eſt ex achatæ generibus, diſcurſu linearum arbuſculæ cuiuſdam ſpeciem repræſentans, δένδρον enim arborem dicunt. Plin. lib. 37. cap. 10.

Dendritis, δενδρῖτις, Gemma quæ ſub arbore defoſſa, non permittit ſecurim heberari. Plin. lib. 17. cap. 13.

Dendrōciſſos, δενδρόκισσος, Hedera eſt quæ ſine adminiculo ſtat, cæteris hederarum generibus firmior, & ad arbuſculæ firmitatem accedens. Vnde & nomen inuenit, ἀπὸ τῆ δένδρου καὶ κίσσου, id eſt, ex arbore & hedera.

Dendrōides, δενδροειδὴς, Tithymali ſeptima ſpecies, teſte Plinio lib. 26. cap. 8. quod & leptophyllon uocant, in petris naſcens, comoſiſſimum ex omnibus tithymali generibus & ſemine copioſiſſimum.

Dēnĕgo, as, a, p. pen. cor. Recuſo, ἀπαρνέομαι, Terent. in And. Denegarat ſe commiſſurum mihi gnatam ſuam. Interdũ idem quod non do. Verg. 1. Georg. quum iam glandes atque arbuta ſacra Deficerent ſyluæ, & uictum Dodona negaret. Cicero 7. Verr. Vt omnia ſemper quæ iuranda uidentur eſſe, nõ modò his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſe naturæ & neceſſitati denegaret.

Deni, dena, denæ, numerus diſtributiuus, pro decem. Plin. lib. 10. cap. 63. Viuunt Laconici annis denis. Cæſar. 7. bel. Gal. Vxores habent deni duodeniq; inter ſe communes.

Denicales feriæ, dicebantur quibus hominis mortui cauſa familia purgabatur. Col. lib. 2. cap. 22. Nos apud Pontifices legimus, feriis tantùm denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere.

Denigro, as, a p. pen. cor. Nigrum facio, μελαίνω. Plin. Capillum denigrat ſuffitu. Var. 1. de Re ruſt. cap. 55. Non ſolum denigrat terram, &c.

Dēniquĕ, Poſtremò: ut quum plura ſunt enumerata, ſubiũgitur deniq; ſignando ultimum omnium, τέλος. Cic, Quum ibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam ſibi præſto uiderent, non deniq; ullam rem quæ pertineat ad bellum adminiſtrandum. Ponitur interdũ pro omnino, πάντως. Ouid. Si qua metu dempto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt.

Denomĭno, a. p. Nomen impono, ὀνομάζω. Quintil. lib. 1. cap. 10. Propria ſunt uerba, quum id ſignificant in quod primò denominata ſunt.

Denominatiua. n. ſ. Dicuntur quæcunq; ab aliquo ſolo caſu, hoc eſt, ſolo fine ſunt differentia, & ſecundum illud nomen habent appellationem: cuiuſmodi ſunt adiectiua à ſubſtantiuis deducta: à ſtudio ſtudioſus: à robore robuſtus, παρώνυμα. Nomen enim denominatiuum debet communicare cum nomine uniuoco in principio, ſed differre in fine. In denominatione autem tria requiruntur: ſcilicet denominans, denominatum, & denominatiuum. Denominans eſt forma accidentalis quæ importatur per nomen abſtractum: & dicitur denominans, quaſi de ſe aliud nominans, quia de ſe dat concretum ut prædicetur, & denominet ſubiectum. Denominatũ autẽ eſt res ipſa, ſiue ſubiectum cui accidens inhæret. Sed denominatiuum eſt accidens quod prædicatur denominatiuè de ſuo ſubiecto, ut album uel nigrum.

Denormare. a. p. Eſt deturpare & inæqualem facere, ἀμορφόω, ut interpretatur Acron illud Horatii 2. li. Serm. ô ſi angulus iſte Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

Denŏto, as, a. p pen. cor. Idem quod noto, σημαίνω. Liu. 4. ab Vrb. Haud dubiè Icilios denotante Senatu, quos mercedẽ ſeditioſi Tribunarus petere Conſulatum inſimulabãt. Cic. pro lege Manil. Quòd is qui uno die tota Aſia, tot in ciuitatibus, uno nuntio, atq; una literarum ſignificatione ciues Romanos necandos, trucidandosq; denotauit. (hire.

Denouĭa, prouincia, ad ſeptentrionale latus hodie Denons

Dens, dentis, m. t. notæ ſignificationis, ab edendo, ſicut Græci ὀδοὺς ab ἔδω. Plaut. Mænech. Nam tum dentes mihi cadebant primulùm. Ci. 2. de Nat. deo. Tertius Arſippi & Arſinoẽ qui primus purgationem alui, dentiſq; euulſionẽ, ut ferunt, inuenit. Plin. lib. 28. cap. 11. Dentes mobiles confirmat ceruini cornu. cinis, doloresq; eorum mitigat, ſiue infricentur, ſiue colluantur. Sed & omne quo aliquid teneri uel diſſecari poteſt, ſolet dens appellari. Verg. lib. 6. tum dente tenaci Anchora fundabat naues. Hinc bidens, Tridens, & huiuſmodi. Dentes diuerſa ſortiuntur nomina. Qui enim primum apparent, apertis labiis, primores uocantur, lati & acuti, quibus cibus inciditur, τομεῖς, κτενες, δικασπίδες, γλαφυροί. Ipſi enim nõ cibo tantùm & alimẽtis neceſſarii, ſed uocis etiã ſermonisq; regimen tenent, concentu quodam excipientes iſtũ linguæ Qui uerò ſequuntur quaſi rotunda ſpecie acuti in modũ ſeræ, ſerrati dicuntur, ab antiquis canini appellantur in quocunq; animali, κυνόδοντες, καρχαρόδοντες. Plin. lib. 11. Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus. Sequuntur maxillares qui duplices ſunt, cibumq; conficiunt, ob id molares dicti, γόμφιοι. Iuuenal. Interq; molares Difficili creſcente cibo Gemini, σωφρονιστῆρες, nouiſſimi naſcuntur homini ut ait Plin. Animaliũ aliis ſunt dẽtes cõtinui, ut homini, & equo: aliis exerti, hoc eſt, extra os producti, ut apro & elephanto, χαυλιόδοντες.

Dentio, is, ire, a. q. Dentes emitto, ὀδοντιάω, ὀδοντοφυῶ. Plin. li. 30. cap. 3 Cinis eorum pueros tardè dentientes adiuuat cũ melle. Plaut. in Mil. Venter creat omnes has ærũnas: auribus perhaurienda ſunt, ne dentes dentiant. Id eſt, ne inuicem atterantur & concutiantur fame.

Dentitio, Dentium emiſsio, ὀδοντίασις. Plin. lib. 28. cap. 19. Infantibus nihil butyro utilius per ſe, & cum melle, priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris ulcera. Idem alibi, Dens lupi adalligatus infantibus, prohibet pauores, dentitionisq; morbos. Ibidem, Cerebrum uiperæ illigatum pelliculæ dentitiones adiuuat.

Dentatus, Qui magnos habet dentes: qui & dentoſus dicitur. ὀδοντώδης, Plautus Pſeud. Non ego te ad illum duco dentatum uirum. Dentatum etiam dicitur quod dentes habet, ſiue ii magni, ſiue parui ſint. Plinius libro 11. capite 41. Caſeus non fit ex utrinq; dentatis. Martialis libro primo. Sic dentata ſibi uiderur Aegle Emptus oſſibus Indicoq; cornu. Dentata charta. Cic. ad. Q. fra. lib. 2. Calamo, & atramento tẽperato, charta etiam dentata res agetur. Dentatus item M. Curii cognomen fuit, propterea quòd cum dentibus fuerit natus, ut ſcribit Plin. lib. 7. Hinc Edentatus, cui dentes ſunt

euulſi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eunlſi. Macrobius, Edentatæ beluæ morſus. Similiter Edentulus, γωδὸς, qui dentibus caret.

Denticulatus, a, um, Quod ſerræ modo dentatum eſt, ὀδοντώμενον. Plin. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. Denticulatæ falces. Col. lib. 2. cap. 21. Denticulatum olus, Plinius libro 20. cap 15.

Dentale. n. t. Lignum, cui uomer arandi cauſa inducitur: ſed pro uomere poni ſolet, γόμφος Verg. 2. Georg. Binæ aures duplici aptantur dentalia dorſo. Col. lib. 7. Et dentalibus terram ſubigere, quò minoribus bubus id adminiſtrari poſſit. Dicitur eriam dens, ut Varro ſcribit, quòd eo quaſi dente moleretur terra.

Dentatim, & Denticulatim, aduerbia, ſignificant ad ſimilitudinem dentium, ὀδοντωμένως, ὀδόντων δίκην.

Dentifrangibuli, n. ſ. Vox eſt à Plauto cõficta pro quauis re qua dentes confringi poſſunt, ὀδοντόκλασις. Plaut. in Bacch. Næ tibi hercle haud longè eſt os ab infortunio: ita dentifrangibula hæc meis manibus geſtiunt. Reperitur & in genere maſculino apud eundem in Bacchide. Vale dentifrangibule. Pl. Et tu integumentum uale.

Dentifricium. n. ſ. Medicamentum quo dentes fricantur, ut fiant candidi, ὀδοντότριμμα. Plinius lib. 28. cap. 11. Dentifricia utroque modo fiunt. Ibidem, Et capitis eorum cinis dentifricium eſt.

Dentiloquus, Dictio Plautina eſt qua ipſe utitur pro eo qui dẽtes expuit. Sic enim habet in Captiuis, Dentiloquos omneis mortales faciam, quencunq; offendero, hoc eſt, dentes loquẽtes, id eſt, ex ore emittentes uerborum loco: ut ſit ſenſus, Illis adeò dentes concutiam, ut ſuis ſedibus eiectos expuant. Sunt tamen qui legant apud Plautum, dentilegos: nonnullos Dentiloquos, quoſdam populos interpretantur, in confinio Macedoniæ, citantes illud Liuii libro nono bel. Macedonici Itaque unum tantùm moratus diem quietis eorum cauſa, quos habuerat ſecum in itinere: inde ſimili fuga in dentilo quos tranſcurrit.

Dentiſcalpium, n. ſ Inſtrumentum quo ſcalpuntur dentes ὀδοντογλυφίς. Martialis lib. 7. Biſſenos triplices, & dentiſcalpia ſeptem.

Dentẽx, icis. om. t. quibuſdam appellatur piſcis, qui à Græcis συνοδούς, dicitur: in tuis cerebro inuenitur gemma quæ ſynodontides uocatur, teſte Plin. lib. 37. cap. 10. Naturam eius uide apud Aelian. lib. 11. cap. 40.

Dēnsārĭlĭă, ſunt quæcunq; pꝛaſſatiliũ ſtabilem fixamq; habent præfationem 4. Meteoron cap. 9.

Denſus, a, um, Firmum, compactum, quodq; partes habet ualde coarctatas, πυκνὸς, ἁλαὸς. Plin lib. 10. cap. 69. Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denſo atq; ſurdo naturæ elemento. Contrà, Rarum dicitur in quo interuallis frequentibus laxior partium uidetur eſſe coniunctio, μανὸν. Compoſitum, Condenſum.

Denſo, as, a p. Cogo, ſpiſſo, πυγνόω, σωματοποιῶ. Vergil. 1. Georg. & Iupiter humidus Auſtris Denſat erant quæ rara modò, & quæ denſa, relaxat. Liu. lib. 8 bel. Pun. Subſidunt Hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte: inde ad emittenda ipſi conſurgunt quæ cum Romani conuerti, ut ſolent, denſatis excepiſſent ſcutis: dum pes cum pede collatus, & gladiis geri res cœpta eſt.

Denſeo, es, ere, Coire, coagulari, πυκνοῦσθαι. Plin. lib. 20. cap 14. Ipſa aceſcere, aut coire, denſereq; lac non patitur. Legitur etiam in actiua ſignificatione pro denſare, πυγνοῦν. Verg 7. Aeneid. Agmina denſentur campis. Sic enim legit Seruius.
Hinc condenſeo compoſitum, quod & ipſum actiuam habet ſignificationem. Lucretius lib. primo Quòd ſi fortè aliquis, quum corpora diſſiluere, Tum putat id fieri, quia ſe condenſeat aër,

Denſatio, onis, Plin. lib. 31. cap. 7. Prima denſatio Babylone in bitumen liquidum cogitur.

Denſifico, Denſum facio, πυγνόω.

Denſè, aduerbium. Plin. lib. 16. cap 37. Cæſeq; denſius in numero hærede proſint. Ouid. de Pon. Nulla tamen ſubeunt mihi tempora denſius iſtis.

Denſeſco, is, Denſus fio.

Denſitas, πυκνότης. Plin. lib. 11. cap 3. Quamuis arcente ſpiritũ denſitate, & altitudine humoris.

Denſitudo. Idem.

Dentate, Dentatus, Denticulatus Vide Dens.

Dēnūbo, bis, Cõiũgi matrimonio, γαμίσω, γαμεῖμαι. Apuleius. lib. 2. Apol. At tu dum eam putas etiam nunc claro fratri tuo denuptam, falſa ſpe inductus, filio eius Pontano autor aſſentiendi fuiſti. Tacitus lib. 5. Tot luctibus funeſta ciuitate pars mœroris fuit, quòd Iulia Druſi filia denupſit in domum Rubellii Blandi. Per translationem etiam uites nubere dicuntur, infirmioresq; plantæ, quum arboribus firmioribus aſſociantur. Columella libro 10. Semina depoſitis cupiunt de nubere plantis.

Denudo, a. p. pen. prod. Spolio, nudum reddo, ἀπογυμνόω, Plin. 11. cap. 22. Vt denudet fœminam feſtis bombycina. Cic. lib. 7. in Ver. Excitetur Verres, ne denudet ut à pectore, ne cicatrices Populus Romanus aſpiciat.

Denuntio, as, a p Futurum aliquid nuntio, ἐπαγγέλλω, παραγγέλλω. Cicero de Senect. Quomodo Carthagini malè diu cogitanti bellum inferatur, multo antè denuntio. Columella, Sin autem cæli ſtatus frigidus & pruinoſus uiolentiã denuntiat, in Idus Februarias hanc curam differemus. Ponitur etiã p ſignificare. Cic. 1. Tuſc. Nos uerò ſi quid tale acciderit, ut à Deo denuntiatum uideatur ut exeamus è uita, læti & gratias agentes pareamus. Denuntiare alicui teſtimonium, eſt aliquem ad iudicium uocare ferendi teſtimonium gratia. Cic. pro Sex. Roſc. Non puraſti me familiariſſimis tuis teſtimonia denuntiaturum, &c.

Denuntiatio, onis, f. t. Prædictio, παραγγελία. Cic. 2. de Diuin. Quæ eſt enim iſta à diis profecta ſignificatio, & quaſi denuntiatio calamitatum? Denuntiatio, minæ. Plin. ad Priſcum lib. 6. Epiſt. Quanquam quid denuntiationibus, & quaſi minis ago? Cæſar. 3. bel. Ciuilis. Quum neque pollicitationibus: neque denuntiatione periculi permouere poſſet, oppidũ oppugnare inſtituit.

Dēnŭo, aduerbium ſignificat rurſus, quaſi de nouo, deintegro, ἐξυπαρχῆς. Plaut. in Amph. Si denuo pultaueris. Liu. 10. bel. Pun. Fabius in Hetruria rebellante denuo, quatuor millia & quingentos Perufinorum occidit.

Deocco, as, are, Idem quod ſimplex occo, βωλοκοπῶ. Plin. lib. 18. cap. 15. Vicia non ſarritur, non ſtercoratur, nec aliud quàm deoccatur.

Deonero, ras, are, Contrarium ſuo ſimplici onero, onus uidelicet depono, ἀποφορτίζω, Cic. per translationem. 1. Verr. Quid quum commiſeratu, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit?

Dĕōro, a. p. pro Peroro, nonnulli uſurparunt, ἐπιλέγω: & deoratum pro perorato ſcripſerunt, ut Pompeius Feſtus teſtatur.

Deorſum, Cuius contrarium eſt ſurſum: notam habet ſignificationem, κάτω Plaut. Amph. Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo. Cic. 1. de Nat. deo. Ait aromũ quum pondere & grauitate directo deorſum feratur, declinare paululum. Capiuntur tamen ambo pro Vltro, citroq;, ἄνω κάτω, uel ἄνω καὶ κάτω. Terent. in Eunuch Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam, ne ſurſum deorſum curſites. Tractum ab Athenarum ſitu, cuius portus in imo, urbs uerò in editiore loco ſita erat.

Deoſculor, aris, d p. Idem quod oſculor, φιλέω. Martil. lib. 8, Hos amplectitur, hos deoſculatur.

Depaciſcor, eris, d. t. ſiue ut alii ſcribunt, Depeciſcor, Idem quod ſimplex paciſcor, συντίθημαι. Cic. pro Sex Roſc. Ipſe ſibi tria prælia depactus eſt. Idem 3. Verr. Nec antè dimiſſus, q̃ ad conditiones eius depactus eſt. Cic. Attico, In quo non extimeſco periculum: quum enim tot mala impendeant, cur non honeſtiſſimè depaciſci uelim? Terent. in Phorm. Ita me dii bene ament, ut mihi liceat tandiu quod amo, fruĩ, iam depeciſci mortem cupio. Quidam tamen in omnibus hiſce locis depeciſci legunt, & depectus, ut differat à depactus, quod participium eſt à depango,

Depalmare, a. p. Eſt palma percutere, καταφίλειν. Gellius, Quemcunq; depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum duodecim tabulas uiginti & quinq; aſſes iubebat.

Depango, is, a. t. Planto, infero, humi defigo, καταπήγνυμι. Col. lib. 4. Deinceps paſtinatur malleolus uitibus inſerendus: eumq; ſat erit medio ſpatio, quod uacat inter uites, per unam lineam depangere.

Depactus. Plinius libro 16. cap. 16. Sed in hoc quoq; prouidens natura facilè naſcenti & depacto ſurculo incurioſius ſemen dedit.

Deparcus, a, um, Nimis parcus, φειδωλός. Suet. in Nero. Sordidos & deparcos putabat, quibus ratio impenſarum conſtaret.

Dēpāſco,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dēpāſco, is, a. t. Paſcendo abſumo, καταναίμονω. Col. lib. 7. cap. 5. Si hœdi roſcidas herbas depauerint. Pro eodem etiã habemus depaſcor uerbum deponens. Plin. lib. 11. cap. 19. Nã & papilio ceras depaſcitur.

Depaſtus, a, um, participiũ, quod modò paſſiuè accipitur. Plin. lib. 17. cap. 24. Depaſtam arborem turpi facie relinquunt. Interdum actiuè: ut apis depaſta florem thymi, apud Claudianum 2. de Rap. Proſerp.

Depaſtio, onis, Plin. lib. 17. ca. 28. Similem rationem & depaſtio animalium habet.

Depaupero, as, are, Conſumere, facere pauperem, πενητα-ποιῶ. Varro, Priuſquàm domum depauperaſſet ſumptu ſuo.

Depeciſcor, depectus, ſωστίθημαι, uide Depaciſcor.

Depecto, ctis, xui, uel xi, xum, 2. t. Diligenter pecto, πτενίζω. Ouid. lib. 3. Faſt. Interea liber depexos crinibus Indos Vicit, & Eoo diues ab orbe redit. Interdum idem quod pectendo aufero, ἀποκτενίζω. Verg. 2. Georgic. Velleraq; ut foliis depectant tenuia Seres. Depectere uel depexum reddere, frequens eſt apud Comicos, pro demulcere uerberibus ſiue molle reddere.

Depexo, as, frequentatiuum. Terent. in Heaut. Egoné? ſi uiuo, adeò exornatum dabo, Adeò depexum, ut dum uiuet, memi nerit ſemper mei.

Dēpĕculor, com p pen. prod. ex de & peculor: quod à pecu lium deducitur, κλέπτω. Peculium uerò propriè ſignificat quicquid ex pecorum paſtu lucri corraditur, uel quicquid ſua induſtria quis acquiſiuit. Qui autem peculiũ, ſiue quid peculii ſurripuerit, depeculator dicitur, κλέπτης. Quanquã ſint qui dicant, depeculari propriè eſſe furari ea quæ ad Rem pub. ſiue principem, ſiue ſacra pertinent. Autor certè ad Herennĩ, ſiue ille. Cicero eſt, ſiue quiuis alius, docet aliud eſſe furtum, aliud peculatum. Si quis, inquit, peculatus accuſatur, quòd uaſa, argentea publica de loco priuato dicatur ſuſtuliſſe, poſſit dicere (quum definitione ſit uſus, quid ſit furtum, quid ſit peculatus) ſecum furti agi, & non peculatus oportere. Cic. in Diuin. in Verrẽ, Quib. in prouinciis multas domos, plurimas urbes, omnia fana depeculatus. Idẽ 6. Verr. Apollonium Drepanitanum omni argento optimè facto ſpoliaſti ac depeculatus es. Transfertur etiam ad incorporea. Ibidem, Cur pro iſto qui laudem, honoremq; familiæ neſtræ depeculatus eſt, pugnas?

Depeculator, oris. Cic. 2. Verr. Adduxi enim hominem in quo reconciliare exiſtimationem iudiciorum amiſſam, redire in gratiam cum populo Rom. ſatisfacere exteris nationibus poſſitis, depeculatorem ærarii, uexatorem Aſiæ atq; Pamphiliæ, prædonem iuris urbani, labem atq; pernitiem prouinciæ Siciliæ.

Depello, is, uli, depulſũ, a. t. Abigo, auerto, remoueo, ἀπελαύνω, ἀπαγόμαι, ἀποτρέπομαι. Cic. 3. de legib. Quid iam de Saturnini ſupplicio, reliquiſq; dicam? quos ne depellere quidem à ſe ſine ferro potuit Reſp. Lactant. lib. 2. Inueteratos depulimus errores. Cic. in Catil. Non facilè tantam molem mali à cerui cibus noſtris depuliſſem. Depellere agnos à lacte, eſt ablactare & à lacte remouere, ἀπογαλακτίζειν. Ver. 7. Ecloc nec Phyllida habebam, Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos. Pro eodem etiam dicimus depellere à matre. Varro ſecundo de Re ruſtica. Quum depulſi ſunt à matribus agni, adhibenda diligentia ne deſyderio ſeneſcant. Item depellere, abſolutè. Vergilius primo Eclog. quo ſæpe ſolemus Paſtores auium teneros depellere fœtus, Depelli portenta dicuntur, quùm mala quæ ex iis fiant, precibus, ſuppliciis, religione, & deorum ceremoniis fugantur, ἀποτρέπεσθαι.

Depulſus, participium. Cic. 2. de Natura deorum. Atq; is agitatione & motibus linguæ quum depulſum & quaſi detruſum cibus accepit, depellit. Interdum accipitur pro ablactato. Verg. 3. Eclog. Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis.

Depulſo, as, are, frequentatiuum. Plaut. Sticho, Cupitis depulſa de uia.

Depultus, participium antiquum, pro depulſus, ſicut pultare pro pulſare. Autor ad Herenn. Si præceps in Neptunas depultus erit lacunas.

Depulſio, onis, Actus ipſe depellendi. Cic. 4. Acad. Omnium de inanium uiſorum una depulſio eſt. Idem 2. de Finibus, Nos beatam uitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus. Hinc etiã trahũtur uerbalia Depulſor, ἀπαγωγός, & Depultrix: Cic. in Antonium, Depulſor dominatus quàm particeps eſſe maluit.

Dependeo, des, n. ſ. Idem quod pendeo, ſiue de re aliqua pẽdeo, ἀπορέμαμαι. Colum lib. 4. Sed ſi per unumquemq; palmipinum maior numerus uuarum dependeat. Aliquando eſt ſuſtentari, quum ſcilicet uita, aut ſalus noſtra in manu alicuius eſt ſita, ἀπαρτᾶσθαι. Cic. Omnis illorum ſalus à noſtra ſalute dependebat.

Dēpendo, dis, a. t. Ferè pro ſimplici pendo ſumitur, quod propriè ſignificat pondero, ἱστίω, καταστήσαι. Et quoniã Romani eo tempore quo ære graui utebantur, non numerabant pecuniam, quemadmodum hodie, ſed ponderabant ſtatêris: factum eſt ut adhuc, quamuis numeratione frequentius utamur, manſerint tamen hæloquendi formulæ, Pendere uectigal, Pendere tributum, hoc eſt, numerare uel ſoluere. Eodem modo per compoſitum loquimur, Dependere pretium, Dependere ſummam. Cicero libro primo Epiſt. Dependendum tibi eſt quod mihi pro illo ſpopondiſti. Idem Att. libro primo. Mihi abiurare certius eſt quàm dependere. Dependere caput felicibus armis dixit Lucanus libro 8. pro eo quod eſt uictoriæ adipiſcendæ cauſa, uitam profundere. Dependere pœnas, eſt ſoluere, Cicer. in Catil. Deniq; ipſum latorem legis Sempronię iuſſu populi pœnas Reipublicæ dependiſſe.

Deperdo, is, Caius ſcribit deperditum dici quod in natura rerum eſſe desiit: diminutũ, quod uſu raptũ eſt, ἀπιβάπω. Cicero quinto Tuſcul. Qui timebit ne quid ex his deperdat, beatus eſſe non poterit. Cæſ. 1. bel. Gal. Populi Romani hanc eſſe conſuetudinem, ut ſocios atq; amicos non modò ſui nihil deperdere, ſed gratia, dignitate, honore auctiores uelit eſſe. Cic. pro Cecinna, Quum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere.

Dēpĕreo, ris, n, q. ex de & pereo, Idem quod ſimplex pereo, παραπόλλυμι. Deperierunt naues Cæſar. 5. Bel. Gal. Sceda nequa depereat. Cic. Att. lib. 1. Decor lachrymis deperit, Ouid. Epiſt. 11. Deperire pro mori. Cic. in Topic. Si is cui uſus fructus legatus eſt, deperiſſet. Col. lib. 4. Nos tamen plus quatuor milibus conſerimus, quia negligentia cultorum magna pars deperit. Quãdoq; eſt impatienter amare, ἐπιμάνεσθαι. Plau. in Caſ. Hic ipſius caſinam deperit. Idem Mil. Meretricem ingenuam deperibat mutuo.

Depeſco, is, ſcui, n. t. διαρίζω, ſignificat pecus deduco ut compeſco, ſωΐζω, unà duco & paſco, & in uno loco contineo.

Depeſſus, a, um, ſiue à patior, ſiue à pando fiat laceratus dicitur Terent. Egoné? ſi uiuo, adeò exornatum dabo, adeò depeſſum, ut uſq; dum uiuat meminerit mei.

Depeſta, Vaſa uinaria erant quæ ſacris Sabinis in deorum menſa collocari ſolebant. Depeſta item fœm. gen. poculi genus eſt apud Græcos. Vtriuſq; autor eſt Varro libro 4. de lingua Latina.

Dēpĭles, pen. cor. Qui ſunt ſine pilis, ἀτριχὴς, ψιλοί. Var. lib. 2. de utia populi Rom. Quòd ludis Præſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem.

Depĭlo, las, a, p. pen. cor. Pilos detraho, ψιλόω. Mart. Quum depilatos Chreſte coleos portes. Carmen eſt iambicum primum quod iambum habet in ſecunda ſede. Item rarefacio. Lucilius lib. 29. Nato quid actum eſt? o nunes depilati ſumus. id eſt, rarefacti, ut interpretatur Nonius.

Depingo, is, ere, a. t. Eſt perfectè pingere, & etiam deſcribere καταγράφω Cic. 3 de Orat. Pamphilumq; neſcio quem ſinamus in inſulis tantam rem tanquam pueriles delicias, depingere. Manus, obſcœnas depinxit tabellas, Propert. lib. 2. Depingere uerbis rem aliquam. Plaut. Pœnul. Formam quidem hercle uerbi depinxiſti mihi. Cic 2. de Finib. Pudebat te, inquam, illius tabulæ quam Cleantes ſanè commodè uerbis depingere ſolebat. Depingere facta alicuius. Teren. in Phor. Propè eorum facta imprudens depinxit ſenex. Depingere cogitatione. Cic. 4. Acad. Vt & ea declarant quæ cogitatione depingimus Idem 1. de Nat. deor. Magnam turbam congregat ignotorum deorum, atq; ita ignotorum ut eos ne coniectura quidem informare poſſimus: quum mens noſtra quiduis uideatur cogitatione poſſe depingere.

Deplango, is, n t. Idem quod plango, uel uchementer plango, κόπτομαι Ouid. 4. Metam. Cadmeida palmis Deplanxere domum, ſciſſis cum ueſte capillis. Idem lib. 14. & ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.

Dēplāno

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dēplānō, as, a p. pen prod. Complano, planum facio, ἐξομαλίζω. Lact. lib. 4. Ego ante ibo, & montes deplanabo.

Deplano, Vlpian. in l. nec quicquam. de off. procon. Opponitur autem edito loco, quo tribunal poni solet. l. miles. para. sexagintа. ff. de Adulte. Deplano, sine strepitu, & absq; figura iudicii, quam uim hæc uerba habeant, effusè explicat Bartolus in Extrauagan. ad reprimendum, & d. l. nec quicquam.

Deplanto, as, Quod plantatum erat euello, ἀποφυτίνω. Plin. Sed utraq; infirmissima, & quæ cortice nituntur tantùm, uel leni aura ocyssimè deplantantur. Col. lib. 2. Ne aut cornu bos ad stipitem uehementius offendat, aut extremo iugo trū cum delibret, ramumq; deplantet.

Deplĕo, ples, a. f. Exhaurio, καταπλήτω. Colum. lib. 12. cap. 50. Concheæ ferreæ quibus depletur oleum. Papinius, Da mihi si ueteres digno depleuimus haustu, Da fontes mihi Phœbe nouos. Cato de Re rustic. capite 64. Oleum si poteris, bis in die depleto.

Deplōro, ras, a. p. pen. prod. Plorādo lamentor, uel fletu prosequor, ἀποδύρομαι, κλαίω. Cic. in Catone, Non libet deplorare mihi uitam, quod multi & indocti sæpe fecerunt. Et lib. 2. Off. Admonebat me res ut hanc quoq; intermissionem eloquentiæ deplorarem: nisi uererer ne de meipso aliqua uiderer queri. Aliquando est plorandi finem facere. Vnde deplorata cadauera dicebantur quibus ultimus luctus persolutus erat. Liu. 4. ab Vrbe, Ante omnia deplorati erant equites, non priuato magis, quàm publico luctu. Rempublicam item dicimus deploratam, iam euersam, uel de qua nihil melioris spei supereſt. Morbus item deploratus, & ægroti deplorati dicuntur, quibus nullo remedio potest succurri. Pli. lib. 28. ca. 8. Prodest (ut demonstrabimus suo loco) deploratis phthisi. Idē lib. 26. capite 6. Constat deplorata aurium uitia eo remedio sanari. Hinc Indeploratus, a, um, compositum, Cuius mortem nemo deflet, ἄκλαυστος. Ouid. in Ibin, Indeploratū proiicere caput.

Deplūmis, me, om. t. adiectiuum est, idem significans quod implumis, hoc est, sine pēnis, ἄπτερος. Plin. lib. 30. cap. 24. Inuentæ sunt ibi nudæ, atq; deplumes.

Dĕpluo, is, ere, Deorsum pluo, siue ex loco superiore pluo, καταβρέχω. Col. lib. 10. cap. 11. Inq; sinus matris uiolento depluit imbre. Tib. lib. 2. Hę fore dixerunt belli mala signa cometen, Multus ut in terras depluereteq; lapis.

Depolio, is, ire, a. q. Autore Festo, idem quod perficere, quia in omni opere politio ultimum sibi uendicat locum. ἐξεργάζομαι. Neq; enim antè res poliri consueuit quàm perfecta sit. Inde depolitum idem est quod perfectum. Sępe tamen accipitur pro simplici, Plin. lib. 36. cap. 25. Si uerò core depolitum est, nigri pauimenti usum obtinet.

Deponere, a. t. Est deorsum ponere, καταθέναι. ut, depone re sarcinam. Plautus in Curc. Propino magnum poculum, ille ebibit: Caput deponit, quum dormiscit, ei subduco a-nulum. Idem in Mostel. Ecce autem hic deposuit caput & dormit. Per translationem etiam dicitur de rebus incorporeis: ut, Deponere dolorem, Deponere molestias. Cicero Att. Existimaui honestissimè molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. Sic deponere luuidiam, curas, simultatem, inimicitias. Item Deponere memoriam, uel ex memoria, uel memoria, pro obliuisci. Deponere ædificationem, est abitcere animum ædificandi. Cic. 3. Famil. Nunc uerò si audierit te ædificationem deposuisse. Deponere prouinciam. Cicero ad Att. 2. Quum prouinciam deposui in concione. Et Famil. lib. 5. Illud dico, me, ut primū in concione prouinciam deposuerim, statim quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse. Dicitur autem quis deponere prouinciam, quum sponte sua ante legitimum tēpus eam recusat, uel coactus magistratu se abdicat: non autē quum exacto prouinciali tempore magistratu decedit. Interdum idem est quod priuare, καταλύειν. Plaut. Vt me deponat uino, eam affectat uiam. Suet. Ne imperio turpiter depositus, priuatus uiueret. Deponere etiam aliquid dicuntur certantes pignore, quum aliquid apud arbitrū deponūt, quod futurum sit uictoris. Vergil. in Bucol. Ego hanc uitulam (ne forte recuses; Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus,) Depono: tu dic mecum quo pignore certes. Nōnunquam etiam est seruandum dare, & fidei alicuius cō mittere. Cicero 5. Offic. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insanies, reddere peccatum sit, officiū, non reddere.

Deponens, pen. prod. participium, Qui deponit. Deponens uerbum, ideò dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis uerbi: scilicet passiuam significationem, & futurū participiū in dus, q̄ est significationis passiuæ, ἐπίμοιρον. Nam quum participia quatuor habeat, uerbum commune ut Criminans, criminaturus, criminatus, & criminandus deponens tantum habet tria, ut Minor, minans, minaturus, & minatus: non autem minandus.

Depositus, participium, Ad custodiendum traditus: ut, Deposita pecuniam recuperare. Cic. pro lege Agrar. Depositus pro desperato, siue desperatæ salutis. Cicero 3. Verr. Itaq; mihi uideor magnam & maximè ægram, & propè depositam Reip. partem suscepisse. Vergil. 12. Aeneid. Ille ut depositi perferret fata parētis, Scire potestates herbarum, usumq; medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Vbi Seruius, Depositi, desperati.

Depositor. m. t. Qui apud alterum quippiam deponit, καταθέτης.

Depositum, ti. n. s. substantiuum, παρακαταθήκη, Quod deponitur: hoc est, quod alicui sub fide traditur, uel quod pignoris loco dimittitur: uel quod sequestro, à pluribus in solidum certa conditione custodiēdum, reddendumq; quum fuerit de iure discussum, traditur, μισθωνύμα. Cicero 3. Offic. Quid? si quis apud te pecuniam deposuerit, bellum patriæ inferat, reddesne depositum? Non reddere depositum, maxima iniustitia est. Iuuen. Satyr. 13. Depositum sospes erit. Clàm depositum, Cicero 3. Tusc. Qui propter auaritiam clàm depositum non reddidit, quod est iniustitiæ.

Depositarius, Custos depositi, uel susceptor depositarum rerum. Vlp. li. 16. Digestorum, Tit. Depositi & contra. l. parag. Si pecunia, Satisdatione autem non interueniente rem in ædem deponi, & omni actione depositarium liberari.

Depontani, m. s, Autore Festo, dicuntur senes sexagenarii, qui de ponte deiiciebantur, hoc est, suffragio quod de ponte ferri solebat, priuabantur. Vide in Adagio, Sexagenarium de ponte deiicere.

Dēpŏpŭlor, aris, ari, d. p. Est destruere, siue deprædari, uastare, & diripere, καταστηνύειν, γειπίζειν. Plin. libr. 18. cap. 20. Salassi quum subiectos Alpib. depopularentur agros. Cic. 5. Verr. Qui quū agros maximos, ac feracissimos per seipsum. hoc est, per Aproninm, Verrem alterum, depopularetur. Legitur etiam Depopulo actiuè apud Hircium libr. 6. de bello Hispanienſi, Agros (inquit) uestram q̄ prouinciam uestro impulsu depopulauit.

Depopulatio, onis, f. t Vastatio, direptio, πόρθησις. Cicero pro Font. Prouincia à Thracū depopulatione defensa. Idem de Arusp. resp. Qui excisionem, inflammationem, euersionem, depopulationem, uastitatem meis omnib. tectis atq; agris intulerunt.

Depopulator, oris, uastator, direptor, πορθητής. Cic. pro Domo sua. Depopulator fori, obsessor patriæ.

Deportatio, Vide Deporto.

Deporto, as, are, a, p. Referre, reportare, de loco quopiam aliquid afferre, ἀναχομίζω, καταχομίζω. Cicer. pro domo sua, Hoc simulachrum quidam homo nobilis ad ornatum Aedilitatis suæ deportauit. Idem pro Pompeio, Pompeius bellum in Africa confecit, uictorem exercitum deportauit. Interdum idem quod simplex porto. Cic. ad Attic. Quæ arma superabunt, ea si Brundusium iumentis deportaueritis, ue hementer Reipub. profueritis. Columell. libro quinto, Nec procul à mari, uel nauigabili flumine quò deportari fructus, & per quod merces uehi possint. Deportare in insulam, est quempiam insulæ alicuius finibus circunscribere. Vnde Deportati dicūtur exules certæ alicuius insulæ aut alterius loci limitibus circunscripti, quos nisi aperto uitæ discrimine, egredi non liceat. Vlpian. Hæc est differentia inter deportatos & relegatos, quòd in insulam relegari ad tēpus, & in perpetuum quis potest: deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps insulas adnotauit, uel de quibus deportandis scripsit. Transfertur etiam ad ea quę delectationem, laudem, & uituperationem habent, ut quū aliquem laudem uel dedecus, ex aliquo loco dicimus deportasse. Cicer. Trebatio, Mihi crede, nihil ex ista pronuntia potes quod iucundius sit, deportare. Idem in Catone, Teque non cognomen solum Athenis deportasse. Transfertur etiam ad uerba, quum quis pro uerbis uerba reportat. Vergilius secundo Aeneidos, isq; adytis hæc tristia dicta reportet.

Deportatio, est perpetua in exilium, siue insulā cōdemnatio, Ciuium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ciuium Rom. pœna. l. inter pœnas. ff. de interd. & releg. Vnde præses aliquem ciuem deportare non poterat.

Depoſco, is, depoſci, ere, a. t. Inſtanter petere, & quodam quaſi iure exigere, ἐξαιτεῖν. Cic. 6. Verr. Vt illa flamma diuini tus exitiſſe uideatur, non quæ deleret Iouis Opt. Max. templum, ſed quæ præclarius magnificentiusq; depoſceret. Cæſ. 8. bel. Gal. Principem ſceleris ipſius, & concitatorem belli Cutruatum ad ſupplicium depoſcit. Col. lib. 1. Cannabis ſolum pingue, ſtercoratumq;, & riguum, uel planum atq; humidum, & altè ſubactum depoſcit.

Depoſitor, Depoſitum, Vide Depono.

Depoſtŭlo, as, Vehementer poſtulo, ἐξαιτεῖν. Hirc. 6. bel. Hiſpan. Ciuitates contrariæ Pompeio auxilia ibi depoſtulabant

Depræ dor, com p. Populor, καταδυναύω, λαφυραγωγῶ. à quo Deprædator, & Deprædatrix, uerbalia nomina.

Depræ lior, aris, Idem quod prælior. Horat. in Car. Permitte diuis cætera, qui ſimul Strauere uentos æquore feruido Depræliantes, &c.

Depræuo, a p. pen. prod Prauum facio, uitio, adultero, corrumpo, & quod bene aut dictũ aut ſcriptum eſt, in deteriorẽ partẽ detorqueo, λαβῶ, διαστρέφω, παραφέρω, στρεβλόω. Teren. in Phor. Nihil eſt tam bene dictum, quin malè narrando poſſit deprauarier. Cic. 1. de Fin. Sed ita, ut ea quæ corrigere uult, mihi quidem deprauare uideatur.

Deprauatè, aduerb. Cic. 1. de Fin. De quibus neq; deprauatè iudicant, neq; corruptè.

Deprauata appetentia partim immodici cibi & potus cupiditas, partim alienæ qualitatis deſiderium.

Dēprĕcor, d p. pen cor. Ponitur pro ſimplici, cum quadam tamen uehementia, ut ſit uehementer, ſiue ſuppliciter precari, δέομαι, εὔχομαι. Suet. in Cæſare, Satis conſtat, Syllam quũ deprecantibus amicis & ornatiſſimis uiris aliquandiu denegaſſet, arq; illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamaſſe. Cic. in Lęl. At. C. Bloſius Cumanus hoſpes familiæ noſtræ, Scæuola, quum ad me qui aderam cum Lenate & Rutilio Conſulibus in conſilio, deprecatum ueniſſet Et lib. 1. ad Heren. Deprecatio, quum & peccaſſe & conſultò feciſſe reus confitetur, & tamen poſtulat ut ſui miſereatur.

Habet quandoq; contrariam ſuo ſimplici ſignificationem & precis negationem, ſeu detractionem importat, ſicut in de decet, deſpero, & huiuſmodi: & ſignificat recuſare, & precib. contendere ne aliquid fiat, παραιτέομαι, ἀπεύχομαι. Aſinius Ciceroni, Nec periculum eſt ullum quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. Verg. 12. Aeneid. Equidem merui, nec deprecor, inquit. Ouid. lib. 1. de Ponto, Sæpe precor mortẽ, mortem quoq; deprecor idem, Ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum, Liuius de bell Maced. utranq; ſignificationem complexus eſt, Ego ſi quid ſceleratè in fratrem admiſi, nullã deprecor pœnam: ſi innocens ſum, ne inuidia conflagrem, quum crimine non poſſim deprecor. Horum prius pro abominor, deteſtor, ſiue recuſo ſumitur, poſterius pro uehemẽter precor. Sueton. in Auguſto, Quum Lectorius adoleſcens patritii generis in deprecanda grauiore adulterii pœna allegaret ſe eſſe profeſſorem. Autor ad Heren. libro quarto Audes uerbum facere? audes quicquam petere? audes ſupplicium deprecari? hoc eſt, conari precibus efficere, ne ſupplicium de te ſumatur. Interdum idem eſt quod depellere, uel à ſe remouere, ἀποτρέπεσθαι. Inde dicimus, Deprecari inuidiam, ignominiam, calumniam. Quintilianus lib. 3. ſcribit deprecationem depulſionem eſſe. Item Cicero in Catil. li. 1. Nunc à me P. C. quandam propè iuſtam querimoniam deteſtaque deprecer, percipite quæſo diligẽter quæ dicam. Idem pro Bal. Quiddam de communi aditione omnium noſtrũm, de precandæ maleuolentiæ cauſa, breuiter commemorandum uidetur. Qua de re ſi Gellius ſcripſit, Deprecari ſignificare execrari, deteſtari, depellere, uel abominari, non fuit culpandus à Laurentio Valla, quum depello hiſce Ciceronis exemplis probè conueniat, & cum Deprecor maximè congruat, propter præpoſitionem De, quæ ambobus præpoſita eſt. Execror uerò, deteſtor, abominor, quum penè idem ſignificent quod recuſo, etiam ipſi uerbo Deprecor conueniunt in ea ſignificatione in qua ſuprà illud Ouidii, Mortem quoque deprecor idem, diximus accipiendum: ut & illud Ciceronis libro 2. de Repub. Etiam Claudii Gracchi charitas deprecabatur, id eſt, propulſabat, & defendebat. Salluſt. in Iugurtha. Tantummodo imperium inimici, & cruciatus corporis deprecor. Quandoque deprecari, ex precibus eximere, ἐξαιτεῖσθαι. Cicero de lege Agrar. contra Rullum, Si quid deliquero, nullæ mihi ſunt imagines quæ me à nobis deprecentur. Cicero pro P. Sylla Multorum hic uitam eſt à L. Sylla deprecatus.

Deprecatio, onis, f. t. Poſtulatio ueniæ, ἐξάτησις. Cic. 2 de Inuent. Deprecatio eſt, in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur. Idẽ lib 1. de Inuent. Deprecatio eſt & quum peccaſſe reus, & conſultò peccaſſe confitetur, & tamen ut ſibi ignoſcatur poſtulat.

Deprecator, oris, Interceſſor, depulſor. Cic. 1. Epiſt. Poſt temeritatem noſtri Dolabellæ deprecatorem me pro illius periculo prębeo. Idem pro Pompeio, Cretenſes ad Pompeium legatos deprecatoresq; miſerunt. Idem pro L. Flacco, Sperabam, iudices, honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quàm miſeriarum deprecatorem.

Deprecandus, pro precante, & petẽte donum, apud Tacitum.

Dēprēhēndo, is, a. t. ſignificat incautũ quempiam capio, φωράω, καταλαμβάνω: ut, Deprehenſus ſum in adulterio, in ſcelere, ἁλίς. Plaut. in Aſin In furto ubi ſis deprehenſus Cic. 5. Verr. Qui quod in altero uitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. Deprehenſus ab hoſtibus, à tempeſtate. Verg. lib. 4. Georgic. Deprehenſus olim ſtatio tutiſſima nautis. Horat. in Serm. Deprenſi non bella eſt fama Treboni.

Vnde & Deprehenſa genus animaduerſionis in milites, qui certo in errore deprehenſi fuiſſe ut, caſtigatione maior, ignominia minor. Interdum Deprehendere, eſt animaduertere, cognoſcere, ἀνάθάνομαι. Cicero pro Cælio, Quum ego facinora oculis priuſquàm opinione, manibus antequam ſuſpicione deprehendi. Lactant. libro primo de Ioue loquens Nonné à ſua prima puertitia impius & penè parricida deprehenditur?

Deprehenſor, oris, m. t. nomen uerbale, ὁ ἀνάσας.

Deprehenſio, onis, Subita comprehenſio, animaduerſio, κατάληψις. Cic. pro Cluentio, Subita ueneni deprehenſio.

Dēprĭmo, m. t penultima correpta depreſsi a, t. Conculco, in inferiorem partem demitto, defigo, καπτύω, πήγω. Varro, ab eo depreſſus à quo erigi, extolliq; ſperabam. Lactant. lib. 5. Ita dum hominem quærit extollere, rem ipſam depreſſit. Idẽ libro ſexto. Altera quæ ad inferos deprimat, id eſt, deorſum premat, uel mittat. Lib. 3. ad Herennium, Quàm maximè ſedata & depreſſa uoce principia dicemus. id eſt, ſubmiſſa. Plinius libro 2. capite 38. Terrena in cælum tendentia deprimit ſyderum uis. Cicero antequàm iret in exilium. Nam quem uirturis gloria cum ſumma laude ad cælum extulit, eundem inimicorum inuidia indigniſſimè oppreſſum deprimit ad ſupplicium.

Depreſſus, nomen ex participio, Idem eſt quod humilis, ut Depreſſior locus. Columella libro 1. cap. 2. Quum ex depreſſiore loco fuerint ęrſa fundamenta. Idem libro ſecundo cap. 9. Modò in elatiora, modò in depreſſiora cliui obliquum agi ſulcum oportebit.

Deprōmo, is, a. t. pen. prod Profero, προφέρω, προχειρίζομαι. Cic. 2. Offic. Altera ex arca, altera ex uirtute depromitur. Idẽ lib. 3. de Finib. Nam quibus è locis, quaſi Theſauris argumenta depromerentur, neſtri ne ſuſpicati quidem ſunt.

Deproperare, ut apud Paulum pro ualdè properare, in L. unica. in fide Oper. no. nunc & l. 2. para. Sed quia diuinæ de ue. uir.

Depſo, is, n. t. Significat ſubigendo manibus aliquid molle & tenerum reddo, δίψω. Cato de Re ruſtica capite 76. Deinde manibus bene depſito. Huius compoſitum eſt Condepſo.

Depſticus, a, um, δίψητικὸς, Quod depſendo, hoc eſt, ſubigendo confectum eſt. Cato capite 74. Panem depſiticum ſic facito, &c.

Dēpŭber, uel Depŭbis pen. prod. Dicitur is qui ad pubertatis annos non potuit peruenire, ἄνηβος. Hinc Depuberem porcum dicimus, quem lactentem occidimus. Ex Feſto.

Dēpŭdere, n. ſ. Pudorem abiicere, ἀπορριπτῶ. Ouid. 4. Epi. Depuduit, profugoq; pudor ſua ſigna reliquit. Senec. de Trã quillitate uitæ, Si duritia oris ille hoc potuit, qui aſſiduis conuiciis depudere didicerat.

Depudeſco, ſcis, quo uſus eſt Hieronymus ad Euſtochium, Nõ depudeſco infelicitatis meæ.

Depudĭco, cas, a p pen. prod, Violo, ſtupro, & pudicitiam aufero, διαφθείρω. Vſus eſt Laberius in Mimis, teſte Gel. lib. 16. cap 7. in principio.

Dēpūgno, as, are, n. p, Pugno, certo, decerto, dimico, διαμᾶχομαι

χομαι. Cic de Senect. Depugnauit apud Thermopylas. Idem pro Cecin. Non erit cur depugnare quisquam posthac possessionis causa uelit.

Depugnatur, impersonale. Cic. ad Attic. lib. 16. Calend. Ianuar. Erit fortasse prælio: aut quidem antè depugnabitur.

Depugnatus, partic. Plaut. Menæch. Sed metuo ne serò ueniã, depugnato prælio.

Depurgo, as. a. p. Idem quod purgo, ἐκκαθαίρω. Cato de Re rust. Terram cum stercore bene permisceto depurgato ab herba, graminibusq;. Dicimus etiam depurgare crimina, pro excusare, & diluere. Liu. 9. bel. Maced. Filium mittere Romam, simul ad depurganda crimina, simul ad deprecandum iram Senatus statuit.

Depũro, as, pe. prod Purè libero, extergo, ἐξιχωρίζω, ἀποκλύζω Depuratum, Dicimus siccatum & mundatum.

Deputo, as, pen. cor. Puto, rèseco, à maiori corpore abscindo, ramis sarmentisue superfluis arborem uitemue libero. καταλείπω. Colum. lib. 3. In agro macro & sicco uineam imbecillam in brumam amputato: quam partem non deputaueris, circa Calendas Februarii repetito, & deputato. Item deputare est existimare, censere, iudicare, ἀποκρίνω: quod uulgò dicitur Reputare, non ut multi putant, delegare. Terent. in Hecy. Aedepol næ meam esse herus operam deputat parui pretij, Qui ob rem nullam me misit frustra, ubi totum desedi diem. Plaut. in Amph. Inde eras è promptuaria cella depromer ad flagrum? Nec causam liceat dicere mihi, neque in hero quicquam auxilii fiet? Nec quicquam sit, quin me omnes esse dignum deputent. Deputare secum rationes. Terent. Adelph. Sed nemo dabit, frustra egomet mecum has rationes deputo.

Dēpŭuio, is, a. q. ex de, & pauio, hoc est, cædo, τύπτω, μαστιγόω Lucil. palmisq; misellam Depuit me, id est, uerberauit.

Dequēror, d. t. Pro simplici queror, legitur apud Valer. Flac libro quinto. Argon. Antè omnes secum dequesta labores. μέμφομαι. Item apud Statium libro primo Thebaid. eadem sub nocte sopora Lustra terit, similesq; notos dequestus, & imbres, &c.

Derādo, is, pen prod. Radendo aufero, ἀποξέω, Plin. Quod derasum est, teritur, & cribratur.

Dērēlinquo, is, ere, a. t. Prorsus, seu in totum relinquere, deserere, καταλιμπάνω. Cic. pro Cecin. Derelinquo iam communẽ causam, populi Romani ius uestra in fide ac religione depono.

Derelictio, onis, uerbale. Cic. 1. Offic. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam est.

Derelictus, participium. Autor ad Heren. lib. 4. Item commodius est in derelicta, quàm in celebri regione locos comparare. Pro derelicto habere. Cicero ad Attic. Hæc oppida. atq; oram maritimam illum pro derelicto habere.

Derelictus, us, ui, Gellius lib. 14. cap. 12, Siue quis arborem suam uineamq; habuerat derelictui, non id sine pœna fuit.

Dērĕpēnte, Vna dictio, quia (ut docet Donatus) aduerbiis præpositionem separatim non addimus. Si enim separaueris, non est Latinum De repente, ἐξαίφνης. Terent. in Hecy. Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam. Cicero pro Q. Ligar. Si quum hoc domi faceremus, quod & facimus, & ut spero non frustrà facimus, tu derepente irrupisses, & clamare cœpisses.

Dērīdĕo, es, a. penul. prod. Cum alterius contemptu rideo. καταγελῶ, καταμειδιῶ. Plaut. in Aulu. Neq; ædepol ego te derisum uenio, neq; derideo.

Derisor, καταγελαστής. Pli. lib. 11. cap. 51. Supercilia quibus iuxta tempora inflexa, derisores significant.

Deridiculum, Irrisio. Plaut. in Pseud. Quàm illum mihi uerba per deridiculum dare.

Deridiculus, a, um, Derisione dignus, κατάγελος, καταγέλαστος. Varro 1. de Re rust. Sequeretur ut duos uillicos & duas uillicas habere debeat, quod est deridiculum. Deridicula uanitas, apud Gellium lib. 10. cap. 11.

Dērīpio, pis, pen. cor. a. t. Idem est quod abstraho, auello, καταρπάζω. Verg lib 2. Georgic. Caloq; prælorum fumosis de ripe tectis, id est, properanter tectis effer. Plautus in Menæch. Sed quis hic est, qui capillo me huc de curru deripit? Lactantius lib. 5. Quomodo se rapinis & fraudib. abstinebunt, qui Mercurii furta nouerunt, docentis, non fraudis esse deripere seu astutiæ. id est, surripere.

Dērīuo, as, n. p. penul. prod. riui more aquam deduco, alió- uè deflecto, παροχετεύω. Colum lib. 1. Crebrosq; sulcos aquarios (quos nonulli elices uocant) faciamus, & omnem humorem in cloacas, atq; inde extra segetes deriuemus. Per translationem elegantissimè ponitur pro deflecto. Teren. in Phorm. quid uis, nisi ut maneat Phanium, atq; ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atq; omnem in me deriuem iram senis? Id est, deflectam. Vbi Donatus, Deriuatio, Dicitur inflectio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quem non pertinet, μετάστασις. Cic. in Verr. act. 4. Quid est quamobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse? Cic. pro Mil. Fecerunt id serui Milonis (dicam enim non deriuandi criminis causa, sed ut factum est) neque imperante, neq; præsente domino, quod suos quisq; facere seruos uoluisset. Hoc est, non dicam eo animo ut Milonis crimẽ in seruos reiciam, sed quia ita res se habet.

Deriuatiuus, a, um, Quod ab alio deducitur, παράγωγος.

Derōdo, is, derosi, derosum, a. t. Idem est quod simplex rodo. Plin. lib. 11. capite 37. Et cochleæ dentes habent: indicio est à minimis earum derosa uitis. Cic. 1. Diuinat. A muribus esse derosos.

Derogatoriæ clausulæ, non tollunt ea quæ conciliis generalibus sunt constituta. Alc. in l. nullius de Sum. trinita.

Dērŏgo, as. a p pen. cor. Est alicui rei aliquid detraho, uel auctoritatem, aut existimationem diminuo, ἀφαιρέω. Vnde derogari legi, est aliquid de lege diminuere, uel detrahere. Abrogare aũt legem, est legem omnino tollere & damnare. Autor ad Heren. Quum duæ leges inter se discrepant, uidẽdum est primùm, num quæ abrogatio, aut derogatio sit. Quid est ergo derogatio, nisi detractio aliqua legis: abrogatio, ipsius legis ablatio? Illa partis legis, hæc totius sublatio est. Cic. 2. de Inuent. Indignum est de lege aliquid derogari, uel legem abrogari. Dicimus aũt derogo legi, uel de lege: & abrogo legi uel legẽ. Autor ad Heren. Quũ ostenditur id factum esse quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum, uel derogatum sit. Item per accusatiuum, derogare legem. Cicero pro Fonteio, Quorum uirtuti generi, & rebus gestis fidem & autoritatem in testimonio, cupiditatis atq; inimicitiarum suspicio derogauit. Huius antitheton est arrogo, quod est, autoritatis aliquid aut fidei alicui attribuere. Hieron. in prolog. Esdræ, Interrogent Hebræos, & ipsis autoribus translationi meæ aut arrogent uel derogent.

Derogito, as, are, frequentatiuum: quo antiqui usi sunt pro simplici rogitare. Plaut. in Asin. Placidè ergo unumquodq; derogita, ut acquiescam.

Derumpo, is, a. t. Abrumpo, καταῤῥήγνυμι. Collis arduus & deruptus, id est, abruptus, siue præruptus: Tacit. lib. 2. Item li. 9. Et pars maxima inermes per inuia, & rupes deruptas præcipitantes defugerunt.

Deruncinare, a. p. Diffecare, & dissipare, ἐκβοτανίζειν. Tractum à runcinis, hoc est, ferris maioribus, quibus fabri ligna rii maiora ligna secant. Plaut. in Mil. Vt lapide deruncinauit militem.

Dērŭo, is, n. t, Decido, καταπίπτω. Apuleius, Prolapsus deruisset. Cic Att. lib. 16. actiuè posuit pro aufero, siue adimo, Et de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

Des, olim pro bes, dicebatur as, demto triente. Est enim des siue bes octo unciarum pondus, δι μοιρία.

Desacro, as, are, a. p. Idem quod sacrare, uel consecrare, ἀφιερόω, ut, Desacrare aliquid Triuiæ, apud Statium 9. Theb. Nota per Arcadias felici robore syluas Quercus erat, Triuiæ quam desacrauerat ipsa Electa turba nemorum, numenq; colendum Fecerat.

Desæuio, is. n. q. Valde sæuio, ἀγριαίνομαι. Col. lib. 16. cap. 2. Patere unum diem, noctemq; desæuiant. Tranquil. in Nerone. ca. 29. Virorumq; ac fœminarũ ad stipem deligatorum inguina ore inuaderet: & quũ affatim desæuisset, conficeretur à Doryphoro liberto. Hieron. in prolog. lib. Reg. Latrantes canes qui aduersus me rabido ore desæuiunt. Item sæuire desino, ἀφυβρίζω. Lucanus, Necdum desæuiat ira, Expectat. Verg. 4. Aeneid. Dum pelago desæuit hyems.

Descendo, is, n. t. Deorsum eo, ex loco superiore in inferiorẽ me confero: cuius contrarium est ascendo, καταβαίνω, κατέρχομαι. Cicero 4. Tusc. Vt enim in inferiorem ambulationẽ descendimus. Liu. lib. 2. ab. Vbe. Tum ad equites Diactator aduolat, obtestans ut festo iam pedite descendant ex equis. Per translationem uerò dicimus, Descendo in prælium,

descendo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

descendō in campum, descendo in forum, & huiusmodi alia: quia de quiete ad laborem, de loco tuto ad periculum, de uita ad mortem est iste descensus, siue ad animā, siue ad corpus, siue ad utrunq; pertineat. Persius, descendere in sese, possunt pro eo quod dicimus suam infirmitatem agnoscere. Vt nemo in sese tentat descendere, nemo: Sed præcendenti spectatur mantica tergo.

Descensus, us, κατάβασις. Verg. 6. Aeneid. Facilis descensus Auerni. Plin. lib. 16. cap. 26. Ipso descensu Iouis speluncæ.

Descensio, onis. Plin. Epist. 10. In hac tres descensiones: duæ insole, tertia à tole. Liu. 2. bell. Pun. Priusquam in continentē descensiones facerent.

Descio, descis, non scio. Plau. in Merc Athenæ descierunt.

Desciſco, is, desciui, descitum, ab imperio ductuq; alterius deficio, ἀφίσταμαι. Liu. 2. ab Vrb. Præneste à Latinis ad Romanos desciuit.

Descobinatus, Saucius, abrasus, sectus, ἀπεξυρημένος. Varro in Mele agr. Sin autem delectionis causa uenamini, quanto satius est saluis cruribus in circo expectare, quàm his descobinatis in sylua curare? Nonius.

Describo, is, ere, a. t. Propriè significat de exemplari scribere, ἀπογράφειν. Cuius significationis etiam sunt exscribere, & transscribere. Ci. Corn. Dicam tuis ut eum si uelint, describant, ad teq; mittant. Per translationem uerò ponitur pro disponere, seu designare, διατάξειν, διαγράφειν, διατυοῦν. Cicero in Lælio, Mei sunt ordines, mea est descriptio. Item pro delineare, uel depingere. Plaut. in Asin. Non potuit pictor rectius describere eius formam. Accipitur etiam pro simplici scribo, uel pro conscribo. Vergil. in Daphuide. Imò hæc in uiridi nuper quæ cortice fagi Carmina descripsi & modulans alterna notaui, Experiar. Lactant. libro. 5. Quid est enim cur illam uel in carminibus, uel in omni sermone describant: conquerentes eius absentiam, quum sit facillimum bonos esse si uelint?

Descriptus, participium. Cic. 2. in Catil. Quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta docui.

Descriptus, nomen ex participio. Cic. 3. de Finib. Quid enim in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manu factis tam compositum, &c.

Descriptio, onis. Descriptio equitum, peditumq;. Cic. 4. Tusc.

Desēco, as, a. p. pen. cor. Abscindo, resecо, amputo, ἀποτέμνω. Columella libro tertio. Et si fieri potest, iuxta aliquem nodū serrula desecato. Idem libro 12. Bonus operarius prati iugerum desecat. Cicero Attico, Tu illud desecabis, & hoc adglutinabis.

Desecro, as, a. p. id est, Quod sacrum erat, profanum facio: quod Latini alio uerbo uocant Exaugurare. Vnde sacerdotes sceleris alicuius damnati, antequàm supremo supplicio afficiantur, consueuerunt desecrari: quod uulgus uocat Degradari.

Dēsero, is, eui, desitum, pen. cor. Idem est quod sero, siue plato, φυτεύω, Var. lib. 1. de Re rust. cap. 23. Nam & in recentib. pomariis desitis seminibus, in ordinemq; arbusculis positis, primis annis, antequàm radices longius procedere possint, alii conserunt hortos.

Dēsĕro, is, pen. cor. rui, tum, a. t. Derelinquo, ἀπολείπω. Terent. in Heaut. Mulier telam deserit continuò. Idem in Andr. Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deserturū. Deserere item signa milites dicuntur, item deserere patriam, & deserere imperatorem, hoc est, relinquere, & in periculo desituere. Vnde desertores dicuntur proditores, quiq; eos quos maximè defensos oportebat, in discimine relinquūt. Suet. in Cæs. Desertorum ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. Cæsar. 6. bel. Gal. Qui ex iis sequuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur. Quomodo autem differat desertor ab emansore, uide in dictione Emansor.

Deserto, as, frequentatiuum, ἐρημόω. Actius, Quum me solum uterq; parens desertassent.

Desertor, toris, m. t. qui per prolixum tempus euagatus reducitur. paragr. 3. l. desertorem, de re milit. Desertor quis sit explicatur apud Iurisc. l. desertor. parag. 1. de Re mil. Vide & C. de Deser. lib. 12. & infra Emansor.

Desertus, a. um, participiū, Destitutus, relictus, ἀπολελειμμένος. Cic. pro Cluentio, Locus à uoce Tribuni desertus. Cice. in Partit. Orat. Ager desertus à plebe, atq; à cultura hominum. Migrat etiam in nomen, admittitq; comparationem. Cic. in Pisonem, Vt nullius unquam redditus fuerit desertor. In desertissima solitudine, Idem 6. Ver.

Desertum, ti, n. s. Locus solitarius, ac inhabitatus, ἔρημος. Verg. 1. Aeneid. Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro.

Dēsĕuīre, n. q. Est abiectè & humiliter cuipiam seruire. θεραπεύειν, ὑπουργεῖν, δουλεύειν. Cic. Tironi, Indulge ualetudini tuæ, cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti non satis. Idem 1. Offic. Itemq; alii qui quiduis perpetiantur, cuiuis deseruiant, dum quod uelint consequantur.

Dēsīdeo, des, desedi, desidere, n. s. Otiosum sedere, Plaut. in Bacc. Nam meus formidat animus, nostrum tandiu ibi desidere, neq; redire filium. Terent. in Hecy. Frustrà ubi totum desedi diem.

Deses, desidis, om. t. Otiosus, supinus, νωθὴς, ῥᾴθυμος. Liu. lib. 1. Desidem Romanum regem inter sacella & aras acturum esse regnum rati. Et lib. 3. Sedemus desides domi mulierum ritu inter nos altercantes.

Desidia, æ, f. t. Pigritia, socordia, ignauia, inertia, ῥᾳθυμία. Cic. de Lege agrar. contra Rullum, Qui propter desidiam in otio uiuunt, tamen in turpi inertia capiunt uoluptatem. Idem pro Sestio, Sed mihi omnis oratio est cum uirtute, non cum desidia.

Desidiosus, Qui totus desidet, & nihil agit. Ouid. de Reme. am. Quæritur, Aegysthus quare sit factus adulter, In prōptu causa est, desidiosus erat. Martial. lib. 8. Dic mihi quid melius desidiosus aget? Varro in Proœmio libri 2. de Re rust. Sic qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores putabant. Inertissimum & desidiosissimum otium. Cic. 2. de leg. Agr.

Desidiosè, aduerb. ῥᾳθύμως. Agere ætatem desidiosè, Lucr. li. 4.

Dēsīdo, dis, desedi, n. t. nam præteritum à sedeo mutuatur (teste Valla lib. 5.) Idem quod ad sedendum descendo. Sæpè etiam accipitur pro dehisco. Cic. 1. de Diuina. Eo tempore ipso, quum hoc calamitosum prælium fieret, tantos terræmotus in Ligutibus, Gallia, compluribusq; insulis, totaq; in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræq; desederint, fluminaq; in contrarias partes fluxerint. Celsus lib. 8. cap. 5. Nares desidunt, difficulter spiritus trahitur. Statius 3. Syl. te præside noscat, Cur uada desidant, & ripa coërceat undas.

Desidero, as, a. p. A nomine sidus deducitur, ut placet Festo idemq; est quod cupere, & optare, ἐπιποθέω, ἐπιθυμέω. Ci. de Senect. Non caret is qui non desiderat. Ibidem. Neq; nunc uires desidero adolescentis, non plus quàm tauri uires adolescens desiderabam. Desideramus alicuius uires quando ille non auxiliatur nobis. Cic. in Cat. Non Curia uires meas desiderat non rostra, non amici, non cliētes. Quasi dicat, Curia non sentit me senio debilitatum, quum fungar meo munere perinde acsi integra ætate essem. Desiderari in acie milites dicuntur, ὑστερεῖν, qui in prælio ceciderunt, eo quòd in recensione, quæ à prælio fieri solet, non compareant. Curtius, In eo prælio trecenti capti, quinquaginta millia desiderata sunt. Desiderare in aliquo eloquentiam, candorē, integritatem, uel modestiā, est huiusmodi uirtutē in aliquo requirere, quæ illi uel utilis sit, uel necessaria. Cicero. in Orat. Antonius multa, & in se, & in aliis desiderās. Idem de clar. Orat. Vnū excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem.

Desideratus, participium. Cicero post red. ad Quir. Sed omnia desiderata magis, quàm assiduè perspecta delectant.

Desideratio, uerbale, ἐπιθύμησις. Cic. de Senect. At nō est uoluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo, sed ne desideratio quidem: nihil autem est molestum quod non desideres.

Desiderabilis, le, om. t. ἐπιθυμητός. Cicero primo de Finib. Nihil enim desiderabile concupiscunt. Liu. 4. bel. Pun. Verum enimuero Hieronymus uelut suis uitiis desiderabilem efficere uellet alium.

Desiderium, n. s. Pro uehementi amore, atq; affectione, ut apud Iuuenalem. Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet. ἐπιθυμία, πόθος. Et propriè de rebus gratis, optatis, aut amissis dicitur Hinc dicimus post pugnam desiderari milites qui perierunt. Cicero in Lælio, Ego si Scipionis desiderio me moueri negem, quàm id rectè faciam, uiderint sapientes. Idem quarto Tuscul. Desiderium est libido eius qui nondū adsit, uidendi. Idem ad Attic. Non dici potest quàm flagrem desiderio urbis.

Desideratiua uerba, sunt quæ à Prisciano Meditatiua uocātur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ea terminantur in rio: ut, Esurio, Parturio, & desiderium magis, quàm meditationem denotant, ὠδῖνα ῥήματα. Cic. 2. Philipp. Vtinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat quod iã diu parturit. Plin. lib. 36. cap. 21. Actitæ omnes grauidis ad alligari mulierib. uel quadrupedibus in pelliculis, scarificati uteri animalium contineas partus, non nisi parturiant remouendi: alioqui uuluæ excidunt, sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariunt. Parturio itaq; significat cupio parere: Esurio, cupio edere: Micturio, cupio mingere. Scaturio autem pro primitiuo capitur scateo: non enim desideratiuum est significatione, sed uoce tantùm. Amaturio autem Lecturio, & similia quando illis docti usi non sunt, non modò nõ inter desideratiua, sed ne inter Latina quidem sunt anumeranda.

Designare, a. p. Denotare, quasi per signa demonstrare, σημεῖον ποιῶ σημαίνοντα. Cic. 1. in Catil. Notat & designat oculis ad cædem unumquemq; nostrum. Cæsar libro primo. Cæsar hac oratione Lisci Dumnorigen Diuitiaci fratrem designari sentiebat. Aliquando significat decerno, seu deligo. ἀποδείκνυμι, ἀποφαίνω, προχειρίζομαι. ut: Designare Senatorem παρρησίαν βλαπτικὸν. Sallustius, Catilina nihilominus in proximum annum Consulatum petebat, sperans si designatus foret, facilè se ex uoluntate, Antonio usurum. Interdum idem quod destinare. Columella lib. tertio, Ipsum autem agrum quem seminario designaueris, planum & succosum. Aliquando significat rem aliquam insignem patrare, & accipitur in utranque partem, bonam & malam. Terentius in Adelph. Nam illa quæ facta sunt, Omitto modò quid designauit? M. Quidnam id est? D. Fores effregit, atq; in ædes irruit alienas.

Designatores, Dicebantur qui constituendæ funebri pompæ præerant, unicuiq; incedendi locum, ordinemq; præscribebant, nimirum fere, munere eorum qui Romæ magistri ceremoniarum uocantur. Græci βραβευτὰς uocant. Cic. ad Att. lib. 4. Destitus à suis, uix iam decimum designato mihi, nix Gellium retinet. Vlp. l. Athletas. ff. De his qui not. infa. Designatores autem, quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicrã non facere Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exercent. Bud. in Annot.

Designatio. σημάνσις Cic. 1. de Orat. Deinde esse omnem orationem aut de infinitæ rei quæstione sine designatione personarum & temporum, aut de re certis in personis & temporibus locata. Idem 1. de Nat. deor. Omnem totius operis designationem atq; apparatum. Designatio præterea est contractio, conductioq; populi in unum hoc enim ei contingit qui aliquo flagitio, populi in se oculos & ora conuertit, & spectaculo est uulgo.

Desilio, is, n. q. secunda syllaba cor desilui, desultum, Saltu descendo, κατάπηδάω, ἀφάλλομαι. Plin. de Viris illustr. Dum à templo Dianæ desiliit, talum intorsit. Desilire ab equo. Verg. 11. Aen. portis ab equo regina sub ipsis Desiluit. Desilire de nauibus, Cæsar 4. bel. Gal. Desilire de rheda. Cicero pro Milone.

Desultura, rę, Ipse desiliendi actus.

Desultores, m. r. Dicuntur quorum ars est binos trahere equos, & alternatim ex uno in alterum mira celeritate transultare, πηλητίσαι Liu. lib. 23. Nec omnes Numidæ in dextero locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso, armatis transsultare mos erat: tanta uelocitas ipsis, tamq; docile equorum genus est. Varro libro 2. de Re rustica Peritus belli aliter equos eligit, alit, ac docet: aliter quadrigarius, ac desultor.

Desultorii, Ipsi equi sine ephippiis, dicti quod ex his facilè desiliunt desultores, qui duo singulis equitibus præstò erant, exercitatis ita militibus, ut altero de uia fesso, desilire possent in recẽtem, πήληκες, Suet. in Cæs. Quadrigas, bigasq;, & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Cassiod. uerò in Epist. diuersum ab hoc genus fuisse docet in ludis Circensibus, Equi (inquit) desultorii sunt, per quos Circensium ministri missus denuntiant exituros, ut luciferi quadam in astris similitudine præcursorias uelocitates imitari uideantur. Per translationem. Desultorius, instabilis, ac identidem ab alio in aliud commeans, dicitur. Cic. pro L. Mur. Respondebo igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto mihi uideretur Prætorius candidatus in Consularem, quasi desultorius in quadrigatũ curriculum incurrere. Apul. 1. de Asino. Iam hæc quidem ipsa uocis immutatio desultoriæ scientiæ stylo quem accessimus, respondet. Martian. de nuptiis Philologiæ, Leuitate pernix desultoria gestiebat.

Desino, is, penult. cor. ex de, & sino significat omitto, finio, cesso, κάμνομαι, καταλήγω. Teren. in Phor. imò haud desinam, Donec perfecero hoc. Idẽ in prologo And. dehinc, ut quiescant, Porrò moneo, & desinant maledicere. Cicero Mario, Libenter, me hercle autem desinerem, tecumq;, & cum similibus nostri uiuerem. Est autem desinere artem, renuntiare arti, atq; relinquere, καταλύειν τὴν τέχνην, ἢ παραλύειν. Gellius libro 17. Omnium tum Atheniensium consensu disciplina tibiis canendi desita est. Apuleius lib. 4. Desine scelus. Aliquando pro terminare accipitur Plin. in Paneg. Incipimus inde, desinimus ibi. à quo incipi, in quo desini sub alio principe non posset. Idem in Epist. Desinit tibi triclinium. Hinc desinẽtia finis, terminus, καταληξις. Desinere in perpetuum, non ad tempus quo quis reuerti possit referendum est, autor Pompon. in l. fi. de Assig. libert. Sic. l. si is qui, parag. quod dicitur de Iur. dot.

Desinit esse soluendo, cui uel insignis calamitas, uel magna inopia accessit, autor Paulus in l. si arbitro. Qui satisd. cog. Vide & Triph. in parag. quod autem dicitur desisse. l. tres tutores, de Administ. tut.

Desinitur, impersonale, & Desitum est. Ouid. 1. de Arte. Tũc bene desinitur. Cic. lib. 2. de Finib. Rectè iampridem desitum est contra eos disputari.

Desitus, peu. cor. Participium. Cic. ad Pætum lib. 9. Post hunc tredecim fuerunt sellæ curuli ante L. Papyrium Crassum, qui primùm Papisius est uocari desitus.

Desipio, is, pen. cor. desipui, desipiui, & desipii, n. t. ex de, & sapio, Significat insipienter ago, siue de sapientia decido, deliro, uel aliquid à communi sensu sapientiaq; minus habeo: & construitur cum ablatiuo, παραφρονῶ, ἀφρονῶ. Cic. M. Cælio. In quo quum obiurgaret, quod nimio gaudio penè desiperem. Plautus Epid. genitiuo iunxit. Desipiebam mentis, quum illa scripta mitterem. Augustinus lib. 1. de ciuitate Dei docet minus esse Desipere quàm Insanire. Porrò, inquit, si quis hoc aggrediendum & suadendum putat, non dico desipit, sed insanit. Lactantius libro secundo, Deniq; Poëta maximus, homo in cæteris prudens, in hoc solo non poëticè, sed aniliter desipuit, id est, more anili insipienter egit. Huius contrarium est Resipisco, nam Resipio in usu raro est, resipisco frequenter. Contrà, Desipio in usu est, Desipisco non. Et hæc omnia ad mentem propriè pertinent, est enim resipiscere, ad mentem redire, ἀνανήφειν. Lactantius libro sexto. Diuin. instit. Resipiscit enim, ac mentem suam quasi ab insania resipit.

Desisto, is, n. t. Cesso, ἀφίσταμαι, ἀπολήγω. Verg. 1. Aen. me ne incœpto desistere uictam? Plaut. in Rud. Desiste dictis nunc iã. Miseram me consolari, nisi, &c. Cic. 7. Verr. Rogat ut id facere desistant. Idem pro Quint. Actionem uelle facere desistit. Plaut. in Menæch. Quid tu es tristis? quid ille abs te iratus Destitit? nescio quid uos uelitari estis inter uos duos, id est, recessit. Desistere etiam stare, subsistère, uel in loco aliquo morari significat. Plaut. in Mostel. Quid illic destitisti obsecro, tandiu? Desistere apud Iurisconsultos est à re aliqua calumniosè instituta abstinere. Desistere inquit Vlpianus, est à negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat. Inde Destitisse is uidetur, non qui distulit, sed qui liti renuntiauit in totum.

Desmoterion, δεσμωτήριον, Græci uocãt carcerem in quo uincti asseruantur: à uerbo Græco, δεσμόω, quod est ligo & uincio.

Desolo, as, a. p. pen. longa, Solum & desertum facio, à solus, a, um, ἐρημόω: Verg. 11. Aen. fat funera fusi Vidimus, ingentes & desolauimus agros. Ibidem, Desectiq; duces, desolatiq; manipli. Col. lib. 1. cap. 3. Quos hostis profugiendo desolasset agros, &c.

Desolatorius, a, um, ἐρημικὸς quod desolatur. i. destruitur.

Despero, as, n. p. pen. prod. Sperare desino, omni spe destitutus sum, ἀπογινώσκω, ἀπελπίζω. Hic enim DE præpositio negandi uim habet. Cic. 1. Offic. Considerandum est, ne aut temerè desperet propter ignauiam: aut nimis confidat propter cupiditatem. Idem in Pisonem, Quid, quod tu toties diffidens ac desperans rebus tuis, in fordibus, lamentis, luctuq; iacuisti? Idem in Læl. Cuius aures clausæ sunt ueritati, ab amico uerum audire nequeat, huius salus desperanda est. Dicimus autem, Desperare saluti, uel salutem, uel de salute. Desperare fugam. Cæs. 5. bel. Gal.

Desperatus

Desperatus in morbo dicitur, de quo nulla salutis spes habetur. Item desperarus, qui nullam habet spem. Vnde uetus prouerbium, Non esse cum desperatis certandum. Cic. in Catil. Exercitus comparatus ex senibus desperatis.

Desperatio, f.r. ut inquit Cic. libro quarto. Tusc. est ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum, ἀπόγνωσις. Sallust. Ne forte desperatione adducti, uitæ mortem præferrent, Brutus Ciceroni, Ista uerò imbecillitas & desperatio, cuius culpa non magis in te residet quàm in omnibus aliis, & Cæsarē in cupiditatem regni impulit, & Antonio post interitum illius persuasit.

Despicio, is, pen cor. a. t. Deorsum aspicio, καθοράω. Col. lib. 1. Area si competit, ita constituenda est ut uel à domino, uel certè à procuratore despici possit. Per translationem ponitur pro contemno, siue paruifacio, παροράω, ὑπεροράομαι. Nam quam quis alium contemnit, despicere uidetur, quasi infra se aspicere. Cicero libro secundo Offic. Despiciunt autem eas, & contemnunt, in quibus nihil uirtutis aut neruorum putant.

Despectus, a, um, participium est à uerbo despicior, ferè idem significans quod contemptus, παρορατὸς. Cic. in Pisonem, Abiectus, contemptus, despectus ab omnibus.

Despectus, tus, m. q. nomen uerbale à uerbo despicio, significat prospectus ex superiori loco in inferiorem, καθόρημα. Cæsar lib. 7. bel. Gal. Erat ex oppido Alexia despectus in campum. Idem lib. 3. Omnes colles, & loca superiora unde erat despectus in mare, ab exercitu tenebantur. Accipitur præterea despectus, pro contemptu, παρόρασις καταφρόνησις. Autor ad Heren. Filii parui priuati patris auxilio, ludibrio & despectui parentis inimicis erant oppositi.

Despectio, f t Idem quod contemptus, καταφρόνησις. Cic. in Horten. Consolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio.

Despecto, as, a. p. Sæpe deorsum aspicio, κατακύπτω, καθοράω. Claud. lib. 3. de Rapt. Proserpinę, despectant uertice lucum. Verg. 1. Aneid. nunc terras ordine longo Aut capere, aut captas iam despectare uidentur.

Despicabilis, ἐυκαταφρόνητος, φαῦλος, παρημελημένος, Contemptibilis, à quo Despicabilior Despicabilissimus.

Despiciētia, f p. ἀπεροψία. Despectus, siue despectio: in se plus continet quàm contemptio: ut apud Cic. lib. 1. Tusc. Totamq; uim bene uiuendi in animi robore, ac magnitudine, ut in omnium rerum humanarum contemptione, ac despicientia ponamus. Vtroq; autem horum maiorem uim habet illusio. Cic. in Catone, Contemni se putant, despici, illudi.

Despicuus, a, um. à despiciendo, intentus, Verg. cuius exempla apud Apul. frequentissima sunt.

Despicor, pen. cor. aris, atus, d p Despicio contemno, καταφρονέω. Veteres despico in actiua uoce usi sunt. à cuius passiuo Despicatus participium remansit. Terentius in Eunucho, Quæ nos, nostramq; adulescentiam habent despicatam Donatus: Despicatam contemptam, atq; despectam, à despicor, despicatus, nomen ex participio pro contemnendo. Cicero pro Sestio Cessi Tribuni Pleb. despicatissimi hominis furori.

Despicatus, tus, ui, m. q. Contemptus. Despicatui duci, est contemni. Cic. pro Plac. Quid porrò in Græco sermone tam tritum atq; celebratum est, quàm si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur?

Despicatio uerbale, Contemptus, καταφρόνησις. Cicero primo de Finibus. Vt odia, inuidiæ, despicationes aduersantur uoluptatibus.

Despolio, as, are, a. p. Est exuere, ἀποσυλάω, ἀποδύω. Plaut. in Cas. Vir te uestiat, tu uiri despolies. Cic ad Attic. lib. 7. Quū ferret literas ad bustum Basilii, uulneratus & despoliatus est. Idem 5. Verr. Qui in sua patria dux isti quondam & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit.

Despōndeo, es, ex de, & spondeo a f Spondeo autem ueteres pro dico usurpabant. Vnde Respondeo factum est, quod est posteriore loco dico. Posteà uerò spondere, usurpari cœptū est pro promittere, ἐγγυᾶν, ὁμολογεῖν, καθομολογεῖσθαι. Vnde qui puellam spondet, sponsor. quæ spondetur puella, spōsa, cui spondetur sponsus. stipulatio qua rogatur pecunia dotis è sponso, sponsio, hoc est, promissio appellatur: & dies qua puella promittitur, sponsalis dies dicitur. & spōsalia, mentio & promissio futurarum nuptiarum. Est autem despondere, promittere: quod ad nuptias propriè pertinet, & ad eum

præcipuè cuius interest locari mulierem uiro, siue uirum mulieri. Sulpitius Periochā Andriæ. Eam aliam pater ei desponderat Gnaram Chremetis. Despondere animum ille dicitur, qui melioris fortunæ spem abiicit, & quasi ex desperatione mori decreuit, & lucis tedio affectus est, ἀπογνόντα τῷ ψυχῷ, ἀπεγνωκότας ἔχειν, θανατᾶν, ἀπένειν, ἀπαγορεύοντα πρὸς τὸ ζῆν ἔχειν. Liu. lib. 3. Nec ipsi solum desponderant animos, sed contemni cœpti erant à finitimis populis. Plaut. in Mil. Ne lamentetur, neue animum despondeat. Varr. lib. 3. de Re rust. Hoc autem ideò in secluso fiat, ne reliqui si uideant, despondeant animum, atq; alieno tempore uenditori morian tur. Apud Columellam absolutè legitur despondere pro mori seu deficere, nam de turdis sic ait. Difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caueis clausi, plurimi despondent. sub. animum. Similiter dicimus Despondere sapientiam, illum qui desperat se posse ad sapientiæ fastigium peruenire. & ob hoc desistit ab incœpto. Col. lib. 12. Quam probabilis ratio est obmutescendi, quia nequeas orator esse perfectus? aut in socordiam compelli, quia desponderis sapientiā? Magnæ rei, quantuluncunq; possederis fuisse partiscipem, non minima est gloria.

Desponso, as, a. p. Idem quod despondeo, uxorē promitto, μνᾶσθαι. Desponsatus, particip. passiuum. Sueton. in Cæs. cap. 1. Dimissa Cossutia, quæ familia Equestri, sed admodum diues prætextata desponsata fuerat.

Despondebitur impersonale. Terent. Andr. Ne expecteris dū exeant huc, intus despondebitur.

Desponsus, particip. ut Thalamo alicuius despōsa puella. Stat. 10. Theb. Connubia desponsa, Catull. Desponsa & destinata laus. Cic. de Arusp. respons. Cui me præripere desponsam & destinatam laudem, quum ipse eius opera & dignitatem & salutem recuperarim, ualde est iniquum.

Despumo, as, penult. prod. Spumam aufero, ἀφρίζω. Vergil. li. 1. Georg. Et foliis undam tepidi despumat aheni. Plin. lib. 9. cap. 38. Ita despumatis subinde carnibus quas hæsisse uenis necesse est, &c. Per translationem ponitur pro decoquere. Hieron. ad Ocean. Venter mero æstuans cito despumat in libidines. Pers. Stertimus, indomitum quod despumare Falernum Sufficiat.

Despuo, is, n. t, Deorsum spuo, seu spuendo execrationem demonstro, καταπτύω. Persius, Est prope te ignotus, cubito tangat, & arces Despuat in mores.

Despui passiuum, Plin. lib. 20. cap. 23. Simulq; comitialem propter morbum despui suetum.

Despuitur impersonale. Liuius 5. ab Vrbe, Vbi nunc despui religio est.

Desquamo. a. p. Squamis exuo, ἐκπτίζω. Plaut. in Aulul. Dromo desquama pisces: tu Macherio Congrum, murenam exdorsua, quantum potes. Desquamare etiam de arboribus, & aliis rebus dicitur. Plinius libro decimo septimo capite uigesimo quarto, Vel etiam subarator imprudens luxauit radices, corpusq; desquamauit. Idem li. 23. cap. 7. Primùm abluitur uestis Sarda, dein sulphure suffitur, mox desquamatur cimolia.

Destico, as, n. p. penult. corr. apud autorem Philomelæ legitur, pro strepere. & eiusmodi edere sonum qualem reddunt forices. Quod tamen arbitror uerbum esse ab illius carminis autore confictum, quippe quod apud alium scriptorem uix inuenias. Mus (inquit) auidus mintrat, uelox mustelaq; dintrit: Et grillus grillat: destical inde forex.

Destillationes, dicuntur qui ex oculo feruntur humores, qui nec calciberi possunt nec uolentib. nobis fiunt, à lachrymis hoc solo differentes, quod lachrymæ non semper fluūt & electionem uoluntatemq; in nobis habent

Destino, as, a. p. pen. corr. Eligo, assigno, delibero, constituo προσρίζειν, τάττειν, προτάττειν, ἀποτάττειν, ὑπογράφειν. Colum. libro 2. Itaq; considerandum erit, ut solum quod excolere destinauimus, pingue sit. Cicer 1. Tusc. Alter præsto fuit ad horam morti destinatam. Sueton. de Cæsare, De ampliādo imperio plura ac maiora in dies destinabat, id est, parabat, deliberabat. Quandoq; ponitur pro alligare. Apul. libro quarto de Asino, Arreptum me loro quàm ualido, ad ansulam quādam destinato, &c. Quandoque mittere significat, ἀναπέμπειν. Iuuenal. Destinat hoc monstrum cymbæ, liniq; magister Pontifici summo. Aliquando emere. Luc. Facio ab lenone, tribus ut libertatem millibus destinet. Plautus in Rud. Minis triginta sibi puellam destinat, datq; arrhabonem & iureiurando alligat. Hoc idem significat Perstino:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Apul. Et percõtato pretio, quod eorum nummis indicaret, aspernatus, uiginti denarijs præstitisse. Est & perstino, de quo alibi. A destino fit compositum prædestino, προορίζω, unde et prædestinatio: qua uoce Ecclesiastici scripto res utuntur, pro diuina præordinatione, qua Deus cum futura omnia præuidit, tum de salute nostra aut damnatione stabile inuiolabileq; præiudicium fecit. Destinare etiam aliquando positum inuenitur pro notare. Q. Curtius libro nono. Dioxippus coniectum oculorum quibus ut fur, destinabatur, ferre non potuit. Vbi destinare oculis furem, accepit pro certis quibusdam indiciis oculorum furem denotare.

Destinatio, onis, pro deliberatione. Plin. lib. 7. cap. 45. Pestilentia urbis, fames, sitisq; Italiæ, destinatio expirandi, & quadridui inedia, maior pars mortis in corpus recepta.

Destinatus, Pro certo & definito. Quintil. libro tertio cap. 8. Iudicialem, in qua ferè eadem, sed certis destinatisq; personis quærantur.

Destituo, is, a. t. ex de, & statuo, Significat derelinquo, in periculo desero, καταλείπω, καταλήπω, προΐεμαι. Verg. 1. Eclog. Et freta destituent nudos in littore pisces. Cic. 4. Philip. Quid? eundem in decemuiratu non destituisti? Idem pro Sex. Roscio, Roscius socios induxit, decepit, destituit. Interdum est priuare, & sic construitur cum ablatiuo. Columel. lib. 9. Rursus nimiam siccitatem destituere plantas naturali alimento. Interdum dissoluere. Næuius, Nauem iubet destitui anchoris. Interdum statuere. Cæcilius, Destituit omnes seruos ad mensam ante se. Plaut. in Rud. Ita duo destituit signa hęc cum clauis senex.

Destringo, gis, a. t Decerpo, colligo, auello, καταφήγνω. Vnde Destringere oleam dicimus, pro eo quod est oliuas manibus colligere: & oleas strictiuas, siue Destrictiuas, quæ opponuntur caducis. Col. lib. 12. Tum & olea destringenda est, ex qua uelis uiride oleum efficere. Est item destringere, sudores, aliasue sordes cuti adhærentes, abradere: quem in usum olim in balneis strigiles habebãt, ὑποξύω. Martial. lib. 14. Pergamus has mittit: curuo destringere ferro: Non tam sæpe teret lintea fullo tibi. Plin. lib. 3. Epist. Dum destringitur, tegiturq; audiebat aliquid. Per Metaphorã apud Cic. pro Rabir. Nec amicum prudentem corruere patitur, nec illius animi aciẽ destringit splendor sui nominis, nec mẽtis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. Id est, non aufert aut obtũdit. nam tametsi magni sit nominis, non tamen crubescit succurrere inopi amico.

Destruo, is, is, xi, ctum, a. t. Significat quod structũ erat corrumpere, ἀποσκευάζομαι, ἀναστρέφω, ἀπολλύω, νυμφεύομαι. Huius antitheton est construere. Cic. de Senectute, ut nauem, ut ædificium idem destruit facillimè qui construxit, &c. Quin. lib. 5. cap. 7. Interim & singulos ut exornare, ita destruere contingit. Id est, ostendere iis moribus eos esse, ut in testimonio reddendo non sint recipiendi.

Destructile, pen. corr. Quod destrui potest, ἀφανισόν, φθαρτόν. Lactantius libro de Ira Dei. Destructilia sunt omnia quæ manu fiunt.

Desubitò, aduerb. Idem quod subitò, & celeriter, ἐξαίφνης. Plaut. in Most. Quamuis desubitò facilè est facere nequiter.

Desubulo, as, a. p. à subula, Significat perfodere, ut interpretatur Nonius, citans illud Varronis ex Sexqui Vlysse, Alterã Carneadem desubulasse, bona corporis secutum.

Desudo, as, n. p. pen. prod. Valde sudo, καθιδρόω. Per translationem ponitur pro laboro. Cic. de Senect. Desudare, arq; elaborare in aliqua re.

Desudasco, & desudascitur, impersonale. Plaut. Homo adulescens penetrẽ huiusmodi palæstrã, ubi damnis desudascitur?

Desuesco, is, desueui, desuetum, n. t. ἀνθέω, & desueo, es, eui, desuetum, ἀνθῶ πόσιν Prius neutrum, secundum actiuũ. Vnde Nonius in priscis dictionibus, Desueui illum, pro Desuefeci illum, id est, consuetudinem illi abstuli. Titinnius, Para sitos amoui, lenonem edibus absterrui, desueui, ne quò ad cœnam iret extra consiliũ meũ. Vbi desueui dixit pro eo quod est in desuetudinem adduxi, Desueo tamen hodie rarò est in usu, quemadmodum & simplex Sueo, aliaq; eius cõposita, Assueo, & Consueo: quorum loco utimur Assuefacio, Cõsuefacio, & Desuefacio: quæ actiuam habẽt significationem: quorum passiua sunt Assuefio, Consuefio, & Desuefio. Ab iisdẽ formantur & augmentatiua Sueſco, Assuesco, Consuesco, Desuesco, neutralem habentia significationem. Mutuantur autem hæc, præterita & supina à primitiuis suis exoletis: ut Sueſco, sueui, suetum: Desuesco, desueui, desuetum. Claudiã li. 1. de Rap. post hæc cunabula dulci Ferre sinu sumi moque Ioui deducere paruã Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis. Cicero Metello, A te id quod sueſti peto, me absentem diligas, atq; defendas. Quandoq; Desuescere accipitur pro consuescere, ut De Præpositio augeat. Plautus in Asin. Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum, aues Desuescunt: necesse est facere sumptum qui quæstit lucrum.

Desuefacio, is, desuefeci, desuefactum, A consuetudine abstrare, ἀνθὲς ποιῶν. Cic. pro Cluent. Quid, quod rostra iandiu uacua, locumq; illum post aduentum L. Syllæ, à Tribunitia uoce desertum oppresserat, multitudinemq; iam desuefactam à concionibus, ad ueteris consuedinis similitudinem reuocauerat.

Desuefio, desuefis, desuefieri, Consuetudinem amitto, à consuetudine abducor, ἀνθὲς ποιῶμαι. Varr. 2. de Re rust. cap 19. Duobus mensibus primis à partu non disiunguntur à matre, sed minutatim desuefiunt.

Desuetudo, f. t. à Desuesco, ἄνθεια, τὸ ἀνθὲς: sicut Consuetudo, à Consuesco, quæ contraria sunt. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus.

Desultor, Vide Desilio.

Desum, dees, deest, Idem est quod deficio. Seneca, Felix est, cui nihil deest ad bene beateq; uiuendum. Deesse officio suo, est officio suo non satisfacere. Deesse occasioni, est occasionem sese offerentem non arripere, oportunitatemq; rei bene gerendæ, prætermittere. Plin lib. 11. cap. 25. Nulloq; momento meditari cessat, ne quando desit occasioni. Proinde fere usurpamus, Sibiipsi deesse. Ci. pro Rosc. Amer. Mihi auscultabo, uide ne tibi desis. Deesse amici periculo, est amico in periculo non opitulari. Nonnunquam etiam pro abesse accipitur. Cicero ad Qu. frat. libro secundo, Huic conuiuio puer optimus Q. tuus, meusq;, quòd perleuiter commotus fuerat, defuit.

Desũmo, is, a. t. Idem est quod simplex sumo, λαμβάνω. Liu. 4. ab Vrbe, Singuli singulos sibi Consules asseruandos desumunt. Idem lib. 8. bel. Macedon. Recto itinere duxisti exercitum ad eos quos tibi hostes desumpseras.

Desuper, A superiore loco, ἄνωθεν. Cæsar 1. bel. Gal. Reperti sunt complures nostri milites qui in phalangas insilirent, & scuta manibus reuellerent, & desuper uulnerarent. Idem est desursum ὑπερθεν.

Dētĕgo, is. pen. cor. a. p. Quod tectum erat aperio, nudo. ἀκαλύπτομαι, ἀποκαλύπτω, ἀποστρώννυμι. Plaut. in Rud. Detexit uẽtus illam. Idem in Mostel. Texit, detexitq; me illicò. Per translationem. Liu. 10. ab Vrbe, Ite igitur, dicite (inquit) detegant nequicquam conditas insidias.

Detergeo, es, si, sum, a f. & Detergo, is, Purgo, sordibus libero, ἀποψάω, ἀποψήχω, ἀπομόργνυμι. Col. lib. 3. Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito. Idem lib. 8. Aut cornu, aut ungula tundunt, aut arbori affricant, parietibusue detergent. Plautus in Menæch. Mensam quando ego detergeo, Ponitur aliquando translatè: ut, Detergere fastigia, pro auferre, Col. lib. 8. cap. 10. Detergere spurcitias, Idem lib. 1. cap. 5. Detergere remos, idem est quod remos confringere, Cæs. bel. Ciuil. lib. 1. Aut remos transcurrentes si detergere possent, contendebant. Detergere palmites, est superuacuos palmites decerpere. Col. lib. 4. cap. 27.

Determino, a. p. Terminos impono: uel terminis, & uelut limitibus quibusdam designo, ὁρίζω. Liuius 1. ab Vrbe. In de ubi prospectu in urbem agrumq; capto, deos precatus, regiones ab Oriente ad Occasum determinauit. Plaut. in Pœn. Eius nunc regiones, limites, cõfinia Determinabo: ei rei finitor factus sum ego. Per translationem pro Definio. Cic. de Orat. Et id quod dicit, spiritu, sine arte determinat. Lactan. lib. 4. Determinanda est nobis ueritas breuiter, & in suo proprio domicilio collocanda.

Determinatio, onis, lib. 2. de Nat. deor. Extrema ora, & determinatio mundi Idem 1. de Inuent. Conclusio est eius & determinatio totius orationis.

Dĕtĕro, is, pen. cor. de triui, detritum, a. t. Vsu consumo, attenuo, deterius reddo, καταρίβω: unde Togam detritam dicimus, quæ longo iam usu deterior est reddita. Lænam æstate deteris, ἐν θέρει τὴν χλαῖναν διατρίβεις, prouerbio in eos dici consueuit, qui rebus necessariis alieno tempore abutuntur. Accipitur etiam pro triturare, ἀλοᾶν. Columella libro primo capite 6, Area optima est silice constrata quòd

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quòd & celeriter frumenta deterantur, non cedente solo pul sibus ungularum tribular nq;, & eadem euentulata mundio ra sint, lapillisq; carea t & glebalis, quas per trituram terrena ferè remittit area. Nonnunquam idem est quòd destruo corrumpo, uel imminuo. Plin as, Nimia cura deterit magis quàm emendat. Ad eundem ferè modum dicimus Dete rere laudes alicuius, pro eo quod est laudes eius imminuere. Horat. lib. 1. Carm. Laudes egregii Cæsaris, & tuas Culpa deterere ingeni.

Deter, siue deterius, a, um, pen. cor. adiectiuum inusitatum, Idē significans quod uilis, prauus, quasi detritus, καταδεὴς, à quo Deterior, deterrimus. Plaut. in Bacch. Vidi ego hominem nequam, uerùm te neminem deteriorem. Terentius Heaut. Deteriores omnes sumus licentia. Plautus Mostel. Quid tu nunc hominum te omnium deterrime uenisti huc ostentatum?

Detrimentum. n. s. Damnum dictum secundum Varronem à detritu, quòd ea quæ trita sunt, minoris pretii sunt, βλάβη, βλάμμα. Cic. de Clar. Orat Nostro incommodo detrimentoq; si ita est necesse, debeamus. Horat. lib. 2. Epist. detrimenta, fugas seruorum, incendia ridet. Cic. pro Milone. Vt Cn. Pompeius uideret ne quid Resp. detrimenti caperet.

Detrimentosus, a, um, Quod adfert detrimentum, apud Cæsarem lib. 7. bel. Gal. Sic interrtrimentum ab eo quòd duo inter se sint diminuta. Differuntq; ab inuicem, quòd detrimentum (ut Pædianus docet) uel unius partis dici potest, Intertrimentum uerò ad utriusq; partis spectat, dantis, accipientisq; incommodum. Huius uocis frequens est usus apud Iurisconsultos. Vsus est etiam ea Cic. in Verrem, Cum eo sine ullo intertrimentum conuenerat. Vide suo loco.

Deterreo, es, dererrui, a. s. Valde terreo, & quasi terrore quodam prohibeo, remouéo, ue, παυαπλήττω, ἀνέργω, ἀποτρέπομαι. Cicero lib. 1. Tusc. Itaq; non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet, & propter breuitatem uitæ nunquam longè potest abesse. Idem de Opt. gen. di. Nec uerò Aristotelem in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis.

Deterritus, participium, Deterritus pudore, Cic. ad Att. lib. 10. Deterritus ab officio, Cælius Cic. Nemo enim, necessitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet.

Detestor, detestaris, Abominor, improbo, execro, μισάτομαι, ἀποσιοῦμαι. Cic. in Vatinium, Omnes te uitant, & quum uiderint, tanquam malum auspicium detestantur. Idem in Pisonem, Omnes memoriam Consulatus tui, facta, mores, faciem deniq; ac nomen à Republ. detestantur. Inuenitur & in passiua significatione. Horat. lib. 1. Carm. Bellaq; matribus detestata. Lactant. lib. 6. Hinc est illa Plauti detestanda sententia, malè meretur, qui mendico dat, quod edat Nam & illud quod dat, perit, & illi producit uitam ad miseriam. Accipitur & pro simplici testor. Plaut. Menech. Summum Iouem, deosq́e detestor, me nequicisti malefecisse mulieri, &c.

Detexo, is, a. t. Idem quod texo, perficio, ὑφάνω. Verg. 2. Ecl.

Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus,
Viminibus molliq; paras detexere iunco?

Detexta, lana, dicitur cum perfecta est & à textrinis instrumentis detrahi potest.

Detinĕo, es, a. s. pen. cor. Teneo siue remoror, ἐπιλαμβάνομαι, κατέχω, παρατείνω. Cic. ad Att. lib. 4. Cōsilium tuum etsi non in longinquum tempus differs, tamen suspensum me detines. Terent. in Eunuch. Detineo re fortasse, tu profectus aliò fueras. Plin. Epist. 124. Moxquum è Sicilia rediens, in Icari insula uentis detineter. Per translationem uerò, Terentius in Phorm. Pol, me detinuit morbus. Sallust. Me ambitio mala detinuerat. Retinere autem est quod habemus seruare & custodire. Sallust. Nam imperium facilè his artibus retinetur quibus initio partum est. Terentius in Adelph. Pudore ac liberalitate liberos retineri satius esse credo quàm metu.

Detento, as, frequentatiuum.

Detondeo, es, detondi, a. s. quod tamen antiqui sicut suū simplex geminabant, Penitus tondeo, ἀποξυράω, ἀποκείρω. Colum. lib. 8. Et est modus optimus consyderare tempestates, quibus ouis, neq; frigus, si lanam detraxeris: neq; ęstū, si non dum detonderis, sentiat: uerùm quæq; detonsa fuerit, ungi debet tali medicamine.

Dētŏnō, as, a. p pen. cor. Tonare desino, ἀποβροντάω. Hieron. Et dum persecutionis detonaret procella, in uillam remotiorem secessit. Quint. lib. 12. cap. 9. Nam quum illa dicendi uitiosa iactatio inter plausores suos detonuit, resurgit uera, & uirtutis fortior fama.

Detorno, as, Ex materia quapiam torno aliquid efficio, ἀποτορνεύω. Pli. lib. 13. Lignum grande intus, firmæq; duritiæ, ex quo uelares detornant anulos.

Dētŏrquĕo, es, si, tum, a. s. Deflecto, curuo, καταπλάμπτω, παραφέρω. Col. lib. 4. Sed quod in salicto conserendo uitauerimus, id sequamur in eiusmodi malleolo, quem est necesse longiorem facere, si uolumus detortum pāgere. Per translationem ponitur pro abstraho, auello, aliorsum torqueo. Cicero 1. Offic. Nam & uoluptates blandissimæ dominæ maiores partes animi à uirtute detorquent. Frequenter etiam accipitur pro deprauo, siue in alium sensum quàm dictum aut factum sit, aliquid interpretor. Col lib. 3 cap 10. Atq; hæc forsitan pluribus dicta sunt quàm exigebat ratio ueritatis: minus tamen multis quàm postulabat prauè detorta & inueterata opinio rusticorum.

Dētrahō, is, xi, ctum, a. t. Trahendo aufero, ἀποσύρω. Terent. in Heaut. Occurrunt serui, soccos detrahunt. Plaut. in Asin. Nudo detrahere me uestimenta iubes. Interdum adimere siue derogare, ἀφαιρῶ Cic. lib. 3. Offic. Nunquam cōmittit ut alienum appetat: & id quod alteri detraxerit, sibi assumat. Per translationem etiam dicimus, Detrahere famę, glorię, honori, aut opinioni alicuius, pro eo quod est famam alicuius, honorem, aut existimationē lædere, διασύρεσθαι. & tunc cū datiuo construitur. Ouid. de Trist. Detrahat autori multū fortuna licebit.

Detracto, as, n p. Clanculum absenti obloquor, καταλαλῶ Est autem frequentatiuum uerbi detraho quod est eiusdē significationis.

Detractor, oris, m. t. Qui absentis famæ detrahit, qui clanculū cuipiam obloquitur, κατάλαλος.

Detractio, onis, Idem quod ablatio, ἀφαίρεσις. Cic. 3. Offic. Nō igitur magis contra naturam morbus, aut egestas, aut quid eiusmodi qui detractio, aut appetitio alieni. Interdum idē est quod oblocutio & læsio famæ absentis, καταλαλία. Exempla nusquam non occurrunt.

Detrecto, as, frequentatiuū, Defugio, deuio, recuso, nego διαδύομαι, ἀπολιγωμαι. Verg lib. 3. Georg Nec mihi displiceat maculis insignis & albo, Aut iuga detrectans, interdumq; aspera cornu. Iustinianus, Nec ipse detrectauit certamen.

Detrimentum, Vide Detero.

Detrimiasis, is, a. t. uocatur quando pupilla latior naturali apparet, & uisa minora ueris uidentur.

Detrūdo, is, pen. prod. a. t. Deorsum trudo, siue trudendo deiicio, καθαίω. Liu. lib. 2 Iam impetu conabantur detrudere uirum. Per translationem accipitur pro compello. Cic. lib. 1. Offic. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit quę nostri ingenii non erunt.

Detrullare, Est de trulla in trullam transfundere: quo uerbo usus est Apicius: quod ipsum & diffundere secundum Plinium uocatur: sic in oleo decapulare, διαχέειν.

Detruncо, as, Truncando deiicio, amputo, seco, quasi à trūco abscindo, ἀποκόπτω, κολοβόω. Liu. 1. bel. Maced. Posteaquā gladio Hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscissis, aut tota ceruice. Distrunco autem, in diuersas partes trunco. Plaut in Truc. Iam ego te hîc agnum faciam, & medium distruncabo.

Detruncatio ramorum. Plin. lib. 24. cap. 9.

Detrusum. Imp. in l. quicunq; residentibus, C. de Episco. & cleri. in relligunt, quem idonei autores Exautoratū, & Canonistæ crebrius Depositum appellant: quibus & Detrudi in monasterium, perperuò illo includi est, pœnitentiæ, ut aiunt agendę causa, ob perpetrata crimina, maximè publica, siue ut ipsi loquuntur, notoria, populūq; Dei offendentia. Sic Chronicæ attestantur, Zacharię papę autoritate, Huldericum (qui ab externis rerum scriptoribus corruptè Chilpericus nominatur, & postremus fuit è Nerouingica familia Francorum rex) detonsum, in S. Emeranni monasterii apud Regnoburgum, Auentino iudicante, detrusum, nulla cuiusquam querela, sed non sine admiratione.

Detumeo, es, n. s. Est tumorem amitto, uel tumere desino, ἀποχοῦμαι. Vnde Papinius lib 5. Thebaid quum uellet significare, mare pacatius factum esse, & undarum tumorem deposuisse, dixit mare detumuisse. Detumere (inquit) animi maris, & clementior Auster Vela uocat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Deturbo, as, a p. Cum uiolentia deiicio: maioremq; uim habet quàm detrudo, ἀπαρράσσω, καθαρπαρόω, παρωθοῦμαι. Verg. 5. Aeneid. puppi deturbat ab alta. Columella uerò libro quinto ad Pampinationem transtulit, Vinitor, inquit, qui antè ferro, nunc manu deputet, umbrasq; compescat, ac superua cuos pampinos deturbet. Cicero ad Cn. Pomp. ad animum transtulit, Sed hoc scito, tuis ueteres hostes, nouos amicos uehementer literis tuis perculsos, atque ex spe deturbatos iacere. Deturbare de mente dixit Ciceto in Pisonem, pro eo quod est mẽte spoliare. Sua, inquit, quenq; fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia, de sanitate & mente deturbat.

Deturgeo, es, deturſi, n. s. Turgere desino, tumorem pono decresco, ἀπογλύφω. Plin. lib. 9. Deturgente Nilo, mures inueniuntur.

Deturpo, a. p. Turpem ac deformem reddo, μολύνω, αἰσχύνω. Suet. in Calig. Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent occipitio raso deturpabat. Cicero simplici usus est, Ionis arã sanguine turpari.

Deuasto, as, are, a p. Deprædo, spolio, depopulor, profligo, καταπορθέω. Liu. 2. bel Pun. Vbi satis quieui datum, præda ac populationibus magis, quàm otio aut requie gaudentibus, profectus per Præturianum Adrianumq; agrum, Marsos inde, Marrucinosq; & Pelignos deuastat. Ibidem, Ita sumus aliquoties hac æstate deuastati, &c. Agmina ferro deuastata. Ouidius 13. Metam.

Deueho, a. t. Deorsum ueho, defero, καταφέρω. Plin. in Epist. Medios ille agros secat, nauium patiens, omnesq; fruges deuehit in urbem, hyeme duntaxat, & uere. Autor ad Heren. lib. 1. Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus corio, deuehatur in profluentem. Tac. lib. 4. Ac simul utrunq; exercitum Rheno deuectum Frisiis intulit. Cicero 1. Phil. Ego celeriter Veliam deuectus Brutum uidi: quãto meo dolore, non dico.

Deuello, is, Idem quod uello, ἀποτίλω, ἀπόσπάω. Plinius libro 21. cap. 11. Et cæteris hyacinthus maximè durat, & uiola alba, œnanthe: sed hæc ita, si deuulsa crebrò prohibeantur in semen abire.

De uelo, as, Velum aufero, & detego, reuelo, ἀποκαλύπτω. Ouid. 6 Metam. Oraq; deuelat miseræ pudibunda sororis.

Deueneror, aris, Idem quod ueneror, σεβάζομαι. Ouid Epist. 2. Sæpe deos supplex, ut tu scelerate ualeres, Sum prece thuricremis deuenerata focis. Tibul. lib. 1. Ipse procuraui ne possent sæua nocere Somnia, ter sancta deueneranda mola.

Deuẽnĭo, is, n. q pen. cor. De loco editiore descẽdo, καθέκω. Verg. lib. 4. Aen. Speluncam Dido, dux & Troianus eandem Deueniunt. Aliquando ponitur pro suo simplici, uenio. Plaut. in Mil. Quibus cum comitata rectè deueniat domum. Cicer. ad Attic. Nolebam nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire. Per translationem uerò, quum de diuitiis in paupertatem, de gloria ad ignominiam, de iustitia ad iniquitatem de prosperis in aduersa cadimus. περιπίπτομεν. Autor ad Heren. lib 4. Videtur esse arrogantia illa relinquere, & ad sua deuenire. Plaut. in Asin. Quid si forte in insidias deuenero?

Deuẽnŭsto, as, a p. Deturpo, λυμαίνομαι. Gel. lib. 12. Tanquã pulchritudinis sibi insignia deuenustet.

Deuẽrbẽro, as. a p. Valde uerbero, σποδέω. Teren. in Phorm. Quot me censes homines iam deuerberasse usq; ad necem, Hospites, tum etiam ciues?

Deuerbium, uide Diuerbium.

Deuerro, is, a. t. Verro, euerro, uerrẽdo purgo, κατασαίρω. Colum. lib. 8. Stabula uerò frequenter deuerrenda & purganda. humorq; omnis urinæ deuerrendus est.

Deuersus, Veteres dicebant quasi deorsum uersus. Festus.

Deuestio, a. q. Veste exuo, ἐκδύω. Apuleius libr. 3. Iam primũ omnibus laciniis se deuestit.

Deuexo, as. a. p. Valde uexo, κατασπάω. Lact. lib. 4. Et quum corpora hominum occupant, animosq; deuexant, adiurãtur ab his, & nomine Dei ueri fugantur.

Deuexus, a, um, Idem est quod declinis, seu deflexus, κατάντης. Colum. lib. 1. Parte alia collibus uel ad Orientem, uel ad Meridiem molliter deuexis. Plin. in Epist. Cuncta perennibus riuis nutriuntur, ubi aquæ plurimum, palus nulla: quia deuexa terra, quicquid liquoris accepit, nec absorbuit, effundit in Tiberim.

Deuexitas, tatis, declinitas. Plin. in Epist. Lato gremio patescit purus fons & uitreus, & numerare iactas stipes, & relucentes calculos possis. Indenon loci deuexitate, sed ipsa sui copia, & quasi pondere impellitur.

Deuincio, is, a. q. Ligo, constringo, ἀναρτῶμαι, ἐξαρτῶ, καθάπτω. Plaut. in Capt. Istas maiores catenas quibus sunt deuincti, demitto. Per translationem. Terent. in Heaut. Verùm ubi semel animus se cupiditate deuinxit mala, Necesse est cõsilia consequi consimilia. Accipitur aliquando pro obligo astringo, uel obnoxium reddo. Cic. Lentulo lib. 1. Epist. Hic tibi præstanti tua in eum liberalitate deinctus est. Idem lib. 13. Epist. Ipsum præterea summo officio, & summa obseruantia tibi in perpetuũ deuinxeris. Plaut. in Asin. Hem istoc modo facto tibi deuinxisti.

Deuinctus, participium. Colla deuinctus catenis, Silius lib. 11. Plinius Epist 129. Inest hic quoq; eadem quæ aliis carminibus utilitas, quòd metri necessitate deuincti, soluta oratione læ tamur.

Deuinctus, nomẽ ex participio. Horat. 1. Serm. Sat. 5. Plotius, & Varius Sinuessæ, Virgiliusq; Occurrit animæ quales neq; cõdidiores Terra tulit, neq; queis me sit deuinctior alter.

Deuĭnco, is, a. t. Idem quod uinco, supero, κατανικάω. Cic. de Sen. Qui Pœnos classe primus deuicerat.

Deuictus animus. Ter. in And. Hic animus partim uirginis misericordia Deuictus, partim uictus huiusce iniuriis.

Dēuĭo, as, n. p. ex de & uio, as, recta uia recedo, ἐξαμαρτάνω ὁδοῦ. Abusiuè pro Deflecto sumitur.

Deuirgino, as, Vitio uirginem, uirginitate spolio, διαπορέω. Pueri item deuirginari dicebantur, quum ex ephebis excesserant. Nonius.

Deuĭto, as, pen. prod. Euito, declino, ἐκκλίνομαι, ἐκφεύγω. Terentius in And. Posthac incolumen satis scio fore me, hoc nunc si deuito malum. Cic. 2. Verr. Vt quoniam criminum uim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret. Idem ad Attic. lib. 9. Si nec illic eum uidero, deuitatum se à me putet.

Deuitatio, onis. Cicero ad Attic. lib. 16. Facilior enim & exploratior deuitatio legionum fore uidetur, quàm piratarum qui apparere dicuntur.

Deuius, a, um, Quod est à recta uia remotum, Vnde Cicero Anagninos uocat deuios, quòd essent extra uiam militarem collocati. Et Horatius scortum deuiũ dixit, quasi à recta uia remotum. Propert. Lætor quòd sine me, deuia rura colis. Cicero in Læl. per translationem, Quid potest tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius qui non modò sensum ac uoluntatem, sed etiam uultum atq; nutum conuertitur?

Deunx, m. t. Mensuræ uel ponderis est species, cui duodecima deest uncia, hoc est, quæ undecim constat unciis: quod uel ex ipso nomine apparet. Dictus est enim Deunx, quasi una uncia dempta de asse. Martial. lib. 6. Misceri sibi piotinus deunces, Sed crebros iubet. Erat etiam Deunx mensura qua ueteres agros suos metiebantur. autor est Col. lib. 5. cap. primo. Ex deunce aliquem hæredem facere, est alicui totam hæreditatem unica uncia detracta relinquere. Cicero pro Cecinna. Facit hæredem & deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium, Ebutio sextulam aspergit.

Deuŏco, as, a. p. pen. cor. Vocãdo deduco, μεταπαλέω. Liuius lib. 4. Quum à fauciis hostibus sciscitando comperisset castra Volscorũ deserta esse, lætus à tumulo suos deuocat. Cic. 5. Tus. Socrates primus philosophiã deuocauit è cælo quod est, quasi deduxit.

Dēuŏlo, as, pen. cor. Ex loco superiore in inferiorem uolo, καθίσταμαι. Plaut. in Amphit. Postquàm in cunis conditus, Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo Maximi. Per translationem autem ponitur pro decurro. Liui. li. 3. Alii inter tumultum præcipites, pauore in forum deuolãt. Idem libro 2. pro desilio posuit, Deuolant de tribunali ut lictori auxilio essent. Aliquando est aliò uolare, hoc est, discedere, ἀφίπταθαι. Autor ad Herenn. Ita falsi amici sereno uitæ tempore præsto sunt: simulatq; homini fortunæ inuiderint, deuolant omnes.

Deuoluo, uis, a. t. Ex loco superiori uoluo, καταυλίω. Colu. libro 1. Huic proxima fluens aqua è montibus oriunda, quæ per saxa præceps deuoluitur. Liuius lib. 2. belli Pun. Saxa ingentia in agmen deuoluunt. Per translationem uerò dicimus, Deuoluta est res, deuoluta est hæreditas, quod uulgò dicitur, De manu in manum peruenit. Idem libro 5. Et eò

deuolu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

denolui rem, ut aut patricii, aut patriciorum affectæ habendi Trib. plebis sint.

Deuorō, as, pen. cor. Vorando absumo, præedendi auiditate non manſũ cibũ deglutio, καταφάγω, περιτρώγω, ἀναπάσσω. Cato de Re rustica. Bos si ægrotare cœperit, dato continuò ieiuno ouum gallinaceum crudum, & integrum faciato deuoret. Refertur etiam ad alios sensus. Martialis, Oculis deuorantibus draucos, hoc est, auidè aspicientibus. Plautus Auscultate, atq; operam date, & mea dicta deuorate. Illud enim oculorum, hoc aurium auiditatem significat. Itē pro cōcoquere, id est, perferre, ἐμφορεῖσθαι. Cic. 6 Philip. Qua propter, Quirites, expectate, & paucorum dierum molestiam deuorate.

Deuotiones, Vide Deuoueo, κατάραι, πρυτρόπαι.

Dēuŏuĕō, es, a spen. cor Solenniter uoueo, κατορκίζω. Vouere autem est aliquid sanctè promittere. Cic. 3. Offic. Quid Agamemnō quum deuouisset Dianę quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno immolauit Iphigeniam. Interdum idem est quod præuio uoto morti sese dedere. Ver. 12. Aeneid. quorum se deuouet ipris. Liu. lib. 9. Equidem mortem pro patria præclarum esse fateor, & me deuouere pro Populo Romano legionibusq; , uel in medios me mittere hostes paratus sum. Item est diris imprecationibus malum alicui optare, καταράσθαι. Ouid. in Ibin, Illū ego deuoueo, quē mens intelligit, Ibin.

Deuotus, Destinatus, προκεθειμένος, καθαγιασμένος, ἀποτεταγμένος. Varro, Tum deuoto tibi animo utere. Verg. 4. Aeneid. Præcipuè infelix pesti deuota futuræ. Accipitur & in malũ, pro diro & execrando, ἐναγὴς, κατάτορας, τῇ ἀρᾷ ἔνοχος. Ouid. in Epist. Medeæ, Viuite deuoto fœmina uirq; toro. Deuoti item dicuntur qui mutuæ amicitiæ legibus ita se astrinxerunt, ut tota in uita iisdem fruantur commodis, iisdemq; casibus obnoxii sint. Cæsar. 5. bel. Gal. Atq; in ea re omnium nostrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcantuannus qui summam imperii tenebat, cum sexcentis deuotis, quos illi Soldurios appellant: quorum hæc est conditio, ut omnibus in uita commodis unà cum his fruantur quorum se amicitiæ dediderunt.

Deuoto, as, a. p. pen prod. frequentatiuum, ἐκκλίδωμι. Cic. in Paradox. Quæ uis Coclitem cōtra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? quæ patrem Decium, quæ filium deuotauit, ac immisit in armatas hostium copias?

Deuotorius, a. um, adiectiuum: ut Carmina deuotoria, apud Liuium & Macrobium, quibus homines, urbesq; deuouentur: ut de tribus Deciis legimus, qui seipsos pro salute patriæ Diis Manibus deuouerunt.

Deuotio, Pro execratione, κατάρα. Sueto in Calig. Lenis adeò & innoxius, ut Pisoni decreta sua rescindenti, non prius succensere in animum induxerit, quàm ueneficiis quoq; & deuotionibus impugnari se comperisset. Hæ deuotiones tales erant quales diræ fuerunt apud priscos, quæ talem habere potestatem credebantur, ut nemini fas esset, qui in eas incidisset, euadere. Inter carmina magica duo erant apud maiores maximæ religionis, quorum altero, dii tutelares urbiū euocabantur ab hoste uictore, ne deos captiuos ducere uiderentur: altero deuouebant, id est, morti debebant hostium exercitus, & singula interdum capita eorum qui se traderent iræ numinum pro salute aliena: quale fuit carmen Deciorū qui se pro patriæ salute deuouerunt.

Deuro, is, ere, Idem quod uro, καίω, ἐκπυρόω. Liu. lib. 9. bel. Maced. M. Aemylius alter Cōsul agros Ligurum, uicosq; qui in campis, aut uallibus erant, ipsis montes duos Balliſtam Suismontiumq; tenentibus deussit, depopulatusq; est. De urere morsu dicitur serpens, uel afflatu, quum inflammat. Senec. lib. 1. de Clem.

Deustus, sta, stum, ut Mons deustus, Tacitus lib. 4. Pars circi deusta, Ibidem.

Deus, nomen principaliter in eo est, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia, quod à parte uirtutem & naturam trinæ singularitatis denuntiat. Secundo uerò in loco, & ut ita dixerim abusiuè, Deos dicit Scriptura etiam illos, ad quos sermo Dei fit, sicut confitetur Saluator in Euangeliis. Sed & cælestes uirtutes sub hoc nomine appellari uidentur, dum dicitur: Deus stetit in Sinagoga Deorum, in medio autem Deus diiudicat. Tertio uerò in loco iam non abusiuè, sed falsò dii gentium Dæmones uocantur, quum dicitur, omnes Dii gentium Dæmonia. Hæc Origenes in Cantica, Nominis etymologiam ex probatis autoribus indicauimus enarrantes Prudentianum hymnum de Christi miraculis. Alberici prorsus ridicula est, ut & multæ aliæ, nimirum è Papia, & similibus grammatistis petitæ. Paulò antè citauimus Iurisconsult. Martiani locum, quo Dei immortalis meminit singulariter. Dei enim notio est æternitatis & immortalitatis, αἰῶνιόντος καὶ ἀεὶ ὄντος, iuxta Homerum.

Deus, diuinus spiritus, diuina prouidentia, numē diuinum præstans æterna q̄ natura, diuus, cœlestis, qui in deorum numero est, cælum illud atq; terram tuens, & regens, deus, pro creator ille mundi Deus, Summi rector domini numen, unde deducatur, uariè exponi solet.

Deus, θεὸς, unde deducatur uariè exponi solet. Nā alii à θέειν deriuāt quod Deum significat. Alii ἀπὸ τοῦ δεῖσθαι, hoc est, à timore: quòd primos in orbem deos (si tam impiam sententiam referre fas sit) timorem credebāt inuexisse. In qua etiam sententia Papinius fuisse uidetur, quum ait, Primos in orbe Deos fecit timor. Ci. de Arusp. resp. Quis est tam uecors, qui aut quum suspexit in cælum, deos esse non sentiat? Idem 1. de Legib. Nulla gens est neq; tam immansueta, neq; tam fera quæ non etiam ignoret qualem habere deum deceat, tamē habendum sciat.

Deitas, Quæ & diuinitas dicitur, θεότης, θειότης. August. libr. 7. de Ciuit. Ciuit. Hanc diuinitatem, uel (ut sic dicam) deitatem, nam & hoc uerbo uti, iam nostros nō piget, ut expressius è Græco transferant quod illi θειότητα appellant. Deum & Diuum quidam indifferenter accipiunt. Alii uerò Deos uolunt perpetuos esse, Diuos uerò ex hominibus factos, τὰς ἀνθρωποθεωθέντας, ἀποθεωθέντας. Et licet Deus definiri nequeat, tamen ita describi potest, Deus est mens uniuersi. uel, Deus est animus per immensas mundi partes, omnemq; naturam commeans, atq; diffusus, ex quo omnia quæ nascuntur animalia uitam capiunt. Vel, Deus est infinita mens quæ per seipsam mouetur. Speusippus philosophus sic ait, Deus uiuens immortale, per seipsum ad bonum sufficiens, essentia sempiterna, ipsius boni causa. Deus penetralis dicebatur, qui intra conseptum domus cuiusq; colebatur, à nonnullis Iupiter Ercius dictus ἐρκεῖος.

Dea, æ, fœm. Vide suo loco.

Deusticæ, id est, crematæ tostæq; in primis. Colum. libro 6. capite decimo septimo.

Deuteria, pen lon. δευτερίας, à Græcis dicitur uinum aqua mistum, quod & à Latinis dicitur secūdarium, nā δεύτερος secundum dicitur. Fit ex maceratis aqua uinaceis post mustum acinis expressum.

Dextans, dextantis. m. t, decem unciæ dicuntur, quum scilicet assi deest sextans? sicut deunx, quum assi una deest uncia. Autor Festus. Colum. libro 5. capite 1. Pars dimidia & tertia, uigintiquatuor millia, hoc est, dextans, in quo sunt scrupula C C XL.

Dexter, dextri, uel Dexteri, dextra, dextrum, uel dextera, dexterum, δεξιός, notæ significationis est. Ver. 5. Aeneid. Quo tandem mihi dexter abis? Dextrum cornu, & sinistrum in acie tenere, Liu. 3. ab Vrbe. Ouid. 2. Metam. Signaq; sex foribus dextris, totidemq; sinistris. Interdum dicitur aptus, conueniens, agilis: quæ significatio inde tracta est, quòd dextra manus agilior sit & promptior sinistra. Statius lib. 3. Syl. Signa frænatæ moderatus alæ Castore dextro. Aliquando etiam Dexter dicitur prosper, propitius. Verg. 8. Aene. Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo. Persius, ô si Sub nostro crepet argenti mihi seria, dextro Hercule. Quin. in proœ. libri quarti, Adsit Domicianus dexter ac uolens. Ouid. 1. Fast. Dexter ades ducibus.

Dexterior, Comparatiuus. Ouid. 2. Meta. Nec te dexterior tortum declinet ad anguem. Varr. 2. de Re rustica capite quinto, Siquidem si mas est, in dexteriorem partem abit: si fœmina, in sinisteriorem.

Dexteritas, ſt. t. Aptitudo, δεξιότης. Liu 7. bell. Mace. Multa in eo & dexteritas & humanitas uisa. Idem 8. bel. Pun. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenii dexteritas, &c.

Dextimum & Sinistimum antiqui dicebant, Varro περιδέξιον. Primo compito dextimam uiam munit Epicurus. Sallust. in Iugur. Scylla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte A. Manlius cum funditoribus & sagittariis.

Dextera uel Dextra manus, δεξιά. Verg. 5 Aen. si Pergama dextra Defendi possent, etiam defensa fuissent. Et quoniam dextra ualidior est sinistra, Dare dextram dicimus, nō modò manum porrigere, sed etiá auxiliū præstare. Verg. 6. Aen. Da

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dextram misero.id est, præsta auxilium. Dextra se antiqui uenerabantur, per dextram iurabant, tanquam fidei sedem, & uirturis ministram. Vnde & hodie consuetudo remansit apud Germanos,ut se mutuò salutantes dextram porrigant. Dextram (inquit Seruius) Numa Pompilius fidei consecrauit.Cic.11.Philipp. Dextræ quæ fidei testes esse solebant,per fidia sunt & scelere uiolatæ. Idem post red.in Sen.Qui mihi primus afflicto & iacenti Consularem fidem, dextramq; porrexit.Terentius And.Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, &c.Cicer pro Deot.Per dexteram istam te oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti.

Dextella,læ,diminutiuum.Cicero Att. lib. 14.Quintus frater, ut scribis, est dextella: per eum igitur quod uolemus facilè auferemus.

Dexterè,aduerbium, feliciter,aptè,& cum quadam dexteritate δεξίως.Liu.1.ab Vrbe,Notitiaq; eum breui apud regem, liberaliter dextereq; obeundi officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura Horat.1.Serm. Satyr.9. Nemo dexterius fortunæ est usus.

Dextrale.ornamentum dextræ,commune uiris & mulieribus, περιδέξιον.

Dextrarii.m.s dicuntur equi, maximè bigarii ξύγιοι.

Dextro,as,a.p.Est equos bigarios iungo.Valla de Dona.Constã uidetur accepisse pro eo quòd dicimus,Equum à dextris ducere: Triumphasse (inquit) putas Cæsarem, quoties prodibat,ut nunc solet Papa præcedentibus equis albis,quos strato famuli dextrant?

Dextrario uerbale . Solinus,Tarpeium Iouem terna dextratione lustrauit.

Dextrocherium,n.s. Muliebre brachiorum ornamẽtum, quod ex auro in anuli lati formã, gemmis pretiosissimis integebatur.Iulius Capitol.scribit Maximinum pollice fuisse tam ualsto,ut uxoris dextrocherio uteretur pro anulo.Vide Cælium Rhod.lib.8.cap.15.

Dextrorsum,& Dextrorsus,aduerbium,significat uersus dextrã partem, ἐπὶ τὰ δεξία. Cicero primo de Diuin. Dextrorsum orbem flammeum.Plinius libro 24. capite decimonono Efficacissimum remedium esse aiunt,si tres quoq; trium natio num homines perungant dextrorsus.Horat.2.Serm. huic dextrorsum abit.

Dextrouersum,aduerbium eiusdem significationis est cum superiore,hoc est,uersus dexteram.Plautus in Curcul.Si deos salutas,dextrouersum censeo.Idem in Rud.Sed dextrouersum aduersa,it in malam crucem.

D I

DIC T.In notis antiquorũ,dictator.D IG.M.dignus memoria uel morte.DIIIB.dieb.DIL. dilectus uel DILECTIS. dilectissimus. D.I.L.IV.A. de isto lapide inuenies aurum.D.I.M.diis inferis maledictis uel Malis, uel dari iussit. D.IMM.diis immortalibus.D.IM. S.dis immortalibus sacrum. D.IP S.de ipsis.D.I.V.B B.dilutum uinum biberat. D.L.dat laudes,uel donauit locum,do legem,uel dono legauit.uel dico legem. D L.delego. D L.de loco.D.C.D.P.dies cum dedit publicè.D.L. S.dis laribus sacrum. D.M.dis manibus,uel domus mortui,diuus maximus, uel dis maximis, uel diuos mares.D.M.dolum malum, uel dubium malum, uel donauit monumentum.D.M.A.deo magno æterno. D. M.B.M.F.dis manibus bonæ memoriæ,dolo malo fecit, uel bene merẽtibus fecit.D.M.F.V.C.dolo malo,fraudisue causa.D.M.L.de male loquentibus.D. MM.dis manibus Meuiorum. D.M.S.dis manibus sacrum dormierunt,uel dormiunt mortui securi.D.M.S. C.S.R.P.T.D E I N V.CR.dies malus sequitur cras, si ruperis tonitrua deinuenies carbones. D.M.S.C.P.dies malus sequitur cras peius. D.N. dominus noster.D N.dominus.D.N.G.diutius non gaudebis.D.N.M Q.de noto numini maiestatiq;.D.O.P.F.S.de numerata pecunia facies sacrum D N N.domini.

Di,& Dis, præpositiones eiusdem significationis sunt: quia ambæ inseparabiles sunt, & in compositione solùm reperiuntur. Componitur autem di cum dictionibus incipientibus. à d,ut diduco:g, ut digero:l, ut diluo:m,ut dimitto:n, ut diuumero: i, ut diiudico:u,ut diuerto.& ubiq; producitur,nisi in dirimo,& disertus.Dis uerò modò negationẽ denotat:ut difficilis,diffido:modò diuersitatẽ,ut dissideo.modò diuisionẽ,ut dissocio.dissungo.Modò uariè,siue in diuersas partes,ut dispono, dissemino.Quãdoq; malè,ut dispereo, malè pereo.Cõponitur cũ c.ut discũbo:s,ut diffundo, ubi s, mutatur in f,euphoniæ causa:p, ut disputo:q, ut disquiro:r, ut dirrũpo:s,ut dissimulo:t,ut disturbo.i,cõsonãt,ut dissigo

Diãbathrã,æ,διαβάθρα.Genus solearum Græcarum,inquit Festus.Diabathrarius, qui soleas huiusmodi cõficiebat.Plautus in Aulul.Propolæ,linteones, calceolarii, sedentarii, sutates,diabathrarii, solearii, &c. Est etiam Diabathra Græcis scala nautica per quam in nauem conscenditur.

Diabetes, διαβήτης, Dictio est Græca,quã transitum transferre possumus,ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. unde pro siphone accipitur per quem aqua defluit. Colum. lib.4. cap.10. de uite loqueus,Naturali enim spiritu omne alimentum uirentis, quã si quædam anima,per medullam trunci,quasi per siphonem (quem diabetem uocant mechanici,) trahitur in summũ. Accipitur etiam pro quodam renum morbo, maximam, & penè inextinguibilem inducens sitim: unde & dipsacon appellant: nonnulli etiam fluorem urinę propterea quòd ægri semper sitientes, subindeq; bibentes, ita rum etiam reddant quod biberint à qualitate sua non mutatum. Vide Galenũ de Locis affect.libro 6.

Diabole,Latinis criminatio, cum reo nihil sciente. nedum ad contradicendum admisso soli delatori fides adhiberur. Fuere ut indicat Alciatus qui hanc uocem reponendam existimauerunt in l.natural. de uerb. sig. sed refragrante sensu.

Diăbŏlus,διάβολος,Latinè calumniator dicitur,διαβολὴ calumnia,διαβάλλω,criminor.

Diacatharotía,id muneris est, cũ Imperator priuatis fundis concedit, ut purgentur, διακαθαρίζω enim idẽ est quod purgo, purgatio ipsa καθαρμὸς, ἡ καθαρότης dicitur Alciat.in l.quicunq;.C.de Om.agro defer.lib.11.

Diacameron,id est, ducens hominem de morte ad uitam.sic enim Nicolao placuit interpretari, de quo etymo ipse uiderit.

Diacapregías,ex stercore caprino medicamen est.

Diacolanthos, cõpositionem & usum lege apud Galenũ lib.4.de ualetudine tuenda.

Diacheton,Spina est, magnitudine arboris modicæ,flore roseo,cuius radix unguentis experitur: qui alio nomine asphalatus appellatur.Plin.lib.24.cap.13.Est spina syluestris frutex humilior atque spinosus in Nisyro & Rhodiorum insulis, quem alii erysisceptrum,alii adipsatheon, siue dipsacon,siue diacheton uocant. Quo tamen in loco eruditi malunt legere diaxylon,quæ nomenclatura etiam à Dioscoride huic frutici tribuitur.

Diachysis,Diacosum,Delphinium apud Dioscorid.libro 3. capite 82.

Diacodion,διακώδιον,Medicamentum quod ex capitib. papaueris fit.Plin. lib.20.cap.18.

Diăcŏnus,m.s.διάκονος, Est minister,à διακονέω ministro: quo cognomine Mercurius appellatus fuit, quem communem esse uoluerunt deorum tùm superorum, tùm inferorum ministrum.

Diacostum,à costo radice dicta confectio,apud Nicolaum in Antidotario.

Díactor,m.t διάκτωρ,διαίκτορος. Quasi internuntius, quod nomen datum est Mercurio, quem deorum internuntium Poetæ finxerunt.

Diadema,n.t pen.prod. διάδημα.Gestamen capitis,regum insigne,ἀπὸ τοῦ διαδέω,hoc est,à circunligando. Erat enim fascia quædam,qua caput circunligabatur.Cic.2 Phil.Diadema ostendis, gemitus toto foro. Plin. lib.11. cap.16. Regibus apum in fronte macula,quodam diademate candicans.

Diadematus,Diademate ornatus,ut diadematus Apollo.Plin. lib.34.cap.8.

Diadochos. διάδοχος. Gemma beryllo similis Plin.lib 37. capite 10. Apud Athenienses autem Diodochi dicebantur, διηκοσιόσιοι,hoc est, quingenti uiri,quorum consilio de rebus publicis priuatisq; statuebantur:ita dicti quasi successores, ad differentiam Areopagitarum,quorum perpetuus erat magistratus ,διαδέχομαι enim inter cætera significat succedo,& uices alterius excipio.

Diadragantum,à dragacantho confectio pectoralis apud Nicolaum.

Diæresis,is.f.t.διαίρεσις, Apud Grammaticos figura est,qua una syllaba in duas diuiditur:ut apud Horatium,Nunc mare,nunc syluæ.ubi dictio dissyllaba syluæ,diuiditur in tres syllabas.Sic Aulai, Pictai,pro aulæ. pictæ. Nomen autem habet Diæresis ἀπὸ τοῦ διαιρῶ,quod est diuido:unde & Latinè diuisionem uocare possumus.

Diætã

Diæta, *διαιτα, ἀγωγή*. Cœnaculum in quo æstate cœnatur, ad umbram, hyeme ad solem: quod & cœnatio dicitur, siue cœnatiuncula. Plin. in Epist. Ex triclinio in diætam siue cœnatiunculam transitus. Idem, Hic turris erigitur, sub qua diætæ duæ, totidemq; in ipsa: præterea cœnatio, quæ latissimum mare, longissimum littus, amœnissimas uillas prospicit. Dicta diæta, *ἀπο τῶν διαιτῶν*, hoc est, à conuiuiis quæ in ea peragebãtur. Quanquã Varro Latinam uocẽ esse existimat, ita dictam quòd in ea per diem ederetur. Lampridius in Heliogabalo, zetam appellat, *ἀπὸ τῆ ζῆν*, quod in ea hilarius uiueretur Plin. Iun. etiam zeteculam. Sumitur item diæta pro uictus ratione, & præscripta uiuendi formula. Vnde *διαιτασθαι*, uerbũ Græcum, quod est, certa uictus ratione uror. Et Diaretice, *διαιτητική*, medicinæ pars, quæ uictus ratione medetur Apud Græcos sumitur pro loco quò arbitri ad iudicandum conueniunt, unde & *διαιτάω*, iudico ut arbiter.

Diætarii, m. *διαιτητικοί*, Vocantur ministri diætæ seruientes, quorum meminit Vlpianus de fundo instructo. Diætarii fures à ueteribus iureconsultis dicuntur, qui in aliena cœnacula furandi gratia se dirigebant, quos Vlpianus scribit plusquam fures esse puniendos. Itaq; aut ad tempus relegãdos, aut in opus publicum dandos, aut fustibus cædendos. Tit. de iniur. & fam. libel l. Sacculatii.

Diætetæ, *διαιτητοὶ*, Latinè appellantur arbitri, *ἀπὸ τῆ διαιτᾶν* quod est, arbitrii officio fungi,

Diætetica medicina, dicitur quæ uictu medetur, uulgus Regimen uocat.

Diagalanga, ex galanga confectio.

Diaglaucion, Genus collyrii, ex glaucio herba temperatũ. Plin. lib. 27. cap. 10.

Diagonios, *διαγώνιος*, Lineæ genus est, quam Latini non nulli angularem uocauerunt, quòd ab uno angulo ad alterũ perducatur. Vitr. lib. 6. cap. 3. Tertium, inquit, uti latitudo in quadrato paribus lateribus describatur, inq; eo quadrato diagonii linea ducatur, & quantũ spatij habebit ea linea diagonij, tanta longitudo atrio detur.

Diagramma, atis, n. t. *διάγραμμα*, Græcis inscriptionem uel titulum libri significat. Item decretum formulam, uel edictum in scripturam redactum. Item Geometricam figuram, siue ea triangularis fuerit, siue quadrangularis, aut alterius formæ, cuiusmodi apud Euclidẽ demonstrandi causa non paucæ extant. Vnde & Diagrammata Chaldaica quodam in loco à Plutarcho appellantur, quæ uulgò Prognostica uocantur. Est etiam diagramma præscriptio & breuiarium quoddam in publicis collationibus fieri solitum, ut ex censu tributa conferantur. Cicero in Verrem Scripturam uocat. In musica item diagramma uocatur mensurarum proportio notis quibusdam descripta. Vitruuius lib. 6. cap. 1. Vti in diagrammate musico, mediana uocis habent sonitum &c. Reliqua uide in Budæi Commentarijs. Nam ad Latinum dictionarium parum conducunt.

Diatris, ab Iri confectio, apud Nicolaum scripta.

Dialacca, ab Lacca sic dicta, apud Nicol. in Antid.

Dialectica, f. p. *διαλεκτική*, Ars disserendi, cuius finis est, uerum à falso discernere, ita dicta *ἀπὸ τῆ διαλέγεσθαι*, hoc est, à disputando. Cicero in Topicis, Iudicandi enim uias diligenter persecuti sunt ea scientia quam dialecticen appellant. Idem 4. Academ. Dialectica, ueri & falsi quasi disceptatrix & iudex.

Dialectica, orum, plur. num. gen. neut. Cic. Ac. lib. 14. Accubans apud Vestorium hominem remotũ à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

Dialecticè aduerb. *διαλεκτικῶς* Cic. 1. Acad. Multa admixta ex intima philosophia, multa dicta dialecticè, &c. Quintil. lib. 1. cap. 10. Orator etiam si rarò, non tamen unquam probabit dialecticè.

Dialecticus, ici, subst. *διαλεκτικός*. Qui tractat dialecticam. Cic in Orat. Disputandi ratio & loquendi, dialecticorum sit: oratorum autem, dicendi & orandi. Idem 4. Acad. Quid sit uerum, aut falsum, dialecticus iudicabit.

Dialecticus, a, um, adiect. Quod pertinet ad dialecticum, ut Dialecticæ captiones, apud Cic. 2. de Fin. Disputationes dialecticæ, Quint. lib. 1. cap. 14.

Dialectos, f. t. *διάλεκτος*, Linguæ alicuius proprietas, quod scilicet unaquæq; lingua peculiare habet, & à cæteris distinctum, Vnde quinque dicimus esse Græcorum dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Aeolicam, & Communem.

Dialeucon, *διαλεύκον*, Croci satiui genus, in medio candidum: unde & nomẽ accepit. Plin. lib. 21. cap. 6. Est & per se genus satiui, balsamum uulgò, quum sit medio candidum, Dialeucon uocant.

Dialexis, is, f. t. *διάλεξις*, Latinè disputatio.

Diallage, f. t. *διαλλαγή*, à nostris transfertur conciliatio. Figura est, quum plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Quint. lib 9.

Dialoes, medicamenti confectionem lege apud Gal. de tuenda ualet. lib. 5.

Dialogus, gi, *διάλογος*, Sermocinatio, siue disputatio, duorum uel plurium interrogationem mutuamq; responsionem continens, *ἀπὸ τῆ διαλέγεσθαι*, quod est disputare, siue sermocinari. Quintilianus definit esse sermonem ex interrogatione responsioneq; compositum, de ea re quæ uel philosophiam, uel Reipubl. partes attingat, disceptans, cum apposita uerborum personarumq; expressione. Cicero de Claris Oratoribus. Quum disputatio est inter eos, ut est consuetudo dialogorum.

Dialogysmus, *διαλογισμὸς*, à Rufiniano refertur inter schemata *διανοίας*, quum scilicet quis secum rem aliquam uolutans, tanquam cum altero colloquens, interrogat & respondet. Exemplum insigne est illud in Eunucho Terentij, Quid igitur faciam: non eam ne nunc quidẽ Quum accersor ultro? an potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Exclusit, rediri. redeam? non si me obsecret

Dialutenses, Pelagiæ ex purpurarum genere sunt, quæ uario soli genere pascuntur. Author Plin. lib. 9. cap. 37.

Dialyton, *διάλυτον*, Figura est quæ alio nomine Asyndeton siue asyntheton appellatur, qua plures dictiones, orationes ue sine copula iunguntur. Latinè dissolutum dici potest. Tale est illud Virgilij 4. Aeneid. ite, Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

Diamanna, ex manna confectio apud Nicol.

Diamargariton, ex margaritis cõfectio cordialis apud Nicolaum.

Diameter, m. f. pen. co. *διάμετρος*, Est recta linea, figura qua longissimè patet ex æquo secans: ueluti diameter orbis est linea, quæ sic à summo ad imum tendit ad circulum, ut per cẽtrum eat, definitore Macrob. in Somn. Scip. lib. 2. Sic in quadrangulo diameter uocatur linea à superiori lateris dextri angulo, ad inferiorem lateris sinistri perducta. hoc dissentit ab Euclidis definitione. Latini dimetientem uocant. nam Græcis *διάμετρος παρὰ τὸ διαμετρᾶν*, id est, à dimetiendo dicitur. Colum. lib. 6. Est area rotunda cuius diametros habeat pedes septuaginta.

Diamonos, Mandragora, apud Dioscor. lib 4. cap. 59.

Diamoron, à moris Celso dictum electuarium, & describitur ab Nicolao in Antid.

Dianœa, f. p. *διάνοια* A nostris dicitur mens siue intellectus. Vnde Figuras dianœas uocant Rhetores, quæ sensum magis, quàm uerba spectant. Quint. lib. 1. Figuras quæ lexeos, quæq; dianœas uocantur.

Diaolibanum, ex opiatis (ut uocant) electuarium, ac oliba no: sic inscriptum ab Nicolao compositorum consarcinatore.

Diapasma, atis, n. t. *διάπασμα*, Inspergimen siccis odoribus constans, ut scribit Plin. lib. 13. cap. 2. cuius præcipuus usus est in coërcendis sudoribus, ut inarescant corpora à balneo, quanquam non ob hoc solùm, uerumetiam ad fouendam uel laxandam, aut astringendam aliquam corporis partem soleat adniberi. Vide Marcellum Vergilium in Dioscoridem lib. 1. cap. 21. Dicitur autem *ἀπὸ τῆ διαπάσσω*, inspergo. Martialis lib. 1. Quid quod olet grauius mistum diapasmate uirus.

Diapãson, *διὰ πασῶν*, Musicæ mensuræ genus, constans ex diapente, & diatessaron, hoc est, ex quinque tonis & duobus semitonijs minoribus. Qua de re uide Comment. Macrob. in Somn. Scip.

Diapenidion, à penidiis dictum, pectorale est medicamentum.

Diapente, *διὰ πέντε*, Musicæ mensuræ genus, tribus constans tonis & hemitonio minore. Vide Macrobium in Somnium Scip.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Diaphanum, pen. cor. διαφανὲς, Latinè dicitur transparẽs, ſicut & cryſtallum, ἀπὸ τῦ διαφαίνειν, quod eſt, translucco.

Diaphonia, διαφωνία, Diſſenſio, diſcordia: διαφανίω, diſcordo, diſſono.

Diaphora, pen. cor. διαφορὰ, Latinè differentia: ἀπὸ τῦ διαφέρειν, quod eſt differre.

Diaphoretica medicamenta, διαφορητικὰ φάρμακα, A Latinis uocantur diſcuſſoria, qua ſcilicet collectiones incipientes non ad pus, aut ad ſaniem perducunt, (quod Græci uocant, πυοποιεῖν) ſed ſine ſuppuratione aliqua diſſiciũt, & diſſoluunt. Id enim medici διαφορεῖν appellant.

Diaphragma, atis. n. t. διάφραγμα, Quanuis ex ui uocabuli omne illud ſignificet quod in re aliqua medium eſt, (unde & cartilaginẽ illam quæ nares dirimit, Græci διάφραγμα appellant) peculiariter tamẽ medici hac uoce utuntur pro muſculo quodam rotundo qui ſpiritalia uiſcera à naturalibus, hoc eſt, cor & pulmones à iecore & liene, uelut paries quidã interiectus, interſepit & dirimit. Huius autem muſculi ſummum caput in coſtarum extremis ſtatuitur, ubi multæ carnis eſt particeps: deſinit in medium, quod membranoſum eſt, & tendoni finitimum. Ab anteriori parte malo punico annectitur, circunductumq; per notharum coſtarum extrema, retro ad duodecimam ſpinę uertebram adhęreſcit. Tunicas habet duas, ſuperiorem à membrana coſtas ſuccingente, inferiorẽ uerò à peritonæo. Vſus eius eſt triplex: nam & primum eſt reſpirationis inſtrumentum, deinde non leue ad alui exonerationem affert momentum: poſtremò uitalia (uti iam diximus) à naturalibus ſeparat: unde etiam nomen accepit, διαφράττειν enim aliud nihil eſt quàm interſepire. Qua ratione etiam à Latinis ſeptum tranſuerſum appellatur. Corn. libro 4. At ſub corde atq; pulmone tranſuerſum ex ualida membrana ſeptum eſt. Idem in Proœm. libr. 1. Simulatq; uerò ferrũ ad præcordia acceſſit, & diſciſſũ tráſuerſum ſeptum eſt, quod membrana quadã ſuperiores partes ab inferioribus diducit (διάφραγμα Græci uocãt) homi nem protinus animam amittere.

Diaponi, orum. m. ſ. dicti Cretenſium canum aliqui, quaſi qui ſemper in certamine congrederentur fortes.

Diaporeſis, ſ. t. pen. prod, διαπόρησις. Latinè dubitatio. Figura oratoria quæ fit quoties omnia & magna uidentur, & paria, ita ut orator neſciat à quibus potiſſimùm dicere incipiat. Terent. in Eunuc. quid commemorem primùm, aut laudem maximè: Illum qui dedit mihi conſilium ut facerem, an me qui auſus ſim Incipere: an fortunam collaudem quæ gubernatrix fuit?

Dipraſsium, ex praſsio herba medicamentum, cuius deſcriptionem uide apud Nicolaum in Antidotario.

Diapſalma, atis. n. t. διάψαλμα, Commutatio rhythmi, aut uiciſſitudo canendi, ut quidam uolunt. Alii pauſationẽ ſpiritus interpretãtur, alii alterius ſenſus exordium, alii rhythmi diſtinctionem: alii uerò cuiuſdam muſicæ uarietatis ſilentium. Autor Hieronymus in Epiſt. ad Marcellum.

Diarium, arii. n. ſ. à die fit, & ſignificat uictum quotidianũ, id eſt, quod in unius dici cibum datur. Mart. libr. 11. Sed Lupus uſuram, pueriq; diaria poſcunt. Hor. Epiſt. 1. Cum ſeruis urbana diaria rodere. Accipitur & pro libello in quo acta quotidiana perſcribuntur. Græci ἐφημερίδα appellant. Iuuenalis diurna, plurali tantùm numero. Legitur & Diarius, a, um, ἐφήμερος: ut, Diaria febris, hoc eſt, febris unius diei: quanuis non rarò in quartum uſq; diem producatur.

Diarhodon, à Roſis nuncupatum medicamentum, Abbatis ſcilicet inuentoris. Eſt & aliud, cui Iulii inditum eſt nomen, ab eodem ſcilicet compoſitionis autore.

Diarrhœa. f. p. διάῤῥοια, Eſt profluuiũ uentris ſine inflammatione, aut exulceratione. Cic. Gallo, In cœna augurali apud Lentulum tanta me diarrhœa arripuit, ut hodie primùm uideatur cœpiſſe conſiſtere.

Diarrhyton, διάῤῥυτον, Græcis ſignificat aquoſum, paluſtre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum eſt Numidiæ) diſtinxerunt: quos & Romani imitati, Hipponem dilutum uocauerunt. Autor Plinius libro quinto capite quarto.

Diaſatyrion, διασατύριον, Compoſitio quædam medicorum ad excitandam uenerem: ita dicta quòd ſatyrion herbã recipiat, excitando ueneris appetitui in primis efficacem.

Diaſtaſis, is, f. t. διάστασις, Latinè diſtantia, ex διὰ, quæ aliquã do ob & longè ſignificat, & στάσις, diſtantia.

Diaſtema, atis, διάστημα, à Græcis dicitur pro ſpatio, intercapedine, ſeu interuallo. Vtitur hac uoce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falſus eſt, quòd penultimam ſyllabam corripuerit, quæ apud Græcos per η longam uocalem ſcribitur. Sic, inquit, Placidam Paphien ſeruare diaſtema quintum.

Diaſtolæ, dicuntur rationum correctores, ſeu diſtinctores, uel quod magis erit gratiæ, diuiſores. διαστέλλω enim eſt diuido ac diſtinguo.

Diaſtole, f. t. διαστολὴ, Figura eſt dictionis qua breuis ſyllaba contra naturã producitur, ut Italiam fato profugus: ubi prima ſyllaba in dictione Italiã, quæ natura breuis eſt, extẽditur. Diaſtole item apud medicos uocatur dilatatio thoracis, quæ fit quum ſpiritum attrahimus, quemadmodum & Syſtole ab iiſdem uocatur illa cordis, thoracisq; contractio, quæ fit inter expirandum.

Diaſtrophos, phi, m. ſ. διάστροφος, Latinè peruerſus dicitur ex διαστρέφω, id eſt, peruerto.

Diaſyrmos, διασυρμὸς, Figura eſt qua una dictio ad duo diuerſa ſignificata diſtrahitur. Vergil. Ecl. 9. argutos interſtrepere anſer olores, id eſt, malus poëta inter bonos. Fit à uerbo Græco διασύρω, quod inter cætera ſignificat diſtraho.

Diateſſaron, διὰ τεσσάρων, authore Macrob. Muſicæ menſura eſt, conſtans duobus tonis & ſemitonio minore.

Diathẽca, æ, διαθήκη, & Diatheca, orum, pro teſtamento ponitur, & pro hæreditate quæ teſtamento obuenit. Quũ autẽte ſtamentum ſignificat, pluraliter plerumq; effertur. Mart. lib. 11. O quantũ diatheca ualent, & quinque comati, Tuncquũ pauper erat, non ſitiebat Aper.

Diatretum, n. ſ. διάτρητον, Poculi genus eſt tornatile, unde & nomẽ habet, διατρέω enim aut perforo, ſignificat, aut torno, conficio. Vlp. l. Si ſeruus. ad leg. Aquil. Si calicem diatretũ faciendum dediſti, ſi quidẽ imperitia fregit, damni iniuria tenebitur. Hęc pocula à Cic. & Sall. ferè toreumata uocãtur. Sũt tamen nonnulli, qui Diathetum legunt.

Diatretarii, qui huiuſmodi pocula conficiunt. Poſſunt & Diatrocharii dici, quòd rotas pilaſq; ligneas faciunt, & carros.

Diatheon, medicamenti genus eſt, quod capiti laborantis imponitur, apud Cælium.

Diatheſis, pen. cor. διάθεσις, Affectus, & unum ex accidentibus uerbi, quod Latini Genus uocant.

Diatrion pipereon, medicamentum quod ex tribus Piperibus conficitur. Compoſitionem docet Galenus de ualetudine tueuda, lib. 4.

Diatretus calix, Vas erat torno politũ. Alexan. de Alex. Genial. dier. lib. 5. cap. 7.

Diaturei, Græcè διατυρῖται. Cuſtodes nauis ſunt, qui non precio conducti, ſed ſolo uictu nauem cuſtodiebant: Vox eſt cõpoſita, ἀπὸ τῦ διαίτης, id eſt, à uictu, καὶ ὀράω, quod cuſtodẽ notat. Alc. in l. ff. Naut. cau. ſtab.

Diatretarij, ſunt qui intarſiatum (quod uocant) faciunt à Græca proportione διὰ καὶ τριτὸς. Inde apud Vlp. in l. ſi ſeruus. parag. ſi calicem ad l. Aquil. calix diatretus. Sanè hi artifices poſſunt tornatores dici, quoniam διατρέω, torno laborare ſignificat. Et τριτὸς, teſſelatus dicitur. Poſſunt & Diatrocharii dici, quòd rotas pilaſq; ligneas faciunt & carros, nam id ipſum ſignificat τρόχος. Inde τροχοποιέω uerbum Alc. C. de exeuſ. artif. lib. 10.

Diaulos, δίαυλος, Spatium duorum ſtadiorum. Stadium enim ut Hieronymo placet, pedes in longitudinem ſexcentos habet: diaulos, mille ducentos: miliarium, ſtadia octo: dolichus, δολιχὸς, ſtadia duodecim. Vitru. lib. 5. In paleſtris, periſtylia, quadrata, ſiue oblonga ita ſunt facienda, uti duorũ ſtadiorum habeant ambulationis circuitum, quam Græci uocant δίαυλον. Itẽ Diaulus uir erat ex medico factus cadauerum funerator: de quo Mart. Chirurgus fuerat, nunc eſt ueſpillo Diaulus.

Dibapha, ſiue Dibaphos, ἡ δίβαφα, ἡ δίβαφος, Purpura Tyria bis tincta, ita dicta παρὰ τὸ δὶς βάπτεσθαι. Plin. lib. 9. ca. 39. Huic ſucceſſit dibapha Tyrio quæ in libras denariis mille non poterant emi. Hac Lentulus Spinter Aedilis curilis primus in prætexta uſus improbatur, anno Vrbis conditæ ſeptingenteſimo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gentesimo, Cicerone Consule. Cicero Cælio, Curtius noster, δίβαφον cogitat, sed eum infector moratur. Vbi notat Curtium nullius precii hominem, qui immaturè aspirabat ad magistratum.

Dica, f.p. δίκη, Causa, uel libellus actionem continens. Cicero 4. Verrin. Scribitur Heraclio dica. Terentius in Phormione, Ensunquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? hoc est, Ecquando audisti me iniuriarũ nomine in iudicium fuisse uocatum? Ibidem, Cognatum te meum esse dicam, & tibi scribam dicam, δίκην ἐπάξω. Δίκην Græci deam esse finxerunt iudiciorum præsidem, eamq; uirginem & Iouis filiam (qualem etiam Latini fingunt Iustitiam) eiusq; ministri δικασταὶ dicebantur, hoc est, iudices & litium direptores, Budęus.

Dicacitas, Dícaculus, Vide Dico, dicis.

Dicæodotes, is est qui iura reddit, & iurisdictionem habet, & in cuius potestate sunt iudicia.

Dicæologia, f.p. δικαιολογία, iuris sui in medium prolatio, quum scilicet iure nostro freti, æquitatem causę quàm breuissimè complectimur. Rutilius Lupus.

Dicæosyne, es, f.t. δικαιοσύνη, iustitia, siue iusti intelligentia. Menander Pœta Comicus, δίκαιον, γεῶργον, id est, iustam terram nominat, quæ tantundem reddit, quantum accepit.

Dicax, Vide Dico, dicis.

Díchoreus, m.s. διχορεῖος, Pedis genus est, ex duobus constans Trocheis, ut Audiamus, quum scilicet prima & tertia syllabæ producuntur, secunda autem & quarta corripiuntur.

Dichotomos, διχότομος, Apud nos idem, est quod dimidiatus, siue per medium sectus, qualis septimo quoq; die post plenum orbem luna uidetur.

Dico, as, a. p. priore correpta, Est consecro, dedico numini offero, ἀνατίθημι, ἀμφιτρέω. Plin. lib. 12. ca. 1. Priscoq; ritu simplicia rura etiam nunc deo præcellentẽ arborem dicant. Cic. 1. Tusc. Dicati Apollini cygni. Accipitur etiam pro addicere, offerre, & se totum alicui tradere. Cic. Cęlio, lib. 1. Balbum quanti faciam, quamq; me ei totum dicauerim, ex ipso scies. Idem 3. de Orat. Non uidit eorum ipsorum qui tum adolescẽtes Crasso se dicarant, horribiles miserosq; casus. Dicare se in aliquam ciuitatem, & dicare se ciuitati. Cic. pro Cor. Balbo. Huius uerbi composita sunt, Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quæ habent penult. corr.

Dicatio, onis, Cic. pro Cor. Balb. Duarum ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest. Non esse huius ciuitatis ciuis qui se alii ciuitati dicarit, potest. Neq; solùm dicatione, sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio.

Dico, is, pr. prod. dixi, dictum, a. t. Loquor, eloquor, λέγω. Cic. pro Quintio, Quid hoc iniquius dici aut commemorari potest? Apud Oratores uerò, Loqui, est qualiacunq; uerba proferre: Dicere uerò, eleganter & facundè. Quintilian. lib. 10. Nam mihi ne dicere quidem uidetur, nisi qui dispositè, ornatè, copiosè dicit. Cicero in Orat. Quanquam aliud uidetur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere, attamen utrumq; in differendo est: disputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum sit: Oratorum autem, dicendi & orandi. Hinc dictio λόγος, φράσις, uocatur oratoria & facunda oratio, licet etiã pro parte minima orationis significatiua accipiatur, quam Græci λέξιν appellant. Dicere etiam uocare, nominare est. Vergil. 1. Aeneid. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. Quandoq; iudicare. Vergil. 3. Ecl. Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? Quandoq; denunciare, παραγγέλλω. Terent. in And. Sed dico ne temerè facias. Quandoq; promittere, ἐπαγγέλλομαι. Pompon. in Pistor. Numos certos dico quinquaginta millia. Sallustius lib. 2. Histor. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio ueris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias dictas coẽgit. Quandoq; pro affirmare. Martial. in Amp. Quum uerus patriæ diceris esse pater. Quandoq; dicare. Ver. 6. Aen. Iunoni infernę dictus sacer. Quandoq; pro significare. Terent. in Eunuch. At nesciebam id dicere illam. Et alibi, Quasi tu dicas factum id meo consilio. Quandoq; accipitur pro cantare. Verg. 3. Eclog. Alternis diceris, amant alterna Camœnæ. Quandoq; pro pronunciare. Hinc fit Dicere sententiam, quum tanquam consiliarij, quid nobis uidetur pronuntiamus, ἀποφαίνεσθαι. Qui apud iudices quidem secundũ legem dicturos sententiã, de confessis præcipuè, ridiculũ est. Dicere leges, aliud est quàm Ferre leges, ἐπιτάττειν νόμους. Feruntur enim leges apud suos, Dicuntur aũt uictis, hoc est, imperantur. Liu. Quando perinde ac uicto iam sibi leges dicerentur. Dicere diem, est citare, uel in ius uocare & diem præfigere, quo ad causam dicendam præstò sit, ἐπάγειν δίκλω. Liu. 3. ab Vrbe, Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus Patritijs iuuenibus in forum descendit. Interdum etiam extra iudicium dicere diem, est certum diem præfigere, constituere siue assignare. Terent. in And. Hic nuptijs dictus est dies. Cæs. 1. bel. Gall. Diem dicunt, qua ad ripam Rhodani omnes conueniant. Dixti, per syncopen, pro dixisti. Terent. in Eunuc. Dixti Eunuchum uelle te. Dicere causam dicitur reus, quum accusationibus respondere cogitur. Liu. de bell. Macedon. Scipio iussus dicere causam, orationem, &c. Cæs. 1. bell. Gall. Orgentorigen ex uinculis causam dicere coẽgerunt. Dicere dotem filio, uel filię, est promittere in dotem. Terent. Heaut. Quid dotis dicã te dixisse filio? Et paulò pòst, Sed ita dictu opus est, si me uis saluum esse, & rem & filium, Me mea omnia bona doti dixisse illi. Cic. pro L. Fla. Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat. Dicere cœnam. Plaut. Stic. Fero conuiuam Dionysium, mihiq; Et tibi, namq; Ad epol cœna dicta est, locus liber datus est mihi, & Tibi apud uos. Ius dicere, est magistratuum. Cic. de Prouinc. consul. Emisti grandi pecunia ut tibi de pecunijs creditis ius in liberos populos, contra Senatusconsultum, & contra legem generi tui dicere liceret. Idem pro L. Flac. Qui anno antè Romæ ius dixerat. Dicere Magistrum equitum, pro creare, Liu. 5. ab Vrbe, Is sibi magistrum equitum Posthumum Ebutium dicit. Dicere multam antiqui tum dicebant, quum ad populum & in comitijs multa disceptanda irrogabatur, quod ipsi Certare multa dicebant. Liuius 2. bell. Pun. lib. 5. Excitatiq; tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Caruilij quum rem inusitatam, infamemq; cernerent, ducentũm millium eius multam M. Posthumo dixerunt, cuius certandæ quum dies aduenisset, &c. Dicere multationem, siue multam pecoris, Plinius lib. 18. cap. 3. Multatio quoq; non nisi onium boumq; impendio dicebatur. Varro, Sed quum eiusmodi multa pecoris armentiq; à magistratibus dicta erat, abigebantur oues bouesq;. Dicere Musam alicuius. Verg. Ecl. 8. Damonis Musam dicemus & Alphesiboei. Dicere nomen alicui, pro imponere. Liuius 1. ab Vr. Breui stirps quoq; uirilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixêre nomen. Dicere repudium. Tacitus lib. 3. Quirinus post dictum repudium adhuc infensus, quamuis infami, ac nocenti miserationem addiderat. Dicere sacramento dicebantur milites, quum ad iusiurandum adigebantur, Rempublicam se nõ defecturos. Liu. 2. bell Pun. lib. 5. Tribuni plebis, si eis uideretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, ijs perinde stipendia procederent, ac si uiginti annorum, aũt maiores milites facti essent. Idem 4. ab Vrbe, Hoc decreto Consul armatus, quum paucis appellãtibus Tribunum collum torsisse, metu cæteri sacramento dixêre. Dicere sacramentum. Liu. 4. bel. Pun. Hodie Consules creatis quibus sacramenta liberi nostri dicant. Horat. 2. Car. Ode 17. non ego perfidum Dixi sacramentum. Dicere de scripto. Cicero pro Planc. Recitetur q; oratio, quę propter eius magnitudinem dicta de scripto est. Dicere sententiam quis dicitur, quum iudicium suum aliqua de re explicat. Cic. 6. Verrin. Mos est Syracusijs, ut si quis de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui uelit, nominatim nemo rogatur. Cælius Ciceroni Consuleṁ designatum primùm sententiam dicentem. Dicere pro sententia, idem quod dicere sententiam: sicut Dicere testimonium, & pro testimonio. Liuius 2. bell. Macedon. Et quando nemo uestrum qui in hoc concilium conuocati estis pro sententia quicquam dicere uult, aut audet, orationes legatorum externo die pro sententijs dictas percenseamus. Dicere ex tempore. Plin. Epist. 27. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit. Quint. lib. 6. ca. 3. Dicere testimonium, & testimonia, est testificari & probare. Cicero ad Quint. frat. lib. 3. Quum testimonium secundum fidem & religionem grauissimè dixissem. Idem pro Scyla, Qui in illum testimonia grauia dixerunt. Dicere pro testimonio, quod nunc dicimus Deponere, inquit Budæus. Cicero 7. Verr. Dicet is pro testimonio de missione nauarum, de fame, &c. Dicere ad uoluntatem alicuius, est assentari, adulari. Cic. de Amic. Semper auget assentatio id quod is cuius ad uoluntatem dicitur, nult esse magnum. Dicere salutem alicui. Cic. Attic. lib. 5. Meus puer tibi salutem dicit. Plaut. in Curc Veneri uerbis meis salutem dicito. Dicitur impersonale. Cic. 3. de Nat. deor. Quartus is quem heroicis temporibus Acantho Rhodi perperisse dicitur. Vt dicitur. Cic. 3. de Orat. Quamuis sphæra in scenam (ut dicitur) attulerit

attulerit Ennius: tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe. Diceret, pro dicere poſſet. Ter. And. Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ: diceret, Quid feci, quid commerui aut peccaui pater? Dicere uolui, correctionis genus eſt, quũ quis in loquendo falſus eſt, ac uerbum unũ pro altero protulit. Plaut. Mil. Sorbet dormiens. P A. Qui ſorbet? V. illud, ſtertit uolui dicere. Dicaſſis, pro dicas: Dice, pro dic, apud Comicos frequentia. Plau. Cur. Haud in me malè meditantem malè dicaſſis. Idem Rud. Tu ſi quid opus eſt, dice. Huius uerbi compoſita ſunt, Addico, Contradico. Edico, Indico, Interdico, Prædico, quæ habent penultimam prod.

Dictum. n. ſ. & nomen eſſe poteſt, *ῥῆμα ἀποφάσις*: & participium, *ἀῤῥημένον*. Terentius utrunque complexus eſt quum dixit, Nullum eſt iam dictum quod non dictum ſit prius, nam prius eſt nomen, ſecundum participium. Dictum nomen accipitur pro quouis ſermone. Plaut. Ciſtel. Pergo illò, ſubagito blandis prius & benedicis dictis. Idem Aſin. an tu tibi uerba blanda eſſe aurum rere? dicta docta pro datis? Ouid. 13. Met. neq; abeſt facundis gratia dictis. Vernile dictum, hoc eſt, ſcurrile, & procax. Tac. lib. 18. Vernile dictum omnẽ inuidiam in eum uertit. Dicto audiens, hoc eſt, obediens. Qu. libro tertio cap. 6. Minus dicto audientem filium licet abdicare. Cic. 6. Verr. Queſiui an miſiſſet: reſpondit id quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe Prætori. Dictis aliquem aggredi. Ver. 4. Aen. Talibus aggreditur Venerẽ Saturnia dictis. Et quanuis dicta generaliter de quouis ſermone dicantur, apud ueteres tamen pro facetiis & iocis poni ſolent, *σκώμματα* Cic. lib. 2. ad Att. Itaque noſtri, quum omnia dixiſſemus dicta, eſſentq; facetè & breuiter & accuratè iocati, ea proprio nomine appellari dicta uoluerunt. Terent. Eunuc, Facetè, lepidè, lautè, nihil ſuprà: Tuum obſecro ne hoc dictum erat? Vbi Donatus, Dictum id quod prouerbium, ſiue adagium quod facetis hominibus aſcribitur.

Dicturio, ris. n. q. pen. cor. Dicere cupio, ſiue dicere molior: Mac. Sed perge Auiene, ne ultrà te dicturientem ratardem.

Dictio. f. t. Pars minima orationis ſignificatiua ex qua inſtruitur oratio, & in quam reſoluitur, *λέξις*. Aliquando ponitur pro enuntiatione. Ter. in Phorm. Cauſam orare non ſinunt, neq; teſtimonii dictio eſt. Ci. 2. de Iuuent. Aliud enim laus, aliud uituperatio, aliud ſententiæ dictio, aliud accuſatio aut recuſatio conficere debet. Item pro facunda & oratoria oratione, *φράσις*. Cic. 2. Tuſc. Itaque quum ante meridiem dictioni operam dediſſemus. Idem de clar. Orat. Malim mihi L. Craſſi uiam pro M. Curio dictionem, quàm caſtellanos triumphos duos. Dictio pro oraculo. Liu. 8. ab Vrbe, Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acheruſiam aquam, Pãdoſiamq; urbem: ibi fatis eius terminum dari.

Dicax. om. t. Quid malignis ſalibus maledicit, *φιλοσχώμμων*. Quint. libr. 6. cap. 4. Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant. Cic. 2. de Oratore, Quod eſt hominibus facetis & dicacibus facillimum. Idem pro Cælio. Quàm uolent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad uinum diſerti ſint.

Dicaculus, *σκωπτίλιος* Ariſtophani, & *ὑβριστής*, & Dicacula, diminutiua ſunt. Plaut. in Aſin. Satis dicacula es amatrix.

Dicacitas, Eſt ſermo cum riſu alios inceſſens, inquit Quintilianus lib. 6. cap. 4. *φιλοπαιδορία*. Cic. in Orat. Huic generi orationis aſpergentur etiam ſales, qui in dicendo mirum quantum ualent: quorum duo genera ſunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Idem 2. de Orat. Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda eſt.

Dicto, as, frequentatiuum à uerbo Dico: quod tamen à primitiui ſignificatione nõnihil recedit. Eſt enim dictare, aliquid tractim pronuntiare, ut calamo excipi poſſit, *ἀποσοβαρίζω*, *ὑπαγορεύω*. Accipitur etiam Dictare, pro ſuggerere: ut, Ratio dictat, hoc eſt, ſuggerit, *ὑφηγεῖται*, *ὑπαγορεύει*. Plin. in Epiſt. O ſylua ô littus, quàm multa componitis, quàm multa dictatis. Boëthius, Ecce mihi lacerę dictant ſcribenda Camœnæ. Camœnæ enim littus, ac ſolitudo tacitè ſuggerunt nobis quod ſcribamus, quemadmodum ratio, & nonnunquam indignatio dictat: quod etiam annotauit Valla in Raudenſem. Plinius libro 26. cap. 4. Igitur demonſtratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adiiciemusq; quas ratio dictauerit. Dictare pro edicere, ſeu polliceri. Quintilianus libro 11. capite ultimo. Aut cum ſodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, ut ſportulam dictare uideantur.

Dictata, Dicuntur ueluti themata atq; præſcripta quæ magiſter ludi pueris præbere conſueuit. Cicero ad Att. 13. Non modò Tiront dictare, ſed ne ipſe quidem auderem ſcribere. Horat. Sic iterat uoces & uerba cadentia tollit, Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro. Nec in literis tantùm, ſed in aliis quoq; artibus dictata dicuntur. Iu. peragit dictata magiſtri Omnia. Suet. in Cæſ. Vt diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſiſq; dictata exercentibus darent. Vbi per dictata, gladiatoria præcepta, documentaq; ſignificantur. Dictata autem dicuntur huiuſmodi themata, quoniam quæ docemus, ſæpe inculcamus, ut penitus excipiantur & ediſcantur.

Dictator, m. t, *δικτάτωρ*, *διοίκητὴς τῶν ὅλων πραγμάτων*: Apud Romanos erat cui periculoſiſſimo Reipublicę tempore ſumma pdtectas, permittebatur, quam Dictaturam uocabãt. Ita dictus ſiue à dictando iure, ſiue quòd à Conſule diceretur, cuius dicto audientes omnes eſſent. Creabatur enim uiua uoce, non per ſuffragia, & durabat per ſex menſes. Et quia ſumma poteſtas erat Dictatoris in populum, is quoq; Magiſter populi appellatus eſt, ut ſcribit Varro. Cic. 3. de Fin. Rectius magiſter populi (is enim eſt Dictator) quàm Sylla. Erat autem extraordinarius magiſtratus, habens ius animaduertendi in cuiuſcunq; ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat, nec alio pacto creari ſolebat quàm quum uis aliqua maior repente oborta ingentem urbi cladem minitari uideretur. Dictatori cæteros magiſtratus eligere licebat, à quibus dictaudis quidam Dictatorem appellatum uoluerunt. Dicebatur autem Dictator à Conſule, qui deinde Magiſtratum equitum dicebat. Liuius 9. ab Vrbe, Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit. Iuuenalis Satyra 8. Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros.

Dictatrix, icis, quæ dicit agenda, præcipit, & imperat. Plaut. Perſa tu hîc eris dictatrix nobis.

Dictatorius, a, um. Quod ad Dictatorem pertinet, ſeu quod eſt Dictatoris. Liuius 6. ab Vrbe, Poſtremò Dictatorium fulmen in ſe intentatum. Dictatorius gladius, Cicero pro Cluentio, Dictatorius iuuenis, Dictatore patre natus, Liuius 1. Decad. lib. 7.

Dictatura, f. p Ipſa Dictatoris dignitas, *δικτάτωρος ἀρχή*. Plut. *πρόχειμα τῆς ἀκροτάτης ἀρχῆς*. Liu. Dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit. Nam à Dictatoribus non erat ius prouocandi, quibus etiam animaduerſio capitis data eſt. Dictaturam gerere. Cic. 2. Off. Quòd is paucos ſibi dies ad Dictaturam gerendã addidiſſet.

Dictito, as, pen. cor. à dicto, ſecundum à dico frequent. Paſſim, & frequenter dico. Cicer. 3. Ver. Vt hoc iam palàm dictitent. Idem ad Lentulum, Quem poſt reditum dictitant fracto animo & demiſſo fuiſſe. Idem 3. Offic. Dictitabat ſe hortulos aliquos emere uelle.

Dicteria, orum, n. ſ. Dicta falſa & acuta, & quodam quaſi aculeo pungentia, *σκώμματα*. Mart. Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes.

Dictamnum, ſiue dictamus, *δίκταμνον* Dioſcoridi, Herba eſt in Creta præcipuè naſcẽs, acris, læuis, pulegio ſimilis, ſed maioribus foliis, quæ tomẽto quodam ſpiſſaq; lanugine puberſcunt. Florem nullum aut ſemen profert. Produnt in Creta capras ſagittis percuſſas, huius herbæ paſtu eas excutere. Verg. 12. Aeneid. Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis & flore comantem Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, quum tergo uolucres hæſere ſagittæ. Cic. 2. de Natu. deor. Capras auditum in Creta feras, quum eſſent confixæ uenenatis ſagittis, herbam quærere quæ dictamnus uocatur: quam quum guſtauiſſent ſagittas excidere dicit ẽ corpore. Dicta eſt hæc herba etiam Artemidum, uel Arthemideſion: à Diana, quam Græci Artemida uocant. Dioſc. lib. 3. cap. 33.

Dictator, Dictatura, uide Dico, dicis.

Dicterium, Dictío, Dictíto, Dícto, Dictum, Vide Dico.

Dicrotum, n. ſ. penu. cor. *δίκροτον*, Latinè dicitur biremis, quæ duobus tantùm remorum ordinibus regitur, à prora ſcilicet & à puppi, Iul. Pollux lib. 1. Dicrota ſunt naues quæ duobus gubernaculis pariter à prora reguntur & puppi. Ci. Attic. lib. 5. *ἄφρακτα* Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum habebam, & aliud cataſcopion. Idem lib. 16. Nam & ipſe Domitius bona planè habet dicrota. Dicroton item medici uocant pulſus quoddam genus in arteriis, à geminato percuſſu. Galenus in tractatu de Pulſibus.

Dictyota, *δικτυωτὰ*, Opera quæ noſtri reticulata uocant, ita dicta quòd in hoc ædificii genere teſſellæ, macularum quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ in reti conſpiciuntur ſimilitudinem referant, *δίκτυα*, enim Græci uocant retia. Plin. lib. 36. cap. 22. Dictyoton uocant reticulatam ſtructuram, quàm frequentiſſimè Romę ſtruũt rimis opportunam. Vbi tamen in uulgatis codicibus legitur Dictyotheton.

Didaſcalus, m. ſ. *διδάσκαλος*, Nobis præceptorem ſonat, *ἀπὸ τῆς διδάσκειν*, hoc eſt, à docendo.

Didaſcalia, *διδασκαλία*, Latinè doctrina, ſiue eruditio, *ἀπὸ τῆς διδάσκειν*, quod eſt, docere, ſiue inſtituere. Cæl. ad Cic. lib. 8. Genere tamen quod ad nos pertineat, & *διδασκαλίαν* quandã, ut uerſetur inter manus, habeat.

Dido, didis, dididi, diditum, Diſtribuere ſignificat, & diligere, *διανέμομαι*. Dictumq; uidetur dido, quaſi diuido, ablata media ſyllaba. Hor. 2. Serm. Sat. 2. Abluti ſenis exemplo dum munia didit, id eſt, diuidit. Frequenter accipitur pro diuido ſiue diſpergo. Verg. 7. Aeneid. Dicitur hic ſubitò Troiana per agmina rumor. Idem 8. Aeneid. Cognatiq; patres, tua terris dicta fama. Eſt autem hoc uerbum Lucretio in primis familiare.

Didoron, pẽ. prod. *δίδωρον*, Quod eſt duorum palmorum: unde laterꝝ quoddam genus ſeſquipedali longitudine. Plin. didoron appellat, à longitudine nimirum duorum palmorũ maiorum, quorum ſinguli ualent palmos minores tres, hoc eſt, digitos duodecim. Verba Plinii ſunt hæc ex lib. 35. cap. 14. Genera laterum tria, didoron quo utimur, longum ſeſquipede, latum pede. Alterum tetradoron. Tertium pentadoron. Græci enim antiqui doron palmum uocabant, & ideo dora, munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, pro ut ſunt nominantur. Hæc ille.

Didrachmum, n. ſ. *δίδραχμον*, Numus eſt duas drachmas continens. Bud.

Diduco, is, a. t. pen. prod. In diuerſas partes, & diuerſa loca duco, diſtraho, dirimo, *διαιρέω*, *διαλαμβάνω*. Cæſar 6. bell. Gall. Dimittendæ plures manus, ducendiq; erant milites. Columella lib. 6. de bobus domandis, Poſt hæc diductis malis educito linguam. Idem libro 4. Validam uitem in ramos diducere cenſeo. Perſius, Quumq; iter ambiguum eſt, & uitæ neſcius error, Diducit trepidas ramoſa in compita mẽtes. Virgil. lib. 1. Georg. quiq; paludis Collectum humorem bibula diducit arena. Propertius, Non ego complexus potui diducere ueſtros.

Didymus, *δίδυμος*, Latinè geminus dicitur. Quo nomine uir Alexandrinus dictus eſt, qui licet ab ineunte pueritia oculis captus foret, diuinas tamẽ literas oprimè callebat, & inter Eccleſiaſticos ſcriptores illuſtris fuit, quumq; propter cęcitatem etiam elementorũ ignarus eſſet, Geometriam tamẽ, quæ uel maximè uſu indiget, perfectiſſimè tenuit. Author Hieronimus. Fuit & alter Didymus Alexandrinus ſalſamentarii filius, quo nemo (ut Quintil. inquit) plura ſcripſit. Grammaticus fuit, & ad Auguſti tempora peruenit, ob aſſiduam circa libros moram, *χαλκέντερος* appellatus. Nam ad tria millia librorum & quingentos ſcripſiſſe dicitur. Fuit & alius Grammaticus Alexandrinus, qui Romæ docuit. Alius item Poëta qui Georgica ſcripſit. Alius præterea philoſophus Academicus.

Diecula, Vide Dies.

Dies, *ἡμέρα*, tam maſculini quàm fœminini generis eſt in numero ſingulari, plurali uerò tantùm maſculinum. Illud tamen interest, quòd dies in fœminino genere denotat tempus indeterminatum, & ideo diminutiuũ eius eſt Diecula, quod ſignificat breue tempus & moram. Dies uerò quum tempus ſignificat uiginti quatuor horarum, uel etiam ſpatium illud ab oriente ſole ad ſolem occidentem, generis maſculini eſt, nam illud tempus eſt determinatum. Sic diem heſternum, & diem hodiernum, potius dicimus quàm heſternã, uel hodiernam. Contrà uero tempore incerto dicimus longa dies, pro longo tempore, non autem longus dies. Iuuenal. Longa dies igitur quid contulit ei eſt, longum tempus. Verg. 11. Aeneid. Multa dies, uariusq; labor mutabilis æui Rettulit in melius. Iureconſulti item bima, trima, quadrima dies uſurpant pro tempore biennii, triennii, quadriennii. Sed confunditur quandoq; hæc differentia. Verg. 2. Aeneid. Iamq; dies infanda aderat. Cic. ad Q. fr. In qua primùm erat, quòd antiquior dies in tuis fuiſſet aſcripta literis quàm in Cęſaris. Plinius lib. 11 cap. 24. Mirum quod eadem die germinat qua iniectum eſt. Dies qui ciuilis dici ſolet, à media ſcilicet nocte in ſequentẽ (ut Macrob. lib. 1. cap. 3. tradit) ita diuiditur. Primum diei tempus dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinii ſiue galli cantus, *ἀλεκτρυοφωνία*, quòd tum galli cantent. Inde conticinium, *ἀμφιλάκηνύξ*, quum & galli conticeſcunt, & homines quieſcunt. Deinde Diluculum, quum incipit dignoſci dies. *ὄρθρος*. Inde manè, quum dies eſt clarus, *πρωΐ*. Inde meridies, diei medium, *ἡμισυμβρία*, *μεσοῦσα ἡμέρα*. Inde iam ſuprà uocatur occiduum tempus, *δείλη*, quod & ſerum diei uocatur, *ὄψι*, & mox ſuprema tempeſtas, diei nouiſsimũ tempus ſicut eſt expreſſum in duodecim tabulis, Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Deinde Veſpera, ſeu Veſper, *ἑσπέρα*, à ſtella quam Græci Heſperam, Plautus Veſperuginem, Ennius Veſperum, Martialis Phoſphorum, Virgilius Heſperon appellãt. Inde crepuſculum ueſpertinum, *δείλη ὀψία*, dictum à crepero, quod dubium ſignificat, tanquam lux dubia, quòd incertum ſit, id tempus, noctis an diei exiſtat. Ab hoc tempore prima fax noctis, quòd tum primũ faces, hoc eſt, lumina inferri incipiant, *νυκτὸς ἀρχή*. Deinde nox concubia, à cubando, deinde intempeſta, quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes diſtribuebant diem, qui conſtat ex uiginti quatuor horis, & lucem tenebrasq; continet, eumq; diem ciuilem uocabant, quòd in aliis atq; aliis ciuitatibus & regionibus alio atq; alio modo obſeruaretur. Atheniẽſes enim diem ciuilem auſpicabantur à ſole occidente ad ſolem iterum occidentem. Babylonii ab ortu ſolis ad ſolem ſecundò exorientem: Vmbri à meridie ad meridiem ſequentem: Romani autem à media nocte ad mediam noctem, quorum à nobis quoq; conſuetudo obſeruatur, adeo ut ſi quid ante mediam noctem geſtum ſit, id præcedenti diei aſcribatur, quod à media nocte, ſequenti diei annumeretur. Interdum diem dicimus, ut ſolam lucem intelligamus, tenebras uerò ſub noctis nomine. Virgilius 6. Aeneid. Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Eſt & dies naturalis ab ortu ad occaſum ſolis. Dies totius anni ex inſtitutione Numæ, aut feſti erant, aut profeſti, aut interciſi. Feſti dies aut ſacrificiorum aut epularum, aut ludorum cauſa fuerunt inſtituti. Profeſti autem diuidũtur in faſtos, comitiales, comperendinos, ſtatos, præliares. Interciſi uerò dicebantur qui & humanis & diuinis negotiis erant communes. Erant & atri dies, de quibus locis ſuis. Huius nominis genitiuus eſt diei, dii, dies, & die. Cicero pro Sext. Equites non daturos illius dies pœnas. Verg. 1. Georg. Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas. Idem 1. Aeneid. Munera, lætitiamq; dii. Salluſt. in Iug. Vix decima parte die, pro diei. Die craſtini, die ſeptimi, pro die craſtino & ſeptimo. Plautus in Moſtel. Hanc rem die craſtini cum herus reſciuerit. Idem in Menæch. Nam ibi mercatum dixit eſſe die ſeptimi. Vide Macrobium 1. Saturn. cap. 2. Die quinti, die proximi, die priſtini, pro quinto, proximo, & priſtino. Vide Gellium lib. 10. cap. 24. Deriuatiua & compoſita à dies ſunt hodie, quotidie, pridie, meridies, nudiuſtertius, nudiuſquartus, diarium, æquidiale, æquidium, diluculum, & perdius. Dies qui hebdomadem conſtituunt, à ſeptem planetis cognominati ſunt. Primus ſeptimanæ dies à Sole, dies Solis, ſiue Phœbi dicitur, *ἡλίου*, *ἡμέρα*, *πρώτη*, *κυριακή*. Secundus à Luna, Lunæ, *σελήνης*. Tertius à Marte, Martis, *ἄρεως*. Quartus à Mercurio, Mercurii, *ἑρμοῦ*. Quintus à Ioue, Iouis, *διὸς*. Sextus à Venere, Veneris, *ἀφροδίτης*. Septimus, à Saturno, *κρόνου*. Dies critici, ſiue criſimi, *κρίσιμοι ἡμέραι*, à Medicis dicuntur iudiciarii, in quibus ſcilicet de ægritudine ferri iudicium poteſt. Vide ſuprà Criſimi dies.

Diecula, diminutiuum à die, gen. fœm. p. quod ferè pro exigua temporis mora accipitur, *ἡμερίδιον*. Terent. in Andr. Non ſatis habes quòd dieculam addo? id eſt, aliquam temporis dilationem.

Dieſcit. Dies fit, *ἡμέρα γίνεται*. ſicut nocteſcit, nox fit, quibus ſolùm utimur in tertiis perſonis abſolutè & impersonaliter.

Dieſpiter, pitris, Diei pater, *ζεύς*, *Ζῆν*, id eſt, Iupiter, ſicut Diouis, quaſi die iuuans, quòd homines die & luce quaſi ultra ipſa iuuaret. Horat. lib. 1. Carm. Namq; dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens. Macrob. Ipſi quoq; Romani dieſpitrem Iouem appellant.

Dietēris, idis, f. t *διετία*, tempus duorum annorum: ſicut trieteris, uel certè (ut eleganter docet Cenſorinus) quod tertio quoq; anno recurrit: Nam apud ueteres Trieteris conſtabat ex quinque & uiginti menſibus, hoc eſt, ex duobus annis, quorum alter duodecim habet menſes, alter tredecim. Sic etiam Penteteris dicitur tempus hoc duplicatum hoc eſt, quadriennii ſpatium, ita dictum quòd quinto quoque anno recurrat.

Diequar-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Diequarti, & Diequartè, pro die quarto. Diequinti & diequintè, pro die quinto. Diepriſtini uel priſtinè, pro die priſtino, quod nos cõuerſo compoſitionis ordine dicimus pridie. Die craſtini, pro die craſtino, & alia multa. Videntur autem ueteres differentiam feciſſe inter diequarto & diequartè: ut illud, pro præterito ſit, quod nos nudiuſquartus dicimus: hoc de futuro. Vide Macrob. Saturn. lib. 1. & Gellium lib. 10. cap. 24. Sunt autem hæc omnia compoſita, & pro aduerbiis accipiuntur.

Dierecti, m.ſ. teſte Nonio, A die uocati ſunt crucifixi, quaſi ad diem erecti. Feſtus ſcribit directum per antiphraſin dici apud ueteres, uolentes ſignificare malum diem, unde Directa aduerbialiter dicimus. Plautus, Quin tu i dierectà cum ſuccula & cum porculis. Dierecta (inquit) quaſi in malam diem.

Diurno, as, Diu uiuo, teſte Nonio. Eſt aũt uerbum à die deductum, ſicut perennare ab anno.

Diurnus, a, um, à die ſit, ſicut nocturnus à noctu, ἡμερήσιος. Cicero de Senect. An cenſes (ut de me ipſo aliquid more ſenũ glorier) me tantos labores diurnos, nocturnosq; domi, militiæq; ſuſceperunt fuiſſe, &c. Plaut. in Men. Inde uſq; ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.

Diurnum, ni, Liber cõtinens acta ſingulorum dierũ, ἐφημερίς. Iuuen. Longi relegit tranſacta diurni. Aliàs Diurnum accipitur pro uictu atq; mercede unius diei. Seneca, Diurnum accipit, in centunculo dormit. Idẽ lib. 2. Contr. Conſors modò omnis fortunę diurnum peram.

Diutinè, aduerb. Idem quod diu, διὰ πολλοῦ, χρόνου. Plaut. in Rud. Ille qui conſultè, doctè, atq; aſtutè cauet, Diutinè uti bene licet partum bene.

Diutulè, pen. cor. diminutiuum à Diu, ſignificat aliquandiu, ἐπ' ὀλίγον. Gell. Quum diutulè tacitus cogitando fuiſſem. Apuleius in Flor. At non itidẽ maior meus Socrates, qui quũ decorum aduleſcentem & diutulè tacentem conſpicatus foret, &c.

Diutinus, a, um, pen. cor Longus, ſeu continuus, διὰ πολλοῦ χρόνου. Cic. lib. 10. Epiſt. Libertatis deſyderio, tedioq; diutinæ ſeruitutis. Sic Cæſar, Diutinus labor. & Liuius, Diutinum bellum.

Diutius, comparat. ab aduerb. Diu. Cic. 7. Verr. Potero hoc ego onus tantum aut in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus ſuſtinere. Plaut. Rud. Sed mea deſidia ſpem deſerere nolui. Eò uos amici detinui diutius. Cic. Non obtundam diutius aures ueſtras.

Diutiſsimè, longiſsimo tempore, πλεῖστον, χρόνον. Cic. de Amic. Catonem induxi ſenem diſputarem, quia nulla uidebatur aptior perſona, quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius qui & diutiſſimè ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute præ cæteris floruiſſet.

Diuturnus, a, um, Idem quòd diutinus, à diu deriuatum, χρονιαίος, χρόνιος, ut Vſus diuturnus, ſilentium diuturnum, apud Cic. Idẽ de Sen. Quas quidẽ ſic auidè arripui, quaſi ſitim explere cupiens.

Diuturnitas, atis, πολυχρονία, ut Diuturnitas belli. Cæſar, Diuturnitas temporum, Cic. Idem de Senect. Semper enim in his ſtudiis laboribusq; uiuenti non intelligitur quando obrepat ſenectus, ita ſenſim ſine ſenſu ętas ſeneſcit, nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur.

Dieteris, pen. prod. Tempus duorum annorum, διετία, ſicut Trieteris, τριετηρίς, trium annorum, uel certè (ut eleganter docet Cenſor.) quod tertio quoq; anno recurrit. Nam apud ueteres Trieteris conſtabat ex quinque & uiginti menſibus, hoc eſt, ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menſes, alter tredecim. Sic etiam Penteteris, πενταετηρίς, dicitur tempus hoc duplicatum, hoc eſt, quadriennii ſpatium: ita dictum, quòd quinto quoq; anno recurrat.

Diffamo, a. p. pen. prod. per diuerſas partes famam diuulgo, ſiniſtram famam de re quapiam ſpargo, διαφημίζω. Sumitur enim ferè in deteriorem partem. Tacit. A Nerone probroſo carmine diffamatus, contumelias ultrum ibat. Adulteriũ diffamatum, Ouid. lib. 4. Metam.

Diffarreatio, ſ. t. Sacrificii genus inter uirum & uxorem, quo coniugiũ diſſoluebant per cõfarreationem cõtractum. Erat autem Confarreatio quędã ſolẽnitas, quam ſacerdotes obſeruabãt in uxore ducenda. Soli enim ſacerdotes, authore Bœtio, per confarreationẽ uxorem ducebãt. Dicta eſt aũt hæc ſolennitas, confarreatio, quia ſiebat farreo libo adhibito, quod etiam in diffarreatione adhibebatur.

Differo, a. anom. Spatium temporis extendo, ἀναβάλλομαι. Vergil. libr. 6. Diſtulit in feram commiſſa piacula mortem. Interdum eſt in diuerſa loca ferre, διαφέρειν. Plaut. in Rud. Nos cum ſcapha tempeſtas dextrouerſum differt ab illis. Idem in Cur. Iam ego te faciam, ut hinc formicæ te fruſtulatim differãt. Interdum diffamare, diuulgare. Lucil. Gaudes, quum de me iſta foris ſermonibus differs. Plat. in Tri. Nolo ego mihi te iam proſpicere, qui meam egeſtatem leues: ſed ut inops Infamisq; ſim, ne mihi hanc famam differant. Interdum diuidere, ſcindere, diſsipare, ἀναφέρειν. Terent. in Adelph. Me miſeram differor doloribus. Simile Græcis eſt διαφέρεσθαι Interdum in ordinem ponere, διατάττειν. Verg. lib. 4. Georg. Ille etiam ſeras in uerſum diſtulit ulmos. Interdum diſtare, διατάττειν, διαφέρειν. Cicero Diuinatio in Verrem At uide quid differat, inter meam opinionem & tuam

Differentia, f p. διαφορὰ. Cic. 4. Acad. Quòd uideretur eſſe quædam in uiſis differentia. Idem quinto de Finibus, Ita fit ut quanta differentia eſt in principiis naturalibus, tanta ſit in finibus bonorum malorumque diſſimilitudo. Indifferens ἀδιάφορον, quod ſcilicet per ſe neq; bonum eſt, neq; malum

Differitas pro differẽtia, quo antiqui utebãtur, διαφορὰ. Luc. libro quarto. Tantaq; in his rebus diſtantia, differitasq; eſt. Nonius.

Dilatus, participium. Cicer. 5. Verr. Quaſi metueret ne Petillius priuato illo iudicio tranſacto, aut dilato, cum cæteris in conſilium reuerteretur. Pœna dilata in tempus mortis, Ouidius 3. Triſt.

Dilatio, ſ. t. Tẽporis prorogatio, ſiue extẽſio dicitur, ἀναβολὴ. Plin. lib. 18. cap. 10. Nec ulla ſegetum minus dilationem patitur. Cic. 3. Philip. Quę eſt igitur expectatio, aut quæ minima dilatio temporis.

Dilator, ris, Cunctator, μελλητὴς. Horat. in arte, Dilator, ſpe lõgus, iners, auidusq; futuri.

Differcio, a, q. Compoſitum eſt à farcio, Impleo & diſtendo, συμπληρόω. Horat. lib. 1. Satyr. 5. Inde forum Appi Differtum nautis. Idem libro primo Epiſtol. Differtum tranſire forum.

Diffibulare, a. p. Aperire, diſcingere, fibulã reſoluere, ἀποπερπᾶν. Papin. Emicat, & toruè chlamydẽ diffibulat aura.

Difficilis, le. Dicitur illud qđ nõ eſt facile, δύσκολον. Ter. in Heaut. Nihil tam difficile quin quærẽdo inueſtigari poſſit. Si tamen de homine dicatur, idem erit quod moroſum. Cic. de Senect. Moderati enim, nec difficiles ſenes.

Difficultas, f. t. abſtractum, δυσκολία. Cic. pro Cluentio, Proſpicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris ſit habitura. Accipitur eleganter pro inopia: ut, difficultas rei numariæ, aut frumentariæ. Cic. 4. Verr. Et ſimul oſtẽdit ſe in ſumma difficultate eſſe numaria.

Difficilè & Difficulter, aduerbia, δυσκόλως. Plin. li. 27 cap. 11. In cacumine autem ſemen inter folia durum, & quod difficilè euellatur. Liu. lib. 5. bell. Pun. Circundati pedites haud difficulter impetum incurſantium Numidarum arcebant.

Difficul, antiqui dicebant pro difficile. Autor Nonius, qui adducit teſtimonium Varronis, Quod utrum ut magnum an paruum facul, an difficul.

Diffido, is, neutropaſſ. t. penult prod. Non fido, deſpero, & in re aliqua non ſatis præſidii mihi poſitum eſſe iudico, ἀπιστέω, ἀνελπίζω. Cic. 2. de Diuin. Nihil Nih affirmabo: quæram omnia, dubitans plerunq;, & mihi ipſe diffidens. Ibidem, Eudemus ita grauiter ægrotus fuit, ut omnes medici diffiderent. Dicimus autem diffido de te. Ser. Sul. Ciceroni Plura me ad te de hac re ſcribere putet, ne uidear prudentiæ tuæ diffidere. Ad Heren. Et nobis non diffidimus.

Diffiſus, participium. Cic. pro Muræna, Fatebor enim Cato, me quoq; in adoleſcentia diffiſum ingenio meo, quæſiſſe adiumentum doctrinæ.

Diffidentia, æ, cuius contrarium Fidentia. Cicero quarto Tuſculanarum. Etſi fidentia, id eſt, firma animi conſiſio, ſcientia quædam eſt, & opinio grauis non temerè aſſentiens. metus quoque eſt diffidentia expectati & impendentis mali. Idem primo de Inuentione, Quod genus, fidentiæ contrarium eſt diffidentia, & ea re uitium eſt: audacia non contrarium, ſed appoſitum eſt, ac propinquum, & tamen uitium eſt. Ouid. 2. de Remed. am. Fit quoq; longus amor, quem diffidentia nutrit.

Diffiden-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Diffidenter, aduerb. Cic. pro Cluen. Altera tantum modo consuetudinis causa timidè & diffidenter attingere rationem ueneficii criminum.

Diffidationem, Vulgus uocat Denunciationem eam hostibus factam, antè quàm cõmittatur bellum: quę nõ minus quàm trium dierum tempus complecti debeat. Vnde est Titul. de Diffidat.

Diffindo, diffidi, penult. præteriti corr. diffitum, a. t. In partes findo. σχίζω, διασχίζω. Verg. 9. Aeneid. Et media aduersi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. Diffindere diem, teste Budæo, est id quod nos rem in crastinum continuare dicimus, uel remittere. Tria enim, inquit idem, erant apud antiquos pronunciandi genera: aut enim dies diffindebatur, hoc est, res in posterum reiiciebatur, aut comperendinabatur, id est, in tertium diem differebatur, aut Iudex non liquere pronunciabat. Vlpian. l. 2. Si quis caution. Et ideo etiã lex XII. tab. Si Iudex uel alteruter ex litigatoribus morbo sontico, impediatur, iubet diem iudicii esse diffissum. Gell. lib. 15. cap. 1. Iussi igitur diem diffindi, atq; inde à subselliis pergo ad Phauorinũ philosophum.

Diffingo, is, ere, a t. Corrumpo, & destruo, quod fictum & formatum est, διαφθείρω. Horat. 3. Carm. neque Diffinget, infectumq; reddet, Quod fugiens semel hora uexit. Vbi Acron, Diffinget, id est, confundet, immutabit, siue diuellet. Idem Carm. ô utinam noua Iucunde diffingas retusum in Massagetas, Arabasq; ferrum. Vbi Acron, Diffingas, contusum reformes: nam sicut fingere, formare dicitur: sic & diffingere, est quassatum reformare. Idem 2. Serm. equidem nihil hinc diffingere possum, id est, non possum negare rem sic non se habere.

Diffinio, inis, pen. prod. ex dis, & finio, Disperiendo distinguo. διρίζω.

Diffinitio, onis, f. t. & definitio, & finitio appellatur, constat ex genere & differentiis: ut homo est animal rationale, mortale, ὅρος, ὁρισμὸς. Quintilian. Finitio, est rei propositę propria & dilucida, & breuiter comprehensa uerbis enuntiatio. Dicta autem est diffinitio sumpta translatione ab his qui fundos prędiaq; diuidunt alia ab aliis. Nam ut illi agrum ab agro diffiniunt, atque habitam de finibus controuersiam distingunt: sic per definitionem res à rebus distinguuntur, & ueluti certis quibusdam finibus circumscribuntur.

Diffiteor, d. f. ex dis, & fateor, significat nego, ἀπαρνοῦμαι. Cicero, Itaq; nunquam diffitebor, multa me, ut ad effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore. Columel. lib. 4. cap. 10. Nam quod in profundo semina frigore laborare dicuntur, nos quoq; non diffitemur.

Diffio, as, a p. Est flatu prosterno, Plaut. in Milit. Cuius tu legiones difflati spiritu quasi uentus folia.

Diffluo, n. t est in diuersas partes fluo, διαῤῥέω. Plin. lib. 22. cap. 13. Qui edêre, abiiciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt. Diffluere otio, uel luxuria est immodico otio, uel immodicæ luxuriæ indulgeo. Teren. in Heaut. Vt eius animum, qui nunc luxuria & lasciuia Diffluit, retundam.

Diffringo, is, In uarias partes frãgo. διαῤῥήγνυμι, Plau. Asin. Cura hercle diffringentur.

Diffugio, is, n. t. pen cor. In diuersas partes fugio, διαφεύγω. Vergil lib. 3. Georg quò tota exterritas syluis Diffugiunt armenta. Cæsar 8. belli Gallici, Hi repentino malo perterriti, diffugiunt ad sua præsidia. Ponitur etiam translatè pro uitiare. Ciceio 5. Verrin. Diffugerunt enim permulti, id quod ostendam. Item pro refugere, renuere. Varr. de Re Rustica, Nec tamen diffugio quin dicam quæ scio de suillo pecore.

Diffugium, gii, Tacitus, Proximorum diffugia languentibus iam studiis.

Diffundo, fudi, fusum, a. t. Variè fundo, hoc est, hinc inde spargo, διαχέω. Col. lib. 2. Nam uel respuit duritiam solidens aratri, uel si qua parte penetrauit, non minutè diffundit humũ. Accipitur pro dilatare. Cic. li. 1. De Orat. Diffusa ramis patulis platanus. Diffundere animũ alicuius, est exhilarare aliquẽ. Ouid. 1. de Arte am. Spectabunt iuuenes læti, mistæq; puellæ. Diffunderéq; animo omnibus ista dies.

Diffusus, part. Cic. 2. de Orat. Est enim heri nobis ille hoc Catulo pollicitus, se ius ciuile quod nunc diffusum & dissipatum est in certa genera coarctaturum.

Diffusè, aduerb. Cic. 1. de Inu. Enumeratio est, per quã res dispersè & diffusè dictæ, unum in locum coguntur.

Diffusio, onis, Idẽ quod dilatatio, ut Diffusio animi, pro exhilaratione. Sen. de uita beata, Ex cognitione ueri gaudiũ grande & immotum, comitasq; & diffusio animi.

Digamma, δίγαμμα, siue Digãma Aelicum, dicta est F litera quòd duplicis Γ imaginem referre uideatur. Cic. ad Attic. lib. 9. Fundũ suũ Formianũ uocat digãma, quòd nomen eius ab F litera initiũ sumeret. Deliciũ, inquit, digãma uenderem quantum in solo solerẽ quærere non solùm Romæ, sed etiam delicium digamma uiderem. Locus corruptus.

Digamus, m. s pen. cor. δίγαμος. Qui duas duxit uxores. Hieron. contra Iouin. Non damno digamos. Sic digama mulier dicitur quæ duos habuit maritos.

Digamus, etiam is habetur, qui corruptam insciens duxerit, sed Pontificia solùm constitutione: qua & à sacerdotio arcetur. Qua de re latius disserit Erasmus noster in Annotat. ad Paulum. Propriè autem Digamus, qui secundam uxorem duxit. Fuere apud Ethnicos authores, qui uel nullam uel semel ducendam uxorem esse putauerunt, nec iterum naufragium faciendum. Lege Codrum sermone 4. Neuizanum prodigiosum alterum E nostris, secundas nuptias Tertullianus damnauit: cuius dogma ab orthodoxis patribus rescissũ est, à quibus standum nobis est, ut ante Rhenanus noster prudenter admonuit.

Digero, is, pen. cor. digessi, digestum, a. t. Ordino, dispono, διατάττω, διτυθετῶ, διακοσμῶ. Vergil. Aeneid. 3. Quæcunq; in foliis descripsit carmina uirgo, Digerit in numerum. Ita dicimus aliquid digestum, id est, loco suo compositum εὐκόσμητον. Quandoq; Dilucido, interpretor. ἐξηγοῦμαι. Vergilius lib. 2. Ita digerit omnia Calchas. Quandoq; diuido, distinguo. Plin. lib. 18. Poma serantur inseranturq;, uineę pastinantur, semina digerantur. Quandoq; concoquo, κατατίπτω, ut Digere paulisper uinũ quo mades. Cic. ad Attic. lib. 4. Stomachus concaluit ut digerat multa cruda facilius. Macrob. Igitur in uentre fit prima digestio. Sed hoc ad primum significatum reduci potest, quum digestio sit distributio cibi ordinata. Distribuitur enim alimentum per uenas totum in corpus, iustaq; quadam œconomia tantum unicuiq; particulæ impertitur quantum illi nutriendæ satis sit. Quatuor autem in quoq; corpore fiunt digestiones: quarum prima fit in uentriculo, secunda ab hepate, tertia in uenis, quarta in singulis membris, dum quod unicuiq; membro utile est, ipsi membro fit nutrimentum, inutile autem per poros & meatus excernitur. Vide plura apud Macrobium cap. 4. lib. 7. Per translationẽ, Cic. ad Q. fr. lib. 2. Facias ut mea mandata digeras.

Digeries, f. q. Digestio, dispositio, διακόσμησις, διάταξις. Macr. Nec mirum, si digeries morsum reprehensionis euasit.

Digestorum liber, ideo duplici ff signatur, quod Græci pandectas per π cum accentu circunflexo notabant, sub quibus & Digestorum libri comprehensi sunt: unde facili litura π in Ff. Latinè inoleuit. Alciat. lib. 3. Dispun. cap. 12. Digestorum autẽ nomẽ primus Saluius Iulian. inuenit, qui Ius ciuile, cum olim confusim traditũ esset, tanquã in quandã artem illud redegit. Alciat. in Rub. C. de Elendo.

Digitus, m. s. à digerendo quidam deriuari putant, quòd natura miro decentiq; ordine digitos digesserit, id est, disposuerit, δάκτυλος. Plaut. in Pers. Næ si me uno digito attigeris, te ad terram affugã scelus. Digitorum nomina sunt hæc: Pollex, ἀντίχειρ, ἢ μέγας, Index, μηχανὸς, δεικτικὸς, Infamis, siue famosus, μέσος, σφάκελος. Medicus, παράμεσος, δακτυλιώτης, ἰατρὸς, id est, medicinalis, seu anularis, quòd in eo anuli primũ gestari consueuerunt. Minimus, μικρὸς, qui & auricularis, ὠτίτης Indicẽ qui pollici proximus est, alio nomine salutarẽ ueteres uocauerũt Mart. lib. de Nupt. Phil. Quidã redimitus puer ad eos cõpresso digito salutari, silentiũ cõmonebat. Medius digitus alia habet nomina. Nam dictus est uerpus, à uerrendo podice. Ob quam etiam causam impudicus, & infamis uocatus est. Et quãdo porrigebatur, signum derisionis & contumeliæ erat. Mart. Ostendas digitum, sed impudicũ Alconti, Dasioq;, Symmachoq;. Iuuen. Ipse minaci Præberet laqueum, mediumq; ostenderet unguem. Pers. frontẽ atq; nuda labella Infami digito, & lustralibus ante saliuis Expiat. Digitum tollere, significat fauere, & suffragari: sicut Digitum demittere, suffragio derogare, χειροτονεῖν. Horat. Vulgus utroq;

suum

ſum laudabat pollice ludum. Digitus in aquæductibus accipitur pro certo quodam aquæ modulo, quo ex caſtello in uicos, aut regiones, aut etiam nobiliorum ædes aqua diuidebatur. Habebant enim aquæductus ſua caſtella ad diuortia uicorum, ex quibus aqua á caſtellario per uncias & digitos diuidebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum unius digiti, Autor Frontinus.

Digitus aquæ, ſextadecima pars pedis, uncia uerò duodecima Paul. de Seruit. Ruſt. præd. l. Lucius Titius, Digitum tibi do no aquæ.

Digitulus, & Digitellus diminutiua, δακτυλίσκος. Terent. in Eunuch. Sine biduum hoc prætereat, Qui mihi nũc uno digitulo fores aperit fortunatus.

Digitale, n t. Quod habet mẽſuram digiti, δακτυλιαῖος. Plin. lib. 22. Et anchuſæ radix in uſu eſt digitali craſſitudine.

Digitalia, ſubſtantiuum, digitorũ tegmenta dicuntur, δακτυλῆτρα. Varro lib. 1. de Re ruſtic. Olea manu ſtricta, melior ea quę digitis nudis legitur, laudabilior quàm illa quę cum digitalibus.

Digitellus, ſiue Digitellum, Herba eſt quę alio nomine ſedum ſiue ſemperuiuum maius appellatur, ἄειζωον. Vide Plin. lib. 25. capite 13. (gitatæ, aliq palmipedes.

Digitatus, Qui digitos habet. Plin. li. 11. cap. 47. Auium aliæ di

Digladiari, d p. Propriè eſt gladiis certare, διαξιφίζομαι, διαμάχομαι. Cicero per translationem pro diſſentire, & cõtendere poſuit. Quid (inquit) Antipater digladiatur cum Carneade tot uoluminibus?

Dignatio, Digno, Dignitas, Dignor, Vide Dignus.

Dignoſco, a. t Agnoſco, cognoſco, aut diſcerno, διαγινώσκω. Lactan. lib. 6. Inuicemq; ſe dignoſcunt. Sueton. in Othone, Vulſo corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo dignoſceret. Col. lib. 2. cap. 2. Dignoſcere terram ſapore. Plin. lib. 12. cap. 17. Di gnoſci uix poteſt à maſtiche uera.

Dignoto, as, a. p. σημαίνω, ſigno imprimo ut fieri ſolet in pecoribus ut dignoſcantur.

Dignus, a, um, Qui aliquid meretur, cui aliquid meritò debetur, ἄξιος ut, Dignus laude, q meretur laudẽ, ἀξιεπαίνετος. Dignus caſtigatione, qui meretur caſtigationem. Plaut. in Rud. Neq; digniorem cenſeo uidiſſe anum me quamquam, Quoi deos atq; homines cenſeam benefacere magis decere. Terent. in Heaut. Ego te meum eſſe dici tantiſper uolo, Dũ quod te dignum eſt facias. Huius contrarium eſt Indignum. Martial. Digna tuo cur ſis, indignaq; nomine dicam. hoc eſt, dicam cur merearis & non merearis hoc nomen.

Dignè, aduerb. id eſt, honeſtè, uti honeſtum decet. Plau. Mil. Quàm dignè ornata incedit, aut meretricè. Cic. de Senect. Nunquam igitur ſatis laudari dignè poterit philoſophia, hoc eſt, ſatis pro dignitate, ἀξίως. Dignè etiam ſignificat pro meritis, ἀξίως, κατ' ἀξίαν, Indignè, præter merita, ἀναξίως παρ' ἀξίαν Ouid. Leniter, ex merito quicquid patiare, feren dum eſt: Quæ uenit indignè pœna, dolenda uenit.

Dignitas, f. t. eſt amplitudo, & quędam quaſi maieſtas propter honores geſtos, uitæ integritatem, uel rerum geſtarum ma gnitudinem, ἀξίας, ἀξιοπρέπεια. Gellius, Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus poteſt. Accipitur tamen quandoq; pro magiſtratuum adminiſtratione & honore, ἀξίωμα. Cicero Theramo, lib. 13. Vt omnibus in re bus ei te commodes, quoad fides dignitasq; tua patietur. Interdum ſumitur pro uirili pulchritudine, ἀξιωματικὸν, σεμνοπροσωπία. Idem lib 1. Offic. Pulchritudinis duo ſunt genera: unum muliebre, quam uenuſtatem appellamus: alterum uirile, quam dignitatem dicimus. Eſt etiam dig nitas in ſermone, quum ſcilicet oratio eſt grauis, & uoce re miſſa, de qua autor ad Heren. σεμνοπρέπεια. Huius cõtrarium eſt indignitas, pro dedecore, ſiue ignominia, & quod in dignum eſt, ſiue quod eſt contra dignitatem. Lib. quarto ad Heren. Nequeo uerbis conſequi dignitatem rei. Cicero Quinto Ligario, Quum ad ſecundum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum ueniſſem mane ad Cæſarẽ, atq; omnẽ adeundi atq; conueniendi illius indigni tatem & moleſtiã pertuliſſem. Autor ad Heren. lib. 3. Acuta exclamatio fauces & uocem uulnerat, eadem lædit audito rem, habet enim quiddã illiberale, & muliebrẽ potius uoci ferationem quàm ad uirilem dignitatem in dicendo accommodatum.

Dignitatum ſpecies, recentiores Iuriſconſulti quatuor eſſe tradunt. Illuſtres, Superilluſtres (quæ dictio non ſatis Latina eſt) Spectabiles, & Clariſſimos. Sed Alciati doctrina uerior, cuius elegans cap. extat ea de re in lib. Diſpunct. 3. Dignitates in Iure noſtro propriè, quę Clariſſimatus, Equitatus, Perfectiſſimatus gradibus continentur, quos Alciatus non uno loco attingit, offendens quantum hac in re aberratum hactenus ſit.

Digno, as, a p. Dignum iudico, ἀξιῶ. Pacu. Quis deos infernos quibus cæleſtes, dignet decorare honoribus?

Dignor, paſsiuum, Dignus habeor, ἀξιοῦμαι. Ver. 3. Aen. Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. Cic. Oecon. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. id eſt, digni habentur.

Dignor, depon. pro dignum iudico, ſeu habeo: uſitatius. Verg. 1. Aeneid. Tum Venus haud equidẽ tali me dignor honore, id eſt, dignam iudico, inquit Seru. Suet. in Aug. Vniuerſum deniq; genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium eti am cura dignatus eſt, id eſt, dignum iudicauit, & dignatione ſua proſequutus eſt.

Dignandus, Cicero 1. Academ. Quę autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda, & quadã æſtimatione dignanda docebat.

Dignatio, onis, f. t. Idem quod Græci ἀξίωμα dicunt, id eſt, dignitas & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratũ, uel propter oris, morumq; maieſtatem, ἀξίωσις. Cicero Att. lib. 4. Etſi mens quidem eſt fortior, nec quicquam niſi de dignatione laborat. Suetonius Veſpaſ. Exinde ſortitus Apricam, integerrimè, nec ſine dignatione adminiſtrauit. Liuius 2. ab Vrbe, pro gratia & familiaritatè poſuiſſe uidetur, Appius (inquit) interpres lectus, haud ita multò in principum dignationem peruenit. Indignatio, ex rei alicuius indignitate collecta, ἀγανάκτησις, Iuuen. Sat. 1. Si natura negat, facit indignatio uerſum.

Digredior, eris, d. t. Diſcedo, ἀπαλλάττομαι. Vergilius 3. Aeneidos, Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis. Cicero Cornificio. Etſi perinuiquo patiebar animo, te à me digredi. Idem 1. de Natura deorum, Luna autem iisdem ſpatiis uagatur quibus Sol: ſed tum congrediens cum ſole, tum digrediens.

Digreſſus, partic. Digreſſa dicitur quæ diuortium cum marito fecit. Suet. in Cæſ. cap. 43. Diremit nuptias Prętorii uiri, qui digreſſam à marito poſt biduum ſtatim duxerat, quanuis ſine probri ſuſpitione.

Digreſſus, us, ui, m. q. Idẽ quod digreſſio: cui contrariũ eſt acceſſus. Cic. lib. 1. Tuſ. Tenuiſſimum lumẽ facit proximus acceſſus ad Solem, digreſſus autẽ longiſſimum. Idẽ ad Q. fr. lib. 1. Deinde congreſſus noſtri lamentationẽ peritimui, digreſſum uerò non tuliſſem.

Digreſſio, onis, f. t. Prodiſceſſu: cuius contrarium congreſſio, ἀπαναγὴ. Cicero ad Quint. fratr lib 1. Minus acerbum, minus miſerum fuit, quàm fuiſſet tùm congreſſio, tùm digreſſio, noſtra.

Diiambus, m t. διίαμβος, Pes metricus ex duabus iambis conſtans, hoc eſt, ex quatuor ſyllabis, quarum prima & tertia breues ſint, ſecunda autem & quarta longa: ut Amœnitas.

Dij manes, Per duas dictiones, ab antiquis crediti ſunt eſſe animæ hominum quæ è corpore emigrauerant: unde etiam ueruſta ſepulchrorum monimenta Dis Manibus uidemus eſſe inſcripta. Alii Manes eoſdẽ eſſe putant, quos in uita Genios appellamus: uoluntq; homini duos aſſignatos eſſe Genios, qui ne mortuorũ quidẽ corpora deſerant, ſed unà cum iis ſepulchra inhabitent. Apul. de Dæmonio Socratis, Manes animæ dicũtur melioris meriti, quę in corpore noſtro Genii & à corpore ſeparatæ Lemures uocabantur, Quòd ſi domos infeſtarent, Laruæ dicebantur; contrà ſi boni fuerint, Lares familiares. Seru. arbitratur Manes per antiphraſim quaſi minimè manos dictos. Sabinorum enim lingua Manum, bonũ dicebatur: unde & Immanis. Numerantur etenim Manes inter noxia numina, unde ſubinde in ſenſerant placandi ne nocerent. Vide plura in dictione Manes.

Diiũdico, a p. Diligenter aut diuiſim iudico, διαδικάζω. Cicero in Tuſc. Verum igitur inter has ſententias diiudicare malumus, an ad propoſitũ redire? Terent. in Heaut. Ego dicam quid mihi uenit in mẽtem, tu diiudica, id eſt, dic quod tibi uidetur, & ſentis. Ibidem, Pergin' iſtuc prius diiudicare, quàm ſcis quid ueri ſit? Diudicare, pro decernere. Cicero in

cero libro 3. in Catil. At ille tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitum Reipubl. quæsiuit, eiusmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, sed internecione ciuium diiudicatæ. Budæus.

Diiudicatio, onis. f. Disceptatio. Cicero 1. de Legibus, Nam ista quidem mala diiudicatio est.

Diungo, is, xi, ctum, diuido, διαζεύγνυμι, διίστημι. Cic. Attilibro 7. Ramus domum, diungere me ab illo uolo.

Diuabor, pen. pro. Diffugio, seu clàm discedo, παραλιθάνω. Cicero lib. 1. Tusc. Sed nescio quomodo dum lego assentior: quu posui librum, & mecum ipse de immortalitate animarum cœpi cogitare, assentio illa omnis dilabitur. Propriè ut rò dilabi, est deorsum labi, corruere. Lactant. lib. 3. Domus ab habitatore deserta dilabitur, id est, corruit. Cicero in Læl. Iam enim à sapientium familiaritatibus ad uulgares amicitias oratio nostra dilabitur, id est, descendit, siue decurrit, διαφέρεται. Aliquando ponitur pro deficere, ἀτονεῖν. Lact. lib. 7. Describentes quasi fatigati, & dilabentis mundi senectutem. id est, deficientis.

Dilapsus, particip. Ad Heren. lib. 4. Qui fortunis alicuius inducti, amicitiam eius secuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Dilapsus rapidè fluuius. Ci. 2. de leg. Dilapsa aqua, Idem 2. de Nat. deor.

Dilabidus, adiect. Quod facilè diffluit. Plin. libr. 8. cap. 55. Necnon & uestes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli ut in cute, propter breuitatem pili dilabidas.

Dilacero, as, a. p. Idē qđ simplex lacero, διασπάω, διασπάρτω Lactant. libro 1. In quibus ipse postea dilaceratus, & carptus est. Metaphoricè significat consumere, dilapidare, & disperdere. Cicero pro Mil. Et annum integrum ad dilacerandam remp. quæreret. Dilacerantur opes, Ouid. Epistol. 1. Dilacerandus. Catullus, Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusq; Præda.

Dilaniare, a. p. est in diuersas partes laniare διαῤῥήγνυμι, διασπάω. Cic. pro Milone, Nocturnis canibus dilaniandum relinquisti. Comas dilaniare, Ouid. 3. Amorum.

Dilapido, as, a. p. penult. corr. disperdo, διαφορέω. Terent in Phorm. Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est Priusquàm dilapidet nostras triginta minas, Vt auferamus. Cicer. ad Augustum, Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. Columell. Dilapidan's hominum labores grandine lupiter. Propriè tamen Dilapidare, est lapidibus purgare. Cato de Re rust. cap. 46. Locum bipalio uortito, dilapidatoq;, hoc est, lapides auferto. Castigatiora exèmplaria habent Delapidato,

Dilargior, iris. com. q Est uariè, aut diuersis largiri, διαδίδωμι. Cicero contra Legem agr Nec L. Scylla, qui omnia sine ulla religione quibus uoluit est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est. Suet. in Cæs. capite uigesimo octauo Cætera item quæ cuique libuissent, dilargitus est, contradicente nullo.

Dilatatio, tumor est mollis & digitis cedens, cuius ortus è spiritu & sanguine est, Græcè ἀνεύρισμα. Paulus libro sexto capite 37.

Dilato, as, pen. prod. Latum facio, πλατύνω. Pli libro. 33. ca. 3. Nec aliud latius dilatatur, aut numerosius diuiditur. Cic. p Flacc. Sed nō dilatabo orationem meam. Idem 1. Offic. Quorum rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. Idem 2. de Nat. deo. Istum enim locum illa uetus Zenonis breuis conclusio dilatauit.

Dilaudo, as, Idem quod simplex laudo, ἐπαινέω. Cic. Attic. lib. 6. Et ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros quos tu dilaudas, si tale quid fecero?

Dilemma, atis. n. t & Dilemmatum, διλῆμμα: per duplex m m, argumentum est quod utrinq; aduersarium capit: unde & Syllogismus cornutus à Gellio appellatur. Hieronym. contra Ruf. Hoc est uerum dilemma tuum, non ex dialectica arte, quam nescis, sed ex carnificum officina & meditatione prolatum. Cicero Complexionem uocat.

Diligens, uide Diligo.

Diligo, gis, pen. corr. dilexi, dilectum. a. t. Idem ferè quod amo: quanuis minoris uis sit, ut suprà dictū est. Cic. de Amic. Quocirca dicendum est etiam sæpius: quum iudicaueris, diligere oportet: non quum dilexeris, iudicare. Idem ad Brutum, Sic igitur facies, & me aut amabis: aut quo contentus sum, diliges. Ouid. 2. de Ponto. Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est. Quandoq; diligere significat diuidere, Plaut. in Curc. Clypeatus elephantum, ubi machera diligit. Titin. apud Non. Pernam totam diligit.

Diligens, om. t. Gnauus, solers, minimè segnis, à diligēdo. quòd ea quæ diligimus, studiosè obeamus, ἐπιμελὴς Cic. 6. Verrin. Diodorus homo frugi, ac diligens qui sua seruare uellet. Idē de Amic. Sed Scipio querebatur, quòd in omnibus rebus homines diligentiores essent, ut capras, & oues, quot quisq; haberet, dicere posset: amicos quot haberet, dicere non posset. Horum contraria sunt, Negligens, & Indiligens, ὀλίγος, & quemadmodum diligentię opponuntur negligentia & indiligentia, ὀλιγωρία. Cic. de Opt. gen. Sed quædam etiam negligentia est diligentia. Ter. in Adel. Ingenium tuum non liberale, sed uereor indiligens nimium sies. Idem in Pnorm. Pol mei patris parta bene, indiligenter curantur.

Diligentia, f. p. Studium, cura, ἐπιμέλεια. Plaut. in Rud. Curate hæc sultis magna diligētia. Diligentia autem ad corpus & ad animum refertur: cura ad animum: opera ad corpus. ideo in oratione quum simul ista ponuntur, diligentia semper in fine constituitur.

Diligenter, aduerb. um, Studiosè, cum cura & solicitudine, ἐπιμελῶς, Terentius in Eunucho, Curato istam diligenter uirginem.

Dilogia, f. p. διλογία, Figura est, quum ambiguum dictum duas res significat, ἀπὸ τοῦ δὶς, καὶ λόγος.

Diloríco, as, a. p. pen. prod. Significat discindo, διακόπτω Cicero 2. de Orator. Qui in causa peroranda non dubitauit reum excire Consularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere. Alibi idem exemplum memorans dixit, Tunicam à pectore discidit: ut intelligamus idem esse diloricare & discindere. Egesippus libro 3. Momentanei bellatoris gladios occultentes quemcunq; reperiebant diloricabant. quod est, quasi loricam dissoluebant: sicut diffibulare, est discindere & fibulam dissoluere.

Diluceo, es, diluxi, ere, n. s. Distinctè, siue perfectè lucere. διαυγάζω, λάμπω. Gellius lib. 2. Contrà uerò qui sex horis posterioribus nascitur, eo die uideri natum qui post eam noctem diluxerit. Horatius in Epist. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Dilucere, per translationem, pro clarū & apertum esse. Liuius 3. ab Vrbe, Dilucere res magis Patribus atq; COSS.

Dilucidus, Clarus, ἐμφανὴς. Plin. lib. 9. cap 39. Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata, tantoq; dilucidior, quanto magis uellera esuriunt. Cic. 3. de Finib. Nec enim in Torquati sermone quicquam implicatum, aut tortuosum fuit, nostraq;, ut mihi uidetur, dilucida oratio.

Dilucidè, aduerb. Clarè, & perspicuè, σαφῶς. Ter. in Phor. Dilucidè expediui quibus me oportuit iudicibus. Plin. lib. 18. cap. 28. Literas quidem miscebo agrestibus negotijs quàm potero dilucidè atq; perspicuè.

Dilucido, as, a p. Declaro, clarum facio, ἐμφανίζω, σαφηνίζω, ἀπὸ σαφῶς. Ad Heren. lib. 3. Nam quod in docendo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus.

Diluescit, dies fit, ἡμέρα γίνεται. Cicero in Catilin. Ipsi comprehensi, ad me, quum iam diluesceret, deducuntur. Liuius 6. bell. Macedon. Iam diluescebat quū signum Consul dedit.

Diluculum, li, n. s. Ante solis ortum aurora, quasi parua diei lux quòd tum dies lucescere inciperet, περίορθρον Hieron. ad Eustoch. Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoq; & uesperam nemo est qui nesciat. Plaut. Amph. primulo diluculo Abiisti ad legiones. Cic. pro Ros. Am. Et quum post horā primam noctis occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam uenit.

Diluculò, aduerb Significat summo mane, ante lucem, ἀνυκτὸς φως. Cic. ad Att. lib. 16. Quum ante lucem de Sinuessano surrexissem, ueniissemq; diluculò ad pontem Tiretium.

Diluculo, as, n. p pen. corr Significat diluculum fieri, ὀρθρίζω. Gell. Die crastino ubi primùm diluculabit, fac amicos adeas & roges ueniant. Sed hoc uix aliter quàm in tertia persona & impersonaliter.

Diluculascit, Diluescere incipit, ὄρθρος γίνεται.

Diludia, orum, n. s. Ludorum intermissio, cessatio à ludo. Horat. lib. 1. Epist. Displicer iste locus, clamo, & diludia posco, Ludus enim genuit tepidum certamen & iram. Vbi Acron, Diludia sunt tempora quę gladiatoribus conceduntur, ut in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rra quinque dies pugnent. Porphyrion, Diludia intermissio ludorum uel dilatio.

Diluo, is, dilui, dilutum, act. ter. ex di & antiquo uerbo luo, Lauo, purgo, resoluo, ἀπολύομαι. Cæsar 2. bell. Ciuil. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Item aquam, uel alium liquorem miscere, temperare, βρίζειν, κεφᾶν. Vergil. 4. Georg. Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho. Persius, Diluis helleborum, dixit pro eo quod est, medicamentis temperas. Translatè usus est Cicero 5. Tusc. Quæ cogitatio una maximè omnes molestias extenuat, & diluit, id est, soluit: & eneruat, quemadmodum uinum aqua dilutum subneruatur. Ita etiam Diluere crimina dicimus, id est, purgare, & refellere: ut Oratores quando refellunt obiectiones aduersarij. Cicero 7. Verr. Quo facilius crimen inimicorum diluere possim. Idem 2. de Natura deor. Nam ut perfluens amnis, aut uix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facilè corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris uitia diluuntur. Ponitur etiam pro explicare, declarare. Plautus in Rud. Abstine maledictis, & mihi quod rogaui, dilue. Cicero pro Cluent. Quum ego unaquaq; de re dicam, & diluam.

Dilutus, a, um, pen. prod. Quod est mistū siue temperatū: unde uinum aqua mistum dicitur dilutū, κεκραμένος, διαμίγνυμι. Martial. Diluti bibis unciam falerni. A quo dilutius, & dilutissimum, prout minus plusue aquæ admistum fuerit. Vnde Corn. Cels. præcipit hyeme meracius esse bibendum, æstate dilutius. Hieronymus uinum dilutius uocat aquarius. Vinum (inquit) si aquatius bibitur, calix frangitur, mensa subuertitur. Meracius uinum dicitur, quod minus dilutum, siue aquatum est, ὑδρότερον. Dilutus color dicitur quū ueluti aqua adhibita minus est intensus. Gell. Luteus color rufus est dilutior.

Dilutum, n. s. pen. prod. Vocatur id liquidū in quo aliquid certo tempore fuit maceratū: ut si in uini dolio absinthium diebus aliquot maceretur, ac deinde eximatur: id uinum, absinthij dilutum dicetur. Plin. lib. 27. cap. 7. Bibitur & madefacti absinthij dilutum: ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio est, ut quisquis fuerit modus aquæ, tegatur per triduum.

Diluuium, n. s. Terræ inundatio ab immodicis imbribus, uel maris fluuiiue incremento proficiscens, κατακλυσμός. Plin. in Epist. Hīc assiduæ tempestates, & crebra diluuia. Diluuium meraphoricè pro euersione Troiæ dixit Vergil. Diluuio ex illo diuersa per æquora uecti.

Diluuies, ei, f. q. Lucr. lib. 6. Pars etiam glebarū ad diluuiem reuocatur Imbribus. Horat. lib. 4. Carm. Horridamq; cultis diluuiem minitatur agris.

Diluuio, uias, uiare, καταπλύζειν. Lucretius, lib. 5. Tantum suppeditant amnes, ultraq; minantur Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

Dimano, as, n. p. pen. prod. Diuersè, siue diuersim mano, defluo, διαῤῥέω, διαῤῥυπόω. Cicero pro Cæl. Equidem ut ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forensis labor, uitæq; ratio dimanauit ad existimationem hominum paulò latius commendatione & iudicio meorum.

Dimembro, as, a. p, à membro deductum significat, separo, diuido, ἀνσιμελίω.

Dimētior, iris, mensus sum, depon. q. Idem quod metior. διαμετρέω. Cicero de Senect. Mori uidebamus in studio dimetiendi penè cæli atq; terræ. C. Gallum familiarem patris tui Scipionis. Idem in Orat. De uerbis enim componendis, & de syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur.

Dimetiens, entis, f. t. Linea recta, figuram qua longissimè patet, ex æquo secans, quam Græci παρὰ τὸ διαμετρεῖν, diametron appellant, διάμετρος. Plinius lib. 2. cap. 23. Quantas enim dimetientes habeat septimas, tantas habere circulum duo & uicesimas.

Dimensus, particip. Cicero de Senect. Atqui ego ista sum omnia dimensus.

Dimensio, uerb. διαμέτρησις. Cic. 1. Tusc. Pusionem quendam Socrates interrogabat quædam Geometrica de dimensione quadrati.

Dimetor, pen. prod. dimetaris, dimetatus sum, Eiusdem significationis cum superiori. Cic. 2. de Nat. deor. Eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, & uarietates, mutationesq; cognouimus.

Dimico, as, are, pe. cor. Pugno, quod propriè fit re. Contendo uerò uerbis tantùm, ἀγωνίζομαι. Cæs. 7. bel. Gall. Ne contra suam uoluntatem dimicare cogeretur. Liu. 2. ab Vrbe, Nec tamen perpelli potuere ut acie dimicarent.

Dimicatio, onis, f. t. uerb. Discrimen, contentio. Cæs. 7. ab Vrb. Omnium superiorum dimicationum fructum in eo die, atq; hora doceret consistere.

Dimidius, a, um, Quasi per medium diuisus, ἡμίτομος. Et dicitur de rebus quæ separatę sunt, nam est pars altera ex dimidiato. Gellius lib. 3. cap. 14. Dimidiatum, nisi ipsum quod diuisum est, dici haud conuenit. Dimidium uerò est, non quod ipsum diminiatum, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Martialis, Dimidium donare Lino, quàm credere totum, Qui mauult, mauult perdere dimidium. Plinius lib. 2. cap. 59. Certè nisi solo aduerso non fiunt, nec unquam nisi dimidia circuli forma.

Dimidiatus, a, um, Dicitur de rebus quæ continuæ sunt, & nō separantur: quasi dismediatus, & in partes duas pares diuisus. Cicero in Verr. Exemit ex anno unum dimidiatumq; mensem. Idem 5. Tusculan. Apparebit epigramma exesis posterioribus partibus uerticulorum, dimidiatis ferè. Sicut autem qui ex mille denarijs qui ei debebantur, quingentos recepit, dimidium se recepisse dicet, non dimidiatum: ita si scyphus argenteus cum alio communis, in partes duas diuisus sit, dimidiatum dicemus, non dimidium scyphum. Gell. lib. 5. cap. 14.

Dimidiatim, aduerb. Plaut. in Mil. Sed percellunt, sed perducūt dimidiatum dum appetunt. Id est, dum sibi uolunt dari dimidiam partem.

Diminuo, is, a. t. Idē quod minuo, siue minus reddo, μειόω. Cic. de Clar. Or. Interitu talis Auguris dignitatem nostri collegij diminutam dolebam.

Diminutus, particula, ut, Dignitas collegij interitu alicuius diminuta.

Diminutio, f. t. uerb. ut Diminutio luminis, μείωσις. Cic. 1. Tusc. Solem, Lunamq; accretione & diminutione luminis quasi fastorum notantem & significantem dies. Diminutio capitis, apud Iureconsl. est prioris status permutatio, quum scilicet aut libertatem, aut ciuitatem amittimus, aut per adoptionem, alterius nos potestati submittimus. Est autem triplex capitis diminutio: Maxima, media, & minima, quas omnes uide l. 1. de Cap. dimin.

Dimitigo, Vide Demitigo.

Dimitto, is, a. t. Diuersa in loca mitto, διαπέμπω. Ver. 1. Aen. equidem per litora certos Dimittam. Cæs. 5. bell. Gall. Nuntios legatosq; in omnes partes dimittebat. Sallust. Igitur C. Manlium Fesulas, atq; in eam partem Hetruriæ, Septimum quendam Camertem in Agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimisit. Aliquando est abire permittere, abeundi potestatem facere, cessare, διαλύειν, ἀπολύειν, ἀφιέναι, ἀπαλλάττειν. Cicero lib. 1. Offic. Quum autem Pompilio uideretur unam dimittere legionem. Sallust. Deinde ei pollicitus operam suam, domum dimittit. Aliquando est permittere, in potestatem dare, ἐπιτρέπειν. Cicero lib. 1. de Republ. Tum annui Consules, tum dimissi populo fasces. Aliquando derelinquo, ἀφίημι. Cicero lib. 12. Epist. Etsi non idcirco eorum usum dimiseram quòd iis succenserem. Lactan. Dimitto te discedens.

Dimissus, partic. Idem significans quòd omissus, uel relictus. Cicero 4. Acad. In ista philosophia quę nunc propè dimissa reuocatur. Sunt qui pro humili & abiecto accipi arbitrantur, adducentes Vergilij testimonium, Deiecit uultum, & dimissa uoce loquuta est: quum tamen apud Verg. demissa, nō dimissa constet legendum, quemadmodum etiam in ijs exemplis quæ ex Varrone & Ciceron perperam & corruptè huc erant adducta.

Dimissoriæ literæ, inquit Modestinus, sunt quę uulgò Apostoli dicuntur, quod per eas causa ad eum qui appellatus est, dimittitur. l. unica. ff. De libel. dimiss.

Dimoueo, es, a. s. Idem quod remoueo, suo loco manere nō sino, & de proposito deduco, ἀποτρέπω, διακινέω. ἐκ τῶν κατὰ χῶραν, ἀπὸ τῆ φρονήματος καθηῶ. Ver. lib. 2. Geor. Agricola incuruo terrā dimouit aratro. Cic. pro Cecin. Dimoueri enim & depelli de loco necesse est eum qui deijciatur. Idem in Paradox. Voluptas quò est maior, eò magis mentem ex sua sede & statu dimouet. Plaut. Perf. Dicat quòd quisq; uult, ego de hac sententia non dimouebor.

Dimulgo, as, a. p. Diuersè publico, ἐκφέρω. Cicero App. Quæ re ui-

re uisum est occultis agendum, neq; ullo modo dimulgandum. Ita enim nonn illi legunt: certum tamen est ibi potius legendum esse dimulgandum.

Dimyxos, δίμυξος, Lucerna duos habens ellychnia. μύξαι enim Græcis nares dicuntur, & canaliculi in lucerna narium modo eminentes, quibus ellychnia inseri solent. Vnde & Polymyxos, lucernæ quoddam genus dicitur, ab ellychniorum multitudine.

Dinosis, Græcè δίνωσις. Latinè grauitas appellatur.

Dinumero, as, Idē quod numero, ἀριθμῶ. Plaut. Epid. Quia patrem prius conuenire se non uult, neq; cōspicari, quàm id argentum quòd debet dinumerauerit. Idem Rud. in Mille numos dinumerauí. Teren. Adel. Iube nunc iam dinumeret Babylo illi uiginti minas.

Diobolares, διόβολοι, Meretrices dicuntur quæ duobus obolis conducuntur, inquit Fest. Plaut. Pœn. Seruulorum sordidorum scorta diobolaria.

Diobolares, testes eleganter Budæus appellat leues, quos ipsos inopia ipsa refellit, quos fames magis quàm fama commouere creditur.

Dicœcesis, f. t. cum œ diph. pen. prod. διοίκησις, Latinè gubernatio, administratio, disputatio, siue iurisdictio, à διοικέω, guberno, tueor. In iure itaq; ciuili Dicœcesis pro prouincia accipitur, lib. 1. Cod. de Priuat. carcer. Ad eundem etiam modum accipit Cic. in Epist. Vt me illarum omnium dicœcesium quæ eis Taurum sunt, omniumq; earū ciuitatum magistratus, legationesq; conuenirent. In Patrum autem Decretis solet hæc uox ad Episcoporum munus deflecti. In primitiua enim Ecclesia Episcopi iudicia non exercebant, sed sacra tantùm administrabant. Quo fit ut quemadmodum territorii, Præsidis est: sic dicœcesis Episcopi, quatenus ius administrandi sacra habet.

Dicœcetes, m. t διοικητής, Qui procurationem regiam, uel magnatis alicuius suscepit. Cic. pro Rab. At dicœcetes fuit regius, Latinè dispensatorem dicere possumus.

Dionysisci, orum, m. f. Sunt tabernacula quæ in temporibus capitis nascuntur.

Dionysia, hædera apud Dios. lib. 2. cap. 199.

Dionysias, androsemon apud Dios. lib. 3. cap. 174.

Dionysias, cutaname apud Dios. lib. 4. cap. 145.

Dioptra, διόπτρα, Instrumentum Geometricum, per quod altitudo, lōgitudo, latitudoq; etiam ex longinquo ꝓspicitur Huiusmodi sunt instrumenta aquarum dicata librationibꝰ, ubi perducenda ad mœnia sunt. Dicta dioptra à uerbo Græco διοπτεύω, quod est dispicio. Vnde Dioptice dicta est astrologiæ pars, quæ Solis, Lunæ, cæterorumq; locorum distātias per instrumenta inuestigat. Vulgus Perspectiuam uocat.

Diothoticum, Ius, dicitur quasi emendatiuum, quod in commerciis uersatur. Bud. in l. Ius Ciuile de iust. & iur.

Dioryges, διώρυγες, Sunt fossæ manu factæ in Aegypto, ad Nili aquas in agros deriuandas: qua dictione utuntur Pomponius & Strabo.

Diospolitícon, medicamentum est, cuius compositio duplex est, una ex partibus omnibus: cumino, pipere, ruta, & nitro, potest enim ita magis uentrem soluere: altera cum reliquorum pari pondere miscetur nitri dimidium. Galenus 4. de Sanit. tuenda.

Diosphorum, Lithospermon, apud Dioscoridem libro tertio capite 159.

Diotæ, siue Dyotæ, m p. διῶται, ἢ δύωται, sunt uasa seu dolia fictilia, duas ansas habentia, & ad seruanda uina accommoda. Horat. Deprome quadrimum Sabina, O Thaliarche, merum diota. Alii malunt scribere per y. Dictæ diotæ à binis auribus, siue ansis, quæ Græci ὦτα appellant.

Dipelus, quod hîc corruptè legebatur, uide Dipœnus.

Diphris, δίφρις, Gemma est duorum generum, candida & nigra, mas & fœmina, genitale utriusq; sexus distinguente linea. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Diphryges, διφρυγες, Materia quædam terrea, quæ in metallis æris inuenitur, aut in ipsis etiam conchis, in quibus æs excoquitur. Tertium fit ex lapide hyrite, tandiu usto, donec sandarachæ colorem acquirat. Vide Dioscoridem libr. 5. & Galenum lib. 9. Simpl. Plinius accusatiuum diphryga effert, tanquàm à nominatiuo diphryx. Ita enim habet lib. 34. cap. 13. Facilè ab ea discernitur, quam in iisdem officinis diphryga uocāt Græci, ab eo quòd bis torreatur. Et paulo pòst Id quod excocto superfit, diphryga uocant.

Diphthera, f p. διφθέρα, Pellis Amaltheæ capræ, in qua dicitur Iupiter res humanas describere. Item pastoritium ex pellibus uestimentum, quod quidam rhenonam, nonnulli etiam betam appellant. Diphtheræ item dicebantur stragula quædam pellicea quæ in superiori nauis pauimento extendebantur.

Diphthongus, f. f. δίφθογγος, Est cōglutinatio duarum uocalium in eadē syllaba, uim suam seruantiū: ita dicta quòd duarum in ea uocalium sonus audiatur. Sunt autem apud Latinos quatuor, æ, œ, au, eu: in quibus omnibus utraq; uocalis ut scribi debet, & ita proferri.

Diplois, idis, διπλοΐς, Vestis duplicis genus, ut ex ipso statim etymo apparet: nam quod nos duplex, Græci διπλοῦν appellant.

Diplomata, n. t διπλώματα, Literæ dicuntur principum signis obsignatæ, quales sunt quas literas patentes, aut bullas Pontificias uocant. Cicero ad Balbum, Diploma statim non est datum. De literis Cæsaris intelligit, quibus Balbus restituebatur. Suet. in Augusto, In diplomatibus libellis, & epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine magni Alexandri. Græci διπλοῦν dicunt duplum. Vnde uidetur diplomata fuisse literas cōplicatas, & lino traiecto obsignatas. Apud Iurisconsult, accipitur pro itineris festinatione, hoc est, cum per dies singulos duplicia itinera conficiūtur. Venuleius de Verbo. obli. l. continuus, Quibus, inquit, quasi interpretatio quædam inserta est, is qui Ephesi se daturum spopsonderit, ut neque diplomata: hoc est, diebus ac noctibus & omni tempestate contempta, iter continuare cogatur. Et sequitur: Quod si diplomate ac felici nauigatione maturius quàm quisquam peruenerit Ephesum, confestim obligatus est. Modestin. ad l. Corne. l de falsi. l. Falso, inquit, diplomate commeauit. Sed præstat uidere Budæum in. l. qui illicitis insignibus, cod. titu. Diplomata demum intelliguntur, pro quibuscunque literis concessis à principe, uel à Magistratibus eius nomine sine tabellariis, ut liberum & expeditum iter faciant, siue exulibus restitutis aliquo crimine absolutis, siue obligationibus. Lege Tractatores.

Dipolos terra, quæ est bis arata, apud Rhodiginum.

Dipondium, n. s. & Dipondius, siue Dupondium & Dupondius, à duobus ponderibus dicitur, nam (ut Varro docet) duos asses pendebat. Dipondii itaq; ualor, si ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigatur, erit octo denariorum. At uerò numus liberalis, & dupondium, numus bilibris dicebatur. Plin. libr. 33. cap. 3. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dupondius appendebatur assis.

Dipondiarius, a, um. Plin. lib. 34. cap 2. Et orichalci bonitatem imitatur in sestertiis, dipondiariisq; Cyprio suo assibus contentis. Colum. libr. 4. capit. 30. Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedant, optimè panguntur.

Dipsacon, διψάκον, Spina alba, quæ & aspalathus, & diaxylon nominatur, teste Plinio libr. 24. cap. 13. Est item dipsacon medicis, renum quidam affectus, maximam inducens sitim. Alio nomine diabetes, διαβήτης Appellatur à quibusdam etiam urinæ profluuium: eo quòd potus statim effluat nulla penè in corpore mutatione accepta.

Dipsas, adis, δίψας, Serpentis genus uiperæ simile: à δίψῶ sitio dictum. Suo enim morsu humorem omnem consumēs. sitim maximam inducit. Vide Lucanum libr. 9. Est item Dipsas lenæ cuiusdam nomen apud Ouid. lib. 3. Eleg. Est, inquit, quædam (quicunq; uolet cognoscere lenam; Audiat) est quædam nomine Dipsas anus.

Diptota n. s. pen. prod. δίπτωτα, Dicuntur nomina duos tātum casus habentia. Sic triptota, tetraptota, pentaptota quę habent tres, quatuor, & quinq; casus.

Diradio, as, Est ad radiorum figuram compono. Columella, Validam ergo uitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atq; diradiare.

Diræ. arum, uide Dirus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dircæa, Mandragora apud Dioſc. lib. 4. cap. 79. Dircæa idem quod Circęa apud Dioſc. lib. 3. cap. 133.

Dircion, Solanum ſomniferum apud Dioſc. lib. 4. cap. 86.

Diribitorium, n. ſ. Locus erat in quo recenſebatur exercitus, & ſtipendia militiæ numerabantur: à diribendo, hoc eſt, diſtribuendo. Vnde & diribitores, id eſt, diſtributores. Cicero poſt Reditum ſuum ad Senatum, Quando, inquit, illa digni tate tot rogatores, diribitores, cuſtodesq; uidiſtis? Hoc eſt, diſtributoresq;, qui inter tribus uiritim pecuniam diuiderent. Plaut. in Aul. curiarum magiſtros appellauit. Diribitorium etiam locus dicebatur in quo miniſtri uerſabantur: & diribitores, miniſtri ipſi dicti ſunt. Apul. lib. 2. de Aſin. Diribitores pluſculi, ſplendidè amicti, fercula copioſa ſcitulè ſubminiſtrata. Plinius in Epiſtol. prædagium uidetur appellare, ἀπὸ τῶν παιδῶν, id eſt, à pueris & miniſtris.

Dirigeo, ges, gui, Præ frigore, aut timore, aut alio caſu uiribus deſtituor, πήγνυμι, συμπάγνυμι. Verg. lib. 8. Aen. Diriguit uiſu in medio, calor oſſa reliquit, id eſt, præ terrore rigidus factus eſt. Idem 3. Aeneid. At ſocijs ſubita gelidus formidine ſanguis Diriguit.

Dirigo, gis, a. t. pen. cor. ex di & rego, Significat obliquum emendo & rectum facio, ἰθύνω, σωτάνω, Plinius in Panegiri. Nam uita principis cenſura eſt, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis eſt quàm exemplo. Cic. 3. de Orat. Nec ſunt hæc rhythmorum aut muſicorum, acerrima norma dirigenda. Planc. Ciceroni, Ad Mutinam iter dirigerem. Verg. 7. Aen. Direxere acies. Vbi Seruius, ordinarunt in latitudinem.

Directus, participium: ut, directi pedes, directum iter, directus ordo. Cato capite 18. Arbores ad ſtipitem primùm directos pedes ſedecim. Cicero de Natura deorum, Flexuoſum iter habet ne quid intrare poſſit, ſi ſimplex & directum pateret. Cic. pro Cęcin. Eius autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.

Directè, ſiue **Directò**, aduerbium, ἐπ' ἰθέας. Cicero in Part. Alterum ad fidem directò ſpectat. Ibidem. Vt quum ſemel dictum ſit directè.

Directarii, m. ſ. Fures appellãtur ii qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, ſiq; ſeuerius quã fures puniendi ſunt. Vlpian. de Iniur. & famoſ. libel. l. Saccularii. Sunt tamen qui hoc loco apud Vlpianum Dictarios malint legere, quod fures huiuſmodi in alienas diætas ſoleant tranſcendere. Vide in dictione Diæta.

Dirimo, is, a. t. pen. cor. diremi, diremptum, a t. ex di & emo interpoſita r: ſiue ex dis & emo, ſi in r mutata, componi uidetur, διαιρέω, διαίρω, ἀπαρτῶ, διαναμβάνω. Significat autem diuidere ſiue ſeparare: ut quum quis ſe medium ponit inter concertantes, ſiue aliud quippiam quomodocunq; componit, aut ſeparat. Plautus in Amphitrione, Sed prælium id tandem diremit nox interuentu ſuo. Vergilius 5. Aeneid. & prælia uoce diremit. Sic dirimere litem, id eſt, diſſoluere & decidere. Dirimere tempus, eſt differre, & in alium diem aliquid reijcere: pro quo etiam diffundere diem ueteres dixerũt. Cicero de Diuinatione, Quid enim habet aruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? Aliquando dirimere ponitur pro deſtruere, διαλύω, διακόπτω. Salluſt. Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res conſilium diremit.

Diremptus, us, ui, Separatio. Cic. 1. Tuſc. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio, ac diremptus earum partium quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Diremptio. Productio temporis uel magiſtratus in aliud tẽpus. Cic. pro Plan. Nihil iam eſt quod populo ſupplicetur, nihil quod dirẽptio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, renuntiatio ſuffragiorum expectetur.

Dirípio, pis, a. t. Depopulor, ſpolio, in diuerſas partes rapio, ἄγω καὶ φέρω, διαρπάζω. Cicero Attic. libro 3. patriam non ſeruandam ad rediſum noſtrum, ſed diripiendam, inflammam damque reliquimus.

Direptio, uerbale, Cicero lib. 2. Epiſt. Vrbs relicta direptione atq; incendijs.

Dirumpo, pis, a. t. Variè rũpo, ſeu uiolenter ſcindo, διαρήγνυμι. Plaut. in Curc. Geminos in uentre uideor habere filios, nihil metuo, niſi medius dirumpar miſer. Refertur quãdoq; ad animum. Cic. ad Att. lib. 7. Dirumpor dolore.

Diruncino, as, a. p. pen. cor. Diſſeco & diſſipo, tractum à runcinis, quæ maiores ferræ dicuntur, quibus fabri ligna-

rij maiora ligna ſecant. Plautus in Mil. Vt lapide deruncinauit militem.

Díruncio, a. q teſte Feſto, Idem quod depurgo. Verbum agriculturæ antiquum. à runca deductum, quod inſtrumentum eſt excidendis dumetis idoneum.

Díruo, is, a. t. Deiicio, euerto, atq; deſtruo, καταβάλλω, κατασκάπτω. Liuius lib 1. Fragor tectorum quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur. Teren. in Adel. Hanc in horto maceriem iube dirui. Liu. Legiones deinde ductæ ad diruendam urbem. Cic. ad Q. fr. lib. 1. Multas abs te eſſe liberatas urbes, complures dirutas, ac penè deſertas.

Dirus, a um, Crudelis, ſæuus, infeſtus, quaſi deorum ira immiſsus. ἐπάρατος, παλαμναῖος. Verg. 3. Geor. Priuſquam dira per incautum ſerpant contagia uulgus. Aliquando accipitur pro magno. Idem, Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes. Dira loci.

Díræ, f. p. Execrationes & imprecationes ſunt quæ in maleuolos effundebantur horrendæ, deos quosdã inauditos compellantes: quibus quicunq; deuotus erat, credebatur maximo affici infortunio. Cic. M. Craſſo quid acciderit uidemus, dirarum obnunciatione neglecta, ἀρά. Diras imprecari, Græci ἐπαράσθαι τὰς παλαμναιοτάτας ἀράς dicunt, & ἀρὰς δεινὰς καὶ φρικώδεις ἐπαράσθαι. Sunt etiam Dirę inferorum Furiæ, quibus præcipuè ij qui ſceleris alicuius ſibi ſunt conſcij, creduntur exagitari. De quibus ita Verg. lib. 12. Aen. Dicuntur geminæ peſtes cognominæ dirę, Quas & Tartaream non intempeſta Megæram Vno eodemq; tulit partu. Dicuntur autem in cælo dirę: Furiæ, ἐρινύες, in terris: Emenides, ὠμηνίδες, in ferijs: unde & tres eſſe dicuntur.

Diritas, f. t. Crudelitas, ἀγριότης. Cic. in Vatin. Quamquam ſis omni diritate atq; immanitate deterrimus. Idem 5. Tuſ. Intelligi poteſt, ex his fratribus qui in Adelphis ſunt, quanta in altero diritas, in altero comitas. Morum diritas. Suet. in Tyb. cap. 21. Nec illud quidem ignoro aliquos tradidiſſe Auguſtum palã, nec diſſimulanter morum eius diritatem adeo improbaſſe, ut nonnunquam remiſſiores hilarioresq; ſermones ſuperueniente eo abrumperet.

Dis, Præpoſitio diſiunctiua, de qua ſuprà dictum eſt in Di.

Dis, ditis. m. ſ. Deus diuitiarum, qui à Luciano claudus fingitur in acceſſu, in recedendo aũt alatus, quòd diuitiæ longiſſimo tempore partę, niſi cautę diſpẽſes, quàm uelociſſimè elabantur, πλοῦτος. Fingitur etiã cæcus, quòd nullo prorſus iudicio indigniſſimũ quẽq; maximè opibus oneret, digniores prętereat. Dis etiã creditur eſſe inferorũ Deus, quòd diuitiæ ex intimis terræ uiſceribus effodiantur. Græcè πλοῦτων dicitur. Ponitur etiam pro diuite, πλούσιος. Ter. in Adel. Dis quidem eſſes Demea, ac rem tuam conſtabiliſſes. Hinc Ditior & Ditiſſimus.

Dito, as, Diuitem facio, πλουτίζω. Liuius 1. bel. Pun. Caſtra militem ditauere. Plinius lib. 37. cap. 18. Quos enumerare iam non eſt è ſanguine, Quiritum & proſcriptorum licentia ditatos.

Diteſco, Dines fio, ut Præda diteſcere. Lucr. lib. 5. Horrea diteſcunt.

Diſcalceo, as, a. p. Eſt calceos exuere, ἐξυποδέω. Sueton. in Nerone, Circa cultum, habitumq; adeo pudendus, ut comam ſemper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiã pone uerticem ſummiſerit, ac plerumq; ſyntheſim indutus, ligato circum collum ſudario, prodierit in publicum ſine cinctu, & diſcalceatus.

Diſcapedino, as, n. p. pen. corr. à capedine fit, ſignificatq; refero, aperio, διείργω. Apuleius, Hyagnis primus in canendo manus diſcapedinauit. Verbum eſt nouum Apuleio parente natum.

Diſcaueo, n. ſ. à Plauto uſurpatum eſt pro diligenter cauere. Ita enim legitur in Menæch. Dictum faceſſe elatum, & diſcaueas malo.

Diſcẽdo, dis, n. t. pen. prod. Recedo, ἀποχωρέω. Plin. Faceſſite hinc, atq; à nobis diſcedite. Interdum ponitur pro excipere, ἀπαλλάτεσθαι, ut ſic dicam, Quum diſceſſi à parentibus, nemo eſt mihi te charior, id eſt, parentibus exceptis. Cic. Lentulo, Sic tamen exiſtimare te uelim: quum à nobis ſalutis meę authoribus diſceſſerim, neminem eſſe cuius officijs me tam eſſe deuinctum non ſolùm confitear, ſed etiã gaudeam. Interdum pro diſtendi, diuidi, χάινω, διαίρεσθαι. Cic. lib. 3. Offic. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui quum

terræ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit. Diſcedere in ſententiam, eſt alterius ſententiam approbare, προσίεσθαι. Mos enim fuit antiquorum quum in tanto Senatorum numero, longum foret ſingulorum ſententias audire, eos tantùm qui cæteris dignitate antecellebant, ſententiam rogare. Deinde duabus tribusſe iam dictis ſententijs, reliqui in illorum, quorum iudicio ſubſcribebant, ſedilia tranſibant.

Diſceſsio, f. t. uerb. Idem ſignificat quod abitus, ἀποχώρησις. Cicero 2. Offic. Eorum neq; acceſſione melior uita fit, neq; diſceſſione peior. Ponitur interdum Diſceſſio pro diuortio. Terentius in Andr. Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit, Si eueniat (quod di prohibeant) diſceſſio. In foro quoq; dicimus Diſceſſionem fieri in ſententiam alicuius, quum Senatores è ſua ſede ad eum tranſeunt cuius ſententiam approbant. Cic. 6. Ver. Atq; adeo quum iam non ſolùm diſceſſio facta eſſet, ſed etiam perſcriptum, atq; in tabulas relatum.

Diſceſſus, us, ui, m. q. uerbale à diſcedo, Idem eſt quod abitus, ἀποχώρησις. Cic. 5. de Fin. Quin etiam quum decreueris eſse moriendum, tamen diſceſſit à ſuis, atq; ipſa relinquenda luce mouetur. Diſceſſum è uita, pro morte poſuit idem Cicero lib. 1. de Diuinat. O præclarum (inquit) diſceſſum è uita. Diſceſſus terræ, pro terræ hiatu, & chaſmate accipitur. Item diſceſſus cœli, pro ſubita cæli direptione, qualem nobis uidemur uidere, quum fulgura, aut coruſcationes apparent. Cic. 2. de Diuin. Ita te nec terræ fremitus, nec cœli diſceſſus, nec lapideus aut ſanguineus imber, nec traiectæ ſtellæ, nec facies uiſæ terrebunt?

Diſcepto, as. n. p. Diſputo, contendo, diſcordo, decerto, & cum præpoſitione De ponitur, διακρίνομαι, ἀμφισβητῶ. Cic. Famil. 4. Poſtquam armis diſceptari cœptum eſt de iure publico. Aliquando etiam moderor, compono, διαλαμβάνω, quod uerbum è Græco dictum eſse uidetur, διαιρεῖσθαι, διορίζεσθαι, διαγινώσκειν, uel (ut alii exponũt) iudico, arbitror, cognoſco. In qua ſignificatione accuſatiuum regit. Cic. pro Milone, Et iſti eſt præpoſitus quæſtioni, qui hæc iuſtè ſapienterq; diſceptet. Eſt etiam alius huius uerbi elegans uſus apud Ciceronem Famil. 10. ad Planc. Imp. Quamobrem, inquit, quanquã in uno prælio omnis fortuna P. P. diſceptat, quod quidem, quum hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore, tamen ipſa fama, quę de tua uoluntate percrebruit, magnam es laudem conſecutus. Id eſt, quanquam omnis Reipubl. fortuna de tui prælij exitu pendet.

Diſceptator, rei ſententiæq; moderator, arbiter, iudex, διαιτητὴς. ut docet Cicero in Partition. ad Filium, Nam aut auſcultator eſt (inquit) qui audit, aut diſceptator: id eſt, rei ſententiæque moderator. Idem ad Sulpit. lib. 13. Vt omnibus in rebus, & quæ in aliquam controuerſiam uocarentur, te arbitro: & quod commodo tuo fieri poſſet, te diſcepratore uterentur.

Diſceptatrix, Cic. 4. Acad. Dialecticam inuentam eſse dicitis, ueri & falſi quaſi diſcepratricem & iudicem.

Diſceptatio, Cauſa & lis, διαφορολογία, διάγνωσις. Cicero 2. de Diuinat. Cum quibus omnis ferè nobis diſceptatio contentioq; eſt. Diſceptatio, pro arbitratu & cognitione. Vlpian. l. Quum ij. paragraph. ſi cui. ff. de tranſact. Hæc omnia habent diſceptationem Prætoris: & pro utilitate alimentarij accipienda ſunt.

Diſcerno, is, diſcreui, diſcretum, a. t. Separo, diuido, διαλύω, διακρίνω. Cic. 3. Tuſculan. Democritus alba & nigra diſcernere non potuit. Quandoq; diſtinctè cognoſco, διαγινώσκω. Teren. in Adelph. Quid hoc malũ infelicitatis? nequeo ſatis diſcernere, Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſerijs. Diſcernere item. Verg. 12. Aen. Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat, Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret aruis.

Diſcretus, a, um. partic. paſſiuæ ſignificationis, à diſcernor, ut διαχωρισμένος. Diſcreta ſemina, apud Colum. id eſt, ſeparata. Plin. lib. 15. cap. 30. Diſcretæ ſuis nominibus ſyluæ. Huius compoſitum protulit Plin. Indiſcreta propè ſpecie fuere, id eſt, indifferenti, ἀδιαχώριστον. Valla exponit actiuè, ut ſit Diſcretus, qui qualitates perſonarum ac rerum mometa diſcernit. Sed nullum attulit exemplũ, nec ullum afferri poſſe arbitror, niſi in paſſiua ſignificatione.

Diſcretio, onis, f. t. uerbale, Separatio, διακρίσις. Lactantius libro 7. Quum uis aliqua utrumque diſcreuerit: quæ diſcretio, mors uocatur. Author ad Herenn. lib. 4. ſic definit, Diſcretio nominatur, quæ rerum conſequentiam continet perſpicuam & dilucidam cum grauitate expoſitionem. Aliquando pro delectu, κρίσις.

Diſcretè, aduerbium, non ſignificat prouidè, aut ſapienter (ut nonnulli exiſtimant) ſed ſeparatim, & diſtinctè, χωρὶς. Cicer. lib. 1. de Inuent. In præſentia tantummodo numeros, & modos, & partes argumentandi confuſè & permiſtè diſperſimus: pòſt diſcretè & electè in genus quodq; cauſæ, quid cuique conueniat, ex copia hac digerimus.

Diſcretim, aliud aduerbium. Varro de Re ruſt. li. 1. cap. 3. Quoniam diſcretim de his rebus dicendum eſt.

Diſcrimen, n. t. pen. prod. Separatio, differentia, διαφορὰ. Cic. Totumq; diſcrimen ſummi boni in ea rerum comparatione poſitum putat. Salluſt. Laudamus diuitias, proſequimur inertiam, inter bonos & malos nullum eſt diſcrimẽ. Accipitur etiam pro interuallo, ſiue diſtantia. Cic. de Lege agraria contra Rullum, Duo maria pertenui diſcrimine ſeparata. Item pro diuiſione, & capillorum diminutione quæ fit diſcerniculo, κόσμια. Et diſcrimen, certamen, κρίσις. Vergil. 5. Aeneid. Poſt hos æquo diſcrimine Piſtrix Centaurusq; locũ tendunt ſuperare priorem. Rurſus Diſcrimen, periculum dicitur, κίνδυνος, ἀγὼν. Verg. lib. 1. Per tot diſcrimina rerum tendimus in Latium. Cæſar. 6. bel. Gall. Videt imminere hoſtes, atq; in ſummo rem eſſe diſcrimine.

Diſcrimino, nas, a p pen. cor. Diuido, διορίζομαι, διαχωρίζω, διαιρῶ. Cic. in Phil. Hetruriam diſcriminat Caſsia. Lucr. libr. 2. Sed fortè putes animalia ſola teneri Legibus his: quædam ratio diſcriminat omnes.

Diſcriminatus, particip. Diſtinctus. Liu. bel. Pun. Vigiliarum ſomniq; nec die nec nocte diſcriminata tempora.

Diſcriminatim, aduerbiũ, Significat differẽter, κεχωρισμένως. Varr. 1. de Re ruſt. Eadem de cauſa ſunt quæ non poſſunt uiuere, niſi in loco aquoſo, aut etiam in aqua, & diſcriminatim: & alia in lacubus ut arundines in Aretino: alia fluminibus, ut in Epiro arbores alni.

Diſcriminale, n. t. Acus eſt quę crines diuidit ad concinnandũ caput, καλαμίς. ut apud Eſaiam, Diſcriminalia, & periſcelides, & murænulas, & olfactoriola.

Diſcerniculum, n. ſ. Inſtrumentum quo mulierum capillus diſcernitur, καλαμίς. Varro. libro quarto, de Lingua Latina, Diſcerniculum eſt quo diſcernitur capillus. Nonius Diſcerniculum, acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit: dictum à diſcernendo. Tranſumitur & ad quamuis differẽtiã diſcrimẽ, διαφορὰ. Gel. li. 7. Tũ cõperi duas ſpecies hellebori eſſe, diſcerniculo coloris inſignes cãdidi & nigri

Diſcerpo, pis, pſi, ptum, a. t. ex dis, & carpo, In partes diſtraho, diſcindo, διασπῶμαι, διασπαράσσω. Cic. in Top. Quum res quæ propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur. Varro, Duabuſq; admotis quadrigis alligatum corpus, equis in diuerſum iter concitatis, diſcerpſere.

Diſcerptus, participium. Cic. 3. de Orat. Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulſa & quaſi diſcrepta cõtrectãt. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Fuiſſe tum quoq; aliquos, qui diſcerptum regem patrum manibus tunc quoq; arguerent.

Diſceus, à Plinio libr. 2. cap. 25. accipi uidetur pro cometa, ſiue ſimili aliqua ærĩs impreſſione. Eaſdem (inquit) breuiores, & in mucronem faſtigiatas, xiphias uocauere, quæ ſunt omnium pallidiſſimæ, & quodam gladii nitore ac ſine ullis radiis quos diſceus ſuo nomini ſimilis, colore autem electro, rarò è margine emittit.

Diſcindo, dis, diſcidi, a. t. pen. cor. à dis, & ſcindo, καταῤῥήγνυμι, διακόπτω. Diſcidi uerò pen. prod. fit à diſcido, quod eſt compoſitum à dis, & cædo. Terent. in Adelph. Vide ut diſcidit mihi labrum. Idem in Eunuch. Veſtem omnem mi ferè diſcidit. Cicer. pro Cæſio, Diſcidit ueſtem? reſarcietur. Diſcindere amicitias. Cic. de Amic. Tales igitur amicitiæ remiſſione uſus leuandæ, & (ut Catonẽ dicere audiui) diſſuendæ magis, quàm diſcindendæ ſunt.

Diſciſſus, partic. Verg. 3. Georg. Diſciſſos nudis laniabãt dẽtib. artus. Stat. 1. Syl. Hũc neq; diſciſſis cœpiſſẽt Pergama muris.

Diſcingo, is, xi, ctum, a. t. contrariam ſuo ſimplici habet ſignificationem: quod cinctum eſt diſſoluo, διαζώννυμι. Martial. lib. 9. Peltratam Schythico diſcinxit Amazona nodo. Nõ nunquam etiam per translationem pro eneruare, ſeu confutare, uel etiam retundere accipitur. Vnde diſcingere dolos ratione, dixit Silius libro 7. pro eo quod dicimus, dolos ratione & conſilio retundere. Diſcinxit (inquit) ratione dolos fraudesq; reſoluit.

Discinctus, par. cipium, ἄζωστος. Liu. 8. bell. Pun. Districtis gladijs discinctos destituit. Antiqui negligentes & desides appellabant discinctos, & intemperates, καταβλακευμένους. Cõtrà Accinctos, solertes, strennuos uocabant: quod à re ipsa deducum est, molles enim demissis, discinctisq; uestibus uti solẽt, strennui uerò atq; industrij, quo sint ad res exequendas promptiores, succincti incedunt. Pers. Sat. 3. Non pudet ad mortem discincti uiuere Nacæ? Nepos discinctus, id est, omni luxuria diffluens, Horat. Epod. Ode 1. Ouid. 1. Amor. Ipse ego segnis eram, discinctaq; in otia natus, Mollierant animos lectus & umbra meos. Liuius 7. bell. Maced. Nihil primo aspectu contemptius: equi, homines q; paululi, & graciles: discinctus & inermis eques. Seruius, Discincti, inhabiles sunt militiæ: omnes enim qui militant cincti sunt. Vnde discincti, ineffi caces & ignaui dicuntur: sicut econtrariò præcinctos strennuos uocamus, διεζωσμένους.

Discludo. dis, a. t. Excludo, separo, διακλείω. Cic. 1. Tusc. Perturbationes semotas à mente, & discluſas putat. Lucret. Cum paribus iungi res, & discludere mundum. Cæs. 7. bel. Gal. Qui Aruernos ab Heluetijs discludit, id est, disiungit. Significat & separatim includere. Cic. 1. Tusc. Duas partes separare noluit, iram & cupiditatem, quas locis suis discluſit, iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Varr. 3. de Re rustic. cap. 17. Hi loculatas habent piscinas, ubi dispares discluſos habent pisces.

Disco, is, didici, n. t. Proprie rem ignotam asequor meditando, uel ab alio docente apprehendendo, μανθάνω. Plaut. in Truc. Literas didicisti: quando scis, fine alios discere. Cic. 4. Acad. Ab eo enim Stoico Dialecticam didicerat. Ter. in Adel. Patet esse disce ab alijs qui uerè sciunt. Huius composita sunt Addisco, Cõdisco, Dedisco, Edisco, Perdisco, perfectè, seu ualde Disco: quæ uide suis locis.

Disciplina, f. p. Dicitur prout à discipulo percipitur, μάθημα. μαθήσις, ἀγωγή. Doctrina uerò est, prout à doctore traditur, διδασκαλία. Accipitur autem & in malam partem. Plaut. in Bacc. Eadémne erat hæc disciplina olim, quum tu adolescẽs eras? Ibidem, tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi. Et in bonam, pro bono uiuendi modo in Repub. Vnde Cic. queritur se incidisse in perturbationẽ uetteris disciplinę. Sic apud Valer. Max. Caput est de militari disciplina. id est, de obseruatione bonorum morum inter milites. Disciplina pro instituto. Plaut. in Asin. Eadem nos disciplina utimur. Disciplinam pro secta philosophorum ponit Cic. 5. Tusc. Omnes ferè Philosophi omnium disciplinarum, nisi quos à recta ratione natura uitiosa detorsisset, hoc eodem animo esse potuerunt. Doctus ex disciplina Stoicorum. Cic. de Clar. Orat. Disciplina probè uiuendi exemplo. Plaut. in Mostel. Disciplinæ alijs eram.

Disciplinabilis. le, ad Heren. lib. 3. Aut si qua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere, & quomodo, aut qua quidq; ratione fieri oporteat ostendimus.

Discipulus, m. f. & in fœm. Discipula, Dicitur ille qui disciplinã ab alio percipit, imitator, φοιτητής, μαθητής, ὁμιλητής. Cic. 2. Off. Orator parum uehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. Plaut. in Bacch. Magistrone quenquam discipulum minitarier? Nihil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis. Plin. lib. 10. ca. 29. Audit discipula intentione magna & reddit. Plaut. Aul. Continuò hercle, ego te dedam discipulam cruci.

Disciplinosus, Dicitur qui tam bonas quàm malas artes facilè discit, νοσαθής. Huius in reprehensione dictus est disciplinosus gladiator à Catone. Ex Perotto.

Discobolus, m. f. pen, cor. διοκοβόλος. Qui discum iaculatur, ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὸν δίσκον, id est, à iaciendo disco. Quintil. lib. 2. Quid tàm distortum & elaboratum quàm est ille discobolus Myronis?

Discœlij, qui durioris sunt aluo

Discolor, om. t. pen. cor adiect. quod est diuersorum colorũ, ποικίλος. Mart. lib. 14. Discolor hic gemino calculus hoste perit. Per translationem etiam accipitur pro dissimili. Hor lib. 1. Epist. Vt matrona meretrici dispar erit, atq; Discolor, infido scurræ distabit amicus.

Disconuenio, Non conuenio, διαλάτω. Hor. 1. Epist. & uitæ disconuenit ordine toto. Idem, Non eadem miramur, eò disconuenit inter Meq; & te.

Discoquo, is, ere, a, t. Idem quod simplex coquo, uel ualde decoquo, ἀφεψῶ. Plin. lib. 22. cap. 25. Nostri præcipiunt arietinum in aqua cum sale decoquere. Ibidem, Alnum fistit in cibo magisq; discocta cælesti aqua.

Discors, discordis, om. t. ex dis & corr, Qui corde, hoc est, animo dissidet, διχογνώμων, ut Secum ipsa discors, apud Liuium 2. ab Vrbe. Cic. 2. de leg. Agr. Non ambitione, non conuentione discordes. Ouid. 3. Amor. Quid tibi discordes addere in arma uiros? Antiqui dicebant Discordis, huius discordis. Pompon. Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.

Discordo. as, n. p. Dissidere, dissentire, ἀντιγνωμονῶ, τασιάζω. Cicero 1. de Fin. Sed intus etiam in animis incluſæ, inter se dissident atq; discordant. Colum. lib. 9. cap. 11. Domino mortuo familia nimia licentia discordat. Ter. And. Qui scis eos nunc discordare inter se?

Discordia, f. p. Dissidium, quasi cordium dissensio, διαφωνία. Cic 4. Tusc. Discordia est ira acerbior intimo odio & corde concepta. Idem de Amic. Quanta uis amicitiæ concordiæq; sit, ex dissentionibus atq; discordijs percipi potest. Veteres autem pro discordia dixere discorditas: & inde discorditer aduerbium.

Discordabilis, le, Quod discordat, & disconuenit. Plaut. in Cap. Me hic ualere, & tute audacter dicito Tyndare inter nos fuisse ingenio haud discordabili.

Discordabilis, Qui lites generat, & parit. Plin. lib. 37. cap. 10. Hyenæ pelle similem abominantur discordialem domibus.

Discordiosus, Qui discordias seminat, & lites serit, ut Vulgus discordiosum Sallust. in Iug. Nam uulgus (uti plerumq; solet, & maximè Numidarum) ingenio mobili, seditiosum erat, cupidum nouarum rerum, quieti & ocio aduersum.

Discrepo, as, n. p. pen. cor. Discordo, & non conuenio, quasi diuersimodè crepo, διαφωνῶ, διίσαμαι, διαφέρομαι. Cic. lib. 1. Off. Vt in fidibus, aut in tibijs, quamuis paulum discrepent, tamen id à sciente animaduerti solet. Per translationem accipitur pro dissidere, uel etiam differre. Cic. Ruf. A meis rationibus tuę discrepant. Liu. lib. 38. posuit impersonale, Nec inter scriptores rerum discrepat solùm, sed orationes quoq;, si modò ipsorum sunt quæ fuerunt.

Discrepito, as, frequentatiuum. Lucr. lib. 2. Si non omnia sint, at multò maxima pars est Consimilis, uerùm positura discrepitant res.

Discrepantia, æ, διαφορά. Cic. 1. Off. In actiones, omnemq; uitã, nullam discrepantiam conferre debemus. Idem 3. de Fin. Maiorem multò habere Stoicos & Peripateticos rerum omniũ discrepantiam, quàm uerborum.

Discretio, Discretus, Discrimen, Discriminale, Discrimino, Discriminatim, Vide Discerno.

Discrucior, aris, d. p. eiusdem significationis est cum suo simplici, & tam ad animum quàm ad corpus refertur. ἀνιῶμαι Cic. 12. Philip. Vt ille Trebonium, & (si posset) etiam Brutum discruciatos necaret. Plaut. in Aulul. Discrucior animi, quia domo abeundum est mihi. In quo exemplo etiam illud obseruatione dignum est, quòd discrucior apud ueteres cum genitiuo coniungi solebat, more Græco: hodie autem cum ablatiuo. Plaut. in Casin. Ego discrucior miser amore.

Discumbo, is, n. t. Est mensæ accũbo, κατάκειμαι, ἀνάκειμαι. Gell. Apud cœnam Fauorini philosophi quum discubitum fuerat, cœptusq; apponi cibus, seruus assistens mensæ legere incœptabat.

Discubitorius lectus, apud Plin. in quo uel super quo discumbebant antiqui cœnaturiunt differret à culcitra, qua in cubiculis utimur.

Discuneatus, Quasi immisso cuneo apertus ac patẽs, sicut ligna diducta fiunt, & hiantia a dactis cuneis, διεφλωσμένος. Plin. lib. 9. cap. 30. Carent conchæ uisu, omniq; sensu alio quàm cibi & periculi. Insidiantur ergo polypi apertis, impositoq; lapillo extra corpus, ne palpitatu eiiciatur, ita securi grassantur, extrahuntq; carnes: illæ se contrahunt, sed frustra discuneatæ.

Discupio, 2. t. Et ualde cupio, ἐπιθυμῶ Catul. cum puero bello præconem qui uidet esse, Qui credat, nisi se uendere, discupere? Cælius Ciceroni, Peream si minima causa est properandi istò mihi, quod te uidere, & omnia intima conferre discupio.

Discurro, ris, n. t. In diuersas partes curro, διατρέχω. Liuius, lib. 8.

lib. 1. Signo dato iuuentus Romana ad rapiendas uirgines discurrit.

Discursio, onis, Lact. De Opif. Totos dies in huiusmodi discursione consumunt.

Discursus, us, m. q. Ipse discurrendi actus. Cæs. 8. bel. Gal. Magno clamore discursuq; passim se fugæ mandant. Et apud Plin. li. 2. cap. 36. Discursus stellarum.

Discus, m. s. δίσκος, Vas latum (ut fuit Poll. inquit) ad portandas carnes aptum, fortè lanx. Cic. de Orat. Quorum auditores discum audire malunt, quàm philosophum: qui simul ut increpuit, philosophum disputantem relinquunt. Vnde ab Hieronymo dictus est Discophorus ille qui Danieli prandiũ portauit: Talem enim, inquit, discophorum inedia meruerat hebdomadis. Est & Discus, rotunda quædam moles saxea uel plumbea, siue ferrea, cuius iactu iuuenes inter se certabant, uictorq; euadebat qui aut altius in sublime, aut longius in tractu ultra designatum spatium proiecisset. Martialis lib. 14. Splendida quum uolitent Spartani pondera disci: Iste procul pueri, sit semel ille nocens. Alludit Poëta ad mortem Hyacinthi pueri, qui iactu disci ab Appolline est interfectus, & in florem sui nominis mutatus. De quo uide Ouidium 10. Metamorph. Huiusmodi discos uidentur hodie uti nostri mimi & histriones, qui quæstus gratia coram populo gesticulentur, dum nescio quid ad formam disci rotundum & æreum faculantur in aërem, deinde uirga excipiunt quos discobolos appellat Plin. lib. 37. cap. 11. hoc est, disci iactatores. Disci autem figura uidetur fuisse plana & rotunda, ut nobis corpus solis apparet. Ideo etiam Græci solare corpus discum dicunt.

Discutio, tis, pen. corr. discussi, discussum, a. t. ex dis & quatio, Propriè in diuersas partes puatio, & deiicio, διάσειω, διαφορῶ. Liuius, Tribus arietibus aliquantum muri discussit. Ouidius 1. Metamorph. Trmpora discussit claro caua malleus ictu. Per translationem modò ponitur pro remouco, seu resoluo διαλύω. Cicero 12. Phil. Discussa est illa caligo, quam paulò ante dixi: dixit, pater, uidemus omnia. Colum. lib. 7. Etiam langor & nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiunij faucibus inseras. Cels. lib. 3. cap. 8. Nisi interdum iam honore discusso. Discutere, medicis est ulcus siue collectionem citra suppurationem dissipare, & deiicere, διαφορῶν. Hinc Discussoria medicamenta, διαφορητικὰ, & uis discussoria. Plin. lib. 30. cap. 10. & per se cinis inanium cholearum cerę mistus discussoriam uim habet. Modò uariis modis examino, inuestigo, ἐξετάζω, ἀνακρίνω. Cicero 4. Academ. Oportet igitur nos esse armatos, ut occurrere possimus interrogationibus eorum captionesq; discutere. Lact. Hæc enim prauitatis est causa ignoratio sui, quam si quis cognita ueritate discusserit, sciet quemadmodũ sibi uita degenda sit.

Discussum, Quod examinatum, aut indicatum est. Et actus ipse Discussio, ἀνακρίτις. Et Discussor, qui discutit, ἐξεταστής.

Discussores, um, m. s. Inquisitores & æstimatores facultatũ hominum sunt. Heg. in tit. C. de Discuss.

Dísertus, Díserte, Vide Dísero.

Dissĩcio, cis, a. t. pen. cor. In diuersas partes iacio, διαῤῥίπτω. Verg. 1. Aen. Dissecitq; rates. Liu. 1. ab Vrb. Ac primò tentata res est, si dispositis clientibus absterrendo singulos, à cõcionibus, conciliisq;, dissicere rem possent.

Dissectus, part. hoc est, dispersus. Cic. Att. lib. 3. Nos dissecta manu aduersarijs pares esse non possumus. Hor. 1. Carm. tectaq; Penthei dissecta non leui ruina.

Dissecto, as, are, frequent. Lucr. lib. 2. Sed quasi naufragijs magnis, uentisq; coortis Dissectare solet magnũ mare transtra, carinas, Antennas, proram, &c.

Dissiungo, a. t. Separo, διαλύγνυμι, διίεμι. Cic. Lent. Nam ab orationibus dissiungo me, referoq; ad mansuetiores Musas. Terent. in Hecyr. Atqui ea res multò maximè dissiunxit illum ab illa. Cic. 2. Phil. Ipse enim Pompeium à me familiaritate dissiunxit.

Dissunctus, participium. Cicero pro Roscio Amer. Quę uita maximè dissuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. Idẽ 2. Philip. Opera mea Pompeium à Cæsaris amicitia esse dissunctum.

Dissunctus, nomen ex partic. Cic. pro Marcel. Nec uerò dissunctissimas terras citius passibus cuiusquam potuisse peragrari, quàm tuis non dicam cursibus, &c. Idem 4. Acad. Nihil est enim ab ea cognitione, quá habemus de grauitate sapientis, errore, leuitate, temeritate dissunctius.

Dissunctio, Separatio: ut quum alter ab altero abest διῤῥυσις, διαχώρισις, Cic. Neq; enim nõ potest mihi non molestissima esse dissunctio nostra, in tanta rerum omnia uarietate. Hinc etiam Dissunctiuæ coniũctiones, διαζευκτικοὶ, συνδέσμοι, quæ res, uel personas, uel tempora distinguunt: ut, Hoc uel illud meum uel tuum erit.

Dispălo, at, a. p. penult. prod. Idem quod separo, teste Nonio, à præpositione dis, & uerbo palare, quod est errare, & uagari, διαζώννυμι, διαῤῥίπτω. Huius passiuum est Dispalor. Si senna lib. 1. Histo. ut citat Nonius. Tanto passu dispalantur. Et apud eundem, Dispalati, ab signis digressi omnes, ac dissipati. Gellius lib. 1. Ea præcentione tranquilla & uenerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam, uis & impetu militum, ne sparsi dispalatiqúe prorueret, cohibebatur.

Dispalescere, n. t. Est palam omnib. innotescere, διαθρυλλεῖσθαι. Plautus in Bacch. Si plus perdũdum sit, perisse suauius est. Quàm illud flagitium uulgò dispalescere.

Díspando, is, ere, a. t. Extendere, διατείνω. Plin. lib. 9. cap. 4. In Gaditano Oceano arbor in tantum uastis dispansa ramis, ut ex ea causa fretum nunquam intrasse credatur. Lucret. libro 1. Deniq; fluctifrago suspensæ in littore uestes. Vuescunt, eædem dispansæ in sole serescunt. Plautus in Milite dispessis per e scribit, Eundum actutum extra portam dispessit manibus.

Dispessus, a, um, Expansus, extẽsus, participium est ab hoc uerbo dispando, διασπαμῶ. Plaut. in Milite. Eundum actutum extra portam dispessis manibus.

Díspar, aris, om. t. Inæqualis, dissimilis, ἀνόμαλος, ἀνόμοιος, Cic. de Amic. Dispares enim mores, disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Idem pro Font. O fortunam longè disparem M. Fontei, si, &c. Idem pro Muræna, Et quoniam ostendi, iudices, parem dignitatem ad Consulatus petitionem, disparem fortunam prouincialium negotiorum in Muræna atq; Sulpicio fuisse, &c. Vergil. 2. Ecloga, Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Ouid. 8. Metam. Fistula disparibus paulatim surgit auenis,

Disparilis, le, Idem quod dispar. Varr. 2. de Re rust. Et pabulum disparile, non usquequaque idem fit. Cic. 1. de Diuin. Quæ omnia fiunt ex cæli uarietate, & ex disparili aspiratione terrarum.

Dispăro, as, are, Separare, & seiungere, διαζεύγνυμι. Plautus Rud. Qui est imperator diuũm atq; hominũ, Iupiter, Is nos pergentes alium in alia disparat. Gell. lib. 11. cap. 11. Tot sententias in eandem rem, quasi aliud atq; aliud diceret: disparauit. Hinc disperata uocant Dialectici quæ negatiuè opponuntur. Cic. 1. de Iuuent. Disparatum est autem id quod ab aliqua re per appositionem negationis separatur: hoc modò, sapere, & non sapere.

Dispartio, is, Vide dispertio.

Dispello, lis, dispuli, dispulsum. a. t. In uaria loca, uariisue modis pello, διαπαίω. Liuius libro quinto, Quum equitem passim liberi frænis dispuliissent equi, Veientium maxima pars Tyberim effusi petunt. Cicero libro primo, Tusculanarum, Eademque ab animo, tanquam ab oculis caliginem dispulit. Vergilius primo Aeneid. Teucrorumq; alios, acer quos æquore turbo Dispulerat, id est, dissecerat, siue segregauerat.

Dispendo, dis, a. t. Distineo, siue occupatũ teneo, διασπῶ. Col. libro 8. capit. 2. Parandi autem modus est, ducentorum capitum, quæ pastoris unius dispendat curam. Aliquando idem est quod expẽdo, erogo, distri buo: unde fit nomen Dispendium, de quo mox dicemus: & Dispenso frequentatiuum, idem ferè quod distribuo. Colum. lib. 4. Cælestes admittat imbres, eosq; alendis seminibus dispenset. Aliquando significat expando, διατείνω, & tunc non à pendo, sed à pando componitur. Plaut. Vbi lubet, dispendite hominum diuorsum, atq; distendite.

Dispendium, dii, n. s. Est sumptus, incuria, uel negligentia, aut immoderatione factus, δαπάνη. Plinius, Magno id lignorum dispendio fit. Aliquando idem est quod damnum, uel detrimentum, βλάβη, cui opponitur compendium, quod lucrum uel utilitatem significat. Terent. in Hecy. Quid est quod mihi malim, quàm quod huic intelligo euenire, ut gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi prosit? Plaut. in Merc. Amorẽ multos illexisse in dispendium. Ver. 3. Aeneid, Hic tibi ne qua morę fuerint dispendia tanti. Dispendium etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

um etiam uia obliqua, & quæ per ambages eò ducit quò ire tendimus, contraria Compendio. Lucan. libro 8. Iam super Herculeas fauces, nemorosaq; Tempe, Aemoniæ deserta petens dispendia syluæ, &c.

Dispendiosus, sa, sum, Damnosus, ζημιώδης. Colu. lib. 2. Nam dispendiosa est cunctatio. Accipitur etiam pro sumptuoso, φιλοναλωτής. cui supponitur parcus.

Dispenso, as, a. p. frequentatiuum, quod frequentiore in usu est quàm sit dispendo, διάπαω, οἰκονομέω. Plaut. in Bacch. Nũc alteris etiã ducẽtis usus est, Qui dispensentur Ilio capto. Liu. 3. ab Vrbe, Intercalares mensibus interponendo ita dispensauit, ut, &c. Cic. ad Att. libr. 11. Ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor, quod qui eas dispensauit, neq; adest istic, neq; ubi terrarũ sit, scio.

Dispensator, m. t. Qui familiæ necessaria dispensat, hoc est, distribuit: cuiusmodi sunt obsonatores, quorum officium est ea coẽmere quæ usus domesticus expostulat, οἰκονόμος. Martialis libro sexto, Dispensatoris nobile cernis opus. Iuuenalis, Prælia quanta illic dispensatore uidebis Armigero?

Dispensatio, f. t. οἰκονομία. Cicero ad Atticum lib. 15. Profectionem meam, ut uideo, Eroris dispensatio impedit. Hodie Dispensationem accipiunt Iurisperiti, pro communis iuris relaxatione, necessitatis, aut certè maioris alicuius utilitatis causa cuipiam concessa. Verùm quoniam in ea significatione apud classicos scriptores non legitur, nihil est quod plura hîc de ea agamus, præsertim quum præsentis instituti sit, Latinas uoces non Barbarorum fæces huc congerere.

Dispenno, is, Expando, ἱππετάννυμι, tractum à pennis auium, quas aues uolantes expandunt. Plaut. in Mil. dispennite hominem diuersum & dispendite.

Dispendomena, erat genus quoddam supplicii fœdum & inhumanum apud Persas, de quo abundè apud Alex. ab Alex. in suis Genialibus.

Disperdo, dis, didi, a. t. Consumo, modis omnibus perdo, διαφθείρω, ἐξόλλω. Plautus in Casin. Imò age ut lubet, ede, bibe, disperde rem. Cicero pro lege Agr. Videte nunc proximo capite, ut impurus heluo turbet Rempublicam, ut à maioribus nostris possessiones relictas disperdat & dissipet. Plau. Pœn. Dij mortales meum herum seruatum uolunt, & hunc lenonem disperditum.

Disperditio, onis, Cicero 3. Philip. Quum exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & ad disperditionem urbis uenire conatus.

Dispereo, ris, n. q. ex dis & pereo componitur, significatq; uario modo, aut in totum pereo, & deficio, ἀπόλλυμαι, ἔρρω. Varro 1. de Re rustic. Fructus solent disperire. Idem libro 3. Prouidendum uehementer ne propter æstum, aut propter frigus dispereant. Dispeream, iurantis uox. Plautus in Amphitr. Dispeream, si aut intus adhuc fui, aut si hunc miserim.

Dispergo, gis, dispersi, sum, a. t. In diuersas partes spargo, διασκεδάζω. Cic. 4. Acad. Cur mortifera tam multa permitiosa, terra mariq; disperserit. Terent. Adelp. An tibi mauis cerebrũ dispergi hîc? Cic. 5. de Nat. deor. Puerum interea obtruncat, membraq; particulatim diuidit, perq; agros passim dispergit corpus, &c.

Dispersus, partic. Cic. 1. de Orat. Omnia ferè quæ sunt conclusa nunc auribus, dispersa, & dissipata quondam fuerunt, ut in Musicis numen, & uoces & modi.

Dispersus, us, ui, m. q. Cic. Att. lib 9. quòd Consules laudas, ego quoq; animum laudo, sed consilium reprehendo: dispersu enim illorum actio de pace sublata est, quam quidem ego meditabar.

Dispersè, & Dispersim, aduerbia Cicero 6. Verrin. Nunc iam illa omitto, quæ dispersè à me multis locis dicentur, ac dicta sunt. Varro de Re rustica libro 1. capite 1. Qui Græcè scripserũt, dispersim alius de alia re, sunt plus quinquaginta.

Dispertio, tis, a. q & Dispertior, tiris, deponens, ex dis & partior. In diuersas partes diuido, huic & illi partes do. διανέμομαι Plaut. Aul Hercle iniuria dispertiuisti, pinguiorem agnũ isti habẽt. Sic dispertire exercitũ per oppida. Liu. 9. bel Pun. Dispertire tyrones inter legiones. Hir. 5. bel. Afr. Cic. 7. Ver. A quibus initia uitæ, atq; uictus, legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus & ciuitatibus data, ac dispertita esse dicuntur. Idem Metel. lib. 5. Quodquũ dicerem illud adiunxi, mihi tecum ita dispertitũ officiũ fuisse in Reipub. salute retinenda ut ego, &c.

Dispesco, cis, cui, a. t. Separo, disiungo, quasi pecus à pastibus ne arceo, διάργω, διαπαμβάνω. Plin. lib. 5. cap. 9. Inde Africam ab Aethiopia dispescens. Dispicere (inquit Fest. Pomp.) propriè est pecus à pastione deducere: ut compescere, unà pascere, & in uno loco continere.

Dispicio, cis, n. t. pen. corr. Discerno, διακρίνω. Quint. lib. 2. Nam proprietates ingeniorum dispicere prorsus necessariũ. Item diuersè, diligentiùs inquirere, considerare, seu mente circumspicere, & prouidere, & tanquam in omnem partem lumina mentis intendere, σκοπέω, Cicero libro 1. Tusculan. Tamen acie mentis dispicere cupiebant. Columella in Præf. operis, At ego quum magnitudinem totius rei, quasi quandam nastitatem corporis: aut partium eius, uelut singulorum sublimitatẽ despicio, uereor ne supremus antè me dies occupet, quàm uniuersam disciplinã ruris possim cognoscere.

Dispectus, us, ui, pro discretione uel delectu. Seneca 2. de Ira, Quid si pueris, quòd neglecto dispectu officiorum, ad lusus & ineptos æqualium locos spectent, quis irascatur, &c.

Dispicientia, Circumspectio, & prouidentia, uel consideratio diligens, atq; discretio. περίοψις.

Displiceo, ces, n. s Compositum est à placeo, contrariũ suo simplici habens significationem, ἀπαρέσκω. Nihil enim aliud est displicere quàm non placere. Cic. Att. lib. 2. Displiceo mihi, nec scribo sine summo dolore.

Displicentia, quo usus est Seneca de Tranquil. uitæ, Hinc illud tedium & displicentia sui, & nunquam residentis animi uoluntatio. Apud Plaut. in Cist. etiam legitur disciplina, Ventum (inquit) ad te gaudeo ecastor, ita nunc hodie hic accepţ sumus Suauibus modis, nisi hæc disciplina apud te quic quam fuit, Quin mihi placeret. Verbum est foli Plauto usurpatum.

Displico, as. are, act. p. Penè idem est quod explico, & quod plicatum erat aperio, dilato, extendo. Vnde Displicatæ uolucres dicuntur à Varrone quæ disgregatæ sunt, & larius dispersæ. Ita enim ait de Re rust. libro 3. Si quando displicatæ sunt, cymbalis, & plausibus numero, reducunt in eundem locum.

Displodo, is, uel Displaudo, Cum crepitu rumpo, διακροτέω. Horatius in Epod. Et uesica sonat quantum displosa pepedi.

Displosus, particip. Lucret. lib. 6. quum plena animæ uesicula parua Sæpe ita dat pariter sonitum displosa repente. Id est, disrupta.

Displuuiatum, à Vitruuio dicitur figura quædam cauædii qui lib. 6. cap. 1. sic ait, Displuuiata autem sunt, in quibus deliquiæ arcam sustinentes stillicidia reijciunt, hęc hybernacu lis maximas præstant utilitates, quòd compluuia eorum erecta non obstant luminibus triclinio rum.

Dispolio, as, act pr. Idem est quod simplex spolio, ἀποδύω, σκυλεύω. Terent. in And. Clamitent, me sycophantã hæreditatem persequi, Mendicum: tum ipsam dispoliare non licet.

Dispoliabulum, uerbale, quo Plautus usus est pro dispoliatione. Egóne (inquit in Bacch.) ut hæc clausa gestem clanculũ, ut celem patrem damna Pistoclere flagitia, aut damna, aut dispoliabula?

Dispondeus, διασπονδεῖος, Quasi bis spondeus, pes qui constat ex quatuor syllabis longis, ut Oratores.

Dispõno, nis, a, t. pen. prod. Ordino, διατίθημι. Plin. ad Fusc. lib. 9. Epist. Quæris quemadmodum in Tuscis diem æstate disponam. Disponere suo quidq; ordine. Col. lib. 12. cap. 2. Quintus Cicero de Petit. conf. Fac ut planè ijs hominibus quos deuinctos tenes, descriptum ac depositum suum cuiq; munus sit. Cic. Attic. lib. 4. Postea uerò quàm Tyranno mihi libros disposuit, &c.

Dispositus, us, uerb. Idem significãs quod dispositio, διάταξις, Tacitus libro 18. Dispositu, prouisuq; rerum ciuilium peritus.

Dispositè, Aptè, concinnè, distinctè, εὐτάκτως. Cicero 6. Verrin. Non possum dispositè istum accusare, si cupiam opus est non solùm ingenio, uerum etiam artificio quodam singulari.

Dispositio, onis, f. t. Ordinatio, collocatio, διάταξις, οἰκονομία. Col. lib. 12. ca. 2. Quis enim dubiter nihil esse pulchrius in omni ratione uitæ, dispositione atq; ordine? Cic. 2. de Orat. Qui ordo tibi placet, inquit Catul. & quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper deus uideri soles.

Dispositor,

Diſpoſitor, oris. Seneca. libro quinto. Nat. quæſt. Nimirũ in hac prouidentia diſpoſitor ille mundi Deus aëra uentis exercendum dedit.

Diſpudet, diſpuduit, uel diſpuditum eſt, impersonale, pro ſimplici accipitur cum quodam augmento, ut diſpudet ſit idem quod multis modis pudet, αἰδῆμαι. Terent. in Eunu. Diſpudet, mihi ſic data eſſe uerba. Plaut. Bacch. Nam alia me morare quæ illum facere uidi, diſpudet.

Diſpũluero, as, a. p. In puluerem redigo, κονιορτόω. Næuius, Saxa, ſyluas, lapides, montes diſiicis, diſpulueras. Nonius.

Diſpumo, as, Spumas eiicio, ſpumis purgo, ἀπαφρίζω. Col. lib. 12. cap. 34. Aut ſi non dulce muſtum, ad tertias diſpumetur, alii legunt deſpumetur. Vide Deſpumo.

Diſpungo, gis, diſpũxi, diſpunctum, a. t. Eſt expungere, uel delere, ἐξαλείφειν. Acciptur etiam pro ſupputare, ſiue numerare, quaſi puncto notare, λογίζεσθαι. Senec. de Breuit. uitæ, Diſpunge, & recenſe uitæ tuæ dies, pauculos & ridiculos apud te reſediſſe uidebis. Inde dicimus diſpungere rationes, pro eo quod uulgus uocat, Examinare calculum. Papinianus Digeſtis de uerborum ſignificat. Diſpungere eſt conferre accepta & data.

Diſpunctio, onis, uerbale, Interdum idem eſt quod expunctio, ſiue deletio: interdum idem quod ſupputatio, hoc eſt, datorum & acceptorum collatio, ἐξάλειψις. Vlpian. l Quum plures, ff. de Bon. auror. iud. poſſ. An recognitio, & diſpunctio cõcedenda ſit creditori.

Diſpũto, tas, n. p. penul. corr. ex præpoſitione dis, & uerbo puto, quod ualet purum facere, διαλέγομαι. Vnde diſputare (inquit Varro) ualde purum facere: & per translationem, pro diſceptare, differere. Plaut. in Moſtel. Eam rem uolutaui, diu diſputaui, hominem cuius rei. Quando natus eſt, ſimilem eſſe arbitrarer. Item diſputare rationem, cum aliquo Idem in Aulul. dixit, æs petit, Itur, Putatur ratio cum argentario: Vbi diſputata eſt ratio cum argentario, Etiam plus ipſi is debet argentario. Diſputare item ſignificat rem aliquam agitare, ita ut uerum tandem cognoſcatur. Cicero ad Amic. Catonem induxi ſenem diſputantem, quia nulla aptior uidebatur perſona, quæ de illa ætate loqueretur. Lactant. libro ſeptimo. Immortales eſſe animas Pherecydes & Plato diſputauerunt.

Diſputatio, διάλεξις, λόγος. Cic. Lentulo, Scripſi igitur Ariſtoteleo more (quemadmodum idem uolui) tres libros in diſputatione ac dialogo de Oratore. Liberior in utranq; partem diſputatio. Quint. lib. 7. cap. 3.

Diſputator, oris, Cic. 1. Offic. Niſi fortè Demetrius Phalereus in hoc numero haberi poteſt, diſputator ſubtilis, orator parum uehemens.

Diſputatrix à Quintiliano Dialectica dicitur.

Diſputabilis, le. Seneca ad Lucil. Res diſputabilis in utranque partem.

Diſquammatus, Vide Deſquammo.

Diſquiro, ris, a. t pen. prod. Per omnes partes quæro, ut inquirendo nihil me lateat, ἐξιτάζω, διαψηφίζομαι. Horat. 2. Ser. Verùm hic impranſi mecum diſquirite.

Diſquiſitio, Inquiſitio uolũtatis, iudicij, & diuerſorum: & penè idem quod diſceptatio, ἐξέτασις, διαψήφισις. Suet. in Cæſare Primo Præturæ die Q. Catulum de reſectione Capitolii ad diſquiſitionem populi uocauit. Pertinet etiam ad forũ. Liu. Sed non quid ego fecerim, in diſquiſitionem uenit, ſed quid iſti pati debuerint, id eſt, in diſceptationem. Ci. de Aruſp. reſp. Quanquam ad facinoris diſquiſitionem intereſſe quàm plurimos.

Diſrãro, as, a. p. Significat caſtro, & diuerſis modis quod dẽſum erat, rarum facio, ἀραιόω. Col. lib. 5. Sed illud deintegro refodi debet, hoc poteſt intercidi & diſrarari: quod opus, ruſtici Caſtrationem uocant.

Diſrumpo, Vide Dirumpo.

Diſſauior, aris. d. p. Cum lætitia & uoluptate oſculor, ex dis & ſuauior, καταφιλέω. Suauior autem à ſauium, ſiue ſuauium per diminutionem u. Gellius libro 3. Et quum ibi tres cum (Diagoram) adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſauiaretur. Cicero Tironi, Ego uos ad quartum Calend. uidebo. tuoſq; oculos, etiamſi te ueniens in medio foro uidero, diſſauiabor, id eſt, multum ſiue ſæpius ſauiabor.

Diſſeco, cas, pen. cor diſſecui, diſſectum, a. p. Dilanio, & uariis modis ſeco, ſiue in uarias partes diuido, κείω, διαιρέω, διατέμνω. Plin. lib. 11. cap. 37. Tertio capto Lacedæmonii pectus diſſecuere cauſa uidendi.

Diſſectus, a, um, Quod eſt per anatomen exenteratum, ἀνατετμημένος. Quod enim Græci τομὴν, nos diſſectionem uocamus, ut apud Plinium & Celſum uideri poteſt.

Diſſemĭno, as. a. p. Spargo, diuulgo, διασπείρω. Cic. in Cătil. Latius opinione diſſeminatum eſt malum. Idem pro Plan. Ne diſſeminato, diſperſoq; ſermoni fortunas innocentium ſubiiciendas putetis. Idem pro Arch. Ego uerò omnia quæ gerebam. Iam tum in agendo ſpargere me, ac diſſeminare arbitrabar in orbis terræ memoriam ſempiternam.

Diſſentĭo, tis, n. q. uel Diſſentior, iris. Diuerſum ab aliis ſentio, ἀντιγνωμονῶ, διαπάλλω. Cic. de Amic. Ab iis qui pecudum ritu ad uoluptatem omnia referunt, longè diſſentimus Idem pro lege Manil. Sed in hoc ipſe ab eo uehementiſſimè diſſentio.

Diſſentio, uerbale, Sententiarum diuerſitas, διχοστασία. Cic. pro Sylla, Vt hoc diſſidio ac diſſenſione facta oppidũ in ſua poteſtate poſſet, & Pompeianos habere.

Diſſentaneum, Diſſentiens, nõ conueniens: ſicut conſentaneũ, conueniens, ἀνοίκειον, ἀπεικὸς, διαφερόμενον. Nigidius Eum locum facit diſſentaneum. Cicc. in Part. Aut conſentanea, aut diſſentanea.

Diſſepĭo, diſſepſi, diſſeptum, n. q. Quod ſeptum erat dirimo, & diſiicio. Statius 10. Thebaidos, Abſiliunt põtes, tectiq; trementis Saxea fræna labant, diſſeptoq; aggere rurſum Vitur, & truncas rupes in templa, domosq; Præcipitat.

Diſſepimentum, ti, Quo res illa diſſepitur, & diuiditur: unde membrannlam illam in nuce intermediam, diſſepimentum uocari, autor eſt Feſtus, διάφραγμα.

Diſſĕrĕno, as, n p, Serenum fio. Liu. 9. bell. Maced. Quum undiq; diſſerenaſſet. Plin. lib. 18. cap. 35. Si cacumina pura fiãt diſſerenabit.

Diſſero, ris, pen. cor. diſſeui, diſſitum, à. t. Idẽ quod ſimplex ſero, κατασπείρω, Col. lib. 11. cap. 3. Panax utroq; tempore, leni & ſubacta terra, rariſſimè diſſeritur.

Diſſero, diſſerui, diſſertum, ſignificat diſputare, enarrare, declarare, διαλέγεσθαι, διολογίζεσθαι, διηγέομαι. Cic. de Amic. C Lælii perſona uiſa eſt idonea fuiſſe quæ de amicitia ea ipſa diſſereret, quæ diſputata ab eo meminiſſet magiſter meus Scæuola. Ibidem, Audite uerò optimi uiri ea quæ ſæpiſsimè inter me & Scipionem de amicitia diſſerebantur.

Diſſertio, nis, f. t. diuiſio patrimonii inter conſortes.

Diſſerto, as, frequẽtatiuum. Gellius, Quum de antiquitate quorundam uerborum diſſertaremus, hoc eſt, diſſertaminibus contenderemus. Tacit. lib. 12. Vbi hæc atq; talia diſſertauere, incipit orationem Cæſar de faſtigio Romano.

Diſſertatio, Plin. lib. 10. cap. 68. Quapropter ingenium prædictorum, & reliqua ſubtexat diſſertatio

Diſſertabundus. Gellius, Eumq; in corona aſtantium diſſertabundum inuenimus.

Diſſertus, a, um, à uerbo diſſero, quamuis diſſero per duplex ſſ. ſcribatur, Qui probè diſſerit, uel qui ornatiſſimis uerbis abundat: eloquens, cuius oratio eſt & grauibus ſententiis referta, & ornatis diſtincta uerbis. Vnde M. Antonius apud Ciceronem ait, à ſe diſſertos uiſos eſſe multos, eloquentem uerò neminem. Cicero ad Atticum libro 16. Celer tuus diſertus eſt magis, quàm ſapiens. Idem pro M. Cælio, Quã uolent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad unum diſerti ſint: alia fori uis eſt, alia triclinii, alia ſubſelliorum ratio, alia lectorum, non idem iudicium commeſſatorumq; conſpectus. Horatius. Fœcundi calices quem non fecere diſertum.

Diſertè, aduerbium, modò ſignificat facundè & eloquenter: ut apud Ciceronem libro 1. de Orat. Denique ut prudentibus diſertè, ſtultis etiam uerè dicere uidearis. Modo pro diſtinctè & expreſsè. Liuius libro decimotertio, Quum in fœdere Latii diſertè adſcriptum eſſet, id ita ratum fore ſi populus cenſuiſſet.

Diſsĭdeo, des, n. ſ. pen. cor, Diſcordo, diſſentio, κακιάζω, διαφέρομαι διίσταμαι, ἐπροδοξῶ. Cic in Lælio. Quum is Tribunus plebis capitali odio à Q. Pompeio diſſideret, qui tum erat Cõſul. Transfertur etiam ad inanimata. Plin. lib. 37. Adamas diſſidet cum Magnete lapide in tantum ut iuxta poſitus ferrum non patiatur abſtrahi.

Diſsidium, n. ſ. Segregatio, diſcordia, κάρις, διάστασις. Terent. Andr. Valeant qui inter nos diſſidium quærunt. Cicero de Amicit. Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tã firma ciuitas,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ non odiis atq; diſſidiis funditus poſſit euerti? Ouid. lib. 14. Metamorph. pro diſceſſu poſuit, à ſeorſum ſedendo, quando ait: Non bene diſſidium Phrygii latura mariti.

Diſſidentia, Diſſenſio, diſcordia, διαφορά, διχοστασία. Plin. lib. 29. cap. 4. Dominante illa eadem rerum diſſidentia.

Diſſilio, lis, n. q. pen. cor. ex dis, & ſalio, ſignificat loco mouetur, ἀναπηδάω. Apuleius, Vertibulo oſſa diſſilierãt. Propriè autem eſt in diuerſas partes ſalire. Plin. lib. 36. Lunenſem ſilicem ſerra ſecari, ad Tuſculanum diſſilire igni. Aliquando pro crepare, frangi. Verg. 3. Georgic. Aera; diſſiliunt uulgo, ueſtesq; rigeſcunt.

Diſſulto, as, frequentatiuũ, In diuerſas partes ſalio. Plin. lib. 37. Incudibus hi deprehenduntur: ita reſpuentes ictum, ut ferrũ utrinq; reſultet, incudesq; ipſæ diſſiliant.

Diſſimilis, le, om. t. Idem quod abſimilis, ἀνόμοιος. Terent. in Prol. Andr. Non ita diſſimili ſunt argumento: ſed tamen Diſſimili oratione ſunt factæ ac ſtylo. Cicero 2. de Diuin. Eos qui naſcuntur eodẽ tempore, poſſe in diſſimiles incidere naturas propter cæli diſſimilitudinem. Idem de Claris Orat. Quum ſunt ipſi diſſimillimi inter ſe. Ibidem, Sui diſſimilior uidebatur fieri quotidie.

Diſſimiliter, aduerb. Cic. 4. Tuſc. Cæteriq; diſſimiliter morbi, ægrotationesq; morborum naſcuntur.

Diſſimilitudo, inis. Cic. 5. Verr. Vides eandem æſtimationem propter temporis diſſimilitudinem, in illo laudis cauſam habere in te criminis.

Diſſimilares partes, σώματα μόρια, ἃ ὀργανικὰ, à medicis appellantur partes corporis compoſitæ, quæ ſcilicet, ὁμοιομερῆ, hoc eſt, ſimilares non ſunt, ſed ex iis conſtituuntur, & in eas poſſunt reſolui.

Diſſimulo, las, a. p. diligenter & aſtutè celo, ne quid noſci poſsit, uel intelligi, μὴ προσποιῶμαι. Plaut. in Mil. Diſſimulabo hos quaſi non uideam. Terent. in Andr. Bene diſſimulatum amorem & celarum indicat, Cic. pro Cluent. Neq; id obſcurè ferebat, nec diſſimulare ullo modo poterat. Ouid. lib. 5. Faſt. Ieun ſatis eſt uirtus diſſimulata diu. Huius contrarium eſt ſimulo, ὑποκρίνομαι. Simulamus enim falſa, diſſimulamus uera. Simulamus eſſe quæ non ſunt, Diſſimulamus non eſſe quæ ſunt.

Diſſimulantia, æ, Idem quod diſſimulatio. Cic. 2. de Orat. Socratem opinor in hac ironia, diſſimulantiaq; longè lepõre & humanitate omnibus præſtitiſſe.

Diſſimulator, uerbale. Cic. 2. de Orat. Vt qui diſſimulatores ſtudiorum fuerunt.

Diſſimulatio, onis, f. t. uenia. Cic. 1. Offic. Ex omni uita ſimulatio, diſſimulatioq; tollenda eſt. Idem 4. Acad. Libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione quam Græci, εἰρωνίαν uocant.

Diſſimulanter, Simulanter, Simulatim, & Diſſimulatim, aduerb. Cic. de Clar. Orat. Non apertè, nec eodem modo ſemper ſed uariè diſſimulanterq; concluſis. Quin. lib. 10. cap. 1. Sæpe præparat diſſimulatim inſidias Orator.

Diſſimulabilis, unde In diſſimulabilis apud Gelliũ lib. 10. cap. 22. Cum quadam indiſſimulabili ueritate differuit.

Diſſipo, pas, a. p. pen. cor. ſignificat diſpergo, diuulgo, διαφορέω, διασκεδάννυμι. Col. lib. 2. Sin autem proximæ meſsis occupandum erit reſtibile, deſectis ſtramentis quatuor & uiginti uehes ſtercoris in iugerũ diſponemus, diſſipabimusq;. Cic. pro lege Manil. Vt ex eodem Ponto Medea illa quondã profugiſſe dicitur: quam prædicant in fuga fratris ſui membra in his locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe. Dicimus etiam diſſipare famam alicuius rei, diſſipare rumorem, diſſipare ſermones, hoc eſt, diuulgare, & dilatare. Cic. pro Flacco. Primũ quòd diſtributis partib. ſermo eſt tota Aſia diſſipatus. Ci. Cælio. li. 2. Multi occiſi, capti, reliqui diſſipati.

Diſſipatio, onis, f. t. diſſolutio. Cic. 1. de Nat. deor. Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit, ne interitus & diſſipatio conſequatur, negat eſſe corpus deorum, ſed tanquàm corpus, &c.

Diſſipabilis, le, Quod diſpergi, aut ſperari facilè poteſt. Cic. 1. de Nat. deor. Ignis uerò & aër omni impulſu facillimè pellitur, naturaq; cedens eſt maximè, & diſſipabilis,

Diſſitus, pen. corr. Diſtãs, remotus, quaſi procul ſitus: cuius contrariũ eſt Adſitus, quod eſt iuxta ſitus, ἀπίχθον, ἐποσκαθὲς Apuleius in Flor. hæc duo uelut inter ſe contraria oppoſuit atq; diſſeparauit, ſic ſcribens. Homines neq; longulè diſſita, neq; proximè adſita poſſumus cernere.

Diſſocio, as, are, a. p. Separare, diſſoluere, & ſocietate diſiungere, διαζεύγνυμι, διίστημι. Cicero de Amic. Diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequuntur: quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias. Mart. lib. 7. Et Ledæ poteras diſſociare genus.

Diſſociatio, onis. Plin. lib. 2. cap. 21. Aquas reſpuit, per fuſum merſumue ſicco ſimile eſt, tanta diſſociatio deprehenditur.

Diſſociabilis, le, Quod ſociari, coniungiq; non poteſt. Tacit. in uita Agricolæ. Et quanquam primo ſtatim beatiſſimi ſeculi ortu res olim diſſociabiles miſcuerit, principatum, & libertatem.

Diſſoluo, uis, a. t. Quod ligatum erat ſoluo, aperio, recludo διαλύω, Plaut. Pœnu. Si autoritatẽ poſtea defugeris, ubi diſſolutus tu ſies, ego pendeam. Ci. de Senect. Opus ipſa ſuum eadem quæ coagmentauit, natura optimè diſſoluit. Diſſoluere amicitias. Cic. de Ami. Nam ſi utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret. Diſſoluere interrogationes. Cicero 4, Academ. Quum eas doſſoluere non poſſunt, deſciſcunt à ueritate. Eſt etiam diſſoluere, expedire. Terent. in Heaut. Diſſolui me ocyus, operam ut tibi darem, Ita Diſſoluere aliquem, id eſt, abſoluere, non diu ſuſpenſum tenere, paucis quod uolumus dicere. Plaut. Merc. Obſecro diſſolue iam Me, nimis diu enim pendeo. Item diuerſis perſonis, ſeu uaria debita ſoluere. Cicer. lib. 2. Offic. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum.

Diſſolutus, a, um, participium, aut nomen ex participio: quod ligatum non eſt, διαλυτός. Plin. lib. 28. cap. 7. Alibi ſeruatur ut nudis pedibus eant, capillo, cinctuq; diſſoluto. Dicimus etiam doſſolutos, qui moribus, legibusq; ſoluti, luxum uitæ ſequuntur, quos Græci ἀσώτους dicunt. Cicer. 6. Verr. Negligentes ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus? Idem 1. Offic. Nam negligere quid de ſe quiſq; ſentiat, non ſolùm arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti.

Diſſolutè aduerbium. Ci. pro Cecinna, Nec contenderit aliud quàm ne ius ſuum diſſolutè relinquere uideretur.

Diſſolutio, f. t. uerbale, cuius contrariũ eſt cõiunctio, διάλυσις. Cic. in partit. Conſtructio; uerborum tùm coniunctionib. copuletur, tùm diſſolutionibus relaxetur,

Diſſolubilis, le. om. t. Quod facilè diſſolui poteſt, ἐνυπνος. Cic. 2. de Nat. deor. Animal mortale, diſſolubile diuiduum eſt. Coagmentatio diſſolubilis, ibidem lib. 1.

Diſſonus, a, um, pen. corr. Diſſimiliter ſonans, διάφωνος, ἄτοκος. Liu. 4. ab Vrbe. Dictator autem parte altera ſubſidia, & ſecũdam aciem adortus, circumagenti ſe ad diſſonos clamores ac ſubitos tumultus, hoſti undiq; obiecerat uictorem peditem, equitemq;.

Diſſono, as, pro diſcordo διαφωνέω, ἀπηχέω. Col. lib. 1. cap. 1. An uniuerſa quæ maiores prodiderunt, huius temporis culturq; reſpondeant, an aliqua diſſonent.

Diſſuadeo, des, n. ſ, contrariam habet ſignificationem ſuo ſimplici, μετατίθω. Plaut. in Ciſtel. Modò quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat. Ouid. 1. Metamorph. Pudor eſt qui ſuadeat illinc, Hinc diſſuadet amor. Ci. 3. Offic. Quin non modò non cenſuerit captiuos remittendos, uerumetiam diſſuaſerit.

Diſſuaſio, onis, f. t, antitheton ſuaſio. Cic. pro Cluent. Diſſuaſio rogationis eius.

Diſſuaſor, uerbale, Qui diſſuadet. Cic. ad Brutum. Itaq; in medio Achaico curſu, quum Eteſiarum diebus Auſter me in Italiam, quaſi diſſuaſor mei conſilii retuliſſet, te uidi Veliæ. Sic Lucanus libro 4. gladium uocat diſſuaſorem iuſti, quòd nos mortis metu à iuſtitia & honeſtate deterreat.

Diſſuauior, aris, ſiue Diſſauior, Vide Diſſanior καταφιλῶ. Cic. Tironi, Ego uos ad quartum Cal. uidebo, tuosq; oculos etiamſi te ueniens in medio foro uidero, diſſuauiabor.

Diſſulcus, Vide Diſulcus.

Diſſuo, a. t. propriè ſignificat id quod ſuum erat diſſoluo, ἀπυῤῥάπτω. Vnde diſſuere amicitias per tranſlationem dixit Cicero 1. Offic. Vt amicitias quæ minus delectant, & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere.

Diſtabeſco, is, n. t. Apud Catonem de Re ruſt. cap. 24. legitur pro ſimplici tabeſco, σωτήκομαι. Hunc (inquit) in fiſcella ſuſpendito, ſinito cum muſto diſtabeſcat.

Diſtædet, Multum, aut uariè tædet, βδελυροῦμαι. Terentius in Phorm. Demipho te appello: nam me cum hoc ipſo diſtædet loqui. Plautus Amph. Pol haud quòd tui me, neq; domi diſtædeat.

Diſtantia, Vide Diſto.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Diſtendo, dis, a. t. In diuerſas partes tendo, διατείνω. Col. li. 5. Stabilior eſt uinea quæ ex utraq; parte iugo deuincta, pari libramento, uelut anchoris quibuſdam diſtenditur. Eſt & Diſtendere, idem quod implere, ἀναπίθημι. tractum ab utre, qui quum plenus eſt, tenditur: quum uacuus, relaxatur. Verg. 4. Georg. Et dulci diſtendunt nectare cellas.

Diſtentio membrorum ſpaſmus eſt.

Diſtentus, Repletus, διατεταμένος. Plin. Diſtentus ſolitaria cœna. Nonnunquam idem ſignificat quod occupatus uel diſtrictus, περισπάμενος. Sed in hac ſignificatione participium eſt à uerbo Diſtineor. Cic. ad Att. Breuitate epiſtolæ ſcire poteris eum ualde eſſe diſtentum.

Diſtērtiſſimus, Pro occupatiſſimo, apud Cic. lib. 3. de Nat. deor. & Attic. lib. 13.

Diſtērmino, a. p. Idem eſt quod ſeparo, uel diuerſas res termino, ὁρίζω. Plin. lib. 12. cap. 21. Arabia Iudæam ab Aegypto diſterminat. Lucan. lib. 1. & Gallica certus Limes ab Auſoniis diſterminat arua colonis.

Diſtĕro, ris, pen. cor. a. t. Multùm ſiue crebrò tero: quum aliquid ſubtiliter & minutim teritur, κατατρίβω. Cato de Re ruſt. cap. 77. Libum hoc modo facito, Caſei pondo duo bene diſtere in mortario.

Diſtĭchon, pen. cor. Carmen duorum uerſuum, δίστιχον. Nã στίχος Græcis uerſus eſt. Sic. Tetraſtichon, τετράστιχον. dicimus quatuor uerſus: Hexaſtichon, ἑξάστιχον ſex.

Diſtillo, las, n. p. Paulatim fluo, καταῤῥέω, κατασάλω. Vergil. 3. Georg. Lentum diſtillat ab inguine uirus. Col. Hoc aũt erit quod diſtillauerit antequàm nimium calcetur uua.

Diſtillatio, quam Græci catharrum, corryzam, uel branchum uocant. Plin. lib. 20. cap. 6. Sanguinem uerò excreantibus, & phthiſicis diſtillationibus longis, uel ſuccus, uel ex ipſo cibus prodeſt.

Diſtillarius, rii, Concinnator, ſiue uenditor diſtillationum. Seneca, Iam librarii uarias exclamationes, & botularium, & diſtillarium, & omnes popinarum inſtitores mercem ſuam quadam inſignita modulatione uendentes.

Diſtĭneo, es, a. ſ. pen. cor. Variè, ſiue diuerſis rebus, cauſisue impeditum teneo, περισπῶ. Cic Mario. Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum, & nouis legibus ita deſtinemur ut quotidie uota faciamus ne intercaletur, ut quàm primum te uidere faciamus. Lucretius lib. 5. Et mare, quod latè terrarum diſtinet oras. Id eſt, occupat & tenet. Item arcere, repellere, ἀνέργω. Verg. lib 11. dum diſtinet hoſtem Agger murorum neque inundant ſanguine foſſæ.

Diſtingo, guis, a. t. Diuido, diſcerno, διορίζω, ἀναδιαστέλλω, κατασίζω, διαλαμβάνω, ἀφορίζω. Columella libro primo, Sed & lateribus diſtinguuntur granaria, ut ſeparatim quæq; legumina ponatur. Cic. in Parad. Cauſa igitur hæc, non natura diſtinguit. Idem 6. Verr. Sed ea quo pacto diſtinguere, ac ſeparare poſſim, neſcio.

Diſtinctus, participium. Cicero 2. de Natura deorum. Quorum quæ operibus, agri, inſulæ, littoraq; collucent, diſtincta tectis & urbibus.

Diſtinctus, ctus, ctui. Tacit lib. 5. Ore, ac diſtinctu pennarum à cęteris auibus diuerſum. Stat. lib. 1. Syl. quum regula longo Synnada diſtinctu uariat.

Diſtinctè, aduerb. Separatim, diuiſim. Cic. 2 Tuſc. Sed quia profitentur ipſi illi, qui eos ſcribunt, ſe neq; diſtinctè, neq; diſtributè, neq; eleganter, neq; ornatè ſcribere, lectionem ſine ulla delectatione negligo.

Diſtinctio, onis, Diuiſio, ſeparatio, ἀφορισμὸς, Cic. 1. de Legibus. Lex eſt diſtinctio iuſtorum & iniuſtorum.

Diſto, as, n. p. Differo, διαφέρω. Cic. 2. Offic. Quibus rebus exculta hominum uita tantum diſtat à uictu, & cultu beſtiarum. Lactantius lib. 2. Alioqui inter deum hominemq; diſtaret nihil, ſi conſilia & diſpoſitiones illius maieſtatis æternæ, cogitatio aſſequeretur humana. Propriè autem ſignificat abeſſe, uel diſiungi, ἀπέχειν, διίστάναι, ἀφιστάσθαι διίχειν. Hircius 4. bell. Alexan. Quum hi tam paruo ſpatio diſtarent ab ipſis. Plinius. Quod circiter quinq; millia paſſuum diſtat ab urbe.

Diſtantia, modò differentiam, modò interuallum ſignificat, διάκρισις, ἀπόστασις, διάφορα. Cic. de Amic. Nec ob aliam cauſam ullam boni improbis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi quod tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum, ſtudiorumq; diſtantia.

Diſtito. as, pen. cor. frequentatiuum, διίστημι. Colum. lib. 7. Diſtitent inter ſe aliquanto ſpatio, ne in colluſtratione alter alteri noceat.

Diſtorqueo, es, a. ſ. In diuerſum torqueo, διαστρέφω. Terent. Eunuch. Ab. illud uide, os ut ſibi carnifex diſtorſit. Cicero ſecundo de Orat. Demonſtrauit digito pictum gallum in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nodis diſtortum. Idem pro Muræ. Solos ſapientes ſi diſtortiſſimi, formoſos: ſi mendiciſſimi, diuites.

Diſtortio, onis, διαστροφὴ. Cic. 4. Tuſc. & 5. de Finib. in quibus ſi peccetur diſtortione, & deprauatione, aut motu, ſtatũue de formi, &c.

Diſtortus, a, um, contortus, nomen ex participio. Cicero pro Muræna, Solos ſapientes, & diſtortiſſimi ſint, formoſiſſimos ſi mendiciſſimi diuites.

Diſtrăho, a t. Diuersè traho, diuido, περισπάω, ἀφέλκω, διασπάω, Terent. Phorm Quòd ſi eò meæ fortunæ redeũt, Phanium, abs te ut diſtrahat. Ver. li. 6. Turbatis diſtractus equis. Refertur plerunq; ad animum, quum ad uarias ſentẽtias & occupationes trahitur. Cic. 2. Offic. Diſtrahitur in deliberando animus. Ponitur etiam pro uendo, πιπράσκω. Vlpianus de Tranſ. Si uni pluribúſue fundus ad alimenta fuerit relictus, uelintq; eum diſtrahere, neceſſe eſt Prætorem de eius diſtractione & tranſactione arbitrari. Apul. lib. 1. Caſeus recens erat, & ſciti ſaporis, admodum commodus pretio diſtrahi. Item pro compono, ſedo, finio, διαλύω. Cicero pro Cæcil. Ideò quòd omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt.

Diſtractio, uerbale, Separatio, alimento, διάσπασμὸς. Cic. 3. Offic. Nulla enim nobis cum tyrannis ſocietas eſt, ſed potius ſummа diſtractio.

Diſtrĭbuo, is, a. t. Diuido, quaſi diuerſis tribuo, διανέμομαι. Terent. in Adelph. Argentum annumeranit illicò: Dedit præterea in ſumptum dimidiũ minæ: Id diſtributum eſt ſanè ex ſententia. Cæſ. 5. bell. Gall. Priuſquàm plures ciuitates conſpirarent, partiendum ſibi, ac latius diſtribuendum exercitum putauit. Plin. Epiſt. 249. Diſtribuamus illos in ea miniſteria quę non longè à pœna ſunt.

Diſtributè, aduerb. Cic. 2. Tuſc. Sed quia profitentur illi ipſi, qui eos ſcribunt, ſe neq; diſtinctè, neque diſtributè, neque eleganter, neque ornantè ſcribere, lectionem ſine ulla delectatione negligo. Idem 2. de Inuent. Sin diſtributius tractare quis uolet, partiatur in animum & corpus, & extraneas res licebit.

Diſtributor, oris. Cic. in Piſo. Hoc certè uideo, quod indicant tabulæ publicæ, uos rogatores, uos diſtributores, uos cuſtodes fuiſſe tabularum.

Diſtributio, onis, f. t. Cic. pro Cluent. Itaq; mihi certũ eſt, hanc eandem diſtributionem inuidiæ & criminum ſic in defenſione ſeruare, &c. Diſtributio à Rhetoribus appellatur figura quæ à Græcis uocatur μερισμὸς, quum ſingulis rebus ſuã proprietatem tribuimus, Lycurgus, cuius omnes partes corporis ad nequitiam ſunt appoſitiſſimæ, oculi ad petulantem laſciuiam, manus ad rapinam, dẽtes ad auiditatem, uirilis natura membra (quæ non poſſumus honeſtè appellare) ad omne genus corruptelæ, pedes ad fugam prorſus, ut aut ex hoc uitio, aut ipſe ex uitiis ortus uideatur.

Diſtrimenta calami, id eſt, ipſe partes calami contuſæ.

Diſtringo, a. t. Arctè ſtringo, διαστέλλω, διασφίγγω. Cic. lib. 3. Offic. Fraus diſtringit, non diſſoluit periurium. Quando & defrico, ſeu radendo ſordes detergo, κατατρύω. Vnde Diſtringere ſeſe dicuntur, qui in balneis ſudores, & ſordes à corpore abradunt: quem in uſum etiam ſtrigiles habere ſolẽt, ἀποξύειν. Martial. lib. 14. Pergamus has miſit: curuo diſtringere ferro: Non tam ſæpe teres lintea fullo tibi. Col. lib. 3. cap. 8. de Lyſippo, Plurima ex omnibus ſigna fecit fœcundiſſimæ artis, inter quę diſtringentem ſe, quem M. Agrippa ante thermas ſuas dicauit. Diſtringere gladium, eſt nudare & uagina eximere. Ci. lib. 3. Offic. At ille ut ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit, iurauitq; ſe illum ſtatim interfecturum Quando & colligere, συγκομίζειν. Columel. lib. ult. Sereno cælo manibus diſtringi oliuam oportet, & ſubſtratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari. Hieron. Amos Propheta paſtor & ruſticus, mora ruborum diſtringens paucis uerbis explicari non poteſt. Quandoq; diſtraho, ſiue impeditum teneo, περισπῶ. Quint. Quibus componendis, paulò pluſquàm biẽnium, tot alioqui negotiis diſtrictus, impendi. Id eſt, diſtractus & impeditus.

Diſtrictè, aduerbium. Plinius libro nono Epiſt. ad Sabinianũ,

Iungam

iungam tamen tantò plenius & effusius, quantò ipsum acrius seueriusq; corripui, districtè minatus, nunquã me postea rogaturum.

Distrunco, as, a.p. Compositũ à trunco, idem est quod mutilo, uel in partes disseco, κολοβόω. Plaut. in Trucul. Ego te hic agnum faciam, & medium distruncabo.

Distruo, is, a. t. Seorsum, uel separatim struo, διασκευάζω. Sueton. in Calig. Distructis, ac instructis, pro loci dignitate, compluribus cellis.

Disturbo, a.p. Disiicio, diruo, euerto, διαῤῥίπτω, ἀνασατόω. Cicero pro Domo sua. Etiam se uidere distrahi, à complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas. Idem pro Sex. Rosc. Qui fidem lædit, quantum in ipso est disturbat humanæ uitæ societatem.

Disturbatio, onis, Cic. 3. Offic. Sed utilitatis specie in repub. sæpissimè peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri.

Disulcus, A ueteribus porcus dicebatur, diuisas in ceruice setas habens Festus.

Ditesco, uide Dis.

Dithiambrion, Hyoscyamus apud Dioscor. lib. 4. cap. 72.

Ditio, onis, f. t. significat imperium, dominium, ἐπικράτεια. Plaut. in Mil. Loquere, aureis meas profectò dedo in ditionẽ tuam. Plin. lib. 34. cap. 20. Alexandri in ditionem redacta. Cic. 2. de Legibus. Ditione atq; numine deorum gerũtur res. Hoc nomen quamuis à Dis Ditis, deriuari uideatur, attamen contra naturam primitiui corripit primam.

Dito, ditas, uide Dis.

Ditrochæus, m. s. διτρόχαιος, Pes constans ex duobus trochæis, hoc est, ex longa & breui, & iterum longa & breui, ut Cantilena.

Diũ, aduerbium pro Die, à quo fit interdiu, μεθ' ἡμέραν. Plautus. Nec noctu, nec diu quietus. Interdum significat Longo tempore, διηθὰ, πολλῶ χρόνον, μέγα, πόῤῥω Horat. in Epist. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Cicero de Senect. Quanquam (ô dii boni) quid est in hominis uita diu? Habet aurem diu frequẽter post se particulam quum. Plautus in Mercat. Nam illi quidem haud sanè diu est quum dentes exciderunt. Interdum etiam quòd. Ibidem, Syra non redit, quem accersitum patrem haud diu est quòd miseram.

Diutius, & **diutissimè**, Iamdiu, & Quandiu: de quibus infrà suis locis.

Diua, fluuius Hispaniæ Tarraconensis apud Melam Deua.

Diuagor, d. p pen. cor. Oberro, huc illuc uagor, πλανῶμαι. Lactantius lib. 5. Vbi animus in multa dispersus, huc atque illuc diuagatur.

Diuãrĭco, as, a.p pen. cor. Extendo, diuido, διατένω, & proprièdeiis dicitur qui crura in diuersas partes extendunt: unde & Tibias diuaricatas dicimus, in diuersas partes discretas Quanquam etiam de aliis rebus dicitur. Cato, Arbores hoc modo putentur: rami diuaricentur, quos relinques. Hoc est. in diuersas partes brachia disponantur. Nonius, Diuaricari dictum est distendi, ab his qui uitio naturę ita sunt pedibus discretis, ut eos in diuersum habeant separatos. Huius simplex est Varico: quo usus est Quint. Varicare (inquit) supra modum instando deformè est: & accedente motu, propè scenicum.

Diuello, is, diuulsi, diuulsum, a. t. Abstraho, auello, σπάω, σπάω, καταπάω, περισπάω Sallust. Rapi uirgines, pueros, diuelli liberos à complexu parentum. Cic. 2. Offic. Eaq; est summa ratio & sapientia boni ciuis, commoda ciuium defendere, non diuellere, atq; omnes æquitate eadem continere. Idem de Senect. Iam omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur. Idem de Aruisp. resp. Consensus ordinum est diuulsus. Membra diuulsa, Ouid. 3. Trist. Eleg. 9. Vnda diuulsa remis, Ouid. 6. Metamor.

Diuendo, is, ere, a. t. Diuisim uel uariè uendo, ut fit quũ modò huic modò illi, & modò hoc, modo illud uendimus, διαπιπράσκω. Ci. de Leg. Agr. Hic permittit lege sua ut Decẽuiri bona populi Romani possint diuendere.

Diuerbero, as, are, a.p. Scindere. Vergil. 5. Aeneidos. Primaq; per cælum neruo stridente sagitta Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras. Idem 6. Aeneidos Ferro diuerberat umbras.

Diuerbia, partes comœdiarum, ubi plures personæ uersantur: à personarum uarietate dicta, ἐπιῤῥήματα. Liu. Inde ad manum cantari histrionibus cœptum, diuerbiaq; tantũ ipso sum uoci relicta. Seruius aliter. Diuerbium, inquit, primus actus comœdiæ, Græcè protasis. Nam quælibet comœdia diuiditur in prologum, protasin, epitasin, & catastrophen.

Diuerto, is, n. t. & Diuertor, eris, ab itinere flecto, ἐκτρέπομαι. Cic. 6. Philipp. Nuntiant se Pompei conueniendi causa diuertisse Massiliam. Idem. At. lib. 1. Sed itineris causa ut diuertar, primum est deuium. Idem pro Fonteio, Qui Cobiacho diuerterentur, neq; Tolosam ire uellent. Per translationem accipitur pro digredi, & expatiari in oratione. παρεκβαίνειν. Cic. lib. 12. Epist. Sed redeamus ad illud unde diuertimus. Lactant. lib. 9. Sed huc necessariò diuertendum erat, ut ostenderem tot, & tanta ingenia in rebus falsis esse cõsumpta. Est item diuertere, in diuersorium, uel hospitiũ se recipere, καταλύειν. In qua significatione ferè habet accusatiuum cum præpositione ad, uel in: nisi fortè accusatiuus ex eorum sit genere, qui uerbis motum significantibus sine præpositione iungi solent: cuiusmodi sunt propria minorum locorum nomina. & ex appellatiuis duo, rus & domum. Cic. Quum duo quidam unà iter facerent, alter ad cauponem diuertit, alter ad hospitem. Idem pro Milone, Clodium suspicari debuit ad uillam suam diuersuriũ. Idem 1. Offic. Cimon imperauit uillicis suis ut omnia præberent, quicunq; Laciades in uillam suam diuertissent. Idem pro Deiotaro, Quum domum regis hospitis tui diuertisses. Huic finitimum est Diuersor, quod tamen nullum importat motũ: unde etiã accusatiuũ exigit cum præpositione apud, uel ablatiuũ cum præpositione in. non enim dicimus, Diuersari ad hospitem, uel domũ alicuius: sed, Apud hospitem, uel Domi alicuius, diuersari. Et contrà, Ad hospitem, uel domum cuiuspiam diuertere dicimus, Non apud hospitem, uel domi alicuius.

Diuersor, saris, *Hospitio excipior, hospitio alicuius utor, ad hospitium diuerto*, in diuersorio uel caupona sum, ἐπισκήνιόν κατάγομαι, καταλύω. Cicero secundo Verr. Rubrium delicias suas parum lautè diuersari dicit. Idem 5. Tuscul. quum Athenis apud eum diuersarer. Idem secundo Verr. Domus in qua diuersabatur. Accipitur & pro conuersor. Valer. Max. libro primo, Tabernamq; in qua is diuersabatur, perereconatus.

Diuersitò, as, à. p. pen. corr. frequentatiuum à diuerto pro deflecto, τρέπομαι. Gellius, Ad ipsa Platonis penetralia, ipsarumq; rerum pondera & dignitates pergendum est, non ad uocularum eius amœnitatem, nec ad uerborum uenustates diuersitandum.

Diuersor, soris, m t. Qui in caupona hospitatur. καταλύτης. Cic. lib. 2. de Inuent. Caupo cum quibusdam diuersoribus, illum qui antè exierat consequitur, in itinere hominem comprehendit.

Diuersorium, à diuertendo, Hospitium, caupona, uilla aliusue locus, ad quem non habitandi, sed ad tempus commorandi causa diuertimus, καταγώγιον, κατάλυμα. Cic. in Catone, Ex uita ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquàm ex domo: commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Idem Fabio Gallo, Nç ego libentius emerim diuersorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim. Idẽ 3. de Orat. Quiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo opportuno diuersorio.

Diuersoriolum, diminutiuum. Cic. ad Cornif. Nisi quòd Sinuessanum diuersoriolum contempsisti.

Diuersorius, a, um, ut Taberna diuersoria, id est, caupona, καταλυτικὸς. Plaut. Truc. in tabernam ducor diuersoriam, ubi malè accipiar mea mihi pecunia. Sueton. in Nero. cap. 27. Dispositæ per littora & ripas diuersoriæ tabernç.

Diuerticulum, n. s. est uia per quam à militari uia siue de itinere nostro aliò diuertimus, ἀτραπὸς. Ter. in Eun. Cum sensi, redeo rursum: malè uerò me habẽs, Vbi ad ipsum ueni diuerticulum, constitui. Seruius, Diuerticula sunt sæmitæ transuersæ, quæ sunt à latere uię militaris. Diuerticula etiam dicuntur domicilia in uia, ad quæ diuertendum sit, καταλύσις. Liuius primo ab Vrbe, Quum gladii abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur. Fraudis & insidiarum diuerticulum. Cic. pro Ros. Com. Hoc quum sentit Saturius esse apertum, resistere, & repugnare contra ueritatem non audet: aliud fraudis, & insidiarum in eodem uestigio diuerticulum reperit.

Diuersus, a, um, adiectiuum, Separatus, uel in uarias partes distributus, κεχωρισμένος Cæsar 2. bel. Afr. Quum Numidas diuersos, dissipatosq; in omnes partes fugere uidissent. Plautus in Rudent. Sed quum inde suam quisq; ibant diuersi domum. Diuersus item contrarius, aduersarius, ἐναντίος.

Sueto

Suet. de Claris. Gram. Interrogatus diu à Varrone diuersę partis aduocato, quidnam ageret, & quo artificio uteretur. Interdum idem quod alius, dissimilis, ἀνόμοιος. Cic. 4. Acad. Certa igitur, cum illo, qui à te totus diuersus est.

Diuersitas, tis, f.t. Repugnantia, dissimilitudo, διαφορὰ, ἐναντίωσις. Plin. in Epist. Sed tamen imitarer & sequerer, quantum aut diuersitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ dissimilitudo pateretur.

Diuersè, aduerbium, In diuersas partes, κεχωρισμένως. Hirtius 5. bel. Afric. Horum corpora toto campo prostrata diuersè iacent. Terentius in Andria. Tot me impediunt curæ, quę meum animum diuersè trahunt. Diuersum, pro diuersè. Plautus Mil. Vbi lubet dispendite hominem diuersum, & distendite.

Dives diuit's, om t. à diuo fieri dicitur: quòd qui dives est, quasi Deus nullo indigere uidetur, πλούσιος, χρηματικὸς ἀνὴρ Cicero in Parad. Quem intelligemus diuitem? aut hoc uerbũ in quo homine ponemus? Opinor in eo, cui tanta possessio est ut ad liberaliter uiuendum facilè contentus sit. Et modò construitur cum genitiuo. Verg. 2. Georg. Dives opum uariarum. Item 9. Aeneid. Dives pictai uestis, & auri. Modò cum ablatiuo. Cic. lib. 2. Offic. Publius Crassus tum cognomine Dives, tum copiis, functus est Aedilitio maximo munere. Est autem generis omnis: facit enim accusatiuum diuitem, & hoc dives. Ouid. lib. 1. de arte, Addidit externo marmore dives opus. Valerius lib. 2. cap. 1. Dives & præpotens naturæ regnum scrutatus, iniiciam stylum tam nostræ Vrbis, quàm cæterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis. Hinc diuitior comparatiuum. Cicero de Orat. Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. Plautus in Aulularia. Quadrilibrem aulam auro onustam habeo: quis me est diuitior.

Diuitiæ, arum, f.p. numero tantùm multitudinis, opes, amplæ fortunæ, & rerum abundantia, πλοῦτος Cic. discrimẽ uidetur facere inter diuitias & opes: Sunt ergo (inquit) diuitiæ ad necessarium usum: opes uerò ad magnificentiam. Plaut. in Epist. Quid tibi, cui diuitiæ domi maximę sunt, numum hic nullum habes. Cic. 1. Offic. Expetuntur aũt diuitiæ tùm ad usus uitæ necessarios, tùm ad perfruendas uoluptates. Idẽ Attic. lib. 1. Quod si assequor, supero Crassum diuitiis, atque omnium uicos ac prata contemno.

Diuito, as, pen. cor. Diuitem facio, πλουτίζω. Accius, Nihil credo auguribus, qui aures uerbis diuitant Alienas, suas ut auro locupletent domos.

Diuexo, xas, a p. Variis modis affligo, ἄγω καὶ φέρω, ἐναυῶ. Lactant. libro 7. Vt si qui fortè tum fuerint boni, prædæ sint sceleratis, ac diuexentur undique. Cicero 11. Philipp Impetumq; furentis, atq; omnia diuexare & diripere cupientis, uitæ, &c.

Diuida, Diuidícula, Vide Diuido.

Díuido, dis, pen. cor. diuisi, diuisum, a.t. Separare, partiri, διαιρῶ, διανέμων. Hirtius 3. bel. Ciuil Cæsar copias suas diuisit. Cic. ad Attic. Sextus pater eius numos uobis diuidere solebat. Verg. in Epigr. quodam, Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. Ponitur & pro prædicare. Plaut. in Aul. Me quidem hercle (dicam palàm) non diuites, id est, πυγίσας Diuidere sententiam, διαιρῶ τὴν γνώμην, forensis est locutio, quam Asconius Pædianus interpretatur his uerbis, Quũ aliquis (inquit) in dicenda sententia duas, pluresue partes complectitur, si non omnes probantur, postulatur ut diuidãtur, id est, ut de singulis rebus seorsum referatur, ut pars altera, si ita opus fuerit, approbetur, altera repudietur. Cic. 1. Epist. 2. Itaq; cum sententia Bibuli prima pronuntiata esset, ut tres legati regem reducerent: secunda Hortensii, ut tu sine exercitu reduceres: tertia Volcatii, ut Pompeius reduceret: postulatum est, ut Bibuli sententia diuideretur: quatenus de religione discebat, cui rei quia obstiti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Ex hoc Ciceronis exemplo facilè ostendi potest quid sit Sententiam diuidere. Bibuli sententia duo habebat membra, ut scilicet sine exercitu rex reduceretur, deinde ut à tribus legatis reduceretur: quorum quum alterum nonnullis placuisset, alterum displicuisset, postulatum est ut sententia illa bimẽbris diuideretur, hoc est, in duas partes secaretur, ut de utrauis parte seorsum posset referri. Oscula diuidere sodalibus. Horat. 1. Carm. Ode. 36. Nulli plura tamen dimisit oscula Quàm dulci Laminæ.

Diuisus, us, ui, m.q. Idem quod diuisio, hoc est, partitio, siue distributio, διαμερισμὸς ὀν. Liu. 5 bel. Maced. Vestigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ, ac diuisui principum quibusdam & magistratibus erant.

Diuisio, f.t. Sectio, partitio, distributio, διαίρεσις. Cic. 1. de Nat. deor. Diuisio trium regnorum, cæli, maris, & inferorũ. Apud Rhetores diuisio est, (ut scribit autor ad Heren.) per quam aperimus quid conueniat, quid in controuersia sit, uel per quam exponimus quibus de rebus dicturi sumus. Inter diuisionem & partitionem hoc interesse putatur, quòd Diuisio est generis in species: Partitio autem totius in partes distributio. Quint. lib. 7. Sic igitur diuisio rerum plurium in singulas: Partitio singularum rerum in partes discretus ordo. Cicero tertio de Nat. deor, Quadripartita (inquit) fuit diuisio tua. Primùm, ut uelles docere deos esse: deinde quales essent: tum ab his mundum regi: postremò, consulere eos rebus humanis.

Diuisor, oris, m.t. Quum sit uerbale nomen à diuido, plerunq; apud Ciceronem criminis est, διαδότης. Nam hi antiquitus Diuisores uocabantur, qui pecunias inter tribus uiritim candidatorum nomine diuidebant in creandis magistratibus; Plautus Curiarum magistros uocat. Consueuerant enim petitores magistratuum apud Romanos, pecunia largitioneq; sibi studia conciliare suffragatorum, & per cẽturias tribusq; diuidere nũmos. Cicero pro Plancio, Quàm tibi commodũ est unam tribum deligere: tu doce id quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit. Est & Diuisor, qui præpostera Venere pueros corrumpit. Cic. Pæto, Quid enim num honestum est uerbum Diuisor? at inest obscœnum: cui respondet intercapedo.

Diuisura, rę, Diuisio, uel incisio, διαχοπή. Plin. lib. 12. cap. 26. Ab hac ferula differt quæ uocatur spondylion, foliis tantùm, quia sunt minora, & platani diuisura. Idem li. 14. cap. 5. Folio paruo & rotundo, sine diuisuris. Quas incisuras multis aliis locis appellat.

Diuiduus, a, um, Quod separabile aut separatum est, διχόθεν μερὸς, διαιρετὸν. cuius contrarium est Indiuiduum, quod diuidi non potest, ἀδιαίρετον, ἄτμητον Plaut. in Rud. Diuiduum talentum faciam, id est, in duas partes diuisum. Cic. de Vniuers. Ex ea materia quæ indiuidua est, & quæ semper uniusmodi, suiq; similis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur Terent. Adel. Potius quàm uenias in periculum Sannio, Ser uesnè, an perdas, totum diuiduum face. Colum. in Proœmio lib. 11. Nihil conspiciebatur in domo diuiduum. Ouid. 1. Fast. Insula diuidua quam premit amnis aqua. Id est, quam ambit fluuius ab utraq; parte.

Diuiduè, aduer. Quod uernaculo sermone dicimus, Par la moitie. Idem Cas. Nam quod tibi ægrè est, idem mihi est diuiduè

Diuidia, æ, f.p. Tædium & molestia: sic enim Nonius interpretatur, ἀδημονία. Plaut. Bacch. Nam illæc res magna diuidiæ est mihi. Accius in iudicio armorum. Huius me diuidia cogit plusquàm par est loqui. Festus diuidiam, discordiam interpretatur, cuius tamen significationis nullum profert testimonium.

Diuidicula, teste Festo, dicuntur castella ex quibus à riuo communi æquam quisq; in suum fundum ducit.

Díuinè, Díuinipotens, Díuinitus, Díuinus, Diuíno, Vide Dius.

Díus, adiectiuum, δῖος, Dicitur generosus, diuinus, tanquam ἀπὸ τοῦ διὸς, id est, ab Ioue genus ducens. Verg. lib. 11. quas ipsa decus sibi dia Camilla Delegit.

Dium, n. s. substantiuum, formatum à genitiuo Græco, διὸς, à nominatiuo Ζεύς. Vnde Sub dio aliquid fieri dicimus, hoc est, sub Ioue, siue sub cælo, quod non fit sub tecto. Horat. lib. 3. Carm. Nec te candidè Bassareu Sub dium rapiam. Idem, uitamq; sub dio, Et trepidis agat in rebus. Cic. lib. 3. Ver. In sylua deniq; disposita sub dio uidimus.

Diuus, a, um, Idem quod diuinus, quod etiam dium dicimus θεῖος, quasi ἀπὸ τοῦ διὸς, hoc est, à Ioue genitum; uel quia uetères in singulari diũ dicebant quem nos Deum. Vnde nunc quoq; in plurali dicimus Dii, dius: unde illud frequens Ciceroni, Si diis placet: quod indignitatem denotat. Seruius inter deos & diuos ita distinguit, ut dii dicantur æterni: diui autẽ qui ex hominibus fiunt. Vnde etiam hac appellatione quidam Romanorum Imperatores post mortem decorati sunt, à quibus in uita insignia profecta essent in Rempub. merita: quanquã postea crescente in dies adulatione, pleriq; ne uiui quidem id honoris aspernati sunt. Horum etiam uxores diuæ appellatæ sunt, tanquam suis uel uirorum meritis deorum numero adscriptæ. Diuum pro aëre. Horatius, Sub

diuo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diuo morieris Victima nil miserantis Orci, id est, sub aëre. Plin. li. 14. cap. 21. Campaniæ uina nobilissima exposita sub diuo in cadis uerberari, sole, luna, imbre, ac uentis aptissimũ uidetur. Sunt qui utrobiq; legant sub dio.

Diuinus, a, um, Quod est Dei, uel quod ad Deum pertinet, θεῖος, ut opus diuinum. Res diuina. Plaut. in Curc. Nunc rei diuinæ operam dabo: certum est bene me curare. Diuinę rei operam dare. & Rem diuinam facere, est diis sacrificare. Cibero 6. Verr. Res illum diuinas apud eos deos in suo sacrario propè quotidie facere uidisti. Diuina uerba, pro piacularibus quibusdam uerbis quibus prodigia solent procurari. Cato de Re rustica, Si de cælo uilla tacta fiet, de ea re uerba diuina uti fiant, procuret. Cicero 1. de Diuinat. Aristoteles quidem eos etiam qui ualetudinis uitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiẽs atque diuinum. Ibidem. Quid hoc somnio dici diuinius potest? Diuinum interdum uocamus eximium, & humana sorte quodammodo maiorem. Cicero post red. ab exilio, Cn. Pisonis diuina quædam, & inaudita uirtus. Idem Qu. frat. libro 3. Idib. Maiis Senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Verg. Ecloga 3. Diuini opus Alcimedontis.

Diuinus subst. ãtiuũ, Qui diuinat, præcidit, μάντις, θεοπρόπος Martialis, Non sum diuinus, sed scio quid facies. Cic. de Fato, Hoc loco Chrysippus æstuans, falli sperat Chaldæos, cæteros q; diuinos. Auis diuina imbrium, id est, diuinatrix & prænuntia, Horatius libro 3. Carm. Antequàm stantes repetat paludes Imbrium diuina auis imminentum. Cornicem intelligit, imminentium imbrium præsciam, uel Verg. teste, Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce.

Diuinipotens, ẽm. t. Qui in diuinis potestatẽ habẽt, θεοκρατῆς Apuleius, Saga & diuinipotens cælum deponere.

Diuino, as, n. p. pen. prod. Antea cta coniicio, uel futura præsagio, μαντεύομαι. Dictum uidetur à nomine diuinus, quia diuinum quiddam, & supra mortalis sagacitatis sortem esse uidetur, futura prædicere, aut occulta in lucem proferre. Terẽtius in Hecyra, Planè hic diuinat. Cic. de Senect. Cuius sermone ita tum cupidè fruebar, quasi iam diuinarem id quod euenit, illo extincto fore unde discerem, neminem. Huius unicum est compositum Prædiuino, quod Plinius posuit p præsentio, quum ait lib. 10. Tum uniuersæ prouolant, si dies mitis futurus est: prædiuinãt enim uentos, imbres q;, & tũc se continent tectis.

Diuinatus, participium passiuum. Ouid. de Nuce, ut diuinatas auferat augur opes.

Diuinatio, f. t. Prudentia futurorum μαντεία, μαντική. Cic. 1. de Diuinat. Versari quandam inter homines diuinationẽ, quã Græci μαντικὴν appellant, id est, præsentionem & scientiam rerum futurarum: Chrysippus diuinationem definit esse uim cognoscentem, & uidentem, & explicantem signa quæ à diis hominibus portendantur. Officium autem esse eius, præcognoscere dii erga homines mente qua sint, quid q; significent, quemadmodum q; ea procurentur atq; expientur. Hęc Cicero de Diuinat. libro secundo. Dicitur etiam diuinatio, iudicium siue cognitio, quæ circa constitutionem accusatoris, uel scriptoris consistit: quum scilicet ex duobus pluribusue accusationem ambientibus, deligendus est qui maximè sit idoneus. Quemadmodum in accusatione Verris certamen erat inter M. Tullium & Cæcilium quẽdam, uter in accusando deberet præferri. Vnde etiam prima illa inter Verrinas oratio Diuinatio appellatur. Ratio nominis hęc est quia in aliis iudiciis iudex ea quæ testibus, tabulis, uel argumentis probata sunt, sequi debet. Quum autem accusator est eligendus, ex leuibus quibusdam & exilibus iudiciis & coniecturis, iudicare debet, & penè diuinare quis ad accusandum maximè sit idoneus.

Diuinitas, tatis, Sors, uel potestas diuina, θεότης. Plin. li. 19. ca. 12. Opus ingens, occultum q; diuinitatis, & quo nullum reperiri possit maius.

Diuinè, aduerbium, ad deorum similitudinem, deorum more & supra humanas uires, quasi diuini numinis instinctu, θείκως, θείως. Cic. Attic. libro 4. Præclara igitur conscientia sustentor, quum cogito me de Repub. aut meruisse optimè quum potuerim: aut certè nunquam nisi de ea diuinè cogitasse. Quint. lib. 1. cap. 10. Quæ Tullius in Oratore diuinè, ut omnia exequitur.

Diuinitus, pen. cor. aduerbium, à deo, siue à diuis, θεόθεν, sicut humanitus; ab hominibus, cælitus à cælo. Vergilius quarto Georgicorum. Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis Ingenium. Cic. 2. de Orat. Quæ diuinitus accidunt. Ibid. Diuinitus ad nos delatum. Interdum idem est quod diuinè hoc est, deorum, uel diuorum more, insigniter, & quasi humanis uiribus excellentius, θείως. Cic. 2. de Orat Ille locus in ductus est à me diuinitus. Idem Attic. lib. 1. Varro mihi satis facit: Pompeius loquitur diuinitus.

Diutius, Diutilè, Diutius, Diutissimè, Diuturnus, Vide Diu.

Dium, Vide Dius.

Diurnus, Diurno, Vide Dies.

Diuulgo, as, a. p. est uulgo notum facere, uel rem aliquam in uulgus spargere, διαφημίζω. Cicero Balbo. Quare uisus est occultius agendum, neq; ullo modo diuulgandũ. Quo in loco quidam corruptis exemplaribus decepti, legunt Dimulgandum. Idem 2. Philipp. Quàm multa feria, nec tamen ullo modo diuulganda.

Diuulgatus, nomen ex participio. Cic. Furnio lib. 10. Te adipiscẽdi Magistratus leuissimi et diuulgatissimi, si ita adipiscare ut pleriq; præpropera festinatio abducet à laudibus.

Diuus, Vide Dius.

D O.

DO. In notis antiquorum, dis omnibus uel deo optimo. D. donatio. DOMIC. COS. XIII. LVD. SAEC. F. C. domicius. consul. XIII. Ludos sæculares faciundos curauit. DO. TRA. uel TRIN. diuo Traiano. DO. VAL. diuo Valerio uel Valeriano. DOT. Dotem. DOT. R. dotem recuperauit. D. P. Diuus pius, uel dis penatibus, uel patrius, uel doris promissio, uel dorem. P. petit uel deuota persona, uel de pecunia. D. PEC. R. de pecuniis repetundis. D. PF. denuntiandi potestatem fecit. D. PP. deo perpetuo. DPO. depositio. D. PF. de præfecto. D. P. ORT. de parte orientis. DPS. de Principibus. D. P. OC. de parte occidentis. DPS. discipulus. D. P. S. D. L. D P. Deo posuit sibi, dis locum dedit publicè. D. Q. dis Quirinalibus uel dis q;. D. Q. R. de quare. D. Q. S. de quo supra, uel die quo supra.

Do, das, dedi, datum, dare, a. p. δίδωμι, cuius cõposita, si fiant ex monosyllabis præpositionibus, sunt tertiæ coniugationis, & præteritum geminant: ut Reddo, dis, reddidi. Perdo, dis, perdidi, Cætera simplicis seruant declinationem, ut Circumdo, as, circumdedi, datum. Perfundo, as, perfudi, fusum. Variam habet constructionem. Quandoq; duo accusatiuos exigit, pro ascribere seu imputare: quamuis alte. eorum non semper ponatur, sed nonnunquam intelligatur. Cic. lib. 2. Offic. Nec Marco quidem Scio uitio datum, quòd in caritate annonæ asse modium dederit populo. Terentius unum tantùm expressit. Nunc quæso rem uitio dent, quæso animaduertite: subintelligitur poëtæ. Plau. in Amph. Nunc tibi hãc pateram, quæ dono mihi ob uirtutem data est, Alcumena tibi condono. Aliquando ultra datiuum ponitur accusatiuus cum præpositione ad. Cic. Cornif. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. Idem ad Qu. fratrem, Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni fetas, caudam, & aures ad motus animorum declarandos dedit. Aliquando præter datiuum ponitur accusatiuus cum præpositione in. Terent. in Phorm. Dic quid uelis dari tibi in manum, ut herus his desistat litibus. Nonnunquam loco datiui, ponitur accusatiuus cum præpositione ad. Cic. 2. Philip. Ad sepulturam corpus uitrici sui negat à me datum. Interdum accusatiuus cum præpositione in. Plautus in Capt. Hoc si faxis, dabo in caueam. Cicero Terentiæ, In uiam quod te des hoc tempore nihil est. Id est, non est causa quare te uiæ committas. Dare cuipiam pecuniam à trapezita, est pecuniam à trapezita sumere, & alteri dare, uel per manus trapezitæ alicui pecuniam dare. ἀποτίσαι πρὸ τραπέζης. Plautus in Captiuis. Sequere me hac, uiaticum, ut dem à trapezita tibi. Quandoque plures habet accusatiuos, à diuersis pendentes præpositionib. Colum. lib. 9. Ascensus deinde asinis ad tabulata per utranq; cellam datur. Sæpius tamen post accusatiuũ regit datiuum, & hoc uaiis artibus applicari solet. Plaut. in Epid. Si æquum sit, me plus sapere quàm uos, dederim uobis consilium cautum quod laudetis. Idem in Curcu. Nunc rei diuinæ operam dabo. Idem in Merc. Me toxico mori dabo. Idem in Capt. Do tibi operam, si quid est quod me uelis. Gel. Cretenses quoq; prælia ingredi solitos memoriæ datum est, &c. Capitur etiam pro uendo: ut in loco illo Ciceronis quẽ paulò antè ex li. 2. Offic. citauimus. Nec Marco quidem Scio uitio datum quòd in caritate annonæ asse modium populo dederit. Item pro offerre, obijcere, παρέχω. Terentius in Hecy. profecto hoc sic est, ut puto Omnibus nobis

nobis ut res dant ſeſe, ita magni atq; humiles ſumus. Item inferre, inducere. Vergil. 12. Aeneid. Magnam dabit ille ruinã Arboribus. Item dicere, φράζαν. Terent in Heaut. Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. Item obtemperare, ἐαυτὸν ἐνδιδόναι, καὶ ὑπηρέτην τινί. Terent. in Adelph. Da te mihi, id eſt, accommoda te meę uoluntati. Da re etiam mulieres dicuntur, cum copiam ſui faciunt. Mart. Caſta igitur nulla eſt? caſtæ ſunt mille. quid ergo? Caſta fuit, non dat, non tamẽ illa negat. Idem, Non ſolet accipere quid ſolet ergo? dare. Item facere. Terent. in Adelph. O Aeſchine, pol haud paternum iſtuc dediſti. Item concitare, ut apud eundem in Eunuch. Ludum iocumq; dices fuiſſe illum alterum, præut huius rabies quæ dabit, ὅσον ἐκείνου μανία ἴσται.

Dare manus, eſt ſe uictum fateri, τῶ χεῖρε προϊέναι. Dare pœnas, eſt ſuſtinere, δίκην ὑπέχειν. Lactant lib. 8. Sed tamen docent nos ſanctæ literæ quemadmodum pœnas impiæ ſint daturi. Dare ueniam, interdum eſt agnoſcere, interdum concedere quod petitur, συγγνώμην ἀπονέμειν. Terent. Da ueniam quæſo filio tuo. Cic. de Orat. Dabis hanc ueniam mihi frater. Dare operam, eſt adiuuare, inſeruire, πρόθυμον εἶναι. Terent. in Phorm. Nos operam dabamus Phedriæ. Sæpe etiam inuigilare: ut quum dicimus, Literis operam dare. Dare poteſtatem, eſt rem in alterius arbitrio permittere, δύναμιν ἐξουσίαν Plinius Vt qui ſuarum omnium rerum poteſtatem annuculo dederat. Pro quo etiam eleganter dicimus, Facere poteſtatem. Dare fidem, eſt aliquid ſanctè promittere, πίστιν διδόναι, ὑπισχνεῖσθαι. Cic. de Amic. & Terent Eunuch. Dare actionẽ uel iudicium eſt actorem ad intendendam actionem admittere. Cicero quarto. Verrin. Si quis eum pulſaſſet, edixit ſe iudicium iniuriarum non daturum: ipſi autem nullius rei actionem ſeſe daturum. Dare linteamentũ in plagam, eſt feſtucas lintei in uulnus inſerere, cum oleo aliſue medicamẽtis liquidis, quæ Græci ἔμματα appellãt, Celſus li. 7. capite 9. Vlteriores uerò, lunatasq; in plagas linteamentum dandum eſt, ut caro increſcens uulnus implẽat. Dare in manum, ſignificat de manu in manum tradere, χειρίζειν, Terentius in And. Hanc mihi in manum dat. Dare ſe in diſciplinam, eſt ſe alicui inſtituendum permittere. Gell. lib. 5. cap. 10. Is in diſciplinam Protagoræ ſeſe dedit. Dare uerba alicui, eſt decipere. Plau. Aulu. nimisq; eo hanc metuo malè, Ne mihi ex inſidiis uerba imprudenti duit. Datum eſt, id eſt, fato decretoq; conceſſum eſt, δίδοται. Terent. Eunuch. Eſt iſtuc datum profectò ut grata mihi ſint quæ facio omnia. Sic Verg. 7. Aeneid. Non dabitur regnis (eſſe) prohibere Latinis. Datur cernere, id eſt, poteſt cerni, uel licet cernere. Plinius Epiſtola 10. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate ſic eminent & elucent, ut mediocriter quoq; doctos aduertant, & afficiant, Duint, pro dent, uel dederint Terent. in Andr. At tibi Dii dignum factis exitium duint. Plaut. Amphit. Siue qui ipſe ambiſſet ſiue per internuntium. Siue adeò Aediles perfidioſè cui duint. Duit, pro Det. Plaut, Aulul. Ne mihi ex inſidiis uerba imprudẽti duit. Duas, pro Des. Ibidem, At nihil eſt dotis quod dem. M. ne duas. Danunt, pro dant. Plaut. Curcul. Nam tibi amantes propinantes uinum danunt. Huius uerbi compoſita ſunt Abdo, Addo, Condo, Circundo, Credo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Prædo, Reddo, Subdo, Satisdo, Peſſundo, Trado, Venundo. Sedo & Mando (quæ falsò inter compoſita huius uerbi erant relata) huc non pertinent: ſunt enim ſimplicia, quod uel ex eo ſolo conſtat, quòd à litera figuratiua primæ coniugationis, quæ in compoſitis uerbi Do corripitur, in his duobus producatur.

Datus, participium: ut Reddere data. Ouid. de Arte Amandi, Multa rogant tradenda ſibi, data reddere nolunt.

Datus, us, ui, m. q. Plaut. Trin. nimis pergraphicus ſycophanta is mille nummũm ſe aurũ meo datu tibi ferre, & gnato Leſbonico aiebat meo.

Datum, ti, n. ſ. ſubſtãtiuum. Cic. Amic. Hoc quidem eſt nimis exiguè & exiliter ad calculos uocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum.

Dato, as, are, a. p. frequentatiuum. Plaut. Moſtel. Tu ſolus credo fœnore argentum datas.

Dator, datoris, m. t. Plautus Truc. Semper datores nouos. Vergilius primo Aeneidos Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.

Datio, onis, f. t. Cic. pro lege Agr. Cuius iudicium, legumq; datio, captorum agrorum iq; fius uirtute cognitio tollitur.

Datarius, a, um, Gratuitum, aut quod gratis datur, ἀμίσθος. Plautus Pſeud. Eho an non prius ſalutas. S. nulla eſt ſalus mihi dataria.

Datatim aduerbium, ἀλληλοδότως. Plaut Curc. Tum iſti qui ludunt datatim ſerui ſcurrarum in uia. Ludere datatim, hoc eſt, inuicem dando: quemadmodum qui pila luſitant, quæ uiciſſim mittitur, & remittitur.

Dŏcĕo, ces, docui, doctum, a. ſ. Alicuius rei cognitionem alteri trado, παιδεύω, διδάσκω. Conſtruitur autem cum duobus accuſatiuis: ut Docco te literas. Aliquando cum uno tantùm, licet alter poſſit intelligi. Pretium autem quod à diſcipulo exoluitur doctori, ponitur in ablatiuo. Excipiuntur hi quatuor genitiui, tanti, quanti, pluris, & minoris, cum ipſorum compoſitis. Cic. 2. Philipp. Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede, quanta tam proferam, nihil ſapere docuit. Iuuenalis, Chryſogonus quanti doceat, uel Pollio quanti. Aliquando cum ablatiuo, Cicero Pæto, Socratem fidibus docuit. Vbi nõnulli uolunt intelligi uerbum Canere, uel aliquod ſimile. Interdum idem eſt quod oſtendere, uel declarare. Verg. 5. Aeneid. docuit pòſt exitus ingens. Interdum idem quod monere, ſiue certiorem reddere, παραινῶ. Salluſt. in Iugurtha, Tametſi legatos miſerat qui Senatum de cæde fratris, deq; fortunis ſuis docerent. Cic. Appio Pul. Neli teras quidem ullas accepi quæ me docerent quid ageret aut ubi te uiſurus eſſem. Huius compoſita ſunt, Addoceo, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo. quæ ambo ſignificant perfectè doceo, διδάσκω. Salluſt. in Catil. Cicero per legatos cuncta edoctus. Plaut. in Strich. Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, prius doceo, προδιδάσκω. Salluſt. in Iug. Cæterum illi qui centuriis præerant prædocti à duce, arma ornatumq; mutauerunt. Subdoceo, loco alicuius doceo, ὑποδιδάσκω. Cicero ad Atticum libro octauo, Ciceroneſque noſtros potius meo labore ſubdoceri, quàm me alium magiſtrum quærere.

Doctus, ta, tum, Scientia imbutus, ὁ ἐν τοῖς λόγοις ἐπιδεδωκὼς, πεπαιδευμένος. Cic. libro 2. Offic. Nec me angoribus dedidi, quibus eſſem confectus, niſi his reſtitiſſem: nec ruiſus indignis docto homine uoluptatibus. Idẽ in Orat. Itaq; & doctis eloquentia popularis, & deſertis elegans doctrina defuit. Sueton. de claris Grammat. Fuiſſe dicitur ingenii magni, memoriæ ſingularis, nec minus Græcè quàm Latinè doctus. Artes doctæ, Ouid. 9. Metamor. Dicta docta, Lucret. lib. 2. & doctis rationem reddere dictis. Docti doli, Plaut. Mil. Et nos factitiis fabricis, & doctis dolis Glaucoma ob oculos obiiciemus. Facies docta. Ouid. 2. Amor. O facies oculos docta tenere meos. Dicitur autem doctus qui rationem rei tantùm tenet: peritus, qui cum ratione experientiam, & conſuetudinem tenet, ἀπὸ τῆς πείρας, id eſt, experientia. Itaq; minus eſt doctus, quàm peritus. Cic. in Salluſt. Satis doctè atq; peritè feciſti. Idem lib. 3. Offic. Itaq; quum ſint docti à peritis, facilè deſciſcunt à ſententia. Maiorem tamen uim habet doctus quàm eruditus. Idem lib. 1. Offic. Nec ſolùm uiui, ac præſentes, ſtudioſos diſcendi eruduunt, atque docent, ſed hoc idem etiam poſt monumentis literarum aſſequuntur. Nec mirum eſt quòd minus eruditus quàm doctus: quoniam rudis & eruditus contraria ſunt. Plinius ſedere cœpit ſententia hæc, pariterq; & eruditum uulgus, & rude in eam curſu uadit. Quintilianus lib. 1. à pædagogis exigit ut ſint eruditi, quo adoleſcẽtes erudire queant: aut ſe non eruditos eſſe ſciant, ne quippiã tradant cuius ipſi ſint iguari, quodq; poſtea ſit dedocẽdum. Eſt autem doctus in hac ſignificatione nomen, non participium: nullum enim importat tempus. Hinc fit compoſitũ Indoctus, ἀπαίδευτος, quod quum uerbo careat, participium eſſe non poteſt, quemadmodum & Semidoctus, ἡμιμαθής. Cicero Cornelio, Sed proximè ſcripſi de optimo genere dicẽdi, in quo ſæpè ſuſpicatus ſum te à iudicio noſtro ſicut doctum hominem à non indocto, paulum diſſidere. Plautus in Aſin. Tua iſta culpa eſt quę diſcipulum ſemidoctum abs te remoueas.

Doctè, duerbium, Scitè & eleganter, ἐπιστημόνως Cic. lib 3. de Orat. Tum ad re ludibunda doctè & delicatè detulit. Doctè & Peritè facere, Cicero in Salluſtium.

Docilis, pen. cor. om. t. Qui facilè diſciplinam apprehendit, εὐμαθής. Cic. Trebatio, lib. 7. Epiſt. O medicum ſuauẽ, meq; docilem ad hanc diſciplinam. Idem 2. Tuſcul. De hinc ad hanc enervatam, muliebremq; ſententiam ſatis docilem ſe Epicurus præbuit Lactant. de Opif. Nam ſi te in literis, nihil aliud quàm linguam inſtruentibus, auditorem ſatis ſtrenuum præbuiſti, quanto magis in his ueris, & ad uitã pertinẽtibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus docilior esse debebis? Varro lib 1. de Re rust. Cassius scribit hæc, operarios parandos esse qui laborem ferre possint, ne minores annorum uiginti duorum, & agriculturam dociles. Cic. 2. de Orat. Iubent enim exordiri ita, ut eum qui audiat, benevolum nobis faciamus. Docilem facio, non tum quum polliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano.

Docibilis, le, om. t. pen. cor. Qui idoneus est ut doceatur, διδακτός. Hieronymus, Ingenium docile, & sine doctore docibile est. Sic Cyprianus Docibilis est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis. Nec facilè reperias, nisi apud Ecclesiasticos. Priscianus autem uult significare docibile id, quod facilè discitur pro quo nos perceptile dicimus potius. Valla libro 6. cap. 26.

Docilitas, tatis, Apprehendendæ doctrinæ facilitas, εὐμάθεια. Cic. pro Sestio, Ii perfecto genere humanæ docilitatis atq; ingenii dissipatos unum in locum congregauerunt. Idem lib. 3. de Finibus. Prioris generis est docilitas, memoria, quas uirtutes qui habent, ingenioſi uocantur.

Doctrina, a. p. Eruditio quatenus à præceptore proficiscitur, διδασκαλία. nam ut à discipulo apprehenditur, dicitur disciplina. Cic. pro Arch. poëta, Ego multos homines excellenti animo & uirtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per se ipsos & moderatos, & graues extitisse fateor, etiam illud adiungo, sæpius ad laudem atq; uirtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura ualuisse doctrinam. Idem in Orat. Quo fit ut ueram illam & absolutam eloquẽtiam nemo consequatur, quod alia intelligendi, alia dicendi disciplina: & ab illis rerum, ab aliis uerborum doctrina quæritur.

Documentum, n. s. à præterito docui, sicut à monui monumẽtum, Idem quod admonitio, probatio, exemplum, quod nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudẽtiores, δίδαγμα Cic. 6. Philip. Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna uoluit, quid esset uictis extimescendum. Sallust. Quarũ rerum ego maximè hæc documenta habeo, quòd in bello sæpius uindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerant.

Doctor, uerbale, m. t. Qui docet, διδάσκαλος. Plin. in Paneg. Quem honorem dicendi magistris, quam dignitatem sapiẽtiæ doctoribus habes? Tacit, lib. 14. Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat. hoc est, philosophis.

Dochimus, mi. m. s. pen. cor. δόχιμος, Pedis genus in numeris oratoriis de quo Cic. in Orat. Dochimus (inquit) è quinque constat syllabis, breui, duabus longis, breui, longa: ut est hoc, amicos reges: item hoc, Reipublicæ. Quouis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerũ apertum & nimis insignem facit.

Docus, m. s. δοκὸς, Latinis trabẽ significat: undæ iguitæ quædam aĕris impressiones oblongæ, trabis similitudinem referẽtes, δοκοὶ à Græcis appellantur: qua uoce etiam usus est Plin. lib. 2. cap. 26. Emicant & trabes simili modo, quas docos uocant, quales quum Lacedæmonii classe uicti, imperium Græciæ amiserunt.

Dodecatheos, δωδεκάθεος, Herbæ genus proximam à moly Homerico autoritatem obtinens. Folia habet septem lactucæ foliis simillima, à lutea radice exeuntia. Autor Plin. lib. 25. ca. 4. Dodecatheos item à Suetonio in Augusto, appellatur cõ uiuium quoddam Octauii secretius, ex duodecim constans conuiuis utriusq; sexus, ad imitationem cælestis conuiuii, cui Iupiter parem deorum dearumq; numerum fertur adhibere. Verba, Suetonii sunt hæc, Cœna quoq; eius secretior in fabulis fuit, quæ uulgò δωδεκάθεος uocabatur.

Dodra, s. p. potionis genus quæ ex nouem rebus fiebat. Ausonius, Dodra, ex dodrante est: sic collige, ius, aqua, uinum, sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

Dodrans, m. t. Pondus uel mensura constans ex nouem unciis: ita dictum quòd ad conficiendum assem desit quadrans τριμοιρία. Martial li. 8. Soluere dodrantem nuper tibi Quinte uolebat.

Dodrantalis, le: ut, Dodrãtalis stirps, apud Col. lib. 11. cap. 3. hoc est trium palmorum, seu digitorum duodecim, cui scilicet ad perficiendam pedis mensuram desit quadrans.

Dogma, tis, n. t. δόγμα, & dogmatum, ti, Nostri modò decretum, modò scitum, modò placitum appellant, Sunt enim dogmata unusquiusq; sectæ decreta, quæ (ut inquit Cic.) prodere scelus est, non minus quàm patriam, sine quibus nec sectæ philosophorum, nec religionum uires constare possunt, Vnde Laërtius ait, sectam eam non appellari quæ dogmata non habet. Cic. 4. Tusc. Quoniam id enim haberẽt Academici decretum (sentitis enim iam hoc me dogma dicere) nihil posse percipi, &c. Idẽ 4. Acad. Sapientię uerò quid futurũ est, quæ neq; de seipsa dubitare debet, neq; de suis decretis quę philosophi dogmata uocãt? Græcè etiam ψήφισμα, & ἄρεσμα dicitur, teste Bud. Habent & cæteræ artes sua dogmata: ut in re medica alia Hippocratis, alia Asclepiadis, alia Themisonis dogmata fuerunt. A Plinio frequenter placita appellantur: ut, placita Magorum, & placita Babyloniorum libro primo Dicitur autem dogma ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, quod opinari significat.

Dogmatistes, m. p. Qui aliis dogmata præscribit, δογματιστὴς, à uerbo Græco δογματίζω, quod est decreta præscribo, dogmata trado, Hieronymus, Nunc uerò quum interpres magis Apostoli fuerim quàm dogmatistes.

Dolabella, Dolabra, Vide Dolo.

Dolenter, Dolentia, Doleo, Vide Dolor.

Dolia, cicuta apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

Dolia, orum, n. s. Vasa maiora, uino seruando præcipuè idonea, quæ olim fictilia potissimùm erant, πίθοι. Plaut. Cas. Dabitur ubi amphora una, & una hemina, Fons unus, unum ahenum, & octo dolia. Terent. in Heaut. Releui omnia dolia, omnes serias Veteres dolia fictilia in cellis uinariis seruabant, quæ si duas aures haberent, diotæ dicebantur. Iurecõsulti scribunt, Vino legato cum uasis, dolia legata non uideri: quia scilicet ea mente uinum in dolia condimus, ut ex his postea in amphoras uel cados diffundamus: quod deinde uinum diffusum nominatur. Iuuen. Ille capillato diffusum Consule potat Cic. de Clar. Orat. Num igitur qui hoc sentiat, si is potare uelit, de dolio sibi hauriendum putet.

Dolium exudatorium, Laconici species, Germanis hodie in usu nec improbatum. Vsi sunt olim & Veteres, ut inquit Aëtius serm. 13. cap. 54.

Doliola, n. s. diminutiuum à doliis, πιθίσκοι. Vnde & locus in urbe fuit sic uocatus, eo quòd post Alliensem cladem Gallis Vrbem inuadentibus, doliola in quibus sacra Romanorum Pontifices condiderant, eo in loco fuerint defossa à flamine Quirinali, sicut T. Liuius lib. 5. scribit. Qua de causa in eodẽ loco ne despuere quidem alicui licebat. Festus.

Doliaris, & hoc doliare, o. t. Quod ad dolii magnitudinem, siue capacitatem accedit. unde Plaut. in Pseudulo, festiuiter appellat anum uentricosam, doliarem, Ego diuortor extra portam huc in tabernam tertiam, Apud anum illam doliarem, claudam, crassam.

Doliarius, Significat eum qui dolia facit, & componit. Plin. li. 3. cap. 6. Aenaria insula à statione nauiũ Aeneæ, Homero Inarime dicta. Græcis Pithecusa, non à Simiarum multitudine, ut aliqui existimant, sed à figulis doliariorum.

Doliarium, rii, n. s. substantiuum, quod apud Iureconsultos poni uidetur pro ipsis doliis, uel cella in qua dolia uinaria sunt πιθὸς Si (inquit) ex doliario pars uini uænierit.

Dolichus, m. s. δόλιχος. Spatium est duodecim stadiorum, uel (ut Suidas tradit) uiginti quatuor. Iulius Pollux Dolichion in gymnicis certaminibus docet fuisse curriculum omnium maximum: in quo qui decertabant, dolichodromi dicebantur. Est præterea dolichus, leguminis genus, caule tenerrimo: sed si perticam adiunctam habeat, in miram altitudinem ascendente, alioqui uiriosum & infrugiferum. Alii cicerculam interpretantur, alii phaseolum. Vide Galenum libro primo de Aliment. faculr. Dioscorid. libro 2. Theophr. lib. 8.

Dolo, as, a p Dolabra siue ascia læuigo, uel cæld, sculpo, πελεκίζω, ἀποξέω. Propert. Stipes aceruus eram properanti falce Dolatus. Cic. 4. Acad. Non enim est exsaxo scalptus, aut è robore dolatus. Colum. libro 1. capite 2. Materies si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguem per quadrata debet pẽdum XX. Idem libro 8. capite 3. Dolare perticam in quadrum. Apud antiquos etiam in usu fuit Dolio, dolis, dolui, dolitũ. Varro in Agatone, ut citat Nonius, Numnam cælatus in manu dextera scyphus, cælo dolitus, aitem ostentat Mentoris? Huius uerbi composita sunt, Dedolo, & Edolo, de quibus locis suis.

Dolabra, brę, f. p. pen. cor. Instrumentum fabrorum quo ligna dolant, ἀξίνη. Colum. lib. 3. Quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. Paulus in l Quum de lanionis de Fund.

de Fund. ineſt. leg. uocat etiam hoc nomine inſtrumentum quo carnes diſſecant.

Dolabella, f. p. diminutiuum à dolabra, ἀξινάριον. Col. lib. 5. Semper circa crus dolabella dimouēda eſt terra. Hoc etiam cognomine uſa eſt familia quædam Romanorū, ex qua fuit Cornelius Dolabella Ciceronis gener.

Dolabelliana pyra, longiſſimi pediculi, ab inſitore Dolabella ſic dicta. Plin. lib. 15. cap. 15.

Dōlōnēs, m, t. δόλωνες, ita dicti à fallendo, quòd ingentes cō ti, ferro breuiſſimo, quàm ſpeciem præferāt ligni, intus ferrum acutum habeant. Verg. lib. 7. Pila manu, fœuoſq; gerunt in bella dolones. Vbi Seruius ait dolonem flagellū eſſe, intra cuius uirgam lateat pugio. Plutarchus in Tyberio, δόλωνα interpretatur ſicam latronum: Verba eius ſunt hæc, ὡς τι κακούργον ὀφείλοις ἀγνοοῦντ' ὑποζώννυσθαι ξιφίδιον κεκευθὸς, ὃ δόλωνα καλοῦσι. In inſtrumento autem nauali Dolones dicuntur uela minora quæ ſupra acatia (eo enim nomine uela maiora dicuntur) celeritatis cauſa ſolet erigi. Liu. libro 40. Dolonibus erectis altum petere contēdit. Ibidem, Sublatis dolonibus effusè effugere contendit.

Dolor, m. t, eſt animi uel corporis cruciatus, ἄλγος, ε. Cicero ſecundo Tuſcul. Dolor eſt motus aſper in corpore, à ſenſibus alienus. Terent. in And. Eius labore, atque eius dolore gnato ut medicarer tuo. Cicero Sulpit. libro 4. Eſt omnino uix conſolabilis dolor: tanta eſt omnino rerum amiſſio, & deſperatio recuperandi.

Dolor naturæ eſt alteratio: ut inquit Hippocrates, Dolor per conſenſum uel aſſenſum ſiue communitatem uocatur, qui eſt membro alteri membro compatiente. Gal. lib. 3. de locis affectis cap. 1. Dolores extenſiui dicti ſunt quòd extenſionis ſenſum inducunt. Dolorum multas & innumeras origines, tum eorum quoque cauſſationem & ſpecies eorundem, ui de copioſiſſimè apud Galenum lib. 2. de locis affectis. Dolor pulſatorius, ſiue turgidus, eſt qui à parte primario affectu, uelut in radice incipiens, celeriter in partes adiacentes tráſfertur. Gal. lib. 2. de locis affectis cap. 2.

Dolentia, f. p. antiquis fuit in uſu pro dolore, ἀλγηδών. Cuius oppoſitum eſt indolentia, hoc eſt, abſentia doloris: in qua Philoſophorum nonnulli ſummam felicitatem poſuerunt. Cicero. Vt qui rem expetendam uel uoluptate, uel indolentia metiuntur.

Doleo, es, dolui, dolitum, n. f. Dolore afficior, corpore uel animo crucior ἀλγέω Terent. in Eunu. Dolet dictū imprudenti adoleſcenti, & libero. Cic. in Vatin. Quis tum non ingemuit, quis non doluit Reip. caſum? Hoc uerbum, ſi ad corpus referatur, neutrum acquiſitiuum eſt: ut, Oculi dolent uiro tuo. Plautus in Amph. Mihi etiā miſero nunc malæ dolent. Sin de rebus alienis, effectiuum eſt: ut, Doleo tuis rebus aduerſis, id eſt, propter res tuas aduerſas, ἄχθομαι. Aliquando etiam cum accuſatiuo: ut doleo tuam miſeriam. Doleo tuam uicem, σὴν χάριν, ἄχθομαι. Dolco uicem Reipub. ὑπὲρ ἀλγῶ τῶν κοινῶν. Salluſtius, Quaſi dolens eius caſum. Huius compoſita ſunt Cōdoleo, quod eſt ſimul, uel in totum doleo, σύναλγέω, συμπάθω, συμπάσχω. Plaut. in Truc. Date iā ſoleas, atq; intrò me ducite actutum. Nam mihi de uētro miſerè conſoluit caput. Dedoleo, de quo alibi.

Dolenter aduerbium. Plancus Ciceroni, lib. 10. Sed quicquid tibi ſcribo, dolenter me hercule magis, quàm inimicè facio. Plin. Epiſt. 18. Vnicè probo quòd Pompeij Quintiani morte tam dolenter afficeris, ut amici charitatē deſiderio extendas. Ouid. 4. Metam. Nihil illo fertur uolucrum moderator equorum Poſt Phaëthontæos uidiſſe dolentius ignes.

Dolorificus, ca, cum. Quod dolorem facit, ἀλγεινός.

Doloro, as, a. p. dolore afficio.

Dolus, doli, m. f. δόλος, Græca dictio eſt, quæ apud Latinos accipitur pro fraude & machinatione, quæ fit ad fallēdum aliquem. Plaut. in Capt. Nam doli non doli ſunt, ni aſtu colas. Terent. Andr. Simul ſceleratus Dauus, ſi quid conſilij habet, ut conſumat nunc, quum nihil obſint doli Cic. pro domo ſua, Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Veteres tamen etiam in bonam partem accipiebant, pro ſolertia & calliditate quę aduerſus hoſtes adhibebatur. Vnde dolum malum, ueteres dixerunt diſcriminis cauſa, quòd & bonus quidam dolus diceretur, κακούργημα. Terent. in Eunuch. Iam tum erat ſuſpicio dolo malo hæc fieri omnia. Vlp. de Dolo malo. l. 1. Dolum malum Seruius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiēdi cauſa, quum aliud ſimulatur, & aliud agitur. Cic. 3. Offic. Nondū enim Aquilius collega, & familiaris meus pertulerat formulas, in quibus ipſius quum ex eo quæreretur quid eſſet dolus malus, reſpondebat, quū aliud ſimulatum eſt, aliud actum.

Doloſus pro fraudulento, δολερός. Plaut. in Epid. Ego aliquā parabo doloſam fidicinam, nummo conducta quæ ſit. Cic. pro Rab. Poſth. Pulſus interea regno Ptolemæus doloſis conſilijs, Romam uenit. Ouid. 13. Metamor. Artes doloſæ.

Doloſè, aduerbiū. Cic. 3. Offic. Quum dicitur inter bonos bene agier, quicquam agi doloſè an malitioſè poteſt?

Domā, tis, n. t. δόμα, δόμος. Vectū (ut inquit Hieronymus) in Aegypto & Palæſtina, ubi uel ſcripti diuini libri, uel interpretati ſunt, non habent in tectis culmina, ſed domata, quę Romæ uel ſolaria, uel Meniana uocantur, id eſt, plana tecta, quæ tranſuerſis trabibus ſuſtentātur. Denique & Petrus in Actis Apoſtolorum quando aſcendit in doma, in tectum ædificij aſcendiſſe credendus eſt. Et quando præcipiebatur Iudæis ut facerēt domati ſuo coronam, hoc præcipiebatur, ut in tecto facerent per circuitum quaſdam eminentias ne facilis in præceps eſſet lapſus. Et in Euangelio, Quę audiſtis in aure, dicite ſuper domata.

Domabilis, uide Domo, domas, in Domus.

Domeſticatim, Domeſticus, uide Domus.

Domicilium, Domicœnium, Dominium, Dominor, Dominus, uide Domus.

Domiporta, f. p. Cochlea dicitur, quòd domum ſuam perpetuò circunferat: Vnde etiam Græci φορίσκον uocant. Cicero 2. diuin. Vt ſi quis medicus ægroto imperet ut ſumat terrigenam, tardigradam, domiportā, ſanguine caſſam, potius quàm hominum more cochleam.

Domitor, Domitura, uide Domo, domas, in Domus.

Domo, domas, uide Domus.

Domus, f. q, & ſ. propriè ædificium ad habitandum factū, quod ex tecto & parietibus conſtat: Impropriè pro quocunque habitaculo, οἶκος, δόμος. Vnde & templa, & auium nidi, domus dicuntur, οἰκήματα. Vergil. lib. 6. Oſtia iamq; domus patuere ingentia centum Sponte ſua. Idem 8. Aeneid. Antiquasq; domus auium cum ſtirpibus imis Eruit. Aliquando domus dicitur familia, οἰκία, Idem lib. 5. Sergeſtusq; domus tenet à quo Sergia nomen. Aliquando ſumitur pro tota aliqua gente. Idem 1. Aeneid. Quum domus Aſſaraci, uolens intelligi Romanos, qui ab Aſſaraco per Troianos originem ducunt. Aliquando pro patria. Idem 3. Aeneid. Da propriam Tymbręe domum, da mœnia feſſis. Facit autem genitiuum, domus & domi, datiuum domui, accuſatiuum domum, uocatiuum domus, ablatiuum domo. Differunt tamē duo hi genitiui, domi & domus, ut Domus ædificium ipſum ſignificet quod ex tecto & parietibus conſtat. Aptè italq; dicemus, partem domus ſum demolitus: nō partem domi. Pro eodem etiā apud ueteres legitur Domuis Varro. Perrexit in interiorem partem domuis. Sed quum dicimus domi, οἴκοι, locum ſignificamus in quo quis habitat: ut Domi maneo, οἰκοῦρῶ. Terent. in Adelph Quid ais bone uir, eſt frater domi? Inuenitur tamen nonnunquam apud antiquos genitiuus domi pro domus. Plaut. in Trinummo. Non fugitiuus eſt homo: commeminit domi. In numero plurali facit nominatiuum domus, datiuum & ablatiuum domibus, accuſatiuum domos, uel domus, genitiuum domorum, & nonnunquam domuū. Plin. lib. 8. cap. 57. Quo in genere multi & hos incolas domuū poſuere mures. Legitur etiam nonnunquam in ablatiuo ſingulari domu. Domi, & in domo, idem ſignificant, ἐν τῷ οἴκῳ, Quint. in domo furtum factū, ab eo qui domi nō fuit. Dicimus etiam reuertor domum, & ad domum, οἴκαδε. Exeo domo, uel è domo. οἰκοθέν. Admittunt autem obliqui huius nominis aduerbialiter poſiti, ſex tātùm adiectiua, Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra, & Aliena: ut, Erā domi meæ, Tu eras domi tuæ, & ſic de cæteris, Cic. pro domo ſua, Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo phanatice, ſacrificium, quod alienæ domi fieret, inuiſere? Aliquando non ſolent apponi, ſed ſubintelligi: ut, Domi ero, ſcilicet meæ. Huius nomi nis diminutiua ſunt, Domuſcula, Domuncula, οἰκίσκος, οἰκημάτιον.

Domeſticus, ca, cum, Quod ad domum pertinet, οἰκιακός: ut Domeſtica negocia, domeſtica exempla, domeſticum lenocinium. Domeſticus uſus, & conſuetudo, apud Ciceronem. Aliquando domeſticus dicitur manſuetus ac mi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tis ἥμερος. Plinius, Mite animal, atque domesticum.

Domesticus, ci, Qui in eadem domo nobiscum habitat, οἰκεῖος, ἐφέστιος.

Domestic atim, aduerbium, Significat per uarias domos, siue per domesticos, κατ' οἰκήματα, Suet. in Cæs. Quorũ ut quam maxima expectatio esset, ea quæ ad epulũ pertinerent, quãuis macellaris oblocata, etiam domesticam apparabat.

Domicœniũ, n. s. Cœna quæ fit domi, οἰκοστίον. Apud Mart. li. 5. Si tristi domicœnio labores Torani, potes esurire mecum.

Domuitio, s. t. Dictio composita ex domo, & itio, quasi reuersio ad domũ. Cic. lib. 1. de diuinat. Sed Rhodiorũ classi propinquũ reditũ, ac domuitionẽ dari. Apul. lib. 3. Deniq; nec larem requiro, nec domuitionẽ paro. Itiones aũt dici, sicut reditiones; & abitiones, testis est Terẽt. qui in Phormione ait, Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ?

Domicilium, n. s. Habitatio longi temporis, οἰκητήριον, unde mutare domicilium dicuntur qui migrant ut aliã urbẽ habitent, tanquã illius ciues futuri, nam qui ad tempus habitat, mox inde discessurus, domũ quidẽ potest habere quam conduxit, domiciliũ autem non habet. Cic. 7. Verr. Sedẽ an æquam, diuinumq; domiciliũ nocturno latrocinio atq; impetu cõpilauit. Gellius, Qui domiciliũ in Italia nõ haberet. Cic. de Senect. Animus cælestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram.

Domo, domas, domui, domitũ, & interdum domaui, domatum, olim tertiæ coniugationis fuit, si Prisciano credimus, quemadmodũ & cætera omnia primæ coniugationis uerba quæ præteritũ faciunt per ui, diuisas syllabas. Inde manserunt domui, domitũ, & domitor. Est autem Domare, manuefacere, & domesticum reddere, καταπονῶ, δαμάζω. Vergil. 3. Georgic. Talis Amiclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorũ Graij meminere poëtæ, Martis equi biiuges. Plaut. in Cas. Sed quid ais? iam domuisti animũ? Plin. de uiris Illust. Prætor Galliam domuit, Consul Hispaniam, altero Consulatu Sardiniam. Hinc Domitos hostes dicimus, id est, uictos: & domitos populos, in potestatem redactos. Cicero de Prouin. Consul. Atq; hanc Macedoniam domitis iã gentibus finitimis, barbariaq; compressa, pacatam ipsam per se, & quietam. Equorum domitores, πωλοδάμναι. Vergilius 7. Aeneidos, Lausus equũm domitor, debellatorq; ferarũ. Domiti equi, ἐνάγωγοι: atq; Indomiti, ἀνάγωγοι. Indomitæ gentes feroces. Idem 7. Aeneid. raptis concurrunt undiq; telis Indomiti agricolæ. Et 8. Aeneid. Indomitiq; Daæ. Hinc cõponitur Perdomo. penult. correp. quod est ualdè domo, uel ad finem domo. Martial. lib. 1. Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est,

Bis denas pariter perdomuisse feras.

Domitus, tus, tui, Eiusdem significationis cum superiori. Cic. lib. 2. de Natura deorũ, Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum uectiones.

Domitor, oris, Qui rem aliquã domat, hoc est, cicurẽ, & mansuetam reddit, δαμαστής, δαμάσωρ Ouid. 2. Trist. Quid tibi de tetrico referam domitore Chimæræ? Pro eodem etiam legitur Domator. Tibullus, Conuersus terga domator.

Domitrix, cis. Verg. 3. Georg. domitrixq; Epidaurus equorum.

Domabilis, le, o m, t. Qui est aptus ad domandum, τιθασευτός. Horat. lib. 4. Carm. Ode. 14. Te Cantaber nõ ante domabilis, Miratur. Ouid. 9. Metam. Atq; immune necis, nullaq; domabile flamma.

Domito, as, tare, frequentatiuum. Verg. 1. Georg. Et prensos domitare boues. Idem 7. Aeneid. domitãt in puuluere currus.

Domitura, ræ, f p Domandi actus, δάμωσις, Plin. lib. 8. cap. 45. Domitura boũ in trimatu, postea sera, antè præmatura. Colum. lib. 6. Curandum ne in domitura bos calce, aut cornu quenquam contingat.

Dominus, m. s. à domo fit: & is propriè dicitur qui domui præest, & qui in familiam imperium habet, κύριος, δεσπότης. Sunt enim dominus & seruus ἐκτῶν πρός τι, hoc est, ex iis quæ ad aliquid referuntur. Terent. in Eunu. Apparet seruum hunc esse domini pauperis. Plaut. in Cistel. Quis istic habitat? L. Demipho dominus meus. Item Domini appellatio ad eos extenditur qui rei alicuius proprietatẽ habent, etiãsi ususfructus alienus sit. Abusiuè tamen & filij familiàs, & cæteri liberi, qui in potestate sunt, & usufructuarij, domini dicuntur. Hæc ex Vlpiano. Item Dominus uocatur, qui in regnum uel ciuitatem imperium habet, & cui populi subsunt. Vergil. 1. Aeneidos. Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. Rursus Dominus dicitur maritus. Idem libro 4. connubia nostra Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit. Sunt etiam amantium uerba dominus & domina, blanditijs apta. Ouid. Hæc tibi sub domino est Pyrrhe puella suo. Et iterum, Nam furor in dominam temeraria brachia mouit. Item ponitur pro conuiuij exhibitore. Varrõ, Aut dominum, aut uinum, aut aliud quid laudato. Cic. in Vatin. Quum ipse epuli dominus Q. Appius albatus esset. Dominus quoque & domina sumi solent pro deo ac dea. Ouid. Et dontino soluere uota Ioui. Dominus simpliciter appellatur in Iure Ciuili is, qui quoquo tempore usu cœpit. l. si finita parag. Iulianus de damno infecto. Quamuis & ueteres honoris causa dominum aliquem dicere solebant, ut cum Nesennius ad Paulum scribens. l. Nesennius ad L. Falc. Ex facto, inquit, Domine, talis species incidit. Sic & mariti uxores suas, & maritos illę quãdoq; appellant. Sic & Plin. Traianum dominum, eadem scilicet consuetudine, cuius & Martialis quoq; & Seneca meminerunt. Dominus fit is, cui traditur ex causa emptionis, donationis, dotis mutui, legati, hæreditatis, solutionis, transactionis, sententiæ, uel similibus. l. traditionibus. C. De Pactis. l. nunquam nuda. De acquirendo rerum dom. Domini appellatio, à domo deducitur, οἰκεῖον. proprium Græci uocant: & à domo deriuant. Vergil. in titul. Institut. de hæred. qual. & differ. Domini appellatio ad eos extenditur qui rei alicuius proprietatem habent, etiam si usus fructus alienus sit. Vlpian. Domini abusiuè dicuntur filii familias, & cæteri liberi qui in potestate sunt, & usufructuarij. Ex Vlpian.

Domina, næ, Hera, domini uxor, quæ in familiã, aliamue rem imperium habet, δέσποινα. Cic. in Parad. Cupiditas honoris, dura domina. Idem lib. 2. de Finib. Dominæ rerũ omniũ uirtutes. Verg. lib. 3. Aeneid. Et uincti currũ dominę subire leones. Cic. lib. 3. Offic. Hæc enim una uirtus omniũ est domina & regina uirtutum. De Iustitia loquitur. Domina κατ' ἐξοχὴν quãdoq; Proserpina legitur Verg. lib. 6. Aeneid. Hi dominam Ditis thalamo, deducere adorti.

Dominicus, deriuatiuum, κυριανός: ut, Dominicus dies, qui antea dies Solis dicebatur, quòd Christi [domini resurrectione fit insignis. Dominicæ habitationes, apud Col. lib. 9. ca. 1. Et, Rationes dominicas pecuarias cõficere, apud Varronem, lib. 2. de Re rust. cap. 10.

Dominor, aris, d. p. Ius & imperium in rem aliquam habeo. δεσπόζω, κρατέω, & frequentissimè habet datiuum. Vergil. 1. Aeneid. Victis dominabitur Argis. Modò accusatiuũ cum IN præpositione. Ouid. lib. 1. Metamorph. & quod dominari in cætera posset. Cicero in Catone, Felix senectus, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Modò ablatiuum cum præpositione IN. Sulpit. Cic. Quum casus & natura in bonis dominatur. Vergilius libro 2. Aeneid. Incensa Danai dominantur in urbe. Interdum etiam cum geniti uo inuenitur, sed non nisi in sacris literis. Dominator aliquando passiuè accipitur. Cic. 1. Offic. O domus antiqua, quàm dispari domino dominaris.

Dominatus, m. q. Principatus, τυραννὶς. Cic. 4. de Finib. Quũ autem assumpta ratio est, tãto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ huius tutelæ subijciantur. Idem 1. de Diuinat. Quæ erat urbs in Thessalia, tum admodum nobilis, ab Alexandro aũt tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dominator, oris, Cic. 2. de Nat. deor. Dominator rerum Deus.

Dominatrix. Cic. 1. de Inuent. Cæca aut temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dominatio, f. t. Imperium, δεσπότεια. Cic. lib. 5. Verr. Qua impudentia putatis eum indominatione fuisse, qui in fugatam improbus sit? Tacit. lib. 13. Quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, &c. Cic. 2. de Inuent. Dominatio rationis in libidinem.

Dŏmĭnĭum, nii. neut. s. est Ius de re corporali perfectè (quod salua Legum prohibitione fiat) disponẽdi. Alciat. in l. traditionibus. Cic. de Pact. Dominum, inquit Bart. est ius de re corporali perfectè disponendi, nisi lege prohibeatur. Apel. l. noster plenius definit, hoc modò: Est ius de re corporali perfectè disponendi, si rei copiam habeas. sin minus uindicandi: nisi uel Lege, uel conuentione prohibearis. Est etenim Dominium ipsissima causa rei uendicationis, cũ uidelicet alius quispiam nobis inuitis, uel possidet, uel detinet. Dominium diuiditur in directũ, & utile Lt. parag. fi. Si ager uectig. uel emphyt. pet. Partitur in proprietatẽ, & usum fructum l. iiij. de Vsufruct. l. qui usumfructũ. de Verb. obli. Sed & alias in Iure inueniri Dominij species, indicat Alciatus in Parergis, Quoddam enim Dominiũ est κατὰ ἰκμάδα, id est, in

eſt, in ſpe, ut cum in l. in ſuis. de Lib. & ſtophu. filius familiàs rerum paternarum dominus uocatur, unde & ſui hæredes dicuntur tanquàm ſibi ipſis ſuccedant, erant enim uiuente quoque patre domini. Aliud eſt dominium κατὰ πρόληψιν, id eſt, per anticipationem dicere poſſumus, ut cum mulier rei ſuæ in dotem traditæ domina dicitur. Lin rebus. C. de Iur. dotium. Aliud eſt Dominium, quod uidua habet, quã maritus relictis liberis decedens, in teſtamẽto iuſſit eſſe dominam uſufructuariam, adminiſtratricem (dominium enim illud ἐικονικὸν, & imaginarium eſt) eam ſolũ in domo præeminentiã conſecuta, quam uiuente marito habebat: ideoq; ad alimenta tantùm contrahitur, eſt igitur & hoc dominium ἰσχηματισμένον. Aliud eſt quod ſummũ ſeu maius dominium uocant: quædam ſcilicet maieſtas, cuius obſeruationem fœderati ſupremo Principi, uel Reipub. debent l. non dubito. de Capt. & poſtlim. reu. Effectus autem maioris dominij, quos non paucos referũt, ab interpretibus petendi ſunt. Dominium item diuiditur in id quod Iure Gentium acquiritur, & in id quod Iure Ciuili. Prius autem ſine poſſeſſione acquiri non poteſt, poſterius poteſt maximè l. à. Titio. in fin. de Furt. l. cum hæredes. in princi. de Acquiren. poſſeſſio. l. facta ad S. C. Trebellia. l. i. de B. poſſeſſio. parag. i. Inſtitut. de Aquiſ. per adrog. & in tit. proximè ſequenti cum ſimilibus. Dominium, proprietas & uſus fructus, quæ duo ſunt partes dominij, & non minus perfectiones, quam Dominium ipſum ſunt ex pluribus cauſis. l. iij. parag. ex pluribus de Acquir. poſſes. l. non ut ex pluribus ut de Reg. Iur. parag. ſic itaq; diſcretis. Inſtit. de actionib. Quaſi Dominium. Ius in re, & obligatio, fœpenumero ſunt ex pluribus cauſis. l. & an eadem l. penult.. de Except. rei iudic. dicta. l. non ut ex pluribus cum ſint quædam imperfectiones. Dominium acquiritur tum Iure Gentium, tum Iure Ciuili. Iure gẽtiũ, occupatione, inuẽtione, alluuione, traditione, &c. Iure ciuili aũt, uſucapione, præſcriptione, legato, aditione hereditatis, arrogatione, & nõnullis alijs modis. Quod ramẽ, ad traditionẽ attinet, requiritur ipſius traditionis iuſta cauſa. Dominiũ quaſi dominiũ, & Ius in re ſpecificum, ad finia ſunt inter ſe, & ſpecies diſtinctæ ipſius Iuris in re generici. Directum uerò & utile, ſpecies ipſius Dominij. Dominij duo eſſe officia, Bart. in. l. Acquir. poſſeſſio. explicanda, Poſſeſſionis definitionem tradit. Vnum diſponendi: Alterum uendicandi, per. l. in rem actio, de rei uendi. l. Si quis uide parag. differentia. iam dicto titulo de Acquir. poſſeſſione.

Dominium, nii, imperium & principatus, δεσπότια. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 6. In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus dominium mutant.

Donaria, Donatiuum, uide Donum.

Donatus, participium à Donor, Vide Dono in Donum.

Donax, m. t. δόναξ, Eſt calamus craſſiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungoſa replet medulla, fruticoſiſſimus, & non niſi in aquaticis noſcẽs, ſagittis aptiſſimus. Longiſſima internodia habet, & dum calefactus eſt facilè flecti tur. Hinc apud Plinium lib. 16. cap. 36. Calamus fruticoſi. ſimus, donax dictus.

Donec, aduerbiũ, Significans quoad, uel quouſq; ἕως ἐς' ἄν. Terent. in Andr. Nunquam deſtitit orare uſqueadeo donec perpulit. Iungitur autẽ tam indicatiuo modo, quàm ſubiunctiuo, & cuiuis etiam tempori. De præſenti exemplũ eſt apud Plautum in Ciſtel. non deſtiti Inſtare uſqueadeò, donec adiurat ſe anus, &c. De præterito ſuprà poſitũ eſt exemplum ex Terentio. Exempla futuri uſquam non occurrunt. Verg. 1. Aen. Donec regina ſacerdos Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem. Ad eundem etiam modum cum omnibus ſubiunctiui temporibus iungitur. Columella, Donec ea aqua, quam adieceris, decoquatur. Cato de Re ruſt. Donec pecuniam ſatisfecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit, pignori ſunto. Terẽtius in Phorm. Donec tibi quod pollicitus ſum effecero. Accipitur etiã donec pro quandiu. Ouid. de Ponto lib. 3. Donec eris felix, multos numerabis amicos. Veteres pro Donec dixerunt Donicum. Cato de Re ruſt. Sed uſque licebit uellas, doni cum ſemen uideris ire.

Dõnum, huius doni, n. ſ. Ex Græco eſt (inquit Feſtus) quo illi uocant δῶρον. Plin. lib. 33. cap. 14. Græci enim (ait) antiqui doron palmum uocabant, & ideò dona munera, quia manu darentur. Terentius in Eunuch. Quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Differt itaq; donum à præmio, ut præmium ſit quod datur ex præcedenti merito: donum, quoduis, munus quocunq; modo datum. Donatus in illud Terentij in Eunuch. Quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres: diſtinguit donum à munere: ut donum deorum ſit: munus, hominum: quę tamen differentia nullo modò obſeruatur. Nam & dona dicuntur, quę dantur hominibus, & munera quę dijs offerun tur. Aliquando [illegible]um dicitur de reb. pernitioſis. Verg. Eclog. 6. Quas ille Philomela dapes, quę dona pararit. Donum honorarium, id eſt, quod datur patrono: ab honore dictum, quod huiuſmodi muneribus clientes patronos ſuos ſoleant honorare. Neq; enim, ut hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia ſuſcipiebãt, quod illo tempore ignominioſiſſimũ putabatur: grati tamẽ clientis erat acceptum à patrono beneficium munuſculo aliquo remetiri: quod illi donum honorarium uocabant. Noſtri autem ſeculi aduocati (ut non infacetè ait Budęus) arbitraria, nõ honoraria dona accipiunt: quippe qui pro ſuo arbitrio litigatoribus mercedem præſcribunt, nullumq; ſuę rapacitati faciunt modum.

Dono, as, p. Donum in aliquẽ confero, δωρέομαι. Plaut. in Aulul. Ab eo donatur auro, uxore & filio. Idẽ in Amphit. Quo pacto ſit donis donatus plurimis. Cic. 1. de Orat. Inſeri quidem & [illegible]ari ab arte nõ poſſunt omnia ſunt enim illa dona naturæ. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 14. Vt circunſpectius donaremus, circunſpectius eligeremus eos in quos merita conferuntur. Cic. in Piſo. Mihi populus Rom. uniuerſus illa in concione non unius diei gratulationem, ſed æternitatẽ, immortalitatemq; donauit. Donare ciuitate, eſt efficere ciues, & iura ciuium dare, πολιτείαν διδόναι, πολιτογραφεῖν, μεταδιδόναι τῆς ἰσοπολιτείας. Cic. pro Archia Poẽta, Quid? à Q. Metello Pio familiariſſimo ſuo, qui ciuitate multos donauit, neq; per ſe, neq; per Lucullos impetrauiſſet? Huius uerbi compoſitum eſt, Condono, quod quandoq; pro ſimplici ponitur: quandoq; ſignificat quicquam ad aliorũ petitionem do: quandoq; ignoſco, συγχωρέω. Terent. in Phorm. Argentum quod habes, condonamus tibi. Salluſtius haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.

Donatus, participium, Munere affectus, cui aliquid donatum eſt, δωρητός. Verg. 5. Aeneid. Nemo ex hoc numero mihi nõ donatus abibit. Huius contrarium indonatus, ἀδώρητος.

Donatio, ſ. t. uerbale, Hoc eſt, doni alicuius in alterũ collatio, & propriè ea quæ nullo urgente iure, ſed ex mera liberalitate fit, idq; ea quidem mente, ut ſtatim uelut accipientis fieri, nec, ullo caſu ad ſe reuerti, δόσις, δωρεά. Quòd ſi ſub conditione fiat, non eſt uera donatio. Cic. in Orat. Vt corona aurea donaretur, eaq; donatio fieret in theatro, populo conuocato. Dicimus autẽ dono tibi munus, & dono te munere.

Donatio oneroſa dicitur cum donatus reuocat donationem propter ingratitudinem. Zaſius parag. Item ſi quis. Iuſti. de Act. Donatio diuiditur in eam, quæ fit mortis cauſa, & in eã quæ fit ſimpliciter. l. Senatus parag. 1. de mort. cauſa don. l. alienatum. parag. fin. de uerb. ſignific.

Donaria, n. ſ. Sunt ipſa (ut Valla docet) dona quę deo offeruntur, ἀναθήματα, ἀφιερώματα. quæ ſcilicet dicata diis ex tholis, aut parietibus, aut etiam columnis ſuſpenduntur. Macrob. Ornamẽta uerò ſunt clypei, coronæ, & huiuſmodi donaria, Nonnunquam etiam pro loco ponitur in quo dona reponuntur, & pro ipſo etiam templo. Verg. lib. 3. Georgic. Tempore nõ alio dicunt regionibus illis. Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria curus. Gell. lib. 2. cap. 10. Vbi reponi ſolerẽt ſigna ueterata, quæ ex eo tempore collapſa eſſent, & alia quædam religiosè donarijs conſecrata. Apul. Ibi donariũ deæ perquàm opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, ſpeculis, poculis, & huiuſmodi utenſilibus. Quod eſt contra Laurent. Vallam, qui Seruium reprehendit, quòd donaria interpretetur loca in quibus dona ſuſpenduntur.

Donatiuum, m. ſ. Munus quod à principe uel imperatore militibus donatur, ἀνάδοσις. Suetonius in Domitiano, An datum donatiuum militi donaret. Plinius in Paneg. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remiſiſſe, donatiuum reddidiſſe, congiarium obtuliſſe, &c. Tacit. lib. 20. Et aduentu quintanorum, quintadecimanorũq; auctæ legiones, donatiuum poſcunt.

Donatiuus, Creditor qui donationem facit. Paulus Iureconſ. Si de duobus debitorib. mortis cauſa donatiuus creditor uni acceptũ tulit, & cõualuerit, eligere poteſt utri condicat.

Donaticæ coronę, Dicebãtur quib. uictores in ludis donabantur: quę poſtea magnificẽtiæ cauſa inſtitutę ſunt, ſuper mo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dum aptatæ capitibus, quali amplitudine fiunt, quum lares ornantur. Festus.

Dorcadias herba, quæ alio nomine mustium uocatur, & passioni hepatis confert.

Dorcas, dorcadis, f. t. δορκάς, Dama, seu caprea, ἀπὸ τῆς ὀξύτητος δέρκεσθαι, hoc est, ab eo quod acutè uideat. Plin. lib. 28. cap 8.

* Dorcadis pelle collo suspensa. Martial. lib. 13. Delicium paruo donabis dorcada nato.

Dorcidion, dictamnum. Dioscor. lib. 3. cap. 35.

Doriphagi, orum, m. s. appellantur quasi doniuori, & dona esitantes, nostro tempore nonnulli uiscripetæ, & cupedipotæ, uel etiam cupediuori appellari possunt.

Doris, idis, δωρίς, Herba est Anchusæ similis, lanuginosior tamen, & minus pinguis tenuoribus foliis & liguidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succū, & in hoc ab anchusa distinguitur. Hæc Plin. lib. 22. cap. 20.

Dormio, is, n. q. uerbum absolutum nothæ significationis, κοιμάομαι, καθεύδω. Plaut. in Trin. Egomet autē quum extemplò arcum Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput, dormibo Placidè in taberuaculo. Aliquādo cum accusatiuo, & præpositione in: Plin. in Epist. Nil est qđ in dextram autem fiducia mei dormias: non impunè cessatur. Dormire in utrāuis aurem, est animo otioso, securo, uacuoq; esse. Terent. in Heaut. Ademptum tibi iam faxo omnem metum, In aurem utramuis otiosè ut dormias. Dormire in utrumuis oculū idem significat. Plaut. in Pseud. De ista re in oculum utrumuis conquiesco. Huius cōposita sunt. Addormio, à quo addormisco. Edormio, Obdormio, Prædormio, & redormio, de quibus uide suis locis.

Dormito, as. n. p. pen. prod. frequentatiuum est: quamuis diminutionem significati quandoq; habeat, νυστάζω. Horat. Quandoq; bonus dormitat Homerus. Est autē propriè Dormitare, somno detineri. Plaut. in Amph. Te dormitare aiebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus.

Dormisco, is, Idem quod Dormio, καθεύδω, κοιμῶμαι. Plaut. Curc. Caput deponit, cuū dormiscit, ei subduco anulum.

Dormitator, uerbale, Qui solet dormire, & omnia negligentius agere. Plau. in Trin. mira sunt, Ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius.

Dormitatorius, a, um, adiectiuum: ut, Cubiculum dormitatorium, ubi dormitur, κοιτὼν. Plin. Iunior in Epist. Est in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorē, somnum excludit.

Dormitorium, m. s. substantiuè, Idem quod dormitorium cubiculum. Plin. lib. 30. cap. 6. Post hæc iubent eum in pariete dormitorij, tectoúe includi.

Dorodocia, æ, f p. corruptio est munueribus facta, quam iurisconsulti sordiū uerbo significare solent, dicitur aūt & de corrupto, unde Dorodocos iudices Demosthenes appellat, quos nummarios nos appellamus, id est, sordidos.

Doron, δῶρον, donum à Græcis dicitur, quòd munera ferè manu dentur. Apud antiquos enim Græcę linguæ scriptores, δῶρον pro palmo, siue manu inuenitur. Plin. lib. 35. cap. 14. Græci (inquit) antiqui doron palmum uocabant. & idcò dora, munera, quia manu darentur. Vnde Antidora, ἀντιδῶρα, remunerationes. Vetus autem illa significatio adhuc remansit in compositis, Didoron, Tettadoron, pen. prod. quibus lateres in structuris ædificiorum significantur, qui duorum, quatuor aut quinque palmorum longitudinem habent. Palmi autem nomine mensuram intelligimus duodecim digitorum, quem palmum maiorem, siue dodrantem uocant.

Dorsum, si, n. s. Tota posterior corporis pars, à collo usq; ad os sacrum. In qua significatione legitur & dorsus mascul. gener. Plaut. Milite, Timeo quid rerum gesserim, ita dorsus totus prurit. Non solùm autem dicitur de hominibus, cæterisq; animalibus, sed etiam de inanimatis: ut de littoribus, aquis, montibus, & huiusmodi. Vergil. 1. Aeneid. Dorsum immane mari in summo. Idē 10. Aen. Namq; inflicta uadis, dorso dum pendet iniquo. Quibus in locis significat durioꝛem arenam (ut inquit Seruius) quæ meantibus ultrò citroq; fluctibus densatur: quod à nautis puluinus uocatur. Antiqui tamen dossum dicebant quod nunc dorsum dicimus. Vnde dossuaria iumenta à Varrone dicta, lib. 20. ca. 10. quæ dosso uehunt. Ad quam rem (inquit) habent iumenta dossuaria domini, alij equas, alij pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit.

Dorsualia, n, t. tegumēta quib, equi & boues tegūtur ἐπινώτια. Iulius Cap. Processerunt centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorsualibus apricis discoloribus præfulgentes.

Dorx. De hac ferè in hæc uerba Barbarus: Non placet, inquit, quorundam distinctio inter Dorcadem, & Dorcem quasi Dorcas ceruinús pullus sit. Dorx animal diuersū: cū Dorcas Aristoteli, non ceruum, sed capream significet. Certè Dioscorides in Coaguli mentione dorcadem à dorce separauit. Hæc Barbarus.

Dorycnium, δορύκνιον, Strychni genus est Theophrasto, radice candida, longa, cubitali, cauaq;, folio erucæ maiusculo, caule quadricubitali, capite gethy maiore, pilosoreiq;, pilulæ platani non absimili. Drachmæ pondere datur, ut sibi quis placeat & pulcherrimum se existimet: duplicatum pōdus maiorem insaniam creat, spectris uanis animo obuersantibus: triplicatum perpetuas gignit furias: cui ponderi si quid adiiciatur, præsentem necem affert. Ab his effectib. à quibusdam manicon est appellatum, Dorycnium autem dictum putatur, qđ lancearum cuspides in prælio eo tingerentur.

Dŏrÿphŏrŭs, m. s. pen. cor. δορυφόρος, Satelles qui lanceam, aut spiculum gestans, tuetur corpus principis, Nā δόρυ lancea est, uel spiculum. Curt. lib. 10. Cognotarum Darii regis turbam quindecim milia hominum fuisse, muliebriter propemodum cultā, luxu magis, quàm decoris armis conspicuā, doryphori uocabantur. Peculiare enim erat illius ag minis insigne. Est etiam uiri propriū apud Quintilianum.

Dos, tis, f. t. Propriè dicitur qđ marito cū uxore datur, προίξ Plaut. in Amph. Non ego illam mihi dotem duco esse quæ dos dicitur: Sed pudicitiam, &c. Tere. in Andr. Dos est Pamphile decem talenta. Idem Adel. Vxor sine dote uenit: intus psaltria est. Duo autem dotium genera enumerantur à Iureconsultis, profecticia scilicet, & aduentitia. Profectitia dos est, quæ à parentibus profecta est de bonis eorum: Aduentitia uerò, quæ aliunde aduenerit: ut si quis patri ceram pecuniam dederit quam filiæ nubenti reddat. Transumitur præterea latius huius nominis significatio pro omni eo quod alicui datum est uel à natura, uel ab hominibus, τἀγαθά. Vnde dotes animi dicuntur, prudentia, iustitia, fortitudo, & huiusmodi: & dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his similia. Martialis lib. 13. Nec poteris simile dotes numerare, nec usus. Cicer. lib. 2. de Orat. Cuius artem quum indotatam esse, atq; incomitatam, & incomptam uideres, uerborum eam dote locupletasti, & ornasti. Ouid. 3. Trist. Nam tibi quum facilis mores natura pudicos, Et raras dotes, ingeniumq; dedit.

Dotalis, le, om. t. Quod ad dotem pertinet, siue illud in quo dos mulieris consistit. Vnde Dotalia bona, Dotales fundi. Plaut. in Asin. Dotalem seruum Sauriam uxor tua Adduxit, cui plus in manu sit quàm tibi. Idem in Mil. Hasce ædes dicas tuas. Liu. lib. 6. belli Punici, Hæc tibi à me dotalia dona accedent.

Doto, tas, a p. Dotē do, δοτόω. Sueto. in Vesp. Vitelli hostis sui filiam splē dissimè maritauit, dotauitq; etiam, & instruxit.

Doratus, a, um, adiectiuum, Vnde Dotatam mulierem dicimus quæ dotem habet: & indotatam, quæ dotis ad maritum nihil attulit, ἄπροικον. Plaut. in Asin. Hæ sunt, atque aliæ multę in magnis dotibus incōmoditates, sumptusq; intolerabiles. Nam quæ indotata est, ea in potestate est uiri: dotatę mulctant & damno & malo uiros. Dotatum etiam latius intelligimus eum qui bonis quibusdā animi, corporis, aut fortunæ præditus est. Manilius lib. últ. Tertia Pleiadas dotabit forma sorores. Ouid. 11. Meta. Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma Mille procis placuit.

Dosis, δόσις, à uerbo Græco, δίδωμι, quod est dare. Hac uoce nostri hodie medici utuntur pro portione simplicium medicamentorum compositionem ingredientium.

Dothien, enis, δοθιήν. Abscessus cum tumore qui ex crassis humoribus in carnosis plerunq; locis fit, mitis, quum in sola cute coiret: maleficus autem, nec facilè curabilis, quū ex alto in summam cutem emergit. Vide Marcellum Vergil. in Dioscorid. lib. 2.

Doxa, æ, f p. δόξα, Latinè opinio dicitur. Vnde & paradoxa παράδοξα quæ admiratione digna sunt, & opinionem hominum superant, uel potius præter opinionem. Interdum maiestas dicitur, item gloria. Vnde Eudoxa, uera gloria.

D R.

DR. In notis antiquorū, Drusus. D R P. dare promittit. D. R S. de regibus. D. R M de Romanis. D. R P. de republica. D. T. S. P. Diem tertium siue perendie, uel siue per eundē, uel siue pe-

ne perendinum. D S. deus. D S. dis. D. S. P. O. de sua pecunia obijt. D. SP. SP. de sapientia sua perfecit. D. SVP. P. de supina pila. D. S. dato solo. D. SP. de sapientibus. D. T. duntaxat. DT. durat. D. TB. de tribubus. D. TRB. NL. S. De tribunali tulit sententiam, D. T. Q. Q. S. De tuo genio quod sentis.

Drabe, δράβη, Herba est cubiti altitudine, gracilibus uirgulis quarum latera utrinq; nascuntur folia, quæ planè lepidij uiderentur, nisi teneriora essent, cãdidioraq;. In cacumine sambuci umbellam gerit in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti Orientale nasturtium, alij Babylonium uocauerunt. Vide Ruellium, lib. 2. cap. 89.

Dracæna, δράκαινα, cum diph. draconis fœmina: sicut leonis fœmina, leæna.

Drachma, f. p. δραχμή. Genus ponderis ex decem & octo filiquis, id est, tribus scrupulis constans. Est & genus numismatis, denarium ualens Romanum, hoc est (ut Budæus docet) solidos Turonenses tres cum semisse. Terent. in Andr. Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem. Cic. 1. de Diuin. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt.

Draco, onis, m. t. δράκων, Propriè dicitur serpens annosus, qui multa ætate in insolitam magnitudinem excreuit: ita dictus ἀπὸ τῆ δέρκεσθαι, quòd hoc animal acutissimi uisus esse creditur: unde etiam à Pœtis thesaurorum custodijs fingitur præesse. Plin. lib. 8. cap. 11. author est, dracones in India in tantam crescere magnitudinem, ut perpetuum cum elephantis bellum gerant. Dracones etiam dicuntur à Plinio lib. 17. cap. 23. à tortuositatis similitudine palmites emeriti pluribusq; annis indurati. Nuper (inquit) repertũ draconem fere re iuxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum, pluribusq; indurarum annis.

Draconigenæ, δρακονπγενεῖς, Ex dracone geniti: quo epitheto à Pœtis notantur Thebani, Bœotiæ populi: propterea quod ij qui Cadmo in ea urbe ædificanda adiutores fuerũt, ex satis draconis dentibus nati ferantur. Vide latius hanc fabulam apud Ouidium 3. Metamorph.

Dracõnites, δρακονίτης, siue Draconitias, gẽma est quæ fit ex cerebro draconum, sed non nisi uiuentibus abscisso gemmescit, inuidia animalis mori se sentientis, quapropter mos est amputare caput dormientibus. Est aũt colore translucido, nec poliri potest, aut artẽ admittere. Plin. lib. 33. cap. 10.

Dracontium, n. s. δρακόντιον, Herba hortensis est, teste Dioscoride, folio hederæ, magno, & candidis notis insigni, caule recto, bicubitali, uersicolore, maculis respersо purpureis, ita ut anguem planè referat. Officinæ Serpentarium, & Colubrinam appellant. Est etiam hoc nomine genus uitis apud Colum. lib. 3. cap. 2. quod uini generositate cum Ammineis cõferri possit. Vnam (inquit) uitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca consuetudine draconition uocari comperimus, quæ fœcunditate iucunditateq;, arcellatæ, basilicæq;, & bituricæ comparari posset, generositati uini, Amminеæ.

Dracontion, siue dracunculus, est ulcus, delationem à membro ipso uicino, ad ipsum habens nocuum. Dicitur autem Dracontion, quod in motu neruus secedit ad ulcus, & occultatur in eo.

Dracunculus, m. s. penultima corrept. δρακόντιον, herbæ genus est quod dracontion Græci, pharmacopolæ Serpentariam appellant, utroq; nomine à caulis figura deducto, qui maculis quibusdam uariegatus, quandam serpentis similitudinem referre uidetur. Vide paulò antè in dictione Dracontion. Est item Dracunculus piscis ex cõcharum genere. Plin. lib. 32. cap. 11.

Dragma, atis, n. t. δράγμα, Apud Græcos dicitur quod nos rapinam, aut manipulũ dicimus, hoc est, quantum una manu comprehendere possumus.

Drama, tis, n. t. δρᾶμα. Est actus uel repræsentatio fabularũ, in quibus Pœtæ persona non admiscetur.

Dramaticus stylus, Dicitur qui mystus non est, ubi Pœta nusquam loquitur: ut sunt comœdiæ & tragœdiæ: Exegematicus, in quo solus Pœta: Mistus, ubi promiscuè & Pœta & persona. Dictus dramaticus, δραματικὸς, quasi actiuus, à δράω facio.

Draucus, καταπύγων, uide in dictione pathicus.

Dromas, madis, δρομὰς, Cameli species est, à uelocitate cursus nomen habens. Liuius lib. 7. bel. Maced. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli quos appellant Dromadas.

Dromõnes, Genus piscium est apud Plinium, lib. 32. cap. ult. à pernicitate ita appellatum, δρομάδες.

Dromos, δρόμος. Latinè cursus: quamuis nonnunquàm etiam accipiatur pro loco ipso in quo curritur. Hinc catadromus, de quo suo loco.

Dropax, acis, m. t. penult genitiui corr, δρόπακος. Vnguenti genus est quod ad euellendos à corpore pilos solet adhiberi. Vnde, δροπακίζειν Græci dicunt pro eo quòd est unguentis adhibitis corpus glabrum reddere. Martial. lib. 3. Psilotro faciem q; lauas, & dropace caluam. Idem libro 10. Læuis dropace tu quatidiano.

Drupæ, f. p. δρυπεπεῖς, Baccæ oleæ iam nigrescentes, & mox ab arbore casuræ: unde & nomen apud Græcos acceperũt, παρὰ τὸ πίπτειν ἐκ τῆς δρυὸς.

Drylon, Vide Drilon.

Dryophyte, es, Ranæ genus est apud Plinium lib. 31. ca. 7. Ranę, inquit, quas dryophytas & calamitas uocant. Item ca. 10. Iecur ranæ dryophytes, aut calamitę in pellicula gruis alligatũ: Quibus tamẽ in locis eruditiores maiunt legere dipeteas & diopetis: ut ranas illas intelligas quæ aut cum pluuia de cælo decidunt, aut certè ex pluuia nascuntur. Græci enim διοπετὲς, uocant quicquid ex aëre est delapsum, quasi Ioue missum.

Dryophonon, penult. corr. δρυόφονον, Herba est dryopteri similis cauliculis tenuibus, cubitalibus, circundatis utrinque foliis oxymyrsinæ similibus, sed cãdidioribus & mollioribus, flore sambuci. Edunt decoctos cauliculos, semine uerò pro pipere utuntur. Officinæ Nemoralem myrtum appellant.

Dryŏshyphēar, δρυὸς ὕφαρ, genus uisci est, copiosissimè in quercu nascens: unde & nomen accepit. Est autem sui generis planta fruticosa, sesquipedalis, lenta, semper uirẽs, grauis odoris, buxi folio, baccis exiguis, sine flore, tactum sequens, nunquam in terra nascens. Vide Plinium libro 16. cap ultimo.

Dryŏptĕris, δρυόπτερις, Herba est filici similis, in arboribus nascens, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Plinius libro 27. capite 9. Vulgus Osmundam arboream appellat.

Drypetæ, δρυπετεῖς, Oliuæ sunt maturæ & adultæ, ita dictæ à πίπτω καὶ δρῦς, quasi iam ex arbore decidentes.

D V.

DV. In notis antiquorũ, Deuotus uir. uel uester, uel Diis uolentibus, uel deuotus Vestæ, uel dies Quintus. DVC. DVC. Ducum Ductore, uel ducum ductio. uel ductorum ductor. DVL. uel DOL. uel DVLCIS. dulcissimus. D. VIIII. Diebus nouem. DVIS. Deuotus, istorum seruatur. DV. uel DVS. Deuotus, DVC. DVC. ducum ductor. DVL. dulcis. DVLMS. dulcissimus. D. V. M. T. dolo uel malo tuo. D. V. S. deę uirgines uel de uirtutibus, uel de uerbis.

Dua, in neutr. gener. ueteres dixerunt pro duo, δύο. Quintilia, lib. 1. cap. 10. Dua pondo & trepondo usq; ad nostram ætatem dictum est, & rectè dici Messala confirmat. Sic etiam apud Ciceronem, in Orat. legitur, Video sepulchra dua duorum corpora.

Dualis, le, δυϊκὸς. Seruius in illud Vergilii 2. Aeneid. Conticuere omnes: Cõticuere, inquit, pro conticuerũt: nec est, ut quidam dicunt, dualis numerus: qui apud Latinos nusquã penitus inuenitur.

Dubenus, teste festo, pro domino ueteres dixerunt. Pacuuius. Tum dubenus seruos ligatos pessimè uerberat.

Dubio, as. Apud antiquos legitur pro dubito, siue in dubio sum, ἀπορῶ. Plautus, Dubiat quid agat.

Dubius, dicitur qui duas uias habet, & utram eligat nescit, sicut ambiguum, quod in ambas agi partes possit, ἀμφίβολος, ἄπορος. Liuius 4. ab Vrbe, Quum equites procul nisi non sine terrore ab dubijs quinam essent, mox cogniti, &c. Verg. 2. Aeneid. Nec dubiis ea signa dedit. Terentius, Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum. Lib. 1. ad Heren. Dubium genus est, quum habet in se causa & honestatis, & turpitudinis partem. Nonnunquam etiam dubiũ accipitur pro ancipiti periculo. Vnde In dubium uenire, idẽ est quod in discrimen adduci. Terent. in Adelphis, Tua fama & gnatæ uita in dubium ueniet. Sic salutem dubiam dicit in Epistol. ad Ligarium, pro ea quæ in periculo uersatur. Cœna autem dubia dicitur, quum tanta apponitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ciborum copia, ut cogaris dubitare quid potiſſimũ debeas ſumere. Terẽt. in Phorm. Ille ringitur, tu rideas: Prior bibas prior decumbas: cœna dubia apponitur. G. Quid iſtuc uerbi eſt? S. Vbi tu dubites quid ſumas potiſſimũm.

Dubia cauſa dicitur, quæ (ut uoce utamur forenſi) ſemiplenè probata eſt. Gl. eſt celebris in l. admonendi. ff. de Iureiu. Dubijs interpretandis, ad mitiora deflectendum eſſe. Schola noſtra omnino recepit.

Dubiè, aduerbium, ἀμφιβόλως. Cicero 1. De Diuin. Poteſt aũt accidere ut aliquod ſignum dubiè datum, pro certo ſit acceptum. Liuius 3. ab Vrbe, Nec dubiè ludibrio eſſe miſerias ſuas. Huius contrarium eſt Indubiè, ἀναμφιβόλως, ſine dubio.

Dubioſus, a, um, adiectiuum, Incertus, dubius, ἄπορος, ἀμφίβολος. Gellius libro 3. cap. Quas à cæteris ſegregauit, quoniã dubioſæ non erant. Idem libro 5. cap. 10. Dubioſum hoc eſt, inexplicabileq.

Dubito, as, n. p. idẽ quod dubius ſum, ἀμφιβάλλω, ἀπορῶ. Cic. 4. Acad. Ne uinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua ſobrii: dubitant, hæſitant, reuocant ſe interdum. Idem Apuleio, libro 10. Epiſt. Nam de tua erga me uoluntate non dubitant. Dubito item ponitur pro uereri, cunctari, ἀποκνεῖν. Plaut. in Epidico, Quid iſtuc dubitas dicere? hoc eſt, Quid times aut uereris. Cicero de Amicitia, Nec dubitarim illũ in omni ſermone appellare ſapientem. Iuuen. Sat. 7. quis tam Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni? Huius compoſita ſunt Addubito, quod eſt quidem cum duplici dubito. Liu. lib. 2. Proditoribus exemplo in uincula coniectis, de legatis paulum addubitatum eſt. Subdubito, parum dubito.

Dbitatur impersonale. Cic. 4. Verr. Præſertim aliorum autoritate confirmatum dubitabitur? Idem Att. lib. 4. Sed utrum fronte, an mente dubitatur.

Dubitans, particip. Cicero pro domo ſua, Identidẽ ſe ipſe reuocando dubitans, timens, hæſitãs, omnia aliter ac uos in monimentis habetis, & pronunciarit & fecerit.

Dubitatus, partic. Ouid. 2. Metam. Venit, & intrauit dubitati tecta parentis. Dubitatus amor, apud eundem ad Liuiam.

Dubitatio, & Dubietas, ἀπορία. Cic. 2. de Orat. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio, tranſactusq uerborũ? Idem ad Trebonium, Nullam enim dubitationem apud me reliquiſti quantum me amares.

Dubitanter, quod eſt à dubitãs: item Dubitatim, à dubitatus, aduerbia, δεινῶς. Cæcil. Imperator clamat de medio, ut milites à ſiniſtro cornu remoueant, & Gallis non dubitanter immittant. Siſenna apud Nonium. Quod hoſtem nõ dubitatim cum pluteis & ſcalis iter facere cernebat.

Dubitabilis, le. Ouid. 13. Metamorph. Atq ego ſi uirtus in me dubitabilis eſſet, Nobilitate potens eſſem. Idem libro 1. nec erit dubitabile uerum.

Ducatus, Vide duco.

Ducenarius, m ſ. Qui duas centurias, id eſt, ducẽtos milites ducebat in acie ſecunda, qui & primus haſtatus dicebatur, διακοσίαρχος. Apud Suetonium legitur, quartam iudicum decuriam ab Auguſto additam eſſe, quæ ducenariorũ diceretur, iudicaretq de leuioribus ſummis. Ducenarij aũt uidentur nominati à cenſu ducentorum ſeſtertiorum.

Ducenarius, a, um, adiectiuum: ut, Ducenaria põdera, hoc eſt, ducentarum librarum. apud Plin. lib. 7. cap. 20.

Duco, is, duxi, ductum, a. t. ἄγομαι, συμποδίνγω. propriè ducimus uolentes, trahimus inuitos. Seneca, Fata uolentẽ ducunt, nolentem trahunt. Quandoque ſignificat reſpicere, iudicare, exiſtimare, ἡγεῖμ quoque Græcis & ἡγᾶσθι. Cicero Trebatio, Ego ſi mei commoditationem ducerẽ, te mecum eſſe maximè uellem. Verg. 10. Aeneid. tantón' me crimine dignum Duxiſti? Quandoq ineſcare, allicere, & delectatione quadã demulcere. Cicero in Verr. Act. 2. Si quis honore aut gloria ducitur, ἄγεται. Quãdoq uoluere, pertractare. Vergil. libro 6. Aeneid. Sic equidem ducebam animo, rebarq futurum. Quandoque nudare, educere, ἕλκειν. Idem lib. 12. Ille tamen clypeo obiecto conuerſus in hoſtem, Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat. Quandoque contrahere. συνάγειν. Idem 9. Ecloga, Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in collibus uua colorem. Ducere ſomnos, eſt dormire. Verg. 4. Aen. Nate dea, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? Ducere muros, eſt ſtruere, τειχίζειν. Idem 1. Aeneid. pars ducere muros, Moliriq arcem, Quandoq contraho, συνπάω. Martialis, Qui ducis uultus & nõ legis iſta libẽter. Quãdoq in longũ protrahere, ἐκτείνειν. Cicero ad Cæſarem Iun. lib. 2. Ne res duceretur, fecimus ut Hercules Antianus in alium locum transferretur. Quandoq demittere, deſcendere. Plautus in Aulul. Ubi ille abit, ego me duco ab arbore. Quandoque gerere. Vergil. lib. Aeneid. 9. Hi bellum aſſiduè ducunt cum gente Latina. Quandoq ad ſupplicium ducere, ἄγειν ἐπὶ θανάτῳ: ut apud Curtium ait Hermolaus ad Alexandrum, Nos duci iube. Dicitur & de re obſcœna, pro eo quod eſt uirilia ſua turpiter contrectare: quod genus obſcœnitatis Sacræ literæ tectius mollitiem appellant. Plaut. Si tendentis, ducite, ne diſrumpamini. Huius uerbi compoſita ſunt abduco, adduco, quæ ſunt contraria: conduco, circũduco, deduco, diduco, educo. induco, introduco, obduco, perduco, produco, reduco, ſeduco, ſubduco, ſuperduco, & traduco, quorum ſingula uide ſuis locis.

Ducatus, us, m. q. Præfectura, imperiũ militare, quod uulgus Capitaneatum appellat: ἡγεμονία, στρατηγία. Suetonius in Nerone, Priuignum Rufinum Criſpinum Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piſcaretur, ſeruis ipſius demãdauit. Scribit Lampridius, Heliogabalum præpoſituras, & Ducatus, & officia palatina uendidiſſe.

Ducto, as, a. p. Huc illuc duco, ἄγω, ἡγεμονεύω. Salluſt. Huc accedebat, quòd Lucius Sylla exercitum, quem in Aſia ductauerat, quo ſibi fidum faceret, contra morem maiorum, luxuriosè nimisq liberaliter habuerat. Plaut. in Cap. Me uti libitum eſt, ductaui dolis. Ductare etiam eſt rem Venereã exercere: unde Plautus ludens in uoce ambigua, Errabo potius, inquit, quàm quis me ductet. Terent. Phor. Vt Phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis. Plaut. Aſin. qui quidẽ cum filio Potet unà, atq unam amicam ductet decrepitus ſenex. Ad hanc item ſignificationem reſpicit. Quintilianus quum ait, Ductare exercitum, non ſine rubore duci.

Ductito, as, aliud frequentatiuum, Sæpè circũduco, περιάγω. Terent. in Adelph. Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis?

Dux, ducis, communis generis, Qui, uel quæ ducit, ἀγωγεύς, ἀγωγός. Plaut. Caſ. Iis præſtigiis dux fuit uxor: ea hanc inuenit rimam. Vergilius 1. Aeneid. portantur auari Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti. Cicero in Verrem. Sed tunc inops relicti à duce, præfectoq claſſis, eundẽ neceſſariò curſum tenere cœperunt. Idem 1. Tuſculan. Mortem, nõ interitum eſſe omnia tollentem, atq delentem: ſed quandã quaſi migrationem, commutationemq uitæ quæ in claris uiris & fœminis dux in cælum ſoleret eſſe, in cæteris humi retinere tur, & permaneret tamen. Ouid. 2. de Pon. Primus ut auderem cõmittere carmina famæ Impulit, ingenij dux fuit ille mei. Seneca. Hipp. Fœmina dux malorum & ſcelerũ artifex.

Ductor, oris, m. t. Qui præeſt exercitui, ἡγεμών, στρατηγός. Verg. 2. Aeneid. fracti bello, fatisq repulſi Ductores Danaũm. Cic. 1. Tuſc. Quoties non modò ductores noſtri, ſed uniuerſi etiã exercitus, ad non dubiam mortem concurrêre?

Ductus, us, m. q nomen, Idem quod ductio, ἀγωγή. Liuius 4. ab Vrbe, Ductu Fabij, cui ſorte ea prouincia euenerat, nihil dignum memoratu actũ, Ductus aquarum. Cic. 2. Offic. Addeductus aquarũ, deriuationes fluminũ. Idẽ 2. de Leg. Ductus uerò aquarum quos iſti tubos & euripos uocant, quis non, quũ uideat, irriſerit? Dicitur & aquæductus pro eodẽ.

Ductarius, a. um, Idem quod ductilis, ἐλατός. Inde ductarius funis, teſte Vitruuio libro 10. cap. 2. eſt qui per orbiculos trochleæ traijcitur.

Ductilis, le, pen. cor. om. t. Quod facilè ducitur, attenuatur q, ἐλατός, ἀναγωγός. Vnde Aes ductile, quod malleis obſequitur attenuaturq in laminas. Plin. lib. 34. cap. 18. In Cypro æs coronarium, & regulare eſt: utrunq ductile. Ductilis ſcena dicebatur, quũ tractis tabulatis hac atq illac ſpecies picturæ interior uidebatur. Ductile flumen. Martial. lib. 12. hic rigua ductile flumen aquæ.

Ductim aduerbium, Paulatim & cum mora ἠρέμα. Plautus in Curcul. immergere in me liquores tuos ſino ductim. Columella libro 4. cap. 25. Maior autem pars operis in uineam ductim quàm cæſim facienda eſt, hoc eſt, potius ductu falcis, quàm ictu.

Dudum, de exiguo tempore dicitur, teſte Valla, dimidiæ ſcilicet horæ, uel horæ unius, duarum, uel trium: ita tamen ut tempus unius die irarò excedat, πάλαι ἐκ πολλοῦ ut, Dudum intraui, dudum expecto, id eſt, hora eſt, uel duæ, uel tres, ex quo intraui, & ex quo te expecto. Quandoque etiam tranſcen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

transcendit diem. Plin. lib. 4. Fabri qui dudum assueti apud Pœnos. Et lib. 19. Nam dudum ex eadem Hispania zoëlicum uenit in Italiam, plagis utilissimum. Trrent. in Andria, Quã maximè abs te postulo, atq; oro Chreme Vt beneficium uer bis inditum dudum, nunc re comprobes.

Duella, Duæ sextulæ sunt: hoc est, tertia pars unciæ.

Duellonam, ἐνυὼ, Bellonam antiqui appellabãt. Teste Var. lib. 4. de Lingua Latina.

Duellum, duelli, ab antiquis dicebatur quod nos per duas syllabas bellum efferimus, quum à duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur: non tantùm duorum, ut quidam existimauerunt, sed multorum & ipsorum exercitu um: alioqui nõ diceretur à Plauto duellum inter Thebanos & Theleboas: & ab Horatio, Græcia Barbariæ lento collisa duello, πόλεμος. Liuius 6. bell. Maced. Quòd populus Roma nus eo tempore duellum iussisset cum rege Antiocho esse. Cic. 2. de Leg. Nam æs atq; ferrum duelli instrumenta, non sani. Hinc Perduellis, & Perduellio: quæ uidebis suo loco.

Duello, as, Bello, μάχομαι. Vnde Duellator, qui duellum peregit, πολεμιστὴς. Plautus in Capt. Domi, bellique duellatores optimi.

Duellicus, a, um, Bellicus. nam duellum ueteres dixerũt, quod nos bellum dicimus: ut Plaut. in Epid. nempe quem in adolescentia Memorát apud reges armis, arte duellica Diuitias magnas sibi adeptum.

Duicensus, (inquit Festus) cum altero, hoc est, cum filio census.

Duidens, Hostia antiquis appellata est, quam nos bidentem dicimus. Festus.

Duis, & Duint Antiqui dixere pro dederis, et dederint. Plautus Capt. At mihi libellum pro eo argento ne duis. Vide Do das.

Dulcacidus, Dulcifluus, Vide Dulcis.

Dulcis, dulce om. t. Suaue: quod quidam à delicio dẽducũt quòd dulcia maximè alliciãt, γλυκερὸν, γλυκύ. Plaut. in Truc. Nunc postquàm scio dulce atq; amarum quid sit ex pecunia, &c. Cicer. 3. de Natura deorum. Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida, dulcia & amara. Idem 1. de Legib. Nostra autem causa, quæ optime & dulcissi me frater incidit in Tribunitiam potestatem, &c. Idem Attic. lib. 15. Longiori epistolæ superiorib; respondi: nunc breuiori, propiorib; quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam? Eius composita sunt Prædulce, ualde dulce, πάγγλυκυ. Subdulce, aliquantum dulce, ὑπόγλυκυ.

Dulciculus, la, lum, diminutiuum est à dulci: ut, Dulciculus caseus. Plaut. Dulcicula potio. Cic. 3. Tusc. Demus scutellã dulciculæ potionis.

Dulcedo, f. t. Dulcitas, Dulcitudo, & Dulcor, In eodem sensu accipiuntur, γλυκύτης. Plin. Contrectata dulcorem amittit. Næuius, O suauis linguæ sonitus, ô dulcitas, consp iritũ animæ. Accius, Tanta huic inuasit in corda dulcitudo. Cic. 3. de Orat. Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè uoluptuarius, quiq; dulcedine præter cæteros sensus commouetur. Ouid. 2. de Ponto, Nescio qua natale solũ dulcedine cũctos Ducit, & immemores nõ sinit esse sui Cic. 3. de Orator. Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, sunt ducta à cæteris sensibus.

Dulciarius, tia, rium, adiectiuũ: ut, Dulciarius panis, qui conficitur ex saccharo & nucibus pineis, uel amygdalis ad ientacula: ut est qui uulgò apud Italos dicitur Marza panis, χαρίσ & ἄρτος. Pistor dulciarius, qui panes & mellica cõcinnat edulia: de quo Martialis lib. 14. Mille tibi dulces operum manus ista figuras Extruit: huic uni parca laborat apis. Lãprid. de Heliogabalo, Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent, quæcũq; coqui de diuersis edulijs exhibuissent. Vbi dulciarius substantiuè accipitur pro concinnatore edu liorum mellitorum.

Dulceo. ces, dulcui, m. f. à quo dulcesco, is, Dulcis fio, γλυκαίνομαι Cic in Cato. Primò uua est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. Huius compositum est obdulcesco, quod est in totum dulcis fio.

Dulce, & dulciter, aduerbia. γλυκερῶς. Plaut. in Mil. Hercle asti tit & dulcè & comœdicè. Cic. de clar. Orat. Tũ historia quædam scripta dulcissimè. Cic. 2. de Finib. Aut enim eam uoluptatem tueretur quam Aristippus, id est, quæ sensus dulciter, ac iucundè mouet.

Dulcacidus, da. dum, uox est Quint. Sereno admodum familiaris, pro eo quòd mistum quendam saporem habet ex acido & dulci: cuiusmodi sunt quædam ex malorum Punicorum genere.

Dulcifluus, a, um, Quod dulciter & suauiter fluit, γλυκυρρόος.

Dulciloquus. Qui suauiter loquitur, μειλίχιος.

Dulcisonus, Suauiter sonans, γλυκύφωνος.

Dulco, as, a. p. Dulce efficio, γλυκαίνω. Sidon. Apollinaris ad Agricolam, Pareo libens, laudaturus uitæ tam dulcatæ so licitus ingenuitatem. Hinc edulco, as, quod est ex acerbo aut amarum dulce & suaue reddo. Cn. Marius, Quapropter edulcare cõuenit uitam, curasq; acerbas sensim gubernare.

Dŭlĭă, f. p. δουλεία, Seruitus, siue cultus, qualem serui domino exhibent. Accipitur item pro ipsis seruis, quemadmodum & apud Latinos Seruitij uocabulum.

Dum, aduerbium temporale est, & modò pro quãdo ponitur. ὅταν. Plinius libro 7. cap. 53. Nullis euidentibus cau sis obiere, dum calceantur matutinò, duo Cæsares. Modò pro donec, ἕως. Terentius in Eunucho Expectabo dum ue niat, id est, donec ueniat. Modò pro postquam, quũ coniungitur præterito subiunctiui, ἐὰν, Martial Audieris dum grande sophos, id est, postquam audieris. Quando autem in compositione ponitur post nec, uel non, uel haud, semper aduerbium temporis est, πὼ ut, necdum, nõdum, haud dum, pro non adhuc, μήπω, οὔπω. Est etiam coniunctio, & significat modo, uel dummodo. Sallust. in Iugurtha. Neq; id quibus modis assequeretur, dum sibi regnũ pararet, quic quam pensi habebat. Idem in Catil. Postremò neq; sumptui, neq; modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidos q; sibi faceret. Interdum etiam syllabica est adiectio. Terent. Ad dum, pacis te uolo. Componitur cum qui, ut quidam cum age, ut Agedum: cum modo, ut dummodo: & cum taxat. ut dundaxat.

Dumus, gener. masc. f. Dicitur omnis spina, φραγμὸς Cicero 5. Tuscul. Animaduerti columellam non multum è dumis eminẽtem, in qua inerat sphæræ figura. Ouid. 12. Metamorph. solidoq; reuellere dumo Annosam pinum magno molimine tentat.

Dumosus, a, um, Frondosus, spinosus, uepribus plenus. Verg. 1. Ecl. Non ego uos posthac uiridi proiectus in antro Dumosa pendere procul de rupe uidebo. Antiqui per interpositionem unius literæ pro eodem dixerunt dusmosus, sicut cosmittere pro committere, casmillus pro camillus, & casmœne pro camœnæ.

Dumetum, ti, n. s. Locus est dumis, hoc est, spinis obsitus, φραγμὼν, Huiusmodi loca, authore Festo, antiqui appellabant dumecta, quasi dumiceta, quæ postea sublatis per syncopen duabus literis dicta sunt dumeta. Cicero 5. Tuscul. Septum undiq; & uestitum uepribus & dumetis. Hẽ quar to Academ Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias, & Stoicorum dumeta compellimus?

Duntaxat, Componitur ex dum aduerbio, & taxo, as, prò æstimo: & significat solùm, uel saltem χοῦ χαμόθεν Cicero pro Deiot. Quod ipsum etsi non iniquũ est, in eo duntaxat periculo. Interdum etiam (quod aliqui negauerunt) habet ante se negationem, & post se. Sed etiam, aut uerumetiam. Liuius libro 40. Nec primum nobis dan taxat fidelem, ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessistis.

Duo, δύο, & δύω Atticè, & ambo, sicuti docet Priscianus, genitiuos & accusatiuos secundum secũdam declinationem proferunt, duorum, amborum, duos, ambos. Datiuus autẽ & ablatiuus tertiam inflexionem sequũtur. In genitiuo frequens est syncopa dũm pro duorum. Inuenitur etiã accusatiuus masculinorum quandoq; similis nominatiuo, proferturq; in o, more Græco. Horatius, Duo si discordia uexet inertes. Verg. 11. Aeneid. Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra uiros, id est duos.

Duodecim, δώδεκα. Cicero secundo de legibus, Discebamus enim pueri duodecim.

Duodecimus, & duodenus, δωδέκατος. Cæs. 5. bel. Ciuil. Vxores habent deni, duodeniq; inter se communes.

Duodenarius, Duodeuiginti, δυοῖν δέουτα ἄκοσι & huiusmodi. Ducenties, Ducentenus, Duodecies. Liuius 8. bell. Maced. Tyberis duodecies campum Martium, planaq; urbis inundauit.

Duodeuicies, Duodeuigesimus, Ducentesimus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Duonum, Veteres pro bono dixerunt, ſicut duellum pro bello. Feſtus.

Duplaris numus, uide Duplus.

Duplex, om t. huius duplicis, cuius duæ ſunt partes, *διπλοῦς, διπλόος*, Vergil. 1. Aeneid. Duplicē geminis, auroq; coronam. Nonnūquam etiam pro duobus accipitur. ut apud Ciceronem, primo Tuſc. Itaq; differuit duas eſſe uias, duplices q; curſus animorum è corpore diſcedentium. Verg. 1. Aeneid. duplices tēdens ad ſidera palmas. Quandoq; latū. Vergil. 1. Georg. duplici aptantur dentalia dorſo. Idē tertio Georg. At duplex agitur per lumbos ſpina. Vbi Seruius, aut reuera duplex, aut lata. Duplices tantùm numero plurali, generis maſculini, tabellarum genus eſt in quibus literæ ſecretiores, & amatoriæ ſcribi ſolebant: quæ quidem aliquando etiam triplices erant. Martial. Tunc triplices noſtros, nō uilia dona putabis, Quum ſe uenturam ſcribet amica tibi. Sic Duplices, Triplices, Quadruplices porticus dicuntur, in quibus ordines columnarum duplicati, triplicati, quadruplicati ſunt. Vitruuius lib. 5. duplici paleſtrarum porticu, collocanda complura membra.

Dupliciter, aduerb. quod ſignificat duobus modis. Cic. ad Pætum, Dupliciter delectatus ſum tuis literis.

Duplicarij, m. ſ. uel (ut alijs placet) Dupliciarij, milites erant qui duplum accipiebant ſtipēdium. Liu. 2. ab Vrbe, Ad hoc centuriones, duplciariosq; qui reliquerāt ordines, uirgis cæſos ſecuri percutiebat.

Duplico, plicas, a. p. Duplicem facio, gemino, *διπλόω*, ut, Duplicare numerum. Cic. 1. de Nat. deor. Quum ſæpius duplicare numerum dierum, &c. Vnde & pro augere. Sall. Et Maurus uictus duplicauerat bellū. Verg. in Bucolicis, Et ſol creſcentes decedens duplicat umbras. Hinc conduplico, & Reduplico, *ἀναδιπλόω*.

Duplicatò, aduerb. Plin. lib. 2. cap. 17. Rurſus Saturni & Iouis (ſubaudi Stellæ) duplicatò digrediuntur.

Duplionem, ueteres dixerunt multam dupli, eadē forma qua Talionem dicimus pœnam qua quis ad ſimile damnū condemnatur quale alteri intulerit, *ζημία ἴσ διπλασίου*. Plin. li. 18. cap. 3. Noxamúe, duplionemúe Prætoris arbitratu decerni.

Dūplūs, dupla, duplum, *διπλάσιος*. Idem ualet quod bis tantùm. Vnde uerbum Duplo, *διπλόω*, idem eſt quod duplico. Plautus in Pœn. Duplum pro furto mihi opus eſt. Idem Capt. Qui locant cædundos agnos & duplam agninam dant. id eſt, qui ſub nomine agninæ carnis ouillam quoque uendunt, & ita duplam, hoc eſt, duplicatam & duorum generum agninam præbent; mentientes agninam eſſe.

Duplum, dupli, ſubſtantiuum, ut Condemnari dupli, ea forma dictum qua condemnari capitis. Cato de Re ruſtica in præfatione, Maiores enim noſtri ſic habuere, & ita legib. poſuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. id eſt, ut bis tantum reddat quantum furatus eſt. Sic pœna dupli, apud Ciceronem lib. 3. Officiorum.

Duplaris numerus, dicitur in quo minor bis numeratur, *διπλοῦς*. Duplariæ, ſiue duplares actiones, dicuntur à Iuriſconſultis quæ in duplum dabantur: ſicut quadruplariæ, quæ in quadruplum. Duplares milites, in ueteri militia dicebantur qui torque aureo ob uirtutē donati, duplam annonam accipiebant amplius quàm cæteri: quemadmodum ſimplarij, qui annonam ſimplam accipiebant, præter eam quæ in ſingula militum capita deſtribuebatur. Ita dicti, quòd duplam & ſimplam annonam extra ordinem accipiebant. Vegetius lib. 2. Torquati, inquit, duplares, & torquati ſimplares erant, quibus torquis aureus ſolidus uirtutis præmium fuit, quem qui meruiſſet, præter laudem interdū duas conſequebatur annonas: duplares duas, ſimplares unam.

Dupondius, Vide Dipondius.

Duramen, Duramentum, Duracinæ uuæ; Vide Durus.

Dūrāteūs, durata, durateum, *δουράτινος*, Idem quod ligneus. Lucretius libro primo. Nec cum durateus Troianis Pergama partu inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum. Adiectiuum eſt Græcum. Illi enim Durata *δόρατα* uocant, quæ nos ligna.

Durius, a, um, *δόρειος*, Idem quod durateus, id eſt, ligneus. Inde Nox duria apud Valerium Flac. 2. Argonauticôn manet immotis nox duria fatis. Pro ea nocte qua durius equus à Troianis exceptus fuit, & in urbem admiſſus. Cælius Rhodiginus libro 29. Antiq. lect. capite 25. ait Equos durios ex poëtica hiſtoria poſſe dici magnoſ ſtaturoſoſque, magnitudine uidelicet equi illius Troiani.

Dureta, Hiſpanica uox eſt, qua illi ſignificare ſolent uas illud amplum in balneis in quo ſedentes lauamur: Latini ſolium uocant. Suetonius in Auguſto, At quoties neruorum cauſa marinis, albuliſq; calidis utendum eſſet, contentus hoc erat, ut inſidens ligneo ſolio, (quod ipſe Hiſpanico uerbo duretam appellabat) manus ac pedes alternis iactaret.

Duricors, om t. *σκληροκάρδιος, σκληράυχλω* à nonnullis dicitur pro eo qui eſt duri cordis.

Durus, dura, durum, Solidus, firmus, & difficilè cedens tactui: cuius antitheto eſt Molle, qd facilè tactui cedit, *σκληρὸς, ἀντίτυπος*. Vergilius 4. Aeneid. ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. Per translationem capitur modò pro patiente ac tolerante laborum. Idem 2. Georg. Scipiadas duros bello. Et 6. Aeneid. gens dura atque aſpera cultu. Modò pro ſæuo, crudeli, aſpero. Idem 3. Georg. Quid iuuenis, magnum cui uerſat in oſſibus ignem Durus amor? Idem 7. Verr. Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumanus, præter unum te, &c. Terentius Phorm. Adeóne ingenio te eſſe duro, atq; inexorabili, Vt neque miſericordia, neque precibus molliri queas, Accipitur item pro noxio. Vergilius 4. Georg. Aut durum tineæ genus. Durus ad ſtudia, qui ſtudiorum delectatione non capitur. Cicero pro Archia, Nam & Cimbricas res adoleſcens attingis, & ipſi illi C. Mario qui durior ad hæc ſtudia uidebatur, iucundus fuit.

Duriuſculus, diminutiuum, Plin. in præfat. Illo enim: ut ſcis, permutatis prioribus ſyllabis duriuſculum ſe fecit.

Durè, & Duriter, aduerbia, inter ſe differunt, ſecundum Donatum, quòd duriter ſit, ſine ſenſu laboris: Durè, crudeliter: ut illud ad labōrem, hoc ad ſæuitiam referatur, *σκληρῶς*. Præterea durè in alterum, duriter in nos aliquid facimus. Terētius in Andr. Primùm hæc pudicè uitam, parcè ac duriter Agebat, lana ac telis uictum quæritans. Sed hæc differentia, ut pleræque aliæ, à ſcriptoribus nullo pacto obſeruatur. Terentius in Adelph. factum à uobis duriter, Immiſericorditerque eſt: atque etiam, ſi eſt pater Dicendum magis aperte, illiberaliter: Verba ſunt Aeſchinis ad Mitionem patrem, quibus cum illo expoſtulat quòd ipſe, & ſimulatus ille hoſpes Mileſius nimis duriter conſuluiſſent, non de ſe ipſis, ſed de uirgine illa, & eius amatore.

Duritia, tiæ, f. p. & Durities, tiei, Firmitas, & ſoliditas, *σκληρότης, σκίῤῥωμα*. Plinius libro 9. capite 36. Tanta duritia aculeo eſt. Idem libro 13. capite 9. Duritiæ firmæ lignum. Accipitur & pro aſperitate, crudelitate q; Terent. in Heaut. tum hoc timet, Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta ſit. Cicero. in Part. Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiā duritia immanis. Plin. libro 13. capite 17. Duritie & maturitate incorrupta ſpiſſari. Cicero in Cat. Quanta in altero comitas, in altero durities.

Duritas, atis. f. t. Idem quod duritia, *σκληρότης*. Cicer. in Orat. Alii duritatem & ſeueritatem quandam uerbis, & orationis quaſi mœſtitiam ſequuntur.

Durabilis, le, om. t. Quod durare poteſt, *διαρκής*. Ouid Quod caret alterna requie, durabile non eſt. Plin. lib. 16. cap. 41. Durabilia ac ſectilia, quæ modicè humida.

Duramen, n. t. Duramentum, Brachium uitis, *σκλήρωμα*. Columella libro quinto cap. 21. Sed ut caput trunci, pedali ferè ſpatio ſit inferius iugo, quaternis brachiis, quæ duramenta quidam uocant, diuidatur in totidem partes. Idem capite 22. Conſiderandum erit cuius longitudinis ſint duramina quæ excedant prædictam menſuram. Duramentum etiam pro confirmatione & firmitate. Seneca. de Tranquil. uitæ, Dices tenera eſſe uirtutum principia, tempore ipſis duramentum & robur accedere. Valer. libr. 2. cap. 2. Efficaciſſimum igitur uirtutis duramentum neceſſitas.

Duracina perſica, *δωρακίτα* Aeginetæ. Quorum corpus lignoſi adhæret, auelliq; nequit. Plinius libr. 15. capit. 12. Sed perſicorum palma duracinis. Idem lib. 15. cap. 28. Quædam ſtatim à ligno recedunt, ut nuces & palmæ; quædam adhærent, ut oliuæ lauriq; quorundam generi utraq; eſt natura, ut perſicis. Etenim duracinis adhæret corpus, è lignoq; auelli nequit, quum in cæteris facilè ſeparetur.

Duracinæ uuæ dicuntur, quæ duram & firmam corticem habent, à duritie, uel à duris acinis. Plin. lib. 14. cap. 1. Vua non alibi gratior callo, ut inde poſſit inueniſſe nomen duracinæ durus acinus. Sueton. in Epiſt. Auguſti, Dum lectica ex regia redeo, panis uncià cū paucis acinis uuæ duracinæ comedi.

Duricoria, n. ſ. dicūtur quæ ſunt duri corii, *σκληροδέρμια*. Vnde

Ficus

ficus doricoriæ, quæ habent durum corticem: quarum meminit Plin. lib. 15. cap. 17.

Duro, as, a. p. Durum facio, firmo, solido, σκληρύω. Colu. lib. 7. Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota, montib. aut feris locis pascitur, ut ungulas duret, sitq; postea lõgis itineribus habilis. Cæsar 6. bel. Gall. Hoc se labore durant adolescentes. Martial. li. 13. Sorba sumus molles nimium durantia uentres. Liu. 1. bel. Pun. Nec erat difficile opus, quod cæmẽta non calce durata erant. Quintilianus lib. 1. per translationem posuit pro confirmare, Multa (inquit) linguæ uitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum pra uitate durantur. Aliquando significat tolerare, καρτερῶ. Vergil. 1. Aeneid. durate, & uosmet rebus seruate secundis. In qua significatione quandoq; contra naturam iungitur accusatiuus, maximè apud Poẽtas. Horatius lib. 1. Carm. Vix dura re carinę Possunt imperiosius æquor Vbi durare æquor, dixit Poẽta pro eo quod est duritiem ferre. Item persistere, perseuerare, permanere longo tempore, παρατείνω, διαρκῶ. Plaut. in Amphit. Durare nequeo in ædibus, ita me probri, stupri, dedecoris à uiro argutam meo. Terentius Adelph. Nõ Hercle hîc quidem durare quisquam, si sic fit, potest. Huius composita sunt, Eduro, Induro, Obduro, Præduro, Reduro, quæ uide suis locis.

Dureo, es, durui, n. s. Durus sum, σκληρύομαι, à quo Duresco, durus fio. Cic. 2. de Nat. deor. Itaq; & aquilonibus, reliquisq; frigoribus adiectis duresçit humor. Ouid. 2. Metam. Oraque durauerant, signumq; exangue sedebat. Colum. lib. 9. Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant. Composita à dureo rarò sunt in usu, quemadmodum & ipsum simplex, sed eorum loco utimur compositis à Duresco, ut Indureo uix dicimus, frequentissimè autem Indurescо, Obdurescо, undiq; duro fio, ἀποσκληρύομαι. Perdurescо, ualde durus fio: quæ uide suis in locis.

Dũumuir, m. s. duumuiri, eadem forma dictus est qua Triũuir, quod scilicet duo tantũ in eo officio essent. De eorum officio tradit Alciatus, Duumuiros primos in albo describi solere, & fascibus uti. Præerant etiam carceribus, & uectigaljb. in suo municipio locandis. Liu. 1. ab Vrb. Hac lege Duumuiri creati, qui se absoluere non rebantur ea lege ne innoxium quidem posse. Vlpianus l. Si quis uxori parag. Si fugitiuum ff. de furt. Si fugitiuum meum quis quasi suum, à Duumuiro, uel ab aliis qui potestatem habẽt de carcere uel de custodia dimittendi, acceperit, an is furti teneatur. Cic. in Oratore, Planciq; Duumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam. Duumuiri nauales, apud Liuium 9. ab Vrbe, Alterum, ut Duumuiros nauales classis ordinandæ reficiendæq; causa idem populus iuberet.

Duumuiratus, us. dignitas duumuirorũ. Plin. li. 4. Epist. ad Sẽpronium, Hũc Agonem Trebonius in Duumuiratu suo tollẽdũ curauit. Paul. l. Honores ff. de Decur. Is qui nõ sit decurio duumuiratu, uel aliis honoribus ciuilibus fungi nõ potest.

Duumuiralis, le, Quod ad duũuiratus munus pertinet: ut, Dignitas duumuiralis, Iudicium duumuirale. Quando uerò de homine dicitur, eum significat qui aliquando duumuiratũ gessit: sicut Consularẽ uocamus, qui Consulatu perfunctus est, & Triumphalẽ, qui triumphum peregit. Vlp. l. 1. ff. De albo scrib. Qui duumuiratum gesserunt (si hic honor præcellat) & inter duumuirales antiquissimus quisq; prior.

Dux, Vide Duco.

D Y

Dyas, δυὰς, Numerus est binarius, sicuti decas numerus est denarius.

Dynamene, Vide in D ante I, ubi malè collocatum est.

Dynastes, huius dynasta, m. p. δυνάστης, Qui in magistratu est aut qui in ciuitate plurimùm pollet: ita dictus à uerbo Græco δύνασθαι, quod posse significat, siue potentem esse. Scibit Strabo, reges Dynastes uocari, propterea quod plurimũ possint, polleantq;, & populos quò uelint, aut ui, aut persuasione perducant. Cicero ad Attic. Erit nebulo iste cum ipsis dynastis in gratia. Idem 11. Philip. Idem si cæteri reges, tetrarchæ, dynastæq; fecissent. Horum dignitas Dynastia, δυναστεία; uocatur: quam uocem nos non ineptè potentatum uertere possumus.

Dyota, æ, siue Diota, δύωτα, ἢ διώτα: utroq; enim modo scriptum inuenimus, Dolii fictilis genus, uino cõseruando idoneum: à duabus auribus, hoc est, ansis, ita appellatum. Vide suprà Diota.

Dyscolus, m. s. δύσκολος, Difficilis, et morosus: quod uitii genus à Græcis δυσκολία appellatur, id est difficultas.

Dysenteria, f. p. δυσεντερία, Intestinorum exulceratio cum inflammatione & excretione sanguinolenta, uentrem magnis doloribus torminibusq; exercens. Quidam intestinorũ difficultatem, Celsus tormina interpretatur. Cic. Gallo li. 7. Epist. Sanè δυσεντερίαν pertimueram. Plin. lib. 22. cap. 25. Ad dysenteriam bibitur cum absinthio. Hinc Dysentericus, δυσεντερικὸς, dicitur qui hoc morbo laborat. Plin. lib. 20. ca. 2. Auxiliatur dysentericis semen cucumeris.

Dysnomia, æ, f. p. δυσνομία, dicitur peruersa iuris legumque constitutio.

Dyspepsia, f. p. δυσπεψία, Difficilis & ægra concoctio: à δὺς particula quæ difficultatem, uel depraua tionem importat, & πέψις coctio. Galenus lib. de Sympt. differẽt. tria ponit læsæ coctionis genera, ἀπεψίαν, βραδυπεψίαν, καὶ δυσπεψίαν: inter quæ hanc ponit differentiam, ut apepsia dicatur quũ cibus non mutatur, sed talis omnino permanet, qualis est ingestus. Et hanc Latini propriè cruditatem appellant, Brady-pepsis autem quum cibus quidem immutatur, sed egrius, serius, & imperfectius, nos imbecillam uel tardam coctionem dicere possumus. Dyspepsia uerò dicitur quum cibus mutatur in alienam qualitatem, naturæ nostræ nõ conuenientẽ. Hanc medici nostri coctionem depraua tam dicere solent. Hanc tamen differentiam ne ipsi quidem medici obseruant ut qui uno dyspepsiæ nomine sæpenumero omnia coctionis uitia intelligant.

Dysphilis, pen. cor. δύσφιλος. Amicus parum syncerus. Iuuenal. Satyr. 3. Non est Romano cuiquam locus hic ubi regnat Protogenes aliquis, uel Dysphilus. Quo tamẽ in loco castigatiora exemplaria habent Diphilus: & ita omnino legendum iudico. Videtur enim Iuuenalis ibi notare Græculum quempiam nomine Diphilum.

Dyspnœa, f. p. δύσπνοια, Spirandi difficultas: quod uitiis genus senib. solet esse familiare, teste Hippocrate: unde & Vergil. senes anhelos uocat. Tres autem à medicis enumerantur morbi in difficultate spirandi consistentes. Nam quum ea modica est, δύσπνοια: quum uehementior, ἄσθμα uocatur. Quum uerò euenit ut nisi recta ceruice spiritus trahi nõ possit, orthopnœa appellatur.

Dyspnoicus, Qui dispnœa laborat. Plin libr. 24. cap. 6. Ammoniacum prodest dyspnoicis, pleuriticis, &c.

Dysuria, f p. δυσουρία. Difficultas, & supressio urinæ, calculo uel materia quapiam crassa, aut caruncula meatum obstruente. Hoc uitium Cato significat, quum ait, Quibus ægrè lotium it. Cic. Gallo lib. 7. Epicurũ tuum Stoici malè accipiũt quia dicat δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη sibi molesta esse: quorum alterum morbum edacitatis esse putant, alterũ etiam turpioris intemperantiæ. Stranguria autem, morbus est à dysuria diuersus, quem nonnulli urinæ stillicidium appellant, quũ scilicet tãta est uel urinæ acrimonia, uel uesicæ imbecillitas, ut quicquid in eam illabitur, statim excernatur.

E



Suapte natura non ita resonat, sicuti A. O. neque tam promptè os diducit, ictuq; magis languido circa arteriã prodit, rictũ superiorem aliquo modo deprimit, sonũ tamen & auget & minuit, ea ratione qua & A. ubi satis abundè dictum est. In fine dictionis corripitur præter quando in Græcis uocibus per η, scribitur, ut in Penelope. Ablatiui etiam quintæ declinationis producuntur die, re, Imperatiui singulares secundæ cõiugationis doce. Monosyllaba: ut, me, te, præterq; cõiunctio, ue, ne, cum significat an: Aduerbia in e. Ab adiectiuis, us, a, um, ut, doctè.

E & Ex, ἐκ ἐξ, Præpositiones sunt quę & separãtur, & cõponũtur. Separatæ, modò tẽporales sunt: ut, Ex illo celebratus honos, hoc est, post illud tẽp⁹. Modò locales: ut, E cęlo. Modò ponitur p à uel ab: ut, Audiui è patre meo. Modò significat p uel ad, (κατὰ cũ genitiuo) ut, Ex dignitate ex usu, ex utilitate hoc est, p dignitate, uel ad dignitatẽ. E Rep. p republica. Modò secundũ, κατὰ: ut, Ex Platonis sententia, id est secundum Platonis sententiam. Modò in Cic. E renib. laborabat, i. morbũ patiebatur in renibus. Cõpositæ, quando p priuationẽ indicant, ut Elinguis, Exanguis: Quandoq; uehementiam uel perfectionem, ut Eludo, Exoro. Quandoq; extra, ut Educo, Excludo. Componitur autẽ E, cum b, ut Ebibo: d, ut educo:

f g, ut egre-

g,ut, eg.redior:i,ut elicio:l,ut eludo:m,ut emitto:n,ut enitor:r,ut erigo:u,ut eucho: Ex uerò componitur cum a, ut, exaudio:c,ut excurro:e, ut exeo:f, ut efficio:o, ut exoleo:p, ut expello:q,ut exquiro:s, ut exequor:t,ut extendo:u, ut exuro. Verùm quãdo post ex,sequitur f, mutatur x in f.ut effundo. Quum uerò sequitur x,abiicitur:s,ut exequor, & exicco:in aliis integra manet. Econtrario, ἰσαπαξ ἰσαπιφ, & aduerbium ἐξ ἰσαντίας,significat ediuerso,contrà. Cicer. 3.de Finibus,Econtrario moderati habitus.

E B

FA.In notis antiquorum est ante.

Eale,Fera est in Aethiopia nascens,magnitudine equi fluuiatilis,canda elephanti, colore nigra uel fulua,maxillas habẽs apri,& maiora cubitalibus cornua,mobilia, quæ alterna in pugna sistit,uariatq; infesta aut obliqua,utcunq; ratio monstrauit.Hæc Plin.lib.8.cap.21.

Ea re,propterea,ad eam rem.

Ear,aris,n t ἔαρ,Latinè uer,à quo Earinus ἐαρινὸς,Vernus.

Eatenus,penult corr.Significat usque eò, uel ad eum modum:cui respondent Quatenus,Vsquequò,Quoad,Vt,Qua Nequid,καθ' ὅσον,ταύτη. Caius de Institoria actione, Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus est. Cicero 1.de Legibus.Sed hoc ciuile, quod uocant, eatenus exercuerunt quoad populo præstare uoluerunt. Idem de Opt.gen.orat.Verba persequens eatenus. ut ea non abhorreant à more nostro.Columella libro 12.cap.9. Caules lactucę ab imo depurgatos, eatenus quà tenera folia uidebuntur.Sueto.in Tyb.Ac primò eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret.

EB.In notis antiquorum eius bona.

Ebẽati, dicuntur qui felicitate aliqua conciderunt.

Ebenus,uel Ebenum,pen.cor ἔβενος, καὶ ἔβενον Suidæ Lignum est intus nigrum,foris buxi aspectu, adeò solidum & ponderosum,ut in aqua non superfluitet. Creditur tamen tenuis esse(ut Aëtius tradit)substantiæ, & abstergentis uirtutis.Vnde oculorum caliginem discutere creditur, & aliis oculorum medicamentis miscetur. Hæc arbor nascitur in India,& cæsa duresçit in lapidem, uriturq; odore iucundo. Vergil.libr. 2.Geor.sola India nigrum Fert ebenum.Vbi Seruius,Atqui & in Aegypto nascitur:sed Indiam,omnem plagam Aethiopiæ accipimus.Vide Plinium lib.12.cap.4. Sunt qui per aspirationem scribant hebenus. (beor.

Ebeo ἀπομακαρίζω, beatitudine priuo,eius passiuum est E-

Eb bo,ebibis,pen.cor Bibendo euacuo,ἐκπίνω.Plaut. Amphitryone,Factum illud est, ut ego illic uini cirneam ebiberim meri?Terent.Heaut.Quid comedent?quid ebibent?

Eblandior,diris,d q.Est blãditiis aliquid extorquere. Liu. lib.7.bel.Punici,Neq; enim omnia emẽbat, aut eblandiebatur,sed uim etiam flagitiis adhibebat.

Eblanditus,a,um,partic.Eblandita suffragia dicũtur, quæ precibus & blanditiis impetrantur,apud Cic.pro Cn.Plancio,

Eboreus,Vide Ebur.

Ebosus,Vide Ebusus.

Ebrius,a,um,qui nimio potu alienatus est mente, μεθύων, μεθυσικὸς,μέθυσος. Plaut.Amph Homo hic ebrius est, ut opinor Huius antitheton est Sobrius,quasi sine ebrietate. Cicero Papyrio Præto libr.9. Habuisti enim in tua potestate ex quo uel ex sobrio,uel certè ex ebrio scire posses.Vnde, Non sobrius,pro ebrio sumitur,Mart.Et non sobria uerba subnotasti.Interdũ ebrius pro pleno & abundanti. Plaut. Facite, mihi cœna ut ebria sit,id est,abundans,& opiparè parata.

Ebriolus,diminutiuum ab ebrius, ὑπομεθύων.Plaut.Curc.Tristes atq; ebrioli incedunt.

Ebriosus,Qui sæpe fit ebrius,οἰνόφλυξ.Cicc.de fato.Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum,& mulierosum fuisse.Pl. lib.19.cap.14.Ebriosis ouæ noctuæ per triduum data in uino tædium eius adducunt.A quo Ebriositas,propensio in ebrietatem,οἰνοφλυγία. Cic.4.Tusc.Vt inter ebrietatem & ebriositatem interest aliudq; est esse amatorem, aliud amantem. Huius contrarium est Sobriosus,sobrietatis affectator, quo usus est Cyprianus. Inter ebrium & ebriosum hoc interest: quòd ebrius actum præsentem designet:ebriosus habitũ, & procliuitatẽ.Potest enim quis esse ebrius, qui natura tamẽ & consuetudine ab hoc uitio maximè abhorreat:& contrà, ebriosus quis esse potest etiã tunc quũ uini nihil gustauerit.

Ebrietas,quam Cato dicebat nihil aliud esse quàm insaniã uoluntariam,μέθη.Plin.lib.3.cap.14.Ebrietatem arcet pecudũ assus pulmo præsumptus.Ouid.12. Metam.& ebrietas geminata libidine regnat.

Ebriulo,as,pẽ cor.Ebrium facio,μεθύσκω, Laberius,Ebriulati mentem hilarem accipiunt.Nonius.

Ebriacus,a,um, antiquis teste Nonio in usu erat pro ebrio,uel inebriato,μεθύων,μεθυσικὸς.Plaut in Aul.Homo ebriacꝰ somno sanari solet.Ita enim legit Nonius. Alii tamen ibi Ebriatus legendum contendunt:ut sit à uerbo ebrio, cuius compositum est inebrio.

Ebucum,dicimus,qui illam sentit animi tarditatem, & stuporem,qui hallucinantibus plerunq; usu uenit authoritate Festi Pomp.

Ebullio,is,Efferuesco, & inter bulliendum effundor:sicut aqua quę in aheno feruefit,ἐκφυσῶμαι,ὑπερρίπω Per metaphoram accipitur pro iactabundè aliquid ostento.Cic.3.de Fin. Dixerit Epicurus,semper beatum esse sapientem:quod quidem solet ebullire nonnunquam.

Ebullo,as,Vide in simplici Bullo.

Ebullum,n f frutex est sambuco foliis & baccis simillimus in tantam tamen altitudinem non assurgens, neq; arborescens.Græci Chamæacten appellant, quasi pumilam sambucum χαμαιάκτη.Verg in Sileno,Sanguineis ebuli baccis.Colum.libr.2. Sed circa hoc experimentum multa sunt quæ & dulcem terram,& frumentis habilem significent:ut iuncus & calamus,gramẽ & trifolium,ebulũ,rubi,pruni syluestres, & alia complura.Idem,Et rutilas ebuli creat uuida baccas.

Ebur,eboris,n.t. Dens elephanti, quasi è barro:sic enim elephantũ uocabant ueteres,à barritu,ἐλέφας.Cic.4.Acad.Nõ enim est è saxo sculptus,aut ebore dolatus. Ebur pro uasis, aut aliis rebus ex ebore dolatis.Horat.lib.2.Carm. Od.18.Nõ ebur,neq; aureum Mea renidet in domo lacunar. Cic.4.Ver. Vt omne ebur ex ædibus sacris,deorũ deniq; simulachra quę uellet,auferret. Antiquis in usu fuit nominatiuus eor,à quo remansit genitiuus eboris,& adiectiuus eboreus.

Eburneus,a,um,Quod est ex ebore,ἐλεφάντινος.Plin lib.56.c. 5.Iouem fecit eburneum in Merelli ædc, quæ cãpus petitur. Aut quod instar eboris album est:ut,Eburnea facies. Ouid.5. Metam.Impubesq; genas,& eburnea colla,&c.

Eburneolus,diminutiuum.Cic.3.de Orat. Quem seruum sibi habuit ille ad manũ, cum eburneo solitus est canere fistula.

Eburnus,a,um,Idem quod eburneus.Tibull.Hunc primũ ueniens plectro modulatus eburno.Luc.li.2.Legitimæq; faces, gradibusq; accliuis eburnis.

Eburatus,a,um, Quod extrinsecus ex ebore est, ἐλεφαντόδετος. Plautus in Persa,Lectos eburatos,auratos.Idem in Aul.Clamores,imperia,eburata uehicula,pallas,nihil moror.

Eboreus,a, um, ab antiquo nominatiuo ebor fit:sicut à marmor marmoreus:eburneus uerò,& eburnus,ab eburnum ἐλεφάντινος.Significãt aũt hæc tria, q est ex solido ebore.Quin.l.6. Quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata.

Eborarii, inter artifices qui à Principibus uacationem munerum obtinent, numerantur in l. priore C. de Excusat.artif. lib.10. E C

EC.In notis antiquorũ,è comitio uel è capitolio.E C O N V. è cõuiuio.E D.A B S C P.hæc abscõdita pecunia.E C.S. AB.

Ec.num uel an in compositione.eius causa senatus abdicauit.

Ecastor,aduerbium iurãdi. Donatus,Ecastor,per Castorem & Pollucem, ornatiua sunt iurandi, apta fœminis.Plaut.in Amph.Ecastor te experior quanti facias uxorem tuã. Teren. in And.Perecastor scitus puer natus est Pamphilo. Sunt qui per diphthongum malint scribere, q ex æde compositũ putent:ut Aecastor dictum sit quasi per ædem Castoris. Hoc iuramento (ut autor est Macrob.) uiri nõ utebantur,quemadmodum mulieres per Herculem iurabant: ædepol autem iuramentum erat,tam mulieribus,quàm uiris commune.

Ecbăsis,f.t,ἔκβασις,pẽ.cor. figura est quæ Latinè dici potest Excursus,παρὰ τὸ ἐκβαίνειν, quod est egredi siue expatiari.Exẽplum est apud Vergil.lib.1. Georg.quum describit tempestatem præcauendam à rusticis.

Ecbolia,orum,ἐκβόλια,siue Ecbolimæ,arum,siue Ecbolades medicamenta sunt quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis,quę et phthoria dicuntur.Latinè dici possunt eiectoria uel electrices medicinæ.Ex Budæo.

Ecce,aduerbium demonstrandi: quod apud Vergil. aliquid repentinũ,insperatumq; significat.ἰδού:ut:Ecce autem gemini à Tenedo,tranquilla per alta,&c. Scribit Aconius etiam hoc proprium esse Ciceronis,ut in rebus improuisis hac particula uta-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ticula utatur: ut in Oratione pro Cluctio, Ecce tibi eiusmodi sortitio, ut in primis Bubo esset iudicãdum. Idem 6. Verr. Ecce tibi nota turba, atq; rixa. Idem in Pisonem, Ecce tibi alter effusa, &c. Nonnunquam etiam in rebus lætis hac particula utimur. Ouidius 3. Amor. Ecce Corinna uenit. Habet autem modo nominatiuum, modò accusatiuum. Cicero ad Attic. libro 1. Ecce aliæ deliciæ Equitum. Idem 2. de Finibus Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.

Eccubi ἔπι, per duplex cc, & pen. corr. componitur ex ecce & ubi, idemq; significat quod Nuncubi.

Eccum, eccam, eccos, eccas, aduerbia sunt demonstrandi, quæ nonnulli uoluerunt idem significare quod ecce eum, eos, eas: quos Laurentius reprehendit eo argumento, quod nõ semel apud Comicos legamus subiunctum accusatiuum, ut Eccum me, Eccum Parmenonem: ubi certè non possumus interpretari, Ecce eum me: aut, Ecce eum Parmenonem. Melius itaq; hac in re Vallam sequemur, qui harum dictionum significationem per aduerbia interpretatur: ut Eccum sit idem quod ecce hîc, subintellige uirum de quo agebamus. Eccam, ecce hîc, subintellige fœminam de qua agebamus. Ellum, ecce illic, scilicet uirum: resoluendo per aduerbia, nõ per nomina. Ex his itaq; non obscurum est quid discriminis sit inter Eccum & Ellum: quod scilicet Eccum demonstrat hominem qui non procul abest à loco in quo sumus: ut Eccum Parmenonem, hoc est, Ecce hîc Parmenonem: contrà, Ellum, eum qui longius abest.

Eccere, iusiurandum est, ac si dicatur, per Cererem, νὴ τὴν δήμητρα, ut Aecastor, Aedepol. Alii Eccere accipiunt prò Ecce. Plautus in Amph. Eccere: iam tu autem facis ut tuis nulla apud te sit fides.

Ecclesia, f. p. ἐκκλησία, Latinè cœtus, concilium, concio, congregatio. Inde fidelium omnium qui per orbem sparsi sunt, uniuersitas, à Christianis Ecclesia dicitur. Sic dicimus Christum esse caput Ecclesiæ. Athenienses hoc nomine uocabãt, conuentum ciuium qui Reip. causa conueniebat: nam quũ ad spectaculũ aliquod popul⁹ ex agro uocabatur, διάκλησις propriè dicebatur.

Ecclesiastes, ἐκκλησιαστὴς Concionator: ἀπὸ τοῦ ἐκκλησιάζειν, qđ est concionem habere, uel ad concionem conuocare.

Eccum, uide Ecce.

Ecdicus, m. f. ἔκδικος, Latinè interpretatur defensor, uel uindex. Erant au em Ecdici, teste Budæo, in municipiis, qui Romæ Tribuni plebis, qui scilicet plebis causam aduersus iniuriam optimatum tuebantur. Cicero ad Thermum lib. 13. Epist. famil. Dixerat mihi Euthydemus, quum Ephesi essem, se curatu ũ ut Ecdici Milesii Romam mitterentur: id factum non est: Legatos audio missos esse: sed malo Ecdicos, ut aliquid conuici possit. Quare peto à te ut eos & Alabandenses iubeas Ecdicos Romam mittere.

Ecchiriam, ἐκχειρίαν. Latini inducias uocant, Gellius libro 1. capite 25.

Echenæas uel Achenas, Græci uocant ceruorum genus prę grande.

Echemythia, f. p. ἠχεμυθία ab ἠχεμυθέω, Latinè taciturnitas dicitur & auscultatio: quo nomine etiam uocatum fuit silentium illud disciplinorum Pithagoræ, teste Gellio lib. 1. ca. 9. Vnde echemythos à Græcis dictos censet Bud. auscultatores, & censendi immunitatem habentes in Senatu, qui & ἀκουστικοὶ dicuntur. Idẽ alio loco interpretatur echemythos, cunctatores, & sermonis homines parcissimos, q aures duas habere se, unicã liguam in causis etiã publicis meminerint.

Echẽnẽis, f. t. ἐχενηὶς, Genus piscículi, quem Latini remorã appellant: utroq; nomine ab effectu impositio. Ferunt enim hunc piscem nauim cui adhæserit, sistere, quantumuis uelis & remis incitatam. Hinc echencis dicta, παρὰ τὸ ἔχειν τὴν νῆα hoc est, à tenenda naui, ἀπὸ τῆ ἔχεσθαι τῆ νηὶ, id est, ab eo quod naui adhæreat. Plin. lib. 9. Est paruus admodum piscis assuetus petris, echeneis appellatus, hoc carinis adhærente, naues tardi⁹ ire creditur, inde nomine impositio. Ob quã rẽ à Græcis ἐχενηὶς dicitur, à nostris remora à remorando nominatur Luc. lib. 6. Non puppim retinens Euro tendente rudentes, In mediis echeneis aquis. Ferunt hunc piscem fluxus in grauidarum utero sistere, partusq; ad puerperium continere.

Echidna, f. p. ἔχιδνα, Idem serpens esse creditur qui à Latinis uipera dicitur, quod & ipsum etymologia uidetur indicare. Apparet enim echidnam dicta παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῆ τὸν γόνον ἄχρι θανάτου, quod scilicet ad interitum usq; fœtum intra se contineat, donec pullis nimiam morã pertæsis, eroso matris utero, parentẽq; necata erumpant. A Poëtis accipitur p quouis serpẽte, & præcipuè p hydra illa Lernæa, quæ ab Hercule interfecta est. Ouid. li. 5. Fast. Sanguine Centauri Lernęq; sanguis echidnæ Mistus, ad auxilium tempora nulla dabat. Vide complusc ula hac de re in dictione Excetra.

Echinomẽtra, ἐχινομήτρα, Echinorum genus, quorum spinæ longissimæ, calyces minimi, nec omnibus iidem, rufus & uitreus color. Plin. lib. 9. cap. 51.

Echinus, m. f. pen. prod. ἐχῖν⊙, Tegmen spinosum quo seruãtur castaneæ. Vnde castaneę echinatæ dicũtur. Plinius lib. 15. cap. 25. Nuces uocamus & castaneas, quanquam commodiores glandium generi: armatum his echinato cortice uallum est. Ab huius tegminis similitudine dictus est echinus piscis quidam, quem Plin. lib. 9. cap. 31. scribit esse ex cancrorum genere, cui spinæ pro pedibus sunt, cui ingredi, est in orbem uolui, capitur ferè inter saxa, ubi se continet ne à fluctibus iactetur. Martial. libr. 13. Iste licet digitos testudine pungat acuta, Cortice depositio mollis echinus erit. Fit & echin⁹ apud Græcos terrestre animal, cui est apud nostros nomen hæricio, siue hærinaceo, aut etiam hærici: quod ipsum ab hærendo deductum est, & æquè spinis hirtus est atq; marinus echinus: de quo Ambrosius libro Hexam. Echinus iste terrenus quem uulgò ericium uocant, si quid insidiarum præsentit, spinis suis clauditur, atq; in sua arma se colligit. Præterea echinus genus uasis æneis est in quo calyces lauantur, quam alii ampullam dicunt esse uitream. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 6. Pocula cum cyatho dum sustinet, astat echinus. Athenis item echini nomine intelligebatur scrinium forense, in quod dicta testium, & totius litis acta coniiciebantur: unde In echinum coniicere, εἰς ἐχῖνον ἐμβάλλειν dicebant pro eo quod est, acta in iudicio proferre.

Echinophora, Genus conchæ. Plinius libro trigesimo secundo, capite undecimo.

Echion, ἔχιον, Medicamentum quoddam, dictum à uipera, quam Græci ἔχιν nominant. Plin. lib. 29. cap. 6. Viperam uiuam in fictili nouo cõburere, addito fœniculi succo ad cyathum unum, & thuris mãna una, atq; ita oculorum suffusiones, & calligines inungere utilissimum est. Medicamentum echion uocatur. Hæc ille.

Echites, m. t. ἐχίτης, Gẽma est colore uiridi subobscuro, quãdam uiperæ similitudinem referens. Plin. lib. 37. cap. 11.

Echite, tes, f. t. ἐχίτη, Herba est similis scammonio: de cuius natura consule Plinium lib. 24. cap. 15.

Echo, ἠχὼ. f. t. Soni uel uocis repercussio, à uerbo Græco ἠχέω, quod est resono. Ouid. libro 3. Metam. Planxerunt Dryades, plangentib. assonat echo. Fit pręcipuè in conuallibus, & locis concameratis, ubi scinditur resultans aër, & acceptę uoces numerosiore repercussu multiplicantur: nomenq; echo eiusmodi uoci à Græcis datum est, ut Plinius scribit, quoniam non est uagandi liberrimus campus, sed obiectu reflectitur. Quæ causa etiam multas uoces multis in locis reciprocas facit: sicut in urbe Cyzico turres septem acceptas uoces multiplicant. Et Olympiæ porticus fuit, quam heptaphonon appellabant, quoniam septies eadem uox ibi reddebatur. In hanc sententiã ait Lucretius, Sex etiam ac septem loca uidi reddere uoces, Vnam quum faceres: ita colles collib. ipsi Verba repulsantes, iterabant uerba referre. Eadem à Latinis dicitur imago. Valer. Flacc. l. 3. Argonaut. Rursus Hylan, & rursus Hylam per longa reclamat Auia, respondant syluæ, & uaga certat imago. Horatius, Quem desim cuius recinit iocosa Nomen imago. Vbi Porphyr. Imaginem interpretatur uocis reflectionem: itaq; dictam uult quasi imitaginẽ. Scribit Ouidius li. 3. Metamorphos. ECHO nympham fuisse quæ quum à Narcisso, cuius amore deperibat, sperneretur, longo mœrore contabuit, & corpore demum in saxum conuerso, nihil nisi uocẽ retinuit. Græci item concauas rupes & ualles argutas in quibus sonus reflectitur, ἠχοὺς uocant, teste Colum. lib. 9. cap. 5.

Eclígma, atis, n. t. ἔλιγμα, Frequentissimum medicis Græcis uocabulum, quod Latinè linctum uertimus. Sunt enim ecligmata quæ fiunt lingendi gratia, non edendi aut deuorãdi: hoc est, quum aliquid in ore tenentes, paulatim distillando sorbemus, ἀπὸ τοῦ ἐκ, & λείχω. Vulgus Medicorũ electuarium uocat. Plin. lib. 21. de thymo, Diutinæ tussi ecligmate faciles excreationes facere existimatur.

Eclípsis, f. t. ἔκλειψις, Figura qua in oratione aliquid reticemus q ad perfectionem eius sit necessariũ. Latinè defectionẽ uertere possumus, ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, quod est deficere. Terẽ. in And. Verbũ unũ eąue de nuptiis, deest, dicas. Eclipsis lunæ, hoc est,

hoc eſt, defectus lunæ: nempe quũ ſol per interpoſitionẽ terræ ita lunæ opponitur, ut illam illuminare non queat.

Eclipticus, a, um, ἐκλειπτικός, Defectiuus. Plinius libro 2. cap. 16. Conuenit ſtellas in Occaſu ueſpertino proximas eſſe terræ & latitudine & altitudine, exortusq; matutinos in initio cuiuſq; fieri: ſtationes in mediis latitudinem articulis quæ uocant ecliptica.

Ecloga, f. p. ἐκλογή, Electio, electus, explanatio: ab ἐκλέγω quod eſt eligo. Dicitur & ſermocinatio, ſeu colloquium. Vnde Eclogæ Vergilii. & Eclogarii apud Cic. ad Attic. lib. 16. id eſt, ſermocinatores, uel auditores ſermonum.

Ecnephias, m. p. ἐκνεφίας, Procellæ genus eſt, teſte Plin. li. 2. c. 48. quæ ex ſiccæ nubis diſciſſione erũpit, hoc eſt, ſine pluuiis: nã quæ cũ imbribus nubes frangunt, exhydriæ uocantur.

Econ, uide Icon.

Econtrario, uide E præpoſitionem.

Epieſmus, m. ſ. ἀπὸ τοῦ πιέζειν quando ita premuntur onili, ut exerti perſeuerent, & plus iuſto patentes ſunt, ut contingit athletis in certamine compreſſis.

Ecphraſis, f. t. ἔκφρασις, Eſt mera, puraq; enarratio, ἀπὸ τοῦ ἐκφράσαι, qđ eſt exprimere, clarè & euidẽter explicare. Heſychius, λόγον ἐκφαντικόν, hoc eſt, ſermonẽ euidentem interpretatur.

Ecquando, Id eſt, nunquando, uel an aliquando, ἤ ποτε. Cic. de lege Agrar. Quæro à populari Tribuno plebis, ecquando niſi per triginta tribus creati ſint.

Ecquis, Idem quod nunquis, ἤτις. Ex en pro ecce, & quis, ubi en ratione q ſequentis, mutatur in c: ex quo oſtenditur eandem uim habere c & q. Terent. in Eunuch. Ecquid nos amas de fidicina iſtha? id eſt, nonne me amas propter fidicinam? Ouid. lib. 2. Faſt. Ecquid in officio torus eſt ſocialis? & ecquid Coniugibus noſtris mutua cura ſumus.

Ecſtaſis, f. t. ἔκστασις, Latinè ſtupor ſiue mẽtis emotio ex re aliqua repentè oblata: ut quum ad ſubitum amici cõſpectum prorſus obſtupeſcimus. Dionyſ. ſic uocat abſtractionem mẽtis à corpore ad contemplanda cæleſtia, quæ etiam ἀναγωγὴ dicitur. Quidam definiunt ὀλιγοχρόνιον μανίαν, teſte Galeno de Definitionibus medicis, hoc eſt, inſaniam non diu perſeuerantem. Dicta eſt autẽ ecſtaſis, ἀπὸ τοῦ ἐξίσασθαι, quòd qui hanc patitur, extra ſeipſum quodammodo conſtitutus ſit. Hinc Ecſtatici, ἐκστατικοί dicũtur qui ecſtaſi correpti ſunt, quos mente commotos uocat Plin.

Ecſtaſis, f. t. ἔκτασις, Dici poteſt productio, figura eſt qua ſyllaba naturaliter correpta, producitur: ab ἐκτείνω, extendo. produco: ut, Italiam fato profugus. Vbi prima ſyllaba in dictione Italiam, quæ natura breuis eſt, metri neceſſitate extenditur.

Ecthlipſis, f. t. ἔκθλιψις, Latinè eliſionem, uel excluſionẽ ſonat, ἀπὸ τῦ ἐκθλίβειν, quod eſt elidere uel excludere. Hoc autẽ nomine peculiariter uocant Grãmatici eliſionẽ m literæ finalis quę ſubſequẽte uocali in carmine ferè ſẽper abſumitur

Ectrapẽli, m. ſ. ἐκτράπελοι, Horrentes, & auerſati communẽ & uſitatũ naturæ modũ. Apud Hermogenem ἐκτράπελοι interpretatur, οἱ ἐκτεταραμένοι τῆς ἰδίας, καὶ ὁμολογουμένης φύσεως: quaſi dixeris exorbitantia. In qua ſignificatione etiã Plinius accipit, lib. 7. cap. 16.

Ectropium, n. ſ. ſiue Ectropia, ἔκτροπιον, ἤ ἐκτροπία, dicitur diuſio palpebrarum, quum ſcilicet inferior palpebra non ſatis ſurſum attollitur, ſed pendens hiat, nec cum ſuperiore committitur. Lagophthalmos uerò, quum ſuperior palpebra non deſcendit.

Ectypa, ἔκτυπα, Dicuntur opera quæ ex ipſis typis formata ſunt. Plinius libr. 37. cap. 10. Hæ ſunt gemmæ quæ ad ectypas ſcalpturas aptantur.

Eculeus, ἱππάριον, uide Equuleus.

E D

E. D In notis antiquorum Eius domus.

Edax, Edacitas, uide Edo, es.

Edeatræ, qui præſũt regiis epulis. Hos Nicolaus Zyegler Dynaſtes Barri Elſatienſis (qui celebri nomine apud diuum Maximilianum inter primos præfectus ſacro ſcrinio rerum Germanicarũ, in noſtra lingua meruit audire, Tulli Ciceronis, tametſi Romanæ omnino, quod mirari poſſis, ignarus eſſet) olim Trugſæſſen uocatos exiſtimauit.

Edentare, Edẽtulum facere excuſsis dentibus, ἀποδοντῶσαι Plautus in Ruden. Nimis uelim improbiſſimo homini malas edentauerint.

Edentatus, Dentibus priuatus, ἀποδοντωμένος.

Edentulus, Qui ſine dentibus eſt, νωδός. Plaut. in Caſ. Propter operam illius improbi edentuli.

Edico, cis, pen. prod. edixi, edictum, act. t. Iubeo, pronũtio, decerno: & eſt propriè magiſtratuum, παραγγέλλω. Item Edicere pro denuntiare, ſiue præmonere. Plaut. in Truc. Edico prius, ne duplices habeatis Linguas, ne ego bilingues uos necem. Terent. in Hecy. Ibo intrò, atq; edicã ſeruis ne quoquã efferri ſinant. Cic. 2. de Finib. bonorũ, Eſt etiam tibi edicendum quæ ſis obſeruaturus in iure dicendo. Vnde & Edicere diem ad conueniendum, edicere conuentum, edicere militibus prædam, apud Liu. Ponitur etiam ſimpliciter pro dicere. Plaut. in Truc. Sanus ſi uidear, edicam.

Edicto, as, are, Eloquor, enuntio: frequẽt. eſt ab edico, quod interdũ pro ſimplici accipi, ſuprà oſtendimus, ἀποφάσκω Plaut. Epid. Atq; amorum ſummam edictaui tibi. Idem in Amph. Tute edictas facta tua.

Edicta, Quę ſunt Conſulũ, Prætorũ, & Aedilium literæ, quibus aliquid imperatur, διατάγματα, προγράμματα, διαγράμματα. Cicero pro Quint. Quod Prætor non fieri, ſed ex edicto ſuo fieri iubet. Eſt etiam edictum priuati hominis. Terent. in Heauton. Primũ hoc te oro, ne quid credas me aduerſus edictũ tuum facere eſſe auſum. Edicta Prætorum, Ius honorarium ſolemus appellare: quod qui honores gerunt, id eſt, Magiſtratus, authoritatem huic iuri dederunt. Iuſti. tit. 2. lib. 1. Inſtit. Et quia ſinguli magiſtratus edicta habebãt ſua, à probatis authoribus traditum eſt Edictum propriè eſſe Magiſtratuum. Edictorum aliud monitorium, aliud conuentionale, aliud citatorium, aliud peremptorij. De quibus uide l. ad Peremptoriam, cũ ſeq. uinct. Gloſ.

Edictio, onis, Edictũ, mandatũ, imperiũ, πρόσταγμα, διάταγμα. Plaut. Capt. Baſilicas edictiones atq; imperioſas habere.

Edilis, & hoc edile, uide Edo, es.

Ediſco, is, n. t. Memoria complector, παρατίθημι τῇ μνήμῃ. Cicero 2. Tuſc. Ita ſunt deinde dulces, ut non legantur modò, ſed etiam ediſcantur. Vergil. 6. Eclog. Audiit Eurotas, iuſſitq; ediſcere lauros.

Ediſcendus, Ediſcendus, ad uerbum libellus, Cic. 4. Acad.

Ediſſero, eris, pen. cor. act. p. Explano, declaro, διηγέομαι, κατὰ διήκοδον ἐπιξέμαι, ἐκδιηγεῖσθαι. Pacuuius, Ediſſere fabulã hanc Vergil. lib. 2. Aeneid. mihiq; ediſſere uera roganti. Plautus in Capt. Iam animaduerte: hæc mihi, quæ dicam, ediſſere. Cic. de clar. Orat. Quis docendo, ediſſerendoq; ſubtilior?

Ediſſerto, as, frequentat. Plau. in Amph. Ordine omne, ut quic quid actum eſt, dum apud hoſtes ſedimus, ediſſertauit.

Editítius, Editus, uide Edo, edis.

Edo, es. eſt, edi, eſum, uel eſtũ: anom. uel Edo, edis, correpta prima ſyllaba, ab ἔδω, ſignificat ueſcor, ἐσθίω, τρώγω. Vergilius 4. Aeneid. eſt mollis flamma medullas. Cic. ad Att. lib. 13. Itaq; & edit, & bibit ἀδηφάγως, & iucundè, opiparè, ſanè, & apparatè. Infinitiuum facit duplicem, Eſſe, ab Edo, es: Edere uerò, ab edo, edis. Cic. 2. de Orat. Quem quum Catulus nuper audiſſet, fœnum alios aiebat eſſe oportere. Huius compoſita Adedo. Verg. 4. Georg. Nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio. Ambedo, circumedo, περιτρώγω. Idem 3. Aeneid. Ambeſas malis abſumere menſas. Comedo, Exedo, Obedo, Peredo, & Superedo, quæ habent. pen. cor. Frequentatiuum eius eſt Eſito, deſideratiuum Eſurio.

Edendus, partic. Cic. de Amic. Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. Quando; edo ſignificat conſumo. Horat. lib. 1. Epiſt.

Quæ lædunt oculos, feſtinas demere, ſi quod
Eſt animum, differs curandi tempus in annum.

Edor, ederis, eſtur: præterit. eſus ſum. Plin. lib. 20. cap. 9. Et in Aegypto propter eius amaritudinem non eſtur. Eſtur, impers ſonale. Plaut. Moſtel. Iam iſta quidem abſumpta res erit, quã do dies noctesq; eſtur, bibitur.

Eſito, as, pen. corr. frequentatiuum eſt à ſupino Eſum formatum, κατατρώγω, προσφέρομαι. Gel lib. 4. ca. 11. Pythagorã philoſophũ nõ eſitauiſſe ex animalibus. Ibidem, Videtur autem de cyamo nõ eſitato cauſam erroris fuiſſe. Cat. de Re ruſt. ca. 157. Lotium conſeruatio eius qui braſſicam eſitauerit.

Edax, adiect. Idem ſignificans quod uorax, ἀδηφάγος. Ci pro Flac. Edax hoſpes. Terent. in Phorm. Alere nolunt hominem edacẽ. Edax curr⁹, qui multũ unguinis, ſiue ceromatis abſumit. Et edaces triremes, q magnis cõſtent impendiis. Tẽpus edax rerum, q omnia ſpatii longitudine atterat, & cõſumat.

Eſtrix,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eſtrix, icis, gen. fœm. uerbale ab Edo, es, eſt, Plaut. Caſ. Ego noui ambas illas eſtrices, corbitant, ubi comeſſe poſſunt.

Edacitas, Pro ingluuie, uoracitate, ἀδληφαγία, Plaut. in Perſa, Neq; edacitate eos quiſquam poterat uincere. Cicer. ad Qu. frat. Edacitatem pueri pertimeſco.

Eſurio, pen. cor. is, eſuriui, itum, ire, n. q. Famco, cibum appeto. Eſt autem abſolutum: quanquam & cum accuſatiuo inueniatur. Plaut. in Curc. Qui homo maturè quæſiuit pecuniã, Niſi eam maturè parſit, maturè eſurit. Terent. in Heaut. Modò liceat uiuere, eſt ſpes. CL. Quæ? S. Nos eſurituros ſatis. Cælius Ciceroni, Veſtras copias non noui: noſtri ualde depugnare, & facilè algere, & eſurire conſuerunt.

Eſuriales feriæ, dicuntur à Plauto in Capt. quibus ab edendo feriamur. Neque ieiunioſiorem (inquit) neque magis effractum fame uidi, & cætera. Ita uenter gutturque reſident eſuriales ferias.

Eſurio, onis, m. t. Qui eſurit, παναλής. Plaut. in Perſa, O Saturio, opportunè aduenisti mihi. S. Mĕdaciũ ædepol dicis at que haud decet: Nam eſurio uenio, non aduenio ſaturio.

Eſuritor, uerbale. Martialis libro tertio, Romam petebat eſuritor Thurius.

Eſurics, ei, fœm. q. Eſurio, onis, & Eſurigo, ginis, Idem quod fames, hoc eſt, edendi auiditas, πεῖνα. Varro, Vbi lubet, ire licet accubitum, accedo ſtrenuoſus, ſtimulans quod æſurigo fingebat coſtas. Catul. 20. Epigram. Aureli pater Eſuritionũ Gellius libro decimoſexto, capite 3. Eſuritionem faciunt inanes patentesq; inteſtinorum fibræ.

Eſus, us, ui, Actus ipſe edendi: ut, Pomum immaturum, necdũ eſui idoneum. Plinius libro 20. capite ſeptimo, Stomachos diſſolutos adiuuant eſu.

Edilis, le, pen. prod. pluraliter edilia: uel Edulis, & Edulia, per quintam uocalem, Dicuntur omnia quæ ad eſum pertinĕt, ἐδώδιμα, βρώσιμα. Gell. lib. 7. cap. 11. Quod ex ſalutis uſu foret ut edilia quidem omnia defenderet ab arteria, depelleretq; in ſtomachum & pulmonem. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 4. Vinea ſubmittit capreas non ſemper edules.

Edulium, n. ſ. Dicitur quicquid ad prandium cœnamq; edendi gratia apponitur & ſumitur, præter panem, ἔδισμα, ἐδωδή. Hieronymus, Cuius edulio primogenita perdidit.

Edo, onis, m. t. Idẽ q; edax, qui & Manduco dicitur. φάγος. Nonius, Edones, & phagones, ab edacitate: unum Latinum, ad aliud Græcum. Varro, Edones Romam, ut turba intendat animo: ſed propter phagones ficedulam pinguem, aut turdũ, niſi uolantem, non uideo.

Edo, edis. edi, priore prod. edidi, editum: act. t. Eſt emittere & quaſi extra dare, ἐκδίδωμι. unde Edere librum, eſt librum publicè legendum emittere. Cic. Nec ſe tenuit quin contra doctorem ſuum librum ederet. Et quoniam quę generantur ex utero in lucem prodeunt, edi etiam pro naſci accipitur. Horat. lib. 1. Carm. Mecœnas atauis edite regibus. Edere etiam ſæpe ſignificat exhibere: ut, Edere ſpectacula: edere munus gladiatorium. Plaut. Edit quiſq; quod poteſt, id eſt, profert & agit. Edere animam, pro mori. Cic. pro Seſtio, At ſi tum P. Seſtius, Iudices in templo Caſtoris animam, quã uix retinuit, edidiſſet: non dubito quin, &c. Sic edere uitam. Edere frondem, ſiue fructum dicitur arbor, apud Colu. Sic edere herbas campi dicuntur. Edere leges, eſt conſcribere, & ſtatuere, uel promulgare. Edere nomen, pro imponere. Liu. li. 1. ab Vrb. Domicilioq; ibi comparato, L. Tarquinium Priſcũ edidere nomen. Eſt etiã edere nomen, proferre uel efferre nomen ſuum ut deſcribatur, & ueluti ſuũ nomen profiteri in actis, quem manumiſſuri ſumus: q fiebat ante cognitionem Conſulis. Quinetiã edere nomina, hodie dicere poſſumus quod procuratores apud acta curię Præſentare dicunt. Edere oraculũ, & diuinare. Edere rationes, facere computum cum aliquo. Cic. ad Attic. lib. 7. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam quas tibi edidit. Edere ſcelus, committere, patrare. Edere teſtes, proferre, producere.

Editus, partic. ut, Editus Iouis ſatu, apud Cic. Offic. 1.

Editus, nomen ex participio, pro Altus. Liuius, Tumulo editiſſimo communierunt, ὑψηλός. Edita loca dicuntur alta, & eſſe edentia hoc eſt, oſtẽdẽtia. Editi atq; aſperi colles, apud Cæſarem 7. bel. Ciu. Scribi debet abſq; diphthongo quemadmodum & uerbum edo, quod hactenus malè inter diphthongata relatum fuit. Horatius metaphoricôs pro Forti uſurpauit, libro primo, Serm. ſatyr. 3. Viribus editior cædebat, ut in grege taurus.

Editicius, adiect. Iudex editicius quem altera pars elegerit. Cic. pro Planco, Neque enim quicquam aliud in hac lege, niſi editicios iudices es ſequutus.

Editio, uerbale, ἔκδοσις: ut, Editio librorum. Quint. in proœmio, lib. 1. Sed nimium amantes mei iuuenes librum temerario editionis honore uulgauerant. Editio multiplex, p uaria, & diſſona traditione. Liu. 4. ab Vrbe, Valerius Antias & Q. Tubero M. Manlium & Q. Sulpitium C O S S. in eũ annum edunt. Cæterũ in tam diſcrepanti editione & Tubero & Macer libros linteos autores profitentur.

Edŏcĕŏ, ces, a. ſ. Diligenter doceo, διδάσκω. Plaut. Epid. Eadẽ hæc intus edocebo quæ ego ſcio. Stat. 3. Thebaid. non te cæleſtia fruſtrà Edocuit, lauroque ſua dignatus Apollo eſt. Cicero 3. Tuſc. Edocuit, tamen ratio, ut mihi quidem uidetur, &c. Salluſt. in Catil. Senatum edocet de itinere hoſtium.

Edŏlō, as, a. p. pen. cor. Perfectè dolo, polio, κατεξέω. Nonius, Edolare fabrorum eſt uerũ uerbum, quum materiarũ complanatur aſperitas. Vſi ſunt eo uerbo laudãdi ſcriptores uetuſtatis, etiam ad alias fabricas rerum. Varro, Vnum ego libellum non edolem? Cic. ad Attic. libr. 13. Quod in manibus habebam, abieci: quod iuſſeras, edolaui.

Edŏmo, as, Idem quod domo, δαμάζω. Cicero pro Sylla, Improbi ac perditi ciues, edomiti atq; uicti. Idem de Fato, Scribunt uitioſam naturam ab eo ſic edomitam, & compreſſam eſſe doctrina, ut, &c. Hora. 4. Carm. Od. 5. Mos & lex maculoſum edomuit nefas.

Edor, Ab antiquis appellatum fuit far, quod poſtea ador uocauerũt, teſte Feſt. Dictũ ab edendo, eo qđ pop. Rom. trecentis propemodum annis ex omni frumenti genere ſolo farre uſus fuerit, ut ex Verrii ſententia refert Plin. lib. 18. cap. 7.

Edormio, is, n. q. Dormire ad ſatietatem. Cicero 4 Acad. Quumq; edormiuerunt, illa uiſa quàm leuia fuerint intelligunt. Edormire uinũ, ſiue crapulam, eſt dormiendo confice re & cõcoquere. Cic. 2. Philip. Edormi crapulam, inquã, & exhala. Gell. lib. 6. Eosq; ibi ſedere atq; operiri propè ad meridiẽ donec diſcipuli nocturnum omne uinum edormiant.

Edormiſco, ſcis, Idem quod edormio. Plaut. Amph. pauliſper manę, Dum edormiſcat unum ſomnũ, quæ næ uigilans ſomniat. Idem Rud. Quin abeo hinc in Veneris phanũ, ut edormiſcam hanc crapulam? Teren. Adelph. interea in angulum Aliquò abeam, atq; edormiſcam hoc uilli.

Edūco, cis, pen. prod. eduxi, eductum, a. t. Extra duco, ἐξάγω. Plaut. Amph. Contra Teleboæ ex oppido legiones educunt ſuas. Liu. libr. 1. in aciem copias eduxit. Verg. pro extraho poſuit, libro 10. Eduxit corpore telum. Aliquãdo eſt erigere. Idẽ lib. 6. aramq; ſepulchri Congerere arboribus, cæloq; educere certant, hoc eſt, erigere uſq; ad cælum. Aliquando nutrire, ἀνάγειν. Teren. in Adelph. Inde ego hunc maiorẽ adoptaui mihi, eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo. Educere uerbum eſt forenſe apud Cicer. 5. Ver. Aditum eſt ad Metellũ eductus eſt Apronius, eduxit uir primarius C. Gallius Senator à L. Metello, ut ex edicto ſuo iudicium daret in Apronium, quod per uim ac metum abſtuliſſet Bud.

Educo, as, are, pen. cor. Nutrire, ἄγεσθαι, ἀνάγειν. Varr. de liber. educ. Educit enim obſtetrix, educit nutrix, inſtituit pædagogus. Liu. 2. ab Vrb. Pauperes ſatis ſtipendii pendere, ſi liberos educent.

Educatus, a, um, particip. Cic. 3. de Fin. Quis autem honeſta in familia inſtitutus, & educatus ingenuè, non ipſa turpitudine, etiamſi cum læſura non ſit, offenditur? Terent. Adelph. unà à pueris paruoli Sumus educati.

Educatio, uerbale, Quod tam inſtitutionem quàm nutritionẽ complectitur. Græci uocant παίδων ἀγωγήν. Quint. lib. 1. Inſtit. Mollis, inquit, illa educatio quam indulgentiam uocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Cicer. 3. de Fin. Atq; etiã in beſtiis uis naturæ inſpici poteſt: quarũ in fœtu & educatione laborem quũ cernimus, naturæ ipſius uocem uidemur audire. Idem 5. de Finib. Earũ etiã rerum quas terra gignit, educatio quædam & perfectio eſt.

Educator, oris, m. t. Nutritor, τροφεύς. Cice. 2. de Nat. deor. Omnium autem rerum quæ natura adminiſtrantur, ſeminator & ſator, & parens (ut ita dicam) atq; educator & altor eſt mũdus. Idem pro Planco, Quis eſt noſtrum liberaliter educatus cui non educatores, cui non magiſtri ſui atq; doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipſe altus aut doctus eſt, cum grata recordatione in mente uerſetur?

Educatrix, fœm. gen. τροφὸς, ὁ. Cic. 1. de Leg. Earum rerum parens eſt, educatrixq; ſapientia.

Edulco, as, are, Dulce facere, γλυκύνω. Cn. Marius apud Nonium, Quapropter edulcare conuenit uitam, curasq; acerbas ſenſibus gubernare.

Edulis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Edulis, le, **Edulium**, uide in Edo, es.

Eduro, as, are, a. p. Valde durum facio, & ad laborem assuefacio, σκληρόω, σκληραγωγῶ. Colum. libr. 11. cap. 1. Quare docendus, & à pueritia rusticis operibus edurandus futurus uillicus. Nunc legunt educandus.

Edurare, neutrum, pro perdurare, Seneca de Breu. uitæ, Aiunt animalibus tantum indulsisse naturam, ut quina aut dena secula edurent.

Edurum, n. s. Nõ durum, ἀπόσκληρον. Ibi enim e, priuationem significat, ut in adiectiuo enodis. Verg. 2. Georg. Plantis eduræ coryli Nascuntur. Quanquam uetusta quædam exemplaria ibi sic habent, Plantis & duræ. Vtranq; lectionem Seruius agnoscit. Plin. libro 14. cap. 3. In pergulis uerò seruntur escariæ appellatæ, eduræ acinis, albæ, nigræq;. Interdum etiam edurum inuenimus pro ualde duro. Vergilius 4. Georgico. Eduramq; pyrum, & spinos iam pruna ferentes. Vbi eduram pyrum teste Seruio, uocat Poëta ualde duram.

Edurè, aduerbium, Idem quod durè, asperè. Oui. 3. de Arte am. Nec tamen edurè quod petit ille, nega.

E F

E. A E. In notis antiquorum Eius ætas. E est, Eus uel Eius.

Effarcio, is, effarsi, effartum. 4. q. Maximè impleo, ἐκπλήρόω. Cæsar libr. 7. Hæc autem quæ diximus, interualla, grandibus in fronte saxis effarciuntur.

Effari, d. q. Propriè est eloqui, ἐκφάναι, ἀποφάσκειν. Liu. 2. ab Vrb. Fœdus, multisq; id uerbis quæ longo effata carmine nõ operæ est referre, peragit. Cic. pro domo sua, Neq; uerbum ullum solenne potuit effari. Vergil. 2. Aen. sic ore effata recepit Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit. Effari etiam Augures dicebantur, quum ultimas augurii sui preces proferebãt. Vnde effata, sunt ultimæ precationes Augurum quas post fines auspiciorum extra urbem affabantur, ut Varro & Seruius aiunt. Cic. 2. de Legib. Alterum quod interpretatur fatidicorũ & uatum effata incognita. Effari templum Cic. ad Attic. lib. 13. Opinor Augures nihil habere ad templũ effandum. Effari precationes dicitur sacerdos sacris operans cui chorus respondet, Amen.

Effatus ager. Seruius in illud 6. Aeneid. sic effatus uestigia pressit. Propriè, inquit, effata sunt Augurum preces. Vnde ager post pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus.

Effata, orum, præterea est enuntiatio dialectica. Cicer. 4. Acad. Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut uerum esse aut falsum.

Effabilis, le, adie. Dictu effabilis, Vergil. 3. Aeni. Nec uisu facilis, nec dictu effabilis ulli. De Polyphemo.

Effascino, as, Idem est quod simplex fascino, καταγοητεύω. Solinus, Quædam in terra Africa hominum familiæ sunt, uoce atq; lingua effascinantes, quæ si impensius fortè laudauerint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes cultu atque pastu opimas, emoriantur repente. Est itaque effascinare nihil aliud quàm noxio uisu, & fictis laudationibus exitium afferre: Plinius refert ex Cicerone mulieres omnes quæ duplices habent pupillas, oculis fascinum circunferre. (chio axilla ostendatur. Festus.

Effaxillo, as, ab axilla fit. & significat exero, quod exerto bra

Effero, anom. penult. cor. effers, Extra fero, ἐκφέρω, Plaut. in Amph. Sed uide efferantur ex nauibus. Teren. in Adelph. Nũ quid nam effert? occidi. Efferre pedem, idem quod egredi. Plaut. in Bacch. Nego tibi annis fuisse uiginti primis copiam, pedem ut efferres ex ædibus. Verg. lib. 2. Mene efferre pedem genitor? Hinc efferri cadauer dicitur, quum celebratur funus, uel dum sepelitur, quasi extra urbem ferri, κομίζεσθαι, ἐκκομίζεσθαι, ἐκφέρεσθαι, κηδεύεσθαι. Siquidem apud ueteres solebant extra urbem sepeliri, nisi qui gessissent magistratus honestiores tamen circa uias. Vnde frequenter epitaphia ad uiatores diriguntur. Liu. Depugnabũt, p te ipsi ac moriẽtur, ac se ultrò efferent. Idem 2. ab Vrbe, Nihil aliud ad eum nuntium à proposito auersus, quàm ut cadauer efferri iuberet. Interdum Efferre, est prouehere, exaltare, ἐξάγειν. Vergil. Extulit hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos. Interdum laudare, ἄγειν διὰ μνήμης. quamuis ad idem reduci possit: nam quem laudamus, quodammodo ab inferiori & humiliori gradu ad summam dignitatem euehimus. Nonnunquam etiã accipitur pro extollere, siue in altum leuare. Verg. quinto Aeneid. Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè Extulit. id est, in altum leuauit. Interdum proferre, ut apud eundẽ. Vt belli signum Laurẽti Turnus ab arce Extulit,

Interdum elauere, minuereq;, quasi extra ferre, hoc est, euacuare. Cicero secundo de Oratore, Illa autem quæ aut conciliationis causa leniter, aut permotionis uehementer agũtur, contrariis commotionibus efferendæ sunt, ut odio beneuolentia, misericordia inuidia tollantur. Aliquando etiam accipitur efferre pro diuulgare, & manifestum facere. Terent. in Phor. Vides tuum peccatum elatum esse foras, Neq; iam id celare posse te uxorem tuam.

Elatus, participium. Liuius 7. ab Vrbe, Coruus è conspectu elatus, Orientem petit.

Elatus, adiectiuum, Superbus, arrogans: à uerbo effero, quod inter cætera significat extollo, καταφρυωμένος, μετάρσιος, ἀπηρμένος. Cic. contra legem Agrar. Orat. 2. Quibus illi reb. elati, & inflati, & cætera. Elatos arrogantia, superbia, insolẽtia, Cæsar. 3. bell. Ciuil.

Elatè, aduerb. Quod significat amplè, superbè, grauiter. Cic. in Orat'. Ita fit ut Demosthenes certè possit summissè dicere: elatè Lysias fortasse non possit.

Efferus, a, um, pen. cor. Idem est quod ualde ferus & crudelis, θηριώδης. Seneca in Hippolyto, Laniatu effero dispersa membra. Verg. 8. Aen. simul omne tumultu Coniurat trepido Latium, sæuitq; iuuentus. Effera. Idem 10. Aen. ubi nunc Mezentius acer, Et illa effera uis animi?

Effero, as, pẽ. cor. act. p. Efferũ, hoc est, crudelẽ, instar feræ facio ἀγριόω, ἀποθηριόω. Liu. 2. Obsita erat squalore uestis. fœdior corporis habitus pallore ac macie perẽpti: ad hæc promissa barba, & capilli efferauerãt speciem oris. Lactan. lib. 3. Nam si homo ad aspectum alterius hominis efferaretur, qđ facere uidemus animantes quorũ natura soliuaga est, nulla esset hominũ societas. Plin. lib. 10. ca. 63. Fœminę sues in tantũ efferantur, ut hominẽ lacerent. Cic. 1. de Nat. deor. Equidem arbitror multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eos nulla suspicio deorum sit. Liu. 6. bel. Mace. Linguã tantùm Græcorum habent, sicut speciem hominum: moribus & ritibus efferatioribus quam ulli Barbari, imò quàm rapacissimæ belluæ utuntur.

Efferueo, es, efferbui, uel efferui, n. s. Est uehementer feruere, ebullire, ὑπερβάλλω, ἐκφυσῶμαι.

Efferuesco, n. t. augmentatiuum. Col. libr. 12. cap. 25. Vt in efferuescо uinum se bene purget. Per metaphoram accipitur pro uehementer commoueri. Cic. pro Plancio, Campus atq; illæ undæ comitiorum, ut mare profundum, immensum, sic efferuescunt quodam quasi æstu. Nonnunquam etiam pro erumpere. Cic. de Prouin. Consularibus, Totumq; Pontum armatum efferuescentem in Asiam, atq; erumpentem, ægrè repulsum, & ceruicibus intercluſum sustinerent. Efferuescere significat ardore animi excitari: aut cũ homo ira excandescit, contrarium est Deferuescere. Vlpianus in l. quis sit fugitiuus parag. idem ait de Aedil. edict. Si autem in hoc tantum latuissent, quod iracundia dominorum efferuesceret. Hoc ideò ascripsi, quod Accursius Efferuesceret, id est, humiliaret, interpretatus est.

Efferuo, in tertia declinatione. Vergilius quarto Georgicorũ, Aspiciunt liquefacta boum per uiscera toto Stridere apes utero, & ruptis efferuere costis.

Efficax, uide Efficio.

Efficio, is, penult. cor. act. t. Perficio, faciendo assequor, præsto, ἀποπράττω. Terent. Andr. Quid est quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? Plau. in Pseud. Neq; hoc opus quod ego uolui, ego hodie efficiam. Pro eodem etiam dicimus Effectum dare, uel reddere. Terent. in And. Hoc ego profectò tibi effectum reddam.

Efficiens, entis, om. t. conficiens quod efficit. Cic. Top. Efficiens causa aliter conficiens. Item in Offic. Cyrenaici uirtutem censuerũt esse laudandã, qđ efficiens esset uoluptatis.

Efficientia. f. p. idem quod effectus. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Aspexissemq; Solem, eiusq; cum magnitudinem, pulchritudinemq;, tum etiam efficientiam cognouissent, quòd is diem efficeret toto cælo luce diffusa.

Efficienter, aduerb. Cic. de Fato, Non sic causa intelligi debet, ut quod cuiq; antecedat, idem causa sit: sed cuiq; efficienter antecedat.

Effectus, us, masc. q. qui causam ipsam sequitur, nomen. Plin. in Paneg. Perge modò Cæsar, & uim effectumq; censuræ tuum propositum, tui actus obtineant. Effectus est id quod aut uerũ aut falsum sit reb. sumptis. Cic. 4. Acad. Sunt qui putant effectum & officium animi habitib. esse propriissimam differẽtiam, ut quemadmodũ differentia hominis est rationale, ita sit differentia ipsius Iustitiæ: Suum cuiq; tribuere,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

buere, ipsius temperantiæ frugaliter uiuere. Legis uirtus siue officium est imperare, uetare, punire, permittere. l. legis uirtus de legibus.

Effector, Cicero de Diuinat. Magna stultitia est earum rerum deos facere effectores.

Efficax, cacis, om. t. Quod ad agendum aliquid uim habet, ac maximè conducit, ἐνεργὴς, δυνός. Plin. libro 24. capite 15. Efficacibus docuit exemplis non maria plus temerata conferre mercatori, quàm sedulum ruris larem. Ibidem, Aduersus serpentes, ac priuatim aspides, ex acero pota efficax. Cælius ad Cic. Nosti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax sit. Hoc est, promptus, & paratus, dum res expostulat.

Efficax, id est, uis & pondus ad aliquid efficiendum, ἐνέργεια. Plinius libro undecimo, cap. 5. Quos efficaciæ industriæq; tantæ comparemus neruos.

Efficacitas, idem significãs. Cic. 4. Tusc. Item q; uiribus corporis & neruis, & efficacitati similes, similibusq; uerbis animi uires nominantur. Qu. Cicero de Petit. consul. Qui tantum habet audaciæ, tantum deniq; in libidine artis & efficacitatis, ut &c.

Efficaciter, aduerbium, Plinius libro uigesimo octauo, capite quinquagesimo primo. Capitis ulcera manantia, urina tauri efficaciter sanat. Idem 18. cap. 6. Id efficacissimè cõtingit, germinantis ramis baculo decussis.

Effigies, ei f.q. Signum est ad alterius uiuam similitudinem, ueramue imaginẽ factum, tã in picturis quàm in sculptũris, ut scribit Valla, libro 5. εἰκὼν, ἐκμαγεῖον, ἐκφάνσις μία. Plin. lib. 10. cap. 44, Vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos. Effigies, humanitatis & probitatis patris filius, apud Cic. lib. 2. de Finibus. Dicitur etiam Effigia. Plautus Rud. Veneris effigia hæc quidem est.

Effigio, as, a p. Ad effigiem formo, ἀκονίζω. August. lib. 7. de Ciuit. Quid sunt idola, nisi quòd oculos habent, & non uidebunt? & quicquid tale de materiis, licet à fabro effigiatis, tamen uita sensuq; carentibus dicendum fuit. Ineffigiatus autem, qui non habet aliquam formam.

Effilatum, uide in dictione Filo.

Effingo, is. a. t. Est effigiem rei alicuius ad uiuum exprimo uel ad alterius formam fingo, & qualem uolo fingendo formam repræsento, διατυπῶ, ἀπεικάζω, ἀπομιμοῦμαι. Cic. 1. Tusculanarum, Quæ porrò tam immensa magnitudo quæ illa multa possit effingere? Quintilianus, Nam mihi uidetur M. Tullius, quum se totum ad imitationem Græcorum cõtulisset, effinxisse uim Demosthenis, copiam Platonis, iucũditatem Isocratis. Vide plura apud Vallam, lib. 5. cap. 46.

Effictus, particip. Cic. pro Rosc. Etenim hæc conficta arbitror à Poëtis, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamq; imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus.

Effictio, onis. Ad Herennium lib. 4. Effictio est, quum exprimitur & effingitur uerbis corporis cuiuspiam forma, qd satis sit ad intelligendum.

Efflagito, as. a. p. Cum clamore, seu cum magna instantia flagito: maioremq; habet uim quàm postulare, παρῶ. Vergilius 12. Aeneidos, Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes, Nomine quenque uocans, notumq; efflagitat ensem. Quin. ad Tryph. Efflagitasti quotidiano cõuicio ut libros quos de Institutione oratoria scripseram, iam emitterem inciperem.

Efflagitatus, us. m. q. nomen. Pro uehementi postulatione. Cicero 7. in Verr. In iudicio coactu, atq; efflagitatu meo produceꝛe ad ignotos, &c.

Efflagitatio, onis. f. t. Cic. ad Brut. Quia neminem magis decet quàm te Rempub. amare, libertatisq; defensorem esse, uel ingenio, uel rebus gestis, uel studio, atq; efflagitatione omnium.

Effleo, es, ere. n. f. Idem est quod flendo consumere. Vnde Efflere oculos dixit Quintil. lib. 6. Declamat. pro nimio fletu se excæcare: Audita (inquit) mea calamitate rari uxor exempli & prorsus talis filii mater, effleuit oculos.

Effligo, gis, pen. prod. efflixi, efflictum. a. t. Idem significat quod affligere. Plaut. in Asin. Quam tu propediem (nisi qui dem illa antè occupassit te) effliges scio. Idem Cistel. Equidem hercle, nisi perdam te tertio, omnes efflixero.

Efflictim, aduerbium, pro ualde, & uehemẽter, ὑπερφυῶς. Plautus in Amphytrione, Sic efflictim amare perinde ut hic te efflictim deperit.

Efflo, as, n. p. Flatu abigo, expiro, ἐκφυσάω. Var. lib. 1. de Rust. Præterea quòd ab sole toto die illustratur salubrior est, quod & bestiolæ, si quę propè nascuntur, aut inferũtur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt. Inde efflare animam ἐκπνεῖν dicimus, pro mori. Sueton. Priusquã efflaret animã pro mortuo deseri iussit. Cic. pro Mil. Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset. Efflauit extremum halitũ id est, mortuus est. Cic. lib. 2. Tusc.

Effloreo, es, n. f. Valde floreo: & per translationem uigeo, excello, ἐξανθέω, Cic. in Læl. Quæ tamen efflorescit amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis.

Effluo, n. t. Extra fluo, effundor, ἀποῤῥέομαι, ἐκῥέω. Cato de Re rust. cap. 1. Si habebis aquam, uinum effluet, aqua manebit. Cicero 2. Tusc. Num tu ingemuisse Epaminundam putas, quum unà cum sanguine uitam effluere sentiret? Lactãtius lib. 1. Siue igitur à Melisseo (ut Dydimus tradidit) colendorum deorum ritus effluxit. Effluere, per trãslationem accipitur pro palàm fieri, siue diuulgari. Terent. in Eunuch. Verum quæ hoc falsum est, effluet, hoc est, non tacebitur, sed diuulgabitur. Effluere etiam alicubi dicitur quod illi è memoria excidit. Cic. 2. de Fin. Bona præterita non effluere sapienti, mala meminisse non oportet.

Effluentia, æ, f. p, Idem quod effluxus, ἐκροή. Plin. libr. 26. cap. 10. Illita quoq; radix genitalibus, inhibebit non solùm uenerem, sed effluentiam genituræ.

Effluuium, uii, n. f. Ipse effluendi actus, ἔκρισις. Plinius libro 7. cap. 51. Profundi humoris è corpore effluuium. Tacit. lib. 12. Quum & conuiuium effluuio lacus appositum magna foꝛmidine cunctos affecit: quia uis aquarum erumpens proxima trahebat, conuulsis ulterioribus, &c.

Effluxiones, um, f. t. uocantur missiones menstruorum, & seminis concepti ad instar lassis eruptiones intrà septimum à conceptione.

Effõco, as, are, Idem quod suffocare: πνίγω, ἄγχω. Sen. de Brẽui. uitæ, Aspice illos, ad quorum felicitatem concurritur, bonis suis effocantur.

Effodio, dis, pen prod. a. t. Fodiẽdo eruo, κατασκάπτω, ἐξορύττω. Plautus in Cas. Ex sterquilinio effossa tua illæc præda est. Idem in Pseud. Ex hoc sepulchro uetere uiginti minas Effodiam ego hodie.

Effœmino, as, a, p. pen. cor. In muliebrem mollitiem, atque lasciuiam conuerto, ἀνοθηλύνω. Sall. Ea quasi uenenis malis imbuta, corpus animumq; uirilem effœminat. Cic. 1. Tusc. Cogitationibus molestissimis effœminamur. Cæs. 1. bel. Gal. Remollescere homines, atque effœminare ea re arbitrantur.

Effœminati, Molles & lasciui dicũtur, ἐκθηλυνόμενοι, θηλυδρίας. Cice. 3. Phil. Quum autem omnis seruitus misera, tum uerò intollerabile est seruire impuro, impudico, effœminato, nunquam ne in metu quidem sobrio. Idem 4. Tusc. Nam uidendum est in utrisq; ne quid humile, summissum, molle, effœminatum, fractum, abiectumq; faciamus.

Effœtus, a, um, Dicitur quod iam fœtum edidit Colum. lib. 7. cap. 12. Primus effœtę partus amouendus est, quoniam tyruncula nec rectè nutrit. Item sumitur effœtus pro fœtu qui emissus est. Idem lib. 8. cap. 5. Pullos non oportet singulos, ut quisq; natus sit tollere, sed uno die in cubili sinere cum matre & aqua ciboq; abstinere dum omnes excludãtur. Postero die quum grex fuerit effœtus, hoc modo deponatur.

Effœta quoq; dicitur quæ parere desiit, quasi frequẽti partu lassata, ἄγονος. Plin. lib. 10. cap. 53. Est autem tanta gallinis fœcunditas, ut aliquæ sexagena pariãt ouа, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ intantum ut effœtæ moriantur. Quo in loco effœtas dixit gallinas, fœtu destitutas, eneruatas, exhaustas & lassatas: à similitudine mulierum quas partus debiles reddit. Effœtæ uires, per translationẽ dicuntur quæ iam defloruerunt, uigoreq; pristino amisso elanguerunt. Verg. 5. Aeneid. frigentq; effœtæ in corpore uires. Similiter effœtam telurem dicimus, ut idẽ lib. 1 Georg. Effœtos cinerẽ immundũ iactare per agros. Vbi Seru. Continua fertilitate lassatos, sicuti etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. Columell. in præf. 2. libri, Quod existiment ubertate nimia prioris æui fatigatum, & effœtum solũ, nequire pristinam benignitate præbere mortalibus alimenta. Cic. in Cat. Libidinosa & intemperans adolescẽtia effœtum corpus tradit senectuti. id est, debile & infirmum, quia uacuum uiribus & eneruatum.

Effœtè, aduerbium. Martialis libro 2. Effœtè, grauiter, citè, nequiter, euge beate.

Effor, uide Effari.

Efforo, as, a, p. pẽ. cor. Idẽ est q̃ pforo, τιτράινω, τιτράω. Col. l. 9. ca. 1. Erit fissilis stipes, compluribus locis per latus efforatus.

Effrænatus

Effrænatus, pen. prod. Dicitur qui frænum detrectat, & pro arbitrio noſtro regi non poteſt. Vnde per translationem dicitur de re quæ omnem egreditur modum. Ci. de Aruſp. reſp. Cuius ergo de effrænato & præcipiti furore quid dicam? Idē 5. de Finib. Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendam animi & fugam, lætitia profuſam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam.

Effrænatè, aduerbium, Idem ſignificans quod diſſolutè. Cic. 4. Tuſcul. An propter infinitum odium tyranni effrænatius in Aruntem inuaſerit. Cicero de Senect. Nullam capitaliorem peſtem quā uoluptatem corporis, hominibus dicebat à natura datam, cuius uoluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitantur.

Effrænatio, effrænationis. Cicero 5. Philip. Quæ effrænatio impotentis animi?

Effrænus, effræna, um, uel Effrænis, & hoc effrene, Carens fræno ἀχάλινος. Liu. 4. ab Vrb. Frænos ut detrahat equus, imperat, & ipſe princeps calcaribus ſubditis euectus, effræno equo in medios ignes infertur.

Effrico, as, Fricando excutio, ἀποψάω. Seneca epiſt. 96. At illis aut hebetibus & obtuſis, aut mala conſuetudine obſeſſis diu rubigo animorum effricanda eſt.

Effringo, gis, act. t. Eſt ui quadam & impetu frango, διαῤῥήγνυμι. Ter. in Adel. Fores effregit, atq; in alienas ædes irruit.

Effractus, particip. Cic. pro Mur. Eamq; urbem ſibi Mihtridates Aſiæ ianuam fore putauiſſet: qua effracta, & reuulſa, tota pateret prouincia. Plaut. Capt. Neq; ieiunioſiorem, neq; magis effractum fame uidi.

Effractor, m. t. Dicitur qui fracto oſtio, aut ſera in ædes, uel arcam alienam irrumpit. Paul. in l. 3. ff. de Offi. Præf. uigil. Cognoſcit Præfectus uigilum incendiariis, effractoribus, furibus Vlpian. l. 1. de Effract. Sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatoq; pariete, pecuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere prouincia Africa, unde erat, & Vrbe, & Italia.

Effractura, rę, f. p. pro uiolenta diſruptione in l. 3. de Offic. Præſ. uigil. 1. C. Locati.

Effractarius, rii, Qui effringit. Seneca epiſtola 69. Vile uidetur quicquid patet: aperta effractarius præterit.

Effŭgio, is, n t. pen. cor. Idem quod fugio, euado, διαδύομαι. Verg. 3. Eclog. Nunquam hodie effugies, ueniam quocūq; uocaris. Plaut. Merc. Clam patrem patria hac effugiam, aut aliquid capiam conſilii? Terent. Andria, Nullon ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? Cic. 3. Ver. In quibus non dubito quin offenſionem negligentiæ uitare atq; effugere non poſſim. Horat. Serm. Sat. 3. Effugiet tamen hæc ſceleratus uincula Protheus. Interdum celeriter tranſeo. Verg. 3. Aeneid. Effugimus ſcopulos Ithacæ Laërtia regna.

Effugium, gii, Euaſio, ἀποφυγή. Liu. 4. belli Punici, Vt ſi effugium patuiſſet in publicum, impleturæ urbem tumultu fuerint. Si, inquit, patuiſſet effugium, hoc eſt, uia uel modus ullus euadendi, uel effugiendi. Cic. 2. de Nat. deo. Alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.

Effulcio, is, a. q. idem quod fulcio, ἐρείδω, στηρίζω. Verg. 7 Aen. Centum lanigeras mactabat ritè bidētes: Atq; harū effultus tergo, ſtratiſq; iacebat Velleribus.

Effulgeo, es, n. f. Vehemēter fulgeo, ἀποστίλβω. Liu. 8. bel. Pun. Niſi ex uehementi ſole qualis inter graues imbre nubes effulget, tanta uis aquæ, &c. Verg. 8. Aeneid. inſtructo Marte uidere res Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus. Pliu. libr. 4. ca. 1. Omnis Græciæ fabuloſitas, ſicut & literarum claritas, ex hoc primùm ſinu effulſit.

Effundo, is, act. t. Extra ſpargo, προΐημι, ἐκχέω. Plautus in Aſin. Totamq; effudit fideliam, id eſt, ſparſit quicquid in fidelia erat. Cic. p Planc. Nunc timeo ne nihil tibi præter lachrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. Per translationem conſumere. Cic. libr. 2. Offic. Multi patrimonia effuderunt, inconſultè largiendo. Sic effundere ærarium dixit Ci. 3. Tuſc. pro euacuare & inane reddere. Gracchus (inquit) quum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, uerbis tamen defendebat ærarium. Nonnunquam etiam accipitur pro erumpere, & magna cupiditate egregi. Ci. ad Brutum, Timore quodam perculſa ciuitas, tota ad te ſe cū coniugibus & liberis effundebat. Quādoq; emittere. Vergilius 3. Georgic. ruuntq; effuſi carcere currus. Quandoq; proſternere, profligare, τρίπτομαι. Saluſt Effuſo ac profligato peditatu, paulatim retrocedere cœperūt.

Effuſio, uerbale, quod interdum ſignificat ipſum effundendi actum, ut quum effuſionem aquę dicimus. Cicero ſecundo de Natura deor. Atque aquæ etiam admixtum eſſe calorem, primū ipſe liquor, tum aquæ declarat effuſio: quæ neq; conglaciaret frigoribus, neq; niue pruinaq; concreſceret, niſi eadem ſe admixto calore liquefacta & dilapſa diffunderet. Interdum etiam prodigalitatem. Cicero pro Roſcio Amerino, In hac uita, Iudices, quos ſumptus quotidianos, quas effuſiones fieri putatis?

Effuſores, um. m, t. qui patrimonium peculiumue temerè & largè expendunt diſſipantq;. Verbum famil. diuo Cæſ. imperat. Aug. Frid. 4.

Effutio, effutis, n. q. penultima producta, Ineptè & incōſultè loquor, euacuo, σπαθάω, ἐξαγορεύω, ψυχολογῶ. Trāslatio ſumpta à uaſe futili, quod patulo ore, fundo acuto, inſtabile, nihil in ſe continet. Terentius in Phormione, Eò perperam olim dixi, ne uos fortè imprudētes foris Effutiretis. Horat. in Arte Poētica. Effutire leues indigna tragœdia uerſus. Varro, Euax uerbum nihil ſignificat, ſed effutiū naturaliter eſt. Nonius effutire exponit pro dicere cum mendacio: adducitq; Ciceronē 5. Tuſc. ubi ſic ait, Nec hoc ſic agit, ut ex tempore quaſi effutire uideatur.

Effutitus, partic. Cic. 2. de Diuin. Quorum partim ficta apertè partim effutita temerè, nunquam ne mediocriter quidem cuiquam, non modò prudenti probata ſunt.

E G

Egelido, act. p. Quod gelatum eſt diſſoluo, ἀπονρυσπάω. Sidonius, Egelidarentur fibræ glaciales.

Egelidus, a, um, Quod de ſummo gelu aliquid remiſit, χλιαρός. Suet. de Auguſt. Vngebatur ſæpius, ſudabat ad flammam, deinde perfundebatur egelida aqua, uel ſole multo tepefacta. Ouid. Sed gelidum Boream, egelidumq; Notum. Colum. lib. 10. Nunc uer egelidum, nunc eſt molliſſimus annus. Seruius ualde gelidum interpretatur, explicans locum illum Verg. 8. Aen. Et procul egelido ſecretum flumine uidit.

Egens, egētis, om. gen. t. Eſt autem propriè egens cui deſunt neceſſaria ad uiuendum. Terentius in Phormione, Egens relicta eſt miſera, ignoratur parens. Cicero de Amicitia, Quocirca & abſentes adſunt, & egētes abundant, & imbecilli ualent. Idem ad Attic. libr. 14. Seruiq; & egentes in tecta noſtra cum facibus immiſſi. Plaut. Bac. nequius nihil eſt Quàm egens conſilii ſeruus.

Egentior, & egentiſſimus. Cic. Attic. lib. 7. Nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius. Ad eundem lib. 9. Egeſtates tot egentiſſimorum hominum.

Egeo, es, egui, n. f. Alicuius rei inopia laboro & tam genitiuō, quàm datiuo iungitur, ἀπορῶ, δέομαι. Plautus Capt. Quia ipſe eges in patria: nec tibi qui uiuas, domi eſt. Cicero ſecundo, de Diuin. Magnificum illud etiam, Romanisq; hominibus glorioſum, ut Græcis de Philoſophia literis non egeāt. Idem 2. de Nat. deor. Quę non modò ut fierent, ratione egerūt: ſed intelligi qualia ſint, ſine ſumma ratione nō poſſunt. Hinc componitur Indigeo, Ἐνδέομαι.

Egenus, pen. prod. Cui deſunt uitæ neceſſaria, ἄπορος. Liu. 9. ab Vrbe, Omnium egena corpora humi proſtrauerunt. Plautus in Pœnulo, Sæpe ego res multas tibi mandaui, Milphio, Dubias, egenas, inopioſas conſilii. Verg. 8. Aeneid. & te quoque dignum Finge Deo, rebusq; ueni non aſper egenis. Idem 6. Aeneid. quum tu ſupplex in rebus egenis, Quas gentes Italûm, aut quas non oraueris urbes?

Egeſtas, fœmin. tert. Indigentia, paupertas, ἔνδεια. Vergilius 1. Georgicorum, labor omnia uincit Improbus, & duris urgēs in rebus egeſtas. Cicero in Parad. Itaque iſtam paupertatem, uel potius egeſtatem ac mendicitatem tuam, nunquam obſcurè tuliſti.

Egeſtoſus, a, um, ἄπορος, ab egeſtate formatur. Sicut à ſobrio, ſobrioſus. Cyprian. Quum nulla fuerit opportunitas ſcandali, ubi tranſeuntes quod prius eſt, egeſtoſam habuerit manſionē. Hāc uocē apd Claſſicos autores nō temerè inuenies.

Egero, is, pen, cor. egeſsi, egeſtum, ἐκφέρω, ἐκαρίνω. Colum. libro ſecundo, Auium primùm habetur ſtercus, quod ex columbariis egeritur. Plin. Epiſt. 101. Contrà fons egerit aquam & recipit.

Egeſtus, us. Senec. de Nat. quæſt. Quemadmodum corpora noſtra ad egeſtum uenter exhaurit, &c.

Egeſtio, onis. Plin. Epiſtol. 159. Si Pallantis facultates adiunare publicarum opum egeſtione contingeret.

Egermino, as, Idem quod germino, βλαστάνω, θάλλω. Colum. libro

libro 5. capit. 5. Bipedaneis ſcrobibus malleolus deponitur quum egerminauerit, ad unam materiã reuocato. Idem lib. 4. cap. cap. 17. Quæ infrà trunci caput egerminauerint.

Egeſtas, Vide Egco in Egens.

Egredĭor, deris, n. t. Extra gradior, exeo, ἐκβαίνω, ἐξέρχομαι. Terentius in Andria, Vnde egreditur? Ibidem, Egreditur ab ea. id eſt, de domo eius. Cic. Senatui, lib. 15. Erat magna ſuſpicio, Parthos ſi ex Syria egredi, atque irrumpere in meam prouinciam conarentur, &c. Idem 2. de Catil. Ipſum egredientem urbe proſecuti ſumus. Idem ad Attic. libr. 13. Quo facilius ſuſtentari nõ poſſemus, pedem è uilla adhuc egreſſi non ſumus. Lactant. lib. 2. Ille uerò quum egreſſus eſſet ex arca. Dicimuſq; Egredior templo, & templum. id eſt, gradior extra templum.

Egreſſus, & Egreſſio, παρέκβασις. Cic. in Piſ. Itaq; credo, ſi minus frequentia ſua ueſtrum egreſſum ornando atq; celebrãdo, at hominibus ſaltem bonis, ut Cõſules: non triſtiſſimis, ut hoſtes aut proditores proſequebantur.

Egrĕgĭus, a, um, Quaſi ex toto grege electus, excellens, eminens, & præſtans, ἄριστος, ἐπίλεκτος, ἔκκριτος. Terent. in And. Forma egregia, & ætate integra. Proprium comparatiuum non habet: quo tamen uſi ſunt ueteres. Lucretius libr. 4. Nam nihil egregiùs quàm res ſecernere apertas A dubiis. Iuuenalis etiam Lucretium imitatus ab Egregiè aduerbio formauit comparatiuum egregius, pro magis egregiè. Egregius (inquit) cornat, meliuſq; miſerrimus.

Egregiè, aduerbium, Excellenter: quãuis etiam uſurpetur pro ualde, uel nimis, ἄγαν, ὑπερ. ut apud Terent. in And. Horum ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat. Cic. Att. Dolabellam tibi ualde placere uideo, mihi egregiè.

Egula, Genus ſulphuris, lanis ſuffitu mollitiẽ candoremq; inducens. Plin. lib. 35. cap. 15. Tertio quoq; generi unus tantum eſt uſus ad ſuffiendas lanas: quoniam cãdorem tantum mollitiemq; confert. Egula uocatur hoc genus.

Egurgĭto, as, a. p. pen. cor. Significat exhaurio, ἐκφορέω. Plautus in Epid. Atq; egurgitem domo prorſus.

E H I.

EH, In notis antiquorum eius hæres, uel ex hæredibus, uel ex hæreditatis. E. H. E. exhæres eſto, uel ex hæreditate eſt. E. H. O. LL. N. R. eius hac omnibus lege nihil rogauit.

EIMO. In notis antiquorum eiuſmodi. E. I. M. C. V. ex iure manum confertum uocauit.

Ehem, Interiectio eſt ſubitò aliquid deprehendentis: cuius frequens eſt uſus apud Comicos. ὦ. Terent. in Eunu. Quis hic loquitur? ehem. tu' ne eras hîc mi Phædria? Idem in Adelph. Ehem opportunè, te ipſum quærito:

Eheu, Interiectio dolentis. αἰ. Verg. 2. Eclog. Eheu, quid nolui miſero mihi? Cic. antequàm iret in exilium, Eheu conditionem temporis huius.

Eho, Interiectio eſt ad ſe uocantis, ὦ, εἶα. Interdum etiam excitatiua particula eſt, qua attentionem nobis paramus eius cum quo loquimur. Terent. Eho dic mihi, ſi omnes coniectum hunc in nuptias Inimici uellent. quod niſi hoc conſilium darent? Idem in Eunucho, Ehodum, dic mihi, eſt' ne, ut fertur, forma? Idem in Andria, Ehodum ad me. Aliàs interiectio admirãtis, ut apud eundem in Andria, Eho, an tute intellexiſti hoc aſſimulari?

Ei, datiuus ab Is, ea, id; οἱ τούτῳ aliquando habet qualitatis uim. Terent. in And. Eine ego ut aduerſer? hoc eſt tali, tam bono. In metro plerunq; monoſyllaba dictio eſt, ſicut Cui, & Huic: licet quandoq; etiam duarum ſyllabarum reperiatur: ubi e modò corripitur, modò producitur. Iuuenalis, iu uenes horrãtur, ut illam lre uiam pergant, & eidem incumbere ſectæ. Lucretius lib. 6. Scilicet & fluuius qui niſus maximus ei.

Eia, εἶα, Modò adhortantis eſt. Mart. lib. 2. Eia age, rumpe moras. Plaut. in Epid. Eia uerò, age dic. Interdum corripientis. Terent. in Eunucho, Eia haud ſic decet. Varios præterea uſus habet, quos ex ipſis paſſim autoribus non difficile eſt deprehendere.

Eiaculor, aris, deponens, & Eiaculo actiuum, Idem ſignificans quod eminus & longè iaculari, ἐκβάλλω. Plin. lib. 4. cap. 12. In cuius forum ſolſtitio Athos eiaculatur umbram. Gel. lib. 16. cap. 19. Se in ſalum eiaculauerat. Ouid. 4. Meta. uitiato ſiſtula plumbo Scinditur, & tenui ſtridente foramine longas Eiaculatur aquas.

Eiero, Vide Eiuro.

Eiĭcĭŏ, is, a. t. Expello, ἐκβάλλω. Cic. Terẽtiæ lib. 4. Eiicere nos, magnum fuit: excludere, facilè. Terent. Eunu. hoc nunc dices, Eiectos hinc nos: omnium rerum, heus, uiciſſitudo eſt. Verg. 8. Aeneid. Necnon Tarquinium eiectum Porſenna iubebat Accipere. Quandoq; extendo. Idem 10. Aeneid. eiectoq; incumbit cernuus armo. Eiectum quoq; pro naufragio idem poſuit, aut certè proceò, qui ui tẽpeſtatis ad littus aliquod compulſus eſt. Idem lib. 4. Aen. eiectũ, littore egentem Excepi. Eiicere abſolutè ponitur pro abortiri, ut intelligas accuſatiuum. PARTVM. Vlpianus l. Si ſeruum. ff. ad leg. Aquil. Si mulier pugno, ne equa ictu à te percuſſa eiecceris, Brutus ait Aquilia teneri.

Eiecto, as, are frequentatiuum. Plaut. Merc. Ne hic te opprimeret imprudentem, atq; eiectaret. Fauilla eiecta. Oui. 2. Metamor. Arenas eiectare, 5. Metam.

Eiectio, onis. Cic. Atric. lib. 2. Tenemur undiq; : neq; iam quominus ſeruiamus, recuſamus, ſed mortem & eiectionẽ quaſi maiora tenemus, quæ multò ſunt minora.

Eiectamentum, ti, Pro excremento. Tacit. de morib. German. Diu quinetiam inter cætera eiectamenta maris iacebat. De ſuccino loquitur.

Eiectĭtius, a, um. ἐκβόλιμος. Plin. lib. 11. Vulua eiectitio partu melior, quàm edito: eiectitia uocatur illa, hæc porcaria.

Eĭulo, as, are, Eſt uoce in altum ſublata plorare, magisq; mulierum eſt proprium, ὀλολύζειν, κλαίειν. Plaut. in Aul. Infit tibi poſtulare, plorans, eiulans. Cic. 2. Tuſc. Ipſum enim Herculẽ uiderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem.

Eiulatio, & Eiulatus, Clarus & ſonorus planctus, ὀλολυγμός. Plaut. Capt. Eiulatione haud opus eſt, oculis multa miſeria conditis. Cic. Aruſp. reſpon. Non ſunt illi eiulatus & gemitus Philoctetæ. Idem ſecundo Tuſculanarum, Ingemiſcere nonnunquam uiro conceſſum eſt, idq; rarò: eiulatus uerò ne mulieri quidem.

Eiūro, as, are, a p. Idem quod præſtito antè iuramento ſe re aliqua liberare, ἐξομνύω, ἀναδύομαι. Vnde Eiurare iudicem iniquum, eſt interpoſito iuramẽto ſibi iudicem ſuſpectum eſſe nomine iniquitatis, eius iuriſdictionem declinare. Cic. 12. Philip. Itaq; alacres & læti, ſpe pacis oblata, inter ſe impii tiues, quaſi uiciſſent, gratulabantur: ſic me iniquum eiurabant, de me querebantur, diffidebant etiam Seruilio. Sic etiam Eiurare forum iniquum, eſt iuriſdictionem fori alicuius detrectare, interpoſito prius iuramento, ſe in eo foro ius ſuum tueri non poſſe. Cic. 5. Verr. Negotiatores putant eſſe turpe id forum ſibi in quo negotiantur, iniquum eiurare: Prætor totam prouinciam ſuam ſibi iniquam eiurat. Ad hunc etiam modum Cicero in Epiſt. ad Pœtũ, Tu autem, inquit, quòd mihi bonam copiã eiures, nihil eſt. Vbi eiurare bonam copiam, accepit Cicero pro iurare ſibi non ſuppetere copiam aut facultates ad faciendum impendium cœnæ, quam Cicero per iocum ab eo petebat. Pro eodem etiam legitur Eierare. Cic. 2. de Orat. Eiero, inquit, iniquus eſt: quum eſſet admurmuratum, Ah, inquit, P. C. non ego illum mihi iniquum eiero, uerùm omnibus. Sunt autem qui hoc legãt eiuro, item alii qui deiero.

Eiuſmodi, & per interpoſitionem unius ſyllabæ Eiuſcemódi, nomina ſunt indeclinabilia, ex duobus genitiuis compoſita, idem ſignificantia quod talis. τοιοῦτος. Terentius in Andria, Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, & cætera.

E. L. In notis antiquorum, Editâ lex. E L G. B. E I. clanguit bonitas eius.

Elabor, d t penultima producta, Idem quod effugio, quem admodũ ſcilicet lubricus anguis, aut anguilla manu cõprehenſa lapſa fugit. διολίσθω, διαπίπτω, Verg. 2. Aeneid. Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites. Idem 1. Aeneid. Antenor potuit mediis elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus. Significanter dixit Elapſus, quum uellet ſignificare eum è manibus penè Græcorũ ipſum cõprehendentium euaſiſſe. Sic Plautus in Capt. Ea ſpes elapſa eſt. id eſt, effugit. Plancus ad Ciceronem, Magno cum dolore parricidarum elapſus ſum iis. Ad Herenn. lib. 3. Nec hoc alia de cauſa poteſt accidere, niſi quòd uſitatæ res facilè è memoria elabuntur, inſignes & nouæ diutius in animo hærent.

Elapſus, participiũ. Cic. in Somn. Scip. Nam eorum animi qui ſe corporis uoluptatibus dediderunt, corporibus elapſi circum terram ipſam uolutantur.

Elabŏro, as, are, n. p. Eſt ſummo labore & diligentia eniti,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

conari, ἐξορμάζομαι, ἐκπονέω, ἐξασκέω, φιλοπονέω. Cic. Capitoni, Apud hominem facillimum atque humaniſſimũ Plancum enitere, elabora, uel potius eblandire, effice ut Plãcus quem ſpero optimum eſſe, ſit etiam melior opera tua. Idem 1. Offi cior. Ad quas igitur res aptiſſimi erimus, in his potiſſimùm elaborabimus. Idem de Senect. Hæ ſunt exercitationes ingenii, hæc curricula mentis: in his deſudans atque elaborãs, corporis uires non magnopere deſidero. Idem 7. Philippic. Omne enim curriculum induſtriæ noſtræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt. Plin. libro 34. cap. 3. Priuatim Aegina candelabrorum ſuperficiem duntaxat elaborauit. Elaboratus amor. Horat. Epod. 14. Cui perſæpe caua teſtudine fleuit amorem Non elaboratum ad pedem.

Elacata, Genus ſalſamenti, quod uulgò uocatur, Malãdrea, de quo Columella lib. 8. capite 17. Scombri, carchari, elacatæq; uentriculos: & nè per ſingula enumerem, ſalſamentorũ omnium purgamenta, &c. Feſtus (niſi exemplaria ſint mendoſa) uocat Elacatenam.

Elacteſco, ſcis, Eſt album fieri ad modum lactis. Plinius lib. uigeſimo, capite 21. Mirum, aquam radice ea addita, addenſari ſub dio, atque elacteſcere. Nonnulli tamen hoc in loco legunt Lacteſcere.

Elæẽptoriã, ſiue ut quidam Elæmporia, fœm. p. Id eſt, olei publicè coẽmendi cura. Iuriſcõſ. in leg. fin. parag. patrimoniorum de Mun. & hon. Elæmptoria & Oſpriona (hoc eſt, leguminum comparandorũ cura) apud Alexandrini patrimonii munus exiſtimatur. Budæus in Pandectis.

Elæon, ἔλαιον, Latini oleum uocant. Ex quo componitur Elæomeli, ἐλαιόμελι. Oleum in Syria ſponte ex ipſis oleis manans ſapore melleo, aluum mollit, bilem detrahit. Vide Pli. lib. 15. cap. 4. Eſt etiam Elæon, idem quod oliuetum. Sed in ea ſignificatione apud Græcos ſcribitur ἐλαιὼν per ω oxytonum: & declinatur Elæon, ônis, ut Platon, onis.

Elæotheſium, Latinè unctorium, & ſumitur pro loco ubi unctores corpora ungere ſolebãt poſt lauationem.

Elangueo, gues, neut. ſec. Languore conficior, & quodammodo contabeſco, ἐκκάμνω, χαλάω. Plinius de Viris illuſt. lib. Quumq; urbem capere poſſet, in Campaniam diuertit, cuius deliciis elanguit. Liuius tertio belli Pun. Neque tamen elanguit cura hominum ea mora. Idem 6. ab Vrbe, Differendo elanguit res.

Elangueſco, ſcis, Valde infirmus fio. Gellius libro 2. Negotiis ſeplerunq; umbraticis & uariis quæſtibus intentos habent: in quibus eorum omnis uigor animi, corporisq; elangueſcit, quod Salluſtius ait, effœminatur. Liuius primo ab Vrbe, Vt elangueſcendum aliena ignauia eſſet. Cornus elangueſcens & iam caſura. Sillius lib. 4.

Elapido, act. p. Lapidibus purgo. Plin. lib. 17. cap. 4. At in Syracuſano agro aduena elapidato luto ſole perdidit fruges, donec regeſſit lapides.

Elaphebolion, ἐλαφηβολιὼν, Nomen menſis eſt apud Græcos, qui noſtro Decembri ferè reſpondet: ita dictus à ceruorum uenatione, qui ex conſuetudine Dianæ, eo menſe offerebantur. Gaza tamen Februarium uertit.

Elaphoboſcon, ἐλαφόβοσκον, Herba eſt ferulacea, teſte Plinio lib. 22. cap. 22. geniculata, digiti craſſitudine, ſemine corymbi, dependentib. foliis oluſatri, cõmendata in cibis, cõtra ſerpentum omniumq; aculeatorũ ictus. Fama eſt, ceruos herbæ huius pabulo ſerpentum morſibus reſiſtere: unde & nomen accepit. Nam ἔλαφος Græcis ceruum, ſiue ceruam ſignificat, βοσκὴ uerò pabulũ. Vide Pli. li. 12. cap. 22. & Dioſc. libro 3. cap. 70. Vulgus uocat pabulum ceruì, alii gratiã Dei.

Elaphoboſcon, id eſt, ſaluia, apud Dioſc. lib. 3. cap. 38.

Elape, Genus ſerpentis. Plin. lib. 32. cap. 5. Salſamentorum cibus prodeſt à ſerpente percuſſis, & contra beſtiarum ictus, mero ſubinde hauſto, ita ut ſub ueſperam cibus uomitione reddatur: peculiariter à chalcide, ceraſte, aut quas tepas uocant, aut elape, dipſadéue percuſſis.

Elargior, clargiris, d. q. Idem quod largior. διαδίδωμι, διανέμομαι Liuius, Poſſeſſores, & magna pars patrum Tribunitiis ſe iactare actionibus, principem ciuitatis elargiendo de alieno, popularem fieri querentes.

Elaſſeſco, is, ere, Laſſum fieri, κατασυνέομαι, ἐκκάμνω. Pli. li. 16. ca. 15. In arboribus tamen nimia germinatio elaſſeſcit.

Elãte, es, fœm. t. ἐλάτη. Plin. lib. 12. cap. ultimo, Species eſt abietis unguentis naſcens, quam alii palmam, alii ſpathen appellant. Dioſ. uerò, Galen. Aegineta, & Heſychius elaten uocant tenerum palmæ germen, quoddã profilientis fructus operimentum. Quorum ſententia uidetur ueriſimilior. Nam qui cum Plinio abietem inter unguentorum materias enumerarit, non facilè inuenias. Hinc Elatinum unguentum, quod è palma ſit clarè, quam noſtri palmã abietẽ uocant.

Elãtẽrium, n. ſ. ἐλατήριον, Medicamenti genus eſt ex ſyluestri cucumere confectũ, ad purgandã aluum accõmodatũ. Vnde etiã à noſtris medicis agitatoriũ dicitur, quòd uentrẽ uehemẽter exagitet. Plin. lib. 20. ca. 1. Cucumim ſyluestrem eſſe diximus, multò infra magnitudinẽ ſatiui: ex eo fit medicamentũ, quod uocatur Elateriũ, ſucco expreſſo ex ſemine.

Elãtinẽ, es, f t. pen. pro. ἐλατίνη. Herba quæ folia helxines habet, puſilla, piloſa, rotunda, ſemipedalibus ramulis quinis ſe níſue à radice ſtatim foliоſis: naſcitur in ſegetib. acerba guſtu. Pli. lib. 27. cap. 9. Vulgus, teſte Ruel. uocat Rapiſtrũ campeſtre.

Elatites, ἐλατίτης, Lapis eſt ex genere hæmatitarum, ambuſtis præcipuè utilis: ita dictus quandiu crudus eſt: nam coctus, Miltites appellatur. Autor Plin. lib. 36. cap. 20.

Elatro, as, Quaſi quodã cum latratu eloquor, & canina quadam mordacitate in lucẽ profero, ἐξυβρίζω. Horat. lib. 1. Epiſto. ad Lolliũ, Alter rixatur de lana ſæpe caprina: Propugnat nugis armatus: ſcilicet ut non Sit mihi prima fides, & uerè, quod placet, ut non Acriter elatrem?

Elatus. Vide Effero, effers.

Elãuo, a p. pen. cor. Eluo, lauo, ἐκπλύνω. Col. lib. 12. cap. 50. Sed quũ fuerit oliua elota, reliqua, ſicut ſuprà præcepimus, fieri debebunt. Elauare ſe bonis, per translationem pro denudare & ſpoliare. Plaut. in Aſin. Nam mare haud mare eſt: uos mare acerrimus. Nam in mari repperi, hîc elaui bonis.

Eldía, Dictamnum, apud Dioſc. lib. 3. cap. 35.

Elecebræ argentariæ, Dictæ ſunt ab antiquis meretrices, teſte Feſto, ab eliciendo argento. Locus eſt apud Plaut. in Menęh. ubi nunc legitur, Illecebræ argentariæ.

Electío, onis, **Elector**, oris. Vide Eligo.

Electo, as. Vide Elicio.

Electrũ, ἤλεκτρον, Gũmi ſiue lachryma, ſuccũ ſue creditus eſt ex arboribus pinei generis profluens, à Latinis ſuccinũ dicitur. Multũ laborauũt ueteres, ubinã electrũ naſceretur. Aliis dicentib. ad Padum fluuiũ eſſe populos arbores, ex quib. defluere: aliis credentib. in inſulis quibuſdã maris Adriatici gigni, quas idcirco Electridas uocauerunt. Homine uerò antiſſimũ eſt electrũ prouenire in inſula maris Germanici, nõ procul à littore Prutenico, quã Germani ſua lingua Sudanam appellant. Ex cuius inſulæ ſcopulis in mare delapſum, partim Oceani æſtu ad littus eiicitur, partim ruſticorum opera (quib. principes pro ſeruis utuntur) in ipſo mari colligitur, atq; uniuerſum ad principẽ ordinis refertur, ad quẽ nõ exiguũ ex eo quotãnis redit uectigal. Neq; tamen uerũ eſt ex arboribus defluere, ſed ex ſaxis. Primò aũt quũ emanat, liquidum eſt, ſed maris ącriſq; frigiditate in eam quam uidemus duritiam cõcreſcit. Eſt itaq; electrũ, ſiue ſuccinũ, nihil aliud quàm bituminis genus, maris regionisq; frigore ex liquida cõſiſtentia in duritiã cõmutatum. Ab huius ſimilitudine ueriſimile eſt dictũ eſſe quoddã metalli genus, quod ex parte quadam auri & argenti cõmiſtione cõficitur, dicente Pli. lib. 33. cap. 4. Aurum in quo argenti portio eſt, electrũ uocatur. Hoc aũt, modò naturale eſt, modò cura efficitur. Quod ſi quintam argenti portionem excedat, incudibus non reſiſtit. Plinius ibidem.

Electuarium, uel rectius Electarium, ita uocat uulgus literatorũ, quod Græci à lingendo uocant ἔκλειγμα: fit ex puluerib. ſimplicib. aut ſpeciebus, ut ita dicã. Item ex ſucco ro-
Electus, Vide Eligo. (ſarũ celebre, & in uſu.

Eleemoſyna, f. p. ἐλεημοσύνη, Munus quod inopi datur: ab ἔλεος, quod miſerationẽ ſignificat. Quod nomẽ apud Gentiles rarò legitur, quũ apud Chriſtianos frequentiſſimè inueniatur. Spartianus de Caracalla, Non tenax in largitionẽ, non latus in eleemoſynam.

Elegans, Vide Eligo.

Elegía, f. p. pen. prod. ſiue Elegeia per quinq; ſyllabas, ἐλεγία, ἐλεγήϊον, Latinè ſonat carmen miſerabile: ab ἐλεῖν miſereor, quòd hoc potiſſimùm genere carminis miſerabiles hominũ ærumnæ, & amoris querimoniæ ſoleant decãtari. Vnde etiã à Poëtis, lachrymabilis & flebilis elegia perpetuis epithetis appellatur: quanquã poſtea etiam rebus lętis ſeruire didicerit, ut teſtatur Horatius de Arte Poëtica: Verſibus (inquit) impariter

pariter iunctis querimonia primũ, Pòst etiam inclusa est uoti sententia compos. Ad huius uocis etymologiã non obscure alludit Ouid. in Epicedio Tibulli his uersibus, Flebilis indignos elegeia solue capillos: Ah nimis ex uero nunc tibi nomen erit. Hoc est, quemadmodum à miseratione nomen habes, ita miserabile nacta es argumentum.

Elegidion, diminutiuum, ἐλεγάδιον. Persius Sat. 1. non si qua elegidia crudi Dictarunt proceres.

Elegiacus, adiectiuum: ut, Elegiacũ carmen: & Elegiographus, eligiarum scriptor, qui scilicet poëmata conscribit alternis uersibus hexametris & pentametris. Quo in genere poëmatis primam apud Græcos palmam meritus est Callimachus, apud Latinos Ouidius.

Elegia, orum, pluralis numeri, pro carminibus elegis. Plautus Merc. Occentent noctu ad ostium, meæ impleantur carbonibus elegiorum fores.

Elegus, a, um, pen. cor. adiect. ut, Elegus uersus, flebilis. Horat. lib. 1. Carm. Ode. 33. Albe ne doleas plus nimio, memor immitis Glyceræ, neu miserabiles Decantes elegos.

Elegus, gi, ἐλεγος, ἐλεγέα. Idẽ quod elegia, siue carmẽ elegiacũ. Ouid. 2. Fast. Nec primùm uelis elegi maioribus uti.

Elelisphacos, Herba multis morbis accõmodata, de qua Plin. lib. 22. cap. 25.

Elementa, orum, n. s. Sunt principia omniũ rerum, ex quibus reliqua omnia cõponuntur, & in quæ resoluuntur, στοιχεῖα. Ea à philosophis numerantur quatuor, ignis, aër, aqua, & terra. Cic. de Nat. deor. Omne corpus aut aqua, aut ignis, aut aër, aut terra: aut quæ ex eis cõponuntur. Idem 1. Acade. Ergo illa initia, & (ut è Græco uertam) elementa dicuntur, è quibus aër & ignis mouendi uim habent, & efficiendi: reliquæ partes, accipiendi, & quasi patiendi. Horũ similitudine etiã notas literarũ elementa uocamus, quòd ex iis primùm syllabæ, deinde è syllabis dictiones cõstituantur. Sicut enim illa coëuntia omne corpus efficiunt: sic hę cõiunctæ literalẽ uocem quasi corpus aliquod cõponunt, inde elementariæ literæ dicũtur prima literarũ rudimẽta. Iulius Capitol. Puer, inquit, literis elemẽtariis & calculo imbutus. Sic lex Moysi, & omne Vetus testamentũ, elementum dicitur ab Apostolo: è quibus quasi ex elementis & religionis exordiis Deũ discimus. Quo enim modo elementa (inquit Hieron.) appellãtur literę, per quas syllabas ac uerba cõiungimus, & ad texẽdam orationẽ longa meditatione procedimus, utiq; ars Musica habet elementa sua, & Geometria ab elementis incipit linearũ, & Dialectica atq; Medicina habent εἰσαγωγὰς suas: sic elementis Veteris testamenti, ut ad Euangelicam plenitudinem ueniat, sancti uiri eruditur infantia.

Elementarius senex, A Seneca dicitur qui adhuc in primis elementis instituitur. Ita enim ait lib. 6. Epist. Turpis & ridicula res est elementarius senex.

Elementatio, est ipsorũ elementorũ circa unumquodq; aut de singulis horũ doctrina, licebit & sic definire. Elementatio, ex elementis, & principiis usq; ad fidem Speculatio dicta est.

Elenchus, chi, m. s. ἔλεγχος, Latinè dici potest argumentum: ab ἐλέγχομαι, argumentor. Plærunq; tamẽ pro argumento sophistico accipitur & cauillatorio. Est etiam elenchus index libri, quẽ uulgò uocamus Tabulã: ab ἐλέγχω, quod aliquando inuestigo significat, uel exploro. Indicis enim adminiculo inquirimus quicquid toto opere continetur. Sunt etiam elenchi margaritæ maiores, fastigiata longitudine. Plin. libr. 9. cap. 35. Er procerioribus sua gratia est (elenchos appellant) fastigiata longitudine, alabastrorũ figura in plenioręe orbem desinentes. Hos digitis suspendere & binos & ternos aurib. fœminarũ gloria est. Iuuen Sat. 7. turpe putat nil, Quũ uitides gemmas collo circundedit, & cum Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Elenticus, a, um, ut Elentici libri. Quint. lib. 2. cap. 6. Sed alii sunt eius sermones ad coarguendos qui contrà disputant, compositi, quos ἐλεγκτικοὺς uocant: alii ad præcipiendum, qui διδασκαλικοὶ appellantur,

Eleo, as, Maculo, ῥυπαίνω, κηλιδόω. Lucil. lib. 6. Sic hic uestimenta eleuit luto, ab eo risum magnum ad cachinnum imprudens subiicit.

Elophylon, Phyllon dicta herba apud Dioscor. lib. 3. cap. 141.

Eleoselinon, Satiuo Apio grandius. Dioscor. lib. 3. cap. 73.

Eleostaphylos, Vitis oleæ insita, utriusq; arboris fructum ferens. (unde pilulæ Elephantinæ.

Elephangina, Lego in barbaris sonare Latinè aromatica.

Elephantia, f. p. siue Elephantiasis, ἐλεφαντίασις, Morbus est quem uulgus medicorum Lepram uocat: ita tamẽ ut alium esse intelligamus à lepra Græcorum, quæ scabiei species est, turem manifestis crustis obducent. Oritur elephantiasis à sanguine atræ bilis naturam habente, qui temporis processu in perfectam atram bilem conuertitur. Rationem huius nominis referunt ad elephanti naturam, cuius cutis ul ceroſis quibusdã uallibus infestatur. Differt à cancro, q hic partem corporis depascat: elephantia per totũ corpus diffunditur. Plin. lib. 20. autor est elephantiasim in Italia ante C. Pompeii tempora non fuisse.

Elephantiacus, ἐλεφαντιῶν, ἐλεφαντιακὸς, Qui morbo elephantiæ laborat.

Elephas, elephantis, masc. t. ἐλέφας, & Elephantus, elephanti. Animal est omnium terrestrium maximum, Europæ incognitum. nisi ex Asia aut Aphrica inuectum. Duos habet dentes, siue potius cornua, ex quibus fiunt opera eburnea. Cic. de Senect. Nec nunc equidem uires desidero adolescentis: non plus quàm adolescens tauri, aut elephantis desiderabã. Idem 2. de Natura deor. Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum. Idem 9. Philip. Romani nepotem Antiochi elephantos alere prohibuerunt. Poëtæ nõnunquã elephantum pro ebore posuerunt, more Græcorum, qui τὸ ἐλεφαντῶδες appellatione, & beluam, & ebur intelligunt. Verg. lib. 3. Georg. In foribus pugnam ex auro, solidoq; elephanto. Elephanti biennio utero grauescunt, nec ampliusquàm semel gignũt, nec plures quàm singulos: uiuunt annos trecentos. Hos primùm uidit Italia, Pyrrhi regis bello in Lucanis: unde & boues Lucas nominauit: quoniam Itali maximam quadrupedem quam haberent, uocarent bouem.

Elephantinus, a, um, pen. cor. ἐλεφάντινος, Nomen possessiuũ: ut, Pellis elephantina. Elephantinum emplastrum describit Celsus lib. 5. cap. 19. sic dictum, eodem teste, quòd sit percandidum, quasi eburneum. Elephantini libri, apud priscos fuerunt, in quibus senatusconsulta scribebantur, quæ ad principes pertinebant.

Elephantozographi, ἐλεφαντοζωγράφοι, à Plutarcho in Periclis uita, uocantur pictores, qui ebore pingunt.

Elĕuo, as, a p. pen. cor. Sursum leuo, in altũ tollo, μετεωρίζω, ἐπαίρω. Plaut. Cape dum lapidem hunc, atq; eleua. Item rem aliquam minuo, extenuo, & uerbis deprimo, ὑφαιρέω, ὑφαιρίζω, ὑποτίθημι: tractum à re ponderosa, quæ ut ferri possit, eleuatur, id est, imminuitur. Liu. 3. ab Vrbe, Maior, inquit, si uana nostra. P. C. autoritas ad plebem est, uos eleuaris eam, quippe quia plebs senatusconsultũ in continuandis magistratibus soluit. Idẽ lib. 28. Qu. Fabius res gestas in Hispania eleuauit. id est, depressit. Quint. lib. 5. Gentiũ simul uniuersarum eleuata testimonia ab oratoribus scimus. Ad hunc etiam modum dicimus, Eleuare autoritatem, dignitatem, iudicium, uel testimonium alicuius, hoc est, uerbis imminuere, & extenuare. Liu. lib. 47. ab Vrbe, Cuius autoritatem perpetuo uitæ tenore partam, toga candida eleuabat.

Eleutherius, ἐλευθέριος. Latinè dicitur liberalis, ingenuus, seruator, liberatorq;. Hinc Eleutherius Iouis cognomentũ, ab eo impositum, quòd depulsa Medorum dominatione, Græcos libertati restituisset. Suidas.

Eleutheria, orum, ἐλευθέρια, Sacra quædã, apud Samios, τῷ Ἔρωτι, hoc est, amori Deo dedicata. Eleutheria item dicebãtur lætiores epulæ, quas serui libertate donati celebrabãt. Plaut. in Persa, Basilicè agito eleutheria.

Elicio, cis, pen cor. cui, citũ, a. t. Educo, extraho, ἐξάγω. Plaut. in Bacch. Vt eum ex lutulento cœno Propriè hinc eliciat foras. Plin. lib. 19. cap. 5. Sapor autem asper, & medicamenti instar ad eliciendas aluos. Ouid. Credibile est lachrymas elicuisse Deo. Cic. 1. de Orat. Verbum ex eo nunquã elicere potui de ui ac ratione dicendi.

Electo, as, Frequentatiuũ formatũ ab hoc uerbo Elicio, ἐφέλκομαι, ἐπάγομαι. Plaut. in Asin. Ibo aduersum, atque electabo quicquid illud sit. Hoc est, eliciam.

Elices, f. t. pen cor. Sulci aquarii, per quos aqua collecta ex agrò educitur: ab eliciẽdo dicti, ἀγωγοί. Col. lib. 2. cap. 8. Sed quãuis tempestiuè sementis confecta erit, cauebitur tamen, ut patentes liras, crebrosq; sulcos aquarios, quos nonnulli elices uocant, faciamus: & omnem humorẽ in colliquias, atq; inde extra segetes deriuemus.

Elicito, as, ἐξέλκω, Frequentatiuũ formatũ à supino elicitũ.

Elicius Iupiter, in Auentino colebatur, ab eliciendis & euocãdis fulminib. dictus. Ouid. 3. Fast. Eliciũt cælo te Iupiter: unde minores Nunc quoq; te celebrant. Elicium q; uocant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Elico, as, a. p. Inuerto.

Elico, onis, m. t. Inuersor & inuolutor rerum.

Elido, is, pen. prod. si, sum, n. t. Effringo, exprimo, excludo, præfoco, dissipo, occido, ἐκθλίβω. Cic. 3. Tus. Atqui stirpibus sunt ægritudines quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipso trunco euerso omnes elidendæ sunt. Plaut. in Rud. Iubeo oculos elidere. Verg. 8. Aen. ut prima nouercæ Monstra manu, geminos q; premens eliserit angues. Plin. lib. 11. cap. 37. Cæteris ossibus leonis est tanta duritia, ut ignis elidatur uelut è silice.

Elisus, partic. Suet. in Cæs. Ac sæpe præturba elisi, examinatiq; sunt. Ouid. 6. Metam. Exiliant q; caulis elisi, nubibus ignes.

Eligo, gis, a. t. penult. corr. De quouis numero, uel ex quauis multitudine electionẽ facio, uel ad nostrũ emolumentum, uel ad dignitatẽ eius qui eligitur, ἐκλέγω, αἱρέομαι. Cic. 4. Acad. Quam potissimùm sententiã & disciplinam melius eliget? Idem 1. Verr. Quoties ille tibi potestatẽ opinionem q; facturus sit, ut eligas utrũ uelis. Idem Octauio, E duobus autem malis quum maius fugiendum sit, leuius est eligendũ. Varr. de Re rust. De asinis quem q; amplissimũ, & formosissimum quem possunt, eligunt. Deligo uerò significat ex magis idoneis aliquem eligere ad aliquid agendum. Delegit sibi sæpe Populus Rom. Imperatorẽ ad bella, ut Pompeiũ ad bellum Mithridaticũ. Imperator quoq; delegit milites, nõ elegit, ad rem uidelicet bellicã idoneos: & inter eos agit delectũ, quũ dispicit quinam rei militari magis sint accõmodi. Et agricola delectum agit inter tauros, quos scindendo solo, quosq; procreandæ soboli destinet. At ex multis daretur optio quẽ sibi uellet eligere, nõ deligeret. Ideoq; semper ferè dicitur in eodem sensu, Datur tibi, siue offertur optio. &, Datur tibi, siue offertur electio. Hinc Delectus, a, um, particip. & Delectus, us. nomen. Valla lib. 5. cap. 65.

Electus. Cic. de Finib. Electis uerbis dictatæ res.

Electus, us, ui, m. q. Ouid. Epist. 2. In necis electu parua futura mora est.

Elector, oris, m. t. Ad Herenn. lib. 4. Postremò in eo uim artificii consumant, ut ipsi ab aliis potius eligendi, quàm aliorũ boni electores existimentur.

Electio, onis, f. t. Selectio & approbatio, ἐκλογὴ αἵρεσις. Cic. in Orat. Iudicium, electio q; uerborum. Idem 3. de Finib. Initia quorum ex electione uirtus possit existere.

Elegans, om. t. pen. cor. nomen est, non particip. ab hoc uerbo eligo deductũ, ut Cicero de optimo dicendi genere innuere uidetur, quũ inquit, Nam si ut in epularũ apparatu magnificentia recedens, nõ se parcum solùm, sed etiam elegantẽ uideri uolet, eliget quibus utatur. Sunt enim plerq; aptæ huius ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniq. Est igitur elegans, idem quod cultus, ornatus, politus, φιλόκαλος, κομψός, πεκαλλωπισμένος. Cic 2. de Finib. Nemo nostrũ istuc generis asotos iucundè putat uiuere, mundos, elegãtes, optimis cocis, pistorib. piscatu, aucupio, uenatione, &c. Terẽt. Eun. Regem elegantẽ narras. Idem, Quũ ipsum me noris, quàm elegans formarũ spectator siem. Vbi Donat. Elegãs spectator est qui sit cunctantis & fastidiosi iudicii, cui nõ quid placet facilè. Cic. 6. Ver. Vide ne ille nõ solùm temperantia, sed etiã intelligentia te, atq; istos qui se elegantes dici uolunt, uicerit. Apud antiquos elegans non honoris, ut hodie, uocabulũ erat, sed reprehensionis. Gel. lib. 11. cap. 2. Elegans homo nõ dicebatur cum laude, sed id ferè uerbũ ad ætatem M. Catonis, uitii, nõ laudis fuit, Cato lib. de Moribus, Auaritiam omnia uitia habere putabant. sumptuosus, cupidus, elegans, uitiosus: irritus qui habebatur, is laudabatur.

Elegantia, f. p. Munditia, lauticia, cultus, ornatus: ab eligendo, ut putatur, dicta, φιλοκαλία, κομψότης. Cic. in Ora. Fucati uerò medicamenta candoris & ruboris omnia repellantur: elegantia modò & munditia remanebit. Idem 2. de Finib. Continet enim differendi elegantiã, confusè loquitur. Idem 3. de Fin. Agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia. Hæc tamen apud ueteres nõ ad ingenii opera, sed duntaxat ad nimis amœnũ, lautumq; cultum ac uictũ applicabatur, nec sine uitio erat: nunc elegãs solùm laudando dicitur: ut, Elegans oratio, est enim elegãtia orationis uirtus, quæ facit ut unũquodq; uerbũ purè, aperteq; dici uideatur. Huius duæ sunt partes, latinitas, & explanatio. Latinitas, quæ sermonẽ purum seruat ab omni uitio. Explanatio est, quæ reddit apertam & dilucidã orationẽ. Ea duabus rebus cõparatur, scilicet ut usitatis uerbis utamur, & propriis. Vsitata sunt: quæ uersantur in cõsuetudine quotidiana. Propria sunt, quæ eius rei de qua loquimur, uerba sunt, aut esse possunt.

Eleganter, aduerbium, Politè, & propriè, κόμψως: ut, Elegãter disputare. Cic. 4. Acad. Idem 2. de Finib. Hoc ipsum elegãtius poni, meliusq; potuit. Idem ad Brutum, Tibi is exponet, qui & optimè omnia nouit, & elegantissimè expedire, & deferre ad te potest. Cic. Luccio lib. 5. Ad consolandum autem cum illa ualent, quæ eleganter, copioseq; collegisti.

Elimino, as, a. p. pen. cor. Extra limen eiicio, excludo, ἐξαθῶ, ἐκβάλλω. Pomp. ad Non. Eliminabo extra ædes coniugẽ. Enn. Medea. Exule antiqua herilis, fida custos corporis, quòd sic extra ædes eliminatur. Eliminare dicta, dixit Horat. lib. Epistol. pro enuntiare, quasi extra limen efferre. ne (inquit) fidos inter amicos Sit, qui dicta foras eliminet.

Elimo, as, a. p. Propriè est limæ conficere, ἐκλιμαίνω. Ouid. 4. Meta. extemplò graciles ex ære catenas, Retia q;, & laqueos, quæ lumina fallere possent, Elimat. Inde per translationem dicimus elimare opus aliquod, pro eo quod est ornatè, & absolutè cõficere, Cic. Att. 6. Velim σχόλιον aliquod elimes ad me. Accipitur etiam interdum elimare pro lima abradere. Plin. lib. 34. capite 18. Alii elimatã scobem in fictili crudo coquunt in caminis.

Elinguis, gue, om. t. Qui sine lingua est, ἄγλωττος. Item qui mutus est, & loqui non potest etiam si linguam habeat, ἄφωνος, κωφός. Cic. pro Flac. Conuicit, & elinguem reddidit. Idem de clar. Orat. Præsertim quum Fanius nunquam fit habitus elinguis. Plin. in Epist. Iidem prospeximus curiam, sed curiam trepidam, & elinguem, quum dicere quod uelles, periculosum: quod nolles, miserum esset.

Elinguo, as, a. p. Linguã extraho, seu lingua priuo, ἀνωλοτρίζω. Plautus in Aulul. Si hercle te elinguandam dedero usque ab radicibus, Impero, autor q; sum, ut me cuiuis castrandum loces.

Eliquo, as, a. p. pen. cor. Liquidum facio, ut quum aurũ, argentum, uel plumbum igni dissoluimus, τήκω, ἐκτήκω. Est etiam eliquare, liquidè purgare. Senec. lib. 3. Nat. quæst. Est in Chersoneso Rhodiorũ fons, qui post aliquantum intermissum temporis fœda turbidus ex intimo fundat, donec liberatus, eliquatus q; est.

Eliquamen, Quod eliquatum est ex re aliqua, ut ex carnibus, aut piscibus: uulgus Salmariam uocat. Colum. lib. 9. cap. 14. Abstineat q; ferè ab omnibus redolẽtibus esculentis: ut sunt salsamenta, & eorum omnia eliquamina.

Eliquesco, is, Liquidum fieri. Varr. de Re rust. de olea loquens, Alia ad cibum eligitur, alia ut eliquescat, ac non solùm corpus intus ungat, sed etiam extrinsecus.

Elitis, Helxine, apud Dioscor. lib. 2. cap. 42.

Elium, secundum Theodorũ, Liliũ syluestre. libr. 3. cap. 138.

Elixir, id est, quinta essentia. Sic enim Arabes uocãt Spiritũ ab auro, uel herba, aut uino ritè extractum, seruatum q;.

Elixatio, in uniuersum quidẽ est, indefiniti in humore existentis cõcoctio, ab humido calore facta. Arist. lib. 4. Meteor.

Elixus, a, um, Aqua coctũ, ἑφθὸν, Elixum (inquit Non. Marcellus) est quicquid aqua mollitur, uel decoquitur. Nam lixam, aquã ueteres dixerunt: unde & lixæ dictæ sunt, qui militibus ad castra, uel ad tentoria solent ferre. Horat. 2. Serm. satyr. 2. at simul assis Miscueris elixa, simul conchylia turdis. Ouid. 4. Fast. Candidus elixæ miscetur caseus herbæ. Plautus Pœn. Milphio, heus Milphio, ubi es? M. Assum apud te, eccũ. A G. At ego elixum uolo. Varro autem per translationẽ Calceos elixos scribit, quasi madefactos: ut est caro quæ elixatur. In pauimento, inquit, non audes facere lacunam, at in humum calceos facis elixos.

Elixo, as, Aqua coquo, ἕψω, ἑψέω. L. Valla, Quòd in prandio carnes quasdam parum elixasset.

Elleborine, teste Plin. lib. 7. cap. 9. Herba est exiguis foliis, quæ alio nomine epipactis dicitur.

Elleboritis, Centaurium minus. Dioscor. lib. 4. cap. 8.

Elleborum, ἐλλέβορος, Herba est insignem purgandi uim habens: quam Latini ueratrũ appellant. Eius duæ sunt species, album & nigrũ. Elleborũ album, ἐλλέβορος λευκός, folia habet plantaginis, aut betę syluestris, breuiora nigrioraq;, & canalium dorso rubentia, caulem quincuncialem, ferulaceũ, bulborum tunicis obuolutum, radicem cæpæ modo multis fibris capillatam. Præstantissimum nascitur in Anticyra insula, ubi & tutissimè sumebatur, cerebri purgãdi gratia. Vnde factum est ut quos cerebro minus sanos esse uelimus significare, Anticyram nauigare iubeamus. uide Dioscor. lib. 4. cap. 151. Elleborum nigrum, ἐλλέβορος μέλας, Romanis ueratrum nigrum dicitur, à Græcis Melampódium, à Melampo de quodam ouium pastore, qui eo Prœtidas furentes fertur persanasse. Folia habet platani, sed minora, & spondylio proxima,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

m p'ı ıb· in ıſuris, nigrioꝝ & ſubaſpera, caulem ſca ı ex purpureo c ndica. te n, & uuæ modo race ſum.ıe nen enici, quod ſelamoides uocatur.

Illu n Vide Eccum.

Ellychnium, ἐλύχνιον, θραυμις, Dicitur funiculus ille papyraceu, ſu ſparteus, cannabinus ue, aut ſtupeus in lychno, quo ſo affuio lumen præbet. Ilin. Et e medulla eius elegan r ıu ernarum ellychnia fiunt Idem lib. 23. cap. 5. Ellychı a exuua nunt claritatis præcipuæ: ex oleo lumen obſcurum p optea nimiam pinguedinem.

Elobia, ἐλώβια, G nus inaurium (inquit Iulius Pollux) à fibris ar rium, quas Græci λοβοὺς uocant.

Elmi nthes, ἕλμινθες, Vermes ex genere lumbricorum. Sunt au em in duplici differentia, teretes & lati, ut docet Galenus libro ul imo Methodi, capite ultimo. nominatiuus ſin gulari eſt E mis.

Eloco, as are, a. p. Eſt pretio aliquid utendũ permittere, ἀπομίσθωσις: ut Elocare fundum, eſt certo pretio eius uſum alicui concedere. C c. 5. Ver. Xenon ad ſe pertinere negabat, fundũ clo r ne ſed cebat. Elocare boues. Colum. lib. 1. cap. 7. Et n u è u ar t ſeruì, qui boues elocant eoſdemq́, & cętera p ı na è pa cu nt Elocare ſeſe curandum. Plin. lib. 26. ca l Siquidem certum eſt Manilium Cornutum ex Prętoı le tum A quitanicæ prouinciæ, H S. C C. elocaſſe in eo m ıbo curandum ſeſe. Elocare funus. Plin. lib. 21. Aſſes erg contulit populus, & funus elocauit. Elocare filiá, eſt eam uiro tradere.

Elocutio, Vide Eloquor.

Elogium, n. ſ. ἔλογος, μαρτυρία. Teſtificatio de aliquo honore uel uituperationis cauſa. Vituperationis, Quint. Non eſt, Iuices quod puteris ideo nullum adiectum ad exhæredatiõ uenis elogiũ, quia de ſcelere conſtaret. Honoris. Cic. in Catone, Quinta in Attilio Calatino, in quem illud elogiũ u u ıc plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe unum. Sen. Deceſſit negotiator, teſtamento omnium bo rum ſuorum reliquit formoſam uxorem hæredem, & adie te elogium, Quia pudicam comperi. Aliquando accipit pro ſimplici teſtificatione ſententiæ. Cic. in Catone, Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat uelle ſuam mortem dolore amicorum & lachrymis uacare.

Elongo as a. p. Protracto, differo, ἀφίστημι. Plinius, Quo maturiùs tempore deſes elon atur.

Elops m. t. ἔλοψ, Piſcis apud antiquos nobiliſsimus eſt habitus, unus omniũ ſuauis ad os uerſis contra aquam nando natu. Ino inul is acciſ enſer dictus Plin. lib. 9. cap. 17. Eſt & C ranii nomen proprium, apud Ouid. 12. Metamor.

Eloquor, l. t pen. cor. Clarè & apertè, propriisq́ uerbis animi ſa cp o ἀποφάσκω, ἀποφθέγγομαι. Quintil. Eloquor, quæ mente conceperim, promo, atq́ ad audien t p o cro. Verg. 3. Aen. eloquar, an ſileam? Plaut. in Amph. Re n p ata ſta eſt, eloquar. Teren. Phor. atq́ id, ſi potes, uer bo e p ed to. ci n. A. Eloquere. G. Modò apud portũ, &c. ſ ı uin lo eloq i eſt dicere: quod proprium eſt Oratoris, φ, άσ ıν. Cicero 1 de Oratore Oratoris eſt compositè, ornatè, co pioſe eloqui Idem 1. Officiorum, Copioſe eloqui, modò prudenter, melius eſt, quàm uel acutiſſimè ſine eloquentia co ıere

Eloquentes dicuntur, qui in dicendi ratione perfecti ſunt, λόγιοι. unde Antonius apud Ciceronẽ dicit ſe difertos uidiſſe ſ ın o, eloquentẽ neminem. quaſi dicat, ſe plurimos exiſtimaſſe Oratores, perfectum autem Oratorem, in quo nullum deſideraretur, neminem. Cic. 1. de Orat. Quamobrẽ mirabilis quædam is, quæ cauſa ſit eloquẽtium paucitatis: quum e is rebus uni uerſis eloquentia conſtet, quibus in ſingulis e bonum perenigmum eſt. Idem in Orat. ad Brutum, Is erit ı, rel ıquus, qui poterit parua ſubmiſsè, modica temperatè, magna grauiter dicere.

Eloquentia, Dictio ex omni parte perfecta, totũ Rhetoricæ corpus comprehendens, λογιότης. Cic. in Partit. Nihil aliud eſt eloquẽtia, quàm copioſè loquens ſapientia. Terent. in Eunuc. Dicine ego in hoc ſeculo uobis Atticam eloquentiam? Cicero de oratore. Eloquentia conſtat ex uerbis & ſententiis, ideo perfectum eſt ut purè & emendatè loquentes, quod eſt Latinè uerborum, præterea & propriorum translatorũ elegantia perfecta ſimul. Idem primo de Orat. Quinq́ faciũt Græci in ornandæ loquentiæ. Inuenire quid dicas, inuenta diſponere, deinde ornare uerbis, poſt memoriæ mandare, tum ad extremum agere ac pronũciare. Idem ibidem. In dicendo facultatis tres ſunt rationes, una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum: harum trium partium prima leuitatem orationis, ſecunda ac tertia uim deſiderant. Vide Dicere. Ibidem, Is erat ergo eloquens, qui ad id quodcunq́ decebit, poterit accõmodare orationẽ, & qui in foro cauſis q́ ciuilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare neceſſitatis eſt, delectare ſuauitatis, flectere uictoriæ. Paulò pòſt, Is erit igitur eloquens (ut illud item iteremus) qui poterit parua ſummiſsè, modica temperatè, magna grauiter dicere. Ibidem, Iſſe igitur perfectè eloquentis puto, non eam ſolùm facultatẽ habere, quæ ſit eius propria, fusè latèq́ dicendi, ſed etiam uicinam eius atq́ finitimam dialecticorum ſcientiam aſſumere.

Eloquium, n. ſ. Modò ſermonem, modò facundiam, modò elogium ſignificat, λόγιον. Plaurus, Dulci ac blando eloquio amicam ſolatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis ſolis nos natos eſſe. Ouid. 1. de Pont. Nunc tibi & eloquii nitor ille domeſticus adſit.

Elocutio, Pars eſt Rhetoricæ, quæ à Cicer. 1. de Inuent. definitur eſſe idoneorum uerborum ac ſententiarum ad inuentionem accommodatio, ἑρμηνεία.

Elos, ἕλος, Clauus & oleæ morbus, qui & fungus, & uitium oculi in cornea ſpecies proptoſeos, rotundus callus perſimilis clauo.

Elũceo, ces, n. ſ. Lucidum eſſe, & per translationem manifeſtum & apparens, ἐκφαίνομαι. Verg. 4. Georg. elucent aliæ & fulgore coruſcant, Cic. 1. de Diuinat. Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Elucet animi excellentia in deſpicientiis opibus, Cic. 1. Offic. Idem pro Roſc. Amer. Eò magis eluceat, quò magis occultatur.

Elucesſcere, n. t. Significat magis lucidum fieri, παρεκφαίνειν. Hieronymus, Quod ut clarius elucesſcat, ſumamus exemplũ ab his corporalibus ſenſibus.

Elucifico, as, a. p. Luce priuo, λοφόω, quamuis Nonius interpretetur lucidare. Laberius apud Gell. lib. 20. cap. 17. Volo elucificare exitum ætatis meæ. Inducitur enim diues auarus opinationem filii deplorans, qui ait uelle ſe Democriti exemplo luminibus oculorum priuare, ne uideat filium luxu patrimonium prodigentem. Verbum eſt à Laberio confictum, aliiſq́ omnibus ſcriptoribus inuſitatũ, ut pleraq́ alia eiuſdem autoris.

Eluctor, aris, d. p. Idem penè eſt quod luctando uinco, ſupero, uel euado. Plin. libr. 34. cap. 10. Tenuiſſima eſt in ipſo ore fornacium, qua flammæ eluctantur. hoc eſt, ui & quodammodo luctando exeunt. Liu. 4. bel. Pun. Tenentibusq́, quum tot ac tam ualidè eluctandæ manus eſſent, ſeſe eripuerunt. Verg. 2 Georg. aqua eluctabitur omnis. Locorum difficultates eluctatus, Tacitus in uita Agricolæ. Niues eluctari, Idem libro 19. Lucanus libro 2. Tandem Tyrrhenas uix eluctatus in undas.

Elucubro, as, & Elucubror deponens, Eſt lucubrationibus, hoc eſt, uigiliis conficio, νυκτογράφω. Cic. ad Att. lib. 7. Nihil habeo quod ad te ſcribam: quinetiã eam epiſtolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. Colu. libr. 10. cap. 1. Quare quicquid eſt inſud quod elucubrauimus. Cic. de clar. Orat. Deinceps inde multæ, quas nõ minus diligenter elaboratas etiã, quam elucubratas afferebamus.

Elũcum. pen pro. Veteres languidum, uel hallucinatorem, aut nugarum amatorem, ſiue halonem, hoc eſt, heſterno uino languentem uocauerunt. Autor Varro de lingua Latina libro quinto.

Elũdo, is, a. t. pen. pro. Manifeſtè derideo, decipio, διαπαίζω. Cic. 4. Acad. Sed uos ab illo irridemini, & ipſi illum uicissim eluditis. Teren. in Eun. Eludet, ubi te uictum ſenſerit. Cic. in Catil. Quandiu nos etiam furor iſte tuus eludet? Idem pro Roſc. Amer. Nosq́ ab ipſo nebulone facetius eludemur.

Eluſus, pen. prod. particip. Ouid. 6. Metam. Mæonis eluſam deſignat imagine tauri Europam.

Eluenaca, inter uites generoſas nominatur, quam fertilitas commendat. Duo eius genera: Maior, quam quidam longâ: Minor, quam Arcelacain appellant, nõ tam fœcundam, ſed gratiorem guſtu. Colu. lib. 3. cap. 3.

Elugeo, es, Lugere deſino, uel luctum depono expleto tempore iuſti luctus, quod erat apud Romanos totius anni. Vnde matrona apud eos erat infamis, quæ ſecundas inibat nuptias, priuſquàm uirũ eluxiſſet, hoc eſt, quæ ante expletum annum luctus ſecundo nubebat. Liuius 4. bell. Macedonici,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quid aliud in luctu quàm purpurâ, atq; aurum deponunt? quid aliud quum eluxerunt, sumunt? Accipitur etiam pro simplici lugeo. Cic. ad Papyrium, Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm mater unicum filium.

Elumbus, & Elumbis, Qui euulsum habet lumbũ, uel qui præ lumbi debilitate sese erigere non potest, ἀπῳοιωμένος. Per translationem accipitur pro molli & effœminato.

Eluo, elui, elutum, a. t. Significat lauo, seu lauando purgo, ἐκπλαύω Columella lib. 1. Quod etiam uenenati liquoris eluit perniciem. Idem, Villica debet curam adhibere, ut si quæ fæces aut amurcæ in fundis uasorũ subsederint, statim emundentur: & non calidissima lixiuia, ne uasa ceram remittãt, semel atque iterum eluantur. Lactantius libro quinto, Quantò satius est mentem potius eluere, quæ malis cupiditatib. sordidatur. Ouid. 11. Metamorphoseos, Subde caput, corpusq; simul, simul elue crimen. Cicero 7. Verrin. Errabas Verres, & uehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare.

Elutus, particip. uel ex participio nomen: ut, Eluta, & siccata uinaria uasa, apud Col. lib. 6. cap. 34. Horat. 2. Serm. Saty. 4. irriguo nihil est elutius horto.

Eluuies, uiei, Eluuio, onis, f. t. Est uorago, uel terra aquarũ impetu hausta, βάραθρον, διαχάρωμα. Curtius lib. 6. Torrentesq; atq; eluuies iter morabantur. Idem, Ab altera parte uotagines eluuies q; præruptæ sunt: nec alia pugnandi patebat uia, quàm ut replerentur. Cic. in Som. Scip. Propter eluuiones, exustionesq; terrarum, quas accidere tempore certo necesse est. Ponitur etiam pro quauis calamitate. Cic. pro Domo sua. Idcirco tu ad illam labem, atque eluuiem ciuitatis sine summa ui peruenire potuisti?

Eluscare, a. p. Est luscum facere, hoc est, alterius oculi lumine spoliare, πηρῶν τὸν ὄψιν. Apud Iurecõsultos ad legẽ Aquiliam scribitur, Aquilia eum teneri, qui eluscauerit discipulum in disciplina. Hinc Eluscatio, actio ipsa priuandi altero oculo. Vlp. de Aedil. l. item Offilius. Eluscatiq; eam quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil uidet, qui id dixerunt, non sunt audiendi, qui nulla freti autoritate id dicãt.

Eluto, as, are, quod hîc corruptè legitur, uide Eluctor.

Elutía, orum, teste Plinio, libro 34. capite 16. dicuntur metalla auraria, in quibus aqua immissa elutis sordibus metallum ostendit.

Elutrio, as, a. p. De uase in uas transfero, μεταγγίζω, Dicitur & transuaso, sed rarius. Fortè à lurca, quæ os culei est: unde lurcones, capacis gulæ homines. Plin. lib. 14. cap. 17. Sufferue factis decies, mox elutriatis, atq; ita inueteratis.

Eluxatus, Idẽ est quod simplex luxatus, ἐξαρτρωτός. Plinius lib. 20. cap. 9. Sic etiam fistulas eluxatas & tumores reuocari, quæq; discuti opus sit.

Eluxuriari, Vide Luxurio.

Elysium, ἠλύσιον, Locus ubi piorum animæ habitant: ἀφ' ἧς λύσεως, à solutione. Nam animæ post solutionẽ uinculi corporei deueniunt ad Elysios campos. Verg. 7. Aen. sed amœna piorum Concilia, Elysiumq; colo. Sunt & Elysii campi, in Bœotia circa Thebas, ut inquit Lycophron: de quibus sensisse uidetur Verg. lib. 2. Georg. quũ ait, Quanuis Elysios miratur Græcia campos.

Elymais, idis, ἐλυμαΐς, Regio est ad situm Persicũ, ab ipsa Persidе Oroati flumine discreta. Autor Plin. lib. 6. cap. 27.

E M

E M. uel E I. M In notis antiquorum, Eiusmodi, E. M. ex more. E M B. Emptor.

Emãcio, as, are, a. p. Macrũ, siue aridũ reddo, ἰσχναίνω. Col. lib. 2. cap. 14. Sed ex omnibus quæ retuli seminibus, Idem Saserna putat aliis iuuari & stercorari agros, aliis rursum peruri & emaciari. Idem lib. 4. cap. 24. Quæ nec spem uindemiæ destituant, emacient stirpem suam.

Emaciatus, participium: ut, Emaciatæ uites, apud Columellam libro 2. cap. 10.

Emacror, pen. cor. Extenuari, macrũq; fieri, ἰσχναίνωμαι. Plin. li. 18. cap. 10. Terram emacrari hoc satu existimantes.

Emaculo, as, a. p. Est maculas auferre, ὁμόργνυμι. Plin. lib. 21. cap. 19. de Narcisso herba, Nigras maculas emaculat.

Emancipo, as. pen. cor. a. p. Est eum quẽ in potestate habemus, sui iuris efficere, quasi extra mancipium, hoc extra dominium nostrum ponere, ἐκποιῶ. Vnde pater dicitur emancipare filium, quum eum paterno iure liberat, & sui iuris efficit. Quod quibus modis fieri soleat, uide librum Instit. tit. hoc de Adop. & emãci. Plin. Epist. 67. Regulus filium amisit uno malo indignus, quòd nescio an malũ putet: erat puer acris ingenii, sed ambigui: qui tamẽ posset recta sectari, si patrem non referret: hunc Regulus emancipauit, ut hæres matris existeret. Liberos propriè emancipari, seruos manumitti dicimus. Inde Emancipati, intelliguntur qui ex patris iure excesserunt, & sui iuris facti sunt, ἐκποίητοι. Qui autẽ eos ex mancipio suo emittunt, Emancipatores dicuntur. Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelligũtur, aut ii, qui ex patris iure exierunt: aut ii, qui aliorum fiunt dominii, quorum utrumq; fit emancipatione. Emancipare se alicui, siue (ut ueteres loquebãtur) emancupare, est se totum alicui tradere, & ueluti in mancipiũ, hoc est, dominiũ illius transferre. Plaut. in Bacch. Nunc mulier tibi me emancupo, tuus sum, tibi do operam. Hinc Emancipatũ alicui dicimus, qui alterius dominio imperioq; subiectus est, & in ius mancipiumq; eius est transcriptus: quanquam etiam per translationem latius accipitur pro eo, qui quouis modo alteri obnoxius est & addictus. Cic. in Catone, Ita senectus nimis honesta est, si seipsam defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si usq; ad' ultimũ spiritũ dominatur in suos. Horat. Epod. Romanus (eheu posteri negabitis) Emancipatus fœminæ Fert uallum & arma miles. Emancipatus ad omne facinus. Apul. lib. 10. Assumpto statim nequissimo, & ad omne facinus emancipato quodam uitali seruulo, perfidiæ suæ consilia cõmunicat. Emancipare agrum, est alienare, & è mancipio, id est, dominio, & possessione sua emittere, & alteri possidendũ tradere, ita tamen ut inde ad nos singulis annis redeat prouẽtus. Plin. lib. 7. Epist. Nam pro quinquagentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorũ ingenuarumq; promiseram, agrum ex meis longè pluris actori publico emãcipaui: eundemq; uectigali imposito, recepi. Vbi Plin. Emancipare non pro uendere posuit, sed pro alienare. quũ enim uellet uectigal publicè donare in alimẽta puerorum, (id est, rentam constituere, ut uerbis uulgi utar) fundum suum imaginaria uenditione Reipublicæ donauit, & subinde uectigalem recepit. Ex Bud.

Emancipatio, onis, f. t. Est patriæ potestatis relaxatio, utriusque patris & filii interueniente cõsensu. Dicta quasi à manu traditio. Nam sicut in seruis manumissionẽ, ita in liberis emancipationem propriè dicimus. Ferr. Emancipatio autem non solùm ad liberos spectat, sed significat etiam quancunq; imaginariam uenditionem, ut eleganter declarat Bud. in Ann. prioribus, & monuit doctiss. Vig. in rit. Instit. de Testa. ord. Dicta, quasi manci emptio, ficta, & imaginaria lege Manumissio. Emancipatio, actus Iuris Ciuilis est, per quem qui filius est, pro nõ filio habetur: unde legitimus dicitur. l. actus de Regulis Iur. id est, sola legis fictione inductus.

Emãneo, n. s. uerbum est militare. Propriè enim dicuntur emanere milites, qui diutius sine legitimo Imperatoris cõmeatu absunt à castris. Modest. l. Desertorem. Digest. de Re militari, Is qui in exploratione emanet hostibus insistentib. aut qui à fossa tũc recedit, capite plectendus est. Inde Emansor, de quo mox.

Emansio, nis, f. t. minus est delictum Desertione. Sicut fugitiui deteriores sunt Erronibus.

Emansor, m. t. Propriè (ut inquit Modestiuus l. 1. para. Deserto rem. ff. de Re milit.) dicitur miles, qui ultra tempus cõmeatus ab Imperatore impetrati, abest à castris: Desertor autem, qui per tempus longũ uagatus reducitur. Erroneus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa uagatur, & temporibus in res nugatorias cõsumptis, serius ad dominum redit.

Emano, as, n. a. p. pen. prod. Extrà mano, effluo, uel emittor, ἀποφέρομαι, ἐκῥέω. Colum. libr. 7. Et sale cum adipe defricatur, dum saniei uis emanet. Plin. libr. 20. cap. 6. Et in angulo oculi perpetim humor emanans Interdum etiam actiuè ponitur pro emitto. Idem lib. 23. Vtilis & saniem emanantibus, id est, emittentibus, siue expurgantibus. Emanare res aliqua dicitur, quum rescitur, & spargitur in uulgus. Liu. lib. 9. bel. Punic. Periculum erat ne uera eo ipso quòd celarentur, sua sponte emanarent. Cic. Attic. lib. 3. Scripsi equidem olim ei iratus, quod ille prior scripserat; sed ita compresseram, ut nunquam emanatura putarem. Idem 2. Verr. Quæ fama non idcirco solùm emanarat, &c. Emanare in, uel ad uulgus, ἐκφορεῖν, κοὐκ ἐκπίπτειν γίνεσθαι. Cicer. pro Roscio Amer. Ego, etiamsi omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire, atque in uulgus emanare poterit.

Emarcum, teste Columella libro 3. capite 2. Est genus uuæ, à Gallis sic appellatæ.

Emargi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Emargino, nas, a. p. pen. cor. Significat cruſtas & puluillos & margines ulcerum adimo. Plin. lib. 28. cap. 9. Item equarum, præterquàm uirginum, erodit, emarginat ulcera.

Emaſculo, las, acti. p. Caſtro, & uirilitatem aufero, ἐυνουχίζω. Seruius ait, apud quoſdam populos ſacerdotes ſolitos ſe quibuſdam herbis emaſculare, ut uenerem arcerẽt, & coire non poſſent.

Ematuresco, is, ere, Maturum fieri, πεπαίνομαι. Plin. lib. 25. cap. 4. Nonnunquam antè candidum rufeſcit, ſi non ematuruit, improbatur q. Ouid. 2. Triſt. Atq ea ſic lapſa eſt, ut ſurgere, ſi modò læſi Ematuruerit Cæſaris ira, queat.

Emax, Vide Emo.

Embamma, atis, n. t. ἔμβαμμα, Condimentum quod ad cõdienda obſonia fit. Col. lib. 12. cap. 55. Hoc ſinapi ad embammata non ſolùm idoneo, ſed etiam ſpecioſo uteris. Quidam embammata intelligunt immerſiones, quando intingimus uel panẽ, uel obſoniũ in uaſculis repletis re liquida: à Græco ἐμβάπτειν fieri uidetur, quod eſt immergere, intingere. Vnde & Latinè intinctus dicuntur. Vulgus Italorũ Sapores uocat, quibus etiam hodie ad irritandam gulam utimur. Alex. ab Alexandro lib. 5. cap. 9.

Embãtas, naues quidam putant appellari, quæ ſolis uectoribus traiiciendis ſunt deſtinatæ, citantes locum Vlpiani ex lege 1. de Exercit. act. ubi ſic legunt, Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipſi dicunt) embatæ ſunt. Quo tamẽ in loco caſtigatiora exemplaria ἐπιβάδιας, aut certè ἐπιβατίδας, non embatæ legendum oſtendunt. Embateutici iuris appellatione, ceu generali, cuius meminit Vlpianus in l. 3. parag. fin. de Reb. eor. qui ſub tut. Alciato tradente, id Ius intelligi poteſt: quod & quandam detentionem reſpicit, & rei poſſidendæ facultatem, tametſi proprietas uera ad aliũ pertineat. Quale eſt Ius Superficiarii, uel eius qui fundum uectigalem poſſideat, uel perpetuarii l. bonorum de Verb. ſign. l. fin. de ſuperfic. l. 1. Si æger uectigalis. Erant fortè, quibus magis arridebit Ius Embateuticon intelligere, quod uulgò Pedagium, quod alioqui ad Regalia ſolet pertinere. Sed Alciat. eam interpretationem magis probat, quæ in etymologico magno eſt, ubi ille Grammaticus ἐμβάτια inquit nunc & ἐμβάδια dicitur id Ius, quod creditor in bonis ſibi pignoratis retinuit, propria autoritate ea ingrediendi.

Emblemata, n. t. ἐμβλήματα, Dicuntur opera elegantiora ex teſſellis, ſegmentisq ita coagmentatis, ut rei alicuius imaginem tanquam penicillo depictam repræſentent, cuiuſmodi ſunt quæ in parietibus cameriſq muſeata, ſiue uermiculata, in pauimentis teſſellata, in lignis ſegmentata dicuntur. Dicta emblemata ἀπὸ τῦ ἐμβάλλειν, hoc eſt, ab inſerendo: eò quòd ex teſſellis, ſiue ſegmentis inſtitutis cõſtarent. Budæus in annotationibus Emblemata, inquit, uermiculatum opus ſignificant ex teſſellis inſtitutis aptatum atque conſertum. Inde illud Ciceronis in Bruto de Marci Calidii oratione, Nullum niſi loco poſitũ, & tanquam in uermiculato emblemate (ut ait Lucil.) ſtructũ uerbũ uideres. Et in Oratore perfecto, de collocatione uerborum loquens, ex Lucilio, Quàm lepidè λέξις compoſitæ, ut teſſerulæ omnes Arte pauimento, atq emblemate uermiculato, λέξις, inquit, id eſt, dictiones in oratione tam lepidè compoſitæ, quàm in uermiculatis operibus teſſellæ, quę etiam in pauimentis tanta arte coagmentabantur, ut rerum animaliumq effigiem referrent, teſte Plinio libro 35. Huiuſmodi pauimentũ pulcherrimum etiam hodie uiſitur in æde Senenſi. Emblemata etiam in uaſis argenteis, aureisq, & Corinthiis, ornamẽta erant apud antiquos exemptilia quum libitum erat: cuiuſmodi ætas iſta non nouit, ut arbitror. Id autem ex Marco Tullio intelligi facilè poteſt in Verrem Actione quinta: in qua Verrẽ Siciliæ Prætorem refert Halũtinos uaſa omnia, quæ tum apud Haluntium erant, in unum aceruum conferre coẽgiſſe: quo facto, Verrem ex omnibus uaſculis emblemata, id eſt, pretio ſiſſimam partem reuelliſſe, ita ut Haluntini domum pura, nudaq uaſa referrẽt, id eſt, emblematis abſterſis & toreuma ta, id eſt, cælaturæ, & emblemata apud Verrem remanerent, impudentiſſimo latrocinio: propter quod factum, Verrem per paranomaſiam euerriculum appellat. Verba Ciceronis hæc ſunt, Vaſa autem ad Verrem deferuntur: Cybiratæ fratres uocantur, pauca improbant: quæ probarent, iis cruſtæ aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excuſſis deliciis cum argento puro domum reuertuntur. Quod unquã, Iudices, huiuſmodi euerriculum in illa prouincia fuit? Et paulò pòſt, Tum illa ex turibulis & patellis quæ uellerat, ita ſcitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in ſcyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata eſſe diceres. Quoniam uerò emblema inſertum quid & inſitum ſignificat, iniunctumque, ideo factum eſt ut emblema pro ornatu temporario & exemptili ponatur. Inde illud Fabii, libro 2. Inſtitutionis oratoriæ, de locis communibus loquentis, Hoc, inquit, adeò manifeſtum eſt ad forenſes actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officiis ciuilibus, ſcriptos eos, memoriæq diligentiſſimè mandatos in prõptu habuerint, ut quoties eſſet occaſio, extemporales eorũ dictiones his uelut emblematis exornarentur. Hæc omnia penè ad uerbum deſcripta ſunt ex annotationibus Budæi in Pandectas.

Embola, Græca uox, & inter cætera itineris ingreſſum ſignificat: qui felix dicitur propter Imperatoriã maieſtatem. Accurſius, quiq eum ſequuti ſunt, ſuper hac uoce quædam ridicula effutierũt. Vide Alciat. in l. iubemus. C. de Sac. ſan. eccl. Embola, roſtra ſunt nauium, de quibus Hermol. in Corol. Plinia. Alc.

Emboline, Frutex eſt, qui in Aſia, & Græcia naſcitur, paruis foliis, quæ pota contra uenena proſunt. uerba ſunt Plinii libro 12. cap. 20.

Embõlium, lii. n. ſ. ἐμβόλιον, à ueteribus dicebatur argumẽtum, & ingreſſus ſcenicus: ἀπὸ τῦ ἐμβάλλειν, quod præter alia ſignificat ingredior. Huiuſmodi fuit illud argumentum de Paſiphaë à tauro compreſſa, quod Domitiani temporibus in ſcena repreſentatum fuit, ut teſtatur Martialis his uerſib. Iunctam Paſiphaën Dictæo credite tauro, Vidimus, accepit fabula priſca fidem. Cicero ad Atticum, Embolium nouum cogito. Idem pro Sextio, Ex te igitur Scaure poſtulãtũ quæro qui ludos apparatiſſimosque feciſti, &c. cur ille ipſe maximè ludius, non ſolùm ſpectator, ſed actor & aſcroama, qui omnia ſororis embolia nouit, qui in cœtum mulierum pro ſpaltria adducitur, nec tuos ludos aſpexit in illo ardenti tribunatu ſuo, &c. Ergo ſaltatores & pſaltrias, quos introduci ſolitos in cœnam Polybius Athenæusq teſtantur, & alia ridiculorum genera, embolia dici poſſunt, qualia complura in ſcenam introducta feruntur à L. Antonio, ludis illis quos maximos fecit, capto cum liberis Gentio Illyriorum rege. Fibula etiam rotarum axibus firmãdis immitti ſolita, quam ruſtici clauiculam appellant, Græcè nomen habet embolium.

Emboliſmus, emboliſmi, m. ſ. ἐμβολισμός, dicitur intercalatio, quæ fieri ſolebat, ut annorum ratio cum ſolis curſu conueniret: ἐμβόλιμος uerò, atque etiam ἐμβολισμοῖος, Latinè intercalaris & inſititius dicitur. Intercalare enim, interſerere eſt, teſte Macrobio libro primo Saturnal. Vnde etiam menſis Februarius, intercalaris dicitur, quòd ei unus dies interſeratur.

Embryo, onis, uel **Embryon**, brii, ἔμβρυων ἢ ἔμβρυον, Fœtus eſt in utero conceptus, antequam lineamenta ſuæ ſpeciei accipiat: quod ferè ſolet accidere circa quadrageſimum ſecundum à conceptu diem, quo tempore & anima illi infundi creditur. Hunc enim in procreatione hominis eſſe uolunt, uel ſex primis à conceptu diebus ſemen in utero conceptum lacti ſimile exiſtat: nouem proximis, in ſanguinem uertatur: duodecim deinde aliis, in carnem: poſtremò quindecim aliis, ſpeciei ſuæ lineamenta omnia acquirat, iiſq expletis anima rationalis animetur. Itaque uſque ad quadrageſimum ſecundum diem propriè dicitur παρὰ τὸ ἔσω βρύειν, hoc eſt, ab eo quòd intus in utero alatur, non ſecus ac fructus à ſua arbore.

Emẽdullo, as, a. p. Medullam eximo, ἀπομυελόω. Plinius de limonio, Item alarum grauẽolentiam emendat radicis emedullatæ uncia, in uini Falerni heminis tribus decocta. Per translationem accipitur pro declaro. Plaut. Narra iam rem nobis, atq emedulla.

Emẽndicõ, cas, act. p. penultima producta, Significat more mendicantium aliquid peto, ἐρανίζω, ἐρανίζομαι, ἐπαιτέω. Suet. in Cæſ. In Hiſpania à Procõſule & à ſociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni.

Emendicatus, penultima producta. Emendicata ſuffragia dicuntur, quæ alibi etiam corrogata uocari diximus: quæ ſcilicet abiectis & humilibus precibus extorquentur l. Singuli. C. de Accuſat. Singuli, uniuerſíque iudices cognoſcant in publicis criminibus non oportere emendicatis ſuffragiis decretorum, aut relationibus à publicis perſonis deſtinandis credere. Honos emẽdicatus, l. 1. C. Vbi quis decuriali uel coh. Penitusque emendicati honoris præſcriptione ſubmota à iudice, &c.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Emendo, as, a, pri. Corrigo, quasi à menda pũrgo, ἐπανορθῶ. Plin. lib. 14. cap. 10. Succus hæderæ tædia narium, graueolentiamq; emendat, præcipuè albæ satiuæ. Cic. Att. lib. 2. Itarursus remittit, ut me roget ut annales suos emendẽ & edam. Cic. 3. de Leg. Vt enim cupiditatibus principum & uitiis in fici solet tota ciuitas, sic corrigi & emendari continentia.

Emendatus, particp. Idem quod castigatus. Vnde mores emendati dicuntur, à Cicerone de Amicit. His ergo finibus utendum arbitror, ut quum emendati mores amicorũ sint, tum sit inter eos omnium rerum, cõsiliorum, & uoluntatum sine ulla exceptione communitas.

Emendatè, aduerb. Cic. de Opt. gen. orat. Nam quoniam eloquentia constat ex uerbis & sententiis, perficiendum est ut purè & emendatè loquentes, quod est Latinè: uerborũ præterea & propriorum & translatorum elegantiam persequamur.

Emendator, oris, Castigator, ἐπανορθωτὴς. Cicero pro Cornelio Balbo, O præclarem interpretem iuris, autorem antiquitatis, correctorem, atq; emendatorem nostræ ciuitatis.

Emendatrix, fœminini generis. Cic. 1. de Legib. Quoniam uitiorũ emendatricem legem esse oportet, cõmendatricemq; uirtutum.

Emendatio, onis, f. t ἐπανόρθωσις. Cicero quarto de Finibus, Hæc uidelicet est correctio philosophiæ ueteris, & emendatio. Emendatio, modò pro prauorum morum, & uitosè admissorum castigatione usurpatur, ut tt. C. satis notis: modò pro mutatione, seu libelli uariatione, de qua interpretes differunt in l. edita. C. de eden. Alc. hîc omnino uidendus est iis, qui ad forum animum appulere. Emendatio etiam est iis, qua singula, prout ipsa res postulat, dirigimus, æstimantes uniuersorum scriptorum sententiam diuersam, uel correctio eorum, qui per scripturam dictionemue fiunt, autore Diomede,

Ementior, deponens quartæ, Penè idem est quod simplex mentior, hoc est, mendacium aliquod effingo, ψευδολογῶ. Cicero in Partition. Alii ementiti sunt in eos quos oderant. Plautus in Amphit. quæq; dixisti modò, Omnia ementitus. Accipitur etiam non inelegantèr pro simulare, uel falsò aliquid exprimere, προσποιῆμαι. Plautus in Trinummo, Quia illum quem ementitus es, ego sum. Cicero pro Domo sua, Quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris autorem adumbrare meliorem? Ouidius 5. Metamorph. At Nileus qui se genitum septemplice Nilo Ementitus erat. Sic dicimus ementiri uocem, uel manum alicuius ordinis. Cic. pro Domo sua, Satisne tibi uidetur à Senatu iudicatum, me non modò non ementitum esse autoritatem eius ordinis, sed etiam, & c.

Ementiens, participium. Cic. 1. de Diuinat. Videmus hæc signa nunquam ferè ementientia.

Ementitus, aliud particip. Cic. 3. Tusc. Ita fit sensim cogitantibus, ut quantum sit ementita opinio appareat.

Emĕrĕo, res, emerui, Idem quod emereor, & tam in bonam quàm in malam partẽ accipitur. Plaut. Aul. Quia ego emerui adolescens mali, Quamobrem ita faceres? Proper. lib. 4. Eleg. Et tamen emerui generosos uestis honores.

Emereor, reris, emeritus, d. s, Idem quod simplex mereor, ἀνταρῶμαι, μισθοφορῶ, ἀφίομαι, καταπάλλομαι, περιποιῶμαι. Lactã. li. 4. Etenim quum constet ex carne & spiritu, & oporteat spiritũ iustitiæ operibus emereri, ut fiat æternus. Cic. Att. lib. 6. Annuæ enim mihi operæ III. Calend. Sextil. emerentur.

Emeritus, participium: unde Emeriti milites nominantur, qui militia perfuncti, ab eaq; absoluti, uacationem iam habent, οἱ πάσας τὰς νομίμους στρατείας τετελεσμένοι μισθοφορεῖν παυμένοι ἀποταξάμενοι. Lucanus lib. 1. Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabũtur, Quæ noster ueteranus aret? quæ mœnia fessis? Emerita arma, id est, uictricia, & finem belli imponentia. Ouid. 4. Trist. Miles ut emeritis non est satis utilis armis. Emeritum stipendium, pasliuè dicitur (inquit Budæus) quod iam peractũ est, quum iam milites missionem ut ueterani impetrarunt. Emeritos boues Vergil. per translationem appellat, pro defessis, & opere ac labore solutis. Emeriti senes uocantur à Valerio lib. 5. qui solẽt habere alios, qui pro se laborent: iisq; dicuntur pro aliis opus agere. Emeritæ apes. Plin. lib. 11. cap. 11. Sunt autem fuci, sine aculeo imperfectæ apes, nouissimeq; à festis & iam emeritis inchoatæ. Emeriti anni, id est, iam effœti. Mart. lib. 7. Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos.

Emerita, emeritorum, Pro commodis militum ueteranorum. Modest. in l. Desertorem. Digest. de Re militari, Etsi exleto tempore militiæ redeat, ut ueteranus accipietur, & emerita accipiet.

Emergo, n. t Contrariam habet suo simplici significationẽ, ἀναδύομαι. Propriè enim emergere dicitur qui subter aquã mersus, rursus in lucem redit: quemadmodũ urinatores facere consueuerunt. Cic. 2. de Nat. deor. Legi etiam scriptum esse, auem quandam, quæ platanea nominaretur, eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues, quæ se in mari mergerent, quæ quum emersissent, piscemq; cepissent, usq; eò premere eorũ capita mordicus, &c. Idem de Arusp. resp. Iam ista serpẽs, quæ hîc delituit, tum se emergit, & fertur illuc, &c. Terent. Eunuch. Quid gestiam, aut quid lætus sim, quò pergam, unde emergam. Accipitur etiam emergere pro ex occulto loco in lucem prodire, & ad hominum cognitionem uenire: ut intrita illa sententia, Veritas ubi diu delituit, tandem emergit. Sic etiam dicimus emergere ex calamitate, aut morbo, pro eo quod est expedire se à morbo aut calamitate. Liu. 5. bel. Pun. Emersura uirtus ex omni sæuitia fortunæ. Cic. pro Cluen. Hoc modo iudices, sæpe multorũ impro birate depressa ueritas emergit, & innocentiæ defensio intercluſa respirat. Idem pro Cælio, Equidẽ multos uidi in hac ciuitate, qui totam adolescentiam uoluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse, grauesq; & illustres fuisse, Corn. Nepos in uita Attici, Quibus ex malis ut se emerserat, nihil aliud egit, quàm ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio.

Emergi, impersonale, Terent. Adel. Tot res repentè circunuallant, unde emergi non potest.

Emeruchit, herba est, quæ Theriacem ingreditur: quæ autem, aliæ à multis atq; aliæ afferuntur sententiæ. Sunt enim qui pro Samsucho & maiorana interpretantur, alii Matricaria uel Febrifuga. alii pro Cotula fœtida.

Emĕtior, tiris, emensus sum, d. q Idem quod metiri significat, διαμετρῶ. Hinc emetiri iter, per trãslationem pro conficere iter: & emetiri labores, quod alio modo dicimus exãtlare, uel deuorare labores. Liuius libr. 5. bell. Punici, Et inde una nocte ignaris noctibus, & ob id quietis, aliquantum emensus est iter. Cicero de Claris Oratoribus, Ego autem uoluntatem tibi profectò emetiar, sed rem ipsam nondũ posse uideor, idq; ut ignoscas peto.

Emensus, pasliuè. Liu. 1. bel. Pun. Postquàm multò maiorẽ partem itineris emensam cernant. Vergil. 1. Georg. emenso quũ iam decedet Olympo.

Emĕto, tis, penultima correpta, Idem quod meto, θερίζω, ἀμάω. Horatius in Epist. emetit Orcus Grandia cum paruis, non exorabilis auro.

Emĭco, as, n. p. penul. product. Effulgeo, resplendeo, διάλαμπω. Plautus, Ex oculis, quasi radii emicant solis. Emicare, extrà salire, exilire, subitò apparere. Vergilius 6. Aeneid. iuuenum manus emicat ardens Littus in Hesperium. Plin. 11. cap. 37. Cecinnæ Volaterrano dracones emicuisse de extis lætò prodigio traditur. Emícare in iugũ, pro attollere sese, & erigere, Colum. lib. 4. cap. 20. Nam quæ uel infirma, uel breuis est, ad duas gemmas recidenda est, quum uehementiorem fundat materiam, quę protinus emicet in iugum. Emicare, pro excellere, ὑψηλὸν Pli. lib. 35. cap. 11. Post eum emicuit longè antè omnes Euphranor Isthmius. Præ omnibus emicuit Nisus, Verg. 5 Aenicd.

Emigro, as, penultima corrept. Idem quod migro, μετοικίζω. Valla autore Cicerone libro 4. Verrin. Ex illa domo sic emigrabat, ut, &c. Plautus Mostellan. Pedem nemo intrò retulit, semel ut emigrauimus. Emigrare è uita, mori, μεταπάττειν τὸν βίον. Cicero secundo de Legibus, Nulla est enim persona, quæ ad uicem eius qui è uita emigrauerit, propius accedat.

Eminĕo, es, n. s. penul. cor nui, Excello: ab è præpositione, & uerbo maneo, προκύπτω, ὑπερκύπτω. Plin. lib. 16. cap. 31. Esculus quantùm corpore eminet, tantùm radice descendit. Cæsar bel. Ciuil. lib. 2. Ita ut capita tignorum extrema parietũ structura tegerentur, ne quid emineret, ubi ignis hostium adhæresceret. Interdũ adiunctâ habet præpositionẽ è uel ex. Cic. 1. Tusculan. Globus terræ eminens è mari. Idem libro 5. Ego autem quum omnia colluſtrarem oculis (est enim ad portas Sagrianas magna frequentia sepulchrorum) animaduerti columellam non multùm è dumis eminẽtem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri. Nonnunquam præpositionem extra. Plinius libro 17. capite 21. Et in fico quidem dodrantales paxilli solo patefacto seruntur sic ut descendat quæ proxima arbori fuerit, duo oculi extra terram emineant.

Interdum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Interdum præpoſitionem per. Liuius, Eminet ferrum per coſtas. Per tranſlationem pro excellere aut conſpicuum eſſe, ἐξέχειν. Cic. 3. Verr. Toto ex ore crudelitas eminebat. Idē pro Cluentio, Illi quorum eminet audacia atq; proiecta eſt, à conſilijs malitiæ deſeruntur. Et Tuſc. 2. Amplitudo animi maximè contemnendis doloribus. Sic eminere aliquis dicitur qui cæteris antecellit. Cic. in Orat. In quo tantùm abeſt ut noſtra miremur, ut uſq; eò difficiles ac moroſi ſimus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes: qui quanquā unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen nō ſem per implet aures meas: ita ſunt auidæ, & capaces, & ſemper aliquid immenſum infinitumq; deſiderant. Liu. 1. ab Vrbe, Necdum à ſingulis, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, peruenerant factiones. Ex his omnibus ſatis, opinor, apparet eminere de omnibus ſiue perſonis, ſiue rebus dici, quæ aliquam partem habent cæteris altiorem, aut magis expoſitam, idq; commodè transferri poſſe ad quaſcunq; reliquis excellentiores.

Eminens. om. t. nomen ex participio. Cæſ. bel. Ciu. 2. Has trabes paulò longiores atq; eminentiores, quàm extremi parietum erant, effecerunt. Colum. libr. 3. cap. 8. Sed & Meuaniæ bos humilis, & Ligurię nonnunquam taurus eminentis ſtaturæ cōſpicitur. Cic. Tuſcul. 3. Eminēs effigies uirtutis.

Eminentia, f. p Excellentia, ἐξοχή. Cic. 1. de Nat. deo. Nam ſi tantummodo ad cogitationem ualent, nec habent ullam ſolliditatem, nec eminentiam? quid intereſt utrum de hippocentauro an de Deo cogitemus? Idem libr. 2. Acad. Quis eſt quin cernat quanta uis ſit in ſenſibus? Quàm multa uident pictores in umbris & eminentia, quæ nos non uidemus?

Eminulus, pen. cor. Parum eminens, ὑπερεχόμενος. Varroli br. 2. cap. 5. Vt habeat inferiorem partē frequentibus pilis ſubcriſpam, compactis cruribus, potius breuioribus, quàm longis, rectis genious & eminulis, diſtantibus inter ſe. Idem de canibus, Spina neq; eminula, neq; curua.

Eminor, pen cor. eminaris. d. p. Idem quod minari, ἀπειλεῖν. Plaut. Cap. Eminor, interminorq; n quis obſtiterit obuiam.

Eminatio, uerbale, ἀπείλησις. Plau. Capt. Dentilegos omnes mortales faciam, quemq; offendero. AEG. Quæ illæc eminatio eſt? an te quęo mirari ſatis?

Eminus, pen. cor Significat à longinquo loco, πόρρωθεν, μακρὰν & differt à longè: quòd non rectè dixeris, eminus habito, ut longè habito: ſed benè, eminus iaculor. Importat enim eminus tacitum quendam motū de loco. Cęſar. lib. 1. Ciuil Sic quotidie utrinq; eminus funibus, ſagittis, reliquiſq; telis pugnabatur. Similiter cominus à loco propinquo, non in loco propinquo, neque propè, ἐγγύθεν σοσαδόν, ut Cominus te percutiam, non cominus ſenęo. Valla in Rauden.

Emiſſarium, Emiſſarius, Vide Emitto.

Emitto, tis, emiſi, emiſſum, a. t. Foras mitto, ἐκπέμπω, προέμαι, ἐκφέρω. Cic. 3. Catil. Vt abs te non emiſſus ex urbe, ſed in urbem immiſſus uideatur. Idem 6. Verr. Quæram, cur hunc eundem repentè è carcere iuſſerit emitti. Emittere aquā ex piſcina, uel lacu. Cic. Attico lib. 4. Lacus Velinus à M. Curio emiſſus. Varij præterea ſunt uerbi huius uſus, qui ſubiectis patebunt exemplis. Plaut. in Merc. Gradus grandit, emittit oculos, circumfert ſe, obſtipat uerticē. Autor ad Herennium 4. Quòd ſi nunc hæc urbs inuictiſſima uocē emittat non hoc pacto loquatur? Idem de Diuin. lib. 2. Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. Sic etiam emittere arcu ſagittas, aut tela. Plinius lib. 9. cap. 8. de delphinis, Nam quum fame confecti, fugientem in uada ima perſecuti piſcem, diutius ſpiritum cōtinuere, ut arcu emiſſi ad reſpirandum emicant, tantaq; ui exiliunt, ut plerunq; uela nauium tranſuolent. Idem lib. 10. cap. 33. de hirundinis, Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adulrioresq; circumagi docent, & foris ſaturitatem emittere, id eſt, uentrem purgare. Idem libr. 11. cap. 24. de araneis, Pariunt autem oua ea in telas expanſa, quia ſaliunt, atq; ita emittunt. Et lib. 25. cap. 5. Quippe alia dare ſolent, quæ concitarent uomitiones, ipſumq; helleborū extraherent, medicamentis, aut clyſteribus, ſæpè etiam ſanguine uenis emiſſo. Admittit quoq; præpoſitiones. Cic. pro Plan. Emiſſus aliquis è carcere, Et lib. 2. Epiſt. ad Att. Emittat ad me Publius qui obſignent. Cæſ. 2. bel. Ciuil. Emittunt noctu per uallum. Liuius 4. bel. Pun. Primos equites clamore ſublato in hoſtem emiſit. Emittere manu aliquē, pro manumittere, & libertate donare, ἀφιέναι. Plaut. in Capt. Non erit tam auarus, quin te gratis emittat manu. Tu rent. Adelph. Haud dubium eſt quin emitti æquum fiet, id eſt, liberum fieri. Ponitur etiam aliquando pro manifeſtare, edere, ἐκδιδόναι. Cic. Volumnio, Fam. lib. 7. Vt etiā ſi quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus, ingemiſcamus.

Emiſſio, onis. Cic. 2. Tuſcul. Vt enim baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eò graniores emiſſiones habēt, quo ſunt contenta atq; adducta uehementius.

Emiſſarius, rii, m. ſ. Qui ante exercitū emittitur, προσαγωγεύς; uel ad explorandum, ὑπακοός, κατάσκοπος: uel ad prælium laceſſendum, προσαγωγεύς: uel qui dominum circunſtat ut eius iuſſu optemperet, & pręſto eſt ut emitti poſſit. Emiſſarius etiam à probatiſſimis autoribus appellatus calumniator ſubmiſſus, & ſubornatus ab inimicis. Cic. Mario, libr. 7. Epiſt. Perſuaſerat q; nonnullis inuidis meis, in me emiſſariū ſemper fore. Item furtorum conciliator (ſicut Aſconius docet) qui ſcilicet emittitur ut exploret res furto opportunas. Cic. 3. Verr. Turpio quidam iſtius excurſor, & emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum teterrimus. Idem. Verr. 5. Dubitaturum quenquam exiſtimas, quin illis emiſſarijs hæc tibi omnis pecunia quæſita ſit? Emiſſarius item uocatur equus, aries, & huiuſmodi qui emiſſus ſit in ſolitudinem, uel qui ad generandam ſobolem emittitur. Sed uidetur ratio uelle ut dicatur admiſſarius, quòd ad ſobolem procreandam fœminæ adiungatur, ἀναβάτης. Vnde admiſſura, quando mares brutorum ad fœminas admittuntur, ὀφεία. Plinius emiſſarium appellat palmitē, qui emiſſus ex deputatione infertur imis ſcamnis, ut per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat. Sic enim libro 19. capite. 23. ſcribit, Relicto ſemper duramento in ſingulis tabulatis, & emiſſario uno qui ſubeat uſquequo placuerit.

Emiſſarium. n. ſ. Locus per quem aqua è lacu aut ſtagno emittitur ὑδρεῖον. Suetonius in Claud Fecit & emiſſarium Fucini lacus, portumq; Oſtienſem. Cic. ad Tironem, Hælico ne quiſſimus H S M. dabat nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla macelia, nulla caſa.

Emiſsitius, a, um, Qui ad explorādum emittitur, ὑπακοϊκός, προσαγωγικός Et oculi emiſsitii, extra educti, & foras porrecti. Plautus in Aulul. Exeundum hercle tibi hinc eſt foras, Circunſpectatrix cum oculis emiſſitijs.

Emmanuel, Hebraica dictio: quam ſi interpreteris, nobis ſonat, Nobiſcum Deus.

Emmanes, Hyoſciamus apud Dioſc. lib. 4. cap 72.

Emmelia, eſt quoddam genus ſaltationis, pacatum, de qua uide Budæum in Pandectis, ἐμμέλια.

Emodulor, idē eſt quod Modulor ſimplex. Ouid. 1. Amor. Muſa per undenos emodulanda pedes.

Emo, emis, emi, emptum a. t. Pecuniis, uel gratia, aut præmio, uel alio quouis modo aliquid mihi comparo: conſtruitur q; cum ablatiuo, uel genitiuo horum nominum, tanti, quanti, pluris, minoris, & huiuſmodi, ὠνέομαι, ἀγοράζω. Cic. lib. 3. Offic. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius uoluit. Gellius, Libros plurimos ære pauco emi. Eius compoſita ſunt, Abemo, Adimo, Coëmo, ſimul emo, uel ex omnibus locis emo: Eximo, Interimo, Perimo, & Redimo, quæ habent penultimam correptam. Item frequentatiuum Emptitare, de quo mox: & Empſitare apud Plautū in Caſ. Non ego iſtud uerbū titiuilitio empſitem: quanquam alij hoc in loco legant emptitem.

Emptus, participium. Horat. 1. epiſt. Sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas.

Emptio, onis, ὠνή. f. t Cic. Attico. li. 22. Quid Cęſar? tres habet cōditiones aut emptiones ob haſtam, &c. Emptio ſucceſſit permutationi, inuenta moneta. l. 1. de cōtra emp. Emptionis uertit, quācunq; alienationē contineri, Albericus ante monuit citans, l. ſtatu, liberi ad fin. ff. de Statutilibus. Præterea omnē quo dominiū transfertur contractū l. ſicut parag. uenditur. Quibus modis pig. uel hipoth. ſol. Idē indicauit emptionis & uenditionis uocabulis ueteres uſos in diſcriminatim. l. ueteres, de Act. emp. l. cum aparebit Locati.

Emptio imaginaria dicitur, quæ ſimulatur, cum in ueritate non ſit emptio, Zaſ. parag. item ſi quis, inſtit. de Action.

Emptito, tas. a. p. pen. cor. Frequenter emo, uel frequenter mercandi, ſeu acquirendi uſum habeo, ὠνέομαι. Plin. lib. 33 cap 2. Alios corijs boū, alios ferro, captiuiſq; rebus emptitaſſe tradit. Colum. lib. 8. cap. 10. M. Terētius ternis ſæpè denarijs ſingulos emptitatos eſſe ſignificat. Pro eodem etiā legitur Empſitare: de quo uide paulo antè in uerbo Emo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Empturire, n. quod est cupere emere. Varr. in Proœm. lib. 2. Propterea quòd te empturientem in campos macros adducũt crebrò pedes.

Emptor, oris, m. t. Qui emit, ὠνητής. Cic. 3. Offic. Ne quid omnino quod uenditor norit, emptor ignoret.

Emptionalis, le, om. t. Qui frequens est in emptionibus & proscriptionibus bonorum, ὠνητικός. Cæl. Ciceroni, Quod qui dem si inter uos senes emptionales uænale proscripserit. Quo in loco antiquissima exemplaria habent, concionales senes.

Emptitius, Qui est de numero eorũ qui empti sunt, siue emi solent, ὠνητός. Varro lib. 3. de Re rust. Hic aprum glans quũ pascit emptitia, facit pinguem: illic gratuita exilem. Ibidẽ cap. 17. Præterea salsamenta in eas piscinas emptitia cõijciebat.

Emax, gen. com. Qui uel quæ facilè inclinatur ad emendũ, ὠνητικὸς. Cato de Re rust. cap. 2. Patremfamiliãs uendacẽ nõ emacem esse oportet. Cic. in Parad. Non esse cupidum pecuniæ, non esse emacem, uectigal est.

Emacitas, Facilitas & inclinatio uoluntaria emendi, τὸ ὠνητικόν. Columella lib. 5. Quosdam emacitas in armẽtis, quosdam exercet in cõparandis mancipijs cura: de tuendis nulla cura tangit. Plinius Epistola 51. Erat φιλέκλεηϑ usque ad emacitatis reprehensionem.

Emodulor Idem est quod modulor simplex. μελῳδέω. Ou. lib. 1. Amorum, Musa per undenos emodulanda pedes.

Emolior. Iris, iri, Eiicio, expello, ἐκβάλλω. Celsus li. 4. cap. 5 de pleuritide, Interdum sicca tussis est, quæ nihil emolitur. Colum. lib. 8. cap. 5. Dum eas amaritudo cogat per nares emoliri pituitæ nauseam.

Emollio, lis, Idẽ est q mollio, hoc est, molle facio, μαλάττω. Liu. 7. bel. Maced. Humor arcus, fundas q, & iaculorum amenta emollierat. Vnde emollire aluum, est laxare. Plinius 20. cap. 9. Aluum leuiter emollit lapsana. Ibidẽ cap. 2. Pepones qui uocantur, refrigerant, maximè in cibo, & emolliunt aluum. Quando ad hominem transfertur, significat mollem & effœminatum reddo. Liu. 7. bel. Pun. Simul metuens ne suum quoq exercitum, sicut Annibalis, nimia urbis amœnitas emollirer. Idem libro 1. bell. Maced. Degener & Emollitus amœnitate Asiæ hostis.

Emollidus, a, um, adiectiuum, Idem est quod mollis, μαλθακὸς μαλακός. Liu. 4. bel. Maced. Labor & æstus emollida & fluida corpora Gallorum reddit. Quanquã sint qui mollia hoc loco contendant legendum.

Emologare, Verbũ hoc nec Latinitas nec Græcismus agnoscit: Interpretes pro confirmare, uel laudare, usurpant, Homologare propius ad suam, quæ Græca est, originem accedit. uide Bar. in. l. cum antea C. de arbit.

Emolumentum, ti. n. s. Vtilitas quam ex opera & labore assequimur: nam à molimine deiectũ dit, ὠφέλημα τὸ χρήσιμον. Cic. lib. 3. Offic. Si sic erimus affecti ut propter suum quisq emolumentum spoliet, aut uiolet alterum, dirumpi necesse est eam quæ maximè secundum naturam humani generis est, societatem. Plautus Trinu. Et si sine dote dixeris, tibi sit emolumentum honoris, mihi Quod obiectent, siet. Cicero 1. de Fin. Plusque in ipsa iniuria detrimenti est, quàm in his rebus emolumenti quæ pariuntur iniuria. Iuuenal. Sat. 16. Præmia nunc alia, atq alia emolumenta notemus Sacramentorum.

Emŏrior. d. t. uel. q. Eiusdem significationis cum simplici, ἀποθνήσκω. Plaut. in Menæch. Paucis pòst diebus Tarenti emortuus est. Idem in Asin. Emori me malim, quàm hæc nõ eius uxori, &c. Legitur etiam infinitiuus emoriri, per quartam coniugationem. Terent. in Eun. Risu omnes qui aderant emoriri.

Emortualis dies, Quo quis mortuus est, θνησιμαῖος, sicut natalis, quo quis natus est. Plaut. in Pseud. Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die.

Emŏuĕŏ, es. a. s. Est è loco mouere, ἀπάγω, παρωθέω. Liu. 6. ab Vrb. Tum percitus ira Camillus, lictorem qui plebem de medio emoueret, misit. Verg. 2. Aen. emoti cardine postes.

Empĕtrŏn, ἔμπετρον, A Græcis dicitur herba ea quæ à Latinis calcifraga appellatur, locis maritimis ferè gaudens, & haud temere alibi quàm nudo saxo nascens: unde & nomẽ accepit. Plin. lib. 27. cap. 29. Empetron, quam nostri calcifragam appellant, nascitur in montibus maritimis, ferè in saxo: quo propius mari fuerit, minus falsa est. Vulgus Saxifragam appellat.

Emphăsis. f. t pen. cor, ἔμφασις. Expressio, significatio, demonstratio. figura est quum tacita uerbis subest significantia, quæ pronuntiatione indicatur. Eius duo sunt genera, alterum, quo plus significatur quàm dicitur: ut, Cantando tu illum? quasi dicat, indoctus peritissimum? Item, ita ne Cretensi fidem habes: ubi non simpliciter in Creta natum significamus, sed hominem pro gentis eius ingenio perfidũ. Alterum quo etiam illud significatur quod non dicitur: ut apud Vergilium lib. 1. Georgicor. Quum iam glandes atq arbuta sacræ Deficerent syluæ. hoc est, non solùm alijs syluis, sed etiam sacræ.

Emphysema, tumor & inflatio palpebrarum.

Emphysodes, febris est quę uehementiam caloris ore gignit & pustulas & inflationes.

Emphraxis, meatuum uel pororum obstructio.

Emphysema, atis. n. t. ἐμφύσημα, est excrescentia quædam iliorum tumori similis, & inflatio, & oculorum morbus.

Emphyteusis, ἐμφύτευσις, Latinè insitionem significat, siue plantationem: à uerbo Græco ἐμφυτεύω, quod est insero, uel consero. Vnde fundum in emphyteusin dare, frequens est apud Iurisconsultos, pro eo quòd est, ea conditione alicui tradere fundum, ut accipiens eum reddat meliorem, & ex sterili fertilem efficiat. Ab initio enim sterilia tantùm & inculta hoc contractus genere concedebantur. Hinc emphyteutes, siue emphyteuta, ἐμφυτευτὴς, dicitur qui fundum agrumue ea lege à domino accipit, ut eum conserat, meliorem q efficiat.

Emphracta. n. s nonnulli dici putauerunt naues tectas, citantes illud Vlpiani ex l. 1. ff. De exercit. act. Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) emphractæ sunt. Quo tamen in loco castigatiora exẽplaria ἐμβάδες, aut certè ἐμβατίδες, non emphracta legendum docent. Naues autem tectas, siue constratas, Græco uocabulo καταφράκτες uocari, suo loco ostendimus.

Empirice, ἐμπειρικὴ. Dicta est medicinæ pars quæ sola experientia curat. Tres enim fuerunt præcipuæ medicorum sectæ. Rationalium, quorum princeps extitit Hippocrates: Methodicorum, quorum primus fuit Themison Laodiceus, quem postea sequutus Thessalus Trallianus, sectam eam absoluit: & Empiricorum, qui Philinum Coum sequuntur, qui primus eam partem à rationali separauit. Plinius libro 29. capite 1. Alia factio ab experimentis se cognominans empiricen, cœpit in Sicilia. uide Celsum libro 1. in præfatione.

Empiricus, ἐμπειρικὸς. Medicus qui sola experientia medicinã tractat, nec q humanam naturam cognitam habens, nec q morborum causas inuestigans: ἀπὸ τ ἐμπειρίας, hoc est, ab experientia dictus.

Emplastrum, stri. n. s. ἔμπλασμα ἢ ἔμπλαστρον. Medicamentum ex uarijs rebus præsertim metallicis constans, accuratè tritis, quod liquore aliquo præmollitum uulneri imponi solet. Dictum à uerbo ἐμπλάττω, quod est, subigo, & uersando mollio. Hodie uulgò Vnguentum dicitur. Id uerò quod uulgò Emplastrum dicitur, à doctis uocatur cataplasma. Plinius libro 21. capite 4. Imponuntur emplastra uulneribus, malagmata super integram cutem injiciuntur: pastilli autẽ illinuntur, aut alicui molliori cerato miscentur. Sunt & alia hõrũ inter se discrimina. Vide Celsum lib. 5. cap. 17.

Emplastro, uerbum, cuius passiuum usurpauit Columella lib. 11. cap. 2. Possunt, inquit, si iam librũ remittunt, inseri oleæ, uel emplastrari, cæteræq pomiferę arbores eodem emplastrationis genere inseri.

Emplastratio, onis. f. t. in arboribus dicitur quum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par exaltera arbore, ἐμφύτωσις. Columella lib. 6. de Arborib. cap. 26. Tertium genus, quum gemmam cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam uocant agricolæ emplastrationem, uel (ut quidam) inoculationem.

Emplastraturus, participium, Quo Columella usus est, libro 5. capite 11. Delibrato (inquit) item alteram arborem quam emplastraturus es.

Emplattomena, uocantur quæ uidelicet detinent ea quę exiguis meatibus inhærent. Gal. 8. Method. Sic dicit retineri ea, quæ per urinas, & per uniuersam exeunt cutem.

Empneumatosis, f. t ἐμπνευματώσις, inflatio, inspiratio, & quando plurimus spiritus condensatur in stomacho, & ipse extendit simul uentriculum, adeò ut impediat

Empone

Emponema, Græcis, quæ melioratio Iureperitis dicitur. Et est ita quod Emphyteuta adquirit. Primum enim sic cœpit contractus Emphyteuticus, ut sterilia tantùm concederentur, in meliorem statum plantationibus redden da. Extat uox apud Iust. in l. ult. C. de Iur. Emphyt.

Emporium, n. s. ἐμπόριον, Locus mercatus & nundinarum ubi res uænales exponuntur. Plaut. in Amph. Apparet ad emporium, atq; in macello, in palæstra, atq; in foro. Cicero Attico libro 5. Quum per emporium Puteolanorum iter facerem. Dictum emporium ἀπὸ τοῦ ἐμπορᾶν, hoc est, à negociando, siue mercando: unde & ἔμπορον Græci mercatores nuncupant, & ἐμπόρευμα ipsam negotiationem.

Emporeticus, ca, cum, Mercatorius, ἐμπορικός. ut Emporetica charta, ἐμπορικὸς χάρτης, dicta est qua merces inuoluuntur à mercatoribus, inutilis ad scribendũ. Plinius lib. 13. cap. 12. Nam emporetica inutilis scribendo, inuoluendis tamen chartarum segestriumq; in mercibus usum præbet.

Empotion, quod hic pro herbæ nomine corruptè legebatur uide Empetron.

Emprosthothonus, ἐμπροσθότονος, Affectus est spinæ, quũ scilicet illa obriguit, & inflexibilis facta est, atq; ita in anteriorem partem incuruatur, ut omnino erigi nõ possit. Huic affectui similes sunt tetanus & opisthotonus: in hoc tamen differunt, quòd emprosthotonos dicatur, quum in anteriorem partẽ spina sit inflexa: opisthotonos, quum ea in partẽ posteriorem est incuruata: tetanus autem, quum recta obriguit, ita ut neque in anteriorem, neque in posteriorem partem flecti queat.

Emptitius, Emptito, uide Emo.

Empusa, ἔμπουσα, Genus laruæ & terriculamẽti, dicatũ Hecatæ, uno pede incedens: unde & nomen. Autor Eustathius. Vide Cælium Rhodig. lib. 6. cap. 38. lect. antiq. & Erasmum in prouerb. Proteo mutabilior.

Empyi, masc. sec. ἔμπυοι, A medicis dicuntur qui absceſſu thoracis laborantes, pus excreant: quorum affectus etiam empyema, ἐμπύημα appellatur: nos purulentam excreationem dicere possumus. Qui uerò hunc morbum patitur, empyicus, ἐμπυϊκὸς dicitur.

Empyriuca cælum, n. s. ἐμπύριος οὐρανός. Appellatur à Theologis (nam philosophi cæli huius nusquàm meminerunt) undecimum cælum, primùm mobile ambitu suo complectens, Dei & beatorum sedes: ita dictum quasi ignitum, nõ quòd re uera tale sit, sed quòd puritate sua reliquis cælis, ut ignis cæteris elementis antecellat.

Emungo, gis, emunxi, emunctum, act. t. Nares purgo: quod fit quum mucus ex eis detrahitur, ἀπομύττω. Mucus uerò est cerebri excrementum, ex naribus profluens. Emungere lucernam, uel candelam, est extremã ellychnij partẽ quæ iam exusta lumini officit, digitis aut instrumento alio auferre. Instrumentũ quoq; quo ad eam rẽ utimur, emunctoriũ uocari potest. Per translationẽ sæpe ponitur emungere pro spoliare, seu fraude extorquere. Terentius in Phorm. Emunxi argento senes. Cubito se emungere, scomma est prouerbiale, quod in eos dici consueuit, qui artem aliquam immundam exercent: illi enim quũ manus semper habeant inquinatas, cubito digitorum loco utuntur.

Emunctus, participiũ, Exhaustus, & pecunia denudatus. Plautus in Bacch. Miserum me auro esse emunctum. Emunctæ naris homo (ut docet Erasmus in Adagijs) dicitur is qui acri exactoq; est iudicio, qui nares habet perpurgatas, mucoq; emunctas. Horatius primo Serm. Satyr. 4. emunctæ naris, durus componere uersus.

Emunctio, onis, Quintilianus libro undecimo, capite tertio, de narium gestu loquens, Quum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur.

Emũnio, nis, niui, nitum, act. q. Idem quod munio, κατασφάττω περιβάλλω. ut, Emunitus in modum arcis, Liu. 2. bel. Pun. Tacit. in uita Agric. Corpora, ipsa, ac manus, syluis ac paludibus emuniendis uerbera inter ac contumelias, conterunt. Emunire uites ab iniuria pecoris, Colum. lib. 5. cap. 6.

Emusco, as act. p. Purgo, & muscum adimo, ἐκβρυῶ. Colu lib. 11. cap. 2. Iisdem diebus, ubi prægelidum & pluuium cælum est, oleę purãtur & emuscantur. Id est, muscus illis adimitur.

Emũtio, tis, tiui, titum, n. q. pen. prod. Minimam uocẽ emitto, uel strepitum, ψόφω. Qua uoce utitur Plaut. in Merc. Etiam emutis omnia comminuam.

EN

EN. In notis antiquorum, etiam nunc.

En, significat ecce, & tam nominatiuo quàm accus. iungitur: eoq; utimur in commonstrando aliquid, ἰδοὺ ἰνί. ut, En Priamus. Vel exprobrando: ut, En agros, & quam bello Troiane petisti, Hesperiam metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentius. Cicero pro Deiotaro rege, En crimen, en causa cur regem fugitiuus, dominum seruus accuset.

Enæorema, pen. prod. ἐναώρημα, A medicis uocatur illud quod in urina circa mediam matulæ partem innatat: quem admodum quo in summa matulæ parte cernitur, nubes siue nebula dicitur: quod uerò in fundo subsidit, hypostasis. Nomen accepit à uerbo ἐναωρεῖσθαι, quod ad medium matulæ sublatum, ibi quodammodo maneat suspensum.

Enargia, giæ. f. p. pen prod. Græcè ἐνάργεια. Latinè euidentia, siue repræsentatio, illustratioq; : quum res ita describitur, ut cerni uideatur. Quintilianus lib. 4. cap. 2. Sunt qui adijciant his euidentiam, quæ ἐνάργεια Græcè uocatur. Est & energia, per secundam uocalẽ in antepenultima, ἐνέργεια, quod nobis efficaciam sonat: de quo infrà suo loco.

Enarro, as, a. p. Perfectè, uel ad finem narro, uel omnia narratione complector. ἐξηγοῦμαι, διήγημαι. Cic. pro Marc. Nulla dicendi aut scribendi tanta uis aut copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare res tuas gestas possit. Terent. Adelph. omnem rem modò seni, Quo pacto se haberet, enarrauimus ordine.

Enarratio, onis, ἐξήγησις. Quint libr. 1. cap. 9. Exigitur à Grammaticis Poëtarum enarratio.

Enarrabilis, le, Quod enarrari potest. Quintil. lib. 6. cap. 4. Motu animi quodam, nescio an enarrabili, indicatur.

Enascor, eris, d. t. Idem quod nascor, siue ex alio nascor, φύομαι, ἐκφύομαι. Varro. 1. de Re rustica, cap. 41. Simili de causa oleæ semen quum sit nucleus, quod ex eo tardius enascebatur colis, quàm ex taleis: ideò &c. Idem 2. de Re rust. cap. 9. Enatis duobus dentibus, dextra & sinistra, &c. Cic. Attic. Ex multis meis miserrimis curis est una enata.

Enato, as, are, Natando euado, uel ad destinatum locum natando peruenio, ἐκνήχομαι. Hirc. lib. 4. Sed per molẽ in mare præcipitauerunt, & octingentorum pass. spatio ad oppidũ enatauerunt. Cic. 5. Tusc. Reliqui habere se uidentur angustius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. hoc est, euadunt.

Enãuigõ, as, are, n. p. Ad finem usq; nauigare, uel nauigando euadere seu peruenire, ἐκπλεῖν. Plin lib. 6. cap. 17. Proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadio DC. nauigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enauigare. Cic. 4. Tusc. E quibus tanquam è scopulosis cotibus enauigauit oratio. Sueton. in Tyb. Tantum non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit. Plinius libro 9. cap. 3. Sinus duodecim dierum & noctium remigio enauigatus Ptolemæo regi.

Enauo, as, idem quod nauare: unde opera enauata. Tacit. lib. 19. Et præmia enauatæ operæ petebant.

Encænia, n. s. cum æ dipthongo, Innouatio, ἐγκαίνια. August. Encænia, festiuitas erat dedicationis tẽpli. Græcè enim καινὸν dicitur nouum. Quandocunq; enim nouum aliquid fuerit dedicatum, encænia uocatur.

Encanthis, f. t. ἐγκάνθις, Morbus oculorum, quum in maiori ipsorum angulo tuberculum enascitur, quod genus parũ patitur diduci. Nomen habet à situ. Nam Græci oculorũm angulos κάνθους appellant.

Encardía, f. p. ἐγκαρδία, Gemma est à cordis effigie sic dicta. Eius tria enumerantur genera: primum, in quo nigra effigies cordis eminet: secundum, uiridi colore, cordis effigiẽ repræsentans: tertium, nigrum cor ostendẽs, reliqua sui parte candidum. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Encaustice, es, ἐγκαυστική. Genus picturæ, quod adhibito igne fiebat, coloribus scilicet adustis, & cera igni resoluta. Apul. Encausticen oppidò exercens, se & duos filios sustentabat.

Encaustes, stæ, m. p, ἐγκαύστης, Latinè inustor dici potest, hoc est pictor, qui coloribus adustis, & cera igne resoluta, rerum effigies exprimit. A uerbo Græco καίω, quod est uro. Vitruuius, Quod facere ab Encauste didicerat. Plinius libro

35. cap.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

35. caput 11. Lysippus quoque Aeginæ picturæ suæ inscripsit encausten quod profectò non fecisset, nisi encaustica inuenta.

Encaustus, a, um, adiectiuum, Encausto pictum. Martial. lib. 1. Encaustus Phaëton tabula tibi pictus in hac est, Quid tibi uis dipyrum, qui Phaëthonra facis?

Encaustum, sti. neut. gen. s. ἔγκαυσον, materia est adusta ad picturam apta, Plin. Figlinum opus encausto pinxit. Latinè dicitur inustum. Hoc genus picturæ primus Nicias in usu habuit. Vide Hermolaum in Castigationibus.

Encausticus, a, um, aliud adiectiuum: ut, Encaustica pictura. Plinius lib. 35. cap. 11. Sed aliquanto uetustiores encausticæ picturæ extitere.

Enchimoides, herbæ species Serpillo similis, furculosa palmi altitudine, orbiculato foliorum speciem lectipedū præbens. Dicitur & lectipedes, à Græcis χλωσκόδιον.

Enchiridiõn. n. s. ἐγχειρίδιον, Exiguus quiuis libellus, ita dictus quòd ad manum semper haberi debeat, siue quòd manu nullo negotio possit circumferri. Sed & gladiolum, seu militarem pugiunculum, & remi partem illam, quam nautæ manu comprehendunt, enchiridion uocari Iulius Pollux tradit.

Enchiridia Græcis, qui nobis à pugno, pugillares dicuntur.

Enchiros, animal orientis ad magnitudinem tauri, in hoc tauro dissimile quòd habet longos uillos descendentes ad duas capulas. Color est inter nigrum & rufum, ad nigredinem declinans, uox quasi tauri, & cornua multum introrsum inflexa, caret dentibus superioribus.

Enchimoma uocatur quando caro fracta est casu, uel pondere, ita ut è uenulis ibi paruulis exiliendo sanguis profluat.

Enchorion, ἐγχώριον, Græci dicunt indigenam, hoc est, in eo ipso loco in quo agit genitum: unde Enchoriæ aues dicuntur nostrates, quibus opponuntur exoticæ, seu peregrinæ.

Enchrista, ἔγχρισα, Apud Celsum medicamenta sunt liquida, quæ illinuntur.

Enchusa, ἔγχουσα, Herba est similis anchusæ (unde & pseudanchusa nominatur) sed lanuginosior & minus pinguis, tenuioribus foliis, & languidioribus. Radix nõ fundit oleū, sed rubentem succum, qua nota ab anchusa discernitur. Author Plinius libro 22. capite 20.

Enclisis, ἔγκλισις, Inclinatio: & unum de accidentibus uerbi quod Latini Modum dicunt.

Encliticus, ca, cum, ἐγκλιτικός, Inclinatiuus, ut Encliticæ coniunctiones, que, ue, ne, quoniam inclinant ad se accentū.

Encolpiæ. m. p. ἐγκολπίαι, ut ait Aristoteles, uenti sunt qui è mari ueniunt per sinus. Nam κόλπον Græci sinum uocant.

Encomium, mii. n. s. ἐγκώμιον, Laus uel præconium alicuius, & propriè quod ex mulris eius uirtutibus compingitur. nam quæ ad unā tantùm singularemq; spectant uirtutē (ut si quis Aristidem iustū prædicet) Græci ἐπαίνους potius appellant. Solent autem encomia cani, uel dici uictoribus, (quæ inde etiã epinicia dicebantur) in quibus occasione recentis meriti, repeti solet quicquid illi in uita laude dignū gessissent.

Encomiastes, ἐγκωμιαστὴς. Dicitur laudator, qui alterius celebrat encomium.

Encobomata, ἐγκομβώματα, teste Nonio, uestes sunt puellares, quemadmodum & parnacides. Varro de liberis educandis, Vt puellæ habeant potius in uestitu chlamydas, encombomata, ac pernacidas, quàm togas.

Encryphias, ἐγκρυφίας, Dicitur panis subcineritius, ἀπὸ τῆς ἐγκρυφιάζειν, q̃ dum coquitur, sub cineribus absconditur.

Encyclios, ἐγκύκλιος, adiectiuum est apud Græcos, quod nos orbiculare interpretari possumus. Vnde ἐγκύκλιος παίδεια, circularis, & ex omnium disciplinarum orbe confecta scientia dicitur: quam etiam Latinorum nonnulli mutuata à Græcis uoce Encyclion dixerunt. Vitru. lib. 1. cap. 1. Encyclios disciplina, uti corpus unum, ex his membris est composita. Rursus in idem in Præfat. lib. 6. gratias agit parentib. quòd se eruiendum curauerint encyclia doctrinarum omnium disciplina. Encyclias commentationes, ἐγκυκλίους θεωρητικὰς, Aristoteles in Ethicis eas intelligit quas Gel. extrarias, hoc est, exoticas uocat, Martian. cyclicas: Eiusmodi & Problematum sunt libri, & quæ populares à

Cicerone, [illegible]c Themistio quæstiones appellantur, quòd de rebus omnib[illegible]us tanquam in circulo passim quæreretur.

Encyclopedia. f. p. ἐγκυκλοπαιδεία, Latinè dici potest circularis, uel orbicularis scientia. Est enim omnium artium, & disciplinarum perfecta scientia. Ratio nominis proculdubio tracta est à circularis figuræ perfectione.

Endelechia. ἐνδελέχεια, uide Entelechia.

Endēplorō, as. ap. pen. prod. antiqui dixerunt, teste Fest. pro implore, quod est cum questu inclamo, & cum fletu rogo, quod est propriè supplantis.

Endiadys, ἡ διὰ δυοῖν, figura quũ una res metri causa in duas diuiditur, ut apud Vergilium, Molemq; & montes insuper altos. id est, molem montium. Sic alibi, pateris libamus & auro. pro pateris aureis. Huius figuræ meminit Seruius in primum Aen. ubi tamen omnium penè doctorum sententia corruptè legitur, ἓν διὰ δυοῖν, hoc est, unum per duo: cui contraria figura legitur apud Donatum in Andriam Terentii quam uocat ἓν διὰ δυοῖν, id est, duo per unum.

Endoitium, ii. n. t. initium, ut endoplorato pro implorato.

Endoprocinctu, Veteres dixerunt, teste Festo, pro in procinctu, sicut endoplorato pro implorato, endoitium pro initium.

Endrōmis, idis f. t. ἐνδρομίς, Vestis genus hirsutum, longioris q̃ uilli, uenti pluuiæq; iniurijs arcendis in primis accommodatum. Primus eorum usus inuentus creditur apud Lacædemonios: quatuuis postea etiam in Gallia fieri cœperint. Dicta endromis ab eo quòd ἐν δρόμῳ, hoc est, in cursu earum maximè uterentur. Martialis libro quarto, endromidis usus [illegible]e gantissimo Epigrammate exequitur:

Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam,
Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet:
Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri,
Dona, peregrinam mittimus endromidem.
Seu lentum ceroma teris, tepidumue trigona,
Siue harpasta manu puluerulenta rapis:
Plumea seu laxi partiris pondera follis,
Siue leuem cursu uincere quæris Atam.
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,
Ne ue grauis subita te premat Iris aqua.
Ridebis uentos hoc munere tectus, & imbres,
Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

Iuuenalis Satyra 6. mulieres Romanas taxat quòd endromidē purpurea uterentur, Endromidas (inquit) Tyrias, & fœmineum ceroma Quis nescit?

Eneco, as, enecui enectum, Perimo, excrucio, ἀποκτείνω. Horat. lib. 3. Spem mentira seges, bos est enectus arando. Cic. 3. de Diuinit. Auis fame enecta in offam pultis inuadit. Aliquando enecare simpliciter accipitur pro molestum esse: unde frequens est apud Comicos, Enecas me, hoc est, obtundis me, siue grauis & molestus es mihi.

Energiã p. pen. prod. ἐνεργεία. Latinè efficacia, seu operatio. Hieron. Habet nescio quid latẽtis energiæ, uiuæ uocis actus. Fit ab adiectiuo Græco ἐνεργὸς, efficax. Vnde & uerbum ἐνεργάζομαι, quod est efficio siue operor. Energia itaq; est quædam quasi actio & operatio interior, quæ est ueluti uia, ac dux ad exteriorem corporis actum.

Eneruo, uas a. p. Debilito, quasi neruis & robore spolio, ἐκνευρίζω. Cic. de Senect. Sed tamen ut uos uidetis, non planè me eneruauit, non afflixit senectus. Lact. lib. 5. Hæc præsentia terræ bona uirtuti contraria sunt, & uigorẽ mentis eneruãt.

Eneruatus, participium: ut, Eneruati & exangues homines, Cic. pro Sest. Languidus & eneruatus philosophus, Cic. 1. de Orat. Eneruata & muliebris sententia, Cic. 2. Tusc.

Eneruus, a, um, uel Eneruis, Debilis, mollis, effœminatus, quasi sine neruo, ἔνευρος. Vnde eneruis saltatio apud Apuleiũ, quæ sinuosis flexibus, & corpore plicatili fit, quasi effœminata, mollis. Plinius in Paneg. Visum est spectaculum inde nõ enerue, nec flexum, nec quod animos uirorum molliret, & frangeret. Quint. lib. 9. cap. 4. In uniuersum autem si sit necesse, duram potius atq; asperam compositionem malim esse quàm effœminatam & eneruem.

Engangis, uel Gangitis, idem q̃ Cagates apud Dioscoridem libro quarto. Sic dictus à Gange Lyciæ ciuitate. Huius neq; fortis ignis impetus exedit, ut inquit in Theriacis Nicander. Vocatur & alio nomine Engis. Author Scholiastes Nicãdri.

Engonasis, ἐγγόνασις, Signum cæleste, quod Latinè ingeniculus uocatur: & est Hercules, qui dextro genu nixus, sinistro

ſiniſtro pede capitis draconis dextram partẽ opprimere conatur. Vide Hyginum libro ſecundo & 3. Iulium Firm. lib. 7. Matheſ. Oriente ingeniculo, (quem engonaſin Græci appellant) nati cum teſtimonio Martis & Lunæ, erunt funambuli, oribatæ, & meurobatæ, & qui talia pertractant.

Enthaemon, medicamentum, quod conficitur ex quibuſdam lachrymis, quæ emanant ex oleis quæ in Arabia naſcuntur. Plinius libro 12. capite 17.

Enhydris, ἔνυδρις, Coluber in aqua uiuens, unde nomen accepit. Plinius libro 30. capite 3. Dentium doloribus medetur draconis os è ſpina: item enhydridis. Eſt autem ſerpens maſculus, & albus. Herodotus in Melpomene, pro lutra accepiſſe uidetur, Ἐν δὲ τούτῳ ἐνύδρίδες ἀνίσουται, καὶ κάσορες. Quo in loco Valla ἐνυδρίδαι, lutras uertit.

Enhydros, ἔνυδρος. Lapillus abſolutæ rotunditatis, & cum candore læuitatem habens, liquorem intus continens ad motum fluctuantem, ut albumen in ouis. Autor Plinius libro trigeſimo ſeptimo, capite. 11.

Enim, Cauſalis cuniunctio eſt, ſecundum ferè locum in oratione obtinens, γάρ. ut Cole pudicitiam: hæc enim hominẽ uindicat à ſcelere. Compoſitum autem cum uerò, ſignificat certè. Cic. 3. Verr. Enimuero ferendum hoc non eſt. Plautus in Trinu: Eho tu is es? C H. Is enimuero ſum. Idem in Perſa, Ain'uerò uerbereum Caput? P. Aio enimuero. Cicer. 6. Verr. Ille enimuero negat. Liuius, Tunc enimuero deorum ira admonuit. Componitur item cum aduerſatiuis particulis at & ſed: ut Atenim, Sedenim, quæ & ipſa aduerſandi uim habent. Vergil. 1. Aeneid. Progeniem ſedenim Troiano à ſanguine duci Audierat. Terent. in Adelph. Atenim non finam.

Eniochi, uide Heniochi.

Enitẽo, es, ui. ſ Valde niteo, & plus cæteris niteo, διαπάμπαν, καταῴπαν. Vnde Enitesco, cis, nitidior & clarior fio. Autor ad Heren. libro 1. Quæ cum ſumma laude prodita uetuſtate, ſumma cum laude enitescit.

Enitor, eris, eniſus, uel enixus, d. t, Idẽ quod pario, ἀποτίκτω. Plautus Amph. Geminos Alcmena enititur. Varro libro 2. de Re ruſt. Faciendaq; ſepta ſecreta ab alijs, quò enitentes ſecludere poſſit. Interdum idem quod conari, & allaborare, φιλοτιμοῦσθαι. Sall. in Iugurt. Ab adoleſcentia ita ſe enixum, ut ab optimo quoq; probaretur.

Enixè, Studioſè, & cum magno conatu, φιλοτίμως. Plautus in Trinum. Tibi relinqui ob eam rem enixè expeto. Cicero pro Seſtio, Meam cauſam boni omnes enixè ſuſceperãt. Enixim pro enixè. Siſenna libro quarto Hiſt. Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas atq; honores huius ordinis omnia feciſſe ſentio.

Ennam, antiqui dixerunt pro etiam ne, teſte Feſto, ἦ γὰρ.

Enneaphyllon, ἐννεάφυλλον, Herba eſt quæ longa folia nouena habet, cauſticæ naturæ. Imponitur lana circundata, ne urat latus: continuò enim puſtulas excitat, lumborum doloribus & coxendum utiliſſima. Plin. lib. 27. cap. 6.

Enneaphthongos, ἐννεάφθογγος. Quod nouẽ edit uoces: ut Enneaphthongos chelys, apud Martialem. Pro eodem etiam ἐννεάφωνον dicunt Græci.

Enneas, enneados, ἐννεάς. Eſt numerus nouenarius, ſicut decas, denarius.

Eno, as, are, n p. Natatione euado, uel nãdo aliquò peruenio, ἐνήχομαι. Liu. 3. bel. Mac. Multæ naues eiectæ, multæ ita hauſtæ mari, ut nemo ad terram enauerit. Verg. 6. Aen. Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

Enõdo, das, act p. Nodis purgare, ſiue nodos reſecare, ἐξαμματόω. Colum. lib. 5. cap 5. Quæ ulmus à poſitione bene proue nerit, eius ſummæ uirgæ falce debent enodari. Per metaphoram accipitur pro declarare ſiue explicare. Author ad Heren. lib. 2. Deinde contrariæ legis enodabimus uoluntatem, & eam trahemus ad noſtræ cauſæ commodis.

Enodatio, onis, uerbale, Explicatio, expoſitio, ἀνάλυσις. Cicero in Top. Ea eſt inſita, & antè percepta cuiuſq; formę cognitio enodationis indigens. Idem 3. de Nat. deorum, Quid uos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum?

Enodatus, participium. Cicero ſecundo de Inuent. Præcepta magna conquiſita cura, perſpicuè conſcripſit, atq; enodata diligenter expoſuit.

Enodatè, aduerb. Clarè, perſpicuè, ἀναλυτικῶς. Cicer. 3. de Finibus Hæc igitur nobis exp l cãda ſunt; ſed ſi enodatius, uos ignoſcetis. Idem 1. de Inuent. Quæ illius erunt, leuiter attingendo, ſua diligenter & enodate narrando.

Enodis, ode, om. t. penultima producta, Planum, ſine nodo, ἀνάμματος, ἄδετος. Vergilius 2. Georg. Aut rurſum enodes trunci reſecantur. Plinius lib. 12. cap. 14. Quibus credi poteſt, matrem quoq; teretem & enodi fruticare trunco. Per metaphoram enode eriã dicitur, quod ſine difficultate eſt. Plin. Epiſt. Recitabat ἐρωτικώτατον, eruditam ſanè luculentamq; materiam (ſcriptæ legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, ſublimibus etiam, ut popoſcit locus.

Enorchis, ἔνορχις, Gemma eſt candida, quæ diuiſa fragmentis teſtium effigiem repræſentat. Autor Plin. lib. 37. cap. 18.

Enormis, me, om. t. Dicitur magnum, ſine menſura, nimium: eo quòd normam & menſuram excedat. ἄμετρον ὑπερμεγέθες. Plin. Epiſt. Omnis enim aduertit quod eminet & extat: ſed acri intentione dijudicandum eſt, immodicum ſit an grande, altum an enorme. Plin. lib. 17. cap. 12. Eædem enormes ceraſis, lauris.

Enormiter, aduerb. Plin. lib. 37. cap. 6. Simili modo, ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter.

Enos, ἐνώς, Latinè uerus homo interpretatur. Neminẽ enim putant uerum eſſe hominem, præter eum qui uerum Deum & cognoſcat, & piè colat. Alios uerò nihil à pecoribus differre arbitramur, qui uidelicet ueluti beſtiæ, ad terram proni, uentri & Veneri obediant. Propriè uerò Enos, ſi uerbum de uerbo Latinè exprimas, obliuiſcentem denotare uidetur, qualis natura rationalis corpori alligata efficitur. Quando enim uerè incorporeum, diuinum, rationalecq; eſt, non ſolũ tranſacta recordatur, ſed etiam futurorum propter ſublimitatem ſpeculationis habet cognitionem. Quod autem carni coniunctum eſt, quodq; magno corporis pondere premitur, ignorantia, obliuioneq; inuolutum, reſtè Iudeorum ſermo Enos, id eſt, obliuiſcentem appellauit.

Enoteſco, is, n. t Notus fio, γνωρίζομαι. Plin. in Epiſtol. Enotuerunt quidam uerſus tui, & inuito te clauſtra refregerunt. Sueton. in Otho. Qui tamen ſic quoque hoc diſtichon enotuit.

Ens, & Entia, à uerbo Sum deducta, τὸ ὂν τὰ ὄντα, uoces ſunt ſolis penè Philoſophis uſurpatæ. Quint. lib. 8. cap. 3. Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Sergio Flauio, quorum dura quædam admodum uidentur, ut Ens, & Eſſentia, quæ curtantopere aſpernemur, nihil uideo, niſi quòd iniqui iudices nos ſumus, ideoque paupertate ſermonis laboramus.

Enſis, maſc. t. Gladius, mucro, ſpatha, ξίφος. Cicero 2. de Natura deorum, Auſaq; funeſtum prima eſt fabricatier enſem. Vergilius, Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem. Ouidius tertio Faſt. Enſibus exertis bellica læta dea eſt. Ab enſis fit diminutiuum Enſiculus, ξιφίδιον. Plaut. in Rud. In eo enſiculo literarum quid eſt?

Enſifer, ri, penultima cor. Ouid. 2. de Arte, Enſifer Orion aſpiciendus erit. Idem 4. Faſt.

Enſis, Xiphion herba apud Dioſc. lib. 4. cap. 25.

Entaticos, ab erigendo & inflando ſic dictum, Satyrium apud Dioſcoridem lib. 3. cap. 145.

Entelechia. f. p. ἐντελέχεια, Perfectio, uis ex ſe mouens, agitatio, ſiue energia. Ariſtoteles ipſam animam ita appellauit, libro 2. de Anima. Cic. continuatam quandam & perennem motionem interpretatur. Verba eius ſunt hæc, 1. Tuſcul. quæſt. Quintum genus adhibet uacans nomine, & ſic ipſum animum entelechiam appellat, nouo nomine, quaſi quandã continuatam motionem & perennem. Sunt qui endelechiã per d, ſcribendum exiſtiment: ſed per t, pluribus probatur, Corinthus Grammaticus autor eſt, Atticos ἐντελέχειαν per τ, ἀντὶ τοῦ ἐνδελεχείας ſcribere conſueuiſſe. Idem apud Lucianum in iudicio uocalium queritur δ ſe ſuis ſedibus pulſum à τ, in hac ipſa uoce.

Enteni, τῆς γῆς, dicuntur terreſtres uentriculi quidam.

Entẽrionẽ, as, f. t. ἐντεριόνη, medulla lignorum.

Entẽrocẽlẽ, ſ p. ἐντεροκήλη, Species herniæ, quum inteſtina decidunt in ſcrotum: quemadmodum epiploocele, ἐπιπλοοκήλη, quum eôdem dilabitur omentum: & hydrocele, ὑδροκήλη, quum in alterum è teſtibus humor cõfluit. Omnesq; has ſpecies, noſtri uocant hernias, inquit Celſus. Ramices uerò qui ſequuntur, porocela, ποροκήλη, quum ex abſceſſu aliquo cir-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quo circa ſcrotũ materia ſubduruit. Sarcocela, σαρκοκήλη, quum in ipſo ſcroto concreuit caro. Cirſocela κιρσοκήλη, quum uenę intumuerunt, tunicis teſtium integris, uel in ipſo ſcroto. Bubonocele eſt tumor teſticuli ex inflammatione febrem afferens, uel tumor in inguine ex repletione nerui ex quo teſticulus dependet. Eſt tamen ubi Plinius enterocelam dixerit ramicem, ut in medicinis cupreſſi.

Enterocelicus, Qui enterocela laborat. Plin. lib. 26. cap. 8. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur ueſicæ uitijs.

Enteron, ἔντερον, Latinè inteſtinum. Hinc quidam Exenterare, ἐξεντερίζειν, pro euiſcerare, & inteſtina detrahere, deducti putant. Vide ſuo loco.

Entheca, æ. f. p. ἐνθήκη, accipitur pro gazę repoſitorio.

Enthemata, ἐνθέματα. A medicis uocantur quæ uulneribus recentibus imponuntur, ad reprimendum ſanguinem, & humorum affluxum. In inſitionibus item enthemata uocantur ſurculi, qui in fiſſuram trunci inſerunt.

Enthĕus, a, um, ἔνθεος, Numine diuino plenus. Stat. Syl. 2. Hic, thyrſos, hic plectra ferit, hic enthei lauro Tempora Minoa, crinem premit ille corona.

Entheatus, a, um, Diuino numine afflatus: ut, Entheata uatũ pectora, apud Martialem lib. 6.

Enthĕtŏn, ἐνθετον, medicamentum à præſtantia remedii dictum.

Enthĕſis, ἔνθεσις, Latinè interpoſitio.

Enthusiaſmus, m. ſ. ἐνθουσιασμός, Eſt diuinus quidam uigor, qualem habent dicta aut ſcripta eorũ qui diuino numine ſunt afflati: ab ἐνθουσιάζω, quod ſignificat afflor numine.

Enthymēma, n. ſ. penultima product, atis, & Enthymematum, ti, ἐνθύμημα, ἀπὸ τῦ ἐνθυμῆσθαι. quod eſt mente concipere, animaduertere, Conſiderare. Commentum uel commentationem Quintilianus interpretatur: quòd mentis actio omnis atq; ſententia, enthymema nominetur, ſicut docet. Cic. in Topicis inquiens, Ex hoc illa Rhetorum ſunt ex contrarijs cõcluſa, quæ ipſi enthymemata appellant. Enthymema (inquit Ruſinianus) dicitur quum periodus orationis ex contrarijs ſententijs aſtringitur: quale eſt illud Ciceronis in Diuinat. Tamen his operam tuam pollicebere, qui te nec; uelle ſua cauſa nec ſi uelis, poſſe arbitrantur? Dialecticis enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus, in quo ex unico enuntiato infertur concluſio: ut, Caſtitas uirtus eſt, ergo amplectenda. Vbi ad perfectionem ſyllogiſmi deeſt prior enuntiatio, quam maiorem uocant, Virtus omnis eſt amplectenda. Iuuenal. Satyr. tertia, aut currum ſermone rotato Torqueat enthymema.

Entimon agricon, Hieraciæ altera apud Dioſcoridem libro 3. capite 71.

Entoma, ἔντομα, A Græcis appellantur quæ nos uocamus infecta, cuiuſmodi ſunt muſcæ, crabrones, apes, & eiuſmodi: ratione nominis inde (ut opinor) ducta, quòd pleraq; ex ijs circa medium ſui inciſa ſint, adeò ut poſterior pars tenui admodum diſcrimine adhæreat priori.

Enthoſtathidia, thoracis intima.

Entypoſis, ubi articulus confirmatur, uel humeri acetabulum.

Enŭbo, is. n. t. pen. prod. à Liuio uidetur uſurpatum pro extra ſuum ordinem nubere: ita enim ait lib. 10. ab Vrbe Virginiam Auli filiam patritiam, plebeio nuptam L. Volumnio COS. matronæ, quòd è Patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt.

Enuptio uerbale. Liu. lib. 9. Decadis 4. Vt Hiſpalæ Fecenniç dotio, diminutio gentis eruptio, tutoris optio ita eſſet quaſi ei uir teſtamento dediſſet.

Enucleo, as a. p. Aperio, & nucleum è calyce extraho. Nucleus uerò dicitur quod tenerum in nuce includitur, πυρὴν. Per translationem enucleare ſignificat declarare & explanare. σαφηνίζειν, δηλοῦν. Cic. in Partit. Nec quicquam amplificatione nimis enucleandum eſt.

Enucleatus, part. Cic. pro Plan. In quo primum illud debes putare: comitijs, præſertim ædilitijs, ſtudium eſſe populi, non iudicium: eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia.

Enucleatè, aduerb. Purgatè, exquiſitè, clarè, ac ſine aſperitate. Cicero lib. 4. Tuſcul. Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè diſputant.

Enŭdo, as are, Idem quod nudare, γυμνόω. Et per translationem, exponere, ac ueluti intellectui aperire, hoc eſt, interpretari. Cic. 1. de Legib. Et rerum plurimarum obſcuras, & neceſſarias intelligentias enudauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ.

Enumero, as, are, Eſt multas res ſimul numerare, & recenſere, ἐξαριθμοῦμαι καταλέγομαι. Cicero 4. Verr. Dixi tam antea me non omnia iſtius quæ in hoc genere eſſent, enumeraturum. Columella libro 8. capite 17. Et ne per ſingula enumerem ſalſamentorum omnium purgamenta. Propertius libro ſecundo Eleg. Enumerat miles uulnera, paſtor oues. Terentius Adelphis, Iam ne enumeraſti quod ad te rediturum putes?

Enumeratio. f. t. Eſt ipſe enumerandi actus, κατάλογος. Præterea argumenti genus frequens apud Oratores, quum pluribus rebus expoſitis, & cæteris infirmatis, una reliqua neceſſariò confirmatur, hoc pacto: Neceſſe eſt aut inimicitiarum cauſa ab hoc occiſum, aut metus, aut ſpei, aut alicuius amici gratia? aut ſi horum nihil eſt ab hoc non eſſe occiſum. Eſt etiam enumeratio pars epilogi, quum argumenta aut omnia aut præcipua per totam orationem ſparſa, in fine repetuntur, ut altius memoriæ infidẽt. De qua multa in Rhetoricis ad Herennium.

Enuntio, as. act. prim. Eloquor, effero, exprimo, profero ἀποφάσκω, ἀποφθέγγομαι. Cicer. 2. de Finibus, Grauiſsimæ ſunt ad beatè uiuendum breuiter enuntiatæ ſententiæ. Ponitur etiam pro ſimplici nuntiare, uel è longinquo nuntiare, uel ſignificare. Cic. Epiſt. ad Atticum. libr. 1. Coſſinius hic, cui dedi literas, ualde mihi bonus homo, & non leuis, amãs tui uiſus eſt, & talis qualem eſſe eum tuæ mihi literæ enuntiarant. Elegantiſſimus præterea huius uerbi uſus eſt pro diuulgare, & quod arcanum erat, reregere: ut, Enuntiare aduerſarijs amicorum conſilia. Cicero pro Roſcio Amerino. Enuntiare myſteria dicendi, Idem primo de Oratore.

Enuntiatus, participium. Quintilianus libro ſecundo, capite quinto, Sermo rectus, & ſecundum naturam enuntiatus.

Enuntiatum, ti. n. ſ. Oratio perfecta, ueri aut falſi ſignificatiua, quæ & effatum, & pronũtiatum dicitur, ἀξίωμα. Noſtræ ætatis Dialectici propoſitionem uocant. Cicero de Fato, Nec ſi omne enuntiatum aut uerum eſt aut falſum, ſequitur illicò cauſas eſſe immutabiles.

Enuntiatiuus, a, um. Seneca Epiſtola 118. Sequũtur deinde motus animorum, enuntiatiui corporum. Ibidem, Aliquid eſt nuntiatiuum de corpore, quod alij effatum dicũt, alij enuntiatum, alij edictum.

Enuntiatiuè uel enarratiuè deduci dicitur, cum ſimiliter aliqua res ſine myſterio, ſine põdere, ſine momẽto deducitur, ut cum dico: peto à Titio qui eſt hæres Seij, iſta uerba: Qui eſt hęres enuntiatiua ſunt. Vnde etiamſi nõ eſt hæres Seij, tamen procedit libellus. Caſus eſt, ut aiunt, in terminis, in l. quæ familiæ, quem tex. ut ſingularem, ſecundum præceptorem meum D. Zaſium, omnes doctores exclamant. ff. Fam. ercis. Diſpoſitiuè autem narrata uim habent, & obligandi & diſponendi cauſam: adeò, ut ea quæ medullas reſpiciũt, mutari emendatiuè nequeant, maximè ſi pro reo faciant. Per text. elegantem, in l. precum cum C. de lib. cauſ.

Enuntiatio, onis, fœminini tertiæ, Idem quod enuntiatũ, effatum, ſiue pronuntiatũ, hoc eſt, oratio ueri aut falſi ſignificatiua, ἀξίωμα. Cic. de Fato, Omnis enuntiatio (quod ἀξίωμα. Dialectici appellant) aut uera, aut falſa eſt. Ibidem Explicãda uis eſt, ratio q; enũtiationum quæ Græci ἀξιώματα uocant.

Enuntiatrix, cis, fœm. ter. Quintil. libr. 2. cap. 15. Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix.

EOR. In notis antiquorum, Eorum.

Eo, is. iui, uel ii, itum. Notæ ſignificationis eſt, πορεύομαι, εἶμι. Ire, redire, contraria. Martial. lib. 6. Et capitolinas ite q; redite uias. Ouid. Epiſt. 19. Anxius huc illuc diſſimulanter eo. Interdum ſignificat uenire, βαδίζειν. Teren. in Adelp. Quæſo ut unà mecum ad matrem uirginis eas. Ire pedibus. Plaut. Stic. Nam pedibus ire non queo. Ire autẽ in ſententiã pedibus, eſt alterius ſententiæ non uerbo, ſed corpore accedere, προσίθωδαι. Liu. lib. 7 ab Vrbe, Qui hoc ſentitis, in dexteram partẽ pedib. tranſite: quæ maior pars erit, eo ſtabitur cõſilio. Deinde frequentes omnes in dexteram pedibus tranſierunt. Hæc ratio inuenta eſt, q; nonnunquam longũ eſſet audire ſingulos, in magno præſertim Senatorũ uel Iudicum cõceſſu. Quum igitur duæ, tres ue ſententiæ dictæ erant ab ijs qui primi rogabantur, reliqui in illorum cum quibus ſentiebant, ſedilia tranſibant, ut res expeditiores fierent. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine ad ſententiã ire poterant, ideoq; manu ſententiam ſignificabant: quod Quinti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quintilianus intelligit, ubi ait, Manibus pedibuſq́ ictus in ſententiam neceſſitatis. Huic contrarium eſt ire in alia omnia, hoc eſt, ab autore ſententiæ alicuius diſſentire, & in alio rum ſententiam diſcedere. Cicero Lentulo, libro primo Epiſtolarum, Quatenus de religione dicebat, ei rei quia obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. Nauibus inſtructis ire. Vergilius ſecundo Aeneid. Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat. Cicero ad Attic. lib. lib. 10. Nauigio eſſe te iturũ trans mare, credere non poſſum. Ire rectis ſenſibus. Cicero 13. Philip. Si me rectis ſenſibus euntem dii immortales, ut ſpero, adiuuerint. Ire inficias, negare. Terentius in Adelph. hoc reliquum eſt, Si inficias ibit, teſtis mecum eſt anulus quem amiſerat. Ire in aciem, pro militare. Quintilianus libro nono, capite ſecundo. Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello perierat ut militia uacaret ex lege, quòd quinquagenarius eſſet: aduerſante filio ire in aciem coactus, deſeruit. Ire in articulum dicitur ſeges, quum nodos ueluti articulos quoſdam acquirit. Plinius libro 18. capite 17. Si in articulum ſeges ire cœperit. It dies, pro præterit, & elabitur. Plaut. Rud. Verba facimus, it dies. It res, pro ſuccedit. Cic. Attic. lib. 14. Incipit res melius ire quàm putarã. Hoc uerbum præter naturam aliorum uerborum quartæ cõiugationis, facit futurum in bo: ut, Eo ibo, quemadmodum & queo quibo. Inuenitur tamen etiam nonnunquam eam ut apud Terentium Eunuch. Quid igitur faciam? nõ eam? ne nunc quidem cũ accerſor ultro? Compoſita ab eo, is, quamuis ſimplex ſit neutrum, aliqua tamen ſunt actiua: ut, Adeo, adeor: obeo, obeor: intereo, intereor: ſubeo, ſubeor. Iune. quòd ſi ſubeuntur proſpera caſtra. Claud. Quadrigarius, Pugna acriter commiſſa, ac multis utrinque interiis. Verg. libro 10. Morte obita, quales fama eſt uolitare figuras.

Componitur eo cum ab: ut, abeo: ad, adeo: am, ambio, in quo b interponitur euphoniæ cauſa, & e uertitur in i: ante, anteo: circum, circumeo: con, coëo, in quo abijcitur n: contra, contraeo: ex, exeo: in, ineo: inter intereo: intro, introeo: ob, obeo: per, pereo: pro, pdeo, in quo d interponitur ſonoritatis gratia: præ, præeo: de quo latius ſuo loco: præter, prætereo: re, redeo: ſub, ſubeo: ſuper, ſuperbio, ubi interponitur b, & e mutatur in i: trans tranſeo: uænũ, uæneo: A ſupino itũ, itu, fit itus, us & itio, ποφία. Cic. Attic. libr. 15. Quis porrò noſter itus, reditus, uultus, inceſſus inter iſtos? Suet. in Tib. cap. 18. Ad extremum uota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus, ut uulgò iam per iocum Callipedes uocaretur. Terent. Phor. Hæccine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ Lemni? Cic. Attic. De obuiam itione ita faciam ut ſuades.

Eo uænum, uide Væneo & Veneo.

Itur, impersonale. Terent. And. Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, Itur ad me.

Ito, itas, frequentatiuũ, Frequenter eo. Suetonius de Clar. Rhetoribus, Maiores noſtri quæ liberos ſuos diſcere, & quos in ludos itare uellent, inſtituerunt.

Eò, pro tantò: ſicut & quò, pro quanto ponitur, ποστῷ, ut. Eò magis, quò magis. Salluſt. in Proœmio belli Catil. Stratui res geſtas populi Romani carptim, ut quæq́ memoria digna uidebuntur, præſcribere, eò magis, quòd mihi à ſpe, metu, partibus Reip. animus liber erat. Quandoque ponitur pro ideò, uel propterea, ἐπὶ τούτῳ. Terent. in Eunuch. Eò ne es ferox, quia habes imperium in beluas? Ibidem, Eò ad eam non admiſſa ſum. Aliquando ſignificat uſque illuc. Liu. libro 2. Ipſa ueſtigia querentem dominum eò deducturа erant. Aliquando ad id, ἐς τοῦτο, ut apud eundẽ in Proœmio operis, Quæ ab exiguis profecta initijs, eò creuit, ut iam magnitudine laboret ſua. Sic dicimus, Eò magnitudinis, quod eſt ad eam magnitudinem. Eò ſapientiæ deuenit: id eſt, ad eam ſapientiam. ἐς τοῦτο σοφίας. Eouſque, in tantum, ἐπὶ τοσοῦτο. Valer. Max. libr. 1. Natam uitem couſque creuiſſe, donec cunctas dominationis ſuæ partes in umbraret.

Eonem appellauit Alexander Cornelius arborem ex qua facta eſſet Argo, ſimilem robori uiſcum ferenti, quę nec aqua, nec igne poſſit corrumpi. Plin. lib. 13. cap. 22.

Eos, ἠώς, Priori longa, à Græcis uocatur, quam nos dicimus auroram. Ouidius tertio Faſt. Tres ubi luciferos ueniens præmiſerat Eos. Idem quarto Faſtorum, Proxima uictricẽ quum Romam inſpexerit Eos.

Eous, eoa, um, ἠῷος, adiect. idem ſignificans quod Orientalis, habetq́ primam ſyllabam indifferentem: quãquam ſæpius producitur. Derivatur enim ab ἠώς, dictione Græca, qua illi auroram ſignificant: quæ quamuis frequentius per n ſcribatur, inuenitur tamen quandoq́ ſcripta per ν. Productionis exempla nuſquam non occurrunt. Reliquum eſt ut aliquot exẽplis doceamus poſſe breuiari. Lucan. lib. 8. Aut Arabum portus mercis mutator Eoæ. Idem, Claudimus Heſperias gentes, aperimus Eoas. Propert. lib. 2. Siue illam Heſperius, ſiue illam oſtendet Eous. Verg. 2. Aeneid. Conſliguntq́ Zephyrusq́ Notusq́, & lætus Eois Eurus equis. Ouid. 2. Amorum, Gallus & Heſperijs, & Gallus notus Eois.

Eous. maſc. ſec. ſubſtantiuum, ἑῷος, prima uocali per ν, unde primam ſyllabam corripit: quo nomine dictus eſt unus ex equis Solis. Ouid. 2. Metamorph. Interea uolucres Pyrois, Eous, & Aethon, Solis equi, quartusq́ Phlegon: hinnitibus auras Flammiferis implent.

E P.

E.P. In notis antiquorum, edendum parcè. E P. epitaphium. E.P. è palatio, uel è publico. E P. epiſtol. E P. M. epiſtolam miſit. E.P R. & præparat. E P S. Epiſcopus.

Epago, onis, m. t. ἐπάγων, à Græcis uocatur artemo nauis, ſiue trochlea qua funes ductarij, & cætera nauis armamenta explicantur: quaq́ maiora onera ex portu in nauem attolluntur. Vitruuius ergatas uidetur appellare.

Epagoge, es, f. t. ἐπαγωγή. Argumentationis genus, ex conceſſis ſenſim laqueos texens, ad irretiendum eum qui ſe ſemel interrogandum præbuit, alijs atq́ alijs percontationibus ſeſe mutuò excipientibus. Vide Com. Budei.

Epalelima, uulgare promiſcuum ac paleſtre dictum unguentum.

Epangelia dicitur, quum quis accuſatur, quòd præter leges concionetur, aut remp. capeſſat.

Epanodi põ, is, f. m. t. ἐπαναδίπλωσις, Figura eſt quæ fit quum eadem dictione uerſus clauditur à qua exordiũ ſumpſit. Vergilius primo Aeneid. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Epănălēpſis, f. t. ἐπανάληψις. Eſt repetitio ſententiæ alicuius, ut iterum atq́ iterum audita, altius inſideat auditoribus. Cicer. pro Rab. Libenter, ſi eſſet integrum, profiterer idem, Saturninum C. Rabirij manu interfectum. Nihil me iſte clamor commouet. Et deinde ſubdit, Libenter, inquam, profiterer.

Epanaphora, f. p. ἐπαναφορὰ. Latinè repetitio: figura eſt quum ab eadem dictione plures ſententię inchoantur: qualis eſt apud Vergil. in Gallo, Hîc gelidi fontes, hîc mollia prata Lycori, Hîc nemus: hîc ipſo tecum conſumerer æuo.

Epănŏdŏs, f. f. penul. cor. ἐπάνοδος. Schema eſt διανοίας, quum ad id regredimur unde ſemel diſceſſimus: ut, Principatus bonus, non autem bonus qui in tyrannidem commutatur.

Epaphroditus, ti, ἐπαφρόδιτος, dicitur uenuſtus, iucundus.

Eparchia, æ, f. p. ἐπαρχία, à Græcis dicitur, quam Latini prouinciam, ſiue præfecturam appellant: unde & Eparchus, ἔπαρχος, prouinciæ præſes: & Eparchiotes, ἐπαρχιώτης, provincialis.

Epărilis, ſmilax, Dioſc. lib. 4. cap. 145.

Epauxis ἐπαυξις, dici poteſt incrementum.

Epectaſis, f. t. pen. cor. ἐπέκτασις, Dici poteſt porrectio: figura qua in medio dictionis litera uel ſyllaba interponitur: ut, Induperator, pro imperator. A uerbo Græco ἐπεκτείνω, quod eſt porrigo, uel ulterius extendo.

Epenthesis, f. t. pen cor. ἐπένθεσις. Interpoſitio literæ uel ſyllabæ ad medium dictionis, ut longior fiat numero ſyllabarum, uel temporum. A uerbo Græco ἐπεντιθέναι, quod eſt interſerere ut, Relligio pro religio: alituum pro alitum.

Ephēbus. m. f. pen. prod. ἔφηβος, Dicitur qui iam ad annos pubertatis peruenit: ex ἐπὶ & ἥβη, pubertas Iuuenalis, Armenius Zelotes cunctis narratur ephebis. Terent. in And. Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia, Liberius uiuendi fuit poteſtas. id eſt, poſtquam exceſſit ex ea ætate qua pubem primò emiſit. Cicero 1. de Natura deorum, Athenis quum eſſem è gregibus epheborum, uix ſinguli reperiebantur.

Ephebia f. p. ἐφηβία, Pubertas dicta eſt, id eſt, prima ętas adoleſcentiæ, & extrema pueritiæ, ut tradit Donat. Cenſorinus de die natali, capite 5. ita diſtinguit, ut decimo quinto ætatis anno quum primùm pueritiam egreſſi ſumus, dicamus μετὰ ἐφηβοι,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

μετὰ ἐφηβοι, hoc est, futuri ephebi: decimoseptimo, ἐξέφηβοι, quasi ephebiam ingressi.

Ephebium, ἐφηβεῖον, Dictum palæstræ membrum in quo ephebi exercentur: de quo Vitruuius lib. 5. sic inquit, In duplici porticu collocentur hęc membra, ephebium in medio: hoc autem est exedra amplissima, &c.

Ephedra, æ, ἔφεδρος Dioscoridi, Herba est aliis nominibus caucon, & anabasis appellata. Nascitur uentoso ferè tractu, scandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt iunci geniculati. Hæc Plinius libro 26. capite 13. Hac mulierculæ utuntur ad uasa lignea emundanda, pectinumq; opifices ad buxi scabritiem expoliendam. Vulgò Prelam uocant,

Ephegēsis. f. t. pen. prod. ἐφήγησις, Causæ uel iudicii genus, quum accusabatur is cui regione aliqua interdictum erat, ut exuli aut homicidæ.

Ephelis, pen. prod. ἐφηλίς. Tuberculum, seu aspredo cutis in facie, ex ardore Solis prognata.

Ephēmĕra, siue **Ephemeros**, ἐφήμερος. Febris est unius diei, quam & Latini diariam appellant, eo quòd diei unius (quantum in ipsa est) spatio terminetur.

Ephēmĕris. f. t. pen. cor. ἐφημερίς, Liber in quo res gestæ per singulos dies scribuntur: Latinè Acta diurna, & Diarium dicitur: ab ἐπὶ ἡμέρα, dies. Mos fuit Romanis ut singuli rerū suarum tabulam conficerent: unde Iuuenalis accipit pro libro in quo diurnales diuinationes erant, quum ait, In cuius manibus, ceu pinguia succina, tritas Cernis ephemeridas. Propertius uerò pro libro fœneratoris in quo summas pecuniæ mutuatitiæ fœneratitiæq; perscribit, & ratiunculam per singulos dies expensi acceptiq; subducit, & lucra damnaq; computat. dicit enim, Me miserum his aliquis rationē scribit auari, Et ponit duras inter ephemeridas. Cic. pro Quintio, Discedens in memoriam redijt Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies prefectionis. Calendarium à Seneca dicitur: à Cicerone aduersaria, orum.

Ephemeron, ἐφήμερον, Animal nascens apud Hypanim fluuium qui influit in Bosphorum, eodem quo nascitur die interiens. Aristoteles libro 5. Animalium.

Ephemeron, ἐφήμερον, Duarum herbarū nomen est Dioscoridi, quarum alteri folia tribuit lilij, sed tenuiora, caulem parem, florem candidum, amarum, semen molle, radicem unam digitali crassitudine, odore non iniucundo: traditq; in locis præcipuè opacis nasci. Hæc hodie ea esse creditur quæ flosculos candidos gignit, gratissimi odoris, quos uulgus Lilia cōuallium appellat. Dictum autē ephemeron putatur, quòd florem habeat fugacissimum, qui unico die marcescat. Alterū ephemeri genus ab eodē colchicū appellatur, à quibusdam etiam bulbus agrestis, sub Autumni exitum florē fundens croceo similem, folia habens pinguiora quàm bulbus, caulem semipedalem, semen rufum, radicem ex nigra rufescentem, quæ desquammata intus albicet, succumq; lacteum fundat. Vulgus Caninecam appellat, quòd gustatum canes enecet. Quinetiam homines bulbi similitudine inuitatos more fungorum strangulat. Vnde etiam ephemeron appellatum existimant, quòd die uno perimat.

Ephesia, Artemisia apud Dioscoridem lib. 3. cap. 122.

Ephestion, uel **Ephestios**, Aristolochia, Clematitis, Dioscorides lib. 3. cap. 5.

Ephestij, ἐφέστιοι, à Græcis dii appellantur qui à nobis Penates & Lares: quòd aris & focis præsidere putarentur. Appellatione enim ἑστίας Græci focum seu larem intelligunt.

Ephestris, idis. f. t. ἐφεστρίς, Vestis quæ supra arma indui solet. Bayfius putat eandem fuisse ei quam Romani paludamentum appellarunt.

Ephi, οἶφι est mensura trium modiorum, de qua fit mentio in sacris literis.

Ephialtes. m. t. ἐφιάλτης, A nostris dicuntur incubus. Est autem morbus quiescentes in lecto plurimùm infestans, quū uelut ingenti pondere nobis superincumbente premi uidemur. Dictus ἀπὸ τῦ ἐφάλεσθαι, hoc est, à cōscendendo, siue insiliendo. Generatur autem (ut nonnulli medicorum tradiderunt) ex uoracitate & cruditate, euaporatione scilicet in caput redundante. Dictus est etiam hoc nomine quidam ex Neptunij filijs, qui quum singulis mensibus nouem digitos creuisset, in tantam altitudinē euasit, ut statura sua fretus unà cum fratre Oto superis bellum inferret: quapropter à Ione flumine ictus ad inferos est detrusus. Verg. in Culice, Nam uictus sedet immanis serpentibus Otus Deuinctus, mœstum procul aspiciens Ephialten.

Ephippia, orum. n. s. Propriè tegmina, seu stragula quibus equi sternuntur, uel sellæ equis ad insidendum impositæ, ἐφιππια, ἀπὸ τῦ ἐπὶ ἵππῳ ἵστασθαι. Cato, siue Varro, siue alius quisquis is est qui de liberis educandis librum conscripsit, Mihi puero modica fuit una tunica & toga sine fascijs calceamenti, equus sine ephippio. Horat. in Epist. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Ephippiati equites, Qui Ephippia habent in equis. Cæs. 4. bell. Gall. Non eorum moribus turpius, aut inertius habetur, quàm ephippijs uti: itaq; ad quenuis numerum ephippiatorum quanuis pauci adire audent.

Ephippiarij equi, quibus sellæ imponuntur propter molliorē uecturam. Vide in dictione Strata.

Ephod, ἐφώδ, dictio hebræa qua significatur superhumerale, pontificis uestimentum.

Ephydron, ἔφυδρον, Herba quæ & equisetum, & hippuris, & anabasis appellatur. Vulgus Prelam uocat. Vide Hippuris.

Epiălos, ἐπίαλος. Genus febris est ex pituita, frigida uel uitrea, putrefactaq;. Nomen dedit ei placidi pellacia poti Subdola. quam Græci ἄλυσιτελῆ ἐπιόντα: quoniam agitatū ex tranquillo difficillimū efficitur: uel ἀπὸ τῦ ἁπίως ἀλιαίνειν, quòd blandè ac modicè calefaciat.

Epibades. pen. cor. Naues uectoribus solùm transuehendis accommodatæ. Vlpian. l. i. parag. Igitur præpositio ff. De exer. act. Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) ἐπιβάδες sunt. Et plerosque mandare scio ne uectores recipiant: & sic ut certa regione, & certo mari negotientur. Bayfius. Epibades, inquit, dictæ, ut opinor, quasi epibatides, ad epibatas solùm, id est, uectores traijciendos. Et fortasse legendum apud Iureconsultum, epibatides.

Epibatæ m p. ἐπιβάται, Sunt bellatores in re nauali. Hirc. in 4. Comment. bel. Alex. Capta est una hostium quadriremis, depressa est altera, alteraq; perturbata: deinde omnes epibatis nudatæ. Idem in 5. Comment. bel. Afri. ibiq; Getulis remigib. epibatisq; cōplet. Dicti ebibatæ ἀπὸ τῦ ἐπιβαίνειν, hoc est, à conscendendo: unde etiam generaliter eo nomine omnes intelliguntur qui nauim conscendunt ut aliquò ea uehantur.

Epibathra, bathræ, ἐπιβάθρα. Scalæ nauticæ quibus in nauim conscenditur.

Epicauma, n. t. ἐπίκαυμα. Oculi ulcus crustosum, sordidum & impurum, humore fœdo iugiter effluente. Ita dictum à quadam adustionis similitudine.

Epicaia, indeq; uerbum Epicaizare, uocabula sunt insulsa, quamuis protrita, Nam ut docet Bud. potius Epijcia & Epijcizare dicendum est.

Epicharidia, genus nauiculæ,

Epicherēmăta, n. t. ἐπιχειρήματα, quæ dicantur ostendit Quintilianus libro quinto, capite 10. his uerbis, Epicherema Valgius aggressionem uocat: Celsus autem indicat non nostram administrationem, sed ipsam rem quam aggredimur. id est. argumentum quo aliquid probaturi sumus, etiamsi nondum uerbis explanatum, iam tamen mente conceptū, epicherema dici. Quidam epicherema rationem uocant. Cicero melius ratiocinationē. Item capite 14. eiusdem libri, Epicherema autem nullo differt à syllogismis, nisi quòd illi & plures habent species, & uera colligūt ueris: epicherematis frequentior circa credibilia est usus.

Epichrista, n, s. ἐπιχρίσα. apud Galenū in eundem ferè usum accipiunt quo circunlitiones, quas Dioscorides, περίχρισα. & καταπλάσματα appellat. à circūlinire, quod est expolire. Nā & in pictura circunlitionem uocant, quum operibus iam perfectis, manus quadam salutaris admouetur ultima, quæ illa ipsa properanter, lambenteq; penicillo circunlegat, atq; reuisitet.

Epichysis. f. t. ἐπίχυσις. Vasis genus est, teste Varrone libr. 4. de Lingua Lat. è Græcia primùm aduectum, nomen habens ἀπὸ τῦ ἐπιχύνειν, hoc est, ab infundendo. Vnde nonnulli etiā infundibulum hoc nomine appellant.

Epicēdium, n. s. ἐπικήδιον, Carmen est quod in laudem defuncti, corpore nondum humato, cani solet: aliter nenia, uel monodia dictum. Quod uerò corpore iam sepulto, tumulo inscribitur, dicitur epitaphium.

Epicœ-

Epicœnum, neu ſ. ἐπίκοινον, Græcis idem eſt quod promiſcuum. Vnde epicœnum genus à Grammaticis appellatur quod ſub uno articulo promiſcuè utrunq; ſignificat ſexum. Intereſt autem inter genus commune & epicœnum, quòd in genere communi & homines ſunt & pecora, in epicœno pecora tantùm. Quis autem huius generis ſit uſus, intelligi poteſt hoc modo: Nomina brutorum animalium quæ ſub una terminatione & marem ſignificant & fœminam, aut facilè ſexum diſcernunt, aut difficilè. ſi facilè marem à fœmina diſtinguas, erunt communis generis, duobusq; declinabuntur articulis: ut hic & hæc bos. Sin difficilè, erunt epicœna, unoq; erunt contenta articulo, quem ex terminatione deprehendimus: ut paſſer, epicœni generis eſt ſub articulo hic, quia terminationem ſortitur maſculinam: aquila item epicœni generis eſt ſub articulo hæc, quia terminationem habet fœmininam. Quint. lib. 1. cap. 4. Nec ſtatim diligentem putabo qui promiſcua, quæ & epicœna dicuntur, oſtenderit: in quibus ſexus uterq; per alterum apparet.

Epicnomus, mi, m. ſ. ἐπιγνώμος, recognitor, nam ἐπιγνῶσις, recognitio dicitur.

Epicraſis, uocant inquit Gal. lib. 9. Method. ninoſi ſucci curationem, Græcè ἐπίκρασιν.

Epicoma, exulcerationum quæ in oculis oriuntur, differentiæ.

Epicopi, dicuntur remis appoſiti & gubernaculis, Quanquã & qui aliena naui iter faciunt, ſic dicantur quoq;: quos Homerus item Emporos uocat.

Epicrocum, n. ſ. pen cor. Genus ueſtimenti croceo colore infectum, tenue & pellucidum. Autor Feſtus.

Epicus, ca, cum, ἐπικὸς, adiectiuum eſt deductum à Græco nomine ἔπος, quod carmen ſignificat, & propriè Hexametrum: unde Epicus Poëta, ἐποποιὸς dicitur, carminis heroici ſcriptor. Cicero de Opt. gen. orat. Itaque licet dicere & Ennium ſummum epicum Poëtam, ſi cui ita uidetur, & Pacuuium tragicum, & Cæcilium fortaſſe comicum. Epicum poëma. Cicero de opt. gen. orat. Poëmatis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, quod magis eſt tractatum à Latinis, ſuum quoduis eſt diuerſum à reliquis. Vide Cælium Rhodig. libro 17. capite 20.

Epidemetici, orum, maſc. ſ. Sunt hoſpitiorum metatores in urbe. Dicti ab ἐπιδημία, in urbem aduentum. Hinc tit. in C. de Epidemeticis & metatis.

Epidermis, is, ἐπιδερμὶς, Cuticula eſt exterior in corpore noſtro, alteriuſue animalis, è uera cute ueluti effloreſcens, adeò tenuis ut uel arrerendo, uel ſcalpendo facilè poſſit lacerari. Nomen inde habet quod ἐπὶ τῷ δέρματι, hoc eſt, ſuper ueram cutem ſita ſit.

Epidictícõn, ἐπιδεικτικὸν, Cauſæ genus eſt apud Rhetoras, à Latinis laudatiuũ dictũ, quòd præcipuè in laudando & uituperando uerſetur. Ad uerbum transfertur Demonſtratiuum. Ἐπιδεικνύω enim nobis ſonat demonſtrare. Cicer. in Orat. Dulce igitur orationis genus & ſolutũ & effluens, ſententijs argutum, uerbis ſonans eſt in illo epidictico genere.

Epidimij morbi qui ſint apud Hippocrat. require in dictione, Morbi qui in uno tempore.

Epidimiales morbi uocantur, id eſt, graſſantes uulgo & publicè. Scripſit Epidimiõn libros aliquot Hippocrates.

Epidipnides, ἐπιδεῖπνίδες καὶ ἐπιδείπνατα. Sunt epulæ quæ in extrema cœna uel prandio adferuntur: unde etiam proprio quodam epitheto ſeræ epidipnides uocantur. Martial. lib. 11. Hinc ſeras epidipnidas parabit.

Epidrõmidés, ἐπιδρομίδες, Plagarum funiculi ſunt, teſte Polluce, quibus retia panduntur contracta, & retrahuntur expanſa: ita dicti quòd retium plagæ per ea diſcurrant. Plin. libro 19. capite 1. uſus eſt ablatiuo epidromis, uelut à nominatiuo epidromos, uel epidrome. Vidimus (inquit) plagas tantæ tenuitatis ut anulum hominis cum epidromis tranſi tent.

Epidrõmõs: ἐπίδρομος, Veli genus quod in puppi panditur. Nautæ mezanam uocant. Sunt enim tria uelorum genera, acation, quod maximum præcipuumq; nauis uelum eſt: dolon, quod ſupra acation attollitur, quum maxima celeritate opus eſt: & epidromos, quod circa puppim tenditur. Autor eſt Iulius Pollux.

Epiecía, æ, f. p. ἐπιείκια, Latinè æquitas dicitur.

Epigamia, epigamiæ, ἐπιγαμία. Connubium, affinitas cum aliis gentibus.

Epigaſtrion, neut. ſ. ἐπιγάστριον. A rei Anotomicæ peritis uocatur extima totius uentris pars, totumq; illud quod inteſtina tegit, ex cute, adipe, muſculis octo, & peritonæo compactum, totum illud ſpatium comprehendens quod eſt à cartilagine mucronata, nothisq; coſtis uſq; ad ilia, atque ad ipſum uſq; os pubis. Cornelius Celſus libro quarto, capite primo, abdomen appellat.

Epigenema, atis, n. t. quaſi dicas aduentitium germen, atque ſic uocat Galen. morborum ſymptomata. Eſt enim Epigenema, ſuccedens idem quod morbi ſymptoma. Gal. lib. 1. de differentijs morborum. Græcis parum eſt in uſu, ſed ſymptoma & pathema, & pathos creberrimè ipſis ſunt in ore. Vide etiam de morborum ſymptomatis.

Epigetis, Clematis herba apud Dioſc. lib. 4. cap. 192.

Epigloſſis, ſeu Epiglottis, ἐπιγλωττὶς. Lingula eſt quæ aſperæ arteriæ meatum obſtruit, ne cibus aut potus per œſophagum ad pulmonem deerret. Plinius lib. 11. cap. 37. Tonſillæ in homine in ſue glandulæ. Quod inter eas unæ nomine ultimo dependet palato, homini tantùm eſt. Sub ea minor lingua epigloſſis appellata, nulli oua generantium. Opera eius gemina, duabus interpoſita fiſtulis: exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinent. Hanc operit in epulando: ne ſpiritu ac uoce illac meante, ſi potus cibúſ ue in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera interior appellatur ſanè gula, qua cibus atque potus deuoratur. Tendit hæc ad ſtomachum. inde ad uentrẽ. Hanc per uices operit, quum ſpiritus tantùm, aut uox cõmeat ne reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat.

Epigoni, uocantur ex ſecundis concepti nuptiis: ſicut Progoni intelliguntur, qui ex primis. quanquam eo item uocabulo maiores accipi uidentur, uelut minores uocantur Apogoni. Rhod.

Epigramma, atis, n. t. ἐπίγραμμα, ſeu Epigrammarum, ti, Dicitur inſcriptio, uel ſuperſcriptio: ἀπὸ τῦ ἐπιγράφειν, quod eſt ſuperſcribere. Cic. pro Archia Poëta. Quod epigramma in eum feciſſet, tantuminodo alternis uerſibus longiuſculis. Idem ad Attic. lib. 1. epiſt. 11. Epigramatis tuis quæ in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus.

Epigrammatographus, Epigrammatum ſcriptor.

Epigraphe. f. t. pen. cor. ἐπιγραφὴ. Titulus, inſcriptio: item cenſus, id eſt, dinumerario ciuium: & luſtrum.

Epígryptus, ἐπίγρυπος, habens aduncum naſum.

Epilepſia, f. t. ἐπιλημψία, Morbus eſt quem Latini comitialẽ appellant, propterea quod comitia dirimeret, ſi quis eo in campo fuiſſet correptus. Epilepſia autem nomen à Græco, ἐπιλαμβάνεσθαι deductum eſt, quòd in eo capiantur, & uincantur ſenſus, adeò ut à mortuis nihil abſint. Nam unà cum conuulſione totius corporis, principes cerebri operationes auferuntur, toto uidelicet cerebro, uel duobus eius præcipuis uentribus affecto. Hinc etiam ἱερανύσσον, hoc eſt, ſacrũ morbum quidam ex Græcis appellarunt, quòd cerebrum ſanctiſſimam noſtri portionem, quoddamq; mentis uelut ſacellum, peculiariter infeſtet. Quidam etiam Herculeum, ab Hercule, quem morbo huic obnoxium fuiſſe tradunt. Qui hunc morbum patiuntur, epileptici, ἐπιληπτικοὶ dicuntur.

Epílígna, Vnguenti genus utiliſsimum quo paſsim utebantur.

Epilogiſmus, m. ſ. ἐπιλογισμὸς, Cogitatio, computatio: à uerbo Græco ἐπιλογίζομαι quod eſt excogito, & rationẽ ſubduco.

Epilogus, m. ſ. pen. cor. ἐπίλογος, poſtrema pars orationis, quam Latinè concluſionem, ſiue perorationem dicere poſſumus. Cicero quarto Tuſculanar. Num etiam Rhetorum epilogum deſideramus? Rhetores tripartitum epilogum faciunt, conſtantem enumeratione, amplificatione, & commiſeratione. Per enumerationem fit rerum repetitio quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, id eſt, recapitulatio: per amplificationem concitantur animi auditorum: per commiſerationem flectuntur ad miſericordiam.

Epimẽdiõn, ἐπιμήδιον. Caulis eſt non magnus, hæderæ foliis denis duodenisue, neq; florem, neq; fructum ferens, radice tenui, nigra, graui odore. Romani Vindictam appellant.

Epimelas, Gemma candida eſt, nigricante ſupernè colore. Autor Plinius lib. 37. cap. 10.

Epimelis, idis, ἐπιμήλις. Meſpili genus eſt mali magnitudine, folio tantùm minore, pomum ferens rotundum, eſculẽ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tumq́, fundo in latitudinem, resimo, astringentis naturæ, & tandē matureſcentis. Galenus τρίκοκκον uocari teſtatur, à tribus granis ſiue oſſibus quæ in ſe continet.

Epimenidium, (ut Plinius lib. 27. cap. 9. ſcribit) eſt tertiū bulbi genus, cibis gratum, anguſtius folio, minusq́ aſpero, quàm cæteræ ſcyllæ ſpecies.

Epimone, f. t. pen. cor. ἐπιμονή, Latinè perſeuerantia figura quando ad maiorem affectum denotandum in eadē dictione perſeueratur: ut Vergilius, ſic ſic iuuat ire ſub umbras. Hæc etiam Epizeuxis, ἐπίζευξις, uocatur.

Epimythion, n. ſ. ἐπιμύθιον, Fabulæ eſt expoſitio, cuiusq́ utilitas: ut quum apologi rationem & ſententiam autores mythologici attexunt: ut ſunt apud Aeſopum appendices fabularum, quaſi affabulationes. Budæus.

Epinicia, orum, n. ſ. ἐπινίκια, Græci uocant celebritates pro parta uictoria: ab ἐπὶ & νικάω: cuiuſmodi ſunt ignes noctur ni, pyræq́ quæ ad primum ſtatim uictoriæ nuntium in teſti monium publicæ lætitiæ accenduntur: ſolennes præterea ſupplicationes, & alię id genus ſolennitates quibus partæ ui ctorię gaudium ſolemus teſtari. Suetonius uerò accipit pro carminibus in laudem uictoris compoſitis, quum in Nerone ſcribit, Sequenti die lætum inter lætos cantaturum epini cia quæ iam nunc ſibi componi oporteret.

Epinyctidēs, ἐπινυκτίδες, Puſtulæ minutæ, ſeu uari: dicti à nocte, in qua maximè prouenium. Iulius Pollux, Epinyctis, puſtula ſubliuida, modicè tumeſcens, & plena ſanguinis in tibijs & pedibus. Accipitur etiam pro oculorum morbo. Pli nius lib. 20. cap. 6. Illitis ſolijs ſanantur & ambuſta, & epiny ctides: ita uocatur hulcus aciem hebetans, & in angulo ocu li perpetuo humore manans.

Epiodium, ſeu Epioēdium, ii, n. ſ. cantleum quod dicitur cadaueri nondum ſepulto: alio nomine Nænia dicitur: ex ἐπὶ ſuper & ᾠδὴ canticum.

Epipetron, ſimilis ocimaſtro herba. Vide de hac Barbari Corollarium de Ocimaſtro.

Epiphania, f. p. ἐπιφάνεια, Apparitio, ſeu manifeſtatio dicitur, ἀπὸ τῦ ἐπιφαίνεσθαι, hoc eſt, ab apparendo. Inde Epipha nia, orum, à Chriſtianis dicuntur feſta quædam quæ nos ap paritionem Domini uocare poſſumus. Hieron. Dies epipha niorum Græco ſermone ſic uocatur. Quod enim apud nos apparitionem uel oſtenſionem dicimus, Græci epiphaniam uocant. Hoc autem ideò quia Dominus noſter eo die ſaluator apparuit è tenebris. Licet enim olim natus eſſet ex Ma ria, & triginta annorum expleſſet ætatem, tamen ignorabatur à mundo. Eo tempore cognitus eſt quo ad Iohannem Ba ptiſtam, ut in Iordane baptizaretur, aduenit: & uox de cælo Patris intonantis audita eſt, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quem Pater de cælis monſtraue rat uoce, hunc Spiritus ſanctus uerſus in columbam, & ſu per caput illius ſedens, tactu quoq́ ipſo uoluit demonſtra re, ne quis alius Dei filius putaretur ex populo. Epipha nia quoq́ uocatur quum latitudo menſuratur cum longi tudine. Vide in dictione Gramme.

Epiphonema, n. t. ἐπιφώνημα, Rei narratæ, uel probatæ ſum ma acclamatio Epiphonematis poſt rem narratam exemplū eſt apud Vergilium lib. 1. Aeneid. Tantæ molis erat Romanā condere gentem. Poſt rem autem probatam apud Ciceronē pro Ligario, Quorum igitur Cæſar impunitas tuæ clemen tię laus eſt, eorum te ipſorum ad crudelitatem acuet oratio? Dicitur etiam epiphonema clauſula arguta, quæ in fine po ſita aurem ferit, quales plerunq́ ſolent eſſe clauſulæ quæ epi grammata claudunt.

Epiphora, f. p. corr. ἐπιφορά, Morbus oculorum quem uulgò Lachrymam uocant, quum deſcenſus humoris cuiuſdā mordacis oculos angit: ἀπὸ τῦ ἐπιφέρειν, hoc eſt, ab inferendo. Plin. libro 20. cap. 2. Caro peponum epiphoris oculorū, & doloribus imponitur. Columella libro 6. cap. 16. de magu deri, Eadem radix contuſa, & cum oleo lentiſci inuncta, vi tium oculorum expurgat, epiphoram ſupprimit, polenta cō ſperſa multa aqua. Dicitur & de alijs membris. Plinius libro 20. cap. 13. Teſtium uerò epiphoris cum ramis laureæ teneris adeò peculiaris eſt, &c.

Epiplexia, f. p. ἐπιπληξία, ſiue Apoplexia dicitur ſubita per cuſsio, πλήσσειν, enim percutere eſt.

Epiploocele, f. t. ἐπιπλοοκήλη, Herniæ ſpecies quum omen tum deſcendit in ſcrotum. Vide Enterocela.

Epipomphalon, eſt exceſſus omēti per ipſum umbilicū.

Epipteron, Lens paluſtris, apud Dioſc. lib. 4. cap. 99

Epirhedium, Vehiculi genus, non diſsimile bennæ: com poſitum nomen ex ἐπὶ, & rheda. Iuuenalis Satyr. 8. trito q́ trahunt epirhedia collo.

Epiſchidion, ἐπιχείδιον, Apud Vitruuium accipitur pro cu neo quo ligna finduntur. Nam χείειν Græcis eſt findere.

Epiſcopus, pe. corr. ἐπίσκοπος, Magiſtratus nomē fuit apud ueteres, cuius officium erat panis & cæterarum rerum quæ ad cibum pertinent, curam habere: ut colligi poteſt ex uer bis Arcadij. ff. de Muner. & honorib. Latinè interpretatur ſpe culator, ab ἐπισκοπεῖσθαι, quod ſpeculor ſignificat, uel conſi dero. Vnde etiam hodie ad Antiſtites translatum eſt, quòd il lorum præcipuè munus ſit, gregis ſibi commiſſi uitam ex plorare. Hac uoce uſus eſt Cic. lib. 7. Epiſt. ad Att. Vult enim (inquit) Pompeius me eſſe quem tota hæc Campania, & ma ritima ora habet epiſcopum, ad quem delectus, & negotij ſumma referatur.

Epiſcopius, a, um, ἐπισκόπιος. Ponitur pro exploratorio, Cic. ad Att. Quinto Non conſcendēs ab hortis Clunianis in pha ſelum epiſcopium, id eſt, nauem exploratoriam.

Epiſcopium, ἐπισκοπεῖον, Epiſcopi habitatio dicitur: ſicut Præ torium appellatur ubi prætor ius reddit.

Epiſcopus, hodie præſes eſt ſuæ ciuitatis, & territorii. Di ctum eſt Baldi, ut uolunt elegans, in l. ſiue pars. in fine. C. de lat. Vnde exactiſſimam in cuſtodiendo territorio ſuo, & fa cinoroſis deprehendendis diligentiā præſtare debēt: niſi ob ijci ſibi uelint id quod priuatis dominis uſu uenit: ut iu beatur carere ædibus: quas nolit defendere. l. hoc amplius in prin. de dam. infe. Epiſcopi & Presbyteri, uocabulis ut ge nericis, uſus eſt Apoſtolus: quòd quàm multos, qui id non animaduertēre, multis difficultatibus inuoluit: ſicut & Di uum illum Hieronymum, quod mirari poſſis, omnium or thodoxorum eruditiſsimum, ut alter ille noſter Albertus Magnus apertè demonſtrat ca. fin. libro. 2. eccleſi. Hierarch. Liber eius operis 5. cuius quam in eo tract. de regno & Sacer dotio, materia nobiliſſima, quia interpretum noſtrorum mirè exercuit ingenia, negligentia non eſt ei, qui crebrò Iu riſconſulti nomen aliquando ſibi imponi contendit. Epiſco pi munus principale eſt, ut diuina doceat, quod Paulus ad Titum ſcribit, non ut lites dirimat. Vnde Hoſtienſis & Ab batis rectè expoſita ſententia eſt, qui cap. 1. de Conſan. dixe runt, præferendum Canoniſten Theologo in ea ciuitate, in qua plurimæ eſſent iudiciales controuerſiæ explicandæ. Li cet id non faciant, ne ſit eius confuſio & ignominia, I E S V M crucifixum, pauperem & eſurientem fartis prædicare corporibus & ieiuniorum doctrinam, rubentes buccas, mi niataq́ ora proferre eccleſiæ principes 51. diſt. Epiſcopum in telligit Arcad. l. in final. parag. hierarchæ. ff. de Muneribus pa nis, & cæteris uenalibus, præfectum, quæ ad quotidianum ſpectent uſum.

Epiſpaſtica, ἐπισπαστικά. Medicamenta quæ pertinent ad hulcus purgandum, puſq́ extrahendum, dicta à uerbo Græ co ἐπισπάω, quod idem eſt quod attraho.

Epiſtalma, id eſt, commiſsio principis, per mandati ſubſcri ptionem facta. Alc. in. l. C. pactum de pact.

Epiſtates, ἐπιστάτης, Græcè dicitur qui à nobis uillicus, pro curatorq́ ac præpoſitus rei faciendæ uocatur. In fœminino genere epiſtata, uillica dicitur quæ præeſt diligenter familię ruſticanæ: qua uoce utitur Cato da Re ruſt. cap. 56.

Epiſtola, læ, ἐπιστολή, Literæ: ἀπὸ τῦ ἐπιστέλλειν, quod eſt mit tere: quia ad abſentes mittitur. Plaut. in Epid. Quia quoti die ipſe ad me è legione epiſtolas Mittebat. Idem in Pſeud. Herus me tibi ſalutem multam uoluit dicere: Hanc epiſto lam accipe à me, hanc me tibi iuſſit dare. Cic. Q. fratri libr. 1. Illud quod eſt epiſtolæ proprium ut is ad quem ſcribitur, de his rebus quas ignorat certior fiat, prætermittendū eſſe non puto.

Epiſtolium, n. ſ. ἐπιστόλιον, Parua epiſtola. Catullus, Conſcriptū lachrymis mittis epiſtolium.

Epiſtolaris, re, Quod ad epiſtolam pertinet, ἐπιστολιμαῖος. Hie ronymus, Neque enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebatur.

Epiſtomium, n. ſ. ἐπιστόμιον. Dicitur inſtrumentum illud æneum quo in fontibus ora ſalientium obturantur, uertibu lum in medio pertuſum habens quod admittit uel arcet aquam: Galli ſua lingua Fontem uocant. Hoc etiam inſtru mento utimur ad uinum ex dolio hauriendum. Seneca ad Lucil. Niſi aqua argentea epiſtomia effuderint: & adhuc ple

beias ſi-

beias fistulas eloquor: Varro lib.3. de Re rust. Quum & aquâ calida & frigida ex orbe ligneo, mensaq; quam dixit in primis radijs esse, epistomijs uersis ad unumquenq; actum, sic ut influat in conuiuium. Vitruu. lib.10. De hydraulicis organis loquens, accepit epistomium pro eo obturaculo quod in musicis organis spiritum continet, & laxat ut opus est. Motione, inquit, uectium uehementiore spiritus uehemens compressus, epistomiorum aperturis influit, & replet anima canales.

Epistropheus, ἐπιστροφεύς, à rei anatomicæ peritis dicitur prima ex septem colli uertebris, omnium ut latissima, ita & tenuissima, duplicem habens concauitatem, capitis conuexitatem, siue processus recipientem: cuius articulationis beneficio caput ad latera circũagitur. A quo usu uertebra hæc epistropheus appellatur, à uerbo Græco ἐπιστρέφω, quod inter cætera significat conuerto, circumago.

Epistrophe, ἐπιστροφή, Rufiniano figura est λέξεως, quum eadem in uerbo plures desinunt sententiæ. Rutilius tamen Lupus hanc inter schemata sententiarum refert, epiphoran appellans.

Epistylium, n. s. ἐπιστύλιον, Capitellum quod super columnam ponitur. Corpus enim columnæ, scapum uocant: fundamentũ, basim illud uerò quod columnę superponitur, epistylium appellant. Vide multa de epistylijs apud Vitruuiũ.

Episynalœphe, es. f. p. ἐπισυναλοιφή. Figura est dictionis, eadem cum synæresi, qua duæ syllabę ijsdem literis remanentibus, in unam conglutinantur: ut, Aeripedem ceruam apud Vergilium pro Aëripedem. Huic opponitur Diæresis, qua una syllaba in duas resoluitur: ut, Syluæ, trisyllabum apud Horatium, pro disyllabo syluæ. inter epitynalœphen & synalœphen hoc interest, quòd synalœphe propriè fiat in diuersis dictionibus, prima sequentis dictionis uocali ultimam præcedentis absumente: ut Carthag' Italiam. Episynalœpha uerò non nisi in eadem fit dictione, nulla litera pereunte, sed duabus tantùm in unam coalescentibus.

Epitaphium, phii. n. s. ἐπιτάφιον. Dicitur inscriptio quam sepulchris incidi uidemus in laudem defunctorum: quale est illud apud Vergilium in Daphnide, Daphnis ego in syluis, hinc usque ad sydera notus, Formosi pecoris custos, formosior ipse. Item illud apud Ouidium in Epistol. Phyllidis, Phyllida Demophoon letho dedit, hospes amantem: Ille necis causam præbuit, illa manum. Dictum epitaphium, quòd humato iam corpore, ἐπὶ τῷ τάφῳ, hoc est, in sepulchro soleat inscribi. Nam quod cadauere nondum humato in defuncti laudem accinebatur, epicedium dici consueuit.

Epithalamium, n. s. ἐπιθαλάμιον, Sacer hymnus, qui in nuptiis canitur. Nam ἐπιθαλάμιος, Græcis idem est quod coniugalis.

Epitheca, Græcis est, quod Dos Romanis. Vnde prædiorum epithecæ apud Iureconsultos, quas Papinianus impositiones interpretatur, quamuis pro Epithecis uitiosè legitur Eotici, ut & apud Vlp. Leg. Rhod. lib. 22. cap. 13. ant. lect.

Epithĕmăta, n. t. ἐπιθέματα, Medicamenta sunt quæ parti affectæ foris adhibentur, pannículo aut linteo illita: ita dicta à uerbo Græco ἐπιτιθέναι, quod est imponere.

Epithesis, is, f. t. ἐπίθεσις, præter uulgatas illas apud Græcos significationes quibus pro impositione, siue aggressione sumitur, apud Iurisconsultos etiam usurpatur pro inscriptione quadam appositicia, in contumeliam, fraudém ue alicuius facta. Vlpian. l. Lex Cornelia, ff. de Iniur. & famosis libellis, Eadem pœna ex Senatusconsulto tenetur is qui epithesin, aliudue quid, siue scripturam in aliorum notam produxerit.

Epitheton, n. s pen. cor. ἐπίθετον, A Quintiliano dicitur appositũ, ab aliis adiectiuum: παρὰ τὸ ἐπιτίθεσθαι τῷ ὑπαρκτικῷ, hoc est, ab eo quòd substantiuo apponatur. Epitheta tribus de causis nominibus adduntur: Discretionis: ut, Phrygiæ molimur montibus Idæ. Est enim & Ida Cretæ mons. Proprietatis: ut, Terribili implexum seraq;, & dentibus atris. Ornatus: ut, Alma Venus. Differt autem epitheton ab antonomasia, quòd illud nunquam solum ponitur, sed nomini proprio alicuius adijcitur: Antonomasia autem per se proprij nominis uice ponitur.

Epithymbrum pro eo accepit Paulus, quòd est in Thymbro, modò quo Epithymum uocamus, quod est in Thymo: Epithymos, Thymus apud Dioscor. lib. 3. cap. 43. Plinius. lib. 21: Epithymum, flos est thymi sed non omnis.

Epithymía, miæ, ἐπιθυμία, Latinè dicitur concupiscentia, desiderium: à uerbo ἐπιθυμέω, quod est concupisco.

Epitimía, æ, ἐπιτιμία. Fama uniuscuiusq; integra, nulla infamiæ nota labefactata. Vtitur hac uoce Modestinus l. Scire. ff. De tutorib. & curat. Si quis (inquit) à parentibus prohibitus fuerit tutor esse, neq; creari hunc oportet, & si creatus fuerit, nec recusauerit, prohiberi eum esse tutorem, manente epitimia. hoc est, famæ integritate. Huic opponitur ἀτιμία, hoc est, infamia, uel ignominia.

Epitogium, n. s. Genus pallii quod supra togam ferebatur: ab ἐπί & toga. Quinril. lib. 1. cap. 5.

Epítome, més, & **Epitoma**, mæ, f. p. pen. cor. ἐπιτομή, Breuiarium, abbreuiatio, uel compendium: à uerbo Græco ἐπιτέμνω, quod est abbreuio. Cic. ad Atticum lib. 13. Epitomen Bruti Cællanorum uelim mihi mittas. Eidem, lib. 12. In Bruti epitoma Fauniorum scripsi quod erat in extremo.

Epitrageas, ἐπιτραγίας, Piscis genus, à fœdo hirci odore ita dictum.

Epítragi, m. s. ἐπίτραγοι. Vermes uitibus infesti; ita dicti quòd hircorum more uitium frondes prærodant.

Epitrapezía, ἐπιτραπεζία, Dicuntur generaliter mensis apta, quæ sunt uascula & potoria & escaria. ab ἐπί, & τράπεζα.

Epitritus, m. s. pen. cor. ἐπίτριτος. Pes ex quatuor syllabis cõstans, quarum una semper ab alijs tribus discrepat. Est autẽ in quadruplici differentia. Primus constat ex iambo & spondeo: id est, ex prima breui & tribus longis: ut, sacerdotes. Secundus ex trochæo & spondeo, id est, ex secũda breui, alijs longis: ut, conditores. Tertius ex spondeo & iambo: id est, tertia breui, alijs longis: ut, hæreditas. Quartus ex spondeo & trochæo, id est, ex quarta breui, cæteris longis: ut, cælestinus. Epitritus etiam proportio dicitur, continens aliquẽ numerum, & eius partem tertiam: ut quatuor epitriti proportionem habent ad tria: duodecim, ad nouem: quadraginta, ad triginta.

Epitrochasmus, ἐπιτροχασμός, Figura est sententiarum, tẽste Aquila, qua plura inter se distantia uelociter percurrimus, eo consilio ut aduersarium perturbemus. A uerbo ἐπιτροχάζω, quòd est uelociter percurro.

Epitrope, es, pen. cor. ἐπιτροπή. Schema est διανοίας, teste Rutilio, quum rei alicui uehementer confidentes, Iudici permittimus ut, quemadmodum illi uisum fuerit constituat, eiq; nos parituros pollicemur. Rufinianus epitropen esse ait, quum alicui figuratè permittimus ut faciat quod uelit, quum tamen id minimè sentiamus: profertq; exemplum ex 4. Aeneid. I, sequere Italiam uentis, pete regna per undas. Ibi enim Dido, quamuis liberum Aeneæ profectionis arbitrium permittere uideatur, re tamen ipsa maximè dehortatur, difficultatem ei & pericula ob oculos ponens. Dicta epitrope, à uerbo Græco ἐπιτρέπω, quod est rem alicuius arbitrio permitto. Latinè concessionem uocare possumus.

Epityrum, n. s. ἐπίτυρον, Genus est edulii, Siciliæ frequentius quàm Italiæ, teste Varrone lib. 5, de ling. Latina. Plautus in Milite, Si unum epityrum edam apud illum, esuriens insanè. Quidam existimarũt cibi caseati genus esse, ab eo quòd Græci τύρον caseum appellant. Quibus apertè refragatur Columellæ authoritas qui epityrum in oliuis condituræ genus esse docet, in Græcis ciuitatibus potissimùm usurpatũ: docetq; rationem qua id fieri soleat. Idem sentit & Cato, qui in opero suo de Re rust. cap. 19. eius confectionem præscribit his uerbis, Epityrum album, nigrum, uariumq; sic facito, Ex oleis albis, nigris, uarijsq; nucleos eijcito. sic condito: concidito ipsas: addito oleum, acetum, coriandrum, cyminũ, fœniculum, rutam, mentam. In orculam condito: oleum suprà fiet: ita utitor. Sunt qui hoc condituræ genus pityrum uocare malint, itaq; tam apud Catonem quàm Columellam legendum censeant: uocis originem repetentes à pityri oliuę genere, condituræ huiusmodi aptissimo. Verùm hi parum diligenter Catonis uerba uidentur expendisse, qui nõ ex certo quopiam oliuæ genere, cui pitytis nomen fuerit, epityrũ, siue pityrũ fieri docuit: sed ex quauis oliua, tam alba quàm nigra aut uaria. Columella quoq; ex pausia uel orchite ante maturitatem decerpta conficiendum præcipit, nulla pytiris facta mentione. Potius itaq; ijs accedendum putauerim qui genus hoc condituræ ἀπὸ τοῦ πιτύος, hoc est, à feturæ dictũ existimant, cuius similitudinem quandam referre uidentur tum cymini, coriandri, fœniculi & lentisci semina, tum rutæ mentæq; folia minutim concisa:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Epizeuxis, f.t. ἐπιζευξις, Combinatio, figura quũ dictio in uersu absq; medio aliarum combinatur. Vergilius 9. Aeneid. Me me adsum qui feci. & apud Terentium in Andr. O Mysi Mysis.

Epoche, es, f.t. ἐποχὴ assensio Terentio. Cic. Academ. Ex his illa necessario nata est ἐποχή.

Epodus, uide Epos.

Epolanes, dicebant ueteres quos nũc Epulones dicimus.

Epops, m t. ἔποψ. Auicula sordidissima est, caq; cristata, unde & ἀλεκτρυὼν ἄγριος à Græcis appellatur. Latini à sono quem edit, conficto nomine Vpupam uocant.

Epoptæ, ἐπόπται. In sacris dicebantur mystæ qui totum iam annum initiati, ad spectanda sacra admittebantur. A uerbo ἐποπτεύω, quod est spectare, siue inspicere. Vnde & sacrorũ inspectionem ἐποπτείαν Græci appellant.

Epos. neut. gen. t ἔπος, quanuis Græcis generale sit nomen, modò uerbum significans, modò uersum: κατ' ἐξοχὴν tamen pro carmine heroico, siue hexametro accipitur, quod & Longum Ennius appellauit. Diomedes, Epos, inquit, est carmen hexametron, diuinarum rerum & heroicarum, humanarumq; comprehẽsio. Martialis, Scribebamus epos, cœpisti scribere, cessi: Aemula ne starent carmina nostra tuis. Horat. 1. Serm. Sat. 10. forte epos acer, ut nemo Varius ducit.

Epodos, epodi, pen. prod. ἐπωδός, Est genus carminis in quo singulis uersibus singulæ clausulæ subijciuntur, & ueluti accinuntur, idq; ferè alio genere carminis, & plerunq; breuiori: cuiusmodi sunt pleraq; apud Horatium, Iambico dimetro post Heroicum, aut trimetrum Iambicum statim succedente. Quintilianus lib. 10. cap. 1. Iambus non sanè à Romanis celebratus est, ut proprium opus à quibusdam interpositus, cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquam illi epodos interuenire non reperiatur.

Epõto, as, are a p. Potando exhaurio, ἐπίνω. Martialis libro 2. Quæq; Tyron toties epotauere lacernæ. Plaut. Mœnech. Confecto prandio, uinoq; epoto. Cic. pro Cluent. Quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis. Liuius 8. ab Vrbe, Epoto medicamento suamet ipsi fraude perierunt. Venenũ epotum, Cicero pro Cluentio.

Epũlæ, arum. f p. quasi edipulæ, Sunt cibi in quotidianum hominum usum comparati σιτία. Cicero 3. Philippic. Vino, & epulis retentus & alea est: si epulæ potius quàm popinæ nominandæ sunt. Epulæ, etiam bestiarum cibus quotidianus dicitur. Vergilius 2. Aen. epulasq; draconi Quæ dabat. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. cui stragula uestis Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca. Epulum uerò significat solenniores cibos: & propriè publicum conuiuium in propatulo ciuibus exhibitum, siue in dedicatione templi, siue in triumpho, siue in funere, siue ludorum causa ἑστίασις τοῦ δήμου quale Imperatores apud Romanos populo exhibere solebant in triumpho, & quale factum esse constat à pluribus, qui testamento legauerunt epulum quotannis ad sepulchrum, rosis & uarijs respersum odoribus, pro hæreditatum facultatibus exhibendum. Iuuenalis Satyra tertia, Vnde epulum possit centum dare Pythagoreis. Cicero pro Muræna, Is quum epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est. Sed confunduntur quandoq; nam epulum pro priuato conuiuio inuenitur, & epulæ pro conuiuio publico & communi. Cicero pro Lucio Planco, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conuentu epulisq; celebratum est. Idem de Claris Oratoribus, Carmina in epulis cantata à singulis conuiuijs de clarorum uirorum laudibus. Epulam quoq; in singulare numero Vereres dixere, teste Pompeio.

Epulones, Dicti sunt apud antiquos, teste Liu. li. 3. Bel. Maced. Triumuiri, quorũ munus erat Ioui, cæterisq; dijs epulas instruere, ἐστιατόρες. Romæ (inquit) eo anno primùm Triumuiri epulones facti: hi epulas Ioui, cæterisq; dijs instituendi potestatem habebant. Cic. de Arusp. resp. Patres conscripti, uosq; Pontifices, ad quos epulones Iouis opt. max. si quid est prætermissum, aut commissum, afferunt: quorũ sententia illa eadem renouata, atq; instaurata celebrantur. Augustinus lib. de Ciuit. afferuit epulones perpetuos fuisse, qui ad auream Iouis mensam statuę appositã perpetui erant conuiuæ, ut amicorum potius & parasitorum contubernia, quàm Dei sacra celebrarentur. Dicuntur etiam epulones qualescunq; conuiuæ qui epulis intersunt: quos etiam ueteres epulonos dixerunt per secundam inflexionem. Inde Coëpulonus, dicitur conuictor, & ipsdem epulis uescens. Plaut. Persa, O mi Iuppiter terrestris & coëpulonus.

Epulari. d p. Est in conuiuio esse, seu conuiuari, ἑστιᾶσθαι, σιτεῖσθαι. Liu. lib. 25. Vulgò apertis ianuis in propatulis epulari sunt. Cicero 2. de Fin. Quum in uoluptate sint qui epulentur. Idem de Senect. Epulabar igitur cum sodalibus omninò modicè: sed erat tamen quidam feruor ætatis.

Epulatus, particip. Cic. 2. Tuscul. Pòst epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse.

Epulatio, onis, ἑστίασις. Colum. lib. 12. cap. 3. quæ ad mensam quotidianam atq; epulationem pertinerent.

Epularis reom. t. Quod ad epulas pertinet, βοϊνητικός. ut, Epulare sacrificiũ, epularis sermo qui in conuiuio fit. Cicero 3. de Oratore, Quum essent ipsi à Numa ut etiam illud ludorũ epulare sacrificium facerent, instituti. Apul. Iam illatis luminibus epularis sermo percrebruit. Epulares etiam uocabantur, qui in sacris epulabantur, ἑστιάτορες. Varro, Dii epulares nocte epularentur.

Epulatorius, a, um, quod aptum est ut in epulis comedatur. ἐπιτηδειτικός

Epulis, idis, ἐπουλὶς. Dicitur quoties iuxta dentes in gingiuis caro excreuit. Paulus Aegineta paruum abscessum esse ait circa gingiuas, qui nisi discutiatur, suppuratur.

Epulotica medicamenta, ἐπουλωτικὰ φάρμακα, à medicis appellantur quæ cicatricem inducunt. Nam ἐπουλῶν, Græcis est ad cicatricem perducere.

E Q. In notis antiquorũ. Equestris cohortis. EQ. M. SP. POM, equitum magister Spurius Pompeianus. EQ. OR. Equestris ordinis. EQ. P. eques publicus. E Q. R. eques Rom.

Equa, æ, Equarius, Eques, Equester, &c. uide Equus,

Equapium, n. f Nonnulli appellarunt herbam quam Latini olus atrum nominant: existimantes ita transferri posse Græcam uocem ἱππουρίνην. Quam nomenclaturam apud idoneum scriptorem non facilè reperias. Nãq; ἱππουρίνην tam equinùm, quàm magnũ aut pergrande apium sonat. Nam ἵππος, & βοῦς in compositione sæpè uocabulorum significata intendunt, amplitudinemq; & magnitudinem important.

Equestris, uide Equus.

Equiceruus, m. f Animal in Oriente habens cornua & iubas post collũ descẽdentes, usq; ad scapulas, & barbã sub mẽto, ungulas, & corpus ad cerui quantitatem, ἱπέλαφος. Vtitur hac uoce Aristotelis interpres lib. de Animalibus.

Equidem, Affirmatiua coniunctio est, idẽ significans quod certè, γε, μήν, δῆτα Cicero de Amic. Equidem ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo quod cum amicitia Scipionis possit cõparari. Sunt qui existiment compositum esse ab ego et quidem, quod frequentissimè inueniatur iunctum cum uerbis primæ personæ, ut apud Vergilium 12. Aeneid. equidem merui, nec deprecor, inquit. Quo in loco equidẽ idem uidetur significare quod ego quidem. Hoc tamen nihil urget, quum semper in uerbo primæ personæ, singularis numeri intelligatur nominatiuus ego. Præterea quum inueniatur coniunctum cum uerbis cuiusuis personæ in utroq; numero, constat certè ubiq; non posse exponi per ego. Persius Satyr. 5. Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Consentire dies. Vbi cum secunda persona coniunctum est. Idem etiam cum uerbo tertiæ personæ posuit Satyra 1. Per me equidem sint omnia protinus alba. Cicero ad Attic. Sic ages igitur: equidem id erit primum, proximum Clodiæ. Huc accedit quòd interdum inuenitur simul positum in oratione cum ego, ut apud Sallustium, Ego equidem sic existimo. Quo in loco si uelis equidem explicare per ego & quidem, ineptissimam confeceris perissologiam. Satius itaq; erit dicere, equidem nihil aliud significare quàm quidem.

Equisalix, hippuris apud Dioscor. lib. 4. cap 49.

Equiselis, hippuris apud Dioscor. lib. 4. cap. 49.

Equus, m. f. Animal quadrupes, nemini non notum, ἵππος. Sunt qui ab æqualitate dictum putent, quasi æquum, detracta prima litera quæ diphthongũ efficiebat: quòd pares equi eligi solerent qui bigis, quadrigisq; iungerentur. Sed hæc etymologia ut pleraq; aliæ, admodum uidetur friuola. Cic. de amicitia, Nemo est qui non equo quo consuescit, libentius utatur quàm intractato & nouo. Idem in Verrem, Eum nemo unquam sedentem in equo uidit. Vergilius 2. Aneid. & equorũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& equorum agitator Achillis. Ouid. 3. Metam. Vt fremit acer equus, quum bellicus ore cruento Signa dedit tubicen.

Equorũ alij gradarij, qui molli gradu, & ſine ſuccuſſura incedunt: contrà, ſucuſſores ſeſſorem frequenter inquietant. Alij dicuntur ueredi, in curſu uelociſſimi, quibus maiores uſi ſunt in uenatione. Equus Troianus, prouerbiali ſchemate, de occultis latebris, conſpirationibuſq; ad perniciem alicuius tendentibus. Cicero pro Muræna, Intus, intus inquam, eſt equus Troianus à quo nunquam me Conſule dormientes opprimemini. Equis & quadrigis, id eſt, omni conatu. Cic. ad Qu. fratrẽ lib. 2. Sic ego qui in iſto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule ſæpè excitante, curſu corrigam tarditatem, cùm equis, tùm uerò (quoniam ſcribis poẽma ab eo noſtrum probari) quadrigis poëticis. Velis, equisq;. Cic. 2. Offic. Cum his uelis equisq; (ut dicitur) ſi honeſtatem tueri ac retinere ſententia eſt, decertandum. Quo tamen in loco nonnulli malunt legere, uiris, equisq;.

Equa, æ, in datiuo & ablatiuo pluralibus, equabus, Equini generis fœmina, ἵππος, ἡ. Ouid. 2. Meramor. Nobiliumq; gregis cuſtos ſeruabat equarum. Ibidem lib. 9. Nec uaccam uaccæ, nec equas amor urit equarum.

Eques, gen. communis, ſignificat hominem inſidentem equo. ἱππεύς. Plautus. Mil. Neq; eques, neq; pedes præfectus quiſquam tanta audacia eſt, Qui æquè faciat confidenter quàm mulieres faciunt. Verg. Aen. 8. Intera præmiſſi equites ex urbe Latina. Sumitur quandoq; pro ipſo equo. Verg. 3. Geor. Impoſiti dorſo atq; equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Equites etiã dicebantur à Romanis, qui equeſtrem dignitatẽ erant adepti, aut ex Equeſtri ordine prognati: quorum ordo, quamuis dignitate Senatoria aliquanto erat inferior, proximã tamen ab illa obtinebat dignitatem. Neq; ſolùm dignitate, uerumetiam cenſu diſtinguebantur Equites à Senatoribus. Cenſus enim Senatorius duplo maior erat cenſu Equeſtri. Nam ante Auguſti tempora cenſus Senatorius erat octingentorũ millium, hoc eſt, coronatorum X X. M. Cenſus autem equeſtris quadringentorum milium, hoc eſt, coronatorum X. M. quanquam poſtea pro arbitrio principum ſæpius auctus fuit cenſus, & etiam imminutus. Martial. libro 8. Veſcitur omnis Eques tecum, populusq; Patresq;.

Equeſter huius equeſtris, & hic & hæc Equeſtris, & hoc Equeſtre, ab eques fit, om, t. Quod pertinet ad equitem ἱππικός. ut, Equeſtres copiæ, Cic. 2. de Finib. Equeſtris diſciplina, Idẽ 6. Verr. Equeſtris ordo. Idem ad Brutum, Equeſtris ordinis princeps. Equeſtrem uerò ordinem, ἱππικὸν τάγμα, medium fuiſſe conſtat inter Patritios & plebem: hi olim ſub Romulo regibuſq; Celeres dicebantur, teſte Plinio lib. 33. cap. 2. à Celere (ut quidam putant) Remi interfectore: deinde à Flecten dis equis, Flexumines uocitati: poſtea Troſſuli, à Troſſulo oppido Tuſciæ, quòd id ſine ullo peditum adiumento equites cepiſſent. Principio Equites, Iudicesq; iidem habebantur, & geſtandi annuli aurei ius eis erat. Poſtea M. Cicero in Conſulatu ſuo Equeſtre nomen ſtabiliuit, Senatum ei concilians: celebrans ſe ex eo ordine prouectum eſſe. Ab illo tempore planè hoc tertium corpus in Republ. factum eſt, cœpitq; adijci Senatui Pop. Roman. Equeſter ordo. Equeſtre æs, quod Equiti in ſtipendium dabatur.

Equeſtria, ium, n. t. Erant quatuordecim ordines graduum in Orcheſtra, in quibus ſedebant Equites, ἱππικά. Seneca lib. 7. de Ben. Equeſtria omnia Equitum Romanorum ſunt. Et iterum, Sed quum in theatrum ueni, ſi plena ſunt equeſtria, &c. Sic popularia dicebantur, ubi plebs ipſa in theatro ſedebat. Sueton. in Domit. Et quia pars maior intra popularia decideratꝫ, quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos Equeſtris ac Senatorij ordinis pronuntiauit.

Equito as, n. p Equo iter facio, ἱππεύω, ἱππεύομαι. Hor. 2, Serm. Satyr. 3. Ludere par impar, equitare in arundine longa. Cic. pro Domo ſua, Quum is in illo noſtro exercitu equitaret cũ ſuis delectis equitibus. Idem 2. Tuſc. Apud quos autem uenandi & equitandi laus uiget. Macrobius Saturn. lib. 7. cap. 6. Autor eſt ueteres etiam equitare de ipſo equo dixiſſe, & equum pro equo nonnunquam acceptum inueniri. Lucilius, Nempè hunc currere equũ nos, atq; equitare uidemus. Quanquam alij diſtinctionem poſt dictionem equũ faciant, ut nos, it accuſatiuus, ad hunc modum, Nempe hunc currere equum, nos atq; equitare uidemus: ut ſit ſenſus, Videmus equum currere, & nos equitare. Huius compoſita ſun, Adequito, quod eſt iuxta equito, παρεππεύω. Liuius, Adequitauit deinde ſenſim portis. Obequito, circumequito. Idem, Obequitare iubet hoſtium portis. Perequito, equitando peragro, ut apud eundem, Quum perequitaſſet aciem, tantum iniecit ardoris, ut non ultrà ſuſtinuerunt impetum equi.

Equitari, paſſiuè. Plin. lib. 8. cap. 18. Omnes autem in ijs terris iumentorum dorſo funguntur, atq; etiam equitantur in prælijs. De camelis loquens.

Equitatio, onis, ἱππεία, ἵλασία, ἵλασις. Plin. lib. 28. cap. 4. Equitatio ſtomacho & coxis utiliſſima.

Equitatus. us, m. q. Modò equitum turmam ſignificat, ſicut peditatus pedeſtres copias. τὸ ἱππικὸν. Tacit. lib. 19. Nutantem exercitum uictor equitatus incurſat. Idem libro 33. Quin etiam ipſum equitum nomen ſæpè uariatum eſt, in ijs quoque qui ad equitatum trahebantur. Modò actum ipſum equitandi. Plin. lib. 33. Feminæ equitatu atteri & aduri ſolent.

Equarius, ria, rium, Quod ad equum pertinet: ut, Equarius medicus, qui equis medetur, ἱππιατρός. Valer. Max. lib. ult. Herophilus equarius medicus, C. Marium ſepties Conſulẽ auum ſibi uendicando, ſe extulit.

Equaria, f. p. ſubſtantiuum, Magnum equorum gregem denotat. Varro in Prœm. 3. de Re ruſt. Quòd & ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, in Reatino equarias.

Equiferus, ri, m. f. pen. cor. Equus ferus, id eſt, non manſuetus, ἵππος ἄγριος. cuiuſmodi in Septentrionalibus regionibus naſci, autor eſt Plin. lib. 8. cap. 15. Idem lib. 28. cap. 6. In primis efficax equiferorum ſanguis. Et ibidem cap. 10. De equiferis non ſcripſerunt Græci.

Equimentum, n. ſ. Merces quæ datur pro admiſſura equi. Varro, An ſi equam emiſſes quadrupedem, ut meo aſino Reatino admitteres, quantum popoſciſſes dediſſem equimenti.

Equile, n. t. pen. prod. Stabulũ equorũ, ἱππόστασις, ἱπποσασία, ſicut ab oue ouile. Vnde Varro lib 2. cap. 7. ſuadet, frænos in equili ſuſpendere, ut oculi equuleorum conſueſcant uidere eorum faciem & è motu crepitus audire.

Equinus, na. num, poſſeſſiuum, ἵππειος. Horatius in principio de Art. poët. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere ſi uelit. Idẽ 2. Epiſt. Vtor permiſſo, caudæq; pilos ut equinæ Paulatim uello. Verg. 10. Aen. Aere caput fulgens, criſtaq; hirſutus equina.

Equiſeſſor, oris, m. t, ἱππεύς, qui ambulat pedibus equinis: id eſt, qui equitat, ſicut qui in lecti cageſtatur, ambulat pedibus lecticariorum. Hunc melius ſimplici uoce ſeſſorem uocamus.

Equiſetum, ti, Herba eſt à caudæ equinæ ſimilitudine nomen habẽs, alijs nominibus ephedra, & anabaſis appellata, ἵππουρις, Vulgus prelam appellat, pectinum opificibus in primis cognitam, qui ea buxum expoliunt: & mulierculis quæ uaſa lignea ea extergunt. Vide Plinium lib. 26. cap. 13.

Equiſo, onis, m. t. Qui equorum curam gerit, eosq; inſtituit, ἱππικός. & Varro, Nam ut equus qui ad uehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, ut equiſo doceat tollutim incedere. Veteres autẽ (ut Nonius annotauit) nõ modò equorum magiſtrum, ſed aliarum etiam rerum, gubernatorem equiſonem uocabant. Vt equiſones nautici dicebantur qui nauim exercebant.

Equitabilis, le, Equiti peruius: ἱππάσιμος. ut locus equitabilis, in quo equi facilè inambulare poſſunt. Liuius, Opportuna explicandis copijs regio erat, equitabilis, & uaſta planities. Huius contrarium eſt inequitabilis. Idem, Imberuiolentius quàm aliàs fuſus, campos lubricos inequitabiles q; fecerat.

Equitium, tii, n. ſ. Equorum armentum, ἱππορόβιον. Vlpianus l. Plenum. para. Equitij. ff. de Vſufructu legato, Equitij uſu legato uidendum an & donare poſſit, & ad uehendum ſubiugo uti. Tacit. de Germania, Mos eſt ciuitatibus ultrò equitium conferre principibus.

Equuleus, lei, Pullus equinus, ἱππάριον. Cic. in Orat. Vt igitur domitores equorum non uerbera ſolum adhibent ad domandum, ſed cibum etiam ſæpè ſubtrahunt, ut fame debilitetur equuleorum nimis effrenata uis. Idem in Varr. Equuleos argenteos nobiles, qui Q. Maximi fuerunt, auferẽ.

Eſt & tormenti genus quo ad exprimendam è noxijs, conſcijſue ueritatem Romani utebant ur: ita dictum (ut quibuſdam placuit) ab equi forma, tametſi alij ardentem laminam malunt interpretari. Cic. pro Deiotaro, Facti enim in equuleo queſtio, iuris in iudicio. Idem 7. Philip. Ponite ante oculos uincula, uerbera, equuleum, carnificem, tortoremq;. Seneca lib. 2. Epiſt. Sæuitia commenta eſt equuleos,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cruces, uncum, & tunicam illam alimentis ignium illitam, & intextam. Cic. 5. Tusc. Hæc etiam in equuleum injiciuntur, quò uita non aspirat beata. Idem lib. 4. de Finibus, Nec si ille sapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, si milem habeat uultū acsi ampullam perdidisset. Sed in hac significatione alij malunt scribere eculeus per c.

Equulus. m. s. diminutiuum ab equus, ἱππάριον. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: ut in equo, quàm equulo: in cane, quàm in catulo: in uiro, quàm in puero. Var. 2. de Re rust. cap. 7. Scribit equulū post annum & sex menses domari posse.

Equula, æ. f. p. paruam equam significat, sicut equulus parū equum. Varro, Nemo est tam negligens quin summadiligentia eligat asinum qui saliat equulam.

Equio, is. n. q. de equis dicitur quum coitum appetunt, sicut Catulio de canibus, & suio de suibus, ἱππομανῶ. Colum. li. 7. Equienti mulæ cruda brassica datur. Plin. libr. 8. cap. 65.

Equas domicas sexaginta diebus equire.

Equiria. n. s. πολιτικὰ ἱππικὰ Aristophani, Ludi curules, à Romulo in honorem Martis instituti. Hi in campo Martio celebrabantur tertio Calend. Martias. Ouidius 3. Fastorum, Iamq; duæ restant noctes de mense secundo, Marsq; citos iunctis curribus urget equos: Ex uero positum permansit equiria nomen.

E R.

E R. In notis antiquorum uel ER. erunt uel erit ERE. uel ERG. ergo ERP. eripiet. uel erit paratus.

Eradico, as 2. p. penultima longa, Propè significat unà cum radice euello, ἐκρίζω. Per translationem ponitur pro radicitus, & omnibus modis perdo. Terent. in And. Dij te eradicent, ita me miseram territas.

Erādo, is, ere. a. t, Idem est quod expūngere, ἀποξύω, ψηλάφω. Colum. lib. 3. Postea surculos quos inserere uoles, eradito tā alte quàm cuneum immisisti, sed ita ne medullam, neue alterius partis corticem lædas. Vnde eradere aliquem ex albo Senatorum, est eum ex Senatorum numero expungere. Tacit. 4. Apidium Merulam, quòd in acta Diui Augusti non iurauerat, Senatorio albo erasit.

Erasus, participium. Plin. in Paneg. Datum est ijs qui post editum tuum in locum erasorum subditi fuerant, æquatique sunt cæteris illi etiam quibus non erat promissum. Præterū, id est, delectorum è numero eorum qui accipiebant congiarium. Budæus.

Erania pecūnia, quid, & corruptè hactenus heroſa apud Iurisconsultum, in l. creditor. de solu. lectum esse Alciat. ostendit eleganti cap. 25. lib. Disputat. 2. Catanæus apud Plinium secundum, uocem Eranos, interpretatur Exactores P collationem dicens, sic Pollucem Athenæum & eos secundum Hammonium interpretari.

Eranthemis, anthyllis, Dioſc. lib. 1. cap. 154.

Erali, quos uulgo extra statum positos dicimus, ex Budæo.

Erciscere, Prisca lingua significat diuidere. Apud Ciceronem primo de Oratore, erciscendi in secunda coniugatione legitur, ubi sic scribit, Nec si parui negotij & magni eadem est in gubernando scientia: idcircò qui quibus uerbis erciscere oporteat, nesciat idem erciscundæ familiæ causam agere non potest. Inde iudicium familiæ erciscundæ, id est, rei familiaris diuidendæ. Cicero pro Cecinna. In possessione bonorum quum esset & quum ipse sextulam suam nimium exaggeraret, nomine hæredis arbitrum familiæ exciscundæ postulauit. Sunt qui herciſco per aspirationem scribant, eius orginem reducentes ad uerbium Græcum ἐρκίζω, quod significat interſepire. Vnde.

Erctum, adiectiuum ἐρκτὸν, in libris antiquis legitur pro Arctum ab arcendo.

Erechites, Senecio apud Dioſc. lib. 4. cap. 98.

E regione, Ex aduerso & oppositō, ἀντικρύ, ἐξ ἐναντίας.

E re nata, Significat ex occasione rei præsentis capto consilium, αὐτόχρημα, ὅπη παρέπεσε, ἐξ ὧν ἂν τύχοι ἀφορμῆς. Et aliquando dicitur absolutè, è re nata: & aliquando cum coniuncto: ut, E re natum exordium dixit Quintilianus, intelligi uolens subito inuentum. Apul. E re anta fallacia, significatur enim mulicbris dolus ad fallendum subito excogitatus, non domi antè compositus, sed ex ipsa re & negotio exprompt us.

E re mea, πρὸς ἐμοῦ ἕνεκα ἐμοῦ. E re tua, uide suprà in E & Ex.

Eremigo, as, are, Enauigare, emetiri, Plinius libro 2. cap. 67. Circa Caspium quoque multa Oceani littora explorata, paruoque breuius, quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus.

Erēmŏdicium, n. s. ἐρημοδίκιον, Apud Iureconsultos de Minoribus. s. Ait. Prætor, dicitur quasi desolatum ac desertum iudicium, seu desertio causæ, absentia seu negligentia partū facta, quasi ἐρημοδίκιον, id est, causa deserta, uel uadimonium desertum. In uulgatis editionibus corruptè legitur hermodicium.

Eremus, mi. pen. prod. gen. fœm. s. ἔρημος. Solitudo, desertū. Hinc Eremitæ, ἀναχωρῆται, ἐρημῖται qui eremum, hoc est, locum solitarium religionis ergò incolunt.

E republica, id est, ex utilitate & commodo publico, κοινὸν συμφέρον. Suet. in Cæs. Plericq; pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente ea largitionem è republica fieri.

Erepo, is, ere, n. t Ex loco abdito in lucē repo. ἐρπύζω. Plaut. Aul. Foras lumbrice qui sub terras crepsisti modò. Interdum idem est quod ad loca alta & prærupta euado, ubi non modò pedibus, uerumetiam manibus ad ascendendum opus sit. Suet. in Tiberio, Territus quòd is à tergo insulæ erepsisset ad se.

Eresionem, siue Inresionem uocabant plantam oleaginea uellcribus & corollis inuolutam. Vnde & nomen. Cōtra pestilentiam facibus imponi solitum, ut est apud Aristophanem. Hanc & Corythalion dicebant, etiamsi pro laureo quidam ramo accipiant, in eundem lustrationis usum.

Eretrici, Canes, Apollinis iussu nutriti, qui & aratro terrā uertere dicebantur.

Erga, præpositio, licet eandem uim habere uideatur cum cōtra, beneuolentiæ tamen plena est, πρὸς, ut, Pro meo summo ergo te amore onus subeo. Ci. ad Lentulum, Epist. 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus. Terent. in Heaut. Timet omnia, patris iram, & animū amicæ se erga ut sit suæ.

Ergastĕrium, rii, n. s. ἐργαστήριον, Officina ubi aliquid operamur: ut est in Decretis, distinct. 44. Nulli clerico liceat tabernam, aut ergasterium habere. Inde Ergastes, æ. m p., ἐργαστὴς siue Ergasticus, operarius ab ἐργάζομαι.

Ergastŭlum, lib. pen cor. ἐργαστήριον. Taberna uel officina ubi lapides metallaue fodiuntur, uel aliud quippiam operis à uinctis seruis fit: dictum ab ἐργάζομαι, operor. Liuius 2. ab Vibe, Ductum se à creditore non in seruitium, sed in ergastulum, & carnificinam esse. Iuuen. Satyr. 8. Quid facias talem sortitus Pontice seruum? Nempè in Lucanos aut Tusca ergastula mittas. Accipitur etiam nonnunquam ergastulum pro illis qui ergastulis sunt inclusi. Varro, Misitque mox eò uirum qui tota ergastula libertate donaret.

Ergastŭlus, li, m. s. Dicitur seruus qui ergastulo inclusus, uel ex uinculis, aut compedibus opus facit, ἐρμίνιος δοῦλος. Plinius, Coli rura ergastulis pessimum est, ut quicquid agitur à desperantibus.

Ergastŭlarius, rii, m. s. Qui præest ergastulis, ὁ τῶν ἐργαστηρίων ἐπιστάτης. Columella lib 1. cap 8. docet quomodo ergastuli ab ergastulariis tractari debeāt. Ergastularii serui, ἐργαστῖνοι, ἑρμῖνοι.

Ergo, Illatiua siue completiua coniunctio est, quæ minoribus adhibetur clausulis, sicut igitur, ἄρα, τοίνυν. Aliquando incœptiua est, conueniens maximè indignationi, ἦτα, ut in carmine illo Augusti Cæsaris, quo Vergilij poēma uerat aboleri, Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nephas? Aliquando hortatiuo, ἄγε ἄγε. Verg. 2. Aen. Ergo agè chare pater. Aliquando uim nominis habet, accipiturq; pro ablatiuo causa, siue gratia, ἕνεκα. in qua significatione circumflectit posteriorem: perpetuoq; eam producit: quam aliàs habet indifferentē. Verg. 6. Aen. illius ergò Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. Sisenna lib. 3. Milites, ut ex Calphurnia concesserat, uirtutis ergò ciuitate donati.

Ergon, ἔργον latinè opus significat.

Erguminus, a. um, qui à dæmone agitatur, ab ἐργόμαι agitor, prohibeor.

Erice, es, uel Erica, æ, ἐρείκη Frutex est non multum à myrice differens, colore rorismarini, & folio non admodum dissimili. Flores emittit Autumni tempore, quum reliquæ omnes herbæ, & uirgulta defloruerunt: quare ab apibus præ florum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

florum aliorum inopia, maximè appetuntur: fitq; ex ijs mel quod ericæum uocatur, syluestrem, & minimè probatum saporem referens. Autor Plinius libro 24. capit. 5. & libr. 11. cap. 16.

Erigeneton, ἠριγένητον, herba à uerno tempore dicta.

Erigeron, penultima correp. a. ἠριγήρων. Herba est cauliculis subrubicundis, specie & mollitia trissaginem referens: ita dicta quòd Vere canescat, & quàm citissimè in albam quandam lanugenem abeat. Sonat enim erigeron Latinè Vernũ senem. Vnde etiam hodie nonnulli senecionem uocãt. Vulgò du Senecon.

Erigo, is, ere, erexi, erectum, a. t. Ab è & rego compositum, significat eleuare, uel attollere, ἀνίστημι Cic. pro Rosc. Amer. Quum simul arq; attigi, statim homo se erexit. Idem 1. de Legibus, Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cæli, quasi cognationis, domicilijsq; pristini conspectum excitauit. Per translationẽ accipitur pro consolari, & subleuare. Cicer. pro lege Manil. Diffidentemq; rebus suis confirmauit, & afflictum erexit, perditumq; recreauit.

Erectus, particip. Cicero, Ego uos ardentes & erectos ad libertatem recuperandum adhortabor. Idem ad Brutũ, Erectior Senatus erat non sententijs solùm nostris, sed cohortationibus excitatus.

Erineos, Epimedium herba, apud Dioscor. lib 4. cap. 28.

Erinum, medicamentum uocatur quod purgat caput per nares.

Erioxylon, pen. prod. ἠριόξυλον. Lana est quæ ab arboribus producitur. Vlpian. l. Si cui lana. ff. De leg. 3. Lana (inquit) lege data, etiam leporinam lanam, & anserinam, & caprinam credo contineri: & de ligno, quam Græci ἠριόξυλον, hoc est, ligneam lanam appellant.

Eriphia, ἠριφία, Herba est septem lanuginosis ramulis apii modo foliata, purpureo flore, & eo quidem perenni, semine fabaceo, totidem radiculis quod ramis. Hanc magi prodidere in auena scarabæum habere, sursum deorsumq; decurrentem cum sono hœdi: unde & nomen accepit. Vide Plinium libro 14. cap. 18.

Eripio, pis, a. t. pen. cor. Vi tollo: &, ut ait Pomponius Iurisconsultus, per raptũ è manibus aufero, ἐξαρπάζω, ἐξαιρούμαι. Terent. in Heaut. Crucior bolum tantum mihi ereptum tã subitò de faucibus. Duplicem omnino habet constructionem. Interdum enim cum accusatiuo habet datiuũ, & tunc ferè in malam partem accipitur, ut Vallæ placet. Aliquando uerò cum accusatiuo habet ablatiuum, præcedente aliqua præpositione; & tunc sæpius in bonam partem accipitur, nonnunquam tamen etiam in malam. Sed hæc Vallæ differentia non est omnino uera. Nihil enim usitatius est his locutionibus, Eripere aliquem morti, periculo, damno, dolis, & similibus: ubi certè quamuis accusatiuum habeat cum datiuo, in bonam tamen partem accipitur. Verg. 12. Aeneid. Accelera, & fratrem, si quis modus, cripe morti. Plinius in Epist. Eripe me huic tormento.

Eris, idis, s. t. id est, contentio, ἔρις. Est & herbæ nomen in Aegypto nascentis, aro similis, nisi quod minor est, & minoribus folijs ac radice quæ tamen grandis oliuæ magnitudinẽ implet.

Erisichthon, uide Eresichton.

Erithacus, ci, ἐρίθακος. Auis est solitaria, formam & colorẽ mutans cum nomine. Nam hyeme tantum erithacus, æstate phœnicurus appellatur, à puniceo caudæ colore. Autor Plinius libro 10. cap. 29. Theodorus ex Aristotele rubeculam uertit.

Erithales, ἐρίθαλης. Herba est semper uirens, quæ alio nomine sedum, siue serpentinum minus appellatur. Vide Plinij lib. 25. cap. 13.

Erodius, m. s. ἐρωδιός Homero, Auis est quę in coitu sanguinem exudat: unde & nomen impositũ creditur. Quæ tamen auis sit, nõ satis cõuenit inter scriptores. Suidas enim ciconiam putat esse, aut aliquam ciconiæ similem, putatq; erodion dictam quasi clodion. quod scilicet in paludibus uersetur. Augustinus fulicã esse credit, Theodorus ardeolã.

Erõdo, is, ere, Idem quod rodere. Plinius libro 11. capite 29. Omnia uerò morsu erodentes. Columella lib. 10. Nec solùm teneras audẽs erodere frondes. Erosus sale, Plin. lib. 12. cap. 9.

Erogẽnetõn, ἐρωγένητον. Herba est sic dicta quòd amatoriis conueniat, γενάω, enim, & γεννῶ gigno, & ἔρως amor dicitur.

Erõgo, as, a. p. pen. cor. Distribuo, & expendo, ἐπιδίδωμι. Cic. 7. Verr. Multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas atq; inanes esse perscriptas. Inuenitur etiam exrogare, quod est (ut Festus inquit) ex lege uetere per nouã legem eximere.

Eros, ἔρως. Amor latinè dicitur: unde erotica carmina, id est, amatoria. Fuit etiam nomen Comœdi, cuius meminit Cicero in Oratione pro Roscio Comœdo.

Erothales, Aizoum maius apud Dioscor. lib. 4. cap. 91. Sic dictum quia amatorijs conueniat.

Erotema, atis. n. t. ἐρώτημα. Nobis interrogationem sonat. Est item erotema, aquilæ figura quædam, quam Cicero interrogatũ uertit: qua utimur ubi exacerbando aliquid interrogamus ut exaugeamus rei inuidiã. Differtq; à pysmate, hoc est, à quæsito, quòd ad erotema una uoce responderi possit negando uel confitendo: ad pysma uerò, non nisi pluribus.

Erõtylõs, ἐρωτύλος, Gemma eadem quæ mepicoros, & hieron demion dicitur: à Democrito præcipuè laudata in argumentis diuinationum. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Erro, erras, errare, n. p. Est huc illuc, quò nos fortuna fert diuagari, πλανᾶσθαι. Ver. 1. Aen. Heus inquit, iuuenes, mõstrate, mearum Vidistis si quam hîc errantẽ fortè sororum. Cic. 1. Tusc. ex Homero, Qui miser in campis mœrẽs errabat Alexis. Sed quoniam pecudes errando, id est, uagando pascuntur, errare ponitur pro pascere. Vergil. 3. Eclog. Millæ meæ Siculis errant in montibus agnæ. Errare aliquando est putare, uel approbare uerum esse quod falsum est, uel falsum esse quod uerum est: uel certum pro incerto, siue falsum, siue uerum sit, σφάλλομαι, πλανῶμαι. Vnde sciendum quòd licet quis absque ignorantia errare nequeat, non tamen qui aliquid nescit, continuò errat: sed qui existimat scire quod nescit, & falsum pro uerum, siue incertum pro certo approbat. Hæc tamen significatio metaphorica est. Cic. 12. Phil. Cuiusuis est hominis errare, nullius nisi insipientis, perseuerare in errore. Idẽ 5. Verr. Errauit, an potius insaniuit Apronius? Terent. And. Huic non tibi habeo, ne erres. Idem Eun. Quid tu his reb. credis fieri? tota erras uia. Composita uerbi erro sunt, Aberro, quod est errando à re aliqua recedo, uel longè uagor, ἁφαμαρτάνω. Cic. 3. Tuscul. Sed redeat unde aberrauit oratio. Deerro, oberro, circumerro. Lactant. lib. 2. Vulgus existimat mortuorum animas circa tumulos, & corporum suorum reliquias aberrare. Pererro, errando peragro. Colum. in præfatione lib. 1. Sẽper ritu uolucrum longinqui littoris, peregrinus ignotum pererret orbem. Exerro, ualde erro. Cyprianus ad Ianuariũ, Ne quis exorbitans, & à uia ueritatis exerrans, apud hæreticos iungeretur.

Error, ris, m. t. ut scribit D. Augustinus in Ench. est existimatio, uel approbatio ueri pro falso, & certi pro incerto, uel conuerso, πλάνη. Cic. 1. Acad. Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reip. misero, funestoq; compulsi: etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. Hor. in Art. Quid deceat, quid nõ, quò uirtus, quò ferat error. Propriè autem error, est deflexio à uia, quum scilicet uiæ ignari extra institutum iter deflectimus. Inter errorem & errationem hoc interesse Donatus existimat, quòd error animi sit: erratio, pedum, περιφορά. Terentius in Adelph. Sanè hac multò propius ibis, & minor est erratio, id est, minus est spatij per quod erretur. Cicero de Vni uersitate, Itaq; eum ab omni erratione liberauit.

Errabundus, di, Affatim uel ualde errans, uagabundus, πλανώμενος, περινοστῶν. Liu. 1. ab Vrbe, Quum nũc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimũm illas uisuri, peruagarentur. Verg. 6. Eclog. Si qua fortè ferant oculis sese obuia nostris Errabunda bouis uestigia.

Erraticus. ca, um, Idem penè est quod uagabundus, qui scilicet certa sede carens, errat & uagatur, πλανητός. Gel. libr. 2. cap. 2. Interibi aliquot ex ijs qui aderant, erraticum esse hominẽ dicere, & nullius rei, incolamq; sordentium ganearũ. Hinc etiam herbæ erraticæ, & frutices erratici dicuntur qui non sunt satiui, sed ubiq; sua sponte latè serpunt. Plin. lib. 19. cap. 8. Est & erraticum intubum quod in Aegypto cichoriũ uocant. Sic Erratica brassica, apud Columellam.

Erratum, ti. n. s. peccatum, σφάλμα, πτῶσμα. Cicero Tironi, Tantum mihi dolorem cruciatumq; attulerunt errata meæ ætatis, ut non solùm animus à factis, sed aures quoq; à commemoratione abhorreant. Idem 2. de lege Ag. Cui errato nulla uenia rectè facto exigua laus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Erratio, onis, uide Error.

Errones. m. t. Qui incertis ſedibus uagantur, πλανητὰ, πεφοιτηκότα, ἀλητὰ. Tibullus, Atq; iterum erronem ſub tua ſigna uoca. Sappho apud Ouidium in Epiſtola, Nec uos erronem telluri adinittere noſtrum. Vlpianus, Errones appellãtur ſerui qui non quidem fugiunt, ſed frequenter ſine cauſa uagantur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redeunt.

Erŭbĕſco, ſcis. n. t Propriè ſignificat rubore ſuffundor, uel rubeus fio, ἐρυθριάω. Ouidius 2. Amo. Eleg. 8. Senſi te totis erubuiſſe genis. Et quia quos alicuius rei pudet ferè rubore ſuffundũtur factũ eſt ut erubeſcere accipiatur pro pudore ſuffundi. Cic. 1. de Legibus, Erubeſcunt pudici etiam loqui de pudicitia.

Eruca, cæ f. p pen prod. Genus uermis qui in olerum folia repit, abroditq; præſertim braſſicas, κάμπη. Vnde etiam ab erodendo eruca appellata eſt. Colum. lib. 11. Vbi uerò apricis regionibus, poſt pluuias, noxia inceſſerunt animalia quæ à nobis appellantur erucæ, Græcè autem κάμπαι nominantur, uel manu colligi debent, uel matutinis temporibus fruticis olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent noctur no frigore, ſi deciderint, non amplius in ſuperiorem partem proſepunt. Eſt etiam herba quędam, uirtutis calidę, quæ uenerẽ excitat, ἴυλλωμον. Ouid. de Remedio amor Nec minus erucas iubeo uitare ſalaces. Colum. lib. 10. Excitet ut ueneri tardos eruca maritos.

Eructo, as. a. p. eſt frequentatiuum uerbi erugo, is. ἐρεύγω. Erugere enim (ut Feſtus docet) ſemel factum ſignificat, eructare ſępius. Eſt autem eructare, ructando aliquid eijcere. Horum omnium primitiuum eſt uetus uerbum rugo, is, ruxi, ructum. Vnde ſit Ructus, huius ructus, uerbale, quod crudi ſtomachi ſonitum ſignificat, quem edere ſolent qui plus æquo onerarũt uentriculum, ἐρυγὴ. Item Ructo, ctas, quod eſt ſonitum eiuſmodi edere, ἐρεύγω Iuuen. Si benè ructauit, ſi rectè minxit amicus. Pro eodem etiam nonnunquã inuenimus ructor deponens. Horat. Hic dum ſublimes uerſus ructatur. Hinc rurſus fit ſecundum frequentatiuũ ructito. Colum. lib. 7. Gemitus exprimit, locoq; ſtare non patitur: ſæpe decũbere & ructitare cœpit, caudamq; que crebrius agere. Eructare autem propriè (ut iam diximus) ſignificat ructando aliquid emittere, uel eijcere. Verg. 3. Aeneid. de Polyphemo, eructans, ac fruſtra cruento Per ſomnum commiſta mero. Per translationem tamen accipitur pro quouis modo eijcere. Verg. 6. Aen. de Acheronte, uaſtaq; uoragine gurges Aeſtuat, atq; omnem Cocyto eructat arenam A ructo fit etiam alterum compoſitum irructo. Plautus in Pſeud. Quid tu, malùm, ergo in os mihi ebrius irructas?

Eruděrō, as n. p, pen. cor. Ruderibus expurgo, ἐξερπιόω. Sunt autem rudera purgamenta, puta cæmentum, lapides confracti, arena, calx, & huiuſmodi ex ruinis congeſta. Hinc ruderatus ager, qui ueterum ędificiorũ materia ſcatet. Eruderare itaq; eſt purgare, & rudera eijcere. Varro ſecundo de Re ruſtica cap. 2. Solum oportet eſſe eruderatum, & proclivum, ut euerri facilè poſſit.

Erudio, is, a. q pen. cor. Significat ex rudi doctum facio, σοφίζω, παιδεύω. Ci. 1. Tuſ. Philoſophia uerò omnium mater artium, quid eſt aliud niſi ut Plato ait, donum: ut ego, inuentũm deorum? Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum quod ſitum eſt in generis humani ſocietate tum ad modeſtiam, magnitudinemq; animi erudiuit.

Eruditio, f. t. pro doctrina, παίδευσις, παιδεία. Cicero. 1. de Finibus, nullam eruditionem eſſe duxit niſi quæ beatæ uitæ diſciplinam iuuaret. Idem. 1. Acad. Sine eruditione Græca intelligi non poſſunt. Idem 2. de Orat. Omnis eruditionis expers, atq; ignarus.

Eruditus, participium, Edoctus. Cic. Q. Fratri, lib. 1. Sic uerò fallaces ſunt permulri, & leues, & diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi. Idem 3. de Orat. Non ne Socraticis erant diſputationibus eruditi?

Eruditus, nomen, Doctus, ſciens, πεπαιδευμένος, ἐπιστήμων. ut, Erudita operatio, id eſt, ſcitè facta. Plin. lib. 11. cap. 24. Tertiũ araneorum genus erudita operatione conſpicuum. Diſcipli na iuris ciuilis eruditiſſimus, Cicer. 1. de Orat. Columella lib. 8. cap. 16. Doctaq; & erudita palata faſtidire docuit fluuialem lupum. Quintil. lib. 1. cap. 5. Hoc eruditius quæritur. Vide Doctus in doceo.

Eruditulus, li, diminutiuum. Catul. in Mamurram & Cæſ. Morbo ſi pariter, gemelli utriq; Vno in lectulo, erudituli ambo.

Erugo, as, a. p. pen. prod are. Eſt cutem extendere, & rugas tollere. ἐκρυτίζω. Plin. lib. 21. cap. 19 Lichenas, & lepras, & fures in facie, emendant: erugant corpora.

Erugatio, uerbale, quo uſus Plin. lib. 28. cap. 12.

Eruiangina uide Orobanche.

Erŭilia, æ. f. p. Genus eſt leguminis, folio quàm fabalongiore, flore apibus gratiſſimo: ideò rei ruſticæ ſcriptores circa aluearia ſeri præcipiunt, ὦχρος. Columel lib. 1. Saſerna putat agros ſtercorari lupino, faba, uiti, eruilia.

Erumpo, is, n. t. Cum impetu egredior, ἐξορμῶ. Cæſ. 1. bel. Ciu. Quo paratiores eſſent ad inſequendum omnes, ſiue noctu, ſiue interdiu erumperent. Cic. 1. in Catilinã, Sed neſcio quo pacto omnium ſcelerum, ac ueteris furoris, & audaciæ maturitas in noſtri Conſulatus tempus erupit. Inuenitur etiã interdum actiuè poſitum cum accuſatiuo à tergo. Terent. in Eunucho, iam ne erumpere hoc licet mihi gaudium?

Eruptio, uerbale, quæ propriè dicitur quũ milites ex urbe uel ex caſtris impetum in hoſtes faciunt. Cæſar. 1. bell. Ciuil. Nõ ſolùm ab eruptionibus caueant, ſed etiam ſingulorum hominum occultos exitus aſſeruent.

Erunco, as, Herbas noxias & ſpinas, frutetaq; extirpo, ἐκβοτανίζω. Antiqui enim, teſte Feſto, runcam dicebant, quæ deinde runcina cœpit uocari, hoc eſt, inſtrumentum ferratum quo radices ſpinæq; in agris ſolent excindi. Hinc uerbũ runcare, & compoſitum eruncare.

Eruo, is, a. t. Eiicio, extraho, ἐξερύω, ἐξορύω. Colum. lib 7. cap. 5. Subluuies & intertrigo pice per ſe liquida, uel alumine & ſulphure atq; aceto miſtis ritè eruentur. Plin. libr. 11. cap. 37. Certè nulli ſint redundantia eius eruitur oculus. Lactant. li. 4. Ipſe ſibi oculos eruat, ut omnes cæci ſint. Interdum eſt in totum deſtruere, ἀνατρέπειν. Lactantius lib. 7. Eruentur funditus ciuitates. Verg. 2. Aeneid. Troianas ut opes, & lamentabile regnum, Eruerent Danai. Eſt etiam eruere, perſcrutando inuenire, & ueluti ex abditiſſimis latebris in lucem proferre. Cic. pro Muræna, Ex Annalium uetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ. Sic Idem 2. de Orat. dixit, Cura & cogitatione aliquid eruere: hoc eſt, inueſtigare & inuenire. Idem 1. Tuſc. Si uerò ſcrutari uetera, & ex ijs ea quæ ſcriptores Græciæ prodiderunt: eruere coner, &c.

Eruum, n. ſ. ὄροβος, Genus leguminis, ſiliqua cylindracea, fructu lignoſo, nec lenticulæ diſſimili: cuius duo ſunt genera, alterum candidum, alterũ rufum. Candidum dulcedine præſtat. Vtraq; in ſiliquis grana ſine ſepto habet quę ſe inuicem, ut piſa, tangant. Siliquæ forma teres, & ad rationẽ grani cylindracea. Parientiſſimum uetuſtatis eſt: in eo tamen phalangium innaſcitur. Col. Eruũ lætatur loco macro, nec humido: quia plerunq; crũpitur. Verg. 1. Ecloga. Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurus eruo. Dictum eruum ab eruendo: capitur enim, & manu uellitur. Hoc ſemen à Delphinatibus apud quos abundat, illorum lingua uocatur Des ertz.

Eryngion, n. ſ. ſiue Erynge, ἠρύγγιον, Herba ex genere aculeatarum, paſſim in campeſtribus naſcens: quam alio nomine à capitulorum multitudine Centum capita appellant. Vide Plinium lib. 22. cap. 7. & lib. 21. cap. 15. & 16.

Eryngion, Aloë apud Dioſc. lib. 3. cap. 24.

Eryſimon, ἐρύσιμον, Semen eſt non diſſimile ſeſamo, teſte Galeno lib. 1. de Aliment. facul. ſed deterius, patriuſq; nutriens. Romani irionem uocant, teſte Plinio lib. 22. cap. ult.

Eryſipelas, atis, neut. gen, ἐρυσιπέλας. A Celſo dicitur eſſe ulceris genus, quum ſuper inflammationem rubor ulcus ambit, isq; cum dolore procedit. Naſcitur ex intemperie compoſita primarũ qualitatũ cum affluxu flauæ bilis, teſte Galeno lib. 1. de Differ. morb. Apud Celſum titulus quidam ſic habet, Curatio eryſipelatum: ac ſi nominatiuus eſſet eryſipela, quo in loco arbitror legendum, Curatio eryſipelatum.

Eryſipelas, autore Galeno, is tumor eſt, qui ex tenui ſanguine interim & cum bilis parte incenſo ac feruente conſiſtit. Serenus. Eſt etiam morbi ſpecies, quæ dicitur ignis, Languida quo multo torrentur membra calore. Quanquam me non fallit quid alii faciant ἐρυσιπέλαν. Fit in uulua, quando uulua affectũ igni ſimilem ſentit, & tunc inflamatur ipſa, & in aliquibus penetrat interdum uſq; ad alias partes ſecundæ. Vel, Eſt rubor inflammatus, qui cum ardore febrem aliquando, interdum horrorem infert.

Eryſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Erysiſceptrum, Græcè ἐρυσίσκηπτρον. Multæ herbæ hoc cognomine apud Dioſcoridem legũtur, quo nominis etymo, aut qua tandem ratione, non uideo: niſi quòd Hermolaum Barbarum, & M. Vergilium dubitare uideo. Aſphaltum uocat.

Erythace, f r ἐρυθάκη, herba quam alii Sandarachám, alii Ceriuthum nominant. Hic eſt apum, dum operantur, cibus, qui ſæpe in fauorum inanitatibus inuenitur ſepoſitus, ſaporis amari, ſed plenus humoris. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. Erythacen uocant, qua fauos extremos inter ſe conglutinant. Erythace à coloris rubedine dicitur. Græcè enim ἐρύθημα ruboꝛ appellatur.

Erythacus, Vide Eritachus.

Erythini piſces. Plin. lib. 9. cap. 16.

Erythra, Meliſſophyllon Dioſc. lib. 2 cap 117.

Erythranon, à colore Acinorum, Hæderæ genus, de quo uide Barb. in Coroll.

Erythranum, Satyrium Dioſc. lib. 3 cap. 146.

Erythrodanum, ἐρυθρόδανον, Herba eſt, rubram habens radicẽ, qua tinguntur lanæ. Latini rubiam appellant. Vulgus Carentiam. Vide Plinium lib. 24. cap. 11.

Erythronion priapicum, Satyrion Dioſc. lib. 3 45.

Erythros, ἔρυθρος, Frutex alio nomine Rhus appellatus, cuius folio coriarii in condepſandis pellibus utuntur. Vnde & excoriarium fruticẽ quidam appellarunt. Vide Plinium libro 14. cap. 11. Viurnam uocant.

Erythrotaones, ἐρυθροτάονες, Ex anſerũ genere uolucres, in quibus nitor eximius, abſolutaque nigritia, & in ſupercilijs cocci rubor: ita dicti, quaſi ἐρυθροιταῶνες, hoc eſt, rubri pauones.

E S. In notis antiquorum. E ſenatu. E.S.AE.MR. è ſacra æde Martis. ESS. VDD. MM. R. eſſe. udendum monumentum Regis. EE. eſſe, uel ex edicto. EE. IP. eſſe in poteſtate, uel in poſterum. EE. MG. P. eſſe magis poteſt, uel magiſter poteſt. EE. M. F. I. eſſe magis fieri iuſſit. E E. N. P. eſſe non poteſt. E E R G. R. eius ergo rex.

Eſalon, ſeu potius Aeſalon, ἀϊσάλων, Auis eſt ex accipitrum genere, perpetuum cum uulpe bellum gerens. Plin. libro 10. cap. 74. Aeſalon uocatur parua auis, oua corui frangens, cuius pulli infeſtantur à uulpibus. Inuicem hæc catulos eius ipſamq; uellit. Quod ubi uiderint corui, contrà auxiliantur, uelut aduerſus communem hoſtem.

Eſca. f. p. ab edendo dicta: Cibus non ſolùm hominum, uerum etiam omnium animalium, βρῶσις. Ouid. 2. Amor. Ele. 6. Nux erat eſca tibi, cauſæq; papauera ſomni. Cic. 2. de Natu. deor. Sus uerò quid habet præter eſcam? Accipitur præterea pro eo quod datur auibus, piſcibúsue decipiẽdi gratia. Cic. de Sen. ect. Diuinè enim Plato eſcam malorum uoluptatem appellat, quòd ea uidelicet homines capiantur, ut hamo piſces. Vnde inesco, as, eſt porrecta eſca decipere aues, uel piſces, δελεάζω. & per translationem, homines aliqua illecebra in perniciem adducere. Terent. in Adel. Nunquam rem facies: abi, neſcis inescare homines, Sannio.

Eſcarius, a, um, Quod ad eſcam pertinet: ut, Eſcaria uaſa, σιτρόν. Plin lib. 36. cap. 36. Ad eſcaria uaſa totum rubens uinũ, non translucens. Eſcaria menſa, teſte Feſto, dicitur quadrata, in qua homines epulantur. Vincula eſcaria. Plaut. in Menæ. Facilè afferuabis dum illo uinclo uincies. Iſta iſthæc nimis lenta uincula ſunt eſcaria.

Eſculentus, a, um, Quod eſui aptũ eſt, τρόξιμος βρώσιμος Plin. libr. 10. cap. 10. Noratũ, miluos nihil eſculenti rapere unquã ex funerum ferculis. Cic. 2. de Nat. deo. Atq; ita eligere ex iis quæ ſunt eſculenta. Ibidem. Iam guſtatus, qui ſentire eorum quibus ueſcimur, genera deberet, habitat in ea parte oris, qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit.

Eſchara, æ, ἐσχαρά, A Græcis dicitur crutta, ſiue durities illa, quæ uulneribus per cauteria quædam induci ſolet, quũ ſanguis aliter ſiſti non poteſt.

Eſcharotica medicamenta, ἐσχαρωτικὰ φάρμακα, dicũtur cauſtica, quæ uim habent eſcharam, hoc eſt, cruſtã inducendi.

Eſchaſmenos, Onobrichis, apud Dioſc. lib. 3. cap. 171.

Eſculus, f. f. Arbor eſt ex genere glandiferarum, eadem cum illa (ut nonnulli exiſtimant) quam Theophraſtus φηγὸν λον, id eſt, latifolium appellat. Eſt autem fago magnitudine, & glande inferior, duplicem ferens gallam, alteram quernæ non diſſimilem, ſed nulli rei utilem: alterã nigram, tinegendis lanis utiliorẽ. Dicta eſculus, teſte Ser. in 2. Geor. quòd primi mortales, nondũ inuentis frugib, glande eius pro eſca uterentur. Idem tamen Ser. autor eſt principiũ huius uocis diphthongo ſcribi cõſueniſſe: cui tamen cõſuetudini hodie doctiores non obtemperant, plus originis rationi, quàm Seruilii autoritati tribuẽtes. Verg. 2. Georg. Altius, ac penitus terræ defigitur arbos, Eſculus in primis, quæ quantum uertice ad auras Aetherias, tantòm radice ad Tartara tendit. De hac arbore uide plura apud Plin. lib. 12. cap. 1. & lib. 16. cap. 4. & libro 17. capite 20.

Eſdra, Compoſitio ualens ægritudinibus cerebri, haud ſcio an propheræ illius, qui in Bibliis ſacris celebratur, an ſub ipſius nomine confecta, cuiuſmodi ſunt haud parum multa. Deſcribitur ab Nicolao.

Eſopos, Sylueſtris lactucæ genus, quam Dioſc. uocat ſylueſtrem lactucam.

Eſto, Vide Edo, es.

Eſquiliæ, Vide Exquiliæ.

Eſſedum, di, n. ſi pen. corr. Vehiculũ Gallorũ, Britannorũq; apud Belgas primò repertũ. Cic. Att. lib. 6. Hic Vedius uenit mihi obuiam cum duobus eſſedis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Verg. 3. Geor. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. Legitur etiam eſſeda in gen. fœm. Sen. Epiſt. 57. In iis quæ me ſine uocatione circũſtrepunt, eſſedas tranſcurrẽtes pono. Hinc dicti eſſedarii, qui eſſeda regũt, aut qui ex eſſedis pugnant. Cicer. Trebat. Tu qui cæteris cauere didiciſti in Britannia ne ab eſſedariis capiaris, caueto. Cæſ. 5. bel. Gall. Equites hoſtiũ, eſſedariiq; acriter prælio cum equitatu noſtro in itinere conflixerunt.

Eſſentia, οὐσία, f. p. Vocabulum eſt religioſis quidem Latinæ Linguæ obſeruatorib. nõ uſitatũ, à Philoſophis tamẽ melioris inopia in uſum receptũ, pro ipſo eſſe cuiuſuis rei, quam οὐσίαν Græci appellant. Auguſt. lib. 11. de Ciuit. Dei, Sicut ab eo quod eſt ſapere, uocatur ſapientia: ſic ab eo quod eſt eſſe uocatur eſſentia, nouo quidem nomine, quo uſi ueteres nõ ſunt Latini ſermonis autores, ſed iam noſtris temporib. uſitato, ne deeſſet etiam linguæ noſtræ, quod Græci appellant οὐσίαν, hoc enim uerbũ è uerbo expreſſum eſt, ut diceretur eſſentia. Quint. lib. 8. cap. 3. Quorũ dura quædam admodũ, ut ens, & eſſentia: quæ cur tantopere aſpernemur nõ uideor niſi quòd iniqui iudices aduerſus nos ſumus: ideoq; paupertate ſermonis laboramus. Hinc eſſentiale, οὐσιῶδες, quod eſt eſſentiæ: & Eſſentialiter, οὐσιωδῶς. ſecundum eſſentiam. Vocabula ſunt ſolis Philoſophis & Theologis uſurpata.

Eſto, uide Sum.

Eſtrix, Eſurio, Eſuritio, Eſuritor, uide Edo, es.

E T

E T. In notis antiquorum etiam, FT NC, & nunc.

Et, καὶ, Coniunctio eſt Græca τὸ, quam Latini inuerſione literarum ſuam effecerunt. Eſt autem copulatiua: ut, Cicero eloquens fuit, & Philoſophus. Duplicatur; interdum, ac completiua eſt in diuerſis rebus: ut, Te admirantur & ciues & hoſpites. Vergilius 1. Aeneid. multùm ille & terris iactatus & alto. Modò accipitur pro etiam Idem 2. Aeneid. Quorum Iphitus æuo Iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyſſi. Modò interrogatiua, ſeu expletiua. Vergilius 1. Ecloga. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi? Modò indignatiua, εἶτα. Vergilius 1. Aeneid. & quiſquam numen Iunonis adoret, Præterea aut ſupplex aris imponat honorem? Cic. pro Milone, Et ſunt qui de Appia uia loquantur, taceant de Curia? Vergil. 6. Aeneid. Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis? Ponitur interdum ἐξηγητικῶς, pro hoc eſt, ſiue id eſt. Plautus, Annos natus iam ſexaginta, & ſenex. Interdum pro quia. Verg. in Buc. Audierat, & fama fuit. Quin. li. 1. cap. 1. Has primùm audiet puer, harũ uerba effingere imitando conabitur: & natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ mollibus annis percipimus. Plerunq; ſententiarum initiis competit, quemadmodũ & Græcis καὶ. Idẽ, Et finitæ quidẽ ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pollicetur. Interdũ ponitur pro aduerbio ordinandi. Verg. corpus; q; lauant frigentis, & ungunt. id eſt, deinde ungunt. Item pro quanuis, ſiue tamen. Cic. de Senect. Defendi legem Voconiã magna uoce, bonis q; lateribus, & uidetis annos meos. id eſt, tamẽ uidetis quàm iam ſim ſenex. Huius cõpoſita ſunt, etſi, ἐάν καὶ & tametſi. Et cætera, Sunt qui plurimũ referre putẽt, extenſim hæc clauſula ſcripta ſit, an præſcriptis notis, &c. Quod Alciatus ridiculum arbitratur, &, refertq; dictionem. Cætera deductam à Græco, καὶ ἕτερα, id eſt, & alia. Et ideò cum abbreuia-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tionis causa apponitur, eius uirtutis censeri, alia repetita, quæ ex natura & consuetudine actus requirebantur.

Etenim, Idem ualet quod nam, enim, quia: & ferè primum in oratione locum uendicat. ἀμέλει καὶ γάρ. Cic. 4. Verr. Etenim quoniam numerum iniuriarum nobis non possum exponere, sigillatim aût de uniuscuiusq; incõmodo dicere infinitum est, genera ipsa iniuriarũ quæso cognoscite. Idem 2. de Diuin. Etenim ex diuisione hoc secundum est. Plin. Etenim multa de hac Magi prodiderunt, quæ nobis non sunt cõmemoranda. Inuenitur tamen & secundo loco. Sen. Quis enim inter tot corporis cruciatus, felicẽ quenquã esse posse existimat? Accipitur aliquando pro quippe. Cic. pro Flac. Neq; in totum Aemonensium testimonio cõmouebor: etenim quibus ego istam laudationem remittam. id est, quippe quibus, &c. Nonnunquã diuisa compositione per duas dictiones effertur, uocula aliqua in medio interiecta. Cicer. de Clar. Orat. Et dicere enim bene nemo potest. hoc est, etenim dicere bene.

Eterocrithon, Genus hordei, à rubigine, & quoniam incurium nascitur.

Ethanion, n. s. ἠθάνιον, Vasis ænei genus est, quo Aegyptii uti consueuerunt. Nam (teste Athenæo) in Aegyptiorum omnibus ferè domibus tria erãt uasa ænea, cyathus, phiala, & ethanium.

Ethesius, teste Plinio libro 36. cap. 28. Lapis est ex quo confici solent mortaria.

Ethice, es, uel **Ethica**, æ, ἠθικὴ, Pars est philosophiæ ad mores pertinens, quæ à Latinis moralis appellatur. Cic. de Fato, Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci uocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem.

Ethicus, penultima correpta. ἠθικός, Idem quod moralis, quod scilicet ad mores rectè instituendos pertinet. Cic. in Orat. Duo sunt etiam, quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est quod Græci ἤθη κὸν uocant, ad naturam & ad mores, & ad omnẽ uitæ consuetudinem accomodatum.

Ethica, orum, ἠθικὰ, τὰ, opus moralem tractãs philosophiam: quo nomine Aristoteles opus suum de moribus inscripsit.

Ethmoides, id est, cola, uocantur narium meatus, quibus olfactus perficitur. Gal. lib. de Olfactus sensorio.

Ethnearches, æ, m. p. ἐθνεάρχης, Gentis princeps.

Ethnearchia, Principatus uel præfectura.

Ethnicus, m. s. peo. cor. ἐθνικός, Gentilis: ab ἔθνος, quod gentem significat. Hieron. cõtra Iouin. Et si ducendæ essent, uxores Christianas tantùm accipi iuberet, an & Ethnicas?

Ethologus, m. s. pen. cor. ἠθολόγος, Morũ expressor, qui gestu ipso corporis, & sono uocis ita exprimit mores hominũ, ut gestibus loqui uideatur. Cic. 2. de Orat. Mimorum est enim & ethologorum si nimia est imitatio, sicut obscœnitas, &c. Quibus uerbis Cicero nimiã in oratione imitationẽ reprehendit, quasi mimicam, non oratoriam. Bud.

Ethologia, æ. ἠθολογία, Est affectuum morum q; personæ alicuius effictio. Quint. lib. 1. cap. 9. Ethologia personis continetur. Ethologia Rutilio Lupo figura est sententiarum, quum uerbis, sono q; uocis exprimitur ac describitur hominis alicuius consuetudo & mos.

Ethopœi, m. s. ἠθοποιοί. Dicuntur histriones, qui mores & gestus imitantur eius personæ, quam sustinent.

Ethopœia, ἠθοποιΐα, Est morum, affectuum q; alicuius expressio, quæ & ethologia à nonnullis appellatur. Differt à Prosopopœia, teste Aquila, quòd in hac personas fingimus, quæ non sunt: in Ethopœia uerò certis quibusdam personis uel ad improbitatem, uel ad dignitatem sermonem accommodatè effingimus.

Ethos (ut inquit Quintilianus) uno uerbo Latinè dici non potest, hoc enim omnes mentis habitus continentur, à quo pictores quidam & statuarii ethici dicti sunt. Budæus.

Etiam, Coniunctio est, idem significans quod quoq;. Plaut. Tũne etiam id rescisti miser? Aliquando significat adhuc, ἔτι. Terentius in Adelphis, Nihil suspicans etiam mali. Ibidem, Non satis me pernosti etiam qualis sim, Simo. Aliquando præterea. Idem in Andria, Etiam puerũ inde abiens conueni Chremis. Ibidem, Imò etiam, quòd tu minus scis ærumnas meas, Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Etiam, responsio est affirmatiua, quemadmodum & ita. Plinius Tacito, Studes inquam? Respondit, Etiam. Vbi? Mediolani. Aliquando & affirmandi uim habet, nulla tamen præeunte interrogatione, ut idem sit quod sic. Cicero pro Rosc. Comœ. Si non, quomodo tabulas conficis? Si etiam, quamobrem quum cętera nomina in ordinem referebas, hoc nomẽ triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduersariis relinquebas? Accipitur & pro quin potius. Plin. in Paneg. Nullius ab eo magistratus ius, nullius autoritas imminuta est, aucta etiam. Ponitur quoq; interdũ ita ut ab ea intelligatur non solùm. Cic. ad Lent. Quumq; ea cõtentio mihi magnum, etiam foris fructum tulisset. hoc est, non solùm domi, & in urbe, sed foris etiam & extra urbem. Idem Attic. lib. 9. Etiam hæc me solicitant, quasi dicat, non solùm maxima ista, sed etiam minima. Etam atq; etiam, pro ualde, sum mopere. Cic. 6. de Finib. Atqui iste locus est Piso tibi etiam atq; etiam confirmandus. Etiamdum, pro adhuc. Terent. Hoc ego mali uno pridem inueni, neq; etiamdũ scit pater, Etiamne. Plautus in Asin. Teq; obsecro hercle, ut quæ loquutus, despuas. D. Fiat: geratur mus tibi. L. agè excrea. D. Etiamne? L. Agè quæso hercle usq; ex penitis faucibus. C. Etiam. L. Amplius. D. Nam quousq;? L. usq; ad mortem uolo. Cic. Att. lib. 10. Etiamnum idem quod adhuc, uel ad hoc usq; tempus. Plaut. Tru. Mihi etiãnũ quid negotii, falsus, incertus q; sum: nisi quia timeo tamen. Pro eodem etiã legimus etiamnũc. Idem in Amph. Lassus sum hercle è naui, ut uectus huc sum, etiamnũ nauseo. Ponitur pro & statim, illico, & extemplò. Plaut. in Aul. Abscede hinc etiamnũc. Etiamtũ, pro usquetunc, uel usq; ad id tempus, uel tunc adhuc. Terent. Hęc. Me educit foras, narratq; ut uirgo ab se integra etiamtũ fuerit. Cic. de Orat. Omnes etiamtũ retinebant illum Periclis succum. Adrian. Card. Quod multi, inquit, inscitè quidem & minus Latinè dicunt, usq; nunc, usq; tunc, usque ad id tempus, perfecti illi Romani sermonis parentes, etiamnunc, etiamtunc, uel etiamnum, etiamtum dicebant.

Etsi, καίτοι, Coniunctio aduersatiua est, indicatiuum exigens quemadmodum & quanquam: quum tamen quanuis & licet magis subiunctiuo gaudeãt. Plaut. in Trin. ibo huc Quòd mihi imperatum est: etsi odi hanc domum. Terent. in And. Ibo: etsi hercle sæpe iam me spes hęc frustrata est. Cic. pro Milone, Etsi uereor Iudices, &c. Interdũ etiam cum subiunctiuo inuenitur. Cic. de Amic. Etsi illis planè orbatus essem. Nonnunquam etiam interrogatiuè profertur. Cic. Att. Dodo pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas? Interdum Etsi inuenitur iunctum cum quanuis. Cic. ad Attil. lib. 10. Etsi quanuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.

Etymologia, f. p. ἐτυμολογία, Latinè ueriloquium sonat. ab ἔτυμος uerus, & λόγος, sermo, uel loquutio. Cic. 1. Acad. Verborum etiã explicatio probabatur. id est, qua de causa quæque essent ita nominata, quam etymologiam appellant. Sed quia ueriloquium (ut inquit Boëtius in Topica Ciceronis) minus in usu Latini sermonis habetur, Cicero etymologiã uocat notationem, quia notam facit rem de qua prædicatur. Aristoteles symbolum nominat: quidam etiam originationem, teste Fabio.

Etymon, etymi, ἔτυμον, Idem quod etymologia. Varro 1. de Re rust. capite quadragesimo octauo, de gluma loquens. Videtur uocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo follicu lo deglubatur granum.

Etymologus, ἐτυμόλογος, Qui rationem uerborum indagare solitus est.

E V

EV. In notis antiquorum eius. E. V. V. N. VV. V. E. Ede ut uiuas, ne uiue ut edas.

Euăcŭārĕ, Exinanire, κενοῦν. Vnde euacuare aluum. Plin. lib. 20. cap. 6. Diocles hydropicis cum centaurea, aut in fico duplici ad euacuandam aluum.

Euado, dis, si, sum, n t, διαδύομαι, ἐκφεύγω. Vergilius Aeneid. 9. nostras ne euadere demens Sperasti te posse manus? Cic. pro Cæl. Poterunt ne meliori tempore profilire, quàm quũ Licinius ueniisset, quum in manu teneret ueneni pyxidem? quæ quũ iã erat tradita seruis, si euasissent subitò ex balneis mulieris amici, Licinii q; cõprehendissent, &c. id est, si è balneis erupissent. Cæs. Reliquos equites cõsectati, paucos, qui ex fuga euaserant, reliquerunt. Sic Euadere è manib. hostiũ, apud Liuiũ: & Euadere ex iudicio aliquo, apud Cic. liberationem quandam præ se ferre uidetur: quemadmodum & Sallustius dixit, At ni Marius signa inferre, atque euadere oppidò properauisset, profectò cuncti, aut magna pars fide. in mutauissent, περιγίνεσθαι, περιγενέσθαι. Cicero primo

Tuscu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tuſculan. Accedit, ut eò faciliùs animus euadat ex hoc aëre. Idem de Senectute, Mihi quidem nunquam perſuaderi potuit, animos dum in corporibus eſſent mortalibus, uiuere: quum exiſſent ex iis, emori: nec uerò tum animum eſſe inſipientem, quum ex inſipienti corpore euaſiſſet. Ponitur etiam hoc uerbum pro eo quod eſt ad finem perduci, uel exitum habere. Terentius in Andria, Quàm timeo quor ſum euadas. id eſt, ad quem finẽ perueniat oratio tua. Ibidem, Et heri ſemper lenitas uerebar quorſum euaderet. Cicero Attic. libro decimoſexto, Tu quidem & prudenter, & amicè ſuades, ut in his locis ſim potiſſimũ, quoad audiamus, hæc quę cõmota ſunt quorſum euadant. Plau. in Aſin. Demiror quid ſit, & quò euadat ſum in metu. Irẽ pro fieri, ἀποβαίνειν. Cic. in Ver. Tu eiuſmodi euaſiſti, in furis ac diuiſoris diſciplina educatus. Idem in Brut. In dicendo pauci digni nomine euadunt. Liu. lib. 1. ab Vrb. Iuuenis euaſit uerè indolis regiæ. Euadere in muros, uel in cacumen montis, eſt aſcendere, ſiue potiusſcandendo peruenire, ἀνήκειν ἀναβαίνειν. Verg. 2. Aen. Euado ad ſummi faſtigia culminis. Euadere ardua, apud Liuiũ Euadere ante oculos, pro apparere. Verg. 2. Aen. Vt tandem ante oculos euaſit, & ora parentis. Euadere ad cõiecturam, id eſt, cõſequi coniectura. Plaut. Nunquã ho die quiui ad coniecturã euadere. Euadere in malum. Teren. in Adelph. uerũm nimia hęc licentia Profectò euadet in aliquod maguum malum.

Euagor, aris, d. p. Latius uagor, expatior, παρεκβαίνω, περιφέρομαι Liu. 2. bel. Pun. Frõtibus enim aduerſis concurrendum erat, quippe nullo circà ad euagandum relicto ſpatio. Per metaphoram euagari, eſt aliquid extra propoſitum dicere, et ueluti à uia inſtituta digredi. Quint. lib. 2. Verùm hactenus euagari ſatis fuerit.

Euagatio, uerbale. Plin. lib. 2. cap. 17. Ac ſpatia longitudinis, latitudinum euagatione penſant.

Eualeo, es, n. ſ. pen. cor. Validior, & potẽtior fio, ἰσχύω, ἰσχύομαι.

Eualeſco, Robur & uires acquiro, πρατιῦμαι. Plin. lib. 15. Quæ poſtquã eualuit, flaccẽſcente patritia Marſico bello, languida autoritas Patrũ facta eſt, ac paulatim in ſterilitatẽ emarcuit maieſtas. Quin. lib. 2. cap. 9. Adiuta cura natura ſatis eua (leſcit.

Euallo, as, Excludere eſt, quaſi extra ualium eiicere. Verbum eſt obſoletũ. Varr. apud Non. Donec foras nos intus euallauerunt.

Euallo, is, Eſt purgare frumentum. Plinius libro 18. capit 20. Et ipſa quæ euallantur, uariam piſturarum rationẽ habent. Ibidem, Triticum autem perfundi aqua, multa iubet, poſtea eualli, deinde Sole ſiccatum pilo repeti. Sic enim legit Calepinus, quanquã non deſunt qui emendatiorũ exemplarium fidem ſequuti, in priori exemplo, eualuantur malunt legere: & in poſteriori, euelli.

Euãneo, es, n. ſ. ſecunda ſyllaba, producta, à quo Euaneſco, quod eſt pereo, E conſpectu abeo, ἀφανίζομαι. Plinius libro nono, capite quinquageſimo primo, Vere pectines, limaces, hirudines eodem tempore euaneſcunt. Cic. de Clar. Orator. Iſq; & orationes reliquit, quæ iam euanuerunt. Idem ad At. lib. 3. Poſtquàm extenuari, & euaneſcere ſpem noſtram uidi, muraui conſilium.

Euanidus, a, um, Idem eſt quod inanis, caducus, & citò peritu rus, ἀμενηνὸς, ἰξίτηλος. Col de Arb. cap 17. Nam quæ in proceritatem extenduntur, euanidæ fiunt, parum fructus ferunt. Plin. lib. 37. cap. 5. Quædam ex iis ſeneſcunt, paulatim uiriditate euanida. Oui. 1. Meta. Pectoraq; in tenues abeunt euanida riuos.

Euangelium, n. ſ. εὐαγγέλιον, interpretatur bonum, ſiue lætum nuncium: ab εὖ bonum, & ἀγγέλω nuntio: quaſi bona nunciatio. Vnde non immeritò à Chriſtianis Euangeliũ appellatum eſt, ſalutiferum nuntiũ à Chriſto ueraciſſimo Patris nuntio nobis allatum, quòd Chriſtus iuxta promiſſiones Patris, homo factus, illi ſatis fecit, pro peccatis noſtris, ut uitam æternam haberemus.

Euangelia, orum, pluraliter, & neutro genere, dicuntur ſacrificia & ſupplicationes, quæ pro iucundo nuntio decerni cõ ſueuerunt: uel etiam merces allati ſecundi nuntii. Cic. Att. libro ſecundo, O ſuaues duas epiſtolas, quibus euangelia deberi fateor. Idem ad eundem, Ita'ne nũciat Brutus, illum ad bonos uiros euangelia? ſed ubi eos? niſi fortè ſe ſuſpendit. Vlpian in l. Falſus. ff. de Furt. Ergo ſi ea quæ dicunt Græci euangelia petat, id eſt, mercedem pro rei inuentæ uel repertæ nuntio.

Euanno, as, are, n. p. Vanni motu euentilo, ἀπολικμάω. Varr. 1. de Re ruſt. Ita fit, ut quod leuiſſimum eſt in eo, atq; appellatur acus, euannetur foras extra aream. Per translationem ſumitur pro amouere, ut annotauit Nonius, citans illud Põponii ex Panuceatis, Dixi ego illud futurum: in prima ualua eſt: uix hæret miſera: euannetur & mea ocyus opera ut fiat fecero.

Euãpĕlõs, ſtolidos, & amentes dictos refert Phocion Grammaticus.

Euaporatio, onis, Vaporis alicuius expiratio, ἐξατμισμός. Senec. lib. 1. Nat. quæſt. Nec mirũ, ſi terris omnis generis & uaria euaporatio eſt. Idem libr. 3. Nec trahit ſaporẽ euaporatio, quia claſa perlabitur.

Euaſto, as, are, Idem quod uaſtare ſignificat, διαφθορομίω. Liuius decimo ab Vrbe, Ibi duo Conſulares exercitus diuerſis uagati partibus, omnia quinque menſium ſpatio euaſtauerunt.

Euax, εὐοὶ, Interiectio exultantis. Plaut. in Menæch. Euax, iurgio uxorem tandem abegi. Fuit etiam nomen Regis Indiæ, Οὐαξ, qui de uirtutibus herbarum ſcripſit ad Neronem.

Euboica, Ebulus apud Dioſc. lib. 4. cap. 185.

Eũcæria, f. p. εὐκαιρία, Latinè opportunitas dicitur. Cicer. 1. de Finib. Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellamus εὐχαιρίαν) non fit maior productione temporis. Idem 1. Offic. occaſionem interpretatur.

Euchariſtia, f. p. εὐχαριστία. Vox eſt Græca, quam nos Gratiarum actionem uertere poſſumus: unde & εὐχαριστῶ Græci dicunt pro eo quod eſt gratias agere. Hieronymus gratiã ſiue gratioſitatem uertit: ab adiectiuo εὐχάριστος, quod iucundum ſonat & gratioſum.

Euchyla, n. ſ. εὔχυλα, Dicuntur quæ ſunt boni ſuccirut carnes auicularum montanarum, & piſcium ſaxatiliũ. His opponuntur κακόχυλα, quæ malum generant ſuccum, ut caſeus uetus, ſalſamenta. χυλὸς Græcis ſuccus eſt, ſiue liquor.

Euchyma, εὔχυμα Græca appellatione dicuntur quæ boni ſunt ſucci, ſiue præſtantis ſaporis. Nam χυμὸς Græcis modò ſuccum ſignificat, modò ſaporem.

Euchymon, mi, n. ſ. εὔχυμον, ellebori ſpecies ſic dicta.

Eucteria, orum, n. ſ. Sunt loci, in quibus orationes, actaq; prouinciarum continentur. Alc. in l. immutatis. C. de Agricolis recenſitis lib. 11.

Eudoxia, f. p. εὐδοξία, Claritas nominis, laus, exiſtimatio, & bona fama. Cicero 3. de Finib. De bona autẽ fama, quã appellant εὐδοξίαν aptius enim eſt hoc loco bonam famam appellare, quàm gloriam.

Euĕho, is, a. t. Extra ucho, ἐξάγω. Var. lib 1. de Re ruſt. Quarto eundem fructuoſiorem faciũt uecturæ, ſi uiæ ſunt quã plauſtra agi facilè poſſint, aut flumina propinqua, quæ nauigari poſſiunt, quibus utriſq; euehi, atq; inuehi multa ad prędia ſcimus. Liu. 5. bel. Pun. Vbi primùm tranquillitas maris in altum. eueniſſet. Et lib. 1. ab Vrb. Vt in collem Exquiliarũ eueheretur. Per translationem ſignificat extollo, προάγω Verg. 6. Aen. pauci quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus, Diis geniti potuere.

Euectio, fœm. tertiæ. uerbal. Quod proprièipſum euehendi actum ſignificat. Euectiones etiam, teſte Budæo, dicuntur diplomata, ſiue chartulæ ſigno principis obſignatæ, quibus poteſtas permittitur aliquid euchẽdi. Vnde C. de Curſu publ. cauetur, ut euectiones ab omnibus poſtulentur.

Euectus, tus, m. q. Euectio, & portatio, quæ fit uel nauibus, uel curribus in aliquem locum. Plin. lib. 18. cap. 5. Malus eſt ager cũ quo dominus luctatur. Cato inter prima ſpectari iubet, num ſolum ſua uirtute ualeat, qua dictum eſt poſitione, Vt operariorum copia propè ſit, oppidumq; ualidum, ut nauigiorum euectus, uel itinerum.

Euelarum, Vereres dixere pro euentilato. Vnde uelabra dicuntur, quibus frumenta euentilantur. Autor Feſtus.

Euello, lis, & euulſi, euulſum, a. t. extraho, extirpo, ἀποτίλλω, ἀποσπάω, ut Euellere ſibi capillum præ luctu, apud Ciceronem tertio Tuſculanarum. Idem ad Atticum quinto, Exciſa enim eſt arbor, non euulſa: itaque quàm fruticetur uides. Sic euellere ſe ex complexu, apud eudem: &, Euellere ſeſe ex cœno, apud Plinium lib. octauo, capite trigeſimoquarto. Per translationẽ Euellere ſibi ſcrupulum ex animo, Cic. pro Roſ. Et pro Clu. Euellere opinionẽ aliquã exanimis hominũ.

Euulſio, onis, uerbale. Cicero de Natura deorum. Qui primus purgatio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

purgationes alui, dentisq; euulsionem inuenit.

Euĕnio, eueni, penult. cor. eueni, euentum, Venire, accedere. Plaut. Caſ. Sine modò rus eueniat, remittam ad te uirum. Nonnunquam etiam ſignificat euadere, hoc eſt, per quancunque difficultatem ad aliquid peruenire, exitum habere. Plaut. in Moſtel. Hei mihi, commiſſa hæc blanda dicta quò eueniant, mădeo metu. Idem in Epid. Expectãdo exedor miſer, atq; exenteror, quò mihi Epidici blanda dicta eueniant: nimis diu maceror. Sæpius tamen ponitur pro contingere, accidere; *συμβαίνειν, ἀποβαίνειν*, & tam in malam, quàm in bonam partem accipi ſolet. Plaut. in Aſin. Opta id quod ut contingat tibi, uis. AR. Quid ſi optaro? LE. Eueniet. Idem in Perſa, Quid agitur? T. Viuitur. Satin' ergo ex ſententia? T. Si eueniunt quæ opto, ſatis. Idem in Mercator. Omnia mihi hodie eueniunt præter ſententiam: non uiuam ueſperi, Niſi illanc à me ſceleſtam abigam. Cicer. 3. Offic. Quod autem in poëmatibus, & in picturis uſu uenit, in aliis q; compluribus, ut delectentur imperiti. Idẽ Famil. 2. Ex quo uereor, ne idem eueniat in meas literas. Quando q; eſt obuenire, & ſorte alicui obtingere. Salluſt. in Iug. Metellus & Syllanus COSS. deſignati prouinciam inter ſe partiuerant, Metello q; Numidia euenit.

Euenit, imperſonaliter, pro ita cecidit. Teren. in And. Quid tu Athenas inſolens? C. Euenit.

Euentum, eueti, neut. ſ. quod plurali euenta facit. Lucr. libr. 1. Euentum dici poterit quodcunq; erit actum. Cic. in partitionib. Siceuiuſq; facti, & euenti cauſa ponetur. Idem de Diuinat. Si euenta quærimus quæ exquirũtur auibus. Idem ad Att. Semper cauſæ euentorum magis mouent, quàm ipſa euenta. Euentum præſtare, eſt periculum alicuius rei in ſe recipere, *ἐγγυᾶσθαι τὸ μέλλον ἔσεσθαι*.

Euentus, gen. maſcu. & quarti ordinis, tam in plurali numero quàm in ſingulari dicitur, quod caſu & fortuna nobis euenit, tam in bonum quàm in malum, *σύμβαμα ἀνθρώπου*. Cicero lib. primo de Orat. Vt enim quis optimè dicit, ita maximè dicendi facultatem, uariosq; euentus orationis, expectationem q; hominum pertimeſcit. Verg. 6. Aeneid. cæcosq; uolutat Euentus animo ſecum. Ouid. 2. de Ponto, Nam timor euentus deterioris abeſt. Ouidius in Epiſtola Phyllidis, careat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab euentu facta noranda putat.

Euentilo, as, Ventilatione purgo, *λικμάω*. Col. lib. 1. Et celeriter frumenta deteruntur, non cedente ſolo pulſibus ungularũ, tribularumq; : & eadem euentilata, mundiora ſunt.

Euerbero, Idem eſt quod ſimplex uerbero, *τύπτω, μαστιγόω*. Quintil. libro 2. capite 4. An credibile ſit ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe coruum, qui os, oculosq; hoſtis Galli noſtro atque alis euerberaret. Ouidius 14. Metamor. & cineres pulſis euerberat alis.

Euergo, is, Idem eſt quod emitto, *προχέω*. Liu. lib. 4. bel. Maced. Montes ingentis altitudinis ſpẽ faciebant, eò magis q nullos apertos euergerent riuos, occultos continere latices, quorum uenæ in mare permanantes, undæ naſcerentur.

Euerro, is, euerri, euerſum, a. t. Scopis expurgo, *ἐκκορέω, ἐκσαρόω*. Col. lib. 8. Stabula euerrenda & purganda, humorq; omnis urinæ deuerrendus eſt. Per translationem accipitur pro expilare. Cic. 3. Verr. O Verrea præclara, quoquã ſi acceſſiſti, quò non attuleris iſtum diem. Etenim quam tu domũ, quam tu urbem adiiſti, quod fanum deniq; quod non euerſum, atque exterſum reliqueris?

Euerriator, m. t. Dicitur qui iure accepta hæreditate, iuſta facere defuncto debet: quæ ſi non fecerit ſeu quid in ea re turbauerit, ſuo capite luat. Id nomẽ ductum à uerrendo: nam euerræ, ſunt purgationes quędam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per euerriatorem, certo genere ſcoparum adhibito: ab extra uerrendo dictæ.

Euerriculum, li, n. ſ. Rete eſt piſcatorium à Græcis dictum, & à uerrenda aqua ſic appellatum, *σαγήνη*. Varro 3. de Re ruſtic. cap. 17. Quum neq; euerriculo illi in littus educere poſſent uiuam ſaginam plebeiæ cœnæ piſces. Cic. 6. Ver. expilatorem Siciliæ Verrem euerriculum appellat. Quod unquam (inquit) Iudices, huiuſcemodi euerriculum in illa prouincia fuit. Idem lib. 3. de Nat. deor. doli mali actionem euerriculum appellat omnium malitiarum: quòd ſcilicet ea euerrãtur omnes fraudes è uita hominum ciuili. Eſt enim ea actio prodita ad terrorem hominum ſubdolorum, qui ignominiam eius iudicii reformidant. Verba Ciceronis ſunt hæc, Inde euerriculum malitiarũ omnium, iudicio de dolo malo, quod Caius Aquilius familiaris noſter protulit: quem dolum idem Aquilius tum teneri putat, quum aliud ſit ſimulatum, aliud actum. Hæc Budæus.

Euerto, is, euerti, euerſum, a t. Excindo, diruo, demolior, *καθαιρέω, παραλύω, ἀνασπάω*. Semper enim ſignificat ruinam alicuius magnæ rei. Cic. lib. 1. Offi. De euertendis diripiendis q; urbibus ualde illud conſiderandum eſt. Verg. 3. Aeneid. Pria mię euertere gentem Immeritam uiſum eſt ſuperis. Idem 1. Aeneid. Diſiecit q; rates, euertit q; æquora uentis. Cic. 5. Ver. Ne per ſummã iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Idem primo de Ora. Qui duorum ſcalmorum nauiculam in portu euerterit. Vnde & euerſiones dictę ſunt, *ἀνατροπὰς, ἀνασάσεις*. Plin. lib. 22. cap. 17. Et contra ulcera, rupta, lapſus q, & præcipitia, aut uehiculorum euerſiones ſingularis, Cicero de Senect. Hinc rerum publicarum euerſiones.

Euerſor, oris. Cic. pro Domo ſua, Euerſor huius imperii. Verg. 12. Aeneid. Priami regnorum euerſor Achilles.

Euĕſtigio, aduerbium, Confeſtim, properãter: unica dictio eſt compoſita, aut certè duæ dictiones per ſubunionem coniunctæ *παρ' αὐτὰ αὐτίκα*. Cic. Famil. libro quarto, Poſtea ſe à Marcello ad me miſſum eſſe qui nunciaret, & rogaret uti cogerem Medicos: coẽgi, & eueſtigiò eò ſum profectus prima luce. Plinius in Epiſtol. Nunquam ſum magis de occupationibus meis quæſtus, quæ me non ſunt paſſæ, aut proficiſcentem te ualetudinis cauſa in Campaniam proſequi, aut profectum eueſtigiò ſubſequi.

Eugalactos, Glaux herba, apud Dioſc. lib. 4. cap. 141,

Euge, *εὖγε* interiectio aſſentientis, laudantis, & congratulantis. Plaut. in Epid. Euge, corpulentior uidere atq; agilior. Idẽ in Merc. Euge mi Demipho, ſalue.

Eugeniæ, f. p. pen. prod. Vuæ quædam ſunt à generoſitate ſic dictæ. Nam *εὐγενὲς* à Græcis dicitur nobilitas. Col. lib. 3. cap. 2. Frigidum ſolum ac roſcidum cælum commodiſſimè ſuſtinẽt, ſicut eugeniæ dum ſunt in Albano colle. Nam mutato loco, uix nomini ſuo reſpondent.

Eugium, n. ſ. Pellicula quædã in pudendo muliebri, quam primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putauerunt, *ὑμὴν*, quamuis re uera conſtet inter Anatomicę rei peritos pellicu lam eiuſmodi commentitiam eſſe, & in uirginum diſſectionibus non inueniri. Nonius, Eugium, inquit, pars media inter naturalia muliebria. Næuius, Sine eugio puellam inuenit. Laberius, Quare tam arduum aſcendis? an concupiſcis eugium ſcindere?

Euidens, om. t. penult. cor. Quod apertè uidetur & intelligitur, non quod uidet & intelligit, *σαφὴς, ἐναργὴς*. Cicer. de Vniuerſ. Atq; ut eſſet menſura quædam euidens, quæ in iſtis octo curſibus celeritates, tarditates q; declararet. Sic euidens ratio, euidens argumentum.

Euidentia, f. p. Claritas, perſpicuitas: quo nomine etiam figura quædam ſententiarum à Rhetoribus dicitur, quæ & *ὑπότυπωσις* à Græcis appellatur: quum ſcilicet res ita oculis ſubiicitur, ut coràm geri, non cõmemorari uideatur, quæ à Græcis *ἐνάργεια* uocatur. Cic. 4. Acad. Propterea quòd nihil clarius *ἐνάργεια*, ut Græci perſpicuitatem aut euidentiam noſt, ſi placet, nominemus, fabricemus q; ſi opus erit, uerba.

Euidenter, aduerbium, Clarè, perſpicuè, *ἐναργῶς*. Liuius ſexto ab Vrbe, Vel fateri nobis ea, quum tam euidenter pœnituerit, tutum cenſemus.

Euigilo, as, n p. penul. cor. Idem eſt quod expergiſcor, & uigil fio, *ἐγείρομαι*, Plin. Epiſt. 7. Euigilaueram; Nuntius à Spurina, &c. Stat. 5. Sylua. Graius qua puppe magiſter Excidit & mediis miſer euigilauit in undis. Nonnunquam etiam ſignificat elucubro, & per uigilias aliquid conficio. Ouidius 7. Triſt. ad librũ, Aſpiciesillic poſitos ex ordine fratres, Quos ſtudiũ cunctos euigilauit idem. Cic. ad Att. libr. 9. At quàm honeſta, & quàm expedita tua conſilia, quàm euigilata tuis cogitationibus.

Euileſco, Idẽ quod ſimplex uileſco, hoc eſt, uilis fio, & in cõtemptum abeo, *φαυλίζομαι*. Suetonius in Claudio Cæſare, cap. 15. Propter quæ uſq; eo euiluit, ut paſſim, ac propalàm contemptui eſſet.

Euincio, is, ire, a. q. Vincio, ligo, circunligo, corono, *ἀναδέω, στέφω ἀναδέω*. Verg. 8. Aen. Euincti tempora ramis. Tac. lib. 5. Surena patrio more Tiridatem inſigni regio euinxit.

Euinctus, participium: ut, Caput foliis euinctus. id eſt, habẽs caput circundatum foliis. Vergilius 5. Aeneidos, Ipſe caput tonſæ foliis euinctus oliuæ. Ibidem, Puniceis ibant euincti tempora

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tempora tenis. Idem 7. Eclog. leui de marmore tota Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.

Euinco, a.t. Vinco, cõuinco, uel uincẽdo extorqueo, ἐκνικάω Liu. ab Vrb. Omne id tempus cum cõiuratis conſultando abſumunt euincuntq; inſtando ut literæ ſibi ad Tarquinios darentur. Horat. 2. Ser. Sat. 3. Sic puerilius his ratio eſſe euincet amare. Col. lib. 6. cap. 7. Euincendi ſunt autem, quanuis peſtiferi morbi, & exquiſitis remediis propulſandi.

Euictus, participium, idem ſignificans quod uictus, uel conuictus. Cicero 2. Ver. Qui tam nefariis criminibus, tam multis teſtibus euictus, ora iudicum aſpicere, atq; os ſuum populo Romano oſtendere auderet. Verg. 4. Aen. Tu lachrymis euicta meis, tu prima furentem His germana malis oneras, atq; obiicis hoſti.

Euiro, as, a p. Caſtro, uirilitatem execo, ἐυνοχίζω, & per tranſlationem mollem & effœminatum reddo, ἀνοβολύνω. Varro Marcipore, ut citat Nonius, Euirauit omnes ueneri uaga pueros.

Euiratus, Caſtratus, quaſi uirilibus ſpoliatus, ἐξευνοχισμένος. Per meraphoram accipitur pro molli & effœminato. Plaut. Adoleſcens euiratus ac mollis. Marti. lib. 7. Spadone quum fis euiratior fluxo.

Euirario, onis, Virilium exectio: & per translationem, effœminatio. Euirationẽ pilorum, dixit Plin. lib. 29. cap. 1. pro depilatione, qua corpus glabrum & molle redditur more fœminarum: Nam uiros hirſuta decent corpora: ii enim robuſtiores ſunt, & naturæ calidioris.

Euiſcero, as, a p. Viſceribus ſpolio, ἐκσπλαγχνίζω. Verg. 11. Aeneid. Comprenſamq; tenet, pedibusq; euiſcerat uncis. Cicero 1. Tuſcul. ex Ennio, Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis, euiſceratus latere pendes.

Euito, as, a p. pen. prod. compoſitum à uito, eiuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici, ἐκκλαβεῖμαι, διαφυγάνω. Cicer. de Amic. Eſt enim uarius & multiplex uſus amicitiæ: multæq; cauſæ ſuſpitionũ, offenſionumq; damnantur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre ſapientis eſt. Horat. libr. 1. Carmetaq; feruidis Euitata rotis. Cæl. Cic. Periculoſam, & grauem illam dimicationem euitarent. Legitur & Euito apud antiquos, pro eo quod eſt uitã eripio, occido, ἀναιρέω. Cic. 3. Tuſc. ex uetuſto quopiam Poëta, Hæc omnia uidi inflammari, Priamo, uitam euitari.

Euitatio, onis. Quintilianus, Malorum euitationem, liberationem, &c.

Euitabius, euitabile. Non euitabile telum, apud Ouidium ſexto Metamor.

Eulabes, Negotiorum ſuſceptorem ſignificat, ut eſt apud Suidam.

Eulogia, eulogiæ, f. p. εὐλογία, Benedictio, munificentia, beneficentia, uel etiam rationabilitas, ἀπὸ τοῦ εὐλόγου, quod ſignificat rationabile. Cic. Att. lib. 13. Locum hominibus non ſanè probo, quod eſt deſertior, ſed habet εὐλογίαν.

Eumẽcẽs, Balſami genus læui corticis: ita dictum quòd cæteris ſit procerius. εὐμήκης enim Græcè, procerus & prolixus dicitur. Plin. lib. 12. cap. 25.

Eumetris, Gemma eſt apud Bactros naſcens, ſilici ſimilis, quæ capiti ſuppoſita, nocturna uiſa ad oraculi ſimilitudinẽ reddit, Plin. lib. 37. cap. 10.

Eunomia, æ, f. p. εὐνομία, Eſt recta iuris legumq; conſtitutio: quo nomine Dea illa uocatur, quam Demoſthenes alterã iudiciorum præſidem facit, duplex eſt Eunomia, una quidem recta iuris conſtitutio, altera uerò rectè cõſtituto iuri obtẽperatio: & εὐνόμοι eunomi populi dicũtur, qui recta legum, inſtitutorumq; ratione utuntur. Budæus.

Eunuchus, m. ſ. pen. prod. εὐνοῦχος, ὁ, Caſtratus: ab εὐ τὴ, quod eſt cubile, & ἔχω cuſtodio: quia id hominum genus adhibebatur ſeruandis cubilibus Regum, quaſi Eunoechus, & per ſynereſim Eunuchus. Cic. in Orat. Eunuchi è Syria Aegyptioq;, &c. Iuuen. Saty. 12. decidere iuſſa Cœpit cum uentis, imitatus caſtora, qui ſe Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno Teſticulorum.

Eunucho, as, a p. Eiuſdem ſignificationis. εὐνοχίζω Varro in lege Mæuia apud Nonium, Sic qui patriam maiorem parentem extinguit, in eo eſt culpa: quod facit pro ſua parte is qui ſe eunuchat, aut alibi liberos producit.

Eunuchizo, as, a. p. εὐνοχίζω, Caſtro. Hieron. contra Iouin. Sũt eunuchi, qui de utero matris ita nati ſunt, & ſunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati ſunt, & ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum.

Euŏco, as, a. p. pen. cor. Extrà uoco, ἐκκαλέω, παρακαλέω. Plautus in Amphit. Euocate huc Soſiam. Terent. Eunuch. Num quem euocari uis hinc foras? Plaut. Amphit. Tu gubernatorem è naui huc euoca meis uerbis Blepheronem, ut re diuina facta mecum prandeat. Sic euocare ad cœnam, euocare ad colloquium, euocare ad pugnam, &c. Cic. Attic. lib. 2. Tuas Numeſio literas dedi: ſic te his euocabam, ut nihil acrius, neq; incitatius fieri poſſet. Euocare aliquem Romam, uel ad aliam urbem, eſt aliquem Romã, uel ad alium locum accerſere. Sic qui in prouinciis erant, ſæpe ad dicendam cauſam Romam euocabantur. Cicero 3. Verr. Pericles Epheſius homo nobiliſſimus Romam euocatus eſt, quòd autor iniuriæ illius fuiſſe argueretur. Euocare item eſt ad ſubitã tumultuariamq; militiam uocare. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipiis Domitius euocauerat. Euocare deos, ueteres dicebant pro precibus elicere numina illa, in quorũ tutela urbs obſeſſa putabatur, ut ea relicta, in eorum qui obſidebant, urbem tranſirent. Nefas enim ducebãt ueteres, urbẽ aliquam, niſi prius euocatis diis tutelaribus, oppugnare: ne aut aduerſus deos pugnare, aut capta urbe, ipſos etiã deos captiuos habere uiderentur. Huiuſmodi autẽ euocationes fiebant conceptis uerbis, & carmine quodam in eum uſum compoſito, cuius formulam deſcribit Macrobius Satur. lib. 3. cap. 9. Per tranſlationem ponitur pro auerto, ἀποστρέφω. Cicero 2. Tuſc. Nam quid aliud agimus, quum à uoluptate, id eſt, à corpore, quum à re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, quum à Republica, quum à negotio omni euocamus animum? Quo tamen in loco potius legendum uidetur auocamus.

Euœ, per duas ſyllabas, εὐοῖ, interiectio bacchantis eſt, quam in Liberi patris Orgiis identidẽ inculcabant Bacchæ. Ouid. 6. Metam. Exululant, euœq; ſonant.

Euocati, m. ſ. Dicuntur non qui iuſſi milites ſunt, ſed qui repentina aliqua neceſſitate ex agris in bellum tumultuariè uocantur, ἔκκλητοι. Hi pro militibus ducebantur. Sueton. in Galb. Delegit & Equeſtris ordinis iuuenes, qui manente annulorum aureorum uſu, euocati appellarentur, excubiasq; circa cubiculum ſuum agerent. Cic. ad Appium, Antonium præfectum euocatorum miſit ad te, cui ſi uidebitur, cohortes traderes.

Euŏlo, as, are, n. p. Extrà, uel in altum uolo, ἐφίπταμαι. Plin. libr. 10. Vultur, & ferè grauiores, niſi ex procurſu, aut altiore tumulo emiſſæ non euolant. Cic. de Clar. Orat. Iraq; tantos proceſſus efficiebat, ut euolare, non excurrere uideretur. Idẽ 1. de Leg. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis admiranda uiſa figura, nunc ſit hæc. Et per translationem euolare eſt eripere ſe. Cicer. 3. Verr. Ille quia ſua cupiditate tantos tumultus concitatos uideret, cupere aliquã euolare, ſi poſſet. Euolare pœnam. Cic. de Prouin. Conſul. Quam pœnam ſi tum aliorum opibus, nõ ſuis, inuitiſſimis nobis euolarunt: ad aliam multò maiorem: gratiorem q; ſubierunt.

Euolito, as, are, frequentatiuum. Colu. lib. 8. cap. 8. Patentibus feneſtris, per quas ad requirendos cibos euolitat.

Euolaticus, a. um: ut, Euolatici homines. Plau. Milite, ita ut oc cœpi dicere de illac pugna pentethronica, qua ſexaginta hominum uno die euolaticorum manibus occidi meis, &c.

Euolo, as, are, à uola, uolæ, Furari, rapere, quaſi in uolam recipere, ἁρπάζω. Plaut. in Ciſtel. Quid quæritas? H. ciſtellam adoleſcens hic mihi euolauit. Cic. pro Deiot. Vbi id quod intus eſt, atq; noſtrum impunè euolare poteſt, contraq; nos pugnare, fit in dominatu ſeruitus, in ſeruitute dominatus.

Euoluo, is, ere, De loco uoluere. Lucret lib. 3. nudis euoluũt ſaxa lacertis. Ouid. 12. Metam. modò ſe ſuper aëra fruſtra Tollere conatur, iactasq; euoluere ſyluas. Plin. lib. 4. cap. 12. Euoluitur in Pontum ſex fluminibus Danubius. Terent. Eunuc. Hac re & omni te turba euolues, & illi gratum feceris. Euoluere librum. Cicero 1. Tuſcul. Euolue diligenter eius eum librum, qui eſt de animo. Euoluere, meditari. Virgilius quarto Georgicorum, Fleuiſſe, & gelidis hæc euoluiſſe ſub antris.

Euolutus, participium, Liuius ſexto belli Punici, de angue loquens, Interuentuq; hominum euolutam repentè, atque ex oculis elapſam.

Euolutio, onis. Cic. lib. 1. de Finib. Quid hiſtoriæ cognitioq; rerum, quid Poëtarum euolutio? quid tanta tot uerborũ memoria uoluptatis affert?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Euŏmo, is, ere, act. t. Vomendo eiicio, ἐξεμέω, ἀποβλύζω. Cic. ii de Nat. deor. Eademq; hæc auis ſcribitur cõchis ſe ſolere implere: easq; quum ſtomacho cõcoxerit, euomere, atq; ita eligere ex his quæ ſunt eſculenta. Terent. Adel. Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens. Cic. de Amic. Apud quem euomat uirus acerbitatis ſuæ.

Eupătōrĭum, n. ſec. εὐπατόριον, ſiue Eupatoria, Herba eſt ab officinis Agrimonia appellata: cuius deſcriptionem uide apud Plin. lib. 15. cap. 6.

Eupatorium praſſium & Marrubium apud Dioſcoridem li. 3. capite 118.

Eūpĕtălŏs, εὐπέταλος, Gemma eſt, quatuor habens colores, igneum cæruleum, minii, & mali, autor Plin. libro 37. capite decimo.

Eūphāntăſiōtŏs, εὐφαντασιώτατος, Latinè dici poteſt, qui bene aliquid imaginatur.

Euphonia, euphoniæ, fæm. p. εὐφωνία, Vocalitas, ſiue ſonoritas uocis, iucunda uerborum prolatio: quæ quibus adeſt, εὐφώνοι à Græcis dicuntur.

Euphorbium, bii, n. ſ. εὐφόρβιον Dioſc. ſiue, ut apud Plin. legitur, Euphorbia, biæ, Arbor eſt in Mauritania naſcens, non procul ab Atlante monte, ferulæ ſpeciem referens, ſuccum uerò habẽs tantæ acrimoniæ, ut accolæ eam expaueſcentes, ouillos utres elutos arbori circunligent, & eminus caulem contis incidant. Quo facto ſtatim è plaga copioſus humor profluit, lacti ſimilis, qui & ipſe euphorbiũ dicitur. Quod nomen ei impoſuiſſe putatur luba Mauritaniæ rex, à nomine Euphorbi medici ſui, qui frater fuit Antonii Muſę, cuius ope Auguſtum ſeruatum fuiſſe, tradit Plinius libro 25. capite octauo.

Euphoria non difficilis morbi, uel febriculæ, ſublatio.

Euphroſynum, εὐφρόσυνον, Herba eſt, quam notiori nomine Bugloſſum uocamus: ita dicta ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, quod eſt lætificare, quòd ſcilicet in uinum deiecta, animi curas pellat, hilaritatemq; inducat. Autor Plinius libro uigeſimoquinto, cap. 2.

Eupilídes, cui in gingiuis, in quibus ſit caro, naſcitur. Eſt autem excreſcens carũcula, quæ ab inflammatione fit ad intimos molares dentes, cum febre & dolore nonnunquam. A parulidibus differunt, quòd parulides inflãmationes ſunt in aliqua gingiuarum parte factæ, quæ niſi diſcuſſæ fuerint, ſuppurant, & quum ſuppurauerint, ſecantur, inſertiſq; linamentis aperiũtur. Egit de parulidib. Cleſ. libr. 6. capite decimotertio.

Euplecton, Structuræ genus in ædificiis tantũmodo frõtibus politis, quaſi εὐπλεκτον, id eſt, bene cæſum.

Euprepía, εὐπρέπεια, Latinè decor, ex εὖ bonum, πρέπον decens.

Eurechnemon, μαγικᾶς, plantago.

Eureŏs, Gemma nucleo oliuæ ſimilis, ſtriataq; modò concharum, minus tamen habens candoris. Autor Plinius libro 37. capite 10.

Eurotías, æ, εὐρωτίας, Gemma eſt, quæ ſitu uidetur operire nigritiem: ita dicta à Græco uerbo εὐρωτιᾶν, quod eſt ſitum trahere. De hac Plinius libro triceſimoſeptimo, cap. 10.

Eurythmía, εὐρυθμία, Decens & aptus corporis motus. Quint. lib. 1. cap. 10. Corporis quoq; decens & aptus motus, qui dicitur εὐρυθμία, eſt neceſſarius.

Euſebes, Gemma ex aqua Tyri in Herculis templo facta ſedes, ex qua facilè dii ſurgebant. Plinius libro 37. cap. 10.

Euſebía, æ, f. p. εὐσέβεια, pietas, religio.

Euphroſyne, Helxine apud Dioſcoridem libro quarto, capite 142.

Euſterĭalís, à Dioſc. uocatur Siſymbrium, quo uero etymo, non uideo.

Euſtron, Hordeum montanum.

Euſymbolos, εὐσύμβολον, Latinè bonum omen dicitur.

Eutaxía, æ, f. p. εὐταξία, Latinè bona ordinatio dicitur.

Euthale, les, f. t. εὐθάλη, Lauri genus, uide Daphnoides.

Euthymía, εὐθυμία, Animi tranquillitas. Laërtius in uita Democriti definit Euthymiam eſſe rectũ, quietumq; animi ſtatum, dum nullo metu, nulla ſuperſtitione, aut alia quauis perturbatione agitatur. Cic. lib. 5. de Finibus, Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eo ſeparanda fuit ab hac diſputatione, quia iſta animi tranquillitas eſt ipſa beata uita.

Euthyoría, εὐθυωρία, Rectæ lineæ porrectio, & menſura, non per diuerticula itinerũ (quæ obiectu montium, & interuentu conuallium, aut fluminum flexu plerunque neceſſaria ſunt) ſed in directum acta.

Eutrapelia, liæ, εὐτραπελία, Dictio eſt Græca, idem ferè ſignificans quod apud nos urbanitas, lepor, feſtiuitas, & facetia. Ariſtot. in Rhet. εὐτραπελίαν interpretatur παιδιὰν μετὰ ὕβρεως, hoc eſt, eruditum conuitium. Paulus ad Epheſios capite quinto, pro ſcurrilitate accipit, ſiue ſcurili urbanitate, graui uiro indigna.

Euulgo, as, are, act p. In uulgus edo, occulta omnibus prodo, ἐξαγορεύω. Liu. lib. 9. ab Vrbe, Ciuile ius repoſitum in penetralibus Pontificum, euulgauit.

Euzomos, ſiue Euzomon, penult. prod. εὔζωμος, ἢ εὔζωμον. Eruca herba, ita dicta, quòd iuris ſaporem cõmendet. ζωμὸν enim ius appellant Græci. Plinius libro uigeſimo, capite 13. In condiendis obſoniis tanta erucæ eſt ſuauitas, ut Græci Euzomon appellauerint.

EX. In notis antiquorum eius uel exigitur. Ex B. eius bonã. Ex C. ex conſuetudine, uel ex concione, uel ex conditione. EXCVR. excurſio. Ex D. A. uel EX. DO. AVG. ex domo Auguſti. Ex M. ex malitia. E. M. D. eius memoria dixit.

EX, ἐκ, ἐξ, Præpoſitio: ut aliis atq; aliis uerbis iungitur, ita aliã atq; aliam ſortitur ſignificationem. Interdum enim ſignificat locum: ut ex cælo, apud Catullũ, Spectatũ ex cælo Mars pater ipſe ueni. Interdũ tempus, ut idem ſit quod poſt. Cic. 1. Phil. Ex eo die, quo in ędem Telluris conuocati ſumus. Sic etiã dicimus, Ex illo, hoc eſt, poſt illud tempus. Verg. 2. Aen. Ex illo fluere, & retro ſublapſa referri Spes Danaũm. Nõnun quam etiam perſonã: ut quũ dicimus, Audiui hoc ex patre meo. Aliquando etiã cauſam importat, ut ferè idẽ ſit quod propter. Sene. de Benef. Si quis patriæ meæ pecuniã credidit, nõ dicã me illius debitorem, nec ex hoc æs alienũ profitebor. hoc eſt, nõ propterea profitebor æs alienũ. Nonnunquã etiã accipitur pro cum. Plaut. in Mer. Reſinã ex melle Aegyptiã uorato, ſaluũ feceris. Quod locurionis genus frequens eſt apud Medicos Alias præterea infinitas habet ſignificationes pro ratione adiunctũ: ut, Ex abundanti, idem eſt quod præter neceſſitatem, uel plus quàm neceſſe erat. Quintilianus libro quinto, capite ſexto, Adiicit ex abundanti hanc quoque fiduciam. Ex æquo, idem eſt quod æqualiter. Tacitus libro decimo octauo, Diſcrimen ac periculum ex æquo partiemur. Vel etiam ex æquitate. Liuius libro ſecundo quintæ Decad. Et ſi in animum inducerent, ut ex æquo fœdus fieret, & ſe uiſurum quid ſibi faciendum eſſet. Ex animo, hoc eſt, nõ ſimulatè. Terentius in Eunucho, Vtinam iſthuc uerbum ex animo, ac uerè diceres. Ex animi ſentẽtia, idem eſt quod pro uoto. Ex ante diem Nonarum, hoc eſt, ante diem Nonarum finitum. Cicero Attic. libro tertio, De Quinto fratre nuncii nobis triſtes, nec uarii uenerant, ex ante diẽ Nonarum Iuniarum, uſque ad pridie Calendas Septembres. Ex compoſito, hoc eſt, ut compoſitum erat, uel ut conuenerat, uel dedita opera. Liuius libro primo ab Vrbe, Tum ex compoſito orta uis, ſignoq; dato iuuentus Romana ad rapiendas uirgines diſcurrit. Ex conſuetudine, hoc eſt, ſecundum conſuetudinem. Plinius Epiſtolarũ libro ſecundo, Hunc oro ex conſuetudine tua & legas, & relegas. Ex cõtinenti, idem eſt quod ſtatim. Iuſtin. libro primo, Septem tantũ huius coniurationis conſcii fuerunt, quæ ex cõtinenti, ne dato in pœnitentiã ſpatiores, per quenquã enarretur, &c. Ex dignitate, hoc eſt, pro dignitate, uel ut dignitas poſtulat. Cicero Licin. libr. quinto Epiſtolar. Quamobrem tu quantum tuo iudicio nobis tribuendum eſſe putes, ſtatues ipſe: &, ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. Ex facili, idem eſt quod facilè, Pli. lib. 22. cap. 15. Hippocrates tantũ ſorbitionis gratia laudauit, quoniã lubrica ex facili hauriretur. Ex fide, hoc eſt, fidelitẽ. Suet. in Galba, Numulario non ex fide uerſanti pecunias, manus amputauit. Ex induſtria, hoc eſt, dedita opera. Liu. 1. ab Vrb. Ergo ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiæ, quum ſe, ſuaſq; prædæ eſſe regi ſineret. Ex inſperato, id eſt, præter ſpem & opinionem. Liuius libr. 8. belli Pun. Quum ex inſperato repentè miſiſtis nobis huc P. Scipionem. Ex integro, uel De integro, quod barbari dicunt, De nouo. Plin. in Epiſt. Ego quia ſciebam acta Baſſi reſciſſa, datumq; à Senatu ius omnibus, de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi. Ex profeſſo, id eſt, ſeriò, conſultò, nõ diſſimulatè, & quaſi ex profeſſione. Quint. lib. 12. ca. 1.

Ex pra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ex professo Philosophia ostentantib. parum decori sunt plerique orationis ornatus. Ex præscripto, hoc est, secundum id quod nobis præscriptum est. Col. lib. 1. cap. 1. Neque enim semper eundem, uelut ex præscripto habitū gerunt. Ex quo, id est, postquàm, uel post quod tempus. Liuius. lib. 1. ab Vrb. Duodequadragesimo fermè anno, ex quo regnare cœperat. Ex tempore aliquid agere, uel dicere, hoc est, absq; ulla præcedente præmeditatione. Plin. in Epist. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit.

Exacerbo, as, are, a. p. Irrito, & ad iracundiam prouoco, παροξύνω. Liu. 8. ab Vrbe, Quum omnes affirmarent infestius Papyrium exarsurum, agitatum contentione ipsa, exacerbatumq;, clam ex castris Romam profugit. Suet. in Galba. Atq; eo quidem nomine omnes, qui ubiq; erant, exacerbauit.

Exacerbatio, onis, f. t. Græcè παροξυσμὸς.

Exacerbesco, scis, n. t. Valde acerbus, id est, acerbus fio, πικραίνομαι, παροξύνομαι. Quod ab exacerbeo, bes, fieri cōstat, licet acerbio rarò inueniatur. Apul. in Apol. Quis est tam mitis, quin exacerbescat:

Exacesco, is, ere, n. t. Acidum fieri, ὀξύνομαι. Columella lib. 12. capite 17. In dolium, uel in Amphoras conditur: deinde quum exacuit, & remisit liquorem, quicquid est aceti, diligenter colatur, &c.

Exacinatio, onis, f. t. racemorum pestis non bona, acinorum scilicet defluentia?

Exacon, Secunda centaurii species à Gallis appellata est, quòd omnia mala medicamenta exigat per aluum, κενταύριον δεύτερον. Dicitur & fel terræ, ob insignem amaritudinem. Autor Plin. lib. 25. cap. 6.

Exactor, Exactio, Exactus, Vide Exigo.

Exăcuo, a. t. Idem est quod simplex acuo, hoc est, acutū facio, ὀξύνω. Ver. 3. Geor. Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit. Ad hominem trāslatum, idem ferè est quod incitare, uel inflammare. Claud. de bello Getico, At inuenem stimulis immanibus æmula uirtus Exacuit. Exacuare animum, est acutiorem, & perspicaciorem reddere. Plin. lib. 29. cap. 13. Nasturtium uenerem inhibet, animum exacuit.

Exacutus, Nomen ex participio. Plin. lib. 18. cap. 18. Latior hæc quarto generi, sed exactior in mucronem fastigiata.

Exactio, onis. Plinius lib. 17. cap. 14. Calami exactio medullam ne nudet.

Exaduersum, Vnica est dictio, idem significās quod ex opposito, uel è regione, ἀντικρύ. Terent. in Phorm. In quo hæc discebar ludo, exaduersum ei loco Tonstrina erat quædam. Pro eodem etiā legitur Exaduerso. Plau. in Mer. Respice huc ad dextram Charme, non'ne exaduerso uides? Plin. lib. 4. ca. 13. Exaduerso intrantibus geminæ cernebantur.

Exædifico, as, are, a. p. Perfectè ædificare, uel ædificium absoluere, ἐξοικοδομέω. Cæsar 1. belli Ciuil Quod oppidum Labienus constituerat, suaq; pecunia exædificauerat. Cic. 1. de Orat. Non grauare exædificare id opus quod instituisti. Aliquando significat domo priuo, domo eiicio. Plaut. in Trin. Nam exædificasset me ex his ædibus, si absq; te foret. Exædificare inchoatam ignauiam, per translationem, hoc est, augere, perficere, & ad summū perducere. Plaut. ibidē, Quid interest, dare te in manus argentū amāri homini adolescentulo, animi impoti, Qui ædificaret suam inchoatā ignauiam?

Exæquo, exæquas, actiuum, primæ, Idem est quod æqualem facere, ἐξισόω, ἐξομαλίζω. Cæsar 1. bel. Ciuilis, Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus, quòd neminem dignitate secum exæquari uolebat, totum se ab eius amicitia auerterat. Cicero post reditum in Senatu, Propterea quòd superiorem esse cōtra improbos, minus est negotii, quàm bonis exæquari. Sallust. In primis arduum uidetur res gestas scribere: primùm, quòd facta dictis exæquanda sint.

Exæquatus, a, um, Lucretius, Exæquataq; sunt creperi certamina belli.

Exæstuo, Vide suprà in simplici Aestuo.

Exæuio, a. q. Idem quod desæuio, hoc est, fœnire desino. Liuius, Consulem Claudium atrox uis tempestatis adorta, in metum ingentē adegit. Populoncos inde quum peruenisset, stetit ibi dum reliquum tempestatis exæuiret.

Exaggero, as, a. p. Idem est quod in unum ueluti aggerem congero, & coaceruo, συναθροίζω Plin. lib 19. cap. 8. Exaggerando aliam accumules. Est præterea exaggerare penè idē quod amplificare, & uerbis extollere: cuius contrarium est extenuare. Cic. 5. Tusculan. Xenocratem illum grauissimū Philosophorum exaggerantē tantopere uirtutem, & extenuantem cætera. Exaggeratus uirtutibus animus, Cic. in Parad.

Exaggeratio, nis, f. t. Magna coaceruatio, σώρωσις. ponitur & pro altitudine & excellentia, trāslatione sumpta à terra, quę in aggerem erecta, sustollitur in fastigium. Cic. lib. 2. Tusculā. Hoc igitur ibi propone, amplitudinem animi, & quasi quandam exaggerationem quàm altissimam animi, qui maximè eminet in contemnendis & despiciendis doloribus, unam esse omniū rem pulcherrimam. Oratores exaggerationem (δείνωσιν, ἀνολοχίαν) facere dicuntur, quando pluribus uerbis unam eandemq; rem uehementer dicunt, quæ res maximè uenustat orationem. Apud Catonem luculenta illa exaggeratio est. Succidas humanas facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominib. uitam eripis, indicta causa, iniudicatis, indamnatis.

Exăgito, tas, Vexo, inquieto, σείσματίζω. Plau. in Mercatore, Mala bilis cruciat me, atque exagitat. Cicero quinto Verrin. Spoliati, & exagitati aratores. Lactantius libro 6. Poëtæ tres Furias esse dixerunt, quæ mentes hominum exagitent. Nonnunquam sumitur pro exaspero, siue ad iram prouoco, παροξύνω. Sallustius in Catilinam, Tamen quia in tali tempore tanta uis hominis magis lenienda, quàm exagitanda uidebatur. Ponitur nonnunquam pro excutere. Cicero pro Cluentio, Exagitabantur omnes eius fraudes, atque fallaciæ: omnis uita in eiusmodi ratione uersata aperiebatur.

Exagitatus, participium. Cicero post reditum in Senat. Qui causam Senatus exagitatam concionibus improborum, sic sua diligentia multitudinis cōmendauit, &c.

Exagitator. Cic. in Orat. At ea de seniore scribit Plato, & scribit æqualis, & quidem exagitator omniū Rhetorum: hunc miratur unum.

Exagōga, æ, p. penultima producta, generis masculini, Qui educit & exportat Exagoga bonorum. Plautus in Truculen. Ite hac simul mulieri damnigeruli forasgerrones, Bonorum exagogæ. Exagoga, generis fœmini, ἐξαγωγὴ, Exportatio, euectio, eductio, prouentus, reditus. Plaut. in Truc. iste dum sic faciat domum Ad te exagogam. Idem in Ruden. teq; oro & quæso, si speras tibi Hoc anno multum futurum sirpe & laserpitium, Eamq; euenturam exagogam saluam & sospitem.

Exagogica uectigalia. Ex Cicerone liquet pro Lege Manilia, uectigalium tria fuisse genera: ex agricolatione: mercibus exportatis, uel importatis, unde Exagogica dicebantur & Isagogica: denique ex agris pascuis. Primùm decimas complectitur, sequens portorium: postremò nomen sit scriptura.

Exagonia dicuntur, quæ ad causam non pertinent. uelut extra certamen.

Exalbesco, is, ere, n. t. Pallescere, & colorem pristinum in album cōmutare. Cicero 4. Academic. Si qui fremerent, & exalbescerent. Idem primo de Oratore, Equidem & in uobis animaduertere soleo, & in meipso sępissimè experior, ut exalbescam in principiis dicendi, tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. Exalbescere metu, Cic. 3. de Orat.

Exalbidus, da, dum, Idem quod albidus, nisi Ex præpositio aliquid minuat de significatione. Plinius libro uigesimoquarto, cap. 19. Folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia.

Exalburno, as, are, a p. Est alburnum detrahere. Est autē alburnum ea arborum pars, quæ proxima est cortici. Plin. lib. 16. cap. 40. E reliquis arboribus siccissima lotos, quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricās color. Vide latius in dictione Alburnum.

Exalto, as, a p. In altum eleuo, μετεωρίζω, ἀνυψῶ. Colum. libr. 3. cap. 13. Sendum pedum latitudinis sulcos dirigūt, fodiūtq;, exaltant in tres pedes. Per translationem significat magnificè laudo.

Exălumĭnātŭs, a, um, Denominatiuū ab alumine. Plin li. 9. cap. 37. de unionibus, Summa laus coloris est, exaluminatos uocari. id est, ad colorem aluminis accedentes.

Exāmen, inis, n. t. Noua apum soboles, quam parentes ex suis alueariis ad nouas sedes quærendas exire cogūt: quòd hæ ita uniantur, ut simul ligatæ uideantur, ἑσμός, σμῆνος. Cic. de Senect. Nec uerò segetibus solùm, & pratis, & uineis, & arbustis res rusticę læte sunt: sed hortis etiam & pomariis, tum pecudum pastu, & apum examinibus, & florū omniū uarietate. Nec solùm de apibus dicitur, sed etiā ad alia refertur: ut, Examina piscium. Plin. libro 31. capite 1. Rapiunt eò secum piscium examina. Examina infantium. Plinius in Panegyrico, Aduentante congiarii die, obseruare principis egressum

egressum in publicum, insedere examina infantiũ, &c. Examina seruorum, Cic. Rursus examen, stylus est in lance siue statera, qui quò pondus se uergit, exit, ῥοπή. Verg. 10. Aen. Iupiter ipse duas æquato examine lances Sustinet. Hæc ab aliis, bilancis, seu stateræ lingua: ab aliis æquamentũ, ab aliis libramentum, ab aliis æquilibrium, & trutina dicitur. Vnde methaphoricè ponitur pro exacto iudicio, & pensiculata alicuius rei inuestigatione, ἀνάκρισις. Persius, examenq; improbum in illa Castiges trutina.

Examino, as, a. p. pen. corr. Scrutor, & inuestigo, perpendo, diiudico, & ueluti trutina quadã expendo, ἐξετάζω, ἀναρίνω. Plin. in Epist. Examina singula uerba, & expende. Cicer. 2. de Orat. Ad ea probanda quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. Examinare dicuntur apes, id est, uernare. Colum. lib. 11. cap. 14. Ab exortu Vergiliarum ad solstitium examinant aluei.

Examurcari oleum, Dicitur quando sublata amurca desecatũ fit, ἀναμορχάω. Apul. libro 4. Ac dum cælestis uaporis flammis examurcatur.

Examussim, Vide Amussis.

Exanclo, clas, siue potius Exantlo, Prisciano docente, uerbum Græcum est, idem significãs quod exhaurio, ἐξαντλάω. Plaut. in Stic. Næ iste ædepol uinum poculo pauxillulo Sæpe exantlauit. Inde per metaphoram accipitur pro superare, perpeti: & quod dicimus, deuorare. Cic. lib. 1. Tusc. Quod quum exantlauisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum. Lucil. lib. 30. Quantaq; modò ærũnas, quantosq; labores exantlaris. Aliquando perficere. Pacuu. in Peribœa, ut Nonius citat, Non potest Menalippe hic sine tua opera exantlari clauus.

Exangelus, Cælio citante, Angelum esse scribit Ammonius eum, qui extrinsecus quippiam nunciat. Exangelum, qui quæ intus fiunt, extimis promit, quem Dyangelum uocat Thucydides: Aut angelum, qui ex se nunciat, non ab alio missus.

Exanguis, gue, om. t. Quod sine sanguine est, ἔξαιμος, ἄναιμος. Cic. 7. Ver. Ne denique etiam exanguium corpora mortuorum, ne mœror, &c. Idem pro Sestio, Quem quum iacentem, & concisum pluribus uulneribus extremo spiritu exãguem & confectum uiderent, &c. Liuius 3. bel. Punic. Propè exanguis ruina superincidentiũ. Accipitur etiam pro pallido: quòd pallentes uideantur sanguine carere, quum sanguis per extrema diffusus, sit causa ruboris: contrà, recedente sanguine, subitò pallescimus, ut in metu uidemus accidere, quum sanguis se recipit ad interiora. Ouid. 3. Trist. Aspicis exangui chartam pallere colore. Sic etiam Horatius cuminum dixit exangue, quòd semen illius epotum pallidos reddat bibentes. Epist. 1. quòd si Pallerem casu, biberent exangue cuminum.

Exănimus, a, um, & Exanimis, exanime, & Exanimatus, ata, atum, ambo duplicem, eandemq; significationem habent, licet Seruius uoluerit hæc inter se differre, ἄψυχος. Nam ut exanimus, siue exanimis, modò idem est quod mortuus, ut apud Liuium libro octauo, Vt uno ictu exanimem equo præcipitaret. Vergilius primo Aeneidos, Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles. Modò idem est quod exterritus, & ueluti animi deliquio constematus. Idem libro quarto, Audiit exanimis, trepidoq; exterrita cursu, Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis, Per medios ruit. Sic & exanimatus, ὑσχολὴς, πλυρεὶς, non solùm pro exterrito, siue perturbato (ut apud Terentium in Andria, Ibi tum exanimatus Pamphilus Bene dissimulatum amorẽ & celatum indicat) sed etiam pro mortuo accipitur, ut apud Liuium libro uigesimosecundo, Vnam in ipsa porta sospite filio repentè oblato, in conspectu eius expirasse ferunt: alteram, cui mors filii falsò nunciata erat, mœstam sedentem ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Lucretius libro sexto,

Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora, nonnunquam posses, retroq; uidere.

Exanimalis, om. t. Quod non est animal, uel quod est sine anima, ἄψυχος. Plaut. in Bacc. Nam neq; Bellona mihi unquã, neque Mars creduat, ni illum exanimalem faxo, siue exhæredem fecero uitæ suæ. Idem etiam in Ruden. posuit pro eo quod animam eripit. Ita (inquit) malè uiuo, ita multę in pectore Sunt curæ exanimales.

Exanimo, as, a. p. quando ab animo fit, significat perterreo, perturbo, συσσῶ, ἐκπλήττω. Plaut. Aul. Nimis malè timui priusquàm intus redii exanimatus fui. Terent. in Andria, Oratio hæc me miseram exanimauit metu. Quando uerò ab anima est, significat anima priuo, siue neco, ἀποκτένω. Curtius, Multos exanimauit rigor insolitus niuis, multorum adussit pedes, plurimorumq; oculis præcipuè perniciabilis fuit. Gellius libro tertio, capite decimoquinto. Anus repentè filio uiso, copia atq; turba, & quasi ruina incidentis inopinati gaudii oppressa, exanimataq; est.

Exanimatio, onis, f. t. Subsequitur metum, & est comes pauoris, ut ait Cic. lib. 4. Tusc. Idem 1. Offic. Ne in perturbationes, atq; exanimationes incidamus.

Exanio, as, a. p. Est saniem, uel pus, aut aliũ quemuis inutilem liquorem exprimo. Col. lib. ult. Vt omnem amaritudinem eius & pallorem exaniet. Et alibi. Patimur autem nonnunquam tota nocte, & postero die baccam uelut exaniari.

Exanthemata, n. t. ἐξανθήματα, A medicis appellantur tumores, siue papulæ per totam cutem efflorescentes, præcipuè in pueris, idq; beneficio naturæ corporis profunda expurgantis. Horum duo sunt genera. Sublimia, quæ cutem in manifestum attollunt tumorem, eamque exulcerant, & pruritum excitant. Vulgus Morbillos appellat. Et Lata, quæ exiguum quidem faciunt tumorem, non tamen exulcerant, neque pruritũ excitant. Vulgò Variolæ dicuntur, quòd maculis per totum corpus sparsis, uariis cutem inficiant coloribus.

Exantlo, Vide Exanclo.

Exaptus, Antiqui dixerunt pro aptus. Lucretius libro 4. Brachia nec porrò ualidis exapta lacertis Esse, manusq; datas utraque à parte sinistras. Vt facere ad uitã possimus quæ foret usus.

Exardeo, es, n. s. Valde inflammatus sum, ἐκφλέγομαι. Transfertur ad multas res: ut si dicatur in aliquo exardere iniuriã, dolorem, ambitionem. Item exardere aliquem ira, & indignatione: siue exardere in iras, ut apud Martialem, quod est ueluti excandescere. Cicero 7. Tusc. Contra quorum disciplinam ingenium eius exarserat. Idem 4. Verr. Exarsit iracũdia ac stomacho. Idem Att. lib. 2. Nunc uerò sibilis uulgi, fremonibus honestorum, fremitu Italiç uereor ne exarserint. Idem pro Rab. Posthumo, Etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat.

Exardesco, is, ere, n. t. Ardentẽ fieri. Cic. 2. de Orat. Nulla materies tam facilis ad exardescendũ, quę nisi admoto igni, ignẽ cõcipere possit. Plin. libr. 13. cap. 25. In igne autem ut ferrum exardescentes. Transfertur etiam ad animum, pro accendi, & inflammari. Cic. 3. Ver. Homo ut hęc audiuit, sic exarsit ad id, quod non modò ipse nunquã uiderat. Sic exarsit, inquit, hoc est, tanto amore inflãmatus est. Idem de Amic. Ex quo eorum exardescit amor, siue amicitia.

Exărefio, Idẽ significat quod exaresco, μαραίνομαι, nisi quòd exarefio, passionem quandam uidetur importare, quam nõ habet exaresco: ut exaresce dicatur, quod sponte sua aridũ fit, exarefieri, quod ui aliqua externa redditur aridũ. Sed hæ differentiæ à doctioribus ridentur magis, quàm obseruãtur. Plin. lib. 26. de fico marino, Sed omnibus articulis morborum impositis. antequàm exarefiat.

Exaresco, Aridus fio, μαραίνομαι. Columella libro 4. Et Soleæ uentro penitus siccare, atque exaresce re. Cicero Papyrio, Deinde ipsa illa, si qua fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset. hoc est, omnino arida facta fuisset.

Exarẽo, as, are, a. p. Est expurgare, & ueluti arenas auferre. Plin. lib. 33. cap. 3. Postea exarenatur, an satis decocti sit splendore deprehendente, iterumq; exhalatur igni.

Exargentare, in pecuniam redigere significat. Ex Alciato.

Exarmo, as, a. p. Armis spolio, ἀφοπλίζω. Suetonius in Domitian. Mineruam quam superstitiosè colebat, somniauit excedere sacrario, negantẽ ultrà se eũ tueri posse, q exarmata esset à Ioue. Exarmare feras, hoc est, dentes, seu ungues eis adimere, & ex feris mansuetas reddere, ἡμερόω. Vnde exarmatæ bestiæ, pro cicuribus & mansuefactis accipiuntur. Lampridius in Heliog. Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis. Exarmare accusationem Plinius lib. 3. Epist. metaphoricõs dixit, pro debilitare, & infirmare.

Exaro, pen. cor. n. p. arando eruo, ἐξαρῶ. Cicer. 2. de Diuinat. Estne quisquam ita despiciẽs, qui credat exaratũ esse Deum dicam, an hominem? hoc est, aratro erutum fuisse, uel inter arandũ è sulco emersisse. Loquitur de Tage quodam, quem antiquitas fabulata est, in agro Tarquiniensi aratro altiùs impacto,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

impacto repentè ex ſulco emerſiſſe. Plin. libro 17. cap. 19. Quſ oliuetum ſæpius miſcebit, is tenuiſſimas radices exarabit. Eſt etiam exaro idem quod ex aratione percipio. Cice. 5. Ver. Quum ex agris tres fratres conſortes profugiſſent, quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararent. Ibidem. Nonne plus lucri nomine eripitur, quam quantũ frumenti omnino xerarant? Per translationem ſignificat ſcribo, διαχαράττω. Qui enim ſtylo ſcribunt in codicillis, hi quaſi ſulcos more aratorum ducere uidentur. Ineſt autẽ in hoc uerbo tacita quædam feſtinationis, & breuitatis ſignificatio quum ſcilicet paucis, & obiter aliquid ſcribimus. Ci. Cornificio, Hę, quum eſſem in Senatu, exaraui. Idem Attic. libr. 12. Vndecimo die, poſtquam à te diſceſſeram, hoc literularum exaraui, egrediens è uilla ante lucem.

Exarticulatio, eſt oſsis ſecundum naturam moti ex concauitate profunda exceſſio in locum minimè naturalem.

Exaſcio, as, are, a. p. Dedolare, dolabra & aſcia parare, nondũ tamen expolire, πελέκω, ἀξίνῃ ξέω. Translatio à fabris lignariis ſumpta, qui ligna prius dolant, deinde poliunt. Plaut. in Aſinaria, Iam hoc opus eſt exaſciatum, id eſt, utcunq; dolatum, nondum tamen undequaq; expolitum.

Exãſpẽrõ, as, a. p Exacuo, ualde aſperum facio, ὀξύνω. Sil. ſaxoq; exaſperat enſem. Tacit. Saxo exaſperatur ferrum. Exaſperare fauces, eſt aſperas & inæquales reddere. Plin. lib. 23. ca. 4. Fauces exaſperat, & uenena omnia hebetat. Per metaphorã pro irritare, ſiue concitare ponitur, παροξύνω, ἐξαγριόω. Colum. lib. 9. cap. 15. Neq; enim conuenit æſtu medio exaſperatas apes laceſſiri. Liu. 8. bel. Pun. Ad quorum primũ aduentum exaſperati animo, mox ipſis placido ſermone permulcẽtibus notos, cum quibus cõgreſſi erant, leniti ſunt. Quint. Rem uerbis exaſperauit.

Exatio, as, a. p. Idem quod ſatiare. Liu 8. bel. Maced. Populũ Romanum ne morte quidem Pub. Scip. exatiari. niſi & ipſius fama ſepulti laceretur.

Exãturõ, as, are, a. p. Idem quod ſaturare, Oui. 5. Metam. Sed quæ uiſcerib. ueniebat bellua ponti Exaturanda meis. Trãslatè apud Cic. 7. Ver. Quum eius cruciatu atq; ſupplicio paſcere oculos, animumq; exaturare uellent, poteſtas aſpiciendi nemini facta eſt. Idem 6. Tuſc. de Sardanapalo, Hæc habui quæ edi, quæq; exaturata libido Hauſit.

Exaũtoro, as. a. p. pen. prod. Significat ab autoramẽto, hoc eſt, obligatione militari, & iuramẽto ſoluo & libero, ἀφίημι, quod Barbari dicunt Quitare iuramenrum. Vnde exautorati, milites dicuntur, qui miſsionem habuerũt, ἀφαιμένοι, ἀπολελασμένοι. Et quanuis frequenter cum dedecore exautorare dicatur, perſæpe tamen ſignificat miſſos facere à militia milites citra uituperationem. Liuius li. 25. Volonum exercitus qui uiuo Graccho ſumma fide ſtipendia fecerat, uelut exautoratus morte ducis, ab ſignis diſceſſit. Et lib. 26. Poſtera die concione aduocata de rebus ab ſe geſtis quum differuiſſet, exautoratos dimiſit. Vlpianus Exautorare interpretatur inſignia militaria detrahere: quod cum infamia conficitur: ut eſt apud Lamprid. qui ſcribit Alexandrum tumultuantes legiones exautorauiſſe.

Exaudio, dis, Perfectionem audiendi denotat: & hoc duobus modis. Vno, quum quod petimus, impetramus, ἐξακούω. Ver. 1. Aene. & nulli exaudita deorum Vota, præcesq; meæ. Ouid. 2. de Ponto, Eleg. 9. Supplicis exaudi iuuenum mitiſſime uocem. Alioquin ſignificat perfectè audio. Liu. libro 1. Equidẽ clara increpãs uoce, ut hoſtes exaudirent, redire in prælium iubet. Terent. in Hecy. Vereor clamorem eius hic crebrò exaudiat, ne parturire intelligat.

Exaugeo, es. a. ſ. Valde augeo. Plau. Stich. egenti Heræ ſubueni: benefacta maiorum tuorum exauge. Terent. in Heauton. Concurrunt multę opiniones quę mihi animum exaugeãt, Locus, occaſio, ætas.

Exauguro, as, a. p. penultima correpta, Propriè ſignificat ex ſacro ꝓfanum facio. Contrarium eius eſt Inauguro, per augurium ſacrũ facio. Non ſolebant enim ueteres niſi addicente augurio, templũ dedicare, aut ſacerdotem conſecrare: neque etiam quod ſacrũ fuit, niſi addicentib. auibus profanare. Liu. 1. ab Vrb. Et ut libera à cæteris religionibus area eſſet, tota Iouis templiq; eius quod inædificaretur, exaugurare fana ſacellaq; ſtatuit: quæ aliquot quæ ibi à Tatio Rege primũ in ipſo diſcrimine aduerſus Romulum pugnæ nota conſecrata, inaugurataq; poſtea fuerant. Et paulò pòſt, Nam quum omnium ſacellorũ exaugurationes admitterent aues in Termini fano non addixere.

Exauſpico, exauſpicas. Plaut. Cap. Exauſpicaui ex uinculis, nunc intelligo Redauſpicandã, hunc eſſe in catenas denuò

Exballiſto, ſtas. a. p. ſignificat balliſta proſterno, & metaphoricõs decipio. Plautus in Pſeud. Ego hunc communem meum, atq; noſtrum omnium hoſtem exballiſtabo lapide.

Excæco, as. p. Viſum eripio, luminibus orbo, τυφλόω Cic. 2. Acad. Num ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus?

Excalceo, as. a p. calceos detraho. Suet. in Vitel. ca. 2 Claud uxoribus libertiſq; addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Meſſal. petiit ut ſibi pedes pręberet excalceandos.

Excalefacio, a. t. aut detracta e, litera Excalfacio, notæ eſt ſignificationis, ἐκθερμαίνω. Plin li. 21. cap. 20. Vrinas magis excalefacit quàm crocum ipſum. Ibidem, Modice his tamẽ utendum eſt, quoniam excalfaciunt.

Excalfactorius, θερμαντικός. Excalfactoria uis, apud Plinium.

Excalpo, is, Scalpro excauo. Cato cap. 18. Arbores craſſas pedes duos, altas pedes nouem, cum cardinibus: foramina longa pedes tres ſemis, & excalpta digitos ſex.

Excandefacio, a. t. Idem eſt quod candens & ignitum reddo. Excandefacere frumentum, uel annonam, eſt caritatem eius augere, & in pretium immoderatum extollere. Varro 3. de Re ruſt. ca. 2. Sed ut ad hunc bolum uenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius, ut tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles excandefaciebant annonam. Vbi excandefacere annonam dixit ꝓ eo quòd poſt dixit, Incendere annonã. Quotus quiſq; (inquit) eſt annus, quo non uideas epulũ, aut triumphũ, aut collegia epulari, quę nũc innumerabiles incẽdũt annonas.

Excandeſco, is, excandui, n. t. Ab excandeo, ſignificat incendor uel inflammor. Cato de Re ruſtica cap. 95. Nam ſi in tecto coquas, quum bitumen & ſulphur additum eſt, excandeſcere. Per translationem accipitur pro iraſci, quòd ira ueluti igne quodam animus ſoleat incendi. Cælius Ciceroni li. 8. Epiſt. Id poſtquam reſciit, excãduit, & me cauſam inimicitiarum quærere clamitauit.

Excandeſcentia, æ, f. p. ab Apuleio lib. de Dogmatibus Platonis, appellatur ea animæ pars quæ irritabilis eſt, habens domicilium in corde: quam alio nomine iraſcentiam nominat, qua ſcilicet ſubitò ad iracundiam incendimur, θύμωσις Cic. 4. Tuſc. Excandeſcentia autem ſit ira modò naſcens, & modò exiſtens, quæ θύμωσιν Græcè dicitur: odium, ira inueterata: inimicitia, ira ulciſcendi tempus ſeruans: diſcordia, ira acerbior, intimo odio & corde concepta.

Excanto, as, are, a. p. Idem eſt quod incantare, ſiue incantationibus pernitiem afferre, ἐπῳδοτρίνω. Plin lib. 28. cap. 2. Qui fruges excantaſſet. Plautus in Amphit. Præſtigiator fortè aut ueneficus excantat tibi familiam. Ponitur etiam aliquando pro incantatione è loco aliquo euocare. Propert. libr. 3. Eleg. 3. Vt per te clauſas ſcias excãtare puellas, Qui uolet auſteros arte ferire uiros. Hora. Epod. 5. Quę ſidera excãtata uoce Theſſala, Lunãq; cælo deripit. (carne interiecta nõ ſunt.

Excarnia, ἄσαρκα, loca uocantur in corpore humano quæ

Excarnificare, a. p. Dilaniare, in partes diuidere, & carnem diſſecare, quod proprium eſt lanionum & carnificum. Suetonius in Vitel. Apud Gemonias minutiſſimis ictib. excarnificatus, atq; confectus eſt, ἐκτρυχωθείς. Cic. 3. de Nat. Anaxarchum Democritum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. Per translationem pro excruciare ponitur. Terent. in Heaut. Vt te omnes equidem dii deæq;, quantum eſt Syre, Cum iſtoc inuento cumq; incœpto perduint: Huiuſmodi mihi res ſemper cõminiſcere, ubi me excarnifices.

Excauo, as, are, Idem quod cauare. Cicer. 6. Verr. Erat etiam uas uinarium ex una gemma prægrandi, trulla excauata cũ manubrio aureo. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5. Circum natatilia ſunt excauata anatum ſtabula. Seneca 4. Nat quæſt. Stillicidii caſus lapidem cauat, & hæc ipſa excauatio rotunda fit.

Excedo, dis. n. t. pen. prod. Diſcedo, egredior, ἀπέρχομαι. Cæſar. 4. bell. Gall. Nam cũ omnib. ſuis domo exceſſerant, Rhenumq; tranſierant. Ibidem, Aurigæ interim paululùm è prælio excedunt. Plaut. in Aulularia, Iſtic adeſto, ſi, hercle, tu ex iſtoc loco digitum tranſuerſum aut unguem latum exceſſeris. Item ſupero, antecello, ὑπερβαίνω: ut Cicero facilè excedit omnes eloquentia. Excedere è uita, idẽ eſt quod mori. Cicero de Clar. Orat. Sed ad eos, ſi placet, qui è uita exceſſerũt reuerſamur. In qua ſignificatione etiam dicimus Excedere abſolutè. Cice. in Oratione in Senatu habita poſt reditũ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quo quidem tempore, quum is exceſſiſſet qui cædi & flam mæ, nobis authoribus reſtiterat.

Exceſſus, us, ui, m. q. uerbale: ut, Exceſſus è uita. Cic. 5. de Finib. In his exceſſum è uita, & in uita manſionem. Exceſſus uitæ. Ci. 1. Tuſc. Neq; exceſſu uitæ ſic deleri hominem. Et Exceſſus abſolutè etiam pro morte poſitum inuenitur. Idem 1. de Legib. Certè non longè à tuis ædibus inambulàs poſt exceſſum ſuum Rômulus Iulio Proculo dixerit ſe deum eſſe.

Excello, lis, uel Excelleo, les, excellui, excelſum, a. t. ſignificat ſupero, ὑπερίχω, ὑπερβάλλω, ὑπερβαίνω, Conſtruitur tam cum datiuo, quã cum accuſatiuo. Cic. pro Pomp. Vt is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par eſſe uideatur. Lactan. lib. 7. Qui omnes licet eloquentia excelluerit. Cic. 2 lege Manil. Hic miramur hunc hominẽ tantũ excellere cęteris. Sed hæc ſignificatio uidetur eſſe trãslatiua. Nam propriè excellere, eſt altitudine uel ſtatura eminere.

Excellens, om. t. particip. Vnde tumulũ uel mentem excellentem dicimus qui inter cæteros eminet. Cic. Antequã iret in exilium, Dii, deæq; immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis conſtitutam.

Excellentia, æ, f. p. Hoc eſt, eminentia, magnitudo, præſtantia, nobilitas, ἐξοχή. Cic. 1. Offic. Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura magna cum excellentia, præſtantiaq; animã tium reliquorum.

Excellenter, aduerbium. Cic. 1. Offic. Quæ magno animo & elato fortiter, excellenterq; geſta ſunt.

Excelſus, Nomẽ ex participio, idẽ ſignificans quod altus, magnus editus, μετέωρος. Cic. 2. Tuſc. Te natura excelſum quendam ũdelicet, & altum & humana deſpicientẽ genuit. Aul. Gel. lib. 1. Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem.

Excelſitas, f. t. Altitudo. Plin. libr. 21. cap. 7. A lapide quadrageſimo ad eam excelſitatem, ut in omnes urbis montes leuaretur. Cic. 3. Offic. Ea enim multò magis eſt ſecundum naturã excelſitas animi, & magnitudo, &c.

Excelsè, aduerbium. Hoc eſt, altè, & in ſublime. Colum. libr. 4. capite 1. Si modò ſcandit excelſius, plus alimenti, terræq; deſiderat. Cicero in Orat. Omnia profectò, quum ſe à cæleſtibus rebus referet ad humanas, excelſius, magnificentiusq; & dicet & ſentiet.

Exceptio, Excepto, ptas, Vide Excipio.

Excerebro, bras, a. p. Cerebrũ eripio, ἐξεγκεφαλόω, ut apud Eſaiam, Qui mactat pecus, quaſi quis excerebret.

Excerno, nis, excreui, excretum, a. t. Idem eſt quod purgare, ἐκκρίνω, ἀποκρίνω, ἀποκριβύνω. Columella libro 2. Itaque in area detrita frumenta ſic aggerenda, ut omni ſtatu poſſint excerni. Ita dicimus excernere aluum, uel ſimpliciter excernere, pro eo quod eſt onus uentris deiicere. Celſus libro quarto Quoniam portæ modo in inferiores partes, ea quæ excreturi ſumus emittit.

Excrementum, n. ſ. Quod egeritur ex cibo potuq;, περίτ]ωμα, et eſt duplex ſiccum ſcilicet, & humidum conceptaculum humidi, dicitur ueſica: cõceptaculum ſicci, aluus nominatur. Oris excrementum. Tacitus libro 10. Precabaturq; principẽ ut genas, & oculorum orbes dignaretur reſpergere oris excremento. Plin. lib. 10. cap. 43. ſcribit coruum, quòd excremẽtis ſuis calceamenta fœdaſſet, à mancipe proximæ ſutrinæ fuiſſe exanimatum.

Excretus, ta, tum, participium paſſiuum eſt à uerbo excernor, ſignificans idem quod egeſtum, uel expurgatum, ἐκκρίτος, ἀπόκριτος. Colum lib. 8. Furfures à farina excreti. Vnde excreta tritici, dicuntur uulgò grana quæ ex incerniculo pro immundis ſeponuntur. Columella lib. 8. Vbi annona eſt carior excreta tritici minuta commodè dantur gallinis, hoc eſt, furfures à farina excreti.

Excretum, ti, n. ſ. ſubſtantiuũ, Accipitur pro purgamento qđ excerniculo à frumento ſeparatur. Columella libro 8. capite 4. Vbi annona eſt carior, excreta tritici minuta cõmodè dantur gallinis.

Excerpo, pis, pſi, ptum, a. t. Significat ſecernendo extraho, ἀποκλύω, ἐκλέγομαι. Terentius in Phorm. Tu id quod boni eſt excerpis, dicis quod mali eſt. Cic. 3. Offi. Excerperes ex his ipſis ſi quis inſt boni. Vnde excerpta, dicimus quæ ex libris ueluti floſculos extrahimus, ἀνθολογητοί. Eſt etiam excerpere idem quod eximere, ἐξαιρῶ. Vnde excerpere aliquem de numero Poëtarum, eſt eum inter Poëtas non numerare. Horat. 1. Serm. Sat. 4. Primùm ego me illorum dederim quibus eſſe Poëtas Excerpam numero. Sic excerpere ſe hominum conſuetudini, dixit Senec. in Epiſt. pro eo qđ eſt, ſecedere ab hominum confortio. Excerpere ſe uulgò. Seneca de tranq. uitæ Excerpe te uulgò Pauline, &c.

Exceſſus, Vide Excedo.

Excetra, træ, pen. prod. Dicta eſt hydra Lernæa, quod uno cæſo capite tria excreſcebant, ἔχιδνα. Plautus in Perſa, Nam cũ leone & cum excetra, cum cerno, & cum apro Aetolico, Cũ auibus Stymphalicis, cũ Antæo deluctari mauelim, Quàm cum amore. Ouidius, Pars quota Lernææ ſerpens eris unus echidnæ? Scribit Diodorus, Herculẽ debellaſſe hydrã non ſolùm ferro, ſed etiam flammis, adhibito Iolao, qui incluſam cernicem ardente face cuneſtigiò inureret. Conſtat (ſecundũ Hiſtoricos) Hydram in Lerna Argiuorum regione paludem extitiſſe, aquas cuomentem quæ uaſtabant uicinas ciuitates, in qua uno meatu cluſo, multi erumpebãt. Quod Hercules uidens, loca ipſa exuſſit, & ſic aquæ meatus clauſit. Nam hydra, ἀπὸ τῦ ὕδατος, id eſt, ab aqua, nomen accepit, Plato aſſerit in Euthydemo, hydram fuiſſe callidiſſimum ſophiſtam, cui præter ſapientiam, pro uno ſermonis capite amputato, multa repullulabant.

Exchalcio, exchalcias, are, uerbum non illepidè à dictione Græca chalcos formatum à quibuſdam, ſignificat autem ære ſpoliare, & auferre nummos. Vnde Porphyrio in Horat. li. 1. Serm. Satyr. 8. inquit, Voranus Q. Luſtatii Caculi libertus omni loco, omni tempore furaciſſimus fuiſſe dicitur. De quo etiam illud traditur, quum deprehẽſus à nummulario eſſet, de cuius menſa nummos ſubtractos in calceos ſibi infarcierat: quidã iocans, Bellè, inquit, te nummularius ille exchalcianit: cũ aſpiratione ſcilicet, ſecundæ ſyllabæ, ſimul ut chalcon, id eſt, es ablatum ex calceamento obiiceret. Vide etiam Cælium Rhodi. Antiq. lect. lib. 19. cap. 9.

Excido, dis, n. t. pen. cor ab ex & cado, a in i mutata, præteritum excidi, ſupinum excaſum facit: ſignificatq; ex loco, uel re aliqua ſublimiori cado, ἐκπίπτω Verg. 2. Georg Nam ſæpè incautis paſtoribus excidit ignis. Vnde per translationem excidere animo, eſt obliuiſci. Idem 1. Aeneid. Nec dum etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores Exciderant animo. Interdũ diſſentire. Lucil. lib. 27. Ego ab Archilocho excido. Excidere nobis aliquod uerbum, quũ per incogitantiam, quod aliqui dicturi non eramus, imprudentes proferimus. Cice. pro Syll. Verbũ ecquod unquã ex huius ore excidit, ut quiſquã poſſet offendi? Sunt & aliæ non innenuſtæ huius uerbi tranſlationes: ut quum nobis uictoriam, aut ſpem aliquam è manibus excidiſſe dicimus: quum ſignificare uolumus nos amãſiſſe quod ꝓpemodum tenebamus. Cic. ad Brutum, Deinde ita multa peccata, ut quodammodo uictoria excideret è manibus. Excidere uxore, eſt ambitæ uxoris ſpem amittere. Terent. And. Herus, quantum intelligo, uxore excidit.

Excido, dis, a. t. pen. prod, excidi, pen. long. Exciſum, Compoſitum à cædo, idẽ eſt quod excindo, uel eruo, ἐκτέμνω, ἐκκόπτω Cic. libr. 2. Offic. Nec lapides ex terra exciderentur ad uſum noſtrum neceſſarii. Item penitus deſtruo. Idem in Catone, Quomodo Carthagini malè iamdiu cogitanti bellum inferatur, multo tempore antè denũtio: de qua uereri non antè deſinam quam illam exciſam cognouero.

Excidium, dii, n. ſ. Ab excido deduci manifeſtum eſt, pro euerſione, & quaſi nece urbis, aut prouinciæ: ut quũ cæſis hominibus mœnia ſolo æquantur, ἀνάστασις, ἄλωσις. Liuius 7. bell. Punic. Magnum ſe excidio eius urbis terrorem cæteris carum iniecturum. Plinius libro 17. cap. 39. Fuitq; arbor fatalis excidio urbis.

Exciſo, ſas. a. p, prod. Lanio: uulnero, ἀνασπαράσσω. Nonius, Exciſatum, laniatum, uulneratum. Plautus Ciſtell. Capillo ſciſſo atq; exciſatis auribus.

Excindo, dis, a. t. Idem eſt quod excido, deſtruo diruo, extirpo. Cic. pro Planc. Vrbem unam mihi amiciſſimam declinaui, quæ ſe uel potius excindi, quam è ſuo complexu ut eriperer, facilè pateretur.

Exciſorius, a, um: ut, Exciſorius ſcalper, quo cariоſa exciditur caro, apud Celſ. lib. 8. cap. 3.

Excio, cis, exciui, excitum, penultima producta, uel excieo, es, exciui, excitum, penultima correpta. a. q. Idem eſt quod euoco, ἐκκαλέω Plaut. in Epid. quid eſt pater, quod me exciuiſti ante ædes? P. Vt matrem tuam uideas, id euocaſti. Aliquãdo expergefacere, ἐξεγείρω. Liu. lib. 1. Hercules ad primã auroram ſomno excitus. Idem lib. 4. ab Vrb. Sed Dictatorem quoque ex ſomno exciuit. Sic excire cubilibus. Liuius 5. ab Vrbe, Extremos tamen pauor cubilibus ſuis excitos, quæ aut unde uis eſſet ignaros, in fugam, & quoſdã in hoſtem ipſum improui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

improuidos intulit. Excire animas ſepulchris, Verg. 4. Aen Aliquando ſignificat commouere, uel elicere. Plautus in Ciſtel. Et mihi exciuiſti lachrymas? Ita excite tumultum. Excire aliquem ad cupiditatem diſcendi, Liuus primo ab Vrbe.

Excito, tas. a. p. pen. cor. frequentatiuum, Eadem ſignificatione eſt cum uerbo excio: nam aliquando ſignificat commouere: ut, Excitare aliquem ad uirtutem, Cæſar 7. bel. Gal. Excitare ad arma ciuitatem, Cicero 1. de Diuinatione, Terentius in Heaut. Non uides quantum mali ex ea excites? Aliquando expergefacere, ἐγείραι. Liu. 5. bel. Pun. Scipiones me ambo dies noctesq; curis inſomniisq; agitant, & excitant ſæpe ſomno. Cic. pro Sylla, Excutient tibi iſtam uerborum iactationem, & te ex ſomno excitabunt. Mortuos ab inferis excitare, Cicero in Oratore, & in Tropicis. Excitare, ædificium, pro erigere, Seneca Epiſtola 55. Puta duo ædificia excitata eſſe: ambo paria, atq; excelſa, ac magnifica. Excitare aliquem de ſpectaculis, eſt aliquem ludos ſpectantem loco ſuo depellere: quod decoctoribus accidere ſolebat qui qđ Equeſtrẽ cenſum habere deſiiſſent, à quatuordecim gradibus arcebantur. Quint. lib. 3. capite ſexto, Si excitatus fuerit de ſpectaculis, & iniuriarum aget, depulſio actoris erit.

Excitari, paſſiuè. Cic. 5. de Fin. Excitantur ſpe gloriæ quæ habet formam honeſtatis, & ſimilitudinem. Miles truci excitatur claſſico, Horat. Epod. 1.

Excitatus, nomen, ex participio. Plinius libro 20. capite 17. Optimum quàm excitatiſſimi odoris, & quàm nigerrimũ, hoc eſt, odoris uehementiſſimi. Excitatus homo. Cicero 2. de Natura deorum, Quę primũ eos homo excitatos, celſos & erectos conſtituit, ut deorum cognitionem, cælum intuẽtes, capere poſſent.

Excitatè, aduerb. Hoc eſt, uehementer, & lucidè. Plin. lib. 37. capite ſeptimo, Et in his autem mares excitatius fulgent: fœminæ pinguiores ſunt, & craſſius nitent, hoc eſt, maiorem fulgoris uim habent, & quodammodo excitatiorem aliis.

Excipio, pis, a. t. pen. cor. Idem quod eximo, ſiue ad me traho, ἐκλαμβάνω. Plaut. Rud. Sũmne ego ſceleſtus qui illuc ho die excepi uidulum? aut quum excepi, qui non alicubi in ſolo abſtruſi loco? Aliquando ſignificat idem quod demo, eximo numero, ἐξαιρίω. Ci. 4. Acad. Nihil excipit de quo nõ profiteatur. Ideu lib. 1. Tuſc. Nam ſi ſolùm eos diceres miſeros quibus moriendum eſſet, neminem tu quidem eorum qui uiuerent exciperes. Aliquando idem eſt quod recipio, præcipuè afflictos, ἀναδέχομαι. Lactant. libr. 2. Hunc errantem atq; inopem Ianus excepit. Verg. 3. Aen. Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit? Aliquando inquirere. Cic. de Orat. Quædam dari ex hac uita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum uoluntates. Ali quando ſeparare. Verg. lib. 9. Ipſum illum clypeum, criſtaſq; rubentes Excipiam ſorti. Aliquando per dolũ capere, opprimere, intercipere, comprehendere incautũ. Cic. Attic. lib. 8. Admoniti ſumus ut caueremus nè exciperemur à Cæſare: quòd is in eadem loca quæ nos petebamus, celerius etiam quàm nos poſſemus, eo quo intenderat, uenturus eſſet. Cæſar 6. bel. Gal. Multos ex fuga diſperſos excipiunt. Ver. 1. Aen. Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras. Aliquando colligere, ἐκδέχεσθαι. Martialis, Ventris onus miſero (nec te pudet) excipis auro. Aliquando abſcondere. Plautus in Aulularia, Nec partem tibi ab eo indipiſces, neq; furẽ excipies. Aliquando compoſitè & ſe tumultu obſiſtere, δέχεσθαι, ὑποδέχεσθαι. Aliquãdo educo, ἐκδέχομαι, διαδέχομαι, ἐπιλαμβάνω. Excipere brachiis, Columella libr. 9. cap. 15. Excipere clamoribus, pro applaudere. Plinius Epiſtol. 38. Pudet referre quæ quàm fracta pronuntiatione dicantur, quibus quàm teneris clamoribus excipiantur. Gremio alicuius excipi. Claudianus Paneg. 6. quum genitoris amico Exceptus gremio, mediam ueherere per urbem. Excipere oſculo. Plinius in Paneg. Gratum erat omnibus quòd Senatũ oſculo exciperes. Excipere pro audire, Plaut. Amph. Quid memoret hinc excipiam, ne propera. Excipere auidis auribus, Plinius Epiſt. 84. Subire, & excipere tela, Cic. de Prouin. Conſul. Excipere cicatrices aduerſo corpore, Cicero ſeptimo, Verr. Excipere gladio. Q. Cur. lib. 9. E quibus duos gladio ita excepit, ut ante ipſum exanimes procumberent. Excipere item dicuntur qui alio dictante aliquid deſcribunt. Sueton. de Tito, E pluribus comperi, notis quoq; excipere uelociſſimè ſolitum: & cum amanuenſibus ſuis per ludum, iocũq; certantẽ, imitari chirographa quæcunq; uidiſſet. Excipere ſe in genua, pro erigere. Seneca Epiſtola 67. Qui ſucciſis poplitibus in genua ſe excepit.

Exceptio, onis, f. t. Exemptio, παραγραφή. Cic. de Ami. Tum ſit inter eos omnium rerum, conſiliorũ, & uoluntatũ, ſine ulla exceptione communitas. Exceptio itẽ dicitur quæ à reo opponitur aduerſus petitionem actoris. Cice. 2. de Inuen. Nam & Prætoriis exceptionibus multæ excludũtur actiones. Vlp. l. 2. ff. de Except. Exceptio dicta eſt quaſi quædã excluſio quæ interponitur actioni cuiuslibet rei, ad excludendum id qđ in intentionem, condemnationemq; deductum eſt.

Excepto, as, a. p. Identidẽ eximo & ad me traho, ἐξαιρίω, ἐκλαμβάνω. Cic. in Parad. Et uideat aliquem ſummis populi beneficiis uſum, barbatulos mullulos exceptantem de piſcina, & pertrectantem. Verg. lib. 3. Georg. Ore omnes uerſæ in Zephyrum ſtant rupibus altis, Exceptantq; leues auras, & ſæpe ſine ullis Coniugiis uento grauidæ, mirabile dictu. id eſt, frequẽter ad ſe trahunt & capiunt. Cæſar. 7. bel. Gall. Eos ipſos rurſus ſingulos exceptant, in murum extulit.

Exceptitius, a, um, Qui excipitur. Plin. lib. 18. cap. 10. Adiiciuntur his genera, bromos, ſiligo exceptitia, & tragos. Vocat aũt ſiliginem exceptitiam Laconicam, quæ ab alia ſiligine excipitur, eo quod ſine ariſta creſcit.

Excipulus, li, m. ſ. ab excipio, Dicitur inſtrumentũ quo aliquid excipitur, hoc eſt, intercipitur, & incautum cõprehenditur, ut eſt ſeptem ex uiminibus aliaũe materia contextũ ad capiendos piſces, ἰκδοχᾶον. Plin. lib. 9. cap. 22. Hyemato lacu fluctibus glomeratæ uoluuntur anguillæ, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis eius fluminis ob hoc ipſum fabricatis, ſingulorum millium globi reperiantur. Item lib. 25. cap. 7. uidetur accipere pro genere uaſis quo ſuccus ex arboribus defluens excipitur. Vis (inquit) tanta eſt, ut è longinquo ſuccus excipiatur. Inciſæ conto ſubditur excipulus uen triculo hœdino: humor lactis uidetur effluere. Loquitur de euphorbia herba, à Iuba inuenta.

Excipuus, a, um, Quod excipitur: ſicut præcipuum, quod ante capitur. Feſtus.

Exciſo, exciſas, uide Excido.

Exciſſatum, ueteres dixerunt pro uulnerato & laniato.

Excito, uide Excio.

Exclamare, n. p. Vociferari, & quaſi è medio pectore uocẽ maximè emittere: quod aut indignationis, aut doloris cauſa fieri ſolet, ἀναβοᾶν, ἀναφωνεῖν. Terent. in Phorm. Itaq; penè herclè exclamaui gaudio. Cic. 2. de Ora. Non enim poſſum quin exclamem, ut ait ille in Trinummo.

Exclamatio, f. t. uerbale, Pro ipſo actu exclamandi, ἐκφώνησις. ad Herenn. lib. 3. Acutas uocis exclamationes uitare debemus: ictus enim fit, & uulnerantur arteriæ acuta atque attenuata nimis acclamatione. Eſt & Exclamatio, ſchema rhetoricum, quod definitur ab autore ad Herennium lib. 4. ad hũc modum, Exclamatio eſt quæ conficit ſignificationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cuiuſpiam compellationem, hoc modo, Te nunc alloquor Africane, cuius mortui quoque nomen decori eſt & ſplendor ciuitati.

Excludo, dis, pen. prod. excluſi, ſum, a. t. Extra claudo, ciicio ἐκπλέω Plaut. in Aſin. Homo herclè hinc excluſus eſt foras. Idem Menæch. Alii me pernegant eum eſſe qui ſum, atq; excludunt foras. Per translationem ponitur pro liberare. Accius apud Nonium, Qua uirtute hic ſe ſeruirute excluſit? Item pro incubando pullum emittere. Colum. lib. 9. Veteranas aues ad rem eligi oportebit, quæ iam ſæpius id fecerint, moresq; earum maximè prænoſci, quoniam aliæ melius excludant, aliæ editos pullos commodius educent. Idem, Columbæ excludunt uigeſimo die. Interdum accipitur pro eclare, & in rudi materia alicuius rei figuram inducere. Vnde dicũtur & in arte argentaria excluſores, id eſt, ex quadam confuſione maſſæ ad ſuam formam expreſſores. Excludi tempore, aut temporis ſpatiis, eſt impediri ne quis quid poſſit agere propter temporis anguſtiam. Cic. in Verr. Anguſtiis temporis excluduntur omnes. Idem 7. Verr. Hi poſtquam temporibus pop. Rom. excluſi, per Senatum agere quę uoluerant, nõ potuerunt. Excludere pro repudiare, non admittere quod poſtulatur, aut petitur, ſed reiicere. Ci. de Aruſp. reſp. Quod anno antè frater Metellus & concors etiam tũ Senatus principi Cn. Pompeio ſententiam dicenti: excluſerat, acerrimeq; ubi Cn. ac mente reſtiterat.

Excluſus, particip. Cic. pro Cluent. Quum uagus & exul erraret, atq; undiq; excluſus, &c. Idem 2. Philip. Itaq; excluſis tuis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uocibus, & ad te, & ad prædas milites misit.

Exclusissimus, nomen ex participio. Plau. Menæch. Abiit intrò ocyus in ædes, nunc ego sum exclusissimus, Neq; domi, neq; apud amicam mihi iam quicquam creditur.

Excogito, as. n. p. Cogitando inurneo. Cic. 6. Verr. Nouũ ac singulare supplicii genus excogitauit. Idem 2. Catil. Quid enim mali, aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? Excogito, pro uehementer cogito. Cic. Atti. li. 9. Ad hæc igitur cogita mi Attice, uel potius excogita, quẽ uis euentum fortius feram, quàm hunc dolorem.

Excogitatus, participium. Cic. pro Cluent. Ratio excogitata Larini est, res translata Romam. Excogitatus, nomẽ, pro exquisito. Suet. in Calig. Templum etiam numini suo proprium, & sacerdotes, & excogitatissimas hostias instituit.

Excogitatio, onis. Cic. 2. de Orat. Quæ ab oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illustrem perpolitamq; desiderant.

Excogitator, oris, Quintil. Decla. 10. Sic magnum protinus, ne scia matre, excogitator hic mortis alterius aduocat.

Excŏlo, lis, a. t. pen. cor. excolui, excultum, a. t. Orno, polio, ἐπιπροσμῶ, ἐξεργάζομαι. Plin. in Epist. Emas marmora, quibus solum quibus parietes excolantur. Ci. in Orat. An dictus hominum Athenien sium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Idem in Parad. Nihil est tam incredibile quod nõ dicendo fiat probabile: nihil tã horridum, tã incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur.

Excultus, participium. Cicero secundo de Legibus, Tum nihil melius illis mysteriis quibus ex agresti, immanique uita, exculti ad humanitatem & mitigati sumus. Idem in Orat. Nihil enim est feracius ingeniis, iis præsertim quæ disciplinis exculta sunt.

Excommunicatio, f. t. (ut in Decret. 3. quæst. 4.) distingui tur ab anathemate, tanquam ex communicatio sit minor, anathema maius. Vnde Anathematizati, ab Ecclesia omnino separantur: cum talibus neq; sermone congressus, neq; cibus communicatur. Hos Cyprianus abstentos uocat eleganti uocabulo.

Exconsul, m. t. & Exquæstor in Codice Iustiniani leguntur pro Consulari & Quæstorio, qui scilicet aliquando Consulatus, aut Quæsturæ honore functus est. Ita enim habet l. ii. C. de Veteri iure enucleando, Omne studium Tribuniano uiro excelso, magistro officiorum. Exquæstori sacri nostri palatii, & Exconsuli credidimus.

Exconsularis, quo usus est compilator Codicis, l. iii. de Pro. sacrorum scriniorum, Consulari, inquit, honore functi inter electos habeantur, hunc q; honorem dignitatis teneant, qui Exconsularibus deferri consueuit.

Excŏquo, is, ere, Valde coquo. Terent. Adelphis, Tam excoctam reddam atq; atrã, quã carbo est. Colum. Vis frigoris excoquit terrã. Idem, Succus excocti lupini. Verg. 1. Georg. siue illis omne per ignẽ Excoquitur uitium, atq; exudat inutilis humor. Plaut. Pers. usq; dum domi ero, dum excoxero lenoni malum. Id est, excogitauero, & ad tempus præparauero.

Excŏrior, ἀποδέρω, uide in Corium.

Excors, dis, om. t. Insipiens, stultus, amens, quasi sine corde, ἄκαρδος. Non defuerunt enim qui cor in homine mentis domicilium esse putauerint: quanquã uerior est corũ opinio qui eam in cerebro collocarunt. Lactant. li. 3. In quo alios nõ excordes tantũ fuisse arbitror, sed etiam impios, quòd in secreta cælestis illius ꝓuidentię curiosos oculos uoluerũt immittere. Cic. de Amic. Apertè adulantem nemo non uidet, nisi qui admodũ est excors. Idem 5. Philip. Hoc qui nõ uidet excors: qui quũ uidet, non decernit, impius. Idem ꝓ Domo sua, Neq; tu eras tam excors, tamq; demens, ut nescires hunc Clodium esse qui contra leges faceret.

Excrementum, uide Excerno.

Excreo, as, a. p. Est quadã ui expuo, ἐκπτύω. χρέμπτομαι. Plaut. in Amph. Si minusculo digito increpuerint fores, hac tegula Tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam excrees. Cels. Et interdum aliquid purulenti excreat.

Excreabilis, le, adiectiuum, Quod excreari potest. Plin. lib. 20. c. 14. Pulmonum uitia excreabilia facit.

Excresco, is, ere, n. t. Velde siue in altũ crescere, ἐκφύομαι, ὑπεραυξάνομαι. Columella lib. 5. Si satis excreuerint, iugo supponantur. Lucanus libro 4. Colle tumet modico, leniq; excreuit in altum Pingue solum tumulo. Quintilianus libro 4. capite 1. Nec minus euitanda est immodica eius longitudo, ne in caput excreuisse uideatur.

Excretus, ta, tum, ab excresco, nomen adiectiuũ uel participiũ absq; uerbi origine. Nam excrescor, à quo deduci posset, Latinum non est: Habet autem actiuam significationem, aut certè neutralẽ. Idem enim penè est excretus quod adultus, aut qui multùm creuit. Vergil. libr. 1. Georg. Multi iam excretos prohibent à maribus hœdos.

Excretum, uide Excerno.

Excrŭcio, a. p. Cruciatu eneco, ualde crucio, ἀποτρίβομαι. Cicero 5. Verr. Socium atq; amicum fumo excruciatum semiuiuum reliquit. Idem pro lege Man. Omni supplicio necatũ excruciauit. Terentius Heaut. Proin tu solicitudinem istam falsam quæ te excruciat, omittas. Excruciare animi. Terent. Phorm. Eheu me miserum: cum mihi pauco, tum me Antipho excruciat animi. Plaut. Mil. Vide ne sis in expectatione, ne animi illam excrucies.

Excruciabilis, le, Dignus qui excrucietur. Plaut. Cist. Nullã ego me uidisse credo magis anum excruciabilem Quã illæc est.

Excubo, as. pen. cor. excubui, tum, n. p. Vigilo, custodiam facio quasi foris cubo, ut milites extra castra, uel extra territorium ad Imperatoris custodiam noctu armati considunt, προκοιτέω, φρουρέω, φυλάττομαι. Sallust. in Iugurt. Neque secus quam si iter faceret, castra munire, excubitum in porta cohortes ex legionib. pro castris equites auxiliarios mittere. Liuius, Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt. Cicero de Diuin. Ab Anaximandro physico moniti Lacedæmonii sunt, ut urbem & tecta linquerent, armatiq; in agro excubarent, q terræmotus instaret. Excubare animo, pro uigilare. Cic. 4. Tusc. Qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouũ. Idem 6. Philip. Quamobrem Quirites, consilio quantum potero labore plus penè quam potero, excubabo, uigilaboq; pro uobis.

Excubatio, tionis, Valer. Max. lib. 4. de Amic. Pro dignitate & salute amicorum perpetuam excubationem.

Excubitor, m. t. Qui excubat, πρόκοιτος & φρουρός. Vnde Gallus dicitur excubitor, qui peruigil cantu horas indicat. Cæsar 7. bello Gallico, Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præsidiis tenebantur. Columella libro septimo, capite duodecimo de canibus loquens, Quis custos incorruptior, quis excubitor inueniri potest uigilantior?

Excubiæ, arum, f. p. Vigiliæ, φρουρὰ, licet uigiliæ tantum nocturnæ dicãtur: excubiæ, & diurnæ & nocturnæ. Plin. libr. 10. cap. 23. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens, in diligentiã sono coarguat, de gruibus loquens. Cic. pro Marc. Non modò excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur.

Excubitus, excubitus, ui, pro excubiis. Hircius de bell. Hispan. Partim ut pedestres copiæ in statione & excubitu castris præsidio essent.

Excŭdo, is, pen. prod. excudi, excusum, a. t. Cudendo elicio, ἐκχαράττω, ἐκτυπόω. Vergil. li. 1. Aeneid. At primum silici scintillam excudit Achates. Idem 1. Geor. Et silicis uenis abstrusum excuderet ignem. Accipitur etiam excudo pro cudendo conficio. Verg. 6. Aen. Excudent alii spirantia mollius æra. Hinc per translationẽ excudere opus, accipitur ꝓ componere. Cic. Attic. lib. 15. Librum tibi celeriter mittam, de gloria excudam aliquid ἐρανικώτερον, quod lateat in thesauris tuis. Lactant. de Opif. Profiteor nulla me necessitate rei uel temporis impediri quominus aliquid excudã, quo Philosophi sectæ nostræ quam tuemur, instructiores, doctioresq; in posterum fiant. Verg. 1. Georg. Vt uarias usus meditando excuderet artes. Vbi Seruius, Excuderet, inquit, hoc est, studioſe inueniret. Transsumitur etiam excudere pro ui, uel precibus aliquid extorquere. Colum. li. 11. cap. 1. Excudit mihi, cultus hortorũ prosa ut oratione cõscriberem. id est, uehementi flagitatione à me impetrauit. Excudere etiã dicuntur gallinæ oua, quando ex illis pulli nascuntur: quod & excludere dicimus. Colum. lib. 9. Negatur anser aliena excudere oua, nisi subiecta sua quoq; habuerit. Var. de Re rust. libr. 3. cap. 9. de gallinis loquens, Incubare oportet incipere secundum lunam nouã. Diebus ferè uiginti excudunt. Et paulò ante, De his qui ornithoboscio instituere uolũt, hæc quinq; animaduertant oportet: de emptione, cuiusmodi & quam multas parent: de fœtura, quemadmodum admittant, & pariant: de ouis, quemadmodum incubent, & excudant.

Excusor, uerbale, Qui aliquid excudit. Quintil. pro uasculario uidetur posuisse, qui ex metallo aliquo uascula excudit: ita enim ait li. 2. c. 21. Nam si quærã quæ sit materia statuarii, dicitur æs: si quæram quæ sit excusoris, id est, eius fabricæ quam

Græci

Græci χαλκευτικὴν uocant, similiter æs respondeant. Excusores etiã uocare ppſſumus quos Græcè uocamus τυπογράφους, quod miro quodam ingenio omne genus librorum ſuis typis excudant.

Exculco, as, are, Calcando exprimo. Plaut. in Capt. Eorum ſi cuiuſquam ſcrofam in publico conſpexero, Ex ipſis dominis meis pugnis exculcabo furfures. Accipitur interdum p explodo, ſiue pedum plauſu eiicio. Exculcatus, participium quod pro obſoleto uſurpauit Gell. lib. 21. cap. 7.

Exculpo, is, a. t. uel (ut alii legunt) Excalpo, Perfectè ſcalpo uel ſcalpendo conficio, διαγλύφω. Cic. Att. lib. 13. Tamen neſcio quid è quercu exculpſeram quod uideretur ſimile ſimulachri. Quint. lib. 2. cap. 19. Et ſi Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exculpere. Exculpere alicui oculum, eſt alicui oculũ eruere. Terent. in Phorm. Vel oculũ exculpe: eſt ubi uos ulciſcar locus. Nonnunquam etiam accipitur pro extorquere. Terent. in Eunu. Poſſum ne hodie ex te exculpere uerũ? Plautus Ciſt. Quot admouit fabricas, & quot fallacias In quæſtione? uix exculpſi ut diceret.

Excuratus, a, um, particip. ab inuſitato uerbo excúro, Idẽ eſt quod exquiſitus, quaſi cũ cura paratus. Vnde uictus excuratus. Plaut. in Pſeud. Ita excurato uictu, ita magnis deliciis, Excuratus homo. Plaut. Caſ. Lepidè inceſſiſti excuratus.

Excurio, ar, a, p uerbũ à curia, quaſi extra curiam eiicio. Var. Apollonium ideò excurauit, quia nihil habebat. Nonius.

Excurro, is, excurri, n. t. uel interdum etiam apud antiquos excucurri, Extra curro, uel præcurro, ἐκτρέχω Plaut. in Moſt. Ego dabo ei talentum qui primus excurrerit. Liu. 2. ab Vrbe, Quum plures igni quam ferro, armati excuriſſent. Per translationem etiam excurrere dicitur quicquid ordinem aut modum, id eſt, menſuram, numerumúe egreditur. Vnde Summa aliqua dicitur excurrere, quando ad maiorem ſummam accedit parnula quædam ſumma minoris numeri, uel monetæ: ut ſi dicamus, cẽtum aureos & quindecim ſolidos, Vel Decem talenta, & aliquot drachmas. Paul. l. Publia Mæuia. Digeſt. De poſit. uel contrà, Debetis mihi decem, quos apud Titium depoſuiſtis. Item κατατροφίου decem: item ex ratione partis ueſtri decem, & quod excurrit. Summa autẽ in qua nihil excurrit, quadrans uocatur: & uerbum quadrare, contrarium eſt uerbo excurrere, quo uerbo ſemel atq; iterum utitur Cicero 5. Verrin. Sic etiam excurrere dicitur littus, uel peninſula, quum aliqua ſua parte in mare protenditur. Liu. lib. 6. bel. Pun. Ab intimo ſinu peninſula excurrit. Oratio etiã dicitur excurrere, quando clauſulæ legitimis rhythmis ſunt productiores. Cic. in Orat. Mutila ſentit quędam & quædam decurtata, quibus tanquam debito fraudetur, ofenditur, productiora alia, & quaſi immoderatius excurrentia, quæ magis etiam aſpernantur aures. Excurrere etiã dicuntur milites, quando non iuſto prælio, ſed latrocinantiũ more agrum hoſtium populantur. Liuius 1. ab Vrbe, In fines Romanos excurrerunt populum magis, quã iuſti more belli. Vnde etiam eiuſmodi ſubitæ irruptiones, excurſiones dicuntur. Cicero pro lege Manilia, Quum una excurſio equitatus perbreui tempore totius anni uectigal auferre poſſet. Idem ad Attic. lib. 1. Heluetii ſine dubio ſunt in armis, excurſionesq; in prouinciam faciunt.

Excurſus, particip. Terent. Adel. Propè iam excurſo ſpatio, mitto: id quamobrem, re ipſa reperi.

Excurſus, us, ui, Idem quod excurſio, uel digreſsio, παρέκβασις, Plinius Epiſt. 101. Vides ut Aratus minutiſſima etiam ſidera conſectetur & colligat: modum tamen ſeruat: non enim excurſus hic eius, ſed opus ipſum eſt. Verg. 4. Georg. Excurſusq; breues tentant.

Excurſor, oris, Qui excurrit. Cicero 4. Philipp. Eſt igitur Quirites, populo Romano uictori omnium gentium omne certamen cum excurſore, cum latrone, cum Spartaco. Idem quarto Verrin. Petit Næuius Turpio quidam iſtius excurſor & emiſſarius.

Excuſo, as. pen. prod. a. p. Obiectũ crimen purgo & à me repello, ἀπολογοῦμαι, προίχομαι Cic. Brut. Collegæ mandaſti ut te mihi per literas excuſaret. Quandoq; idẽ eſt quod afferre in excuſationẽ id quod peccãdi cauſam præbuit προφασίζεσθαι quod potius per accuſo dici debere uidetur: ueluti ſi latrones aut flumina impedimẽto fuerũt ne ad diẽ adeſſe poſſẽ. Quint. Tu tamẽ ſi interpellatus tempeſtatib. ſerius ueniſſes, excuſares mare & ambiguos flatꝰ. id eſt, mare in excuſationẽ adduceres. Li. de Torquato, Oculorũ ualetudinẽ excuſauit.

Excuſatione, f. t. ἀπολόγημα. Cicero de Amicitia Nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccauerit. Idem Cornificio, libro 12. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem.

Excuſatè, aduerbium. Quintil. Et fieri id uidetur excuſatè, id eſt, citra culpam. ait Budæus. Plin. Epiſt. 198. Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit, quod exoratus excuſatius facies.

Excuſabile, om. t, Quod excuſatione dignum eſt, συγγνωστόν. Ouid. 1. de Pon. Ele. 8. Quod niſi delicti pars excuſabilis eſſet &c. Idem 4. de Pon. Eleg. 13. Gallice crimen erit uix excuſabile nobis, Carmine te nomen non habuiſſe meo.

Excuſatorius, a, um, Quod ad accuſationem pertinet, ἀπολογητικὸς, ut Excuſatoria epiſtola.

Excutio, tis, pen. cor. Excuſsi, ſſum, a. t. ab ex, & quatio, ſignificat propriè quatiendo deiicere, ἐκσείω. Perſius Satyra 6. calidumq; trientem Excutit è manibus. Ouidius de Nuce, Atque utinam ſubitæ raperẽt mea poma procellæ: Aut poſſem fructus excutere ipſa meos. Habet hoc uerbum uarios uſus, & metaphoras non inuenuſtas, diuerſasq; ſignificationes p diuerſitate conſtructionis. Iungitur autem ferè poſt ſe accuſatiuo, modò rei inanimatæ, modò perſonæ. De accuſatiuo rei inanimatæ hæc erunt exempla. Cic. 2. de Nat. deor. Hoc qui exiſtimat fieri potuiſſe, nõ intelligo cur non idem putet ſi innumerabiles unius & uiginti formæ literarum, uel aureæ, uel qualeslibet aliquò coniiciantur, poſſe ex his in terrã excuſſis, Annales Ennii, ut deinceps legi poſſint, effici. Pli. libro 16. cap. 40. Quoniam ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. Pro eodem Vergilius 1. Aeneid. dixit, Excutere ignem. Excutere oculos, apud Plautum, pro eruere. Et Excutere clauum lapide, apud eundem, pro expellere. Idem in Aulula. Quia mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta ſoror: lapides loqueris, id eſt, concutiunt, feriunt, quatiunt, commouent. Idem dixit, Nauem malleo excuſſam: id eſt, percuſſam. Terentius in Heaut. Lachrymas excuſſit miſer, id eſt, elicuit, fecitq; ut ſubitò exciderent. Cicer. pro Syl. Noli aculeos orationis meæ qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari, id eſt, eiectos, euulſos. Excutere metum, pro deponere. Excutere mentem, pro adimere. Excutere iugum, pro nolle obedire. Cum accuſatiuo perſonæ etiam non iniucundas habet translationes. Plin. excuſſo Circenſib. auriga, hoc eſt, de curru deiecto, & in terram proſtrato. Ver. 7. Aeneid. Quin etiam patria excuſſos infeſta per undas Auſa ſequi. Vbi excuſſos dixit, pro expulſis. Cicero de Aruſp. Non ignouit, mihi crede, non: niſi fortè ignotum putas, quod te Iudices dimiſerunt excuſſum & exhauſtum, id eſt, ſpoliatum pecuniis quibus eos corrupiſti; & (ut uulgò dicitur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt. Paulus Iureconſul. Non prius pupillus ad magiſtratus reuerti poteſt, quàm omnes tutores excuſſi fuerint, id eſt, quàm actione tutelæ expertus ſit an ab eis ſuum ius ſeruare poſſit. Plin. in Epiſt. Tuſci grandine excuſſi, in regione Tranſpadana ſumma abundantia, ſed par uilitas nuntiatur. Aliquando ineſt in hoc uerbo diligens quædam inquiſitio, & ſcrutatio. Suet. in Claud. Neq; ægrum quenquam uiſitauit, niſi explorato prius cubiculo, culcitriſq; & ſtragulis prætentatis & excuſſis, id eſt, diligenter contrectatis & diuentilatis, ut ſi in eis gladius tegeretur, exciderat Plautus in Aulul. Quid abſtuliſti hinc? S T. Dii me perdant, ſi ego quicquam abſtuli, Neue abſtuliſſe uellem. E N. Agedum, excute dum pallium. Quintil. libr. 7. cap. 2. Excuſſerũt illi patrem, & aurum in ſinu eius inuenerunt. Cic. pro Roſc. Amer. Nihil eſt Glaucia, quod metuas: non excutio te, id eſt, non inquiro ea diligentia qua poſſem. Vlpia. l. Si mandauero. ff. Mandati. Si tibi mandauero ut uires excuteres hæreditatis, id eſt, diligentius æſtimares, exactius expenderes. Cicero 2. Offic. Explica atq; excute diligentiam tuam, id eſt, ingenium tuum, ſenſusq; omnes ad intelligentiam collige, & excita. Idem 12. Philipp. Iuuentutem omnẽ ex tota Italia excuſſimus, id eſt, elegimus, ut docet Nonius. Excutere debitorem, frequens eſt, apud Iuriſconſultos, pro eo quod eſt, auctionem bonorum eius facere, & exigere an ſit ſoluendo. Vnde iure nouiſſimo ſancitum eſt, ne fiſci iuſſori moleſti ſimus, niſi prius excuſſo debitore.

Excuſſio, diligens inquiſitio eſt, ac detentio rerum, bonorũq; principalis debitoris per iudicem uſq; ad peram (ut uocãt) & ſacculum, id eſt, nouiſſimum quadrantem effecta.

Excuſſus particípium: ut, Excuſſus pectore noſtro is dicitur, cuius obliti ſumus. Vergil. quinto Aeneidos, piget incepti, lucisque, ſuosq; Mutatæ agnoſcunt, excuſſaque pectore Iuno eſt.

Excuſſè, aduerbium. Seneca de Benef. libro 2. capite 17. Si cum tyrone & indocto non tam rigidè, nec tam excuſsè,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſed languidius, & in ipſam eius dirigentes manum remiſſè occurremus.

Excuſſorius, a, um, Quod ad excutiendũ pertinet, ἐκκριτικὸς, ut, Excuſſorium cribrum, quod excutit, & tranſmittit farinam ignobiliorem, ex qua fit panis ſecundarius. Pollinariũ uerò tenuius eſt flori farinæ accommodum, nam farinam, in pollinem & ſecundarium, & furfures partitur. Plin. libr. 18. capite undecimo, Cribrorum genera Galli ex ſetis equorum inuenere, Hiſpani è lino excuſſoria & pollinaria: Aegyptus è papyro atq; iunco.

Exdecimo, as, a. p. ἐκδεκατόω, eligo: & exdecimatũ electũ dicimus, à uerbo decimo quod eſt, decimam partem extraho.

Exdiſpoſitò, ἐκπαρασκευῆς dicimus, hoc eſt, de induſtria & quemadmodum à nobis conſtitutum eſt.

Exdorſuo, as, a. p Dorſum confringo uel aperio: quod & ex oſſare dicitur, ἀπονοτίζω. Plaut. in Aul. Tu Machario, congrũ murænam exdorſua quantum potes. Hæc duo præter regulam componuntur cum ex. Alioqui enim non ex, ſed e, componitur cum d, ut Educo.

Exĕco, cas, a. p. pen prod. Ab ex & ſeco, ſignificat excido, ἀποτίμνω, Colum. lib. 3. Arborem inſerere uoles, diligenter execato, ea parte quæ maximè nitida, & ſine cicatrice eſt: dabisque operam ne librũ lædas, Sic execare linguam, idem eſt qđ excindere. Cic. pro Cluent. Nam Stratonẽ quidem Iudices, in crucem actum eſſe excẽta ſcitote lingua. Execare teſtes, eſt uirilia amputare. Vnde execti dicuntur quibus detracti ſunt colei. Cic. 2. de Nat. deor. Nam uetus hæc opinio Græciã oppleuit, ſcilicet exectum Cælum à filio Saturno. Execti etiam dicuntur quos ueteres cæſares, aut cæſones uocauerunt, qui ſcilicet ex matris mortuæ ſecto utero ſunt extracti. Paul. in l. Anniculus ff. de Verb. & rer. ſignific.

Exécror, aris, deponens p Significat deteſtari, & alicui dirũ exitium imprecari, προβάλλομαι, καταρᾶμαι, Verg. 3. Aeneid. Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſis. Cic. 3. Offic. Itaq; ac cepimus Socratem execrari ſolitum eos qui primũ hæc natura cohærentia diſtraxiſſet.

Execratio, ſ. t. Quæ aliquando ſumitur pro ſacramenti genere quo quis diras capiti ſuo imprecatur, ſi peierauerit, κατάρα, βδελυγμα, Salluſtius in Catilina, Fuere ea tẽpeſtate qui Catilinam oratione habita dicerent, quum ad iuſiurandũ populares ſceleris ſui addiceret, humani corporis ſanguinẽ uino permiſtum, in patenis circumtuli. Inde quum poſt execrationem omnes deguſtauiſſent (ſicut in ſolennibus ſacris fieri conſueuit) aperuiſſe conſilium ſuum, atq; eò dictam rẽ feciſſe, quò inter ſe magis fidi forent alius alii. Vbi ſignificat Salluſtius, Catilinam cum ſuis dira quædam uerba & imprecatoria protuliſſe, quibus caput ſuum deuouerent: hoc eſt, (ut uulgus loquitur) maledictionem quandam execrabilem feciſſe, cui eſſet obnoxius, ſi quis in ea coniuratione fidẽ falleret, proditorq; eſſet.

Execrabilis & Execrandus, Idem ſignificans quod deteſtandus & abhorrendus. Cic. 2. Philip. Deinde quum Pompeii ſector eſſes, non te execrandum pop. Rom. non deteſtabilem, non omnes tibi Deos, omnes homines tibi inimicos eſſe & futuros ſciebas? Liu. 6. bel. Pun. Vetus aſq; uſitata res eſt in oppugnanda hoſtium urbe labores & pericula pati: illud iræ atque odii execrabilis indicium eſt.

Execratus, participium, aut nomen ex participio. Horatius Epod. 15. Nulla ſit hac potior ſententia: Phocæorũm Velut profugit execrata ciuitas. Plinius libro 28. capite 1. Et ſunt condita auguria, quid loquenti, cogitantiúe id acciderit, inter execratiſſima.

Exĕdo, pen. corr. exedis, uel exes, a. t. Erodo, conſumo, κατέδω, κατιθίω, Plinius libro 26. Naſcuntur quoq; in ſangnine ipſo hominis animalia exeſura corpus. Cicero ſecundo Tuſculanarum, Aegritudo lacerat, exeſt animam, planeq; confi cit. Idẽ 1. de Finib. Animi autem morbi ſunt cupiditates immenſæ & immanes diuitiarum, gloriæ, dominationis, libidinoſarum etiam uoluptatum: accedunt ægritudines, moleſtiæ, mœrores qui animos exedunt, conficiuntq; curis. Lucretius libr. 3. Sed Tityus nobis hic eſt, in amore iacentem Quẽ uolucres lacerant, atque exeſt anxius angor. Aliquando exedere accipitur pro peredere, totum abſumere, ἐκφάγειν. Terentius in Phormione, Tu tibi hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum.

Exeſus, particip. Cice. 7. Tuſc. Apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus uerſiculorum dimidiatis ferè. Idem in Topic. Si ædes exeſæ corruerunt, uitiumue fecerũt, quarum uſusfructus legatus eſt, hæres reſtituere non debet.

Exeſor, ſoris. Lucret. lib. 4. æſtus ab undis Aequoris exeſor mortarum littora circum.

Exedra, ſ. p. ἐξέδρα, Apud ueteres locus erat in porticibus patens, & Soli peruius, plurimas habens ſedes in quibus Philoſophi, Rhetores, & reliqui, qui ſtudiis delectabantur, ſolebãt diſputare. Vitruuius libro 5. Conſtituantur autem in tribus porticibus exedræ ſpatioſæ, habentes ſedes, in quibus Philoſophi, Rhetoreſque, & qui ſtudiis delectantur, ſedentes diſputare poſſint. Budæus in Annotationibus, in Pand. oſtendit exedras hodie nõ ineptè dici poſſe loca illa in monachorum, aut canonicorum periſtylis, quæ illi barbarè Capitula uocant. Dicta eſt autem exedra à ſedium frequentia, & ſedendi commoditate, quod huiuſmodi loca, circumquaq; ſuas habebant ſedes. Cic. libro 3. de Orat. Tunc dedita opera quieſcentibus aliis, quum in eam iam exedrã ueniſſem in qua Craſſus poſito lectulo requieuiſſet.

Exẽgēmăticŭs, character, ἐξηγηματικὸς, χαρακτὴρ, Latinè narratiuus uel expoſitiuus dici poteſt, quum ſcilicet narrationis ſeries nullius perſonæ interlocutione interrumpitur. Cuiuſmodi eſt apud Vergil. in tribus primis libris Georgic. in duabus Eclogis, quarum initia ſunt, Sicelides Muſæ, paulo maiora canamus: &, Prima Syracoſio dignata eſt ludere uerſu. Dictus ἐξηγηματικὸς, ἀπὸ τῦ ἐξηγεῖσθαι, quod inter cætera ſignificat narrare, ſiue exponere.

Exẽgētĭcon, ἐξηγητικόν, expoſitiuum, uel narratiuum.

Exemplum, n. ſ. (ut Valla docet lib. 6.) Eſt uirtus, uel uitium, uel aliud quiduis quod in alio nobis imitandum, uel uitandum proponitur. Ille autem in quo ſunt huiuſmodi uirtutes, uel uitia, dicitur exemplar. Cic. 7. Verrin. Vetus eſt qđ dicã, & propter ſeueritatem exempli nemini fortaſſe ueſtrũ inauditum. Idem p Flacco, In hoc ego, ne quod pernitioſum exemplum p datur pertimeſcam? Cic. pro Cecin. Falcula exẽplar antiquę religionis. Idẽ in Salluſt. Eius enim partis exemplar erat Salluſt. Nonnunquam tamen confunduntur. Ouidius ad Liuiam, Occidit exemplum iuuenis uenerabile morum. Quo in loco Druſum ipſum uocat exemplum morum Terent. in Adelph. Exemplum omnibus curarẽ ut eſſes. Sic etiam Cice. p Muræna, p eodem dixit exemplũ & exemplar. Nam quum antea dixiſſet, Domeſticum te exemplũ habere dixi ad imitandum: ſubdit paulò pòſt, Ad imitandum uerò tã mihi propoſitum eſt exemplar illud, quã tibi. Feſtus ita diſtinxit exemplar ab exemplo, ut exemplum ſit illud quod nobis proponim⁹, ut ſequamur & uitemus, παράδειγμα. Exemplar, ex quo ſimile faciamus, πρωτότυπον. Plinius libro 35. Sunt qui Venerem Anadiomenen illo pictam exemplari putant. Sed Sæpe confunduntur, ut exemplum ſit ex quo ſimile faciamus. Quinrilianus lib. 10. Sic literarũ ductus, ut ſcribendi fiat uſus, pueri ſequuntur: ſic Muſici uocem dicentiũ pictores opera priorum, ruſtici probatam experimento culturam in exemplum inuenitur. Ponitur aliquando exemplum pro exſcriptione, quam barbari Copiam uocant. Salluſtius in Catil. Literas quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat, exemplum earum infrà ſcriptum eſt. Cicer. Appio, Ex literis, quarum ad me exemplum miſiſti. Ouidius de Triſtibus. Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor. Vtimur etiam hoc nomine exemplum, quandoque pro graui pœna quę poteſt cæteris documento eſſe. Terentius in Eunucho, Quæ futura eſſe debẽt exempla in eum indigna. Idem, Vterq; in te exempla edent. Vbi Donatus, noua ac mira tormenta quę p exemplis narrantur, aut quæ documenta ſunt cæteris ne delinquant exempla dicuntur. Cic. ad Q. frat. lib. 1. Simile in ſuperiore parte prouinciæ edere exemplũ ſeueritatis tuæ uoluiſſe. Cæſ. bel. Gal. lib. 1. Obſides nobiliſſimi cuiuſq; liberos poſcere, & in eos omnia exempla cruciatus edere, ſi qua res non ad nutum aut uoluntatem facta ſit. Rurſus dicitur illud quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ cauſa. Vnde pars probationis uocatur ab exemplis: & in elocutione, exẽplum inter ornamenta numeratur, pro quo exemplar dici non poteſt. Quintil. lib. 10. cap. 2. Iis quæ in exemplum aſſumimus ſubeſt natura & uis. Similiter exemplum dicimus ſpecimẽ alicuius rei quã uenalem habemus ut quũ ex aceruo frumẽti aliquantulũ in uaſculo aliquo offerimus, ex quo reliquũ emptor poſſit æſtimare, δεῖγμα, δεῖξις. Autor ad Herenn. lib. 1. Si quis purpurã, aut aliud quippiã uendens dicat Sume à me: ſed huius exemplũ aliũde rogabo, tibi quod oſtẽdam, aut ſi aceruos dicunt ſe tritici habere, & eorum exemplũ pugno nõ habent quod oſtendant. Exempli cauſa, & Exempli gratia. Cic. in Officiis, Exempli cauſa ponatur aliquid quod

quid quod pateat latius. Idem, Exempli causa paucos nominauit. Plin. lib. 2. cap. 17. Multa promi amplius circa hæc possunt, recreta naturæ leges & quibus ipsa seruiat: exempli gratia, In Martis sydere, cuius, &c. Exemplum continentiæ, disciplinæ, innocentiæ, apud Terent. & Cic. Singularis exẽpli mulier, Rarissimi uxor exempli, Singularis exempli iuuenis, &c. Exẽplũ, id qđ aliquãdo fuit. Tacit. Omnia quæ nũc uetustissima creduntur, noua fuere: inueteraſcet hoc quoq; & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Plin. li. 28. c. 9. Sunt inter exempla, qui asininum lac bibendo liberati sunt podagra, chiragraue, id est, scriptum legimus aliquos fuisse. Exemplar, pro eo quod ex aliquo scripto transcribitur, ἀπόγραφον, uulgus Duplum uocat. Plin. Epist. 291 Exẽplar testamenti, quanquam mendosum, misi tibi. Asinius Pollio Ciceroni, Ex literis quas Panſæ misi, cognoſces omnia: nam tibi earum exemplar misi.

Exemplare, huius exemplaris, pro exemplar. Lucret. lib. 2. Dum taxat rerum magnarum parua potest res Exemplare dare, & uestigia notitiai. Exemplarium, rii, pro exemplo reperitur, teste Valla, lib. 6.

Exempti, Exemptilis, uide Eximo.

Exeo, exis, n. q. Extra eo, egredior, ἐξέρχομαι, ἐξίημι. Terent. Adelph. Fieri potis est ut ne quà exeat. Idẽ in Eun. Exi foras sceleste. Et constructur tam cum accusatiuo quàm cum ablatiuo: ut Exeo domum, & exeo domo. Per translationem est liberari. Cic. Vt tandem ex tot ærumnis atq; miseriis exeamus. Item uitare. Verg. 5. Aen. corpore tela modò, atq; oculis uigilantibus exit. Item erumpere, ut apud Verg. 2. Aeneidos, Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exit. ἐξήντηκα. Dicitur etiam Exit in laudem, Exit in uituperationem, exit in acta, exit in fabellas, & similia, id est, fit, uel efficitur. Lactant. Potuerunt enim & libri aboleri, & tamen res in memoriam exire, id est, fieri memorabiles, & de quibus fiat mentio. Plin. libr. 7. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatemq; naturæ duram & inflexibilem. Exire in tertium diem, Plin. iunior dixit pro differri, Huius (inquit) actionem uespera inclusit, non tamen sic ut abrumperet, Itaque in tertium diem probationes exierunt. Exire de potestate, significat mentis impotem fieri ἐξεστηκέναι. Cicero libro quarto Tusc. Itaq; insanos proprie dicimus exisse de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente. Exire in altitudinem dicitur arbor. Plin. lib. 13. cap. 4. Religant comas, ut in altitudinem exeant. Verg. 2. Geor. Exiit ad cælum ramis felicibus arbos. Exiit dies, pro præteriit. Liu. lib. 5. Induciæ inde, non pax facta, quarum & dies exierat, & ante diem rebellauerant. Exeunt libri. Cic. ad Attic. lib. 13. Libri qui dem ita exierunt, (nisi fortè me communis φιλαυτία decipit) ut in tali genere ne apud Græcos quidem simile quiddã Id est, editi sunt, & in lucem emissi. Exire è uita, pro mori. Cic. 1. de Finib. Aequo animo è uita, quum ea non placeat, tanquàm è theatro exeamus. Exire in easdem literas, id est, terminari. Quintil. lib. 1. cap. 5. Quia hoc nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem quas Castor, literas exit. Sors exiit. Cic. Att. lib. 1. Quum de Consularibus mea prima sors exisset, una uoce Senatus frequens retinendum me in Vrbe censuit. Exire de Patritiis, est ex Patritio plebeium fieri: cuius exemplum habes apud Ciceronem in Oratione pro Domo sua.

Exiens, exeuntis, participium. Cic. 1. diuin. Quinto autem anno exeunte, quum esset ex illo somnio, &c.

Exitus, aliud participium apud antiquos: unde apud Festum, Ad exitam ætatem, & ultimam ætatem.

Exitus, us, ui, m. q Egressio, euentus, casus, ἔξοδος. Cicer. Sulp. lib. 4. Neq; sola ea perspicis quæ geruntur, quæq; iam gesta sunt: sed etiam qui cursus rerũ, qui exitus futurus sit. Idem Tusc. 1. Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors. Idem pro lege Manil. Huius autem orationis difficilius est exitum, quàm principium inuenire. Felix exitus. Ci. Cælio lib. 2. Hæc æstas habuit hunc exitum satis felicem: ea quæ sequitur, magno est in timore. Incertus exitus, & anceps fortuna belli, Cic. pro Marcel. Hora. 4. Carm. ode 14. Fortuna lustro prospera tertio Belli secundos reddidit exitus.

Exitiũ, tii. n. s. Calamitas, pernicies, clades, mors: ab exeũdo, ut Festus innuit, ὄλεθρος. Antiqui enim (inquit) exitiũ pro exitu ponebant: nunc exitium, pessimum exitũ dicimus. Ter. Phorm. qđ ego nunc subitò huic exitio remedium inueniam miser? Columel. lib. 1. Sic emunita sola, & latera horreorum prohibẽt curculionem, quod genus exitii quũ incidit, multi opinantur arceri posse, si exesæ fruges in horreo uenti lentur, & quasi refrigerentur. Cice. 1. in Catil. Qui de nostro omnium interitu, qui de huius urbis, atq; adeò orbis terrarum exitio cogitent.

Exitiale, lis, om. t. Mortiferũ, calamitosũ, dãmosũq;, θανάσιμον Plinius li. 8. Ille contrà urinam spargit prudens, hanc quoq; leoni exitialem. Verg. lib. 6. Aenei. Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ, His mersere malis. Idem 2. Aeneid. Pars stupet innuptæ domum exitiale Mineruæ.

Exitiabilis, le, Idem est quod exitialis, ὀλεθρος, ἔξαλος, Liuius 7. bell. Pun. Exitiabilis prodigiorum euentus uenit. Plautus Epid. Si inueniam exitiabilem ego illi faciam ut hunc sciat diem. Ouidius lib. 6. Metamorph. Dumq; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Exentero ras, a p. pẽ. cor. Interiora auferre, quod propriè de piscibus dicitur quum apparantur, ἐξεντερίζω. Sic per translationem dixit Plau. Epid. acutum cultrũ habeo, Qui seni ex enterem marsupiũ. Exenteror, pro angor, & crucior. Plautus Epid. Expectando exedor miser, atq; exenteror.

Exeo, ex eo quod, ex eo quia, antitheton ex quo. Cice de Diuin. Attulit in cauea pullos is qui ex eo pullarius nominatur.

Exequor, d. t. pen. cor. Perficio, & excutioni mãdo, ἐκτελέω. Plaut. in Trucul. Nullam rem oportet aggredi dolosè, nisi astutè, accuratè q; exequare. Apuleius, Neq; in tenebris, sed in propatulo iussa domini exequebar. Accipitur etiam nonnunquam pro persequi: unde exequor iniurias, idem est qđ persequor, uel ulciscor. Plin. li. 3. Epist. Veniebat in mentem, priores nostros esse singulorum hospitum iniurias accusationibus uariis executos. Sic exequi uerbis, idem est quod exprimere, διεξέρχομαι. Cic. Varroni, Habeo multò occultiora quæ uix uerbis exequi possum.

Exequens, nomen ex participio. Gel. lib. 10. cap. 12. Philosophus memoriarum ueterum exequentissimus.

Executio, id est, actio iudicati, quã tertius, quod mirari possis, impedire potest, ratione interesse quod prætendit. Et dicitur uulgò iste casus Contradictionis, qui & causa emergens appellatur ut Zasius indicauit. Executio sententiæ, nunc officio Iudicis, nunc in actione factũ fieri dicitur, l. intra de Re. Iud. ubi Bart. quandoq; & utili actione l. fin. eod.

Executio, onis, f. t. Tacit. libro 3. Executionem eius negotii lubens suscepit.

Executor, oris, Suet. in Vesp. Inimicitiarum & offensorum minimè memor, executorũe.

Exequiæ, rum, fœm. p. Funebre officium, quod scilicet in funere exequimur: ab eo dictæ quòd homines pompam pòst sequuntur, ἐναγίσματα. Cicer. de Legi. Sepultura, ac Iustis exequiarum caruerunt. Terent. in Phormione, Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, iam tempus est. Carere exequiis. Oui. ad Liu. Exequiis caruit Liuia penè suis. Exequias celebrare, apud Liuium 2. ab Vrbe. Cohonestare exequias. Cicero pro Quintio, Si funus id habendum sit, quò non amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias uitæ lacerandas & distrahendas. Ducere exequias, Plin. lib. 8. cap. 42. Prosequi exequias funeris, Cic. pro Cluent.

Exequialis, adiectiuum, ut Carmen exequiale. Oui. 14. Metam. Carmina, iam moriens canit exequialia cygnus.

Exequior, quod est exequias facio, uel exequiis cõsequor, ἐναγίζω Varro, Ipsum propter ius liberti semiatrati exequiantur. hæc etiam parentalia & iusta dicebantur.

Exercẽõ, ces. exercui, exercitum, a. s, ab ex & arceo, quasi extra arceo, premo, fatigo, κατατρύχω. Terent. in Adelph. Itáne, ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium. Quandoq; est in op⁹ cogere: quod uulgò dicitur facere laborare, ἀσκεῖν. Verg. lib. 3. Georg. Exercete uiri tauros. Quandoq; tractare ἐπιτηδεύειν. Columella lib. 4. Qui urbanas & delicatas artes exercuerit. Quandoq; habere. Sallust. in Proœm. Iugurthę, Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebat. Quandoque lucrari. Terentius in Heaut. Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico Faciundo facilè sumptũ exercẽt suũ, Omnes produxi, ac uendidi. Quandoq; probè terram colere. ἐξασκεῖν. Verg. lib. 1. Georgicorum, Exercetq; frequens tellurem atque imperat aruis. Quandoq; insequi, ἐπαύειν. Vergil. li. 4. Aeneid. Tum uos, ô Tyrii, stirpem & genus omne futurum Exercete odiis.

Exercitus, ta, tum, particip. ut, Homo exercitus, qui multis negotiis assuetus sit, & experientia doctus, & detritus, κατατετριμμένος, πεπειρημένος. Plin. in Epist. Vidisti ne unquam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quenquam tam laborioſum, tam exercitum, quã Varenum meum? Cicero libro 5. Tuſculanarum, uſus eſt Inexercitus, ἀγύμνας☞, pro non excercitato, quum ait, Aeſclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philoſophum. Aliquando ſumitur pro fatigato, indurato, & in laboribus perferendis aſſueto. Verg. lib. 3. Aen. nate Iliacis exercite fatis. Cicero pro Planc. Quo quidem etiam magis ſum non dicam miſer, ſed certè exercitus. Salluſt. in Iugur. Nabdãlſa exercito corpore. id eſt, fatigato, ut exponit Nonius.

Exercitor, m. t. Qui alterum in re aliqua exercet. Plau. in Trin. hic quiſquis eſt, Curculio eſt exercitor: is hunc hominẽ curſuram docet. Eſt etiam exercitor, teſte Vlpiano, lib. 1. ff. De exercit. actione, ad quem reditus & obuentiones nauis peruenĩũt, ſiue is ſit dominus nauis, ſiue à domino nauẽ per auerſionem conduxit uel ad tempus, uel in perpetuum.

Exercitorius, adiectiu. eſt, formatum à nomine exercitor, quo ſignificatur quicquid ad exercitorem attinet: ut, Nauis exercitoria, Actio exercitoria. Africanus in l. 1. parag. Exercitorem ff. De exercit. act. Quæſitum eſt an non aliter L. Titius exercitoria teneretur.

Exercitium, n. ſ. Eſt ipſe actus, & uſus exercendi operandique γυμνασία, ἄσκησις, ὑπηρέτημα. Gell. lib. 17. cap. 2. Eratque hoc ſanè quam utile exercitium ad conciliãdas nobis, ubi uenifſet uſus, uerborũ, ſententiarumq; elegãtium recordationes.

Exercitus, m. q. nomen, Significat militum copias: ab exercendo, quia (ut inquit Var.) exercendo fit melior, στρατὸς, στρατία Veget. libro 2. Numerus militum exercitatur, unde & re ipſa atq; opere exercitus nomen accepit, ut ei nunquã liceret obliuiſci quod uocabatur. Solebãt enim Romani milites tam uererani, quàm tyrones exerceri ad omne genus armorum. Vt autem exercitus dicatur, teſte Vlpiano, opus eſt magno militum numero. Neque enim una aut altera cohors, ſed plurimæ coniunctæ exercitum conficiunt. Verg. 9. Aen. Iamque omnis campis exercitus ibat apertis. Cic. de Prouin. conſul. Iã uerò exercitus noſter ille ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione delectus, omnis interiit.

Exercito, citas, frequentatiuum; γυμνάζω. Cic pro Cluent. Homo in primis ingenioſus, & in dicendo exercitatus. Terent. in Hecy. O fortuna, ut nunquam perpetuò es bona: Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddit. Liu. 5. ab. Vrbe. Is tum iam nõ promptus ingenio tantùm, ſed uſu etiam exercitatus talem orationem habuit.

Exercitatior, Exercitatiſſimus. Cic. 2. Offic. Deinde conſuetudine beneficentiæ paratiores erant, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Idem pro lege Manil. Omnibus nauali bus pugnis Carthaginẽſes homines in maritimis rebus exercitatiſſimos paratiſſimoſq; uicerunt.

Exercitator, oris. Plinius libro 35. capite 11. Lecythion agilitatis exercitator.

Exercitatrix, icis. fœm. gen. Quint. lib. 2. cap. 15. Quod duas partes ciuilitatis corpori aſſignet, medicinam, & quam interpretantur exercicatricem.

Exercitatio, a. t. Lib. 1. ad Herenn. Exercitatio eſt aſſiduus uſus, conſuetudoq; dicendi, γυμνασία, μελέτη. Cic. de Natur. deor. Motu & exercitatione recaleſcunt corpora noſtra. Quint. li. 1. cap. 2. Nam & maximè neceſſaria eſt oratori memoria, & ea præcipuè firmatur atq; alitur exercitatione.

Exercio, is, ire, neut. quart. ab ex & ſarcio, componitur & ſignificat Sarcio.

Exero, is, penu cor. exerui, ertum, a. t. Ab ex & ſero, ſignificat emitto, extraho, ἐξείρω, ἐξέλκω. Sta fulgentemq; exerit enſem. Ouid. lib. 1. Faſt. Credibile eſt illos pariter uitiisq; iocisq; Altius humanis exeruiſſe caput. Plin. lib. 10. cap. 23. Glottis prælõgam exerit linguam, unde ei nomen.

Exertus, a, um, particip. unde Exerti dentes dicuntur extra os producti, ut apro, προφαίνοντες. Plin. lib. 11. ca. 37. Dentes exerti ſunt apro, hippopotamo, elephanto.

Exerto, as, frequentat. προφαίνω, προκύπτω. Verg. 3. Aene. At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem. Stat. 1. Theb. Exertare humeros, nudâque laceſſere pugnam.

Exetaſticon. ἐξεταστικόν, Latinè inquiſitiuum dicitur.

Exfio, act. quart. Purgo, ἐκθυμιάω, à quo fit, exfitus, propurgatione.

Exfodio, dis, Quod foſſum erat extraho, ἐξορύττω. Plaut. Aulul. Exfodio aulam auri plenam.

Exgrũmo, as, are, Dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exilientes, ἀποθρομβῶσαι. Grumus enim, terræ collectio eſt, à cõgerie dicta. Varr de Re ruſt. cap. 14. Deniq; ipſæ ex grumãtes ad ꝓpalam uitã diu ꝓducunt, quũ ad eã rẽ pauca laurea folia interiiciant, & aſpergant furfures non multos.

Exgurg tare, a p Quaſi extra gurgitẽ eiicere. Vnde per metaphoram Plaut. in Epid. dixit Egurgitare pecuniam domo, Proh deum atq; hominũ fidem, qui ego Lenocinium faciõ, qui quidem habeam alienos domi, Atq; argentum exgurgitem domo prorſum?

Exhedra, cubiculũ erat columnis fultum & epiſtyliis pluribus, exciſis ſpaciis, quibus proſpectus in uiam erat, aliquãdo ſub dio, nonnunquam ſub tecto. Alexand. de Alexan. Genial. dier. lib. 5. cap. 11.

Exhæredo, as, are, a. p. Exhæredẽ aliquẽ ſcribere, & hæreditate ſpoliare, quæ ab inteſtato ad eũ uentura erat. ἀποκληροῦν. Cicero pro Cluent. Ille quum filium exhæredaret quẽ oderat, ei filio homines alienißimos cohæres coniunxit. Mart. libro 3. Exhæredauit te Philomuſe pater. Ci. 2. Philip. Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. Ad Herennium libro 4. Sed à neceſſariis omnibus exhæredatus eſt. Quintilian. libro ſeptimo, capite ſecundo. Tu impiè feciſti quum exhæredationem meruiſti.

Exhæres, dis, com. gene. Qui priuatus eſt hæreditate quæ ad eũ pertinebat. Cice. 1. de Orat. Nempe in ea cauſa quæſitum eſt de iure ciuili, poſſetne paternorum bonorum exhæres eſſe filius quem pater teſtamento neq; hæredem neq; exhæredem ſcripſiſſet nominatim. Plaut. Moſt. utinam nunc meus mortuus pater nuntietur, Vt ego exhæredem meis me bonis faciam, atq; hæc ſit hæres.

Exhæreditatio legis implet uoluntatem præteritio ſecus. Illaſo lidat teſtamentum, iſta infirmat, lege permittitur, iſta prohibetur. Salom. in l. Galbus.

Exhæreſimus, pen. cor. dies dicitur, ἐξαιρέσιμος ἡμέρα, Id eſt, exemptilis propterea ſic dictus, quod ex menſe eximi ſolebat, ut annus cum Solis ac Lunæ ratione congrueret. Cic. 4. Verrin. Conſuetudo Siculorum eſt, cæterorumq; Græcorum quod ſuos dies menſeſq; congruere uolunt cum Solis Lunæq; ratione, ut nonnunquam ſi quid diſcrepet, eximant unum aliquem diem, aut ſummum biduum ex mẽſe, quos illi exhæreſimos dies nominant. Badæus in Annot.

Exhalo, as, a. pen. prod. Expiro, & ueluti per halitum aërem emitto ἐξατμίζω, ἐξαύω. Lactant. lib. 7. Quos autem morbus interimit, ſpiritum diutius exhalant. Verg. lib. 7. ſæuamque exhalat opaca Mephitin. Plin. libr. 17. cap. 4. Quæ tenues exhalat nebulas. Cice. 5. Verr. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiuii crapulam exhalaſſent. Idem 2. Philip. Quanquam tu quidẽ (ut tui familiariſſimi dictitant) uini exhalandi, non acuẽdi ingenii cauſa declamitas. Exhalare animam, eſt mori. Oui. 6. Metam. ſimul ſupprema iacentes Lumina uerſarunt, animã ſimul exhalarunt. Ouid. 11. Metam. Inuentos anima exhalata receſſit. Pro codẽ etiã dicimus exhalare uitã. Verg. 2. Aeneid. Vt regẽ æquum crudeli uulnere uidi Vitam exhalantem.

Exhalatio, f. t. Expiratio, ἀπόφορα, ἀτμός. Plin. lib. 31. cap. 3. Certior multò nebuloſa exhalatio eſt. Vnde exhalationes terræ, ſunt tenues ſpiritus qui per æſtum maximum terra diffuſa exhalantur, & ſurſum in aëra feruntur. Cic. 1. Tuſc. Quod & humidum & caliginoſum eſt exhalationes terræ.

Exhalabilia ſunt corpora quę quæcũq; humorẽ habẽt, ſic tamẽ habent ut euaporare, niſi ignitis addantur non poſſint.

Exhaurio, is, exhauſi, exhauſtum, ire, a. q. Humorem euacuo ebibo, ἐξαντλάω, dicitur☞ exhauriri tam ipſe humor, quam id quo humor continetur, Aequè enim uſitatè dicimus Exhaurire uinum, & exhaurire dolium. Cicero 2. Philip. Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus iſta gladiatoria tori corporis firmitate tantum uini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet in populi Romani conſpectu uomere poſtridie. Exhaurire poculum, Liuius. Habet hoc uerbum multas elegantes translationes. Cicero pro Cluentio, Is exhauſto illo poculo mortis, eſt mortuus. Idem pro Seſt. M. Craſſus eadem ſibi manu uitam exhauſit, qua mortem ſępe obtulit hoſtibus. Idem in Vat. Aerarium exhaurire, Rempubl. compilare. Et in Piſonem, Ciuitates omnibus reb. exhauſtę. Ad Attic. l. 2. Tanta fuit amor, ut exhauriri nulla poſſet iniuria. id eſt, deleri. Ad Qu. frat. 1. Exhauſtus enim eſt ſermo hominũ. id eſt, de ea re iam loqui eſt deſitum. Et ad Attic. lib. 1. Multa enim ſunt quæ me ſolicitant, anguntq; quæ mihi uideor, aut res nactus tuas, unius ambulationis ſermone exhaurire poſſe. id eſt deponere. Ad eũdem 5. Reliquum eſt, ut antequam proficiſcare, mandata noſtra exhaurias. id eſt, exequaris

Verg. 4

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Verg. il. 4. Aeneid. heu quibus ille lactatus fatis, quæ bella exhausta canebat, id est finita & quasi deuorata, uel exantlata.

Exhaustum, sti, substant. Verg. 2. Georg. Est etiam ille labor curandis uitibus alter, Cui nunquàm exhausti satis est. Exhausti, id est, (inquit Seruius) exhaustionis, finitionis, quod quia asperum uisum est, se ad figuram transtulit, & air, Exhausti ut Seruantissimus æqui, pro æquitatis. Inexhaustus, ἀνεξάντλητος, pro infinito: quasi (ut ita dicam) inexhauribilis.

Exhebenus, ni, ἐξήβενος, Gemma speciosa, & candida, qua artifices aurum poliunt, ut ex Zoroastratis sententa tradit Plinius libro 37. cap. 10.

Exhedra, æ, fœm. pr. cubiculum erat columnis fultum, & epistyliis pluribus, excisis spaciis quibus prospectus in uiam erat, aliquando sub dio, nonnunquàm sub tecto. Alex. de Alex. de Gen. dier. libro quinto, capite undecimo. Exhedram in l. si uerò ff. de his qui deiecer. pro cella studiaria accipi posse, Budæo uidetur. Accursius diuinam coniectura fenestram interpretatur. Exhedra autem Græcè, à sedium frequẽtia, & sessitandi commoditate nomen accepit.

Exherbare, act p. Est herbas extirpare, ἐκβοτανίζειν. Colum. lib. 5. Et quum germinauit, ad unam perticam summittitur crebroq; toditur, atq; exherbatur, nec minus quàm uinea pũpinatur. Et alibi, Exherbandus est locus.

Exhibeo, es, pen. cor. act. 5. Profero, & in publicum deduco & uidendi, tangendiq; hominis facultatem præbeo, ἀποφαίνω, παρίσω. φανεροποιῶ. Paulus, Exhibere est facere in publicum potestatem, ut ei qui agit, experiundi sit copia. Cicer. 7. Ver. Is omnino seruus in familia non erat, cum tam in exhiberi iubet. Exhibere reum, locutio est Iurisconsultis familiaris, pro eo quod est sistere, & (ut uocant) personaliter præsentare. Si quis (inquit Iurisconsultus, l. Siquis. de exhibitione reor.) reum criminis de quo satisfecit, non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur: puto tamẽ si dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum. Vtuntur etiam Iurisconsulti hoc uerbo in alia significatione pro eo quod est uitæ necessaria suppeditare. Paulus in l. Nesennius. ff. de Negot. gest. Pone, peregrè patrem eius abiisse, & matrem dũ in patriam reuerteretur, tam filium quam filiam eius exhibuisse. Exhibere negotium, est labore, uel molestia afficere. πράγμα, παρίχειν. Cicero libro tertio Officiorum, Quod quum audisset adulescens, negotium exhiberi patri. Sic exhibere laborem: Exhibere molestiam, &c.

Exhibitio, onis. Gel. Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mensæ rationibus, chirographi exhibitionibus.

Exhilaro, as, act. p. Lætum & hilarem facio, idem quod simplex hilaro, ἱλαρύνω. Colum lib. 6 cap. 24. Quoniam nimiè tate uerni pabuli pecudes exhilarata lasciniunt. Plinius libro decimosexto capite uigesimo quinto, Nam neq; ilex, picea, larix, pinus, ullo flore exhilarantur, natalesue pomorum recursus annuos uersicolori nuntio promittunt. Exhilaratus, particip. Cic. Pæto, lib. 1. Miraris tam exhilaratam esse ferè uitutem nostram.

Exhomologesis, is, f. t. ἐξομολόγησις, Latinè dicitur confessio. Qui criminum suorum sorde pollutus est, exhomologesis satisfactione mundetur.

Exhorreo, res, n. s. à quo Exhorresco, pro expauesco, præ timore horreo, & contremisco, φρίττω. Plancus Ciceroni, Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest uulneris quod prius nocere potest quàm sciri, curariq; possit. Nonnunquàm etiam ponitur actiuè cum accusatiuo à tergo. Vergil. 7. Aeneidos, Aduenias, uulnus néue exhorrescat amicos.

Exhortor, aris, d. p. Vehementer hortor, προτρέπω, προτρέπομαι. Cic. 1. Acad Omnis eius oratio tum in uirtute laudanda, in hominibus omnibus ad uirtutis studium exhortantis consumebatur. Ouid. 15. Metam. Erigor, & trepidos ciues exhortor in hostem. Aliquando accipitur passiuè. Cicero de Senectute, Ille enim quum esset Consul in Gallia, exhortatus est in conuiuio à scorto, ut securi feriret aliquem eorum, &c.

Exhortatus, partic. Verg. 12. Aeneid. sic exhortata reliquit Incertam, & tristi turbatam uulnere mentis.

Exhubero, as, n. p. Abundo, ὑπόλυω. Columella in præfatione libri primi, In Asia Mysiaq; densa & glutinosa terra maximè erhuberat. Nonnunquam etiam accipitur actiuè. Col. l. 9. c. 4. Quæ fauorũ ceras exhuberãt, hoc est, huberes reddũt.

Exibilo, as, act. 1. pen. cor. Significat cũ sono uocis, tumultuaria q; sibilatione expello, derideo, ἐκσυρίττω, ἐκσιπλόω Cicero in Paradox. Histrio si paulum se moueat extra numerum, aut si uersus pronunciatus est una syllaba breuior aut longior, exibilatur atq; exploditur.

Exigo, is, penult. cor exegi, exactum, act. 3. Excludo, eiicio, expello, quasi extra ago, ἐξωθέω, ἐξάγω. Plaut. in Aulul. Itaq; omnes exegit foras. Est præterea exigo, rem aliquam iure mihi debitam peto, ἀσπράττω. Cic. Cassio, Longiores expectabo, uel potius exigam. Hinc exigere pecuniam dicimur, quæ nobis debetur: Interdum est conuenienter postulare, ἐξαιτῆν. Lactantius libro 4. Sapientia spectat ad filios, quæ exigit amorem. Interdum agere, seu traducere, διάγειν. Terentius in Hecyra, Illiq; exopto ut reliquam exigat uitam. Interdum perdiscere, inquirere, διαμάθειν, ἐξετάζειν. Vergil. 2 Aeneid. Quærere constituit, sociisq; exacta referrt. Sueton. in Cæs. Britanniam petisse spe margaritarũ, aquarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus. Interdum facere. Verg. 6. Aeneid. quos improba uentris Exegit cæcos rabies. Interdum definire, constituere. Verg. 4. Aen. Decreuitq; mori, tempus secum ipsa, modumq; Exigit. Inter lum complere, τελεῖν. Plaut. in Amphitr. Menses iam tibi exactos esse uides. Aliquando extorquere. Cic pro Font. Itaq; Tiburtium Tolosæ quaternos denarios in singulas uini amphoras portorij nomine exegisse. Exigere pœnam, est sumere pœnam. Quid. 4 Metam. Exigit incendij memorem Cytereia pœnam. Idem Epist. 7. Perfidiæ pœnas exigit ille locus.

Exactus, participium, Præteritus. Liuius 4. bell. Pun. Exacta erat media æstas. Terent. Adelph. Nũc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero Odium. Cicero 7. Ver. Hoc tantum exacta ætate laboris, itineris q; fuscepit. Vergilius tertio Georgic. Attribus exactis, ubi quarta accesserit ætas. Exacti Reges, expulsi. Cic. 1. de Orat.

Exactus, exactior, exactissimus, Diligẽs, absolutus, ad unguem factus. Martialis libro quarto, Exhortor, moneoq; te libelle, Vt docto placeas Apollinari: Nihil exactius, eruditiusq; Plinius Epist. 176. Quod ille obsequium Seruiano exactissimo uiro præstitit?

Exactus, uerbale, pro uẽditione: quia merx dum uenditur, exigitur à nobis, id est, emittitur. Quint. Declam. 19. Sacrosanctus mercator opportunum mercis exactum puto inuenit: si tam benè uendideras, miror cur pecuniam nõ reddideris.

Exactor, oris, m. t. Qui pecunias publicas exigit, ἐκτωρ. Cæsar. 3. bel. ciuil. Erat plena nictorum, & imperatorũ prouincia, confecta præfectis & exactoribus. Exactores Regũ, id est expulsores. Liu. 2. ab Vrbe, Ita Reges gesserant bella, ita dein de exactoribus Regum Iunij Valerijq;

Exactio, onis. Columella libro 1. cap. 8. Nulla est autem maior uel nequissimi hominis custodia, quàm operis exactio. Cic. 2. de Legibus, Eaq; pecunia non minor esset facta cum superiore exactione.

Exĭgŭus, a, um, Paruus, modicus, ὀλίγος. Cic. pro Deiot. Antea quidem maiores copias alere poterat, nunc exigua uix tueri potest. Verg. 4. Georg. Pulueris exigui iactu compressa quiescẽt. Plin. in Epist. Qui nunc exiguissima legata, theatralis operæ coroilarium, accipient ab hærede. Horat. 1. Carm. Ode 18. Quum fas atq; nefas exiguo fine libidinũ Discernunt auidi. Exiguus animi. Claudia in Eutrop. Acer in absentes linguæ iactator: abundans Corporis, exiguusq; animi. Exiguum, substantiuũ. Ouid. 5. Trist. Exiguũ pleno de mare demat aquæ. Exiguum aliquando pro exiguè aduerbio capitur. Plin. Epist. 10. Quantum ego sapio, qui fortasse in omni re, in hac certè quàm exiguum sapio.

Exiguè, aduerbium, Parcè, & tenuiter. Terentius in Heaut. Præbent exiguè sumptum: & ea sunt tamẽ ad uirtutem omnia. Cic. 3. de Orat. celeriter & ignaq; dixisses, duas tibi reliquas feceras. Cic. ad Att. lib. 11 Ate enim est precaturi, ut me ista epistola nihil consolatur, nam & exiguè scripta hæc est, & suspitiones magnas habet. Quum de duabus primis nobis quidem satis, sed ut ipse dicebas.

Exiguitas, atis, f. t. ὀλιγότης. ut exiguitas copiarum. Cæsus Ciceroni libro 8. Nunc hæc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Exiguitas lactis, Varro, Exiguitas cibi. Columella. Exiguitas temporis, Liuius. Exiguitas corporis, Cæs.

Exĭlio, is, n. q penultima correpta, Ab ex, & salio, significat saltando egredior, uel erumpo, ἐκπηδάω. Lucanus lib. 5 sic facta, relictis Exiluit stratis, Ouidius 9. Metamorphoseon,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Exilijt, iunctas{que} manus patefacta remisit. Cic. 4. Ver. Ita properans de sella exiluit. Accipitur etiá pro uehementer gaudere, & præ gaudio salire, ἀναπηδάω, ἐκθορίω. Cicero Tironi, Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio. Terent. in Heaut. Non aduorti primò: sed postquam aspexi, illi cò cognoui, ad te exilui, hoc est, ueluti saliendo gestiẽdo cucurri. Huius frequentatiuum est Exulto, ἀγαπιάομαι.

Exilis, exile, omnis, tertiæ, penultima prod. Id est tenuis, λεπτός. ut, Exilis uox. Plinius libro 11. cap. 51. Bubus tantũ fœminis uox grauior, omni in alio genere exilior quàm maribus. Varro 3. de Re rust. cap. 2. Et hic aprum glans quum pascet emptitia, facit pinguem, illic gratuita, exilem. hoc est, gracilem & malè saginatum. Cicero 4. de Finib. Illorũ uerò ista ipsa quàm exilia de uirtutis ui, &c.

Exilitas, atis, f. t. Tenuitas: ut, Foliorũ exilitas. Plin. lib. 21. cap. 6. Foliorum exilitate usq{ue} in fila exrenuata. Colum. lib. 5. cap. 5. Ne oneretur exilitas uitis.

Exiliter, aduerbiũ, Tenuiter. Cic. 1. de Orat. Etenim uidemus ijsdem de rebus iciunè quosdam & exiliter, ut eum quem accutissimum ferunt, Chrysippum, disputauisse.

Exilium, uide Exul.

Eximius, uide Eximo.

Exĭmo, is, pen. cor. a. t. Ab ex & emo, significat excipio, seu aufero. ἐξαίρω, ἀφαιροῦμαι, ἀφαιρῶ, ἐκκρίνω. Cato cap. 111. Vbi triduum præterierit, eximo de dolio. Plautus, Nunquã ædepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent. Eximere reum, est quouis modo auferre. Pomponius Iuris consultus, Eripere, est de manib. auferre per raptum, eximere uerò, quoquo modo auferre: utputa si quis nõ raperet aliquem, sed moram faceret quo minus in iudicium ueniret, ut actionis dies exiret, uel res tempore amitteretur: uidetur exemisse, quamnis corpus non exemerit. Eximere diem, est extrahere. Cicero ad Quintum fratrem, Tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit. Capito apud Gellium, Cato rem quam consulebatur, quoniam non è Repub. uidebatur, perfici nolebat: eius rei gratia ducendæ, longa oratione utebatur, eximebat{que} dicendo diem. Erat enim ius Senatori ut sententiam rogatus, diceret antè quicquid uellet alterius rei, & quoad uellet. Sic eximere horam. Cic. 5. Philip. Horãm eximere nullam in tali ciue liberando, sine scelere non possumus. Aliquando cum datiuo construitur: ut, Eximere noxæ, est pro absoluto habere, uel pœnam remittere, aut gratiam crimiuis facere: hoc est, remissionem (ut uocant) dare. Liu. 8. ab Vrbe, Bene habet, inquit Dictator, Quirites, uicit disciplina militaris, uicit populi maiestas: non noxæ eximitur Fabius, qui contra edictum Imperatoris pugnauit. Eximere notæ, remittere infamiam. Gell. lib. 4. cap. 20. Sed quum ille deieraſſet, inuitissimum sese oscitatione uictum, teneri{que} eo uitio quòd oscedo dicitur notę iam destinatæ exemptus est à Censoribus. Eximere honoribus, id est, priuare. Plin. in Epist. Quid enim miserius quàm exactũ, & exemptum honoribus Senatorijs, laborib. & molestia nõ carere? Eximere numero, quod est reijcere, & tãquàm indignum ab aliorum numero excludere. Quint. lib. 1. Authores alios in ordinẽ redegerint, alios omnino exemerint numero. Eximere metu, est metu liberare. Plaut. in Rud. Exime hoc miseram metu.

Exemptus, particip. ἐξῃρημένος. Cic. ad Qu. frat. lib. 10. Cato concionatus est comitia haberi non futurum, si sibi cum populo dies agendi essent exempti. Exemptus, apud Iureconsultos dicitur qui à suo Iudice, siue Iurisdictione ordinarij subductus est. Exemptus est rebus humanis, id est, mortuus est.

Exemptilis, penult. correp. Quod auferri & eximi potest, ἐξαιρέσιμος. Colum. lib. 9. Quadratæ perticæ paxillis supponuntur, ut autem recipiant affilictem. Sed idcirco sunt exemptiles, ut quum res exigit, à paxillis deductæ, liberum aditum conuerrentibus stabulum præbeant.

Exemptio, onis. Colum. lib. 3. cap. 18. Quum enim per emptionem imæ partes eorum præfractæ sunt, apertæ medullæ deponuntur.

Exemptor. ris, Plin. lib. 36. cap. 17. Et inter plurima alia Italię miracula, ipsa marmora in lapidicinis crescere autor est Papyrius Fabianus, naturę rerum peritissimus. Exemptores quoque affirmant, complerĩ sponte illa montiũ ulcera ibi. Exemptores uocat qui eximunt lapides sub terra.

Eximius, mia, mium, Excellens, egregius, ab eo quòd in sacrificijs optimum ex toto grege pecus eximebatur ut dijs offerretur. διάφορος, πρόκριτος, ἐξαίρετος. Eximii porci dicebantur maiores, qui ad sacrificiũ electi erãt, signati macula, aut nota: sicut egregiæ oues è grege electæ. Et quia id quod a cæteris eligitur & eximitur non uulgare esse solet, factum est ut eximium ponatur pro insigni. Verg. lib. 4. Geor. Quatuor eximios præstanti corpore tauros. Sumitur & in malã partem. Cic. in Ver. Sin hanc uos in Rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexisse. Idem ad Lent. lib. 1. Lentulum eximia spe, summæ uirtutis adolescentem, quum cæteris artibus quibus studuisti semper ipse, tum imprimis imitatione tui facerudias.

Eximiè, aduerb. Excellenter, διαφερόντως. Plin. lib. 22. cap. 22. Pieris ab insigni amaritudinis cognominatur, ut diximus, rotundo folio, tollit eximiè uerrucas, Eximiè ornatũ templum, Liu. Eximiè diligere, Cicero.

Exin, per apocopẽ, siue Exinde, aduerbia sunt ordinis, idem significantia quod deinde, ἐντεῦθεν, Liuius libro 1. Vti rigitur paulò animum inrer Fidenatam Romanam{que} rem anciptem gessisti, ita iam corpus passim distrahendum dabis. Exin duabus admotis quadrigis, in curru earum distẽtum illigat Metium.

Exinanio, is, ab ex, & inanio, act. q. Euacuo, attenuo, & ad nihilum redigo, κενόω. Plin. lib. 10. cap 60. Oua sale exinaniri creduntur. Cic. 7. Ver. Nox illa tota exinaniẽda naui cõsumitur Hinc Exinanitio, κένωσις. Plin. lib. 13. cap. 22. Suc currit aliquando præceps alui exinanitio.

Exinsperato, aduerb. Præter spem, παρ' ἐλπίδα, ἐξ ἀπροσδόκητου. Liu. lib. 1. Tum clamore, qualis exinsperato fauctium solet, Romani adiuuant militem suum.

Existimo, as, act. pr. pen. cor. Puto, iudico, & quasi ex æstimatione statuo atq{ue} decerno, ὑπολαμβάνω, λογίζομαι, οἴομαι. Quintilianus, Ex præteritis existimari solent præsentia. Cic. 4. Ver. Certissimum accipite argumentum, quo facilius de singulari eius impudentia existimare possitis.

Existimatio, f. t. quæ ferè semper passiuæ significationis est, & pro reputatione ac bona fama capitur: ut Homo magnæ æstimationis, id est, de quo omnes bene opinãtur, δόξα. Paulus Iureconsl. Existimatio est dignitatis illæsæ status, legibus ac moribus comprobatus: quæ ex delicto nostro, autoritate legum aut minuitur, aut cõsumitur. Minuitur quoties manente libertate, circa statum dignitatis pœna plectimur: sicut quum relegatur quis, uel quũ ordine mouetur, uel quũ prohibetur honoribus publicis fungi, uel quũ plebeius fustibus cæditur, uel in opus publicum datur, uel quũ in eam causam quis incidit quæ edicto perpetuo infamiæ causa memoratur. Consumitur uerò, quoties magna capitis diminutio interuenit, id est, quum libertas amittitur, ueluti quum aqua & igni interdicitur. Accipitur etiam nonnunquam actiuè pro opinione hominum quam de nobis conceperũt. Cic. pro Cælio, Nam quod de pietate dixistis, est ita quidem nostra existimatio, sed iudicium certè parentis.

Existimator, toris. Cic. in Orat. Meminerimus nihil nos præcipiẽdi causa esse dicturos: atq{ue} ita potius acturos, ut existimatores uid eamur loqui, non magistri.

Exĭsto, is, n. t. Appareo, emineo, prodeo, exurgo, exorior, ἀνανύω, ἀναφέρομαι, ἄνω φέρομαι, ἐξανακολυμβάω. Valla lib. 1. Existit, atq{ue} extat, quorum uerborum unum atq{ue} idem præteritum est, simile quiddam significant quod est eminet, & supereſt: Sed primũ cum motu, alterum sine motu: ut illud sit prodit uel exurgit: hoc uerò superstat. Cic. 2. de Nat. deorũ. Quicquid enim oritur qualecunq{ue} est, causam habeat à natura necesse est: ut etiã si præter consuetudinẽ extiterit, præter naturam tamen non possit existere. Cic. 1. de Diuin. Submersus equus uoraginibus, non extitit. Et iterũ. Existit hoc loco quæstio subdifficilis. Et lib. 2. Offic. Atqui eo tempore tantæ discordię sequutæ sunt, ut & tyranni existerẽt, & optimates exterminarentur, id est, exurgerent.

Exĭuro, as, n. pr. Pro iuramento affero, & affirmo, ὄμνυμι. Plaut. Amph. Quando exiurasti te mihi dixisse per iocum.

Exlex, om. ter. Expers legis, qui sine lege, uel extra legem uiuit, ἄνομος. Lucilius Satyra secunda, Non dico, uincat licet: & uagus exulet, erret exlex. Varro, Postremò quæro, parebis legibus an non: anné exlex solus uiuis? Cicero pro Cluentio, Non quo illi aut exlegem esse Syllam, aut causam pecuniæ publicæ contemptam atq{ue} obiectam putarẽt, sed &c. Horat. in Arte, & potus & exlex.

Exloquor, depon. p. Vetus est uerbum pro eloquor, ἀποφάσκω. Plautus in Milite, Nempe ludificari militẽ tuum herum? P A. Exlocuta es.

Exnunc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Exnunc, prout extunc: & extunc, prout exnunc, hac uulgò clausula usurpata, nec dum tamen Latinitate dónata, temporis extremum ad initium retrahi, & uiceuersa, initium ad extremũ temporis retrahi significatur: ut uult celebris gloss. in l. 1. de Edem. & Bart. tradit. in l. si ita stipulatus in prin. ff. de Verb. obligat. & in l. de pupillo. parag. Si plurimum de Op. nou. nunc.

Exobsecro, as, are, act. p. Plo ualde obsecro usurpauit. Plautus in Asinaria, Supplicabo, exobsecrabo, ut quemq; amicũ uidero, λιταρεῶ, ἀντιβολῶ.

Exoche, es, pen. cor ἐξοχή, Eminentia, uel excellentia. Vnde κατ' ἐξοχὴν, aliquid nominari dicitur, quod præstãtiæ, siue excellentiæ causa nominatur. Seruius in illud Vergilij primo Georgic. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. Pelusium, inquit, unum est de septem ostijs Nili, ubi optima lẽs nascitur: unde κατ' ἐξοχὴν locutus est.

Exŏcŭlo, as, are, act. p. Exturbare siue effodere oculum, ἐξοφθαλμίζειν. Apuleius, Cæcam & prorsus exoculatam esse fortunam.

Exoculatus, a, um, ἐξωμματωμένος, oculis priuatus.

Exoculasso, exoculassis, exoculassere, idẽ quod exoculare. Plautus in Ruden. Vos adeò, ubi ego innuere, si non ei caput exoculassitis, Quasi myrteta iuncis, item ego uos uirgis circumuinciam.

Exodium, dii, n. s. ἐξόδιον, Carmen erat ridiculum, quod in exitu chori cantabatur à iuuentute in fine fabularum Atellanarum. Tractum est uocabulum ἀπὸ τ῀ ἐξόδου, hoc est, ab exitu, quod in fine fabulæ ab exeunte iuuenum choro iactabatur. Vnde etiam ueteres exodium pro exitu & fine uniuscuiusq; rei acceperunt. Var. Quum in uinculis publicis esset, & iam bibisset κώνειον in exodium uitæ. Idem, Vitæ cursum ut cognoscere possem, & quæ seruitutis & libertatis ab origine ad exodium ductæ. Apul. Nullum ego eius rei exodium inueniebam. Sunt qui exodium arbitrantur dici ab ἔξω extra & ᾠδὴ cantus, quod fine cantu soleant iactari: quorum tamen opinio retellitur testimonio Poëtarum, qui antepenultimã semper corripiunt: quæ proculdubio si ἀπὸ τ῀ ὁδοῦ deduceretur, ratione ω deberet produci. Iuuenalis Satyra 6. Vrbicus exodio risum mouet Atellanæ Gestibus Autonoës. Idem, tandemq; radit ad pulpita notum Exodium.

Exŏlesco, is, lui, uel leui, letum, n. t. Excresco, ad finem incrementi pertingo: pro quo & exoleo antiqui dixerunt. ἀκμάζω, ἀκμάζω. Aliquando Exolescere, est inueterascere, siue obsolescere, in usu esse desinere, temporis progressu deterioris conditionis fieri, siue peficere, ἀπαρχαιοῦσθαι. Cic. in Sallust. Posteaquàm ætas tua iam ad ea patiẽda quæ alteri collibuisset, exoleuerat Agretius, Adolescere augmenti est, inolescere coagmenti, exolescere uanescentis. Plinius libro 37. Calchedonij nescio an in totum exoleuerint, postquàm metalla æris ibi defecerunt. Columella libro 2. Nam multa sunt (ut dixi) quæ negligentia exolescãt, & fiant sterilia.

Exoletus, a, um, id est adultus, puber, iustæq; staturæ altitudinem iam adeptus. Plautus in Trinũmo, Reliqui domi exoletam uirginem.

Exoletus, Vetustus, & abusu remotus, ἀπηρχαιωμένος. Quintilianus libro 8. Obscuritas fit in uerbis etiam ab usu remotis, ut si commentarios quis Pontificum, & uetustissima fœdera, & exoletos scrutatus autores, idipsum petat. Liu. Arte agendum, exoleto iam uetustate odio.

Exoleti, dicuntur scorta mascula, quæ iam prouectioris sunt ætatis, quàm ut amari sint idonea, ἔξωροι. quod genus nõ paucos circum se habuisse Heliogabalum, scribit Vopiscus, quos deinde Alexãder Seuerus, rerum potitus, partim in insulas deportandos, partim naufragio mergẽdos curauit. Cicero pro Milone, Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

Exoluo, is, act. t. Quod ligatum erat soluo, expedio, libero, ἐκολύω. Construitur & aliquãdo cum accusatiuo solo. Plautus in Amphitryone, Agedum eam solue cistulam. S. Quid? ego istam exoluam? obsignata est rectè. Aliquando præter accusatiuum habet & ablatiuũ. Cicero libro 3. Epist. Si me occupationibus relaxaro: nam ut ipse me planè exoluam, non postulo, &c. Terẽtius in Hecyra, Illas errore, & te simul suspicione exoluas, id est, liberes, explices. Accipitur pro fac sfacio, ἐκτίνω. Cicero in Ver. Ille tantùm decumanis, quantum iste imperauit, exoluit. Plinius in Epist. Pecuniam etiam qua illi tunc ampliore opus erat ut æs alienũ exoluere contractum, ex pulcherrimis causis mutatus, ipse gratuitam dedit. Exoluere aliquem religione, est illi religionis scrupulum adimere, & omni prorsus religione liberare. Liuius ab Vrbe, libro 9. Dedamur per Feciales nudi, uinctiq; exoluamus religione populum Romanum, si qua obligauimus.

Exŏmĭdes, penultima correpta, ἐξωμίδες. Appellantur uestes substrictæ & breues (teste Gellio lib 7. Noct. Attic.) sine manicis & citra humerum desinentes. Talibus usi sunt monachi, qui hodieq; pinguntur exertis extra uestem brachijs. Quod genus uestium & colobia nuncupant, quasi truncata, & mutilata, sine manicis. Meminit huius uestis & Plutarchus in Catone, Ἐπανιὼν δ' (inquit) ἀς τὸ χωρίον, ἄμα μὲν ἐξ ἡμῶν, ἐξωμίδια λαβὼν θέρους δ', γυμνὸς ἐργαζόμενος & μετὰ τῶν οἰκετῶν. hoc est, reuersus autem in agrum, siquidẽ hyems erat, exomida sumebat: sin autem æstas, nudus cum seruis operabatur. Dictæ exomides, siue quòd expeditæ essent (id enim ἐξωμον dicunt Græci) siue quod citra humeros (quos iidem ὦμους appellant) desinerent.

Exŏmphălŏn, ἐξόμφαλον, Vmbilici uitium, quum plus æquo extat. Celsus umbilicum prominentem, Plinius procidum appellat.

Exōmŭs, id est, expeditus, & exertis humeris, ἐξωμος.

Exonero, as, are, a p. Onere leuo, onus detraho. ἀποφορτίζω. Terent. Hecyr. Ego nunc mihi cesso, quin hunc humerum exonerem pallio? Per trãslationem accipitur pro eo quod est molestia quapiam aliquem liberare. Idem, Nos quoq; amicos eius exoneraßis metu. Exonerare item sese in mare fluuij dicuntur, quum aquas alioqui ripas egressuras, paulatim in mare remittunt. Exonerare uentrem. Martial. lib. 10. Exoneraturas uentrem mihi uillica maluas Attulit, & uarias, quas habet hortus, opes.

Exopinaro, aduerbium, hoc est, insperatò & præter spem. Liu. 4. ab Vrb. Ipse parte copiarum paruo circuitu locũ maximè secretum ab tumultu petit, inde nec exopinatè aduersum hostem inuadat.

Exōpolis, ἐξόπολις, dicitur qui extra muros urbis habitat quasi extramuranus.

Exopto, as are, Votis expeto, ualde desidero, ἔυχομαι. Terẽt. And. Sed quem ego potissimùm exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari? Cic. 1. Offic. Quæq; maiori parti pulcherrima uidentur, ea maximè exoptant.

Exoptatus, participium & nomen. Cic. pro Rosc. Am Nõ modò ut exoptatum inimico nuntium primùm afferret, sed etiam cruorẽ inimici, &c. Verg. 2. Aen. Nec mihi iam patriam antiquá spes ulla uidendi, Nec dulces natos, exoptatúmq; parentem. Cic. ad Attic. lib. 7. Nihil exoptatius aduentu meo, nihil charius. Exoptatissima gratulatio, Cic. ad Attic. lib. 4.

Exoptabilis, le, adiectiuum: ut, Tempus exoptabile. Silius lib. 11. Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus.

Exŏrăbŭla, orum, plu. num. Ab Apuleio uocantur omnia artificialia argumenta quibus orator per uim eloquẽtiæ Iudices exorat, ἀναπαστήρια.

Exorbeo, es, exorbui, exorbitum, uel exorpsi, exorptum, a. s. Est sorbendo exhaurio, ἐκροφέω. Plaut. in Epid. Iam ego me uertam in hirudinem, atq; horum exorbebo sanguinem. Iuuen. Sat. 6. At tibi nunc curruca places, lachrymasq; labellis Exorbes. Idem Satyr. 10. per Metaphoram in fœda significatione usus est, quum ait, quod longa uiros exorbeat uno Maura die. Exorbere ciuilem sanguinem, per translationem, pro auidè haurire, & copiosè effundere. Cic. 2. Philip. Gustaras ciuilem sanguinem, uel potius exorbueras.

Exorbo, bas, a. p. Priuo orbe oculorum, uel cæcum reddo, ἐξοφθαλμίζω. Exorbare animam dixit Plaut. in Bacch. pro occidere. Iam (inquit) ego animam amborum exorbabo oppidò.

Exorbito, tas, n. p. penult. corr Ab eo quod rectum est aberro, quasi ex orbita recedo, παρεκπορεύομαι, ἁμαρτάνω τ῀ ὁδοῦ. Augustin. libro 9. de Ciuit. Non eius cedentes ad aliquid approbandum uel perpetrandum quod exorbitet ab itinere sapientiæ & lege iustitiæ.

Exorbitantia, Zas. interpretatur, quæ sunt extralimitanea, quę sunt irregularia, quæ sunt enormata, & propemodum absurda.

Exorcismus, mi, m. Idem quod adiuratio: quum scilicet homini

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

homini, dæmoniũe eripiam magico carmine, uel efficacibus ſacrę Scripturę uerbis, neceſſitas imponitur proloquendi ea de quibus rogatur, ἐξορκισμὸς. Quo genere adiurationis qui utuntur, Exorciſtæ, ἐξορκίσται, Græco uocabulo appellantur: ἀπὸ τ῀ ἐξορκίζειν, quod eſt adiurare: pro quo exorcizare nonnulli uſurparunt: quod uerbum in ſacra ſcriptura aliquoties occurrit. Exorcizauit, apud Vlpian. in l. de Var. cog. qui ibidem indicat, id uulgare fuiſſe impoſtorum uerbum, quod propriè ſignificat obſtringere religione, hoc eſt, alicuius animo religionem injicere, id eſt, metu religionis temeratę percellere aut perterrefacere, quod & religione implere dicitur.

Ex ordine, ſine intermiſſione, ἐξῆς. Verg. lib. 4. Georg. Septẽ illum totos perhibent ex ordine menſes Fleuiſſe.

Exordium, dii, n. ſ. Initium, principium. ἀρχή. Cicero primo de Inuentione, Atq; huius quoq; exordium mali, quoniam principium boni dixerũt, explicemus. Eſt etiam Exordium apud Rhetores prima pars orationis qua auditoris attentio captatur, beneuolentia, docilitas, Græci uocant προοίμιον. Autor ad Herennium libro 1. Exordium eſt principium orationis, per quod animus auditoris uel iudicis conſtituitur, uel apparatur ad audiendum. Pro eodem etiam legitur Exorſum in neut. gen. Verg. 2. Georg. non hic te carmine ficto, Atque per ambages, & longa exorſa tenebo. Exordium eſt oratio animum auditoris idonèè comparans ad reliquam dictionem, quod euenerit, ſi eum beneuolum, attentum, docilem fecerit. Exordiorum uitia. Vitia uerò Exordiorum hæc ſunt certiſſima, quæ ſummopere uitare oportebit. Vulgare, Commune, Commutabile, Longum, Separatum, Translatum, Contra præcepta. Vulgare exordium, eſt quod in plures cauſas poteſt accommodari ut cõuenire uideatur. Commutabile, eſt quod ab aduerſario poteſt leuiter mutatum ex contraria parte dici. Commune eſt quod nihilominus in hanc quã in contrariam partẽ cauſæ poteſt conuenire. Longũ, eſt quod pluribus uerbis aut ſententiis ultrà quã ſatis eſt producitur. Separatum, eſt quod non ex ipſa cauſa ductũ eſt, nec ſicut aliquod membrũ annexũ orationi. Trãſlatum eſt quod aliud conficit quã cauſæ genus poſtulat, ut ſi quis docilẽ faciat auditorẽ, cum beneuolentiã cauſa deſiderat, aut ſi principio uratur, cũ inſinuationem poſtulat. Cõtra præcepta eſt quod nihil eorũ efficit, quorũ cauſa de exordiis præcepta traduntur, hoc eſt, quod eũ qui audit, neq; beneuolũ neq; attentum, neq; docilẽ reddit, aut quo profectò nihil peius eſt, ut contra ſic facit. Cic. de Inuent. 1.

Exordior, iris, exorſus, d. q. Incipio, auſpicor, operis aliquid inchoo, ἄρχομαι Plautus in Aſinar. Pergam quò occepi, & ibi cõſilia exordiar. Eſt etiam hoc uerbum Rhetoribus frequẽs, pro eo quod eſt orationem auſpicari, uel proœmio uti, προοιμιάζεσθαι, ἀναπρόπαθαι. Cicero de Orat. Qui non timidè ad dicendum accedunt, neq; in exordienda oratione perturbantur, penè uidentur impudentes. Cic. 2. de Orat. Iubent exordiri ita, ut eum qui audiat, beneuolum nobis faciamus, & docilem, & attentum. Sed hæ ſignificationes translatæ uidentur. Propriè enim exordiri textores dicuntur, quum telæ futuræ ſtamen inſtruunt: quo fit ut apud Ciceronẽ duo hæc, exordiri & pertexere, in eadem oratione ſæpe coniuncta uideamus: ut in 3. Philip. Pertexe modò Antoni quod exorſus es. Item 3. de Orat. Ea quibus antè exorſa, & propè pertexta retexantur.

Exorſus. partic. Cic. pro Cæl. Quid tumultuaris foror? quid inſanis? quid clamore exorſa uerbis paruam rem magnam facis? Plaut. Perſa, Hanc ego rem exorſus ſum facetè & callidè.

Exorſus, us, maſ. gen. q. Cic. pro Le. Man. Sed pro ueſtri imperij dignitate atq; gloria (quoniam is eſt exorſus orationis meę) uidete quem uobis animum ſuſcipiendum putetis.

Exõriõr, exoriris, d. p. pen. prod per quartã coniugationem: uel Exoreris, per tertiam, Naſcor, emergo, exurgo, ἀναφαίνομαι, κατασκήπτω. Vergil. 11. Aeneid. Exoritur clamorq; uirũ, clangorq; tubarum. Idem 12. Aeneid. Exoritur trepidos inter diſcordia ciues. Verg. 4. Aen. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor. Aliquando Pro recreari. Cic. ad Attic. libro 7. Nunc uenit idem uſu mihi quod tu tibi ſcribis, quoties exorior: ego enim nunc paulùm exorior: & maximè quidẽ his literis quæ Roma afferũtur. Exoriri item dicitur quod repentè, & Præter opinionem fit. Cicero contra Rullum, Repentinus Sylla nobis exoritur. Cicero tertio Officiorũ. Sed repente alicui beneficio rex exortus eſt Lydiæ. Exorta ſunt hæc omnia à te. id eſt, à te proueniunt. Terent. in Hecyra, A Myrrhina hęc ſunt mea uxore exorta omnia. Sidera quoque, dies, & aurora exoriri dicũtur, quũ in noſtro hęmiſphe rio incipiunt apparere. Cic. de diuin. Poſt ſolſtitium Canicula exoritur. Catul. Aurora exoriẽte uagi ſub lumina Solis.

Exortus, partic. Cic. 2. de Nat. deor. ex Poẽta quodam, Fõtem uerò proles exorta repentè eſt.

Exortus, us, ui, m. q. ut, Exortus Solis. Ad Herennium libro tertio, Solis exortus, curſus, occaſus nemo admiratur, propterea, quòd quotidie fiant.

Exortiuus, a, um, adiect. idem quod orientalis, ἀνατολικὸς. Plinius lib. 18. cap. 34, A parte exortiua ſolſtitialem habebit exortum, id eſt, Orientem uerſus. Idem lib. 7. cap. 45. Negauerunt illi quenquam nonaginta partium exortiuam menſuram (quod anaphoras uocant) tranſgredi. de uarietate naſcendi loquitur, exortiuam igitur menſuram, id eſt, eam quæ ortus noſtri ſpatium complectitur.

Exorno, Diligenter orno, magnificè apparo, inſtruo, διασκευάζω, ἐνσκευάζω, κατακοσμέω. Cicero Fabio Gallo, libro ſeptimo Epiſtolarum, Eo enim ſigna ego emere ſoleo, quæ ad ſimilitudinem gymnaſiorum, exornent mihi in palæſtra locum. Terentius in Eunucho, Ita uiſus eſt dudum, quia uaria ueſte ornatus fuit.

Exornator, oris. Cic. 2. de Orat. Cæteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narrato res fuerunt.

Exornatio, onis, f. t. Ornamentũ, uel ipſi exornandi actus, διασκευή, κόσμησις. Vox eſt Rhetoribus uſitata, qui duplicè conſtituunt exornationem, rerum ſcilicet & uerborũ. Author ad Heren. lib. 1. Dignitas eſt elocutionis forma, quæ reddit ornatam orationem, uarietate diſtinguens. Hæc in uerborũ & ſentẽtiarum orationem diuiditur. Deinde ſubdit, Verborum exornatio eſt quę ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione: Sententiarũ exornatio eſt quæ non in uerbis, ſed in ipſis rebus quandam habet dignitatem.

Exõro, as, act pen. prod. Orando induco, ſeu orando impetro, δυσωπέω, καταδυσωπέω, αἰδέομαι. Terent. in Phorm. Ne queo te exorare ut maneas triduum hoc. Cic. 8. Philip. Antè deterrere te, ne popularis eſſes, non poteramus: ut nunc ſis popularis, exorare non poſſumus. Idem Octauio, Ille ea tamen exorabat quæ uolebat auferre, tu extorques. Inuenitur etiam aliquando pro uehementer orare. Plaut. in Milite, Veneri pol habeo gratiam, Tandemq; exoro & quæſo, ut eius mihi ſit copia Quem amo, quemq; expetiſſo.

Exorſus, particip. Cic. pro Cluent. Pòſt exoratus, initio permagnam pecuniam popoſcit.

Exorator, uerbale, Qui orando impetrat. Terentius in Prolo. Hecyræ, Orator ad uos uenio ornatu prologi, Sinite exorator ut ſiem.

Exorabilis, le, om. t. Qui exorari poteſt, & à quo facilè obtinemus quod petimus, καταδυσώπητος. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. Nam ſi implicabiles ſunt iracũdiæ, ſumma eſt acerbitas: ſin aũt exorabiles, ſumma eſt leuitas: quæ tamẽ (ut in malis) acerbitati anteponẽda eſt. Huius cõtrariũ eſt inexorabilis. Horat. in Arte, honoratũ ſi fortẽ reponis Achillem, Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, Iura neget ſibi nata.

Exors, tis, m. t. Extra ſortem, ἀπόκληρος. Cui cõtrarium eſt Conſors, ὁμόκληρος Verg. 5. Aeneid. nam te uoluit rex magnus Olympi Talibus auſpicijs exortem ducere honorem. Liu. 3. bel. Pun. Vnum eſſe exortem Punicæ amicitiæ, fœderisq; ſecum facti, id eſt, qui non eſſet particeps amicitiæ. Sic Exors culpæ, apud eundem, lib. 2. bel. Pun.

Exorſus, us, uide Exordium.

Exortus, us, uide Exorior.

Exos, exoſſis, Sine oſſe, ἄνοστος. Lucret. lib. 3. Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus. Plautus in Menæch. Faciã quod iubes, ſecurim capiam ancipitem, atq; hunc ego Senem exoſſem reddam.

Exoſſo, as, act, p, Oſſa detraho, ἐξοστέω. Terentius in Adelph. Cõgrum iſtum maximũ in aqua finite ludere Pauliſper: ubi ego uenero, exoſſabitur. Apul. Exquamatus atq; exoſſatus piſcis uix palpitat amplius. Colum. lib 12. cap. 53. Ergo ſitiente ſuem quum occideris, benè exoſſato: nam ea res minus uitioſam, & magis durabilẽ ſalſuram facit. Interdũ ſignificat oſſa comminuere, uel cõfringere. Plaut. in Amph. Exoſſatum eſſe oportet quem probè percuſſeris.

Exoſtopes, oſſium quorundam eſt redũdantia apud Gal.

Exoſculor, aris, Multum & ex animo oſculor, καταφιλέω. Vide infrà in uerbo Oſculor.

Exoſus, a, um, Ferè actiuè dicitur de eo qui odio habet, μισῶν.

μισῶν. Vergilius 5. Aeneid. Iuppiter omnipotens, si nondũ exosus ad unum, Troianos si quid pietas, &c. Accipitur aliquando & passiuè, ut apud Gellium libr. 2. cap. 18. Eius Epicteti etiam de se scripti duo uersus feruntur, ex quibus latèter intelligas, non omnes modo diis exosos esse.

Exoticus, a, um, penultima correpta, Peregrinus, aduentitius, ἐξωτικός. Plautus in Most. Non omnes possunt olere unguenta exotica, hoc est, aliunde apportata. Dictum exoticũ ab ἔξω Græca appositione, quæ foras uel peregrè significat. Plautus Menæch. Istros, Hispanos, Massilienses, Illyricos, Mare superum omne, Græciamq; exoticam, Orasq; Italicas omnes sumus circumuecti.

Expalleo, es, n. s. Pallidus sum, uel fio, ὠχριάω, ὠχρὸς γίνομαι Plin. Epist. 5. Expalluit notabiliter, quanuis palleat semper. Ouid. 6. Metam. Horruit infelix, torosq; expalluit ore.

Expallesco, scis, n. t. palleo, pallidus fio. Cic. ad Her. 7. Erubuisse expalluisse, titubasse.

Expallio, expallias, expalliare, act. p. Pallium auferre. Plautus in Cas. Neq; quibus modis purgem scio me meæ uxori: expalliatus Sum miser.

Expalpo, pas, act pr Elicio, & quasi palpationibus extorqueo, ἀποθωπεύω. Plautus in Aulul. Nunc seruus argentum à patre expalpabit. Idem Pœnul. Quid faciam? A G. Exora, blandire, expalpa. M. Faciam sedulò.

Expando, is, di, sum. act. ter. Extendo, aperio, explico, ἐξαπλόω, ἐκτείνυμι. Colum. lib. 12. cap. 13. Hæ herbæ diligenter purgantur, & sub umbram expanduntur. Expandere dictis, explicare. Lucr. lib. 1. & rerum naturam expandere dictis.

Expanditor, uerbale. Plin. in Paneg. Neq; enim solùm uagus ille expanditor amnis intra usurpata semper collium substiterat, atq; hæserat. Amnem expanditorem dixit, qui se extra alueum suum expandit & effundit.

Expango, is, ere, Figere, seu constituere. Plinius libro 2. capite 26. Idemq; ausus rem etiam Deo improbam annumerare posteris stellas, ac sydera ad normam expangere: organis excogitatis, per quæ singularum loca, & magnitudines signarent. Loquitur de Hipparcho.

Expapillo, as, act. p. usq; ad papillam denudo: unde brachium expapillatum dicitur, id est, exertum, inquit Festus. Pla. Mil. Idem & cũ nexu in humero, læuo expapillato brachio.

Expatior, aris, d. p Aberro, uel latius egredior, quasi spatium transeo, παρεκβαίνω. Quintil. lib. 2. cap. 10. Ex Poëtica (ut uerè dixerim) pueris themata tractare permittemus, ut expatientur. Ouid. 15. Metam. Ne tamen oblitis ad metam tendere longè Expatiemur equis. Plin. lib. 16. cap. 36. Hanc in insulis fluitantibus natam: illam in ripis expatiantis lacus. Ouid. 1. Meta. Expatiata ruunt per apertos flumina campos.

Expatro, expatras, Idem quod simplex patro, uel perficio. Catullus in Cæsarem, Quid est? an hæc siniſtra liberalitas parum expatrauit?

Expaueo, expaues, n. s. pen. cor. Expaui. pen. prod. siue Expauesco, is. Terreri, περιφοβέομαι. Liuius 6. ab Vrbe. Quum ad id moris eius insueta expauisset minor Fabia, risui sorori fuit. Plinius lib. 13. cap. 24. Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut niuis iniuriam expauescit.

Expato, as, a, n. p. pen. cor. In locum patentem me do, ut interpretatur Festus, uel in spatium me confero. Pacuuius, Expatant se omnes, publicèq; ostendunt.

Expecto, as, act. p. Maneo, opperior: ab ex & specto, περιμένω, ἀναμένω, προσδέχομαι. Solemus enim aliquid expectantes sæpius aspicere an ne ueniat. Cic. de Amic. Amicorum causa honesta faciamus: ne expectemus quidem dum rogemur. Ter. in Phorm. Senem quoad expectatis uestrum? Ponitur pro desiderare: quoniam quæ desideramus, cum uoluptate aspicimus, ποθέω. Cic. 14. Philip. Antè uerò quàm ea res quã audissimè ciuitas expectat, allara sit, lætitia, &c. Terentius Andr. Expecto, quid uelis. id est, desidero scire quid uelis. Item pro sperare, προσδοκάω Verg. lib. 1. Georg. sed illos Expectata seges uacuis elusit aristis. Expectare, metuere. Cic. de Amic. De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem, non libet augurari.

Expectatus, nomen ex participio, Cupitus, desideratus. Cicero Tiro. lib. 16 Nemo nos amat qui te non diligat: charus omnibus, expectatusq; uenies. Idem, Nihil unquam expectatius fuit. Idem Planco libro 10. Intellexi enim te laborare, ut ad me mihi expectatissimæ literæ perferrentur. Expectatus etiam pro odioso: ut. Expectati parentes, inquit Donatus, dicuntur malæ uitæ & odio digni, quorum mors in dies singulos expectanda sit. Terentius Adelph. si esses homo, Sineres nunc facere dum per ætatẽ licet, Potius quàm ubi te expectatum eiecisset foras.

Expectatio, f. t. desiderium: ut, Mouere expectationẽ, pro excitare desiderium, ποθὴ, πόθημα. Cic, ad Attic. lib. 2. Quantam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli? Vincere expectationem omnium, hoc est, opinionem & existimationem superare. Cic. 7. in Verr.

Expectŏrō, ras, a p. penult. corr. Extra pectus eiicio. Cic. libro 3. de Orat. Tum pauorne mihi sapientiam omnem exanimato expectorat. Accius Epigono, Eloquere propriè, ac pauorem hunc meum expectora. Ex Nonio.

Expeculiati, serui, à Plaut. dicuntur qui peculio sunt exhausti.

Expedio, dis, pen. corr. 2. q. Extrico, libero, & quasi pedum ligamenta dissoluo, ἀνύω, ἀπολύω. Sisen. lib. 3. hist. Inermes armat, impeditos expedit. Aliquando ponitur pro explico, ἀπαμάρτω. Terent. And. uiden' me tuis consiliis Miserum impeditum esse? D. At iam expediam. Idem Hecy. Qui te expedias ijs ærumnis? Aliquando pro extrà fero, profero. Vergil. 1. Aeneid. Cererem q; canistris expediunt. Expedire uirgas, id est, proferre. Cic. 7. Verr. Quam repentè hominem propipi, atque in foro medio nudari ac deligari, & uirgas expediri iubet. Aliquando pro extollo. Idem. 12. Aeneid. Tum uerò augurium Rutuli clamore salutant, Expediuntq; manus. Expedire item, est utile seu bonum ac necessariũ esse, συμφέρειν. sed hoc tantùm in tertia persona singularis uel pluralis numeri. Terent. in Heaut. Expedit bonas esse uobis. Idem in Phorm. Nostrate culpa facimus ut malos expediat esse, Dum nimium dici nos bonos studemus atq; benignos. Est etiam euẽtum habere, ἀνύειν. Plaut. in Amph. Nequiter penè expediuit.

Expeditus, a, um, nomen ex participio, Promptus, paratus, accinctus, nullis impedimẽtis oneratus, ἕτοιμος. Cic. pro Mil. Fit ei obuiam Clodius, expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. Idem 11. Philip. Expedito nobis homine, & parato P. C. opus est. Expedita cœna, breuis & succincta apud Plinium in epist. Expeditum iter, Cic. ad Attic. lib. 16: Omnibus copijs te implet, ne ad me iter expeditum tibi sit. Expedita uia, hoc est, facilis, nihilq; habens impedimẽti, aut obstaculi. Idem de Amic. Reditus in cælum optimo cuique expeditissimus est. Expeditior labor, facilior, apud Columellam lib. 2. cap. 4. Expediti milites, dicuntur leuiores armaturæ, & sine impedimentis, γυμνῆται, εὔζωνοι, ἕτοιμοι. Sallust. Iugur. Legionem cum qua hyemabat, & quàmplurimos poterat Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit. Expedita legio, expeditus exercitus, expedita subsidia, in quibus milites sunt leuis armaturæ, & qui facilè huc illuc perducũtur. Liu. 4. bell. Pun. Cum legione expedita profectus. Cic. ad Catonem lib. 14. Epist. quum aduesperascaret, expedito exercitu ita noctu, iter fecit, ut, &c.

Expeditè, aduerbium, Celeriter, facilè, ῥᾳδίως, εὐζώνως. Cic. 2. de Inuent. Sed ut expeditius ratio tradatur, ea quę proposui mus breui nominabuntur. Colum. lib. 2. cap. 10. Et fine uento purgari expeditissimè sic poterit.

Expeditio, onis, f. t. Vocatur quum exeunt milites ad bellũ: & expediant Rempub. aut se cæteris negotiis, ἐκστρατεία. Curtius, Omnem expeditionem ac militarem apparatũ adduxit. Cæs. 3. bell. Gal. Deinde omne impedimentorum agmen, quod tamẽ erat mediocre, ut in expeditionibus esse cõsueuit. Et suscipere expeditionem, ἐπιστρατεύειν.

Expello, lis, expuli, a. t Eiicio. ἐξωθέω, ἐκβάλλω. Plautus, Ancillam domo expulit. Cæs. 3. bel. Ciuil. Magnis copijs cum soror re Cleopatra gerens bellum, quam paucis antè mẽsibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat. Horat. 2. Epist. 2. Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco. Idẽ, Naturã expellas furca, tamẽ usq; recurret. Ouid. 8. Metamorph. Vt uerò est expulsa quies, furit ardor edendi.

Expulsio, onis, f. t. ἐκβολή Cic. Parad Qui expulsiones uicinorum, qui latrocinia in agris, &c.

Expendo, dis, di, sum, a t. Pondero, σταθμῶμαι. Plaut. in Asinar. Quot pondo te censes esse nudum? At pol ego qui te expendi scio, nudis uinctus centum pondo es, per pedes quando pendes. Idem Rud. Aurum auro expendetur, argentum argento exæquabimus. Quandoq; significat exactè examino, considero, λογίζομαι, ἐξετάζω. Cic. lib. 1. Offic. Quæ contẽplantes expẽdere oportebit qd quisq; habeat sui, eademq;

eadeḿq moderari. Quandoq́ luere, exoluere, ἐκτίνειν. Vergil. 2. Aeneid. & scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt, id est, persoluisse. Sic expendere pœnas scelerum. Vergil. 11. Aeneid. Supplicia, & scelerũ expendimus omnes. Aliquando idem est quod erogo, cõsumo, ἀναλίσκω, καταβάλλω. Vnde expensa uocamus in rationibus, id est, in usum aliquẽ erogata, de quibus paulò pòst.

Expensus, participium, Ponderatus: ut, Aurum expensum, Cicero pro Flacco.

Expensa, æ, & Expensum, si, Sumptus, hoc est, quod in usum aliquem erogatur, δαπάνη. Plaut. in Trucul. Vsuraria accipi at illicò expensa. Plinius libro 33. capite 3. Et adhuc expensa in rationibus dicuntur. Expensum ferre, est scribere se pecuniam dedisse, ut scribit Asconius: ut quum per singula expensi nomina summam quandam expensam adscribimus. Nomina autem uocantur in rationibus, quas nunc articulos dicimus. Cicero 3. Ver. Homo stultissime & amentissime tabulas quum conficeres, satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, ijs expensum non ferres, neq́ in tuas tabulas ullum nomẽ referres? Idem, Quum tot tibi nominibns acceptum Curtij referrent, quid proderat tibi expensum illis non tulisse? Neq́ solùm de pecunia, sed etiam de alijs rebus dicitur. Cæl. Cic. Mentio facta est de legione ea quam expẽsam tulit Caio Cęsari Pompeius. Iabolenus de Supel. leg. l. Qui uestem communem omnem, & res plurium generum, suppellectilis nomine expensam ferre solitus erat.

Expergo, gis, experfi, experfum, a. t. Compositum à spargo, idem est quod madefacio, ut docet Seruius in illud Vergilii 3. Aeneid. Saniesq́ experfa natarent Limina, δίημι, δίυγραίνω, βρέχω.

Expergo, gis, rexi, rectum, a. t. Quasi exporrigo, à somno excito, διυπνίζω, διεγείρω. Accius in Antig. Heu uigiles properate, expergite pectora tarda sopore, exurgite. Gel. lib. 6. cap. 10. Ista re animus iuuenum expergebat.

Experrectus, particip. ut quibusdam placet: quanquam rectius uidetur sensisse Diomedes, qui hoc à uerbo expergiscor deduci maluit, cuius etiam significationem retinet. Experrectus enim dicitur, teste Festo, qui spõte euigilauit. Cic. 1. de Diuin. Quũ aũt experrectus esses hora secũda ferè, &c.

Experrectus, nomen: ut, Experrecta nobilitas. Cic. pro Sex. Roscio, Idcircóne experrecta nobilitas armis atq́ ferro Remp. recuperauit, &c. Colum. lib. 9. cap. 7. Vt apricum habeant apes matutinum egressum, & sint experrectiores.

Expergor, passiuum, Luc. lib. 5. expergi quo possit uis animai. Lucil. Ego è somno pueros, quum mane expergitur, clamo.

Expergitus, penultima correpta, participium. Lucretius libro 3. Nec quisquam expergitus extat, Frigida quem semel est uitai pausa secuta.

Expergisco, is, & Expergefacio, & Expergifico, actiuam significationem habent pro excitare, ἀνεγείρω. Plin. lib. 22. cap. 13. Vrtica lethargicos expergisci tactis cruribus, magisq́ fronte. Sic enim legit Perottus, & Perottum sequutus Calepinus: quanquam bona pars exemplarium quæ hodie in manibus uersantur, expergisci modo infinito legendum ostendunt, ut dependeat à Cogit, superioris clausulæ uerbo: ut sit sensus, Vrtica cogit expergisci, &c. Aul. Gell. Ingenio expergificando ratus idoneas. Plaut. Curc. Magnum flagitium probrumq́ expergefacis Phædrome. Autor ad Heren. lib. 4. Terrore subito expergefacit Italiam tumultus. Experge te facias, dixit Cicero κατὰ τμῆσιν, pro eo quòd est expergefacias te. Expergiscor autem habet significationem, quemadmodum expergefio, aut certè neutralem absolutam. Cic. Expergiscimini aliquando, atque exurgite. Ab expergiscor fit Experrectus, secundum Diomedem: expergitus autem ab expergor: & expergefactus ab expergefio, Festus ita distinguit, ut experrectus sit, qui per se euigilare cœpit: expergitus, ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactũ. Legitur & expergisco, neutrum absolutum pro expergiscor. Pomponius Agamemnone suppposito, ut citat Nonius, Nequis miraretur, quum tam clarè tonuerit, ut si quis dormitaret, expergisceret.

Expergefacio, cis, Excito ex somno, ἀνεγείρω. Cic. 6. Verr. Si fortè expergefacere te posses. Author ad Heren. lib. 4. Italiam tumultus hic expergefecit metu subito.

Experior, riris, expertus, d. q. Significat probare, & tentare, ac periculum facere: à peritia deriuatũ, ἀπόπειραν ποιοῦμαι, πειρῶμαι. Plaut. in Amphit. Experiri istuc maulim me, quàm mihi memorarier. Cic. Attic. lib. 7. Itaq́ omnia experiar: & ut spero, assequar. Terent. in Eunuch. Omnia prius experiri consilio, quàm armis, sapientem decet. Est etiam experiri, actionem intendere in iudicio, ἀγωνίζωμαι, δίκην λαγχάνειν. Vlpian. l. Prætor ait. ff. Vi bonor. rapt. In eum in anno quo primùm experiundi potestas fuit, in duplum: post annum, in simplum actionem dabo.

Experiens, nomen ex participio. Horat. 1. Epist. Et decus & pretium rectè petit experiẽs uir. Ouid. 1. Amor. ingenij est experientis amor. Cic. 5. Ver. Nympho est Centuripinus, homo gnauus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. Item uir experiens, ut, Cic. Pro Aul. Colum. Quas literas A. Aurius uir fortis & experiens, & domi nobilis, M. illius Aurij propinquus in foro palàm multis audientibus, quum adesset Opianicus, recitat.

Expertus, participium, siue nomẽ ex participio, quod ferè actiuè accipitur. Senec. in Thyeste, Venenum in auro bibitur: loquor expertus. Vergil. 1. Aeneid. nos & Cyclopea saxa Experti, reuocate animos. Cicero 2. de Orat. Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm (id quod est maius) expertus. Aliquando etiam passiuè. Plin. lib. 6. cap. 13. Experta prodimus, hoc est, usu cognita. Hinc fit compositum inexpertus, intentatus, ἀπείρατος, ἄπειρος. Verg. 4. Aeneid. Ne quid inexpertum frustrà moritura relinquat.

Experientia, fœm. p. Cognitio nullo docente per usum reperta, & propriè singularium, ἐμπειρία, ἀπόπειρα. Ars uerò uniuersalium, ut ait Aristoteles 1. Metam. Mant. lib. 1. Per uarios usus artem experientia fecit, Exemplo monstrante uiam. Planc. ad Ciceronem lib. 18. Quæ si aduentus meus repressit, agam gratias fortunæ, constantiæq́ meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. Verg. 1. Georg. atq́ apibus quanta experientia parcis.

Experimentũ, ti, n. s. Idem quod experientia, ἀπόπειρα. Plin. in Paneg. Discat igitur Aegyptus, credatq́ experimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare. Idem in Epistol. Inde abortus, & ignorati uteri triste experimentum. Quintilianus libro 3. cap. 8. Quia facillimè ad consentiendum homines ducuntur experimentis.

Expers, tis, om. t. Idem ferè quod carens, seu uacuus, quiq́ rei alicuius nullam habet partem, ἄμοιρος. Cic. 2. de Orat. Antonium omninò omnis eruditionis expertem atq́ ignarum fuisse. Plaut. in Amph. Diues operis, & laboris expers. Cic. 6. Ver. His quidem temporibus in omni orbe terrarum uacui, expertes, soluti, ac liberi fuerunt ab omni sumptuum mole stia. Apuleius, Homo rudis, omnium bonarũ artium expers. Sic expers doloris, qui non sentit dolorem. Expers mortis, qui non moritur. Expers lucis, qui non habet lucem. Iungitur etiam ablatiuo. Plaut. Persa, Ea res me domo expertẽ facit, id est, me abesse domo facit. Idem in Asin. Dono te ob istud dictum, ut expers sis metu. Sallust. in Catil. Neq́ quo periculum alijs faceremus: sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent, qui miseri, egentes, uiolentia atque crudelitate fœneratorum plerisq́ patria, sed omnes fama atq́ fortunis expertes sumus.

Expẽs, Spe omni destitutus: ab ex, & spes, sed fabiicitur, ἄνευ πίστεως. Horat. in arte Poëtica. quid hoc, si fractis enatat expes Nauibus, ære dato qui pingitur. Tacit. lib. 5. Mox ubi expes uitæ fuit, meditatis compositisq́ diris impetebatur. Ouid. Epist. 6. Erret inops, expes, cæde cruenta sua.

Expẽto, tis, act. t. pen. cor Auidè cupio, ἐφίεμαι. Cic. 1. Offic. Expetũtur diuitiæ, cũ ad usus uitæ necessarios, tùm ad perfruendas uoluptates. Plin. lib. 12. cap. 24. Aspalati radix expetitur unguentis. Expetere pœnas ab aliquo. Cic. pro lege Manil. Vt mihi quidem uideantur dij immortales, etiamsi pœnas à pop. Rom. ob aliquod delictũ expetiuerint, &c. Expetere preces à Deo, p precari Deũ. Plaut. Rud. Qui sunt qui à patrona preces mea expetentes sunt? Supplicium expetere. Liuius 6. bell. Punic. Tanta auiditas supplicij expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis. Accipitur aliquãdo expetere, p euenire: sicut appetere, pro aduentare. Plaut. in Amph. Ergo in seruitute expetunt multa iniqua.

Expetisco, is, ere, Vehementer desiderare, ἐφίεσθαι. Plaut. in Milite. Aluculenta, atque festiua fœmina, Quæ te amat, tum quæ expetisci pulchram pulchritudinem.

Expeteſſo, is, ere, idem quod pẽtere, siue desiderare, ἐπιθυμῶ. Plaut. in Trin. sed hoc non liquet, Nec satis cogitatũ utram potius harum mihi artem expeteſſam. Idem in Asin. Vltrò amas, ultrò expeteſſis, ultrò ad te accersi iubes

Expício, (cuius frequentatiuum est expecto) ab ex præpositione, & specio inusitato uerbo.

Expílo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Expilo as, act. p. pen. prod. Diripio, deprædor, furtiuè fraudo, πριονάω. à Græco πίνω, id est, complano: quòd qui è domo suppellectilem detrahunt, æquare ac complanare omnia uideantur. Inde apud Iurisconsultum titulus est, de Crimine expilatæ hæreditatis: cuius criminis cõuicti, extraordinariè solent coërceri. Cic. in Part. Si sotios spolias, ærariũ expilas. Ouid. lib. 3. Metam. Expilatq; genis oculos. Iul. Matern. Si luna à Mercurio defluens feratur ad Martem in diurna genitura, faciet effractores, fures, & qui tẽpla semper sacrilego furore expilent. Cic. 6. Ver. Quum in suspicionem uenissent suis ciuibus, fanum expilasse Apollinis.

Expilatus, partic. Cic. 3. de Orat. Quæ quoniam iam aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab ijs ipsis à quibus expilati sumus. Idem pro Cluen. Armarium expilatum, pecunia ablata.

Expilatio, onis, f. t. Cic. 2. Offic. Tanta sublatis legibus & iudicijs expilatio, direptioq; sociorum.

Expilator, oris, m. t. Fur, deprædator, direptor. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. Quum urbs custodem, non tyrannum: domus hospitem, non expilatorẽ recepisse uideatur. Expilatores (inquit Asconius Pædianus) sunt fures atrociores, qui ne pilũ quidem relinquunt in corpore spoliatorum. Innuẽs nimirum expilatores à pilis euellendis dictos. Cui tamen sententiæ refragatur pi syllabæ quantitas, quæ in uerbis expilo, & compilo producitur, quum in nomine pilus corripiatur.

Expingo, gis, act. Idem quod pingo, ἐκγράφω, ἐκτυπόω. Cic. 5 Tusc. Qui motus hominum, qui ferarum, quum ita expictus est, ut quæ ipse non uiderit, nos ut uideremus effecerit. Plinius libro 33. cap. 7. Quoniã & pericula expingimus, ne quis miretur & rogos pingi.

Expio, as, are, act. pr. Purgare, & mundum ac purum facere, καθαίρω, ἁγνίζω, ἀποδιοπομπέομαι. Liuius lib. 1. ab Vrbe. Itaque ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. Plinius in Epistolis, Dum se prægnantẽ esse puellariter nescit, ac per hoc quædam custodienda prægnãtibus omittit, facit omittenda: quem errorem magnis documentis expiauit, in summum periculum adducta. Expiare scelera, id est, punire. Cicero in Pisonem, Tua scelera dij immortales in nostros milites expiauerunt, id est, propter te afflixerunt nostros. Sallustius de Repub. const. ad Cæsarem, Neq; Barbaro ritu cæde cædem, & sanguine sanguinem expiandum.

Expiatus, participium. Cic. 1. Philip. Quem potes recordari in uita tibi illuxisse diem lætiorem, quàm quum expiato foro, dissipato concursu impiorum, &c.

Expiatio, onis, f. t. ἁγνισμός. Cic. 1. de Legib. At uerò scelerum in homines atq; impietatum nulla expiatio est.

Expiabilis, le, Purgabilis & facilis expiatu, ἱλάσκαρτος. ut, Expiabilis religio, apud Ciceronem, 4. Tusc. Bellum expiabile. Idem 13. Philip. Sed hoc primũ uidendum est P. C. cum omnibũsne pax esse possit: an sit aliquod bellum expiabile, in quo pacto pacis lex sit seruitutis. Id est, necessarium, & expiandi gratia susceptum piaculo admisso. Budæus.

Expiamentum, ti, Idem quod expiatio. Expiationis autem necis humanæ ab imprudentibus admissæ exemplum uidere licet apud Herodot. li. 1. quo in loco Crœsi meminit nuptias filij sui celebrantis. Quum autem (inquit) filij nuptias Crœsus in manibus, haberet, aduenit Sardeis quidam calamitate præditus, manibusq; impuris, natione Phryx. Hic quũ ad Crœsi ædes accessisset, gẽtiliq; instituto, rituq; patrio postulasset sibi ut liceret expiamenti optati compotem esse, Crœsus eum expiauit. Budæus.

Expiro, as, pen. prod. are, n. p. Spiritum emitto, effluo, ἐκπνέω. Lucil. lib. 3. Expirans animam pulmonibus æger agebat. Aliquando per se plenum est, ut, Expiranit, id est, mortuus est, ἐξεπνεύσαμεν. Liuius 2. ab Vrbe. Inter primam curationem expirauit. Ponitur aliquãdo translatè. Plin. in Paneg. Ita uerò quæ ciuitas quinquies, atq; etiam sexies Cõsules uidit, non illos qui expirante iam libertate, per uim ac tumultum creabãtur, hoc est, declinãte libertate, ac pessum eunte.

Expirans, participium. Lucret. lib. 2. Sanguinis expirãs calidũ de pectore flumen.

Expiratio, oni, ἐκπνευσις. Cic. 2. de Nat. deor Eiusdemq; expirationibus aër alitur & æther, & omnia supera.

Expiscor, Expiscaris, d. p Indago, percontor, diligenter inquiro: translatione à piscatoribus tracta, qui piscium latebras diligenter perscrutantur, ἐξακριβόμαι, ἀνακρίνω. Terent. in Phormione. Perinde expiscare, quasi non noris. Quandoquè lucrifacio, elicio, ἑυρέω. Plautus, Tandemq; nescio quid ab eo expiscatur.

Expisso, as, are, a p. Spissum facere, συμπήγνυμι Plinius libro 25. capite 13. Semine trito expressus, & sole densatus in pastillos, necat sanguinem expissando. Idem libro 20. capite 7. Expissatum lac.

Explãno, as, a. p pen. prod. Planum facio, καταπλαίνω, ἐπομαλίζω. ut, Explanatus in denos pedes cortex, apud Plin. lib. 16. capite 8. Explanare etiam est declarare, manifestare, exponere, τραγῶδῶ, διηγοῦμαι, Terentius in Phormione. Quem amicum tuum ait fuisse istum? explana mihi. Cic. 7. Ver. Explanandum est enim diligentius eorum causa qui locũ ignorant. Idem 5. Tuscul. Non enim uerbo solùm posuit uoluptatem, sed explanauit quid diceret. Sallust. in Catil. De cuius moribus hominis pauca prius explanãda sunt quàm initium narrandi faciam.

Explanari, passiuum. Cicero 1. Academ. Pòst Argumentis, & quasi rerum notis ducibus utebantur ad probandũ & concludendum id quod explanari uolebãt. Idem 1. Offic. Qualis differentia sit honesti & decori, facilius intelligi quàm explanari potest.

Explanatus, participium. Cic. 1. Acad. In lingua etiam explanatum uocum impressionem ponebant.

Explanatè, aduerbium, Apertè, τραγῶς, σαφῶς. Cic. in Orat. Erit igitur hæc facultas in eo quem uolumus esse eloquentẽ, ut definire rem possit: neq; id faciat tam presse & anguste, quàm in illis eruditissimis disputationibus fieri solet: sed cùm explanatius, tùm etiam uberius, ad commune iudicium popularemq; intelligentiam accommodatius.

Explanator, oris, m. t. Qui interpretatur & exponit. Cic. 2. de Diuinat. Sunt enim explanatores, ut Grammatici Poëtarũ.

Explanatio, onis. σάφωσις. Cicero 1. de Diuinat. Itẽ igitur somnijs, uaticinationibus, oraculis, quòd erant multa obscura, multa ambigua, explanationes exhibitæ sunt interpretum. Explanatio item figura est Rhetorum, de qua uide authorẽ ad Herennium lib. 4.

Explanto, as, are, a. p. Plantas euello, ἀποῤῥίζω. Columella libro 4. capite 14. Pampini se capreolis illigent suis, ne uentis explantentur. Idem lib. 5. cap. 9. Antequam explantes ad busculam, &c.

Explendesco, is, ere, n. t. Luceo, emineo, ἐκφαίνομαι. Suetonius in Tit. Vesp. cap. 3. In puero statim corporis animiq; dotes explenduerunt: magis ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia.

Expleo, ples, a, f, Impleo, exatio, ἐμπλέω, ἀναπλήθω. Cic. de Orat. Neq; inferciens uerba, quasi rimas expleat. Verg. lib. 4. Georg. Improbus ingluiemq; ranisq; loquacibus explet. Sallust. Neque prius iugulandi finis fuit quàm Sylla omnes suos diuitijs expleuit. Interdum compleo, perficio. Vergil. 6. Aeneid. Discedam, explebo numerum, reddatq; tenebris. Plin. lib. 26. Vlcera eorum purgant leniter, explentq; cicatrices, & emendant. Interdum consolor. Terent. in Heaut. Hem tot mei solius soliciti sunt causa, ut me unum expleant. Interdum exonero: nam ex, quandoq; priuatiua est: Ennius. Nauibus explebant sese, terrisq; replebant. Vide Sertium. Explere animum curis, pro exonerare. Terent. in Hecyr. Exple animum, teq; hoc crimine expedi. Explere animum, pro satisfacere animo. Terent. in And. Dum tempus ad eam rem tulit, siui animum ut expleret suum.

Expletus, participium. Cic. 2. de Fin. Habes undiq; expletam, & perfectam Torquate formam honestatis.

Expletio, onis, f. t. ἐκπλήρωσις. Cic. de Fin. In eaq; expletione naturæ summi boni finem consistere.

Explementum, ti, ἐκπλήρωμα. Senec. Epist. 111. Si scieris cacumina arborum, explementum esse uentris.

Explebilis, le, Quod expleri potest. Cic. 4. Tuscul. Indigentia, libido explebilis. (stus Pompeius.

Explenunt pro explent, scripserunt ueteres, ut annotauit Fe-

Explico, as, explicui, & explicaui, explicitum, & explicatũ, a. p. Significat extendere atq; euoluere: & propriè de ijs rebus dicitur quæ plicis involutæ sunt, ἐκπλύνω. ut, Explicare uestes. Cic. Explicare uelum, Plaut. Explicare plagas, Martial. Dicitur & de alijs rebus. Vergilius 2. Georgic. Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes. Martial. de pauone, lib. 13. Miraris quoties gemmantes explicat alas. Ouidius, atq; explicat ensem. Explicare aciem, siue ordines, siue agmen, dicuntur Imperatores quum milites suos in patẽtem locum exponunt ad concertationem ineundam. Liu. 9. ab

Vrbe,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vrbe, Planitiē in medio nō paruis modò excurſionibus ad prælia, ſed uel ad explicandas utrinq; acies ſuas amplam habebant. Explicare literas, ſiue epiſtolam, pro aperire, & clauſam reſerare, apud Cic. ad Quint. Frat. lib. 3. Sic explicare uo lumen. P. Bembus, Itaq; libros ſingulos excutiens, in uolumen incidit ſepoſitum, nec ſatis explicatum epiſtolarum. Explicatam eſſe urbem in plano loco, pro diſpoſitam eſſe & deſcriptam. Explicare & diffundere umbram, id eſt, reddere. Martial. libro 1. Claudia diffuſas ubi porticus explicat umbras. Explicare negotium aliquod, ſiue mādatum, pro abſoluere, expedire, exequi. Explicare ſe laqueis, & periculis, pro liberare. Explicare annonam, hoc eſt, ampliare, & faciliorem reddere. Cæſ. lib. 2. bell. Gall. Legiones quartamdecimam & ſextam ex hybernis ab Arari educit, quas ibi explicandæ rei frumentariæ cauſa relictas ſuperiore commentario demonſtrauimus. Id eſt, ut per eos faciliorem haberent rem frumentariam. Transfertur etiam ad res obſcuras & difficiles, & pro explanare, atq; clarius reddere ponitur. Cic. ad Attic. lib. 13. Quòd me hortaris ut eos dies conſumam in Philoſophia explicanda, id eſt, in ſcribendo aliquid planius in philoſophia. Ad eundem lib. 10. Meas cogitationes omnes explicaui tibi ſuperioribus literis.

Explicitus, pen. cor. participium. Cic. Attic. lib. 9. Quanquam à te eius quoq; rei iuſta defenſio eſt explicita, hoc eſt, explicata & explanata. Explicitus liber, pro abſoluto. Martial. lib. 14. Quouiscunq; loco potes hunc finire libellum, Verſibus explicitum eſt omne duobus opus.

Explicitius, comparatiuum, ab explicitus nomine. Cęſar 1. bel. Ciuil. Sed ex propoſitis conſilijs duobus, explicitius uidebatur ad Ilerdam reuerti.

Explicatio, f. t. uerbale, explicandi actus: ut, Rudentis explicatio, Cic. 1. de Diuinatione. Explicatio, declaratio, ἔκθεσις. Cicero 3. de Finibus. Multumq; ad ea quæ quęrimus, explicatio tua iſta profecerit.

Explicatus, us, aliud uerbale eiusdē ſignificationis. Cicero de Natura deorum libro 3. Quibus non uulgaris in curſu gradus: ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Idem, Hæc ferè dicere habui de natura deorum, non ut eam tollerem: ſed ut intelligeretis quàm eſſet obſcura, & quàm difficiles explicatus haberet.

Explicator, oris. Qui aliqd explicat aut exponit. Cic: in Orat. At laudatus eſt ab omnibus, fateor: ſed ita ut rerum explicator prudens, ſeuerus, grauis: non ut in iudicijs uerſaret cauſas, ſed ut in hiſtorijs bella narraret.

Explicatrix, fœm. generis: ut, Explicatrix orationis perpetuæ, eſt uis dicendi. Cic. 1. Acad.

Explicabilis, cabile: ut, Explicabilis menſura. Plin. lib. 4. cap. 13. Toto autem hoc mari ad Scaldim uſq; fluuiū Germanicę accolunt gentes, haud explicabili menſura.

Explicatè, aduerbium, pro clarè & apertè, σάφως, τραυῶς. Cic. 3. de Orat. Qui diſtinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus & uerbis dicunt.

Explōdo, explodis, pen. prod. exploſi, exploſum, a. t. Ab ex & plodo, ſignificat cum ſono eijcio, quod fit quū rem quæ non placuit, clamore, & geſtu, ac ſtrepitu damnamus. ἐκπορίζω. Cic. 1 de Orat. Itaq; nos raucos ſæpè attendiſſimè audiri uideo: (tenet enim res ipſa, atq; cauſa) ut Aeſopum, ſi paulùm irraucuerit, explodi. Idem pro Cluent. Te uerò illud idem quod tum explauſum & eiectum eſt nunc retuliſſe demiror. Cic. de Diuin. Sed hoc genus diuinationis uita iam communis exploſit.

Exploro, exploras, pen. prod. a. p. Antiqui utebantur pro exclamo, ſiue eiulo, ἀποδύρομαι. Varro, Gemit, explorat turbam omnem concitat. Feſtus Pōpeius, exploro antiqui pro exclamare uſi ſunt: ſed poſtea proſpicere, & certum cognoſcere, cœpit ſignificare, & ſagaciter inquirere, κατασκοπῶ, κατασκοπῆν. Vergil. lib. 1. Aeneid. Vt primùm lux alma data eſt, exire locosq; Explorare nouos, quas uēto acceſſerit oras, Quærere cōſtituit. Plinius in Epiſt. Locus ſuſpectus, & mollis: quem ego interim explorare modico impendio iuſſi, an recipere, & ſuſtinere opus poſſit. Hinc exploratores dicti ſunt, σκοποί, κατάσκοποι. Plin. lib. 16. cap. 9. Scribit in recenti ad duces explorator, &c. Interdum idem eſt quod obſeruare. Vergil. 9. Aeneid. Necnon & trepidi Troēs formidine portas Explorant. Interdum deliberare, σκέπτεσθαι. Verg. 1. Aeneid. tuus ô regina quod optas Explorare labor. Interdum ſiccare. Idem lib. 4. Georg. Et ſuſpēſas focis explorat robora fumus.

Exploratus, nomen ex participio, Significat certum: ut, Explorata ſalus: cuius contrarium, Salus deplorata. Cic. ad Appium, Vt conſolarer fortem uirum atq; ſapientē, quàm ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, &c. Exploratum eſt mihi, uel exploratū habeo, id eſt, certò ſcio, liquidò noui. Cic. de Senect. Quis eſt tam ſtultus, quāuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad ueſperam uſq; eſſe uicturū? Idem Attico, Quid enim exploratius eſſe poſſit, quàm illius animus in Rempublicā? Idem poſt Reditum, Quū mihi eſſet exploratiſſimū P. Lentulū proximo anno Conſulē futurū? Idē Attico, Cæſarem hoc idem probaturum exploratum habeo.

Exploratores, um, m. t. qui ſecreta nunciant hoſtibus proditores ſunt, & capitis pœnas luūt, Arianus in l. omne delictum de re Militar.

Exploratè, aduerbium, Hoc eſt, certò. Cic. ad Quint. fratrem, Hæc ita ſentio, iudico, ad te exploratè ſcribo. Plancus ad Senatum, Non ſoldm bene ſperare de nobs homines, ſed exploratè iudicare uolumus.

Explorato, ablatiuus participij abſolutè poſitus. Tacit. lib. 18. Et explorato iam profectos amicos, noctem quietam, utque affirmatur, non inſomnem egit, id eſt, poſtquam exploratum eſt illi, & cognitum.

Expolio, as, are, Idem quod ſimplex ſpoliare, ἀφυρεσιάζω, σκυλεύω, Cic. pro Deotaro, Quo tum erga te rex animo fuit, qui auxionatus ſit, ſeſeq; & filium ſuum explorare maluerit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare? Expoliare honorem & dignitatem Cæſaris, Cæſar 8. belli Gall.

Expoliati, Zaſius, inquit, eleganti figura dicuntur qui ſunt priuati, qui iacturam in bonis paſſi ſunt. Ita Iuriſcon. in l. 1. ff. de Don. int. uir. & ux. dicit, donationem eſſe prohibitam inter cōiuges, ne ſe mutuo amore ſpoliarēt. Sic l. ij. de Bon. dam. Is qui detruditur in carcerem propter crimen, nō debet ſpoliari bonis antequàm feratur ſententia, id eſt, priuari. Et quod Iuſtinian in parag. Compenſationes. Inſtitut. de action. dicit, Expoliatum bonis, Iuriſcon. in l. fin. ad. fin. de his quæ in fraud. dicit, Exutum bonis, ut paria ſint. Exui bonis, & expoliari bonis, id eſt, iacturam bonorū pati. Vnde interpretes dicti, parag. Compenſationes, uerbi expoliatus elegantiam non intelligentes alienum, ridiculum, & planè impium, ut Zaſiano utar uerbo, ſenſum inuexerunt.

Expŏlio, lis, lire, Exornare, abſoluere, extremā manum imponere, κατακοσμῶ, διαπονεῖσθαι, κατεργάζεσθαι. Plaut. in Milite, Meum opus ita dabo expoliatū, ut improbare nō queas. Cic. de Inuentione lib. 2. Nihil ſimpli in genere omni exparre perfectum natura expoliuit.

Expolitus, participium. Pictum atq; expolitum orationis genus. Cicero in Orat. Dens expolitior, Cato. Libellus pumice expolitus, Idem.

Expolitio, onis. Cic. ad Qu. fratrem, Vrbanam expolitionem urget ille quidem, & Philotimus, &c.

Expōno, nis, pen. prod. nere, a. t. Ab ex & pono, Emittere, & quaſi extra ponere, ἐκτίθημι, ut, Exponere uaſa, Cicero. Exponere in Sole fœnum, ut ficceſcat, Columella. Exponere in terram copias, Liuius. Exponere ex nauibus milites, Cæſar. Et Verg. 11. Aen. ſocios de puppibus altis Pontibus exponūt. Plaut. in Truc. Nunc ego iſtos mundulos, urbanos amaſios Hoc ictu exponam. Aliquando ſignificabat abijcere, & ſorti ac fortunę committere. Vnde infantes abiecti, & commiſſi fortunæ, expoſiti dicuntur. Terent. in Heaut. Quum exponendam do illi, de digito anulum detraho, & eum dico ut unà cum puella exponeret. Liuius 1. ab Vrbe, in proxima alluuie ubi nunc ficus ruminalis eſt, pueros exponunt. Plautus in Ciſtel. Dat eam puellam ei ſeruo exponēdam ad necem. Plin. Iunior, Epiſtola omnibus commēdationibus deſtituta, malignitati interpretantiū exponitur. Cic. 3. Verr. Quum tibi expoſita eſſet omnis Pamphylia ad prædandam. Aliquando ſignificat declarare, explicare, interpretari, ἐξηγέομαι, δηλῶ, τραυοῦμ. Cic. 2. Philip. Antequam de Repub. ſcribam, P. C. exponam uobis breuiter conſilium profectionis, & reuerſionis meæ. Ponitur etiam interdum pro expendo, καταβάλλω. Solinus, Quum magnam is pecuniam expoſuiſſet.

Expoſitio, onis, Idem quo explicatio, ἐξήγησις. Author ad Herennium lib. 1. Narratio defenſoris breuem & ſimplicem expoſitionem habere debet.

Expopulor, aris, d. p. Idē quo ſimplex populor, δηνδροτομῶ.

Expopulatio, onis, uerbale. Colum. lib. 3. cap. 2. Pluuijs, uētis q; apibus afferunt prædam: quarum uocabulo propter hāc expopulationem cognominantur.

Expŏrrĭgo, is, uel per ſyncopen Exporgo, Significat extendere

tendere, quaſi porro agere, παρατείνω Hircius 5. bel. African. Poſtero die eorum aciem propius inſtituit exporrigere muniones. Plaut. Pſeud. Exporgi melius eſt lumbos, atque exungier. Exporrigere frontem, eſt hilarescere: ſicut contrahere frontem eſt ringi. Terentius in Adelph. Da te hodie mihi: exporige frontem.

Exporto, as, are, Extra portare, auferre, ἐκφορᾶν. Cic. 6. Ver. Per iſtos quæ uolebat, in nauem clam imponenda, occultè exportanda curabat. Exportare ex oppido. Cicero 6. Verr. Ex prouincia ſecum exportare, Idem lib. ſeptimo Verr. Anthitheon eſt inueho.

Exportatio, onis, Cicero 2. Offic. Iam uerò earum rerum quibus abundaremus, exportatio: & earum quibus egeremus, inuectio certè nulla eſſet. Exportatio, pro exilio. Seneca de Tranq. uitæ, Quæ dignitas, cuius non præteream, & augurale, & loca patritia comitentur, & ſordes, & exportatio: &c.

Expoſco, is, n. t. Eſt enixè, & cũ inſtãtia aliquid peto, ἐξαιτέω. Cic. pro Milo. Miſericordiam ipſe non implorat, ego autem repugnante hoc & imploro, & expoſco. Verg. 3. Aeneid. Sed uotis precibuſq; iubent expoſcere pacem. Expoſcere, uel de poſcere aliquem, eſt perere eum ad pœnã dedi. Liu. 8. bel. Maced. Legatos deinde miſit ad depoſcẽdos autores defectionis. Expoſcit audire. Verg. 4. Aeneid. Iliacoſq; iterum demens audire labores Expoſcit.

Expoſtŭlo, as. pen. cor. a. p. Vehementer peto, ἐξαιτέω. Ci. pro Qu. Roſcio, Vix medius fidius, tu Fanni hoc à Ballione expoſtulare auderes. Sæpius tamen accipitur pro conqueror cum eo ipſo qui facit iniuriã, & cum querela amico inſto, & quaſi officio amicitiæ deſydero, ἐγκαλῶ, διαμολύνομαι. Terent. in Adelph. Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero qui ita putant Sibi fieri iniuriam: ultrò ſi quam fecere ipſi, expoſtulant, Et ultrò accuſant. Habet autem ferè poſt ſe ablatiuum perſonæ, mediante præpoſitione cũ, aut (quod perinde exiſtimari debet) has particulas, mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, uobiſcum. Cicero libro primo. Epiſt. Sed locus alienus uidetur tecum expoſtulandi. Nonnunquam præter hunc ablatiuum perſonæ, habet & ablatiuum rei de qua quis expoſtulat, idq; mediante præpoſitione de. Cicero Metel. Cel. Lenis & facilis à te exiſtimari debeo, qui mihi tecum de his ipſis rebus expoſtulem. Loco cuius tamen ablatiui nonnunquam legitur accuſatiuus dependens à præpoſitione ob, uel propter ſubaudita: quod frequens eſt apud Comicos. Terentius in Andria ſed quid agam? Adeamné, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem? hoc eſt, propter hanc iniuriam.

Expoſtulatio, uerbale, Querela aduerſus illum ipſum qui pecca uerit, ἔγκλησις, μέμψις. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Fuere nonnulli aculei in C. Cæſarem contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio.

Expoſtulator, Qui expoſtulat, ἐγκληματικός.

Expotus, Veteres dixerũt pro epotus. Plaut. in Trinummo, quod factum eſt ea? S Comeſum, expotum, exutum, elótum, in balneis.

Ex præcepto, Col lib. 2. cap. 1. Sacrificia niſi ex præcepto domini facere neſciat, id eſt, niſi Dominus præcepetit.

Ex præparato, uice aduerbii ponitur. Liu. lib. 2. Tumultuario prælio ac præcurſu magis militum, quàm expræparato, aut iuſſu imperatorum orto, id eſt, debita opera.

Exprĭmo, mis, a t pen. cor. Premendo extraho, & elicio, ἐκβλίβω, ἐκπιέζω, ἐκβιάζομαι. ut, Exprimere oleum, exprimere liquorem. Plin. lib. 14. Expreſſo uino infunditur aqua uinacea. Idem lib. 28. cap. 9. Dein liquatæ per lintea exprimitur ac reponuntur in fictili locis frigidis, id eſt, tranſcolantur. Aliquando declaro, manifeſto, διαφορόω, ἐξηγέομαι. Plinius in Epiſtol. Poſſumus apud Pruſenſes area, quam uacare ſcribis, uti: illud tamen parùm expreſſiſti. Aliquando repræſentare, aſſimilare, effingere, ἐκφράσαι, ἐκτυποῦν. Plinius in Epiſt. Nam ſi eſſe nobis curæ ſolet, ut facies noſtra ab optimo quoque artifice exprimatur, nónne debemus, &c. Exprimere inter alia etiam hoc ſignificat, ui & neceſſitate impetrare & auferre: quod & extorquere dicimus. Cicero pro Quint. Extorquendum eſt inuito: atque ingratis quod non debet, eripiendum atque exprimendum eſt, de fortunis omnibus P. Quintius deturbãdus eſt. Exprimere formulas pro conficere. Cic. pro Roſc. Com. Expreſſę ſunt enim ex uni uſcuiuſq; dãno, dolore, incõmodo, calamitate, iniuria, publicæ à Prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodatur.

Expreſſus, a, um, nomen ex participio. Cic. pro Cælio. Habuit enim ille, ſicuti meminiſſe uos arbitror, per multa maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata uirtutum. Idem Lentulo. Hæc profectò uides quantò expreſſiora, quantoq; illuſtriora ſint. Plin. Epiſt. 100. Quia omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſius.

Expreſſio, uerbale, quo Plinius & Celſus in ea utuntur ſignificatione in qua barbari medici Colaturam uſurpant.

Expreſsè. aduerb. Manifeſtè aptè, ἐκφατικῶς. Plinius in Epiſt. Vt mihi Attilius noſter expreſsè dixiſſe uideatur, ſic in foro pueros à centumuiralibus cauſis explicari, ut ab Homero in ſcholis.

Exprŏbro, bras, n. p. pen. cor. Quæ aliis præſtiti, commemorans impropero, ὀνειδίζω. Teren. in And. Nam iſthæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris benefici. Cice. de Amic. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non cõmemorare qui contulit. Sumitur tamen pro qualemcunque culpã obiicere. Ouidius libro duodecimo. Metam. trepidoque fugam exprobrauit amico. Plautus in Cap. Pergin. ſeruũ me exprobrare eſſe, quod ui hoſtili obtigi? Aliquando eſt obiicere culpam non uerbis ſed re, & aliquo facto, κατηγορᾶν, καταμώμασθαι, παρατᾶσθαι. Plinius in Epiſt. Nam mala emptio ſemper ingrata, eò quod exprobrare ſtultiam domino uidetur.

Expromitto, is, ere, a. t. Eſt pro alio promittere, hoc eſt, fide iubere, ἐγγυᾶσθαι. Vlpian. de Iure dot. Debitor mulieris iuſſu eius pecuniã uiro ſuo expromiſit. Idem de Donation. Si quis ſeruo ſuo grandem pecuniam crediderit, deinde liber factus eam expromiſerit.

Expromiſſor, Fideiuſſor, ſponſorq;, ἐγγυήμενος. Pompon. de Verbo. obligat. Satis acceptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoq; ab eo petantur. Expromiſſores ſunt hi qui pro eo promittunt qui ipſe efficaciter obligatus non eſt: ut qui pro ſeruo promittit centum domino, ſi eum manumiſerit: nec enim cum ſeruo contrahitur uera obligatio. Quo uerò expromiſſor à mandatore, fideiuſſore, ſponſore, conſtitutore, & principaliter obligato differat, annotatum eſt in Authent. De fideiuſſ. in Princ. Accedit, parag. Satis acceptio. l. 5. ff. de Verb. oblig. & l. Siquis acceptor. de Condic. ob cauſ. Sp.

Expromo, mis, pen. prod. Extra promere, efferre, in mediũ proferre, προφέρω. Plaut. in Mil. Neq; equidem heminas octo exprompſi in urceum. Var. 2. de Re. ruſt. cap. 2. Quum emptor dixit, Tanti ſunt mihi emptæ: & ille reſpondet, Sunt: & exprompſit nummos. Expromere interdum idem eſt quod eloqui, & animi ſenſa efferre. Cicero 4. Academicarum, Expromam primum illa inuidioſa, quod eos omnes qui, &c. Liuius 9. bel. Pun. Expromerent quid ſentirent, cum bona uenia ſe auditurum.

Expromitur paſſiuè. Cic. 2. in Cat. Quorum omnis induſtriæ uitæ, & uigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur.

Expromptus, participium, In mediũ prolatus. inquit Donatus Terent. in And. Myſis, nunc opus eſt tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria.

Expugno, as, Pugnando capere, & euincere, καταπολῶ, ἐκπολιορκῶ. Terent. in Eunuch. Primùm ædes expugnabo. Cæſ. 4. bel. Gall. Compluribus expugnatis oppidis. Cicero 2. Verr. Nihil tam ſanctum, quod non uiolari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poſſit.

Expugnatio, onis, ἐκπολιόρκησις. Cic. pro lege Manil. Non multum ab hoſtili expugnatione differant.

Expugnator, toris, πολιορκητής. ut, Epugnator pudicitiæ, Cic. 3. Verrin.

Expugnabilis, expugnabile. Statius 4. Theb. & nullo ruis expugnabilis aſtro.

Expumo, as, are, In modum ſpumæ emanare, ἐξαφρίζομαι. Celſus libro 6. capite ſeptimo: Si ex grauedine eſt, purgare autem oportet, & ſpiritum continere, donec inde humor aliquis expumet.

Expungo, gis, a. t. Quod ſcriptum eſt deleo, ἐξαλείφω. Plaut. in Ciſtel. Nunc quod reliquum reſtat, uolo perſoluere, Vt expungatur nomen, ne quid debeam. Vnde etiam milites expungi dicuntur à militia quum nomina eorum ex albo eraduntur. Et expuncti milites, dicti ſunt deleti, & à militia remoti. Plaut. in Curc. miles pulchrè centuriatus expuncto in manipulo. Expungi dicuntur Iudices, quando amouentur à iudicando, ueluti eraſi ex albo iudicum, ἐξαλείφεσθαι,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

διαγράφεσθαι, ἀποκλείεσθαι, ἐκκρίνεσθαι. Persius. Satyr. 2 per trãslationem posuit pro expellere, & loco mouere, Pupillumne utinam quem proximus hæres Impello, expungam: nanq; est scabiosus, & acri Bile tumet. Expungere rationes, est ultimam manum calculo imponere. Hermog. de diuers. temp. præscript. Reipublicæ rationes subscriptæ & expunctæ, aduersus eum quidem qui administrauerit, ultra uiginti: aduersus uerò hæredem, ultra decem annos retractari non possunt Tracta est locutio à more supputantium, qui semel atq; iterum dispuncto calculo, ubi minores omnes summas in unam contraxerint, reliqua omnia solent expungere. Dispungere uerè rationes (ut suo loco dictum est) est expensa & accepta conferre.

Expuo, puis, n. t. Saliuam, aliudue quid ex ore eiicio, ἐκπτύω, ἀποπτύω. Plinius libro 7, capite 23. Anaxarchus, quum simili de causa torqueretur, præroſam dentibus linguam, unamque spem iudicii in os tyranni expuit. Terentius per translationem in Eunucho dixit, Vbi illam expueret miseriam ex animo.

Expurgo, as, a. p. Idem est quod purgo, uel perfectè purgo, ἐκκαθαίρω. Cic. de Clar. Orat. Quo magis expurgandus est sermo. Expurgare se à criminis alicuius suspitione, est se innocentem probare. Plautus in Mil. Expurgare uolo me. PE. Tunè expurges mihi, Qui facinus tantum, tamq; indignum feceris?

Expŭro, tas, pen. cor. Ab ex, & puto compositum, significat ramos superfluos ex arboribus, uel sarmenta ex uitibus runca resecare. Columella lib. 11. Palos una opera cædere, & exputatos acuere centum numero potest. Et libro 3. capite 15. Deinde uelut ueteranam uitem totam exputare, & ad unam materiam firmissimam redigere. Per translationem ponitur pro reputare, & mente uoluere, ἐναλογίζεσθαι. Plancus Ciceroni, Quæ mens eum, aut quorum consilia, à tanta gloria, sibi uerò etiam necessaria ac salutari auocarint, & ad cogitationem Consulatus bimestris, summo cum terrore hominum, & insula cum efflagitatione transtulerint, exputare non possum, id est, apud me perpendere, & ratiocinari.

Exputresco, is, Apud Plautum in Curc. legitur pro penitus putresco, καταποθόμαι. Quin (inquit) tu aliquot dies per dura dum intestina exputrescunt tibi.

Exquiro, is, pen. prod. a. t. Diligenter inquiro, secerno, eligo βασανίζω, ἐξετάζω, Cicero quarto, Academ. Neq; nos studium exquirendi defatigati relinquimus. Terentius in Andria Nunc ea me exquirere Iniqui patris est. Plaut. in Amph. Te certè heri aduenientem illicò & salutaui, & ualuissenè usque exquisiui.

Exquisitus, a, um, nomen ex participio, Electus, quasi diligenter quæsitus: ut, Exquisita doctrina philosophus: exquisita uerba: exquisita opera, ἐξηκριβωμένα, apud Ciceronem. Exquisita ingenia: exquisitæ epulæ, apud Plinium. Tacit. lib 12. Cæterùm actæ principi grates exquisitiore in Domitium adulatione.

Exquisitè, aduerbium, Diligenter, ἀκριβῶς. Cic. de Clar. Orat. Deq; eo crimine accuratè atq; exquisitè disputauisset. Colligere exquisitius aliquas rationes. Cic. 1. Tusc.

Exquisitim, aliud aduerb. Varro Aiace, ut citat Nonius, Aeger medicos exquisitim conuocabat, ut conualesceret.

Exradico, a p. Vnà cum radice euello, ἀποῤῥιζόω, Varro lib. 1. de Re tust. cap. 27. Terram rudem proscindere oportet: quæ sunt ex ea enata prius, quàm ex iis quid seminis cadat, ut sint exradicata. Plura uide in uerbo Eradico.

Exrogare, uide Erogo.

Exsaturo, uide Exaturo.

Exscribo, is, Transcribere, exemplum sumere, ἀπογράφειν. Cic. 3. Verrin. Perinde quasi exscribendi potestatem non haberet. Exscribere tabulas, Cic. 4. Verrin. Colum. lib. 12. cap. 3. Hæc primò tradimus, & loca singulis demonstrauimus, & cuiq; sua annumerauimus, annumerata ipsi exscripsimus, eumq; admonuimus, &c.

Exseminario, id est, stirpitus Sic Vlp. interpretatur in l. uitem. Parag. si quis arb. furt. cæs.

Exsignare, Idem quod signare, ἐκσημαίνω. Liu. 1. ab. Vrbe, Eiq; sacra omnia exscripta exsignataq; attribuit.

Exsordesco, exsordescis, Sordidus, & abiectus fio, ἐυτελίζομαι Gel. lib. 9. cap. 2. Cur ergo nos patimur nomen philosophi illustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere.

Exta, orum, n. s. plurali tantùm numero, & neutro genere, dicuntur uiscera in corpore animantis maximè extãta, ex quibus aruspices futura prænoscebant, ἱερά. Exta, inquit Festus, dicta quòd ea diis prosecentur: quæ maximè extant, eminentq;. Plinius libro 11. capite 3. Exta homini ab inferiore uiscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellant, quæ cordi prætẽduntur. Virgilius 2. Georg. Pinguiaq; inuerubus torrebimus exta colurnis. Plaut. Aulul. Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet: Quin exta inspicere in sole etiam uiuo licet, Ita is pellucet, quasi laterna Punica, Cicero 1. de Diuin. Quæ est autem gens, aut quæ ciuitas quæ non aut extis pecudum, aut monstra, aut fulgura interpretãtium, aut augurum, aut astrologorum, aut sortium, aut somniorum, aut uaticinationum prædictione moueatur? Idem 2. de Diuinat. Concedam hoc ipsum si uis, & si magnam iacturam causæ fecero, si ullam esse conuenientiam naturæ cũ extis concesſero.

Extãbesco, scis, n. t. Tabe conficior, & ueluti emarcesco, ἐκτήκομαι. Cic. 2. Tusc. Refugêre oculi, corpus macie extabuit. Cic 2. de Nat. deor. per translationem posuit pro euanescere. Etenim, inquit, uidemus cæteras opiniones fictas, atq; uanas diuturnitate extabuisse.

Extemplo, aduerbium, idem significans quod statim, siue continuò, αὐτίκα. Varro lib. 5. de lingua Latina, Extemplò (inquit) id est, continuò, quòd omne templum debeat esse continuò septum, nec plusquàm unum introitum habere. Plaut. Amph. se exercitum extemplò domo Reducturum. Liuius lib. 3. ab Vrbe cond. Secundęq; belli res extemplò uiribus motus excitauerunt.

Ex tempore, Duæ partes sunt, idem significantes quod ex improuiso, & impræmeditatè, ἐκ τοῦ παρεσκευάσθαι, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ καιροῦ, κατὰ καιρόν. Ci. 1. Offic. Quos credimus expedire rem, & consilium ex tempore capere posse. Aliquando ex tempore, pro temporis conditione, ἀπὸ καιροῦ Cic. lib. 3. Off. huius generis quæstiones sunt hæ omnes in quibus ex tempore officium quæritur.

Extemporalis, le, Subitaneum, αὐτοσχέδιος, ἀμελετήτος ut, Extemporalis actio, apud eundem, lib. 10. cap. 7. Extemporalis actio frequenter excitatur. Extemporalis Rhetor, qui extempore dicit. Martial. lib. 5. Extemporalis garrulitas: & extemporalis temeritas, apud Quintilianum.

Extemporalitas, extẽporalitatis, Promptitudo, siue facultas extempore aliquid dicendi, faciendiue, εὐδοσχεδίασμος. Suet. Tito. cap. 3. Latinæ Græcæq; linguæ uel in orando, uel in fingendis poëmatibus promptus, faciliſq;, uel ad extemporalitatem usque.

Extemporaneum, pro subitario accipimus, ἀμελέτητον, αὐτοσχέδιον.

Extendo, dis, di, sum, uel extentum, a. t Porrigo, protraho, explico, ἐκτείνω, ἐκτανύω. Col. lib. 5. Quare quum ad summũ palum recta uitis extenta est, capistro constringitur. Liu. Quãtum extendere iter posset, in castra properaret. Plinius Epist. 37. Extenderem preces, nisi tu diu rogari nolles. Liuius 7. ab Vrbe, Quum cernere metu tenẽdos quos fides non tenuisset, extendere omnes imperii uires Consules de lectu habendo iussit. Virgilius 6. Aeneid. Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis?

Extensus, participium. Cic. 6. Acad. Cum extensis digitis aduersam manum offenderat.

Extentus, participium. Cic. 2. de Orat. Per statuas uerò quum dixit, & extento brachio paululum etiam de gestis addidit, uehementer risimus. Ouidius de Arte. Hęc monet arte latus, tunicisq; fluentibus auras Excipit, extentos fortiq; superba pedes.

Extento, tas, are, frequentatiuum. Plautus Bacchide, Quæ te mala crux agitat, qui ad istũc modum Alieno uires tuas extentas ostio?

Extẽnŭo, as, a. p. Valde tenue facio, siue cõminuo, λεπτύνω, ἐκτρυχόω, Cic. 2. de Nat. deor. Dentibus autem in ore constructis manditur, atq; ab his tenuatur & molitur cibus. Extenuare mala ferendo, est fortitudine & æquanimitate leuiora reddere. Ouidius 3. Trist. Quod potes extenua, forti mala corde ferendo. Extenuare rem aliquam uerbis, est deprimere & minorem facere, quàm reuera sit, quod & Latinè dicitur releuare, ἐκφαυλίζειν, ἐκφαυρίζειν. Cicero 2. de Offic. Neque uerò uerbis auget munus suum, si quo fortè fungitur, sed extenuat. Sic extenuare causam. Autor ad Herenn. lib. 2.

Defeasor

Defensor autem causam fuisse negabit, si poterit, aut eam uehementer extenuabit.

Extenuatus, participium, cui opponitur concretus. Cicero secundo de natura deorum. Exin mari finitimus aër die ac nocte distinguitur: isq; tum fusus & extenuatus sublimè fertur tum autem concretus in nubes cogitur. Brutus Ciceroni, Recurri ad meas copiolas: sic enim uerè eas appellare possum sunt enim extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessimè acceptæ.

Extenuatio, onis. Ci. 3. de Orat. Significatio, & distinctè concisa breuitas, & extenuatio. Contrarium eius est exaggeratio.

Exter, era, erum, pen. cor. Idem quod externus, ἐξωτερικὸς, ξενικός. Vnde Statius, Exter honos, dixit pro extraneo.

Exterebro, ras, pen. cor. n. p. Terebrando extraho, ἐκτρυπάω. Cic. 1. de Diuin. Itaq; ex eo auro quod exterebratum esset, bu culam curasse faciendam. Per translationem significat aliquid extorqueo. Plaut. in Persa, Nunquam herclè exterebrabis tu, ut sis prior, quàm ego siem. Nonunquā idem quod perquirere, seu perscrutari, Varro, Atq; omnes adeò perquirit, atq; exterebrat artes.

Extĕrgo, gis, exterſi, exterſum, a t. Est tergendo purgare, ἐμόρ γνυμι, ἐκκαθαίρω. Cato de Re rust. Post diē omnino duodecimum pernas eximito, & salem omnem detergito, & suspendito in uentum biduum, tertio extergito. Pro eodem etiam dicimus extergeo, per secundam inflexionem. Plaut. in Rud. Ita quanto magis extergeo, rutilum, atq; tenuius fit. Cato de Re rust. cap. 102. Die tertio extergito spongia bene.

Extersus, partic. idem significans quod expolitus. Plin. lib. 34. c. 9. Aera extersa, rubiginem celerius trahūt, quàm neglecta nisi oleo perungas. ὑπ ποιὸ ἐπ̄ ταῦτα ἐκλεκτ.

Extermino, as, a. p. pen. cor. Extra terminos eiicio, ἐξορίζω. Cic. lib. 3. Offic. Atq; hoc omne genus pestiferum atq; iniurium, ex hominum communitate exterminandum est. Exterminare urbe atq; agro. Cic. 1. de Nat. deor. Exterminare morbum, est abigere, seu depellere. Plin. lib. 31. cap. 10. Regium quoq; morbum in uino exterminat potum. Aliquando exterminare ponitur pro demoliri, & euertere. Cic. post Red. ad Quiri. Itaq; neq; republica exterminata mihi locū in hac urbe esse duxi.

Exterminator, uerbale, Pro euersore & destructore accipitur. Cicero pro Domo sua, Tamen obuersabatur ante oculos exterminatoris sui.

Externo, nas, a. p. ab ex & sterno, Mente exturbo, demētem facio, ἐκπλήττω, ἀνούτερ ποιῶ. Pacuuius, Sed eccam miseram, quam frequens luctus externauit. Catullus in Argon. Ah miseram, assiduis quā luctibus externauit. Spinosas Erycina serens in pectore curas.

Externatus, participium. Catullus, Sed quid ego ignaris nequicquam conque. or auris Externata malo? Equi externati, id est, consternati, & perterriti, Ouid. in Ibin. Idem 11. Metam. Sic quæcunq; solo defixa cohæserat harum, Externata fugam frustrà tentrabat.

Externus, a, um, ab extra præpositione, Quicquid ab exteriori parte est, ἐξωτερικός. cui opponitur internus. Vnde externa pars corporis dicitur quę foris apparet: & externa uis, quæ aliunde ingruit. Liuius lib. 1. Vimor deinde Patres incessit, ne ciuitatem sine Imperio, exercitum sine Duce, multarum circà ciuitatum irritatis animis, uis aliqua externa adoriretur. Sic etiam externi homines dicuntur exteri, & alieni genæ. Cic. 2. Offic. Homines externos non egere, ornamento est reipublicæ.

Extero, is, pen. cor. a. t. Terendo excutio, ex tritura participio, ἐκτρίβω, ἀποσμάω. Colum. lib. 2. Quum rursus amplior messis prouenerit, quicquid exteretur, tapisterio expurgandum erit. Var. lib. 1. de Re rust. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quoad unguis è spica exeuntur grana. Exterere etiam dicimus aciem ferri, pro acuere. Exterere literam, est eam expungere, & delere Varro 2 de Re rust. cap. 1. A quo pòst Balare dicunt, extrita e littera, ut fit in mulis.

Extĕrus, a um, siue Exter, à præpositione extra, Quod alibi narum est. uel quod al. unde aduenit, ἐξωτερικὸς, ἐξωτικός. Cic. in Catil. Exterus hostis, atq; longinquus. Verg. li. 4. & nos fas extera quærere regna.

Exterior, Extimus, uide Extra.

Exterraneus, Aduena, quasi ex alia terra, ἀμόφορος. sicut Conterraneus, qui est ex eadem terra: quamuis id nomen parùm ab eruditis usurpetur. Exterraneus etiam uocatur qui ante tempus natus, uel potius eiectus est: dictus quòd eum mater exterrita eiecerit. Autor Festus.

Exterreo, res, rui, ritum. a. f Idem quod simplex terreo, κατα φοβέω, ἐκπλήττω. Cicero 2. Officiorum, Et dolorum quum ad mouentur faces, præter modum pleriq; exterrentur. Exterreri metu, Liuius 4. ab urbe.

Exterritus, Quod modò pauefactum significat, ἔκπλαγής. Vergilius, plausumq; exterrita pennis Dat tecto ingētem. Idem 3. Georgicorum. Sæuit agris, asperq; siti, atq; exterritus æstu. Quo in loco quidam exponunt, exterritus pro inflammatus, & incensus. Loquitur enim Poëta de angue, qui nimio æstu sitibundus per agros oberrat. Sed illi nimis longè recedunt à prima significatione.

Extexo, is. idē quod retexo, hoc est, destruo, quod textū est ἀνυφαίνω. Plautus in Bac. per translationem posuit pro auertere quempiam ab eo quod cogitauit, Extexā (inquit) ego eum pulchrè iam si ali uolunt.

Extillo, las, lare, neut. prime. est guttatim effluere, ἐκσταλάσσω Columella libro 12. cap. 48. Sicq; triginta dies pati exudascere, atq; omnem amurcam extillare. Extillare lachrymis, est totum in lachrymas dissoluī. Terent in Phorm. Hinc ego dictis illam ita tibi incendam dabo, Vt ne restinguas, lachrymis si extillaueris.

Extimesco. n. t. Ab extimeo, ualde timeo, πλήσσω, περιφοβοῦμαι. Et modò absolutè accipitur. Terentius in Hecy. Extimui illicò. Plaut. in Cistel. Extimuit tum illa. Modò actiuè Cic. in Catil. Quod igitur adolescentes, & hi quidem non solùm indocti, sed etiam rustici contemnunt, indocti senes extimescent? Cæsar 3. bel. Gal. Quarum rerum omnium nostris nanibus casus erat extimescendus.

Extímulo a p, Idē est quod simplex stímulo. hoc est, ueluti stimulis quibusdam incito, παροξύνω. Colum. lib. 6. cap. 27. Id præcipuè armentum, si prohibeas libidines, extimulatur furiis. Plin. libr. 2. cap. 39. Quoties errantium accessu impulsa, aut coniectu radiorum extimulata sunt, &c. Tigris fame extimulata. Ouidius lib. 6. Fastorum. Extimulator accerrimus, Tacitus libro 3.

Extinguo, guis. a. t. ab ex, & tinguo: proprie dicitur de iis quæ incensa sunt, παρίημι μετασβέννυμι. Plaut in Asin. Neq; illa ulli homini nicter, annuat, Post id si lucerna extincta sit ne quid, &c. Idem in Pers. Da illi cātharum, extingue ignem si cor uritur, Caput ne ardescat. Per translationem uerò accipitur pro opprimo, sic tamen ut minorem in se uim habeat opprimo. Cicer. in Læl. Primùm danda opera est ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ uideantur. Aliquando pro occidere, destruere, διαφθείρω. Lactant. lib. 3. Cælestes animas unà cum corporibus extinguunt. Idem libro quarto, Iudæorum nomen & gentem Vespasianus extinxit, id est, deleuit. Terentius in Adelphis, Seni animam primùm extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus, id est, auferrem. Vergilius quarto Aeneidos, Implesseque foros flammis, natumq; patremq; Cum genere extinxem. Extingui, mori. Cicero de Senectute, Extingui homini suo tempore optabile est. Aliquando est perfectè distinguere, ἀφορίζειν Cicero in Horten. Quam si subtraxeris, qui extingues artificem ab inscio?

Extinctus, participium. Cic. pro Corn. Bal. Quum duo fulmina nostri imperii subitò in Hispania Gnei, & Pub. Scipiones extincti occidissent. Idem 2. de Nat. deo. Refrigerato, & extincto calore occidimus ipsi, & extinguimur.

Extinctor, ctoris, Belli domestici extinctor. Ci. de Aruspic. resp. Extinctor incendii, Idem ad Pisonem. Extinctor patriæ Idem pro Sylla.

Extinctio, onis, Cicero 1. Tusculan. Nam si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius?

Extirpo, a. p. Propriè est unà cum stirpe euello, ἀποῤῥίζω. Colum. li. 2. ca. 2. Et extirpandis radicibus. Martial. lib. 6. Extirpare pilos corporis. Per translationem accipitur pro funditus extinguo. Cic. de Amicit. Quamobrem si cadit in sapientem animi dolor, (qui profectò cadit, nisi ex eius animo humanitatem extirpatam arbitremur) quæ causa est ut amicitiam funditus tollamus è uita? Extirpare perturbationes, Ci. 4. Tusc. Extirpare & funditus tollere uitia, Idem de Faro.

Extirpatio, onis, Eradicatio. Colum. lib. 2. cap. 2. Filicis frequēs extirpatio uel aratro fieri potest.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Extíſpices, pē.cor. Dicti ſunt haruſpices, qui extis inſpectis futura prædicunt, σπλαγχνοσκόποι, ἱεροσκόποι. Varro Sarrano, Te Cōſulem mihi pelui cedere ſubſilio, & hoſtiaſed extiſpici diſputanti relinquo. Cic. 2. de Diuinat. Artificioſa diuinationis illa ferè genera ponebas extiſpicū, corumq; qui ex fulguribus oſtentisq; prædicerent.

Extiſpicium, & Extiſpicina, Ipſa extorum inſpectio, quæ alio nomine haruſpicium dicitur, uel haruſpicina. Accius in Medea, Principio extiſpicium, ex prodigijs congruens ars te arguit.

Exto, tas, extiti, ſupinum extitum, n.p. & nōnunquam extatum: unde participium extaturus, uel extiturus. Emineo, ſuperſum, ἐξέχω, ἀναφαίνομαι. Verg. 3. Georg. Torpent mole noua, & ſummis uix cornibus extant. Colum. lib. 5. cap. 10. Faſciculos ſarmentorum brachii craſſitudinis demittito ita ut ſupra terram paululum extent. Extare etiam dicitur id quod nondum intercidit unde opus aliquod extare dicitur, quod non deperiit. Cicero ad Metel. Iam illud Senatuſconſultum quod illo die factum eſt, ea præſcriptione eſt, ut dum id extabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit. Idem, Quæ (ut ſcis) extat oratio. Sæpiſſimè præterea extare accipitur loco uerbi ſubſtantiui eſſe. Cic. ad Brutum, Quales tibi ſæpè ſcripſi, Cōſules extiterunt. Idem pro Archia, Ego multos homines excellenti animo ac uirtute fuiſſe, & ſine doctrina naturæ ipſius habitu propè diuino, per ſeipſos & moderatos & graues extitiſſe fateor.

Extaturus, participium. Plin. lib. 17. cap. 22. Extatura etiamnum duabus gemmis.

Extantia, æ, Col. lib. 5. cap. 5. Ipſa capita ſine ulla extantia, neq; aratro, neq; bubus obnoxia ſunt.

Extollo, is, tuli, elatū, a. t. In altū eleuo. educo, effero, ἐξαίρω. Plaut. Amph. Deuolant angues, iubati deorſum in impluuium duo maximi: continuò extollunt ambo capita. Per translationem accipitur pro exaugere, ſiue amplificare. Salluſt. Iugurt. Ita eorum qui ea fecere, uirtus tanta habetur, quā tum ea uerbis potuere extollere præclara ingenia. Apud antiquos etiam lectum eſt pro differre. Cæcilius Plotio, ut citat Nonius, Ito intrò, atq; iſtæc aufer, tamen hodie extollat nuptias.

Extorqueo, ques, torſi, tum, a. ſ. Eſt tormentis, uel alia quauis ui aliquid elicio, aufero, uel eripio, ἐξστράπτω, βιάζομαι, ἐκβιάζομαι. Vnde extorquere ueritatem, eſt adhibitis tormentis ueram confeſſionem exprimere. Donatus, Torquemus homines, extorquemus ueritatem. Ad hūc etiam modum dicimus extorquere gladium è manibus, extorquere errorem ex animo alicuius, extorquere alicui regnum, uel pecuniam. Cicero in Catone, Nec mihi hunc errorem, dum uiuo, extorqueri uolo. Liu. lib. 2. Neq; ambigitur quin Brutus, qui tā tum gloriæ ſuperbo exacto rege meruit, peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturæ cupidine, priorum regum alicui regnum extorſiſſet.

Extortus, participium. Cic. pro Milone. Extorto eſt confitenti ſica de manibus. *Extortus*, pro excruciato. Senec. Epiſt. 67. His oppone ferro transfoſſos, aut exanimatos ſerpētum morſu, aut fractos ruina, aut per longam neruorum contractionem extortos minutatim.

Extortor, toris, Qui ui rapit, & aufert. Terent. Phor. Bonorum extortor, legum contortor.

Extorris, ris, com. t. Qui eſt extra terram, id eſt, patriam ejectus. ἄπολις, ἐξόριστος. Cicero quarto. Verrin. Hinc centum patres familiās extorres profugerunt. Gell. Exul, extorrisq; eſto. Liuius Extorrem urbe, domo, penatibus, foro, congreſſu æqualium. Idem libro ſecundo ab Vrbe, Neſe orum ciuſdem ſanguinis extorrem, egentem ex tanto modò regno cum liberis adoleſcentibus ante oculos ſuos perire ſinerent.

Extra, præpoſitio, ſeparata ſeruiens caſui accuſat. ἔξω, ἐκτός. cui contraria eſt intra, ἔσω. Cic. 2. de Finib. Et in corpore, & extra eſſe quædam bona. Idem de uniuerſ. Sic in omni modo partes omnes collocatæ ſunt, ut nulla pars huiuſce generis excederet extra. Idem 1. Offic. cauendum autem præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. Extra pro præter, exceptionis gratia, elegantiſſimè ponitur. Plaut. Amph. Vt mihi extra unum te, mortalis nemo corpus corpore Contigit, qui me impudicam faceret. Terent. Pho. Neq; cognatus extra unam aniculam, quiſquam aderat. Extra iocum dicebant antiqui, quum quid ſeriò, non ioco dicere ſeſe uelle ſignificabant. Cic. Trebatio. Sed me hercle extra iocum homo bellus es. Extra quàm pro niſi, in exceptionibus concipiendis ponebatur. Cic. 1. de Inuent. Agit is, cui manus præciſa eſt: iniuriarum poſtulat is qui quā agitur, à Prætore exceptionem, extra quam in reum capitis præiudicium fiat. Vbi ſi particula deeſſe uidetur, Extra quā ſi ut Vlpianus in l. 1. Parag. Labeo ſcribit. ff. De flumin. Sed ita excipiendum ait, extra quam ſi quid ita factum ſit, uti de lege fieri licuit. Hæc Budæus. Liu. 3. Decad. lib. 6. Campanos omnes, Attelanos, Calatinos, Sabatinos, extra quàm qui eorum aut ipſi, aut parentes eorum apud hoſtes eſſet, liberos eſſe iuſſerunt. Ab extra deducuntur exter, externus, extraneus, ex extrarius, extrinſecus, extrorſum, ἅπ τὰ ἔξω, extremus, extimus, & Extrare uerbum obſoletum, quo antiqui utebantur pro egredi. De quibus mox.

Extraordinarius, ria, rium, Quod præter ordinem fit. ἐκτάκτου, παράτακτον. Cic. ad Brutum, Quare tum & facilitatem & prouidentiam laudabo tuam, quum exploratum habere cœpero Cæſarem honoris quos acceperit extraordinariis fore contentum. Idem ſeptimo Verrin. Vt omnia ſemper quæ iucunda uidentur eſſe, non modò his extraordinariis cupiditatibus ſed etiam ipſi naturæ ac neceſſitati denegarem. Sic apud eundem Præſidium extraordinarium, poteſtas extraordinaria, reus extraordinarius, milites extraordinarii, ἐπίλεκτοι.

Extrarius, a, um, Alienus, aut alienigena, hoc eſt, qui ex ea in qua agimus ciuitate oriundus non eſt, aut etiam qui ex noſtra familia non eſt, ἀπόρρητος. Pomponius, Præterea minabatur ſi extrario nupſiſſet, nihil ſe filiis eius ex paternis eorum bonis teſtamento relicturum. Canis extrarius, pro non domeſtico, apud Suetonium in Veſpaſ. Extraria lux, Lucret. libro 4.

Extrarium, Dicitur quicquid eſt extra rem de qua agitur. Quintil. lib. 7. cap. 2. Quum in perſonam certam transfertur accuſatio, aut in extrarium, &c.

Extraneus, Alienus, nullo propinquitatis gradu nobis coniunctus, quaſi exterraneus, ἀπόρρητος. ὄθνειος. Vnde extraneus hæres, apud Suetonium in Claudio Cæſare cap. 4. Nec dubium eſt quid poſt hæc Auguſtus conſtituerit, & reliquerit cum nullo præter auguralis ſacerdotii honore imperritum: ac ne hæredem quidem, niſi inter tertios, ac penè extraneos, ne partē ſexta nuncuparet. Extraneus, & Domeſticus, contraria Cic. antequam iret in exil. Pax & concordia extraneis gignetur, quum iam domeſticis non inſideat, ſed publicè prouidenti eripiatur. Bona extranea, id eſt, externa, neq; animi neq; corpori propria: quæ & bona fortunæ dicuntur. Auctor ad Heren. lib. 4. Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando, & in lædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis.

Exterior, comparatiuum, ſicut ab inferis, inferior, infimus, ἐξώτερος. Cicero de Vniuerſ. Atque ita quum alterum eſſe exteriorem amplexus orbem, &c. Plautus Menæch. Exterior ſis, obſeruato modo. Comes exterior, id eſt, inferiore indigno req; loco incedens. Horatius 2. Sermonum.

Extremus, ma, mum, Vltimus, poſtremus, ἔσχατος, ἔπειτος. Cic. de Amicitia. Cuius diſputationis fuit extremum ferè de immortalitate animorum. Ver. 10. Ecloga, Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem. Ponitur nonnunquam pro perditiſſimo, ac nequiſſimo, quaſi à conſortio humanitatis remoto. Verg. 4. Aeneid. Illam terra parens, ira irritata deorum, Extremam (ut perhibent) Cœo Enceladoq; ſororem Progenuit, hoc eſt, peſſimam. Seneca, In hoc ſumma bonitas, in illo extrema malitia, id eſt, maxima & ultra, quam nulla ſit malitia maior. Quod non ſine ratione eſſe uidetur, quandoquidem medici affirmant, *deteriores* cæteris eſſe qui ultimi naſcuntur. Apuleius libro tertio. Fateor, Quirites, extremos latrones fugare atque proterere aggreſſus ſum. Extremus etiam aliquando initium alicuius rei ſignificat, autore Sipontino. Plautus. Ab extremo narrare incipiā hoc eſt à principio.

Extimus, mi, ſuperlatiuum, opponitur citimo, ἔξώτατος. Plin. libro 2. capite 78. Iiſdem imperia quæ nunquam extimis gentibus fuerint. Extimum promontorium, apud eundem lib. 9. cap. 28.

Extremò, aduerbium, Cic. ad Att. lib. 12. Quòd enim ſcribit extremò, uide ne is ipſe locus ſit, cuius cauſa, &c.

Extremitas, mitatis, ſ. t. Eſt id quod in quaq; re extremum eſt: ut, extremitas circuli, Plin. lib. 2. cap. 17. Cæli extremitas, Cic. de Vniuerſit. Idem 2. de Finib. Hæc non erant eius qui innumerabiles mundos, infinitasq; regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragraſſet.

Extrinſecus

Extrinſecus, pen. cor. aduerbium, Externè, foris, aliunde, ab exteriore parte, ἔξωθεν. Cice. 1. de Orat. Adhibita eſt igitur ars quædam extrinſecus ex alio genere quodam. Varro libro primo de Re ruſtica cap. 41. Vt non denudes medullam, ne extrinſecus imbres noceant. Cicero quarto Acad. Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros per corpus imagines nobis dormientibus.

Extro, as, n. p. Verbum obſoletum eſt quo antiqui utebãtur pro exeo, quemadmodum nos pro ingredi dicimus intrare, ἐξέρχομαι. Afranius, Simul limen intrabo, illi extrabunt illicò.

Extrorſum, Verſus exteriorem partem, ἐπὶ τὰ ἔξω. ſicut introrſũ uerſus interiorem.

Extraho, is, extraxi, extractum, a. t. Extra trahere, elicere, ἐξέλκειν. ut, Extrahere ſerpentes cantu: extrahere uenena corpori apud Plinium. Cic. pro Cluentio, Extrahitur domo Oppianicus à Manilio. Liu. lib. 6. bel. Pun. Ni uenirent in Senatũ, circa domos eorum ituros ſe, & in publicum omnes ui extracturos eſſe. Extrahere diem, eſt diem conſumere, quod & eximere diem dicimus. Cæſar lib. 1. bell. Ciu. Catone uerò acerrimè repugnante, & priſtina conſuetudine dicendi mora dies extrahente, ut ſui ratio abſentis haberetur, &c. Et paulo pòſt, Sic triduum diſputationibus, excuſationibuſq; extrahitur. Extrahere aliquem, pro inducere, & uehementer ſolicitare ut aliquid faciat. Liu. lib. 2. bel. Pun. Vulgus etiam extrahere ad Conſulatum nitebantur. Extrahere ſe ex aliquo negotio. Terent. Phor. Ita nunc imparatum ſubitò tanta te impendent mala, Quæ neq; uti deuitem ſcio, neq; quo modo me inde extraham.

Extractus, participium. Cic. Q. fratri lib. 2. Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt.

Extractorius, ria, rium. Plinius libro 24. cap. 11. Vulgaris arundo extractoriam uim habet. hoc eſt, uacuatoriam & eductoriam.

Extrauagãtes, aliquot ſanctiones Principum ſunt: dictæ quòd ſint extra librorum Iuris Ciuilis contextum frequentatæ: qualis eſt conſtitutio Lotharii Saxonis, de Feud. non alien. & diui Friderici, de pace tenenda. & de Sacramen. puber. ſponte factis non retracta. Item de Priuilegiis Eccleſ. Friderici. Imp. eius nominis ſecundi. Item de maieſtate læſa: deq́ue Rebellib. Edictum Henrici ſeptimi: & rurſus de pace Cõſtantiæ, diuorum Friderici Imp. & Roman. Regis 6. cum nõ nullis aliis Principum ſanctionibus publicis iuris libris nec dum adiũctis. ſed quę in Archimis Imperii in Reipub. uſum conſeruantur, ut monuit Ferrar.

Extrico, cas, a. p. penul prod. Verbum eſt à tricis deductum ἐκκλίνω, ἀπαλλάττω. Sunt autem tricæ capilli, uel aliæ quæuis res tenues quæ gallinarum pedibus nonnunquam adhærẽt, earumq; greſſum impediunt: quamuis etiam pro quibuſuis minutiſſimis accipiatur. Eſt igitur Extricare, explicare, liberare. Plau. in Epid. Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua. Lactantius libro 3. Deniq; multa quoq; animalia cum fraude capiuntur, ſi aliquo ſe modo in fuga extricauerint, fiunt poſtmodum cautiora. Extricare locum aliquem, pro purgare, & mundare. Colum. libro 4. Sylueſtris ager præcipuè eſt eligendus, qui etſi frutetis aut arboribus obſeſſus eſt, facilè extricatur.

Extricabile. A quo quis ſe facilè poteſt extricare, hoc eſt, èximere, uel expedire. Cuius contrarium eſt inextricabile, ex quo ſe quis extricare non queat. Plin. lib. 36. cap. 16. Intus labyrinthum extricabilem, quò ſiquis improperet ſiue glomere lini, exitum inuenire nequeat.

Extringo, gis, trinxi, trictũ, Idem quod ſtringere, à quo eſt compoſitum, σφίγγω. Cic. 4. Acad. Nam quum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat, Viſum inquiebat, huiuſmodi eſt. Deniq; quum paulum digitos extrinxerat, Aſſenſus huiuſmodi. Tum quum planè compreſſerat, pugnumq; fecerat, comprehenſionem illam eſſe dicebat.

Extrinſecus, Extro, Extrorſum, uide Extra.

Extrũdo, dis, a. t pen. prod. Extra trudo, per uim expello, ἐξωθέω. Plaut Caſ illæ autem ſenem Incœnem extrudere cupiunt ex ædibus: Vt ipſæ ſolæ uentres diſtendant ſuos. Terentius in Hecy. Eò amantem inuitum Pamphilum, extrudit. Plautus in Aulularia, Nam qua nunc cauſa extruſiſti ex his ædibus? Accipitur etiam nonnunquam pro uendere, uel alienare. Horat. 2. Epiſt. Laudat uænales, qui uult extrudere, merces.

Extrũo, is, a t Aedifico, conſtruo, κατασκευάζω. Cæſar. 3. bell. Gall. Omnem eam materiam quæ erat cæſa, conuerſam ad hoſtem collocabat, & pro uallo ad utrunq; latus extruebat. Extruere ædificium alieno, apud Ciceronẽ pro Mil. Extruere ſtramenta in aceruum, apud Columellã libro ſexto, capite tertio. Extruere menſas epulis, & poculis. Cicero ſecundo Tuſcul. Extruete thermas de marmore, apud Martialem, libro nono.

Extructus, partic. Ci. In Piſon. Extructa menſa non conchyliis, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida.

Extructio, onis. Cic. 14. Philipp. Eaq; extructione quæ fit ad memoriam æternitatis.

Extubero, as, p. Inflor, intumeſco, excreſco, & quaſi in tuberis formam effigior, ἐπιφύω. Plinius libro 22. capite 13 Neque in omnibus terris eſt, radice foliоſa, ex qua media ueluti extuberat. Idem libro 17. Cauę aut extuberantes uidentur uiliores æqualibus. loquitur de gemmis. Nonnunquam etiã actiuè ponitur pro tuberibus inæquale aliquid reddere. Sene ca lib. 6. Nat. quæſt. Defert montes, ſubrigit plana, ualles extuberat, nouas in profundo inſulas erigit.

Extuberatio, Plin. lib. 31. cap. 9. Luxatis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus. hoc eſt, tuberculis per corpus enaſcentibus.

Extumeo, & Extumeſco, Idem quod ſimplex tumeſco, in tumorem redigi, ἐξογκόομαι. Plin. lib. 37. cap. 1. Democritus in hoc genere poſuit Armenios, & Perſicos illos extumeſcentes pinguiter.

Extumidus, da, dum. Var. 2. de Re ruſt. cap. 11. Hanc eſſe modicam pro magnitudine ſegeris, potiſſimùm rotundam, & mediam paulò extumidam.

Ex tunc, ex illa hora, temporis momento: ſicut Ex tunc dicitur pro ex hoc tempore & hora. De clauſula hac ex nunc & ex tunc ſupra dictum eſt.

Extũndo, is, tudi, tuſum. Vi, uel blanditiis aliquid extorquere, ἀποθλάω. ἐκτινάσσω. Suetonius, Nec ut appeteret, compelli, niſi à matre potuit: ea demum extudit magis conuicio quàm precibus. Extundere, ſtudioſè facere. Vergilius libro 8. Aeneidos. Lanigerosq; apices, & lapſa ancilia cælo Extuderat. Idem lib. 1. Georgic. Vt uarios uſus meditando extunderet artes. Ita enim legit Nonius, licet ibi nonnulli legant excuderet.

Exturbo, bas, a. p. Eloco deiicio, extra turbo, expello, παρεμβάλλω. Cicero pro Cluent. Lectum illum genialem quem bi ennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari, & ſterni, expulſa atq; exturbata filia, iubet. Plaut. in Curc. Si rectè facias Phœdrome, auſcultes mihi, atq; iſtam exturbes ex animo ægritudinem. Columella libro 8. capite 17. Et in tranquillo conſiſtens piſcis ſedibus ſuis non exturbatur. Exturbare calculos, pro eiicere, & expellere. Plinius lib. 20. cap. 10. de aſparago loquens, Radix quoque plurimorum prædicatione trita, & in uino albo pota, calculos quoque exturbat.

Exturbatus, participium. Catull. Eruit, illa procul radicibus exturbata.

Extuſio, is, ire, n. q. Tuſiendo aliquid eiicere, ἐκβήσσω. Plinius libro 31. capite decimoquinto Purulenta quoq; extuſſientibus, & contra ſcorpionum ictus. Idem libro 23. capite tertio. Et radice oleæ quàm tenerrimę cortex deraſus, in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem reiicientibus, & ſuppurata extuſſientibus.

Exũbero, as, n. p. pen. cor. affluo, abundo: ab adiectiuo uber quod plenum, fœcundum, & fertile ſignificat, ὑθλώω. Col. in Præfat. In Aſia Myſia q; denſa & glutinoſa terra maximè exuberat. Verg. 2. Georg. pomiſq; exuberat arbor. Aliqui per h ſcribunt Exhubero.

Exuccus, a, um, Quod eſt ſine ſucco, ἄχυμος ἰκμάς. Senec. in Epiſt. Scit illum infirmi ſemper & exucci corporis fuiſſe. Quintilian. lib. 12. cap. 10. Vnde nunc quoq; aridi, & exucci, & exangues.

Exũdo, as, n. p. penul. prod. Veluti per ſudorem emitto, ἀφιδρόω, ἐξιδρόω. Plinius libro 24. capite 9 Eſt autem trium generum: unum arbor ipſa exudat gummi modo, alterum manat in plaga quum floret. Vergilius uerò libro primo Georg. exudat inutilis humor, dixit neutraliter, pro ſudando effluit nouo locutionis genere: nam ipſe humor propriè non dicitur ſudere, uel exudare, ſed id quod humorem emittit. Columella libro 12. capite 48. Quum oliua quicquid habuit amarę exudauit.

Exũerræ, Purgatio quædam domus ex qua mortuus ad ſepulturam ferebatur, quæ purgatio fiebat per euerriatorem,

certo genere ſcoparum adhibito: ab extra uerrendo dicta Autor Feſtus, ἀποσαρθοῖς.

Exuerco, is, exuerti, exuerſum, ere, Præuenire, præoccupare, προφθάνειν. Plaut. Pœn. I in malam rem. M. I tu, & herus tuus S. Verùm enim qui bene eum norit, citò homo euerti poteſt.

Exŭgo, is, pen. cor xi, ctum, a. t. quod & Exugeo, ges, dicitur pro ſugendo, elicio, ἐκθηλάζω, ἐκμυζάω. Plaut in Epid. Iam ego me conuertam in hirudinem, atque eorum exugebo ſanguinem. Idem in Rud. Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi eſt. Sed hoc uetuſtatem redolet. Hodie enim eſt tertiæ coniugationis. Idem in Pœnulo, Iam nunc ego illi egredienti ſanguinem exugam procul. Col. lib. 4. cap. 24. Sed ab uno latere exugitur.

Ex uinculis cauſam dicere, διδράμενος, ἀπολογεῖσθαι, uide in dictione Cauſa.

Eliſthaus Athenienſis primus legem tulit de exilio, primus q; ipſe latæ eſt. Ostracismus vocabatur lex illa, de qua Suidas & Eustathius.

Exul, lis, om. t. Si Nonio Marcel. credimus, dicitur quaſi extra ſolum ejectus, φυγὰς, ἄποικος. Cic. pro Aul Cecin. Exilium non eſt ſupplicium ſed profugium, portuſq; ſupplicii. Nam qui uolunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem eò ſolum uertunt: hoc eſt, ſedem & locum mutant. Itaq; in nulla noſtra lege reperietur, apud cæteras ciuitates maleficiũ ullum exilio eſſe mulctatum, ſed quum omnes uincula, neces, ingnominiaſq; uitant quæ ſunt legibus conſtitutæ, cõfugiunt quaſi acarma, in exilium: qui ſi in ciuitate legis uim ſubire uellent, non prius ciuitatem quàm uitam amitterent. Hæc Cic. Solum (inquit Feſtus) quin ſignificet locum, quis dubitet: quum exules quoq; dicantur loco patriæ ſuæ pulſi? Cic. pro Domo ſua, Hunc tu etiam portentoſa peſtis exulem appellare auſus es, quſi tantis ſcelerib. eſſes & factis notatus? Et iterum, Quid enim exul? Ipſum per ſe nomẽ calamitatis, non turpitudinis. Apud Iureconſultum, Exules hi propriè ſunt quibus aqua & igni interdictum eſt: cætera non exilia, ſed relegationes ſunt. Vide ſequentia.

Exilium, lii. Patriæ priuatio, & naralis ſoli mutatio, legibus Principis uel imperio indicta, φυγὴ, φυγαδία. Seneca in lib. de Conſolatione, Exilium nempe, loci commutatio eſt. Hãc commutationem loci aliquando ſequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus: quibus detractis, nihil eſt quod magnopere exilium ſit pertimeſcendum, nec commutatio loci onerosa. Aſſiduus enim eſt humani generis diſcurſus, & naturalis quædam irritatio animis mortalium ineſſe creditur commutandi ſedes, & transferendi domicilia. Cic. 5. Tuſ. Exiliũ credo, quod in maximis malis ducitur. Et paulo pòſt, Iam uerò exilium, ſi rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Triplex autem numeratur exilii genus. Nã aut certorum locorum interdictio eſt: aut lata fuga, ut omnium præter certum locum, aut relegatio in inſulam. Erat autem exilium pœna capitalis: & exilio mulctatus, capite damnatus dicebatur. Exulis enim caput de ciuitate eximi dicitur. Quoties autem ciuitas retinetur, relegatio propriè, non exilium dicitur.

Exilicus, a, um, φυγαδικὸς quod ad exilium pertinet, ut exilica cauſa quæ aduerſus exules agitatur.

Exulo, las, penul. corr. patria priuatus ſum, φεύγω, ἀποδημῶ. Et duob⁹ modis dicitur, ſcilicet de loco in quo exul eſt, & de quo ejectus eſt. Terent. in Eunuch. Perii, nam domo exulo. Plaut. in Moſtel. An id mauis, ut abeat foras urbem, exuleq; à patria ſua cauſa tui? Ouid. 3. Triſt. per externas profugus pater exulat oras.

Exulans, exulantis, participium. Cice. 2. pe Diuin. Rex Pruſias quum Annibali apud eum exulanti depugnare placeret, negabat ſe audere quod exta prohiberent.

Exulcero, as, ſiue potius Exhulcero, a. p. Propriè ſignificat hulcus inducere, ἑλκόω. Plin. lib. 20. cap. 6. Lepras, lichenas, lentigines exhulcerat. Var. lib. 2. de Re ruſt. cap. 9. de canibus loquens, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, quòd muſcæ, ricini, & pulices ſoleant (ſi hoc unguine non ſis uſus) ea exhulcerare. Per translationem accipitur pro exaſperare, uel exacerare. Cicero ſecundo de Orat. Aut ea quę ſanare nequeũt, exhulcerant. Idẽ pro Deiot. Fore putabant, ut in exulcerato animo facilè fictum crimen reſideret.

Exulceratio, onis, ἕλκωσις. Plin. lib. 20. cap 3. Sed omnium conſenſu, ſtomacho utiliſſimæ iudicantur, & interaneorum ueſicarumq; exulcerationibus.

Exulceratorius, a, um, Exulcerandi uim habens, ἑλκωτικὸς, ut, Exulceratorium medicamentum, Plin. lib. 23 cap. 7.

Exulceratrix, cis. Plinius libro 27. capite 12. Vis ei ſtiptica, & exulceratrix.

Exulto, as, are, n. p. ab ex, & ſalto, a in i mutata, Significat ſupra modum exilire, atq; efferri, & quaſi geſtibus ſaltibusq; lætitiam, aut etiam alium affectum animi oſtendere, ἀγάλλομαι χαρίᾳ, αἴρομαι, τῇ ψυχῇ πτερῶμαι. Cic. lib. de Repub. Eſt igitur quiddam turbulentum in hominibus ſingulis, quod uel exultas uoluptate, aut moleſtia frangitur. Idem in Catone, Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. hoc eſt, iactantia iuuenili gloriantem. Verg. lib 5. exultantiaq; haurit Corda pauor. Cicero lib. quarto de Repub. Quæ ſanguine alitur, quæ omni crudelitate ſic exultat, ut uix hominum acerbis uulneribus ſatietur. Quo in loco (ut Nonius interpretatur) accipitur pro ſæuire: quamuis alii malint ibi pro gaudere, & delectari accipi, propriè uerò eſt extra ſaltare, ἐκβρώσκω. Vergilius tertio Aeneidos, Exultantq; uada atque æſtu miſcentur arenæ Plinius lib. 8. cap. 55. E monte ali quo in alium tranſire cupientes, atq; recuſſu pernicius, quò libuerit exultant.

Exultatio, onis. Pli. lib. 8. cap. 54. Mutianus luna caua triſtes eſſe quibus in eo genere cauda ſit, nouam exultatione adorare. Indecora exultatio, Quin. lib. 2. cap. 2.

Exultantia, tiæ, Idem quod exultatio, Gel. lib. 11. cap 5. Quum petulantia morbi doloriſq; exultantia colluctantem.

Exultanter, aduerbium. Plin. Epiſt. 62. Quum ea potius quæ preſſius & aſtrictius, quàm illa quæ hilarius & quaſi exultantius ſcripſi, poſſint uideri accerſita, & inducta.

Exultim, aduerbium, Id eſt, exultando, & ſaliendo. Hor. 3. Carm Ode. 11. Quæ uelut latis equa trima campis, Ludit exultim. metuitq; tangi, Nuptiarum expers, & adhuc proteruo Cruda marito.

Exultabundus, ualde exultans, lætitiamq; geſtu oſtendens χαριᾶμ

Exululo, as, n. p. Valde ulalo, ὀλολύζω. Ouid. lib. 1. Metã. Territus ipſe fugit, nactuſq; ſilentia ruris Exululat.

Exululatus, participium, ſub uoce paſſiua actiuè ſignificans. Ouid. 4. Triſt. Vtq; ſuum Bacche non ſentit ſaucia uulnus. Dum ſtupet Idæis exululata iugis.

Exum, n. t. Extra ſum, ἄπειμι. Sic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitare ſolebat, Hoſtis uictus, mulier, uirgo exeſto, hoc eſt, non introito, quia ſcilicet ingredi ea ſacra prohibebantur.

Exundo, das, n. p. Alueum exeo, ſiue extra alueũ undas effũdo, πλημμύρω, ὑπερβαίνω. Plin. lib 2. cap. 103. In Tenedo inſula frons ſemper à tertia noctis hora in ſextam ab æſtiuo exundat. Colum. lib. 8. cap. 16. Verùm meminiſſe oportebit, ut riuis per quos exundat piſcina, præfigurabantur enei foraminibus exiguis cancellis, quibus impediatur piſcium fuga. Tranſfertur etiam ad alia. Tacitus in dialogo de oratoribus, Exundat atq; exuberat admirabilis illa eloquentia. Hoc eſt, abundanter affluit.

Exundatio, onis, κατακλυσμὸς. Plin. lib. 19. cap. 3. Negant naſci niſi exundatione fluminum innecto ſemine à Tiaris.

Exungo, is, ere, a t. Idem quod ungere, χρίω. Plaut in Rud. an re pœnitet Ia mari quod delaui, ne hic in terra quoq; dum am? S. Eluas tu, an exungare ficcus.

Exungulo. as, are, a. p. Vngues auferre, ἐξονυχίζω, Plautus in Truculi. Hem, tuos exungula, malè uiuitis.

Exuo, is, exui, exutum, a. t. Propriè eſt indumenta detrahere ἀποδύω. Lact. lib. 1. Exuuntur etiam ueſtibus flagitante populo. Exuere ſe fortunis paternis, idem eſt quod ſpoliare. Liu. li. 1. Primo ſe agro paterno, auitoq; exuiſſe, deinde reliquis fortunis. Sæpe etiam accipitur pro ſoluo, λύω. Verg. 2. Aen. Sustulit exutas uinculis ad ſidera palmas. Quandoq; etiam accipitur pro denudo, γυμνόω. Verg. 5. Aen. magna oſſa, lacertoſq; Exuit. Venuſtiſſimè uerò per translationem accipitur pro depono. Cicero. pro Ligario: Nónne humanitatẽ omnem exuiſſes.

Exupero, as, a. p. pen. cor ab ex & ſupero, Idem quod ſuperare ſignificat, & excellere, ὑπερεπίστημι, ὑπερβαίνω. Plautus in Mil, Metuo ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet Ci. 5. Tuſ. Quis homo te exuperauit unq̃ gentiũ impudentia Inde exuperantia, pro eminẽtia, ὑπεροχὴ Cic. 5. Tuſcul. Nonne omnem exuperantiam uirtutis oderunt?

Exuperatio, onis, f. t. Ad Herm. lib. 4. Significatio eſt quę plus in ſuſpitione reliquit, quam poſitum uel in oratione ea fit per exuperationem. Et paulo pòſt: Per exuperationem quum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quum plus dictum est quàm patitur ueritas, augendæ suspicionis causa.

Exuperabilis, le, Qui potest superari. Statius 1. Thebaid. nec exuperabile dicis ingenium mortale queror. Vallum non exuperabile, Claudian. Exuperabile, significatione actiua, quod potest superare. Vergilius tertio Georgic. tortosque Ixionis angues, Immanemq; rotam, & non exuperabile saxum. Seruius.

Exurdo, das, a. p. Surdum reddo, ἐκκωφόω. cuius passiuũ posuit Val. Max. lib. 21. Græcis actionibus aures curię exurdantur. id est, obtunduntur. Plin. lib. 32. cap. 10. Panniculæ flos, si aures intrauerit, exurdat. Exurdare palatum dixit Horatius pro eo quod est sensu gustus spoliare, & stupefacere. Ita enim ait Ser. libro 2. satyr. 8. Feruida quòd subtile exurdant uina palatum,

Exurgo, gis, n. t. Idem quod simplex surgo, ἀνίστημι Plaut. in Most. Quæso exurge, pater aduenis, Idem Epist. Lumbos extollite, atq; exurgite. Cic. pro Cluent. Paulisper exurge, & per hunc dolorem commemorationis non necessariæ. Per translationem nonnunquam ponitur pro erigere se, & recreare ex diutina afflictione, ἀφίστασθαι. Cic. pro Lege Agrar. Hæc quæ procul erant à conspectu imperii, non solùm afflixerunt sed etiam nequando recreata exurgere, atq; eriger e possent funditus (ut dixi) sustulerunt. Idem ad Attic. Non autem ubi exurgere poterimus, aut quando? Idem ad Cassium: Auctoritate uestra Respublica exurget, & in aliquo tolerabili statu consistet.

Exuro, ris, exussi, exustum, pen. prod. a. t. Igne prorsus consumo, κατακάω. Cic. in. Piso. Epirus excisa, Locri, Phocii exusti. Ex animo exuri. Idem 3. de Natura deorũ. Mihi quidem ex animo exuri non potest esse deos. Sed fortè legendum exui, aut erui. Igni exuritur scelus. Vergilius sexto Aeneidos: aliis sub gurgite nasto infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Exustus, particip. Plin. lib. 2. cap. 68. Media uerò terrarum, qua Solis orbita est, exusta flammis, & cremata. Viuus exustus est Cicero tertio Verg. Ager exustus morientibus æstuat herbis. Vergilius primo. Geor. 12. Exustus Sole caseus. Colum. libro 7. capite 8. Quorum uitio rum primum solet accidere si parum pressus: secundum, si nimio sale sit imbutus: tertium, si Sole exustus est.

Exustio, onis, ἐμπύρωσις, κατάκαυμα. Cicero in Som. Scip. Propter eluuiones exustionesq; terrarum, quas accidere tempore certo necesse est: &c. Exustio Solis. Plinius libro decimoquarto, capite 24.

Exuscito, as, a. p. Idem quod simplex suscito, ἀνεγείρω. Cic. pro Mur. Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Idẽ lib. 1. Offic. Quæ cura exuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. Exuscitare se. Brud. ad Cic. Quare nõ Octauius est rogandus ut uelit nos saluos esse, magis tu te exuscita, ut eam ciuitatem in qua maxima gessisti liberam atq; honestam fore putes.

Exuuiæ, arum, f. p. Spolia hosti detracta: ita dicta ab exuendo, ἔναρα, λάφυρα. sicut induuiæ, ab induendo. Cic. pro lege Manil. Quum eum uobis maiores uestri exuuiis nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent. Verg. 2. Aeneidos qui redit exuuias indutus Achilli. Et non solum hominum tegmina, aut uestes dicuntur, sed etiam cæterorum animaliũ Vergil. lib. 2. Georg. de serpente, Quum positis nouus exuuiis nitidisq; iuuenta Voluitur. Plaut. in Mostel. Mane castigabit eos exuuiis bubulis.

F



Litera à Prisc. inter mutas numeratur, ab aliis inter semiuocales, eo quòd à uocali incipiat, & in seipsam terminetur. Hęc alio nomine dicta est digãma Aeolicum, quòd duplex gamma imaginere ferat. Eundẽ sonum habet quem apud Græcos φ. Vnde etiã dictiones aliquot græcę, in Latinorum usum receptæ, quę apud illos per φ scribuntur, apud Latinos scribũtur per F: ut Fama, Fanum, & similia, Vetustissimi hac litera loco aspirationis uti solebãt. Dicebat enim Fordeũ, trafo, uefo, quo hordeum, traho, ueho, Fuerunt prętereà apud antiquissimos qui loco f, uterentur b, Bruges dicẽtes, pro eo quod posteri fruges dicere maluerunt Hanc Claud. Cæsar inuersam, ut consonãtis uicem uoluit præstare: quod etiam hodie in plerisq; uetustis monumentis conspicitur: nunquã tamen efficere potuit ut omnium consensu reciperetur Sonat. aliquãdo asperius quàm u consonans: uuget sonum & minuit pro qualitate loci, & alterius literæ subsequentis. In notis antiquorum. F, fecit, uel fœlix, familia, fuit, fit, figura, fides, filius, Fuluius, Februarius, fur. F. faustũ quoq; declarabit diem. ꟻ. Pro V. ut, SERꟻVS. ꟻVLGVS. ꟻIXIT. pro Seruus, Vulgus, uixit, in digamma Acol. ꟻ ut in multis sepulchris. SERꟻVS ꟻVLGVS ꟻALE ꟻIXIT. pro Seruus uulgus uale uixit. Fab. Fabius. Fab. Fabricauit. FAB. Fabrum. uel fabrorum uel fabricabant. FAV. F. Faustinæ factum. F. C. Fidei commissum. uel fiduciæ causa uel fidei causa, uel fraude creditoris uel faciundum curauit, uel fecit, uel fecerunt. F. C. D. Fraude credẽtes. F C. L. Fraudatoris causa Latina, uel fraude cliẽtis. F. D. Fides data, uel fecit diues, uel fecit Deus. FD. C. Fdei commissum. FD. M. Fides mundi, FD. AC. Fundum agri.

Faba, æ, f. p. Genus leguminis, notius quàm ut egeat descriptione, κύαμος. Terent. in Eunu. At enim isthæc in me cuderetur faba. Faba Græca, λαθὸς dicitur. Plin. lib. 16. cap. 30. Faba Græca, quàm Romæ à suauitate fructus syluestris quidem sed cerasorum penè natura, loton appellant. Faba porcina herba quàm uulgus uocabulo depreuato uocat lusquiamũ, ὑοσκύαμος. Vide latius in dictione Hyoscyamus.

Fabula, læ, diminutiuum. Plautus in Sticho: Pro opibus nostris satis commodulè, nucibus, fabulis, ficulis, &c.

Fabulum, li, pro faba, apud Gell. lib. 4. cap. 11. Opimo uetus fabula occupauit & conualuit, Pythagoram philosophum non hæsitauisse ex animalibus: item abstinuisse fabulo, quam κύαμον Græci appellant. Cic. 1. de Diuin. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba uescerentur, quòd habet inflationem magnam in cibis, tranquillitati mentis quærenti uera contrariam.

Fabaginus, a, um, adiect. Quod est ex fabis, κυαμικὸς. ut, Fabaginum acus, apud Caton. de Re rust. cap. 54.

Fabarius, a, um, Quod ad fabam pertinet, κυαμικὸς: ut, Fabariæ Calendæ, hoc est, Calendæ Iuniæ. quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur, teste Macrobio in Satur. Pilum fabarium, apud Catonem, cap. 12.

Fabalia, lium. n. t. Sunt stipulæ fabarum, hoc est, culmi illi ex quibus siliquæ fabaceæ depẽdent, περιπάσματα τῶν κυάμων. Plinius lib. 18. cap. 12. Sed maior pars malunt fabaliæ maturę sationis, quàm trimestrem fructum eius. Nam siliquæ, caulesq; gratissimi sunt pabulo pecori. Colum. lib. 2. Veteres rusticos plerunq; dicentes audio, malle se matura fabalia, quã fructum trimestrem.

Fabalis, le, adiect. κυαμικός. ut, Stipula fabalis. Ouid. lib. 4. Fastorum: Certè ego de uitulo cinerem, stipulamq; fabalem Sępe tuli plena februa testa manu Ac paulò pòst declarat quid sit stipula fabalis, sic inquiens: Sanguis equi suffimen erit, uitulię fauilla, Tertia res duræ culmen inane fabæ. Culmen uerò pro culmo usus est. Sicut autem cinis uituli, & uituli fauilla, res est eadem: sic culmen fabæ, & stipula fabalis: quæ fabalia substantiuè dicuntur. Plinius libro uigesimo secundo capite uigesimo quinto, Fabaliorum etiam siliquarum cinis ad coxendices, & ad neruorum ueteres dolores, cum adipis suilli uetustate prodest.

Fabacia, ciæ, f. p. A ueteribus dicebatur genus libi ex fabis, κυαμίτης. Plin. lib 18. cap. 12. Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est.

Fabella, Vide Fabula.

Faber, m. f. Generale nomen, communeq; iis omnibus qui circa duram uersantur materiem, in opificio suo malleo utuntur: quæ tamen significationis amplitudo restringuitur ex significatione adiectiui adiuncti, Est enim faber ferrarius, qui aliquid ex ferro conficit: faber tignarius, qui tigna ad ædificia adaptat: faber aurarius, qui ex auro aliquid excudit, & sic de cæteris. Qui uerò ex gypso, argilla, cera, aliaue molli materia aliquid conficiunt, plastæ dicuntur. Plaut. in Most. Venit imber, lauat parietes, perpluunt Tigna: purefacitq; operam fabri: nequior iam factus est Vsus ædium, atq; haud fabri culpa. Idem in Rud. ut fortunati sunt fabri ferrarii, Qui apud carbones assident, semper calent. Idem Most. Tacesis faber, qui cudere solos nosti plumbeos numos. Hor. Epist. 1. marmoris, aut eboris fabros, aut æris amauit. Cicer. de Clar. Orat. Ego me Phidiam esse malim, quàm uel optimum fabrum tignarium.

Fabrũm in genit. plur. usitatius erat Ciceronis ætate, quàm fabrorum. Cic. in Orat. Fabrũm, & procũm audio dicere, non fabrorum, & procorum. Idem ad At. lib. 9. Iam duo præfecti fabrũm Pompeii in meam potestatem uenerunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fabrè, aduerb. Idē est quod artificiosè, τεχνικῶς. Plaut. in Pœn. Basilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallacias. Idē in Men. Hoc facinus pulchrum est, hoc probum est, hoc lepidum est, hoc factum est fabrè. Hodie usitatius est compositum eius affabrè, quod eiusdem significationis est. Contrarium eius est infabrè, quo usus est Pac. Barbaricā (inquit) pestē nostris nauibus obtulit noua figura factā, commissam infabrè. hoc est, fœdè, & turpiter, ut interpretatur Non. Omnia hæc originem ducunt ab antiquo adiectiuo Faber, ra, rum, quo usus est Ouid. 8. Met. pro fabrilis. Dedalus (inquit) ingenio fabræ celeberrimus artis. Hinc etiam Apul. li. 2. Floridorum, deduxit superlatiuum Faberrimus. Et annulum, inquit, in læua aureum faberrimo signaculo,

Fabrefacio, is, a. t. Aedifico, artificiosè compono, κατεργῶ, κατασκευάζω, τεκταίνομαι. Plau. in Cap. Nec fallaciam astutiorē ullus poēta, atq; ut hæc est Fabrefacta à nobis. Plin. de Viris illu. Quum uideret eos multum mari posse, classem magis ualidam quàm decoram fabrefecit. hoc est, ædificauit. Vnde Fabrefactum opus, id est, artificiosè factum, κατείργον, περιπεποιημένον.

Fabrifico, as, a. p. pen. cor. & Fabrificor, atis, deponens. Fabrili arte aliquid conficio, τεκταίνομαι, σκευοποιῶ, κατασκευάζομαι. Ouid. lib. 13. Met. Craterem Aeneę quem iam fabricauerat Alcon. Cic. 3. de Orat. Capitolii fastigium illud, & cæterarum ædium non uenustas, sed necessitas ipsa fabricata est, Quint. lib. 3. cap. 2. Nisi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius qui ferrum tutelam sui, quàm in perniciem alterius compararit. Transfertur etiam ad animum. Curtius: Multa interea fabricatus ingenio, quomodo auertere hostem inde posset.

Fabricatus participium. Ci. 1. de Vniuer. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocant.

Fabricator, oris, Quin. lib. 2. cap. 16. Et hercle Deus ille princeps parens rerum fabricatorq; mundi, nullo magis hominem se parauit à cæteris, quæ quidem mortalia essent, animalibus, quàm dicendi facultate.

Fabricatio, onis, f. t. Fabrica. Cic. 2. de Nat. deor. Si erit tota hominis fabricatio perfecta.

Fabrica, cæ, f. p. Propriè fabri lignarii officina: quamuis & de aliis officinis dicatur, ἐργαστήριον, τεκτονικὸν. Nam & fabricā ferream dixit Plin. lib. 7. cap. 56. Fabricam ferream inuenere Cyclopes. Ponitur etiam pro arte, & fabricatione alicuius rei, μηχανὴ Vnde & ædificium fabricam diximus, & machinationem. Plaut. in Pœn. Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam apparo, ut filias dicas tuas. Cic. 2. Offic. pro creatione posuit, & coagmentatione, siue compactione. Hāc (inquit) tam diligentem naturæ fabricam imitata est hominum uerecundia.

Fabrilis, le, pen. prod. om. t. Quod est fabri, siue quod ad fabrū pertinet, τεκτονικὸς. ut, opus fabrile. Hor. 2. lib. Epist. quod medicorum est promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Fabrile scalprum Liu. 7. bel. Pun. Fabrile erratum, Cic. ad At. lib. 6. Fabrile glutinum, Plin. lib. 18. cap. 11. Fabrilis manus, Mart. 11. Factaq; fabrili dedolat ossa manu.

Fabrè, Fabricatio, Fabrica. Vide Faber.

Fabrico, Fabrile, Vide Faber.

Fabula, bulæ, f. p. Priprè est sermo & rumor populi, & res passim diuulgata, etiam si uera sit: à fando dicta, μῦθος. Iuuenalis: Is noua, nec tristis per cunctas fabula cœnas. Martialis lib. 1. Quod nonnunquàm manibus iunctam te Bassa uidebam, Quodq; tibi mœchum fabula nulla dabat, Esse uidebaris (fateor) Lucretia nobis. Terent. in Hecy. odiosa hæc est ætas adolescentulis: E medio æquum est excedere postremò iam nos fabulæ sumus, Pamphile, senex atque anus. Dicitur etiam fabula, narratio ad delectationem & utilitatem inuenta, rerum nec uerarum, nec uerisimilium: ut, quòd Daphne uersa sit in laurum, & Tantalus apud inferos fugientia capte, flumina. Horatius in Serm. Satyr. 1. Quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur. Cic. 3. de Nat. deorum: Iam uerò quid nos illa delectat explicatio fabularū & enodatio nominum, exactum à filio Cælum, uinctum itidem à filio Saturnum? Apologus autem differt à fabula, ut species à genere, Dicuntur enim apologi fabula quæ subtectorio ridiculæ alicuius narrationis & inter bruta animantia colloqui, recondit aliquid quod ad uitam & mores pertineat: quales sunt fabellæ quæ Aesopi nomine circunferuntur, quamuis ab Hesiodo primùm profectas constet. Comœdię itaque & Tragœdiæ fabulæ sunt, non Apologi. Huiusmodi autem fabulæ diuersa sortiuntur nomina pro habitu & qualitate personarum quæ in eis introducuntur. Aliæ enim togatæ dicebantur, quarum persona togis & Romanorum cultu erant ornatæ. Aliæ palliatæ, quum personæ Græco more palliis indutæ, in scenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, quemadmodum Romanis toga. Togatarum genera quatuor sunt. Sunt enim togatæ, quæ prætextatæ dicuntur, in quibus reges Romani, uel duces inducuntur, personarum dignitate & sublimitate Tragœdiis similes. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè Regum uel magistratuum prætexta utentium in huiusmodi fabulis personæ introducebantur. Secundum genus togatarum, tabernariæ dicuntur humilitate personarum, & argumentorum similitudine Comœdiis pares: in quibus non magistratus, sed humiles, & priuatæ personę induci solebant: quales sunt mercatores, aut institores, qui in tabernis merces suas uendere consueuerunt. Erant præterea fabulæ Attellanę, iocis & salibus quàm proximè ad Satyram accedentes: ab Attellis Campaniæ oppido, in qua plurimæ actitatæ sunt nomen sortitæ. Aliæ præterea erant planipediæ, à planis actorum pedib. dictæ, qui ob humilitatem argumenti, & utilitatem personarum neq; cothurnis utebantur, neq, soccis.

Fabella, f. p diminutiuum à fabula, μῦθος. Cicero pro Cælio, Verùm hæc tota uetus, & plurimarum fabellarum poētriæ. Idem 5. de finibus, & 2. de Diuinatione, Nihil deberi esse in philosophia commentitiis fabellis loci.

Fabulor, laris, f. p. à fando deriuatur, & significat loqui, μυθολογέω, ὁμιλέω. Plaut. in Capt. Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? Idem in Cistel. Hęc nostram rem fabulatur, hāc scire oportet filia tua ubi sit. Id est, de re nostra loquitur. Idem in Merc. Quid illud quod solus secum fabulatur filius? Fabulari pro ineptè garrire. Li. li. 5. Decad. 5. Et tu Centurio, miles, quid de Imperatore Paulo Senatus decreuit potius, quàm quid Sergius Galba fabuletur, audi. Eius compositum est Confabulor, προσμυθολογέω. Terent. Si quando ad eum accesserat confabulatum.

Fabulo, in actiua uoce, pro eodem. Plautus in Milite. Mala es. P. Imò æcastor stulta multùm, Quæ nobiscum confabulem.

Fabulator, oris. Facetus colloquutor. Suet. in Octauio Augusto Si interruptum somnum recuperare, ut euenit, non posset, lectoribus, aut fabulatoribus accersitis resumebat, producebatq; ultra primam sæpe lucem.

Fabularis, are, adiectiuum, Idem significans quod fabulosus, μυθώδης. ut Historia fabularis, in qua multa falsa, & minimè uera scribuntur. Sueton. in Tyberio Cæsare, Maximè tamen curauit historiæ fabularis notitiam usque ad ineptias, & derisum.

Fabulosus, a, um. Dicitur quod commentitium est: uel quod fabulis & figmentis celebratur, uel de quo multa finguntur. μυθώδης. Horatius libro 1. Carm. Vel quæ loca fabulosus Lābit Hydaspes. Plinius libro 10. cap. 49. Pegasos equino capite uolucres, & gryphas aurītos aduncitate rostri fabulosos reor. Fabulosior. Plin. lib. 33. cap. 1. Midæ quidem annulum quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur?

Fabulosè, aduerbium. Hoc est, falsò, uel per fabulas. Plin. lib. 31. cap. 11. Accedat his Taprobane, insulæq; aliæ Oceani fabulosè narratæ, idem lib. 5. cap. 1. Colonia à Claudio Cæsare facta Lixos, uel fabulosissimè ab antiquis narrata.

Fabulositas, tis, Hoc est, fabulantium uanitas. Plin. lib. 36. ca. 15. Sed quum excedat omnia fabulositas, utemur ipsius M. Varronis in expositione eius uerbis. Idem libro 7. cap. 52. Reperimus inter exempla, Aristæi etiā uisam euolantem ex ore animam in Proconnesо corui effigiæ, magna quidem fabulositate.

Fabulum, uide Faba.

Facesso, uide Facio.

Facētus, a, um. Dicitur qui salibus & sermonis urbanitate, citra scurrilitatem tamē, abundat, ἱλαρώτατος, κομψός. Cicero ad Quin. frat. Nam neq; parum facetus est Scurra Sextus Nævius. Plautus in Mil. Cauillator facetus uel commodus conuiua item ero. Cicero libro secundo de Legibus, Facetissimus Poēta ueteris comœdiæ Aristophanes. Quidam à faciendo deriuant, ut is sit qui gestibus aut uerbis ita alium imitetur, ut se illum faciat: Alii à fando deducunt. Cicero de Clar. Orat. Acuti, elegantes, faceti, breues homines. Veteres etiam facetum dixerunt quicquid uenustum esset, &

elegans

elegans. Vnde Horatius facetum dicendi genus Catoni, Vergilio decens tribuit.

Facetè, aduerb. Pro eleganter, urbanè, κομψῶς, χαρίεντως. Cic. Verr. Nunquam rantùm malt est Siculis, quin aliquid facetè & commodè dicant. Idem pro Rosc. Amer. Nosq; ab isto nebulone facetius eludimur.

Facetiæ, arum, f p. Sunt quasi deliciæ quædam sermonis & dicta urbana sine scurrilitate, qnanquam etiam in factitiis intelligi possunt, ἐυτραπελίαι. Plaut. in Mil. Nam tu quemuis potis es facere ut fluat facetiis. Catull. est enim lepórum diuertus pater, & facetiarum. Cicero 1. Offic. Saleuerò & facetiis Cæsar Catulli patris frater uicit omnes. Idem 2. de Orat. Etenim quum duo genera sint facetiarum: alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum, & breue: illa à uetenbus superior cauillatio: hęc altera dicacitas nominata est.

Facetosus, a, um, Idem quod facetus. Cic. 2. de Fin. Quos quidē dies quemadmodum agatis, & in quantam hominum facetosam urbanitatē incurratis non dico.

Facies, ei, f. q. πρόσωπον, & Vultus, πρόσοψις, differūt, quod uultus uoluntatis indicium sit, quod pro motu animi, in facie ostenditur. Vnde Seruius, Vultus est uoluntatis indicium, qui pro uoluntatis uarietate mutatur. Verg. 4. Aeneid. Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. Inde etiam cęli & terrę uultum appellamus, quia mutari contingit. Facies uerò pars anterior capitis humani, constat ex fronte, oculis, naso, malis, ore, & mento. Sallust. in Catil. Prorsus in facie, uultuq; uecordia inerat. Sumitur tamen facies pro totius corporis forma. Terent. in Eunuc. O faciem pulchram. Vt enim ab aspectu species, à fingendo figuranta à faciendo, uel à factura corporis dicitur facies. Plaut. in Pœn. Sed earū nutrix quæ fit facie, mihi expedi. M. Statura non magna, corpore aquilino. F. Atq; ipsa est. M. Specie uenusta, ore paruo, atq; oculis pernigris. Neq; solùm de hominibus dicitur, sed etiam de rebus inanimatis: ut Egregia literarum facies, ut facies dicatur cuiusq; ei superficies, ut quum dicimus faciem terræ, faciem maris. Sallust. lib. 2. Histor. Sardinia in Aphrico mari facie uestigii humani, in Occidentem, quàm in Orientem latior. Idem, Quibus rebus pernota ciuitas, atq; immutata urbis facies erat. Accipitur tamen nonnunquam uultus pro facie, præsertim apud Poëtas: qui pro eodē dicunt, Fœdato uultu, fœdata facie. Quandoq; etiam facies pro specie dicitur ἀιδ& Vergil. lib. 6. Aeneid. Quæ scelerum facies, ô uirgo, effare. Idem lib. 1. Georg. tot bella per orbem, Tam multæ scelerum facies. Antiqui declinabant, hæc facies, huius facies, uel facii, pro facici, ut testimoniis aliquot docet Gell. lib. 6. cap. 14. Vertere se in omnes facies: id est, experiri omnia sua consilia, aut uires. Vergil. lib. 12. Aeneid. Verte omnes rete in facies, & contrahe quicquid

Sine animis sine arte uales.

Facilis, Facilitas, Facinus, Vide Facio.

Facio, cis, feci, factum, a t. cuius passiuū est fio, πράττω, ἀράω, ποιῶ. Apud antiquissimos tamen in usu fuit facior, quod ad hunc remansit in compositis illis quę ex præpositionibus fiunt ut Afficio, passiuū facit Afficior: Conficio, Conficior, & sic de reliquis. Quęuerò ex aliis partibus componuntur passiua faciunt per uerbum fio: ut Benefacio, benefio: Fabrefacio, fabrefio: Madefacio, madefio. Sic etiam pinguefacio, assuefacio, calefacio, candefacio, excandefacio, condocefacio, cōmanefacio, frigefacio, feruefacio, consuefacio, tepefacio, disuefacio, mansuefacio, orbefacio, stupefacio, satisfacio, uacuefacio, patefacio, congelefacio, putrefacio, torrefacio, & si qua alia reperiantur. Vbi illud obiter notandū est, quod compositā à facio, habentia e ante f, quæ fiunt ex uerbis secundę conIugationis, habent quartam à fine indifferentē. Hor. lib. 2 Ser. In matris iugulo ferrum repefecit acutū. Catul. Alta repefacies permista flumina cędę. Est autem facere propriè, in opere esse, id est, rei alicui faciem quandam inducere. Vnde etiā facies dicitur. Qui enim facit uas, uasis faciem illi imponit: qui uestimentum, uestimenti faciē. Interdum sumitur pro scribere, id est, componere, ποιῶν. Donat in Teren. Facit qui materiam componit, ut Menander. Pro æstimare, ποιεῖσθαι. Plaut. in Cure. Migrare certū iam nunc è fano foras, Quādo Aesculapii ita sentio sententiam, ut me nihil faciat, nec me saluum uelit. Sic dicimus, Magni facio, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι. Parui facio, Tanti facio. q̄ est magno pretio æstimo, nullius æstimo, tāti æstimo. Nec cōposita sunt hęc, quū manifestè diuisa inueniātur. Plaut. in Cur. Respicio uos nihil meam gratiam facere. Idem in Rud. Minacias ego istas flocci non facio tuas. Cicero Cecinnę, Vtebar familiarissimè Cæsare, Pompeium faciebam plurimi. Iungitur & cum genitiuis lucri, & sumpti, ut Lucrifacio, idem fit quod facio lucrum, ἐργάζομαι. & sumpti facere, idem quod facere sumptum, ἀναλίσκειν. Plaut in Persa, Non ædepol trecentis cara est, fecisti lucri. Idem in Casin. Si nunc me suspendo, meam operam lusserim, & præter operam restim sumpti fecerim. Transfertur hoc uerbum facio ad innumeros propemodum usus. Nam & facere uerba dicimus, id est, loqui, ποιεῖσθαι λόγους. Facere iter, est ire, ὁδοιπορεῖν. Facere terrorem, est terrere, φόβον ἐμποιεῖν. Facere aliquem certiorem, est significare alicui rem aliquam. Facere gratum, χάριν φέρειν Facere ludos, facere solennitatem, exhibere. Facere urinam, meire, οὐρεῖν. Facere sordes, sordescere. Facere pediculos, emittere. Facere copiam, potestatem præbere, ἐξουσίαν δίδωμι. Facere lucrum, lucrari. Facere etiam, pati est: ut Feci iacturam, damnum, naufragium. Item facere accipitur pro sacrificare, ἱερουργεῖν, ἱερατεύειν Vergil. Eclog. 3. Quum faciam uitula pro frugibus, ipse uenito. id est, quum sacrificabo. Cicero pro Murēn. Nolite a sacris patris Iunonis sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimùm auellere. Plautus, Plenam faciam tibi fideliam, id est, implebo. Item conuenire, συνιέναι, Martialis, Non facit ad fœnos ceruix nisi prima leones. Item obscœnam facere. Plaut. Mauult ancillę facere, quàm libertæ. Pertinet & ad pecuniam, quæ fieri dicitur. Sallustius in Iugurth. Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat. Denique facere (ut Papinianus inquit) omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi, reddendi. Vnde qui otiosus sedet, si rogetur quid faciat: rectè respondere poterit, se nihil facere, quandoquidem otiosus est, Rectè etiam se sedere: quoniam sedere ipsum aliquid facere est, ut iacere, nauigare, quiescere. Faciam te ut plurimùm amem. id est, plurimùm amabo. Faciam ut tibi prosim. id est, tibi prodero. Face te esse qui sum. id est, finge te esse me, uel pone te esse eum qui sum, τίθεσο. Facto opus est, fieri opus est, ποιητέον ἐστί, ποιητέον. Quod etiam dicimus, Opus est factu. Factum iri audin illi iniuriam, hoc est, audio futurum ut illi fiat iniuria. Item, Factum itur mihi contumelia. Cato pro se contra Cassium, Atq; euenit ita Quirites, ut in hac contumelia quę mihi propter huiusmodi petulantiam factum itur, rei quoq; publicæ mediusfidius miserear Quirites. A Facio item fiunt uerba primæ coniugationis in co terminata, quæ propè infinita sunt: ut sacrifico, magnifico, deifico, clarifico, ædifico, uiuifico, mortifico, iustifico, falsifico, & huiusmodi. Facere ludos, significat irridere, ἐν ἀρυφᾷν. Plautus in Aulul. Quem tu senecta ætate ludos facias. Facere are, apud Lucretium libro sexto, pro arefacere, κατὰ συνίζησιν. Principio terram sol excoquit, & facit are. Factum, in responsione affirmatiua, pro ita, siue etiam. Terentius in Eunuc. Chærēne tuam uestem detraxit tibi? D O R. Factum. P H. Et ea est indutus? D O R. Factum. Ibidem. Dic mihi, aufugistin'? C H. Hera, factum'. Facere egrè alicui, hoc est facere alicui rem molestam. Terent. in Eun. Miles uerò sibi putare adductum ante oculos æmulum: Voluit facere cōtra huic egrè. Facere animum alicui, est incitare, & animum alicui augere. Liu. 5. bell Pun. Missum à Metaponto præsidium, Romanis fecit animum, ut nocte ex improuiso opera hostium inuaderent. Ouid. 5. Trist. Quę tibi res animos in me facit improbè? Facere argentariā, est fūgi officio argentarii, hoc est, trapezitæ, siue mensarii. Cic. 7. Verr. Is quē ille argentariam Lepti fecisse dicit. Facere auspicium dicitur auis è qua auspicium capitur. Liu. 1. ab urbe. Eam alitem ea regione cæli, & eius diei nunciam uenisse, circa summum culmen hominis auspicium fecisse. Facere cadauer, occidere. Apul. lib. 8. Cadauer quod ipse fecerat, auidè complexus est. Facere copiam, & potestatem alicui. Plaut. in Cap. gratiam habeo tibi, Quum copiam istam mihi, & potestatem facis, Vt ego ad parentes hunc remittam nuncium. Facere cum aliquo, est partes illius fouere, aut sequi. Gel. lib. 15. ca. 22. Ex eis nationibus quę cum Sertorio faciebant, quū multis prœliis superatus esset, neminē unquā ab eo defeciisse. Cic. pro Quint. Quum ueritas cum hoc faciat, &c. Face esse permittētis & concedētis est locutio: ac si dicas, esto, uel pone ita

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

esse. Cic. in Verr. Fac ita esse, tamen hoc ferendum nullo modo est. Facere fidem, est facere ut quis credat. Cic. in Catil. Vt quoniam auribus uestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea. Facere gradum, est ambulare. Cic. 2. de Orat. Quin prodis mi Spuri ut quotiescunq; gradum facias, toties tibi tuarum uirtutũ ueniat in mentem? Plaut. Curc. Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro. Id est, propera ad me accedere. Gradũ ad aliquid facere, est per quosdam ueluti gradus ab una re paulatim ad aliam transitum facere. Quintil. libr. 3. capit. 6. Nanq; & illud frequens est, ut ea quibus minus confidimus quum tractata sint, omittamus: interim sponte nostra ueluti donãtes, interim ad ea quę sunt potentiora, gradum ex his fecisse contenti. Facere gradum, pro monere. Liu. 6. ab Vrbe, Accingendũ ad eam cogitationẽ esse, conando, agendo q;, iã eò gradũ fecisse plebeios: unde si porrò annitãtur, peruenire ad summa, & patribus æquari tam honore quã uirtute possent. Facere gratiam iurisiurãdi, id est: soluere uinculo iurisiurandi: qđ barbari dicũt, Dispẽsare aliquẽ de iuramẽto Pla. in Rudente, Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres: Iurisiurãdi uolo gratiã facias. Face re gratiam, pro eo quod est onus qđ subire quis teneatur, ei remittere, priuilegio q; ab eo eximere Suet. in Othone, capit. 18. Mox reddendi equi gratiam fecit eis qui maiores annorum quinq; & triginta retinere eũ nolent. Facere gratiã delicti, pro ignoscere. Sallust. in Iugurtha, Cæterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit. Id est, ignoscit. Facere gratũ, pro gratificari. Terent. in Eunu. Hac re, & omni te tarba euolues, & illi gratum feceris. Facere iniuriam, est uerbo factóue aliquẽ iniustè lædere, ἀδικεῖν. Plaut. Mercat. Filio suo innocenti qui fecit tantam iniuriã. facere initium, incipere. Cic. ad Atti. libr. 9. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget syncerè, temperatè, prudenter, ualde uidero. Facere largitionem, seu largitiones, est largiri, & profundere, ac dissipare. Cicero 3. Tusculanarum, Et quidem C. Gracch. quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærariũ, uerbis tamẽ defendebat ærariũ. Ne longũ faciam. id est, ut breuiter dicam, apud Horat. 1. Ser. satyr. 3. Facere ludos, irridere aliquem. Plaut. Pœn. Enimuero ære meo me lacessis, ludos & delicias facis. Facere magni, est magni æstimare, περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι. Plaut. in Asin. Nunc neq; quid uelim facitis magni pessimæ. Facere maximi. Teren. in Phorm. Meritò te semper maximi feci Chræme. Nihil facere est nihili æstimare, περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι. Facere parui. Plaut. Rudente, Illos scelestos qui tuum fecerunt fanum parui, & ausi sunt uiolare nos. Ne pili quidem facere. Catullus, Ludere hanc sinit ut lubet, nec pili facit uni. Pluris facere. Cic. Att. li. 8. Ego pro Pompeio libenter emori possum: facio pluris omnium hominum neminem. Facere manum, pro colligere milites. Cic. in Verr. illi nocte, facta manu armata q; ueniunt. Idem pro Cecinna, Quum manum fecerit, copias pararit, &c. Facit mecum, hoc est, sentit mecum, ac meę est opinionis. Vnà facere. Ouid. ut fatear, mecum sola Corinna facit. Horat. Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo. Ad eundem etiam modum dicimus, tecum, secum, nobiscum, aut uobiscum facere. Cic. pro Sylla. Quid tum? Cassius si respondisset idẽ sentire, & secum facere Syllam. Idẽ pro A. Cecin. Videatis autoritatẽ sapientissimorũ hominũ facere nobiscũ. Facere mentionem, commemorare. Cic. de Senect. Lysandrũ Lacedæmoniũ (cuius modò mentionem feci) dicere aiunt solitũ, Lacedæmone esse honestissimũ domicilium senectutis. Facere missum, idem qđ dimittere. Cic. 3. Offic. Iurauitque se illum statim interfecturum, nisi iusurandum dedisset, se patrẽ missum esse facturũ. Facere modũ alicuius rei est temperare, & ultra mensuram non extẽdere, seu modum non egredi. Cic. 1. de Leg. Ipsis q; magnopere autorem fuisse ut aliquando controuersiarum aliquem facerent modũ. Facere modos, est inter actus fabularũ intercinere. Ter. in Prologo Andr. Flaccus Claudii filius modos fecit tibiis paribus dextris & sinistris. Cic. de Orat. Neq; id actores prius uiderunt quàm ipsi Poëtæ, quàm denique illi etiã qui fecerũt modos. Facere mutuum cum aliquo. Plaut. Trin. Bene uult tibi Aedepol mutuum mecum facit: Idem Curc. ea me deperit Ego aũt cum illa nolo facere mutuũ, id est, nolo eam deperire ut me deperit. Naufragium facere. Cic. ad Tironẽ, Qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Facere nomen est nominare. Li. 8. ab urbe, Scelerato cãpo, credo ab incesto id ei loco nomẽ factũ. Facere nomen alicuius amplũ, est conciliare famã & celebritatem. Liu. 8. bel. Pun. Vbi per aliquot annos maximis rebus gerendis ampliſſimũ nomẽ apud exteras gentes pop. Ro. familiæq; uestræ fecerãt. Facere nomina, idem quod debitorem se constituere. Cic. 3. Off. Emit homo cupidus & locuples, tanti quanti Pythius uoluit, & emit in structos: nomina facit, negotium conficit. Accipitur etiam pro pecuniam mutuam dare, aut aliàs debitorem sibi aliquẽ facere. Cicero Gallo lib. 7. Accepi Auiani literas, in quibus hoc erat liberaliſſimum, nomina se facturum qua ego uellem die. id est, pecuniam crediturum, in eam diem soluendam quam ego postulassem. Budęus. Facere nomen cum uineis, hoc est, facere suppurationẽ reditus uinearum. Colum. lib. 3. cap. 3. Quod quasi nomen si ut fœnerator cum debitore, ita rusticus cum uineis suis fecerit, eius summæ ut in perpetuum, &c. Facere otium, id est, dare. Verg. 1. Ecl. O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit. Facere oua, pro parere. Varr. 3. de Re rust. cap. 9. Neq; ferè in uillis oua ac pullos faciunt, sed in syluis. Facere par. Plaut. in Trinum. Feceris par tuis cæteris factis, patrem. Tuum si percoles. Facere periculum, est tentare, & experiri. Terent. in Andr. Qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris? Facere potestatem, permittere, concedere. Cicero in Catil. Si quid de his rebus dicere uellet, feci potestatem. Facere potestatem, siue copiam sui, est aditum ad se prębere, & permittere ut secum agatur, ut Facere omnibus sui cõueniendi potestatem, Cic. 9. Phil. Facere progressum in studiis. Cic. 4. Tus. Philosophiæ deniq; ipsius principes nunquã in suis studiis tantos progressus siue flagranti cupiditate facere potuissent. Facere prouentum maiorem, hoc est, exuberantiores fructus dare. Columel. lib. cap. 15. Nec solum ea res maiorem facit prouentum sed etiam saporem & odorem uini pomorum q; reddit meliorem. Facere quęstum, lucrari. Plaut. in Capt. Aegrè est mihi hunc facere quęstum carcerarium propter sui gnati miseriã. Quæstum facit meretrix suo corpore, Liu. 6. bel. Pun. Quid me faciam nescio, Terent. in Andr. Quid iis fiet, si huc Paulus uenerit? Cic. ad Attic. lib. 6. Quid tu huic homini facias? Idem pro Cecin. Quid de P. Clodio fiat rescribe, Idem ad Att. lib. 2. Facere ratione, hoc est, ob aliquam causam. Cic. ad Att. lib. 12. Quòd domi te inclusisti, ratione feci. Ratum facere, est confirmare. Liu. 8. bell. Pun. Quæ nobis Imperatores uestri commoda tribuerunt, ea rata atq; perpetua uestra authoritate faciatis. Facere rem, est parare opes. Terent. in Adelp. Nunquam rem facies: alibi, nescis inescare homines Sannio. Facere rem diuinam, sacrificare. Plaut. in Amph. Ego rem diuinam intus faciam, uota quę sunt. Facere reum, hoc est, accusare, siue reum agere. Tacit. lib. 1. Violatorem fœderis uestri Arminium, apud Varrum qui tum exercitui præsidebat, reum fecisti. Facere sacrificium, & sacra. Cic. de clar. Orat. Licet aliquid etiam de M. Popilii ingenio suspicari, qui quum Consul esset, eodemq; tempore sacrificium publicum cum lęna faceret. Liu. 1. ab Vrbe, Qui sacra publica pop. Rom. faceret. Facere sanguinem, pro effundere. Liu. 5. bel. Maced. Nondum indicto bello, aut ita commisso, ut strictos gladios, aut sanguinem usquam factum audissent. Facere satis, est debitum persoluere. Plaut. in Asin. Sed uina quæ uendidi heri uinario Exærambo, Iam pro his satisfecit Stricho? L. I. feciſſe satis opinor, id est, soluisse. Facere satis alicui, pro eius uoluntati obtemperare. Cic. de Clar. Orat. Ego uerò, inquam, si potero, faciam uobis satis. Facere stipendia sub aliquo, idem quod militare. Plin. de uir. illustr. Sub Oreste in Sardinia stipendia fecit. Facere stipendiarios, est cogere ad soluendum tributum. Cæsar bel. Gall. Heduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent, & armis congressi & superati essent, stipendiarios sibi factos. Facere stomachum alicui, est commouere aliquẽ & bilem excitare. Cic. Lentulo lib. 1. Epist. Non illi quidem ut mihi stomachum facerent. Facere sumptum, quod aliàs facere expensas, uel expendere dicitur. Plaut. in Capt. Quin ita faciam ut recupias facere sumptum, etsi ego uetem. Facere uadimonium, pro promittere. Plaut. in Epid. Ilicet ut uadimonium mihi hic ultrò facit. Facere uela, id est, uelificare. Vergil. 5. Aeneid, Vela facit tamen, & plenis subit ostia uelis. Facere uestigium, ambulare & progredi. Cic. pro Rab. Posth. Hic uos nihil orat, nisi ut rectis oculis hanc urbem sibi intueri, atq; in hoc foro uestigium facere liceat. Facere uitium, est corruere, uel uitiari, & aliqua parte labefactari, & propriè de ædificiis dicitur. Cic. in Top. Si ædes exesæ corruerunt, uitium fecerunt. Facere uitium, pro uitiare. Virtu. Si uenti frigidi sunt, lædunt: si calidi, uitiant: si humidi, nocent: idem faciunt uitia pauimentis. Facere uolupe animo suo. P. aut. in Asin. Hic senex si quid clàm uxore suo animo fecit uolupe, Neq; nouum, neq; mirum fecit, nec secus quàm alii solent. Facere uota, est supplicare. Plin. lib. 17. cap. 2. Ergo qui dixit hyemes serenas optandas, pro arboribus uota facit. Facere urinam, est meire. Columel. lib. 6. cap.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cap.30. Plerumq; iumenta morbos cõcipiunt laſſitudine & æſtu nonnunquam & frigore, & quum ſuo tempore urinam non fecerint.

Factum, ti, n.ſ. ſubſtant. Res geſta, πρᾶξις. Verg. lib. 1. Aen. Fortuna facta patrum. Terent. in Andr. dictum ac factum, inuenit. Aliquam cauſam, quamobrem eiiciat oppidò. Factum mutare, pro ſententiam mutare. Terentius in Andr. Haud muto factum.

Factus, us, m. q. Idem eſt, quod confectio, ποίησις. Vnde factus olei dicitur, quantum una uice conficitur. Cato de Re ruſt. cap. 67. Factoribus det in ſingulos factus olei ſextarios, & in lucernam quod opus fiet. hoc eſt, in ſingulas olei cõfectiones, uel quoties oleum conficitur. Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 24. Hoſtum uocant, quod ex uno factu olei reficitur. Factum dicunt quod uno tempore conficitur. Factus uillæ, pro ſtructura, opere, & exædificatione. Varr. lib. 3. de Re ruſt. cap. 1. Ego quo quequo exornarior nulla eſſe poſſet fructu, quàm factu, hæc ad te miſi.

Faceſſo, ſcis, faceſci, n.t. ſupinũ in uſu non eſt, legitur tamẽ participiũ faceſſitus, tanquã ſupinũ eſſet faceſſitũ. Cic. in Verr. Quum audiſſet ſibi negotiũ faceſſitũ. Significat autẽ propriè ad faciendum eo, ut uiſo, ad uidendum eo. Vergil. 4. Georg. Haud mora, continuò matris præcepta faceſſit. Interdũ eſt diſcedere, ἀφίστασθαι, ἀπόῤῥαμα. Nec mirum, altera enim ſignificatio alteri ſignificat, nam qui ad faciendũ quicqã it, diſcedit ut id faciat. Terent. in Phor. Dic quid uelis dari tibi in manum ut Herus his deſiſtat lutibus, Hæc hinc faceſſat. id eſt, ſua cura tum abeat. Donat. Faceſſat, pro hinc ſe faciat, id eſt, abeat. Cic. in Hort. Faceſſant igitur qui docere nihil poſſunt, quo melius, ſapientiusq; uiuamus. Negotium faceſſere, eſt cuipiã moleſtum eſſe, πρᾶγμα παρέχειν. Cic. App. Pulch. Quum eſt nobis allatum de temeritate eorum qui tibi negotiũ faceſſerent. Huius paſſiuũ protulit Cic. pro Cluent. Sed hoc polliceor omnibus, ſi cui fortè hac lege negotium faceſſetur, qui lege non teneatur: ſi is uti me defenſore uoluerit, me eius cauſam legis præſidio defenſurum.

Facto, as, a. p. debebat eſſe frequentat. à facio, ſed pro eo utimur Factito, quod eſt aliud frequentatiuum.

Factito, as, a p pen. cor. Sæpe facio, ἐνεργῶ. Cic. lib 2. Off. Hæc apud maiores noſtros factita. Teren. in Eunuc. Idem hoc Pyrrhus factitauit. Horat. in Art. Nec ſatis apparet cur uerſus factitet.

Factor, oris, m. t. nomen uerbale, Qui aliquid facit, ποιητής, ut quum dicimus Deum factorem cæli & terræ. Sic etiam factorem uocamus, qui uinũ, uel oleum, uel quid ſimile facit. Cato de Re ruſt. cap. 13. Lectum ſtratum, ubi duo cuſtodes liberè cubent, & tertius ſeruus unà cum factoribus ubi cubet. Idem cap. 64. Leguli uolunt uti olea caduca quàm plurima ſit, quo plus legatur: factores, ut in tabulatu diu ſit, ut fracida ſit, quo facilius oleum efficiant.

Factitius, a, um, Quod arte aliqua effectũ eſt, hoc eſt, quod naturale non eſt σκευαστός, παρέγγραπτος, τέχνικος, Vinum factitium, Color factitius. Sal factitius. Plin. lib. 12. cap. 17. Ergo in utraq; gente bina laudaui genera: terrenum, & factitium. Factitia uerba dicuntur, quæ & fictitia appellantur, quæ ad ſoni alicuius ſimilitudinẽ efficta ſunt: ut Crocire, Hinnire, Claſſis, Tintinnabulum, & ſimilia.

Factio, onis, fœm. tert. ab initio (ut author eſt Feſtus) honeſtum uocabulum fuit, αἵρεσις, unde factiones hiſtrionũ, & quadrigariorum dicebantur. Nunc uerò (inquit) nomine factionis ſeditio, & arma dicuntur, σάοις. Nam eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, quum aliqui ſe principes & primarios in ciuitate efficere conantur, inter quos eſt æmulatio: utroq; quàm maximam corradere poteſt, ciuium trahente multitudinẽ, quos clientes uocant. Nonius, Factio dicitur malorũ conſenſus, & conſpiratio. Sall. de bell. Iug. Inter bonos amicitia, inter malos factio. Qui autem huiuſmodi factiones exercent, factioſi appellantur. Interdũ factio capitur pro potentia, & authoritate alicuius in ciuitate: quod & Nonius annotauit, citans locũ Titinnij. Sed iam hercle metuo ne nimis ſtultè fecerim, qui ex tãta factione arq; opibus ea auſus ſum aggredi. Plaut. in Aul. Iſtas magnas factiones, dotes dapſiles nihil moror. Idem in Ciſt. Neq; nos tanta factione ſumus, neq; opes noſtræ tam ſunt ualidæ. Quatuor apud antiquos fuerunt aurigantiũ factiones, Veneta, Praſina, Alba, Roſea. à coloribus nominatæ. Caſſiodorus quatuor colores harũ factionũ, cum partibus annis quatuor aſſimilat. Praſinã uirenti uerè dicatus erat: Roſeus flammeo æſtati: Venetus, ubi læ hyemi, Albus, pruinoſo autũno. Suet. ſcribit his addidiſſe Domitianum duas, alteram Aurati, alteram purpurei panni Hæ certamine curuli & pernicitate curſus inter ſe decertabãt. fauoreq; populari, ſiue Imperatorio uictoriæ præmia adindicabantur ei qui uiciſſent. Factio interdum idem eſt qđ confectio, unde confectionem teſtamenti dicimus pro iure, ſeu poteſtate conficiendi teſtamenti. Cic. Top. Quas is inſtituiſſet: cui teſtamenti factio nulla eſſet. hoc eſt, qui conficiendi teſtamenti non habebat poteſtatem.

Factioſus, ſi, Factioſus appellatur qui procliuis eſt ad factionẽ, id eſt, diſcordiã & ſeditionẽ, σαστικὸς, φιλοστασιώτης, στασιαστής. Sall. in Catil. Cn. Piſo adoleſcens nobilis, ſummæ audaciæ egens, factioſus: quem ad perturbandum Remp. inopia, atq; mali mores ſtimulabant, Factioſus, diues & potens. Plautus in Aul. Venit hoc mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem diuitem, Factioſum: me item eſſe hominem pauperum pauperrimum.

Factura, ræ, f p. Compoſitio rei quam facimus, ποίησις. Plin. li. 14. cap. 14. Aliubi uena boniratem hanc præſtat, aliubi factura, ut Sulmone aqua, uti diximus.

Facturio, ris, n q ἀρασείω, facere deſidero quod nonnulli ad rẽ ueneram transferunt. Plaut. Facturit poſtquam ancillam aſpexerit, hoc eſt, coire cupit.

Faxo, is, pro faciam, ποιήσω. Verg. 11. Aen. ego fædere faxo Firma manu. Verbum eſt defectiuum quod tantũ habet futurũ indicatiui, nec id omnino integrum, ad hunc modũ, Faxo, is, it, & in numero plurali faxunt: & in futuro optatiui, & præſenti ſubiunctiui, Faxim. is, it, faximus, itis, faxint. Terent. in Heaut. Vtinã dii faxint. Ennius apud Cice. de ſenectu. Nemo lachrymis decoret, nec funera faxit.

Facilis, le, pen. cor. om. t. Quod expeditum eſt, & nullius negotii, ἐυχερής, ῥᾴδιος, ῥᾴδιος. Terent. in Heaut. faciet omnia. S. Hæc dum incipias, grauia ſunt, dumq; ignores: ubi cognoris facilia. Ibidem. Bonam atq; iuſtam rẽ oppidò imperas, & factu facilem. Huius contrariũ eſt difficilis, hoc eſt, multũ habens negotii & moleſtiæ, χαλεπὸς. Vnde difficiles terræ dicũtur quæ non ſimile labore fructum producunt. Vergilius 1. Georgicorum, Difficiles primum terræ, colleſq; maligni. Ali quando facilis dicitur exorabilis, & ad ignoſcendum paratus. Vergil. 4. Georgic. faciles uenerare Napæas. Terent. in Heauton. Mihi ſi unquam filius erit, næ ille facili me utetur patre. Plinius libr. 7. ca. 6. Melior color marem ferenti, & facilior partus. Ibidem cap. 16. Incipiente autem hoc ſtatu, aut deſinente, conceptus facillimi traduntur. Ex facili, aduerbialiter, pro facilè. ῥᾳδίως Colum. lib. 6. cap. 1. Quæ uitanda non ex facili dixerim. Plin. lib. 30. Eorundem cinis exeſis dentib. coniectus, ex facili eos cadere cogit.

Facilè, aduerbium, Nullo negotio, ῥᾳδίως ἐυχερῶς. Cic. lib. 1. Epiſt. Cæteris iniuriis quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè, ſpe reſiſtemus. Eſt etiam confirmãtis aduerbiũ, ſignificans haud dubiè liquido, certò, nullis aduerſantibus, ἐυκόλως, iungiturq; eleganter cũ nomine Princeps. Cic. lib. 3. Epiſt. Tu qui eſſes ordinis tui facilè princeps. Admittit & ſuperlatiuũ: ut, facilè doctiſſimus. Facilè primus. Item adiectiua, diuerſitatẽ importantia: ut, Facilè diſſimilis. Aliquando & uerba cum præpoſitione præ compoſita: ut, Facilè præſtat æqualibus. Nonnunquam accipitur pro libenter. Cic. 4. Tuſc. Sed te ab errare propoſito facilè patiebar, id eſt, non inuitus. Antiqui pro facilè, facul, & faculter dixerunt, ut ſuprà oſtendimus in dictione Difficilis.

Facilitas, tatis, f. t. Eſt inclinatio quædam, ſiue habitus ad aliquid promptè dicendum, faciendumue: fereq; in meliorem partẽ accipitur: nam ppenſio in deteriorem partẽ, uſitatius procliuitas dicitur, ῥᾳθύμη. Cic. 4. Tuſc. Procliuitas ad ægrotandum, ſed hęc in bonis rebus, quod alii ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nomineturiin malis procliuitas. ut ſignificet lapſionẽ. Sic facilitatem ingenii dicimus, qua aliquid facilè apprehendimus. Facilitas carminis, uel orationis, eſt perſpicuitas quædam & claritas qua mentẽ ſcribentis facilè aſſequimur. Accipitur etiam facilitas pro placabilitate, & lenitate illa qua facilè patimur nos exorari. Terent. in Hecyr. Et ſi ego meis me omnibus ſcio me etiam abprimè obſequẽtem, Sed non adeò, ut facillitas mea illorum corrumpat animos. Id eſt, indulgentia, exorabilitas.

Facultas, tatis, f. t, Propriè facilitas agẽdi, ῥᾳθύμη. Terẽ in Andrii date facultatem obſecro Huic pariundi, atq; illi in aliis potius peccandi locum. Cuius contrarium eſt difficultas, Aliquando pro poteſtate, ſeu commoditate, ἐξουσία, Plin. Si mihi facultas daretur utrũ mallẽ eligendi. Præterea facultas, eſt tuis

est uis quædam quæ facit ut id facilius fieri possit quod de unaquaque arte præcipitur, δύναμις. Est enim genus omnium artium quo in omnium artium definitione uti possumus: ut quũ dicimus, Dialectica est facultas differendi: Rhetorica est facultas dicendi, & sic de aliis. Facultates quoq; in plurali tantùm numero dicuntur opes: quoniam quum diues quis existit, facilè quod uult agit. Cicer. ad Att. lib. 11. Si quas habuimus facultates, eas tum Pomp. quum id uideba mur sapienter facere, detulimus. Itaq; tum à tuo uillico sum psimus, & aliunde mutuati sumus, &c. Cæs. 6. bel. Gal. Tantas uideri Italiæ facultates, ut si quid esset in bello detrimenti acceptum, nõ modò, &c. Facultatem à facilitate sic distinguit Plin. quòd illam uocat uim & energiam eloquentiæ: hanc, promptitudinem duntaxat. Sic enim Epist. 115. inquit Quia scilicet nimia assiduitate facilitas magis, quàm facultas: nec fiducia, sed temeritas paratur.

Facinus, noris. n. t. penult. cor. A facio deductum, uocabulum est medium, quo tam in bonam, quàm in malam partem uti possumus. Est enim facinus insigne aliquod factum, siue bonum, siue malum. In bonam partem accipitur apud Sall. pro uirili & strenuo facto quod Græci ἀνδραγάθημα appellant. Qui aliquo negotio intenti, præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærunt. Sæpius in malam, κακέργημα. Cicero lib. 3. Offic. Ab hoc nulla fraus, nullum facinus aberit. Terentius in Adel. Proh dii immortales, facinus indignum Idem in Heauton. is mihi ubi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora?

Facinorosus, sa, sum, Sceleſtus, & flagitiosus, κακοῦργος. Cicer. in Catil. Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum. Vita facinorosa, Idem 1. de Legibus.

Facula, Facularii, uide Fax.

Facundus, di, Disertus: à fando, qui ea quæ mẽte cõceperit ad audientes facilè atq; ornatè profert, εὔρυθμος, εὐφραδής. Ouid. de Arte, Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses. Quint. li. 12. In omnibus gentibus alius alio facundior habetur, & in eloquendo dulcis magis.

Facundia, Quæ est facultas differendi cum gratia, λογιότης. Plinius libro 7. cap. 30. Facundiæ, Latiarum q; literarum parens Cicero.

Facundia Canina. f. p. ueteribus dicebatur quæ forensi oblatratione Aduocatorum, omnia fora perstrepebat, Quam Plato rapinæ accipitrum assimilabat. Hi enim Philodici, non tãtum tondere clientes, sed deglubere & totos uorare cupiũt, refert Zas. in l. 1. ff. de Orig. iur.

Facundè, aduerbium, Disertè. Liu. 8. bel. Pun. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modò barbarum insuetum q; moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè allo quendo sibi conciliaret.

Facundiosus, adiectiuum. Sempron. Asell. referente Gell. lib. 4. cap. 9. Facta sua spectare oportere, dicta non, si minus facundiosa essent.

Fæx, fæcis. Per æ diph. ut Apulci. docet. ut differat in datiuo à præterito uerbi facio: & est excrementũ cuiuscũq; rei: cuius diminutiuum est fæcula, deducitur q; à facio, τρυξ ὑποκάθαρμα. Horat. 1. Car. Ode. 35. Diffugiunt cadis cum fæce siccatis amici. Fæces unguenti est materia crassior, ex qua expressum est unguentum: magmata Græco uocabulo appellantur, teste Plin lib. 13. cap. 2. Fæcem ciuitatis (τὴν συγκύδα) homines uiles abiectos aliquando uocamus, non quòd homines sint sordes, sed quod uitam agant sordidam. & abiectam. Cic. p Flacco, Opifices, & tabernarios, atq; illam omnem fæcem ciuitatum, quid est negotii concitare? Sordes & fæx urbis, Cic. Att. lib. 1. Fæx Romuli, pro plebe Romuli, hoc est, populo quem ideo fæcem uocat Cic. scribens Att. li. 2. Epist. 1. quòd. collectus esset ex confusa & turbulenta multitudine. Loquitur autem illic de Catone, quem reprehendit quòd ita se geret quasi esset in Repub. Platonis, & non in fæce, hoc est, fæculenta plebe Romuli.

Fæculent us, ta, tum, Quod est fæcis plenum, τρυγώδης. ut, Fæculenta aqua, apud Plin. lib. 31. cap. 3.

Fæcatum unum, Quod è fæcib. est expressum, τρυγώδης εἶνος. Cato de Re rust. cap. 154. Vinum fæcatum sic facito, Fiscinas olearias Campanicas duas illi rei habeto: eas fæcis impleto, sub prælumque subdito, exprimitoque. Plinius libro decimo quarto, capite decimo, de uini operarii generibus agens, Tertium (inquit) est fæcibus uini pressum, quod fæcatum Cato appellat.

Fæculinus, pen. prod. Idem quod fæcatus, τρυγίνος. Gell. lib. 13. cap. 19. non eas finitiones prærancidas, neq; fęculinas Grammaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere.

Fęciniæ unę, Dictæ sunt quæ plus quã cęterę fęcis afferunt. Alio nomine à colore rubellanę uocantur, & à loco, Nomentanæ, authore Colum. lib. 3. cap. 2.

Fagus, gi, f. p. φηγός, Arbor est glandifera, quam rustici in Gallia uocãt un fau, ita dicta ἀπὸ τ῀ φαγεῖν, hoc est, à comedendo, quòd ante inuentas fruges (ut fabulantur Poętę) homines eius arboris glandibus solerent uictitare. Sunt qui scribant Phagus ad Gręcam originem spectantes, id tamen magis superstitiosum est quàm necessarium. Est enim hæc dictio iam apud Latinos recepta, ut meritò Latinotum more scribi possit.

Fagineus, Faginius, & Fageus, adiectiua, φήγινος, quæ eiusdem sunt significationis, Quod scilicet ex fago arbore est. Ouid. 4. Fastorum, Bis sua faginea tempora fronde tegit. Sic faginus axis, apud Vergil. 3. Georg. Pòst ualido niteus sub pondere faginus axis. Et pocula fagina, apud eundem 3. Eclog. Glans fagea, apud Plin. lib. 16. cap. 5. Alia fageę glandis figura, alia querneæ.

Fagutal, Fuit Romæ sacellum Iouis in quo erat fagus arbor, quæ Ioui sacra habebatur. Plin. lib. 16. cap. 10.

Faidam, uocem origine Teutonicam Alberic. indicat in Iure Longobardorũ modo pro iniuria, ut l. Si caballus, tit. de paupere. modò pro hostilitate: siue inimicitia, ut l. in omnib. tit. de plag. libero. hom. usurpari. Accedit Comitũ Germanię unde quaq; doctissimus Hermannus Nuenarius qui obseruauit, ex Const. Caroli Magni ad Leg. Salicam adiectis cap. 4. appellari Faidosum, qui hostis est publicus. Faid enim bellum significat.

Falæ, f. p. Turres ligneæ, ob altitudinem dictæ, quibus in oppidorum oppugnationibus, & in spectaculis utebantur: à falando. Tusci enim falandum cælum uocabant.

Falarica, Vide Phalarica,

Falcarius, Falcatus, Falcula, Vide Falx.

Falcidia lex, φαλκίδιος νόμος, Quæ amputat legata, quando ut minimum quarta pars bonorum non supereſt hæredibus.

Falco, onis, m. t. Græcè ἱρὰξ, Auis est ex accipitrum genere, ita dicta (ut Festus inquit) quòd ungues more falcis habeat introrsum flexos. auis huius uolatus à ueteribus in auguriis maximè obseruabatur. Felicissimum siquidem omen ad res agendas putabant, si falco à sinistra uolasset. Vnde & à Græcis ἱρὰξ quasi sacra auis uocatur. Campani capyn olim uocabant: à qua etiam nonnulli uolunt Capuæ nomen esse impositum: quod ex uolatu falconis, de ea ędificanda sumptum fuerit augurium. Sunt autem falcones omnes (ut hodie à Principum aucupibus obseruatum est) fœminæ: mares uerò sunt quos uulgus hodie Moscardinos uocat.

Falere, neutri generis. Varr de Re rust. cap. 5. Intra rete anes sunt omne genus, maximè cantrices, ut luscinioIæ, ac merulę, quibus aqua ministratur per canaliculum, cibus obiicitur sub rete. Subter columnarum stylobaten est lapis à falere, pedem & dodrantem altus, ipsum falere ad duos pedes altum à stagno, latum ad quinque, &c. Verbum architecturę nobis hodie incognitum.

Fallo, lis, fefelli, falsum, a. t. Decipio, ἐξαπατάω, παραπρέω. A fando deductum uerbum, ut inquit Varro: quum contrà quam diximus, facimus: nam si quis re decipit, impropriè fallere dicitur. Terent. in Heaut. Per alium quemuis ut des, falli te sinas Technis per seruulum. Idem in And. Quid uis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar. Cic. pro Ros. Amer. Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum qui læsus non esset, nisi credidisset. Ponitur & pro lateo, λανθάνω. Liu. Speculator Carthaginensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus, pręcisis manibus, dimittitur. Fallit me, id est, ignoro. Cic. de Orat. Neq; hoc te Crasse fallit. Et in Orat. Quem quæso nostrũ fefellit, ita uos esse dicturos? Idem Att. lib. 2. Tamen in lege nulla est huiusmodi capita, te non fallit. Tacit. lib. 13. Quæ mutatio neq; Neronem fefellit. Fallere spem, fallere opinionem, est secus facere quàm quis opinatus fuerit. Ci. in Catil. Si uis improborum spem meam fefellerit. Idẽ Len. lib. 1. Epist. Non fallam opinionem tuam.

Falsus sum, Decipior. Plaut. in Aulul. Quanquam haud falsa sum nos odiosas haberi. Terent. in Andr. Heu me misęrum

rem, qui tuum animum ex animo ſpectari meo. P. Falſus es id eſt, erras, aliter eſt atq; putas. Plaut. Truc. Mihi etiamnum quid ſit negotij, falſus incertusq; ſum: niſi quia timeo tamẽ. Huius compoſitum eſt Refello.

Falſus, a, um, nomen actiuè accipitur pro eo quòd fallit, hoc eſt, pro eo quod uerum non eſt, ψευδὴς. Teren. in Enn. Quæ uera audiui taceo, & contineo optimè: ſin falſum eſt, aut uanum, aut fictum eſt, continuò palàm eſt. Plaut. in Milit. Ecaſtor ergo hi haud falſum euenit ſomnium. Sic falſus tutor dicitur qui ſe pro tutore gerit, quum uerus tutor non ſit. Falſum teſtamentum, quod ſuppoſititium eſt, uel corruptum. Sic etiam Falſum iudicium, Falſam ſententiam, Falſum nomen dicimus, pro eo quod uerũ non eſt: non quod fallẽdi gratia aut dictum, aut factum ſit: ſed quod hominũ opinionem fallat. Quando uerò participium eſt, paſſiuè accipitur pro deceptus. Terent. in And. Falſus es, hoc eſt, deciperis, ut interpretatur Donatus.

Falſum habere, eſt fallere, παραγράφομαι. Sall. in Iug. Neq; ea res me falſum habuit.

Falsò, aliud aduerbium, mendaciter, non uerè, ψευδῶς. Salluſt. in proœmio Iugurt. Falsò quæritur de natura ſua genus humanum. Plaut. in Bacch. Non maneo, neq; tu me habebis falsò ſuſpectum.

Falsè, aliud aduerbium. Plautus in Captiu. Tace modò ego Philocrates Falsè faciam, ut uerus hodie reperiare Tyndarus.

Falſidicus, ci, pen. cor. & Falſiloquus, Qui falſa loqui conſueuit, ψευδολόγος, παραπολόγος, ſicut Veridicꝰ, qui uera fari cõſueuit Plaut. in Cap. Me meamq; rem quod in te uno fuit, Tuis ſceleſtis falcidicis fallaciis delacerauiſti. Idem quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo.

Falſificus, Qui facit fallacias, ψευδοποιὸς. Plaut. in Milit. Domi habet animum falſiloquum, falſificum, falſiurium.

Falſimonium, nii, Fraus, fallacia, ἐξαπάτη. Plaut. in Bac. Multi more iſto atq; exemplo uiuunt, quos quum cẽſeas Tibi amicos, reperiuntur falſi falſimoniis.

Falſiparens, tis, Id eſt, qui falſum habet parentem: hoc eſt, cuius pater is eſſe creditur qui minimè tamen eſt. Sic Catullus uocat Herculem, quem ex Ioue & Alcmena natum, plurimi credebant Amphitryonis eſſe filium, qui uerus erat Alcmenæ maritus. Catull. ad Mallium epigramm. 65. Quod quondam cæſis montis fodiſſe medullis Auſus falſiparens Amphitryoniades.

Falſitas, atis. f. t. Dicitur quum id aſſerimus eſſe quod non eſt. ψεῦδος. Cui contraria eſt ueritas, quæ oſtendit id quod eſt. Cic. pro Cluen. Et enim ſicut aliis in locis parum firmamenti & parum uirium falſitas habet: ſic in hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe debet.

Fallax, acis, om. t. Doloſus, qui conſueuit fallere, ἀπατεών, ut Fallax interpres, apud Cic. ad Brut. Plin. lib. 22. cap. 13. Quoniam in his naturam eſſe apparet, in illis coniecturam ſæpius fallacem. Mart. lib. 1. Sic audis fallax indulget piſcibus hamus. Cic. de Amic. Nouitates autem ſi ſpem afferunt, ut tamen quàm in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illæquidem repudiandæ.

Fallaciæ, arum, f. p. Technæ, doli mali: dicuntur uerba ad fallendum compoſita, ἐφοδαὶ, ἐξαπάται. Cicero 2. de Diuin. Tota res eſt inuenta fallaciis, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem. Terent. in Andr. Fallacia alia aliam trudit. Columell. lib. 11. cap. 2. Sed hæc ipſa res habet aliquam fallaciam.

Fallaciter, aduerbium, Idem quod fraudulenter, δολερῶς. Cicero 1. de Diuinat. Fallaciter portenta interpretari. Idem 3. Of fic. Ratio igitur hoc poſtulat, ne quid inſidioſè, ne quid ſimulatè, ne quid fallaciter. Vendicare ſe alicui fallaciſſimè. Cicero de Aruſp. reſp.

Fallacioſus, oſa, oſum, Fallaciis plenum, ἀπατηλὸς, Gell. Veterum teſtimonia quibus huiuſmodi ambages fallacioſæ conſtantur.

Fallam, pro fallacia dixere ueteres, ut annotauit Non. Nonii antiqui Poëtæ locum citans ex Decumis, Me non uocabit obẽ rem: hanc feci fallam.

Falſo, as, are, act. pr. Falſum facio, παραγράφω, μεταγράφω. Modeſt. l. penult. ff. ad l. Corn. de fal. Decretoq; D. Adriani pręceptum eſt, in inſulam eos relegari, qui pondera aut menſuras fallaſſent.

Falſarius, rii maſc. ſ. Qui decipiendi gratia ſcripta publica falſificat, μεταγράφων, ψευδογράφος. Sueronius in Nerone, capite 17. Aduerſus falſarios tum primùm repertum, ne tabulę, niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina traiecto obſignarentur.

Fallonia, eſt culpa, iniuria, propter quam uaſallus amittit feudum: nomina barbara.

Falx, cis, f. t. Ferramentum aduncũ quo ſegetes & herbæ ſecãtur, item illud quo uites & arbores putantur, δρέπανον, ἄρπη. Varro libro 1. de Re ruſt. cap. 50. In umbria falce ſecundum terram ſuccidunt ſtramentum. Vergil. 3. Ecl. Tum credo, quum me arbuſtũ uidere Myconis, Atq; mala uites incidere falce nouellas. Plin. lib. 18. ca. 28. Falciũ duo genera: Italicũ breuius, ac inter nepres quoq; tractabile: Galliarum latifundia maioris compendii, quippe medias cædunt herbas, breuioresq; prætereunt. Cic. 5. Tuſc. Immiſſi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum. Falces in Campania, ſeculæ dicuntur à ſecando. Falcium uaria enumerantur genera à Catone cap. 110. & 111. Sunt enim falces quædam fœnariæ, quędam ſtramentariæ, quædam arboratiç, aliæ uineaticæ, ſyluaticæ, & ruſcariæ. Falx etiam appellabatur bellica machina quæ adunco præfigebatur ferro: ſic dicta quòd incuruata eſſet ad ſimilitudinem falcis, ut ex muris lapides extraherẽtur. Cæſ. 3. bel. Gal. Vna erat magno uſui res præparata à noſtris, falces præacutæ, inſertæ, affixæq; longuriis, non abſimili forma muralium falcium.

Falcula, æ, f. p. diminut. parua falx, δρεπάνιον, δρεπανίς. Colum. lib. 12. cap. 18. Nec minus falculæ, & ungues ferrei quàm plurimi parandi. Cato cap. 54. Quod falcula ſecueris, non renaſcetur. Dicuntur etiam falculæ, pardorum, & pantherarum extremitates unguium in falcis formam incuruatę, quibus dum appetunt, etiam integra corpora dilaniant: à quibus etiam falculis falcones dictos putat Feſt. Plinius lib. 8. ca. 17. Mirum pardos, pantheraſq;, leones, & ſimilia, condito in corporis uaginas unguium mucrone ne refrigantur, habetenturq;, ingredi, auerſiq; falculis currere, nec niſi appetẽdo, protendere.

Falcarius, a, um, Quod ad falcem pertinet, δρεπανικὸς, ut Cotes falcariç, quibus falces acuuntur.

Falcarii, m. ſ. Qui falcibus utuntur, δρεπανηφόροι. Cic. 1 Inuect. contra Catil. Dico te prima nocte ueniſſe inter falcarios. Quẽ locum Priſc. exponẽs, Inter falcarios, inquit, id eſt, in eum locum ubi ſunt falcarii.

Falcatus, a, um, Quod formam falcis habet, δρεπανοειδὴς. Plin. lib. 10. cap. 21. de gallo loquens. Sola inquit, uolucrum in cælũ aſpicit crebrò, in ſublime caudam falcatam erigens. Amygdalæ falcatæ, apud Plin. lib. 17. cap. 10. Rurſus falcarum, dicitur falcib. inſtructũ: unde falcati currus dicti ſunt quos Macrob. per circumlocutionẽ Currus cum falcibus appellat quũ ait, Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Stat. lib. 10. Theb.

Antea falcato luſtrantem mœnia curru
Deſuper Ogygiæ pepulit grauis impetus haſtę.

Falcifer, m. ſ. Falcem ferens, δρεπανηφόρος. Vnde perpetuo epithero Saturnus Falcifer à Poëtis appellatur: cui idcirco falx tribuitur quòd primus in Italia agriculturæ uſum credatur indicaſſe, ut author eſt Macrobius libro 1. Saturnal. Martialis libro 5. Nam ſi falciferi defendere templa tonantis.

Falcito, as, a. p. falce cædo. Aug. in Pſal. adduxiſti me ad uineã ut falcitem illam & amputem.

Fama, æ, f. p. à fando. dictio media, φάμη. Eſt enim quicquid de aliquo diuulgatur, ſiue in bonum, ſiue in malum. Vergil. lib. 4. Neq; enim ſpecie famaſe mouetur, id eſt, infamia, ut exponit Nonius. Idem 4. Aen. Fama malum quo non aliud uelocius ullum, Mobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo. Ter. in And. omnes uno ore omnia Bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberẽ tali ingenio prędituin. Quid uerbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes, ultrò ad me uenit. Cic. 14. Phil. Hoc triduo, uel quatriduo triſtis à Mutina fama manarat. Idem autem ſunt, rumor & fama, præterquam quod alterum Latinum eſt, alterũ è Græco, teſte Valla. Fama etiam dicitur de re inueterata, firmataq; in hominũ opinione, quanuis incerta. Mart. lib. 1. Quicquid fama canit, donat arena tibi. Quint. Fama eſt, olim Iouem in imbrẽ aureum cõuerſum, puellæ in gremiũ deſcendiſſe. Plin. Iun. in Epiſt. Huc cum liberalitatis tuç fama perduxerat. Sic fama Scipionum, fama Camilli, id eſt, laus, celebritas, Ver. 1. Aen. Sum pius Aeneas, fama ſuper æthera notus. A fama, Diffamo, & Infamo deducuntur, de quibus alibi.

Famoſus, a, um, Frequentius in deteriorem partem accipitur pro infami, δύσφημος. Salluſt, Largitionem famoſam impudentem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dentemq; . Inde famosa mulier dicitur quæ est famæ parum integræ, hoc est, quæ impudicitię nomine malè audit. Cic. 2. de Orat. ex Poëta, quid tu Aegilia mea, Quando ad me uenis, cum tua colu & lana? Non pol, inquit, audeo. Nam me ad famosas, uetuit mater accedere. Interdum in actiua significatione accipitur pro eo quod uulgò dicunt diffamatorię. Vnde famosi libelli apud Iureconſ. appellantur qui alicuius famam lędunt. Inuenitur etiam interdum in bonâ partem acceptum, præſertim apud Plin. Iun. & eius ſæculi ſcriptores. Nam Ciceronis ſeculo uix quiſquam aliter quàm in malam partem uſus eſt. Plinius lib. 6. Epiſt. Impensé petis ut cauſam tuam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioqui & famoſam faciam. Tacitus lib. 21. Sed quia famoſæ urbis ſupremam diem traditurі ſumus, congruum uidetur primordia eius aperire.

Famigero, as, a. p. Diuulgo, διαφημίζω. Famigeratus, diuulgatus fama celebratus, διαβοητός.

Famigerator, oris, m. t. Qui rei alicuius famam ſpargit, διαφημιστής. Plautus in Trinummo, Ego de uerbis eorum famigeratorum iuſcius profilui. Idem ſignificat etiam Famigerulus.

Famigeratio, onis, f. t. Famæ diſſeminatio, διαβόησις. Plautus in Trinummo, Hæc famigeratio te honeſtet, mecum conlutulet.

Famigerabilis, & hoc famigerabile, om. tert. Celebris, clarus, fama notus, διαβόητος. Apul. de Aſino aureo, Satis famigerabilis conſector.

Famella diminutiuum eſt à fama. Feſtus.

Famen, faminis, n. t, ἀπὸ τῆς βάρις. locutio & ſermo, à fando dictum eſt, ut illud: Ne leui ſaltē maculare uiam famine poſſes

Fames, famis, f. t. Edendi cupiditas, λιμὸς, ὄρεξις, ἀπὸ τοῦ φάγω edo: & differt ab inedia, quòd fames eſt ſemper cum appetitu edendi: inedia etiam ſine appetitu, ut in ęgrotis. Eſt enim prius inedia, abſtinentia à cibo, à non edendo dicta, ἀσιτία. Vnde ſummos aliquot uiros legimus aliquot dierum inedia ſe enecuiſſe. Cicero pro Aul. Cluent. Iam hoc ignoratis Iudices, ut etiam beſtiæ, fame dominante, plerunq; ad eum locum ubi paſtæ aliquando ſint, reuertantur. Accipitur interdum fames, pro caritate ex annonæ penuria naſcēte, quū ſcilicet plerіq; aliquo in loco alimento deficiente de uita periclitantur. Cic. Terentiæ: Etiam illud uerendum eſt ne breui tempore fames in urbe ſit. Idem pro Flac. In fame frumentum erat exportare auſus.

Famelicus, a, um, pen. cor Qui fame laborat, βουλιμιῶν, βουλιμιᾷ ſων. Plaut in Caſin. Poſt id quum laſſus fueris & famelicus Noctu ut condignè recubes, curabitur. Terentius in Eunucho: Ille ubi miſer famelicus uidet me eſſe in tantum honorem, Et tam facilè uictum quærere, ibi homo, &c. Plautus Pſeu. Dumq; ridebunt ſaturi, mordebunt famelici.

Famelicoſus, a, um, Qui frequenter famelicus eſt, βουλιμώδης. unde famelicoſam terram, paluſtrem ueteres uocabant, teſte Feſto.

Fameo, es, n. ſ. & fameſco, cis, Fame laboro, cibum appeto, λιμώττω, καρδιώττω.

Familiæ, f. p. appellatione comprehenditur tam liberi quā ſerui utriuſq; ſexus, unius quem patrem familiās uocamus, iuri ſubiecti, ἔννοιαι. Apud Antiquiſſimos famelia ſcribebatur per e literam, tantumq; de ſeruis dicebatur: ab Oſca dictione Famel, qua illi ſeruum appellabant, ut autor eſt Feſt. Poſtea commutata e in i, familia appellata eſt. Quo uocabulo Varr. etiam ſeculo ſerui ſignificabantur. Ita enim ait, li. 1. cap. 16. Si ab fundo longius abſunt oppida aut uici, fabros parent quos habeāt in uilla: ſic cæteros neceſſarios artifices: ne de fundo familia ab opere diſcedat, ac profeſtis dieb. ambulet, feriata potius, quam opere faciūdo agrum fructuoſiorem reddat. Deinde tamē paulatim inualuit uſus, ut etiā liberi familiæ nomine, & quicunq; ſub unius patris familiās iure uiuerēt, cōprehenderentur. Plaut. Truc. Hæc una opera circumit per familias, puerum ueſtigat: Poſt hæc ad eos quoq; translatum eſt qui ex eadem ſunt cognatione: ut Cæſarū familia, Scipionū familia. Suet. in Nero. Ex gēte Domitia duæ familiæ claruerūt, Coruinorū, & Aenobarborū. Familia pro ſecta. αἵρεσις. Cic. 2. de Diuin. Magnus locus, philoſophiæq; proprius, à Plat. Ariſt. Theoph. totaq; Peripateticorum familia tractatus uberrimè. Vnicus uerò ſeruus, familię nomine non continetur, nec duo faciunt familiā. Eſt enim collectiuū nomē plural. in ſe continēs uide latius nominis huius ſignificationē apud Paul. Iuriſ. l. Pronū. ff. de Verb. ſig.

Familiaris, om. t. quando adiect. eſt, ſignificat quod ad familiam pertinet, οἰκιακὸς, οἰκεῖος. Vnde familiaria negotia, res familiaris, res domeſtica. Autor ad Heren. in operis præfat. Et ſi negotiis familiaribus impediti, uix ſatis ociī ſtudiis ſuppeditare poſſumus. Gellius lib. 3. Memorię mandatum eſt, Platonem philoſophū tenui admodū pecunia familiari fuiſſe. Familiaris focus. Colum. lib. 11. capite 1. Conſueſcat ruſticos circa larem domini focumq; familiarem ſemper epulari. Se pulchra familiaria, quam quis ſibi ac familię ſuę conſtituit: quemadmodum hæreditaria dicuntur, quæ ſibi & heredib. extruit. Autor Caius Iuriſc. l. Familiaria. de Rel. & ſumpt. funerum. Interdum idem eſt, quod neceſſarius, amicus, intimus, arctaq; familiaritate coniunctus. Cic. Att. Homo familiariſſimus mihi, & omnibus in rebus coniunctus. Idem de Amicit. Vidimus P. Aemilium C. Luſcinio familiarem fuiſſe. Idem pro Cœlio: Mulier illa quadrantaria permutatione familiaris facta erat balneatori. Arbor familiaris Italiæ id eſt, protrira, & paſſim naſcens, apud Plinium libr. 23. cap. 5. Quando uerò eſt ſubſtantiuum, ſignificat amicum nobiſcum uerſantem & diuturna conſuetudine nobis aſtrictum quaſi in eadem familia nobis cōiunctum, σωήθης. Vnde Lælius apud Cic. in dialog. de Amicitia, appellat Terentium familiarem ſuum, Sed neſcio (inquit) quomodo uerum eſt, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit: Obſequium amicos, ueritas odium parit. Quandoq; etiam hoc nomine intelligūtur domeſtici, quiue ſunt ex familia. Plautus in Amph. Ne qui eſſem, familiares quęrerent, Verſari crebrò hic quum uiderent me domi. Familiaris ſella, à ueteribus appellata fuit ſella per forata, eiiciendis alui excrementis accommodata, ἀφοδρῶν. Varr. 1, de Re ruſt, cap. 13. Itaq; periti, ut eò aqua influat, eo nomine faciunt quidam & ſellas familiares ponunt.

Familiaritas, tis, Conſuetudo ipſa quæ eſt inter familiares & amicos, σωήθεια. Terentius in Heauton. Mihi magna cum eo iam inde uſq; à pueritia ſemper fuit familiaritas. Cicero de Amicitia: Sic quum accepiſſemus à patribus, maximè memorabilem C. Lælii, & P. Scipionis familiaritatem.

Familiariter, aduerb. Domeſticè, ad ſimilitudinem familiarium, σωήθως. Plaut. in Rud. Ah nimium familiariter me at trectas. Terentius in Heaut. Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas (Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto) Facit ut te audacter monеam, & familiariter. Cic. 6. Ver. Præſertim quum is L. Siſenna defenſore tuo tam familiariter uteretur. Familiariter ferre mortem alicuius, id eſt, grauiter & moleſtè, nam quæ ſunt nobis familiaria, ea animo noſtro ſunt chara, inquit Donatus. Teren. in Andr. Huius mortem tam fert familiariter.

Faminor, ſecunda perſona multitudinis Imperatiui futuri, à uerbo faris, quod ueteres pro dicis uſurpabant.

Famoſus, uide Fama.

Famulus, li m. ſ. Originem habet ab Oſcis Italiæ populis, apud quos ſeruus famul dicebatur, ὑπηρέτης. Mart. Argolico famulum non te ſeruire tyranno Vidiſſent gentes, ſeuaq; regna pati. Lucret. libr. 3. Oſſa dedit terra, proinde ac famul intimus eſſet.

Famulus, a, um, adiect. Idem quod familiaris, δουλικὸς. Ouid. 2. de Ponte: Nec dedignata eſt abiectis Illyris armis Cæſareum famulo uertice ferre pedem. Idē 1. Faſt. Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.

Famula, læ, Ancilla, ὑπηρέτις, Cic. 5. Tuſc. Sin autem uirtus ſub iecta ſub uarios incertosq; caſus, famula Fortunæ eſt. Vergilius 8. Aen. Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo Exercet penſo.

Famulor, aris, Famuli officio fungor, ſeruio, ὑπηρετέω. Plin. li. 2. cap. 63. Vt alimentis noſtris famuletur. Ibidem cap. 7. Famulantur æternis ſacris. Fortuna famulante aliquid agere, id eſt, adiuuante fortuna, Claud. de bel. Get. Amagno Stilicone caue, qui ſemper iniquos Fortuna famulante premit.

Famulanter, aduerb. Idem eſt quod ſimpliciter, & in modum famuli, ἱκετευτικῶς. Nonius. Famulanter, ſupplicitèr. Accius Tereo: Semela natum affare, & famulanter pete.

Famularis, re, om. t. Quod pertinet ad famulum ſiue famulam δουλικός. Cicero 1. Tuſc. Qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari ueſte, ne poſſet agnoſci ſi eſſet ornatu regio. Iura famularia dare, pro impetrare populo regia poteſtate. Ouidius 15. Metam. Si Samam intrarit, famularia iura daturum.

Manus

Manus famularis, Sen. Herc. Oetæo turba famularis menſas inſtruit, Stat. 2. Ach.

Famulare, neutrum *pro* aduerbio Seruiliter. Statius 3. Syl. nec turbidus ira, Nec famulare timens, id eſt, more famuli.

Famulatus, us, m q. & Famulitium, Pro ſeruitute, δουλεία. Cic. de Amicitiâ, Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerint. Idem 3. Offic. Quàm miſer ſeruitutis famulatus ſeruientis uoluptati. Varro, apud ignauum dominum duro famulitio aſtrictus. Dicitur etiam famulitium, ſeruorum copia. Macrobius, Vnus è famulitio cui prouincia erat, admittere uolentes dominum conuenire.

Famulatio, f. t. Famulorum famularumq; multitudo, θεραπεία. Apul. lib. 1. Et ecce mulierem quampiam frequenti ſtipatam famulatione.

Fanaticus, Vide Fanum.

Fandus, Vide Faris.

Fannia lex, φάννιος νόμος à Macrobio libro 2. capite 24. numeratur inter leges ſumptuarias, quæ ad nimium conuiuiorum luxum compeſcendum à Fannio Conſule lata fuit, anno poſt urbem conditam quingenteſimo octauo. Hæc ludis Romanis, item ludis plebeijs, Saturnalibus, & alijs quibuſdam diebus in ſingulos dies centenos æris inſumi conceſſit, decemq; alijs diebus in ſingulis menſibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. Vide Gellium lib. 1. cap. 24.

Fanniana pyra, Vide Fauoniana.

Fanum, ni, Templum. σηκὸς, νηός, à Faunis Latinorum diis, qui in dormientibus reſponſa dare ſolebant, ut ait Martianus Capella, uel à Fauno, qui (authore Probo Grammatico) primus oraculi conditor fuit. Feſtus, Fanum à Fauno, uel à *fando*, quòd pontifex in dedicatione templi certa uerba præfari ſolebat. Cicero 1. de Leg. Illud uitioſum Athenis quòd Cylonio ſcelere expiato, Epimeni decreto ſuadente, fecerunt contumeliæ fanum, & impudentiæ. Sunt tamen qui hoc nomen per ph ſcribant, ἀπὸ τῆς φανερᾶς, quod ſignificat manifeſtum, quòd è phano aperta reſponſa dabantur. Ab hoc nomine adiectiuum deducitur. Profanus, ſiue Prophanus, a, um.

Fanaticus, a, um, adiectiuum eſt à fano deductum. Dicuntur autem fanatici quos Græci uocant ἐνθέους, aut θεοφορουμένους, quod non ſua ſponte, ſed diuino numine ferri credantur. Fanatici autem dicti ſunt idcirco quòd in fanis, hoc eſt, in templis ſacerdotes oraculum edituri, huiuſmodi furore corripiebantur: ut elegantèr depingit. Vergil. 6. Aeneid. & Lucanus Pharſal. lib. 5. Liu. lib. 8. bel. Maced. Galli Martis magnæ à Peſſinunte occurrêre cum inſignibus ſuis, uaticinantes fanatico carmine, dea Romanis uiam belli & uictoriâ dare. Quint. lib. 11. Frequens etiam capitis nutus non caret uitio, adeo caput iactare, & comas excutientium rotare, fanaticum eſt. Iuuen. Sat. 2. & crine ſenex fanaticus albo, Sacrorum antiſtes. Cic. pro Domo ſua, Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione homo fanatice, ſacrificium, &c. Fanatico carmine uaticinati, Liu. 8. bel. Maced.

Far, farris, n. t. Olim generale nomen fuit ad omnia genera frumenti: ita dictum à ferendo, quòd à terra proferatur, ſiue (ut Var. placet) à faciendo, quòd in piſtrino fieret, id eſt, præpararetur, & contunderetur. Hinc triticeum far, pro tritico ueteres dixerunt, & hordeaceum far, pro hordeo: & far adoreum, pro certo frumenti genere quod alio nomine ador appellatur. Colum. lib. 8. cap. 5. Poſt hæc cauea cum matre claudendi ſunt, & farre hordeaceo cum aqua incocto, uel adoreo farre uino reſparſo, modicè alendi. Et paulò poſt: Vua labruſca de uepribus immatura lecta cum farre triticeo minuto cocta obijcitur eſurientibus. Propriè autem farris nomine certum quoddam frumenti genus intelligimus, quod primum ab edendo edor, deinde literæ primæ immutatione ador appellatum fuit, quodq; paulò ante etiam far adoreum dici indicauimus. Plin. lib. 18. cap. 8. Vulgatiſſima frumenti genera, far quod adoreum ueteres appellauere, ſiligo & triticum. Et paulò pòſt: Qui zea utuntur, non habêt far. Et rurſum: Ex omni genere duriſſimum far, & contra hyemes firmiſſimum primus antiquo Latio cibus. Et iterũ lib. eodẽ cap. 7. Pop. Rom. farre tantùm è frumento C C C. annis uſum, Verrius tradidit. Farris quatuor ſunt genera, cluſinum, uermiculum duplex, & trimeſtre, quod & alicaſtrum uocatur. Vide Columellam lib. 2. cap. 6.

Farraca, χονδρίτις. dicuntur cibaria ex farre.

Farreus, a, um. Quicquid ex farre confectum eſt, ut Panis farreus. Columella lib. 7. cap. 12. Farreo, uel tritico pane ſatiandi ſunt.

Farreum, rii, n. ſ. Genus libi ex farre factũ, ἄσσος. Plin. lib. 18. cap. 3. Nouæ nuptiæ farreum præferebant. Farreum quoq; ueteres uocabant horreum à farre: ſicut granarium à grano, & horreum ab hordeo.

Farreatio, f. t. Genus ſacrificij erat quo ſacerdotum nuptiæ confirmabantur. Nam ut author eſt Boëtius in Top. Cic. tria erant genera uxorum: unum quum uxor tantùm in lecti partem ueniebat, quam matronam uocabãt. Alterum quum in manu, mancipiumq; uiri conueniebat, omniumq; eius fortunarum fiebat particeps, & marito ſuo inteſtato ut hæres ſuccedebat, & maritus uiciſſim illi: cuiuſmodi uxores matres familiãs uocabantur. Tertium, quum adhibito libo farreo, certa ſacrificij ſolennitate nuptiæ contrahebantur. Sed huiuſmodi ſolennitate in contrahendis nuptijs ſoli ſacerdotes utebantur. Porrò matrimonium per farreationem contractum, non niſi per diffarreationem poterat diſſolui. Erat autem diffarreatio aliud ſacrificij genus, quo nuptiæ per confarreationem contractæ, contrario ritu diſſoluebantur.

Farrago, pen. prod. f. t. huius farraginis, Quod ex multis ſatis, ut hordeo, uicia, & legumenibus fit, pabuli cauſa, χόρτος, ἄγρωστις. Varro, Inde quòd far ferro cæſum, farrago dictum, aut quòd primum in farracea ſegete ſeri cœptum ſit. Diuerſarum quoque rerum commiſſio, farrago dici poteſt. Iuuen. Satyr. 19. Quicquid agunt homines, uotum, timor, ira, uoluptas, Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli. Perſius autem Sãtyr. 5. Farraginem pro farre uel frumento poſuit, quum inquit, Vappa & lippus, & in tenui farragine mendax.

Farina, æ, f. p. Frumentum mola comminutum, & in puluerem redactum, ἄλευρον, ἄλφιτον. quod nomen à farre deductum tradit Plinius libro 18. cap. 9. Nam (inquit) quæ ſicca moluntur, plus farinæ reddunt: quæ ſalſa aqua ſperſa candidiorem medullam: uerùm plus rerinent in furfure. Farinam à farre dictam, ex nomine ipſo apparet. Hæc ille. Scribitur tamen unico r, quanuis far in obliquis r geminet. Corripit enim primam ſyllabam. Martialis lib. 13. Paſcitur & dulci facilis gallina farina. Ouidius de Med. faciei, Nam quę puluereæ fuerint confuſa farinę. Perſius Satyr. 3. cribro deculſa farina.

Farinaceus, a, um, Quod factum eſt ex farina, ἀλευρώδης.

Farinarium, n. ſ. Locus ubi ſeruatur farina, ἀλευρῶν.

Farinarius, a, um, Quod ad farinam pertinet. Plin. lib. 18. Farinario cribro ſuccernunt.

Farcio, is, farſi, fartum, a. q. Sagino, pinguefacio, ſaturo, quaſi farre impleo, συμπληρόω, σιτεύω. Colum. lib. 8. cap. 7. Hæc enim ferè communis eſt cura farcientium: nam illi qui uolunt nõ ſolùm opimas, ſed etiam teneras aues facere, mulſea recente aqua prædicti generis farinam conſpergunt, & ita faciunt. Significat & quouis modo implere, idq; per metaphorã. Plin. in Epiſt. Præterea architectus ſanè æmulus eius, à quo opus inchoatum eſt, affirmat parietes (quanquam 22. pedes) latos impoſita onera ſuſtinere non poſſe: quia ſint cemento medij farti, nec teſtaceo opere præcincti. Farcire alicui centones. Plaut. in Epid. hic non eſt locus: Quin tu alium quæras cui centones farcias, id eſt, quem tu glorioſis mẽdacijs, & conſarcinatis fabulamentis expleas. Huius uerbi compoſita ſunt Confercio, Effercio, Infercio, Offercio, à quo Offertus, a, um, nomen adiectiunm ex participio, idem ſignificans quod pinguis. Plaut. Capt. Sine ſacris hæreditarem ſum adeptus offertiſſimam. Refercio, repleo, unde Refertus participium idem quod repletus.

Fartus, ſeu Farctus, participium. Cicero 7. Verrin. Lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitenſi roſa fartus. Martialis lib. 5. Hic farta premitur angulo Ceres omni. Plinius libro 29. cap. 5. Fartus uentriculus coriandro.

Farcimen, n. t. penult. prod. Huius farciminis, Inteſtinum uariè ac minutim conciſa carne refertum, ἀλλᾶς. Varro libro 6. de lingua Latina, Ab eadem fartura farcimina extis appellata.

Fartores, m. t. Qui farcimina faciunt ex inſecta carne & adipe, & huiuſmodi, ἀλλαντοπῶλαι. Aut certè qui aues maceratas ab aucupibus emptas, lucri gratia farciunt, hoc eſt, ſaginant, σιτεύουσι. Teren. in Eunuc. Cupedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui

coqui, fartores, aucupes. Colum. lib. 18. cap. 7. Pinguem quoq; facere gallinam, quanuis fartoris non ruſtici ſit officium. Hoc etiam uocabulo, authore Feſto, appellati ſunt nomenclatores, quòd obuiorum nomina candidatis in aurem infarcirent.

Fartilis, le, om. t. pen. cor. Idem eſt quod fartus, εἰρυτὸς. Plin. lib. 10. cap. 21. de anſeribus & eorum iecore loquens: Noſtri ſapientiores, qui eos iecoris bonitate nouere, fartilibus in magnam amplitudinem creſcit. Vbi fartiles anſeres uocat fartos & ſaginatos.

Fartum, ti, n. ſ. Genus libi, à farciendo dictum: quod multis uarijs rebus farciretur. Perſius Satyr. 2. Attamen hic extis, & opimo uincere farto Contendit. Veteres enim (ut Cato de Re ruſt. ſcribit) ſtruem farris, tritici, hordei, fabę, ſeminis rapacij, ture ac uino additis, ante meſſem parabant in porcæ prędanę immolationem, Ianoq; & Ioui, ac Iunoni ſacrificabant: quæ diuerſarum rerum congeries, fartum appellabatur. Eſt item fartum quo quid farcitur, uel fartum eſt. Columella lib. 3. Semper proderit, ſimul ac folia agere cœperit ficus rubricam amurca diluere, & cum ſtercore humano ad radicem infundere: ea res efficit uberiorem fructũ, & fartum fici ſpecioſius, & plenius. Fartum ueſtis, pro ipſo corpore poſuit Plaut. in Moſt. Non ueſtem amatores mulieris amãt, ſed ueſtis fartum.

Fartura, ę, f. p. Dicitur actus, modusq; farciendi altilia. Col. lib. 9. Sed ſi faſtidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit quot iam farturæ præceſſerint.

Fartim, aduerbium, Penè idem quod aceruatim, æmulatim, συναθροίσμῶς, Apuleius., Parabat ſiſcum fartim conciſum.

Farſenum, Virgulti genus eſt, inquit Feſtus.

Farfugium, gii, n. ſ. Herba eſt nymphææ non abſimilis, circa fluuios naſcens, populi folio, ſed ampliore, χαμαιπίτυκη. Alio nomine Sarranum dicitur. Vide Plinium libro 24. cap. 15.

Faris, uel fare, fatur, fatus, A fero deductum eſt, quod inter alia ſignificata ſignificat loqui, φάσκω. Quanquam fari teſte Varr. minus ſit quàm loqui. Pueri enim cum primùm uocem edere incipiunt, quæ intelligi poteſt, fari dicũtur. Plin. lib. 11. cap. 51. Qui celeritas fari cœpere, tardius ingredi incipiunt. Loqui autem nemo dicitur niſi qui ſeruato quodam uerborum ordine perfectè quę ſentit efferre poteſt. Vnde pueri qui nondum fari didicerunt, infantes dicuntur. Hæc tamen Varr. differentia nõ obſeruatur. Ver. lib. 6 Sic fatur lachrymas claſſiq; immittit habenas. Legitur & in ſignificatione paſſiua Suet. Prætorum faſti dies ſunt, quibus ius fatur. id eſt, dicitur, ſicut nefaſti, quibus non dicitur, ἀποφράδες. Huius uerbi prima perſona deberet eſſe for, ut inquit Priſc. quę tamen nõ eſt in uſu. Eius cõpoſita ſunt, Effari, eloqui. Affari, alloqui, προσπῶμι. Cic. in Cat. Licet mihi iiſdem uerſibus affari te ô Attice, quibus affatur Flaminium ille uir. Pr...ri, ante fari, προλέγειν. Colum. in Præf. Quas ordine ſuo tunc demũ perſequar quum præfatus fuero quę reor ad uniuerſam diſciplinam maximè pertinere. Profari, idẽ quod effari. Ver. 1. Aen. tum breuiter Dido, uultum demiſſa profatur.

Fando, gerundium. Plaut. Amphitr. quę neque fieri Poſſunt, neque fando unquam accepit quiſquam, profers carnifex. Cic. pro Quintio, Non deniq; ulla unquam interceſſit poſtulatio, mitto æqua, uerùm ante hoc tempus ne fando quidem audita.

Fans, partic. Propert. lib. 3. Eleg. 7. Subtrahit hæc fantem tota uertigine fluctus.

Fatus, participium, Vergil. 2. Aeneid. ſic fatus, deinde conantem Androgei galeam, clypeique inſigne decorum Induitur.

Fandus, da, dum, Quanuis ratione originis uideatur ſignificare quod fatu dignũ eſt: ferè ſemper tamen accipitur pro eo quod iuſtum, æquum ac licitum eſt, θέμις, quemadmodũ ecõtrario infandum & nefandum dicimus quod iniuſtum eſt, & illicitum. Liu. Ita reſperſæ fando, nefandoq; ſanguine aræ. Cic. 1. de Diuin. ex uetuſto quopiam Poëta, neq; me Apollo fatis fandis inuitam ciet. Vergil. 1. Aeneid. At ſperate deos memores fandi, atq; nefandi. hoc eſt, iuſti atq; iniuſti, interprete Seruio.

Farrago, Farreatio, Farreum, Farina, Farinaceus, Farinarius, Vide Far.

Fartilis, Fartim, Fartores, Fartum, Fartura, Vidẽ Farcio.

Fas, Nomen eſt defectiuum tres tantùm caſus habens, eoſque in ſingulari numero, nominatiuum uidelicet, accuſatiuum & uocatiuum, θέμις, ὁσία. Eſt autem Fas idem quod pium, religioſum, & fari dignum: & ad deos refertur, ſicut iuſtum ad homines. Ver. 1. Georg: Fas & iura ſinunt, id eſt, diuina & humana iura permittunt. Et paulò pòſt: Quippe ubi fas uerſum, atq; nefas, tot bella per orbem, Tam multæ ſcelerum facies. Fas eſt, id eſt, licitum. Plaut. in Aſin. Neq; pol te accuſo, neq; id me facere fas exiſtimo. Cic. pro Mil. Clodium nihil delectat quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. Tacit. lib. 14. Et hominum fibris conſulere deos fas habebant. Quint. libr. 3. cap. 8. In iudiciis enim uulgò fas habetur indulgere aliquid ſtudio ſuo. Huius contrarium eſt Nefas, quod eſt impium & execrabile, ἀθέμιτον.

Faſcía, æ, f. p. Genus linteoli quo pueri uel aliud quid ligari ſolet, ἐπίδεσμος, σπάργανον. Cic. 2. de Diuin. Defert ad conſectorem quidam ſomniaſſe, ſe ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. Et propriè, pro tegumento crurum pedumque faſciæ poni conſueuerunt: ideoq; crurales, pedulesq; di cuntur. Vlp. Faſciæ crurales, pedulesq; ueſtis loco ſunt, quia partem corporis ueſtiunt. Plin. lib. 8. Mures portendiſſe exitium Carboni Imperatori arroſis faſciis quibus in calceatu uteb atur. Colum. lib. 7. Rectè genibus applicantur ac faſciis circundantur. Faſcia pectoralis, qua mulieres mammas tegunt. Mart. libr. 14. Item faſciæ dicuntur ſectiones quædam orbis, quæ ab Aſtrologis zonæ: ſiue plagæ appellantur. Mart. Orbis terræ in quinque zonas, ſiue melius faſcinas diſcernitur. Aliquando ponitur pro nube, in modum faſciæ cælum percurrente. Iuuen. Saty. 14. Nil color hic cæli, nil faſcia nigra minatur.

Faſciola, f. p. diminutiuum, Parua faſcia, ἐπιδέσμιον. Cicer. de Aruſp. reſp. P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebrib. ſoleis, purpureiſq; faſciolis, à ſtrophio, à pſalterio, à flagitio, à ſtupro eſt factus repentè popularis. Hor. li. 2. Serm. ſaty. 3. ponas inſignia morbi Faſciolas, cubital, focalia.

Faſcio, as, are. a. p. Eſt faſcia ligare, σπαργανίζω. Spartianus de Antonio Pio: Sed quum eſſet longus & ſenex, incuruatusq; tili aciis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, ut rectius incederet. Mart. libro duodecimo, Nec faſciato naufragus loquax trunco.

Faſciculus, Vide Faſcis.

Faſcínum, n. ſ. pen. cor. Quoddam incantionis genus, quo homines ita ligantur, ut liberi non ſint, nec mentis compotes, ſæpeque ad extremam maciem deueniant, βασκανία, βάσκανος. Horatius pro membro uirili poſuit in Epod. Ode octaua, Illiterati non minus nerui rigent, Minuſue languet faſcinum?

Faſcino, as. a. p. pen. cor. Eſt malefico aſpectu, uel peſtifera laudatione alicui noceo, καταγοητεύω. Ver. 3. Eclog. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Lingua mala faſcinare aliquid, Catullus ad Lesb. Fit autem à uerbo Græco βασκαίνω, quod ſignificat inuideo, indignor, iraſcor, accuſo. Huius compoſitum eſt Effaſcino.

Faſcinans, tis, participium. Plinius libr. 13. cap. 4. Dente contra faſcinantes religione politum.

Faſcinatio, onis, Plin. lib. 28. cap. 1. Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? Idem libr. 19. cap. 4. Hortosq; & fores tantum contra inuidentium, faſcinationes dicari uidemus.

Faſcis, huius faſcis, m. t. Lignorum aliarumue rerum colligatarum congeries, δέσμη. Vnde faſcem cocularium uocare poſſumus id quod Galli Pariſienſes uocant, Vne bourree. Nam cocula (ut Feſtus ait) ſunt ligna minuta quibus facilè coquuntur obſonia. Cæſar 8. bel. Gal. Faſces ſtramentorum, ac uirgultorum. Sic faſces calamorum, apud Martial. libro 14. Per translationem quandoque ponitur pro onere, ἄχθος. Nam faſces lignorum, ſeu aliarum rerum, graues ſunt portantibus. Verg. in Bucol. ego hoc te faſce leuabo. Idem 3. Geor. Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis, Iuſto ſub faſce uiam dum carpit. Erant præterea faſces apud Romanos magiſtratuum inſignia, quæ illis à lictoribus præferebantur: Conſulibus quidem duodeni, Proconſulibus autem & Prætoribus tantùm ſeni. Fiebant autem ex betula arbore in eum uſum ex Gallia in Italiam translata. Figura faſcium erat huiuſmodi, Detractis ex betula arbore uirgis, ita includebatur ſecuris, ut acies ferri in ſummitate emineret, reliqua pars circumducto loro tegeretur. Quod eo conſilio à maioribus fuit excogitatum, (ut docet Plutarchus in Problematibus)

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

blematibus) ut offenderent magiſtratuũ iram in ſumendo ſupplicio non debere eſſe præcipitem, eosque faſces habere ſed tamen ligatos: quiq; ſine iuſta cauſa non debeat diſſolui. Præterea ſi ſubitò in aliquem magiſtratus excanduiſſet, ut ea mora, dum uirge, aut ſecuris expediretur, furor ille aliqua in parte ſubſideret. Duo autem uidebant eſſe facinoroſorũ genera, quorum alterum ſperabatur poſſe emendari, alterum plane erat deploratum. Qui igitur corrigi poterũt, uirgis caſtigabãtur: malitia uerò deplorata ſecuri amputabatur. Quoniam uerò faſces erant magiſtratuũ inſignia, factũ eſt ut pro ipſius etiam magiſtratib. ponantur. Verg. 2. Georg. Nõ illum populi faſces, non purpura regum Flexit. Hinc Sũmittere faſces, eſt autoritatẽ uimq; Imperii, reuerẽtiæ alicuius ſubmittere, ὑφέναι τὰς ῥάβδους τῷ πρόσθεν τῆς τιμῆς. Sic Publicola, teſte Liu. lib. 1. ab Vrb. Cũ populo Rom. acturus, eius maieſtati faſces ſubmiſit. hoc eſt, lictores, ceteraq; magiſtratus inſignia à ſe recedere iuſſit, ut ueluti priuatus populi indiciũ ſubiret. Verba Liuii ſunt hęc: Vocato ad conciliũ populo, ſummiſſis faucibus in concionem aſcendit. Ad hunc etiam modũ intelligendum eſt illud Plinii lib. 7. cap. 39. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Poſſidonii ſapientiæ profeſſione clari domũ, fores percuti de more à lictore uetuit: & faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens, Occidẽsq; ſubmiſerat, hoc eſt, lictores ſuos ad ianuam ſubſiſtere iuſſit, ut ueluti priuatus familiariter cum Poſſidonio colloqueretur.

Faſciculus, m. ſ. dimin. Parua faſcis, δέσμη, ut Faſciculus literarum. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. Idem ad Tironẽ: Quòd faſciculus alter ad me iam ſine tuis literis perlatus eſt. Accipitur & pro olfactorio, ὀσφαντήριον. Cic. 3. Tuſc. Faſciculũ ad nares admouebis, incẽdes odores, & ſertis redimiri iubebis, & roſa.

Faſceatim. Quintilianus lib. 1. cap. 4. Adiiciebãt & aſſeuerationem, ut heu: & attractionem faſceatim: quæ mihi non approbantur.

Faſelus, m ſ. pen. prod. Siue Phaſelus, φάσηλος. Straboni & Appiano nauigii genus fuit, miſtam habens formam ex one raria, & longa triremi, quod tam uelis quàm remis agi poterat. Nonius faſelum interpretatur nauigiũ Campanum. Sunt tamen qui in Pamphylia primùm inuentum eſſe, & à Phaſelide oppido nomen accepiſſe exiſtimẽt. Verg. 4. Geor. Et circum pictis uehitur ſua rura Phaſelis. Salluſt. lib. 3 Hiſtoriarum, Et fortè in nauigando cohors una grandi phaſelo uecta, à cæteris deerrauit. Vide latius infrà in dictione Phaſelus.

Faſeolus, li, m. ſ. φασήολος, Genus leguminis, ſiliquã ferens longiorem quàm fœnogræcum, quæ unà cum ſemine manditur uiridis ex oleo & garo. Col. lib. 2. cap. 17. Faſeoli modii quatuor obruuntur totidem operis. Legitur & Faſelus, li, per tres ſyllabas. Verg. 1. Georg. Seu pinguem uiciamq; feres, uilęmq; faſelum. Galen. lib. 1. de Alim. facul. faſeolos diſtinguit à faſelis: uultq; faſeolum plantam hortenſem eſſe eandẽ cũ ſmilace, cuius fructus lobi dicuntur, & dolichi Theoph. Faſelum autem eundem eſſe cum cicercula, aut certè eius ſpeciem, quæ etiam hodie Faſillorum nomen apud uulgus retinet.

Faſti dies, Dicti ſunt, quibus ſine piaculo Prætoribus licebat tria uerba fari, ſcilicet, do, dico, addico, αὐ ἔνθεσιμοι, δικάσιμοι ἡμέραι. & Nefaſti, quibus non licebat fari. Ouid. lib. primo Faſtor. Ille nefaſtus erit, per quem tria uerba ſilentur: Faſtus erit per quem lege licebat agi. Faſti etiam libri erant, in quibus totius anni res Pop. Rom. ſcriptæ continebantur, & cauſæ feſtiuitatum explicabantur, qualesſunt libri illi, quos Ouid. ad imitationem Callimachi de cauſis feſtorũ conſcripſit: quorum argumentum ipſe explicat lib. 1. Faſt. his uerſibus: Sacra recognoſces annalib. eruta priſcis, Ex quo ſit merito quæque notata dies. Inuenies illic & feſta domeſtia uobis: Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus auus. Pro eodem etiam legimus Faſtus, huius faſtus, per quartam declinationẽ. Lucan. lib. 10. Nec meus Eudoxi uincetur faſtibus annus. Et ut autor eſt Priſc. eadem forma dicitur faſtus, uel faſti, qua ſenatus uel ſenati, ornatus uel ornati, apparatus uel apparati. Ante tẽpora Appii Cæci, Romani faſtos non habebant, pauciq; ſciebant, poſſe lege agi, nec ne, donec Cn. Flauius Appii ſcriba, compilatis patroni ſcriniis, faſtos populo publicè legendos propoſuit: quod adeò gratum pop. Rom. extitit, ut illum primum Tribunum plebis, deinde etiam Aedilem curulem deſignarint.

Faſtidio, Faſtidium, Vide Faſtus pro ſuperbia.

Faſtigium, gii, n. ſ. Altitudo & ſummitas operis, quæ à latitudine ſurgere incipiens, paulatim tollitur in acumen, κορυφὴν. Hinc illam formam in quacunq; re, faſtigium dixere κῶνον. Verg lib. 1. Aen. & faſtigia ſuſpicit urbis. Cæſar 7. belli Gall. Mediocri interiecto ſpatio, pari altitudinis faſtigio. Pli. in Paneg. Exceſſuros templorum faſtigio titulos. Quandoq; eſt quod uulgus Statum uocat, unde apud Liu. Ciues eiuſdem faſtigii, hoc eſt, eiuſdem ſtatus, ſortis, conditionis, aut dignitatis, ἴσοι τὴν τάξιν. Curtius: Humanum faſtigium excedit is. id eſt, humanæ conditionis modum, μείζονες ἢ κατὰ ἀνθρώπους γινόμενοι. Hinc attollere faſtigium, id eſt, augere nomen, exiſtimationemq;. Quandoq; accipitur pro profunditate, ſiue altitudine. Verg. libro 2. Georg. Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras. Per translationẽ etiam pro cuiuslibet rei fine & extrema manu, quæ operi imponitur. Cicero libro tertio Officiorum, Sed quoniam operi inchoato, propè tamen abſoluto, tanquam faſtigium imponimus. Tractata eſt Metaphora à ratione ædificiorum, quibus acuminatum illud tectum, quod faſtigium uocatur, ultimo loco imponitur.

Faſtigio, gias, actiuum, primæ, Acumino, & quaſi in faſtigium erigo, ὀξόω. Pli lib 18. cap. 7. Frumẽta hyeme in herba ſunt, uerno tempore faſtigiantur in ſtipulam, quæ ſunt hyberni temporis. Sic dicimus, Faſtigiatum in metam: quod ſumma ſui parte acutius quàm ima, metæ habet ſimilitudinẽ: & faſtigiatum in mucronem, quod ſumma ſui parte cuſpidata mucronem refert. Liuius 7. belli Macedonici, Ipſe collis eſt in modum meræ in acutum cacumen à fundo latis lato faſtigiatus.

Faſtigo, as. Silius lib. 7. mediamq; per aluum Senſim faſtigans, compreſſa cacumina nectit. Sic legitur & apud Cæſarẽ, Collis leuiter faſtigatus.

Faſtigatio, Verbale. Plin. lib. 17. cap. 14. Calami executio medullam ne nudet: tenui tamen fiſtula detegat, ut faſtigatio læui deſcendat cuneo, tribus non amplior digitis.

Faſtoſus, Vide ſequentia.

Faſtus, huius faſtus, m. p. Superbia, & elatio quædã cum iactantia uerborũ, & propriè indigna ſuiipſius per ſuperbiam exiſtimatio, cum contemptu aliorum, τύφος. Plin. lib. 11. cap. 37. Hæc maximè indicant faſtus. Idem lib. 9. cap. 35. Superbo ſimul ac procaci faſtu, ut regina meretrix.

Faſtoſus, a, um, Qui magno faſtu alterum cõtemnit. Mart. lib. 10. Ad nocturna faces faſtoſæ limina mœchæ.

Faſtidio, dis, pen. prod. diui, ditum, 2. q. à faſtu fit. nam propriè faſtidire, eſt cum faſtu quodã cõtemnere, ἀποσφέρομαι, cum accuſatiuo, διακεῖσθαι παρόμοιον, ὑβριστικῶς. Ver. 2. Ecl. Inuenies aliũ, ſi te hic faſtidit, Alexis. Dicitur etiã de ſtomacho, quũ cibum aliquem reſpuit, conſtruiturq; ſæpiſſimè cum accuſatiuo, interdum etiam cum genitiuo. Horatius in Serm. Num eſuriens faſtidis omnia, præter pauonem, rhombumque? Plautus in Aululari, Abiit, neque me certiorem fecit, faſtidit mei. Lucil. libro ſeptimo, Difficiles ſumus, faſtidimus bonorum.

Faſtiditus, pen prod. Faſtidio habitus, παροφθὰς, καταφρόνητος, Lucan. pars magna Senatus Faſtidita iacet. Plin. in Præfat. Res ardua uetuſtis nouitatem dare, nouis autoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem. Verba faſtidita repellere, Ouid. 4. de Ponto, Domus faſtidita, Idem 2. de Rem. Amor.

Faſtidium, dii, n. ſ. Contemptus, atq; etiam tædium, καταφρόνησις. Cic. 12. Phil. Si eſſent arrogantes, non poſſem ferre faſtidium. Quint. lib. 9. ca. 3. Quotidiani & ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium leuat. Faſtidium meum, quo ego alios faſtidio: faſtidiũ mei, quo ab aliis faſtidior. Quint. Ceu mulier omnibus expoſita calamiſtratibus, uanitatem faſtidio mei, deſpectuq; captauit. Ad hunc etiam modum, Faſtidium ſtomachi dicimus, quum nos ciborum nauſea capit & facietas. Plin. lib. 7. cap. 6. Faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, indicia ſunt hominis inchoati.

Faſtidioſus, Qui omnia faſtidit, δύσκολος. ὑπερηφάνως, ὑπερφρων Cic. de clar. Orat. Propterea quòd Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in cauſis recipiẽdis erat, faſtidioſior Craſſus, ſed tamen recipiebat.

Faſtidioſè, aduerb. Cic. de Orat. Quàm diligenter, quàm ſæpe faſtidioſè iudicamus? Idem 2. de Orat. Nolo enim dicere de tam ſuaui homine faſtidioſius.

Fatalis, Patanageton, apud Dioſc. lib. 4. cap. 102.

Fatalis, Vide Fatum.

Fateor, teris, faſſus, d. ſ. Confiteor, uerum eſſe concedo, ἀναμένομαι

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

μολογοῦμαι, σύφημι, ὁμολογέω. Terent in Andr. Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoq;. Mart. lib. 5. Ingenium, studium q; tibi, mores q;, genus q; Sunt Equitis, fateor, cætera plebis habes. Seru. inquit, fateri esse coactorũ, & culpabilium. Verg. 4. Aeneid. Anna, fatebor enim) miseri post fata Sichæi, &c. Donatus item, Fateri non testis est, sed rei. Terentius in Eunucho, Vidistin' fratrem Chæream? D. Non. P. Non potest sine malo fateri, uideo. Cicero 3. Tusculanarum, Vt uictum se quando q; esse fateatur. Huius cõposita sunt, Confiteor, quod est eiusdem significationis cum suo simplici. Diffiteor, Infiteor, quæ significant non fateor, nego. Profiteor, uide suo loco.

Faticanus, Fatidicus, Fatifer, Fatiloquus, Vide Fatũ.

Fatigo, gas, pen. prod. Lasso, siue ad latitudinem perduco: quasi fatim ago, καταπονῶ, καματόω. Est autem Fatim aduerbium eiusdem significationis cum suo composito affatim, hoc est, ualde, seu uehementer. Verg. 5. Aen. Veloces iaculo ceruos, cursu q; fatigat. Liu. 8. ab Vrb. Qui aliquandiu pugnatroci quum & semetipsi fatigassent, & hastas aut præfregissent, aut hebetassent. Aliquando percutio. Ver. 9. Aeneid. uersa q; iuuencum Terga fatigamus hasta. Aliquando perturbo, cõmouco, ἐνοχλέω, ἐκπλήττω. Verg. 1. Aeneid. Quæ mare nunc, terras q; metu, cælum q; fatigat: Præcipites uigilate uiri. Aliquando cohibeo, ἔιργω. Cic. lib. 3. Offic. Qui non uerbis sunt & disputatione philosophorum, sed uinculis, & carcere fatigandi. Huius compositum est Defatigo, ualde fatigo. Terent. in Adel. Vtinam quidem (quod cum salute eius fiat) ita se defatigarit uelim, ut triduo hoc perpetuo prorsus è lecto nequeat surgere.

Fatim, aduerb. est antiquum idem significãs quod abundè, copiosè, ἀφθόνως, à quo affatim compositum eiusdem significationis. & uerba fatisco, & fatigo: quæ uide suo loco.

Fatim = affatim hisco.

Fatisco, is, ere, n. t. Est abundanter aperiri, quasi fatim hiscere, χάινειν. Ver. 1. Aen Accipiunt inimicum imbrem, rimis q; fatiscunt. Vbi Seruius: Fatiscunt, abundanter aperiuntur. Fatim enim, abundanter ueteres dixerunt: unde & affatim: hiscere autem aperiri. Fatiscor à fateor deduci notauit Aulus Gellius lib. 17. capite secundo. Qu. Claudii Annaliũ lib. 1. Fatiscere etiam sæpe accipitur pro deficere, ἀποκάμνω, ἀπαχορέω, καταπονοῦμαι, ἀποπέμπομαι. Columella libro 2. capite 14. Sed omni solo, quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, una præsens medicina est, ut stercore adiuues, & absumptas uires hoc uelut pabulo refoueas. Vergil. 1. Georgic. neu puluere uicta fatiscat. Tacit. libr. 14. Ipse exercitus q; eius per inopiam, & labores fatiscebant, carne pecudum popularе famen adacti.

Fator, aris, Multùm loquor, πολυλογέω. Est enim frequentatiuum à uerbo fari. Festus: Farantur, id est, multa loquuntur.

Fatuitas, Vide Fatuus.

Fatum, ti, n. s. a, partic. fatus (teste Prisc.) deducitur, quòd fatum nihil aliud sit quàm dictum & iussum diuinum, εἱμαρμένη, τὸ πεπρωμένον. Cicero libro 1. de Diuin. Fieri igitur omnia à fato, ratio cogit fateri. Fatum autem appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriemq; causarum, quum causæ causa nexa, rem ex se gignat. Ea est ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna Quod quum ita sit, nihil est factum, quod non futurum fuerit: eodemq; modo nihil est futurum, cuius non causas idipsum efficientes natura cõtineat. Ex quo intelligitur, ut fatum sit non id quod superstitiosè, sed id quod physicè causa æterna rerum appellatur, cur & ea quæ præterierunt, facta sint: & quæ instant, fiant: & quæ sequuntur, futura sint. Chrysipp. referente Gellio, definit fatum esse sempiternam quandam, & indeclinabilem rerum seriem. Senec. in quæst. natu. Quid intelligis fatum? Existimo necessitates rerum omniũ, actionumq;, quas nulla uis rumpat. Apud Poetas fatum quandoq; capitur pro natura, ut docet Aul. Gel. lib. 13. cap. 1. exponens hunc locum Cicer. ex prima Philip. Multa autem impendere uidentur, præter naturam etiam, præterq; fatum. Verg. 4. Aeneid. Nam quia nec fato, merita nec morte peribat. Quando hoc pro oraculo, quod dii fantur, λέγουσι. Verg. lib. 2. Aeneid. Oblitus fatorũ, Italas ne capesceret oras. Quando q; pro morte: quia nihil tam necessarium impendet homini, quàm mors: unde Fato concedit, qui moritur: pro quo etiam Fungi fato dicimus. Plin. in Paneg. In Principe enim, qui electo successore fato concessit, una eademq; certissima diuinitatis fides est, bonus successor.

Fatalis, le, om. r. Quicquid nobis ex fato debetur, siue bonum sit, siue malum, πεπρωμένον, εἱμαρμένον, προσῆκον. Cic. 2. de Diuin. Si enim prouideri nihil potest futurũ esse eorum, quæ casu fiunt, quia esse certa non possunt, diuinatio nulla est. Sin autẽ idcirco possunt prouideri, quia certa sunt & fatalia, rursus diuinatio nulla. Fatale remedium. Valla lib. 1. Eò legatis missis unicã fatalis remedii opem impetraturam se credidit. Accipitur nõnunquam fatalis pro eo, quod fatum, hoc est, mortem affert. Inde fatalem ensem dicimus, & fatale cicutæ poculum.

Fataliter, aduerbium. Cicero de Diuinat. Et omnia quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter.

Faticanus, faticani, Qui fata canit, id est, futura prædicit, χρησμολόγος. Ouid 9. Metamor. Hæc ubi faticano uenturi præscia dixit. &c.

Faticinus, ni, eiusdem significationis. Ouid. 15. Metam. sic dicere uates, faticinas q; ferunt sortes.

Fatidicus, ci, pen. corr. Qui nobis fata, id est, decreta deorũ exponit, ἔνθεος, μάντις, λόγιος, χρησμολόγος. Vnde fatidici libri, qui continent fata populorum, quales erant Romæ Sibyllini libri, qui & ab historicis fatales appellantur. Fatidici uates, & fatidica Manto nominatur, quoniam erat fatiloqua, hoc est, futurorum præscia, & uaticinatrix. Vergil. 8. Aeneid. Quam memorant nymphę priscum Carmentis honorẽ Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros Aeneadas magnos. Plinius in Epistolis, Præsens numen, atq; etiam fatidicũ indicat sortes.

Fatifer, a, pen. cor. Idem quod mortiferũ, quasi fatum, hoc est, morrem afferens, μόρσιμος. Verg. 8. Aene. inter q; manus & brachia uersat Terribilem cristis galeam, flammas q; uomentem, Fatiferum q; ensem.

Fatiloquus, a, um, pen. cor. adiectiuũ, Idem est quod fatidicus: χρησμολόγος. Liu. 5. ab Vrbe, Venerabilior diuinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllę in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerant.

Fatuus, A dieft. Idem quod insipidus, & propriè de cibis dicitur: qui quum non sapiunt, fatui dicuntur, ἄναοτος. Mart. in distichis: Vt sapiant fatuæ fabrorũ prandia beræ. O quàm sæpe petet uina piper q; coquus. Quoties aũt ad homines trãsfertur, idem est quod insipiens, uel insulsus, ἀνόητος, ἠλίθιος, μῶρος. Terent. Eunuc. Fatuus est, insulsus, tardus. Vbi Donatus, Fatuus, inepta loquẽs: à fando fatuus dicitur. Inde Fauni Fatui, & Nymphæ Fatuæ dict q; sunt. Et iterum, Fatui sunt, qui uerbis & dictis stulti sunt. Insulsi uerò corde & animo. Fatuus à fando, inquit Varro, qui fatur quod puer primò fatur, hoc est, qui inepta loquitur. Cicero de Oratore, Hoc præceptum est, magis que monitoris non fatui, quàm eruditi magistri.

Fatuitas, atis, f. t. Insipientia, stultitia, ineptia, stoliditas, ἀνοία. Cicero ad Attic. lib. 11. Ego huius miserrima fatuitate conflictor. Idem 2. de Inuentione, Non hanc impudentiam, aut ea sum, aut necessitudinem: sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

Fatuor, aris, d. p. Idem quod ineptire, ληρέω, ψυχρολογέω. Seneca de Morte Claudii: Audi me, & desine fatuari. Nonnunquam idem est quod diuino furore corripi, quemadmodum fanatici solent. Iustin. libro trigesimo quarto, Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assiduè diuino spiritu impleta, ueluti per furorem futura prænonebat: unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.

Faueo, es, faui, faut, fautum, n. s. Alicui bene cudio, προσίεμαι, συμπαραλαμβάνω, σπουδάζω. Terentius in Eunucho, Beoe Aedepol narras: nam illi faueo uirgini. Fauere etiam tacere est, ut docet Donatus. Terentius in Andria, Fauete, adeste æquo animo. Fauere faucibus, anriqui dixerunt pro silere: Cicero 2. de Diuinatione. Qui quidem silentio noctis (ut ait Ennius) fauent faucibus: rursus cantu plausuq; premunt alas. Loquitur de gallis. Pro eodem etiam frequens est Fauere linguis. Cicero primo de Diuin. Idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatum q; esse, præfabantur: rebus que diuinis, quæ publicè fierent, ut fauerent linguis, impetrabatur: in q; feriis impetrandis, ut litibus & iurgiis se abstinerent. Ouidius 15. Metamorphoseos, animis linguis q; fauete. Tibullus: Vos iridẽ & linguis quisque fauete suis. Ad eundem modum dixit Vergilius quinto Aeneid. Ore fauete omnes. Vbi Seruius: Fauet ore quis per taciturnitatem. Ventis fauentibus nauigare, Ouidius decimoquinto Metamor. Venti cælo pelago q; fauentes, Ouid. Epistol. 2.

Fauetur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fauetur, impersonaliter, Cui contrarium est inuidetur. Cicero secundo de Oratore, Inuidetur enim commodis ipsorũ hominum: studiis autem eorum cæteris cõmodandi fauetur. Idem libro secundo Officiorum, Quod eo firmiore animo facient, quia non modò non inuidetur illi ætati, uerùm etiam fauetur.

Fauor, oris, m. t. Verbale, Est uoluntas, studium, uel uox alicui bene cupientis, εὐφημία. Ouid. in Ibin: Sit quoq; (quod rarũ est) solito defecta fauore Fortunæ facies inuidiosa tuæ. Plin. lib. 14. cap. 4. Maiorq; etiam fauore hominum fama. Cic. pro Ros. Comœdo: Quam expectationem, quod studium, quem fauorem secum in cœnam attulit Panurgus?

Fauorabilis, Dicitur qui gratiosus, & fauoribus plenus est apud omnes, δημοτικὸς. Suet. in Calig. Sic uulgò fauorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquò aduenirent, uel sicunde discederet, præturba occurrentium. prosequentiúmue, nonnunquã cum discrimen uitæ adiisse. Quin. lib. 11. ca. 1. Aliter enim pro alio sæpe dicendũ est, ut quisq; honestus, inuidiosus, fauorabilis erit. Dicitur etiam fauorabilis actiuè, pro eo qui fauet. Liu. 2 bel. Pun. Iam ad Consulatus spem quũ attolleret animos, haud parum callidè auram fauorabilis populi ex dictatoria inuidia petit.

Fauorabiliter, aduerbium, Idem significans quod plausibiliter, Quint. lib. 4. de egressione: Plerisq; moris est, prolato rerum ordine protinus utiq; in aliquẽ lætum atq; plausibilẽ locum quàm maximè possint fauorabiliter excurrere.

Fautor, oris, m. t. Studiosus, qui alteri bene cupit. σπουδαστὴς. Cic. pro Planc. Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Idem lib. 2. Epist. Cuius ego ab adolescentia auditor atque fautor extiti.

Fauitorem, Antiqui dicebant pro fautore, σπουδαστήν, quod & Nonius annotauit citans locum Lucilii ex lib. 29. Fauitorem me tibi, amicum, amatorem putes.

Fauilla, læ, f. p. Propriè est scintilla igne destituta: cuiusmodi flammæ impetu solent egeri: quanquam etiam indifferenter pro quouis cinere accipitur, αἰβάλη, μαρίλη. Plin. libr. 36. cap. 25. Dein spissè calcatis carbonibus inducitur sabulo, calce, ac fauilla mistis. Idem libro 18. cap. 31. Quum correctus ignis à se fauillam discutit. Scintilla uerò propriè est, quæ è silice quũ is ceditur, exilire solet, σπινθὴρ. Vergilius lib. 1. Aeneid. Ac primùm silicis scintillam excudit Achates.

Fauissæ, Cellæ quædam & cisternæ in area Capitolina, ubi reponi solebant signa, & thesauri, & alia quædam religiosa donariis consecrata: autor Gellius libro 1. capite. 10. θησαυροὶ Dictæ fauissæ. quòd in eis non rude æs, argentum q; sed flata, signataq; pecunia conderetur. Vnde & à priscis Latiais flauissas dictas fuisse comperitur, quas Græci thesauros appellant. Cellæ igitur, quibus ædituì Capitolini uidebantur ad custodiendas res ueteres religiosas, fauissæ detracta litera dicebantur.

Fauoniana, Pyra rubra, à Fauonio insitore dicta, quorum meminit Plin. lib. 15. cap. 15.

Fauorabilis, Vide Faueo.

Faustianum uinum dicebatur, quod in mediis collibus, Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis iugis nascebatur, Gauranum uocabant: nam quod in mediis collibus, Faustianum: quodq; in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Autor est Plin. lib. 14. cap. 6.

Faustus, a, um, à fauore, Prosperum, ac felicem significat, cui fortuna fauet, εὐτυχὴς. Teren. in And. Ô faustum & felicem hunc diem. Hinc aduerbiũ Faustè, feliciter. Cicero pro Muræn. Idem ego sum precatus, ut his quoq; hominibus, quibus hic Consulatus me rogante datus esset, ea res faustè, feliciter, prosperèq; eueniret. Horum cõtraria sunt, Infaustum, & Infaustè. Faustitas, faustitatis, pro felicitate, εὐτυχία. Apud Horatium 4. Carm. Ode 5. Nutrit rura Ceres, almaq́ue Faustitas.

Fauus, m. f. Apum domus & cellulæ: à fouendo. quòd in his sobolem foueant, κηρίον. Plinius libro 11. cap. 5. Primùm itaque fauos construunt, ceram fingunt. Verg. 4. Georg. Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces Suspendunt ceras. Cic. 1. Offic. Apũ examina non fingendorũ fauorũ causa cõgregantur: sed quum cõgregabilia natura sint, fingunt fauos. Huius diminutiuum est fauulus. Plautus, Meus dulciculus fauulus.

Faux, cis, f. t. uel potius in plurali numero Fauces. Nam singularis numerus rarò est in usu, Superior pars gulæ mento propinqua, sed interior, ubi os angustatur, λάρυγξ. Plinius libro undecimo, Summum gulæ, fauces uocantur: postremum stomachus. Cic. 1. Tus. Has tamen imagines loqui uolũt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium laterum ue, & pulmonum ui & figura potest. Fauces per translationem dicuntur stricti ingressus uallium, seu alterius loci: ut, Fauces Orci. Vergil. 6. Aeneid. Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci. Horus de bello Ligustico: De suo alpibus, hoc est, de ipsis Italiæ faucibus. Hinc deducuntur Suffoco, Præfoco, & Obfoco, diphthongo au, in o longum mutata: quæ omnia significant obstructis faucib. spiritum præcludere. Ouid. in Ibin. Suffocent animam dira uenena tuam.

Fax, cis, f. t Fustis incisus, & cera uel oleo inunctus, ac cõpõsitus ad lumen faciendum, δὰς, fitq; præcipuè ex arundinibus aridis, & picei generis arboribus: cuiusmodi sunt tæda, & larix. Varro de Vita pop. Rom. lib. 2. Quum à noua nupta ignis in face afferretur, de foco eius sumptus, fax ex pinu ablata esset, ut eam puer ingenuus afferret. Per translationem accipitur pro incitatore, & autore alicuius facinoris. Pli. in Epist. Rufo successit Theophanes, unus ex legatis, princeps, fax accusationis, & origo. id est, autor & incitamentum, siue (ut Non. inquit) susceitabulum. Cicer. pro Domo sua. Nonne Senatui prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiã seditionis ista funesta fax seditionis adhæresceret? Addere faces alicui, est eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. Tac. lib. 17. Flagrantibus iam militum animis ueluti faces addiderat Mæuius, &c. Primã facem, noctis principium uocitabãt, quòd rum primùm uti face incipiamus. Gellius, Sed quum iam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent, discessimus. Facem in nuptiis præferrq; solebant, siue ad obseruandam antiquam consuetudinẽ, quòd non nisi noctu dici nouas nuptas à sponsis mos erat, siue in honorem Cereris, quæ facem in quærenda Proserpina gestauerat, siue ut noua nupta ignem & aquam, quæ duo sunt in uita maximè necessaria, cum uiro communicare uideretur. Etenim aqua quoq; aspergi solebant, ut casta puraq; ad sponsum duceretur.

Facula, f. p. pen. corr. dim. Idem significans quod parua fax, hoc est, tæda ex arborib. pinei generis, sæpius dissecta, ut facilius ardeat. quanquam & ex cera, & ex pice fieri possit, δαδίον, λαμπάδιον. Propertius lib. 2. Eclog. 20. Quorũ alii faculas alii retinere sagittas, &c.

Facularii dicuntur qui faculas gestant, δαδοῦχοι.

FE In notis antiquorum. Fundauerunt, uel fortem, uel familiæ, uel filios eius. F E A. fœmina. F E B. Februarius. F E D. factum esse dicetur. F E D. factum edicto. F E M. fœmina. F E R. fecerunt. F F. flando: ferendo, uel fidem fecit, uel filius familiãs, uel filius familiæ, uel fortunæ felici, uel fabrè factum. F F F. ferro, flamma, fame, uel fortior, fortuna, fato, uel Flauii filius. F. F. L, uel F F. fratris filius. F H. Filius hæres.

Febris, huius febris, fœm. t. à feritate morbi, uel (sicuti Seruius docet) à feruore: Est (ut Medici docent) intemperies calida totius corporis, πυρετὸς. Cicero ad Tironem, Is etsi mihi nunciauit te planè febri carere, & bellè habere, &c. Cels. lib. 2. cap. 8. Febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & sitì affligit. Plinius libro 23. cap. 8. Febres frigidas leuiores facit agaricum potu in calida aqua. Idem libro 7. cap. 51. Antipater Sidonius poëta, omnibus annis uno die tantùm natali, corripiebatur febre, & ea consumptus est, satis longa senecta. Febres periodicæ, quæ stati temporis periodo accedunt, & recedunt, cuiusmodi sunt quotidianæ, tertianæ, & quartanæ. Pli. lib. 20. ca. 3. Semina eius si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur, quas Græci periodicas uocãt. Sunt & alia febrium genera, quæ quoniam ad nostrum instituti nihil magnopere conducunt, rei modicę studiosis ex libro Gal. quo ex professo febrium differentias tractat, petenda relinquimus.

Febricula, læ, f p. diminutiuum, Parua febris πυρέτιον, Plancus Ciceroni: Qui ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam. Cels. libro 3. cap. 22. Ex phthisi febricula leuis fit: quæ etiam quum quieuit, tamen & repetit.

Febriculosus, Qui habet multam febrem, πυρετώδης. Gell. Nõ morbus hic febriculosus, aut nimium grauis.

Febrilis, le, pen. pro. Quasi ad febrem pertinens, πυρετικὸν. Apul. Ardore æstuans febrili.

Febrio, is, iui, itum, u q Febrẽ patior, πυρέσσω. Macer: Hæc nondũ tremulo potanda dabis febrienti. Cels. lib. 6. cap. 11. Potiones, si

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nes, si febriat puer, aquæ: si sine febri est, uini diluti. Col. lib. 6. cap. 11. Mus̃æ feorienti cruda brassica datur.

Febricito, as, n. p. pe. corr. Febre laboro, πυρέσσω. Col. l. 7 Febrici tanti boui conuenit austinere cibo uno die. Cel. lib. 2. cap. 7. Febricitauit aliquis, aut inhorruit.

Febrifuga, Matricaria, & Centauria minor Dioſc. lib. 3. cap. octauo, & Conyza apud eundem libro tertio, capite decimo tertio & tricesimoq; iuxto.

Februo, as, a. p. Iuuito, purgo, à feruco: hoc enim adulendo, & flammis feruentibus fieri solebat, καθαίρω, ἁγνίζω. Vel à Sabinorum lingua, qui februum, purgamentum dicunt. Varro de uita pop. Rom. In eorum enim sacris liba quum sint facta, incerni solent farris semine, ac dicere se ea februare. Id est, pura facere. Hinc Februarius mensis dictus est, quòd tum, id est, extremo anni mense, populus februaretur, id est, purgaretur. Per duodecim enim dies continuos Februarii, celebrabantur februa: his q; diebus pro impetranda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, sacrificiisq; circa sepulchra accensis facibus cereisq; intentus erat. Et Iuno Februata, siue Februalis, quòd ei hoc mense sacra fiebant: eiusq; feriæ erant Lupercalia.

Februa, orum, Dicebantur quæcunq; purgamẽti causa in quibuscunq; sacrificiis adhibebantur, καθάρματα. Plin. Vulgata priscis temporib. opinio obtinuit, Februa esse omnia, quibus malefactorum conscientiæ purgarentur, delerenturq; peccata, aut manes defunctorũ placidi redderentur. Ouid. 2 Fast. Februa Romani dixere piamina patres: Nunc quoque dant nerbo plurima signa fidẽ. Et paulò pòst: Deniq; quodcunq; est, quo corpora nostra piãtur, Hoc apud intonsos nomen habebat auos.

Februus, Dictus est Pluto, uel Dis pater, inferorum deus, quòd ei mense Februario sacrificaretur, ἅιδης. Vide Macrobium libro 1. Satur.

Feciales, m. t. Dicti à faciẽdo (ut autor est Festus) quòd belli pacisq; faciendæ penes eos ius erat, φητιαλῆς. Neque enim licebat bellum alicui inferre, nisi hi & iusta causa susceptum declarauissent, & prius induxissent. Varro, Itaque bella tardè & nulla licentia suscipiebant, quòd bellum nullum, nisi pium, putarent geri oportere. Et priusquàm indiceretur bellum iis, à quibus iniurias factas sciebant, feciales legatos res reperitum mittebãt quatuor, quos Oratores uocabant. Cic. 7. Ver. Habemus hominem in fecialium manibus educatum: unum præter cæteros, in publicis religionibus fœderum sanctum ac diligentem.

Fecialis, & hoc feciale, adiectiuum. Cicero 1. Officiorum, Belli quidem æquitas sanctissimè feciali pop. Rom. iure præscripta est.

Fel, fellis, n. t χολή, Humor est flauus in corpore, in ima hepatis parte, in uesicula quadam cõtentus, quam cistulam fellis appellant, χολοδόχον. Humor autem ipse à medicis flauabilis appellatur. Bilis autem atra est, quam Græci melancholiam uocant, insaniam generans. Plaut. in Amph. Delirat uxor, atra bili percita est. Sed de bili, suo loco dictum. Aliquando fel, quod sit amarissimus humor, pro animi amaritudine ponitur. Plaut. in Trucul. In melle sunt linguæ sitæ uestræ, atq; orationes: Corda in felle sunt sita atq; acerbo aceto. Linguis dicta dulcia datis, corde amare facitis amantes si quid non danunt. Fel terræ, genus herbæ (quæ & Centaurion, teste Plin. lib. 25. cap. 6.) propter amaritudinẽ summam appellatur.

Felleus, a, um. Plinius libro 26. capite 12. Sudores enim felleos mouent.

Felis, huius felis, m. ter. Animal quadrupes, quod nobiscum in domibus tenemus ad murium uenatum, uulgò Catus dicitur ab insigni astutia, ἄιλος, &c. Veteres enim Catos dicebant eos, qui cauti & astuti erant: unde etiam Catones primò uolunt appellatos. Plin. lib. 10. cap. 73. Feles quo silentio, quàm leuibus uestigiis, quàm multò speculatu in musculos exiliunt? excrementa sua obruunt terra, intelligentes odorem illum indicem sui esse. Varro libro 3. Omnes parietes tectorio læuigantur, ne felis aliaue bestia introire ad nocendum possit. Seneca lib. uigesimo Epist. Quid est quare tam pauonem, quàm anserem gallina non fugiat? at tantò minorem eis, nec nocuum sibi accipitrem? quare felem pulli rimeant, canem non timeant? De animalis huius natura sic scribit Aelianus libro septimo, capite quadragesimo. Quẽadmodum ex felibus mas est libidinosissimus, sic amantissima catulorum fœmina: quæ uenerem idcirco maris consuetudinem refugit, quòd is calidissimam, ignisq; simile semen emittat, genitale ut fœminæ adurat. Iuuce rei mas nõ gnarus, communes catulos interimit. Hęc autem nouorum catulorum desiderio permota, eius libidini morem gerit. Quod autem ab omni tetro odore feles abhorreant, eò excrementa sua, fossa prius facta in terra occultant. Hæc ille. Sũt & feles feræ, domesticis aliquanto maiores, pelle nigris maculis uariegata, ex quibus domesticum nostrum animal uidetur propagatum.

Felix, icis, penultima genitiui producta, omnis, tertiæ, Prosper, beatus, fortunatus, εὐδαίμων, μακάριος. Vergilius tertio Aeneid. Viuite felices, quibus est fortuna peracta iam sua. Interdum propirium significat, qui scilicet alios felices reddit. Vergilius primo Aeneid. Sis felix, nostrumq; leues quæcunque laborem. Vbi Seruius, Felix propitia. Felix enim dicitur & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicem. Vade & deos felices uel infelices dicimus ex rebus, quas præstant. Idem in Daphnide: Sis bonus ô, felixq; tuis. Aliquando idem est quod utilis, siue commodus, σύμφορος. Martialis, Illa manus quondam studiorum fida meorum, Et felix domino, notaque Cæsaribus Aliquando pinguis, fœcundus, ferax, fertilis, εὔφυτος, εὔφορος. Vergilius primo Georgicorum, Exiit ad cælum ramis felicibus arbos. Martialis libro 9. Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. Huius contrarium est Infelix, infortunatus, δύστυχὴς. Cic. 4. Philip. Si quis Reipublicæ sit infelix, is felix esse non potest. Accipitur pro aduersario. Vergilius septimo Aeneidos, Aſt ego magna Ioue coniunx, nil linquere inausum Quæ potui infelix. Vbi Seruius, Infelix, id est, aduersa Troianis. Aliquando pro sterili & infœcundo. Vergilius, Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Felicitas, felicitatis, fœmin. tertiæ, Prosperitas, beatitudo, εὐδαιμονία. Cicero pro Fonteio: Videor hoc leuiter uobis pro mea autoritate præcipere posse, ut ex eo genere hominum, quorum industria, uirtus, felicitas cognita in re militari sit, diligenter uobis retinendos existimetis. Felicitas terræ, fœcunditas, fertilitas, apud Plinium in Epistol. εὐφορία. Erat & dea apud Romanos hoc nomine, cui ad impetrandum prosperos rerum instiruturum successus sacra fiebant. Augustin. quarto de Ciuit. Dei, Quid felicitas? Dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei congrua instituta sunt. Huius contrarium est Infelicitas.

Feliciter, Aduerbium, Prosperè, beatè, fortunatè, εὐδαιμόνως, εὐτυχῶς. Cicero de Finibus, Necessariò sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè uiuere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere. Plautus in Mercatore, Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Vergilius primo Georgicorum, Hîc segetes, illic ueniunt felicius uuæ.

Felicito, as, a. p. penult. corr. Felicem ac beatum facio, εὐδαιμονίζω. Contrarium eius est infelicito, hoc est, bonis omnibus spolio, infelicem reddo. Plaut. Pœnulo: Dii illum infelicitent omnes.

Fellico, as, a. p. Idem est quod lac exugo, ἀπάλω. Solinus in Collect. Nequaquam mater pullo præbet ubera fellicanda. Fortissis legendum, Vellicanda.

Fellicones, um, m. t. Homines mali, & nullius usus.

Fello, as, a. p. Lac exugo, & fuctu ebibo, κατσίζω. Vnde etiam ad obscœnam eorum libidinem transfertur, qui uirilia intra os recipiunt, & illa perinde ac papillas exugunt: qui uerò uirilia huic libidini accommodabant per uoluptatem, Irrumare dicebantur. Inde Fellator, κωλαστὴς, & Fellatrix, & Fellico, as, frequentatiuum.

Fellonia, Barbara uox Feudistarum: Dicitur delictũ, noxia remitti perfidia uasalli erga dominũ suum. Hęc nec expresso pacto remitti potest, quòd uasallus eo ad delinquendum inuitaretur, contra l. conuenire. ff. de pact. doct. cum uulg. Vide Bald. in lib. 1. ff. de Rer. diuis. & Zasium de Feudi priuatione parte 10.

Femen, feminis, neutrum, tertiæ, Sumitur in eadem significatione, qua femur, μηρὸς. Propriè tamen femina, teste Valla, libro quarto, sunt interiores partes: femora, exteriores: femina posteriores, femora anteriores. Plinius libro undecimo sic de apibus scribit: Prioribus pedibus femina onerant, propter id natura scabra. Et libro uigesimo octauo, Femina, inquit, atteri aduriq; equitatu, notum est. Femina enim interiora equitando atteruntur, non exteriora. Lucretius lib.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tius libro quarto, ideo faſtigia poſſe Surarum ac feminũ pe dibus fundata plicari. Hinc Apuleius finxit uocabulum, Interfemineum, pro pudendis muliebribus, ueluti poſitis inter femina. Columella libro ſeptimo, Vtile quoque & ſub femina manum ſubiicere, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodum paueſcant. Exiſtimat Seruius femen in nominatiuo non reperiri. Priſcianus docet eſſe in raro uſu. Femina etiam inferiores partes ſignificant: uam à flexu dicta uidentur. Vbi igitur iunctura cum flexu pedis eſt, femina dicitur. Plautus in Aſinar. Sed tamen tu nempe eos aſinos prædicas, uetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina erant ungulæ. Col. lib. 6. Femina ſecari, & interdum inuri ſolent.

Feminalia, Tegumenta feminũ, & ſubligacula, περιζώματα

Femur, oris, n. t. quod & Femor dicitur, ſecundũ Phocam, à ferendo, quòd his præcipuè partibus ſuſtineatur animal, atq; feratur, μηρός. Vide latius in dictione Femẽ. Plau. in Mil. Ecce aurem aduortit nixus lœua, in femore habet manũ: Dextera digitis rationẽ computat, feriens femur dextrũ. Liu. 4. bel. Pun. Scipionis femur tragula confixum erat.

Femoralia, pro uerendorum tegminibus, περιζώματα. Suet de Auguſto: quare quaſſato corpore neq; frigora, neq; æſtus faci lè tolerabat: hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula, & thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & Feminalibus.

Feneſtra, ſtræ, f. t. ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod eſt lucere, συρὸς. Fit enim ad lucem reddendam. Ouid. Quæ lumen thalamis parua feneſtra dabat. Interdum ponitur pro aditu, & uia, & occaſione. Terent. Heaut. Hui, quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris. Plin. Feneſtrare uerbum uſurpat, pro feneſtras aperire. ſic enim ait lib. 11. cap. 37. Media oculorum cornea feneſtrauit pupilla.

Feneſtella, & Feneſticula, diminutiua ſunt à feneſtra, θυρίδιον. Col. libr. 1. cap. 1. Granaria modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. Eſt etiam Feneſtella nomen proprium hiſtorici, ſæpius à Plin. citati, qui nouiſſimo tempore Tyberii Cæſaris claruit. Feneſtella item alius fuit, cuius de magiſtratibus Romanorum liber extat.

Feneſtrenula, Parua feneſtra. Hieron. Fit autem una uel plures feneſtrenulæ, iuxta diſpoſitionem Epiſcopi. Et per detractionem mediæ ſyllabæ, feneſtra, quod eſt oſtium paruum in ſacrario, ut ait Macrobius.

Feneſtratus, ta, tum, Quod eſt apertum, perforatum, πολύτρητος Plaut. Nulla eſt feneſtratior domus.

Feniculum, li, n. ſ. Cõdimentis idonea, & uſitata herba, nota, celebris. Iuuamenta eius lege apud Dioſc. lib. 3. cap. 179.

Feniculum equinum ſylueſtre erraticum Dioſcoridi Hippomarathrum. lib. 3. cap. 80.

Ferabites, pen. prod. Dicitur agreſtis. Siſenna apud Noniũ, Partim ferabite, partim lauro ac pinu abundant.

Feræ, arum, f. p. A ferendo dictæ ſunt, quòd cum impetu, & ſine ratione ferantur: aut quòd naturali utantur libertate, & pro deſiderio ferantur, θῆρες. Propriè autem feræ dicuntur, quæ ferocitatem habent: ut: leones, pardi, lupi: quæ ubi manſuefactæ ſunt, cicures appellantur. Ouidius in Epiſtol. Ariad. Mitius inueni quàm te, genus omne ferarum. Idem 2. Metamorph. Vaſtarumq́ue uidet trepidus ſimulachra ferarum. Quint. lib. 1. cap. 10. Non feras modò, ſed ſaxa etiam, ſyluaſq; duxiſſe, memoriæ proditum. Interdum feræ ſignificatio latius extenditur, ut omnia ferè bruta terreſtria complectatur. Cicero primo Officiorum, Expertes rationis & orationis feræ.

Ferinus, a, um, pen. pro. Quod eſt ferarum, θηρίου, θηριώδης. Apul. Ferino ac beluino ritu. Salluſt. in Iug. Getulis cibus erat caro ferina. Ibidem: Numidæ plerunq; lacte, & ferina carne ueſcebantur. Colum. lib. 10. in Proœ. Largior tamen pauperibus fuit uſus epularum lactis copia, ferinæq; ac domeſticarum pecudum carne. Cicero 1. de Inuent. Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines paſſim beſtiarum more uagabantur, & ſibi uictu ferino uitam propagabant. Ferina, abſolutè aliquando uſurpatum: & ſubinteliigitur caro. Vergil. primo Aeneid. Implentur ueteris Bacchi, pinguiſq; ferinæ.

Ferus, ra, rum, Agreſtis, & indomitus, ἄγριος. cui opponitur cicur: & per translationem arrox, ſeuerus, qui ferinum animum habet, uel qui durioris eſt uitæ, & animi crudelioris. Verg. 2. Aeneid. ferus omnia Iuppiter Argos Transſulit. Cicero ad Att. lib. 12. O fera tempora, quũ dubitet Curtius Cõſulatum petere. A Ferus componitur Semiferus, pen. cor. Vnde ſemifera dicuntur animalia, quæ ex fero placidoq; naſcuntur, ut ex apro & ſue: aut certè quæ nec placida, nec fera ſunt, ſed mediæ inter utrunq; naturæ, ut in uolucribus, hirundines: in cãpo lepores, cuniculi. in mari, delphini. Perferus, ualde ferus, παναγρίος. Var. lib. 2. de Re ruſt. Boues per feri etiam nunc multi ſunt in Dardania, & Media, & Thracia. Et per translationem, fera ulcera, fera ſcabies, feræ papulæ, quæ manu chirurgica non poſſunt perdomari.

Feritas, tatis, Naturæ quædam aſperitas, contraria manſuetudini: & à ferus deducitur, ἀγριότης. Cæſ. 8. bel. Gal. Cultu & feritate non multùm à Germanis differebant. Mart. lib. 1. Poſt quàm inter nos eſt, plus feritatis ineſt. Liu. 4. bel. Maced. Lacertanos deuiam, & ſylueſtrã gentem cum inſita feritas continebat in armis, tum, &c. Ouidius 4. Faſtor. Depoſita ſequitur taurus feritate iuuencam, Quem toti ſaltus, quem nemus omne tremit.

Feralia, orum, n. t. Feriæ erant Romanis, diis Manib. ſacratæ: ita dictæ, à ferendis ad tumulum epulis, νηστεία, ἐναγίσματα. Ouid. 2. Faſt. Hanc quia iuſta ferunt, dixere feralia lucem, Vltima placandis Manibus illa fuit. Cic. At. lib. 7. Eodem enim die uidco Cæſarem à Corſinio poſt meridiem profectũ eſſe, id eſt, feralibus, quo Canuſio manè Pompeium.

Feralis, le, adiect. om. t. Significat funeſtũ, dirum, exitiale: à feralibus diebus, quibus epulæ in mortuorum ſepulchra inferebantur, θανάσιμος, νηστικὸς, ἐπιτάφιος. Apul. Rogum demoliri rentur, cœnam feralem à tumulo ad menſam referrent. Ver. 4. Aeneid. Solaq; culminibus ferali carmine bubo Viſa quæri. Generaliter dicitur de omni re ad defunctos pertinente. Vnde Ferales uittæ, quæ ſunt funeri accõmodatæ. Feralia amicula, ſunt ueſtimenta, quibus cadauera defunctorum ueſtita ſepulchro conduntur. Feralia fœdera. Tedæ ferales, & arma feralia, hoc eſt, mortifera. Feralia officia, ſunt quæ inferis & defunctis exhibentur. Feralis cultus, pro funebri & lugubri. Feralis itẽ arbor. Plin. lib. 16. cap. 10. Picea montes amat, atq; frigora, feralis arbor, & funebri indicio ad fores poſita. Et ferales præcones, quos anteambulones atratos Latinè appellare poſſumus, ex quorum grege ſunt funerum indictores. Budæus.

Ferax, **Ferculum**. Vide Fero.

Ferbeo, bui, n. ſ. Bullio, ſέω. Horat. 1. Carmin. Velatumq; ſtola mea cum deferbuit ira. Vnde & Ferbeſco, ſcis. Huius compoſita ſunt Deferbeo, quod eſt à bulliendo ceſſo. Gellius pro priè: Puer interea uenerat, & aula deferbuerat, tempusq; eſſe cœperat edendi. Efferbeo, ἀναζέω, Extra & ualde bullio. Vide Feruco.

Ferè, aduerbium, Idem ſignificãs quod penè, hoc eſt, parum abeſt quin, παρὰ μικρόν, σχεδόν: ut, Ferè hominem occidiſti: id eſt, parum abfuit quin hominem occideris. Ferè, pro plerunq;. Terent. in Phor. quippe homo iam grandior, Pauper, cui opera uita erat, ruri ferè ſe continebat. Id eſt, non ſemper, ſed plerunq;. Quintil. libr. 2. cap. 5. Nam ih omnibus ferè minus ualent præcepta, quàm experimenta. Interdum in oratione ita conſtruitur, ut intelligatur quædam uniuerſitas, πᾶς. Quin. Hæ ferè ſunt emendatè loquendi, ſcribendiq; partes: id eſt, ferè omnes. Cicero de Amicit. Memini in eum ſermonem incidere, qui tum ferè multis erat in ore. Id eſt, ferè ſemper, uel ferè omnibus.

Ferentarii, Vide Fero.

Fereola, læ, Vitis cuiuſdam genus eſt, apud Colu. lib. 3. cap. 2. Irtiolam (inquit) fereolamq; non facilè aſſeuerem quo gradu habendæ ſint.

Feretrum, Vide Fero.

Feriæ, arum, f. p. Dies ceſſationum ab opere: ita dicti, uel à feriendis uictimis, uel ab epulis ferendis: in his enim epulæ fiebant ex pecorum, frugumq; prouentibus, ἑορταὶ, πανηγύρεις Cicero 2. de Legibus: Feriis iurgia amouento. Feſtus: Ferias antiqui feſta uocabant: & aliæ erant ſine die feſto, ut nundinæ: aliæ cum feſto, ut Saturnalia: quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtus pecorum, frugumque. Feriarum autem apud antiquos multa erant genera, quæ polluta dicebantur, ſi in his aliquod opus fieret. Erant enim inter ferias aliæ publicæ, aliæ familiis quibuſdam propriæ. Feriarum publicarum quatuor erant genera, ut docet Macrobius libro primo Saturnalium, capite decimoſexto, Statiuæ, uniuerſo populo communes, quæ certis & conſtitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè ſeruabantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptiuæ, quæ quotannis à magiſtratibus uel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus uel sacerdotibus concipiebantur in certos, siue incertos dies, ut sunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Cicero primo de Natur. deorum, Nam quum feriis Latinis ad eũ ipsius rogatu, accersitu{q} ueniissem. Imperatiuæ, quas Consules, uel Prætores pro arbitrio indicabant extra ordinem pro salute Reipubl. aut principis, aut ob rem feliciter gestam. Nundinæ, paganorum erant ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant. Erant præterea propriè familiarum feriæ, quas quæque ex usu domesticæ celebritatis obseruabat, ut Claudiæ feriæ, & Aemiliæ. Item singulorum, ut natalium dierum, quæ Natalitiæ dicuntur, & funerũ expiationes. A feriis festi dies dicti sunt Feriati: hoc est, in quibus feriæ celebrabantur.

Ferio, & Ferior, aris, deponens, Vaco ab opere, uel studio, σχολάζω, σχολὴν ἄγω.

Feriatus, a, um, id est, quietus, otiosus, nihil agẽs, σχολαῖος. Trebonius Ciceroni, Illud quo{q} nobis erit curæ, ut Cratippus tunà cum eo sit, ne putes in Asia feriatũ illum ab iis studiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Plaut. in Milo. Tibi ego dico, feriatus ne sis. Martial. Nec feriatus ibat ante carrucam. Cicero primo de Natura deorum, Deum sic feriatum uolumus cessatione torpere. Feriati dies, in quibus feriæ aguntur, ἑορταί. Plinius in Epistol. Nam & menstruum meum Calendis Septembris finitur, & sequens mensis complures dies feriatos habet. Plinius libro 18. capite 6. Malum patrem familiàs quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi intempestate cœli: peiorem, qui profestis diebus ageret quod feriatis deberet: pessimum, qui sereno die, sub tecto potius operaretur, quàm in agro. Contrà, Profesti dicuntur, qui feriati non sunt.

Ferio. ris, ire, a. q. sine præterito & supino, Idem quod percutio, πατάσσω, τύπτω. Vergilius 9. Ecloga, Occursare capro, cornu ferit ille, caueto. Plautus in Amphitryone, Non tu scis? Bacchæ bacchanti si uis aduorsarier. Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius. Ferire item est sancire, firmare. Vnde Ferire fœdus dicimus. Vergilius decimo Aenei. haud mora, Tarchon iungit opes, fœdusque ferit. Cicero pro Domo sua, Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur prouinciarum. Origo harum locutionum inde tracta est, quòd antiqui fœdus & pacem solenni pompa cum hostibus ineuntes, porcam silice saxo feriebant: ut cõstat ex libro primo Liuianæ historiæ, ubi uetustissimi fœderis ritus, & solennitates describit. Ferire item pulsare est, κόπτειν. Plautus in Amphit. Feriam fores, aperite. Ferire iugulũ, est inferre mortem, iugulare. Ferire munere, est mulctare munere, seu munus emungere. Terent. Phor. Porrò autem Geta ferietur alio munere, ubi hera peperierit: Porrò autem alio, ubi erit puero natalis dies. Spectris feriuntur oculi. Cicero Cassio, lib. 15. Epist. Ferire aures, pro excitare. Quintil. lib. 9. cap. 3. Quæ etiam si fuerint crebriores, aures consuetas minus ferient.

Huius compositum est Referio, quod est repercutio, ἀνατύπτω. Plautus in Asinaria, Patitor tu idem, quum ego te referiam.

Ferio. ferias, Vide Feriæ.

Feritas, Vide Ferus.

Ferme, aduerbium, Idem quod ferè, σχεδόν. Terent. in And. Iam ferme moriens me uocat. id est, quum parum abesset quin moreretur. Ponitur quandoq{ue} pro facilè, ῥᾳδίως. Terentius in Andria, Fidelem haud ferme mulieri inueniasuirum. Vbi Donatus, Ferme pro facilè posuit: & ferme facilitatem significat: quia sunt uerba extenuationis. Plautus in Pœnulo, Facio quod manifestè deprehensi mœchi haud ferme solent.

Fermentum, ti, n. s. Farina quæ subigitur priusquàm addatur sal, ad pultis modum decocta, & relicta donec acescat, ζύμη, ζύμωμα. Dictum quòd feruendo crescat. Plinius lib. 18. cap. 7. Spuma ita concreta pro fermento utuntur. Iacère. in fermento, per translationem dixit Plautus in Mercatore, Nam mea uxor propter illum tota in fermento iacet. id est, inflata est, & irata. Idem in Cæsare. dii tè seruassint mihi, Nunc in fermento tota est, ita turget mihi: Aedepol ego illam mediam diruptam uelim. Fermentum translatũ ad terram, illud significat quod glebas resoluit, tumidamq{ue} terram ac raram reddit: quemadmodum conspersionem rarefacit fermentum. Colum. libro 3. cap. 11. Parum quod supereſt inferioris soli, rastris licet effodere, & in fermentum cõgere atq{ue} cõponere. Idem lib. 4. cap. 1. Repastinata humus, dum est recens, soluta, laxataq{ue}, uelut fermẽto quodã intumescit.

Fermento, as, act. p. Fermento misceo, seu crescere facio, ζυμόω. Plin. Quum fieret panis hordeaceus cicerculæ farinæ admistione fermentabatur. Transfertur etiam hoc uerbum ad terræ culturam, quæ tunc fermentari dicitur, quum rarescit, & spissæ illæ glebæ resoluuntur, & augentur, & ueluti inflantur: quemadmodum cõspersio, hoc est, farina illa subacta, & in massam redacta, intumescit addito fermento. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 38. Stercus optimũ scribit esse Cassius uolucrum, præter palustrium, ac nantium. De hisce præstare columbinum, quod calidissimũ sit, & fermentare possit terrã. Col. lib. 2. cap. 15. Maximè tamẽ columbinũ probamus, quod modicè sparsum, terram fermentare comperimus. Quo in loco nõnulli exposuerunt fermentare pro stercorare, & pinguefacere, quod uiderent Columell. de stercore columbino loqui, quo agrum piguiorem reddi credũt. Sed eam nõ esse mentem autoris, ex diuersis eius locis facilè potest deprehẽdi. Ita enim habet li. 4. cap. 1. Quid quòd repastinata humus, dum est recens soluta, laxataq{ue}, uelut fermento quodã intumescit: quum deinde nõ longissimã cepit uetustatẽ, cõdensata subsidit? Quo in loco uocat terram fermento intumescentẽ, quam alibi uocat fermentatã. Pro eodem etiã dicit Humũ resolutã, cui opponit densam. libr. 2. cap. 2. Sed ex his nihil nõmelius resoluta humo quàm densa prouenit. Quod noster quoq{ue} Vergilius, quũ &alias fœcundi arui laudes retulisset, adiecit, Et cui putre solum: nanq{ue} hoc imitamur arando. Neq{ue} enim aliud est colere, quàm resoluere & fermentare terrã. Ex quibus Columellæ uerbis clarissimũ est, fermentare terrã nihil aliud esse, quàm diligẽti cultura, pastinatione, siue etiam calidis stercoribus, quale est columbinũ, terram putrefacere, resoluere, & rariorem reddere.

Fermentescere, n. t. Est crescere, & rarefacere addito fermento: & propriè de pane dicitur, ζυμοῦσθαι. Quanuis etiam ad terram transferatur, quæ tunc fermentescere dicitur, quũ densitas illa glebarum rarefit, & resoluitur. Plin. libro 28. cap. 2. Quum teratur inter digitos, fermentescens. Idem lib. 17. ca. 2. Tellus quoq{ue} illo modo fermentescit: & succi plena, ac lactescentibus satis non etiœta, quum tempus aperit, tepidis arridet horis.

Fĕro, fers, tuli, latum, a. in conseq. Propriè significat porto, φέρω. Verg. lib. 5. Aene. Vix illam famuli Phegeus, Sagaris{q} ferebant. Aliquando tollero, patior. Terentius in Heauton. Nam quem ferret, si parentem non ferret suum? Aliquando duco, durigo, ἄγω. Liuius lib. 1. Pergit ad proximam speluncam, si fortè eo uestigia ferrent, Vergilius 6. Aeneid. Hinc uia tartarei quæ fert Acherontis ad undas. Sæpe etiam accipitur pro dicere, præsertim in tertiis personis, λέγειν. ut quum dicimus, Sic ferunt homines, hoc est, sic loquuntur, aut dicunt. Idq{ue} tam actiuè quàm passiuè, & tam personaliter quàm impersonaliter. Tacitus lib. 15. Ex Caio Cæsare se genitum ferebat. Liu. libr. 1. ab Vrbe, Faustulo fuisse nomen ferunt. Cicero de Amicit. Quod Tarquinium dixisse fertur tum, quum esset exul. Verg. 1. Aeneid. Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo. Aliquando exhibeo. Vergilius 3. Aeneid. Sacra Dionææ matri, diuisq{ue} ferebam. Aliquando concupisco, πλίσσομαι, ἐπιθυμῶ. Sallust. in Catil. Tunc Catilina polliceri tabulas nouas, proscriptiones locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, atque alia omnia, quæ bellum & libido uictorum fert. Lucan. lib. 1. Fert animus causas tantarũ exponere rerum. Ouid. 1. Metamor. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Aliquando extollo, ἀίρω. Sallust. Consulares omnes, iteremq{ue} Senatus magna pars sententiam eius laudant, ubi uirtutem animi ad cælum ferunt. Aliquando gigno, produco, γεννάω. Vergilius 11. Aeneid. Si duo præterea tales Idea tulisset Terra uiros. Aliquanto habeo. Vergilius 5. Aeneid. Ferre sui decerat monumentũ & pignus amoris. Aliquãdo affero. Verg. 11. Aen. Legati respõsa ferunt. Aliquando confero, συμφέρω ἑαυτῷ. Verg. 5. Aeneid. quibus acer Eryx in prælia suetus Ferre manum. Aliquando disturbo, διαφέρω. Verg. lib. 1. Aene. Quippe ferant rapidi secum, uerrantq{ue} per auras. Aliquando ostento, ὑποδείκνυμαι. Verg. 11. Aen. captiuo siue ut se ferret in auro Venatrix. Aliquando consulo, χρηματίζω. ut Pompeius tulit ad populum. Sic ferre ad Senatum, est Senatum aliqua de re cõsulere, ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον. Aliquando aufero, ἀποφέρω. Verg. in Daphnide, postquàm te fata tulerunt. Idem 9. Eclog. Omnia fert ætas, id est, aufert. Aliquãdo refero, seu recipio. Terentius in Adelphis, Pro labore ab his fero odium. id est, φέρω, ἢ φέρομαι φθόνον. Aliquando affe-

quor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quor. Terentius in Eunucho, Hoc si effeceris, quoduis donum & premium à me optato, id optatum feres. Et in Adelphis, Ni faciant quod illos æquum est, haud sic ferent. id est, obtinebunt. Quòd si cum hoc uerbo, præme, præte, uel præse, addatur, significat dicto, uel facto, uel gestu aliquid ostendo, cõfiteor, δηλόω, ἐνδείκνυμαι: ut, Præ te fers iræ. Quint. Fiduciam igitur præ se ferat orator, semperq; ita dicat, tanquam de causa optimè sentiat. Id est, ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa uoce, ex ipsa oratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi sunt, in uultu, & gestu indicant tacitam uel formidinem, uel fiduciam. hoc est, præ se ferunt fiduciã, formidinem' ue. Cicero, Nam ille qui accipit iniuriam, meminit, & præ se fert. id est, se mentem persequendæ iniuriæ habere ostendit. In eundem sensum accipi solent præ me duco, præ me gero. Ferre auras, est assuescere aëris uarietati, quæ obest. Vergil. lib. 2. Georg. Quum semel hæserunt aruis, aurasq; tulerunt. Ferre tribum, ferre centuriam prærogatiuam dicitur is, qui tribum, uel centuriam habuit sibi suffragantem. Cicero pro Plancio, An tandem una centuria prærogatiua tantum habeat autoritatis, ut nemo unquã prior eam tulerit, quin renunciatum sit? Idem 4. Philip. An tum quum es factus, unam tribum sine curione ferre potuisses? Ferre suffragium, est suffragari. Cic. Attic. lib. 1. Idemq; refert, ut uniuersus populus in campo Martio suffragium de cæde P. Clodii ferat. Ferre sententiam, est pronunciare. Cic. pro Vos autem Iudices de hominum fortunis sententiam fertis. Ferre fortunam, pro uti, χρῆσθαι τύχῃ. Ferre expensum, id est, quod alicui dederis, in rationes referre. Cui opponitur referre acceptum, quod est, id quod acceperis ab aliquo, in rationes referre inter accepta. Qui plura ea de re nosse cupit, uideat Adrianum Cardinalem, qui diligentissimè hæc explicuit. Composita sunt Affero, aufero, antefero, confero, circunfero, differo, effero, infero, offero, profero, præfero, refero, suffero, superfero, transfero, quæ habent penultimam correptam.

Lator, oris, Verbale: ut, Lator legis, qui & legislator uno uerbo dicitur, ille est, qui promulgauit, uel instituit, uel tulit legem, νομοθέτης Cic. 2. de Nat. deor. Ferrétne ciuitas ulla latorum istiusmodi legis, ut condemnaretur filius, &c. Aliquando ponitur pro tabellario, γραμματοφόρος. Suet. in Cal. Quasi uniuersa tradita insula magnificas Romam literas misit, monitis sæpe latoribus, uehiculo ad forum usq; & curiã per tenderent.

Ferax, cis, om. t Fertilis, fœcundus, εὔφορος. Plaut. in Epid. Nullum esse ego agrum opinor in agro Attico Acquè feracem, quàm hic noster Periphanes. Col. li. 1. cap. 3. Nullus feracior, & uberior locus, &c. Plinius, Vt tam ferax bonarum artium seculum uideremus.

Feracitas, tatis, f. t. εὐφορία. Colu. lib. 3. cap. 2. Vbi nihil erit, aut non multũ quod proritet feracitatẽ, potius sequemur, &c.

Fertilis, le, adiectiuũ, om. t. pen. cor. Idem quod ferax, εὔφορος. Col. lib. 4. Vt ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt, & maximè fertiles. Vberrimos, maximeq; fertiles agros incolere, Cic. 1. de Diuin. Verg. 2. Geor. hic fertilis uuæ, Hic laticis, qualem pateris libamus & auro. Plin. lib. 14. Proœ. Tantò priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit. Ouid. 4. de Pont. Fertile pectus habes, interq; Helicona colentes Vberius nulli prouenit ista seges. Plinius, Captatio in quæstu fertilissimo. Ouid. 1. de Arte, Fertilior seges est alienis semper in agris. Hinc

Fertilitas, f. t, sicut à ferax feracitas, εὐθετηρία, γονία, εὐφορία. Colum. Id enim non accidit palmitis fertilitate. Fertilitas loci, Cæsar 2. bel. Gal. Cic. 1. de Diuin. Quæ sit uel sterilitas agrorum, uel fertilitas futura.

Ferentarii, orum, m. s. Leuis armaturæ milites, auxiliatores: à ferendo auxilio, ut quicquid opus esset auxilio ferrent, excursu leues, armis grauibus nõ impediti, sed ense & telis tantùm instructi. Hæc Nonius, ἀκροκοντισταὶ Varro autem ferentarios uocat milites, qui fundis lapidibusq; pugnabant: quæ tela feruntur, non tenentur. Sallustius in Catil. Postquàm eò uentum est, unde à fermentariis prælium committi posset. Hi & Velati uocabantur, ut inquit Festus, quod uestiti inermes sequerentur exercitum.

Ferculum, n. s. teste Nonio, Missus cibi, ita dictus, quòd ad mẽsam inferatur, παρατιθέμενον, παραφερόμενον, παράθεσις. Iuue. Satyr. 1. quis fercula septem Secretò cœnauit auus. Hora. 2. Serm. Saty. 6. Multaque de magna supereſſent fercula cœna. Aliquando sumitur pro gestamine quo pompa deferri solet, φορεῖον Suetonius in Cæsare, Pontico triumpho, inter pompæ fercula trium uerborum prætu lit titulum, Veni, Vidi, Vici. Hoc est inter pompæ triumph alis gestamina. Quo nomine continentur simulachra oppidorum, spolia hostiũ, coronæ, machinæ, & id genus alia, quæ fieri solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum, quæ in ludis: sacrorum, quæ in sacris. Acron etiam docet fercula esse pulpit, in quibus deorum simulachra imponebantur, quia in pompa Circensi (hoc est celebritate ludorum Circensium) huiusmodi simulachra deorum ferebantur. Cicero libro primo Offic. Cauendum est ne tarditatibus uramur in ingressu molliori bus, ac similes pomparum ferculis esse uideamur.

Feretrum, feretri, neut. secund, penultima correpta, à Fero, Lectus, uel aliquid aliud quo mortuus efferri solet, φέρετρον. Alio nomine Capulus dicitur, à capiendo. Plinius libro 7. capite 52. Varro quoque autor est XX. uiris agros diuidentibus Capuæ, quendam, qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus. Feretra item dicebantur, quibus fercula, spoliáue in pompis gestabantur. Liu. secundo ab Vrbe, Spolia ducis suspensa, fabricato ad id apto feretro, gerens, in Capitolium descendit.

Ferox, ocis, om. t. penult. product. Elatus, sæuus, præanimosus ad certandum cum altero, & ad uim alteri inferendam, atq; nocendum. τολμητίας, αὐθάδης. Horat. Vrbes gentesq;, & Latium ferox. Sallust. Ille animo feroci negat se fusum toties Numidam pertimescere. Vergilius 4. Aeneid. Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit, φρυαγματίας. Ferox animo, Plautus in Milit. Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.

Feroculus, diminutiuum. Hircius de bel. Africo, Quid tu, inquit, miles tyro tam feroculus es?

Ferocia, ociæ. f. p. Idẽ quod ferocitas, de quo infrà, θράσος. Cic. lib. 6. de Rep. Qui comprimit eius uim, effrænatã illam ferociam. Cic. de Aruſp. resp. Duobus incœptis uerbis omnẽ impetum gladiatoris, ferociamq; compressi. Tac. lib. 2. Per cõmunes liberos orauit, exueret ferociam.

Ferocitas, tatis, fœm. t. Superbia, elatio animi, crudelitas, sæuitia, & (ut inquit Speusippus) excessus audaciæ, haud metuẽs quæ metuenda sunt, θράσος. Cicero primo Offi. Sicut equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, ut his facilioribus possint uti, &c. Idem in Vatin. Ferocitatem tuam istam comprimerem, & audaciam frangerem. Cicero de Senect. Infirmitas puerorum, ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis.

Ferociter, Superbè, elatè. Plautus in Amphit. Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant. Liuius 3. ab Vrbe, Legatique caput ferociter ostentantes. Idem tertio belli Punici, Cum quo ferocissimè pro Romana societate aduersus Ponticum fœdus steterat. Multò ferocius, Cicero Quinto Fratri, libro secundo.

Ferocio, cis, ciui, uel cii, cìtum, neutrum, quartæ, Ferox fio, uel ferociam exerceo, ἀγριδμαι, ἀγριαίνομαι. Gellius lib. 1. Nihil adeò in cõgrediendis hostibus, atque in principiis prælioru ad salutem, uirturemque aptius rati, quàm si permulti sonis mitioribus non immodicè ferocirent. Ouidius, Disce bonas artes nullis assueta iuuentus, Mox intractati more ferocis equi.

Ferrum, ri, n. s. uel à ferendo, quòd in agro colendi gratia feratur: uel à feriendo, quòd cætera eo feriantur, hoc est, domentur. Sua enim sæuitia feriendo domat reliqua metalla, attenuat, & extendit, σίδηρος. Plin. lib. 11. cap. 25. Ferro lædi uitalia udit. Cicero de Natura deorum, Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. Quint. lib. 2. cap. 4. Quod etiam rusticis natum est, qui frondibus generis non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum uidentur, & nondum cicatricẽ pati posse. Ferrum aliquando pro gladio accipitur. Cic. 1. Tusc. In seruorum ferrum & manus incidisset. Sic pro Rosc. Ameri. Vulneratus ferro Phrygio. In ferrum, atq; in uincula coniecti, Cicero 7. Verr. Vbi ferrum uidetur posuisse pro compedibus ferreis.

Ferreus, rea, reum, Quod est ferri materia est, σιδήρεος. ut Massa ferrea, anulus ferreus. Plin. lib. 10. cap. 42. Hæc quum loqui desiit, ferreo uerberabatur radio: non sentit aliter ictus. Ferream fabricam inuenere Cyclopes, Plin. lib. 7. cap. 56. Verg. 3. Aen. confixũ ferrea texit Telorum seges. Idem lib. 12. in toto turbida cælo Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber.

Ferreus per translationem, pro duro, & inexorabili. Cicero ad Trebatium, Ferreus essem, si te non amarem. Idem ad At-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ticum libro decimotertio, O te ferreum, qui illius periculis non moueris.

Ferrarius, a, um, Quod ad ferrū pertinet, σιδηρικός, Faber ferrarius, fodina ferraria, officinæ ferrariæ, metalla ferraria. Pli. lib. 34. cap. 14. Quum ferraria metalla in his locis nō sint. Ferraria aqua, qua utuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum. Plin. lib. 28. cap. 16. Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent.

Ferraria, riæ, f. p. substantiuum, Locus in quo ferrum foditur, σιδηρορυχίον, sicut auraria, argētaria, æraria, in quibus aurum, argentum, & æs effoditur. Cæsar lib. 7. bel. Gal. Apud eos magnæ sunt ferrariæ. Liu. 4. bel, Mace. Parata prouincia, uectigalia instituit ex ferrareis, argentariisq;.

Ferratus ta, tum, Nomen est, non participium, quum uerbi originem non habeat, sicut tunicatus, manicatus, & similia: significatq; id cui ferrum inductum est, σιδηρόδετος. Vnde Ferrata spicula, & ferratas lanceas dicimus. Vergilius libro 3. Georgicorum, Vndique iam tergo ferratos sustinet orbes. Huius compositum est Præferratus, quo significatur illud, cuius anterior pars ferro munita est. Plinius libro decimo octauo, cap. 10. Quippe & Hetruria spica farris tosti pinsere pilo præferrato.

Ferramentum, ferramenti, neut. s. Instrumentum ex ferro, σιδήριον. Vnde Ferramenta fabrilia, & ferramenta tonsoria dicimus. Cicero 1. de Natura deorum, Quæ molitio, quæ ferramenta, qui uectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? Col. lib. 13. Nonnunquā etiam quum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Hinc ferramentarius faber, ferramentorum confector.

Ferrugo, inis, f. ter. penultima producta, ferri propriè dicitur, ἰὸς σιδήρου: sicut ærugo æris. Plin. 23. cap. 8. Sudor uirgæ corni arboris, lamina candente ferrea exceptus, non contingente ligno, illitaq; inde ferrugo, incipientes lichenas facit. Per translationem ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis similitudine coloris ferri rubigine exesi: unde Vergi. lib. 3. Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Ferrugineus, a, um, Quod est coloris ferruginis, hoc est, quod colorem habet ferri longa rubigine exesi, qui ex rufo & nigro commistus, qualis est quem Galli sua lingua Perfumatum. ueteres (ut opinor) impluuiatum dixerunt: aut certè is est, quem hodie colorem regium uocamus, qui à superiori non multùm distat. Sunt qui uelint ferrugineum colorem eum esse, quem alio nomine uocamus cæruleum: adducti, opinor, autoritate Plauti in Milite, qui eundem colorem thalassicū uocat & ferrugineum. Sed certè Plautus non idcirco uocat colorem thalassicum, quòd maris colorem referat, sed quòd nauæ eiusmodi colore soleant uti in mari. Iubet enim ibi Palæstrio Pleusidem, qui meretricem abducturus erat, ferruginea ueste exornatum uenire, ut facilius persuadeat militi se esse nauclerum. Verba eius, ut res facilius intelligi possit, adscribemus, Facite (inquit) Palæstrio ut uenias ornatu huc naucleriaco, causiam Habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam: Palliolum habeas ferrugineum, nam is color thalassicus. hoc est, mari, & nautis qui in mari uersantur, Idoneus. Non absimilis est eorū, qui ferrugineum colorem arbitrantur esse colorem hyacinthi: eò quòd Vergilius quarto Georgicorum, hyacinthos uocat ferrugines. Constat enim uel Ouidii testimonio, florem purpurei coloris esse, utpote qui Hyacinthi pueri sanguinem, ex quo natus fertur, dicatur referre. Certum est itaque Vergilium hyacinthum non dixisse ferrugineum, quod ferrugineum colorem imitetur, sed eadem ratione, qua sexto Aeneidos cymbam Charontis dicit esse ferrugineam, quòd scilicet funesta putabatur, & luctuosa. Solent enim lugentes uestibus ferruginei coloris uti, quòd is color fuscus sit, & subobscurus. Sic etiam Vergilius hyacinthum florem uocat ferrugineum, hoc est, lugubrem & funestum. alludens nimirum ad fabulam illam, qua fertur hunc florem ex sanguine Hyacinthi pueri ab Apolline iactu disci occisi, primùm fuisse enatum. Hæc paulò uerbosius uisum est discurere, quòd uideamus eruditos nostri seculi tam discrepantia de hoc colore tradidisse, ut quid de eo sentire debeamus, non facilè fuerit constituere. Sed certè uerisimile est hunc colorē eum esse, quem suprà diximus, qui scilicet ferruginis (à qua nomē habet) colorē imitatur: hūcq; eundem esse, quem ueteres appellauerunt Bæticum, seu Hispanum. Quod etiam non obscurè ostendit Vergilius, libro nono Aeneidos, quum uocat ferrugineum Iberam, hoc est, Hispanicam. Quo coloris genere etiam hodie nautæ Hispani, atque adeò omnes tenuiores utuntur. Neque solùm nautæ Hispanienses, uerùm etiam totius orbis nautæ hoc colore utuntur: ut non immeritò Plautus colorem hunc uideatur appellasse thalassicum, hoc est, mari maximè conuenientem. Nam quum hic color sit natiuus, & penè terræ similis, neq; facilè mutat colorem, neque maculæ in eo apparent. Cōstat autem hunc colorem fuisse utilissimum uel eo argumento, quòd Plautus in loco iam citato ferrugineas uestes piscatoribus tribuit. Nam quum iussisset Pleusidem aduenire exornatum causia & palliolo ferrugineo, ut probè nauclerum ementiretur, subdit, atq; apud hunc senem omnia hæc sunt. nam is piscatores habet. Huc accedit, quòd Plinius libro uigesimo nono, capit. sexto, scribit lacertas uirides ferruginis maculis esse distinctas. Lacertæ autem maculas eius esse coloris, quem iam indicauimus, nemo addubitat, qui uel semel lacertam uiderit. Non tamē inficias iuerim prō ea, quæ est apud Latinos in distinguendis coloribus, uel ipso Plinio teste, uocabulorum inopia, colores aliqua ex parte ad hunc accedentes, etiam ferruginis nomine fuisse appellatos. Vnde etiam apud Claudianum, libro 2. de Raptu Proserpinæ, uiolas etiam ferrugineas inuenimus appellari, & à magnæ autoritatis scriptoribus colorem ferrugineum inter gratissimos colores numerari. Quamobrem ut non magnopere repugnem iis, qui hunc colorem Gallorum lingua Tanneū, aut Castaneum interpretantur, pro intentione aut dilutione obscuræ rubedinis, aliis atque aliis appellantes nominibus: Ita plurimùm ab iis dissentio, qui hunc eundem faciūt cum colore cæruleo, quem alio nomine Venetum appellant. Quorum errorem manasse arbitror ex loco Vegetii, libro 5. capite 37. malè intellecto, quòd ibi Vegetius nautis uideatur tribuere colorem cæruleum, siue Venetum, quibus (ut suprà ostendimus) Plautus assignat uestes ferrugineas. Arbitrati sunt itaque eundem esse colorem, quem Plautus ferrugineum, & Vegetius cæruleum siue Venetum uocat. Sed hoc argumentum quàm falsis inniratur fundamentis, facilè diiudicabit, qui citatum Vegetii locum non ociosanter excusserit. Neque enim ibi cæruleum colorem nautis omnibus tribuit, sed iis tantùm, qui in bello nauali scaphis quibusdam exploratoriis hostium consilia inuestigant: quibus etiam uelum nauis, atque ipsos adeò rudentes cæruleo colore tinctos esse iubet, ut aquæ marinę similitudine, hostium oculos facilius fallant.

Ferrumen, n. t. pen. prod. inis, Quoddā quasi gluten, iunctura, seu ligatura, qua metalla, siue etiā aliæ res cōsolidari solent, κόμμα, συναφή. Pli. lib. 36 cap. 23 Ruinarum urbis ea maxima, causa, quòd furto calcis sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Vbi calcem uocat ferrumen cæmentorū, id est, lapidū, quòd illa cōsolidentur, & cōglutinentur cæmenta. Ferrumen auri (ut suo loco diximus) uocatur chrysocolla.

Ferrumino, as. a. p. pe. cor. Iungo, cōsolido: propriè de metallis dicitur, quamuis & ad alia trāsferatur. συνάπτω, κολλῶ. Pomp. Iurecōsult. Si tuum scyphum alieno plumbo plumbaueris, argento ferruminaueris, nō dubitatur tuum scyphum esse. Plinius pro glutinare posuit, lib. 36. Vitrū sulphuri incoctum ferruminarur in lapides, hoc est, glutinarur in formam lapidis. Et lib. 37. Calcis quoq; usum bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris,

Ferruminatio, f. te. uerbale. Paul. in l. in Rem actio. parag. Item quæcunq;. ff. de Rei uen. Ferruminatio per eandē materiam facit confusionem, plumbatura uerò non idem efficit.

Fertilis, uide Fero.

Fertum, ti, pro libi genere, uide Fartum.

Ferueo, es, ferui, uel ferbui, n. s. Propriè est ex igne suppositō calere, ζέω. Vnde aqua propriè feruere dicitur, quum ui ignis cōmouetur & agitatur: quod etiam bullire dicimus. Transfertur tamen ad ea, quæ quouis modo calefiunt, siue aliquo æstu agitantur, Sic uinum feruere dicimus, quod ex musto transit in uinum. Plinius libro decimoquarto, capite 9. Medium inter dulcia uinum est, quod Græci ἀζήμιους uocant, hoc est, semper mustum. Id euenit cura, quoniam ferueri prohibetur, sic enim uocant musti in uina transitum. Sic etiam mare ferueri dicitur, quum æstu & fluctibus agitetur: unde & fretum appellatum uolunt. Ouidius undecimo Metamorph. pontus uertigine feruet. Ferueri opibus dicimus, dum studio & diligentia elaboratur. Hominem quoque ira, odio, aut calore ferueri dicimus, dum ira, aut odio, aut calore incensus est. Cicero pro Quintio, usque eò feruēt, fertur̄que auaritia, ut de suis commodis uelit aliquam partem amittere, ne quam partem huic propinquo suo illius ornamenti relinquat. Horatius primo Epistolar. primo.

Pectus

Pectus anaritia, miseraq; cupidine feruet. Ouid. 2. Metamor. utq; animus tumida feruebat ab ira, Arma assueta capit. Martialis, fora litibus omnia feruent. Huius contrarium est Deferuere, quod est mitescere, & placitum fieri, seu à calore deficere. Composita à feruco sunt Deferuco, Efferuco, ualde seu extrà feruco. Referuco, rursus feruco. Plinius, Item terebinthinam in sartagine referuenti. A quibus deferuesco, Efferuesco, & Referuesco.

Feruens, participium, Quod bullit, aut calidum est. Plin. libr. 7. cap. 2. Feruntq; ipsas saliua, ut feruentis aquæ contactū fugere. Migrat interdum in nomen admittitq; comparationem. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. Quale fuit Cassi rapido feruentius amni Ingenium. Columella libro 12. capite 1. Ad præsidium aquæ calidæ curritur: sed in non feruentissima fieri oportet. Cicero 2. Offic. Nam fortis animus & magnus in homine non perfecto nec sapiente feruentior plerunque est.

Feruenter, aduerbium. Cælius Ciceroni, Quòd Pilius necessarius Atrici nostri de repetundis eum postulauit, magna illicò fama surrexit, & de damnatione feruentur loqui est cœptum.

Feruesco, is, inchoatiuum: ut, Terræ feruescunt sole, Lucr. lib. 6. Ventus mobilitate sua feruescit: apud eundem.

Feruo, is, ui. eiusdem significationis est cum feruco. n. t. Propert. Incipit & ficco feruere terra Cane. Gellius libro 2. cap. 29. Dominus quos rogauerat operitur, sol feruit, & fit nihil. Terentius in Adelph. Ego illius sensum pulchrè calleo, quum feruit maximè, tam placidum quàm ouem reddo. Vergilius 3. Georg. Omnia tunc pariter uento nimbisq; ui. debis Feruere.

Feruefacio, feruefacis, Bullire facio, θερμαίνω. Cato de Re rust. Et potionem polentæ eodem addito, & oleum postea feruefacito. Idem capite 123. eam feruefacito cum congio uini ucteris. Feruefacio, pro calefacio. Plaut. Pseud. Ex ipsa se patinæ feruefaciunt illicò. Feruefacta iacula, Cæsar 5. bel. Gall. Hinc componitur Inferuefacio, quod est in re aliqua bullire facio. Cato, Sumito brassicam, conijcito in aquam feruentem, coquite paulisper, uti subcruda sit: postea aquam defundito non omnem: eo addito oleum bene, & salem, & cumini paululum, inferuefacito paulisper.

Feruidus, feruida, feruidum, penult. correp. Idem quod feruēs, & maximè calidus. θερμός. Plinius libro 13. capite 4. Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida: frugifera uerò nusquam nisi in feruida. Cicero 2. de Natur. deorū. Iam uerò reliqua quarta pars mundi, ea & ipsa tota natura feruida est. hoc est, ardens maximè. Ponitur & translatè pro uehementi, feroci, diligenti. Liuius 7. bel. Pon. Quum toto eo bello damnosa præpropera, ac feruida ingenia Imperatorum fuissent. Et Cic. de Clar. Orat. Appij Claudij uolubilis, sed paulò feruidior erat oratio. Hinc fermentum dictum est, quòd feruendo crescat: de quo suprà diximus.

Feruor, oris, m. t. Calor uehemens qualis est ignis uel solis æstus. ζέσις. Plin. lib. 11. cap 31. Indi furantur æstiuo feruore aurum erutum à formicis tempore hyberno. Horat. 1. Carm. Ode 16. me quoq; pectoris Tentauit in dulci iuuenta feruor, & in celeres iambos Misit furentem.

Ferula, syluestris tapsia. Dioscor. lib. 4. cap. 159. Ferulæ descriptionem lege apud Dioscor. lib. 3. cap. 89. Plin. lib. 13. cap. 22. lib. 20. cap. 22. & lib. 14. cap. 1.

Ferulago, tapsia, Dioscor. lib. 4. cap 159.

Ferula, læ, f. p. penult. corr. Baculus, siue uirga quapuerorum manus feriuntur. unde & nomen habet: quanquam sint qui à ferendo malint deducere, quòd propter leuitatem, fenes ferula pro scipione solent uti, ῥάβδῳ. Iuuen. Satyr. 1. Et nos ergo manum ferulæ subduximus. Martial. libr. 10. Ferulæq; tristes sceptra pedagogorū Cessent. Colu. Nec manibus mites ferulas. Idem, ferulæque minaces Plantantur. Græcè ῥάβδος: & per diminutionem ναρθήκιον dicitur. Inde apud Platonem in Phædone ναρθηκοφόροι, ministri Bacchi quasi feruligeri nominantur. Baccho enim ferulæ assignantur, quæ asinis gratæ sunt in pabulo. Ideò asinus grata hostia Baccho cadit. Ferula annumerata est inter externos frutices à Plinio, lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungosam intus medullam, quemadmodum caulis fœniculi, quanuis in multò maiorem altitudinem & crassitudinem excrescat. Nascitur in locis calidissimis: & uix alibi quàm in Africa. Nulli fruticum leuitas maior, ob id gestata, facilius baculorum usum senectuti præbet. Colum. lib. 3. In quos scrobes destinaueris nuces serere, terra minutā in modum semipedis ponito, ibiq; semen ferulæ facito: quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla eius nucem Græcam, uel auellanam absconditō.

Ferulaceus, a, um, ναρθήκινος. Plin. lib. 18. At milium & panicū in culmen geniculatum & concauum, zizania uerò, in ferulaceum scilicet fastigiatur.

Ferus, Vide Fera.

Fescennini uersus, ut autor est Festus, Carminis genus erat omni obscenitate & opprobrio plenum: ita dictum quòd ex Fescennina urbe primum fuerit alatum: siue quòd fascinum arcere putabatur, quasi fascininum. Macrob. lib. 2. Sat. Temporibus Triumuiralibus Pollio quum fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait, At ego taceo. Non est enim facile in eum scribere qui potest proscribere.

Fĕsĭis, pro feriis aliquando dixerunt Vetres.

Fessus, fessa, fessum, Idem quod fatigatus: & tam ad animum quàm ad corpus refertur, ut autor est Valla libro 4. Elegant. de quo in dictione Defetiscor, καθμηκὸς, κπτιεικὸς. Vergilius 1. Aeneid. Tum Cererem corruptam uadis. Cerealiaque arma Expediunt fessi rerum. Vbi Seruius, Fessi rerum, hoc est, penuria fatigati. Idem 2. Ecloga, Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia, serpyllumque, herbas contundit olentes. Plin. libr. 7. cap. 52. Puerum æstu & itinere fessum.

Festino, as, n. p. pen. prod. Significat propero, σπεύδω. Verg. 2. Aen. Festinate uiri: nam quæ tam fera moratur Segnities? Plin. de Viris illust. Sed quum ad Camerinam ab hostibus obsessam festinaret, à Pœnis in angustijs clausus est. Plaut. in Asin. Remigio, uelocq; quantum poteris, festina, & fuge. Interdum festinare est trepidare, & turbari. Sallust. Festinantibus in summa inopia patribus. Terent. in Adelph. Quid festinas, mi Gera? animū recipe. Idem in Eunuch. Quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Pythia?

Festinor, aris. passiuum. Tacit. de morib. Germ. Nec uirgines festinantur. id est, citò ad coniugium abripiuntur.

Festinatus, particip. Plin. in Paneg. Quinimò festinatis honoribus amplificat atque auget, & maioribus suis reddit. Tacit. in uita Agricolæ, Ira festinatæ mortis grande solatium tulit.

Festinantia, & festinatio, Properatio, σπουδή. Cicer. pro Milone, Quæ causa cur Romam properaret? cur in noctem se conijceret? quid afferebat festinationem? Col. libr. 11. cap. 2. Quo cautior uillicus uel abstinere possit operibus, uel festinationem adhibere.

Festinantur aduerbium à festinans, Celeriter, & cito, σπουδῇ. Cic. 1. de Finibus Illud mihi è te nimitum festinanter dictū uidetur. Sapientes omnes esse beatos. Plin. li. 17. cap. 11. Quia festinantius germinant.

Festinatò, aduer. à festinatus, ἐπισπερχῶς. Plin. libr. 18. cap. 10. Quòd nisi festinatò peragatur, lurido colore mucescere. Quint. lib. 4. cap. 2. Quam nihil properatò, nihil festinatò fecisse uidetur Milo.

Festinus, Celer, ταχύς, Cic. Att. lib. 9. Festino enim similimus decurro, atque cursu θέσεις meas commentari non desino. Ouid. 11. Metam. cursu festinus anhelo Aduolat armenti custos Phocæus Anetor.

Festiuitas, festiuitatis, Vide Festus.

Festra, Ostium minusculum in sacrario ab fenestra per detractionem mediæ syllabæ. Festus.

Festuca, cæ. f. p. pen. prod. Minima quæque res, & leuissima, κάρφος. Colum. lib. 8. cap. 17. Per quos festucæ, surculiq; in auiarijs passim spargendi sunt. Plin. lib. 9. cap. 10. Fœminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat auersæ. Festuca uirga prætoria qua quis fiebat liber: quæ etiā uindicta dicebatur, ut colligi potest est Plutarchi libello quē de Sera numinis uindicta inscripsit. Plau. in Mil. Quid ea, ingenua, an festuca? facta serua, an libera est? Pers. Satyr. 5. Non in festuca lictor quam iactet ineptus.

Festucarius, adiect. Gellius lib. 20. cap. 3. Idcircò Ennius significare uolens bellum, non ut ad Prætorem solitum est, legitimis actionibus, neque ex iure manu consertum, sed bello, ferroq;, & uera ui, atq; solida: quod uidetur dixisse, conferēs uim illam ciuilem, & festucariam, quæ uerbo diceretur, non quæ manu fierer, cum ui bellica, & cruenta.

Festucago, Aegilops, uel Bromos, apud Dioscorid. libro 4. capite 140.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Festus, sta, stum, Solenniter lætum, & feriatum, ἑορτάσιμος, ἑορτασὸς. Vnde festi dies, in quibus uel sacrificia diis offerebantur uel epulationes celebrabantur, uel ludi in honorem deorum agebantur, uel feriæ obseruabantur, ἑορταὶ. Plaut. in Aulu. festo die si quid prodegeris, Profesto egere licebit, ni si pepercerís. Verg. 1. Georg. Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas & iura sinunt. Idem, festosq; dies de nomine Phœbi. Huius compositum & contrarium est, profestus: ut, Profesti dies, qui hominibus ad rem uel priuatam uel publicam administrandam concessi erant. Quandoq; festus dicitur ad festum diem pertinens: ut, Festæ frondes, quæ festis adhibentur.

Festiuus, a, um, pen. prod. Lepidus, urbanus, facetus, ἁστεῖος, ἐυτράπελος: ut, festiua oratio, dictũ festiuũ. Cic. lib. 1. Offic. de Græcis dulcem & facetũ festiuitq; sermonis. Plaut. in Mil. Nimiũ festiua mulier operam præbuit. Terent. in Adelph. O mi pater festiuissime. Quidam etiam festiuum pro festo accipiunt, siue ad festum pertinente, ut, Festiua gaudia. In hac tamen significatione apud ueteres non inuenies.

Festiuè, aduerb. Cic. ad Q. frat. lib. 2. Quanquam à te actum fabellam uideo esse festiuè, nullo modo probaui. Idem ad Atticum lib. 4. Soles enim tu hæc festiuè odorari.

Festiuitas, tatis, f. t. Lepor, & urbanitas sermonis, ἀστεότης, ἐυτραπελία, Autor ad Heren. li. 1. Illud genus narrationis quod in personis positum est, debet habere festiuitatem. Cicer. de Clar. Orat. Festiuitate igitur & facetijs, inquam, C. Iulius. L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit. Plaut. Cap. Lucrum, ludum, iocum, festiuitatem, ferias, &c. Teren. Ennu. An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit: An mei patris festiuitatem, & facilitatem.

Feuxaspidion, Polium montanũ, apud Dioscor. li. 3. cap. 122.

Fex, Vide Fæx.

FI. In notis antiquorum, fieri iussit. FIB. fide bona. FIC. fiscum, uel fidecõmissum. FIC. RPC. fiscum reipublicæ causa. FID. fides. FID. D. fide dignus. FID. F. fictum. FID. IMP. fides Imperatoria. FID. INTEM. fides intemerata. FID. P. C. fides patrum conscriptorum. FID. P. R. fides populi Romani. FID. R. fides regia. FID. RP. Fides reipublicæ. FID. S. fides Senatus. FID. SER. fidelis seruus. FIL. filius. F. IR. fidei iussores.

Fiber, m. s. Animal in Ponto, sic dictum à fibris, hoc est, ab extremis oris amnium quas colit, & ubi maximè solet uideri, κάσωρ. Effossis enim in ripa cuniculis, caudam intra aquas tenet, reliquo corpore in sicco habitat. Albertus Magnus dicit habere pedes anserinos posteriores quibus facilius natet: anteriores, caninos. Vide in dictione Castor. Est & fiber, genus uespæ quadrupes incitatissimum, teste Festo. Plaut. Sic me subis quotidie, quasi fiber salicem.

Fibrinus, a, um. Plin. lib. 17. cap. 28. Fibrina pelle detergunt.

Fibræ, fibrarum, f. p. Omnium extremitates rerũ, ἴνες, λόβοι. Vnde & iecoris, & cordis, & cuiuscunq; uisceris extremæ partes, fibræ dicuntur. Verg. libr. 6. nec fibris requies datur ulla renatis. Et Celsus pulmonis fibras nominat, quum libro 4. capite 1. inquit, Pulmo spongiosus, ideoq; spiritus capax, & à tergo spinæ ipsi iunctus, in duas fibras ungulæ bubulæ modò diuiditur. Plin. lib. 11. cap. 37. Murium iecusculis fibris, ad numerum Lunæ dierum in mense congruere dicuntur, totidemq; inueniri. Quin & minuta radicum in arboribus herbisq; capillamẽta, hoc nomine appellantur, ἴνες. Vnde Plin. lib. 17. cap. 10. de arborũ sationibus ait, solum eligi oportere quàm maximè rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. Ver. 1. Georg. & amaris intuba fibris. Colum. de alio, Quum ternas, inquit, fibras ea miserint spicæ, Sarriantur. Idem lib. ult. de rapis, Post tertiam diem mediam fibram rapi gustato, si receperit salem. Cic. 1. de Diuin. Similiter quid fissum in extis, quid fibra ualeat accipio: quæ causa sit nescio. Pers. Satyr. 1. nec enim mihi cornea fibra est: id est, non sunt mihi ita dura præcordia, ut laudis amore non capiar, inquit Budæus. Idem Satyr. 5. Quod latet arcana non enarrabile fibra.

Fibratus, a, um. adiectiuum: ut, Fibrata radix cæparum modo. Plin. lib. 21. cap. 5.

Fibula, læ, f. p. pen. cor. Propriè ornamentum cinguli ad uestem subligandam: uulgò uocant Agrapham, πόρπη, περόνη. Verg. 1. Aeneid. Auream purpureã subnectit fibula uestem. Ponitur quandoque pro circulo æneo quo adulescentulorum uirilia solent coërceri, conseruandæ uocis gratia, quæ ex ueneris usu debilior reddi solet, & asperior. Solet etiam huiusmodi fibula, Comœdorum, Histrionumq; pudendis adhiberi, quòd illi potissimum hominum generi uocalitas sit necessaria. Martial. lib. 7. Menophili penem tam grandis fibula uestit, Vt sit Comœdis omnibus una satis. Idem lib. 14. Dic mihi simpliciter & Comœdis & Citharœdis Fibula quid prestas? Carius ut futuant. Hinc deducitur uerbum fibulo & eius compositum infibulo, hoc est, circulum æneum peni induco. Item refibulare, hoc est, fibulam huiusmodi soluere. Vide plura de fibula apud Cornelium Celsum, lib. 7. cap. 25. Colu. lib. 6. cap. 1. de bobus sic habet, Aenea fibula pars auriculæ latissima circunscribitur: ita ut manante sanguine, tanquam o literæ ductus appareat orbiculus. In emendatioribus tamen exemplaribus subula legitur, non fibula. Au rea fibula donabantur antiquitus milites. Liu. 7. ab Vrbe, Tum puero annulum aureum, tunicam lato clauo, cum Hispano sagulo, & aurea fibula ornatum donat, equumq; Idem 9. bel. Maced. Quintius alter Prætor suos equites catellis, ac fibulis donauit. Fibulæ item in ædificijs dicuntur ferramenta quibus tigni coniunguntur. Cæs. 4. bel. Gal. Hæc utraque insuper bipedalibus trabibus immissis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis utrinque fibulis, ab extrema parte distinebantur. Ab hoc nomine dicitur Suffibulum, uestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales sacrificantes habebant, idq; fibula comprehendebatur.

Fibulo, as, are, a. p. Fulcire, coniungere, ἁρμοστέω. Colum. lib. 1. Omnesque parietum & soli iuncturæ testaceis puluinis fibulantur: quoniam ferè quum his partibus ædificia rimas egerunt, caua præbent, ac latebras subterraneis animalibus. Huius composita sunt, diffibulo, refibulo, & infibulo. Est autem infibulare, super glandem penis fibulam, hoc est, circulum æneum inducere. quod fiebat duabus de causis, uel uocis seruandæ gratia, uel ualetudinis. Vide de hoc Cornelium Celsum libr. 7. cap. 25. Refibulare uerò, est fibulam tollere, siue soluere. Martial. libro 7. Et cuius refibulauit turgidum faber penem. Idem significat diffibulare. Papinianus, Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro.

Ficarius, Vide Ficus.

Ficedula, f. p. Auis est quæ ficuum esu pingueſcit, συκαλὶς de qua sic Martial. libro 13. Quum me ficus alat, quum pascar dulcibus uuis, Cur potius nomen non dedit ua mihi? Idem alibi, Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. Iuuen. Satyr. 14. & eodem iure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Quo in loco dictionis huius antepenultima corripitur, quæ in uersu Martialis iam citato producitur. Plinius libro 10 capite 29. Alia ratio ficedulis: nam formam simul coloremq; mutant. Hoc nomen non nisi Autumno habent, postea Melancoryphi uocant. Hæc auis à Romanis habita fuit in delicijs. Vnde Gellius libro 19. capite 8. scribit tantam fuisse ueterum in cœnis instruendis luxuriam, ut negarent auem ullam, præter ficedulam totam comesse oportere.

Ficus, Tria omnino significat, fructum scilicet notissimum, Græci σῦκον uocant: deinde arborem ipsam quæ hunc fructum profert, quem illi συκῆ appellant: tertiò ulceris quoddam genus in locis pilosis nascens, à similitudine fici fructus ita appellatum. Pro hac itaque significationum uarietate, diuersa habet genera & declinationes. Nam quum pro fructu accipitur, tam secundæ declinationis est, quàm quartæ. In secunda tamen declinatione tam masculini generis est, quàm fœminini: in quarta uerò solùm fœminini generis. De secunda declinatione hæc erunt exempla. Plin. libro 16. cap. 26. Fici mirabiles sunt, & abortiui, qui nunquam matureſcunt. Macrobius libro 3. capite 10. Grossi appellantur fici qui nõ matureſcunt. Quanquã Plinij lectio hodie sic habet, In ficis mirabiles sunt & abortus qui nunquam matureſcunt. Item apud Macrobiũ hodie sic legitur, Grosi appellantur fici quæ nõ matureſcunt. Et (ut ingenuè quod sentio, proferam) nulla aut certè paucissima de genere masculino possunt adduci testimonia: hisce præsertim duob. locis immutatis, quibus maximè innitebantur qui in masculino inueniri asserunt. Valla tamẽ in secunda declinatione tam masculinum quàm fœmininum esse credit: quod etiã ex hoc apparet, quod hoc nomine pro morbo, qui à fructus similitudine dictus est, in masculino genere utamur. Huc accedit diminutiuũ ficulus, quod quũ sit masculini generis, uidetur ipsum etiã primitiuũ eiusdẽ esse generis. Solet enim fe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

enim ferè ſemper diminutiua eius eſſe generis cuius ſunt primitiua, quanquam hoc non nunquã fallat. Quicquid id eſt, frequentius certè fœmininum eſt: ut apud Varronem libr. 1. de Re ruſt. Fici (inquid) temen naturale intus in ea fico quam edimus. Et paulò pòſt, Quum enim reſticulas per ficos quas edimus, maturas perferunt, & eas quum maturuerint, complicant. Plin. lib. 15. cap. 18. Reliquo genere pomorum ficus ampliſſima eſt. De quarta declinatione etiam frequentia occurrunt exempla. Iuuenal. Satyr. 14. ſi uis aliam decerpere ficum Martia, Rex mira eſt. ficus non habet unus ager. Ficus pro arbore, gen. fœminini eſt, & ſecundæ uel quartæ diclinationis, συκὴ. Plin. lib 16. Quidam breuita te radicum ſenescere celerius arbores putant: quod coarguunt fici, quorum radices longiſſimę ſunt, & ſenectus ocyſſima. Iuuen. ad quæ Diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici. Cic. de Oratore, ſecundum quartam declinationem inflexit. Cui quũ familiaris quidam quereretur, quòd diceret uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore quos feram furculos. Ficus pro morbo, maſc. generis, & ſecundæ declinationis, σῦκον. Martial. lib. 1. Dicemus ficos Ceciliane tuos. Sunt qui hoc loco ficus, quarta declinatione legant. Naſcitur hoc uitium ferè in capite, tum in capillo, tum in barba, & locis obſcœnis, quæ pilis integuntur. Celſus lib. 6. cap. 5. Eſt etiam hulcus, quod à fici ſimilitudine, σύκωσις à Græcis nominatur. Caro excreſcit: & id quidem generale eſt. Sub eo uerò duæ ſpecies ſunt. nam alterum hulcus durum & rotundum: alterum humidum, & inæquale. Ex duro, exiguum quiddam & gluti noſum exit: ex humido, pus mali odoris, fitq; in his partibus quæ pilis conteguntur: ſed id quod calloſum eſt, & rotundum, maximè eſt in barba: id uerò quod humidum, præcipuè eſt in capillo, atq; ano ex attritu, quem cinœdi patiuntur. In ficorum genere ſunt Chalcidicæ, Chiæ, purpureæ, chelidoniæ, mariſcæ, calliſtruthiæ, Liuiæ, Libyſſæ, Flauiæ, & reliquæ.

Ficulus, diminutiuum eſt, συκίον. Plautus in Sticho, Nucibus, fabulis, ficulis.

Ficetum, ti, n. ſ Locus ubi ficus conſitæ ſunt, συκᾶν. Varro, Ficus q; denſa materia non eſt, ideò ſequitur calorem: quò fit ut in locis frigidis ficeta fieri non poſſiint. Martialis, iocum captans ex ambiguo, ficetum poſuit pro obſcœnis partibus ficoſis, hoc eſt, multis hulceribus quæ ficos uocant, obſitis. Sic enim habet lib. 12. Vt pueros emeret Labienus, uendidit hortum, Nihil niſi ficetum nunc Labienus habet.

Ficarius, a, um, Quod ex ficu eſt, aut ad ficum attinet, σύκινος. Plin. lib. 11. cap. 15. Ficarius culices caprificus generat. Cato cap. 48. Cò ſarmenta aut ficarias crates imponito, quæ frigus arceant & ſolem.

Ficaria, riæ. Locus eſt ficis arboribus cõſitus, συκῶν. Pallad. lib. 4. Aliqui inter ficarias caprifici arbores ſerunt.

Ficatum iecur, ſuillum maximè, [illegible] συκατὸν appellant, à ſue fico paſta.

Ficitor, m. r. pen cor. Ficorum amator, ſeu ficorum collector, συκοφάντης. Nœuius apud Nonium, Ficitores omnes cupiũt ficitatem.

Ficolea, palus ficulinus.

Ficoſus, a, um, Ficis, hoc eſt, ulceribus & tuberculis plenum, συκώδης. Vnde & ficoſitas, ipſa ulcerum copia; Ficitas, ficorum fructuum abundantia, ſeu fertilitas.

Ficulneus, a, um, ſiue Ficulnus, Quod eſt ex ficu arbore. Plin. lib. 16. cap. 28. Sunt & ficulnei caules. Horat. 1. Sermo Satyr. 8. Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Eadem autẽ forma ficulnus & ficulneus dicimus, qua ſalignus & ſaligneus, i. ignus & iligneus. Cato. Fibulæ unde fiant aridæ, iligneæ, ulmeæ, muceæ, ficulneæ: face ut in ſtercus, aut in aquam conijciantur. Ficulnea arbor. Colu. lib. 5. cap. 11. Ad crus arboris ficulneæ religa.

Ficus terræ, Aſtrogalus, apud Dioſc. lib. 4. cap. 65.

Fictilis, Fictitius, Fictor, Fictus, Vide Fingo.

Fideicommiſſum, Fideiubeo, Fideiuſſio, Fideiuſſor, Vide Fides fidei.

Fidelia, æ. Genus uaſis Samii, teſte Nonio, ad uſus plurimos accommodati, κεράμιον. Perſius, Diſce, nec inuideas, quòd multa fidelia poter In locuplete penu. Plautus in Aulul. Mulſi congialum plenam faciam tibi fideliam. Colu. lib. 12. cap. 28. In fictili fidelia ſacro loco reponuntur. Perſ. Satyr. 5. tumet alba fidelia uino. De eadem fidelia duos dealbare parietes, eſt eadem opera duos uelle demereri. Curius Ciceroni. Sed oro te, amice magne, noli hanc Epiſtolam Attico oſtendere: ſine eum me uirum bonum eſſe putare, nec ſolere duos parietes de eadem dealbare fidelia. Metaphora tracta uidetur ab ijs qui parietibus albarium inducturi, colores habent in fictilibus præparatos. Vide Eraſmi Adagia.

Fidelis, Vide Fides, fidei.

Fides, huius fidei, f. q Dictorum eſt, & conuentorum conſtantia & ueritas. quia fiat quod dictum eſt, ſic appellata, autore Cic. 1. Offic. ubi ſic ait, Fundamentum autem iuſtitiæ eſt fides, id eſt, dictorum, conuentorum q; conſtantia & ueritas: ex quo (quanquam hoc uidebitur tortaſſe cuipiam durius, tamen ut uideamur imitari Stoicos, qui ſtudioſè exquirunt unde uerba ſint ducta) credamus, quia fiat quod dictũ eſt, appellatam fidem. Terent. Heaut. Sed uideo, eccos quos uidebam. C. O Iuppiter, ubinam eſt fides? Conſtans fide. Tacit. lib. 19. Neq; fidei conſtans, neq; ſtrenuus in perfidia. Fidei plenus. Cic. de Senectute, Licet enim uerſibus iiſdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille uir haud magna cum re, ſed fidei plenus Fides tabularum, id eſt, autoritas. Cic. pro Arch. Quum Appij tabulæ negligentius aſſeruatæ dicerentur, Gabinij, quandiu incolumis fuit, leuitas, poſt damnationẽ calamitas, omnẽ tabularum fidem reſignaſſe. Bonæfidei poſſeſſor qui ignorauit rem quã emit, alienã eſſe: aut putauit eum qui uendidit, ius uendendi habere. Budæus. Bona fide id eſt, ſerio. Plaut. Aul. Dic bona fide, tu id aurũ non ſurripuiſti? Dare fidem, idem eſt quod ſanctè promittere, ὑπισχνεῖσθαι Cic. 2. de Finib. Nec dubitabit iſti ueſtro beato M. Regulum anteponere, quem quidem quum ſua uoluntate, nulla ui coactus, propter fidem quã dederat hoſti, ex patria Carthaginem reuertiſſet: tum ipſum, quum uigilijs & fame cruciaretur, clamat uirtus beatiorem fuiſſe quàm potantẽ in roſa Thorium. Accipere fidem, & dare, πίστιν δ' ἐδόναι καὶ δέχεσθαι. Verg. 8. Aeneid. Accipe, dabo fidem, ſunt nobis fortia bello Pectora. Dare fidem publicam, eſt publico nomine ſecuritatem, uel impunitatem promittere. Cicer. 3. in Catil. Introduxi Vulturtium ſine Gallis, fidẽ ei publicam iuſſu Senatus dedi: hortatus ſum ut ea quæ ſciret, ſine metu indicaret. Accipere fidem publicã, eſt id quod barbari dicunt, Impetrare ſaluum conductum. Sic interponere fidem publicam, eſt alicui ſaluum conductum dare. Salluſt. in Iugurtha, C. Memmius Pop. Rom. perſuadet. uti L. Caſſius, qui tum Prætor erat, ad Iugurtham mitteretur. eumq; iuterpoſita fide publica Romam duceret. Venire fide publica, quod Galli dicunt, Venire ſub ſaluo conductu. Salluſtius ibidem, Comes eies qui Romam fide publica uenerat. Affecta fides. Tacitus lib. 19. Et credebatur affectam eius fidem præiuiſſe. id eſt, fidem læſam: ſicuti Liuius dicit res affectas. lib. 6. Deca. 1. Quorum legati opem rebus affectis orantes. Hanc eandem lib. 18. appellat afflictam fidem. Habere fidem alicui, eſt credere. Plau. Pſeu. Vt mihi cauerem à Pſeudolo ſeruo ſuo, Neu fidem ei haberem. Tereut. And. Propemodum habeo iam tibi fidem. Implorare fidem alicuius, id eſt, auxilium. Terent. Adeph. Illa fidem nunc ueſtram implorat Demea. Ciere fidem, in eadem ſignificatione. Iuuenal. Satyra 5. Nos hominum, diuumq; fidem clamore ciemus. Liuius. Si Saguntinis obſeſſis, fidemq; noſtram implorantibus, impigrè tuliſſemus. Interponere fidẽ. Cicer. de Clar. Orat. Quæ quidem uis tum maximè cognita eſt, Luſitanis à Ser. Galba Prætore contra interpoſitam, ut exiſtimabatur, fidem interfectis. Fidem liberare, eſt promiſſis ſtare, hoc eſt, præſtare quod quis pollicitus eſt. Cic. pro Flacco, Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Heraclia petijt: ipſe tamen Fuſijs ſatisfacit abſentibus, & fidẽ ſuam liberat. Mutare fidem, eſt pactum reſcindere, & uiolare promiſſum. Salluſt. in Iug. Profectò cuncti, aut magna pars Crithenſium fidem mutauiſſent, tanta mobilitatẽ ſeſe Numidæ gerunt. Fallere fidem, eſt quod quis ſua fide promiſit non ſeruare. Cic. 1. Offic. Ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere. Præſtare fidem. Cicer. ad Atticum lib. 19. Itaq; nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, ſuſtineo, meumq; officium, fidem, pietatem ijs præſto. Ouid. 3. Faſt. Bacchæ fidem præſta nec præfer amoribus ullam Coniugis. Item bonæfidei homo uocatur, cui res turò creditur, uel qui rem ſibi creditam fideliter ſeruat, aut etiam qui fideliter præſtat quod promiſit. Suet. in Auguſto, Populo promiſſum congiarium reposcenti, bonæ ſe fidei eſſe reſpondit. Cic. Lentulo lib. 1. fidem pro promiſſione, & quaſi ſponſione poſuit, Pompeij fides, quã de me Cæſari dederat. Facio fidem, eſt rem per argumenta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

menta tabulas, aut teſtes probare, πίστιν διδόναι, πίστιν ποιεῖν. Cic. 2. de lege Agr. Fac fidem, te nihil niſi populi utilitatem quærere. Accipitur interdum fides pro fiducia. Teren. in And. Triſtis ſeueritas ineſt in uultu, atq; in uerbis fides. Eſt item fides, uocabulum negotiatoribus proprium, pro conſtantia illa promiſſorum, qua debitores ſuo loco & tempore præſtant quod promiſerunt. Cicero pro Fonteio, Scimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe. Idem Attic. lib. 11. Huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facilè tuebere. Cæſar. 3. bel. Gal. Quum fides tota Italia eſſet anguſtior, neq; creditæ pecuniæ ſoluerentur.

Fideiubeo, fideiubes, fideiubere, Pro alio promittere, ἐγγυᾶσθαι Vlpian. l. Si dubitet. parag. Filius famil. ff. De fideiuſ. Filius familiàs pro patre poterit fideiubere, nec erit ſine effectu hæc fideiuſſio.

Fideiuſsio, onis, Sponſio pro alio facta, ἐγγύη, ἐγγύησις. Iabol. l. Sed etſi. ff. de fideiuſſ. Quum ſeruus fideiuſſionis nomine obligari non poteſt.

Fideiuſſor, Sponſor, qui pro alio aliquid promittit, μισέγγυητὴς ἐγγυητής. Donatus, Fideiuſſor eſt autor credendi, alium aliquid daturum facturumue, ſua fide, ſuoq; periculo promittens. Vlpianus in tractatu de fideiuſſor. Si quis Stichum ſtipulatus fuerit, & fideiuſſorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua eſſe iubes? Vbi illud obiter animaduertendum eſt, pro eodem dici, Fideiubeo: & diuiſis dictionibus, fide mea eſſe iubeo. Paulus l. Vbi autem. ff. de Verbor. obligat. Si filius familiàs ita ſtipulatus fuerit, Quantam pecuniã Titio credidero, fide tua eſſe iubes.

Fideicommiſſus, a, um, adiect. ut: Libertas fideicommiſſa, id eſt, fideicõmiſſo relicta. Vlpian. l. Titius. ff. De action. empt. Cæteri quoq; ſerui cognita uoluntate defuncti, fideicommiſſam libertatem petiſſent.

Fideicommiſſum, n. ſ. Eſt ſpecies diſpoſitionis ultimæ uoluntatis quum teſtator alicuius fidei aliquid committit quod alteri ſit traditurus: quod idcircò fideicommiſſum dictum eſt quòd ex fide eius cui committebatur, pendebat. Poſtea tamen fideicommiſſa, ut omnis fraudi humanæ occaſio amputaretur, à diuo Auguſto ad neceſſitatem iuris ſunt retracta, iuſtiſq; legatis exæquata.

Fideicommiſſarius, ſarij, m. ſ. habet paſſiuam ſignificationem: nam is dicitur qui fideicommiſſionem accepit. Vlpia. l. Fideicommiſſa de Legat. 3. Paulatim igitur admittemus, etſi ex parte pecuniæ rem comparauit, quam non hoc anno exegit, ut fideicommiſſarium priuaret fideicommiſſo, poſſe adhuc fideicommiſſi petitionem ſupereſſe.

Fído, is, fiſus, neutropaſ. Fidem habeo, credo, ſpem, fiduciamque in aliquo repoſitam habeo: & tam cum ablatiuo quàm cum datiuo conſtruitur, θαῤῥέω, πίστοθαι. Iuuenal. Fidimus eloquio Ciceronis. Vergilius 9. Aeneid. & fidere nocti. Plin. in Epiſt. Liber fuit, & opuſculis uarius & metris: ita ſolemus, qui ingenio parum fidimus, ſatietatis periculum fugere. Huius compoſita ſunt, Confido, & diffido, penultim. prod. quæ ſunt contraria. Nam confidere, idem eſt quod fidere. Cicero ad Atticum, Itaq; accuſabar ab eo quòd parum conſtantiæ ſuæ confiderem. Contrà, diffidere, eſt fidem non habere, ἀπιστῶ, Seneca, Nec ſecundis rebus nimis fidendum, nec aduerſis diffidendum eſt.

Fidenter, aduerb. Intrepidè, & cum fiducia, τεταῤῥηκότως. Cic. 2. de Ora. Tum ille fidenter homo peritiſſimus confirmare, ita ſe rem habere ut reſpondiſſet. Idem 2. de Diuin. Timidè fortaſſe ſignifer euolabat quod fidenter infixerat. Fidentius ſcribere alicui, Idem ad Atticum, lib. 6.

Fidentia, tiæ, f. t. Firma animi confiſio, & fortitudinis pars, per quàm animus multum in ſe fiduciæ cum certa ſpe collocauit, θάρσος. Ponitur autem in laude, quemadmodum & fidens unde deducitur, θαῤῥαλέος. Confidens autem & confidentia plerunque in malam partem interpretamur. Cicero 3. Tuſcul. Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniam confidens mala loquendi conſuetudine in uitio ponitur: ductum uerbum à confidendo, quod laudis eſt: qui autem eſt fidens, is profectò nõ extimeſcit. Idem 2. de Inuen. ait, fidentiam partem eſſe fortitudinis, per quã magnis & honeſtis rebus, multum ipſe animus in ſe fiduciæ cum certa ſpe collocauit. Idẽ 4. Tuſc. Etſi fidentia, id eſt, firma animi cõfiſio, ſcientia quædam eſt & opinio grauis, nõ temerè aſſentiens: metus quoq; eſt diffidentia expectati & impendentis mali.

Fidelis, le, à fide, om. t. Qui ſeruat fidem, uel cui tutò fidem adhibere poſſumus, πιστὸς. Teren. in Hecyra, per pol quàm paucos reperias meretricibus Fideles euenire amatores Syra. Cic. ad Seru. Aut ſi quẽ tuorũ fidelium uoles, ad me mittas. Idẽ Quint. Fratri, Græcorum familiaritates parum fideles ſunt Terent. in Hecyra, Quam fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui. Transfertur etiam ad inanimata. Plin. lib. 16. cæp. 36. de arundinum comis, Aut enim pro pluma cauponarum ſtrata replet, aut ubi limoſiore callo induruit, ſicut in Belgis, contuſa, & interiecta nauium commiſſuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimiſq; explendis fidelior pice.

Fidelitas, Obſeruatio fidei τὸ πιστὸν. Cic. ad Qu. fratrem libr. 1. Quibus in rebus etiam ſi fidelitas ſumma eſt, quod prorſus credo, &c. Idem ad Atric. lib. 9. In hac enim fortuna perutilis eius & opera, & fidelitas eſſet.

Fideliter, aduerb. πιστῶς. Liu. 3. bel. Maced. Conſtanter & fideliter permanere in amicitia populi Rom. Horat. 1. Epiſt. Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt, Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.

Fidelè, aliud aduerbium. Plaut. in Capt. Fac fidelè ſis fidelis, ea ue fidem fluxam geras.

Fidus, a, um, Is dicitur cui fidendum eſt, πιστὸς. Cicer. de Amic. Quod Tarquinium dixiſſe fertur, tum quum exul eſſet ſe in teſi exiſſe quos fidos amicos habuiſſet, & quos infidos. Idem 2. de Finibus. Ineſt ad humanam ſocietatem iuſtitiæ fida cuſtodia. Huius compoſitum & contrarium eſt infidus. pen. prod. ἄπιστος. nam Perfidus, penul. cor. à fides fit. Liu. 1. ab Vrb. Infida regni ſocietas.

Fidè, aduerb. Fideliter, πιστῶς. Cic. Cælio. lib 2. Nec me iſta terrent quæ mihi à te ad timorem fidiſſimè atq; amantiſſimè proponuntur.

Fiducia, fiduciæ, f. p. Idẽ penè quod fidentia, hoc eſt, certa quædam opinio & ſpes de ſe uel de alio cõcepta, θάῤῥος θάρσος. Sumiturq; tam in meliorem partem quàm in deteriorem. Cicero 2. Verr. Habeo hominem præpotentem, cuius fiducia prouinciam ſpolio. Idem Quint. frat. Nihil eſt quod poſt hac artis noſtræ fiducia conturbes. Idem de Amicitia, Vita tyrannorum in qua nulla ſtabilis beneuolentiæ poſſit eſſe fiducia. Vergilius 1. Aeneid. Tantáne uos generis tenuit fiducia ueſtri? Idem 9. Aeneid. Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum. Accipitur etiam fiducia apud ueteres pro fundo, uel alia quauis re ea lege uendita, ut aliquando redeat ad uenditorem. Boëthius in quarto commentario Topicorum. Fiduciam (inquit) accepiſſe dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet. Veluti ſi quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, reddituro quum tempus illud dubium præterierit. Cicero pro Flacco Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupaſti. Hanc fiduciam tibi commiſſam tenes hodie atque poſſides. Credidiſti, inquit, adoleſcentulo grandem pecuniam fœneratitiam, accepto tamen fundo fiduciario, quem reſtituas quum tibi pecunia unà cum uſura fuerit reddita. Inde fiduciariam mancipationem ueteres uocauerunt, quam hodie dicimus Venditionem cum regreſſu, ſiue ſub redimendi poteſtate contractam, & rem ipſam, fiduciariam, quę alteri ea lege traditur, ut poſtea reddatur ei qui emancipauit. Liuius 2. de bello Maced. Optimum ratus eam Nabidi Lacedæmoniorum tyranno, uelut fiduciariam dare, ut uictori ſibi reſtitueret ſi quid aduerſi accidiſſet, ut ipſe haberet. Loquitur de Corintho, quam Philippus bellum Romanis illaturus Nabidi ea lege dederat, ut ſi uictor ex bello rediiſſet, ſibi reſtitueretur. Inde fiduciarius hæres uocatur ab Laboleno in l. Scius. ad Trebellia. quem aliàs uocamus fideicommiſſarium, quod hæreditatem uelut fiduciariam uideretur accepiſſe quam mox alteri ſit traditurus. Ad hunc etiam modũ Cæſar belli Ciuil. libro ſecundo operam Legati uocat fiduciariam: quia Legatus poteſtatem ſuam ab Imperatore accipit, quam redeunti ad exercitum Imperatori debet cedere.

Fídes, fidium, f. t. Lyra ſiue cithara, aliud ue inſtrumentum muſicum in cordis habens harmoniam, λύρα, χέλυς, κιθάρα. Cicer. 2. de Legib. Seuera illa Lacedæmon nernos iuſſit, quòd plures quàm ſeptem haberet, in Timothei fidibus inde demi. Idem de Horat. Omnes uoces, ut nerui in fidibus, ita ſonant ut à motu animi ſunt pulſæ. Legitur & in ſingulari numero fides, fidis, quod non temerè alibi reperias quàm apud poëtas. Cic. in Arat. Cedit clara fides Cyllenia. Perſius Satyr. 6. Atq; marẽ ſtrepitũ fidis intendiſſe Latinæ. Ouid. in Epiſt. Aenones, Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit.

Fidicula, læ, f. p. diminutiuum à fide ſeu fidibus quum lyram ſiue

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſiue cytharæ ſignificat, deductũ, κυρίον. Gel lib. 2. Sed enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum tibiarumq; concentu conſpiratam. Cicero lib. 2. de Nat. deor. Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſè ſonantes, idem ſcilicet cenſores, in platanis ineſſe muſicam? Eſt & Fidicula inter aſtra conſtituta, quæ fides à Columella, ab Higino Lyra nominatur. Plinius libro 18. Fidiculæ occaſus Autũnum inchoat. Præterea fidiculæ, numero tantùm plurali, ſumitur pro inſtrumento torquendi, ex duobus, ut putatur, obliquatis lignis compacto: ab extorquenda ueritate, ac fide: uel à nerueis funibus quibus homines torquẽdi ligabantur, κύφωνες. Suet. in Tiberio, Excogitauerat inter genera cruciatus, ut repentè ueretris deligatis, fidicularum ſimul urinæq; tormento diſtenderet.

Fidicen, pe cor. Qui cithara lyrâ ue canit, κιθαρῳδὸς, κιθαριστὴς, κυρῳδὸς. Cic Pœto, Socratem fidibus docuit nobiliſsimus fidicen. Horat. 4. Carm. Ode 3. Romanæ fidicen lyræ.

Fidicinius, a, um. Quod ad fidicinem pertinet. Plaut. in Rud. Eam uidi ire è ludo fidicinio domum.

Fidicula, Trichomanes apud Dioſcor. lib 4. cap. 138.

Fidipedes, auium genus apud Aelianum.

Fido, fidis, Fiducia, Fidus, Vide Fides, fidei.

Figmentum, Vide Fingo.

Figo, is, xi, xum, a. t. Immitto, planto, affigo, adhærere facio, πήγνυμι, ἰφάπτω. Columella, Palum humi fixit. Verg. 4. Georg. ipſe feraces Figat humo plantas. Cic. ad Attic. lib. 1. Aſt tute ſcripſiſti ad me quondam, caput legis Clodium in Curiæ poſte fixiſſe, ne referre, né ue dici liceret. Figere per translationem pro firmare, ſiue ſtabilire. Cicero ad Attic, lib. 8. Et ſimul ſcito labore meum conſilium, illud quod iam ſatis fixum uidebatur. Interdum pro percutere, ferire. Iuuenalis. Satyr. 1. Quum tener uxorem ducat ſpado, Mæuia Tuſcum Figat aprum, & nuda teneat uenabula mamma. Figere arma dicebantur gladiatores iam immeriti, quum arma ſua ad templi parietem, aut columnam ſuſpendebant. Horat. 1. Epiſt. Veſanius armis Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro. Figere ſpem ſuam in aliquo, eſt omnem ſpem ſuam in eo repoſitam habere. Figere beneficium clauo trabali, prouerbialis locutio eſt idem ſignificans quòd operam dare, ut perpetua beneficij extet memoria. Cic. 7. Verrinarum, & ut hoc beneficium, quemadmodũ dicitur, trabali clauo figeret: cum concilio cauſam Mamertinorum cognoſcit, & de concilij ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronunciat. Vide Eraſmi Adagia. Huius compoſita ſunt, Affigo, Configo, Defigo, Infigo, Præfigo, Refigo, & Transfigo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Figlina, Figulus, Figura, Vide Fingo.

Filiaſter, Vide Filius.

Filicones, dictos exiſtimant à Filice, quos ueteres pro malis & inutilibus habuerunt, Dicebantur & filicati calices, à Filicæ herba.

Filifanaria, Pteris, apud Dioſc. lib. 4. cap. 196.

Filictum, Filicula, Vide Filix.

Filius, lii, m. ſ. Notæ ſignificationis nomen eſt: ἀπὸ τ῀ φιλίας, hoc eſt, ab amore dictum, q̃ omniũ conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios. Cicero 2. de Fin. Effigies probitatis paternæ fi'ius. Idem Cecinnæ, lib. 6. Imago animi & corporis filius. Ex improbo patre probum filium naſci, Cicero pro Quin. Roſc. Appellatione filiorum (ut Iureconſulti conſentiunt) etiam filiæ continentur, ſed non econtrario. Fratris filius pro nepote. Terent. in Phorm. Phædriam, mei fratris uideo filium mihi ire obuiam. Cæſar. 5. bel. Gallic. Quodque ei & filius, & fratris filius ab Cæſare remiſſi eſſent. Dicitur etiam de brutis. Col. libr. 6. capite 37. Eiuſmodi admiſſarius nepotibus quàm filijs utilior. Terræ filij, dicuntur obſcuro ignotoque genere nati, ſiue quòd terra ſit omnium communis parens, ſiue quod iuxta Poëtarum fabulas Gigantum genus ignobiliſſimum è terra procreatum dicatur. Vnde etiam apud Iuuenalem, Fra terculus Gigantum pro homine ignobili legitur. Cicer. ad Attic. libr. 1. Sed hæc ad te ſcribam aliàs ſubtilius. Nam neque adhuc mihi ſatis nota ſunt, & huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam. Fortunæ filius, cui omnia proſpero fortunæ euentu ſuccedunt. Horat. 2. Sermon. Satyr. 6. Luſerat in campo fortunæ filius omnes. Filij familiàs, Liberi parris familiàs poteſtati ſubditi. Cic. pro Cæl. Illum filium familiàs patre parco & tenaci habere tuis copijs deuinctum non potes. Filiifamiliarum. Tacit. lib. 1. Nunquamne, niſi ad ſe, filios familiarũ ueturos? Idem libr. 3. Exceptum comiter iuuenem, ſueta erga filios familiarum liberalitate auget.

Filiolus, li, diminutiuum, παιδίον. Cicer ad Attic libr. 1. Filiolo me auctum ſcito, ſalua Terentia, Iuuen. Saty. 4. Quòd tibi filiolus, uel filia naſcitur ex me.

Filia, læ, Proles, fœmina, θυγάτηρ. Verg. 7. Aeneid. Sola domum & tanta ſeruabat filia ſedes. Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis. Tacit. in uita Agric. Auctus eſt ibi filia in ſubſidium & ſolatium ſimul. Idem lib. 5. Poſt quos Sex. Marius Hiſpaniarum ditiſſimus defertur inceſtaſſe filiam, & ſaxo Tarpeio deiicitur.

Filiola, liæ, diminutiuum, θυγάτριον. Plaut. Rud. Filiolam ego unam habui, eamq; unam perdidi. Cic. 1. de Diuin. Filiolam ſuam tertiam quæ tum erat admodum parua, exoſculans, animaduertit triſticulam.

Filix, is, f. 3. Herba eſt ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, quam Galli ſua lingua Feugeriam uocant, πτέρις. Duo eius ſunt genera, mas ſcilicet & fœmina. Filix mas, quæ propriè Græcis πτέρις appellatur, folia habet cubitali longitudine, ex uno pediculo exeuntia, inciſa, & alarum auium modò explicita, odore ſubgraui: radice uerò in terræ ſuperficie foris nigrâ, craſſam, oblongã, adnaſcẽtias appendices ue multas habentem. Filix fœmina, quæ Græcis θηλύπτερις dicitur, folia habet mari ſimilia, non tam e i uno ſingulariter q̃ pediculo hærentia, ſed adnaſcentes ramulos multos, altioresq; habentia. Radix illi longa, obliqua in nigro colore ſubflaua, aliquã do uerò rubeſcens. Vtraque ſpecies montibus, ſyluis, & locis ſaxoſis gaudet: effoditurq; occidentibus Vergiliis. Radix quatuor drachmarum põdere ſumpta, latos lumbricos enecat. Muliebribus tamen non danda, quòd in grauidis abortum, in cæteris ſterilitatem facere credatur. Herba eſt agricolis in primis inuiſa, quòd & latiſſimè ſeſe per agros diffũdat, & ægerrimè extirpetur. Verg. 2. Georg. Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris.

Filicula, læ, herba eſt ſimilis filici, quam Græci πολυπόδιον uocant, radice piloſa, colore intus herbaceo, craſſitudine digiti minimi, acetabulis cauernoſis, cuiuſmodi ſunt polyporũ cirri, ſubdulcis, in petris naſcens, aut ſub arboribus uetuſtis. Plin. lib. 26. cap. 8.

Filica, pteris, uel Filix. Dioſc. lib. 4. cap. 196.

Filictum, ſti, n. ſ. Locus eſt filice herba obſitus. Col. lib. 2. capite 2. Iuncóne ſit, an gramine ueſtitus, an filictis, alijsúe fruteris impeditus.

Filum, li, n. ſ. Propriè quod ex lino lanâ ue trahendo ducitur, νῆμα, μίτος. Lucilius, Surge mulier, duce filum non malum. Ouid. 4. Metam. E quibus una leui deducens pollice filum. Deducit aranea filum pede, Idem 1. Amor. Horat. 2. Carm. Ode 3. Dum res, & ætas, & ſororũ Fila trium patiuntur atra. Id eſt. Parcarum. Aliquando ponitur pro linea fabrorum. Varro, Sumptoq; atramento ſutorio filum duxit. Aliquando pro lineamentis faciei, & uenuſtate formæ. Gel. lib. 14. cap. 4. Forma ac filo uirginali dixit imaginẽ iuſtitiæ fieri ſolitam. Idem lib. 1. cap. 9. tradit Pythagoram explorare ſolitum diſcipulos ex totius corporis filo, atq; habitu. Transfertur & ad ſtylum & phraſim orationis Gellius. Amaui in utriuſque epiſtola breuitatis elegantiſſimæ filum tenuiſſimum. Hor. 2. Epiſt. 1. tenui deducta poëmata filo. Tracta eſt metaphora à textoribus qui telam tenuiſſimo filo texentes, probatiſſimam conficiunt. Cicer. de Amic. Nos autem à te potius, quanquam etiam ab iſtis ſæpe quæſiui & audiui: ſed aliud quoddam expectimus filum orationis tuæ.

Fimbria. f. p. Veſtium ora dicebatur quæ inciſuras habebat ferræ dentibus non abſimiles, κράσπεδον, θύσανος. Plin. lib. 7. capite 51. Iam ſigna letalia: in furoris morbo, riſum: ſapientiæ uerò ægritudine, fimbriarum curam, & ſtraguláe ueſtis plicaturas. Nonius cuiuslibet rei extremitatem hoc nomine ſignificari tradit: unde & cincinnorum fimbrias dixit Cicero in Piſonem, Erant, inquit, illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes, ceruſſatæq; buccæ.

Fimbriatus, Per ambitum inciſus, θυσανόεις, θυσανωτός. Sueton in Cæſ. Vſum ferunt lato clauo ad manus fimbriato. Fimbriata urticæfolia ſcribit eſſe Plinius, ex quo colligimus, qualis fuerit poſitura & flexura fimbriarum.

Fimus, mi, m. ſ. Lætamen dicitur, & excrementa animaliũ quibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quibus agri ſtercorantur, κόπρος, ἀποπάτημα, ἀποσκυβή, ἄρουδος. Apuleius, Fimo fiſtula excuſſo. Plin. lib. 17. cap. 9. Marcus Varro principatum dat turdorum fimo ex auiarijs. Vergil. 1. Georg. arida tantum Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola. Legitur & fimum neutri generis. Plin. libr. 29. cap. 6. Columbarum fimum cum aceto ad epiphoras laudatur. Et paulò pòſt, Turturis fimum albugines extenuat. Item Apuleius & fœm. gen. utitur quum ait, Liquida fimo ſtrictum egeſta.

Fimetum, ti, n. ſ. Sterquilinium quò fimus cõgeritur, κοπρών. Plin. lib. 24. cap. 2. Fimeta ſub dio concauo loco, & qui humorem colligat, intecta ſtramento, ne in ſole areſcant, palo à robore depacto fieri iubet Vergilius.

Finalis, uide Finis.

Findo, dis, fidi, fiſſum, a. t. per duplex ff. Scindo, & diuido. χίζω. Colum li. 3. Curabis ut præacutiſſima falce ab ea parte, qua bifurca eſt findas eam. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 7. Terra feret ſtellas, cælum findetur aratro, Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas. Plaut. Bacch. Heu cor meum & cerebrum Nicobole finditur, Iſtius hominis, ubi ſit quæq; mentio. Findere freta claſſe. Propert. lib. 3. Rura finduntur uomere, Claudian. 1. in Eutrop. Verg. 6. Aeneid. Hîc locus eſt, partes ubi ſe uia findit in ambas. Compoſita ſunt Diffindo, & Infindo, quæ uide ſuis locis.

Fiſſus, participium: ut, Lignum fiſſum, Verg. 9. Aeneid. Paries fiſſus tenui rima. Ouid. 4. Metamorph.

Fiſſus, us, ui, m q. Pro fiſſura, & diuiſura, σχίσις, σχισμή. Cic. 3. de Nat. deor. Vnde porrò iſta diuinatio? quis inuenit fiſſum iecoris? quis cornicis cantum notauit?

Fiſſio, onis, f. t. Findendi actus. Cic. 2. de Nat. deor. Quibus quã terræ ſubigerentur fiſſione glebarũ ab illo aureo genere, ut Poëtæ loquuntur, uis nulla unquam afferebatur.

Fiſſilis, om. t. Quod fiſſum eſt, aut findi poteſt: ut, Fiſſile robur' fiſsile lignum, σχίσιμον. Col. libro 9. cap. 1. Erit fiſsil is ſtipes. Verg. Georg fiſſile lignum Scinditur.

Fiſſura, ræ, ſ. p. Rima, uel diuiſio quæ fit findẽdo, σχίζα. Col. lib. 5. cap. 10. Fiſſuram cuneo tædæ pineæ adigito. Plin. li. 10. cap. 63. Quorum in digitos pedum fiſſura diuiſa eſt, ea numeroſiora in fœtu. Hinc etiam fiunt Bifidus & Trifidus, pro eo quod eſt in duas, uel tres partes diuiſum. Vnde orbis à poëtis eleganti epitheto dicitur trifidus, quòd in tres partes ſectus ſit,

Fingo, is, xi, ctum, a. t. Compono, formo, πλάττω, σχηματίζω. Vnde & figuli dicuntur: & uas fictile, quod formatur ex argilla, aut creta. Sall. in Catil. Quæ natura prona, atq; uentri obedi entia finxit. Lactant. lib. 1. Itaque homines eorum ſimulachra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium. Eſt enim generale uocabulum ad omnia quæ ingenio manuq; artificioſè formantur; ut apud Ciceronem lib. 1. Offic. Apium examina, non fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed quum congregabilia natura ſint, fingunt fauos. Vergil. 8. Aeneid. & corpora fingere lingua, hoc eſt, lambendo formare. Aliquando ſignificat ſimulare, quoniam ea quæ ſimulamus, ita formamus atque componimus, ut uera eſſe uideãtur, λογοποιῶμεν, προσποιῶσθαι. Cic. de Finibus. Talibus exemplis non fictæ ſolum fabulæ, ſed etiam hiſtoriæ refertæ. Huius uerbi compoſita ſunt, Affingo, quod eſt fingendo aliquid addo, προσεπιπλάττω, ἐπισκίπτω. Lactant libr. 3. Nihil nos affingimus, nihil nos addimus. Habebant hæc, qui fecerunt: legebant, in quos hæc dicta ſunt. Confingo, ſimul fingo, ſimulo, συμπλάττω. Terentius in Phorm. Omnia hæc confingam, quod erit mihi bonum, atque commodum: Quum tu horum nihil refelles, uincam ſcilicet. Diffingo, quod fictum formatumq; fuerat, deſtruo, ἀναπλάττω. Horat. libro 2. Carm. Neq; diffinget, infectumq; redder. Seneca, Diſſipatum inſtaurat, atque diffingit. id eſt, in diuerſas formas fingit. Effingo, de quo ſuprà.

Fictus, quum participium eſt à uerbo paſſiuo fingor, idem eſt quod formatus, πλαστὸς, πεπλασμένος. Cic. in Piſonem, Ex argilla & luto fictus homulus. Idem 1. de Orat. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in iiſdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, ſed ab aliquo deo ficti eſſe uideatur.

Aliquando uerò ac participio fit nomen, & tunc idem ſignificat q uod falſus, aut ſimulatus, πλασματίας, ὑπόκρισις. Terentius in Eunuch. Quæ uera audiui, taceo, & contineo optimè: Sin falſum, aut uanum, aut fictum eſt, continuò palàm eſt. Cic. de Amicitia, In amicitia autem nihil fictum, nihil ſimulatum: quicquid in ea eſt, idem uerum & uoluntarium eſt.

Fictè, aduerb. Cic. Ap. Pul. lib. 3. Nam ut uetus noſtra ſimultas antea ſtimulabat me ut cauerem, necui ſuſpicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. Idem pro Domo ſua, Ius à maioribus noſtris, qui non fictè & fallaciter populares, ſed uerè & ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, &c. Fictè, & ſimulatè loqui, Cic. Q. fratri, libr. 1.

Fictor, oris, m. t. Figulus, qui ex creta atque argilla opera facit, πλάστης. Cic. 2. de Nat. deor. Reliquos deos ea facie nouimus qua pictores, fictoresq; uoluerunt. Plin. lib. 34. cap. 2. Quum antea ſeculo fictores nobiles eſſe deſiſſent.

Figmentum, n. ſ. Quod fictum eſt: à fingo, fingis. πλάσμα. Plin. lib. 10. cap. 74. Quædam & citra incubitum ſponte natura gignit, ut in Aegypti figmentis eſt ſcriptum. Cic. 2. de Orat. Iã integræ ſententiæ, tam ueræ, tam nouæ, tam ſine figmentis fucoq; puerili &c.

Figulus, m. ſ. pen. cor. Fictor dicitur, qui ex creta atq; argilla opera facit, κεραμεύς, κορυπλάστης. Plin. libr. 35. cap. 12. Dibutades Sicyonius figulus primus plaſticen inuenit Corinthi, filiæ opera. Col. lib. 11. cap. 1. Tam docendus eſt futurus uillicus, quàm futurus figulus, aut faber.

Figulina, næ, ſ. p. ſeu quod magis à doctis uſurpatur per ſyncopen, figlina, pen. prod. Officina figuli, κεραμεῖον. Col. lib. 35, cap. 12. Figlinarum opera imbricibus, tubulis, tegulisq; ad balineas hamatis uel ad tecta coctilibus laterculis, frontatisq. aut quæ rota fiunt. Idem lib. 7. cap. 56. Figlinas primus inuenit Chorœbus Athenienſis.

Figlinus, a, um, adiectiuum: ut, Figlina creta, qua figuli utuntur, κεράμιος. Plin. lib. 10. cap. 11. & Varro 3. de Re ruſt. cap. 9. Figlinum opus, Plin. libr. 31. cap. 3. Ollisque è figlino opere crudis.

Figlinum, ni, n. ſ. Opus ipſum figuli, κεράμιον. Plin. lib. 34. cap. 18. Alij climatam ſcobem, in fictili crudo coquunt in caminis: donec percoquatur figlinum.

Figularis, re, om. t. Quod ad figulũ pertinet, κεράμιος. Plaut. in Epid. Vorſutior es quàm rota figularis. Creta figularis, qua utuntur figuli. Col. lib. 6. cap. 16. Solet etiam ipſum animal uinum creta figulari circundari.

Fictilis, l, om. t. pen. corr. Quod eſt factum à figulo: ut. Fictilia uaſa, fictilia dolia, πλαστὸν. Plin. lib. 35. cap. 12. Quin & defunctos ſeſe multi fictilibus dolijs condi maluerunt. Vrna fictilis, Cicer. in Parad. Pocula fictilia, Tibul. libr. 1. Eleg. primo Fictilia uaſa. Cicer. ad Attic. libr. 6. Dij fictiles, Propert. libr. 4. Eleg. 1.

Fictile, lis, ſubſtantiuũ. Iuuenal. Satyr. 11. Et quadringẽtis nummis condire guloſum Fictile. Idem Satyr. 3. Fictilibus cœnare pudet. Auſonius, Fictilibus cœnaſſe ferunt Agathoclea regem. Plin. li. 35. cap. 13. Quoniam eò peruenit luxuria, ut etiã fictilia pluris conſtent quàm murrhina.

Fictitius, a, um, Quod fictum eſt, hoc eſt, ſimulatum, πλασματώδης. ut Ratio fictitia, quæ ficta eſt, & falsò excogitata.

Figura, æ f. p. Forma, ſpecies, εἶδος, σχῆμα, τύπος. Cic. lib. 1. Offic. Principio corporis noſtri magnam natura ipſa uidetur habuiſſe rationem, quæ formam noſtram, reliquamq; figurã in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu. Idem 1. de Finib. Figura eſt forma & ſtatura corporis noſtri ad naturam apta. Terent. in Eunuch. Noua figura oris, color uerus. corpus ſolidum, & ſucci plenum. Ouid. 2. Metamorph. adimam tibi nanque figuram, Qua tibi, qualq; places noſtro in portuna marito. Figura (inquit Aſconius) eſt circa geſtum, ſitumq; membrorum: ſtatus, circa ornatum & habitum ueſtis. Figuræ etiam apud Grammaticos & Rhetores uocantur floſculi quidam orationis à conſuero loquendi uſu recedentes. Quintil. libr. 9. cap. 1. Figura eſt conformatio quædam orationis remota à communi, & primùm ſe offerente ratione.

Figuro, ras. a. p. pen. prod. Formo, & figuram induco, σχηματίζω. Cic. de uniuerſ. Mundum deus ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. Col. lib. 6. cap. 27. Aſſidua & nimia cupiditate figurantes ſibi ipſæ Venerẽ. Lactant. libr. 2. Hominem figurauit ex limo terræ. Compoſita ſunt, Configuro, quod eſt compono, & ſimul formo. σχηματίζω. Lactant lib. 8. Quoniam homo ex rebus diuerſis, ac repugnantibus configuratus eſt, anima & corpore. Præfiguro, de quo infrà.

Figuratus, participium, Formatus. Cicero 2. de Nat. deor. Quid de bubus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de bubus loquar? quorum ipſa terga declarant non eſſe ſe ad omnis accipiendum figurata. Oratio figurata, quæ figurarum coloribus ueluti floſculis quibuſdam eſt exornata, πόλυ σχηματισμένη.

Figuratio, f. p. uerbale. Plin. lib. 11. cap. 37. Vt in unoquoq; poſcit figuratio. Figuratio, pro imaginatione. Quint. Decla. 6. Si quiſquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem ponat, &c. id eſt, imaginetur.

Figuratè, aduerbium, ſignificat per figuram.

Finis, is, tam generis maſculini quàm fœminini. t. Vir. 1. Aen. dos, quem das finem rex magne laborum: Ibidem libro 3. Hæc finis Priami fatorum. Eſt autem finis, terminus ſiue extremitas in unaquaque re: hoc eſt, id quo unaquæque terminatur res, τέλος. Varii autem ſunt uſus huius dictionis. Multis enim modis dicimus quippiam eſſe finem rei alicuius. Eſt enim finis terminationis: ut pratum dicitur finiri ubi terminatur. Finis conſummationis: ut domus finitur, quando conſummatur: & ueſtis finita eſt, quando conſuta eſt ut indui poſſit. Rurſus eſt finis conſumptionis. Sic dicimus cibum eſſe finitum, & candelam finitam, quando conſumpta eſt. Eſt etiam finis intentionis, hoc eſt intentio operarii, σκόπος. Hinc artifices finem uocant id ad quod omnia referuntur, & cuius gratia cætera fiunt: ut, finis medici, eſt curare: finis oratoris, eſt aptè ad perſuadendum dicere.

Fines, finium, ſæpius in plurali numero, pro terminis, & limitibus. Terent. in Heaut. Symus & Crito Vicini noſtri hîc ambigunt de finibus: Me cepere arbitrum. Plin. Iunior in epiſt. Eſt in Nicomedenſium finibus amplißimus lacus. Cæſ. 1 bel. Gall. Quorum per fines gerant. Nonnunquam etiam in ſingulari numero inuenitur in hac ſignificatione: licet rarius. Liuius. lib. 3. Decad. 4. Redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum agreſti præda, in agmen incidunt Romanum. Idem eiuſdem. Decad. libro ult. Ligurum duo millia ferè ad extremum finem prouinciæ Galliæ, ubi caſtra Marcellus habebat, uenerunt. Tacit. libr. 16. Apud finem Ligurum in temporis erat. Hinc compoſita ſunt, Affinis, & Confinis, pen. prod. Vnde Confines agri dicuntur, qui eodem loco finiunt, ὅμοροι.

Finio, is, iui, itum, 4. act. Perficio, abſoluto, παράινω, τελέω. Apul. Sine opus finiam quod incepi. Plin. de Viris illuſt. Quũ inter Romanos & Albanos bellum fuiſſet exortum, ducibus Hoſtilio & Suffetio, placuit rem paucorum certamine finire. Quint. lib. 8. cap. 6. Quo ex genere cœperis translationis, hoc deſinas. Multi enim quum initium à tempeſtate ſumpſerint, incendio, aut ruina finiunt. Animam finiuit, Ouid. 7. Metam. Dolores finire, Ver. 12. Aen. Gladio finire dolorem. Ouid. 1. de Pon. Aliquando eſt terminũ ponere, metari, ὁρίζεσθαι. Sic dicimus finire alicui prouinciam certo tempore, pro eo quòd eſt præſcribere alicui tempus ad miniſtrandæ prouinciæ, quo elapſo de prouincia debeat decedere. Cic. Att. lib. 8. Marcello q; Cõſuli finienti prouincias Gallias Cal. Martijs, reſtitit. Sic etiã finire regiones animo dicebantur augures, quũ fines templi animo deſignabãt. Liu. 1. ab Vrbe, Signum contra quod longiſſimè conſpectũ oculi ferebant, animo finiuit. Finire agros, eſt cuilibet egri ſui fines præſcribere. Accipitur etiam finire pro definire. Quint. lib. 2. Ante omnia, quid ſit Rhetorice, quę finitur quidem uariè. Sic finis & definitio pro eodẽ accipiũtur. Quint. lib. 2. cap. 16. Hic igitur frequentiſſimus finis, Rhethoricen eſſe uim perſuadendi. Sic ſupius eodem capite. Finire, abſolutè, pro uita decedere. Tacit. lib. 1. Sic Tiberius finiuit octauo & ſeptuageſimo ætatis anno.

Finitores, m. t. Dicuntur terræ menſores, aut etiam alij arbitri, qui lite de agrorum finibus exorta ſuos cuiq; limites præſcribunt, καμίτραι Plaut. in Pœnu. Eius nunc regiones, limites, confinia, Determinabo: ei rei factus finitor ſum ego. Cic. pro lege Agr. contra Rul. Quæſtori permittant, finitorẽ mittant: ratum ſit quod finitor uni ulli à quo miſſus erit, renuntiauerit. Finitor rerum maximus, Statius 8. Theb. Finitorem item uocant Latini, quem Græci ὁριζοντα, hoc eſt, circulum partem cæli conſpicuam nobis, à non conſpicua dirimentem.

Finitio, onis, idem quod definitio, ὁρισμὸς, ὅρος. Quint. libr. 5. cap. 13. Finitio poſſet eſſe pro nobis. Idem lib. 10. cap. 16. Huic ſubſtantiæ maximè conuentt finitio. Idem lib. 5. cap. 10. Proprijs confirmatur finitio, differentibus ſoluitur.

Finitus, participium. Pro eo quod ceſſauit, & finem fecit. Plin. lib. 18. cap. 27. Dabitur & aliud finiti frigoris indicium.

Finitè, aduerbium. Cic. 2. de Fin. Ergo & auarus erit, ſed finitè: & adulter, uerũ habebit modum: & luxurioſus eodẽ modò.

Finitimus, a, um, pen. corr. Vicinus, ſeu propinquus, hoc eſt, fines noſtros attingens, πρόσορος. Liuius libro 1. Iam res Romana adeò erat ualida, ut cuilibet finitimarum ciuitatum bello par eſſet. Mari finitimus eſt aër. Cic. 2. de Nat. deor. Falſa ueris finitima ſunt. Idem 4. Acad. Inferre bellum finitimis, Idem pro lege Manilia.

Fio, fis, factus, Significationem paſſiuam habet, quamuis uocem habeat uerbi neutri: unde etiam inter neutra paſſiua à Grammaticis numeratur, γίνομαι. Veteres facior dicebãt uoce paſſiua. Vnde apud Catonem legitur, Græco ritu faciebantur Saturnalia. Hinc manſit præteritum factus ſum. In præſenti optatiui, & præterito imperfecto ſubiunctiui cõtra morem aliorum uerborum quartæ coniugationis aſſumit e literam inter i & r, ut fierem dicimus pro firem, & fieri pro firi: in reliquis temporibus à præſenti formatis ſequitur inflexionem uerborum quartæ coniugationis. Horat. li. 1. epiſt. 1. Nunc agilis fio. Idem 4. Carm. Ode. 13. Fis anus, & tamen uis formoſa uideri, Ludisq; & bibis impudens. Terent. in Eunucho, biduum Saltem ut concedas ſolum. P H. Siquidem biduum: Verùm ne fiant iſti uigiuti dies. Cic. pro Domo ſua, Quid te aut fieri aut fingi dementius poteſt? Compoſitum eius eſt Confio. Item Infit. & Defit, quæ uix aliter quàm in tertia perſona leguntur. Componitur præterea fio penè cum omnibus dictionibus cum quibus componitur facio, exceptis præpoſitionibus cum quibus rarò componitur: ut, Calefacio, calefio: Tepefacio, tepefio, &c.

Ponitur quandoq; fio pro æſtimari, τιμᾶσθαι. Cic. in Lælio. Tertius uerò ille finis teterrimus, ut quanti quiq; ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis. In tertia perſona quandoq; pro euenit, contingit, συμβαίνει. Cic. lib. 1. Offic. Fit autem interdum ut nonnulli omiſſa imitatione maiorum, ſuum quoddam inſtitutum conſequantur. Fiet tibi acceptum, pro referetur. Plin. Epiſt. 120. Sed licet ceſſauerint illæ tempeſtate detentæ: ut tamen metuiſti ut acceptum tibi, fieret quòd quominus non exhiberes, non per te ſtetit.

Fient in illum exempla. Terent. in Eunucho, Quid ais? in quem exempla fient? Fieri obuiam. Cicer. Attico, lib. 6. Obuiam mihi fit tabellarius. Fiat, particula eſt permittentis, ac concedentis, aut annuentis aliquid. Plaut. Pſeud. Agite, amouemini hinc uos intrò nunc iam, Ac meis uiciſſim date locum fallacijs. S. Fiat, geratur mos tibi.

Fieri poteſt, pro poſſibile eſt, ab oratoribus uſurpatur ἐγχωρῶ. Cic. de Amic. Neq; fieri poſſit ut non ſtatim alienatio, diſiunctioq; facienda ſit.

Firmus, m. ſadiect. Stabilis, conſtans: à ferendo, quod conſtanter omnia ferat, ἐρρωμένος, βέβαιος, ἰσχυρός. Terent. in Hecy. Adeon' peruicaci eſſe animo, ut puerum præoptares perire, Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires? Firmus cibus, dicitur qui ualidus eſt, & ut Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 12. loquitur, alibilis. Firma potio, id eſt, multi nutrimenti. Celſ. lib. 2. cap. 18. Firmior ex frumento potio eſt, quo firmius fuit ipſum frumentum: firmior ex eo uino quod bono ſolo, quàm quod tenui natum eſt. Firma ualetudo, dicitur integra, ualida & robuſta, Et qui robuſta eſt corporis habitudine, firmus dicitur. Cicero Tironi, Te penitus rogo, ne te tam longæ nauigationi & uiæ per hyemem, niſi bene firmum, committas. Item Firmus, dicitur munitus, fortificatus, ὀχυρός. Plancus Ciceroni, Me ut uenirem, copiasq; coniungerem rogauit, eoq; magis, quòd & Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur, & Lepidus non mediocrem quidem equitatum habebat. Firmum uinum dicitur quod Gallicè uocamus potens & durabile. Vergil. 2. Georg. Sunt etiam Ammineæ uites, firmiſſima uina. Hinc Firmitas uini dicitur, quam uulgus potentiam & durabilitatem uocat. Plin. libr. 14. cap. 2. Principatus datur Ammineis propter firmitatem, ſenioq; proficientem uini eius ubiq; naturam. Alioqui firmitas idem eſt quod ſtabilitas, aut conſtantia. Cicero 2. de Finibus. Firmitatem tamen & conſtantiam, ſi modò fuit aliquando in nobis, eandem cognoſces quam reliquiſti. Firmitas, ſoliditas. Cicer. 2. Philip. Gladiatoria totius corporis firmitas. Plautus in Moſtel. Age, ſpectà poſtes cuiuſmodi, Quanta firmitate facti, & quanta craſſitudine. Huic opponitur Infirmitas, hoc eſt, imbecillitas, ab infirmus, quod imbecillum ſignificat.

Firmitudo, dinis, f. t. Idem quod firmitas. Plaut. Aſin. Si iſtam animi firmitudinẽ obtines, ſalui ſumus. Cic. ad Attic. lib. 10.

Per enim

Per enim magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Vocis firmitudo, ad Heren. lib. 3. Minus firmitudinis habere, Cic. 2. de Iuuent.

Firmè, aduerbium, Stabiliter, inconcussè, ἐρρωμένως, βεβαίως. ut, Firmè accurare rem suam: id est, non segniter, sed acri & diligenti animo. Plaut. Persa. Atq; ædepol firmè ut quisq; rē accurat suam, Sic ei procedit. Assueuerare aliquid firmissimè, Cic. Attic. lib. 11. Satis firmè animo concipere & comprehendere aliquid. Cic. 2. de Fin.

Firmiter, aliud aduerbium. Plaut. Pseud. Eum promisisse, firmiter dixit mihi. Varr. 3. de Re rust. cap. 9. Circum omnia posita sint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut afficta firmiter.

Firmò, as, 2. p. Stabilio, fortifico, καθίστημι, κυρῶ, κρατύνω, σταίζω. Liu. Firmabatq; eum Africis maximè præsidijs. Lactant. libr. 4. Supereſt ut uerbis facta firmentur. Plin. lib. 14. cap. 18. Est cõtrà in Lycia, quæ solutam aluum firmat. Cæsar, His rebus pace firmata. Terent. Hecy. Aliud si scirem, qui firmare meam apud uos possem fidem Sanctius, quàm iusiurandum, id pol licere tibi Laches. Tacitus lib. 4. Vetustum Asylum ut firmaretur petentibus, id est, confirmaretur. Huius composita sunt, Affirmo, Confirmo, Infirmo, Refirmo, & Obfirmo, quorum significationes uide suis locis.

Firmatus, participium. Cic. pro Cluen. Cõsilio, & ratione nondum firmatus adolescentis animus. Verg. 4. Eclog. Hinc ubi iam firmata uirum te fecerat ætas.

Firmator, uerbale. Tacit. libr. 1. Missus tamen Drusus, ut retulimus, pacis firmator.

Firmamen, nis, n. t. Idem quod firmamentum, στήριγμα. Ouid. 10. Metamorph. ruptosq; obliqua per ungues Porrigitur radix longi firmamina trunci.

Firmamentum, n. s. Soliditas, & stabilimentũ, στήριγμα, κύρος. Cicero de Amic. Stabilitatis, constantiæq; eius quam in amicitia quærimus, firmamentum est fides. Vnde etiam Gellius lib. 13. cap. 21. neruus uocat firmamenta membrorum, quòd in illis consistat totius corporis robur & soliditas. Rhetores etiam firmamentum appellant quod à Quintiliano uocatur continens causæ, à Græcis κεφάλαιον. hoc est, cardinẽ illum, circa quem totius causæ decisio uersatur. Nostri hodie Iurisconsulti uocant punctum decisorium litis. Autor ad Herennium lib. 1. Nam in ea nec ratio quare fecerit, quæritur, nec firmamentũ quæritur, quoniam non subest ratio.

Fiscus, ci, m. s. Ason. Fisci, fiscinæ, fiscellæ, sparteæ sunt utensilia ad maioris summæ pecunias capiendas. Vnde quia maior summa est pecuniæ publicæ quàm priuatæ, factum est ut fiscus pro pecunia publica dicatur. Hæc Asconius. Alij tamen malunt fiscum, principis dici: ærarium uerò, publicum. Plin. ad Traianum, At fortasse non eadem seueritate fiscum, qua ærarium cohibes: imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Cicer. 2. Verr. Ei quoq; negotio fisci Sicilienses minabantur. Cornel. Tacitus libro 1. Primam ac uicesimam legiones Cecinna legatus in ciuitatem Vbiorum reduxit turpi agmine, quum fisci de Imperatore rapti inter signa, interq; aquilas ueherentur. Inde Confiscare dicimus pro eo quod est in erariũ redigere. Suet. in Augusto, Deuictis his & confiscatis, promisse ueteranis præmia soluerentur. Fiscus item pro qualo oleario, qui cerùici torcularis supponitur ne fæces in lacum cum oleo defluant: uq; etiam in quo oliuæ ponuntur, quum prælo supponuntur, ut amurca, id est, olei fæx, aliquantisper exanietur, id est, exudet, & per uimina perfluat. Columella libro 12. capite 47. Postero die cribratur, & nouo fisco inclusa, prælo supponitur, uehementerq; premitur, ut exudet quantulumcunque habet amurcæ. Eodem libro capite 49. Deinde intrita oliua nouo fisco includitur, & prælo subijcitur, ut tota nocte exprimatur. Item cap. 50. Sereno cælo manu destringi oliuam oportet, & sub stratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari: tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscis nouis includi, prælisq; subijci, ut quantum possit, paulisper exprimatur.

Fiscale, Quod ad fiscum pertinet: ut, Ius fiscale, fiscalis causa. Fiscalis calumniæ dicebantur delatorum qui alios accusabant, & nonnunquam ex fisco eis dabatur pars mulctæ qua accusati mulctabantur.

Fiscina, næ, f. p. pen. cor. etsi diminutiuũ esse uidetur à fiscus, eiusdem tamen est significationis cum primitiuo. Eius itaq; significationem uide in dictione Fiscus. Varro de Re rustic. lib. 1. cap. 22. Ista sunt ferè quæ ex uiminibus materiaq; rustica fiunt, ut corbes, fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli. Fiebant etiam fiscellæ ex sparto, quòd iunci genus est apud Hispanos frequentissimum circa Carthaginem nouam. Columella libro 11. capite 2. Siue regio feruiæ, uel corticis ferax est apibus alucaria fieri debent: siue palmæ spartiũe fœcunda est, fiscinæ, sportæue, seu uirgultorum corbes ex uimine. Denique Fiscinæ nomine comprehenditur omne uasis genus quod ex uimine, aut iunco, aut simili materia contextum est. Vnde etiam Cicero in oratione pro Flacco posuit pro calathis illis iunceis, in quibus ficus inclusæ in alias regiones transuehuntur. Homini (inquit) Phrygi qui arborem fici nunquam uidisset, fiscinam fiscorum obiecisti.

Fistella, læ, f. p. diminutiuum, Vas uimineum, aut ex iuncis, quo lac coagulatur dum caseus exprimitur, uel in quo casei feruntur, τάλαρος. Tibul. lib. 2. Tunc fiscella leui dextera est uimine iunci, Raraq; per nexus est uia facta sero. Item fiscella dicitur qua boum ora, faucesq; iumentorum capistrantur, φιμός. Plin. libr. 18. cap. 19. Fiscellis capistrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. Cato de Re rust. cap. 14. Boues nisi per hyemem quum non arabunt, pasci non oportet. nam uiride quum edunt, semper id expectant: & fiscellas habere oportet, ne herbas sectentur quum arabunt.

Fiscellus, fiscelli, pro eodem. Col. lib. 11. cap. 38. Mox fiscello ligneo inclusas exprimito.

Fissilis, uide Findo.

Fistũca, cæ, f. p. Machina est qua pauitores utuntur, utrinque an sata, qua pali magna ui in terram adiguntur. Vitru, libro septimo. Si plano pedẽ erit ruderandum, quæratur solum si sit perpetuò solidum, & ita exequetur, & inducatur cum statumine rudus: sin autem omnis, aut ex parte congestitiuis locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Vtitur & hac uoce Plinius libro 36. Fistuca, alia est magnæ molis qua trabalis materies in terram pangitur, aut in alueum fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere suo remissa illiditur: cuiusmodi Parisijs sæpè uisitur. Cuius generis intelligendum est fuisse illud Cæsaris 3. de bello Gallico, Hæc cum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucisq; adegerat, non sublicæ modò direxerat, &c.

Fistucatum, Dicitur fistuca exæquatum: unde & Fistucatio apud Vitruuium loco iam citato, pro ea exæquatione areæ accipitur quam suprà descripsimus. Plin. lib. 17. cap. 11. Sicuti terram circa radices fistucato spissandam. Hæc Budæus in annotationibus in Pandect.

Fistula, læ, f. p. Propriè dicitur ut Pomponius ait, per quam aqua educitur fusa: à fundendo, siue ferendo. sicut tubi à tumore, & canales à canna: quòd ad earum simulitudinem facti sint, σῦριγξ. Sunt tamen qui Græcum esse putent, credantq; deduci à uerbo φυσάω, hoc est, inflo, uel inspiro. Cic. pro Rabirio, Etsi C. Marius quòd fistulas quibus aqua suppeditabatur Iouis Optimi Maximi templis ac sedibus, præcidi imperarat, &c. Ita apud Varronem libro 3. de Re rust. cap. 5. Ab huius similitudine dictum est instrumentum muſicum quo flatu canitur, cuius Pan dicitur inuentor fuisse, ut refert Plin. libro 7. capite 56. Vergil. 2. Eclog, Est mihi disparibus septem compacta cicutis. Fistula. Fistulæ item à medicis appellantur ulcera manantia, angusta, callosa, & sinuosa, ex abscessibus ferè malè curatis ortum trahentia. Plin. lib. 20. cap. 6. Extrahit fistulis uitia cum sulphure & resina, etiam arundines cum pice. Ibidem capite 9. Sic etiam fistulas eluxatas, & tumores reuocari, quæque discuti opus sit. Est etiam fistula in homine per quam spiratur, seu cibus deijcitur. Nam duas esse fistulas scribit Lactantius de Opificio hominis, spiritalem scilicet & cibalem: illa spiritum meare, hoc cibum potumq; descendere. Spiritalem Celsus asperam arteriam nominat. Græci uocant τραχεῖαν. Interior uocatur gula, σύριγξ. Plin. libro 9. capite 7. Branchiæ non sunt balenis, nec delphinis: hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent.

Fistulator, oris, m. t. Accipitur pro tibicine, ut est apud Gellium, & Cic. 3. de Orat. Sed fistulatorẽ domi relinquetis, συριστήν.

Fistulo, as, Fistulá ago, & in modũ spongiæ cauernulas habeo. Plin. lib. 18. cap. 11. Gratia terræ eius puluerea summa, inferior bibula, & pumicis fistulans uice.

Fistulosus, a, um, Quod est spongiæ modo factum, hoc est, foraminibus plenum, κοιλώδης. Vnde caseus fistulosus apud Cel. lib. 7. cap. 8. quum est parum pressus. Fistulosa terra. Plin. lib. 17. cap. 5. Fistulosus cancer, morbus, Cato cap. 157.

Fitiges,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fitiges, ut ait Plin. Sunt animalia Aethiopiæ, fusci coloris mamillas geminas in pectore habentia sicut homo: nec fera multum ut quæ domari non possint, nec ita mansueta ut nocentibus noceant.

Fixulam, A fingendo, pro fibula ueteres usurparunt. Fest.

Fixus, a, um, participium, uide Figo.

FL. In notis antiquorũ, filius, uel Flauius, uel Flaua, uel Flaminis uel Flamen. F L A R. filia regis. F L B. Flabrum. FLS. Flauus. F. M. finis agrorum uel Fatimunus, uel fieri mandauit, uel fecit memoria, uel factum monumentum. F.M. L. uel F. M I T. fati munus impleuit, uel impleat. F.N. fides nostra. FN. AGR. fines agrorum. F. N. C. fidei nostræ commissit uel commissum.

Flabellum, Flabellifer, Flabilis, Flabrum, uide Flo.

Flacceo, es, cui, n, f. Languco, χαλάω. à quo Flacceſco Languidus fio, χαλᾶσθαι. Col. Lib. 3. Paucis q horis dum flacceſcat, in ſole habeto: deinde in umbra alficcato, lex ita condito. Compoſitum eſt cõ Flacceſco, quo uſus eſt Gellius lib. 1. pro detumeſco. Nam fluctus qui flante Aquilone maximi & crebriſſimi excitantur, ſimulac uentus ſe poſuit, ſternuntur & conflacceſcunt, & mox fluctus eſſe deſinunt.

Flaccidus, a, um, Languidus, χαλαρός. Plinius libro 15. cap. 39. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoq, & albicante. Vnde flaccidi, ſiue flacci dicuntur, quorum aures pendulæ & non arrectæ ſunt. Plin. lib. 8. cap. 51. Colum. lib. 8. Caper flaccidis & prægrauantibus auribus, exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomen familiæ Romanæ deductum eſt, quòd primus in ea gente aures haberet deorſum pendentes.

Flacci, Dicebantur qui aures latas haberent, & ob magnitudinem deorſum reflexas. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Redeo ad Deos: ecquos inſigni nota ſtrabones, aut petulos eſſe arbitramur, ecquos næuum habere, ecquos ſilos, flaccos, frõtones,

Flaces, uide Fraces. capitones quæ ſunt in nobis.

Flagella, orum, n. ſ. In uitibus dicuntur teneriores palmites, ex anniculis ſarmentis enati: prius flabella (ut quibuſdã placet) à uentorũ flatu & agitatione dicta: quãquã alij à flagris potius deduci malunt, quę longitudine & flexibilitate referre uidentur, βλαστοί. Colum. lib 5. At certè in ordinarijs uitibus utiq; obtinendũ eſt, ne pluribus flagellis emacientur, niſi ꝓpaginib. futuris ꝓſpiciemus. Verg. 2. Georg. Nẽ uę inter uites corylũ ſere, nẽue flagella Sũma pete, aut ſummas defringe ex arbore plantas. Frequentiſſimè autẽ accipitur pro loro, ſiue alio quouis uerbere quibus ſeruos nudatos cædere ſolebant, μάστιξ. quod pœnæ genus grauius erat quã fuſtibus cædi. Marcellus, l. In ſeruorum. ff. de pœnis. Ex quibus cauſis liber fuſtib. cæditur, ex his ſeruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur. Cic. pro Rabirio, Porcia lex uirgas ab omniũ ciuium Romanorũ corpore amouit: hic miſericors flagella retulit. Flagella etiam ſunt quibus hodie aurigæ utuntur, qua excuſſa clarum reddunt ſonum. Martial. lib. 14. Proficies nihil, hoc cædas licet uſq; flagello, Si tibi purpureo grege currit equus. Verg. 7. Aencid. ſignum clamore paratis Epitides longè dedit, inſonuitq; flagello.

Flagello, as, a. p. Flagello cædo, ſicut uerbero à uerbere, & fuſtigo à fuſte, μαστίζω. Martial. lib. 1. Lumina ſyderibus certent, molleſque flagellent Colla comæ. Plin. lib. 18. cap. 30. Meſſis ipſa alibi tribulis in area, alibi equorum greſſibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Item increpare atque perſonare. Flagellare annonam, eſt annonam duriorem facere. ut Hermol. ſcribit: ob id Græcis τιμιοπῶλαι appellati, quaſi precio non parcentes, propter quod annona ingraueſcere ſolet. Plinius lib. 33. cap. 13. Aut aliquis prævalens manceps annonam flagelles.

Flāgĭtĭum, tii, n. ſ. Crimen grauius cũ turpitudine & dedecore cõiunctũ: à flagitãdo (ut putatur) dictũ, ſiue à flagris: ꝙ uel flagitatione, hoc eſt, expoſtulatione, uel flagris dignũ ſit. ὕβρις, μοχθηρία, πῶμα. Cic. in Carone, Supra uerò & adulteria, & omne tale flagitiũ, nullis alijs illecebris excitari, niſi uoluptatis. idẽ. Tantãmne obliuionẽ, in ſcripto præſertim, ut negligẽs quidẽ ſenſerit quantũ flagitij admiſiſſet? Flagitiũ aliquando periculũ ſignificat, ut uult Nonius Lucil. lib. 29. Quiete poſcente minus, & præbent rectius multò, & ſine flagitio. Plaut. in Epid. Abiero: flagitio cũ maiore pòſt reddes tamen. Hic apud Plaut. damnum, ſiue diſpendium uidetur ſignificare.

Flagitioſus, a, um, ſceleratus, ὑβριστὴς, λαβυκτὴρ, μοχθηρός. Sall. in Catil. In tanta, tamq; corrupta ciuitate, id quod factu facillimum erat, omnium flagitioſorum atq; facinoroſorum circum ſe, tanquam ſtipatorum cateruas habebat. Cic. de amicitia, Itaq; uideas reb. iniuſtis iuſtos maxime dolore, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos. Flagitioſa uita. Cic. 2. de Finibus, Flagitioſæ libidines, Idem 4. Verr.

Flagitioſè, aduerbium, iniquè, ſceleratè. Cic. 2. Verr. Patres conſcriptos iudicia malè & flagitioſè tueri. Idem 5. de Finibus, Flagitioſè diſcurit è Stoicis propter oculorũ dolorẽ. Impurè, ac flagitioſè uiuere. Cic. 3. de Finibus. Flagitioſiſſimè inſeruire aliorum amori. Idem in Catil.

Flagito, flagitas, a. p. Inſtanter peto, exigo, requiro, & quaſi iure quodam meo depoſco: habetq; in ſe maiorem uim quã poſtulo: & quando accuſatiuo tantũ iungitur, πρεσπιπαφῶ, ἐνοχλῶ, ἀξιῶ. Cic. pro Quintio, Tametſi cauſa poſtulat, tamẽ quia poſtulat, non flagitat, præteribo. Quandoq; habet accuſatiuum cum ablatiuo mediante præpoſitione. Cæſ. 1. bel. Gall. Interim quotidiæ Cæſar ab Heduis flumentum quod eſſent polliciti, flagitat. Quandoq; etiam conſtruitur cum duobus accuſatiuis: ut apud Suetonium in Vitel. ſum fœneratorum & ſtipulatorum, publicanorumq;, qui unquam ſe aut Romæ debitum, aut in uia portoriũ flagitaſſent, uix ulli pepercit. Flagitare pro accuſare. Tacit. lib. 17. Mox compertum pecuniam publicam auertiſſe, ut peculatorem flagitari iuſſit. Huius compoſita ſunt, conflagito. Plin. lib. 34. Tanta populi Romani contumacia fuit, ut magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenon conflagitauerit. Efflagito, de quo ſuprà.

Flagitator, m. t. uerbale, Qui aſſiduè petit. Plaut. in Moſtel. Sol ſemper hîc eſt uſq; à mane ad ueſperũ: quaſi flagitator aſtat uſq; ad oſtium. Accipitur etiam pro creditore repetẽte pecuniam ſibi debitam. Plaut. in Caſina. Ducite ex animo curam, atq; alienum æs: Ne quis formidet flagitatorem ſuum.

Flagratores, Flagriones, uide Flagro

Flagro, as, n. p. Ardeo: à flãma, uel à flatu quo alitur incendium quando flatu excitatur ignis, φλέγομαι. Verg. 1. Aen. Flagrantisq; dei uultus. Plin. li. 14. cap. 20. Fax uini ſiccati recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat. Ouid. 6. Faſt. Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes. Transfertur quandoque ad deſiderium amoris, odij, iræ, uirtutis, aut uitij. Lactantius libro 1. Quid Apollo pater eius, nõnne ob amorem flagrabat, turpiſſimè gregem pauit alienum? Et lib. 7. Qui auaritia opum inexplicabili quadam ſiti flagrant. Liu. lib. 2. Ciuitas ſecum ipſa diſcors, inteſtino inter patres plebemq; flagrabat odio.

Flagrans, participium, ſeu nomen ex participio: ut, Flagrans pinus, Verg. lib. 9. Aeneid. Flagrans cupiditas. Cic. 4. Tuſc. Eximio literarum amore flagrans. Quint. in proœm. lib. 2. Flagrantiſſimus homo. Cic. de Fato.

Flagranter, aduerbium. Tacit. lib. 1. Deſtinare conſules ſpecie recuſantia flagrantiſſimè cupiuerat.

Flagrantia, tiæ, f. p Actus ipſe flagrandi. φλόγμος. Gellius libro 17. cap. 10. Quod de natura atq; flagrantia montis eius compoſitum eſt. Flagrantia oculorũ, pro ardore. Cicero pro Cælio, ſi denique ita ſe geret, non inceſſu ſolùm, ornatu, atq; comitatu, flagrantia oculorũ, libertate ſermonis, ſed etiã, &c.

Flagrum, gri, n. ſ. Quo cædi conſueuerunt ſerui, μάστιξ. Plaut. in Amph. Inde eras è promptuaria cella depromar ad flagrum. Iuuenalis Satyr. 5. nec dura timebis Flagra pati. Liu. 8. bel. Pun. Ob quam cauſam cæſa flagro eſt Veſtalis. Hinc Flagellum diminutiuum.

Flagratores, m. t. Dicebãtur illi qui mercede flagris cædi ſe permittebant. Author Feſtus.

Flagriones, m. ſ. Dicti ſunt ſerui, quòd flagris ſubiecti ſunt, μαστιγίαι, Verberones, à uerbere. Nonius.

Flamen, neutri generis, uide Flo.

Flaminia, f. p. Flaminis domus. Gel. lib. 18. cap. 15. Ignem è flaminia, id eſt, Flaminis Dialis domo, niſi ſacrum, efferri ius non eſt.

Flaminica, Flaminis uxor erat. Gellius libro 10. cap. 15. Eædem ferme ceremoniæ ſunt quas Flaminicas ſacerdotiſſas Diales ſeorſum aiunt obſeruitare. Hoc etiam nomine appellabãtur uirgines Flaminicæ Dialis præminiſtræ. Autor Feſtus.

Flaminium, nij. n. ſ. Eſt Flaminis dignitas, ſiue ſacerdotium Liuius 6. bel. Punic. C. Claudius flamen Dialis, quòd extra perperam dederat, Flaminio abijt. Gel. lib. 10. cap. 15. Vxorem ſi amiſit, Flãminio decedit. Hic nota Abire, & decedere Flaminio, eo modo dictum quo abire magiſtratu, officio, &c.

Flaminius lictor, (inquit Feſtus) dicitur qui flamini Diali ſacrorum cauſa præſtò erat. Flaminius Camillus, puer patrimus & matrimus, qui Flamini Diali in ſacrificijs præ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

miniſtrabat. Antiqui enim miniſtros Camillos dicebãt. Authorꝛ Feſtus.

Flamma, mæ, f. p. Eſt fumus accenſus à Græco, φλέγω, ardeo. φλόξ, Plautus in Curcul. Semper tu ſcito, flamma fumo eſt proxima. Vergilius 8. Ecloga, Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis Sponte ſua. Ponitur interdum metaphoricè flamma pro periculo. Cicero 2. Tuſcul. Quid de cupiditate honorum loquar? quæ flamma eſt per quam non concurrerint hi qui hęc olim punctis ſingulis colligebant? Idem in Bruto dixit, Galbam eripuiſſe ſeſe de flamma iudicij, quum ſignificare uellet eum liberatum eſſe à periculo iudicialis damnationis. Terent. in Eunuch. Ex flamma te petere cibũ poſſe arbitror. Præcipitare ſe ex fumo in flammam, eſt ita ſe expedite minore periculo, ut in maximum diſcrimen ſe quis conijciat.

Flammea uiola, Flos coronarij generis, odoris prorſus expers, colore tantùm flammeo in coronamento experitus. φλόξ, φλόγιον. Vide Ruellium lib. 2. cap. 137.

Flammula, læ, diminutiuum eſt flamma. φλόγιον. Colum. lib. 9. cap. 14. Vndiq; papiliones concurrunt, dumq; circa flamulam uolitant, aduruntur.

Flammeus, a, um, Ignitus, accenſus, flammę calorem referens. φλόγινος, φλογίεις. Cic. 1. de diuinatione, ex Accio poëta. Dextrorſum orbem flammeum Radiatũ ſolis liquier curſu nouo. Columel. lib. 3. cap. 3. Quædã partes eius regionis ſic infiantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, ut niſi uites teguminibus opacentur, uelut halitu flammeo fructus uratur. Cicero 1. de Natura deorum. Sunt autem ſtellæ naturæ flammeæ. Interdum etiam flammeum dicimus quod flammæ colorem refert, hoc eſt ardens & lucidũ: unde flammearij dicti ſint qui flammeum colorem tingebant: ut uiolarij, qui uiolaceum.

Flammeum, mei. n. ſ. Hermolao genus eſt ueli lutei, ſeu crocei quod à nouis nuptis geſtabatur, κρόκιος πέπλος. ſic dictum quòd eo aſſiduè utebatur Flamminica, id eſt, flaminis uxor. Et quia Flamini non erat permiſſum cum uxore diuortium facere, inſtitutũ eſt ut etiam nouæ nuptæ hoc amiculi genere uterentur boni ominis cauſa, & in ſignum indiſſolubilis coniugij. Lucanus de Martia iterum nubẽte Catoni, Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus. Plin. lib. 21. cap. 8. Lutei uideo honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. Huius diminutiuũ eſt Flammeolum. Iuuenal. Saty. 10. ſedet illa parato Flammeolo.

Flammearius, rij, Infector flammei coloris: ſicut uiolarius, coloris uiolacei tinctor, aut certè flammeorum confector, aut uenditor, quod amiculi genere nouæ nuptæ utebãtur. Plautus in Aulularia, Ciniflones, pataglarij, inſidiarij, flammearij, uiolarij, &c.

Flammeolus, Quod flammæ coloꝛem habet, dilutiorẽ tamen. Col. lib. 10. Preſſaq; flammeola rumpatur fiſcina caltha.

Flammo, mas, n. p. Incendo, inflammo: & per metaphoꝛã incito, exacuo, φλογίζω, παροξύνω. Tacit. lib. 18. Nanq; omnes exercitus flammauerat arrogantia uenientium à Vitellio militum: q truces corpore, horridi ſermone, cæteros ut impares irridebãt. Idem lib. 20. His inter ſe uocibus inſiſtenteis flammã uere inſuper allatæ à Veſpaſiano literæ Interdum flammare, abſolutè legitur pro exardere. Vnde flammantia lumina dicuntur è quibus quidam quaſi flammæ color emicat, quod iratis accidere ſolet Vergil. 3. Georg. Exilit in ſiccam, & flammentia lumina torquens, Sæuit agris. Hinc componitur inflammo, quod eſt ualde uel intus flammo, incẽdo. Cicero Curioni, Non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei.

Flammatus, ta, tum, Incenſus, incitatus. Verg. 1. Aeneid. Talia flãmato ſecum dea corde uolutans. Flammatus Iupiter, id flammam dextra manu tenẽs pro ſceptro: ita enim apud antiquos pingebatur. Cic. 1. de Diuin. Principio ætherio flammatus Iupiter igni Vortitur, &c.

Flammeſcere, Eſt accendi, & flamma corripi, φλογοῦσθαι.

Flammifer, a, um, Flammam afferens, exurgẽs, ſupra modum calefaciens, inflammans. φλογοφόρος. Cicero 4. Acad. Fer mihi auxilium, peſtem abige à me Flammiferam hãc uim quæ me excruciat.

Flammiger, a, um: ut, Sol flammiger. Val. 5. Argon.

Flammigerare, Flammas emittere. Gellius lib. 17. cap. 10. Interdiu fumare Aetnam, noctu flammigerare.

Flammigena, næ, E flamma genitus, φλογογενής.

Flammiuomus, a, um, Quod flammas uomit, πυρίκοπος.

Flator, Flatus, uide flo, flas,

Flaueo, uide Flauus.

Flãuus, a, um, Color ex uiridi & ruſo & albo concretus, hoc eſt, fuluo clarior, qualis eſt color auri, & mellis & ariſtarum quum iam maturuerunt, ξανθός, Flaua mella. Martial. lib. 1. Flauaq; de rubro promere mella cado. Flauus crinis. Verg. 4. Aenid. Nondum illi flauum Proſerpina uertice crinẽ Abſtulerat. Flaui capilli. Ouid. lib. 2. Faſtorũ, Forma placet, niueusq; color, flauiq; capilli. Verg. lib. 1. Georg. neq; illum Flaua Ceres altóne quicquam ſpectat Olympo. Vbi ſeruius, Flaua Cæres dicitur propter ariſtarum maturitatem. Sic Flauã aquam, flauas frondes olearum dicimus.

Flaueo, es, ui, n. ſ. Flauus ſum, hoc eſt, eius coloris, cuius eſt aurum, ξανθίζομαι. Col. lib. 2. cap. 12. Sed æqualiter flauentibus iam ſatis, antequàm ex toto grana indurescant, quũ rubicũdum colorem traxerunt, meſſis facienda eſt. Verg. 3. Georg. Turbidus & torquẽs flauentes Iſter arenas. Idem 10 Aeneid. Tu quoque flauẽtum prima languine malas. Dum ſequeris Clytium. &c. Id eſt, habentem malam flauentes.

Flaueſcere Eſt flauũ fieri, ξανθίζωμαι. Verg. 4. Eclog Molli paulatim flaueſcet campus ariſta. Plin. lib. 9. cap. 15. Herbulæ ſpicas imitatæ, inanibus ariſtis ante meſſem flaueſcunt.

Flecto, is, xi, xum, 3. t. Torquere & curuare, καμπυλιάζω, κάμπτω. Plin. lib. 11. cap. 45. Elephantus poplites intus flectit, hominis modo. Flectere iter ad locum aliquem, eſt curſum eo dirigere, uel iter inſtituere, quod barbari dicunt Capere uiam alicuius loci. Liu. lib. 8. ab Vrbe, Ad Priuernum COS. flexit iter. Idem lib. 5. Quod ubi parum proceſſit, ad Brunduſium flexit iter, prodi ad oppidum ratus. Et per translationem Flectere animum, hoc eſt, attẽdere, & aduertere. Terent. in Hecy. Iſtuc eſt ſapere, qui ubicunq; opus ſit, poſſis animum flectere. Flectere aliquem precibus, eſt aliquem exorare, commouere, & in noſtram ſententiam adducere. Cic. 4. Acad. Si te oratio Luculli flexit, quæ eſt habita memoriter. Flectere uocem de Græco. Gellius lib. 4. cap. 3. Hoc uocabulum eſt de Græco flexum. Huius compoſita ſunt, Circunflecto, circundo, circumplico, περιπλέκω. Verg. 3. Aen. Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachini Ceſſantem longos & circunflectere curſus. Deflecto, Inflecto, Reflecto, Offlecto, uide ſuis locis.

Flexus, participium. Ouid. lib. 4. Metam. flexumq; genu ſubmiſit. Tacit. lib. 3. Cæſar flexo in mœſtitiam ore, ſuã inuidiam tali morte quæſitam, &c.

Flexus, us, m. q. Eſt curuatio, uel ſubita conuerſio corporis, λύγισμα, κάμψις, καμπὴ. Quint. lib. 7. cap. 2. Propter flexus capillorum, pars eſt ſumma capitis, ſcilicet uertex. Idem libro 9. cap. 2. Qui curſu parum ualent, flexu eludunt. Flexus ætatis, quum ætas uergere incipit, & inclinari. Cicero in Proœmio de Orat. Si infinitus forenſium rerum labor, & ambitionis occupatio decurſu honorum etiam ætatis flexu conſtitiſſet.

Flexio, uerbale, Flectendi actus. ut Virilis laterum flexio, Cic. in Orat. Idem in Piſo. Quos tu mæandros, dum omnes ſolitudines perſequeris: quæ diuerticula, flexiones q; quæſiſti?

Flexibilis, le, om. t. Quod torqueri, & facilè in quamuis partem curuari poteſt, καμπύσος, λυγισὸν. Ouid. 3. Amor. Nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus. Cic. pro Milo. Nihil enim eſt tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm uoluntas erga uos, ſenſuſq; ciuium. Idem 5. de Orat. Nihil eſt tam tenerum, tàm flexibile, neq; quod tam facilè ſequatur quocunque ducas, quàm oratio. Flexibilis ætas, per translationem, pro molli, & tenera, quæq; facilè flecti poteſt, in quamcunq; partem. Cic. ad Brutum. Videtur enim in eo eſſe bona indoles, ſed flexibilis ætas, multiq; ad deprauandum parati.

Flexilis, le, pen. corr. Quod facilè flecti poteſt, λυγώδης, λυγισός Plin. lib. 11. cap. 37. Sed quibus ceruix è multis, uertebratisque orbiculatim oſſibus flexilis ad circunſpectum articulorum nodis iungitur. Ibidem. Item omnium auriculæ, ad nares quæ modicum eminent flexili mollitia. Cornu flexile, Ouid. 5. Metamorph.

Flexuoſus, a, um, Quod uarios, uel multos habet flexus: ut, Flexuoſa uitis. Cato de Reruſt. cap. 33. Plin. lib. 9. cap. 10. Hæc omnia flexuoſo corporum impulſu ita mari uruntur, ut ſerpentes terra. Flexuoſus uolatus hirundini. Plin. lib. 10. capite 29. Cic. 2. de Natura deorum, de auditu loquens, Flexuoſum iter habet, nequid intrare poſſit, ſi ſimplex & directum pateret. Plin. lib. 11. cap. 37. Hominiq; flexuoſiſſimis orbibus.

Flexuoſè, aduerbium. Plinius libro 18. cap. 35. Si flexuoſè uoliteet flamma.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Flexamina oratio, Dicitur quæ animum flectere possit, ψυχαγωγος. Cic. 2. de Oratore, Sed tantam uim habet illa quæ re & è à bono Poëta dicta est flexamina, atq; omnium regina rerum, oratio, ut non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare: sed etiam aduersantem, & repugnantem, ut imperator bonus ac fortis, capere possit.

Flexumines, Equites Romani erãt, à flectẽdis equis dicti. Plin. lib. 33. cap. 2. Quinetiam ipsum Equitum nomen sæpe uariatum est: in his quoq; qui ad equiratum trahebantur: celeres sub Romulo, Regibus appellati sunt: deinde flexumines: postea trossuli, quum oppidum in Tuscis citra Volsionis passu um IX. M. sine ullo peditum adiumento cœpissent.

Flexura, s. p. Flexus curuatio, ῥοφὴ, καμπὴ, λύγισμα. Col. lib. 5. cap. 5. Proxima deinde putatione, mèlius existimat Celsus ferro abstineri, ipsosq; coles in modum coronæ contortos arbori circundari, ut flexura materias profundat.

Flexiloquus, Qui ambigua, & obscura loquitur. Cic. 2. de Diuinat. Tuis enim oraculis Chrysippus totum uolumen impleuit, partim falsis (ut ego opinor) partim causa ueris, ut fit in omni oratione sæpissimè: partim flexiloquis & obscuris, ut interpres egeat interprete.

Flexipes, flexipedis, com. t. ἀλίπους, qui flexos pedes habet. Vnde flexipeda hedera ab alijs poëtis dicitur, quam Vergil. errantem uocat.

Flegmina, siue ut alii scribunt, Flemina, dicuntur à Festo, quum ex labore uiæ sanguis effluit circa talũ. Plin. in Epid. dum te sequor, Præ lassitudine inuaserunt miserum ingenua flegmina.

Fleo, fles, fleui, fletum, n. s. Lachrymas emitto, δακρύω, κλαίω. Ouid. 2. de Remed. amoris, Vt flerẽt, oculos erudiere suos. Idem in Ibin, Nõ patitur miseri funera flere uiri. Cic. 5. Verr. Flebat uterq; non de suo supplicio, sed pater de filij morte, de patris filius.

Fletur, impersonale. Terent. in And. In ignem posita est, fletur. Silius lib. 5. Longo æuo flebitur. Compositum est defleo, quod est flendo deploro, καταδακρύω. Cic. lib. 1. Tusc. Mõ exercitu amisso nudus in seruorum ferrum & manus incidisset, non liberi defeceti, non fortunæ omnes à uictoribus possiderentur.

Flens. participium. Ouid. 1. Trist. Vxor amans flentem, flens acrius, ipsa tenebat. Fleturus. Ouid. 4. Trist. Non aliter fleui, quam me fleturus ademptum Ipse fuit.

Fletus, aliud participium, Quem multis lachrymis prosequimur, δακρυμυόεις. Verg. 6. Aeneid. Hic multũ fleti ad superos, belloq; caduci. Id est nobilitas & conspicui, quorum mortem magna lamentatio sequitur.

Fletus, substantiuum, δάκρυον, κλαυθμὸς. Cic. ad Terentiam lib. 14. Id quod ego maximo cum fletu legi. Idem pro Rosc. Amer. Quod Amerinis usq; eo uisum est indignum, ut urbe tota fletus, gemitusq; fieret. Quint. lib. 5. cap. 11. An uerò me de incommodis uitæ desserentem non adiuuabit earũ persuasio nationum quæ flexibus natos, lætitia defunctos prosequuntur?

Flebilis, le, om. t. Quod dignus est ut defleatur, πολυδάκρυτος, δακρυτός. Horat. lib. 1 Carm. Multis ille quidem flebilis occidit, nulli flebilior, quàm tibi Ver. Cic. 11. Philip. Ponite ante oculos P. C. miseram quidem illam, & flebilẽ speciem, sed ad incitandos animos uestros necessariam.

Flebiliter, aduerbium. Cum fletu. Cic. 2. Tusc. Vide quàm flebiliter respondeat. Liu. 1. ab Vrbe, Soluit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat.

Fligo, gis, xi, ctum, 3. t. Antiquissimi usui sunt pro percutio. θλίβω. Liu. Andr. in Aegystho, ut citat Nonius, Ipse se in terram saucius fligit cadens. Huius composita sunt, Affligo, Confligo, Infligo, & Profligo, quæ habent penultimã produ ctam, προσαράσσω. Est autem affligere propriè prosternere, & in terram extẽdere. Plin. lib. 8. cap. 40. At canis ille horrentibus per totum corpus uillis, ingenti primùm latratu intonuit, mox in ceruicem assultans, contraq; beluam exurgens hinc & illinc artifici dimicatione, quã maximè opus esset, infestans atq; euitans, donec assidua rotarum uertigine affli xit, ad casum eius tellure concussa. Cæsar. Neq; si quo afflictę casu fuerint, erigere sese, atq; eleuare possunt. Per translationem ponitur pro perturbare, uexare. Seneca, Vt animũ uarijs curis afflictum oratione lenirem. Hinc Afflicto, as, frequentatiuum τρυχόω. de quo, & aliis compositis, locis suis.

Flictus, uerbale, Idẽ significans quod ictus. Silius li. 1. galea horrida flictu Aduersæ ardescit galeæ. Verg. 9. Aeneid. Dant sonitum galeæ flictu: pugna aspera surgit. Quo in loco Seruius putat dictum esse flictu pro afflictu, per aphæresin.

Flo, as. aui, atũ, n. p. Spiro. χωνύω, Plin. li. 27. cap. 24. Hic enim si flauerit circa brumam, exurit frigore arefaciens. Cæs. 5. bel. Gall. Quod Corus uentus nauigationem impediebat. qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consueuit. Cic. Attic. libro 7. Bell. nobis flauit ab Epiro leuissimus Auster. Flare simul & sorbere, prouerbiali metaphora dicitur pro eo quod est, duabus reb. diuersissimis, naturaq; disiunctis, eodem tempore operã dare. Plaut. mostel. Simul flare, sorbereq; haud factu facilè est: ego hic esse, Et illic simul haud potui. Aliquando flare, signare est: quòd æs siue argentum flando, hoc est, flatu calefaciẽdo, signetur, χωνύω. Hinc flatum æs & flata pecunia dicitur. Eius composita sunt, Afflo, quod est ad aliquid spiro. Cic. in Catone, Quum admiraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, humum subactam atq; puram, & suauitatem odorum qui afflarentur è floribus. Per translationem. Lactant. lib. 7. Non uidisse, nec comprehendisse philosophos ueritatem, sed ita leuiter odoratos, ut tamen unde odor ille sapientiæ tam suauis, tam incundus afflauerit, nullo modò senserint, id est aduenerit, uel aspersus sit. Aeneid. naque ipsa decoram Cæsariem nato genitrix, luumẽq; iuentæ Purpureum, & lætos oculis afflarat honores, id est, afflando dederat. Diffio, flatu dispergo, disturbo. Plaut. in milite, Cuius tu legiones difflauisti spiritũ, Lucilius lib. 26. Pars difflatur uento, pars autem obrigescit frigore. Deflo, deorsum uel ualde flo, καταχωνύω. Varro, Vas fictile, eo quòd est leuissimum ad summum deflatum, út traiiciant in alia uasa. Inflo, turgefacio, quales sunt utres uento distenti, ἐμπνευματόω. Inflare calamos, uel tibias, est calamis, uel tibiis canere: quia huiusmodi instrumenta sonum non edunt nisi flatu expressum. Verg. 6. Eclog. Tu calamos inflare leues, ego dicere uersus. Per metaphoram inflari accipitur pro superbire, & arrogãtia turgescere. Cic. lib. 3. Tuscul. quæst. Sic igitur inflatus, & tumens animus in uitio est: sapientis autem animus semper uacat uitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. Inflatio. ἐμπνευμάτωσις. Perflare, flando percurrere, flatu implere, uel commouere. διαπνύω, διαφυσάω. Vergil. 1. Aeneid. & terras turbine perflant. Reflo, contra spiro, ἀντιφυσάω. Cicero 1. Tusculan. Sin autem reflantibus uentis reiiciemur, tum eodem paulo tardius referamur necesse est. Idem lib. 2. Offic. Nam qum prosperero flatu eius utimur, ad exitus prouehimur optatos: & quum reflauerit, affligimur; idem quod flare seu flandò turgefacere, πνευματόω. Nonius, Sufflatum dicitur tumidum. & quasi uento quodam latius factum. A uerbo sufflo fiunt alia duo composita Insufflo, & Exsufflo, quæ uide suis locis.

Flatus, us, Spiritus, uentus, flamen, πνοὴ. Cicero in Arato, Aram quã flatu permulcet spiritus Austri. Et paulò pòst, Aestiferos ualidis erumpit flatibus ignis. Idem 1. Offic. Quum prospero flatu iudiciorum utimur.

Flamen, minis, neut. generis, Flatus dicitur, à flo flas, πνεῦμα. Horat. cur Berecynthiæ Cessant flamina tibiæ? Verg. 10. Aeneid. Ceu flamina prima Quum deprehensa fremunt syluis, & cæca uolutant Murmura, uenturos nautis prodẽtia uẽtos.

Flabilis, le. Cic. 1. Tusc. nihílne aut humidum quidẽ, aut flabile, aut igneum? Flabile dixit pro aërio.

Flabrum, bri, uel potius Flabra, orum, pluraliter tantũ (ut Seruius docet) à uerbo Flo, as: sunt flatus, uel flamina uentorũ, πτύον, θρίναξ. Propert. lib. 2. Neq; hic Boreæ flabra: neq; arma timet, id est, flatus. Verg. 2. Georg. Ergo, non hyems illam, non flabra nec imbres Conuellunt.

Flabellum, li, diminutiuũ, & accipitur pro instrumẽto quo fit uentilatio per æstatem ad refrigerandũ corpus, θρινακίδιον. Terentius in Eunucho. Heus, inquit, Dore, cape hoc flabellum, & uentulum huic sic facito, dum lauamur. Ouid. de Arte amandi, Proficit & tenui uentos mouisse flabello. Flabellum seditionis, per translationem. Cicero pro Flacco, Cuius lingua quasi flabello conditionis, illatum est egentium concio uentilata.

Flabellifer, adiectiuum. Plautus Trinum. flacelliferæ, scandali gerulæ, Cantrices, cistellatrices, nuntij, renuntij.

Flator, oris, Ab antiquis dicebatur quem nos tibicinem uocamus: ab inflatu tibiarum deducta appellatione, Author Festus, αὐλητὴς.

Flõces uini, Vuarum purgamenta: hoc est, fæx uini ex uina-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ceis expreſſa: ſicut fraces oliuarum, σίμφυτα. Gellius lib. 11. cap. 7. Itē floces audierat priſca uoce ſignificare uini fecem è uinaceis expreſſam, ſicut fæces ex oleis. Cæcil. ædepol ego neq; florem, neq; floces uolo mihi, uinū uolo. Gellius, Aplu dam edit. & floces bibit. Vox eſt abſoleta.

Floccos, flocci, m. ſ. Lanarum particula diuiſa à uelleribus inutiliter euolans, χροκίς. Varro, Diligentiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent, ne qui flocci intereāt. In ueſtibus itē flocci dicuntur lanæ particulæ eminentiores, quę filū tegunt. Vnde Celſus ſigna mortiferi morbi eſſe ſcribit, ſi quis in febre & acuto morbo manibus in ueſte floccos legit, (quod Græci χροκιδίζειν appellāt) fimbrias ue deducit. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines nidum mollibus plumis floc cisq; conſternunt. Et quia floccus res eſt nullius pretij, fa ctum eſt ut dicamus Floccifacio, & Floccipendo, p cōtemno, & in nulla æſtimatione habeo, περὶ ὀλίνος ποιοῦμαι. Plaut. in Epid. Dum tibi placeam, atq; obſequar, meum tergū floc cifacio. Terent. in Eunuch. Inuidere omnes mihi, mordere, clanculū: ego non floccipendere. Idem autē ſignificat Floc cifacere aliquē, & non facere flocci, diuiſa cōpoſitione. Cic. ad Attic. lib. 4. Totam deniq; Rempub. flocci non facere, Idē ad eundem lib. 13. Hoc ipſum quantum acceperit, prorſus a ueo ſcire, nec tamen floccifacio.

Flocculus, diminutiuum. Plin. lib. 16. cap. 7. Naſcuntur in ro bore pilulæ nucibus non abſimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos: nam & ſine o leo flagrant.

Flomus, id eſt, φλόμος. Enulæ campanæ cognomen apud Dioſcorid. lib. 1. dictum Helenium.

Florus, Anthus uocata auis apud Aelian.

Flōs, huius floris, maſc. gen. t. A Græco nomine φλόξ, ut quidam putant, quia emicat, ſcintillatq; ut flamma, ἄνθος. Plin. lib. 12. cap. 10. Flos arboribus ſuauitate inenarrabili. Ouid. 9. Metamorph. Naiades hoc pomis, & odore flore repletū, Sacrarunt. Verg. 4. Eclog. Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. Per translationem accipitur pro ornamento, ſiue decore. Cic. 2. Philip. Nobilitatis ac flos iuuentutis. Plaut. in Caſi. Ea tempeſtate flos Poētarū fuit, id eſt, excellētiſſimus inter poētas. Flos ætatis. id eſt, uigor, ſiue integra ætas, qua lis eſt iis qui iam iuſtum incrementum ſunt adepti, ἀκμὴ τῆς ἡλικίας. Cicero 4. Philippic. Gratia non uirtute, ſed ætatis flore collecta. Flos iuuentæ, apud Vergiliū 5. Aeneidos. Et primo flore iuuentæ. Nonnunquam etiam pro uirginitate. Catul. in Epithalamio, Sic uirgo dum caſta manet, tum chara ſuis: ſed Quum caſtum amiſit polluto corpore florem, Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis. Flos uini, dicitur exigua quædam quaſi ſpuma quæ uino in dolijs ſupernatare ſolet in modum pollinis farinę, eodem fe rē tempore quum in uitibus florent futuri racemi, Plin. lib. 14. cap. 21. Flos uini candidus probatur, rubēs triſte ſignum eſt, ſi non is uini color ſit. Aliquando etiam flos uini accipi tur pro uini odore. Plaut. in Curc. Flos ueteris uini naribus meis obiectū eſt. Flos æris, eſt portio æris tenuiſſima quæ ab ære expuitur, quum frigida affuſa extinguitur, φαλκὸς ἄν θος. Solet autem inueniri in fundo uaſorum inſtar grano rum milij, colore æris rubri. Eſt autem hoc omnino diuerſum à chalcanto. Vide Galenum. 9. de Facul. ſimplicium me dicament. Flos ſalis, portio ſalis leuiſſima & candidiſſima, fauillæ ritu effloreſcens, ἁλὸς ἄνθος. Hoc præterea nomine ab antiquis dicebatur res à ſuperiori diuerſiſſima, humidio risq; naturæ, & coloris crocei, & ſalis quaſi quædam rubigo, odore quoq; ingrato, ceu gari. Inuenitur in Aegypto, Nilo fluuio & fontibus quibuſdā innatās. Naturam habet aſpe ram, excalfactoriā & ſtomacho inutilem. Vide Plin. lib. 31. cap. 7. & Dioſcoridem lib. 5. cap. 83.

Floſculus, diminutiuū. Cic. 3. Offic. Ficta omnia celeriter tan quam floſculis decidunt.

Floreus, a, um, Quod eſt ex floribus, ἄνθινος, ut Florea corona. Plaut. in Menæch. Non ego te modò hic ante ædes cū corona florea, Vidi aſtare? Martialis, Et cingat florea ſerta caput.

Floridarę (ἀνθεῖν) idem quod florere: unde prata floridan tia dicuntur.

Floridus, a, um, Quod floribus abundat, ſiue quod ex floribus confectum eſt, ἀνθώδης. Tibul. 1. Eleg. 2. quum poſti florida ſerta darem. Floridus homo. Cicero de Claris Orat. At eſt floridior, ut ita dicā, quā Hyperides, quàm Lyſias. Floridus color. Plin. lib. 35. cap. 6. Sunt aut colores auſteri, aut floridi.

Floridulus, diminutiuū: ut, Ore floridulo nitens, Catullus in Epithalamio Iuliæ.

Floriger, & **Florifer**, ferens flores, ἀνθοφόρος. ut, Saltus floriferi, apud Lucret. lib. 3.

Florilegus, a, um. Qui flores legit: uel qui aliquid ex floribus colligit, ἀνθολόγος. ut, Apes florilegæ. Ouid. 15. Metamorph. Florilegæ naſcuntur apes.

Florentus, Floribus plenus, ἀνθεμώδης.

Floreo, res, rui, n. ſ. Eſt floridum eſſe, ſeu flores producere. ἀνθεῖν. Cic. 2. Tuſc. Segetes largiri fruges, florere omnia, fon tes ſcatere. Plin. lib. 19. cap. 6. Florent uerò cum fraxino ſerpyl lum, abrotonum, &c. Per translationem, eſt uigere, aut in aliqua proſperitate eſſe, ſiue excellere, ἀκμάζειν, εὐδαιμονεῖν. Cicero in Læl. Magnaq; Græcia quæ nunc quidem deleta eſt tum florebat inſtitutis & præceptis. Lactant. lib. 9. Iniuſti ac Deum neſcientes, & diuitiis, & potentia, & honoribus flo rent. Cicero 11. Philip. Nihil enim ſemper floret: ætas ſucce dit ætati, &c. Ouid. Nos quoq; floruimus, ſed flos fuit ille ca ducus. Florentiſſima fortuna. Cic. ad Attic. libr. 10. Idem primo de Legibus, Qua nihil à piis immortalibus uberius, ni hil florentius, nihil præſtabilius hominum uitæ datum eſt. Huius compoſita ſunt Defloreo, Effloreo, & Refloreo, de qui bus ſuo loco.

Floreſco, is, ere, n. t. Eſt floridum fieri, ἀνθῶδη. Col. lib. 5. Ventiq; nebulam & roram peſtiferum celeriter afficcant, multumq; ad floreſcendum & ad bonitatem uini conferunt. Varro lib. 1. de Re ruſt. Pratum aqua defendi debet antè quàm floreſce re incipiat. Per metaphoram pro augeri, ſiue creſcere, αὐξάνεσθαι, ἀκμάζειν. Cic. pro Marcello, At uerò hæc tua iuſtitia, & lænitas animi floreſcet quotidie magis, ita ut quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferat lau dibus. Hic. pro Cælio, Nolite Iudices hunc nunc primum floreſcentem firmata iam ſtirpe uirtutis, tanquam turbine aliquo, aut ſubita tempeſtate peruertere.

Florifertum, Dies erat feſtus apud Rom. ita dictus quòd eo die ſpicæ ad ſacrificium ferebantur. Feſtus, ἀνθοφορία.

Fluctuare, Fluctuoſus, Fluctus; Fluito, Flumen, uide Fluo.

Fluo, is, xi, xum, n. t. Propriè decurro, ῥέω, ῥύω. Verg. lib. 1. Ge org. Hæc eadem argenti riuos, æriſq; metalla Oſtendit uenis, Atq; auro plurima fluxit. Cic. 1. de Diuinat. Fluminaq; in cōtrarias partes fluxerint. Idem 6. Verr. Chryſas eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit. Quoniam uerò ea quæ fluunt, latius diffundi uidentur, fluere quandoq; capitur pro latius atq; uberius excreſcere. Vergil. 2. Georg. tum deni que dura Exerce imperia, & ramos compeſce fluentes. Rur ſus, quia quæ decurrunt, quodammodo minui uidentur, fluere pro deficere ſumitur. Vergil. 2. Aeneidos, Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri Spes Danaūm. Hinc fluxa dicimus quæ inſtabilia, ac momentanea ſunt, & citò peritura. Item procedere, naſci. Lactant. libr. 2. Ab hac gente proximi quiq; populi multitudine increſcente fluxerunt. Huius com poſita ſunt, Affluo, Confluo, Defluo, de quibus ſuprà. Circū fluo, περιρρέω. Diffluo, uariè fluo, καταῤῥέω. Lactant. libr. 7. Nam ſi terrenum & fragile corpus, poſt ſeceſſum animæ non ſtatim diffluit in terram, tabeſcitque, ex quā illi origo eſt. Per translationem luxurior, corrumpor, διαλύομαι, φθεί ρομαι. Terentius in Heauton. Vt illius animum qui nunc lu xuria & laſciuia diffluit, retūdam, & redigam. Influo, intro fluo, εἰσρέω. Colum libro primo, Sed ampla ſtabula ſic ordi nentur, ne quis humor influere poſſit. Cæſar, A lacu Lema no qui in flumen Rodanum influit. Cicero in Lelio, per translationem dixit. Quibus blanditiis C. Papyrius Conſul nuper influebat in aures, id eſt, facilè introibat, & quaſi ſen ſim irrepebat. Interfluo, in medio fluo, μεσορρέω. Perfluo Transfluo, per medium fluo, non continuo, διαῤῥέω. Te rentiùs in Eunucho, Plenus rimarum ſum, hac atque illac Perfluo. Profluo, de quo alibi. Præfluo, ante fluo, προῤῥέω, uel præterfluo. Plinius libro quarto, cap. 5. Præfluente Al pheo amne. Idem libro 5. cap. 26. Et parte læua in Meſopota miā uadit per ipſam Seleuciam, circa eā præfluenti infuſus Tigri. Præterfluo fluēdo prætereo, uel antè fluo, παραῤῥέω. Liu. lib. 1. Infima ualle præterfluit Tibris. Quintilianus per translationem, libro 11. Omnis diſciplina memoria con ſtat, fruſtraq; docemur, ſi quicquid audimus præterfluat. Refluo, retrò, ſiue rurſus fluo, ἀναῤῥέω. Vnde fluxus, & reflu xus, pro acceſſu & receſſu aquæ in Oceani æſtuariis. Super fluo, ſuperabundo, ὑπερρέω. Aquo ſuperfluus, a, um.

Colum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Colum. lib. 4. Per medullam tranſmittit quicquid aquarum cæleſtium ſuperfluit Subterfluo, inferius fluo, ὑποῤῥέω.

Fluentum, ti, n. ſ. Paruum flumen, ſiue decurſus aquæ, ῥεῦθρον. Verg. 4. Aeneid. Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthiq́ fluenta Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo.

Fluentiſonus, a, um: ut, Littus fluentiſonum, apud Catullum in Argon.

Fluẽſcẽrẽ, καταῤῥεῦσαι, eſt fluidum fieri, reſolui. Auguſt. lib. 21. de Ciuit. Dei. Agrigentinũ Siciliæ ſalem perhibent cum fuerit admotus igni uelut in aqua flueſcere.

Fluctus, us, ui, Moles aquę uiuenti concitatæ, quę uulgò Vnda diſci ſolet, κῦμα. Cic. 6. Verr. Qui flnctu totus operiretur, niſi uuttetione, ac mole lapidum in mari diſiunctus eſſet. Fluctus pro impetu. Cic. ad Attic. lib. 7. Fluctum enim totius barbariæ una ferre urbs non poterat. Fluctus fortunæ. Plin. lib. 5. cap. 17. Quos uita feſſos ad mores eorum fortunę fluctus agitat.

Fluctifragus, ga, gum: ut, Littus fluctifragum, hoc eſt, fluctus ipſos frangens. Lucret. Denique fluctifrago ſuſpenſæ in littore ueſtes.

Fluctiuagus, Quod fluctib. uagatur, aut agitatur, πλοντοπόρος. unde Nautæ fluctiuagi, & Vnda fluctiuaga appellatur à Papinio.

Fluctuo, as, a. p. Propriè eſt fluctus agitari, κυμαίνω, κυματίζω. Plaut. in Rud. Atq́ ut nunc ualdè fluctuat mare, nulla nobis ſpes eſt. Cic. 8. Verr. Quadriremẽq́ in ſole fluctuantẽ reliquerat. Per metaphoram etiam tranſſumitur pro iactari, dubitare, & diuerſis cogitationũ quaſi fluctibus, & ueluti marino quodam æſtu agitari. Verg. 8. Aeneid. magno curarum fluctuat æſtu. Liu. 3. bell. Maced. Epheſi regem eſt conſecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumq́ de Romano bello. Pro eodem etiam legitur fluctuor deponens. Liu. 5. bel. Maced. Fluctuãtur incerti animi. Curtius, Fluctuari animo Rex, & modò ſuum, modò Parmenionis conſilium expendere. Accipitur etiam nonnunquam fluctuare pro fluitare & ſupernatare. Plinius libro 36. capite 17. Lapidem è Scyro inſula integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Fluctuatus, participium. Plin. lib. 4. cap. 12. Delos diu fluctuata, ut proditur, ſola motum terrę non ſenſit. Idem lib. 9. cap. 8. Et ſopitus (ut apparuit) odoris nouitate, fluctuatisq́ ſimilis exanimi, caruit hominum conuerſatione.

Fluctuatio, uerbale: ut, Fluctuatio ſtomachi. Plin. lib. 20. cap. 8. Validius cocta fluctuationes ſtomachi ſiſti, & uentris. Fluctuatio animorũ, Liu. 9. ab Vrbe, in ea fluctuatione animorum opprimi incautos poſſe.

Fluctuoſus, Vndoſus, procelloſus, inquietus, κυματώδης: ut Mare fluctuoſum. Gemmę fluctuoſæ, quæ maculas habent fluctuũ quandam ſimilitudinem referẽtes. Plin. lib. 37. cap. 5. Ii ſunt fluctuoſi & rerum imagines cõplexi, ut uerbi gratia, papauerum, aut auium, pinnarumq́, uel catulorum, & ſimilium. Loquitur de Smaragdis.

Fluctuatim, aduerbium, Iactanter, ſolutè. Afranius, Volo fluctuatim ire ad illum. Nonius.

Fluxus, a, um, Quod fluit, ῥευστικὸς. Plin. lib. 9. cap. 38. Quoniam quum fœtificauere, fluxos habẽt ſuccos. Per trãslationem accipitur pro eo quod eſt inſtabile, momentaneum, & citò periturum, διαχρόνιον. tracta eſt metaphora ab aqua fluuiali, quæ nunquam in eodem loco conſiſtit, ſed citò prę terfluit. Verg. 10. Aeneid. Nónſne tibi fluxas Phrygiæ res uertere fundo Conamur? Salluſt. in Catil. Nam diuitiarũ & formæ gloria, fluxa & fragilis habetur. Aliquãdo capitur pro laxo, ac minimè aſtricto. Vnde Parthorum ueſtimenta fluxa fuiſſe Lucanus ſcribit, Illic, & laxas ueſtes, & fluxa uirorum Velamẽta uides. Sic Suetonius in Cæſa. cap. 45. Fluxiore cinctura cingeretur, Et Vergil. 1. Aeneid. ueſtium ſinus fluentes dixit. Apuleius lib. 2. accepit paſſiuè, Fontanos, inquiens, lactices, de corporibus humanis fluxos. Et fluxi, dicuntur remiſſi ſoluti, libidinoſi, molles, efforminati. Sueton. in Tiberio. Druſus animi fluxioris, remiſſioriſq́ uitæ erat. Martial: Cinædo euiratior fluxo.

Fluxè, aduer. Idem quod affluenter, abundanter. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 11. Et eo magis fluxè ex herba quæ eadẽ ipſa ſumpta, perpurgare corpora noſtra ſolet.

Fluxio, uerbale, ſ. t. Actus ipſe fluendi, uel profluuium. ῥεῦμα. ut Fluxio aquarum, apud Cic. lib. 1. de Diuin. & Fluxiones ſanguinis, apud Plin. lib. 20. cap. 14.

Fluxura, libido, mollicies Venerea. Scribit Cyprianus caſtitatem eſſe exarmaturam, id eſt libidinum.

Fluito, as, n. p. pen. corr. frequentatiuum, Sæpe, ſiue continuè fluo. ὑπορρέω. Liu. 1. Tenet fama, quum fluitantem aluẽ in quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtitiſſet. Nonnunquam etiam accipitur pro ſupernatare, ὑπινῆν, ὑπανέχεσθαι. Plinius, Omnes piſces, quum ſunt extincti, fluitant, exceptis anguillis. Aliquãdo fluitare eſt nutare, quod Terentius uocat labaſcere. Tacitus lib. 18. Vnde primũ creditur Cecinnæ fides fluitaſſe. Horatius 2. Serm. Sat. 3. in amore hæc ſunt mala, bellum, Pax rurſum: hæc ſi quis tempeſtatis propè ritũ Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret Reddere certa: ſibi nihilo plus explicet, acſi Inſanire parent certa ratione.

Fluidus, a, um, penult. corr. Modò liquidum & diffluentem ſignificat, ῥευματικὸς. Plin. lib. 9. cap. 30. Vnum hoc animal niſi uiuum feruenti aqua coquatur, fluida carne non habet callum. Nonnunquam tranſumitur pro languidus ſiue marcidus, unde Liu. li. 4. bel. Maced. uocat corpora Gallorum emollida & fluida.

Flumen, nis, n. t. Idem quòd fluuius, hoc eſt, aqua continuè decurrens, & perennis: & maior eſt quàm riuus, ποταμὸς. Torrens contrà, qui æſtate ſiccatur. Horat. 2. Carm. Ode 6. Dulce pellitis ouibus Galeſi Flumẽ, & regnata petam Laconi Rura Phalanto. Verg. 4. Georg. At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti Senſit. Sed quando hoc nomen genitiuo iungitur, capitur pro fluxu, ſeu curſu, ῥεῦμα. Plinius, Ne flumini eius riui eſſet impedimento. Hinc flumẽtana porta Romæ, quam Tyberis urbem intrãs, in ſiniſtra ripæ parte relinquit: ita dicta quod pars Tiberis per eam partem, ubi nunc hæc porta ſita eſt, fluxiſſe creditur. Author Feſtus.

Flumineus, a, um, ut Aqua fluminea, quæ ex flumine eſt, ποτάμιος. Ouid. 4. Faſt. Ne ſua fluminea corpora mergat aqua. Idem 4. Metam. Fluminea uolucres medio caluere Cayſtro.

Fluminoſus, a, um, Quod fluminibus abũdat, ποταμώδης. ut Regio fluminoſa, id eſt, fluminibus multis irrigua.

Fluuius, m. ſ. quòd fluat ſemper, Idem quod flumen, ποταμὸς. Plaut. in Curc. Quiſnam hic fluuius eſt quem non recipiat mare? Verg. 3. Georg. & acri Carpere prata fuga, fluuiosq́ innare rapaces. Horat. 4. Carm. Ode. 12. Nec fluuij ſtrepunt Hiberna niue turgidi.

Fluuialis, le, Quod ex fluuio eſt, ποτάμιον. ut, Aqua fluuialis, fluuialis lupus, hoc eſt, fluuiatilis, qui in fluuio uiuit, Columella lib. 8. cap. 16. Vergilius 4. Aeneid. Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. Idem 2. Georgic. Vimina per ſyluam & ripis fluuialis arundo Cæditur.

Fluuiatilis, le, pen. cor. Idem quod fluuialis, quod in fluuio uiuit, ποτάμιον. ut, Piſcis fluuiatilis, fluuiatilis auis, fluuiatilis arena, quæ in fluuiis eſt. Plin. lib. 36. cap. 25. Arenæ triá ſunt genera, foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatilis, ac marina.

Fluuiaticus. Idem quod fluuiatilis. Colum. li. 8. cap. 15. Vbi deliteſcentibus fluuiaticis animalibus inſidientur.

Fluuiatus, a, um, In flumine maceratus. Plin. li. 16. cap. 36. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis eſt: hacq́ quam diximus ratione decorticatur. Sic dicere poſſumus canabẽ fluuiatam.

Fluus, a, um, quaſi fluens, ſed in compoſitione magis in uſu, ut mellifluus μελιῤῥόος, quaſi fluens melle.

Fluſtrum, ſtri, Stratus & tranquillitas maris, quum fluctibus nõ agitatur: hanc Græci μαλακίαν uocãt. Autor Feſtus.

Flutæ, rum, f, p. Anguillæ, ſiue murenæ dicebantur in freto Siculo, propterea quòd Sole torrefactæ, quum ſe curuare, aut mergere non poſſint, aquis ſuperfluant, πλῶται. Macrobius libro 3. cap. 15. Accerſebantur murenæ ad piſcinas noſtræ urbis abuſq́ freto Siculo, quod Rhegiam à Meſſana deſpicit, Græcè πλῶται uocantur, Latinè flutæ, quòd in ſummo ſupernantes, ſole torrefactæ, curuare ſe poſſe, & in aquâ mergere deſinunt. Colum. lib. 8. cap. 17. Item flutas, quæ maximè probantur, murænas, & ſi quę ſunt ſaxatiles notę, quarum pretia uigent.

Fluuialis, Fluuius, Fluxio, Fluxus, Vide Fluo.

FO. In notis antiquorum forum. FOR. fortè: uel foris, uel foras, uel fortuna, FOR. RED. fortuna reduci. FO. S. V. P. XX. INN. MM. LDBLE. fode ſubuia pedes uiginti, inuenies monumentum laudabile.

Fõcale, lis, n. t. pen. prod. Genus eſt ligaminis, & faſcia quædam collum ambiens, fauces à frigore defendens, & pronunciationi cõducens, προσγναθίδιον. Dictũ Focale à faucibus, au in o mutata, quod etiam contingit in uerbo ſuffoco, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præfoco. Seneca. lib. 3. Natu. quæſt. Videbis quoſdam graciles, & palliolo, focaliq; circũdatos, pallentes & egros. Quint. lib. 11. Palliolũ, ſicut faſcias, quibus crura ueſtiuntur, & focalia, & ligamina auriũ, ſola excuſare poteſt ualetudo Sũt qui putent aliquando accipi pro ferramento quo criſpantur ea capilli, & à nomine Focus deriuari, eo quòd uideant primam corripi apud Horatium 2. Serm. Saty. 3. ubi ſic legunt, ponas inſignia morbi Faſciolas, cubitale, focalia. Quo tamẽ in loco doctiſſimorum iudicio legi debet cubital. Quod autem attinet ad ſignificationem, nullo modo aſſentio ijs qui hoc loco pro ferramento exponant: nam quũ Horatius numeret ibi faſcias, & cubital inter morbi inſignia: quo pacto hoc de ferramento poteſt intelligi quo capilli criſpantur, quũ ægri ſoleant cultũ omnem negligere? Itaq; ſi quis attentius hunc Horatij locum ſecum expendat, intelliget profectò in eadem ſignificatione accipi apud Horatium, in qua accipitur apud Quintilianum loco iam citato, quum ait faſcias & focalia, ſola ualetudine excuſari.

Focaneus palmes dicitur qui ex fauce uitis, hoc eſt, ex bifurco medius erumpit. Colum. lib. 4. cap. 24. Vocatur etiam Focaneus palmes, qui ſolet in bifurco medius prorepere: & idcir cõ eum prædicto uocabulo ruſtici appellãt, quòd inter duo brachia, quà ſe diuidit uitis, enatus, uelut fauces obſidet, ac utriuſq; duramenti alimenta præripit.

Focillo, as, a. p ſignificat calefacere, recreare, reſtaurare, ἀναλαμβάνω. Plin. lib. 3. Epiſt. 16. Focillata, Dixeram, inquit, uobis inuenturam me quamlibet duram ad mortem uiam, quando uos facilem negaſſetis. Sueton. in Auguſto, cap. 16. Antonij ſocietatem ſemper dubiam, & incertam, uarijsq; re conciliationibus malè focillatam abrupit. Pro eodem etiam quandoque legitur Focillor deponens: quod & Nonius annotauit, citans Varronis teſtimonium ex opere de uita pop. Rom. Propter ſecundas res ſublato metu, non in commune ſpectant, ſed ſuum quiſq; diuerſi commodum focillatur, id eſt, fouet. Hinc componitur refocillo, quod eſt recreo, Focillationes, inquit Feſtus, à fouendo dicuntur, hoc eſt, à calefaciendo.

Focula, Foculus, Vide Focus.

Fŏcus, ci, n. ſ. à fouendo, dicitur, id in quo ignis ſeruatur, ἑστία Ouid lib. 6. Faſt. At focus à flãmis, & quod fouet omnia dictus. Idem, Ture uacent aræ, ſtentq; ſine igne foci. Tibul. Dum meus aſſiduo luceat igne focus. Cato de Re ruſt. Folia ſubdito in loco calido, ſub teſta coquitur leuiter. Ponitur etiam quandoq; pro priuatis domibus, ſicut ara pro templo. Plaut. in Amphit. Conuenit, uicti utri ſint eo prælio, Vrbem, agrum, aras, focos, ſeq; uti dederent.

Foculus, culi, m. ſ. diminutiuum, ἑστιάτιον, Gell. lib. 1. cap. 10. Tum illa foculum coram Rege cum igni appoſuit, & tres libros ex nouem deurit Val. lib. 1. Quum carbaſum quẽ optimum habeoat, foculo impoſuiſſet, ſubitò ignis emicuit.

Focula, ſorum, n. ſ Dicũtur nutrimenta, τροφαὶ, Plaut. in Perſa, Num iam intus uentris fumant focula. Ex Nonio.

Focarius panis, qui in foco coquitur, ἐγχάρτης ἄρτος. qui & ſubcineritius appellatur, ὀκκυφίας.

Focaria, æ, A ueteribus dicebatur concubina quam domi habebant ad curam rei domeſticæ. l. iij. C. de Donat. inter uirum & uxorem. Si ancillam numis tuis comparatã eſſe, præſidij prouinciæ probaueris, donationisq; cauſa focatiæ tuæ nomine inſtrumentum emptionis eſſe conſcriptum: eam tibi reſtitui iubebit. Nam licet ceſſante iure matrimonij, donatio perfici potuerit, milites tamẽ meos à focarijs ſuis hac ratione, fictisq; adulationibus ſpoliari nolo.

Fŏdare, pro fodere dixerunt ueteres, teſte Feſto.

Fŏdĭo, dis, fodi, foſſum, a. t. Pala, alióue ferramento terram, aliudúe quid eruo, ὀρύσσω. Plaut. in Rud Noſtro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. Liu. 8. bell. Pun. In Meſſeiſſum finib. eſt ſita, Hiſpaniæ gẽtis, ager fructifer: argentum etiam incolæ fodiunt. Sic fodere metallum. Plin. lib. 2. cap. 63. Fodere enſe iugulum, hoc eſt, percutere, ſeu ferire, Martial. lib. 1. Fodere ſtimulis, eſt pungere. Cic. 2. Philip. Fodere calcaribus. Verg. Aen. 6. Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. Hieronymus, Cerne manus Iudææ, quas fixeras: cerne latus Romane, quod foderas. Dicitur etiam fodire per quartam uerborum coniugationem. Colum. lib. 11. cap. 11. Runcari, & adhuc fodire poſſunt. Idem de Arb. Sed omnibus annis fodiri ante Calendas Martias, & interputari oportet. Hinc Fouea de quo infrà. Huius compoſita ſunt, Affodio, uide ſuo loco. Confodio, quod eſt cauo, ſiue in totũ foro. διορύσσω, Plaut in Aulul. Hic apud me confodere hortum iuſſit. Interdum tranſuerbero, occido, Salluſt. in Catil. Inter confertiſſimos incurrit, ibiq; pugnando confoditur. διπλαύνιον. Circunfodio, terram circunquaq; eruo, περιορύσσω. Colum. lib. 3. Arborem quam depoſueris, ſæpius circunfodito. Defodio, καταρύσσω. uide ſuo loco. Effodio, extra fodio, uel fodiẽdo eiicio, ἐξορύσσω. Plaut. in Aul. Oculos ego hercle iſtos improba effodiam tibi, ne me obſeruare poſſis ſi quid rerum geram. Infodio, intus planto, ſeu fodiendo ſepelio, ἐνορύσσω. Col. lib. 4. Campeſtris locus, altè duos pedes infodiendus eſt. Verg. lib. 2. Georg. Antè ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas. Quàm lætum infodias uitis genus, id eſt, obruas. Perfodio, rumpo, ferio, perforo, ἀνορύσσω. Plaut. in Aſin. Vbi parietes perfoderis. Colum. lib. 11. Tu grauibus raſtris cunctantia perfode terga. Lactant. lib. 4. Sed tantummodo latus eius perfoderũt. Gell. lib. 2. Quadringenti omnes tum unũ perfoſſi gladijs, aut miſſilibus operti cadunt. Præfodio, ante fodio. Plin. lib. 17. cap. 11. Præfodere ſcrobes antè, ſi fieri poſſet, tantò, donec pingui cæſpite obducantur. Refodio, rurſus fodio, ἀνορύσσω. Plinius. Mus marinus in terras, ſcrobe effoſſa, parit oua, & rurſus obruit terra, tricesima die refoſſa aperit, fœtumq; in aquam ducit. Suffodio, ſubtercauo, ὑπορύσσω Col. lib. 2. Neque ſuem uelimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & cæſpites excitet. Ttransfodio, tranſuerbero, ab uno latere ad aliud fodio. διπλαύνω, διορύσσω Ouid. gemino transfodit uulnere pectus. Et hæc omnia habent fo ſyllabam correptã in omnibus temporibus à præſenti manantibus. Nam quæ à præterito fiunt, eandem producunt.

Fodico, cas, re, a. pen. corr. Stimulare, pungere, peruellere, ſiue fodere, νύσσω. Horat. etnamus, Qui fodicet latus. Per translationem accipitur pro angere, ſiue dolore afficere. Cic. 3. Tuſc. Non eſt enim in noſtra poteſtate, fodicantibus his rebus quas malas eſſe opinamur, diſſimulatio, uel obliuio. Fodicare animum. Plautus Bacch. quia iſtæc lepida ſunt memoratu: eadem in uſu, atque ubi periculum facias, oculata ſunt, Animum fodicant, bona diſtimulant facta, & famam fauciant.

Fodina, næ, f. p pen. prod. Locus ubi quid effoditur, μέταλλον, ut, Auri fodina, ubi foditur aurum: argenti fodina, ubi effoditur argentum. Plin. lib. 33. cap. 6. Odor ex argẽti fodinis inimicus omnibus animalibus, ſed maximè canibus.

Foſſa, æ, f. p. Locus eſt unde effoſſa eſt terra, τάφρος, βόθρος Colum. de Arb. Priuſquàm pomarium conſtituas, quàm magnum habere uoles, circũmunito macerie, aut foſſa. Cic. 5. Tuſcul. Tranſitum foſſæ ponticulo ligneo coniungere. Vlp. ſcribit, foſſam eſſe receptaculum aquæ manufactum, ad caſtra, ſeu urbes, oppidáue, aut alia huiuſmodi muniẽda. Cic. ad Attic. lib. 4. Populi Romani exercitus Cn. Pompeiũ circunſidet, foſſa & uallo ſeptum tenet. Cæſar 1. bel. Gal. Caſtra in altitudinẽ pedum duodecim, uallo, foſſaq; duodeuiginti pedum muniri iubet.

Foſſula, pen. cor. diminutiuum. Parua foſſa, ὀρυγμάτιον. Cato de re Ruſt. cap. 161. deinde foſſulas facito quà radices aſparagi demittas. Colum. lib. 11. cap. 3. Singulis foſſulis deponas.

Foſſatum, ti, Idem quod foſſa. Plin. lib. 17. cap. 21. Foſſatum purgari & extendi, ne crudum relinquatur.

Foſſor, m. t. Qui fodit. διωκτήτης, σκαπανεύς, ὀρυκτὴρ Vergil, 2. Georg. Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor. Rigidus foſſor, Martialis lib. 7.

Foſſio, ipſa fodiendi actio, ὄρυξις. Col. li. 5 Deinde malleolo inter ordines poſito, crebris foſſionib. paſtinatũ reſoluere.

Foſſura, ræ, Foſſio, ὄρυγμα, διορυγὴ. Col. lib. 5. Hanc planã foſſuram maximè nos probauimus. Numerus autẽ foſſionis, aut idem debet eſſe qui primi anni, aut una minus.

Foſſilis, le, pen. corr. Quod foditur, ſeu quod fodi poteſt, ὀρυκτός. Plin. lib. 36. cap. 18. Theophraſt. author eſt & ebur foſſile candido & nigro colore inueniri, & oſſa è terra naſci. Idẽ li. 33. cap. 6. Tum ſalem foſſilem adijciunt, id eſt, qui foditur. Varr. 2. de Re ruſt. Melior foſſilis ſal, quàm marinus.

Foſſitius, a, um, Idem quod foſſilis, quod ſcilicet è terra effodi tur, ὀρυκτός. Plin lib. 36. ca. 23. Arenæ tria genera, foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatili, aut marinæ tertia.

Fœcialis, Vide Fecialis.

Fœcundus, da, dum, idẽ quod ferax, ſiue fertilis, hoc eſt, quod fructum producit, εὔφορος. Ouid. lib. 4. Faſt. Forda ferens bos eſt fœcũda; dicta ferendo. Col. lib. 8. cap. 14. Id neq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

æquè fœcundum eſt, nec tam pretioſum. Plautus in Ciſtel. Nanq; ęcaſtor amor & melle & felle eſt fœcundiſſimus. Interdum ſumitur pro abundanti & pleno. Horatius, Fœcundi calices quē non fecere diſertum? Huius contrarium eſt Infœcundus, non ferax, ἄφορος. Verg. lib. 2. Georg. Spōte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras Infœcūda quidem. Inde Infœcunditas, pro ſterilitate, ἀφορία, ἀγονία, ἀτεκνία. Colum. in Proœmio operis, Sæpenumero ciuitatis noſtræ principes audio culpantes modò agrorum infœcunditatem, modò cæli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem.

Fœcunditas, abundantia, πολυφορία, εὐτεκνία, εὐθενία. Plin. lib. 20. cap. 6. Fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri. Cicero 1. de Natura deorum, Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Fœcunditas animi, Plinius in Præfatione libri 1.

Fœcundè, aduerbium. Plin. lib. 16. cap. 36. Atq; etiam reciſa fœcundius reſurgit.

Fœcundo, das, a. p. Abundantem ſeu fructiferum facio, εὐφαιμονίζω. Vergil. lib. 4. Georg. Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena.

Fœdus, fœderis. o ſ. ut quibuſdam placet, cum œ diphthongo, ut e longa ſit, quoniam ferio e breue habeat, σπονδή, σιωθέω, τὸ ἱσπασμένον. Propriè enim fœdus pacem ſignificat, quæ fertur inter dimicantes. Quidam huius nominis etymologiam manaſſe putant à Fecialibus, hoc eſt, Sacerdotibus per quos fiebant fœdera. Alij à fide, quia in fœdere interponebatur fides. Alij fœdè cædendo. nam ad fœdera fancienda utrinq; Feciales adhibebantur, qui firmato fœdere porcam cædebant ſilice: eiuſmodi exitium imprecantes capiti illius qui prior fœdus uiolaſſet: de qua re uide Liuium, lib. 1. ab Vrbe, ubi ritum & formulam antiquiſſimi fœderis inter pop. Rom. Regem, & Albanorum Dictatorem icti, latiſſime exequitur. Tria autem (ut idem Liuius oſtendit, libro 4. bell. Maced.) erant fœderum genera, quibus populi & Reges mutuas amicitias inibant. Vnum quum bello uictis dicebantur leges. Vbi enim omnia ei qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quę ex ijs habere uictos, quibus mulctari eos uellet, uictoris arbitrium erat. Alterum, quum pares bello, æquo fœdere in pacem atq; amicitiam ueniebant, redditis per conuentionem ijs rebus quarū bello turbata erat poſſeſſio. Tertium, quum qui hoſtes nunquam fuiſſent, ad amicitiam ſociali fœdere iungendam coibant. Accipitur etiā fœdus pro neceſſitudinis alicuius uinculo: unde fœdera amicitiæ dicimus pro neceſſitudine illa quæ eſt inter amicos. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 6. Fœdus amicitię non uis chariſſime noſtræ: Nec ſi fortè uelis, diſſimulare potes. Fœdera lecti, pro cōiugali uinculo. Lactant. lib. 2. da fœdera priſci Illibata tori, da tantūm nomen inane Connubij. Fœdus coniugale, Ouid. 11. Metamorph. Accipitur etiam quandoq; pro lege, ut apud Vergil. 1. Aeneid. Regemq; dedit qui fœdere certo, Et premere, & laxas ſcire dare iuſſus habenas. Facere fœdus cum aliquo. Cicero de Senect. Quum ſententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho. Ferire fœdera. Cicero pro Cœlio, Ideóne ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferires? Firmare fœdera. Vergilius libro 12. Aeneid. firmabant fœdera dictis.

Fœdifragus, pen. corr. Qui fœdera fregit, ὁ παρασπονδήσας. Cicero 1. Offic. Pœni fœdifragi, crudelis Annibal.

Fœdero, as, a. p, fœdus facio, σπένδω, σπονδοποιῶ σωτίθημι, Vnde Fœderati, m. ſ. Dicūtur populi qui fœdere icto, cum alijs populis in ſocietatem coierunt, σύσπονδοι, σύμμαχοι, Nāq; inter ciuitates prouinciarum, aliæ ciuium Romanorum, aliæ Latinorum ueterum, aliæ fœderatorum, aliæ ſtipendiariæ dicebantur, συμμαχίδες πόλεις, Sueton. in Calig. Domi foriſq; ciuilis, libera ac fœderata oppida ſine lictoribus adibat. Cic. 1. de Orat. Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſeq; liberaſſet. Idem. 5. Verr. Fœderatæ ciuitates duæ ſunt, Mamertina, & Tauromenatana. Idē pro Archia, Si qui fœderatis ciuitatibus aſcripti eſſent.

Fœdus, da, dum, Quod eſt deforme, αἰσχρός, δυσειδής. Terēt. in Eunuch. Nunc eo tibi uidetur fœdus, quia illam non habet. Cic. ad Attic. lib. 15. Parúmne fœda perſona eſt ſenectutis? Plin. lib. 11. cap. 18. Odere fœdos odores, proculq; fugiunt. Ponitur quandoque pro execrando. Vergil. lib. 7. auerſusq; refugit Fœda miniſteria. Quandoque pro crudeli. Terentius in Eunuch. O facinus fœdum. Donatus, Fœdum crudele. Ea enim quæ crudelia ſunt & nefaria, ipſa crudelitate fœda & maculoſa dici poſſunt. Sic dicimus fœdū exemplum quod crudelitatis, & turpitudinis plenum eſt. Liu. 7. bel. Pun. Qui neque magiſtratum cōtinuari ſaris ciuile aiebant, & multo fœdioris exempli eum ipſum creari qui commitia haberet.

Fœdo, as, are, polluere, inquinare, μολύνειν, μιαίνειν. Vergil. 2. Aen. quæ cauſa indigna ſerenos Fœdauit uultus? Per trāſlationem accipitur pro dehoneſtare. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1. Nos quoq; dictant Barbaros: & ſpurcius nos, quàm alios Opicos appellatione fœdant, hoc eſt, conſpurcāt, & dehoneſtant. Accipitur etiam pro dilacerare, frāgere, uel corrumpere. Vergil. 2. Aeneid. Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Vis Sabinorum ingens propè ad mœnia urbis infeſta populatione uenit: fœdati agri, terror iniectus urbi eſt.

Fœdè, aduerb. Turpiter, uel crudeliter, αἰσχρῶς. Liu 3. ab Vrbe. Non minore motu animorum Siccij cædis memoria renouata quàm quòd noua fama de uirginea adeò fœdè ad libidinem petita accenderat. Fœdè diuexari. Cic. 1. Tuſcul. Fœdè interemptus. Liu. 5. bel. Pun. Admiſſum fœdè, dictumq; ſuperbè, Lucret. lib. 5. Fœdiſſimè cauſam agere, Cic. Att. lib. 9.

Fœditas, atis. f. t. Turpitudo, αἶσχος. Liu. lib. 1. bel. Maced Diui ſa à corpore capita, patentia q; uiſcera, & fœditatem aliā uulnerum uiderunt. Cic. lib. 3. de Finibus, Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat. Liu. lib. 1. ab Vrbe, auertere omnes à tanta fœditate ſpectaculi oculos.

Fœlix, Cum ſuis deriuatis, uide ſuprà in dictione Felix.

Fœmen, Vide Femen.

Fœmina, næ, Latioris ſignificationis eſt quàm mulier. Nam non ſolùm de hominum genere, uerumetiam de brutis & plantis dicitur, γυνή, θήλεια, Plaut. in Perſa, qui Atticam hodie ciuitatem Maiorem feci, atq; auxi ciui fœmina. Plin. in Epiſt. Habebat illa pantomimos, fouebatq; effuſius quā principi fœminæ cōueniret. Plin. lib. 9. cap. 50. Fœmina piſcis coitus tempore marem ſequitur. Idem. 22. cap. 18. de chameleone herba, Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus eſſet: & fœminam, cui uiolaceus.

Fœmineus, a, um, & Fœmininus, a, um, θηλυκός. Ver. 11. Aeneid. Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardebat amore. Vbi Seruius, Fœmineo, impatienti, irrationabili. Ibidem, Fœmineum cæli clamorem ad ſidera tollunt. Plin. lib. 2. cap. 10. Fœmineum lunæ, ac molle ſidus. Quin. 1. cap. 4. Aut quæ fœminina poſitione mares, aut neutrali fœminas ſignificant: Diminutiua, Fœmella. & Fœminula, γυναῖον, γυναικάριον. A fœmina, etiam fit Effœmino, ἐκθηλύνω. de quo ſuo loco.

Fœnarius, Vide Fœnum.

Fœnebris, Fœneratitius, Fœnero, Vide Fœnus.

Fœniculum, li. n. ſ. Herba eſt nota, à fœnore, ut quidam exiſtimant, dicta quòd ſemen hoc terræ mandatum magno fœnore reddat fructum, μάραθρον, Plin. lib 26. cap. 13. Fœniculum nobilitauere ſerpentes, guſtatu ſenectam exuendo, oculorumq; aciem ſucco eius reficiendo. Vnde intellectum eſt hominum quoq; caliginem præcipuè eo leuari.

Fœnum, fœni, n. ſ. Herba in pabulum reſecta: ita à fœnore, quòd ſine cura fœnus præbeat: uel à fœtu, quòd herbæ eędē manentes quottannis nouas pariant χόρτος. Col. lib. 2. cap. 19. Sic enim cōmodiſſimè fœnum defenditur à pluuijs. Horat. 1. Serm. Saty. 4. Fœnum habet in cornu, longè fuge.

Fœnarius, ria, rium, Quod ad fœnum pertinet: ut, Falces fœnariæ, quibus fœnum ſecamus.

Fœnicularium, rij, n. ſ. (ut quidam interpretantur) Eſt ipſa fœni reſectio, uel tempus illud quo fœnum ſecatur. Cic. lib. 12. ad Attic. Scribe, quæſo quid referat Celer egiſſe Cæſarē cum candidatis: utrum ipſe in fœnicularij, an in campum Martium cogitet. Quem locum ſic exponit interpres, In fœnicularium, id eſt, in aciem ad exercitum, quando fœnum ſuccidi tur à militibus falcularium facientibus.

Fœnile, lis, n. t. Locus in quo aſſeruatur fœnum, χορτιών. Ouid. 6. Metam. Non ſecus exarſit conſpecta uirgine Tereus, Quam ſi quis canis ignē ſupponat ariſtis, Aut frondē, poſitaq; cremet fœnilib. herbas. Verg. lib. 3. Georg. nec tota claudas fœnilia bruma. Col. lib. 1. cap. 6. Pars aūt fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, cellam uinariam, de frutariam, fœnilia, palearia q;.

Fœniſex, fœniſecis, m. t. Qui fœnum ſecat, χορτοκόπος. Plin. lib. 18. cap. 29. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedebat.

Fœniſeca, cæ, com. p. pen. corr. Perſius Satyr. 6. Fœniſecæ craſſo uitiarunt unguine pultes. Col. lib. 2. cap. 19. Ita necubi ferra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mentum fœniſecæ poſſit offendere. Idem paulò pòſt, Sicilienda parata, id eſt, falcibus conſectanda, quæ fœniſecę præterierunt.

Fœniſecium, ſecij, n. ſ. Ipſa fœni ſectio, & ueluti meſſis fœni, χορτολομία. Varr. de Re ruſt. Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſecunda fœniſecia, ne herbæ uellantur, obtritu; hebetentur. Col. lib. 2. cap. 18. Altero tamen anno minora pecora poſt fœniſecia permittemus admitti.

Fœniſecia, æ. f. p. Idem quo fœniſecium. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 49. Primùm de pratis ſummiſſis herba quum creſcere deſijt, & æſtibus areſcit, ſubſecari falcibus debet, & quoad perareſcat furcillis uerſari: quum peraruit, de ea manipulos fieri ac uehi ad uillam. Tum de pratis ſtipulam raſtellis eradi, atq; addere fœniſeciæ cumulum.

Fœnumgræcũ, n. ſ. τῆλις, Genus herbæ eſt (ut inquit Plin. lib. 14. cap. ult.) quam alij telin uocãt: alij carphos: alij buceras, alij ægoceras, quoniam ſiliquas habet corniculis ſimiles: unde & ſiliquam uocat Col. lib. 11. cap. 2.

Fœnus, oris, n. t. (ut oſtendit Gellius, ex lib. 3. Varronis de Lingua Latina) idem eſt quod uſura, ita dictum à fœtu τόκος. Nihil enim aliud eſt fœnus, quàm fœtus, hoc eſt, partus pecuniæ. Quidam tamen à fundo, quod cum o, nõ cum u, apud antiquos ſcribebatur, q; prouentus propriè eſſet ex naturali terræ fructu: poſtea uerò ad uſuram eſt trãslatum, quaſi pecunia per ſe fructum producat, ſicut terra. Plaut. in Aſin. Nam ſi mutuo non potero, certum eſt ſumam fœnore. Cic. pro Cœlio, parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ: ne ſpoliet alienam, ne effũdat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atq; famam. Propert. lib. 1. Elegia. 7. Sæpe uenit magno fœnore tardus amor. Ouid. 1. Faſt. Hordea q; ingenti fœnore reddat ager.

Fœnuſculum, li, diminut. Plaut. Pſeud. ad daniſtam deuenires, Adderes fœnuſculum.

Fœnero, as, pen. corr. & Fœneror, aris, deponens, Eiuſdem ſunt ſignificationis, hoc eſt, ad uſuram do, δανείζω. & modò datiuo iunguntur, modò accuſatiuo. Plin. lib. 2. cap. 6. Fœnerat Sol lumẽ ſuum cæteris ſideribus, id eſt, mutuat. Cic. de Ami. Vt enim benefici liberales q; ſimus, nõ ut exigamus gratiam: neq; enim beneficiũ fœneramur, ſed natura ꝓpenſi ad liberalitatẽ ſumus, id eſt, fœnori damus. Martialis, Hæc ſapit, hæc omnes fœnerat una deos. Fœneror, cum ablatiuo, ſignificat ad uſuram accipio, δανείζομαι. ut eſt libro Digeſtorum 31. Si autem aliquis eorum uoluerit uendere partem ſuam, uel fœnerari ſuper eam, poteſtatem habet uendere cohæredi ſuo, & fœnerari ab eo. Beneficium fœneratum dicitur quod cum fœnore redditur. Terentius in Phorm. Fœneratum iſtuc beneficium tibi pulchrè dices. Et paulò pòſt hoc ipſum exponens, Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Vbi Donatus, Fœneratũ, hoc eſt, cum fœnore redditum, & multiplicatum. Interdum fœnerare eſt cum fœnore reddere, uel refundere. Terent. Adelph. Metuiſti, ſi nunc de iure tuo conceſſiſſes paululum, atq; Adoleſcenti eſſes morigeratus, hominũ homo ſtultiſſime, Ne non tibi iſtuc fœneraret?

Fœnerator, toris, m. t. Qui dat ad fœnus, δανειστὴς. Cic. 1. Offic. Primùm improbãtur hi quæſtus qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum. Idem Seſtio. Nec putant ei nummos deeſſe poſſe, qui fœneratores ex obſidione exemerit.

Fœneratio, onis, f. t. uerbale, Ipſe fœnerandi actus, δανεσμὸς. Colum. in Præf. An fœneratio probabilior ſit, etiam ijs inuiſa quibus ſuccurrere uidetur. Cicero pro Flac. Hæc pecunia ab honoribus translata in quæſtum & fœnerationem, recuperata eſt multis pòſt annis.

Fœneratus. tus, Idem quod fœneratio, id eſt, mutatio ad uſuram, δάνεσις, δανεσμὸς.

Fœneratò, aduerb. Id eſt, cum fœnore. Fœneratò reddere, σὺν ἐπὶ καρπίᾳ ἐμμέβρωθι, Plaut. in Menæch. Næ illã mecaſtor fœneratò abſtuliſti, hoc eſt, ſub graui uſura, uelut à fœneratore, quam multo cum fœnore reſtituas.

Fœneratitius, ia, ium, Quod datum eſt fœnori, uel quod ad fœnus pertinet, δανεισικὸς. ut, Fœneratitia pecunia, quæ ex uſuris collecta eſt.

Fœneralia, orum, n. t. Tẽpus quo fœnus ceſſabat, & finiebatur reddebatur q; pecunia. Liu. ſ. bel. Maced. In tali uerò fœnore obruebãtur debitores: cuius coĕrcẽdi quũ ratio quæreretur, diẽ finiri placuit: fœneralia quæ proxima fuiſſent, ut qui poſt eam diẽ ſocij ciuibus Romanis credidiſſent pecunias, profiterẽtur, & ex ea die pecuniæ creditæ, quib. debitor uellet legibus, creditori ius redderetur.

Fœnebris, bre, penultima indifferenti, quod ad fœnus pertinet δανεισικὸν. ut, Lex fœnebris, qua fœneratorũ auaritia coërcetur. Liu. ſ. Maced. Inſtabat enim cura alia quòd ciuitas fœnore laborabat, & cum multis fœnebrib. legibus conſtricta auaritia eſſet, uia fraudis inita erat, ut in ſocios, qui non tenerentur iis legibus, nomina tranſcriberent. Fœnebris res. Liu. 7. ab Vrbe Inclinatis ſemel in concordiam animis, nouũ Conſules fœnebrem quoq; rem, quæ diſtinere unanimes uidebatur, leuare aggreſſi, ſolutionem alieni æris in publicam curam uerterunt. Malum fœnebre. Tacit. lib. ſ. Sanè uetus Vrbi fœnebre malum.

Fœnebris pecunia quæ ſit, uide C. de Naut. fœn.

Fœſtuca, Vide Feſtuca.

Fœteo, es, n. ſ. Malè oleo, δυσωδέω, βρωμάομαι. Plautus in Aſi. Dic amabò an fœtet anima uxori tuæ? Martial. libr. ſ. Fœtere multo Myrtale ſolet uino.

Fœtidus, a, um, Malè olens, δυσώδης. Plaut. in Merc. tanto minus. Quum ſis iam ætatis plenus, anima fœtida, ſenex hirco ſus. Idem in Cap. Tum piſcatores, qui præbent populo piſces fœtidos. Cicero in Piſonem, Et cũ iſto ore fœtido te terri mam nobis popinam inhalaſſes.

Fœtiditas, uerbale, Idem ſignificans quod fœtor, δυσωδία. Sen. Epiſtol. 111. At me hercule iſta ſollicitè ſcrutata, uariéque cõdita, quum uentrem ſubierint, una atque eadem fœtiditas occupauit.

Fœtor, oris, m. t. Malus odor, δυσωδία. Colum. 12. cap. 18 Cella quoq; uinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffienda, ne quem redolet fœtorem, acoremúe.

Fœtus, tus, m. q. à fouendo, quoniam & dum in utero eſt, & poſtquàm eductus fœtus eſt, à matre fouetur, id eſt, calefit, γυνὴ. Eſt autem fœtus generale nomen ad omnia penè quæ naſcuntur. Sunt enim fœtus omnium quadrupedum, ſiue feræ ſunt, ſiue cicures: præterea etiam auium & piſcium atq; adeò ipſorum etiam hominum. Plin. Legimus mulierẽ Aegyptiam binos fœtus quater enixam. Idem li. 8. cap. 18. Totus tigridis fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiatore rapitur equo. Cic. 3. de Finib. Atq; etiam in beſtiis uis naturę inſpici poteſt, quarum in fœtu & educatione laborem quũ cernimus, naturæ ipſius uocem uidemur audire. Neq; animalium tantùm fœtus dicuntur, uerumetiam inanimatorum. Nam & arborum fœtus paſſim legimus: & fœnum, terræ fœtum uocamus. Cicer. 2. de Orat. Edit fœtus meliores & grandiores ager, non ſemel aratus, ſed nouatus & iteratus. Verg. 1. Georg. Hîc ſegetes, illic ueniunt fœlicius uuæ, Arborei fœtus alibi. Id eſt. fructus, ut poma. Idem 2. Geor. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit. Vbi ſeruius, Fœtu id eſt, utilitate: nam omnis utilitas fœtus eſt. Fœtus animi per translationem. Cicer. ſ. Tuſcul. Ex quo triplex ille animi fœtus exiſtet: unus in cognitione rerum poſitus, & in explicatione naturæ: alter in diſcretione expetendarum, fugiendarumúe rerum: tertius in iudicando quid cuiq; rei ſit conſequens, quid repugnans.

Fœtus, ta, tum, propriè de minore pecore dicitur, ἔγκυος. ut, Quis fœta, id eſt, grauida, & in utero ferens. Vergil. 1. Ecloga, Non infueta graues tentabunt pabula fœtas. Colum. libr. 8. Huic pecudi nocet æſtus, & præcipuè fœtæ, quæ gellicidio hyemis conceptum fecit. Dicitur & partu liberata, hoc eſt, quæ peperit. Vergil. 9. Aeneid. Fecerat & uiridi fœtam Mauortis in antro. Enixam autem fuiſſe, lac quod pueris præbebatur, oſtendit. Transfertur & ad alia: ut, Loca fœta furentibus Auſtris, apud Verg. 1. Aeneid. id eſt, plena. Huius compoſita ſunt, Confœtus. Eeſtus. Confœtus ſus dicebatur, qui cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium. Defœtus, & Effœtus, de quibus alibi.

Fœtæ, abſoluto uocabulo dicuntur puerperæ, & quæ iam partu abſolutæ ſunt.

Fœtuoſus, ſa, ſum, Quod eſt plenum fœtu, ἔγκυος. Hieronymus contra Iouin. Lippientem iam deformem, atq; fœtuoſum ſynagogæ typum prætuliſſe. Retinet hoc nomen u, quoniam fœtus eſt quartæ declinationis. Sic ſumptuoſus, fructuoſus, luctuoſus, actuoſus, quæſtuoſus, quæ autem ueniũt ab aliis declinationibus, non habent u ante o: ut Fabuloſus, Doloſus, Vitioſus, Protentoſus, & huiuſmodi.

Fœtura, æ, f. p. Pecoris prouentus, τόκος, à fœtando dictus. Vergil. Ecloga 7. Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto. Varro libro ſecundo de Re ruſt. capite 1. accipit pro ipſa fœtatione, ſiue ꝓ toto illo tempore ab admiſſione uſq; ad partũ. Secunda (inquit) pars eſt de fœtura. Nunc appello fœturam à

concepti

conceptu ad partum. Hi enim prægnationis primi & extremi fines. Transfertur etiam ad inanimata: ut, Fœtura pratorum. Plin. in Præfat. totius op. Opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epistola narrare constitui.

Fœtifico, as, n. p. Fœtum facio, pario, γονοτοκέω. Plin. libr. 10. ca. 8. Accipitres totius Massiliæ humi fœtificant. Idem lib. 9. ca. 38. Qui quum fœtificauere, fluxos habent succos. Ibidē cap. 15. Intrant è magno mari in Pontum uerno tempore gregatim, nec alibi fœtificant.

Fœtificus, a, um, Plin. lib. 9. cap. 51. Nuper compertum in ostrearijs, humorem iis fœtificum lactis modo effluere.

Fœto, as, a p. Fœtum emitto, τίκτω, Colum. li. 8. Circa paludes, in quib. plerunq; fœtant. Ibidē ca. 8. Minus enim suas impares diligunt, & ideo nec multum ineunt, nec sæpius fœtant.

Folium, lii, n. s. autore Fest. à Græca dictione φύλλον: sed ideò per simplex l scribitur, quia antiqui nō geminabant cōsonātes. Est aūt foliū, teste Valla, & arborū, herbarū, & florū: quū frondes arborum tantū dicantur. Cicero 3. de Orat. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam conseruandamq; naturā? Plin. lib. 21. cap. 17. Iasione unum folium habet, sed in implicatum, ut plura uideantur. Vergilius 2. Georgicorum, folia haud ullis labentia uentis. Folia etiam appellantur chartæ librorum quas reuoluimus: à palmarum foliis in quibus olim scribi solebat, quæ Græca uoce φύλλα appellātur: quarum extremitas margo dicitur: & pagina, utraq; pars folii, nā folium duas paginas habet σελίς. Hinc componuntur Trifolium, τρίφυλλον. Quinque folium, πενταφύλλον, Latifolium quod habet lata folia, πλατύφυλλον. Millefoliū, μυριόφυλλον herba, & huiusmodi multa.

Foliaceus, a, um, quod ex foliis factum est, uel foliis simile est. φύλλινος. Plin. lib. 19. cap. 7. Paucis foliacea & lata, ut atriplici sunt semina.

Foliosus, a, um, Foliis plenus, φυλλώδης. Plin. lib. 24. cap. 15. Chærephyllos spicata est tritici modo, ramulis quinis ferè, foliosa

Foliatū, n. s. Vnguenti genus, quod ad nardinum uocat Plin. à nardi folio quo cōficitur. μαλαβάθρινον. Mariat. lib. 11 Attrea me libram foliati poscat amica. Hoc Plinius scribit constare omphacio, balanino, iunco, nardo, amomo, myrrha, balsamo. Hoc unguenti genus Plau. in Curc. Græca uoce uocat petalion, πέταλον enim Græci uocant folium.

Follico, Follicas, Vide Follis,

Follis, lis, masc. gen. t. Instrumentum quo attrahitur uentus atq; admittitur ad ignem excitandum, φῦσα. Vergil. 8. Aeneid. alii uentosis follibus auras Accipiunt, redduntque. His utuntur ferrariæ, argentariæq; officinæ. Vtuntur & coqui, sed paruulis, ne opus sit ignem insufflare buccis: quod qui faciunt, suffitores uocātur. Primus Anacharsis philosophus folles ignis excitatores inuenit, ut refert Strabo lib. 7. Est item follis, pilæ genus omnium maximum, constans ex aluta uento inflata: quod etiam hodie Italis plurimo est in usu: puerorum præcipuè & senum lusibus conueniens, utpote quo minus fatigentur ludentes quā harpasto. Nam & lentius fertur follis, magisq; resilit, tardiusq; descendit, ueluti ex industria percussorem expectans. Mart. libr. 14. Ite procul iuuenes, mollis mihi conuenit ætas: Folle decet pueros ludere folle senes. Quoniam uerò hoc pilæ genus pugno excutitur, pugillatorius follis quandoq; uocatur. Plautus in Rudente, Extemplo hercle ego te follem pugillatorium faciam. Quandoq; accipitur pro marsupio, receptaculoq; numorū, ex pelle aut corio confecto. Iuuen. & tenso folle reuerti. Nam sicut folles pilæ uento tumescunti, ta crumneæ pecunia turgēt: à quo similitudine inditum nomen. Vegetius autor est, ex disciplinæ militaris consuetudine decem folles, hoc est, decem saccos, per singulas cohortes solere disponi, in quibus militum pecunia condebatur.

Folliculus, li, m. s. quū sit diminu. à foliis, accipitur tamē p omni eo quod turgidū est & laxum in morem follis, θυλάκιον. Vnde frequentissimè accipitur pro theca, seu siliqua legumi num, frumenti, uel lini, uel cuiuslibet alterius rei quæ granum continet inuolutum, ἔλυτρον. Colum. lib. 2. ca. 8. Quoniam folliculum quo continetur, firmum & durabilem ad uersus longioris temporis humorem habet. Accipitur itē folliculus pro maiori pilæ genere, quod ex aluta conficiebatur, soloq; implebatur uento: quod & follem frequentius in uenimus appellari. Sueton. in Aug. Post bella ciuilia ad pilam primò folliculumq; transiit. Quandoq; pro pelle seu sacculo: ut lib. 1. Rhet. ad Heren. Malleolus iudicatus est matrem necasse: eo damnato, statim folliculo lupino os obuolutum est, soleæ ligneæ pedibus indutæ. Liu. 9. ab Vrb. Eques in castra folliculis frumentum ueheret. Non inuenustè aliquando transfertur ad corpus humanum, siue quod ad follis similitudinem semper attrahat, & emittat spiritum siue quod ad sacci coriacei similitudinem pelle sit circundatum. Veteres enim saccos ex corio factos folles appellabant. Lucilius lib. 26. ut citat Nonius, Et quo folliculo nunc sum indutus non queo.

Follico, as, n. p. pen. cor. Folliū more reciproco spiritu nares agito, Apuleius lib. 9. Metam. Nares follicantes languidas. Est item follium laxitatem & cauitatem imitari. Vnde Hieronymus caligas monachorum follicantes dixit, quales hypocritas gestare ait, ut humani cultus contemptores uideantur.

Folliculare, Pars remi quę folliculo tecta est. A quo uita folliculāris dicta est. Autor Festus.

Fomentatio, is, f. t propriè est, quæ fit ex decoctione herbarum uel in aqua, uel in uino: tametsi nonnulli id uocāt embrocationē. embrocatio aūt uocatur, cū ex alto, in membrū infinitum demittimus eius decoctionis stillicidium.

Fomes, Fomentum, Vide Foueo.

Fons, tis, m. t. à fundendo, quod fundat aquam, tantum masculini, πρωΐη, πηγή, quanquam non desunt qui olim etiā fœminini fuisse uelint: cuius tamen rei nullum proferunt testimonium. Plin. libr. 12. ca. 1. Nunc est arbor clara in Lycia socia gelidi fōtis amœnitate. Cæs. 8. bel. Gal. Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat. Fons per translationem accipitur pro origine, & causa. Cicer. 3. Tusculanarum, Non rem ipsam causam atq; fontem esse mœroris. Idē ad Brutum, Nec in Senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitaui. Fontem pro aqua fontana posuit Vergil. 12. Aeneidos, pro parte tantūm usurpans, alii fontemque ignemq; ferebant.

Fonticulus, li, m. s. diminutiuum, Paruus fons: à quo fonticellus, πηγίδιον. Plinius, ubicunq; moueris humum, fonticuli scatent. Idem lib. 31. cap. 50. Lacus est nitrosus, exiliente è medio dulci fonticulo.

Fontanus, a, um, quod ex fonte est, πηγαῖος. Plinius, Fontanæ cyathos duos. Sic Colu. lib. 12. cap. 9. Sed extrinsecus uasa pertergere, & aqua fontana quam recentissima refrigerare.

Fontalis, le, om. t. Idem quod fontanus, quod scilicet ex fonte est, πηγαῖος. Plaut. in Sticho, Vide, utram tibi lubet etiā nūc capere, Cape prouinciam. S. Quid istud est prouinciæ? T. Vtrū fontali, An Libero imperiū te inhibere mauis? Vbi interpres Id est, num uelis imperium habere, an præsse aquę, an uino præbendo? Fontalem aquam dixit è fonte scaturientem.

Fontanalia Varroni, Fontinalia Festo, Feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes coniici, & putei coronari solebant.

Fŏrā, uasa quibus antiqui utebantur in torcularibus. Col. l. 12. ca. 18. Tum lacus uinarij, & trocularij, & fora, omniaq; uasa, si uicinum est mare, aqua marina: sin minus, dulci eluenda sunt, & commundanda, & diligenter afficcanda, ne humorem habeant.

Forago, pen. prod. Filum est, autore Festo, quo textrices opus diurnum distinguunt: à fouendo dictum.

Foramen, Vide Foro, as.

Foras, ἔξω, & Foris, ἔξωθεν, Aduerbia loci sunt à foris, hoc est, spectaculis deriuata, ut Seruio uidetur: siue (quod uerisimilius est) à foro: quod domum exeuntes ferè ad interiorē partem urbis in qua forum est, soleamus accedere: in qua etiam sententia est Festus. Differunt autē inter se hæc duo aduerbia, ut foras motum importet ad locū. Plaut. in Caf. Foras tacitus exeo cum ornatu quo uides. Idē in Amph. Sed quid tu foras egressa es? Foris, motū in loco, & de loco significat. Terent. in Eun. Quæ dum foris sunt, nihil uidetur mundius Nec magis compositū quicquā Plaut. in Asin. Ille opere foris faciendo lassus, domū noctu aduenit. Plin. lib. 9. cap. 33. Margine in mucronē emisso, foris effuso, intus replicato. Cicc. in Partit. Illa uerò indigent, & nec eo dicuntur sine arte, quod ita sunt, sed quod eo non parit Oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat.

Forinsecus, pen. cor. Idem significat quod foris, siue ab exteriori parte, ἔξωθεν, sicut Intrinsecus, quod est intus, ἔσωθεν. Plin. lib. 13. cap. 22. Lignum omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus. Colum. lib. 8. cap. 3. Sed ab cohorte forinsecus prædictis fenestellis scandulæ similiter inlungantur.

Foratus, nomen, Vide Foro, as.

Fŏrātiă, à foro, mulier uillatica, quę fructus uillę uenales, ut pullaſtros pipiones, poma, nuces, & huiuſmodi in forum

Forbea, f p. Genus cibi à ueteribus dicebatur, quo (defert. calido uęſci ſolebant, Græci φορβὴν uocant. Feſtus.

Forcipes, pen cor. m. t. Quaſi foruicapes dictæ ſunt, quòd iis forua, id eſt, calida capiãtur, πυράγρα. Verg 8. Aeneid. Illi inter ſeſe magna ui brachia tollunt. In numerum, uerſantq; tenaci forpice maſſam, & tam maſculini quàm fœminini generis, ſecundum Priſcianum. Ouid. 12. Mrtamor. Terribilem ſtridore ſonum dedit, ut dare ferrum Igne rubens plerunq; ſolet, quod forcipe curua, Quum faber eduxit, lacubus demittit. Columel. libro 10. capite 20. Deinde priuſquàm ferrũ admõueas, duabus anguſtis ligneis regulis, ueluti forcipib. apprehendere teſtium neruos. Plin. lib. 7. capite 56. autorem & inuentorem forcipis fuiſſe tradit Ciniram Cyprium Agriopæ filium.

Forda, dæ, f. p. Bos prægnans, à ferendo, βοῦς ἐγκύμων, ἢ ἔγκυος. Ouidius 4. Faſt. Forda ferẽs bos eſt, fœcundaq; dicta ferendo. Columel. lib. 6. cap. 24. Poſt unum coitum forda non admittit taurum.

Forem, res, ret, & in tertia perſona pluralis numeri forent, & in futuro infinitiui fore, pro eo quòd eſt futurum eſſe. Forem autem idem omnino ſignificat, quod eſſem. γενοίμην. Salluſt. in Iugur. Nam egò quidem uellem & hæc quæ ſcribo, & ea quæ antea in Senatu queſtus ſum, uana forent. Fore uerò habet ſignificationem participii futuri, unà cum infinito eſſe, ἔσεσθαι. Idẽ enim eſt fore, quod futurum eſſe. Ideò iungitur cum nomine, uel interdum cum participio quod in nomen tranſmigrauit: ut, Spero te amicum fore: non, amaturum fore. Cicero Trebatio, Scribit ad me Cæſar ſe tibi nondum familiarem eſſe ſatis, propter occupationes ſuas, ſed citò fore. Cæſar, Nonnulli etiam Cæſari nunciabant, quum caſtra moueri, aut ſigna ferri iuſſiſſet, non fore dicto audientes milites. Compoſita eius ſunt Abfore, Adfore, Confore, Defore, & Profore: quæ ſæpius ſola ponuntur, hoc eſt, ſine nomine aut participio à tergo. Abfore quid ſignificet, quẽq; in oratione uſum habeat, explicuimus ſuprà. Adfore idem eſt quod ad futurum eſſe. Ouidius 14. Metamorph. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur, adfore tempus, Apforem, adeſſem. Vergil. 1. Aeneid. Atque utinam Rex ipſe Noto compulſus eodem adforet Aeneas. Confore, conuenturum eſſe, συντελέσεσθαι. Terentius in Andr. Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt, & ſpero confore, id eſt, conuenturos eſſe. Defore, defuturum eſſe, ἐκλείψειν. Cicero contra Rullum, Verum arbitrantur non defore qui illam reſtituerent. Profore, profuturum eſſe, συνοίσειν. Horatius in Epiſt. Quæ no cuere ſe qua fugiam quæ profore credam.

Forenſia, Forenſis, Vide Forum.

Fores. f, t. Propriè (inquit Seruius) quæ foris aperiuntur, θύρα. Vnde Plutarchus memorat, primum Valerio Publicolæ fratri, quum de Sabinis triũmphaſſet, domum publicæ poſitam, cuius fores extra aperirentur. quum antea cæterarum ædium intrò referando impellerentur: ut ex hac conceſſione honoris appareret, quotidie eam domum aliquid publicè admiſſurum. Terẽt. in Adelph. Fores effregit, reſtituentur Cicero ad Brutum, In omnibus nouis coniunctionibus intereſt qualis primus aditus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiæ fores aperiantur. Idem ſecundo de Natura deorum. Foresq; in in liminibus profanarum ædium, ianuæ nominantur. Valuæ autem dicuntur quæ intus reuoluuntur, nunnquam uſus hodie obtinuit ut omnia oſtia, fores appellentur. Hoc nomen etiam ſingulariter hæc foris, huius foris, declinatur. Ouid. 1. Amorum, Difficilem moto cardine pande forem. Cic. pro Cor. Aperuit forem ſcalarum. Terent. Adelp. Sed quidnã foris crepuit? Vbi Donatus, Foris, ſingularis numeri, nominatiui caſus. Plau. in Amph. Orationem comprimam, increpuit foris. Idem Bach. hanc forem pauxillulum Aperi placidè, ne crepet. Horat. lib. 1. Ser. Satyr. 2. Excluſus fore, quum Longarenus foret intus,

Foriculæ, arum, f. p dimin θύριον, Varr. lib. 1. de Reruſt. ca. 59. Et ideò oporothecas qui faciunt, ad Aquilonẽ ut feneſtras habeant, atq; ut aêre perflentur, curant: neq; ramẽ ſine foriculis, ne quũ humorẽ amiſerint, pertinaci uento uiera fiant

Forfices, f, t. pen. cor. Quib. telã ſeu fila incidimus, ψαλίδες. Seruius, Forfices ſunt quibus incidimus: forcipes, quibus aliquid foruum tenemus, quaſi fornicapes: nam foruum eſt calidum. Colum. lib. 12. cap. 43. Alii quum legerunt uuam, ſi qua ſunt in ea nitioſa grana forficibus amputant.

Forficulæ, arum, diminutiuũ, ψαλίσιον. Plin. lib. 25. ca. 5. de hẽlleboro, Præterea mirum inuentum eſt, quod inciſum forficulis (ut diximus) cribrant, cortex remanet: hoc inanito, medulla cadit. Ab huius inſtrumenti ſimilitudine, etiã Forficulæ dicuntur extremitates brachiorũ, & ueluti manus cancrorum, ſcorpionũ, & quarundam locuſtarum. Plin. libr. 32. ca. 11. Elephanti locuſtarum nigri generis, pedibus quaternis biſulcis: præterea brachia duo, binis articulis: ſingulisq; forficulis denticularis. Hæ ab eodẽ Plin. lib. 9. cap. 31. Forcipes uocantur. Fœminæ (inquit) primus pes duplex, mari ſimplex: præterea bina brachia denticulatis forcipibus.

Fori, orum, m. ſ. numero plurali, Sunt tabulata nauium, uel locus in naui aptior, qui iter nauẽ per ambulantib. præbet: ita dicti (ut Seruio placet & Feſto) q per eos ferantur inceſſus, καταρώματα, ſυγὰ. Cic. in Catil. Quum alii malos ſcandant, alii, per foros curſitent, alii ſentinam exhauriant. Ver. 4 Aen. faces in caſtra tuliſſem, Impleſſemq; foros flammis. Idẽ 6. Aen. laxatq; foros, ſimul accipit aluco Ingentem Aeneam. Item fori dicuntur Circenſia ſpectacula, id eſt, loca erecta, ut ex his ſpectetur. Liu. li. 1. Tum primũm Circo, qui maximus dicitur, deſignatus eſt locus: diuiſa loca patribus, equitibuſque, ubi ſibi ſpectacula quiſq; faceret, fori appellati. Fori etiam in hortis ſunt anguſtiores quidam ſulci & oblõgi, iter præbentes circũ porcas (ita enim uocant terram editiorem inter duos ſulcos) quemadmodũ fori in nauibus facultatẽ præbent nautis ultro citroq; diſcurrendi. Colum. lib. 10. Anguſtoſq; foros aduerſo limite ducens, Rurſus in obliquũ diſtinguat tramite paruo. Legitur etiam forus in ſingulari numero pro uia illa in nauibus. Ennius, Multa foro ponens, ageaq; longa repletur. Gellius lib. 17. cap. 10. Stansq; in ſummæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, uoce ſublatiſſima cantauit.

Foruli, orum, diminutiuũ, Armariola, ſiue capſulæ in quibus reponuntur libri. Sueton. in Auguſto, cap. 31. Quicquid fatidicorum librorum, Græci, Latiniq; generis, nullis uel, &c. ac ſolos retinuit Sibyllinos: hos quoq; delectu habito, cõdiditq; duobus forulis auratis ſub pallatini Apollinis baſi.

Foria, rum, n. ſ. Stercora liquidiora, ſic dicta quod facilè ferãtur foras. Inde Conforire uerbum, quod eſt ſtercore liquido fœdare Autor Nonius, citans illud Pomponii in Macro. Cõforiſti me Diomedes.

Foriolus, li, cum accentu in antepenult. Qui uentrem ſolutũ habet, & foria facilè emittit. Laberius, Foriolus eſſe uideris, in coleos cacas. Nonius.

Forica, f. p. pen. cor. Locus in quem alui ſtercora deiicimus. ἐφεδρών. Iuuen. Sat. 3. inde reuerſi Cõdu cũt foricas. Et propriè de publicis dicitur, latrina de priuatis, à latendo.

Foriculæ, Vide Fores.

Forinſecus, Foris, Vide Foris aduerbium in Foras.

Forio, ris, riui, neut, q. ἀποσκινάω, uentrem deonero, foras eiicio: cuius compoſitum eſt, conforio. Pompon. in Macro. Cõforiſti me Diomedes Ex Nonio.

Foriolus, li, m. ſ. qui uentrẽ ſolutũ habet & foriã facilè emittit. Laberius: Foriolus eſſe uideris. in coleos cacas. Nonius.

Foris, huius foris, Vide Fores.

Forma, mæ. f. p. Figura ſiue facies uniuſcuiuſq; rei, σχῆμα, μορφὴ, τύπος. Cic. 1, de Nat. deorũ, Omnium animantium formam uincit hominum figura. Idem 2. de Diuin. In nubibus nunquam animaduertiſti leonis formam, aut Hypocentauri? Cic. 1. de Nat. deor. Rotunda forma ullam negat eſſe pulchriorem Plato. Quintil. lib. 1. cap. 10. Quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoq; peribit. Idem libro 2. ca. 1. Neque enim mihi illud ſaltem placet quod fieri in plurimis uideo, ut literarum nomina & contextum priuſquã formas paruuli diſcant. Eſt autem hoc uocabulum medium, q modo cum laude, modò cum uituperio dicitur pro ratione adiuncti. Terentius Andria, Et quia erat forma præter cætera honeſta & liberali, &c. Puer egregia forma, Cic. 4. Tuſc. Sic etiam econtrario Infelicem, uitioſam, uel illaudatam formã dicimus, pro deformitate. Interdum tamen forma abſolutè ponitur pro pulchritudine. Horatius 2, Carm. Mouit Aiacem Telamone natum Forma captiuæ dominum Tecmeſſe Vergil. 9. Aene. Senſit læta dolis, formæ ſibi conſcia coniunx. Stata forma, quæ eadem & uxoria dicitur, eſt mediocris pulchritudo, & media inter extremam deformitatem, & ſummam pulchritudinẽ. Gellius libro ſexto, capite undecimo Inter enim pulcherrimẽ fœminam & deformiſſimã media quædam forma eſt, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à ſummo deformitatis odio uacat: qualis à Quint. Ennio in Menalippa,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Menalippa, per quã eleganti uocabulo ſtata dicitur, quæ neque κοίρη futura ſit, neq; ποινή: formã modicã & modeſtam Fauorinus non me hercle inſcitè appellat uxoriam. Ennius autem in iſta, quã dixi tragœdia eſt ferè fœminas ait incolumi pudicitia eſſe quæ ſtata forma forent. Trãsfertur etiam ad incorporea pro effigie quadam & imaginatione, ſeu idea quam de quaq; re mente concipimus. Cic. libr. 1. Offic. Formam quidem ipſam Marce fili, & tanquam faciem honeſti uides. Idem de Fin. Habes undiq; expletam & perfectã Torquate formam honeſtatis, quæ tota ex his quatuor uirtutib. quæ a te quoq; commemoratę ſunt continetur. Forma itẽ apud Colum libr. 7. cap. 8. dicitur inſtrumentum in quo exprimitur caſeus. Liquor (inquit) in fiſcellas, aut in calathos, uel formas transferendus eſt. Ibidem, Deinde ubi formis aut calathis exemptus eſt. Forma pro ſpecie frequenter accipitur apud Rhetores. Quint. lib. 7. cap. 6. Abdicationum formæ ſunt duæ: altera criminis perfecti, altera imperfecti, &c. Forma pro regula. Vergil. 6. Aeneid. Quam pœnam, aut quę forma uiros fortunãue merſit. Vbi Seruius, Forma, regula. Singulis enim ſceleribus ſtatuta ſunt ſupplicia ex more Romano, quem ſequitur. Accipere formam, id eſt, modum, Quint. lib. 2. cap. 4. Ita quum iam formam rectæ, atq; emendatæ orationis accipient. Vergil. 1. Georg. Continuò in ſyluis magna flexa domatur In burim, & curui formam accipit ulmus aratri. Hinc Compoſita fiunt Conformis, ὁμοιοσχήμων Deformis, Informis, Vniformis, Multiformis, Semiformis, & huiuſmodi adiectiua. Colum. lib. 9. Quæ cuncta remedia creduntur eſſe aduerſus tonitrua, quibus uitiantur oua, pulliq; ſeniformes interimuntur antequam toti partibus ſuis conſummentur.

Formula, læ, diminutiu. Quod aliquando pulchritudinẽ ſignificat, cum quadam tamen diminutione, ſiue blandimento. Plaut. in Perſa, Tempori hãc uigilare oportet formulam atq; ætatulam, Ne ubi capillus uerſipellis fuat, fœdè ſemper ſerui as. Capitur nonnunquam pro lege, & conſtitutione. Cic. li. 3. Offic. Nondũ Aquilius protulerat de dolo malo formulas Etiam formulæ dicuntur quæ nos inſtrumẽta uocamus: ut, Teſtamentorũ formulæ, apud Cic. de Orat. Formula dicendi, pro ſtylo & ratione loquendi. Cic. de Opt. gen. orat. Et ad quam eos dicendi formulam reuocent, intelligant. Formulam intrudere, eſt dicam impingere, uel dictare actionem. Sueto. in Vitel. Quum libertino cuidam acerbius debitum repoſcẽti iniuriarum formulam quaſi calce ab eo percuſſus, intẽdiſſet. Cadere formula, uel Excidere formula, eſt aliquid de conceptis formulæ uerbis immutare. Erãt enim iuris formulę certis quibuſdam uerbis cõceptę, à quibus ſi quis uel minimùm receſſiſſet, cadebat cauſa, hoc eſt, amittebat cauſam. Quintil. lib. 5. Neq; ignoro multa transferri, cum in omnibus ferè cauſis in quib. cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones, &c. Sunt qui pro eodem accipiant Cadere formula, & cadere cauſa: quibus non facilè aſſentior: etiamſi unum ſequi ſolet ex altero. Nam qui formula cadebat, idem etiã cadebat cauſa. Q. & ipſum non obſcurè oſtendit Quintil. lib. 7. quum ait, Eſt enim certa ſeruitus ad certa ſe uerba aſtringendi: idq; faciendum in lib. Cicer. de Orat. uerat M. Antonius. Nam eſt etiam periculoſum, quum ſi uno uerbo ſit erratum, tota cauſa cecidiſſe uideamur.

Formula diminutiuum, à forma σχημάτιον.

Formularius, rii, m. ſ. dicebatur cauſidicus, qui ex formula iuris agere conſueuit. Quintil. lib. 12. Quorum alii ad rubricas uel ad album ſe tranſtulerunt, & formularii, uel (ut ait Cicero) legulei eſſe malucrunt.

Formoſus, ſa, ſum, Pulcher, ſpecioſus, bona forma præditus ἐυειδὴς, εὔμορφος, ſemper enim cum laude dicitur; quanuis forma, unde originem ducit, medium ſit uocabulum. Cicero 1. de Natura deor. Eſt tanta uis naturæ, ut homo nemo uelit niſi hominis ſimilis eſſe: ſed tamẽ cuius hominis? quotus enim quiſq; formoſus eſt? Verg. 2. Ecloga, Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Cice. 6. Verr. Mulierum nobilium & formoſarum gratia.

Formoſitas, tatis, f. t. Cic. 1. Offic. Idq; poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Formalis, le, om. t. Suet. in Domit. Pari arrogantia, quum procuratorum ſuorum nomine formalem diſtaret epiſtolã, ſic cœpit, Dominus & Deus noſter ſic fieri iubet. Vbi epiſtolam formalem accipit pro ea quæ certa forma qua dictabatur, excipiebatur à ſcribis. Pro quo prioris ſeculi homines dixiſſent Concipere epiſtolam. Plin. lib. 34. cap. 9. Appellatur etiamnũ & formalis temperatura æris tenerrimi: quoniam nigri plũbi decima portio additur, & argentarii uicenſima, maximeq; ita colorem bibit, quem Græcanicum uocant.

Formiter, iuratur, quando cum cauſa adiecta uel cum expreſſione contractus iuratur. Informiter uerò cum cauſa iuramenti non exprimitur. Zaſius de Act. parag item ſi quis poſt hu. Inſtit. de Act.

Formo, formas, a. p. Formam alicui induco, σχηματίζω, καθίσημι, τυπόω, μορφόω. Cic. 4. Acad. Parmenides ignem qui mouet terrã, quæ ab eo formetur. Plin. libr. 10. cap. 63. Quo maius eſt animal, tantò diutius formatur in utero. Verg. 9. Aen. Tẽpore quo primùm Phrygia formabat in Ida Aeneas claſſem. Sueton. in Domi. Epiſtolas, orationesq;, & edicta alieno formabat ingenio. Id eſt, in iis componendis aliena opera utebatur, ſiue per alium componebat. Horat. 3. Carm. eradenda Cupidinis Praui ſunt elementa: & teneræ nimis Mentes aſperioribus Formandæ ſtudiis. Formare iuuentutem, eſt inſtituere, & ueluti à rudiore ingenio ad meliorem quandam formam traducere. Plin. in Panegyr. Quid uitam? quid mores iuuentutis quàm principaliter formas? Huius compoſita ſunt, Conformo, Informo, Reformo, Transformo: quorũ ſignificata uide ſuis locis.

Formatus, partic. Cic. 3. de Nat. deo. Nam Cleanthes, ut dicebas quatuor modis formatas in animis hominum putat deorũ eſſe notiones. Ouid. 3. Metam. Vultuq; immotus eodem Hæret, ut e Pario formatum marmore ſignum.

Formator, m. t. uerbale, qui inſtruit & format: ut, Formator animi formator morum. Colum. in Prafat. lib. 1. Deniq; animi ſibi quiſq; formatorem præceptoremq; accerſat. Plinius in Epiſtol. Latum clauum in domo mea induerat, ſuffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat: ad hoc, ita me dilexerat, ita uerebatur, ut me formatore morũ, me quaſi magiſtro uteretur.

Formatura, ræ, f. p. Idem quod conformatio, ſiue forma uniuſcuiuſq; rei, μόρφωσις, μορφή. Lucretius lib. 4. Formaturaq; labrorum pro parte figurat. Et paulò pòſt, Seruat enim formã turam, ſeruatq; figuram.

Formica, micæ, f. p. à ferendis micis dicitur, μύρμηξ. Mica uerò propriè eſt puluiſculus ille qui in arena quaſi argentum fulget: quo & panis, & omnium rerum minimæ partes, micæ dicuntur, quaſi minutim cadentes. Vel ſimpliciter à ferẽdo. quod nullum animal frequentius pondera conuehat, neque ſi menſurã corporis reſpicias, maiora. Cic. 3. de Nat. deor. Num idcirco exiſtimas formicam anteponendam eſſe huic pulcherrimæ Vrbi, quod in Vrbe ſenſus ſit nullus, in formica non modò ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria? Plautus, Trin. quid factum eſt eo? S. Comeſum, Expotum, exutũ, elotum in balneis, piſcator, piſtor abſtulit, lanii, coqui, holitores, myropolæ, aucupes, confit citò Quàm ſi tu obiicias formicis papauerem. Inde fit diminutiuum Formicula, μυρμήκιον. Formicæ Indicæ, μύρμηκες, ἰνδικοὶ, animalia ſunt Aegyptii lupi magnitudine, & felium colore, ſed cornuta, aurum ex terræ cauernis eruentia, in regione Septentrionalium Indorum, qui Dardæ uocantur, erutumq; ſumma cura aſſeruantia. Accolę æſtiuos feruores maximè obſeruant illisq; præſtu in cuniculis latitantibus, aurum ſurripiunt. Sæpe tamen odore admonitæ formicæ è cauernis prouolãt, crebroq; lacerant, quamuis præ uelocibus camelis fugientes Tanta pernicitas feritasq; eſt cum amore auri. Hæc Plin. lib. 11. capite 31.

Formicinus, a, um, penult. prod. Quod ad formicam pertinet, μυρμήκινος. Plaut. in Menæch. nunc cogito Vtrum me dicã medicum an fabrum: Atq; eccam incedit, mouet formicinũ gradum. hoc eſt, incedit more formicæ.

Formicoſus, a, um, Plenum formicis, μυρμηκώδης. Plin lib. 10. cap. 74. Diſſident thoes & leones, & minima æquè ac maxima formicoſam arborem ſorices cauant.

Formicatio, nis, f. t. μυρμηκίασις. Extuberatio quædam eſt parua & calloſa, in ſumma cute latiſſimis radicibus inhærens, ſupernè anguſtior, quę inter ſcalpendum mordentis formicæ ſenſum præbet: unde etiam ex Grecis, nonnulli hoc mali genus μυομήκια, hoc eſt, formiculata appellarunt. Plin. li. 8. cap. 7. Cinis muliebrium crinium, quum fuerint combuſti, addito melle ſanguinem ſiſtit illicò, & formicationem corporum. Idem lib. 30. cap. 8. Verendorũ formicationibus, uerrucisq; medetur arietini pulmonis inaſſati ſanies.

Formicans pulſus, Exiguus eſt, debilis, & frequens, omniumq; maximè lethalis, σφυγμὸς μυρμηκίζων, ita dictus quod ueluti formicas per arteriã diſcurrentes tactui repræſentet. Plin. li. 7. cap. 51. Venatum inæquali aut formicante percuſſu.

Formido, dinis, f. t. ſecũda ſyllaba producta, Metus uehemẽtior, pa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tior, pauor, φόβος, δέος. Ci. 4. Tusc. Formidinem metum permanentem definiunt. Horat. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Plaut. in Amph. Neq; miser me cõmouere possum præ formidine. Ci. Att. lib. 8. Omnino intelligo, nullum fuisse tempus post has fugas & formidines quod magis debuerit mutum esse literis Verg. 3. Aeneid. Tum uerò ancipiti mẽtem formidine pressus, Obstupui.

Formido, das, a. p pen. prod. Vehementer timeo, ὑποπτεύομαι, περιφοβοῦμαι. Plaut. in Capt. Nimisq; hercle illum malè formidabunt. Idem in Ciste. Nam & intus paueo, & formido foris. Huius composita sunt, Deformido, & Reformido, quę significant ualdè formido. Columella libro 1. Si uexationem uiæ non reformidet.

Formidans. particip. Plaut. Amph. Ego cunas recessim rursum prorsum trahere & ducere, Metuens pueris, mihi formidãs.

Formidatus, particip. Horat. 3. Carm. Odc. 6. Penè occupatam seditionib. Deleuit urbem Dacus, & Aethiops, Hic classe formidatus, ille Missilibus melior sagittis.

Formidolosus, a, um, modò actiuè sumitur pro eo qui timet. περίφοβος. Terent. in Eunuch. num formidulosus obsecro es mi homo? C. Apagesis, egón' formidolosus? id est tumidus uel meticulosus. Modò passiuè, pro eo qui formidatur, περιδεής. Sallustius, Regibus boni quàm mali suspectiores sunt, semperq; hic aliena uirtus formidulosa est. id est, quæ formidatur. Cic. 4. Tusc. Conseruatio stabilis iudicii in iis rebus quæ formidolosæ uidentur.

Formidolosè, aduerbium, περιδεῶς. Cicer. pro Sestio, Eos qui plurimùm possent, opponi omnibus concionibus falsò, sed formidolosè tamen, autores ad perniciem meam.

Formidabilis, le, om. t. Quod est formidãdum, φρικτόν. Ouid, Metam. Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen.

Formix, est ulcus adeò malignum, ut ex remediis etiam quæ congrua uidentur, irritetur potius, quàm mitigetur, & per sanas partes depascendo uagetur: sunt qui cancrum esse putent. Manardus tamen Ferrariensis Phagedonę speciem facit cui libenter assentimur.

Formo, formas, Formosus, Formula, uide Forma.

Fornax, fornacis, f. t. Quæ rei alicuius coquendæ, aut calefaciẽdę gratia igni succenditur: cuiusmodi sunt quib. calx, aut lateres coquuntur, quibusq; hypocausta calefiunt, κάμινος. Cic. 2. de Nat. deor. Sunt quædam etiam quæ igni nasci putẽtur, apparentq; in ardentibus fornacibus sæpè uolitantes. Plin. lib. 9. cap. 8. Longinquæ fornacis cuniculo.

Fornacula, diminutiu. Iuuen. Satyr. 10. Magna est fornacula.

Fornaceus, a, um, Factum in modum fornacis. Plin. lib. 35. c. 14. Quid? non in Africa, Hispaniaq; ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati utrinq; duabus tabulis, infarciuntur uerius quam instruuntur) æuis durant, incorrupti imbribus, uentis, ignibus, omniq; cæmento firmiores?

Fornacarius, fornacarii, m. s. Cui accendendæ fornacis, coquendiq; panis cura incumbit. Vlpianus l. Si seruus. ff. Ad legem Aquiliam, Si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormisset, & uilla fuisset exusta.

Fornacalia, fornacaliorũ, n. s. Feriæ farris torrẽdi gratia institutæ, quòd ad fornacẽ quæ in pistrinis erat, sacrificiũ fieri solebat. Ouid. lib. 2. Fast. Facta dea est Fornax, læti fornace coloni & paulò pòst. Curio legitimis tunc Fornacalia uerbis Maximus indicit, nec stata sacra facit. Bud. post Festum.

Fornicalis quasi fornucalis, forceps dicebatur.

Fornix, cis, penult. genitiui corr. & generis masc. t. Arcus in ædificiis, & quodcunq; opus concameratum. καμάρα. à furuo, atro: nam loco in arcum ædificata subobscura sunt. Cicero in Topicis, Non debebit præstare quod fornix uitium fecerit. Vergilius 6. Aenei. Mœnia conspicio, atq; aduerso fornice portas. Idem 10. Aenei. Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi. Plinius libr. 33. cap. 4. Relinquuntur itaq; fornicis crebri montibus sustinendis. Quoniam uerò meretrices in huiusmodi locis, id est fornicibus habitare consueuerunt ponitur fornix pro lupanari, seu meretricia cella, καμαρυνεῖον. Seneca lib. 1. Controuers. Redoles adhuc fuliginem fornicis. Et in Priapeia, Nigri fornicis oblitus fauilla. Iuuen. Saty. 3. Le nonum pueri quocunq; in fornice nati. Horat. 1. Serm. Sat. 2. Sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas, Quarum subsuta talos tegat instita ueste: Contrà, alius nullam nisi olenti in fornice stantem. Erãt etiã fornices, arcus in memoriam rerum à triũphalib. uiris gestarũ extructi, quasi monumẽta uictoriarum. Cic. 2. de Orat. Etiam illa ridentur quæ minuendi aut augendi causa ad incredibilem admirationẽ efferuntur: uelut tu Crasse in Concione, ita sibiipsi magnum uideri Memmium ut in forum descendens caput ad fornicem Fabii demitteret. Idem 4. Verr. huius fornix in foro Syracusis est, in quo nudus filius stat. Huiusmodi fornices etiam hodie Romę extant, quos Arcus triumphales uulgò uocant: quorum antiquissimus est D. Vespasiani nomine erectus in triumpho Iudicio. Alii autem duo maximè insignes, quorum alter Septimii Seueri, alter Constantini honori erectus est.

Fornico, cas. n. p. pen. cor, Fornices extruo, uel fornicis figurã rei alicui induco, καμαρόω. Plin. lib. 11. cap. 18. Ruentes cetas fulciunt pilarum intergerinis à solo fornicatis, ne desit aditus ad farciendũ. Idẽ lib. 16. cap. 42. Populus contra omnia in feriora panditur, palma econtrario fornicatur, hoc est, sursũ incuruatur, quũ fornicis cornua deorsum soleãt inclinari.

Fornicatus, participium. Quod ad fornicis modum ædificatum est, quod & concameratum opus, & arcuatum uocamus. Ci. in Top. Omnibus ius est, parietem directũ ad parietem communem adiungere uel solidum, uel fornicatum.

Fornicor, aris, Idem est quod meretricor, hoc est, cum meretricibus rem habeo, πορνεύω. Dictum fornicari, à fornicibus in quibus meretrices prostare consueuerunt.

Fornicarius, rii, m. s. subst. antiuè, Propriè dicitur opifex, aut opola, siue institor, qui tabernas à fisco conducit sub fornicibus ut ibi merces suas uænales habeat: cuiusmodi esse solẽt in porticibus fori uænalium, id est, macelli, quas falas appellant. In Pandectis, l. Quum quidam, de Vsuris, Fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accepit, ut solet à fornicariis, qui tardius pecuniam inferunt. Budæus in Annot.

Fornicatio, onis, f. t. Fornicis structura, καμαρώσις. Seneca, Societas nostra lapidũ fornicationi similis est, quæ casura, nisi inuicem obstarent, hoc ipso sustinetur. Fornicatio item, accipitur pro scortatione, præcipuè apud sacræ Scripturæ interpretes: à uerbo deponente fornicari, quod est cũ scortis rem habere, quæ sub fornicibus prostare solebant, πορνέα.

Foro, ras, a. p. Penetro. siue pertundo, τιράω, τρίω Col. libr. 5. cap. 9. Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidẽ adigito, & ita librum arboris inolescere sinito. Plaut. Mostel. O carnificium cribrum quod credo fore, Ita teforabunt paribulatum per uias. Col. lib. 8. ca. 3. Foratis duobus aduersis parietibus. Hinc perforo, pen. cor. quod est perterebro, & abuno latere ad alterum foro, τρυπῶ, τιτρώσκω, ἀνατιτράω. Col. li. 5. Sed aliud est ferramentum quo priores uitem perforabãt. Liu. Vna tamen perforata naui. Inforo, de quo alibi.

Forabilis, le, om. t. Quod perforari potest. Ouid. 12. Metamor. Contemptor ferri, nulloq; forabilis ictu.

Foramen, pen. prod. inis, n. t. Quicquid perforatũ est, τρῦμα, ὀπή. Col. de Arb. cap. 8. Itaq; cauarum foramen quum purgauimus, undiq; adrasos surculos inserimus. Cic. 1. Tusc. Nam nunc quidem quanquam foramina illa quæ patent ad animum à corpore, callidissimo artificio natura fabricata est: tamen terrenis coneretisq; corporibus sunt interspta quodammodo Plin. libr. 10. cap. 70. Pisces quidem, auditus nec membra habent, nec foramina. Foramen ad excremẽta corporis, apud Plin. lib. 11. cap. 12.

Foraminosus, a, um, Quod foraminibus abũdat, τρηματώδης.

Foratus, us, ui, m. q. Idem ferè quod foramen, uel potius ipsa perforatio, τρῆμα, τρῆσις. Lactant. lib. 2. de Opif. Oculorum orbes concauis foraminibus conclusit: à quo foratu frontẽ nominatam. Varro existimauit.

Forfices, τομίδες, quibus incidimus pilos, à ferro pilo.

Fors, ô fors, à fortè, fœm. gen. Casus est extemporalis: Fortuna autem ipsa dea: ut annotauit Nonius, citans locum Accii ex Andromeda, Multi quibus natura praua magis, quàm fors, aut fortuna obfuit. Cic. ad Att. lib. 14. Fors in aliquibus rebus plus quàm ratio potest. Interdum tamen pro ipsa Fortuna ponitur. Cicer. 4. ad Attic. Sed de illa ambulatione Fors uiderit: aut si quis est qui curet Deus. Terent. in Hecy. Fors fuat pol. id est, Donato expositore, Fortuna foueat, uel bona eueniat. Idem Phorm. Dii uostram fidem, quàm sæpè Fortè temerè Eueniunt quæ non audeas optare.

Fors fortuna, uide Fortuna.

Forsan, dubitandi aduerbium est, ἴσως. Verg. 1. Aeneid. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Terent in And. Aliquis forsan me putet non putare hoc uerum.

Forsitan, dubitandi aduerbium, eiusdem significationis cum fortè, forsan, & fortasse, ἴσως. Cicer. de Orat. Maior ars aliqua forsitan esset requirenda.

Fortasis, siue fortasse, dubitandi aduerbiũ, ἴσως. Cic. Cæl. lib. 2. Epist.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Epist. Sed ego fortassis uaticinor, hæc omnia meliores habe bunt exitus. Terent. Eunuch. Tu fortasse quæ facta hic sunt, nescit Cicero Mario, li. 7. Habes Epistolam uerbosiorem fortasse quàm uelles.

Fortè, aduerbium, Interdum idem significans quod fortuitò, hoc est, casu, & ueluti per sortem, τυχόν. Verg. in Buc. Fortè sub argutæ non sederat ilice Daphnis. Aliquando autem dubitandi aduerbium est. Cic. 2. de Ora. Ne fortè hoc magnum ac memorabile uideatur.

Fortis, te, om. t. Tam de corpore quã de animo dicitur. Nã & eum significat qui ualidis uiribus est præditus, & qui intractum in aduersis habet animum, ἀνδρεῖος. Cic pro Milone, Vir fortis & animosus, & acriter morti offerens. Idē 2. Tusc. Fortes Fortuna adiuuat, ut est in prouerbio. Idem de Senect. Senectus animosior est quã adolescentia, & fortior. Idē pro S. Roscio, Vir contra audaciã fortissimus. Idem de Orat. Inflexio laterum fortis & uirilis. Plau. in Asin. Qui me uir est fortior ad sufferendas plagas? Verg. 1. Aeneid. fortemq; Gyan fortemq; Cloanthum. Quandoq; celer. Verg. 11. Aenei. Quid tgm egregium, si fœmina forti Fidis equo? Quandoq; formosus. Plaut. in Milite, Ecquid fortis uisa est? Quandoque dies. Plaut. Trinummo, Eum sororem spopondisse suam in tam fortem familiam.

Forticulus, li, diminutiuum. Cic. 2. Tusc. Quamuis idem Epicurus forticulũ se in torminib. & in stranguria sua præbeat.

Fortifico, cas, a. p. Munio, roboro, quasi fortem facio, ἰσχυρίζω. Plaut. Fortifica animum.

Forteſco, scis, n. t. Fortis fio, πραταιοῦμαι. Næuius, Crescit annis, & fortescunt uires. Hoc uerbum à Gellio libr. 19. cap. 7. refertur inter antiqua & obsoleta.

Fortitudo, dinis, f. t. Est (ut inquit Cic. 2. de Inuen.) considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Vel (ut idē 4. Tusc. definit) est scientia rerum perferēdarum, uel affectio animi in patiendo ac perferendo, summæ legi parens, sine timore, ἰσχύς, ἀνδρεία. Macro. Fortitudinis est, animum suprà periculi metum agere, nihilq; nisi turpia timere, tolerare fortiter uel aduersa uel prospera. Fortitudo præstat magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam tolerantiam, firmitatem. Cic. 13. Philip. Est omnino fortium uirorum, quales uos esse debetis, uirtute præstare tantùm ut possint fortunæ culpam non extimescere. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solùm, uerumetiam sapientia postulatur, quanquam uidentur hęc non posse seiungi, &c. Idē 1. Officior. Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus.

Fortiter, aduerbium, Animosè, infracto animo, ἀνδρικῶς. Cic. de Senect. Quem ego meum casum fortiter ferre uisus sum. Idem 4. Philip. Nec solùm id animosè, & fortiter, sed considerate etiam, sapienterq; fecerunt. Plaut. Merc. Nõ abstulit modò, sed in amorem coniecit fortius. Plin. lib. 16. cap. 40. Fortiſsimè ulmus seruat rigorem.

Fortuitò, aduerbium, uide Fortuna.

Fortuna, næ, f. p. Est accidentium rerum subitus ac inopinatus euentus, τύχη. Cæſ. 7. bel. Gal. Miseratur communē Galliq; fortunam. Cic. 2. de Diuin. Quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid euentus, quid casus, nisi quum sic aliud cecidit, sic euenit, ut uel non cadere atq; euenire, uel aliter cadere atq; euenire potuerit? Est autem fortunæ uocabulum medium: sed quum fortuna solã dicimus, intelligimus felicitatem. Fortuna dea credita est antiquis, quæ apud Prænestinos & Antiates præcipuè colebatur. Iuuen. Saty. 10. Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te Nos facimus fortuna dea, cęlo; locamus. Terent. Phorm. O fortuna, quantis commoditatibus, Quam subitò hero meo Antiphoni ope uestra hunc oneraſtis diem. Vbi Donatus, Aliud fortuna, aliud fors fortuna. Fortuna dicta est incerta res: fors fortuna, euentus fortunæ bonus, εὐτυχία, εὐποτμία. Nam fors fortuna Dea habebatur, trans Tyberim ædem habens, cuius festum colebãt qui sine arte aliqua uiuebant. Cicero de Amic. Non enim solum ipsa Fortuna cæca est, sed eos etiam plerunq; efficit cæcos quos complexa est. Accipitur etiam fortuna in utroq; numero pro diuitiis. Cicero in Diuinat. in Verrem, Cur, de quibus in prouincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris euertere? Tacitus libro decimotertio, Nec si Iturius & Caluisius adesis omnibus fortunis, &c. Cicero de Amic. Sæpè enim quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Horatius 1. Epist. 7. Quo mihi fortuna, si non conceditur uti? Fortunæ, rum, pluraliter pro felicitate. Terent. in Andr. Tum id mihi placebat, tũ uno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Cic. pro Sylla, Hic uos orat Iudices paruus, ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari sinatis.

Fortuno, nas, a. p. Prospero, secundo, εὐδαιμονίζω. Cic. Curioni Tibi patrocinium dii fortunent. Idem M. Marcello, Maximã sum lætitia affectus, quum audiui Consulem factum esse, eumq; honorem deos tibi fortunare uolo.

Fortunatus, ta, tum, Prosper, felix, εὐδαίμων, εὐτυχής. Terent. in Adelph. Derides? fortunatus qui isthoc animo sies. Vergil. in Daphnide, Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. Idem 2. Ecloga, Fortunate senex, ergo tua rura manebunt. Aliquando idē est quod propitius. Afranius, Deos ego omnes, ut fortunati sint, precor.

Fortunatè, aduerbium, Feliciter, prosperè, εὐτυχῶς. Cic. 3. de Finib. Necessariò sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè uiuere.

Fortunatim, aduerbium, idem significans quod fortunatè, εὐδαιμόνως. Plautus, Si dederit Iupiter ut fortunatim omnia succedant.

Fortuitus, ta, tum, pen. indifferẽte, Quod casu accidit, τυχηρός ut, Fortuitus concursus. Cicero 1. Tusculanarum, Democritum enim illum, magnum quidem uirum, sed leuibus, & rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito, omittamus. Quintilian. lib. 6. cap. 6. Insidiarum inuidiam in Clodium uertit, quanquam ueuera pugna fortuita. Idem libr. 10. ca. 7. Nec tumultuarii, nec fortuiti sermonis contextum mirabor.

Fortuitò, Casu, temere, forte fortuna, τυχόν, κατὰ τύχην. Cic. de Lege Agraria contra Rullum, Paucas tribus non certa conditione iuri, sed fortuitò, fortisq; beneficio ad usurpandum libertatem uocare. Idem 5. de finibus. Siue hęc ita fiunt fortuitò. Pro eodem legitur & Fortuitu. Cic. 6. Philipp. Quod uerbum tibi non excidit (ut sæpe fit) fortuitu: sed scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.

Forum, ri, n. s. Propriè dicitur locus quò res uenales afferuntur, uerò ferendo nomen habens, ἀγορά. Vnde Forum suarium, Romæ dictum fuit in quo sues uendebantur: boarium, in quo boues: piscarium, in quo pisces, ἰχθυοπωλεῖον: olitorium, λαχανοπωλεῖον, in quo olera: cupedinis forũ, in quo cupediæ, hoc est, lautiores cibi uendebantur. Quæ omnia, teste Varrone libro 4. de Lingua Lat. postea in unum locum sunt contracta, quem Macellum appellauerunt. Est præterea forum quod Græco uocabulo uocamus emporium, hoc est, oppidũ, uel alius quiuis locus, quò undiq; mercatores conuenire solent ad emendum, aut uendendum. Sallustius in Iugurtha, Erat haud longè ab eo itinere quò Metellus pergebat, oppidũ Numidarũ, nomine Vacca, forum rerũ uænalium, totius regni maximè celebratũ, ubi & incolere & mercari cõsueuerant Italici generis multi mortales. Hinc plerisq; etiam oppidis nomen à foro mansisse uidemus, ut Forũ Cornelii, dicta est Aemyliæ urbs, quã nunc Imolam uulgò uocant, à nomine eius qui in eo loco primus nundinas instituit. Ad hunc etiam modum Forum Liuium, Forum Iulium, Forum Aurelium, Forum Sempronii inde sua nomina acceperunt, quòd à Liuio, Iulio, Aurelio, uel Sempronio in his locis institutæ sunt nundinæ, ad quas totius prouinciæ mercatores merces suas afferebant. Cic. in Catil. Quanquam quid ego te inuitem? à quo iam sciam esse præmissos qui te ad forum Aurelium præstolarentur armati. Fora, uasa quibus antiqui utebantur in torcularibus. Colum. lib. 12. cap. 18. Tum lacus uinarii, & torcularii, & fora, omniaque uasa, si uicinum est mare, aqua marina: si minus, dulci eluenda sunt, & communanda, & diligenter asscanda, ne humorem habeant. Dicitur etiam forum locus in quo iudicia exercentur, δικαστήριον. Cicero ad Atticum, Quod me in forum uocas, eò uocas unde etiam bonis meis rebus fugiebam. Quintilianus libro tertio Rarum est autem, ut in foro iudicia propter id solùm constituantur, sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo. Fora tria iudiciaria antiquitus Romæ fuisse manifestum est. Forum Latium, siue Romanum antiquissimum: Forum Cæsaris Dictatoris, in quo loricatam sibi fieri statuam passus est. & Forum Augusti, quod cum æde Martis ultoris extruxit. Foro uti, est præsentem rerum statum boni consulere, & utcunque sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terent. in Phorm. Cœpi his omnia facere, obsequi quæ uellent. D. Scisti uti foro, Donatus uulgare puerbiũ admonet esse, ductãq; metaphorã à mercatoribus, qui nõ ante locum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

te locum commercii, præſcribunt quanti uendant quæ aduehunt, ſed ſecundam annonam fori quam deprehenderint conſilium de non uendendis mercibus ſumũt. Seneca, Vtamur foro, & quod fers feret, æquo feramus animo. Ex Eraſm. Agere forum. Cicero Appio libro 3. Qui te forum Traſi agere ſtatuere, multa decernere, iudicare dicerent. Forum à ſubſelliis & iudiciis diſtinguit Cicer. 1. de Orat. Age uerò ne ſemper forũ, ſubſellia, roſtra, curiamq; mediteris, &c. Id eſt, cauſas ciuiles, publica iudicia, conciones, & ſententias in Senatu dicendas.

Forenſis, & hoc Forenſe, adiectiuum eſt à foro deriuatum, quo ſignificatur omne illud quo ad forum iudiciale pertinet, δικανικός, Vnde forenſes cauſæ dicuntur quæ in foro iudiciali agitantur. Cic. 2. de Nat. deor. Nec ſi id facerem in cauſis forenſibus, idẽ facerẽ in hac ſubtilitate ſermonis. Forenſis homo, qui in foro uerſari, & cauſas agere cõſueuit. Forẽſis Rhetorica, quę foro, iudiciiſq; eſt accommodata. Cic. 2. de Finib. Sed hac rhetorica philoſophorũ, non noſtra illa forenſi, quã neceſſe eſt quum populariter loquitur, eſſe interdum paulò hebetiorẽ. Sic etiam forenſia ueſtimenta dicebantur ea quibus in foro utebantur: de quibus paulò pòſt.

Forenſia, Veſtes erant quibus in foro utebantur: ſicut cœnatoria quibus domi utebantur in cœna, δικανικά. Suet. de Aug. Forenſia aũt & calceos nunquam non intra cubiculum habuit. Alio nomine dicuntur togæ forẽſes, uel ueſtimenta forenſia. Col. lib. 12. cap. 45. Arculæ faginеæ, uel etiam tiliaceæ, quales ſunt in quibus ueſtimenta forenſia conduntur.

Foſſa, Foſſio, Foſſor, Foſſura, uide Fodio.

Foueæ, f. p. à fodiendo, Dicũtur ſcrobes, ſiue ſpelũcæ. βόθυνοι Plaut. in Pœn. Ita decipiemus fouea lenonem Lycum. Plin. li. 10. cap. 38. Itaq; anates in foueas, quibus feras uenamur, delapſæ ſolæ euadunt.

Foueo, ues, ui, tum, 2. ſ. Propriè eſt calidum tenere, aut calefacere, ἄγομαι, περίπω, ἀλεαίνω. Plaut. in Capt. Iuben'an non iubes aſtitui aulas, patinas eluis? Laridũ, atq; epulas foueri foculis feruentibus? Plin. lib. 8. cap. 36. Fœtus rigentes apprimẽ do pectori fouent, non alio incubitu, quàm oua uolucres. Aliquando ſignificat nutrire, prouehere. Plaut. in Merc. Alios enecat & extinguit, alios ſuo lacte fouet & erigit. Verg. lib. 3. Georg. Progeniem, nudosq; fouent. Eſt etiam fouere, medicorum uocabulum, pro eo quod eſt partem læſam uel morboſam humidis calidiſſue fomentis foris applicatis tepefacere, humectare, & dolorem lenire, καταντλᾶν, πυριᾶν. Verg. 12. Aeneid. Fouit ea uulnus lympha longæuus Iapix. Interdum conſtituo. Verg. lib. 4. Geor. Sæpe etiam effoſſis (ſi uera eſt fama) latebris Sub terram fouêre larem. Sic enim legit Nonius: quanquam in uulgatis exemplarib. quibuſdã legatur fodêre. Interdum tueri, ut apud eundem libr. 9. non obuia ferre Arma [illegible] ſed caſtra fouere. Interdũ amplecti, ſeu in delitiis haberẽ. Verg. 3. Eclog. Infelix ô ſemper ouis pecus, ipſe Neæram Dum fouet, ac ne me ſibi præferat illa, ueretur. Huius compoſita ſunt, Confoueo, Circunfoueo, Refoueo, ſo ſyllaba correpta: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Fotus, ta, tum, participium. περιαμφιθαλπής, καταθωκημένος. Cicer. 2. de Nat. deor. Quinetiam anatum oua gallinis ſepæ ſupponimus, ex quibus excluſi, fotiq; ſunt.

Fotus, huius fotus, m. g. nomen ſubſtantiuum, Idem quod fomentũ: uel potius ipſe fouẽdi actus, πορίασις, περίβολη. Plin. lib. 23. cap. 1. Decoctura eorum, uceteres dyſentericos & cœliacos iuuat & potione & fotu.

Fomes, fomitis, m. t. à fouendo, hoc eſt, nutriẽdo igne dicitur. Eſt enim aſſula ex arbore excuſſa dum cæditur. Ponitur & pro omni materia ſicca quę facilè igni inflammatur, ὕλη, ξύλον πυρός. Verg. 1. Aen. Ac primũ ſilicis ſcintillam excudit Achates ſuſcepitq; ignem foliis, atq; arida circum Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammã. Plin. lib. 6. cap. 40. Excipiente materia aridi fomitis. Per translationem fomes dicitur quicquid excitat nos, & accendit ad aliquid agendum. Gellius libro decimoquinto, capite ſecundo, Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenii uirtutisq;, ſi mens & corpus hominis uino flagraret.

Fomentum, ti, n. ſ. à fouendo, id eſt, calefaciendo, uel nutriendo, πρίαμα, κατάντλημα. Vnde fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum & humidarum ad partes corporis læſas, medendi gratia. Plinius Iunior, Cuius grauiſſimo uulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Colum. libro 6. cap. 30. Frigori fomenta adhibentur, caputq; & ſpina tepenti adipe uel uino illinuntur. Fomentum per translationem Cic. 2. Tuſc. Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum. Idem 2. de Finibus. Fortitudinis fomentis dolor mitigari ſolet.

F R. In notis antiquorum, fronte uel fratres uel forum. F. R. forum regundorum, uel Regum, uel finium regundorum, uel finibus regnandis. F R A. C. fraude creditoris. F. R. C OR. forum Cornelii. FR. E D. factum eſſe dicebatur. F. R. ES. AR. cum fornaces aurificum. F R F. fratris filius. FR. I. forum Iulium. FR. L. forum Liuium. F R M S. fortiſſimus. F R. F O M. forum Pompilii, uel Pomponii. F R. S. forum Sempronii, uel F R S. fortia, uel FRS. fraude ſine ſua. FRT. forſitã. F S. fratres. F S. E. factus eſt. FS. E. factum ſic eſt. F. T. C. familia, uel famula teſtis cauſſa.

Fraceo, fraces, ere, n. ſ. à quo fraceſco, Idem eſt quod corrũpor, & quaſi uetuſtate putrefio, σήπομαι, συμφυλῶσθαι, βύεσθαι Colu. lib. 12. Oleum quod minùs prouenit, ſi congelatur, fraceſcet, id eſt, putreſcet. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 55. Hæc, de qua fit oleum, congeri ſolet aceruatim per dies ſingulos in tabulata, uti ibi medio criter fraceſcat.

Fracidus, a, um, pen. cor. à fraceo, Pluſquàm maturum, & iam putreſcens, ταπρὸς. Cato de Re ruſt. cap. 64. Fractores uolũt ut oliua in tabulato diu ſit, fracida ſit, quo facilius efficiant.

Fraces olei, Dicũtur carnes, & fœces oliuarum quę in oleo ſubſidunt. Plin. lib. 15. cap. 6. Oleum in tabulato minui, deteriusq; fieri: item in amurca & fracibus: eæ ſunt carnes, & inde fæces: quare ſæpius die decapulandum. Col. lib. 6. ca. 35. Quidam fraces uino & adipe commicent, eoq; medicamento poſt fomenta prædicta utuntur.

Fractus, uide Frango.

Frænum, ui, n. ſ. cum æ diphthongo, in plurali numero tam maſculini quàm neutrius generis, Inſtrumentũ quo equus coẽrcetur: ita dictum à frangendo, quòd equorum ora frangat, χαλινός. Seneca, Hippolytus arctis cõtinet frænis equos. Ouid. 1. de Arte, Tempora lenta pati fræna docentur equi. Vergil. 3. Georg. & ſtabulo frænos audire ſonantes Ouid. 2. Metam. Quadrupedes ducũt, addunt q; ſonantia fræna. Fræna Pelethronii inuenere, qui & ſtrata equorum primi monſtrauerunt, teſte Plin. lib. 7. cap. 56. Hinc componuntur Effrænus, a, um, & Effrænis, & hoc effræne, Idem quod indomitus, quaſi ſine fræno, ἀχάλινος. Verg. lib. 3. Georg Gens effræna uirum Rhiphæo tunditur Euro. Vbi Seruius Gens effræna, id eſt, fæua, rectorem recuſans. Hieron. Nequaquàm effræni lingua reperiaris. Infrænus, ſiue infrænis, eiuſdem ſignificationis. Verg. 4. Aeneid. Hinc Numidæ infræni cingũt. Quo in loco Numidæ uocantur infræni, quòd illorum equi nullis frænis coẽrcentur. Frænum mordere ſignificat oblucta ri, & oſtendere nos grauiter aliquid ferre, quod tamen ferendum eſt, πρὸς ἡνία μάχεσθαι, ἢ χαλινὸν διάκνειν. Translatio ſumpta eſt ab equis, qui quum frænum excurere non poſſint, perpetuo tamen mordent & arrodunt, oſtenduntq; coactos & inuitos frænum ore reciperet. D. Brutus ad Cic. Si frenũ momorderis, peream, ſi te omnes quotquot ſunt, conãtem loqui ferre poterunt. Accipere frænum per translationem, eſt dedere ſe alicui. Vergil. 12. Aeneid, Ni frænum accipere, & uicti parére fatentur.

Fræno, as, a. p. Equo frænum iniicio, χαλινόω. 8. bel. Gal. Equites frænatis equis in ſtationibus diſponit. Liu. 1. bel. Pun. Inſtructus, frænatusq; equus. Per translationem accipitur pro cohibere, continere. Cic. 5. Verr. Quum eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed cõſcientia ſceleris, auaritiæq; ſuæ frænaret. Verg. 1. Aeneid. Luctantes uentos tempeſtates q; ſonoras Imperio premit, ac ninclis, & carcere frænat. Liu. 10. bel. Pun. Quieas uoluptates ſua temperantia frænauit, ac domuit, multò maius decus, maioremq; uictoriam ſibi peperit, quàm nos Syphace uicto habemus. Idem 7. bel. Maced. Vbi demerſis nauibus frænaſſet clauſtra maris. Vergil. libro tertio, Georgic. & glacie curſus frænaret aquarum. Hinc compoſita Defræno, & Effræno, quod eſt frenum detraho, ſiue abſque fræno rectoreue duco, ἀποχαλινόω Hinc defrænatus, & Effrænatus, participia, ſiue nomina ex participiis: quæ de iis dicuntur qui ueluti fræno excuſſo regi non poſſunt. Ouid. lib. 1. Metam. Et defrænato uoluuntur in æquora curſu. Cic. 4. Tuſc. Vt ægritudo quaſi morſum aliquẽ doloris efficiat, metus receſſum quendã animi atq; fugam, lætitia perfuſam hilaritatem, libido effrænatam appetẽtiam. Refræno, cohibeo, & quaſi fræno retineo, Lact. libr. 6. Virtus eſt, iram cohibere, cupiditarem compeſcere, libidinem refrænare Suffræno, arcto, conſtringo. Vnde uerbale ſuffrænatio, quo ſignificatur ſtructuræ genus, quum ueluti

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fræno, lapides arctantur & colligantur. Plin. lib. 36. ca. 11. Sed ad ſtructuram infidelis, niſi multa ſuffrænatione deuinctus.

Fraga, orum, n. ſ. Mora quæ in herbis humi repentib. naſcũtur, κόμαροι. Ver. 3. Eclog. Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga. Ouid. 15. Metam. Mollia fraga leges.

Fragilis, Fragmen, Fragor, Fragoſus, uide Frango.

Fraginoſa, Coniza apud Dioſc. lib. 3. cap. 135.

Fragro, as, are, n. p. Redoleo, oleo, odorẽ emitto frangendo quia res fractæ uehementius olent, ὀρφαίνομαι. Verg. 1. Aene. redolentq; thymo fragrantia mella. Mart. lib. 1. Ne grauis hesterno fragres Feſcennia uino. Hinc Fragrantia, ἀνωδία.

Framea, æ, f. p pen. cor Germanicum eſt uocabulũ, quo illi haſtam ſignificabant, δόρυ. Tacitus de Germ. Ne ferrum quidem ſupereſt, ſicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis aut maioribus lanceis utuntur: haſtis, uel ipſorum uocabulo frameas gerunt anguſto & breui ferro, ſed ita acri, & ad uſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, uel cominus uel eminus pugnent: & eques quidem ſcuto frameaq; contextus eſt. Iuuenal. Satyr. 13. Et Martis frameam, & Cyrrhæi ſpicula uatis.

Frango, gis fregi, fractũ, a. t. Rumpo, ῥήγνυμι, καταῤῥάτ∫ω, κατάγω. Plaut in Aſin. Quis noſtras ſic frangit fores? Ci. 7. Ver. Prætorem tu accuſas? frange ceruicem. Vbi illud obiter notandum eſt, Frangere ceruicem, tam de eo dici qui alteri per uim ceruicem rumpit, quàm de eo qui patitur. Sed dicimus etiam, fregit nauim, ἀνανάγαστον. Fregit brachium, ἔαγε βραχίονα, quaſi ipſe fregerit, & non potius paſſus ſit Terent. in Andria, Is fregit nauem apud Andrum. Cicero ſecundo de Orat. Gregaleſque eum, in campum quum non uenisſet, requirerent: excuſauit Veſpa Terentius, quod eum brachium fregiſſe diceret. hoc eſt, quod ei brachium eſſet fractum. Plinius in Epiſt. Fregit coxam. Transfertur & ad incorporea: ut, Frangere animum, pro deiicere, imminuere. Plautus in Ciſtel. Ita meum frangit amantem animum. Cic. 1. Offic. Qua quidem re audita, fractum animum Annibalis ſcribit. Frangere audaciam hoſtis. Liuius quinto bell. Punic. Frangere conſilia perditorum. Cicero ad Lentulum, Nec mi aliter potuiſſe uideor hominum perditorum de me conſilia frangere. Frangi, debilitari, ſuccumbere. Cicero de Finibus. Potius ergo illa dicantur, Turpe eſſe uito debilitari, dolere, frangi, ſuccũbere. Frangi dolore, Ci. 2. Tuſc. Frangi metu, Idẽ 1. Offi. Frangi pudore, Idẽ 2. Tuſc. Minis frangi. Stat. 9. Theb. Cõpoſita ſunt Affringo, cõfringo, defringo, diffringo, effringo, infringo, offringo, perfringo, refringo, & ſuffringo, quorumomnium ſignificatauide ſuis locis.

Fractus, particip. ſeu nomen ex participio. Cic. ad Attic. li. 2. Deformatus corpore, fractus animo, quò ſe conferat, neſcit. Calamitate fractus, & afflictus, Cic. pro Sylla. Spes fractior. Cic. de Amic. Sæpe enim in quibuſdam aut animus abiectior eſt aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior.

Fractura in oſſe quæ Græcè dicitur ἀπάγμα, in neruoſis fibris ἀπόμα, in maſculis uerò hulcus & ruptio.

Fragmen, inis, n. t. Fragmentum ti, Accipi ſolent pro parte rei fractæ πάτσμα. Verg. 11. Aeneid. Mortalis Mucro, glacies ceu futilis, ictu Diſſiluit fulua reſplendent fragmina arena. Col. lib. 9. cap. 15. Mox deinde fragmina fauorum quæ in ſacco remanſerunt, retractata exprimuntur. Martial. lib. 8. Collegitq; ſinu fragmenta nouiſſima fracti Oris, & agreſta contumulauit homo.

Fragor, ris, m. t. Sonitus qui ex arbore, aut alia re inter frangendum redditur, κτύπος. Accipitur tamen pro quouis magno ſonitu. Vergilius libro 1. Georgic. & horridus altis Montibus audiri fragor. Seruius, Horridus fragor, ſonitus qualis fieri ſolet ex aridis quum franguntur arboribus. Liuius libro 1. ab Vrbe, Iam fragor tectorum quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur.

Fragoſus, ſa, ſum, à frango, Aſper, atq; præruptus, τράχας, χύλωσος. Vnde compoſitum Confragoſus. Col. lib. 2. Incultum igitur locum conſideremus, ſiccus an humidus, nemoroſus arboribus, an lapidibus confragoſus. Fragoſa oratio, cui contraria eſt lenis. Quint. lib. 9. Quę connexa, & totis uirib. fluit fragoſa atq; interrupta melior oratio. Ibidem, Aures fragoſis offenduntur, & lenibus mulcentur.

Fragosè, aduerbium. Plin. lib. 16. cap. 10. Quippe reſpuuntur, & fragoſius ſidunt, ægrius reuelluntur.

Frageſco, cis, Ab antiquo uerbo frageo, es, Frangor, langueſco, χαλάω, καλάσσομαι Accius Aegiſto, ut citat Nonius, Neq; fera hominum pectora frageſcunt, donec uim perſenſerint imperii. Idem Euryſace, Nunquam erit tam immanis, quum mea opera extinctum ſciat, quin frageſcat.

Fragilis, le, om. t pen. corr. Quod facilè frangi poteſt, ψαθυρὸν, ἔ. θραυσον. Plin. lib. 11. ca. 8 Saccharum eſt mel in arundinib. collectum, gummium modo candidum, dentib. fragile. Idẽ lib. 12. ca. 7. Eſt etiamnũ in India piperis grani ſimile, q uocatur caryophyllon, grandius, fragiliusq;. Per translationem accipitur pro debili, fluxo, ſeu caduco. Cic. de Amic. Sed quoniam res humanæ fragiles, caducæq; ſunt, ſemper aliqui acquirendi ſunt quos diligamus, & à quibus diligamur.

Fragilitas, litatis, f. t. Facilitas frangẽdi, qua aliquid facilius frãgitur quum flectitur. Plin, lib. 34. cap. 14. Tenuiora ferramenta oleo reſtinguĩ mos eſt, neaqua in fragilitatem durentur. Per translationem pro debilitate, ſiue imbecillitate accipitur. Plinius in Epiſt. Illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis Conſularibus obiit, quo Conſule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanę miſeratio ſubit. Cic. 5. Tuſc. Equidem eos caſus in quibus me fortuna uehementer exercuit, mecum ipſe conſyderans, huic incipio ſententiæ diffidere: interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatemq; extimeſcere.

Fragiliter, Inconſtanter, debiliter, ἀσθενῶς, ψαθύρως.

Franoſus, qui fraudem commiſit.

Frater, tris, m. t. Iiſdem parentibus genitus, ita dictus quaſi ferè alter, ut poſt Nigidium docet Gell lib. 13. cap. 10. ἀδελφός. Niſi malimus à Græco deducere Illi enim φράτορας coniunctos appellant: & φρατρίαν contubernium. Plin. Epiſtol. 164. Quum affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentia molliorẽ, intelligo prius tibi q eſt poſterius, nuntiandum. Plaut. Pœn. quid eſt fratris mei gnate? quid uiſe? expedi. Frater germanus. Cic. 3. Verr. Dixit C. Fannius Eques Romanus, Frater germanus Q. Titinii iudicis tui, tibi ſe pecuniam dediſſe. Fratres gemini, δίδυμοι, duo eodẽ partu editi: quos minus rectè geminos fratres, conuerſo ordine, appelles ut docet Quintil. lib. 9. cap. 4. Cice. pro Cluent. C. & L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter ſe cum forma, tum moribus ſimiles. municipum autem ſuorum diſſimilimi Fratres patrueles, ἀνεψιοί, τὰ τῶν ἀδελφῶν τέκνα: ſororesq; patrueles, ἀνεψιαί, dicuntur qui quæúe duobus ex fratribus progenerantur, ut docet Iuſtin. lib. 3. Inſtit. Suetõn. in Cæſare, Qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat.

Fraterculus, li, diminutiuum, Id eſt, paruus frater, ἀδελφίδιος. Iuuenal. Sat. 4. Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum, Vbi Fraterculus gigantũ, dicitur homo obſcurus, cuius maiores ſunt incogniti, tanquam è terra ſubitò fuerit enatus, quemadmodũ de gigantib. Poëtæ fabulantur. Ci. 5. Verr. Volo mihi fraterculo tuo credas.

Fratria, æ, f. p. Vxor fratris, ut Feſtus docet, ἀνάτηρ. Contrà Nonius fratrias dici uult fratrum inter ſe uxores.

Fratro, as, are, n. p. De puerorum mammis dicitur, quod uelut fratres patres oriantur: quod etiam in frumẽto ſpica facere uidetur. Pro eodem ueteres dixerunt Fraterculare. Feſtus, Sororiare mammæ dicuntur puellarũ, quum primũ tumeſcũt ut fraterculare puerorum. Plaut. Tunc mammulæ primùm ſororiabant: illud uolui dicere, fraterculabant.

Fraternus, na, nũ, poſſeſſiuum, ἀδελφικός: ut, Fraternus amor, φιλαδελφία. Fraterna inuitatio. Cice. Fraterna mors, Vergil. Sic Fraternæ acies, apud Statium. Fraternum parricidium, apud Cic. pro Cluent.

Fraternè, aduerbium, pro amore fraterno, φιλαδέλφως. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Quare facis tu quidem fraternè, quod me hortaris: ſed me herculè currentem nunc quidẽ, ut omnia mea ſtudia in iſtum unum conferam. Ibidem lib. 1. Huic tu epiſtolæ non fraternè ſcriptæ, fraternè debes ignoſcere.

Fraternitas, atis, f. t. Fraterni amoris cõiunctio, neceſſitudo inter duos fratres, ἀδελφότης, φιλαδελφία. Quintil. Decla. 16. A primis ſtatim ætatibus in eundem coire uitam, habet aliquẽ fraternitatis affectum.

Fratricida, cidæ, m. t. Qui fratrem occidit, ἀδελφοκτόνος. Cic. pro Domo ſua ad Pont. Extra ordinem ferri nihil placet Clopio, quid? de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, non extra ordinem tulisti?

Fratili, m. ſ. uilli ſordidi in tapetis, quòd per terram ferantur Autor Feſtus, χροαοί.

Fraus, fraudis, f. t. Eſt deceptio, circumuẽtio, uel impoſtura-

κατα-

κατασκεύασμα, ἀπάτη. Cic. 2. Offic. Vi aut fraude fit iniuria: fraus quaſi uulpeculæ, uis leonis uidetur, utrunq; ab homine alieniſſimum, ſed fraus odio digna maiore. Plaut. in Mil. Atq; adeo, ne ut legi fraudem faciam talariæ, Accuratore, ut ſine talis domi agitem conuiuium. Accipitur quandoq; pro periculo. Verg. lib. 5. Quis deus in fraudem quæ dura potentia noſtra egit? Terent. in Heaut. In eandem fraudem ex hac re, atq; illa incides. Vſurparunt etiam ueteres non rarò fraudem pro crimine. Vnde capitalem fraudem admittere, teſte Vlpiano, de Aedil. edict. eſt tale aliquid deliquere propter quod capite puniendus ſit qui deliquit. Liu. 3. bel. Pun. Qui capitalem fraudem auſi: quiq; pecuniæ iudicatę in uinculis eſſent. Inde Fraudi eſſe, ceteres dixerunt pro Crimini dari, Ea culpa ſibi erit uitio dari. Cic. 5. Philipp. Cenſeoq; ut iis qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante Calend. Februarias ab eo diceſſerint. Liu. lib. 1. ab Vrbe Fecialis regem interrogauit, Rex facisne me tu regiũ nuntium, Populiq; Romani Quiritiũ uaſa, comitesq; meos? Rex reſpondit, Quod ſine fraude mea, populiq; Quiritium fiat, hoc eſt, quæ res ſine meo damno, crimine, aut dedecore fiat.

Fraudulentus, a, um, Doloſus, fallax, δολερός, ἀπατηλός, Cicero 2. Offic. Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, &c. Col. lib. 9. cap. 5. Neq; ea curatorem fraudulentum tãtum, ſed immundæ ſegnitię peroſa eſt: æquè enim dedignatur ſi minus purè habita eſt, acſi tractetur fraudulenter.

Fraudulenter, Id eſt, doloſè, δολίως. Col. lib. 1. cap. 8. Sæpe enim quærendi poteſtatem faciat de iis qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infeſtent. Plin. libr. 30. cap. 10. Quoniã nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt.

Frauduloſus, a, um, qui fraudem facit, ἀπατηλός, quod magis à diminutiuo fraudula quàm à fraude uideatur deſcendere.

Fraudo, fraudas, a. p. Id eſt, deſpicio, & rem alicuius per fraudẽ interuerto, ὑπολογίζω, ἀποστερέω, παρακόπτω. Habet autem ut plurimùm poſt ſe accuſatiuum perſonæ cum ablatiuo rei. Vergil. 4. Aeneid. Quem regno Italiæ fraudo, & fatalibus aruis. Li. 2. ab Vrbe. In magna inopia pro domeſticis copiis unuſquiſq; ei aliquid, fraudans ſe ipſe uictu ſuo, contulit. Aliquando autem ſolo accuſatiuo contẽtum eſt, omiſſa re qua quis fraudatus dicitur. Cic. pro Roſc. Aequè enim perfidioſum & nefarium eſt fidem frangere quæ continet uitam: & pupillum fraudare qui in tutelam peruenit: & ſocium fallere qui ſe in negotio coniunxit. Interduin etiam inuenitur cum accuſatiuo rei. Cæſ. 3. bel. Ciuil. Fraudare ſtipendium militum, & prædam omnem domum auertere. Fraudare genium, eſt nõ ſatisfacere appetitui & uoluptati. Nam Genius apud ueteres habebatur naturæ & uoluptatis deus: unde Geniales homines dicti ſunt qui dapſiles eſſent, & ad excipiendos conuiuas liberales. Plautus in Aulul, Perditiſſimus ego ſum omnium in terra. Nam quid mihi opus uita eſt, qui tãtum auri Perdidi. quod cuſtodiui ſedulò? egomet me fraudaui, Animumq; meum, geniumq; meum. Huius contrarium eſt, Curare genium, id eſt, laute uiuerè. Fraudare deſiderium alicuius, eſt non facere quod cupit.

Fraudator, oris, m. t. Cic. pro Flacco, Nolite exiſtimare Iudices, non unam & eandem omnibus in locis eſſe fraudatorum, & inficiatorum impudẽtiam. Fraudator, & interceptor prædæ, Liuius 4. ab Vrbe.

Fraudatio, onis, f. t. Cic. 3. Offic. Inter bonos beneagier oportet & ſine fraudatione. Idem in Catil. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulãtia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum, hinc fides, illinc fraudatio:

Frauſus antiquum eſt participium actiuæ ſignificationis, quo ſignificatur is qui fraudem commiſit, ut Feſtus & Nonius annotauerunt. Plautus in Aſin. Metuo in commune, ne quã fraudem frauſus ſiet.

Fraxinula ſiue fraxinago, herba eſt quæ à ueteribus nuſquam dicta eſt, quod ſciam. Mauritaniam uel hãc uel ſimilem fraxinulæ ſecalim appellat, in compoſitione ad Venerem excitandam quæſita adhibitam, radice candida & nodoſa, flore uiolare, ferè inter candidum & nodoſum, ſemine rotundo & iuniperi, folia inter pinum & fraxinum.

Fraxinus, ni. f pen. cor. Genus arboris eſt notiſſimæ, cuius umbra, teſte Plin. lib. 16. cap. 13. uſqueadeò inuiſa eſt ſerpentibus, ut citius in ignem confugiant, quàm ad fraxini umbrã. μῦια. Fraxinus in ſyluis pulcherrima, Verg. 7. Ecloga.

Fraxinus, a, um, Quod eſt ex fraxino: ut, Frõdes fraxineæ. Col. libro 11. capit, ſecundo, liſdem temporibus ſi ſir, fraxineam: ſin minus, orneam: ſi nec hæc ſit, iligneam frondem rectè præbebimus.

Fraxinus, a, um, per tres ſyllabas. aliud adiectiuum: ut, Virga fraxina. Ouidius Epiſtola undecima, Vt quatitur tepido fraxina uirga noto.

Fraxo, as, Vigilias circumeo, quod eo labore homo frãgatur autore Feſto.

Fremium, id quod Græci uocant Anemonem. Cæterum de Anemone Dioſc. lib. 2. cap. 195. Plin. lib. 21. cap. 12.

Fremo, mis. mui, itum, n. t. Sonitum edo, qualis fit à fluctibus maris, βρέμω, φρυάττω, βρυχθύομαι, quanquam ſæpiſsimè accipitur pro eo quod eſt murmure, & uoce indignationẽ oſtẽdo. Verg. 1. Aeneid. de uentis, Circum clauſtra fremunt. Cic. ad Attic. Fremit ſibi ereptum Conſulatũ. Sueton. in Galba, Præcipuè Germanicæ gentes fremebant, ſe fraudari ſtipendio. Lact. li. 7. Fremunt ubiq; bella: omnes gentes in armis erunt. Huius compoſitum eſt Infremo, pen. cor. Valde fremo ἐμβρέμω. Lact. lib. 2. Si belli terror infremuit

Fremitus, tus, m. q. pen. cor. Sonus fluctuum, & in populo indignante murmur & ſtrepitus, φλοῖσβος, βρόμος, Verg. 2. Georg. Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino. Cice. ad Attic. Qui fremitus hominum? quam irati animi? Idem 5. de Finib. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret uoce uincere.

Fremebundus, bundi, Valde fremens. Cic. 2. de Nat. deor. ex Accio Poëta. Tanta molès labitur Fremebunda ex alto ingenti ſonitu & ſtrepitu. Ouid. 21. Metam. Tum uerò præceps curru fremebundus ab alto.

Frendeo, des, dui, in ſupino freſſum, n. f. autore Feſto, ſignificat frango, θλάω. Vnde Faba freſſa, dicitur quæ mola leuiter fracta eſt, κύαμος θλάσος. Col. lib. 2. ca. 11. Cicera bubus eruilo co, freſſa datur in Hiſpania Bætica. Varro 2. de Re ruſt. cap. 4. Amiſſo nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere poſſint, id eſt frangere. Eſt etiam frendere, præ iracundia ſimul concuſſis, & ſtrictis dentibus uocem emittere, βρύχειν. Plaut. in Capt. Nimisq; herclè ego illum malè formidabam: ita frendebat dentibus. Hinc cõponitur Infrendeo, id eſt, ualde frendeo. Vergil. lib. 3. Aeneid. Dentibus infrendens gemitu, graditurq; per æquor ſaxa minax. Legitur & Frendo, frendis tertiæ coniugationis. Plautus in Truc. Traxit ex intimo uentre ſuſpirium: hoc uide dẽtibus Frendit, icit fremur.

Frendens, participium: ut, Frendens leo, Frendens aper: hoc eſt ex ira dentes concutiens,

Frenum, uide Frænum.

Frequens, tis. omnis generis, t. Denſus, creber, à multis frequentatus, συχνός, θαμινός. Vall libr. 4. ca. 96 Frequentẽ locũ dicimus quem frequentare multi ſolent: ut, Vrbs frequens, Oppidum frequens, Platea frequẽs, ubi multi homines aut habitãt, aut diuerſantur. Quando autem de perſona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur: uel de ſola, ſic, Sit miles frequens ſpectator præliorum: id eſt, creber & aſſiduus. Vel de turba ſic, Frequens populus, Frequens Senatus id eſt, copioſus, & multus. Et id quidem cũ nomine collecti uo in ſingulari: cũ cæteris uerò, in plurali: ut, Frequentes ciues, frequentes Senatores: hoc eſt, multi, & numeroſi. Verum tamen quũ dico, Sis frequẽs, innuo actionẽ: quum dico, Frequens locus, paſſionem: ille frequentat, iſte frequentatur. Hæc ille. Cic. ad Lent. Cauſam enim frequenti Senatu obtinebamus. Plin. in Epiſt. Proximè frequẽti auditorio inter ſe coràm multi ordinis noſtri clarè iocabantur: intrati, conticuerunt. Cic. de Senect. At caret epulis, extructiſq; menſis, & frequentibus poculis. Id eſt, non uerſatur inter pocula.

Frequentia, tiæ, f. p. Qualiſcunq; hominũ multitudo, πλῆθος, σύστοιχος. Cic. de Amic. Atq; hoc maximè iudicaretur, ſi quid tali poſſet cõtingere, ut aliquid nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in ſolitudinem uſpiam collocaret. Salluſtius in Catil. Reliquos cum cuſtodiis in ædem Concordiæ uenire iubet: eò Senatum aduocat: magna frequentia eius ordinis erat.

Frequenter, aduerbiũ, Sæpe, ſæpenumero, denſè, συχνῶς, πολλάκις. Ad Heren lib. 4. Vt frequenter & aſſiduè conſequamur artis rationem ſtudio, & exercitatione. Cic. in Orat. Translatione fortaſſe crebrior, qua frequentiſsimè ſermo omnis utimur non modò urbanorum, ſed etiam ruſticorum.

Frequento, tas, a. p. Frequenter adeò, φοιτάω, ἐπιχωριάζω, Salluſt. in Catil. Iuuentutem quæ domum Catilinæ frequentabat. Sueton. in Octauio Auguſt. Officia cum multis mutuò exercuit: nec prius dies cuiusq; ſolennes frequentare deſiit, quã grandior iam natu, & in turba quodam ſponſaliorum die uexatus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ueratus. Frequẽtari domus dicitur quæ à multis aditur, uel cum multis. Cic. 1. Offic. & Liu. lib. 7. ab Vrbe. Frequentare, pro geminare, uel frequenter repetere, apud Gell. lib. 2. ca. 23. Quæ à Poëtis uel Oratoribus celebrandæ & ornandæ rei gratia duobus eadem pluribuſue nominibus frequẽtantur. Nonnunquam etiam frequentare idem eſt quod frequens reddere. Cic. in Cat. Inuect. 4. Conueniſſe uideo Tribunos ærarios, fortiſſimos uiros, Scribas item uniuerſos, quos cum caſu hic dies ad ærarium frequentaſſet, uideo ab expectatione ſortis ad communem ſalutem eſſe conuerſos. Quum (inquit) hic dies frequentaſſet Tribunos, id eſt, frequentes reddidiſſet & coaceruaſſet. Idem in Orat. pro domo ſua, Quem tu populum niſi tabernis clauſis frequentare non poteras. Idem 2. Offi. Vrbes ſine cœtu hominum non potuiſſent nec ædificari, nec frequentari, hoc eſt, frequẽtes & populoſæ red di. Suet. in Auguſto, Italiá duodetriginta coloniarum numero deductarum à ſe, frequentauit.

Frequentatus, particip. Cic. de cla. Orat. Alterum genus eſt nõ tam ſententiis frequentatum.

Frequentatio, onis, uerbale. Cic. in Partit. Frequẽtatio argumẽtorum, & coaceruatio uniuerſa. Autor ad Heren. li. 4. Denſa & continens frequentatio uerborũ. Et paulò pòſt. Frequentatio eſt quũ res in tota cauſa diſperſę coguntur in unum locum, quo grauior, aut acrior, aut criminoſior oratio ſit.

Frequentamentũ, ti, n. ſ. Genus eſt modulationis Muſicæ. Gell. lib. 1. cap. 11. Numeros, & modos, & frequentamenta quædã uaria tibicen incineret. Idem lib. 7. cap. 1. Si quibuſdam quaſi frequẽtamentis orationis mouẽtur, exagitãtur, & geſtiũt.

Frequentarius, a, ũ. Veteres dixerunt ꝓ frequẽte, Feſto autore.

Freſſa faba, Vide Frendeo.

Fretum, ti, n. ſ. à feruendo dictum, ut Varro inquit, à ſimilitudine feruentis aquæ, quod in fretũ ſæpe concurrat æſtus, atq; feruefcat, πορθμός. Propriè enim ſignificat loca maris anguſtiora, quæ quod aqua minus liberum habeat fluxum, uehementius ſolent concitari. Vnde anguſtiæ illæ quibus Atlãticum mare irrumpit terras, Latini fretum appellant. Ad eũdem etiam modum, anguſtum illud mare quod Siciliam ab Italia dirimit, fretum appellatur. Cicer. 7. Verr. Hi ne in freto ante ſua tecta, & domos nauigarent. Ibidem. Te iubere in ea parte figere quæ ad fretum ſpectaret. Loquitur de C. Verre, qui in Sicilia inſula iuſſit cruces figi in ea inſulæ parte quæ frerum ſpectabat: ut qui ſe ciues Romanos eſſe dicerent, ex cruce Italiam poſſent aſpicere. Apud ueteres legitur & fretus, generi maſculino, Ennius, Craſſa puluis oritur, omnem peruolat cæli frætum. Lucretius libro ſexto, Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus ad æſtum. Cicero in Verrem act. 7. Vt ille in dolore cruciatuq; moriens, per anguſto fretu diuiſa ſeruitutis ac libertatis iura cognoſceret. Sic enim Gellius legit. Hinc transfreto, tas, penult. corrept. Fretum traiicio trans fretum nauigo, διαπορθμεύομαι. Plin. in Paneg. Remiſq; transfretare obſtantia freta.

Fretus, a, um uide Fruor.

Friabilis, uide Frio, frias.

Friatio, in quaſcunque partes ſine diſcrimine diuiſio, & quę duabus plures ſunt. Friabiles ſunt lapides, glacies.

Fribolus, quaſi ferè obulo dignus, ἄξια ὑμιοβόλου. Ariſtopha.

Fribuſculum, lege Repudium.

Frico, cas, a, p. Notæ ſignificationis eſt, ψήχω, ψώχω. Verg. libr. 3. Georgic. fricat arbore coſtas. Plautus in Aſinaria, Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. Plinius in Epiſt. Quinetiam (fœdum, miſerandumq; dictu) dentes lauandos fricandosq; præbebat. Præteritum facit fricui, & ſupinum frictum. Hinc manſerunt uerbalia Frictio & Frictus. Olim etiam fricaui & fricatum. Vnde adhuc in uſu ſunt Fricatio, & Fricatus. Sic etiam duo manſerunt participia præteriti temporis Frictus & Fricatus. Iuuenalis, ſi prurit frictus ocelli Angulus Macer, Vrticæ foliis reuocatur uulua fricata. Sed in hoc ſimplici rarum, frequens in compoſitis. Cicero libro duodecimo, Epiſt. ad Attic. Quæ res forſitan ſit refricatura uulnus meum. Plinius libro octauo, Pantheras per carnes affricatas aconito uenantur Barbari. Huius compoſita ſunt Affrico, ad aliquid frico, προσψήχω, προσρίβω. Columella libro 8. Pecudes aut morſu ſcalpunt, aut cornu, aut ungula tundunt, aut arbori affricãt, parietibuſue detergũt. Plin. Marathro herbę ſeſe affricat. Cõfrico, ſimul frico, σωτρίβω. Plau. in Aſin. Atqui pol hodie non feres, ni genua cõfricentur, Colum. lib. 2. Boues quũ ab opere dimiſerit ſubſtrictos, cõfricet manibusq; cõprimat, dorſũ & pellẽ reuellat. Defrico, fricãdo purgo, ἀποψήχω, Lib. 4. ad Heren. Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit poſtquam defuſus eſt, defricari. Col. libr. 2. Solida in Sole ficcetur, & radice ſilphii trita cum aceto aſpergatur, defricetur q;. Infrico, intus frico. Colum. lib. 7. Maximè proderit fuligo ex aheno ulceri infricata. Perfrico, κατατρίβω. Idem ibidem. Deinde nates perfricato, ut homines diſcant odorari. Plin. in Prolog. Perfricui faciem, nec tamen profeci. Mos eſt eorum qui cum pudore aliquid agunt ut faciem perfricent, natura ipſa ad id impellente, quaſi ad abigendum ſanguinem, qui ex præcordiis ad faciei ſuperficiem confluit. Propter quod quærit Ariſtoteles, cur pudore facies hominis rubeſcat, metu palleſcat, quum pudor nihil aliud ſit quàm timor futuræ reprehenſionis: Hinc ergo ortum eſt prouerbium, ut quoties dicere uolumus nos pudorem depoſuiſſe, dicamus, Perfricui faciem. hoc eſt, pudorem expuli. Refrico, fricando aperio, ἀναψήχω, ut Refricare uulnus, uel cicatricem. Cic. contra Rull. Ne refricare iam obductam Reip. cicatricem uiderer. Idem pro Flac: Quum illud uulnus dicendo refricuiſſet. Per translationem item dicimus. Refricare dolorem, refricare deſiderium, pro eo quòd eſt renouare ſiue reuocare, ἀνανεόω. Cic. lib. 2. Epiſt. Verebar ne refricarem meis literis deſiderium, ac dolorem tuum. Ci. Sex. Publii filio. Sin autem omnia quæ ſentio, ꝓſcripſerim ne refricẽ meis literis deſiderium, ac dolorem tuum. Habẽt autem omnia hæc penultimam correptam. (adorat.

Frictus, us, Eſt ipſe fricandi actus. Iuuenalis, frictum criſſantis

Frictio, onis, Idem Celſus lib. 1. In ipſo quoq; itinere frequens frictio. Plin. lib. 23. Frictiones inhibeat oculorum.

Fricatio, Idem Colum. lib. 6. cap. 12. Sed ſi ſanguis adhuc ſupra ungulas in cruribus eſt, fricatione aſſidua diſcutitur.

Fricatus, tus, Plin. lib. 23. cap. 7. Luſcioſus ex oleo illitus emendat, dentium q; uitia crebro fricatu.

Frigilla, læ, f. p. Auis ſic dicta quod frigore cantet & uigeat, σπίζα. Mart. lib. 9. Nunc ſturnos inopes, frigillarumq; querelas Audit, & arguto paſſere uernat ager.

Frigo, gis, xi, xum & frictum, a. t. ſignificat torreo, φρύγω, πτύσσω. Feſtus, Frigere. & Frictum à Græco, Inde Frictorium, & Frixorium, in quo quid frigitur, φρύγανον. Plaut. in Bacch. Tam frictum ego illum reddam, quam frictus eſt cicer. Idẽ in Pœn. nil niſi laterculos, Seſamum, papauerem q;, triticum & frictas nuces. Plin. lib. 18. cap. 7. Poſtero die frigunt, deinde molis frangunt. Corn. Celſ. Tum res eadem magis alit intrulenta, quàm aſſa: magis aſſa, quàm frixa.

Frigus, goris, n. t. pen. cor. Pro horrore qui eſt contrarius calori, ψύχος, ῥίγος. Verg. lib 1. Georg. Frigusq; calorem q; Inter. Idem, aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Aliquando ſumitur pro metu: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Vergil. 1. Aen. Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra. Seruius, Frigore, id eſt, timore. Reciproca translatione, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur, ut in Terentio, Vxorem tuam pauitare aiunt, hoc eſt, non timere, ſed laborare frigoribus, Rurſus frigus dicitur ipſa aëris natura. Verg. li. 2. Georgic. at ſceleratum exquirere frigus. Difficile eſt. Frigus id etiam appellatur quum pro riſu, & gratia uel fauore ſperato, res in diuerſum exit. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. Pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coëgiſſet, tã tum fuit frigus, ut populi cõuitio nos coactus ſit dimittere. Quin. lib. 6. Nam & imperitia, & ruſticitas, & rigor & deformitas afferũt interim frigus, diligenter q; actori hac ſunt prouidenda. Frigus his in locis (ut Budæus docet) abfurdã rei ſpeciem ſignificat, quam incommodus euẽtus conſequitur.

Frigeo, ges, frixi, teſte Priſciano, frigidus ſum, n. ſ. ψυχρός εἰμι, καταψύχομαι. Verg. lib. 11. corpuſque lauant frigentis, & ungunt. Fit autem frigeo (ut quibuſdam placet). ἀπὸ τῦ φρίττω quod eſt horreo. Vnde φρίκη, horror ſeu frigus dicitur. Siue (ut alii malunt) παρὰ τὸ ῥίγος. Sic enim Græci frigus & rigorem uocant. Frigere etiam dicuntur qui ſegnes ſunt, languidi & remiſſi. Terent. in Eun. Sine Cerere & Bacch. friget Venus, hoc eſt, languida eſt, & remiſſa. Ci. ad At. lib. 1. Quum Romæ à iudiciis forum frixerit. Huius compoſitum eſt Refrigeo, quod eſt calorem amitto, & ex calido frigidum fieri. Col. lib. 7. Si bos ex langore ad macrem productus eſt, aut ſudans in opere faciundo refrixit.

Frigeſco, ſcis, n. t. Frigidus fio, ἀποψύχομαι. Cato de Re ruſt. ca. 97. Vbi erit tam craſſum, quàm uiſcum, finito frigeſcat. Cæl.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad Cic. Si Parthi nihil uos calefaciunt, nos hic frigore frigescimus. Vbi metaphoricè accipitur frigescere pro otiosum esse, & languescere. Lactant. lib. 7. Quos autem morbus interimit, spiritum diutius exhalant. ut paulatim frigescentibus membris anima effletur.

Frigefacio, a. t ψύχω, à quo Frigefio notæ significationis, & Frigefacto, as, are, frequentatiuum. Plaut. in Pœn. Calidum prædisti prandium hodie? dic mihi. A. Quid iam? L. Quia hoc nunc frigefactas, quum rogas.

Frigero, ras, a. p pen. cor. Frigefacio, καταψύχω. Composita eius magis sunt in usu: ut, Refrigero, quod est rem aliquam calidam frigidam facio, Perfrigero, uehementer frigefacio, διαψύχω. Plinius, Omnium earum uis eadem perfrigerare est, & astringere.

Frigidus, gida, gidum, Quod habet frigus, ψυχρός. Ouid. Frigidus glacie pectus amantis erat. Quandoq; dicitur segnis, languidus, & remissus. Verg. 11. Aen. Largus opum, & lingua melior: sed frigida bello Dextera. Sic frigidum homine dicimus, qui omnia nimis remisse agit: cui opponitur feruidus & uehemens. Cicer. 5. Verrem, Alii etiam frigidiores: sed quia stomachabantur, ridiculi uidebantur esse. Ad hunc etiã modum ioci dicuntur frigidi, qui parum habent uehementiæ ad excitandũ risum. Frigidus, pernicioſus, inquit Seruius in hunc Vergilii locũ, Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Frigida per se positũ, accipitur pro aqua quæ calida non est, aut tepida. Plaut. in Mostel. Iam pridẽ mecastor frigida non laui magis libenter. Plin. in Epist. Per solem plerunq; frigida lauabatur. Vnde, Frigidam suffundere, prouerbio dicimus, pro eo quod est rem aliquam inflammare. Tractum est prouerbium à fabris ferrariis, qui igni suo frigidam asperguunt quo uehementius ardeat.

Frigidè adverbium, ψυχρῶς, Quintilianus. lib 6. capite 1. Tum ille alioqui uir facundus, inopinatæ rei casu obmutuit, & infantem suum frigidissimè reportauit.

Frigidulus, diminutiuum idem significans, quod subfrigidus, hoc est, aliquantulum frigidus, ὑπόψυχρος. Catul. Argon. Frigidulos udo singultus ore cientem.

Frigedo, dinis, antiqui dicebant pro frigore, ψύχος, ψυχρότης. Varro, Atq; in igni feruido medullitus Aquilonia seruat frigedinem. Ex Nonio.

Frigidarium, rii, n. s. Ahenum in balneis quo frigida aqua continebatur, λουτρὸν ψυχρόν, sicut caldarium, quo calida: & tepidarium, quo tepida. Frigidaria cella, locus erat in balneis in quo frigida lauabantur. Plin. lib. 5. Epi. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui Sol benignissimè præsto est: caldariæ magis, prominet enim.

Frigorificus, a, um, Quod frigus inducit, ψυχροποιός, sicut à calore, Calorificus. Gel. lib. 17. cap. 8. Acetũ aũt omnium maximè frigorificum est, atq; id tamen nunquam concrescit.

Frigutio, tis, tiui, frigutire, n. q. Minutim subsilire, quod uerbũ à frigilla auicula putatur deductum. Plau. in Cas. Nam quid frigutis? quid isthuc tam cupidè cupis?

Frío, as, n. p Significat tero, πιπτοκοπέω. Plin lib. 13. c. 4. In ipsa quidem Aethiopia friatur hæc, (tanta est siccitas) & farinæ modo spissatur in panem. Varro 1. de Re rust. cap. 9. Si sit terra alba, si nigra, si leuis, quæ quum fodiatur, facilè frietur. Huius composita sunt affrio, Infrio, quod est terẽdo aliquid digitis, leuiter inspergo, ἐπιτρίβω Suffrio, paululum contero.

Friabilis, le, Quod facilè friatur, & digitis minutim teri potest. ψαθαρὸν, ψαθυρὸν, ἔυθλασον, ἐυθρυβὲς, ἐυθρυπτον. Plin. lib. 18. Optima q; est quæ candidissima, & friabilis, minimeq; ponderosa, quum teratur inter digitos.

Frit, Dicitur illud in summa spica iam matura, quod est minus quam granum. Varro lib. 1. de re Rust. cap. 48.

Fritillus, li, m. s. Tabula lusoria in qua tesseræ coniectæ agitatq; mittuntur, inquit Porphyrio, πύργος. Solent enim tesseræ coniici in fritillum, tanquam uasculum, quo agitatæ, deinde mittuntur in alueolum. Iuuen. Saty. 14. paruoq; eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillus (ut quidã putant) à crepitu ipso tesserarũ, uel quod super eo tesseræ ferantur. Mart. lib. 4. Dum blanda uagus alia December Incertis sonat hinc & illinc fritillis.

Friusculum, ii, n. s. (ut quibusdam placet) est leuis offensiuncula inter uirum & uxorem, quam sequitur secessio. Vlp. l. Quum hic de Donat. inter uirum & uxorem. Quod si diuortium non intercesserit, si friusculum interuenerit: donatio profectò ualebit, si friusculum quieuit. Quo tamen in loco malim legere frigusculum: ut frigusculum intelligas, quãdo ex coniugali amore dissidio enato, aliquid remittitur, ab hemente; illi ardor refrigescit. Sunt etiam qui Fribusculum legant, quod tamen uocabulum nusquam credo reperiri.

Friuola, rum, n. s. autore Festo, sunt uasa fictilia quassa. In Pandectis, in l. Solutum de Pignoratitia actione, Non enim credibile est hoc conueniſſe, ut ad uniuersam pensionẽ insulæ friuola mea teneantur. Vbi friuola p suppellectili tenui, & uili accipiuntur: qualis eorum esse solet qui in cœnaculis habitant, quo modò Satyricus usus est, satyra 5. Et ne te tenẽ Romanorũ omnia regũ Friuola. Quib. uerbis paupertatẽ Regũ Romanorũ significauit? quos etiã Samiolis uasis usos esse constat. Idẽ in tertia, Viuendũ est illic ubi nulla incẽdia, nulli Nocte metus: iã poscit aquã, iã friuola transfert V calegon, tabulata tibi iam tertia fumant. A Græcis χυτάρια dicuntur id est, τὰ κατὰ τλὼ οἰκίαν σκευάρια λίπτα. Vnde & grytopolæ ab eis dicũtur qui huiusmodi supellectilia uenditant: quos Latinè uocamus friuolarios. Bud. in Annot.

Friuolus, a, um, pen. cor. à Frio, as, dicitur quod est inane, leue, nulliusue momẽti quasi friabile, ψυχρολόγος, φλοαρὸς. Plin. l. 7. cap. 7. de generatione hominis loquens, Miseret, atq; etiam pudet æstimantem, quã sit friuola animalium superbissimi origo, quum plerunq; abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolam originẽ p fragili, & infirma dixit, & uelut friabili. Gell. libr. 15. cap. 30. Oppidò quã fiunt in literarum ostentatione inepti & friuoli. Idem lib. 16. cap. 12. Quædã futilia & friuola. Quint. lib. 7. cap. 3. Eoq; satius est omni se antecactæ uitæ abstinere conuitio, quã leuibus, aut friuolis, aut manifestò falsis rerum incessere.

Frondator, Frondes, Frondosus, uide Frons frondis.

Frons, tis, f. t. à ferendo, ut quibusdam placet: quod indicia animi præ se ferat, μίτωπον. A dextra & sinistra temporibus, à superiori capillorum radice: ab inferiori uerò parte superciliis terminata corrugatur in tristitiam, & in lætitiam dilatatur. Hinc factum est ut frons accipiatur pro uultu, & animi nostri affectu quem ex fronte perspicimus. Martia. Nec matutina si mihi fronte uenis. Idem libr. 1. Illa fronte precor carmina nostra legas. Cic. ad Attic. libr. 4. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed utrum fronte an mente, dubitatur. id est, uultu an animo. Frontem explicare, uel exporrigere dicimur quum hilarescimus: contrahere, quum ringimur, hoc est, ubi quid molestum est: frons etiam (inquit Plinius lib. 11.) homini tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis, index est. Terentius in Adelph. Exporge frontem, hoc est, uiue hilariter. Horat. lib. 3. Carm. Sollicitam explicuere frontem. Plaut. in Cas. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Sic etiam dicimus, Frontem exporrectam, uel explicatã, pro hilari uultu. Contra, Obductam frontem, Corrugatam frontem, Contractam frontem, Caperatam frontem, pro nubilo & mœsto uultu. Plautus, Caperata frons seueritudine. Nubila frons, serena frons, explicita frons. Frontem perfricare, pro deponere pudorem. Plinius, Perfricui frontem, & nihil profeci. Caluus apud Quintilianum lib. 9. cap. 2. Perfrica frontem, & dic te digniorem qui Prætor fieres, quam Catonẽ. Persius, exclamet Melicertaperisse Frontẽ de reb. Dicitur frõs etiã de reb. inanimatis p principio, uel anteriore parte cuiusq; rei. Ver. Frõte sub aduersa scopulis pendentib. antrũ. Et licet frequentissimè generis fœminini proferatur, à Cæcil. tamẽ masculino genere ponitur, Hi sunt, inquit, inimici pessimi, fronte hilari, tristi corde. De quo Gel. 15. cap. 9. Hinc componitur bifrons, διμίτωπος.

Frontale, lis, n. t Est ornamentum frontis, præcipuè in equis & elephantis, κεφαλίδιον. Plin. libr. 37. cap. 11. Quandoq; tantæ magnitudinis fecere, ut equis regum in Oriente frontalia, atq; pro phaleris pensilia facerent. Liu. 7. bel. Mac. Ingẽtes ipsi erant, addebant speciem frontalia & cristæ, & tergo, impositæ turres.

Frontatus, a, um, Quod frontem habet, uel quod in fronte rei alicuius est positum. Vnde Frontati lapides, à Vitruuio dicti tur quos Græci διατόνους appellant, quia per latitudinem totam porrecti, utranq; parietis frontem conficiant. Plin. li. 35. cap. 12. Vel tecta coctilibus laterculis, frontatisq;. Hoc est, ab ea parte continuatis qua opus lateritium conspici debebat. Budæus in Annotationibus.

Fronto, is, m. t Qui latam habet frontẽ, μετωπίας. Cic. 1. de Nat. deorum, Ecquos Næuum habere, ecquos filos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?

Frontosus, a, um, qui magnam habet frontem, & pro impudenti accipitur, ἐυμετώπος.

Frons

Frons, dis, gen. fœm. t. à fero, quod frondes arborum huc atque illuc à uento ferantur, φύλλον, πέταλον. Propriè autē frōdes arborum dicuntur, teste Valla: folia uerò tam arborum, quam herbarum & florum, Var. 1. de Re ruſt. Quod Cato ait circa fundum ulmos & populos, unde frons ouib. bubus ſit.

Frondeus, a um, Quod totum ex frondibus eſt, φύλλινος. ut, Torus frondeus, Frondea corona, Plin. lib. 16. cap. 4.

Frondoſ s. ſa, ſum, Quod frondibus abundat, πολύφυλλος, φυλλάδης ut, Lucus frondoſus. Frondoſus ramus. Liu. 10. ab Vrbe, Et frondoſi montes. Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. Verg. 4. Georg. Corporaq; ipſa boum frondoſo deſerere luco. Idem 3. Georg. dum mox frondoſa reducitur æſtas.

Frondarius, a, um, Quod ad frondes pertinet, ſiue quod ex frōdibus eſt, φύλλινος. ut, Frondariæ ſiſcinæ. Plin. libr. 18. cap. 31. Vnus frondator quatuor frondarias, ſiſcinas complere in die iuſtum habet.

Frondeo, des, dui, n, ſ. Frondes habeo, φυλλοφυῶ. Verg. 3. Ecloga, Nunc frondent ſyluæ, nunc formoſiſſimus annus. Idē 2. Georg. nemorumq; Ioui quæ maxima frōdet Aeſculus. Sic frōdens uitis, Col. lib. 3. cap. 1.

Frondeſco, ſcis, ſcere, Eſt frondes emittere, φυλλᾶσθαι. Colum. lib. 5. Nihilominus enim paucis frondeſcet pampinis. Idem lib. 4. cap. 9. Nanq; defluens humor cæcat oculum, nec patitur frondeſcere.

Frondo, as, a. p. frondes amputo, φυλλοφυέω. à quo Frondator, Frondatio: & Dfrondo, quod eſt frondes deiicio.

Frondator, oris. m. r. Qui arborum ramos ſuperuacuos amputat: & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad paſtum offerendos: & qui manibus folia uitiū uellit, quo ardor Solis uuam maturiorem reddat: aut auis quæ in frondibus habitat, & his ueſcitur: uel etiam palumbes quæ in frondibus nidificat, φυλλοτόμος. Hæc Seruius. Plin. lib. 18. cap. 31. Vnus frondator quatuor frondarias ſiſcinas complere in diem iuſtum habet. Vergil. Eclog. 1. Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras.

Frondatio, f. t. Frondium & ramorum ſuperuacuorū reſectio, φυλλοτομία Colum. libro 5. cap. 6. Atq; in frondatione cauendum ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis uirgis relinquuntur.

Frondifer, ra, rum, Frondes ferens, φυλλοφόρος. Luc. lib. 1. Frōdiferasq; domos auiū. Ibidē, Frondiferasq; nouis auib. canere undiq; ſyluas. Nemus frondiferum, apud eundem lib. 2.

Fronto, frontonis. uide Frons, frontis.

Fructus, uide pòſt Fruor.

Frugalis, Frugalitas, uide Frugiperda in Fruges.

Frūges, gis, f. t. uel hæc Frux, frugis, ſecundum Priſcianum, dicitur generaliter omne illud quod ex fructu terræ in alimoniam uertimus: neq; ſolùm quod ex frumentis & leguminibus, uerùm etiam, quod ex uino, uel ex ſyluis cæduis: cretæ fodinis, lapicidinis capitur, καρπός. Feſtus, Seruius, & Donatus, frugis uocabulum à frumine eminente ſub mento gutturis, ſeu curgulionis parte qua cibus in aluum demittitur, à ferendo cibo appellatum dicunt. Errant igitur qui diſcernunt legumina à frugibus. Nam Cicer. ait, Olei & frugum minutarum: quum de leguminibus diceret: ut oſtenderet, etiam legumina, fruges uocari. Liu. li. 5. ab Vrbe, Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maximè uini, noua tum uoluptate captam. Vergil. 3. Eclog. Quum faciam uitula pro frugibus ipſe uenito. Ibidem Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus uenti, nobis Amaryllidis iræ. Recipere ſe ad frugem bonam. Cicero pro Cælio. Corrigere aliquem ad frugem, hoc eſt, ita emendare, ut frugi homo euadat. Plaut. Trin. Quin eum reſtituis? quin ad frugē corrigis? Euadere ad frugē. bonā, de eo dicitur q̄ antè nequā fuerat. Redire ad frugē bonam. Lamp. in Hel. Milites ſe parſuros dixerunt, ſi ad frugem bonam rediret. Nominatiuo ſingulari frux, uſus eſt Auſonius in monaſyllabis, Antè equidem, campis quàm ſpicea ſuppeteret frux.

Frugi, Nomen à fruge denominatum, omnis generis & indeclinabile eſt, idem ſignificans quod utilis & neceſſarius, χρυσός. Quintilianus taxat eos à quibus dicitur frugalis & non frugi tanquam frugalis ſit dictio parum proba: quū tamen (quod mirū uideri poteſt) frugalior, & frugaliſſimus à Terentio & Cicerone religioſiſsimis linguæ Latinæ cuſtodibus uſurpentur. Donatus in illud Eunuchi, Frugi es, Frugi, inquit, id eſt, utilis & neceſſarius: à frugib. quæ quod his fruamur dictæ ſunt. Vnde antiqui ſeruū laudare uolentes, frugi dicebant, tanquam ſobrium, utilem, & neceſſarium. Plaut. in Amph. Ira ſeruum par uidetur frugi ſeſe inſtituere. Pro eodem etiam apud ueteres legimus Bonæ frugi ſeruus, quę quidem compoſitio etiam ſi duriuſcula uidetur, frequētius tamen occurrit quā ut mendum uideri queat. Vlp. l. Neratius, ad legem Aquil. Sed ſi frugi bonæ ſeruus intra annū, mutatis moribus, occiſus ſit. Cic. Att. libr. 4. Permodeſtus ac bonę frugi homo. Plaut. in Trin. Is probus eſt, quem non pœnitet quàm probus ſit, & frugi bonæ. Apud Gellium tamen pro eodem frugis bonæ legitur. Huius autem uocis ſignificationem latius exprimit Cicero lib. 3. Tuſc. Sed quia, inquit, nec qui propter metum præſidium relinquit, quod eſt ignauiæ: nec qui propter auaritiam, clàm depoſitum non reddit quod eſt iniuſtitiæ, nec qui propter temeritatem malè rem geſſit, quod eſt ſtultitię: frugi appellari ſolet, eo tres uirtutes formidinē, iuſtitiam, & prudentiam frugalitas complexa eſt Ergo frugi hominem, bonum & uirtute prędītum intelligimus. Accipitur etiam frugi pro eo qui in uictu, ueſtitu, ſimilibusq; temperans eſt, ὁ τῆ οἰκονομίας κατορθωτικός, σώφρων, ταγμένος ſicut à contrario luxurioſus, nequam, ἄσωτος. Horatius Parcius hic uiuit, frugi dicatur.

Frugifer, ra, rum, Fructus ferens, καρποφόρος, ut Arbores frugiferæ, quæcunq; fructum ferunt, quæ & fructiferæ dicuntur. Lucan. lib. 2. Vtraq; frugiferis eſt inſula nobilis aruis. Ouid. 5. Metam. Frugiferas meſſes alimentaq; mitia reddant. Plin. li. 15. cap. 2. Vicina bonitas prouinciis excepto Africæ frugifero ſolo. Per translationem pro eo quod utilitatem affert. Cic. 3. Officio. Sed quum tota Philoſophia, mi Cicero, frugifera & fructuoſa, nec ulla pars inculta ac deſerta ſit, &c. Liu. in præfat. libr. 1. ab Vrbe, Hoc illud eſt præcipuè in cognitione rerū ſalubre ac frugiferum, exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri.

Frugiferens, rentis, poëticum epitheton, pro frugifero. Lucretius libro primo, Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras.

Frugilegus, a, um, Formicarum epitheton eſt, à granorum colligendorum conſuetudine tractum, σιτόλογος. Ouid. 7. Metam. Hîc nos frugilegas aſpeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore legentes.

Frugiperda ſalix. Plin. lib. 16. cap. 26. Ocyſſimè autem ſalix amittit ſemen, antequam omnino in maturitatem ſentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. Non inuenuſtè etiam hoc nomine appellari poſſunt homines nullius pretii, neq; alii rei quam conſumendis frugibus nati.

Frugalis, le, om t. pro eo qui eſt temperans. Frugalior, pro temperantior. Terent. in Heaut. Dedo me patri nunc iam, ut frugalior ſim quam uult. Varro 3. de Re ruſtica, capit. 2. Sed non hæc, inquit, uilla, quanquam ædificauerint maiores noſtri, frugalior & melior eſt quàm tua illa perpolita in Reatino. Et frugaliſſimus, quaſi experientiſſimus & prudentiſſimus. Colum. lib. 1. cap. 9. Magiſtros pecoribus oportet præponere ſedulos ac frugaliſſimos. Cic. 4. Verr. Nihil aliud in eo quod reprehendi poſſit, inuenio: niſi quod homo frugaliſſimus atque integerrimus, te hominem plenum ſtupri, flagitii, ſceleris, domum ſuam inuitauit.

Frugalitas, f. t. autore Ciceron. 3. Tuſc. ea uirtus dici poteſt quā Græci σωφροσύνη, Latini tum temperantiam, tum moderationem appellare cōſueuerunt. Senec. Luxurioſo frugalitas pœna eſt. Cic. pro Deiot. Hæ ſunt regiæ laudes, illa priuata eſt ut uolet quiſq; accipiat: ego tamen frugalitatem, id eſt, modeſtiam & temperantiam, uirtutem eſſe maximam iudico. Idem tertio Tuſculanarum, Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamq; uirtutem σωφροσύνη uocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiā modeſtiam: ſed haud ſcio an rectè ea uirtus frugalitas appellari poſſit. Et paulò pòſt, Frugalitas (ut opinor) à fruge, qua nihil melius è terra oritur.

Frugaliter, aduerb. Sobriè & modeſtè, σωφρόνως. Plaut. in Epid. Ille eam rem adeò ſobriè & frugaliter accurauit, ut alias res eſt impensè improbus. Cic pro Domo ſua, Iraq; omnia ſigna tabulas, ornamentorum quod ſuperfuit in fanis & communibus locis, tota è Græcia, atq; in inſulis omnibus, honoris pop. Rom. cauſa, ſanè frugaliter domum ſuam deportauit.

Fruiſcor, uide Fruor.

Frumen, inis, n t. Summa pars gulæ interior per quam cibū lingua demittit in uentrem, λάρυγξ. Seru. in 1. Aene. Frumen eminens ſub mento, gutturis pars, laryngem Græci uocant: Latini, & Celſus, fauces.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Frumentũ, ti, n. ſ. dictũ eſt à fruendo, id eſt, ueſcendo, σῖτος. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Si quis ad ingentem frumenti ſemper aceruum Porrectus uigilet. Idem 1. Epiſtol. 15. Maior utrum populum frequenti copia paſcat. Frumenti genera (ut ſcribit Plinius libro 18. capit. 7.) hæc uulgatiſſima ſunt, far quod adoreum dixerunt, ſiligo, triticum, hordeum. Frumenta dici putat Seruius quęcunq; emittunt ariſtas. Varro 1. de Re ruſtica, cap. 48. In ſegetibus autem frumentum quod culmus extulit. In ficis item frumẽta dicuntur grana illa exigua quibus ſunt refertæ. Plinius libr. 15. cap. 19. Ficis mollis omnibus tactus maturis frumenta intus: ſuccus matureſcentibus, lactis: percoctis, mellis.

Frumentaceus, a, um, Quod ex frumento eſt, σιτικός. Hieron. Maior turba hordeaceis panib. minor frumẽtaceis paſcitur.

Frumentarius, a, um, Quod ad frumentum pertinet, σιτικός. Frumentarius ager, frumentarius negotiator, frumentaria lex, quæ tractat de frumentis. Cic. 5. Ver. Neminẽ ueſtrũ præterit Iudices omnem utilitatem, opportunitatẽq; puinciæ Siciliæ quę ad cõmoda pop. Rom. adiuncta ſit, conſiſtere in re frumentaria maximè in cæteris reb. adiuuamur ex illa puincia, hac uerò alimur, ac ſuſtinemur. Plin. lib. 18. cap. 6. Sylueſtris pyrus, malusq; frumentarii ſoli notæ. Sic libr. 27. cap. 5. Frumentarius mercator, qui frumenta cõparat, ut inde lucrum faciat. Plaut. in Pſeud. quæ amica ex frumentariis, Qui bus cunctis mõtes, maximi acerui frumenti ſunt domi. Cic. 3. Offic. Non igitur uidetur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium uenditor celare emptores debuiſſe.

Frumentor, aris, d. p Frumentũ colligo, σιτολογέω. Cic. ad At. lib. 8. Neq; ſolus cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris, ut frumentatum eas. Liu. 1. bell. Maced. Quum in propinquo agro frumentarentur agri.

Frumẽtatio, ſ. t. Verbum eſt caſtrenſe, quo ſignificatur egreſſio militum ad frumentum in caſtra congerendum, σιτολογία. Cæſ. 7. bel. Gall. Omnes noſtras pabulatione?, frumentationesq; obſeruabat. Liu. 1. bel. Maced. Quia extã ppinquis ſtatiuis parũ ruta frumentario erat. Frumentatio etiam diceba tur diſtributio frumẽti quæ Romæ fiebat poſtquã principes receperãt curam publicæ annonæ, σιτομετρία. Suetonius in Auguſto. Impetum ſe cepiſſe ſcribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi.

Frumentator, m. t. Qui frumentatũ profectus eſt, σιτολόγος. Liuius 1. bel. Maced. Improuiſo impetu Gallorum cum frumẽtatoribus eſt circumuentus.

Fruniſcor, uide Fruor.

Fruor, eris, d. t. fructum in ſupino, ſecundum Priſcianum: ſicut ſtruo, ſtructũ. Cic. in Horten. Et amœnitate ſumma fructus eſt. Nonnunquam etiam fruitum. Vlpian. l. Pomponius ff. De uſufr. ea. rer quæ uſu conſu. Licet proprietarius mihi penſionem ſoluerit, tamen uſumfructum amittit: quia non meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt emptor. Eſt autem frui, quaſi delectationem, & fructum capere, & ali, ἀπολαύω, καρπέμαι νέμομαι. Terent. in Adelph. Agelli hic ſub urbe paululum, quod locitas foras: huic demus, qui fruatur. Id eſt, unde fructum capiat, & alatur, non proprietate potiatur, inquit Donatus. Verg. 7. Aeneid. & uarias audit uoces, fruiturq; deorũ Colloquio. Vbi Seruius, Fruitur, paſcitur: quod de rebus tantùm bonis dicimus. Compoſita huius uerbi ſunt, Defruor, & perfruor, quæ ſignificant in totum fruor, ſeu omnem fructum percipio.

Fruiturus, participium. Cic. lib. 3. Tuſc. Zeno Stoicorum acutiſſimus contendere, & magna uoce dicere ſolebat eum eſſe beatum qui præſentibus uoluptatibus frueretur, cõfideretq; ſeſe fruiturum.

Fructus, nomen eſt, non particip. quum uerbi originem non habeat. Nam à fruor nõ deriuari diuerſitas ſignificationis oſtẽdit. Eſt enim fremus omninò idem quod cõfluus uel mixus. Cicero de Nat. deor. Fretus intelligentia ueſtra, differo breuius quàm cauſa deſiderat. Idem Appio, Fretus conſcientia officii mei, beneuolentiæq; hæc ad te ſcripſi liberius. Idem 1. de Inuen. Tum ingenio freta malitia peruertere urbes, & uitas hominum labefactare aſſueuit.

Fruiſcor, eris, à fruor deducitur, eiuſdẽq; ſignificationis eſt cũ ſuo primitiuo, καρπέμαι Metell⁹ ad Domitios, Ille uerò omni iure & honeſtate interdicti, ego neq; aqua, neq; igni careo ſed ſumma gloria fruiſcor. Plautus in Ruden. accuſatiuo iũxit. Hinc tu, niſi malum, fruiſci nihil potes. Vide Gellium libro 17. capite 2.

Fruniſcor, eris, pro fruor, Cato poſuit, autore Feſto: & frunitũ dixit prudentem, hoc eſt, eum quo perfrui liceret: ſicut ecõtrario infrunitum, κακόξυνον, ἀπερόκακον: Hermolaus inſipientem ac ſtoliduin, qui nulli uſui eſſet. Quanuis alii fronitum per o, legendum putent. Nam Græci φρόνιμον, prudentem dicunt: ἄφρονα uerò, dementem. Lucilius li. 18. Aequè fruniſcor ego, ac tu. Cæl. lib. 2. Domus ſuas quoſq; ire iubet, & ſua omnia fruniſci. Nonius in Par. Eo quòd magnopere quæſierunt, id fruniſci non quærunt. Gellius citans hoc exẽplum, fruiſci legit. Quicquid id eſt, fruniſcor, niſi fortè apud obſoletos illos, non legitur.

Fructus, ctus, m. q. & apud antiquos frucți, & fructuis, καρπός. Terentius in Adelphis, Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero. Varro, Quæro, utrum fructuis, an delectationis cauſa uendatis. Dicuntur autem fructus à fruendo, teſte Varrone, quia illis fruimur. Et propriè dicitur omne illud quod in fundo naſcitur. Per translationem tamen accipitur pro commodo & utilitate. Vnde fructum capere ex alio quo, hoc eſt utilitatem & commodum. Ci. de Amic. Et amicos tanquam pecudes, eos potiſſimùm diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos. Idem pro Seſt. Præſentes fructus negligamus: poſteritati & gloriæ ſeruiamus.

Fructifer, ra, rum, Quod fert fructum, hoc eſt, fœcundũ, & fertile, καρποφόρος. Plin lib. 11. cap. 3. Quæ ex his incolarum numero eſſe cœpere, dicentur inter fructiferas.

Fructificus, a, um, Idem quod fructuoſus, qui facit fructũ, hoc eſt, utilitatem præſtat, κάρπιμος, ὄνιμος.

Fructuarius, Dicitur cuius eſt fructus, uel qui fructũ alicuius rei percipit, ὁ καρπούμενος.

Fructuarius, a, um, Quod fert fructum, ſeu quod ad fructũ pertinet, ἐπικάρπιος. Colum. lib. 1 Pars autem fructuaria diuidi tur in cellam oleariam, torculariam, & cellam uinariam. Palladius, Deciſis malè natis omnis, & ueterib. nouellos, & fructuarios ſerues. Varro de re Ruſtica, capite 4. Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: ſi minus pariat, fructuariam idoneam eſſe.

Fructuoſus, a, um, idem eſt quod fœcũdus, uel utilis, quaſi fructum afferens, πολύκαρπος. Cic. 2. Tuſc. Ager quanuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. Idem 1. de Finib. Eas ergo artes perſequeretur: uiuendi artem tantã, tãq; operoſam, & perinde fructuoſam relinqueret? Fructuoſiſſima ars medicina, hoc eſt, utiliſſima, & haud parum fructus atq; utilitatis afferens. Plin. lib. 29. cap. 1. Cic. 2. Offic. Eſt enim nõ modò liberale, paulùm nonnunquam de ſuo iure decedere, ſed interdum etiam fructuoſum.

Fruſtrà, aduerbiũ, ſignificat incaſſum, nequicquã, πλανᾶσθαι, μάτην. Cicero de Senectute, Nec me uixiſſe pœnitet, quando ita uixi, ut non fruſtrà me natum exiſtimem. Terentius in Adelphis, Nemo dabit, fruſtrà egomet mecum has rationes deputo. Cic. p Roſc. Comœdo, Fruſtrà tẽpus cõtero. Fruſtrà eſſe dicitur quod exitum ſperatum non habet, quodq; nõ ex ſententia euenit. Salluſt. Cuius neq; conſilium ullum, neq; inceptum fruſtrà erat. Idem, Ea res fruſtrà erat. id eſt expectationem fruſtrata eſt. Plautus in Amphitrione, Hi iam ambo, & ſeruus, & hera fruſtrà ſunt duo, hoc eſt, uterq; falli tur. Fruſtrà habere aliquem, pro decipere & circumuenire. Plautus in Amphitr. Is aduenientis ſeruum & dominum fruſtrà habet.

Fruſtro, as, a p. Decipio, fallo, ψεύδομαι, ἐξαπατάω. Cæſar, Non fruſtrabo uos milites. Inuenitur etiam in eadem ſignificatione fruſtror uerbum commune ſecundum Priſcianum. Plautus in Amph. Neſcio quis præſtigiator hanc fruſtratus mulierem. Paſſiuo uſus eſt Plin. de uiris illuſtribus. Et quũ ad tertium ab urbe lapidem caſtra poſuiſſet, tempeſtatibus repulſus, primũ à Fabio Maximo fruſtratus, deinde à Valerio Flacco repulſus, &c. Sic etiam Feneſtella, Fruſtratus igitur, à ſpe deiectus, in caſtra ſe recepit. Fruſtrari item eſt fruſtrà facere ἀποτυγχάνω, ματῶ. Colum. lib. 1. cap 1. Sæpè magnam dominis afferunt iacturam, quum imprudenter facta opera fruſtrantur expenſas. Idẽ in Præfat. li. 1. Siderum ortus & occaſus memoria repetat, ne imbrib. uentiſq; imminentibus opera inchoët, laboremq; fruſtretur, id eſt, fruſtrà faciat laborem.

Fruſtratio, onis, Deceptio, ἀπάτη, Planc ad Ciceronem lib. 10. Tantò maiorem his fruſtratio dolorem attulit. Colum. libr. 11. cap. 1. Nec ſupplicium grandius, quam fruſtrationem cupiditatis exiſtimat.

Fruſtum, ſti, n. ſ. Rei cuiuſq; particula: ſic dictum (ut quibuſdam placet) à frangendo, τμῆμα, κερίκομμα, κερμάτιον. Vergil. 1. Aeneidos Pars in fruſta ſecant. Cato, Fruſto panis cõ

duci po-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

duci poteſt uel uti taceat, uel uti loquatur.

Fruſtulum, li, diminutiuum, apud Plautum, à fruſtum: à quo fruſtillum, τεμάχιον.

Fruſtatim, aduerb. Significat per fruſta μερικῶς, κατὰ μέρη. Plinius libro 20. capite 9. Coquitur pluribus modis in olla quæ coniiciatur in clibanum aut furnum, uel adipe aut luto illita, aut fruſtatim in patinis.

Fruſtillatim, Significat per fruſtilla, ὡς λεπτὰ, κατὰ μέρη. Plaut. in Curc. Iã ego te faciã, ut hic formicæ fruſtillatim differãt.

Fruſtulentus, a, um, Plenus fruſtis. Plaut. in Curc. Vin aquam? C. Si fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle abſorbeam.

Frutex, ticis. maſ. t. teſte Valla libro 4. Dicitur qui ad iuſtam magnitudinẽ arboris non aſſurgit, & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur, neque areſcit ut herba, ſed perennis eſt, θάμνος. Plinius libro 16. capite 36. Interea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dicere conuenit: principatum in his tenebunt arundines. Idem libro 14. capite 36. Ex fruticum uerò genere cedri utriuſq; cupreſſi, laurus, iuniperi, pini, pyri, terebinthi, calami, lentiſci. Dictus frutex, ut quibuſdam uidetur, à fruticando, hoc eſt, pullulando, quod ſucciſus ſemper ſuppullulet. Quanquã ueriſimilius eſt frutico uerbum à frutice deriuari. Aliquando ponitur pro ſtirpe. Suetonius in Veſpaſiano, Singulos repentè ramos à frutice dedit.

Frutetum, ti, n. ſ. ſeu fruticetum, etiam frutectum, ut in uetuſtis quibuſdam codicibus legitur, Locus fruticibus abundãs θαμνώδης, τόπος, λοχμώδης. Plin. lib. 18. Fruteta igni optimè tolluntur. Columella lib. 6. cap. 22. Nam melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, quam lapidoſis locis durantur ungulæ. Horatius 3. Carm. Ode. 12. Celer arcto latitantem fruticeto excipere aprum.

Frutetoſus, ſiue frutectoſus locus, Fruticib. abundãs, θαμνώδης Plin. libro 19. capite 1. Siccis hæc & ſabuloſis locis, frutetoſiſq; tractus duplex cura eſt.

Frutico, as, n. p. pen. cor. Pullulo, & quaſi frutices emitto, θαμνίζω. Plin. li. 17. Quod ſupra terram eſt, è matre radi iubetur, ne fruticet. Colum. li. 5. Poteſt annicula præcidi ad ſemiſſem, ſuper duos pedes, ut è trunco fruticet.

Fruticatio in arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes producunt. Plin. lib. 17. cap. 1. Ita enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis.

Fruticor, aris, dep. Cic. ad Attic. Exciſa eſt enim arbor, nõ euulſa: itaq; quàm fruticetur, uides,

Fruticeſcere, n. t, Eſt frutices emittere, θαμνῶδη. Plin. lib. 17. ca. 27. Vitis tantùm tonſuram annuam quærit: alternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticeſcunt.

Fruticoſus, a, um, Quod longè late q; fruticat, & multos habet fruticantes ramos, θαμνώδης. Plin. libr. 12. cap. 4. Duo genera eius: rarum id quod melius, arboreum: alterum fruticoſum. Idem libro 20. cap. 13. Latiora ſatiuæ folia, rami fruticoſiores. hoc eſt, foliis ac ſurculis abundantiores.

Frux, nominatiuus eſt antiquus, à quo in uſu manſerunt obliqui frugis, frugi, frugem, &c. καρπός. Auſonius in Monoſyllabis: Ante equidem cãpis, quã ſpicea ſuppeteret frux.

FV.C In notis antiquorum, fraudiſue cauſa. FVNC. functus.

Fuat, Dixerunt antiqui pro ſit, uel fuerit, ab antiquo uerbo fuo, quo utebantur loco uerbi ſubſtantiui ſum: unde adhuc remãſit præteritũ fui. Verg. 10. Aen. Tros Rutulusue fuat, nullo diſcrimine habebo. Plaut. in Amph. Nec quiſquam tã audax fuat homo qui obuiam obſiſtat mihi.

Futilis, le, om. t. falſus, ut res futilis, hoc eſt, falſa, & quaſi fucata (φυκόεις) pro eodem ferè futilis dicitur.

Fucus, fuci, m. ſ. Genus eſt inſecti, apis ſimilitudine, ſed maiori corpore, quod nõ mellificat, neque operam aliquam præbet in faciundo opere, niſi quod ad fouendos fœtus, concalefaciendo adiuuat: & conſumit alimenta quæ apes congeſſerunt, κηφήν. Vnde etiam non inuenuſtè transfertur ad ignauiſſimos aliquot homines, qui quum nihil egregium per ſe præſtare poſſint, alienis tamen laboribus inſidiantur: falcem q; in meſſem iniiciunt cuius ipſi ſementem non fecerint. Fucorum naturam eleganter exprimit Plinius libro 11. capite primo & 11. Fuci, inquit, ſunt ſine aculeo, imperfectæ apes, nouiſſimæq; à feſſis & iam emeritis inchoatæ, ſerotinus fœtus, & quaſi ſeruitia uerarum apum: quamobrem imperant his, primosq; in opera expellunt, tardãtes ſine clemẽtia puniunt. Dictus fucus, ut nonnulli putant, quaſi fur, q furtim mella deuoret: quãquam ueriſimilius eſt fucũ dictũ quòd apibus fucum faciat, & prætextu calefaciendi aluci, illorum mellificia abſumat. Sunt etiam qui à uerbo Græco φαγεῖν deduci putent, quòd apum mellificia abſumat Fucus marinus, herba eſt quæ & alga marina dicitur. Plin. libr. 26. cap. 10. Præcipuè uerò liberat eo malo φῦκος θαλάσσιον. id eſt, fucus marinus, lactucæ ſimilis, qui conchyliis ſubſternitur, id eſt, marina alga. Tria autẽ eius ſunt genera: latũ, & alterum longius, quadam tenus rubens: tertium criſpis foliis, quo in Creta ueſtes tingũtur: omnia eiuſdem uſus. Accipitur etiam fucus, pro medicamine quo mulieres faciem tingunt, ut candorem aut ruborem inducant, aut ut uitia corporis occultent. Plaut. in Cap. Vetulæ edentulæ: quæ uitia corporis fuco occultant: Vbi ſeſe ſuoor cum uirgentis conſociauit, illicò Itidem olent quaſi quum uxor à lixa iura confundit coquus. Tibullus, Quid fuco ſplendente comas ornare, quid ungues Artificis docta ſubſecuisse manu? Per translationem ſumitur pro fraude, aſtutia, ſiue inſidiis in quibus ueritas occultatur, φενακισμός. Vnde facere fucum, idem eſt quod decipere. Cic. de Petit. Conſul. Iam illud teneto diligenter, ſi eum qui tibi promiſerit fucum, ut dicitur, facere uelle ſenſeris: ut te id audiſſe, aut ſcire diſſimules. Terent. in Eunuch. Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atq; per alienas tegulas Veniſſe clauculum per impluuiũ, tacũ factum mulieri. Sine fuco, idem eſt quod ſimpliciter, & ſine fraude. Cic. de clar. Orat. In his omnibus ineſt quidam ſine fuco ullo ueritatis color. Idem lib. 1. de Orat. Sententiæ uerę ſine pigmentis, fucoq; puerili.

Fuco, cas. a. p. Fuco depingo, fucum alicui rei induco, φυκιόω, ψιμυθιόω, ἀγχοτρίβω. Vnde fucatæ mulieres dicuntur quæ medicamentis quibuſdam colorãtur, & uitia corporis inditis coloribus tegunt. Verg. lib. 2. Georg. Alba neq; Aſſyrio fucatur lana ueneno. Cic. 1. de Nat. deor. Quæ etiam ſi eſſent, quæ nulla ſunt, pellere ſe ipſa & agitari inter ſe, cõcurſu fortaſſe poſſent: formare, fucare, colorare, animare nõ poſſent. Cic. de Clar. Orat. In qua naturalis ineſſet, nõ fucatus nitor. Per translationem accipitur pro fictu & ſimulato. Cicer. in Lælio, Secerni autem blandus amicus à uero, & internoſci tam poteſt, adhibita diligentia, quàm omnia fucata & ſimulata à ſynceris atq; ueris.

Fucoſus, adiectiuum, Hoc eſt non ſyncerus, quaſi fuco tectus & adulteratus. Cic. pro Rabir. Poſth. audite, uiſq; merces fallaces quidem, & fucoſæ, chartis & linteis & uitro delatæ. Fucoſæ amicitiæ ambicioſæ ac ſpecie ſplendidæ. Cicero ad Att. lib. 1., Nam illæ ambitioſæ noſtræ, fucoſæq; amicitiæ ſunt in quodã ſplẽdore forenſi, fructũ domeſticũ nõ habẽt.

Fuga. fugæ, uide Fugio.

Fugax, uide Fugio.

Fugio, gis, fugi, fugitum. a. t. Cum curſu & celeritate diſcedo, φεύγω. cui opponitur fugare, quod eſt in fugam aliquẽ conuertere, & fugientem inſequi. Et modò abſolutè ponitur. Plautus in Amphitrione Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè. Verg. 5. Aen. Tendunt uela noti fugimus ſpumantibus undis. Plautus, Remigio, uelo q; quãtum potes feſtina & fuge. Modo tranſitiuè cum accuſatiuo, pro eo quod eſt fugiendo uitare. Vergil. prima Ecloga, Nos patriam fugimus. Cicero pro lege Agr. Nec quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum fugere auſus eſt. Cicero de Amicitia. Quin etiam ſi quis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ, ut congreſſus & ſocietatem hominum fugiat, atq; oderit. Aliquando pro neſcire, ſeu non recordari, ſed hoc duntaxat in tertiis perſonis, λανθάνει με διαφεύγει τὸν μνήμην. Lactant. libro 1. Quod illum ipſum poëtam minimè fugit. Cicero libro primo Tuſculanarum, Niſi quæ me fortè fugiunt, hæ ſunt ferè omnium de animo ſententiæ. Aliquando pro cedere. Pli. lib. 37. Factitiæ gemmæ ſcarificationis candicantiam fugiunt. hoc eſt, factitiæ gemmæ ad impreſſionem ſcarificantis cedunt: quod gemmarii etiã hodie appellant fugere. Hinc ortum ut uinum quod annis cedit, hoc eſt, ætatem ferre non poteſt, fugere dicatur. & uinum fugiens, quod iam ætati cedit, neque diutius ſeruari poteſt. ὀξισάμενος οἶνος & ὀξυρρύνικος. Fugientes etiam literæ dicuntur exoleſcẽtes, quæ uetuſtati cedunt, quaſi diffluentes, dilabentesq; ὀξυρρύνικτα γράμματα. quod fit etiam quum membranæ præpingues literas nõ retinent. Budæus. Fugiens laboris, Cæſar. libro primo, bel. Ciuil. Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris. quin, &c. Huius compoſita ſunt Aufugio aliò fugio: quod ex ab & fugio componitur, b in u mutata, ut fieret uox pronuntiatu, audituque lenior, ἀποφεύγω, ἀποδιδράσκω. Confugio, ſimul fu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gio, concurro, καταφύγω. Defugio, Diffugio, de quibus alibi. Effugio, extrafugio, discedo, deuito, ἐκφύγω. Effugium, & Effugia, giæ, sicut lana, & lanitium. Perfugio, quod est auxilii gratia ad aliquẽ fugio, καταφύγω. Vnde perfugiũ, καταφυγή, Perfuga, qui ad hostes trãsit & perfugit. Refugio, retrò fugio, ἀναφύγω. Gell. Posteaquam prælio uictus, in ultimam regionem refugisset. Accipitur etiam refugere pro confugere: unde Refugium. Per translationem ponitur pro deuitare, recusare, & odio habere. ἀναδύεσθαι. Lactant. libr. 6. Illos qui aut uoluptates, aut diuitias non refugiunt ab hac publica & celebri uia modicè segregat. Columella libr. 4. Idq; adeò plurimi dubitant, ut multi refugiant & reformident talem positionem ruris. Profugio, longè fugio, ἀποφύγω, à quo profugus, Subterfugio, secretò fugio, uel euito, διαδύομαι. Ci. pro Cæl. Qui uolunt pœnam aliquam subterfugere aut calamitatem, eò solũ uertunt. Suffugio, latenter fugio, ὑποτίπτομαι. Suetonius uerò pro retrofugio in Tiberio posuit, dicens. Adulationes adeò aduersatus est, ut neminem Senatorum ad lecticam suam admiserit: Consularem uerò satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem ita suffugerit, ut caderet supinus. Transfugio, transeundo fugio ab uno ad alium locũ, ἀντομολέω, Vnde transfuga, qui ad hostes fugit. Liu. libro 1. Sextus filius eius qui minimus ex tribu erat, trãsfugit ex cõposito Gabios. Sallust. in Ciceronem, Modò harum, modò illarum partium, leuissimè transfuga. Habent autem hæc omnia fu syllabam in præsenti correptam.

Fugito, as, n. p. pen. cor, Deuito, uel detrecto, uel etiam huc illuc fugio, ἀφαιτέω, φυγγάνω. Plaut. in Asin. Herum nosmet fugitare censes? Terent. in Eunuch. Fugitando fugi, ne quis me cognosceret. Apuleius, Huc atq; illuc fugitando, ad stabulum tandem perueni.

Fugitans, participium, Idem quod studiosè fugiens: quo usus est Terent. in Phorm. pro nomine uerbali. Herus meus (inquit ibi Geta) liberalis est, & fugitans litium.

Fugitor, uerbale, Pro eo qui fugit. Plaut. in Trin. Credo acrem fugitorem fore.

Fuga, gæ, f. p. Ipse fugiendi actus, ἀνάδυσις, ἄναφυγή. Vergil. 3. Aeneid. longumq; fugæ ne linque laborem. Idem 4. Aenei. Frondentesq; ferant ramos, & robora syluis, Infabricata fugæ studio. Aliquando celeritas. Verg. 11. Aeneid. dimitte fugam, & te cominus equo Mecum crede solo. Quo in loco Seruius fugam pro celeritate interpretatur. Idem fugam pro cursu posuit, uel qualis equos Thereissa fatigat Harpalice, uolucremq; fuga præuertitur Hebrum. Et Quintilianus nauigationem dixit fugam, & naues fugientes, quæ uelocem faciũt cursum. Aliquando fuga dicitur impetus, ut autor est Nonius, citans illud Verg. Ille uolat, simul arua fuga, simul æquora uerrit. A fuga, siue à fugiendo, fiunt composita Perfuga transfuga, lucifuga, noctifuga, solifuga, lucrifuga: quę omnia exponuntur per participium fugiens: ut, Perfugieus, transfugiens, lucem fugiens, & sic de cæteris.

Fugax, acis om. t. Qui facilè fugit, φευκτικός. Huiusmodi enim uerbalia in ax, habitum important actus per uerbum significati: ut edax, & bibax. Verg. 10. Aeneid. si fortè fugacem Conspexit capream. Plin. lib. 10. cap. 52. Tribuit hoc auium generi natura ut fœcundiores essent fugaces earum quã fortes. Inuenitur tamen aliquando positũ pro fugiens. Verg. libr. 11. conuersisq; fugax aufertur habenis. Apud eundem libro 10. etiam legitur pro ueloci. prolem Dolicaonis Hebrum sternit humi, cum quo Latagum, Palmumq; fugacem. Quo in loco Seruius interpretatur fugacem pro celeri & ueloci. Accipitur etiam fugax pro eo quod non est durabile, aut quod citò præterit. Sic Horat. libr. 2. Carm. uocat annos fugaces, q citò elabantur. Sic etiam Plinius mala Persica uocat fugacia quod durabilia non sint, decerptaq; facillimè corrumpantur. Sic enim ait lib. 15. cap. 12. Pretiumq; singulis iam triceni numi fuerunt, nullius maiore: quod miremur, quia non aliud fugacius. Longissima nanq; decerpto bidui mora est, cogitq; se uenundari.

Fugacitas, tatis, m. t. quod modò significat inclinationem ad fugam, modò instabilitatem & breuitatem alicuius rei: ut, Fugacitas temporis, fugacitas ætatis.

Fugitiuus, a, um, Qui aufugit, δραπέτης. Vnde fugitiũ seruus dicitur, qui à Domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamsi mutato cõsilio ad eũ reuertatur: quiúe extra domini domũ fugæ causa, ut se à domino celaret, mãsit. Item qui eò se confert unde eũ dominus recuperare non possit, aut abducere. Qui aũt incendium, ruinam, hostem, aut præceptorem cui in disciplinam traditus erat, quia immoderatè eo utebatur, aufugit, non fugitiuus dicẽdus est. Plautus in Menæch. Homines captiuos, qui catenis uinciunt: Et qui fugitiuis seruis induunt compedes. Idem in Captiu. Apage, haud nos deceat fugitiuos imitari. Fugitiuæ aquæ dicuntur, quibus ex publico riuo fluentibus, furtim quis ac non suo iure utitur. Fugitiuum argentum, Terentius in Heauton. Fugitiuus lapis. Plinius libr. trigesimosexto, capite decimoquinto Fugitiua gaudia, hoc est, fugacia, quæ citò euanescunt, & abeunt, ac parum durant. Martialis libro septimo. Viue uelut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe. Idem lib. 1. Gaudia non remeant, sed fugitiua uolant.

Fugitiuarii, m. s. apud antiquos fugitiuorum seruorum reprehensores erant: qui eam operam profitebantur ut fugitiuos inuestigatos reducerent. In Pandectis in l. Si apud te, Non enim ambo pecuniam, ego & fugitiuarius deposuimus. Varro hoc uerbo metaphoricõs quodammodo usus est, quum inquit, libro 1. capite 19. Idoneus sub dio sumendus est locus cochleariis, quem totum circum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quæras: aqua inquam cludendæ, ne fugitiuarius sit parãdus. id est, ne, si locus fugæ pateat cochleis, cogaris postea tanquam fugitiuos seruos, sic cochleas fugitiuas persequi, & uti ministerio reprehensorum. Bud. Annot.

Fugo, as, a. p. Expello, & in fugam conuerto, τρέπομαι. Plaut. in Amph, ibi nunc meus pater Memorat, legionem hostium ut fugauerit. Plinius libro 11. cap. 53. Vultures unguento qui fugantur, alios appetunt odores. Lactantius libr. 1. Saturnus quum fugatus esset à filio.

Fulcio, is, si, sum, act. q. munio, fustẽto, fortifico, ἐρείδω, στηρίζω. Iuuenal. Sat. 3. Nos urbem colimus tenui tibicine fultã Martial. lib. 2. Fulcitur testa fagina mensa mihi. Cic. 4. Acad. Sed quid eos colligã, quum habeã Chrysippũ qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Idem post red. in Senatu, Horũ Cõsulum ruinas, uos Consules uestra uirtute fulcistis. Huius compositum est Suffulcio, ὑποστηρίζω. Varro, Vt maiorib. perticis suffultæ uites, auras non pertimescant.

Fulcimentum, ti, n. s. Quod aliquid fulcit & fustinet, ἔρισμα, στήριγμα. Plaut. in Trin. Quid ego nunc agam, nisi ut sarcinã Constringam, & Clypeum ad dorsum accommodem, fulcimenta, Iubeam suppingi soccos?

Fultura, ræ, f. p. Sustentatio, ἔρισα, στήριγμα. Plin. libr. 36. cap. 16. Cyzici & buleuterion uocãt ædificium amplum sine ferreo clauo, ita disposita contignatione, ut existimantur trabes sine fulturis, ac reponantur. Plin. in Epist. Nã fulturæ ac substructiones quibus subinde suscipitur, non tam firmæ mihi, quã sumptuosæ uidentur. Colum. lib. 1. cap. 5. Sed & pro fultura & substructione fungentur aduersus ea, &c.

Fulctũ, cri, n. s. Quo lectus sustinetur, à fulciendo dictũ, ἐρεισμός. Verg. 6. Aen. fulgent genialib. altis Aurea fulcra toris. Gell. li. 20. ca. 15. Neq; apud eius lecti fulcrũ capsam esse cũ struc aut ferro oportet. Suet. in Claud. Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris, puellisq; nobilibus, qui more ueteri ad fulcra lectorum sedentes uescerentur.

Fulgeo, ges, si, sum, n. s. à φλέξ deducitur, quod apud Græcos flammam significat: unde & pro lucere, & splendorem emittere sumitur, σίνβω, στιλπνόω. Lucan. libro 10. Fulget gemmatoris & iaspide fulua suppellex. Cicero in Catil. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. Liuius primo ab Vrbe, Vt primo statim concursu increpuere arma, micantesq; fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit. Accipitur etiam fulgere pro fulgurare. Cicero 2. de Natura deorum, Hunc etiam augures nostri, quum dicunt, Ioue fulgente, tonante: dicunt etiam, Cælo fulgente, tonante. Idem in Vatin. Ioue fulgente, cum populo agi nefas esse. Fulgere, pro ferire prisci dicebant, autore Festo Pompeio: unde fulgur dictum est. Huius composita sunt, Affulgeo, alluceo, προσίνβω. Liuius, Et naiuum speciem de cælo affulsisse. Confulgeo, simul totus fulgeo. Plaut. in Amphit. Ardere censui ædes, ita tum confulgebant. Effulgeo, splendorem emitto, ἀποστίλβω. Præfulgeo, uide suo loco, Refulgeo, splendorem reddo. Persius in Præf. sui Poëmatis, Quod si dolosi spes refulserit numi, Coruos Poëtas, &c.

Fulgetrum, tri, n. s. Idem quod fulgur, hoc est, lux illa, seu uibratio luminis quæ antè cernitur, quã tonitruũ audiatur, quũ simul fieri certum sit, ἀστραπὴ, στροπή. Plin. lib. 2. cap. 43. Hinc nasci procellas, & si in nube luctetur flatus, aut uapor, tonitrua edi: si erũpat ardens, fulmina: si longiore tractu nitatur, fulgetra: his findi nubem, illis perrumpi. Ibidem cap. 54. Fulgetrum prius cerni quàm tonitruum audiri, quum simul fiant, cæ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ant, certum eſt: nec mirum, quando lux ſonitu uelocior.

Fulgetra, træ, fœm. gen. Idem Plinius libro uigeſimo octauo, capite ſecundo, Fulgetras popyſmis adorare conſenſus Gentium eſt.

Fulgo, is, ſi, ſum, tertiæ coniugationis, Idem quod fulgeo, στίλβω. Virgilius libro ſexto. Illæ autem paribus quas fulgere cerni ſub armis, Concordes animæ, &c. Ad eundem etiam modum effulgo dicebant pro effulgeo. Idem libro nono, auroq; effulgere fluctus.

Fulgor, oris. m. t. pen. prod. Splendor, σίλας. Plin. lib. 7. cap. 15. Speculorum fulgor aſpectu lapſo hebetatur. Virgil. 5 Aeneid. maculoſus & auro Squamma incendebat fulgor. Cicer. 6. Ver. Cuius fulgore coluere atq; illuſtrari Iouis Opt. Max. templum oportebat. Accipitur etiam ſæpe pro fulgure. Cicero 2. de Diuin. Quum autem ſe in nubes induerunt, eiusque tenuiſſimam quamque partem occuparint diuidere, ac diſrumpere, idq; crebrius facere & uehementius, tum & fulgores & tonitrua exoriuntur. Si autem nubium conflictu ardor ex preſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen.

Fulgur, guris, n. t. penultima correpta, Idem quod fulgetrum, ἀστραπή. Differt autē à fulmine, teſte Sen. l. 2 Nat quæſt. quod fulmē dicatur ignis emittitur, fulgur autē, quū ignis tantū oſtēditur. Vnde eorū, fulmine accenſa, dicimus, nō fulgure Eſt enim fulgur. nihil aliud quā ſplēdor ipſius fulminis: fulmen autem, ipſum telum. Vtrunq; tamen ignem eſſe cōſtat: illud tamen intereſt, quòd fulgur tantùm uirium non habet ut ad terram poſſit deferri. Plin. lib. 2. cap. 49. Quòd ſi ſimul rupit nubem, exarſitq;, & ignem habuit aut poſtea concepit, fulmen eſt. Hinc aiunt naturalium cauſarum ſcrutatores, quòd fulgura ex nubium colliſione generētur in morem ſilicum duriorum, quos quum compoſuerit ſibi, medius ex his ignis extritus elabitur, atq; ita cum fulgure pariter & tonitrua mugire, tonitruum ſcilicet ſonitu indicante, & fulgura excuſſi luminis claritate.

Fulguralis, le, Cicer. 1. de Diuin. Quod Hetruſcorum declarant & aruſpicini, & fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam augurales, hoc eſt, libri qui de fulgurum inſpectation. tractāt.

Fulguritas, atis. f. t. Afflatio fulminis. Lucil. apud Nonium, Luporum aciem claram, & fulguritatem arborum. Antiquum eſt, & obſoletum.

Fulguro, as, pen. cor. a. p. Fulgur emitto, ἀστράπτω. Plin. libr. 18. cap. 35. Quum ex omnibus quatuor partibus cœli fulgurabit. Idem lib. 9. cap. 35. Si fulguret, comprimi conchas.

Fulguratio. Seneca 2. Nat. quæſt. Fulguratio oſtēdit ignem, fulminatio emittit.

Fulgurator. m. t. Fulgurum inſpector eſt, teſte Nonio. Cato de moribus, Claudii Neronis, Aruſpicem fulguratorem ſiquis adducat. Cic. 2. de Diuin. Nonne intelligis eadem uti poſſe & aruſpices, & fulguratores, & interpretes oſtentorum?

Fulgurio, is. a, q. pen. corr. Fulgur iacio, ἀστράπτω. Nonius apud Nonium, Sanè ſuo ſonitu claro fulguriuit Iupiter.

Fulguritus locus, Id eſt, fulmine ictus, qui ſtatim fieri religioſus putabatur, quod cum Deus ſibi dicaſſe uideretur. Autor Feſtus, κεραυνοβλής.

Fulguritaſſunt, Pro fulgure percutiuntur, dixit Plautus Trin. nam fulguritaſſunt Alternæ arbores, ſues moriuntur angina accerrimè.

Fulmen, inis. n. t. Ignis ē nubibus erūpens: de quo uide latius paulò antè in dictione Fulgur, κεραυνὸς, σκηπτός. Liu. 1. ab Vrbe, Auentino, fulmine ipſe ictus, regnum per manus tradidit. Transfertur aliquando pro ui, & impetu. Cic. ad Papy. Inſanire tibi uideris, quòd imitēre uerborum meorū, ut ſcribis, fulmina? Idem 2. Tuſc. Nam ſi omnia fugiendæ turpitudinis, adipiſcendæq; honeſtatis cauſa faciamus, nō modò ſtimulos doloris, ſed etiā fulmina fortunæ cōtēnamus licebit.

Fulmineus. a. um, Ouidius 2. de Pon. Et qui fulmineo, ſæpe ſine igne tonat. Fulmineum os apri, hoc eſt, uiolētum, & fulminis modo obuia quæq; proſternens. Ouidius 2. Faſtorum Sicut aper longè ſyluis latratibus actus, Fulmineo celeres diſſipat ore canes.

Fulmino, as, are, a. p. Eſt fulmen iacere, uel fulmina afflare, κεραυνοβολέω, κεραυνόω. Seneca, Minore enim igne ad fulgurandum, quàm ad fulminandum opus eſt. Plin. lib. 2. cap. 7. Fulminantem pelerant Iouem.

Fulminatus, a, um, Fulmine ictus, κεραυνοβλής. Plin. li. 2. ca. 54. Vulnera fulminatorum frigidiora.

Fulica. cæ, f. p. pen. cor. κίτρος nonnullis, aliis λάρος, Auis eſt aquatica, magnitudinem colūbę non multùm excedēs, à fuligine, id eſt, nigro aut certè à fuliginis colore dicta. Gaudet præcipuè mari, ſtagnisq; amplioribus. In ſiccum ſe recipiens, clarioreq; uoce clangens, nautas imminētis tempeſtatis admonet. Verg. lib. 1. Georg. In ſicco ludunt fulicæ. Plin. lib. 18. cap. 35. Loligo uolitans, conchæ adhæreſcentes, echini affigentes ſeſe, aut arena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt. Ranæ quoque ultra ſolitum uocales, & fulicæ matutino clangore. Legitur & fulix in eadem ſignificatione: ut Rauca fulix, apud Ciceronem lib. 2. de Diuinat.

Fuligo, pen prod. ginis, f. t. Nigrum illud excremētū quod ex fumo caminis aut furnis adhæret: à furuo, id eſt, nigro colore nomen habens, ἀσβολή, λιγνύς. Plin. lib. 35. cap. 6. Adulteratur fornacum, balnearumq; fuligine. Colum. libr. 1. cap. 6. Quoniam fumo & fuligine ſapor olei corrumpitur.

Fuliginoſus: λιγνυώδης. Cicero 2 Philip. Idem tamen quaſi fuligine abſterſa, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatuſconſulta feciſti.

Fulix, uide Fulica.

Fullo, nis, m. t. Qui purganda, poliendaue ueſtimēta accipit, ita dictus à fouendis aqua calida ueſtibus, γναφεύς. Plaut. in Aul. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Plin. libro 28. cap. 6. Vrina uirilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideò tentari eo morbo negant.

Fulloneus, a, um, Quod ad fullonem attinet, γναφευτικὸς Plautus in Pſeud. Cras mihi potandus fructus eſt fullonius. Plin. libro 16. capite 44. Quod noratur & in ſpina fullonia hippophæſto.

Fullonica, cæ, f. p. ſubſtantiuè acceptū modò ſignificat officinam fullonis, γναφεῖον. Vlp. l. Apud Trebatium. ff. De aqua plu. arcenda, Apud Trebatium relatum eſt, quum in fundo aqua oriretur, cum qui fullonicas circa fontem inſtituiſſet, & ex his aquam in fundum uicini immittere cœpiſſet. Modò etiam ipſam fullonis artem. Plautus in Aſin. ſi non didiciſti fullonicam, Non mirandum eſt: in oculos inuadere optimum eſt. Plin. libr. 7. cap. 56. Fullonicam artem Nicias Megarenſis inuenit. Legitur & Fullonica neutro genere, & plurali numero, pro fullonum officinis, à nominatiuo ſingulari fullonicum. Vlpian. l. Si cuius. ff. Vſuf. Quod (inquit) dicitur meritoria non facturum, accipe quæ diuerſoria, uel fullonica uulgò appellantur.

Fulmen, Fulminare, uide Fulgeo.

Fultura, uide Fulcio.

Fuluiana, Herba quædam urinæ ciendæ utilis, à Fuluio inuētore nomen habens. Plinius libr. 26. capite 8. Et herba fuluiana trita ex uino, & hæc nomen inuentoris habet, nota tractantibus: urinas ciet.

Fuluus, ui, m. ſ. Color dicitur qui rufo & uiridi uidetur eſſe miſtus in aliis plus uiridis, in aliis plus rufi habens, πυῤῥός. Nam & aquilam fuluam dicunt Poëtæ, & fuluū aurū, arenā fuluā, & leonē fuluum: quæ tamen res colore nonnihil differunt. Quinetiam iaſpidem fuluā uocant: quam tamen conſtat eſſe uiridis coloris. Vergil. 9. Aeneid. atq; illi ſtellatus iaſpide fulua Enſis erat. Vbi Seruius, Iaſpide fulua, pro uiridi: ut, fuluaq; caput nectentur oliua.

Fumus, mi, m. ſ. Vapor niger ex igne exhalans: à colore furuo hoc eſt, nigro dictus, καπνὸς. Plin. lic. 12. cap. 17. Tradunt fumum brutæ arboris contra ligna alia eſſe remedio. Ouidius 2. Metamorph. calidoq; inuoluitur undiq; fumo. Verg. 2. Aeneid. miſtoq; undantem puluere fumum. Cicer. in Piſonem Pauliſper ſtetimus in illo gaudarum tuarum nidore, atq; fumo. Accipitur per translationem fumus pro ſplendidis & magnificis pollicitationibus, quæ ſuo tamen carent effectu. Inde uendere fumos dixit Martialis, pro eo quod eſt officium ſuum quod nullum eſt, & ſimulatam apud principē gratiam, pretio uendere. Huiuſmodi homines fumi uenditores dicuntur: qualis inſignis deprehenſus fuit Alexandri Seueri tempore, Thurinus quidam, qui quum nihil apud principem aut gratia aut autoritate ualeret, ſimulata tamē principis amicitia, non modica pecunia emungebat. Sed tandē deprehenſo fuco, ut crimini reſponderet ſupplicium, alligatus palo iuſſu principis, uiridium lignorum fumo eſt enectus: pronuntiante præcone, Fumo periit, qui fumos uendidit.

Fumariū, rii, n. ſ. Locus ubi uina fumo condiebātur, καπνεῖον. Martial. lib. 10. Improba Maſſiliæ quicquid fumaria cogunt, Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus. Nam uina fumo pręcocem trahunt maturitatem, & celerius uetuſteſcunt. ut docet Colum. lib. 1. cap. 6.

Fumoſus, a, um, Quod fumum emittit, καπνώδης. Cato de Re

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rustica, cap. 130. Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in Sole ponito: perbibant bene: ita neque fumosa erunt, & bene ardebunt. Idem cap. 37. Item infimi lapides cocti cadent, & minus flamma fumosa exibit. Interdum etiam fumosum dicitur quod fumo tinctum est. Vnde tecta fumosa dicuntur à Vergilio 2. Georg. quum ait, Colaq; prælorũ fumosis deripe tectis. Et fumosæ imagines, à Cicerone in Pisonem, pro stemmatibus maiorum, quæ à nobilioribus domi asseruabantur, iã ob uetustatem fumo denigrata. Sed (inquit) ne notũ quidem factum aut militiæ, aut domi: obrepsisti ad honores errore hominũ, commendatione fumosarũ imaginũ, quarum simile habes nihil præter colorem. Ad hoc etiam alludit Iuuen. quum ait, Fumosos equi tum cũ Dictatore magistros. Quanquam in quibusdã exemplaribus corruptè legatur famosos. Infumibulum, per quod erumpit, καπνοδόχεῖον.

Fumeus, a, um: ut, Vinum fumeum, hoc est, fumo conditum. Martial. lib. 13. Fumea Massiliæ ponere uina potes.

Fumifer, ra, rum, Fumum afferens, fumosus, καπνοφόρος. Verg. 9. Aene. Parte alia (horrendum uisu) quassabat Hetruscam Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes. Fumosa nox, p caligine è fumi densitate nascente. Idem lib. 8. de Caco, Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Euomit, inuoluitq; domum caligine cæca: Prospectum eripiens oculis: glomerat q; sub antro Fumiferam noctem.

Fumidus, a, um, Fumum referens, καπνοειδής. Plin. lib. 37. ca. 7. Sunt qui præferant Arabicas Indicis, fumidæq; chrysolitho illas similis esse dicant. Idem lib. 14. cap. 20. Vitia præter suprà dicta, acor, aut fumidum uirus, aut picis adustio.

Fumo, mas, act. p. Fumum emitto, τύφομαι. Verg. 1. Eclog. Et iã summa procul uillarum culmina fumãt. Cic. 7. Ver. Quum fumãtes etiam nostras naues reliquissent. Fumare aper dicitur, uel ursus, quum è naribus densum spiritum emittit instar fumi. Martialis libro 12. Fumentem uiui nasum uel læseris ursi. Huius compositum est Infumo, pen. prod. quod est ad fumum sicco.

Fumigo, as, act. p. penultima cor. Suffio, θυμιάω. Varro 3. de Re rustica, capite 16. Verno tempore & æstiuo ferè ter in mense mellarius inspicere debet, fumigans leniter. Hinc fumigatio pro suffitu. θυμίαμα.

Fumifico, as, Idem quod fumigo, uel suffio, θυμιάω. Plaut. in Mil. Eiq; ut Arabico fumificem odore.

Fumificus, ca, cum, Quod fumum emittit. Ouid. 7. Metam. Fumificisq; locum mugitibus impleuere.

Funalia, Funambulus, uide Funis.

Funda, dæ, fæ, p Instrumentum è funiculo factum quo funduntur, hoc est, iactantur lapides, σφενδόνη. Vergil. lib. 1. Georgic. Stuppea torquentem Balearis uerbera fundæ. Vocat aũt Poëta fundam Balearẽ, quod duæ illæ insulæ Baleares peritos in primis mittebant funditores. Teren. in Eunuch. fundam tibi nimis uellem dari, Vt tu illos, pcul hinc ex occulto cæderes. Est etiam retis piscatorii genus, quod in orbẽ spargitur, quod & reticulum dici solet, ἀμφίβληστρον. Vergilius 1. Georg. funda iam uerberat amnem. Accipitur quandoq; pro sacculo, seu marsupio in modum retis facto, in quo pecuniæ & alia gerũtur. Macrob. Quumq; accessisset ad sellã, demissa in fundã pauperem manu, paucos denarios protulit, quos Principi daret. Quod sacculi genus etiã reticulũ uocatur. Horat. Reticulum panes uænales inter onusto Forte uehas humero. Aliquando pro circulo ex auro siue alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, ut aurum non nisi margines amplectatur. Plin. Funda includuntur perspicuæ, cæteris subiicitur orichalcum.

Funditores, masc. ter. Qui funda dimicant, σφενδονῖται. Sallustius, Ipse cum expeditis cohortibus, ad hæc funditorum & sagittariorũ delecta manu. Cæs. 3. bel. Gal. Numidas & Cretas sagittarios, & funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Sic Liuius 1. bel. Pun.

Fundibularii, Iidem qui funditores, σφενδονῖται.

Fundamentum, uide Fundum.

Funditus, & Fundo, as, uide Fundum.

Fundo, dis, fudi, sum, act. t. Liquefacio, χέω, χωνεύω. Vnde metalla dicuntur fusa, quum liquefacta sunt ui caloris. Item fundere aliquem dicuntur artifices, quum effigiem alicuius arte fusoria exprimunt. Plinius lib. 34. cap. 8. Theodorus qui labyrinthũ fecit Sami, ipse se ex ære fudit, præter similitudinem mirabilem, fama magnæ subtilitatis celebratus. Quoniam uerò quæ fusa ac liquida sunt, spargi solent, fundere p spargere ponitur. Claudianus, & pessima fudit Vina cadis, Lactant. lib. 6. Fundendus ad ultimum cruor, omnia denique amara & grauiora patienter ferenda. Aliquando pro prosternere, ἀφίημι, καταβάλλω. Vergil. 1 Aeneidos, Nec prius absistit quam septem ingentia uictor Corpora fundit humi. Aliquando profligare uel dispergere. Liu. 1. ab Vrbe, Exercitum fundit, fusum persequitur. Aliquando redundanter præbere. Vergilius 4. Eclog. Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. Aliquando pro largè loqui, σπερμολογέω, ὑφαίνω, σπατάω, ῥαψῳδέω. Vergilius 3. Aeneidos, Talia fundebat lachrymans. Aliquando pro demittere, ut apud eundem, cristisq; à uertice flammam Fundit. Huius composita sunt, Affundo, ad aliquid fundo, ἐπιχέω. Plin. exprimitur foliis succus molliſſimis, in pila tusis, affuso paulatim uino austero. Cõfundo, perturbo, opprimo, siue omnia in unum misceo, coniungo, συγχέω. Liuius libro 1. ab Vrbe, Alterius urbis duo populi in unum confusi sunt. Verg. li. 3. qui nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis. id est, coniungitur. Plin. Et si misceantur, facilè confundunt colorem. id est, perturbant. Circunfundo, circumcirca spargo, περιχέω. Apul. Atque eo liquore stabulum omne circunfundit. Verg. 2. Aeneid. Vndiq; uisendi studio Troiana iuuentus Circunfusa ruit. Defundo, deorsum fundo, καταχέω. Autor ad Heren. libro 2. Nam ut fortè hic in balneas uenit, cœpit postquam defusus est, defricari. Diffundo, & Effundo, de quibus suprà. Infundo, in rem aliquam quippiam fundo, ἐγχέω. Colum lib. 2. Merumq; faucibus, si æstuauerint boues, infundet Hinc Infundibulum, de quo suo loco. Quandoq; infundere est suprà fundere, ἐπιχέω. Vergil. 1. Georgicorum, Certatim largos humeris infundere rores. Infusum, idem est Plinio qd clyster, κλυσμός. Offundo, & Perfundo, ualde siue per omnes partes fundo, spargo, διυγραίνω, διαπάω. Ouidius, Perfuditq; genas lachrymis. Profundo, προχέω. Refundo, rependo, ἀμείβομαι, ἀντιμβάλλω. Seneca, Id erat non tam accipere beneficium, quàm refundere. Interdum restituo quod sparsum erat. Idem. Quicquid deerit, ex meo refundam. Interdum reiicio, ἀναφέρω, ut: Omnem culpam in te refũdam. Interdum idem est quod euomo. Plin. Quod hesterna crapula ingurgitauerat, palàm refudit, ἀκαθαίρω. Suffundo, est suprà fundo, aut fundendo inciicio. Columella libro 7. Lassæ & æstuanti mulæ ad os in fauceis dimittitur, utrumq; in os suffunditur. Plautus, in Curc. Mane, suffundam aquulam. Interdum forinsecus spargo, ὑποχέω, quum infundo potius de interiori parte dicatur. Vergilius 1. Georgicorum, At si uirgineum suffuderit ore ruborem. Ventus erit, Seruius, Suffuderit, forinsecus habuerit. Hinc Suffusio, morbus est oculorũ, quem uulgò Cataractam uocant: ortum trahens ex uitioso humore inter duas tunicas collecto, uisumq; deprauante, ὑπόχυσις, ὑπόχυμα. Celsus libro 7. capite 7. Suffusionis plures species sunt: quædam sanabiles, quædam quæ curationem non admittunt. Nam si exigua suffusio est, si immobilis, colorem uerò habeat marinæ aquæ, uel ferri nitentis, & à latere sensum aliquem fulgoris relinquit, spes superest. Si magna est, si nigra pars oculi, amissa naturali figura, in aliam uertit, si suffusionis color cæruleus est, aut auro similis, si labat, atq; hac & illac mouetur, uix unquam succurritur. Hæc Celsus. Interdum confundo, siue rubore perfundo. Cicero pro inspergo posuit, ad Lentulum scribens. Noui animum cum mihi amiciſſimum, tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum. Suffundere frigidam, uide in dictione Frigida. Superfundo, ἐπιχέω. Lactant. lib. 6. Extinguitur protinus, tãquam igni aquam superfuderis. Transfundo, de uno uase in aliud fundo, spargo, immittõue, διαχέω. Cato de Re rustica, Vbi dies triginta præterierint, transfundito, ita relinquito. Cicero Dolabellæ, Libentius omnes meas laudes (si modò sunt aliquæ meæ laudes) ad te transfuderim, quàm aliquam partem exhauserim ex tuis.

Fusus, a, um, participium, Aliquando idem est quod conflatus uel liquefactus: ut quum aurum, uel argentum fusum dicimus, χοάνις. Interdum idem quod fusione cõfectus. ut quum statuam, aliudue quid operis ex metallo quopiam dicimus esse fusum. Aliquãdo idẽ q; dispersus. Cic. de Orat. Genus facetiarũ æqualiter tota in oratione fusum. Idẽ 13. Philip. Exercitu hostiũ cæsum, fusũq; cognouimꝰ. Idẽ 2. de Nat. deo. Exin mari finitimꝰ aër die ac nocte distinguitur, isq; tũ fusus, & extenuatꝰ sublimè fertur, tũ aũt cõcretus in nubes cogitur, &c

Fusè, aduerbium, Hoc est, abundãter, & copiosè, ἐυρύ, πλατέως.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cic.3 de Fin. Potest id quidem fusè, & copiosè, & omnibus electissimis uerbis, grauissimisq; sententijs rhetoricè & augeri & ornari. Idem 4. Tusculanarum, De cuius excellentia multa quidem dici quanuis fusè latèq; possint, sed breuissimè illo modo.

Fusim, aduerbium, Idem est quod sparsim, χύδην. Fusè autem ut suprà diximus, significat latè & copiosè.

Fusio, onis, f.t. χύσις. Cic.1. de Nat. deor. Ipsum q; mũdum Deum dicit esse, & eius animi fusionem uniuersam.

Fusilis, le, om.t.pen.corr. Quod fundi potest, seu quod fusum est, uel quod pronum est ad fundendum, χυτός. Vnde fusilia uasa dicuntur, & fusilia signa, quæ ex metallo aliquo fusa sunt. Ouid.11. Metam. Fusile per rictus aurũ fluitare uideres. Col.lib.6.cap.33. Vel cum fusili sale trita sepiæ testa.

Fusores, m.t. dicuntur qui ex metallo quopiam statuas, aliaue opera fundunt: χωνευταί.

Fusorius, a, um, Quod ad fusionem, hoc est, liquefactionẽ pertinet, seu quod funditur, aut fundi potest. χωνευτικός. ut, Opus fusorium. Fusoriũ uas, in quo metalla liquefiunt. Ars fusoria, ars fundendi, conflandiue metalla, operisq; aliquid ex eis conficiendi. χωνευτική.

Fusura, ræ, f.p. Fusio, siue liquefactio, χύσις. Plinius libro 33. capite 6. Chrysitis ex ipsa uena fit, Argyritis ex argento, Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.

Fundito, as. a.p. penult.corr. Sæpe fundo, σπερμολογέω. Plautus in Amph. Dum cruciatu tuo isthæc hodie uerna uerba funditas. Idem in Pœn. Et monstrum mulieris: tantula tanta uerba funditat, id est, multũ & frustrà profert. Fundita re rẽ, pro cõsumere, prodigere, ac profundere. Plaut. in Mercat. Omni quod modò, cui iuuenis ipse parserit, Me rem uideret funditare, ac perdere.

Fundum, di, n.s. Ima pars euiusq; rei qui aliquid liquoris in se continet, uel ad continendum facta est, ut dolij, nauis, aluei, fluminis, lacus, maris, πυθμήν. Verg.2. Aen. seuitq; tridenti Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo. Largitio fundum non habet, Cicero 2. Offic. Senec. Epist.1. Sera in fundo parsimonia. Profundum, quod propriè imum significat. Vnde profundum mare dictum, quòd procul habeat fundum.

Funditus, pen.cor. aduerbium, significat à fundo. ἐκβάθρων, ἄρδην. sicut Cælitus, à cælo. Cic.6. Verr. Qui non obtrusit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed funditus sustulit, ac deleuit. Idem de Amicitia, Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ nõ odijs atq; dissidijs funditus possit euerti? Hoc est, ab ipso fundo, uel ab ipsis fundamentis. Cicero Torquato lib. 6. Necesse est enim aut armis urgeri Rempublicam sempiternis, aut his positis recreari ali quando, aut funditus interire.

Fundo, as, a.p. Propriè idem quod fundamentum iacio, κατα βάσομαι, θεμελιόω. Verg.8. Aen. Haud procul hinc saxo colitur fundata uetusto Vrbis Agyllinæ sedes. Transfertur ad incorporalia, & idẽ ferè significat quod firmo, siue stabilio. Quintilianus, Fũdatam paternam auitisq; opibus domum exhaurit. Huius cõposita sunt Effundo, as, quod est à fundo euerto, ἀποτυμπανίζω. Cæcilius, Respublica amisso & effundato pulcherrimo statu, non paruam fecerat iacturam. Suffundo, pro fundamento subijcio. Varro. Qui in domibus latentijs paulùm modo lapidibus suffundatis, ut humorem fugerent, habitant.

Fundamen, inis, n.t. & Fundamentũ, ti, Super quod quid fundatur, θεμέλιον, ὑπόθεσις, βάσις. Ouid.1. Metam. Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ. Verg.4. Georg. & lentum de cortice gluten Prima fauis ponunt fundamina. Plin.lib.36. cap.14. Rursus ne in lubrico atq; instabili fundamenta tantę molis locarentur. Vergil. 1. Aen. Fundamenta locant alij, pars ducere muros. Iacere fundamenta Reipublicæ principium. Cic. Cornificio, Ego mi Coruifici, quo die primũ in spem libertatis ingressus sum, & cũctãtibus cæteris ad XIII. Calendas Ianuarij fundamẽta ieci, eo ipso die prouidi multum, atq; habui rationem dignitatis tuæ.

Fundus, di, m s. Est quæuis possessio rustica, ita dicta quòd fundat quotannis multa: uel quod sit rei familiaris fundamentum: nam pecuniarum ratio labilis est, χωρίον, ἀγρός, Plaut. in Cap. Quasi fundum uendam, meus me addicam legibus. Fundi appellatione (ut docet Florentinus Iureconsultus) omne ędificium, & omnis ager cõtinetur: sed in usu, urbana ædificia, ædes rustica, uilla dicũtur. Locus uerò sine ędificio in urbe, area: rure autem, ager appellatur. Idemq; ager cum ædificio, fundus dicitur. Accipitur fundus per trãslationem pro cuiusuis negotii fundamento Plaut. in Trin. Nunc mihi is properè conueniendus est, ut cum eius Filio egi, ei rei fundus pater sit potior eo. Hoc est, fundamentum, autor, & approbator. Sic populum fundum fieri, teste Festo est populum eius rei quam alienat, fieri autorem. Cicer. pro Cornelio Balbo, Quid enim dici potuit imperitius, quàm fœderatos populos geri fundos oportere? Nam id non magis propriũ est fœderatorum, quàm liberorũ omniũ. Et paulo pòst, Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, si tũ sit fundus, quũ scita ac iussa nostra sua sententia cõprobat?

Funebris, Funestus, Funero, uide Funus.

Funeta. n.s. Arcus sunt in uitibus, quum breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo. Autor Plinius, lib.17. cap.22.

Fungor, fungeris, functus depon.tert. Significat officium aliquod exercere, munus obire, aut dignitatẽ habere, τελέω, ἀπαλάττω, & construitur cum ablatiuo: ut, Fungor Prætura. Cæsar 7. bel. Gal. Hunc ex proximis unus iacentem trãsgressus, eodem illo munere fungebatur. Cicer. 5. de Finib. Atq; in sensibus hæc est sua cuiusq; uirtus, ut ne quis impediat, quo minus suo quisq; sensus munere fungatur in his rebus celeriter expediręq; precipiendis. Aliquando cum accusatiuo. Terent. in Adelph. Maior filius tuus Æschinus Quem fratri adoptandum dedisti, neq; boni, Neq; liberalis functus officium est uiri. Plaut. in Menæch. Nam parasitus octo hominum munus facilè fungitur. Huius composita sunt, Defungor: id est, expedio: finem facio, perago, cesso, & liberor ab aliquo officio uel munere. Verg.6. Aeneid. O tandem magnis pelagi defuncte periclis, id est, qui finiuisti & euasisti pericula. Liuius, Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere, id est, euaserunt morbos. Terentius in Adelph. Vtinam hoc sit modo defunctum, id est, utinam hoc malum ultimũ sit quo defungatur, & in quo finem faciat peccandi Æschinus. Inde etiã defunctos dicimus qui mortui sunt, eo quòd uitæ munus peregerunt: quod etiam functos uita dicimus: quasi illud dicamus, eos uixisse, nec amplius uiuere. Perfungor, perfectè fungor, ad finem usq; exequor, ἐκτελέω, ἐκπληρόω. Cic. Lentulo, Quum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus.

Functio, onis. f.t. uerbale. Cicero 2. Tusculanarum, Labor est functio quædam uel animi uel corporis, grauioris operis, uel muneris. Idem 5. Verrin. Vt iis iucundior esset muneris illius functio.

Fungibiles res dicimus quæ consistunt in numero, pondere & mensura: ut, pecunia, frumentum, uinũ, oleum, Cæterũ corpora in uniuersum omnia, omnes aliæ species, dicuntur res non fungibiles. Zas. in parag. in personam instit. de Action.

Fungus, gi m.s. à funere (ut quidẽ docent) descendit, quòd uescẽtibus periculosissimus sit, uel ipso Plinio teste, qui eos annumerat inter ea quæ temerè manduntur, μύκητες. Tanta enim est fungis cum uenenis cognatio, ut si uel caligaris clauus, aut ferri rubigo, aut pani marcor adfuerit, aut si serpens primò patescentem adhalauerit, omnis statim succus deconquatur in uenenum. Fungi nomen, generale est. Boleti autẽ dicuntur qui in uoluis albis nascuntur, quibus sublatis lutei sunt coloris. Plinius libro 22. capit. 25. Fungorum lentior natura, & numerosa genera: sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi qui rubent callo, minus diluto rubore quàm boleti: mox candidi, uelut apice Flaminis insignibus pediculis, Tertium genus suilli, uenenis accommodatissimum. Fungorum diuersa sunt genera, nam sunt boleti pratenses albi, qui in pratis nascuntur: spongioli, à similitudine spongiæ: digitelli, à digitis: à porrigine, porriginoli. Nascuntur & in arboribus fungi, & in spinarum radicibus. Fungus, arborum morbus: Plinius libro 17. capite 24. Olea præter uermiculationem, quàm æquè ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, uel patellam: hæc est Solis exustio. Fungus, pro homine stupido & insulso. Plautus in Bacchidibus, Adeon me fuisse fungum, ut qui illi crederem?

Fungosus, a, um, Quod est rarum & leue ad similitudinem fũgi. μυκητώδης. Plin. Hunc totum fungosa replet medulla.

Fungositas, atis, hoc est, raritas & leuitas, qualis in spongiis apparet. Idem, Tota fungositas derasa.

Funginus, fungina, num, Quod est ex fungo. Plautus in Trin. Pol, hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Funis, m. t. Restis ex cânabe, aut alia materia cõtorta, κάλως, χοῖνιξ, σπάρτος ὕδρις. Hodie tantũ masculini generis est, olim etiam fœminini. Verg. 5. Aeneid. Volucrem traiectam in fune colum bam, Quo tendant ferrum, malo suspendet ab alto. Lucret. apud Gel. lib. 13. cap. 20. Haud, ut opinor, enim mortalia secla supernè Aureo de cælo demisit funis in arua. Plin. libro 19. cap. 1. Vlua & palustri iunco funes nectũt. Col. lib. 6. cap. 2. Cannabinisq; funibus cornua iuuencorum ligato.

Funalia, lium, n. t. Dicuntur faces ex contortis funibus cera, aut pice circundatis, δᾷδες. Cic. de Senect. Delectabantur crebrò funali, & tibicine: quæ si nullo exẽplo priuatus sumpserat, tantũ licentiæ dabat gloria. Plinius de Viris illustrib. Duillio cõcessum est ut prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret. Funales uerò equi sunt, qui fune, hoc est, reste iuncti, currum triumphalem præcedunt, σαρκοφόροι. Sueton. in Tib. Dehinc pubescẽs Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est sinisteriore funali equo, quum Marcellus Octauiæ filius dexteriore ueheretur. Funalis cereus. Val. Max. lib. 3. cap. 7. Caius autem Duillius, qui primus nauale triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulaturus erat, ad funalem cereum, præeunte tibicine, & fidicine, à cœna domum reuerti solitus est.

Funambulus. masc. s. pen altima correpta, Qui graditur per funes, χοινοβάτης. Terentius in Prologo Hecyræ, Ita populus studio stupidus, in funambulo.

Funirepus, repi, idẽ significat quod funambulus, χοινοβάτης. Apul. Comœdus sermocinatur, Tragœdus uociferatur, funi repus periclitatur.

Funiculus, li, n. s. diminutiuum à fune, καλώδιον, χοινίον. Cic. 2. de Inuent. Vsqueadeò ut dominus nauis quum idem gubernator esset, in scaphã confugeret: & inde funiculo qui à puppi religatus scaphã annexã trahebat, nauim quoad posset, moderaretur. Ponitur quoque funiculus pro mensura quadam Persica, sexaginta continẽte stadia, ut placet Herodoto: quanquàm Plinius ex Eratosthenis sentẽtia quadraginta tantùm stadiorum esse tradit. In hac tamen significatione frequentius utimur Græco nomine Schœnus.

Funus, neris, n. t. Pompa quæ fit in exequijs mortuorum, κηδεία. A funalibus dictum funus, quòd incensi funes mortuis præferebãtur: quoniã noctu efferebantur cadauera. Vel potius ab eo quòd φέρω & Iones dicunt ionicè, pro φόνος, quod cædẽ, uel cladem significat. Ennius, Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. Terent. in Andr. Funus interim procedit: sequimur: ad sepulchrum uenimus. Cic. de Amic. Quam autẽ ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatũ est. Interdum ponitur pro cadauere, νεκρός. Terent. in And. Effertur funus. Interdum significat mortem. Verg. 9. Aen. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Quandoq; pro sepulchro, τάφος. Verg. 3. Aeneid. Ergo instauramus Polydoro funus.

Funeræ, arum, f. p. Apud ueteres dicebantur mulieres ad quas funus pertinebat: ut sunt mater & soror defuncti. Nam præficæ ut plãctus sunt principes, ita doloris sunt expertes. Vergil. lib. 9. Aen. nec te tua funera mater Produxi, pressiq; oculos, aut uulnera laui. Quem in locũ Seruius, Funeræ, inquit, dictæ sunt quasi funereæ, ad quas pertinet funus.

Funereus, a, um, Idem quod funebris: ταφήϊος ut, Funerea fax. Martialis libro octauo, Funereamq; toris quassat uterque facem. Vergilius 4. Aeneid. Intenditq; locum sertis, & fronde coronat Funerea. Ouid. 10. Metamorph. ter omen Funereus bubo letali carmine fecit.

Funebris, ebre, om. t. penult. corr. Quod ad funus pertinet, ταφήϊος funebris pompa. Funebre carmen, ἐπιτάφιον, ἐπικήδειον. Quint. Quid sibi uelit ille funebrium longus ordo pomparum. Funebres tibiæ, quibus in funere canebatur. Funebris oratio, Cic. 2. de Orat. Funebre uestimentum. Cic. 2. de Leg. Funebria iusta, Liu. 1. ab Vrbe. Interdum accipitur pro exitiali seu pernicioso, quodq; multa affert funera. Sic funebre bellum, φθισιπόρον πόλεμος. Hom. legitur apud Horat. in Serm.

Funĕro, as. n. p. pen. corr. Iusta mortuo persoluo, pompam funebrem duco, κηδεύω, καταβάπτω. Plin. 33. cap. 10. Qui fune rari se iussit sestertij undecim millibus. Sueton. in Domit. Cadauer eius populari sandapila per uespillones exportatum Phyllis nutrix in suburbano suo Latina uia funerauit. Horat. 3. Carm. Ode 8. funeratum dixit pro occiso: id quod sequitur ponens pro eo quod præcedit. propè funeratus Arboris ictu.

Funestus, a, um, Pernicios us, exitialis, ὀλέθριος. Cic ad Att. Maiores nostri funestiorem esse uoluerunt diem Allienſis pugnæ, quàm Vrbis captę. Idem in Catil. Hoc tibi pernicios um esse confido, & funestum futurum. Seneca, Vox illa funesta Reipub. Item quod funeribus adhibetur: ut, Funesta tibia, qua ad funera canebant. Funesta arbor, dicitur à Poëtis cupressus, cuius ramus poni ante domum funereã solitus sit, ne Pontifex per ignorantiam ingrediens polluere.tur.

Funesto. as, act. p. Cæde polluo, funere inquino, μαίνω. Cicero Fonteio, Qui etiam si quãdo aliquo metu adducti, deos placandos esse arbitrantur, humanis hostijs eorum aras ac templa funestant. Idem pro Rab. Funestari concionem carnificis contagione uetos? Vnde domus funestata, quæ aliquo funere affecta est. Plaut. Paternam domum funestaui.

Fuo, fuis, fuit, futum. Antiquissimi dixerunt pro sum. Plaut. in Amph. Ne quis tam audax fuit homo, qui obiam obsistat mihi. Hinc manſit præteritum Fui. Vide suprà Fuat.

Fur, generis communis, t. Notæ significationis est, à ferẽdo, ut quidam putãt, hoc est, ab auferendo dictus, φὼρ, κλέπτης. Vel (ut docet Var. lib. 14. rerum diuin.) à furuo, nigro: quòd furta clàm fiant, & plerunque nocte. Aut certè, quod Gellio magis placet, à Græco nomine φώρ. Ita enim antiqui illi uocabant, quem nunc κλέπτην. Plautus in Aulul. Tametsi fur mihi es, molestus non ero furi. Idem in Rud. Fures mihi estis, hoc est, furamini res meas. Cicero pro Milone. Nocturnam furem quoquo modo, diurnum autem si te telo defenderit, interfici impunè uoluerũt. Fur item à Varrone dicitur, qui fucus in apibus nominatur, libro tertio de Re rustica, capite decimo sexto. Interdum fur capitur pro seruo. Verg. 3. Eclog. Quid domini facient, audent quum talia fures? Composita sunt Bifur & Trifur, τρίφωρ Plautus, Verberalissimè etiam rogitas? non fur, sed trifur, hoc est summè fur. Aurifur, qui furatur aurum, χρυσοκλέπτης. Diminutiua sunt, Furunculus, de quo infrà: & Furculus secundum Prisc ianum.

Furunculus, m. s. diminutiuum à fur. Cic. in Pisonem, Olim furunculus, nunc etiam rapax. Accipitur etiam quandoque pro mustela sylueſtri qua in cauernis cuniculi capiuntur. Alio nomine dicitur uiuerra, Græcè ἰκτίς. Est & furunculus tuberculum acutum, cum inflammatione ac dolore in carnosis maximè partibus, ut scribit Gal. δοθιὴν. uenit ex humoribus crassis, differtq; à phymate, quòd hoc maius est furunculo, rotundius atque planius. Plinius lib. 26. cap. 12. Passim & quacunque parte, ac maximo incommodo nascuntur qui furunculi uocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. Est præterea furunculus in uitibus tuberculum in modum uerrucę eminens: quod fit dum ex cicatrice germen procedit. Colum. lib. 4. cap. 22. Plerunq; autem germen de cicatrice procedit, quod siue longius prosilierit, in flagellum submittitur, siue breuius, in pollicem: siue admodum exiguum, in furunculum: is ex quolibet uel minimo capillamẽto fieri potest. Ibidem cap. 14. Sed si resecis facultas non erit, circunspiciẽdus est furunculus, qui quanuis angustissimè præcisus, in modum Verrucæ proximo Vere materiam exigat. Dictus furunculus, quòd quasi furtim nascitur.

Furinus, a, um, Quod ad furem pertinet. Plaut. Pseud. Nam nõ coquinum est, uerùm furinum est forum.

Furtum, ti, n. s. ut Plautus Iureconsul. definit, est contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, uel ipsius rei, uel etiam usus eius, possessionisúe, quod lege naturali prohibitum est admittere, κλοπὴ, κλέμμα. Cic. pro Cluent Hocipso ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædẽ eiusmodi. Idem 3. Consilio tuo furtum factum esse aio. Veteres tamen dicebant furtum, quicquid clãm cõmitteretur: unde furta pro adulterijs, coituq; clandestino frequenter legimus apud poëtas. Verg. 4. Georg. Inter quas curam Clymene narrabat inanẽ Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta. Tibul. Celari uult sua furta Venus. Item pro insidijs. Verg. 11. Aeneid. Furta paro belli conuexo in tramite sylux, Armato ut biuias obsidam milite fauces. Sallust. lib. 1. Histor. Metu gentis ad furta peridoneæ. Furta domestica uocantur, quæ serui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarij illis apud quos degunt, surripuerunt.

Furtim, aduerb. significat. latenter, κλοπαίως. Vergil. libro 3. Aeneid. Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno, Infelix Priamus furtim mandarat alendum. Cicero aduersus legem Agrar. Quid Alexandria, quid cuncta Aegyptus, ut occultè latet: ut furtim tota

Decemui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Decemuiris traditur? Furtim habere seruum alienum, est oc cultare: cui opponitur palàm habere.

Furax, acis, om. t. dicitur qui procliuis est ad furandũ, ἐπίκλοπος. ut, Furax aleator, Furax seruus, Furaces manus. Cic. 2. de Orat. Ridiculum est illud Neronianũ uetus in furace ser uo, solũ esse: cui domi nihil sit obsignatũ & occlusum. Idem in Pisonẽ, Nam quũ tu timidus ac tremẽs tuis ipsis furacissi mis manibus detractam cruentis facibus lauream, &c.

Furacitas, tatis, f. t. Procliuitas, seu inclinatio ad furandũ. Plin. lib. 10. cap. 29. Cui soli aui furacitas auri argentiq; præcipuè mira est.

Furaciter, aduerb. Cic. in Vatin. Quumq; omnium domos, a pothecas, naues furacissimè scrutarece.

Furtiuus, a, um, penult prod. Quod furtò ablatum est, κλοπιμαῖος, κλοπικός. Plaut. in Curc. Qui scias mercari furtiuas, atq; ingenuas uirgines, Ambula in ius. Idem in Persa, Adduxi simul forma expetenda liberalem mulierem, Furtiuam, abductam ex Arabia penitissima. Quandoq; furtiuũ dicitur clandestinum. Vnde & furtiuæ literæ, & furtiua scripta, quæ artificio quodam fiunt ne legi possint ab alio quã ab eo ad quem scribuntur: quales erant quas Lacedæmonij σκυτάλας uocabant. Gell. lib. 17. cap. 9. Res quasdam occultas nuntiare Regi furtiuo scripto uolebat. Sic furtiuæ excursiones. Liuius lib. 9. bel. Pun.

Furtiuè, aduerbium, Pro furtim. Plaut. Pœn. certiorem te esse uolui, Ne quid furtiuè, aut clàm accepisse censeas.

Furtificus, a, um, Quod furtum facere solet, ἐπίκλοπος. Plaut. in Persa, Vbi illa altera est furtifica lœna. Idem in Pseud. Vt prodatis uestras furtificas manus.

Furor, aris, d. p. Furtumfacio, clàm alienũ aufero, κλέπτω. Cic. 6. Verrin. Tum primũ intellexi eam rem ipsos fratres Cybiratas fuisse, ut iste in furando manibus suis, oculis illorum uteretur. Plin. lib. 12. cap. 12. Nemo furatur alteri. Cic. 3. Verr. Veires solet hæc quæ rapuit, & furatus est, dicere se emisse. Furari pro furtim assequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cicero pro Cornelio Balbo, Non enim furatus ciuitatem, non genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsisse in censum dicitur.

Furca, cæ f. p. Instrumentum quo stramenta feruntur, ἀποσκάτη, σκάγμα. Horat. in Epist. Naturã expellas furca licet, usq; recurret, Et mala perrumpet furtim uestigia uictrix. Verg. libro 1. Georg. Exacuunt alij uallos, furcasq; bicornes. Dicitur etiam furca omne id quo quid sustentatur in modum furcæ factum. Plinius libro 14. cap. 2. Furcas subdere his necessarium. Idem libro 9. cap. 8. Tunc piscatores circundant retia, furcisque subleuant. Vnde Bifurcus, Bifurcatus, & Bifurcatim.

Fūrcilis, instrumentum bidentatum, tridentatumúe quo utimur ad extrahendum fimum.

Furcula, diminutiuum. Liuius octauo belli Maced. Momento enim ad inane suspenso furculis ab hostibus muro perueneruntur.

Furcilla, læ. f. p. aliud diminutiuum, à furcula, & significat instrumentum quo frumenta cillentur, hoc est, mouentur: (nam cillere mouere est) & quo fœnum, stramenta, & id genus reliqua iumentis ministrantur. Hoc rustici in fœno colligendo utuntur. Varro libro 1. de Re rustica, Herba quum crescere desiit, & æstib. arescit, subsecari debet, & quoad per arescat, furcillis uersari. Colum. lib. 2. cap. 10. Baculis, furcillisq; contundant.

Furciferi, m. f. Dicebantur serui qui ob leue delictũ cogebãtur à dominis ignominiæ magis, quàm supplicij causa circa uicinos furcã in collo ferre subligatis ad eum manib. & prædicare peccatũ suum, simulq; mouere cæteros ne quid simile admitterent, ἀποσκάται. Plut. Vnde Plutarchus in uita Coriolani, Furcifer huic nomen est, quod maxima pœna apud antiquos seruo peccanti erat, ut is plaustri lignum, cui temo affigitur, spectante uicinia ferens circumageret: quod ubi factum erat, infidus à domesticis, & uicinis existimatus, furcifer appellabatur. Nam Latini lignum illud furcam appellant. Plaut. in Amph. Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer Accipiã. Cic. in Vatin. Quod in illo uiro & quũ ferendum esset, & maximis rebus quas postea gessit, oblitterandum, id tu tibi furcifer sumes. Terent. in And. Oh, tibi ego ut credam furcifer? Hinc Trifurcifer, summus furcifer dicitur: sicut triuenefica, summa uenefica.

Furfur, furfuris, m. t pen. genitiui cor. Purgamentum farinæ, πίτυρον. Plaut. in captiuis, Tum pistores scrophipasci, qui alunt furfure sues. Vnde Furfureus, a, um, siue Furfuraceus, quod ex furfure constat: ut, Panis furfuraceus, siue furfureus, πιτυρίας, πιτυρίτης ἄρτος. Furfures item Latini appellant uitium capitis, quod & Græci πίτυρα, siue πιτυρίασιν uocant, quum scilicet quædam quasi furfuraceæ squammulæ absque ulceratione à cute resoluuntur, præsertim in capillo, siue barba, nonnunquam etiam in supercilijs. Celsus & Serenus porriginem nominant. Plinius lib. 20. cap. 9. de scilla herba, Discutit & solijs strumas, quadrinis diebus soluta, Furfures capitis, & hulcera manantia illita ex oleo cocta.

Furfurosus, a, um, Quod furfures habet admistos, aut quandã furfurum similitudinem referre uidetur, πιτυρώδης, Plin. libro 12. cap. 25. Color, in quacunq; natione præfertur rufus, & pinguiter lentus, deterior furfurosus.

Furiæ, Furialis, Furiosus, Furibūdus, Furio, Furo, uide Furor, furoris.

Furnianus, a, um, adiectiuum: ut, Furniana uasa, à Furnio inuentore fortassis dicta. Plin. lib. 33. cap. 11. Vasa ex argento mira inconstantia humani ingenij uariat, nullũ genus officinæ diu probando, nunc furiana, nunc clodiana, nunc gratiana, nunc anaglypta, &c.

Furnus, fi. m. f. in quo panis coquitur: ita dictus à furuo, id est, nigro colore, propter fuliginem, uel propter obscuritatem quam intus habet, ut inquit Porphyrio, ἰνὸς, κλίβανος, πυρινὸς. Differtq; à clibano, quòd clibanus mobilis est, & quasi paruus furnus, testaq; aliquando tegitur, sed ferè è metallo fit. Interdum etiam ex lapide constat, non tam panĩ, quàm alijs dapibus coquendis seruiens. Furnus uerò ex cæmentis, seu lateribus & calce constat, magnusq; & immobilis est. Plinius lib. 19. cap. 1. Cortices quoque decussi ligni clibanis, & furnis præbent usum. Plautus Casina, Vnde æ depol opera in furnum calidum condito. Os furni, Præfurniumq; dicitur. Sipont.

Furnaceus, acea, ceum, Quod in furno coctũ est: ut, panis furnaceus, κλιβανίτης ἄρτος. Plin. lib. 18. cap. 9. Nam furnaceis panibus binas adijciunt libras.

Furnaria, riæ, f. p. absolutè dicitur, ἀρτοπλική, sicut cœnacularia, & sagaria. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno, panisq; coctura quæstum facit, uel qui furnos locat conductoribus. Suetonius de Vitellio, Cuius filius sectionibus, & consututis uberius compendium nactus, ex muliere uulgari Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia, equitem Romanum genuerit.

Furnatiæ, βαναύσικαι mulieres uulgò dicũtur furno operãtes.

Furor, fureris, uide Furor, furoris.

Furor, furaris, uide Fur.

Furinalia, Sacra sunt Furinæ deæ, cuius etiã festa Furinales feriæ uocabantur, & Sacerdos qui hæc sacra peragebat, flamen Furinalis dictus est. Authores Varro & Festus, quanquam apud Festum corruptè ut arbitror, legamus Furnalia.

Fŭror, furoris, m. t. Grauior, diuturniorq; mentis alienatio, ex uitiato principis animæ facultatis instrumẽto originem habens, μανία, τῆς διανοίας παραφορά. Quomodo autẽ differat ab insania, docet Cicero lib. 3. Tusc. his uerbis, Itaq; non est scriptum si insanus, sed si furiosus esse incipit. Insaniam enim esse censuerunt inconstantiam sanitate uacantem, quæ tamen posset tueri officium, & uitæ communem cultum, atque usitatum: furorem autem rati sunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum malus esse uideatur quàm insania, tamen eiusmodi est ut furor in sapientem cadere possit, nõ possit insania. Vergilius 2. Aeneid, Instamus tamen immemores, cæciq; furore, Et monstrum infelix sacrata sistimus arce. Cic. de Aruisp. resp. A dijs quidem immortalibus quæ potest homini maior esse pœna furore, atq; dementia? Aliquando accipitur pro mente uiquadam diuina concitata, qualis est furor Poëtarum. Negabat enim Democritus quempiam Poëtarum magnum esse posse sine furore, teste Cicerone lib. 1. de Diuinat. Idem eodem, paulò antè, Inest igitur animis præsagitio extrinsecus iniecta atq; incluſa diuinitus, ea si exarsit acrius, furor appellatur, quum à corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur. Dictus furor, quod eo correptus, huc atque illuc temerè feratur.

Furiæ, arum, f. p. ἐριννύες, ἀνάσσιοι. Cornuto σύμμικτος, Deæ furoris, Noctis Acherontisq; filiæ, quæ tres esse putabantur, Alecto, Tisiphone, & Megæra. Vergil. 2. Aeneid. Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ, Quas & Tartaream Nox intempesta Megæram Vno eodemq; tulit partu. Quem

locum

locum exponens Seruius, Diræ, inquit, in cælo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. Vnde & tres esse dicuntur. Vocantur etiam canes, ut est apud Vergiliũ lib. 6. Aenid. uisæq; canes ululare per umbrã Aduentante dea. Lucanus 6. Pharsal. Stygiasq; canes in luce superna Destituam. Hactenus Seruius. Furiæq; ab Atheniẽsibus κατ' ἐυφημισμὸν Eumenides dicebantur, quasi placabiles & benignæ: apud quos & fanũ habebant solennibus sacrificijs celebratum, quemadmodũ & lucum in Latio, qui Furinæ dicebatur. Numen autem earum præcipuè circa scelerum speculationem, ultionemq;, & in animorum malè sibi consciorum exagitatione uersari putabatur: ut est uidere apud Euripidem in Oreste. Cic. 3. de Natura deorum. Sin hæc dea est, cur nõ Eumenides? quę si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos (ut ego interpretor) Lucus Furinæ, Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & uindices facinorum & sceleris. Vergilius 3. Aeneid. & sceleris furijs agitatus Orestes, Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras. Idem libro 4. Aeneid. Heu furiis incensa feror. Cicero pro Rosc. Am. Furiarum nomine à Poëtis nihil aliud significari ait quàm animum sibi malè conscium & scelerum quibusdam quasi stimulis assiduè exagitatum. Nolite (inquit) putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero uideris, eos qui aliquid impiè scelerateq; commiserunt, agitari & perterreri tedis ardentibus. Sua quenque fraus & suus terror maximè uexat: suum quenque scelus exagitat, amentiaq; afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. Hæ sunt impijs assiduæ domesticæque furiæ, quæ dies noctesq; parentum pœnas à sceleratissimis filijs repetant. Trium autem Furiarum numerus triplicem animi denotat affectum, iram, cupiditatem, & libidinem, quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur. Ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido uoluptates: quod furiarum proprium est, aut ijs qui Furiis exagitantur.

Furialis, le, om. t. Liuius libro 7. ab Vrbe, Inde terror maximus fuit, quòd sacerdotes eorum facibus ardẽtibus anguibusq; prælatis incessu furiali militem Romanum insueta turbauerunt specie. Idem lib. 10. ab Vrbe, Et dira execratio ac furiale carmen detestãdæ familiæ stirpiq; compositum. Cic. 2. Tusc. Hæc me irretiuit uestę furiali insciũm.

Furialiter, aduerbium. Ouid. 3. Fast. Non habet exactum quid agat furialiter odit.

Furiosus, a, um Qui uehementi, iugiq; furore afficitur, uitiato scilicet principis animæ facultatis instrumento, μανιώδης. Differt autẽ furiosus ab insano mali magnitudine. Insanus enim is dicitur, cui mentis sanitas non satis constat, ita tamen & officium tueri possit, & cõmunem uitæ cultũ: furiosus autem qui omnino mente alienatus est. Seruius in illud Vergilij lib. 2. Aeneidos, Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus. Furiatus (inquit) dicitur qui ex causa furit: furiosus, à quo furor nunquam recedit. Quod tamẽ omnino uerum non est: sunt enim furiosi qui intermissionem habent morbiq; & sanitatis interualla. Vlp. l. Qui testamento. Digest. Qui testamentum facere non possunt. Nec furiosus adhiberi testis potest, quum compos mentis non sit, sed si habet intermissionem, adhiberi potest. In hoc autẽ furiosus differt à mente capto, quòd furiosus rabie quadam animi agitur: is uerò qui mẽre captus est, in quiete agit, nullaq; furoris ostendit indicia. Vnde mente captus uidetur dici qui eo morbo laborat, quem Græci uocant μάρωσιν, quum scilicet νοητικὸν, hoc est, pars rationalis uitiata est.

Furiosè, aduerbium. Dementer, insanè, μανικῶς. Cic. ad Att. Et si solet cum quum aliquid furiosè fecit, pœnitere.

Furo, is, ere, n. t Furiosus sum, furore exagitor, μαίνομαι. Cic. 2. de Diuinat. Qui ualetudinis uitio furunt, & melancolici dicuntur. Idem lib. 3. Tusc. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Cic. lib. 1. Offic. Versutum & callidum factũ Solonis, qui quò rutior uita eius esset, & plus aliquando Reipub. prodesset, furere se simulauit. Idem de claris Orat. Eos furere, & bacchari arbitrabatur. Aliquando idem quod uehementer irasci, & præ irę magnitudine furioso similem fieri. Cic. Qu. fratri, Clodius furebat, à Racilio se contumaciter, urbaneq; uexatum. Idem in Epist. Nunc furit Domitius tam gauisos homines suũ dolorem. Transsumitur & ad alia: ut quum dicimus quempiam furere audacia, aut scelere, aut libidine, hoc est, præaudacia, scelere, aut libidine præcipitem ferri, & à furioso non admodum differre. Cicero in Catil. Furens audacia, scelus anhelans Catilina. Idem 4. Tuscul. Inflammatus, & furens libidinibus.

Furenter, aduerbium, Insanè, more furiosi, μανικῶς. Cic. Att. lib. 6. Dionysius mihi quidem in amoribus est: pueri autem aiunt eum furenter irasci.

Furio, as, a. t. Furore concito, in furorem ago, ἐκμαίνω. Horat. lib. 2. Carm. Flagrans amor, & libido quæ solet matres furiare equorum.

Furiatus, a um, Furore concitatus, ἐκμεμηνώς. Verg. 2. Aeneid. Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus. Vbi Seruius, Furiatus dicitur, qui ex causa furit: furiosus, à quo furor nunquam recedit.

Furibundus, Qui uehementer furit, ἐξεστάμενος, παραπληκτικός, μανιώδης. Sallust. in Catil. Tum ille furibundus, quam quidem circunuentus, inquit, agor, incendium meum ruina extinguam. Cicero pro Sestio, At quum ille furibundus incitata illa sua uecordi mẽte uenisset, &c. Idem 13. Philip. Cæsaris enim incredibilis, ac diuina uirtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.

Furtim, Furtiuus, Furtum, Furunculus, uide Fur.

Furuus, a, um, Idem, id est, quod niger, ater, obscurus, μελάς, ἀμαυρὸς, σκοτεινός. Ouid. lib. 1. Metamorph. Ascalaphus uidit, quem quondam dicitur Orphne, Inter Auernales haud ignotissima Nymphas, Ex Acheronte suo furuis peperisse sub antris. unde hostiæ furuæ dicebãtur, quæ nigri erãt coloris: quod hostiarũ genus dijs inferis gratissimũ putabatur.

Fuscina, næ. f. p pen. cor. Telum tridens, siue trisculum, aut etiam bisulcum, quo piscatores figũt anguillas, & ea quę in imo aquæ fundo natant, δίκραν ἢ τρίαιναν. Erãt autem hoc insigne, & ueluti sceptrum Neptuni, ut in Priapæa, Neptuni fuscina telũ. Cic. 1. de Nat. deor. Dant etiã deo arcũ, hastã, clypeum, fuscinã, fulmen. Hoc etiam retiarij ludis utebãtur. Iuuenal. Satyr. 2. Vicerat hoc monstrũ tunicati fuscina Graechi. Martial. lib. 1. Fuscina dente minax.

Fuscinula, diminut. Parua fuscina, δικρανύδριον, ἰχθυόκεντρον.

Fuscus, a, um, Color subniger, id est, non plenè niger: qualis est Indorum Meridionalium, & Aethiopum color, φωός. Fuscus pilus, Plin. lib. 8. cap. 21. Fuscum Falernum, Martialis. Fuscus equus, Ouid. 2. Fast. Hesperus & fusco roscidus ibat equo. Fusca uox est ea quæ clara aut canora non est. Cic. 2. de Nat. deor. Et uocis genera permulta, canorum, fuscũ: lene, asperum: graue, acutũ: flexibile, durum. Fusca laterna. Martialis lib. 14. Cornea si non sum, nunquid sum fuscior?

Fusco. as, a. p. Est fuscum, hoc est, subnigrũ facio, ἐπιμελανίζω. Ouid. 1. de Arse amandi, Fuscantur corpora campo.

Fuscator, oris, Lucanus lib. 4. quicquid cæli fuscator Eoi Interlerat Corus.

Fusè, Fusilis, Fusim, uide Fundo, fundis.

Fusio, Fusor, fusoris, uide Fundo, dis.

Fustis, huius fustis, masc. gen. t Baculus, stipes, βάκτηρ, βάκτηρία. Plaut. in Amph. Auferẽre, non abibis, si ego fustem sumpsero. Plin. lib. 14. cap. 13. Inuenimus inter exẽpla, Egnatij Mœcennij uxorem, quòd uinum bibisset è dolio, interemptam fuste à marito. Quanuis sint qui hoc in loco non legant fuste, sed fuisse. Cic. pro Cecin. Quid igitur si glebis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris.

Fustuarium, rii, n. f Pœna quæ fuste infligitur, ξυλοκοπία. Cic. 5. Philip. Nam si ille Consul, fustuarium meruerũt legiones Consulem reliquerunt.

Fusura, Fusus, uide fundo, fundis.

Fusus, si, m. f. Instrumentũ quod mulieres nendo digitis uoluunt: à fundendo dictũ, quòd dum trahitur, uoluẽdo quasi liquefieri uidetur, ἀτράκτος. Plin. libro 11. cap. 23. Lanificia mox in fila tenuantur iunceo fuso. Idem lib. 28. cap. 2. Pagana lege in plerisq; Italiæ prædijs cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino detractos ferant. Ouid. lib. 4. Metamor. uersato ducentem stamina fuso. Verg. 4. Georg. dum fusis mollia pensa Deuoluunt.

Futilis, le, om p. pen. cor. à fundendo, ut Festo uidetur: aut certè, quod Vallæ placet, ab antiquo uerbo futio: à quo & effutire: propriè dicitur quod liquorẽ sibi commissum non satis fideliter continet, sed protinus effundit, χυδαῖον. Vnde futile, uasis genus dicebatur, autore Donato, quod latissimi oris, ex altera parte arctũ, quod statim positum effundebatur. Vtebantur eo in sacrificijs deę Vestę: quia aqua & sacra hausta in terra non ponitur: quod si fiat, piaculũ est. Vn de excogitatũ uas est quod stare non posset, sed positum eo statim effunderetur. A quo futiles dicti sunt, qui continere tacenda non possunt, sed ea effundunt, ἀνδαῖοι, φλύαροι.

Apull.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Apull. Leuis homo, & futilis, ac rimarum plenus. Terent. in And. tam iners, tam nulli consilii Sum: seruon' fortunas me as me commisisse futili? Idem in Adelph. Tu quantus es, ni hil nisi sapientia es: Ille futilis, tomnium. Accipitur etiam futilis pro uano, leui, & inutili. Cic. 2. de Nat. deor. Futiles commentitiæq; sententiæ. Sic Plinius libro 33. cap. 2. causam futilem uocat, quæ leuis est, & nullius momenti.

Futilitas, atis, Idem quod uanitas, leuitas, inutilitas, Cicero 2. de Natura deorum. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summæq; leuitatis.

Futilè, aduerbium, Pro futiliter, ψυχρῶς. Ennius in Phœn. ut citat Non. Vt quod factum est futilè, amici nos feramus fortiter.

Futio, is. n. q. Effundo, ἐκχέω. à quo componitur Effutio, de quo paulò antè in dictione Futilis.

Futis, Vas aquarium quo aqua in triclinium infundebatur. Sipontinus.

Futo, as. a. p. Redarguo: à quo Confuto, & Refuto, ἐλέγχω, ui de in dictione Refuto. Cato futauit usus est, pro sæpius fuit.

Futatim, aduerbium antiquum, Idem est quod profusim. Plautus in Trucul. Futatim nomen meum commemoraui ter.

Futuo, is, ui. a. t ὀχεύω. βινέω, συνουσιάζω. obscœnum uerbum, quòd à futio deduci uidetur, cum nihil aliud sit futuere, quàm semen effundere. uide Vall. lib. 1.

Futurus, a, um, consequens, insequens, posterus, reliquus, impendens. Cicero Attic. 93. Sed illum cum futurum puto quis esse debet.

G



Litera, muta est, quæ in uerborum præteritis mutatur in c: ut, Legor lectus, Agor actus. Aliquãdo in s, ut Spargo sparsi, Mergo mersi. Aliquando in x, ut Rego rexi. Pingo pinxi. In Græcis quibusdam dictionibus uos G pro K substituimus: nam quod illi κύκνος, nos cygnos: quod illi κόβιος, nos gobius, uel gobio scribimus. In notis antiquorum, G. gaudium, gens, Genius, uel Gellius, Gaius, gratia. G A. grauis. G V G. gemo augmenti. G. AV. V. grauitas uera, uel Vestra. G. B. gens bona. G. D. gaudium. GD. gens dolosa.

G A

Gabalium, nostro orbi tantùm nomine cognitum. Nascitur in Arabia cum casia, & cinamomo. Plin. lib. 12. capite uigesimo primo.

Gabalus, penultima producta, Apud ueteres crux, siue patibulum dicebatur, σανὶς. Varro, Nos barbari quòd innocẽtes in gabulum suffigimus: homines uos, non barbari, quòd noxios absoluitis? Nonius.

Gabatæ, arum, penultima correpta, γαβάται, Vasa concaua, cduliis, pulmentariisq; aptissima. Martialis libr. 7. Transcurrunt gabatæ, uolantq; lances. Et alibi, Sic implet gabatas, paropsidesq;.

Gabella, Datia, Talia, Passagium, Pontinegium, Guidagium & similes uoces, quæ apud Italos sunt species certi tributi, & exactionis, nemo ignorat esse ab interpretibus è triuio sermonis Italici collectas.

Gabinus, cinctus, Toga erat (sicut docet Seruius) sic in tergum reiecta, ut una eius lacinia reuocata hominem cingeret. quo uestimenti genere utebatur Consul bella inducturus. Verg. 7. Aen. Ipse Quirinali trabea cinctuq; Gabino Insignis referat stridentia limina Consul. Eodem etiam Decios indutos fuisse legimus, quum se pro Repub. deuouerent.

Gadira, Punicum uocabulum est teste Plinio lib. 4. cap. 22. quo illi septum significant. Vnde insulæ duæ non procul ab ostio maris mediterranei, Gades appellatæ sunt: & insigne in illis insulis oppidum, Gadir est appellatum.

Gagates γαγάτης, Nomen lapidis in Gage Lyciæ fluuio primum reperti: quanuis etiam in Anglia abundet. Hic lapis, quanuis rudis & rusticus uideatur, diuini tamẽ nescio quid in se habet. Ignem enim alit in laternis, solo oleo extinguibilem. Plin. libr. 36. cap. 19. Gagates lapis, nomen loci & amnis habet Gagis Lyciæ. Niger est, planus, pumicosus, non multũ à ligno differens, leuis, fragilis: odore, si teratur, grauis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Quum uritur, odorem sulphureum reddit, mirumq;, accenditur aqua, oleo restinguitur. Fugat serpentes ita, recreatq; uuluæ strangulationes. Deprehendit sonticum morbum, & uirginitatem suffitus. Hæc Plinius, cui per omnia terè conuenit cum Dioscoride; eo tamen excepto quòd gagatem aqua accendi tradit, & oleo restingui: quod à Dioscoride & Nicandro Thracio laudi uerius tribuitur: cuius naturam Plinius cum gagate uidetur confudisse.

Gagitẽs, lapis est in aquilarum nidis repertus, ad multa remedia utilis, nihil uerò igne deperdens. Est autem lapis iste intus prægnans, quem si quatias alius quasi in utero sonat. Fuluus est & tereti figura. Hunc Zoroastes magus omnibus lapidibus prætulit maximamq; illi tribuit potestatem, uocaturq; alter ἀετίτης, ab aquilarũ nomine, ἀετὸς enim Græcè aquilam significat.

Gaioli, & Lagunculi, dulciarii panes, à Gaio & Lagunculo pueris dicti.

Galacion, idem quòd Galion apud Dioscoridem lib. 4. cap. 95.

Galactis, Tithymalus apud Dioscoridem lib. 4. cap. 108.

Galactites, γαλακτίτης, Gemmæ genus est lactei coloris, teste Plinio lib. 37. cap. 10. Est præterea galactites lapis cinericij coloris, qui coti madefactæ attritus, liquorem reddit colore & sapore lacti non dissimilem. Hic melititæ per omnia simi lis est: hoc uno differt, quòd succus in quem dissoluitur, remissiorem habeat dulcedinẽ. Vide Galenum libro 9. Simpl. Dioscoridem lib. 5.

Galactoboliolon, apud Plin. lib 27. cap 9. idem quod Galeobdolon, & Galiopsis apud Dioscoridem lib. 4. cap. 95.

Galaxias, γαλαξίας. Gemma est lactei coloris, intercurrentibus sanguineis uenis distincta. Plin. lib. 37. cap. 10.

Galba, bæ, f. t, Vermiculus miræ exilitatis, qui nascitur in æsculis: à quo qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, ab exilitate ita uocitatus: quem alij ecõtrario, quòd prepinguis fuerit, ita nominatum scribunt. Talem enim Galli uocant Galbam. Alij quòd oppidũ Hispaniæ frustrà diu oppugnatum, illatis demũ Galbano facibus, succenderit, Non nulli quòd in diuturna ualetudine galbeo, hoc est, remedijs lana inuolutis assiduè uteretur.

Galbanum, ni, n. s. pen. corr. Succus est siue lachryma ferulæ in Syria nascentis, quam Meropiũ uocant, teste Dioscoride lib. 3. Græci χάλβανον dicitur per χ, nostri mutata aspirata in suam mediam, Galbanum uocant. Lucanus lib. 9. Hic ebulum stridet, peregrinaq; galbana sudant. Plin. lib. 12. cap. 25. Dat & Galbanum Syria, in eodem Amano monte è ferula, quam eiusdem nominis resinæ modo stagonitim appellant. Est etiam hoc nomine genus uestimenti delicatorum, à colore albo, ac sublucido, quod nullos habet pilos. Iuuenalis Satyra 2. Cærulea indutus scutulata, & Galbana rasa.

Galbanatus, nomẽ simile participio formauit Martialis, quod est Galbano indutum: accipiturq; pro homine molli & effœminato: Licet (inquit) occupato galbanatus in lecto.

Galbaneus, a, um, adiectiuum. Verg. 3. Georg. Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros. Idem 4. Georg. Hinc iam galbaneos suadebo incendere odores.

Galbinus, a, um, pen. prod. Mollis & lasciuus. Martial. Galbinos habet mores. Tunica quoque galbina à colore dicta est. Flauius Vopiscus in Aurel. Inter hæc, fuit tetricus chlamyde coccea, tunica galbina. Quanquam in hoc Vopisci loco malim legere Tunica gabina.

Galbeum, Ornamenti muliebris genus. Festus.

Galbũla, Auicula quæ uuis matureſcentibus, calamis & retibus capitur. Martial. lib. 13. Galbula decipitur calamis & retibus ales, Turget adhuc uiridi quũ rudis uua mero. Quidam eandem esse existimant cum ea quam Græci ἰκτερὶν appellant. Quod an uerum sit ipsi uiderint. Plinius certè libro 33. cap. 11. author est, quem Græci ἰκτερὶν uocant, à Latinis galgalum appellari.

Galbũli, m. s. Pilulæ cupressi arboris, in quibus semẽ reconditur, σφαιρίδια τῆς κυπαρίσσου. Varro lib. 1 de Re rustica capite 40. Quædam ad orientem sunt usqueadeò parua, ut sint obscura, ut cupressi. Non enim galbuli qui nascũtur, id est, tanquam pilæ paruæ corticiæ id semen: sed in his intus primigenia semina gerit natura.

Gale, les, γαλῆ, A Græcis appellatur animal illud notũ quod Latini mustelam nominant: ut multis argumẽtis docet Sipontinus, recentiorum omnium Græcorum errorem redarguens, qui felem γαλῆν nominant. Nam quæ de gale tradit Aristoteles, eadem omnia mustelæ assignat Plinius, neq; ad felis naturam possunt accommodari.

Gălea, leæ, f. p. Instrumẽtum ferreum ad capitis munitionẽ inuentum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inuentum, πόρυς. Plin. lib. 7. cap. 56. Galeam, gladium, haſtam Lacedemonij inuenere.

Galeati, galeis tecti milites ſunt. Eſt autem Galea, teſte Dioſcoride, criſta capitis de corio, quum ſit Caſſis de lamina. Dictæ Galeæ Varroni, à Galero, quo multi antiquorũ uſi ſunt. Conum, curuaturam galeæ, quæ in ea præminet dicimus, ſuper quam criſtæ ſunt. Lego apud Alex. Neapolitanum lib. 1. quo loco refert inſignia Galearum apud diuerſas gentes, Cymbris noſtris, atq; Teutonib. in uſu fuiſſe, ut galeas contegerent horrentium hiatibus animalium, quo in aciẽ delati, uiſu eſſent truculentiores.

Galeo, as, are, Galeam induere. Hirtius. 5. bel. Africani, Milites in campo iubet galeari, & ad pugnam parari.

Galeatus, Galea indutus: ut, Galeata Minerua, apud Ciceronẽ 1. de Nat. deor. Et barbati quidem Iouis, galeatæ Mineruæ.

Galena, f. p. Dicitur plumbi & argenti uena cõmunis, quæ & μολύβδαινα uocatur. Plin. lib. 34. cap 18. Eſt & molybdæna, quam alibi galenam uocamus, plumbi & argenti uena communis. Quo pacto autem conficiatur galena, docet idẽ Plinius, eodem libro cap. 16. Plumbi (inquit) nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua prouenit uena, nec quicquã aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, miſtiſq; uenis cõflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannũm appellatur: qui ſecundus, argentum: qui remanſit in fornacibus, galena: quæ portio eſt tertia addita uenæ.

Galeobdolon, Vrtica Labeo. Dioſc. lib. 4 cap. 95.

Galeo, uide Galea.

Gălĕŏlă, læ, cum accentu in antepenultima, Vas ſinuoſum, à galeæ ſimilitudine dictum, authore Nonio. Varro de uita populi Roman. Vbi erat uinum in menſa poſitum, aut galeola, aut ſinus?

Galeos, γάλεως, Piſcis eſt à Rhodiis olim maximo in pretio habitus, qui à noſtris etiã muſtela dicitur. Plin. libro 32. cap. 2. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam uocãt, nihil eſt uenenatius unquam, quàm in mari paſtinaca, utpote quum radiis eius arbores necari dixerimus. Hanc tamen perſequitur galeos.

Gălĕōtēs, tæ, γαλεώτης, Species eſt ſtellionis, Plinii temporibus Italiæ incognitum. Hic & colotes & aſcalabotes appellatur. Plin. lib. 29. cap. 4. Scorpionis maximè contrarius inuicem ſtellio traditur, ut uiſus quoq; pauorẽ iis afferat, & torporem frigidi ſudoris. Hunc Græci coloten uocant, & aſcalabotem, & galeoten. In Italia non naſcitur. Eſt enim hic plenus lentigine, ſtridoris acerbi, & ueſcitur: quæ omnia à noſtris ſtellionibus aliena ſunt.

Galerita, f. p. pen prod. Auis quæ nunc alauda dicitur. Varro gallericum appellat, quia plumam alatã in capite habet galeri ſimilitudine, κορυδαλός. Plin. lib. 10. cap. 49. Quæq; de una aue galerita priuatim commemorat.

Gălērus, ri, pen prod. Pileus rotundus, à galeæ ſimilitudine dictus, ut inquit Varro, κυνῆ, πίλῳ. Statius lib. 1. Theb. Et temperat aſtra galero. Iuuenalis Satyra 6. flauo crimen ab ſcondente galero. Accipitur interdum pro coma aliena, quam ad galeri effigiem formatã capiti ita aptare ſolemus, ut internoſci nõ queat, φενάκη, πλωΐκη. Hoc eſt quod apud Suetonium in Caligula, capillamentum nominatur.

Galericulus, diminutiuum, πτηλίδιον, ποιλίσκος. Sueton in Othone, cap. 12. Galericulo capiti propter raritatem capillorũ adoptato, & annexo, ut nemo dignoſceret.

Galgulus, li, m. ſ. ἰκτερὸς, Auis eſt, quæ ſi ſpectetur à quopiam morbo regio laborante, ſanatur æger, & auis emoritur, Plin. lib. 33. cap. 11. Auis icterus uocatur à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto Latinè uocari galgulum.

Galion, idẽ eſt quod Galiopſis, urtica mortua apud Dioſc. lib. 4. cap. 91. Galion quæ herba ſit uide Dioſc. lib. 4. cap. 77.

Galiopſis, urtica, Labeo apud Dioſc. lib. 4. cap 95.

Galla, f. p. Fructus quercuum, κηκίς. Plin. lib. 10. cap. 20. Cerucis dolores cum galla & lini ſemine pari menſura ſedat. Verg. 4. Georg. Proderit & tonſum gallæ admiſcere ſaporem. Gallam bibere & rugas conducere uentri, quũdit Lucilius, præmonet parſimonia eſſe utendum, neq; gulæ indulgendum, uentremq; coarctandum. Feſtus.

Gallia muſcata, Deſcribitur à Nicolao inter Electuaria cõfortantia & pretioſa.

Gallicum, acer album & præcipui cãdoris dicitur, uide Acer.

Gallicæ, arum, Genus calceamenti, quo utuntur Galli pluuioſo tempore. Vulgus (inquit Bayfius) uocat Galozas. Cicero 2. Philip. Nam quod quærebas quomodo rediſſem: primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Quo tamen in loco omnia penè exemplaria habent, Nec caligis, nec lacerna: ſed corruptè, ut ſatis conſtat ex Aul. Gellij. Noct. Att. lib. 13. cap. 20. ubi refert, T. Caſtritiũ diſcipulis ſuis probro uertiſſe quòd feriato die conſpicerentur, lacernis induti & gallicis calceati.

Gallulo, as, n. p, Idem quod pubeſco, teſte Nonio, ἠβάω. aut certè graue quiddã & raucum ſono, more gallinaceorum: q in adoleſcentulis iam pubẽ emittentibus ſolet accidere: quod alio nomine hirquitallire dicimus. Hinc Gallulaſco, cis. Nonius poëta in Exodio, ut citat Nonius, Puerũ mulieri præſtare nemo ſcit quãto melior ſit, cuius uox gallulaſcit, cuius ramus roboraſcit.

Gallo, as, βακχεύω, Bacchor, inſanio, Gallos Cybeles ſacerdotes imitor. Varro Eudæmonibus, ut citat Nonius, Et deã gallantes uario retinebant ſtudio. Nonius.

Gallus gallinaceus, m. ſ. nota auis, nocturnus uigil, quem excitandis in opera mortalibus, rumpẽdoq; ſomno genuiſſe Prouidentia diuina uidetur, ἀλεκτρυὼν. Cic 2. de Diuin. Democritus quidẽ optimis uerbis cauſam explicat cur ante lucem galli canant. depulſo enim de pectore, & in omne corpus diuiſo, & modificato cibo cantus edere, quiete ſatiatos: qui quidem ſilentio noctis (ut ait Ennius) fauent fauci bus: rurſus cãtu, plauſuq; premũt alas. Et paulò antè, Quia galli uicti ſilere ſolent, canere uictores. Galli item Europæ populi ſunt in multas gentes regionesq; diuiſi: de quibus in dictione Gallia. Gallus item fortunam corporis ſignificat, ut inquit Quintiliãnus, id eſt, caſtratũ: nam tales erant Galli ſacerdotes Cybeles. Fuit item hoc cognomen Cornelij præſtantiſſimi poëtæ, cuius etiam hodie aliquot extant fragmenta. Hic primus Aegypti præfectus fuit, Auguſto Cæſari familiariſſimus: cuius tamen iuſſu, quum in proditionis ſuſpicionem ueniſſet, fuit interfectus. Vide plura de hoc ſuprà in dictione Cornelius.

Gallina, næ, f. p. Auis nota, ὄρνις, ἀλεκτρυών. Terent. in Phorm. Anguis per impluuium decidit de tegulis, gallina cecinit. Plaut. in Pſeud. An obſecro hercle habent quoq; gallinæ manus? Nam has quidem gallina ſcripſit. Tria autem gallinarum genera enumerantur à Varrone de Re ruſt. lib. 3. cap. 9. Villaticæ ruſticæ, ſiue agreſtes, & Africanæ. Villaticæ dicuntur uulgatiſſimæ illæ quas in uillis, & nonnunquam etiam in urbe alí uidemus. Ruſticæ, ſiue agreſtes, medij cuiuſdã generis ſunt inter uillaticas & Africanas: quæ Varronis tempore raræ erant in urbe: & in ornatibus publicis poni ſolebant cum pſitacis, & merulis albis, aliiſq; rebus inuſitatis. Ideò autem dictæ ſunt agreſtes quòd non in uillis, ſed ferè in ſyluis oua facerent. Hæ primum allatæ ſunt è gallinaria inſula maris Liguſtici: ubi hoc gallinarũ genus agreſte eſt, & ferũ. Paulatim deinde cicures factæ, omnem Italiam impleuerunt: & ex Italia in Galliã & Germaniã translatæ ſunt: à quibus ea de cauſa Lombardicæ gallinæ uocantur. Tertium gallinarũ genus eſt quas, q primũ ex Africa in Italiã ſint translatæ, Africanas uocauere. Hæ (ut loco iam citato ait Varro) grãdes ſunt uariæ, gibberæ, & à Græcis Meleagrides appellantur. Vulgus hodie uocat gallinas Indicas.

Gallinaceus, a, um, Quod ex gallinis eſt, ὀρνίθειος. ut Pullus gallinaceus. Var. 3. de Re ruſt. cap. 9. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus ſunt: pauoninis ter noueni. Gallinaceum fel. Cic. 2. de Diuin. Gallinacea oua, Varro 3. de Re ruſt. cap. 9. Si oua gallinis pauonina ſubijcies, quum iam decem dies pauonina fouere cœpit, tum deniq; gallinacea ſubijcere, ut unà excludant.

Gallinaceus, cei, ſubſtantiuum, Ipſe gallus, ἀλεκτρυών. Feſcennius Niger, Ob unius gallinacei direptionem decem cõmanipulares qui raptum ab uno comederant, ſecuri percuti iuſſit. Plin. lib. 37. cap. 10. Alectorias uocãt in uentriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpecie, libro 8. cap. 17. Gallinaceorum criſtæ.

Gallinarius, rij, & Gallinaria, riæ, Qui & quæ gallinas curat, ὀρνιθοκόμος. Plinius libro 10. capite 55. Traditur quædã ars gallinarij cuiuſdam dicẽtis quid ex quoq; eſſet. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 9. Inter duas oſtium ſit, qua gallinarius curator earum ire poſſit.

Gallinarium, rii, n. ſ. Locus in quo alũtur gallinæ, ὀρνιθών. Colum. lib. 9. cap. 3. Gallinaria conſtitui debent parte uillæ quæ hybernum ſpectat Orientem. Græci authore Polluce πετεηνῶν, uulgus à pullis gallinaceis, Pullarium appellat.

Gallici.

Gallicinium, n. ſ. ἀλεκτροφωνία, Pars noctis appellata eſt, qua galli cantant, quæ eſt quarta caſtrenſis uigilia. Apuleius lib. 2. de Aſino aureo, Noctis gallicinio uenit quidam iuuenis è proxima ciuitate.

Gammarus, ari, m. ſ pen. corr. aquaticũ animal, ſimile cancro: uel: (ut quidam putant) ipſe cancer, cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur, ἀσακός. Color eius eſt glaucus, & ſubuiridis, ſeu inter coquendum rubeſcit. Martial. lib. 2. Concolor in noſtra gãmare lãce rubes. Iuuenalis Satyra 5. Sed tibi dimidio conſtrictus gammarus ouo Ponitur. Veneti adhuc hodie nomen retinent. Plin. autem lib. 9. cap. 31. leonem appellat: quod nomen Maſſilienſes etiam habent.

Gammoides, γαμμοειδὴς, Ferrum quod utuntur Chirurgi ad extrahendũ pus. ita dictũ à ſimilitudine Græcę literę γ.

Gamos, γάμος Græcè Latinè, nuptiæ. Hinc compoſita fiũt, agamus, monogamus, bigamus, digamus, trigamus, polygamus, quæ omnia penultimam ſyllabam corripiũt, Hieronymus contra Iouinianum, Non damno digamos, &, ſi dici poteſt, octogamos.

Gãneã, neæ. f. p. & ganeum, Lupanar meretriticum, guloſorum diuerſoriũ, & popina: quòd ſcilicet ſit in terra, non ut cœnacula, ſuperius, ὑπερῷον, πορνεῖον, ὀπταν̃εον. Eſt enim locus abditus, & uelut ſubterraneus, uiolentię & libidini aptus. Cicero in Piſonem, Pauliſper ſtetimus in illo ganearũ tuarum nidore atq; fumo: unde tu nos quum improbatiſſimè reſpondendo, tum turpiſſimè eructando eiecisti. Terẽt. in Adelph. Vbi ego illũ quæram? Credo abductum in ganeum. Columella in prolog. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianã Laconicis cruditatem excoquimus. Plinius tamẽ accepiſſe uiderur pro ipſa ingluuie cibariiſq; ait enim de porco li. 8. Neq; alio ex animali enumeroſior materia ganeæ.

Ganeones, ἄσωτοι. m. t. Dicti à ganeis, teſte Nonio, quemadmodum Popinones à popinis, qui ganeas frequentant. Varro in Modio, Et hoc intereſt inter Epicurum & ganeones noſtros quibus modulus eſt uitę culina. Cicero in Catilina, Quis ganeo? quæ mulier infamis? quis corruptor iuuentutis? Terentius in Heauront. Si ſcire uis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnoſus.

Gangitis, Græcè γαγγίτις, nardi genus ſic dictum à fluuio Gange apud quem naſcitur. Dioſc. lib. 91. cap. 6.

Ganglion, γάγγλιον, Tumor eſt in capite, uel collo ut plurimum proueniens, interdum flatu tantùm, interdum tenuiſſimo humore plenus, quę duo genera facillima ſunt curatu. Nonnunquã etiam contigit humores eſſe craſſiſſimos nullis cedentes medicamentis: quod genus non niſi arctis ligationibus, aut ſectionib. poteſt curari. De his Celſus, lib. 7. Eſt & Ganglion Paulo, nerui alicuius uel ex ictu, uel ex laſſitudine cõtortio, in multis quidẽ omnino partib. corporis, ſed præcipuè mollibus, ut in extremitate manũ atq; pedũ.

Gangræna, næ. f. p. γάγγραινα, cum æ diphthongo, caro eſt emortua ex hulcere, uel inflammatione: cui niſi opportuno remedio occurratur, ad uicina proſerpit. Dicta Gangræna, παρὰ τὸ γραίνω, τὸ ἰσθίω, hoc eſt, à comedẽdo, ſeu depaſcendo, Subalbeſcit autem primò, demũ atra fit ſenſu amiſſo in prominẽtibus membris, id eſt, inter ungues, & alas, & inguina: in ſenſibus ferè, atq; his quorum corpus mali habitus eſt. Lucil. Lib. 1. Satyr. Serpere uti gangræna malo, ad quem herpetuca poſſet. Var. Non uituperamus, quum ſciamus digitum præcidi oportere: ſi ob eam rem gangræna non ſit ad brachium uentura. Vide de hoc Cornelium Celſum lib. 5.

Gannio, is, niui, uel gannii, itum, n. q. Propriè uulpiũ eſt, teſte Donato, κυνίζομαι. Dicitur tamen & de canibus, quũ claro ululatu dolorem quendam, gaudiumue teſtari uidentur. Inde ad homines translatum. Terentius in Adelphis: Quid ille gannit? quid uult? Perſius Satyr. 5. Strat contrà ratio, & ſecretam gannit in aurem. Huius compoſitum eſt Oggannio, quod eſt in aurem ſecretò loquor, & ueluti immurmuro. Apuleius lib. 2. In aurem mulieris ogganit. Aliquando multum dico, inculco. Plaut. in Aſin. Cui nũquam unam rem me licet ſemel præcipere fieri, quin centies eandem imperem, atq; ogganniam.

Gannitio, & gannitus, κυνισθμός. Lucretius, Longe alio pacto gannitu uocis adulant: Aut quũ deſerti bubantur in ædibus: aut quum plorantes fugiunt ſubmiſſo corpore plagas.

Ganzas, anſeres a Germanis uocantur.

Gaphage, Siculorum lingua, termes terreſtres.

Gapyras, caprarum recrementum.

Gargarídio, dias, Antiquis idem erat quod garrio, κωμῳδῶ, φλυαρέω. Varro in Epiſt. ad Fuſium, ut citat Nonius, Poëmata eius gargaridianas dices, O fortuna, ô fors fortuna.

Gargariſmus, quid ſit, expreſſit Seruius, cum inquit, Atq; palato agitat pariter, retinensq; uomens; Gargariſationes, aut reprimunt ut aqua lentis roſæ &c. aut euocant, ut ſinapi, piper.

Gãrgărĭzō, as, are, n. p. γαργαρίζω Eſt liquorẽ ore hauſtum ſæpè ad gurgulionẽ, id eſt, guttur reuocare. Plin lib. 20. cap. 17. Sedat anginas cum melle ac hyſſopo ex aceto gargarizatum. Idẽ lib. 20. Voci, ſuccus ſub certamine utilis, & qui gargarizatur uua tumente, adiecta menta. Corn. Celſus lib. 4. cap. 2. In uetuſto capitis dolore communia ſunt ſternutamenta excitare, inferiora uehementer refricare, gargarizare his quæ ſaliuam mouent.

Gargarizatio, & Gargarizatus, uerbalia, γαργαρισμός, Quibus uſus eſt Plinius lib. 21. cap. 19. & lib. 30. cap. 4.

Garyophyllum, li, n. ſ. ſeu potius Caryophyllon καρυόφυλλον, Frutex eſt, teſte Ruellio, in Oriente naſcẽs, ſambuci forma, ſemine grano piperis grandiori, fragilioriq;, ex atro rufeſcente, in claui modum capitato, exẽtis in aduerſum quatuor denticulis ſeſe ſtellatim decuſſantibus prominulo apice, quadrati alueoli ſinu medio umbiculatim prodeunte. Hoc itaq; ſemẽ, quoniã clauatam habet ſpeciẽ, claui nomine à populis Occidentalibus appellatur. Omnino aũt ſcribi debet hæc dictio per ſecundam c nonantẽ in capite, non per quintã, ut nulgus conſcribere conſueuit. Dicitur enim Caryophyllon ἀπὸ τ̃ καρύου καὶ φύλλ, quaſi nucis folium.

Garrío, ris garriui, uel garrii, Ineptè loquor, κωμῳδῶ φλυαρέω, ἀδολεσχέω. Cic. lib. 2. de Orat. Nam & ſeculis multis antè Gymnaſia inuenta ſunt, quàm in his philoſophi garrire cœperunt. Martialis, Garris in aurem ſemper omnibus. Cinna. Idem, Meliusq; ranæ garriant Rauennates. Propriè tamen Garrire eſt auium: à quibus ad homines ineptè loquaces trãſfertur. Plaut. Curcul. at pater tuus rurſum tibi, P L. Nugas garris.

Garrulitas. tis. f. t. Actus ipſe garriendi, ἀδολεσχία. Martial. libro 5. Crede mihi, quãuis ingentia Poſthume dones, Autoris pereunt garrulitate ſui. Sic Plinius lib. 20. cap. 2. Extemporalis garrulitas, Quint. lib. 2. cap. 4. Rauca garrulitas picarum, Ouid. 5. Metamorph.

Garrulus, a, um. Ineptè loquax, ἀδόλεσχος. Plaut. in Merc. Verum ſi non amant, oderunt, moleſti itidem, atq; difficiles: Garruli, oſores, infenſi, iracundi ſibi ſuisq; inuidi. Terent. in Adel. Senſi illicò ad illas ſuſpicari: ſed me reprehẽdi tamen, Ne quid de fratre garrulæ illi dicerẽ, ac fieret palàm. Sed hæc ſignificatio eſt metaphorica. Propriè enim aues garrulæ dicuntur, maximeq; illæ quæ canorę ſunt, & egregiè uocales. Verg. 1. Georg. Garrula quum tignis nidum ſuſpendit hirundo. Garrulus cantus. Plin. lib. 10. cap. 29. Luſcinijs diebus ac noctibus cõtinuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus. Garrula ſiſtra. Martial. lib. 14. Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu.

Garum, ri, n. ſ. γάρον, Liquamen eſt ex inteſtinis piſcium ſale maceratis: ita dictum, quòd primùm ex garo piſce confici ſolet. Plinius libro 31. capite 8. Aliud etiamnum liquoris exquiſiſti genus quod garum uocauere, inteſtinis piſcium, cæteriſq; quæ abijcienda eſſent, ſale maceratis: ut ſit illa putreſcentium ſanies. Martialis libro 13. Nobile nũc ſitio luxurioſa garum.

Garus, ri, γάρος, Piſcis eſt ex genere locuſtarũ, ex cuius inſtini primùm garum confici cœpit. Vide Plinium lib. 31. cap. 8. lib. 32. cap. 11.

Gaſidanes, γασιδάνης, Gẽma eſt quæ in Media inuenitur, coloris olorini ueluti floribus ſparſa. Author Plinius libro 37. capite 10.

Gaſter, ſeu Gaſterium, γάστρα Dioſcoridi, Genus uaſis uentricoſum, ut ex ipſa ſtatim etymologia apparet.

Gaſtrochires, m. t. γαστρόχειρες, Dicebantur quaſi uentrimanus, qui manuum artificio uictum quæritabant.

Gaſtrimargía, f p. pen. prod. γαστριμαργία, Nimia ingluuies, ut apud Ariſtotelem in Ethicis. Gaſtrimargus guloſus.

Gaſtromantía, ex amphora diuinatio, quæ à puero ſolet in lib. de Diuin. cum dicit: Auſpicia militum per acumina. Niſi de lapide Siderite intelligat, cuius eſt ea uirtus, teſte Orpheo de lapidibus, ut noctu uelatus ad lucernã explatis

mente,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mente, introſpicientibus moueri reſponſaq; dare uideatur. Eſt & fons apud Aegienſes in Achaia teſte Pauſania lib. 7. Templũ Cereris, ubi fons, in quem peracto ſacrificio introſpicientes in morbo uident ualetudinis euentum.

Gatale, Aſtragalus, apud Dioſc. lib. 4. cap. 65.

Gaudium, dii, Eſt affectio animi, alicuius præſentis boni opinione concepta, χαρὰ, χάρμα. & propriè quum exhilaratur animus aliqua re, neq; tamen ita ad exteriora diffundi tur ultra modum, ut facilè appareat. Lætitia uerò dicitur, quum ita mouetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in uultu. Hinc dicunt Stoici gaudium in ſapiẽtem cadere poſſe, lætitiam non poſſe. Cic. 4. Tuſcul. Nam quum ratione animus mouetur placidè atq; cõſtanter, tum illud gaudiũ dicitur, quum autem & inaniter, & effusè animus exultat, tum illa lætia geſtiẽs, uel nimia dici poteſt, quã ita definiunt, ſine oratione animi elationem. Huius dimi nutiuum, Gaudiolum, χαρμάτιον. & compoſitum Gaudiloquus, pen. corr. qui cum gaudio loquitur, ut apud Plaut. Dictum gaudium, quaſi Gaurium, Græci enim γαυρὸν lætum, ſuperbum, glorioſum dicunt.

Gaudeo, des, gauiſus, neut. paſſ. ſ. Eſt ſecum, & apud ſe lætari, neq; reſpicit alium χαίρω, γηθέω. Contrà gratulor, eſt alterius cauſa lætari. Cic. Cælio, Mihi gaudeo, tibi gratulor. Terẽt. in Heau. Gaudere adeò occœpit, quaſi qui cupiunt nuptias. Differunt autem gaudeo & lætor, nam tunc gaudere dicimur quũ re aliqua exhilaratur animus, nullum tamen eius foris apparet indicium. Contrà lætari quis dicitur quũ ita mouetur animus, ut in uultu & geſtibus lætitiæ ſigna prodantur. Cic. 4. Tuſcul. Atq; ut confidere decet, timere non decet: ſic quidem gaudere decet, lætari non decet. Quãdoque cum ablatiuo conſtruitur, & tunc accipitur pro delectari. Vergil. in Bucol. Numero Deus impare gaudet. Cic. de Senect. Quam gaudebat bello Punico ſuo Næuius? quã Truculento Plautus? quàm Pſeudolo? Interdũ etiã habet poſt ſe accuſatiuum gaudium: nam quemadmodum dicimus uiuere uitam, ſomniare ſomnia, currere curſum: ſic etiam interdum legimus, gaudere gaudiũ. Terent. in Adelph. Hunc ſcio me ſolidè ſolum gauiſurum gaudia. Cælius Ciceroni, In theatrum Curionis Hortenſius introijt, puto ut ſuum gaudium gauderemus. Gaudeo uoti, ſignificat ex animo gaudeo te uoti compotem factum eſſe. Apuleius lib. 1. Sed quid iſtud? uoti gaudeo. Locutio eſt noua & inuſitata, ut plerq; apud Apuleiũ. Gaudere in ſinu, prouerbialis locutio, quam & Poëtæ uſurpant, ſignificat ſecum, & cum ſuis lætari. Cic. lib. 3. Tuſcul. Quoniam plauſibilia non hæc ſunt, ut ſinu gaudeant, glorioſè loqui deſinant. Tibul. Qui ſapit, in tacito gaudeat illi ſinu. Propertius lib. 2. In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu. Huius uerbi Compoſita ſunt, Cõgaudeo, ſimul gandeo, συγχαίρω. Adgaudeo, gratulor ἐπιχαίρω. Lactantius lib. 4. Ego erã cui ad gaudebat, hoc eſt, quaſi applaudebat, & gratulabatur.

Gauía, Auis eſt aquatica in petris nidificans. Plinius libro 10. capite 32. Gauiæ in petris nidificãt, mergi in arboribus. Pariunt plurimum terna, ſed gauiæ æſtate, mergi incipient Vere. Idem cap. 74. ciuſdem libri, Aquaticæ, anates & gauiæ.

Gaulus, γαῦλος, Nauis genus paruæ & rotundæ. Feſtus. Eſt Gaulos, inſula Siciliæ adiacens ab ea parte qua Africam ſpectat. Autor Plinius lib. 3. cap. 8.

Gauſape, n. indecl. pen. cor. Veſtis militaris ſeu ſtraguli genus quod olim ex ſtramento confici ſolet: quanquam poſtea etiam ex lana fieri cœpit maioribus uillis: quo etiam in urbe utebantur hyberno potiſſimùm tempore, aduerſus frigoris tempeſtatumq; iuinrias. Plin. lib. 8. cap. 48. Antiquis totus è ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Patris mei memoria cœpere amphimalla noſtra, ſicut uilloſa etiam uentralia. Nam tunica laticlaui in modum gauſape texi nunc primum incœpit. Quo in loco gauſape genitiui caſus eſt. Eſt enim hoc nomen indeclinabile: quanquam apud antiquiſſimos inueniarur gauſapes, is: gauſapa, gauſapæ, & gauſapum gauſapi. Vnde adhuc apud probatos authores nonnunquã occurrit in numero plurali gauſapa. Ouid. lib. 2. de Arte amandi, Gauſapa ſi ſumpſit proba. Perſ. Satyra 6. Iam chlamydas regũ, iam lutea gauſapa capitis, Effedaq;, ingentesq; locat Cæſonia Rhenos. Idem Satyra 4. poſuit gauſape pro barba hirſuta & prolixa. Sic enim ſolet interpretari uerſus ille: Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas.

Gauſapina, penula, Villoſæ ueſtis genus, quo hyberno tempore, & frigido utebantur. Hanc ſic deſcribit Martialis in Diſtichis: Is mihi candor ineſt uillorum gratia tanta, Vt me uel media ſumere meſſe uelis. Pro eodem dicitur & gauſapina.

Gaza, zæ, γάζα, Dictio Perſica, ſignificans opes, ſuppellectilẽ, & omne quod poſſidemus. Pomponius Mela, Gazam Perſæ ærarium uocant. Curtius lib. 3. Igitur quaſi parũ munimentis oppidi fidens, ante ſolis ortum pecuniam regiam (gazam Perſæ uocant) cum pretioſiſſimis rerum efferri iubet, ſimulans fugam. Verg. 5. Aeneid. Et gaza lætus agreſti. Idem, tabu læq; & Troia gaza per undas. Cicero 2. Offic. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus eſt Paulus. Eſt etiam Gaza nomen ciuitatis in Perſide, ita dictæ quòd Cambyſes eò, uelut in municiſſimam totius regni arcem, omnes opes pecuniamq; congeſſerat.

Gazæus, a, um, γαζαῖος, Et Gazæticus, ca, cum, quod eſt ex Gaza urbe Perſica, circa quam nobiliſſima uina naſcebantur, teſte Pomponio Mela. Sidonius in Fauſtum, Vina mihi non ſunt Gazætica, Chia, Falerna.

Gazophylacium, cii, n. ſ. γαζοφυλάκιον, Nomen compoſitum ex Gazà dictione Perſica, & Græco uerbo φυλάττω, quod eſt cuſtodio. Eſt enim locus in quo gazam, hoc eſt, theſaurum, opes aut pretioſiorum ſuppellectilem conſeruamus.

Gazella, caprea illa quæ moſchũ edit, nobile illud odoramentum, ſi Hermolao Barbaro credimus. lege Moſchus.

GEN. CORR. In notis antiquorum, gente Corneliorum. GENS. gentes. GERM. uel GER. germanicus uel Germanico. G. F. gula filiorum. GG. aliàs GS. geſſerunt. G. GEN. GER gaudium generis Germanici.

Gebal, uitium uiſus, uel uidendi potentiæ, quòd ſit ex paruitate ſpiritus uitalis, & extenſione muſculi oculum mouentis.

Gehenna, næ, γέεννα, Quid ſignificet explicat Hieronymus hiſce uerbis. Erat (inquit) idolum Baal iuxta Hieruſalem ad radices montis Moria, in quibus Siloa fluit. Hæc uallis & parua campi planities, irrigua erat, & nemoroſa, plenaq; delicijs, & lucus in ea idolo conſecratus. In tantam autem populus Iſraël uenerat dementiam, ut deſerta templi uicinia, ibi hoſtias immolaret, & rigorem religionis deliciæ uincerent filioſq; ſuos incenderent dæmonibus, uel initiarent. Et appellabatur locus ipſe Gehẽnom, id eſt, uallis foliorum Hennom. Hoc Regum uolumen, & Paralipomenon, & Ieremias pleniſſimè ſcribũt. Et comminatur Deus ſe locũ implerum cadaueribus mortuorũ, ut nequaquam Thopheth & Baal, ſed uocaretur Polyandrium, id eſt, tumulus mortuorum. Futura erga ſupplicia & pœnæ perpetuę quib. peccatores cruciandi ſunt, huius loci uocabulo denotãtur. Du plicem autem eſſe gehennam, nimij ignis & frigoris, in Iob pleniſſimè legitur.

Gelabilis, Gelaſco, uide Gelu.

Gelaſini, m. ſ. pen. prod. γελασῖνοι, Dentes anteriores quos ridendo oſtendimus. ἀπὸ τοῦ γελᾶν, hoc eſt, à ridẽdo. Gelaſini, item lineę ſunt, ſiue rugæ quæ in ridentis facie apparẽt. Martial. lib. 7. Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt. Item mimi qui geſticulatione faceta populum oblectãt. Vnde Gelaſinus ille Plautinus, riſionibus & ſalſis dicterijs populũ delectat, & dum riſum captat, irridetur. Vnde eſt Plautinũ illud, Caue ex gelaſino fias catagelaſinus, hoc eſt, deridiculus.

Gelatina, condituræ genus.

Geleníabín, mel roſarum colatum.

Gelgos, nuclei alliorum.

Gelícidium, Gelídus, Gelo, gelas, uide Gelu.

Gẽlũ, Aquæ concretio ex frigore, κρυμὸς, κρυμνὸς, παγετός. Aliquando tamen ponitur pro frigore, κρύος. Vnde gelidum frigidum dicimus. Antiqui etiam Gelus, geli dixerunt, teſte Nonio & ſimiliter gelum geli. Lucretius libro 5. Aſſiduoq; geli caſus mortalibus aufert. Et lib. 6. Demittit quà ſæpe gelum quod continet in ſe.

Gelicidium, dii, n. ſ. Ipſum gelu, & cõcretio aquæ, κρυμὸς, κρύμνος. Colum. lib. 2. cap. 8. Vt prius conualeſcant radices frumentorum, quàm hybernis imbribus, aut gelicidijs, pruiniſue infeſtentur. Idem libro 11. capite 2. Hyemat cum frigore & gelicidijs.

Gelo, as, lare. Interdum actiuum eſt idem ſignificans quod frigore aſtringo, κρυσταλλίζω, πήγνυμι. Cuius etiam paſſiuum gelor legitur apud Iuuenalem, Sat. 4. panidoq; gelantur Pectore. Sic gelatum lac. Colum. lib. 10. cap. 38. Gelatus caſeus. Idem lib. 7. cap. 8. Sæpe etiam neutrum eſt, ſed uix alter, quàm in tertijs perſonis. Polybius lib. 14. cap. 3. Non ante demetum-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

demetuntur, quàm gelauerit. Idem lib. 15. cap. 6. Si gelant frigora, quarto die premendum. Hinc etiam componuntur, Congelo, penult. corr. Columel. lib. 1. Oleum quod minus prouenit, si congelatur, fraceſcet. Item Regelo, de quo ſuo loco.

Gelaſco, is, ere, n. t. Eſt gelu aſtringi, κρυσταλλῶμαι. Gel. lib. 17. cap. 8. Vina rarenter congelaſcunt. Plin. lib. 14. cap. 21. Vini natura non gelaſcit.

Gelatio, uerb. Plin. lib. 17. cap. 14. Si protinus editis fructibus gelatio magna conſecuta eſt, etiam paucis diebus necat.

Gelabilis, le, Quod gelu durari poteſt, à quo fit compoſitum Ingelabilis. πήγνυσθαι δυνάμενον. Gell. lib. 17. cap. 8. Quur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne ingelabile ſit?

Gelidus, a. um, pen. cor. Frigidus, κρυερὸς. Verg. lib. 3. Aen. mihi frigidus horror Membra quatit, gelidusq; coit formidine ſanguis. Gelidus æther. Vergil. 8. Aeneid. Gelidus amnis, gelida rupes, gelidum flumen, apud eundem. Gelidæ naturæ ſydus, Plin. lib. 2. cap. 86. Gelida, abſolutè: ſubaudi aqua. Horat. 2. Sermon. Satyr. 7. Poſcit te mulier: uexat, fonbusq; repulſum Perfundit gelida: rurſus uocat. Hinc componitur Egelidus, quod ſignificat id quod non eſt calidum, neq; frigidum (nam e, quandoq; priuationem denotat) quamuis Seruius pro ualde frigido expoſuerit. Sueton. de Auguſto, Vngebatur ſæpius, ſudabat ad flammam, deinde perfundebatur egelida aqua, uel ſole multo tepefacta. Ouidius Sed gelidum Boream, egelidumq; Nothum. ubi gelido egelidum oppoſuit. Prægelidus, ualde gelidus, uide ſuo loco.

Gelidè, aduerb. Horat. de Art. Vel quòd res omneis timidè gelideq; miniſtrat.

Gemea, nomen alæ militum Maced. Liu. 7. bel. Maced. Addita his ala mille ferme equitum, gemeam uocabant.

Gemellar. aris, n. t. Vaſis genus, cui fortaſsis ex eo in ſitu nomen, quod geminas menſuras contineat. Colum. lib. 12. cap. 50. Quod deinde primùm defluxerit, in rotundum labrum (nam id melius eſt, quàm plumbeſi quadratũ, aut gemellar) protinus capulator depleat.

Gemebundus, Vide Gemo.

Geminus, a, um, Propriè idem eſt quod duo, δίδυμος. Ver. lib. 6. Sunt geminæ Somni portæ. Teren. in Andria, Nam ſatis credo ſi aduigilaueris, Exanimas mihi conficies nuntias. Vnde etiam gemini dicuntur ui partu editi. Vergil. 8. Aeneid. Geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. Si autem tres fuerint, trigemini dicuntur: ſi quatuor, quatergemini. Columell. lib. 4. Albanas equitiæ familiæ trigeminorum matres. Quandoq; pro ſimili ponitur. Pacuuius, par fortitudo, gemina confidentia. Cic. pro Roſcio Amerino. Par eſt auaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Idem pro Roſc. Comœd. Simillima, & maximè gemina ſocietas hereditatis eſt. Eſt etiam cæleſte ſignum quod Aſtrologi uocant geminos, Caſtorem & Pollucem intelligentes, qui à matre Leda uno partu creduntur editi, de quibus Seneca, In magna tempeſtate apparent quaſi ſtellæ cælo incidentes, adiuuariq; ſe tunc periclitantes exiſtimant Pollucis & Caſtoris nomine. A Columella dicitur Geminum aſtrum, quod XIIII. Calendas Iunii Sol ingreditur. Geminus etiam Iani epitheton eſt, quòd gemina facie pingi ſolebat: cuius rationem hanc affert Macrobius, quòd Ianus omnium ſui ſeculi fuerit prudentiſſimus: neq; ſolùm ea uiderit quæ anteſe erant, hoc eſt, præterita, uerumetiam ea quæ poſt ſe erant, hoc eſt, futura proſpexerit.

Gemellus, a, um, diminut. Verg. Eclog. 1. Modò namq; gemellos, Spem gregis, ah ſilice in nuda connixa reliquit. Gemellæ uites, à Columella lib. 3. cap. 1. dictæ ſunt ab uuis ſemper geminis. nam duplices uuas (ut inquitidem) exigunt. Plin. lib. 14. cap. 2. Gemellarum, quibus hoc nomen uuæ ſemper geminæ dedêre.

Gemellipara, pen. cor. Latonæ epitheton eſt quę Appollinẽ & Dianam uno partu edidit, διδυματόκος. Ouid. 5. Faſt. fuit impetus illi Curua gemelliparæ ſpicula ferre deæ.

Gemino, as, pen. cor. Duplico, διπλασιάζω, διπλόω. Teren. in Adelph. Geminabit, niſi caues. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16. Eximendorum fauorum ſignum ſumunt ex ipſis, quum plenas aluos habent, & quum illas geminauerint. Geminatus Sol, Cicero de Nat. deorum. Geminata ars, Plinius lib. 29. cap. 1. Geminata uictoria, Liuius 1. ab Vrbe cond. Geminatus honor, Idem libro 9. bell. Macedon. Huius compoſitæ ſunt, Congemino. Plaut. in Amphit. Nunc ſi patera pateram peperit, omnes congeminauimus. Ingemino, repeto, duplico. Verg. lib. 1. Georg. Tum liquidas corui preſſo ter gutture uoces, Aut quater ingeminant διπλολογοῦσι.

Geminatio, uerbale. Cic. lib. 3. de Orat. Nam & geminatio uerborum habet interdum uim, lepôrem aliàs, paulum mutatum uerbum, atq; deflexum.

Gemites, Gemma quæ ueluti candidas manus inter ſe complexas habet de qua Plinius libro trigeſimo ſeptimo, capite undecimo.

Gemma, mæ, f. p. Oculis uitis quẽ primo emittit, ὀφθαλμός. Verg. turgent in palmite gemmæ. Cic. de Amic. Itaq; ineunte Vere in his quæ relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea quæ gemma dicitur, à qua oriens uua ſeſe oſtendit. Ab huius ſimilitudine gemma uocatur omnis lapis pretioſus, ſiue pellucidus ſit ſiue non, λίθος τίμιος. Verg. 5. Aeneid. & tereti ſubnectit fibula gemma. Idem 7. Aeneid. Regales que accenſa comas, accenſa coronam Inſignem gemmis. Plinius de uiris illuſtribus, Vnde Romam legatione repetitus, hauſto quod ſub annuli gemma habebat, uenemo abſumptus eſt.

Gemmula, diminutiuum, Quo etiam flores ſignificantur quibus tanquàm gemmis uerno tempore cuncta pinguntur, & prata ueſtiuntur. Apul. libr. 10. Planè tenui ſpecula ſolabor clades ultimas, quòd Ver in ipſo ortu gemmulis floridis cũcta depingeret.

Gemmeus, a, um, Quod ex gemma eſt Cicero ſexto Verr. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c. Radix gemmeæ rotúnditatis, id eſt, rotunda in modum gemmæ, Plinius lib. 19. cap. 7.

Gemmo, as, are, n. p. Eſt gemmas in uitibus, ac arboribus emittere, ὀφθαλμοῦσθαι. Columell. Quum primùm uites incipiunt gemmare. Cicero. de Orat. Nam gemmare uites, luxuriem eſſe in herbis, lætas ſegetes etiam ruſtici dicunt. Sic Columella lib. 4. cap. 24.

Gemmans, antis, ut Gemmantes alæ pauonis, id eſt, lucentes in modum gemmarum. Marr. lib. 13. Miraris, quoties gemmantes explicat alas: Et potes hunc ſæuo tradere, dure, coquo? Herbæ gemmantes rore: id eſt, coopertæ rore, tãquàm lucidis gemmis, Lucretius lib. 2.

Gemmatus, a, um, Gemmis inſtructus, & ornatus. Plin. libr. 37. cap. 2. Quinimo etiam ius uidemur perdidiſſe corripiendi gemmata potoria, & uariæ ſuppellectilis genera, annulos trãſeuntes. Monilia gemmata, Ouid. 10. Metam. Gemmati magna ſpecie anuli. Liuius 1. ab Vrbe.

Gemmaſco, ſcis, ſcere, n. t. Eſt gemmas emittere, uel pullulare. ὀφθαλμίζω. Plinius libro 17. cap. 15. Atque ut gemmaſcere incipient, ligetur calamus. Columella libro quinto capit. decimo, Nucem Græcam ſerito circa Calend. Ianuarias quæ prima gemmaſcit. Accipitur item gemmaſcere pro eo quod eſt, gemmæ duritiem & formam acquirere. Pli. lib. 37. ca. 10. Draconites, ſiue draconcias è cerebro fit draconũ, ſed niſi uiuentibus abſciſſo nunquam gemmaſcit. In aliquibus tamen codicibus legitur gemmeſcit.

Gemmifer, a, um, ut Gemmiferi amnes. Plin. lib. 37. cap. 15. Gẽmiferi amnes ſunt Aceſinus & Ganges, &c. Corona gemmifera, Valerius Flac. Argon. 5. Mare gemmiferum, Propertius lib. 3. Eleg. 4.

Gemmoſus, a, um, Quod multis gemmis eſt exornatũ. Apul. lib. 5. Auro facto, gemmoſiſque monilibus onuſtas eas tradit reportandas.

Gẽmo, is, ui, itum, n. t. Eſt præ animi anguſtia in ſonum prorumpo, στενάχω, στενάζω. Vnde Gemitus, στεναγμός. Plautus in Amph. Dum hæc aguntur, interea uxorem tuam Neque gementem, neq; plorantem noſtrum quiſquam audiuimus Martialis lib. 9. Quæ mala ſunt domini, quæ ſerui commoda, neſcis Condile, qui ſeruum te gemis eſſe diu. Cicero ad Atticum, Eandem uirtutẽ iſtam, ueniet tempus quum gratuiter gemes. Aeneid. gemuit ſub pondere cymba. Plinius in Epiſt. Ideò nequaquam par gubernatoris eſt uirtus, quũ placido, & quũ turbato mari uehitur: tũc admirante nullo illaudatus, inglorius ſubit portum. At quũ ſtridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemũt: tunc ille clarus, & diis maris proximus. Legitur etiam Gemor paſſiuum, p deploror. Cic. ad Attic. libro 2. Atque hic ſtatus una uoce omniũ gemitur, neque uerbo cuiuſquam ſubleuatur. Quando que gemere ponitur pro flere, & quandoq; pro canere, de iis ſolùm auibus quæ flebilem cantum habent, ut turtur, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

columba. Vergil. 1. Eclog. Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo. Hinc fit Ingemo, de quo infrà.

Gemisco, is, ere, n. t. Idem quod gemere: ut, Ferale gemiscunt, Claudianus 3. de rap. Proserp.

Gemitus, us, m. q. Suspirium, στεναγμός. Cic. 6. Verr. Quod posteaquam dixi, tantus est gemitus factus aspectu statuæ & cõmemotatione, &c. Idem 5. Verr. Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniasq; audiret. Gemitus delphini est similis humano, Plin. lib. 10. cap. 36. Legitur & Gemiti, in genitivo. Plaut. in Aul. Tantum gemiti, & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit.

Gemebundus, Abundè gemens, στενάζων. Ouid. 14. Met. Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam.

Gemoniæ scalæ, Dicebantur ad quas corpora damnatorũ impacto uncо trahebantur. Cornelius Tacitus, Tunc confossum, collaceratumq; & abscisso capite truncum corpus Sabini in gemonias trahunt. Plinius libr. 8. cap. 40. scribit canem à corpore cerui non recessisse, abiecto in gradibus Gemoniis.

Gemonides, Gemmæ quas quidam præntidas uocant Pregnantes fieri, & parere dicuntur, mederiq; parturientibus: nam tales in Macedonia iuxta monumentum Triesiæ inueniuntur, speciesq; est eis aquæ glaciatæ. Plinius lib. 37. cap. 10.

Gemursa, Tuberculum sub pedum digitis nascens, ita dictum quòd gemere faciat eum qui id gerit, inquit Festus. Plinius libro 26. cap. 1. Et hic quidem morbus in Italia celeriter restinctus est, sicut & ille quem gemursam appellauere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

Gena, æ, f. p. Est membrana tam superior, quàm inferior quæ tegit oculum, βλέφαρον, ὀμματόφυμον. Terent. Hodie non compressi genam genæ. Plin. Aquatilia dormire existimant, non oculorum argumento, quia non habent genas, sed ipsa quiete placida, seu soporata. Idem lib. 11. cap. 37. Omnia talia, & pisces, & insecta non habent genas, nec integunt oculos. Ex his Plinii locis luce clarius ostenditur genas esse duo illa oculorũ opercula, quibus cõtantibus, pupilla obtegitur, quas uulgus imperitũ uocat palpebras: quæ palpebræ, eodem Plinio teste, sunt pili illi in ciliis, hoc est, in extremo ambitu genarũ: quas etiam defluere tradit iis qui plus satis ueneri indulgent. Genæ etiam dicuntur partes illæ ab oculis ad mentum, quæ barba uestiuntur, quas radi in fœminis, XII. Tabularum interdicto antiqui uetuerunt: pudoris sedes esse arbitrati, quòd ibi maximè ostendatur rubor. Dictæ genæ, quòd in his pili gignantur. Verg. 8. Aen. Tum mihi prima genas uestibat flore iuuentus. Apul. in Magia, Purpuris infectas genas, & oculos illæsos illices. Hæ quoniam in mali speciẽ factę sunt rotundæ, dictæ sunt etiam malæ. Vide plura apud Plin. lib. 11. cap. 37.

Genabum, Vide Geneua.

Genauius, a, um, Idem quod Gulosus, a, um. Varro hæ nouissimè in triclinium genauium introierunt è culina propter fastidium.

Genca, æ, f. p. ala est mille equitum, estq; cuiusdam temporis spatium, authore Heracleto.

Genearcha, æ, m. p. γενιάρχης, generis princeps.

Geneălŏgĭa, æ, γενεαλογία, Sermo de origine generationis. Cic. 3. de Nat. deor. Quod si ita est, Cęli quoq; parentes, dii habendi sunt, Aether & Dies: eorumq; fratres & sorores, qui à genealogiis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus.

Gener, Generalis, Generatim, Genero, Generosus Vide Genus.

Gener ana pyra, sic dicta ab insitore, Sipont.

Cĕnĕsis, pen cor huius geneseos. f. t. γένεσις, Latinè generatio natiuitas. Accipitur etiam pro sydere natalitio quod cõuenit ei qui oritur eo momẽto quo quis nascitur. Iuu. Sat. 6. Si rumpat fractus ocelli Angulus, inspecta genesi collyria poscit. Suet. in Vesp. Monentibus amicis cauendũ esse Metiũ, quòd uulgò crederetur genesim habere imperatoriã, insuper Consulem fore: id est, quòd opinio esset à Mathematicis prædictum esse fore ut imperaret. Budæus.

Genethles, genethles, fœm. gen. γενέθλη, Venus.

Genethliaci orum, m. s. γενεθλιακοί, Qui ex die & hora natiuitatis, quos horoscopos uocant, fortunam hominis, & successus nonnuntiant. Gell lib. 14. cap. 1. Aduersum istos qui se Chaldæos, seu genethliacos appellant, aq; de motu, deq; positu stellarum dicere posse quę futura sunt, profitentur, audiuimus quondã Phauorinum philosophũ Romæ Græcè disserentem egregia oratione.

Genethliacus, a, um, γενεθλιακός, Idem quod natalitius.

Genethlia, orum, n. s. γενέθλια, Dicuntur celebritates quæ fiũt natali die.

Genethlius, m. s. γενέθλιος, Latinè natalis dicitur, unde Genethliaci dicti sunt, de quibus suprà iam diximus. Erat etiã Genethlius Iouis cognomen, quòd ei incumberet cura omnia propagandi. Fuit præterea, teste Suida, hoc nomine Palęstinus quidam Sophista, discipulus Minutiani & Agapeti: qui quanuis in ipso ætatis flore occiderit, plurima tamen scripta reliquit, ex quibus Suidas recẽset παλαὰς, et διαλέξεις et μιλήτας, & multa alia, ut mirabile sit dictu, tam paucis annis uitæ tanta scripsisse.

Genialis, Vide Genus.

Genianes, Gemma quam Magorũ uanitas inimicorum pœnas efficere promittit. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Geniculum, Gniculatus, Vide Genu.

Geniста, æ, f. p. Arbuscula quædam humilis est, frondem inuta, flore luteo, apibusque gratissimo semine, lenticulis haud absimili, quod phaseolorum modo siliquis innascitur: ita dicta quòd in modum genu flexilis sit adnexus, id circoq; uinctibus ligandis idonea, uel quia genibus medeatur dolẽtibus, σπάρτιον. Vide Ruell. lib. 1. cap. 84. & lib. 3. cap. 142. Plin. lib. 21. cap. 6. Florem esse dixerim geniстas, namq; & iis decerpitur luteus: Martial. Non pyra quæ lenta pendent religata geniста. Verg. 2. Georg. Molle siler, lentęq; geniстæ. Humiles geniстę, ibidem.

Genitalis, Genitor, Genitura, Genitiuus, Genitus, Genius, Vide Gigno.

Genitalis, Xiphion apud Dioscor. lib. 4 cap. 23.

Genitura, herois, polygonum Dioscoridis lib. 4. cap 5.

Genitura Titani, sideritis apud Dioscor. lib. 4. cap. 36.

Geno, is, genui, genitum, ere, Antiquis in usu erat pro gignere, generare, γεννάω. Prisc. lib 10 Gigno genui, pro quo Geno uetustissimi protulisse inueniuntur. Varr. in Andab. Sed quod hæc loca aliquid genunt. Idem 1. de Re rust. cap. 40. Quædam enim ad genendũ, &c. Ex uetusto codice, infinitiuũ passiuũ Lucret. protulit lib. 3. tanto magis inficiandum Totum posse extra corpus durare, geniq;.

Genocha, Bestia paulò minor uulpecula, colore inter nigrum & croceum, maculis nigris interpositis, mansueta est, non lacessitur.

Genon, Cepæ genus, cui acutus est sapor, & lachrymosus.

Gentiana, æ f. p. γεντιανὴ Dioscoridi, Herba est folio fraxini, sed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis crassitudine, cauo & inani, ex interuallo foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, aquosa, & sine odore. Nascitur ubiq;, copiosissimè tamen in Illyrico, ubi à Gentio rege nomen accepit: quod etiam hodie seruat in Officinis.

Gentiles, Gentilitas, Gentilia, Vide Genus.

Genũ, γόνυ, n. q. & indeclinabile in numero singulari, & in plurali genua, Sunt curuaturę illæ quibus crura & fœmora committuntur. Dicta genua quòd hęc dum infans est in utero matris, genis opposita sunt: siue à generando, quòd in genibus uitalitas. Plin. lib. 11. cap. 45. Hominis genubus religio quędam ineст, obseruatione gentium: hęc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortassis quia ineст iis uitalitas. Namq; in ipsa genu utriusq; cõmissura, dextra læuaq; à priori parte gemina quædã buccarũ inanitas ineст, quæ perfossa, ceu iugulo, spiritus fugit. Hęc Plin. Verg. lib. 5. Aen. Genua labant, uastos quatit ægger anhelitus artus. Ouid. 5. Metamorph. Et genibus pronis supplex, humilisq; roganti, Genua submittere, pro flectere. Plin. lib. 8. cap. 1. Regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. A genu fit nomen adiectiuum Geniculatus, ra, rum, de quo suprà. Veteres declinauerunt genus, masculino genere. Lucil. lib. 4. Sat. ut citat Non. Hæret uerticulis affixum in posteriore Parte, atq; articulis nouus ut talusq; genusq;. Legitur etiam Genus neutri generis in eadem significatione. Cicero in Arato, Ab propter læuum genus omni ex parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce uidebis. Et paulò pòst, Atq; inter flexum genus, & caput alitis hęsit.

Genualia, n. t. Indumenta genuũ. Ouid. 10. Metam. quæq; Poplitibus suberant picto genualia limbo.

Geniculum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Geniculum, li, n. ſ. diminut. γόννὸν. Genicula dicuntur ſtipulæ uel caulis herbacei internodia, & ueluti articuli ac nodi quidam. Plin. lib. 16. cap. 39. Arundini in geniculo. Idem lib. 18. cap. 7. Genicula autem tritico ſunt quaterna, farri ſena, hordeo octona. Quandoq; Geniculũ accipitur pro germine, βλαστὸς.

Geniculatus, a, um, Dicitur quod frequentibus geniculis conſtat, ut heliotropium, quæ ob id genicularis herba uocatur, πολυγόνατον. Cicero de Senectute, Deinde tepefactum uapore & compreſſu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem, quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit, culmoque erecta geniculato, uaginis iam quaſi pubeſcens includitur.

Geniculatim, aduerb. ſignificat per genicula, γονυδὸν. Plin. lib. 21. cap. 11. Foliis geniculatim circundata.

Genicularis, Iychnis coronaria apud Dioſc. lib. 3. cap. 113. Itẽ lychnidis herbæ flos apud Plin. lib. 3. cap. 24.

Genuinus, Vide Gigno.

Gĕnŭs, n. t. à Græco γένος, Propriè principium eſt uniuſcuiuſq; generationis, uel ab eo qui genuit, uel à loco in quo quis genitus eſt, ut Oreſtes à Tantalo ducit genus, & Plato genere Athenienſis eſt. Patria enim, generationis uniuſcuiuſq; principium eſt, quemadmodum & parentes. Plaut. in Capt. Nam eccum hic captiuũ adoleſcentulum alium, Prognatum genere ſummo, & ſummis diuitiis. Plin. de Viris illuſt. Pyrrhus rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Terentius in Adelph. Hæccine flagitia facere te? hęc te admittere indigna genere noſtro? Præterea etiam genus uocamus multitudinem aliquorum, ad unum aliquid, & ad ſe inuicem quodammodo ſe habentium, ut Romanorum genus dicimus, quod ad Romulum refertur, & cognationem in ſe habet per quam à cęteris diſtinguitur. In hac etiam ſignificatione accipimus genus, quum genus humanum uel genus hominum dicimus: quandoquidẽ omnes homines ad unum principium referuntur, ad primũ ſcilicet parentem, aut certè ad omnium rerũ conditorẽ Deum: & inter ſe habent quandã cognationẽ, qua à reliquis animantibus diſtinguuntur. Rurſus appellatur genus, cui ſupponitur ſpecies, & quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Quæ ſignificatio tracta uidetur à prima ſignificatione. Eſt enim genus hoc modo acceptũ principium omniũ quæ ſub ipſo ſunt ſpecierũ: utputa, animal genus eſt, quod de homine, elephanto, equo, auibus, piſcibus, reptilibus, aliiſq; ſpecie differentibus prædicatur: homo uerò eſt ſpecies, quoniam de Socrate, Platone, Ariſtotele, Fabio, Catone, Cicerone, aliiſq; non ſpecie, ſed numero differentibus dicitur. Item genus dicitur quicquid eſt per quod alicuius rei qualitas indicatur, εἶδος. Vnde genus mortis, genus uitæ, genus pœnæ, genus marmoris, genus coloris & huiuſmodi. Seneca, Summum genus infelicitatis miſero eſt, fuiſſe aliquando felicem. Terent. in Eunuc. Eſt genus hominum qui eſſe primos ſe omnium rerum uoluat. Verg. 1. Aeneid. Quod genus hoc hominum? quęue hunc tam barbara morem Permittit patria? Nonnunquam ſumitur pro accidente partium orationis, ut quum dicimus, animal eſt generis neutri. Compoſita uide ſuis locis.

Generoſus, a, um, Quod eſt nobile & præclaro genere ortum, γενναῖος, εὐγενής. Papyr. 5. Sylu. titulis generoſus auitis. Suet. in Tiber. Condemnatam & generoſiſſimam fœminã Lepidam in gratiam Quirini Conſularis prædiuitis, & orbi. Per translationem accipitur pro magnanimo. Cic. lib. 3. Offic. Quumq; de imperio certatũ eſſet cum Rege generoſo atque potenti. Transfertur etiam ad inanimata, ut quũ dicimus arbores generoſas, & uitem generoſam, & ipſum etiam uinum generoſum. Horat. lib. 1. Epiſt. Ad mare quum ueni, generoſum & lene requiro, Quod curas abigat. Vergil. lib. 1. Georg. Continuò pecoris generoſi pullus in aruis Audet & ignoto ſeſe committere ponto. Columel. lib. 4. Atq; ubi multa inuitabunt regionis commoda, ut nobilẽ uitem conſeramus, generoſam requiremus. Idem lib. 3. Vitem maximè populus alit: & poſtea ulmus, quam Atiniam uocant ruſtici, generoſiſſima eſt.

Generosè, aduerb. γενναίως. ut Perire generoſius, Horat. 2. Carode 8.

Generoſitas, atis, f. t. Nobilitas, εὐγένεια. Columel. lib. 3. Qui uineam uel arbuſtum conſtituere uolet, ſeminaria prius facere debet: ſic enim ſciet cuius generis uitem poſiturus ſit. Nam quæ precio parata diſponitur, certam generoſitatis fidem non habet; quum dubium eſt an is qui uendidit, legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam. Interdum etiam idem eſt quod magnanimitas. Generoſitas tauris eſt in aſpectu. Plin. lib. 8. cap. 45.

Generalis, le, om. t Vniuerſalis, ad omnes pertinens, γενικὸς, καθολικὸς. Quintilianus libro nono capite primo, Quædam ex iis ſpecies planè diſtant, manente tamen generali illa ſocietate. Cic. 1. de Inuen. Quum de genere negotii controuerſia eſt, conſtitutio generalis uocatur. Idem 1. Offic. Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honeſtate uerſatur: & aliud huic ſubiectum quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis.

Generaliter, aduerbium, Quod ſignificat ſimul omnia ſub genere amplectendo, γενικῶς, καθόλου. Cicero primo de Inuent. Nam ipſum quidem generaliter definire, difficile eſt. Plinius in Epiſtolis Memini quidem te iam quædam notaſſe, ſed generaliter.

Generatim, Per ſingula genera, ſeu per ſingulas ſpecies, κατὰ γένη. Vergilius libro ſecundo Geor. Quare agite, ô proprios generatim diſcite cultus Agricolæ. Varro, Non in uolucrib. generatim ſeruatur analogia. Cicero 4. Acad. Igitur exponã generatim argumenta eorum, quoniam ipſi etiam illa ſolẽt confusè loqui. Generatim diſtributi in ciuitates, Cæſar 7. bel. Gal. Aliquando generatim dicitur non per ſingula genera, ſed generaliter, cõfusè, & indeterminatè, κεφαλαιωδῶς. Cic. lib. 2. de Orat. Infinitum mihi uidetur id dicere in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo, Expetenda ne eſſet eloquentia, expetendi ne honores.

Genero, as, are, act. p. Gigno, fœtum procreo: & propriè de maribus dicitur, γεννάω. Verg. 8. Aeneid, At Maiam (audiris ſi quicquam credimus) Atlas, Item Atlas generat, cæli qui ſydera fulcit. Cicero in Partit. Quemadmodum quiſque generatus, quemadmodum educatus. Inuenitur tamen etiam de feminis dici. Plinius libro octauo, capite 44. Et quæ non primo initio generare cœperit. Ibidem, Contraque mulos quos aſini & equæ generarent. Et de herbis, Gell. libro quinto, capite ſexto. Obſeruari ſolitum, ut fieret è gramine quod in olea generatum eſſet. Per translationem accipitur pro inuenire, Quintilianus lib. 10. capite ſecundo, Illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt, ut tam multa generarent. Huius compoſita ſunt, Congenero, pro adiungo, aſſocio, συγγενάω. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. Degenero, de quo in dictione Degener, Ingenero, quod modò ſignificat genero, modò gignendo infero, ἐγγενάω, ἐμποιέω. Lactantius libro ſexto, Deus itaque quum primum fingeret mirabili prouidentia ingenerauit ei prius iſtas animi commotiones, ut poſſet capere uirtutem. Cicero libro primo, Offic. Eademque natura ui rationis hominem conciliat homini, & ad orationis & uitæ ſocietatem, ingeneratq; in primis præcipuum quendam amorem, in eos qui procreati ſunt. Progenero, generationem propago. Columel. Nam & humidæ res & ſiccæ quas terra progenerat, facilè uiriantur. Hinc progenies, pro genere & familia. Regenero, rurſus genero, ἀναγενάω. Lactant. libr. 4. Ex eorum ſemine regenerari eum iuſſit.

Generaſco, is, ere, n, t. Naſcor, γίγνομαι. Lucr. libr. 3. cur omnia membris Ex ineunte æuo generaſcunt, ingenioq;

Generatio, onis, f. t. Quæ eſt (ut Speuſippus ait) motus ad eſſentiam, acceptio eſſentiæ, proceſſus in eſſe, γένεσις. Plin. lib. 10. cap. 52. Auium generatio ſimplex uidetur eſſe.

Generator, oris, maſ. t. Genitor, procreator, γεννήτης. Cic. de Vniuerſ. Noſſe autem generatores ſuos optimè poterant.

Generabilis, le, Quod facilè generatur. Plin. libr. 2. capit. 45. Hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus.

Gener, ri, m, ſ. Filiæ meæ uir, quaſi generis propagator: adhibetur enim ad genus augendum, γαμβρὸς. Plautus in Ciſtel. Iſthic quidem Aedepol mei uiri habitat gener. Cic. 1. Offic. cum ſoceris generi non lauantur. Perſ. Satyr. 2. Hunc optent generum rex, & regina. Tacit. libr. 1. Mox defuncto Marcello generum ſumpſit. A quo progener: ita appellat auus neptis ſuæ uirum.

Gens, gentis, f. t. A genus deducitur, u litera detracta, idem ferè quod natio: quanquam gentis appellatio generalior eſſe uidetur, multasq; ſub ſe comprehendere nationes, ἔθνος. Gẽs enim Itala Latinos habet, Hetruſcos, Campanos, Vmbros, Picentes, & huiuſmodi. Cic. 2. de Nat. deor. Deum non curare ſingulos homines, nec ciuitates, nec nationes, nec gentes. Cic. 1. Off. Proprior eſt eiuſdem gentis, nationis, linguæ conjunctio. Verſ. 2. Aen. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat

æquor. Plin. de Vir. illuſt. Mithridates rex Ponti oriundus à ſe ptem Perſis, magna ui animi & corporis, ut ſex iuges equos re geret, duarũ & uiginti gentiũ ore loqueretur, bello ſociali, diſ fidentibus Romanis, Nicomedẽ Bithynia, Ariobazanem Cap padocia expulit. Interdũ pro familia ponitur, φύλον, ut gens Aelia, gens Valeria, pro Aeliorũ & Valeriorum familia. Inde gentiles dicti, ex eadẽ gente, id eſt, familia oriundi. Sine gente, id eſt, ignobilis. Horat. 2. Serm. Sat. 5. Qui quamuis periurus erit, ſine gente, cruentus Sanguine fraterno, &c. Gens per translationem de apibus dicitur. Colum. lib. 9. cap. 9. Inteſtino bello totæ gentes conſumuntur. Et de piſcibus. Ver. 4. Georg. Quum Proteus conſueta petens è fluctibus antra Ibat: cũ uaſti circum gens humida ponti Exultans, &c. Vbicunq; terrarum & gentium, Cic. 7. Verr. Idem in Catil. O dii immortales, ubinam gentium ſumus? quam Rempub. habemus? in qua urbe uiuimus? Nuſquam gentium, id eſt, nuſquã omnino. Ter. Adel. Næ ego homo ſum infelix, primùm fratrem nuſquam inuenio gentium,

Genticus, pen. cor. Idem quod gentilitius, πάτριος. Vnde genticus mos, id eſt, gentis uel patriæ conſuetudo. Corn. Tacit. lib. 3. Addunturè ſeruitiis gladiaturæ deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (crupellarios uocant) in ferendis ictibus inhabiles.

Gentiles, com. t. Qui ex eadem familia ſunt, & eiuſdem nominis ſunt, οἱ ἐκ τῶν ἀρρένων οἰκεῖοι, γνωτοὶ. Vnde Cincius, Gentiles mihi ſunt qui meo nomine appellantur. Cic. lib. 1. Tuſ. Pherecydes Syrus primùm dixit animos hominũ eſſe ſempiternos, antiquus ſanè, fuit enim meo regnante gentili. Hoc eſt, Seruio Tullio, quia eiuſdem nominis erat. Idem in Top. Gentiles ſunt qui inter ſe eodem ſunt nomine, ab ingenuis oriundi: quorum maiorũ nemo ſeruitutem ſeruiuit, & qui capite diminuti non ſunt. Author ad Heren. lib. 1. Si paterfa milias inteſtatus moritur, familia, pecuniaq; eius agnatorũ, gentiliumq; eſto. A gentilis, deducitur ſubſtantiuũ Gentilitas, quod accipitur pro familia hominum ingenuorũ qui ſunt eiuſdem nominis: ſeruorum autẽ, aut libertinorum nulla eſt gentilitas. Interdum etiam Gentiles dicuntur qui ſunt eiuſdẽ nominis, etiamſi ex eadẽ familia non ſunt oriundi. Vnde etiã ſerui dicebantur gentiles dominorũ quoniã dominorum nomine uocabãtur. Plin. lib. 33. cap. 1. Singuli Marcipores, Luciporeſue dominorũ gentiles omnẽ uictũ in promiſcuo habebant, nec ulla domi cuſtodia à domeſticis opus erat. Item Gentile dicitur, quod eſt, gentis alicuius peculiare, & propriũ, ut Iuuen. gentilia tympana dixit, id eſt, gentis propria. Suet. de Tyb. Capillo pone occipitiũ ſubmiſſiore, ut cer uicem etiam obtegeret, quod gentile in eo uidebatur. Rurſus ſcriptores rerum ſacrarũ Gentiles uocant idolorũ cultores, qui aliter quàm Chriſtiani de Deo ſentiunt, quos nonnulli uoce Græca malunt Ethnicos appellare. Qui loquendi ritus à Iudæis manauit qui nationes omnes, præter ſuã, Gentes, ſeu Gentiles uocitabant.

Gentilitius, a, um, Quod eſt ex gente, & familia: ut Gentilitia nomina dicuntur quæ originem gentis uel familiæ declarant ut Porcius Cornelius. Gentilitia ſacra, quæ genti, hoc eſt, familiæ alicui ſunt peculiaria. Cic. de Aruſ. Multi ſunt etiã in hoc ordine qui gentilitia ſacrificia, illo ipſo in ſacello ſtatuto loco aniuerſaria factitarint. Gentilitium ſacerdotium quod in ius familiæ pertinet, & nunc uulgò Ius patronatus dicitur. Gentilitium hoc illi, id eſt, hoc illi à gente ſua propriũ eſt. Plin. in Epiſt. Paſſenius Paulus ſplendidus eques Romanus, & in primis eruditus ſcribit elegos: gentilitium hoc illi, eſt enim municeps Propertii, at q; etiã inter maiores ſuos Propertiũ numerat. Plin. lib. 19. cap. 1. In Serranorum familia gentilitium eſſe fœminas linea ueſte non uti. Interdum etiã gentilitium id uocamus, nõ quod familiæ alicui, ſed populo aut nationi cuipiam eſt peculiare: ut Gentilitium nomen, hoc eſt, nationis, uel populi nomen. Gell. lib. 14. cap. 1. Vulgus autem quos gentilitio nomine Chaldæos dicere oportet. Mathematicos nominat.

Gentilitas, atis, f. t. Gentilium cõiunctio, & neceſsitudo, ἐκ τῶν ἀνδρῶν οἰκειότης. Cic. de Aruſp. reſpon. In ea cauſa fuit oratoribus de tuo ſtirpis & gentilitatis iure dicendum. Interdum accipitur pro ipſis gentilibus, hoc eſt, pro multitudine ipſa uel familiæ, uel gentis, ſiue nationis alicuius. Plin. de Viris illuſt. Gentilitas. eius Manlii cognomen eiurauit, ne quis poſtea Capitolinus uocaretur. Plin. in Panegyr. Ex quo intelligi poteſt quantę benignitatis, quanti ſpiritus fuerit, ſparſas atq; (ut ita dicam) laceras gentilitates colligere, atq; connectere.

Geodæſia, f. p. γεωδαισία, Terræ dimenſio, & ſcientia earum quæ in ſenſibilibus ſunt corporibus magnitudinũ & figurarum, circa diuiſionem & compoſitionem uerſans.

Geodætes, m. p. γεωδαίτης, Qui geodæſiam nouit, terræ diuiſor & agri menſor, inquit Budæus.

Geodes, γεώδης, Lapis eſt in cõcauitate ſua terrã habens, quẽ admodum aetites lapidẽ: unde & auribus admotus ſonitũ edit, ſed dilatiorẽ, quàm aetites. Facultatẽ habet aſtringendi & ſiccandi: unde & ea quę claritati oculorũ officiunt, purgat. Ex aqua quoq; inunctus, mãmarum genitaliumq; inflationes ſedat. Author Dioſc. lib. 5.

Geographia, f. p. γεωγραφία. Dicitur terræ deſcriptio, γῆ enim ſiue γία, ſiue etiam γῶ terram, & γράφω ſcribo ſignificat Cic. Att. lib. 2. De geographia dabo operã ut tibi ſatisfaciã, ſed nihil certi polliceor: magnũ opus eſt, ſed tamẽ ut iubes, curabo ut huius peregrinationis tibi opus extet.

Geomantia, f. p. pen. prod. γεωμαντία, Diuinatio ex terra. In de geomantes, γεωμάντης, qui ex terra diuinat.

Geometres, & Geometra, m. p. pen. cor. γεωμέτρης, Terræ menſor ſiue diuiſor. Cic. 4. Acad. Quomodo aut geometres ea cernere poteſt, quæ aut nulla ſunt, aut internoſci à falſis non poſſunt? Idẽ 4. Acad. Geometræ prouideant qui ſe profitentur non perſuadere, ſed cogere.

Geometria, æ, f. p. γεωμετρία, Terræ menſuratio dicitur, uel ars ipſa terram dimetiendi: quanquã etiã latius ad aliarũ rerũ dimenſionẽ extenditur. Eſt aũt Mathematicæ pars, quemadmodum Aſtrologia, Muſica, & Arithmetica, circa formas præcipuèſeu figuras uerſans. Cic. 5. de Fin. Quanquã ea uerba, quibus ex inſtituto ueterũ utimur pro Latinis, ut ipſa Philoſophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Muſica, quanquã ea Latinè dici poterant, tamen quoniã uſu percepta ſunt, noſtra ducamus.

Geometricus, a, um, adiect. γεωμετρικὸς, Quod ad Geometriam ſpectat. Cic 1. Tuſ. Socrates interrogat quædã geometrica de dimenſione quedrari. Idẽ 2. de Diuin. Si uelim geometricum quiddã, aut phyſicũ, aut Dialecticũ explicare. Idẽ 4. Academ. Quòd ſi geometricis rationibus non eſt crediturus quę uera afferunt in dicendo, næ ille longè aberit ut rationibus credat Philoſophorum.

Geometrica, orum, n. p. γεωμετρικὰ, τὰ, Sunt ipſa de geometria præcepta. Cic. 1. Tuſ. Ita faciles interrogationes ſunt, ut gradatim reſpondens, cò perueniat, quaſi geometrica didiciſſet.

Geometrice, es, f. t. γεωμετρική, Ars terrã, aliud ue quid dimetiendi: quę & geometria dicitur. Plin. lib. 35. cap. 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè & Geometrice, ſine quibus negabat artem percipi poſſe.

Georgica, orum, γεωργικὰ, τὰ, Dicuntur libri tractantes ea quæ ad agrorum cultum pertinent. Nam Georgia, γεωργία, agricultura dicitur Latinè.

Georgicus, a, um, γεωργικὸς. Quod ad agricultũram ſpectat, ut Carmen georgicum. Columella libro 7. capite 5. Sed georgicum carmen affirmat, nullam præſtantiorem medicinam, Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum, Vlceris os &c.

Geranion, γεράνιον, Herbarum duarum nomen eſt, quarum altera foliis eſt anemones, diuiſuris longioribus, radice ſubrotunda, quum eſtur, dulci. Hanc Officinæ Acum paſtoris appellant. Altera, caules habet ſeſquipedales, tenues & piloſos, folia maluę, in ſummis aũt aliis ſurſum ſpectantia gruũ capitu la cum ſuis roſtris à quibus etiã nomen accepit. Nã γέρανος Græci gruem appellant. Hanc noſtræ ætatis herbarii Pedẽ columbinum nominant.

Geranogeron, Geranion apud Dioſc. lib. 3. cap. 129.

Geranopodion, Lychnis coronaria, Dioſc. lib. 3. cap. 143.

Germanus, pen. prod. Vide Germen.

Germen, inis, n. t. Dicitur quod ex arborum oculis naſcitur, ſurculus ſcilicet prægnans, à generando dictus, quòd ſit generationis principium, βλαστὸς. Plinius lib. 10. capite 29. Denſante ſe frondium germine. Idem lib. 10. cap. 19. Sed nihil facilè reperitur mulierum profluuio magis monſtrificum, aceſcunt ſuperuentu muſta, ſterileſcunt tactę fruges, moriuntur inſita, exuruntur hortorũ germina, & fructus arborum, quibus inſidère, decidunt: ſpeculorũ fulgor aſpectu ipſo heberatur, &c. Ver. 2. Geor. huc aliena ex arbore germen Includunt.

Germino, as, n. p. pen. cor. Pullulo, & germen emitto, βλαστάνω, βάπτω Plin. lib. 13. cap. 4. Fœmina circa florem germinat tantùm ſpinæ modo. Huius compoſita ſunt Congermino, quod

eſt con-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& coalescere facio, consocio, coniungo. Varro lib. 3. Rerum human. Postea cum his unam Rempub. coniuncti ac congerminati tenuere. Egermino, ἐκβλαστάνω, germen foras emitto. Colum. lib. 5. Nam plurimùm interest, non esse longum sarmentũ quod inseratur: & rursus plures oculos quibus egerminet inesse. Progermino, in germina excrescо. Idẽ ibidẽ, Vt & radices deorsum agat, nec ex propinquo negligenter in summa terra resecta progerminet.

Germinatiõ, s. f. t. uerbale. Pullulatio, βλάστησις. Plinius libro 16. cap. 25. Alia protinus, ut animalia: tardius aliqua & diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo uocatur. Columella lib. 4. cap. 24. Propter quod palmes, quem mox in germinatione citauerint, imbecillis ac minus fructuosus erit.

Germinatus, us, idem. Plinius libro 15. cap. 8. Oleam si capra depauerit, primo germinatu sterilescere author est M. Varro.

Germinascо, scis, ncre, t. Germen emitto, βλαστάνω, à quo fit compositum Congerminascо, simul pullulo, συμβλαστάνω, & per translationem coalescо, coniungor. Quadrigarius, Facite exempla eorum ut cum illis congerminascere sciatur.

Germanus, a, um, Iisdem parentibus natus: quod nomen à germine deductum putat Festus. Germen (inquit) est quod ex arborum surculis nascitur: unde & Germani, quasi eadem stirpe nati. Hinc Germani fratres, αὐτοκασίγνητοι, dicuntur qui patre eodem eademq; matre editi sunt: quemadmodum uterini dicuntur qui ex eodem utero prodierunt, qui scilicet matre eadem, diuersis autem patribus sunt procreati. Terent. in Andr. Si te in germani fratris dilexi loco. Aliquando sine fratre ponitur. Terent. in Adelph. O mi Aeschine, ô mi germane: ah uereor coràm in os te laudare amplius. Ibidem, Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo. Cicero 2. de Finib. Et L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. Cicero in Orat. Quum mutila quędam & hiantia loquuti sunt, uel quæ sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidis. hoc est, putant se pares esse Thucydidi. Accipitur item germanus pro uero, & syncero, hoc est, non fucato, & non adulterato quod Græci γνήσιον dicunt, ut Germana iustitia. Cic. 3. Offic. Sed nos ueri iuris, germanęque iustitię solidam & expressam effigiem nullam tenemus. Germana patria. Cicero 2. de Leg. b. Quia si uerum dicimus, hæc est mea & huius fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus. Germanum nomen. Plaut. in Capt. Nam ille Theodoromedes fuit germano nomine. Germanæ gerręe. Plaut. in Pœn. Nam tuę blanditiæ mihi sunt quod dici solet, Gerræ germanæ, atpr ædepol, λήρει, λήρων. Germanissimus Stoicis, id est, simillimus. Cic. 4. Acad. Erat quidẽ, si perpauca mutauisset germanissimus Stoicis. Fœmininum huius nominis est germana, αὐτοκασιγνήτη Verg lib 4. Aen Inueni germana uiam, gratare sorori. Germana soror. Cicero 1. de Diuinat. Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit.

Germanè, aduerb. hoc est, syncerè, & in modum germani fratris. Cic. ad Q. fr. lib. 2. De quo peris ut de te nihil occultans, nihil dissimulans, nihil indulgens, germanè, fraterneq; referibam, &c.

Germanitas, tatis, f. t. Est coniunctio, & uinculum quoddam necessitudinis, quale solet esse inter fratres, ἀδελφότης, φιλαδελφία. Cic. pro Ligario, Si fraternè si piè, si cum dolore faciunt, moueant te horum lachrymæ, moueat pietas, moueat germanitas, ualeat illa nox quę uicit. Liuius 7. bell. Maced. Argis & illos sicut sese, oriundos esse ab ea germanitate fraternam sibi cum iis charitatem esse. Plin. lib. 6. cap. 1. Vnde nomen ambobus, & tanquam in dissotiatione germanitas concors.

Gero, geris, gessi, gestum, act ter. Propriè significat porto, κομίζω, φέρω. Verg 7 Aeneid. Bella manu, letumq; gero. Interdum est habere, ἔχειν. Vergil. libro 2. Et nos aliquod nomenq; decusq; Gessimus. Interdum facere, πράττειν. Verg. libro 9. nec tecum talia gessi, Magnanimum Aenean, & fata extrema sequutus. Interdum administro, διακονῶμαι, νέμω, διαχαρίζω. Cicero in Cat. Qui amplissimum magistratum gerunt. Hinc dicuntur gesta, & gestæres, πράξεις. Cum accusatiuo reciproco significat uiuere, aut hoc, aut illo modo se habere: ut, Moderatè se gerere. χρῆσθαι μετρίως. Cic. de Amic. Qui ita se gerunt, ita uiuunt, ut eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas. Plin. in Epist. Quia se in legatione turpiter gesserat. Gerere censuram, id est, fungi censura. Plin. lib. 17. cap. 1. Consulem gerere, Sallust. in Iugurtha. Formam alterius gerere, Plaut. in prolog. Amphit. Honores gerere. Plin. in Epist. Ingenium callidum gerere, Plaut. in Asin. Gerere inimicitias. Liuius 10. bel. Maced. Iras gerere, Plaut. in Pœn. &c. Huius composita sunt, Aggero, congero, digero, de quibus locis suis. Egero, effero, ἐκκομίζω. Lactant. libro primo, Qui simum stabulo, quàm qui uitia de corde egerit. Columella libro secundo, Auium primum habetur stercus quod ex columbariis egeritur Quã doque pro euomo, uel uentrem exonero ponitur, ἀφοδεύω, ἐκκρίνω. Ingero, uide alibi. Oggero, intendo, seu adiicio: ut, Oggerere oculum alicui, est oculum alicui rei adiicere, seu intentum habere, ἐπέχω. Plautus in Trucul. Quando intrò aduenium, Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit, dũ illi agant. Progero, ultra seu foras gero, προφέρω. Columella libro primo, Ideoq; periti rustici, quicquid ouilibus, stabulisque conuersum progesserunt, superpositis uirgis tegunt, nec arescere solis incursu patiuntur. Regero, scriptis mando, qđ legendo aut audiendo didicerim, ἀποσημαίνω. Quintil lib. 3. ca. 8. Sunt enim uelut res gestæ in hos commentarios quos puer deduxerat schola. Vnde regesta dicuntur, quæ iam in tabulas, aut etiam in libros redacta sunt, τὰ ἀπομνημονεύματα, τὰ ὑπομνήματα Non ineptè etiam, teste Budæo, Regesta dici possunt quæ uulgò Registra dicuntur. Aliquando regero idem est, quod refero, seu reporto, reddo, reiicio. ἀναδίδωμι. Plin. lib. 2. cap. 9. In coitu quidem non cerni: quoniam haustum omnem lucis auersa illò regerat unde acceperit. Sic regerere crapulam, dixit Apuleius, pro euomere. Regesta (inquit) crapula uestem inquinauerat. Inde regestus participium: ut, Terra regesta, hoc est, eôdem relata unde fuerat egesta. Ouid. 11. Metam. fecedit, humumq; effodit, & domini quales conspexerat aures, Voce refert parua, terręq; immurmurat haustæ. Indicium q; sitæ uocis tellure regesta Obruit, & scrobibus tacitus discedit opertis. Inuenitur etiam regestũ substantiuè positum pro terra ex sulco egesta. Columella libro tertio, capite 15. Quum à superiore parte in inferiorem detrahitur humus, uix iustum pastinationi præbet regestũ. Idem libro 11. capit. 3. Potest tamen etiam in siccissimis locis opus custodiri, si depressius pastinetur solum: eiusq; abundè est gradum effodere tribus pedibus ut in quatuor consurgat regestum. Colum. lib. 4. cap. 1. Vt sit inferior tenera subiacens terra quæ non arceat, nec duritia sua repellat nouas irrepentes radiculas. Istud quidem contingere potest, etiam si ager bipalio moueatur, & deprimantur semina in regesto, quod est fermentatum plus dipondio semisse. Suggero, subministro, suppedito, ὑποτίθημι. Terentius in Adelp. Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? Cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris? Cic. 2. de Orat. Singulis generibus argumentorum copiam suggerunt. Interdum idẽ quod in memoriam redigo, ἀναμιμνήσκω. Cicero 2. de Finibus. Si memoria defecerit, tuum erit ut suggeras. Hinc suggestus locus editior, ex quo habetur concio: de quo uide suo loco, βῆμα. Sunt & alia composita, ut armiger, belliger, moriger, & multa huiusmodi, quæ omnia habent penul. syllabam correptam.

Gestus, a, um, partic. à gero, πεπραγμένος. Plaut. in Trin. Nihil euenit, ne time: re bene gesta saluus redeo. Cicero pro Mur. Gestus est mos & uoluntati & dignitati tuæ. Idem ad At. Gestus mos utriq;.

Gestus, ftus, m. q. Est actio quædã & quasi pronuntiatio corporis πάφασις, ὑπόκρισις. Gestio uerò, est administratio & actio quauis parũ in usu fit, inquit Vall. lib. 4. Cic. 2. de Nat. deo. In corporum etiam motione atq; gestu multa cernunt subtilius. Idem 4. Acad. Et huc quidem Zeno gestu conficiebat.

Gestuosus, a, ũ, Magna gestuũ cõcinnitate pollẽs, ὑποκριτικὸς, χαρονομικός. Gel. l. 2. c. 5. Gestuosas Hortẽsii manus & argutas

Gestio, f. t. Curatio, & administratio, διοίκησις. Cic. 1. de Inuẽt. Negotiis autẽ quę sunt attributa, partim sunt cõtinentia eũ ipso negotio, partim in negotii gestione cõsiderãtur: partim adiuncta negtio sunt, partim gestũ negotiũ consequuntur.

Gestio, gestis, gestiui, & gestii. n. q. Propriè est lætitiam animi, aut alium affectum gestibus corporis exprimo, γαυριάω. Cicero libro 2. de Finib. Quorum alter lætitia gestit, alter dolore cruciatur. Idẽ lib. 1. Offic. Aut uoluptate nimia gestiũt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quorum omnium uultus, uoces, motus, ſtatusq; mutantur. Interdum etiam geſtire, eſt uehementer cupere, & geſtibus cupiditatem, præ ſe ferre, ὁρμίζω, προθυμοῦμαι. Terent. in Phorm. Egóne illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio dari Mihi in conſpectum, nunc ſua ut ſciat culpa Lenem patrem illum, factũ me eſſe acerrimum. Sic Plaut. in Amph. Geſtiunt pugni. hoc eſt, cupiunt uerberare. Perſius Sat. 1. Non hic qui in crepida Graiorum ludere geſtit. Cic. pro Marcell. Parietes mediuſfidius (ut mihi uidetur) huius curiæ, gratias agere geſtiunt. Huius compoſitum eſt, Prægeſtio, quod eſt ualde geſtio, ut exponit Priſcian. Horat. lib. 2. Carmin. nunc in udo Ludere cum uitulis ſalicto Prægeſtientis. hoc eſt, ualde geſtientis, ſiue (ut Porphyrio interpretatur) properantis. Cic. pro Cælio, Prægeſtit animus iam uidere primùm lautos iuuenes mulieris beatæ.

Geſtiens, part. Cic. 5. Tuſc. Elatus inani lætitia, exultans, & temerè geſtiens. Idem 2. de Nat. deor. Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac geſtientes comprimimus. De eloquentia loquitur.

Geſticulor, aris. d. p. Geſtum facio, ὀρχέομαι, χαρονομέω. unde Geſticulari carmina, dixit Sueton. in Nerone, pro eo quod eſt, ad numeros carminis ſaltare, & modulis corpus adaptare. Super abundantiſſimam (inquit) cœnam iocularia in defectionis dnces carmina, laſciuęq; modulata quę uulgò innotuerunt, etiam geſticulatus eſt.

Geſticulator, oris, m. t. uerbal. qui corporis geſtu populũ oblectat, μίμος, ὀρχηστής. Colum. in Præf. lib. 1. Nec minus corporis geſticulatorẽ ſcrupuloſiſſimæ requirãt ſalutationis, ac muſicæ artis ſtudioſi.

Geſticulatio, onis, f. t. Eſt ipſa ſaltatio, ſeu geſticulandi actus, ὀρχησμὸς, μίμησις.

Geſticularia, ę, f. p. Idẽ quod mima, uel geſticulatrix, quæ ſcilicet corporis geſticulatione populum oblectat, ὀρχήστρια, χαρονόμος. Gel. lib. 1 cap. 5. Non iam hiſtrionem eum eſſe diceret ſed geſticulariam, Dionyſiamq; eum notiſſimæ ſaltatriculæ nomen appellarit.

Gerulus, li, m. ſ. pen. cor. Portator, qui fert aliquod onus: & probaiulo accipitur, ὁ κομίζων. Baiulum autẽ dicimus qui mercedis gratia onera ferre cõſueuit. Suet. in Calig. Ex gerulorũ diurnis quæſtibus pars octaua exigebatur. Hinc Nugigerus, nugarũ apportator. Plaut. in Bacc. Non dabis, ſi ſapies: uerùm ſi das maximè, Næ ille aliũ gerulũ quætat, ſi ſapiet, ſibi: Nam ego non laturus ſum.

Geſtor, ſtoris, m. t. uerbale, Qui gerit, ſiue portat. Plautus in Pſeud. Homines qui geſtant, quiq; auſcultãt crimina, Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant: Geſtores linguis, auditores auribus.

Gerundium, n. ſ. ſiue uerbũ ſit (ut quibuſdam uidetur) ſiue participium, ſiue (ut alii malunt) nomen participiale, caret numeris & perſonis, & ſub una uoce actiuã & paſſiuam ſignificationẽ gerit. Vnde à gerenda duplici ſignificatione, quidam gerundia dicta eſſe exiſtimant. Gerundia ante ſe nullũ habent caſum: poſt ſe, caſum habent uerbi actiui: nam in paſſiua ſignificatione nullum habent poſt ſe caſum. Habet autem gerundium quatuor omnino caſus, nominatiuũ, genitiuum, accuſatiuum, & ablatiuũ. De nominatiuo exemplum eſt, apud Verg. 11. Aen. Pacem Troiano à Rege petendum. Genitiuus iungitur nominibus ſubſtantiuis in utraque ſignificatione. Verg. 1. Ecl. Et quę tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi? In paſſiua ſignificatione gerundium nullum habet poſt ſe caſum: ut non dicimus, Vrbs eſt in periculo capiendi ab hoſtibus. Inueniuntur aliquando gerundia geniriui caſus paſſiuè accepta, ſed abſq; caſu, ut apud Iuſtinum Trogi abbreuiatorem, lib. 17. Athenas erudiendi gratia miſſus, quanto doctior maioribus ſuis, tanto & gratior populo fuit. Datiui caſus gerundia nulla ſunt, niſi fortaſſis ſoluendo, & inficiando: quæ aliqui uolunt eſſe nomina adiectiua indeclinabilia, alii gerundia datiui caſus. Cic. in Orat. Quum eſt inficiando reus, duo prima ſunt. Soluendo exigit datiuũ, licet non ſemper adponatur. Quint. Pauperi ſoluendo non ſumus. Cicero Lent. Ciuitatũ principes ad me detulerunt ſumptus decerni legatis nimis magnos, quũ ſoluẽdo ciuitates non eſſent. Interdũ etiam habet adiunctũ genitiuum. Quint. Maximi tamen uirorũ, & quibus artis ſuæ ſoluẽdo non ſit humanitas. Accuſatiuus gerundii iungitur uerbis ſignificantibus motũ ad locum. & hoc cum præpoſitione ad: aut etiã aliis uerbis cum præpoſitione inter, & aliquando etiã cum præpoſitione ante. Verg. in Buc. inter eundũ Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto. Idem 3. Geor. ante domandum Ingentes tollent animos. Ablatiuus tribus modis accipitur. Primo ſine regimine, ut Legendo diſco: & Currẽdo cecidi. Et ponitur actiuè & paſſiuè. Actiuè. Ver. 3. Ecl. Cantando tu illũ. Paſſiuè. Idẽ, Frigidus in pratis cantãdo rumpitur anguis. Idẽ, Alitur uitium, creſcitq; tegendo. id eſt, dum cãtatur, dum tegitur. Secundo cum præpoſitione de, ex, à, ab, cum, uel in. Cic. Ex quo ardeſcit ſiue amor, ſiue amicitia: utrũq; enim dictũ ab amando. Idẽ In defendẽdo maior labor eſt, quã in accuſando Quint. Quum præcipere de aptè loquẽdo cœperimus. Tertio cum uerbis ſignificantibus motũ de loco, ut Venio ab arãdo, redeo à ſpectando. Licet magis uſurpemus ab arare, & à ſpectaculo. Sed hęc non magnopere pgrtinẽt ad præſens argumẽtum: quandoquidem dictionũ ſignificationes, non ſyntaxin, docendas ſuſcepimus.

Gerundiua, A Grammaticis appellãtur nomina adiectiua, quę fiunt à gerundiis: ut à Legendi, legendo, legendum, fit Legendus, legenda, legendum.

Geſto, as, a. p Sæpe uel quaſi continuè gero, φέρομαι, φέρω. Plaut. in Curc. Rogita iſtum unde habeat anulum. C. Pater iſtum meus geſtauit. Idem in Stricho, Nam me illa aluo menſes geſtauit decem. Plinius lib. 18. cap. 10. de elephantis, Decem annis geſtare in utero uulgus exiſtimat. Terent. in Adelp. Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtaui meis.

Geſtatus, particip. Martial. lib. 1. Geſtatus biiugis Regulus eſſet equis.

Geſtito, tas, a. p. pen. cor. frequent. à Geſto, as, φορέω. Plaut. in Ciſtel. Eloquere, unde ſunt tibi hæc citò crepundia? L. Mea hæc herilis geſtauit, non tua. Idem in Amphit. Næ ego homo infelix tui Qui non alas interuelli: uolucrum uocem geſtito.

Geſtatus, us, m. q. Idem quod geſtatio, ſeu portatio φορά. Plin. lib. 15. cap. 25. Iulianis gratus ſapor, ſed penè tantùm ſub arbore ſua, adeo teneris ut geſtatum non tolerent. id eſt, geſtari non poſſint.

Geſtatio, onis, f. t. Vectio, portatio, φορά. Celſ. lib. 2. cap. 14. Geſtatio etiam longis, & iam inclinatis morbis aptiſſima eſt. Idem, Geſtationum leuiſſima eſt naui in portu. Geſtatio item, ἀκάρα, locus erat in quo geſtabantur homines ſanitatis, uel uoluptatis gratia, ea forma qua cœnatio, ambulatioq; dicitur. Plin. in Epiſt. Ab his geſtatio in modum circi quæ buxum multiformem, humilesq;, ac retentas manu arbuſculas circumit.

Geſtamen, inis, n. t. Quicquid geritur, ut neſtes, arma, ſceptrũ, περίβολὴ, φόρημα. Verg. lib. 3. Aen. Aere cauo clypeum magni geſtamen Abantis, Poſtibus aduerſis figo. id eſt, quod gerì ſolebat à magno Abante. Iuuen. Sat. 2. Ille gerit ſpeculũ, parthici geſtamen Orthonis. Plinius lib. 17. cap. 8. Hoc uectigal, hoc que geſtamen diuites in cerutce gratiſſimum norunt.

Geſtatorius, a, um, φορητὸς, ut Sella geſtatoria, in qua aliquis geritur. Suet. in Neron. Interdiu quoq; clàm geſtatoria ſellæ delatus in rheatrum.

Geſtatorium, rii, n. ſ. Appellatur lectica, ſella, ſiue carruca, & omne id quo geſtamur, φορεῖον. Suet. de Claud. Solitus etiam in geſtatorio ludere.

Gerontocomion, n. ſ. γηροντοκομεῖον, Vbi alimoniæ ſubminiſtrantur ſenibus emeritis. Vtitur hac uoce Imperator C. de Sacroſanct. Eccleſ.

Gerontopogon, n ſ γηροντόπωγον, Herba eſt folijs hirci barbulę, tenuioribus longioribusq;, in modũ capillorũ, caulepatuo, ſuper quẽ calix eſt longus, & barbula quæ ſummo uertice incana funditur. Florẽ habet luteũ qui in uolucres barbulas enaneſcit. Dictũ Gerontopogon, quaſi ſenilis barba. Vulgus barbam ſacerdotum appellat.

Gerræ, arum. f. p. γίρρα, Crates ulmineæ à Græcis primũ appellabantur: quæ uox poſtea uulgò pro nugamentis, rebuſq; friuolis uſurpata eſt, authore Feſto Pomp. hac quidẽ occaſione. Athenienſes enim quũ Syracuſas obſiderent, & crebrò gerras poſcerent, irridẽtes Siculi gerras clamitare cœperũt. Hinc in prouerbiũ ceſſit. Plaut. in Aſin. Videlicet Solon eſt, Leges ut cõſcribat quibus ſe populus teneat: gerrę. Idẽ in Pœn. Nã tuæ blanditiæ mihi ſunt quod dici ſolet, gerræ germanæ, atq; ædepol λῆροι, λήρων. Auſ. ad Sym. Miſi itaq; ad te friuola gerris Siculis nanciora.

Gerrones, m. t Nugatores, à gerendis nugis, φλύαροι, ἀδολέσχαι. Feſtus, Gerrones, leues & inepti, à cratibus proſtratis dicti, quòd Siculi aduerſus Athenienſes cratibus uſi ſunt, quæ

quas Græci gerras appellant. Hinc fit Congerro, pro connugatore. Plaut. in Perſ. Iam pol ille hîc aderit, credo, Congerro meus.

Gerres, m. t. Piſcis uilis, & alécularij genus, de quo Plin. lib. 32. cap. 11. Mart. 11. Teq; iuuant gerres, & pelle Melandria cana. Ibidē lib. 13. Fuiſſe gerres, aut inutiles mænas, Odor impudicus urſei fatebatur.

Gerulus, Gerundium, Vide Gero.

Geruſia, γερουσία. f. p. in Græcis urbibus uocabatur conuentus ſenũ, quem & nos Senatum & Senaculũ, ab ætatis uocabulo dicimus. Plin. lib. 33. Sic extruere domũ regiã Attali Tralibus, item Sardibus Crœſi quam geruſiam fecere. Vitru. Crœſi domus quam Sardiani ciuibus ad requieſcendũ ætatis otio Seniorum collegio geruſiam dedicarunt. Varr. Senaculum uocatum ubi ſenatus, aut ubi ſeniores conſiſterent, dictum geruſia. Hoc nomine dicebatur ſummus Lacedæmoniorum ſenatus, in quem nemo niſi graui ætate uenerandus, probisq; moribus ſpectatus admittebatur. Erat enim ille ſummus Spartanæ honos, uitæq; integræ actæ ampliſſimũ præmiũ quo illis maius contingere nullũ poterat. Siquidē (ut eſt apud Demoſth. in oratione aduerſus Leptinē) ſumma penes hunc ſenatum Lacedæmone erat poteſtas, adeo ut quiſquis in geruſiam legeretur, ſtatim cum ſuis ordinis ſociis dominus efficeretur ciuitatis.

Geſa, γῶσα, Vide in dictione Gæſa.

Geſeoreta, Nauigii ſpeculatorii genus, à Brutiis inuentum idem (ut quidã uolunt) cum eo quod Plautus profumiã appellat, Sipontinus.

Geſos, uiros fortes Galli uocant.

Geſampini, arbores ſunt quæ ferunt lanugines ex quibus ueſtes fiunt.

Geſtamen, Geſtatorium, Geſticulor, Geſtio, Geſto, Geſtus, uide Gero.

Gethyum, γήθυον, Cepæ genus condimentariũ, nullo penè capite, ſed radice tantùm oblonga. Latini pallacanã uocant, teſte Plin. lib. 19. cap. 6.

Getulia, uide Gætulia.

Geum, herba ſimilis Meo uel Meu athamantico apud Plin. quanquã ſint plures codices qui Gethin habeãt, non Geum. Vide Barb. in corol. Meu.

Geuma, atis, n. t. γεῦμα, guſtatus.

Geuſis, is, f. t. γεῦσις, guſtus.

G I

Giagones, buccarum muſculi.

Giarus, uide Gyarus.

Gibbus, bi. Propriè eſt tumor dorſi, aut etiam pectoris, ex ſpinæ flexu enatus, ὔβος, κύρτωσις, κύφωσις. Martial. Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. quo tamen in loco aliqui legunt, cum compare mulo. Nonnunquam tamen accipitur pro quouis alio corporis tumore. Iuuen. Sat. 6. meduſq; in naribus ingens Gibbus & acre malũ ſemper ſtillantis ocelli.

Gibbus, a, um, Idem ſignificans quod cõuexus. Cæl. lib. 8. cap. 1. Igitur caluaria incipit ex interiore parte cõcaua, extrinſecus gibba, utrinq; læuis

Gibboſus, a, um, adiect. idē ſignificans quod gibber, hoc eſt, gibbo deformatus, κυφὸς, κυρτός.

Gibber, ra, rum, Gibbo deformatus: & propriè is cui ſpina extrorſum flexa tumorem in dorſo creauit, ὔβὸ, κυφὸς, κυρτός. nam quibus illa introrſum flectitur, tumorem efficiens in pectore, regibberi, κύφλοι potius dicuntur. Plinius lib. 10. cap. 26. de gallinis Africanis, hoc eſt, gallinarum genus gibberum, uariis ſparſum plumis. Varro 2. de Re ruſtica, capite 9. Gallinæ Africanæ ſunt grandes, uariæ, gibberæ.

Gigas, gantis, m. t. γίγας, Dictio compoſita creditur à uerbo Græco γίνομαι, quod eſt naſcor, & à γᾶια, Doricè γᾶ, quod terram ſignificat: quaſi ex terra genitus. Credidit enim uetuſtas Gigantes homines fuiſſe excelſiſſimæ ſtaturæ, & draconum pedibus, ab irata tellure procreatos in deorum perniciem, ut ſcilicet ſuperbis bellum inferent, louemq; de cæli poſſeſſione deiicerent. Quo commento quid ſignificare uoluerint Poëtæ, explicat Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 20. his uerbis, Gigantes quid aliud fuiſſe credendũ eſt, quàm hominum quandam impiam gentem Deos negantem, & ideò exiſtimatam deos pellere de cæleſti ſede uoluiſſe? Horum pedes in draconum uolumina deſinebant: quod ſignificat, nihil eos rectum cogitaſſe, totius uitæ eorum greſſu, atque proceſſu in inferna uergente. Phyſici uerò interpretantur Gigantes ſpiritus eſſe terræ incluſos, qui dum exitum non inueniunt, fractis interdum altiſſimus montibus ui erumpunt, & fruſtra ipſa quaſi in cælum eiaculantur. Cicero 2. de Nat. deor. Nec uerò, ut fabulæ ferunt, Dii belliſ, præliiſq; caruerunt: nec ſolùm, ut apud Homerum, quum duos exercitus contrarios alii dii ex alia parte defenderent: ſed etiam cũ Titanis, cum Gigantibus propria bella geſſerunt. Hæc & dicuntur, & creduntur ſtultiſſimè. Idē de Senect. Nam quid eſt aliud gigantum more bellare cum diis, niſi naturæ repugnare? Ouid. Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes. Iuuen. Saty. 4. Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum. Id eſt, obſcuro & ignoto genere natus, quemadmodum gigantes, qui nullo parente è terra prognati creduntur.

Giganteus, a, um, γιγάντεος, nomen poſſeſſiuum. Ouidius 2. Triſt. Quumq; gigantei memorantur prælia belli. Furiæ giganteæ, Claud. 4. Paneg.

Gigantomachia, æ, ſi p. γιγαντομαχία, gigãtum pugna: qualem Poëtæ in campis Phlegræis inter deos & Gigantes geſtam fabulantur, quum illi louem de cæli poſſeſſione deiicere conarentur.

Gigeria, orum, n. f. teſte Nonio, inteſtina ſunt Gallinarum, & quæ cum his coquuntur. Lucilius libro 8. Gigeria ſunt ſine allio: his ueſcamur alacriter.

Gigno, gignis, genui, genitum, act. t. Genero, γεννάω. Cicer. 1. de Finibus Ad maiora enim quædam nos natura genuit & confortauit, ut mihi quidem uidetur. Plin. lib. 7. cap. 11. Hæc eſt conditio mortalium: ad has huiuſmodi occaſiones fortunæ gignitur. Idem libr. 14. cap. 6. Faſtidium gignit uuas appetendi. Quintil. lib. 1. cap. 1. Ac ſicut aues ad uolatum, equi ad curſum, ad ſæuitiam feræ gignuntur: ita nobis propria eſt mentis agitatio. Huius compoſitum eſt, Ingigno, ingenero, gignendo infero, ἐγγεννάω Cic. 5. de Finib. Siue, ut doctiſſimis uiris uiſum eſt, maior aliqua atq; diuinior hanc uim ingenuit: ſiue hoc fit ita fortuitò. Col. lib. 4. Tanquam naturali & ingenita ſterilitate laborantibus. Antiqui pro eodem dixerunt Geno, de quo ſuprà unde adhuc manſerunt genui præterirum, & ſupinum genitum. Lucret. lib. 3. Totum poſſe extra corpus durare, geniq;

Genitus, participium, Idem quod natus, γενητός. Plinius libr. 11. capite 37. Septimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium, & narium defuêre. Geniti dentes in palato, genitus annos nouem, genitus ad perdenda uina, genitus ad ſuperbiam, genitus in ſeruitio, pro eò qui ſeruus natus eſt, multa que id genus alia paſſim occurrunt apud eundem Plinium Hinc componuntur Vnigenitus, primogenitus & progenitus: de quibus ſuis locis.

Genitor, oris. m. t. Pater dicitur, qui ſcilicet genuit, γονεύς, γεννήτωρ, ὁ γεννήσας. Cic. de Vniuer. Quo nihil ab optimo & præſtantiſſimo genitore melius procreatum. Genitores omniũ uitiorum Græci, Plinius libro 15. cap. 4. Genitor dubius, id eſt, pater incertus. Ouidius 5. Metamorphoſeon Occidit Aſtrens Matre Palæſtina, dubio genitore creatus. Genitor deorum, id eſt, Iuppiter. Idē 2. Triſt. Iure igitur genitorq; deſm, rectorq; uocatur.

Genitrix, f. t. Mater dicitur, quæ ſcilicet genuit, γεννήτρια, ἡ γεννήσασα. Verg. 1. Aen. nanq; ipſa decoram Cæſariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ Purpureum, & lætos oculis adſtrarat honores. Genitrix frugum Ceres, id eſt, inuentrix. Ouid. 5. Metamorph. Et frugum genitrix immenſos ſiſte labores.

Genitura, ræ, f. p. Quandoque generationẽ ſignificat, γένεσις. Plin. lib. 18. cap. 24. Inter diligentiſſimos conuenit, ut in alitum quadrupedumq; genitura eſſe quoſdam ad cõceptum impetus terræ. Idem lib. 9. capit. 55. Origo atq; genitura conchæ, eſt haud multum oſtrearum conchis differens. Accipitur etiã pro ſemine humano, quod Græco uocabulo ſperma uocamus. Plinius lib. 22. cap. 22. Datur & contra profluuia genituræ uiris. Idem lib. 26. cap. 7. Semen eius extinguere genituram uirorum dicitur. Genitura horoſcopum uocauit Suetonius in Auguſto; Verùm genitura ſua uix & cunctanter edita, exiluit Diogenes, adorauitq; eum. Tantum autem mox fiducam fati Auguſtus habuit, ut thema ſuũ uulgauerit, numumq; argenteum, nota ſyderis Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit. Iul. Firmicus libro tertio: Secundum hanc genituram, & ſecundum has conditiones ſtellarum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& secundum testimonia quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominum uolunt fata disponi. Budæus in Annot.

Genitalis, & hoc le, om. t. Idem quod natalis, γενεθλιακὸς. unde genitale solum, dicimus patriam in qua nati sumus, quod & natale solum appellatur. Et genitalē diem, quo scilicet in lucem editi sumus. Genitalia semina quibus aliquis procreatur & gignitur. Vergil. lib. 2. Georg. Vere tument terræ, & genitalia se nina poscunt. Colum. lib. 3. cap. 6. Adhibenda ratio est subtilior, ut ex his partibus trunci sumantur, qui & genitales sunt, & maximè fertiles. Idem lib. 7. cap. 6. Fœminis quoq; uuluæ ferro exulcerantur, & citatricibus claudantur, ne sint genitales. id est, ne possint generare. Genitalia membra, siue genitales partes, dicuntur pudenda, tam in uiro quàm in fœmina, τὰ αἰδοῖα. Colum. lib. 7. Et ipsos neruos, quos Græci cremasteras appellant, quòd ex illis genitales partes dependent, comprehensæ.

Genitale, n. t. substant. tam de membro uirili quàm cæterorū animalium. Plin. lib. 10. cap. 63. Coitus auersus elephantis, camelis, tigribus, lincibus, rhinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus auersa genitalia. Idē lib. 11. cap. 44. Ac præter genitale tantùm, & hoc maribus, uiscera etiam interiora omnia ad exemplar. Colum. lib. 7. Elicitur cupiditas odore genitaliū ad moto naribus.

Genitalitèr, aduerb. Luc. lib. 4. ut semina possint Seminibus cō misceri genitaliter apta.

Genitiuus, a, um, γενητικὸς, Quod uim habet generandi. Vnde genitiuus humor, & genitiuus casus, γενικὴ. Interdum idē est quod genitalis, siue à natura ingenitus, & originalis, & cū nascente cōgenitus, ut Genitiuæ notę quæ sunt maculæ à natura ingenitę. Suet. in Aug. Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus, atq; aluū genitiuis notis, in modū, ordinē & numerum stellarū cælestis Vrsæ. Interdū etiā ponitur pro gentilitio. Ouid. 3. de Pont. Adiectiq; probent genitiua agnomina Cottæ.

Genius, nii, m. s. Veterum sententia dicitur uniuscuiusq; animā rationalis, ideoq; esse singulos singulorum, δαίμονα. Fuere etiam qui dicerent genios deos, aquā, terrā, ignē, & aērē, quæ rerum semina sunt, elementaq; appellata. Duodecim quoq; signa, Lunamq; & Solem inter hos deos putabant: & à gerendo, quòd multa gerere possent, gerulos deinde genios uocitarunt. Censorinus scribit genios dictos, quia ut gignamur, curent: siue quòd unà gignantur nobiscū, uel etiam quia nos genitos suscipiant, ac tueantur, προσάται, ἢ προστατοῦντες. Certè à gignendo Genius appellatur. Terentius in Andria, Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, &c. Eundem esse geniū & larem, multi ueteres memoriæ prodiderūt. Euclides Socraticus, duplicē omnibus nobis geniū dicit appositum, hoc est, duos lares. hi etiam Penates dici solent. Ab aliquibus genius dicitur hospitalitatis, uoluptatis, & naturę Deus. Hinc indulgere genio, est operam dare uoluptati, & quò quemq; natura trahat, subsequi. Pers. Sat. 5. Indulge genio, carpamus dulcia. Defraudare geniū, negare naturæ quod apperit. Terent. in Phorm. Quod ille unciatim de demenso Suo, suum defraudās geniū, comparsit mi ser, Id illa uniuersum abripit. Belligerare cum geniis suis, idē quod defraudare genium. Plaut. in Truc. non isthęc mea benignitas docuit te fabulari. A. sed istos Qui cum geniis suis belligerant, parce promi. Interdū etiam genius accipitur pro energia quadam, seu potius gratia, lepōre, aut uenustate alicuius rei. Martial. lib. 6. Victurus genium debet habere liber.

Genialis, & hoc le, om. t. Quod ad genium naturę & uoluptatis deum pertinet, ut Genialis dies, lętus & uoluptarius. Iuuen. genialis agatur Iste dies. Genialis torus, siue lectus, qui in nuptiis sternitur in honorem Genii. θάλαμος γαμικὸς. Vergil. 6. Aeneid. Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Cic. pro Cluent. Lectum illum genialem, quem biennio filiæ suæ nubenti strauerat, in eadem domo, &c. Vergil. 1. Georg. Inuitat genialis hyems. Ouid. 3. Amor. Nunc elegi molles, genialis Musa, ualete. Genialis homo, hoc est, hospitalis, & dapsilis. Genialis copia pecudum, id est, fœcunda. Plin. lib. 17. cap. 2. Rus geniale, Amœnum, & uoluptatis plenum, Ouidius Epist. 18.

Genialiter, aduerb. Opiparè & lautè. Ouid. 11. Metam. Hospitis aduentu festum genialiter egit.

Genuinus, a, um, Id est, natiuus ac peculiaris, γνήσιος. Apul. Genuino sermone nomē Augusti Cęsaris inuocare tentaui. Gell. lib. 2. cap. 2. Quum extra rempublicam in domestica re atque uita sedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque familiari discumbatur, tum inter filium magistratum & patrem priuatum publicos honores cessare, genuinos ac naturales exoriri. Genuini, dentes posteriores qui in extremæ gingiua in homine gignūtur nouissimi. σωφρονιστῆρες, χραντῆρες. Gignuntur enim teste Plinio lib. 11. cap. 37. circiter uigesimum annum, multis etiam circiter octogesimum. Dicti genuini, quòd à genis dependeant. Cic. 2. de Natur. deor. Dentibus in ore constructis manditur, atq; ab his extenuatur, atque molitur cibus. Eorum aduersi acuti, morsu diuidunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. Quoniam autem hi dentes in postrema mandibulę partes ueluti occultati sunt, neq; ita facilè patent aspectui, quemadmodum primores, aut canini, factum est ut Rodere dente genuino, & Frangere genuinum, accipiantur pro eo quod est, clàm alicui detrahere. Perf. Sat. 1. secuit Lucilius urbem Te Lupe, te Mute, & genuinum fregit in illis.

Genimen, minis, pen. cor. n. t. à Gigno, generatio dicitur, γέννημα. Vtitur semel atque iterum hac uoce interpres Noui Testamenti, ut Genimina uiperarum, & Genimen uitis. Alioqui apud idoneos scriptores non temerè inuenies.

Giluus, m. s. Color medius inter album & rufum, qui à Græcis teste Gellio lib. 17. cap. ult. appellatur πύῤῥος. Hic à nonnullis uocatur melinus, quasi mellinus, quòd mel eiusmodi colorem habeat. Ver. 3. Geor. Luxuriasq; toris animo sum pectus honesti Spadices, glauciq; color deterrimus albis, Et giluo. Vbi Seru. Aliud est candidū esse, id est, quadā nitendi luce perfusum: aliud albū quod pallori constat esse uicinū. Giluus autem mellinus est color. Alii autē legūt, albis & giluo: ut nō album & giluum, sed albogiluum uituperet: quòd si singuli colores uituperādi sunt, quanto magis mistus uterq;, id est, albogiluus?

Gingiua, æ, f. p. Pars est oris cui dentes inhærent, cuius exterior pars à Græcis οὖλον, interior ἔνδυλον uocatur. Plin. lib. 24. cap. 26. Ex his dulcia quæ apyrina alio nomine appellauimus, stomacho inutilia habentur, inflationes parunt: dentes gingiuasq; lædunt. Lactant. lib. de Opif. Dentes autem ipsos, ne magis horrori quàm ornamento essent, gingiuis mollibus (quæ à gignendis dentibus nominantur) ac deinde labiorum teguminibus honestauit, Iuuenalis Satyra 10. Frangendus misero gingiua panis inermi. Huius diminutiuum est Gingiuula, οὐλίον. Apua leius in Apolog. Magiæ, Complanatorem tumidæ gingiuulæ.

Gingrio, griis, grii, gritum, n. q. Anserum uocis proprium, κλαγγάζειν. Vnde genus quoddam tibiarum exiguarum, Gingrinæ dicuntur: & tibicen ipse, Gingritor. Author Festus.

Ginos, Hippuris altera apud Dios. lib. 4. cap. 5.

Girgillus, m. s. instrumentum quo fila reuoluuntur, ῥόμβος. Galli sua lingua uocant, Vn deuuydoir.

Gis, hippuris apud Dios. lib. 4. cap. 49.

Gith, Genus seminis, quod uulgò Nigellam Romanam appellant, μελάνθιον. Colum. lib. 7. Interdum fastidio ciborum languescit pecus: eius remedium genus seminis quod Gith appellatur. Plinius lib. 20. cap. 17. Gith ex Græcis alii Melanthion, alii Melansermon uocat. Plautus in Ruden. Os calet tibi: num gith frigefactas? Rusellius credit esse semen illud, quod rustici in Gallia sua lingua uocant Proyuretum, quasi minutum piper, eò quòd tenuiores hoc semine cibos condire soleant uice piperis.

G L

GL. In notis antiquorum, gloria GLA. S. H. INT. E. gloria sua hic intus est. G L. E. R. gloria exercitus Romani. G L I. gloria. G L. N. L. gloria nominis Latini. G L. P. gloria parentum, uel patriæ, uel populi. G L. P. R. gloria populi Romani. G L. R. gloria Romanorum. G L. S. Gallus Sempronius. G. M. gens mala. G M. F. Germanus frater. G M. F L. germanam filiam. G M. F L. germanus filius.

Glaber, bra, brum, Quod est læue & sine pilis, ψιλὸς, λεῖος, φαλακρὸς. Plaut. in Trinum. Oues scabræ sunt tam glabræ hem, quàm hæc est manus, Idem in Aulul. Tu istum gallum si sapis,

sapis, glabriorem reddes mihi, quàm Volsus ludius. Quem locum explicans Nonius de doctorum indagine, Legitur (inquit) quòd ludis præsulis pueri essent glabri ac depiles propter ætatem, quos antiqui ludios appellabant. Varr. de Re rustica capite 2. Si quem glabrum facere uelis. Sic glabrę sues apud Columellam. in præfat. lib. 1.

Glabellus, m. s. dimin. Glabra etiam, siue Glabella, uocatur interstitium supercilia supra nasum distei minans: quia sine pilis esse consuenit, μεσόφρυον. Capella lib. 1. Nupt. Philologiæ Quarum una deosculata Philologiæ frontem illic, ubi pubẽ filiorum discriminat glabellæ meuieras.

Glabreta, orum, n. s. Loca satis, stirpibusq; nuda: quæ & Calueta à nonnullis appellantur: in quibus scilicet propter noxiũ aliquem humorem nihil gignitur, φαλάκρωμα. Col. lib. 1. cap. 9. Solet autem salsam nonnunquã, & amaram uliginem uome re terra: quæ quanuis matura iam sata, manente noxia humore corrumpit, & locis glabrentibus sine ulla stirpe seminum areas reddit. Et glabreta signis adhibitis notari conuenit, ut suo tempore uitiis eiusmodi medeamur.

Glabro, as, a p. Pilos auferre, ψιλοῦν μαδίζειν. Col. 11. Cum ab aqua pridie sues prohibiti sunt, postero die mactantur: & uel aqua cadente, uel ex tenuibus lignis flãmula facta glabrãtur.

Glabreo, es, n. s. Glaber sum & depilis: quanquàm etiam ad terram transfertur, quæ etiam glabrere dicitur, ubi satis stirpibusq; nuda est, nihilq; gignit, μαδάω, φαλακρῶμαι. Vnde loca glabrentia, apud Col. lib. 2. cap. 9.

Glabresco, scis, n. t. Glaber, hoc est, sine pilis, aut capillis, aut plumis fio: quod euenit nonnunquam morbo aliquo, μαδάω, ψιλοῦμαι. Transfertur etiam quandoq; ad alia: ut Glabrescere dicitur area, quum herbis atritis uel euulsis cõplanatur, & quasi glabra redditur. Col. lib. 2. cap. 20. Nam dum à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam ungulis arterũtur, atq; ita glabrescit, & fit idonea seminibus area. id est, fit glabra, mundaq;.

Glabriones, masc. t. Dicti sunt qui corpus glabrum, & pilis nudum habent, μαδῶντες unde Glabrionum nõ ignobilis Romæ familia nomen accepit, ex qua fuit M. Glabrio M. Scauri ex sorore nepos: cuius meminit Asconius in orationem Ciceronis pro M. Scauro.

Glacies, glaciei, f. q Aqua concreta gelu, quasi gelacies, κρύσταλλος. Plin lib 8. cap 38. Aure ad glaciem apposita. Verg. 10. Eclog. Ah tibi ne teneras glacies fecet aspera plantas. Idem tertio Georgic. filicumq; maniplis Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat Molle pecus, scabiemq; ferat, turpesque podagras.

Glacio, glacias, Verbum est actiuum, idem significans quod in glaciem conuerto, συμπήγνυμι. Horatius. Carm. libro tertio, Ode 10. Audis quo strepitu ianua, quo nemus inter pulchra situm tecta remugiat, Ventis, & posita ut glaciet niues Puro numine Iuppiter. Inde passiuum Glacior, in glaciem conuertor, κρυσταλλίζομαι. Plinius libro 24. capite 13. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. Idem libro decimo quarto capite 21. Glaciatę moles prodigii modo. Caseus glaciatus, id est, coagulatus, & concretus. Colum. libro 7. cap. 8. Nec dubium quin fici ramulis glaciatus caseus iucundissimè sapiat.

Glacialis, le, om. t. A glacie deducitur, & est quod in glaciem astringi solet, κρυσταλλώδης, κρυμώδης. Iuuenalis. Satyr 2. Vltra Sauromatas fugere hinc libet: & glacialem Oceanum. Col. lib. 3. cap. 1. Per quam omni penè regione, & omni declinatio nemundi, nisi tamen glaciali, uel præferuida, curæ mortarii respondet. Fretum glaciale, Claud. 1. Paneg. Frigus glaciale, Ouid 9. Metamorph.

Glacitare, Proprium est uocis anserum, κλαγγάζειν In carmine de Philomela, quod Ouidii nomine circunfertur, Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anser. Alii legunt glocitat.

Gladius, dii, masc. s. Ensis: à clade dici uidetur, c in g mutata, ut scribit Varro, quòd ad cladem sit in uentus. ξίφος, μάχαιρα. Plaut. in Trinum. Dedistine hoc pacto ei gladium, qui se occideret? Idem ministrasti materiam ad perniciem. Cæsar. 7. bell. Gallici, Gladiis districtis, portas occupauerunt. Terentius in Adelph. Suo sibi hunc gladio iugulo. Erasmus, Suo gladio, suorsè telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis retincitur: aut qui suopte inuento, dolorsè capitur: deniq; in quem quocunq; modo seu dictum, seu factum retorquetur quod ab ipso profectum sit. Translata metaphora ab iis qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiuntur. Gladio plumbeo iugulare, est leui argumento, nulloq; negotio conuincere quempiam. Cic. ad Att. Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Antiquissimi etiã gladium dixerunt in neu. gen. ut probat Varro hac Lucilii autoritate, Hærebat gladium mucrone in pectore totum. Est & gladius, genus piscis marini, rostro mucronato quo naues perfodit, & demergit in Atlantico Oceano, ξιφίας. De hoc Plin. lib. 32. cap. 2. & 11.

Gladiolus, li, masc. s. Parnus gladius, ξιφίδιον. Quo etiam nomine à Romanis dicta est herba quædam quam & Græci ξίφιον. appellant, propterea quòd folium habet gladii figuram referens. Iridi persimilis est, nisi quòd folio minore sit, & angustiore, & gladii modo mucronato, neruosumq; in caulem exeunte, in quo purpurei flores in ordinem digesti De hoc Plin. lib. 11. cap. 11.

Gladiatores, masc. tert. Serui erant quos lanistæ armorum artem edocebant, ut postea populi delectandi causa in arena de pugnarent, μονόμαχοι. Cic. 3. Philipp. Quòd si iam (quod dii omen auertant) fatum extremum Reipub. uenit, quod gladiatores nobiles faciunt, ut honestè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiumq; omnium, &c. Idẽ 7. Philipp. Gracchorum potentiam maiorem fuisse arbitramini, quàm huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellaui, ut interdũ etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellant ii qui planè & Latinè loquũtur. Idem ad Cassium, Cædem enim gladiator quærit. Inter gladiatores erant retiarii qui aduersus mirmillones pugnabant. De quibus loco suo. De gladiatorum origine ac causa Iulius Capitolinus habet hoc pacto, Multi dicunt apud Veteres hanc deuotionem contra hostes factam, ut ciuium sanguine litato, specie pugnarum fortunam satiarent. Alii hoc literis tradũt, quod ueri similius credo, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas uidere, & uulnera, & ferrum & nudos inter se coëuntes, ne in bello armati, hostes timerẽt aut uulnera & sanguinẽ perhorrescerent. Hinc mos tractus uidetur, ut Imperatores ad bellum proficiscentes, munus darent gladiatorium.

Gladiatorius, a, um, quod ad gladiatores pertinet, μονομαχικός. ut Spectacula gladiatoria, Ludus gladiatorius, Munus gladiatorium. Cic. in Catil. Nemo est in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur Plin. lib. 15. cap. 18. Ara inde sublata gladiatorio munere Dini Iulii quod nouissimè pugnauit in foro. Teren. in Phor. Hi gladiatorio animo ad me affectam uiam. Quo in loco Animum gladiatorium uocat Terentius animum tam pertinacem, qui uel magno suo periculo rem aliquam perficere non dubitet, certus aut omnino superare, aut labori succumbere. Gladiatoribus enim, ubi semel in arenã descenderint, ea necessitas imponitur, ut aduersarium uictum occidant, aut idem ab illo expectent. Cic. 4. Tusc. An uerò uir fortis, nisi stomachari cęperit, non potest fortis esse? Gladiatoriũ id quidem: quanquam in eis ipsis uidemus esse sæpè constantiam. Sallust. Item ex Senatus consilio decreuere, ut gladiatoriæ familiæ Capuam, & inter cætera municipia distribuerentur.

Gladiatura, ræ, Congressus gladiatorum, μονομαχία, Corn. Tacit. lib. 3. Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati.

Glans, glandis, f. t. Fructus quercus, roboris, esculi, cerri, ilicis, fagi, suberis, & si qui sint similes, βάλανος. Plin li. 16. Dulcissima est omnium glans fagi. Verg. 4. Georg. Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Colum. lib. 4. cap. 33. Glandem magis quàm castaneam postulabant. Plin. lib. 7. cap. 56. Ceres frumenta inuenit, quum antè glande uescerentur. Sed quia ex his homines quondam uiuebant, glandis appellatione (ut Vlpianus sentit) omnes fructus continentur. Glans etiam dicitur plumbum, quod est in modum glandis formatum, quod antiqui loro alligatum, in hostem torquebant, & ad se retrahebant. Sallust. in Iugurtha, Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Hircius 5. bel. Asia. Sagittasq; & tela uti fierent complura curare, glandes fundere, fudes comparare. Item glans pars summa colis dicitur, quæ præputio tegitur, oculo similis. Præputium enim pellis est, qua glans tegitur: coles, ipse penis, à quo colei pendent. Glans hyberica, glans cęteris præstantior. Glans Aegyptia Myrobalanos. Glans unguentaria fructus est arboris Miricæ similis, magnitudine auellanæ nucis, cuius nucleus græcarum nucum more humorem reddit, quo ad pretiosa unguenta pro oleo utuntur Diosc. lib. 4. cap. 63.

Glandula, læ, diminut. à glans. Significat carnem glandulo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fam in fue: cuius sapor ab antiquis commendabatur, ἀδήνης Plaut. in Menæ. Iube nobis tribus apud te prandium accurari. Atq; aliquid si tomentorum de foro obsonarier, Glandulam suillam laridum, pernam itidem, Mart. Partitur apri glandulas palæstritis. Idem lib. 7. Ter poscit apri glandulas, quater lumbū. Glandulæ, arū. Plin. lib. 11. cap. 37. in suibus glādulas appellari testatur quæ in homine uocantur tonsillæ hoc est, partes illas faciūt quæ utrinq; iuxta gargareonem sitę, à Græcis παρίσθμια appellantur. quidā etiā glandulas appellant, tumores ex pituita nascentes, quos Græci χοιράδας. Latini strumas appellant: quæ nihil aliud sunt quàm adenes indurati, præcipuè in collo, alis, uel inguinibus.

Glanduloſus, a, um, Plenus glandibus, ἀδενώδης. Columella libro 7. capite 9. Qui porcum laudat, qui est amplæ & glandulosæ ceruicis.

Glandium, dii, n. s. Pars apri glandulosa, quæ est circa ceruicem uel ipsa ceruix. in hac enim glandulæ positæ sunt, ἀδένες. Plaut. in Cap. Prætruncauit tergorib. glandia. Plin. lib. 8. cap. 51. Hinc Censoriarum legum pagina, interdictaq; cœnis ab domina, glandia, testiculi. Idem lib. 6. cap. 38. Quibusdā sunt tubera, sicut sunt in carne glandia.

Glandifer, ra, rum, Quod glandes producit, βαλανοφόρος. Plinius in Proœmio, libro 16. Primum erat narrare glandiferas quoque. Cic. 1. de Leg. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim cuolauit Nuntia fulua Iouis. Idem 2. Philippicis, Quādoquidem hę quondam arationes Campani & Leontini in populo Rom. patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebātur.

Glandarius, a, um, denominatiuum à glande: ut, glandaria sylua, quæ seruatur glandis ferendæ causa. Cato de Re rustica capite primo, Secundo loco hortus irriguus, &c. octauo arbustum, nono glandaria sylua. Sic Varro primo de Re rustica capite 2.

Glandario, s. t. Glandium collectio, & pastio suum ex glandib. βαλανίσις. Sipontinus.

Glārĕa, reæ, f. p. pen. cor. Terra lapidosa, qualis in fluuiorum ripis, uel maris littoribus esse solet Col. lib. 2. cap. 2. Quem quum partu dimidia lapides minutos, uel nuda glarea repererint. Idem lib. 61. cap. 23. Strabula sunt optima saxo aut glarea strata, non incommoda etiam fabulosa illa, quòd imbres respuant: hæc, quòd celeriter sorbeant, transmittantq; Lucanus: Aut impulsa leui turbatur glarea uena. Ver. 2. Geor. Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris Vix humiles apibus casias, roremq; ministrat.

Glareola. f. p. diminutiuum est, cum accēcu in antepenultima. Plaut. Glareolam manu effundens.

Glareosus, a, um, Quod abundat glarea. Plin. libro 16. cap. 8. Si laus nascitur glareosis & perennibus riuis, cubitalis, apii si militudine. Colum. de arbor. Glareosa & saxosa amat ficus. Liuius 1. bel. Pun. Ad hæc saxa glareosa uoluens, nisi stabilis, nec tuti ingrediendi præbet.

Glastum, sti, n. s. Herba similis plantagini, qua Britanni se inficiunt, (ut autor est Cæsar lib. 5. belli Gallici) quo horridi ori sint aspectu in pugna: effecit enim cęruleum colorem. ἴσατις. Plin. lib. 22. cap 1. Simile plantagini glastum in Gallia uocatur: quo Britannorum coniuges nurusq; toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris nudæ incedunt, Aethiopū colores imitantes. Glasto infectores cæruleum colorem pannis inducunt. Maximus eius est prouentus in agro Tolosate ubi uulgi uocabulo Pastellum appellant.

Glaucedo, corporis qualitas.

Glaucia, Chelidonia. Dioſc lib 2. cap. 200.

Glacion, corniculatum papauer dictum à quibusdam haud proprie.

Glaciolus, Dicitur equus qui felineis oculis est.

Glaucito, as, apud autorem Philomelæ, uerbum est propriū catulis. Glauciat (inquit) & catulus, at lepores uagiunt.

Glaucium, n. s. γλαυκίον, Species est rhœx herbæ sylueſtris, & erraticæ (ut autor est Plin. lib 20. cap. 19.) quæ alio nomine dicitur paralion. Nascitur in afflatu maris, aut nitroso loco, unde nomen assumpsit. Nam glaucus cæruleum significat, qui est color maris. Hodie hanc herbam pharmacopolæ uocant Memitham: ut docet Ruel. lib. 3. Herbæ huius folia fictili olla in tepidis clibanis calfaciunt, donec flaccescant: deinde exemptis ac tusis succum exprimunt, qui & ipse glaucio appellatur, teste Dioscoride.

Glaucoma, Glaucopis, uide Glaucus adiectiuum.

Glaucus, a, um, γλαυκός. Color dicitur qui admistū habet uiridi alborem: qualis in noctuarum (quas Græci γλαῦκας appellant) oculis apparet. Gel. lib. 2. cap. 26. Sed ne uiridis quidem color pluribus, quàm à nobis uocabulis dicitur. Neq; non potuit Vergilius colorem equi significare uiridem, uolens cæruleum magis dicere equum, quàm glaucum: sed maluit uerbo uti notiore Græco, quàm usitato Latino. Sic etiā alibi uocat frondes salicis glaucas, & oliuas glaucas. Item in hominibus & equis glauci oculi, pro uiridibus dicuntur, quales sunt felis, leonis, & noctuæ. Plin. libr. 8. cap. 21. Oculis glaucis, colore sanguineo, &c. Hic Color à Latinis uocatur cæsius, quasi cælius, ut ex Nigidio probat Gellius. Nam à ueteribus illis linguæ Latinæ autoribus Minerua cæsia uocatur, quæ ab Homero γλαυκῶπις dicta est. Præterea maris color etiam glaucus dicitur, quem & cæruleum passim appellatum inuenimus.

Glauciuus, a, um, pen. cor. Quod glaucum habet colorem: unde Glaucinæ ueſtes, quæ & glaucina absolutè dicuntur. Martial. lib. 9. Pallia donauit glaucina Cosme tibi.

Glaucoma, matis, n. t. γλάυκωμα, Vitium humoris eius qui crystallinus appellatur, in colorem glaucum mutantis oculum Serenus. Si uerò horrēdum ducent glaucomata plumbum Spiritus alterius prodest, qui grana cymini Pallentis mandens uisus exhalat in ipsos. Plinius libro uigesimo nono capite sexto, Glaucomata dicunt magi, cerebro catuli septem dierum emendari, specillo demisso in dextram partem, si dexter: oculus curetur: in sinistram, si sinister aut felle recenti asionis. Hypochyses uerò, siue (quod idem est) hypochymata quæ nos suffusiones uocamus oculorum, fiunt ex humore inter corneam & crystallinam partem concreto. Interdumq; oculi potentiæ, qua cernitur, se opponunt. Legitur & Glaucoma, æ, fœminini gen. Plautus in Milite, Glaucomam ob oculos obiiciemus, cumq; ita faciemus, ut quod uiderit, non uiderit.

Glaucopis, pen. prod. glaucopidis, γλαυκῶπις, habens oculos cęsios. Quo nomine dicta est Pallas quæ à Latinis dicitur Cæsia, à colore cæli, quasi cælia. Diodorus scribit aërem nominatum esse Pallada: & ideò dici glaucopin, quoniam aër glauci hoc est, cærulei sit aspectus.

Glaux, f. t. γλαύξ. Herba est folia habens cytiso, & lenticulæ similia, quæ supernè uirent, auersaq; candidiora spectantur. Ramuli à terra exiliunt quini seniue, tenues ab radice, dodrantem alti: flores, ceu uiolæ albæ, purpurei exeunt, minores tamen. Nascitur circa mare. Vide Plinium libr. 27. cap. 9. Dioscorid. lib. 4. cap. 142.

Gleba, bæ, f. p. Fructum terræ, ita dictum quod sit quasi globus, βῶλος. Plin. li. 18. cap. 19. Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. Cic. pro Cecin. Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris. Ibidem, Vinces profectò non fuisse armatos eos qui saxa iacerent quæ de terra tollerent: non esse arma cæspites, neq; glebas. Vergil. 1. Georg. Multum adeò, rastris glebas qui frāgit inertes Vimineasq; trahit crates, iuuat arua.

Glebula, æ, f. p. diminutiuum est, βωλίον. Colum. lib. 1. cap. 6. Eadem euentilata mundiora sunt, lapillisq; carent & glebulis quas per triturā ferè terrena emittit area.

Gleboſus, a, um, Quod glebæ in morem est conuolutum, uel quod glebis abundat. Plin. lib. 35. cap. 15. de sulphure loquēs, Genera quatuor, uiuum quod græci ἄπυρον uocant: nascitur solidum, hoc gleboſum.

Gleſſum, n. s Idem quod succinū, uel electrum, quo Gleſſaria insula abundat, ἤλεκτρον. Plin. libr. 37. cap 3. Certum est gigni in insulis Septētrionalis Oceani, & à Germanis appellari gleſſum: itaq; à nostris unam insularum ob id gleſſariam appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerēte, Austraneam à Barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia, densatur rigore, uel tepore Autumnali. Hæc Plinius: Compertiora tamen hac de re tradimus suprà in dictione Electrum.

Gleucinum, n. s γλεύκινον, Olei factitii genus, mustum & aromata admista habens. Rationem conficiendi uide apud Columellam li. 12. cap. 51. Dictum gleucinum à musto quod à Græcis γλεῦκος appellatur. Plin. lib. 15. cap. 7. Gleucino mustum incoquitur uapore lento.

Glinon, Aceris genus, quod aliter crasiuenium dicunt, cāpestre, candidum, nec crispum. Plin. li. decimo sexto cap. 10.

Glis, gliris, masculini generis, t. Animal muri simile, maiori tamen corpore, nutritur in arboribus. & bonam anni partem somno

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

somno consumere dicitur, ὑπνόω. Vide Plinium lib. 8. cap. 57. Martialis, Somniculosus ille porrigit glires. Idem lib. 13. Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tempore sum, quo me nil, nisi somnus, alit.

Glirariũ, pro loco in quo nutriũtur glires, ὑπνών. Var. 3. de Re rust. cap. 15. Glirarium dissimili ratione habetur, quòd non aqua, sed maceria locus sepitur.

Glisco, is, n. t. Cresco, augeor, inualesco, αὐξάνω, ἐπιτείνομαι. Liu. lib. 8. ab Vrbe, Gliscente indies seditione. Gel. lib. 2. cap. 1. Eadem autem ipsa, quæ crescente luna gliscunt, deficiente contrà luna deficiunt. Gliscere etiam terra dicitur, quũ pinguescit. ἐυθλωῶ, ἐυκαρπῶ. Columella libro 2. Prius tamen quàm exilem terram iteremus, stercorare conueniet: nam eo quasi pabulo gliscit. Idem lib. 8. de Asino loquens, Paleis quæ penè omnibus regionibus abundant etiam gliscit. Item ardeo, uehementer cupio, προθύμεμαι. Papin. lib. 3 Et consanguineo gliscis regnare superbo Exule. Huius compositũ est, Pergliscо. Colum lib. 8 Quæ prima luna saginari cœpit, uigesima pergliscit, hoc est, crescendi uel pinguescendi finem accipit.

Globus, bi, m. s Est corpus solidũ undequaq; rotũdũ, σφαῖρα Vergilius 6. Aeneidos Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes, Lucentemq; globum lunæ. Cicero 2. de Nat. deor. Quumq; duę formæ præstantissimæ sint ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis, circulus, &c. Idem 1. Tusc. Globus terræ eminens è mari. Globum definiũt Geometræ esse corpus solidum, unica superficie contentum in medio habens centrum, à quo omnes lineæ ad superficiem ductæ sunt æquales. Ponitur quandoque pro multitudine hominum in unum collecta, & quasi conglobata. Sall. Alii fiducia quaritaris locorum in occultam fugam sparsi, alii globis eruptionem tentauerunt. Liu. 8. ab Vrbe, Extrema concio, & circa Fabium globus, increpant inclementem Dictatorem.

Globulus, m. s. dimin Parvus globus, σφαιρίδιον. Plin. lib. 33 capite 7. Quum tinxere pictores, orobitin uocant: eiusq; duo genera faciunt, luteam quæ seruatur in lomenta: & liquidam globulis sudore resolutis. Accipitur pro genere edulii in globli modum conuoluti. Cato de Re rust. cap. 79 Globulos sic facito, caseum cum alica ad eundem modum misceto.

Globosus, a, um, Pro rotundo, spissato q;, σφαιρικός, Cic. de univers. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocant cuius omnis extremitas parib. à medio radiis attingitur.

Globo, as. are, Aliquid solidum in rotunditatem componere σφαιρόω. Plin. lib. 2. cap. 2. Forma eius in speciem orbis absoluti globatam esse, nomen in primis, & consensus in eo mortalium orbem appellantium. Ibidem, cap. 65. Namq; dependentes ubiq; guttæ paruis globantur orbibus. Globari in rotunditatem, Idem lib. 18. cap. 13.

Glocido, as, pen. cor. Proprium est uocis gallinarum, quum ouis incubituræ sunt, fit crebris singultibus, interiecta uoce acuta, Festus.

Glocio, cis, Idem quod glocido. Col. lib. 8. cap. 5. Obseruare debet custos, dum eadem oua, ut ea quæ nata sunt, recolligantur, notenturq; quo quæq; die sint edita, & quàm recentissima supponantur glocientibus.

Glomus, glomi, & glomus, glomeris, Est filum, uel aliquid simile in globi figuram conuolutum ἄγαβις Pln. lib. 36. ca. 13. Inq; basi quadrata intus labyrinthũ inextricabilem: quòd si quis improperet, fine glomere lini exitum inuenire nequeat.

Glomeramina, pilulæ. Glomeramina ouis, stercus ouium.

Glomero, as, a. p. pen. corr. Implico, & in globi speciem formo, siue filum in globi figuram conuoluo, προσπλέκω. Ouid. 6. Metam. lanam glomerabat in orbes. Per translationem sumitur pro congregare, accumulare. Verg. 9. Aeneid. Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collecta ex alto nubes. Var. 3. de Re rustica cap. 5. Cibatui offas positas, ex ma ximè glomerãtur ex ficis & farre misto. Glomerata clades, Cicero 2. Tusculanar. Vergilius libro 4. Georg. magnum misteq; glomerantur in orbem. Idem libro 6. Aeneidos Quàm multæ glomerantur aues. Hinc fit compositum Agglomero, quod est applico, adiungo. Vergil. 2. Aeneid. Et lateri agglomerant nostro.

Glomeratio, onis, f. t. Plinius libro 8. capite 43. Quibus non uulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

Glomoramen, inis, n. t. Lucretius lib. 2. Dissimiles igitur formę glomeramen in unum Conueniunt.

Gloria, æ, f. p. Est frequens de aliquo fama cum laude, κλέος δόξα. Quintil Consentiens laus bonorum, gloria appellatur. Cic. 1. Offic. Vix inuenitur qui laboribus susceptis, periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Idem pro Planctio, Is gloria maximè excellit, qui uirtute plurimùm præstat. Idem in Philipp. Ea autem est gloria & laus rectè factorum, & magnorum in Rempublicam meritorum. Inter gloriam, & claritatem hoc interest, ut inquit Seneca lib. 3. Epist. quòd gloria, multorum iudiciis constat: claritas bonorum.

Gloriola, læ, f p. diminutiuum, δοξάριον. Cic. Luceio, Illa nos cupiditas incendit, quòd alacres animo sumus, ut cæteri, uiuentibus nobis, ex libris tuis nos cognoscant, & nosmetipsi uiui gloriola nostra perfruamur. Idẽ ad Cæsarem lib. 7. Hisce eum gloriolæ insignibus.

Glorioſus, a, um, Gloria plenus, hoc est, præclarus, excellens, & cui omnes plurimum laudis & gloriæ tribuunt εὐδόξος. ut, Glorioſus homo, glorioſus triumphus. Plaut. in Epid. Magnus miles Rhodius raptor hostium glorioſus. Cic. 2. de Diuin. Magnificum etiam illud, Romanisq; hominibus glorioſum. Idem 1. de Fin. illustria & glorioſa facta. Huius contrarium est Inglorius, qui nulla laude, aut gloria dignus est, & ueluti ignobilis, ἀδόξος, ἀκλεής. Verg. 4. Georg. Ille horridus alter Desidia, latamq; trahens inglorius aluum. Interdum tamen affectionem significat, & in malum: ut glorioſus dicatur qui se maniter iactat, uel alterius mani laudatione effertur, & laudari quærit, καυχηματίας, κενὸ δοξος, ἀλαζών. Vnde miles glorioſus inscribitur Plauti Comœdia. Idem Trucul. Vos nequam & glorioſe, malæq;, &c. Plin. in Epist. Miserat etiam epistolas Romam ad aniculam quandam iactantes & glorioſas.

Glorioſè, aduerbium, Cum gloria & laude. Pli. de uiris illustribus, Ipse quadragies quater accusatus, glorioſè absolutus. Ci. ad Cælium, In qua satis glorioſè triumpharetur. Accipitur & in malam partem. Cic. 2. de Fin. Quid ergo attinet glorioſè loqui, nisi constanter loquare? Idem pro Milone, Tamen impunè Miloni palàm clamare, atq; mentiri glorioſè licebat.

Glorior, aris, d. p. Gloria & prædicatione se efferre, aut aliquid iactanter de se pronuntiare, μεγαλαυχέω, καυχάομαι. & construitur modò cum præpositione. Cic. 3. de Finib. Quis aut de misera uita possit gloriari, aut non de beata? Idem de Senect. Vt de me aliquid more senum glorier. Lactant. de Ira, Apollodorus quidem, ut de ciui & populari sua gloriatur Modò cum præpositione in. Cic. in Offic. Nobis quoq; licet in hoc quodammodo gloriari. Modò sine præpositione. Cic. 5. Verr. Vt tu in multis epistolis tuis ad amicos gloriaris. Cæsar. 8. bel Gal. Propterea quòd insolenter aduersari sui gloriarentur. Nonnunquam etiam à tergo accusatiuum habere inuenitur Cic. de Senectute, Equidem posse uellem idem gloriari quod Cyrus. Sallust. in Ciceronem, quasi uerò togatus, & non armatus, ea quæ gloriaris, confeceris.

Gloriandus, idem est quod gloria & prædicatione dignus. Ci. 5. Tusculan. Beata uirgo glorianda, & prædicanda, & præ se ferenda est. Ibidem, Prædicabile aut gloriandum, nec in misera uita quicquam est.

Gloriatio, f. t. uerbale, Glorioſa prædicatio, καύχησις. Cic. 3. de Finibus, Virtus est digna gloriatione. Ibidem Illud uerò minimè consectarium, sed in primis hebes: illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam uitam.

Gloriabũdus, di, m. s Qui abundè gloriatur, καυχηματίας. Gellius lib. 5. cap. 5. Contemplatione tanti & tàm ornati exercitus gloriabundus, Annibalem aspicit.

Glos, f t γάλως. Appellatur soror, atq; itẽ fratris uxor Nonius

Gloſſa, sæ, γλῶσσα, per duplex ſſ, lingua dicitur, Vnde gloſſæ, quibusdam prò interpretationibus ponuntur, quòd uice linguæ, hoc est, uice doctoris fungantur. Quintilianus libro 1. capite 1. Protinus enim poterit interpretationem linguę secretioris (quas Græcis gloſſas uocant) dum aliud agitur, edisce re. Quem locum Quintiliani si unlgò interpretantur, ut gloſſæ dicantur interpretationes linguæ secretioris. Quod certè neque uerum est, neque Fabii menti conueniens: ut latius docebimus in dictione Gloſſema. Hîc illud sufficerit dicere, gloſſas & gloſſemata esse uoces obscuriores, & minus usitatas quæ interpretatione indigent, Neque in Quintiliani exemplo relatiuum referendum est ad accusatiuum interpretationem, sed ad genitiuos illos linguæ secretioris.

Gloſſemata, n. t. γλωσσήματα. Dicuntur uoces occultiores, & minus usitatæ quæ scilicet interpretatione egent: quales sunt

les sunt uoces aliquot in Tragœdiis, heroicis uersibus, & simili genere grauioris poëmatis. Quintilianus libro primo capite 14. circa glossemata etiam, id est, uoces minus usitatas, non ultima eius professionis diligentia est, His uerbis Fabius innuit glossemata uoces esse quæ expositione indigẽt non ut uulgò accipitur, ipsas expositiones. Sic Varro libro 6. de lingua Latina exponens uersum Ennii, Cælitum Camilla expectata aduenis, &c. Camillam, inquit, qui glossemata interpretati sunt, dixerunt administram: hoc est, qui uoces priscas, & minus usitatas sunt interpretati. Eiusdem etiam significationis & glossa: quod facilè deprehendet qui locum Quintiliani quem suprà in dictione Glossa, ex libri primi capite primo citauimus, diligẽtius cum hoc loco quem iam ex capite 14. eiusdem libri adduximus, uelit conferre. Ibi enim Linguam secretiorem appellat quas hic Voces minus usitatas.

Glossographi, m. s. γλωσσόγραφοι. Dicuntur qui glossas, hoc est, obscuriores & minus usitatas uoces interpretantur.

Glossopetra, γλωσσόπετρα, Gemmæ species linguæ humanæ similis. Magi eam credunt non nasci in terra, sed deficiente luna de cœlo decidere. Plin. lib. 37. cap. 10.

Glottis, idis, γλωττίς, Lingula asperam arteriam operiens, quæ & epiglottis dicitur. Hinc Plin. lib. 10. cap. 23. auem quæ rex coturnicum appellatur, glottida uocauit, quòd prælongam linguam habeat.

Glubo, is, a t. Pellem uel corticem detraho, ξυράω. Vnde & pecus glubi dicitur, quum pellis detrahitur: & arbores, quũ cortice denudantur. Cato de Re rust. cap. 33. Salictum suo tẽpore, cædito, glubito, arctèq; alligato, librum conseruato. Catullus, Nũc in quadriuiis & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes. Glubi pecus dicitur (ut Festus air) cuius pellis detrahitur. Glubere ramos, distringere, ualde stringere, inquit Nonius. Varro de Re rust. Duritiem enim ea, non solùm stringit baccam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos.

Glucidatum, suaue & iucundum, γλυκὺ, dulce.

Gluchon, pulegium apud Dios. lib 3. cap 34.

Gluma, mæ, f p. Folliculus grani frumentarii: à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum, hoc est, decorticetur, ἔλυτρον Var lib. 1. de Re rust. cap. 48. de frumento loquens, Granum dictum est, quod est initium, solidũ gluma, qui est folliculus eius: arista, quæ ut acus tenuis, longa eminet è gluma. Proinde ut grani theca sit gluma: & apex, arista.

Gluo, gluis. Nonnulli interpretati sunt pro distringo, decepti corrupta lectione Varronis de Re rust. lib. 1. ubi sic legũt: Durities enim ea non solùm stringit baccam, sed etiam ramis gluit, ac relinquit ad gelicidium retectos. Quo in loco proculdubiò legendum est, Ramos glubit: & sic ferè omnia habent exemplaria.

Glũten, inis, n t & Glũtĩnum, ni, id uocant Latini quod Græci κόλλαν. Plin. lib. 11. cap 39. Boũ corijs glutinũ excoquitur, tauroru nõ, & id præcipuum. Idem lib. 26. cap 8. Laudatur Colophonium natione, Mysium, Pr enense: specie autẽ nitiduum, & quàm simillimum taurino glutini.

Glutinosus, a, um, Tenax κολλώδης, κολλητικός Plin. lib 35 cap. 16 Prioris lapidis, ut rectus sit & leuis, linguaq; glutinosa. Col. in Præfat. lib. 1. In Asia Mysiaq; densa, etiam glutinosa terra max mè exuberat.

Glutino, nas, a p penult corr. Coniungo, ferrumino, κολλάω, συνάπτω. Plin. lib. 35. cap. 15. Vis bituminis quæ sulphuris: fistit, discurit, attrahit, glutinat. Idem, Quo genere fistitur sanguis, & uulnus glutinat. Huius composita sunt, Agglutino, conglutino. συγκολλάω, συμφύω. Plinius libro 23. Cortex uitium & folia arida uulnerum sanguinem fistunt, ipsumq; uulnus conglutinant. Deglutino & Reglutino, à glutine libero ἀποκολλάω. Idem libro 25. Purgant ulcera oculorum explentq́e, & ad cicatricem perducunt, palpebras deglutinant.

Glutinamentum, ti, n. s. Compactio, Coniunctio. Plin. lib. 13. cap. 12. Deprehenditur & lentigo oculis, sed mediis in serta glutinamentis tertia. Loquitur de chartis, κόλλησις.

Glutinator, oris, m. t. κολλήτης. Cic. Att. lib. 4. Etiam uelim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio uratur glutinatoribus: ad hoc, cætera administres, iisq; imperes, ut fu nant membranulam, ex qua indices fiant.

Gluto, λίχνος, λαίμαργος, gulosus.

Glutio, tis, tiui, titum, n. q. Deuoro, καταπίνω. Iuuenal. Sat. 4. Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Indu peratorẽ? Hinc fit deglutino, ἀνακάπτω. de quo suo loco.

Glutus, a, um, apud antiquos inuenitur pro unito, & bene subacto. Cato capite 45. Locus bipalio subactus fiet, beneq́e glutus fiet. Eadem hæc uerba repetit Plinius libro 17. capite 18.

Glyceraton, glycyrrhiza, Dios. lib. 3. cap. 6.

Glỹcĕrã, narium ulcera apud Paul. Aeginetam.

Glycymerides, γλυκυμερίδες. Pisces genus: quod à Macrobio enumeratur inter delicias in adiicialì cœna Lentuli Flaminis appositas. Plin. lib. 32. cap. 11. Inter cancrorum genera enumerat chamæ glycymeridas, maiores quã Pelorides. Quo nomine uidetur significare uel glycymeridas nondum adultas, uel genus aliquod tusta glycymeride minus.

Glycysíde, γλυκυσίδη. Dios. Herba quæ notiore nomine Pæonia uocatur. Plin. lib. 27. cap. 20. Glycysíde, quam aliqui pæoniam, aut penorobon uocant, &c.

Glycyrrhíza, æ, γλυκυρρίζα, Frutex est exiguus, ramos habẽs duorum cubitorum, folio lentisco similia, florem accedentem ad hyacinthum: fructum pilularum platani magnitudine, sed asperiorem, eúmque inclusum siliquis, lentis modò rubescentibus: radices autem longas colore buxeo, sapore dulci: unde & nomen accepit, quasi dulcis radix. Theoph. lib. 9. plantarum Scythicam radicem appellauit. Officinæ hodie corrupto nomine uocant Liquiritiam. Maxima eius copia prouenit in agro Franconiensi.

Glycisancon, Abrotonon, apud Dios. lib. 3. cap. 27.

Glycythymus, uictus ratio animum demulcens ac suaue ingenium.

G N.

GN. In notis antiquorum gens & aliquando genus. GNN. genus nostrum uel nostrorum, GN. AS. genus Romani Senatus.

Gnãphãlĭũm, n. s. γναφάλιον. Herba quam quidam chamæzelon nominant, cuius folia ita alba, ac mollia sunt, ut planè uideatur tomentum. Plin. lib. 27. cap. 10.

Gnaphalon, γνάφαλον. enus tomẽti, ex lana illa scilicet breui, atq; concisa quæ uestibus à fullone poliendo detrahitur. Vnde ea, quorum natura mollis, candida, & omnino lanea est, γναφαλώδη appellantur.

Gnaphalus, apud Aristotelem, fortasse id, quod apud Dioscor. Gnaphalium. Vide ibidem Barbari. Corol.

Gnapheus, piscis nomen, Fullo dictus, quoniã omnes maculas decocto eius eluit. Barbarus in Coroll. Gnaphalii.

Gnaphos, Frutex est spinosus, & nascẽs in eo carduus, quo pannis recenter textis lana inducitur. Hæc Perottus: quæ tamen nullius eorum qui de stirpium differentiis aliquid conscripserunt, testimonio confirmat.

Gnarus, ri, & Narus. Sciens, peritus, ἐπιστήμων. Plin. lib. 9. ca. 35. Concha ipsa quum manum uidet, comprimit, operiẽq; opes, gnara propter illas se peti. Cic. in Orat. Pericles gnarus quibus orationis modis animi mouẽtur. Idẽ pro Sest. Gnarus & prudẽs impendentiũ malorũ. Plau. in Asin. Tortoresq; acerrimos, gnarosq; nostri tergi. Qui sæpè antè in nostras scapulas cicatrices indiderunt. accipitur aliquando passiuè, pro cognito. Tacit. lib. 1. Trudebanturq; in paludem gnarã uincentibus, iniquam nescius. Idem lib. 12. At nobis ea pars militiæ maximè gnara est. Idem lib. 15. Idq; nulli magis gnarum quàm Neroni. Veteres narus dixerunt sine g, etiam si in composito ignarus, prius n, uertebant in g. Cic. in Orat. Noti erant in naui, & nari: quibus cum IN præponi oporteret, dulcius usum est, ignoti, ignaui, & ignari dicere, quàm ut ueteres postulabat.

Gnaritas, atis, f t Scientia, ἐπιστημοσύνη. Sallust. Nanq; alii fiducia gnaritatis locorum, occulta fuga sparsi, alii globis eruptionẽ tentauere. Horum contraria sunt, Ignarus & Ignaritas.

Gnarè, aduerbium, Peritè, & quandoq; apertè, ἐπιστημόνως. Apuleius, Qui gnarè id nostris oculis contemplati sumus. Vide in dictione Ignoro.

Gnariter, pro gnarè antiqui dixerunt: à quo prognariter, quod significat audacter, intrepidè, γενναίως. Plautus, Age, indica prognariter.

Gnathos. γνάθος. Latinè gena, maxillaue dicitur, aut bucca. Inde apud Terentium, Gnatho parasitus. Hinc componitur Tetragnathius, τετραγνάθιος, genus araneorum ita dictum à discursu linearum, quatuor maxillarum speciem referentiũ. Autor Plin. lib. 29. cap. 4.

Gnãtus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Gnātŭs, ti, m. ſ. Filius, υἱὸς, cui eadem ratione præponitur g, qua & gnaro. Cic. pro Planc. Quanquam ad præcepta ætas non eſt gnati. Idem 1. de Diuinat. O gnata, &c. Dulces gnati, Lucretius lib. 4.

Gnāuus, ui, Nauus, Celer, ſtrenuus, ἀρασύριος, φίλεργος. A nauium celeritate, ut quibuſdam placet. Grāmatici prothefin figuram appellant, quando apponitur principio dictionis: ut Gnatus, pro natus: gnotus pro notus. Plaut. in Moſtella. Simul aũt gnauos eſſe ad hanc rem mecum uos omnes uolo. Horat. 1. Epiſt. 6. Gnauus manè forum, & neſpertinus per tectum. Ouid. 1. de Ponto. Eleg. 11. Nectar, & ambroſiam, daticesq; epulasq; deorum. Det mihi formoſa guaua iuuenta manu.

Gnauiter, aduerbium, diligenter. Liuius 10. ab Vrbe, Ibi aliquandiu nec ceſſatum ab armis, nec ſinauiter pugnatum. Plaut. Ciſtel. Vt me quem ego amarem gnauiter, ſineremeũ eo uiuere.

Gneſion, γνήσιον, Aquilæ genus, à Latinis ſincerum interpretatur, uelut uerũ, ſolumq; incorruptæ originis: media magnitudine, colore ſubrutilo, rarò uiſum. Plin. lib. 10. cap. 3.

Gneus, corporis inſigne & prænomen: à generando dictum ut rx Græco γίγνεσθαι apparet. Feſtus.

Gnide, ſiue potius Cnide, κνίδη, Piſcis genus, quod Latini urticam appellant. Nomen accepit ἀπὸ τῆς κνίδης, hoc eſt, à mordendo.

Gnĭtŭr, pro gignitur ueteres dixerunt & gnixus pro genitus

Gnomæ, inquit Feſtus, Genus eſt machinulæ, qua regiones agrorum dignoſcuntur: quod Græci dicunt γνώμονα. Gnomæ item, γνῶμαι. dicuntur memorabiles ſententiæ, omnium iudicio, & aſſenſu comprobatæ. Vide Quintilianũ lib. 8. cap. 5.

Gnomon, onis, m. t γνώμων. Eſt ſtylus in medio horologii ſolaris, umbra ſua horas indicans, quem Plinius umbilicum ſolis uocat, ita enim ait lib. 2. cap. 72. Solis itaq; umbilici, quẽ gnomonem appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore æquinoctii die paulò plus quàm dimidiam gnomonis mẽſuram efficit: in urbe Roma, nona pars gnomonis deeſt umbræ. In oppido Ancona ſupereſt quinta trigeſima, &c. Gnomones, γνώμονες, etiam dicuntur dentes iumentorum quibus ætas illorum dignoſcitur: unde agnomones, ἀγνώμονες, dicuntur, quorum ætas ex dentibus perſpici non poteſt.

Gnoſco, (γινώσκω) pro noſco, ueteres dixerunt. Gnotum pro notum.

Gnoſis, is, Latinè cognitio, ſcientia, notitia.

Gnoſtici, m. ſ. γνωστικοὶ, Hæretici quidam erant, ſic dicti ob inſignem eruditionem quam ſibi uendicabant, quum nihil illis nec ſtultius eſſet, nec indoctius. Frequens horum eſt mentio in epiſtolis D. Hieronymi.

G O.

GOTH. *In notis Antiquorum* gothicus GI gula parentũ.

Gobĭus, bii, m. ſ. κωβιὸς, Piſcis exiguus qui & gobio dicitur. Iuuen. Satyr. 11. Nec multum cupias, quum ſit tibi gobio tantum In loculis. Martialis libro 13. Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

Goëtia, γοητία. Incãtatio, impoſtura, præſtigiatura. Quomodo autem differat à pharmacia, uide apud Cælium Rhodig. lib. 5. cap. 62.

Gomor, γομὸρ proprie mẽſura uini eſt, ut interpretatur Ambroſius in Epiſt. ad Iuſtum.

Gonagra. genuum podagra.

Gongri, rotunda internodia.

Gonorrhœa, ſ. p. γονόῤῥοια, uitium eſt membrorum genitalium quum cuiquam præter uoluntatẽ ſperma effluit: quod genus uitii prouenire ſolet ex terentricis facultatis imbecillitate Qui uerò hoc uitii patiuntur, gonorrhœi. γονόῤῥοικοι, appellantur, γονὴ namq; ſemen ſignificat, ῥέω fluo. Vide Galenũ de Locis affectis lib. 6.

Gorgonia γοργονία, teſte Plin. lib. 39. cap. 10. nihil aliud eſt quàm corallium: ita dictum, quòd ex aquis exemptum, protinus in duritiem lapidis conuertatur, quemadmodum illi qui Gorgonas aſpexerant.

Gorgonion, eryngion. Dioſc. lib. 3. cap. 23.

Goſsipĭon, Frutex eſt, ex ſuperiori parte Aegypti, quæ in Arabiam uergit, primùm allatus, nunc etiam in quibuſdam Italiæ locis naſcens: ex quo lina fiunt quæ goſſipina dicuntur, ξύλινα. alio nomine dicitur xylon: & lina ex eo confecta, xylina. Plin. lib. 19. cap. 1. Superior pars Aegypti in Arabiam uergens, gignit fruticem, quem aliqui goſſipion uocant: plures xylon. & ideò lina inde facta, xylina. Paruulus eſt, ſimilẽq; barbaræ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ſunt ulla eis in candore, molliriaũe præferẽda. Ex quibus Plinii uerbis ſatis conſtat goſſipion fruticem eſſe qui lanam illã moliſſimã profert, quam uulgò uocãt Cotoniũ quod & ipſum Latinè uocare poſſumus linũ goſſipiũ, uel xylinum. Hunc fruticẽ nos aliquando in Italia uidimus pomumq; eius mali coronei ſimilitudine, quod matureſcẽs, lanã, quã includit, copia diruũpitur, linumq; incluſum detegit.

G R.

GR. In notis antiquorum, Genus Regium uel Rerum. GR. gratis, uel gerit, GRA. Græcus. GR. AT. RS. B. genitor autẽ reſeruator bonu, ſuel gerit rem ſenatus bene. GR C. Græcus. GRD. gratis dedit, uel datum. GR. E. gratia eius. GR L. gerit. GRM. HIRQ. Genus regium hic requieſcit, GS. geſſerũt. GS. genus uel geſſit G.S. genio ſacrum. G. T. genterũ uel gentes. Grab. fiſtula, oculi morbus.

Grăbatus, ti, m. ſ. κράββατος. Suid pen prod. Lectus exiguus, in quo me idiari ſolent: dictus quaſi carabatus quòd in eo capite recumbamus, κάρη enim caput, βατὸν peruium Græci dicunt, κράββατον, παρὰ τὸ κεκρεμᾶσθαι τὰς βάσεις, hoc eſt, a ſuſpendendis pedibus dictum malunt. Vnde & pro lectis pauperum & mendicantium grabati accipi ſolent. Cic. 2 de Diuin. diuerſa facit lectos, & grabatos, quum ait, Venit enim in contentionem utrum ſit probabilis, Deosne immortales, rerum omnium præſtantia excellentes, circunc urſare omniũ mortalium, qui ubiq; ſunt, non modò lectos, uerumetiam grabatos: & quum ſtertentes aliquos uiderint, obiicere iis uiſa quædam tortuoſa, & obſcura. A, ud Latinos primam corripit: ſed apud Græcos eandem producit, & duplici ββ ſcribitur. Vergil. in More. Membra leuat ſenſim uili demiſſa grabato. Mart. lib. 6. Sed ſi nec focus eſt, mundi nec ſpõda grabati.

Grăcilis. le, om. t. adiectiuum, pen. cor. Tenuis, macilentus, ἰσχνός, λεπτός Teren. in Eunuch Haud ſimilis uirgo eſt uirginũ noſtrarum, quas matres ſtudẽt demiſſis humeris eſſe uinctopectore, ut graciles ſient. Turpilius, Noſti quàm ſit gracili corpore. Gracilis lapis, Gracile marmor, Gracili nucleo glans, Graciles uindemiæ, apud Plinium leguntur. Gracilis liber. Martialis lib. 8. Siquid fortè peram timido, gracilíq; libello. Gracilis ponitur pro molli, ἁβρός. Horat lib. 1. Carm Quis multa gracilis te puer in roſa.

Gracilitas, tatis, ſ. t Corporis habitus tenuior, ἰσχνότης. Cic. 2. de Claris Orator. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur. Ibidem, Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas, & infirmitas corporis.

Gracilitudo, nis, ſ. p. Idem quod gracilitas. Accius in Amph. Tamen & ſtatuæ gracilitudo, & propemodum luctus facit ne dubitem. Nonius.

Gracilens, entis. om. gen. Antiquis idem erat quod gracilis. Nonius in Proteſilao, Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit. Nonius.

Gracilentus, a, um, Idem quod gracilis Ennius li. 7. Deducunt habiles gladios filo gracilento. Nonius.

Gracileſco, is, ere, n. t Gracilis & tenuis fio ἰσχνοῦμαι. Plin. lib. 17. cap. 22. Num aliàs feſtinatione pariendi gracileſcat.

Gracŭs, ſiue quod uſitatius eſt, Graculus, m. ſ. Nomen auis, cornici ſimilis, niſi quòd minor eſt: à uoce quam facit, uel à gerendo dicta, quòd iacta ſegetum ſemina gerat. uel quia exoluctis cubitum ſe recipiens, duas pedibus baccas, terũ ore ferat. ſeu etiam quòd gregatim uolitet: ſiue à gracilitate corporis, κορώνη. Eſt huic furandi natura, ex quo nonnulli monedulam eam appellauere, à furandis monetis. Exprimit ſermonem humanum, & cauea emiſſus reuertitur. Harum auium tria ſunt genera: Maiuſculæ ſimiliores ſunt cornicibus niſi quòd nigriores: minimæ, & inter eas mediæ, quibus roſtra, & pedes rubent. Plin. lib. 10. cap. 29. Tranſpadana Italia iuxta Alpes Larium lacum appellat, amœnum arbuſto agrũ ad quem ciconiæ non tranſmeant, ſicuti nec octauum circa lapidem ab eo, immenſa alioqui finitimo Inſubrium tractu examina graculorum monedularum: cui ſoli auri, furacitas auri, argentiq; præcipuè mira eſt. Quo in loco ex eo quod Plin. graculos monedulas dicit per appoſitionẽ nulla interceđente coniunctione, apparet monedulam eſſe ſpeciem graculi. Sumitur etiam Graculus pro piſcis genere, qui & monedula dicitur à Plinio Græcè κολίας.

Gradatim,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Gradatim, Gradatio, Gradior, Gradiuus, uide Gradus.

Grădus, huius gradus, masc. gen. q. à gradiendo, id est, eundo, κλίμαξ. Sunt autem gradus ex quibus scalæ constant, & quibus ad ædificiorum altiora conscenditur. Cicer. ad Atticum, Gradus templorum ab infima plebe completi erant. Idem pro Sestio, Gradus eiusdem templi tollebantur. Verg. 1. Aeneidos, Aerea cui gradibus surgebant limina. Gradus etiam interdum idem est quod gressus, βῆμα: hoc est, gradientium pedum uicissitudo, ut apud Vergilium, gradibusque sonare Compositis. Addere gradum, pro accelerare. Liuius tertio, Declam. libr. sexto, Alacresq; milites alius alium ut adderet gradum, memor ad defendendum ire patriam, hortabantur. Gradum facere dicimus, ut si in arborem te etiamue scandere uelim, ex saxo, aut scamno, aliquaue alia re gradum facio, βάσιν, κλίμακα ποιῶν. Valla lib. 5. cap. 26. Gradum facere non est transitum facere, sed aliquam rem gradum & quasi scalam ad alia facere. Ouid. 4. Metamorph. Notitiam, primosq; gradus uicinia fecit. Gradum iacere ad aliquam rem, metaphoricè: quòd barbari, Facere ingressum dicunt. Cic. contra Rullum, Hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad cætera iactum intelligitis. Gradum inferre. Liuius, Tandem gradum Romani acrius intulerunt cessitq; Lusitanus. Tacit. lib. 19. Gradum inferunt, quasi recentibus auxiliis aucti. Gradu mouere, est retrò agere, propellere retrorsum. Liuius, Primum gradu mouerunt hostē, deinde pepulerunt, postremò haud dubiè auertunt. Deiici de gradu, est amittere constantiam, & animi magnitudinem, ἀπὸ τῆ φρονήματος καταπίπτειν. Cicer. 1. Offic. fortis enim animi est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantē de gradu deiici, ut dicitur: sed præsentis animi tui consilio. Sic etiam Gradu dimoueri, est ab existimatione pristina deiici, & deturbari. Cicero secundo Tusculanarum Non sentiunt uiri fortes in acie uulnera: uel si sentiunt se mori malunt, quàm tantummodo de dignitatis gradu dimoueri, id est, quam indignè sese aliquid admittere. Venire gradibus. Cicero 1. de Natur. deor. Nam ut beatis ad uirtutem, à uirtute ad rationem uideo te uenisse gradibus. Interdum etiam gradus accipitur pro existimatione, & loco honoris Ci. 2. Philip. Est enim querela mihi necessaria pro hoc gradu, in quo me S. P. Q. R. collocauit. Gradus quoq; cognationis dicti sunt, ad similitudinem scalarum, locorumue decliuium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximū, id est, in illū qui quasi ex illo nascitur, ueniamus. Quapropter graduum huiusmodi, alios superioris ordinis esse Caius scribit, ut sunt pater & mater, qui sunt in primo gradu: in secundo, auus & auia: in tertio proauus, & proauia. Alios inferioris, ut liberi. Allos ex transuerso, siue latere, ut fratres & sorores, liberiq; eorū. Agradus, fiunt Tardigradus, a, ū, pen. cor. qui tardè graditur, βραδύπους. Vnde testudinē tardigradam dicimus. Spissigradus, pro frequenti graduum motu incedente. Plautus Pœn. Spissigradissimos, tardiores multo, quàm corbitæ sint in tranquillo mari.

Gradior, eris, gressus, d. t. Significat uado, incedo, ambulo, eo progredior, βαίνω. Lactant. libr. 4. Claudis uerò, ac pedum uitio afflictis, non modò gradiendi, sed etiam currendi dabat facultatem. Verg. 1. Aeneid. Ipse uno graditur comitatus Achate. Cic. 2. de Nat. deor. Iam uerò alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt. Idem 1. Tusc. Fidenti animo, si ita res fert, gradietur ad mortem. Huius composita sunt, Aggredior, antegredior, congredior, digredior: de quibus alibi. Ingredior, intrò gradior, εἰσέρχομαι, εἰσβαίνω. Propert. libro secundo, Tuus ingreditur noua templa sacerdos. Aliquando capitur pro simplici gradior, incedo. Verg. lib. 1. Georg. Continuò pecoris generosi pullus in aruis Altius ingreditur. Cic. ad Att. Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere si ingrederis, curre: si curris, aduola. Interdum est prodire, & se ostendere. Plaut. Nihil te pudet sceleste in conspectum in gredi? Interdum est quasi incipere, εἰσπορεύομαι. Lactant. lib. 6. Iustus ergo quoniam durum, asperumq; iter ingressus est. Introgredior, εἰσβαίνω. Verg. lib. 1. Aen. Postquàm introgressi, & corā data copia fandi. Progredior, ultrà procedo, προβαίνω Cic. in Læl. Id primùm uideamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Hinc progressus & progressio, pro processu. Idem lib. 1. Tusc. Qui errantium stellarum motus, progressiones, institutionesq; notauit. Aliquando est anteire. Plautus, Extremum intra carcerem ipsum progredi tur Parthenopæum. Prætergredior, ultra transeo, παραβαίνω, παραμείβω. Ci. App. Pulchro, Currēs Lepta uenit, mihiq; nūtiauit, te iam castra prætergressum esse. Apul. Quū quę stabulū prætergressus fuisse re cognita cœpi retrocedere. Regredior, retrò gradior, reuertor, ἐπανέρχομαι. Plautus in Aulularia, Illuc regredere ab ostio. Lactantius libro sexto, Quum nentum fuerit ad extremum, unde iam regredi non licet. Supergredior, superambulo, supero, ὑπερβαίνω, ὑπερβάλλω. Subtergredior, ὑποβαίνω. Transgredior, ultrà gradior μεταβαίνω, uide suo loco. Transgressio, apud Rhetores dicitur, quum ab ea sententia, quam proposuimus, conuertimus sermonem ad aliquam personam, aut rem, aut fortunā, & tanquam præsentem appellamus, μετάβασις. ut, Hæc mulier nuper fuit locuples & potens in amore, atq; deliciis necessariorum: ornatus eius opibus abundabat: magnus ancillarum, quæ sequebantur, comitatus appellabatur. Nunc contrà, subitò, & graui casu afflicta, uix mediocris ancillulæ dignitatem retinet. O fortuna quàm uehementer te rerum uarietas oblectat, & quàm magno odio est tibi beatæ uitę perpetuus & constans fructus.

Gressus, a, um, participium à gradior, βεβηκώς. Verg. 6. Aeneid. & pariter gressi per opaca uiarum.

Gressus, sus, m. q. Incessus, ambulatio. βάσις. Cic. 1. Offic. Cauēdum est autem ne aut tarditatibus utantur ingressu mollioribus, &c. Verg. 3. Georg. Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Gradatus, a, um, In modo graduum factum, κλιμακόεις. Plin. in Epist. Omnia maceria muniuntur: hanc gradata buxus operit & subtrahit.

Gradatio, f. t. Apud Rhetores dicitur, quum ex prima sententia oritur secunda, & ex secūda tertia, atq; ita deinceps, κλίμαξ. Cic. 3. de Orat. Est etiam gradatio quædam & cōuersio, & uerborum concinna transgressio. Autor ad Herennium libro quarto. Gradatio est, in qua non antè ad consequēs uerbum descenditur, quàm ad superius conscensum est: hoc modò, Nam quæ reliqua spes liberatis manet, si illis & quod liber, licet: & quod licet. possunt: & quod possunt, audent: & quod audent faciunt: & quod faciunt, uobis molestum non est?

Gradarii equi, m. s. qui sine succussatione molliter incedunt, ἱπποφορβάς. Lucilius lib. 14. Ipse equus non formosus, gradarius optimus.

Gradatim, aduerbium, Significat per gradus, κλιμακηδόν. Varro libro primo de Re rustica. Cato quidem (inquit) gradatim alium præponens alio, agrum meliorem dicit esse in nouem discriminibus. Plinius libro 33. capite quarto, Fossæ in quas petfluat, cauantur: agogas uocant: ea sternuntur gradatim. Gradatim, pro sensim, paulatim, ordinatè, & lentè, βάδην. Cicero Dolabellæ, Ita pedetentim & gradatim tùm accessus à te ad causam facti, tùm recessus. Idem primo Tusculanar. Tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respōdens eò perueniat quasi geometrica didicisset.

Gradiuicola, uide in Propriis,

Græcari, græcula rosa. Item uide Græciain Propriis.

Græca salix, dicitur salix rubra.

Grallæ, rum, f. p. Fustes furculas habentes sunt, quibus nitūtur qui super iis ambulant.

Grallatores, m. t. Qui grallis gradiuntur, ac passus ingentes faciunt, καλοβάδραι. Plaut. in Pœn. At si ad prandiū in ædem uos dixissem ducere, Vinceretis ceruum cursu, & grallatorē gradu. Grallatores (inquit Festus) appellabantur pantomimi qui ut in saltatione imitarentur Aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atq; in his superstantes ob similitudinē crurum eius generis, gradiebantur, utiq; propter difficultatem consistendi.

Grallatorius, a, um: ut, Grallatorius gradus, id est, magnus, quales solēt esse grallatorum: cui opponitur testudineus gradus, hoc est, lentus, quali inceduut testudines. Plau. in Amph. Abstine, quæso, non potuimus Nostros grandius grandire gradus. A. Siue grallatorius, siue testudineus fuerit, certum est mihi hunc scelestum perdere.

Grāmĕn, graminis, n. t. Herba uulgatissima: sic dicta à gradiendo, hoc est, progrediendo, siue serpendo, quod geniculatis internodiis mirificè serpat, crebroq; nouas spargat radices, ἄγρωστις. Hæc herba (ut autor est Plinius libro 24. capite 19.) iumentis est gratissima, siue uiridis sit, siue in fœno siccata. Verg. in Buc. nulla neque amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbā, Cic. 2. de Fin. Tua sunt Puteolis gramina.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mina. Liu. 1. ab Vrbe, Fecialis ex arce graminis herbam puræ attulit Gramen floreum. Martialis libro 9. Sic in gramine floreo recliuis.

Gramineus, a, um, Quod ex gramine est factum: ut, Graminea Corona. Gellius lib. 5. cap. 6. Obsidionalis corona est, quam ij qui liberati sunt obsidione, dant ei duci qui liberauit: ea corona graminea est, obseruariq; solitum ut fieret è gramine quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant qui obsidebantur. Sic Plin. lib. 22. cap. 5. & Liu. 7. ab Vrbe. Cespes gramineus, Ouid. 2. Amo. Eleg. 15. Campus gramineus, Ouidius 5. Fast.

Graminosus, a, um, Plenus gramine, χορτώδης. Colum. in Præfa. lib. 1. Quid syluester ager, quid humidus & graminosus, quid siccus, & spurcus, recusaret. Sic lib. 7. cap. 9.

Gramiæ, f. p. siue Gramæ, sunt oculorum pituitæ, ῥᾶμμα, γράμμα.

Gramosus, a, um, siue Gramiosus, id est, lippus. Cæcilius. apud Nonium, Gramosis oculis ipsa, atratis dentibus.

Gramma, atis, t. pen. cor neut. gen. Latinè litera dicitur.

Grammatica, cæ, uel Grammatice, ces, f. p. γραμματική, Est recte, loquelæ, rectęq; scripturæ scientia: quæ usu, ratione, auctoritateq; constat. Latini numero plurali Literas uocant. Cic. 3. de finib. Quanq; ea uerba, quib. ex instituto ueteres utimur, pro Latinis, ut ipsa Philosophia, Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Musica, quanquã Latinè ea dici poterant tamen quoniam usu receptа sunt, nostra ducamus. Quin. li. 2. cap. 14. Grãmatice literatura est, non literatrix. Et cap. 1. Et Grammatice, quam in Latinum transferentes, Literaturam uocauerunt, fines suos norit.

Grammatica, corum, n. f. Studium literarum, quod profitẽtur ii qui grammatici nocantur. Cic. 1. de Orat. In Grãmaticis poẽtarum pertractatio, historiarum cognitio, uerborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

Grammaticè, aduerbium, γραμματικῶς, ut, Grammaticè loqui est ubi cura sermonis uitium non admittitur: Latinè loqui, ubi elocutione eluescit oratio. Quin. lib. 1. cap. 6. Quare mihi non inuenuste dici uidetur, aliud esse Latinè, aliud grãmaticè loqui.

Grammaticus a, um, γραμματικός, Quod ad grammaticã pertinet: ut, Figuræ grammaticæ, Grammaticus stylus. Grammatica oratio, Ars grammatica. Ad Heren. lib. 4. Hæc qua ratione uitare possimus, in arte grammatica dilucidè discemus. Grammaticus substantiuũ, qui grammaticã docet: Latinè dici potest Literatus. Suet. de Clar. Gram. Appellatio Grammaticorum Græca consuetudine inualuit: sed initio Literati uocabantur. Corn. quoq; Nepos in eo libello quo distinguit literatos ab eruditis, Literatos quidem uulgò appellari ait eos qui aliquid diligenter, & acutè scienterq; possint aut dicere aut scribere. Cæterùm proprè sic appellandos Poẽtarum interpres qui à Græcis Grammatici nominantur, eosdẽ Literatos uocitatos. Hactenus Suet. Cic. 2. Tusc. Vt enim si *grammaticum se* professus quispiam, barbarè loquatur: aut si absurdè canat is, qui se uelit habere Musicum, hoc turpior sit quòd in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiã: sic Philosophus in ratione uitæ peccans, hoc turpior est quòd in officio, cuius magister esse uult, labitur: artemq; uitæ professus, delinquit in uita. Horat. in Arte, Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Grammatici à ueteribus etiam Critici dicti sunt, eo quòd sibi de omni genere scriptorũ diiudicã di sumebãt potestatẽ. Eosdem Literatores nocitatos, Messala Corninus autor est. Sunt tamen qui Grammaticum à Grammatista distinguunt, ut Literatum à Literatore, tanquã Grãmaticus absolutè, & perfectè doctus, sicut Literatus: Grammatista, sicut Literator, tenuiter eruditus: in malam enim partẽ accipitur. Quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud maiores (ait) quum familiæ alicuius uænalis producerentur, non temerè quem literatum in titulo sed literatorem in scribi solitum esse, quasi non perfectum in literis sed imbutum

Grammateus, m. f. γραμματεύς, Dictio trisyllaba, significat scribam qui rationes publicas in tabulis scribit Apul. lib. 11. Tũ ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant. Suidas ait Grammatea, esse notarium, & ἀπορρήτων, id est, arcanorum participẽ. Hinc Archigrãmateus, princeps scribarum quẽ hodie Cancellarium. Budæus.

Grammatocyphon, γραμματοκύφων, qui capite submisso, & ingenibus papyrum tenens scribit.

Grammatophylacium, cii, m. f. γραμματοφυλάκιον Locus ubi tabulæ & instrumenta publica, monumentaq; rerum gestarum actorumq; asseruantur: quod tabellarium Latinè appellatur. Iurisconsultus in tractatu de pœnis, ἀρχαῖα fortasse, uel grammatophylacio.

Grammanæ, gemmæ quæ per transuersum alba linea præcinguntur.

Grammatias, Gemma est ex iaspidum genere, similis smaragdo, per transuersum linea alba præcincta: quæ ab Orientalibus populis pro amuleto gestari solet. Hæc & polygrammos, πολύγραμμος, dicitur. Plin lib. 37. cap. 9.

Gramme, f. p. γραμμή, à Græcis appellatur, quam Latini lineam uocant, γραμμὴ (inquit Euclides) μῆκος ἀπλατές: hoc est, gramme, siue linea, longitudo est sine latitudine. Emensa uerò cum longitudine latitudo, ἐπιφάνεια, id est, superficies dicitur. Augusti. Si omissa latitudine, solùm quis longitudinem uoluerit emetiri, longitudo sine latitudine mensuræ subiecta, gramme dicitur. Non quòd sit longitudo aliqua quæ careat latitudine, sed quòd solam quis mentiens longitudinem, grammem metiri dicitur.

Granarium, Granarus, uide Granum.

Grandis, de, om. t. Propriè ætatis magnitudinem denotat, πολυετής. Teren. in Adel. An sedere oportuit domi uirginẽ tam grandem? Cic. pro Cluent. Reliquit hunc annos XV natum: grandem autem & nubilem filiam. Quòd si Natu adiungatur, prouectiorem ætatem significat, & iam penè senilem. Plin. Iun. Mulier natu grandior, & tot liberorum parens. Cic. pro Rosc. Com. Quid expectas, quàm mox ego Luscium & Manilium dicam ordine esse Senatores: ætate, grandes natu: natura sanctos. Dicitur de quauis alia magnitudine: neque de solo homine grandis dicitur, uerumetiam ad inanimata refertur: ut, Grande æs alienum. Plin. lib. 7. cap. 38. Grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati. Grande pondus argenti. Cicero pro Cecin. Grande gaudium. Plaut. in Stich. Tantum à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande.

Grandiusculus, a, um, *dimin.* Terent. in And. Nam ferè grandiuscula profecta est illinc.

Granditas, tis, f. t. Propriè ætatis magnitudo, πολυετία. Sisenna lib. 4. Hist. Neq; ætatis granditatem, neq; ea merita, neq; ordinis honestatem: aut dignitatem sibi esse excusationi. Accipitur etiam pro quauis alia magnitudine, siue sublimitate. Cicero de Claris Orat. Idq; apparet ex genere, & granditate uerborum. Plinius in Epistol. Non illi uis, non granditas, non sublimitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. Quibus in locis granditas accipitur pro sublimitate, uel grandiloquentia uerborum uel orationis.

Granditer aduerbium, μεγάλως.

Grandæuus, ua, uum, Quod est prouectioris ætatis, quasi grãdis æui, id est, senex, πολυετής. Verg. 1. Aeneid. Et qua uectus Abas & qua grandæuus Alethes. Plin. lib. 2. cap. 7. Alios esse grandæuos, semperq; canos.

Grandæuitas, atis, f. t. ἱπολυετία. Accius, Ne quia nec uos, nec ille impune irrideret meam grandæuitatem.

Grandiloquus, m. f. pen. cor. Qui grandi & sublimi dicendi genere utitur, quiue nihil humile loquitur, μεγαλορρήμων. Cic. in Orat. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, cum ampla, & sententiarum grauitate, & maiestate uerborum uehementes. Idem 5. Tusc. Quid tandem isti grãdiloqui contra hęc duo? Hinc grandiloquentia, μεγαλορρημοσύνη.

Grandio, dis, diui, ditũ, a. q. Grandẽ facio, ἐπιτείνω, αὔξω. Plaut. in Aulular. Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum, Testudineum istum tibi ego grandibo gradum. Idẽ in Amph. abstine quæso: non potuimus Nostros grãdius grãdire gradus.

Grandesco, cis, n. t. Cresco, grandis fio, αὐξάνω, φύομαι, μεγαλύνομαι Plin. lib. 18. Crescente luna frumenta grandescunt. Col. lib. 2. cap. 11. Omne autem frumentum spicam à tertio ad quartum nodum emittit: & quum totam edidit, octo diebus defloresci, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem peruenit. Cicero 1. de Diuin. Lẽtiscus triplici solita grandescere fœtu. Hinc Ingrandesco, quod est ualde grandis fio. Columella. Quæ lens, ut celeriter prodeat, & ingrandescat, antequàm seritur, fimo aridо permisceri debet.

Grandigro, as, Antiquum uerbum est quo Plaut. in Truc. usus est pro grandi gradu eo. Quid (inquit) clamitas insanè? Abire hinc ni properè grãdigras, iã ego istos fictos Cõpositos, crispos, cinnos tuos unguentatos usq; ex cerebro Expellam.

Grando,

Grando, dinis, f. p. Pluuia in aëre congelata: sic dicta, quòd granis similis sit, χάλαζα. Cic. 3. de Nat. deor. At enim minora dii negligunt, neq; agellos singulorum, nec uiticulas perse quuntur: nec si uredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit: ne in regnis quidem reges omnia minima curant. Verg. 1. Georg. crepitans salit horrida grando. Horat. 3. Carm. Ode 1. Non uerberatæ grandine uineæ. Pli. lib. 2. capite 60. Grandinem conglaciato imbre gigni, & niuē eodem humorem mollius coacto: pruinam autem ex rore gelido. Plautus in Mostel. Ea mihi aduentu suo quàm primum grandinem, imbremq; attulit. Grando item morbus est siue uitium oculorum, quod Græci χαλάζιον, appellant: quum scilicet in extrema ciliorum ora, unde pili oriuntur, tuberculum enascitur mobile, quod digito huc illuc impelli possit. In suibus item Grando dicitur, quum sub lingua uenulæ uaricosæ fiunt ac nigrescunt. Autor Aëtius libro 13. cap. 120.

Grandinosus, sa, sum, Quod abundat grandine, χαλαζώδης. Columel. libro 5 capite 1. Post hæc non ignorabit dominus locū plus posse qualitatem cæli frigidam uel calidam, siccam uel roscidam, grandinosam, uentosamq; uel placidam, serenam uel nebulosam.

Grandinarus, ta, tum, participium, Quod est grandine saucium, χαλαζόβλητος.

Granum, ni, n. s. Propriè semen frugum dicitur, ut tritici, hordei, & huiusmodi, κόκκος. Plaut in Sticho, uidelicet illū fuisse nequam adolescētem qui ilicò. Vbi ille poscit, dare de negauit se granum tritici. Varro 1. de Re rust. ca. 48. Granum dictū, quod est intimum solidum. Et paulò pòst, Granum à gerendo: id enim seritur, uti spica gerat frumentum. Cic. 1. de Diuinat. fiunt certè diuinationum coniecturæ à peritis. Midæ illi Phrygio, quum puer esset, dormienti formicę in os tritici grana congesserunt: ditissimum fore prædictum est quod euenit. Granum etiam generaliter dicitur pro omni eo quod minutum est, & similitudinem aliquam habet cum grano frumenti. Vnde & mali punici acinos, grana, ipsumq; malum granatum dicimus. Fructum quoque arboris cuiusdam ilici similis, quem Dioscorides, κόκκος βαφικὴν appellat, à quibusdam granum Dicitur. Quod quia copiosissimè nascitur in Bætica prouincia factū est ut ea regio ab eo Granata dicatur.

Granarium, rii, n. s. Locus in horreis seruandis seminum granis paratus, uel in quo grana frugum reponuntur, σιτοφυλακίον, σιτοβολών. Varro 1 de Re rust. cap 57 At triticum cō di oportet in granaria sublimia quæ perflentur uentis ab Exortu, & Septentrionum regione, ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aspiret. Pro granariis quidam habent sub terris speluncas quas uocant syros, alii puteos. Pers. Saty. 5 Iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes. Horat. 1. Ser. Sat. 1. Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris? Col. lib. 2. cap. 10. Repositum in granario patitur æuum.

Granatus, a, um, Quod abundat granis: ut malum granatum, ῥοιά. Col. lib. 12 cap. 41. Et integra mala dulcia granata quæ punica uocantur.

Granatum, ti, n. s. subst antiuè accipitur pro malo Punico. Plinius libro 20. capite 41. Singultus & Vomitus sistit cum succo granati.

Granosus, a, um, Quod intus habet grana, κοκκώδης. Plin lib. 21. cap. 31. Quorum alterum, cui aciat coccinei, granosi folliculi, halicacabum uocant, & alii callion.

Granifer, ra, rum, Ferens granum: ut, Agmen granifera, dictæ formicæ ab Ouid. 7. Metamorph. Granifera q; agmen subiectis spargere in armis.

Graphe, f. t γραφὴ, apud Græcos scripturam significat. Aliquando etiam (ut inquit Suidas) Genus est cuiusdam publicæ accusationis, quando scilicet lex aliqua ut iniqua, aut peræram lata accusatur.

Graphice, ces, f. t γραφικὴ, Ars pingendi, quæ & pictura à Latinis dicitur. Plin. lib. 35. cap. 10. Et huius autoritate effectum Sycione primùm, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est, picturam, & in buxo docerentur. Graphicè item dicitur, teste Budæo, cura, usus, meditatio elaborandi, limandiq; ea quę scribimus: Cic. stylum appellat, libro secundo de Orat. Huic opponitur Extemporanea dicendi, scribendiue facultas, quam Græci uocant αὐτοσχεδιαστικήν.

Graphis, phidis, γραφὶς, Est delineatio futuræ picturæ, quæ & ἐνογραφία à Græcis dicitur, Frequens est huius dictionis usus apud Vitruuium lib. 1. ubi graphiden accipit pro primo illo linearum ductu, & umbrarum delineatione instrumentis sciothericis, quam & sciographum identidem appellat. Dicta graphis à stylo, quē Græci γραφίον, & γραφίδα quoq; nominant. Plin. lib. 35. Graphidis uestigia extant in tabulis, ac membranis ex quibus proficere dicuntur artifices.

Graphium, phii, γραφίον. stylus ferreus, quo ueteres in cereis pugillaribus solebant scribere. Ouid. lib. 1. Amorum, Eleg. 11. Quid digitis opus est graphium lassare tenendo?

Graphicus homo, γραφικὸς, dicitur ad unguem factus, absolutusq;, & quasi pictoris manu expolitus. Plaut. in Epidico, Næ tu habes seruum graphicum, & quantiuis pretii, si seruat fidem.

Graphicè, elegāter, politè, γραφικῶς. Plaut. in Perſa, Nunc huic ego graphicè facetus fiam, Subnixis alis me inferam, atq; amicibor gloriosè. Idem in Trin. Exornetur graphicè.

Graphiarium, rii, n. s. γραφιοθήκη. Theca in qua styli reponuntur, quibus & scribere simul, & pingere solebant antequàm penicilli, & colores inuenirentur. Martial. lib. 14. Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro, Si puero dones, non leue munus erit. Eadem & theca graphiaria dicitur.

Grassor, saris, d p. si originem spectes, nihil aliud est quàm cum impetu & uehementia incedere. Creditur enim frequentatiuū esse à uerbo gradior. Frequentissimè tamen accipitur pro eo quod est uias obsidere, obuios q; iniuriæ oportunos uestibus, aut pecunia, aut alia quauis re spoliare. Festus, Grassari proprie dicuntur latrones uias obsidentes. Gradi siquidem ambulare est: unde tractum grassari, ab impetu gradiēdi. Sed quum quis grassatur, id est, quum impetu siue frequenti gradu uadit in aliquem, & bono & malo, animo grassari potest: ideò & in bonam & malam partem accipi potest: ut apud Sallustium in Iugur. Sed dux atq; Imperator uitæ mortalium animus est, qui ubi ad gloriam uirtutis uia grassatur, abunde potens, pollens q; & clarus est. Liu. lib. 3. ab. Vrbe, Iam à uitura erat, quum assertor nihil opus esse multitudine concita ait, se iure grassari: non ui, hoc est, iure procedere. Næuius, Nunc me res ipsa reprimit, sæpè hac eadem grassatus uia. Sæpius tamen in deteriorem partem accipitur pro sæuire in aliquem, uel ui aliquem adoriri, κατασκήπτω, ἐγκατασκήπτω, λυποδύτεω. Plaut. Ruden. Acta hæc est res: certum est mori, quā hunc pati lenonem in me grassari. Lactant. lib. 2. Suis enim uitiis perditis sęuiunt, & grassantur ut perdant. Idem lib. 3. Archipirata quispiā uel latronum ductor, si suos ad grassandum cohortetur. Cæsar, Grassari in hostes uetat. Liu. li. 2. Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac uia grassaremur. Grassatur pestis, hoc est, cum ingenti clade hominum inualescit. Huius compositum est Oggrassor, quod est obuiam seu contrà cum impetu gradior. Plautus in Pœn. Nisi cum pedicis condidiciſtis oggrassari gradu.

Grassator, oris, m. t. Propriè dicitur, qui urbis uicos obsidēs, obuios aut uestibus aut pecunia spoliat: quales sunt qui prima face in maioribus urbibus, ministris uestes detrahunt, aut cœnas quas dominis ferunt, ui eripiunt, metu uerberum aut mortis intentato, λυποδύτης. Iuuenalis, Interdum & ferro subitus grassator agit rem. Colliſtratus, l. Capitalium. ff. De pœn. Grassatores qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur. Sueton. in Augusto. Nam & grassatorum plurimi palàm se ferebant, succincti ferro, quasi tuendi sui causa. Et paulò inferius. Igitur grassatores dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit. Cicero de Fato, Hoc enim modo utator quoq; bene uestitus, causa foret, cur à grassatore spoliaretur.

Grassatio, onis, f. t. uerbale, dicitur actus ipse grassandi, λυποδυσία. Plin. lib 3. cap 22. Nero Cæsar claritatem ei dedit, initio imperii nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illi nens sibi cum thure ceraq;, & sequente die contra famam cutem synceram circunferens. Budęus.

Grassatura, ræ, f. p Idem quod grassatio. Suet. in Tiberio, In primis ruendæ pacis, à grassaturis, & latrociniis, seditionumq; licentia curam habuit.

Gratè, Grates, Vide Gratia.

Grātĭā, tiæ, f. p. Interdum idem est quod beneficium: inde dictum quòd gratis nobis detur, χάρισμα. Cicero lib. 1. Epist. Quum præsertim considerem, nullam esse gratiam quā uel non capere animus meus uel in accipiendo, uel remunerando, cumulādoq; illustrare posset. Teren. in And. Ego Charine neutiquam officiū esse liberi puto, Quū is nihil promereat, postulare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

postulare id gratiæ apponi sibi. hoc est, postulare ut sibi habeatur gratia, uel ut pro beneficio reputetur. Frequenter item gratia accipitur pro memoria accepti beneficij, & uoluntate referendi. Hinc dicimus agere gratias, pro eo quod est uerbis ostendere nobis aliquid fuisse gratũ. Habere autẽ gratias (χαρὶν ἀδ'ναι) pertinet ad animũ, quum memorẽ accepti beneficij mentẽ animum'q; habeo, & inuicẽ gratificandi uoluntatem. Referre uerò gratiam, est facto acceptũ beneficium remetiri, ἀποδ'ναι χάριν. ut si à me subleuatus aliquo beneficio, alio me uicissim subleues, gratiam mihi refers. Accipitur & in malam partem pro eo quod est iniuriã iniuria cõpensare, & par pari reddere. Cic. in Sallust. Quòd ista inusitata rabie in uxorem & filiam meam inuasisti (quæ se mulieres facilius à uiris abstinuerunt, quàm tu uir à uiris) satis doctè ac peritè fecisti. Non enim sperasti mutuam me tibi gratiam relaturum, uicissim tuos compellarem. Terent. Eunu. Illis crucibus, quæ nos nostram'q; adolescentiam habent despicatui, Nunc referã gratiam, atq; eas itidem fallam ut ab eis fallimur. Referre igitur gratiam, tam in meliorem, quàm in deteriorem partem sumitur: quum fit, ipso facto acceptum beneficium, uel iniuriam compensare. Rectius'q; huic uerbo accusatiuum singularem Gratiam iungimus, quàm pluralem gratias. Et contrà usitatius dicimus, refte Valla, Habere gratias, quàm gratiam. Nunquam autem, uel rarissimè, agere gratiã sed semper ferè, agere gratias. Liu. 9. bel. Maced. Satiatus tandem complexu filij, Renuntiate, inquit, gratias Regi me agere: referre gratiã aliam nunc nõ posse, quàm ut suadeam, non ante in aciem descẽdat, quàm in castra me redijsse audierit, Cic. pro Plan. Cui pro me Senatus grstias agendas, putauit, ego à me gratiam referendã non putem? Interdum efferuntur hæ locutiones per uerba passiua: ut, Habetur tibi gratia, & refer. ur gratia. Terent. in Eunu. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita ut merita es, gratia. Vbi Donatus, Qui habet apud se gratiam, nondum retulit, retulit qui destitit habere. Multũ ergo hic dixit, Et habetur gratia, & refertur. Quem sensum transtulit Sallustius in bellum Iugur. Arma, pecuniam sume, utere, & quoad uixeris, nunquam redditã tibi gratiam putaris: semper apud me integra erit. Cum illo magna est mihi gratia. Cic. ad Lentulum, hoc est, magna intercedit mihi cum illo familiaritas: uel, mutuum nos amamus plurimùm. Cum bona, & cum mala gratia, Terent. in Phorm. cur non, inquam, Phormio, Vides, inter nos sic hæc potius cum bona Vt componantur gratia, quàm cum mala? Est gratia, pro ago gratias. Plaut. in Menæ. Eamus intrõ, ut prandeamus. Men. bene uocas: tum gratia est. Idem in Merca. Salue mi sodalis Eutyche: Vt ualuisti? quid parentes mei, ualent? Eut. tibi gratia est: Bene uocas, benignè dicis, cras apud te cœnauero. Esse in gratia, pro gratiosum esse, & gratia ali quid ualere. Cic. Attì. lib. 2. Erit nebulo iste cum ijs dynastis in gratia. Facere gratiam, hoc est, ex iure strictiori aliquid imminuere, uel remittere aliquid quod sibi debeatur. Vnde facere gratiã iurisiurandi, est iusiurandum remittere. Plaut. in Rud. Nihil hercle hic tibi est: ne tu speres: iurisiurandi uolo gratiam facias. Liu. lib. 3. Omnium tibi Appi Claudi, quę impiè nefarieq; per biennium alia super alia ausus, gratiam tibi facio. Accipitur interdum gratia pro beneuolentia & fauore: Sallustius in Iugur. Ita bonum publicum priuata gratia deuictum. Hinc inire gratiam ab aliquo, est fauorem eius emereri. Terent. in Eunu. Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam uideo uelle, inibo. Vbi Donatus, Gratiam. inire, est dare beneficium, ac per hoc, inire gratiã, id est, amicitiam. Recipimus in gratiam eum qui nolit nobis reconciliari, quum aliquando fuerit inimicus. Cic. pro Rab. Quem enim ex tantis inimicitijs receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum uiolare non debeo. Redire in gratiam, est reconciliari. Cic. Attì co. lib. 1. Cum Luctatio in gratiam redi. Gratia pro causa, ratione, siue occasione, idq; in ablatiuo duntaxat. Terentius in Andr. Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare. & ea me hic restitisse gratia. Vbi Donatus, Gratia ueteres pro causa ponebant. Sallustius, Rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur. Poëtæ tres Gratias finxerunt. Iouis & Autonoes, siue potius Liberi patris & Veneris filias, quæ & χάριτες à Græcis appellantur: quarum unam Aglaiã nominarunt ab hilaritate, seu lætitia: propterea quòd hilaritet præstandum sit beneficium. Secundam, Thaliam, à uiriditate: quòd beneficij memoria semper uirere debeat, & nunquam marcescere. Tertiam, Euphrosynem, ab oblectatione, eo quòd non minus in dando beneficio, quàm in accipiendo nos delectari conueniat. Harum una auersa pingitur, duæ ad nos conuersæ: quod significatur, duplicem pro accepto beneficio gratiam rependi oportere. Nudæ sunt: beneficia enim sine fuco esse oportet. Connexæ quòd beneficium semper beneficium pariat: quod'q; perpetuum esse debeat beneuolentiæ fœdus, Hilares: tales enim esse debemus in dandis accipiendis'q; beneficijs. Iuuenes: beneficij enim accepti gratia senescere non debet, sed perpetuò florere. Virgines sunt, & in Acidalio Orchemeni fonte lauantur: uel quòd pura beneficia esse, nullam'q; retributionis spem habere, uel quòd nihil turpe rogare oporteat.

Gratus, ti, m. s. Qui gratiam pro beneficio refert, uel saltem memor est accepti beneficii, εὐγνώμων. Cic. 1. de Legib. Gratus est qui in referenda gratia nõ commodum, sed eum ipsum, cui refert gratiã, cernit. Idem, Tu quàm gratus erga me fueris ipse existimare potes. Brutus Ciceroni lib. 11. Gratiorem me esse in te posse quàm isti perterrì sint in me, exploratum habes. Cicer. Planco, Re ipsa, atq; animo gratissimus. Terentius in Adelph. Scio non te usum ante hac amicitia mea: Memorem me dices esse, & gratum. Plinius in Paneg. Nam libe ralitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Cic. 5. Verr. Sed quòd sua interesse putabant, se memores, gratos'q; existimores, gratos'q; existimari, gratias isti egerunt. Gratus interdum idem est quod acceptus & iucundus, χαρίεις. Liu 2. ab Vrbe, Gratæ in uulgus leges fuere. Terentius And. Et id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. Horatius 2. Serm. Satyr. 2. Siue operum uacuo gratus conuiua per imbrem Vicinus. Gratum facere, obsequi, & inseruire, χαρίζομαι. Cic. lib. 13. Epist. Si hunc iueueris, gratissimum mihi feceris. Huius cõtrarium est Ingratus, ἀχάριστος, ἀχάρις &. A quibus Gratitudo, εὐχαριστία: & Ingratitudo, ἀχαριστία, ἀγνωμοσύνη. Gratè, & Ingratè, Gratis, & Ingratis aduerbia: de quibus suis locis.

Gratè, aduerb. Grato animo, εὐγνωμόνως. cuius contrariũ est, Ingratè. Cic. pro Plancio, Audi, atq; attende Laterẽsis, ut sciãs quid Plancio debeam: confitearq; aliquando, quod faciam, me & gratè & piè facere. Idem lib. 1. de Fin. Nam & præterira gratè meminit, & præsentibus ita potitur, ut, &c.

Gratiosus, sa, sum, Qui gratia apud omnes plurimũ ualet, uel qui omnium gratiam & fauorem sibi facilè conciliat: quod ferè fieri solet obsequio, & morũ comitate, χαρίεις χαριτρόος. Cic. 1. Officio. Tum Pythius, ut argentarius qui esset apud omnes ordines gratiosus. Idem Lentulo, Vehementer confidit se his nostris literis apud te gratiosum fore, id est, ualde gratum. Cic. pro L. Muræna, Nil tibi Consulatum petenti à me defuit quod esset aut ab amico, aut à gratioso, aut à Consule postulandum.

Gratiosè, aduerbium, Cum gratia, χαριέντως. Vlp. 1 Tutor qui repertorium. para. Competet. ff. de Admit. tut. Cõpetet aduersus tutores tutelæ actio, si malè contraxerunt: si prædia non idonea comparauerunt per sordes, aut gratiam. Quid ergo, si neq; sordidè, neq; gratiosè, sed non bonam conditionem elegerint? Rectè quis dixerit, solam latam negligentiã eos præstare in hac parte debere.

Gratis, aduerb. Gratuitò, sine præmio aut pretio, δωρεὰν, προῖκα, Plaut. in Cap. nunquam erit tam auarus quin te gratis emittat manu. Cic. 3. Verr. Is repente, ut Romam uenit, gratis Prætor factus est. Idem 2. de Finib. Vt æquitatem, modestiam, uirtutes omnes per seipsas gratis diligant. Suet. de Clar. Gram. Sunt qui tradant, tanta cum honestate præditum, ut tẽporib. syllania proscriptorum liberos gratis, & sine mercede ulla in disciplinam receperit. Gratis & Pretio, contraria. Cic. pro Rosc. Cam. Hic primùm quæstus est non leuiter Saturius, communẽ factũ esse gratis cũ Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannij. Aliquando significat sponte, ἀσυτόως. Vnde deducitur compositum Ingratis, inuitè, non ultrò, quia ultronea grata sunt: ingrata, quæ ab inuitis & recusantibus fiunt, ἀκουσίως. Plaut. in Amph. Hæc heri immodestia cõegit me, qui hoc noctis ingratis excitauit. Teren. in Eunu. Opus faciam ut defatiger usq; ingratis ut dormiam. Cic. pro Quintio, Exprimendum est inuito atque ingratis, quod non debet.

Gratuitus, ta, tum, pen. corr. Quod datur gratis, id est, sine præmio, aut pretio, ἄμισθος. Cic. lib. 1. de Legib. Quid liberalitas gratuita ne est, an mercenaria? Si sine præmio, benigna est gratuita est: si cum mercede, conducta. Idẽ 1. de Nat. deo. Prata, & arua, & pecudum greges diligũtur isto modo, quòd fructus ex his capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita est,

tuita est, Id est non ad fructum relata, sed ad illius commoda qui diligitur: alioqui Mercatura est, non amicitia.

Gratuitò, aduerb. Idem quod gratis, ἀμισθί. Suet. in Cæsare, Omnibus uerò circa eum, atq; etiam parte magna Senatus gratuitò aut leui fœnore obstrictis. Cic. 2. Offic. Diserti igitur hominis & facilè laborantis, quodq; in patrijs est moribus, multorum causas, & non grauatè & gratuitò defundentis, beneficia patrocinia latè patent.

Grates, f. t. Numero tantùm plurali, & in hac tantùm terminatione, pro gratia quæ referri debet pro accepto beneficio, χάρις. Verg lib. 3. Aen. Grates persoluere dignas Non opis est nostræ, Dido. Ci. in Som. Scip. Et grates (inquit) tibi ago sum me Sol. Plaut. Mil. Inde ignem in aram, ut Ephesiæ Dianæ latas laudes, Gratesq; agam. Qu. Curt. Grates habebant, ueluti præsenti deo. Liu. 7. bel. Pun. Discursum inde ab alijs circa templa Deûm, ut grates agerent. Tacit. lib. 20. Sed præcipuo deorum Marti grates agimus.

Gratificor, aris, d p. Rem gratam facio, χαρίζομαι, χάριν φέρω. Cic. Lentulo, Quòd Pompeio se gratificari putant. Idem Valerio Iurisc. lib. 1. Cur tibi hoc non gratificer, nescio. Differũt tamen gratificari, & gratum facere: quòd gratificari, in se contineat quiddam maius: est enim beneficum esse. Vnde Cic. lib. 1. de Nat. deor. ait, Deum hominib. gratificari, nõ gratum facere: quasi gratificari sit beneficia conferre: gratum facere, obsequi & inseruire. Cic. lib. 13. Epist. Si hunc inueneris, gratissimum mihi feceris.

Gratificatio, nis. f t. χάρισμα. Cic. 1. de Nat. deo. Vos autem quid mali datis, quum Imbecillitatem, gratificationem & beneuolentiam ponitis? Impudens gratificatio, Idem 3. de lege Agrar.

Grator, aris, d. p. Idem quod gratulor, hoc est, ob felicitatem uel commoda alterius, lætitiam meam testor, συνήδομαι. Verg. 4. Aen. Inueni germana uiam, gratare sorori. Dicitur & sibi gratari, quum ob prosperum rei alicuius successum secum lætatur. Ouid. 8. Meta. Totoq; libens mihi pectore grator. Gratari superis, est dijs gratias agere, & ob felicem rei alicuius successum sacrificare: quod Græci dicunt χαριστήριον θυεῖν. Ouid. 2. Fast. Quisquis ades, castæq; colis penetralia Vestæ, Gratare, Iliacis thuraq; pone focis.

Gratabundus, a, um. Idem quod gratulabundus. Tacit. lib. 17. Et proximi militum gratabundi respondent.

Gratulor, ris, ri, d. p. Est testari uerbis se gaudere de fortuna & felicitate alterius, seu sua tanquam alterius, συνήδομαι, συγχάρην. Triplicem ferè habet constructionem. Interdum enim absolutè ponitur sine aliquo casu à tergo. Ouid. 3. de arte amandi, Prisca iuuent alios, ego nunc me denique natum Gratulor. Interdum solo dativo contentũ est. Trebon. Cic. lib. 12. Iraq; tibi (quod uerè facere possum) libenter quoque gratulor. Nonnunquam etiam accusatiuum habet cum dativo. Cicer. 2. Verrina, Appellat hominem, & ei uoce maxima uictoriam gratulatur. Inuenitur etiam aliquando cum solo accusatiuo, ita tamen ut dativus subaudiatur. Terent. in Eunu. Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur. Conuertitur aliquando accusatiuus in ablatiuum mediante præpositione. Cic. Lentulo. Quod mihi de nostro statu, & de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodij gratularis, minimè miramur. Interdum etiam sine præpositione. Cælius Ciceroni, lib. 8. Gratulor tibi affinitate uiri mediusfidius optimi. Accipitur præterea gratulari pro eo quod est, superis pro re bene gesta gratias agere, quemadmodum triumphantes solebãt, qui equis albis, curruq; aurato in Capitolium uecti, Ioui pro felici rerum successu taurum immolabant, quod Græci dicunt χαριστήριον, θυεῖν. Ennius in Hecuba, Iupiter tibi summe, tandem malè re gesta gratulor. Liu. Triumphantes in Capitolium ascendebant, Ioui Op. Max. cæterisq; dijs gratulaturi. Huius compositum est Congratulor.

Gratulatio, nis, f. t. uerbale, Modò significat testationem gaudii ob felicem alicuius successum, εὐγκαρμα. Cicer. Attico. Mihi facta statim est gratulatio. Idem 2. Verr. Nuntiatur mimi maximam gratulationem huic esse factam. Modò idem significat quod supplicatio, χαριστήριον, hoc est, gratiarum actio, quæ à Senatu nomine alicuius Imperatoris, qui rem in bello feliciter gesserat, ad omnium deorum templa solet decerni. Cic. in Catil. Cæteris semper bene gestis, mihi uni conseruatæ Reip. gratulationem decreuistis. Idem ad Brutum, Sed tamen tam recenti gratulationi, quàm tuo nomine ad omnium deorum templa fecimus, &c.

Gratulabundus, Idem quod ualde gratulans. Gel. lib. 3. cap. 15. Quumque populus gratulabundus flores undiq; in eum iaceret, &c.

Grauis, & hoc graue. om. t. Significat ponderosum: quod scilicet suapte natura deorsum fertur, βαρύ. cui opponitur leue, cuius natura est sursum ferri. Vergil. 1. Georg. Vomis & inflexi primum graue robur aratri. Per translationẽ dicitur morbus grauis, senectus grauis, id est, molesta: quoniam qui molestiam ex senectute, morbo, cæterisq; huiusmodi sentiunt, quasi onere intollerabili premuntur, quod cupidè, uel graue onus à se uellent deponere, γηρὸς, βαρὺς, καλεπὸς. Cic. in Catone, Quòd nunquam senectutem tibi grauẽ esse senserim. Grauis item accipitur pro constanti & seuero, quadamq; autoritate & reuerentia pleno, quod Græci dicunt, σεμνὸν. Quæ significatio inde ducta est quòd quem admodum grauia & maiora onera non facilè loco mouentur, ita homines seueri & constantes nec minis, nec precibus ab æquitate auelluntur. Cicero de Orat. Vir autoritate grauis. Idem alibi, Vir prudens & grauis. Idem in Hortensio, Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius? Varijs alijs modis dicitur graue, sed ad hos reduci possunt. Nam ponitur pro pernicioso, acerbo, nocente. Cic. 3. Off. Magnum illud bellum, & grauem aduersarium imperii fustulissent. Pro forti & robusto, ἰκανὸς. Verg. lib. 5. Primæ pares ineunt grauibus certamina remis. Pro grandæuo. Idem 5. Aen. Hic grauis Entellus dictis castigat Acesten. Pro utili, solido, firmo, constante, σπουδῆς ἄξιον. Cic. lib. 1. Off. Vt iam sint alia grauiora, atq; meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metimur. Pro tristi. Verg. lib. 8. Grauior ne nuntius aures Vulneret. Aes graue à Romanis dicebatur æs rude, & quod non erat signatum: idcirco quòd non numero, quemadmodum hodie, sed pondere in solutionem cederet, Liu. lib. 4. ab Vrbe, Patres bene cœptam rem perseueranter tueri, conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, æs graue. plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam collatione faciebant. Pro eodem etiam æs rude dicitur à Plin. li. 33. cap. 3. Seruius, inquit, rex primus signauit æs: antea rudi usos Romæ Remeus tradit. Pro necessario. Lucil. libr. 29. Habeasq; animo, mihi admodum causam grauem fore, quæ me ab ullo commodo abducat tuo. Pro pleno. Vergil. 1. Aeneid. Tum pietate grauem ac meritis si forte uirum quẽ Conspexere, silent. Pro fœcundo, & frugifero. Verg. Quid labor, aut benefacta iuuant? quid uomere terras Inuertisse graues? Pro multo. Varro apud Nonium, Vbi graues pascantur & alantur pauonum greges. Sallu. libro 3. Cœpit per omnẽ prouinciam graue pretium fructibus esse. Pro amaro, Varro Quinquatribus, ut citat Nonius, Absinthiũ ut bibam graue & castoreũ. Nonnunquã etiam pro grauido. Verg. 1. Aen. Donec regina sacerdos Marte grauis. Idẽ 1. Eclo. Non insueta graues tentabunt pabula fœtas.

Grauitas, tis, f. t Idem quod pondus, siue ponderositas, βάρος, βαρύτης. Cic. 1. de Nat. deo, Tanta contentio grauitatis, & ponderum. Idem de fato, Atomos grauitate, & pondere moueri. Accipitur & pro constantia & seueritate, quam Græci σεμνότητα uocant Cic Attic. Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandem quam mihi præcipis. Idem 1. Off. Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem. Grauitas morbi, id est, magnitudo apud Ciceronem 2. de Nat. deo. Grauitas cæli, id est, intemperies aëris. Idem Attico, Corpore uix sustineo grauitatem cæli huius.

Grauiter, Idem quod molestè. βαρέως, δυσχερῶς. Sallu in Ciceronem, Grauiter, & iniquo animo paterer maledicta tua, M. Tulli, &c. Cic. de Aruisp. respons. Id grauiter equidem, sed aliquanto leuius ferebam, quòd, &c. Accipitur item grauiter, pro constanter, seuerè, & cum quadam autoritate. Cic. de Orat. Thucydides res gestas narrat grauiter sanè, & probè. Interdum etiam pro ualde, siue uehementer, σφόδρα, Cæcilius Plotio, ut citat Nonius, Placere occœpit grauiter, postquàm est mortua. Cic. in Catilinam, Si me meis ciuibus suspectũ tam grauiter atque infensum uiderem, &c. Sic grauiter ægrotare, id est, uehementer, & periculosè, apud eundem lib. 1. Off. & lib. 2. de Fin.

Grauedo, inis, f. t. Capitis morbus, quum humor crassior ex cerebro in nares decumbit, easq; claudit, uocem obtundens, & tusim siccam mouens, κόρυζα. Celsus lib. 4. cap. 2. Aliud à distillatione malum, quanuis non multùm distans, graue do est. Hæc nares claudit, uocem obtundit, tussim siccã mouet; sub

net: ſub eadem falſa eſt faliua, ſonant aures, uenæ mouẽtur in capite, turbid aurina eſt. Hæc omnia κορύζας uocat Hippocrates: nunc uideo apud Græc. in grauedine hoc nomen ſeruari, deſtillationes καταῤῥύμους appellari. Plaut. in Aſin. Quod illa autem ſimulet, quaſi grauedo profluat: hoc ne ſic faciat tu labellum abſtergas. Cic. Attico, libr. 16. Grauedini, quæſo, omni ratione ſubueni. Plin. lib. 23. Grauedinem enim rapiti, morbumq; lethargicum faciunt.

Grauedinoſus, ſa, ſum, Non ſolùm qui grauedine infeſtatur, ſed etiam qui ad eum morbum eſt procliuior, κορυζῶδης, κορυζῶδες. Cic. 4. Tuſc. Itaque dicimus quoſdam grauedinoſos, quoſdam torminoſos: non quia iam ſint, ſed quia ſæpe ſint. Plin. lib. 8. cap. 15. appellat eruum grauedinoſum, quòd bubus in pabulo grauedinem facit.

Graueolens, tis, om. gen. Quod malè olet, δυσώδης. Vergil. 4. Aen. Ad fauces graueolentis Auerni. Plin. lib. 27. cap. 8. Graueolentibus folijs.

Graueolentia, æ, Grauis odor, δυσωδία. Plin. lib. 20. cap. 9. Syluestris, siuè erraticæ braſſicæ effectus multò plus laudat Cato, adeò, ut aridæ quoq; farinam in olfactorio collectam, uel odore tantùm naribus rapto, uitia earum, graueolentiamq; ſanare affirmet.

Grauo, as, a. p. Propriè idẽ quod onero, ſiue graue reddo, φορτίζω. Βαρυῶ. Cic. 2 de Diuinatione, Iam uerò ſemper uiridis, ſemperq; grauata Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu. Liu. 5. belli Punici, Grauatis omnibus uino ſomnoq; Caput grauatũ, hoc eſt, grauedine laborans. Colum. libr. 6. cap. 9. Signa febricitantis, manantes lachrymæ, grauatũ caput, oculi compreſſi. Interdum grauare accipitur pro eo quod eſt moleſtia afficere. Verg. 2. Aen. Nec me labor iſte grauabit. Nonnunquam etiam pro eo quod eſt, grauius & moleſtius aliquid reddere. Ouid. 5. Triſt. Eleg. 11. At tu fortunam, cuius uocor exul ab ore, Nomine mendaci parce grauare meam. Huius compoſita ſunt Aggrauo, grauius efficio, ὑπιβαρύνω. Colum. lib. 2. Tum etiam ratio ruſtici aggrauatur exiguo profectu operis. Degrauo, deorſum grauo, βρύθω, καταβαρυῶ. Idem lib. 1. cap. 5. Et quod prius extructũ imminebit cedenti, paulatimq; degrauatum pondere ſuo præceps attrahetur. Verg. lib. 3. Aen. Degrauat Aetna caput. Ingrauo, & prægrauo, ualde grauo. Liu. 8. belli Maced. Deinde quum prægrauaret multitudo, cedere cenſim, nihil confuſis turmarum ordinibus cœpit. Et libr. 7. Onerata & prægrauata telis corpora. Et hæc omnia habent penultimam correptam.

Grauor, ris, deponens, p. Offendor, & grauiter fero: βαρυόμαι, δυσφορῶ. Plaut. in Trinu. Non grauabor, Faciam ita ut uis. Idem in Rud. Cur tu aquâ grauare amabò quam hoſtis hoſti commodat? Cic. de Amic. Ego uerò non grauarer, ſi mihi ipſi confiderem. Liu. 1. ab Vrbe, Minus tamen plebs grauabatur ſe templa deũm ædificare manibus ſuis. Grauari, cum accuſatiuo. Quin. libr. 1. cap. 2. Quæ ſi quis grauabitur, non rationi defuerit, ſed oneri. Lucanus, Romanos odêre omnes, dominosq; grauantur. hoc eſt, grauiter ferunt dominos. Eſt etiam grauor uerbum paſſiuum à uerbo grauo, poſt ſe exigens ablatiuum: ut Lentiſcus triplici fœtu grauata, apud Ciceronem 1. de Diuinat.

Grauatus, participium. Plaut. in Rudente, nam uox me Precantum huc foras excitauit, bonam atq; obſequentem deam, atque haud grauatam Patronam exequuntur, benignamq; multum. Id eſt, quæ ex animo facit quod ab ea petituri nõ inuita, aut ægrè.

Grauatè, aduerbium, Inuitè, non libenter, ſiue cum moleſtia, ἀχθοφόρως, δυσχερῶς, Plaut. in Bacc. Quàm grauatè pater dedit. Id eſt, quàm ægro animo & inuito. Cicero pro Balbo, Qui erranti comiter monſtrant uiam, benignè non grauatè. Idem libro 2. Offic. Grauatè illi primò: quid multa? impetrat.

Grauatim aliud aduerbium, Idem ſignificans quod grauatè, ἀχθοφόρως. Liuius. 1. ab Vrbe, Haud grauatim ſocia arma Rutulis iunxit.

Graueſco, ſcis, n. t. Grauis fio, oneror, βαρύνομαι, βαρύομαι. Verg. libro 1. Georg. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit, Id eſt, oneratur. Plin. libro 11. cap. 41. Cameli lac habent, donec iterum graueſcant. Hoc eſt, grauidæ fiant & prægnantes. Valetudo graueſcit. id eſt, grauior fit. Tacit. libro 1. Hæc atque talia agitantibus, graueſcere ualetudo Auguſti. Idem libro 14. Malis publicis indies graueſcentibus. Hinc Aggraueſco, & Ingraueſco, de quibus ſuo loco.

Grauidus, a. um. Onuſtus, grauis, ἔμφορτος. Plaut. in Truc. Neu qui manus attulerit ſteriles intrò ad nos, Grauidas foras exportet. Sed hoc translatitium eſt: propriè enim mulier dicitur grauida, quæ iam concepto fœtu grauatur. ἔγκυος, ἐμγαστρὶ ἔχουσα, Plaut. in Amph. Et quum te grauidam, quum te pulchrè plenam aſpicio, gaudeo. Cicero pro Cluent. Quum mulier eſſet grauida, & iam appropinquare partus uideretur. Alnus grauida. Ouidius 2. Amo. Eleg. 14. Si Venus Aeneam grauida temeraſſet in aluo, Cæſaribus tellus orba futura fuit. Plautus in Amphit. Ex concubitu grauidam feciſſe filio. Terentius Andr. Iamprimùm hæc ſe è Pamphilo grauidam dixit eſſe: inuentum eſt falſum.

Grauiditas, atis, f. t. Prægnatio, conceptio, κύησις. Ci. 1. de Nat. deorum, Ipſe ſol, mundum omnem ſua luce compleat, ab eoq; luna illuminata grauiditates & partus afferat, maturitatesque gignendi.

Grauido, das, a. p. Propriè eſt mulierem grauidam reddere: quanuis etiam ad alia transferatur, ἐγκύμονα ποιῶ. Cicero de Nat. deo. Quippe quæ grauidata ſeminibus omnia pariat, & fundat ex ſeſe. Cæcilius in Tyche: Per miſteria, hic te inhoneſtè grauidauit probro. id eſt, onerauit.

Grauicors, cordis, om. t. βαρύφρων. grauis cordis.

Grauiloquus, Grauiter loquẽs, μανολόγος. Inde Graciloquentia, μανολογία.

Grauaſtellus, m. f, Senior: à grauitate dictus, ut Feſto placet. Plautus in Epidico, Sed quæ eſt hæc muliercula, & ille Grauaſtellus qui uenit? Quidam tamen legunt rauaſtellus, à rauo colore.

Gregalis, Gregarius, Gregatim, Vide grex.

Grẽſſus, uide Gradior.

Grex, gregis, Differt ab armento, teſte Valla, libro 4. capite 24. quòd grex minorum animalium ſit congregatio, ut ouium, porcorum, caprarum, ἀγέλη, ποίμνη, armentum, maiorum, ut camelorum, boum, equorum. Ouidius 4. Metamorph. Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas Paſcebant. Vergilius 3. Georgic. Hæc ſatis armentis: ſuperat pars altera curæ, Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas. Inuenitur tamen quandoque grex de maioribus dici, ut de bobus, equabus, & ſimilibus: ſed tunc ferè habet adiunctum nomen aut genitiuum determinantem, aut potius detorquentem eius ſignificationem ad rem aliquam, pro qua, ſi ſolùm poſitum eſſet, non ita aptè acciperetur. Vergilius Eclog. 6. Aut aliquam in magno ſequitur grege. Vbi adiectiuum magno, efficit ut grex accipiatur pro armento. Sic Horatius quum uellet ſignificare boum armenta, dixit, Greges mugientium. Idem Cic. 3. Philip. Cædit greges armentorum, reliquiq; pecoris quodcunq; nactus eſt. Idem 3. Verrina, præterea greges equarum eius iſtum abigendos curaſſe. Ex his itaq; exemplis omnino dicendum uidetur gregis appellationem, generaliorem eſſe quàm armenti. Hoc enim de maioribus duntaxat animalibus dicitur: illud autem, quoties ſolum ponitur, ferè de minoribus: cum adiuncto autem, etiam de maioribus. Neq; ſolùm pro quadrupedum congregatione, uerùm etiam pro auium, atque adeò ipſorum hominum multitudine accipitur. Horatius 1. Epiſt. 3. Ne, ſi fortè ſuas repetitum uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula riſum, Furtiuis nudata coloribus. Plautus in Aulul. Etiam introduce ſi uis, uel gregem uænalium. Terentius in Eunu. Vnum etiam hoc uos oro, ut me in gregem neſtrum recipiatis. Idem in Heaut. ancillarum gregem Ducunt ſecum. Sed hæ ſignificationes impropriæ ſunt, & translatitiæ.

Gregarius, ia, ium, Quod eſt ex grege, ἀγελαῖος. ut, Gregarius bos, qui adhuc in grege paſcitur, nõdum iugo domitus. Gregarius miles dicitur, non electus, ſed tumultuariè undecunque collectus. Cicero pro Plancio, Ad id etiam gregarij milites faciunt inuiti. Salluſtius, Deinde multi memores Syllanæ uictoriæ, quòd ex gregarijs militibus alios Senatores uidebant, alios ita diuites, ut regio uictu atque cultu uitam agerent, Columella in Præfatione lib. 6. Gregariorumq; paſtorum uelut minutam profeſſionis ſuæ diſciplinam conſtantiſſimè repudiaſſe.

Gregalis, le, om. t. Quod ex eodem grege eſt, ἀγελαῖος. Varro lib. 2. de Reruſt. Equi boni futuri ſigna ſunt, ſi cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. Dicitur quoq; de hominibus: idq; ferè in deteriorem partem. Cicero pro Domo ſua, An ut crudelem tyrannum? quod nos Cariline

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gregales dicere ſolebatis. Idem pro Archia. Nec Clodius, nec quiſquam de gregalibus eius, aut conſiliarijs.

Gregatim, aduerbium, per diuerſos greges, ἀγηδόν. Varro li. 4. de lingua Latina, Merula quòd ſiera, id eſt, ſola uolitet: contrà ab eo graculi, quod gregatim. Plin. lib. 8. cap. 1. Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur. Transfertur etiam ad homines, quemadmodum & nomen grex, à quo deriuatur. Cicero 7. Verrina, Vides ciues Romanos gregatim coniectos in latomias, &c.

Gregò, as, a. p. à Grex deductum, colligo, congrego, ἀγείρω. Huius tamen compoſita magis in uſu ſunt, ut Abgrego, Congrego, Diſgrego quæ uide ſuis locis.

Grillus, Vide Gryllus.

Groſſus, groſſi, maſculini uel fœminini gener. Ficus immatura, ὄλυνθος. Plin. lib. 13. cap. 7. Groſſus eius non matureſcit. Celſus lib. 5. Groſſi in aqua cocti. Plin. lib. 15. cap. 18. Deprehenſaſq; in his hyeme groſſos. Idem lib. 23. cap. 7. Crudæ groſſi uerrucas tollunt.

Groſſulus, diminut. Columella de Arboribus, cap. 21. Si uoles ficum, quanuis non natura, ſeram facere, quum groſſuli minuti erunt, fructum decutito. Sic lib. 5. cap. 10.

Grues, f t Aues minimè ſoliuagæ, quæ non ſe ſegregant, ſiue quum uolant, ſiue quum paſcuntur: ſono uocis ita dictæ. γερᾶνοι Excubias nocte diuidunt, capite ſubter alam condito dormiunt, alternis pedibus inſiſtentes. Volantes autem ordine quodam, y literam, faciunt: quod Palamedem primùm deprehendiſſe ferunt. Vnde & Palamedis aues appellantur à Martiale, Turbabis (inquit) uerſus, nec litera tota manebit, Vnam perdideris ſi Palamedis auem. Vergil. libro 1. Georg. Strymonia dant ſigna grues. Horat. 1. Serm. decerpta furentes Membra gruis ſparſi. Mira de gruibus habes apud Plin. lib. 10. cap. 23. Et apud Cicer. libro 2. de Natur. deorum.

Gruo, gruis, grui, De gruibus dicitur, κλαγγάζω ut grunnio de ſuibus. Hinc Congruo, pro conuenio, concordo. Terentius in Heau. Concede hinc domum, ne nos inter nos congruere ſentiant. id eſt, concordare. Hinc etiam deducuntur Congruus, grua, gruum, & uerbum Ingruo: quorũ ſignificationem uide ſuis locis.

Gruina, Geranium, apud Dioſc. lib. 3. cap. 110.

Gruma, mæ, f t. Menſura quædam, qua f exæ uiæ ad lineam diriguntur, ut eſt agrimenſorum & ſimilium, σάθων Vnde apud Ennium lib. 17. referente Nonio, legitur Grumam dirigere. Hinc fit uerbum deponens Degrumor, aris, prodigere ad exigentiam grumæ. Lucilius, Viamq; Degrumaris, ut in caſtris menſor facit olim. Dicuntur præterea grumæ, teſte Nonio, quadriuia in quibus quatuor directæ conueniunt uiæ.

Grumus, mi, m. ſ. Terræ collectio, minor tumulo quẽ etiã clinulum uocamus, θρόμβος. Col. libro 2 cap. 18 Grumos quos ad uerſuram plerunq; tractæ faciunt crates, diſſipabimus ita. ut necubi ferramentum fœniſecæ poſſit offendere. Grumus ſalis. Plin. lib. 33. cap. 4. Torretur & cum ſalis grumo, pondere triplici.

Grumulus, m. ſ. diminut. Plin. lib. 19. cap. 6. Quidam ulpicum, & alium in plano ſeri uetant, caſtellatimq; grumulis imponi diſtantibus inter ſe pedes ternos.

Grundíre, Veteres dicebant quod nos Grunnire dicimus, γρυμίζειν. Claud lib. Annalium 15. ut citat Nonius, Grundiabat grauiter pecus ſuillum. Hinc Grundules Lares dictos accepimus quos Romulus conſtituiſſe dicitur in honorem ſcrophæ quæ triginta pepererat porcos. Caſſius Hemina, Sus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerũt Laribus grundulibus.

Grunnío, is, niui, & grunnii, itum, n. q. proprium eſt uocis porcorum, γρυμίζω, ὑίζω. Plin. libr. 32. cap. 2. Grunnire eum quum capiatur. Iuuenalis Satyr. 15. Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.

Grunnítus, tus m. q. γρυμισμὸς, ὑισμὸς. Cicer. 5. Tuſc. Nec grunnitum audit, quum mactatur ſus.

Gryllus, li. γρύλλος. Genus eſt locuſtæ, ſimile cicadæ, longiori tamen corpore, ubiq; gentium pernicies agris: retrò ambulat, terram terebrat, & noctu ſtridet: unde & nomen accepit. Plin lib. 29. cap. 6. Auribus prodeſt gryllus cum ſua terra effoſſus, & illitus. Magnam autoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi: quoniã retro ambulet, terramque terebret, ſtridat noctibus. Fuit etiam Gryllus, Xenophontis Socratici filius qui pro patria fortiter pugnans, honeſtam mortem oppetijt, multorumque ob id encomijs fuit celebratus. Autor Ariſtoteles in Politicis.

Gryphes, γρῦπες. Qui & gryphi, animalia pennata, & quadrupedia: omni ex parte leones: alis tantùm & facie aquilis ſimilia, equis uehementer infeſta. Vergilius Elog. 8. Iungantur iam gryphes equis. Plinius libro 10. capite 49. Pegaſos equino capite uolucres, & gryphas auritos aduncitate roſtri fabuloſos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia. Idem libro 33. capite 4. Aurum inuenitur in noſtro orbe, ut omittamus Indicum, atque à formicis, aut gryphibus apud Scythas erutum. Singularis nominatiuus eſt Gryps gryphis, uel gryphus, gryphi. Prioris iam dedimus aliquot exempla. Poſterioris teſtimonium eſt apud Plinium libro 7. capite 2. Sed & iuxta eos, qui ſunt ad Septentrionem uerſi, produntur Arimaſpi, quos diximus uno oculo in fronte media inſignes: quibus aſſiduè bellum eſſe circa metalla cum gryphis, ferarum uolucri genere, quale uulgò traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate & feris cuſtodientibus, & Arimaſpis rapientibus, &c.

Grypus, m. ſ. γρυπὸς, ſine aſpiratione, Dicitur qui naſum habet aduncum, fortaſſis à gryphorum ſimilitudine, quos Graeci γρυπὰς uocant. Feruntur enim gryphes roſtrum habere incuruatum in morem aquilæ.

GV. In notis antiquorum, genus, G. V. Grauis Valerius G X. grex.

Guardía, dicitur cuſtodia: & Guardiani, cuſtodes: ut quibus caſtra & territoria cuſtodienda traduntur. & Guarentare, pro defendere, in Vſib. Teudor. d. l. Contradi. capite pares ſunt uocabula Longobardica & ab origine, Vuharen, Veruuharen,

Guberno, as, a. p. Propriè nauim rego, κυβερνάω. Cicero 1. Offic. Vt ſi nautæ certent quis eorum potiſſimũ gubernet. Per translationem accipitur pro moderor, procuro, adminiſtro, οἰκέω. Cic Curioni, Teq; hortor ut omnia gubernes, ac moderere prudentia tua. Idem Attico lib. 9. Sed hæc deus aliquis gubernabit.

Gubernator, oris, m. t. Rector nauis, qui clauum moderatur, κυβερνήτης. Cicero de Senect. Gubernator clauum tenens ſedet in puppi. Idem 1. de Inuent. Nauis quæ ſcientiſſimo gubernatore utitur. Idem 7. Philip. Quanquam non eges conſilio, quo uales plurimùm, tamen & ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus à nauctoribus admoneri ſolent. Gubernator equorum. Quintil. libro 8. capite 6. Translatio eſt, quum in rebus, animalibus ue aliud pro alio ponitur: ut de agitatore, Gubernator magna contorſit equum ui. Cuſtos & Gubernator Reipublicæ. Idem 7. Verrina.

Gubernatrix, fœmininum. Cic. 1. de Orat. Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

Gubernatio, onis. f. t. propriè de nauis directione dicitur: quam uis per translationem pro quauis adminiſtratione capiatur, κυβέρνησις. Cicer. 4. de Finibus. Etſi in ipſa gubernatione negligentia nauis eſt euerſa. Idem 3. Inuect. in Catil. Vix uidetur humani conſilij tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe.

Gubernaculum, li, n. ſ. Clauus nauis, quo illa gubernatur, & regitur, πηδάλιον. Cicero 2. de Inuent. Hic ille naufragus ad gubernacula acceſſit. Per translationem accipitur pro adminiſtratione. Cicero pro domo ſua. Quum Senatum à gubernaculis deiecitiſſes, populum è naui exturbaſſes, ipſe archipirata cum rege prædonum impuriſſimo pleniſſimis uelis nauigares. Gubernacula Reipublicæ tractare, apud eundem pro Seſtio. Gubernacula uitæ, apud Plinium, libro 11. capite 38. Legitur & gubernaclum, per ſyncopen. Vergil. 6. Aeneid. Nanque gubernaclum multa ui forte reuulſum.

Gueſſellæ, uel Reſellulæ, uulgariter uocantur mures, quorum ſtercus habet odorem muſci, habitant in pratis, & ſuper rinos, aliquando in domibus.

Gula, gulæ, f. p. Eſt fiſtula colli interior, conſtans ex carne & neruo, per quam cibus & potus in uentriculum defluit. Graeci οἰσοφάγον appellant Plin. libro 11. cap. 37. de epiglottide loquens, Opera eius gemina, duabus interpoſita fiſtulis: exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne ſpiritu ac uoce illa mente, ſi potus, cibus ue in alienum deerrauerit tramitem, tor queat. Al-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

queat. Altera interior est, appellatur sanè gula, qua cibus atque potus deuoratur. Tendit hæc ad stomachũ, inde in uentrem. Hanc per uices operit, quum spiritus tantùm aut uox commeat, ne restagnatio intempestiua alui obstrepat. Ex carnilagine & carne arteria: gula, carne & neruo constat. Hactenus Plinius. Inuenitur nonnunquã gula posita pro anteriore parte colli, quam iugulum uocamus. Plaut. in Merc. Demisisti gladiũ in gulam: iam cadam. Sallustius in Catil. Laqueo gulam fregere. Cic. 6. Verrin. Quem obtorta gula in uincula abripi iussit. Sed in hac significatione uix inuenies in medicorũ aut physicorũ scriptis. Illi enim gulam, ut iam diximus, accipiunt pro fistula illa qua cibus & potus in stomachũ demittitur. Vnde etiam per translationẽ accipitur pro uoracitate, & nimio delicatiorum ciborum appetitu. λαιμαργία. Cic. in Sallust. Postquàm immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Iuuenalis, Quanta est gula quæ sibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum? Plin. lib. 19. cap. 4. Hi niues, illi glaciem portant, pœnasq; montium in uoluptatem gulæ uertunt.

Gulosus, a, um, Qui est deditus gulæ uitio, γαστρίμαργος. Martialis lib. 8. Esse tibi uideor fœuus, nimirumq; gulosus. Idem lib. 12. Non est Tucca satis quod es gulosus: Et dici cupis, & cupis uideri.

Gulosè, aduerbium. Colum. in Præfat. lib. 1. Contemptissimorum uitiorũ officinas gulosius condiendi cibos, & luxuriosius fercula struendi. Degulo, degulas, & ingluuies, uide suis locis.

Guilliõcæ, Nucum iuglandium summa & uiridantia putamina. Autor Festus.

Gummi, κόμμι, indeclinabile, & Gummis. gen. fœminini Est gutta uiscosa ex arboribus quibusdã per corticem diffluens. Plin. lib. 12. cap. 11. Gummi optimum esse ex Aegyptia spina conuenit. Col. lib. 12. cap. 50. Nostrorum temporũ agricolæ repudiauerunt, existimauerunt q; satius esse, noua dolia liquida gummi perluere.

Gummitio, f. t. Illinitio quædam ex glutinoso illo arborũ succo, quæ dolijs fieri solebat, quemadmodum picatio ex pice. κόμμωσις. Colum. lib. 12. cap 50. Multi, quum semel noua dolia uel seriàs crassa gummi liuerunt, una in perpetuum gummitione Et sanè quæ semel oleum testa combibit, alteram gummitione contenti sunt. Et sanè quæ semel oleum testa combibit, alteram gummitionem non recipit.

Gummatus, a, um, adiectiuum, Gummatæ arbores dicuntur quæ gummi producunt. Palladius, In cerasis hoc seruandũ est, & in omnibus gummatis, ut tunc inserantur quando is uel non est, uel desinit gummi effluere.

Gummosus, a, um, Quod multum gummi habet. Plin. lib. 12. cap. 9. Facilius hoc, & crustosius, amariusq; at gummosum.

Gumminus, a, um, κόμμινος, Quod ex gummi confectũ est: ut Gumminum oleum, quod ex gummi elici solet, neruis in primis utile, teste Plin. lib. 15. cap. 6.

Gurdus, di, m. f. Pro stolido, uox est Hispanica. Quint. lib. 1. cap. 5. Et gurdos, quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse originem audiui.

Gurges, gitis. m. t. Propriè locus est in flumine profundus, in quo aqua uertitur: quanuis generaliter de omni aquarum congerie dicatur, & de ipso etiam mari, δίνη, ἄμπωσις. Martialis li. 1. Raptus flumineo uenit de gurgite piscis. Plin. lib. 8. cap. 5. Amnẽ transituri minimos præmittunt, ne maiorũ ingressu atterente alueum crescat gurgitis altitudo. Verg. 1. Aen. Apparent rari nantes in gurgite uasto. Ponitur etiã translatè pro homine insatiabili, aut alia quauis re inexplebili. Cic. in Pisonẽ, Ille gurges, atq; helluo, natus abdomini suo, non laudi atq; gloriæ. Idem in Verrem, Immersa illa uorago, aut gurges uitiorũ, turpitudinumq; omnium. Idem de Aruf. resp. Quæ unquam Charybdis tantos exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit?

Gurgito, as, deuoro, impleo, ἀμφοδεύω. Hinc fiunt composita, Egurgito, tas, Ingurgito, tas, de quibus suis locis.

Gurgulio, onis, siue potius Curculio, A rei anatomicæ peritis uocatur caruncula quædam in fine palati ad fauces dependens inter tonsillas, quam alio nomine columellam appellamus, παρεγάρυον. Varro lib 2. de Re rust cap. 3. uidetur posuisse pro colli parte anteriore, quam & guttur appellat. Hircus (inquit) molliori pilo, & potissimùm albo, ac ceruice, & collo breui gurgulione longiore. Rursus gurgulio, uermis quidam qui in horreis nascens, frumentũ absumit; sic dictus, quòd totus sit guttur, τρώξ, κός. Vergilius libro 1. Georg. populatq; ingentem farris aceruum Gurgulio, atque inopi metuens formica senectæ. Rectius scripteris curculio per secundam consonantem. Sic enim ueteres scripsisse constat ex argumento Plautinæ Comœdiæ eiusdem nominis, in quo primæ uersuum literæ, curculionis nomen exprimunt.

Gurgustium, stii. n. s. & diminutiuum, gurgustiolum, genus habitationis angustum, à curculione uermiculo sic dictum. οἰκίδιον. Seruius docet gurgustium esse obscuram & latentem tabernam. Cic. in Pisonem, Meministi ne cœnum, quũ ad te quinta ferè hora cum C. Pisone uenissem, quo è gurgustio te prodire, obuoluto capite, solearum. Apuleius, Ergo breuitatem gurgustioli nostri ne spernas, peto, sis contentus lare paruulo.

Gusto, as, a. p. Libo, labris primoribus attingo, γεύομαι. Cæsar 5. bel. Gal. Leporem & gallinam, & anserem gustare fas non putant. Cic. ad Gallum, Fugi in Tusculanum, quum quidẽ biduum ita iciunus fuerim, ut ne aquam quidem gustarem. Idem. 2. de Nat. deo. Capræ dictamum quærunt: quam quũ gustauerint, sagittæ quibus confixæ sunt, excidunt.
Et per translationem accipitur pro leuiter attingere, experiri. Cic. pro M. Cælio, Equidem multos & uidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc uitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigissent.
Huius cõposita sunt, Degusto, hoc est, delibo, libo, labris admoueo, ἀπογεύομαι. Sallu. in Cat. Inde quum post execrationem omnes degustassent, sicut in sacris solennibus fieri consueuit, aperuisse consilium suum. Prægusto, antè gusto. προγεύομαι.

Gustatus, us, uerbale idem significans quod gustus, hoc est, sensus ille quo rerum sapores discernimus, γεῦσις. Cic. de Nat. deorum. Gustatus, qui sentire eorum quibus uescimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit.

Gustus, us, Vnus ex quinq; sensibus exterioribus quo saporum diuersitatem discernimus, γεῦσις. Plin lib. 10. cap. 71. Existimauerim omnibus sensum gustus esse. Quintilianus libr. 6. cap. 5. Nec magis arte traditur, quàm gustus aut odor. Veræ laudis gustũ non habere, metaphoricè. Cic. 3. Philip. Vt quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi, ueræ laudis gustũ non habent.

Gustatorium, torij, n. s. Crater, siue labrum (inquit Perottus) in quod aqua è fonte profluit, ἀσάμινθος. Plinius in Epist. 5. Gustatorium grauior q; cœnatio margine imponitur.

Gutta, tæ, f. p. Minima pars aquæ, uel alterius materiæ liquidæ, quæ & stilla uocatur, σταγών, σταλαγμός Plaut. in Casina, Dij me & te infelicitent, si ego in eos meũ Vini guttam indidi. Plin. lib. 31. cap. 2. Distillantes quoq; guttæ in lapides durescunt in antris Corycijs.

Guttula diminut. Plaut. in Epid. Ah guttula pectus mihi ardẽs aspersisti. Idem alibi, Vt guttulam hauriret ex guttulo.

Guttatim, Per singulas guttas, κατὰ σταγόνας. Plaut. Cor ædepol miserum meum, Quod guttatim contabescit, quasi in aquam tu indideris salem.

Guttatus, ta, tum, Quod colorem habet maculis quibusdam in modum guttarum distinctum. Martialis li. 6. Et picta per dix, Numidicæq; guttatæ.

Guttans, tis, om. t. Formam participij habet quasi à Gutto, tas, pro guttatim stillare, σταλάσσω. Plin. lib. 20. cap. 8. Huius folia ambustis utilia, guttantia astringunt.

Guttur, ris n. t. Pars colli anterior, βρόγχος. Plin lib. 11. cap. 37. Guttur homini tantùm, & suibus intumescit, aquarum, quæ potantur, plerumq; uitio. Accipitur item pro uia ea qua spiritus à pulmone ad os transmittitur quæ in homine aspera arteria appellatur. τραχεῖα ἀρτηρία Cic. 2. de Diuin. Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. Verg. in Georg. Et læta pecudes, & ouantes gutture corui. Olim erat masculini gen. unde inferiorem gutturem dixit Plaut. in Aulula. pro ano. Etiam ne (inquit) obturat inferiorem gutturẽ ne quid animæ emittat dormiens?

Gutturosi, m. s. dicuntur quorum guttur tanquam spongia quædam intumescit: quod uitij genus Græci βρογχοκήλην appellant, quum scilicet inter cutem & asperam arteriam, aut etiam in alia colli parte rumor nascitur, qui modò hebetem carnem, modò humorem melli simi em includit: interdum etiam minuta ossa, pilis admista. Solent autem huic uitio peculiariter obnoxij esse accolæ Alpium qui aquam bibunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bunt ex niue resolutam. Vlpian. de Aedil. edicto, Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat.

Gutturnium, turnii, n. s. Vas ex quo aqua guttatim in manus datur, ab eo quòd propter angustias guttatim fluat. Festus, πρόχοον.

Guttus, ti, m. s. Poculi genus angusto collo, quo in sacrificiis utebantur, πρόχοον. Plin. lib 6. Curius iurauit, se ex præda nihil attigisse, præter guttum faginum quo sacrificaret. Erat etiam guttus, uasis genus in quo oleum asseruabatur. Gellius, Puerum iubet taurus oleum in ollam indere (erat is puer genere Atticus festiuissimus ad annos maximè natus VIII. ætatis & gentis argutijs scatent) guttum Samium ore tenus imprudens inanem, tanquam ineptet oleum, affert, cõuertitq; eum, & ut solitum est, circumegit per omnem partem ollæ manum, nullum inde ibat oleum. Vtebantur etiam gutto in balneis, ad conseruanda unguenta. Dictus est etiam guttus, teste Varrone, à gutta, quòd propter colli angustiam humor inde guttatim effluueret. Huius diminutiuum est guttulus. Plau. Vt guttulam hauriret ex guttulo.

Gygārthus, thi, m. s. lectus est in quo paralytici, mentecq; capti, quiq; uocantur demoniaci uincti iactant sese. Vnde prouerbium, γύγαρθον, φυοᾶι id est, Gygarthum spiras, in insana, frustraq; uociferatione, Paul. lib. 3. cap. 14.

Gygerij, apud Strabonem equi pumili, idem quod Gumi.

Gymnas, adis, gen. fœmin. γυμνάς, Exercitium. Stat. 4. Syl. sic lubrica ponit Membra Terapnæa resolutus gymnade Pollux. Idem 1. Achil. exercere proteruas Gymnadas.

Gymnasium, sii, γυμνάσιον, n. s. Locus est in quo fit aliquis exercitii, ἀπὸ τῦ γυμνάζειν, hoc est, ab exercendo. Vnde apud ueteres, loca illa in quibus palestritæ nudi exercebantur, peculiari nomine Gymnasia uocata sunt. Plau. in Amph. Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia, Apud emporium, atq; in palæstra, atq; in foro. Verùm postea gymnasium pro ludo literario & omni loco in quo fiat aliquod genus exercitationis, sumi cœpit, quum philosophi gymnasia tenuerint, & in illis disputauerint, quæ & scholæ & diatribæ uocitatæ sunt. Cic. de Orat. Clamabãt credo omnia gymnasia, atq; omnes philosophorum scholæ sua hæc esse omnia propria. Plin. in Epist. Gymnasijs indulgent Græculi. Vnde apud Rhetores progymnasmata, præexercitamenta dicuntur: id est, exercitationes quædam in dicendo, antequàm ad ueras actiones descendant.

Gymnastes, m. t. γυμναστὴς Præceptor exercitiorum, Athletas uel pueros exercens, ἀπὸ τῦ γυμνάζειν, quod est exercere.

Gymnastica, æ. f. p. γυμναστικὴ. Ars seu doctrina, qua pueri exercentur, disciplina exercitationis. Vnde Aristoteles præcipit libro 8. Poli. Adolescentes gymnasticæ & pædotribicæ uacare debere, ut ita fiant exercitatiores, firmioresque. Plato libro 7. de Legibus gymnasticæ nomine, exercitationes bellicas contineri docet: eamq; diuidit in saltationem & luctationem.

Gymnasticus, a, um, γυμναστικὸς. Quod pertinet ad exercitũ. Plaut. in Rud. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatũ pro exercitio gymnastico & palestrico.

Gymnici ludi, Dicti sunt in quibus se nudi atq; uncti exercebant palestritæ, ἀγῶνες γυμνικοὶ. à Lycaone in Arcadia primùm inuenti, ut autor est Plin. lib. 7. cap. 56. Gymnicos ludos etiam Romæ editos fuisse à Nerone testatur Suetonius in uita eius, cap. 12.

Gymnasiarchus, uel gymnasiarcha, m. s. uel p. γυμνασιάρχης, Præses gymnasij, id est, loci in quo Athletæ nudi exercebantur. Cic. 6. Ver. Demoliendum curauit Demetrius gymnasiarchus, quòd is ei loco præerat. Accipitur & pro ludi literarij præfecto. Nam ut dictum est suprà in primitiuo, gymnasium generaliter dicitur quiuis locus exercitio alicui destinatus.

Gynecanthe, Vitis alba, apud Dios. lib. 4. cap. 195.

Gynæciārij, erant qui pannos curabant, uel periculo adhuc rutes tergebant, uel fortè lanæ nodos incidebant, extrahebantq;, opus, quod à mulieribus fieri solet. Inde Gynæciũ dictum. Quòd si uiri fœminis mixti id agebant, à loco dicti Gynæciarii, ἀπὸ τῦ γυναικὸς, id est, à fœmina. Alciatus in l. balluca. C. de Metal. lib. 11.

Gynæ, γυνὴ, Apud Græcos & mulierem, & uxorem significat.

Gynæceum, cei, n. s. pe. pro, γυναικεῖον. Locus secretior in ædibus ubi solę mulieres habitabant. Græci enim mulieres γυναικὰς uocãt. Plau. in Most. Dare uolt uxorem filio, quantum potest: ad eam rem facere uolt nouum gynæceũ. Cic. 2. Phil. Syngrapha festertij centies facta est in gynæceo. Pro eodem etiam dicitur gynæconitis, γυναικωνῖτης. Aemilius Paulus, Materfamilias apud Romanos primum locũ tenet ædium, atque in celebritate uersatur: quod multò aliter fit in Græcia. Nam neq; in conuiuium adhibetur, nisi propinquorum: nec sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur.

Gynæcomaston, est superexcrescentia pinguedinis præter naturam mammillis subiectæ ut plurimùm.

Gypsum, psi, γύψος. Materia est calci similis ex lapidibus exustis ut plurimùm confecta, qua rectoria parietibus inducuntur, & signa arte plastica conficiuntur. Plin. libr. 36. cap. 24. Cognata calci res gypsum est. Iuuen. Satyr. 2. quanquam plena omnia gypso Chrysippi inuenias. Plura eius genera. Nam è lapide coquitur, ut in Syria, & Thurijs: & è terra foditur, ut in Cypro & Perrhæbis: à summa tellure, & Tymphaicum est.

Gypsatus, a. um, γυψωτὸς. Gypso illitus. Tibul. lib. 1. Eleg. Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Columella, Quũ deinde modicè aruerint in uasa nona sine pice opercula & gypsata, sicco loco reponito. Ouid. 1. amor. Eleg. 8. Despice gypsati crimen inane pedis. Cic. in Epist. ad Trebat. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignouerunt Medeæ matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypsatis persuasit, ne sibi illæ uirio uerterent quòd abesset à patria, Vbi gypsatas manus dixit Cicero, pro manibus medicamentis & ueneficijs infectis.

Gyrus, ri, γῦρος. Circumuolutio in orbem, ambitus, circuitus, circulus. Cicero ad Attic. libro 2. Fenestrarum angustias quòd reprehendis, scito te κύρος κακίζειν reprehendere: nam quum ego illuc idem dicerem, gyrus agebatur. Verg. 5. Aen. Dixerat hæc adytis quum lubricus anguis ab imis, Septem ingens gyros, septena uolumina traxit. Ouid. 2. Amo. Eleg. 6. Vsuit edax uultur: ducitque per aëra gyros Miluius: & plenæ graculus auto aquæ. Ducere seu compellere in gyrum, est angustis quibusdam limitibus coarctare, & non finere latius euagari. Quæ translatio tracta est ab equis, qui quum freno discunt parere, non in liberum circumagitur campum, sed in spatium aliquod angustius, ubi ipsis sit flectendum, quod & ipsum gyrus appellatur. Cicero rursus de Orat. Sed si his contenti estis, atq; ijs etiam, quæ dici uoluistis à me ex ingenti quodam, oratorem, immensoq; campo in exiguum sanè gyrum compellitis. Idem 1. Offic. Homines secundis rebus effrænatos, sibiq; præsidentes, tanquàm in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.

Gyro, as. γυρόω. In gyrum uertor. Vnde regyro. pen. prod. quod est in gyrum reflecti. Varro: Qua non solùm à lateribus per fenestras, sed etiam subtus à solo uentus regyrare possit.

H



Elementum hoc à Latinis dicitur aspiratio, fitq; ex utraque aspiratione græca, quarum altera sic scribitur altera uerò sic ex quarum coniunctione fit latina aspiratio, figura talis, H. nomen priorum temporũ me latet, nostra ætate profertur hacca, eius potestas nulla, nisi quòd sonum auget illius, seu uocalis, seu consonantis, cui adhæret. In eprè meo iudicio nos Itali proferimus has duas dictiones mihi, & nihil, quasi H, in his duabus uocibus locum obtineat ch. Si qui sunt qui affeuerent esse hanc nostri temporis pronuntiationẽ eandem quæ olim loquebantur maiores, omni ratione penitus carere uidentur, & neotericorum consensu, & candidioris illius ætatis testimonio cum cæteris, tum uel maximè in hoc elemento, Cic. apertissimè oratione id comprobat: clarius explicari non potest quàm Catul. ex epigrammate: Chommoda dicebat si quando commoda uellet Dicere, & hinsidias Arrius insidias. O nostra misera tempora, ô felicissimum illud seculum. Tantam calamitatem deplorarunt complures doctissimi uiri, sed aliubi diffusius differemus. Finalis in syllaba esse non potest, præterquam in Ah. & Vah, interiectionibus, quæ uel per apocopen dictæ sunt, quum completæ sint Aha, & Vaha: uel quia abscondita uoce solent proferri Interiectiones. Iungitur autem uocalibus omnibus, & quatuor consonantibus scilicet, c, ut Chrememes: p, ut Philippus: r, ut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pus: r, ut Pyrrhus: t, ut Thraſo: & hoc ut ualentius ſonet dictio. Ante Ciceronis tempora, ut ipſe in Oratore teſtatur, ſolis uocalibus addebatur aſpiratio, non autem conſonantibus, quemadmodum hodie: quorum etiam pronuntiationem ipſe aliquandiu ſe fuiſſe ſequutũ eſſe fatetur. Quin ego ipſe (inquit) cum ſcirem ita maiores locutos eſſe, ut nuſquam niſi in uocali, aſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut Pulcros & Cetegos, Triumpos & Cartaginem dicerem: aliquando, idq; ſerò, conuitio aurium cum mihi extorta ueritas eſſet, hunc uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. Gellius, etiam libro 2. capite 3. Autor eſt pleriſq; Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem, addi aſpirationem, quòd crederent ſonum ira firmiorem reddi & uegetiorem: idque exemplo Articorum, qui citra morem cæterarum Græciæ ciuitatum multas dictiones aſpirant. Aſpiratio autem (ut idem Gellius autor eſt) non ſolet literis interſeri, quemadmodum nos hodie facere conſueuimus, ſed more Græcorum ſupra literas annotari: quod & ipſum ſe uidiſſe affirmat in quodam uetuſtiſſimo codice, quem Vergilij autographon fuiſſe putat. In notis antiquorum. H. Honeſtas, uel hic uel hoc, uel hæres, uel hæredes, uel hæc, uel homo, uel honeſtus, uel habet, uel huius. H. Hora, uel honeſtas. H honor, uel honori, uel hora, uel hoc. HA. Hadrianus, uel hora. H. A E D. Q. C P. A M. P F. Hoc ædificium quod cernis prudens amator fecit. H. B. Hæres bonorum. H. B. F. Homo bonæ fidei. H C. Hunc. H C. A M N. Hunc amicum noſtrum. H C. L. Hunc locum. H C. L. R O. Hunc locum Romanum. H. C O G. Hæredem cognitorem, uel hæredem cognouit. H C. V. Huic uitæ. H D. Hic dedicauit. H. D D. Hic dedicauit. uel dedicant, uel dedicarunt, uel dedicauerunt. H. D D Hoc dono datum. H. D. M. Hæc domus mortui.

Ha. Interiectio eſt corripientis, ſiue admonentis ne quid fiat, ne ue quis in re cœpta progrediatur. Plaut. in Moſt. Ha cauete ne illi obiectes nunc in ægritudine Te has emiſſe.

Ha ha he, Interiectio ridentis eſt Terentius in Eunu. Ha ha he. T H R. quid rides? G N A. iſtuc quo dixti modo,

Habena, næ, pen. prod. *λίτωρ, ἡνίοχος, ξυναγωγεύς,* Retinaculum & lorum illud quo equi reguntur & cohibentur. Verg. lib. 9. Aeneid. Ipſe ter adducta circum caput habena. Idem. 3. Geor. ac per aperta uolans, ceu liber habenis Aequora. Sumitur etiam habena pro poteſtate, & facultate. Verg. 12. Aen. Terribilis ſæuam nullo diſcrimine cædem Suſcitat, iratũq; omnes effundit habenas. Vbi Seru. Habenas, poteſtatem, facultatem. Cic. 1. de Orat. Senatum ſeruire populo, cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem, quaſi quaſdã habenas tradidiſſet. Rerum habenæ traduntur Adrubali, Silius libr. 1.

Habenula, læ, f. p. diminutiuum. Celſus libr. 7. cap. 20. Ab ora quoq; eius uulneris quod in inguine eſt, demenda habenula paulò latior eſt, quo maior plaga ſit.

Habentia, æ, Ab antiquis uſurpatum eſt pro diuitiis, ab habeo. *ἕξις* ſicut à Sapio, ſapientia. Claud. 7. Annal. ut citat Nonius, Verebar enim ne animos eorum inflaret habentia.

Habeo, bes, bui, bitum, a. C. In poteſtate teneo, poſſideo. *ἔχω.* Salluſt. in Iug. Animus incorruptus, æternus, rector humani generis agit atq; habet cuncta, neq; ipſe habetur. Ver. 2. Aen. Hoſtis habet muros. Plau. in Aul. Virginem habeo grandem, dote caſſam, atq; illocabilem. Idem Rud. Papæ diuitias tu quidem habuiſti luculentas. L. Miſerum iſtuc uerbum & peſſimum eſt, habuiſſe, & nihil habere. Per translationem ponitur pro tenere, *κρατῶ.* Sal. in Iug. Tale periculum Reip. haud occultum habuit. Pro facere. Sall. in Catil. Igitur comitijs habitis, Conſules declarantur M. Tul. & C. Ant. Pro tolerare. Sall. Neque cuiquam mortalium iniuriæ ſuæ paruæ uidentur, multi eas grauius æquo habuere. Pro detinere. Sal. Neque flumen, neq; mons erat, qui fines eorum decerneret, quæ res eos magno diuturnoq; bello inter ſe habuit. Pro credere, exiſtimare, *νομίζειν.* Ter. in And. Semper eius dicta atq; habita eſt ſoror, hoc eſt, exiſtimata & reputata. Pro habitare. Plau. in Truc. Nam mihi hæc meretrix, Quæ hic habet, Phroneſium ſuum nomen, omnem Ex pectore emouit meo Phroneſim. Sall. apud Priſcia. Tarteſſum Hiſpaniæ urbem, quam nunc Tirij mutato nomine Gadir habent. Idem in Catil. Credo falſa exiſtimans ea, quæ de inferis memorantur, diuerſo itinere malos à bonis loca tetra, occulta, fœda atq; formidoloſa habere. Pro intelligere: nam quod intelligimus, animo quodammodo tenere & poſſidere uidemur. Ter. in Heaut. Habet omnem rem: pergam quò cœpi, hoc iter. Habere fruſtrà, idem eſt quod decipere, & deludere. Plau. in Amph. Is aduenientis ſeruum, ac dominum fruſtrà habet. Nihil penſi habere, hoc eſt, nihili pendere, non curare, *περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι.* Habere honorem idem eſt quod exhibere reuerentiam. Ter. in Eun. Hic tibi pro eo munere honos eſt habitus ab eo. Eleganter etiam ponitur pro habeo in peroratione operis. Cic. in Læl. Hæc habui de amicitia quæ dicerẽ. Accipitur etiã pro tractare. Ter in Hecy. Nunquã ſecus habui illã, ac ſi ex me nata eſſet Bene habere, idẽ eſt quod bene ualere, & incolumen eſſe: ſicut malè habere, infirmum, & ægrotum eſſe. Bene habet, uel malè habet: uel etiam ſic. Res benẽ, uel malè habet: hoc eſt, feliciter, uel infeliciter cedit. Liu. li. 7. ab Vrbe, Bene habet iacta ſunt fundamenta. Idẽ Bene habet (inquit) Quirites: uicit diſciplina militaris. Bel lè habeo, idem eſt quod bene ualeo, uel incolumis ſum. Cic. in Epiſt. Tullia noſtra ualet, Terentia minus belle habuit. id eſt, minus bene ualuit. Itẽ habet, per ſe poſitũ ſignificat percuſſus eſt, ut Donat. inquit: & propriè de gladiatorib. dicitur, q̃ prius alij ſanguinẽ uideãt, quã illi ſentiãt ſe percuſſos eſſe. Ter. And. Certè captus eſt, habet. Sat habeo, id eſt ſuffi cit, *ἄλις ἔχω.* Cæſar. lib. 3 bel. Ciuil. Noſtri uero qui ſatis habebant ſine detrimento diſcedere Quando q̃ habere, eſt ſeruare, detinere: ut illud Sall. in Catil. In cuſtodijs haberentur: Quando q̃ præbere, exhibere, & apud eundem Cic. Ita largitionibus corruptus eſt, ut ſeſe ac fortunas ſuas uenales habeat. Habere gratiam uel gratias, in animo eſt, quum memorem accepri beneficij mentẽ, animũq; habemus, & inuicem gratificãdi uoluntatẽ. Cic. Nec enim mihi gratiã modò habuiſti, uerumetiã cumulatiſſimè retuliſti. Idẽ, Maximas tibi Panſa gratias & habemus, & agere debemus. Ter. in And. Dijs pol habeo gratias, quũ in pariundo àliquot affuerunt liberæ. Habere iter, eſt proficiſci Habere uerba, *λόγους ἔχειν,* eſt loqui. Habere fidem uerbis, eſt credere, *πιστεύειν.* Ter. in And. Nam propemodum habeo tibi fidem. Et in Heaut. Seni noſtro fidei nihil habeo. Habere rationem ſalutis, honoris, rei familiaris, eſt habere reſpectũ, *λόγον, ἢ πρόνοιαν ποιεῖσθαι.* Sed ſi cum ablatiuo conſtruatur mediante cum, ut Habere rationem cum re aliqua: idẽ eſt quòd habere negotiũ & commercium, *ἔχειν πρᾶγμα πρός τι.* Cic. in Catil. Rem habet cum terra quæ nunquã recuſat imperiũ. Idẽ in Tuſc. Quis eſt hominũ qui modò cum Muſis, id eſt, cum humanitate & doctrina habet aliquod cõmertiũ, qui ſe non hunc Mathematicũ malit, quàm illum Tyrannũ? Et ad Atticum, Cum omnibus Muſis rationẽ habere cogito. Habere rem cum muliere, eſt coire, *συνεῖναι.* Habere rem cum aduerſario, eſt litigare, *ἀντιδικεῖν.* Habeo conuenire, habeo polliceri, habeo audire, pro conueniendum eſt mihi, pollicendum, audiendũ. Cic. Lent. Tantum habeo polliceri. Idem in Cat. Neque eos ſolùm conuenire habeo quos uidi, ſed etiam quos audiui & legi. Idẽ in Orat. Audire habeo quid hic ſentiat. Vide Vall. li. 5. Susq; deq; habere uel Susq; deq; ferre (utroq; enim modo dicimus) eſt æquo animo ferre, & non magni pendere, & penè idem cum eo quòd Græci dicunt *ἀδιαφορεῖν.* Plau. in Amph. Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat: Quæ neq; ſunt facta, neq; ego in me admiſi arguit, Atq; id me ſuſq; deq; eſſe habituram putat. Huius uerbi compoſita ſunt Adhibeo. Cohibeo, Exhibeo, Inhibeo. Præbeo, Poſthabeo, Perhibeo, Prohibeo, & Redibeo, de quibus locis ſuis. Aegrè habere, idem quod ægrè ferre, *δυσχεραίνειν.* Liu. 7. ab Vrbe, Ira ægrè habuit, filium id pro parente auſum. Sicuti pleraque mortalium habentur: hoc eſt, ut ſolet accidere rebus hominum. Sall. in Cat. Habere delectum, id eſt, deligere. Cicer. 5. de Fin. Quum enim uirtutis hoc propriũ ſit, earũ rerũ quę ſecundum naturam ſint, habere delectũ. Delectum militum habere: eſt cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Tota Italia delectus habetur, arma imperantur. &c. Habere in delicijs, uehemẽter amare. Cic. 1. de Diuin. Simia, quam rex Moloſſorum in delicijs habebat, & ſortes ipſas, & cætera quæ erant ad ſortem parata, diſturbauit. Habere derelictui uineã, id eſt, relinquere inculrã. Gel. li. 4. cap. 12. Si quis arborem ſuam uineamq; habuerit derelictui: Habere pro derelicto oppidum aut regionem, eſt curã eius nullam gerere. Cic. ad Att. lib. 8. Id ego in eam partẽ accepi: hæc oppida, atq; oram maritimã illum pro derelicto habere: nec ſum miratus, eum qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

membris non parcere. Habere despicatum, pro spernere, & contemptui habere. Ter. in Eun. An id flagitium est, si in domum meretriciam Deducar, & illis crucibus quæ nos nostramq; adolescentiam Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis, Nunc referam gratiã? Habere despicatui, pro despectui. Plaut. in Menæ. Tu huc post hunc diem pedem intrò non feres, ne frustrà sis. Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui. Habeo dictũ, pro dixi. Plaut. Persa: Satis iam habeo dictum. Habeo dicere, id est, habeo quod dicam. Cic. 3. de Nat. deor. Hæc ferè dicere habui de natura deorum. Idem de Partit. Quid habes igitur de causa dicere? Habere dignitatem alicui, hoc est, alicuius dignitatem plurimi facere. Plin. in Paneg. Ita se habet. Cic. de Senect. Quod quidem, ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cuiusq; animus maximè ad immortalem gloriã niteretur. Habere pensi. Tacit. libr. 13. Neq; fas, neq; fidem pensi haberet, olim prouisum erat. Sal lust. in Catil. Prorsus neq; dicere neq; facere quicquam pensi habebat. Periculum habere, esse in periculo. Colum. lib. 12. cap. 21. Sed periculum habet ne uitietur uinum, si malè cocta sit aqua. Potius habere, pro præferre. Cæs. 1. bel. Ciuil. Semper se Reipub. commoda priuatis necessitudinibus habuisse potiora. Habeo in promptu, hoc est prõpta est mihi de hac re memoria Cic. 4. Acad. Oportet igitur & ea quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere. Sic habeto: id est, ita tibi persuadeto, uel pro eõperto teneto ad Ci. Tir. Sic habeto, mi Tiro, meminẽ esse qui me amet, quin idem re amet. Habere statiua, id est, in æstiuis agere. Liu. 2. bel. Maced. Ibi statiuis rex per aliquot dies habitis fluctuatus animo est. Habere suspectum. Liuius 4. bell. Pun. Quia & ipsum ut ambiguæ fidei uirum, suspectum iam pridem habebat. Habere sibi res suas, iubebatur uxor quæ à uiro repudiabatur. Cic. 6. Philip. Illam suas sibi res habere iussit. Sic habendum est: hoc est, ita intelligendum. Cic. de Amicit. Sic habendum est, nullã in amicitia pestem esse maiorem quàm adulationem, blanditias, assentationem.

Habessit, pro habeat, antiquè dictum. Ci. 2. de Legibus: Separatim nemo habessit deos, neue nouos: sed nec aduenas, nisi publicè ascitos priuatim colunto.

Habitus. ta, tum, part. à passiuo habeor, quod uarias habet significationes, quemadmodum & uerbum à quo descendit. Plin. lib. 16. cap. 34. Vt mirum sit, ullum honorem habitũ ei. Interdum idem est quod affectus. Ter. in Heau. Imò ut patrem tuum uidi esse habitum, diu etiã duras dabit. Aliquando idem quod existimatus. Cæs. 7. bel. Gal. Hic summo in Aruernis natus loco, & magnæ habitus autoritatis. Interdum etiã dicitur de eo q̃ pingue est, & bona torius corporis habitudine, εὐεκτικός. Sed in hac significatione nomen potius est quàm participium.

Habitior, comparatiuus, id est, obesior. Plaut. in Epid. Corpulentior hercle, atque habitior, id est, pinguior. Ter. in Eunu. Si qua habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducunt cibum.

Habitissimus, pinguissimus. Gel. libr. 4. Equum nimis strigosum & male habitum, sed equitem eius uberrimum & habitissimum uiderunt.

Habitus, us, m. q. Qualitas & forma est corporis, & cuiuscunq; rei, χρῶμα Plau. Qualis habitus oris Colum lib. 1. Vineæ non sic altos & lacertosos exigunt: nam ijs habitus fossuris magis aptus. Ver. lib. 1. Georg. cultusq; habitusq; locorum. Accipitur etiam pro cultu corporis, uestiumq; ornatu. Vnde habitus scenicus, habitus militaris, habitus religiosus dicitur. Plau. Quis habitus iste tam prolixus? Plin. Qui ad nos lugubri habitu uenerat & capillatior solito. Habitus, ἕξις. est promptitudo frequentatis actibus collecta, & à Philosophis definitur quòd sit alicuius rei siue in animo, siue in corpore natura concepta, sed usu corroborata, & plena perfectio. Habitum item uocant medici constantem corporis constituriones, & solutè difficilẽ, ex proba improbaue similarium particularum temperamento, instrumentaliumq; conformatione nascentem. Vnde bonũ corporis habitum (εὐεξίαν) firmam sanitatem appellant omnibus corporis particulis probè actiones suas obeuntibus. Rursus malum corporis habitum (κακεξίαν) appellant constitutionẽ corporis in morbos procliuiorem, ualetudinemq; infirmã, ex similarium partiũ intemperie, uel improba instrumentalium prouenientem coagmentatione.

Habitudo, dinis, f. t. Ipse corporis habitus, quem barbari uocant Complexionem, ἕξις Lib. 4. ad Heren. Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe, ita grauis oratio sæpe imperitis uidetur ea quæ urget & inflata est. Ter. in Eunuch. Qui color, nitor, uestitus? quæ habitudo est corporis?

Habilis le, om. t. Quod est aptum, & optimè quadrat. εὐάρμοστος, πρόσφορος. Ver. 6. Aen. Namq; humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix. Mart. lib. 13. Non habilis cyathis, & inutilis uua Lyæo. Cic. 1. de Orat. Si mihi calceos Sycionos artuliſſes, non uterer, quanuis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent uiriles, Huius contrarium est, Inhabilis, ineptus, indecẽs, quasi parum habilis. hoc est, minus aptus, ἀνάρμοστος.

Habilitas, f. t. Conuenientia, aptitudo, εὐαρμοστία. Cic. de Legib. 1. Omitto opportunitates, habilitates q̃ reliqui corporis, moderationem uocis, orationis uim, &c.

Habito, as, pen. corr. n. p. frequentatiuum est ab Habeo, ἔχω. unde etiam quandoq; cum accusatiuo construitur, quemadmodum primitiuum. Vergilius. 2. Ecloga: Atque humiles habitare casas. Ter. in And. In hac habitasse platea dictum est Chrysidem. Huius passiuum in tertia persona protulit Vergilius libro 1. Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graijs. Inter habitare autem & commorari hoc interest, quòd hoc sit ad temptus, illud uerò perpetuum: quanquam hæc differentia sæpe confunditur. Habitare etiam antiqui acceperunt pro frequenter uel passim habere. Varro libro 16. Rerum diuin. ut citat Nonius, Hoc modo antiquos secundis rebus comas habitasse. Tecum habita, prouerbij speciem habet, pro eo quod est domi tuæ habita, & tuo te pede metire. Pers. Satyra 4. Tecum habita ut noris quàm sit tibi curta supellex. Hoc est domi tuæ uiuito, ut intelligas quàm tenuis sit tua fortuna. Tractum uidetur ab aulicis quibus, quum alienis opibus, ut tuis, intumescant, domi nihil est miserius.

Habitaculum, & Habitatio. n. s. & f. t. Pro domo, & loco quem habitamus, οἴκησις, οἴκημα, οἴκησις Cic Memmio, Peto à te ut ei de habitatione accommodes. Colum. lib. 2. Villico iuxta ianuã fiat habitatio.

Habitabilis, Quod habitari potest, οἰκήσιμος. Cic. 1. Tusc Tum & habitabiles regiones, & rursum omni. &c.

Habitator m. t. Pro incola, οἰκήτωρ. Cic. ad Qu. Fratrem lib. 2. Tuam domus in Carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. Lucanus libro 8. Rarus & antiquis habitator in urbibus errat Hesperiæ.

Habiola, siue hubiola uide in dictione Lupus.

Hac aduerbiũ motus per locũ. Tere. Eu. Ite hac nos omnes.

Hactenus, pen. cor. Ex Hac aduerbio, & tenus compositum, idem significat quod hucusq; μέχρι τοῦδε, μέχρι ἐνταῦθα. Plin. in Pan. gyr. Hactenus ille, parcius fortasse quàm decuit optimum principem. Cic. de Amicitia, Hactenus mihi uideor de amicitia quod sentirem, potissimè dixisse. Aliquando significat non ultrà, uel non amplius. Suet. in Nerone, Cœnæ quoque tempore interpellatus, tumultuosioribus literis hactenus excanduit, ut malum ijs, qui desciſſent, minaretur.

Hadrobolum, li n. s. pen. pro. ἀδρόβολον, Bdellii genus est nigrũ, & in offas conuolutum, nascens in Arabia, India, Media & Babylone, quod in sacris uino perfundi solebat, ut esset odoratius. Dictum hadrobolum, à glebarum crassitudine. Nam ἀδρὸν Græci crassum & plenum appellant. Vide Plinium. lib. 12. cap. 9. & Dioſc. lib. 1.

Hadros ἀδρὸς, uber, plenus, maturus.

Hadrosphærum ἀδροσφαιρον. Nardi genus, à folii amplitudine ita dictum, quemadmodũ aliud genus minimo folio microsphærũ: & rursus aliud quod mediocris est folio, Nesosphærum est appellatum. Autor Plin. lib. 12. cap. 11.

Hæc, fœmininum, Vide suo loco.

Hædus, di. m. s siue ut alii scribunt hœdus, Est fœtus capræ, ἔριφος. Qui per æ diphthongum scribunt, uolunt dictum esse hædum ἀπὸ τῶν αἰδοίων, hoc est, à testiculis. Alii uerò qui per œ scribunt, à Lingua Sabina eius originẽ petũt. Illi enim hœdum dicebant, quod Romani dicunt fœdum. Ver. 1. Eclo. Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos. Ouib. 1. Metam, tenero lasciuior hœdo.

Hædulus, Hædillus, & Hædiculus, diminutiua, ἐρίφιον. Plaut. in Asin.

In Asin. Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, agnellum, hædillum. Iuuen. Sat. 11. E Tiburtino ueniet pinguissimus agro Hædulus.

Hædinus, a, um, Nomen possessiu, ἐριφεῖος. ut, Caro hædina, quæ est ex hædo. Et hædinæ pelliculæ. Cic. pro Muræ. At ille homo eruditissimus, ac Stoicus strauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos.

Hædilia, n. t. Sunt hædorũ stabula, ἐριφοσαυλίαι, qua ratione etiam dicũtur caprilia, ouilia, porcilia, equilia, & his similia. quòd in his ea animalia contineantur. Horat. 1. Carm. Ode. 17. Nec uirides metuunt colubros, Nec Martiales hædilia lupos. Vbi Acron, hædilia, septa hædorũ: per cõtinens, id quod continetur. σωικοδομικῶς.

Hæluolæ, uuæ insignes sunt colore inter purpureas nigrãque, medio sæpius uariante, & ob id uarianæ appellatæ, siue uariæ.

Hæmagogon, Peonia, apud Dioſc. lib. 3. cap. 158.

Hæmachates, αἱμαχάτης, Gemma ex achate generibus, sanguinei coloris. Plin. lib. 37. cap. 10.

Hæmatinon, ἁιματίνον, Vitri genus totum rubens, nõ pel lucidum, ex quo escaria uasa ueteres conficiebant. Dictũ hæmatinum, quasi sanguineum, quòd sanguinis colorem referret. Plin. lib. 36. cap. 26. Fit & tinctura genere obsidianum, ad escaria uasa, & totum rubens uitrum, atq; non translucens, hæmanthinon appellatum.

Hæmatites, pen. pro. ἁιματίτις, Lapis est durissimus, rubore adeò saturo, ut niger uideatur, coti tamen attritus, rubedinem manifestã ostendit, sanguinis colori simillimam. Quatuor ferè enumerantur hæmatitæ differẽtiæ, duritie tantùm distinctæ, & colore magis, minus ue nigricante. Optimus tamen est, teste Dioſc. qui friabilis est, & in quædam quasi fila potest secari. Nomen habet ἀπὸ τοῦ αἵματος, hoc est, à sanguine: uel quod totus concreto sanguini similis sit, uel quòd coti madefactæ attritus, facultatem habeat sistendi sanguinis. Vide Galen. lib. 9. Simp. med. Dioſcoridem de materia med. lib. 5. & Plin. lib. 36. cap. 16.

Hæmatopodes, αἱματόποδες, Aues Aegypto peculiares, muscis præcipuè uescẽtes, ternisq; insistentes digitis. Hæmatopodes dictæ à sanguineo crurum colore. Habent enim crura prælonga, eaq; rubentia, teste Plin. libro 10. capite 46. & 47. Quanquam ibi in omnibus ferè exemplaribus, corruptè, ut arbitor, pro hæmatopode, himantopodem legamus, quod Latinè loripedem interpretari possumus, quo nomine quidam Aethiopiæ populi cõmemorantur à Plinio, libro 5. capite octauo.

Hæmorrhagia, f. p. αἱμορραγία. Est copiosus, immoderatusque sanguinis effluxus in quacunq; corporis parte. Fit autẽ (teste Galen. lib. de Symp. diff.) tribus ferè modis, ex uasorũ uidelicet ruptura, uel ex erosione eorundem, uel ex nimia apertione orificiorum in uenis. Nonnunquam etiam ex nimia sanguinis tenuitate, quum uidelicet sanguis magnam copiam serosi humoris habet admistam. Modi Hæmorrhagiæ duo sunt: Vnus per resultũ & redundantiã: alter per erusionem, aut exesionem uasorum & instrumentorum, quæ in nobis sunt. Arteriarum aũt magis quàm uenarũ: & eorũ, quæ sunt in profundo magis, quàm quæ in superficie, & quę sunt in locis uicina, qui fluxus sanguinis patiũtur, quibusq; difficulter sistitur: temporales, musculi, minyuges, palatum, uua, collũ, axilla, inguina, quæ βουβῶνες Græcè dicũtur, & alia id generis. Galenus definit. Hæmorrhides cæcæ, ex quib. nullus fluit sanguis, sed grauiore quàm aliæ, dolore excruciant. Vnde Græcè Hæmorrhoides. Hæmorrhoidarũ quoq; differẽtiæ sunt quinque. Aut enim magnitudine differũt, quod in quibusdã plures abundãtiores, in quibusdã uerò pauciores sunt. Differũt etiam figura. Nõnullæ enim angustã basim habẽt, aliæ uerò latã. Differũt etiã loco. quãdo hæ in ano fiunt, aliæ in fibula. Differũt dispositione: quãdo hę quidẽ mansuetæ & mites, illæ malignæ & graues existũt. Gal. de Defin. Hæmorrhois, est eneruatio uasorum, quæ sedẽ ambiũt, aut protegunt. Dicturq; ἀπὸ τοῦ αἷμα, id est, sanguis, & ῥέω, id est, fluo, quòd in eo morbo sanguis fluat. Hæmorrhois inter uiperarum genera in petrosis receſſibus commoratur, colore sanguineo partim nigro. Inhærent capiti, ueluti similia cornua, tacitè, pigreq; serpit, obliquo semper itinere. Ictos sanguinis excretione per omnia membra euacuatos perimit. Aelia.

Hæmorrhois, pen. cor ἁιμορρόϊς. Serpentis pestiferi genus est, cuius mortu sanguis omni ex effluit è corpore, unde & nomẽ habet: αἷμα enim sanguinẽ significat. & ῥόος fluxus. Luc. lib. 9. Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo. Dicitur etiã hæmorrhoia. Plin. lib. 25. cap. 117. Mustũ serpentib. aduersatur, maximè hæmorrhoiæ, & salamandræ. Est etiã hæmorrhois genus morbi, quod intra sedẽ nascitur, immaturi mori specie, quum ora uenarũ iuxta anum, tanquã ex quibusdã capitulis turgent, & sanguinẽ fundunt: quod in ore uulnæ fœminarum incidere consueuit. Vide plura apud Celsum, libro 6. cap. de Hæmorrhoid.

Hæmostaris, Nerion, apud Dioſc. lib. 4 cap. 87.

Hærba, uide Herba.

Hæreditas, uide Hæres.

Hæreo, es, si, sum, n. s. Arctè rei insideo, & coniunctus sum, ἅπτομαι, συμφύομαι. Verg. 2. Aeneid. Hærent parietib. scalæ. Et quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouẽtur, ideoq; hærere, ac suspensi esse uidentur: factũ est, ut hærere aliquando ponatur pro dubitare, & ancipitem esse, ἀμφιβάλλω, ἰνσφαλῶ. Teren. in Eun. Hæreo quid faciam. Cic. in Antoniũ, Hærebat nebulo, quòd se uerteret non habebat. Quandoq; simpliciter esse, manere, uel insidere. Terent. in Hecyr. In te hæret omnis culpa. Verg. lib. 4. Multa uiri uirtus animo, multusq; recursat Gentis honos: hærent infixi pectore uultus. Huius uerbi composita sunt, Adhæreo, affixus, uel coniunctus sum, προσφύομαι. Lactan. lib. 5. Quibus postea iectis, omnes qui sanati fuerint, adhærent religioni, cuius potẽtiam senserant. Cohæreo, simul hæreo, coniungor, & conuenio, συμφύομαι. Lactan. lib. 2. Ea enim quæ est solis calore flagranti, proxima est, & cohæret Orienti. Hinc Cohæresco. Boëthius in Top. Cicero. Hæc talia sunt, ut sæpius quidem adiunctis sibi cohærescant. Inhæreo, à quo inhæresco: de quibus anoi.

Hæsito, as, n. n. pen. corr. frequentatiuum, Identidem & multùm hæreo, & progredi nõ possum, ἰνσχέομαι. Terẽ. in Phor. In eodem luto hæsitas. Vbi hæsitare in eodem luto, prouerbialiter dictum est, pro eo quod est, ita implicitũ esse alicui negotio, ut te commodè explicare non possis, sed semper in simile, aut deterius incidas. Tractum à uiatoribus, qui sinistrorsum atq; in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Aptissimè autem competit in eos, qui uersuram faciunt. Nam illi mutant quidem creditorem, ære tamen alieno se non liberant. Accipitur etiam hæsitare pro dubitare, & se explicare non posse. Cicero 2. de Finibus, Aperiendum est igitur quid sit uoluptas: quam si explicauisset, non tam hæsitaret. Idem 2. de Oratore, Carbo hæsitans in maiorum institutis, rudis in Iure ciuili. Idem 4. Acad. Dubitant, hæsitãt. Idem in Catil. Quum hæsitaret, quum cunctaretur, quæsiui quid dubitaret proficisci eò, quò iampridem pararat. Hæsitare lingua, est titubare. Idem secundo de Oratore, Idem lingua hæsitans, & uoce absonus. Hæsitantia uerba, apud eundem, pro Domo sua.

Hæsitatio, onis, fœmin. t. Pro dubitatione, cũctatione, & perplexitate, ἀπορία. Cicero Appio Pulchro, Noli ignoscere hæsitationi meæ. Accipitur & pro titubatione, & linguæ hæsitantia, ἰσχνοφωνία. Idem libro secundo de Oratore, Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractúsque uerborum?

Hæsitator, oris. m. t. Cunctator &, dubitator, μελλητής. Plin. in Epist. Sum ipse in edendo hæsitator, tu tamen meam quoq; cunctationem, tarditatemq; uicisti.

Hæsitantia, æ. f. p. Titubatio, balbuties, & difficultas explicandi quod sentias, ἰσχνοφωνία. Cic. 3. Philip. Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemq; cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

Hæres, dis, generis cõmunis, Qui defuncto succedit in ius in uniuersum, quod habebat. ab hæreo, quòd qui hæres est, hæret, hoc est, proximus est illi, cuius est hæres, κληρονόμος. Quidã tamẽ hoc nomẽ ab herus deriuãt, q; dominus fiat bonorum, quæ ad eum perueniũt. Hæres enim apud ueteres (autore Festo) dominus dicebatur. Hora. lib. 2. Ser. Saty. 5. ut hæres Iã circũ loculos, uel claueis, lętus, ouansq; Curreret. Ouid. 6. Met. & auiti nominis hæres Tantalus. Cic. pro Qu. Hæredẽ testamento reliquit hunc P. Quintiũ. Idem pro Cluẽt. Auiã tuam Dineã, cui tu es hæres. Secundus hæres dicitur, q; hæredi instituto substituitur, ut inquit Boëthius in Cõmen. in Top. Ciceronis, ea lege, ut si prior hæreditatẽ non adęat, deuoluatur ad secundum. Cic. pro Cluentio, Memoria teneo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mileſiam quandam mulierem, quum eſſem in Aſia, quòd ab hæredibus ſecundis accepta pecunia, partũ ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe condemnatam. Idem 1. de Inuent. Quĩ patris pupilli hæredes ſecundi ſunt. Hæredes arboris, pro ſurculis & ramis. Plin. lib. 16. cap. 37. Cęſęq; denſius in numero hærede profint. Hinc cõpoſita, Cohæres, qui ſimul hæres inſtitutus eſt cũ altero, συγκληρόνομος. Exhæres, qui extra hæreditatem eſt, id eſt, qui hæreditate priuatus eſt, ἀκληρόνομος.

Hæreditas, tis, f. t. Succeſſio, eſt in uniuerſum ius, quod defunctus habebat tẽpore mortis, κληρονομία. Et apud antiquos diuidebatur in duodecim uncias, quæ aſſis nomine continetur. Plau. Tru. Verũ nũc ſi qua mihi obtigerit hæreditas magna atq; luculenta. Cic. 1. Offic. Oprima autem hæreditas à patribus traditur liberis, omniq; patrimonio præſtantior gloria uirtutis, rerumq; geſtarum.

Hæredium, dii, n. ſ. Paruum prædium, quod nobis ex hæreditate prouenit, χωρίον πατρικόν Vergil. de Re ruſt. lib. 1. cap. 10. Quantũ attinet ad antiquos noſtros, ante bellum Punicum pendebant bina iugera, quot à Romulo primùm diuiſa fere bantur uiritim: quæ quòd hæredem ſequerentur, hæredium appellarunt. Plin. lib. 19. cap. 4. In duodecim tabulis legũ noſtrarum nuſquam nominatur uilla, ſemper in ſignificatione ea hortus: in horti uerò, hæredium.

Hærediolum, oli, n. ſ. Cum accentu in antepe. ſignificat paruũ hæredium, hoc eſt, paruum prædium, quod nobis ex hæreditate prouenit, κτημάτιον, χωρίον πατρικόν. Col. in præf. libr. 1. Ex qua Cincinnatus obſeſſi Conſulis, & exercitus liberatur, ab aratro uocatus ad Dictaturam uenerit, rurſus faſcibus depoſitis, quos feſtinãtius uictor reddiderat, quàm ſumpſerat Imperator, ad eoſdem iuuẽcos, & quatuor iugerum auitum hærediolum redierit. Quo in loco hærediolum auitum, uocat paruum prædiũ à maioribus relictum, & ueluti per manus traditum.

Hæredipeta, tæ, com. p. pen. cor. Qui blanditiis, munerib. & aliis huiuſmodi artibus captat gratiam ſenum, & uiduarum, ut ab illis hæres inſtituatur, κληρονομῶν, κληρωτήρας.

Hæreditarius, a, um, Quod ad hæreditatẽ pertinet, κληρονομικὸς, κατὰ κληρονομίαν κατιών. Cic. 6. Verr. Simul cum cæteris Chelidoniis hæreditariis ornamentis ponentur. Hinc Bona hæreditaria, & ſucceſſio hæreditaria. Morbos hæreditarios uocamus, qui parentum uitio nobis obtingunt.

Hæreſis, is, f. t. pe. cor. αἵρεσις, Græca dictio eſt, qua optio, uel electio, & ſecta ſignificatur, ἀιροῦμαι, quod ſignificat eligo, uolo, expeto. Vnde ſumitur pro opinione tenaci, & cõfirmata de aliquo dogmate, & ſentẽtia, in qua perſiſtamus, electa. Cic. in Paradoxis, Cato autem perfectus (mea ſententia) Stoicus, & ea ſentit, quæ non ſanè probantur in uulgus, & in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis, neq; dilatat argumentũ, ſed minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis quod propoſuit, efficit. Hinc componuntur Diæreſis, διαίρεσις, diuiſio: Aphæreſis, ἀφαίρεσις, ablatio: Synereſis, συναίρεσις, coniunctio.

Hæreſiarcha, Hæreticorum princeps.

Hæreticus propriè dicitur, qui eſt alicuius opinionis, uel ſectæ, Vnde à Theologis hæretici dicũtur, qui ſectam aliquam diuerſam à recepta religione aut inſtituunt, aut ſectantur.

Hæſito, hæſitas, uide hæreo.

Hæteriarchæ dici poſſunt, qui eorum præcipuam curam habent, quos uulgò Dominicanos & Franciſcanos uocamus, autor Bud. in poſter. Annot.

Hagiographa, ἁγιόγραφα, A Græcis dicuntur ſcripta ſacra, orthodoxorum omnium conſensu in ſacræ ſcripturæ canonem recepta. Quomodo autem differant ab Apocyphis, uide in Decret. diſtinct. 15. capite, Sancta Romana Eccleſia, ab ἅγιος, id eſt, Sanctus.

Hagnus, ni, m. ſ. Fœtus ouis, ἀρνός, Hagnus. ἀπὸ τῆς ἁγνότητος, hoc eſt, à puritate dictus, ut Feſto placet, eò quòd ſit hoſtia pura, & immolationi apta. Alibi tamẽ idem Feſtus, ſibi non ſatis conſtans, è Græco ἀμνὸς deducit, quod illis idem ſignificat, quod nobis Agnus. Varro libro 4. de Lingua Latina, originem huius dictionis ex Latino ſermone repetit, agnum dictum aſſerens, quòd ouillo pecori ſit agnatus. Quicquid id eſt, conſuetudo obtinuit, ut potius ſine aſpiratione ſcribatur. Quin ipſe etiam Feſtus, quum à puritate deductum uelit, in eorum tamen ordinem retulit: quæ ab A litera initium ſumunt. Hinc fit diminutiuum Hagnellus, ſiue Agnellus, ἀρνίον. Plau. in Aſina. Dic igitur me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem, hagnellum, hædilium.

Hala, uide in dictione Ala.

Halabarches, ἀλαβάρχης, Latinè ſalis præfectũ ſonat. Erat autem is præcipuus honos apud Aegyptios, teſte Ioſepho, Antiq. libro ultimò.

Halcyon, onis, ἀλκυών, Auis eſt maritima, hyberno tempore in mari oua pariens, pullosq; ſuos educens quo tempore ſumma eſt in mari tranquillitas, quam Alcedonia Plaut. appellauit. Fabulantur Poëtæ Halcyonem Aeoli filiã, & Ceycis uxorem in hanc auem mutatam fuiſſe: Aeolumq; hoc filiæ ſuæ poſteritati tribuere, ut quandiu illa pullis procreandis uacet, tãdiu in mari ſumma ſit trãquillitas. Seruius Ceycem Luciferi filiũ fuiſſe tradit, & Halcyones maritum: à qua quũ prohibitus, iſſet ad conſulendum Apollinẽ de ſtatu Regni, naufragio periit. Cuius corpus quum ad uxorem delatum fuiſſet, illa ſe præcipitauit in pelagus. Poſtea miſeratione Tethyos & Luciferi, cõuerſi ſunt ambo in aues marinas, quæ halcyones uocantur. Sanè ſciendũ eſt, quòd quũ de muliere dicimus, hæc Halcyone facit: quũ de auibus, hic, & hæc halcyon, hi & hæ halcyones. Iſtæ autem aues nidos faciũt in mari media hyeme: quibus diebus tanta eſt tranquillitas, ut nihil penitus in mari poſſit moueri. Inde etiã dies ipſi, Halcyonia nominantur. Hæc Seru. Dictæ autem ſunt halcyones παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κυεῖν, hoc eſt, ab eo q̃ in mari oua pariãt. Quo fit ut prima uocalis, ſi originem ſpectemus, aſpiranda uideatur. Euſtathius tamen contra etymi rationem tenui ſpiritu notandum præcipit, adiecto etiam generali canone, quo negat uocabulum ullum eſſe aſpirandum quod initium ſumat ab α, ſubſequente ι.

Hale, uel Græcè ἅλη, Latinè anxietudo uel pandiculatio. Quidã etiam Halicẽ uocãt, ea uerò eſt, cùm quis toto corpore extẽditur. Inter ſanos Halycem uocamus, cum præſentia ſubinde ſtomachanter ægreq; ferimus, & actione una & negotio ad negotium diuagamur.

Halec, ecis, uel ut alii ſcribũt, halex, fœmin. piſcis ſola aqua uictitans, quẽ Ariſtoteles μαινίδα appellat, ſi Theodori uerſioni credimus. Eſt item halec, ſiue halex, liquaminis genus, quod ex piſcium inteſtinis confici ſolet. Martial. lib. 11. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecẽ, ſed quã protinus illa uoret. Plin. lib. 31. cap. 8. Halec imperfecta, necdum colata. Legitur & in neutro genere. Horatius 2. Sermonum, Sat. 4. Ego fæcem primus & halec Inueni. Plautus in Aulul. Qui mihi holera cruda ponunt, halec danunt. Vbi tamen ratio carminis clamat legendum eſſe halecem: alioqui uerſui deerit ſyllaba.

Halecula, diminutiuũ. Col. libr. 8. cap. 17. Itaq; præberi conuenit tabentes haleculas, & ſalibus exeſam chalcidem.

Hales achne, ſpuma ſolis apud Dioſc. lib. 5. cap. 118.

Helias, haliados ἁλιὰς, Genus ſcaphæ, uel paruæ nauiculæ, ut ex Appiano docet Bayfius.

Hĕliacĕtŭs, ti, m, ſ. pen. cor ἁλιάετος, Genus eſt aquilæ falco à nõnullis dicitur, ab aliis accipiter, ab aliis niſus. Ouid. Metam. lib. 8. Et modò factus erat fuluis haliæetus alis. Plin. lib. 10. cap. 3. Haliæetus tantùm implumes etiamnũ pullos ſuos percutiens, ſubinde cogit aduerſos intueri Solis radios, & ſi conniuentem, humectantemq; animaduertit, præcipitat è nido, ueluti adulterinũ, & degenerem: illum cuius acies firma contra ſteterit, educat. Haliæeti ſuum genus nõ habent, ſed ex diuerſo aquilarum coitu naſcuntur.

Halica, uide Alica. Halice, anxietudo idem.

Hălicācăbŭs, ἁλικάκαβος, Alterum ſolani genus, ſemen in folliculis rotundis habens, ad ſpeciem ueſicarum orbiculatum, rubens, & læue. Latini ueſicariã uocant, teſte Plin. li. 21. ca. 31. Officinæ Mauritanos ſequutæ, uocant Alcaquengi.

Halicallios, Herba, aliàs dorion, aliàs ſtrychnis, & erythros, neuris, quam Xenocrates ſcribit omnibus morbis corporeis ſalutarem eſſe.

Halicaſtrum, ſtri, n. ſ. Col. lib. 2. ca. 6. Semẽ trimeſtre, quod dicitur halicaſtrũ, idq; pondere, & bonitate eſt præcipuum, De farre cluſino loquitur.

Halieutica, n. ſ. ἁλιευτικὰ. Dicũtur uolumina, in quib. tractatur de piſcib. Plin. libr. 32. cap. 2. Mihi uidentur mira, & quæ Ouid. prodidit piſciũ ingenia, in eo uolumine quod halieuticon inſcribitur. Fuerunt & alii, qui halieutica ſcripſerunt: ut, Olympius Nemeſianus, quem Vopiſcus tradit ſcripſiſſe cynegetica & halieutica: & Oppianus, qui opus de piſcibus, Antonio dicauit. Scripſit & Apicius, ſed helicuſim appellauit.

Halimus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Halimus, ἅλιμος, Frutex sepimento uallari idoneus, similis rhamno, siue spinis, foliis oleæ, sed latioribus. Nascitur in sepibus & maritimis, locisq; salsis, salsilaginemq; refert. Vnde & nomẽ uidetur accepisse. Alii sine aspiratione scribunt: indeq; Amon dictum putant, quòd famem arceat. Tradit enim Solinus fruticem hunc in Creta nasci, mirabili affectu, quod eo admorso tames aliquandiu sentiatur, uide de hac Dioscor. lib. 1. Theoph. lib. 4. & 5.

Halinon, sic uocat oleum amygmadalarum, Græcè ἔλαιον.

Haliphlocos, lege Quercus

Haliphlœos, ἁλίφλοιος, Græcis arbor est glandiferarum omnium deterrima, quæ à nostris salicis cortex appellari potest, cui glans tam amara, ut eam præter sues, nullum animal attingat.

Halipleumon, ἁλιπλεύμων, Marinus pulmo, genus piscis, apud Plin. lib. 33. cap. 11.

Halito, Halitus, uide Halo, halas.

Halituosa, uocantur quæcunque per cutem foras effluere sunt apta.

Hallucinŏr, aris, d. p. Significat aberrare, falli, uel etiam ob stupefieri, ut docet Non. παραφέρω, ἀλιαπλάω. Propriè tamen ad oculos refertur, ut idem sit quod in conspiciendo falli, & errare, cum alterum pro altero aspicimus. ἀπὸ τοῦ ἅλης, quod significat aliud. uel ἀπὸ τοῦ ἀλύω, quod est languere, uel obstupescere, ut autor est Cloatius Verrius apud Gellium libr. 16. capit. 12. Cicero libro 16. ad Atticum, Ego tamen suspicor hunc, ut solet nallucinari. Colpra, libr. 8. Custodis officium, subumem, celsissimam q; oculorum ueluti speculam deside rat: ut neq; tardiores grauidas, dum cunctantur, neq; agiles & fœtas, dum procurrũt, separari à cæteris finant: ne fur, aut bestia hallucinantem pastorẽ decipiat. Aspiratur (ut inquit Gellius libro secundo, capite tertio) ut sonus firmior sit & uegetior.

Hallucinatio, onis, uerbale, Idem significat quod error, aut stupor. Nonius ex aliquo ueterum, Vt assiduò oscitãtem uidit, atq; illius quidem delicatissimas mentis & corporis hallucinationes.

Hallux, cis, m. t. uel Hallus, li, Pollex, ex eo dictus, q; super proximũ digitũ saliat, ἀντίχειρ Nam cõstricta manu solus proximum digitum scandit. Vnde quidam à Græco ἅλλομαι trahunt, quod Latinè scandere seu salire significat.

Halmades, ἁλμάδες, Teste Ruellio, oliuæ dicũtur, quæ condiuntur muria. Nam ἅλμη muriam, uel salsuginẽ significat.

Halme, Id est, muria, apud Dioscor. lib. 5. cap. 1. 9.

Halmas, Herba, quam alii polygonon, alii calligonon, nonnulli carinnothum uocant, folia rutæ habet, parum à terra attollitur, similis gramini.

Halmyris, Brassicæ marinæ cauliculus: sic dictus, quòd in maritimis præcipuè prouenit. (cant.

Halo, as, n. t. hesterno uino languens, quem Græci ἰώλον

Halo, as, Spiro, uel odorem emitto, ἀτμίζω, ἐκπνέω Verg. libr. 4. Georg. Inuitent croceis halantem floribus horti. Huius composita sunt, Adhalo, Exhalo, de quibus suprà. Vnde Exhalatio, ἀναθυμίασις, densorum spirituum euaporatio, quæ à Cicerone Halitus terræ appellatur Inhalo, ἐμπνέω, ἐμπνέω. Lactan. de Ira Dei, Si terræ inhalaueris.

Halito, as, pen. cor. Expiro, halitum identidem emitto, ἐκπνέω. Ennius, Sublime iter quadrupedantes flammã habitantes.

Halitus, us, m. q. pen. corr. Spiritum significat: & est nomẽ uerbale, ab halo, sicut Spiritus à spiro, ἀνάπνοη. Plin. libr. 9. cap. 7. In aquas quidem penetrare hunc uitalem halitũ quis miretur? flare extremum halitum. Cic. 2. Tuscul. Halitus Solis, id est, uapor & calor. Columella, Dissectum deinde protinus fimum inarari, & obrui conuenit, ne Solis halitu uires amittat. Halitus terræ pro uapore, qui per terræ rimulas sursum ascendit, ἀναθυμίασις. Plin. libro 11. cap. 12. Obliuio terræ halitu infectus.

Halos, ἅλως, Ab Aristotele in Meteoris dicitur, quem nostri modò coronã, modò aream circa lunam dicunt. Sene. lib. 1. Quæst. Hunc Græci halo uocant, quem nos dicere coronam aptissimè possumus.

Halophantæ t-, com. p. Hominũ genus nequam, (ut ait Nonius) quod ob fuendo mendacia miserrima mercede cõducitur. Plaut. in Curculione, Aedepol nugarorem lepidũ, lepide hunc nactus est Phædromus: Halophantam, an sycophantam hunc mãgis dicam, nescio. Quo tamen in loco legendum uidetur holophantam.

Halos anthos, quid sit uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 129.

Halos, ἅλως, lege Garum.

Hălōsis, pen. prod. fœmin. gen. t ἅλωσις, Latinè captio, uel expugnatio dicitur. Suet. in Nerone, Hoc incendium è turre Mecœnatica prospectans, lætusq; flammæ pulchritudine, halosin Ilii decantauit.

Halter: eris, n. t. pen genit. prod. ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, hoc est, à saliendo dictus est. Sũt enim halteres, ἁλτῆρες pilæ plumbeæ, massulæ ue, quibus utraq; manu se librabant, qui saltu certabãt ut certius assilirent. Mart. in Apoph. Quid percũt stulto fortes haltère lacerti? Exercet melius uinea fossa uiros.

Halus, li, à Gallis uocatur herba, quam Veneti cotoneã dicunt, similis cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis & sitim sedans. uide Plin. lib. 26. cap. 7.

Halycon, nominat in aphorismis Hippocrates, quàm multi Græci ἅλκυων, siue ἀλκυὼν dicunt.

Hăma, æ, Instrumentum ad incendium compescendum. Plinius in Epist. Et alioqui nullus usquam in publico sipo, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda.

Hamatilis, Hamatus, uide Hamus.

Hămaxa, ἅμαξα, à Græcis dicitur, quod à nobis plaustrum. Vnde etiam sydus illud, quod nos Septentriones dicimus, à figura, posturaq; ipsa, quia simile palustri uidetur, similiter hamaxa appellatur. Vide Gellium lib. 2. cap. 21.

Hamiota, uide Hamus.

Hamotrahones, Dicti sunt uel piscatores, uel qui cadauera trahebant hamo. Nam ut est apud Suetonium, eorum, qui suppliciis afficiebantur, cadauera, iussu principum uncis ferè trahebantur in locũ, quẽ tum Gemonias scalas dicebant.

Hammites, Gemma, quæ ouis piscium simile est. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Hammoniacum, n. s. ἀμμωνιακόν, Resinæ species ex arbore, quam metopiam uocãt, stillans in Arenis, iuxta Hammonis templum: unde & nomen sortitum est. Vide Ammoniacum.

Hammonis cornu, Inter sacratissimas Aegyptiorum gemmas habetur auri colorẽ. Plin. lib. 37. cap. 10.

Hammonium, n. s. Coloris genus tendẽtis in subrubrum. Varro de Re rustic. libr. 3. cap. 2. Nunc ubi uides hic cinnabarim, aut arrum? num minium, aut hammonium? rum aliquid emblema, aut lithostratum? illic omnia contrà. Sunt tamen qui hoc in loco malint legere Armenium.

Hamŭs, mi, m. s. Catenam significat, ἅρπισμον. Verg. libro 8. Aeneid. Loricam consertam hamis, auroq; trilicem. hoc est, hamis aureis. Accipitur etiam hamus pro unco ex quo piscatores escam suspendunt ad capiendos pisces. Plau. Stich. Arundinem fert, sportulamq;, & hamum piscarium. Ouid. de Arte Amandi. Casus ubiq; ualet: semper tibi pendeat hamus, Quo minimè credis gurgite, piscis erit. Idem Epist. 18. Nunc uolucrem laqueo, nunc piscem dutitis hamo. Præterea ab huius unici similitudine hamus accipitur pro instrumento ferreo, quo diuitum arcæ numariæ obsepiuntur. Iuuenalis Satyra 14. Dispositis prædiues hamis ui, ilare cohortem. Quo in loco hamus priorem corripit, quam Poëtæ omnes producunt: aut certè dicendum erat s literam in dictione Prædiues cũ præcedente uocali absumi: in qua sententia est Mancinellus. Hamus etiam aliud instrumentum ferreum significat, quo linum pectitur. Plin. lib. 16. cap. 1. Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec membrana decorticetur.

Hamulus, li. m. s. diminutiuum. Hamulum Celsus uocat uncinum, quo chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Celsus lib. 7. Specillo auriculario protrahendũ est, aut hamulo retuso.

Hamatus, a, um, Hamo instructum & munitum significat, ἁρπισμότος. Cic 4. Acad. Hamatis, uncinatisq; corpusculis. Hamata munera, quæ ita dantur, ut alia subinde dona ad se alliciant. Plin. in Epist. Volo enim eum, qui sit uerè liberalis, tribuere patriq;, propinquis, affinib amicis, sed amicis duco pauperib. nõ ut isti, qui iisportissimũ donãt, qui donare maximè possunt. Hos ego uiscatis, hamatisq; muneribus nõ sua promere puto, sed aliena corripere. Sagittæ hamatæ. Ouid. 5. Trist. Eleg. 10. Pars cadit hamatis miserè cõfixa sagittis. Vngues hamati. Quid. 12. Meta. Hamatisq; uiri laniauerat unguib. ora.

Hamatilis, & hamatile, om. t. pe. cor. Quod ad hamũ pertinet: ut piscis hamatilis, id est, hamo captus, ἁγκιστρωμένος. Plaut. in Ru-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in Rudente. Post id hamatilem piscem, saxatilemq; aggredimur, captamus cibum in mari, id est, hamo piscamur.

Hamiotæ, qui hamo ad piscandum utuntur, ἁμιῶται. Plaut. usus in Rudente, Saluete fures maritimi, conchitæ, atq; hamiotæ. Famelica hominum natio. Varro, Cohortis coquorum atque hamiotarum, aucupumq;. Sunt qui hîc legendum putant hamiotarum: & ita etiam uidetur exigere ratio carminis apud Plautum.

Hamo, as, a. p. Curuo, ἀγκιστρόω, à quo Hamatus, curuatus, de quo suprà. Hinc Adhamo, as, pen. pro. quod est obligo. Cic. lib. 2. Acad. Qui enim serius honores adhamauerunt, uix admittuntur ad eos.

Hanum, Veteres pro fano usurparunt: & hanulum, pro paruo fano.

Hanus barbatus, Vas parunm, & in latitudinẽ porrectum, & ueluti prægnans, quo etiam aqua & uinum ferri ad mensam solet. Inuenitur & Hanum neutro genere.

Haormia, lege ἀχάμονον.

Hăpălŏn, (ἁπαλὸν) Significat tenerum ac molle. Græci aspirant.

Hăphē, f. t. ἁφὴ, Insperſio puluueris, quo inspergebãtur luctãtes, ubi ceromate illiti fuissent, ut mutuas prehensiones admitterent. Mart. lib. 7. Et flauescit haphe. Nam puluere perfusa luctantiũ corpora quodammodo flauescebant, lepram patientibus similia. Plin. lib. 36. capite 13. refert arenã tenuissimam è Nilo peti solitã, ad debellanda corpora palæstræ studiis. Haphe enim Græcè & tactum significat, & unctura, & contrectationem in palæstra, & notas, quibus lepra corpus maculat. Iulius Pollux haphen accipit primam infecturam, quoties uestes imbuuntur coloribus.

Hara, συφόρβιον, uide in dictione Ara.

Hăringã, apud priscos significabat hostiam: quæ inde dicta quòd eius adhærentia inspicerentur. Autor Festus. A Donato aũt haruga uocatur hostia: ab hara, cui includitur.

Hariolus, li, m. s. cum accentu in antepenultima, Futurorũ diuinator, μάντις. Dictus hariolus quasi fariolus, à faris, uel fando, sicut hanula, quasi fanula, hoc est, parua fana: aspiratione (ut plerunq; fieri solet) pro f litera posita. Terentius in Phormione, Interdixit hariolus. Plautus, in Cistel. Hariola es. Cicero 1. de Diuinatione, Sibyllinorũ uersuum decem interpretes desertos ex ciuitate esse uoluerunt: ex quo genere sæpe hariolarum etiam & uatum furibundæ prædictiones.

Hariolor, aris, ari, d. p. Diuino, μαντεύομαι. Cic. de Diuinatione, Nec eos, qui quæstus causa hariolantur, agnosco. Idem Attico, lib. 8. προτυπόω igitur noster Attice, non hariolans in illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens.

Hariolatio, Actus ipse hariolandi, μαντεία. Cic. 1 Diuin. Superstitiosæ hariolationes.

Harmala, sic inquit Actius, quidam Rutæ semen uocarũt, sermone 8. cap. 47.

Harmonia, f. p. pen. cor. ἁρμονία, Latinè compositio, cõcordia, conuenientia, cõcentus. ἀπὸ τ῀ ἁρμόζειν, quod est cõgruere. Musici harmoniam uocant intentionẽ, cõcentumq; uocũ in integros modos sine ulla offensione cõsonantiũ. Cic. 1. Tuscul. Harmoniam autem ex interuallis sonorum nosse possumus: quorum uaria compositio etiã harmonias efficit plures. Quint. lib. 1. cap. 10. Nec illa modò contenti dissimilium concordia, quam uocant harmoniam, sonum quoque his moribus dederunt. Hæc etiam alio nomine dicitur symphonia. Est etiam Harmonia, mulieris propriũ: quo nomine Gelonis filia, Themistii uxor appellata est: ab ἁρμόζω, coapto. Est præterea Harmonia, Martis & Veneris filia. Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, sed exitiale monile dedit, eò quòd ex coniugis adulterio fuisset prognata. Reliqua uide suprà in dictione Cadmus. Et Ouid. lib. 4. Metam.

Harmonicus, a, um, ἁρμονικὸς, Quod ad harmoniam attinet. Plin. lib. 2. cap. 109. Harmoniq; ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam cõgruere, addit huic mensuræ stadia septẽ millia.

Harmostæ, Magistratus apud Lacedæmonios, qui efficiendis auribus, & reficiendis ciuitatib. præerant, ἁρμοσταὶ quasi prouinciarum constitutores. Bud. Annot.

Harmus, Spatium dentibus interlocatum:

Harpaction, siue (ut aliqua exemplaria habent) harpacticon apud Plin. lib. 31. cap. 16. genus est gũmi, ita dictum à celeritate auellendi.

Harpago, pen. prod. in genitiuo harpagõnis, m. t. ἅρπαγη, ἅρπαγον, Instrumentum est ferreum in fine aduncum, quo in naualibus præliis naues apprehendũtur, & tanquã incontincti coguntur dimicare: ita dictum à uerbo Græco, ἁρπάζω, quod est rapio. Est & aliud instrumentum hoc nomine, quo ea, quæ in puteum, uel fluuiũ deciderint, extrahuntur. Cuius inuentor traditur fuisse Anacharsis philosophus, teste Plin. lib. 7. cap. 56. Est etiam harpago instrumentũ ferreum, quod à nõnullis canis uocatur, quo uasa uinaria constringuntur, ut commodius inducantur circi. Liuius libro decimo belli Punici, usus est accusatiuo Græco harpagonas. Asseres (inquit) ferreo unco præfixi (harpagonas uocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas cœpti.

Harpago, as, pen. prod. Rapio, ἁρπάζω. Plaut. in Aulul. Hei misero mihi, aurum mihi inrus harpagatum est. Idem Bacchidibus, Nullus frugi Esse potest homo, nisi qui bene & malè facere tenet: improbus cum improbis fit, harpaget, furibus furetur quod queat.

Harpastum, n. s. ἁρπαστὸν, Genus est pilæ grandioris, quàm pila paganica, minoris tamen quàm follis: ita dictum ab ἁρπάζω, uerbo Græco, quod est rapio, eò quòd plures proiectũ harpastum conentur arripere, & extra ludi limites eiicere. Nam hoc pilæ genus non repercutitur, sed quum multi ludentes in duas partes diuisi sunt, quisque annititur pilam arripere, & ad suos, qui post se sunt uiciniores limitibus, transmittere. eiusq; partis uictoria est, quæ pilam extra limites eiecerit. Laboriosum ludi genus est, grandioribusq; tantùm conueniens. Quum enim multi simul pilam arripere conantur, in terram se inuicem prosternunt. puluereq; & sudore infecti flauescunt. Martialis libro 14. Seu lentum ceroma terit, tepidumq; trigona, Siue harpasta manu puluerulenta rapis.

Harpax, gis, uel gos, m. t. ἅρπαξ. A Syris uocatũ est electrũ, eò quòd festucas & paleas ad se rapiat: apud quos etiam mulieres uerticillos ex electro conficere solent. Plin. lib. 37. cap. 2. In Syria quoq; uerticillos inde facere, & uocare harpaga: quia folia, & paleas, uestiumq; fimbrias rapiat.

Harpæ, es, ἅρπη, Ensis est in summitate falcatus, quo Mercurius usus fertur in occidendo Argo illo cẽtoculo, & Perseus in amputando Meduscæ capite. Ouid. 5. Metam. Vertit in hûc Harpen madefactam cæde Meduscæ. Lucan. libr. 9. Et subitus præpes Cyllenida sustulit harpen.

Haruspex, icis, cõ. t. ἱεροσκόπος. Qui harugis, id est, hostiis inspectis futura prædicit, μάντις. Teren. in Phorm. Haruspex uetuit ante brumam aliquid noui Negocii incipere. Hunc locum exponens Donatus, Haruspex, inquit, ab haruga dicitur. quæ est hostia, ab hara, in qua cõcluditur, & seruatur. Melius ira q; cum aspiratione scribitur.

Haruspica, æ. Diuinatrix. Plaut. in Mil. Da qui faciat, qui condiat: da quod dem Quinquatribus, Percantatrici, collectrici, hariolæ, atq; haruspicæ.

Haruspicinus, a, um, pen. prod. Vnde Libri haruspicini dicentur, qui de haruspicina, hoc est, haruspicũ arte præcepta tradunt. Cic. 1. de Diuin. Quod Hetruscorum declarant, & Haruspicini, & fulgurales, & rituales libri: nostri etiam augurales.

Haruspicina, æ, f. p. peuult. prod. Est ars diuinandi ex cęsis hostiarum extis, ἱεροσκοπικὴ. Cic 3. de Diuin. Vt ordiar ab haruspicina, quam hodie Reipublicæ causa, cõmunisq; religionis colendam censeo. Vnde Haruspicinã facere, est exercere huiusmodi artem. Ci. ad Leptã, Quare bono animo sint & mei, & tui familiares: neq; enim erat ferendũ, quum qui hodie haruspicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur, &c.

Haruspicium, cii, n. s. Idem quod haruspicina, id est, ars diuinandi ex inspectione extorum, σπλαγχνοσκοπία. Catullus tamen pro ipsa arte uidetur posuisse, quum ait, Nascatur magus ex Gelli matrisque nefando Cõiugio, & discat Persicum haruspicium.

Hasta, stæ, f. p. Est instrumentum illud ex ligno rerete, cuspide præferrata, qua milites in bello utuntur, λόγχη, δόρυ. Cicero 2. de Finib. Euelli iussit eam, qua transfixus erat, hastã. Plaut. Bacchid. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillaru, pila, Saliendo se exercebant. Hastam abiicere, est causæ diffidere, & contentionẽ relinquere. Cicero pro Muræn. Videsne tu illum tristem, demissum? iacet, diffidit, abiecit hastas. Erasmus in Chiliadibus, Hastæ subiicere bona alicuius, est ea publica auctione, eique qui plurimum obtulerit, addicere. Solet enim hasta figi in omnibus auctionibus: unde factum est, ut hasta nonnunquam pro ipsa auctione ponatur.

Cicer.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cic. Phil. 8. Itaq; haſtam ſemper uidere cupiũt ii, qui noſtris bonis imminent. Idem lib. 15. Epiſt. ad Catium, Cæſarem putabant moleſtè laturum, uerentẽ ne haſta refrixiſſet. Sub haſta ſubire, eſt uendi. Plaut. in Moſtell. Vel iſti qui trium numorum cauſa ſubeunt ſub haſta. Ab haſta ſit diminutiuum Haſtula, quod paruam haſtam ſignificat.

Haſta Centumuiralis, idcirco dicta, quòd Centumuiri haſta in foro poſita iudicabant. Bud. in Annot. prior.

Haſtarium, rii, neu. ſ. Venditio auctionaria, λαφυροπωλία. Vnde Tertull. in Apologet. in haſtario uectigales ſumus.

Haſtati, m, ſ. Dicti ſunt, qui primi in acie cum haſtis conſtitui ſolebãt, αἰχμηταί. Haſtatus uerò primus dicebatur, qui duas centurias, id eſt, ducentos milites ducebat in acie ſecunda, quem nunc Ducenarium uocant, ut Vegetius denotat. Varro de lingua Latina, lib. 4. Haſtati milites dicebantur, qui primi haſtis pugnabant. Vide in dictione Antipelanus.

Haſtile, is, n. t. penult. product. Dicitur quod ad haſtæ formam factum eſt, hoc eſt, lignum teres, oblongum, cuiuſmodi eſt haſta. Cicero pro Rabirio, Quum denique Qu. Scæuola confectus ſenectute, prępeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus, ac debilis, haſtili innixus, &c. ſ. Ver. Aen. prę fixa haſtilia ferro.

Haſtula regia, δοφόδηλος, Herbam ſignificat, quæ & albucũ, & aſphodelus uocatur. Plin. lib. 21. cap. 17. & lib. 16. cap. 51.

Hau, Interiectio eſt mentis conturbatæ. Teren. in Eunucho, Hau obſecro mea Pythias, quid iſtuc nam monſtri fuit? Interdum etiam inuenitur geminatũ. Terent. in Adelph. Hau hau mi homo, ſanus ne es.

Haud, οὐ, Aduerbium negandi ſignificat non. Terent. in Andria, haud muto factũ. Haudquaquã, οὐμὴ, hoc eſt, nullo pacto, uel nullo modo. Liu. 10. bell. Pun. Aſdrubalẽ propediem offerre cum manu haudquaquam contemnenda.

Haurio, ris, hauſi, hauſtum, 4. q. Significat propriè extraho humorẽ, & educo ex profundo aliquo loco, ἀρύομαι, ἀντλάω, ἀνυμῶμαι. Cic. 1. de Diuin. Qui quum uidiſſet hauſtã aquam de iugi puteo, terræ motus dixit inſtare. Idem de clar. Orat. Si is potare nelit, de dolio ſibi hauriendum putet. Idem 3. Acad. Vt ea à fontib. potius hauriãt, quàm riuos cõſectentur. Idem de Diuin. Aqua è puteo hauſta. Haurire aurib. eſt audire. Verg. lib. 4. Vocemq; his auribus hauſi. Haurire oculis, eſt aſpicere: pro quo Poętæ etiã interdũ dicunt Haurire, omiſſo ablatiuo oculis. Verg. 10. Aen. Suſpiciens hauſit cælum, mentemq; recepit. Accipitur etiam pro confodere, ſeu uulnerare. Verg. 10. Aen. Per tunicã ſquallentem auro latus haurit apertum. Item tenere. Verg. 4. Georg. & mediũ ſol igneus orbem Hauſerat. Item defatigare. Verg. Exultantiaq; haurit Corda pauor pulſans. Interdum exequi, implere, διατελέω, πίνω Lucil. libro 30. ut citat Nonius. Quando hauri re animus Muſarum, & fortia geſſit. Item luere. Vergilius 4. Aencid. Spero quidẽ mediis, ſi quid pia numina poſſunt, Supplici hauſurum ſcopulis. Quo in loco Vergilii, obſeruato hauſurum dici abſq; t, pro hauſturum. Item conſumo, πίνομαι. Liu. 5. Tam longi temporis opus incendium hauſit. Haurire calamitatem, Haurire dolorem, Haurire gaudium, uide Budæum in Annot. & in Epiſt. Huius compoſitum eſt Exhaurio, ἐξαντλῶ. Legitur etiam nonnunquam præteritum hauriui, & ſupinum hauritum. Varro ad Ciceronem. Quum idem quoq; haurierit. Apul. lib. 2. de Aſino, Lagena facilis hauritu.

Hauritorium, rii, n. ſ. ἀντλήμορ, Inſtrumentũ quo utuntur ad hauriendũ. Auguſt. in quodam ſerm. Domine neq; hauritorium habes, & puteus altus eſt.

Hauſto, as, frequentat.: à quo fit compoſitũ exhauſto. Feſtus. Exhauſtant, efferunt.

Hauſtum, ti, n. ſ. eſſe uis hauriendi aquam è puteo uicini Iuriſconſ. indicat in l. 1. de Ser. Ruſt. Præd.

Hauſtus, ſtus, m. q. Sorbitio, & eductio liquoris ex aliquo loco, ἄντλησις. Col. lib. 1 Si deerit defluens unda putealis, quæratur in uicino aqua, quæ nõ ſit hauſtus profundi. id eſt, quæ non è profundo puteo hauriatur, & extrahatur. Ouid. 6. Metam. Hauſtus aquæ mihi nectar erit.

Hauſtus, ſta. ſtum, Participium accipitur pro abſumptus, deuoratus, ἀντλημένος. Liu lib 1. Nec ferro tantùm periere, ſed in paludes quidam conięcti, profundo limo cum ipſis equis hauſti ſunt. Idem 3. bel. Maced. Multæ naues iectæ, multæ ita hauſtæ mari, ut nemo in terram enauerit.

Hauſtrum, ſtri, Teſte Budæo, eſt machinæ genus rotam habẽs, qua calcatu, aquam è puteis, uel fluminib. haurimus, quod & tympanum uocatur, ἄντλιον. Lucret. lib. 5. Vt fluuios uectare rotas, atq; hauſtra uidemus. Nonius tamen mauult hauſtra eſſe ipſos cados, hoc eſt, ſitulas in huiuſmodi machinis, quibus aqua hauritur.

HE. M, TBNR. In notis antiquorum, hoc eſt memoria tribunorum. H E R. S. Herculis ſacrum. H. F. hic fundauit, uel honeſta fœmina, uel fortuna, uel fundata.

Heana, Fundamentum, uel ſaburra.

Hĕautontimōrūmĕnŏs, ἑαυτοντιμωρούμενος, Nomen eſt Comœdiæ Terentianæ, quod nos ſeipſum excruciantem interpretari poſſumus. τιμωρέομαι enim idem eſt quod ſæuio, punio crucio: & ἑαυτὸν, ſeipſum. Inducitur enim ſenex Menedemus ſeipſum excrucians, quòd filium Cliniam duritia ſua in militiam proficiſci compulerit.

Hebdŏmas, adis, f. t. ἑβδομας, & Hebdomada, dæ, Dicitur numerus ſeptenarius, ſicut ogdoas numerus octonarius, & enneas nouenarius, decas denarius. Cic. Tironi, lib. 16. Epiſt. Symphoniam Lyſonis uelim uitaſſes, ne in quartam hebdomadam incideres. Vbi per quartam hebdomadam intelligit diem uigeſimum octauum, qui numerus cõſtat ex quatuor ſeptenariis. Septimi autẽ quinq; dies in febrib. criſmi ſunt, & periculoſi. Neq; uerò ſolùm de diebus dicitur, ſed etiam de annis, & quibuſcunque rebus, quæ ſeptenario numero comprehenduntur. Gellius, Tum tibi addit, ſe quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta quinque librorum hebdomadas ſcripſiſſe.

Hebdome contapente, ἑβδομήκοντα πέντε, Id eſt, ſeptuaginta quinq;.

Hebenotrichon, Capillus Veneris, apud Dioſcor. libro 4. capite 137.

Hebenus, ni, generis fœminini: & hoc hebenum, ni, penul. cor, ἔβενος. Dioſc. arbor eſt in India, atq; Aethiopia naſcens, cuius lignum tam ſolidũ, & ponderoſum eſt, ut in aqua ſubſidat: color eius foris eſt buxo non abſimilis, intus omnino niger. Sunt qui ſine aſpiratione ſcribant: quo pacto etiã ſcribitur apud Græcos. Vide ſuprà Ebenus.

Hĕbĕs, hebetis, om t. Obtuſus, piger, tardus, & acumine carens, ἀμβλύς, Cic. lib. 2. Aca. Quidẽ Lunæ quæ lineamẽta ſunt poteſt ne dicere, cuius & naſcentis, aliàs hebetiora, aliàs acutiora uideantur cornua? Hic Cicero hebeti oppoſuit acutũ. Ouid. 3. de Art. Aman. Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis. Vnde per translationẽ ingenii hebes dicitur, ſicut etiam obtuſum: & Homo hebes, hoc eſt, tardus. Cic. 10. Phili. Scilicet hæc Panſa aut non uidet (hebeti enim ingenio eſt) aut negligit? Id eſt, ingenio non acuto, ſed tardo. Idem 2. de Diuinat. Videſne Epicurum, quem hebetem & rudem dicere ſolent Stoici, quemadmodum, &c.

Hebeo, es, n. ſ. Hebes ſum, ἀμβλύνομαι. Liu. lib. 3. bel Pun. Num ferrũ habet? an dexteræ torpent? Verba ſunt Annibalis ſuos increpantis. Verg. 5. Aen. Sed enim gelidus tardante ſenecta, Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore uires.

Hebeſco, ſcis, n. t. Hebetior fio, ἀμβλυώπομαι. Cic. 1. Tuſc. Sic mẽtis acies ſeipſam intuens, nonnunquã hebeſcit, id eſt, obtuſior, deſidioſior, & remiſſior fit. Salluſt. Poſtquàm diuitię honori eſſe cœpere, & eas gloria, imperium, potentia ſequebatur, hebeſcere uirtus cœpit.

Hebeto, as, a p pen. corr. Obtundo, obſcuro, ἀμβλυώσω, ἀμβλύνω Pli. in Paneg. Eodem ergo tempore nec animos modò, ſed & corpora ipſa langueſcere, gladios etiam incuria hebetari, retundiq; gaudebant. Plin. lib. 7. cap. 16. Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur, acies ferri perſtringitur.

Hebetudo, f. p. Rei alicuius carentis acumine, uel mentis, ingenii, uiſus, ſimiliumq; obtuſitas, ἄμβλυνσις.

Hebetatio, uerbale, Idem quod hebetudo, ἄμβλυνσις. Plin. lib. 8. cap. 6. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, & melancholicis.

Hebiones, um, com. t. à ueteribus pauperes dicuntur, quæ uox indicat contemptum quendam.

Hecathei, Emplaſtrum, uide Celſ. lib. 5. cap. 19.

Hecatombe, f. t. ἑκατόμβη, Sacrificii genus, in quo ritus hic ſeruabatur, ut centenæ ſui generis mactarentur uictimæ: ut centũ ſues, centum hœdi. Iul. Capitolinus, Tant ſanũè lætitiæ in Balbino, qui plus timebat, ut hecatoben faceret, quod tale ſacrificium eſt, Centum arę uno loco conſtruuntur ex cæſpite: ad eas centum ſues, uel centum oues mactantur. Iam ſi Imperatoris ſacrificium ſit, centum leones,

centum

centũ aquilæ, & cętera huiuſmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam feciſſe dicuntur, quum peſtilentia laborarent. Dicta hecatombe à numero uictimarũ: uel à numero ſacrificantium, quia centum Peloponneſi urbes id faciebant. Iuuenal. Satyr. 12. Exiſtunt qui promittant hecatomben.

Hecatompedon, ἑκατόμπεδον, Templum erat apud Athenienſes Mineruæ dicatum, patens omni à latere pedes centum: unde & nomen accepiſſe exiſtimant. Alio nomine Parthenon dicebatur. Meminit huius templi Plutar. in Pericle.

Hecatomphonía, ἑκατομφονία, Sacra erant apud Meſſenios celebrari ſolita, à centum hoſtium cæde originem habentia. Meminit huius Sacri Plutarchus in cõuiuio ſeptem ſapientum.

Hecatompus, odis, ἑκατόμπους, Nomẽ piſcis, qui hamo deuorato omnia interranea euomit, donec hamum quoq; egerat. Dictus Hecatompus à centum pedum numero: unde & Centipes à Latinis appellatur. Dicitur & Scolopendra, à terreſtris ſcolopendræ ſimilitudine.

Hecătõn, ἑκατὸν, Latinè centum dicitur. Inde per compoſitionem deducuntur.

Hecatontarchus, m. ſ. ἑκατόνταρχος, Centum militib. præfectus, quem Latini Centurionem uocant.

Hecta, f. p. (inquit Sipontinus) accipitur pro re minimi pretii, quaſi hieta, ab hio uerbo: quaſi hiatus & oſcitatio. Alii puſtulam dicunt, quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere. Pomponius. Hic homo hectæ me facit, & multibibã uocat, id eſt, partu me facit.

Hectapales, ἑκταπάλαι ἀπὸ τῶν ἓξ παλαισῶν, id eſt, à ſex palaſtis menſura eſt ſex palmorũ, hoc eſt, pedis unius cum dimidio, Nam παλαιὴ, apud nos palmum ſignificat.

Hectica, cæ, f. p. uel Hectice, es, ἑκτικὴ, Febris genus curatu difficile, niſi adhuc naſcenti occurratur, nõ in ſpiritibus, ut diaria: non in humoribus, ut periodica: ſed in partibus ſolidis inſidens corpuſq; paulatim conſumens. Dicta hectica, ἀπὸ τῆς ἕξεως, hoc eſt, ab habitu: unde & febrẽ habitualem nõnulli appellarunt. Duæ autem ſunt hecticæ differentiæ, quas uide apud Galen. lib. 1. de Differ. feb. cap. 10.

Hecyra, f. p. pen. cor. ἑκυρὰ, Latinis ſonat ſocrum, quõ quemadmodum, ἑκυρὸς, ſocerum: quo etiam nomine dicta eſt Terentii Comœdia.

Hedera, f. p. pen. cor. Herba eſt perpetuò uirens, quæ quum per ſe ſtare nõ poſsit, arboribus & muris adhæret, κισσός. Huius tria præcipua ſunt genera. Quædam enim à baccarũ albedine candida dicitur. Altera nigra, quòd baccas ferat ſubnigras, aut certè croceas: quæ & Dionyſia appellatur. Tertia, elix dicitur, fructum nullum gignẽs, ſed albas habens uiticulas, & folia parua, anguloſa, & reliquis generibus multò cinniora. Verg. 7. Eclog. Candidior cygnis, hedera formoſior alba. Vbi Seruius, Alba hedera, quia ſunt & nigræ hederæ: ut, aut hederæ pandunt ueſtigia nigræ. Dicta hedera ab hærendo, quòd hæreat ſemper, & ſequatur quicquid proximum eſt: quanuis per diphthongum non ſcribatur, corripit enim primam ſyllabam. Vergil. in Pharmaceutria, Atque hanc ſine tempora circum Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauros. Quidam ab edo deducunt, quòd parietes edat, atq; conſumat. Feſtus, Hedera dicta, quòd hæreat, uel quòd edita petat, uel quia id, cui adhæſerit, edat: quæ in tutela Liberi patris putabatur eſſe, quia ut ille ſemper eſt iuuenis, ita hæc ſemper uiret.

Hederaceus, a, um, Quod ex hedera eſt, κισσινός. ut Corona hederacea, materia hederacea. Cato cap. 111. Si uoles ſcire, in uinum aqua addita ſit, nec ne, uaſculum facito de materia hederacea: &c. Hederaceæ baccæ. Col. lib. 8. cap. 10. Itẽ oleaſtri, & hederaceæ baccæ, nec minus arbuti.

Hederalis herba, Ruta apud Dioſc. lib. 3. cap. 51.

Hēdŏnē, ἡδονὴ, Voluptas. Cic. Tuſc. lib. 2.

Hedra, ἕδρα, Sedes latinè dicitur, unde fit Cathedra.

Hĕdychrum, n. ſ. ἡδύχρουν, Odoramenti genus eſt. Cic. 3. Tuſcul. Coll occemus in culcitra plumea, pſaltriã adducamus, hedychrũ incendamus, demus ſcutellam dulciculæ potionis. Victorius tamen in ſuis in Ciceronẽ annotationibus indicãt hedychrum à medicis inter unguenta potius numerari, quàm in ter odores: putatq; dictũ à ſuauitate coloris, quẽ faciei illitũ inducit. Sed hoc in loco ex Cicerone adducto uidetur potius accipi pro aromatis genere, quod igni accenſum ſuauem reddit odorem.

Hedioſmum, Latinè dicitur mentа, ab odoris gratia, uide Plin. lib. 35. cap. 15.

Hedyoſmos, ἡδύοσμος, Herba notiſsima, ab odoris ſuauitate dicta, quam Latini mentham uocant. Galen. lib. 6. Sim. duplicem facit mentham, hedyoſmum, quam & mentham odoratã appellat: alteram inodoratã, quam uocat calamintham. Meminit huius herbæ & Plin. lib. 35. cap. 15.

Hedypnois, idis, ἡδύπνοις, Intubi ſylueſtris genus eſt lationibus foliis, quod crudum quidem, aluum ſiſtit, coctũ uerò, uentriculum diſſolutum aſtringit.

Hedyſmata, ἡδύσματα, Græcè condimẽta, ſed propriè quæ dulcore conſtant: qualia ſunt quæ τραγήματα Græci uocãt.

Hedyſarum, Semen Pelicanũ, Aëtius Serm. 12. cap. 44.

Hegaleos. (Quod ut, deprauatè ſcriptum, ita perperã huc relatum erat) uide Aegaleos.

Hegeteria, riæ, ἡγητηρία, Ab Athenienſib. appellatus eſt fructus ſici, quòd inter fructus omnes antiquitatis principatũ obtinerent. Dicũtur enim Athenienſes ante fruges inuentas ficis uictitaſſe, quemadmodũ Arcades glandibus. Cœl. Rhodig. Antiquit. lib. 18. cap. 9.

Hei, οἴ, Interiectio dolentis, ſiue ingemiſcentis, datiuo iungitur pronominis. Vt apud Vergil. 2. Aen. Hei mihi qualis erat. Cic. Hei mihi, non poſſum hoc ſine lachrymis cõmemorare. Aſpiratur natura, quòd is animi affectus aſpiratione melius declaretur.

Heiulo, as, uide Eiulo.

Helbunion, Dictamnum apud Dioſc. lib. 3. cap. 37.

Helcyſma, n. ſ. ἕλκυσμα. Eſt ſcoria argenti. Plin. lib. 33. cap. 6. Scoriam argenti Græci uocant helcyſma.

Hĕlcĭum, cii, n. ſ. ἕλκιον. Dicitur inſtrumentũ ante pectus equorũ, & id genus animaliũ, ab armis, id eſt, humeris pendens, quo & moles per machinulam innexę uerſantur, & curricula per temonẽ trahuntur: unde & nomen accepit, ἕλκω, enim Græcè, traho Latinè dicitur. Apul. lib. 9. Metamor. Defunctũ alioqui me, helcio ſparteo dimoto, nexu machinę liberum applicat præſepio. Et paulò pòſt, Helcio tandem abſolutus, refectuiſq; ſecurè redditus.

Helciarii, m. ſ. Qui in naui onera funibus moliũtur, uel qui naues deducunt, ſubducunt'ue, ad officia inuicem adhortantes, ut uno connixu pariter conſpirantes, admoliri uniuerſa uiribus poſſint, quod ſinguli nequeunt. Hæc Bud. in prior. Annot. in Pand. Mart. lib. 1. Qui nec rumpere nauticum celeuſma, Nec clamor ualet helciariorum.

Hĕlĕnĭum, n. ſ. ἑλένιον, Herba quæ ex Helenẽ lachrymis fingitur nata in Helene inſula, in qua Paris illi primũ obtulit ſtuprũ. Fauere creditur formæ, & cutem nutrire incorrupti, Venerem conciliare, & hilaritatem inducere in uino pota. Vide Plin. lib. 21. cap. 10. Officinis Enula campana.

Heliæa, ἡλιαία, Maximũ erat Athenis iudiciũ, cuius iudices heliaſtæ, ἡλιασταὶ dicebantur, παρὰ τὸ ὑπαίθριον, ἅτε καὶ ὢν ἡλίῳ βάσιμον, hoc eſt, ab eo quòd ſub dio eſſet, & ſolis radiis uerberaretur. Vide plura de hac uoce apud Pollucem Ariſtophanis interpretem.

Helice, es, penul. cor ἑλίκη, Græco nomine dicitur, quæ à nobis Vrſa minor: ἀπὸ τῆς ἕλκειν, hoc eſt, à circumuolutione dicta, quòd diei noctuq; ſpatio circum Polum Arcticum uoluatur. Ouidius 1. Triſtium, Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura notetur Sidoniis, Helicen Graia carina notet. Fuit itẽ Helice, oppidum Achaiæ propriè dictæ, ad ſinum Criſſæum, maris impetu hauſtum. Plin. libr. 2. cap. 92. Pyrrhã & Antiſſam circa Meotim Pontus abſtulit: Helicen & Buram in ſinu Corinthio: quarum in alto ueſtigia apparẽt. Ouid. 15. Metamorph. Si quæras Helicen & Buram Achęidos urbes, Inuenies ſub aquis: & adhuc oſtendere nautæ Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.

Heliochryſos, ſiue helichryſum, ἡλιόχρυσος, Herba eſt, quã alio nomine chryſantemõ appellant, ramulis candidis, foliis ſubalbidis, abrotono ſimilibus, corymbos habens nũquam marceſcentes, in orbẽ dependentes, qui ad Solis repercuſſum aurei apparent. Plin. lib. 21. cap. 25. Dioſc. lib. 4. ca. 60.

Hĕlĭctĕrēs, ἑλικτῆρες, Inaures ſunt, ſicut docet Iulius Pollux: quæ & helicæ dicuntur, à clauiculis uitium, quas helicas uocant.

Hĕlĭŏcămĭnŭs, ni, n. ſ. pen. prod. ἡλιοκάμινος, Vaporarium quoddam ſolare in aprico loco ſitum, ad calorem Solis excipiendum. Vlpianus l. Si arborem. ff. de Seruit. urbn. præd. Si arbor, inquit, in heliocamino, uel ſolario Solem adimat, dicendum

dicendum erit, quia umbram fecit in loco, cui Sol fuit neceſſarius, cõtra ſeruiturem impoſitam fieri. Heliocaminus, inquit Budæus, in prioribus Annot. in Pandect. ad uerbũ lo lais fornax dici poteſt. Eſt autem ſolare uaporarium, ſin aperto ſitum, ad calorem Solis excipiendum, quo antiqui utebantur. Plin. in Epiſt. lib. 2. de diæta quadam loquens, In hac heliocaminus quidam, alia xyſtum, alia mare, utraq; Solem cubiculum autem ualuis, cryptoporticum feneſtra proſpicit.

Heliophyton, Smilax. Dioſc. lib 4. cap. 145.

Heliopus, ἡλίοπος, Nomen herbæ, eiuſdem cum helitropio maioris: inde dictæ, quòd Solem aſpiciat. Vide Marcellũ Vergilium in Dioſc. lib. 4. cap. 205.

Helioſacte, Ebulus, apud Dioſc. lib. 8. cap 185.

Hēliōſcōpiōn, ἡλιοσκόπιον, Quartum tithymali genus eſt, foliis portulacæ, ramulis ſtantib. à radice quatuor, aut quinque rubentibus, ſemipedali altitudine, ſucci plenis. Naſcitur circa oppida, ſemine albo, colũbis gratiſſimo, quod colligitur incipiẽte uua. Nomẽ accepit παρὰ τὸ σκοπεῖν τὸν ἥλιον, hoc eſt, ab aſpiciendo Sole. capita enim cum Sole circumagit. Ex Plinio lib. 26. cap. 8.

Hēliōſĕlīnōn, (quod hîc pro apii genere corruptè legebatur) rectius ſcripſeris heleoſelinon. Eſt autem heleoſelinon apii genus, ſatiuo maius, in paludibus, locisq; humidis ſponte proueniens: unde & nomen accepit. Nam ἕλος Græcis paludem ſignificat.

Helioſtrophon, ἡλιόστροφον, Nomen herbæ, quæ alio nomine heliotropium maius appellatur, teſte Plin. lib. 22. cap. 21. Dictum helioſtrophon ἀπὸ τῆς συστροφῆς τῷ ἡλίῳ, hoc eſt, ab eo quòd cum Sole cõuertatur.

Hēliŏtrōpiũm, pii, n. ſec. ἡλιοτρόπιον, Herba ſolaris: dicta quòd ſe cum Sole circũagat, etiam nubilo die ac nocte. Var. Nec minus adtrahendum quod ſit in floribus, quos uocant heliotropia: ab eo quod Solis ortum manè ſpectant, & eius iter ita ſequuntur ad occaſum, ut ad eum ſemper ſpectent. Plin. lib. 22. cap. 21. duo facit heliotropii genera, Maius in pinguibus tantùm locis, cultoq; ſolo naſcens, quod & helioſtrophõ nominat: nullò, ut creditur, Cancri flos appellatus. Et minus, ubiq; proueniens, quod & tricoccon, & ſcorpiurum appellat, quòd ſemen habeat caudam referens ſcorpionis. Eſt etiam heliotropium, gemmæ nomen, uiridis quidem, ſed ſanguineis uenis diſtinctæ. Cauſa nominis eſt, autore Plinio lib. 37. capite 10. quòd in uas aquæ deiecta, radios ſolares accedentes in ſanguinis colorem mutare uideatur. Extra aquam autem ſpeculi modo Solis imaginem reddit, eiusq; eclipſin prodit, lunam ſubeuntem oſtendens.

Helitis, ἡλῖτις Dioſc lib 5. cap 80. ſquamma æris decuſſa ex clauis ex Cyprio ære confectis: quæ ſubtiliſſimæ eſt ſubſtantiæ, ſummamq; deſiccandi uim habet. Vide Galenũ libro 9. Simplicium.

Helix, icis, f. t. ἕλιξ. Tertium hederæ genus, nunquã fructum ferens, folia habens exigua, anguloſa, & concinniora, quàm reliqua duo hederarum genera. Vide Plin. lib. 16. cap. 34. Dicta helix ab eo quòd tenuib. ſarmentis, uelut clauiculis quibuſdam arboribus fruticibusq; circumuolutatur, ἕλικας enim Græci clauiculas appellant. (tur.

Hellanodyces, ἑλλανοδίκης, Latinè iudex certaminis dici-

Helleborus, ſiue **Helleborum**, ἐλλέβορος, Dioſcor. Herba eſt inſignem purgandi uim habens, quam Latini Veratrum appellant. Eius duo ſunt genera, album, quod uomitione cauſas morborum extrahit: & nigrum, per aluum quicquid noxium eſt deiiciens, alio nomine Melampodium dictum à Melampode quodam (ſiue is medicus, ſiue paſtor fuerit) qui eo Prœti filias in furorẽ actas, traditur perſanaſſe. Præcipuus eius uſus eſt in educendis noxiis humoribus, principis animæ facultatis ſedem infeſtantibus: unde melancholicis & furioſis dari ſolet, & comitiali morbo laborantibus. Hinc factum eſt, ut quos cerebro minus ſano eſſe uelimus ſignificare, Helleboro opus eſſe dicamus, aut Helleborum edere iubeamus. Plin. lib. 25. cap. 13. Efficacius helleborũ ad uomitiones, & ad bilem nigram extrahendam. Plaut. in Pſeud. Helleborum hiſce hominibus opus eſt. Maſculino genere uſus eſt Verg. 3. Georg. Helleboroſq; graues, nigrumq; bitumen: Col. lib. 10. Sed negat Helleboros, & noxia galbana ſucco. Præcipit Apuleius nominis huius primam uocalem eſſe aſpirandam, crymon, credo, ſpectans: uolunt enim helleborum dictum, παρὰ τὸ τῇ βορᾷ ὑπᾶν. Apud Dioſcor. tamen, cæteroſq; Græcos, tenui ſpiritu conſtanter ſcribitur.

Helleboroſus, ἐλλεβορώδης, Dicitur qui plus hellebori ſumpſit, quàm par fuit. Plautus in Rud. Helleboroſus ſum. T. At ego certius. Helleborum enim, ſi plus æquo ſumatur, non mediocre periculum creat: ſin munus ſumatur, magnam ægritudinem leuare non poteſt. Unde ſtomachatur Perſius in imperitos medicos: qui quum modum miſtionis ignorarent, non dubitant tamen rem tam ancipitem, & periculoſæ aleæ plenam, non ſine graui ſumentium diſcrimine aggredi. Diluis (inquit) helleborum, certo compeſcere puncto, Neſcius examen: uetat hoc natura medendi.

Helminthobothanæ, Abrotonũ ſic dictum à uermibus, quia ſemen eius uermes perimat. Barbarus in Corol.

Helops, ἑλόψ, Piſcis delicatiſsimi ſaporis, quem Theodorus à Latinis accipenſerem appellari putauit. Cui tamen refragatur Ouidii autoritas, qui helopem Italiæ incognitum eſſe ſcribit, referente Plin. lib. 32. cap. ult.

Helos, ἕλος, Vitium eſt oleæ peculiare, & quædam quaſi ſolis inuſtio, quam Latini nõnulli clauum, alii fungum, quidam etiam patellam appellant.

Heluacea, Genus ornamenti Lydii, dictum à colore boum, qui eſt heluus, hoc eſt, inter rufum & album. Autor Feſtus.

Heluellæ, arũ, f. p. Sunt olera minuta (ut inquit Feſtus) quoniam helus & heluſa ueteres dicebant, pro holus & holera. λαχανάρια. Cic. ad Gallum libr. 7. Fungos, heluellas, herbas omnes ita condunt, ut nihil poſſit eſſe ſuauius.

Heluo, onis, m. t. Homo immoderatę uoracitatis, prodigus, gulæ uentriq; deditus, ναφύσιος, ἄσωτος. Heluo (inquit Feſtus) qui immoderatè omnia conſumit: ab eluendo. Aſpiratur autem, ut auiditas magis exprobretur: ſic enim fit uox incitatior, Terent. in Heaut. At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. C L. Quos? C. Si ſcire uis, ego dicam, Gerro, fraus, heluo, iners, ganeo, damnoſus. Cicer. per translationẽ Heluonem librorum dixit, pro nimis auido lectore librorum, qui legendo ſatiari nequit. Heluo patriæ, per translationẽ, pro eo qui turpiſſimo ſcelerũ genere patriam perdit & infamat, uel patriæ bona prodigit, ac deuorat. Cic. pro Sextio, Gurges atq; heluo, Idem in Piſonem. Heluo impurus. Idem primo de Leg. Agrar. Heluo immanis, ſpurciſſimus, nequiſſimus. Apud eundem pro domo ſua, & poſt reditum in Senatu.

Heluari, d. p. Prodigere, per luxũ conſumere, uorare, ναφύσασθαι, ἀσωτεύεσθαι. Cic. pro Domo ſua, Cur ille gurges, heluatus tecũ ſimul Reip. ſanguinẽ, ad cælum tamen extruxit uillã in Tuſculanis uiſceribus ærarii? Idem pro Seſtio, Quid? tu meo periculo gurges, ac uorago patrimonii heluabere?

Heluatio, nis, f. ter. Prodigalitas, uoracitas, dilapidatio, ναφυσμός, ἀσωτία. Cic, poſt reditum in Senatu, Cur in luſtris & heluationib. huius calamiſtrati ſaltatoris eam eximia uirtus tam diu ceſſauit. Bud. in Epiſt.

Hemionitis, deſcribitur in Dioſc. lib 3. cap. 115.

Hemionos, Mandragora magica apud Dioſc. lib. 4. cap. 79.

Heluus, Color medius inter rufum & album. Varro libro 2. de Re ruſt. cap. 5. de corio boum loquẽs: Corium, inquit, attactu non aſperũ ac durum, colore potiſſimùm nigro, deinde rubeo, tertiò heluo, quartò albo.

Heluolus, la, lum, pen. cor. Quod accedit ad heluum colorem, ſed tamen dilutiorẽ, ut plus ex albo participet, quàm ex rufo. Unde heluolæ uuæ dicuntur, quæ eius ſunt coloris. Col. lib. 3. cap. 2. Sunt & heluolæ, quas nõnulli uarias uocant, neque purpureq, neq; nigræ, ab heluo (ni fallor) colore uocitatę.

Helxine, es, f. t. ἑλξίνη, Herba eſt, mercurialis folia habẽs, eaq; hirſuta, clauiculos ſubiubentes, & circa eos ſemina aſpera, ueſtibus adhærentia: unde & nomen accepiſſe uolunt. Alio nomine Perdiciũ dicitur, quòd perdices ea unicè delectentur. A Romanis etiam urceolaris appellatur, quòd urceis detergendis aſperitate ſua pluriimùm ſit idonea. Naſcitur in parietinis, ſepibus, & macreiis: unde & parietaria nullò appellatur.

Hem, φεῦ, Interiectio corripientis ſeipſum, uel indignantis, admirantis. Ser. Sulp. Ciceroni, Epiſt. lib. 4. Hem nos homũculi indignamur, ſi quis noſtrũ interiit, aut occiſus eſt, quorum, & cæt. Apul. Hem hominis audaciam. Quandoquè demonſtrantis eſt. Terentius in Andria, Hem puer, hercle puer eſt.

Hĕmĕrēſiŏs, ἡμερήσιος, Adiectiuum, ſignificans idem quod diurnus. Unde tabella, quæ uno die picta à Pamphilo Apellis præceptore, hoc nomine uocata eſt, cuius meminit Plinius libro trigeſimoquinto, cap. 11. Abſoluit uno die, inquit, tabellam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tabella, quæ uocata est hemereſios, puer picto.

Hēmĕris, ἡμερὶς, Genus est arboris glandem ferentis, teste Theophraſto, trunco neq; erecto, neq; læui, neq; excelſo, ſed caudice in orbem comoſo, contorto, ſinuoſoq;, ramorū alis multis concaua, glande maxima, & poſt fagum dulciſſima. Meminit huius arboris & Plin. lib. 16. cap. 6. Theodorus Græci uocabuli uim exprimens, placidam uertit.

Hēmĕrobiŭs, ἡμερόβιος, Vermiculus est ad Hypanim Ponti fluuium, ultra diem unum non uiuens. Plin. lib. 11. cap. 36. Hypanis fluuius in Ponto, circa ſolſtitium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit uolucris quadrupes ſuprà dictæ modo, nec ultra diē uiuit: unde hemerobiō uocatur. Hemerobii præterea dicuntur homines in diem uiuentes, quibus craſtini nulla est cura: qualis fuiſſe traditur Diogenes Cynicus, qui & peculiariter idcirco hoc nomine fuit appellatus.

Hemerocallís, ἡμεροκαλὶς Dioſcoridi, herba est folio & caule lilio ſimillima, herbacei cóloris, ut porrum: flores habens ternos, quaternos'ue in ſingulis ſcapis crumpentes, lilii modo ſtriatos: qui quum dehiſcere cœperunt, in colorem uehementer pallidum immutantur. Nomen accepiſſe putatur à floris fugacitate, quòd uno tantum die pulchritudinē ſuam tueatur. Meminit huius herbæ & Plin. lib. 21. cap. 21.

Hēmĕrŏdrŏmi, m. ſ. ἡμεροδρόμοι, Dicūtur curſores, qui die uno ingens ſpatium curſus emetiuntur. Liu. lib. 1. bell. Mac. Niſi ſpeculator (hemerodromos uocant Græci) ingens de ūno curſu emetiens ſpatium, contemplatus regium agmen è ſpecu quadam, progreſſus nocte media Athenas peruenisſet. Inter huiuſmodi hemerodromos clariſſimus fuit Philonides Alexandri Magni curſor.

Hemícadía, Vaſa dimidii cadi Sipont.

Hemícranici, m. ſ. ἡμικρανικοὶ, Sunt qui dimidia parte capitis laborant: qui morbus Græco nomine ἡμίκρανα, ſiue ἡμικρανία appellatur: quemadmodum cephalea, quo totū caput infeſtatur. Gignitur uterq; à ſonitu clamoreq; uehementiore, aut etiam ab immodico ſplendore, uel odore, aliis'ue huiuſmodi prævalidis obiectis ſenſum lædentibus.

Hemícyclŏs, ἡμίκυκλος, Latinè interpretatur ſemicirculus: qua uoce Mathematici frequēter utuntur. Accipitur etiam pro cathedra ſemirotunda in medii circuli formam. Cic. in Lælio. Tum memini domi in hemicyclo ſedentem.

Hĕmĭnă, næ, f. p. pen. corr. κοτύλη, Genus est menſuræ, dimidium continens ſextarii: à Græco ἥμισυ, quod dimidiū ſignificat. Gel. lib. 5. cap. 15. Si è ſextario hemina fuſa ſit, nō dimidium ſextariū fuſum, dicendum est. Plaut. in Mil. Neque equidem heminas octo expromptí in urceum.

Heminarius, a, um, Quod heminæ menſuram habet, κοτυλιαῖος. Per translationē accipitur pro exiguo. Quin. lib. 6. ca. 4. Fabius Max. incuſans Auguſti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria eſſe dixit. id est, tenuia & exigua.

Hemineron, ſalſamenti genus piſcis, ſed Coracino. Dicitur & Peltes & Sapērda Coracinus: & ab aliis Aelias, è Meotide ſtagno commendatiſſimus. Quanquam alius piſcis est Epicharino Aelius.

Hemiolion, ἡμιόλιον, Nauigii genus, quod à puppi ad malum uſque binis remis, à malo ad proram unico tantùm agitatur, cuiuſmodi ſunt (inquit Bayfius) quas hodie fuſtas uocamus.

Hemiolius, ἡμιόλιος, Quædā arithmetica proportio, continens aliquē totum numerū, atq; eius dimidium: ut ſe habēt tres ad duo, & quindecim ad decem. Gel. lib. 18. cap. 14.

Hemionítis, deſcribitur in Dioſc. lib. 3. cap. 153.

Hemionos, Mandragora magicè, apud Dioſ. li. 4. ca. 78. 79.

Hemionium, ſiue heminitis, ἡμιόνιον, ἢ ἡμιονῖτις, Herba est dracunculi folio, lunato, radicibus cohærens multis, tisq; teneribus, nunquā flores, neq; ſemen, neq; caulem gignens, in Petroſis locis naſcens, auſtero ſapore. Alio nomine ſpleniū, ἀσπλήνιον dicitur. Herbariorū pleriq; linguam ceruinam appellant. Officinę etiam ſcolopendriam. Omnino tamen alia est à ſcolopendrio Dioſcoridis.

Hemiplagía, Ea quæ & dimidia apoplexia apud Paul. lib. tertio, cap. octauo.

Hemiplexía, f. p. ἡμιπληξία, Paralyſis, ſemiapoplexia, quum in alteram tantū partem corporis malum id incumbit: nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur.

Hemiſphærium, n. ſ. ἡμισφαίριον, Dimidia ſphæra, hoc est, ęqli dimidiū. Var. de Re ruſ. lib. 3. ca. 5. Intrinſecus ſub thoło ſtella Lucifer interdiu, noctu Heſperus, ita circumeūt ad infimū hemiſpheriū, ac mouētur, ut indicent quot ſint horæ.

Heimiſtichium, ἡμιστίχιον, Verſus dimidiatus, quaſi ἡμιουσὶ χος, cuiuſmodi apud Verg. aliquot leguntur imperfecta.

Hemís, ἡμὶ, apud nos traducitur ſemis, Græcè ἥμισυς, dimidius.

Hemítogium, gii, n. ſ. Dimidia toga.

Hemitarichon, Salſamenti genus aliud ab Omotaricho.

Hemitritæus, ἡμιτριταῖος, ſemitertiana febris, ſic dicta, q parte aliqua tertianam præſentet, tertio die, ut illa, repetens, nō tamen ut illa diem unum præſtet integrū, ſed inter horas 36. plus uel minus porrigitur. Mart. lib. 12. Cui grauis & feruens hemitritæus erat. Morbi huius naturā & differētias uide apud Gal. lib. 2. de Different. feb. cap. 8. & 10.

Hemodes, uide Hæmodes.

Hendecaſyllabus, ἑνδεκασύλλαβος, Verſus undecim ſyllabarum, qui & Phaleucius dicitur ab inuentore: qualis ille Catullianus, Paſſer deliciæ meæ puellæ.

Hendiadís, Si recentioribus Grammaticis credimus, figura est, qua unum in duo diuidiur: ut apud Vergi. 1. Aeneid. Molemq; & montes inſuper altos Impoſuit. Id est: moles altorum montium. Sic alibi, Pateris libamus & auro. id est, pateris aureis. Meminit huius figuræ Ser. in lib. Ae. Vbi tamen in exemplarib. manu ſcriptis non hendiaden legimus, ſed ἓν διὰ δυοῖν, hoc est, duo per unum: cui figuræ contraria legitur apud Donat. in And. Terent. quā appellat δύοδὶ ἓνοῖν, id est, duo per unum.

Henula, parua delubra, in qua loco ſ. ponitura ſpiratio, quaſi fanula, uide in dictione Hariolus.

Heo, ἰὼ, Interiectio. Plaut. in Ciſtel. Heo tu quàm nos.

Hepar, tis, gen. pen. corr. n. t. Primū est ſanguinis generandi inſtrumentū, uenarumq; omniū principium, quod Latinè iecur appellatur, ἧπαρ. Est item hepar, piſcis nomen ex genere locuſtarum, cuius meminit Plin. lib. 32. cap. 11.

Hepatarius, a, um, Ad hepar pertinens, ἡπατικὸς. ut morbus hepatarius. Plautus in Curc. Tum te igitur morbus agitat hepatarius.

Hepaticus, a, um, ἡπατικὸς, Quod ad hepar attinet: unde à Celſo lib. 4. cap. 9. hepaticus morbus dicitur, qui à Plauto appellatur hepatarius.

Hepatici, ἡπατικοὶ, Qui ex hepate laborant: & propriè ii, quib. imbecillum est iecur, ſine tumore tamen & dolore. Plin. lib. 26. ca. 6. Datur hepaticis in farre cocta.

Hepatica, herba est, quā Latini uocāt iecoraria: dicta q hepatis ſimilitudinē referat. creſcit in fontibus & locis ſaxoſis.

Hepatites, ἡπατίτης, Gemma est, quæ à iecoris figura nomē ſortita est. Plin. lib. 37. cap. 11.

Hepatorium, ἡπατόριον, A quibuſdam uocatur Eupatorium herba, eò quòd iecoris affecto auxilietur. Autor Dioſc. libr. 4. Quanquā non deſunt qui hanc nomenclaturam inter eas reliciendam putent, quæ à doctioribus inter autoris notha meritò annumerantur.

Hepatítis, pen. prod. ἡπατίτης, Vena ampla, ex cana, ſiue ſima hepatis parte emergens, omnes meſaraei uenas excipiēs. Vulgus Hepatis portas appellat.

Hepatizon, ἡπατίζον. Aëris temperamentum, iecinoris colorem referens, magno olim in precio habitum. Plinius lib. 34. cap. 2. Præter hæc est, cuius ratio non poteſt reddi, quanquā hominis manu facta dederit fortuna temperamentum ſimulachro ſignisq;, illud ſuo colore pretioſum ad iecinoris imaginem uergens, quod ideo hepatizon appellant, procul à Corinthio, longè tamē ante Aegineticum, atq; Deliacum, quæ diu obtinuere principatum.

Hephæſtites, ἡφαιστίτης, Gēma est rutili coloris, naturā ſpeculi habens in reddendis imaginibus: dicta ἀπὸ τοῦ ἡφαίστου, hoc est, à Vulcano, ſiue quòd ignei ſit coloris, ſiue quòd materiā aridam in ſole accendat: Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Hepíalus, ἡπίαλος, Papilio, qui lucernarū luminib. aduolat. Epialus aūt ſpiritu tenui, genus est febris: de quo ſuo loco.

Hepſema, ἕψημα. Muſtū ad tertiam partē decoctu, quod & ſapam appellant. Plin. lib. 14. cap. 9.

Hepta, ἑπτὰ, apud nos ſeptē, & aſpiratur cum ſuis deriuatis.

Heptapachys, ἑπτάπαχυς, Menſura ſeptē cubitorū: unde Achilles Heptapachys est appellatus, Hermolaus.

Heptapleuros, ἑπτάπλευρος, Plantaginis ſpecies est, foliis ſeptem

ſeptem laterum modo incluſa, unde & nõmen habet. Autor Plinius lib.25.cap.8.

Hephthemimeris, ἑφθημιμέρης. Eſt cæſuræ genus, quum poſt tres pedes ſupereſt ſyllaba terminans partem orationis: quæ interdum etiamſi natura breuis ſit, licentia tamen poëtica inuenitur produci. Verg.3. Aen. Dona dehinc auro gratia, ſectoq; elephanto Imperat ad naues ferri. Idem 12. Aen. Congredior, fer ſacra pater, & concipe fœdus. Componitur aũt hephthémimeris ab ἑπτὰ ſeptem, ἥμισυ ſemis, & μέρις diuiſio uel pars, quaſi dicas ſeptimam dimidiam diuiſionem uel dimidium ſeptem pedum.

Hepteris, ἑπτήρης. Nauis eſt ſeptem habens remorum ordines. Liu.4.Decad.lib.7. Regia claſſis ſeptem & triginta maioris formæ nauium erat: in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat: præter has, decem triremes erant: & ij adeſſe hoſtes ex ſpecula quadam cognouere. Ibidem, Maximè exterruit hepteres regia, à minore Rhodia naui uno ictu demerſa.

Hera, uide Herus.

Heraclea, helxine apud Dioſc.lib.4.cap.34. Heraclea, lithoſperman. Dioſc.lib.3.cap.159. Heraclea, polygonum. Dioſc.li.2.cap.5. Heraclea, Syderites. Dioſc.lib.4.cap.36.

Heracleon, Abrotonon. Dioſ.lib.3 ca.27. Heracleon Achilleum. apud Dioſc.lib.4.cap.39. Heracleon. Chamælea, Dioſc.lib.4.cap.182. Heracleon, Nymphæa. Dioſ.lib.3.cap.149.

Hēracleon, ſiue Heraclion, pen.cor. ἡράκλειον. Panacis ſpecies eſt, ab Hercule inuenta, quam alii origanum Heracleoticum ſylueſtre dicunt: quoniam origano ſimile, ut teſtatur Plinius, libro 25. capite 4. Eſt alia herba Heracleon ſiderion, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri iuxta amnes & lacus naſcens, & omnia uulnera ferro illata efficaciſſimè ſanans. Autor Plinius lib 25.capite 5.

Heracleotici, cancrorum genus, Plin.lib 9.cap.31.

Hēracleŏtĭcă nux, quære in dictione Iuglans.

Heracleum quid ſit, require in commentariis Leoniceni: & inibi de eo prolixam diſputationem.

Heraclius lapis, ſiue Heracleus, ἡρακλεὰς λίθος, καὶ μαγνῆτις. Suidæ, lapis occulta quadam naturæ ui ferrum ad ſe trahens, qui & magnes dicitur. Plin. lib.36. cap.16. Quid ferri durius pugnacius? ſed cedit & patitur mores. Trahitur nanq; à magnete lapide: domitrix illa rerum materia ad inane neſcio quid cunit: ut propius uenit, tenetur aſſiſtitq;, & complexu hæret: ſidertin ob hoc alio nomine appellant, quidam heracleon. Hæc ille. Rationem autem nominis hanc afferunt, quòd primùm inuentus ſit circa Heracleam Magneſiæ ciuitatem. Meminit huius lapidis & Cale. lib.9. Simpl. eſt ad quẽ auri bonitatem exploramus: quem & Lydium lapidem & coticulam appellamus. Plin. lib.33.cap.8 Auri, argentiq; mentionem comitatur lapis quem coticulam appellant, quondã nõ ſolitus inuenirj, niſi in flumine Tmolo, (ut autor eſt Theophraſtus) nunc uerò paſſim: quem alii heraclium, alij Lydium uocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum è uena lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri ſit in ea, quantum argenti uel æris ſcrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. Hinc factum eſt ut Heraclius lapis prouerbiali ſpecie dicatur de hominibus exactiſſimi iudicii. Vide Prouerbia Eraſmi.

Hĕrbă, bæ, f p quod ab radice foliatum, ſine caudice prouenit ſemenq; cauli fert, ut frumenta, atq; olera. Herba Apollinaris, id eſt, hyoſciamus. Vocatur & μετώπιον patrio nomine, Aegyptium quoddam unguentum, propter galbani mixtionem. Nam lignum in quo galbanum naſcitur, Metopion quoq; uocant. Deſcribit hoc unguentum Dioſ.lib.1. cap.70. Herba tortis abſynthium. Herba ſancti Iohannis. uide perforata. Herba Mercurij, Mercurialis, apud Dioſc. lib.4. cap. 201. Herba Nerualis, Græcè παλινύσσος, fortaſſe Arnogloſſon. Vtitur ea Scribon. Largus. Herba pedicularis, ſtaphiſagria. Herba Regia, artemiſia, apud Dioſc. lib.3.cap.125. Herba Rumalis, ſpondylion apud Dioſcor. libro 3.cap.88. Herba ſtatoria, id eſt, peucedanum. Herba Stellaris græcè ἀστήριον, figura ſtellæ ſimilis, noctu lucens, quam medici tradunt qualitatẽ habere Roſæ, utiq; contra morbos genitalium, eamq; mirabilem. Herba inſana, id eſt, hyoſcyamus: ſic enim Serenus hanc appellat: & quæ uulgari ſermone Inſana uocatur. Græcus hyoſciamus propria ſcit dicere lingua. Herba fullonum, Lege Struthium. Herba Leonina, orobanchẽ. Lege quid ſit Orobanche, uel erui angina. Herba ouilla, plantago, Herba presbyteri. Lege Geronto pogon. Her. Saponaria. Lege Struthium. Herba Veneris, ſatyrion, apud Dioſ.lib.3.cap.145. Herba Venerea. Multas herbas in Dioſc. ueniunt hoc nomine metaphora tracta aut ab amore, uoluptate, aut dea ipſa Venere. Sic Siſymbrium quoq; Dioſ. uocat. Herba uiperina, id eſt, echion. Lege Dioſ. & Nicandri Echion Herba Viceolaris quæ ſit, ignoro. Vtitur ea Scribonius ad dolorem aurium. & tinnitum eorum, ab aliquibus ſcribitur per diphtonhgũ, quòd credant ab hærendo deductũ eo quòd terræ hæreat, βοτάνη πόα. Sed hæc etymologia, ut nimis friuola, ridetur à Tortelio, neque cuiquam eruditorum placet. Significatio eius nota eſt. Ouid.2.Metamor inq; ſolo, quod texerat herba, iacebat. Ver.9. Ecloga. Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis Spargeret? aut uiridi fontes induceret umbra? Herbã porrigere, ſiue Dare herbam tritum eſt prouerbium, pro eo quod eſt, ſe victum fateri, & aduerſarium ſuum victorem agnoſcere. Tractum (ut indicat Feſtus) ab eo, quòd olim paſtores curſu certãtes, quum ſuperati eſſent, herbam ex eodem loco ſtatim decerptam, aduerſario porrigebant, uictoriæ agni tæ ſymbolum. Nonius Herbam ueteres palmam, uel victoriã dici uoluerunt. Ver.3. Georg. atq; immemor herbæ Victor equus. Accius Meleagro, Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent pro ſe quiſq;. Hæc ille. Vide plura apud Eraſ. in Adag.

Herbula, æ, f. ſ. diminutiuum. Cic.2.de Natura deorum, Cerũq; antea partum perpurgant ſe quadam herbula quæ ſeſelis dicitur.

Herbaceus, a, um, quod eſt ex herba: ut Corona herbacea: aut quod in herbam excreſcit & aſſurgit. Plin. lib.12.cap.13. Herbaceum amomum petus.

Herbeus, a, um. Idem quod uiridis, uel herbæ colorem habens. Plaut. in Curc. Qui hic eſt homo, Cum collatiuo uẽtre, atq; oculis herbeis?

Herbarius, a, um, Quod ad herbas attinet. Inde Herbaria ars dicitur, qua herbarum uires dignoſcimus: pro qua etiam herbariam ſubſtantiuè dixit Plinius libro 7. cap. 56. Herbariam, & medicamentariam à Chirone Saturni & Phylliræ filio, &c.

Herbarius, m. ſ. ſubſtantiuum, Qui Herbas, earumq; uires cognoſcit, & ex iis medicamenta efficit, βοτανολόγος Pli. lib 20. cap.17. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma imposuit cum opio.

Herbifer, a, um, Herbas producens. βοτανοφόρος. Plin.lib.25.ca.8. Alioqui herbiferum eſſe Pelium montem in Theſſalia.

Herbilis, & hoc herbile, Quod herba paſtum eſt: ut Anſeres herbiles, quos Feſtus maiores eſſe aſſerit, quàm qui frugibus alti ſunt.

Herbeſco, is, ere. n. t. Eſt herbam producere, uel in herbam cõuerti, βοτανοῶσθαι. Cic. de Senec. Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo uiridi tatem, quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit. Pro eodem etiam apud Plin. legitur Herbaſcere. Ita enim ait lib. 19. cap. 8. Quin & ouillo ſimo nominatim uti: quoniam aliud herbaſceret. hoc eſt, herbas emitteret.

Herboſus, a, um. Herbis abundans, βοτανώδης. Plin.lib.33.cap.4. Vlex ſiccatus uritur, & cinis eius lauatur, ſubſtrato cæſpite herboſo, ut ſidat aurum. Ouid. 14. Metam. Soluitur herboſo religatus ab aggere funis.

Herbigrada cochlea, quæ ſuper herbam graditur. Cic.2. de Di.

Herbidus, a, um. Idem quod herboſus, hoc eſt, plenus herbis, βοτανώδης. Plin. in Epiſt. Nulla in hoc nauis (ſacer enim eſt) ſed innatant inſulæ herbidæ, omnes arundine & iunco tectæ. Herbidus color, eſt qui herbam refert. hoc eſt, uiridis. apud Plin. lib.12.cap.14. Herbidæ ſegetes. Col. lib. 1. cap.6. Herbidus locus, uel campus. Liu. 1. ab Vrbe, &9.

Herciſcere, uide Erciſcere.

Hercule, & Hercle, Hercules, Mehercules, & Mehercule, aduerbia ſunt iurandi, ab Hercule deducta: quaſi dicas, per Herculem, νὴ τὸν ἡρακλέα. Terent in Eunuch. Hercle hoc factũ eſt. Cælius Ciceroni libro 8. Et hercule confecta omnia fœdè & inhoneſtè ſunt. Idem de Clar. Orat. Et Hercules hæc quidem extant Idem pro Plancio. Verè me hercules dicam. Idẽ Cælius lib.2. Mihi mehercule magnæ curæ eſt Aedilitas tua. Idem de Oratore: Libentius dixerim Mehercule, quàm Mehercules.

Herculis genitura, Ruſcus uel myrtus ſyluestris apud Dioſcor. lib.4.cap.147.

Herculis ſanguis, id eſt, Crocus. Tam multæ apud Dioſcor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& Apuleium eius cognominis, & herbæ aliæ.

Herculis farina, id est, Irion, Lege Irion.

Heri, id est, hesterno die, χθές, ἐχθές. Cic. ad Attic. Lepidus ad me heri uesperi literas misit Antio. Dicitur etiam Here, propter cognationem literarum i & e, ut uespere & uesperi. Terentius in Eunucho, Inhonestum hominem q iem mercatus est here?

Hesternus, a, um, χθιζός, χθεσινός, sicut à cras crastinus, ut Dies hesternus, nox hesterna. Ouid. Epist. 18. Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti: Nocte sed hesterna lenior aura fuit. Accipitur nonnunquam pro pridianus. Terent. in Eunuch. Quo pacto ex iure hesterno panem atrum uorent.

Hericius, cii, animal est spinis horridum, sese, dum metuit, in globum conuoluens, ἐχῖνος χερσαῖος. Aliis nominibus, herinacius, & echinus terrestris dicitur. In sepibus dumosis & uineis per Autumnum præcipuè uersatur. Conditur in arboribus hyeme, & cibis p ræstatem paratis uescitur. Vbi senserit uenatores, contractis ore & pedibus conuoluitur, in formam pilæ, ne quid comprehendi possit præter aculeos. Sunt è genere eorum maiores histrices quibus longiores aculei: de quibus infrà. Vide plura apud Plinium lib. 8. cap. 57.

Herifuga, **Herilis**, uide Herus.

Herinacius, Echinus terrestris, qui & hericius dicitur, ἐχῖνος χερσαῖος. uide suprà in dictione Hericius.

Hermæ, ἑρμαι. Statuæ erant siue signa, & præcipuè trunci, quorum capita permutari poterant: cuiusmodi Athenis plurimi erant Mercurii imaginẽ referentes: à quo & nomen acceperũt Nã Mercurius Græcis dicitur ἑρμῆς Cic. ad Att. lib. 1. Hermæ illi tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, nunc admodum me delectant. Probus Aemilius in Alcibiadem Plutarchi, Id quum appareret, priusquã classis exiret, accidit ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant, Athenis deicerentur, præter unum qui ante ianuã erat. Suidas dicit Hermas, statuas dictas, quòd plurimùm Mercurii statuæ delineantur. Vnde uidetur profectum esse uulgatum illud prouerbium, Non ex quouis ligno fit Mercurius. Solebãt autem Hermæ præcipuè circum sepulchra erigi, ad propagandam defunctorũ memoriã. Solebant præterea Romani Mercurii ac Mineruæ statuas cõiungere in gymnasiis, dicaréq; quas Hermathenas Cicero nominat. lib. 1. ad Attic. Epist 2. Quod ad me (inquit) de Hermathena scribis, mihi pergratum est ornamentum academiæ proprium meæ quòd & Hermes commúne omnium, & Minerua singulare est insigne eius gymnasii.

Hermathena, ἑρμαθήνη, Mercurii ac Mineruæ statua coniuncta. uide Herma.

Hermenia, ἑρμηνέα. Latinè interpretatio, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, quod est interpretari. Vnde duos illos libros Dialecticos, quos περὶ ἑρμηνείας inscribit Arist. nos De interpretatione dicere possumus.

Herminion, aloë apud Dioscor. lib 3. cap. 24.

Hermoglyphus, m. s. ἑρμόγλυφος, Statuarius: nam, ut suo loco diximus, Græci signa & statuas Hermas uocant: γλύφειν autem est sculpere.

Hermopolium, n. s pen. producta, ἑρμοπώλειον, Officina est uel alius locus in quo Hermæ, hoc est, statuæ, uel figura uendebantur.

Hermubais, magicè pteris, uel filix apud Dioscoridem lib. 4. capite 190.

Hermubotanion, Mercurialis apud Dioscor. libro quarto capite 201.

Hermupoa, ἑρμοῦ ποα, Herba, uulgò in uineis nascens, quã Græci linozostin uocant. Latini uerò Mercurialem, quasi Mercurii herbam. Plin. lib. 21 cap. 5.

Hernia, æ, f. p. Morbus est scroti intumescentis: & propriè quum erupto peritonæo, corpus aliquod in scrorum decideritκήλη Eius multæ sunt species: Enterocela, ἐντεροκήλη enim dicitur quum intestina dilabuntur in scrotum, hoc est, in sacculum illum qui ambit testiculos, quem Græci uocãt. ὄσχεον. Epiplocela, ἐπιπλοκήλη, quum omentum. Epiploente rocele ἐπιπλοεντεροκήλη, quum intestina simul cum omento eodem fuerunt delapsa Hydrocela, ὑδροκήλη, quum in alterum è testibus humor confluit. Has species nostri uocant Hernias (ut inquit Celsus) à duritie pellis, quæ fit post intestinorum descensum. Hernium enim durum & asperum dicitur. Tractum à Sabinorum lingua, qui herniam fasxum uocant Martial. Derisor Fabianus herniarũ. Omnes quem modo colei tumebant, Dicentem tumidas in hydrocelas. Ramices uerò uocant, cum integro peritonæo scrotũ aliqua ex causa intumescit, quorũ etiam aliquot faciunt species. Porocelã enim πωροκήλην uocant, quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit: Sarcocelam σαρκοκήλην, quum in ipso scroto concreuit caro: Cirsocelã, κιρσοκήλην, quum tumescentes uenæ scrotũ replent: Bubonocelã quũ illæso peritonæo, aliquod superiorum corporum non in scrotum, sed in inguen tantũ descenderit. Hæc tamen differentia inter ramices & hernias, ne ab ipsis quidem medicis semper obseruatur. De bronchocela antè diximus. Neq; enim illa inter species herniæ est connumeranda, utpote quæ non pudendas partes, sed collum infestat. Est enim bronchocele, tumor magnus & rotundus inter cutem & asperam arteriam, modò humor aliquis includitur: interdum etiam minutis ossibus pilis immisti. Sunt etiam qui herniam interpretantur testium rhecam, in illo uersu Martialis, Ingens iratis apparuit hernia sacris.

Herniosus, Qui herniam patitur, ἀδροκήλης.

Hernion, eryngion apud Dioscor. lib. 3. ca. 23.

Hero, herus, in genitiuo, uide Ero.

Herodius, uide Erodius.

Herõs, in genitiuo herois, m. t. pen prod. ἥρως. Dicti sunt antè à ueteribus heroës uiri nobiles & illustres, qui mortales quũ essent, rerum tamen à se gestarum magnitudine, quàm maximè ad deos immortales accesserunt, eamq; apud uulgus opinionem emeruerunt, ut post mortem in deorum numerum credantur relati, quales fuerunt semidii illi de quibus fabulantur antiquitas, quos altero parente deo, altero mortali prognatos credebant. Quanquam est uerisimilius hoc commentum à mulieribus excogitatum ad prætexendam adulteriorum turpitudinem Lucian. in 3. Dialog. mor. definit Heroës hunc in modum, ἥρως ἐστὶν ὃ μήτε ἄνθρωπος ἐστὶν, μήτε θεὸς, καὶ ἀμφότερον ἐστί, hoc est, Heros qui neque homo est, neque deus, & simul utrumq; est. Quod ab huius uocis origine attinet uariè sunt opiniones. Sunt enim qui heroëm dictum putent, ἀπὸ τοῦ ἔρου τῆς ἥρας, hoc est, ab amore uirtutis, prima uocali tenui mutata in aspiratam. Augu. lib. 10. de Ciuitate Dei, putat heroës dictos ἀπὸ τῆς ἥρας, hoc est, à Junone, primumq; nescio quem in eius filium Heroëm appellarum. Hoc uidelicet mysticum significante fabula, quod aër Iunoni deputetur, ubi uolunt cum dæmonibus Heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idem libro 7. autor est inter Lunæ gyrum & nimborum ac uentorum cacumina, aërias esse animas: sed eas animo, non oculis uideri, & uocari heroas, & lares, & genios. Martianus Capella in nuptiis Philologiæ, dicit Heroas ab Hera quæ terra dicitur nuncupatos. Horat. in Arte poëtica. Intererit multum Dauusq; loquatur an heros. Cicero ad Atticu libro primo Heros ille noster Cato. Et libro 14. Illi non heroës, sed dii futuri quidem in gloria sempiterna sunt. Vergilius sexto, Aeneidos tum maximus heros Maternas agnoscit aues.

Heroicus, a, um, ἡρωϊκός: ut, Heroica ætas, in qua heroës floruerunt. Et Heroicus uersus, quod eo genere carminis heroum gesta describantur. Cic. de Legib. lib. 2. Ne plus quatuor heroicis uersibus quos longos appellat Ennius.

Heroides, ἡρωΐδες, ἡρωΐναι, A ueteribus dictæ sunt fœminæ illustriores, quales sunt heroum uxores & filiæ. Papin. libro tertio. Sylu. Qua ueteres Latias, Gratiasq; heroidas æquas. Martialis. Mutatas formas heroidas insuper iisdem Addidit.

Heroina, æ, f. p. ἡρωΐνα. Dicta fuit ab antiquis quælibet fœmina illustris, ut sunt heroum filiæ, & uxores. Propert. lib. 1. Eleg. Illa fit Inachiis & blandior heroinis.

Herous, a, um, ἡρῷος, Idem quod heroicus: unde Heroi pedes dicuntur quibus in carmine heroico utimur. Cicero 3. de Oratore, Quare primùm ad heroùm nos dactyli, & anapesti, & spondei pedem inuitat Heroi carminis opus, Propertius libro 3. Eleg.

Herpacantha, acantha. Dioscor. lib 3 cap. 8.

Herpes, ἕρπης, Tumor contra naturam, siue ulcus, ab intemperie partis proficiscens, cũ affluxu flauæ bilis, ἀπὸ τοῦ ἕρπειν. id est, à serpendo nomẽ habens, propterea quòd ad uicinas partes proserpat, carnemq; sæpenumero usq; ad ossa deuoret; quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ret: quod quum fit, ἕρπης ἐσθιόμενος & à Græcis dicitur. Est item herpes, animalis nomen. Sic dicti, quòd ulcera proserpẽtia eo persanentur, Plin. lib. 30. cap. 11.

Herp ge, lege impetigo.

Herus, ri, m. s. Dominus, δεσπότης. Teren. in An Herus est, neq; prævidera. Cic. 2. Offic. Sed iis qui ui oppressos imperio coërcent, sic sanè adhibenda sæuitia, ut heris ita famulos, si aliter teneri non possunt. Verg. 3. Aen. Nec victoris heri tetigit captiua cubile. Herus interdum herilem filium significat, δεσπότης. Terentius in Andr. Quæ si non astu prouidentur, me, aut herum perfundabunt. Verba sunt Daui de Pamphilo herili suo.

Hera, ræ, priore corr. f. p. fœminiñ ab herus, idem est quod domina, δέσποινα. Ouid Epist. 9 Aequaq; formosæ pensa rependis heræ. Terent. in And. Quòd si omnes omnia consilia sua conferant, atq; huic malo salutem quærant, auxilii nihil afferant, Quod mihiq;, heræq; filiæq; herili est. Ennius apud Cicero li. 1. Off. Vosne uelit, an me regnare hera, quiúe ferat fors Virtute experiantur. Quo in loco nonnulli malè accipiunt heram pro Iunone. Nam in ea significatione (ut suprà ostendimus) priorem producit, quum hic corripiatur. Neq; alioqui aptè hic locus de Iunone intelligi potest, cui nihil cum bello est commercii, sed de Fortuna potius quæ in bello suo arbitrio uictoriam, cui sibi usum est parti, creditur tribuere,

Herifuga, gæ, com. p. Fugiens herum: ut Famuli herifugæ. Catullus, Patria ô mea creatrix, patria ô mea genitrix, Ego quam mi ser relinquens, dominos ut herifugæ Famuli solent, ad Idæ reculi nemora pedem.

Herilis, le, pen prod possessiuũ est ab hero deductũ, δεσποτικός. ut Herilis filius, herilia imperia. Plau. in Amph. Non soleo ego somniculosè herilia imperia persequi. Teren. in And. Herum felicitan nuptias conieci herilem filium.

Hesperis, dis, f. ἑσπερίς teste Plin lib 21. ca. 7 Herba est quæ noctu magis olet: unde & nomen inuenit.

Hesternus, a, um, Quod heri fuit χθιαός: ut, Dies hesternus, Nox hesterna. Ouid. in Epist. Eius ad Leandrum: Est mare (confiteor) nondum tractabile nauti: Nocte sed hesterna lenior aura fuit. Interdum idem est quod prid. anus. Terentius in Eunucho, Quo pacto ex iure hesterno panem atrum uorent.

Hetĕrŏclĭton, n. s. ἑτερόκλιτον, Quod à communi uulgataq; declinandi ratione deflectit, quasi alieno, & nouo quodam modo declinatum.

Heteroclitinus, lege Numerus.

Hetĕrŏcrănea, ἑτεροκρανία. Morbus est capitis, quum caput inæqualiter dolet, tumetq;, & inter pilos rotunda, & humida huleuscula surgunt, & pus mali odoris. Plin. libro 31. capite nono. Ad heterocrancas, capitisq; hulcera, & postulas, papulasue, &c.

Heterogenius, a, um, pen. cor. ἑτερογενής. Quod est alterius generis: cui opponitur homogenius, quod est eiusdẽ generis ὁμογενής.

Heteromaschala, n. s. ἑτερομάσχαλα, Vestimenta quæ ex altera tantùm parte uillosa sunt, & seruitiis dedicata. Contrà amphimaschala, & amphimalla, quæ ab utraque parte uillosa, & ingenuis dedicata sunt. Vide Bayf. de Re uestiaria

Hetĕrŏnyma, ἑτερώνυμα, lege Homonyma.

Heu, Interiectio est dolentis, & interdũ exprobrãtis, εἶμι. Iungitur nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo: de quibus ubiq; occurrunt exempla. Inuenitur etiam apud Plau. sæpiusculè cum datiuo, nisi exemplaria sint uitiosa. Ita enim legitur in Milone. Heu mihi, nequeo quin fleam. Idẽ in Merc. Heu miseræ mihi. Ibidem. Heu misero mihi: Si ille abierit, meæ omnes dicant esse ignauia. Sunt tamen qui his omnibus in locis legant hei. Pro eodem etiam dicimus Eheu: de quo suo loco diximus. Interdum etiam geminamus heu: sed tunc ferè ponitur sine casu Plaut in Pseud. Heu heu, quàm ego malis modis perdidi quod tibi deruli.

Heus, aduerbium uocantis, ὦ. Vergilius primo Aeneidos At prior, Heus, inquit, iuuenes, monstrate mearum, Vidistis siquam hic errantem fortè sororum. Terentius in Andria Heus euocate hue Dauum. Aliquando duplicatur, heus heus. Nonnunquam interiectio dolentis est: ut, Heus, etiã mensas consumimus, inquit Iulus. Aspiratur ẽtiam magis usu, quàm ratione originis, quum & Festus à Græco ὦ tradere uidearur quæ uox doloris est, unde & agritudinem deductã esse tradit.

Hexaclinon, n. s. pen. prod. ἑξάκλινον, Vocatur stibadium, hoc est, cœnatio sex lectos cœnatorios capiens. Mart. Sit testudineum mensus quater hexaclinon ingemuit.

Hexagonum, n. s, pen pro ἑξάγωνον, Sex angulorum. Colu. lib. 5. capit. 2. Si fuerit sex angulorum, ad quadratos pedes sic redigitur. Esto hexagonũ quoquo uersus lineis pedum triginta.

Hexameron, ἑξαμερόν, apud nos sex dierum, ab ἕξ & ἡμέρα,

Hexamĕtrum, n. s. pen. cor. ἑξάμετρος, Quod est sex mesurarum siue pedum: unde uersus hexametri dicuntur, qui sex constant pedibus. Cic. 3. de Orat. Solitus est uersus hexametros, aliosq; uariis modis atque numeris fundere ex tempore.

Hoxaphorum, ἑξαφόρον, Lecticam significat quæ à sex seruis lecticariis ferri solebat Mart. lib. 2. Laxior hexaphoris tua fit lectica licebit. Vide Lectica.

Hexaplum, pli. n. s. uel Hexapla, plorum, ἑξαπλᾶ exemplaria ab ἕξ & πλῶς, plica.

Hexastichum, ἑξάστιχον, Hordeum dicitur, cuius spicæ sex ordines habent, sicut distichum, cuius spicæ duos tantùm habent ordines. Colum. lib. 2. cap. 9. Proximus est his frumẽtis usus hordei: quod rustici hexasteicum, quidam etiam canthernum adpellant.

Hexecontalithos, ἑξηκοντάλιθος, Gemma quæ licet uireat in parua tamen magnitudine multicolor est: ita dicta quòd sexaginta colores habeat, ἑξήκοντα enim sexaginta, λίθος lapis Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Hexeres, pe pro ἑξήρης, Naues dicuntur quæ sex ordines remorum habent. Liu. 7. bel. Macedon. Regia classis septem & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat, præter has, decem triremes erant.

H I

H. In notis antiquorum, hæreditate iure, uel hercle iurauit. H. hic inuenies. HIC. IVEDF. REG. hic inuenies ædificium regale. HIC. LOC. HAER. NON. SEQ. hic locus hæredes non sequitur. HL. honesto loco, uel hic locus. H. L. D. hunc locum dedit. H. L. N. honesto loco natus. H. L. H. N. S. hic locus hæredes non sequitur. H. M. honesta mulier, uel hora mala, uel hora morris. H. M. A. D. H. N. T. R. A. N. hoc monumentum ad hæredes non transit. H. M. D. A. hoc mandauit Dauus Augustus. H. M. E. X. T. N. REC. hoc momentum exteros non recipit. H. M. D. M. A. Huic monumento dolus malus abest. H. M. N. E. N. SEQ. hoc momentum hæredes eius non sequuntur. H. M. H. N. S. hoc monumentũ hæredes non sequitur, uel hæredem non sequetur. H. M. M. Hic memoria mirabilis. H. M. P. hic memoriæ posuit, uel hęc monumentum posuit. H. M. S. M. hic mater sua mortua: uel hora mala sumpsit moram. H. M. S. S. E. H. N. S. hoc monumentum suis successoribus eadem hæreditate non succedit.

Hiacynthus, Delphinium, apud Dioscoridem libro tertio capite 28.

Hiasco, Hiato, Hiatus, uide Hio, hias.

Hiatula, lege Chamæ.

Hiberis, idis. ἴβηρις, Herba est folia habens nasturtii, uere uiridiora, caulem cubitalem, aut minorem, florem autem lacteum. Nascitur in incultis. Ruellius eam credit quam Latini lepidium syluestre, herbarii Valerinam pratensem appellant.

Hiberitis, id est, Iberis uel καρδαμαντικὴ Lege Iberis.

Hibiscus, siue hibiscum, Herba non dissimilis maluæ (ut inquit Theophr.) folio maiori, quam maluæ, pilosiori & caule ἀνθώδει. ἰβίσκος. Alio nomine althæa dicitur, & à uulgo seplasiorum Bismalua. Vsus eius ad rupta & tusses. Plinius libro 19. capit. quinto Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinæ utile. Verg. accipit pro iũci siue uiminis genere, Eclog. 2. quum dicit, Hædorum ẽt gregem uiridi compellere hibisco. Rectius Ibiscus scripseris sine h: siquidem à Dioscoride & Theophrasto tenui scribitur spiritu.

Hibris, uide Hybris.

Hibla, & Hiblæus, uide Hybla.

Hic Iste & Ille. Differunt in hunc modum: ut Hic cum suis deriuatis & compositis dicatur de persona, aut re loquentis, aut certè de re, aut persona illi proxima. Iste magis spectet personam audientis, quam nos uocamus secundam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

perſonam, hoc eſt, perſonam uel rem, ei cui loquitur proximam. Ille uerò adtertiam perſonam refertur, quæ remota eſt tam à loquente, quàm ab audiente. Cic. Curioni, Putareſne unquam accidere poſſe ut mihi uerba deeſſent, neq; ſolùm iſta ueſtra oratoria, ſed etiam hæc leuia noſtratia? Eadem quo que ratio eſt eorum aduerbiorum, quæ localia nominata, ab iiſdem pronominibus formantur: ut Hîc denotet locum primum, in quo eſt is qui loquitur, aut ſcribit. Iſtic, ſecundum locũ ubi eſt cui loquimur, aut ſcribimus: Illic, tertium & remotum quendam locum, in quo neq; ego ſum qui loquor aut ſcribo, neque tu: ſed tertius quidam locus remotus ab utroq; noſtrûm. Quare ſic aptè loquemur, Hîc noui habemus nihil: quòd ſi quid iſthic uobis acciderit, ſcire cupio. Ité ſic, Regis Hiſpanorũ oratores, qui diebus ſuperioribus hâc iter habuerunt, ad quod tẽpus iſtuc peruenerint, facito me certiorem. Cic. Valerio, Ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quàm iſtic, ubi ſolus ſapere uideare. Ille uerò, ἰκεῖ &, cum aduerbiis ab eo formatis (quemadmodum iam diximus) ſignificat rem ſeu locum ab utroq; remotum. Plaut. Quis eſt, quem uidemus uenientem pannoſum ac ſqualidem? Illéne eſt noſter Syrus? Pli. Hæc omnia ad nos ex illa prouincia comportantur. Illinc ſucci, illinc odores, illinc extremo orbe quę ſitæ luxuriæ opes. Duobus autem modis cõſtruuntur, demõſtratiuè & relatiuè. Teren. in Eunu. Vidén' tu illum Thaisa? Seneca, Et qui hoc facit, ſanè prudens appellandus eſt. Et tunc hic, eandem ſignificationem habet quam is: à quo in nominatiuo pluralis numeri & maſculini ac fœminini generis, ſcriptura diſtinguitur. Hi enim hæ cum aſpiratione & una uocali, ab eo quòd eſt hic & hæc deſcendunt. Ii uerò, & hæ, cum duabus uocalibus ſine aſpiratione fiunt ab is, ea, id. Sciendum quoq; eſt, quòd hic, quum pronomen eſt, indifferenter producitur, aut corripitur. Verg. 4. Aen. Solus hic inflexit ſenſus, animumq; labentem. Idem libro primo Aen. Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. Quãdo uerò aduerbium eſt, producitur: ut, Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma. Hic interdum accipitur pro talis, apud Ver. lib. 9. Aen. Hunc ego te Euryale aſpicio. Hîc aduerbium non iuuenuſtè accipitur pro tunc. Verg. lib. 1. Aen. Hîc regina grauem gemmis, auroq; popoſcit, Impleuitq; mero pateram. Præterea quemadmodum hic pronomen accipitur aliquando pro talis, ita hîc aduerbium pro in tali loco. Plau. Hîcné eſſe oportuit qui frugi eſſent? hoc eſt, in tali loco, & tam fordido. Accipitur quandoq; iſte pro hic. Cic. Quum iſto tempore ſtent cum gladiis armati. Hic & is, alio modo uſurpari ſolent ab autoribus: ut, Alexander paruis copiis fretus ſuperauit Darium cum infinito exercitu, & id (κατὰ τοῦτο) uel hoc in adoleſcentia. Ab hic tam pronomine, quàm ad uerbio, fiunt hicce, & hiccine, οὗτοσί: illud eiuſdem ſignificationis cum hic, hoc ſemper interrogatiuè ponitur, quaſi hicne? Dicitur & hicce, hæcce, & hocce, τουτί. Vnde apud Terentium hice, plurali numero dicitur, pro eo quod eſt hi: Hice arbitrantur, nunc hoc munere ſuam eſſe Thaidem. Plautus in Capt. Hice autem inter ſe confinxerunt dolum.

Hiænæ uide Hyenæ.

Hiera, commune confectionis nomen ut apparet ex Auicenna & Galeno apud quos legitur Hiera Ruffini, Hiera Conſtantini, Hiera Galeni picra, id eſt, amara, ineptè pigra, ut legunt Barbari. Hiera Colocynthidos, confectio ex Colocynthide. Hieræ omnes dictæ ſunt à iuuamentis & ualore. Extant earũ diuerſas cõpoſitiones, quæ ab autoribus ferè nomina traxerunt, Scilicet Hiera Ruffini, Galeni, Hermetis, Conſtantini, Abbatis, Hieralogodion, &c.

Hieracites, ἱεράκιτης, Gemma eſt à colore accipitris ſic dicta, quem Græci, ἱέρακα appellant. Vide Plinium libro 37. capite 10. & 11.

Hieracium, ἱεράκιον, Herba eſt duorum generum. Hieraciũ maius caulem emittit aſperum, ſubrubrum, ſpinoſum, canum: folia ex interuallis rariuſculè diuiſa, ſimilia ſoncho per ambitum: flores autem luteos in capitulis. Hieracium minus, folia ex interuallis habet diuiſa in ambitu, cauliculos teneros, uirentes, in quibus lutei flores in orbem circinati emicant, apud Dioſcor. libro 3. capite 70 Hieracia à Plinio inter agreſtis lactucæ genera numeratur, dictamq; exiſtimat ab eo quòd accipiter eius ſucco oculorum caliginem diſcutiat. Vide locum ipſum libro 20. capite 7. & apud Dioſcor. libro 3. cap. 70.

Hieracopodion, lychnis agria, apud Dioſc. lib. 3. cap. 114.

Hierañoſos, morbus ſacer propter admirationẽ, ut inquit Cleomenes, quòd nihil habeat ſimile cum aliis morbis, curatur q; exercitationibus uel incantationibus. Aelian. uerò dicit ob Herculem, qui eo tenebatur, dici ſacrum.

Hieranthemis, uide Eranthemis.

Hiera picra, ἱερὰ πικρὰ, Confectionis genus eſt, à Galeno inuentum, ita dictum ab amaritudine aloës, quam multum recipit.

Hierarchia, f. p. ἱεραρχία. Sacrorum principatum ſignificat & Hierarcha ἱεράρχης, ſacrorum præfectum. Dionyſius in libro de Eccleſ. Hierarch. Hierarchiam definit ordinatam omnium Sacrorum adminiſtrationem: & hierarchen, utrum diuinum omnium eorum quæ ad Sacrorum cognitionem pertinet, peritum.

Hieratica, f. p. ἱερατικὴ, Chartæ quoddam genus ſubtilius, religioſis tantùm uoluminibus dicatum, quæ ab adulatione Cæſaris Auguſti nomen accepit. Plin. lib. 13. cap. 11.

Hieris, id eſt, conſecratrix atque ſi Verg. credimus, pro Conſecratione Hieris legendum eſt apud Dioſcor. lib. 3. de Iride Illyrica.

Hierobothanæ, ἱεροβοτάνη, Verbenaca herba, ab uſu nomen ſortita, quòd ea in ſacris uterentur, ad Iouis menſam uerrendam, domumq; luſtrandam. Hanc etiam legati ad hoſtes ituri manu ferebant. Duo eius ſunt genera, quæ uide apud Plinium lib. 25. cap. 9.

Hierobryncas, Geranii genus aliud, apud Dioſcoridem libro 3. cap. 130.

Hierocomion, ἱεροκομεῖον, Locus eſt in quo leproſi aluntur, ἱερὰ enim inter cætera, elephantiaſim ſignificat, quam Arabes lepram appellant.

Hieroduli, iorum, pen. pro. ἱερόδουλοι. Sacrorum miniſtri Iulius Firmicus lib. 8. Matheſeos, ſcribit futuros ædituos, aut herodulos qui habuerint horoſcopum in uigeſimaſexta parte Geminorum.

Hieroglyphicæ literæ, ἱερόγλυφα γράμματα, Dictæ ſunt apud Aegyptios notæ quorundam animaliũ, aut aliarum rerum, factis monumentis quæ illi hieroglyphica uocabant, in ciſæ: quibus uice literarum utebantur, quũ literæ adhuc non eſſent inuentæ. Quod etiam apertiſſimè teſtatur Cornelius Tacitus. Primi, inquit, Aegyptii per figuras animalium ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ ſaxis impreſſa cernuntur, & literarum inuentores perhibentur.

Hieromyrtos, Ruſcus, Dioſc. lib. 4. cap. 147.

Hieronicas, ἱερονίκας, Vocamus uictores ſacrorum certaminum, hoc eſt, Olympiorum, Pythiorum, Iſthmiorum ſeu Nemeæorum

Hierophanta, m. p. ἱεροφάντης, Aedituus, ſacrorum cuſtodiæ præfectus. Hieronymus contra Iouinianum, Hierophantas quoque Athenienſium uſque hodie cicutæ ſorbitione caſtrari: & poſtquàm in pontificatum fuerint electi, uiros eſſe deſinere. In quem locum annotauit Eraſmus, Hierophãtas non propriè dici ſacerdotes, ſed magis ſacrorum cuſtodes, quos Latinè uocamus ædituos. Hierophantæ dicti ſiue ab eo quòd ſacra oſtenderent, ſiue quòd ſacris cibis ueſcerentur, Nonnunquam tamen accipimus pro ipſis ſacerdotibus.

Hierophylax, lacis, ἱεροφύλαξ, cuſtos ſacrorum, quaſi τὰ ἱερὰ φυλάττων. Scevola de Ann. l. 2. Annua ſacerdoti, hierophylaci & libertis.

Hieroſiarchus, dicitur qui præpoſitus rebus ſacris fuiſſet quaſi princeps ſacrorum, ἀπὸ τοῦ ἱερὸς quod eſt ſacrũ, καὶ ἀρχὴ. princeps, quaſi rerum ſacerdotii caput, pontificis Maximi proprium eſſe cõuenit. Alex. de Alex. Genial. dier. libro quinto capite 18.

Higía græca, id eſt, Saluatrix græca: ut inquit Nicolaus ex græcis ſcriptorum originem habens.

Higra, radix piperis, coſto ſimilis guſtu.

Hila, f. p. ἵλιον. Inteſtinum tenue, ab hira, ſiue ab hilum (inquit Varr. lib. 4. de Lingua Latina) quod eſt minimum. Vnde quandoq; hilæ, pro inteſtinis, farris, aut lucanicis, accipi ſolent. Plaut. Atq; hilas fumatas, & ſumen. Ab hila, ſiue ab hira, ut Feſto placet, fit diminutiuum hilla. Horat. 2. Sermonum, Satyra 4. Perna magis, an magis hillis Flagitat immorſus refici. Quandoq; ponitur pro eo inteſtino quod in anum reſoluitur, quod medici uocant rectum, Laberius

Næuo

Næue aliter hunc pędicabis, quomodo uideo adulescenti nostro cædis illas.

Hilăris, hilare, pen. cor. om. t. Iucũdus, lætus, ἱλαρός, φαιδρός Plaut. in Asinaria. Credam istuc, si esse te hilarem uidero. Cicero ad Q. fratrem, Risi ninem atram, tetq; hilari animo esse, & prompto ad iocandum: ualde me iuuat. Horatius primo Epist. 19. Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi Teren. in Eunu. Certè tu quidem pol multò hilarior. Pro eodem etiam dicimus Hilarus, ra, rum, Plaut. in Milite, Hilarus exit, impetrauit: inhiat quod nusquam est, miser. Terentius in Adel. Ita ut decet hilarum ac lubentem fac te in nati nuptiis.

Hilarulus, hilaruli, diminut. Cic. ad Att. lib. 16. Attice quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis uerbis suauium des.

Hilaritas, f. t. pro festiuitate & iucunditate, ἱλαρότης. Cic. Dola bellæ, Sed tamen hilaritas illa nostra, & suauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis est. Idem primo de Fin. Non enim hilaritate, nec lasciuia, nec risu, aut ioco comite leuitatis: sed sæpe etiam tristis firmitate, & constantia, sunt beati.

Hilarè, & **Hilariter** aduerbia, Idem significant quod latè, seu cũ hilaritate, φαιδρῶς. Cic. de Fin. lib. 1. Dicimus aliquem hilarè uiuere: igitur si semel tristior effectus est, hilara uita amissa est. Idem 3. de Oratore, Quis unquam res, præter hunc, tragicas, penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica propè uenustate tractauit?

Hilaritus, pro hilariter dixit Plaut. in Mil. Es, bibe, animo obsequere mecum, atq; onerato hilaritus me.

Hilaro, ras, a. p Lætitiam iucunditatẽq; do, lætifico, φαιδρύνω, ἱλαρύνω. Cic. lib. 1. de finib. Omnem enim iucundum motũ quo sensus hilaretur, Græcè ἡδονὴν, Latinè uoluptatem uocant. Palladius. Quæ mansiones hyemi parantur, ita sunt constitutæ ut possit eas hyberni Solis totus propemodum cursus hilarare. Huius compositum est exhilaro.

Hilarescо, n. t. Hilaris fio, ἱλαρύνομαι. Varro, In uotum amicorum domus fumat, hilarescо.

Hilaria, orum, n. s. ἱλαρά, tantũ pluraliter, & gen. neutri: sicut Saturnalia, antiqui diem æquinoctii uerni colentes appellarunt, ut inquit Macrobius, nempe octauum Calend. Aprilis, quo fit æquinoctium uernum: quo primùm tempore Sol diẽ longiorem nocte protendit. De his meminit Flauius Vopiscus in Aureliano. Vide Budæum in Epist.

Hilarodus, di, m. s. ἱλαρῳδὸς, lasciui & delicati carminis cãtus, ab ἱλαρὸς & ᾠδὴ.

Hilum, li, n. s. Paruum illud nigrum, quod in summitate fabæ adhæret: unde & pro re exigua sumitur, quæ parui uel nullius pretii est: quod Greci dicunt χρύ. Cicero secundo Tuscul. Tum illud quod Sisyphus uersat saxum, sudans nitendo, nec proficit hilum, id est, quicquam, tantillum, minimũ quic. Ab hoc nomine fit nihilum, quasi nehilum quidem: & per apocopen: nihil, & per syncopen nil. Lucretius Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti. Varr. lib. ultimo de Anal. Itaque ut eum quem putamus esse non hili, dicimus nihili: sic in quo putamus esse nequicquam, dicimus nequam.

Hin, Dictio est Hebraica, quam Hieronymus interpretatur esse genus mensuræ continentis duos coros Atticos, hoc est, duos sextarios Italicos. Vide interpretationes dictionum Biblicarum.

Hinc, aduerbium de loco, ut hinc ab læua, hinc ab ianua, hinc cuius est, hinc à nobis profectus, hinc eo, hinc euoco alium quem foras, hinc intrò concedam.

Hinna, lege Insolum.

Hinnio, nis, ni ui, nitum, pen prod. χρεμετίζω, Proprium est uocis equorum. Quintil. libro 1. capite 5. Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio uerustatis niterentur.

Hinnitus, tus, χρεμετισμός. Cic. 1 de Diuinat. Quum autem ali quantum progressus esset, subitò exaudiuit hinnitum, respexitq;, & equum alacrem aspexit.

Hinnus, hinni, m. s. Dicitur animal quod ex equo & asina nascitur. Varr. lib. 2. de Rerust. cap. 8. Muli & hinni bigeneri, at que insititii. non suopte genere ab radicibus. Ex equa enim & asino fit mulus: contra ex equo & asina hinnus. Ibidem paulò pòst. Hinnus qui appellatur ex equo & asina, minor est quàm mulus corpore.

Hinnulus, li, m. s. pe. cor. Ceruorũ, caprearum, caprecolorum, damarum, & similium fœtura, νεβρός. Accipitur etiam hinnulus pro paruo hinno, hoc est, pro fœtu ex equo & asina nato. Plin. lib. 8. cap. 44. Equo & asina genitos mares hinnulos antiqui uocabant: contraq; mulos, quos asini & equæ generarent.

Hio, hias, n. p. Propriè ore aperto spiritum emitto, χαίνω. Plin. lib. 8. cap. 27. Inuitat ad hiandum sui pabuli gratia. Idem lib. 10. cap. 33. Perdices hiantes per id tempus exerta lingua æstuãt. Accipitur etiam hiare pro sponte, uel aliqua ui externa aperiri, siue scindi: ut ligna hiant arditate, & tellus æstu. Sall. lib. 4. Atq; hiauit humus multa, uasta & profunda. Hiare flores dicuntur, quum aperiuntur. Propert. lib. 4. Nec flos ullus hiat pratis, quin ille decenter Impositus fronti langueat antè meæ. Hiare orationem, dixit Quin. lib. 8. cap. 6. quæ malè coninncta concinnataq; est. Per translationem, significat mirari, dubitare, stupere. Verg. lib. 6. Incertus clamor frustratur hiantes. Accipitur etiam hio pro cõcupisco. Seneca in Epist. Quicquid accepit, integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat.

Hiatus, tus, m. q. Propriè est apertio, oris, χάσμα. Cic. de Nat. deor. Quædam animalia cibum oris hiatu, & dentibus ipsis capessunt. Plin. lib. 8. cap. 16 Iuxta littus conspecto leone hiatu minaci, arborem fuga petit. Per translationem accipitur pro terræ chasmate, aliarumq; rerum apertione. Plin. lib. 36. cap. 15. Hauriri urbes terræ hiatibus publicus mortalium dolor est, Ouid. in Epist. Bris. Deuorer ante precor subito telluris hiatu.

Hiscо, cis, ere, n. t. Propriè est labra diducere, & loquendi gratia os aperire: διαίρεσθαι τὸ στόμα. Vnde etiam accipitur pro eo quod est trepidè, hæsitanter, & imperfectè pauca eloqui: quod Græci dicunt χρύζω. Cic. 5. Phil. Responderene ad hæc, aut omnino hiscere audebis? Verr. 3. Aen. uix pauca furenti Subiicio, & raris turbatis, uocibus, hisco. Dicitur tamẽ etiam de aliis quibusuis rebus. Vnde terra etiam hiscere dicitur, quum præ nimio æstu aperitur, & rimas agit. Ouid. 6. Epist. Hiscere nempe tibi terra roganda foret. Plaut. in Pseud. Tace, ædes hiscunt, hoc est, patefiunt, & aperiuntur. Inter hiare & hiscere, hoc interesse puto, quòd hiare, sit patentem esse: Hiscere uerò, patescere, id est, patefieri. Quandoque hiscere accipitur pro hæsitare, & dubitare, χασμᾶσθαι: Næuius, Hiscit: dubius est quid agat. Huius composita sunt, Dehiscо, & Fatiscо.

Hiascо, cis, ere, n. t. Hiare, & aperiri, χάινυμι. Cato de Re rust. ca. 17. Vbi primùm incipiunt hiascere, tum legi oportet. Hoc est, quando primùm incipiunt corticem inter apertum ostendere. De nucibus loquitur.

Hiato, hiatas, n. p. frequentatiuum est, significans sæpè, uel multùm aperior, χασμάω. Plautus, Si qua fortè concio est, ubi quum hiatare nondum in mentem uenit, &c. Laberius passiuo usus est, Hiatantur fores, inquit, pro eo quod est hiatant id est, patent.

Hippace, es, ἱππάκη. Caseus est ex lacte equino coagulatus. Plin. lib. 28. cap. 9. de caseis loquens. Sestius eosdem effectus equino, quos bubulo tradit. Hunc uocant hippacen. In quẽ locum Hermolaus, Hippocrates (inquit) distinguit lac equinum iam agitatum in partes tres: ex quibus quod supernatat butyrum uocatur, id quod fidit, hippace: tenue illud, quod in medio subsistit, ὀρρὸν, serum.

Hippaco, cas, n. p. pe. pro. Significat animũ celeriter duco, ut inquit Festus: ab equi habitu, qui est supra modũ acutus.

Hippagium, ἱππαγωγία, equorum ductio.

Hippagius, Alciato idem est qui armiger.

Hippago, ginis, n. t. Genus nauigii, conuehendis equis aptum, quod à Iulio Polluce, ἱππαγωγὸς dicitur: & à Liuio hippagoga. Ita enim ait lib. 4. bel. Maced. Forte postero die quàm Lybota classis tenuit, quinq; & triginta naues, quas hippagogas uocant, ab Elea profectæ, cum equitibus Gallis, equisq; Phanas promontorium Chiorum petebant.

Hiopagogeus, gei, m. s. ἱππαγωγεύς. legitur pro instrumento quo lapides expoliuntur.

Hippe, ἵππη, Chironis Centauri filia fuit, quæ quum in monte Pelio sese uenando exerceret, grauida facta est: & ob id patris indignationem timens, deorum miseratione in equam conuersa est, & in cælum translata. Nonnulli eam patrem esse dixerunt: sed quia deorum consilia hominibus patefeciisset, in equam esse conuersam.

Hippennemia, uide Hyppenemium.

Hippeus, ἱππεύς, Cometæ genus equinas iubas imitans,

celerrimo motu in orbem circum se euntes. Autor Plinius libro 2. cap. 25.

Hippelaphos, ἱππέλαφος, Animal in Oriente, cerui magnitudine, habens cornua, & iubas post collum descendentes usq; ad scapulas, & barbam sub mento. Theodorus ex Aristotele Equicerum uertit.

Hippi, ἵπποι, Cancrorum genus Phœniciæ peculiare, equorum propemodum celeritatem adæquans: unde & nomen accepit Plin. lib. 9. cap. 31. In Phœnice hippi uocantur tantæ uelocitatis ut cõsequi non sit. Est & hippi Ioniæ oppidũ iuxta Clazomenas, olim insula, sed ab Alexandro per duo stadia cõtinenti annexum. Vide Plin. lib. 5. cap. 29.

Hippiades, ἱππιάδες, Statuæ mulierum equestres appellabantur. cuiusmodi fuisse uidentur Amazonum, quas mortalium primas equum scandere ausas, Lysiæ oratori creditur.

Hippice, ἱππικὴ, Herba est, de qua Plin. lib. 25. cap. 8. Scythicam herbam in ore habentes, famem sitimq; non sentiunt. Idem præstat & hippice, dicta quòd in equis eundem effectum habeat.

Hippicum, est ut quidam uolunt stadium quater multiplicatum octies M. passus efficiens, estq; Hippicum mensuræ genus.

Hippobotos, ἱππόβοτος, equorum pastor.

Hippocampæ, ἱππόκαμποι, Equi marini, in piscium caudas desinentes: ita dicti à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt: κάμπη enim flexura dicitur. Plin. lib 36. cap. 5. hippocampos uocat, per secũdam nominum inflexionem: Sed in maxima (inquit) dignatione Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse, & Thetis, atq; Achilles, & Nereides supra delphinos & cete, & hippocampos sedentes.

Hippocampinus, a, um, adiectiuum, ἱππόκαμπινος. Hippocampinus cinis. Plin. lib. 32. cap. 5. Alopecias replet hippocampinus cinis. Plin. lib. 32. cap. 7. Alopecias replet hippocampinus cinis, nitro & adipe fullo mistus.

Hippocomi, ἱππόκομοι, Mangones ab equis curandis colorem fuco, robur inani sagina (ut ait Quintilianus) mentientes.

Hippodamus, mi, m. s. bellicosus, equorum domitor,

Hippodromus, m. s. pen prod. ἱππόδρομος Equorum curriculum, hoc est, ampla planities, in qua de pernicitate certatur circa pugnæ simulachrum, Nam stadium in quo equites imaginario prælio concurrere solebant, catadromus, κατάδρομος dicebatur Martialis libro 12. Puluereumq; fugax Hippodromõ ungula pulsat. Plaut. In Cistel. Dico ei, quo pacto eam ab hippodromo uiderim herilem filiam nostram sustollere.

Hippoglossa, siue **Hippoglossum**, ἱππόγλωσσον, Dioscoridis herba est folia habens syluestris myrti, concaua & spinosa, & in his ceu linguas quasdam, folio paruo exeunte de foliis. Plinius libro 27. capite 11. Ruellius existimat eam esse quem Itali sua lingua Bonifaciam, seu Linguam paganam appellant.

Hippoglottiõ, ἱππογλώττιον. Herba quam alii Daphnitin, alii Carpophyllon, & Alexandrinam laurum uocant. Plin. libro 15. cap. 30.

Hippolapathum, n. s. ἱππολάπαθον, Herba lapatho satiuo maior, candidiorq;, ac spissior, ut scribit Plin. lib. 20. cap. 21. Officinæ Paricellam appellant.

Hippomachia, pen. prod. ἱππομαχία, Pugna equestris.

Hippomanes, pen cor. gen. neut, secundum Priscianum, ἱππομανὲς ab equæ furore nomen habet, quasi ἵππου μανία. Quid autem significet, non satis conuenit inter scriptores. Seruius scribit esse uirus ex aquarũ inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem, quod inhumana uiscera descendens, furorem facit. Vergil lib. 3. Geor. Hinc demũ, hippomanes uero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine uirus. Sic Colum. lib. 7. Maximè itaq; curandum est ut tam fœminis quàm admissariis desyderatoribus, coëundi fiat potestas, quoniam id præcipuè armentum si prohibeas, libidinis extimulatur furiis. Vnde etiam ueneno indito est nomen ἱππομανὲς, quod equinæ cupidini simile mortalibus amorẽ accendat. Plin. uerò li. 28. ca. 11, & li. 8. ca. 42. asserit esse caruneulam in fronte pulli equini, caricæ magnitudine, colore nigro: quam statim edito partu mater è fronte dentibus conuellit. Quod si quis prius abstulerit, pullum mater ad ubera nõ admittit. Ver. 4. Aen. Quæritur & nascentis: equi de fronte reuulsus, Et matri præreptus amor. Hac carunculã mulieres medicamenta componentes, uertere hõminẽs feruntur in furorem.

Hippomanes, Capparis.

Hippomanes, Apocynon, apud Dioscor. lib. 4. cap 84.

Hippomarathrum, ἱππομάραθρον, Herba est foliis fœniculi, sed maioribus, & gustu acrior, quod nonnulli Myrsineum Officinæ Fœniculum syluestre appellant. Plinius lib. 10. capite 23.

Hippoperæ, f. p. penult. prod. ἱππόπηρα, Dicuntur sacculi quibus equites necessaria itineri secum circunferunt. Sen. in Epist. ad Lucilium. M. Cato Censorius, quem tam necessarium fuit. Reipubl. nasci, quàm Scipionem (alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit) canterio uehebatur, *hippoperis quidem impositis*, ut secum utilia portaret. Hæc à Pomponio Festo uocantur Bulgæ, Galli Malas uocant.

Hippophaes, ἱππόφαὲς, Frutex in maritimis fabulosisq; locis nascens: foliis quâ oleæ angustioribus: & inter ea spinis, quum arescunt, candidis, angulosis, geniculatim inter se distantibus, floribus hederæ corymbis similibus. Radix crassa est & amara, lacte madens, quod tapsiæ modo exceptum, aut per se cõditur, aut in eruina farina digeritur in pastillos. Romani lappaginẽ, seu lappulam uocant. Vtuntur hoc fructice fullones in poliendis uestibus.

Hippophæston, ἱππόφαισον, Spinæ fulloniæ genus est, in maritimis & fabulosis locis nascens, siue caule, siue flore, manib⁹ tãtùm calyculis, foliis paruis, & spinosis, radiculis molibus, & crassis: quarũ succus comitiali morbo utilissimus habetur, teste Plinio, lib. 16. cap. ultimo.

Hippophorbus. bi, m. s. ἱπποφορβὸς equorum pastor

Hippopion, pus, in oculi cornea, Auicenna uocat Ganiõ, in Siphac. Hali abbas Ganion post corneam.

Hippopotamus, m. s. pen. cor, ἱπποπόταμος, Equus fluuialis, seu aquaticus, in Nilo præcipuè nascens, binis unguibus quales sunt bobus, dorso equi & iuba, & hinnitu, rostro resimo, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis, sed minus noxiis. Huius meminit Budæus in Pandectis, & Plinius lib. 8. cap. 25.

Hippos, ἵππος, latinè dicitur equus à quo multa deducuntur.

Hipposelinum, n. s. ἱπποσέλινον, Apii genus est, satiuo multò maius, quod Romani olus atrum appellant. Hipposelinum dictum, quòd inter species apii longè maximum sit. Solent enim Græci, quum rem aliquam magnam significare uolunt, in compositione ἵππον, uel βοῦν præponere. Vide plura de hac herba apud Plinium lib. 20. cap. 12. & in Dioscor. lib. 3. capite 75.

Hippothæmosis, is, f. t. morbus equorum.

Hippotelæ, pulli asinorũ, ἱποτθῆλαι, uide Equuleus.

Hippotoxotæ, arum, m. p dicti sunt equestres sagittarii, ἱπποτοξόται ut est apud Hircium. 5. bel Asiat.

Hippuris, ἵππουρις, Herba, à Latinis equisetum dicta, & uulgò cauda equina interpretatur. Plinius libro 26. cap. 13. uide Equisetum.

Hippurus, ἵππουρος piscis ex genere locustarum, qui hybernis mensibus non capitur, propterea quòd id temporis frigoris impatientia in cauernas sese abdat. Vide Pli. li. 9. cap. 16. & lib. 3. cap. ult. Hippuri aũt pluralis numeri tantùm Taprobanæ insulæ portus est, cuius meminit idẽ Plin. lib. 6. cap. 22.

Hir, Nomen antiquum, quod pro uola, siue palma manus accipiebat, βίναρ. Genitiuum facit hiris, si Charisio credimus. Probus tamen mauult esse indeclinabile.

Hira, f. p. Intestinum ecphysi adhærens, quòd quia semper inane est, à Medicis ieiunum appellatur, ἐγκόιλιον, νῆστις. Hinc deducitur hilla, quod quamuis diminutiuum uideatur, eiusdem tamen est significationis cum primitiuo. Fuit item Hira, ἡ Stephano, urbs Messeniæ maritima, non procul à Pylo, Agamennonis imperio parens: cuius meminit Homerus. 11. Iliad.

Hirculus, m. s. Herba est semper nascens cum nardo Gallico eiq; simillima, qua utuntur qui syncerum nardũ uolunt adulterare, τράγος. Dioscor. In hoc tamen distat à nardo, quòd sine caulículo est, quodq; minoribus foliis radiceq; amara, & minimè odorata. Autor Plin. lib. 12. cap. 12.

Hircus, ci, m. s. per c. Dicitur caprarum admissarius, hoc est, caper, qui iam coire, & fœtere cœperit, τράγος. Horatius.

Epod.

Epod.16. Ametq; falſa leuis hircus æquora. Plaut. ad hominẽ tranſtulit immundum, & libidinoſum, quum ait in Aſin. flagitium maximum feci miſer, Propter operam illius improbi hirci edentuli. Mulgere hircos dicitur prouerbialiter de re abſurda. Verg.3.Ecl. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui, Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Hircus item dicitur alarum graueolentia, ad hirci animalis fœtorem accedens. Horat. Epod.2. Grauis hirſutis cubat hircus in alis. Catull. etiam caprum appellat, Valde ſub alarum trux habitare caper. Græcis enim τράγος dicitur: quo nomine Mart. quoq; uſus eſt, Inde tragos, celeresq; pili, mirandaq; matri Barba.

Hircinus, a, um, pe. pro. Nomen poſſeſſiuum ab hirco formatũ τραγικός: Apul. Homo ſordidus, & hircinã libidinẽ fœtens. Plin. lib. 12 cap. 17. In pellibus hircinis. Plaut. in Pſeud. Heus tu qui cum hircina ſtas barba, reſponde quod rogo.

Hircoſus, a, um, Qui hircum olet: hoc eſt, cuius alæ fœdum ſpirant odorem, τραγομάχαλος, κινάβρωδυς. Perſ. Satyr. 3. Hic aliquis de gente hircoſa centurionũ. Idem Satyr. 5. Dixeris hæc inter hircoſos centuriones. Id eſt, ruſticos olidos, & omnis nitoris expertes, inquit Budæus.

Hircipili, m. ſ. pen. cor Dicuntur homines qui pilos duros habent quemadmodum hirci, λασιότριχες. Feſtus.

Hires, Gnaphium, apud Dioſc. lib. 3 cap. 131.

Hirquitallire. Propriè de pueris dicitur, ſiue adoleſcentulis, qui iam pubeſcentes, uocem emittere incipiunt grauem & ſubraucam, quod ferè accidere ſolet ſub finem ſecundæ hebdomadis, teſte Cenſorino, aut ſub initiũ tertiæ, τροχίλαν. Quo tẽpore & pueros ipſos hirquitallios appellant: ſiue quod tum primùm, hircum incipiunt olere, ſiue quòd uocem edãt grauiorem & inæquabilem hircinæq; non diſſimilem.

Hirquus, per q Eſt angulus oculi, κανθός. Verg 3. Ecl. Tranſuerſa tuentibus hirquis. Tractum eſt ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, retortis in angulum oculis, capras obliquè aſpiciunt. Vide Seruium in locum Vergilii iam citatum.

Hirnea, æ, Vaſis genus, quod Plaut. in Amph. cirneam appellat. Cato de Re ruſt. cap. 81. Indito in hirneam fictilem.

Hirrire, proprium, eſt uocis canis rabioſi, ἀράξαν.

Hirſutus, a, um, Piloſus, ſetoſus, horridus, τριχώδης, λάσιος. Mar. lib. 10. Hirſutis ego cruribus geniſq; Os blæſum tibi, debilisq; lingua eſt. Verg. 7. Ecl. Sranț & iuniperi, & caſtaneę hirſutæ. Quo in loco Verg. uocat caſtaneas hirſutas quæ adhuc ſuis echinis includuntur. Plin. libro 20. capite 9. eius comparationis protulit, Folia habet bina, parua, rotunda, plantis oleris ſimilior, candidior ſarius, & hirſutior. Ouid. 2. Triſt. Sumpſerit annales, nihil eſt hirſutius illis. ubi pro auſtero & inamœno accipitur.

Hirtus, a, um, Idem quod hirſutus, λάσιος, τριχώδης Verg lib. 2. Geor. Hirtasq; capellas. Plin. lib. 11. cap. 37 Hirtus ſetis muſculus marinus. Ouid. 10. Metam. Canities rigidis ſtetit hirta capillis. Colum lib. 10. Talis humus uel paſtinatibus, uel ſepibus hirtis Claudatur. Hirta corpora, Plin. lib. 7. cap. 2. Hirtæ oues, Varr. de Re ruſt. lib. 2. cap. 2.

Hirudo, nis, pen. prod f. t. Sanguiſuga, ab hærẽdo carni dicta βδέλλα. Hor. de Arte Poẽt. Non miſſura cutẽ niſi plena cruoris hirudo. Plaut. Epidico, Iam ego me uortam in hirudinem atq; horum exugebo ſanguinem. Plin. lib. 32. cap. 10. Hirudinũ quas ſanguiſugas uocant, ad extrahendum ſanguinem uſus eſt. Hirudo ærarii, per translationem, hoc eſt, exhauſtrix Cic. ad Att. lib. 1. Accedit illud quòd illa concionalis hirudo ærarii, miſera & ieiuna plebecula me ab hoc Magno unicè diligi putat.

Hirundo, dinis, f. t. Auis notiſsima in tectis nidificans, ſub initium Veris ad nos tranſuolans, χελιδών. Ver. 4. Georg an tẽ Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo. Ouid 2. Faſt. Fallimur? an ueris prænuntia uenit hirundo. Plin. li. 10. capite 2. Abeunt & hirundines hybernis menſibus, ſola carne ueſcens auis, ex iis quæ aduncos ungues non habent: ſed in uicina abeunt, apricos ſecutæ montium receſſus, inuentæq; iam ſunt ibi nudæ atque deplumes Plautus in Aſin. Die igitur me tuam anaticulam, columbam uel catellum, hirundinem, &c.

Hirundinius, a, um. Quod eſt hirundinis: ut, Hirundinius nidus, apud Plaut. in Rudente, & apud Mart. li. 11. In nido ſeges eſt hirundinio. Hirundinius ſanguis. Plin. lib. 30. cap. 14.

Hiſciacus, uide Iſchiacus.

Hiſpidus, a, um, pen, cor. Hirſutus, aſper, ſetoſus, horridus, λάσιος, ἀκανθώδης. Vergil. cui laterum tenus hiſpida nanti Frons hominem præfert. Plin. libr. 16. Continentur hiſpido calyce. Hiſpidus aſpectus, apud eundem lib. 22. cap. 6.

Hiſpidoſus, ſa, ſum, Idem quod hiſpidus, λάσιος, τριχώδης. Catul. Non dico pueris, ſed hiſpidoſis.

Hiſſopũ ſiue Hiſſopus uulgaris notitiæ. Dioſ. libr. 3. cap. 28.

Hiſter, Hetruſcorum lingua dicebatur Ludio, ὑποκριτής. Autor Liu. 7. ab Vrbe. Vide Hiſtrio.

Hiſtoria, hiſtoriæ, ἱστορία. f. p Latinè narratio, & rerum geſtarum expoſitio. Propriè tamẽ eſt earum rerũ quibus gerẽdis interfuit is qui eas narrat, Vnde nomẽ habet, ἀπὸ τῦ ἱστόρειν. quod ſpectare, uel cognoſcere ſignificat. Plau. in Men. Quin nos hinc domum redimus: niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus Cicero 4. Acad. Sanè doctum hominem, ut indicat ipſius hiſtoria ſcripta Græcè. Accipitur etiam latius nomen hiſtoriæ, ut non ſolùm de narratione rei geſtæ dicatur, uerùm etiam de quauis interpretatione, ſeu expoſitione. Vnde Plin. opus ſuum ad D. Veſpaſianum, de naturali hiſtoria inſcripſit. Hiſtoriam Cicero aliis uocabulis uocat, Memoriam publicam, Memoriam rerum ueterum, Commemorationem antiquitatis. Monumenta rerum ueterũ, Monumẽta temporum, locorum, hominum, rerum geſtarum, Omnium ſecretorum memoriam. Quomodo autem differat ab Annalibus, uide in dictione Annales.

Hiſtoricus, Hiſtoriarum ſcriptor, ἱστοριογράφος. Cicer. pro Mur. Tua uerò nobilitas Serui Sulpiti, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior: populo uerò & ſuffragatoribus obſcurior. Idem in Topicis, Philoſ. Poëtæ, & hiſtorici.

Hiſtoricus, a, um, ἱστορικός. Quod hiſtoriæ proprium eſt: ut, Fides hiſtorica. Ouid. 3. Amorum, Obligat hiſtorica nec ſua uerba fide. Hiſtoricum ſcribendi genus. Cicer. de claris Orat. Non tam hiſtorico, quàm oratorio genere perſcripſit.

Hiſtorialis, hiſtoriale, Quod ad hiſtoriam ſpectat. Plin. lib. 16. capite 33. Trahiturq; etiam in picturas opere hiſtoriali.

Hiſtriones. m. t. Artifices ludiones, qui perſonati in ſcenis fabulas agunt, ὑποκριταί, μίμοι ab Hiſtria regione, ex qua primùm uenìſſe, indeq; nomen ſortitos eſſe, aſſerit Feſtus: cui tamen refragantur Liuius, Valeriusq;, ſcribentes nomen hiſtrionib. fuiſſe inditum, quia Hiſter Tuſco uerbo ludio uocabatur. Cic. lib. 4. Tuſc. Agũtur iſta præclarè, & ab oratore qui dẽ melius (ſi modò eſt orator) quàm ab ullo hiſtrione. Idem de Oratore, Roſcius & Aeſopus hiſtriones clari.

Hiſtrionia, niæ, uel Hiſtrionica, æ, Ars hiſtrionum, ὑποκριτική. Plaut. in Amphitryone, quaſi uerò nouum Nunc proferatur Iouem facere hiſtrioniam.

Hiſtricus, ca, cum. penult. cor. Quod ad hiſtrum, hoc eſt, ad hiſtrionem pertinet, ὑποκριτικός. Plautus in Pœnulo, Audire uos iubet Imperator hiſtricus. Hinc formauit diminutiuum Hieronymus contra Ruf. Si hiſtriculæ, & liuidæ mentis hominem à me ſubmoueo, & ad unum ſtipitem cũcta iacula dirigo, qui uulnera ſua partitur in multos.

Hiſtrionicus, a, um, Quod eſt hiſtrionis, ſeu quod ad hiſtrionẽ pertinet, ὑποκριτικός. ut, Ars hiſtronica, Hiſtrionicæ ueſtes, Hiſtronicus geſtus, Hiſtrionica uerba.

Hiſtrionalis, le, Ad hiſtrionem pertinens, ὑποκριτικός. ut, ſtudium hiſtrionale. Tacit. lib. 1. Miſcere cœtus hiſtrionali ſtudio doctus. Cic. de Orat. Vt laſciuia uerborum, grauitate ſententiarum, licentia compoſitionis, hiſtrionales modos expri-

Hiſtrix, Vide Hyſtrix. (mant.

Hiulcus, a, um, Fiſſus, fatiſcens, χασμώδης. Verg. 2. Georgic. Hoc ubi hiulca ſiti findit Canis æſtifer arua. Per translationem etiam orationem dicimus hiulcam, quæ malè cohæret. Cic. de Orat. Nec aſper uerborũ concurſus ſit, neue hiulcus. Diom. hiulcos uerſus uocat exiles, & quaſi in media parte hiantes, ὑποσυνεμένους.

Hiulcè, aduerbium. Cicero de Orator. Ex quo ſic locutum eſſe eius patrem iudico, ſic maiores non aſperè, ut ille quem dixi, non uaſtè, non hiulcè, ſed preſſè, & æqualiter, & leniter.

Hiulco, as. a. p. Aperio, findo, hiulcum facio, χάω, διαχάω, χασμώδη ποιῶ, Catullus, Aeſtus hiulcat agros.

H O. In notis antiquorũ, homo. uel honeſtus. H O. H. homo honeſtus. HOM. homo. H. HON. homo honeſtus. H O R. VL hora ſexta. H O S. hoſtis. H. O. S. hic hora ſecunda. HP. honeſta perſona, uel honeſta puella, uel hora peſſima,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uel hic posuit uel possint. H.POSS. hæreditatis possessor, uel possessores. H.PS. hora pessima. H.R. hæres. H.R. honesta ratio H. R, I. P. hic requiescit in pace. H.S. uel. H. hora secunda, uel sacra. H.S. hic sunt, uel hostia sacrilega. HSB. hostibus. H.S.E. hic sepultus est, uel hic situs est. H.S.H. N.S. hoc sepulchrum hæredes non sequuntur. H.SPL.M.A. hæc sepultura modo aucta. HSS. hostes HS.S. hostes sacrilegi. H.S.S. hic sepulti sunt. H.S.V.F.M. hoc sibi uiuens fieri mandauit.

Hoc, Pronomen demonstratiuum neutri generis τοῦτο. cuius masculinum est Hic. Vergil. lib. 4. Aen. Hoc illud Germana fuit? Migrat interdum in aduerbiũ, idemq; significat quod Huc, δεῦρο. Verg. 8. Aen. Hòc tunc ignipotens cælo descendit ab alto. Sic enim legit Priscianus.

Hodie, Hoc die, σήμερον, καὶ τήμερον, ἀττικῶν. Cic. 3. Verr. Nonæ sunt hodie Sextiles: hora nona conuenire cœpimus. Accipitur item pro nunc siue hoc tempore, siue hac ætate, Plautus in Asin. Censen' tu illum hodie primum ire affectum in ganeum? Terent. in Eunu. O populares, ecquis me uiuit hodie fortunatior? Cic. pro domo sua. Hodieq; Volaterrani nõ modò ciues, sed etiam optimi ciues, fruuntur nobiscum simul hac ciuitate.

Hodiernus, a, um: ut Hodiernus dies, ἡ τήμερον, ἡμέρα. Cic. 3. in Catil. Neq; à nobis ante hodiernum diem collocaretur. Idẽ ibidem, Vt quum hodierno mane per forum meo iussu, & coniurati, & eorum indices in ædem Concordiæ ducerentur. &c.

Hodœdocus, ci, m. ὁδοιδόκος, latro & uiarum obsessor, ab ὁδὸς & δέχομαι.

Hodeporicum, ὁδοιπορικόν, Commentarius itineris cuiusquam, eorumue quæ itinere acciderunt, descriptionem continens: quod & itinerarium Latinorũ nonnulli uocauerunt Græci enim ὁδοιπορεῖν dicũt, pro eo quod est iter facere: & uiatorem ipsum ὁδοιπόρον appellant.

Hodœporus, ὁδοιπορὸς, uiator dicitur.

Hoi, Interiectio deplorantis. Teren. in Eunu. obsecro te uerò Phædria. PH. Intrò. DO. hoi hei.

Holimos, hepatis dolor. Sic enim Archigenes uocat. Dictus est autem sic, id est, tractorius inferens, torpidus atq; atrocius molestans. At uerbum illud inquit Galen. de locis affect lib. 2. Græcis inusitatum. Sunt qui eum hepatis dolorem interpretantur cum uel induratum est uel inflammatum. Vel cum diuturno laborat morbo, uel cum mediocri afficitur dolore, uel ut aliis placet, acri & uehementi. Deniq; dura hepatis dispositio uocat Scirrhus, quod scribit Paulus Aegineta. lib. 3.

Holcus, ὁλκὸς, Herba aristas è corpore educens: Vnde & nomen accepit, ἀπὸ τοῦ ἕλκειν, quod est trahere. Plin. lib 27. cap. 10. Holcus in saxis nascitur: aristas habet in cacumine tenues, culmo, quale hordeum restibile. Hæc circa caput alligata uel circa lacertum, educit è corpore aristas. Hanc quidam ob id aristidam uocant. Hactenus ille. Multi zeam esse putant, interi saxa enascentem: alii syluestrem auenam.

Holmiſci, olentium molarium concauitates.

Holmos, Vide Thorax.

Holobaræ uestes, quæ ob aurũ intextũ graues sunt, βαρὸς enim Græcè grauem significat. Inde apud Homerum φαρέας βαρὺς. Alciat. C. de uest. holob. lib. 11.

Holobrizæ uestes, quæ totæ sunt ex obrizo: quod aurum purissimum est, & quantumuis coctum non diminuitur. Alc. C. de uest. holob. lib. 11.

Holocaustum, ὁλόκαυστον. Victima quæ detractis extis integra aræ imponebatur: παρὰ τὸ ὅλον κατακαίεσθαι, hoc est, ab eo quòd totum cremaretur. Idem & holocautoma ὁλοκαύτωμα hic ear à uerbo Græco ὁλοκαυτόω, quod est uictimas integras comburo.

Holocautoſis, ὁλοκαύτωσις, idẽ quod holocautoma.

Holographum phi pen cor ὁλόγραφον. Testamentũ quod totum testatoris manu scriptum est. Holographa epistola, quæ tota scripta est manu eius cuius nomine mittitur. Hieron. contra Ruf. quæ epistola holographa tenetur ab iis ad quos perlata est.

Holophanta, ὁλοφάντης, Qui ob consuenda mendacia uili conducitur mercede. Plaut. in Cure. Aedepol. nugatorem le pidam hunc nactus est Phædromus: Holophantam, an syco phantam hunc magis dicam, nescio.

Hololampus, ὁλολάμπος, totus flammens.

Hólopachion, ὁλοπάχιον, integer cubitus.

Holor, Vide Olor.

Holon, ὅλος, Latinè totus dicitur, hinc deducuntur multa composita quę etiam à Latinis usurpantur.

Holoſathron, ὁλόσαθρον, undiq; quassatum.

Holoſerica uestis, uel subst. tiuè holoserica, orũ, ὁλοσηρικὰ, genus uestis quæ tota ex serico constabat, nulla alia materia admista, qua primus (teste Lampridio) usus est Heliogabalus Tacit. aũt Imper. holosericæ uestis usum uiris omnib. interdixit. Quàm rarus autem fuerit apud ueteres holoserici usus, quãtaq; eius caritas, docet Vopiscus in Aurel. his uerbis, Vestem holosericam neq; ipse in uestiario suo habuit, neq; alteri utendam permisit. Et quum ab eo uxor sua peteret ut unico pallio batteo serico uteretur, ille respondit, Absit ut auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit. Hactenus ille. Sericę autem uestes à Seribus Indiæ populis sunt appellatæ, apud quos uermiculus exiguus, qui σὴρ appellatur, conficit molliorem illam lanam, quam sericum appellamus: quod uermiculi genus, antea orbi nostro ignotũ, à monachis quibusdam è Serinda Indorum urbe ad Iustinianum Imper. allatum, hodie per omnem Europam sparsum est. De uermiculi huius natura, uide plura apud Bayfium, ex quo hæc excerpsimus.

Holoſteon, ὁλόστεον, Herba est quadrantalis, humi repens, foliis uiticulisq; coronopo aut gramini proximis, gustu astringentibus: radice alba, prætenui, usque in capillamenti speciem longitudine quatuor digitorum: dicta per antiphrasin quasi tota ossea, quum tamen careat omni duritia. Plinius libro 27. capite 10. Holosteon sine duritia herba, ex aduerso appellata à Græcis, sicut fel dulce. Herbarii Molle gramen appellant.

Holoturij, pisces. Plin. lib 9. cap. 47.

Homelium, lii, pilei genus, Festus.

Homagij, siue Hominis nexus, uocabula sunt Feudistarũ, quod distet à iuramento, ut iidem uocant fidelitatis, nos in c. ex diligẽti, de Simonia, &c. nimis de iureiur. Spec. de Feud. parag. nunc de Homag. Vide Clens Fiduciarius.

Homicida, Homicidium, Vide Homo.

Homília, ὁμιλία, Græcis colloquium, & cœtum significat, unde etiam concionem, siue orationem, quæ in cœtu habetur scriptores Ecclesiastici Homeliam uocant.

Homiliaticus, adiect. Hieronymus ad Heraclium, Quem laborem, inquit, idcirco suscepimus, ne pulsatæ quæstiones & relictæ (quod homiliatico dicendi genere ab illo sæpe fieri assolet) Latino lectori fastidium generaret.

Homo, inis, com t. Ab humo dictus, ut Varroni placet, ἀπὸ τοῦ ἄνω. Cic. de Leg. Animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilii, quem uocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à supremo Deo, Idem 5. Offic. Homo autem qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerũ uidet, &c. Idem 2. de Nat. deor. Homo ortus est ad mundum contemplandum & mirandum. Et paulo pòst, Deus homines humo excitatos, celsos & erectos constituit, ut deorum cognitionem cælum intuentes capere possent. Ouid. 4. Metã. pronaq; quum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit, cælumq; tueri Iussit, & erectos ad sydera tollere uultus. Homo autem utrunq; sexum complectitur, tũ uirum quàm fœminam. Nam & separatim de fœmina dictũ inuenitur quanquam rarius. Plaut. in Cistell. intus pauco, & formido foris, ita metus Nunc utrobiq; me agitat, illos hominis miseræ misereri. Sulp. ad Cic. Epist. Fam. li. 4. In unius mulierculæ animula iactura facta est, tantopere, commoueris? quæ si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis pòst annis tamen erat ei moriendum, quoniam homo nata fuerat. In quo tamen exemplo adiectiuum nata, non cohæret cũ substantiuo homo, sed cum substantiuo Tullia, uel pronomine Ipsa, quod facilè intelligitur. Hic enim sensus, Quoniam ipsa nata fuerat homo, id est, humana sorte, & conditione: quasi dicat, mortalis. Eadem ratione dici potest, ea nata erat animal.

Homulus, Homululus, Humunculus, & Homuncio, ἀνθρωπίσκος, ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπισκάριον. Cic. in Pisonem Sed quoniam præterita mutare non possumus, quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus dare hæc præclara præcepta sapientiæ, clarissimo & summo Imperatori

genere

genero ſuo? Idem lib.1. Tuſcul. Sed ut homunculus unus è multis. Et Terent. in Eunuch. Ego homuncio hoc non facerem?

Homicida, æ, com.p.pen.prod. Qui hominem necat, ἀνδροφόνος. Cicero 2. Philipp. Fateor eos plus quàm ſicarios, plus quàm homicidas, plus etiam quàm parricidas eſſe. Quintilianus libro ſeptimo, capite 4. An qui ſe interfecit, homicida ſit. Interdum cum laude dicitur, pro uiro forti, qui multos in bello occiderit. Vnde Horatius homicidam Hectorem cum laude dixit, & aliter quàm uulgo dicitur.

Homicidium, dii, n.ſ. Hominis necatio, ἀνδροφονία μιαιφονία. Plin.lib.18.ca.3. Frugem arario quæſitam, furtim noctu pauiſſe ac ſecuiſſe, puberi XII. Tabulis capitale erat: ſuſpenſumq; Cereri necari iubebant grauius, quàm in homicidio coniunctum. Cic. 2. Philip. Homicidii rei ſunt, an uindices libertatis?

Homocapni, orum, m. ſ. ὁμόκαπνοι, qui ad eundem fumum, hoc eſt, ignem uitam ducunt.

Homocentaurus, ti, m.ſ. anteriora humano ſimilis corpori, exteriora aſino, colore albo, curſu uelociſſimus. Captus, libertatis amore, mauult inedia perire. Aelianus.

Homœomeria, ſ.p. ὁμοιομερία, Similitudo partium, Lucr. lib.1. Hinc & Anaxagoræ ſcrutemur homœomeriam. Seruius ſuper illud Verg. 4. Aen. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor: Secundum, inquit, Anaxagoram, qui dicit homœomeriam, id eſt, omnium membrorum ſimilitudinem eſſe in rebus creandis, id eſt, ex oſſibus, ex ſanguine, ex medullis, nam omnia pro parte ſui tranſeunt in procreationem. Homœomeria item appellatur, quum partes eandem rationem atq; idem nomen cum toto obtinent. Sic terram uel aquam ὁμοιομερῆ, eſſe dicimus, quòd quamuis exiguam terræ aquæue partem, terram aut aquam appellemus. Sic etiam à medicis in corpore animalis partes illæ minimæ, & ſenſu ſimplices ὁμοιομερῆς appellantur, quas nos ſimilares nominamus: quales ſunt caro, os, cartilago, & eiuſmodi, quorum uel minimæ particulæ, totius & rationem obtinent & appellationem.

Homœoptoton, ὁμοιόπτωτον, Figura eſt, quæ fit quum diuerſæ dictiones in fine membrorū in ſimiles caſus exeunt. Sal. Maximis ducibus fortibus, ſtrennuisq; miniſtris. Enn. Mœrentes, flentes, lachrymantes, & miſerantes. Dictum homœoptoton, quaſi ὁμοίως πτῶσιν, hoc eſt, ſimiliter cadentes, ut interpretatur Cicero.

Homœoſis, ſ.p. ὁμοίωσις, Figura eſt ſententiarum, qua per ſimilitudinem cogniti deuenimus in cognitionem incogniti. Dicta homœoſis à uerbo Græco ὁμοιόω, quod eſt aſſimilo. Latini ſimilitudinem interpretantur. Eius tres ſunt ſpecies: Icon, Parabola, & Paradigma, de quibus uide ſuis locis.

Homœoteleuton, m.ſ. ὁμοιοτέλευτον, Similiter deſinens. Figura, quū plura uerba in eādem uocem finiunt: ut Abiit, diſceſſit, euaſit, erupit. Differt ab homœoptoton, quòd illud ſolùm fiat in caſibus ſimiliter deſinentibus, hoc etiā in his partibus orationis quę caſus non habent.

Homogalactos, ὁμογάλακτος, eodem lacte nutritus, quem Latini collactaneum uocant. Vox cōpoſita eſt ab ὁμός, quod eſt unus, idem, uel ſimilis, & γάλα, lac. Verùm huiuſmodi uocum ſignificatio ex Græcolatino potius Lexico petenda erat, quippe quæ neq; Latinis in uſu non ſunt, neq; noſtris literis dici conſueuerunt. Quare id genus non paueas, nullo prorſus iudicio huc congeſtas ſuſtulimus, & ueluti ab aliena familia remouimus, idq; eodem iure quo Latinas uoces è Græco dictionario eximeremus.

Homogenes, is, com.t. ὁμογενής, conſanguineus, eiuſdē generis. Vnde & Homogenium.

Homogloſſus, ὁμόγλωσσος, eiuſdem linguæ.

Homographia, ὁμογραφία, ſimilis ſcriptura, uel pictura.

Homoleum, pilæ genus quo ueteres utebantur.

Homologare, eſt roganti permittere, auctorem fieri & aſſignari. Vide Bud in Ann. prior.

Homologia, ὁμολογία, confeſsio, pactum, aſſenſus.

Homohypni, ὁμόϋπνοι, Domeſtici, cōtubernales, ac familiares, quaſi unà ſomnū capientes, ita enim eos appellat Charonda, apud Ariſtot. lib.1. Polit.

Homonœa ὁμόνοια, Latinè interpretatur concordia. Fuit etiam caſtiſſimæ matronæ nomen, cuius epitaphium memini me uidere Romæ in ueteri marmore inciſum, quod id temporis aſſeruabatur in periſtylio ædium Cardinalis Alexandrini. Erat autem huiuſmodi:

Tu, qui ſecura procedis mente, parumper
Siſte gradum, quæſo, uerbaq; pauca lege.
Illa ego, quæ claris fueram prælata puellis,
Hoc Homonœa breui condita ſum tumulo.
Cui formam Paphiæ Charites tribuere decoram,
Quam Pallas cunctis artibus erudiit.
Nondum bis denos ætas mea uiderat annos,
Iniecere manus, inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc, morte eſt mihi triſtitior ipſa
Mœror Arimeti coniugis ille mei.
ATIM. Sit tibi terra leuis, mulier digniſſima uita,
Quæq; tuis olim perfruerere bonis.
Si penſare animas, ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus:
Quantulacunq; meæ debentur tempora uitę,
Penſarem pro te, chara Homonœa libens.
At nunc, quod poſſum, fugiam, lucemq;, deosq;,
Vt te matura per Styga morte ſequar.
HOM. Parce tuam coniunx fletu quaſſare iuuentam,
Fataq; mœrendo ſollicitare mea.
Nil proſunt lachrymæ, nec poſſunt fata moueri.
Viximus: hic omneis exitus unus habet.
Parce, ita non unquam ſimilem experiare dolorem,
Et faueant uotis numina cuncta tuis.
Quod mihi præripuit mors immatura iuuentæ,
Id tibi ni ſturo proroget ulterius.

Homonymon, pen.cor. ὁμώνυμον Latinè ſonat eiuſdē nominis. Propriè enim homonyma dicuntur res diuerſæ eodē appellatæ nomine: ut Taurus Aſiæ mons, & bos maſculus eodem appellantur nomine, quum ſint res diuerſiſſimæ. Homonyma itaq; dici poſſunt, quæ à Grāmaticis uocantur Aequiuoca, quæ ſub una uoce plura ſignificant: quale eſt Lupus, quod & animal terreſtre, ſignificat & piſcem. Synonyma autem dicuntur uoces diuerſæ quæ eiuſdē ſunt ſignificationis, quales ſunt enſis & gladius.

Homopathes, is, com.t. ſimul patiens.

Homophonos, concors, eiuſdem linguæ, ὁμόφωνος.

Homophylus, ὁμόφυλος, eiuſdem generis uel tribus.

Homopſychus, ὁμόψυχος, unanimis, & concors.

Homotechnos, ὁμότεχνος, eiuſdem artis.

Homuſius, m.ſ. ὁμούσιος, Eiuſdem ſubſtantiæ, quod Theologi uoce inter Latinos non ſatis recepta conſubſtantialem dicunt. ὁμὸς enim idem eſt quod unus, idem, uel ſimilis, & οὐσία, ſubſtantia.

Honeſtus, a, um, Honore & dignitate plenus, σεμνός, ἔντιμος σεβάσμιος. Sall. in Iug. Calumnia paucorum, quibus omnia honeſta atq; inhoneſta uendere mos erat. Item pulcher, καλὸς, εὐειδής. Terent. in Eunuch. hem Eunuchum tibi, Quàm liberali facie, quàm ętate integra? T H. Ita me dii ament, honeſtus eſt. Et paulò pòſt, Ducit ſecum unà uirginem dono huic, papæ, facie quàm honeſta? Sic etiam Inhoneſtus, modò idē eſt quod turpis, honoris & dignitatis expers, ἄτιμος. Cic. pro Domo ſua, Profectò illum Attiliū hominem turpiſſimū, atq; inhoneſtiſſimum iudicares. Modò idem quod deformis, αἰσχρός. Teren. in Eunuch, Illumné, ob ſecro, inhoneſtum ſenem, mulierem?

Honeſtiſsimus, Honeſtate uel honore pleniſsimus, ἐπιφανέστατος. Cicero Lent. Poſt tuum diſceſſum is dies nobis honeſtiſſimus fuit in Senatu.

Honeſtum, ſti, n.ſ. ſubſt. Virtutem, probitatemq; ſignificat, quo cauetur ne quid indecorè, effœminatè, libidinosè, turpiter fiat, cogiteturue, τὸ καλόν. Quint. lib.2. cap. 4. Sed nos iuſtum, pium, religioſum, cæteraq; his ſimilia honeſto complectimur. Honeſtum eſt, quod poſſit ipſum propter ſe iure laudari, quod per ſe, ſua ui, ſua natura, ſua ſit ſponte laudabile. Honeſtum aut ipſa uirtus eſt, aut res geſta uirtute. Cicero 2. de Finib. Honeſtum quod eſt ſimplex quoddam & ſolum & unum bonum. Idem 3. de Fin. Honeſtatis duæ ſunt partes, quarum altera animi excellentis magnitudine, & præſtantia cernitur. Cic. 2. Acad. Altera confirmatione & moderatione continentiæ, & temperantiæ. Honeſtè, id eſt, cum uirtute uiuere. Cic. 2. Off.

Honeſtas, tatis, ſ. p. Idem eſt quod dignitas, decus, laus uirtute comparata, τὸ καλόν. Cicero in Offic. In officio colendo ſita eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo. Idem ad

Att. O hominem amentē, & miſerum, qui ne umbram quidem unquam τοῦ καλοῦ uiderit? Vbi enim eſt dignitas, niſi ubi eſt honeſtas? Idē pro Mur. Nolite eum antè partis honeſtatib. atq; omni dignitate, fortunaq; priuare.

Honeſtè, aduerb. Cum honore & dignitate, aut ſaltem ſine dedecore, καλῶς. Terent. in Eunuch. Alio pacto honeſtè quomodo hinc abeam neſcio. Cic. de Amic. Quod qui recuſarēt, quanuis honeſtè id facerent, ius tamen amicitię deſerere arguerentur.

Honeſto, as, a. p. Decoro, honore afficio, ἐπικοσμῶ, τιμάω. Plaut. Capt. Ne me ſecus honore honeſtes, quàm ego te, quum ſetui ebas mihi. Cic. 1. Off. Nec domo dominus, ſed domino dom⁹ honeſtanda eſt. Idem 2. Off. Quęcunq; igitur homines homini tribuunt, ad eum augendū atq; honeſtandum, aut beneuolentiæ gratia faciunt. Sall. in Catil. Sed quod indignos hominēs honore honeſtatos uideam. Huius compoſita ſunt, Cohoneſto, quod eſt ſimul cum aliis honeſto, συντιμῶ. Cicero Brut. Quos cohoneſtatis, in primisq; me, ſi Reſpub. municipium tuie tuo ſtudio, & diligentia bene adminiſtrata erit. Dehoneſto, quod eſt contrarium ſuo ſimplici, ἀτιμάζω.

Honor, oris, & Honos, m. t. Reuerentia quam alicui exhibemus in uirtutis teſtimonium, τιμή. Cic. pro Cæl. Nemini unquam præſenti Puteolani maiores honores, habuerunt, quàm M. Cælio. Accipitur etiam honor ſiue honos pro dignitate, ſiue magiſtratu. Idem de clar. Orat. Honos eſt præmium uirtutis, iudicio ſtudioq; ciuium delatum ad aliquem. Idem in Epiſt. Quum honoribus ampliſſimis perfuncti eſſemus. Idē antequam iret in exilium, Qui ſunt aſſecuti ſummum gradum honoris intelligit dignitatem Conſulatus, ad quam per Aedilitatem & Prętura uelut per inferiores gradus paulatim aſcendebatur. Aliquando accipitur pro pulchritudine. κάλλος. Vergil. lib 1. Et lætos oculis afflarat honores. Et alibi, Frigidus & ſyluis Aquilo decuſſit honorem. Aliquando pro cultura, obſeruantiaq;, θεραπεία. Idem pro 6. Semper honore meo, ſemper celebrabere donis. Inuenitur etiam aliquā do poſitum pro ipſis ſacrificiis uel odoribus, quos uereres diis ſuis accendebant. Vergil. 1. Aeneid. Aut ſimplex aris imponat honores. Aliquando pro prēmio: ut apud eundem. Ipſis pręcipuè ductoribus addit honores. Mortis honos, id eſt, ſepultura. Verg. Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes. Aliquando pro amore. Verg. 11. Aeneid. Si quis amaq; tangit honos animum. Honorem prefari dicimus, quum rem aliquam turpem dicturi, paucula uerba præmittimus quibus turpitudinis ueniam à præſentibus precamur. Cicer. Pæto, Nos autem ridiculè, Si dicimus: Ille patrem ſtragulauit, honorem non præfamur: ſin de Aurelia aliquid, aut Lolia: honos præfandus eſt. Pro eodem etiam dicimus, Habere honorem auribus. Curt. lib. 7. Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus, paulatim pudorem profanant, ad ultimum opus (honos auribus ſit habitus) iam corporis uelamenta proiiciunt.

Honorarius, a, um, Quod ad honorem pertinet, χρήσιος. ut Ius honorarium, id eſt, Prætorium, ab honore Prætorum. Honorarius arbiter dicitur quem honoris cauſa, utraq; pars ſummum facit ſuę cauſę & controuerſiæ iudicem. Cicero 3. Tuſculan. Quorum controuerſiam ſolebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades. Ludi honorarii quos antiqui Liberalia dicebant, ut inquit Feſtus: dicti honorarii, ab honore uidelicet eorum qui munera ea populo edebant. Honorarium, donum erat, teſte Budęo, quod Conſulibus olim in Prouincias aduenientibus, honoris loco dabatur: qualia hodie principibus ſuas primum urbes ingreſſis porrigi, ueluti bene ominandi gratia ſolent, χρήσιον. Honorarium ob id dictum, quòd honoris cauſa dabatur. Cicero in Piſon. Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi, qui honorarii? ſi quem poteſt ui & metu extortum, honorarium nominari, quod cum peræquè omnes, tum acerbiſſimè Bœotii, Byzantii, Cherronenſes, Teſſalonica ſenſit. Eſt etiam honorarium apud Iureconſultos, munus quod patronis dabatur à clientibus. Olim enim patroni non exigebant officii mercedem, quemadmodum noſtri hodie aduocati, quod turpiſsimum ducerent patronum eſſe mercenarium: clientes tamen ne accepti beneficii immemores uiderentur, patronis ſuis pro ſuo arbitrio munus aliquod offerebant, quod honorarium uocabant, eò quòd magis ad honorandum patronum, quàm ad mercedis ſatisfactionē pro arbitrio clientis foleret offerri. Honorarius tumulus, qui honorit cauſa erigitur, κενοτάφιον. Sueton. in Claud. Cæ. Cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps ſtatuto die quotannis miles decurreret, Galliarumq; ciuitates publicè ſupplicarent. Quibus uerbis ſignificat cenotaphium Druſo in Germania extructum, quū corpus eius Romam deuectum eſſet. Sic uocari poſſunt hodie quas repræſentationes in anniuerſariis exequiis uocamus. Vide cenotaphium. Honoraria, ludi qui à Romanis fiebant in honorem Liberi patris, qui & Liberalia dicebantur, διονύσια. Feſtus honorarios ludos appellat.

Honoro, ras, a. p. pen. prod. Honore afficio, ἄγω ἐν τιμῇ. Cicer. 1. de Diuinat. Amphiaraum autem ſic honorauit fama Græciæ, Deus ut haberetur. Idem in Philipp. Hic me non ſolùm meis laudibus ornat, ſed etiam honorat alienis. Honorare alias à Cicerone dicitur, honorem habere alicui, honorem adhibere, in honore habere, honorem ei facere, honorem debitum alicui præſtare, honore augere, honore amplißimo ornare. Huius compoſita ſunt. Exhonoro, & Inhonoro quæ ſunt ſignificationis contrariæ ſuo ſimplici.

Honoratus, Qui in honore habetur. ἔντιμος. Cicero libro 1. Officiorum: Dicendum eſt etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe. Idem de Senectute: Manent ingenia ſenibus, modò permaneat ſtudium & induſtria, nec ea ſolùm in claris, & honoratis uiris, ſed in uita etiam priuata & quieta.

Honoratè, aduerbium, cum honore & dignitate. Cicero 11. Philipp. Quæ de illo uiro Sylla? quæ Murena? quæ Seruilius? quæ Lucullus, quàm honoratè quàm honorificè, quàm graniter ſæpe in Senatu prædicanerunt. Tacit. libro decimo Quòd filium eius primo rerum motu in Colonia Agrippinenſi deprehenſum, honoratè cuſtodierunt.

Honorabilis, le, Honore dignus, ἔντιμος, ἀξιότιμος. Liu. 4 ab Vrbe, Quinq; Conſulatus eodem tenore geſti, uitaq; omnis conſulariter acta, uerendum penè ipſum magis, quàm honorabilem faciebant.

Honorificus, ca, cum, Quod honorem confert, τίμιος. Cic. Cælio, Honorificus in me Conſul fuit, & ſuauis amicus. Idem ad Brutum, Decreuit etiam interim, quòd quanquam uidebatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti neceſſarium. Honorifica mentio alicuius, apud eundem ad Q. frat. Item, Honorifica uerba, Honorificum Senatuſcōſultum.

Honorificè, aduerb. Idem quod honoratè. Cicer. 6. Ver. Itaq; in curiam neminus, honorificè ſanè conſurgitur, nos rogatu magiſtratus aſſedimus. Idem ad Cæl. In quo admirari ſoleo grauitatem & iuſtitiam, & ſapientiam Cæſaris: nunquam niſi honorificentiſſimè, Pompeium appellat. Honorificè dicere. Brutus Ciceroni, Non ſolùm enim uſitatum, ſed etiam quotidianum eſt aliquid audire de te, quod pro noſtra dignitate fideliter atq; honorificè dixeris aut feceris. Honorificè appellari. Cæſar 8. bell. Gal. Itaq; honorificè ciuitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo. Cicero de petit. Conſ. Largè & honorificè promittere aliquid.

Honorifico, ficas, a. p. Honore afficio: apud recentiores duntaxat legitur, ἄγω διὰ τιμῆς. Lactantius lib. 7. Vt adorent & honorificent regem magnum.

Honorus, ra, rum, Decorus, honorificus, τίμιος. Tacit. libro tertio, Fuerunt qui publici funeris pompam requirerent, compararentq; quæ in Druſum patrem Germanici honoraret & magnifica Auguſtus feciſſet. Honora oratio, apud eundem lib. 3. Vnde Inhonorus, ſine honore, ἄδοξος, ἄτιμος. Plinius libro quinto capite trigeſimo, Aliæq; inhonoræ ciuitates.

Hoplomachus, pen. cor. ὁπλόμαχος. Dicitur is qui ſcuto reliquiſq; armis inſtructus, in arenam deſcēdit. Nam ὅπλον, apud Græcos modò ſcutum, modò omnia generaliter arma denotat, quæ pugnantibus uſui ſunt. Mart. libr. 8. Hoplomachus nunc es: fueras ophthalmicus antè, Feciſti medicus quod facis hoplomachus.

Hora, ræ, f. p. ὥρα. Apud ueteres accipitur pro cuiuſuis temporis parte: unde quatuor illæ anni partes, Ver, Aeſtas, Autumnus, & Hyems, anni horæ dictæ ſunt. Hodie tamen magis accipimus pro æqualibus illis ſpatiis in quæ dies diuiditur. Dictæ horæ (ut Macrob. putat) à Sole. Aegyptii enim Solem uocabant Horum. Vnde etiam horæ ab Ouid. Solis miniſtræ finguntur. Siue (ut alii malunt) ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν. quod terminum ſignificat: ſiue ab ὁρίζειν, quod eſt terminare, definire, uel diuidere. Sunt enim horæ, nihil aliud quàm ſpatia quædam æqualia, in quæ dies diuiduntur. Alii malunt horas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

horas dictas, ἀπὸ τ̃ οὔρου, quo uerbo urina significatur. Ferũt enim Hermetem Trimegistum horas primùm obseruasse ex urina sacri cuiusdam animalis quod Serapi erat dicatum. Nam quum animaduerteret ab eo animali diei & noctis uni us spatio, æqualibus interpositis interuallis, urinam duodecies emitti, placuit in totidem horas diem ciuilem diuidere: qui tamen postea duplicato numero in horas XXIIII. est distinctus. Terent. in Eunuch. Dum hæc dicit, abiit hora: rogo num quid uelit. Cic. 6. Verr. Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines permoliebantur. Hora etiam quandoq; pro die accipitur, uel pro statuto quodam & certo tempore. Cic. 5. Verr. Menses mihi tres quum eripuisse tis ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus huius anni me uobis remissurum putastis, ut quum horis nostris nos essemus usi, tu binis iudiis interpositis quadragesimo pòst die responderes. Vbi Asconius, Horas suas uocat uiginti dies qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi, totidemq; defensori. Vergil. 1. Georg. Nunquam te crastina fallet Hora, neq; insidiis noctis capiere serenæ. Omnium horarum hominem, ueteres appellabant eum qui seriis ac iocis esset accommodatus, & qui cum assiduè libebat conuiuere. Atq; ita appellatum Ausonium Pollionem, author est Fabius lib. 8. cap. 4. circa finem. Vide Erasmi Adagia. Hora præterea deæ cuiusdam nomen erat apud Romanos, ita dicta ἀπὸ τ̃ ὥρας, hoc est, à uenustate & pulchritudine, cui præesse putabatur. Hanc Romani putabant esse Hersiliam Romuli uxorẽ, quæ post Romuli apotheosin, in cœlum trãslata, pro Hersilia uocata est Hora. Ennius, Teq; Quirine pater ueneror, Horamq; Quirini. Apud Ouidium tamen in fine lib. 14. Metamorph. legitur Ora, sine aspiratione, & prior̃e correpta. Priscum (inquit) pariter cum corpore nomen Mutat, Oramq; uocat: quæ nunc dea iuncta Quirino est.

Horarius, a, um, Quod est unius horæ: unde Secretum horariũ, dicitur secretũ unius horæ. Suet. in Domit. inter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, nec quicquam amplius, quàm muscas captare, ac stylo præacuto configere.

Horarium, rarii, neut. sec. substantiuum, Est instrumentum quoduis, quo dici horas deprehendimus, siue sciothericum sit, siue clepsydra, siue alia quæuis machina horas indicans, ὡρολόγιον. Censorinus cap. de diebus, P. Cornelius Nasica Censor ex aqua fecit horarium: quod & ipsum à consuetudine nascendi horas, à Sole solarium cœptum uocari.

Horologium, gii, n. s. ὡρολόγιον, Quasi horarum ratio, instrumentum quo horæ designantur quod enim solarium dicebatur: quoniam in Sole tantùm horarum ratio conspiceretur. Apud antiquos enim erat concha hemicyclia, lineis debita proportione distincta, cui prælongus ex ære, aut ligno baculus Soli oppositus supereminebat, & eius umbra in lineas incidens ostendebat. Quanquam & alia habuerunt Prisci horologia quæ aquæ, aut etiã arenulæ fluxu horas indicabant, quas ab aqua sensim defluente, clepsydras uocabant. Vide Plin. lib. 7. cap. 60.

Horoscopus, pi, m. s. pen. cor. ὡροσκόπος, παρὰ τὸ σκοπεῖν τὰς ὥρας, hoc est, à perspectandis horis, significat etiam cæli partem quæ hora qualiber ab inferiori hemisphærio surgit ab Oriente. Astrologi nostri seculi ascendens appellant. Augustin. lib. 5. de Ciuit. Dei, Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur, ut ea pars horoscopi maneat, paria cuncta quæ ro, quæ in nullis possunt Geminis inueniri. Si autem sequentis tarditas horoscopum mutat, parentes diuersos quæro quos Gemini habere non possunt. Horoscopus item id temporis nomen tum significat, quo quisq; nascitur, quasi horę inspectionem, & notationẽ. Pers. Sat. 6. geminos horoscope Varo Produxit genios. Est etiã horoscopus adiectiuũ, ut instrumẽta horoscopa, & uasa horoscopa dicuntur, in quibus horę dignoscuntur. Plin. lib. 2. cap. 72. Vasa horoscopa non ubiq; eidẽ sunt usui, trecentis stadiis, aut longissimè etiam quingentis stadiis mutantibus semet umbris.

Horæum, n. s. ὡραῖον, per simplex r, cum diphthongo, dicitur mel æstiuum, cæteriq; omnes fructus qui æstate colliguntur ἀπὸ τ̃ ὥρας, hoc est, à pulchritudine, quòd fructus eo anni tempore collecti, pulchritudine & bonitate cæteris præcellant. Dicuntur etiam hoc nomine quędã salsamenta ex pisci bus confecta. Athenęus, Salsamentũ autem horęum est, aut thynneum. In horæo macra pinguibus, in thynneo macris pinguia præferimus. Quę Cymbia dicũtur, inter macra sunt; inter pinguia cordylæ.

Hõrarium, uide Hora.

Horctum, & Forctum, Pro bono ueteres usurparunt, Festus.

Horda, æ, f. p. Vacca prægnãs, βοῦς ἐγκύμων ἢ ἔγκυος, nam quæ sterilis est, taura appellatur. Var. 1. de Re rust. cap. 5. Quæ sterilis est uacca, taura appellatur: quæ pręgnans horda. Ouid. mutata aspiratione in digamma Aeolicum, pro eodem dixit Fordam, putatq; à ferendo deriuari. Forda ferens bos est, fœcundaq; dicta ferendo.

Hordicia, orum, Dicta sunt ab antiquis sacra in quibus hostiæ hordæ, id est, prægnantes, immolabantur. κριτοφόγοι, Festus.

Hordeia, κριθίας, Genus piscis.

Hordeum, dei, n. s. Ab horrore, quoniam licet calamus altior frumento quàm hordeo sit, arista tamen mordacior est hordeo, κρίθη. Vel dicitur ab oriendi celeritate, quòd ante omnia frumenta sit aridum: aut certè ab antiquo adiectiuo hordus, quòd apud uetustissimos significabat gaudium, pro quo posteriores mutata aspiratione in digamma Aeolicum dixerunt Fordus. Plin. lib. 18. cap. 7. Hordeum frugum omnium mollissimum est, seri non ualet, nisi in soluta, & sicca terra, ac nisi læta. Palea ex optimis: stramento uerò nullum comparatur.

Hordeaceus, a, um, Quod est ex materia hordei. κρίθινος, ut Panis hordeaceus. Plin. lib. 18. cap. 11.

Hordearius, a, um, Quod hordeo uinit. Plin. lib. 18. cap. 7. Antiquissimum in cibis horreum, sicut Athenienſium ritu Menandro authore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii uocabantur. Vnde Aes hordearium ueteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur. Festus, Hordearia prunа. Plin. lib. 5. cap. 13. Hordearia appellata à comitatu frugis eius.

Horia, æ, Vide Oria.

Horizon, ontis, pen. prod. ὁρίζων, Finitor uel terminator Latinè dicitur, ἀπὸ τ̃ ὁρίζειν, quod est terminare. Est autem circulus uel cæli terminus quodã circino designatus, qui super terram uidetur, quẽ sibi unusquisq; circumscribit aspectus. Centum & octoginta stadia non excedit acies contrà uidentis. Vbicunq; terrarum steteris, uidêris tibi quandam cęli cõclusionem uidere, quam horizontem uocauerunt. Cicero 2. de Diuin. Quum enim illi orbes, qui cælum quasi meditũ diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis finiẽtes rectissimè uocari possunt, uarietatem maximam habeant, aliiq; in aliis locis sunt, necesse est ortus, occasusq; siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

Hormesion, Gemma ex igneo colore radians auro, portante secum in extremitate candidam lucem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Horminodes, Gemma quæ ex argumento uiriditatis appellata est, ambiente circulo aurei coloris. Plinius libro 17. cap. 10.

Horminum, ὄρμινον. Herba est folio marrubii, caule semicubitali, quadrangulato semine Saluiæ simili. Vulgus Saluiam transmarinam appellant.

Horno, aduerbium, Significat hoc anno, τ̃ντις, τ̃τδε, τῷ ἔτει.

Hornus, a, um, à pronomine hic, & annus, idem est quod huius anni, uel quod ætatẽ unius anni non excessit, ἑνιαῖος. Vnde hornam frugem dicimus, quę hoc anno prouenit. Acron uerò hornum, quod est unius anni dixit, ut Res horna, id est, annua uel noua. Propert. lib. 4. Illa dies agnis eędem denuntiat hornis. id est, anniculis. At Porphyrio hornum, huius anni exposuit. Vnde & super illud Horatii in Epod Et horna dulci uina promens dolio: Horna (inquit) uina dicuntur huius anni. Nonius uerò illius anni interpretatus est, & adducit Lucil. lib. 28. ita scribentem: Vtrum anno, an̄q; horno te abstuleris à uiro. Hornam messem, prouerbiali figura dixit Plaut. pro maximo emolumento: quasi dicas tantum lucri, quantum eo anno sit prouenturum in agris. Vide Chiliades Erasmi.

Hornotinus, a, um, pen. cor. sicut à Diu diutinus, Huius uel unius anni, ἐνιαῖος. Cic. 5. Ver. Hæ literæ Iudices L. Metelli, quas audistis, hoc quantũ est ex Sicilia frumenti hornotini, exaruerunt. Cato de Re rust. cap. 17. Hornotinæ nuces uirides. Colum. lib. 3. Plantas hornotinas, scrobibus pedalibus factis, ante Calend. Mart. dispositas habeat.

Horos,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Horos, ὅρος, à Græcis dicitur finis & terminus cuiusuis rei. Inde à Latinis oram dici quidam putant, cuiuscunq; corporis extremum.

Horologium, uide Hora.

Horrei. Lege Ponti nomen.

Horreo, Horresco, uide Horror.

Horreum, rei, n. s. Ab horrore, quasi horridum, propter aspe ritatem aristarum. Prisci enim fruges in suis spicis cum aristis in granariis condebant, σιτοβολῶν, σιτοφυλακίων. Var. ab hor deo tractum existimat, quemadmodũ à Farre farreũ. Nam quẽ admodum farreum, dicitur locus in quo reponitur far, ita horreum locus dicitur hordeo asseruando accommodatus, quanquam generalius accipitur pro quarumliber frugum re positorio. Ver. 1. Geor. Illius immensæ rubuerunt horrea mes ses. Cic. contra Rull. Illi Capuam cellam atq; horreum agri Campani esse uoluerunt. Non solùm autem horreum accipi tur pro loco destinato ad custodiam frugũ, sed etiã rerum alia rum pretiosarum, sepositarum ad quotidianum usum, ut a pud Apul. in Metam. Demonstrat horreum ubi uesperè sa gaciter argentum copiosum recondi uiderat. Iureconsulti frequenter usurpant pro repositoriis mercium, & rerum pre ciosarum.

Horrearius, Dicitur custos uel exercitor horrei, ταμίας.

Horreum pensile, repositorium sublime & editum. Plinius & Varro probarunt, suspensa & sublimia, hoc est, pensilia hor rea. Consimiliter pensilis uua dicitur, quę suspenditur ad perennitatem. Pensiles horti erant Thebis Aegyptiis me morabiles Sergius item habuit pensiles balneas. Colum. lib. 12. cap. 49.

Horribilis, Horridus, uide Horror.

Horror, oris, m. t. Tremor propriè quum totum corpus uel frigore uel pauore intremiscit, & succussatur, φρίκη. Celsus lib. 3. cap. 3. Febres aliæ protinus incipiunt à calore, aliæ à frigo re. Frigus uoco, ubi extremæ partes membrorum inalgescũt, horrorem, ubi totum corpus intremiscit. Verg. 3. Aen. mihi frigidus horror Membra quatit. Idem 4. Aen. Arrectæq; horro re comæ, & uox faucibus hæsit. Refertur etiã quandoq; ad to nitatem aspectus. Apul. Quem quũ aspexisset, horrore ho minis deterritus, statim retrocessit. Quandoq; ad uenera tionem pro metu illo, qui ex religione incutitur. Verg. 1. Aen. Ho rentiq; atrum nemus imminet umbra. Lucan. Arboribusq; suus horror inest.

Horridus, da, dum, Hispidus, asper, θαμνώδης, λάσιος. Verg. lib. 4. Aeneid. Et glacie riget horrida barba. Interdum etiam accipitur pro inculto, & inornato. Terent. in Phorm. Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem: Capillus passus, nti dus pes, ipsa horrida. Per translationem etiam oratio di citur horrida, quę dura est, aspera, & ieiuna. Et horridus ti mendus, φρικτός. Vergil. 3. Aeneid. Horridus in iaculis, hoc est, terribilis, ut exponit Seruius. Horrido contrarium est Nitens, uel nitidum. Cicero 3. de Orat. Ita de horridis re bus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quædam est oratio tua.

Horridè, aduerb. Hoc est asperè, & incultè, Cic. in Orat. Putant enim qui horridè inculteq; dicat, modò id eleganter enuclea req; faciat, cum solùm Atticè dicere.

Horriditas, atis, f. t. Ipse horror, φρίκη. Næu. Omnia mihi horri ditati erant maximæ.

Horridulus, a, um, dimin. Idem quod subhorridus, id est, parum bene cultus. Pers. Sis comitem horridulum trita donare lacer na. Cic. 2. ad Att. Quanquã illa tua (legi enim libenter) horri dula mihi, atq; incõpta uisa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant. Sic in Orat. Horridulę o rationes.

Horribilis, bile, om. t. Formidabilis, φρικτός, φοβερός. Cicero, Et quod dictu quoq; horribile uidetur, uidentis sanguine hau sto. Vergil 4. Georg. Omnia transformat sese in mira cula rerum, Ignemq; horribilemq; feram, fluuiumq; liquentem.

Horrifer, a. um, Horrorem, hoc est, uehemens frigus incutiens φρικτός. Cic. 1. Tusc. Horrifer Aquilonis stridor gelidas moli tur nues. Ouid. 1. Metam. septemq; triones Horrifer inua sit boreas.

Horrisco, as, a. p Horrorem incutio, φρικῶ Verg. 4. Aen. Mul taque præterea uatum prædicta priorum Terribili monitu hor rificant.

Horrificus, ca, cum, Quod horrorem facit, φρικοποιός, ut Hor rificum bellum apud Cicer. pro Domo sua. Verg. 1. Aen. Ac subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt Harpyiæ.

Horripilo, as, Significat horridiore, asperioreq; pilo frutificã re, θασιώομαι. Apul libr. 3. Aures immodicis horripilant au ctibus.

Horrisonus, a, um. pen. cor. Quod cum horrore sonat, siue qđ horridum sonum habet: ut, Horrisonus fremitus, φρίκτυπος. Verg. 9. Aen. Clamore excipiunt socii, fremituq; sequuntur Horrisono. Cic. 2. Tusc. Horrisonum fretum.

Horreo, res, rui, n. s. Horrorem habeo, propriè quum pili setæ uę in animante eriguntur, φρίττω. Verùm quoniam hoc aliquando ex frigore fit, factum est ut horrere aliquando ac cipiatur pro frigere. Iuuenalis Satyra 1. Et horrenti tunicã non reddere seruo. Et quia frigus sæpe à timore proficisci tur, fit ut horreo accipiatur pro timeo. Ver. lib. 3. Georgi corum, Nec uanos horret strepitus. Liuius 2. ab Vrbe, Consules quoq; Romani nihil præterea aliud quàm suas uires, sua ar ma horrebant. Horrere item tremere significat. Colum. li bro 1. cap. 4. Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent. Item asperum esse: quoniam corpora quæ horrent, aspera redduntur. Vergil. 11. Aeneid. tum latè ferreus hastis Horret ager. Similiter horrere, est stupere, mirari. Vergil. li bro 3. Horrendum, ac dictu uideo mirabile monstrum. Con struitur hoc uerbum modò absolutè. Terentius in Eunu. To tus horreo. Modò cum datiuo. Plin. in Paneg. Nemo iam pa rens filio, nisi fragilitatis humanæ uices horret. Modò cum ablatiuo mediante præpositione, ut apud Lactant. libro 6. Nam de mortis generibus horret animus recordari, quum immanium bestiarum ultra ipsam mortem carnificina sæ uierit. Modò cum accusatiuo. Vergilius libro tertio, Georgi corum, nunquam custodibus illis Nocturnum stabulis fu rem, incursusq; luporum, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. Huius uerbi composita sunt, Abhorreo, co horreo, exhorreo, inhorreo & perhorreo, quæ uide suis locis.

Horresco, is, n. t. Horridus fio: ut quum quis intrinsecus algo rem seu tremorem in se citari & crescere sentit, pauore, stu pore, aut febri inualescente, φρικιάω. Vergilius libro 6. Hor rescit uisu subito, causasq; requirit. Plautus in Asin. Horres cet saxo læna, leges quum audiet, id est, expauescet. I tem contremiscere. Ver. lib. 3. Georg. Tum segetes altæ: cam piq; natantes, Lenibus horrescunt flabris. Terent. Adelph. Perii, horresco, semper ubi pultare hasce occipio fores. Ali quando habet post se accusatiuum. Verg. lib. 3. Aenei. Nec tu mensarum morsus horresce futuros. Eius composita sunt, Abhorresco, exhorresco, inhorresco, & perhorresco: quæ uide suis locis.

Horrendus, a, um, gerundium, Idem est quod timendus, & ab ominandus, φρικτός. Vergilius tertio Aen. Monstrum hor rendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. Idem se cundo Aen. Clamores simul horrendos ad sydera tollit. Ti bul. Eclog. 10. lib. 1. Qui fuit horrendos primus, qui protu lit enses.

Horsum, aduerbium loci, Versus hunc locum, δεῦρο. Plau tus in Rud. Videsne alteram illam ut fluctus eiecit foras? Surrexit, horsum se capescit, salua res. Terentius in Hecy ratat, eccum Phidippum & patrem Video, horsum pergunt.

Hortensi in lyra, id est, in areola & sulco horti. Hortensia ap pellant omnia quæ seruntur & nascuntur in hortis. Græco uocabulo dicuntur cepurica. Columella libro nono capite quarto.

Hortensis, Vide Hortus.

Hortor, aris, com. p. Est uerbis ad aliquid faciendum impel lere quempiam, uel consilium dare ad rem aliquam aggre diendam, προτρέπομαι, παρακαλῶ. Et differt à moneo, quia monemus autoritate & consilio: hortamur rationibus & precibus, etiam plerunque blandiendo. Ter. in Hec. ego pro pterea te sedulò Et moneo, & hortor, ne cuiusquam mise reat. Quin spolies. Cicero ad Lentulum Pomp. & hortari & orare, & iam liberius accusare & monere, ut magnam infa miam fugiat non desistimus. Hortari passiuè. Tacit. lib. 6. Ann. Memmium Pollionẽ Consulem designatum ingenti bus promissis inducunt, sententiam exprimere qua horta retur Claudius Octauiam despondere Domitio.

Hortatio, onis. f. t. Hortandi actus, προτροπή. Cicero 5. de Fin. Tamen mihi grata est hortatio tua.

Hortatus, us, m. q. Idem quod adhortatio, monitio, προτροπή. Cic. pro Arch. Quòd si hæc uox huius hortatu, præceptis q confirmata, nonnullis aliquando saluti fuit, &c. Plin. lib. 11. cap. 1. Cuius hortatu exceperat eos dies.

Hortuncp

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hortamen, inis, n. t. & Hortamentum, ti, idem significant, προτροπή. Liu. 10. ab Vrbe, Vbi auditur P. Decii euentus, ingens hortamen ad omnia pro Republica audienda. Idem lib. 7. Pugnarum haud procul porta Collina est totius uiribus urbis, in conspectu parentum, coniugumq; ac liberorum, quæ magna etiam absentibus hortamenta animi, tum subiecta oculis, simul uerecundia, misericordiaque militem accendebant.

Hortator, oris, m. t. Qui hortatur & suadet ut aliquid fiat: προτρεπτής. Cicero pro Sexto Roscio, Postremo isto hortatore, authore, intercessore, ad Syllam legati non adierunt.

Hortatiuus, a, um, pen prod. Adhortationi accõmodatus, προτρεπτικός. Quintilian. Hæc ad adhortatiuum genus maximè pertinent.

Hortus, ti, m. s. Est locus in agro, siue etiam in urbe, in quo arbores, & olera oriuntur, κῆπος. Horat. 2. Serm. Sat. 4. Caule sub urbano qui siccis creuit in agris Dulcior: irriguo nihil est elutius horto. Cic. 13. Philip. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrauit. Apud ueteres autem accipiebatur pro uilla, quòd in illis uiri ad bella oriantur. Plin. lib. 19. cap. 4. In XII. Tabulis legum nostrarum nusquam nominatur uilla, semper in significatione ea hortus, in horti uerò hereditũ. Fest. Hortus apud antiquos omnis uilla dicebatur, quòd ibi qui arma capere possent, orirentur. Constat itaq; si etymologiæ rationem spectemus, scribendum esse: ortus sine aspiratione: fecit tamen receptus à doctioribus usus ut aspiretur, ad differentiam fortassis participii ortus, uel nominis quartæ inflexionis. Vtcunq; tamen quis scribat, non multùm peccauerit. Valla lib. 3. cap. 9. ponit differentiam inter hortum in singulari numero, & hortos in plurali: ut hortus dicatur ubi olera nascantur, hoc est, quæuis herbę satiuæ, quibus uescimur: horti uerò, qui arboribus consiti sunt, & uoluptatis causa comparati. Vnde in superiori dicendum putat unum hortum, duos aut tres hortos in posteriori uerò, per numeros distributiuos loqui præcipit: ut scilicet unos, binos, ternos, quaternos hortos dicamus. Hæc tamen differentia etiamsi frequentius uera est, non semper tamen obseruatur. Testimonia uide apud Vallam loco iam citato. Horti pensiles qui supra ędificia facti, uel supra columnas erecti pendent. Plin. lib. 36. cap. 14. Leguntur & pensiles hortos, imò uerò totum oppidum feciſſe Aegyptiæ Thebæ.

Hortulus, li, diminut. ab hortus κηπίον. Plin. lib. 35. cap. 5. Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo: Cicero 1. de Natura deorum, Mihi quidem etiam Democritus uir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit.

Hortensis, & hoc hortẽse, Quod in horto nascitur, κηπευτὸς. Plinius lib. 19. cap. 10. Morbos hortensia quoq; sentiunt, sicut reliqua terræ fata.

Hortensius, a. um, Idem quod hortensis, κηπευτὸς. Plin. lib. 19. cap. 8. Beta hortensiorum leuissima est. Idem lib. 22. cap. 24. Sed medicinas è floribus coronamentisq;, & hortensiis, quę quę manduntur, herbis prosecuti, quonam modo frugum omittemus?

Horybethron, Leontopetalon, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 105.

Hospes, itis, com. t. Dicitur qui quæsĩe alterum hospitio suscipit, uel ab eo suscipitur, καταλύτης ξένος. Propriè autem dicuntur hospites amici diuersarum patriarũ, qui se mutuò recipiunt, quum alter in alterius patria peregrinus est. Ouid. lib. 1. Metam. Non hospes ab hospite tutus. Cic. pro Deiot. Per dextram istam quam hospes hospiti porrexisti. Hospes item pro peregrino accipitur. Terentius in Andria, nunc me hospitem Lites sequi, quàm hîc mihi sit facile atq; utile, Aliorum exempla commonent. Cic. Acad. 1. Nam nos in nostra urbe peregrinantes, errantesq; tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando, qui, & ubi essemus agnoscere. Sunt qui putent hoc nomen esse omnis generis, eò quòd in numero plurali interdum legamus neutrũ genus, hospita, ut apud Verg. 3. Aen. quo tutior hospita lustres Aequora. Sed uerisimilius est, hoc esse ab adiectiuo hospitus, a, um, cuius etiam fœminini sæpius inuenitur in singulari numero: ut Auis hospita, apud Stat. 1. Achil. & Nauis hospita, apud Ouid. 1. Fast. & Terra hospita, apud Vergil. 3. Aeneid. Huius compositum est inhospitus, a, um, de quo suo loco.

Hospita, æ, f. p. Quæ aliquem hospitio excipit, aut tur, ξενοδόχη, ξένη Cic. 4. Ver. Contẽnere etiã [illegible] meriæ iam uidebatur, quod cum multò mag. s [illegible] menta hospitæ delectabant. Accipitur etiam pro [illegible] Teren. in And. Num illi molestæ quippiam hæ sunt [illegible] Propter huiusce hospitæ consuetudinem?

Hospitium, tii, n. s. Domus quæ gratis liberaliterq; uenient hospiti patet, ξενὼν, ξενικὸν. Liu lib. 2 Ibi benignè excepti, diuisq; in hospitia curatis uulneribus. Sciendum antiqui instituti fuisse ut hospitii necessitudo nõ modò inter priuatos, sed etiam inter populos cõtraheretur, quod genus amicitiæ Graeci προξενίαν, Latini hospitium publicum uocauerunt Nam quod hospitium inter priuatos cõtrahebatur, Graecè ἰδία ξενία, Latinè priuatum hospitium dicebatur, cuius erat nota, pignuisq; tessera hospitalis, ut ille apud Plaut. ait in Pœn Deiũ hospitalem & tesseram Mecum fero. Liu. lib. 7. bel Mac. Nihil nobis tota nostra actione P. C. neq; difficilius, neq; molestius est, quàm quòd cum Eumene nobis d sceptatio est, cum quo uno maximè regũ, & priuatũ singulis & (quod m [illegible] uet) publicũ ciuitati nostrę hospitiũ est. Bud, Hospitiũ itẽ tamiliaris quædã amicitia est, uel mihi hospitandi apud illum, uel illi apud me. Cic. Fuit mihi cum illo uetus hospitiũ. Idẽ 4. Verr. Dixit hoc idẽ M. Lucullus se de his Dionis meõmodis pro hospitio quod sibi cum eo esset, iam antè cognosce Hinc & ædes quæ publicè parantur ad ægenos susciptẽdos. hosp [illegible] non ineptè possunt appellari, quæ nõnulli uocabulo no [illegible] tis Latino uocãt hospitalia, ξενοπεῖα, πανδοχεῖα Quæ rõ uiatoribus, peregrinisq; mercede patent, cauponę, diuersoria quę uocantur.

Hospitalis, le, om. t. adiect. Quod est hospitis, siue quod ad hospitem pertinet, ξενικὸς. Liu. lib. 1. Exceptus benignè ab iguar s consilii, quantum post cœnam in hospitale cubiculum deductus esset. Et lib. 2. Alii profecti domos nunti hospitalium beneficiorum: multos Romæ hospitium, urbibusq; charitas tenuit. Accipitur item hospitalis pro liberali & facili ad suscipiendum hospites hospitio, qui & genialis dicitur, ξένιος, φιλόξενος. Cic. 3. Verr Homo qui semper hospitalissimus, amicissimusq; nostrorum hominũ existimatus esset, noluit uideri ipsum illum Rubrium inuitus in domũ suam recepisse. Hospitalis deus, dictus est Iupiter, quòd in eius tutela hospites esse credebantur, ξένιος. Huius compositum est Inhospitalis, hoc est, auarus, cuius domus hospitibus non patet, ἄξενος. Item locus hospitalis ad quẽ hospitibus non patet accessus.

Hospitalitas, atis, f. t. Benigniras & facilitas in excipiendis hospitibus, φιλοξενία. Cic. lib. 2. Off Rectè etiam à Theophrasto laudata est hospitalitas.

Hospitaliter, aduerb. Benignè, liberaliter. Liuius 1. ab Vrbe, Inuitati hospitaliter per domos. Idem lib. 6. Moti exemplo Patres uocari eos iãtũ hospitaliter magis quã hostiliter iussere.

Hospitor, aris, com. p. Amicè in hospitium recipio, ξενοδοκέω, uel hospitio utor, καταγόμαι. Sen de Vit. beat. Quid enim est cur illis bonum locum inuidear? ueniat, hospitentur. Et per translationem hospitari, pro in alieno solo crescere. Plin. lib. 17. cap. 20. de castanea loquens: Nulla enim radice tota, in sulco prosternitur. Tunc ex cacumine sũ per terram relicto renascitur & alia ab radice: sed translata nescit hospitari, pauetq; nouitatem.

Hospitus, a, um, adiect. ab hospite deductum, ξενικὸς. Vergil. 3. Aen. Quò tutior hospita lustres Aequora. Sic auis hospita, id est, peregrina, apud Stat. 1. Ach. Nauis hospita, apud Ouid. 1. Fast. Terra hospita, apud Ver. 2. Aen. Huius cõpositum est Inhospitus, de quo suo loco.

Hostia, æ, f. p. Ab hostibus ducta est, θυσία, ἱερεῖον. Propriè erat animal quod immolabatur ab Imperatore ad bellum proficiscente pro impetranda contra hostes uictoria: aut quod iam profligatis hostibus mactari solebat ab eo qui potitus erat uictoria. Ouid. 1. Fast. Hostibus à domitis hostia nomen habet. Festus putat hostiam propriè dictam fuisse sacrificium quod Laribus immolabatur: eò quòd hostes ab illis arceri putabant: unde & ipsi Lares hostioli dicti sunt. Alii hostias ab antiquo uerbo Hostio dictas putant, quod apud antiquos inter alia significabat ferio uel retundo. ut probat Nonius hac authoritate Pacuuii in Teucro: Nisi coercuero proteruitatem, atq; hostiero ferociam. Pro eodem etiam dicitur uictima, quæ cæditur uictis hostibus. Ouidius lib. 1. Fastorum, Victima quæ cecidit dextra uictrice uocatur. Gellius hoc putat discriminis esse inter hostiam & uictimam,

mam, quod hostia à quouis sacerdote mactari posset: uictima tantùm ab eo qui hostes uicisset. Hostia item puellæ nomen fuit, quam Propertius adamauit, & falso nomine Cynthiam appellauit. Est & Hostia oppidi nomen in Latio, ad Tyberis ostiũ: in qua tamẽ significatione rectius scripseris Ostia sine aspiratione.

Hosticus, Hostilis, uide Hostis.

Hostio, is, a. q. Aequam cõpensationem retribuo, uicem reddo, ἀμείβω. Plaut. in Asin. quin promitto, inquam hostire cõtra, ut metueris. id est, æqua reddere, & talionem referre. Quã doq; comprimo, coërceo. Pacuu. in Teucro, ut citat Nonius: Nisi coërcuero proteruitatem, atq; hostiero ferociam. Quando q; offendo, cędo. Pacuu. Erotopægnion, lib. 2. ut citat idem Nonius, Nunc id mihi molestum est, quod hostit uoluntatem tuam. Huius compositum est, Rehostio, quod est, uicem refero, ut innuit Festus. Vtrumque est obsoletum.

Hostimentum, ti, n. s. Idem quod æquamentum, uel retributio: ab antiquo uerbo hostire, quod inter cætera significat æquare uel æquũ reddere, uel compẽsare, ἀμοιβὴ, ἀντάμειψις, ἀντιπλήρωσις. Plaut. in Asin. Par pari datum est hostimentum, opera pro pecunia. Festus, Hostimentum est beneficii pensatio.

Hostorium, rii, n. s. Lignum æquatorium, baculus quo modius, & cęteræ mensuræ æquantur. Alio nomine radius dicitur.

Hostis, is, com. t, ab hostio, stis, Quod inter alia significat comprimere, & retundere: ut in alio Pacuuii apud Nonium: Nisi coërcuero proteruitatem, atq; hostiero ferociam. Dicuntur autem hostes, illi cum quibus publicè bellum habemus: Inimici autem, cum quibus priuata odia exercemus. Apud antiquos tamen hostis dicebatur peregrinus, quem nunc uocamus hospitem ab hostiendo, hoc est, ab æquando: eò quòd suis legibus uiuens, nobis quodammodo æquari uideatur. Cic. 1. Off. Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis uocaretur, lenitate uerbi tristitiam rei mitigante: hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.

Hosticus, a, um pen. cor. Idem quod hostilis, πολέμιος, ἐχθρὸς. Horatius lib. 1. Serm. Sat. 9. Hunc neque dira uenena, nec hosticus auferet ensis. Columell. in Præfat. lib. 1. Quanquam inter ferrum & ignes, hosticis incursionibus uastatæ fruges: largius tamen condidere, quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem rusticam.

Hostilis, le, pen prod. om. t Quod est hostis, πολεμικὸν. Vergil. 11. Aen. Indutosq; iubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces. Hostilis in Rempubl. animus. Cicero ad Brutum Idem pro Cluent. Hostile odiũ & crudelitas. Idem ad Brut. Epist. 8. At hoc ipsum, inquies, iniquè facis, qui hostilis animi in Remp. homines ciues appelles. Facere hostilia, uel pati omnia hostilia, est facere uel pati omnia quę ab hostibus possent expectari. Tacitus lib. 15. Quo pro Armeniis hostilia faceret. Hostilia referre. Liuius lib. 1. bell. Pun. Legati retulerunt omnia hostilia: & Sagunti excidium nunciatum.

Hostiliter, aduerb. Ad modum hostium, πολεμικῶς. Cic. 5 Phil. Ergo Annibal hostis? ciuis Antonius? quid ille fecit hostiliter, quod hic aut non fecit, aut non faciat, aut non moliatur & cogitet?

Hostimentum, uide Hostio, hostis.

Hostium, uide Ostium,

Hostorium, uide Hostio, hostis.

Hostus, teste Varr lib 1. de Re rust. cap. 24. dicitur tantũ olei quantũ uno factu cõficitur. Factũ aũt uocant quod uno tẽpore conficiunt. Vide item Caton. cap. 6.

H V

H V. In notis antiquoqum, Huius. H. V. honesta uita. H. V. B. P. herus uerus bonorum possessor.

Huber, beris, secũdũ Apul. cũ h, ab ὗω pluo ὑφορὸς ὑπορὸς. Alii magis ab humeo, sicut tuber à tumeo, m in b conuerso. Loca enim arida, infœcunda sunt, contra quæ humecta sunt, feracia. Non desunt tamẽ hodie qui sine aspiratione scribere malint. Est autem huber, siue uber, idem quod fœcundus & fertilis, & in hac significatione est adiectiuum omnis generis: quanuis in plurali numero neutrum genus non inueniatur. Cato lib. 2. Orig. Ita tes huber fuit. Cicero ad Quintum Fratẽ, Multis locis aquam profluentem, & eam huberem uidi. Idem lib. 2. de Nat. deor. Huberrimi, lætissimique fructus uitium. Idem 1. de Natura deorum, Maiore expectatione, huberiore ipe commoueri. Idem de claris Orat. Nemo plẽior huberior ad dicendum fuit. Neutro gen. usus est Sen. Et omne id, inquiens, quod huberi cingitur solo. Huius contrarium est Inhuber. Gellius Inhuberes, & multæ quidem, macręq; essent. Huber uerò sustantiuum, idem ferè est quod mamma, οὖθαρ. Verg. 3. Eclogæ: Binos alit huber fœtus. Propriè hubera uidentur dici interiora mammarum: mammæ uerò huberum eminentiæ. Vergilius lib. 1. Georgicorum, Læta magis manebunt hubera mammis. Inuenitur etiam quandoq; huber substantiuum positum pro hubertate, aut fœcũditate, εὐθηνία, εὐφορία ut, Huber agri, id est, hubertas, & fertilitas, quo pacto & Græci οὖθαρ, ἀρότου dicunt. Verg. lib. 1. Aeneid. Terra antiqua, potens armis, atq; huber glebæ. Pallad. libr. 1. cap. 35. Fratis uerò recentia stercora sufficient ad huber herbarum.

Hubertas, atis, f. t. Fertilitas, abundantia, copia. εὐθηνία. Plin. libro 7. cap. 2. Hæc facit hubertas soli, temperies cæli, aquarũ abundantia. Cic. 2. de Nat. deor. Nuper nati mammas appetunt, earumq; hubertate faturantur.

Huberius, & **Huberrimè,** aduerb. sunt compar. & superlat. gradus, ab adiect. huber deducta, idem significantia quod copiosè, & copiosius. Cic ad Appium, lib. 3. Eadem illa fecerũt lætiora mihi tuæ literæ: non solùm quia plantus loquebantur, & huberius, quàm uulgi sermo: sed etiam quia magis uidebar tibi gratulari. Idem 2. de Diuinat. Atque his libris annumerandi sunt sex de Republica quos tunc scripsimus quum gubernacula Reipublicæ tenebamus: magnus locus, philosophiæque proprius, à Platone, Aristotele, Theophrasto, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrimè.

Hubero, as, a. p. Huber, & fœcundum facio, καρπίζω, εὐφορεῖν. Pallad. lib. 4. Hoc uelut coitu steriles arbores hùberantur Huberare, pro exuberare, seu huberem & fecundum esse, dixit Colum. lib 5. cap. 9. εὐθωῦν. καρποφορεῖν. Optimum est, inquiens, etiam constitutas plantas circummunire caucis: deinde constitutum iam & maturum oliuetum in duas partes diuidere, quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio huberat, id est, fœcunda est & fertilis.

Hubertim, Abundanter, copiosè, περίμετρ, εὐθύως.

Hubertus, a, um, Abundans, ὔπορος. Gell lib. 7. cap. 14. Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus: magnificum in Vlysse, & hubertum: subtile in Menelao, & cohibitum: mistum moderatumque in Nestore.

Huc, aduerbium ad locum, δεῦρο Terentius in Eunu. Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tũ, hospite Abii huc. Idem in Hecyra: Nam senex rus abdidit sese: huc ratiõ in urbem commeat. Huc & illuc, δεῦρο κακεῖσε, incertum iter ostendunt: quod etiam dicimus sursum & deorsum. Cicero ad Attic. Ne cursem huc & illuc deterrima uia. Idem in Off. Pars quæ hominem huc & illuc rapit. Hucusq;, hoc est, usq; ad hunc locum, uel usq; ad hoc tempus. Plinius libr. sexto capite uigesimo nono, Hucusq; Nestoris exercitium duxit.

Huccine, interrogatiuum est compositũ ab huc & ne, per interpositionem syllabæ ci. Cicero 7. Verr. Huccine tandem omnia reciderunt?

Hui, interiectio est admirantis, inquit Donatus. Ter. in Heautont. Hui, tam graueis hos quæso? M. Sic meritũ est meum. Cicer. ad Att. Hui toriesne me literas dedisse Romam, quum ad te nullas darem? Hui, hem, & cæteris eiusmodi, utimur aduersus eos quibus irascimur, interprete Donato Terent. in Eunucho, Scibis, Principio eam esse liberam. T H R. Hem. C H. Ciuem Atticam. T H R. Hui. Idem And. Iuno Lucina fer opem, seruа me, obsecro. L. Hui tam cito? ridiculum.

Huic, dativus pronom. Hic, hæc, hoc, τούτῳ, ταύτῃ Qui in carmine ferè unica syllaba effertur: ut apud Verr. Huic coniunx Sicheus erat. Quandoque etiam per duas, sed rarius. Stat. libro primo Thebaid. Lætus huic domino uideas dare iura nepotes.

Huiusce, genitiuus ab hic, hæc, hoc, compositus cum syllabica adiectione ce. Ci. 7. Ver. Quos tamen fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit.

Huiusmodi, & huiuscemodi, Nomina adiectiua omnis generis

generis indeclinabilia, composita ex genitiuis huius, uel huiusce, & modi à modus, idem significant quod talis, τοιόσδε. Plaut. in Bacch. Homo adolescens Penetrem huiusmodi in palestram, ubi damnis desudascitur? Terent. in Heautont. Huiusmodi, obsecro, aliquid reperi. Ibidem, Huiusmodi mihi res semper commiscere, ubi me excarnifices. Cicero 3. de Legibus: Nec miror, sed mœreo casum huiusmodi.

Hulula, uide Vlula.

Hululo, uide Vlulo.

Humanus, a, um, denominatiuum est ab homine deductum, ἀνθρώπινος, ἀνθρώπειος, sicut à Fera ferinus. Cic. 4. Ver. Quod est aliud in illa prouincia genus humanum? Plin. lib. 11. cap. 49. Sunt iis etiam humano calculo remedia præcipua. id est, calculo qui in homine generatur. Cicero pro Rosc. Amerin. Portentum atq; monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura qui tantùm immanitate bestias uicerit, ut propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indignissimè luce priuarit: quum etiam feras inter sese partus atq; educatio, & natura ipsa conciliet, &c. Accipitur etiam interdum humanus pro eo quod ab hominis natura non abhorret. Terent. in Adelph. Nam hoc quidem ferendum aliquo modo est, Persuasit nox, amor, uinum, adolescentia: humanum est. Vbi Donatus: Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est quod non humanum. Et hoc dicere solemus, ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus. Significat etiam humanus, affabilem, benignum, comem, blandum, commodum, urbanũ, quem Græci φιλάνθρωπον dicunt. Terent. in Andr. Hæc ego putabam esse omnia humani, mansuetiq; animi officia,

Humanitas, tatis, f. t. Propriè naturam humanam significat, ἀνθρωπισμὸς, ἀνθρωπότης. Cic. pro Ros. Amer. Magna est uis humanitatis, cõmunio sanguinis, natura ipsa. Idem pro Sylla: Perierem ueniam errato meo ex intimis uestris cogitationibus & ex humanitate communi. Et quoniam eruditio, & bonarum artium disciplinæ soli homini sunt propriæ, factum est ut humanitas accipiatur pro eruditione, & bonarum literarum scientia, quam Græci uocant παιδείαν, ut apertissime ostendit Gell. lib. 13. cap. 16. adducens locum Varronis ex lib. 1. Rerum humanarũ, qui sic habet: Praxiteles propter artificium nemini est paulum humaniori ignotus. Cicero in Verr. Tu sine ulla arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis sortis iudicas? Idẽ de Orat. Homo non hebes, neq; inerudítus, neq; communium literarum & politioris humanitatis expers. Propterea quia homo inter omnia animantia maximè mitis est, idcirco humanus pro facili & miti ponitur, & humanitas pro facilitate, tractabilitate, mansuetudine, clementia, beneuolentiaq;, quam Græci φιλανθρωπίαν uocant, quasi amorem in homines. Cic. lib. 3. Off. Non modo id uirtutis non est, sed est potius immanitatis, omnẽ humanitatem repellentis.

Humanè, aduerb. Humano affectu, hoc est, benignè, mansuetè, faciliter, leniter, ἀνθρωποπάθως. Terent in Adel. Quum placo, aduersor sedulò, & deterreo, tamen uix humanè patitur. Cicero Attic. lib. 15. Ille quòd Pœcolos prosequitur, humanè: quòd queritur, iniustè. Humanè ferre morbũ, Cic. 2. Tusc.

Humaniter, aduerbium, Cum humanitate, φιλανθρώπως. Cicero ad Marium libro 7. Epistol. Propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro, docebo profectò quid sit humaniter uiuere. Idẽ ad Att. lib. 1. Sin aliter acciderit humaniter feremus, id est, æquo animo, & ut hominẽ decet, mille fortunæ telis expositum.

Humanitus, aduerb. More humano, ἀνθρωπικῶς. Plin. lib. 10. ca. 63. Vrsi afir (ut dictũ est) humanitus strati, id est, ut solent homines. Cic. 1. Phil. Si quid mihi humanitus accidisset, id est, si fortasse morerer.

Humarium, sacrificii genus.

Humatio, Humatus, uide Humus.

Humeo, mes, mui, n. s. Madidus sum, νοτίω, Nicandro, ὑγρός ἄμι. Ouid 10. Metam. Dat gemitus arbor, lachrymisq; cadentibus humet. Columel. lib. 3. cap. 11. Verùm est in opere difficilior, quod neq; humentem fodere possis, quod sit glutinosissima: nec umium siccam, quia ultra modum prædura.

Humentia membra, in homine sunt, adeps, cerebrum, spinæ, medullæ, ἀδήν, in mãmis, cæterisq; corporis partibus glandulæ.

Humesco, scis, Humectus sum, ὑγραίνομαι, ὑγρὸς γίνομαι. Verg. lib. 1. Georg. humescunt spumis, flatuq; sequentium. Plin. in Paneg. Vidimus humescentes oculos tuos, demissumq; gaudio uultum: tantumq; sanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.

Humecto, as, a. p. Humidum facio, δίημι, βρέχω. Verg. lib 4. Georg. Qua niger humecta flauantia culta Galesus. Colum. lib. 7. cap. 3. Agnus, quum est editus erigi debet, atq; uberibus admoueri, tum eius diductũ os pressis humectari papillis, ut condiscat maternum trahere alimentum.

Humectus, a, um, adiectiuum, Idem quod humidus, ὑγρὸς, ut Humectus locus. Varro 1. de Re rust. cap. 29. Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, & arundineum.

Humidus, a, um, pen. cor. quod humorẽ inducit, uel quod humorem habet, ὑγρὸς, νοτερὸς. Verg. 2. Aen. Et iam nox humida cœlo Præcipitat, suadentq; cadentia sydera somnos. Cicero in Verr. Ignem ex lignis uiridibus, atq; humidis in loco angusto fieri iussit.

Humidulus, diminutiuum, ut Linum humidulum apud Ouidium 3. de arte Aman. Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini.

Humifer, fera, ferum, Humefactus, humorem afferens, νοτιφόρος. Cicero 1. de Diuin. Naribus humiferum duxere ex aëre succum.

Humigatus, humore perfusus, βεβρεγμένος. Apul. lib 1. Flor. Vel enim colliculus sepimine consecratus, uel truncus dolamine effigiatus, uel cæspes libamine humigatus, uel lapis unguine delibutus.

Humerus, ri, m. s. pen. cor. Est pars illa corporis à qua dependent brachia: quæ etiam alio nomine uocatur armus, authore Festo, quòd ab ea parte arma dependeant ὦμος. Terent. in Eunuch. quas matres studeant Demissisq; humeris esse. Cic. in Verr. Ab humero pendebant sagittæ. Ver. lib. 2. Aeneid. Hæc fatus, latosq; humeros, subiectaq; colla Veste super, fuluiq; insternor pelle leonis. Humeri etiam de bobus dicuntur. Cic. 2. de Nat. deor. Quid de bobus loquar? quorum ipsa terra uires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda, &c. Dicuntur etiam humeri in auibus partes illæ à quibus dependent alæ. Colum. lib. 8. cap. 2. de gallinaceis, lubæ deinde uariæ, uel ex auro flauæ per colla cerui cesq; in humeros diffusæ.

Humerosus, a, um, Quod latos humeros habet, εὐρύωμος. Humerosus locus. Colum. lib. 3. cap. 10. Itaq; custodiemus, ut à prædictis locis, quos humerosos rustici uocant, semina legamus.

Humerale, ralis, n. t. Humerorum tegumentum, quemadmodum Tibiale, tegumentum tibiarum. Paulus, Nam tibiale uel humerale miles alienauit castigari uerberibus debet.

Humesco, Humidus, uide Humeo.

Humilis, li, pen. cor. Depressum, & quod à terra non altè attollitur, χθαμαλὸν, ταπεινὸν. Cic. in Tus. Vites, & ea quæ sunt humiliora, neq; se tollere à terra altius possunt. Col. lib. 4. cap. 1. Humili statu uitis plerunq; iuxta terram coërcetur. Verg. 4. Ecl. Atq; humiles habitare casas. Idem 4. Ecl. Non omnes arbusta iuuant, humilesq; myricæ. Accipitur etiam humilis, pro contempto, abiecto, demisso, quod & Græci ταπεινὸν dicunt. Cic. 5. d Fin. Qui latiore animo sunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant. Idem de Amic. Nihil enim altũ, nihil magnificum ac diuinum suscipere possunt qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilẽ, tamq; contemptam. Idem ad Att. lib. 7. Dicam idem quod Pompeius, neq; id faciam humili animo.

Humilitas, atis, f. t. contrariũ altitudini, ταπεινότης, χθαμαλότης. Cicero 5. Tusculan. Sidera inter se altitudine & humilitate distantia. Idem 2. de Diuin. Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur, terram propè contingens. Humilitas, ignobilitas, paupertas. Cic. lib. 1. Off. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione uersatur. Idem 13. Philip. Is autem humilitatẽ despicere audet cuiusquam, qui ex eadem sustulerit liberos? Humilitatem generis, alicui obicere, apud Ciceronem antequam iret in exilium. Humilitas ut opponitur superbiæ, ταπεινοφροσύνη, definitur

à Speusippo

à Spensippo, quòd sit facilitàs animæ, omnis expers iracundiæ. Verùm in hac significatione usitatius Modestiæ uocabulo utimur.

Humiliter, aduerbium, hoc est, demissè, ταπεινῶς. contrarium habetaltè. Plinius in Epist. Eadem enim facta claritate, uel obscuritate facientium, aut attolluntur altissimè, aut humillimè deprimuntur. Liu. 4. bel. Pun. Hæc natura multitudinis est, aut seruit humiliter aut superbè dominatur.

Humilio, lias, a. p. Humilem facio, & quasi abiectum ac uilem, ταπεινόω, ut est illud, Humiliauit seipsũ formã serui accipiẽs. Frequẽs est huius uerbi usus in Sacris literis: alioqui apud probatos linguæ Latinæ scriptores uix inuenias, in hac præsertim significatione. Legitur tamen humiliatus, participium pro eo quod est depressus, & humilis effectus, ita ut à terra parum attollatur. Cic. 2. de Nat. deor. Alia animalia humuliata, ut cibum terrestrem facilè rostris contingant: alia altiora sunt, &c.

Humo, uide Humus.

Humor, moris, m. t. Aqua, liquor, ab humus fit, quia aquæ terris inclusæ sunt, ὑγρότης. Cicero de Diuinatio Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis uidemus, Austro, potest sudorem imitari. Idem secundo de Natura deorum de astris loquens, Et terrenis, maximisque humoribus longo interuallo extenuatis alantur. Ibidem, Humor, & calor qui est infusus in corpore. Vergilius primo Georgicorũ, Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam. Humor proportione uini aquosa. Vergilius 1. Georgicorum, Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Sic alibi humida uina uocauit tenuia, quæq; plurimùm aquosæ substantiæ haberent admistum.

Humus, mi, fœm. gen. s. Terra, γῆ, γῆ. Cicero de Senectute, Humus subacta atq; pura. Idem secundo de Legibus. Quos humus iniecta contegit. Vergilius primo Georgicorũ, Nec non & lini segetem, & cereale papauer Tempus humo tegere, & iamdudum incumbere aratris. Idem secundo Georgicorum, At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta. Humi genitiuus uice aduerbii ponitur, & hoc tam cum uerbis motus, quàm cum uerbis quietis. Plinius libro nono, capite 13. Humi quoq; uice pedum serpunt. Colum. libr. 9. cap. 14. Ineunt autem non ut priores aues, de quibus diximus, insistentes humi. Ouid. 5. Metamorph. Sternit humi iuuenẽ Vergil. 1. Aeneid. Nec prius absistit quàm septem ingentia uictor Corpora fundat humi.

Humo, mas, a. p. Humo contego, sepelio, θάπτω. Cicer lib. 1. Tuscul. Magorum est mos, non humare corpora suorum, nisi à feris sint antè laniata. Ibidem, In terram enim cadentibus corporibus, hisq; humo tectis, (ex quo dictum est humari) sub terram censebant reliquam uitam agi mortuorum. Plin. lib. 7. cap. 54. Sepultus intelligitur, quoquo modo conditus: humatus uerò, humo contectus. Gell. lib. 7. cap. 8. de Delphino. In sui pueri sepulchro humatus est. Huius cõposita sunt Exhumo, quod est è terra extraho. Inhumo, terræ iniicio, ἐνταφιάζω. Plin. lib. 17. Non inhumare taleas, aut siccari prius quàm serantur, utilius compertum. A participio humatus fit nomen compositum inhumatus, idem quod insepultus: de quo suo loco, ἄθαπτος.

Humatio, f. t uerbale, ταφή, ταύνωσις, Cicer. 1. Tusc. Cuius hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

HYacinthus, ὑάκινθος Suidæ, Est genus uiolæ uernæ, colore obscuræ purpuræ, quam à Romanis uacinium appellari autor est Dioscor. Galli teste Ruellio, libr. 3. cap. 4. seruato Latini nominis uestigio uocant uacietam: herbam aũt, cæpam agrestem. Hoc uiolæ genus uenis quibusdã nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, ut duarum Græcarũ literarũ Υ & Σ figuram referant: quæ res poëtis duplicis fabulæ occasionem præbuit. Nam & Hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens disci iactu interfecit, in hunc florẽ mutatũ tradũt, interiectionẽq; dolẽtis αι, quæ ex duabus illis literis cõficitur, uelut testimoniũ doloris, quẽ Apollo ex eius morte, cõceperat, habere inscriptam. Præterea etiã Aiacem in eundem florem conuersum aiũt, dũ impatientia prælati sibi Vlyssis seipsum interemit: duasq; primas eius nominis literas in hoc flore mãsisse impressas. Ouid. utrãq; fabulã complexus est li. 13. Met. his uersibus. Rubefactaque sanguine tellus Purpureũ uiridi genuit de cæspite florẽ, Qui prius O Ebalio fuerat de uulnere natus. Litera communis mediis puerorq; uirorq; Inscripta est foliis, hæc nominis, illa querelæ. Est etiam Hyacinthus gemmæ nomen, colorem habens amethysto gemmæ non absimilem, sed tamen dilutiorem. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

Hyacinthia, orum, substant, ὑακινθία, (ut author est Hieron. cõtra Iouinianum) dicebantur quædam sacra nocturna, à Lacedæmoniis reperta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline disci iactu interfecti. Quod & testatur Ouid. lib. 10. Metam. his uersibus.

Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorq;
Durat in hoc æui: celebrandaq; more priorum,
Annua præclara redeunt Hyacinthia pompa.

Hyacinthinus, a, um, pen. cor. ὑακινθῖνος, Quod habet colorem hyacinthi. Pers. Sat. 1. Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est. Flos hyacinthinus, Catullus in Epithalamio Iuliæ.

Hyacinthízontes, ὑακινθίζοντες, Dicti sunt smaragdi quidam, ad hyacinthi colorem accedentes, quorũ meminit Plin. lib. 37. cap. 5.

Hyæna, f. p. ὕαινα, cum diphthongo, & pen. prod. Animal ferum, & crudele quod sermonem humanum assimilat, pastorumq; nomina addiscit, ut eos foras euocatos dilanier. Plin. lib. 18. cap. 30. Hyenis utranq; esse naturã, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri. Parere sine mare uulgus credit: Aristot. negat, &c. Et paulò pòst, Multa prærerea mira traduntur: sed maximè, sermonem humanũ inter pastorum stabula assimilare, nomenq; alicuius addiscere quem euocatũ foras lacer et. Item uomitionem hominis imitari, ad solicitandos canes quos inuadat. Hyænæ etiam meminit Ouid. lib. 15. Met. Et quæ modo fœmina tergo Passa marẽ, nunc esse marẽ mirantur hyenam.

Hyalinus color, Lege Color uarius.

Hyalurgus, pro Vitreario.

Hyalus, m. s. pen. cor. ὕαλος. Vitrum. Vnde color hyali, dicitur color uiridis, qualis est color uitri. Verg. 4. Georg. Milesia uellera nymphæ Carpebant hyali saturo fucata colore. Inde fit Hyalinus, ὑάλινος, pro uitreo, & Hyalurgus, ὑαλουργός, pro uitreario. Est item Hyalus, Asiæ fluuius in Tmolo monte nascens & non procul ab Hermi ostio, in mare Aegæũ influens. Vide Strab. lib. 11.

Hyberes, Hyberi, & Hybera, quæ hîc ut perperam scripta, sic alieno loco inserta erant. Vide Iberes, Iberi, & Iberas.

Hybernus, a, um, Quod est hyemis, χειμερινός, ut Hyberna glacies: quod nomẽ ab hyeme deduci aspiratio indicio est. Plin. lib. 8. cap. 47. Multi hybernos agnos præferunt uernis. Soles hyberni. Verg. 2. Geor. Quid tantùm Oceano properent se tingere soles Hyberni: uel quæ tardis mora noctibus obstet.

Hyberna, orum, n. s. numero plurali. Dicuntur loca in quibus milites hyeme stationem habent: sicut Aestiua, in quibus æstiuo tempore commorantur, χειμάδια. Cæsar, Post hæc legionibus in hyberna deductis, in Italiã profectus est. Cic. ad Catonem, Exercitum in hyberna dimisi. Tacit. lib. 1. Frumentũ quod ex hybernis extulerat.

Hybernacula, orum, n. s. Castra hyberna. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Hybernacula etiam res noua militi Romano, ædificari cœpta. Tacit. Cohortes aliq; nouis hybernaculis locatæ.

Hyberno, as, n. p. Hyemo, hyemem ago, stationẽ hyberno tempore aliquo in loco habeo, διαχειμάζω. Liu. lib. 7 ab Vrb. Quia procul ab domo, ac rebus suis hybernaẽssent. Cic. pro Leg. Manil. Iam uerò quemadmodũ milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur.

Hybris, idos, com. t. uel Hybrida, æ, Propriè dicitur ſus impáribus prognata parentibus. hoc ex altero fero, & altero domestico: quę tamen appellatio etiam aliis animalibus conuenit, teste Porphyrione, atq; adeo ipsis hominibus, imparibus editis parentibus. Plinius lib. 8. cap. 55. In nullo genere æquè facilis mistura cum ferro: qualiter natos antiqui hybridas uocabant, ceu semiferos: ad homines quoque, ut in Cn. Antoninum Ciceronis in Consulatu collegam, appellatione translata. Appellatio uidetur tracta à Græco nomine ὕβρις, quod inter cætera significat adulterium. Videtur enim esse quædam quasi adulterii species quum aliquod animal cum alterius generis animali habet consuetudinem. Suet. in Aug. Themasinum quendam Epicardum uocat hybridam, quod natus esset ex patre Parthico, & matre Romana.

Hybris, ὕβρις, Auis ex accipitrum genere, quæ interdiu minus apparet, quia non clarè uidet, sed nocte uenatur more aquilæ,

aquilæ. Pugnant etiam cum aquila adeo acriter, ut ſæpius amb̃ implexæ deferantur in terram.

Hycca, Sturio. Manadrus lib. 9. Epiſt. 3.

Hydatides, id eſt, ueſiculæ plenæ.

Hyderica, corpora quæ plurimo humore prægrauantur.

Hyderos, ὕδερος, Aqua ſubter cutem, quam & hydropem Græci appellant, utroq; nomine ἀπὸ τοῦ ὕδατος, hoc eſt, ab aqua deducto.

Hydor, ὕδωρ, Hydas & Hydos, Latinè aqua, unde fiunt quæ ſequuntur.

Hydragogos, Vinca peruinca, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 150.

Hydra, dræ, f. p. ὕδρα, Serpens in aquis uiuens, de quo uide plura in dictione Hydrus. Eſt & Hydra promontorium Aeolidis, quod Hermatunti alteri promontorio aduerſum, Elaiticum ſuum efficit. Author Strabo lib. 13. Item Aetoliæ oppidum, quod Lyſimachiam appellarunt: teſte eodem Strabone libro 10. Eſt præterea huius nominis inſula iuxta Carthaginem. ut ex Ephori ſententia tradit Stephanus.

Hydragogus, m. ſ. ὑδραγωγὸς, Adaquator, aquæductor, παρὰ τὸ ἄγειν τὰ ὕδατα. Vnde & hydragogiæ dicũtur ipſæ aquarum deductiones.

Hydrargyrum, n. ſ. ὑδράργυρος. genus eſt metalli liquidi, argentum colore, liquida uerò conſiſtentia aqua referens: unde & nomen accepit. Latini argentum uiuum appellant: argentum quidem, à colore: uiuum autem à motu. Ariſtoteles ἄργυρον ὑγρὸν. hoc eſt fuſile ſeu liquidum argentum uocat. Huius duæ ſunt ſpecies, natiuum, ſiue foſſitium, & factitium, quod ex minio excoquitur, quod ſolum Galeno fuit cognitum. Dioſcor. utriuſq; meminit. Plinius lib. 33. cap. 3. argentum uiuũ ab hydrargyro uidetur diſtinguere, quum ait: Aes inaurari argento uiuo, aut certè hydrargyro, legitimũ erat. Sed ea controuerſia facilè poteſt tolli, modò intelligamus Plinũ illic, quòd natiuum, ſiue foſſile eſſe diximus, argentum uiuũ, quod uerò ex minio excoquitur, hydrargyrum appellare. Vtraq; ſpecies peſtilentem exhalat odorem, auramq; planè exitialem.

Hydraulax, cis, ſulcus aquaticus.

Hydrelæon, oleum cum aqua mixtum.

Hydraſtina, ſylueſtris Canabis apud Dioſcoridem libro 3. cap. 166.

Hydraulos, m. ſ. ὕδραυλος, Muſicum organum, aquæ decurſu ſonũ reddens. Plin. lib. 9. cap. 8. Delphinus non tantũ homini amicum animal, uerũ muſica arte mulcetur, ſymphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli ſono.

Hidraulicus, a, um, ὑδραυλικὸς, ut Hydraulicum organum. Plin. lib. 7. cap. 37. Laudatus Teſibius, pneumatica ratione & hydraulicis organis repertis.

Hydrelæum, ὑδρέλαιον, Oleum aquæ cõmiſtum, humectãdi, molliendi, & penetrãdi uim habens, ut eſt author Galen. lib. 3. Simpl.

Hydria, f. p. ὑδρία, Vrna ſeu uas aquarium. Cicero 4. Verrin. Dicebant ſcyphorum patria complura, hydrias argenteas, pretioſam ueſtem ſtragulam, multa mancipia pretioſa Verri data eſſe. Ibidem, Quum in hydriam ſortes conicerentur.

Hydrocele, f. t ὑδροκήλη, Hernia aquoſa, quũm ſcilicet aqua in ſcroto colligitur. Martialis lib. 12. Quem cuncti modò colei timebant Dicentem tumidas in hydrocelas. Inde hydroſcelicus, ὑδροκηλικὸς, qui hydrocele laborat. Vide in dictione Hernia.

Hydrocephalos, ὑδροκέφαλος, Dolor capitis, naſcẽs ex humore inter cutem & pericraniũ, aut certè inter hoc & craniũ collecto. Vide Celſum lib. 4. cap. 2.

Hydrolapathon, ὑδρολάπαθον, Lapathi genus quod in aqua naſcitur. Plin. lib. 20. cap. 21. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

Hydromantia, f. p. ὑδρομαντία, Diuinatio quæ fit per aquã Auguſtin. lib. 7. de Ciuit. ſcribit, Numam Pompilium hydromantiã feciſſe, ut uideret imagines deorũ, uel ludificationes dæmonũ, à quibus audiret quid in ſacris conſtituere atq; obſeruare deberet. Quod genus diuinationis Varro à Perſis dixit illatũ, quo & ipſum Numã, & Pythagoræ Philoſophũ fuiſſe uſum commemorat.

Hydrómeli, ὑδρόμελι, Aquæ mulſæ genus, ex imbre puriſſimo, & melle temperatum, & iam uetuſtate uini ſaporem referens. Nam quod recens eſt, & ad præſentem uſum confectum, melicraton potius nominatur. Plin. libr. 31. cap. 6. Hydromeli quoq; ex imbre puro cum melle temperabatur quõdam, quod daretur appetentibus uinum ægris. Vide Marcellum Vergilium in Dioſcor. lib. 5. cap. 9.

Hydromelon, ὑδρόμηλον, Liquoris genus, ex melimelitis portione una, & duabus aquæ confectum, inſolatis ſimul per Canis ortum. Dioſc. lib. 5. cap. 21.

Hydromphalos, ὑδρόμφαλος, Torpidi humoris in umbilico collectio.

Hydrophobia, f. p. ὑδροφοβία, Quam Latinè interpretari poſſumus aquæ fugam: morbi genus, quum æger ſupra modum aquam expaueſcit: quod accidere ſolet iis qui à rabido cane fuerint morſi. Hoc morbi genus intelligit Ouidius de Remed. amoris, quum ait: Tollere nodoſam neſcit medicina podagram: Nec formidatis auxiliatur aquis. Hinc hydrophobi, ὑδροφόβοι, dicti ſunt ægri, qui aquam expaueſcũt, hoc eſt, quos canis rabidus momorderit, παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ. Plinius lib. 29. capit. 5. Eſt limus ſaliuæ ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur.

Hydropiper, ὑδροπέπερι. Herba eſt circa ſtagnantes aquas, aut quæ pigro lapſa fluunt, naſcens, caule geniculato, robuſto, multis alis concauo: foliis menthæ maioribus, candidioribus, tenerioribuſque, guſtu piperis amaro. Fructum gerit acrem in ramulis ſecundum folia, continenti acinorum ſerie congeſtum, unæ modo. Dictum hydropiper, teſte Galeno, à piperis ſapore, & locis aquoſis in quibus naſcitur, quaſi piper aquatile. Ruellius eam eſſe exiſtimat quam uulgus herbariorum falſo nomine, Eupatorium appellat.

Hydropotes, com. t. ὑδροπότης, Aquæ potator. Vnde Cyrus apud Xenophontem, monet ſuos, ut conſueſcant aquam bibere, ut fiant hydropotæ.

Hydrops, is, generis maſculini, ὕδρωψ, Morbum ſignificat qui Latinè dicitur aqua intercus, quòd ſub cute aqua naſcatur, qua corpus turgeſcit. Horat. 2. lib. Carm. Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops: Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi Fugerit uenis, & aquoſus albo Corpore languor. Huius tria ſunt genera: Tympanites. nomen habens à tympano inſtrumento muſico, quum corpus ſpiritu magis, quàm aqua diſtenditur, pulſatumq; tympani ſonum reddit. Aſcites, ἀπὸ τοῦ ἀσκοῦ, hoc eſt, ab utre, quum alimenta in aquam conuertuntur quæ inter inteſtina & tunicam quam peritonæon uocant, uelut in utrem colligitur. Tertium genus omniũ periculoſiſſimum & penè incurabile, uocant leucophlegmatian, uel hypoſarca, quum ſolidæ corporis partes in aquam reſoluuntur, adeò ut corpus pallidum reddatur, & cadaueri ſimili. Vide de his ſpeciebus Celſum lib. 3. cap. 11. Ab hydrops icus, ὑδρωπικὸς, qui hydrope laborat. Hor. 2. Epiſt. 1. Si noles ſanus, cures hydropicus.

Hydropiſis, is, ὑδρόπισις, Idẽ quod hydrops, hoc eſt, aqua intercus. Plin. lib. 20. cap. 1. Sic & contra phihtriaſim bibitur & hydropiſes.

Hydroſelinum, ὑδροσέλινον, Apium paluſtre quod & eleoſelinum appellatur.

Hydrunterocele, ὑδρυντεροκήλη, Herniæ genus quum inteſtinum in ſcrotum delabitur, & aqua ibidem colligitur.

Hydrus, & Hydra, ὕδρος καὶ ὕδρα, Genus anguium in aqua degentium, ſed hydrus mas, hydra fœmina. Plinius libro 29. cap. 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt quod in aqua uiuit: hydri uocantur, nullis ſerpentium inferiores ueneno. Aelianus libro nono, autor eſt, in Corcyra hydras procreari quæ ſe retrorſum ad inſequentes retorquent, & grauem odorem exhalantes, inſectatores reprimunt. Hydram finxerunt Poëtæ eſſe multorum capitum in Lerna paſtude, quorum aliquot exciſis, totidem continuò renaſcebãtur: quæ tandem ab Hercule & ſagittis & igne interfecta eſt. Reuera autem Hydra ſophiſtria fuit acutiſſima quæ ita quæſtiones ſolebat proponere, ut uno ſoluto dubio, multa ſubnaſcerentur.

Hyems, is, f. t. Pars anni frigidiſſima, media inter Autumnum & Ver, χειμών. Vergil. 1. Georg. hyemes optate ſerenas. Agricolæ, ἀπὸ τοῦ ὕω, pluo: quòd id tempus anni pluuioſum ſit. Varro ab hiando deriuat, quòd anima quæ à nobis efflatur, tum appareat. Spiritus enim noſter quum ſpiramus hye

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

me, quasi in nebulam concretus cernitur. Interdum accipitur pro re nubilata, procella, siue uentorum impetu.

Hyemo, as, are, n.p. Hyemem pergo, stationem hybernam aliquo in loco habeo, quod & Hyberno dicitur, παραχειμάζω. Cæsar 1. bell. Gall. Duasq; ibi legiones conscribit, & tres quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit. Cicero pro Font. Cn. Pompeius maximus atq; ornatissimus hyemauit in Gallia, M. Fonteio imperante. Horatius 1. Epist. 17. Mediis hyemet mercator in undis. Hyemare item in tertiis duntaxat personis, interdum uerbum est ex iis quę Grammatici exceptæ actionis appellant: quorum actio soli Deo, naturę conuenit: huiusmodi sunt pluit, ningit. & similia, quæ interdum sola ponuntur sine nominatiuo qui facilè in iis intelligitur: interdum eundem habent expressum. Sic aliquando dicimus hyemat, absolutè, χειμάζει, id est, hyems uiget, uel frigus uehemens est. Colum. lib. 11. cap. 2. Quinto Calendas Nouembris Vergiliæ occidunt, hyemat cum frigore & gelicidiis. Interdum expresso nominatiuo, Deus, natura, uentus, sydus, uel dies hyemat. Plin. lib. 18. cap. 26. Delphini uespertini Occasu continui dies hyemant. Col. 11. cap. 2. Auster, aut Africus hyemat.

Hyematio, onis, f. p. Hyemis traductio, παραχείμασία Varr. 3. de Re rust. cap. 16. Vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquū hyemationi relinquatur.

Hyemalis, le, om. t. Hybernus, ut hyemalis dies, χειμερινός. Columell. lib. 11. cap. 1. Hyemalis uis. Cic. 5. Tusculan. In ea tamen gente primùm hi qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt, Caucasi niues hyemalemq; uim perferunt sine dolore. Hyemalis nauigatio, & minimè portuosa, apud Cic. in Epist. fam.

Hyetos, ὑετός, Latinè pluuia, unde Iupiter Hyetus.

Hyerus, uide Hireus.

Hygremplastra, ὑγρέμπλαστρα, Liquida emplastra, sicut xeria ξήρια, quæ sunt arida. Ex Galeno.

Hygromyra, liquida unguenta, fœminarum auribus expetita.

Hygrotes, in arboribus, ab aliis succus, ab aliis dacryō, δάκρυον id est, lachryma appellatur.

Hylactor, ὑλάκτωρ, Dictus est canis à latratu. Nam ὑλακτέω, latio significat.

Hymber, bris, uide Imber.

Hymen, enis, ὑμήν, A ueteribus accipiebatur pro uirginitatis pellicula, quam primo coitu rumpi putauerunt, quanquam inter rei Anatomicæ peritos, satis constat, in uirginū dissectionibus pelliculam eiusmodi nullam inueniri. Accipitur item Hymen pro deo nuptiarum præside, qui & Hymenæus, & coniunctis dictionibus Hymen Hymenæus dicitur. Catull. in Epitalamio, Hymen ô Hymenæe, Hymen, Hymen ô Hymenge.

Hymeon, Epanastes apud Galen. in oculis membranarum rebelliones, uel insurrectiones, uel exuberantiæ.

Hymnetes, ὑμνητής, Cantor laudator.

Hymnus, m. t ὕμνος, Latinè laus, canticum. Mart. lib 12 Inuitus puerum fatetur hymnus. Inde Hymnifer apud Ouid. lib. 11. Metam.

Hyoscyamus, ὑοσκύαμος, Herba quam Latini Apollinarē appellant. Vulgus fabam porcinam uocat, uel iusquiamum. Colum. lib 7. Est ὑοσκύαμος, cuius semen detritū, & cum uino datum, prædicto uitio medetur. Plin. lib. 20. ca. 17. Colligitur succus eius, ut hyoscyami.

Hyoscynaminus, a, um, ὑοσκυάμινος. Quod est ex hyoscyamo, ut Oleum hyoscyaminum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. lib. 21. cap. 15.

Hyoiris, ὑόσιρις, Herba intubo similis, sed minor, & tactu asperior, quæ uulneribus contusa præclarè medetur. Plin. lib. 27. cap. 10.

Hypæthra, ὕπαιθρα, siue Hypæthria, teste Bud. loca sunt aperta, quasi sub æthere constituta, quę Latinè subdialia uocare possumus, quòd sub Dio, hoc est, sub Ioue, & sine tecto sint. Vide Budęi Annotat. in Pandect.

Hypagogeus, ὑπαγωγεύς, Instrumentum quo lapides expoliuntur.

Hypagum, pen. prod. Nonnulli uoluerunt esse nauticum instrumentum, adducti ut opinor, trunca Plinii lectione, quæ ex lib. 7. cap. 56. adducunt ad hunc modū, Velum, Icarus, malum & antennam Dædalus, hypagum Salaminii, aut Pericles Athenensis. Ex quo loco sic citato, ex iis quæ præcesserant de antennis & uelis, coniecturam fecerunt, hypagum etiam esse instrumentū nauticū. Si isti profectò, si paulò ulterius progressi essent, uidissent procul dubiò, hypagū, siue potius hyppagum (ut nos legendū docebimus) nauis genus esse, non instrumentū nauticum. Subdit enim Plin. Tectas longas Thasii. Illud enim uult Plinius, nauim illā, qua ad transuehendos equos utimur, à Salaminis, aut certè à Pericle fuisse inuētam, quemadmodū nauim tectam à Thasiis. Hoc autē nauigii genus ὑπαγωγὸς à Græcis uocatur, quod nos y in a longū mutato hypagū uocamus. Polyb. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπίσκαψαν τοὺς ἱππαγοὺς ῥύματα δόντες. ἔξ αὐτῶν τοὺς τὸ τρίτον σύλλογον. hoc est, Post hęc disposuerūt hippagos, dātes ex iis lora, & funes tractorios nauibus, quæ in tertia classe erant. Ex his itaq; constat hypagum esse nauigii genus ad transuehendos equos accōmodatum.

Hypallage, f. p. ὑπαλλαγή, Figura est, quam nos suppositionem uertere possumus, uel submutationem, quum scilicet unum pro altero subiicitur: ut quum agere dicimus quod patimur, aut contrà: aut quum aliud quid uis præposterè efferimus: ut Trade rati uentos, pro eo quod dicendum erat, Trade ratem uentis.

Hypecoon, ὑπηκόον. Herba in segetibus aruisq; nascens, foliis rutæ, ramis exilibus, uires papaueri proximas habēs. Alio nomine Hypopheon appellant.

Hypelaros, herbæ species quam alii daphnē, alii carpophyllum uocant.

Hypelate, ὑπηλάτη, Lauri species, quam quidam laurum Alexandrinā, alii daphnem, alii carpophyllū uocant. Vide Plin. lib. 15. cap. ult.

Hypenemium ouum, ὑπηνέμιον ᾠόν, Dicitur ex quo nihil gignitur, cuiusmodi sunt quę gallinę citra coitum edūt, ipsę sibi uenerem figurātes. A quibusdā & Zephyriū ouū dicitur. Latini Ouum irritū, & uentosum appellant. Plin. lib. 20. cap. 58. Et ipsæ autē inter se (si mas non sit) æquè saliunt, pariuntq; oua irrita, quæ hypenemia Græci uocant.

Hyper, ὑπέρ, præpositio Græca, quod apud nos significat super, supra, ultrà.

Hyperaspistes, m. t. ὑπεραστιστής, Latinè protector, ἀπὸ τοῦ ὑπερασπίζειν. quod est, scuto protegere. Vnde hyperaspistes dicitur, qui uelut scuto aliquem protegit, ἀσπὶς enim apud nos scutum sonat. Hieron. in Præfat. Quum Aristæus eiusdē Ptolemæi hyperaspistes, & Iosephus multò pòst nihil tale retulerint.

Hyperbasia, ὑπερβασία, transgressio.

Hyperbericí, mensis in Decretis Pontificis mentio fit 15. distin. c. propter. Quo loco scholiastes nodū in scirpo quęrit, existimans eandē esse rationē nostri mensis Octobris, quę & Græcis. Opinatur tamē Alciat. Hyperberetęi legendū, quod sic is mensis, authore Suida, apud Macedones uocetur, finisq; ultimus anni apud eos mensis.

Hyperbasis, ὑπερβάσις, siue hyperbaton, penul. corr. Latinè transgressio uerbi, interprete Quin. lib. 8. cap. 6. quam frequēter ratio comparationis & decoris poscit. Fit enim frequentissimè aspera & dura, dissoluta & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui uerba redigantur. Longius ergo uerbum propriè hyperbaton est. Insigne huius exemplum est apud Verg. Aen. 12. Interea reges (ingenti mole Latinus,
Quadriiugo uehitur curru, qui tempora circum
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis aui specimen. Bigis it Turnus in albis
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Aeneas, Romanæ stirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis,
Et iuxtà Ascanius, magnæspes altera Romæ)
Procedunt castris. Quo in exemplo post octauū decimū uersum nominatiuo redditur uerbū. Vide Macrob. Satu. lib. 6. cap. 6. Dictum Hyperbaton, ἀπὸ τοῦ ὑπερβαίνειν, quod est, transcendere.

Hyperbole, les, f. t. pen. cor ὑπερβολή, Dici potest eminentia, uel (ut ait Cic.) Superlatio, à Quint. Superiectio interpretatur, à quibusdam uerò excessus, ab ὑπερβάλλω, quod est, extendo, supero, excedo. Est enim hyperbole figura, quum sententia aliqua fidem excedit augendę rei gratia, ut Niue candidior. & Fluminis ocyor alis. Item, Volantis Te tolli sonitus terret: & Vix ossibus hærent. Verg. 12. Aen. Qui candore niues anteirēt: cursibus auras. Cic. in Top. In hoc genere Oratoribus & Philosophis concessum est, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo possit, au-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſit, augendæ rei gratia dicatur aut minuēdæ: quæ hyperbole dicitur. Vide Quintilianum lib. 8. cap. 6.

Hyperbolicus, ca, cū, ὑπερβολικὸς, id eſt, expreſsiuus, & Hyperbolicōs, aduerbium.

Hypercatalecticum, metrum, ὑπερκαταληκτικὸν, Cui una ſyllaba, uel duæ ſuperant. Verg. 1. Aeneid. Alloquitur Venus: ô qui res hominumq; deumq;. Et Horatius, Syluæ laborātes geluq;. Illud dactylicum hypercatalecticum eſt, hoc uerò iā bicum hypercatalecticum.

Hypericon, ὑπερικὸν, Herba eſt odore reſinam imitās: (unde & chamæpitys à quibuſdam appellatur) quæ digitis trita ſuccum ſanguineum emittit: qua ex cauſa ἀνδρόσαιμον à Græcis cognominatur. Vulgus Perforatam ſeu Herbam diui Iohannis nominat. uide Dioſcoridem libro tertio, capite centeſimo ſeptuageſimo ſecundo.

Hypermeter, & Hypermetrus, m. ſ. ὑπέρμετρος, Dicitur uerſus abundans una ſyllaba, quæ plerumq; à prima ſyllaba ſubſequentis uerſus incipienti à uocali, abſumitur. Ver. lib. 1. Georg. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem, Et foliis undam, &c.

Hyphear, ὕφαρ, Arcadum uocabulo dicitur quod Latini uiſcum uocant, præſertim in abiete, ac larice gignitur. Vide Plin. lib. 16. cap. ult. & Theophraſt. lib. 2. de Cauſ. plantarum.

Hyphen, n. τὸ ὑφέν. Subunio interpretatur, ex ὑπὸ ſub, & ἓν unum: quod fit quum duæ dictiones proferuntur ſub uno accentu. Notatur autem linea ab ultima primæ dictionis litera ad primā ſequentis ſubducta. Verg. 1. Aeneid. Neq; enim ignari ſumus ante malorum. Vbi Seruius, Ante malorum, ὑφὲν eſt. Terentius in Andria, & heri ſemper lenitas, Verebar quorſum euaderet. Vbi Donatus Semper lenitas, hyphen.

Hypnale, ὑπνάλη, Aſpidis genus, ſolo ſomno, citraq; ullum doloris ſenſum hominem necans. cuius morſu ſibi Cleopatram mortem conſciuiſſe, autor eſt Solinus. Galenus ptyadem appellat, propterea quòd ceruicem erigens, ex interualo uenenum expuat.

Hypo, ὑπὸ, præpoſitio græca & modò ab, modo ſub ſignificat.

Hypolimæus, ſiue ſubditicius dicitur.

Hypocauſtum, ſti, n. ſ. ὑπόκαυστον, Locus ad ſudandum, παρὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc eſt, à ſuccendendo. Solent enim hypocauſta ſub pauimento habere fornaces, quibus accenſis ipſa calefiant. Latinè dicitur uaporarium, ab excirandis uaporib. Papin. lib. 1. Syl. Tenuem uoluunt hypocauſta uaporem. Pli. ad Gallum, Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Vitruuius appellat hypocauſtum, quum ſcribit facienda eſſe ahena ſupra hypocauſtum tria, caldarium, tepidarium, frigidarium.

Hypochalcus, ὑπόχαλκος. Latinè ſubæratus dicitur.

Hypochyſis, ſiue Hypochyma, ὑπόχυσις, ἡ ὑπόχυμα, Morbus eſt oculorum, quem Latini ſuffuſionem appellant. Eſt autem (teſte Aegineta) effuſio humorum lentorum inter corneam tunicam & cryſtalloidem congelatorum.

Hypochondria, ὑποχόνδρια, Partes ſunt laterales, utrinq; notho is coſtis ſubiectæ, hepati & lieni ſuperiacentes, quas Latini præcordia uocant Dicta hypochondria, quòd ὑπὸ τοῖς χόνδροις, hoc eſt, ſub cartilagine ſitæ ſint. Plin. libr. 30. capite tertio, Præcordia uocamus uno nomine exta in homine: Græci quoniam ſub chondro, hoc eſt, ſub cartilagine ſunt, hypochondria.

Hypochondriacus morbus, Epilepſiæ tertia ſpecies quæ fit ex melancholia, de qua uide Gal. libr. de locis affect. capite ſexto.

Hypocoriſticos, apud Latinos diminutiuus dicitur.

Hyprocinipes, Myrti ramuli.

Hypociſtis, ὑποκιστὶς, Quiddam eſt mali punici cytinis nō diſſimile, ſub ciſto frutice naſcens, unde & nomen accepit. Plinius duo facit hypociſtidis genera, candido & rufo colore ea diſtinguens. Vide ipſum lib. 26. cap. 8.

Hypocriſis, ὑπόκρισις, ut Budæus interpretatur, eſt ſimulatio alienæ perſonæ, quum ſcilicet quis ſe alium uideri cupit quàm eſt, ἀπὸ τοῦ ὑποκρίνεσθαι, quod inter cætera ſignificat ſimulare, unde etiā in Comœdiis, aut Tragœdiis actio ipſa uocatur hypocriſis, eo quòd actores alias ſimulant perſonas. A Rhetoribus item hypocriſis appellatur quam Latini pronuntiationē ſeu actionem uocāt, in geſtu motuq; præcipuè conſiſtentē, cui Demoſth. primas, ſecundas, tertias tribuit.

Hypocrita, m. p. ὑποκριτὴς, eodem Budæo interprete, Eſt ſimulator alienę perſonæ. unde hiſtriones, & mimi, planipedes, & ſi qui alii ſint fabularū actores, qui perſonā aliquā aſſumunt, propriè appellantur hypocritæ: Transfertur ramē etiā ad eas perſonas quæ aliud in pectore gerunt, aliud in ore, quumq; ſe probos pioſq; uideri cupiant, longiſſimè tamen abſunt ab ea perſona quam ſimulant.

Hypodeſis, ſiue Hypodæma, atis, ὑπόδημα, calceus ſeu calceamentum dicitur.

Hypodiaſtole, f. t. ὑποδιαστολὴ, quam nos ſubiectionem uocare poſſumus, eſt dextra pars curriculi ad imam literam in fine dictionis applicata, qua nota Græci malè cohærentia diſcernunt.

Hypodidaſcalus, m. ſ. ὑποδιδάσκαλος, dicitur is quē uulgus in ludo literario ſubmonitorem uocat, uel coadiutorem ita dictus παρὰ τὸ ἑτέρους διδάσκειν, hoc eſt, ab eo quod ſub alio doceat. Cic. ad Papyr. Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo.

Hypodoche, ſuſceptio, receptaculum.

Hypodytes, æ, ὑποδύτης, Interior ueſtis, ſiue ſubucula, & proprie Pontificum, ut inquit Hieron. ἀπὸ τοῦ ὑποδύεσθαι, quod eſt, ſubinducere.

Hypogea, orum, ὑπόγεια. Loca ſubterranea dicūtur à Græcis quæ dictio frequens eſt apud Ioſephū & Hegeſippū. Hypogeorum (inquit Bud.) appellatio complectitur cellas uinarias, carnarias, olearias, penuarais, promptuarias.

Hypogēſon, ὑπόγειον, Herba aizoi, ſedi, & ſemperuiui maioris nominibus notior, ita dicta quod in ſubgrundiis naſcatur, Græci namq; partes tecti prominentes, γεῖσα appellant.

Hypogloſsis, idis, ὑπογλωσσὶς, Caruncula qua lingua cohæret inferiori parti oris, ita dicta quod ſub lingua ſita ſit.

Hypoglodites, Quibus item lingua cohæret uenæ inferiori parti oris.

Hypoglundis, uide acetabula.

Hypoglurides, uide Acetabula.

Hypogloſſos, Acinos fert rubentes, ruſci modo. Dioſc. lib. 4. cap. 133.

Hypomnema, atis, n. t. pen. prod. ὑπόμνημα, & hypomnematum, ti, ſumitur pro interpretatione & commentariis. Cicero Tironi, Multū mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis. Plin. lib. 7. cap. 5. Cuius commenta quę appellantur Græcè ὑπομνήματα, ſub nomine Democriti falsò produntur. Hinc hypomnematographi dicuntur Commentariorum ſcriptores. Qua uoce utitur Imperator C. de Decur. l. Si quis ſpontaneus.

Hypopheon, ὑπόφειον, herba eſt, in ſegetibus aruiſq; naſcēs rutę foliis, ramis exilibus, ſuccū emittens papaueris uiribus proximum. alio nomine Hypecoon dicitur, Dioſcor. lib. 4. cap. 71.

Hypopyon, ὑπόπυον, Oculi morbus, quum pus ſub cornea tunica colligitur. In qua ſignificatione per y, in penult. ſcribi debet, quum ἀπὸ τοῦ πόσις, hoc eſt, à pure deducatur. Hypopion autem per i noſtrum, antepenult. producta. ὑπόπιον, liuor eſt, ſub oculis contingens, à ſanguine compreſſis uenulis exeunte, & ſub cute permanente: cuiuſmodi uitia Latini ſugillata appellant.

Hypoquiſtidos, lege ὑποκῦστις.

Hypoſiſma, id eſt, Manna thuris.

Hypoſpigma, eſt extra ſuperficiem amoliti ſimile.

Hypoſphagma, ὑπόσφαγμα, ſanguinis ſubter cutem diffuſio, contingens ex ruptura uenæ, ictu, fuſte, durore alio corpore illato. Galenus, αἱματάδημα. ὑπόχυσιν. id eſt, ſanguineam ſuffuſionem appellat. Idem morbus alio nomine dicitur Hypochyſis.

Hypoſphatiſmos, ab inſtrumento ſcilicet, cui nomē eſt hypoſphatiſter, frontis inciſio, ſic appellata, quę quomodo fieri debeat requirit apud Paul. lib. 6. cap. 6.

Hypoſphatiſmus, cum ruina multum & calidum per oculos fertur ac per multum rubor apparet.

Hypoſphathiſter, Chirurgicum inſtrumentum, quo in emendandis oculorum uitiis uſi ueteres ſunt, alio nomine Spatha dictum, uide Paul. lib. 6. cap. 6.

Hypoprophetæ, uaticinandi miniſtri, quibus ſcilicet prophetæ imperabant.

Hypopyrgium, Locus ſub turri, ex ὑπὸ & πύργος, turris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hypothemar, Quod ab indice ad minimum digitum est spacium.

Hypothetica, propositio, uide κατηγορία.

Hypostasis, ὑπόστασις, Substantia, siue natura subsistens. Vnà Theologis hypostasis in Trinitate diuina, idem est quod ἰδιότης, & πρωσόπον, quam personam Latini nominant. Hypostasis item à medicis dicitur urinæ fæx, in ima matulæ parte subsidens.

Hypotheca, pen. prod. f. p ὑποθήκη. Latinè pignus, teste Martiano, qui dixit, Inter pignus & hypothecâ tantũ nominis sonus differt, cui assentitur Valla. Cic. ad Thermũ, Cures uelim ut aut de hypothecis decedat, easq; procuratoribus Cluuii tradat, aut pecuniam soluat.

Hypothesis, pen. cor. ὑπόθεσις, suppositio, scopus, institutum. Vnde accipitur pro argumentò, seu periocha operis, præcipua libri totius capita paucis perstringente. A Rhetoribus item hypothesis dicitur quæstio finita, circa quam totius disputationis cardo uersatur. Quæ uerò infinitæ sunt & generaliter proponuntur, theses potius appellantur. Si itaq; in deliberationem ueniat, Num omnino ducenda sit uxor, thesis erit, sin hoc in contentionem adducatur, Num Catoni Martia ducenda sit, hypothesis censebitur. Cic. in Topicis. Quod Græci hypothesin uocant, nos causam ex definito quæstionum genere Idem Attico, Hipothesin hanc habent, eam quæ præ se ferunt, clarissimum uirum interfectum, Remp. perturbatam.

Hypothyra, ὑπόθυρα, ἡ ὑποθυρίς, apud Vitru. capitur pro ualuarum cauitate & inanitate.

Hypothicos, (Quod hîc pro nectis genere corruptè legebatur) uide Hypodytes.

Hypozeuxis, ὑπόζευξις, Subconiunctio, figura zeugmati cõtraria, quũ singulis sensibus datur propria clausula. Ver. 10. Aen. Regẽ adit, & regi memorat nomẽq; genusq;, Quidue petat, quidue ipse ferat, &c. A uerbo Græco, ὑποζεύγνυμι, quod est subiicio, uel subiungo.

Hypozygia, ὑποζύγια, Dicta sunt animalia quæ iugum subeunt, quasi subiugalia, ὑποζύγιον, iumentum dicitur.

Hysge, ὕσγη, genus herbæ coccinei coloris.

Hysginum, n. s. ὕσγινον, plantæ genus, quo color tingitur coccineo similis, unde Græci uestes ὑσγονοβαφῆς appellant, hoc est, hysgino tinctas. Plin. lib. 25. cap. 7. Quare Puteolanũ potius laudatur, quàm Tyriũ, aut Getulicũ, aut Laconicũ, unde pretiosissimæ purpuræ. Causa est, quod hysgino maximè inficitur, rubiamq; cogitur sorbere.

Hysobrion, Marum apud Dios. lib. 3. cap. 47.

Hyspaspidias, est morbus in quo penis subtrahitur.

Hyssopus, penult. prod. ὕσσωπος, fœm. gen. & Hysopum neutri cum y, & gemino ss, secundum Apul. Herba notissima, pulmoni ualde utilis. Colum. lib. 6. cap. 10. Veterem tussim sanant duæ libræ hissopi macerati sextariis aquæ tribus. Plin. lib. 25. cap. 11. Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite. Col. lib. 7. cap. 5. Remedio sunt hyssopus & sal, æquis ponderibus contrita. Apud Macrum legitur hysopum unico s, duabus prioribus syllabis contra artem correptis, Est (inquit) hysopum siccum, calidumq;, & tertius illi. Est in utrisq; gradus.

Hysopites, æ, m. p. ὑσσωπίτης. Vinum factitium ex hysopo, sicut Myrtites, ex myrto: absinthites, ex absinthio. Colum. lib. 12, cap. 35.

Hystera, ὑστέρα, Latinè uocantur Secundæ. Sunt autem folliculi quibus infans inuolutus prodit in lucem, & quicquid infantem ex utero sequitur. Hysteralgia, uteri dolor dicitur.

Hystericæ, ὑστερικαὶ, Dicuntur mulieres quæ uteri suffocatione laborant, in quibus sensum pulsumq; per interualla nullum aut certè perexiguũ percipere possumus, quam passionẽ hysterícam appellant, ἀπὸ τ ὑστέρας, Quo nomine Græci matricem uel uterum significant.

Hysterologia, ὑστερολογία, Locutio præpostera, figura eadem cum ea quę dicitur hysteron proterõ, quum scilicet quod priore loco dicendum erat, posterius dicitur.

Hysteron proteron, ὕστερον, πρότερον, Est figura quum sententia ordine commutatur, ut Postquam altos tetigit fluctus & ad æquora uenit. nam prius ad æquora uenit, quàm tangere fluctus.

Hystrites, aculeatis horrent pennis, sæpe illas iaculi modo emittant, Aelianus.

Hystrix, f. t. ὕστριξ Suidæ, hystricis penult. correp. Animal est spinis contectum, ex herinaceorum genere. Plinius libro octauo capite uigesimo quinto, Hystrices generat India, & Africa spina contectas ex herinaceorum genere: sed hystrici lõgiores aculei, & quum intendit cutem missiles. Ora urgentium figit canum, & paulò longius iaculatur. Hybernis autem se mensibus condit.



Vocalium nulla sonum edit exiliorem quare inter cæteras consorores nõ immeritò postremæ est notæ, etsi producitur. Hoc enim indicauit Plato: accõmodum ait elementum esse ad exprimendas res subtiles, ac penetrabiles, declarant hoc, ut ipse ait ἶτυ, ἶτυ ac similia. Dum profertur ictu quodam petit ultimos dentes, quos genuinos appellant, nascitur; circa primores dentes, collisio spiritus, neq; os multum aperitur, neq; labra hoc præstant, ut os illustriore, & hilariore sono renideat. Quod Verg. plurimis in locis id ostendit, sed in hoc maximè cognosci potest, Olli subridens dixit, non illi, cum subiuncturus esset ridendi nomen, à quo natura literæ in longa aliena est. Hæc causa uidetur mutatæ literæ: si enim propter magnificentiam solum fieret, quam postulat heroici carminis maiestas, hanc causam affert Phauorinus Gellianus, cur istuc magis fiat hic, quàm in aliis. Rursus alio in loco Vergilius cum narraturus esset ex persona Aeneæ excidiũ Troianum in exordio in cæsuris principalioribus locum dedit huic elemento. Eruerint Danai quæq; ipse miserrima uidi, & quorum pars magna fui. Huius tamen literæ exilitas non ita exanguis, ne semper tristis: ut non suo loco amœnitatis, uel plurimum adducat uenusta grácilitate, qua de causa apud Latinos non rarè in locum cinigrat accita. Auget sonum & diminuit, sicuti cæteræ uocales de quibus suprà dictum est. I litera uocalis est, quæ etiam consonans fieri consueuit, & modò pro simplici consonante, modò pro duplici accipitur. Pro duplici consonante accipitur, quando in eadem dictione ponitur in medio duarũ uocalium, ita ut posteriori cohæreat in eadem syllaba: ut Maius, Pompeius, Peius. Simplex autem consonans esse intelligitur quoties in principio ponitur dictionis, ita ut cum sequente uocali cohæreat in eadem syllaba: aut quoties subsequitur immediatè aliquam consonantem: ut, Ianus, coniuro. Notandum tamen i literam pro consonante aspirari non posse, quum nulla consonãs, ante se aspirationem accipere ualeat. Vnde Hierosolyma sex syllabarum est, Hiulcus trium.

In notis antiquorum, I, in inter, interdum intra, unum, Iunius, Iulius, I A. Interea. I A. P. intra prouinciam. I. AGL. in angulo. I A D. Iamdudum, uel iamdiu. I A. S D. Iam satis dandum. I A. R I. Iam respondit. I A. Q. Iam aquam.

Iacẽo, ces, iacui, iacêre, n. s. Cubare, decumbere, & prostratum esse, κεῖμαι, ἐρρίμμαι. Vergil. in Buc. Silenum pueri somno uidere iacẽtem. Idem 7. Ecloga, Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma. Plaut. in Amph. Quis est hic senex, qui ante ædes nostras sic iacet. Dicimusq; iaceo in strato, iaceo humi. Liu. libr. 2. bel. Pun. Humi iacentem inter custodias stationesq; militum circunspexerunt. Quando que accipitur pro situm esse. Sallust. In medio campus iacet aquis undique scatens. Brutus ad Ciceronem, Quem locũ uolo tibi esse notum: iacet inter Apẽninum, & Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Quandoque etiam accipitur pro mortuum esse aut sepultum, eo quòd mortuorum cadauera nihil aliud possunt quàm iacêre. Lucanus libro 8. Ille iacet, lætæ paci quem prætulit orbis. Martialis, Nõ aliter cineres mando iacere meos. Aliquando deiectum esse ac contemni. Cic. 2. de Finibus, Maximas uerò uirtutes iacere necesse est, uoluptate dominante. Iacens animus, id est, non alacer, sine spe, deiectus. Cic. de Amic. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potius niti, & efficere ut amici iacẽtem animum excitet, inducatq; in spẽ, cogitationemq; meliorem. Huius uerbi compositæ sunt, Adiaceo, iuxta iaceo, πρόσκειμαι. Interiaceo, in medio iaceo, παρέγκειμαι. Liuius, Descendunt in planitiem, quæ inter Capuam Tiphatamq; interiacet. Subiaceo, subtus iaceo, & subditus sum, ὑπόκειμαι. Lactant lib. 3. Quoniam igitur utrisq; subiacet fortitudo. Obiaceo, de quo alibi. Habẽt autem hæc omnia pen. cor. trisyllabis.

Iacio, cis, ieci, iacere, iactum, a. t. Significat emitto, ac ui impello, ῥίπτω, βάλλω. Cl. 6. Verr. In quem scyphum de manu iacere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rere conatus est. Verg. 5. Aeneid. Sublatáq; procul dextra cõ nixa coruscat, Et iacit. Cæs. 2. bel. Gal. Vndiq; in murum lapi des iaci cœpti sunt. Iacere fundamenta est ponere, uel collo care lapides, quibus ædificium superstruatur. Sueton. in Ca io, In area Capitolina nouæ domus fundamenta iecit. Per translationem autem accipitur pro inchoare, & rei alicuius exordium statuere. Cic. 1. Philip. In quo templo, quantũ in me fuit, ieci fundamenta pacis. Gradum iacere, etq; aditum ad cætera, idem est quod ueluti uiam parare, qua ad reliqua progrediamur. Cic. 1. de lege Agr. Hunc quasi gradum quendam atq; aditum ad cætera iactum intelligatis. Iacere, pro enuntiare, siue spargere in uulgus. Tacit. lib. 1. Quædam de habitu, cultuq;, & institutis eius iecerat. Iacere apud aliquem quidpiam. Tacitus lib. 4. Neq; rarò, neq; apud paucos talia iaciebat. Iacere in aliquem aliquid, metaphoricè, pro eo quod est, dictum aliquod in quempiam torquere. Liu. 4. bel. Macedon. Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc Consul uerbo tenus, quam ut re in simularer. Iacere contumeliam in aliquem. Cic. pro Syl. Huius composita sunt, Abiicio, ἀποῤῥίπτω. Adiicio, Coniicio, Circũiicio: unde Circumiecta impedimenta dicimus. Deiicio, καταβάλλω. Disiicio, Eiicio Interiaceo, Proiicio, Reiicio, Subiicio, Traiicio: quæ omnia uideto suis locis.

Iacto, tas, a. p. Frequenter, & multum iacio, ἀναῤῥίπτω. Seneca Dum lapillos iactaret in puteum. Verg. lib. 1. Gerg. Deucaliõ uacuum lapides iactauit in orbem. Aliquando idẽ est, quod sæpe multumq; animo reuoluere, ἐπαναστολεῖν. Vergil. 11. Aeneid. Atq; illum tales iactantem pectore curas. Aliquando fatigare, uexare, concutere, κοπόω, πλάνημι. ut Vergil. 1. Aeneid. iactatos æquore toto, Troas relliquias Danaũm, atque immitis Achilli. Vbi Seruius, Iactamur in mari, fatigamur in terris. Lactantius libro 5. Qui patrem regno expulit, bello persecutus est, exulem toto orbe iactauit. Per translationem tamen etiam latius accipitur pro quouis modo uexare, siue exagitare. Cicero in Verrem, act. 2. Iactator domi suæ uir primarius, & homo honestissimus: pro se quisq; manus affert. Idem pro Quintio, Aequitas multis iniuriis iacta ta, atque agitata. Et paulo pòst, Multis uexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis. Aliquando pro sese efferre, siue ambitiosius gloriari, μεγαλαυχέω. Cicero pro Roscio Amerino. Hæc tu Eruci, tot, & tanta si nactus esses in reo, quam diu diceres? quomodo te iactares? Quintilianus libro quarto, capite decimo tertio, Aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat. Est interdum Iactare idem quod inaniter loqui. Vergilius secunda, Ecloga, ubi hæc incondita solus Montibus, & syluis studio iactabat inani. Idem 1. Aeneidos, Talia iactanti stridens Aquilone procella Velum aduersa ferit. Aliquando frequenter emittere, siue eiacularí. Idem 2. Georgicorum, Et si non alium latè iactaret odorem, Laurus erat. Et alibi, Ipsi lætitia uoces ad sydera iactant id est, crebro emittunt. Aliquãdo frequẽter ducere: ut apud eundẽ, Haud unquam manib. iactata fatiscit, id est, ductata.

Iactito, tas, a. p. frequentatiuum à Iacto, βρυχάω, κιανιύομαι. Liuius 7. ab Vrbe. Iuuentus, histrionibus fabularum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus, ia-

Iactus, partic. Cic. 2. de leg. Agr. Hunc quasi (ctare cœpit. gradum quendã, atque aditũ ad cætera iactum intelligetis.

Iactus, us, ui, m. q. Actus ipse iaciendi, βολή. Terent. in. Adelphis, Ita uita est hominum, quasi quum ludas tesseris. Si illud quod est maximè opus iactu, non cadit: Illud quod cecidit fortè, id arte ut corrigas. Vergilius. 4. Georg. se iactu dedit æquor in altum. Iactus pilarum, Ouid. 2. Trist. Iactus fulminum, Cic. 3. Catil. Iactus absolutè, βόλος. pro iactu retis. Valerius li. 4. cap. 1. A piscatorib. in Milesia regione uer riculũ trahentib. q̃dã iactum emerat. Iactus itẽ accipitur p̃ merciũ in mare proiectione, quæ in magnis tempestatib. fieri solet, nauis exonerãdæ gratia. Vnde extat Titulus li. 4. Pandectarũ. Ad legẽ Rhodiã de Iactu, quo cauetur, si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus sit; omnium contributione esse farciendum, quod pro omnibus damni factum est.

Iactanter, aduerbium, idem significans quod insolenter, & cũ iactantia, à participio Iactans, ἀλαζόνος. Tacit. lib. 2. Periisse Germanicum, nulli iactantius mœrent, quàm qui maximè lætantur. Id est, maiori cum ostentatione.

Iactatus, participium. Verg. 1. Aene. iactatos æquore toto, Troas relliquias Danaũm, atq; immitis Achilli.

Iactatus, us, ui, m. q. uerbale, Agitatio, succussio: ut, Iactatus maris, σάλος Plin. lib. 14. cap 18. Sic & mari nauigato, euius iactatus his quẽ duraurerint tantum uetustatis adiicere fertur, quantum habuerint. Ouid. 6. Metamorph. Excussit pẽ nas quarum iactatibus omnis Afflata est tellus.

Iactatio, onis, uerbale, Agitatio, succussatio, σάλος, σισμός. Liuius 10. bell. Pun. Simul sperans leniorẽ in nauigatione quàm in uia iactationem uulneris fore, & curationi omnia commodiora. Cic. pro Muræn. Quo tandem animo me esse oportet, propè iam ex magna iactatione, terram uidentem, in hunc cui uideo maximas Reipubl. tempestates esse obeundas? Idẽ 4. Tusc. Iactatio (uel iactantia potius) est uoluptas gestiens, & se efferens insolentius. Insolentiam & iactationem hominũ ferre, Cicer. ad Attic. lib. 10. Iactat. uerborũ, Idẽ ad Brutũ

Iactator, oris, m. t, Glorioſus, insolenter se uenditans, μεγάλαυχος, ἀλαζών. Quintil. lib. 11. cap. 1. de Cicerone, Is quidem rerum à se gestarum maior quàm eloquentiæ, fuit in orationibus utiq; iactator. Claud. 3. Paneg. Immodicus propriã iactator honoris.

Iactantia, æ, f. p. Quæ & iactatio dicitur, μεγαλορρία, μεγαλαυχία, ἔνδειξις, γναύνυμα. Definitur à Cic. 4. Tusc. quòd sit uoluptas gestiens, & se efferens insolentius. Quintilian. lib. 9. cap. 2. Veritus opinionem iactantiæ. Idem, Hoc enim inanis est iactantiæ. Tacitus lib. 1. Iactantia, gloriaq; ad posteros.

Iactuosè, Iactanter, cum iactantia, ἀλαζόνως. Cic. Quum sine multa iactuosè dicta. Sic enim legunt quidam, quanuis in castigatioribus exemplaribus non iactuosè legatur, sed actuosè.

Iactura, æ, f. p. Propriè dicitur damnum illud quod ex iactu consequimur, hoc est, ex proiectione mercium in mare, quæ fieri solet in magnis tempestatibus ad exonerandam nauem, ἐκβολή. Sallustius in Cæsarem; Si quid aduersi coortum est, & illis potissimùm iactura fit quę minimi pretii sunt. Per metaphoram tamen accipitur pro quouis damno, ut apud Ciceronem 2. de Finibus, Facere iacturam rei familiaris. Ouid. 9. Metam. Hunc tamen ablati domuit iactura decoris. Idem 1. Metam. Est tamen humani generis iactura dolori, Omnibus.

Iaculum, li, n. s. pen. cor. Propriè telum, siue hastile, quod manu eiaculari potest, ἀκοντίον. Quint. lib. 8. cap. 2. Qui iaculum emittit, iaculari dicitur. Verg. 9. Aen. & iaculum contorquens mittit in auras.

Iaculor, aris, d. p. pen. cor. deponens, Iaculum emitto, telum coniicio, ἀκοντίζω. Iuuen. Satyr. 1. Quantas iaculetur Monychus ornos. Ouid. 2. Metam. uasti quoq; rector olympi, Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra. Aliquando simpliciter accipitur pro prolicio. Colum. lib. 2. Faba, quæ longius emittetur, pura cò perueniet, quo uectilator eam iaculabitur. Legitur & iaculo actiuum: Claud. Latis iaculabat in aruis. Hinc fit compositum Eiaculo, quo usus est A. Gell. Arionem (inquit) cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salũ eiaculenerat, extitisse.

Iaculatio, f. t. Iaculamen, & Iaculamentum, Dicitur ipse actus iaculandi, ἀκόντισις, ἀκόντισμα.

Iaculator, oris, m. t. uerb. Qui iaculum emittit, ἀκοντίστης. Liu. 7. bel. Pun. Annibal turmatim per equites, peditum iaculatores leuia certamina serens, &c. Hor. 3. Car. Od. 4. Enceladus iaculator audax.

Iaculatrix, cis, f. t. uerbale, Mulier iaculationem exercens ἀκοντίστρια, ut Diana iaculatrix. Ouid. 5. Metam. Pallada nonne uides, iaculatricemq; Dianam, Abscessisse mihi?

Iaculabilis, le, om. t. Quod iaculari, hoc est, lõgè proiici potest, ut Telũ iaculabile. Ouid. 7. Met. sed non formosius isto Vidérũt oculi telũ iaculabile nostri. Pondus iaculabile, Strat. 6. Th.

Iaculus, li, pen. cor. Serpentis genus, arbores subiens, è quibus ui maxima se eiaculatur, penetratq; quodcunq; animal obuiũ fecerit fortuna, σαυρία. Luc. lib. 9. Et natrix uiolator aquæ, iaculiq; uolucres. Plin. lib. 18. cap. 23. Iaculũ ex arborũ ramis uibrari, nec pedibus tantũ pauendas serpentes, sed & missili uolare tormento. Vide Aelian. lib. 9. cap. 49.

Iachínum, uerbum adulterinum, in antiquis exemplaribus apud Vlpian. in l. si cui lana. de leg. 3. expungendum admonuit nobilis Grammaticus Bap. Plautius, Geminumq; fubstituit Iamdudum.

Iam, aduerbium temporis, Quod penè est idem quod nunc, illicò, ἤδη. Terent. in Adelp. Tace, egomet conueniam iam ipsum. Idem in Eunuc. Nam aut iam reuertêre, aut mox nocte adigent horsum insomnia. Interdum hortantis est, & ueluti moram increpantis. Terent. in Eun. Iámne imus? Nonnunquam etiam accipitur pro modò hos, modò illos.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Interdum pro præterea, ἔτι, & quasi nodus est quidam coniungens sententias. ut apud Verg. Iam maris immensi prolē, & genus omne natantū, Iam uarias pelagi uolucres. Hoc idē efficit coniunctum cum uerò, ἔτι πίνυν. Cic. 1. de Orat. Iam uerò narrationē quòd iubent uerisimilē, &c. Iamdiu, Multo iam tempore, πάλαι. Cic. de Sen. Carthagini malè iādiu cogi tanti. Idē ad Caſſ. Vt te, quē iamdiu plurimi facio, tanto interē uallo uiderē. Iamdudū, ex Iam & dudū cōponitur, & frequētius de paruo tēpore dicitur, παλαιάγκη πολὺν ἤδη χρόνον, ut Iā dudū te expecto. Cic. in Epiſt. Vides me ſudare iādudū. Plaut. Iamdudū mulier tibi nō impudens aduerſabar, hunc metuebam. Aliquando de longiori. Plin. lib. 19. Iamdudū ex eadē Hiſpania zœlicum uenit in Italiā plagis utiliſſimū. Macrob. Iam dudū hęc quæſtio ab Ariſtotele & propoſita eſt, & ſoluta. Ponitur etiam pro continuò, & quamprimùm. Vergil. 2. Aen. Iamdudum ſumite pœnas. Iamiam, Repente, ſine mora. παραυτίκα, ὅσον οὐκ ἤδη, ut Iāiā aderit. Ponitur & cū præſenti, licet in futurū reſoluatur. Ver. 2. Ac. Iam iamq; manu tenet & premit haſta, quaſi mox tenebit, & nunc uidetur tenere. Plerunq; figuratè per indignationē accipitur: Idē, iamiā nec maxima luno, Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. Et per miſerationē. Sall. in Iug. Iamiam animo meo chariſſime frater, quanquā tibi immaturo, & unde minimè decuit, uita erepta, tamen lætandū magis quàm dolendū puto caſum tuum. Et per exhortationē. Quint. Iamiā cōmilito, quicūq; caſus manet, etiamſi imperator damnaturus eſt, habes ſolatium, ſatius eſt quàm à patre occidi. Iam olim, multo iam tempore, ἐκ παλαιοῦ. Iamolim à principio illud ſtatuerā. Sumitur pro aliquando. Ver. 2. Georg. Et iam olim ſeras poſuit cum uinea frondes. Olimiam, pro iam pridē, ἐκ ποτὲ ἤδη. Quintil. Olimiam Imperator inter fulgentes uirtutes liuor locum quærit. id eſt, à longo tempore. Iampridem, aliquanto iam tempore, παλαιάκις. Seneca, Iampridem te expectantes ibi ſederamus. Dicitur & de longiori tempore, ut idē ſit quod iam olim. Plin. Quod maiores noſtros iampridē feciſſe manifeſtum eſt, quod genus nuper & patrū ferè noſtrorum memoria inuentū eſt. Accipitur item pro ſtatim, ſiue continuò. Luc. lib. 1. Tollite iampridē, uictricia tollite ſigna. Iam tum, ſignificat ex eo tempore, ἐξ ἐκείνου. Plaut. Iam tum occepit uirginem amare. Verg. 8. Aen. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes.

Iambus, m. ſ. ἴαμβος, Pes metricus conſtans ex priore breui & poſteriore longa. Horat. in Arte, Syllaba longa breui ſubiecta uocatur Iambus. Dicta Iambus, ut quidam uolunt, ab inuentore. Feſtus ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν deducit, quod eſt, conuitiari, ſeu inuehi, quum tamen uerisimilius ſit ἰαμβίζειν uerbum, ab Iambi pedis natura eſſe deductum. Hinc iambicum carmen, cuius multa ſunt genera quæ latiſſimè exequitur Mycillus.

Ianeus, Ab antiquis dicebatur, quem hodie ianitorem uocamus, teſte Feſto.

Ianitor, uide Ianua.

Ianthinus, a, um, pen. corr. ἰάνθινος. Idem eſt quod uiolaceus. Nam Græci ἴα uiolas, & ἄνθος flores uocant. Ianthinum itaq; dicitur, quod floris uiolæ colorē refert. Vnde ueſtis Ianthina, & Ianthina, orū, ſubſtantiuè, dicitur ueſtes uiolacei coloris. Martial. Coccina famoſæ donas & iantina mœchę. Plin. lib. 21. cap. 6. Ex his uiolis quę ſponte aprieis ac macris locis proueniunt, purpureæ, latiore folio, ſtarim ab radice carnoſa exeunt, folæq; Græco nomine à cęteris diſcernuntur, appellatæ ἴα: ab his ianthina ueſtis.

Ianua, æ, f. p. Primus ingreſsus ad interiora domus, à Iano dicta, quòd huic deo conſecratum erat omne principiū, θύρα. Et propriè domus eſt ianua: oſtium uerò, partium, ut cubiculorum: licet confundantur. Nam & ianua, à quo ianitor, pro oſtio ponitur, & oſtium, à quo oſtiarius, pro ianua. Cic. 2. de Orat. Vt illud Naſicæ, qui quum ad poëtam Ennium ueniſſet, eiq; ab oſtio quærenti Ennium. Et paulò pòſt, Quum ad Naſicam ueniſſet Ennius, & eum à ianua quæreret, exclamat Naſica, &c. Valla lib. 4. cap. 8. Porta murorū eſt, munitionumq;, atq; caſtrorum: ianua parietis, atq; domorum. Cic. 3. Verr. Seruius ſuis imperat Rubrius ut ianuā clauderent, & ipſi ad fores aſſiſterent. Ouid. 2. Amor. Clauſa tuo matus ianua fulmen habet.

Ianitor, oris, m. t. pen. cor. Cui ianuæ cuſtodia eſſe commiſſa, θυρωρός. Cic. 5. Hunc ueſtri ianitores, hunc cubicularii diligunt. Ianitor carceris, apud eundem legitur 7. Ver. Ianitor inferorum Cerberus. Ver. 6. Aen. licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exangues terreat umbras.

Ianitrix, icis, f. t. Mulier cui ianuę cuſtodia eſt commiſſa. θυρωρός, ὁ. Plaut. in Curc. Anus hic recubare ſolet cuſtos ianitrix. Plin. lib. 25. cap. 10. Laurus triumphis propriè dicatur, uel gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum, Pontificumq;, id eſt, quæ ſolet plantari ante domos Cęſarum & Pontificum.

Ianual, libi genus quod Iano tantummodo libabatur. Feſtus.

Ianuarius, arii, m. ſ. ἰανβάριος, γαμηλιών, primus menſium, à Iano appellatus, quē Numa Pompilius primū anni eſſe uoluit, tanquā bicipitis dei menſem, reſpicientē & proſpicientem transacti anni finem, futuriq; principia.

Iaron, Dracontium maius, uel Iaros.

Iaſionus, olus eſt, ut inquit Theophraſt. ſylueſtre, repens in terra cum lacte multo florem fert candidū. Concilium uocat ſingulari folio. Sed ut deſcriptio tamē, & quaſi rudimentum multorū apparet. Plinius inquit, unū tantùm habet folium Iaſione, ſed ita implicitū ut plura uideantur. Huius flos conceptaculo auerſa parte nō indiget, ſed poſtrema eius exeūt in angulos, qualis uerò oleagineus aſpicitur. Stimulat hæc herba coitum, lactis uberatē præſtat. Phthyſicis prodeſt, infantium illita capiti nutrit capillū. In Plinio tamen pro Iaſione, Laſſina, deprauatum erat.

Iaſpis ἴασπις. Gemma eſt è uiridantium genere, cuius ut multæ ſpecies, ita uarii ſunt colores: ut eſt uidere apud Plin. li. 37. cap. 9. Martial. lib. 5.

Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, iaſpidas uno.
Portat in Articulo Stella Seuere meus.

Iaſpideus, a, um, ut Iaſpidea gemma, quæ iaſpidis colorem refert. Plinius lib. 37. cap. 10. Cepionidæ in Aeolide Dardanum nunc pagum, quondam oppidum, naſcuntur multis coloribus translucentes, aliàs uitreæ, aliàs criſtallinę, aliàs iaſpideæ.

Iaſponix, ἰασπόνυξ. Iaſpidis gēmæ ſpecies, maſculis quibuſdam humano ungui nō diſſimilibus uariegata, unde & onychipuncta dicitur. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

Iatros, ἰατρὸς, Latinè medicus. Vnde Archiatros, princeps medicorum, quo nomine dictus eſt Aeſculapius, tanquā præſes, deusq; medicorum. Plin. lib. 29. cap. 1.

Iatraleptes, uel Iatralepta, ἰατραλείπτης, Medicus unguentarius qui in unguentis & perfrictionibus curat. Celſus lib. 1. cap. 1. Sanus homo qui & bene ualet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neq; medico, neq; iatralepte egere.

Iatraleptice, f. t. ἰατραλειπτικὴ, Medicinæ genus, quæ unguentis, & perfrictionibus curat, quaſi medicina unguentaria, ἰατρεικὴ enim medicina, ἀλείπτης unctor dicitur.

I B

I. B. In notis antiquorum, in breui.

Ibernia, uide Hibernia.

Iberica herba, ſpartum dicebatur antiquis. Quin. lib. 8. cap. 2. Qui in actione ibericas herbas, ſe ſolo ne quicquā intelligēte, dicebat, niſi irridens hanc uanitatē Caſſius Seuerus, ſpartum eum dicere uelle indicaſſet.

Iberis, idis, ἴβηρις, Herba eadem cum lepidio ſylueſtri, de qua uide Plin. lib. 21. cap. 8.

Ibi, aduerb. loci, Significat in eo loco, quo propriè utimur in demonſtrando, ἐκεῖ. Ibidem uerò relatiuum eſt, idem ſignificans quod in eodem loco, αὐτόθι. Cic. pro Domo ſua, Ibi enim poſtis eſt, ubi templi aditus eſt. Idem in Epiſt. Nemo eſt, quin ubiuis, quàm ibi ubi eſt, eſſe malit. Accipitur aliquādo pro aduerbio temporis, idemq; ualet quod nunc. Terent. in Eunuch. Inuitat triſtis, manſit, ibi illa cum illo ſermonē occepit. Ab Ibi fiunt cōpoſita, Inibi, & alibi, ſeu aliubi, & ibidem, quæ uide ſuis locis.

Ibices, Capræ ſylueſtres ſunt, pernicitatis mirandæ. Plin. lib. 8. cap. 53. Sunt caprę, ſunt rupicaprę, ſunt ibices pernicitatis mirandæ, quanquā onerato capite naſtis cornibus, gladiorūq; uaginis, in hęc ſe librant: ut tormento aliquo rotari in petras poſſimū è monte aliquo in aliū tranſire quærentes, atq; receſſu pernicius, quo libuerit, exultant.

Ibidem, pen. prod. In eodem loco, αὐτόθι. Ver. 1. Aen. Ter fluctus ibidem Torquet agens circum. Cic. pro Quintio. Quod ibi rectè cuſtodire poterunt, ibi ibidem cuſtodiant.

Ibis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibis, ibis, ἶβις, Auis ſoli Aegypto peculiaris, quæ ſerpentibus ueſcitur. Hæc (ſicut Hieronymus ſcribit) duplex eſt: altera nigra tota eſt, altera cicionæ non abſimilis, diuerſa tamen à ciconia. De hac Cicero libro ſecundo, de Natura deorũ. Velut ibes maximam uim ſerpentium conficiunt, quum ſint aues excelſæ, rigidis cruribus, corneo procero q; roſtro: auertunt peſtem ab Aegypto, quum uolucres angues ex uaſtitate Lybiæ uento Africo inuectas interficiunt, atq; conſumũt: ex quo fit, ut illæ uiuæ nec morſu nocent, nec odore mortuæ. Hæc ille. Traditur autem ibis clyſteris uſum prima cõmonſtraſſe, quòd conſuetudinem habeat ſe purgandi, roſtri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera reddunt, Autor Plinius libro octauo, capite 17.

I C

IN.IC. In notis antiquorum iuxta catulum, uel intro circulũ uel Iulius Cæſar, uel iuris conſultus. I.C.E. Viuſta cauſa eſſe uidetur. I.CL. iutra cliuum.

Iccirco, uel idcirco, ideo ob eam rem uel ea re.

Ichneumon. m.t. ἰχνεύμων, animal eſt magnitudine felis, ſpecie muris: uulgò hunc Murem iudicum uocant. Naſcitur in Aegypto, & cũ aſpide pugnac. Ichneumona Aegyptii adorant, quoniam oua crocodilorum conterat, & luto conuolutus, quum os aperiunt, ita in uentres eorum inſilire ſoleat, ut exeſis inteſtinis eos interimat. Plin. libro octauo capite uigeſimo quarto.

Ichneutas, Quandoq; Nicander uocat ichneumones.

Ichnographia, ἰχνογραφία, Quaſi ueſtigii deſcriptio, eſt futuri operis delineatio, quam Galli Planam formam uocant. Vide Vitruuium lib. 1.

Ichtei aſinus, maiorana & ſamſuchus quõdam magis ſic uocata, ut autor eſt Dioſc. lib. 31. cap. 45.

Ichthya, inſtrumẽtum quo demortuus fœtus in Vtero præciditur.

Ichthyabolus, li, m. ſ. piſcator.

Ichthyocolla, ἰχθυοκόλλα, Gluten ex piſce, à Dædalo primùm inuentum, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 56. Eſt item ichthyocolla, piſcis cuiuſdam nomen, corium habens gluti noſum, ex quo glutinum conficitur. Autor Plinius libro 32. capite ſeptimo.

Ichthyopol, m. p. penult. prod. ἰχθυοπώλης. Piſcium uenditor. Locus autem uendendis piſcibus deſtinatus, Ichthyopolion ἰχθυοπολεῖον appellatur.

Ichthyotrophium ἰχθυοτροφεῖον, Piſcina alendis piſcibus accommodata: quod & uiuarium à Latinis dicitur. Colum. libro octauo, capite 1. Atq; etiam quum datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφία, ſedula cura exercentur: ea ſunt omnia (ut Latinè potius loquamur) ſicut auium cortalium ſtabula, nec minus earum quæ conclauibus ſepta ſaginantur, uel aquatilium animalium receptacula.

Ico, icis, ici, ictum, a. t. Ferio, percutio, πλήσσω, τύπτω. Plautus, Truc. Hoc uide, dentibus Frendit, icit femur. Cæcilius, Si unquam quiſquam uidit quem catapulta, aut balliſta iecerit. Plinius libro 2. capite 55. Lauri fruticem non icit. Icere colaphum, κολαφίζειν, eſt impingere alicui colaphum. Plaut. Quæ hæc res eſt? hei colaphum icit, malum uobis dabo. Icere fœdus, Cic. in Piſonem, Tu ſcilicet homo religioſus & ſanctus, fœdus quod meo ſanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere uoluiſti. Legitur paſſiuum Icor. Plin. libro 16. cap. 30. Arborum manu ſatarum, receptarumq; in domos, fulmine laurus ſola non icitur. Liu. lib. 1. Ibi in turba ictus Remus cecidit.

Ictus, us, m. q. Idem qđ percuſſio: à uerbo ico, τυπὴ, ὦσις, πλῆξις. Cic. 3. Offic. Ictu fulminis deflagrauit. Verg. 7. Aen. aut grauis ictu Seminecem liquit ſaxo, lacerumq; uiator. Plaut. Moſt. Perfacilè ego ictus perfero argenteos. Ouidius quinto, Metamorph. Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas. Legitur & icti genitiuus à nominatiuo ſecundę declinationis. Claud. Quadrigarius apud Gell. Ne Gallus impetum icti haberet. Ictus item pulſiõ dicitur quæ per dilationem fit, 4. Meteo. Ictus in pulſu uocatur, cum arteria motu ſuo tactu occurrit.

Ictus, a, ũ, partic. Idẽ quod percuſſus, πεπληγμένος, τετυμμένος. Ouid. 1. Triſt. Non aliter ſtupuit, quàm qui Iouis ignibus ictus Viuit.

Icon, onis, f. t. εἰκὼν, Effigies, imago, & ſtatua ex membris ipſis à pictoribus, ſeu ſtatuariis expreſſa. Plin. libro 24. Eorum uerò qui ter ibi ſuperauiſſent, imagine ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconas uocant. Eſt & Icon, teſte Cic. ad Heren. figura, quũ ſcilicet formæ ad formã cum quadã ſimilitudine fit collatio, aut laudis, aut uituperationis cauſa. Exemplũ eſſe poteſt illud apud Ver. 4, Aen. Omnia Mercurio ſimilis, uocemq; coloremq;, Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

Iconicus, a, um, εἰκονικὸς, Quod eſt ita pictum, ſiue ſculptum, ut uiuam rei alicuius effigiem, membrorumq; omnium ſimilitudinem referat. Suet. in Calig. Simulachrum ſtabat in templo aureum, iconicum, amiciebaturq; quotidie ueſte, quali ipſe uteretur. Plin. 35. cap. 8. Adeo iam colorum uſus increbruerat, adeoq; ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe traditur: Athenienſium, Milciadẽ, Callimachum, Cynegirum: Barbarorum, Darium, Tiſſaphernem.

Iconcula, εἰκόνιον, diminut. parua icon.

Iconiſmus, m. ſ. εἰκονισμὸς, Veræ, uiuæq; imaginis expreſsio, à uerbo Græco εἰκονίζω, quod eſt effingo, ſeu imaginem rei alicuius exprimo. Seneca libro 15. Epiſtolarum, Iconiſmos, deſcriptiones interpretatur. aitque eſſe uerbum Publicanorum.

Ictericus febris, lege Febris.

Ictericus color, lege Color uarius.

Icteros, pen cor. ἴκτερος, Eſt ſuffuſio bilis flauæ, uel nigræ per totum corpus. Plinius & Varro regiũ morbũ appellant, quòd mulſo præcipuè, regio planè potu curaretur. Celſus & Apuleius uocant auriginem, à colore auri, & hominem hoc morbo laborantem, aurigiuoſum. Marcel. Vergil. ex Dioſc. arquatum uertit, à colore cæleſtis arcus. Qui hunc morbum patitur, Ictericus, ἰκτερικὸς appellatur. Eſt item icteros auicula quædam flaui coloris, quam Latini galgulum uocant, ſolo aſpectu regium morbum ſanans: Vnde & nomen habet. Plin. lib. 30. cap. 11. Auis icterus uocatur à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto Latinè uocari galgulum.

Ictis, idis, f. t. ἶκτις, inquit Ariſtot. Sylueſtris muſtelæ genus eſt magnitudine Melitenſis catelli: ſed pilo, facie, albedine partis inferioris, & moru aſtutia muſtelæ ſimile. Manſueſcit maiorem in modũ, & officit aluearibus, mellis enim auida eſt, aues etiam petit, ut felis. Hanc martã ſpeciali uocabulo uocant. Genitale ei oſſeũ eſt, medicamento urinę ſtillationibus. Plin. lib. 29. cap. 4.

Ictus, uide Ico.

I D

ID. In notis antiquorum, Iudex, interdũ, idus, iudicatum. I.D. Inferis dis, uel in dimidio, uel iuris dicendi, uel iuri dicendo, uel in domino. I.D.C. Iuris dicendi cauſa. I.D.I.D. iudicium iudicandum. I.D.E. idem eſt. I.D I.D. iudicium dabo. I.D.P. iure dicendo præerit, uel iuri dicendo præfuit, uel iure dicendo præcepit. I.D.T.S.P. in die tertio ſiue perindinũ. I.D.S. iudicatum ſolui. I D Q. Idemq;

Id, neutrum genus Pronominis is, uarium in oratione uſum habens, τοῦτο. Eleganter adiunctum habet genitiuum, ut Id ætatis, id temporis. id eſt, ea ætate, eo tempore. Cic. in Epiſt. Id ętatis iam ſumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. Idem in Catilin. Quos ego id temporis ad me uenturos prædixeram. Id quod res eſt, idem eſt ac ſi diceremus, quod uerũ eſt. Terent. in Adelp. Verùm cogito id quod res eſt, τὸ ὄν. Idipſum, idem eſt quod hoc. Cic. Lentulo, Multi togabantur, atq; idipſum Conſulibus inuitis. Ab id fit ideo, ταύτα. ob eã cauſam, & idcirco, propter hoc, ὑπὲρ ὧν, διὰ τοῦτο, quæ uide ſuis locis.

Idæa, radix, acerba guſtu. Dioſc. lib. 4. cap. 47.

Idęus lapis, Dactylus in Creta, apud Solinum capite decimoſexto.

Idcirco, uel Iccirco, coniunctio, Idem quod ideo ſignificans ὑπὲρ ὧν, διὰ τοῦτο. Teren. in Andr. Nam idcirco accerſor, nuptias quod mihi apparari ſenſit. Cicero 7. Verr. Reperietis idcirco hęc in uno homine conſtituta, ut cęteris formidines, &c.

Idea, æ, f. p. pen. prod. ἰδέα, ἀπὸ τοῦ εἶδω, eſt prima rerum ſpecies, & inchoata intellligentia. Cic. in Orat. Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi ſolùm, ſed etiam dicendi grauiſſimus author & magiſter Plato, easq; gigni negat, aitq; ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri: cętera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe uno, & eodem ſtatu. Ideas (inquit Auguſt. lib. 70. Quæſt.) Latinè poſſumus uel formas, uel ſpecies dicere, ut uerbum è uerbo tranſ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fenet i leamur. Ideas primus Plato apellasse perhibetur. Sunt autem Ideæ exemplaria æterna eorum quæ naturaliter fiunt, immortales, immutabiles, inuiolabiles. Et ut res apertior fiat opus est, præter omnes homines intelligere quendã hominẽ, & præter omnes equos, equũ. & præter animalia, animal ingenitum. Et quamadmodũ ex uno sigillo cõplures fiunt impressiones, sic ex uno homine sexcenta millia homines. Et hæc est Platonis idea: à quo Aristoteles dissentiens, nullas putat esse ideas. Euseb. lib. Præp. ideã sic definit: Idea est perpetua substãtia, causa & principiũ, ut singularia talia sint, qualis est ipsa: & quemadmodũ sensibiliũ exemplaria ad hęc corpora præcedunt sic quæ omnia in se cõtinet pulcherrima, atq; perfectissima, huius mundi exẽplar est, ad quã à creatore Deo ab uniuersa substantia mundus simillimè formatus est.

Idem, componitur ex is & demũ, ὁ αὐτὸς, τὸ αὐτὸ. in masc. gen. nominatiui singularis producit priorem, quam in neutro genere corripit, tam in nominatiuo, quàm accusatiuo. Verg. 4. Aen. Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset. Iuuen. Si fecisset idem, caderet sub iudice morum. Accusatiuus masculini & fœminini generis mutat m in n ante d, euphoniæ causa, ut Eundem, eandem. Cæteri uerò casus ex integro & corrupto componi inueniuntur, ut Eadem, eiusdem, eidem, eodem, iidem, eosdem, eisdem, uel iisdem, eosdem. Itaq; per duo ii, uel per é & i, regula exigit scribi tam nominatiuum pluralẽ masculinum quàm datiuũ & ablatiuũ pluralẽs. Solent tamen poëtæ per synæresin duo ii, in unum contrahere. Vnde idem, & iisdem in carmine sunt dissyllabi.

cc cc cc

Ponitur interdum pro etiam. Cic. 1. Offic. Et huic coniuncta beneficentia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licet, id est. quam etiam. Quintil. Si causam beneficii dicat adultera: non M. Catonis damnata iudicio uidetur qui nullam adulteram non eandem esse maleficam dixit. Ab Idem fit itidem, quasi item idem, quod est similiter, eodem modo. Vide suo loco.

Identidem, pen. cor. Componitur ex idem geminato, ἅμα· νὰ, αὐθις, καὶ αὖθις. sed prius m in n mutatur, & e interponitur euphoniæ causa, significatq; frequenter, & (ut inquit Valla lib. 2.) cum quodã interuallo. Liu. li. 1. Vnam longè ante alias insignẽ specie, & pulchritudine, à globo Thalassii cuiusdã reptam ferunt, multisq; scisciantibus cuinã eam ferrent, idẽ tidem, ne quis uiolaret, Thalassio ferri calamitatũ. Plin. Centum millia numerorũ pro domo eius identidẽ promittens. Suet. in Cæs. Quum M. Cato identidẽ, ne fine iureiurando de nuntiaret, delaturũ se nomen eius simul ac primum exercitum dimisisset, id est, frequenter, subinde, & quod uulgò dicimus, per repetitas uices.

cc

Ideo. Coniunctio collectiua, siue rationalis, significans idcirco, διὰ ταῦτα. Cic. 6. Ver. Ideo Claudius Pulcher retulit ut C. Verres auferre posset. Idẽ 1. de Inuent. Hæc ideo diligenti us inducitur præscriptio. ut apertè, &c.

Id genus, hoc genus, pro eius generis, & huius generis, elocutio elegans, à Beroaldo obseruata, quod ea Plaut. Terent. Cic. usi sint.

Idiographum. pe cor. ἰδιόγραφον, Latinè priuata scriptura.

Idioma, atis ἰδίωμα, Proprietas sermonis, ut sunt quinque idiomata Græcorum, quæ & Dialecti uocantur.

Idiotes, siue Idiota, com p pen. prod. ἰδιώτης, propriè idẽ est quod priuatus, nulloq; munere publico fungens. Vnde ἰδιωτεύειν dicunt Græci pro eo quod est priuatam uitam agere. Apud Latinos tamen ferè accipitur pro illiterato, & imperito. Lucil. Quid ni, & tu idẽ illiteratũ me, atq; idiotã diceres? Cic. 7. Verr. Quæ non modò istũ hominẽ ingeniosum, atq; intelligentẽ, uerumetiã quemuis nostrũ, quos isti idiotas appellant, delectare possent.

Idolum li, n. s pen prod εἴδωλον, Simulachrum, imago. Cic. 1. de Fin. Imagines, quę Idola nominant. Nonnunquã accipitur pro spectro. siue phantasmate. Plin. in Epist. Mox apparebat idolon, senex macie & squalore cõfectus, promissa barba.

Idololatra, εἰδωλολάτρης Idolorum cultor.

Idololatria, εἰδωλολατρία, Simulachrorum cultura, cõpositum ex εἴδωλον, & λατρεία.

Idoloporia, εἰδωλοποιία, Figura est qua introducimus personã mortuorum, sed mortuum, & quæ loqui desierit: sicut in Hecuba Euripidis Polydori introducitur idolũ, & Appii Cœci in oratione Cic. pro. M. Cælio.

Idolothysia, εἰδωλοθυσία, cum accentu in penult. immolatio quę fit idolis.

Idolothytum, pen. prod. εἰδωλόθυτον, Immolatum idolo.

Idoneior, familiaris uox est Iureconsultis, Super quo uide Albertum.

Idoneus, a, um, Conueniens, aptus, & alicui rei natus, ἐπιτήδειος. Teren in And. Adeón' uidemur uobis esse idonei, in quibus sic illudatis? Idem in Hec. Nequeo mearũ rerũ initiũ ullum uenire idoneũ. Idoneus author, Fidelis & sufficiens. ἀξιόπιστος. Cic. ad Att. Non mihi satis idonei sunt authores ii qui à te probantur.

Idonea, orum, Tacit. lib. 4. At apud idonea prouinciarũ, id est, apud idoneos locos prouinciarum.

Idoneè, aduerb. pro aptè, siue cõmodè. Cic. 1. de Inuent. Exordiũ est oratio, auditoris animũ idoneè cõparans ad reliquam dictionem.

Idulis, Quis quæ omnibus Idibus Ioui immolabatur. Festus.

Iduare, Lingua Hetruscorum diuidere est. Inde Viduam dictam putat Gellius, quasi uæ iduam, hoc est, ualde diuisam.

Idus, iduum, idibus, ἴδες, pluralis tantùm numeri, & fœmin. gen. in Martio, Maio, Iunio, & Octobri dies est decimusquintus, in reliquis, decimusterius. Dictæ idus, ut quidã existimant, ab antiquo uerbo iduare, quod est diuidere, propterea quod circa mediũ mensis exeũt, in duas partes propemodũ æquales, mensem diuidere uideantur. Varro uocis huius etymon è lingua Sabinorum, aut Hetruscorum ductũ putat, qua de re uide ipsum lib. 4. de lingua Latina. Ab idibus autem denominationem sumunt septem dies nonas immediatè subsequentes, non quòd ipsæ sint idus, sed quòd eas antecedant. Vnde octauo, septimo, sexto, quinto, quarto, tertio, & pridie idus dicimus, hoc est, octauo uel septimo die ante idus. Ab idibus, idulas dictæ sunt omes, quę singulis idibus Ioui immolabantur.

I E

IE. In notis antiquorum, inter est. I. E. in eum, uel Index esto, uel in ære. I. F. Iulii filius, uel in foro, uel interfuit. I. F. B. in foro Boario. I. F. C S. in foro Cæsaris. I. F. C S. A. in foro Cæsaris Augusti. I. F. H A. in foro Hadriani. I. F. I V. in foro Iulii. I. F. L. in foro Liuii. I. F. F L A M. in foro Flaminii. I. F. N. in foro Neruæ. I. F O R. C S. A. in foro Cæsaris Augusti. I. F O R. F L M. in foro Flaminii. I. F O. P. in foro Pacis, uel Palladis. I. F O. P O P. in foro Popilii, uel popilii, uel Pompei, uel populi. I. F O. P. R. in foro pro rostris, uel in foro populi Romani. I. F O. T R. in foro Traiani.

Iecoriosus, qui ex Iecore laborat.

Iecur, iecoris, & iecinoris, n. t. qui genitiuus (ut inquit Priscianus) uidetur esse à nominatiuo iecinus, qui non est in usu. Est autem iecur, uiscus incrassato sanguini simile, sedes concupiscentiæ, uenarum omnium principium, & primum sanguinis generandi instrumentum, uentriculum locis quibusdam quasi digitis, circumquaq; complectens. Galenus de Definitionibus. A Græcis dicitur ἧπαρ Plaut. in Curcul. Lien necat, renes dolent, Pulmones distrahuntur, cruciatur iecur, radices cordis pereunt. Horatius 1. Carmin. Ode 13. uæ, meum, Feruens difficili bile tumet iecur. Martialis libro 13. Aspice quàm tumeat magno iecur anfere maius. Plin. lib. 11. cap. 37. Iecur in dextra parte est in eo quod caput extorum uocant, magnę uarietatis. Ibidem, Sex uictimarum iecinora replicata intrinsecus reperta sunt.

Iecusculum, li, n. s dimin. Paruum iecur, ἡπάτιον. Plin. lib. 11. cap. 37. Murium iecusculis fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur.

Ieiunium, nii, n. s. Abstinentia à cibo, uel dies quibus à cibo abstineamus, νηστεία, ἀσιτία. Liuius libro 6. bell. Macedon. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex S. C. Decemuiri quum adiissent, renuntiauerunt ieiunium instituendum Cereri esse, & id quinto quoque anno seruandum esse. Ieiunio laborare, apud Columellam, lib. 3. capite 12. Ouidius 1. Metamorph. Longa domant illos inopi ieiunia uictu. Idem 15. Metam. Carne feræ sedant ieiunia.

Ieiuno, pen. prod. A cibis abstineo.

Ieiunus, a, um, Qui cibũm nondum gustauit. ἄσιτος, ἄνηστος. Plaut. in Pseud. In cœnam qui ieiunus uenerit, aut sitiens, Is risu & uentre raso uigilabit sedulò. Idem in Capt. Neq; ieiuniosiorem, neq; magis effractum fame uidi. Ieiunus animus, per translationem pro languido & imbecillo, apud Cicer. 4. Phili

Philip. quoniam qui ieiuni sunt, minimum habẽt uirium. Ieiuna auditas, hoc est, maxima, & qualis ieiunis esse solet. Plinius libro 10. capite 3 Ea ieiunæ semper auiditatis, & quæ rulæ murmurationis. Ieiuna oratio, cui opponitur copiosa & plena. Ieiuna glarea, apud Vergilius pro sicca & sterili terra. Ieiuna saliua, apud Colum. quę ab homine ieiuno expuitur.

Ieiunum intestinum, Medium inter ecphysin, & ileon situm obtinet: inde nomen habens, quòd perpetuò inane reperiatur, *νῆσις*. Nulla enim cunctatione expellit quicquid acceperit, affluentis in se bilis acrimonia lacessitum. Hoc antiqui hiram, & per diminutionem hillam dixerunt, ut inquit Festus: & hillum neutro genere.

Ieiunè. aduerbium: ut, Ieiunè de re aliqua disputare, agere, dicere: hoc est, exiliter, frigidè, & languidè admodum. Cicero in Orat. Quod quum statuerit, tum ut quicque erit dicendum, id dicet: nec satura ieiunè, nec grandia minutè, nec item contrà.

Ieiunitas, tatis, f. t. Propriè est abstinentia à cibo, *νῆσις*: quanquam per translationem ponitur pro exilitate, & ariditate accipitur: cui contraria est ubertas, & copia. Cic. 2. Tusc. Sed reperiebantur nonnulli, qui quum obruerentur copia sententiarum, atq; uerborum, ieiunitatem & famem se malle, quã ubertatem & copiam dicerent. Sic de Clar. Orat.

Ientāculum, taculi, n. s. Cibus qui ante prandium sumitur, *ἀκρατισμός*. Plaut Truculento non nouisti, obsecro, Qui illic apud me erat, huius pater? usq; ad ientaculum Iussit ali. Sueton. in Vitel. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, & prandia, & cœnas, cõmessationesq;. Martialis in Distichis:

Surgite, iam uendit pueri ientacula pistor:
Cristatęq; sonant undique, lucis aues.

Iento, ientas, n. p. Aliquid ante prandium gusto, *ἀκρατίζομαι*. Varro Marcipore, ut citat Nonius, Vt eat, ac Rempubl. ad ministret, & quod pulli ientent. Afranius. Dum exeo domum, ientare nulla inuitat. Vsus est eo uerbo Suetonius in Vitellio.

Igitur, Collectiua uel rationalis coniunctio est, ex præcedentibus conclusionẽ inferens: adhibeturq;, (ut inquit Valla) breuioribus conclusionib *ἄρα, τοιγαροῦν*. Ci pro Ligario, Habes igitur Tubero, quod accusatori maximè optandum, confitẽtem rem. Ponitur interdũ pro inde, siue postea, *οὖν*. Teren. in Eunu. Quid igitur faciam? Plaut. in Amph. Sin aliter fient animati, neq; dent quæ petant: Sese igitur summa ui, ui nisq; eorum opp dum expugnate ere.

Ignarime, radix insulæ Calechut. quæ ad panes utuntur conficiendos nostro orbi incognita, ut inquit Aloysius lib. 2. cap. 65. nauigationis, noui orbis.

Ignārius, lapis, Vide Ignarium.

Ignarus, Vide Ignoro.

Ignauia, æ ab ignauus sit: & est contraria fortitudini, quum quod ratio aggredi fortiter suadet, id nos formido aggredi dissuadet, & ab audẽdo retinet, *ῥᾳθυμία, ἀργία* Sallust. in Cat. Scitis quidem, milites, socordia, atq; ignauia Lentuli quantam sit nobis cladem attulerit. Cic. in Lælio, Vt cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur, atq; oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. Idem, ignauiã pusilli & abiecti, animi uitium esse ostendit, ad Cælium scribens. Etenim etiã hoc genere gloriari solitũ esse familiarẽ nostrũ Hortensium, quòd nunq; bello ciuili interfuisset: hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignauiæ de nobis id existimari non posse arbitror. Quid aũt sit fortitudo, docet autor ad Herẽnium li. 4 Ista nõ est fortitudo, inqt, sed temeritas: propterea quòd fortitudo contẽptio est laboris, & periculi cum ratione utilitatis, & cõpensatione cõmodorũ. Temeritas est cum inconsiderata dolorũ perpessione gladiatoria periculorũ susceptio. Ignauo itẽ opponitur strenuus Sal. in Cat. Compertũ ego habeo, milites, uerba uirtutẽ non addere, neq; ex ignauo strenuũ, nec fortẽ ex timido exercitum orationis Imperatoris fieri. Ex his colligi potest, quod ignauus sit is qui industrius est, & strenuus, siue fortis, *ἀνδρεῖος, ἀνδρεῖος*. Cuius contrarium est ignauus, qui non est industrius, id est, qui negligit, aut formidat rẽ aliq; egregiã aggredi aut in re bene cœpta perseuerare, *ἀργὸς, ῥᾳθυμος, ἄναν δρος* Verg. lib. 4. Georg. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. hoc est, inutile, & nullius artis. Cic. 1. Tusc. Vt enim sit in prælio, ut ignauus miles ac timidus simul ac uiderit hostem, abiecto scuto fugiat. Liu. 5. ab. Vrbe. Quum concione aduocata terrorem increparet ac fugam, fusos esse ab ignauissimo & fugacissimo hoste. Differt hoc tamen, quantum intelligo, inter gnauum & industriũ, quòd gnauus propriè sit is qui ad subeunda pericula, ac labores tolerandos, sapiens & fortis est industrius qui ingenio quum multum ualeat, ut artifex bonus, aliquid struere & negotiari studet. Cice. pro Pom Dein de cæteris ex ordinibus homines gnaui & industrii, partim in Asia negotiantur, quibus absentib. uos consulere debetis, partim suas & suorum in ea prouincia pecunias magnas collatas habent. Componitur ignauus ex in & gnauus: siue ex in, & nauus, ablato g, Vide Gnauus.

Ignauẽ, siue ignauiter, aduer. Lentè, & segniter, *ῥᾳθύμως*. Cic. 2. Tusc. Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignauẽ, ne quid seruiliter, muliebriterũe faciamus. Hircius ad Ciceronem, Rure iam redierint quæris? An ego, quum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam?

Ignauit, teste Nonio, antiqui dixerunt pro ignauum fecit. Afranius Aeneadis decimo, ut citatur à Nonio, In parte inferiori hic implicabitur caput, fateor: sed spe ignauit fortem in spe expectatio. Verbum est omnino obsoletum.

Ignis, n. s. Ab in priuatiuo, & gignendo dicitur, quòd in eo nihil nascatur, *πῦρ*. Verg. 4. Geor. Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis. Cæsar. 3. bel. Ciuilis. Suosq; omnes castris continuit, ignosq; fieri prohibuit, quo occultior esset eius aduentus. Cic. 3. Verrin. Cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subitcere cœperũt Per metaphoram accipitur pro amore. Verg. 4. Aen. Vulnus alit uenis, & cœco carpitur igni. Interdum pro eo, uel ea quam amamus, hoc est, pro scorto: eo quòd amantes, scortorum amore ueluti flagrent, & urantur. Vergil. 3 Eclog. Ah mihi nunc sese ulnò offert meus ignis Amyntas. Teren. in Eunucho Accede adignem hunc, & calesces plus satis. Ignis sacer, quis dicatur, explicat Celsus lib. 5. his uerbis, Sacer quoque ignis malis ulceribus annumerari debet. Eius duæ species sunt: alterum est subrubiculum, aut mistum rubore, atq; pallore, exasperarumq; per pustulas continuas, quarũ nulla altera maior est. In his semper ferè pus, & sæpe rubor cum calore est. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentib. partibus, præcipueq; in plantis, Alterũ aũt est in summæ cutis exulceratione, sed sine altitudine, latum, subluuidum, &c. Seruius in illud Verg. 3. Georg. Contractos artus sacer ignis edebat. Sacer, inquit ignis est, quem Græci *ἱερὰν νόσον* appellant. Quod tamen manifestè falsum est. Nam *ἱερὰ νόσος* ut inter medicos omnes conuenit, idem est morbus cum epilepsia, siue morbo comitali, quem & Latini morbum sacrum appellant. Rectius itaq; sentit Manardus, ignem sacrum à Latinis appellari, quod erysipelas dicunt Græci. Plin. lib. 26. ca. 11. Ignis sacri multa asserit esse genera: inter quæ periculosissimum est quod Græcè zoster uocatur, hominem medium ambiens, &, si cinxerit, enecans.

Igniculus, culi, m. s. Propriè diminutiuum, ab ignis, *πυρίδιον*, Iuuen. Satyr. 3. Igniculum brunæ, si tempore poscas. Per metaphoram accipitur pro incitamento, & stimulo quodam, quo accenditur ad capessandum uirtutem. Cic. 3. Tusc. Nũc paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusq; depranatis sic restinguimus, ut nusquam naturę lumen appareat. Ingenii igniculi, Quint. lib. 6. in Proœ. Desiderii igniculus, Cic. ad Trebonium, lib. 15. Epist. Virilis igniculus, Idem lib. 15. ad Atticum.

Igneus, a, um, Quod ex igne, siue quod ignis naturam habet, *πύρινος ἴμπυρος*. Cic. 2. de Nat. deo. Nam omne quod est calidum & igneũ, citur, & agitur motu suo. Igneus color, qui ignem imitatur. Plin. lib. 8. cap. 38. Arescitne in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes. Igneus feruor. Idẽ lib. 9. cap. 60. Hunc tam igneum fe ruorem esse tradũt, ut omnia in mari contacta adurat.

Ignitus, a, um, Nomen adiect. pro candente, *πυρόεις διάπυρος*. ut Ferrum ignitum. Accipitur item pro eo quòd quandam ignis similitudinem refert, quodq; calidæ, igneæq; est naturæ, Sic Apuleius igniram esse Martis stellam dixit. Ignitius uinum, hoc est uehementius & generosius. Gel. libro 17. cap. 8. Tum ego respondi, coniectare me uinum idcirco minus coalescere, quòd semina quædã caloris in se haberet, essetq; natura ignitius.

Ignosco, scis, scere, ab antiquo Igneo, gnes, Idẽ est quod ignitũ fieri, & in ignem conuerti, *πυρόω*. Plin. lib. 34. ca. 8. Idemq; in uncias additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi bractea ignescit. Cicero 2 de Nat. deo. Ex quo euenturum nostri putant id, de quo Panætũ addubitare dicebant, ut ad extremũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

omnis mundus igneſceret. Per trãslationem accipitur pro excandeſcere, uel uehementer irafci. Vergilius 9. Aen Haud aliter Rutulo muros, & caſtra tuentu Igneſcunt iræ, & duris dolor oſſibus ardet. Colum. li. 10. Ante amor igneſcit mentí ſæuitq; medullis.

Igniarium, rii, n.ſ. Eſt quo ignis elicitur, cõſtatq; è ſilice & ferro quæ colliſa ignem emittunt: unde ſcintillæ decuſſæ, & in fomite, linteoq; aduſto exceptæ, flammã excitant, πυρίον, ἔναυμα, ἐμπύρευμα. Olim & ex lignis fiebat mutuo attritu ignẽ concipientibus. Plinius libro 16. cap. 40. Calidæ morus, laurus, hedera, & omnes, è quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc uſus in caſtris, paſtorumq; reperit, quoniam ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. Teritur ergo lignum ligno, ignemq; concipit arritu, excipiente materia aridi fomitis.

Igniferi, a, um, Ferens ignem, πυροφόρος: ut, Lampades igniferæ, Lucr. lib. 2. Ouid. 2. Metam. Non tamen ignifero quiſquam conſiſtete in axe, Me ualet excepto.

Ignifluus, flua, fluum: ut, Cauernæ ignifluæ, apud Claudianũ lib. 6. Panegyr.

Igniped, pedis, om. t. Igneos pedes habens: πυρόπους, quod epitheton Solis equis tribuit Ouid. 2. Metamorph. Tunc ſciet igni pedum uires expertus equorum Non meruiſſe necem qui non bene rexerit illos. Martialis lib. 1. Ignipedes poſſet ſine Colchide uincere tauros. Sic enim legunt nonnulli: quo tamen in loco legendum eſt, Aeripedes tauros, cum diphthongo in prima ſyllaba. loquitur enim poëta de tauris illis Acẽtę Colchorum regis, Quos poëtæ fabulantur habuiſſe pedes æneos. Quod & ipſum indicat Ouidius in Epiſt. Medeæ ad Iaſonem his uerſibus, Martis erant tauri, plus quàm per cornua fæui, Quorum terribilis ſpiritus ignis erat: Aere pedes ſolidi, prætentaq; naribus æra, Nigra per afflatus hęc quoque facta ſuos.

Ignipotens, tis, om. t. pen. nominatiui corr. Dictus eſt Vulcanus, quòd ignis poteſtatem habeat, πυροθνὴς. Verg. 8 Aenei. illam inter ſedes pallentem morte futura Fecerat ignipotẽs, undis & lapyge ferri.

Igniſpicium, n. ſ. Ea forma dicebatur ab antiquis qua aruſpicium πυροσκοπία, πυρομαντία. Erat autẽ diuinationis genus quod ab ignis inſpectione ſumebatur. Pli. lib. 7. cap. 56. Aruſpicium Delphus, igniſpicia Amphiaraus, auſpicia auium Tireſias Thebanus inuenit.

Ignitabulum, n. ſ. Ignis receptaculum, πυρεῖον. Feſtus.

Igniuomus, m ſ pẽ cor. Ignem uomens, πυρίπνοος. Lactan. in Carm. de Reſurrectione Domini, Altius igniuomum Solem cæli orbita ducit.

Ignobilis, bile, om. t. Dicitur ignotus, incognitus, uilis, & abiectus: cuius cõtrarium eſt Nobilis, hoc eſt, clarus, celebris, conſpicuus, ἀνοχλὴς, ἄσημος. Vergilius libro 7. Solus ubi in ſyluis Italis ignobilis æuum Exigeret. Plaut. in Pſeud. Peregrina facies uidetur hominis, atque ignobilis. Cicero primo Tuſc. Quid Cyrenæum Theodotum philoſophum non ignobilem, nonne miramur? Vergil. 1. Aen. Sæuitq; animus ignobile uulgus.

Ignobilitas, atis, ſ. t. Vilitas, humilitas, obſcuritas, conditio atque fortuna hominum infirmorum, ἀνωχλία. Cicero pro Roſcio Amer. Iam quos nemo propter nobilitatem nominat, ſexcenti ſunt. Idem 5 Tuſc. Nunc igitur ignobilitas, aut humilitas, etiam popularis offenſio ſapientem beatum eſſe prohibebit? Ignobilitas generis. Cic. pro Murena, Quanquã ego iam putabam, Iudices: multis uiris fortibus, ne ignobilitas generis obiceretur, meo labore eſſe perfectum. Ouid. 6. Metam. Res obſcura quidem eſt ignobilitate uirorum. Mira tamen.

Ignomines, com. t. Qui laude & gloria carent, quaſi inglorii, illaudati, ἀνώνυμοι, ἀνωκλεῖς.

Ignominia, æ, f. p. Nominis nota, interprete Nonio, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum, ἀτιμία, ἀνοφημία. Cõponitur ex in, & nomen, n litera commutata in g. Dicitur enim ignominia, quaſi boni nominis priuatio. Cic. lib. 4. de Republ. itaq; quum omnis ea iudicatio uerſetur tantummodo in nomine, animad uerſio illa ignominia dicta eſt. Idem Thermo, Oſtendi graues te ſuſceperunt inimicitias, ſi adoleſcens potens & nobilis, ignominia affectus eſſet. Et herele ſine dubio erit ignominia: habes enim neminem gradu ſuperiorem.

Ignominioſè, aduerb. Cum ignominia, & dedecore, ἀτίμως.

Ignominioſus, a, um, Notatus infamia, ἄτιμος. Quin. libro 7. cap. 2. Tibi, inquit accuſator, illos non licuit occidere: exul enim eras & ignominioſus. Accipitur etiam ignominioſus, pro eo quod affert ignominiam. Liu. 3. ab Vrbe, Hos ignominioſa fuga domum ſe recipientes Romanus conſul Algido conſequutus, ad unum omnes occidit.

Ignominio, as, a, p. Ignominia afficio, ἀτιμάζω. uerbum eſt parum uſitatum: legitur tamen participium ignominiatus, pro ignominia affectus. Gel. lib. 9. cap. ult. Quibus modis ignominiatus, tractatusq; ſit à C. Cæſare Laberius poëta.

Ignoro, as, pen. prod. Neſcio, ἀγνέω. Cicer. pro Milone, At uerò ut ſolus ignoras' tu hoſpes in hac urbe uerſaris? tuæ peregrinantur aures? neq; in hoc peruulgato ciuitatis ſermone uerſantur? Terent. Heaut. Hoc primùm, ut ne quid ignores, &c. Ibidem, Erras ſi credis, & me ignoras, Clinia. Ignoror paſſiuè. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4. Si tamen hæc nauis uento ferretur amico, Ignoraretur forſitan iſta fides.

Ignoratio, ignorantia, uerbalia, ἄγνοια: ſed ignoratio ad actũ, & rem pertinet, quæ penitus noſcitur, nec ſciri poteſt, niſi prodatur, Cic. lib. 3. Off. Quotus enim quiſq; reperitur, qui impunitate & ignoratione omniũ propoſita, abſtinere poſſit iniuria? Idem de Amic. Vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorationem ſtirpis & generis, in famulatu fuerint. Quo loco in nonnullis exemplaribus corruptè legitur, ignorantiam. Idem pro Aul. Cluen. Quod erat odium dii immortales, quæ ſuperbia, quanta ignoratio ſui? Ignorantia uerò, ingenii uitium eſt. quum quis ignorat quid facere debeat, aut dicere. Quint. libro 7. capite 2. Ignorantia prætendi non poteſt. Cicero pro Flac. Vbi adoleſcentes nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam literarum. Quid autem interſit inter imprudẽtiam, docet Donatus his uerbis, imprudens, per ſe: ignarus per alios, ἀνικόος. Ita & Imprudentia per ſe, ignoratio per alios.

Ignorabilis, le. om. t. Quod non cognoſcitur, uel quod facilè ignorari poteſt, ἄγνωστος. Plau. in Pſeud. Quis hic eſt, qui ocularis obuiam ignorabilis obiicitur? Gell. libro 9. capite 12. Alterum autem illud ignorabilius obſcuriusq; eſt. Cic. 2. de Inuent. Quod leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non neceſſarium fuerit.

Ignarus, ra, rum, compoſitum ab in, & gnarus, idem ſignificat quod neſcius, ἀγνὼς. Terent. Eunu. Imprudens harum rerũ ignarusq; omnium. Vergil. 19. Aen. Aeneas ignarus abeſt. Idẽ 3. Aen. Aut quis te ignarum noſtris deus appulit oris? Vbi ignarum dixit pro imprudente. Idem 1. Aen. O ſocii, neq; enim ignari ſumus ante malorum. Vbi ignari poſuit pro immemores. Accipitur etiam interdum paſſiuè, pro ignoto, uel ignorato, ut annotauit Gel. Noct. Att. libro nono, cap. 12. Vergil. 10. Aen. Ignarum Laurens habet ora Mimanta. Ouid. Metamor. lib. 7. Iamq; aderat Theſeus proles ignara parenti id eſt, Incognita.

Ignoſco, ſcis. ui, tum, n. t. Valde noſco, & diſco, ἐπιγινώσκω, Auget enim hîc In præpoſitio uerbi ſignificationem. Varro, Vos qui in theatrum uoluptatem auribus aucupatum concurriſtis domo, adeſte, & à me, quæ feram, ignoſcite: domũ ut feratis à theatro literas. Verùm hoc rarum eſt, & propemodum obſoletum. Nam frequentius ignoſcere, eſt ueniam dare, excuſatum habere, & ut ait Cic. ad Att. ſceleris pœnam prætermittere, συγγινώμην ἔχειν, συγγινώσκειν. Vbi in præpoſitio priuatiua eſt, quaſi non agnoſco errorẽ. Plaut. in Aul. Id adeò te oratum aduenio, ut animo æquo ignoſcas mihi. Idẽ in Merc. Oro ignoſcas deliciis tuis atq; adoleſcentiæ. Ter. Adelph. Venit ipſus ultro lachrymans, orans, obſecrans, Fidẽ dans, iurans ſe illam ducturum domum, Ignotum eſt, tacitũ eſt. Lact. lib. 5. poſuit pro ignoro, & non intelligo, ἀγνοέω. Tũ (inquit) quid legerint, ignouerunt. Gel. libr. 1. Contra patriã (inquit Cicero) arma pro amico ſumenda non ſunt: hoc profectò nemo ignouit, id eſt, neſciuit.

Ignoturus, partic. Cicer. in Catone, Ignoturum alteri, quòd patrem, alteri quòd tutorem ſequutus eſſet. Cato libr. 5. Orig. Quod eorum nemo mihi ignoturus eſt. Quidam tamen cõtra regulam à præſenti tempore protulerunt futurum ignoſciturum. Piſo Pru. lib. 2. Annalium, Quodcunq; deliquiſſet, ignoſciturum affirmabat.

Ignoſcens, ignoſcentior, nomen ex participio, Qui facilè condonat, & ignoſcit, συγγνωμονικὸς. Terent. in Heaut. Mi Chreme peccaui fateor: uincor: nunc te obſecro, Quando tuus animus natu grauior, ignoſcentior, Vt meæ ſtultitiæ inſtitiæ tua ſit aliquid præſidi.

Ignoſcentia, æ, f. p. Condonatio peccati, συγγνώμη, Gel. libro 7. ca. 3. Interdũ autem quaſi eos deliquiſſe concedat, ignoſci poſtulat,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

postulat & ignoscentias uiles esse rebus humanis docet.

Ignoscibilis,le,om.t. Venia dignus, συγγνωστός. Gel.lib.13.capite 20. Hic nester huiusmodi uestitus, de multo iam usu ignoscibilis est.

Ignotus,a,um,nomen adiect.non participium,ut quidam putauerunt. Incognitus,id est,qui ignoratur, ἄγνωστος. Verg. ll. 3.Aen. Ignoti noua forma uiri. Locis ignotis errare, Ouid. 4. Meta. Verba obscuriora, & ignotiora, Quin lib.7.cap.4. Pars ignotissima turbæ, Claudian.1.in Europ. Interdum actiuè ponitur pro insscio, hoc est, pro eo quod ignorat, ἀγνῶς, Qu. 6.Decla. Ne quis tamen erret ignotus, non est filii mei nouerca, sed mater. hoc est, ignorans.

I L.

IH. In notis antiquorum, iustus homo, uel in honestatem. IL. In notis antiquorum, iure legis, uel in loco, uel iusta lex, uel intra limitem. IL. A. in loco absenti. I.L.D .in loco diuino, uel in loco domus. I.L.P. in loco publico. I. L.P.I. in loco præsenti. I.L.R. in loco religioso, I.L.S. in loco sacro.

Ila, Vide Hilla.

Ila, pars lumbi seu lateris in sue. Horatius, Potma magis an magis Ilis.

Ilarchus, ἴλαρχος, Equitum turmæ præfectus. Nam Græci ἴλας equitum turmas appellant. Vide Cælium Rhod. libro 27. capite 24.

Ilba, Vide Ilua.

Ile, per simplex l, ilis, gentri gen. t. Intestinum est omnium artissimum, immediatè uentriculo adhærens, in homine quidem & oue lactes dictæ, in cæteris animantibus ile appellatum, ἴλεφοις. Plinius libro 11.cap. 37. Ab hoc uentriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus: in cæteris, ilei à quibus capatiora intestina ad aluum, hominiq; flexuosissimis orbibus.

Ilia, ilium, n.t. Partes sunt imi uentris, inter coxas & pubẽ positæ, teste Celso, lib.4.cap.1. λαγόνι, κενεῶν. Pers. Satyr.4. ilia subter Cæcum uulnus habes, sed lato balteus auro Protegit. Plin.lib.11. cap. 37. Ilia appellat arterias quasdam, quæ inter ueficam & aluum sitæ, tendunt ad pubem. Sunt qui hoc nomen etiam secundæ declinationis esse asserant, adducentes testimonium ex lib.4. Corn. Celsi, ubi sic legunt, Deinde super rectum intestinum progressa iliis fœminæ latera sua in nectit. Quo tamen in loco pleraq; exemplaria ilibus habent, non iliis. Et profectò quũ nominatiuus singularis, ile, passim legatur, nemini dubium esse debet, quin in numero plurali etiam sit tertiæ declinationis. Nam quod apud Marullũ Mimographum legitur, Tu Hectorem imitaris: ab illo nunquã recedis. Allusio est, ad Ilium agri Troiani urbem, ut maiori eo gratia adderetur.

Ilios us, adiectiuum, Qui ex ilibus laborat, quod morbi genus Græci, λαγονίτιδα uocant.

Ileos, εἰλεός, uel Ileus, Morbus gracilioris intestini, quando scilicet obstructis tenuibus intestinis, exitus excrementis negatur. Vnde eos, qui hunc morbum patiuntur, stercus per os uidemus eiicere. Plin. lib.30.cap.7. Grauissimum uitium ileos appellatur. Idem lib. 20.cap.6. Et contra ileum in oleo, & pulte, quidam etiam Chordapson uocant.

Ilex, icis, per simplex l, & gen. fœminini, t. Arbor est glandifera, magnitudinis roboris, folio aculeato, leui cortice: cuius duo sunt genera: quæ uide apud Plin. lib.16.cap. 6. πρῖνος. Vergil. libro 6. Aeneid. Talis erat species auri frondentis opaca Ilice: sic leni crepitabat bractea uento. Procera ilex, Hora. Epod.15. Ramosa ilex, Ouid.8.Metam. Arguta ilex, Vergilius Eclog. 7.

Ilicetum, ti, n.s. Locus ilicibus concitus, πρινῶν. Martialis lib. 12, è cathedra Surgentem focus excipit superba Vicini strue cultus iliceti.

Ilicetum, ti, n.s. Locus ilicibus concitus, πρινῶν. Martialis lib. 12, è cathedra Surgentem focus excipit superba Vicini strue cultus iliceti.

Ilignus, siue Ilignus, na, num, Idem quod iliceus, πρίνινος. Teren. in Adel. Lectulos ilignis pedibus faciundos. Col. lib.11. cap.2. Si nec hæc sit, iligneam frondem bubus rectè præbebimus. Sic Ilignea corona apud Plin. lib.16.cap.4. Iligna glans. Plin.lib.16.cap.4. & Horat.2. Serm.Satyr. 4.

Iliu, ilium, Vide Ile.

Iliacus, Iliades, Vide Ilium.

Ilicet, per syncopam dictum, quasi ire licet. Donatus, Sic iudices de concilio demittebantur, suprema dicta quum præco pronunciasset ilicet: quod significat ire licet. Terent. in Phorm. Hoc nihil est: ilicet. Quid conterimus operam frustra? quin abeam? Vbi Donatus, Ilicet, rei finem significat. Ilicet pro statim, confestim. Plaut. in Rudente, Sed propera. T. licet. D. iam hîc fac sis, cœna ut curetur. T. licet. D. Omnia ilicet. T. licet. Verg. 2. Aen. Ilicet ignis edax summa ad fastigia tecti Voluitur. Ilicet aduerbium affirmantis. Plaut. in Epid. Ilicet, ut uadimonium mihi hic ultro facit. Idem in Curculione, ilicet Pariter hos perire amando uideo.

Illabor, pe.pro. illaberis, illapsus, d.t. Incido, influo, ἐμπίπτω, ἐφορμῶ. Plin. lib.5. cap.29. loquens de Mæandro fluuio, Postremò Cariam placidus, omnesq; eos agros fertilissimo rigãs limo, ad decimum à Mileto stadium lenis illabitur mari. Ci. 1.de Fin. Nam si ea sola uoluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam: & ad eos cum suauitate afflueret & illaberetur. Vergil.2.Aen. sensit medios illapsos in hostes. Ibidem, Mediæq; minans illabitur urbi.

Illapsus, huius illapsus, ἔφορος. Col.lib.2.cap.2. Vt eiusmodi cõstructio ripam sustineat, ne præcludatur humoris illapsu atque exitu.

Illaboratus, a, um, Quod sine labore & diligentia confectũ est, ἀνέργαστος. Quint de Cic.lib.10,cap.3. Tum interim hæc omnia, quæ uix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata.

Illac, aduer. per locum. Teren. in Eunu. Plenus rimarũ sum: hac atq; illac perfluo.

Illachrymo, as, n p.pen.cor Idem ferè quod lachrymo, ἐπιδακρύω. Liu. bel. Pun. Secundi li.7. Illachrymasse dicitur, partim gaudio, partim, &c. Illachrymare morti, uel errori alicuius, est propter errorem uel mortem eius lachrymas emittere Idem 10.bel.Maced. Si te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus illachrymasti, locum in meum substitutũ relinquam. Dicitur & de rebus insensibilibus, pro eo quod est exudare, seu humorem emittere. Ver. 2. Geor. Illachrymat mœstum templis ebur, æraq; sudant.

Illachrymabilis, Inexorabilis, & qui tam durus est ut ad lachrymas aut ad misericordiam commoueri non possit, ἄδακρυς, ἀνοίκτιστος. Hoc epitheton Horatius tribuit Plutoni, libro 2. Carminum.

Illæsus. Nomen adiectiuum compositum ex in, negatiuo, et participio læsus, ἀβλαβής. Plin.lib.15.cap.30. Gallinam conspicui candoris sedente aquila ex alto abiecit in gremium il læsam. Martial.lib. 1. Illæsum timidis unguibus hæsit onus. Cupressus illæsa bruma. Stat. 6. Theb.

Illætabilis, Iniucundus, ingratus, tristis, ἄχαρις. Verg. 3. Aen. Hinc Drepani me portus & illætabilis unda Accipit.

Illaqueo, as, a.p. Laqueo constringo, ἐμπαγίζω. Cic. de Aruspicum responsis, Sed si etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, &c.

Illatebro, as, pen. cor. In latebris abscõdo, ἐναποκρύπτω. Gel. ex 7. Annali. Quin. Claudii, Arma plerique abiiciunt, atq; inermes illatebrant sese.

Illaudatus, illaudati idem quod illaudabilis, teste Gellio, & innominabilis, q neq; mẽtione, aut memoria ulla dignus est, neq; unquam nominandus, ἀνεγκωμίαστος, ἀναξιόλογος. Si cut quondam à communi consilio Asiæ decretum fuit, uti nomen eius, qui templum Dianæ Ephesi incenderat, nemo ullo tempore nominaret. Est enim nomen hoc, idoneum ad exprimendum sceleratissimi hominis detestationẽ. Verg. lib 3. Georg, quis aut Eurystea durum, aut illaudati nescit Busiridis aras? Est autem illaudatus, nomen, non participium: neq; enim uerbum habet à quo descẽdat, neq; ullum importat tempus. Nam dicitur Illaudatus, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit, ut est lib. Aen. 7. Diues inaccessos ubi Solis filia lucus: pro inaccessibiles, nõ ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debet. Sic fontem inexhaustum dicimus nõn tam eum qui nunquam exhaustus sit, quàm qui exhauriri non potest.

Illaudabilis, le, om. t. Qui non est dignus ut laudetur, ἀνεγκωμίαστος. ut, Carmen illaudabile, Statius 5. Sylua.

Ille, illa, illud, in genitiuo penultima indifferente, Pronomẽ est demonstratiuũ, tertiam designans personã, tam à loquente q̃ ab audiente remotã. de qua satis multa dicta sunt: in dictione Hic, ἐκεῖνος. Interdum emphasim habet, uehementiam q; addit orationi, quod Græci exprimunt per ὁ articulum. Teren. in Andr. Hic ille est. Ver. in principio 1. Aen. Ille ego qui quondam gracilis modulatus auena Carmen.

Illecebræ, arũ, f, p.pẽ, cor, Blãditiæ & pellaciæ, ab illiciẽdo dicta

dictæ quòd animum ad se alliciant: quemadmodũ uoluptates, diuitiæ, quæ nulli non adblandiũtur, θελκτρα, ἐπαγωγά. Vtimur autem hoc nomine tam in bonam partem, quàm in malam. Cic. 1. de Republica. Suis te oportet illecebris ipsa uirtus trahat ad uerum decus. Idem pro Cælio, Erant apud illum illecebræ libidinum multæ. Idem pro Sestio, Nam si qui uoluptatibus ducantur, & se uitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt, missos faciant honores, &c. Legitur etiam in singulari numero illecebra. Idem pro Mil. Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem?

Illecebrosus, a, um, Quod blandimentis hominum allicit, ἐπαγωγός, ἀποτικὸς, θελκτήριος.

Illecebrosè, aduerb. Plaut. in Bacchid. Manum da, & consequere. P. Aha minimè. B. Quid ita obsecro? Quia isthoc illecebrosus fieri nihil potest.

Illecto, Illectus, Vide Illicio.

Illegitimorum, ut utamur uerbo apud nostros Doctores recepto, alii Incestuosi uocantur, puta ex cognatis procreati. alii nepharii ex descendentibus suscepti: alii spurii, qui & adulterini, ex adulterio nati. Hi nisi à principe, aut huius authoritate Legitimationis, ut uulgò dicitur beneficio impetrauerint, à successione parentum non tantùm excluduntur. l. si adulterium in prin. ff. ad Leg. Iuliam de Adulter. l. quinetiã ff. de Ritu nupt. & parag. ergo omnes Instit. eod. tit. sed alimentis etiam non censentur digni Iure Ciuili. Aut. Quibus mod. nat. effic. sui. parag. ult. At hæc Romani Pontif. iniquum censentes, infantem à Deo creatum, fame necari, præstanda constituerunt. c. cum haberet de Eo qui dux. in uxquam per adul. poll.

Illepidus, a, um, In quo nihil lepôris est, nec elegantiæ, ἄχαρις, ἀναφρόδιτος. Plaut. Bac. Sine modo & modestia sum, sine bono iure, atq; honore: Incredibilis, impos animi, inamabilis, illepidus uiuo. Cic. 3. de Nat. deo. Parentem habere auarum illepidum, in liberos difficilem. Scortillum non illepidum, nec inuenustum, Catullus.

Illepidè, aduerb. Iniucũdè, & infacetè, ἀχαρίτως. Pli. in Præfat. totius operis, Nec Plancus illepidè quum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare. &c. Horat. 2. Epistol. 1. non quia crassè Compositum, illepideue putetur.

Illex, Vide Illicio.

Illî, cum circunflexo, aduer. Pro ibi uel illic, ἐκεῖ. Teren. Adel. Ego illî maximam partem feram. Vbi Don. Errant qui putant illî, esse pronomen, quum sit aduerbium loci: ut Verg. lib. 2. Aen. illî mea tristia fata, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. Idem in Hecy. Nam illî haud licebat nisi præfinitò loqui. Idẽ in Phorm. Interea dum sedebamus illî, interuenit adolescens quidam.

Illibatus, a, um, Idem quod purus, intactus, & incorruptus, ἄψαυστος. Est autem nomen non participium: quũ illibo nõ legatur. Liu. 3. ab Vrbe, Illibatum imperium. Plin. lib. 17. ca. 17. Vt illibato cortice, atq; ut sectura inferior ponatur. Illibatum robur hominis, Col. lib. 12. cap. 1. & lib. 3. cap. 10. Ex proximo terræ integro illibatoq; succo aluntur.

Illiberalis, le, Parcus, non munificus, ἀνελεύθερος. Cic. Memmio, lib. 13. Non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit. Interdum illiberale dicitur, quod contrà fit ac liberum hominem debet. Illiberale facinus, Libero homine indignum. Teren. Adel. ex illáne familia Tam illiberale facinus esse ortum? Iocus illiberalis. Cic. 1. Off. Duplex omnino est iocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum.

Illiberalitas, tatis, f. p. Parsimonia, auaritia, sordes: cui opponũtur Liberalitas, & munificentia, ἀνελευθερία. Cic. 2. Off. Habenda est autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere, flagitiosum est: sed ita ut illiberalitatis, auaritiæq; absit suspicio.

Illiberaliter, Non liberaliter, iniustè, inclementer, atq; aliter ac hominem liberum decet, ἀνελευθέρως, ἐγκυνῶς. Illiberaliter apud ueteres dicebatur factum (inquit Donatus) si quis excessisset omne genus maleficii. Teren. in Adel. factum á uobis duriter, Immisericorditerq; atq; etiam, si est pater Dicendum magis apertè, illiberaliter. Idem in Phorm. Nam ni ita eũ existimassẽ, nunq; tam graueis Ob hanc inimicitias caperẽ in nostrã familiã, Quã is aspernatur nunc tam illiberaliter.

Illicio, cis, a. t. Attraho, & quasi inesco, ex in, & antiquo uerbo lacio, ἐπάγω, θέλγω. Teren. in And. tunc hîc homines adulescentulos Imperitos rerũ, eductos liberè in fraudem illicis?

Illectus, particip. Attractus, inuitatus. Cic. 4. Tusc. Libido ad id quod uidetur bonum, illecta, & inflammata uidetur.

Illectus, ctus, ui, m. q. Blãditiæ, & illectamentũ, ἐπαγωγή. Plaut. Bach. Magis illectum tuum quàm lectum metuo. Est item illectus, compositum à participio lectus, idẽ significans quod non lectum, ἀνεπίληκτος. Ouid. lib. 1. de Arte amandi, Si non accipiat scriptũ, illectumq; remittat, Lecturam spera, propositumq; tenẽ.

Illecto, as, a. p. Frequenter illicio, ἐπάγομαι. Augustinus, Quos ad peccata illectant.

Illex, illegis, com. t. Qui sine lege uiuit, ἄνομος. Plaut. Perſa, Impurè, inhonestè, iniure, illex, labes populi. Quo in loco illex Valla idem significare arbitratur quod exlex.

Illex, icis, communis gen. t. Interdum substãtiuè accipitur pro illecebris, & incitamento, ἐπαγωγή. Illex animi Venus. Interdum adiectiuè sumitur, ut idem sit quod illiciendi uim habens: ut, Oculi illices, apud Apuleium, quòd aspectu ad libidinem incitemur.

Illicium, cii, n. s. ab illiciendo dictũ, pro incitamẽto, θέλγητρον ἐπαγωγή. Varr. lib. 3. Sed si transituræ sunt apes ea, apiastro perfricandum, quòd illicium hoc illis. Cic. ad Attic. lib. 11. Posteaquàm mihi literæ, à Cornelio Balbo minore missæ essent, illum existimare Qu. fratr. illicium meæ profectionis fuisse, his uerbis ad Cæsarem scripsi.

Illicitus, a, um, Quod non licet, ἀθέμιτος. Cic. pro Cluentio, Multitudinem illicium est contradicere.

Illicò, aduerb. est loci, Propriè idem significans quod ibidem quasi in eodem loco, αὐτόθι. Ennius, Et quia quò irẽt nescie bant, illicò manserunt, id est, in eo loco. Terent. in Adel. Otiosè nunc iam illicò consiste. Donatus, illicò, modò locũ, modò tempus significat. Plerumq; ponitur pro statim, siue continuò, παραυτίκα. Cic. pro Muræna, Simulatq; increpuit suspicio tumultus, illico artes nostræ conticescunt. Idem pro Quintio, illicóne ad Prætorem ire conuenit?

Illido, dis, a. p. pen. prod. Duro alicui corpori affigo, atq; ita confringo, προσβάλλω, ἐπάγω, προσκρούω. Valerius Max. lib. 1. Coactis Locrensibus ex thesauro eius magnam illi pecuniã dare, quum onustus nefaria præda nauigaret, ui subitæ tempestatis tota cum classe uicinis Deæ littoribus illisus est. Hoc est, impegit ad uicina littora, & naues fregit. Cic. de Aruſp. respon. Iam ista serpens compressa atq; illisa, morietur. Verg. 5. Aen. durosq; reducta Librauit dextra media inter cornua cœstus Arduus, effractoq; illisit in ossa cerebro. Dentes illidere labellis, Luer. lib. 4. Illidere dentem alicui rei, pro imprimere. Horat. 2. Serm. Satyr. 1. & fragili quærens illidere dentẽ Offendit Solido. Illidere manus, Cic. 3. Tusc. Aequora illisa scopulis, Verg. 3. Georg.

Illisus, sus, ui. m. q. Idem quod illisio, & ipse actus illidendi. Pli. lib. 27. cap. 8. Illisu ipso repercussus.

Illigo, as, are, a. p. Innecto, intexo, ἐνδεσμέω. ut quum emblemata poculis, uel aurum argento illigare dicimus. Pertrãslationem sumitur pro implicare, siue inuoluere, ἐμπλέκω. Liu. lib. 2. bel. Maced. Posteaquàm nos neq; decernere id præsidium, neq; uelle illigari Romano bello uidit. Liu. 2. bel. Maced. Priuatis etiam hospitiis, familiarijq; amicitia pleriq; illigati Philippo erant.

Illimis, me, om, t. Purus quasi sine limo, ἄϋλος, καθαρός. Ouid. 3. Metam. Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.

Illinc, aduer. de loco, ἐκεῖθεν. Terent. Adel. Illinc huc transfertur uirgo. Cic. 2. Philipp. omnem se amorem abiecisse illinc, atq; in hanc transfudisse. Hinc illic, prouerbiale. Teren. Adelp. an sedere oportuit, Domi uirginem tam grandem, dum cognatus hinc illinc ueniret, expectantem?

Illinio, is, ire, 2. q. Inungo, ἐπιχρίω. Col. li. 6. cap. 14. Prædictoq; medicamento defricatur & illinitus: sed si ex toto propter cetera uicis tumorem iugum recusat, paucis diebus requies ab opere danda est: tum ceruix aqua frigida defricanda, & spuma argentea illinienda est. id est, inungenda. Pli. lib. 30. cap. 11. Cornicis carnes esse, & nidum illinire, in longissimis morbis utilissimum.

Illino. nis, pen. cor. illeui, illitum, tertiæ coniug. Inungo, liquidi quippiam rei alicui induco, ἐπιχρίω, ἐμπλάττω. Horat. 1. Serm. Sat. 4. Et quodcunq; semel chartis illeueris, omnes Gestiet à furno redeuntes scire.

Illitus, a, um, pen. corr. ἐπιχρισμένος. Vergil. Illita tela dolis, nec Martem cominus usquam Ausa pati uirtus. Liu. li. 2. Ita in uadis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

In uadis hæsitantes frumenti aceruos sediſſe illitos in limo.

Illitus,us,ui,Illinendi actus.Plin.lib.24.cap.6.Sonitus aurium emendat infusu, strumas illitu, neruorumq; nodos.

Illiquefacio,cis,in re aliqua liquefacio,ἐντήκω.Cicero quarto Tusc. Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum. & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquã illiquefacta uoluptates.

Illiteratus,a,um,Literarum expers,ἀπάιδευτος,ἀγράμματος Cicero 2.de Orat. Quem cognouimus uirum bonum,& nõ illiteratum,sed nihil ad Persium. Plin.in Epist.147.Est libertus mihi non illiteratus.

Illò,aduer.ad locum,ἐκεῖσε.Plau.Capt.Vbi illò aduenì. Terẽ. in And.Quum illò aduenio,solitudo ante ostium.

Illocabilis,& hoc illocabile,Quod locari non potest,δύσθετος.ut,Virgo illocabilis,quæ ob deformitatem,aut inopiã uirum inuenire non potest. Plautus in Aulul.Virginem habeo grandẽ,dote cassam,atq; illocabilẽ, Neq; eam queo locare cuiquam.

Illõtus,a,um,pen.prod.Quod lotum non est,hoc est, quod sordidum est,& immundum,ἄνιπτος.Vnde dicimus, Illotis manibus, uel pedibus,rem aliquã aggredi,hoc est,irreuerenter, confidenter, & imperitè rem aliquã attentare: uelut si grammatista aliquis triuialibus illis disciplinis uix ad summam cutem tinctus,enarrationem Virgiliani poëmatis audeat aggredi.Tractũ est adagium à sacrorum ceremoniis:in quibus omnia pura conuenit esse,& probè lota.Vide Erasmi Adagia.Illoti echini,Horat.2.Serm.Satyr.8.Erucas uirides,inuias ego primus amaras Monstraui incoquere,illotos Catillus echinos.

Illuceo,es,n.s.secunda producta,in re aliqua lucco,ἐμφανίσμαι,ἐμπιπράμπω.Plau. Capt. At pol te, si hic sapiat senex, atra pix agitet apud carnificem, tuo quæ capiti illuceat.

Illucesco,is,n.t.Lucidus fio: quo uix aliter quã in tertiis personis utimur: ut, Illucescit, id est,dies fit.Liu.lib.3.secundi belli Punici.Vbi illuxit,recepere classem.

Illuc,aduer.significatiuum motus ad locum,ἐκεῖσε,ut, Huc atq; illuc intueri,apud Ciceronem de Oratore.

Illudo,dis,pen.prod Derideo,ludibrio habeo,ἐμπαίζω,ἐντρυφάω.Dicimus autem Illudo tibi, & illudo te,& illudo in te, id est,insulto.Ver.2.Aen.certantq; illudere capto.Terent. in Andr. Adón' uidemur esse idonei, in quibus sic illudatis? Idem in Phorm. Sátin' superbè illuditis me? Vbi Donatus Et datiuum & accusatiuum casum regit illudo. Vergilius 9. Aeneidos uerbis uirtutem illude superbis. Significat interdum per ludum noceo.Vergil. 3.Geor. Neu uariæ illudant pestes.

Illusus,particip.Tacitus lib.14. Ille ferociam amici metuit,sæpe asperis facetiis illusus.Vestes illusæ auro: id est, in quibus artifex ludẽs,auro aliqua depinxerat, inquit Seruius,in illud Vergilii 2. Georg. Illusasq; auro uestes.

Illusio,nis,uerbale,Irrisio,ἐμπαγμός.Cicero .3.de Orat. Et exte nuatio & huic adiuncta illusio à præceptis Cæsaris nõ abhorrens, &c.

Illumino,as,are,a.p. Clarum & lucidum reddo, λαμπρύνω, Cic.2.de Nat.deor.Vt solum mundum omnem sua luce cõpleat,ab eoq; luna illuminata,grauiditates & partus afferat. Plin.lib.9.cap.36. Diis aduocatur placandis, omnemq; uestẽ illuminat.Cic.3.de Orat.Quæ sententiis orationem, uerborumq; conformationibus illuminet.

Illuminatè, aduer.Clarè,apertè,ἐμφανῶς.Cic.3. de Orat. Qui distinctè,qui explicatè,qui abundanter,qui illuminatè, & rebus,& uerbis dicunt.

Illuminus,a,um,Quod est sine lumine,ἀφεγγὴς.Apul.lib.6.Et illuminarum Proserpinæ nuptiarum. Et lib.3.Seruato noctis illumino tempore.id est,obscuro & sine lumine.

Illunis, nox dicta est à Plin. Epist. 106. pro obscura:quasi sine luna,& lunari splendore uiduata,σκοτομήνη νὺξ ἀσέληνος. Vix, inquit, uiam deseruerамus, & nox, non quasi illunis & nubila, sed qualis in locis clausis lumine extincto. Apuleius libro nono Metam. per primam & secundam declinationem inflexit,Illunæ,inquiens, caliginis à nominatiuo illunus,a,um.

Illustris,stre,om.t. Clarus, lucidus, ὠθρὸς,λαμπρὸς,φαεινὸς. Colum.lib. 1, Balnearia Occidenti æstiuo aduertantur, ut sint post meridiem,& usq; in uesperum illustria,id est,clara. Plin.lib.9.cap.16, Noctibus quidem illustribus æquè quã die cernunt,id est, serenis.Plau.in Rud. Illustriores fecit, fenestrasq; indidit. Per translationem accipitur pro nobili,celebri,qui magni est nominis,ἐπιφανὴς,ἐνδόκιμος, Cic. de Amic. Genus aũt hoc sermonũ positum in hominum auctoritate,& eorum illustriũ,plus nescio quo pacto uidetur habere grauitatis.Idẽ in Verrem,Tã illustre ac nobile domicilium.Illustre, notumq; omnibus factũ apud eundẽ,7.Verr.Facta illustria,& glorioſa, idem 1.de Fin.Fama illustris.Ver.7.Aen. Illustris & lara uia,Cic.5.Verr.

Illustro,as,a.p.Rem aliquã lucidã et splendidam facio,uel lucẽ & splendorẽ affero,λαμπρύνω καταλάμπω.Col.lib.1. Vinctis quàm saluberrimũ subterraneum ergastulum,plurimis & iis angustis illustratũ fenestris. Per translationẽ accipitur pro nobilitare, clarumq; & celebrem reddere, διαφημίζειν. Cic. Lentulo lib.1.Epist.Illustrabit mihi crede, tuam amplitudinem hominũ iniuria. Nonnunquã etiam pro declarare,patefacere,manifestare, aperire: quod quæ aperta sunt, maiorẽ lucem præbeant. δηλῶ. Cic. in Catil.Omnia & Senatus,& uos quæ erant salutem omnium cogitata, illustrata & patefacta uidistis. Idem de Orat. Patefacere & illustrare obscura. Illustrare philosophiam Latinis literis,Idem libro 1. Acad.& 1. Tuscul.

Illustratio,nis,f.t.Quint.lib.6.cap.2.Insequetur ἐνάργεια, quæ à Cicerone illustratio & euidentia dicitur.

Illustramentum,ti, Quin. lib.11.cap.ult.Hæc sunt uel illustramenta pronuntiationis, uel uitia: quibus propositis, multa cogitare debet orator.

Illuibilis,le,Quod eluì non potest,δυσέκνιπτος.Plaut.in Menæch.Næ ex istoc loco spurcatur nasum odore illuibili.

Illuuies,uiei.Squallor, immunditia,sordes, ἀλυσία. Terentius in Heaut.Ea texebat unà pannis obsita, neglecta,immunda illuuie.

Illyricæ, Iridi regio nomen dedit, nam ea in primis probatur.Etiamsi Paulus Aegineta.lib.3. Medicinæ suæ Illyridæ appellationem magis probet.Plura super ea re M. Verg.in Comment. suis, qui admodum curiosè in eo uocabuli ethymo laborat.

I M.

IM. In notis antiquorum.Hymnus,IM. iam IM.Ioui Maximo I.M. CTT. in media ciuitate. IM.ST.B.ABCD. in memoria ista sunt bona abscondita,uel in monumento isto sunt bona ascondita. IMP. Imperator. IMPR. im uel IMPRR. imperatores. IMP. AV. Imperator Augustus. IMP. CS. AV. Imperator Cæsar Augustus. IMPL. imperialis uel imperiale.

Imãgo,nis,f.t.Simulachrum, species,exemplar, & alicuius rei præsentatio, εἰκών. Cic.de Amic Nemo unquam animo aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam atq; imaginem proponendam putet.Verg.2.Aen.atq; ipsius umbra Creusæ Visa mihi ante oculos,& nota maior imago.Cicero in Orat. Demosthenis imaginem ex ære uidi. Idem de Nat.deo. Fac imagines esse quibus pulsantur animi, species duntaxat obiicitur quædã. Olim nobiliores maiorũ suorũ imagines ad uiuũ expressas,in atriis suspendere solebant,illarum multitudine nobilitatẽ metientes.Quo factũ est ut imagines pro nobilitate accipiantur.Cic.de Leg.Agraria, significare uolens se nouũ hominẽ, id est, nulla generis nobilitatẽ cõmendabilẽ, Consulẽ tamen factũ,ita ad populum inquit, Quemadmodũ quũ petebã, nulli me uobis autores generis mei cõmendarunt,sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me à uobis deprecentur.Idẽ in Pisonẽ, Obrepsisti ad honorẽ errore hominũ,cõmendatione fumosarũ imaginũ, quarum simile nihil habes præter colorẽ.Vbi fumosas imagines appellat Cicero antiquissimi generis stẽmata.Pliu. in Epist. lib.9.ad Prosocerũ, Neq; enim ardentius tu pronepotes, q̃ ego liberos cupio. quibus uidear à meo,tuoq; latere pronũ ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus: nascantur modo, & hunc nostrum dolorem gaudio mutent. Subitas imagines appellat Plinius nobilitatem parum antiquam: sed repentè,fortunæq; beneficio quę sitam: quomodo nostris temporibus multi extiterunt, ignotis natalibus orti,qui ne auum quidem,aut etiam patrem cìere aut possent,aut auderent, qui subitariis principũ beneficiis,& aulicorum suffragationibus,supra ciuile fastigiũ euecti,ingentium splendidarumq; gentilitatum fundamenta iecerunt.Hæc ex Budæo. Imago pro uagina: quòd ueluti sit imago eius rei q̃ claudit.Verg.lib.8.Curuam seruans sub imagine falcem. Rhetores imaginem, εἰκόνα, uocant quandam orationis figurã, quã res gesta nõ simpliciter indicatur,

sed ut

sed ut gesta sit ostenditur, ut est illud, Ipse inflammatus scelere ac furore in forum uenit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.

Imaguncula, dimin. Parua imago, εἰκόνιον.

Imaginarius, a, um, Quod uerum non est, sed quod ita imaginamur & animo concipimus acsi uerum esset: cuiusmodi apprehensionem proprie dicimus imaginationem, φαντασικὸς σκιαγραφικός. Suet. in Claudio Cæsare, Equestres militias ita ordinauit, ut post cohortē alam, post alā Tribunatū legionis daret: stipendiaq; instituit, & imaginariæ militiæ genus quod uocatur super numerum, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Imaginariis fascibus cedere. Liu. 3. ab Vrbe, Emptio imaginaria, Vlpia. l. Is qui suis. ff. de manumiss. Si ab ignoto emptus sit, postea autē pretium suū obtulerit: dicendum erit non esse audiendū: ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria fiat emptio, & per fidē contractus inter emptorē & seruū agatur. Est autem imaginarius emptor, qui seruum illius nummis emit.

Imaginosus, a, um, In quo sunt plures imagines, εἰκονόδης. Vnde Speculum imaginosum, à Catullo dicitur ab imaginibus quæ in speculo numerosè uidentur.

Imagino, as, a. p. Imagines facio, seu repræsento, εἰκονίζω, ἀγαλματόω. Gell. lib. 15. Vt speculum in loco certo positum nihil imaginat, aliorsum translatum facit imagines.

Imaginor, aris, d. p. Significat rei alicuius quæ facta sit, uel fieri possit uel etiam quæ fieri non possit, similitudinē mente cōcipio, φαντάζομαι, ἀποτυπόω, ἀποτυποῦμαι. Plin lib. 20. cap. 13. Idcò profluuio genitali datur. & Venerem crebrò per somnia imaginantibus. Plin. in Epist. Caius quidē Fannius quod accidit, multo antè præsensit: uisus est sibi per nocturnā quietē iacēre in lectulo suo compositus in habitu studentis, habere ante se scrinium, (ita solebat) mox imaginatus uenisse Nero nem, in toro sedisse.

Imaginatio, f. t Pro huiusmodi cōceptu, φαντασία, ἀποτύπωσις, ut Imaginationes libidinū, apud Plin. lib. 20. cap. 7. Imaginabile, Quod mente concipi potest, ὑφάνταστον.

Imaginatus, a, um, Quod est ad alicuius imaginem factum, ἀγαλματούμενος. Lactan lib. 15. Sed terram digitis suis imaginatam metuant, & adorent.

Imbecillis, & hoc imbecille, om. t. & Imbecillus, a, um, Debilis, languidus, infirmus: quasi bacillo destitutus: quæ significatio tracta uidetur à teneriorib⁹ plantis, quæ citra bacilli adminiculū uix possunt subsistere, ἀσθενής. Plin in Panegyr. Quis enim est tam imbecilli ingenio qui non tanto meliorem Consulem speret, quanto sępius fuerit? Cic. de Amic. Vt si parentibus nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores uel animo, uel fortuna: eorum augeant opes, cisq; honori sint, & dignitati. Horat. 2. Sermo Imbecillus, iners: si quid uis, adde popino. Cicero de Amic. Imbecilla enim humana natura est ad contemnendam potentiam, &c. Plinius in Epist. Sed hæc felicitas terræ, imbecillis cultoribus fatigatur.

Imbecillitas, tis, f. t. Debilitas, infirmitas, defatigatio: & tam ad animū quàm ad corpus refertur, sicut & imbecillus, ἀσθαμία, ἀσθένεια, Cic. de Amic. Sæpissimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud consyderandum uideri solet, num propter imbecillitatem atque inopiam desideranda sit amicitia. Imbecillitas materiæ murorum, Cæsar. 2. bel. Ciuil. Imbecillitas consilii Cic. 1. Off. Imbecillitas ætatis, Cicero ad Brutum.

Imbecilliter, aduerb. Debiliter, remissè, ac languidè, ἀσθενῶς. Cic. 4. Acad. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum hisq; quæ uidentur, imbecillius assentiuntur. Idēm 5. Tusc. Qui imbecillius horrent dolorem & reformidant.

Imbellis, & hoc imbelle, om. t. Timidus, ignauus, quasi bello parum aptus, ἀπόλεμος, ἄμαχος, ἀνανδρος. Cic. 1. Off. Nunquā periculi fuga cōmittendū est ut timidi imbelles q; uideamur. Ouid. in Epist. Tres sumus imbelles numero, sine uiribus: uxor, Laërtesq; senex, Telemachusq; puer. Imbellis, inermisq; fœminarū turba, Liu. 8. bel. Pun. & 8. bel. Maced. Imbelle telum. Verg. 2. Aeneid. Sic fatus senior, telumq; imbelle sine ictu Coniecit. Imbelles damæ, Martial. lib. 13. Imbellis cithara, hoc est, molle quiddam & effœminatum resonans, & à Martio tubæ strepitu plurimùm distans.

Imbellia, liæ, f. p. Ignauia, inertia, & belli imperitia, ἀνανδρία. Macrob. lib. 3. sat. 11. Tunc pœnus eludens ignauiam, imbelliaq; militum eius pretiosè armatorum. Planum, inquit, fa-

tis esse credo Romanis hoc, etsi anarissimi sunt.

Imber, bris, gen. masc. in ablat. imbre, uel imbri, ὄμβρος. Ver. 4. Aen. & uentis pulsatur & imbri. Lucretius. Ex igni terraq; animæ nascuntur & imbre. Est autem imber (ut Apuleius libro de Mundo inquit) agmen aquarum largius ex concretis effusum nubibus, nimbus uerò repentina, & uehementior pluuia: quæ quanto est improuisior, tanto est præcipitatior, & breuiore astringitur casu. Verg. 1. Georg. Maximis agricolis, pelagoq; parabitur imber. Plaut. in Most. Venit imber lauat parietes, perpluūt tigna. Ter. in Eunn. Quo pacto Danaē mississe aiunt quondā in gremiū imbrē aureū. Verg. lib. 4. Georg. ipse feraces Figat humo plātas & amicos irriget imbres. Per translationem pro quouis humore aqueo accipitur. Vergil. lib. 1. Aen. pro aqua marina accepit, quū ait, Accipiūt inimicū imbrem, rimisq; patescūt. Imber p lachrymarū effusione. Ouid. 3. Amor. Eleg. 5. Spargebat tepido flebilis imbre sinus. Lactis, lapidū, sanguinis, & terræ imber, Cic. 1. de Diuin. Ferreus imber, Ver. 12. Aen. Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber. Sunt tamē qui hoc nomen cum h & y scribant quòd à Græco uerbo ὕειν, quod est pluere, deduci arbitrentur: unde & hyemem dictam esse supra ostendimus. Verisimilius tamē uidetur à Græco ὄμβριος deriuari quod nobis imbrem sonat. Sine aspiratione aūt scribi debere ex compositis apparet quæ sunt September, Octob. Nouemb. & Decemb.

Imbricus, a, ū, Pluuiosus, imbres ferēs, aut generās, ὀμβροφόρος Plaut. in Merca. Fauonius serenus est, hic auster imbricus, Hic facit tranquillitatem. iste omnes fluctus conciet.

Imbrifer, ra, rum, pen. cor. Pluuius, pluuias afferēs, ὀμβροφόρος ut Auster imbrifer, Cælum imbriferum. Col. lib. 1. ca. 1. Hoc ego siccis locis fieri utiliter non negauerim: sed ubi aut uliginosa regio est, aut cæli sunt imbriferi, minimè faciēdū censeo. Verg. 1. Georg. Vel quum ruet imbriferum Ver.

Imberbis, & hoc imberbe, om. t. Quod non est barbatum, ἀγένειος, ἀπώγων. Hor. de Arte, Vel quia turpe putant parēre minoribus & quod Imberbes didicere, senes perdenda fateri. Cic. pro Domo sua, Quæ maior calumnia est: quàm ueniri imberbem adolescentulum, &c. Idem 1. de Nat. deo, Isto enim modo dicere licebit Iouem semper barbatum, Apollinem semper imberbem.

Imbibo, is, n. t. pe. cor. Idē ferè quod bibo, uel humorē atraho, & in me recipio, ἐμπίνω. Pli lib. 20. cap. 14. Imbibitur ad serpentium ictus decoctum. Idem li. 24. cap. 15. Radix eius imponitur carbonib. cupressi, atq; is nidor per infundibulū imbibitur in uetere tussi. Imbibere item per metaphoram apprehendere significat. Cic. 2. Verrina, An iste unquam se bonam spem habuisset, nisi de uobis malā opinionem animo imbibisset? Liu. lib. 2. ab Vrbe, Nec ulla ui donari poterat, tā tum certamen animis imbiberat.

Imbrex, icis, f. t. pen. corr. Caualis est, uel tegula curua & obtorta, per quam imber defluit, σωλήν, Ibi dum condignam te sectaris simiam. Sisenna libro 3. Hist. Dissipatis imbricum fragminibus ac testis tegularum. Ex quibus locis constat, imbrices genus esse tegularum incuruum ex opere figlino, quo etiam hodie in plerisq; locis utimur ad arcendum imbrem. Vnde imbricata tecta appellamus, quæ ex imbricibus sunt confecta. Vide infrà.

Imbrico, as, a. p. in modum imbricis facio, & quasi imbricibus tego, unde Imbricatus, a, um, Imbricis modo incuruatus, imbricum figuram referens, σωληνοειδής. Pli. lib. 11. cap. 1. Supernè tantum imbricatis flexibus uertebris. Vitruuius libro 2. incerta uerò cæmenta, alia super alia sedentia, inter se imbricata, non speciosam, sed firmiorem, quàm reticulata, præstant structuram. Quo in loco uocat Imbricata cæmenta, quæ imbricum in morem inter se ligata sunt & composita. Budæus.

Imbricium, cii, n. s. idem quod imbrex. Martialis, Quum sint crura tibi similent quæ comua Lunæ, Imbricio poteras Sexte lauare pedes.

Imbricatim, aduerbium. Imbricis modo. Plinius lib. 9. cap. 14. Iam distinctione uirgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, & imbricatim undata.

Imbulbitare, a, p. Est puerili stercore inquinare, βολβιτίζω. Imbubinare autem est, menstruo mulierum sanguine polluere. Lucilius apud Nonium, Hæc te imbubinat: at hic contra te imbulbitat. Deductum autem est imbulbitare à Græco βόλβιτον: quo nomine fimus uel stercus significatur.

Imbuo, is, bui, butū, a. t. Liquore uel odore aliquid inficio & (ut ita

(ut ita dicam) inhibere facio, ἐμβρέχω, ἐμβάπτω. Habetq; præterea accusatiuum, etiam ablatiuum eius rei qua quid imbuitur. Col. lib. 10 Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, & insistentes apes, quasi per siphonem succum euocent. Horat. lib. 1. Epist. Quo semel est imbuta recens, seruabit odorē Testa diu. Ci. 14. Philip. Imbuti sanguine gladii. P. C. legionū, exercituq; nostrorū, uel madefacti potius duorum Consulū. Per translationē sumitur pro initiare, instituere, erudire: unde imbutū literis, imbutū bonis moribus dicimus, id est, præditum, & ornatū ac perfusum. Imbutū uitiis hoc est, inquinatum. Sallust. Auaritia pecuniæ studiū habet quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi malis uenenis imbuta, corpus, animumq; uirilē effœminat. Cic. lib. 1. Off. Plerumq; aūt parentum præceptis imbuti, ad eorū consuetudinē mores q; deducitur. Gell. Farinam fermento imbutam, id est, conditā. Aliquando prætermittitur. Cato de Re rust. Dolia olearia noua sic imbuito, amurca impleto, id est, infundito, uel illinito. Ver. 1. Eclo. illius aram Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. i. insperget. uel inficiet suo sanguine

Imitor, aris, d p. pen. cor. Aliorum exempla sequor, μιμέομαι. sed ad mores tantùm, dicta, factaq; pertinet. Sequor, & ad corpus, & ad mores spectat. Neq; enim rectè dixeris, Tu præcedis ego te imitor: dicimus tamen, Tu sequeris præcepta patris. Plin. in Epist. Quā sanè quum componerem, illos habui in manib. ut non æmularer, (improbum enim ac penè furiosum) sed tamen imitarer & sequerer, quantū id diuersitas ingeniorum maxima & minimi, aut causæ dissimilitudo pateretur. Cic. de claris Orat. Quem Cotta cū uerbis, tùm sono ipso subrustico imitabatur. imitari chirographū alterius. id est, adulterare. Cic. de Nat. deo. Chirographū sex primorū imitatus est. Imitari, pro simulare. Tacitus lib. 1. Quanquā mœstitiam imitarentur, contumaciæ propriores.

Imitatus, participp. passiuè sumptum. Cic. de Vniuers. Quum autem in gressa est, imitata & efficta simulachra, bene agi putat si similitudinem consequatur.

Imitatio, nis, f. p. μίμησις. Cic. 4. Philipp. Excellentium ciuiū uirtutem imitatione dignam, non inuidia, putarent.

Imitator, oris, m. t. μιμητής. Ci. 3. de Leg. Nec enim tantum mali est, peccare, principes (quantū est hoc magnum per se ipsū malum) quantum illud, quòd permulti imitatores principum existunt. Martialis lib. 1. Si quis etit recti custos, imitator honesti.

Imitatrix, icis, f. t. Cic. 1. de Leg Penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni uoluptas.

Imitabilis, is, om. t. Quod quis potest imitari. Cic. in Orat. Nā orationis subtilitas imitabilis quidem illa uidetur esse existimanti, sed nihil est experienti minus.

Imitamen, inis, neu. gen. t. Imitatio, μίμησις. Ouidius quarto Fast. Prisciq; imitamina facti, Aera deæ comites, raucaq; terga mouent.

Imitamentum, ti, h. s. Idem quod imitatio, μίμησις. Gell. li. 7. cap. 1. Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus, ossa atq; urnam è sepulchro tulit filii: & quasi Orestis amplexus, opplet uitomnia non simulachris, nec imitamentis, sed luctu atq; lamentis ueris & spirantibus. Tacitus lib. 13. Cæterùm peractis tristitiæ imitamentis, curiam ingressus, &c. Idem lib. 3. Meditata ad memoriam uirtutis carmina, & laudationes, & lachrymas, uel doloris imitamenta.

Immādĕo, es, ere, n. s. Madidum esse, ὑγραίνεσθαι. Plin. lib. 17. cap. 1. Et quum à siccitate continua immaduerit imbre, tunc emittit illam suū halitum diuinū ex sole conceptum. Ouid. 1. Trist. Credibile est lachrymis immaduisse genas. Terra immaduit, Idem 6. Metamorph.

Immānis, & hoc immane, om t. pen. prod. Significat crudele, ac minimè bonum, nocens ac ferum, ἄγριος, ἀπλοῦς. Ver. 4. Geor. Immanem aute pedes hydrum moritura puella Seruantem ripas alta non uidit in herba. Idem 1. Aen Pygmaliō scelere ante alios immanior omnes. Cic. ad Qu. frat. libro 1. Quòd si te sors Aphris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, immanibus ac barbaris nationibus, &c. Immania saxa, à Vergilio dicuntur asperis & horrendis, 1. Aen. tenet ille immania saxa, Vestras Eure domos. Immane aliquando ponitur pro ingēti, magno, siue immenso, ὑπερμεγέθης, ὑπερμήκης. Vergil. libro 6. Aeneid. Posuitq; immania templa. Sumitur aliquā do immane, pro fœdo. Sic enim interpretatur Nonius illud Accii in Androm. Immane te habet templum obuallatum ossibus. Immanè pro immaniter. Sallust. Immanè quantū animi exarsere.

Immanitas, atis, f. t, Sæuitia, ἀπλότης, ἀγριότης. Cic. lib. 1. Offic. Quo detestabilior illorum immanitas, qui lacerauerunt omni scelere patriam. Immanitas pretii, id est, magnitudo. Pli. lib. 35. cap. 11. Nec ullius in pictura uelocior manus fuit: artis uerò tantùm, ut immanitate pretii antecederet celeberrimos eadem ætate imaginum pictores.

Immānsuetus, a, um, Asper, indomitus, & mansueto, contrarius, ἀνήμερος, ἀνήμερος, ἄγριος. Cic. 1 de Leg. Ipsis q; in hominibus nulla gens est neq; tam immansueta, neq; tam fera, quæ non, etiamsi ignoret qualem habere Deum deceat, tamē habendum sciat. Ouid. 15. Metamorph. At quibus genius ingeniū est immansuetū, ferumq;. Idē epist. 17. At tu de rapidis immāsuetissimè, uētis, Quid mecū certa prælia mente geris?

Immarcesco, is, ere, n t. Corrumpor, putrefio, διαφθέρομαι, σήπομαι, μαραίνομαι. Hor. 2. Serm. Saty. 7. Nempe immarcescunt epulæ sine fine petitæ, Illusiq; pedes uitiosum ferre recusant Corpus. Id est, corrumpuntur in stomacho cibi.

Immātūrus, a, um, Non maturus, propriè de fructibus, & frugibus dicitur, quum ante tempus colliguntur, ἄωρος. Pli. lib. 12. cap. 15 Est & quæ uocatur amomis, minus uenosa, atq; durior, ac minus odorata: quo apparet, aut aliud esse, aut colligi immaturum. Transfertur & ad alia: ut, Consilium immaturum, id est, præcipitatū. Liu. 2. bel. Pun. Se, quæ consilia magis res dent hominibus, quàm homines rebus, ea ante tēpus immatura non præcepturum. Immaturus amor, id est, intempestiuus. Liu. lib. 1. ab Vrbe. Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum, inquit, oblita fratrum mortuorum, uiuiq;, oblita patriæ. Immatura mors, qua quis ante constitutum uitæ tempus, & confectam ætatem senio, eripitur ac moritur, Cic. 2. Phil. Etenim si ab hinc annos propè uiginti hoc ipso in templo negaui posse mortem immaturam esse Consulari: quanto uerius nunc negabo seni?

Immaturitas, atis, ἀωρία, ut apud Sueton. in Augusto, Immaturitas sponsarum, quæ nondum coniugio aptæ erant. Cic. pro Quinto, Quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tā ta significat.

Immediatè, aduerbium, Citò, ac celeriter, Gel. libro 10. cap. 11. Incuriosè, & immediatè ac propè etiam subrusticè, ex ipso loco ac tempore hybernarum uigiliarum, Atticas noctes inscripsimus. Quo tamen in loco crediderim rectius legi posse immeditatè.

Immedicabilis, le, om. t. Quod medicaminib. nō potest sanari, ἀνίατος, ἀθεράπευτος. Ouid, 2. Metā. Vtque malum latè solet immedicabile cancer Serpere. Telum immedicabile, Ver. 12. Aen.

Immemor, ŏris, pen. cor. omnis gen. t. Qui non meminit, ἀμνήμων, ὀνος. Teren. And. Num immemor es discipli? Cic. de clar. Orat. Magna hæc immemoris ingenii signa. Idē ad Att. In alia incidi, non immemor illius mandati tui. Ver. 9. meriti tanti non immemor unquā. Immemor beneficiū, passiuè. Terent. in And. Itæc cōmemoratio, quasi exprobatio est immemoris beneficii. Vbi Donatus, Immemoris beneficii, cuius nemo meminerit.

Immemorabilis, le, om. t. Quod commemorari non debet, aut nón potest, ἄθρητος. Plaut. Cap. Neq; spurcidici insunt uersus immemorabiles. Spatium immemorabile, id est, maximū Lucret. lib. 4.

Immemorabilis, a, um, adiectiuum, Non cōmemoratus, ἀμνημόνευτος. Horat. 1. Epist. iuuat immemorata ferentem Ingeniis, oculisq; legi, manibusq; teneri.

Immensus, sa, sum, Quāuis à participio mensus sit compositum, nomen tamen est, non participium, idem significās quod ualde magnū, & q mensurari præ magnitudine nō potest, ἀμέτρητος. Cic. 1. de Diuin. Obseruata sunt hæc tépore immēso, hoc est, infinito & uix mēsurabili. Idem 1. de Diuin. Pòst Anaximenes aēra deum statuit, eumq; gigni, esseq; immēsum, & infinitum, & semper in motu. Verg. 3. Aen. Clamorē immensum tollit, quo pontus & omnes intremuere undę, penitusq; exterrita tellus Italiæ.

Immensitas, tatis, f t. Infinitas, ἀπειρία. Ci. de Nat. deor. In hac igitur immensitate latitudinū, longitudinū, altitudinū, infinita uis innumerabiliū uolitat atomorum. Idem 2. de Nat. deo. Saxorū asperitates, impendiū montium altitudines, immensitatesq; camporum, &c.

Immeo, as, are, n. p. Innato. ἐννέχομαι. Plin. lib 8. cap. 25. Itaq; & Delphini immeantes Nilo, quorum dorsum, &c.

Immĕrens, om. t. Innocens, qui nihil cōmeruit, ἀκακούργος. Suetonius in Tito, Multū quęstus, eripi sibi uitā immerenti.

Plinius

Plinius Epist. 9. Honestissimum credidi non premere immerentem. Horat. 2. Carm. Ode 13. Te triste lignum, te caducum In domini caput immerentis.

Immerenter aduerbium, Præter meritum, ἀναξίως. Valer. lib. 6. cap. 2. Inserit se tãtis uiris mulier alienigeni sanguinis, quæ à Philippo Rege temulento immerenter damnata, Prouocarem, inquit, ad Philippum, sed sobrium.

Immĕritus, a, um, Qui nihil commeruit, ἀνάξιος, ἀκακώτατος. Vergilius tertio Aeneidos Postquàm res Asiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritam uisum superis, Hinc deducitur superlatiuum Immeritissimus, & aduerbium Immeritò hoc est, præter meritum, ἀναξίως. Terent. Phorm. Iamdudũ te omnes nos accusare audio Immeritò, & me omnium immeritissimò,

Immergo, is, immersi, mersum, ere, a. t. Intingo, ἐμβάπτω. ut, Immergere panem aceto. Interdum idem quod submergo, καταδύω. Verg. 5. Aen. uastoq; immergite põto. Liuius 3. bel. Pun. Eteo impensius, quo auidius ex insolentia in eas se immerserant.

Immersabilis, le, Quod mergi non potest, ἀβάπτιστος. Per trãslationẽ sumitur pro forti, firmo, & recto, quiq; nullis aduersarũ rerũ fluctibus mergi potest. Horat. 1. Epist. de Vlysse,

Et mores hominum inspexit, latumq; per æquor,
Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit, aduersis rerum immersabilis undis.

Immígro, as, are n. p. In domum aliquam habitandi gratia se conferre Plaut. in Mostel. Atq; ubi illò immigrat nequam homo, indiligẽs cum pigra familia, Immundus, instrenuus, hic iam ædibus uitium additur, bonæ Quum curantur malè. Cic. 13. Philipp. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit, Idem 1. Tusc. Neq; ea planè uidet animus, quum repente in tam insolitum, tamq; perturbatũ domicilium immigrauit.

Immíneo, nes, n. s. pen. cor. Significat instо, impendeo, ἐνίσταμαι, ἐπιτίθεμαι. Cic. 1. Tusc. Mors, propter incertos casus, quotidie imminet. Liu. 2. ab Vrbe. Quum haud cuiquam in dubio esset bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem spe omnium serius fuit. Imminere exitio alterius, est uigilare, & insidiari ad inferendum alteri exitium, ἐφορεύειν. Ouid. lib. 1. Metam. Imminet exitio uir coniugis, illa mariti.

Imminuo, is, ere, a t. Atrenuare, diminuere, ἐλαττῶ. Cic. 4. Acad. Ac uereor interdum ne talium personarum quum amplificare uelim, imminuam etiam gloriam. Plau. Cistel. Neq; pudicitiã meam mihi alius imminuit quisquam. Ouid. in Epist. Sapphûs, Postquàm se dolor imminuit, nec pectora plãgi, Nec puduit sciissis exululare comis. Cic. Att. lib. 1. Dolor accessit bonis uiris, uirtus non est imminuta.

Imminutio, uerbale, ἐλάττωσις. Cicero Pulchro, lib. 3. sine illa imminutione dignitatis.

Immíscĕo, es, ere, a. s. Admisceo, ἐμίγνυμι. Liu. 3. ab Vrbe, Et immisti turbæ militum togati, &c. Idem 5. ab Vrbe, Falisci propria etiam causa infesti, quòd Fidenati bello se iam antea immiscuerant. Verg. 11. Aen. Contentusq; fuga, mediis se immiscuit armis, Ouid. 7. Metam. summis immiscuit ima.

Immíserabilis, le, Qui nullius misericordia subleuatur. Horatius 3. Carm. Ode, 5. Si non periret immiserabilis Captiua pubes.

Immísericors, is, om. t. Immitis, quasi sine misericordia, ἀνελεήμων Cicero 2. de Inuent. Ipsum immisericordem, superbum fuisse.

Immisericordia, æ, Liu. 7. bel. Mace. plus ira quàm immisericordia, in causa eorum ualebat, quia non ut hostibus: Alii legũt Misericordia.

Immisericorditer, aduerbium. Terent. Adelph. factum à uobis duriter, Immisericorditerq;.

Immítis, pen. pro. om t. Asper, crudelis, ἀπηνὴς ἄχριος: ut, Vergil. 1. Aen. Troas reliquas Danaũm, atq; immitis Achilli. Accipitur nõnunquam pro acerbo, & immaturo, ἄωρος, πρωϊνός. ut, Immitia poma, apud Pli. lib. 11. Immite pelagus, id est, procellosum, & inquietum. Apul, Erat enim turbidum, atq; immite pelagus.

Immítto, tis, a. t. Insero, intromitto, ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω, ἐπαφίημι. Plinius in Epist. Dices immissa terris noua flumina, Ouid. 5. Metamor. Illic & lentum filis immittitur aurum. Idẽ in Epist Phyllid. Hinc mihi suppositas immittere corpus in undas Mens fuit. Vergilius libro 9. Aeneid. Rumpere claustra manu, sociosq; immittere portis. Cicero pro Sestio, Seruiq; & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Idem 6. Verr. Eoné tu seruos ad spoliandũ fanum immittere ausus es? Immissa barba, pro prominenti & prolixa, καθειμένος. Vergilius tertio Aeneidos, Respicio, dira illuuies, immissaq; barba. Accipitur etiam immittere pro eo quod uulgo dicimus subornare. Sallustius in Catil. Alii Tarquinium à Ciceronem immissum aiebãt, ne Crassus suscepto malorum patrocinio Remp. turbaret.

Immissio, s. t. uerbale. Cic. de Senect. Sarmentorumq; ea quam dixi aliorum amputatio, & aliorum immissio.

Immissum, missi, n. s. ἐμβεβλημένον, Differt à proiecto, ut Labo lenus de uerborum significatione inquit, ut proiectum dicatur, quod ita prouehitur, & extenditur ex aliquo ædificio, ut nusquam quiescat, qualia sunt mœniana & suggrundia: immissum uerò quod ex nostro ædificio protensum in alieno recumbit: ut sunt tignæ, & trabes quæ ex nostro pariete in parietem uicini immittimus.

Immobilis, le, om. t. Quod moueri nõ potest, ἀκίνητος. Pli. lib. 11. cap. 37. Aures homini tantùm immobiles. Verg. 7. Aen. soloq; immobilis hæret Intentos uoluens oculos. Ouid. 15. Metamorph. Scopulis immobilior.

Immŏderatus, a, um, Intemperans, uel nimius in re aliqua ἄμετρος. Cic. ad Attic. lib. 13. Alexandrum, postquàm Res appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse. Idem pro Sex. Roscio, Ventis uehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, &c.

Immoderatio, nis, ἀμετρία, Cic. pro Sylla, Interdum efferatur immoderatione uerborum.

Immoderatè, aduerbium, Immodicè, extra modũ. Cic. 2. Tusc. An temperantia finet te immoderatè facere quicquam?

Immodestus, a, um, Immoderatus non tẽperatus, ἄμετρος. Terent. Heaut. Vel heri in conuiuio quã immodestus fuisti Cic. 1. Off. Ipsumq; genus iocandi non profusum, nec immodestum sed ingenuum, & facetum esse debet.

Immodestia, stiæ, s. p. Intemperantia, immoderatio, ἀμετρία. Plautus. Mercat. Sed amori accedunt etiam ultra hæc quæ diximus, Incogitantia, excors immodestia, petulantia cupiditas, &c.

Immodestè, aduerb. Immoderatè, ἀμέτρως. Plaut. Pœn. curego apud te mentiar? Amo immodestè.

Immŏdĭcus, a, um, Nimius, ὑπέρμετρος. Colum. lib. 1. ca. 9. Suaq; lege C. Licinius damnatus est, quòd agri modum, quẽ magistratu rogatione tribunitia promulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset. Ouidius tertio de Ponto, eleg. 1. Cuncta sed immodicum tempora frigus habent. Idem 1. de Ponto, eleg. 5.

Otia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis:
Immodicus contrà carpit utrumq; labor.

Immodicè aduerb. Nimis, immoderatè, ὑπερμέτρως. Col. lib. 2. cap. 16. Magisq; conducere agricolæ frequenter id potius quàm immodicè facere. Immodicè ferre aliquem casum, pro immoderatum. Cic. 4. Tusc.

Immŏdŭlātus, a, um, Nõ modulatus, uel parum bene modulatus: ut, Poëmata immodulata. Horat. in Arte poët. Non quiuis uidet immodulata poëmata.

Immolitus, pen. prod. Idem quod ædificatus. Liu. 1. bel. Maced. Aquam publicam omnem in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt: & quæ loca publica inædificata, immolitáue priuati habebant, intra dies triginta demoliti sunt.

Immolo, las, pen. cor. Sacrifico, quod uerbum tractum est à consuetudine sacrificantium, qui uictimis iam mactandis molam salsam solebant inspergere, θύω. Festus, Immolare est mola, id est, farre molito, & sale hostiam fusam sacrificare. Cic. 2. de Diuin. Quid quum pluribus diis immolatur qui tandem euenit ut litetur aliis, aliis non litetur? Hora. Epod. 5. Libidinosus immolabitur caper, Et agna tempestatibus. Cic. pro Fonteio, Consuetudo hominũ immolandorũ apud Gallos. Accipitur aliquando pro occido, quemadmodum & macto. Verg. 12. Aen. Pallas te hoc uulnere, Pallas Immolat, & pœnas scelerato ex sanguine sumit.

Immolator, oris, m. t. Qui immolat & sacrificat. Ci. 1. de Diuin. Hæc deceptio capitis, aut acceptio subitóne fieri potest, ut se extra ad immolatoris fortunam accommodent?

Immorior, eris, n. t. In re aliqua morior. Plin. lib. 29. cap. 4. Nam quum immortuus est in uino, faciem eorum qui biberint, lentigine obducit. Ouid. 2. de Ponto, Fortiter Euxinis immoriemur aquis. Sic immori hastæ, apud Valerium Flaccum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cum, lib. 6. Argon. Immori ſtudio alicui, hyperbolica locutio, pro eo quod eſt tam pertinaciter ei incumbere, ut ſola morte quis uideatur ab eo poſſe diuelli. Horat. 1. Epiſt. 6. Immoritur ſtudijs, & amore ſeneſcit habendi.

Immoror, immoraris, pen. corr. immorāri, d. p. Morā trahere, ἐμμένω. Col. lib 8. cap. 5. Incubantibus autem gallinis, iuxtā ponendus eſt cibus, ut ſaturæ ſtudioſius nidis immorentur. Quint. lib. 2. cap. 16. Quis neſcit ignes, aquas, ſine quibus nulla ſit uita: & (ne terrenis immorer) Solem, Lunáq́, præcipua ſiderum, aliquando etiam nocere?

Immortalitas, atis, ſ. p. Sempiterna uiuendi perſeueratio. ἀθανασία. Cicero de Amicit. Niſi enim (quod ille minimè putabat, immortalitatē optare uellet, quid non eſt adeptus, quod homini fas eſſet optare? Terent. in And. nam mihi immortalitas Parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. Cic. 2. de Nat. deor. Cedit nulla re, niſi immortalitate, cæleſtibus beata uita.

Immortalis, le, om. t. Qui perpetuò uiuit, nunquam moriturus, ἀθάνατος. Plaut. in Trinum. Eho, tua uxor quid agit? M. Immortalis eſt, Viuit, uicturaq́ eſt. Terent. in Eunucho, Dij immortales, homo homini quid præſtat? Immortalis memoria. Cic. pro Cornelio Bal. Immortalia facinora, immortalia opera, quæ nullo tēpore ſunt intermoritura. Plautus in Moſtel. quid mihi fiet tertio, Qui ſolus facio facinora immortalia? Liu. 1. ab Vrbe, His immortalibus editis operibus, quum ad recenſendum exercitum cōcionem in campo ad Capræ paludem haberet, &c.

Immortalè, Pro immortaliter, ut, Flos immortalè uirēs, apud Valerium Flaccum, lib. 7. Argon.

Immortaliter, aduerb. Perpetuò. Cic. ad Qu. frat. Quòd ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Immotus, a, um, à moueo, Quod nō mouetur, ἀκίνητος. Plinius lib. 8. cap. 16. Leonum animi index cauda, ſicut & equorum aures: nanq́ & has notas generoſiſſimo cuiq́ natura tribuit: immota ergo placidus, clemens, blandientiq́ ſimilis: quod rarum eſt: crebrior enim iracundia eius. Verg. lib. 3. Georg. Sæpe ſub immotis præſepibus, aut mala tactu Vipera delituit. Idem. 4. Aeneid. Mens immota manet.

Immulgeo, es, a. ſ. Lac ex uberibus in rem aliquam exprimo, ἀναμέλγω. Plin. li. 11. cap. 39. Fabuloſum arbitror de ſtrigibus, ubera eius infantiū labris immulgere. Verg. 11. Aen. & lacte ferino Nutribat, teneris immulgens hubera labris.

Immugio, gis, immugiui, & immugii, immugitum, immugire, n. 4. Idē quod mugio, μυκάομαι. Verg. 3. Aen. curuisq́ immugiit Aetna cauernis. Idem 11. Aeneidos mœſtoq́ immugit regia luctu.

Immundus, a, um, impurus, impolitus, ἀνακάθαρτος. Ter. Heautont. Ea texebat unà, pannis obſita, neglecta, immunda illuuie. Verg. 3. Aeneid. contactuq́ omnia fœdant Immundo. Idem 7. Aeneid. ſed protinus in ipſo Concidit, immundoq́ ſimo ſacroq́ cruore.

Immunis, ne, pen. prod om. t. Qui eſt liber ab onere publico, qui nullo fungitur officio, qui, uel ærate, uel alio priuilegio præſtare munia non tenetur, ἀτελὴς Cic. pro Fonteio Falſum eſt, ob uacationem pretium ſit datū, quum immunis nemo fuerit. Idem 5. Ver. Quinq́ præterea ſine fœdere immunes ciuitates ac liberæ, Centuripina, Haleſina, &c. Immunes agros, liberoſq́ arare, Cic. 4. Verr. Immunis pro ocioſo, pigro. Cic. de Amic. Non eſt inhumana uirtus, neq́ immunis, neq́ ſuperba, quæ etiam populos uniuerſos tueri, eisq́ optimè conſulere ſoleat. Verg. lib. 4. Georg. Immunisq́ ſedēs aliena ad pabula fucus. Immunis cū genitiuo. Ouid. 3. Metamor. Nullum paſſa iugum, curuiq́ immunis aratri. Verg. 12. Aen. aſpicit urbem Immunem tanti belli, atq́ impunè quietam. Legitur aliquando & cum ablatiuo. Liu. 1. ab Vrbe, Inde una centuria facta eſt immunis militia.

Immunitas, tatis, f. t. Exemptio, & uacatio munerum & onerum, ἀτέλεια. Cic. 2. Philip. Ne qua poſt Idus Martias immunitatis tabula, néue cui uſquam beneficij figeretur. Idem ad Caſſium, Epiſt. lib. 12. Tabulæ figuntur, immunitates dātur. Plin. Paneg. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, ſi modò reductus eſſet in patris poteſtatem.

Immunitus, a, um, non munitus. ἀτείχιστος, Eſt aūt nomē non participium, quum immunio non dicatur. Cic. pro Ceinna, Si uia ſit immunita, iubet, quā uelit, agere iumentū. Liu. 2. bel. Pun. Edictoq́ propoſito, ut quibus oppida, caſtellaq́ immunita eſſent, in loca tuta commigrarent. Vrbs immunita, Ouid. 10. Metamorph.

Immūnificus, a, um, Auarus, ſordidus, tenax, illiberalis. ἀνελεύθερος. Plautus in Trinum. Ciui immunifico ſcis, quid cantari ſolet, Quod habes, ne habeas.

Immuſculus, i, m. ſ. Auis eſt, authore Feſt. quam alii regulum, alij oſſifragum dicunt. Videtur tamen apud Feſtum legēdum eſſe immuſſulus, cuius auis meminit Plin. lib. 10. cap. 7. inter genera aquilarij. Vide ea quæ annotauimus in dictione Immuſtulus.

Immuſtulus, ſiue immiſſulus, Ales ex genere Aquilarum eſt (inquit Feſtus) ſed minorum uirium quàm aquila: quæ uolucris rarò, & non ferè, præterquàm Vere apparet: quia æſtum algoremq́ metuit. Appellatur autem ita, quòd ſubitò, & inexpectata ſe immittat. Hæc Feſtus, Ex quibus uerbis non immuſtulus, ſed immiſſulus ſcribendum uidetur, ſiue immuſſulus: nam ab immittendo deducit: De hac aue ſic ſcribit Plin. lib. 10. cap. 7. Sanqualem autem atq́ immiſſuli, Augures Romani magnæ quæſtioni habent. Immuſtulū alicui uulturis pullum arbitrantur eſſe, & ſanqualem oſſifragē. Maſſurius ſanqualem oſſifragam dicit eſſe: immuſſulum autem pullum aquilæ, prius quàm albicet cauda. Quidam poſt Mutium Augurem non eſſe uiſos Romæ confirmauere. Ego (quod uerisimilius eſt) in deſidia rerum omnium non arbitror agnitos. Hæc Plinius.

Immuteſco, is, immutui, ere, n. t. Mutum fieri, tacere, κωφοῦμαι. Quint. lib. 10. cap. 3. Non ergo putemus ſemper optimum eſſe quod latet, ne immuteſcamus alioqui. Statius libro 7. Theb. Ruptis immutuit ore querelis.

Immuto, as, are, a. p. Idem quod ſimplex muto, ſiue uario μεταβάλλω, ἀποβάλλω. Terent. Eunu. Dii boni, quid hoc morbi eſt? adeóne hominēs immutarier Ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe? Interdum idem quod permuto, ἀμείβω, ἀπάομαι. ἀμετάβλητος. Plaut. Epidico, Accipe argentū hoc Daniſta: hîc ſunt quadraginta minæ: Si quid erit dubium, immutabo.

Immutabilis, le, om. t. Quod nullo modo mouetur ac flectitur, ἀμετάβλητος. Cic. de Nat. deor. Stellæ ſpaciis immutabilibus ab ortu ad Occaſum commeāt. Idem de Fato, Sequitur illicò, eſſe cauſas immutabiles, easq́ æternas, quę prohibeant quicquam ſecus cadere, atq́ caſurum ſit.

Immutabilitas, atis, ἀμεταβολία. Cic. de Fato, Sed in factis immutabilitatem apparere.

Imò, unico m, Idem eſt quod Quin potius, μᾶλλον ἤ. Terent. Andria, dictum puta, Nempe ut curētur rectè hæc. Si. Imò aliud. Plaut. in Amphit. In ſomnis fortaſſe. AL. imò uigilans uigilantem.

Impacatus, a, um, Non pacatus, Verg. Georg. incurſusq́ luporum, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. Odio impacata, Claudianus lib. 2. in Eutrop.

Impāges, f. t. penult prod. Dicuntur quæ à fabris in tabulis figuntur, quò firmius cohæreant: à pangendo, id eſt, à figendo, ἐμπάγματα. Vnde & Poētæ uerſus pāgere dicuntur, & agricolæ pangere plantas, id eſt, infigere. Hæc Feſtus.

Impancro, as, a p. teſte Nonio, Antiqui dicebant pro inuado: quod uerbū eſt à Græco tractum, quaſi πὰρ κρέας, hoc eſt, omnem carnem conſumo. Varro, in regiam aream impancrarunt.

Impar, ris, om. t. Non par, inæquale, ἄνισος. ut, Imparia arma, id eſt, inæqualia. Verg. 4. Georg. Aut aſper crabro impari bus ſe immiſcuit armis. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 9. Fortuna eſt impar animo, id eſt, non reſpondet animi magnitudini. Impar numerus, qui non poteſt diuidi in duas partes æquales: unde & περισσὸν uocant Græci. Verg. Eclog 8. Numero Deus impare gaudet. Par, impar, luſus puerilis genus eſt, quo manu nuces, pecuniā, aliudúe quid occultantes, exquirunt coniecturā colluſoris, ἄρτιον, ἢ περιττόν. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Impariter, aduerbium, id eſt, inæqualiter. Horat. in Arte, Verſibus impariter iunctis quærimonia primum,
Mox etiam inclusa eſt mentis ſententia compos.

Impărātus, a, um, Non paratus, ἀσκεύαστος. Terent. Phorm. Vt ne imparatus ſim, quū adnenit Phormio. Plaut. Cāp. Qui ex parata, imparatā rem omnē facis. Cic. pro Milone, Quāquā paratus in imparatos Clodius, tamē mulier inciderat in uiros.

Imparens, tis, Non parens, ſiue inobediens, Feſtus.

Impaſco, is, impaui, impaſtum. a, t. In loco aliquo paſco. Colum. lib. 6. cap. 5. In ea loca perducēdi ſunt, quibus nullum impaſcitur pecus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Impaſtus, Nomen eſt compoſitum ab in priuatiuo, & participio paſtus, idemq; ualet quod non paſtus, ieiunus. Verg. 9. Aeneid. Impaſtus ceu plena leo per ouilia turbans. &c. Turba impaſta luporum, Silius lib. 7.

Impatibilis, bile, om. t. Intolerabilis, & qui ferri nõ poteſt, δύσοιστος, δυσάνεκτος, Cicero 2. de finibus. Quẽ quidem uos impatibilem facitis. Plaut. Amph. Cladesq; exantlarem impatibiles. Impatibilis cruciatus, impatibilis dolor. Plin. lib. 25. cap. 5. Idem lib. 20. cap. 18. Quum impatibilis ualetudo odium uitæ feciſſet.

Impatiens, impatientior, impatientiſſimus, om, t. Nullus laboris, aut doloris patiens. Plin. lib. 8. cap. 1. de elephantis, Iidem impatientes frigoris. Ouid. 1. de Remed. amoris, Impatiẽs animus, nec adhuc tractabilis arte, Reſpuit, atq; odio uerba monentis habet. Piſum impatiẽtiſſimum frigorum, Plin. lib. 8. cap. 12. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 2. Quiq; fugax rerum, ſecuraq; in otia natus.
Mollis & impatiens antè laboris eram.

Impatientia, æ, f p. ἀπληξία. Plin. lib. 11. cap. 23. Fieri autem primò papilliones paruos nudosq;, mox frigorum impatientia uillis inhorreſcere.

Impatiẽter, aduerbium, Aegrè & moleſtè, ἀηδῶς. Plin. Epiſt. 7. Amaui conſummatiſſimum iuuenem tam ardenter, quã nunc impatienter requiro.

Impauidus, da, dum, Qui nihil timet, ἀδεής. Plin. lib. 28. cap. 19. Et pellis aſinina iniecta impauidos infantes facit. Sil. lib. 7. Impauidus ſomni ſeruat pecus. Verg. 12. Aen. fixumq; latronis, Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.

Impauidè, aduerbium, Intrepidè, audacter, ἀδεῶς. Liu. lib. 9. bel. Maced. Et poculo impauidè exhauſto, haud ita multò pòſt expirauit.

Impeccabilis, Immunis à peccato, ἀναμάρτητος, ἄπλαυς. Gel. lib. 17. cap. 19. Is erit plerunq; impeccabilis, uitamq; uiuet tranquilliſſimam.

Impedio, is, 2. q. Eſt implicare, inuoluere, ac propriè de pedibus dicitur, quanquam ad alia etiam transfertur, πεδᾶν, ἐμποδίζειν. Terent. in And. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt. Ibidem, Vidẽn' me tuis conſilijs Miſerum impeditum eſſe? Plaut. in Aulula. Sed dum alios ſeruat, ſe impediuit. Cic. 4. Verr. Sin illud dices, te Heraclij uoluntare ab lege receſſiſſe, ipſe te impedies, ipſe te tua defenſione implicabere. Impedire aliquãdo accipitur pro conſpurcare, ſordidare, polluere, μιαίνειν. Plautus in Amphit. Qui domi uxorem meam impudicitia impediuit: per quam teneo theſaurum ſtupri. Impedire, obſtare, ne quid fiat impedimento eſſe, κωλύειν Cicero de Senec. Hac igitur frui licet ſenibus, nec ætas impedit, quãuis & cæterarum rerum, & in primis agri colendi ſtudia teneamus uſq; ad ultimum tempus ſenectutis. Cæſar 2. belli Gallici, Quo facilius finitimorum equitatum, ſi prædandi cauſa ad eos ueniſſet, impedirent. Cic. ad Attic. lib. 8. Vt te mecum coniungerem prius quàm Cæſar aut ſuum iter impedire, aut me abs te excludere poſſet. Hinc.

Impeditus participium, A quo impeditus, tior, tiſſimus, nomen, ἐμπεποδισμένος, πεπεδημένος: ut, Impediti ſſimæ ſiluæ, Cæſar 8. bel. Cal. Impeditior pugna, Liu. 4. bel. Pun.

Impeditio, onis, f. t. Prohibitio, occupatio, detentio, κώλυσις, ἐμπόδισμα. Cic. 1 de diuin Vrget enim animus in ſomniis, liberq; ſenſibus, ab omni impeditione curarum, iacente & penè mortuo corpore.

Impedimentum, ti, n. f. Quo quis impeditur ut non perficiat quod cupit, ἐμπόδισμα, κώλυμα. Cicero 1. de Ora. Athenienſem Demoſthenem: in quo tantum ſtudium fuiſſe, tantusq; labor dicitur, ut primùm impedimenta naturæ, diligentia, induſtriaq; ſuperarit. Terent. in Andria, Proinde hinc uos amolimini: nam mihi impedimento eſtis. In exercitu impedimenta dicuntur inſtrumẽta, uel ſarcinę, uel etiã aliæ quęuis res quæ ad uſum exercitus circũferuntur, ἀποσκευαί, Curtius, Magno conſilio iacturam ſarcinarũ impedimentorũq; contempſit. Cæſar. 1. bel. Gal. Alteri ad impedimenta & carros ſuos ſe contulerunt. Impedimẽtorum nomine etiam iumenta cõtineri docet Frontinus in Strateg. quum ait: In Hiſpania, à Petreio Põpeij legato in magna aquarũ & pabuli inopia impedimenta fuiſſe interfecta

Impedo, as, a. p. pen. corr. Pedaminibus ſuſtineo, ἐμποδίζω, παρακόω. Colum lib. 4. cap 16. Quum menſem tricesimum exceſſerit poſita uinea, id eſt, tertio autumno, uehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedanda eſt. Vnde Impedata uinea, ab eodem dicta quæ pedamentis fulta eſt.

Impello, lis, a. t. Inſtanter perſuadeo, induco, incito, ἐπάγω, ἀναπείθω. Salluſtius, Aliter haud facilè eos ad tantũ negotium impelli poſſe. Terent. in And. Dũ in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur. Item impellere eſt urgere, ὠθεῖν. Verg. 4. Aen. Ferte citi flammas, date tela, impellite remos. Impellere plauſtrum in terram. Cato cap. 5. Terram carioſam caueto ne ares, neq; plauſtrum, neúe pecus in eam impellas. Aliquando eſt contorquere. Vergil. 2. Aeneid. Cauum conuerſa cuſpide montem Impulit in latus. Aliquando eſt labefactare. Plin. lib. 33. cap. 11. Immenſo & Achaicæ uictoriæ momento ad impellendos mores. Aliquando ſignificat loco pellere. Liuius, Impulſa frõs prima, & trepidatio ſubſidijs illata. Iuuenalis Satyr. 10. unde altior eſſet caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ. Impellere ianuam digito, Cic. 4. Tuſc.

Impulſus, particip. πλῆξις, Pro labefactato, & penè perfracto, translatione ſumpta ab arboribus aut columnis quæ conuelluntur, & paulatim nutant.

Impulſus, ſus, m. q nomẽ, Incitatio, inſtigatio, παροξυσμός. Cicero 2. de Natura deorum, Is autem ardor non alieno impulſu, ſed ſua ſponte mouetur. Impulſu tuo, ſuo, ueſtro: hoc eſt dictu, & ſuaſu, atq; hortationibus. Cic. pro Roſcio Amerin. Ipſos certò ſcio non negare, ad hæc bona Chryſogonum acceſſiſſe impulſu ſuo.

Impulſio, onis, f. t. Idẽ quod impulſus. Cicero lib. 1. de Inuent. Impulſio eſt quę ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur: ut amator, iracundia, egritudo, &c. Inductio & impulſio ad hilaritatem, apud eundem 3. de Oratore.

Impulſor, oris, m. t. Qui incitat, & impellit ad aliquid faciendum. Terẽt. in Eunu. Here, ne me ſpectes, me impulſore hæc non fecit. Idem in Adelph. Tum autem Syrum impulſorẽ, uah quibus illum lacerarem modis?

Impendeo, des, di, ſum, uerbum eſt neutrũ idẽ ſignificans quod ſupra aliquid pendeo, ἐπαρτῶ, ἐπικρέμαμαι, ἐπικρεμάννυμι, ἐφάπλωμα. ut quum gladiũ, uel ſaxum alicuius capiti dicimus impendẽre. Cic. 5. de Finib. Gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit, ut impendẽre illius beati ceruicibus. Idẽ 1. de Finibus, Accedit etiam mors quæ quaſi ſaxum Tantalo, ſemper impendet. Accipitur per metaphoram Impendẽre pro inſtare, uel imminere. Cic. 1. de Aruſp. reſponſis, Tum uidi, ac multò antè perſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quãta impẽdẽret procella Reipub. Cic. pro Planco, Agiturq; præclarè, ſi noſmetipſos regere poſſumus, ut ea quę partim iam adſunt, partim impendent, moderatè feramus, hoc eſt, propè uel parata ſunt. Inuenitur aliquãdo hoc uerbum habere poſt ſe accuſatiuum. Terent. in Phorm. Ita nunc imparatum ſubitò tanta te impendent mala.

Impendo, is, di, ſum, actiuum, t. In rem aliquam expendo, & inſumo, δαπανάω, ἀναλόω. Plin. in Epiſt. In aquæductu, Domine, Nicomedienſes impenderunt HS. XXX. CCCXXIX. qui imperfectus adhuc relictus. Vnde Impenſa, & Impeditum. Per translationem, Impendere operam, Impendere laborem, dicimus pro eo quod eſt operam, uel laborem in re aliqua collocare. Plinius iunior ad Cæciliũ Marcum, Rurſus quum audis quid ſtudiis laboris impenderit: nec ſcripſiſſe ſatis uidetur, nec legiſſe. Dicimus autem, Impendo operam huic rei, & in hanc rem. Columella in Præfat. lib. 1. Sic ut roſarijs impenderet curam, quum à pleriſq; etiam maiora negligantur. Cicer. in Verr. Impendere pecuniam in res uanas.

Impenſius, nomẽ ex participio, Inſolẽs, immodeſtus, ἀκαλῶρ. Plautus in Captiuis, Væ miſero illi, cuius cibo iſte factus eſt impenſior. Plaut. in Bach. Pol quidem meo animo, ingrato homine nihil impenſius eſt.

Impenſa, æ, f. p. Idem eſt quod expenſa, ſumptus, δαπάνη, ἀνάλωμα. Cæl. Ciceroni. Fam. 8. Ne moleſtiam tibi cum impenſa mea exhibeam. Cic. ad Attic. Poſſeſſores nullam impenſam fecerant, nondum inſtruxerãt. Accipitur etiam impenſa pro beneficio. Martial. lib. 1. Epig. Impẽſis uitam principis annumeres,

Impensè, aduerbium, Valde uel nimis, σφόδρα, ἄγαν. Plautus in Epid. Eſt impensè improbus. Terent. in Adelph. Sed ſi uultis, potius quæ uos propter adoleſcentiam Minus uideris, magis impensè cupitis, conſulitis parum. Impenſius, pro uehementius, ſiue multò magis, σφοδρότερον. Columella, Sed cuiuſque diſciplinæ prudentem delectant impenſiũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

impensius ea quæ prop ijs generibus distinguuntur, quàm passim uelut abiecta & quodam aceruo confusa sunt. Plin. lib 6 Epist. Quo impensius rogo ut timori meo quotidiè singulis uel etiam nis epistolis consulas.

Impendium, [illegible] Dicitur impēdium, ab impendendo ære, δαπάνη, ἀναλώμα. Plinius in Epist. Eo[illegible]anilii curam tantùm, & impendium en[illegible]ico. Ci pro Quintio, Qui ab adolescentulo quæstum sibi [illegible]nstituisset sine impendio. Impendium etiam teste Varrone, dicitur pecunia quæ in fœnore forti accedit, hoc est, usura ipsa, quòd fœnus c m sorte cōiunctum unum fiat quasi compendium. Cic. ad Attic. lib. 6. Itaq; aut tutela cogito me abdicare, aut ut pro Glabrione Scæuola, fœnus & impendium recusare.

Impendiosus, a, um, Qui plus æquo impendit, & plus consumit quàm par est, δαπανηρός. Plaut. in Bacch. Nimio præstat impèndiosum te, quàm ingratum dicier.

Impendiò, aduerbiū intendendi, idem significans quod supra modum impensè, uel plus satis: soliq; comparatiuo iungitur, ὑπέρ. Gellius lib. 1. cap. 2. Erat ibidem nobiscum simul adolescens, philosophiæ sectator, disciplinæ, ut ipse dicebat, Stoicæ: sed loquatior impendiò, & promptior. Idem lib. 11. cap. 18. Quoniam uidebantur impendiò acerbiores. Impendiò magis, pro multò magis. Terent. in Eun. & quia consimilem luserat Iam olim ille ludū, impendiò magis animus gaudebat mihi Cic. ad Attic. lib. 10. At ille Impēdiò magis odit Senatum. Sic etiā dicimus, Impendiò minus, pro multò minus. Plaut. in Aulul. Atq; ille uerò, minus minusq; impendiò Curare, minus me impertire honoribus.

Impenētrale, pen. prod. Cuius ultimum (inquit Festus) penetrale intrare non licet. ἄδυτον.

Impenetrabilis, ile, om. t. Quod penetrari non potest. Liuius 2. bel. Pun. Et quū auersi, ac diuerso latè agmine à tam multis simul ueniētibus haud sanè impenetrabiles essent, in litus passim naues egerunt. Mens impenetrabilis iræ, Silius libro 17. Armis impenetrabilis, Stat. 3. Thebaid. Pudicitia impenetrabilis, Tacitus lib. 4.

Impennatas agnas, inquit Festus, in Saliari carmine ueteres pro spicis usurparunt quę nō habent aristas. Agnas enim nouas uoluerunt intelligi.

Impensibilis, om. t. Idem quod inconsiderabilis, quod satis expendi non potest, ἀσάθμητος, ἀνεξέτασος. Gellius lib. 11. cap. 5. Omniumq; rerum fidem, ueritatem, mistis confusisue signis ueri atq; falsi, ita impensibilem uideri aiunt, ut quisque homo est, &c.

Impensus, Impensè, Vide Impendo.

Imperceptus, adiect. Quod satis perceptum non est, quod ue satis percipi non potest, κατάληπτος. Gel. lib. 14. cap. 1. Minora maioribus imperceptiora.

Impercussus, adiectiuum: ut, pedes impercussos mouere, hoc est, sine strepitu. Ouid. lib. 3. Amo. Eleg. 1. Atq; impercussos noctu mouere pedes.

Imperditus, a, um, Quod perdi, destruiue non potest. Ver. 10. Aen. Et uos ô Graijs imperdita corpora Teucri. Vbi Seruius, Imperdita corpora Graijs, quos Græci perdere nequierunt. Pectora imperdita, Statius lib. 3. Theb.

Imperfectus, a, um, Nondum absolutus, ἀτελής. Verg. 8. Aeneid. pars imperfecta manebat. Plin. epist. 254. Qui imperfectus adhuc relictus, ac etiam destructus est. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 16. imperfectumq; dierum Deseruit celeri morte Sabinus opus.

Imperfossus, a, um, Non perfossus, ἀτρύπητος. Ouid. 12. Metamorph. Manet imperfossus ac omni, Inq; cruentatus Cèneus Elateius ictu.

Imperator, Imperiosus, Vide Impero.

Imperitus, a, um, Non expertus, inquit Donatus: inscius, ignarus, rudis, indoctus, ἀδαήμων, ἄπειρος, τῶν πραγμάτων. Terent. Adelphis, Homine imperito nunquam quicquā iniustius. Idem in Eunucho, Non adeò inhumano sum ingenio Chærea, Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat, nesciam. Imperitus & callidus, contraria sunt, quemadmodū rudis & astutus. Cic. pro Roscio Comœdo, Callidū imperitus nō fraudat. Imperita multitudo, imperitū uulgus. Cic. 1. Offic. Etenim qui ex errore imperitę multitudinis pendet, hic in magnis uiris non est habendus. Plin. lib. 34. cap. 34. Quod imperitū uulgus appellat ferrum uiuum. Imperitus rerū. Ver. in And. Tūne hic homines adulescentulos, imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?

Imperitia, æ, f. p. Inscitia, ἀναγωγία, ἀνεπιστημοσύνη, Plin. lib. 17. cap. 2. Contra Circium ferere imperitia existimatur.

Imperitè, aduerbium, indoctè, ἀπαίδευτος. Cic. de claris Oratoribus, Dicebat enim Scipio non imperitè. Cneusq; Pompeius Sext. F. aliquem numerum obtinebat. Idem pro Corn. Balbo, Quid enim potuit dici imperitius?

Imperito, Imperium, Vide Impero.

Impero, as, n. p. penul. corr. Iubeo, præcipio, κελεύω, ἐπιτάσσω. Quin. Nam quamuis infestum latronibus mare iussus intra ui: neq; dissimulauerim magnas fuisse causas patri cur hoc mihi imperaret. Terēt. in And. Non imparabat coram quid opus facto esset, puerperæ. Idē in Eunucho, Hoc prius introducam: & quæ uolo, simul imperabo. Cic. 3. de Legibus, Qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est: & qui modestè paret, uiderur, qui aliquando imperet, dignus esse. Imperare tributū dicitur princeps, quando subditos imperio cogit ad conferendum tributum. Imperare pecuniam, arma, naues, obsides. Cic. ad Atticū, lib. 4. Obsidibus acceptis, nulla pręda, imperata tamē pecunia. Cęsar lib. 1. bel Ciuilis, Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniæ, &c. Cic. 7. Verr. Superiorum Prætorum cōsuetudo quū hęc fuisset, ut naues ciuitatibus, certus numerus nautarum, militumq; imperaretur, tu & maximæ & locupletissimæ ciuitati Mamortinæ nihil horum imperauisti. Idem pro lege Manilia, Idē Cretensibus, quum ad eum usq; Pamphyliam legatos, deprecatores q; misissent, spē deditionis non ademit, ob fidesq; imperauit. Imperare pro uelle. Terentius in Andria, Animo iam nunc otioso esse impero, Vbi Donatus, impero, pro uolo

Imperor, aris, passiuè. Horat. lib. 1. Epist. 5. Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non inuitus. Seneca lib. 1. Theb. Malo imperari, quam eripi mortem mihi.

Imperatum, Idem quod iussum, πρόσαγμα. Vnde facere imperata, pro eo quod est parere mandatis, apud Cæsarem, 1. bel. Gal. Liuius, Qui quum in pace essent, imperataq; prioribus Consulibus fecissent.

Imperito, as, a. p. pen. cor. frequentatiuum est ab impero: quod modò significat iubeo, κελεύω. Plaut. in Captiu. Quod ante hac pro iure imperitabam meo. Modò dominor, siue imperium in alios habeo, ἄρχω. Liu. 1. ab Vrbe, Qui Cære opulento oppido imperitans. Horat. 2. Ser. Saty. 7. nempe Tu, mihi qui imperitas, aliis seruis miser.

Imperitabundus (ἀρχικὸς) Idem quod imperitans.

Imperator, oris, m. t. Ad quem rei militaris summa refertur? ab imperādo dictus, propterea quod exercitui, quæ facto opus sunt, imperet, πολέμαρχος. Id autē nominis nemo consequebatur, nisi re bene gesta, atq; aliquot milibus externorum hostium cæsis. Plin. 7. cap. 26. enumerans Pompeii laudes, Toties imperator, antequam miles Cicer. 4. Philip. Faciam igitur ut imperatores instructa acie solent, quanquā paratissimos milites ad præliandum uideant, ut eos tamen adhortentur. Idem 2. Tusc. in primis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non esse æquè graues imperatori & militi: quod ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorum. Nunc summi principis Romani imperii nomen solum est sacrosanctū maiestateq; non impune uiolabili munitum. Græci αὐτοκράτορα uocant.

Imperatrix, icis, fœmininum f. t. Cic. pro Cœlio, Prægestit animus iam uidere, primū laetos iuuenes, mulieris beatę ac nobilis familiares: deinde fortes uiros ab imperatrice in insidiis, atq; in præsidio bonearum locatos.

Imperatorius, a, um, Quod ad imperatorem pertinet: ut, Imperatoria dignitatio. Cic. 5. Verr. Imperatoriū ius. Idem 3. Verr. Publius Seruilius quæ signa atq; ornamenta ex urbe hostiū uirtute capta, belli lege, atq; imperatoria iure sustulit, ea populo asportauit.

Imperium, rii, n. f. significat iussum uel præceptum, ἐπίταγμα. Verg. 4. Aen. Imperio læti parent. Aliquādo dicitur dominium aut regnum, ἡγεμονία, ἀρχὴ, δεσποτεία. ut apud Vergil. lib. 1. Aen. Imperium Oceano famam qui terminat astris. Aliquando est potestas uel iurisdictio. Vlpian. de Iurisc. omnium uidi. l. Imperium: Merum est imperium habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mistum est, cui etiā iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit: ut Iurisdictio, iudicij danda licentia.

Imperiosus, Qui nimius est imperando, aut qui nimis acerbè imperat. Cic. in Orat. Cognoscat etiam rerum gestarum, & memoriæ ueteris ordinem, maximè scilicet nostræ Vrbis: sed & imperiosorum populorum, & regum illustrium. Liu.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

7.ab urbe,Eodẽ tenore duos Conſequentes Cõſulatus geſſit:eodem hæc imperioſa Dictatura geretur. Sic etiam Cic. 2.de Fin.Manlium illum Torquatum qui filium, quod in iuſſu ſuo cum hoſte pugnaſſet,ſecuri percuſſit, uocat imperioſum,hoc eſt,nimis ſeuerum & crudelem in imperando. Plaut.in Pſeud.Nam neceſſe eſt hodie Sicyoni me eſſe, aut cras mortem exequi:Ita herus meus eſt imperioſus.Imperioſus ſibi,qui ſibi ipſe imperat,qui uitæ ſuæ modum habet:ſiue,ut uulgò dicitur,qui ſuis paſſionib. dominatur. Horat. 2.Serm.Sat.7.Quiſnam igitur liber?ſapiens ſibiq; imperioſus. Imperioſiſſima & ſuperbiſſima familia,Liu.9. ab Vrbe.Ab imperioſus fit comparatiuum imperioſior. Horat. 1. Carm.Ode 14.ac ſine funibus Vix durare carinæ poſſunt imperioſius Aequor.

Imperioſè,aduerbium,Hoc eſt,ſeuerè:acerbè,& imperioſè domini more.

Impermíſſus,a,um,adiectiuum,Illicitus,ἀθέμιτος.ut,Gaudia impermiſſa,id eſt,illiciti concubitus, apud Horatium, 3.Carm.Ode.6.

Imperſonale,uerbum,Dicitur quod non habet certas aut diſtinctas perſonas,aut numeros:ſed ſub eadem uoce omnibus perſonis utriuſq; numeri attribuitur, ἀπρόσωπον. Eius duæ ſunt ſpecies: quædam enim ſunt imperſonalia actiuæ uocis,quædam paſſiuæ. De conſtructione eorum, uide Syntaxin,neq; enim hic uocum conſtructionem,ſed ſignificationem docendam ſuſcepimus.

Imperterrítus,a,um,Qui nulla re terretur,ἀνέκπληκτος, ἀδεής. Verg 10.Aen.manet imperterritus ille. Imperterritus quum impellebat,Silius lib.7.

Impertío,is,participem facio,tribuo. μεταδίδωμι. Cic. de Oratore,Et te exorabo profectò,ut mihi quoq; tuę ſuauitatis aliquid impertias.Idẽ in Catilinã. Deinde collegæ meo laus impertitur.Habet autem hoc uerbum poſt ſe uel datiuum perſonæ,cum accuſatiuo rei cuius quis particeps fit: ut in exemplis iam adductis: Vel accuſatiuũ perſonæ cum ablatiuo rei.Terent.Eunucho.plurima ſalute Parmenonẽ ſuum impertit Gnato. Legitur & impertior deponens.Cicero pro l. Manil.Lucullo tantum impertiri laudis quantũ uiro forti debeatur.Idem pro Archia,Multis gratuitò ciuitatem in Græcia homines impertiebantur.

Imperuíus,a,um,ut Amnis imperuius id eſt,non uadoſus. ἄβατος. Ouid. 9. Metamorph,Vorticibusq; frequens erat, atq; imperuius amnis.

Impeo,is,ere,a.t.In letam ſegetem paſcendi gratia immittere,inquit Feſtus.

Impetes,impetis,uide Impetus impeto.

Impĕtīgŏ,inis,f.t.tertia ſyllaba producta,ἄλφος. quibuſdam,aliis λειχὴν, Fædatio cutis,ſerpens cum pruritu:quum alij ſcabiem ſiccam,aſperam,& prominentem intelligunt: alij morbum ſimilem ſcabiei ſquammoſum,corpusq; deformantem,Ab impetu nomen deductum.Serenus,Si uerò uitium eſt, quod ducit ab impete nomen, Hoc maturina poteris cohibere ſaliua.Et apud Columellam lib. 7.ſcribitur,quòd impetigines,& ſcabies aceto & alumine defricantur in aquis. Plin.libro 15.capite 7. Hyberna caprificus in aceto cocta & trita impetigines tollit. Impetiginis ſpecies ſunt quatuor,quas uide apud Celſum,lib.5. Olim etiam pro eodem dicebatur impetix,teſte Feſto. Item petigo:quòd uicina petat,ſeſe latè ſumma cute diffundens.Lucil.lib.30.ut citat Nonius,Illuuies,ſcabies oculos huic, denique petigo conſcendere.

Impeto,tis,a.t.pen.cor. Inuado,adorior,προσβάλλω. Varr. 3. de Re ruſt.cap.16.Itaq; impetentes à ſe eijciunt fucos,quòd hi,&c. Apuleius,Iurgijs me oppidò impetens.

Impetus,ûs,m.q.Vis,uel uiolenta inuaſio,ἐπίφορα, ῥόμη, βία. Plin.de uir.illuſtr.Quum Tarquinios in urbem reſtituere tentaret,& primo impetu Ianiculum cepiſſet.Lucret.lib.1. Quamlibet in partem trudunt res ante,ruuntq; impetibus crebris.Plin.lib.9,In naufragos,urinãtesſíe impetum facit. Cic.pro Roſcio Amerino,Vos autem maximè debetis in eos impetum facere qui merentur. Legimus etiam pro eodem ablatiuum impete ab antiquo nominatiuo impes.qui nunc non eſt in uſu.Stat.7.Theb.Tranſiliunt campos,auriga impete uaſto Corripiũt.Plaut.in Amphitryone, Quis tam uaſto impete has foreis toto conuulſit cardine.

Impetuoſus,a,um,Qui magno fertur impetu,βοιᾶς,ἀκμῆς. Plin.lib.35.cap.10.Impetuoſus animus.

Impetrítus,a,um, Quod eſt ſtabilis, quaſi in petra fixus, βέβαιος. Plaut.in Aſin.Impetritum,inauguratum eſt.

Impetro,as,a.p.pe.cor.Significat obtineo,& quaſi id quod cupio, facio:ex in & patro:unde & Perpetro, pro perficio. κατευοδόω. Plaut.in Curc.neq; quicquam queo Aequi bonique ab eo impetrare.Terent.in Hecy. Videndum eſt ne minus propter iram hanc impetrem quod poſſim:aut ne faciam plus,quod poſt minus me feciſſe ſatius ſit.

Impetratio,nis,uerbale.Cic.ad Attic.libr.11.Illud moleſtius,iſtas impetrationes noſtras nihil ualere.

Impetrabilis,bile,om.t.Paſſiuè.Quod facilè poteſt impetrari. καταθυσώπητος.Liu.6.bel.Maced. Itaq; præmiſsis à Philippo qui ſpem impetrabilis ueniæ oſtendebant,&c.Idem omnia & impetrabilia & tuta. Aliquando actiuè accipitur pro eo qui facilè impetrat.Plaut.Moſtel.Non potuit uenire orator magis ad me impetrabilis.Idem in Merc.Impetrabilior, qui uiuat,nullus eſt,dico.

Impetraſſo.pro impetro Veteres dixere.Plaut.in Aulu.Et iſtuc conſido à frarre me impetraſſere.

Impexus,a,um,Nõ pexus:ut,Barbæ impexæ,ἀκτένιστος. Vergil.3.Georg.Stiriaq; impexis indruuit horrida barbis.Antiquitas triſtis & impexa,id eſt,inculta, apud Tacitum in Dialogo de Orat.Comæ impexæ,Ouid.5.Faſtorum.

Impico,as,are,Pice illinere,πισσόω.Colum.lib.12.cap.29.De lacu quàm recentiſſimum addiro muſtum in amphoram nouam,eamq; oblinito,& impicato diligenter, nequicquã aquæ introire poſſit.

Impíger,penult.corr.Non piger,ſed ſtrenuus, & diligens, ἄοκνος.Tibul.Impiger Aeneas uolitantis frater Amoris.Cic. Quis eſt tã impiger in ſcribendo, quàm ego? Horat. 1,Epiſt. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Cicero pro Font. Virũ ad labores belli impigrum, adpericula fortem.

Impigrè,aduerbium,Diligenter,ἀόκνως.Liu.2.ab Vrbe,Impigrè ſequuti ſunt.Plaut.in Rud.nam ut de nocte multa,Impigreq; exurrexi,lucrum poſtpoſui ſopori & quieti. Liu.4.bel. Pun.Omnia impigrè facta.

Impigritas,atis,f.t.Pro impigritia,ἀοκνία.Cic lib.3.de Republica ut citat Nonius,Nunquam uiri fortiſſimi fortitudinis, impigritatis,patientiæ.

Impíngo,gis,impegi,impactum,a.t.Ex in,& pango,ſignificat impello,& illido,ἐπάγω,καταφέρω,σωὰ πρόσω.Cic.lib.3. Tuſc. Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſignat.Impingendus dixit,quaſi illidendus,& nolenti ingerendus.Denotat enim uim aliquam.Vergil.lib.5.Aen.Exanimata ſequens impingeret agmina muris. Plaut.in capt. Pro impono uſurpauit,Iubete huic craſſas cõpedes impingier. Impingere dicam,idem eſt quod ſcribere dicam, uel actionem intendere.Terentius in Phorm.Si tu illam attigeris, ſecus quàm dignum eſt liberam,dicam tibi impingam grandem,δίκλω ἐπάξωσοι μεγάλω.

Impínguo,guas,a.p.Pinguem facio,ſagino,πιάνω,λιπαίνω. Vnde impinguatus,participium idem ſignificans quod pinguis factus.

Impíus,a,um, Sceleratus,nepharius, & præcipuè qui de Deo,patriaue aut parentibus malè meretur. ἀνόσιος,ἄθεος. Terent.in Eunu.Vbi ego illum ſceleroſum miſera, atq; impium inueniam? Cicer.in Piſonem,Me fugerat,deorum immortaliũ has eſſe in impios & conſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas.Gens impia,Verg.2.Georg.Domus impia, Ouid.8.Metamor.Impia herba ea eſt quam Officinæ,& herbariorum uugus Chriſtoculum appellat,ἀνόσιος.Ita dicta,ſiue quòd ſurculos habeat capitatos, iis ex quibus enaſcũtur, ramulis altius inſurgentes,atq; ita uideãtur liberi ſeſe ſupra parentes efferre: ſiue quòd à nullo animalium attingatur. Autor.Plin.lib.24.cap.19.

Impiè,Sceleratè,nephariè,& propriè quando quis de Deo, patria,aut de parentibus malè meretur,aut uerò de iis qui parentum loco ſunt,ἀνοσίως,θεομισῶς.Cic.5.Tuſc. Vituperare quiſquam,inquam, uitæ parentem,& hos parricidio ſe inquinare audet, & tam impiè ingratus eſſe, ut eam accuſet quã uereri deberet,etiamſi minus percipere poſſet? Quin. libro 6. capite 2. Tu impiè feciſti,quam exhæredationem meruiſti.

Impietas,tatis,f.t.Sceleratus, inhumanusq; affectus aduerſus Deum,patriam,uel parentes,eosue qui parentum loco ſunt ἀνοσιουργία, ἀθεότης.Cicero 1.de Finib.Etſi uerò impietas mollita quippiam eſt,quanuis occultè fecerit, nunquam tamẽ confidet,id fore ſemper occultum.Idẽ 4 de Fin. Sed nihil

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eſt quod tàm miſeros faciat, quàm impietas & ſcelus.

Impio, as. a. p. Cõtamino, ſcelere polluo, μιαίνω. ex in, & pio: cui opponitur Expio. Plaut. in Rud. Nam hoc nihil haud laboris eſt, laborem hunc potiri, ſi erga parẽtem, Aut deos me impiaui, d eſt, ſi impius fui erga parentes.

Impiatus, S cleratus, inquit Feſtus. Significat etiam maculatum & pollutum. Apul. Cruore humano aſperſum, atq; impiatum. Thalami impiati facinore, Senec. Hyppol.

Implacabilis, & implacabile, om. t. Qui placari nõ poteſt, ἀκαταπαύνλος. Cic. ad Quintum fratrem, Nam ſi implacabiles iracundiæ ſint, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma eſt lenitas. Idem in Piſonẽ, Si aſpernaretur amicitiam meam, ſeſeq; mihi implacabilem, inexplicabilemq; præberet, tamen ei, quum tantas res geſſiſſet, gereretq; quotidie, non amicus eſſe nõ poſſem. Ouid. 3. de Pon. Eleg. 3. Effice ſit nobis non implacabilis ira. Inde.

Implacabiliter aduerbium, ἀκαταπαύντως. Tacitus 1. Scaurũ, cui implacabilis iraſcebatur, ſilentio tranſmiſit.

Implacatus, a, um, Non placatus: ut, Gula implacata. Ouid. 8. Metamorph. ſed inattenuata manebat Tum quoq; dira fames: implacatæq; uigebat Flamma gulæ.

Implacidus. a, um, inquietus, non placidus, ἀστράγλης, ἀπαυστός, ut, Diuũm implacidiſſimus Mars, Stat. 9. Theb. Horat. 4. Carmin. Ode 14. milite nam tuo Druſus Genaunos implacidũ genus, Bennosq;, &a.

Implano, as, a. p. pen. corr. Decipio, ἀποπλανῶ. Cyprianus, Si quis (inquit) putat ſe aliquid eſſe, quum non ſit, ſeipſum implanat.

Implanator pro impoſtore, qui Græcè πλάνος dicitur. Apud claſſicos hoc uerbum non temere inuenias.

Impleo, ples, a. ſ. Plenum facio. ἐμπλήθω, ἐμπίμπλημι, πληρόω, ἀναπληρόω. Conſtruitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Verg. 1. Aen. Impleuitq; mero pateram. Ibidem, implentur ueteris Bacchi, pinguisq; ferinæ. Interdum etiam inuenitur habere ablatiuum cum præpoſitione, Cic. 4. Acad. De quibus rebus uolumina impleta ſunt, non à noſtris ſolũ, ſed etiam à Chryſippo. Implere ſuum officiũ, eſt, quod barbari dicunt, Facere ſuum debitum. Plin. in Epiſt. Vereor enim aut exceſſiſſe, aut non impleſſe officij mei partes uidear. Impleri etiã dicuntur fœminæ brutorum animantium, quum adhibito admiſſario fœtũ concipiunt. Plin. lib. 14. cap. 63. Canes implentur uno coitu. Col. lib. 7. Itaque quinquennes parũ habetur idoneus fœminis implendis.

Implexus, Inuolutus, innexus, ἐμπλοκός. ἐμπεπλεγμένος. Plin. lib. 33. cap. 1. Eſt quidem apud eundem Homerum, uirorum crinibus aurum implexum: ideò neſcio an prior uſus à fœminis cœperit. Verg. 4. Georg. Cœruleos implexæ crinibus angues Eumenides.

Implico, cas, pen. cor Idem eſt quod inuoluere uel innectere. ἐμπλέκω, ἐμπλίκω. Verg. 2. Aen. Implicuitq; comam læua. Seneca in Epiſt. Quod malè implicuiſti, ſoluas potius, quàm abrumpas. Ouid. 1. Metam. Dixit & implicuit matri no brachia collo. Per translationem accipitur pro ſermonibus obruere, & circunuenire. Liu. 7. bel. Pun. Eum primò incertis implicantes reſponſis, ut metus tormentorum admotus fateri uera coëgit, edocuerunt literas ſed ad Annibalem ferre. Præteritũ eius eſt implicui, & interdũ impilcaui, ſupinũ implicitum, uel implicatũ. Cic. 1. Off. Quę quatuor, quanquam inter ſe colligata & implicita ſunt, tamen ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur. Idem in Piſonem, Quid auaritia, quæ criminibus infinitis implicata eſt: Plin. lib. 9. Epiſt. Implicitus ſuſpicionibus. Implicari morbo, detineri. Liu. 3. ab Vrbe, Intra caſtra quies neceſſaria mõrbo implicitum exercitum tenuit. Implicari & conſtringi multis officijs. Cic. 1. Acad. Nullis occupationibus implicatus Deus. Cic. 1. de Nat. deo. Muliebribus religionibus implicari, Cicero pro domo ſua. Implicare caput, hoc eſt ornare. Plaut. Pœnulo, Implicat ad ſpeculum caput.

Implicitus, participium. Ouid. 5. Faſt. Protinus accedunt Charites, nectũtq; coronas, Sertaq; cæleſtes implicitura comas.

Implicito, as, are, a. p. frequentatiuum. Plin. lib. 9. Epiſt. ad Caninium, Varios orbes implicitat, expeditq;, hoc eſt inuoluit, & euoluit.

Implicatio, onis, f. t. Inuolutio, connexio. ἐμπλοκή. Cic. 2. de Nat. deor. Hinc adde neruos, à quibus artus continentur, eorumq; implicationem corpore toto pertinentem. Idem pro Seſt. Aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malunt quàm ſuo deflagrare.

Implicitè, aduer. Perplexè latenter, inuolutè: cuius antitheton eſt Expeditè, ἀπλῶς. Cic. 2. de Inuent. Abſoluta eſt quæ ipſa in ſe, non ut negotialis, implicitè, & abſconditè, ſed patentius, & expeditius recti & non recti quæſtionẽ continet.

Imploro, as, a. p. pen. prod. Inuoco: & propriè dicitur quũ quis in malis poſitus eſt, & cum miſeratione auxilium petit ἀνακαλῶ ἐπικοκλύμαι. Teren. in Adelph. Illæc fidem nunc noſtram implorat Demea. Plin. in Epiſt. Legati rurſus inducti, iterum me iam præſentem aduocatum poſtulauerunt, implorantes fidem meam, quam eſſent cõtra Maſſam Bebium experti. Cic. 7. Verr. Vosq; etiam atq; etiam imploro & appello ſanctiſſimæ deæ, quæ, &c.

Imploratio, onis, f. t. Inuocatio, auxilij petitio in rebus afflictis, ἀνάκλησις. Liu. 8. ab Vrbe, proditur memoriæ aduerſus crebram deorum implorationem, &c. Cic. 7. Verr. Si te acerba illius imploratio, & uox miſerabilis non inhibeat, ne ciuium quidem Romanorum fletu cõmouebare? Idem de Orat. Omnium deorum, & hominum, & ciuium, & ſociorum imploratio.

Implumis, & hoc implume, o. t. pen. pro Quod plumis caret, ἄπτερος, ἄπτιλος. Plin. lib 8. cap. 55. Lepus omnium prædæ naſcens ſolus, præter daſypodem, ſuperfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis ueſtium, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Et lib. 10. cap. 3. Haliçetus tantũ implumes etiamnum pullos ſuos percutiens &c.

Impluo, is, implui, uel impluui, implutum, impluere, n. t. Super aliquid pluere, ἐμβρίχω. Plaut. in Moſtel. Quum impluit cæteris, ne impluat mihi. Col. lib. 2. cap. 8. Tremellius quidem aſſeuerat, prius quàm impluerit, ab auibus, aut formicis ſata edi ubi æſtiuis ſerenitatibus ager aret.

Implutus, a, um, Pluuia madefactus, καταβρεχμένος.

Impluuium, uij, n. ſ. inquit Varro, eſt locus ſub cælo in medio domus relictus, unde lumẽ deorſum caperẽt: ita dictus, quòd eo implueret. Feſtus, Impluuium, quo aqua impluit collecta de tecto. Terent. in Phorm. Monſtra euenerunt mihi: Introijt in ædes ater alienus canis: anguis per impluuiũ decidit de tegulis.

Impluuia, æ, f. p. Veſtis erat, qua ſacerdotes per imbrẽ utebantur, χλαῖνα. Pluuiale nunc uulgò appellatur. Varro, Salium quoq; ſereno tempore impluuia amictũ fuiſſe criminabantur. Hæc Sipontinus. Alij tamen à colore hoc ueſtis genus dictum putant, nam impluuiatus color à Nonio dictus eſt, quem nos fuſcum, ſiue pullum uocamus, quaſi fumato ſtillicidio implutus.

Impluuiatus color, Is eſt quem nos fuſcum aut pullum dicimus: inde dictus, teſte Nonio, quaſi fumato ſtillicidio implutus. Vide Thyleſium in libello de Coloribus.

Impolitus, a, um, Rudis, nondum perpolitus, ἀνηπίθευος. Cicero de Prouin. Conſ. Impolitę uerò res, & acerbę ſi erũt relictæ quanquam ſunt abſciſſę, tamen efferunt ſeſe aliquando, & ad renouandum bellum reuireſcent. Idem de claris Orat. Forma admodum impolita, atq; rudis. Idem 2. de Oratore, Genus hominum rude habes, & impolitum.

Impolitè, aduerb. Ineleganter, ἀκόλψως. Cic. 1. de Orat. Quum ſæpiſſimè tibi ſenatus breuiter impoliteq; dicenti, maximis ſit de rebus aſſenſus, &c.

Impolitia, tiæ, f. t. Quaſi incuria, inelegantia, ἀκομψία ἀκοσμία. Gel. lib. 4. cap. 12. Si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum uiſus erat, impolitiæ notabatur. Impolitias facere dicebantur Cenſores, inquit Feſtus, quum Equiti æs abnegabant ob equum malè curatum.

Impollutus, a, um, Non pollutus, ἀμίαντος, ἀμόλυντος. ut fides impolluta, Silius lib. 13.

Impomenta, Quaſi imponimenta, quæ poſt cœnam menſis imponebant.

Impono, is, a. t. pen. prod. Supra pono, ἐπιθέμεν, ἐπιτίθημι. 1. Aen. mollemq; & montes inſuper altos Impoſuit. Idem lib. 4. Vidit, turicremis quum dona imponeret aris. Imponere finem uel clauſulam rei alicui, eſt idem quod finire uel abſoluere. Verg. 7. Aeneid. Finemq; imponere curis. Interdũ iniungo, ἐπιβάλλω, ἐπιτάσσω, προσάγω. ut, Impono tibi hoc onus. Terent in Andr. Tibi pater me dedo, quiduis impone, impera. Cum datiuo uerò ſignificat decipere, ἐξαπατᾶς. Quint. in Decl. Spes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. Sic legibus perniciosiſſimis obſiſtitur, maximè Catoni: cui tã egregiè impoſuit Milo noſter. Imponere extremam manum, ſignificat perficio. Donatus, Imponitur extrema manus, rebus, cum efficitur id quod cœperit: relinquitur, quum res imperfecta dimittitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Verg.7.Aen.Nec minus interea extremã Saturnia bello Imponit regina manum.

Impostores, m.t. Dicuntur deceptores, uersuti, qui alijs imponunt, hoc est, decipiũt, φενακιστ. Vlpian. l.1. para Medicos. ff. de Var. & extraord. cog. Non tamen si incantauerit, si impreccatus est, si (ut uulgari uerbo impostorũ utar) exorcizauit.

Impostura, æ.f,p. Fraus, deceptio, ἐξαπάτη, φενικισμὸς. unde impostura facere, est decipere, circumuenire ἐξαπατᾶν, φενικίζειν. Vlpianus de crimine stellionat. lib.3. Si quis imposturam fecerit, aut collusionem in necem alterius, stellionatus potest appellari.

Imporco, as, are. n.p. Porcas in agro facio Col. lib.2, cap.10. Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatumq; occabimus.

Imporcitor, oris, m.t. Qui porcas facit. Est autem porca, ut inquit Varro libro 2. de Re rustica, terra eminens inter duos sulcos. Contrà, Festus sulcos rariores qui aquæ ducendę gratia fieri solent, porcas uocari tradit: crebriores autem, limos appellari.

Importo, tas, a.p. Infero, ἀσφέρω. Cæs. 8. belli Gall, Sylueſtribus, angustisq; itineribus frumentum importare, in oppidum instituit, Cicero 2. Offic. Per eosdemq;, si quid importetur nobis incommodi, propulsemus. Cæsar. 5. bel. Gal. Aere utuntur importato.

Importunus, a, um, pen. prod. Qui aliquid facit præter rationem loci, seu temporis, aut personarum ἄκαιρος. Terẽt. in Heaut. Imò ille fuit senex importunus semper. Nonnunquam idem est quod immanis, & abominandus. Verg.11. Aeneid. Bellum importunum ciues cum gente deorum, Inuictisq; uiris gerimus. Vbi Seruius, Importunũ, inquit, bellũ inde uocat, quod portu, id est, quiete careat. Cic. in Antonio, Non possum æquo animo uidere tam importunos, tàm sceleratos hostes. Pauperies importuna, id est, grauis & molesta. Horat.3. Carm. Importuna tamen pauperies abest.

Importunè, aduerb. Intempestiuè, molestè, impudenter, præter loci, temporis, aut personarum rationem, ἀκαίρως. ut importunè insistere, apud Cic.1. Acad.

Importunitas, atis, f.t. Intempestiuitas, quę neq; loci, ut ait Donatus, neq; temporis obseruat commoditatẽ, ἀκαιρία Terent. in And. Importunitatẽ spectatæ anniculæ. Accipitur tamen importunitas, non rarò pro immanitate, seu nephario aliquo execrando scelere. Cic. pro Cluent. Huius importunitatem matris à filij capite depellite. Idem in Pisonẽ, animal ex omnium scelerum importunitate, & omnium flagitiorum impunitate concretum.

Importuosus, a, um, quod est sine portu, ἀλίμενος. Sall. in Iugur. Quem locum Catabathmon incolæ appellant: mare sæuum & importuosum, & ager frugum fertilis. Tacit. li.12. mare importuosum.

Impos, impotis. com.t. pen gen.corr. Qui rem aliquam in potestate sua non habet: cuiue quod cupit. ex uoto non succedit, ἀκρατὴς, ἀκυρὸς. Sic impotem rationis, dicimus eum qui rationem non habet cupiditatibus dominantem, ἀκρατὴς τοῦ λογισμοῦ. Item impotẽ animi, cui mẽs sana non est, cuiq; animi instrumentum est uitiatum, ἄφρουα. Plaut. capt. Eripe huic gladium quæ sui est impos animi. Impos uoti, cui aliquid ex uoto non successit, quiq; quod optabat, assecutus non est, ἀτυχὴς. Huius antitheton est Compos: de quo suprà egimus suo loco.

Impossibilis, le, om, t. Quod fieri non potest, ἀνυπόκτητος, quã uocẽ nonnulli putauerunt Latinã non esse: sed illi profectò tota errant uia: non semel enim legitur apud Quintilianum, ut lib.5. cap. de Argum. Non enim, inquit, longum tantũ, sed etiam impossibile. Idem lib.10. cap. 13. Impossibilia aggrediantur, pro effectis relinquant uixdum inchoata.

Impostores, Impostura, Vide impono.

Impotens, tis, pen.cor.om.t. Qui effectum suorum potens non est, sed ab appetitibus suis uincitur, ἀκρατὴς. Cic.5. Phil. Aduolabat ad urbem à Brundusio homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omnes bonos Antonius. Idem Lepido, Sin ista pax perditorum hominum in possessionem impotentissimi dominatus restituta est, id est supplicium perbissimi, & quò ira, libidoq; rapiunt, sequentis. Sic etiam impotentem Decemuirorum dominatum dixit Liu. ab Vrbe, pro crudeli, libidinoso, & rationis frænis minimè coërcito. Accipitur etiam impotens, pro inope, tenui, debili, ἀσθενὴς. Cic. pro Muræna, Ad salutem innocentiũ, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum hæc ualeànt.

Impotentia, æ, f.p. Plerunq; imbecillitatẽ significat, siue infirmitatem, ut inquit Donatus, ἀσθενεία ἀσθένεια. Terent. in Adelph. Omnes quibus res sunt minus secundę, magis sunt nescio quomodo Suspicosi ad contumeliam omnia accipiunt magis: Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. Quoties autem ad animum transfertur significat uitium illud quum quis iracundię, uel alijs animi sui affectib. imperare non potest, ἀκρατεία, ὕβρις. Cic. 4. Tusc. Item inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi à temperãtia & moderatione plurimùm disidẽtem. Cic.5. Tusc. Qui nihil metuant, nihil agant, nihil concupiscant, nulla impotentia efferuntur. Ad eundem etiam modum Tyrannus impotentissimus dicitur à Quintiliano: & Decemuiri, quorum principatus erat superbus, uiolentus, & immoderatus, à Liuio impotentes domini nuncupantur: & à Seneca impotentia, Fortunæ ascribitur, cuius successu elatiores insolentioresq; reddi homines consueuerunt.

Impræsentiarum, Vnicè dictio est, idem significans quod tempore præsenti, ἐν τῷ παραυτίκα, ἐν τῷ παρόντι. Neq; solum dicitur de eo quod nunc præsens est, sed sæpius de eo quod præsens fuit, aut præsens erit. Cato cap. 144. de lege olex legendæ, Extra quam si quem socium impræsentiarum dixerit. Vlp. de tab. exhib. Quid enim, si occultatæ tabulæ, postea prolatæ sunt, cur noceat ei qui respõderit quod impræsentiarum ei uidebatur? Idem, Tempus enim ei dãdum est, si non potest impræsentiarum exhibere. In præsentia autem duæ potius uidentur esse dictiones: quare non per m (ut à nonnullis scribi uideo) sed per n potius diuisis dictionibus scribendum puto.

Impransus, a, um, Qui nõdum pransus est, ἀνάριστος. Plaut. Sticho, Quàm mox cocta est cœna? impransus ego sum. Horat.2. Serm. Satyr.2. Verùm hic impransi mecum disquirite. Plaut. Amphit. Hoc adeò hoc commemini magis, quia illo die impransus fui.

Imprecor, aris, d.p. secunda syllaba corr. Est mali quippiã in caput alicuius precari, ἀράομαι. Quint. lib.15. Declamationum, Non imprecemur debilitatem, naufragia, morbos: pauper sit, & amet quamcunq; meretricem. Verg.4. Aen. Litora littoribus contraria, fluctibus undas Imprecor.

Imprecatio, onis, uerbale, Execratio, deuotio, diræ, ἀρά.

Imprimo, is, pen.cor. Rei cuipiam molli figuram aliquam induco, ἐμπιπόω, ἐμπιάζω, ἐπισφραγίζω. Vnde impressæ literæ, obsignatæ dicuntur. Cic.1. Tusc. An imprimi, quasi cerã, putamus animũ? Idem pro Cecin. Nisi ex eo loco, ubi uestigiũ impresserit, deijci neminẽ posse. Colum. lib.7. cap. 11. Cum duobus uulneribus impressis per unãquanque plagam singuli testiculi exprimuntur.

Impressio, f.t. Id est uiolentus impetus qualem facere solent acies instructæ, quum altera in alteram irrumpere conatur, προσβολή. Varro lib.2. de Re rust. cap. 4. Hostes se arbitrati occasionem habere uictoriæ, impressionem facere cœperũt in castra. Cic. pro Flacco, Non igitur impressio, nõ occasio, non uis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Hircius in comment. Cæsar equitum turmas suorum iubet in hostiũ equitatum, qui ad oppidum in statione erat, facere impressionẽ. Budæus in Epist. Per translationem item impressiones dicuntur imagines quas imaginatiua animæ facultate apprehendimus. Cic.4. Academ. Quũ nisa in animos imprimuntur, inter ipsas impressiones nihil interesse.

Improbus, a, um, pen.cor. Nõ probus, malignus, & nequã, μοχθηρὸς, πονηρὸς, κακοῦργος. Plaut. in Pseud. Verùm ita uos estis perditi, negligentes, ingenio improbo. Terent. in Andria, Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum, Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partẽ plerunq; applicat. Interdum idem est quod sæuus. Verg.10. Aen. Iauit improba tẽter Ora cruor. Interdum turpis. Lucilius, Omnes formosi, fortes, ubi ergo imbrobus est? hoc est, turpis & fœdus. ut Nonius interpretatur. Plaut. Improbiorẽ nõ uidi faciẽ mulieris, Interdũ magnus, & indefessus. ἀκάματος. Verg.1. Georg. labor omnia uincit, Improbus, Vbi Seruius, Improbus, uel magnus, uel nulli probabilis, Quãdoq; insatiabilis, damnosus. Vergil.1. Georg. nihil improbus anser, Strymoniæq; grues. Vbi Seruius, Improbus, insatiabilis, nulli probandus. Improba merx, iniusta, uel quæ facilè emptorem inuenit. Plaut. in Mil. Sicuti merci pretium stat, pro uirtute

uirtute ut uæneat: Quæ improba est, pro mercis uitio domi num prętio pauperat. Improbum os, inuerecũdum, improbitatem, & impudentiam præ se ferens. Suetonius de claris Gram. Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Sallustium historicum, quòd eum oris improbi, animo inuerecundo scripsisset, acerbissima Satyra lacerauerit.

Improbulus diminutiuũ. Iuuen. Saty. 5. Finge tamen te improbulum: supereſt illi, qui ponere cogat.

Improbè, aduerb. Non probè, prauè, peruersè, πονηρῶς, ἀπαλότως, Plaut. in Trinum. Si quid scis me feciſſe inſcitè, aut improbè. Cic. 5. Ver. Est aliquid quod improbius fieri potest? Idem lib. 2. Offic. Nec si plures sunt ijs, quibus improbè datũ est, quàm illi, quibus iniustè ademptum.

Improbitas, atis, f. t. Malignitas. μοχθηρία. Plin. lib. 2. cap. 23. Improbitas cordis humani. Cic. 4. Verr. Ex multis similibus ea sumam, quæ maximè improbitate excellere uidebuntur.

Improbo, as, are, Dãno, reiicio, uitupero, ὑπακούω, ψέγω. Plaut, Merc. Qui bono sunt genere nati, prædíti ingenio malo, Suapte culpa ex gerere capiunt genus, ingenium improbãt: Plin. in Epiſt. Quinetiam Domitius Afer, qui illos in numẽ assumpsit, reliquit testamentum ante octo & decem annos nuncupatum: adeoq; postea improbatum sibi, & patris eorum bona proscribenda curauerit. Cæsar. 2. bel. ciuilis. Curio utrunque improbans consilium, quantum alteri sententiæ deesset animi, tantum alteri superesse dicebat. Horat. Epod. 5. Per hoc inane purpuræ decus precor, Per improbatum hæc Iouem.

Improbatio, onis, f. t. Vituperatio, reiectio. Ad Herennium lib. 2. Hæc & ad improbationem, & approbationẽ testium pertinebunt.

Improbabilis, le, om. t, Quod ꝓbari nõ potest, ἀποδοκίμας &. Cic. lib. 4. Acad. Quamobrem siue tu probabilẽ uisionẽ, siue improbabilem, & quæ non impediatur, (ut Carneades uolebat) siue aliud quid proferes, &c. Celsus in proœ. lib. 1. Si rationes sequi uelit omnium, posse uideri improbabiles.

Improbro, as, pen. cor. Probro afficere, ἀποδοκιμάζω, ἀτιμάζω. Plaut. Truc. Rus tu improbras, ut nacta es hominẽ, quẽ pudeat probri.

Improcerus, ra, rũ, pen. prod. Humilis, non procerus. Gel. lib. 4. cap. 19. Aduertimusq; hinc elici tarditatẽ, corpora eorum improcera fieri.

Improfessus, particip. absq; uerbo: Martianus l. Interdum paragraph. Iidẽ etiam. ff. De publ. Si quis improfessus seruus fuerit, & probetur in commissum cecidisse, & aut uxorem corrupisse domini dicatur, aut aliud quid grauius admisisse, ut cognoscat procurator.

Improlus & Improlis, pen. prod. qui nondum in ciuitatẽ ascriptus est. Festus.

Impromiscuus, Non promiscuus, impermistus. ἄμικτος. Gellius lib. 12. cap. 4. Suauitas, tam impromiscua, tamq; ab omni fuco remota est.

Impromptus, a, um, Tardus, contrarius prompto, βραδύς. Liu. 7. ab Vrbe, Quia infacũdior sit, & lingua impromptus. βραδύγλωσσος.

Impropero, ras, a. p. pen. cor. Crimen, uel aliquid aliud obiicio, ὀνειδίζω. Plaut. in Ruden. Etiam uim improperas flagitij, flagrantiæ. Impropero aliquando etiam accipitur pro intrò propero: hoc est, festinanter & properanter ingredior. Plin. lib. 37. cap. 13. Inq; basi quadrata intus labyrinthum inextricabilẽ: quò si quis improperare sine glomere lini, exitum inuenire nequeat.

Improperatus, nomen, Non festinatus. Verg. 9. Aen. Haud aliter retrò dubius uestigia Turnus Improperata refert.

Improperium, ὀνείδισις, criminis exprobratio.

Improprius, a, um, Nõ proprius, ἄκυρος. Quint. lib. 8. cap. 2. In hac autem proprietatis specie, quæ nominibus ipsis cuiusq; rei utitur, nulla uirtus est, atq; ei contrarium est uitiũ, id apud nos impropriũ, apud Græcos ἄκυρον dicitur.

Impropriè, aduerb. Gel. lib. 17. ca. 1. Vt scribere ausi sint, M. Cic. parum integrè, atq; impropriè, atq; inconsideratè loquutũ. Plin. lib. 8. cap. 10. Mandunt ora, spirant & bibunt, odorantur; haud impropriè appellata manu. De elephantis.

Improsperè, aduerb. infeliciter, nõ prosperè. δυσευχῶς. Col. lib. 1. cap. 1. Vbi quid properam administratum cesserit improsperè, utatur quod fefellerat.

Improtectus, Indefensus, protectore, patronoue destitutus, ἀνυπεράσπιστος, ἀδιαδίκητος. Plin. lib. 13. cap. 16. Neq; in re aduersa & repentina incursio imparatis, improtectisq; nobis oboriatur.

Improuidus, a, um. Incautus, qui non prouidet quod futurum est ἀπροόπτος. Liu. 2. ab Vrbe, Et quum improuidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent, Cicero de Legib. Necessitas quædã faralis improuidas hominum mentes occupauit. Improuida tela, passiuè, quæ non prouidentur, ἀνάϊσα. Plin. in Epiſt. Sæpius á Domitiano, non secus ac tela, quæ ipsa cæca & improuida feruntur, in oprimum quenq; contorquebatur.

Improuidè, aduerb. Incautè, ἀπροόπτως. Liu. 7. bel. Pun. Neq; pro ueteris prudentia ducis tàm improuidè isset.

Improuisus, a, um, pen. pro. Quod non est præuisum, inopinatum, subitẽ, repentinũ, ἀπροόπτος, Cic. ad Attic. lib. 15. Etiã illud quid est quod non pertimescendũ sit, quum hominẽ temperantẽ, summũ medicũ, tãtus improuisus morbus oppresserit. Horat. 2. Carm. Ode 13. sed improuisa læti Vis rapuit, rapietq; gentes. Improuisior, cõparatiuũ. Tacit. lib. 2. Eodẽ anno duodecim celebres Asiæ urbes collapsæ, nocturno motu terræ: quo improuisior, grauiorq; pestis fuit.

Improuisè, aduerbium, Ex improuiso, ex inopinato, de improuiso, de repentè, subito, repentè, ἀπροόπτως, ἀπροσδοκήτως Plaut. in Truc. Qui amat, nequit quin nihil sit, atq; improuisè se partibus expolies.

Improuisò, aduerbium, Idem ἀπροόπτως. Cic. 12. Philip. Cur hoc tempore? cur tam improuisò? cur tam repentè pacis est facta mentio? Liu. 3. ab Vrbe, Arcem Tusculanam improuisò nocte capiunt.

Imprũdens, tis, om. t. Ignarus, non prudens, inscius. ἀγνώς. Cic. pro Rosc. Amer. Hæc omnia Iudices, imprudente L. Sylla facta esse certè scio. Terent. in Hecy. equidem plus hodie boni feci imprudens, quàm sciens ante hũc diem unquam. Cõstruitur interdum cum genitiuo. Colum. in Proœm. lib. 10. Tota uita uellent imprudẽtes negotij sui conspici, id est, ignari. Terent. in Eunuch. Emit eam dono mihi, Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium.

Imprudentia, æ, f. p. Inscitia, error, inscientia, ἄγνοια. Cic. 2. de Inuent. Imprudẽtia est, quum sciisse aliquid is qui arguitur, negat. Terentius in Eunuch. Si id est peccatum, peccatum imprudentia est.

Imprudenter, aduerb. Inscitè, & per imprudẽtiam, δι' ἄγνοιαν. Terent. in Andr. interea hæc soror Quam dixi, ad flammam accessit imprudẽtius. Cic. 1. de Inuent. Nam si ijs qui imprudenter læserunt, ignosci conuenit: ijs qui necessariò profuerunt, habere gratiam non oportet?

Impubẽs, bis, uel impubis, & hoc impube, uel impuber, eris. cõ. t. Qui ad annos pubertatis nondũ peruẽnit, ἄνηβος. hoc est, qui nondum lanuginem circa genitalia mẽbra emisit, quam Latini pubem uocant. Ouid. 2. Fastorum, Nam puer impubes, & adhùc non utilis armis, Vnus de Fabia gente relictus erat. Plin. lib. 23. cap. 7. Corticem eius pubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus. Liu. 2. ab Vrbe, Laudatamq; uirginem parte obsidum se donare dixit: ipsa quos uellet, legeret: productis omnib. elegisse impuberes dicitur.

Impubescens, entis, adiectiuum, Dicitur qui nondum lanugi nem emittit: ut in proximè præcedenti exemplo Plinij.

Impudens, om. t. pen. corr. tis, Qui nullo pudore ducitur, quem nihil puder, inuerecundus, perfrictæ frontis, ἀναίσχυντος, ἀναιδής, Cic. 4. Acad. Vtrum igitur nos impudẽtes, qui labi uolumus? an illi arrogantes qui sibi persuaserint scire se solos omnia: Terent. in Eunuch. Tum equidem istud os tuum impudens uidere nimium uellem. Cic. ad Heren. Qui uerecundiæ fines semel transierit suæ benè & nauiter oporter esse impudentem.

Impudentia, æ, f. p. Inuerecũdia, ἀναισχυντία. Cic. 5. Verr. Quid ad hanc impudentiam addi potest? Idem pro domo sua, An ego tantam oculorum impudentiam habere possim, & uideam, &c.

Impudenter, Idem pro petulanter, inuerecundè, ἀναιδῶς, ἀναιδεύτως, Terent. in Andr. Mirum uerò impudenter mulier si facit meretrix? Cic. de Amicic. Sed plerique peruersè, ne dicam impudenter, amicum habere talem uolunt, quales ipsi esse non possunt.

Impudĩcus, a, um, pen. prod. Non pudicus, impurus, qui pudicitiam suam prostratam habet, ἀσελγὴς ἀναδύος, Quũ de mare dicitur, cum denotat qui muliebria patitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

καταπύγων, κίναιδος. Cic. ad Octauium, Audiet Marius, impudico domino parêre nos qui ne militem quidem habere uoluit nisi pudicũ. Ponitur quandoq; etiam pro impudente, temerario, & pro eo qui nullo pudore ducitur. Plautus in Rud. O facinus impudicum, Quam liberam esse oportet, seruire postulare.

Impudicitia, æ, f p. καταπυγοσύνη, ἀσέλγεια. Cicero ad Octauiũ, Nulla dignitas maiorum conciliasset opem potentium, sed forma per dedecus pecuniam & nomen nobile conscelleratum impudicitiæ dedisset. Quint. lib. 4. cap. 2. Nónne optimè patronus occurrat prius conuitijs luxuriæ, petulantiæ, impudicitiæ, quàm ueneficij?

Impudicatus, actiuum, Stupratus, inquit Festus.

Impugno, as, are, a p. Significat oppugnare, προσβάλλω, πολιορκῶ. Plaut. Milite, ad eum Vineas, pluteos q; agam, res parata est, impugnandoq; Capere certa res est. Liuius 3. ab Vrbe, impugnare terga hostium. Per translationem ponitur pro aduersari. Horat. 2. Epist. 1. Nostra sed impugnat: nos, nostraq; liuidus odit.

Impugnatus, particip. Victus. Plin. lib. 7. cap. 24. Primò hunc illi impugnatus cursum taurus aufert.

Impugnatio, nis, Idẽ quod oppugnatio, προσβολὴ, πολιόρκησις. Cic. Att. lib. 4. Ipse domum P. Syllæ pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat.

Impulsio, Impulso, & Impulsus, Vide Impello.

Impuno, nis, m. t. A ueteribus impudens dicebatur. Lucil. lib. 2. ut citat Non. Homo impuratus, & impuno, & rapax.

Impunitus, a, um, Liber, inultus, non punitus, pœnis solutus, ἀτιμώρητος. ut, impunita iniuria, ob quam nullum sumptum est supplicium. Cicero 7. Verr. Possemus hanc iniuriam, ignominiamq;, nostris Rom. inultam impunitamq; demittere?

Impunè, aduerbium, Sine pœna, absq; mulcta, impunitè, ἀτιμωρητί, ἀζημίως. Quid. 1. Metam. Haud impunè feres: adimã tibi nanq; figuram. Aliquãdo idem est quod sine noxa, aut detrimento. Verg. lib. 2. Georg. Et sæpe alterius ramos impunè, uidemus Vertere in alterius, mutatamq; insita mala Ferre pyrum. ubi impunè, uidetur posuisse pro eo quod est sine noxa aut detrimento matris. Aliquando accipitur p frustrà, μάτην. Apuleius, Impunè Capitolium ascendi, quum nemo esset. Terentius in Hecyra, Impunè istud optare tibi licet. Horat. Obturem patulas impunè legentibus aures. Iuuen. Satyra 1. Impunè ergo mihi recitauerit ille Togatas? hic Elegos? impunè diem consumpserit ingens Telephus? Impunius, magis impunè, ac cum minori periculo. Terent. in Heaut. Nunquam commodius unquam herum audiui loqui, Nec cum malè facerem, credere mihi impunius licere. Cicero 6. Verr. Ille, ciuis Romanus quod erat impuni us id facturum putauit. Impuniſſimè, superlatiuum. Plautus in Pœn. nam impuniſſimè Tibi quidem hercle uendere hasce ædes licet.

Impunitas. tatis, f. p. Venia peccati, licentia, libertas, quum scilicet is, cui peccauit, nulla mulctatur pœna, ἀτιμωρησία. Sallust. in Catil. Si quis indicasset de coniuratione quæ contra Rempublicam facta erat, præmium decreuere, seruo libertatem, & libero impunitatem eius rei, & sestertiorum ducenta milia. Cicero 2. de Fin. Quæ libido se non propripiet ac proijciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia?

Inpũrus, ra, rum, pen. prod. Immũdus, turpis, impudicus: quanquam etiam frequenter pro scelerato, & improbo accipi solet, ἄναγνος, ἀκάθαρτος. Terent. in Adelph. hominẽ impurũ. Cic. li. 4. de Repub. Sed iuuentuti nostræ minimè audiendus, quippe si ita sensit ut loquitur, est homo impurus. Idẽ, Quã multis illũ ingenuis, quam multis matrib. familiis in illa terra atque impura legatione uim attulisse existimatis?

Impuratus, a, um. Idẽ quod impurus. Terent. in Phorm. Impuratus me ille etiam irrideat? Ibidem, tum hunc impuratum poterimus nostro modo Vlcisci.

Impurè, aduerb. Immundè, turpiter, impudicè, ἀκαθάρτως, αἰσχρῶς. Cic. de Fin. Quis animo æquo uidet eum quem impurè ac flagitiosè putet uiuere.

Impuritas, atis, f. p. Turpitudo, impudicitia, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια. Cic. 2. Philip. Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, uino, lustris q; confectus.

Imputatus, a, um, Quod non est putatũ, seu amputatum, ἄτμητος nomẽ est, non participium: quũ imputo in hac significatione non legatur. Plin. lib. 4. Eadem lege ex imputata uite libari uina diis nefas statuit, ratione excogitata, ut putare cogerentur.

Imputo, as, a, p pen. cor. Est commodi uel incommodi alicuius causam in aliquem reiicere, & asserere eum fuisse eius rei causam & originem, προσίθημι Et tam in bonam partem accipitur, quàm in malam. Quint. libr. 5. cap. 10. An ei cædes imputanda sit, à quo iurgium cœpit? Plin. lib. 18. cap. 1. Nostris eam criminibus urgemus, culpamq; nostram illi imputamus. Quin. 13. Declam. Imputa nobis propitios uentos, & secundum mare ac ciuitatis opulentæ liberalitatem quæ tãtum frumenti uendidit, quantum duobus populis satis esset. Interdum significat supputare, & numerare, subducere rationem, λογίζωμαι, Vlpian. Præterea si matrem aluit pupilli tutor, putat labeo imputare eum posse. Col. lib. 1. capite 7. Longeq; plus seminis imputant iacti, quàm quod fecuerint. Incerdum imperare imponere tributum. Plin. in Epist. Eidem ciuitati imputata sunt terna millia quę uiatici nomine annua dabantur, legato eũti ad eum qui Mœsiæ præest, publicè salutandum.

Imputresco, is, n. t. Idem quod putresco, σήπομαι. Colum. libro 6. capit. 17. Nam animal ipsum oleo mersum necatur, & cum imputruit, conteritur.

Imputrida uocauerunt ueteres Medici quæ nos hodie incocta nominamus. Galenus. libro sexto, Aphoris. Aphor. primo.

Imus, a, um, Infimus & extremus, κατώτατος, ὕστατος. Verg. 6. Aeneid. Fulmine deiecti fundo uoluuntur in imo. Cicer. in Somnio Scipionis, Ima sede semper hæret terra. Aliquando etiam dicimus Imum pro intimo, Vergil. 6. Aen. Fudit q; preces rex pectore ab imo.

IN. In notis antiquorum, interciſum. IN. AP. in agro pedes. IN AG. P. XX. in agro pedes uiginti. I N. EE. iuſtum non eſſe INT. uel INC. initio. INTS. introëuntes. IN. HC. MM. S. P. SN. FN. in hoc monumento ſunt pecuniæ ſine fine. IN. B. M. in bona memoria. INT. S. A. R. E. M. S. intus ſub ara eſt memoria Sacra. INT. S. B. E intus ſunt bona eius. IN. L. ADMR BL. inuenies locum admirabilem. IN. C. I. ST. D. AVGI. in memoria iſta ſunt diuitiæ Aug. INH. MM. SP S. in hoc monumẽto ſunt pecuniæ ſacræ. IN. FR. P. in fröte pedes. INFV. uel IN. FO. in fundo, uel in foro. INR. AR. intra aram. IN. DE. D. interciſum denotabat diem. IN. FR. P. XX. in fronte pedes uiginti.

In, ἐν, εἰς, Præpoſitio eſt quæ & ſeparari & componi ſolet. Separata tam accuſatiuo, quàm ablatiuo deſeruit. Cum accuſatiuo conſtructa uarias habet ſignificationes pro ratione adiecti. Quandoq; enim in bonam partem accipitur, idẽq; ſignificat quod erga. Verg. li. 1. Aen. Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam. Quandoq; in malam, pro aduerſus. uel contra κατά. ut, in patricidam dico, & In tyrannum pugno. Plinius, Quum mihi ſermo in adulterũ eſſet. Ver. 1. Aẽ. Quid meus Aeneas in te cõmittere tantũ, Quid Troës potuere? Quandoq; ad. Verg. 1. Aeneid. Impulit in latus. Quãdoq; poſt. Liuius, Bellum in trigeſimum diem indixerant, id eſt, poſt triginta dies, uel triginta diebus exactis. Iungitur etiam aliquãdo accuſatiuo pro ablatiuo: ut, Vereor te in os laudare, pro in ore, Terentius, in. Adelph. In quem exempla fient. id eſt, in quo. Interdum idem quod uſq; ad. Martia. lib. 11. in lucem ſemper Acerra bibit. hoc eſt, uſq; aducem. Nonnunquam idem ſignificat quod pro. Terẽtius in Andria Olera & piſciculos minutos ferre in cœnam ſeni, hoc eſt, pro cœna, uel gratia cœnæ. Cic. 5. Verrin. Ne ampliùs in iugera ſingula, quàm terna medimna exigeret, hoc eſt, pro ſingulis iugeribus. Cum uerbis autem motus conſtructum idem eſt quod intrò: ut, Recipit ſe in forum, Rediit in urbẽ. Quum autẽ iungitur ablatiuo, tunc habet eandẽ uim quã apud Græcos ἐν: ut, In urbe, In tẽpore, Aliquando ſignificat inter. Verg. 1. Aen. Penthesilea furens mediis in millibus ardet. Compoſita quoq; uariis capitur modis. Nam modò ponitur pro intra, uel intrò: ut Ingredior, Induco. Modò pro contrà: ut Inclamo, Inſulto. Modo intẽſiua eſt: ut increpuit inſonuit. Sic infractum aliquando inuenitur pro eo quod eſt ualde fractum. Verg. 12. Aen. Turnus ut infractos aduerſo Marte Latinos. Idem alibi, Noſco crines, incanaq; mẽta, hoc eſt, ualde cana. Modò negatiua, ſeu priuatiua: ut, Ignarus, inutilis. Modò ſignificat ſuprà: ut Immineo, Impendeo. Modò ſine, ut iniuſſu meo. Modò ſolennitatẽ quandam importat: ut, Indico, cis, quod ſignificat ritu ſolenni quicquam promulgó

promulgo aut iubeo. Modò motum ad loc: ut, Infero, Imporro, Habet nonnunquam qualitatem ad peius deteriusq; pendentem: ut, Quùm semel informeis uidisse Cyclopas. Nõ enim Informis, nullius formæ, sed malè formę significat. Cõponitur in cum omnibus literis, tam uocalibus, quàm consonantibus. Sed quãdo iungitur uocalibus, uel c, d, f, g, h, n, q, s, t, semper remanet n: ut Inauris, ineo, iniicio, inops, inuoco, incedo, induco, infero, ingero, inhibeo, innuo, inquro, insisto, intueor. Quando uerò cum b, m & p, mutatur n in m, ut imbibo, immunis, impono. Cum l & r, mutatur n in l, uel in r: ut, Illudo, Irruo. In diem addicere, Est rem uænalem ita uendere, ut nisi alius ad certum præstitutumq; diem maius pretium obtulerit, illius sit qui primo obtulit, ἐμ προθεσμῶς, πρωτίβιδη. In dies singulos, Id est, per quoslibet dies, καθ' ἑκάστω ἡμέραν, Cicero Metello, Meæ rationis atque eius mei cõsilii, maiorem indies singulos fructum, uoluptatemq; capio. In diem uiuere, est præsentis tantùm diei habere rationem, neq; solicitum esse de uictu subsequentis diei: qualiter uixisse traditur Diogenes Cynicus, qui ob id ἐφημερόβιος, hoc est, in diem uiuens est appellatus. Sic Mercari panem in diem, dicimus, pro eo quod est, tantum panis emere, quantum nobis in singulos dies est opus. In dies, id est, per singulos dies: & ferè constituitur cum comparatiuo, aut alia quauis dictione incrementum importante. Liuius libro 1. ab Vrbe, Crescente in dies multitudine. Cicer. 1. Philippic. Nam quum serperet in urbe infinitum malum, idq; manaret in dies latius. Interdum etiam sine aliquo incremẽto. Hircius, Vt omnes in dies, horasque parati essent. In horam. Plerunq; cum uerbo uiuo coniungitur, sicut & in diem, ἐπὶ ὥραν. Dicitur enim uiuere in horam, sicut uiuere in diem: quæ duo ferè sunt eiusdem significationis, hoc est, nõ habere rationem subsequentis diei, aut horæ: sed ita uiuere ac si proxima hora nobis esset moriendum. Cicero, Neq; qui in horam uiuunt, non modò de forrunis & bonis ciuium, sed ne de utilitate quidem sua cogitauerunt. In horas uerò, εἰς ὥρας, ferè coniungitur cum uerbo incrementum significante sicut in dies, pro eo quod est de hora ad horam, magis ac magis. Vergilius 10. Ecloga, Gallo, cuius amor tantùm mihi crescit in horas, Quantum uere nouo uiridis se subiicit alnus. Aliquando etiam sine dictione incrementi, pro eo quod est singulis horis. Horatius 2. Serm. Satyr. 7. Clauum ut mutaret in horas, hoc est, sæpissimè. quasi singulis horis. In manu, uel in manibus esse dicitur quod est in potestate, uel in promptu, & in facili, προχείρω: ut, Victoria in manibus est id est, propemodum iam tenetur. Terentius in Hecyra, Tibi in manu est, ne fiat. In manibus, pro inter manus, κατὰ χεῖρας Cicero in Catone, Septimus mihi liber Originum est in manibus. id est, septimo libro nondum summa imposita est manus. In manum dare, est (ut Donatus interpretatur) clã & sine arbitris dare: quemadmodum fieri solet cum Iudex, aut aduersarii patronus corrumpitur, ἐκχειρίζειν. Terent. in Phormione, Soli sumus nunc, inquam, hic: eho dic, quid uelis tibi dare in manum? In medium, id est, in suum communem, εἰς τὸ μέτρον Cicer. primo Offic. In hoc naturam debemus ducem sequi, & communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum. In mentẽm uenit, idem quod recordor, siue memini, ἐπάρχεται εἰς νῶν. Cicero 3. de Finibus, Venit mihi Platonis in mentem. Idẽ li. 8. Epistol. Solet mihi in mentem uenire illius temporis, quo suauissimè unà fuimus. Interdum idem est quod expendere, seu cogitatione reuoluere, ἐξετάζειν. Verg. 4. Aen Non uenit in mentem quorum consederis aruis. In numerum ludere, est, inquit Seruius, ludere & saltare ad modum rhythmi, & cantilenæ, ἐν ῥύθμος, παίζειν. Vergil. 6. Eclog. Tum uerò in numerum Faunosq; ferasq; uideres Ludere, num rigidas motare cacumina quercus. In ordinem redactus, siue coactus, Idem est quod cæteris hominibus inferioris ordinis adæquatus, ἐγκύκλιος, ἔγκριτος, ἐντεταγμένος. Vnde illi propriè dicuntur in ordinem redigi, qui quum aliquando fuerint functi summis honoribus, eò tandem rediguntur, ut inter alios nihil emineant. Liuius, ab Vrb. Tribuni plebis in ordinem redacti. id est, contemptui habiti, nec pluris æstimati, quam aliquis è populo. Suet. in Claudio, In ordinem se coactum scriberet. Hinc etiam extra ordinem, pro egregiè dicitur, ἐκκρίτως. In posterũ posthac, uel postea, τὸ λοιπὸν, εἰς τὸ ἔπειτα. Plin. lib. 6. Epistol. In posterum, nisi adhibebis modum, ego adhibebo. Quint. li 1. Multa lingnæ uitia, nisi primis eximantur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur. In rem præsentem, non tempus, sed locum significat, quasi in locum rei controuersæ. Vnde Iudex in rẽ præsentẽ uenire dicitur, quũ accedit ad locum de quo est cõtrouersia. Cic. 1. Off. Vt si constitueris te cuipiã in rẽ præsentẽ esse uenturũ. Idem ꝓ Cecin. Placuit Cecinnę de amicorũ sententia cõstituere, quo die in rẽ præsentẽ ueniretur. Sic etiã dicimus, In re præsenti disceptare, hoc est, eo ipso in loco de quo est cõtrouersia, Liu. l. 3. Scribit missuros se in Africã, qui inter populũ Carthaginensem & Regẽ Massinissam in re præsenti disceptarent. In spẽ uenio, Sperare incipio, εἰς ἐλπίδα ἔρχω. Cic. 2. de Orat. Nõnullã in spẽ uenerã, posse me aliquid ex istis discere. In tẽpore, significat opportunè, ἐν καιρῷ. Sallust. Maximè ferocia Regis Mithridatis in tempore bellaturi. Teren. in And. Venit in tempore.

Inabruptus, a, um, Indiuulsus, nõ abruptus, aut qui abrũpi non potest, ἀδιάῤῥηκτος. Statius 1. Syl. Nec mirũ si uos colla to pectore mistos iunxit inabrupta concordia longa catena.

Inaccessus, sa, sum, Ad quod non acceditur, uel accedi non potest, ἄβατος, ἀνεπίβατος. Plin. libr. 12. cap. 14. Saba regio à dextra maris scopulis inaccessa. Idem lib. 12. ca. 12. Deserta incolit, nec tantũ desolata, sed dira etiam & inaccessa. Vergil. 7. Aenei. Diues inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu, Vbi Seruius, Inaccessos lucos interpretatur inaccedendos, hoc est, ad quos nemo debeat accedere: non aũt inaccessibiles, quũ Vlysses eò accesserit. Sic illaudatum Busiridem uocat Vergil. non quod nunquam fuerit laudatus. Cõstet enim ab Isocrate fuisse laudatum: sed quod laudari, aut nominari non debeat.

Inadulabilis, le, Nõ obnoxius adulationi, ἀκολάκευτος Gel. lib. 14. cap. 4. Ex imaginis autem istius significatione intelligi uoluit iudicem, qui iustitiæ antistes est, oportere esse grauẽ, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, &c.

Inædifico, as, are, n. p. Idem ferè est quod ædificare, siue potius locum aliquẽ, siue areã ædificiis implere, κατασκευάζειν, οἰκοδομεῖν. Ci. de Aruisp. Resp. A Sext. Serrano sanctissima sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine fœdata esse nescimus? Vbi sacella inædificata intelligit loca in quibus sacella fuerant, postea profanis ædificiis occupata. Sic inędificare plateas, dixit Cæsar lib. 1. bel. Ciuilis, pro eo quod est plateas ædificiis obstruere. Inædificare præterea aliquãdo accipitur pro eo quod est iungere, uel adaptare in ædificio. Plin. lib. 10. cap. 3. Inædificatur nido lapis ætites, quem aliqui dixere gagatem.

Inæqualis, om. t. Nõ æqualis, dispar, ἀνόμαλος, ἄνισος Mart. lib. 1. Pinguis inæquales onera cui uillica mensas. Inæqualis percussus uenarum, Plin. lib. 7. cap. 51.

Inæqualitas, tatis, f. t. Disparitas, ἀνωμαλία. Colum. libr. 3. ca. 12. Opus est inter has inæqualitates magno temperamento.

Inæqualiter, aduerb. Colu. de Arborib. c. 7. Et eodem ferro acuto plagam emendes, si cubi inæqualiter findi uidebitur.

Inæquabilis, le, Idem quod inæqualis: ut inæquabili uarietate distinguere, Cic. in Partitionibus.

Inæqualiter, aduerb. Varr. 3. de Re rust. ca. 4. Ob quam rem ouà aut inæqualiter matureſcunt, aut consenescunt.

Inæquo, a, Idem quod complano, hoc est, planum, & æquũ facio, ἐύω. Cæsar 1. bell. Ciuil. Fossas transuersas uiis perducit stipitesque præacutos defixit: hæc leuibus cratibus terraque inæquat.

Inæstimabilis, le, Quod æstimari nõ potest, ἀτίμητος, ἀξιάθ μητος. Liu. 5. bell. Macedonici, Quod è grege se Imperatorum, uelut inæstimabilem, secreuisset. Inæstimabile gaudium, Liu. 9. bel. Pun.

Inæstuo, as, are, n. p. Idem quod æstuare, aut ualde æstuare, κυμαίνομαι. Horat. Epod. 11. bilis inæstuat præcordiis

Inaffectatus, a, um, Non affectatus. Quint lib 11. Quia mirè simplicitas illa & securitas inaffectatæ orationis tenues causas decet, Plin. in Paneg. Inaffectata ueritas uerborũ. Quint. lib. 10. cap. 1. Quid ego commemorẽ Xenophontis illam iucunditatem inaffectatam?

Inalbesco, is, ere, n. t. album fieri, λευκαίνομαι. Celsus lib. 2. Venæ sub lingua inalbescunt, idem libr. 3. Totum corpus cum albore inalbescit.

Inalgesco, is, ere, n. t. Idem quod algescere, ψύχομαι. Celsus li. 2. cap. 3. Frigus uoco, ubi extremę partes membrorũ inalgescunt: horrorem, ubi totum corpus intremit.

Inamabilis, le, om. t. Qui non potest amari, in quo nihil est quod ametur, ἀνέρατος. Plinius Epistol. 187. Quanquam id

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

genus operis inamabile, inamœnum, magisq; laboribus ruris, quàm uoluptatibus simile. Ouid. 1. Trist. Eleg. 7. siue locum specto, locus est inamabilis, & quo Esse nihil toto tristius orbe potest.

Inamarescо, is, ere, n. t. Amarum fieri, πικραίνομαι. Horat. 5. Serm. Sat. 2. Nanq; inamarescunt epulæ, sine fine petitæ.

Inămbitiōsus, a, um. Nullo modo ambitiosus. Ouid. 11. Metam, Secretos montes. & inambitiosa colebat Rura.

Inambulo, as, are, n. p, Significat spatiari. & spatia ambulando conficere, περιπατῶ. Cic. 1. de Orat. Meq; is consistens in loco, sed inambulans, atq; ascensu, ingrediens arduo. Idem ad Att. Ante lucem inambulabam domi.

Inambulatio, onis, Cic. in Bruto, Non multa iactatio corporis non inclinatio uocis, nulla inambulatio.

Inămœnus, a. um, Iniucundus, ἀνήδυς. Ouid. 10. Metam. Persephonem adiit, inamœnaq; regna tenentem. Feritas inamœna, Stat. 2. Syl.

Inangulares, encantides, uel tubercula quæ in angulis oculorum oboriuntur Paulus lib. 6. cap. 17.

Inanimus, a, um, Quod non habet animam, uel anima caret, & non uiuit, ἄψυχος. Cic. lib. 2. Offic. Quæ ergo ad uitã hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argẽtum. Idem 1. Tusc. Inanimum est omne quod pulsu agitatur externo. Plin. lib. 7. cap. 15. Inanima caro.

Inanimatus, a, um, Idem quod inanimus. Cicer. in Som. Scip. Inanimatum est enim omne quod impulsu agitatur externo. Legitur & inanimum. Idem in Topic. Animata inanimatis anteponantur.

Inanis, ne, om. t. pen. prod. Vacuus, κενός, διάκενος. Plaut. in Persa. Non ego inimicitias omneis pluris æstimo, Quam mẽ, si inanis si nunc apponatur mihi. Cic. 7. Verr. Inanem te nauem esse in Italiam deducturum. Ponitur quandoque inane, pro aëre, κενόν. Lucret. lib. 2. Longum per inane resoluit Quandoq; pro otioso. Horat. in Serm. In medio qui scripta foro recitent, sunt multi, quiq; lauantes, Surue locus uoci resonat conclusus: inanes Hoc iuuat. Sic & Vacuus pro otioso dicitur à Verg. in Sileno, Cætera quæ uacuas tenuissent carmina mentes.

Inanitas, atis, f. t. Pro uacuitate, κενότης. Plautus in Cistel. Mihi inanitate iamdudum intestina murmurant. Cic. de Fato, Quum duo indiuidua per inanitatem ferantur. Plin. libr. 13. cap. 22. Quædam uerò inanitatem, ut arundines. Item pro uanitate, ματαιότης. siquidem & inane pro leui & uano quandoq; sumitur. Vergilius, Instabiles animos ludo prohibebis inani.

Inaniter, aduerbium, Vanè, κενῶς. Cic. 4. Tusc. Quum tamen inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia gestiens, uel nimia dici potest. Inaniter, pro frustrà, ματήν. Ouid. 2. Metam. Et medicas exercet inaniter artes.

Inania, æ. f. Idem quòd inanitas, uel uacuitas, κενότης. Plaut. in Aulul. Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus, ita inaniis oppletæ sunt, atq; araneis.

Inaniloquus, Qui inania loquitur, κενολόγος. Plautus. Surdus sum profectò: inaniloquus es.

Inanesco, cis, Inanis fio, κενοῦμαι, quod ab inaneo, nes, fieri certum est.

Inanio, nis, niui, nitum, a. q. Vacuo, κενόω. Plin. lib. 20. capit. 3. Herbacea arefacta per se inanit aluum, Idem lib. 21. capit. 20. Vesicas inanit, & epiphoris illinitur.

Inanitus, pen. prod. Euacuatus. Plin. lib. 17. cap. 1. Cortex remanet, hoc inanito medulla cadit. Huius compositum exinanio, ἐκκενόω: de quo suo loco.

Inapparatio, f. t. Incuria, & negligentia apparationi contraria. Ad Heren. lib. 2. Si præterea ex altera parte uires, pecunia, consilium, scientia, apparatio: ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, impudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse.

Inapertus, a, um, Non patens, non expositum: ut Senectus inaperta fraudi, Silius lib. 7.

Inardesco, cis, n, s. f. Flammam concipio, igne accendor, ἐκπυροῦμαι. Inardeo uerò, idem est quod in re aliqua ardeo. Horatius Epod. 3. Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit æstuosius, hoc est, arsit in humeris Herculis.

Inarescо, cis, m. t. Aridus & siccus fio, ξυραίνομαι, ἀχμάζομαι lib. 1. Deinde ubi tectorium illud inaruerit.

Inargentatus, a, um, Argento coopertus, & illinitus, atq; obuolutus, ἀργυρικός. Pli. l. 22. ca. 2. Paulatimq; & Romæ sub repsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatẽ nominatis: mox & corollariis postquam è lamina ærea, tenui, inaurata, aut inargentata dabantur.

Inarguè, aduerb. non acutè. Gell. lib. 21. cap. 13. Tunc Sulpitius Apollinaris renidens, Non me hercule inarguè, inquit, nec incallidè opposuisti hoc Tullianum.

Inarguta sententia, Vlpianus in l. hoc Senatus consultum, para. si pecunia: quam sententiam & Celsus scripsit quæ mihi non Inarguta uidetur, hoc est, ut uulgò dicunt, oratione fundata.

Inăro, n. p. pen. cor. Idem est quod aro, ἀρόω. Plin. lib. 18. c. 14. Inarari, protinus solùm opus est. Interdum inarare idem est quod arando obruere: ut cum lupinum, fabaliaue, aut quid simile stercorandi agri gratia aratro obruimus. Varro libro primo de Re rustica, capite 24. Itaque lupinum, quum nec dum siliculam cepit, & nõnunquam fabalia, si ager macrior est, pro stercore inarare solẽt. Inarare arbores, apud Columellam lib. 4. c. 2. Georg. Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

Inaratus, a, um, Non aratus, ἀνήροτος. Verg. 2. (lu. l. 4. c. 2. Georg. Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

Inartificialiter, aduerb. ἀτέχνως. Quint. lib. 2. ca. 17. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, aliusq; artificialiter gerat, in ea esse artem.

Inassatus, Idem est quod simplex assatus, ἁπλοῦς, ἁπλακτος. Plin. lib. 28. cap. 8. Glaucomata uerò iecinoris iacentis inassati sanie, cum despumato, melle inunctis. Idem lib. 30. ca. 8. Verendorum formicationibus, uerrucisq;, medetur arietini pulmonis inassati sanies.

Inaspectus, ta, tum, Non uisus, non conspectus. Stat. 1. Thebaidos, imæq; recessu Sedis inaspectos cælo radiisq; penates Seruantem.

Inassuētus, ta, tum, Idem quod insuetus, inusitatus, ἀήθης. Ouid. Fast. Panditur interea Diti uia: iamq; diurnum Lumẽ inassueti uix patiuntur equi. Idem in Ibin, Cogit inassuetas sumere tela manus.

Inateres, pe. pro. ἀνάτηρις, Græco nomine dicũtur quæ duobus uel pluribus nupserunt fratribus: sicut æelii, αἴηλοι, quibus duæ nupserunt sorores. Quibus uocibus, quando Latinis destituimur, pro nostris uti possumus.

Inattĕnŭatus, a, ũ, Non attenuatus, aut imminutus. Ouid. 8. Metam. Iamq; fame patrias, altiq; uoragine uentris, Attenuarat opes: sed inattenuata manebat Tum quoque dira fames, implacataq; uigebat Flamma gulæ.

Inaudax, acis. Timidus, δεινός. Horat. 3. Carm. Ode. 20. Dura paulò pòst fugies inaudax Prælia raptor.

Inaudio, dis, a. q. Rem antea occultam audio, & intelligo, ὑπακούω. Plaut. in Aulul. Credo ego iam illum inaudisse, mihi esse thesaurum domi. Cic. Pansæ, Quorum erupit illa uox de qua ego ex te primùm inaudieram.

Inauditus, a, um, Non auditus, nouus, ἀκήκοος, Liu. 5. bel. Maced. Et multa nomina gentium inauditarum. Tacit. l. 17. Inauditi, atq; indefensi, tanquam nocentes, perierant. Cic. 1. de Orat. Nihil dicam reconditũ, nihil expectatione uestra dignum, nihil aut inauditum uobis, aut cuiquam nouum.

Inauditiuncula, læ, Festiua, iucundaq; narratiũcula, auditu nõ indigna, ἀκροαμάτιον. Gel. lib. 5. cap. 21. Habebatq; nonnullas disciplinæ grammaticæ inauditiunculas, partim rudes, inchoatasq;, partim non probas.

Inaugŭro, as, pen, cor. a. p. Est præcedente augurio dedicare uel consecrare. Apud ueteres enim nefas erat quempiam in dignitatẽ aliquam, aut sacerdotium assumi, aut etiam ædem alicui Deorum consecrari, nisi auguratò, hoc est, addicentibus auibus. Cic. 2. Philip. Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem: uide qui te inauguret: collegæ sumus, negabit. Liu. 5. ab Vrb. Eo magis quod & Augures iussos adesse ad Regillum lacum fama exierat: locumque inaugurari, ubi auspicatò cum populo agi posset. Huic contrarium est Exaugurare, hoc est, quod augurio consecratum erat, addicentibus auibus profanum facere.

Inauguratò, aduerb. hoc est, præcedente augurio, & addicentibus auib, Liu. lib. 1. ab Vrb. Id qui inauguratò Romulus fecerat, negare Accius Nauius, inclytus ea tẽpestate augur, neq; mutari, neq; nouum constitui, nisi addixissent aues, posse.

Inauris, f. t. Ornamentum quod ab Aure pendet, ἐνώτιον, ἐνώβιον. Nam in Oriente decus existimatur gestare aurũ in auribus. Plautus in Epid. Non meministi me inaurem ad te afferre natali die? Plin. li. 9. ca. 35. Antonia Drusi murænæ quã diligebat, inaures addidit.

Inauritus, a, um, Carens auribus, ἄωτος. Gel. lib. 7. cap. 6. Quædam ani-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dam animalium alia alio carent sensu: & aut cœca natura gignuntur, aut inodora, inauritaue, id est, sine auribus.

Inauro, as, a. p. Auro tego, uel aurum induco, χρυσόω. Per metaphoram accipitur pro diuitem facio. Cicer. ad Trebatium libro septimo, Puto te malle à Cæsare consuli, quàm inauratum. Horatius 1. Epistola duodecima, ut te Confestim liquidus fortunæ riuus inauret.

Inauratus, a, um, Auro intectus: ut, Inaurata statua, χρυσοβαφὴς χρυσοφανής. Cicero in Pisonem. Ouidius 2. Fastorum, Corvus inauratum pedibus cratera recuruus Tollit, & aërium peruolat altus iter.

Inauspicatò, Nõ captatis, uel perperam captatis auspiciis. ἀπαισίως. Cic. 1. de Diuin. Qui quum tabernaculum uitio cecidisset imprudens, quod inauspicatò pomœrium trãsgressus esset, comitia Consulibus abrogandis habuit. Et quia ueteribus ita persuasum erat, nihil feliciter succedere nisi aues addixissent, factum est ut Inauspicatò accipiatur pro infeliciter. Vnde Crito ille Terentianus dicit se inauspicatò Athenas contulisse, quod magnam molestiam susceperit, sine ulla commodi compensatione.

Inausus, a, um, Quod quis non audet. Sene. Thyeste, Ac me innocentem faciat, & inausa audeat. Id est, quæ alii non sint ausi. Verg. 8. Aeneid. At furiis Caci mens effera, ne quid inausum, Aut intentatum scelerisue, doliue fuisset.

Incędŭus, a, um, cum dipht. Quod non cæditur: ex in, & cædo, ἄτμητος, ut Incædua sylua. Lucan. lib. 3. Stat uetus, & multos incædua sylua per annos. Sic Incædui montes, dicũtur syluosi, quos intonsos Vergilius appellat. Seruius, Intonsi montes, syluosi, incædui.

Incalesco, cis, incalui, n. t. Valde calidus fio, διαθερμαίνομαι. Plin. lib. 14. cap. 21. Item uasis incalescentibus, operculisq; fundantibus. Columella libro secundo, capite quarto, Pingues campi, qui diutius continent aquam, proscindendi sunt anni tempore iam incalescente. Liuius libro nono, bel. Maced. Fortè epulantibus iis, quum iam uino incaluissent, nuntiatum in conuiuio est.

Incalfacio, cis, Calidum facere, θερμαίνω. Ouid. 4. Fast. Quantum si culmos Titan incalfacit udos. Idem 15. Metam. Ictaq; coniectos incalfacit hostia cultros.

Incalo, as, pen cor. Idem quod uocare, teste Festo, καλῶ.

Incallidus, a, um, per duplex ll, Non astutus, ἀδόλως, ἁπλοῦς. Cic. 1. de Inuen. Sed quum à summis uiris maximæ res administrarentur, arbitror alios fuisse nõ incallidos homines, qui ad paruas controuersias priuatorum accederent.

Incallidè, Simpliciter, non astutè, ἁπλῶς. Idem 3. Offici. In his tribus generibus, quoquo modo possunt, non incallidè tergiuersantur.

Incandesco, scis, incandui, n. t. Candens & ignitus fio, ἐμπυροῦμαι, πυρὸς, γίνομαι. Ouid. 7. Metam. Non secus exarsit, quã quum balearica plumbum Funda iacit: uolat hoc: atq; incãdescit eundo: Et quos nõ habuit, sub nubibus inuenit ignes. Per metaphoram accipitur pro uehementer irasci, & iracundia quodammodo accendi.

Incanto, as, a. p. Verbis solis, uel etiam rebus quibusdam adiunctis, aliquid supra naturam molior, ἐπάδω, γοητεύω. Plin. lib. 28. cap. 2. Qui malum carmen incantasset.

Incantatio, & incantamentum, ti, ἐπῳδή, γοητεία. Plin. li. 28. ca. 21. Valeantne aliquid uerba, & incantamenta carminum.

Incānus, na, num, Idem quod canus, aut ualde canus, Seruio teste, πολιός. Plaut. in Rudente. Ecquem tu hic hominẽ crispum, incanum uideris. Verg. 3. Georg. nosco crines, incanaq; menta. Incana herba, id est, subalbida lanugine canitiẽ referens. Colum. libr. 8. cap. 2. Paleæ ex rutilo albicantes, quæ uelut incanæ herbæ dependent.

Incanesco, n. t. uerbum, Canus fio, πολιόω. Catul. in Argo. Spumis incanuit unda.

Incapístrare, a. p. Illigare: à castro formatum uerbum φιμόω κημόω, quod tamen apud classicos scriptores non temere inuenies.

Incarnatío, quæ in uulua fit est carnosę molis, productio, quã ex parte resecare necesse est, si magna fuerit, distillatque ut citius mortificetur. Si autem fuerit modica, actutum auferri conuenit.

Incassum, aduerbium, Frustrà, inaniter, φρύδην, μάτην, tractũ à cassibus ut ait Seruius. Sallust. Lucull. superiore anno quã do animis ierit in L. Quintium, uidistis: quantæ deniq; nũc mihi turbæ concitentur: quæ profectò incassum agerentur, si priùs quàm uos seruiendi, finem illi dominationis facturi erant. Verg. 7. Aeneid. Turne tot incassum fusos patiêre labores? Incassum tela iactare. Liu. 10. ab Vrbe, Ignis incassum furit, Verg. 3. Georg.

Incastigatus, a, um, non castigatus, ἀνεπανόρθωτος. Horat. 1. Epist. 10. Nec me dimittes incastigatum, ubi plura
Cogere, quam satis est, ac non cessare uidebor.

Incauo, as, a p pe cor. Idem quod cauo, excauo, uel effodio, κοιλόω, κοιλαίνω. Col. li. 4. c. 25. Nam quũ in aduersum pressa manu desecare quid debet, cultro utitur: quum aũt retrahere, sinu: quum alleuare, scalpro: quum incauare, rostro.

Incautus, ta, tũ, Qui sibi cauere nequit, ἀδόκητος, ἄπλους. Cic. p Plancio. Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimouere potuerunt: prouidentẽ antè, & præcauentem nunquam certè mouebunt. Vergil. 3. Georgic. Continuo ferro culpam compesce, prius quàm Dira per incautum serpant contagia uulgus. Ouid. 4. de Pon. eleg. 14. Plectar & incauto semper ab ingenio.

Incautè, aduerbiũ, Improuidè, imprudenter ἀπροονούτως, ἁπλῶς Cicer. 7. ad Atticum, Nisi ego insanio, stultè omnia & incautè agi iudico. Lib. 4. ab Vrbe, Primo prælio, quod ab Sempronio incautè imprudenterq; commissum est, &c. Legitur & incautè, inconsulteq;. Idem 9. bello Macedonico, Sed dum incautius subit muros, ictus, ex uulnere paucos post dies moritur.

Incedo, dis, pe. n. prod. cessi, cessum, n, t. Ingredior, διέρχομαι, sed propriè cum pompa, & quodam fastu, σοβῶ. Verg. libr. 1. Aen. Ast ego, quæ diuũm incedo regina, Iouisq; Et soror & coniunx. Liu. libr. 2. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Seneca, Tenero ac molli passu suspendimus gradũ, nec ambulamus, sed incedimus. Aliquando significat simpliciter ire, βαδίζω. Plaut. in Marc. Flagitium est, si sequatur, quando incedit per uiam. Idem in Curcul. Cautè ut incedas uia. Liu. lib. 5. bel. Pun. Secundi, Cum signis prima luce notis, segniter agmen incedere.

Incessus, sus, m. q. βάδισμα, βάδισις. Valla, Incedere est ambulare: inde Incessus siue tardus, siue festinus, siue commotus, incompositus, immoderatusq;: propriè tamen sublimior quidam, & fastũ præ se ferens. Cic. 2. de Finib. Quod si uultum, si incessũ fingeres, quo grauior uiderere, non esses tui similis Verg. 1. Aen. Et uera incessu patuit dea. Accipitur tamen quãdoq; pro quouis gressu, siue hominum, siue aliorum animalium. Plin. libr. 10. cap. 58. Incessus omnibus animalibus certus, & uniusmodi, & in suo cuiq; genere.

Incesso, is, ssi, uel iui, a. t. à supino uerbi incedo formatum idẽ ferè significans quod lacesso, uel conuitiis infector, προπηλακίζω. Lactan. lib. 5. Quid ergo te magistra illa uitæ docuit? an ut potentissimũ Consulem maledictis incesseres? Quint. li. 7. cap. 3. Satius est omni se anteactæ uitæ abstinere conuitio, quã aut leuibus, aut friuolis, aut manifesto falsis reũ incessere, hoc est, lacerare uel accusare maledictis, βάπτω λόγῳ. Dicimus etiam, Incessit me cupiditas, uel incessit mihi cupiditas, pro eo quod est inuasit, uel cepit me cupiditas. Sunt tamen qui in hac significatione uelint esse præteritum à uerbo incedo: quibus non facilè assentior, eo quod in præsenti, aut futuro, aliisse temporibus, in quibus incedo, distingui potest ab incesso diuersitate scripturæ, non utamur incedo in hac significatione. Non enim dicimus, Incedit me cupiditas, uel incedet. Verisimilius itaq; uidetur præteritum incessit, in hac significatione esse ab incesso. Liu. lib. 1. Timor dein de patres incessit, ne ciuitatem sine imperio uis aliqua externa adoriretur. Et iterum, Perfectis patris mandatis, cupido incessit animos iuuenum sciscitandi ad quem eorum regnum Romanorum esset uenturum. Valerius Maximus datiuo iunxit, Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Terentius in Adelphis, coniunxit cum accusatiuo, mediante in, Noua, inquit, tunc religio in te Istæc incessit? Aliquando ponitur sine datiuo, uel accusatiuo expresso, & significat ingruo, ἐμβάπτω Colum. libro 2. capite duodecimo, Si uerò procellæ uentorum, aut turbines incesserint, maior pars ad terram defluit. Idem cum datiuo posuit, Famem quoq;, si sterilitas annorum incessit hominibus, commode propulsat. Interdum significat ingredior. Idem lib. 5. Et quum autumnus incesserit, antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet.

Incelebris, bre. pen. cor. Non celebre, ἀδοκίμαστος, ἄσημος, ut, Vallis incelebris apud Silium lib. 8.

Incendo, dis, a. t. Inflãmio, ἐμπυρίζω, ἐμπρήθω, ἐνίπρημι. Plaut. in Me-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in Menæ. Sternite lectos, incendite odores. Ci. 7. Ver. Inflam̃ mari nauem, incendiq́ iussi. Hinc per translationem dicimus, Incendere aliquem ira, uel amore, hoc est, ad amãdum, uel irascendum inducere. Plaut. in Asin. Sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit.

Incensio, onis, f. t. Inflammatio, ἔμπρησις, πυρπόλησις. Cice pro P. Sylla, Incensione urbem, internecione ciues, uastitate Italiam, interitu Rempublicam liberauit.

Incendium, dii, n. s. Inflammatio, ἔμπρησις, ἐμπόρωσις. Plin. lib. 12. cap. 19. Donec id delubrum incendio consumptũ est. Per metaphoram etiam accipitur pro uehementia amoris. Plautus in Asin. Nam ni impetro, regem perdidi: ex amore tantũ est homini incendium.

Incendiarius, rii, m. s. Qui tectis, ædificiisue ignem iniicit, πυρ πολητής. Quintil. Declam. 9. Morabar inter sacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus una laus est) homicidas, inclusus turpiore custodia. Vtuntur etiam hac uoce Suetonius in Vitellio, & Tacitus lib. 15. Incendiaria, auis quædam infausta, alio nomine Spinturnix dicta: cuius conspectus tam inauspicatus habebatur, ut eam solam ob causam, urbem sæpius lustratam fuisse, memoriæ proditum sit. Quidam incendiariam auem esse uolunt, quæcunq́ apparuerit ex aris uel altaribus carbonem auferens. Vide Plin. lib. 10. cap. 15.

Incensa, lege Thymiamata.

Incentio, Incentiuus, uide Incino.

Incensus, a, um, Qui non est census, hoc est, qui censum suum non est professus: quod criminis grauissimi loco habebatur apud Romanos, adeò ut qui censum non esset professus libertate spoliaretur, ἀτίμητος. Cic. pro Cecin. Si pater uendidit eũ, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. Iam populus quum eum uendidit qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed indicat eum non esse liberum, qui ut liber sit, adire periculum noluit. Quum aũt incensum uendidit, hoc indicat quum ii in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum qui quum liber esset, censeri uoluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse.

Inceptio, Incepto, Inceptor, uide Incipio.

Incerno, nis, n. s. Compositum à Cerno, significat cribro, διὰ κρίνω, ἀποκρίνω, ἀποκριθύνω, διατρῶ. Cato de Re rust. capit. 48. Tum semen serito cribro tanquam linum, & eo terram cribro incernito. Vnde Incerniculum, cribri genus quo frumẽta purgantur. Vitruu. Super fricaturã, læuigationibus & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor.

Incerniculum, li, n. s. Est instrumentum quo frumenta purgantur, antequã molantur, τηλία. Plin. libr. 8. cap. 44. Decretum fecere quo caueretur ne frumentarii negociatores ab incerniculis eum arcerent. Cato de Re rust. cap. 3. Cribrũ unum, incerniculum unum, securim unam, scamnum unum.

Incero, as, a. p. pen. prod. incerare. Aliquid cera tegere, κηρόω, Iuuen. Sat. 10. genua incerare deorum.

Incertus, a, um, ἄδηλος, ἄπορος. Plaut. in Pseud. Certa amittimus, quum incerta perimus. Terentius in Heaut. Domũ reuertor mœstus, atq́ animo ferè Perturbato, atq́ incerto præ ægritudine. Incertum uulgus, hoc est, non sibi constans. Cicero pro L. Muræna, Nihil est incertius uulgo, nihil obscurius uoluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.

Incerto, as, a. p. Incertum, seu dubium reddo, ἀδηλόω, ἐς ἀμηχανίαν καθίστημι. Plaut. in Epid. Longa dies meum incertat animum. Verbum est deriuatum à nomine incertus.

Incesso, Incessus, uide Incedo.

Incestus, stus, m. q. & incestum, sti, Dicitur flagitiũ quod cõmittitur cum ea cum qua alioqui non erat futurum legitimum matrimonium, ut cum matre, sorore, sacris uirginib. aut similibus, ita dictum (ut Nonius putat) quasi non castum. Alii Incestum deducunt à cesto Veneris cingulo quo amor maritalis in legitimis nuptiis conciliari putabatur: ut Incestus dicatur concubitus illegitimus, cui cingulum illæ iustarum nuptiarum insigne, non adhibetur. Papinius l. Si adulterium. Digest. ad legem Iuliam, de adult. Incestum autem quod per illicitam matrimonii coniunctionem admittitur, excusari solet uel sexu, uel ætate, uel etiã puniendi correctione, quæ bona fide interuenit. Cicero 4. Tuscul. Omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla uehementior: at si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico & corruptelas, & adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo. Seruius in illud 6. Aeneidos Totaq́ que incestat funere classem, Incestum interpretatur quamcunq́ pollutionem.

Incestus, sta, stum, Idem est quod pollutus, μιαρός. Propert. libro 3. eleg. 11. Scilicet incesti meretrix regina Canopi. Ci. pro domo sua, Istius qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio, & stupro polluit cæremonias, &c.

Incestè, aduerbium, Fœdè, turpiter. Cic. pro Cælio, Ideò aquã adduxi, ut ea tu incestè ueterere?

Incesto, as, a. p. Polluo, μιαίνω. Suet. in Tiberio. cap. 43. Triplici seriè connexi, inuicem incestarent se coram illo. Tacit. libro 5. Post quos Sextus Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, è saxo Tarpeio deiicitur. Verg. 6. Aeneid. Totamq́ incestat funere classem.

Incestuosus, Qui incestum commisit, hoc est, qui inconcesso concubitu se polluerit: cuiusmodi sunt qui aut cum sanguine iunctis, aut Deo dicatis uirginibus sese commiscent.

Incestificus. a, um. Sene. Thyeste, ego castam manum Nefandus, incestificus, execrabilis Attrecto.

Inchoo, as, a. p. A nomine Chaos, ut autor est Festus, eo quòd Hesiodus omnium rerum initiũ dixerit esse chaos, ἄρχομαι. Est autem Inchoare idem quod incipere. Verg. 3. Georg. Te fine nil altum mens inchoat. Cicer. de Clar. Orat. Meos libros quos expectas, inchoaui, sed conficere non possum his diebus. Quandoq́ perficere, τελεῖν. Verg. 6. Aen. Tunc Stygio regi nocturnas inchoat aras. Vbi Seruius, Inchoat, perficit & est uerbum sacrorum. Idem Seruius in illud 3. Georg. Te fine nil altum mẽs inchoat: autor est, antiquos olim scripsisse Incoho, aspiratione interposita inter duas uocales, quòd putarent nullum uerbum esse Latinum quod ante o finale haberet alterum o: quod tamẽ hodie uidemus in uerbo Boo, & composito Reboo. In secunda autem syllaba uerbi Inchoo nullam scribebant aspirationem, quòd tres tantùm putarent esse uoces Latinas quæ post c literam aspirationem reciperent, sepulchrum, orchus, & pulcher: ex quib. inquit Seruius, pulcher tantùm hodie recipit aspirationem Martianus capella neutrum protulit, quum ait, India ab Emodiis montibus inchoat.

Inchoatiua, uerba, n. s. A Prisciano appellantur quæ à uerbis secundæ potissimùm coniugationis, aut à nominib. quibusdam adiectiuis deducta, in sco syllabam desinunt: cuiusmodi sunt calesco, & frigesco, à caleo & frigeo: itẽ miteſco, dulcesco, sterilesco, à nominibus adiectiuis mitis, dulcis, & sterilis deducta, ἀρκτικὰ ῥήματα. Huius generis autem uerba Priscianus Inchoatiua appellauit, quod putauerat per ea significari inchoationem actionum quæ per uerba primitiua denotantur. Quem ob id non immeritò reprehendit Valla libro 1. Elegantiarum, docens ea augumentatiua potius appellanda, quum incrementum potius importẽt, quàm inchoationem. Eius rei exempla quæ hic citra modum, nullo iudicio, minoreq́ ordine, & planè quod à Græcis dici solet, παρὰ μέτρον καὶ ἀπροσδιονύσως, congesta erant, studioso lectori ex Valla petenda relinquimus. Aliquando tamen comparatiuè, id est, maiori cum augumentatione sumuntur. Vergil. Sin in processu cœpit increbrescere morbus. Vbi Seruius exponit: Crudescere, ualidior fieri. Idem: Aegrescitq́ medendo. Exponitur. Inter medendum fit ægrior. Et illud Lactantii. Ne si nostra inualuerint, id est, ualidiora fiant. Aliquando comparatio apponitur. Terent. in Heaut. Nam mihi quotidie augescit magis de filio ægritudo. Vergil. lib. 7. Quũ magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. Quòd autem significent incrementum interpretum, autorumq́ idoneorum autoritate simul & ratione probandum duxi. Nonius in priscis dictionibus: Albicatur, candicatur, exalbescit, purpurascit, purpureũ fit. Cic. lib. 2. Acad. Quid mare? nõne cæruleũ? aut eius unda, cum est remis pulsa, purpurascit? Nigidius: Dicemus quæ uetustate deteriora fiũt uetustescere, inueterascere, quæ meliora. Don. in Hecy. prol. Nouas qui exactas feci, ut inueterascerẽt, ait Inueterascerẽt, in cõsuetudinẽ uenirẽt, spectarentur, amarentur. Et in And. Vah perii, hoc malum integrascit. Exponitur, integratur, q́ est instauratur. Similiter apud Verg. lib. 2. Georg. Aeriaq́ dissiliunt ulgò, uestesq́ rigescunt. Seru. Rigescunt, durantur. Festus. Remorbescat in morbum recidat. Et Obherbescere, herbam increscere. Cic. lib. 4. Tusc. Deferuescere, pro decrescere, exponit. Aut rogãdi, inquit, orãdiq́ sunt, si quẽ habẽt ulciscendi uim, differant in tempus, dũ deferuescat ira. Deferuescere autem, de crescere significat ardorẽ animi, inuita ratione excitatũ. Ex quo illud laudatur Architæ, qui cũ uillico factus esse iratior:

Quo

Quo te modo (inquit) accepissem, nisi iratus essem? Idem p Marcel. Nihil opera & manu factũ, quod non aliquando cõficiat, & consumat uetustas, at uerò hæc tua iustitia & leuitas floreſcit quotidie magis. Quis ibi interpretetur, Floreſcit, pro incipit florida fieri? Cũ illud poti⁹ uelit, Cæsaris leniratẽ, tum quidem floridã, indies tamen magis ac magis floridam fieri. Si quotidie magis id fiebat, p fectò ista continuatio dierũ, dũ hoc fieret, iam ab initio rem inchoatam semel fuisse, non quotidie incipi, apertè demonstrat. Similiter Terent. in Heaut. Nam mihi quotidie augeſcit magis de filio ęgritudo. Cicero etiam in Catone: Ita sensim sine sensu ętas senescit, nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Si ætas sensim seneſcit, aut sensim incipit semper seneſcere? Si ita est, ergo plus millies ista inchoatio fiet. Et sic toties desinet fieri senex, quoties sensim seneſcit, Sed quoniam ab initio, quo cœpit senex fieri. nunquã omnino desiit fieri senex. patet quod Seneſco, significat senex fio, non, incipio fieri senex. Simile est illud Lactant. libr. 7. Quos aũt morbus interimit, spiritũ diutius exhalant, ut paulatim frigeſcentibus mẽbris anima effletur. Plinius quoq; lib. 21. de ortu roſæ, Paulatim (inquit) rubeſcens dehiſcit. Quo pacto Rubeſcens significare poteſt incipiẽs fieri uel esse rubra, si paulatí rubeſcit? Nũquid toties incipit esse uel fieri rubra, quoties paulatim rubeſcit? Si ita est, quod tamen non est, toties quoq; necesse erit etiam desinere fieri uel esse rubra, ut possit incipere uel esse rubra. Sed non, rectè dicere possumus. Incipit esse uel fieri rubra, cum iam mediocriter uel parũ rubra facta sit. Quapropter in Buc. Ecloga, 1. Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus, dicit Seruius, Nemo unam & eandem rem sæpe inchoat. hoc est, non dicitur inchoare, quando id prosequẽdo sæpe facit. Quod idem Plinius libro 31. ostendit. In Sicilia quidem circa Messanam & Mylas, hyeme in totum areſcũt, fontes, æstate exundant. Si in toto hyeme areſcunt, certè nõ partim siccantur, ut inchoatio areſcendi ex parte intelligi possit, Præterea si ista uerba inchoationem significarẽt, quid opus esset poëtas, oratores historicosq; illis Cœpi, uel incipio addere? Non enim putandum est tam excellentes uiros temere, sed consultò id feciſſe, nulla eos præsertim urgente causa. Iungimus autem hæc duo uerba istis uerbis in sco terminatis sicut & aliis cum aliquid inchoari significare uolumus; quæ ex hoc potissimùm inuenta esse intelligimus, ut prædictis uerbis, & omnibus aliis iungi possent, cum actus inchoationẽ designari necesse foret, quod non fieret, si ex se inchoationem significarent. Quare Vergilius dixit. Sin in p cessu cœpit crudeſcere morbus. Colum. lib. 7. Decimo tamẽ anno tempora cauari incipiunt, & supercilia nonnunquam caneſcere, & dentes prominere. Et lib. 6. Cytisum cum aridũ facere uoles, circa mensem Septemb. ubi semen eius grandeſcere incipiet, cędito: paucisq; horis dum fraceſcat, in sole habeto. Et lib. 12. Oleum fit optimum ex uaria oliua, cum incipit nigreſcere. Iterum ibidem. Atq; ubi conualeſcere cœperunt, adiecta incrementa eorum prosequenda sunt. Et rursus: Nõ ante legendum est, quam cum matureſcere cœperit. Cato de re Rustica, Et ubi primum incipiunt hiſcere, tũ legi oportet. Plinius lib. 11. Et cum melle cœperint matureſcere, abigunt eos. Idem libro 7. Samaria colligenda est circa Martias Cal. cum flaueſcere incipit. Cæs. in Com. Cum matureſcere frumenta inciperent. Lactant. lib. 4. Cum primùm adoleſcere cœpit. Et lib. 7. de Roma loquens: Cum esset adoleſcentia eius fine Punici belli terminata, tum denique confirmatis uiribus cœpisse iuueneſcere. Gellius, Iam enim fama uirtusq; felicitatis Romanæ apud exteras gentes eniteſcere incœptabat. Cic. de Nat. In his animantibus quæ lacte aluntur omnis ferè cibus matrũ lacteſcere incipit. Et alibi dixit, Orationem suam caneſcere cœpisse. Sallust. in Iugurt. Sed ubi dies clareſcere cœpit. Idem in Catil. Postquam diuitiæ honori esse cœpere, & eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebeſcere uirtus, paupertas probro haberi, innocẽtia p maleuolẽtia duci cœpit. Hæc extrema à me posita sunt, propter nõnullos qui inter doctiſſimos habiti sunt, asserentes uerba in sco finita, rarò & in licentia Latini sermonis iungi cũ uerbo Incipio: & cum alia permulta reperiantur, quæ præmittenda duxi ne in maius quam par fit uolumen excreſceret. Quieſcant igitur omnes qui ea uerba inchoatiua appellari nolunt, quando tot tantorum interpretum atque autorum sententiis refragari non licet. Formantur hæc uerba ut plurimùm à uerbis neutris secundæ coniungat. à secunda persona, iuncta co, syllaba, ut Albeo, albes, albeſco. Caleo, cales, caleſco. Quædam tamen ab actiuis, uel neutris transitiuis deducuntur, quæ passiuam nihilominus significationem innatam habent, sicut illa quæ à neutris secundæ coniugationis sunt, ut Augeſco, ab Augeo, Integraſco, ab Integro. Saneſco, à Sano, a in e mutata. Siccesco, curueſco, molleſco, marceſco, matureſco, hilareſco, graueſco, grandeſco. Quæ tamet si à nominibus uenire posse uideantur, tamen à uerbis eorũ uel actiuis, uel neutris transitiuis fermè omnia uenire magis credo. Quædam uerò à nominibus formari conuenit, ut Miteſco, dulceſco, crudeſco, ſterileſco, lapideſco, rareſco, crebreſco. Sunt etiam quædam ambigua & uaria, quæ significationem passiuam habent innatam, & à neutris ueniunt, & nihilominus etiam actiuam habere reperiuntur, ut Horreſco, Perhorreſco, Verg. 3. Aeneidos, Ne tu mensarum morsus horreſce futuros. Alia sunt quæ primitiuorum significationem habent, ut Labaſco, extimeſco, pertimeſco, abhorreſco præsentiſco, contimeſco, præsciſco, reſciſco, aſciſco, & conſciſco. & si qua sunt alia. Alia terminantur in sco, licet non sint deriuatiua. ut, Poſco, diſco, gliſco, offuſco, ineſco. Sciendum etiam quod hæc uerba, de quibus agimus, habent præteritum perfectum, quamuis multi negent, sed falluntur: quoniam cum primitiuis eorum aut ea communia habent, aut certè mutuò ab illis accipiunt. Quod Priscianus in uerbis Aſciſco, & deſciſco non diſſimulauit: Aſciſco, inquit, aſciui, aſcitum: Deſciſco, deſciui, deſcitum. Vbi Liuii exemplũ ponit, Deſcitum ab Romanis. Postea uerò subdit, Abſciſco & Deſciſco composita ab inchoatiuo Sciſco habere præterita à primitiuo Scio. Quo in loco Priscianus malè appellat Sciſco inchoatiuum, quum tamen inchoatiuum non sit, neque habeat significationem uerborum in sco desinentium. Diomedes quoque præteritum ostendit uerbi Adoleſco: Adoleſco (inqt) adoleui facit. Verg. Mox cũ matura adoleuerit ætas. Columella libro secundo, Sed hoc idem semen in Ciliciæ, Syriæq; regionibus ipſe uidi mense Iunio Iulioq; cõferi, & per autumnum, cum permaturuerit, collegi. A per matureſco est, significat enim, permaturum factum est. Et libro 10. At circa Calend. Martias locis apricis licet porrum, si iam ingranduit, transferre. Ab ingrandeſco est: Non ab Ingrãdeo, quod neſcio si inueniatur: nec si inueniretur, ab eo esset quia ingranduit, grande factum est significat, nõ autem grãdè fuit, quod significaret, si ab Ingrandeo esset, sed sensui nõ conueniret. Salluſtius, Hi postquam conuenerunt in una mœnia, dispari genere, dissimili lingua, alii alio more uiuentes, incredibili memoratu est, quam facilè coaluerint. Vbi coaluerint est à Coaleſco, quod significat concreſco, non à Coalo, cuius significatio actiua repugnaret sensui orationis. Lactantius libro quinto, Quinimò si qua illis fiducia est, uel in eloquentia, arment se, refellant hæc noſtra, si possunt cum grediamur cominus, & singula quæq; diſcutiant. Decet eos ſuſpicere defensionem Deorum suorum, ne si noſtra inualuerint, uti quotidie inualeſcunt, cum delubris suis, ac ludibriis deſerantur. Inualuerint, ualidiora fiant, ab inualeſco: quoniam subditur, Vti quotidie inualeſcunt. Quin. lib. 5. Inſtit. orat. Iã illa flãma quę magnacongerie cõualuerat, didu ctis quibus alebatur. Vbi cõualuerat idẽ significat, q creuerat, siue ualida facta erat, non ualida fuerat: à Conualeſco, non à Conualeo. Peccauit interpres noſtri temporis, cum inquit: Surdaſter, qui parum audit, hinc Obſurdeo. Cicero lib. 6. de Rep. Hoc sonitu omnes ferè completæ aures hominum obſurduerunt: significat ſurdæ factæ sunt, ab Obſurdeſco, non autem ſurdæ fuerunt, ab Obſurdeo, quasi non amplius ſurdæ tunc forent. Hoc modo omnia præterita perfecta eiusmodi interpretanda sunt. Et si ambigua uidebuntur diſquirendum erit, an à primitiuis an deriuatiuis ueniant, quod significatio & res de quo tractabitur, commonebunt. Possunt nihilominus sic diſcerni, ut si dicam Canui, pro canus factus sum, tunc à caneſco erit, si uerò dixero, Hæc ueſtis canuit, pro cana fuit, quæ amplius cana non fit, ut si eã pullam feceris, tunc à Caneo erit. Similiter, Hæc arbor floruit, si de tempore quo florida fuit, loquar, tunc à Floreo erit: si eam floridã factam esse intelligi uoluero, à floreſco sumetur. Hoc enim, florida facta est significet: illud uerò florida fuit. De his uide plura apud Vallam lib. 1. Elegant.

Inchoatus, imperfectus, antitheton, perfectus. Cic. de Orat.

Incido, dis incidi, inciſum, pe. prod. ex in, & cædo, a. t. Quod est ferio, seu seco, διατέμνω, κατακόπτω, ἐγκολάπτω. Verg. 3. Ecloga, Atq; mala uites incidere falce nouellas. Accipitur etiã incido pro inſculpo. Plinius in Paneg. Quod ego titulis omnibus ſpecioſius reor, quando non trabibus, aut ſtatuis nomen tuum, sed monumentis æternæ laudis inciditur.

Inciſus, ſa, ſum, Quod significat inciſionem inſcriptum, uel inſculptũ ἐγκεκολαμμένον. In qua significatione habet post se datiuum;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

datiuum: ut apud Suetonium de claris Grammaticis, In quo fastos à se ordinatos, & marmoreo parieti incisos publicaret. Interdum etiam accusatiuum cum præpositione in. Liu. 3. ab Vrbe. Leges in æs incisas in publico proposuerunt. Nonnunquam etiam ablatiuum eum eadem præpositione: quod est contra Laurentium Vallam. Cicero in Oratore de signis, id non modò conscripserunt, uerùm etiam in ære incisum tradiderunt. Incisum aliquando significat amissum, ἀποκεκομμένον. Liu. li. 3. Itaq; spe incisa, prius quàm prædicta dies adesset, Appius mortem sibi conscisuit. Incisum, Oratores uocãt sensum, non expleto numero conclusum: quod plerisq; pars membri esse uidetur, κόμμα, ut Domus tibi deerat: at habebas. pecunia superabat: at egebas. Fiunt autem singulis uerbis incisa. Cic. in Orat. Quæ nescio cur quum Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos non rectè incisa & membra dicamus.

Incisio, onis, f. t. Est actus ipse incidendi, διακοπή. Col. lib. 3. Infra incisionem & alligaturam, falce acuta leuiter uitem uulnerato ex utraq; parte, ut his potius plagis humor defluat, quàm ex accisione abundat. Incisio aliàs in oratione pars membri est quod Græci κόμμα nominant. Cicer. in Orat. Incisionibus uerò multò magis, & in membris.

Incisura, ræ, f. p. Ipsa incisio, διατμή. Plin. lib. 11. cap. 39. Pili recisi, non ut herba, ab ipsa incisura augentur, sed ab radice exeunt. Col. libr. 12. capit. 54. Tum salem inter incisuras raporum non minutum aspergito. Incisuræ etiam dicuntur in manibus quæ uulgò lineæ uocantur. Plin. libr. 11. cap. 52. Cõtrà lõgæ esse uitæ incuruos humeris, & in manu duas incisuras longas habentes.

Incisus, us, pen. prod. Idem quod incisio. Plin. lib. 16. cap. 12. Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur.

Incisè, aduerbium, Idem quod incisim, κατὰ κόμματα. Cicero in Orat. Quo autem pacto deceat incisè, membratimúe dici, iam uidemus.

Incisim, Significat per incisiones, minutim, κατὰ κόμματα, ἀποκεκομμένως Cic. in Orat. Hæc quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim dicere solebas.

Inciduus, dua, duum, Quod cædere, uel incidere non licet. ἄτμητος. Ouid. 2. Fast. Monte sub Exquilio, multis inciduus annis, Iunonis magnæ nomine lucus erat. Idem 3. Amo. Ele. 1. Stat uetus & multos incidua sylua per annos.

Incido, dis, incidi, pen. corr. n. t. Ex in, & cado: supinum facit incasum: licet parum usitatum, ἐμπίπτω. Omnia enim à cado composita proferunt supinum cum a, sicut cado: quæ uero à cedo pro ferio, mutant e in i, ut incisum, recisum. Vnde ab incido, incasum, incasurus. Plin. lib. 2. cap. 27. Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt, arbitror, uerùm hæc ideò facta, quia incasura erant illa. Est autem incidere, propriè idẽ quod in aliquid, seu supra aliquid cadere. Liu. lib. 2. bel. Pun. secundi, Sagunti ruinæ (utinam falsus uates sim) Vestris capitibus incident. Sumitur tamen frequenter incidere pro eo quòd est casu incurrere, περιπίπτειν: aut de improuiso labi, præsertim quando construitur cum accusatiuo mediante in: ut Incidi in errorem. Cicer. Curioni, Quòd in Reipublicæ tempus non incideris. sed ueneris. Incidere ergo, casu uenire est: uenire uerò, certo iudicio, & sententia, & consulto. Quod ipse Cicero in eo quod sequitur declarat, Iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti Tribunatum tuum. Iungitur quandoq; cum datiuo: Mihi incidit suspicio. Quandoq; absolutè ponitur: ut incidũt sæpè multæ causæ: Obiurgationes incidunt necessariæ: & Incidit de uxoribus mentio, item incidit quæstio, Aliud ex alio incidit. in quibus tamen intelligitur datiuus, similiterque exponitur ac si datiuum haberent: ut Incidit mentio, hoc est, casu nobis euenit ut de ea re faceremus mentionem.

Inciens, f. t. Dicitur propinqua partui, quòd fœtus eius sit incitatus Festus.

Incile, huius incilis, διῶρυξ. Teste Vlpiano l. 1. Digest. de Riuis, est locus depressus ad latus fluminis: ex eo dictus, quòd incidatur. Scinditur enim lapis uel terra, unde primũ aqua ex flumine agi possit, quemadmodum in pristinis frumentariis uidemus. Quod autem ad incile opponitur aquæ deriuandæ, cõpellendæue ex flumine causa (quod uulgò Clausula dicitur) siue id ligneũ sit, siue lapideũ, siue ex qualibet alia materia, ad cõtinendã transmittendáq; aquam excogitatũ, Latinè (Vlpiano teste) septum dicitur. Item incile dicitur locus per quẽ primũ deducitur, ex quocunq; riuo aqua irrigandi causa. Apud Festum pro eodem in plurali numerò legimus incilias, si qua tamen fides haberi debeat libro à sciolo quodam tam fœdè contaminato. Ego certe incilia legendum puto.

Inciles, inquit Festus, canales sunt, in quos aqua confluit in uias lapide stratis: ab eliciẽdo dicti. Sic enim habent omnia exemplaria. Quo tamen in loco non inciles, sed inlices siue illices legendum est.

Incilo, las, a. p. pen. prod. Increpo, uel improbo, ἐπαλῶ, ψέγω. Plaut. Melius tamẽ est ita uiuere, ne quis nostra incilet facta Lucret. lib. 1. Iure (ut opinor) agat, iure increpet, incilet'q.

Incingo, is, n. t. Idem quod cingo, & circunligo, περιζώννυμι, Liu. 8. ab Vrb. Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equũ insiluit, ac se in medios hostes immisit. Verg. 7. Aen. Pampineasq; gerunt incincti pellibus hastas. Ouid. 3. Amor. Eleg. 7. Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes.

Incino, nis, a, t. pe. cor. Cũ quadã modulatione cano, ἐπᾴδω, Gell. lib. 4. cap. 13. Creditũ est hoc à plerisq; Ischiaci, quũ maximè dolcant, tum si modulis leuibus tibicẽ incinat, minui dolores. Propertius, seu uarios incinit ore modos. Gellius libro 1. capite 11. Et frequentamenta quædam uaria tibicen incineret. Hinc fit frequentatiuum Incanto, tas, de quo suprà & Incentio, de quo mox

Incentio, onis, f. t. Cantio, seu cantilena, ἐπῳδή. Gell lib. 4. c. 13. docet plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum. Incentio, Incantamentum quod uocis modulatione fiebat. Gell. lib. 16. cap. 11. Vt serpentum uirulentorum domitores sint, & incentionibus, herbarumq; succis faciant medelarum miracula.

Incentiuus, ua, uũ, ἐπαυλητικὸς, ut tibia incentiua, apud Varronẽ quæ à dextra canit: sicut Succentiua, quæ à sinistra succinit. Verba Varronis sunt hæc, libr. 1. de Re rust. cap. 2. Et ut dextra tibia alia, quàm sinistra, ita ut tamen sit quodammodo coniuncta: quod est altera eiusdem carminis modorũ incentiua, altera succentiua. Accipitur etiam incentiuum pro incitatiuo, siue irritatiuo, propterea quod milites incentione tubarum ad bellum solent incitari, παροξυντικὸν. Plin. in Paneg. Non tubæ solùm, sed etiam Spartanæ tibiæ incentiuum aliquid feruntur habuisse.

Incipio, pis, a. t. pen. cor. ex in, & capio, Significat inchoo, ἄρχομαι, ἀπάρχομαι. Terent. in Adelph. Perii hercle: hac spe illi hoc inceperunt. Coniungitur cum uerbo infinito: ut, incipio timere Deũ, tu incipis esse ꝓbus, ille incipit doceri à præceptore, illũ incipit tædere laboris. Potest tamen esse sine infinito. Plaut. in Capt. Quandiu id factum est? ST. hic annus incipit uigesimus. Aliquando cum ablatiuo ponitur, cum præpositione à. Plin. lib. 14. Vnde autem potius incipiemus, quàm à uitibus?

Inceptum, pti, n. s. Institutum, principium, ἀρχή, Cic. in Catil. Cuius ego si non modò factum, sed inceptum ullum, conatumúe contra patriam deprehendero.

Inceptor, oris, m. t. Qui incipit. Terent. in Eun. O Parmeno, ô mearum uoluptatum inuentor, inceptor, perfector.

Inceptio, nis, f. t. Principium. Terent. in And. Nam inceptio est amentium, non amantium.

Incepto, as, a. p frequentatiuum, ἐπιχειρῶ, ἐπιβάσσω. Plau. in Amphitr. Quasq; incepistis res, quasq; inceptabitis. Terent. Heauton. Vah, uideo quod inceptet facinus. Gell. libr. 1. ca. 11. Tibicines inter exercitum positi canere inceptabant.

Incisè, Incisim, Incisio, Incisum, Incisura, uide Incido pen. prod.

Incita, tæ, f, p. pen. cor. Paupertas, & indignitas, ἀπορία. Plaut. in Trinum. Hic cuius est? ut ad incitas redactus. Idem in Pœnulo, tace modò: Profectò ad incitas lenonem rediget, si has abduxerit.

Incitega, pen. pro. Pro machinula, in qua amphora uini cõstituebatur: unde subinde in conuiuia submini strarent. Festus.

Incito, as, a p. pe. cor. ab in, & cio, quod est frequentatiuum à uerbo Cieo, προκαλῶ, ὑποπαροτρύνω, προτρέπειν, ἐπάγειν. Vnde & pro irritare, & prouocare sumitur. Cæsar 3. bell. Gall, Sed multa tamen Cæsarem ad bellum incitabant. Plin. lib. 20. capite 7. Nec ulla res maiorem in cibis auiditatem incitat, inhibetq; eandem. Treb. ad Ciceronem, lib. 12. Epist. Ne putes in Asia feriatum illum ab his studiis, in qua tua cohortatione incitatur, futurum.

Incitatus, particip. ut, Incitatus ira, aut aliqua perturbatione. Cic.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

se Cic.1.Offic. Iracundia incitatus populus. Idem libr.4. Acad. Et tamen isti physici rarò admodum, quum hærent aliquo loco, exclamant, quasi mente incitati. Incitatum, pro uehementi, nomen ex participio. Cic. in Bruto. Nihil grande, nihil incitatū, nihil ornatum. Idē in Somn. Scip. Hic uerò tantus est totius mundi incitatissima conuersione sonitus, ut eum aures hominum capere non possint.

Incitatio, onis, f.t. Instigatio, cōmotio. Cic.2.de Orat. Languētis populi incitatio, & effrænati moderatio. Idem 1.de Orat. Sic euolauit oratio, ut eius uim atq; incitationē aspexerim, uestigia ingressumq; uix uiderim.

Incitatè, aduerbium. Cicero ad Atticum, Quas Numestio literas dedi, sic te his euocabam, ut nihil acrius, neque incitatius fieri posset.

Incitabulum, li.n.s. Incitamen, inis, & Incitamētum, ti, Idem significant, ἴυγγωμα, ὁρμητήριον. Gell libr.15.cap.15. Fomitem esse quendam dicens, & incitabulum ingenii utriusque. Cicero pro Archia. Hoc maximum & periculorum incitamentum est, & laborum.

Incitamentum est quod commouet, incitat, & accendit ad aliquid faciendum, inuitamentum, illecebra.

Inciuilia uerba, Appellat Gellius petulātiora, nihil prorsus habentia ciuilis modestiæ, σκαιὰ.

Inclāmo, as, n.p. pen. prod. Est clamore obiurgare, ἐγκαλῶ. Plaut. in Asin. Nimis ægrè risum continui, ubi hospitem inclamauit, qui se absente mihi fidem habere noluisset. Idem in Sticho, Tuos inclama, tui delinquunt. Aliquando accipitur pro intrò uocare. Ouid.libr.2. Fast. Fuit sonus, inclamat comites, & lumina poscit. Valer. Max. lib.1. Perterritus deinde tam tetro uisu & nomine horrendo, seruos inclamauit, scisciratusq; est, si quem talis habitus aut intrantem cubiculum, aut exeuntem uidissent.

Inclareo, es, n.s. uel Inclaresco, is, inclarui, Clarum fieri, manifestum, & notum, ἐπιφάνομαι, διαφημίζομαι. Plin. li 35. cap.11. Inclaruit maximè discipulo Nicea Athenienſi, qui diligentissimè mulieres pinxit.

Inclemens, tis, Durus, & asper, contrarium clementi, ἀπηνής Liu.8.ab Vrb. Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.

Inclementer, Durè, asperè, ἀπηνῶς, ἀνηπιακῶς. Plaut. in Amphi. Iterum hic iam in me inclementer dicit, atq; id sine malo. Liu.lib.3. Quæso, inquit, Appi, primū ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum inuectus.

Inclementia, tiæ, f.p. Duritas, ἀπήνεια, ἀνηπιάκεια, Verg.2 Aenei. uerùm inclementia diuūm Has euertit opes. Huius contrarium est Clementia.

Inclino, as, a.p. pen. prod. Inflecto, καταθρίφω, καταπάμπω, ἐγκλίνω. Iuuenalis Satyra 9. Atq; ipsos etiam inclinare maritos. Liuius 10. bello Macedonici, In præsentia placet omni ope in Romanos accendi regem, impellíq; ad consilia belli, ad quæ iam sua sponte animum inclinasset. Idem 1. ab Vrbe, ut, Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies. Dicitur autem acies inclinari, quum retrocedit, & paulatim in fugam conuertitur.

Inclinatio, onis. f.t. Inflexio, ἔγκλισις. Plin. lib.18. ca.43. de lignorum sectione loquens, Altera inclinationē egerunt scobē. Inclinationes rerum & temporū dicuntur, quando Reipub. constitutio tenorē suum iam nō amplius seruat, sed ad mutationem spectare uidetur. Cic. in Philip. Minimis momentis P.C. maximæ inclinationes temporum fiunt.

Inclinatus, us, Declinatio, ἔγκλισις. Gel. lib 3. ca.12. Neq; aliud est, quod simili inclinatu dicatur.

Inclinamentum, ti, n.s. Pro declinatu, uel deriuatione, uel terminatione, ἔγκλισις. Gel. libr.4. cap 9. Hoc inclinamentum semper huiuscemodi uerborum, &c.

Includo, dis, a.t pen. prod. Intus claudo, καταυλέω, ἐγκλείω. Verg.2. Aen. Inclusos utero Danaos. Cicc. de Senect. Nam dū sumus inclusi in his cōpagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. Idem de uniuersitate, sed quia nondū omne animal in mūdo intō inclusérat.

Inclusio, onis, Cic. in Vatin. M. Bibulum, cuius inclusione contentus non eras, interficere uolueras.

Inclusia, fuit genus tunicæ interioris apud Romanos, quæ & subucula dicitur. Alex. ab Alex.

Inclytus, a, um, pen cor. cum y, Idem est quod gloriosus, excellens, atq; insignis, quíq; ueluti fulgore quodam famæ resplendet, διάσημος, περιβόητος. Cōponitur enim ex ἰὼ, & κλυτὸς, quod clarum significat, & gloriosum. Verg.2. Aen. O patria, O diuūm domus Ilium, & inclyta bello Mœnia Dardanidum. Liu.7.ab Vrb. Inclyta iustitia, religioq; ea tempestate Numæ Pōpilii erat. Idem 6.bel. Pun. Inclytū diuitiis templū Sunt qui per i, nostrū scribāt, putentq; deriuari, ἀπὸ τοῦ κλητοῦ: quibus tamen reclamat accentus, & quantitatis ratio: quandoquidem ratione diphthongi ει, media deberet produci quæ apud omnes corripitur.

Incoactus, a, um, Pro uoluntario, ἑκούσιος. Valer. lib.4. cap.7. Incoactam uoluntatē esse in amicitiis contrahendis. Seneca Epist.67. Omne honestum iniussum, incoactumq; est, syncerum, & nullo malo mistum.

Incoctília, Incoctus, uide Incoquo.

Incœnis, ne, om.t. qui non cœnauit, ἄδαπνος, Plaut. in Cas. Ille autem senem Incœnem extruere cupiunt ex ædibus, Vt ipsæ solæ uentres distendant suos.

Incœno, as, n.p. Apud Suet. in Tiberio, cap.39. legitur pro simplici cœno, δαπνέω. Incœnante eo (inquit) complura & ingentia saxa fortuitò supernè delapsa sunt.

Incœnatus, Non cœnatus, nomen est, non participium, quum Incœno non legatur in hac significatione, ἀδαπνῶ. Cat. de Re rust. Bibat aquam mulsam, cubet incœnatus, postea manè bibat succū. Plaut. in Pseud. It incœnatus cubitum.

Incogitans, tis, om.t Inconsyderatus, nō satis perpendens caſq; aggreditur, ἀλόγιστος, ἄλογος. Terent. in Phor. Quod nisi fuissem incogitans, ita eū expectarem, ut par fuit. Et iterū Adeón' te esse incogitantem, atq; impudentē Phædria. Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis.

Incogitātiæ, æ, Plaut. in Merc. Incogitātia, excors immodestia.

Incogitatus, a, um, Idem quod incogitans. Plautus Bacch. Petulās, proteruo, iracūdo animo, indomito, incogitato, Sine modo, & modestia sum. Hic actiuè accipitur: apud Senecam uerò epistola quinquagesimaoctana, passiuè ponitur, Alacritas incogitata, & iniussa.

Incogitabilis, le, om.t. Idem quod incogitans, hoc est, qui non solet cogitare quum quid rerum gerit, ἀλόγιστος. Plau. in Mil. Nunc demum scio me ueniſſe excordem, cæcū, incogitabilē. Lactant. lib.1. Quid eos colunt, interdū uideri solent tam cæci, tā incogitabiles, tā excordes. Dicitur etiam passiuè de re quæ nō cogitatur, siue quæ cogitatione comprehendi nō possit, ἀνυπονόητος.

Incognitus, a, um, Nō cognitus, ἄγνωστος. Sallust. in Iugurt. Ne quid absente incognita causa statuatis. Cicer. pro Cecin. Dum incognita re iudicare noluisset, &c. Vergil. primo Aeneidos, sed res animos incognita turbat. Ouid.2 Metam. pmissis testis adesto Diis iurāda palꝰ oculis incognita nostris.

Incohibesco, is, ere, n.s. Lucret libr.3. Aere qui credas posse hāc cohiberier ullo Corpore, qui nostro rarus magis incohibescit. Hoc est, non cohibet.

Incoibilis, bile. om.t. Quod coire, & coniūgi nō potest. Gellius lib.1.cap.3. Videt enim eum eo genere oneris tam impedito, ac tàm incoibili facilè atq; expeditè incedentem.

Incolo, lis, a.t. Inhabito, ἐνοικέω, κατοικέω. Cic.1. Tusc. Vbi sunt ergo ii quos miseros dicis, aut quem locum incolunt? Idem 1.de Diuin. Loca qui à quibusq; incoluntur.

Incola, læ, com.p. Ab incolendo deducitur, sicut ab accolendo Accola, ἔνοικος, μέτοικος. Est autem incola qui in aliena urbe uel Rep. habitat, quasi ciuis aut municeps. Plin. Quod eorum montium incolæ facere consueuerunt. Cicero lib.1. Offic. Peregrini & incolæ officium est, nihil præter negotium suum agere, nec esse in aliena Rep. curiosum. Pomponius Iureconsultus scribit, Incolam esse qui in aliqua regione domicilium conduxit, quem Græci πάροικον appellant. Nec tantàm qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed etiam qui in alꝰ uiꝰ oppidi finib. ita agrū habet, ut intra eū sequasi in aliquā sedē recipit. Inqꝰ inꝰ aūt, qui in alienas edes, alienaq; præ lia ex conducto habitat, siue in urbe, siue ruri. Cic. in Philip. At uerò te inquilino, non domino, personabant omnia uocibus ebrioū. Vnde inquilinus, probri uel odii causa quis appellatur, quasi domum propriam non habeat. Sallust. in Ci. M. Tul. inquilinus ciuis urbis Romę. Qui aūt inquilinis cœnacula locant, à Iureconsultis dicuntur facere cœnaculariam. Ponitur tamen quandoq; inquilinus pro cohabitatore. Martial. Vicinus Nouio, uel inquilinus Sit, si quis Nouium uidere non uult.

Incolatus, huius incolatus, m.q. ἐνοικίσις, Ipsa habitatio in aliena patria: seu tempus quo quis in aliquo loco habitat ità, ut inde discessurus sit.

Incultus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Incultus, a, um, A cultus participio compositū idem quod non cultus: propriēq; dicitur de agris, quorum cultura deseritur, ἀγεώργητος. Liuius 2 ab Vrbe, Caritas primùm annonæ ex incultis per secessionem plebis agris. Cicero de Natura deorum, Terræ regio inhabitabilis & inculta. Per translationem accipitur pro inornato, neglecto, horrido, inelegāti, & illaborato, ἀκαμάτος. Cicero de Claris Orator. Vir ut uita sic oratione durus, incultus, horridus. Et paulò post, Cotta alia quidem inculta uia, & horrida ad eandem laudem peruenerat.

Incultè, aduerbium, Asperè, horridè, inornatè, τραχέως. Cic. de clar. Orat. Et dicere non incultè solebat, & erat cùm literis Latinis, tùm etiam Græcis, ut illis temporibus, satis eruditus. Idem Quintio. Vixit enim semper incultè atq; horridè: natura tristi atq; recondita fuit. Idem in Oratore, Incultè & horridè dicere.

Incolumis, me. om. t. pen. cor. Idē est quod sanus & saluus. ἄνοσος, ἄρτιος, ὑγιής. Terent. in And. Posthac incolumen, sat scio, fore me, nunc si deuito hoc malum. Cicero 4. de Fin. Vt se & saluum in suo genere, incolumemq; uellent. Idem pro Rosc. Ame. Quibus incolumibus, & domi dignitas, & foris autoritas retineretur. Aedes incolumes, pro integris & non ruinosis, apud Vlpianum, l. Qui bona fide, para. Quum inter ff. De damn. infect. Horatius 1. Serm. Sat. 4. uitam famāq; tueri Incolumem possim, &c.

Incolumitas, tatis, f. t. Est, ut Cicero inquit, salutis tuta atq; integra conseruatio, ὑγίεια, ἀσφάλεια. Idem Trebiano, Itaq; si qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, in qua sunt omnia agenda, &c. agam per me ipse, & moliar. Idem 5. de Fin. In quibus numerant incolumitatem, cōseruationemq; omnium partium.

Incombustibilia, uocantur quæ nullos habent meatus, quibus introrsum ignem admittant neq; humorem continent incensioni idoneum, ceu glacies Arist. lib. 4. Meteor.

Incōmes, com. t. pen corr. huius incomitis, Festo autore, dicitur sine comite, antiquum est.

Incomitatus, a, um, Non comitatus, comitibus destitutus, ἀπαρέπομπος. Cicero 1. de Orat. Cuius artem quum indotatā esse atque incomitatam uideres, uerborum eam dote locupletasti, & ornasti.

Incomitas, atis, f, t. (ut quidam putauerunt) est actus incedendi sine comite. Varr. 2. de Re rust. cap. 10. Nec non etiam hoc, quas uirgines ibi appellant, nōnunquam annorum uiginti & quibus mos eorum non denegauit, ante nuptias ut succumberent quibus uellent, & incomitas ut uagari liceret, & filios haberent à quibus uellent. Quo tamen in loco uel puer discernat legēdum esse Incomitatis: ut sit datiuus ab adiectiuo fœminino incomitata.

Incomitio, as. are, n. p. inquit Festus, est tale commissum facio, propter quod necesse sit incomitium, hoc est, inconuentum uenire. Plautus in Curcul. Adolescens, quæso ne me in comitiis. Lyco. Licetne inforare, si incomitiare non licet?

Incommodum, di, n. f. Damnū, detrimētū, βλάβη, βλάβος. Plaut. in Amph. ita cuiq; comparatum Est in ætate hominū, ita diis placitum, uoluptati ut mœror Comes consequatur: quin incommodi plus maliq; ilicò adsit. Cicero primo de Finibus. Itaque non ob ea solùm incommoda quæ euenunt improbis, fugiendam improbitatem putamus. Incommoda ferre, pro incommodare, Cicer. ad Quintum fratrem Dicebat scriptum in ea Epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi inimicis, incommoda laturum.

Incommodus, a, um, Quod damnū adfert, uel molestum est, βλαβερός, ἀνεπιτήδειος, ἀνιαρός. Terent. in Hecy Ain' tu tibi hoc incommodum euenisse iter? Et paulo pòst: non hercle uerbis dici potest Tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est. Cic. 5. Verr. Non potest reprehēdi illa æstimatio quæ aratori non modò incommoda non est, sed etiam grata est. Incommoda uxor, & importuna. Plaurus Asin.

Incommoditas, atis, f. t. Damnū, molestia, βλάβη, ἀνεπιτηδειότης. Terentius in Andria, Nempe incommoditas denique huc omnis redit. Si eueniat (quod dii prohibeant) discessio. Liuius decimo ab Vrbe, Romæ tum desiderio uiri, tum incommoditate temporis tristis nuntius fuit, ut, &c.

Incommodè, Molestè, intempestiuè, cum incōmodo, seu detrimento, ἀνιαρῶς, ἀκαίρως, ἀνεπιτηδείως. Terent. in Hecy Sed continuò uultum earum sensi immutari omniū, Quia tā incommodè illis fors obtulerat aduentum meum. Cic. de Amicitia, Quamobrem cum illo quidē (ut suprà dixi) actū optimè est: mecum autem incommodius. Incommodissimè nauigare. Cic. ad Attic. lib. 5.

Incōmodo, das, n. p. pe. cor Noceo, seu damnū infero, βλάπτω. Cicero pro Quintio, Vt quum ipsi nihil alteri scientes incōmodarint nihil ipsis iure incommodi cadere possit. Terent. in Andri. Quem ego credo manibus pedibusq; obnoxiè omnia facturum, Magis id adeò, mihi ut incommoder, Quam ut obsequatur gnato.

Incommodatio, nis, f. t. Pro incommoditate. Cic. ad Attic. li. 1. Atq; in ista incommodatione alienati illius animi & offensi, illud inest tamen commodi.

In commune, Aequaliter omnibus, ἐς κοινὸν, κοινᾶ. Terent. in Andr. Id te oro, in commune ut consulas. Pro eodem etiā dicimus, In medium consulere.

Iucompactum, Disiunctū, malè compositum, ἀσυνάκτορον.

Incomparabilis, le, om. t. Cui nihil potest comparari, seu adæquari. Plinius libro 7. capite 25. Illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi sublimitas, id est, cui comparari alia nō potest. Quintilian. libr. 1. cap. 3. Sed præstet alicui uel gratia, uel amicitia, uel pecunia, ut doctissimum atq; incomparabilem magistrum domi habeat.

Incōmpĕrtus, a, um, Incognitus, & de quo nullam certitudinem habemus, ἄδηλος, ἀγνώριστος. Plin. libr. 34. ca. 13. Origo atq; natura eius incōperta est mihi. Liu. 8. bell. Pun. Id utrum purum ex interuallo sit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incompertum est. Plin. libr. 12. cap. 8. Qualis sit ea, incompertum habeo.

Incompositus, a, um, Incomptus, inornatus, inelegans: cōtrarium, ἀκαταπόητος ἀδιάταχτος ἀσυνθέτος. ut, Incomposita oratio. Liu. 4. ab Vrb. Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur, cæterum militariter grauis. Moribus incompositis, Quintilianus libro quarto, capite 5. Motus incompositos dare Vergilius 1. Georgicorum.

Incompositè, aduerb. Ineleganter. Liu. 5. bel. Pun. Et in hostem negligenter & incompositè uenientem incurrunt.

Incomprehensus, Non comprehensus, ἀσύλληπτος, ἀδιάληπτος. Lactant. lib. 3. Intellexit nullo humano studio posse ad sapiē tiam peruenire, & ideò non oportere incomprehensæ atque imperfectæ rei perfectum nomen imponi.

Incomprehensibilis, sibile, om. t. Quod comprehendi non potest, ἀκατάληπτος. Plin. in Epist. Vt est in disputando incomprehensibilis, ut lubricus, ita eludit. Incomprehensibilis arenæ paruitas. Colum. lib. 10. in Proœmio.

Incōmptus, Inornatus, ἄκομψος, ἀκαταπόητος. Cicer. ad Art. lib. 2. Quanquam tua illa (legi enim libenter) horridulami hi, atq; incomposita uisa sunt. Idem in Orat. Si hæc subtilis oratio etiam incompta delectat. Capilli incompti, Caput incomptum, apud Horatium.

Inconcessus, a, um, Non concessus, illicitus, negatus, prohibitus, ἀθέμιτος. Quint. lib. 10. cap. 2. Qui totum exprimere quem elegeris, penè sit homini inconcessum. Verg. 1. Aeneid. Pergama quū peteret, inconcessoq; hymenæos. Qui. 3. Amor. eleg 4. Indignere licet, iuuat inconcessa uoluptas.

Inconcilio, as, are, a. p. Turbo, dispergo, ταράττω. Plautus in Bacch. Ipse quod in se fuit, accuratū habuit quod posset mali Facere in me, inconciliare copias omnes meas. Accipitur etiam inconciliare pro irritare & inimicum facere. Plaut. in Trin. Inconciliastin' eum qui mandatus est tibi? illum qui mandauit cum, exturbasti ex ædibus.

Inconciliatè, aduerb. Perperam, incōsultè, ἀπερισκέπτως. Plaut. in Mostel. Ne inconciliatè quid nos porrò postulet.

Inconcinnus, a, um, Inelegās, inornatus, absurdus, incompositus, ἀκομψος, ἀνάρμοστος & ἄμουσος, ἄκομψος Gellius libr. 16. cap. 5. Ea fermè omnia incōcinna atq; absurda uisa sunt. Ci. 2. de Ora. Nam qui aut tempus quid postulet non uidet, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibus cum est, uel dignitatis, uel cōmodi rationē non habet, aut deniq; in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. Horatius 1. Epistola 19. Asperitas agrestis, & inconcinna, grauisque.

Inconcinniter, aduerb Inornatè incompositè, impolitè, ἀναρμόστως, ἀμούσως. Cell. lib 10. ca. 17. Vertitq; in eam rem quam tū agebat, non inconcinniter.

Inconcussus, Qui non concutitur, ἀδιάσειστος & ἀσάλευτος. Lactan. lib. de Ira Dei, Pronus est lapsus, & facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur. Statius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Syl. Florebant hilares, inconcussiq; penates.

Inconditus, a, um, pen. cor. Ex in, & conditus, quod à condo fit, idem est quod inordinatus, incõpositus, πλημμελὴς, ἀκρωτάκτος, ἀντόσκευος, ἀκόσμητος. Liu. lib. 4. Decad. 1. Cossus spolia opima Regis interfecti gerens: in eum milites carmina incondita æquantes eum Romulo, canere. Eius simplex protulit Plaut. in Amph. Magis iam faxo dices postquàm in cunis conditus est. Interdum inconditum ponitur pro inconscripto. Sallust. in Iugurtha, At illi, quibus uires aderant, ruere cũcti ad portas, incondita tenere. Quo loco inconditum accipitur pro inconscripto, ut indicat Seruius in illud Vergilii 2. Eclog. ubi hæc incondita solus Montib. & syluis studio iactabat inani. Corpora incondita, id est, insepulta, apud Lucan. lib. 6.

Inconditè, aduerbium, Incõpositè, inordinatè, ἀναρμόστως. Cic. 1. Offic. Dicam, ut potero, inconditè fortasse, sed tamẽ ut res possit intelligi.

Inconditus, penult. prod. à uerbo condio. Non condĩtus, Insipidus, ἀνάρτυτος.

Inconfessus, Non confessus Ouid. 2. Metam. Seruandum dederat, sed enim inconfessa quid esset.

Incongelãbilẽ, Quod non potest congelari, ἀκρυοπάγητον, ἄπηκτον. Gell. Cur fluuiorum & fontium aquæ durentur, mare omna incongelabile sit.

Incongruens, tis, om. t. Quod non congruit, nec cõcordat rei de qua agitur, ἀνάρμοστος. Plin. in Epist. Nam quibus sententia Cæpionis placuit sententiam Macri, ut rigidam, duramq; reprehendunt: quibus Macri, illam alteram dissolutã, atq; etiam incongruentem uocant. Gel. lib. 2. cap. 5. Est enim pleraq; & sibi, & nobis incongruens.

Inconniuens, pen. prod. om. t. Quod palpebras non motat: à uerbo conniueo, quod significat oculorum tegumẽta commoueo, ἀσκαρδάμυκτος Gel lib. 2. cap. 1. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius, atq; pernox à summo lucis ortu, ad Solem alterum orientem inconniuens.

Inconscius, a, um, Contrarium conscio, ἀσυνείδητος. Liu. 1. bel. Pun. Alcon inconsciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem noctu transisset.

Inconsequentia, æ, f. p. Vitium est orationis, quũ aut res, aut uerba prætermittuntur, quæ ad superiora subsequi parerat, ἀνακόλουθον. Quint. lib. 8. cap. 6. Quæ est inconsequẽtia rerum fœdissima.

Inconsiderantia, Inconsideratus, uide Inconsiderans,

Inconsolabilis, om. t. Qui consolationem non admittit, cuius dolori consolatio nulla mederi potest, ἀπαρηγόρητος, ἀπαράκλητος. Ouidius quinto Methamorphoseos, contemptaq; fontis, Iura sui mœrens, inconsolabile uulnus Mente gerit tacita.

Inconstans, tis, com. t. Qui non constat, leuis, mobilis, uolubilis, qui tum hoc, tum illud dicit, ἀβέβαιος, ἀσταθής. Cicer. pro Planco, lib. 10. Famil. Quum is frigidas sanè & inconstãtes recitasset literas Lepidi. Plin. lib. 19. cap. de Medicina, Mirumq;, & indignũ protinus subit, nullam artium inconstantiorem fuisse, & etiamnum mutari.

Inconstanter, Leuiter, nullaq; cõstantia, ἀβεβάιως, ἀσταθῶς. Cic. 4. Tusc. Si autem ambiguè, aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt.

Inconstantia, æ, f. p. Leuitas, constantiæ contraria, ἀστασία. Cic. Attico lib. 10. Nemo doctus mutationem consilii inconstantiam dixit esse.

Inconsuetus, a, um, Non assuetus, ἄσυνθης. Silius lib. 11. stupet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles.

Inconsultus, nomen, Imprudens, temerarius, quasi nullius consilii, qui nullo sano consilio ea quæ aggreditur, expenait, ἄβουλος, δύσβουλος. Cic. pro Deiot Homo incõsultus, & temerarius hæc non uidebat. Quint Declam. 19. O inconsultã & mulierem semper amẽtem, id est, imprudentem & inconsideratam. Quandoq; uerò inconsultus, participiũ est, & accipitur pro eo, à quo consilium non est petitum, ἀσυμβούλευτος. Varro lib. 1. de Re rust. Etenim insciо atq; inconsulto domino, serui sæpe ex agro discedunt. Sic dicimus. Inconsultus medicus ad ægrotum uenit, id est, à quo cõsilium nemo petiit. Interdum accipitur pro eo qui incertus est, cuiq; deest consilium. Verg. 3. Aeneid. Inconsulti abeunt, sedemq; odore Sibyllæ.

Inconsulto, hæreos nomen deletum. l. 1. ff. Si tab. test, ext. l. 1. de his quæ in test. del. l. si unus. parag. 1. C. de Testam. Alberic. exponit Inconsulto, id est, non studio.

Inconsultu meo dixerunt ueteres, pro eo quod est, me in cõsulto, ἐκ τοῦ ἐμὲ μὴ συμβεβουλεύοντος. Plaut. in Trin. quia rure dum fuit Ego unos sex dies, me absente, atq; insciente, incõsulto meo Aedes uænales hasce inscribit literis.

Inconsultè, temerè, abs re, nulloq; cõsilio, ἀτερ, ἀβούλως. Sallust. Inconsultè, ac ueluti per dementiam cuncta simul agebant. Inconsultè, ac temerè aliquid dicere, apud Ciceronẽ libro 1. de Nat. deorum. Pro eodem legitur & inconsultò in Rhetoricis ad Heren. lib. 1.

Inconsumptus, a, um, Non consumptus, non exhaustus, ἀδαπάνητος. Ouid. 7. Metam. Inq; manu thuris pars inconsumpta reperta est.

Inconsutilis, pen. cor. Non consutilis, ἄῤῥαφος, ut Vestis inconsutilis, quæ nullam habet futuram. Pro eodem dicitur & inconsutus.

Inconsiderans, tis, adiectiuum, Idem quod incõsultus, & inconsideratus, ἄσκεπτος. Cic. 2. de Diuin Nos autem ita leues, atq; inconsiderantes sumus, ut si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus.

Inconsideratus, a, um, Qui non considerat, ἀσκεπτος, ἀδιάτυπος. Lactan. lib. 1. Nemo est tam inconsideratus, qui non intelligat fuisse mortales. Cic. pro Quintio, O rem incredibilem, & cupiditatem inconsideratam. Inconsiderata fama popularis, Cic. 3. Tuscul.

Inconsideratè, aduerbium, Inconsultè, temere, ἀσκέπτως, ἀπερισκέπτως. ut apud Ciceronẽ in Offic. Temere, fortuitu, inconsideratè, negligenter facere aliquid. Gel. lib. 17. cap. 1. Vt scribere ausi sint, &c. Ci. parum integrè, atq; impropriè, atq; inconsideratè loquutum.

Inconsiderantia, æ, Inconsulta ratio, ἀλογισία. Cic. ad Qu. frat. Cuius in hoc uno inconsiderãtiam & ego sustinebo, ut potero: & tu ut possis, est tuorum neruorum.

Incontaminatus, Impollutus, purus, syncerus, ἀμίαντος, ἀμόλυντος. Varro 3. de Re rust. cap. 9. Aspectu ac facie contaminata. Liu. 4. ab Vrb. Ne quid syncerи, ne quid incontaminati sit. Vide de hoc uerbo Contamino.

Incontentus, adiectiuum à uerbo tendo, is, contento contrarium, hoc est quod non est tensum, sed laxum, ἀνίκητος. Cic. 4. de Finib. ut in fidibus plurimis, si nulla earũ ita contenta numeris sit, ut cõcentum seruare possit, omnes æquè incontentæ sint, &c.

Incontinens, tis, om. gen. t. Intemperans, qui se à libidine, gulâue non continet, ἀκρατής. Plaut. in Asin. At nunc dehincscito illum ante omnes minimi mortales pretii. Mardidum nihil, incontinentẽ, atq; osorẽ uxoris suæ. Interdum, incontinens accipitur pro eo, qui quod sibi cõmissum est, sideliter continet. Plin. lib. 8. cap. 43. de asinis loquens, Sed incõtinens uterus urinã genitalem reddit, ni cogatur in cursum uerberibus à coitu.

Incontinenter, aduerbium, Intemperanter, sine continentia, ἀκρατῶς ἀναγώγως. Cic. 3. Off. Si omnes, deos, homines q; celare possimus, nihil tamen uobis auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil continenter esse faciendum.

Incõtinentia, æ, Intemperantia, immoderatus uoluptatum usus, ἀκρασία. Cic. pro M. Cælio, Multa de incõtinentia, intẽperantiaq; differunt. Accipitur aliquando incontinentia, pro impotentia, siue imbecillitate aliquid sibi cõmissum retinendi. Vnde incontinentiam urinæ dicimus, pro imbecillitate musculi retentini urinã malè retinentis. Pli. libr. 8. ca. 28. Veficam in uino potam cõtra urinã incontinentiam.

Inconueniens, ẽntis gen Indecens, ἀνοίκειος. Quint. lib. 1. ca. 9. Est enim solœcismus in oratione, cõprehensionis unius sequentium, ac priorũ inter se cõtinens positio. Cassius ad Ciceronẽ, lib. 22. Hęc nouissima nostra facta subita, nec nõ inconuenientia: sed similia illis cogitationibus.

Inconuenientia, Etiam dicũtur, quæ ob diuersitatem inter se non conueniunt, ἀνόμοια. Seneca de uita beata, Desinant igitur inconuenientia inter se iungere, & uoluptati uirtutem implicare.

Inconuenientia, æ, Indecentia.

Incoquo, quis, penul. corr. incoxi, ctum, n. t. In re aliqua coque, siue lixo, ἐνεψῶ. Verg 4. Georg. Huius odorato radices incoque Baccho.

Incoctus, a, um, participiũ passiuũ est à uerbo incoquo, Idem ualens quod in aliquo coquo. ἐνεψημένος. Plin. lib. 18. cap. 11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Candorem autem ei pro creta lactis incocti miſtura cõfert. Cruor incoctus herbis, Horat. Epod. 3. Incoctum generoſum pectus honeſto. Perſ. Saty. 2. Vellera incocta Tyrios rubores, Verg. 3. Georg.

Incoctilia, à ueterib. dicta fuerũt uaſa ænea, quibus plumbũ in coctũ erat, ne quid ex ære ingrati ſaporis cibis accederet. Pli. lib. 34. cap. 17. Album plumbum incoquitur æris operibus. Galliarum inuento, ita ut uix diſcerni queat ab argẽto: eaq; incoctilia uocant.

Incordio, as, are, a. p. In cor immittere. Anriquũ eſt uerbũ, quo Plautus uſus eſt in Ciſtel. Si me abſente Alceſimarchus ueniet, nolito acriter Eũ inclamãre, & utut me erga eſt meritus, tamen incordies.

Incorpŏrālis, le, Quod non habet corpus, ἀσώματος. Quin. lib. 5. cap. 10. Ius, quod ſit incorporale, apprehendi manu nõ poſſe, Seneca Epiſt. 91. Deinde à corporibus ſe ad incorporalia tranſtulit.

Incorpŏrĕus, a, um, Corpore carẽs, ἀσώματος. Cic. 3. de Fin. Omnis iſta incorporearum rerum æſtimatio, ſplendore uir tutis & magnitudinis obſcuretur & obruatur, atq; intereat neceſſe eſt. Gell. lib. 5. cap. 15. Corpus ne ſit uox, an incorporeum? hoc enim uocabulũ quidam finxerũt, proinde quod Græcè dicitur ἀσώματον.

Incorrectus, a, um, Non correctus, ἀνεπανόρθωτος. ut, Opus incorrectum Ouid. 5. Triſt. Eleg. 14. Illud opus potuit, ſi non prius ipſe periſſem, Certius a ſumma nomen habere manu. Nunc incorrectum populi peruenit ad ora, In populis quàm ſi tamen ore meum eſt.

Incorruptus, a, um, Quod corruptũ non eſt, aut corrumpi non poteſt, ἄφθιτος, ἄφθαρτος. Plin. lib. 13. cap. 9. Nec minus ſpina celebratur, quoniã incorrupta etiam in aquis durat. Cic. de clar. Orat. Cæſar autem rationem adhibens, conſuetudinẽ uitioſam, & corruptam pura & incorrupta conſuetudine emendat. Animus incorruptus. Cic. 1. Tuſc. Per tranſlationem ſumitur pro integro, quiq; muneribus à fide, officio ue adduci non poteſt: ut, Incorruptus iudex, ἀδωροδόκητος κρίτης. Incorruptior cuſtos canis. Col. lib. 7. cap. 12. Hora. 1. Serm. Sat. 6. Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omneis Circum doctores aderat.

Incorruptè, aduerbium, Purè, ſyncerè, integrè. Cicero pro Marcello, Serui igitur iis etiam iudicibus, qui multis poſt ſeculis de te iudicabunt, & quidem haud ſcio an incorruptius, quàm nos.

Incoxo, as, n. p. In coxam ſedeo. Pacu. Adeò incoxanti mihi pes obſtupuerat. Pomp. in Panuceatis, ut citat Nonius, Neq; interim cacandi cauſa unquam incoraui, nate.

Incrĕātus, Non creatus, ἄκτιστος. Lactan. libr. 1. Vnus Deus, qui ſolus principatur, iſq; ampliſſimus, increatus.

Increbreſco, is, ere, n. t. Diuulgor, inualeſco, διαθρυλοῦμαι. Liuius 7. ab Vrbe, Gallici quoque belli fama increbreſcebat. Idem 4. bel. Punici, Quum increbreſceret rumor, bellum in Sicilia eſſe. Præteritum eius eſt increbrui, ut analogia uidetur exigere: non increbui, ut quidam hodie ſcribunt. Cic. 14. Phil. At ſi quis Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracũ mille, aut duo millia occidiſſet, num cũ hac conſuetudine, quæ increbruit, Imperatorẽ appellaret Senatus? Increbruit Auſter, hoc eſt, auctus eſt, & uehementior factus eſt. Cæſar 3. bel. Ciuilis, Ventus increbreſcit. Cic. ad Trebatium, Epiſt. lib. 7. Increbruit ſermo.

Incredibilis, le, om. t. Non credibilis, παράδοξος. Terẽ. in Phormio. Incredibile eſt quantum herum ante eo ſapientia. Cicero ad Sulpit. Epiſt. lib. 13. Incredibile eſt enim quas mihi gratias omnes agant. ibidem: Quia præter ſpem, atq; incredibile hoc mihi obtigit.

Incredibiliter, aduerb. Cic. de Senect. Venio nunc ad uoluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector.

Incredulus, a, um, Cui quid facilè perſuaderi nõ poteſt, ἄπιστος. Hor. in Art. Quodcũq; oſtẽdis mihi ſic, incredulus odi.

Incrementũ, ti, n. ſ. Augmentũ, à uerbo increſco, αὔξησις, Quint. lib. 8. cap. 4. Quatuor tamen maximè generib. uideo conſtare amplificationem, incremento, cõparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum eſt potiſſimùm, quũ magna etiam uidentur, quæ inferiora ſunt. Cic. 2. de Fin. Negat enim ſummo bono afferre incrementum diem. Incremento ingenti res auctæ, Liuius 1. ab Vrbe. Quintil. lib. 3. capite 2. Huic ſtudium & incrementum dederit utilitas. Incrementa, ſemina unde aliquid creſcit. Ouid. 3. Metam. motæq; iubet ſupponere terræ. Vipereos dentes, populi incrementa futuri.

Increpo, as, pen. cor. pui, pitum, n. p. Significat ſonum, & crepitum emitto, ἐμβομβέω, ἐπιτυπέω. Verg. 9. Aeneid. At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit. Dicimus ergo, Tuba increpuit ſonum: Tuba, ſiue ſonus increpuit: &, Ego increpui tuba. Plautus in Amphyr. Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula Tuum diminuã caput. Liui. 1. ab Vrb. Vt primo ſtatim concurſu increpuere arma, micantesq; fulſere gladii, horror, &c. Per tranſlationem ponitur pro reprehendo, idq; cum crepitu, & uerborũ, pedũmue ſtrepitu: hoc eſt, contra aliquem crepando, & ſtrependo inſurgo, λοιδορῶμαι, ἐπιτιμάω, ἐπιπλήττω. Plaut. in Amphit. Superbi nimis ferociter legatos noſtros increpant. Præteritum eius eſt increpui. Plinius in Epiſtol. Summo die Saluius Liberalis reliquos legatos grauiter increpuit. Interdum etiam increpaui. Cic. ad Qu. fratrem, Cato Pompeii in me perfidiam increpuit. Item pro intonare. Turpilius, Age tu, hymenæum increpa. Increpare, pro accuſare. Cicero Hortenſio, Tum Pſeudomenus, Et ſoritam, & totam Dialecticam aut illudis, aut increpas. Ouidius libro Epiſtolar. 1. Me pater Icarius uiduo diſcedere lecto Cogit, & immenſas increpat uſque moras. Idem tertio Metamorph. Increpat à cunctis, totumq; im murmurat agmen.

Increpito, as, pen. cor. frequentatiuũ, Idem ſignificãs quod arguere, cõuitiari, ἐπιπλήττω, Verg. 10. Aen. Hoſtis amare, quid increpitas, mortemq; minaris? Cæſar 2. bel. Gall. Increpitare, atq; increpare reliquos Belgas. Increpitare aliquando eſt in excuſationem afferre, & culpam in aliquem reiicere. Verg. 4. Georgic. Aeſtatem increpitãs ſeram, id eſt, cauſatus eſtatem fuiſſe tardiorem.

Increſco, is, n. t. Augeor, inualeſco, ἐπιδίδομαι, ἀνξάνομαι. Liuius 1. ab Vrb. Carcer ad terrorem increſcentis audaciæ, media urbe, imminens foro ædificatur. Quint. lib. 8. cap. 4. Hoc genus increſcit, ac fit manifeſtius, ſi ampliora uerba cum ipſis nominibus, pro quibus ea poſituri ſumus, cõferantur: ut Cic. in Ver. Non enim furem, ſed raptorẽ: non adulterũ, ſed expugnatorem pudicitiæ: non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum, religionumq;: non ſicarium, ſed crudeliſſimũ carnificem ciuium, ſociorumq; in ueſtrum iudiciũ adduximus. Illo enim modo, ut ſi mul ũ n, hoc etiam plus ut ſit, efficitur. Suet. de clar. Grãmat. Poſt hoc magis, ac magis gratia & cura artis increuit, ut ne clariſſimi quidem uiri abſtinuerint. Lucan. lib. 2. Intõnſus rigidam in frontem deſcendere canos Paſſus erat, mœſtamq; genis increſcere barbam. Ouid. 9. Metam. Vt dolor increuit.

Increſcentia, æ, f. p. (ut nõnulli interpretantur) Idem eſt quod incrementũ, adducẽtes illud ex Pli. lib. 8. cã. 32. Increſcentia Solis uapore durãt. Qua tamẽ in re nimis pueriliter labuntur, quũ increſcẽtia ibi ſit nomẽ adiect. neut. gen. caſus accuſatiui, cui reſpõdet ſubſtantiuũ. Cornua: ut hic ſit ſenſus, Cornua durant increſcẽtia cornua uapore Solis.

Incruentus, a, um, Sine cruore, ἀνοίμακτος, ἀναίματος. ut, Incruenta victoria, in qua nullus cruor effuſus eſt, nullíq;, aut pauci ſunt occiſi. Liu. 7. bel. Pun. & 7. ab Vrbe, Nec Romanis incruenta uictoria fuit, quarta parte militũ amiſſa. Idẽ 8. ab Vrbe, Haud quaquam tamen incruento milite ſuo.

Incruentatus, a, um, Nõ maculatus cruore, ἀναίματος. Tacit. li. 20. Diſceſſerant obſeſſores, miſtus ex Cattis, Vſipiis, Mattiacis exercitus, ſatietate prædæ, nec incruentati.

Incruſto, as, are, Cruſtam inducere, ſiue cruſtam applicare, κονιάω. Vairo 3. de Re ruſt. cap. 14. Has quoq; ſaginare ſolent ita, ut ollam cum foraminibus incruſtent ſapa & farre, Horatius 1. Serm. Sat. 3. At nos uirtutes ipſas inuertimus, atq; Synceram cupimus uas incruſtare. Id eſt, uirtutẽ quaſi uitium interpretamur.

Incruſtatio, onis, f. t. Cruſtæ ad parietem, aut pauimentũ, aut uas aliquod explicatio, κατάστασις.

Incubo, as, pen. cor. bui, bitum, a. p. Propriè idem eſt quod incumbere, inniti, quaſi in re quapiam cubare, ἐγκάθημαι, ἐπικάθημαι. Habet autem plerunq; datiuum. Quint. libro 10. Qui autem ſciuerit, quo quæq; ſint modo dicenda, niſi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes caſus habuerit eloquentiam, uelut theſauris clauſis incubat. Papinius, & feſtinantia ſiſtens Fata ſalutifero miris Deus incubat angui. Vergi. 1. Aeneidos, ponto nox incubat atra. Incubare ouis dicuntur aues, quum excludendi fœtus gratia oua fouent, κατάλημψις. Lactãt lib. de Opif. Nidos aut luto ædificãt, aut uirgultis & frondibus inſtruunt, & ciborum expertes incubãt ouis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ouis. Dicimus quoq; incubare oua, in eadem significatione. Var. 3. de Re ru. Negãt plus uigintiquinq; oua incubare. Quo in loco incubare uerbũ est actiuũ: cuius etiã passiuo aliquoties usus est Plin. ut lib. 10. ca. 54. Oua incubare intra decem dies ædita utilissimũ: uetera, aut recẽtiora, infœcunda. Idem lib. 29. cap. 3. Fiũt & tota lutea, quæ uocãt schista, quũ triduo incubata tolluntur. Pro eodẽ legitur & incubare absolutè: ita tamen ut subaudiamus datiuũ ouis, uel accusatiuũ oua. Col. lib. 8. cap. 5. Gallinæ incubare cupiũt ab Idib. Ianuariis. Et paulò pòst, inhibetur cupiditas incubãdi pinnula per nares traiecta. Incubare Ioui, est in Capitolio dormire, ad accipienda à Ioue responsa. Plaut. in Curcul. Nanq; te incubare satius fuerat Ioui, qui tibi auxilio in iureiurando fuit. Seru. in illud Vergil. 7. Aen. Pellibus incubuit stratis, sonoq; petiuit. Incubare, inquit, propriè dicuntur ii, qui dormiunt ad accipienda responsa. Accipitur aliquando incubare pro inhabitare. Ouid. 7. Metam. Tabernuã quandam, uitatis maris fluctibus incubat. Ad eundẽ etiam modum Macrobius Dionysium appellat Siculæ aulæ incubatorem. Incubare pecuniæ, pro inhiare, & uehementer cupere. Cicero pro Cluentio, Hic ille planè improbissimus, quæstu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ, quam cõdiderat, spe iam atq; animo incubaret, contrahit frontem. Liuius 8. ab Vrbe, Liberes fœnore plebem Romanam, & istos incubantes publicis thesauris ex præda clandestina euoluas. Interdum significat curam habere: translatione sumpta ab auibus, quæ incubatu fouent oua, & excludunt fœtus. Apuleius libro tertio, Aureos tolles incubabat.

Incubito, as, are, frequentatiuũ. Col. lib. 8. ca. 14. Cellas, in quibus incubitant, siccissimas esse oportet.

Incubitus, tus, m. q uerbale, quod modò actum illum significat oua fouendi, ἐπωασμός. Plin. lib 10. cap. 54. Quædã autem citra incubitũ sponte naturæ gignunt. Modò gustũ, modũq; cubantis: ut, Incubitus dextri lateris, quũ quis cubat in dextrum latus. Pli. lib. 28. cap. 4. Aristoteles & Fabian. plurimũ somniari circa uernum & autumnũ tradunt, magisq; supino cubitu, & prono nihil. Theophrastus celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius à supinis.

Incubatus, us, pen. prod. Pli. lib. 10. cap. 54. Si incubatu tonuerit, oua periunt. hoc est, quum gallina incubat ouis.

Incubatio, onis, Idem quod incubitus. Plin. lib. 10. cap. 56. Rara incubatio ouis noxia.

Incubitio, onis, Idem quod incubatio. Plin. lib. 10. cap. 54. Incubitioni datur uitium post nouam lunam.

Incũbus, m. s. Morbus est noctu quiescentes infestãs, quum scilicet externa quædam uis quiescentes uidetur inuadere, & ueluti suo põdere pressos grauare, ἐφιάλτης. Nascitur hoc morbi genus copia uaporũ ex uoracitate, & crudelitate in caput redundantiũ. Antiquitas credidit esse Faunos & Syluanos, uel dæmones hominum insultores,

Incubus, ægritudo quæ sit, docet Medicorũ princeps Auicenna, tertio primæ, & Rodiginus lib. 14. Item Demones ab incubando, qui mulieribus cõmiscentur, à superuentu Incubi dicuntur: qui uiris, & patiũtur muliebria, Sucubi. Quanquam Aegyptii dæmonicũ spiritũ misceri uiro posse negãt. Annalibus proditũ est, Hunnicã gentem, suam referre originem à Dæmonibus. Quod certè turpius uidetur, quàm referre nobilitatis suæ initia, in piratas, aut latrones, aut sicarios insignes: quod Viue teste multi faciunt.

Inculco, as, are, a. p Infercio, & quasi calcando immitto, ἐπικάλλω. Plin lib. 29. ca. 2. At canis rabiosi morsibus, inculcata, post diem septimũ soluitur. Per translationẽ significat eadem sæpius iterando ingerere, ταυτολογέω. Cic. 1. Off. Ne, ut quidam, Græca uerba inculcantes, iure optimo rideamur. Idem de Fato, Quid ergo attinet inculcare fatum, quum sine fato ratio omniũ rerum ad naturã, fortunam'ue referatur?

Inculpãtus, a, um, Qui culpa caret, ἀνέγκλητος, ἀνεξέλεγκτος, Gel. lib. 2. ca. 6. Sed enim qui omni in re, atq; omni tempore laude omni uacat, is illaudatus est: isq; omnium pessimus, deterrimusq; est. Sicuti omnis culpæ priuatio inculpatũ facit. Inculpatus autem instar est absolutæ uirtutis. Ouid. 9. Metam. sed uita fidesq; Inculpata fuit.

Incultus, a, um, à Cultus participio compositum, Idem est quod non cultus: propriéq; dicitur de agris, quorum cultura deseritur, ἀγεώργητος. Liuius 2. ab Vrbe, Caritas primùm annonæ ex incultis per secessionem plebis agris. Cic. de Natura deorum, Terræ regio inhabitabilis & incultra. Per translationem accipitur pro inornato, neglecto, horrido, ineleganti, & illaborato. Cicero de Claris Orat. Vir ut uita, sic oratione durus, incultus, horridus. Et paulò pòst. Cotta, alia quidem inculta uia, & horrida ad eandem laudem peruenerat.

Incultè, aduerb. Asperè, horridè, inornatè, τραχέως. Cic. de clar. Orat. Et dicere non incultè solebat, & erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, ut illis temporib. satis eruditus. Idem pro Quintio, Vixit enim semper incultè, atq; horridè: natura tristi atque recondita fuit.

Iucumba, æ, f. p. Est pars pilæ in fornicibus, cui onus ædificii incumbit. Vide Annot. Budæi in Pand.

Incumbo, is, ere, n. t Innitor, infæreo, ſuper aliquid iaceo; ἐπίεμαι, ἐπιρρίδω. Verg. 7. Eclog. Incumbens tereti, Damõ sic cœpit oliuæ. Pli. lib. 2. cap. 64. Namq; in illo caua in se cõuexitas uergit, & cardini suo, hoc est, terræ undiq; incumbit. Vergil. 5. Aen. Incubuitq; toro, dixitq; nouissima uerba. Aliquãdo accipitur pro eo quod est obnixè rei alicui operam dare, σπουδάζειν: in qua significatione sæpe datiuo iungitur: ut, Incumbere literarum studiis, Virtuti incumbere. Frequentier etiam accusatiuo, mediante Ad uel In, ut à Ciceron. ferè semper usurpatur. Pergite, inquit, adulescentes, & in hæc studia, in quibus estis, incumbite. Idem Attico libro 2. Quare incumbamus ad illa præclara studia, hoc est, totis uiribus, omniq; conatu enitamur. Idem Cornificio, Te tamen hortor, ut omni cura in rempublicam incumbas. hoc est, sustẽtandam, tuendam. Cic. pro Pomp. Quare uidete, num dubitandum uobis sit omni studio ad id bellum incumbere. Ali quando post accusatiuum adhibetur adiectiuũ, ut effectus rei, quæ designatur, demõstretur: ut idem pro P. Sylla, Nemi nem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio, uirtute, autoritate incubuerit ad Rempublicam conseruandam: Si uerò non ponitur adiectiuũ, tunc subintelligitur: ut, Incumbere ad bellum, scilicet suscipiendum, uel gerendũ. &, Ad eius perniciem incumbenti: subaudi, exequendam. Est præterea quando incumbere significat subire, siue superuenire, ingruere, ἐπιβάλλω, ἐπανίσταμαι, καταφέρομαι. Lactant. libro 2. Si morborum pestifera uis incubuit. Verg. 1. Aen. Incubuere mari. Quintil. libro 5. capit. 9. Quum magna uis uenti in mare incubuit.

Incunabula, orum, uide suprà in dictione Cunæ.

Incuria, æ, f. p. Negligentia, ἀμέλεια. Cic. Att. Quo magis uitã perandã est rei tam necessariæ tanta incuria. Incuria, fame, uel morbo consumi, apud eundem de prouinciis Consul.

Incuriosus, a, um, Negligens curæ, uel curiositatis expers, ἀμελής, ἀπερίεργος. Apuleius, Incuriosum agnum dixit pro pingui: quòd qui omni prorsus cura sint liberi, pulcherrimè pinguescant.

Incurro, ris, n. t. Contra aliquẽ curro, uel incido in rem aliquam, ἐμβάλλω, ἐπιτρέχω. Liui. 1. ab Vrbe, Eo prælio præcipuà equitum gloria fuit, utriq; à cornibus positos, quũ iam pelleretur media peditum suorũ acies, ita incurrisse à lateribus ferunt, ut, &c. Aliquando est irruere, aut impetu ferri in aliquẽ. Sallust. Postquàm Catilina fusas copias, seq; cum paucis relictũ uidet: memor generis, atq; pristinæ dignitatis, per confertissimos hostes incurrit, ibiq; pugnando confoditur. Incurrere maleuolentiam, uel indignationẽ alicuius, Idem est quod subire, uel incidere eius odium, uel indignationẽ. Lactan. Aut oblitus esse uidear, aut loquacitatis crimen incurram. Aliquando significat incursiones facere, agrumq; hostilem populari. D. Brutus Ciceroni, Aut Apennino, Alpibusq; se teneat, & decursionib. per equites, quos habet multos, uastet ea loca quæ incurret.

Incursus, sus, & Incursio, id est, impetus, & accessus hostilis, ἐπιβολή, ἐπιδρομή. Colu. Hosticis incursionib. uastatas fruges. Cæs. 5. bel. Gall. Quòd à Piraustis finitimã partem prouinciæ incursionibus uastari audiebat. Cic. pro Cecinna, Impetum armati Antiochi, cæterorumq; tela, & incursus refugit.

Incurso, as, are, n. p. frequentatiuum, Est currendo petere, & offendere, ἐπιτρέχω. Plau. Amphit Asini me mordicib. scindant, boues incursent cornibus. Idem Asin. Vbi uiuos homines incursant boues. Ouid. 6. Meta. atq; sub æthere fixis, Incursant stellis. Tacitus lib. 19. Nutantem aciem uictor equitatus incursat.

Incursans, antis, om. t. particip. Pli. lib. 11. cap. 37. Natura oculos composuit lubricos propter incursantia & mobiles.

Incuruus, Valde curuus, κυρτὸς, κυφός. Terent. in Eunucho, Cõtinuò occurrit ad me, quàm longè quidẽ, incuruus, tremulus labiis demissis. Plin. lib. 11. ca. 52. Aristoteles longe esse

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uitæ ponit incuruos humeris. Incurua carina. Ouid. 15. Met. Cic. 1. de Diui. Incuruũ & leuiter à summo inflexũ bacillũ.

Incuruo, as, a p. Incuruum facio, κυρτόω. Plinius libro 16. cap. 42. Robur, olea, incuruantur, cedunt que ponderi. Cicero 2. de Finibus, Incuruatum bacillum. Vergilius quinto Aeneid. Tum ualidis flexos incuruant uiribus arcus. Membra incurua ta, Ouid. 6. Metam.

Incurueſco, ſcis, n. t. Incuruus fio, κυρτοῦμαι. Cicero libro primo Tuſcul. Arbores frondeſcere, ramos baccarum ubertate incurueſcere.

Incus, cudis, pen. prod. f. gen. t. Inſtrumentum ferreum eſt, ſuper quod fabri ferrum cudunt, ἄκμων. Plin. lib 33. cap. 4. Fit & cura electrũ argento addito: quod ſi quintam portionem exceſſit, incudibus nõ reſiſtit. Cic. de Nat. deor. Ex quo efficiũtur hæ rerũ formæ atq; figuræ, quas uos effici poſſe ſine follibus & incudib. nõ putatis. Reddere uerſus incudibus, per translationẽ ſumitur pro emendare, & expolire. Hor. in Arte, Et malè tornatos incudi reddere uerſus.

Incuſo, as, 2. p. Mores, factúmue alicuius reprehẽdo, idq; cum querela, quòd officii limites ſit prætergreſſus, αἰτιῶμαι. Cæſ. 1. Cõm. Omnium ordinũ adhibitis ad id conſilium Centurionibus, uehementer eos incuſauit.

Incuſatio, onis, f. t. uerbale, Reprehenſio, querela, αἰτίασις. Cic. tertio de Oratore, Quum partim habent uitiorum & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incuſationem, aut querelam.

Incuſus, a, um, pen. prod. adiect. eſt à uerbo incudo formatum: ut, Incuſus lapis, apud Verg. 1. Georg. lapidemq; reuertens Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat. Quẽ locum exponens Seruius, Incuſum (inquit) lapidẽ, id eſt, manualem molam, cudendo aſperatam.

Incuſtoditus, a, um, Nõ cuſtoditus, ἀπροφύλακτος. Ouid. libro ſecundo Metamorph. Incuſtoditæ pyleos memorantur in agros Proceſſiſſe boues. Idem 1. Triſt Eleg. 5. Vtque rapax ſtimulante fame, cupidusq; cruoris, Incuſtoditum captat ouile lupus. Mart. libr. 1. Incuſtoditis & apertis Lesbia ſemper Liminibus peccas.

Incutio, tis, pen. cor. cuſſi, cuſſum, a. t. ex In & quatio, q in c, & a in u mutatis, Ictũ infero, impingo, infligo, ἐμφορῶ, ἐντείνω. ut, Incutere Scipionem eburneũ in caput alterius, apud Liu. 6. ab Vrb. Incutere colaphũ. Iuuen. Sary. 9. Nos colaphũ incutimus, lambenti cruſtula ſeruo. Per translationem ſumitur pro immittere, ἐμβάλλω. Verg. 1. Aeneid. Incute uim uentis. Cic. de Vniuerſ. Rurſus q; ueterſi errorem incutiant rationibus expertibus. Incutere metum, terrorem hoſtibus, apud Liuium.

Indãgo, gas, a. p. pen. pro. Propriè uenatorũ uerbũ eſt, idem ſignificans quod feras inueſtigare, θηρίνομαι, τῇ ἀρκυοσασίᾳ, περιβάλλω, περισχίζω. Cic. 2. de Finib. Canis natus ad indagandum. Per translationẽ accipitur pro quouis modo inquirere, uel perſcrutari, ἀνιχνεύω. Cic. de Opt. gene. dicendi, Aut reprehendat, quòd inuſitatas uias indagemus, tritas relinquamus. Idem de Finib. Conſideratio, cognitio ue rerum cæleſtium, & earum, quas à natura occultas & latentes indagare ratio poteſt.

Indagatio, f. t Inquiſitio, perſcrutatio, ἀνιχνεύσμός. Cic. 1. Offic. Ineſt indagatio & inuentio ueri, eiusque uirtutis munus eſt proprium.

Indagator, ris, Venator, inquiſitor, θηρευτὴς. Col. li. 9. ca. 8. Sed indagatorem conueniet matutina tempora inueſtigandi eligere. Indagator aquarum. Idem lib. 2. cap. 2.

Indagatrix, cis. Cic. 5. Tuſc. O uitæ philoſophia dux, uirtutis indagatrix, expultrix uitiorum.

Indaganter, aduerb. Col. lib. 7. cap. 1. Boni uenatoris eſt indagãter quamplurimas feras capere.

Indago, inis, f. t. Series plagarum, quibus ſaltus, ſtabulaq; ferarum cingnũtur à uenatoribus, σοῖχοι, ἀρκυοσάγιν. Vergil. 4. Aeneid. ſaltusq; indagine cingunt. Lucanus lib. 6. ſaltus, nemoroſaq; teſqua, Et ſyluas, ualſaque feras indagine claudit. Hîc (inquit Budæ.) Lucanus per methaphoram indaginem uocauit foſſam, & turrium munitarum ſeriem. Cæſar 8. bel. Gal. Syluis undiq; impeditiſſimis, aut altiſſimo flumine, uel indagine munitum. Per translationem accipitur pro captionibus, quas quis non facilè queat effugere. Tacit. libr. 13. de Sene. Romæ teſtamenta, & orbos uelut eius indagine capi, id eſt, captatorẽ eſſe orborũ, ita ut nullus captiones eius euadat. Item generaliter ſumitur pro quauis indagatione, ſeu inquiſitione. Plinius libro 7. cap. 49. In qua ſententia fuiſſe Ariſtot. uideo, & ea multis perſuaſiſſe doctrinæ imaginibus.

Inde, aduerb. eſt, importans motum de loco, idem ſignificãs quod ex eo loco, ἐκεῖθεν Liu. lib. 1. ab Vrb. Primo in Macedoniam ueniſſe, inde in Siciliam quærentem ſedes, delatũ. Aliquando nõ dicitur de loco, ſed de rebus. Liu. in præfatione, Omnis re exẽpli documenta in illuſtri poſita monumento intueri: inde tibi, tuæq; Reipub. quod immittere capias. Aliquando ponitur pro deinde, ἐντεῦθεν. Liu. 1. ab Vrbe, Crimini maximè dabant, in Numitoris agros ab his impetũ fieri: inde eos collecta iuuenum manu, hoſtilem in modum prædas agere. Hinc fiunt compoſita, Deinde, exinde, perinde, & proinde: quæ habent accentum in antepenultima.

Indẽbitus, a, um, Non debitus: ut, Fletus indebitus. Seneca Her. Oetæo, indebitos nato quidem Compeſce fletus mater. Alcydæ inclyti. Ouid. Epiſt. 15. Præmia magna quidem, ſed non indebita poſco.

Indẽcens, tis, om gen. Nõ decens, turpis, præter decorũ deformis, ἀπρεπὴς, αἰσχρός, ἀπρεπής. Mar lib. 5. Oculoq; ludos ſpectat indecens uno. Seneca, de Benef. lib. 1. cap. 9. Indecentiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium.

Indecenter, aduerb. ἀπρεπῶς, ἀπρεπῶς. Plaut Mer. Nec tolerant, ut æquum eſt, patres: ſed clamant, indecenter obſtrepunt. Mart. lib. 12. Quàm ſit luſca Philænis indecenter, &c.

Indecet, pen. cor. Verbũ eſt in tertiis duntaxat perſonis uſitatũ, idem ſignificãs quod dedecet, ſiue indecorũ eſt, & inuõ uenens, ἀπρεπές ἐστι. Plin. Iunior in Epiſt. Iuuenes adhuc cõfuſa quædam, & quaſi turbata non indecent: ſenibus placida omnia, & ordinata conueniunt.

Indeclinabilis, le, om. t. Quod declinari, uel uitiari nõ poteſt, ἀδιάφθορος. Gellius libro 6. Fatum eſt ſempiterna quædam, & indeclinabilis ſeries rerum. Indeclinatus. Ouid. 4. de Pont. Hæc tibi. quæ perſtas indeclinatus amico, Non eſt quòd lingua dicta tremente putes.

Indecor, indecoris, om. tert. m penult. cor. Idem eſt quod indecorus, ἀχρεῖος, ἀκκής. Seruius putat cõpoſitum eſſe à nomine Decor, & penult. obliquorũ naturaliter produci, quãuis à Vergilio aliquot in locis corripiatur, ut lib. 7. Non erimus regno indecores. Idem lib. 12. Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris. Nec genus indecores. Vbi Seruius ait, Aut ſyſtole eſt, aut certè dicimus nominatiuũ non inueniri, ut in multis nominibus fit. Nonius oſtendit apud antiquos fuiſſe in uſu nominatiuũ Indecoris, & hoc indecore, citans illud Accii ex Ahamante, Cuius ſit uita indecoris, mortem fugere turpem haud conuenit. Hodie tamen nominatiuus non eſt in uſu. ſiue ille fuerit indecor, ſiue indecoris. Vtrũq; eſt, penult. obliquorũ ſemper corripitur. Quare magis uideri debet cõpoſitum à Decus, quàm à Decor: ſicut à Corpus fiunt cõpoſita Bicorpor, & tricorpor: aut certè bicorporis, & tricorporis. Qui quidem nominatiui etiam ſi non ſint in uſu, frequenter tamen utimur eorum obliquis.

Indecõrus, a, um, pen. prod. Turpe, contrariũ decoro, ἀπρεπής. ut, Indecora laſciuia ludere, Plin. lib. 18. cap. 34. Cic. 1. Off. Et iuſta omnia decora ſunt: iniuſta contrà, ut turpia, ſic indecora. Indecorus quæſtus. Liu. li. 1. bel. Pun. Indecorus uiſus, Plin. lib. 13. cap. 12.

Indecorè, aduerbiũ, Indecenter, turpiter, ἀπρεπῶς. Cic. 1. Offic. Cauetq; ne quid indecorè, effœteq; aut faciat, aut cogitet. Ibidem, Et ea ſi non decorè, aut quàm minimè indecorè facere poſſimus.

Indefẽnſus, Nã defenſus, defenſore, patrono ue deſtitutus. ἀνυπεράσπιστος, ἀναγώνιστος, Liu, li. 4. Suos increpant clara uoce, Hîc præbituri (inquit) uos telis hoſtium indefenſi, inulti, id eſt, ſine defenſione, ſine uindicta. Plin. lib. 18. cap. 7. Indefenſa quippe membranis continentur.

Indẽfeſſus, a, um, Non defatigabilis, ἀκάματος. Ouid. 9. Metamor. defeſſo iubendo eſt Sæua Iouis coniunx: ego ſum indefeſſus agendo.

Indẽfinitum. Dicimus quòd nullis rationib. circunſcriptũ eſt, ἀπερίμφατον. Vnde Grãmatici indefinitè ſignũ eſſe poſitum affirmant, quando nec relatiuè, nec interrogatiuè poſitum eſt. Significat etiam obſcurum & perplexum. Gel. libr. 16. cap. 4. Indefinitus, inexplicabilisq; ſermo fiet.

Indẽflẽtus, a, um, Non defletus, cuius mortem nemo cũ lachrymis eſt proſecutus, ἄκλαυστος. Ouid. lib. 7. Metam. Qui lachrymẽt deſunt, indefletæq; uagantur Natorũ, matrumq; animæ, iuuenumq;, ſenumq;.

Indefle-

Indeflexus, a, um, Non inclinatus. Plin. in Panegy. Iam firmitas, iam proceritas corporis iam honor capitis, & dignitas oris: ad hoc ætatis indeflexa maturitas.

Indelebilis, le, Quod deleri non potest, ἀνεξάλειπτος. Ouid. li. 15. Metam. nomenq; erit indelebile nostrum.

Indelibatus, a, um, Idem quod illibatus, intactus. Ouid. 1. Trist. Eleg. 4. Dum iuuat, & uultu ridet fortuna sereno. Indelibatas cuncta sequuntur opes.

Indemnatus, a, um, Non condemnatus, ἄκριτος, ἀκαταγνωστος. Plaut. in Curcul. proh Deûm atq; hominũ fidem? Hoccine pacto indemnatũ, atq; intestatum me arripi? Cic. pro lege Agrar. L. Sylla, quum bona indemnatorum ciuium sunesta illa auctione uenderet.

Indemnis, ne, om. t. Nullo affectus damno, nullum consecutus detrimentum, ἀθῶος, ἀζήμιος.

Indemnitas, tis, f. t. Fuga uel uitatio damni. Papinianus in l. Fideiussor. ff. De neg. gest. Fideiussor imperitia lapsus, alterius quoque contractus, qui personam eius non contingebat, pignora, uel hypothecas suscepit, & utranque pecuniam creditori soluit: existimant indemnitati suæ cõfusis prædiis consuli posse.

Indensatilia, Quæcunq; uel impressatilia sunt, uel pressatione obtinent inconstantem, 4. Meteor. cap. 9.

Indeploratus, a, um, Idem quod indefletus, ἄκλαυστος. Ouidius 3. Trist. Eleg. 3. Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulchri Indeploratum barbara terra teget.

Indeprecabilis, Quod nullis precibus potest auerti, ἀπαραίτητος. Gell. Et pœna indeprecabilis subeunda esset.

Indesertus, a, um, Quod nunquã deseritur. Ouid. 2. Amor. Eleg. 9. Si tamen exaudis pulchra cum matre Cupido. Indeserta meo pectore regna gere.

Indefes, com t. Inpiger, qui defes non est, ἄοκνος. Gel. lib. 7 cap. 21. Id profectò existimandum est, non omnino inculpatum, neq; indefidem uisum esse, cuius corpus in tam modicum modum luxuriasset, exuberassetq;.

Indefinẽnẽr, aduerb. Sine intermissione, semper, & continuè, ἀπαύστως. Varro 2. de Re rust. cap. 9. Etsi altera indefinen ter æger est, ne sine cane grex sit.

Indẽtonsus, a, um, Nõ tonsus, ἄκαρτος, ἀκούρητος. Ouid. 4. Metamor. Additur his Nyseus, indetonsusq; Thyoneus.

Index, indicis, uide Indico.

Indicatio, Indicatura, Indicium, uide Indico.

Indico, as, pe cor. are, a. p. Manifesto, palàm facio, ἐκφέρω, δείκνυμι. Plaut. in Asin. ego ne hæc patiar, aut taceam? Emori me malim, quàm hæc eius uxori non indicem. Aliquando demonstro, indicio sum, ἐπισημαίνω. Lactant. lib. 7. Ipsa ergo uirtutis perpetuitas indicat humanum animum, siue uirtutem ceperit, permanere: quia & uirtus perpetua est, & solus humanus animus uirtutẽ capit. Aliquando defero, accuso, ἐνδείκνυμι Vnde Vlp. in l. Indicasse. ff. De uerb signific. Indicasse, inquit, reum, est detulisse, arguisse, accusasse, conuicisse. Sed hæ significationes in idẽ recidunt. Aliquando negationis uerbũ est, & rebus uenalib. accõmodatum, quod in mercib. distrahendis usurpatur. quando ille, cuius est merx, pretiũ statuit rei, quam uenundat. Est enim indicare, uendentoris: sicut liceri, emptoris, τιμᾶσθαι. Plau. Persa, Indica, fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est. Idem in Milit. Venio ad Macellũ, rogito pisces, indicant caros. Apul. lib. 1. Et percontato pretio, quod centum nũmis indicaret, aspernatus, centum uiginti denariis præstinauit. Cic. 3. Offic. Scæuola Publii filius quum postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor esset, semel indicaretur.

Indicatus, ta, tum, particip. τετίμητος. Plin. lib. 28. cap. 13. Eadẽ ex causa emi lienem uituli, quanti indicatus sit.

Index, cis, gen. com. t. Pro eo uel ea, qui uel quæ aliquid indicat, & defert, μηνυτὴς, μηνυτρίω. Ascon. scribit esse qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita. Sallu. in Cat. Plericq; Crasso ex negotiis priuatis obnoxii, conclamabant indicem falsum esse. Martialis lib. 1. Indice non opus est nostris aut uindice libris. Cic. 7. Ver. Cuius rei neque index, neq; uestigium aliquod, neq; suspicio cuiquam esset ulla. Plinius libro 8. cap. 16. Leonum animi index, cauda, sicut & equorum, aures. Cicero in Orat. I. nago animi uultus est, indices oculi. Est præterea index libris, quem alio nomine uocamus Elenchum: Barbari uocant Repertorium. Cic. 2. de Orator, In philosophos uestros si quando incido, deceptus indicib. librorũ, qui sunt ferè inscripti de rebus notis, uerbũ prorsus nullũ intelligo. Idem lib. 4. ad Attic. lisq; imperes, ut sumant membranulã, ex qua indices fiant, quos uos Græci, ut opinor, συμβόλους appellatis. Gell. li. 20. cap. 11. Neq; item desunt, qui indices suis libris fecerunt. Index, mascul. tertiæ, item dicitur digitus pollici proximus, propterea quòd in iudicanda re quapiam, eo uti soleamus, λιχανός. Lapis quoq;, quo auri bonitatem exploramus, à Latinis index appellatur. Ouidius 2. Metamorphoseos, periuraque pectora uertit, Indurum silicem, qui nunc quoque dicitur index.

Indiciũ, cii, n. s. Propriè est delatio detectio'ue criminis, facta à quopiam, qui eius conscius fuerit, μήνυσις, μήνυτρον. Sallust. in Cat. Itaq; cõsulente Cicer. frequẽs Senatus decreuit indicium falsum uideri. Accipitur item indiciũ pro signo, argumento, uestigio, siue nota alicuius rei, γνώρισμα. Idẽ post reditum, Specimen hoc uirtutis, hoc indicium animi sui fore nõ putauit. Idem pro Cluen. Omnia, quæ solent esse indicia & uestigia ueneni, in illius mortuæ corpore reperta sunt.

Indiculum. dimin. ab Indicium, pro paruo & tenui indicio, apud Classicos nõ reperitur. Legitur tamen apud Augustinũ in quodam Serm. Ego uobis fratres, hæc suggerẽdo, quasi indicula quædam directa, obscurè insinuare curaui.

Indicina, æ, Idem quod indicium: qua uoce usus est Apuleius, μήνυσις. Indicinæ (inquit) præmium occupasse.

Indicatio, onis, f. ter. Aestimatio alicuius rei, siue appretiatio, quam uocant τίμησις. Plin. lib. 22. cap. 24. Mellis causas arq; differentias, nationesq;, & indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus. Plaut. in Persa, Tua merx est, tua indicatio.

Indicatiuus, a, um, Dicitur id, quo aliquid indicatur, ὁριστικός, ἀποφαντικός. Vnde indicatiuus modus dictus est, quia eo præsentẽ actũ indicamus. Indicatũ signũ, lege Signum.

Indicatura, æ, f. p Aestimatio, τίμησις. Pli. in Præf. Nec fiducia operis est hæc, sed indicatura.

Indico, cis, pen. prod. xi, ctum, a. t. Multa significat. Nam aliquãdo significat denũciare, παραγγέλλειν, ἐπαγγέλλειν. Quãuis inter se differãt, q maiorẽ uim habeat indicere, quàm denũtiare. Nam denũtiare propriè est significare, & simpliciter sumi potest: ut, Ventus denuntiat pluuiã: & denuntio me tibi propediem affuturum. Cicero pro Plancio, Denuntiasti homo adulescens, quid de Rep. sentires. Indicere uerò, est solenniter, & quadam cum autoritate significare. Quod Cic. lib. 1. Offic. apertè docuit, qui utrunq; uerbũ coniunxit, Ac belli quidẽ, inquiens, æquiras feciali populi Romani iure perscripta est. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustũ, nisi quòd aut rebus repetiris geratur, aut denuntiatũ antè sit, & indictũ. In his uerbis duo genera belli gerẽdi fuisse significat. Primũ rebus repetitis: quæ si negabãtur reddi, & bellũ cum illis gestum fuisset, iustum habebatur. Alterum honestius, iustiusq; erat, eò quòd repetitis rebus, nisi redditæ fuissent, bellum gerendum esse, maturo decernebatur consilio. Tũ ad finesh ostiũ, denũtiatis belli suscipiendi causis, bellum indicebatur. Sed quo pacto indiceretur, Liui. 1. declarat his uerbis: Quandocunq; pars maior eorũ, qui aderant, in eandem sententiam ibat, bellum erat consensu fieri solitum, ut fecialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præsentibus diceret, Quòd populi priscorum Latinorũ, hominésue prisci Latini aduersus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quòd populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis iussit esse, Senatúsue populi Romani? Quiritium censuit, consensit, conscisuit, ut bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego populusq; Romanus populo priscorum Latinorum, hominibusq; priscis Latinis bellum indico, facioq;. Id ubi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum, mortemq; cum posteri acceperunt. Voluptatibus bellum indicere, per translationem dicimus pro eo quod est cum uoluptate pugnare, libidinisq; & gulæ frænum iniicere. Cicero de Senectute, Ne omnino bellum uidear indixisse uoluptati. Sic etiam dicimus, Indicere concilium, Indicere tributũ. hoc est, solenniter, & publica autoritate significare, & ueluti imperare, συγκαλεῖσθαι Liuius libro primo ab Vrbe, Longè à domo patribus excitis, ipsum qui concilium indixerat, nõ adesse. Idem libro 4. Vnde enim eam pecuniam confici posse, nisi tributo populo indicto? Cicero in Verrem, Act. 5. Legẽ sibi indicunt innocentiæ, continentiæ, uirtutum omnium, qui ab altero ra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tionem uitæ repoſcunt. Indicere ſpectaculũ, id eſt, denũtiare futurũ ſpectaculũ. Liu. lib. 1, ab Vrb. cond. Indici deinde feſtinitimis ſpectaculũ iubet. Indicere funus, eſt euocare homines per præconẽ ad funus. Suet. in Cæſare, Funere indicto rogus extructus eſt. Indicere iuſtitiũ, eſt imperare ceſſationem dicendi iuris: quod non aliter, quàm in maximo Reipublicæ luctu, aut periculo fieri conſueuit. Liuius lib. 10. ab Vrbe, His nunciis Senatus conterritus, iuſtitium indici, delectum omnis generis hominum haberi iubet.

Indictus, cta, ctum, dicitur quod eſt ſolenniter promulgatũ, παραγγελθέν. ut, Indictum bellum dicitur, quod publica autoritate, & ſolenni ritu eſt denuntiatũ. Indictũ funus, denũtiatæ exequiæ, Indictæ dapes. Ouid. 4. Faſt. Tunc magis indictas cõcelebrantq; dapes. Eſt præterea Indictus, cta, ctum, nomen cõpoſitũ à participio Dictus, & præpoſitione In, quod idem ſignificat quod nõ dictus. Terent. in Phor. Quod dictũ indictum eſt: quod modò erat ratum, id irritum eſt. Liu. lib. 5. Itaq; quę tum cecinerit, Diuino ſpiritu inſtinctus, ea ſe nec ut indicta ſint, reuocare poſſe. Sic etiam dicitur, Indicta causa, id eſt, non dicta, & non defenſa, ἄπρατος. Cicero pro Q. Rabirio, Sed indicta cauſa, ciuem Romanũ capitis condemnari coẽgit.

Indictio, onis, f. t. Eſt tributi uel exactionis genus, quod à principibus populo indicitur, hoc eſt, imperatur. Aſcon. Pedianus in 4. Verr. Omne genus penſitationis in hoc capite poſitũ eſt, canonis, oblationinis, dictionis. De hoc titulus eſt de indictionibus, lib. 10. Codicis Iuſtiniani. Vide Annotationes Budæi in Pandectas.

Indictiuus, ua, uum, Quod indictum eſt, σύγκλητος. ut, Funus indictiuũ, ad quod per præconẽ populus ſoler euocari. Et indictiuæ feriæ, quas Conſules uel Prætores indicunt.

Indidẽm, pe. cor. aduer. cõpoſitũ ab inde, & idem, idẽ quod ex eodem loco. Plaut. in Ciſtel. Indidẽ unde oritur, facio utfadias ſtultitiam ſepelibilem. Cic. pro Sexto Roſcio Amer. Si per alios feciſſe dicis, quęro ſeruos ne, an liberos: quos homines? indidem ne Ameria, an hoſce ex urbe ficarios?

Indiẽs, uide in præpoſitione In.

Indifferens, is, generis omnis, t. Quod ſua natura neq; bonum eſt, neque malum, ἀδιάφορον. Cicero 3. de Finibus, Itaq; id definimus, quòd ſit indifferens cum æſtimatione mediocri. Quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit ut indifferens dicerem. Indifferens homo, qui non diſcernit, nec eſt difficilis, aut moroſus in re aliqua. Suetonius in Iulio Cæſare, Nam circa uictum C. Oppius adeò indifferentem fuiſſe docet, ut quondam ab hoſpite conditum oleum pro uiridi appoſitũ, aſpernantibus cæteris, ſolùm etiam largius dicat appetiſſe. Indifferens dolor apud Stoicos. Gellius lib. 12. cap. 15.

Indifferentia, tiæ, f. p. Similitudo, affinitas cõuenientia, ἀδιαφορία, Gel. lib. 13. cap. 3. Hoc ego ſcripſi de utriuſq; uocabuli indifferentia. Ibidem cap. 21. Cuius ſonitus quanta apud ueteres indifferentia ſit, notius eſt, quàm ut plura in id uerba ſumenda ſint.

Indifferenter, aduerbium, Indiſcriminatim, ἀπρίτως, ἀδιαφόρως. Indifferenter ferre, hoc eſt, æquo animo ferre, uel non magni pendere: quod alio modo dicimus, Susq; deq; ferre. Suet. in Domit. Occiſum eum populus indifferenter, miles grauiſſimè tulit.

Indigẽnã, næ, pen. cor. com. gen. p. Qui in eo loco, quem incolit, natus eſt: quaſi inde genitus, αὐτόχθων. Omnes habitatores, aut indigenæ ſunt, aut aduenæ, aut conuenæ: aduenæ, de uno loco uenientes: conuenæ, de diuerſis: indigenæ, qui in ea ipſa regione, in qua habitant, ſunt geniti. Liu. 1. bel. Punici, Nec maiores eorũ indigenas, ſed aduenas Italię cultores. Aliquando adiectiui uim habet, iungiturq; ſubſtãtiuis cuiuſuis generis. Ouid. 6. Metam. Naiadum, Fauniq; foret tamen ara, rogabam. Indigenæue dei. Plin. lib. 14. cap. 6. Dixiſſe hoſpiti de indigena uino.

Indigẽõ, ges, gere, n. f. ex In, & egeo compoſitum: de, euphoniæ gratia interiecto, Significat idẽ quod ſimplex Egeo: iungiturq; nunc genitiuo, nunc ablatiuo, ἀπορέω, ἀκόμαι, ἐνδεῶς ἔχω. Terent. in And. Quid mi patre? quaſi tu huius indigeas patris. Cic. de Orat. lib. 1. Iam illa nõ tam artis indigẽt, quàm laboris. Cæſ. 2. bel. Gall. His rebus indigebant, quæ ad oppugnationem caſtrorũ neceſſariæ erant. Caſſius Ciceroni, Cohortatione te non puto indigere. Huius impersonali Plin. li. 10. uſus eſt, Nunquam, inquit, conſpectis, niſi cum præſidio earum indigetur.

Indigens, participium, Egens, σπανίζων, ἐνδεής. Cicer. de Ami. Quid enim ille erat indigens mei? Benignè facere indigentibus. Cicer 2. Officior. Ferre opem indigentibus, Idem tertio de Finib.

Indigentia, æ, f. p. Inopia, ægeſtas, penuria, ἔνδεια. Cic. de Amic. Amare enim nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita.

Indigus, a, um, pen. cor. hoc eſt, egenus, uel qui indiget, ἐνδεής, ἄπορος. Plin. lib. 8. cap. 40. Stipendiorũ indiga. Vergil. libr. 2. Georg. haud opis indiga noſtræ. Lucret. libr. 1. Ipſa ſuis pollent opibus, nihil indiga noſtri.

Indigeſtũs, a, um, Digeſto, & ordinato cõtrarium, ἄτακτος, ἀδιάθετος. Plin. lib. 30. cap. 1. Materia ſurda, & indigeſta ſimplicitas. Ouid. lib. 1. Meta. rudis, indigeſtaq; moles.

Indigeſtè, aduerb. Significat ordinatè, & cõpoſitè, ἀδιαθέτως, ἀτάκτως. Gellius lib. 20. cap. 11. Quas breuiter, & indigeſtè, & inconditè annotationibus, lectionibus uariis feceramus. Indigeſtum, & crudum, Macrobius Saturnalium libro 7. capite 7.

Indigetes, com. t pen. cor. Dii ex hominibus facti, οἱ ἀποθέωσις. Quo nomine dictus eſt Aeneas, quum pugnans cum Mezentio, nuſquã apparuiſſet. Alii indigetes dicũt eſſe deos tutelares, quorum nomina uulgari non licet. Liu. 8. ab Vrb. Lares dii nouenſiles, dii indigetes, diui, quorum eſt poteſtas noſtrorũ, hoſtiumq;, &c. Verg. 12. Aenei. Indigetam Aeneam ſcis ipſa, & ſcire fateris, Deberi cælo, fatisq; ad ſydera tolli. Idem 1. Georgicor. Dii patricii indigetes, & Romule, Veſtaq; mater. Vbi Seruius, Patricii dii ſunt, qui præſunt ſingulis ciuitatibus, ut Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Indigetes autem propriè ſunt dii ex hominibus facti, quaſi in diis agẽtes: Abuſiuè tamen omnes dii generaliter poſſunt dici indigetes, tanquam nullius rei egentes. Vide Macrob. libr. 1. de Som. Scip. cap. 9.

Indigito, tas, pen. cor. Antiquũ uerbũ eſt, idem ſignificãs quod uoco, nomino, ὀνομάζω. ita dictum ab indicando, quaſi indicito: uel à digitis, quòd quempiã nominantes, perinde ſit ac ſi digito oſtendamus. Macrob. Nanq; uirgines Veſtales ita Apollinem indigitant. Apollo medice, Apollo Pæan. Idẽ, Nam ita ab incolis indigitantur.

Indigitamenta, Libri pontificiales, qui & nomina deorum, & rationes ipſorum nominum continent. Indigitamenta, incitamenta, uel indicia interpretatur.

Indignor, aris, d. p. Grauiter fero, ſtomachor, mihi indignũ uidetur, ἀγανακτέω, δεινοπαθῶ. Ci. 1. de Inuẽ. Duodecimus locus eſt, per quẽ indignamur, quòd hoc nobis primus accederit. Ouid. 9. Met. Venerat huc Dryope ſatorum neſcia: quoque Indignêre magis nymphis latura coronas. Seruius libro quarto, Hem nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrũ interiit, aut occiſus eſt.

Indignans, participium. Freta indignantia. Ouid. 11. Metam. Corda indignantia longam pacem, Stat. 3. Thebaid.

Indignans, nomen. Qui facilè indignatur. Colu. libr. 8. cap. 17. Quum ſit molliſſimũ genus, & ſeruitutis indignantiſſimũ.

Indignatus, a, um, partic. Verg. 2. Geor. Atq; indignatũ magnis ſtridoribus æquor. Procellæ indignatæ, Stat. 3. Syl.

Indignatio, onis, f. t, Ira. Iuuen. Saty. 1. Si natura negat, facit indignatio uerſus. Plin. lib. 19. cap. 30. Cõpertit in ſe cuſtodum indignationem aſſiduitate furti immodici.

Indignabundus, Indignans. Lin. 8. bel. Maced. Quum illa muliebriter indignabunda, nil de communi filia ſecum conſulatum adieciſſet.

Indignus, a, um, Non dignus, ἀνάξιος. Terent. in Eun. Nam ſi ego digna contumelia hac Sum maximè: at tu indignus qui faceres tamen. Idem Adel. Aeſchine, Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere Indigna genere noſtro? Liuius 4. ab Vrbe, Itaq; ſicut priore anno per indigniſſimos ex plebeis candidatos, omniũ etiam dignorũ tædium fecerant. Interdum pro miſerabili, fœdo, crudeli, graui, δεινός. Idem, Indignis quum egomet ſim acceptus modis. Vergil. 6. Aen. atq; illi Miſenum in littore ſicco Vt uenêre, uident, indigna morte peremptum. Interdum pro magno: unde Ennius indignas turres dixit, id eſt, magnas.

Indignitas, atis, f. t. Vide ſuprà in dictione Dignitas.

Indignum. Aliquando interiectionis uim habet, & per parentheſim interponitur, quemadmodum & infandum. Ouid. 5. Metam. Prętora rupiſſet, niſi poſt altaria Phineus
Iſſet, & (indignum) ſcelerato profuit ara.

Indignè, aduerb. Inhoneſtè, præter dignitatẽ, ἀναξίως. Terẽ. in Adelph.

Adel. Cui miſeræ indignè per uim uitiũ obtulerat. Ibidem, eripuit mulierẽ Quam amabat: clamant omnes indigniſſimè Factum eſſe.

Indiligens, tis, adiect. om. g. Idẽ quod negligẽs, ὀλίγωρος, ἀμελής. Terẽ. in Ad. Sed uereor ne indiligẽs nimiũ ſies. Pli. li. 13. ca. 12. Deprehenditur etiã odore, quũ fuerit indiligentior.

Indiligentia, æ, f. p. Negligentia, ὀλιγωρία. Cic. ad Qu. fratrem, Literarum miſſarum indiligentiam reprehendi.

Indiligenter, aduerb. Negligenter, ὀλιγώρως. Terent. Phor. quia pol mei patris bene parta indiligenter Tutatur. Cic. ad Att. lib. 16. Quanquam nihil ab eo arbitror, neq; indilgenter, neq; illiberaliter factum.

Indipiſco, ſcis, Aſſequor, adipiſcor, περιποιέμαι. Plaut. in Aul. neq; partem Tibi ab eo, cui ſit, indipiſces, neq; furem excipies. Pro eodem etiã dicimus indipiſcor, eris, in præterito indeptus. Liu. lib. 6. bel. Pun. Ne dirimi ab ſe hoſtẽ paterẽtur, quam quis indeptus nauẽ erat, ferrea manu iniecta, &c. Gell. lib. 12. pro auſpicari, ſiue incipere uidetur poſuiſſe. Sed enim, inquit, Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum, tibiarumq; concentu, uerũm conſenſu taciturnitatibundos.

Indepto, as, a. p. frequentatiuum. Varro, Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.

Indirectũs, a, um, Incompoſitus, & inornatus, ἄτακτος, ἀδιάθετος. Quintil. lib. 5. cap. 13. Indirecta ferè, atq; ut ſic dicam, clamoſa actio.

Indiſcriminãtim, Indifferenter, & ſine diſcrimine, ἀκρίτως, ἀδιαφόρως, Varro 4. de lingua Latina, Quibus nos in hoc libro, perinde ut nihil interſit, utamur indiſcriminatim.

Indiſcretus, a, um, ex In, & diſcretus, participio uerbi diſcerno cõpoſitum, Quod ægrè, aut nullo modo diſcerni poteſt. ἄκριτος. Plin. lib. 35. cap 10 Imagines adeò ſimilitudinis indiſcretæ pinxit, ut, &c. Indiſcreta lux, hoc eſt, minimè diſcreta, & inſeparata, Plin. lib. 7. cap. 60.

Indiſertus, a, um, Non diſertus, ineloquens, ἀφραδής. Cic. 2. de Nat. deor. Nam neq; indiſertũ Academicũ pertimuiſſem, nec ſine iſta philoſophia Rhetorẽ quanuis eloquentẽ. Idem 5. de Fin. Vt interpretes indiſerti ſolent.

Indiſertè, aduerb. Sine aliqua eloquentia. Cic. ad Qu. frarr. lib. 2. Orationem meam commendauit ſatis multis uerbis, non me hercule indiſertè Seuerus Antiſtius.

Indiſſolũbilis, le, om. t. Quod diſſolui, ſiue rũpi nõ poteſt, ἄλυτος. Cic. de Vniuerſ. Sed quoniã orti eſtis immortales, uos quidem eſſe indiſſolubiles non poteſtis.

Indiſſolutus, a, um, Colligatus, non ſolutus. Cic. de Vniuerſit. Hæc ſunt indiſſoluta me inuito: quanquã omne colligatum diſſolui poteſt.

Indiſtinctus, a, um, Inordinatus, confuſus ἄτακτος, ἀδιάθετος. Quin. lib. 8. ca. 2. Neq; inordinata, neq; indiſtincta. Cel. lib. 13. cap. 29. Indiſtincta nanq; fient, & confuſa.

Indiſtinctè, aduerb. Inordinatè, confuſè, ἀτάκτως. Gel. li 10. ca. ult. Indiſtinctè, atq; promiſcuè adnotabam.

Indiſtrictus, a, um, Non diſtrictus. Ouid. 2. Metam remouebitur omne Tegminis officium, tamẽ indiſtrictus abibo. Id eſt, illæſus.

Indiuiduus, a, um, Quod non poteſt diuidi, uel quod non ſeparatur, ἄτομον Ci. 1. de Fin Ille atomos, quas appellat, id eſt, corpora indiuidua. Indiuiduũ à Dialecticis dicitur terminus ſingularis, qui de uno ſolo prædicatur, ut Socrates de ſeipſo.

Indiuiſus, a, um, Nõ diuiſum, ἄτμητον. Indiuiſæ ungulæ, quæ fiſſæ non ſunt. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7.

Indo, dis, didi, ditum, a. t Impono, ἐντίθημι. Plaut. in Capti. Pœgnium uocitatus eſt: poſt nos nomẽ indidiſtis Tyndaro. Quandoq; ſignificat infero, immitto. Plautus in Caſſina, Dii me & te infelicirent, ſi ego in os meum uini guttam indidi. Interdum imprimo, ἐνιέναι. Plaut. in Aſin. Qui ſæpe antè in noſtras ſcapulas cicatrices indiderint.

Indõcilis, le, om. t. Qui penitus doceri non poteſt, δυσμαθής, ἀδιδακτός. Ser. Indocile eſt, quod penitus nõ poteſt diſcere. Plin. lib. 30. cap. 45. E uolucribus hirundines ſunt indociles. Cic. 1. de Nat. deor. Dictũ eſt omnino hac de re alio loco dili gentius: ſed quia nimis indociles quidam, tardiq; ſunt, admonendi ſæpius uidentur.

Indoctus, a, um, Rudis, & qui doctus non eſt, ἀμαθής, παίδευτος. Cic. 2. de Fin. Non admodum indoctus. Plaut. in Trin. Indoctus quàm doctè facis. Idem in Bacc. Ego longè anteco ſtultitia, & moribus indoctis. Cic. in Brut. Sed omniũ oratorum, ſiue rabularũ, qui & planè indocti, aut inurbani, aut ruſtici etiam fuerunt.

Indoctè, aduerb. Imperitè, ἀμαθῶς. Cic. 2. de Natu. deor. Quæ qui uideat, non indoctè ſolùm, uerùm etiam impiè faciat, ſi deos eſſe negat.

Indoleo, les, n. ſ. & Indoleſco, ſcis, Valde doleo, uel dolore afficior, ἀλγέω. Pli. lib. 32. cap. 3. Sed tanta intentione oculorũ opus eſt, ut indoleſcãt. Cic. 2. Phil. Quis qui nõ indoluerit, tam ſerò ſe, quẽ hominẽ ſecutus eſſet, cognoſcere? Ouid. 2. Triſt. Non igitur noſtris ullum gaudere Quirite Auguror, at multis indoluiſſe malis. Indoleo genitiuo iunctũ. Ouid. 11. Metam. ſucceſſorumq; Mineruæ Indoluit.

Indolentia, æ, Abſentia doloris, quũ nihil dolet, ἀναλγησία. Lactant. lib. 3. Nam corporis bona, id eſt, incolumitas, indolentia, & ualetudo, nõ minus ſunt muti, quàm homini, neceſſaria, ac neſcio an etiam magis: quia homo & medelis, & miniſteriis ſubleuari poteſt, muta non poſſunt. Cic. 2. Offi. Vt quirem expetendam uel uoluptate, uel indolentia metiuntur. Idem 1. Tuſ. Minimè aſſentior iis, qui iſtam neſcio quam indolentiam magnopere laudant.

Indõlẽs, huius indolis, f. t pen. cor. ab inoleſco ſit, per interpoſitionem D. Et in pueris quidem, atq; adoleſcentib. eſt ſignificatio quædam futuræ probitatis, φύσις. Cic. de Senect. Vt enim adoleſcentib. bona indole præditis (φύσεως εὖ ἔχουσιν) ſapientes ſenes delectantur. In uiris uerò ſignũ eſt præſentis uirtutis. Idẽ 3, Offi. Homines, in quibus eſt uirtutis indoles, cõmouentur. Vnde & pro præſtãtia, ſeu generoſitate quadã uirtutis, atq; animi ponitur. Liu. lib. 1. ab Vrb. de Lauinia iam matre, Tãta, inquit, in ea uirtutis indoles fuit. Lucan. lib. 5. Indole ſi dignũ Latia, ſi ſanguine priſco Robur ineſt animis. Aliquãdo etiã in malum dicitur, ut apud Liu. li. 1. bell. Pun. de Annibale, Cum hac indole uirtutũ ac uitiorũ ſub Aſdrubale meruit. Transfertur quoq; ad muta, atq; inanimata. Idem, Sicut in frugibus pecudibusq; nõ tantùm ſemina ad ſeruandam indolem ualent, quantũ terræ proprietas, cæliq;, ſub quo aluntur.

Indõmitũs, a, um, pe. cor. Qui domari nõ poteſt & miteſcere, ἀνάγωγος, ἀδάμαστος, ἄδμητος. Plaut. in Trin. Vt ego nũc adoleſcenti theſaurũ indicem indomito, Pleno amoris, ac laſciuiæ. Indomiti boues, apud Varronẽ, 2. de Re ruſt. cap. 5. Indomitus iuuencus. Col. lib. 6. cap. 2. Indmitæ animi cupiditates. Cic. 3. Verr. In. Indomita iugenia, Liu. libro 1. bel. Pun. Aliquando ponitur pro magno. Verg. 5. Aen. Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?

Indomabilis, om. ter. Indomitus, qui domari non poteſt, ἀδάμαστος. Plautus in Caſi. Aedepol ſi natus eſſes equus, eſſes indomabilis.

Indormio, is, ire, n. q. Propriè idem eſt quod in re aliquà, rel ſuper rem aliquam dormire, ὑπνοιμᾶμαι. Horat. 5 Serm. Sat. 1. cõgeſtis undiq; ſaccis indormis. Per mataphorã accipitur pro ceſſare, & tardũ eſſe. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Sic ego, qui in iſto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule ſæpius excitante, curſu corrigam tarditatẽ tum equis, tum uelis. Indormire cauſæ, eſt remiſſius & ſegnius tractare negotium. Cic. 2. Phil. Edormi crapulam, inquam, & exhala: an faces admouendæ ſunt, quæ te excitent tãtæ cauſæ indormientem?

Indõtãtũs, a, um, Nõ dotatus, uel dote carens, ἄπροικος. Terent. in Adel. Primũ, indotata eſt: tum præterea, quæ ſecunda ei dos erat, Periit. Indotata ars. Cic. 1. de Ora. Cuius artem quum & indotatã eſſe, atq; incomitatam, & incomptam uideres, uerborum eam dote multiplicaſti, & ornaſti.

Indũbito, as, are, Idem quod diffido, ἀπιστῶ. Stat. 3. Syl. ſed ingratus qui plura adnecto tuisq; Moribus indubito.

Indubitatus, a, um, Certus, & de quo dubitari nõ poteſt, ἀναμφίβολος. Quin. lib 9. cap. 4. In iis uerò, quæ indubitata ſunt, breuior. Plin. lib. 7, cap. 12. Indubitatũ exemplum Nicæi nobilis pyctæ Byzantii geniti. Indubitata ſpes, apud eundem libro 15. capite 3.

Indubitabilis, le, om t, Idem Quint. lib. 4. cap. Illo ſequenti (ſi modò indubitabile ſit) urendum ſolo.

Indubitanter, aduerb. Certò, ἀναμφιβόλως. Plin. lib. 18. cap. 11. Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit.

Inducíæ, arũ, f p. Dicuntur quædã quaſi pax, uel potius ceſſatio à bello in certũ tẽpus inter hoſtes pactaiita dictæ, quòd

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in certum diem à pugnando otium præbeãt, ἀναχωρὴ. Cic. 1. Off. Vt illi, qui quũ centum triginta dierũ essent cum hoste pactæ inducię, noctu populabantur agros, quòd dierũ essent pactæ, non noctiũ inducię. Aurelius Opilius inducias dici existimabat ab initu, hoc est, introitu: quoniã tempore inducierũ hostes inter se utrinq; ultro citroq; alteri ad alteros impunè inire solent, & introire. Gell. putat inducias dictas esse ex tribus dictionibus, Inde, uti, iam, q; elapso tempore inducierum, deinceps omnia belli iure agantur. Græci etiam ἐκεχειρίαν, ab abstinẽdis manib. appellarũt. Nam per cessationem istam pugnæ pactitiam non pugnatur, & manus cohibẽtur. Has Lycaon primus inuenit, fœdera Theseus.

Induco, as, pen. prod. Propriè introduco, ἐισάγω, ἐφάγω. Plaut. Induc eam in domum. Idem Truc. Quis homo est, qui inducit pompam tantam? Quandoq; est persuadere, illicere, decipere, inclinare, ἐπάγειν, ἐπαίρειν. Luc. Huius ego animũ si in ducout ab amore meretricis desistat. Idẽ, Miserũ senẽ Sirenũ cantu inductum. Terẽt. in And. Vide quò me inducas. Plau. in Andria, Nunquam hodie induces, ut tibi credam hoc argentum ignoto. Quandoq; abolere, cancellare, antiquare, ἀφιστάναι, λίχειν, ἀφανίζειν. Suetonius in Cæs. Amplissimis uerbis collaudatum in integrũ restituit, inducto priorĩ decreto. Et alibi, Multa, inquit, & delata, & inducta, & superscripta inerant. Verbũ id iuris est. Origo ea, quòd quæ in pugillaribus ceratis scripta erant, ducto per ceram stylo, interimi soleant, & obliterari. Accipitur præterea inducere pro eo, quod barbarè dicimus, personam aliquã loquentem facere, quod inducere dicimus. Cic. 1. Offic. Hinc ille Gyges inducitur à Plat. Tracta est hæc significatio à fabularum actionibus. Ibi enim personæ induci propriè dicuntur, quum ad agendum, proscenium ingrediuntur. Inducere animũ, est sibi persuadere. Terent. in Adel. sic mea ratio est, sic animum induxi meum.

Inductio, onis, f. t. uerbale, Idem quod ductus, siue ductio: ut, Inductio aquarum. Cic. 2. de Nat. deor. Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Inductio præterea genus argumenti, quo fit à particularib. ad uniuersalia progressus, ἐπαγωγή. Inductio (inquit Bud.) argumentatio est, quę ex confessis sensim laqueos texit, ad irretiendũ eum, qui semel se interrogandum præbuit. Deinceps enim aliæ alias percontationes excipiunt, & illationes.

Indugredi, Antiqui dicebãt metri causa, pro ingredi: sicut Induperator, pro Imperator: Indupeditus, pro Impeditus. Lucret. lib. 1. uiamq; indugredi sceleris.

Indulco, cas, Dulcem facio, γλυκαίνω.

Indulcõ, ras, pen. prod. Idem quod indulco, ἡδύνω.

Indulgeo, ges. dulsi, dultum, n. s. Significat obsequor, consentio, inseruio, facilè cõcedo, & plus æquo permitto, κατὰ χαρίζομαι, ἐπιτρέπω, ἐφίημι, συγχωρέω, χαρίζομαι. Cic. in Læl Sed obsequium multò molestius, quod peccaris indulgens, præcipitẽ amicũ ferri sinit. hoc est, peccaris nõ repugnãs. Idem Tironi, Indulge ualetudini tuæ. id est, molliter uaca. Teren. in Heaut. Nimiũ illi indulges. Item indulgere accipitur pro operam dare, & cupiditarib. obsequi. Verg. 4. Quòd nec cõcubitu indulgent. Idem 4. Aen. Indulge hospitio, causasq; innecte morandi. Idem. Sin tumulis accliue solum, collesq; supini, Indulge ordinibus. Inuenitur aliquando indulgere cum accusatiuo. Terent. in Eunu. Eiicienda est hercle hæc animi mollities: nimis me indulgeo. Lucilius libro tertio, Te, qui iram indulges nimis, manus abstinere à muliere melius est.

Indulgeor, passiuũ. Gel. lib. 20. cap. ult. Ipse aũt ad hoc scripsi, ut liberis quoq; meis paratæ istiusmodi remissiones essent, quando animus eorum interstitione aliqua negotiorũ data laxari, indulgeriq; potuisset.

Indulgens, tis, nomen ex participio, quod aliquando significat eum, qui alteri indulget. Plin. lib. 15. cap. 10. Nutriem indulgentiorem esse, quàm matrẽ, sæpe conuenit. Interdum accipitur pro pulchro & formoso, cui propter insignẽ fomam aliquid indulgetur. Quin. Decla. 18. Placet ergo, ut si filio obtigerit, indulgentior facies, uultus erectior, refugiat mater amplexus. Indulgentissimi Imperatores dicti sunt, quasi clementes, benefici, propensiq; ad gratificandum.

Indulgentia, æ, f. p. Quod aliquando accipitur pro molli permissione, quę seueritati opponitur, φιλοτεχνία, ἔνδοσις. Quintil. lib. 1. cap. 2. Mollis illa educatio, quam indulgentiã uocamus, neruos omnes & mentis, & corporis frangit. Aliquando etiam indulgẽtia accipitur pro pulchritudine, quemadmodum etiam indulgẽs pro pulchro & formoso. Sic. Egregiæ tanta indulgentia formæ.

Indulgenter, aduerb. Obsequẽter, blandè, demissè, ad nutum, & pro arbitrio alicuius. Cic. ad Attic. lib. 9. Illud me præclarè admones, quum illum uidero, ne nimis indulgẽter, & ut cum grauitate potius loquar.

Indulgitas, f. t. pro indulgentia, συγχώρησις. Sisenna histor. lib. 3. ut citat Nonius, Bassus indulgitate uictus.

Induo, is, ui. tum, a. t. Ex In, & duo, duis, cuius origo à Græco δύω, quod ingredior significat, trahitur, ἐνσκευάζω, ἐνδύω, ἐνδύομαι, περιβάλλω, περιβάλλομαι. Cõstruitur uariis modis: nam quandoq; habet duos accusatiuos in uoce actiua, in passiua autem unum: & hoc apud Poẽtas, & Historicos, nõ apud Oratores, quos imitandos in primis censeo. Verg. lib. 2. deindè comantem Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum Induitur. Curtius, Iamq; nox apparebat, quũ thoracẽ indutus procedit ad milites. Aliquãdo cum uno tantùm accusatiuo cõstruitur. Cic. ad At. Quare talaria induamus. Sic Curtius, Loricã tamen, quam rarò induebat, amicis orantib. sumpsi. In hac constructione induo transumitur pro assumo. Quin. libro 6. Quorum personas inducre quid attinet, nisi affectus assumamus? Liu. libro 3. ab Vrbe, Adeoq; nouum ingenium induerat, ut plebicola repentè, omnisq; popularis auræ captator euaderet. Cic. 3. Offic. Deponit enim personam amici, qui induit in dicis. Interdũ etiam habet accusatiuũ cum datiuo. Plaut. in Casina, Ocyssimus sum omniũ, qui uiuũt: Loricam induam mihi: optimum esse arbitror. Cic. lib. 2. de Finib. Ex eius spoliis sibi & torquẽ, & cognomẽ induit. Plin. lib. 33. Pessimũ uitæ scelus fecit, qui anulum primus induit digitis. Suet. in August. Si manè sibi calceus perperam, ac finister pro dextro indueretur. Aliquando ultra uerbi accusatiuum, peculiarẽ habet alium accusatiuum cum præpositione In, & tunc pro cõuerto, siue trãsformo sumitur. Verg. lib. 1. Georg. Contemplator item quũ se nux plurima syluis Induet in florem. Cic. 2. de Diuinat. loquens de anhelitibus terræ, Quum autem, inquit, se in nubem induerint. In hac etiam constructione accipitur pro iniicio, seu immitto. Cic. in Hortensio, Et, ut docuit Antiochus, in idipsum se induit, quod timebat. Gellius, Aesopus ille è Phrygia fabulator, res salubriter, ac prosperiter animaduersas, in mẽtes, animosq; hominum cum audiendi quadam illecebra induit. Deinde quum pro uestio capitur, ultra accusatiuum construitur cum ablatiuo, sine præpositione eius rei, qua quis induitur. Curtius, Deposita uestę, quam habebat, Arabica induitur. Autor ad Herennium, lib. 4. Palla inaurata indutus. Quandoq; etiam in hac constructione pro illino sumitur. Plautus in Mostell. Id eis uitium nocet, atque etiam nunc satis boni sunt, si sunt induti pice. Columella ad uites trãstulit pro onere, quum dixit, Nam ita se induunt uuis, ut nequeant capere maturitatem. Sumitur etiam pro ferio, occido, impleo, aut iugulo. Cicero 3. Verrin. Sua confessione induatur, ac iuguletur. Cæsar libro septimo, Quin ordines coniuncti inter se, atque impliciti, quò qui intrauerant, se ipsi acutissimis induebãt: hos, cippos appellant. Et iterum, Aut se simulis inopinantes induebant, aut in scrobes delati transiodiebantur.

Indutus, us, m. q. nomen uerbale. Gerere uestem indutui, Tac. lib. 16. Nisi ea, quam indutui gerebat, uestę detergeret.

Indumentum, ti, Vestimentũ: ab induo, ἔνδυμα. Gel. li. 16. cap. 19. Arionẽ cum fidibus & indumẽtis, cum quibus se in salũ ciacula uerat, extitisse. Cic. de Nat. deor. lib. 1. Quod quũ facere uultis, indumenta corripitis.

Inducula, læ, Vestis interioris genus est, ab induendo dictum. Plau. in Epid. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

Indũpẽdirẽ, Apud antiquos legitur pro impedire. Lucret. li. 4. Et multò citius, quãtò minus indupedire Pauca queũt.

Indũperatorẽm, pro imperatore Poẽtæ usurparunt. Iuue. Satyra 4. Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Indũperatorem?

Induro, as, are, a. p. Durum facere, σκληρύνω. Plin. lib. 8. cap. 52. Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoq; se tergorantes. Idem lib. 15. cap. 17. Vnica aqua marina feruente indurari oportet. Ouid. 6. Metam. Induroq; niues, & terras grandine pulso.

Indureo, es, siue indurẽsco, is, n. s. & t. Durus fio, σκληρύνομαι. Col. lib. 2. cap. 21. Antequã ex toto grana indurescant. Quin. libr. 1. cap. 4. Frangas citius quàm corrigas, quæ in prauum indurnerunt.

Indusium, sii, n. s. Genus uestis, quasi intusiũ, quod intus, & mox

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mox ſuprà ſubuculam ſumebatur, χιτωνίσκος. ſicut pallium & palla uocata ſunt, quæ palàm, id eſt, foris ſupra induſium.

Induſiarij, m. f. Dicuntur qui conficiunt induſia. Plautus in Aulu. Patagiarij, induſiarij, flammearij, uiolarij.

Induſiatus, Dicitur qui huiuſmodi ueſte eſt indutus. Plautus in Epid. Induſiatam, patagiatam, caltulam, & crocotulam. Varro intuſium appellat per t, non d. quum ait, Vnum quod foris à palàm pala: alterum quod intus, à quo intuſium.

Induſtria, æ, f p. Promptitudo quædam ingenii & habilitas ad aliquid faciendum, φιλονονία. Autor ad Heren. in Præfatione operis. Vt induſtria noſtra tuę morem geramus uoluntati. Cic. 5. Verr. In quo meam induſtriam ac diligentiam ſpectari uolo. De induſtria aliquid facere, hoc eſt, dedita opera. Teren. in Andr. Paulum intereſſe cenſes, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de induſtria? Cicero 1. Off. At ille quidem iniuriæ, quæ nocendi *cauſa* de induſtria inferuntur, ſæpe à metu proficiſcuntur. Ex induſtria, Idem Quint. libro 9. Maſtrugam, quod Sardum eſt illudens Cicero ex induſtria dixit.

Induſtrius, a, um, Diligẽs, qui multæ induſtriæ eſt, & prompto ingenio ad aliquid faciendum φιλόνονος. Cic. 5. Verr. Nympho eſt Centuripinus homo gnauus & induſtrius, experientiſſimus ac diligentiſſimus arator. Induſtrior, compara tiuus. Plaut. Moſtel. quo neq; Induſtrior de iuuentute erat arte gymnaſtica, diſco, haſtis, &c. Induſtrium (inquit Feſtus,) antiqui dicebant indoſtruum, quaſi quicquid ageret, intro ſtrueret, & ſtuderet domi.

Induſtriè, aduerb. Ingenioſè. Colum. lib. 9. cap. 2. Higinus ueterum autorum placita ſecretis diſperſa monumentis, induſtriè collegit. Hinc deducitur comparatiuũ induſtrius, pro magis induſtriè. Cicer. pro Domo ſua ad Pon. Quis apud populum Roman. de illius dignitate induſtrius, quis Senatui ſæpius dixit?

Induuiæ, arum, ab induendo, Dicuntur indumenta quibus quis induitur, ἐνδύματα ſicut Exuuiæ ab exuendo, dicuntur ſpolia quibus uictores ſpoliant uictos. Plin. li. 13. cap. 4. Vtilem ũbi, arboriſq; induuijs circulum mira pernicitate homine ſubeunte.

Inebræ, aues, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent: & prorſus omnia inebra appellantur quæ tardant, uel morantur agentem. Feſtus.

Inebrio, as, are, a, p, Ebrium reddo μεθύσκω. Plin. libr. 12. cap. 22. Palma quæ uocatur adipſos, ueſcentes inebriat. Idem lib. 17. cap. 26. Quoniam inebriatis radicibus nocent. Iuuen. Saty. 10. qui te per compita quærat Nolentem, & miſeram uinoſus inebriat aurem.

Inebrior, briaris, paſ. p. Ebrius fio, μεθύσκομαι. Dicimus & per translationem Inebriari uoluptatibus, hoc eſt, uoluptatum illecebris ita implicari, & irretiri, ut ad res honeſtas ſeriasq; inidoneus reddaris & ineptus.

Inedere, Plinius pertinentia ad ſententiam hæc ſcribit. Cæterum ut odore careant, omnia hæc iubentur ſeri, cum luna ſub terra ſit: colligi, cum in coitu, ſine his Menander è Græcis author eſt, allium edentibus, ſi radicem berę in pruna toſtam ſuperederint, odorem extingui. Colum. lib. 11. cap. 3.

Inedia, æ, Abſtinentia à cibo, ἀσιτία. Cic. de Fin Vigiliis & inedia necatus. Plin. lib. 11. cap. 54. Homini non antè diem ſeptimum lætalis inedia.

Ineditus, idem eſt quod non editus, ἀνέκδοτος. ut, cauſa inedita. Vide Cauſa.

Ineffabilis, bile, om. t. Quod effari non poſſit, aut exprimere, ἀνεκφώνητος. Plin. lib 28. cap. 2. Non eſt facile dictu, externa uerba atq; ineffabilia derogent fidem ualidius, an Latina inopinata, &c. Idem in præfatione lib. 5. Populorum eius (ſubaudi Africæ) oppidorumq; nomina uel maximè ſunt ineffabilia.

Ineffícax, cis, omnis generis, t. Quod uirtutem aliquid efficiendi non habet, ἀνίσχυτος. Plin. lib. 27. capite 12. Inefficacius quam ſuperiora. Idem lib. 34 ca. 11. Fit & ex candido ære ſquama, Cypria longè inefficacior.

Ineffigiãtus, a, um, Informe, quod non eſt factum ad aliquam effigiem, ἄμορφον. Gel. lib. 27. capite 10. Nanq; ut illa beſtia fœtum ederet ineffigiatum informemq;, lambendoq; id poſtea, quod ita edidiſſet, conformaret, & fingeret.

Inelãborãtus, a, um, Quod artificio non ſatis excultum eſt, ἀνέργαστος. Quint. lib. 4. cap. 1. Nec tamen deducta ſemper, atq; circunlita, ſed ſæpe ſimplici atq; inelaboratæ ſimilis, nec uerbis uultuq; nimia promittens, &c.

Inelẽgãns, tis, Eleganti contrarium, ἄκομψος. Plin. lib. 36. ca. 10. Carmen dicatum Veneri non inelegans. Cicero de Claris Orat. Ineratq; & ingenium ſatis acre, & orationis non inelegans copia.

Ineleganter, aduerb. Cic. 2. de Fin. Primùm diuiſit ineleganter: Duo enim genera quæ erant, fecit tria.

Ineluctabilis, bile, om. t. Quod uitari non poteſt, hoc eſt domari, & luctu euinci, ἀνυπέρβατος. Verg. 8. Aen. Me pulſum patria, pelagiq; extrema ſequentem Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum, His poſuere locis. id eſt, inſuperabilis uis fati. Idem 2. Aeneid. Venit ſumma dies: & ineluctabile tempus Dardaniæ.

Inemẽndãbilis, le, Quod emendari nõ poteſt, ἀδιόρθωτος. ut, Prauitas inemendabilis, apud Quint. lib. 1. cap. 1.

Inemptus, a, um, Non emptum, ἀπρίατος. Martia. lib. 1. Sal. tus aprum, campus leporem tibi mittit inemptum. Col. lib. 11. cap. 3. Vt & quotidiani uictus ſui leuet ſumptum, & aduenienti domino præbeat, quod ait Poëta, ineptas ruris dapes: Verg. 4. Georg. dapibus menſas ornabat inemptis.

Inenarrãbilis, le, om. t. Admiratione & quod enarrari non poteſt, ἀνεκδιήγητος. Plin. lib. 9. cap 7 ſed Pompeiani amiſſa fugæ ſpe, miſericordiam uulgi inenarrabili habitu quærẽtes, ſupplicauẽre. Inenarrabilis ſubtilitas. Plin. lib. 11. cap. 1. & lib. 10. cap. 2. Metam. lib. 2. Vis dare maius adhuc, & inenarrabile munus.

Inenarratus, ta, tum. Gell. lib. 12. cap. 6. Quod inenarratum relinquamus.

Inẽnodãbilis, le, Idem eſt quod inextricabilis, perplexus, quod ſcilicet enodari & ſolui nõ poteſt, ἀδιεξίτητος, ἄμυτος. Cic. de Fato, Nec quũ hæc ita ſint, eſt cauſa cur Epicurus pertimeſcat fatũ, & ab atomis petat præſidiũ, casq; de uia deducat, & uno tempore ſuſcipiat res duas inenodabiles.

Inẽo, is, ire, a. q. Ingredi, εἰσέρχομαι. Plaut. in Caſ. Si tu iubes, inibitur tecũ. id eſt, ingrediar tecum. Idem, Videbo id prius, quàm ineam domum. Cic. pro Corn. Balbo, Ne quis caſtra Imperatoris iniret. Plautus, Inijt te unquã febris? id eſt, num quam ne te corripuit febris? Inire bellũ, incipere & aggredi, ἐνίσταμαι. Salluſt. in Catil. Quapropter uos moneo, ut forti atq; parato animo ſitis, & prælium quũ inibitis, memineritis uos diuitias, decus, gloriã, præterea libertatẽ & patriam in dextris ueſtris portare. Inire certamen, Cic. 4. de Fin. Inire beneficium, id eſt, comparare. Terent. in Andria, Quàm maximè abs te poſtulo Chreme, Vt beneficium uerbis initũ dudum, nunc re comprobes. Inire conſiliũ, pro capere conſilium. Cic. ad Brutum, Conſilia inire cœpi Brutina planè. Cæſar. Vnà cum Ambiorige conſiliũ inierat. Inire cauſam & rationẽ alicuius rei, hoc eſt, rationẽ uel cauſam cogitãdo inuenire. Liu. lib. 4. bel. Macedon. Atq; ego nonnullarum cupiditatũ nec cauſam quidem, aut rationem inire poſſum. Inire Conſulatũ, eſt auſpicari dignitatẽ Conſularẽ. Cæſar, Qua ex die Conſulatũ inijt Lentulus. Inire cubile alicuius, pro eo quod eſt cum uxore eius cõcumbere. Cic. de Aruſp. reſpon. Quum uxorem, ſororemq; non diſcernis, quum quod ineas cubile, non ſentis. Inire gratiam ab aliquo, eſt beneuolentiam alicuis demereri, χαριτάς τινι χαρίζεσθαι. Terent. in Adelp. Ego lepidus ineo gratiam. Plaut. in Aſinaria, Bene hercle facitis, & à me initis gratiam. Cic. ad Atticum, Quod ille ſi faciat, iam cum bonis omnibus ſummam ineat gratiam. Inire nexum, pro uinciri, deuinciri, illigari, & detineri. Liuius 7: ab Vrbe, Nam etſi unciario fœnore facto, leuata uſura erat, ſorte ipſa obruebantur inopes, nexumq; inibant. id eſt, uinciebantur, & aſtringebantur. Inire rationem, pro uiam ac modum aliquid agendi quærere. Terentius in Heaut. Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi. Inire, pro coire, ſiue concũbere, ἐμβατεύειν, βιvᾶν. Plinius lib. 7. cap. 40. de canibus, Primos quoque mares pariunt, in cæteris alternant, ſi ineantur opportuno & commodo tempore. Idem, Sed aſini qui equas ineant, optimi legendi ſunt.

Inito, tas, frequentatiuũ ab ineo, ἐμβατεύω. Diomedes, Ab ineo, is, initio dicimus. Pacuuius. Loca arida initas.

Initus, us, m. q. nomen. Coitũ ſignificat. Plin. lib. 8. cap. 42. de equis, Nec tamen quindecim initus eiuſdẽ anni ualet tollerare. Ibidẽ cap. 44. Et quæ non primo initu generare cœperit: Sic lib. 10. cap. 63. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. Tametſi incredibile, quod uſu uenit memoriæ mandandum, Quum equus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

matrem ut faliret adduci non posset, & eũ capite obuoluto peroriga adduxisset, & coëgisset matrem inire: quum descendenti uelum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eũ, ac mordicus interfecit. Peroriga appellatur is, qui admissarium ad fœminam admittit, ut ait Varro ibidem.

Inēptŭs, pta, ptum, ex in, negatiua particula, & aptus componitur, ψυχρολόγος, ἀπεράκαλος, φλύαρος. Quid autem significet, docet Cicero lib. 2. de Orat. his uerbis, Ineptus nomen habere uidetur, quòd non sit aptus: idq; sermonis nostri cõsuetudine perlatè patet. Nam qui aut tempus quid postulet, non uidet, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum qui buscum est, uel dignitatis uel commodi rationem non habet, aut deniq; in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptius dicitur.

Ineptio. is, iui, itum, n. q. Ineptias facio, aut dico, quod neq; loco, neq; tẽpori, neq; rebus, neq; personis conuenit, ὑθλᾶν, ψυχρολογεῖν. Teren. in Phor. non agam, imò non desinã, Donec perfecero hoc. P. Ineptis. Idem in Adel. Hanc te æquũ est ducere: & te operam, ut fiat, dare. M. Me ducere autẽ? D. te, inquam. M. Ineptis. Lactant. de Opific. Vereor ne huiusmodi portenta, & ridicula refut non minus ineptum esse uideatur. Sed libet inept r quo i am eum inepto agimus, ne se ille nimis argutum p.i e

Ineptia, & Ineptitudo, ἀφρο.. ία. Terent. in Phor. Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Cic. 1. Tusc. Ineptiæ penè aniles.

Ineptè, aduerb. Minus aptè, & imprudenter, ἀπροκάλως. Plau. in Mostel: Interdum ineptè stultus es. Cic. 1. Tuscul. Nam etsi non sus Mineruam, ut aiunt: facit tamen ineptè, quisquis Mineruam docet.

Inermis, me, om. r. Dicitur qui armatus non est, ἄνοπλος. Cicer. pro Cecin. arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum: quę qui nõ habuerint, eos inermes fuisse uincs. Liu. 2. ab Vrbe, Ad hæc Albana pubes inermes ab armatis septa, &c. Et per translationem inermis dicitur qui nihil habet quo causam suã tueatur, aut defendat. Cic. 1. de Fin. Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi, & differendi, quæ λογικὴ dicitur, iste uester planè (ut mihi quidem uidetur) inermis ac nudus est.

Inermus, ma, mum, Idem. Vergilius 12. Aeneid. Tum studio effusę matres, & uulgus inermum, Inualidiq; senes, turres & tecta domorum Obsedêre. Gel. lib. 17. cap. 2. ex Quint. Claudij Annal. lib. 1. Arma pleriq; abijciunt, atq; inermi inlatebrant sese. Sallust. in Iug. Neq; quenquam decere, qui manus armauerat, ab inermis pedibus auxilium petere.

Inermo, as, are, a. p. Armis spoliare. Festus.

Inerro, as, n. p. In loco quopiam aberro, ἐμπλανῶμαι. Plin. lib. 1. Epist. Experieris non Magis Dianam montibus, quam Mineruam inerrare, Ignis inerrat ædibus, Statius 1. Syl.

Inerrans, idem est quod non errans, ἀπλανὴς. Vnde inerrantes stellæ dicuntur, quæ & fixæ appellantur. Lactan. lib. 2. Stellarum uel inerrantium, uel uagarum dispares cursus, orbis ille, dum uertitur, exhiberet. Cic. 2. de Nat. deor. Nec uerò ex stellæ, quæ inerrantes uocantur, non significant eandem mentem atque prudentiam, quarum est quotidiana, conueniens, constansq; conuersio. Idem, Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab æthærea coniunctione secretã & liberam.

Iners, tis, om. t. Ab antiquis accipiebatur pro eo qui artem nullam nosset, quem Græci ἄτεχνον appellant. Cicer. de Fin. Sed lustremus animo has maximas artes, quibus qui carebant, inerres à maioribus nominabantur. Postea tamen consuetudo obtinuit ut pro ignauo potius, stupido & desidè accipiatur, ῥᾴθυμος, ἀπράγμων. Teren. in Andria, atq; hoc cõfiteor Iure obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nullius consilij sum. Cic. 4. Verrinar. At homo inertior, ignauior, magis uir inter mulieres nequã, quàm impura inter uiros, muliercula, &c. Plin. lib. 7. cap. 7. Ille ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & pondere suo oneratæ. Verg. libr. 4. Georg. In medium seu stabit iners, seu protluet humor. Donatus in Adel. Intelligamus aliter dici non inertem Socratem, aliter non inertem seruum. Iners membris. Plinius libro 8. capite 21. Iuxta hanc fera appellatur catoblepas, modica alioquin, cæterisq; membris iners, caput tantum prægraue ægrè ferens, &c. Iners in Venerem, id est, segnis ad coitum, Colum. lib. 6. cap. 27. Aetas iners, senectus, Tibul. libro 1. eleg. 1. Corda inertia, Verg. 9. Aen. Corpora inertia, Idem 2. Aeneidos.

Inertia, tiæ, f. t. Propriè artis ignorationem significat: accipitur tamen pro ignauia, socordia, desidia, ἀπραγμοσύνη, ῥᾳθυμία. Cic. in Partit. Animi autem, aut quemadmodũ affecti sunt, uirtutibus, uitiis, artibus, inertiis: aut quemadmodum cõmoti, cupiditate, metu, uoluptate, molestia. Colu. in Præf. lib. 2. Non ergo fatigatione, quemadmodũ plurimi crediderunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benignè nobis arua respondent. Cic. lib. 1. ad Qu. Frat. Duo illa relinquamus, idq; largiamur inertiæ nostrę.

Inerticula, Vitis genus est, uinum ferens neruis innoxium: unde & nomen habet, quòd scilicet iners habeatur in tentandis neruis, ἀμέθυσος. Græci uocant, ἀμέθυσον. eo quòd non facilè gignat ebrietatẽ. Colum. lib. 3. cap. 2. Inerticula tamen nigra, quam quidem Græci ἀμέθυσον appellant, potest in se cunda quasi tribu esse: quòd & boni uini est, & innoxia: unde etiam nomen traxit, quòd iners habetur in tentandis neruis.

Ineruditŭs, a, um, Non eruditus, ἀμαθής, ἀπαίδευτος Cicer. de Fin. Non ergo Epicurus ineruditus. Idem 4. Acad. Modò ne quis illud tam ineruditum, absurdumq; respondeat. Sueton. de Clar. Gram. Præterea priscorum Catoni uerborum ineruditissimum furem.

Inesco, as, a. p. Quasi ablata esca decipio, δελεάζω. Translatio sumpta est à piscibus, & auibus, quæ propriè inescari dicuntur, quum escam captantes capiũtur. Terentius Adelp. Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines, Sannio. Liuius 2. bel. Pun. Annibal id damnum haud ægerrimè pati, quin potius credere uelut inescatam temeritatem ferocioris Consulis.

Inēuitābilis, bile, om. t. Quod uitari non potest, ἀναπόδρατος, ἄδρας. Plin in Panegy. Magnum & ineuitabile, actoties cuiq; experiendum malum. Ouid. ad Liuiam, Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis.

Inēxātūrābilis, le, Insatiabilis, ἀπλήρωτος. Verg. 5. Aen. Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus.

Inexcogitatus, Quod excogitatum, & præmeditatum nõ est. Plin. lib. 36. cap. 15. Nouum & inexcogitatum antea posteaq; remedium inuenit ille Rex.

Inexcultus, a, um, Inornatus, ἀκόμψος, ἀνέργαστος. Gellius libro 13. cap. 22. M. Cato Consularis, & Censorius, publicis iam, priuatisq; opulentus rebus, uillas suas inexcultas & rudes, nec tectorio quidem prælitas fuisse dicit.

Inexcusabilis, le, om. t. Quod excusari non potest, ἀπροφάσιστος Ouidius 6. Meta. Gratia diis, felix, & inexcusabile pectus.

Inexercitatus, a, um, Exercitato contrarĩu, ἀγύμναστος. Cic. de Senect. Quibus qui splendidè usi sunt, hi mihi uidentur fabulam ætatis peregisse: nec, tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. Idẽ 2. Tusc. Rudis ille. & inexercitatus miles.

Inexercitus, Idem. Cic. 5. Tusc. Asclepiadem ferunt non ingobilem, nec inexercitum philosophum, &c.

Inexhaustus, a. um, Nunquam desinens, siue quod exhauri non potest, ἀνεξάντλητος. Cic. 3. de Legibus, Erat enim, ut scis, in eo inexhausta auiditas legendi: nec satiari poterat. Inexhausta metalla, quæ exhauriri non possunt præ abundantia. Verg. lib. 7. Aen. Aut Iluatrecentos Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Inexorabilis, le, om. t. Implacabilis, qui exorari non potest, ἀνομείλικτος. Cic. ad Qu. Frat li. 1 In literis mittendis, ut sæpe ad te scripsi, nimium te inexorabilem præbuisti. Liuius 2. ab Vrbe, Leges rem surdam, inexorabilem esse. Verg. 2. Aen. Felix qui potuit rerum cognoscere causas: Atq; metus omnes, & inexorabile fatũ Subiecit pedibus, strepitumq; Acheronris auari.

Inexpectatus, a, um, Contrarium expectato, ἀπροσδόκητος. Quint. libro 9. capite 2. Illis non accedo qui schema esse existimant, etiam si quid nobis ipsis dicamus accidisse inexpectatum. Ouid. 12. Metam. nec inexpectatus in armis Hostis adest.

Inexperrectus, a, um, Non experrectus. Ouid. 12. Metam. in tanto fremitu cunctis sine fine iacebat Sopitus uenis, & inexperrectus Aphypnas.

Inexpertus, a, um, Intentatus, ἀπείρατος. Ver. 4 Aen Nequid inexpertum frustrà moritura relinquat.

Inexpiābilis, le, om. t. Quod expiari non potest, ἀκάθαρτος. Cic.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cic.1.Tusc.Tum è Pontificio iure,& ceremonijs sepulchrorum intelligi licet: quas maximis ingenijs prædíti nec tanta cura coluissent,nec inuiolatas tam inexpiabili religione sanxissent.Liuius lib.3. bel.Maced.Vt inexpiabile bellum aduersus se unum maneret. Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem.Liuius 9.bel.Maced.

Inēxplanātŭs,a,um: ut,Inexplanata lingua,hoc est, impedita,neque agilis,neq; etiam complanata,ut apertè proferre possit.Plin.lib.11.cap.37.Metallum Pontificem linguæ adeò inexplanatę fuisse accepimus,ut multis mensibus tortus creatur,quum meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere.

Inēxplēbĭlis,le,om.t.Quod expleri non potest,insatiabile, ἀπλήρωτος. Cic. 5. Tusc. Quid uerò illam,quem libidinibus inflammatum & furentem uidemus omnia rapidè appetentem cum inexplebili cupiditate? Plin.lib.3.cap.47. Huc omnia inexplicabile animal congerit. Pro eodem etiam legimus inexpletus: ut, Cædes inexpletæ, apud Statium, 8. Theb.hoc est, nondum completæ. Lachrymans inexplētū, Verg.8.Aeneid.id est,inexplebiliter,nomen pro aduerbio,ut inquit Seruius.

Inexplicābĭlis,le,om.t.Quod explicari non potest.ἄλυτος, ἀδιεξίτητος.Plin.lib.22.cap.2.De generibus singulis dicere, immensum,& inexplicabile est.Inexplicabiles fraudes.Cic. 2.Tusc.Plin.lib.5. cap.5. Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit.Inexplicabiles uiæ continuis imbribus: hoc est, unde sese quis facilè extricare non queat,Liu.10.bel.Maced. Laquei inexplicabiles,Quint.lib.5.cap.10.

Inexplĭcĭtus.a,um,Intricatum, inuolutum, obscurum, & quod facilè explicari non potest,ἀνοπίητος.Martial.lib.9.Democritos,Zenonas,inexplicitosq; Platonas.

Inexplōrātŭs,a,um,Explorato contrarium.ἀκατασκόπητος. Lib.lib.6.bel.Pun.Non altitudo mœnium, non inexplorata stagni uada,non castellum in alto tumulo situm,&c. Accipitur interdū pro incerto,& incōperto,ἄδηλος. Plin. lib. 35.cap.6.Apportatur & Indicū ex India, inexploratæ adhuc inuentionis mihi. De atramento.

Inexploratè,siue inexplorato,aduerbium,Sine exploratione & inquisitione,ἀκατασκοπήτως.Liu.li.6 Inexploratò pabulatū cohortes misére.Gell.lib.5.cap.18.Sed arrogationes non temerè,nec inexploratè committuntur.

Inexpugnabĭlis,le,om.t Quod expugnari non potest,ἀνάλωτος. Liu.lib.2.ab Vrbe,Ibi alto,& munito loco arcem inexpugnabilem fore.Cicero 5.Tuscul. Volumus enim eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum.

Inexputabĭle,Quod numerari non potest.ἀσυμβλήτως,ἀπέρως. Colum.lib.9 cap.4.Nam inexputabilis erat numerus.

Inextinctus,a,um,Quod non extinguitur.Vnde Ouid.lib. 6.Fast.ignem Vestæ uocat inextinctum,quòd semper suppeditatis fomentis à sacris uirginibus,nunquam penitus extingueretur,Ignis inextinctus templo celatur in illo: Effigiem nullam Vesta nec ignis habent.

Inextirpabĭlis,bile,Quod extirpari nō potest.Plin. lib.15. cap.20.Radices multæ atq; altæ,& ideò inextirpabiles.

Inextricabĭlis,om.t,Insolubilis,quod extricari nō potest: seu unde quis extricare se nō potest,ἄφυκτος,ἄλυτος. Verg. 6.Aen.Hic labor ille domus,& inextricabilis error.Plin. lib. 36.cap.13.Inq; basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem.Inextricabilia uitia,Idem lib.20.cap.21.

Inēxūpērābĭlis,le,Quod superari non potest, ἀνυπέρβατος. ut,Inexuperabilis uis fati.Liu.8.ab Vrbe.Idem 5.ab Vrbe,Alpes inde oppositæ erāt,quas inexuperabiles uisas haud equidem miror,nulla dum uia superatas.

Infabrē,pe.cor.Inartificiosè,inornatè,fœdè,& impolitè,ἀκόμψως,ἀτέχνως.sicut Affabrè,pulchrè,&ornatè.Liu.6.bel.Maced.Aureos torques M. CCCC. LXX. ad hæc auri pondo CCXLV. argenti infecti, factiq; in Gallicis uasis, non infabrè suo more factis duo millia CCCLX. pondo, &c. Horat. 1.Serm.Satyr.3. Quid scalptum infabrè, quid fusum durius esset?

Infabricatus,a,um,Non fabricatus,impolitus,ἀκατασκεύαστος. ἀνέργαστος. Verg.4.Aen.Frondentesq; ferunt ramos,& robora syluis Infabricata fugæ studio.

Infācētŭs,a.um,Inurbanus,rusticus,qui nihil salis habet, aūt lepōris.Plaut.in Truc.Quid? tam infacetus Lemno aduenis? Nō infacetus homo, Cic.3. Off.Non infaceto lepōre, Plin.lib.37.cap.1.Infacetum medacium, Cicero pro Cælio.

Infaceriæ,arum,f.p.Inurbanitates,& rusticitates.Vnde Catullus Annales Volusij dicit esse plenos infacetiarum.

Infācūndĭă,æ,f.p.Dicendi imperitia.Gel.lib,11.cap.16. Tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia.

Infacundus,Inelegans,nulla dicendi facultate præditus.Liu. 4.ab Vrbe, Et tribunus plebis uir acer, nec infacundus, nactus inter aduersarios,&c.

Infāmĭs,me,pen.pro.om.t.Qui ob uitium aliquod,aut turpitudinē malè audit,aut cui fama est parum secunda,aut integra,ἄτιμος.Cic 6.Verr.Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis stupris, flagitijsq; fecisti. Terēt.in Heau.ea causa magis Patiar Clitipho,flagitijs tuis me infamē fieri.Infamis dictus est ab antiquis digitus medius, propter ignauiam: quoniā indigere uideatur aliorum defensione.Pers.Satyr.2.Infami digito lustralibus antè saliuis Expiat.Iuuen.Medium;q; ostenderet unguē. Nam ueteres quū aliquē medio digito indicabāt,latenter eius significabāt infamiā: cuius rationē propter nimiā obscœnitatē hic cōsultò prętermisimus. Si quis tamē nosse cupiat,uideat prouerbium,Digitum medium ostendere.

Infamia,æ,f.p.Macula,probrū,nota turpitudinis,ἀτιμία,δυσφημία.Terent.in Andr.Tum id clam cauit,ne unquā infamiæ Ea res sibi esset,ut uirum fortem decet.Cic.5. Verr. Nihil ad tuas aures,de tua infamia peruenisse.

Infamo,as,are.a.p.pen.prod.Infamia afficio,ignominiāuel notam inuro, ἀτιμάζω.Quin.li.10.cap.1.Deinde quum se iactaret eodem modo dicere,Senecam infamauit. Inuenitur etiā interdum pro diuulgare.Liu.10.bel.Maced.Infamandæ rei causa ianuam obserari iubet. Infamare agrū, deuastare.Colum.lib.1.cap.7.Itaq; fit ut & actor & familia peccent, & ager sæpius infametur.

Infamatus,participium.Ouid.14.Metamor.Et procul insidias infamatæq; relinquunt Templa deæ.

Infandus,a,um,ingens,immensus,inenarrabilis, nefarius, illicitus: à fando,quòd oratione exprimi non possit aut debeat.ἄῤῥητος.Virg.2.Aen.Infandum Regina iubes renouare dolorem.Terent.Eunu.Perij,obsecro tam infandū facinus mea tu?ne audiui quidem.Martial.lib. 9. Immatura dabant infandas corpora pœnas.Ver.4.Aen.infandum si fallere posset amorem. Ponitur nonnunquam pro interiectione. Verg.libr.1.Georg.Infandū,fistunt amnes, tetræq; dehiscūt. Idem lib.1.Aen.Nauibus (infandum) amissis.

Infans,tis,com.t.subst antiuum,Dicitur puer qui nondum fari cœpit,νήπιος,βρέφος.Cic.3. Verrin. Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit.Liu.1.bel.Mace.In Sabinis incertus infans natus masculus,an fœmina esset. Ouid.5.Metam.Editus in lucem iacuit sine uiribus infans. Accipitur etiā aliquando infans pro brutorum animalium,atque ipsarum etiam auium fœtu.Plin. Quadrupedes infantes suos cognoscunt: Idem lib.10.cap.61. Vespertilio uolucrum sola lacte nutrit,ubera admouēs,geminos uolitat amplexa infantes. Adiectiuum uerò capitur quasi pro paruo.Plin.lib.22.de boleto,Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti. id est, parui & nondum adulti. Interdum dicitur infans, non facundus.Cic.in Bruto, Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. Per translationem sumitur pro stulto,& quasi loqui nesciente.Ex quo infantior & infantissimus, id est,stultior &stultissimus.Autor ad Heren.lib.2.Et dum cautè, expediteq; loqui uolunt,infantissimi reperiuntur. Idem ad Quint.Frat.Gabinius absolutus est: omnino nihil accusatore Lentulo,subscriptoribusq; infantius: nihil illo consilio sordidius.

Infantia,tiæ,f.p.Aetas hominis usq; ad annum septimū: quòd ad id ferè tempus satis cōmodè fari nō possumus, νηπιότης. Plin.lib,9.cap.8.Atq; etiā gestans fœtus in infantia.Quint.1. cap.2.Et quantum in infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiritur. Dicitur etiam infantia, quum quis rem aliquam nouit,quam tamen explicare non potest. Cic.3.de Ora.Dummodo hoc cōstet,neq; infantiā eius, qui rem norit,sed eam explicare dicendo nō queat: neq; inscitiā eius,cui res nō suppetit,uerba nō desint,esse laudandā.quorum si alterum optandum sit, malim equidem indisertam prudentiam,quàm stultitiam loquacem.

Infantaria,pro puerpera.Martial.lib.4.Et quod mireris magis, infantaria non est.

Infantile,adiectiuum,Quod est infantis,νηπιοχῶδες.

Infarcio,cis,a.q.Impleo,ἐμπλήθω.Plin.lib.35.cap 14.Quid? non in Africa, Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant for-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lant fornaceos (quoniam fornacũ modo circundati, utrinque duabus tabulis inferciuntur uerius, quàm instituuntur) ꝛuis durant incorrupti, Imbribus, uentis, ignibus, omniꝫ cæmento firmiores? Colum. lib. 12. cap. 53. Et maximè in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largũ salẽ infarcito. Infarcire uerba, Inculcare, & sine ordine inferere. Cic. in Orat. Quæ uitia qui fugerit, ut neꝫ uerbum ita traijciat ut id de industria factum intelligatur: neꝫ infarciens uerba, quasi rimas explcat, &c.

Infatigabilis, om t. Qui non defatigatur, ἀκάματος. ut, infatigabilis cursus. Plin. lib. 18. cap. 19. Dentes quidem eorum maximi, equis quoꝫ adalligati, infatigabilem cursum præstare dicuntur.

Infatuo, as, are, Fatuũ, sine sale, id est, siue sapientia facio, ἐμωραίνω. Fit enim à fatuus, & præpositione In, quæ eius significationem auget. Cic. pro L. Flacco, Neminem quidẽ adeò infatuare potuit, ut ei numum ullum crederet. Idem 3. Philip. Vt hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica. Hier. ad Rust. Quid Salomone sapiẽtius? attamen amoribus fœminarum infatuatur. Infatuatæ mulieres dictæ sunt quæ faunorum ludibrijs attinguntur. Et similiter infatuati uiri, quos nunc uulgus Spiritu correptos nominat: quidam etiam dæmoniacos.

Infaustus, a, um, Infelix, infortunatus, ἄυστυχὸς. Ouid. lib. 4. Metamor. Bella infausta gerunt, multumꝫ ab utroꝫ cruoris Parte datur.

Infectores, uide Inficio.

Infectus, participium, uide Inficio.

Infectus, nomen adiectiuum, compositum ex In negatiua particula, & participio factus, Idem significans quod non factus: ut, Infectum argentum, ἄργυρος ἀργὸς, ἀνέργασος. Infecta pace, Infecto negotio, ἀπράκτως. Plautus in Capt. Quòd malè feci crucior modò, si infectum fieri posset, ἀγένητον. Idem in Amph. Ea quæ sunt facta infecta esse accla mitat. Terent. in Eunuc. Infecta pace, ultrò ad eum uenies, indicans te amare, & ferre non posse. Liu. libro 4. bel. Maced. Argenti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo: & signati bigatorum XVII. millia uiginti tria. Infecti, id est, non signati, nec cælati.

Infelix, Infeliciter, Infelicito, & Infelicitas, uide Infelix.

Infensus, a, um, Iratus, malè alicui cupiens, ἐχθρός. Terent. in And. Me infensus seruat, nequa faciam in nuptijs fallaciã. Suet. in Vitellio, Nullis tamen infensior: quàm uernaculis. Cic. 1. Verr. Iam nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici, infensiꝫ sunt, & expectatione omniũ, & magnitudine rerũ dignum eloqui possim.

Infenso, as, are. a. p. Pro infensum habere. Tacit. libro. 13. Vt quasi infensantibus deis exitio tradi crederetur. Infensare, pro infestare. Idem lib. 5. Adequitare castris, infensare pabula. Idem lib. 13. Sed palàm infensare Armeniam.

Infer, Apud antiquos legitur pro infrà, sicut super. Cato de Re rust. cap. 149. Vbi pyrus florere cœperit, prato irriguo, ubi super inferꝫ uicinus permittet, tum decedito. Sunt tamen qui hoc in loco super & infer malint esse antiqua adiectiua: ut super uicinus dicatur qui à superiori parte fundum contingit: Infer, qui ab inferiore.

Inferiæ, arum, f. p. Sacrificia quæ inferis soluuntur, χοαὶ, ἐναγίσματα. Vnde inferias facere, est manes sacrificiis placare. Vergilius 10. Aeneid. Viuentes rapit inferias quas immolet umbris. Cicero de Natura deorum. lib. 3. Tertius est ex Idæis dactilis, cui inferias afferunt. Verg. lib. 9. Aeneid. Absenti ferat inferias. decoretꝫ sepulchro. Ouid. 5. Fastor. Inferias taciti Manibus illa dabunt.

Infernas, atis, sicut supernas, omnis gen. Plin. lib. 16. cap. 39. Et ideò Romę infernas abies supernati prætertur. Vitruuius, Infernatia ligna sunt quæ ex Apennini parte, qua inferũ mare spectat, cæduntur: supernatia è diuerso.

Infernus, Pro inferorum loco, in singulare gen. masc. in plurali neutri esse autores sunt Grammatici: cuius tamen rei nullum ex classicis testimonium proferunt: nisi fortassis ex sacræ Scripturæ interpretibus, quos ea in re imitabimur. Est enim re uera infernus, a, um, nomen adiectiuum, significans id ꝙ est infra nos, sicut supernus, quod supra nos est, ἄνω. Plin. lib. 2. cap. 47. Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris spirat. Infernæ umbræ, Martial. lib. 1. Inferna stagna, Liu. 8. ab Vrbe. Inferni dij, Idem 1. bel. Maced. Ab infernus, fit Infernè, aduerbium, κάθωθεν.

Infernalis, le, Ab infernus fit, quum est substantiuũ καταχθόνιος, unde Infernales Furiæ.

Infero, pen. cor infers, intuli, illatum, a, inconst Intro porto. εἰσφέρω. Plau. in Amp. Ne-ꝫ meum pedem huc intuli. Lactant. lib. 2. Non placebat Persio, quod aurea uasa templis inferantur. Interdum ponitur pro iniicere, ἐμβάλλω. ut, infer re manus. Lactant. lib. 4. Nefandas manus deo suo intulerũt. Cic. in Paradoxis, Ea eque peccare se, si priuatis, ac si magistratibus manus inferantur. Inferre se, pro eo quod est eum impetu irruere. Liu. lib. 2. Adeò concitato impetu se intulerant Hetrusci ut funderent ipso incursu Aricinos. Infer re damnum, cladem, detrimentum. Cæsar 2. bel. Ciuil. Magnisꝫ ultrò illatis detrimẽtis, eos qui irruptionem fecerãt, in oppidum reijciebant. Liu. 9. bel. Pun. Omnibus pacis modo incuriosè agentibus, magna clades illata. Interdũ subijcere seu apponere, ἐπιφέρειν. Lactant. li. 1. Quod clarum fiet exemplo quod inferemus. Interdum introducere. Liu. 1. ab Vrbe, Lacus erat quem modium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, quò quia se persæpe Numa sine arbitris, uelut ad congressum deæ, inferebat, Camœnis eum locum sacrauit. Interdum pro ingerere. Cic. lib. 13. Off. Turpe est, & ualde uitiosum in re seuerà, conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Interdum pro concludere. Seneca, Quam his argumentis quod proposuerat intulisset. Interdum pro contrà ferre, Cæsar libro 1. Romani conuersa signa bipertitò intulerunt. Inferre arma, est bellum gerere, ἐξενεγκεῖν πόλεμον. Cicero Octauio, quibus cogitas arma inferre? Inferre crimen, est imputare, seu obijcere. Cicero in Lælio, Addendum eodem est, ut ne in criminibus aut inferẽdis delectetur amicus, aut credat oblatis. Stuprum inferre. Cicero in Paradoxis, Quancunqꝫ in domum stuprum intulerint, eandem esse labem libidinis.

Inferus, a, um, inferior, infimus, Quod est infra, quemadmodum superus, a, um, quod est supra, ὁ κάτω, κατώτερος, κατώτατος Plaut. in Merc. Limen superum, inferumꝫ salue, simul autem uale. Ci. 1. Tusc. Eademꝫ ab animo, tanquam ab oculis caliginẽ dispulit: ut omnia supera, infera, prima, media, ultima uideremus. Inferum mare, Tyrrhenum: sicut superum, Adriaticum: quo ex urbe Roma uersus Adriaticũ euntes, ferè semper ascendunt: contrà ad urbẽ, ad mare Tuscum uenientes descendunt. Aut certè eo quod Adriaticum mare Italiam ab Oriente alluit: Tyrrhenum ab Occidente & Meridie.

Inferi, orum, m. s. Quod infrà nos circa terræ centrum credantur habitare. Cic. pro A. Cluentio, Nunc quidem quid tandẽ illi mali mors attulit? nisi fortè ineptiis, ac fabulis dicimur, ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre. Plautus Aulul. Si quid coxerint, superi incœnati sint, & cœnati inferi.

Inferior, & hoc inferius, Comparatiua ab inferus. Plin. libr. 11. cap. 37. Sed palpebræ quadrupedibus in superiore tantùm gena, uoluceribus in inferiore. Cicer. 1. Verr. Tu quum omnibus rebus inferior sis, hac una in re te mihi anteferri putas oportere, quòd Quæstor illius fueris: ego si superior cæteris rebus esses, te hanc unam ob causam accusatorem repudiari putarem oportere. Corn. Tacitus lib. 3. Tiberius atq; Augusta publico abstinuerint.

Inferius, comparatiuum, aduerbiale. Oui. 2. Metam. Inferiusꝫ suis fraternos currere Luna Admiratur equos.

Infimus, a, um, superlatiuum. Plaut. Curc. In loco infimo boni homines atq; dites ambulant. Infimi homines, id est, contẽpti, nullo in honore habiti, uel abiectæ conditionis. Terent. Eunu. Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos Homines. Cic. pro Flac. Si quem infimo loco natũ, nullo splendore uitæ, nulla commendatione famę defenderem, Idem 1. de Finib. In quo nihil æquè nec summum, nec infimũ, nec medium, nec ultimum, nec extremum sit.

Infimates, om t. pen. prod. Dicti sunt qui ex infima plebe sunt. οἱ ὑστερόνοτοι. sicut summates, qui maximæ & summæ nobilitatis sunt, uel autoritatis. Plaut. in Sticho, Summates uiri atque infimates.

Infimo, as, a. p. penult. corr. Deprimo, infimum facio. Est enim contrarium uerbo sublimo. Apul. de dæmonio Socratis, Ingenia illa ad beatitudinem sublimata sunt, hæc ad miserias infimata.

Inferueo, es, siue Inferuesco, is, idẽ quod ferueo. Cato. 108. Facito bis, aut ter inferueat. Idem capite 90. Et far parum facito,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſaciro, & fabæ tertia pars ut inferuescat. Horat. 2. Sermon. Satyr. 4. Hoc ubi confuſum ſectis inferbuit herbis, Corycioque, &c.

Inferuefacio, cis. Colum. lib. 12. cap. 17. Liquatum q; acetum inferuefaciant. Idem lib. 9. cap. 13. Omnia eadem æquis ponderibus in unum læuigata, & fictili uaſe cum ammineo uino inferuefacta.

Infeſtiuus, infacetus, iniucundus, ἀπερίτροπος, σκαιός. Gellius, Homo ſubagreſti ingenio, & infeſtiuo.

Infeſtus, a, um, Qui alioqui bellum infert: & eſt plus quàm inimicus, iamq; aduerſus eum fertur, ἀνιαρὸς, χάρτης. Plau. in Caſina, Tibi ſoli infeſta eſt plus, quàm cuiquam. Cicer. 5. Verr. Quis hunc audet dicere aratoribus infeſtum, & inimicum fuiſſe? Accipitur etiam paſſiuè pro eo qui infeſtatur. Cic. pro Roſc. Ame. Filij uita infeſta ſæpe ferro, & inſidijs appetita. Idem pro Plancio, Dolebam, Iudices, & acerbè ferebam, ſi huius ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior, quòd is meam ſalutem, atq; uitam ſua beneuolentia, præſidio, cuſtodiaq; texiſſet. Nigidius ~~infeſtum à feſtinando~~ dici putat. Qui enim inſtat alicui, eumq; properans urget, & opprimere eum ſtudet, atq; feſtinat: & contrà, de cuius periculo, & exitio feſtinatur: horum uterq; infeſtus dicitur, ab inſtantia fraudis quam uel facturus alicui, uel paſſurus eſt. Infeſtum mare habere, ut annotauit Nonius, ſignificat latrocinando mare infeſtare. Cicero libro 3. de Republica, Nã quum quæreretur ex eo, quos celere impulſus mare haberet infeſtum uno myoparone: Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. Senectus infeſta. hoc eſt, moleſta & grauis. Liu. 1. ab Vrbe, Tum uerò indies infeſtior Tullij ſenectus, infeſtius cœpit regnum eſſe. Signa infeſta, dicuntur quæ aduerſum tendunt. Cæſar 6. bel. Gallici Illi ubi præter ſpem, quos fugere credebant, infeſtis ſignis ad ſe ire uiderunt. Liui. 2. ab Vrbe. Sic in primum infeſtis haſtis prouolant duo Fabij.

Infeſto, ſtas, a. p. Diu exo, moleſtiam infero, ἐνοχλέω. Plin. lib. 7. cap. 2. Quos à gruibus infeſtari Homerus quoq; prodidit. Infeſtare pro uitiare. Plin. lib. 17. Arborem ipſam tertilitate conſumi, muſco præterea rubro infeſtari. Infeſtantur uinera Auſiris & Euris, Colu. lib. 3. cap. 12. Infeſtat infantes editos pleni lunium. Plin. 7. cap. 6.

Infeſtatio, Moleſtatio, uexatio, ἐνόχλησις.

Infeſtè, aduerb. Noxiè. Liu. 6. bel. Pun. Age contrà, quæ illi infeſtè in nos fecerint, repetite. Id eſt, inimico animo.

Infibulo, as, quid ſignificet, uide ſuprà in dictione Fibula.

Inficias, alis, ator, Vide Inficior.

Inficio, is, ere, pe. cor. ex in, & facio, a. t. Tingo, imbuo, βάπτω. Plaut. in Truc. Quia tibi inſuaſo infeciſti propudioſa pallulam. Plin. lib. 7. cap. 15. de menſtruis mulierum, Ad omnem contactum adhærens. præterquàm filo, quo tale uirus infecerit. Cæſar 5. bel. Gall. Omnes uerò ſe Britanni glaſto inficiũt, quod cæruleum efficit colorem. Per translationem ſumitur pro uitio, ſeu maculo, διαφθείρω Cic. lib. 5. Tuſc. Sed nos umbris, delicijs, otio, languore, deſidia, animum infecimus. Liu. Hoc luxu, & peregrinis infecti moribus. Item uenerare, φαρμάττω. Verg. 2. Georg. quo non præſentius ullum, Pocula ſi quando ſæuæ inferere nouercæ. Plin. lib. 11. Nimio fumo inficiuntur apes. Hoc uerbum Diomedes à fuco componi exiſtimat: dicit enim, facio, conficio: fuco, inficio. Sed aſpera nimis uidetur compoſitio, licet à ſignificatione non abhorreat.

Infectus, a, um, ab inficio, Idem eſt quod tinctus, maculatus, uenenatus, βεβαμμένος, διεφθαρμένος. Plin. lib. 11. cap. 37. Mulieribus etiã palpebræ infectæ quodãmodo, tanta eſt decoris affectatio, ut tingantur oculi quoq;. Suet. in Caligula, Inuenta & arca ingens uariorum uenenorũ plena, quibus mox à Claudio demerſis, infecta maria traduntur, non ſine piſciũ exitio. Seneca, Diu in iſtis uitijs iacuimus, elui difficile eſt: non enim inquinati ſumus, ſed infecti.

Infectus, us, m. q. Accipitur pro tinctura, βαφή. Plin. lib. 8. cap. 48. De reliquarum infectu ſuo loco dicemus.

Infectores, m. t. Qui lanam colore aliquo inficiunt, id eſt, tingunt, βαφεῖς, ἀνοσίωτοι. Plin. lib. 10. cap. 7. Quarto infectores lanarum utuntur, quod glaſtum uocant. Idem. lib. 35. cap. 6. Fit etiã apud infectores ex flore nigro, qui adhæreſcit æreis cortinis. Infector ſuccus, quo lanæ, uel quidpiam aliud tingitur, & inficitur. Plin. lib. 11. cap. 23. Purpurarum generi infector ille ſuccus.

Inficiõr, aris, deponẽs, p. Nego, dicto, non facto, ἀρνοῦμαι, ἔξαρνός εἰμι, Plaut. in Ciſtel. Omnia inficiatur ea quæ dudum cõfeſſa eſt. Cic. in Catilinam, Nam quum id poſſet inficiari, repentè præter opinionem confeſſus eſt.

Inficias, f. p. tantum accuſatiui caſus eſt, & pluralis numeri, & ſolùm cum eo, is, iungitur, & ſine præpoſitione: ut, Hic inficias iturus eſt, hoc eſt negabit, ἔξαρνος ἔσται. Terent. in Adel. Si inficias ibit, teſtis mecum eſt anulus quem amiſerat. Gel. li. 16. cap. 19. Nautas ſtupefactos, conuictoſq; inficias ire non quiſſe.

Inficialis, le. om. t. ut, Inficialis ſtatus, quo itur inficias, & negantur obiecta. Cicero in Topic. Itaq; aut inficialis, aut coniecturalis prima appellatur.

Inficiator, oris, m. t. Qui negat ſe uel debere quod actor petit, uel commiſiſſe quod accuſator obiicit, ἔξαρνες ὤν. Cic. lib. 1. de Orat. Non ne intelligebat, ut ſi ille inficiator probaſſet Iudici, antè petitã eſſe pecuniam quàm eſſet deberi cœpta, &c. Vnde ſtatus coniecturalis dicitur inficialis, quo negamus quod uel petitur uel obijcitur. Cicero in Catilinã, Hoſce ego nõ tam milites acres, quàm inficiatores eſſe arbitror. Martialis lib. 1. In ius, ô fallax, atq; inficiator, eamus.

Inficiatio, nis, f. t. Verbale, Negatio, ἔξάρνησις Cic. 2. de Orat. Ac noſtræ ferè cauſæ quæ quidem ſunt criminum, plerunq; inficiatione defenduntur.

Infidus, a, um, pen. prod. Non fidus, cui non eſt fidendum, ἄπιστος. Cic. de Amic. Tum quũ exul eſſet, ſe intellexiſſe quos fidos amicos haberet, quos infidos. Plaut. in Aſin. Vbi ſciens fideli infidus fueris. Liu. 7. ab Vrbe, & propter Latinorum infidum iandiu fœdus. Verg. 2. Geor. Illum non populi faſces, non purpura regum Flexit, & infidus agitans diſcordia fratres. Horat. 1. Carm. Ode 35. At uulgus infidum & meretrix retro Periura cedit.

Infidelis, le, om. t. Qui promiſſis non ſtat, nec fidem promiſſam exoluit, quin potius uiolat, ἄπιστος. Plau in Aſin. Vbi fidentem fraudaueris, ubi hero infidelis fueris. Cæſar 7. bel. Gal. Qui autẽ erant per ſe infideles, manus cogere, atq; apertè bellum parare cœperunt. Cic. ad Caronem, lib. 15. His ego ſubſidijs ea ſum conſecutus, quæ nullis legionibus cõſequi potuiſſem, ut ex alieniſſimis ſocijs amiciſſimos, ex infideliſſimos redderem.

Infidelitas, atis. f. t. Fides uiolata, perfidia. Cæſ. 8. bel. Gal. Infidelitatem eius ſine ulla perfidia iudicauit comprimi poſſe. Cicero pro Milone, Quantæ infidelitates in amicis. Idem 5. Tuſcul. Quantopere uerò amicitias deſideraret, quarum infidelitatem extimeſcebat, &c.

Infideliter, aduerb. ἀπίστως. Cicer. ad Brutũ, infideliter aliquid cuipiam ſuadere.

Infigo, gis, a. t. pe. prod. Intus figo, ἐνηρέδω, ἐμπήγνυμι. Cic. 4. Tuſc. Quum in acie M. Allienum Pelignum ſcuto perlexit, gladiumq; hoſti in pectus infixit. Infixa intergit hoſtium pila. Liu. .bel. Punici. Infixa animis religio, Idem 9. bel. Pun. Telum infixum educere, Ouid. 13. Metam. Hærent infixi pectoræ uultus. Verg. 4. Aeneidos.

Infixus, defixus, inſitus, inuſus, hærens in alieno, penitus infidens, quod nullo euelli modo poſſit. Cic. in Catilinam, Dum memoria mei conſularus, ueſtris erit infixa mẽtibus.

Infimates, Infimo, as, Infimus, a, um, Vide Inferus.

Infundo, dis, dere, a. t. Fundendo incido, ἐγκόπτω. Vergilius Eclog. 4. quæ cingere muris Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.

Infinitus, a, um, Finito contrarium, ἄπειρος. Cic. pro Roſcio Com. Qui tantas, & tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Infinitæ altitudinis ſpelunca, Ci. 6. Verr. Infinitum imperium, id eſt, ſine exceptione, uel maximum, & quaſi perpetuum. Cic. 4. Verr. Poſtquam M. Antonij infinitum illud imperium ſenſerant.

Infiniti, plures acceptiones ponit Ariſtoteles libr. 4. Phyſic. Infinitum magnitudine uocatur, quod ſuæ magnitudinis caret extremis. Infinitum multitudine, quod ſuæ diſcretæ multitudinis caret extremis.

Infinitè, adrerb. Perpetuò, indeſinenter. Cic. in Paradox. Illi aurata tecta in uillis, & ſola marmorea facienti, & ſigna, tabulas, ſuppellectilem & ueſtem infinitè concupiſcenti, &c.

Infinitò, ablatiuus loco aduerbij. Plin. lib. 15. cap. 8. Procedente perſuaſione illa, quicquid in Creta naſcitur, infinito præſtare cæteris eiuſdem generis alibi genitis.

Infinitas, tis, f. t. Perpetuitas, ἀπειρία. Cic. 1. Off. Gradus autem plures ſunt ſocietatis hominũ: ut enim ab illa diſcedatur infinita

infinitate, proprior est eiusdem gentis, nationis, &c.

Infinitio, onis, f. t. Cic. 1. de Fin. Infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν uocant, tota ab illo est, Id est, infinitas, siue infinitudo.

Infinitiuus modus, Sine alterius uerbi adminiculo poni solet, ἀπὸ ῥήματος, ut apud Verg. 1. Aen. Me nec incepto desistere uictam? Quo in loco subintelligitur, oportet uel decet. Ponitur etiam frequentissimè infinitiuus pro præterito imperfecto indicatiui. Terent. in Eunuch. Inuidere omnes mihi. pro inuidebant. Ideò autem dicitur infinitiuus, quia alij modi definiunt personas & numeros: hic autem sine numeris & personis est, & habet solùm præfinitũ tempus, præsens, præteritum & futurum: ut, amare, præsens: Amasse, præteritum: Amatum ire, futurum.

Infirmus, Non firmus, imbecillis, & debilis, ἀσθενὴς, ἄκυρος. Cic. 1. Acad. Et simul assidamus, inquã, si uidetur, Sanè istud quidem, inquit: sum enim admodũ infirmus. Inops & infirma classis, Cic. 7. Verr. Aetate affecta, & uiribus infirmis homo, Idem 6. Verr. Infirmi saporis uinum. Ingenerosum, debile, & quod linguam non ferit, aut pungit. Colum. libr. de Arb. cap. 3. Montibus eliuisq; difficulter uineæ conualescunt, sed firmum, probumq; saporem uini præbent: humidis & planis locis robustissimè, sed infirmi saporis uinũ, nec perrenne faciunt. Infirmior, comparatiuus, Horat. 1. Ser. Sat. 9. Sum paulò infirmior unus Multorum. Infirmissimus, ac desperatissimus homo, Cicero in Pisonem. Caput infirmum, Horat. 1. Epistol. 17. Leuissimæ, ac infirmissimæ causæ, Cicero pro Cluent. Vnde Infirmitas, Inualiditas: non ægrotatio, ut plerique malè usurpant: sed potius debilitas illa quæ uel ex ætate, uel ex morbo contingit. ἀσθένεια. Cic. de Senect. Vt enim infirmitas est puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, &c. Idem de Claris Orator. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis. Idem pro Sylla, Infirmitatem corporis animi uirtute superauit.

Infirmo, às, are, a. p. Debilitare, infirmum reddere, & etiam refellere, καταλύω, ἀκυρόω. ut Infirmare argumenta, & rationes alicuius. Cicer. de Diuin. Nec ea dico, quæ si dicam, tu infirmare non possis. Infirmare fidem testis ad Iudicem, Ciceroni pro Roscio Com. est infirmum reddere, & ostendere periturum esse testem, aut saltem fide indignum. Idem 2. de Nat. deo. Quanta uerò illa sunt quæ uos Academici infirmatis & tollitis?

Infirmatio, nis, *Confutatio*. Cicero lib. 1. de Inuent. Iudicatio est qua ex infirmatione & confirmatione rationis nascitur controuersia. Infirmatio rerum iudicatarum, Cic. pro Lege Agraria.

Infit, uerbum defectiuum, autore Festo, Idem est quòd incipit. Plaut. in Aulu. Infit ibi postulare plorans, eiulans. Sepius tamen accipitur pro inquit. Liu. 1. ab Vrbe, Ibi infit annum se tertium & nonagesimum agere.

Inflammo, as, a. p. Idem est quod incendo, φλογόω, φλογίζω. Cic. 4. Verr. Quam quum inuestigare Ceres uellet, dicitur inflammasse tedas ijs ignibus qui ex Aetnę uertice erumpunt. Idem 7. Verr. Classem pulcherrimam pop. Rom. in littus expulsam & eiectam, quum primum adnesperasceret, inflammari, incendiq; iussit. Per translationem accipitur pro augere. Cicer. 2. Verr. Quum sunt parati qui concionibus & legibus hanc inuidiam Senatus inflammare conentur. Inflammari passiuè, pro uehementer appetere, & desiderare aliquid. Cic. de Amic. Honores uerò quorum cupiditate quidam inflammantur, quàm multi ita contemnunt, ut nihil inanius esse, nihil leuius existiment?

Inflammatio, nis: ut, Inflammationes mammarum quas Græci φλεγμονὰς, uocant, nempe quando propter nimium humorem collectum in aliqua parte ueluti cuiusdam ignis ardor sentitur.

Inflãmmãtio, in uulua est, quæ fit cum dolore uentris, inguinumq; in qua cum febribus accidit sincipitis dolor, tendinum contractio, & oculorum cauitas, Inflammationes à quibusdam ueteribus dicebantur, quæ sunt ueluti quædam excandescentiæ: à iunioribus autem non æquè. De arte curatiua, uide apud Glauconem, libr. 2.

Inflecto, is, ere, a. t. Idẽ quod flecto, κάμπτω. Cæsar 1. bel. Gal. Quum ferrum se inflexisset. Cic. 7. Verr. Vbi primùm ex alto sinus ad urbem ab littore inflectitur. Vestigium cursus sui inflectere, A cursu suo declinare. Cic. 2. de Nat. deor. Oculos aliquorsum inflectere, Cicer. ad Quir. post red. Voces inflectere cantu, Tib. lib. 2. Eleg. 7.

Inflexus, participium: ut, Aratrum inflexum, Verg. 1. Geor. Incursuum & leuiter à summo inflexum bacillum, Cicer. 1. de Diuin. Ceruix inflexa, Verg. lib. 3. Aen. Genu inflexum. Proper. lib. 3. Eleg. 9.

Inflexus, us, m. q. Nomen, ipse inflectendi actus. Plin. lib. 11. capite 25. Ferit obliquo ictu, & inflexu.

Inflexio, onis, f. t. κάμψις Idem Cicer. de Vniu. Omnis enim orbis eorum, quasi facilitatis inflexione uertebatur. Laterũ inflexio Cic. 3. de Oratore.

Inflexibilis, le, om. t. Quod inflecti non potest, ἀκαμπὴς. Plin. lib. 28. cap. 12. dolorem inflexibilem (σπιστhotonon uocant) leuat urina caprę, auribus infusa. Plin. Epist. 317. Pernicaciã certè, & inflexibilem obstinationem debere puniri.

Infligo, gis, pen. prod a. t. Ictum infero, incutio, ἐντείνω, προσρίβομαι ex in, & fligo, uerbo antiquo, quod sternere significabat. Plin. lib. 8. cap. 16. Sæpe in arena colaphis infligitis examinantur. Cicero in Pisonem, Quæ discessus meus Reipublicæ uulnera inflixit. Idem in Vatin. Si ad cætera uulnera quibus patrasti Remp. deleri, hanc quoq; mortiferam plagã inflixisses Auguratus tui.

Inflo, as, are. a. p. Turgefacio: à folle, quì flatu turgescit, tractum, ἐμπνευματόω. Vnde tibicem buccinã uel calamos inflare dicitur, pro tibia canere, uel calamis. Varr. 3. de Re rust. cap. 15. Qui cum eo uenisset cum fidicula, & cithara, & cantare esset iussus, buccinam inflauit, Inflare ambas buccas, iratorum proprium. Horatius 1 Serm. Satyr. 1. quin Iupiter ambas iratus buccas inflet. Inflare, turgescere, tumere, & efferri, uel superbire. Cic. 1. de Legibus, Fannij autem ætati coniunctus Antipater paulò inflauit uehementius, habuitq; uires agrestes ille quidem, atq; horridas, sine nitore ac palæstra.

Inflatus animus, Superbus, elatus. Cic. 3. Tusc. Sic igitur inflatus & tumens animus in uitio est: sapientis autem animus semper uacat uitio, nunquam turgescit, nunquam tumet.

Inflatus, us, m. q. Ipse inflandi actus, ἔμπνευσις, ἐμπνεύματος. Cic. 4. Acad. Qui primo inflatu tibicinis Antiopã esse aiunt, aut Andromachã. Inflatus diuinus, pro afflatu, & inspiratione, apud Cic. 1. de Diuin. Tum aliquo instinctu, inflatuq; diuino futura renunciat.

Influo, is, xi, xum. Illabor, intrò fluo, ῥέω. Col. lib. 1. Sed ampla stabula sic ordinentur, ne quis humor influere possit. Cic. 4. Tusc. Apud Hypanim fluuiũ qui ab Europæ parte in Pontum influit. Influere in aures hominum, id est, sensim irripere. Cic. in Lælio, Quibus blanditijs C. Papyrius nuper influebat in aures concionis.

Infŏdĭŏ, di, sum, a. t. Humi defodio, terra obruo, ὀρύσσω. Vergil. 2. Geor. Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas, Quam lætum infodias uiris genus. Nonnunquã idem ualet quod simplex fodio. Colum. lib. 4. Campestris locus altè duos pedes infodiendus est.

Infœlix, cis, om. t. Vel porius Infelix absq; diphthongo, omnis gen. idem quod infortunatus, miser, δύστυχής. Terent. Eunu. At ego infelix, neque ridiculus esse, neq; plagas pati Possum. Ibidem. Proh fidem deũm, facinus fœdum, ô infelicem adolescentulum? Infelix & erumnosus, Cic. 7. Verrinarum. Infelix, Nõ fœcũdus, inquit Seruius in illud Vergilij. Eclog. 1. Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Cic. in Anteq. Si quis Reip. sit infelix, is felix esse non potest. Cic. pro Rab. Quæ tu homo lenis, ac popularis, libentissimè commemoras Caput obnubito, arbori infelici suspendito. Vergilius 2. Geor. Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara, Frugibus infelix.

Infelicitas, atis, f. t. Aduersa, uel incommoda fortuna, calamitas. δυστυχία. Cic. de Diuinatione, Nec enim tanta est infelicitas aruspicum, ut ne casu quidẽ unquã fiat, quod futurũ illi esse dixerũt. Terent in Aelphis. Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo satis discernere. Cic. lib. 2. de Fin. bonor. & malorum. Beatè autem uiuere, alij in alio, uos in uoluptate ponitis, item omnẽ infelicitatem in dolore.

Infeliciter, aduerbium, idem significans quod infortunatè, miserè, calamitosè, δυστυχῶς. Terentius in Eunu. Dum sequor hanc, fit mihi obuiam. P. Incommodè hercle. C. Imò enim uerò infeliciter. Liu. 1. ab Vrbe, id quanquam omissum iam ex omnium cura Latinorum, ob rem toties infeliciter tentatam in armis uidebatur.

Infelicito, as, are, a. p. Infelicem & miserum facere, δυστυχῆ ποιῶ, Plautus in Cas. Dii me & te infelicitent si ego in os meum guttam indidi.

Informis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Informis, me, om. t. sine forma, ἄμορφος. Plin. li. 7. cap. 15. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. Informe cadauer. Verg. 8. Aen. Hyemes informes, Horat. Carm, Ode 10.

Informo, as, are, Est primam illam, & rudem operi alicui formã inducere ὑποτυπῶσαι, κτμματοποιεῖσθαι, περιγράφειν, μορφοῦν. Verg. 6. Aen. His informatum manibus, iam parte polita Fulmen erat. Per translationem accipitur pro eò quod est in mores componere, seu certam formam morum imprimere animo, διδασκειν. Cic. Pro Archia, Nam ut primùm ex pueris excessit Archias, atq; ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit. Animus bene à natura informatus. Cic. 1. Off.

Informatio, nis, s. t. Propriè dicitur prima illa & rudis forma quæ ab artifice operi alicui inducitur, ὑποτύπωσις, περιγραφή. Per translationem autem accipitur pro rudi quadam & imperfecta ratione à natura primum animo impressa. Cic. 1. de Nat. deor. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, hoc est, anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec disputari possit? Ibidem, Quæ enim nobis natura informationem deorum ipsorũ dedit, eadem insculpsit in mentibus.

Infŏro, as, n, p. pen. cor. à foro compositum, In foro traducere, fori fabulam facere: sicut incomitiare, per comitium diuulgare, ἐν ἀγορᾷ διαβρυπᾶσθαι, κακῶς ἀγορεύειν Herodiano. Plaut. in Curc. Adolescens ob rem publicam, hoc intus mihi Quod insigne habeo, quæso ne me incomities. L Y. Licet ne inforare, si incomitiare non licet? C. Non inforabis me quidem: nec mihi placet tuum profectò nec forum, nec ĩco mitium. Aliquando componitur ex in, & foro, as, quod est intus foro, ἐντιτραίνω. Plin. lib. 17 cap. 14. Timebant prisci truncum findere: mox inforare ausi medium: ipsiq; medullæ calamum imprimebant.

Infortūnatus, a, um, Infelix, miser, calamitosus, ærumnosus, δυσυχής. Eunu. O infortunatum senem. Ci. ad Att. lib. 2. Nihil me infortunatius, & Catulo, tum splendore uitæ, tũ hoc tempore.

Infortunĭũ, ii, n. s. Infelicitas, calamitas, ærumna, δυσπραγία, δυσύχημα. Terent. in Adel. Si attigisses, ferres infortunium. Infortunium habere, calamitosum esse. Liu. 1. ab Vrbe, Ni pareat patri, habiturum infortunium esse.

Infortunitas, atis, Idem. Gell. lib. 6. cap. 1. Itidem sunt bona & mala felicitas & infortunitas, dolor & uoluptas.

Infra, ab in nasci uidetur, cuius significatio nota est, ὑπὸ, ὑπέρ περθεν. Et sine casu quidem aduerbium est: adiuncto uerò casu præpositio: ut apud Terentium in Eunu. Ego te esse in frà omnes infimos puto homines. Facitq; ex se inferus, a. um. inferior, infimus, infernus. Docet Laurentius Valla Infrà, ad dignitatem & locum referri: ut, infra dignitatem meã est, & infra tectum. Intra, ad numerum & spatium. ἐντός, ut, Intra uiginti dies: & intra muros: non autem infrà. Sunt autem infra & supra, inter se relatiua, sicut intra & extra super & subter.

Infractus, a, um, Idem, quod fractus: nisi si qua maioris ex natura præpositionis accedat, καταῤῥαχθείς. Cicero 1. Acad. Tu autem te negas infracto remo commoueri. Idem pro Domo sua. Itaq; infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Sic infractus animus dicitur qui demissus est, & deiectus, & rerũ aduersarum fluctibus perfundatus. Cic. 1. Acad. Non modò nõ infracto animo erat, uerumetiam confirmato & renouato. Res infracta, id est perdita, afflicta, & desperata. Cic. Att. lib. 9. Tum poterimus deliberare, non scilicet iã integra re, sed minus infracta, quàm si unà proieceris te. Oratio infracta, id est, humilis & demissa, qualis solet esse eorum quibus parum propitia est fortuna. Liu. 8. bel. Maced. Oratio fuit summa & infracta, extenuantis opes suas, urbiumq; suæ ditionis egestatem quærentis. Legitur aliquando infractus, in contraria significatione, pro non fracto. ἀῤῥαγὴς, ἄῤῥηκτος. Plin. lib. 8, cap. 50. Mares quàm maximè simos, longis auriculis, infractisq; armis quàm uillosissimos probant. Ad eundem etiam modum interpretatur Seruius illud Vergilij 12. Aeneid. Turnus ut infractos aduersus Marte Latinos Defecisse uidet.

Infractio, nis, s. t. Idẽ est quod fractio, uel ruptura, κλάσις, θλάσις. ut, infractio ossis, uel cartilaginis. Infractio animi, id est, pusillanimitas, uel demissio & torpor animi reb. aduersis, uel desperatione fracti ῥαθυμία. Cic. 3. Tusc. Verisimile est igitur, in quem cadit ægritudo, in eundem cadere tumorẽ, & infractionem quandam animi & demissionem.

Infræno, as, are, a. p. Propriè equis fræna imponere, χαλινόω. Liu. 7. bel. Maced. Pauci stabant impauidi equi eos ipsos nõ sternere, non infrænare, aut ascendere facilè poterant. Per translationem accipitur pro cohibere, seu domare. Plin. lib. 9. cap. 31. Quod ubi uidere nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrænant. hoc est, detinent, seu cohibent, ne longius progredi possint. Idem libro 32. capite 1. Infrenat impetus, & domat mundi rabiem, nullo suo labore, non retinendo, &c.

Infrenatus, a, um, nomen adiectiuũ est, Idem significans quod non frænatus, ἀχάλινος. Liu. 6. bel. Maced. Non stratos, & infrænatos magna pars habebant equos.

Infrænus, a, um, & infrænis, ne, sine fræno, nõ frænatus, ἀχάλινος. Vergilius libro 10. Illum infrænis equi lapsu tellure iacentem. Idem 4. Aeneid. Hinc Numidæ infræni cingunt. Vbi Numidas infrænos uocat, quòd equis uterentur infrænatis, quos sola regebant uirga. Infrænus cursus. Columella, libro 10. Sed quid ego infræno uolitare per æthera cursu Passus equos?

Infragĭlis, le, om. t. Firmus & ualidus, ἀῤῥηκτος. Ouid. 1. Trist. Si uox infragilis, pectus mihi firmius esset. Animum infragilem tenere, idem ad Liuiam.

Infremo, is, re, n. t. Idem quod simplex fremo, hoc est, murmure & flatu indignationem ostendo, βρύω, βρυθύομαι, φρυάττω. Vergil. 10. Aeneid. de apro, Infremuit q; ferox, & inhorruit armos. Accipitur aliquando pro perstrepere, personare, & sonitu horrorem incutere. Silius lib. 1. Ne bellum raptis tam dirum mille carinis Aerius infremuit, trepidum que exterruit orbem.

Infrendeo, des, infrẽdui, dere, n. s. Propriè significat dentes irascendo quatere, & inuicem collidere, παρίειν τοὺς ὀδόντας, βρύχειν. Verg. 3. Aen. Dentibus infrendens gemitu, gradi turq; per æquor Iam medium.

Infrendes, com. t. Dicuntur pueri sine dentibus, qui frendere non possunt, ἀνόδοντες.

Infrequẽns, tis, omnis gen. t. Parum frequẽtatus, μανὸς, ut, Infrequens forum, in quo pauci conueniunt. Infrequens Senatus, paucorum Senatorum conuentus. Liu. 3. ab Vrbe, Præterquã quòd infrequens Senatus indicio erat sociis afflictã ciuitatem pestilentia esse, mœstum etiam responsum tulere. Infrequens in loco aliquo quis esse dicitur, qui rarò cum frequentat. Cic. ad Qu. Frat. Et sum equidem, ut scribis, & Romæ, & in prædijs infrequens.

Infrequentia, tiæ, Raritas, & paucitas, μανότης. Cic. ad Qu. Fratrem, Summa infrequẽtia, quum uellet exire ad Coss. retentus est. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Nec agi quicquam per frequentiã poterat Senatus.

Infriata, minutim insparsa, Friabile id Latinè dicitur quod facilè differitur: uulgò uocant puluerizatum. Col. 27. capite 1.

Infrĭco, as, are, Idem quod fricare, & fricando contundere uel illinere etiã fricando, ἐντρίβω. Colu. libro 12. capite 30. Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato, & oblinito.

Infrigo, gis, xi, ctum, a. t. Simul frigo, in patella, aut alio quouis instrumento. Plin. lib. 20. cap. 13. Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum.

Infringo, gis, a. t. Valde frango καταῤῥήγνυμι. Plin. lib. 22. ca. 6. Ne insidens ales infingat. Cæsar 3. bel. Ciuilis, Vt primus excursus, uisq; militũ infringeretur, aciesq; distenderetur, &c. Interdum est illidere, & infligere, ἐντρίβεσθαι. Ter. in Adelp. Plus quingentos colaphos infregit mihi, Hinc fit infractus, quando idem significat quod fractus, uel ualde fractus. Vide suprà.

Infrio, as, n. p. Rem friatam & comminutam rei alicui intero, ἐπιτρίβω. Cato de Re rust. cap. 79. Eos melle ungito, papauer infriato. Col. lib. 8. cap. 5. Atq; ita paulum triti salis uulneribus infriatur. Idem lib. 7. cap. 5. Superfusoq; aceto, uel æris ærugine infriata.

Infructuosus, a, um, Quod non fert fructum ἄκαρπος. Colu. lib. 11. cap. 2. Post quem diem sera & infructuosa fit huiusmodi rerũ cultura. Infructuosæ preces, uanæ, frustrà factæ, & ex qui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ex quibus nihil ei qui rogat, fructus aut utilitatis prouenit. Plin. Epist. 176. Quod uel maximè dolorem meum uicerat: obuersantur oculis cassi labores & infructuosæ preces, & honor quem meruit.

Infrūnitus, apud Senecam, lib. 3. de beneficiis, loquitur pro stolido & insipiente Vide Fruniscor.

Infūco, as, pen. prod. are, Fuco tingo: & per translationem tego, dissimulo, φυκιόω. Cic. 3. de Orat. Inscriptis & indictis non aurium solùm sed animi indicio etiam magis infucata uitta noscuntur. Plaut. in Mil. Nunc pol ego metuo ne quid infucauerit. Si hic non uidebit mulierē, aperitur dolus. Vbi infucare aliquid, dixit pro eo quod est, fallaciam aliquā tam latenter struere, & quibusdam quasi coloribus ita dissimulare, ut difficilè deprehendatur.

Infūla, læ, f. p. pen. cor. Fascia est in modū diadematis (ut inquit Seruius in 10. Aeneid.) à quo dependent uittæ ab utraq; parte, κεφαία. Festus, Infulas, sacerdotum filamentum uocabant. Alij scribunt infulas filamenta alba esse quibus templa ornabantur: & moris fuisse, ut nubentes priusquàm mariti domum ingrederentur, infulis postes ornarent. Cicero 3. de Orat. Pamphilumque nescio quem, finamus in infulis tantam rem, tanquam pueriles delicias depingere. Idem 6. Verr. Prætò mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac uerbenis fuerunt.

Infulatus, a, um. Quod est infula ornatum. Verg. 3. Geor. Lanea dum niuea circundatur infula uitta.

Infūmo, as, a. p pe. pro Ad fumum sicco: sicut Insolo, ad solem sicco, καπνίζω. Vnde carnes infumatæ dicuntur quæ fumo sunt siccatæ, κρέα κατεσκά. Plaut. Atque illas infumatas, & sumen. Plin. libro 28. cap. 9. Et infumata pilis oculorum medetur.

Infumibulum, n. f. Spiraculū per quod fumus exit, καπνοδόκη.

Infundo, dis, dere, a, t. Introfundere, ἐνέφω, ἐγχέω. Colum. lib. 6. cap. 4. Ac postero die spicas ulpici, uel allij, cum uino conteras, & in naribus infundas. Cic. 11. Philip. Ac hic nuper sororis filio infudit uenenum, non dedit.

Infusio, nis. f. t. Infundendi actus. Plin. lib. 20. cap. 21. Vuluas & cibo & infusione mollit in oleo.

Infusus, us. Idem quod infusio. Plin. lib. 24. cap. 6. Sonitus aurium emendat infusu, strumas illitu.

Infusa, aliqui Clysteres.

Infundibulum, li, n. f. Instrumentū quo in uasa liquores infundimus, χόανη, ἐπίχυσις. Cato, In cella olearia hæc opus sunt, dolia olearia, & opercula, sectarium olearium unum, labellū unū, infundibula duo. Colu. lib. 24. cap. 17. Atq; is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tussi. Rustici nostrates luram uocitant. antiquiores autē osuiris, luram dicebāt. Vnde Lurcones, capacis gulæ homines nomen acceperunt, qui à Græcis appellantur λαίμαργοι, & γαστρίμαργοι.

Infurnibulū, n. f. Pala qua panes in furno disponuntur. Plin. li. 24. cap. 15. Radix eius ponitur in carbonibus cupressi, atq; is nidor per infurnibulum imbibitur in uetere tussi. Quotamen in loco uetusti codices teste Hermolao habent, Per infundibulum. Non malè tamen infumibulum legi posse idē Hermolaus fatetur, eo quòd Græci hoc genus hauriendi fumi, aut nidoris ὑποκαπνισμὸν uocant.

Infusco, as, are, a. p Fuscum reddere, ὑπομελανίζω. Plin. lib. 9. cap. 29. Infuscata aqua absconduntur, id est, obscurata, & turbida facta, uel turbata. Infuscare uellera, Colum. lib. 7. cap. 3. Infuscari barbarie, translatè pro inquinari. Cicero de clar. Orat. Sed omnes tum ferè qui nec extra urbem hanc uixerant, nec cos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.

Infuscus, Idem quod fuscus, φαιός. Colum. lib. 9. cap. 10, Quidam etiam infusci atq; hirsuti reperiuntur.

Ingemino, as, are, Idem quod geminare, aut frequenter geminare, ἐπαναπτύσσω, ἐπιπτόω. Verg. 1. Georg. Tum liquidas cor ui presso ter gutture uoces, Aut quater ingeminant. Ouid. 6. Fast. Hostiles ingeminauit opes. Ingeminare, neutrum, Verg. 1. Geor. Ingeminant Austri, & densissimus imber. Vbi Seruius ingeminantur positum esse ait.

Ingemo, mis, secunda syllaba correpta, ui, itum, n. t. Vehementer gemo & grauiter fero, στενάζω, στενάχω, δεινοπαθῶ Cic. in Somn. Scip. Hic cum exclamasset Lælius, ingemuissentq; ceteri uehementius, leniter arridens Scipio, &c. Idem 5. Philip. Vna illa in re ciuitas seruitutis oblita ingemuit. Habet aliquando post se accusatiuum. Verg. in Daphnide, Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones Interitum.

Ingemisco, scis, eiusdem significationis. Cicer. in Epist. Pueri spartiatæ non ingemiscunt uerberū dolore laniati. Ingemiscere malo alicui, est mali alicuius gratia ingemiscere. Idem 2. Tusc. Quem uidit nemo ulli ingemiscentem malo.

Ingĕnĕro, as, a. p. Ingigno, gignendo infero, ἐμφύω, ἔμφυτος. Cic. 1. Off. Eademq; natura ui rationis hominem cōsiliat homini, & ad orationis & uitæ societatem, ingeneratq; in primis præcipuum quendam amorē in eos qui procreati sunt.

Ingenĭculari, Significat genu flectere, γονυπετῶ.

Ingĕnĭum, nii, n. s. à Gignēdo, propriè natura dicitur cuiq; ingenita, φύσις. Sall. lib. 3. Histor. Castrisq; collatis, pugnatamen ingenio loci prohibebantur, hoc est, naturæ & situ loci. Plaut. in Sticho, ubi facilimè spectatur mulier quæ ingenio bono est. Ter. in And. Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi. id est, cum hominibus eius naturæ. Est etiam ingeniū uis quædam naturalis nobis insita suis uiribus prævalens ad inueniendū quod ratione indicari possit. εὐφυία, ἐγκίνημα. Cic. lib. 5. de Fin. Prioris ingenii est docilitas, memoria: quæ ferè omnia appellantur uno ingenij nomine: easq; uirtutes qui habēt, ingenioſi uocātur. Vnde præclara ingenia, & obtusa ingenia dicimus, id est, acuta & rudia. Peracre ingenium. Cic. 3. de Orat. Rude, Quint. lib. 1. cap. 2.

Ingeniosus, a, um, Qui naturalem uim ad aliquid agendū accommodatam habet, εὐφυής, δεξιός. Cic. pro Cluent. Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus. Idē pro Roscio Comœdo, Quo quisq; est ingeniosior, & solertior, hoc docet iracundius & laboriosius.

Ingeniosè, aduerb. Subtiliter, & cum ingenio, εὐφυῶς. Cic. 1. de Inuentione, Nam satis in ea uidetur ex antiquis artibus ingeniosè, & diligenter electas res collocasse.

Ingens, tis, om. t Magnus & immensus, ὑπερφυής, ὑπερμεγέθης. Plus enim est ingens, quàm magnus. Teren. in Eunuc. Magnas uerò agere gratias Thais mihi? G. Ingentes, Vergil. 1. Georg. populatq; ingentem farris aceruum Curculio. Idem 2. Georg. qui me gelidis in uallibus Hæmi Sistat, & ingenti ramorum protegat umbra. Ingens animus, Fortis, magnus, & constans, μεγαλοψυχία. Plinius in Panegyrico, Si unius tertium Consulatum eundem in annum, in quem tum, contulisset, ingentis animi specimen haberetur. Horat. libr. 2. Serm. Ingens uirtus atq; animus. Vergil. 3. Goorg. Ingento tollent animos.

Ingĕnŭus, a, um, Qui in libertate natus est: cuius antitheton est libertinus, ἐλεύθερος γενναῖος. Est enim libertinus, qui ex iusta seruitute manumissus est: aut certè qui liber quidē est, sed ex parentibus libertis. ἀπελεύθερος. Vnde interrogare hec modo solemus, Ingenuus ne, an libertinus est? id est, liber natus, an seruitute liberatus. siue ex libertinorum genere ortus? Plaut. in Pœnulo, Quia Adelphasium, quam herus deamat tuus, ingenua est. Terent. in Phorm. Vt ne addam, q sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus es. Cic. 3. Verr. Ibi hominem ingenuum domi nobilem, &c, Ingenua facies, quæ & liberalis dicitur, hoc est elegans. Plaut. in Pœnulo, Facies quidem pol ingenua est. Artes siue disciplinæ ingenuæ, id est, liberales, & ingenuis, hoc est liberis, dignæ. Cicer. 1. de Fin. Sint ista Græcorum, quanquam ab his philosophiam & omnes ingenuas disciplinas habemus. Idem, Vt omittā has artes elegantes, & ingenuas.

Ingenuitas, atis, f. r. Liberalitas, nobilitas, honestas, ἐλευθερία τις. Cic. 3. Verr. Vestitus enim neminem commouebat is, quem illi mos, & uis ingenuitatis dabat. Præ se ferre probitatem quandam, & ingenuitatem. Cic. 1. Acad. Idem 3. Verr. Detrahes ornamenta non solùm fortunæ, sed etiā ingenuitatis.

Ingenuè, aduerb. Liberè & simpliciter ἐλευθερίως, ἁπλῶς Ingenuè loqui dicimus, quum quis ita loquitur ut liberū hominē decet: hoc est, ut nihil timidè dicat, aut seruiliter. Sic ingenuè fateri, est libere, & audacter, simpliciter fateri. Cic. ad Metellum, Quod me abs te cupisse laudari, apertè atq; ingenuè cōfitebar. Ingenuè educari, hoc est, liberaliter, & quemadmodū hominē liberum decet. Idem 3. de Fin. Quis autem honesta in familia institutus & educatus ingenuè, non ipsa turpitudine, etiam si cum læsura non sit, offenditur?

Ingenuatus, Ingenuis moribus dotatus. ἐλευθέριος. Plautus in Milite, Itidem diuos dispertisse uitam humanam æquum fuit. Qui lepida ingenuatus esset uitam longinquam daret.

Ingĕro, ris, a. t. penult. corr. Infero, inporto. εἰσφορέω. Plaut. in Pseudolo, Tu qui Vrnam habes, aquam ingere: face, plenum ahe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

num ahenum ſit citò. Ingerere cibum uel potionem ægroto pro porrigere, Celſus. Conuitia ingerere alicui, Horatius 1. Serm. Satyra 7. Ligna ingerere foco, Tibul. 2. Eleg. 1. Mala multa in aliquem ingerere, Plautus Bacch. Oſculum ingerere, Suetonius de Clar. gram. Semen ſolo ingerere, pro ſeminare, Columella libro ſecundo, capite 10. Ingerere dicta in aliquem pro maledicere, & conuitiari. Plautus in Aſina. Nunc uxorem me eſſe meminiſti tuam? Modò quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram.

Ingeſtum, pro eo quod uiolenter oblatum eſt. Tacit. libro primo. Nomen Patris patriæ Tiberius à populo ſæpius ingeſtũ repudiauit.

Ingeſtabilis, le, om. t. Quod geſtari nõ poteſt, ἀφορητος. Plinius libro ſeptimo, cap. 6. ingeſtabile onus crurum, & inguinum leuis tumor.

Ingigno, is, ingenui, ingenitum, a. t. Inter gignendum infero, ingenero, ἐγγεννάω. Cic. 5. de Finib, Siue ut doctiſſimis uiris uiſum eſt, maior aliqua cauſa, atq; diuinior hanc uim ingenuit. Idem libr. 2. Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi, &c. Natali & ingenita ſtrilitate laborantibus. Colum. lib. 3. cap. 7. Ingenita nobilitas, Ouid. ad Piſonem.

Ingíta, f. t. Quaſi indigitas, id eſt, paupertas, ἔνδεια. Plau. in Pœnulo, Profectò ad ingitatem lenonem rediget, ſi eas adduxerit. Alii legunt, incitas. Vide ſuprà.

Inglomero, as, are, Accumulare, coaceruare, & ueluti in globi formam inuoluere, προσεπισκιάζω. Statius 3. Thebaid, ſed plurimus Auſter Inglomerat noctem, tenebroſa uolumina torquet.

Inglorius, ria, rium, Qui nullam laudem, aut gloriã ſua uirtute, aut fortitudine cõſequutus eſt, & ueluti ignobilis ἄδοξος, ἀκλεὴς. Verg. 9. Aeneid. Enſe leuis nudo, parmaq; inglorius alba. Cic. 1. de Legib. Præter quam honeſtatis & gloriæ ſimilitudinem, beati, qui honorati ſunt, uidentur: miſeri autem qui ſunt inglorii.

Ingluuies, ingluuiei, f. q. Inſatiabilis uoracitas, λιχνεία, λαφυγμὸς, λαιμαργία. Terent. in Eunucho. Quæ cum amatore ſuo quum cœnant, liguriunt: Harum uidere ingluuiem, ſordes inopiam, &c. Accipitur etiam pro ſinu gutturis in quem aues cibos recenter deuoratos demittunt. Colum. libr. 8. ca. 5. de gallinis loquens, Nam ſi uacua non eſt ingluuies, crudita tem ſignificat. Apuleius pro curculione poſuit, quum ait Reſtis ad ingluuiem aſtricta.

Ingrandeſco, cis, dui, n. t. Augeor, grandior fio, μεγαλώομαι Colum. lib. 11. cap. 3. At circa Calendas Martias, loris aptatis, licet porrũ (ſi iam ingranduit) transferre. Idem lib. 2. cap. 10. Quæ ut celeriter prodeat, & ingrandeſcat, antequam feratur ſimo arido permiſceri debet.

Ingrãtus, a, um, iniucundus, nõ gratus, nõ acceptus, ἀηδὴς. Plin. lib. 15. cap. 15. Minus quinquennium eſt quod prodiere quæ uocant laurea, non ingratæ amaritudinis. Ioci non ingrati, Ouid. 3. Faſt. Onus ingratum, Catul. Ingrata oratio, cui opponitur, iucunda, Quint. lib. 8. cap. 3. Ingrati ſaporis caſeus, Colum. libro 7. cap. 8. Ingratus item dicitur qui non meminit accepti beneficii, nec gratiam ullam habet, ἀχάριστος, ἀγνώμων. Terent. in And. Adeo ne me ignauum putas, Adeo ne porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, &c. Cicero ad Atticum, Nihil cognoui ingratius, in quo uitio nihil mali non ineſt. Ingratus animus, Seneca Epiſt. 1. Nec mirum eſt, inter plurima, maximaq; uitia nullum eſſe frequentius, quam ingrati animi. Ingratus, inuictus & coactus, inquit Donatus. Terent. in Eunuch. Opus faciam, ut defatiger uſq; ingratus ut dormiam.

Ingratè, aduerb. ἀχαρίστως. Plin. libr. 27. cap. 2. Quod ſi quis illa fortè ab homine excogitari potuiſſe credit, ingratè deorum munera intelligit. Idem lib. 18. cap. 3. Non ingratè nominando Marcum Varronem. id eſt libenter.

Ingratis, Præter gratiam, & meritum, & præter uoluntatem, ἀκόντι, ἀκουσίως. Plaut. in Amph. Ingratis excitauit. Cice. pro Quintio, Extorquendum eſt inuito atq; ingratis, quod non debet. Vide gratis.

Ingratiis, ablatiuus aduerbialiter poſitus, pro ingratis: ut Ingratiis tuis, id eſt, præter gratiam tuam uel meritum: quaſi dicas, non eſt quod ibi agam gratias. Plau. Mercat. Nimiũ multum ſcis. EVT. Tuis ingratiis. Idem in Caſ. Si tu nolis, filiuſq; etiam tuus, Vobis inuitis, atq; amborum ingratiis, Vna libella liber poſſum ego fieri.

Ingratitudo, uocabulo hoc nõ eſt uſus Ci. Sed eius loco dixit, ἀχαριστίαν. crimen ſubire ſcribens ad Att. lib. 8.

Ingrãuo, as, a. p. pen. pen. cor. Exaggero, & grauius facio, ἐπαυξάνω. Verg. 11. Aen, Ingrauat hæc ſæuus Drances.

Ingraueſco, is, n. t. Grauior & moleſtior fio, ἐπιβαρύομαι. Cicero de Senectute, Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur Idem ad Brutum, Ingraueſcit in dies malum. Ingraueſcentẽ morbum præuidere, Cicero 2. de Diuinatione, Ingraueſcens ætas, id eſt, ſenectus. Cicero de Amicitia, Mutari etiam mores hominum ſæpe dicebat, aliàs aduerſis rebus, aliàs ætate ingraueſcente.

Ingredíor, eris, d. t. Introeo, εἰσέρχομαι, ἐμβαίνω. Propertius libro ſecundo, Nonius ingreditur tua templa ſacerdos. Ac capitur aliquando pro ſimplici gradior, ſiue incedo. Vergil. 1. Georgicorum, Continuò pecoris generoſi pullus in aruis. Altius ingreditur.

Ingreſſio, onis, f. t. Actus ipſe ingrediendi, ἔσοδος. Cicero 5. Philipp. Vt quomodo aditus hoſtium prohibetur caſtellis, & aggeribus: ita ab ingreſſione fori populum Tribunoſq; plebis propulſari uideres. Idem de Oratore libro primo, Ac uideo hanc primam ingreſſionem meam è media Philoſophia repetitam.

Ingreſſus, us, ui, m. q. Inceſſus, ambulatio, βαδισμός, Cicero 1. de Natura deorum, Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio. Idem 1. de Orat. Orationis ueſtigia, ingreſſumq; non uidi. Ingreſſus, Initium, ἀρχή. Quintilianus libro 9. cap. 4. Si pars poſterior in clauſula deprehendatur, rurſus prior in ingreſſu.

Ingruo, uis, n. t, Eſt confertim, & cum clamore impetum facio, more gruum, qui non niſi magno agmine & uehementi clangore uolitant, ἐπιβάπτω. Plautus in Amphitryone, Noſtri contrà ingruunt: uicimus ui feroces. Lactantius libro ſecundo, Si ſæua tempeſtas, ſi grando ingruat, ad Deum confugitur. Colum. libr. 2. Etiam ingruente hyeme frumenta iacimus. Dicitur enim de bello, de pluuia, de tempeſtate, de ruina & huiuſmodi.

Inguína, n. t. pen. cor. A rei anatomicę peritis propriè dicuntur partes illæ corporis concauæ, pubi utrinq; uicinæ, tumoribus quibuſdam contra naturam, qui etiam bubones Græco nomine appellantur, maximè obnoxię. Paſſim tamen à ſcriptoribus inguina accipiuntur pro ipſis pudendis, tam fœminarum quàm uirorum, τὰ αἰδοῖα. Martial. Acceſſi quoties ad opus, miſtiſq; mouemur Inguinibus. Suet. in Nerone, Virorũ ac fœminarum ad ſtipem ad deligatorũ inguina inuaderet. Liu. ab Vrb. Vno atq; altero ſubinde ictu nec tamen, atq; inguina hauſit. Obſcœnum inguen, Horat. 1. Serm. Sat. 8. Candida inguina, Vergil. 6. Eclog.

Inguinaria, riæ, f. p. Herba eſt paſſim in uepribus naſcens, quæ & aſter Atticus dicitur, à capitulis quibuſdam, quæ à cacumine habet ſtellarum modo radiata, βοβώνιον, ἀπὸ ἀστρίου. Inguinariam autem inde appellari docet Plin. libr. 26. cap. 9. quod inguinis dolores ſedet.

Inguinalis, Aſter apud Dioſc. lib. 4. cap. 121.

Ingurgíto, as, a. p. pen. cor. Cum uehementia ingluuio, gulam impleo, cibo aut potu intemperanter me obruo, γαστρίζω, πίμπλημι, ἐγχέω, ἐμφορέω. Plaut. in Curc. Vide, uide ut ingurgitat impura in ſe merũ, auariter, plenis faucibus. Cic. in Antoniũ, Idem quũ ſe cibis ingurgitaſſet. Ingurgitare ingeniũ poculis, Gell. lib. 14. cap. 2. Ingurgitare ſe in flagitia, Cic. in Piſo. Ingurgitare ſe in Philoſophiam, Gel. lib. 5. Lactant. li. 4. Sicut ſus, quæ ſe ingurgitat cœno.

Inguſtabilis, le, om. t. Quod guſtari non poteſt, ἄγευστος. ut Inguſtabilis fons, Plin. lib. 2. cap. 106. Idem lib. 16. cap. 26. Fœmina poſt autumnum fert baccas acerbas & inguſtabiles cũctis animantibus.

Inguſtatus, ta, tum, nomen adiectiuum eſt, compoſitum ab in particula negatiua, & participio guſtatus: idem ſignificãs quod non guſtatus. Horatius 1. Serm. Satyr. 8. Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi. id eſt, quæ antè nũquam guſtatuerã.

Inhabílis, le, Non aptus, ἀνεπιτήδειος. Colum. lib. 2. c. 1. Progenerandis eſſe fœtibus inhabilẽ. Inhabilis magnitudo. Liu. 3. bel Maced. Inhabile telum. Idem 4. bel Pun.

Inhabíto, as, are, n. p. In loco aliquo habito, ἐνοικέω. Liu. 4. bel Pun. Procul aberant uici qui inhabitantur. Plinius in Epiſt. Inde inhabitantibus triſtes. Inhabitat animus in oculis Plin. lib. 21. cap. 37.

Inhabitabilis, le, om, t, Qđ habitari nõ poteſt, ἐνοίκητος. Cic.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

1. de Nat. deor. Atq; terræ magnas regiones inhabitabiles, incultasq; uidemus. Sic Plin. lib. 6. cap. 17.

Inhæreo, es, n. s. Ad rẽ aliquam hæreo, uel affixus sum, προσκολλῶμαι. Colum. lib. 1. Cacumina deinde oliuæ, sicut matri inhæreat, utraq; parte abradito, & ita fissuræ fici aptato cuneum q; eximito. Inhærebat oculis memoria imaginis: hoc est, semper præ oculis erat, & uersabatur ob oculos, apud Plinium in Epist. Inhærere uestigiis, Colum. lib. 9. cap. 8. Inhærere uoluptatibus. Cic. 1. de Fin.

Inhærésco, scis, n. t. Adhæreo, affigor, προσκολλῶμαι, προσίζομαι Colum. lib. 2. cap. 2. Perexigua conspergitur aqua gleba, manuq; subigitur, ac si glutinosa est, quanuis leuissimo tactu pressa inhæresci t, & picis in morem ad digitos lentescit habendo, ut ait Verg. &c. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Prouisum etiã & si qua minima bestia conaretur irrũpere, in sordibus auri um, tanquam in uisco, inhæresceret. Inhæresc unt penitus in mentibus. Cic. 3. Tusc.

Inhalo, as, a. p. pe. prod. Halitum inspiro, ἐμπνέω, ἐνπνέω. Cicero in Pisonem, Quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.

Inhibeo, es, a s. secunda syllaba correpta, ex in, & habeo cõpositum, Est rem cœptam, ne ulterius progrediatur, impedire, ut docet Valla, lib. 5. ἀνέχω, ἀποσέχω. Verg. 12. Aen. Parcite iam R tuli, & uos tela inhibete Latini. Ouid. ad Liuiam, Sustentabat aquas, cursusq; inhibebat equorum. Mentem inhibere à turpi probro, Catullus. Fletus alicuius inhibere. Ouid. 5 Trist. Inhibere aluum. id est, sistere: cui contrarium est soluere. Plinius lib. 19. cap. 18. Mira differentia, si uera est, candidis solui aluos modicè, nigris inhiberi, hoc est, astringi. Inhibere imperium, est alicui, qui in magistratu est, interdicere ne utatur potestate: quod barbari dicunt Suspendere ab officio. Liuius libro primo, belli Macedonici, Et ad populum & in Senatu magnis contentionibus certatum est, & imperia inhibita ultrò citroq;, & pignora capta, & mulctæ auctæ.

Inhibere remos, est in re aliqua cœpta subsistere, & ulterius nõ pgredi. Quintilia. libro undecimo, in Præfat. Vnum modò in illa immensa uastitate cernere uidemur M. Tullium: qui tamen ipse quanuis tanta, tamq; instructa naui hoc mare ingressus contrahit uela, inhibetq; remos. hoc est, ulterius progredi non audet.

Inhio, as, are, a. p. Luporum proprium est, qui aperto ore, linguaq; exerta cibum apperere dicuntur, ἐπιχάσκω. Frequenter tamen per translationẽ accipitur pro eo quod est, rẽ aliquam uehementer appeto, eiq; adipiscendæ neruis omnibus incumbo. Construitur autem modò cum datiuo, modò cũ accusatiuo. Apul. libr. 11. In quo rosæ uirgines matutino rore fluebant, his inhians propius accessi. Corn. Tacitus, Pariter hortis inhians. Plaut. in Sticho, Nam illic homo tuam hereditatem inhiat, quasi esuriens lupus. Statius in Theb. Fraternos inhiantem obitus. Gell. libr. 1. Dum eius mortem inhio, egomet uino mortuus inter uiuos. Plaut. Aulul. Credo illũ iam audisse thesaurum domi, &c.

Inhonéstus, a, um. Idem quod turpis, fœdus, αἰσχρός. Teren. in Eunuch. Illum ne obsecro inhonestũ hominẽ? Ci. ad Qu. Frat lib. 1. Inhonestissima cupiditas, Idẽ pro Domo sua, Profectò illum Attilĩ hominem turpissimum atq; inhonestissimum iudicares. Sallust. in Cicerone, Quæ honestè nominari non possunt inhonestissima.

Inhonéstè, a duerb. Turpiter, αἰσχρῶς. Teren. in And. Quæ se inhonestè optauit parare hic diuitias Potius, quàm in patria honestè pauper uiuere. Cic. ad Att. lib. 2. Fauonius meam tribum tulit honestius, quam suam: Luceii perdidit: accusauit Nasicam inhonestè.

Inhonésto, as, are, a. p Dedecorare, ἀτιμάζω. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas.

Inhonorátus, a, um, Honorato contrarium, ἀτίμητος. Cic. 5. Tusc. Multi inhonorati proferuntur, & quidem propter id ipsum beatiores. Inhonoratior triũphus. Liu. 5. bell. Macedo. Sueton. in Claud. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac sine grata mentione transmisit. Inhonorata dea, Ouid. 8. Metam.

Inhonórus, qui ignobilis est, & sine honore, ἀκλεὴς, ἄδοξος, ἄτιμος, Plinius libro quinto, capite 30. Aliquæ inhonoræ ciuitates. Facies inhonora, Silius libro 10. Sacerdos inhonorus, Stat. lib. 3. Theb.

Inhórreo, res, n. s. Horridus sum, φρίττω. Liuius 8. ab Vrbe, Haud secus quam uallo septa inhorret acies, A quo Inhorresco, ualde horridus fio. Plinius libro decimo, cap. 41. Inhorrescunt edito ouo, excutiũtq; sese, & circumactę purificant. Vergilius 1. Georgic. Spica iam campis quum messis inhorruit, & quum frumenta in uiridi stipula lactantia turgent. id est, horrida facta est.

Inhóspitus, a, um, Quod hospitio aptum non est, aut commodum, uel propter asperitatem, uel propter incultum loci statũ, uel propter inhumanitatẽ incolarũ, ἄξενος. Ouid. 1. Metam. Arcados hinc sedes, & inhospita tecta tyranni Ingredior. id est, in quibus non sit tutum hospitari. Verg. libr. 4. Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis. Vbi Seruius, Inhospita, barbara, aspera. Horat. Et inhospita tesqua. hoc est, asperrima loca, accessu difficilia.

Inhospitális, le, om. t. Qui nullos recipit hospites, ἄξενος. Plin. lib. 6. in Præf. Pontus Euxinus antè ab inhospitali feritate Axenos appellatur.

Inhospitálitas, atis, f. t. Vitium est contrarium uirtuti hospitalitatis, ἀξενία. Cic. 4. Tusc. Quæ autem his sunt contraria, ea nasci putantur à metu: ut inhospitalis est.

Inhumánus, a, um, Crudelis, humanitatis expers, & uitæ cõmunis ignarus, ἀνάνθρωπος. Cicer. 4. Verr. inhumanus homo. Idẽ p Quintio, inhumanus præco. Terent. in Phor. Hic cine homo inhumanissimus Pamphilam meam uendidit? Idem in Eunuccho, Nõ adeò inhumano ingenio sum Chærea, Neq; tã imperita, ut quid amor ualeat, nesciam. Inhumana uox, Cic. 3. de Finib. Inhumanus, pro non humano, sed diuino. Apul. lib. 5. Lauacro pulcherrimo, & inhumanæ mensę lautitiis, eas opiparè reficit.

Inhumánè, aduerbium, Inciuiliter, duriter & contra legem humanitatis, ἀνάνθρωπως. Terent. in Heauton. Enimuero nimis grauiter cruciat adulescentulum, Nimisq; inhumanè. Cicero 3. Offic. Nam si quid ab homine ad nullam partem utili, utilitatis tuæ causa detraxeris, inhumanè feceris, contraq; naturæ legem.

Inhumaníter, aliud aduerbium, eiusdem significationis, Cicero ad Quin. Frat. Non possum scribere me miratum esse illũ tam inhumaniter fecisse, ut sine meis literis proficisceretur.

Inhumánitas, atis, f. t. Crudelitas, inciuilitas, ἀφιλανθρωπία, ἀπανθρωπία. Cicero secundo Philippic. Sit hoc inhumanitatis. Idem primo de Orat. Quod ego non superbia, atq; inhumanitate faciebam.

Inhúmo, as, a. p. pen. cor Humo intego, terra obruo, ἐνθάπτω Plin. lib. 17. Non inhumare taleas, aut siccare prius quam seranture, utilius compertum.

Inhúmatus, a, um, insepultus, ἄταφος, ἄθαπτος. Cicero 4. Tusculanarum, Diogenes iussit se proiici inhumatũ. Idem de Diuin. Is quum esset proiectus inhumatus, amica eius texit corpus suo pallio.

Inibi, pen. cor. Ex in, & ibi, quasi intus ibi, uel in eo ipso loco, αὐτόθι. Apul. multa inibi dicta sunt quæ commemorare non est opus. Plautus, Nos domũ properamus: uos inibi este. Aliquando significat mox. Cæcil. Plotio, ut Citat Nonius Liber ne es? non sum, Verùm inibi est. Aliquando significat inter istos. Plaurus in Capti. Pater captiuos commercatur alios, Tantùm studẽs ut natum recuperet, Et inibi emit olim amissum filium. Aliàs ponitur p Sic. Pacuuius Ilione apud eundem Nonium, Profectò aut inibi est, aut iam potiuntur frugum.

Iníicio, cis, a. t. pe. co. Propriè intro iacio, immitto, ἐμβάλλω, ἐμβάπτω. Plaut. Antequam hæc in domũ iniicias. Terent. in And. Quę sese in ignẽ iniicere uoluit, prohibui. Iniicere manus, est manibus apprehendere, & tanquam rem suam sibi uendicare, ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας. Vnde Manus iniectio, dicitur uendicatio rei nobis debitæ, nulla iudicum autoritate expectata. Quintil. Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio sit. Paul. l. pen. ff. de Seruis export. Si Titius seruum uendidit ea lege, ut si Romæ moratus esset, manus inii cere liceret: emptor aliis eadem lege uendidit, & seruus fugit à secundo emptore, & Romæ moratur: quæro, an sit, manus iniectio, & cui. Verg. 10. Aen. Iniecere manum Parcę. hoc est, tanquam rem suam sibi uendicauerunt, & abstulerunt. Aliquando est cum impetu iacere, seu impetum facere. Ouidius, Qua centum quisque parabat Iniicere anguipedum captiuo brachia collo. Aliquando simpliciter iacere. Plaut. in Epid. Tragulam in te iniicere adornat. Aliquando idem qđ innectere uel ligare. Idem in Captiu. iniicite huic manicas mastigiæ, id est, innectite. Et in Cas. Iam pol ego huic aliquẽ in pectus iniiciam metum. id est, immittam. Liu. lib. 1. ab Vrbe, In-

be, Iectæ Turno catenæ. id est, impositæ. Huius compositū est Superiniicio, προσεπιβάλλω. Verg. 4. Georg. Et raras super-iniice frondes.

Inimicus, ci, m. s. Qui alium odio prosequitur, ulciscendiq; tẽpus expectat: ab in, priuatiua particula, & Amicus, ἐχθρός. Est autem inimicus propriè priuatus, Hostis publicus. Suetonius in Tib. Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter, nec-dum planè inimicus, aut hostis. Plautus in Persa, Nam inimici famam non ita, ut nata est, ferunt. Cic. 5. de Fin. Necesse est quidem si quis subiipsi inimicus est, cũ quæ bona sunt mala putare.

Inimicus, a, um, Quod ad inimicum pertinet. Cicero 4. Verr. At uidete, quàm non inimico animo, sim acturus. Plautus in Captiuis, Viden' hunc, quam inimico uultu tuetur? Transfertur & ad res inanimatas, accipiturq; pro contrario, & noxio. Plin. libro 11. capite 52. Inimicæ oculis uomitiones, maximè autem dentibus.

Inimicitia, æ, Singulari numero, ἔχθρα, ἀπέχθεια. Cicero libr. 4. Tusculanarum, Inimicitia, ira ulciscendi tempus obseruans Cæsar lib. de Anal. plurali semper numero dicendas putat Inimicitias. Terent. in Phorm. Ni ita existimassem, nunquam tam graues Ob hanc inimicitias caperem in nostram famili am. Cicero 1. Off. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sum ptus suscipere nolunt.

Inimico, as, a. p. cum accusatiuo, Inimicum facio, ἐχθραίνω. Ho ratius libro quarto, Carm. Ode. ult. Non furor Ciuilis, aut uis eximet otium, Non ira quæ procudit enseis, Et miseras inimicat urbes.

Inimicor, aris, deponens, Inimicitias exerceo, ἀπεχθάνομαι. Apud Qu. Ciceronem de Petitione Consulatus, Sin autem id neges statim alienant sese, & inimicantur.

Inimicè, aduerbium, Hostiliter, aduerso animo, & contrario, ἐχθρῶς. Cic. 2. Philip. Ego autem uide quàm tecum agam non inimicè.

Inimiciter, aduerbium obsoletum, eiusdem significationis. Ac cius Didascalicorum libr. 1. ut citat Nonius. Pacare hostẽ ferocem inimiciter accensum.

Inimitabilis, & hoc inimitabile, Quod nemo facilè queat imitari, ἀνίμητος. Quint. libr. 2. cap. 17. Opera quædam nobis inimitabilia. Idem libro decimo, capite secundo, Quædã sunt inimitabilia quib. aut infirmitas naturæ nõ sufficit, aut diuersitas repugnat.

Ininde, Ex eo loco, ἐκεῖθεν, Liuiu. Ita exercitus ininde domos abducti.

Iniquus, a, um, ab in, & æquus: æ in i productam conuersa: idem est propriè & inæqualis, hoc est, non planus, ἀνόμαλος. Vnde Iniquus locus dicitur qui æqualis non est. Liuius 2. ab Vrbe, Cum equis post aliquanto pugnatum est initio qui dem Consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes. Per translationem uerò dicitur de hominibus iniustis & im probis, quique totius æquitatis sunt expertes, ἀνεπιεικής, ἀγνώμων: Terent. in And. sed ea me nũc exquirere, Iniqui patris. Idem in Heau. Quàm iniqui sunt patres in omnes adole scentes iudices? Cicero 2. Tusc. Quod hi ferunt iniquo animo qui certis, &c. Aliquando capitur pro magno, seu immẽ so, ἄκριτος. Vergilius 1. Georgic. Iniquo pondere rastri. Aliquando pro angusto. Idem Verùm hæc ipse equidem spatiis exclusus iniquis Prætereo.

Iniquitas, atis, f. t. Iniustitia, malignitas, iniuria, ἀγνωμοσύνη, ἀδικία, πονηρία. Plin. libr. 12. cap. 19. Id accideritne ob iniquitatem præpotentium, an fortè, non satis constat. Iniquitate loci, inæqualitas. Liu. 7. ab Vrbe, Si ab eo consilio iniqui tate loci deterrentur. Iniquitas temporis, difficultas, et angustia. Liu. 5. bel. Maced. Nam si quod aliquando seruierunt temporum iniquitate pressi, &c.

Iniquè, aduerb. Iniustè, ἀγνωμόνως, ἀδίκως. Cic. ad Brut. Atque hoc ipsum, iniquiès, iniquè facis qui hostilis animi in Rempub. homines, ciues appelles.

Inire gregem, pro coire, uide Ineo.

Initium, tii, n. s. Cœptum, ἀρχή, Valla, Principium rei maioris, initium uocatur: ut, Initium orationis. Quintil. libro 4. cap. 1. Quod principium Latinè, uel exordium dicitur, maio re quadam ratione Græci uidentur proœmium nominasse, quod à nostris initium modò significatur, illi satis clarè par tem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Terentius in Hecyr. Hic adeò his anulus initium fuit inueniundis. Ibidẽ. Nequeo mearũ rerum initium ullũ inuenire. Initia item dicebantur Cereris sacra quæ & μυστήρια Græco nomine appellantur. Varro libr. 2. de Re rust. A suillo pecore immolandi initium primum sumptum uidetur. Cu ius uestigia, quòd initiis Cereris porci immolantur, & quòd initiis pacis fœdus quum feritur, porcus occiditur, Alio no mine initiationes nuncupãtur quæ (ut ait Tertullianus) semper arcent profanos, & arbitris carent.

Initio, as, a p Sacris imbuo, μυῶ. Cic. 1. de Nat. deo. Vbi initiã tur gentes orarũ ultimæ Pli. lib. 30. cap. 2. Magicis etiã cœnis eum initiauerat. Vnde Initiatus, sacris imbutus, μεμυημένος Cicero 2. de Leg. ait mysteria appellari initia, quibus ex agre sti uita exculti ad humanitatem sumas, tanquam ea sint uitæ principia. Proprie tamen Initia dicebantur Cereris sacra quibus neminem interesse fas erat, nisi initiatum. Varro de Re rust. li. 1. cap. 1. Cui consentaneum est quod Initia uocan tur potissimùm quæ Cereri fiunt sacra. Liu. libr. 1. Decad. 4. Acarnanes duo iuuenes per initiorũ dies nõ initiati templũ Cereris imprudentes religionis, cum cætera turba ingressi sunt. Pueri quoq; Eduliæ, Potinæ, & Cubæ, edendi, potandi, & cubandi deabus, initiabantur, teste Varrone libr. 4. de Lingua Latina, quum à lacte & cunis, ad solidiores cibos & lectulos transibant. Aliàs initiari, est inchoare & auspicari, κατάρχεσθαι, Firmicus, Ver initiatur, quum primam Arietis partem Sol fuerit ingressus.

Inito, as, uide ineo, inis.

Iniucundus, a, um, Insuauis, tristis, molestus, ἀηδής. Cicer. 1. de Fin. Minimè nobis in iucundus labor.

Iniucundè, aduerbium. Cic. ad Atticũ, lib. 1. Quæ res mihi aspe rius à nobis atq; nostris, & in iucundius actæ uidebantur.

Iniucunditas, atis. Cic. 2. de Nat. deo. Sed tamen prętereundũ est, nequid habeat iniucunditatis oratio.

Iniudicatus, a, um, Non iudicatus, ἄκριτος. Gel. libr. 13. cap. 23. Decem hominibus uitam eripis, indicta causa, iniudicatis, indemnatis. Quint. libr. 10. cap. 1. Id quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo.

Iniuges hostiæ, uocabantur quæ nunquam domitæ, aut iugo subditæ fuerant, ἄζυγα θύματα. Festus & Macrob.

Iniungo, is, a. t. Impono, demãdo, præcipio: ut Iniungo tibi hoc onus, uel munus, ἐπιτίθημι, προστάττω. Liu. 3. ab Vrbe, Comitiorum illi habendorum, quando minimus natu sit, mu nus consensu iniungunt. Idẽ 6. bel. Pun. Verterunt orationẽ eò, ut dicerent, priuatis id, seu æquum, seu iniquum onus in iungendum esse. Sic Cæsar 8. bel. Gall. 2. & bel. Ciuil. Propriè tamen Iniungere, est intus, uel supra iungere, ἐπισάττειν, ἐπιζεύγνυμι. Colum. li. 7. Iugumq; quarto die accipiunt, cui ra mus illigatus temonis uice traiicitur: interdum & pondus aliquod iniungitur, ut maiore nisu laboris exploretur patientia. Idẽ li. 5. Itaq; pingui terra singulis brachiis licebit bi na iniungere flagella. Iniungere detrimentum Reipublicæ, est inferre, aut addere: quod & Facere detrimentum dicitur Brut. ad Cicer. 11. Epist. Tamen si quo etiam casu Isaram se traiecerint, ne quid detrimenti Reipublicę iniungant, summa à nobis dabitur opera. Id est, ne damnum inferant Reipublicæ. Iniungere iniuriam. Liu. 3. ab Vrbe. Iniungere serui tutem, In seruitutem redigere, Idem 5. ab Vrbe. Iniungere tormentum, Plin. in Paneg.

Iniuratus, a, um, Qui non iuratuit, ἀνώμοτος. Terẽt. in Adelphis Nam iniurato scio plus crederet mihi. Cic. pro Cecin. Quum iurati id dicunt quod ego iniuratus insimulo.

Iniuria, æ, f. p. Ex eo dicta est, quòd non iure fiat, ἀδικία, ὕβρις. Omne enim quod non iure fit, inquit Vlp. lib. 1. Digest. De iniuriis, & fam. libel.) Iniuria dicitur siue uerbis, siue re. Re, quum manus inferuntur: uerbis, quum fit conuitium. Specialiter uerò, eodem Vlpiano teste, Iniuria dicitur contumelia, à contemnẽdo. Interdũ etiã eodem Vlpiano teste, iniuriæ appellatione damnum culpa datum significatur: interdum etiam iniquitas, cum quis iniquè uel iniustè sententiam dixerit, Plaut. in Aulul. Ego me iniuriam filiæ feciſſe fateor tuæ Cereris uigiliis per uinum atque impulsu adolescẽtiæ. Terent. in Heaut. Nunc aliud spectata, matres omnes filiis In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse Nonnunquam iniuria, aduerbialiter sumitur pro immeritò ὡς οὐ δίκαιος, ἢ οὐ κότως. Plaut. in Milite, Amant te omnes mulie res. neq; iniuria, qui sis tam pulcher. Cic. in Catil. Ego tibi iniuria suspectus sum.

Iniuriosus, Quũ de persona dicitur, eum significat qui iniuriã infert, ὑβριστής. Ci. 1. Off. Primùm in eo peccat, quòd sint iniu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rioſi in proximos. Quando uerò de rebus dicitur, id ſignificat quod iniuriæ plenum eſt, ὑβριστικὸς: ut, iniurioſus ictus. Plin.lib.17.cap.24. Aut circumfoſſor iniurioſo ictu uerberauit. Iniurioſa uita, plena ſceleribus, & iniquitatibus, quęq; alteri damnum infert & iniuriam. Cic.1.de Legib. Quod ſi pœna, ſi metu ſupplicii, non ipſa turpitudo deterret ab iniuria facinoroſa q; uita nemo eſt iniuſtus.

Iniurioſè, aduerbium. Cicero pro lege Manilia, Maiores uestri ſæpe mercatoribus, ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt. Colum.libr.1.cap.8. In cæteris præbitis iniurioſè tractentur.

Iniurius, a, um, Quod eſt iniquum, ἄδικος. Plaut.in Aulul. Si mihi das operam, me illi iraſci iniurium eſt. Terent.in Hecyra, Iniurium autem ulciſci aduerſarios? Vbi Donatus, Iniurium, iniquum: indignantis modo ſignificatio eſt, & uim aduerbii habet. Iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris. Terent.in Heauton. Enimuero reticere nequeo: multis modis iniurius Clitipho eſt. Idem in Andr. Si id ſuccenſeat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes, Ipſus ſibi iniurius eſſe uideatur, neq; id iniuria.

Iniuſſus, a, um, Non iuſſus, ἀπαρήγγελτος. Horat.1.Serm.Satyra 3. Omnibus hoc uitium eſt cantoribus, inter amicos Vt nunquam inducant animum cantare rogati: Iniuſſi nunquam deſiſtant. Vergil.6.Eclog. Non iniuſta cano. Idem 1. Georgic. atq; iniuſſa uireſcunt Gramina.

Iniuſſus, ſus, m.q. ſubſtantiuum, Quod uix aliter quàm in ablatiuo uſurpatur, ut iniuſſu meo, id eſt me non præcipiente. Terent.in Phorm. Itáne tandẽ uxorẽ duxit Antipho iniuſſu meo? Cic.de Senect. Vetatq; Pythagoras iniuſſu Imperatoris hoc eſt, Dei, de præſidio, & ſtatione uitæ decedere. Idem ad Attic.lib.4. Ne iniuſſu populi iudicarent.

Iniuſtus, a um, Non iuſtus, ἄδικος. Terent.Adelph. Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius, Qui niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat. Iniuſtus, qui iuſtam magnitudinem excedit. Vergil.3. Georgicorum, Iniuſto ſub faſce uiã dum carpit. Cic.2.de Orat. Me uerò iam pertimeſcente, ut illam non Norbani ſeditionem, ſed illam populi Romani iracundiam, neq; eam iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defenderes.

Iniuſtè, aduerb. Iniquè, iniuriosè, ἀδίκως. Plaut.in Pſeud. Non ſoles reſpicere te, quum dicas iniuſtè alteri. Cic. pro Flacco, Facis iniuſtè Læli.

Iniuſtitia, æ, Iniquitas, ἀδικία. Terent.Adelph. Tot res repentè circunuallant, unde emergi non poteſt: Vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia. Idem Heaut. Eum ego cieci hinc miſerum iniuſtitia mea.

Innaſcor, eris, d.t Naſcẽdo inſeror, ἐμφύομαι, ἐγγίνομαι. Plautus Mil. Non mihi auaritia unquam innata eſt, ſatis habeo diuitiarum. Cic.lib.1.Offici. Sed illud odioſum eſt, quod in hac elatione & magnitudine animi pertinacia, & nimia cupiditas principatus innaſcitur. Terentius in Andria, Hoccine credibile eſt, aut memorabile Tanta uecordia innata cui quam ut ſiet, &c.

Innato, as, are, Intus nato, ἐννέχομαι. Colum.libr.2.cap.4. Vbi non innatent, ſed ſemper ſint in iure ſubmerſa. Plin.li.7.ca.40. Equos innatantes ſæpe demergent. Verg.2.Georg. Necnõ & torrentem undam leuis innatat aluus.

Innauigabilis, le, om.t. Vbi quis nauigari non poteſt, ἀπλόος. Liu.5.ab Vrb. Inſignis annus hyeme gelida, ac niuoſa fuit, adeò ut uiæ clauſæ, Tyberis innauigabilis fuerit.

Innecto, is, ere, a.t. Colligare, circumligare, ἐμπλέκειν. Vergil. 8. Aeneidos, tum lactea colla Auro innectuntur. Columella lib.11.cap.1. Itaq; mancipia uincta, quæ ſunt ergaſtuli, per nomina quotidie citare debebit, atq; explorare, ut ſint compedibus diligenter innexa.

Innitor, pen.pro. inniteris, innixus, uel innixus, d.t. Inhæreo incumbo, ἐνισχυρίζομαι, ἐπερείδομαι. Conſtruitur autem cum datiuo, uel ablatiuo. Datiuo, Quint.lib.6.cap.2. Omnia curę turelæq; unius innixa. Liu.8.bell. Pun. Itaq; ſteterunt ſcutis innixi. Vergil.4. Aeneid. Ter ſeſe attollens, cubitoq; innixa leuauit. Ablatiuo, Liuius 4. ab Vrbe, Et ipſa haſta innixus ſe in pedes excipit. Admittit & accuſatiuum, mediante præpoſitione In. Plin.libr. 7.cap.51. Hora diei ſecunda, in P. Panſam fratrem innixus, obiit.

Inno, nas, n.p. per duplex nn, ex in & no, quaſi intus no, ἐπινήχομαι, ἐπιπολάζω, ἐπικυματίζω, ἐπινέω. Cic.2.de Na.deo. Quot genera, quanq; diſparia partim ſubmerſorum, partim fluitãtium, & innantium belluarum. Liu.1.bel.Pun. Nihil, dummodo innare aquæ, & capere onera poſſent, curantes. Verg. 3.Georg. Fluuio inhant rapaces. Horat.1.Carm.Ode.17. Et innantem Maricæ Littoribus tenuiſſe Lyrim. Hinc fit innato frequentatiuum: de quo paulò antè.

Innocens, is, om.t. adiect. Innoxius, crimine purus, ἄκακος. Cic.1.Tuſc. Innocens dicitur non qui leuiter nocet, ſed qui nihil nocet. Terent. Adelp. Obſecro populares, ferte miſero atq; innocenti auxilium. Cæſ.6.bell.Gal. Ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus pœnas pendant. Cic.p Roſc. Amer. Innocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt: nocens, niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt.

Innocentia, æ, Integritas, ἀκακία, ſeu ut Cice.3.Tuſc. ait, Affectio animi talis quæ noceat nemini. Salluſt. Vbi quæ Metellus agebat, ex nuntiis accepit: ſimul & de innocentia ſua certior Romæ factus, diffidere, ac tum demum ueram deditionem facere conatus eſt.

Innocenter, Innociè, ſine noxa, ἀκάκως. Cic.in Salluſt. Antequã eos res ſuæ geſtæ, & uita innocentiſſimè acta commendauit. Plin.lib.18.cap.31. Omnia quæ cæduntur, carpuntur, tondentur innocentius decreſcente luna, quàm creſcente fiunt.

Innocuus, a, ũ, Actiuè accipitur p eo qui nõ nocet, ἄκακος. Plin.lib.8. Eoſdem peſtiferos ferunt in Græcia, innocuos eſſe in Sicilia. Paſsiuè uerò pro eo cui nõ nocetur, ἀσφαλὴς. Verſ. 10. Aen. & ſedere carinæ Omnes innocuæ. id eſt, ſine detrimẽto. Vbi Seruius oſtendit, illud intereſſe inter innocuũ & innoxium, ut innocuus dicatur, cui nocere nemo poſſit: Innoxius, qui non nouit nocere. Quam tamen differentiam irridet Valla lib.6. putatq; in loco Vergilii iam citato naues non idcirco dictas eſſe innocuas, quod eis noceri non poſſit: ſed magis quod nemini nocuiſſent.

Innoteſco, is, n.t. Notus fio, γνωρίζομαι. Lactant.lib.1. Deniq; à doctis huius ſeculi, quibus fortè ſcripta eius innotuerunt, derideri ſolent. Plinius lib.35.cap.11. Cteſilochus Apellis diſcipulis petulanti pictura innotuit.

Innouo, as, are, a.p. Nouum facio, nouam rationem ſuſcito, nouum morem uel conſuetudinem in Rempublicam induco. Cicero in Piſone: Quo te modo uiam intemperantiam ſcelerate innouaſti.

Inñoxius, a, um, Innocens, culpa carens, inculpatus, ſeu is qui nemini nocet, ἄκακος, ἀβλαβής. Plaut. in Capt. Decet innocentẽ ſeruũ atq; innoxium Confidentẽ eſſe, ſuũ apud herum potiſſimũ. Salluſt. Ipſi innoxii, florentes, ſine metu ætatem agere. Serpens innoxius, Verg.5.Aen. Verba non innoxia Verg.2.Georg. Innoxius paſſiuè, cui noceri non poteſt. Col. lib.2.cap.10. Sic condita, erit à curculionibus innoxia. Idem lib.5.cap.9. Vt ſi innoxius ab iniuria pecorum.

Innubilus a, um, Idem eſt quod clarum, & ſerenum, nubiloq; contrarium, αἴθριος. Lucr.lib.3 Neq; uix acri concreta pruina Cana cadens uiolat, ſemperq; innubilus æther Integit: & largè diffuſo lumine ridet.

Innubis, & hoc innube, om.t.pe.pro. Sine nubibus, ἀνέφελος. ut, Dies innubis, quo nullo apparent nubes. Seneca in Hercule, Nanque ut reluxit pellicis captæ decus Et fulſit Iolæ qualis innubis dies.

Innubo, is, ere, Propriè eſt tranſire ad domũ mariti, ἐγγαμῶ. Accipitur tamen ſimpliciter p tranſire. Lucil.lib.6. Sat. Innubere atq; innubere cenſent. Feſt. Vnde innubere in illuſtrem familiã dicuntur mulieres, quæ uiro generoſo nubunt, multisq; imaginib. claro. Huic opponitur enubere, q eam reſpicit familiã, è qua mulier nuptui traditur. Vnde enubere è patrib. dicitur mulier patricii ordinis, quæ uiro plebeio nubit.

Innubus, pen.cor. Qui uxorem nõ duxit, ἄγαμος. Innuba, quę nunquam nupſit. Sic laurus dicitur innuba apud Ouid.lib.1. Metam. propter Daphnen uirginem quam fabulatur in laurum fuiſſe transformatam. Ouid.14. Meram. Nec tiliæ molles, nec fagus & innuba laurus.

Innuptus, a, um, Non nuptus, ἄγαμος. Verg.2.Aen. Circũ pueri, innuptęq; puellæ Sacra canunt. Cic.3.de Orat. Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis. id eſt, illicitis & præter ius faſq; contractis.

Innumerabilis, le, om.t. Quod numerari nõ poteſt, ἀναρίθμητος. Cic.5.Verr. Cognoſcite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam.

Innumerabilitas, atis, f.t. Infinitas, ἀπειρία. Cic.1 de Nat.deor. Tamen pleraq; dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemq; mundorum, &c.

Innumerabiliter, aduerb. Lucr.lib.5. qui corpore toto Innumerabiliter, priuas mutatur in oras.

Innume

Innumeralis, le, om. t. Idem quod innumerabilis: sed est antiquum, ἄπειρος, ἀνάριθμητος. Lucr. li. 2. cætera, quæ sunt, Nō esse unica, sed numero magis innumerali.

Innumerus, a, um, Idem quod innumerabilis. Plin. lib. 2. cap. 3. Innumeræ rerum effigies. Lucan. Adde, quod innumeræ cōcurrunt undiq; gentes.

Innumerosus, a, um, Idem cum superioribus. Plin. lib. 10. ca. 65. Ex omnibus quæ perfectos fœtus, uel tantos & innumerosos edunt, supra cuncta est murium fœtus.

Innuo, is, n. t. Signo aliquo capitis uoluntatem ostendo, siue affirmem, siue negem, ἐπινεύω. Cic. pro Muræna, atq; ille, semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atq; innuit. Idē ad Allienum, lib. 13. Hunc ego tantummodo aditum ad tuam cognitionē patefacio, & innuo. Ad Herenn. li. 4. Qd' si iste suos hospites rogasset, imò innuisset modò, hoc facilè perfici posset.

Innuptus, Vide Innubo.

Innutrio, is, ire, a. q. idem quod in loco aliquo nutrire, ἐντρέφω. Plin. in Epist. hoc altero, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari subiret timendi pauor.

Inoblitus, a, um, Perpetuò memor. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. Semper inoblita repetam tua munera mente.

Inobrutus, a, um, Non obrutus, Ouid. 7. Metam. Deucalioneas effugit inobrutus undas.

Inobscuro, as, are, Obscurum reddere, ἀμαυρόω, ἀποκρύπτω. Cic. 9. Philip. Cui si statuam in rostris decreto uestro statueri tis, nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio.

Inobsequens, tis, omnis gen. Inobediens, ἀνυπήκοος. Seneca in Hippol. Inobsequentes protinus frænis equi Rapuere currum.

Inobseruatus, a, um, Non obseruatus, ἀπροσφύλακτος. Martial. lib. 8. Luserat hoc casus, nisi inobseruata maneret. Oui. 4. Metamorph. at ille Vt puer, & uacuus, & inobseruatus in herbis. Huc it, & hinc illuc. Inobseruata uarietas, Plinius lib. 28. cap. 5.

Inobseruabilis, le, Quod obseruari non potest. Plin. lib. 2. ca. 17. Cuius est maximè inobseruabilis cursus. Catull. Argon. Ne labyrintheis è flexibus egredientem Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Inocciduus, a, um, Nō occiduus: ut, Visus inocciduus, id est oculi semper uigilantes. Statius libr. 7. Theb. Spectat inocciduis stellatum uisibus Argum.

Inocco, as, a. p. Cooperio, βωλοκοπέω, quod fit quum semen in agro seminatum est, & glebas farculis, aut cratibus dissoluimus, ut semen humo contegatur. Columella libro secūdo, cap. 7. Nam semen quod sicco solo ingestum, & iam inoccatum est, perinde ac si repositum esset in horreo, non corrūpitur. Componitur autem ex in, & occo, as, quod est commi nuo: de quo alibi.

Inoculo, as, a. p. pen. cor. Oculum unius arboris alteri adhibeo, seu oculum in arbore aperio, ἐνοφθαλμίζω. Col. li. 11. ca. 2. His quidem diebus arbores ficorum inoculantur: quod genus insitionis, emplastratio uocatur.

Inoculatio, Plin. libr. 17. cap. 14. In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiqua, ἐνοφθαλμισμός.

Inodorus, a, um, Quod est sine odore, ἀνόδμης, ἄνοσμος. Persius Satyr. 6. Vrnæ ossa inodora dabit. Gel. li. 7. cap. 6. Quædam animalia alia carent alio, & aut cæca natura gignuntur, aut inodorata inauritasue. Alii legunt inora.

Inodoro, as, are, a. p. Odore inficere. Colum. lib. 11. ca. 3. Nam sic sata, & rursus sic recondita, existimantur neq; acerrimi saporis existere, neq; mandentium halitus inodorare.

Inoffensus, a, um, Quod non offenditur, ἀβλαβής, ἀναπηράστος, ut inoffensa tempora à ualetudine, hoc est, nullo morbo læsa & offensa. Cel. lib. 2. cap. 1. Temperantia quoq; eū fuisse tanta traditum est, ut omnia ferè uitæ suæ tempora à ualetudine inoffensa uixerit.

Inofficiosus, a, um, Qui facit contra officium, uel qui nullum officium præstat amico, ἀκαθήκων. Cicero ad Atticum libr. 13. Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos. Inofficiosum testamentum, dicitur (ut ait Paulus Iurisconsul.) quod non ex officio pietatis paternæ confectum est, filiis sine legitima causa exhæreditatis, ἀκαθήκησα, διαθήκη. Cic. 3. Verr. Testamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum.

Inolesco, cis, leui, lui, etum, & itū, Superincresco, ἐπιφύομαι. Columel. libro 5. cap. 10. Amygdala, si parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito, & ita librum arboris inolescere sinito. Vergil. 2. Georg. hunc aliena ex arbore germen Includūt, udoq; docent inolescere libro. Inoleuit. actiuè. Gell. lib. 12. cap. 5. Natura omnium rerum quæ nos genuit, induit nobis inoleuitq; in ipsis statim principiis quibus nati sumus, id est inolescit, inseruit, confirmauit.

Inominatus, a, um, Malè ominatus, infelix, δυσοιώνιστος, δύσεχθος. Horat. Epod. 16. Aut pars indocili melior grege, mollis, & expes, Inominata per prima cubilia.

Inopaco, as, are, a. p. Opacum reddere & obscurū, ἐπισκιάζω: Col. lib. 8. cap. 15. Media rursus terrena pars esse debet, ut colocasiis conseratur, aliisq; familiaribus aquæ uiridibus, quæ inopacant auium receptacula.

Inopinans, Nomen est adiectiuum, idem significans quod incautus, improuidus, cuiq; aliquid accidit præter opinionem, ἀπροσδόκητος. Cæs. 6. bel. Gall. Multos in agris inopinantes deprehendit.

Inopinanter, hoc est, subitò, & præter expectationē, ἀπροσδοκήτως Sueton. in Tib. Cæsare, cap. 60. In paucis diebus quam Capreas attigit, piscatori qui sibi secretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem iussit.

Inopinatus, a, um, Improuisum, quod præter spem & opinionem euenit, ἀπροσδόκητος. Cic. 3. Tusc. Hæc enim ferè tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum uideri. Repentina, & inopinata grauiora, Cic. 3. Tusc.

Inopinatè, & inopinatò, aduerbia, Idem quod præter spem, ἀπροσδοκήτως. Liu. 4. bel. Maced Quid ad id, quod futurum erat, ne in opinatè accideret, præparatis suorū animis signa extemplo conuertit. Idem 6. belli Punici. Quum inopinatò in castra Romana Numidæ, Hispanique cum elephantis irrupissent.

Inopinabilis, om. t. Quod quis nunquam existimasset futurū. παράδοξος. Gel. lib. 17. cap. 12. Infames materias, siue quis mauult dicere inopinabiles. Idem lib. 12. cap. 18. Atque id etiam quod magis inopinabile est.

Inopinus, a, um, pen. prod. Idem quod inopinatus: ut, Inopina quies. Vergilius 5. Aeneidos Vix primos inopina quies laxauerat artus. Gaudia inopina. Stat. 1. Sylu. Dolor inopinus, Idem 1. Theb.

Inops, inopis, om. t. nudus, Impotens, Pauper, ἄπορος. Cic 2. Off. Nam quum premeretur inops multitudo ab iis qui maiores opes habebant, &c. Aliquando dicitur sine ope, sine auxilio. Vnde inopem animi, inopem prudentiæ dicimus: id est, sine ope animi, sine ope prudentiæ. Iungitur enim cum genitiuis omnium rerum. Inops auxilii, Liu. 3. ab Vrbe, Inops consilii, Idem 6. bel. Pun. Inops dicendi sapientia, Cicer. 1. de Diuin. Inops remedii, Plin. lib. 16. cap. 1. Aliquando inops dicitur insepultus, ἄθαπτος. Verg. lib. 6. Hæc omnis quam cernis, inops, inhumataq; turba. Ex iure enim pontificio terra iniiciebatur & circa cadauera & circa absentium corpora, quibusdam solennibus sacris additis. Inops igitur dicitur in sepultus, quasi sine terra, quæ Ops dicitur.

Inopia, æ, f. t. Egestas, indigentia, ἀπορία. Cic. de Amic. Humilem sanè relinquunt &, minimè generosum, ut ita dicam, ortum amicitiæ, quam ex inopia, atq; indigentia nasci uolūt Idem 1. de Inuent. Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis.

Inopiosus, a, um, Sine ope, ἄπορος, Plaut. Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio Dubias, egenas, inopiosas consilii.

Inopportunus, a, um, importunus. Cic. de Ora. enim est in eo loco sedes huic nostro inopportuna sermoni.

Inordinatus, a, um, Quod non est ordinatum, ἄτακτος. Cicer. de Vniuers. Idq; ex inordinato in ordinem adducit, inordinati, & incompositi milites, Liu. 2. bel. Pun. Inordinatissimi pili. Plin. lib. 22. cap. 22.

Inornatus, a, um, Ornato contrarium, ἀδιακόσμητος, ἄκοσμος, ἄκομψος. Cic. in Ora. Dum intelligamus hoc esse Atticū Lysia, non quod tenuis sit, & inornatus, sed quod nihil habeat insolens & ineptum. Inornata uerba, Horatius de Arte. In ornati capilli, Ouid. 5. Metamorph.

Inornatè, aduerbium, ἀκόμψως. Ad Heren. lib. 7. Hoc pacto nō inornatè poterimus & in laudādo, in inlædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere.

Inora. Dicūtur animalia sine ore. ἄστομα, quales sunt Astomi Indiæ populi, halitu uiuentes & odore: quorū meminit Plinius lib. 7. cap. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Inoratus, a, um, Nõ oratus. Ci. pro Rosc. Amer. Legati Ameriam re inorata reuerterunt. Loquitur de legatis ad Syllam missis, ab eo tamen non auditis.

Inphronitus, dicitur insolens & imprudens, Græci, ἄφρονα imprudentem dicunt, uide in dictione Fruniscor & Infrunitus.

In posterum, pen. cor. τὸ λοιπὸν, τ' ἐντεῦθεν, ἐς τὸ ἐπιόν. Vide Posterus.

In primis, pen. prod. Duæ partes sunt, positæ loco aduerbii ordinis quæ idem ualent quod ante omnes, uel ante omnia, uel unum ex primis, ἐς τὰ πρῶτα. Sallust. Quę quidem res in primis mihi uidetur causa fuisse facinoris maturandi.

Inquam, Vide Inquio.

Inquantum, aduerbium, Id est, tantum quantum. Plinius in Epist. Quæ ut domus ipsa, perierunt, à me tamen, inquantum potuerit, requirentur.

Inquies, tis, gen. om pro Inquietus, ta, tum, Quod est sine quiete, ἀκάματος, ἄπαυστος. Sallust. lib. 1. Histor. Humanum genus inquies, atq; indomitum. Plin. in Præfat. Naturalis historiæ, Iam sibi satis gloriæ quæsitum, & potuisse se definere ni animus inquies pasceretur opere. Apul. lib. 1. Qua contentione & inquieti procacitate præditus asinus.

Inquies, *substantiuum fœm. gen.* Idem est quod inquietudo, solicitudo. Plin. lib. 14 cap. 22. Furiales somni, & inquies nocturna. Gellius libr. 19. capite 9. Vt interea labor hic uigiliarũ & inquies suauitate paulisper uocum, atque modulorum ac quiesceret.

Inquiero, as, a. p Turbo, quietem agere non permitto, ἀνταράττω. Columella libro nono, Ne incubantes nutrices ab aliis auibus inquietentur.

Inquietudo, inis, f t Turba, priuatio quietis, ταραχή. Seneca de Beneficiis libr. 2. cap. 8. Tametsi inquietudinem Tiberius ne hoc quidem modo quo putabat, potuit effugere.

Inquilinus, ni, m. s. pen pro. ex in & colo, Qui in alieno priuato habitat: propriè tamen in conducto, siue in urbe, siue ruri, ut inquit Valla, lib. 4. ἔνοικος, Suetonius in Claud. Cæs. Partem etiam census omnes ordines conferre iussit, & insuper inquilinos priuatarum ædium, atq; insularum, pensionem annuam repræsentare fisco. Cicero 2. Philippic. At uerò te inquilino (non enim domino) personabant omnia uocibus ebriorum. Inquilini etiam interdum dicuntur qui in eisdem habitant ædibus. Martialis libr. 1. Vicinus Nouio uel inquilinus Sit, si quis Nouium uidere non uult. Vide etiam in uerbo Incolo, is.

Inquino, as, a. p. pen. cor. Maculo, deturpo, κοινόω, μολύνω, Horat. lib. 1. Serm. Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis Coruorum. Lactant. libr. 5. Pecudum sanguis effusus quo aras inquinant. Cic. 1. Tusc. Quibus cœcati uelut domesticis uitiis, atq; flagitiis sese inquinassent. Fit autem à cunio, is, ut inquit Festus. Cunio uerò est stercus facere.

Inquinatus, a, um, Fœdatus, contaminatus, pollutus. Cicer. de Aruisp. resp. Fœdior atq; inquinatior. Idem pro Flacco. Nihil enim illo inquinatius. Sordidissima & inquinatissima ratio Cicero 2. Offic.

Inquinatè, aduerbium, Sordidè, turpiter. Cicero de Claris Oratoribus, Itaque diligenter loquendi laude caruit, neq; tamẽ est admodum inquinatè locutus. Huius compositum est Coinquino. Columell. lib. 8. Totam progeniem coinquinat siquidem celeriter cum alia pecora, tum præcipuè oues contagione uexantur.

Inquinamentum, ri, n. s. Sordes, & immunditia, ῥυπαρία, Gel. lib. 2. c. 6. Cuius significationis multo, assiduoq; usu totũ uerbum ita contaminatum est, ut iam squallor de re nulla alia, quàm de inquinamentis soli dici cœperit.

Inquio, is, defectiuum est, significans idem quod dico, φημί. Cic. lib. 2. de Orat. Aucupari uerba oportebit: inquio: ut ea quæ sunt frigidiora, uitemus. Persius Sat. 1. Hoc iuuat, hic, inquit, ueto quisquam faxit oletum, Iuuen. Sat. 3. quando artibus, inquit, honestis Nullus in urbe locꝰ. Ci. in Verr. Vbi sunt Pamphile (inquit) scyphi? Idem 2. de Orat. Tu uerò, inquisti molestus non eris. Idem 4. Verr. Ergo, inquiet aliquis, donauit populo Syracusano illam hæreditatem. Plaut. in Pseud. Ius bonũ orat Pseud. Dabo, inque. Terent. in Heaut. Eccum me, inque. Autor ad Heren. lib. 4. Quid enim tibi uis, aliquis Inquiat? Plaut. in Aul. Nunc quæ res tibi, & gnatæ tuæ Bene, feliciterq; uortat, ita dii faxint, inquito. Hęc sunt ferè quæ in usu sunt huius uerbi inquio.

Inquam, uerbum est defectiuum, Idem significans quod dico, dicebam, uel dixi. Teren. in And. Matura DAV. Iam inquam, hîc adero. Plaut. in Capt. Quis agit hoc? quis profitetur, inquam: quasi muti silent.

Inquiro, is, a. t. pen. prod. Inuestigo, quasi intus quæro, ἰστορῶ ἔσω, ἐπισκοπέω. Cic. 1. Offic. Peregrini autem atq; incolæ officiũ est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeq; esse in aliena Repub. curiosum. Inquirere pro eo quod uulgò dicunt, facere informationẽ. Cic. 6. Verr. Nimirum didici etiam dum in istum inquiro, artificum nomina. Inquirere in patrimonium & uasa, hoc est, patrimonii & uasorum ualorem scisitari. Senec. Epist. lib. 1. Sed nomina facturi diligenter in patrimoniũ & uasa debitoris inquirimus. Sic etiam accipiendum est illud Ouidii, Filius ante diẽ patrios inquirit in annos.

Inquisitio, nis, f. t. Inuestigatio. Cicero 1. Offici: In primisq; hominis est propria ueri inquisitio, atque inuestigatio. Inquisitio, pro informatione quam uocant. Cicero 4. Verrinarum Ecquem existimatis unquam ulla in prouincia reum absentem contra inquisitionem accusatoris, tantis opibus, tanta cupiditate esse defensum?

Inquisitor, oris, m. t. Qui inuestigat. Plin. lib. 18. cap. 40. Scrutatur uestigia atq; persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loco retrahens. Inquisitor, qui inquirit, & ut uulgò loquuntur, informat se de aliqua re. Plin. Epist. 9. Norbanum Licinianum legatum & inquisitorem rerum postulauit.

Insalubris, bre, pen. prod. Quod est salubri contrarium, νοσώδης. Plinius libro 18. capite 5. Neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum. Columella libr. 1. capite 4. M. Artulius Regulus dixisse memoratus fundum sicut ne fœcũ dissimi quidem soli, quum sit insalubris, ita nec effœti, si uel saluberrimus sit, parandum.

Insalutatus, a, um, Non salutatus, ἀπροσαγόρευτος. Vnde insalutato hospite discedere dicuntur qui clanculum se subducunt: quod facere solent ii qui facinoris alicuius sibi cõsci, hospitis sui conspectum subterfugiunt.

Insanabilis, le, om. t. Quod sanari nõ potest, ἀνίατος, ἀθεράπευτος Cic. pro Sestio, Ego uerò, si mihi uni pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi insanabilis illa mortifera quam Reip. imposuisset.

Insanus, pen. prod Qui non est sani consilii, & qui non habet mentem integram, παράφρων, μανιώδης. Terent. in Eunucho, Scitum hercle hominem, hic homines prorsus ex stultis insanos facit. Vnde Insania, æ, stultitia, dementia, μανία, παραφροσύνη Teren. in Adelph. Prô Iupiter, tu homo adiges me ad insaniam. Plaut. in Aul. Laruæ hunc, atq; intemperiæ, insaniæq; agitant senem. Item insanus, magnus dicitur. Vergil. 9. Eclog. Insani feriant sine littora fluctus. Insanum studiũ equorum, armorum, &c. id est, immodicum, ὑπομανία, ὑπερμανία. Sunt qui existiment insanum aliquando accipi pro ualde sono, ut, In, particula intendendi uim habeat, sicut in dictione infractus, & inclytus, citantq; illud Persii ex Satyr. 5. Et insano multum laudanda magistro. Quo tamen in loco accipi congruè potest pro nimis cõcitato ad curam discipuli, à quo subuereatur reportare notam indiligentiæ. Nam ueteres præter notã significationem, peruicaces & intractabiles appellabant insanos. Contentiosi quoq; qui nunquã succumbebant, aliosq; improbabant, insani uocari sunt.

Insanè, aduerbium, uehementer, propterea quod insani omnia uehementer faciunt, inquit Varro, neq; rei alicuius seruant modum, ὑπερμανῶς.

Insania, æ, f. p. Dementia, βακχία, μανία. Teren. Adelph. Prô Iupiter tu homo adiges me ad insaniam. Plaut. Aul. Laruæ hũc atq; intemperiæ insaniæq; agitent semen.

Insanio, is, iui, itum, n. q. A sanus compositum, pro eo quod est furere, uel insanum esse, μαίνομαι, παραφρονέω, Teren. in Adelphis, Minimè miror qui insanire occipiunt ex iniuria. Plautus in Menæch. Hei mihi, insanire me aiunt, ultrò quem ipsi insaniunt. Quandoque est carmen componere. Vergilius 8. Ecloga, Insanire libet. Nam insani, ἔνθεοι dicuntur, id est, Deo pleni. Seruius.

Insanitas, atis, f. t. Idem quòd insania, μανία, παραφροσύνη. Cicero tertio Tusculanarum, Insipientia autem quasi insanitas, eademq; dementia.

Insatiabilis, le, om. t. Quod satiari non potest, ἀπλήστος. Insatiabilis cupiditas, Cicero 1. Tusculanarum, & 1. de Finib. Insatiabilis uoluptas, Idem de Finibus, Insatiabilis animus, Liu. 4. ab Vrbe.

Insatiabi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Insatiabiliter, aduerbium. Plin. in Epist. Quos ego quum recordor in re inani, frigida, assidua, tã insatiabiliter desidere, &c.

Insatiuus, a, um, Quod non seritur, quod sponte prouenit, αὐτοφυής. Plin. lib. 19. cap. 12. Hoc insatiuum tumex uocatur nascitur; fortissimum.

Insaturabilis, le, om. t. Quod saturari nõ potest, ἀπλήρωτος. Cic. pro Sest. Libelli etiam pro uino sæpe opignorabantur: manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant.

Insaturabiliter, aduerb. Cicero 2. de Nat. deor. Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annis; præteritis insaturabiliter expletur.

Inscendo, is, a. t. Idem est quod ascendo, ἐμβαίνω. Plautus in Amph. Quadrigas si nunc inscendas Iouis, Atq; hinc fugias. Gell. usus est huius passiuo inscendor, ita enim ait libr. 5. ca. 2. de Bucephalo Alexandri equo, Haud unquam sese ab alio inscendi, nisi à rege, passus est.

Inscius, tis, adiectiuũ, Ignarus, inquit Donatus, ἄγνωος. Plautus in Trin. Me absente, atq; inscie nte, inconsultu meo, Aedes uenales hasce inscribit literis. Terentius in Heauton. Si peccaui, mi Chreme, inscius feci. C. id equidem ego, etiam si tu neges, certo scio, Te inscientem atque imprudentem dicere, ac facere omnia.

Inscientia, æ, f. p. Ignorantia, ἄγνοια. Cic. pro Syl. Vos deniq; in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. Idem 1. Acad. Sed inter scientiam & inscientiã comprehensionem illam quam dixi, collocabat.

Inscienter, aduer. Per imprudentiã siue ignorantiã, δ' ἄγνοιαν. Cicero in Topicis, Partitione autem sic utendum est, nullam ut partem relinquas: ut si partiri uelis tutelas, inscienter facias, &c.

Inscitus, ta, tum, Inelegans, & malè compositus, ἄμουσος. Plautus in Menæc. Mulier hæc inscita est, & stulta, quantum per spexi modò.

Inscitè, imperitè, incomptè, impolitè, ineleganter. Plautus in Trin. Si quid scis me feciss e inscitè aut improbè, si id me Nõ accusas, tute ipse obiurgandus es, scio.

Inscitia, æ, f. p. Ignorantia, imprudentia, ἀνεπισταsία, ἀνεπιμοσύνη. Plautus in Curcul. Heus tu mulier, malè mereri de immerente, inscitia est. Terentius in Heauton. O Iupiter tantã ineſſe animo inscitiam?

Inscius, Nescius, imprudens, quasi non sciens, ἀνεπιστήμων. Cicero 4. Acad. Quam si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? Idem 5. de Finib. Nec uerò sum inscius esse utilitatem in historia, non modò uoluptatem. Inscia ac temeraria turba, Liu. 4. bel. Punici.

Inscribo, is, pen. prod. a. t. Est rei alicui titulũ, uel autoris nomen addere, ἐπιγράφω. Cic. lib. 1. Tusc. Quid nostri philosophi, nonne in his ipsis libris quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? Idem Cassio, In statua quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti optimè merito. Lactan. li. 1. Minutius Felix in eo libro qui Octauius inscribitur, sic argumentatus est, Interdũ dilacerare, ἐπιξαίρω, ἐπιγράφειν. Plautus Corpus tuum uirgis ulmeis inscribam. id est, insigniam: uel ita dilacerabo, ut notæ inscriptæ appareant.

Inscriptus, a, um, Quandoq; pro nõ scripto sumitur, ἄγραφος ut apud Varronem libro 2. capite 1. Itaq; greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum, atque ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus pauerit lege Cõsoria committat mulctam. Quintil. lib. 5. ca. 8. Alia esse scripta, & alia inscripta.

Inscriptum, ti, n. s. Breue quoddam in chartula scriptum, cuiusmodi solent dare Præfecti urbium iis qui merces exportant. Lucil. Facit idem quod illi qui inscriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent. Inscriptum pro inscriptione. Gel. lib. 20. cap. ult. Quædam alia inscripta nimis lepida, multasq; prorsus concinnitates redolentia.

Inscriptio, s. t. uerbale, Modò titulus, modò nota, ἐπιγραφή, ἐπίγραμμα. Plin. lib. 29. cap 1. Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, Turba se medicorum periisse. Inscriptio, libellus est accusatorius, super crimine ab aliquo commisso: quod ubi accusans non probauerit, ad talionem tenebitur, de qua in l. penult. C. de Accusat.

Insculpo, pis, psi, ptum, a. t. à scalpo compositum est, teste Diomede, non à sculpo, quod Latinum non est, ἐγλύφω. Mutatur autem prima uocalis in ultimam, quemadmodum in compositis uerbi Calco, inculco, conculco, & pculco. Vnde gemmam scalptã contendit dicendũ, non sculptam. Est aũt insculpere, incidere aliquid in æs, in argento, in marmore, in gemma: & simili materia. Plin. in Epist. Incisa & insculptà publicis, æternisq; monumentis. Per metaphoram dicimus aliquid insculptum esse in animo, quod ita memoria animoq; nostro impressum est & infixum, ut facilè excidere non possit. Cic. 2. de Nat. deor. Omnibus enim innatũ est, & in animo quasi insculptum, esse deos.

Insecо, as, are, a p Idem quod secare, siue intus secare, ἐντέμνω, ἐγκόπτω. Liu libr. 8. bel. Maced. Sed non tam patentibus plagis mouentur interdum insecta cute, ubi latior quãm altior plaga est, tam gloriosum se pugnare putant. Colum. lib. 12. cap. 47. Quidam oliuam non contundunt, sed acuto arũdine insecant. Idem lib. 4. cap. 15. Sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturæ usq; ad medullam.

Insecta, n. s. Animalcula sunt partim terrestria, ut scolopendræ, stelliones: partim uolucria, ut apes, uespæ: partim cum utroque participantia, ut formicę: partim pennis & pedibus carentia, ut tineæ quæ in homine nascuntur, ἔντομα. Aristotelis. Dicta insecta ab incisuris, quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum sint, atq; alui. Hæc Albertus Magnus appellat annulata. Vide plura de his apud Plin. lib. 11. cap. 1.

Insecabilis, le, Quod secari, ac diuidi non potest, quales sunt atomi, ἄτμητος. Quin. lib. 2. cap. 17. Ne hi quidem, qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt.

Insedatus, a. um, Non sedatus, turbulentus, commotus. Cicer. in Partit. Simulq; altitudo animi in capiendis incõmodis, & maximè iniuriis, & omne quod eius generis graue, insedatum, & turbulentum.

Insedabilis, le, Quod sedari non potest, unde aduerb. insedabiliter. Luc. lib. 16. Insedabiliter sitis arida corpora mergans.

Insemino, as, are, a. p. Inserere, ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω. Gel. lib. 19. cap. 5. Qui aquam niualem frugibus sanè & arboribus fœcũdam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse: tabem & morbos sensim atque in diem longam uisceribus inseminare.

Insenesco, scis, scere, Diutissimè immorari, quasi; in eo ætatem consumere, & senem fieri, ἐγηράσκω. Quin. lib. 10. cap. 3. Singulis actionum partibus insenescere. Tacit. lib. 3. Quum plerique iisdem negotiis insenescerent.

Insensibilis, le, om. t. Quod sub sensum cadere non potest ἀναίσθητος Gel. lib. 17. cap. 10. Innumerabile esse ait, & propemodum insensibile.

Insensilis, le, Idem Lucret. li. 2. necesse est Ex insensilibus tamẽ omnia confiteare Principiis constare.

Insepultus, a, um, Non sepultus, ἄθαπτος. Cic. 4. Catil. Cerno animo sepultum patriam, miseros atq; insepultos aceruos ciuium. Hora. Epod. 5. Post insepulta membra different lupi, Et exquilinæ alites.

Insequor, d. t. pen. cor. Sequor. uel subsequor, ἀκολουθῶ, ἐφίπομαι. Verg. 1. Aen. Insequitur clamorq; uirũm, stridorq; rudentum. Cic. de Clar. Orat. Hunc proximo seculo Themistocles est insecutus. Idem in Orator. Quineriam postremam literam detrahebant nisi uocalis insequebatur. Item persequi, & insectari, διώκειν. Cicero libro 2. Philipp. Si tum occisus esset, quum tu illum in foro spectante popul. Rom. gladio stricto insecutus es. Vergil. 1. Aeneidos, Nunc eadem fortuna uiros tot casibus actos Insequitur: quem das finem rex magne laborum? Cic. pro Ros. Ame. Quid uis amplius? ecquid insequeris? quid oppugnas? Insequi clamore ac minis, Cic. pro Cluentio.

Insequens, participium. Cicero ad Augustum, Quæ non insequens hora antecedente calamitosior pop. Rom. Illuxit? Insequens officium, De quo mox ducturi aut deliberaturi sumus. Plancus ad senatum libro decimo. Epist. Ciceronis, Huic prius excusandum me esse arbitror, quàm de insequẽte officio quicquam ulli pollicendum.

Insequenter, aduerbium, Pro inconsequẽter, ἀνακολούθως. Gellius libro decimo, cap. 20. Obscurè & insequenter particula illa posita.

Insectator, ris, d. p. frequentatiuum, Sæpè & multum persequi διώκειν. Cic. pro Font. Insector ultrò, atq; insto accusatori, Iudices, insector, inquam, ac flagito testeis. Plautus in Capt. Nam iftic hastis insectatus est domi matrem, & patrem. Legitur etiam in actiua uoce Insecto, sed apud uetustissimos duritaxat. Plaut. in Capt. Iam illic nos, insectabit lapidibus, nisi illum iubes Comprehendi. Insectari terram rastris. Ver. Georg. Assiduis terram insectabere rastris.

Insectatio, onis. Liu. 1. ab Vrbe, Inde illam absentis insectationẽ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cTe natam, quod morando ſpem deſtituerit.

Inſero, is, pen. cor. Inſerui, inſertum, a. t. ſignificat immitto, impono, immiſceo, ἐμβάπω, ἐντίθημι, ἐμβάτω, ἐγκεντρίζω. Terentius in Heaut. Vidin' ego te modò manum in ſinũ huic meretrici Inſerere? Colum. lib. 6. cap. 4. Nauſea diſcutitur, ſi integrum gallinaceum crudum ouum ieiuni faucibus inſeras. Plin. lib. 10. cap. 57. Penna per tranſuerſas inſerta nares. Quando facit inſeui, inſitũ, ſignificat idem quod inſemino. Colum. lib. 5. ca. 7. Arboribus rumpotinis, ſi frumentum nõ inſeritur, in utranq; partem uiginti pedum ſpatia interueni unt. hoc eſt, ſi inter arbores frumentum non ſeminetur. Solent enim Itali inter arbores illas quæ uitibus ueſtiũtur frumentũ ſerere: qui mos etiam hodie manſit in Campania, & in agro Mediolanenſi. De arbore dicitur, quando ſcilicet ſciſſo trunco, ſurculus fœcundæ arboris inſeritur in ſterili, ἐμφυτεύεται, ſiue quum oculus unius arboris alteri adhibetur: quod quidam inoculationem uocant: uel quãdo arbor ſeritur, aut plantatur. Verg. 1. Eclog. Infere nunc Melibœe pyros, pone ordine uites. Columella de Arboribus ca. 8. Vitem quam inſiturus es, reſecato, & plagam leuato, atq; ita fundito, & paratos ſurculos in fiſſura demittito eatenus qua adraſi ſunt. Idem, Inſita eſt fructuoſior, quàm quæ inſita non eſt, quàm quæ cum ramis, radicibusq; ſeritur. Per translationem. Lactant. lib. 5. Odium & inuidiam & dolum hominib. inſeuit, ut tam eſſent quàm ſerpentes, uenenati, tam rapaces quàm lupi. Diome. Inſero, inſertus & inſitus facit. Et tradũt quidam Inſitus arborum eſſe, Inſertus hominis uel alicuius rei. Seruius, Inſitas arbores dicimus: inſertas uerò cauſas aut fabulas. Plinius libro decimo, Penna per tranſuerſas inſerta nares.

Inſitum, ſiti, n. ſ. pen. cor. Nomen, eſt ipſe ſurculus ex una arbore reciſus, & in aliam implantatus. Columell. libr. 4. cap. 29. Tum quod ex inſito profundit, ſubligandum, ne uento ſurculus motus labefactetur, explanteturúe tener pampinus. Idem de Arboribus, cap. 26. Terram circa arborem aggregato uſq; ad ipſum inſitum.

Inſitus, pen. cor. participium, Innatus, ingenitus, ἔμφυτος. Cic. 6. Verr. Hoc quum cæteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, ut animis eorum inſitum, atq; innatum eſſe uideatur Inſitus urbi ciuis. Salluſtius in Ciceronem. Inſitus genti mos per latrocinia militiam exercere. Liuius 8. bell. Punic.

Inſitus, us, m. q. pen. cor. nomen, Idem quod inſitio. Plin. li. 16. cap. 5. Et hactenus publica ſunt genera, cætera regionum locorumq;, aut ex his inter ſe inſitu miſta.

Inſitio, inſitionis, f. t. Inſerendi actus, ἐμφυτεία. Columella lib. 5. capite undecimo, Tria genera porrò inſitionum antiqui tradiderunt. Ouidius 1. de Remedio amoris, Venerit inſitio, fac ramum ramus adoptet. Cicero de Senectute, Nec conſitiones modò delectant, ſed etiam inſitiones, quibus nihil inuenit agricultura ſolertius.

Inſitor, oris, m. t. Qui inſerit. Plinius libro 18. cap. 33. Hunc caue at inſitor calamis, gemmisq; inoculator.

Inſititius, n. ſ. Dicitur illud quod inſitum eſt, ἐγκεντριστός, ut, Surculus inſititius. Per metaphoram accipitur pro omni eo quod proprium aut naturale non eſt, ſed aliunde aſcitum. Plin. in Epiſt. Quid multa? inuideo Græcis quod illorũ lingua ſcribere maluiſti. Nequę enim coniectura eget, quid ſermone patrio exprimere poſſis, quum hoc inſititio & inducto tam præclara opera perfeceris.

Inſitiuus, a, um, Idem quod inſititius, quod ſcilicet naturale non eſt, ſed aliunde adſcitum. Gellius, Corpusq; & animum benignè ingenitis primordiis inchoatum, inſitiuo degeneriq; alimento lactis alieni corrumpere. Cic. pro Seſt. Quumque inſitiuum Gracchum contra uim multitudinis incitatæ cenſu prohibuiſſet.

Inſerto, tas, a. p. frequẽtatiuum à ſupino inſertum formatum, παρεντίθημι. Vergil. 2. Aeneid. Hîc ferro accingor rurſus, clypeoq; ſiniſtram Inſertabam aptans, meq; extra tecta ferebam Statius 3. Thebaid. piget irrupiſſe uolantum Concilia, & cælo mentem inſertaſſe uetanti. Dextras inſertare catenis, Statius 12. Thebaid.

Inſerpo, is, ere, Idem quod ſerpere, & obrepere, ἐσέρπω. Stat. 1. Thebaid. iam ſomnus auaris Inſerpit curis.

Inſeruio, is, n. q. Obſequor alicui, & ſeruientis officium præſto. δουλεύω, θεραπεύω. Cic. 1. Offic. A quo plurimũ ſperat, etiam ſi ille his non eget, tamen ei potiſſimùm inſeruit. Antiqui etiam accuſatiuo iungebant. Plaut. in Moſtel. Non meretricũ eſt, unum inſeruire amantem. Inſeruire ſuis commodis, eſt utilitati ſuæ conſulere. Cic. 1. de Finibus. Ergo in his adoleſcentibus bonam ſpem eſſe uidemus, & magnam indolem, quos ſuis commodis inſeruituros, & quicquid ipſis expediat, facturos arbitramur.

Inſibilo, as, are, n. p. Idem quod ſibilare, uel ſpirare, ἐμφυσάω. Ouidius 15. Metamorph. Qualia ſuccinctis uoi trux inſibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt. Membra inſibilat ignis, Silius libro duodecimo.

Inſiccatus, a, um, non ſiccatus, Stat. 3. Theb. Vulnera q; iſta ferens putri inſiccata cruore, Protinus ire peto.

Inſideo, es, n. ſ. pen. cor. In re aliqua ſiue ſuper rem ſedeo, ἐπικάθημαι, Plinius de uiris illuſtribus, Hic primus inſtituit, uti equites Romani Idibus Quintilibus ab æde Honoris equis inſidentes, in Capitolium tranſirent. Liuius 7. ab Vrbe, Equo deinde quàm poterat maximè exornato inſidentem ſe in ſpecum immiſiſſe. Aliquando pro inhæreo, ἐμφύομαι. Cicero libro quarto, Tuſculanarum, Quum autem hic feruor cõcitatioq; animi inueteraſſet, & tanquam in uenis medulliſque inſederit. Aliquando locum aliquem occupo ad intercipiendum prætereuntes, ἐνεδρεύω: ut Inſidere arcem militibus. Liu. 6. bell. Pun. Quingentis militibus arcem inſedit. Inſedere itinera, Liu. 5. bel Pun. Quã fugam inclinaturã credebat, omnia itinera inſidere iubet. Aliquando obſidere, περικαθίζω, & modò accuſatiuo conſtruitur. Liuius 2. bell. Punic. Mago locum monſtrabit quem inſideatis. Modò dati uo. Vergilius libro undecimo, Arripuitq; locum, & ſyluis inſedit iniquis. Liuius lib. 9. Inſeſſis omnibus uiis, per quas cõmeatus ex Samnio ſubuehebatur.

Inſideri, paſſiuè. Liuius 5. bell. Punic. Vicq; omnes hoſtium prę fidiis inſiderentur.

Inſidiæ, arum, f. p. Doloſa expectatio ad aliquem aggrediendũ: ab inſidẽdis locis quæ ad inſidias deligimus, ἐνέδρα, ἐπιβουλή. Solent enim qui hoſtibus inſidiantur, ea loca inſidere quà illos iter facturos putant, ut incautos opprimant. Cæſ. 2. bel. Gall. Inſidias ueritus. Cic. pro Cneo. Plancio, Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. Idem 3. Offic. Suntne igitur inſidiæ, tendere plagas, &c.

Inſidior, aris, d. p. Inſidias tendo, ἐνεδρεύω, ἐπιβουλεύω. Salluſtius in Iugurtha, Adherbalẽ uitæ ſuæ dolis inſidiatum eſſe. Cicero de Orat. Non enim id agit ut inſidietur, & obſeruet, ſed fauet. Martialis libro duodecimo, Si te delectant animoſa pericula, Tuſcis (tutior eſt uirtus) inſidiemur apris. Vergil. 9. Aenei. lupus inſidiatus ouili. Ouid. 15. Metam. Hoſtibus inſidior, foſſas munimine cingo.

Inſidiator, oris, m. t. Qui tendit inſidias, ἐπίβουλος. Cicero pro Milone, Inſidiatori uerò, & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex?

Inſidioſus, Qui ſæpe inſidiatur, plenus inſidiis, fallax, ἐπιβουλότος, ἐπιβουλευτικός. Cic. 4. Verr. Quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior unquam? Inſidioſus latro, Martial. li. 14. Plin. lib. 29. cap. 1. In qua conditione inſidioſiſſima autoritatem peſſimis boni faciunt.

Inſidioſè, Cum inſidiis, μετ' ἐπιβουλῆς. Cicero libro tertio Officiorum, Ratio ergo poſtulat ne quid inſidioſè, ne quid ſimulatè, ne quid fallaciter.

Inſido, is, pen. pro. inſedi, inſeſſum. Significat ad ſedendum deſcendo, uel eàm & ſenſim delabor, ἐφίζανω, ἐπιβάπω. Vergilius 5. Aeneidos, Ac ueluti in pratis, ubi apes æſtate ſerena Floribus inſidunt uariis, & candida circum Lilia fundũtur. Quintilianus libro decimo, capite ſeptimo, Moras, & ſeceſſum, & ſilentium quæret, dum illa uerba fabricentur, & memoriæ inſidant. Lactantius lib. 6. Vitanda ergo ſpectacula omnia, non ſolùm ne quid uitiorum pectoribus inſidat. id eſt, ſenſim ingrediatur, & inhæreat. Statius paſſiuum protulit 2. Theb. Feſſis inſiditur aſtris.

Inſignis, & hoc inſigne, om, t. Eximius, nobilis: & propriè is in quo aliqua ſunt ſigna quib. ab aliis diſcernitur, ἐπίσημος. Verg. lib. 3. Georg. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albos, hoc eſt, inſignitus, quiq; maculis ab aliis diſtinguitur. Liu. 1. ab Vrbe, Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit inſigniq; eum ueſte, & Curuli regia ſella adornauit. Verg. l. 9. Aeneid. oſtroq; inſignis & auro Stat ſonipes, hoc eſt, auro & oſtro inſignitus, uel inſigniter inſtratus. Inſigne itaq; generaliter dicitur quicquid ſigno aliquo, uel nota inter alia eminet. Vnde qui nobilitate, aut uirtute aliqua, aut etiam uitio inter alios eminent, inſignes dicuntur. Verg. 1. Aeneid. In ſignem pietate uirum. Sic etiam inſignes latrones dicimus, qui maiore audacia graſſantur, & ſuis facinoribus omnibus inno-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus innotuerũt. Item insignia etiam facinora dicimus, quæ quæ uulgaria non sunt, sed rara: nihilq; habent mediocre, sed aut insigniter bona, aut mala. Insignis homo omnib. notis turpitudinis, Cic. pro Rab. Terent. in Eunu. Iamdiu aliquam causam quærebat senex quamobrem aliquid insigne faceret. Donatus, Insigne aliquid, magnum, & nobile facinus. Sic etiam insignia scelera à Tacito dicuntur. Omne enim q; excellit, siue illud sit uitiũ, seu uirtus, insigne dicitur. Vnde etiam quando q; simpliciter pro magno sumitur. Luc. Cocus non curat caudam insignem esse, modo pinguis siet.

Insignia, insignium, n. t. Dicuntur ea quæ in uestibus, uexillis, huiusmodi insignita sunt: aut ipsæ uestes, uexilla, & alia quæ siunt, aut ferũtur ita ab aliis discerta ut nosci possint cuius sint, & ad quos pertineant: ut uestes militares, & insignia militaria, regalia, cõsulariaue, quib. acies ab acie, eques ab equite, Rex & consul à uiro priuato cognosci debet, παρασήματα Ver. 7. Aen. Danaumq; insignia nobis Aptemus clypeos. Liu. lib. 2. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Sallust. Cum facibus, atq; aliis imperii insignibus ad Manlium in castra tẽdit. Mos enim fuit antiquorum, ut benemeritis insignia tribuerent magistratuum. Vnde scribit Tacit. decreta fuisse Narcisso Quæstoria insignia à Claudio Cæsare. Ab eodem insignia Prætur ę Crispino decreta fuerũt. Et non solùm signa & ornamenta ob uirtutem adepta, sed etiam insignia laudis, & insignia gloriæ dicimus: ut Cicero Appio, Insignia enim uirtutis, multi etiam sine uirtute assequi uti sunt. Dicimus etiam in numero singulari. Insigne, is, Ouid. 1. de Arte. Este procul uittæ, tenues, insigne pudoris. Sic etiam dicimus insigne regni, pro diademate quo reges utuntur. Cicer. 3. Philip. Esset enim illi seruiendum, si Cæsar ab ipso regno insigne accipere uoluisset.

Insignio, is, iui, itum, a. q. Signis noto, seu distinguo, ἐπισημαίνω ἐπιφραγίζω. ut apud Claudianum libr. 1. Hic elementorum seriem sedes q; paternas Insignibat acu. Libro 4. ad Heren. Si quam rem deformabimus turpem aut cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducemus, quo magis insignita sit forma. Vergilius septimo Aeneidos At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat. Insignire annũ cladibus, Tacitus: pro insignem facere.

Insignitus, penultima producta, participium aut nomen ex participio, Idem quod insignis, ἐπίσημος. Cicero primo de Diuinatio, Quòd plenus aër sit immortalium animorum in quibus tanquam insignitæ notæ ueritatis appareant. Tacit. libro quarto, His partæ uictoriæ spes, & si cedant, insignitius flagitium.

Insigniter, pen. prod. Insigniter, eximiè, παρασήμως. Cic. pro Qu. Neq; tamen quisquam inuentus est tam insignitè improb. Plaut. in Menæch, Neu sinas in me insignitè fieri tantam iniuriam.

Insigniter, aliud aduerbium eiusdem significationis, παρασήμως, ἐπισήμως. Cic. in Partitionibus, Parentibus, amicis, hospitibus præcipuè atq; insigniter diligendis. Idem 3. Philipp. Quis autem rex unquam fuit tam insigniter impudens, ut haberet omnia commoda, beneficia, iura regni uænalia? Colum. lib. 10. cap. 1. Supereſt ergo cultus hortorum insigniter neglectus quondam ueteribus agricolis.

Insile, insilis, n. t. pen. cor. Est suspendiculum uel perpendiculum, quod telam demissam examinat: ita dictum, ut credit interpres Lucretii, eo quòd applausa pectine tela resultet & subsiliat. Lucret. libr. 5. Textile post ferrum est, quia ferro tela paratur: Nec ratione alia possunt tam leuia gigni Insilia, ac fusi, radii scapiq; sonantes. Alii uolunt insilia esse duo instrumenta lignea, pedibus textorum supposita, quibus alternis resurgentibus & depressis, telæ aperiuntur, & contrahuntur.

Insilio, is, pen. cor. Insilui, insiliui, insilii, insultũ, n. q. Saltu ingredior, uel super aliquid salio significat, ἐνάλλομαι, ἐπιπηδάω Stat. lib. 9. Thebaid. Insiluere uadis, magnoq; fragore solutus Agger. Luca. lib. 5. Insiluit solo, nociturus pondere puppi. Insilire in equum, Liu. 6. ab Vrbe. Plaut. in Rud. E naui timidè ambæ in scapham insiluimus, &c. Plin. lib. 8. cap. 16. Dum sequitur, insilit saltu, quo in fuga non utitur.

Insimul, Ex in & simul significat unà, ἅμα. Stat. 1. Syl. Et gentes alis insimul rogaras.

Insimulo, as, a. p. pen. cor. Accuso, crimen ingero, προβάλλομαι, ἐνδάκνυμι, ἐνδύνω, κρίνω. Cic. Trebatio, Hic tu me etiã insimulas, nec satis factionem accipis. Iungitur etiã quandoq; genitiuo. Terent. in Phormione, Si herum insimulabis auantiæ, malè audies. Accipitur etiam insimulo pro suo simplici simulo, προποιοῦμαι. Cic. lib. 1. Offic. Solus neglexit fidem, furere insimulauit, ne quò iret.

Insimulatio, f. t. Quæ (ut inquit Donatus) est falsi uel ueri criminis accusatio, ἐνδύνη. Cic. pro Fonteio, In falsam atq; iniquam proborum insimulationem uocabatur.

Insinuo, as, a p. In notitiam alicuius adduco, ἐπεδύομαι, ἐγκοπίζω, ἐγκοπιάζω, ἀσοικίζομαι, παρεισδύομαι. Suet. de Clar. Gram. Quare citò manumissus Augusto insinuatus est, q; eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauię porticu susceperit, hoc est, in notitiã Augusti peruenit. Cic. de Amic. Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiosè cauẽ dum est. Plautus in Mil. Interim iuit hinc miles: fortè Athenas aduenit: Insinuat sese ad illam amicam heri mei. Dicitur autem insinuo, quasi in sinũ, uel pectus immitto. Apud Verg. lib. 2. Aeneid. legitur insinuat pro passiuo insinuatur. Tum uerò tremefacta nouus per pectora cũctis Insinuat pauor. Vbi Seruius, insinuat, inquit, pro insinuatur.

Insinuatus, a, um, Inflexus, cõplicatus, compressus, συμπαλαμένος. Apul. lib. 9. Siccine uacuus & ociosus insinuatis manib. ambulabis mihi? Tali enim habitu manus otiosorum complicantur. Liu. pro eodem dixit, Compressis manibus. cuius hæc sunt uerba ex lib. 7. ab Vrbe, Quid aliud causæ esse credamus, cur ueteranus dux fortissimus bello, cõpressis (quod aiunt) manibus sedeas?

Insinuatio, onis, f. t. circuitio, Græcè ἐπῳδός. Cic. 1. de Inuẽt. Insinuatio est oratio quadam dissimulatione & circuitione obscurè subiens auditoris animum. Vide Quintil lib. 4.

Insipiat, apud Varronem, id est, alterando fiat insipidum. Quanquam alibi legatur, cum fur incipiat.

Insipidus, a, um, Quod iniucundũ habet saporẽ, aut quod fatuum est, & saporis omnis expers, ἄχυμος, ἄποτον. Per translationẽ accipitur pro stulto & insipienti, ἀνόητος. Gell. lib. 6. cap. 1. Nihil est prorsus, inquit, insipidius, qui opinamur bona esse potuisse, si non essent itidem mala.

Insipiens, tis, om. t. Non sapiens, si non cogitat quæ agenda sunt, ἀνόητος, ἄφρων, μωρός. Cicero 2. de Finib. Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendêre. Idem de Amicitia, Nihil insipiente infatuato intolerabilius fieri potest.

Insipientia, æ, f. p. Imprudentia, dementia, ἀνοησία. Plautus in Amphit. Iusta autem ab iniustis petere, insipientia potest.

Insipienter, aduerbium, Imprudẽter, ἀνοήτως. Plaut. in Truc. Per tua obsecro genua Vt tu istuc insipienter factum, sapienter feras, mihiq; ignoscas.

Insipo, as, are. Ve tum est antiquum & obsoletum, quod Festus interpretatur inijcere. Cato de Re rust. cap. 85. Omnia bene permiscето, & in ollam nouam insipato.

Insisto, stis, i. t. Significat in re aliqua consisto, ἐνστρέφω, ἐφίσταμαι, ἐνίσχομαι. Plin. lib. 7. cap. 2. Conuentus solem immobilibus oculis, feruẽtibus arenis toto die alternis pedibus insistere. Cæs. 2. bell. Gal. At hostes etiam in extrema spe salutis tantam uirtutem præstiterunt, ut quũ primi eorũ cecidissent, proximi iacentibus insisterẽt, hoc est, super mortua cadauera starent, & pugnarent. Insistere uestigia, pro firmare. Verg. lib. 11. Vtq; pedum primi infans uestigia plantis Insteterat, iaculo palmas armauit acuto. Item insistere, pro operam dare, ἐπιβάλλομαι, ἐνίστημι. Item sollicitare, urgere. ἐγκεῖμαι. Plin. Frequentiusq; ut id ageret insistebat. Author ad Herennium in hac significatione cum datiuo cõiunxit; Nunc identidem nosmetipsi uobis insistemus: res enim cõmunis agitur, id est, uim faciemus. Item pro resistere, immorari, & quasi sistere gradum: cuius contrarium progredi. Cic. 4. Verr. Quot uidetis esse in uno furto peccatorum gradus? ut si singulis insistere uelim, progredi iste non posset. Idem in Orat. Sæpè accidit ut aut citius insistendum sit, aut longius procedẽdum. Insistere hastæ, hoc est, inniti. Plin. de uiris illust. Aduocato Marco Liu. Pontifice, hastæ insistens, & solennia uerba respondens, se & hostes dijs manibus deuouit. Insistere uestigijs alienis, hoc est, inhærere, & sequi aliena uestigia. Plinius libro 6. cap. 17.

Instítio, nis, f. t. uerb. Progressioni opponitur, Gallicè Arrest. Cic. 1. Tusc. Aut quis errantiũ stellatũ cursus, progressiones, institiones notauit? Quo tamen in loco nonnulli (sed perperam) legunt institutiones. Vocat enim Cic. stellarũ institiones quum omnino non mouentur, sed ad quoddã tempus insistunt: id quod ipsemet testatur lib. 2. de Nat. deorũ.

Insítio, Insítium, uide insero.

Insítium, ab insectione dictum, Pulmenti genus, ex insectis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& minutatim tritis carnibus confectum. ἔνθεσις. Apud Apitium ſæpe fit mentio de inſitijs.

Inſitum, Inſitiuus, uide Inſero

Inſociābilis, le, om.t. Quod coniungi non poteſt. Plin.lib. 16. cap. 43. In omni genexe & glutinum abdicant quędam, & inter ſe, & cū alijs inſociabili glutino, ſicut robur. Sed nec ferè cohærent, niſi ſimilia natura, ut ſi quis lapidem lignū ue coniungat. Indomita & inſociabilis gens. Liu. 7. bel. Maced. Regnum inſociabile. Tacitus lib. 13. Liu. 7. bel. Pun. Inuſitati nanq; antea alienigenis, nec uidere ipſi aduenā in terra ſua adſueti, omni generi humano inſociabiles erant.

Inſolabiliter, aduerbium, Sine conſolatione, ἀπαραμυθήτως Horat. 1. Epiſt. 14. Me quauis Lamiæ pietas & cura moratur. Fratrem mœrentis, rapto & fratre dolentis Inſolabiliter.

Inſōlens, om.t pen. cor. Inſuetus & inſolitus, ἀηθής. Horat. 3. Carm. Ode. 29. Fortuna ſæuo læta negotio, & Ludum inſolentē ludere pertinax Trahſmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alij benigna. Salluſtius, Inſolens uera accipiendi. Gell. lib. 1. Atq; id quod à C. Cæſare excellentis ingenij, ac prudęntiæ uiro, in primo de Analogia ſcriptū eſt, habe ſemper in memoria atq; pectore, ut tanquam ſcopulum, fugias inauditum atq; inſolens uerbum. Per translationem ponitur pro ſuperbo & arrogante, qui præter legem agi humanam, atq; naturalem: & quem audacē, uel præſumptuoſum dicere ſolemus, ἀλαζών. Quod eſt, quum quis audet facere uel dicere quod à modeſtis uiris fieri aut dici non ſolet. Cicero pro Marcello, In uictoria, quæ ſui natura inſolēs & ſuperba eſt. Idem de Senectute, Tertiam enim iam ætatem hominum uiuebat: nec erat ei uerendum ne uera de ſe prædicans nimis uideretur aut inſolens, aut loquax.

Inſolentia, æ, f. p. Inſuetudo, res non cōſueta aut ſolita, ἀήθεια. Cic. 1. de Inuent. Primò propter inſolentiam reclamātes, deinde propter rationem atq; orationem ſtudioſius audiētes, &c. Liu. 7. bell. Maced. Et offenderunt aures inſolētia ſermonis. Inſolētia, pro arrogantia, ſuperbia, ἀλαζονεία. Cic. 5. Verr. De luxuria Apronij loquor, nihil de inſolentia, nihil de ſingulari nequitia ac turpitudine. Cic. 1. Tuſc. Quæ quidē cogitans ſoleo ſæpe mirari nonnullorum inſolentiam philoſophorum, qui naturæ cognitionem admirantur. Inſolentia, pro nouitate. Cicero pro Deiotaro, Moueor etiam loci ipſius inſolentia.

Inſolenter, aduerbium, Arroganter, & ſuperbè. Cic. 4. Tuſc. Inſolenter ſe efferre. Liu. 2. ab Vrbe. Tandem ſuperant externa: adeò ſuperbè, inſolenterq; hoſtis eludebat. Aliquando etiam inſolenter ponitur pro rarò. Cic. 1. de Inuen. Deinde natura eius euenirēne uulgò ſoleat, an inſolenter & rarò.

Inſolidum, ſiue **Inſolido,** pen. corr. Integrè. Seneca de benefic. libro 2. Præſentia nondum tota inſolidò ſunt: poteſt illa caſus aliquis incidere. Debere inſolidūm pecuniam, Iabolenus l. 2. ff. De duobus reis Obligari inſolidūm, Vlp. l. His uerbis eodem titul. Spondere ſolidūm, Iulianus l. Reos. eodem titulo.

Inſolitus, a, um Non ſuetus, ἀηθής. Verg. 1. Georg. inſolitis tremuerunt motibus Alpes. Cic. 5. Verr. Cur prudētiſſimas, electiſſimasq; fœminas in tantum uirorum cōuentum inſolitas: inuitasq; prodire cogis? Inſolitus ad laborem exercitus, Cæſ. 3. bel. Ciuilis.

Inſolitè, aduerb. ἀηθῶς. Gel. lib. 1. cap. 5. Intēpeſtiuè ac inſolidè differebat. Sūt tamē qui eo loco legant, Inſubidè differebat.

Inſolo, las, a. p. pen. prod. Ad ſolem ſicco, ἡλιάζω, ἡλιόω. Col. lib. 12. cap. 39. Quas per triduum inſolaueris. Idem lib. 4. cap. 17. Nam & ſic facilius inſolatur humus, & fructus percoquitur.

Inſolatus, In ſole, ſeu ad ſolem ſiccatus, aut calefactus. Col. lib. 5. Super hoc materiæ quæ fructum habent, melius conualeſcunt, & uuæ commodius inſolatæ percoquuntur. Inſolare quoq; puellæ crines dicuntur, dum facie tecta paſſos capillos ad ſolem expandunt ſiccandi gratia. Et ipſi crines inſolati dicuntur. Plin. lib. 21. cap. 19. de cera loquens, Cādidiſſima uerò fit poſt inſolationem etiamnum recocta.

Inſolubilis, le, Quod ſolui non poteſt. ἄλυτος. Quint. lib. 5. cap. 9. Vbi eſt ſignum inſolubile, ne lis quidem eſt. Inſolubile iudicium, neceſſarium, quod urget hominem: apud eundem Quintilianum.

Inſolutū accipere, Eſt aliquid, accipere in ſatisfactionē, aut certè deductionē rei debitæ. Seneca lib. 2. de beneficijs, cap. 26. Inde eſt ut omnia meruiſſe ſe exiſtimet, & inſolutū accipiat, nec ſatis pro ſuo pretio æſtimatum exiſtimet. Sic dicimus Inſolutum cedere, id eſt cedere inſolutionē. Exempla nuſquam non occurrunt apud Iuriſcōſultos.

Inſolum, Veteres pro inſolitum dixerunt. Afran. Orbitatē ſenectuti tuæ malum metui: quod inſolum non uenit cæco ac dementi.

Inſomnium, nii, neut. gen. Quod in ſomnis uidemus, ἐνύπνιον, ὄνειρωγμός. Tibul. Dii mel ora ferant, nec ſint inſomnia uera. Cic. de Senect. Caret ergo etiam uiolentia, & cruditate inſomnijs.

Inſomnis, inſomne, om.t, Quod eſt peruigil. ἄϋπνος. Vnde in ſomnes noctes, apud Vergiliū. 9. Aeneid. hoc eſt, peruigiles, noctem cuſtodia ducit Inſomnem ludo. Oculi in ſomnes, Stat. Theb.

Inſomnia, æ, f. p. Vigilia, ἀγρυπνία, ἄϋπνία. Cæcilius Plotio, apud Nonium, Conſequitur comes inſomnia: ea porrò inſaniam affert. Donatus in illud Terētij in Eunu. Aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Legitur, inquit, & Adiget ut ſit inſomnia, numeri ſingularis.

Inſomnioſus, qui multum ſomniat, ἐνυπνιώδης. Cato de Re ruſt. cap. 157. Omnino qui inſomnioſus eſt, hac eadem curatione ſanum facies.

Inſons, tis, om.t. Innocēs, qui extra culpam eſt, ἄκακος, ἀναίτιος. Liu. 4. ab Vrbe. Etiam ſi regni crimine inſons fuerit. Plaut. in Aſin. Ille æcaſtor ſuppilabat me, quod ancillas meas Suſpicabar, atq; inſontes miſeras cruciabam.

Insŏnŏ, as, are, n. p. Idem quod ſimplex ſono. Lucanus lib. 1. Inſonuere tuba, & quanto clamore cohortes Miſcētur, tantum, &c. Ouidius in Metamorph. Nulla mora eſt, calamis agreſtibus inſonat ille.

Inſonus, na, num, pen cor. Quod eſt ſine ſono & ſtrepitu, ἄφωνος, ἀηχής. Apuleius, Inſono ueſtigio me perducit. Sic Abſonum ſine ſono, uel malè ſonans. Vide ſuo loco.

Inſōpitus, a, um, pen. prod. Inſomnis, peruigil: ut Inſopitus draco, ἄϋπνος. Ouid. 7. Metamorph. cur non tauros exhortor in illum, Terrigenasq; feros, inſopitumq; draconem?

Inſortitus, a, um, ut Inſortita ſpicula. Plaut. in Caſi. Si non impetrauit, ſpicula etiam ſortita ſunt mihi.

Inſpērāns, tis, omnis generis, Qui non ſperat, ἀνέλπιστος. Cicero 1. de Orat. Inſperanti mihi cecidit, ut in iſtum ſermonem dilaberemini.

Exinſperato, aduerbium, Præter ſpem & opinionē, ἀνελπίστως. Plin. lib. 25. cap. 2. Caſuq; accidit ut milite à morſu canis, incipiente, &c. Seruatusq; eſt ex inſperato.

Inſperatus, a, um, pen. prod. Nō ſperatum: ut, Gaudium inſperatum. Terent. in Heaut. celem tam inſperatum, nec opinatum malum. Cicero 3. Tuſcul.

Inſperabilis, le Quod uix ſperari potuiſſet. Gel. lib. 4. cap. 18. Pacem q; & uictoriam uobis peperit inſperabilem.

Inſpergo, is, ere, Sparſim infundo, ἐπιπάσσω. Cic. 2. de Diuin. Cor eſt in extis, iam abſcedet, ſimulac molam & uinū inſperſeris. Col. lib. 11. cap. 2. Hoc eodem tempore ſtercoris pars in prata digerenda, pars oleis & cæteris arboribus inſpergam. Næui inſperſi egregio corpori, Horat. 1. Serm. Satyra 6.

Inſpicio, is, pen. corr. a t. Aſpicio, intueor, ac penitus cognoſco, καθοράω, ἐφοράω, ἐπισκέπτω, ἐπισκοπέω, Terent. in Adelph. Denique inſpicere tanquā in ſpeculū uitas hominum iubeo, atq; ex alijs exemplum ſumere ſibi. Plaut. in Menæch. Quū inſpicio Marſupium, Viaticati hercle admodum æſtiuè ſumus. Idem in Moſtel. Cupio hercle inſpicere has ædes.

Inſpectio, onis, f t. Diligens rei alicuius conſideratio, ἐπισκοπή, ἐφορεία, ἐπίσκεψις. Col. lib. 1. cap. 4. Nā prima inſpectione neque uitia neque uirtutes abditas oſtendit. Cicero 2. Philip. Nos enim aſpectionem ſolùm habemus. Conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem, id eſt, cognitionem & iudicium.

Inſpecto, as, a. p. Continuè, ſiue attētè intueor, ἐφοράω, παραβλέπω. Gell. lib. 1. Ibi in ſtadio inſpectante populo, in oſculis atque manibus filiorum animam efflauit. Cic. ad Brutum, Quod utinam inſpectare poſſis timorem de illo meum. Inſpectare etiam dicuntur ſatellites, quos principes præſidij cuſtodiæq; corporis ſui cauſa circum ſe habent. Sueton. in Cæſare. Sunt qui putent conſiſum eum nouiſſimo illo Senatuſconſulto, ac iureiurando cuſtodias Hiſpanorum cum gladijs inſpectantium ſe remouiſſe.

Inſpico, as, penult. prod. In modum ſpicæ uel ſpici acuo. ἀκωσαχύζω. Vergil. lib. 1. Georg Ferroq; faces inſpicat acuto,

Vbi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vbi Seruius, Acuto ferro incidit, ad ſpeciem & imaginem ariſtarum.

Inſpiro, as, a. p pen. prod. Afflo, per flo, ἐμπνέω. Colum. lib 1. granaria ſcalis adeantur, & modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. Verg. 1. Aenei. Occultum inſpiros ignē. Idem 4. Georg. Illis ira modum ſuprà eſt, læſæque uenenum Morſibus inſpirant.

Inſpoliatus, a, um, Non ſpoliatus. Quint. libr. 7. Hominem occiſum eſſe conſtat, nō in ſolitudine, ut à latronibus ſuſpicere non prædæ gratia, quia inſpoliatus eſt: non hæreditatis ſpe, quia pauper fuit: odium igitur in cauſa.

Inſpuo, is, ere, n. t Super aliquid ſpuere, ἐμπτύω. Plin lib. 22. c. 21. Traduntq; cōmanducata ea ſi inſpuatur, mori ſerpētem. Idē l. 31. c. 9. Daturq; lingendō, & oculis iumentorū inſpuitur

Inſputo, as, frequentatiuum. Plautus Capti. Quibus inſputare ſaluti fuit, atq; iis profuit.

Inſtabilis, le, Inconſtans, uariabilis, ἀστατός, ἀβέβαιος. Verg. li. 4. Georgi. Inſtabiles animos ludo prohibebis inani. Et paulò poſt, ut cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram.

Inſtabilitas, atis, f t Inconſtantia, ἀστασία. Plin. libr. 24. cap. 17. Hanc autem à regibus Perſarum comedi atq; bibi cōtra omnia corporum incommoda inſtabilitatem q; mentis.

Inſtans, tis, n. t. Pro minimo temporis momento, apud claſſicos ſcriptores, non legimus: quo tamen utuntur quidā noſtræ ætatis philoſophi, ut pleriſq; aliis quæ docti non recipiunt. Apud idoneos tamen ſcriptores legimus Inſtans tempus, p tempore preſenti, uel pro memento illo temporis qd nunc inſtat: non tamen abſolutè (ut illi utuntur) pro quouis minimo temporis puncto. Tacit. lib. 19. Præterita, inſtantia, futura pari obliuione dimiſerat. Quint. lib. 5. cap. 10. Præteritum, inſtans, futurum.

Inſtanter, aduerb. Sedulò, perſeueranter, ἐνστατικῶς. Quint. lib. 9. cap. 4. Vbicunq; acriter erit, & inſtanter, pugnaciterq; dicēdum, membratim, cęſimq; dicemus.

Inſtantia, tiæ, f. p. Sedulitas, aſſiduitas, & continua intentio, ἔνστασις, Plin. lib. 3. cap. 5. Quid eſt enim quod nō aut illæ occupationes impedire, aut hæc inſtantia poſſit efficere?

Inſtar, Indeclinabile, licet Probus Inſtaris genitiuum eſſe dixerit: et ferè ſine præpoſitione ponitur, δίκην. Et modò idem ſignificat quod ad æquiparationem, ſiue ad menſuram. Columella libr. 3. Vineam nouellam gemmas agere ſiniro, ſimulatq; pampinus inſtar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato. Idem lib. 1. In campo rarius, in colle ſpiſſius acerui ſtercoris inſtar quinq; modiorum diſponentur. Modò ad ſimilitudinem ut illud Ciceronis accipi poteſt, Fugeranā autem quæ fuit non uici inſtar, ſed urbis, quod erat Amani caput, &c. Et in Piſonem, Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit, quo in patriam redii, quum Senatū egreſſum uidi, Populumq; Rom. uniuerſum, ἰσόθεον Θ', ἰσοσάσιος Suet in Cæſare, Cuius iam etiam (ſcilicet equi) inſtar pro æde Veneris genetricis poſtea dedicauit. id eſt, effigiem conſimilem, ἀντίτυπον. Solinus cum præpoſitione uſus eſt. Meſopotamiam opimat annuæ inundationis exceſſibus ad inſtar amnis Aegyptii terris ſuperfuſus, inuecta ſoli fœcunditate.

Inſtaūro, as, a. p. Feſtus putat dictum eſſe ab Inſtar, eo quod propriè aliquid inſtaurari dicatur, quum ad priſtinam ſimilitudinem reficitur, ἀνοικοδομῶ, ἀνασκευάζω. Vnde Donatus in illud Terentii, Amantium iræ, amoris redintegratio eſt: Integratio, inquit, hoc eſt, inſtauratio. Vergilius tranſtulit ad animum quum ait, Inſtaurati animi regis ſuccurrite tectis, hoc eſt, recreati, & reſtituti. Alii uolunt inſtauro compoſitum eſſe à ſtauro antiquo uerbo, q idem ſignificabat qd hodie inſtauro: negantq; ab Inſtar deriuatum eſſe, propterea quod raro uſu ueniat ut euerſa ædificia ad ſimilitudinē priſtinam reſtituantur. Multaq; ab iſtis argumenta adducūtur quibus probare conantur, inſtauro nō eſſe dictum ab inſtar, ſed ab antiquo uerbo ſtauro, à quo Reſtauro aliqui uſurparunt. Melius itaq; dicemus inſtaurare nihil aliud eſſe quā reficere, reſtituere, integrare. Liu. libr. 4. Nam Phaliſci perpelli ad inſtaurandum bellum, neq; clade Romanorū, neq; ſociorum precibus potuere, Inſtaurandum, non ad ſimilitudinē priſtini gerendū: ſed integrandū, & denuo inferendum. Sic Cicer. de Prouinciis conſularibus in Piſonem & Gabinium, Periculum eſt ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. Verg. lib. 3. Ergo inſtauramus Polydoro funus. id eſt, integramus, ſupplemus, & facimus funus, q fieri p loco & tempore condecebat. Idem lib. 7. Certatim inſtaurant epulas, id eſt, denuo imponunt. Quum ergo inſtauro nihil in ſignificato conueniat cum iuſtar, nullo pacto ab inſtar formari dicendum putant, præſertim quum nec ad analogiam pertineat, quòd inſtaro, non inſtauro facere deberet Reſtauro autem, quamuis penè aboleuerit, & pro eo inſtauro melius utamur, tamen Lactantius libro ſeptimo, uſus eſt pro reduco, ſeu reformo, renouo, reficióue: Verum ille (inquit) quum deleuerit iuſtitiam, iudiciumq; maximum fecerit, ac iuſtos qui à principio fuerunt, ad uitam reſtaurauerit mille annis inter homines uerſabitur. Non enim, Ad antiquam ſimilitudinem reformauerit, intelligendum eſt, quū longè, elegantiori forma ſint iuſtorum corpora reficienda, quàm ea quam prius habuerant.

Inſtauratio, onis, f. t. ἀνασκευή. Cic. de Aruſp. reſp. Dii ludorum inſtauratione placantur.

Inſtauratitius dies, Vltimus Circenſium, Iouis propitiandi gratia additus: de cuius inſtauratione uide Macrob. lib. 1. Satur. cap. 7.

Inſtauratiui ludi, Dicebātur qui in locum eorum qui aut prætermiſſi erant, aut perperam facti, inſtaurabantur. Cice. 1. de Diuin. Itaq; ludis intermiſſis inſtauratiui conſtituti ſunt.

Inſterno, is, a. t. Superſterno, operio, ſuperextendo, ἐπιστρώννυμι. Plin. libr. 19. cap. 5. Si palo adacto cauerna palea inſternatur. Liuius 10. bel. Pun. Tabulas q; ſuperinſtrauit, ut peruium nauium ordinem faceret. Vergil. 2. Aeneid. fuluiq; inſternor pelle leonis.

Inſtratus ornatu regio. Plin. lib. 8. cap. 43. Vnde inſtrata, equorū ornamenta dicuntur. Et inſtratus lectus dicitur, ueſte ſtragula excultus, ἐπιστρωμένος.

Inſtratum, n. ſ. ſubſtantiuum, Ab inſternendo, equorum operimentum, ἔποχον. Vlp. L Inſtrato. ff. De uerb. ſig. Inſtratū omne ueſtimentum contineri quod iniicitur, Labienus ait. Idem alio loco, Inſtratum, ſignificat omnem ueſtem ſtragulā inſternendi cauſa paratam, στρῶμα.

Inſtragulum, li, n. ſ. Idem quod ſtragulum, στρῶμα Cato de Reruſt. cap. 10. Culcitras octo, inſtragulas octo, puluinos ſedecim, operimenta decem, mappas tres, &c.

Inſtigo, as, pen. prod. a. p. Ex in & obſoleto uerbo ſtigo, cuius originem referunt ad uerbum Græcum, στίζω, quod eſt pungo, ſeu ſtimulo, παραξύνω, ἐπικεντρίω. Vnde inſtigo pro inſtimulo: & tam in bonum quàm in malum ſumitur. Inſtigare, incitare, & quaſi impellere obiurgatione quadam. Ter. in Andr. Age ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. Liuius 3. hell. Maced. Infenſi & irati Romanos in Annibalem & ipſos cauſam odii quærentes inſtigabant. Idem 10. ab Vrbe, Hæc precatus uelut inſtigante dea, & ipſe collegæ & exercitus uirtutem adæquauit ducis. Cicero in Piſonem, An tu eras Conſul, quum in Palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus iniectis inſtigante te?

Inſtigatio, onis, Inſtigandi actus. Ad Heren. libr. 2. Amplificatiò eſt res quę per locum communem inſtigationis auditorum cauſa ſumatur.

Inſtillo, as, are, a. p. Guttatim infundo, ἐνσταλάζω, ἐπισταλάζω Plin. libr. 10. Et aurium grauitati ſuccum raphani inſtillant. Cicero de Senect. Nanque hæc quoq; niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. Idem 2. Tuſc. Gutta qua ſaxa aſſiduè inſtillant Caucaſi. Per translationem accipitur pro eo quod eſt ſenſim in animum mittere. Cicero ad Atticum libr. 9. Attulit uberrimas tuas literas quæ mihi quiddam quo ſtarem, inſtillarunt.

Inſtinctus, us, ui, m q. Inſtigatio, & quam Diuinam uocāt inſpirationem, παροξυσμός Cic. 1. Tuſcul. Sine cæleſti aliquo mētis inſtinctu. Idem 1. de Diuin. Quæ inſtinctu Diuino afflatuq; funduntur. Inſtinctu alicuius facere, hoc eſt, ſuaſu & impulſione. Plinius in Paneg. Multa fecimus ſponte, plura inſtinctu quodam & imperio.

Inſtinctus, a, um, participium, Inſtigatus. Liu. 5. ab Vrbe, Itaq; quæ tum cecinerit Diuino ſpiritu inſtinctus, ea ſenec, ut in dicta ſint, reuocare poſſe, &c.

Inſtinctor, oris, m. t. Impulſor. Cornelius Tacitus lib. 7. Nec deerat ſceleris inſtinctor.

Inſtipulor, aris, com. p. Eſt certa & ſolennia quædam uerba concipere, quibus qui interrogatur, aliquid ſe daturum facturumue promittit, ὁμολογέω. Stipulationis huiuſmodi exemplum inſigne eſt illud apud Plautum in Pſeudolo, Minæ uiginti ſanæ ac ſaluæ ſunt tibi, &c, Nullum periculū eſt quod ſciam, ſtipularier. Vt concepiſti uerba, uiginti minus bibin' ? B. Dabuntur.

Inſtita,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Instita, æ, f. p. pen corr. Tenuis fasciola, qua honestæ tantùm matronæ utebantur, (inquit Acron) quæ stolæ imam partẽ ambiebat, κέρκια. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 2. Nil medium est, sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas Quarum sub sura talos tegit instita uestæ. Contrà, alius nullam nisi olenti in fornice stantem. Ouid. in Arte, Este procul uittæ tenues, insigne pudoris, Quæq; tegis medios instita longa pedes.

Institó, uide Insto.

Institor, oris, m. t. pen. nominatiui corr. Dicitur qui à mercatore negotiationi alicui est præpositus: quales sunt illi quos negotiatores tabernis suis solent præponere, uel merces aliquas uendendas committere, παντηλάκηλος. Dicũ autẽ sunt institores (ut indicat Vlpianus in l. 1. Digestorũ de institor. act.) ab insistendo. eo quòd negotio insistant. Iuuen. Sat. 7. Institor hybernæ tegetis, niueiq; cadurci. Liu. 6. ab Vrbe, Vrbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumq;, & institorum, opificumq; retenta. Propert. li. 4. eleg. 2. Mundus demissis institor in tunicis. Institor eloquentiæ. Quint. lib. 12. cap. 1. Commoueatur ne quisquam eius fortuna quẽ tumidum ac sui iactantem, & ambitiosum institorem eloquentiæ in anticipiti fortè uideat. Poëtæ ferè semper accipiunt institorem pro eo qui uenditor est mercium delicatarum, cuiq; uestiarij & lintearij dant uestem circunferendam & distrahendam. Ouid. de Arte, Institor ad dominam ueniet discinctus emacem. Plautus ancillam pro domina negotiantem, institricem uocat. Vergiliarum quo que sidus Institor uestis dicitur, q; mense Nouembri quum earum occasus est, ex hoc fidere coniecturã faciunt hyemis. nam si nubilus fuerit earum occasus, pluuiosam hyemẽ denuntiat. Ideoq; negotiatores statim augent lacernarum pretia quibus pluuio tempore utimur: si uerò sereno tempore occiderint, asperitas hyemis denuntiatur. Idcirco reliquarũ uestium pretia accendunt.

Institorius, a, um, Quod ad institorem pertinet, ἐμπορικὸς, καπηλικός. ut Ars institoria. Sueton. in Claud. Cæs. ca. 27. Dispositæ per littora ripas diuersoriæ tabernæ parabãtur, insignes ganeæ, & matronarum institorias operas imitantium, atque hinc inde orantiũ ut appelleret. Institoria actio, dicitur qua dominus institorem conuenit, uel pro institore cõuenitur. δίκη ἐμπορική. Vlpian. l. Quicunque. ff. Ce institor. actione: Si libitinarius (quem Græci κηδεστὴν uocant) seruum pollinctorem habuerit, isq; mortuum spoliauerit, dandum in eum quasi institoriam actionem: quamuis & furti, & iniuriarum actio competeret.

Institŭo, is, a. t. ex in & statuo, Propono, cõstituo, decerno, certum mihi est, πρόθεμαι. Plau. in Bacch. Ego dare me ludum meo gnato institui, ut obsequium animo sumere possit. Cic. 4. Verr. Tu qui instituera in eos animaduertere qui perperam iudicassent. Aliquando ~~incipio~~, ἐπίσταμαι. Plin. Priusquam id opus institueram. Cic. pro Cluentio, Quæso, ut me, Iudices, sicut facere instituistis, benignè, attenteq; audiatis Aliquando docco, instruo, παιδοτριβέω, παιδεύω. Seneca, Sunt enim non modò literis, sed etiam bonis moribus instituendi adolescentes. Cic. pro Quintio. Qui apud te esset educatus, quem tu à puero instituisses, ut nobili ne gladiatori quidem hæreret. Dicitur & de malis artibus. Iuuenalis, Instituirq; rudes melior Locusta propinquas, id est, docet eas ueneficia. Aliquando ordino, & propriè de ludis, de orationibus, de moribus hominum dicitur, καθίσταμι, νομίζω. Terent. Optimè uitam instituit. Sallustius, Ea familia ortum, ita se ab adolescentia uitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet.

Institutus, a, um, participium, Constitutus, ordinatus. Cic. Attic. lib. 2. Magistratus hic multos annos post Decemuiros institutus est. Institutus, eruditus. Cic. 3. de Finibus, Eos melius à natura institutos fuisse, quã institui potuissent à philosophia. Institutus, inceptus. Cic. pro Domo sua, Neq; institutas ceremonias persequi, neq; uerbum ullum solenne potuit effari.

Institutio, onis, f. t. Instructio, doctrina, παιδεία, ἀγωγή. Cic. 1. Offic. Magis ad institutionem uitæ communis spectare uidentur. Institutiones item dicuntur libri, siue præcepta ad artem aliquam uiam sternentia, quas ὑποθέσεις appellant Græci. Vnde etiam Quintilianus opus suum, quo futurum Oratorem instituit, institutiones oratorias inscripsit.

Institutum, ti, n. f. Bonus mos, consilio & ratione sumptus, & domestica disciplina quæ literis non mandatur, sed obseruatur communi opinione bonorũ uirorum per quandã cõsuetudinẽ, ἔθος. Vnde de institutis antiquis, titulus est apud Vale. Max. li. 2. id est de moribus antiquorũ usu & cõsuetudine receptis. Cic. de clar. Orat. Iuris publici leges, & instituta cognouerat. Idem 2. Ver. Veteri consuetudine maiorũ. Aliquãdo idem est quod propositum, siue inceptum, aut scopus, προαίρεσις, σκοπός. Cic. in Topic. Sed ad huius libri institutum nihil pertinent. Idem 2. de Inuent. Quod ad hoc nostrum institutum nihil pertinet.

Insto, as, n. p. idem est quod urgeo: & ferè datiuo iungitur, ἐφίσταμι, ἐγκεῖμαι. Cic. pro Qu. Verũ quoniã tibi instat Hortẽsius ut eas in consiliũ: à me postulat, ne dicendo tẽpus absumã. Interdum incumbo, ἐγκεῖμαι, ἐφίσταμι. Verg. 1. Aeneid. Talis erat Dido, talem se lata ferebat Per medios instans operi, regnisq; futuris. Instare etiam dicuntur hostes, quum undiq; urgent, & impressionem faciunt. Liu. libr. 2. Ita incurrisse à lateribus ferunt, ut non sisterent modò Sabinas legiones ferociter instantes cedentibus, sed subitò in fugam auerterẽt. Quandoq; uerò accusatiuum habet. Plaut. in Curc. Si magis instabunt ad Prætorem, sufferam. Interdum etiam accipitur Insto pro insisto, hoc est, ingredior. Idem in Asin. Rectam instas uiam, id est, insistis, uel ingressus es rectam uiam. Inuenitur etiam sine aliquo prædictorũ casuũ, licet possit intelligi. Sallust. in Catil. Veterani uirtutis memores, cominus acriter instare: illi haud timidi resistunt. Instare pro instabãt, quasi contra stabant, id est, pugnabant. Terent. in Andr. ego illud sedulò Negare factum, ille instat factum. id est, contendit, & perseuerat esse factum. Aliquando idem est quod imminere, uel propinquũ esse. Sallust. in Cati. Optimũ factu ratus, noctẽ, quæ instabat, antè capere, ne qd eo spatio nouare tur, id est, proxima erat, uel sequebatur. Cæs. 1. bel. Gal. Cæsar ubi se diutius duci intellexit, & diẽ instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret.

Instito, as, are, Frequentatiuũ est, Sæpe contra stare, repugnare. Cæs. lib. 1. Id conspicati Heluetii, in montẽ se receperant, rursus institare, & prælium redintegrare cœperunt.

Instantia, æ, Instanter, aduerb. Instabilis, & instabilitas, uide suprà suo ordine.

Instatio, onis, f. t. ἔνστασις, Dicitur quasi imminentia: ab insto, as. Ambro. lib. de Resur. Quomodo laudabis hominẽ, priusquàm instatio mortis successerit.

Instragulum, Instrumentum, uide Insterno.

Instrenuus, a, um. Contrarius strenuo, Minimè generosus, ignobilis, indiligens, & ad res gerendas minimè promptus, ἄνανδρος, ῥᾴθυμος. Plaut. in Mostel. Atque ubi illò immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, Immundus, instrenuus, hic iam ædibus uitium additur. Instrenuus animus, Ingenerosus, ignobilis. Terent. in Heaut. Ambo accusandi: etsi inceptum tamen animi est pudentis signum, & non instrenui.

Instrĕpo, is, ere, n. t. In re aliqua strepitum edo: ut quũ apes floribus obstrepere dicimus, ἐμβομβέω. Aliquãdo accipitur pro simplici strepo, cum quadam tamen intentione soni, cui præpositionis accedente: ut sit Instrepere, grauem strepitum, & sonum emittere. Verg. 3. Georg. Pòst ualido nitẽs sub pondere faginus axis Instrepit. Claudianus 8. Paneg. Dentibus horrendum instrepit. Liu. 4. ab Vrbe, Vnde si quid instrepat terroris, sine Patritio magistratu Placere Rempublicam opprimi.

Instringo, is, ere, Catul. in Lesbia, Quin te animo offirmas, teq; instringis q;, redigis q;, Et diis inuitis desinis esse miser?

Instrumentum, ti. n. f. Ab instruo, ἐργαλεῖον, σκεῦος. quo nomine significatur omne illud, quo quis ad operandũ utitur. Sic dicimus arma, instrumenta belli esse, σκευὴ πολεμικά. Cicero 1. Academic. Totius belli instrumentis, & apparatu. Ligones, marras, sarcula, instrumenta agricolationis. Item dicitur id, quo quis instruitur, hoc est, docetur, διαθήκη. Vnde dicimus Instrumentum uetus, & instrumentũ nouum, pro Lege ueteri, & Lege noua. Ex his enim homo instruitur quid agere, aut uitare debeat. Aliquando sumitur pro apparatu, quo fundus, taberna, & id genus alia instruũtur, κατασκευή. Cicero pro Domo sua, In fundum autẽ uicini Consulis, non modò instrumenta, aut ornamenta uillæ, sed etiam arbores transferebantur. Idem in Verr. Hæc omnia in instrumento, ac supellectili C. Verris nominabantur. Suetonius in August. Alexandria capta nil sibi, præter calicem, ex instrumento regio retinuerit. Si apud Iureconsultos titulus est de fundo instructo, & instrumento legato. Aliquando instrumenti nomine intelligitur monumentum scriptu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcripturarum, ad res geſtas pertinentium, quale fermè eſt re pertoriũ, quod uulgò Inuentarium appellatur, ἀπογραφὴ Sueton. in Veſpa. Vndiq; inueſtigatis exemplaribus inſtrumẽtum imperii pulcherrimum ac uetuſtiſſimum confecit.

Inſtruo, is, xi, ctum, a t. Ordino, apparo, compono, σκευοποιῶ κατασκευάζω. & dicitur de acie, de claſſe, de cauſa, ac etiam de mente alicuius, ἐκτάττω, παρατάττω. Plaut. Amph. Nos noſtras more noſtro, & modo inſtruximus legiones. Cic. pro Murena, Tu actionẽ inſtitutis, ille aciem inſtruit. Lactantius libro primo, Quod malum à Græcis ortum eſt, quorum leuitas inſtructa dicendi facultate & copia, incredibile eſt quantas mendaciorum nebulas excitauerit. Idem libro tertio, Apparet falſam & inanem eſſe omnem philoſophiã, quia nec inſtruit ad iuſtitiæ munera, nec officium hominis, rationemq; conſummat, hoc eſt, non præparat, imbuit, aut inſtituit. Columell. libro quinto, Nonnulli ſtrenuè fabricãt nauigia, nec conſummata perinde inſtruunt armamentis, miniſtriſq;, id eſt, armant uel muniunt. Inſtruere epulum eſt apparare, παρασκευάζειν, ἡτοιμάζω. Gel. libr. 2. Verba Lælii hæc ſunt, Quibus indicat hœdum, qui ad epulas fuit allatus dimiſſum, cœnamq;, ita ut lex Licinia ſanxiſſet, pomis, oleribusq; inſtructam, id eſt, paratã. Inſtruere diſcipulos, id eſt, docere, literis & diſciplinis imbuere: quanuis Valla neget ſe eo ſignificatu reperiſſe, διδάσκειν. Quint. lib. 2. cap 5. Oratio num lectione ſuſceptos à ſe diſcipulos inſtruxerit. Idem, His omnibus, admiſcebitur, ut quiſq; locus poſtulabit, dicendi ratio. quæ non eorum modò ſcientiam, quibus ſolis quidã nomen artis dederant, ſtudioſos inſtruat.

Inſtructor, oris, m. t. Qui parat, & inſtruit, κατασκευαστής. Cic. poſt red. in Sen. Hi ſunt conditores, inſtructoresq; conuiuii.

Inſtructus, us, m. q. Apparatus, κατασκευασία. Cic. 3. de Orat Ri uis eſt diducta oratio, non fontibus: & quocunq; ingreditur eodem eſt inſtructu ornatuq; comitata

Inſtructio, onis, f. t. Conſtructio, κατασκευή. Traianus in epiſtolis Plinii, Si inſtructio noui balinei oneratura uires Pruſenſium non eſt, poſſumus deſiderio eorum indulgere. Inſtructio exercitus, Inſtructio militum apud Ciceronem 2. de Nat. deorum.

Inſtupeo, es, n. ſ. Idem quod ſtupeo, aut ualde ſtupidus, & ſenſus expers ſum. ἀναισθήτως ἔχω. Plin. lib. 28. capite 4. Salpe torporem ſedari, quocunq; membro inſtupente ſi quis in ſinum expuat.

Inſuaſum, ſi, neut. gen. appellabãt antiqui colorem (inquit Feſtus) ſimilem luteo, qui fiebat ex fumoſo ſtillicidio. Plautus in Truculen. Adueniſti ſubtentatum exornaris oſſibus, Quia tibi inſuaſo inſeciſti propudioſa pallulã. Vide Suaſum.

Inſuauis, e, om t Iniucundus, ἀηδής. Cic. de Amicit. Inſuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundiſſima fuiſſet. ſi aliquem, cur narraret, habuiſſet. Idem 2. de Orat. Qui uitam inſuauem ſine his ſtudiis putaretis.

Inſubidus. Gellius lib. 19. cap. 9. Sed ne nos, id eſt, nomen Latinum, tanquam profectò uaſtos quoſdam & inſubidos, ἀναφροδισίους condemnetis.

Inſubidè, aduerbium eſt, quo utitur Gellius lib. 1. cap. 2. Multa atq; immodica de philoſophia doctrinis intempeſtiuè atque inſubidè differebat. id eſt, præcipitanter, priuſquam ſubiret: aut in mentem ueniret. Macrob. lib. 7. Satur. Ipſam uerò uidendi naturam non inſubide introſpexit Epicurus.

Inſucco, as, Succo imbuo, humecto, irrigo, ἐγχυλίζω, ἐγχυματίζω, ἐμβρέχω. Col. lib. 7. capit. 5. Fracta pecudum non aliter, quàm hominum crura ſanãtur, inuolura lanis, oleo atq; uino inſuccatis, atq; mox circundatis ferulis colligata.

Inſueſco, is, & Conſueſco, n t. Idem quod aſſuefio, ἐθίζομαι. Plaut. in Capt. Imperare inſueui. Terent. in Adelp. Nam qui mentiri, aut fallere inſueuit patrem aut audebit, Tanto magis audebit cæteros. Col. lib. 6. ca. 47. Cui partui deinde quũ decem diebus inſueuit equa. Tacit. Duas pellices, quarum corpori inſueuerat. Id eſt, cum quib. conſuetudinem habuerat. Inſueſcere frui parua uictoria, Liuius quinto bell. Pun. Inſueſci, paſſiuè. Colum. libr. 11. capit. 3. Atq; ubi cœperunt aliquot incrementum habere, ſic inſueſci debent, ut in id ſpatium quod ſulcis interiacet, inclinentur.

Inſuefacio, cis, cere, a. t, Conſuefacere, ἐθίζειν. unde Inſuefactus aſſuefactus. Cæſar 4. bel. Gall. Notiſſimis locis audacter tela coniicerent, & equos inſuefactos incitarent.

Inſuetus, a, um, Inſolitus, uel cui non aſſueuimus, ἀηθὴς. ut apud Vergil. 10. Aeneid. Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos. Idem 1. Eclog. Non inſueta graues tentabunt pabula fœtas. Inſuetus alicui rei dicitur is, qui rei alicui non aſſueuiſt. Liuius 8. bell. Pũn. Vt non Syphacem modò barbarũ inſuetum moribus Romanis, ſed hoſtem etiã inteſtiſſimum facundè, aliquando ſibi conciliaret. Inſuetus mos. Cic. ad Attic. lib. 4. Quo Senatuſconſulto recitato, quũ populus more hoc inſueto & nouo, plauſum eo nomine in recitãdo dediſſet, habui concionem. Inſuetus contumeliæ, Idem ad Attic: lib. 2. Inſuetus laboris, Cæſar 7. bel. Gall.

Inſula, læ, f. p. pen. cor. Dicitur terra quæ undiq; aquis clauditur, propriè autem in mari, νῆσος. Vnde quidam à ſalo appellatas inſulas uolunt: quod in ſalo, id eſt, mari, ſitæ ſint. Hinc Peninſula, quæ quaſi inſula eſt, & ũdiq; ferè aquis clauſa, anguſtoq; tantùm terræ ſpatio, quod dicitur Iſthmos, cõtinenti annectitur, χερρόνησος. Mediamnis autem uocatur, quam amnis circuit, μεσοποτάμιος. Inſulas tamen nullo diſcrimine uocamus etiam eas, quæ flumine uel lacu ambiuntur. Cicero 2. de Leg. Inſula quæ eſt in Fibreno flumine. Idẽ pro Milone, Inſula in Lacu Precio. Inſulæ etiam dicuntur domus in urbe ab aliis ſeparatæ, & uicos undiq; habentes, quod ſicut inſulæ ſunt in mari loca undiq; ambita, undiq; diſcreta à continenti, ita domus nullis connexa ædificiis cohærentibus, inſulæ nominantur, διάκοσμος, οἰκία, Budæo, Vn de Spartianus ſcribit CCC. XXXV. inſulas olim Romæ incendio abſumptas fuiſſe. Vlp. l. Stipulationes non diuiduntur. ff. De uer. oblig. Planè ſi inſulam fulciri quis ſtipulatus ſit, non eſt expectandum ut inſula ruat. Cicero pro Marcò Cælio, Nunc demum intelligo Publii Clodii inſulam eſſe ualem, cuius hic in ædiculis habitet decem, ut opinor, millibus.

Inſularis, are, om. t. Quod eſt inſulæ, & ad inſulam pertinet, νησιωτικός, ut, Morbus inſularis, ex inſulis inuectus. Plin. Qui primus inſularem morbum in urbem inuexit. Inſularis pœna, qua quis in inſulam deportatur. Marcel. Nec ſtrepẽte ullo, nec obſiſtente, inſulari pœna mulctati ſunt.

Inſularius, Qui inſulas, hoc eſt, ædes potentiorum ab aliis ædificiis diſcretas cuſtodiæ cauſa inhabitat. Vulgus Conciergum uocat. Hoc uerbo uſus eſt Pomponius in l. Si ita ff. de Vſu & habit. Dominus, inquit, proprietatis, etiam inuito uſufructuario, uel uſuario, fundum uel ædes, per ſaltuarium uel inſularium cuſtodire poterit Budæus.

Inſulatus, a, um, νησιωτός, quod factum eſt in Inſula, Aug. libro 4. Ciuit. Illas etiam quę prius fuerunt continentes, hoſpitib. atq; aduenis fluctibus inſulatas, aliasq; deſidia maris peruias factas ac procellis euerſas eſſe ciuitates. Hac uoce nemo, qdẽ quidem ſciam, claſſicorum uſus eſt.

Inſulſus, a, um, Proprièid dicitur quod ſalſum, aut ſalitum non eſt, ἀναλμύρος. Sæpius tamen per translationẽ accipitur pro fatuo, inepto, ſiue inſipiẽte, ἀπαρόπαλος, ἀναίσθητος. Plautus in Rud. Bonam eſt quod habeas gratiã meritò mihi, Quite ex inſulſo ſalſum feci opera mea. Teren. in Eun. Fatuus eſt, inſulſus, tardus: ſtertit noctesq; & dies. Cic. 1. de Ora. Sed qui eius rei rationem quandam conati ſunt, artemq; tradere, ſic inſulſi extiterunt, ut nihil aliud eorum niſi ipſa inſulſitas rideatur.

Inſulſitas, atis, f. t. Ineptia, ἀπαροπαλία, ἀναισθησία. Cic. ad Attic. lib. 13. De hortis ex tuis literis cognoui, & Chryſippo in nilla, cuius inſulſitatem bene noram. Idem pro Rab. Iam noſtis inſulſitatem Græcorum.

Inſulsè, aduerb. Imprudenter, ineptè, ἀπαροκάλως, ἀναισθήτως. Cic. ad Cæſ. lib. 2. Epiſt. Sed ita locutus inſulsè eſt, ut mirum Senatus conuitium exceperit. Idem ad Att. lib. 15. Omnia uidentur inſulsè fieri.

Inſulto, tas, a. p. frequentatiuum ab Inſilio, cuius ſupinũ eſt Inſultum, ἐνπηδάω. Inde Inſulto propriè eſt multũ & cum impetu ſuper rem aliquam ſalire. Et aliquando habet poſt ſe accuſatiuum. Terent. in Eun. Ne tu iſtas, ſaxo, calcibus ſæpe inſultabis fruſtrà. Sæpius tamen datiuum. Verg. 3. Geo. 89. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Per translationem accipitur pro irrideo, & contumelioſus in aliquem aliquid uel dico, uel facio, ὑπερυφάω, σαρκάζω. Salluſtius, Multos tamen ab adoleſcentia bonos inſultauit. Cicero pro Flacco, Nunc uerò non inſultabo uehementius, nec uolitabo in hoc inſolentius, neque in iſtum nugatorem inuehar. Idem pro Milone, Clodius qui tot annos in hanc Rempub. inſultauit.

Inſultatio, onis, f. t. Amara irriſio, & inſolens in calamitate alicuius contumelia, σαρκασμός. Quintilianus lib. octauo c. 5.

Non tãm

Non tam probatio, quàm extrema quaſi inſultatio.

Inſultura, ræ, f. p. Inſultandi actus, ἐπιπήδησις. Plaut. Nam ego iſtam inſulturam & deſulturam, nihil hic moror.

Inſum, In re aliqua ſum, ἔνειμι. Lactant. lib. 2. Ineſt ergo ſide ribus ratio ad peragendos meatus ſuos apta: ſed Dei eſt illa ratio, Terent. in Eunu. In amore hęc omnia inſunt uitia, iniuriæ, &c. Idem in And. Triſtis ſeueritas ineſt in uultu, atq; in uerbis fides. Plin. in Paneg. Cui plus iniuriæ quàm pulchritudinis ineſt.

In ſumma, Diuiſis dictionibus & Summatim eandem ferè habent ſignificationẽ, κεφαλαιωδῶς. Quint. In ſumma, non recedo: fas eſt mihi inuitis etiã parentib. piè facere. Perinde enim eſt acſi diceremus, Quod ſi ſummatim cõprehẽdam.

Inſummo, as, a. p. finio τελέω. Auguſt. Omnis opera inſummata eſt, dolor remanſit.

Inſumo, mis, a. t. per ſimplex m. pen. prod. Significat impendo, conſumo, ἀναλίσκω, δαπανάω. Gel. lib. 2. cap. 24. Lex Fannia lata eſt quæ ludis Rom. item ludis plebeijs, & Saturnalibus, & alijs quibuſdam diebus in ſingulos dies, centenos æris inſumi conceſſit. Cic. ad Atticum lib. 5. Nos tamen, etſi hoc ex alijs audire malo, ſic in Prouincia nos gerimus, ut nullus teruncius inſumatur in quẽquam. Inſumere curam Plin. lib. 9. cap. 46. Omnis ergo cura ad ſpeculandũ hoc malum inſumitur. Inſumere operam. Cic. 5. Verr. Quantam igitur ſpem illi prædæ propoſitam arbitramur fuiſſe, qui tantùm præſens lucrum nulla opera inſumpta contempſerit, atq; deſpexerit? Liu. 10. ab Vrbe, Malle fruſtrà operã inſumptam, quàm quicquam incidiſſe.

Inſuo, is, In re aliqua ſuo, includo, ἐνράπτω. Varro 2. de Re ruſtica. Quæ intra capita inſuitur pellis mollis. Vergil. 5. Aen. Terga boum plumbo inſuto, ferroq; rigebant. Ouid. 3. de Arte amandi. Nec prodite graues inſuito ueſtibus auro. Valer. Max. lib. 1. Tarquinius M. Tul. Duuuirum, quod librum ſecreta ciuilium ſacrorum contentionẽ cuſtodię ſuæ commiſſum, pecunia corruptus, Petronio Sabinio Scribẽdum dediſſet, culeo inſutum, in mare abijci iuſſit. Per tranſlationem accipitur pro implicare, immiſcere, coniungere. Liu. 10. bel Maced. Lepidus molem ad Tarracinam, ingratum opus, quòd prædia habebat ibi, priuatamq; publicæ rei impenſam inſuerat.

Inſuper, penultima correpta. Ad hoc, præterea, πρόσθεν. Cic. ad Quint. fratrem, Nam ne te fugiat, latius inſuper Epicurus. Plaut. in Truc: Vt illud acceptum ſit prius, quod perdidi, hoc addam inſuper.

Inſŭpĕrābilis, le, om. t. Quod ſuperari, & domari non poteſt, ἀδάμας &. ut, Morbus inſuperabilis, id eſt, incurabilis, ἀθεράπευτος, ἀνίατος. Plin. in Epiſt. Roganitq; ut medicos conſuleremus de ſumma ualetudinis: ut ſi eſſet ſuperabilis ſponte exiret è uita. Interdum idem eſt quod imperuius, inacceſſus: proprieq; de montib. dicitur, qui facilè traiici non poſſunt, ἀνεπίβατος. Liuius 1. bel. Pun. Conſtabat non tàm bello motos, quàm longinquitate uiæ, Alpiumq; inſuperabili tranſitu. Inſuperabilis bello, inuictus, qui bello ſuperari non poteſt, ἀνίκητος. Verg. lib. 4. Aeneid. Genus inſuperabile bello.

Inſurgo, is, ere, n. t. Surſum me erigo, ἀνίσημι. Verg. 11. Aen. Tum ualidam perq; arma uiro, perq; oſſa ſecurim Altior inſurgens oranti & multa precanti Congeminat: uulnus calido rigat ora cerebro. Inſurgere remis, idem eſt quod incumbere, & uehementer adniti. Solent enim remiges quum toties uiribus remis incũbunt, è ſedilibus ſuis aſſurgere. Verg. 5. Aeneid. Nunc nunc inſurgite remis. Ouid. 9. Metam. Credensq; ſuis inſurgere remis. Inſurgere altius in oratione uerba dicuntur, quum ſubſequentia pondere ſuperant priora. Quint. lib. 8. cap. 4. Hoc etiã ſolet creſcere uerbis omnibus altius atque altius inſurgentibus.

Inſuſurro, as, n. p. Leni ſuſurro alicui quicquam in aurem dico, ἐμψιθυρίζω. Cic. 5. Tuſcul. Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquã ferentis mulierculæ (ut mos eſt in Græcia) inſuſurrantisq; alteri, Hic eſt illa Demoſthenes. Macrob. lib. 2. Saturn. Valè dicenti hoc tantùm inſuſurrauit, Non putabam me tibi tàm familiarem. Cicero 4. Acad. Verùm quoniam non ſolùm nauta ſignificat, ſed etiã Fauonius ipſe inſuſurrat, nauigandi nobis tempus eſſe.

Inſuſceptus, a, um, Non ſuſceptus. Ouid ad Liuiam, Dixit & iratus uota inſuſcepta reliquit: Durauitq; animum, deſtituitq; preces.

Inſyncerus, ra, rum, Non ſyncerus, parum integer, corruptus. Gell. lib. 5. cap. 3. Is Protagoras inſyncerus quidem philoſophus, ſed acerrimus ſophiſtarum fuit. Cruor inſyncerus. Verg. 4. Georg. Tempus & Arcadij memoranda inuenta magiſtri Pandere: quoq; modo cæſis iam ſæpè iuuencis Inſyncerus apes tulerit cruor.

Intābeſco, is ere, n. t. idem cum ſimplici, Marcore uidelicet ac tabe cõſumi, μαραίνομαι, ἱκτίνομαι. Colum. lib. 4. cap. 3. Nouella uerò dum adoleſcit, niſi omnia iuſta perceperit, ad ultimã redigitur maciem, & ſic intabeſcit, ut nullis deinceps impenſis recreari poſſit. Horatius Epod. 5. Cibo interminato intabuiſſent pupulæ. Ouid. 15. Metamorph. ut lata plumbea funda Miſſa ſolet medio glans intaceſcere cælo.

Intactus, ta, tum, Integer, immaculatus, impollutus, ἀμίαντος, ἀμόλυντος, ἄφθαρτος. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Integri, intactiq; fugerũt. Idem lib. 8. bell. Maced. infamia intactum, inuidia, qua poſſunt, urgẽt. Intacti religione animi uir, hoc eſt, quẽ nulla religio tangit, Liu. 5. ab Vrbe. Intactus à ſibilo, nunquam exſibilatus, aut exploſus. Cælius Ciceroni, Hoc magis animaduerſum eſt, quòd intactus à ſibilo peruenerat Hortẽſius ad ſenectutem. Virgo intacta manet, Catullus in Carmine nuptiali. Carmen intactum Græcis. Horat. lib. 1. Serm. Satyra 10. *Grex intactus*, Verg. 6. Aen.

Intactile, Tactum refugiens. ſiue quod tangi non poteſt, ἄψαυστον. Lucret. lib. 1. Sin intactile erit, &c.

Intaliare, Antiqui dicebant pro eo quod eſt ſcindo formare, teſte Varrone, ἐγκάλλαψ. quemadmodum Taliare, pro ſcindere.

Intaminatus, Idem eſt quod incontaminatus. ἀμόλυντος, ἀμίαντος. Horat. 3. Carminum, Virtus repulſæ neſcia ſordidæ Intaminatis fulget honoribus.

Intāntŭm, & Inquantum, Idem ualent quod eatenus, & quatenus. Seneca de Beneficijs lib. 2. Quomodo danti intantum producenda notitia eſt muneris ſui, inquantũ delectatura eſt cui datur: ita, &c. Verg. 6. Aen. Nec per Iliaca quiſquam de gente Latinos
In tantum ſpe tollet auos.

Intĕger, a, um, pen. corr. Si de ætate dicitur, intelligitur ea quæ in flore conſiſtit, ſcilicet iuuentute, in qua robur uiridum, & ſanguis adhuc integer eſt, qui ætate in ſenium uergente minuitur, ἀκμαῖος. Terent. in Andria, Egregia forma, atq; ætate integra. Integra res, quæ eſt perfecta, de qua nihil eſt imminutũ: ut, Integrum corpus, cui nihil deeſt, ὁλομελής. Integer uir, qui eſt innocens, candidus, nulloq; uitio corrutus, ἀκήρατος, χρηστός. Cic. pro Plancio, Quumq; illo nemo eſſet neque integrior, neque ſanctior. Integer homo, & caſtiſſimus, Cic. 1. de Oratore. Integer æui, dicitur cui adhuc ætas integra eſt, ἀκμάζων. Vnde Ennius deos integros æui uocat, quòd quum immortales ſint, nihil de eorum æuo imminuatur. Integrum mihi eſt, ſignificat in arbitrio eſt & poteſtate. Cic. pro Rabirio, Ego autem ſi mihi eſſet integrum, ſuſciperem hoc crimen, agnoſcerem, confiterer. In integro res eſſe dicitur, hoc eſt, in poteſtate, ita ut adhuc poſſit uel fieri, uel omitti. Idem lib. 3. de Orat. Sed quoniam hæc iam neque in agro eſſe poſſunt, &c. Integer, pro firmo, recenti, & laboribus non fracto. Cæſar, Quum crebrò integri defeſſis ſuccederent. Itẽ pro ſobrio, quiq; ex crapula nihil ſentit detrimenti. Cic. de Nat. deor. Multò plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nũc onuſti cibo & uino, perturbata & confuſa cernimus. Integrum ſe ſeruare, pro neutri parti ſe addicere. Cic. ad Atticum li. 7. Quod me amiciſſimè admones, ut me integrum, quoad poſsim, ſeruem, gratum eſt. In integrum reſtituere, eſt in priſtinũ ſtatum reducere. Terent. in Phorm. Si hoc uidetur, quod te abſente hic filius Egit, Reſtitui in integrum æquum eſt. Cicero 7. Verrin. Vt damnati in integrum reſtituantur, uincti ſoluantur. Hinc aduerbium, Abintegrò denuò, rurſus, ἐξυπαρχῆς. Vergil. 4. Eclog. Magnus integro ſeclorum naſcitur ordo. Deintegro, idem Terentius, Heaut. Ratio deintegro incunda eſt mihi. Deintegro incidere in morbum. Cicero ad Cornif. Epiſt. lib. 12.

Integro, as, a. p. pen. cor. Rurſus inchoo, inſtauro, ſiue innouo. ἀνασκευάζω. Vergil. 4. Georg. ramóque ſedens, miſerabile carmen Integrat. Liuius libro 5. Simul ut ab religione animos remiſerunt, integrant ſeditionem Tribuniplebis. Cicero 1. de Inuent. Sic animus defeſſus audiendo, aut admiratione integratur, aut riſu renouatur. Stat. 8. Theba. bellum integrabat Enyo.

Integra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Integrasco, is, n. t. Idē est quod integror, instauror, ab integro redeo, ἀνακαινίζομαι. Terent. Hoc malū integrascit. Vbi Donatus, Integrascit, id est, integratur.

Integritas, atis, f. t. Incorruptio, innocētia, ἀδιαφθαρσία, ἀδιαφθορία. Cicero 3. Verr. Mulierem eximia pulchritudine, sed cam summa integritate, pudicitiaq; existimari. Idem 2. de Oratore, Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutē uocatur. Integritas corporis, id est, integra ualetudo, ὑγίεια. Cicero 5. de Finibus, Quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. Lege, Sanitati tria accidunt.

Integrè, aduerbium, Purè, syncerè, castè: ut, Integrè uiuere, apud Ciceronem, 4. de Fin. Incorruptè atq; integrè iudicare, Idem 1. de Fin. Castè, integrèq; uersari in periculis amicorū, Idem pro lege Manil.

Intĕgo, is, a. t. pen. cor. integere. Idem quod simplex tegere, καλύπτω, σκεπάζω. Cæs. 2. bel. Ciuil. Integebantur portibus lignis coniectis inter se. Liu. 7. bel. Pun. Postquàm neque in æquum dimitti agmen uidit, & tum loci altitudine, tum uallo etiam integi Romanos &c.

Integumentum, ti, n. f. Quo quid integitur, σκέπασμα. Liu. 10. bel. Maced. Deorum capita, quæ in lectis erant, auerterunt se, lanaq; cum integumentis, quę Ioui appositа fuit, decidit. Cic. in Pisonem, Vereor ne quis sit qui istius insignē nequitiam, frontis inuolutam integumentis, nondum cernat.

Integrè, Integrasco, Integritas, Integro, uide Integer

Integumentum, uide Intego.

Intelligo, is, a. t. pen. cor. xi, ctum, Intellectu apprehēdo, seu mente percipio, συνίημι. Ci. ad Tironem, Tu istic, si quid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. Terentius in Andria. Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptijs. Cicero 3. de Natura deorum. Sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atq; intelligi potest. Intelligitur impersonale: Cicero 1. de Finibus. Ex quo intelligitur nec intemperantiam propter se fugiendam esse. Idem de Amicit. Id si minus intelligitur, quanta uis amicitiæ, concordiæque sit, ex dissensionibus atq; discordijs perci pi potest. Huius compositum est, Subintelligo, quod est mediocriter intelligo.

Intellectus, ctus, m. q. Nobilissima animæ rationalis pars, quæ & mens, & intelligentia dicitur, qua præditus homo, unus cæteris antecellit animantibus, cuiusque opera res incorporeas, & ab omni materia seiugatas, notiones atq; formas solus apprehendit. νοῦς, συνέσις. Impropriè tamen passim apud scriptores intellectum uocabulum etiam de brutis animantibus dicitur, in eadem scilicet significatione, qua nos & sensus & perceptionis, & cognitionis uocabulis utimur. Plinius libro 8. capite 42. de equis, Nam in circo ad currus iuncti, nō dubiè intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Idem lib. 10. cap. 55. Columbis inest quidem gloriæ intellectus. Intellectus, pro significatione. Quintil. lib. 5. cap. 10. Verba quædam diuisos intellectus habent. Idem lib. 1. cap. 11. Quidam literis instituendos, qui minoris septem annis essent, non putauerunt, quòd illa primum ætas & intellectum disciplinarum capere, & laborem pati possit. Sic intellectus saporum, id est, perceptio, & sensus. Plinius lib. 11. cap. 17. Intellectus saporū est cæteris in prima lingua, homini in palato.

Intelligens, tis, nomen ex participio, Sagax, sapiēs, doctus, prudens, συνετός. Terent. in Eunu. Dii immortales, homini homo qui præstat? stulto intelligens Quid interest?

Intelligenter, aduerbiū. Cic. in Part. Sumuntur aūt trium rerū gratia: ut amicè, ut intelligenter, ut attentè audiantur. Plin. in Epist. Quàm studiosè, quàm intelligenter lectitabat?

Intelligentia, tiæ, f. p. Facultas animæ nobilissima, qua res etiā incorporeas, ab omni materia abstractas contemplamur. νόησις, συνέσις. Cicero de Natura deorum. Mens simplex fugere intelligentiæ nostræ uim ac notitionem uidetur. Idem 2. de Diuin. Pars animi, quæ rationis atque intelligentiæ sit particeps. Idem de Vniuers. Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. Intelligentiæ item dicuntur particulares notiones quas mente apprehendimus. Idem 1. de Legibus. Natura homini rerū plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enudauit, tanquam fundamenta scientiæ.

Intelligibile, Quod mente percipi potest, νοητόν.

Intemerandus, non uiolandus, aut contaminandus: refertur q; ad res sacras. Valerius Flac. 5. Argonaut. an Martia templa Intemeranda minus.

Intemeratus, ta, tum, Inuiolatus, incorruptus, ἀμίαντος, ἀμόλυντος, ἄφθαρτος. Verg. 2. Aen. Si qua est, quæ restat adhuc mortalibus usq; intemerata fides. Intemerata sacra dicuntur, quę ritè perfecta sunt, & ut sacrificij ratio exigebat. Vergil. lib. 3. Aen. Corripio è stratis corpus, tendoq; supinas Ad cælum cum nocte manus, & munera libo Intemerata focis. Vbi Seruius, Intemerata, ritè perfecta, ut si leniter est fundendum uinum, aut mola inijcienda, sic fiunt, ut ratio exigit sacrificij: aliter si fiant, temerata ac turbata sunt sacra.

Intemperans, tis, om. t. Immoderatus, incontinens, uoluptatibus & uentri præter modum indulgens, ἄκρατος, ἀκόλαστος. Cic. de Senect. Libidinosa etenim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Liuius lib. 4. bel. Pun. Auidus atque intemperans plebeiorum animus. Cic. 1. Academ. Intemperantis enim arbitror esse, scribere quod occultari uelit.

Intemperantia, tiæ, f. p. Incontinentia, immoderatio, ἀκολασία, ἀκρασία. Cicero 4. Tuscul. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quę est à tota mente, etiā à recta ratione defectio, sic aueria à præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi, nec regi, nec contineri queant. Plin. l. b. 11. cap. 37. Intemperantiam risus constare lienis magnitudine quidam putant.

Intemperātер, aduerbium, Immoderatè, immodicè, ἀμέτρως. Cicero 1. Philip. Nimis iracundè hoc quidē, & ualde intemperanter. Idem 5. Philipp. Ne honorib. nostris elatus, intemperantius suis opibus utatur.

Intemperatè, aliud aduerbium. Incōtinenter, ἀκολάστως. Cic. de Vniuers. Qui autem immoderatè & intemperatè uixerit, cum secundus ortus in figuram muliebrem transfert.

Intemperatus, a, um, Incontinens, immodicus, ἄμετρος, ἀκρατής. Cic. in Pis. Quid ego illorum dierum epulas, quid lætitiam & gratulationē tuam, quid cū tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes prędicem? &c. Idem de Amicitia, Intemperata quædam beneuolentia.

Intemperiæ, arum, Erant quædam deæ habentes uim nocendi, & per intemperantiā sæuiendi: quas Cato de Re rust. cap. 141. facto sacrificio iubet propulsari, ἐρινῦς ἐναγίζειν. Plaut. Laruæ hūc atq; intemperiæ agitant senem. Idem Amphit. Dij uostram fidem: quæ intemperiæ nostram agunt familiam.

Intemperies, ei, f. q. Rerum mistarum inconueniens temperatura, δυσκρασία. Sic intemperiem cæli dicimus, quū aër est immoderatè aut calidus, aut frigidus, aut humidus aut siccus. Col. lib. 1. in Præf. Sæpenumero ciuitatis nostræ principes audio culpantes modò agrorum infœcunditatem, modò cæli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem. Liu. lib. 8. ab Vrb. Fœdus insequens annus seu intemperie cæli, seu humana fraude fuit.

Intempesta nox, ἀκρονυχία. Varro lib. 4. de Lingua Latina, Inter Vesperuginem & iubar dicta nox intempesta: Vt in Bruto Cassij, quod dicebat Lucretia, Nocte intempesta nostram deuenit domum. Intempestam Aelius dicebat, quum tempus agendi est nullum: quod alij concubiū appellarunt, quòd ferè omnes tunc cubarent: alij ab eo quòd sileretur, silentium noctis, quod Plautus conticinium, Videbimus (inquit) factum uolo, redito conticinio. Hęc Varro. Ver. 1. Georg. aut intempesta nox. Et 5. Aeneid. Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. Vbi Seru. Intempesta, media, hoc est, nimium obscura. Incēpesta dicta est nox media, inactuosa, carens actibus, per quos tēpus dignoscimus. Vnde est intempestiuè uenisti, id est, ἀκαίρως. Hæc Seruius. Liu. 7. ab Vrbe, Ab Samo intempesta nocte uenit. Cic. 7. Verrin. Repentè nocte intempesta seruorum armatorum fit cōcursus, atque impetus. Macrob. lib. 1. Sat. & Censor. de Die natali, cap. de diebus, Intempestam noctem docēt esse eam partem noctis quæ est inter noctem concubiam, & mediam noctem: putantq; dictam intempestam. quasi in tempestiuam, quòd ea pars noctis intempestiua sit rebus agendis. Vide Macrob. & Censor. locis iam citatis: ubi omnes diei & noctis partes ex ordine explicant. Intempestæ Grauiscæ. Vetgil. 10. Aeneid. Et Pyrgi ueteres, intempestæq; Grauiscæ ubi Seruius. Grauiscarum oppidum alij intempestum dicunt, quasi uentis ac tempestatibus carens, quod nulla potest ratione contingere. Intempestas ergo grauiscas, accipiamus pestilentes, & secundum Plin. in Naturali hist. & Car. in Originibus: ut. Intempestas intelligas sint intemperie, id est, æqua-

eſt æqualitate, aut temperatura. Nam ut ait Cato, Ideò Grauiſcæ dictæ ſunt, quòd grauem aërem ſuſtinent.

Intempeſtas, ſtatis, f. t. Intemperies: ut, Intempeſtas cæli, hoc eſt, iniuria ἀνωμαλία. Plin. lib. 18. cap. 6. Malum patremfamiliàs, quiſquis interdiu faceret quod noctu poſſit, niſi intempeſtate cæli.

Intempeſtiuus, a, um, Quod ſit præter opportunitatem temporis, ἀκαιρος, ἄωρος habetq; antitheta tempeſtiuus & opportunus. Cicero de Amicitia. Nunquã intempeſtiua, nunquam molesta eſt amicitia. Idem ad Attic. lib. 14. Si nihil habebis, tamen ſcribas aliquid, nunquam enim mihi tua aut intempeſtiua epiſtola, aut loquax ulla eſt. Intempeſtiuus, pro ominoſo, & malo portenti Plin. lib. 18. cap. 17 de indicijs tempeſtatum, Anſeres continuo clangore intempeſtiui, pecora exultantia, & indecora laſciuia ludentia, eandem ſignificationem habent.

Intempeſtiuè, aduerb. Importunè, ἀκαίρως. Cicero lib. 1. Offic. Ne ſi iraſcamur, aut intempeſtiuè accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem & odioſam incidamus. Colum. in Proœm. Et ne ſingulos intempeſtiuè nunc proſequar, &c.

Intendo, a, t. Vehementer tendo, uel extendo: ut, Intendere arcum, τείνω, ἐπιτείνω. Cicero 7. Verr. Tabernacula quemadmodum cõſueuerat temporibus æſtiuis, quod antea iam demonſtraui, carbaſeis intenta uelis collocari iuſſit in litore. Idem in Catone, Intentum animum, tanquam arcum, habebat: nec languens ſuccumbebat ſenectuti. Intendo aliquando idem quod animaduerto, diligenterq; intueor, ἐφίεμαι. Vergilius 5. Aeneid. Intenti expectant ſignum. Vnde intendere animum rei alicui eſt, animum adijcere & applicare. Salluſtius in Iugurtha, In regnum Adherbalis animum intendit. Intendere animum re aliqua, per translationem dicimus, pro eo quod eſt, rei alicui arduæ totis ingenij uiribus incumbere: cui opponitur, Relaxare animum, quod eſt intenſam animi curam re quapiam amœniore remittere. Cicero in Hortenſio, Quæro, non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem.

Interdum intendere idem eſt quod innectere, illigare. ἐπιπλέκω. Vergilius 2. Aeneid. & ſtuppea uincula collo Intendunt.

Intentus, ſiue intenſus, utrunq; dicitur, participium, Extenſus, porrectus, ἐντεταμένος Cic. de Orat Voces & chordæ ſunt intentæ. Plinius lioro 8. cap. 8. Intentos ingentes arcus deſigunt humi. Intentus, attentus, πρόσχυσις Liuius 3. ab Vrbe. Operi certè (id quod conſtat) agreſti intentus, &c. Quintil lib. 10. cap. 1. Vix ſingula quiſquam intentiſſima cura cõſequi poſſit.

Intentè, aduerb Accuratè, diligenter, ἐπιμελῶς Audire aliquem intentè, & modeſtè, Quint. lib. 2 cap. 2. Plin. Epiſt. 4. Non me hercule tam mea ſunt, quæ mea ſunt, quàm quæ tua: hoc tamen differunt, quòd ſolicitius & intentius tui me, quàm mei excipiunt. Liuius 7. bel. Pun. Hoſtilium intentius monuit, ut in eo ſpem non moturos quicquam Hetruſcos poneret.

Intentus, tus, tui, m. q. uerbale, Significat rei alicuius in alteram extenſionem: ut intentus gladij in iugulum. Intentus palmarum, id eſt, manuum extenſio cum quadam commination e: cuiuſmodi fieri uidemus in ſeditione & diſcordia, aut reclamatione alicuius turbæ: cuius non ſolùm uoces, uerumetiam manus intenſæ conſpiciuntur in eum, quem explodere & ejicere cupiunt. Cicero pro Seſt. Voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorẽ omnem præſuderunt.

Intenſio, f. t. ſiue intenſio, Extenſio, cui opponuntur laxatio & remiſſio ἔντασις Col. lib. 6 cap. 6 Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus, ac uentris ſonitus, faſtidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi Intentio corporis Cic. 1. Tuſc. Intentio uocis quæ & uociferatio dici poteſt. Plin. lib. 28. cap. 16. Intentio & remiſſio contraria. Cic. 1. Tuſc. Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſa opprimunt: ſimillimè animus intentione ſua depellit preſſum omnem põderum: remiſſione aũt ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere Eſt præterea intentio, finis quò animus, ad quod intenditur, dirigitur, σκοπός Plin. in Epiſt Tu ergo intentionem ſcribentis accommodes. Intentio etiam accipitur pro diligentia, & ſtudio. Quint. li. 8. cap. 2. Idipſum in cõſilio eſt habẽdum, nõ ſemper eam eſſe acrem iudicis intentionem, ut obſcuritatẽ apud ſe ipſe diſcutiat. Plin. in Epiſt. Vt tantum curæ intentionisq; ſuſcipere poſſint, & uelint. Intentio, apud oratores eſt oratio, crimen. debitumſue alicui obijciens. Cicero 1. de Inuent. At ſi qua intentionis depulſio non eſt, ea nec conſtitutio, nec pars conſtitutionis eſt. Intentio augmẽtum, incrementum, ἐπίτασις. Gellius libro 16. cap. 5. Ve particula ſicuti quædam aliæ, tum intentionem ſignificat, tum minutionem.

Intento, as, aui, e, a. p. Cõminor, διατείνομαι, προτείνομαι, ἐπαπειλῶ. Verg. 1. Aeneid. Præſentemq; uiris intẽtant omnia mortem. Liu 8. bel. Mac. Vno in loco ferro igniq; geſta res eſt, à duobus irrito incepto, quum intentaſſent magis quàm iniſſent certamen, Aetoli abſceſſerunt. id eſt, quum non tam certamen iniſſent, quàm ſpecie certaminis hoſti terrorem incutere conati eſſent. Intentare manus alicui pro iniicere. Hircius 6. bel. Hiſp. Eum qui legatos iugulaſſet, lapidare, & ei manus intentare cœperunt. Intentare arma Latinis, Liuius 6. ab Vrbe. Intentare ſicam, Cic. pro Milone.

Intentatus, participium. Liuius 9. ab Vrbe, Gladij etiam pleriſq; intentati, & uulnerati quidam necatiq;.

Intentatus, a, um, nomen, Non expertus, non tentatus, ἄπειρος. Cic. in Læl. Nemo eſt qui non quocum conſueuit, libentius utatur, quam intentato & nouo. Verg. 10. Aen. hæc intentata manebat Sors rerum. Mart. lib. 2. Nil intentatum Selius, nil linquit inauſum. Plin. li. 17. cap. 7. Quid enim intentatum Græcis?

Intepeo, es, ere, & **Intepeſco**, ſcis, Incaleſcere, & tepidum fieri, χλιαίνομαι. Propert. lib. 4. Eleg. 1. Et lacus æſtiuis inteper Vmber aquis. Ouid. 5. Faſt. Et uariæ radijs intepuêre comæ.

Inter, Extra compoſitionem medium quiddam importat: & tam de loco, quàm de tempore, & perſona dicitur, μεταξύ. Cic. Attic. lib. 3. Inter me & Brunduſium Cæſar eſt. Idem 2. Ver. Vt dies quadraginta quinq; inter binos ludos tollerentur. Idem de Amic. Quæ ſæpe inter me & Scipionem de amicitia diſſereba tur. Inter cœnam, hoc eſt in cœna, uel dum cœnaretur. Cic. 2. Philip. Si inter cœnã, in ruis illis immanibus poculis hoc tibi acciderit Inter falcarios, dixit Cic. in Catil. pro eo quod eſt. In eum locum, ubi ſunt falcarij. Dico, inquit, te priore noſtræ uenisse inter falcarios (nõ agam obſcure) in M. Leccæ domum. Inter ſe diligere, eſt mutuò diligere. Cicero 1. de Natura deorum. Dij inter ſe diligunt. Idem ad Quint. Frat. Pueri ualent, & nos, & inter ſe amant. In compoſitione ſæpe idem ualet quod in medio: ut, Interpono, interſero. Modo priuationem ſeu deſtructionem importat: ut Interficio, interimo. Modò idem ualet quod ex, uel in uniuerſum: ut, Interbibo, pro ebibo. Modò ſignificat maximè. ut, Interdico, interimor. Componitur autem ferè cum omnibus literis, & integra manet: a, ut interareſco: b, ut interbibo: c, ut intercedo: d, ut interdico: e, ut intereo: f, ut interficio: i, ut interiacio: l, ut interlinio (notetur intelligo, ubi r, mutatur in l) m, ut intermitior: n, ut internoceo: p, ut interpello, r, ut interregnum: ſ, ut interſum: t, ut interturbo: ut, ut interuenio. Ab inter fiunt interea & interim.

Interalbico, as, are, a. p. Eſt calorem album per interualla oſtendere, inter alios colores emicantem: quod in quibuſdam uarijs coloris gemmis accidere ſolet, in ueſtibus quibuſdam, quarum ſubtegminis color diſtat à colore ſtaminis. Plinius libro 37. cap. 10. Leucochryſos ſit chryſolitho interalbicante.

Interanea, orum, n. ſ. Dicũtur inteſtina, à præpoſitione intra, eo quòd intra corpus ſint condita, τὰ ἔντερα. Plin. Medelæ ſunt innumeræ ad interanea. Idem lib. 9. cap. 43. Hamo deuorato omnia interanea euoluunt, donec hamum egerant. Colum. lib. 10. Quidam exemptis interaneis, occiſas aues intus includunt, quæ tempore hyberno plumis ſuis delitеſcentibus apibus præbent teporem.

Interareſcere, Eſt penitus areſcere, hoc eſt, omnino aridum fieri: ſicut interbibere, funditus ebibere, διαξηραίνω. Cic. 5. Tuſc. Nihil enim interareſcere conſiſtit.

Interbibo, is, penult. correp. Votum bibo, ἐκπίνω, διαπίνω. Plautus in Aulul. præterea tibicinam, Quæ mihi interbibere ſola, ſi uino ſcateat, Corinthienſem fontem Pirenem poteſt. Donatus.

Interbito, as, are, n. ſ. Interuenire, ἐπέρχομαι. Plaut. in Moſt. Hic ego tibi præſidebo, ne ulla interbitet quæſtio. Verbum eſt antiquum, compoſitum ex inter, & ito, interpoſita lite ra b, cauſa ſolidioris ſoni.

Intercalo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Intercalo, as, are, n. p. Interferere seu interponere, παρεμβάλλω, παρεγκειθέω. Cato de Re rust cap. 110. Si intercalatum erit calendis Maiis, agnos XXX. ne amplius promittat. Plinius libro 18. capite 25 Ita ut XII. annis continuis non intercalaretur. Intercalare, differre, Liuius 9. ab Vrbe, Sed si me audiatis, priusquam dedantur, hic in comitio uirgis cæsos, hanc iam ut intercalatæ pœnæ usuram habent. Budæus.

Intercalarius, a, um, Idem quod intercalaris, ἐμβολιμαῖος. Liu. 7. belli Maced. Triumphauit mense intercalario pridie Calê das Martias.

Intercalarium, rii, substantiuè, pro tempore quod intercalatur, ut annus cum cursu Solis conueniat. Cic. 4. Ver. Tunc Cephaleditani decreuerunt intercalarium quadraginta quinque dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reuerterentur.

Intercalaris, intercalare, om. t. Interiectitius, interpositius, παρεμβεβλημένος, ἐμβόλιμος. ut, intercalaris mensis dictus est cui inserebatur dies qui deerat ad complendum annum, diuersis quidem rationibus diuerso tempore. Is autem mensis erat Feb. quoniam erat ultimus anni. Non tamen intercalabatur in fine mensis, sed post uigesimum & tertium diem Terminalibus iam peractis: deinde reliquos Februarii dies, qui erant quinq; post intercalationem, subiungebant, uetere religionis suæ more, ut Februarium omnino Martius sequeretur. Vide de hoc plura in dictione Bissextus. Intercalares Calendæ dicuntur Calendæ mensis intercalaris, id est, Februarij Alii intelligunt Calendas Martias, non quòd eo mense intercalarentur dies, sed quòd essent proximæ diebus intercalaris: id est, quòd statim sequerentur intercalationem, quinque tàm diebus interpositis: aut certè eo quòd in omnibus mensibus dies qui Idus subsequuntur, denominationem sumunt à mense subsequente. Cicero ad Ligarium, Familiar. 6. Ego tamen quum ad tertium Calendas intercalares rogatu fratrũ tuorum ueniſſem mane ad Cæsarem. Intercalares dies; ἐπακτὰς ἡμέρας, Græci emboliſmos, siue hyperbolicos nominant. Intercalaris uersus, qui frequenter inter alios uersus interponitur, ut est apud Vergilium, Incipe Mænalios mecũ mea tibia uersus.

Intercapedo, pen. pro. genitiuus intercapedinis, f. t. Interstitium temporis uel loci inter duo spatia interceptum, διάστημα, διαχώρημα. Cic Tir. Famil 16. Itaq; iam me non pœnitebit intercapedinem scribendi feciſſe. Idem 1. de Finib. Alii audaces, proterui, idem intemperantes & ignaui permanentes: quas ob causas in eorum uita nulla est intercapedo moleſtiæ.

Intercedo, is, pen prod. si, sum, n. t. Propriè idem est quod medium esse, & inter duo spatia siue temporis, siue loci interponi, διίστασθαι, παρεγκεῖσθαι. Cæs. lib. 1. Non se hostem uereri, sed angustias itineris, & magnitudinem syluarum, quæ inter eos & Arioniſtum intercederent. Cicero lib. 2. de Orat. Vix annus interceſſerat. Intercedere etiam illud est quod barbarè dicimus, Opponere se, hoc est, rem aliquam impedire, & prohibere ne statuatur, διαπορεύομαι ad uerbum Plutar. ἀντιπίπτω, ἐμποδὼν ἵσταμαι, ἐνίσταμαι, ut, Tribuni interceſſerunt hoc est, opposuerunt se, & rem impediuerunt, contradixerũt Cæs. lib. 8. Quòd ad Aricinos spectat, nihil intercedit quo minus Samniti populo pacis, belliq; arbitriũ sit. Teren. in And. Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit, id est, interuenerit, uel impediuerit. Dicimus etiam, Intercedit mihi tecum neceſsitudo, id est, amicitia ἰσί. & intercedit tibi cum illo affinitas: hoc est, media est, quæ me tibi, & illi conciliat. Cicero Appio Pulchro Famil. 6. Veteres mihi neceſsitudines cum his omnibus intercedunt, quibus cum ego agere de te non deſtiti, Gellius pro inhibere ac coërcere posuit. Ne sibi, inquit, intercedamus, quo minus suapte potestate utiliceat. Similiter. Suetonius in Cæs. Cæterùm Cælio Metello Tribuno plebis turbulentiſsimas leges aduersus collegarum interceſsionem ferenti autorem, propugnatoremq; se pertinaciſsimè præstitit. Intercedere aliquando accipitur pro spondere, seu fideiubere, ἐγγυᾶσθαι. Cicero ad Atticũ libro primo. Accersiuit ad se, promisit, interceſsit, dedit. Item li. 6. Adscribit & quasi calcat admonet, interceſsiſse se pro iis magnâ pecuniam. Idem Philipp. 2. Tantum pro te interceſsiſse dicebant. Quidam etiam hoc uerbum usurparunt pro eo quod est, conciliandi gratia interuenire. & pacificatorem, deprecatoremúe agere. Apuleius. Dum pro inope & calamitoso intercederem.

Interceſsio, onis, f. t. Impeditio, & prohibitio ne quid fiat: quam uulgi uocabulo Oppositionem uocamus, διαπορεία. Erat autem interceſsio propriè Tribunorũ, quibus ius fuit intercedendi, hoc est, uetandi prohibendiq;. Nam (ut Gellius docet) Tribuni plebis antiquitus creati uidentur, non iuri dicendo, sed interceſsionibus faciendis, ut iniuriam quam coram fieret, arceretur, & ut uim fieri prohiberent Cæs. 1. bel. Ciu. Refertur statim de interceſsione Tribunorum. Interceſsioni cedere, uel prouocationi: hoc est, non procedere ultrà, & admittere compositionem.

Interceſsor, oris, m. t. Is quem uulgus Oppositorem uocat. Cic. 3. de Leg. Patêre iubet lex interceſsori. Ibidem, Interceſsor rei malè salutaris ciuis esto.

Intercido, penult. prod. cidi, cisum, n. t. Ex inter & cædo æ diphthongo in i productam mutata, Per medium seco, διακόπτω, διατέμνω. Cæsar. lib. 2. Vt si possent, castellum cui præerat Titurius Quintus legatus, expugnarent, pontemq; interciderent.

Intercisus, pen. prod. part. Vnde interciſæ pactiones, dicuntur abruptæ, & non integræ. Cic. in Parad. Qui tuas mercedum pactiones in Patrociniis interciſas, &c. Inciſi dies dicebantur, deorum hominumq; communes: ita dicti, quód ueluti diuiſi essent, partemq; sibi dii, partem homines uendicarent. Macrobius libro 1. Sat. Interciſorum dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas nõ est ius dicere: nam quum hostia cæditur, fari nefas est: inter cæsa & porrecta fari licet. Quibus uerbis significatur medio illo interuallo, quod erat inter uictimam cæsam, & exta porrecta, dum sacerdos cæremonias quasdam peragebat, fas fuiſse Prætori ius dicere, & fari uerba illa Do, dico, & addico. Et ita dies interciſi, ex parte festi, & ex parte profesti sunt. Cicero ad Atticũ. Ne quid inter cæsa & porrecta (ut aiunt) oneris mihi addatur, aut temporis. Quo in loco nonnulli malè legunt intercæsa unica dictione, quemadmodum etiam in loco Macrobii iam citato quum tamen intercæsa Latinum non sit. Nam ab intercido dicitur interciſum. Est itaque legendum utroque loco inter cæsa, diuiſis dictionibus: ut, inter cæsa & porrecta, intelligamus tempus illud intermedium quod est inter uictimas cæsas, & exta porrecta: hoc est, illud tempus quo exta porriciuntur: quo medio tempore sacerdotes solebant cæremonias quasdam peragere, ut auror est Varro libro 2. de Ligua Latina, Cicero autem loco iam adducto prouerbialiter dixit, inter cæsa & porrecta, pro eo quod est inter hæsitationem & cunctationem rei alicuius cœptæ, aut perficiundæ, aut omittendæ.

Interciſio, onis, f. t. uerbale: ut interciſiones stomachi, apud Plinium lib. 10. cap. 14. quas Dioſc. lib. 3. cap. 26. ὀδυνμοὺς στομάχου, morsus & eroſiones stomachi uocat.

Interciſè aduerbium, Sectim, & per inciſiones, σωτόμως. Cicero in Partitionibus, Inuertatur ordo, & idem quasi sursum uersus, retroq; dicatur: deinde idem interciſè atque permiſtè.

Intercido, is, pen. cor. intercidi, interciſum, n. t. Pereo, intereo, & temporis spatio euaneſco, διαπίπτω, διαπίπτω. Liuius lib. 2. Credo quia nulla gesta res insignem fecerit Consulatũ memoriam intercidiſse. Gel. Certè quidem maiore nunc copia populi oppreſſa intercidiſſem. Plin. lib. 35. cap. 8. Siue extant, siue intercidêre. Cic. pro Deot. Pereant amici, dum unà inimici intercidant. Plin. lib. 9. cap. 21. Ea excludunt quinquagesimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt. Intercidere, pro cadere. Liuius sexto bel. Punica in arcto stipatæ erant naues, ut uix ullum telum in mare uanum intercideret.

Intercidens pulsus, Lege pulsuum differentiæ.

Intercinctus, particip. ab intercingo, Maculis quibusdam circunquaque distinctus. Plin. lib. 37. cap. 10. Candore intercincto uariis coloribus. Idem libro 36. cap. 8. Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenitur in Africæ parte Aegypto adscriptæ.

Intercino, nis, 2. p. pen. corr. Cantum immiſceo, παράδω, διαυλίω, Horat. in Epiſt. per translationem dixit, neu quid medios intercinant actus, Quod non proposito conducat. hoc est, nihil scribat quod non ad propositum faciat.

Intercipio, is, pen. cor. a. p. Incautum per insidias capio, interuerto, efficioq; ne quid eò perueniat quò destinarum est, καθαιρέω, ἀπολαμβάνω, μεσολαβέω, διαλαμβάνω. Plautus in Asin. Quid si fortè in insidias deuenero, Tum redimes me si me hostes interceperint? Cicero pro. Cluent. Id quum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

daretur in mulso, Balbutium quendam eius familiarem interceptisse, bibisse, statimq; esse mortuum. Idem ad Q. Fratr. Ego ad te nec hęc quidem scribo, ne cuiusquam animum meę literæ interceptæ offendãt. Intercipere regnum. Plinius de Viris illustribus. Intercipere uictoriam, Idem in Paneg. Intercipi morbo, Columella libro septimo capite 3. Quandoque tamen significare potest totum capio: sicut exponit Donatus illud Terentii in Eunu. Quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Interceptus, participium: ut, Interceptus mortalitate. præuentus, præpeditus. Plin. in Epist.

Interceptio, onis, f. t. Cic. pro Cluent. Per quem porrò datum? unde sumptum? quæ deinde interceptio poculi?

Interceptor, oris, Liu. 4. ab Vrbe, Prædæne interceptorem fraudatoremq; etiam malum minari militibus? Interceptor litis alienæ, Liu. 3. ab Vrbe.

Intercludo, is, pen. prod. a. t. Ab iter & cludo: m, euphoniæ causa interiecta, Iter impedire, quasi iter claudere, ἀποκλαμβάνω, διείργω. Varr. 1. de Re rust. cap. 63. Sub terra qui habent frumenti in his quos uocant syros, quod cũ periculo intrò itur recenti apertione, ita ut quibusdam sit intercluſa anima. Cic. ad Terentiam, Epist. 14. Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, ut quum uelitis exire non liceat. Aliquando etiam accipitur pro impedio. Verg. 2. Aen. sæpe illos aspera ponti Intercluſit hyems, & terruit Auster euntes. Autor ad Heren. Vt ille qui ad diem commeatus non uenit, quòd eum aquæ intercluſiſſent. Commeatum inimicis intercludere, est impedire, & itinera obsidere, ne inimicis commeatus possit deferri. Plaut. in Milone, interclude inimicis commeatum, tibi muniuiam. Cæsar 1. belli Gal. Eo consilio, uti frumento, commeatuq;, qui ex Sequanis & Heduis importaretur, Cæsarem intercluderent. Fugam intercludere, iter occupare per quod inimici fugam arripere possent, Cæsar libro septimo Bell. Gall. & Liuius libro 5. bel. Pun. Hostes intercludere ab oppido, & ponte, & commeatu omni, Cæsar libro primo bel. Ciuil Dolore intercludi, id est, impediri, Cicero ad Atticum, libro 8.

Intercluſio, onis, f. t. Impedimentũ, occupatio. Cic. 3. de Orat. Clauſulas enim & interpuncta uerborũ, animæ intercluſio, atq; anguſtiæ spiritus attulerunt.

Intercolumnium, n. ſ Dicitur spatium illud in ædificiis quod est medium inter columnas, μεσόκιον uide Columna.

Interconciliare, Benenolum reddere. ἐυμενίζεσθαι. Quin. lib. 12. ca. 10. Siue aliud interconciliandi uidetur præstare officiũ. Ibidem, In docendo aũt acumen, in interconciliando autem lenitas, in monendo grauitas uideatur.

Interculco, as, are, a p ex Calco compoſitum, in medio, uel inter aliqua calco. Columella lib. 12. cap. 43. Et deorſum uersus spectantes ollæ componuntur, ita distantes ut intercalari possint uinacea.

Intercurro, is, ri, ſum, ere, n. t. Interuenire, & intercedere, ait Budæus, μεσιτεύω. Cicero 8. Phil. Pugnatur acerrimè: qui intercurrerent, miſimus tres principes ciuitatis: hos contempſit. Idem 2. Tuſc. Ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit.

Intercurſo, sas, sare, n. p. frequent. Plin. lib. 29. cap. 4. Vnum simile formicæ, ſed multò maius, ruſo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurſantibus reſpersum guttis.

Intercurſus, us, ui, Interuentus, intercesſio. Liu. 2. ab Vrbe, Conſulum intercurſu rixa ſedata est. Idem 4. bel. Maced. Quum Capitolio ab Sab. capro, medio in foro ignis collatis dimicaretur: nonné intercurſu matronarum inter acies 2. prælium ſedatum est?

Intercus, utis, pen. genit. corr. adiect. est, idem significans quod inteſtinus, a, um, quaſi inter carnem & cutem, uel quaſi intra cutem. Vnde aqua intercus, ὕδρωψ. Cic. 3. Offic. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutẽ, &c. Sic Vitium intercus appellat Gel. libro 13. capite 8. quod foris non apparet, quaſi intra cutem conſiſtens. Quum (inquit) uitia facundiſſimè accuſarent, intercutibus uitiis ipſi madentes.

Intercutaneus, a, um, Quod intra cutem est, τὸ ὑπὸ τῶ δέρματος.

Interdatus cibus, apud Lucretium lib. 4 hoc est, per corporis partes diuiſus: Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus Et recreet uires interdatus.

Interdico, cis, pen. prod. a. t. Veto, prohibeo, παραγγέλλω, ἀπαγορεύω, εἴργω. Interdicitur autem locus homo, res. Et conſtruitur cum datiuo, & ablatiuo. Cic. in Cat Malè rem gerentib. patriis bonis interdici solet. Interdum etiam res qua quis prohibetur, in accuſatiuo ponitur. Suet. de Nerone, Et quũ interdixiſſet uſum amethyſtini ac Tyrii coloris: præcluſit cũctos negotiatores. Seneca libro tertio de Ira, Si iubet Cæsar, ſtatim illi domum meam interdicam. Quod est contra Siponrinum qui negat poſſe conſtrui cum accuſatiuo. In paſſiuis autem locutionibus accuſatiuum huiusmodi in nominatiuum conuertitur. Cicero pro domo ſua, Vt M Tullio aqua & ignis interdicatur, πυρὸς καὶ ὕδατος ἀρνέω. Significat quandoq; obstare: & tunc duntaxat cum datiuo conſtruitur. Cic. Verr. 4. Nemo noſtrûm poſſet ædes ſuas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere: ſi quum hæc à quopiã uestrûm petita ſiunt, pater improbus, cui nemo interdicere poſſit, det quem uelit iudicem.

Interdictus, a, um, particip. Idem quod uetitus, ſeu prohibitus. Horat. 1. Epiſt. 6. Cui potior patria fuit interdicta uoluptas. Suet. in Calig. cap. 25. Breuiq; miſſam facit, interdicto cuiuſquam in perpetuum coitu.

Interdictum, ti, n. ſ. ſubſt. Idem quod uetatio, ſiue prohibitio. παράγγελμα, ἀπόῤῥημα. Vnde interdicta Prætorum, dicuntur formæ, & conceptiones uerborum quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tunc maximè faciebat quum de poſſeſſione inter aliquos contendebatur. Cic. contra Rul. Ergo hac lege Prætorum interdicta tollentur. Idem ad Att. Cęſaris interdicta reſpuentur. Idẽ pro Cecin. Poſſeſſionem per interdictum repetere.

Interdictio, onis, f. t. uerbale, idem significat quod prohibitio, ἀπόῤῥημα, παράγγελμα. Cic. pro Domo ſua, Id autem ut esset faciundum, non ademptione ciuitatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.

Interdictus, us, m. q. Interpunctio, & distinctio quæ inter ſententias à librariis duci solet, διαστολή Cicero in Orat. Ne infinitè feratur, ut flumen oratio quę non aut ſpiritu pronuntiantis, aut interdictu librarii, ſed numero coacta debet inſiſtere.

Interdiu, aduer. temporis, Significat per diem, μεθ' ἡμέραν. cui contrarium est noctu. Cato de Re rust. Canes interdiu clauſos oportet, ut noctu acriores & uigilantiores ſint. Plin. lib 18. cap. 6. Malum patrem familiãs, quiſquis interdiu faceret quod noctu posſet, niſi intempeſtate cæli. Olim etiam pro eodem dicebatur interdius. Plau. in Moſt. Sed quid hoc? occluſa ianua est interdius. Et in Aulul. Neſcio pol quæ istuc hominem intemperiæ tenent: Vel peruigilat noctes totas: tum autem interdius Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

Interdum, aduer. Idem quod aliquando, uel nonnunquã ex inter, & dum, quod antiqui Interduatim dicebant, ἐνίοτε Verg. lib. 2. Georg. Interdum aut hederæ pandunt uestigia nigræ. Terent. in Eunu. Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

Interea, aduerbium temporis est, compoſitum ex integris duobus, inter, & ea: quod quum sit neutrum plurale, debuit corripi: ſed quia factum est aduerbium, producit a, ſicut præterea, antea, & ſimilia. Potest tamen & ablatiuus ſingularis intelligi qui in compoſitione solet huiuſmodi inuenire: ut, Quapropter, Quocirca. Significat autem interim, tantiſper, hoc interim ſpatio, μεταξύ, ἐν τούτῳ. Terentius in Hecyra. Quid interea? ibatné ad Bacchidem? Vbi Donatus, Interea, inter eos dies. Idem in Andria, Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis protrahat dies: Interea fiet aliquid, ſpero. Interdum significat tamen. Vergilius primo Georgic. Nec nulla interea est inarata gratia terræ.

Interea loci, Idem est quod Interea temporis, ἐν τῷ μεταξύ. Sæpe enim locus accipitur pro tempore: ut apud Terentium in Andria. Et multa alia quæ non est nunc narrandi locus. Plautus in Pſeud. Interea loci Si lucrum quid detur, potius rem diuinam deferam Tereo. in Heaut. Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collocupletaſti te Antiphila.

Intereo, is, rii, n. q. Pereo, occido, morior, intercido, διαφθείρομαι, ἔῤῥω, ἀπανίσταμαι, παραπόλλυμαι. Cicero 3. de Nat. deor. Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereant non intereant aut humore aut ſpiritu amiſſo. Idem ad Atticũ Vt poſſe uideremur ſine dolore interire. Plaut. Amph. Vigilans ſomnio, uinus & ſanus intereo, Ira interit mora.

Ouidius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ouidius 1. de Arte. Morte interire, Ouid. in Ibin. Interire radicitus, est penitus & sine ulla spe renascendi interire: metaphora ducta à plantis, quæ cum radicibus euulsæ nunquã repullulant. Lact. libro nono, Sed & genus omne impiorum radicitus interibit. Habet autem interire maiorem uim, quàm perire. Terentius in Hecyra, Perii, interii, cur mihi id non dixti?

Interitus, partic. διαφθαρμένος. Reperitur in passiua significatione apud Quintum Claudium, Pugna acriter commissa, & multis utrinq; interitis.

Interitus, us, m. q. Pro morte, ἀναίρεσις. Cic. 1. Tusc. Est enim interitus quasi discessus & secretio, ac diremptio earum partiũ quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Interitus patriæ, id est, euersio patriæ. Cic. 5. Tus. Interitus patriæ, exiliũ sepultus, &c. Interitus legum, hoc est, abolitio. Cic. in Catilinam, Aruspices legum interitum, & urbis occasum appropinquare dixerunt.

Interitio, onis, f. t. uerbale, Idem quod interitus, ἀναίρεσις. Cic. in Frument. Quum bis in eadem prouincia magnæ fugitiorum copiæ uersatæ sunt, tũ interitio facta nulla est, Sic enim legit Nonius. Sunt tamen qui legunt hîc, internecio.

Interequito, as, a. p. In medio equito, διππεύω. Cæs. libro 6. bell. Gall. Ordines interquitant. Liuius 5 bel. Maced. Obstabant duces hastilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes, sed interequitantes alarii non patiebantur.

Interest, componitur ex in & re, & est, ut sit, quasi in re est, διαφέρει. Vnde mea interest, διαφέρει μοί τόδε, διαφέρει μοί τόδε μᾶλλόν μοι τόδε, in re mea est, hoc est, in mea utilitate, Ideoq; construitur cum ablatiuis, Mea, tua, sua, nostra, & uestra, & cuia: siue sit personale, siue impersonale, quum in aliis nominibus genitiuo iungatur, ut Socratis interest: id est, in re Socratis est. Pro eodem interdum inuenitur, in re est, diuisis dictionibus. Liu Quid enim in re est aliud, si plebeiam Patricius duxeris? Quid iuris tandem mutat? Plautus. Si tuam est quippiam in rem, id est, si tua interest. Idem. Vtrum ueniat nec ne, nihil in re mea est. Ponitur quandoq; sine aliquo casu. Plin. lib. 9. Seri etiam radices illitas fimo interest. Sic dicimus. Interest unde quis gaudeat. id est, multum facit, uel magna differentia est. Valer. Max. Nihil interest an humi an sublime putrescam. Cic. genitiuum iunxit, quum ait, Per magni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. Similiter. Liu. Si nihil interest regis, peto ut dum dico, uinculis liberer. Nam hæc nomina, magni, parui, tanti, quanti, & aduerbia, facilè, multum, plùs, plurimum, parum, paulum, paululum, pauxillum, nihil, nunquid, aliquid, magis, minus, maximè, minimè, iunguntur cum his uerbis, interest & refert: ut, Minimè interest, minimè refert. Interdum etiam interest componitur ex inter, & est, significatq; interdum præsentem esse, παραυτῆναι, παρεῖναι, & sic construitur cum dativo. Cicero Lentulo. Quæ gratanter accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solùm, sed etiam præfuit. Valer. Max. Quo facilius laboribus & periculis interesset.

Interdum in medio esse, interiacere. παρεμπεσεῖν, Liuius secundo bell. Pun. Id morari uictoriam rati, quòd interesset amnis. Columel. Arbores quæ intererant, ablaqueabantur. Interdum differentiam importat, διαφέρει. & construitur cum duobus accusatiuis, mediante inter. Cicero primo Offic. Inter hominem & beluam hoc maximè interest. Dicimus quoque Sapiens interest à stulto, & interest stulto. Terentius in Eunucho homini homo quid præstat? Stulto intelligens quid interest? Idem alio modo protulit in Adel. Hoc pater, hoc dominus interest, id est, hoc interest inter patrem & dominum.

Interfacio, interfeci, interfactum, interim, seu per interualla facio, Liu 5. bel. Pun. Reliquit tamen modicum præsidiũ, ut simul interfaciendo muro adiuuaret, &c.

Interfaris, atur, ari, d p. Interpellare, loquentem interrumpere, διακόπτειν, Plin. in Epist. Et quem interfari nefas esset, etiam hunc conuitia audire, & si inulta, pateretur. Vergil. 1. Aen. nec plura querentẽ Passa Venus, medio sic interfata dolore est. Liu. 3. ab Vrbe, Prius quàm aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur.

Interfatio, Verbale, Quin. lib. 4. Interim expediet narrationes breuiter interfatione distinguere.

Interfeminium, Vide Femen.

Interficio, cis, a. t. pen. cor. Significat occidere, κατεργάζομαι, διαχρῆσθαι, ἀποκτείνω Cæsar 7. bel. Gall. Equitem Romanum qui rei frumentariæ iussu Cæsaris præerat, interficiunt. Interficere uita, hoc est, uita priuare. Plautus in Truculen. Salui, qui me interfecisti penè & uita, & lumine. Gellius libro duodecimo, cap. septimo. Eadem mulier & uirum & filium eodem tempore, uenenis clam datis, uita interfecerat. Interficere pessimis exemplis. Plau. Most. Prò Iuppiter: nam quod malum uersatur meæ domi? ut dii deæq; omnes me pessimis exemplis interficiant. Interfectus omni supplicio. Cic. pro lege Man. Vos legatum populi Romani omni supplicio interfectum inultum relinquetis? Interfectus usus ædiũ. Plautinus sermo, in Merca. Vsus, fructus, uictus, cultus iam mihi haruncè ædium interemptus est, interfectus est, alienatus est: occidi. Interfici etiam inanimata dicuntur. Ver. 4. Georg. Ferstabulis inimicum Ignem, atq; interfice messes, id est, perde & crema.

Interfector, interfectoris, m. t. φονεύς. Brutus, Ciceroni, Hic ipse puer, quem Cæsaris nomen incitare uidetur in Cæsaris interfectores. Cicero post reditum, Si hostes atq; interfectores Reipublicæ reuixissent. Idem 4. Philipp. Vt non modo impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici posset.

Interfio, is, interfieri, inconf. Pro consumi, & interire apud antiquos, ἀναιρεῖσθαι, διαφθείρεσθαι. Lucr. lib. 3. ut aut putrescat corpore posto Aut flammis interfiat, malisue ferarum.

Interfluo, is, Per medium fluo, διαῤῥέω. Plin. libr. 17. cap 18. Flumine medium oppidum interfluente, Liu. 7. bel. Pun. Et Aetoli nauibus per fretum, quod Naupactum, & Patras interfluit (Rhion incolæ uocant) exercitu traiecto, depopulati erant.

Interfluus, a, um, Quod interfluit. Plinius libro 6. cap. 26. Interfluo Euphrate, id est, interfluente.

Interfringo, a. t, Idem quod infringere, διαῤῥήγνυμι. Cato capite 44. Qui locus rectè ferax erit, quæ arida erũt, & si quid uentus interfregerit, ea omnia eximito. Sic Plinius libro 17. capite 18.

Interfuro, n. t In medio duorum insanio. Stat. 1. Achi. dumque arma parantur Dorica, & alternum Mauors interfurit orbem.

Interfundo, a. t. Per medium fundo, διαχέω. Plinius libro secundo, Idem Oceanus interfusus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam dispertit. Idem libro primo, capi. 8. Sicilia Brutio quondam agro cohærens, mox interfuso mari auulsa. Ver. 4. Geor. & nouies Styx interfusa coërcet.

Intergerini parietes appellãtur, qui intergerunt, hoc est, ferunt & sustinent onera, quos è creta iubet Vitru. construere Dicti intergerini, quòd inter nouos parietes, aut fundamenta pro fultura intergeruntur. Vitruuius, Et catenis colligatæ in eo loco, qui finitus erit, cõstituantur: & intergerinis è creta, beronibusq; ex ulua factis calcetur. Fest. Intergerini parietes dicuntur qui inter confines construuntur, & quasi intergeruntur. Bud. putat eosdem parietes intergerinos dici qui à duobus uicinis ædificantur, ad gerendum onus duorũ ædificiorum, quæ illis incumbunt. Barbari uocant Medianum parietem. Plin. lib. 35. cap. 14. Romæ non fiunt talia ædificia, quia sesquiqedalis paries non plus quàm contignationem tolerat: cautumq; est ne communis crassior fiat, nec intergerinorum ratio patitur.

Inter hæc, Duæ dictiones loco aduerbii positæ, eiusdẽ significationis cum interea, μεταξύ.

Interiaceo, es, penult. corr. παρεμπεσεῖν. Vide in simplici Iaceo.

Interibi, aduerb. Idem significãs quod interea, ἐν τῷ μεταξύ. Plautus in Asin. Agè tu interibi da suauium. Gell. libro 3. capite 7. Consul interibi dum ea pugna fit, se in locos subducit tutos atq; editos.

Interício, cis, tertia syllaba corr Inter aliud iacio, interpono, intermitto, Intermisceo, παρεντίθημι, παρεμβάλλω. Colum. libro primo, Vt si qua interiecta sunt stramentis, aut paleis spinarum uel germinum semina intereant. Liu 1. ab Vrbe, Aliasq; interiectas collibus ualles. Ibidem, paucis interiectis diebus. Cæs. lib bel. Gal. Galli inter equites, raros sagittarios, expeditosq; læuis armaturæ interiecerant, qui suis cedẽtibus auxilio succurrerent.

Interiectus, particip. Cæs. 7. bell. Gal. Neq; inter se contingant trabes, sed paribus intermissæ spatiis singulæ, singulis saxis interiectis, arctè contineantur. Interiectus inter philoso-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sophos, id est, intermedius, inquit Bud. Cic. 1. Offic. Aut interiecti inter philosophos, & eos qui Rempub. administrarẽt delectarentur re sua familiari. Idem 2. de Nat. deo. Nasus quasi murus oculis interiectus. Interiectum tempus, hoc est, interpositum, ὁ παρεμβεβλημένος χρόνος

Interiectus, us, ui, m. q. Ipse interiiciendi actus, παρένθεσις, παρεμβολή. Cic. 2. de Nat. deor. Interpositu, interiectuq; terræ, Col. lib. 3. cap. 11. Si uerò interiectibus capere cuiusq; generis fructum aueat, &c.

Interiectio, f. t. Interpositio, & insertio, παρένθεσις. Quin. lib. 4. cap. 2. Ne sententia quidem uelut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere diffuaserim, maximè quidem breui interiectione. Idem lib. 8. cap. 2. Etiam interiectione, qua & Oratores & historici frequenter utuntur ut medio sermone, aliquem inserant, impedire solet intellectus, nisi quod interponitur, breue est. Autor ad Heren. lib. 1. Et tamen occultè dicemus interiectione uerborum. Est etiam interiectio pars orationis, animi affectum exprimens: ira dicta quod orationi interiiciatur.

Interim, pen. cor. aduerb. temporis, Idem significans, quod interea, tantisper, hoc interim spatio, μεταξύ. Teren. in And. Funus interim procedit, sequimur. Cic. 3. de Orat. Hoc interim in spatio conclaue illud concidit. Idem pro Ligario, Interim Varus Vticam uenit. Ponitur & pro aliquando. ἔως ὅτου. Quin. lib. 1. cap. 9. Prima barbarismi ac solœcismi fœditas abest. Sed quia interim excusantur hæc uitia aut consuetudine, aut autoritate, aut uetustate, deniq; uicinitate uitiorum, acriter se in illud tenue discrimen Grammaticus intendat. Aliquando pro repente, Ter. in Hecyr. Primùm dies complusculos bene conueniebat sanè intereas: interim Miris modis odisse cœpit Sostratam. Vbi Don. interim, exponit pro repente. Interim aliquando discretio est rei quæ ad narrationem pertinet, ut apud Terent. in And. Tristis interim, nõ nunquam colachrymabat.

Interimo, mis, pen. cor. e. t. Interficio, ἀποκτείνω, ἀφανίζω, διαφθείρω. Plautus in Cist. Accurrite, ne se interimat. Cicero de Natura deorum. Si quę interimant, innumerabilia sunt: etiã ea quæ conseruent, infinita esse debent. Idem pro Milone, Me quidem exanimant & interimunt hæ uoces Milonis Interdum ponitur pro primo. Plaut. Cist. Nam dudum, ut concurrimus Alchesimachus, ne se uita interimeret.

Inter, or, ἐνδότερος, & Interus, ἐνδοτέρω, ab Interus antiquo positiuo uide Intra.

Interitus, ut, Interitio, Vide Intereo.

Interiungo, a. t. Subsisto, tractũ à curru, cuius rotæ interiecta fune iunguntur, ut quiescat. ἱστάμαι. Matt. lib. 2. Et quũ currere debeas Bouillas, Interiungere quæris ad Camœnas. Interiungere, equos, est equos è curru soluere, ut pastu et quiete reficiantur. Idem lib. 3. & hora lassos Interiungit equos meridiana. Interiungere dextras, quod & iungere dextram dextræ dixit Ver. Liu. 2 bel Pun. Tum dextrę interiectæ, militesq; concione dimissa, à notis, ignotisq; benignè atq; hospitaliter inuitati.

Interlino, is, pen. cor. a. t. interlini, interliui, uel interleui, interlinere Scripturam, uel picturam lituris corrumpo, καταλείφω, Cicero pro Cluentio, Qui tabulas publicas municipii sui corrupisse iudicatus sit, qui testamentum interleuerit. Ibidem In eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. Idem 4. Verrin. Corruptæ, atque interlitæ tabulæ.

Interloquor, pen. cor. d. t. Alio loquente sermones intermiscere, ac quodammodo interturbare loquentem. διακόπτω. Ter. in Heaut. Sicccine mihi interloqueris? Quandoq; significat aliquid interponendum definio. Vnde interlocutor, a sententia uocatur quæ non definit controuersiam, sed aliquid obiter ad causam pertinens decernit. Gel. lib. 14. cap. 2. Aliter atq; aliter eadem in causa, eodemq; in tempore sentire, & interloqui uideatur.

Interlocutio, onis. f. t. sermonis interpositio. Quin. lib. 5. cap. 7. Breui interlocutione patroni refutandus est.

Interluceo, ces, pen. prod. n. s. In medio luceo, uel interea luceo, uel inter aliquid luceo. παραφαίνω. Liu. 9. bel Pun. Duos soles uisos & noctu interluxisse, & facem stellæ crebries ab ortu solis ad occidentem portigi uisam. Interlucet per tũs lationem, oro interrapparet, & interconspicitur. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Quibus inter gradus dignitatis fortunęq; aliquid interlucet, posteri fama ferrent. Verg. 9. Aeneid. interlucetq; corona Non tam spissa uiris.

Interluco, cas, pen. prod. Ramos seu plantas inutiliter pullulantes cum interuallo resecare. & a luce deductum uidetur, quòd quum cæduntur rami, lux fiat ipsi arbori amplior, διαχαθαίρω. Plinius libro 17. cap. 24. Deputantur enim pariter cum uite interlucata densitate ramorum, qui sint superuacui.

Interlucatio, f. t. uerbale, Plinius libro 17. cap. 27. Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum truncatio inutilissima. Eadem dicitur collucatio, apud Catonem, & Varronem.

Interlunium, nii, n. s. Dicitur id spatium temporis in quo nec amplius luna uetus apparet, nec adhuc noua uidetur: quia radius solaribus supernè illustratur, non autem ab ea parte qua nobis conspicua est, σωόδος. Plin. lib 7. cap. 5 Septimo non nisi pridie, posteroue pleniluni die, aut interlunio concepti nascuntur. Idem lib. 16. cap. 19. Inter omnes conuenit, utilissimè in coitu lunæ fierri: quem diem alii interlunium, alii silentis lunæ appellant. Hor. 1. Carm. Ode 25. Thracio bacchante magis sub interlunia uento.

Interluo, luis, a. t. Interfluo, παρεμπίπτω. Claud. lib. 1. Trinacria quondam Italiæ pars una fuit, sed pontus, & æstus Mutauere situm, rapuit confinia Nereus Victor, & abscissos interluit æquore montes. Aliquando lauare est, διαπλύνω Cato de Re rustica, Manus interluito, postea uinum sumito Vergilius 3. Aeneidos Hæc locaui quondã, & uasta cõuulsa ruina (Tantum æui longinqua ualet mutare uetustas) Dissiluisse ferunt: quum protinus utraque tellus Vna foret, uenit medio ui pontus, & undis, Hesperiam Siculo latus abscidit: arua q;, & urbes Littore diductas angusto interluit æstu.

Intermaneo, es, ere, n. s. Inter uel in medio maneo Lucanus lib. 6. Defessus Cæsar mediis intermanet agmis.

Intermedius, a, um, Interiacens, παρεγκάρσιος, μέσος. Cic. in Orat. Est autem quidam interiectus, intermedius & temperatus, nec acumina posteriorum, nec flumine utens superiorũ uicinus amborum, in neutro excellens. Varro libro 3. de Re rustica. In lateribus dextra & sinistra porticus sunt, primoribus columnis lapideis intermediis arbusculi: humilibus ordinatæ.

Intermenstruus, Vide Intermestris.

Intermeo, as, are, Idem quod interfluere, hoc est, per medium meare, et fluere, παρεμπίπτω. Plin. lib. 5. cap. 30. Longeq; clarissimum Asiæ Pergamum, quod intermeat Silenus.

Intermestris luna, Dicitur interlunium, et coitus Lunæ, σωόδος Plin. lib. 16 cap 38. Nisi intermestri luna, atq; dimidiata, ne tangas materiam.

Intermestruus, a, um, adiect. ut, Luna intermestrua. Plin. libro 18. cap. 32. Maximè autem intermestrua dimidiaq; fœcunda. Varro lib. 1. de Re rust. Quod à noua luna crescit ad plenam, & inde rursus ad nouam lunam decrescit, quoad ueniat ad intermestruum: à quo die dicitur luna esse extrema & prima.

Intermico, as, pen. cor. In medio splendeo, διαστίλβω. Claud. libro 1. rutilum squamis intermicat aurum.

Interminor, aris, pen. cor. d. p. Magnum malum denuntio, uehementer minor, ἐπαπειλέω, ἐμβριμῶμαι. Plaut. in Asin. Mihi tibiq; interminatus est, nos futuros ulmeos, Ni hodie Argyrippo essent uiginti argenti minæ. Teren. in And. Dixine tibi? Interminatus sum, ne faceres. num ueritus? Plaut. Cap. Eminor, interminorq;, ne quis mihi obstiterit obuiam. Interminari uitam. Plaut. Casina, imitatur malarum malam Disciplinam, uiro interminatur suo uiram. Id est, quæ uirũ se interfecturam minatur.

Interminatus a, um, non terminatus, termino carens, indefinitus, ἀπέρατος, ἀόριστος. Cicero 1. de Natura deorum Cõfugitis ad deum, cuius operam profectò non desideraretis, si immensam & interminatam in omnes partes magnitudinẽ regionum uideretis.

Interminus, a, um, Quod non habet terminum, ἀπέρατος, ἀόριστος. Sidon. ad Fontel. Dominis Simplicio & Apollinari interminatum intercessione uos comperi, &c. Hanc tamen uocem apud quempiam ueterum non facilè inuenias.

Intermisceo, es, ere, a. s. Miscere in medio, παρεμμίγνυμι. Colum. lib. 11. cap. 3. Deinde ad Calendas Februarias sereno die conuenit semina spargi, quibus & aliquod satureiæ semen

intermisceri

intermiſcendum erit. Plin. lib. 19. cap. 6. Intermiſceri ſaturei quoniam melius prouenit. Verg. Eclog. 10. Dorus arma ſuam non intermiſceat undam.

Intermitto, a. t. Ad tempus omitto, ceſſo, διαλείπω, ἐπέχω. Cicero, Etſi ego id tempus intermiſeram potius quàm omiſeram. Cæſ. 1. bel. Gal. Quum iter intermitteret. Cic. 2. Off. Acriores autem remorſus ſunt intermiſſæ liberalitatis, quàm rententæ. Idem li. 5. de Fin. Nec ueró intermittunt aut admirationem earum rerum quæ ſunt ab antiquis repertæ, aut inueſtigationem nouarum. Terentius Adelph. pol is quidem iam hîc aderit: Nam nunquam unum intermittit diem quin ſemper ueniat.

Intermiſſus, us, m. q. Idem quod intermiſsio, διάλειψις. Plin. li. 10. cap. 29. Luſciniis, diebus ac noctibus quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus.

Intermiſſio, onis, f. t. uerbale, Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus διάλειψις. Cicero 1. de Natura deorum. Nec tamen uideo quomodo uidetur iſte deus beatus quum ſine ulla intermiſſione pulſetur, agiteturq; atomorum incurſio ne ſempiterna. Idem Trebatio, Neque alia ulla fuit cauſa intermiſſionis epiſtolarii, niſi quod ubi eſſes planè neſciebã.

Intermorior, eris, Morior, pereo, intereo, perdor, παραπόλλυμαι Bithynicus ad Cic. 6. Epiſt. peto à te ut abſentem me, quibuſcunq; in rebus opus fuerit, tuearis: ſi nullum officiũ tuum apud me intermoriturum exiſtimas. Intermortuum uerò, Latini dicunt eum qui inter mortem uitamq; ex dolore procumbit, ſimilis expiranti. Plin. lib. 32. cap. 10. Vituli marini adeps inſtillatur naribus intermortuarum uuluæ uitio. Sueton. de Nerone, Poſtquàm deinde Galbam, & Hiſpanias deſciuiſſe cognouit, collapſus, animoq; malè fracto diu, & ſine uoce, propè intermortuus iacuit. Cicero in Piſonem, Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitatis. Id eſt, ex reliquiis propemodum extinctis. Memoriam generis propè intermortuam reuocare. Idem pro Muræna.

Intermundium, dii, n. ſ. Spatium mediũ inter plures mundos: ſicut intercolumnium, ſpatium inter columnas. Voluit enim Epicurus infinitos eſſe mundos, & inter eos ſpatia magna inania, per quæ atomi uolitantes alios atq; alios mũdos coagmentarent. Cic. lib. 3. de Fin. Individua quum dictis, & intermundia quę nec ſunt ulla, nec poſſunt eſſe, intelligimus. Idem 1. de Nat. deor. Tanquam modò ex Epicuri intermundiis deſcendiſſet. Bud.

Internaſcor, eris, In medio naſci, παρεμφύομαι. Plinius libro 18. capite 16. Internaſcentesq; herbas excludi. Liuius 8. bel. Pun. Angustiæ & internata uirgulta ordines dirimebant. Tacit. libro 20. Virgulta poſtremò, & ſtirpes, & internatas ſaxis herbas uellentes miſeriarum patientiæq; documentum fuere.

Interneco, as, pẽ. cor. internecaui, internecatum, & internectum, Deleo, ſimul interficio: & multitudinem totam fermè complectitur, ἐξολεθρεύω. Plaut. in Amph. Legiones reueniunt domum duello extincto maximo, atq; internectis hoſtibus. Cicero 14. Philipp. Internecti notha teſtamenta credo ſubiiciunt.

Internecio, f. t. Vitæ priuatio, πανολεθρία. Liuius lib. 9 Lucerini ac Samnites ad internecionem cęſi. Cic. 5. Verr. Tamen aratorum internecio facta nulla eſt. Cic. ad Atticum, Neq; enim reſiſti ſine internecione poſſe arbitramur.

Internecinus, a, um, pen. prod. Quod ad internecionem pertinet, πανολέθριος. Vnde internecinum teſtamentum dicitur, autore Feſto, propter quod dominus eius necatus eſt. Internecinum bellum, cuius exitus alteri parti internecionem affert. Liuius libro nono. Nullus modus fuit cædibus, delectaq; Auſonum gens, uix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecio bello certaſſet. Plinius libro 8. cap. 14. de aſpide loquens, Habet deinde internecinum belluin cum ichneumone.

Internecto, is, ere, a. t Colligare, Inter ſe connectere, συνδέω, συμπλέκω. Stat. 8. Theb. uix magna lauare Vuulnera, & efflãtes liber internectere plagas.

Internigrans, penultima correpta, Paſsim nigrans. Stat. 6. Theb. noctemq; diemq; Aſſimilans, maculis internigrantibus albæ.

Interniteo, es, ere, n. ſ. Inter alia nitere, uel pellucere. Plin. li. 17. cap. 5. Tunc enim tellure internitent: quia his uentis maximè arenæ mouentur. Curtius, Spiſſæ nubes intendere ſe cælo, & quicquid lucis internitebat, offuſa caligine extinctum. Idem alibi, Armorum internitentium fulgor.

Internodium, dii, n. ſ. Eſt ipatium intermediũ inter duos nodos, quale uidemus in arundinib. & culmis, φύλλα. Col. lib. de Arb. cap. 3. Virgam malleolarem non amplius quàm ſex gemmarum eſſe conuenit: ita tamen, ſi breuia internodia habet. Plinius lib. 7. capite 2. Arundines uerò tantæ proceritatis, ut ſingula internodia aluco nauigabili ternos interdum homines ferant. Ouidius 11. Metamorph. longa internodia crurum. Idem 6. Metamor. Mollia nodoſus facit internodia poples.

Internoſco, n, t. Inter alios noſco, ſiue diſcerno, διαγινώσκω. Plautus in Amphit. Nunc internoſce ut uos poſsitis facilius, Ego has habeo uſq; in peraſo pinnulas. Cic. 2. de Oratore, Quos quum humare uellent, non potuerunt obtritos internoſcere. Idem de amicitia: Secerni blandus amicus à uerò & internoſci poteſt, adhibita diligentia.

Internuntius, tii, m. ſ. Qui inter alios, medius eſt ad aliquid tractandum, & modó huic, modò illi per uices nũntiat, διάκτορος. Plautus in Amphyt. Seu per ſcriptas literas, ſiue qui ipſe ambiſſet ſibi, ſiue per internuntium. Tere 1. in Eunu. Eho, numnam tu hîc relictus cuſtos, Ne quis forè internuntius clàm à milite ad iſtam curſitet? Cæſar 1. bel. Ciuil. Poſt paulò tamen internuntiis ultrò citroq; miſſis, quæ ignorabant de L. Domitii fuga, cognoſcuntur. Internuntius & miniſter rei alicuius, Liuius 5. bel. Maced. Augures interpretes, & internuncii Iouis, Cic. 8. Philip. Huius fœminini num eſt internuntia.

Interopus, Hoc eſt, in ipſo opere, uel quum opus fit, μεταξύ, ἐργαζόμενος. Tibul. Crura ſonant ferro, ſed canit interopus.

Intero, eis, rere, a t. Terendo immitto, ἐντρίβω. ut, Interere panem lacti. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 9. Nec non ita panem hordeaceum dandum ut non potius eum in lacte des intritum &c. Cato de Re ruſt. cap. 156. Et eò cyminum intrito. Ter. in Phorm. Ad te ſumma ſolum Phormio redit: Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum. Vbi Don. Paræmia apta paraſito, quæ de cibo eſt. Hoc aũt inter ruſticos de alliato mortario dici ſolet. Et benè intriſti: proptiè enim intrita dicitur huiuſmodi cibus.

Intritum, pen. prod. Genus edulii ex alliis, caſeo, oleo ouis, & porro concinnatum: ita dictum quòd in mortario teratur, μυττωτός. Theod. Eſt etiam intritum, uel melius intrita, caricis genus manibus ſubactum, neque ſtarim ad opus adhibitũ ſed tempore maceratum, fermentatumq; ut inquit Hermol. in hunc locum Plinii lib. 36. cap. 23. Ruinarum urbis ea maxime cauſa, quòd furto calcis, ſine feruminе ſuo cæmenta componuntur. Intrita quoq; quo uetuſtior, eò melior. Eſt etiam intrita apud Cat. emplaſtri genus ad inſitionem accommodatum, quod conſtabat ex argilla manibus ſubacta. Plinius libro 17. capite 16. Sed id etiam apud ueteres Græcos inuenitur, & apud Cat. qui oleam ficũq; ita inſeri inſtituit: mẽſura etiam præfinita ſecundum reliquam diligentiam ſuam: cortices ſcalpo excidi quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine, atque ita coagmentari, & illa ſua intrita obliqui.

Interordinium, nii, n. ſ. Spatium quod eſt inter ordines, μεσόρριον. Col. lib. 3. cap. 13. Minimum eſt quinq; pedum interordinium, ſeptem maximũ. Idem lib. 5. cap. 5. Sed de ſpatiis ordinum eatenus præcipiendum habemus, ut intelligãt agricolæ, ſiue aratro uineas culturi ſint, laxiora interordinia relinquenda.

Interpateo, es, interpatere, pen. cor. Macrob. lib. 7. Satur. cap. 15. Propterea tot meatibus diſtinctus eſt, & interpatet rimis. De pulmone loquitur.

Interpedio, dis, dire, pen. cor. Macrob. libro 7. Satur capite 12. Color ſenſum occupat: & guſtatum linguæ, feruor interpedit.

Interpello, las, are, 2. p. Eſt loquentem, uel aliquid agentem interrumpere, διακόπτειν, παρενοχλεῖν τῷ λέγοντι, καὶ λόγον ὑποβάλλειν. Cicero 1. Tuſc. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. Hirt. 2. bel. Aſiat. Quum in Aſiam ueniſſet, reperiebat Titum Appium conatum eſſe tollere pecunias ex fano Dianæ: ſed interpellatum aduentu Cæſaris profugiſſe. Aliquãdo eſt dicere, uel commonere. Lucil. lib. 28. ut citat Non. Verum tu quid agis? interpella me ut ſciam. Aliquando rogare. Val. Max. lib. 3. Cato rogatus ut ſocios apud auunculum adiuuaret, conſtanti uultu nõ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

facturum se respondit. Iterum deinde ac sæpius interpellatus in proposito perstitit. Interpellare uirginem uel matronã de stupro, frequens est apud Iurisconsl. pro ambire, uel petere eius concubitum. Interpellare stuprum, id est, quod impedire, & interrumpere. Liuius tertio ab Vrbe, Stupro interpellato magis quàm cæde motus. Interpellare debitorem, est debitum exigere. Pomp. Si nemo sit qui à patre promissoris interpellari traiectitiæ pecuniæ possit. Interpellare partam uictoriam, impedire, remorari. Cæs. 3. bel. Ciu. Sed siue ipsorum perturbatio, siue error aliquis, siue etiam fortuna partam iam præsentemq; uictoriam interpellasset, dandam omnibus operam ut acceptum incommodum uirtute farciretur. Interpellare de negotio aliquem, est conuenire, & uerba cum eo facere, λόγοις παρέχειν & προσάγειν Seneca, lib. Declam 8. Diues pauperem de nuptiis filiæ interpellauit.

Interpellatio, onis, f. t. Cic. de prouinciis Consularibus, interpellatio mei familiaris, qua paulò antè interrupta est oratio mea. Idem ad Atticum libro duodecimo Putabam enim commodius re idem istud domi agere posse, interpellatione sublata. Idem Leptæ libro 16. Itaque literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine ulla interpellatione uersor. Plinius in Epistol. Interdum lasso mihi opportuna interpellatione subueniunt.

Interpellator, oris, m. t. Interuentor qui interrumpit sermonem, aut aliquid aliud agentem. Cicero tertio. Offic. Dictabat se hortulos aliquos emere uelle, quò inuitaret amicos, & ubi se oblectare sine interpellationibus posset. Idem Attico, libro 17. Sed interpellatores, illic minus molesti. Autor ad Heren. libro primo Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores. Cicero libro tertio. Epist. in literis sine interpellatore uersor.

Interpensiua, apud Vitr. Perticarum, tigillorum, asserũue, genera sunt quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in colliquias deriuandos, uel alium quemuis usum interlocantur, quasi ea quæ à pendendo Græci appellant, κρεμαστήρια.

Interpensiui parietes, Sunt qui supra conrignationem struuntur, nec in solo fundamentum habent, sed impendenti surgunt. Hermolaus. κρεμαστήριοι.

Interplico, as are, Passim implico, παρεμβλέκω. Stat. 4. Theb. Albaq; puniceas interplicat insula cristas.

Interpolo, as are a p Est immutare, uel instaurare, & rebus ueteribus nouam formam inducere, à poliendo dictum, ut Perot existimat, ἀνασκευάζω. Vnde uestimenta interpolata, quibus à fullonibus noua lana inducta est, & pro nouis fallere possint. Cic. Q. F. Vult, inquam, App renouare eundem magistratum, quo minus rogam prætextam quotannis interpolet. Sic mancipia interpolata dicuntur, quę quum sint uetera, tamen a uænalitiariis ita ornantur, fingũtur, & quasi renouantur ut pro nouis uendi possint. Vlp. in l. Præcipiũt ædiles ff. de Aedil. edict. Quia igitur uænalitarii sciunt facilè decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolant ueteratores, & pro nouitiis uendunt. Plin. lib. 12. cap. 14. At hercle Alexandriæ, ubi thura interpolantur. id est, rudia quum sint, poliuntur. Conuehebatur enim illuc thus rude, aspectu simile cortici. Plaut. in Amph. Illic me homo interpolabit, mesiq; os finget denuò.

Interpolatio, onis, Plin. 13. cap. 12. de chartis, Hanc excepit Romæ Fannii sagax officina, renouatamq; curiosa interpolatione principalem fecit è plebeia.

Interpolator, oris, m. t. Qui antiquas uestes reconcinnat, ac renouat, ut facilius uendat, ἐπισκευαστής.

Interpolatrix, Mulier quæ antiquas uestes renouat, ut eas facilius uendat, ἀνασκευάστρια. Pomponius, Interpolatricem accersire oportet quæ huic uestem adducat.

Interpolis, le, om. t Quod interpolatum est, ἐπισκευασός Plin. lib. 19. Est quidem eius natura interpolis: rursusq; quamlibet uetustum nouo miscetur. Sic per translationem mulieres etiam interpoles dicuntur quę uitia deformitatis arte occultant. Plaut. in Most. Nam istæc uereres, quæ se unguento uestitant, interpoles, Vetulæ, edentulæ, quæ uitia corporis fuco occultant.

Interpolus, la, lum, Idem quod interpolis, hoc est, reconcinnatus, ἐπισκευασός Vlp. l. Labeo ff de Contrahen empt. & uend. Si uestimenta interpola quis pro nouis emerit. Trebatio placere ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit.

Interpono, nis, ere, a, t. Interfero, interiicio, παρεμτίθημι, παρεμβάλλω. Cic. de Amic. Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne inquam & inquit sæpius interponeretur. Interponere accusatorem, est submittere, & subornare. Cic. 3. Verr. Interposuistis accusatorem, qui quum ego mihi centum & decem dies solos in Siciliam postulassem, centum & octo sibi in Achaiam postularet. Interponere autoritatem suam, est autoritate sua impedire ne aliquid fiat. Cic. 3. Philip. Quòd si autoritatem tuam interponis sine armis magis quidem laudo. Fidem suam interponere, est aliquid in fidem suam recipere. Cæs. 1. bel. Gal. Ipsi uerò nihil nocitum i. i inq; eam rem se fidem suam interponere. Interponere postulata, est proferre ea quæ quis sibi postulet concedi. Cic. 8 Phil. Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo minus quod opus esset ad bellum, à uobis pararetur. Interponere se rei alicui, est se immiscere. Cicero in Diuin. in Ver. Cor te interponis inutissimus his, quibus maximè lex consultum esse uult?

Interpositus, a, um, partic. Plin. lib. 18. cap. 16. Interpositis quinis diebus. Hoc est, interiectis, uel intermissis.

Interpositus, us, ui, m q. Idem quod interpositio, παρένθεσις, παρεμβολή. Cic. 2 de Nat. deor. Tum ipsa incidens in umbram terræ, quum est è regione solis, interpositu interiectuq; terræ repente deficit. De luna.

Interpositio, onis, f. t. Insertio, interiectio, παρένθεσις Cic de Inuent. Quæstionem autem eam appellat, quæ habet in se controuersiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione. Interpositio, pro iis quæ lineis superscribi & interscribi solent, dum aliquid emendatur. Cic. ad Tiron. lib. 16. Tu istic, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Vna omnino interpositio difficilior est, quàm ne ipse quidem facilè legere soleo, de quadrimo Catone.

Interpremo, pen. cor, a t. Comprimo, uel premendo collido, συμπιέζω. Vnde interpremere fauces est faucibus compressis spiritum intercludere. Plaut. in Rud. Ad depol. infortunio hominem prædicas donabilem. T. Qui sacerdotis scelestus fauces interpresserit.

Interpres, tis, com. t Est qui in aliqua re agenda medius est, & ueluti conciliator, & autor, ἑρμηνεύς, πρόξενος Vergilius libro quarto Aeneidos. Tuq; harum interpres curarum, & conscia Iuno. Interpretes ab Asc. dicuntur per quos inducitur pactio. Quoniam uerò huiusmodi homines, animos eorum quibus dati sunt interpretes scisci tantur, & inuicem illi exponunt, factum est ut interpres pro eo accipiatur qui obscura exponit. Vergil. 3. Aeneid. Troiugena interpres diuûm. Vbi Seru. Interpres, uaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. Cic. 1. de Diuin Interpres portentorum Galeotæ in Sicilia nominabantur. Ibidem, Quorum omniũ interpretes, ut Grammatici poëtarum, proximè ad eorum quos interpretantur diuinationem uidentur accedere. Interpres item, qui uertit aliquid ex una lingua in aliam. Cic. de Opt. gen. Orat. Nec conuerti ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem, & earum formis, tanquam figuris, uerbis ad nostram consuetudinem aptis.

Interpretor, aris, d. p. pen. cor Expono, explico, explano, ἑρμηνεύω, ἐξηγέομαι. Cic. lib 2. Offic. Nec quicquam aliud est Philosophia, si interpretari uelis, quàm studium sapientiæ. Interpretari, pro iudicare. Cic. ad Att. Quòd si auderem, Athenas peterem, sanè ita cadebat ut uellem Nunc nostri hostes ibi sunt, & te non habemus: & ueremur ne interpretentur illud oppidum non satis ab Italia abesse. Liuius 5. ab Vibe Recte, an perperam interpreter, fuerit ista eius deliberatio qui bellum susceperit. Interpretari memoriæ alicuius, hoc est, reducere in memoriam. Plautus Epid. Iniquè iniunis es. F. quid iam? M. quia tuæ memoriæ Interpretari me æquum censes.

Interpretatus, a, um, particip. Expositus, explicatus. Cicero 2. de Legibus, Vesta quasi focus urbis, ut Græco nomine est appellata, quod nos propè idem Græcum interpretatum nomen tenemus.

Interpretatio, onis, f. t Expositio, ἑρμηνεία. Cic. 1. Offic. Nimis calida, sed malitiosa iuris interpretatio. Interpretatio, inquit autor ad Heren. libro 4. est quæ non iterans, idem redintegrat uerbum, sed id commutat quod positum est alio uerbo quod idem ualeat. Interpretatio, Coniectura & iudicium. Liuius secundo ab Vrbe, Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Bud.

Interpretamentum, ti, Interpretatio, ἑρμηνεία. Gel. Ex quibus diuersa Latinæ linguæ interpretamenta collegimus. Idem lib.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

libro quinto capite 18. Cuius latinum interpretamentū ſcri ptum eſt in libro Sempr.

Interpunctus, cta, ctum, Quod punctis diſtinctum eſt, *διεσταλμένος*. Cic. 2. de Orat. Sed & feſtiuitatem habet narratio diſtincta perſonis, & interpuncta ſermonibus.

Interpunctum, cti, n. ſ. Diſtinctio, *διαστολή*. Cic. 3. de Orat. Clauſulas, & interpuncta uerborum, animæ interclufio, & anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

Interpunctio, onis, f. t. Idem quod interpunctum. Ci. pro Mur. Res enim ſunt paruæ in ſingulis literis, atq; interpunctionibus uerborum occupatæ.

Interputo, as, pen. cor. a. p. Quaſi per circuitum putare, & purgare, *περικαθαίρω*. Columella lib. 3. Roſam fruticibus ac ſurculis diſponi per ſurculos pedales conuenit, per idem tempus quo & uiolam: ſed omnibus annis fodi ante Calendas Martias, & interputari oportet: hoc modo multis annis perennat.

Interquieſco, is, ere, n, t Idem quod quieſcere, *ἡσυχάζω*, Plinius in Epiſtol. Iulio menſe quo maximè lites interquieſcūt poſitis ante lectos cathedris, amicos collocaui. Cicero de Claris Orator. Quum hæc dixiſſem, & paululum interquieuiſſem, &c.

Interrado, is, pen. prod, a. t. Hinc illinc abrado, *διαξέω*. Col. de Arb. cap. 9. Nam ſi ſpiſſè poſueris, neque infrà quicquam ſerere poteris, nec ſic ipſæ fructuoſæ erunt, niſi eas interraſeris. Plinius lib. 17. cap. 1. Oleæ attondentur, ſicut & uites, atque etiam interradi gaudent. Interradere, pro exculpere, hinc illinc eradere, & excauare. Plin. lib. 35. cap. 1. de pictura, Nec tantùm inquit, ut parietes toti operiantur, uerùm & in terraſo marmore, uermiculatiſq; ad effigies rerū animaliūq; eruſis. Budæus.

Interraſilis, le, om. t. Idem quod interraſus, hoc eſt, per interualla eraſus & exculptus. Plin lib. 22. cap. 19. Coronas ex cinamomo, interraſili auro incluſas.

Interrex, egis, m. t. Dicitur is qui Regis mortui munere fungitur, donec nouus Rex creatus ſit, *μεσοβασιλεύς* Hic autem magiſtratus introductus fuit poſt mortem Romuli. Nam quum inter Patres de Rege creando conuenire non poſſet, res ad interregnum rediit, placuitq; Rempubl. à Patribus ad miniſtrari, donec nouus Rex creatus eſſet. Vide Liuius libro primo ab Vrbe. Cic. contrà Rullum, L. Flaccus Interrex legem de Sylla tulit, ut omnia quæcunq; ille feciſſet, rata eſſent. Idem libro 3. Epiſtol. Ego omnibus, unde petitur, hoc conſilii dederim, ut à ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent.

Interregnum, ni, n. ſ. Regni interuallum, & ſpatium temporis quouſque in locum demortui Regis alius ordinatur, *μεσοβασίλεια*. Cicero ad Attic. Nam permagni eius intereſt, rem ad interregnum non uenire. Idem ad Qu. frat. Res ſpectat ad interregnum.

Interritus, a, um, pen. cor. Idem quod imperterritus, *ἀδεής*. Ouid. 10. Metamor. Quid quòd ineſt uirtus, & mens interrita liti? Idem 6. Metamor. ſola eſt interrita uirgo.

Interrogo, as, a. p. Quæro, rogo, *ἐρωτάω*, *πυνθάνομαι* Cicero in Orat. Vt interrogando urgeat, & rurſus quaſi ad interrogata ſibiipſi reſpondeat. Idem in Partit. Sic ego te uicißim eiſdem de rebus interrogem. Plautus Pœnulo, ſi exierit leno. cenſetis hominem interrogem, Meus ſeruos ſi ad eum uenerit, nécne.

Interrogatio, f. t. *ἐρώτησις*. id eſt, Petitio: & interrogatiuum, *ἐρωτηματικός*. Cicero de Fato, Rectè genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum eſt. Inſtare interrogationi. Quintil. libro 5. cap. 7. Longius repetita interrogatio. Idem ibidem.

Interrogatiuncula, læ, diminutiuum. Cicero in Paradox. Sed minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis, quod propoſuit efficit. Idem 4. de Finib. Pungunt quaſi aculeis, interrogatiunculis anguſtis.

Interrogatoria ſunt, quæ facit pars teſtibus productis contraſe, & dantur ſuper articulis & formantur per circunſtantias cauſæ & perſonarum. Gloſ. in c. præſentium de Teſtibus libro 6.

Interrumpo, pis, a. t. Medium abrumpo, *ἀποῤῥήγνυμι διαῤῥήγνυμι*. Plancus Ciceroni, Pontes quos feceram, interrupi. Interrumpere ordinē, id eſt. confundere, Col. lib. 11. cap. 2. Interrumpere ſomno. Interturbare. Plin. lib. 28. cap. 4.

Interruptus, partic. Amnis interruptus aquis. Lucan. li. 2. Interrupta conſuetudo, intermiſſa. Cic ad Caſſium, Epiſt. li. 15.

Interruptè, aduerbium, Incisè, uel cæſim, aut diuisè, *σποράδην*. Cicero ſecundo de Orat. Erit autem perſpicua narratio, ſi uerbis uſitatis, ſi ordine temporum conſeruato, ſi non interruptè narrabitur.

Interſcalmium, mii, n. ſ. Dicitur ſpatiū illud in naui quod eſt inter ſcalmū & ſcalmū, *μεσοσκάλμιον*. ſicut Interſtitiū ſpatium duarum columnarum. Eſt autē ſcalmus lignum illud ad quod remus inhæret, & circunflectitur.

Interſcapilium, lii, n. ſ. Propriè eſt ſpatium illud in dorſo quod inter ſcapulas eſt. Higinus in deſcriptione Viſæ, In humero claram unam, in pede de poſterioribus nouiſſimo duas, in ſummo interſcapilio unam.

Interſcindo, dis, a. t. Medium abrumpo, ſiue diſcindo, *διακόπτω*. Liuius 1. bel. Pun. Pontemq; interſcinderent Cicero 1. de Legib. Nec quia uſuſquam erat ſcriptum, ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſſiſteret, à tergo ſq; pontē interſcindi iuberet. Lactantius de Opific. Labra ipſa quæ quaſi antea cohærebant, quàm decenter interſcindit. Liuius 1. bel. Pun. Nam & ipſa Chalcis, quanquam eiuſdem inſulæ urbs eſt, tamen adeò arcto interſcinditur fieto, ut ponte continenti iungatur.

Interſcribo, bis, pen pro. a t. Inter uerſus ſcribo, interpono, interſero, *παρεγγράφω*. Plin. Epiſt. 129. Poterit & quæ dixeris poſt obliuionem retractare, multa detinere, plura tranſire, alia interſcribere, alia reſcribere.

Interſeco, as, a. p. penult. corr. In partes ſecare, *διατέμνω*. ad Herenn. libro 3. Vt ipſa pronuntiatione res ipſas duas demonſtrauimus, inſerere, atque interſecare uideamur in animis auditorum.

Interſepio, pis, pen. prod. a q. Velut ſepibus quibuſdam intercludo, uel iter impedio, *διείργω*, *διαλαμβάνω* Liuius 2. bel. Mac. Per triduum inſequens territauit eos, nunc preliis laceſſendo, nunc operibus interſepiendo quædam, ne exitus ad fugam eſſet. Interſepire urbem uallo, id eſt, munire, Liuius quinto bel. Pun. Lactantius de Opific. At id uelut pariete per medium ducto interſepit. Cicero pro Cor. Balb. Ne interſeptum huius iter perpetuò ad hoc ampliſſimum præmium ciuitatis.

Interſeptum, n. ſ. Dicitur quicquid in re aliqua medium eſt, ueluti eſt cartilago, illa quæ ueluti paries intermedius nares dirimit: item ſeptum illud tranſuerſum quod uiſcera uitalia ſeparat à naturalibus, *διάφραγμα*.

Interſero, ſeris, ſeui, ſitum, pen. cor. In medio aliorum plantō, ſemino, inſeroſie, *παρεμφυτεύω*, *παρεμβάλλω*. Colum. de Re ruſt. lib. 3. cap. 17. Coæquato deinceps paſtinato, malleolus ordinariis uitibus interſerendus eſt. Idem lib. 8. cap. 15. Eaq; con tegantur interſitis buxeis, aut myrteis fruticibus. Ouid. 10. Metamor. mediis interſerit oſcula uerbis.

Intĕrſero, ris. ſerui, ſertum, a. t. Interpono, interiicio, *παρεμβάλλω*, *περιτίθημι*. Plin. in Epiſt. Prædia agris meis uicina, atq; etiam interſerta, uęnalia ſunt.

Interſono, as, ſignificat in medio ſono, *διηχέω*.

Interſpiro, as, penult. producta. Perſpiro, expiro, *διαπνέω*. Cato, Manu comprimito acina, ut combibant aquam marinā: ubi impleueris dolium, operculo operito, relinquito quà interſpiret.

Interſpiratio, uerb. Cic. 3. de Orat. Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, &c. Plin. lib. 23. cap. 1. A balneis raptim & ſine interſpiratione necat. De muſto loquitur.

Interſterno, nis, Interiicio, intermiſceo, *παρεμβάλλω*. Iuſt. libro 1. Hæc Babyl. condidit, Murumq; urbi cocto latere circūdedit, arena, pice, bitumine interſtrato. Plinius lib. 29. cap. 2. Alii haſtulis tedæ ſubtectis, & ſubinde interſtratis, oleo aſperſam accendunt.

Interſtinguo, uis, a. t. Diſtinguo, *διαστίζω*, *κατασίζω*. Strat. 3. Syluarum, Spatia interſtincta columnis. Interdum idem quod extingo. Feſtus, Ignis Veſtę ſi quando interſtinctus eſſet, uirgines uerberibus afficiebātur à Pontifice. Apul. Iamq; protinus obliſis faucibus interſtinguere eam debuiſſet. Id eſt, animam intercludere, ſeu ſuffocare.

Interſtitium, tii, n. ſ. Spatium & diſtantia inter aliqua, *διάστημα*. Macrob. Quum quatuor ſint elementa, ex quibus conſtant corpora, terra, aqua, aër, & ignis, tribus ſine dubio interſtitiis ſeparantur: quorum unum eſt à terra uſq; ad aquam, aqua uſq; ad aëra, ſequens tertium, ab aëre uſq; ad ignem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Higinus, Quòd ab eo ſidere paruo interſtitio differt. Interſtitium Lunæ, Idem quod interlunium, ſeu coitus Lunæ cũ Sole: quo tempore quòd ſuperiore parte tantùm illuſtretur, à nobis cerni non poteſt, σύνοδος. Apul. Difficultas itineris, ac globoſi ſideris interſtitium.

Interſtitio, onis, f. t. Intermiſsio, ceſſatio, uacatio, διάληψις. Gel. lib. 20. cap. ult. Quando animus eorum, interſtitione ali qua negotiorum data laxari, indulgeriq; potuiſſet. Idem lib. 20. cap. 1. Velut quoddam interſtitium, id eſt, iuris inter eos quaſi interſtitionem quandam & ceſſationem.

Interſto, as, inter aliquid intercedo, διίσταμι. Vnde Interſtantia & interſtitium.

Interſtrẽpo, is, Strepitum inter alios emittere. Verg. 9. Eclo. Digna, ſed argutos interſtrepere anſer olores Quo tamen in loco uid' tur rectius legi poſſe, Interſtrepere, diuiſis dictionibus: ut ſit ordo, ſtrepere inter argutos olores.

Interſtringo, is, a. t. Comprimo, συμπίεζω. ut Interſtringere gulam, id eſt, ſuffocare, uel ſtrangulare, σφαγαλᾶν. Plautus in Aululari. Ibo intro, atque illi tuo ſocieno iam interſtringam gulam.

Interſtruo, uis, Simul inter ſeſe inſtruo, coapto, compono, συνάπτω, συντάττω. Silius lib. 10. Teleſinus ad oſſa illiſo ſaxo qua ſpina interſtruit artus, Occumbit.

Interſum, Præſens ſum, adſum, πάρειμι. Cic. Lentulo, Quæ hîc geruntur, accipies ex Pollione qui omnibus negotiis non interfuit ſolùm, ſed etiam præfuit. Idem de Senectute, Sepe interfui querelis meorum æqualium. Significat etiam differre, diſcrepare, διαφέρειν. Teren. in Eunu. Stulto intelligens quid intereſt? uide Intereſt.

Intertextum, ti, Quod in medio textum, aliquid habet, παρύφαιμα. ut, Chlamys intertexta auro, eſt chlamys ſerica quæ aurum habet inter byſſum translucens à Phrygionibus intexrum: quod genus ueſtium à Suetonio in Auguſto Phrygianæ uocantur. Vulgus hodie uocat Brocatas. Quintulianus libro 8. cap. 5. Neminem deceat intertexta pluribus notis ueſtis.

Intertraho, is, a. t. Eripio, aufero, ἁρπάζω. Plaut. in Amphit. Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

Intertrigo. pen. prod. huius intertriginis, f. p. nomẽ ab interterendo deductum. Eſt id malum quum ſimul membra interteruntur, & confricantur, accedentesq; ſudore excoriantur: quod mali genus in feminibus maximè ſolet accidere, quum ſcilicet equitantium uel pedibus incedentium femina atteruntur, aduruntur q;, παράτριμμα. Dicitur etiam intertrigo in iumentis, quum uitioſo ingreſſu calces, aut etiam ſuffragines atteruntur. Columella lib. 7. Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calida, mox decocto ac trito ſale, cum adipe deſiccatur.

Intertrimentum, ti, n. ſ. Quid ſit, declarat Varr. lib. 4. de Lin. Latina, Detrimentum (inquit) à detrito dicitur, quòd ea quæ trita ſunt, minoris pretii ſunt. Ab eadem mente intertrimentum ab eo, quòd duo quæ inter ſe trita ſunt, etiam diminuta ſunt, βλάβη. Terent. in Heau. Nunc quum ſine magno intertrimento non poteſt Haberi, quiduis dare cupis. Intertrimentum pro euanida argenti parte, quæ ex incoctione deperit, accepit. Liu. lib. 2. belli Maced. Carthaginenſes eo anno argentum in ſtipendium primum impoſitum adduxerunt, quia probum non eſſe Quæſtores renuntiauerunt, experientibusq; pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua ſumpta, intertrimentum argenti ſuppleuerunt. Cic. 3. Verr. poſuit pro communi iactura, quæ accidit in conficiendo alicuo negotio. L. Rabonio (inquit) ædem Caſtoris tradi oportebat. Is cauſa Iunii pupilli tutor erat teſtamento patris. Cũ eo nullo intertrimento conuenerat iam quemanmodũ traderetur. Aſconius, Detrimentum unius partis eſſe poteſt: intertrimentum uerò dantis & accipientis. Secundum quod Cicero intertrimentum pro communi conficiendi alicuius negotii iactura poſuit. Budæus.

Intertritura, re, f. p. Idem quod intertrimentum, hoc eſt, damnum, & propriè in auro, argento, aut ueſtibus quorum pretium uſu atq; attrectatione imminuitur, βλάβη. Scæuola de Pig. actio l. Pignori. Quæro, intertrituram quæ ex operis facta eſt, utrum, &c.

Interturbo, a. p. Valde turbo, ſeu aliquid aut agentem, aut dicentem interpello, διαταράττω, παρενοχλέω, διακόπτω. Plau. in Bacch. Ne interturba: imperatum iam in cera eſt. Ter. in Aud. Dauus interturbat omnia. ubi Donatus, hic inter, augetur particula eſt, adeò ut non pro media ſignificatione, ſed qua maiorem habere non poteſt: ut Interfectus.

Interturbatio, onis, Liu. 3. bell. Pun. Ipſiq; ualetudinem excuſans patri, animi quoq; eius mirabilem interturbationem quum quæreret, &c.

Interuãco, as, n. p. pen. cor In medio uacuus manco, διανοσῶμαι. Col. lib. 1. Bulbus tripedaneis interuacantibus ſpatiis obrutus, anno celerius maturam perticam præbet.

Interuallum, li, n. ſ. Spatium quod eſt inter palos uallum caſtrenſe conſtituentes: à quo omne ſpatium, interuallum eſt nuncupatum, διάστασις, διάστημα. Plin. lib. 6. cap. 21. Septẽ dierum interuallo taxato. Cicero ad Caſſium, Primùm ut te, quem iam diu plurimi facio, tanto interuallo uiderem: ide inde ut tibi, &c. Ex tanto interuallo. Cicero ad Caſſ. Cur ex tanto interuallo rem deſuetam uſurparent. Longo interuallo. Cicero 8. Verrin. Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter, non Dionyſius, &c. Quod etiam dicitur longo pòſt tempore.

Interuallatus, a, um, Quod poſt certa temporum interualla reuertitur, περιοδικός. ut, Interuallata febris, quam intermittẽtem, & reuertentem uocamus. Gel. lib. 17. cap. 12. Hęc biduo medio interuallata febris.

Interuello, lis, a. t. Paſsim è medio aliorum euello, παραίρω ut quum aut ſolium è tritico, aut canos è barba, aut capillo euellimus. Palladius, Si ſpiſſa ſunt, interuelles aliqua, ut cætera roborentur. Plaut. in Amph. næ ego infelix homo fui Qui non alas interuelli, uolucrem uocem geſtito.

Interuẽio, nis, n. q. pen. corr. In medio negotio, quaſi ex inſidiis ſuperuenio, & opprimo in ipſo actu eos qui rem celatam uellent, ἐπέρχομαι, ἐπιφαίνομαι. Teren. in Adel. Interuenit homo de improuiſo. Accipitur etiam aliquando pro intereſſe, παρεῖναι. Cicero. Quod non eſſet factum, ſi ipſe interueniſſem. Interuentum eſt, impersonale. Teren. Heaut. Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri.

Interueniens, participium. Cic. 5. Tuſc. In magna parte uitæ dolore non interueniente.

Interuentus, us, ui, m. q Actus ipſe interueniendi, ἐπιφάνεια. Plautus in Amph. Sed prælium id tandem diremit nox interuentu ſuo. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Interuentu collegæ ipſe exercitusq; eſt feruatus.

Interuentor, m. t. Dicitur qui alicui rei interuenit, quem & interpellatorem uocamus. Cic. de Fato, Omnis ferè in his deliberationibus conſumebatur oratio: ndq; & ſæpe aliàs, & quodam liberiore quam ſolebat, & magis uacuo ab interuentoribus die. Aliquando etiam accipitur pro fideiuſſore, idq; maximè apud Iuriſ.

Interueniũa, n. ſ. Quòd eſt inter uenas terræ, μεσοφλέβιον. Vitruu. libro 8. Sed nõ per interuenia dilabantur, & decrescant. Idem libro 2. capite 6. Igitur penitus ignis, & flammæ uapor per interuenia permanans & ardens, efficit leuem eam terram.

Interuerto, is, a. t. Callidè ſurripio: quod plerunq; fit quum rem commodatam, aut creditam, nobis uendicamus, doloq; ne domino reſtituatur, efficimus, ὑπεξαίρεμαι, ἀφαιρέομαι, ἀφέλλομαι. Vnde Cic. 6. Verr. candelabrum, quod Rex Aegypti Ioui Capitolino dono tulerat, à Verre, qui illud commodato à rege acceperat, interuerſum eſſe conqueritur. Dicimus autem, interuertere aliquem ſimpliciter: & interuertere aliquẽ re aliqua, & interuertere rem aliquam. Plau. in Aſin. Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt. Vnde ſumam? quem interuortam? quò hanc celocem conferam? Idẽ in Pſeu. Vt me, ſi poſſet, muliere interuorterer. Macel. Iuriſc. in l. Si duo ff. Depoſiti: Si duo hæredes rem apud defunctum depoſitam dolo interuerterint. Interuertere pro ſubuertere, euertere. Paul. in l. Amiſſione. ff. de Capt. dimi. Quæ ſalua ciuitate accidit, perquam publica iura non interuerti conſtat. Scæuola Cui perfundum aquæductus debetur, quacunque uult, in eo riuum facere licet, dum ne aquæductum interuerterit.

Interuiſo, is, a. t. pen. pro. Per interualla inuiſo. περιοσοπῶμαι Cicero Mario, Teq; & iſtam rationem tui & laudo, & uehementer probo: quodq; minus interuiſis, hoc fero animo æquiore.

Intĕrŭla, penultima correpta. Veſtis intima & corpori proxima quam uulgus camiſiam uocat, χιτωνίσκος. Valer. Ad Rufin. Quem ueſtire debuit interula, ueſtiuit interitu. Hæc alio nomine ſupparus, tunica linea, ſubucula, & induſium dicitur.

Interuſu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Interusurium, Vsura est, quæ medio tempore fluxit.

Intestatus, Dicitur non solùm qui mortuus est nullo confecto testamento, sed etiam cuius ex testamento adita non est hęreditas, ut inquit Paulus l. Intestatus. de Verb. signif. ἀδιάθετος. Pomp. Ipse cum uno seruo senex intestatus profiscitur. Vlpian. De suis & leg. hær. Intestati propriè appellãtur, qui quum possent testamentum facere, testari non sunt. Cic. pro Cluen. Haud hæres est Cluentius, intestatum dico esse mortuum. Intestatus nullis testibus conuictus. Plaut. in Curc. Hoccine pacto indemnatum atq; intestatum arripi? Non absurdè tamen dici posset intestatum in hoc Plauti loco accipi pro non antestato, hoc est, nemine in testem assumpto. Erat enim consuetudo apud ueteres, ut antequam alterquem in ius raperent, antestarẽtur, hoc est, liberum hominem unum aut alterum in testem assumerent, eiq; aurem uellicantes quærerent: Licétne antestari? Qua solennitate non obseruata, nemini liceat quempiam in ius ducere. Vide Antestor.

Intestatò, aduerb. Sine testamento, ἀδιαθέτως. Cic. 1. de Inuen. Si paterfamilias intestatò moritur, familia pecuniaq; eius, agnatorum, gentiliumq; esto. Scęuola, L. Titius intestatò moritur. Paul. Vt legata quæ ei dederat, intestatò moriens restitueret.

Intestabilis, le, om. t. Qui iure testamentum facere non potest, & cuius testimonio non creditur, simile apud Græcos ἄτιμος. Caius in l. Quum lege ff. de test. Intestabilis qui lege quis esse iubetur, eò perinet, ne eius testimonium recipiatur, & eò amplius (ut quidam putant) neue ipsi dicatur testimonium. Gell. lib. 7. cap. 18. pro detestabili posuit, κατάρατος. Eos tamen (inquit) qui ad Annibalem non rediissent, usq; adeo intestabiles inuisosq; fuisse, ut tædium uitæ ceperint, neccmq; sibi conscinerint. Hor. 2. Serm. Sat. 3 uter Aedilis fuerit ue Vestrum Prætor, is intestabilis, & sacer esto. Vbi interpres Porphyrio, Antiqui eos quos ad testimonium admitti nolebant, Intestabiles uocabant. Detestabiles, quorum testimoniũ malũ & execrandum esset.

Intestinus, a, um, pen. prod. Idem quod intraneum, siue internum, quod scilicet intus reconditum est, & foris non apparet, ἐντόσθιον, τὸ ἔνδον. Seruius Sulp. Cic. Quid est quod tantopere cõmoueat tuus te dolor intestinus? Intestinũ bellum, quum ciuitas ueluti in sua uiscera coniurat, ἐμφύλιος, πόλεμος. Intestinum malum. Cicero ad Brutum, Ingrauescit enim in dies intestinum malũm: nec externis hostibus magis quàm domesticis laboramus. Intestinum odium, dicitur occultum, & dissimulatum. Liuius 1. ab Vrbe, Intestino inter patres plebemq; flagrabat odio. intestinum opus, quod ad ornatum ædium ex ligno conficitur. Vulgus uocat Minutiarium. Var. lib. 3. de Re rust. Quum uillam haberes ope e tectorio, & intestino, ac pauimentis è nobilibus lithostrotis spectandam, parũ putasses esse, ni tuis quoq; literis exornati parietes essent.

Intestina, n. f. Quidam sunt quasi membranacei canales, qui in interiore uentris parte siti, alimentorum excrementa è uentriculo excipiunt, longisq; orbium anfractibus tandem per secessum deiiciunt, ἔντερα. Clc. 2. de Nat. deor. Ex intestinis autem & alio secretus à reliquo cibo succus is quo alimur, permanat ad iecur per uias quasdam à medio intestino usq; ad portas iecoris. Sunt autem intestina in corpore humano omnino sex, quorum primum uentriculo per pylorum adhærens, à duodecim digitorum longitudine Herophylus, δωδεκαδάκτυλον appellauit, rei anatomicæ periti ferè ὑστερον uocant. Secundum à Græcis νῆστις, à nobis ieiunum appellatur, quòd semper sit inane. Tertium à nobis tenue, ab illis λεπτὸν appellatur. Var. etiam hilam appellat. Quartum cæcum dicitur quòd propter sinuositatẽ exitu carere uideatur. Quintum Græco nomine κῶλον, à Latinis crassum intestinum nominatur, quòd reliquis carnosius sit, à dextra iliũ regione ad sinistrã super uentriculi fundũ delatũ, lienẽ interim & iecur contingens. Sextum, spinæ è directo incumbit, ad sedem usq; porrectũ, quod quoniã nullos habet sinus, rectũ appellatur. Legimus & intestinus masc. gen. Plin. lib. 11. cap. 37. Intestinus quibusdam ab ore incipiens, quadam uia eodẽ inflectitur, ut sepiæ & polypo, in homine annexus infimo stomacho similis canino.

Intexo, is, ere, a. t. Intus texere, innectere, texendo inserere, implicare, ἐνυφαίνω, ἐμπλέκω. Verg. 3. Geor utq; Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Vbi Seru. Intexti, intus texti, nam in uelis ipsi erant picti qui eadẽ uela portabant. Idẽ 3. Georg. Illa tibi lętis intexit uitibus ulmos. id est, annectit. Cic. in Partit. Læta tristibus, incredibilia probabilibus inteximus. Plin. lib. 13. cap. 11. Et tamen adhuc malunt Parthi uestibus literas intexere. Intexere aliquem. Cic. Att. lib. 13. Scis me antea orationes aut aliquid id genus solitũ scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. id est, eum loquentem inducere, ut fit in dialogis.

Intimare, Denunciare. Insulanus obseruauit hoc uerbo usum esse Plin. ante Apul & Gellium.

Intimus, a, um, superlatiuum est ab antiquo adiectiuo interus, Illud significans quod maximè intus reconditum est, ἐνδοτατος. Cic. 6. Ver. In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum. Plaut. Truc. Traxi ex intimo uentre suspirium. Intimus, charus, familiaris. Cic. ad Q. fr. lib. 1. Intimus, proximus, familiarissimus quisq;, aut sibi pertimuit, aut, &c. Plaut. Truc. Nam me fuisse huic fateor summum, atq; intimum. Idem Milit. Itaq; intimum ibi se miles apud lænã facit. In intimis alicuius esse, pro ualde amari ab aliquo. Cic. ad Att. lib. Itaq; in intimis est meis, quum antea notus non fuisset.

Intimè, aduerb. Cic. ad Q. f. Quarũ altera est de Blandenio Tenxide, quem scribis certissimũ matricidam tibi à me intimè commendari.

Intingo, gis, a. t. Immergo, madefacio, ἐμβάπτω. Plin. li. 20. ca. 17. de anisо, Viride aridumue omnibus quę condiuntur quæque intinguntur, desiderarum. Cato cap. 156. Crudam si edas, in acetum intingito, mirificè concoquit. Intinctum arte. Cicero 2. de Orat. Alterum quod totum arte intinctum uidetur tametsi artẽ requirit, tamen prudentiæ est mediocris quid dicendum sit uidere.

Intinctus, us, m. q. Condimentum ad obsonia condienda, quod nos saporem in cibis dicimus. Græci ἐμβάμματα. Col. li. 12. cap. 55. Hoc sinapi ad embammata non solũ idoneo, sed etiã specioso uteris, ἐμβάπτειν enim intingere est. Plin. li. 15. ca. 19. Eadem origine aprorum sapor commendatur, plerunq; ad intinctus additus myrtis.

Intolerabilis, le, om. t. Quod tolerari & ferri non potest, ut Intolerabilis dolor, ἀνύποιστος, ἀκάθαιτος. Cic. 4. Acad. Ille uir bonus qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quàm officium prodat, aut fidem, &c. Idem 5. de Orator. Mihi omnia sunt intolerabilia ad dolorẽ. Intolerabilis auaritia, Idem ad Q. fr. lib. 1. Intolerabile frigus, Idem pro Rosc.

Intolerabiliter, aduer. Supra modũ, ita ut fieri non possit, & (ut ita dicam) impatibilirer. Col. lib. 1. cap. 4. Sunt quædam loca quę solstitiis minus concalescunt, sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

Intolerandus, a, um, adiectiuum, Idem quod intolerabilis, ἀνύποιστος. Cic. 7. Verr. O magnum atq; intolerandum dolorem. Intoleranda hyems, Liu. 5. ab Vrb. Intoleranda libido, Idem 5. bell. Pun. Immanis atq; intoleranda barbaries, Cic. pro Font.

Intolerans, antis, adiectiuum, Impatiens, impotens, qui tolerare non potest, ἀνεκτικός. Liuius 9. ab Vrbe, Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. Intolerantissima laboris corpora, hoc est, impatientissima, Liuius 19. ab Vrbe, & lib. 7. bell. Pun.

Intoleranter, aduer. Impotenter, ἀμετρῶς, ἀδυνάτως. Cic. 2. Tus. Possumúsne non cõtemnere dolorẽ, quũ ipsum Herculẽ tam intoleranter dolere uideamus?

Intolerantia, æ, f. p Impotentia, impatiẽtia, ἀδυναμία. Cic. pro Cluent. Quis illum cum illa superbia atq; intolerantia ferre posset? Idem pro leg. Agrar. Perspicite quanta potestas permittatur, non priuatorum insaniam, sed intolerantiã regis esse dicetis.

Intomata, arum, n. t. sunt iumentorum tubera quæ frequenter illis accidunt, de quibus Veget. lib. 2. cap. 20.

Intondeo, es, ere, a f. Circumtundo, περικόπτω. Col. lib. 11. cap. 23. Vt antè quàm translati depones, radiculas amputes, & fibrarum summas partes intondeas.

Intonsus, a, um, Non tonsus, ἄκαρτος. Plin. lib. 6. cap. 28. Arabes mitrati degunt, aut intonso crine, barba abraditur. præterquã in superiore libro. Intonsa coma, Cic. 5. Tus. Col. lib. 7. 3. Igitur, ut dixi, miraberis oues intonsas, uariam & canã comam improbabis. Ouid. 4. Fast. Bis caput intonsum fontana spargitur unda. Intonsi homines, & inculti, Liuius 1. belli Pun.

Intono, as, are, neut. pr. pen. cor. Idem quod tono, βροντάω,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cic. de Diuin. Partibus intonuit cæli pater ipſe ſiniſtris. Oui dius ſecundo, Metam. Intonat, & dextra libratum fulmen ab aure Mittit in aurigam. Per translationem dicitur & de quouis alio ſono uehementiore. Plin. libro 9. capit. 40. Intonuit ingenti latratu canis. Hyems intonata Eoli fluctibus, Hora. Epod. 1. hoc eſt, tempeſtas ſonora. Intonare, pro iracun dè dicere, & cum quodam uocis impetu loqui. Liu. 3. ab Vrbe, Quum hęc intonuiſſet plenus iræ, multitudo ipſa ſe ſua ſponte dimouit.

Intorqueo, es, a ſ. Cum impetu eiaculor, iniicio, uibrando emitto, συςρέφω, ςροβιλέω. Vergil. 2. Aen. ſacrum qui cuſpide robur Læſerit, & tergo ſceleratam intorſerit, haſtam. Cice. de Aruſp. reſp. Si quod in me telũ intorſerit, ſtatim me eſſe arrepturum arma. Item circuntorqueo, διατρέφω, Colum. lib. 3. cap. 23. Quum iam matura mala fuerint, antequam rũpantur, petiolos quibus pendẽt intorqueto, eo modo ſeruabuntur etiam anno toto. Ci. 2. de Orat. Vt cum Teſtio Penario mentum in dicendo intorquenti, tum ut diceret ſi quid uellet, ſi nucem fregiſſet.

Intortus, a, um, participium, Obuolutus: ut, Intortum circa lęuum brachium paludamentum, Liuius libro quinto, belli Punici.

Intra, Præpoſitio, ab in, deducta: ſicut ab ex, extra: ſignificatque ſpatium temporis, aut loci, ἐντὸς. Plaut. in Curcul. dimidiam partem nationum uſque omnium Subegit ſolus intra uiginti dies. Lucan. libro 5. Intra caſtrorum timuit tentoria ductor, Intra cubiculum, intra oppidum, ſignificat in tentoriis, in cubiculo, in oppido. Aliquando ſignificat citra. Cic. ad Sulpitium, Sed tamen quoniam effugi eius occaſionem qui fortaſſe arbitratur me hanc Rempub. non putare, ſi perpetuò tacerem, modicè hoc faciam, aut etiã intra modum, ut & illius uoluntati, & meis ſtudiis ſeruiã. Intra modum (inquit) id eſt, citra modum, hoc eſt, minus quàm modicè: quod idem ualet quod moderatè & cum modo. Cuius contrarium eſt, Vltra modum. Sic dicimus, Intra diem, ἐμπροθήσμος, ἐντὸς ἡ προθησμίας. Intra famam, ὕπολον τῆς φήμης id eſt, citra opinionem, & minus ipſa fama, uel quod famæ magnitudini non reſpondet. Vltra famam, quod eſt maius ipſa fama. Quint. Hortenſii ſcripta tamen intra famam ſunt Intra, ſine caſu, aduerbium eſt, cui contrarium eſt Extrinſecus. Colum. libro 12. capite 43. Hæc uaſa & opercula extrinſecus & intra diligenter picata eſſe debebunt. Valla hoc intereſſe docet inter intra, & infra, ut hoc, ad dignitatem & locũ, illud, ad ſpatium & numerum referatur. Qua de re latius egimus non ita multò antè, in dictione Infra.

Interus, ἐσώτερος, à quo Interior & hoc interius, Magis intra, uel intro. Terent. in Eunu. In interiore parte, ut maneam ſolus cum ſola. Cice. in Salluſt. Africam interiorem obtinens. Vergil. 1. Aenei. At domus interior regali ſplendida luxu Inſtruitur. Cic. 3. de Nat. deo. Plures enim tradunt nobis ii qui interiores ſcrutantur, & reconditas literas, antiquiſſimum Ioue natum, &c.

Intrarius, a, um, Interaneum, intus abditum, intimũ, ἔνδον, ἐνδόμυχον. Plautus, Charos mihi, atq; intrarios amicos.

Intractatus, a, ũ. Vt. Intractatus equus, hoc eſt, indomitus, ἄδμητος. Cicer. de Amic. Atqui in ipſo equo, cuius modò mentionem feci, ſi nulla res impediat, nemo eſt qui non eo quo conſueuit libentius utatur, quàm intractato, & nouo.

Intractabilis, le, om. t. Indomabilis, qui tractari, domarine non poteſt, ἀδάμαστος. Plin. libr. 19. cap. 5. Virtus illi intractabile eſt. Vergil. 1. Georgic. ſerite ordea campis Vſq; ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. Animus intractabilis, Sen. Hippol.

Intremo, intremis. pen. cor, intremere. n t. Idem quod tremo, τρέμω, τρομέω, φρίττω. Plin. lib. 2. cap. 8. Intremunt uerò & in manibus poſita æquè quàm in ædificiis. Ver. 3. Aen. Clamorem immenſum tollit quo pontus, & omnes Intremuere undæ. penitusq; exterrita tellus Italiæ.

Intremiſco, is. n. t. Idem quod intremo. Plin. lib. 8. cap. 4. de elephanto, Idem ueſtigio hominis animaduerſo prius quàm homine, intremiſcere inſidiarum metu traditur. Idem lib. 2. capite 79. Neque enim unquam intremiſcunt terræ niſi ſopito mari.

Intrepid, is, a, um. Qui nihil timet, impauidus, ἀδείης. Plinius in Pro. 3. Sed hac quis poſſet intrepidus æſtimare, ſubiturus ingenii rui iudicium, præſertim la ceſſitum? Ouid 15. Metam. Illa ſuper terrã defecto poplite labẽs, Pertulit intrepidos ad fata nouiſſima uultus. Hyems intrepida, apud Tacit. in uita Agric.

Intrepidè, aduerbium, Sine pauore, audacter, ἀδείως. Liuius 6. bell. Pun. Poſtquam aſſuetudine quotidiana ſatis intrepidè uiſum eſt fieri, in tampum, &c. Ibidem lib. 3. Ibi intrepidè Xenophanes legationis princeps à Philippo rege ſe miſſum ait.

Intrico, as, n. p pen. prod. Implico, ἐμπλέκω. Plaut. in Perſa, Atq; ita intricatum ludit portans Dorpalum. Eius contrarium eſt Extrico. Vtrunq; dictum creditur à tricis, quę ſunt feſtucæ, uel capilli, uel ſimile quippiam, quo auium pedes implicantur. Plaut. Quod argentum tu mihi, quas mihi tricas narras?

Intrinſecus, ἔσωθεν, & Extrinſecus, ἔξωθεν, aduerbia ſunt, cõpoſita ab intra, & extra, & ſecus, quũ ſignificat iuxta. Colum. lib. 12. cap. 43. Lata uaſa in modũ patinarum, fieri iubeat, eaq; intrinſecus & extrinſecus & intrà diligenter picata eſſe debebunt. Sic. Plin. lib. 11. cap. 37.

Intrita, uide Intero.

Intrò, aduerbium motus ad locum, idem ſignificans quod in domum, ἔσω. quemadmodum intus, domi, uel è domo. Componitur autem cum uerbis incipientibus à d, ut introduco: à g, ut introgredior: m, ut intromitto: r, ut introrumpo: ſ, ut introſpicio: u, ut introuoco. Plaut. in Aulul. Ibo intrò, ut herus hæc quę imperauit, facta, quum uenit ſient.

Intro, as, n. p. Ingredior, introẽo, εἰσέρχομαι. Plin. in Epiſt. Ac ſubinde ſibi nuntiari iubent an iam recitator intrauerit. Vergil. 5. Aeneid. Adſumus, & portus delati intramus amicos. Ouid. 15. Metam. Iamq; caput rerum Romanam intrauerat urbem. Venabula intrant urſos, hoc eſt, transfigunt, Mart. lib. 14. Et per translationem, intrare familiaritatem alicuius, id eſt, ſeſe inſinuare. Cic. ad Quint. frat. In prouincia uerò ipſa, ſiquidem es nactus, qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis antè ignotus ſit, huic quantum credendum ſit uide.

Intratus, part. præt. temporis, rarũ. Liu. Ibi rurſus ſyluæ intratæ. Id eſt, in ſyluas intratum eſt.

Introcludo, a. t. Eſt in interioribus claudo, ἐγκαλαπεύω. Sen. Qui domi introcluſus otiabatur.

Introdo, as, are, Cicero pro Cecin. Atq; etiam ſe ipſe inferebat, & introdabat. Hoc eſt, ultrò ſe offerebat gerendis negotiis. Bud.

Introduco, cis, a. t. [illegible] prod. Significat intra aliquem locum duco, εἰσφέρομαι, ἐνάδω, εἰσάγω. Salluſtius in Catilin. Vulturtium cum legatis introducit, Cæſar 2. bell. Gall. Id fieri poſſe, ſi ſuas copias Hedui in fines Bellonacorum introduxerint. Introducere, pro inducere. Cicero 11. Philipp. Quam ambitionem conſtantiſſimus & grauiſſimus L. Cæſar in ſenatum introduxit. Per translationem eſt inſtruo, doceo.

Introductio, Eruditionis principium, quam Greci εἰσαγωγὴν uocant.

Introẽo, is, iui, itum, pen. ſupini cor. Ingredior, εἰσέρχομαι, εἰσπορεύομαι. Ter. Andr. Vt hinc te iuſsi intioire, oportunè hic ſit mihi obuiam. Introire in uitã, id eſt, naſci. Cic. de Amic. Quamobrẽ cum illo quidẽ, ut ſuprà dixi, actũ optimè eſt, me cum autẽ incõmodius, quem fuerat æquius, ut prius introieram, ſic prius exire de uita.

Introitur, impersonale. Var. lib. 1. cap. 93. Quò cum periculo introitur recenti [illegible] ſtrione.

Introitus, us, m. q. Pro ingreſſu, ἔσοδος, ἔσοδος. Cæſ. 1. bel. Ciu. Tamen ueritus, ne militũ introitu, & nocturni temporis licẽtia oppidum diriperetur, &c.

Intrgredior, eris, Introẽo, εἰσέρχομαι. Ver. 2. Aen. Poſtquã introgreſſi, & coram data copia fandi.

Intromitto, is, a. t. In domum admitto, ἐσδέχομαι, εἰσαγίω, παράγω. Ter. Eun. uereor ne illud grauius Phædria Tulerit, quàm alioſum atq; ego feci, acceperit, Quòd heri intromiſſus non eſt. Dicimus autem intromitto in ædibus, & in ędes. Plaut. in Aulul. Profectò in ædibus meis. me abſente, neminem uolo intromitti. Frequentius tamen per accuſatiuum intromittere in ędes, eò quòd tacitus quidã motus per hoc uerbum ſignificetur.

Introrumpo, pis, a. t Irruo, cum impetu introẽo, ἐσβάλλω. Gellius lib. 17. cap. 22. Cerua emiſſa in cubiculum Sertorii introrupit.

Introrſus, aduerbium, uel Introrſum, intrò uerſus, hoc eſt, uerſus

uersus interiora. Cæs. lib. 2. bell. Gall. Ab eo flumine pari accli uitate collis nascebatur aduersus, huic cõtrarius, passibus, ci citer ducentis, inferius apertus, à superiori parte syluestris, ut non facilè introrsus inspici posset.

Introspício, cis, a. t pen. cor. Introrsus aspicere, diligentissimè uidere, εἰσορᾶω Cic. 2. de Diuin. Negant enim id esse manifestatis deorum, scilicet causas omniũ introspicere, ut uideãt quid cuiq; conducat.

Introuoco, as, a. p. pen. cor. In domum aduoco, εἰσκαλέω. Liuius lib. 10. ab Vrbe, Fabius nihil precatus populum, quàm ut priusquam introuocarentur ad suffragium tribus, Appii Claudii Prætoris allatas ex Herruria literas audirent.

Intrudo, is, ere, Intrò trudo, & importunè me ingero, εἰσωθέω. Cic. pro Cecin. Atq; etiam se ipse inferebat, & intrudebat, & in eam opinionem Cesenniam adducebat: ut mulier imperita nihil putaret agi callidè posse, ubi non esset Eututius.

Intubus, masculini, uel intubum, neut. uel etiã (ut aliis placet) intybus, uel intybũ per y, pen. cor. Genus est herbæ uarias sub se continens species, σέρις. Est enim satiuũ quoddã aliud syluestre. Satiuũ rursus in duas diuiditur species, quarũ altera folio latiore, & lactucæ similior est, altera subamara, & folio angustiore. Vtrumq; genus Officinę scariolam, uulgus Cichoreum hortense uocat. Agreste quoq; intubũ duas sub se continet species, quarũ altera Romano nomine ambubela, Aegyptiorum uerò uocabulo cichoriũ nominatur. Altera à Grę cis hedypnois, ab herbariorũ uulgò Dens leonis appellatur, propterea quòd folia habeat utrinq; denticulata. Plin. lib. 20. cap. 8. Intubi quoq; non extra remedia: succus eorum cum rosaceo, & aceto capitis dolores lenit. Ver. lib. 1. Geor. Et amarus intuba fibris.

Intubaceus, a, um, Quod est ex intubo, ut Intubacea folia, apud Plin lib. 27. cap. 12.

Intueor, eris, intuitus, d. f. Videre & cominus inspicere, αἰσορῶ. Plin. Epist. 11. Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiẽ eius subinde intueri, subinde respicere, sub hac cõsistere Plaut. in Capt. Viden' hunc, quam inimico uultu tueturĩ Id' in Truc. Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Intueri animis, id est, animaduertere. Cic. pro domo sua, Dare hãc Tribunis plebis licentiã, & intueri ni pauli sper animis iuuẽtutem, &c. Intueri aliquid acri & intento animo, Cic. 1. de Finib. Intueri in aliquã rem, & Intueri in aliquẽ. Cic. de Vniu. & de Clar. Orat.

Intuitus, us, m. q. uerbale, Ipse actus intuendi. Quintil. lib. 10. cap. 1. Totum opus non ad intuitum rei, pugnamq; præsentẽ: sed ad memoriam posteritatis, & Plin. lib. 16. cap 10. Abies hilarior intuitu.

Intumeo, es, ere, n. f. & Intumesco, is, Inflari, contueri, in tumorem, ἐξοιδέω, ἐξογκόομαι. Plin lib. 11. cap. 34. Est animal eiusdem turpitudinis, iuxta semper sanguinis capite uiuens, atq; ita intumescens. Idem lib. 2. cap. 81. Intumescens fluctus. Bilis intumuit sub pectore, Pers. Satyr. 5. Humus intumescit uiperis. Horatius Epod. 16. Intumescere, pro irasci, Ouid. 2. Metam. Intumuit Iuno, postquam inter sydera pellex Fulsit. In qua significatione inuenitur etiam datiuo cõiunctum. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 14. Intumuit, uati non tamen Aera suo.

Intueor, eris, pe. cor. intutus, uel intuitus sum, intui, Inspicere, uidere, εἰσορᾶν, ὁρᾶν. Plaut in Most. Profectò nullam equidem illic cornicem intueor.

Iuturbatus, Non turbatus, ἀτάραχος Plinius in Paneg. Et sedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri soleret.

Inturbídus, pen. cor. adiect. Non turbidus. Tacitus lib. 3. Inturbidus externis rebus annus domi suspecta seuentate.

Inturis, Capparis Romanè.

Intus, aduer. loci ab in deductum, idem significans, quod genitiuus domi aduerbialiter positus, uelè domo ἔνδον, ἔσω θεν. Plaut. Quis intus est? Idem in Mostel. Quid ita pultas, ubi nemo intus est? Idem in Cistell. Dic me orare ut aliquis intus prodeat. Idem in Mostel. Pultandum fores. Atq; euocato aliquem intus ad re Trania. Idem in Milite, Sed ubi ille exient intus.

Intusium, uide Indusium.

Inturus, a, um, pen. prod. Non securus, incustoditus, indefensus, ἀπροφύλακτος. Liu. lib. 5. Castra Gallorum intuta, neglectaq; ab omni parte nacti inuadunt.

Intybus, uide Intubus.

Inuado, is, pen prod. n. t. Incesso, corripio, incido, & tam dativo, quàm accusatiuo iungitur, καταλαμβάνω. Varr. de uita Pastor. Tanta porrò inuasit cupiditas bonorum plerisq; Sallust. de bell. Iugur. Tanta libido cum Mario eundi plerosq; inuaserat. Item repente, & cum impetu aliquem aggredior, ἐπιβάλλω, ἐμβάλλω. Verg. lib. 2. Aen. Inuadunt urbem somno uinoq; sepultam. Item ingredi uel intrare Cic. ad Lent. Non potui magis in arcẽ illius causæ inuadere. Ver. lib. 6. Nunc inuade uiam, uaginaq; eripe ferrum.

Inualesco, scis, n. t Robur ac firmitatem acquiro, ἐπιῤῥώννυμαι, ἐπικρατέω. Vnde inualuisse consuetudinem, siue mores dicimus, quum significare uolumus consuetudinem inueteraſſe, & iam longo usu receptam esse. Plin. in Epist. Nam postquam obiit ille, increbruit passim, & inualuit consuetudo, binas uel singulas clepsydras, interdum & diuidias & dandi & petendi. Quint. lib. 2. cap. 1. Tenuit consuetudo, quæ quotidie magis inualescit. Aliquando inualescere, ut Calepino uisum est, significat infirmum ac debile fieri, in desuetudinem uenire. Quintil. lib. 10. cap. 1. Quum uerò aliis intercidant, inualescantq; temporibus. Mea tamen sententia multò aptius accipies ibi inualescere pro robur & uires acquirere, ut ea rum inualescant, opponatur uerbo intercidant. Hoc enim uidetur uelle uerba intercidere, & rursum in consuetudinem redire, quod & ipsum testatur Horat. de Art. Poẽt. Multa renascentur quę iam ceciderę cadentq; Quę nunc sunt in honore uocabula, si uoluet usus.

Inualetudo, inis, f. t. Imbecillitas, ἀῤῥωστία. Cic. in Læl. Quo fuit tem his Nonis in collegio nostro non affuisse, inualetudinẽ respondeo causam, non mœstitiam fuisse. Idem ad Att. lib. 7. Inualetudo tua me ualde conturbat, significant enim tuę litterę te prorsus laborare.

Inualescentia, æ, f. p. Idem quod inualetudo, ἀῤῥωστία. Gellius lib. 20. cap. 1. Vitium aliquod imbecillitatis atq; inualescentiæ demonstratur.

Inualidus, a, um, Infirmus, debilis, ægrotus, ἀῤῥωστος. Plin lib. 11. cap 39. Inuentæ feminæ quædã defluuio capitis inualidæ. Inualidi milites, Liu. 3 bell. Pun. Idem 6. ab Vrbe Qui ubi uidere Camillum, iam ad munera corporis senecta inualidum, uadentem in hostes. procurrunt pariter omnes. Corpus inualidum, Ouid. Epist. 20. Arcus inualidi, Idem Epist. eadem. Manus inualidæ, Lucan. lib. 5. Robur inualidũ. Ouid. 5. Trist.

Inuẽho, is, a. t pen. cor. Intrò uecho, naui uel uehiculo importo, εἰσφορᾶ, εἰσάγω. cuius contrarium est Euecho. Plin lib 6 ca. 19. alii tellurem exercent, militiam alii capessunt, merces alii suas euehũt, res externas inuehũt. Inuectus portũ, inuectus urbem, pro in portũ, & in urbem. Plin. lib. 6. cap. 22. Aquilonibus raptus præter Arcanan. 15. die Hippuros portum eius inuectus. Liu. lib. 4. ab Vrb. Præposito COS. castris, ipse triumphans inuectus urbẽ, Dictatura se abdicauit. Aliquem inuehere, idem est, quod in naui currũue uehere. Verg. 5. Aen Centauro inuehitur magna.

Inuehor, eris, d. t. Maledictis aggredior, & ueluti quodam impetu sermonis in aliquem feror, ἀποτείνομαι. Cicero Epist. lib. 3. Itaq; in ea palàm uehementer inuectus. Idem lib. 5. Tusculan. quæst. Itaq; & Aeschines in Demosthenem inuehitur. Et 2. de Nat. deor. In Stoicos inuehebatur. In eadem significatione aliquando legimus Inucho. Cicero 3. Philipp. Quum ille in me absentem inuchens non intelligebat. &c.

Inuectio, onis, f. t. uerbale, Ipse inuehendi actus. Cicero 2 Off. Iam uerò & earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus, inuectio certè nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. Inuectio, pro infectatione & impetu animi in aliquem. Cic. 1. de Inuent. Clementia per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur.

Inuectus, us, ui, m. q. Idem quod inuectio. Plin. lib. 4. cap. 1. Amnis Achelous è Pindo fluens, atq; Acernam ab Aetola dirimens, & Artemitam insulam assiduo terræ inuectus continẽti annectens.

Inuectiuus, a, um, Quod inuehitur. Plin lib. 10. cap. 29. Quum Theophrastus tradat inuectitias esse in Asia etiam columbas.

Inuectiuus, a, um, Quo in aliquẽ inuehimur. hoc est, quo quis maledictis incessitur, σκωπτικός. Vnde inuectiuæ orationes dicun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nes dicuntur aduersus aliquem scriptæ, quibus in illius mores, uel ingenium, aut uitam inuehimur.

Inuenio, uis. a pen. cor. Comperio, quasi in aliquid uenio, εὑρίσκω, εὑρίσκομαι. Plaut. Ciste. Quod quæritabam, filiam inueni meam. Inuenire, comminisci, excogitare. Terent. in Eunucho, Cæterum idem hoc tute melius quanto inuenisses Thraso. Verg. 4. Aeneidos Inueni germana uiam. Inuenire, acquirere. Terent. in Eun. Vtinam tam aliquid inueni re facilè possis Phædria, Quàm hoc peribit. Inuenire, adipisci. Ci. 3. Phil. Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis cognomen ex contumelia inuenit. Differunt (secundum aliquos) inuenio & reperio: quòd inuenire, sit rem quæsitam offendere: reperire, casu. Ouid. 2. Met. Tu non inuenta reperta es.

Inuenire thesaurum, exponitur lib. 10. C. de Thesauro.

Inuentiones, & Inuenta uerbalia, εὑρήματα, ἐπινοήματα. Plin. lib. 5. cap. 12. Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis, & siderum. Idem lib. 23. capit. 1. Vinum ieiunos bibere nouitio inuento utilissimum est.

Inuentus, us, ui. m. q. Idem quod inuentum. Plin. lib. 17. capit. 10. Ex eodem inuentu est surculos abscissos serere.

Inuentiuncula, læ, diminutiuum. Quint. libr. 8. Ad hoc plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent.

Inuentor, oris, Qui quippiam primus inuenit: ut, Inuentor olei Deus, Cic. 6. Ver. Scelerumq; inuentor Vlysses, Vergil. 2. Aeneidos.

Inuentrix, icis, fœmi. n. gen. Plinius libro 35. capite 11. Amauit in iuuenta Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum. Cicero 2. de Nat. deor. Princeps & inuentrix belli Minerua.

Inuentarium, ii, Idem quod repertorium, Vlpianus in l. Tutor qui repertorium, ff. de Admin. tuto. Tutor qui repertorium non fecit, quod uulgò inuentarium appellatur, dolo fecisse uidetur.

Inuenustus, sta, stum, Illepidus, & sine Venere (ut inquit Donatus) id est, sine gratia, quem omnes respuãt, repudiétque, φροδίσιος ἄμοιρος. Terent. And. Adeone esse hominem inuenustum, aut infelicem quemquam, ut ego sum? Cic. de Claris Orat. Censorinus Græcis literis satis doctus, quod proposuerat explicans expeditè non inuenustus actor, sed iners, et inimicus fori.

Inuenustè, aduerbium, Ineptè, ineleganter, impolitè. Gell. libr. 17. capit. 12. In ibi in eisdem laudibus non hercle hac sententiola inuenustè lusit.

Inuerecundus, da, dum, Impudens, totius uerecundiæ expers, ἀνεπαίσχυντος. Suet. de Cla. Gram. Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Sallust. historicum, quòd eum oris improbi, animo inuerecundo scripsisset, &c. Plaut. in Rud. legirupa, impudens, impurus, inuerecundissimus. Cic. 1. de Inuent. Sin inuerecundum animi ingenium possi det, tamen eum accuses: non enim probus est.

Inuergo, gis, Inuersi, inuersum. n. t. secundum Diomedem inuergere, illabi, influere, εἰσρεῖν. Plautus in Curc. Ipsum expectate tãgere: inuergere in me liquores tuos Sino ductim.

In uersum, Significat in ordinem, εἰς εἶχον, εἰς ὄρχον. Vergil. 4. Georg. Ille etiam seras in uersum distulit ulmos.

Inuerto, s, a. t. In contrarium uerto, uestem aut pellem, seu etiam uerba præposterè pronuntio, καταστρέφω, παρανεύω. ut, pro Lauo, Vola. Terent. in Heaut. Ego autem te noui quàm esse soleas impotẽs, Inuersa uerba, euersas ceruices tuas. Plinius libro 32. cap. 2. Infixam hamo inuertere se, quoniam sit dorso cultellato. Verg. 3. Georgic. Et campum horrentem fractis inuertere glebis. Inuertere negotium aliquod, est pertutbare. Cicero ad Qu. Frat. Quid quæris? probè premitur, nisi noster Pompeius diis hominibusq; inuitis negotium inuertit.

Inuersus, particip. ut Manus inuersa. Ceruix inuersa, Inuersa consuetudo. Quin. lib. 3. cap. 11. Nonne nos hæc inuersa consuetudo deceperit?

Inuersio, uerbale: ut, Inuersio uerborum, apud Ciceronem 2. de Orat. pro transpositione.

Inuesperascere, Vesperum fieri. ἑσπεράζειν. Liu. 9. bel. Macedon. Iam inuesperascebat.

Inuestigo, gas, a. p. pen. prod. Quærendo inuenio, ἰχνεύω. Tractum à uenatoribus qui per uestigia feras quærendo inueniunt. Teren. in Heau. Nihil tam difficile est, quin quærẽdo inuestigari possit. Cic. pro Ligario, Sed quoniam diligentia inimici uestigatũ est qđ latebat, cõstitendũ est, ut opinor Accipitur etiam Inuestigare, simpliciter pro quærere & indagare, ἀνιχνεύειν. Cic. 6. Verr. Qui inuestigabant, & perscrutabantur omnia.

Inuestigator, Pro inquisitore, ἰνιχνευτής. Cicero de Vniuersit. Acer inuestigator, & diligens earum rerum quæ à natura involutę sint.

Inuestigatio, Idem quod disquisitio, siue inuentio, ἀνίχνευσις, Cic. lib. 1. Off. in primis q; est hominis propria, ueri inquisitio atq; inuestigatio.

Inuestigabilis, Pro minus uestigabili, ἀνιχνίας.

Inuestio, is, ire, a. q. Orno, quasi speciosam uestem induco, κοσμέω. Plin. lib. 17. cap. 7. Publicas porticus inuestiuit pictura.

Inuestis, & hoc Inueste, Idem est quòd impubis, cuius scilicet inguina nondum prima lanugine sint uestita, ἄνιβος. Macro. Satur. lib. 3. Romani quoq; puberos puellasue nobiles, & inuestes Camillos & Camillas appellãr. Pallad. lib. 11. cap. 14. Inuestis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat.

Inuetero, ras, are, a. p. Ad uetustatem seruare, inquit Budæ. παλαιόω. Plin. lib. 23. cap. 1. Aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant, decies deferuescẽte cortina, atq; ita defundebant, inuerrebantq;. Idẽ lib. 19. cap. 6. Si diutius alliũ cæpeq; inueterari licebat. Colum. Nonnulli quibus non fuit curæ cælestem inuertere aquam, recentemq; sumunt, camq; usq; in quartã diẽ decoquũt. Sic inucteratũ uinũ. Plin. lib. 14. ca. 2. Inueterare pro inualescere, ἐπιῤῥωννύναι. Cic 2. de Nat deor. Nec unà cum seculis ætateq; hominũ hæc opinio diuinitatis inueterare potuisset. Bud. Inueteratũ malũ, antiquũ. Cic. de Amic. Omne malũ nascens, facilè opprimitur, inueteratũ fit plerumq; robustius. Inueteratus dolor. Cic. 5. Tusc. Inueterata inuidia, Idẽ pro Cluen. et 2. Off. Inueterati, παλαιωμένοι, dicũtur qui in malis insenuerũt, ut in sacris literis, Inueterate dierum malorum.

Inueteratio, onis, Vetustas, antiquitas. Cicero in Tuscul. Inueteratio autem, ut in corporibus ægrius depellitur, quàm perturbatio, citiusque oculorum repentinus tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo: sic cognita iam causa perturbationum.

Inueteresco, cis, ere, n. t. Vetustatẽ acquiro, inualesco, ἐπιῤῥώννυμαι, παλαιοῦμαι. Col lib. 7 de morbo loquens, Sed si iam inueterauit, uehemẽ tioribus est opus remediis. Ter. in Prol. Heautontim. Nouas qui exactas feci, ut inueteresceret: Ne cum Poëta scriptura euanesceret. Cic. in Catil. Res nostræ in momentis inueteresceut, & corroborabuntur.

Inuicem, pen. cor. ex in, & uicem, Propriè significat mutuò, πρὸς ἀλλήλους. Quint. Qui se ardentissimo amore inuicem dilexerũt. Aliquando sumitur pro uicissim. Plin. Iun. Habes res urbanas inuicem rusticas scribe.

Inuictus, a, um, Qui uinci non potest, ἀνίκητος. Cicero pro Marcel. Rectè igitur unus inuictus es, à quo etiam ipsius uictorię conditio, uisque deuicta est. Inuictum seà labore præstare, id est, indefensum, ἀπάματον. Cic. 1. Offic. Ne qui inuictum se à labore præstiterit, uinci à uoluptate. Armis inuictus Annibal, Cic. 3. de leg. Agrar. Dux inuictus, Ouid. 4. Tristium. Eleg. 2.

Inuideo, es, n. s. secunda syllaba corr. Ex alicuius rebus secundis dolore afficior, φθονέω, βασκαίνω. Tractum à nimis uidendo, teste Cicerone, quòd oculos & animum in eos qui bus inuidemus, continuè intentos teneamus. Vnde etiam cum accusatiuo constructum inuenitur. Ouidius Epist. 15. Troadas inuideo. Sæpius tamen cum datiuo. Cic. pro Corn. Balb. Est huius seculi labes quædam & macula uirtuti inuidere. Idem. 6. Philip. Nemo alterius qui suæ confidit, uirtuti inuidet. Interdum cum utroq;, cum datiuo scilicet personæ, & accusatiuo rei. Vergil. 7. Eclog. Liber pampineas inuidit collibus uuas. Idem 8. Aeneid. Sed mihi tarda gelu, seclisq; effœta senectus Inuidet imperium. Sic etiam dicẽter dicimus, Inuideo tibi doctrinam, φθονῶ σοι τῶν λόγων. Fortuna mihi inuidet diuitias. Plin. Neq; ego (ut multi) inuideo aliis bonum quo ipse careo, Apul. Mihi fortuna diuitias inuidit. Cic. 3. Tus. Vt nobis optimam naturam inuidisse uideantur. Sunt qui dicant, Inuidere aliquando accipi pro non uidere, adducentes illud Ciceronis ex 2. lib. de Orat. Itaq; ne hoc passim dicere me, omnino ignorare quid possideat: neq; plane nosse atque inuidisse. Quo tamen in loco, ut in plerisque aliis, decepti sunt corruptis exemplaribus, qui Dictionarium hoc consarcinauerunt. Nam in hoc loco apud Cicero-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ciceronem, Inauditè legendum est, non inuidiosè. Eius passiuum est inuideor, φθονοῦμαι. Horatius in Arte Poëtica, ego cur acquirere pauca Si possum, inuideor? Aliquando etiam legitur Inuidetur impersonaliter. Plautus in Trucul. Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis. Nam inuidere, alii bene esse, tibi malè esse miserum est. Qui inuident, egent: illi quibus inuidetur, rem habent.

Inuidia, æ, f.p. Mœror ex aliena prosperitate, φθόνος, βασκανία. Cicero 14. Philip. Hęc interposui P.C. ut quosdã monerẽ, uti excellentium ciuium uirtutem imitatione dignam, non inuidia putarent. Horat. 1. Epist. 2. Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum. Est autem inuidiæ uocabulum ambiguum, quod tam in eum cadit qui inuidet, quàm in eum cui inuidetur. Inuidẽtia autem actiuè solùm accipitur. Cicero 4. Tusculan. Ab inuidendo inuidentia rectè dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod uerbum dictum est à nimis uidendo, fortunam alterius. Cadit enim utrunq; & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur. Et pauiò antè, Aegritudini subiicitur inuidentia, utendum est enim docendi causa uerbo minus usitato, quoniam inuidia non in eo solùm qui inuidet, dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur. Aliquando pro odio & malevolentia sumitur: ut si quis calamitates suas referat, ostendatúe, ut authori calamitatũ conciter odium cęterorũ, tunc dicitur inuidiam facere, uel uocare, uel adducere in inuidiam. Quintil. Nec ei tot scelerũ commemoratione concitarem inuidiam, Terent. in Andr. ita ut Sine inuidia laudẽ inuenias, & amicos pares.

Inuidiola, diminut. Cic. Quum nescio quid inter eos inuidiolæ exortum fuisset.

Inuidentia, ę, f. p. Aegritudo animi, ex alterius rebus secundis suscepta, quæ præsertim nullam iacturam afferunt inuidenti. φθόνος. Huius autem antitheton est misericordia. Cicero 4. Tusculan. Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis, sic inuidentia, ęgritudo est ex alterius rebus secundis. Ibidem, Ab inuidendo inuidẽtia rectè dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ, quod uerbum dictum est à nimis uidendo fortunam alterius, cadit enim in utrunq;, & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur. Vbi inuidentiam potius quàm inuidiam dicere maluit, tanquã inuidentia inuidi fit, inuidia utriusq;, tam eius qui inuidet, quàm eius cui inuidetur. Sed in frequenti usu est inuidia, magis quàm inuidentia, apud doctos indoctosq; indiscriminatim. Inuidia distat ab odio, quòd inuidemus fortunato, odium uitiosum: inuidiam profiteri erubescimus, odisse palàm, decorũ est, inuidia hominum tantùm est, odium reliquarum etiam animantiũ, ut inquit Plutarch. in lib. de Inuidia & Odio.

Inuidus, pen. cor. Qui alicui inuidet, hoc est, qui ex alterius prosperitate dolore afficitur, φθονερὸς, βάσκανος. Hor. Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Plin. in Paneg. Alienisq; uirtutibus tunc quoq; inuidus.

Inuidè, aduerb. Idem significans quod ex inuidia, uel instinctu inuidiæ, φθονερῶς. Vnde inuidè aliquid facere dicitur is qui inuidia ductus facit quod alterius laudi aut prosperitati obfuturum arbitratur.

Inuidiosus, a, um, Propriè is dicitur cui Inuidetur, ἐπίφθονος. Ouid. 11. Metam. Pactolumq; petit, quanquam non aureus illo Tempore, nec caris erat inuidiosus arenis. Sic potentia & opes, inuidiosæ dicuntur. Cic. pro Corn. Balb. Pecunia L. Cornelii neq; inuidiosa est, & quantacunq; est, &c. Hoc est, non est tanta ut meritò ei quis possit inuidere. Inuidiosum etiam dicitur quod inuidiam, hoc est odium, alicui conciliat. Cic. de Leg. Agr. contra Rull. Qui possessiones inuidiosas tenebant. Idem 2. de Inuent. Hoc tibi inuidiosum futurum est. Idem de Amicit. Quare sibi habeant sapientię nomen & inuidiosum & obscurum. Inuidiosus etiam accipitur (ut quidam uolunt) pro inuido, hoc est, pro eo qui inuidet. Ouid. 15. Metam. Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa uetustas Omnia destruitis. Quo tamen in loco non absurdè uetusta: inuidiosa accipi potest, hoc est, odiosa cuiq; omnes malè cupiant.

Inuidiosè, aduerb. u. Inuidiosè aliquid dicere, uel facere, est eo animo quippiam dicere uel facere, ut aliquem in inuidiam, hoc est, in odium adducamus, ἐπιφθόνως. Cic. 4 Academ. Nom minus hæc inuidiosa dicuntur? Idem pro Milone, Conciones illæ quibus inuidiosè potentiam meam criminabare.

Inuigilo, as, a. pen. cor. Cum cura & solicitudine uigilo, uel rei alicui incumbo, ἐπαγρυπνέω. Col. 10 cap 10. Inuigilate uiri, tacito nam tempora gressu Diffugiunt, nulloq; sono cõuertitur annus. Ver. 4. Georg. Namq; aliæ uictu inuigilant, & fœdere pacto Exercentur agris.

Inuinius, Abstemius, quasi sine uino, ἄοινος. sicut Inuius, sine uia. Qui enim uinũ non bibit, inuinius dicitur. Apul. li. ult. Neq; ullum animal essem, & inuinius essem. Vox noua est, & ut pleręq; aliæ, Asino Apulen aptissima, qui rudere interdum maluit, quàm loqui.

Inuiolabilis, le, om. t. Quod uiolari non potest, aut uulnerari. Sill. lib. 16. uelut inuiolabile telis Seruabant, sacrumq; caput.

Inuiolatus, a, um, Integer, incorruptus, illæsus, ἄῤῥατος ἄβλαπτος, ἀμόλυντος. Cic. pro Rab. Qui castam concionem, sanctũ campum, inuiolatum corpus omnium ciuiũ Romanorũ de fendo seruari oportere. Idem pro Sest. Omnino inuulnerati, inuiolatiq; uixerunt. Col. lib. 12, cap. 1. Quæ domũ autẽ inferuntur, diligẽter inspicere, ne deiurata sint, & ita explorata atq; inuiolata recipere.

Inuiolatè, aduer. Incorruptè. Cic. de Senect. Memoriã nostri piè, inuiolatæq; seruabitis.

Inuiso, is, ere, n. t. Idem quod simplex uiso, nisi quid addat compositio uehementiæ, ἐπισκοπέομαι. Cic. ad Attic. lib. 1. Et ut iam inuisas nos, non solùm rogo, sed etiam suadeo. Ver. 1. Georg. incertum est, uisné inuisere Cæsar, Terrarumq; uelis cutam.

Inuisus, a, um, Non uisus, ἀόρατος. Cic. de Arusp. resp. Occulta, & maioribus non inuisa solùm, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere peruertit. Alias ponitur pro odioso, seu pro odio habito, & quem æquo animo uidere non possumus. μισητὸς. Cicero pro lege Manil. Ne aut inuisa diis, immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse uideatur. Plautus in Merc. Ego me ubi inuisum meo patri esse intelligo Atque odiosum, &c. Cic. 1. Offic. Quo enim quis uerecundior & calidior est, hoc inuisior, & suspectior, detracta opinione probitatis, Plin. lib. 22. 13. Vrtica quid esse inuisius potest? Plin. Epist. ult. Cuius marito inimicissimus, ipsi inuisissimus fuerat.

Inuito, as, a. t pen prod. Ad cœnam epulasue aduoco, παραγγέλλω, προσκαλοῦμαι. Cic 3. Offic. Et simul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in posterum diem. Inuitare in hospitium, & hospitio. Liu. lib. 8. Pun. Vt eos per idoneos hospites benigno uultu ac sermone in hospitiũ inuitatos, hospitosq; uino, uincirent Cic. 12. Phil. Possessiones enim sunt P. Clodii, tota familia occurret, hospitio inuitabit propter familiaritatẽ notissimã. Inuitare aliquẽ poculis maioribus, est propinare, & ad largius bibendũ prouocare: quod Cic. dixit Maioribus poculis poscere. Plaut. in Rud. Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit. Sic inuitare se, est se plum ingurgitare nullo urgente. Plaut. ibidẽ, Mira sunt, nisi se inuitauit in cœna plusculũ. Per translationẽ inuitare accipitur pro allicere, attrahere & incitare, ἀνάγειν. Cic. de Senect. Ad quem fruendum non modò non retrahit, uerumetiã inuitat atq; illectat senectus. Ver. 1. Geor. Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit.

Inuitatus, us. m. q. Inuitamentũ, & inuitatio. Illectamentum, incitatio, allectio. prouocatio, πρόσκλησις, ἐνδόσιμος. Cic. Cæs. Mitto ad te Trebatium, atq; ita mitto, ut initio mea sponte, pòst aũt inuitatu tuo, mittẽdum duxerim. Idẽ in Hor. Voluptates aũt nulla ad res necessarias inuitamẽta afferunt senibus. Idẽ pro Planc. Is aũt. qui uerè appellari potest honos, nõ inuitamentũ ad tempus, sed perpetuę uirtutis est pręmiũ. Idẽ ad Att. lib. 9. In Epirũ uerò inuitatio quàm suauis, quàm liberalis, quàm fraterna?

Inuitabilis, bile, om. t. Pellax, blandus, delectabilis, iucundus, ἐπαγωγὸς. Gellius lib. 13. cap. 11. Sermones iucundos, & inuitabiles, & cum quadam illecebra & uoluptate utiles Interdum etiam inuitabile dicitur quod uitari non potest, ἀλίσκομαι, ἅλυκτος, quod frequentius usitatiusq; ineuitabile dicimus.

Inuitus, a, um, Qui non libenter sed tergiuersans, contra uoluntatem, & repugnans aut coactus aliquid facit, ἀβούλητος. Cui contrarium est libens. Terent. in And Feci hodie ut fierent, insperante atq; inuito Pamphilo. Idem in Heaut. Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet Quam inuitus facias Cicero 2. ad Heren. Sin est probus, cur talem inuitam inuitũ cogis relinquere?

Inui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Inuitè, aduerb. non libenter, coactè, ἀκουσίως. Cic. ad Att. lib. 8. Inuitè cœpi Capuâ, non quòd minus illùd defugerē, &c. Idē 2. de Orat. Quem ego paulò scitiùs uel impudētius, uel inuiti us (nolo enim dicere de tā suaui homine fastidiosius) ad hoc genus sermonis accedere.

In uniuersum, Vniuersaliter, ὅλως, καθόλου. Quint. In uniuersum autem præcipuè, id est, generaliter.

Inuius, a, um, Quod est sine uia, et per quod iri non potest, ἄπορος, ἀδιέξοδος, ἄβατος. Plin. lib. 12. cap. 14. Saba regio undiq; rupibus inuia. Verg. 4. Aen. Postquā alios uentū in montes atq; inuia lustra. Inuii saltus, Liu. 9. ac Vrbe, Inuia dicuntur loca ad quæ accedi non potest, aut ad quæ, uel per quæ difficillimè accenditur, quæ Græci ἄβατα uocant, quasi inaccessa, uel inaccessibilia. Ouid. 5. Fast. Et non accessis inuia fluminibus.

Inula, f. p. Herba est solia ferens uerbasci foliis non dissimilis, sed angustiora & oblongiora, radice subcādida, ad rufum colorem nonnihil tendente, ex qua gratissimum condimentum fieri solet, Iuliq; Augustæ quotidiano cibo maximè illustratum ἑλένιον Dioscor. Rationem autem eam condiendi docet Columella lib. 12. cap. 46. Vulgus Enulam Campanam uocat.

Inultus, a, um, Impunitus, non uindicatus, ἀνεκδίκητος, ἀτιμώρητος. Cicero pro Cluent Cur hunc esse inultum tam diu finis? Cicero 1. de Diuinat. Mortem suam ne inultam esse pateretur. Terent. in Andr. Ego pretium ob stultitiam fero, sed inultum hoc nunquam auferet. Interdum etiam Inultus de eo dicitur qui accepit iniuriam, de qua nulla sumpta est uindicta. Ouidius 4. Fastor. Nos hęc patimur inulta? Verg. 2. Aen. Nunquam omnes hodie moriemur inulti.

Inumbro, as, are, a. p. Est tegendo umbram facere, et quod dicitur opacare. ἐπισκιάζω. Col. lib. 4. cap. 14. Nam utiq; frequenter solum exercendū est, dum id incremēto suo uites inumbrent. Ver. 11. Aen. Instructosq; toros obtentu frondis inumbrant. Per metaphorā tamen ponitur pro tueri atq; defendere, quę translatio sumpta est ab arboribus quę sua umbra nos tuentur ab iniuria solis.

Inunco, as, a p. Rapio et quasi unco ad me traho, ἁρπάζω, ἁρπαγὴν ποιοῦμαι. Lucilius, At qui numos tristis inuncat. Colum. li. 7. cap. 2. Tum etiam quotidie minuitur lana, quæ quanto prolixior in pectore concrescit, tanto magis obnoxia est rubis quibus uelut hamis inuncata, à pascentium tergoribus auellitur. Apul. lib. Flor. Vnde rostro transfodiat, unde unguibus inuncet.

Inundo, das, a. p. Aliquando absolutè ponitur pro eò quòd est extra alueo diffluo, uel effundor, πλημμύρω. Pli. Antequā Nilus inundarer. Verg. 10. Aen. Inundant sanguine fossæ. Per translationē accipitur pro copiosè accurrere, & undarū more quasi affluere. Ver. 12. Aen. hinc densi rursus inundant Troës, Agylliniq;, & pictis Arcades armis. Quandoq; actiuè accipitur pro eo qđ est undis obruere, uel aqua operire, ἐπικλύζω. Cic. de Clar. Orat. Tenā inundat aqua. Plin. Agros & sata omnia inundauit.

Inundatio, onis, f. t. Idē quod diluuiū, ἐπίκλυσις, κατακλυσμὸς. Colum. lib. 8. cap. 11. Vel etiam ualles quæ fluminum alluuie, & inundationibus concreuerint, aptas esse uineis asseuerat.

In unguem, Idem quod ad unguem, hoc est, perfectè, unde Ad unguem factum dicitur quod ita elaboratum est, ut in eo nihil possit reprehendi, ἐξωνυχισμένον. Arbores in unguem positæ, id est, ita ordine suo collocatæ, ut nulla extra alias emineat. Vergil. 2. Georg. nec secius omnis in unguem Arboribus positis secto uia limite quadret. Translatio à lapicidis qui ungue marmoris lęuitatem experiuntur.

Inungo, is, a. t. Illino, ἀλείφω. Plin lib. 18. cap. 14. Mira soleria uisco inungunt oculos. Idem lib. 18. cap. 30. Sunt qui lentē ficcatam oleo inungant.

Inunctio, onis, Illitus, illitio. Plinius lib. 28. cap. 8. Felle glaucomata & suffusiones corrigi propè creditur tribui inunctione.

Inuoco, as, a. p. pen. corr. Introuoco, et nonnunquā non uoco, quanquam posterius hoc rarius est, ἀσκαλίω. Plautus in Capt. utranq; significationem complexus est, quum inquit. Nam scorta inuocantur, & nos parasiti inuocamur. Aliquando significat in auxilium uocare, & subsidium petere, & propriè in rebus afflictis, ἀναπλάω, ἐπικαλέω. Plaut. in Asin. Deam sibi inuocet quam lubebit, propitiam. Cic. 2. de Nat. deor. Apud nostros Iunonem Lucinam in pariundo inuocant. Idem antequam iret in exilium, Auxiliū ab alienis efflagitabo, quo ciues uestros deseratis? Sociorum inuocem subsidium, quum à ciuibus intercluſum sit præsidium?

Inuocatus, adiectiuum, Non uocatus ἄκλητος. Plaut. Capt. Iuuentus nomen indidit scorto mihi, Quod inuocatus soleo esse in conuiuio. Cælius ad Ciceronem, Epistol. libro octauo, At ego simulatque audiui, inuocatus ad subsellia rei ac curro.

Inuolo, às, are. à Vola fit quæ est manus, & pedis concauitas & significat furari, quum aliquid furtim uola manus subtrahitur: quasi uolam iniicere, ἀφαιρέω, ἁρπάζω. Lucan. libr. 6. quid corpore magni Proiecto rapiat, quos Cæsaris inuolet artus. Plin. lib. 9. cap. 59. Singulos inuolat uerius, quàm capit. Dicitur etiam Inuolare, pro eo quod est, manus uiolenter in aliquem iniicere, ἐγχειρέω, ἐπιβάλλω τὰς χεῖρας. Terent. Eu. Vix me contineo, quin ei inuolem in capillum. Aliquando Inuolare compositum est à uerbo Volo, as, idemq; est qđ intro uolare, εἰσπετάομαι. Col. lib. 8. cap. 3. Neq; enim debent ipsis nidis inuolare, ne dum adsiliunt, pedibus ouа confringant. Var. 3. de Re ruſt. At in uillam intro inuolant columbæ de quibus merula.

Inuolito, as, are. frequentatiuum. Horat. 4. car. Ode. 10. Et quæ nunc humeris inuolitant deciderunt comæ.

Inuolucris, cre. Quod adhuc uolare non potest, ἀπτόρυξ. Gell. libro 2. cap. 29. Pulli tunc inuolucres erant.

Inuolucre, Inuolucrum, uide Inuoluō.

Inuoluntarium est, quod per uim, uel per ignorantiam fit: quod ergo neque ui neque ignoranter fit, Voluntarium necessario dicitur. Salom. de uoluntario & inuolūtario.

Inuoluo, is, ere, a. t. In seu super aliquid uoluo, uel uoluendo impono, aut iniicio, ἐπιτυλίσσω. Ver. 1. Georg. Ossæ frondosum inuoluere Olympum. Ouid. 12. Meta. Saxa, trabesq; super totosq; inuoluite montes. Sæpe tamen accipitur pro circumplico, circunuoluo, & re aliqua intego. Plin. li. 11. ca. 24. de aranеis, Nam & lacertarum catulos uenantur, hoc primùm tela inuoluentes, & tunc demum labra utraq; morsu apprehendentes. &c. Crinem inuoluit cassidi, Silius libr. 7. Ouid. 4. Fastorum, Captiuam stipula, fœnoq; inuoluit, & ignes Admouet. Hora. 4. Carm. Ode. 20. & mea uirtute me inuoluo, probamq; Pauperiem sine dote quæro. Per translationem accipitur pro obscurare. Vergil. 3. Aen. Inuoluēre diē nimbi, & nox humida cælū abstulit. Idem 6. Aeneid. Obscuris uera inuolens.

Inuoluolus, li, pen. correpta Idem uermiculus qui & Conuoluolus dicitur, quòd sese foliis arborum & uitium circumuoluat, & implicet, ἕλιξ, ἕλιξ Suid. Plaut. Ciſtel. imitatus ne quam bestiam, Et damnificam. P. Sed quidnam amabo? L. inuolnolum.

Quæ in Pampini folio intorta implicat sese.

Inuolucre, is. n. t, substantiuum. Est linteum illud quo tonsores humeros tondendorum inuoluunt, ne uestes capillorū segmentis sordidentur. Plaut. in Capt. Ne is quidem inuolucre iniicere uoluit, uestem ut ne inquinet.

Inuolucrum, cri. n. s. pen. pro. Quo quippiam inuoluitur, aut integitur, ἕλυμα, ἐνέλυμα. Cic. 1. de Orat. Sic modò in oratione Crassi diuitias ac ornamenta eius ingenii per quædā inuolucra atq; integumenta perspexi: sed ea quum contemplari cuperem, uix aspiciendi potestas fuit. Inuolucris simulationum regi, hoc est, simulatis affectibus. Cicero ad Q. Fr. lib. 1. Multis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi uelis quibusdam obrenditur uniuscuisque natura. Fit autem Inuolucrum à uerbo inuoluo, uis, cuius supinum est inuolutum, & mutata tum, in crum, fit Inuolucrum, ἐνελίσσω, ἐντυλίσσω, περιπίπτω. Sic fiunt multa alia, ut Lauacrū Simulachrum, Ambulachrum, Aratrum, Sepulchrum quæ habent pen. prod.

Inurbanus, na. um. Inciuilis, inuenustus, rusticis moribus præditus, ἀναφρόδισιος. Cicero secundo de Oratore, Inopē quendam humanitatis, & inurbanum. Idem de claris Orat. Sed omnium oratorum, siue rabularum qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, &c. Horatius in Arte, si modo ego, & uos Scimus inurbanum lepido sepone dicto.

Inurbanē

Inurbanè, aduerb. Inciuiliter. Cic. 3. de Nat. deor. Alabandenſes quidem ſanctius Alabandum colunt, à quo eſt urbs illa condita, quam quendã nobilium deorũ, apud quos non inurbanè Stratonicus, ut multa, &c.

Inurino, as, pen. prod. Idem quod urinare, id eſt, in aquam mergi, & natando emergere, ἐγκολυμβᾶν. Colum. lib. 8. cap. 14. Lacus piſcinaq; manu fiant, ut ſint quibus inurinare poſſint aues.

Inũro, is. ere, a. t. Ignito ferro ſtigma imprimere, ut ſeruorum fronti, & equorum coxis, ut cognoſcantur à domino, ἐγκαύειν, κανσηριάζειν. Inurere, adhibito igni fingere, quod genus picturæ Encauſtice dicitur. Plin. lib. 35. cap. 4. Cuius ſuprà caput tabula bigæ pendet quam Niceas ſcripſit ſe inuſſiſſe. Et per translationem Inurere ſignificat ita imprimere, ut deleri nequeat, ut inurere ignominiã alicui. Cic. de Prouin. Conſu. Sed fruatur ſanè hoc ſolatio, atq; hanc inſignẽ ignominiam quontã uni præter ſe iniuſta eſt, putet eſſe leuiorẽ. Inurere ſibi maculã, eſt crimen indelebile ſibi contrahere. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Prehenſabat ſingulos, orabatq; ne Claudiæ gẽti eam inuſtam maculam uellent.

Inuſitatus, a, um, Inſolitus, præter conſuetudinẽ, rarò uſus, inauditus, ἀνήθης, ἀνήκοος. Plin. in Epiſt. Hora diei ferè ſeptima mater mea indicat ei apparere nubẽ inuſitata & magnitudine & ſpecie. Cic. 2. de Orat. Alter lepôrem quendã inuſitatũ noſtris oratoribus eſt conſecutus.

Inuſitatè, aduerb. Cic. ad Q. fr. Abſurdè, & inuſitatè ſcriptæ epiſtolæ. Idem de Clar. Orat. Inuſitatè loqui.

Inutilis, le, om. t. Qui nulli uſui eſt, ἄχρηστος. Cic. 1. de Inuen. Is inutilis ſibi, pernitioſus patriæ ciuis alitur. Idem 2. de Diuinat. Quid quum quæritur qui ſit optimus Reipublicæ ſtatus, quæ leges, qui mores aut utiles aut inutiles? Ouid. 15. Metam. donec ſolertior iſto, Et ſibi inutilior, timidi commenta retexit.

Inutiliter, aduerb. Plin. lib. 16. cap. 39. Alii non inutiliter relinquunt. Hirc. de bell. Alex. Multa Romæ malè & inutiliter adminiſtrari.

Inutilitas, atis, f. t. ἀχρηστία. Cic. 1. de Inuen. Ex his illud conficitur, ut appetendarũ rerũ partes ſint, honeſtas & utilitas: uitandarum, turpitudo & inutilitas.

Inuulneratus, a, um, Nõ uulneratus, ἄτρωτος. Cic. pro Seſt. Cæteri uerò aut repẽtina ui perculſi, ac tẽpeſtate populari, per populũ tamen recreati ſunt, atq; reuocati, aut omnino inuulnerati, inuiolatiq; uixerunt.

I O

Io, ἰώ, Dolendi particula eſt. Tibullus, Vxor io, remoue ſæua puella faces. Quandoq; exprimit geſtientis lætitia affectum. Ouidius 1. de Arte, Dicite io Pœan, & io bis dicite Pæan.

Iocinalis, Onobrychis apud Dioſc. lib. 4. cap. 171.

Iocatio, uide Iocus.

Iocus, ci, Maſculini generis, pluraliter hi ioci, uel hæc ioca. Dicitur quod ſerium non eſt, παιδιά. Et differt à ludo, quod ludus factis, iocus præcipuè uerbis fieri dicatur. Mart. Consueuere iocos ueſtri quoq; ferre triumphi. Salluſtius in Iugurtha, Ioca, ſeriaq; cum humilibus agere. Gell. lib. 22. Inſulſi hominis ioca non prœteribo. Cic. 2. de Finib. At qui cum ioca & ſeria, ut dicitur, qui cum arma, qui cum occulta omnia?

Ioculus, dimin. Plaut. in Sticho, Noui illum, ioculo hæc dixit.

Iocoſus, a, um, Quod ſerium non eſt, παιδιώδης. Cicero 1. Officior. Si de rebus ſeriis loquatur, ſeueritatem adhibeat, ſi de iocoſis lepôrem. Martialis, Non potuit melius litem finire iocoſam.

Iocoſè, Non ſeriò, ſed ſolius feſtiuitatis gratia, παιδιωδῶς. Cicero Quint. frat. Cumq; Inſi iocoſè ſatis. In eadẽ ſignificatione dicimus & Iocò, aduerb. Terent. in Heaut. Iocóne an ſeriò illæc dicat, neſcio.

Ioculor, aris, d. p. Per iocum aliquid dico, facio uc, παίζομαι, χαριεντίζομαι. Liuius 7 ab Vrbe, Inter carmina propemodum incondita militariter ioculantes, Torquati nomen auditum.

Iocularis, re, Ioco riſuq; dignus, παιδιώδης. Teren. in Phor. quid meã? Illa quidẽ noſtra erit. D. ioculariẽ audaciã. Cic. de Fato, O licentiam iocularem.

Iocularius, a, um, Quod ioco fit, diciturúe, neq; ſerium eſt, uel quod ioco riſuq; dignum eſt, παιδιώδης. Horatius 1. Sermon. Satyr. 1. Præterea ne ſic, ut qui iocularia, ridens Perſcurram. Terent. in And. Iocularium in malum inſciens pedè incidi.

Ioculariter, ioco ſè, per iocum & riſum, παιδιῶς. Plin. lib. 22. cap. 12. Hæc eſt, quã Ariſtophanes Euripidi Poëtæ obiicit iocu lariter, Matrem eius ne olus quidẽ legitimũ uendidiſſe olim, ſed ſcandicem.

Iocularius, a, um, Quod fit per iocum, παιδιώδης. Cic. ad Att. lib. 4. Huic ioculariæ diſputationi ſenẽ illũ, ut noras, intereſſe ſanè nolui.

Iocor, aris, d. p. Nugas ago, non ſeriò loquor, cauillor, παίζομαι, χαριεντίζομαι. Cic. 1. Epiſt. Sed iam cupio tecum coram iocari. Plautus in Menæch. Solet iocari ſæpe mecum illo modo. Cic. 4. de Finib. Habent enim acceſſionem dignam in qua laboretur, ut mihi in hoc iocari uideantur interdum, quum ita dicant.

Iocans, tis, part. Cic. 4. Aca. Me quoq; iocans ne, an ita ſentiẽs, (non enim ſatis intelligebam) cœpit hortari ut ſententia deſiſterem.

Iocatio, onis, f. t. uerb. iocoſa & facetа narratio, aut locutio. Cic. ad Papyr. Nunc uenio ad iocationes tuas.

Ionthi, ἰόνθοι, A Galeno appellantur exigui duriq; faciei tumores, à craſſo humore generati, quos Plinius Celſusq; uaros, Itali ſua lingua Coſſos appellant, teſte Manar. Epiſt. Med. lib. 7. & 8.

Ionthos, ἰόνθος Græci dicunt, quos Latini uaros appellant.

Iota, litera eſt Græca, ſed ponitur pro nihilo ac re nullius momenti. Cicero de Orator. Vt iotam literam tollas & ſ planiſſimum dicas.

Iouinianos, Ἰοβινιανούς, D. Maximianus uoluit uocari, qui ſe fortiter in Illyrico geſſiſſent.

Iouis gemma, Quæ ultra candorem & læuius eſt & teneri us, διὸς λίθος. Plin lib. 37. cap. 10.

Iouis flos, Flos eſt æſtiuus & inodorus, colore purpureo, cuius gratia coronamentis expetitur, διὸς ἄνθος. Plin. lib. 21. ca. 10. Colore tantũ placet Iouis flos, odor abeſt, ſicut & illi qui Græcè Phlox uocatur.

Iouiſtè, Compoſitum ex Ioue & iuſtè.

I P

Ipparchia, æ, f. p. ἱππαρχία, præfectura, & quaſi magiſterium equitum. Quidam pro ala LXI Equitum accipiunt.

Ipes. Quæ & Senipes, ἵππος, ἢ σανίππος, à Græcis appellantur uermiculi nerno tempore, & potiſſimùm ſpirante Auſtro in uitibus naſcentes, oculoſq; earum erodentes, quos ruſtici ſolent ampelitide terra enecare, ut docet Galenus lib. 9. Simpl. Medic.

Ips, ἶψ, Vermiculus eſt uitiũ oculos erodens, ut & is frumenta trips ligna, ſis neſtes, is uitrum, midas fabam. Vide latius ſuprà in dictione Ipes.

Ipſe, a, um, Pronomen demonſtr. quod cum aliis pronominibus iunctum, eorum accipit ſignificationem: ut Ego ipſe, tu ipſe, is ipſe. αὐτὸς. Inuenitur tamẽ ſæpe abſq; aliis per eclipſim prolatum, & tamen eorum habens ſignificationem, quæ cum eo ſubaudiuntur. Verg. 2. Aeneid. Quęq; ipſe miſerrima uidi. Aliquando relatiuum eſt. Idem 3. Aeneid. Ipſe arduus, altaq; pulſat Sydera. Aliquando emphaſim, id eſt, expoſitionẽ alicuius rei latentis habet, cuiuſmodi eſt illud apud Vergil. 2. Aen. Ipſe pater Danais animos, uiresq; ſecundas. Sufficit. Ibi enim ipſe, latentem quandam habet energiam, quaſi dicat, ipſe Iupiter, qui ſe omnibus equum ſolet præbere, & quem minimè neriſimile erat talia factũ fuiſſe. Quod ſi addatur particula met, diſcretio ſignificatur: ut Ipſemet: hoc eſt, ipſe per ſe, & non per alios. Apud ueteres ipſus, pro ipſe dicebatur. Terent. ipſus eſt. Item ſuperlatiuum Ipſiſſimus, αὐτότατος. Hinc fit compoſitum is ipſe, id eſt, ipſe & non alius.

Ipſullices, Bracteæ dicebantur in muliebrem, uirilemúe ſpẽciem expreſſæ. Feſtus.

Ir, ſiue potius Hir, per aſpirationẽ, neut. gen. & indecl. Propriè manus concauitas, licet quandoq; pro ipſa manu capiatur. ἶναρ.

Ira, æ, f. p. Animi excandeſcentia, in corde ſedem habens, ita dicta eſt ab eo quod eſt ire, ὀργή. Nã à ſe it qui iraſcitur, et furit. Vnde & qui iram deponit, ad ſe redire dicitur. Ter. in Ad. Tandem reprime iracundiam, & ad te redi. Cic. 4 Tuſcul. Quę autem libidini ſubiecta ſunt, ea ſic definiunt, ut ira ſit libido puniendi eius qui uideatur læſiſſe iniuria.

Ire

Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum, Terent. in And. Iram cuomere in aliquem, Terent. in Adelph. Cic. in Offic. Prohibenda maximè eſt ira in puniendo. Indomitæ iræ. Vergil. 2. Aen. Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? Exercere iras. Vergil. 3. Georg. Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ. Ouid. 15. Metam. roſtriq; & aduncis unguibus iras Exercent, alasue aduerſaq; pectora laſſant.

Iracundus, da, dum. Qui ex parua, uel nulla cauſa præcedente iraſcitur quiq; natura ad iram procliuis eſt, etiamſi tũc nulla moueatur ira, ὀργίλος, χολώδης, θυμοειδής, θυμικός, Plaut. in Mil. Opus eritne tibi aduocato triſti, iracundo? Ecce me. Idem in Pœn. Eia haud ueſtrum eſt iracundos eſſe quod dixi ioco.

Iracundia, fœ. pr. dicitur procliuitas in iram, ὀργιλότης. Donatus, Ira de cauſa eſt, iracundia de uitio multùm iraſcentis. Cicero quarto Tuſculanarum, Ex quo in aliis anxietas, unde anxii: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt: eſtq; aliud iracundum eſſe, aliud iratum. Seneca, Ira quo diſtet ab iracundia, apparet: quo ſcilicet ebrius ab ebrioſo, & timens à timido. Iratus, poteſt eſſe non iracundus: iracundus poteſt aliquando non iratus eſſe. Vſurpatiuè tamen iracundia libidinis eſt pars: ſic enim definitur, Iracundia eſt ulciſcendi libido. Terent. in Adel. Me miſerum, uix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.

Iracundè, aduerbium, Furioſè, animoſè, cum ira. Cic. Philipp. 8. Nam me tecum iracundè agere dixiſti ſolere, non eſt ita: uehementer me agere fateor, iracundè nego.

Iraſcor, eris, iratus. d. t. Ira commoueor, ſtomachor, ſuccenſeo, ὀργίζομαι. Et modò abſolutè ponitur. Terent. in Eun. Ille cõtinuò iraſci, Necq; negare audere. Idem Adelph. Rurſum Demea iraſcere? Modò conſtruitur cum datiuo. Cic. ad Att. libro 1. Pompeii noſtri amici negãt me iratum fore, ſi ad mea conuicia non uenerit. Plaut. Noli amabò Amphitruo iraſci Soſiæ cauſa mea. Cic. pro Qu. Roſc. Dii immortales homini bus iraſci & ſuccenſere conſueuerunt. Iraſci uicem alicuius, pro dolere, Liu. 4. bell. Mace. Huius compoſita ſunt, Subiraſcor, quod eſt paulùm uel leuiter iraſcor. Obiraſcor, contra iraſcor, ἀντοργίζομαι Liu. lib. 1. Fortunæ (ut ſit) obirati, cultum reliquerant Deũm.

Iratus dicitur, qui aliqua re laceſſitus excandeſcit: etiam ſi natura non ſit iracundus, ὀργισθείς. Ci. pro Cæl. Huic ego deos propitios, pleriq; autem iratos putant. Idem ad Att. Nolo te illum iratum habere. Iratior. Cic. ad Att. libr. 15. Antonio eſt enim fortaſſe iratior. Iratiſſimus. Cicero 8. Philipp. Cæſar ipſe qui illis fuerat iratiſſimus, tamen propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat.

Iratè, aduerbium Per iram ſignificat, πρὸς ὀργήν. Colum. lib. 7. cap. 12. Satis eſt ſeueros eſſe, nec blandos, ut nonnunquam etiam conſeruos iratius intueãtur, ſemper excandeſcant in exteros.

Irceus, Genus eſt farciminis. Feſtus.

Ire pedibus in ſententiam, προσίθεσθαι, quid ſit uide ſupra in uerbo Eo, is.

Irenarches, ſiue Irenarchia, εἰρηναρχία, Qui ad tollẽdas diſcordias & pacandos ciuium animos, ſiue qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur. Græci enim εἰρήνην pacem uocant, ἄρχον, præfectum aut principem. Horum officium erat tranquillitatem publicam ſeruare, & iter facientibus uias ſecuras præſtare. Vide Vlp. l. Munerum. Digeſt. de Muneribus, & honoribus.

Iris, huius iris, uel iridis. f. t. ἶρις, Arcus cæleſtis: ab ἀρεῖν. quod eſt dicere, uel nuntiare: propterea quòd arcus huiuſmodi pluuias denuntiet: unde etiam Poëtæ Irim Iunonis nuntiam eſſe finxerunt. Vergil. 5. Aeneidos, Irim de cælo miſit Saturnia Iuno. Huius arcus cauſa eſt radius Solis, cauæ nubi immiſſus, qui repulſa acie in Solem refringitur. Nubes enim formam arcus diſcoloris efficiunt, qui alia parte earum tumidiores ſunt, alia ſubmiſſiores, & quædam craſſiores quàm ut ſolem tranſmittant, aliæ imbecilliores quàm ut excludant. Hæc inæqualitas alternis lucem umbramque commiſcet, & exprimit illam mirabilem arcus uarietatem. Eſt & iris, ἶρις herba gladioli foliis, ſed maioribus, latioribus, & pinguioribus, radice odorata, & ſternutamenta mouente, flore colorum uarietate arcus cæleſtis ſpeciem referente. Vulgus Lilium cæruleũ appellat. Vide Plin. libro 21, cap. 7.

Irinum, ἴρινον, Vnguentum quod ex iride fit Plin. lib. 13. cap. 1. Irinũ Corinthi diu maximè placuit. Idem lib. 20. cap. 27. Capitis dolores diſcutit illitũ ex aceto & infuſum naribus cum irino, oculorum epiphoras, & tumores.

Irion, onis, ἐρύσιμον, Frugis genus eſt, culmo aſurgens feruláceo, foliis & flore ſeſamo non diſſimili. Seritur in Italia ante Vergiliarum exortũ, in Græcia autẽ & Aſia ſub earundẽ occaſum. Vide Plin. lib. 18. cap. 7.

Irnella, Vaſis genus in ſacris. Feſtus.

Ironia, f. p. pen. prod. εἰρωνεία, Figura eſt in pronunciatione uim omnẽ habens quã nos uel diſſimulationẽ, uel irriſionẽ dicere poſſumus, quũ ſcilicet pronunciatione ipſa nos diuerſum oſtendimus ſignificare, ab eo quod uerba ipſa uidentur ſonare. Eiuſmodi eſt illud apud Verg. 10. Aen. Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Niſi enim amaritudo pronuntiationis adiuuerit, confiteri uidetur quod negare contendit.

Irpices, Raſtri ſunt dentati, in agris ad extirpandas radices herbarum accommodati. Feſt.

Irraſus, pen. prod Non raſus, ἄξυρος. Plau. in Rud. Dii te amẽt cum irraſo capite.

Irrationabilis, le, pen. cor. Ratione carens, ἄλογος. Quin. li. 7. cap. 4. Falſa eſt finitio, ſi dicas, Equus eſt animal rationale, nam eſt equus animal, ſed irrationale. Sunt tamen qui & hîc & alibi apud eundem authorem, non rationabile, ſed rationale legant.

Irraucio, cis, ſi, ſum, n. q. teſte Priſc. ſiue Irrauceſco, cui, Raucus fio, βραγχῶ, βραγχιάω. Cicero libro 1. de Orat. At Aeſopum, ſi paulum irraucuerit, explodi. Priſcianus legit Irrauſerit.

Irredux, ucis, pen. corr. Contrarium eſt, nominis redux, ut apud Lucan. lib. 9. Irreducemq; uiã deſetto limite carpit, hoc eſt, uiam à qua rediturus non eſt.

Irrediuiuus, a, um, Contrarium rediuiuo, ut irrediuiuus pons apud Catullum, pro irreparabili, inquit Budæus. Catulli uerba hęc ſunt, Epigr. 17. ad Coloniam ſed ueteris inepta Crura ponticuli, ſub his totus irrediuiuus Ne ſupinis eat, &c.

Irreligatus, a, um, Idẽ quod ſolutus, & non ligatus, ἄδετος. Ouid. 1. de Arte. Vtq; erat è ſomno tunica uelata recincta, Nuda pedem croceas irreligata comas.

Irreligioſus, a, um, Pietati & religioni repugnans, ἀνόσιος, ἀσεβής. Liu. 5. ab Vrbe, Saluo etiam tum diſcrimine diuinarũ humanarumq; rerũ, irreligioſum ratus, ſacerdotes publicos, ſacraq; populi Romani pedibus ire, ferriq; ſe & ſuos in uehiculo conſpici. Plin. in Epiſt. 112. Sed eam reuerentiã cum literis ipſis, tum ſcriptis tuis debeo, ut ſumere illa, niſi uacuo animo, irreligioſum putem.

Irremeabilis, le, om. t. Vnde remeare non poſsis, ut Error irremeabilis. Ver. 5. Aen. Ancipitemq; Mille uiis habuiſſe dolũ, qua ſigna ſequendi Fallere indeprenſus, & irremeabilis error, Idẽ 7. Aen. Occupat Aeneat aditũ cuſtode ſepulto, Euadit q; celer ripam irremeabilis undæ. Viæ irremeabiles, Senec. Hercul. furente.

Irremediabilis, le, cui mederi, ſiue remedium adhiberi non poſsumus, ἀνίατος, ἀθεράπευτος. Plin. lib. 20. cap. 7. E quibus dixiſſe non pudeat, ſi in defectu Lunæ, Soliſtitia congruat nihil irremediabile fieri. Idẽ lib. 25. cap. 13. Sed in uino pota irremediabilis exiſtimatur.

Irremunerabile, Quod ob magnitudinẽ remunerari non poteſt, nec par pari rependi, ἀνταπόδοτον. Ver 3. Geor. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Irrepertus, a, um, Non repertus. Hor. 3. Car. Qua tumidus rigat arua Nilus aurũ irrepertũ, & ſic melius ſitũ Quũ terra celat. id eſt, nondum repertum.

Irrẽpo, is, n. t. pen. prod. Paſsim & latenter more reptiliũ introeo, παρεισπίπτω, εἰσδύομαι, παρεισέρπω, παρεισέρχομαι. Cuius frequent. eſt Irrepto. Plin. li. 26. ca. 1. Non fuerat hęc lues apud maiores, patresq; noſtros, & primò Tyberii Cęſaris principatu medio irrepſit in Italiam. Cic. 3. de Orat. Irrepit in hominum mentes.

Irreprehenſus, Qui reprehendi iure non poſsit, ἀνέλεγκτος, ἀνεπίληπτος, ἄμωμος. Ouid. 5. Triſt. Eleg. 13. Et tandem probitas irreprehenſa fuit.

Irrequietus,

Irrequietus, a, um, Quod nullâ habet requiẽ, ἄπαυστος. Plin. lib. 2. cap. 3. Aeterno & irrequieto ambitu, &c. Mart. lib. 4. Diſcurris tota uagus urbe, nec ulla cathedra eſt, Cui non mane feras irrequietus aue. bella irrequieta, Ouid. 2. Triſt. Sors irrequieta, Ouid. 2. Met.

Irreſectus, a, um, Non reſectus. Hor. Epod. 5. Hic irreſectũ ſæua dente liuido Canidia rodens pollicem.

Irreſolutus, a, um, Quod nunquã remittitur. Ouid. 1. de Põto, Eleg. 2. At ſemel intentus leuis arcus equino, Vincula ſemper habens irreſoluta manet.

Irretio, is, ire. a. q. Dolo capio, & quaſi reti quodam inuoluo, περιβάλλω, περιτίθημι, σαγηνεύω. Cicero 4. Academ. Quid enim ad illum qui te captare uolunt, utrum tacentem irretiat te, an loquentem? Irretire illecebris, allectare, & derinere. Cicero in Catil. Cui tu adoleſcentulo quem corruptelarum illecebris irretiſſes, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem prætuliſti?

Irretitus, m. ſ. Dicitur qui aliqua fraude uel blanditiis, aut dolo, quaſi reti captus eſt, περιπλακεὶς, δολιχθεὶς. Cic. 5. de Finib. Vidit Homerus probari fabulã non poſſe, ſi cantiunculis tantus uir irretitus teneretur.

Irretortus, a, um, Pro recto. Hor. 1. Carm. Ode 2. Quiſquis in gentes oculo irretito Spectat aceruos.

Irreuerens, miles punitur l. miles agrum, Parag. irreuerens, ff. de Re milit.

Irreuerenter, aduerb. ſine reuerentia & honore. Plin. Epiſt. 38. Cæteri audaces, atq; etiã magna ex parte aduleſcentuli obſcuri ad declamandũ huc tranſeunt, tam irreuerenter & temerè, ut mihi Attilius noſter expreſsè dixiſſe uideatur, ſic in foro pueros à centumuiralibus cauſis auſpicari ut ab Homero in ſcholis.

Irreuerentia, æ, ſ. p. Reuerentiæ contraria, ἀναίδεια. Tacitus lib. 13. Quibuſdam coalitam libertate irreuerentiam eò prorupiſſe frumentibus. Plin. Epiſt. 92. Studiorum irreuerentia.

Irreuocabilis, le, Quod non poteſt reuocari. Plin. Epiſt. 51. Cuius tædio ad mortem irreuocabili cõſtantia decurrit, uſq; ad ſupremũ diem beatus & felix. Hor. 1. Epiſt. 18. Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.

Irreuocandus, a, um, Idem, ut Error irreuocandus, apud Claud. de bell. Get.

Irreuocatus, a, um. Non reuocatus. Horat. Epiſt. 1. Quum loca iam recitata reuoluimus irreuocati. Ouid. 11. Metam. ſed enim irreuocatus ab acri Cæde lupus perſtat dulcedine ſanguis aſperſus.

Irreuolutus, a, um, Contrarium reuoluto. Mart. li. 11. Vadas, & redeas irreuolutus.

Irrideo, irrides, irriſi, irriſum, a. ſ. pen. prod. ex in & rideo, Derideo, ludibrio habeo, καταγελάω, Terent. in Heaut. Irrides in re tanta, neq; me quicquam conſilio adiuuas. Idem in Eunuch. Cœpit ad id alludere, Et me irridere. Cic. 2. de Nat. deor. Etiam per iocum deos irridens, quum cauea liberati pulli, &c.

Irriſus, participium, Tacit. lib. 4. Ad uana, & toties irriſa reuolutus.

Irriſus, us, m. q. pen. prod. Tacit. lib. 1. Retinenteis centuriones irriſu, & contumeliis, poſtremò uerberibus inſectantur. Idem lib. 3. Non ſine irriſu audientiũ poſtulauit. Irriſui eſſe, id eſt, ludibrio haberi. Plin. lib. 22. cap. 5. Imò uerò pleriſq; ultrò etiam irriſuri ſumus, iſta commentantes ac friuoli operis arguimur.

Irriſio, onis, f. 1. Subſannatio. Cic. 1. Off. Deforme etiã de ſe ipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientiũ imitari militem glorioſum.

Irriſor, oris, m. 1. Qui irridet. Cic. in Parad. Veniant igitur iſti irriſores huius orationis ac ſententiæ, & iam uel ipſi iudicẽt

Irridiculè, aduerbium, Infacetè, ineleganter. Cæſar 1. bell. Gall. Quod quum fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit, priuſquam pollicitus eſſet, Cæſarem facere.

Irrigo, a. p pen. cor. ex in & rigo, Adaquo, humecto, quaſi riuos in agrum duco, ἀρδεύω, βρέχω, ὀχετηγέω. Cic. 2. de Natura deor. Aegyptũ Nilus irrigat. Idẽ 1. de Nat. deor. Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit. Plin. lib. 2. cap. 63. Quã que ſanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus tegimus. Sopor irrigat artus. Ver. 5. Aen.

Irrigatio, onis, Verb. Actus irrigandi, ἀρδεία, ὀχετηγία. Cic. 1. Off. Adde ductus aquarum, derinationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppoſitas fluctibus, &c.

Irriguus, ua, guum, Quod irrigatur, aut facilè irrigari poteſt, καταῤῥύτος, Cato cap. 1. de re ruſtic. Vinea eſt prima: ſi uino multo opus fiet: ſecundo loco hortus irriguus. Accipitur & quandoq; in ſignificatione actiua: ut, Aqua irrigua, quæ irrigat. Verg. lib. 4. Georg. irriguumq; bibant uiolaria fontem. Tibul. Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Irripio, intus rapio, εἰσβάλλω. Cic. Irripiunt in ædes ſubitò.

Irrito, tas, a. p. ἀκυρόω, ἀθετέω. componitur ex in & rato, quo ueteres utebãtur pro ratum facio, approbo: & ſignificat nõ ratum eſſe uolo, uel oſtendo uel facio. Et irritum ἄκυρον, improbatum, non ratum: & per translationem in nihilum redactum.

Irrito, pen. prod. frequent. ab irruo, per mutationem u, in i, euphoniæ cauſa. Eſt autem irritare idem quod laceſſere, pro nocare, & ad iram incẽdere, ἐρεθίζω, ἐπάγω, παροξύνω, παροτρύνω Quæ ſignificatio à canum more tracta uidetur qui in laceſſentem irrunt: Donatus ait, reſtrictis dentibus, r literam imitantur. Vergil. lib. 5. Aeneid. Irritatq; uirum, & uoce laceſſit. Ouid. libro 2. Faſtor. Tum ſicco primas irritat cortice flammas, id eſt, ſuſcitat. Plaut. in Amphitrione, Irritabis crabrones. Ab eodem fonte manat & Prorito, tas. pen. prod. Nã ſicut irrito pro laceſſo, ab irruo eſt, ita prorito à proruo: nec multum in ſignificatione differunt. Nam prorito idem eſt quod prouoco, παροτρύνω. Colum. lib. 2. Lini ſemen, niſi magnus eſt eius in ea regione quam colis, prouentus, & pretiũ proritat, ſerendum non eſt. Hoc eſt niſi pretium allicíat, & inuitet. Differunt autem prorito, & irrito: quod illud & in bonam & in malam partem, uti prouoco, capi poteſt: irrito, non niſi in malam.

Irritatus, a, um, participium. Gens irritata, Ouid. li. 3. Metam. Voluptas irritata, Idem 2. de Arte. Irritatus pro irato: Terent. in Phormione, Ira ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.

Irritatus, nomen ex participio. Gel. libr. ult. capit. ult. Quo fit quorundam maledicorum hominum ſæuitas & inuidentia irritatior.

Irritatio, onis, Inſtigatio, παροξυσμός. Liu. 2. bel. Maced. Et irritatio animorum ea prima fuit.

Irritabilis, le, Quod facilè irritatur: cuius contrarium placabilis Cic. ad Att. lib. 1. Nam ſi ita ſtatueris, & irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles, &c. Horat. 2. Epiſt. 2. Genus irrabile uatum.

Irritamen, inis, n. t. Quo quis irritatur, & accenditur. Ouidius lib. 12. Metamor. Haud ſecus exarſit, quàm circo taurus aperto, Quum ſua terribili petit irritamina cornu. Irritamen amoris. Ouidius lib. 7. Metamo. Idem 3. Metam. magnas Adiecíſſet opes, animi irritamen auari.

Irritamentum, ti, n. ſ. Quo quis irritatur, & accẽditur. Plinius libro quinto, capite ſexto, Subinde inſulis impactus, totidẽ incitatus irritamentis, poſtremò, &c. Ouidius libro primo, Metmar. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Sic irritamenta gulæ, dicuntur condimenta quibus edendi auiditatem prouocamus.

Irritus, ta, tum, compoſitum ab in, & ratus: Idem quod nõ ratus, ἄθετος, ἄκυρος. Terent. in Phorm. Quod dictum, indictum eſt: quod modò erat ratum, irritum. Labor irritus anni, Ouidius lib. 1. Metam. Irritæ preces, id eſt, uanæ, futiles, & incaſſum fuſæ. Plin. in Panegy. Ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant. Tela irrita, Verg. 4. Eclog. Verba irrita, Ouid. 1. de Remedio amo. Interdum irritus idem eſt quod ad nihilum redactus. Verg. 4. Eclog. Te duce, ſi qua manent ſceleris ueſtigia noſtri, Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

Irroboro, as, pen. cor. Inualeſco, uires acquiro, ἐπιῤῥώννυμι. Gellius libro primo, capite 22. Irroborauit, inueterauitque falſa atque aliena uerbi ſignificatio, quod dicitur, Hic illi ſu pereſt.

Irrogaſsit, antiquum uerbum, pro quo apud Cic. in leg. corruptè legitur Intetrogaſſit.

Irrogo, a. p. penult. corrept. Infero, infligo, impono, ἐπάγω, προστίθημι. Plaut. in Capt. Qui conſilium iniere, quo nos uictu & uita prohibeant: His diem dicam, irrogabo mulctã, ut mihi cœnas decem meo arbitratu dent, quum cara anno na ſit, ἐπιβάλλω ἐπιβολὴν. Plinius, Non modò culpam omnẽ ſed etiam mulctam irrogauit. Cic. pro Domo ſua, Vetant leges ſacratæ, uetãt XII. tabulæ leges priuatis hominib. irrogari: id eſt enim priuilegium. Irrogare alicui mortem. Tacit. libro 9. Sibimet irrogaret mortem, quam patri ſtruxerat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Irrogatus, a, a, um, partic. Tac. lib. 12. Exiliumq; accusatori irrogatum, & tabulæ exustę sunt.

Irrogatio, onis, f. t. Cicero pro Rabirio, Nam quid ego ad longam orationem comparem, quod est in eadem multę irrogatione præscriptum, hunc nec suæ, nec alienæ pudicitiæ pepercisse?

Irroro, as, pen. prod. Rore aspergo, seu madefacio, ἐπιῤῥοσίω, βρέχω. Colum. lib. 11. cap. 2. Septimo idus Decembres aquila manè oritur, Africus, interdum Auster irrorat. Idem lib. 12. cap. 22. Noctibus autẽ labrum operire cõueniet, ne irroretur. Dicimus autem, Aquam irrorare agro, & agrum irrorare aquâ. Ouid. 1. Metam. Inde ubi libatos irrorauere liquores Vestibus. Idem 7. Meram. Ter se conuertit, ter sumptis flumine crinem Irrorauit aquis. Somnus irrorat quietem oculis. Silius lib. 10.

Irrubeo, es, n. s pen. cor. uel Irrubesco, is, Rubrum fieri, rubore suffundi, ἐρυθριάω. Sat. 6. Theb. irrubuit cæli plaga sydere misto, Occursuq; sacro pariter iubar arsit utrinq;. Ignis irrubuit meis ultibus, apud eundẽ lib. 5. Syl. pro eo quod est, suffudit ultus meos.

Irructo, as, Est ructu afflare, ἐρεύγω. Plau. Pseud. Quid tu, malum, ergo in os mihi Ebrius irructas?

Irrugio, gis, Valde rugio, ἐπιβρυχάομαι.

Irrugo, as, are, In rugas contrahere, ῥυτιδῶ. Gell. lib. 12. cap. 1. Ne æquor illud uentris irrugeretur.

Irrumo, as, à ruma mamma, uide Fello.

Irrumpo, is, n. t. Violenter & cum impetu ingredior, ἐσπίπτω, ἐσβάω, ἐμβάω. Plin. 15. Hostilius Mancinus, qui primus Carthaginẽ irruperat. Ouid. 15. Met. portas irrumpere apertas. Ver. 11. Aen. portas irrupêre patentes. Lact. lib. 2. Nã quũ ab Alexandro capta ciuitas esset, ac milites ad eam spoliandã irrupissent. Et fermè semper in hac significatione hoc uerbo utuntur authores. Lactant. propriè sumpsit lib. 6. pro penitus frango, ἀπορῥήγνυμι. Summũ (inquit) iter se hominũ uinculum est humanitas, quod qui irruperit, nefarius & parricida existimandus est.

Irruptio, onis, Impetus, incursio, ἐσβολή. Cic. pro lege Manil. Nam quum hostiũ copiæ non longè absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur.

Irruo, is, rui, rutum, n. t. pen. cor Cum impetu aliquem aggredior, uel uiolenter me aliquò immitto, ἐσβάω, ἐσβρίσω. Sall. in Iugurt. Quum fortè in eum irruerent facilè repulsi. Cic. 2. de Finib. Et equo admisso in mediam Latinorum aciem irruebat. Terent. in Adelph. Fores effregit, arq; in ędes irruit alienas.

Irriola, æ, genus uitis, Vmbriæ, Piceo, & Metanati agro pecu liare, teste Plin. lib. 14. cap. 3. Col. lib. 3. ca. 2. Nam has nuper mihi cogitas, pergulanam dico, & irriolam, ferreolamq;, non facilè aisseuerem quo gradu habendę sint.

Is, ea, id, eius, Pronomen est, eandem habens significationem quam ille aut hic, eundemq; in oratione situm obtinet, ἐκεῖνος, οὗτος. Et modò demõstratiuè accipitur. Cic. lib. 2. Ep. Neq; enim tu is es, qui scis nescias Idem pro P. Syl. Neq; enim una est ratio definitionis ea quæ posita est in oratione. Modò relatiuè. Cic. ad Att. lib. 1. Venit mihi obuiam puer tuus, is mihi literas abs re reddidit. Idem 6. Philip. Antonius cum una legione, & ea quidem uacillante, L. fratrem expectat. Idem de Diuinat. Plurimis nostris exemplis usus es, & iis quidem illustribus. Nonnũquã accipitur Is pro talis, uel eiusmodi. Cic. lib. 2. Epist. Is enim tu uir es, & eum me esse cupio, ut &c. Idẽ, Att. lib. 3. Itaq; ego is in illum sum, quem tu me esse uis.

Isagoge, f. p. pen. prod. εἰσαγωγή, Prima artis scientiæue alicuius rudimenta, ad maiora altioraq; uiam munientia. A Græco uerbo εἰσάγω, quod significat instituo, & prima artis cuiuspiam elementa trado. Quidam ex nostris uerbum ex uerbo reddentes, introductionem appellarunt. Gell. lib. 16. cap. 8. Quum disciplinas dialecticas induci arq; imbui uellemus, necesse fuit adire arq; cognoscere quas uocant Dialectici εἰσαγωγὰς.

Isagogicon, εἰσαγωγικὸν, Liber prima artis alicuius præcepta tradens, & ad interiora altioraue uiam quandam muniens. quidam ex nostris Introductorium uertunt, uocabulo inter doctos non satis recepto.

Isatis, ἴσατις, A Græcis uocatur herba quam Latini glastum appellant. Eius duo sunt genera: Isatis syluestris, folia habet lactucæ, sed maiora: caules prætenues, multifidos, quadamtenus rubentes, in quorũ cacuminibus folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus semen habet flore tenui & luteo: sativa, folia habet plantagini similia, uerùm pinguiora nigrioraq;, caulem duorum cubitorũ altitudine excedentẽ. Hãc trusatilibus molis prætũt, ut herbaceã saniem excludant, deinde abacto liquore digerũt in magnos globos, quos in tabulis in cinerem putrescere sinunt. Tolosates pastellum ab effigie pastillorum, in quos glomerantur, nominant.

Isca, æ, f. p. medulla nucis quæ in ligno ipso continetur, teste Aëtio, sed deprauatè ut suspiramur, quemadmodũ multa alia estq; fortè legendũ esca, quoniã pro igniario & cauterio quoq; est medicis.

Ischades, ἰσχάδες, Græco nomine fici aridi appellantur, teste Polluce, nam σῦκα, propriè de recentibus dicuntur.

Ischas, adis, ἰσχὰς, Raphani agrestis genus quod apiou nonnulli, alii agrioraphanum appellant. Author Plin.

Ischæmon, ἰσχαίμων, Herba à Thracibus primùm inuenta, qua ferunt sanguinem fisti, non aperta modò uena, uerumetiam præcisa. Serpit è terra milio similis, foliis apertis & lanuginosis. Author Plin. lib. 25. cap. 8.

Ischias, iadis, ἰσχιὰς πυκάκανθα, Herba quædam radice cyperi quæ commanducata dentium dolorem sedat. Alii Leucacantham uocant, alii polygonaton. Plinius lib. 22. cap. 16.

Ischia, ἰσχία, Ossa duo sunt in posteriore hominis parte ossi sacro in anteriori mutuò κατὰ σύμφυσιν cohærentia. Latinè coxendices appellantur. Vtrumque horum grandi cauatum est acetabulo, in quo insertum fœmoris caput circumuoluitur.

Ischias, adis, ἰσχιὰς, Arthritidis species est Apud Aeginetam, coxendices (quæ ἰσχία uocant Græci) præcipuè infestans. Vulgò corrupto nomine Sciaticam uocant. Plinius lib. 27. cap. 1.

Ischiacus, siue ischiadicus, ἰσχιαδικὸς, Qui ischiade morbo laborat. Plin. lib. 23. cap. 1. Prodest stomacho, &c. uertigini, torminibus, ischiadicis. Cat. de Re rust. cap. 125. Vinum ad ischiacos, &c.

Ischnos, gracilis, macer, Vnde ἰσχνότης, gracilitas.

Ischuria, f. p. ἰσχυρία, A Græcis dicitur urinæ suppressio, quæ octo modis fieri solet: inflammatione, duritia, sanguinis collectione, resolutione, lapidis procidentia, ulceratione & lithiasi.

Ischyros, Latinè fortis dicitur, ἰσχὺς enim fortitudo est.

Isicium Farciminis genus.

Isis, Emplastrum conferens in atra bile, apud Aëtium Serm. 12. cap. 14.

Isocinnamon, ἰσοκίνναμον, Frutex est præstantissimi odoris in iisdem ferè locis nascens in quibus & cinnamomum nascitur & casia. Dictum isocinnamũ, quòd cinnami præstantiam adæquare uideatur. Alio nomine daphniodẽ appellant. Vide Plin. lib. 12. cap. 20.

Isocolon, ἰσόκωλον, n. s. A Rhetoribus uocatur schema, quod Latinorum nonnulli, compar appellauerunt, quum scilicet periodus duabus aut pluribus sententiis breuibus, & inter se paribus exigitur. Exemplum eius affert Sipontinus, Nequaquam mihi res est, cum eo qui neque finem habet cupiendi, neque modum statuit utendi. Nam & multum desiderare egentis est signum: & nihil parcere, egestatis est initium.

Isodomon, ἰσόδομον, Vocabãt genus structuræ in ædificiis, in quo coria omnia æqualis sunt crassitudinis. Nam ubi crassitudo est inæqualis, pseudisodomon appellant. Plin. lib. 36. cap. 22. Græci è lapide duro ac silice æquo construunt, uelut lateritios parietes: quum ita fecerint, isodomon uocant genus structuræ. At quum inæquali crassitudine structa sunt, pseudisodomon.

Isonomia, ἰσονομία, Cum accentu in penult. Latinè iuris æqualitas dicitur. Cic. 1. de Nat. deor. Summa uero uis infirmitatis magna ac diligenti complexione dignissima est, in qua intelligi necesse est eam esse naturã ut omnia omnibus, paria paribus respondeãt, hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem.

Isophagus, Proœsophagus, barbarè.

Isopyron, ἰσόπυρον, Herba quam aliqui uocant phaseolum, quoniam eius folium, quod est anisi simile, in pampinos torquetur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthii. Plin. lib. 17. cap. 11.

Isophleuron, ἰσόπλευρον, Figura cuius latera omnia, sunt æqualia, Nam ἴσον, Græcis æquale sonat, & πλευρὰ latus.

Isostates, m. p. ἰσοστάτης, Aequalitatis recognitor. Ca. de Pŏd. & aur. ill. l. quoties. Quoties de æqualitate solidorũ orta fuerit contentio, placet quem semo Græcus uocat isostatẽ, pro sua fide & industria, ut neq; fallat, neq; fallatur, contentionem redimere.

Isosthathnios, Confectionis nomen tusi & tabi conferentis apud Aët. ser. 8. cap. 55.

Isotheos, idem, Vide eodem loco.

Iste, ista, istud, genit. istius. pen. in diff. οὗτος. Propriè dicitur de eo qui apud te est, aut de quo loqueris. Ter. in Eun. Mirum ni tu credas quod iste dicat. Cic. Cælio. lib. 2. Putarésne unquam accidere posse, ut mihi uerba deessent, neq; solũ ista uestra oratoria, seu hæc etiam leuia nostratia?

Istò, aduerbium, ad locum, Idem significans quod istuc. Plin. Epist. 10. Destino enim, si tamen officii ratio permiserit, excurrere istò.

Istic, istęc, istoc, pro iste hic. Teren. in Heaut. Quid istuc quæso? qui istic mos est Clitipho? itáne fieri oportet?

Istúccine, pen. cor. pro istúdne. Ter. in Eun. Istúccine intermina tus sum hinc abiens tibi?

Istiusmodi, pen. cor. Nomen indeclinab. hoc est, istius formæ & speciei, uel talis. Plaut. in Most. nihil moror mihi cliẽtes istiusmodi. id est, tales. Idẽ Epid. Malum istiusmodi mihi amicos furno mersos, quàm foro.

Istic, aduerbium, est loci, quietem uel motum significans, eo in loco in quo tu es, αὐθι. Terent. in Eunuch. Omitte, iam istic adero. Idem in Adelph. Tu uerò quid istic est rei? Cic. Valer. lib. 1. Et ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quàm istic, ubi solus, &c.

Istinc, aduerb. De loco. Cicero ad Atticum lib. 7. De malis nostris tu prius audis, quàm ego: istinc enim emanant.

Istoc, aduerb. Ab isto loco. Ter. in Adel. accede istuc Parmeno: Niminum istoc audisti.

Istac, aduerb. Per locum. Ter. in Heaut. Abi deambulatũ. C L. deambulatũ, quo? S. Vah, quasi desit locus: Abi sanè istac, istor sum, quò uis.

Istorsum, aduerbium. Versus eum locum ubi tu es. Terent. in Phorm. Concede hinc à foribus paululum istorsum sodes Sophrona.

Isthmia, ἴσθμια, Inter quatuor sacra certamina numerantur, quæ quinto quoq; anno in Græcia celebrari solebant, in honorem Neptuni instituta à Theseo, ut Plutarcho uidetur, aut certè in honorẽ Palæmonis, ut ex Archiæ Poëtæ Græco Epigr. colligitur, quod etiam hodie circumfertur. Huius certaminis uictores pinu coronabantur. De institutione hŏrũ ludorũ sic scribit Plutarchus in uita Thesei: Theseus primus Neptuno certamen instituit, gloriariq; est solitus, ob Herculem Iouni, ob seuerò Isthmia Neptuno celebrari. Quod enim ibidẽ in Melicertæ honorem institutum est, noctu agebatur, initiandi magis, quàm spectaculi speciem præferens. Hactenus ille. Dicta autem sunt Isthmia, à Peloponnesi isthmo, in cuius faucibus celebrabantur, non procul à Neptuni templo, quod illicerat in primis celebre.

Isthmus, mi, m. ς ἰσθμὸς. Est angustia illa intermedia inter peninsulam & continentẽ, & ueluti quædam cĕruix, quæ à cõtinente, uelut à corpore gracilescens, peninsulam cum continente, tanquam caput cum reliquo corpore connectit. Isthmo opponitur porthmus, id est, fretum angustum inter duas continentes, quale est fretũ Gaditanum, exiguo interuallo Europam ab Africa diuidens. Isthmus omniũ celeberrimus, est ille quẽ & Corinthiacũ, & Achaicũ uocamus, quinque tantum millium spatio Aegæum mare ab Ionio submouens, angusto Stramite Helladi Peloponesum annectens. In huius Isthmi faucibus Corinthus olim sita fuit, totius Peloponnesi urbs clarissima.

I T

Ita, aduerbium est similitudinis, idem ualens quod sic, οὕτως. Cic. in Verr. Est ita ut dicitur, Iudices. Cum negatione idem ferè ualet quod ualde. Cic. lib. 3. Epist. Cassius non ita multum sorore utitur. Idem 2. de Finib. Accessione utuntur non ita probabili. Idem de Clar. Orat. Ille non ita pridem abiit. Terent. in Andr. Non ita dissimili oratione ac stylo. Quandoq; optantis. Pacuuius, ita te dii ament, ita ubi pro uoto secundent omnia. Quandoq; illatiua coniunctio est, p igitur. Ci. Ita nobilissima ciuitas Gercię & olim potentissima, sepulchrum ciuis sui ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Similiter quando componitur cum q, semper est coniunctio causalis & habet accentum in prima syllaba, Idemq; significat quod ergo uel igitur, οὖν, ὥστε. Si autem duæ partes sunt, habet accentum in penultima, & dicimus ita ς· ὡς ῥῦτως. Terent. in And. Imò ita uolo, itaq; postulo, ut fiat. Plaut. in Amph. Verùm ita animatus fui, itaq; sum nunc, ut ea te patera donem. Ita sane, concedendis est particula cum affirmatione, ναὶ πάνυ.

Item, aduerb. Significat similiter, quasi iterum idem, ὁμοίως, ὡσαύτως. Autor Donatus, & Valla lib 2. cap. 51.

Iter, iteris, secundum Prisc. & itineris, ab antiquo nominatiuo Itiner, quo ueteres usi sunt. n. τ. πορεία, ὁδοιπορία. Plaut. in Mercat. Ergo itiner meum exequi me sines? Varr. Expectante itiner longo sermone leuare. Genitiuus etiam iteris, quanuis hodie non sit in usu, legitur tamen ablatiuus itere apud Lucret. lib. 5. Concussos itere, & labefactos aëre multo. Dictum iter. abeundo, cuius supinum est itum: siue ab ito frequent. Est autem iter idem ferè quod uia uel profectio ipsa, uel etiam nauigatio: ut apud Terentium, Ain' tu tibi in commodum euenisse hoc iter? Non hercle Parmeno uerbis dici potest, quantum re ipsa nauigare incũmodum est. Iter facere, ὁδοιπορεῖν, est ire: quod & iter tenere, ἡ ὁδὸς ἔρχεσθαι, dicimus. Vergil. 1. Aeneid. Quóue tenetis iter? Habere iter, idẽ quod iturum esse: ut, Iter habeo ad Cæsarem, id est, oportet me ire. uel iturus sum ad Cæsarem. At Viã facere, ὁδοποιεῖν, non est iter facere: sed locum, ubi erat uia, aperire: quod etiam dicimus, uiam munire. Iter pro incœpto, & instituto. Cic. ad Qu. Frat. lib. 3. Quare neq; ego impediri Cic. iter atq; illam disciplinam uolo: & ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari uidetur: in quo quoniam ipsi quoq; fuimus, patiamur illum ire nostris itinerib. id est, nostro dicendi genere.

Itero, as. a. p. pen. cor. Repeto, resumo: quasi iterum aliquid ago, ἀναλαμβάνω. Liu. lib. 1. ab Vrb. Resistere, atq; iterare pugnam iubet. Iterare æquor, apud Horat. lib. 2. Car. Ode. 7. pro iterum nauigare. Iteratu ridiculum, Plaut. Cassina. Iterandũ eadem ista mihi, Cicer. ad Att. libro decimo quarto, Iterare campum, terram, agrum pro iterum proscindere, Colum. libro 2. capite quarto, Igitur uliginosi campi proscindi debẽt, post Idus mensis Aprilis, quo tempore quum arati fuerint diebus interpositas circa solstitium, quod est nonum uel octauum Calendas Iulias, iteratos esse oportebit: ac deinde circa Septembris calendas tertiatos. Idem, Colles pinguis soli, &c. Februario statim proscindendi sunt: deinde de Aprili medio usq; in solstitium iterandi, tertiandiq;.

Iteratio, ónis. f. t. Repititio, resumptio, ἀνάλημψις. Cic. in Orat. Itemq; si quæ uerborum interariones contentionem aliquã & clamorem requirent, erunt ab hac sumissione orationis alienæ. Iteratio, arationis genus qua ager secundò proscinditur, apud Plin. li. 18. cap. 20. Interatio præterea secunda olearum pressura dicitur, apud Colum. libr. 12. capit. 50. Apud Gell. lib. 3. cap. 18. legitur iterare pro iter facere. Sed eos (inquit) Senatores qui Magistratum curulem nondum accepe rant, pedibus iterauisse in curiam. Quo tamen in loco omnino legendum puto, itauisse.

Itinerarium, Descriptio itineris, hoc est, commentarius earũ rerum quæ in itinere acciderunt, ὁδοιπορικὸν.

Itineror, neraris. Iter facio, ὁδοιπορέω. Vtitur hoc uerbo Apuleius, & recentiores quidam. Alioqui apud classicos scriptores non temerè occurrit.

Iterum, aduerb. Idem ualens quod rursus, αὖθις, αὖ. Verg. 4. Eclog. Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. Interdum significat secundo, τὸ δεύτερον. Cicero libro primo Inuent. Primò quidem decipi incommodum est, iterũ stultum, tertio turpe.

Ithyon, Græci uocant ad naturam & ad mores & omnem consuetudinem accommodum. Cic. 1. Offic.

Ithytherion, hedera apud Dioscor. lib. 2. cap. 199.

Itiadendros, hippuris, apud Dioscor. lib. 4. cap. 49.

Itidem, pe. cor. Similiter eodem modo, quasi iterũ idem, παπλησίως. Ter. And. Ibo ad eum, atq; hæc eadem quæ tibi dixi, dicam itidem illi. Suet. de Aug. Centur. statione deserta, itidẽ ut manipulares, capitali animaduersione puniuit.

Itio, onis. Profectio, actus eundi, πορεία. Terent. Phorm. Hęccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ito, ìtas, Vide Eo, is.

Itrion, panis placentarius, qui constat sesamo, melle & farina.

Itus, us, uerbale ab eo, Idem significans quod itio, uel profectio, πορεία. Cic. Att. lib. 15. Quis porrò noster itus, reditus, uultus, incessus inter istos? Suet. in Tib. cap. 38. Ad extremũ uota pro itu, & reditu suo suscipi passus, ut uulgò iam per iocum Callipides uocaretur.

I V

IV. In notis antiquorum, uel IIII. Quatuor, I. V. Iustus uir. IVD. Iudicium. IVNON. ET. PROSER. Iunoni & Proserpinæ. IVRD. Iurisdictio. IVV. Iuuenalis uel iuuentus.

Iubæ, arum, f. p. Crines animalium, à collo pendentes, χαῖται. Plin. lib. 10. cap. 63. Equarum iubas tondere præcipiunt. Cæsar 1. bell. Gall. Equorum iubis subleuati. Plin. lib. 8. cap. 16. Leonis præcipua generositas tunc, quum colla armosq; uestiunt iubæ.

Iubatus, a, um, Quod iubas habet. Vnde iubati leones dicuntur qui iubas habent, ad differentiam eorum qui iubas non habent, χαιτοίντες. Iubati angues, id est, cristati, & ceruicibus erecti. Plaut. in Amph. Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo.

Iubar, aris, n. t. Propriè est splendor solis, aliorumúe siderum iubarum quandam similitudinem referentes, σέλας. Verg. 9. Aeneid. It portis iubare exorto delecta iuuentus. Hoc est, exorto sole, uel solaribus radiis, non autem Lucifero, ut quidam interpretantur, quod ex eo quod præcedit, facilè potest intelligi: ubi primos crastinus ortus Extulerit Titan, radiisq; retexerit orbem. Ouid. 1. Fast. Et tremulum summa spargit in æde iubar. Et non tantùm de Solis seu stellæ claritate dicitur, sed etiam de cuiuscunq; rei splendore, ut auri, argenti, gẽmarum aut similiũ rerum. Vnde & ad maiestatẽ hominis transfertur. Cl. Per fratris regale iubar.

Iubeo, iubes, iussi, iussum, a. s. Impero, præcipio, mando, κελεύω, προστάττω. Terent. in Eunuc. iubésne? H. iubeo, cogo, atq; impero. Quintil. 9. Decla. Nam quamuis infestum latronibus mare iussus intraui, neq; dissimulauerim magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi imperaret. Interdum ponitur pro rogare. Ver. lib. 2. Aen. Infandum regina iubes renouare dolorem. Interdum pro precari, optareq;: ut iubeo te saluere, Iubes me bene sperare. Terent. in And. Iubeo Chremetem saluere. Interdum pro decernere, ψηφίζω, ut Populus iussit, id est, decreuit. Inuenitur aliquando hoc uerbum cum accusatiuo. Lucan. lib. 1. Iamq; secuturo iussurus classica Phœbo.

Iussio, onis, f. t. Iussus, us, & Iussum, si, id est, mandatum, πρόσταγμα, ἐπιταγή. Plautus in Amphit. Iouis iussu uenio. Plautus in Curc. Postquam suo iusso profectus peruenì in Cariam, Gellius lib. 10. cap. 20. Lex est, generale iussum populi, &c. Vergilius 4. Aenecid. Ille patris iussa exequitur. Sisenn. lib. 3. Tamen Tudertibus Senatusconsulto & populi iusso dat ciuitatem. A iussus componitur iniussus, us. Terent. in Hec. Quamobrem incẽdor ira, te esse ausum facere iniussu meo, ἀπαραγγέλτως,

Iubilum, li, n. s. Dicitur id quod ex gaudio fit uoce, nec tamen uerbis explicatur, ἀγαλλίαμα, Sil. lib. 43, Et lætus scopulis audiit iubila Cyclops.

Iubilo, las, pen. cor. E rustica & incondita uoce gaudium testari, ἀγαλλίομαι. Iubilare (inquit Festus) est rustica uoce inclamare. Augustinus uerò sic. Iubilare propriè est, gaudiũ uerbis non posse explicare, & tamen uoce testari quod corde conceptum est, & uerbis explicari non potest.

Iubilatus, m. q. Est clamor rusticorũ: Quiritatus, urbanorum, ut ostendit Valla ex Varronis authoritate.

Iucipellum, lege Iuniperus parua.

Iucundus, a, um, Suauis, gratus, lætitiam & uoluptatem afferens à iuuando dictum, teste Cic. 2. de Fin. Propterea quod quæ iucunda sunt, mentem & sensum iuuent, καταθύμιος, ἡδύς. Vnde iucundæ literæ, iucunda oratio, iucundus aspectus. Cic. ad Att. Fuit mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata in dolore uestra erga me uoluntas.

Iucunditas, f. t. Amœnitas quædam, ex qua nascitur uoluptas. ἡδύτης. Cic. ad Att. Nihil mihi unquã ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quàm quod meã Tulliolam diligentissimè coluisti.

Iucundè, aduerbium, Suauiter, dulciter. Cic. 1. de Finib. Clamat Epicurus is quem uos nimis uoluptatibus esse deditum dicitis, non posse iucundè uiui, nisi sapienter, honestè, iustèq; uiuatur, &c.

Iucundor, aris, d. p. Voluptate & delectatione afficior, ἡδύνομαι, Lact. lib. 4. Quotidie autem iucundabar ante faciem eius, quum lætaretur orbe perfecto gaudio affici. Inuenitur etiam iucundo, das. Augustinus lib. 17. de Ciuit. Dei, Exaltasti dexterã, iucundasti omnes inimicos eius. Apud Classicos neutrum facilè inuenias.

Iudaicus lapis, ἰουδαϊκὸς λίθος, Inde nomen accepit, quòd in sola Iudæa nascatur. Candidus est, figura glandis, lineis distinctus inter se æqualibus, uelut torno factis. Author Dioscorid. lib. 5. Retinet nomen in Officinis. Iudæi emplastrum, quod fracto capite administratur. uide Celsum lib. 5. cap. 19.

Iudex, Iudicatio, Iudicium, uide Iudico.

Iudico, as, a. p. Ius dico, iudicium exerceo, statuo, decerno, κρίνω, δικάζω. Cic. pro Flacco, Itaq; recuperatores contra istũ rem minimè dubiã prima actione iudicarunt. Cic. Att. lib. 6. Consulibus permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerunt, iudicarent. Interdũ idẽ est quod æstimare, & opinionem de re aliqua in animo concipere. Cic. M. Marcello, Sed uiui itaque etiam iis iudicibus, qui multis pòst sæculis de te iudicabunt, & quidem haud scio an incorruptius quàm nos. Cum accusatiuo personæ idem ualet quod condemnare: ut, Iudicare aliquem capitis. Terent. in Adelph. Hominem maximi pretii esse hodie te iudicaui animo meo. Cic. de Amicit. Sed ut mihi uideris, non rectè iudicas de Catone. Liu. lib. 6. ab Vrbe, Centurionem nobilem militaribus factis, iudicatũ pecuniæ, dixit pro eo quod est, iudicatum, uel condemnatũ actione pecuniæ, κατακεκριμένον χρημάτων. Gell. lib. 20. cap. 1. Quantæcunq; pecuniæ iudicati essent, prædicabantur. Huius composita sunt: Abiudico, Adiudico, Diiudico, & Præiudico, de quibus suis locis. Iudicatum facere, est parère iudicato, & persoluere quod iudex dependendum esse pronunciauit, ἐπιτελεῖν τὸ κριθὲν, κατατίνειν, ὃ ἐκτίνων τῷ καταδίκῳ. Cicero pro Flacco, Quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Iudicare quempiam creditori est debitorem ei addicere, ita ut abduci possit & uinciri. Plautus in Menæh. Nam ego ad Menęchum, cui iamdiu sum iudicatus, ultrò eo, ut me uinciat. Iudicassit, pro iudicauerit, antiquorum. Cicero 3. de Legibus, Quum magistratus iudicassit, interrogassitúe, per populum multæ pœnæ certatio esto.

Iudicatus, a, um, particip. Cic. 4. Verr. Atq; ut aliquando de rebus ab isto cognitis iudicatisq;, & de iudiciis datis dicere desistamus. Ne iudicatum sit, id est, ne ualeat sententia, apud Vlp. de Feriis.

Iudicatio, onis, f. t. Actus uel facultas iudicandi. Quintilian. libro 6. cap. 5. Consilium est ratio quædam altè petita, habetq; in se & inuentionem & iudicationem. Interdum iudicationis nomine id dicitur, quod in iudicium uenit, & in quo præcipuus causæ totius cardo uersatur, τὸ κρινόμενον. Cicero 2. de Iuuention. Quæstio in coniecturali eadem quæ iudicatio.

Iudicatus, us, ui, Iudicatio, iudicandi facultas, uel officium iudicis. Cic. ad Att. lib. 10. De Cocceio & Libone quæ scribis, approbo, maximè quòd de iudicatu meo responsum sit. Gell. lib. 14. cap. 2. Iuraui mihi non licere, atq; ita iudicatu solutus sum.

Iudicatum, ti, n. s. subst. Est (ut ait Cic. 2. de Inuen.) de quo iam antè sententia alicuius, aut aliquorum constitutum est. Ibidem lib. 1. Iudicatum est res assensione, aut authoritate, aut iudicio alicuius aut aliquorũ cõprobata. Idẽ pro Flac. Fratres meus pro sua æqualitate prudentiaq; decreuit, ut si iudicatũ negaret, in duplum iret.

Iudicatio, aduerbium, Idem quod maturo iudicio, & non temere. Gellius lib. 14. cap. 2. Anita ferè, iudicatoque pronuntiaret.

Index, icis, Quasi ius dicens populo, siue quod iure discepet, κρίτης, δικάστης. Iure autem disceptare, est iustè iudicare. Est itaq; iudex, qui ex iurisdictione propria, aut sibi delegata & commissa, ius habet causas litigantium cognoscendi. Et qui ex propia iurisdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius: qui uerò ex delegata; dicitur delegatus, seu extraordinarius. Cicero pro Sexto Roscio, L. Cassius ille quem populus Romanus ueriss imum & sapientissimũ iudicem putabat identidem in cassus quærere solebat, cui bono fuisset. Iudex rerum, præ

rum, pro æstimatore. Horat. 2. Serm. Sat. 7. at ipse Subtilis uetera rum iudex & callidus audis. Cic. 3. de Fin. Quia te æquissimũ habeo eorum studiorũ, quæ mihi cõmunia tecum sunt, æstimatorem & iudicem.

Iudicium, cii, n. s. Est legitima disceptatio duorum aut plurium coram iudice, κρίσις, δίκη. Cicero pro Cecinna, Omnia iudicia, aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. Idem pro Quinto Roscio, Aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Capitale iudicium, Quintil. lib. 4. cap. 1. Iudicium capitis. Cicero 1. Tusculan. Apud Iureconsultos uariis modis dicitur iudicium: sed illud in primis accipitur, quod pro ordinatione causæ discutiendæ in iure fit coram iudice, & est actus legitimus trium personárum, scilicet iudicis, actoris, & rei. Quintil. lib. 7. cap. 1. Iudicium redditur, an reus causa sit mortis. Accipitur etiam iudicium pro existimatione, siue opinione alicuius. Cicero de Claris Orator. Intraq; parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est consequutus.

Iudicialis, & hoc le, Quod ad iudicium pertinet, ut Iudiciale genus causarum, δικαστικός. Cicero 1. De Inuention. Iudiciale est quod positum in iudicio, habet in se accusationem, & defensionem, aut petitionem & recusationem. Iudiciales suppressiones, Cicero pro Cluent. Iudicialis molestia, Cic. ad Atticum.

Iudiciarius, ria, rium, Quod ad iudice, siue ad Iudicium pertinet, ut Controuersiæ iudiciariæ, δικαστικός. Cicero 3. Verrinar. Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiq; constitueretur. Gellius, A Poëtarum & Rhetorum epilogis ad iudicandas lites uocatus, rem iudiciariam, quoniam uocis (ut dicitur) uiuæ penuriæ erat, à mutis (quod aiunt) magistris cognoscerem. Cicero pro Cluentio, Hic ille planus improbissimus quæstu iudiciario pastus, &c. Idem in Pisonem, Ecquid uides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri?

Iuga fracta. genus uineæ, uide Iugum.

Iugalis, Iugamentum, uide Iugum.

Iugatio, uectigal quod Iugeratim, hoc est, de singulis iugeris præstatur. Eiusq; immunitas, nisi à principe specialiter cõcessa sit, nullius momenti habeatur l. immunitas C. de Agricol. & consit lib 11.

Iugere, dicuntur Milui, quum uocem emittunt. Festus.

Iugerum, geri, pen. cor. in singulari frequentius est secundæ declinationis, & in plurali sæpius per tertiam declinatur, iugera, iugerum, iugeribus, ab antiquo nominatiuo iuger, uel iugus, à quo adhuc in usu sunt genitiuus iugeris, & ablatiuus iugere. Similiter à nominatiuo iugerum legitur adhuc dativus & ablatiuus pluralis iugeris. Varro, lib. 1. de Re rustica, In Hispania ulteriore metiuntur iugis, in Campania uersibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. De genitiuo iugeris, testimonium est apud Pomp. Melam, Sed ultrà (inquit) quàm canalem habet, euehi plus iugeris spacio sublimis. Ablatiuo iugere est. Tibullus, Vt multo innumeram iugere pascat ouem. Est autem iugerum, mensura quam Hieronymus Mathemathicus ducentis pedibus contineri scribit, πλέθρον. Quintilianus autem ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidii in latitudinem: à iugo dictum, teste Plinio libro octauo, eo quod tantum ferè spatii uno iugo boum in die arari possit. Varro libro primo cap. 10. Iugerum, quòd quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui latus pedes centum uiginti, & lõgus totidẽ: is modus, ac mina Latinè appellatur. Iugeri pars minima, dicitur scrupulum, id est, decem pedes, & longitudine & latitudine quadratum. Alii Iugerum inde dictum putant quòd constet ex duobus actibus quadratis simul iũctis. Columella libro quinto, capite 1. loquens de actu quadrato. Hoc duplicatum facit iugerum: & ab eo quod erat iunctum nomen iugeri usurpauit. A iugerum fit compositum semi iugerum, quod continet dimidium iugeri, hoc est, centum & uiginti pedes in longitudinem, & sexaginta in lacitudinẽ Galli olim etiam uocauerunt Arepennum, ut testatur Columella libro quinto, capite 1.

Iugeratim, Per singula iugera, κατὰ πλέθρα. Columella libr. tertio, capite primo, Vt primæ uineæ centenas amphoras iugeratim præberent.

Iuges, Iugis, uide Iugum.

Iuglans, ntis. Est quæ per antonomasiam nux appellatur, & inter nuces primum locum obtinet, κάρυον βασιλικόν. dicta quasi Iouis glans, teste Macrobio, ea forma cõpositionis qua Iupiter componitur ex nominatiuo antiquo Iouis & Pater, quasi Iouis pater. Creditum est enim hoc nucis genus Ioui sacrum esse, eo quòd hæc arbor inter omnes nuces suauissimum ferat fructum. Cloatius, referente Macrobio, Diuglandem uocatam scribit, quasi διὸς βάλανον: postea detractione primæ literæ, iuglandem. Cicer. 5. Tusculan. Instituitq; ut cãdentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillũ adurerent. Constat sanè apud antiquissimos maximo in honore fuisse glandem, antequam mortales ad delicias se conuerterent, ut quæ sola simplici uitæ atq; innocuæ alimenta præbebat. Quapropter quum hunc fructum, scilicet nucem uereres illi egregium existimarent, decorare cum digna appellatione uolẽtes, Iuglandem quasi Iouis cibum nuncupauere. Hanc nucem ob excellentiam Græci basilicam appellant, quasi nucem regiam. Plinius, Et iuglandes è Perside à regibus translatas, indicio sunt Græca nomina. Optima earum genera sunt, quæ Persica atq; Basilica uocant. Persica quidem in tantum augẽtur, ut putamen rumpãt ideoque molluscę nuces, à putaminis mollitie uocitantur. Est & aliud nucis iuglandis genus quæ Tarentina dicitur, fragili putamine, & ita mollis, ut uix attrectata frangatur, & auium furto semper exposita. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quòd nuces iuglandes, & pineas molles habeat ac similiter oues, tarentum autem Sabini uocant quòd nos dicimus molle. Ad quod alludens Horatius, molle Tarentũ uocauit. Secundum inter nuces locum obtinet pinea, exiles nucleos habens, quanuis totius corporis magnitudine alias superet. Hæc Syluestris pinus dicitur ad differentiam alterius quæ urbana uocatur. Est & tertium genus eius quæ pinus picea appellatur, quòd piceæ potius quàm pino similis sit: idcirco etiam apinam uocant, quasi minimè pinum. Nux hæc cutem uerius, quàm putamẽ, adeo mollem habet, ut simul mandatur. Quartum genus, apinastrum uocant, Tertio loco numerantur auellanæ quas antea Abellinas patrio nomine constat uocitatas, ab Abellino Campaniæ oppido ubi abundãt, cæteris minores: unde à Satyrico poëta Numæ nuces uocantur. Proprium arboris nomen est corylus. Exdẽ & Prænestinæ uocantur, quòd his Prænestini abundẽt uel quòd à Pœnis obsessi hoc nucis genere famem toleraue rint: ut refert Macrob. lib. 3. Satur. Et Ponticæ, quòd in Asiã Græciamq; primo è Ponto uenêre, inquit Plin. Hinc illud Papinii ex Hẽdecasyll Quicquid nobile ponticis nucetis De hinc sequitur amygdala, nucleum habens dissimilem latitu dine. Hæc & nux Græca uocatur, & Thasia, à Thaso insula Thraciæ adiacente, è regione Nessi fluuii, olim Aeria, & Aeria dicta: cuius populi, Thasii uocantur. Postea nux castanea armata echinato calyce quæ & Heracleotica. Sunt & castaneæ triangulari forma, quæ in aqua nascuntur, & coctiuæ (uocantur.

Iugo, iugas, uide Iugum.

Iugulus, li, pen. cor, uel in neut. gen. Iugulum ferè accipitur pro colli parte anteriori, in qua aspera arteria cernitur eminere, δειρή. Periti tamen rei anatomicæ iugulos appellant concauitates duas in summa thoracis parte sub clauibus sitas: quorum alterum dextrum, alterum sinistrum iugulum nominant. Græcè σφαγαὶ dicuntur. Plin lib. 11. Vni homini sunt duo iuguli, dextrum, & sinistrum. Apuleius. Per iugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei demergit. Corn. Celsus li. 8. A dextro iugulo si id factum est, ad alam sinistram: à sinistro, ad dextram. Neutro genere usus est Cicer. de Fato, Quòd iugula concaua non haberet. Passim tamen (ut iam diximus) iugulus pro parte anteriore colli accipitur: qui locus quia maximè lethalis est & penetrabilis, factum est ut iugulare accipiatur pro quouis modo interficere: pro quo etiam Iugulum ferire frequenter legimus apud idoneos autores. Dare iugulum, & petere Iugulum. Cicer. pro Mil. Quòd si ita putasset, certè optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio, non semel ab illo, neq; tum primùm petitum: quàm iugulari à uobis, quia se illi non iugulandũ tradidisset. Ostentare iugulum pro capite alicuius, est uelle se obiicere periculo capitis pro uita alterius. Cicero ad Atticum libr. 1. Me uerò teste producto, credo te ex acclamatione Clodii aduocatorum, audisse quæ consurrectio Iudicum facta sit, ut me etiam circunsteterit, ut apertè iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. Vergil. 10. Aeneidos, Hæc loquitur, iugulóq; haud inscius accipit ensem. Ouidius 1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Metam. obſidis unius iugulũ mucrone reſoluit. In agendis cauſis iugulũ petere, tunc dicitur Orator, quãdo quod eſt potentiſſimũ, id inuadit, ac premit ualidiſſimè aduerſarium uidet arq; illum iugulare argumentis, perinde ac uibratis telis, ἐνθυμήμασι, Quint. lib. 8. cap. 6. Nam illa agendis cauſis iam detrita, Pedem cõferre, & Iugulũ petere, & ſanguinẽ mittere, inde ſunt, nec offendit tamen.

Iugulo, as, a. p. Iugulum incido, interficio, σφάττω, σφάζω. Cic. 5. Tuſcul. Nec grunnitũ audiunt, quum iugulatur ſus. Liu. 4. bell. Pun. Inter hæc abſtractam penetralibus iugulant. Lact. lib. 3. Qui quum timeant ne ab hoſte iugulentur, ipſi ſe iugulant, ut mortem morte deuitent. Et non ſolùm de gladio, ſed etiam de morbo dicitur. Celſ. lib. 3. Quartana neminẽ iugulat. Transfertur interdum ad inanimata. Mart. Scelus eſt iugulare Falernum. Iugulare hominem ſuis uerbis, hoc eſt, conuincere. Terent. in Eunuch. Pulchrè me hercle dictũ, & ſapienter, papæ: Iugularas hominem. quid ille? Sic apud Ciceronem 7. Verr. Iugulari ſua confeſſione. Iugulari ſuo gladio, ſuoq; telo, dicitur, qui ſuis ipſius dictis reuincitur, aut qui ſuo inuento doloſe capitur, deniq; in quẽ quocunq; modo ſeu dictum, ſeu factum retorquetur quod ab ipſo profectũ ſit. Vide Adagia Eraſmi. Iugulare gladio plumbeo, hoc eſt, facilè, nulloq; negotio aliquem conuincere, ſeu reum peragere. Cic. Art. lib. 1. Quum illum plumbeo gladio iugulatũ tamen iri dicere.

Iugulatio, onis, uerbale. Hircius 6. bell. Hiſp. Iugulatione oppidanorum facta.

Iugum, iugi, n. ſ. Vertex, ſiue cacumen montis, κορυφή, ὄρος. Vergil. 5. Eclog. Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit. Cæſ. 4. bell. Gell. Tandem Germani ab dextro latere ſummum iugũ nacti, hoſtes loco depellunt. Ouid. 1. de Remed. amor. Nunc tuis frondoſis retia tende iugis. Eſt & ligneum inſtrumentũ quo iungũtur boues, & ad inuicem aptantur, ζυγὸν, ζεῦγος. Plin. lib 8. cap. 16. de leonibus, iugo ſub didit eos, primusq; Romæ ad currum iunxit M. Antonius. Idem lib. 10. cap. 45. Leones iugum ſubeunt. Accipitur & pro pari boum. Cic. 5. Verr. Quid qui in ſingulis iugis arãt, qui ab opere ipſi non recedunt, &c. Plin. lib. 9. cap. 15. Nec niſi boum iugis extractus. Per metaphorã etiam iugum accipitur pro ſeruitute, onere, uel tyrannide. Cic. 1. Philipp. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugũ ſeruile deiecerant. Item lignũ quo textores telam conuoluunt. Ouid. lib. 6. Metam. Tela iugo iuncta eſt, ſtamen ſe cerrit arundo. Præterea iugum dicebatur, ſub quo ignominiæ gratia uicti hoſtes mittebantur. Nam fixis in terra duabus haſtis, ſuper eas ligabatur tertia: tunc uicti hoſtes diſcingebantur, & ſub illa tranſire cogebantur. Cic. 3. Offic. At Tit. Veturius & Sp. Poſthumius, quum iterum Conſules eſſent, quia quum malè pugnatũ apud Claudium eſſet, legionibus noſtris ſub iugum miſſis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti ſunt his. Liuius lib. 3. ab Vrbe cond. Sed ut exprimatur tandem confeſſio, ſubactam domitamq; eſſe gentem, ſub iugum abitunos. Tribus haſtis iugum fit humi fixis duabus, ſuperq; eas tranſuerſa una deligata. Sub hoc iugo Dictator Aequos miſit. Hinc Subiugare, pro debellare, ac ſubiicere, χειροῦσθαι. Item iugum in uinea dicitur quum duabus aut pluribus perticis fixis aliæ ſuper alias alligantur, in quibus uites coniungontur, & quaſi iugum, id eſt, ſummitatẽ quandam faciũt, à quo uites ipſæ ſeu uineæ, iugatæ dicuntur. Quòd ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticæ in uram tantùm partem ordinis annectuntur, uniiugę uineæ dicuntur: & genus ipſum iugi, cauterium ruſtici uocant. Plinius lib. 16. cap. 37. Salices quædam in procerritatem magnam emittunt iugis uinearum perticas. Idem lib. 17. cap. 21. Simplici iugo conſtat porrecto ordine, quem cauterium appellant. Hinc iugari uineæ dicuntur quæ in iugum conſtituuntur. Colum. Sequitur iam adminiculandæ, iugandæq; uineæ cura. Item iugum (ut Varro inquit lib. 1. de Reruſt. cap. 10.) in Hiſpania ulteriore uocatur, quod iuncti boues exarare poſſunt, quod Romani uocant iugerum. Dicitur etiam iugum, ferrum, uel lignum tranſuerſum in libra, à quo lances dependent, quod & Græci ζυγὸν appellant. Rurſus ζυγὰ, ſunt tabulæ nauium in quibus remiges ſedent, quæ & tranſtra uocantur. Vergil. 6. Aeneid. Inde alias animas quæ per iuga longa ſedebant, Deturbat laxatq; foros.

Iugo, as, a. p. Coniungo, quaſi ad unum iugum alligo. ζεύγνυμι. Col. lib. 12 cap. 39. Inter quaternos pedes figere, & perticis iugare. Cic. 2. Tuſc. Hoc quidẽ eſt cõmune uirtutũ omnes enim inter ſe nexæ & iugatæ ſunt. Dicitur etiã de iis qui maritali iugo, inſtar boum colla ſubiiciunt. Huius cõpoſita ſunt, abiugo, adiugo, coniugo, deiugo, ſubiugo, quæ omnia habent penultimam correptam.

Iugoſus, a, um, Quod in iugum acuitur, quod & accline dicimus, βανάυσος.

Iugalis, & hoc le, om. t. Vt iugale uinculum, copula matrimonii, σύζυγος, ὁμόζυγος. Ver. 4. Aen. Cui uincula iugalia curæ. Idem 4. Aen. Si cui me uinclo uellem ſociare iugali. Iura iugalia. Ouid. 7. Metam. Eſſe metus cœpit, ne iura iugalia coniunx Non bene ſeruaſſet. Lectus iugalis. Verg. 4. Aen. Exuuiasq; omneis, lectumq; iugalem, Quo perii, ſuperimponas. Tori iugales, Stat. 3. Syl.

Iugales, ſubſt. dicuntur equi eidem iugo ſubacti, ὁμόζυγες, σύζυγες. Claud lib. 2. de Raptu Proſerpinæ, Emeritos uertunt ad paſcua nota iugales. Ver. 7. Aen. Abſenti Aeneę currum gemi nosq; iugales.

Iugamenta, n. ſ. In ædificiis dicuntur feneſtrarum ſtructuræ, ſiue ex lignea ſint, ſiue lapidea, ita dictæ à iugi militaris ſimilitudine. Solebat enim iugum ita fieri, ut duabus perticis erectis tertia ſuperimponeretur. Ad eundem etiam modum in feneſtris duobus tribuſue erectis poſtibus limen ſuperiectum, quandam iugi ſpeciem exhibet. Cato de Re ruſtica cap. 15. Iugamenta & antepagmenta quæ opus erunt, ex lapide indito.

Iugarius, id eſt, bubulcus, & auriga boum, ſiue arator qui iuga ducit & regit, βοώτης Colum. lib 1 cap. 6. Lata bubulca eſſe oportebit pedes decẽm, uel minimum decem: quę menſura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat.

Iugatorius, ria, rium, Vt iugatorius bos, qui iugo ſubditur, ὑποζυγιάδης. Varr. 2. de Re ruſtica cap. 5. Boni enim generis in Italia plerique Gallici ad opus: contra iugatorii Liguſtici.

Iuges, om. t. Dicuntur eiuſdem iugi pares, ὁμόζυγες, à quo Iniuges boues qui nunquam iugo adhibiti ſunt. Coniuges, uir & uxor. Biiuges, ſiue Biiugi, δίζυγες, συνωρίδες. Quadriiuges, & Quadriiugi, equi, bigas uel quadrigas trahentes.

Iugis, gis, om. t. Aſſiduus, continuus, quaſi ſemper iuga affixus, διηνεκὴς, αἰέλιος. Plautus in Pſeud. Iſtoccine pacto me adiutus? do id quod mihi eſt? Nam is mihi theſaurus iugis in noſtra eſt domo. Cicero 1. de Diuin. Qui quum uidiſſet exhauſtam aquam de iugi puteo, terræmotus dixit inſtare. Idem 2. de Diuin. Etiamnè futurum eſſe, aquæ iugis colore præſentium?

Iugiter, aduerb Continuè, διηνεκῶς. Plaut in Mil. Venerẽ, amorem, amœnitatemq; accubans exerceo. Et quidẽ ędepol omneis mores ad uenuſtatem iugiter.

Iugata uitis, à Iugo, quod ad ſimilitudinem militaris iugi fiebat, ἀμπέλου ζευγηλάτου, ut ſuprà uidere licet in dictione Iugum.

Iulep, clarificata potio, uel clarus liquor potabilis.

Iulus, ἴουλος. Propriè dicuntur teneræ illæ lanugines, quæ in arboribus flores antecedunt, ut in ficu groſſuli. Plin. lib. 16. cap. 29. Ferunt & anellanę iulos cõpactili callo ad nihil utiles. Vnde per metaph dicuntur iuli teneræ illę lanugines quæ in iuuenum genis primæ enaſcuntur. Hinc Seru. Aſcanii Aeneæ filium Iulum cognominatũ exiſtimat, quòd adhuc adoleſcens quũ primam cœpiſſet emittere lanuginem, Mezentium ſingulari certamine ſuperarit: quanquã Verg. non uno in loco etiã antequãin Italiã appellaret, Iulũ fuiſſe cognominatũ oſtendit. Eſt item Iulus uermis multipes, & lanuginoſus, arboribus paſſim adrepens.

Iumentum, ti. n. ſ. à iuuando, id eſt, operam præbendo, Cuius appellatione continentur animalia quæ uel ſarcinas gerunt, uel currus trahunt, uel terram excolunt: ut equi, muli, aſini, cameli, boues, κτῆνος. Columella in Præfat. lib. 6. cap. 3. Nec tamen ulla regio eſt, in qua modò frumenta gignãtur, quę non ut hominum, ita iumentorum adiumento iuuẽtur. Vnde etiã iumenta nomen à re traxere, quòd noſtrũ laborem uel onera ſubuectando, uel arando iuuarent. Plin. lib. 8. cap. 8. de Camelis, Omnes aut ẽiumentorũ in iis terris dorſo funguntur. Colum. ferè iumentis nomine intelligit equos non autem boues, ut lib. 1. cap. 6. Nec altius edita eſſe præſepia conuenit, quàm ut bos aut iumentum ſine incõmodo ſtans ueſci poteſt. Idem lib. 6. cap. 19. Machina fabricanda, qua clauſa iumenta, bouesq; curentur, Eſt & iumentum uehicul

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uehiculi genus, ζεῦγλη, quod adiunctis pecoribus trahebatur: quod à iungendo quidem dictum existimant. Gellius libro primo, capite primo, Iumentum non id solùm significat quod nunc dicitur, sed uectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri iumentum à iungendo dixerunt.

Iunci, radi, id est, Ciperus.

Iuncus, ci, m. s. à iungendo, quoniã usus eius ad iuncturas utilis est σχοῖνος, βύσμον. Iuncorum autem multæ sunt species, de quibus uide Plinium libro 21. capite 18. Molli iunco detraxere aliquid. Vergilius 2. Eclo. Palustres iunci, Ouidius nectauo, Metamorph. Limosus iuncus, Vergilius primo Eclo ga Tibul. libro secundo, Ele. 3. Et fiscella leuis dextra est uimine iunci.

Iunculus, diminutiuum, σχοινίον Iunculos item uocabãt cibi genus ex opere dulciario, qui ad similitudinem iuncorum figuratus erat, quales hodie in opere pistorio uænales conspiciuntur, Vel dicitur opus lectarium, siue coagulum, instar metæ formatum, iuncis inclusum, quæ mera lactis à Martiale dicitur. Vulgus Iuuencam à iuncis nominat.

Iunceus, a, um, Quod est ex iunco, βύσσινος, σχοινινος, ut Iuncea cratis, Plin. libr. 21. cap. 41. Et apud Columellam libro 12. cap. 6. Iuncea sporta. Per translationem, uirgo iuncea, id est, tenuis, gracilis, & tenera, in modum iunci, Terent. in Eunu. deducunt cibum, Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas,

Iuncinus, adiectiuum, Ex iunco factum. Plin. lib. 15. cap. 7. Sic & Rhodinum à rosis, iuncinum à iunco.

Iuncosus, sa, sum, Iuncis plenum, σχοινώδης. Pliu. lib. 18. cap. 6. Iuncosus ager uerti pala debet. Littora iuncosa, Ouid. libr. 7. Metamorph.

Iuncetum, ti, n. s. Locus iuncis consitus, σχοινῶν. Varro 1. de Re rust. cap. 7. Primum genus quod dixi, maximè quærit salicta secundum arundineta, tertium iunceta.

Iuncus odoratus, A rosæ odore, quem spirat nomen accepit, σχοῖνος ἀρωματικός. Scapo est exili rubente, flore copioso, uinoso, sapore linguam mordicans. Præstantissimus nascitur in Nabathæa, proximus in Arabia, deterior in Africa. Vide Plinium libro 12. cap. 22.

Iungo, gis, iunxi, iunctum. a. t. Connecto, compono, quasi in unum ago, ζεύγνυμι. Plin. lib. 11. cap. 32. Ceruix articulorũ nodis iungitur. Sapientia iuncta eloquentiæ, Cicer. de Clar. Orat. Vergil. 8. Aeneidos, Queis neq; mos, neq; cultus erat nec iungere tauros, Aut componere opes norant, aut parcere parto. Huius composita sunt, Abiungo, adiungo, disiungo, deiungo, quod est separo. Plautus in Asinaria, Ne nos deiungere amantes. Iniungo, interiungo, subiungo & seiũgo.

Iunctus, participium, Amor legitimo fœdere iunctus, Ouidius 2 Trist. Eleg. 7. Puella iuncta matrimonio. Liuius 10. belli Punici.

Iunctio, onis, f. t. Idem quod coniunctio σύζευξις. Cic. 1. Tusc. Fit enim interitus quasi discessus & secretio earum partium quæ ante iunctione aliqua tenebantur

Iunctura, æ, f. p. Idem quod coniunctio, σύζευξις. Columella libro secundo, capite secundo, Hoc enim genus iuncturæ maximè probatum est. Genuum iunctura, Ouidius secundo Metamor. Iunctura uerborum, id est, compositio: Quintilianus lib. 9. cap 4.

Iunctim, aduerbium, Sine interuallo, ἀπαύστως. Suetonius, Magistratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percurrit.

Iunices, pen. prod. f. t. Tæneræ ætatis boues fœminæ, quæ iam cessarunt uitulæ esse, necdum tamen ad summam magnitudinem peruenerunt, dictæ quasi iuuencæ, à iuniore ætate, δαμάλεις. Persius Satyra 3. Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liquescant. Nominatiuus singularis est Iunix. Plautus in Milite, Quãm mox ad stabulum iunix recipiat se de pabulo: Mares autem in eadem ætate, iuuenci, μόλοι, appellantur.

Iuniculus, m. s. Palmes uetus in magnam longitudinem, & ad quartum usq; pedimentum porrectus, quod alio nomine draconem uocant, ad masculeta conficienda idoneũ Pli. libr. 17. cap. 2. 5 Nec ueterem placet palmitem in longum, & ad quartum usq; pedamentum emitti, quod alii dracones, alii iuniculos uocant, ut faciat quæ masculeta appellant.

Iunior, Vide Iuuenis.

Iuniperus, ri, f. s. pen. cor. Arbuscula, quæ in locis arenosis frequenter nascitur, pro foliis spinas habens perpetuò uirentes, unde & topiari opeti idonea est: materiamq; habet cariei non obnoxiam, ἄρκευθος. Vide Plinium libro 8. capite 25.

Iuniperum paruam, Græci, ἀρκευθίδα uocant, alii μυροβλον, alii ἀκατακίδα. Aegypti Libium, Galli Lunpellum, Romani Iuniperum. Eius duo genera, altera maior, altera minor. Vtraq; aeris est excalfactoria. Vide Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 16. cap. 25.

Iunis, & hoc iune, quod est ætate uiride, νέος. Vnde iunior, comparatiuus fit, inquit Cornutus.

Iunix, uide Iunices.

Iuramentum, Iuratus, Vide Iuro.

Iurgo, as. n. p. Contendo, litigo, rixor, λογομαχέω, ἐρίζω, φιλονεικῶ. Terent. in And. Quum Dauo egomet uidi iurgantem ancillam. Differt autem iurgare à litigare, & iurgium à lite, quoniam iurgium leuior res est. Siquidem inter benenolos aut propinquos dissentio uel concertatio, iurgium dicitur: inter inimicos dissentio, lis appellatur. Cic. lib. 4. de Republ. Si iurgant, inquit, benenolorum Concertatio est: lis inimicorum, non iurgium dicitur. Idem, Ergo lex putat inter se uicinos litigare. Est & iurgor deponens. Horat. 1. Serm. Sat. 2. iure inquit Thrasius istis Iurgatur uerbis. Ab his fiunt composita, Obiurgo, & Obiurgor, de quibus alibi.

Iurgium, gii, n. s. Contentio, discensio, & lenior quædam lis, qualis nonnunquam etiam inter amicos solet accidere. φιλονεικία, ἔρις. Cic. de Sen. Vt Themistoclẽ ferunt Seriphio cuidã in iurgio respondisse. Idẽ 4. Tusc. Ira, cuius impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium.

Iurgiosus, a, um, Contentiosus seu contumeliosus, φιλόνεικος. Gell. lib. 1. cap. 17. Mulier morosa admodũ fuisse fertur, & iurgiosa. De Xantippe Socratis uxore.

Iuridicus, Inrisdictio, uide Ius.

Iuro, as, n. p. Iureiurando aliquid affirmo, uel nego, quod uerbum à iure deductũ putatur, quod iurare propriè sit aliquid ita sanctè promittere, ac si ius esset, ὀμόω, ὄμνυμι. Cic. ad Metell. Iurauit iusiurandum sceleratissimum. Iurare conceptis uerbis, est iurare certa uerborum forma, quam iureiurando præit is qui iuramentum defert. Plaut. in Cist. At ille conceptis uerbis apud matrem meam, Me uxorem ducturum esse. Iurare in uerbis alterius, id est, iurare se seruaturum leges alterius. Plinius de uiris Illustr. Aqua & igni interdixit ei, qui in leges suas non iurasset. Iurare in litem. Cic. pro Rosc. Comœdo. Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? Iurare in uerba. Cæsar 1. bel. Ciu. Princeps in hæc uerba iurat ipse, ad idẽ iusiurandũ adigit Afranium. Huius cõpositra sunt, Abiuro, adiuro, cõiuro, deiero, deiuro, eiuro, exiuro, obiuro, peiero, præiuro, quorũ significata uide suis locis.

Iuratus, Aliquando actiuè accipitur pro eo qui iurauit, ὀμόσας, ὁρκωτής, Author ad Herennium, Ex eo quod ait se non potuisse adesse ita ut iuratus fuerat, id est, ut iurauerat. Sic iniuratus, qui non iurauit, ἀνώμοτος. Idem in Verrin. Malo ei iuraro suam, quàm iniurato aliorum tabulas committere. Plautus in Amphitr. Nam iniurato scio', plus credet mihi, quàm iurato tibi. Passiuè protulit Lucanus libro 8. Mihi per Latium iurata ronantem. Idem libro 5. usus est uerbo passiuo iuro, Et lętæ iuranter aues bubone sinistrę.

Iuramentum, ti, n. s. Sacramentum, iusiurandum, hoc est, affirmatio, uel negatio rei alicuius sacræ attestatione firmata. ὅρκος. Seneca lib. 2. de Clem. O uocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius uerba principes regesq; iuramentum faciãt, hoc est, in cuius uerba reges & principes iurant.

Iurandum, di, n. s. Idem quod iusiurandum, ὅρκος. Plautus in Cistell. Verùm haud metuo ne iurandum nostrum quisquã culpitet. Et paulò pòst, Abi quærere, uti tuo iurando satis sit subsidii.

Iureiurare, Idem quod iurare, ὀμνύω. Liu. Dec. 5. li. 1. Prætores ambo in eadem uerba iureiurauerunt.

Iurulentus, uide Ius pro liquore.

Ius, iuris, n. t. Liquor eorum quæ coquuntur, & ad coquinariam pertinet. Plautus in Mostell. Itidem olent quasi quum unà multa iura confudit coquus. Terent. in Eunuch. Quo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pacto ex iure hesterno panem atrum uorent. Vocare pisces in ius, Varro 3. de Re rustica, Sic hos pisces nemo coquus in ius uocare audebit. Ius conditum. Cicero 3. Tusculan. Quid uictum Lacedæmoniorum in Phiditiis nónne uidemus? ubi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod caput cœnæ erat, delectatum. Tum is qui illa cœperat, Minimè mirum: condimenta enim defuerunt.

Iurulentus, a, um, Quod cum iure coctum est, ζωμώδης. Cornelius Celsus libro 2. cap. 10. Tum res eadem magis alit iurulenta, quàm assa, magis assa, quàm frixa. Varro. Vbi pultem aut iurulenti quid ponebant, à capiendo catinum nominarunt. Apuleius uerò in Magiæ Apol. iussulentum, non iurulentum formauit, sic de Ennio dicens, Ostendit qualiter quisque piscium assus aut iussulentus optimè sapiat.

Iussulum, Iusculum

Iuscum, siue quod usitatius est, iusculum, liquor eorum quæ coquuntur, ζωμίδιον. Apuleius, Offendo Photidem, quæ suis dominis parabat iuscum fartim concisum. Cato de Re rustica capite 156. Postea inde iusculum frigidum sorbere.

Ius, iuris, n. t. à iussu ut quidam uolunt, deducitur, δίκη, τὸ δίκαιον. Nihil enim aliud est ius, quàm quod uel natura, uel ciuitas, aut populus, aut gens, uel consuetudo iubet. Terent. in Heaut. Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; bonum neq; æquũ sciũt? Et differt à lege, quòd ius generale est: lex, iuris species. Rursus ius ad non scripta etiã pertinet, lex tantùm ad ius scriptum. Diuiditur aũt ius, in naturale, gentium, & ciuile. Naturale, quod est commune omni nationi. eò quòd ubiq; instinctu naturæ haberur, non aliqua constitutione facta ab homine, sed ab ipso naturæ cõditore, ut maris & fœminæ cõiunctio, liberorũ succesio in bonis parentũ, puerorũ educatio, cõmunis omniũ possessio, quia iure naturali omnia hæc omnibus sunt cõmunia, quemadmodũ & rei depositæ uel cõmodatæ restitutio, uiolẽtiq; per uim repulsio, qd tibi uis fieri ut alteri facias, & ecõtrario. Ius gentiũ, quo gentes humana uruntur, quod à naturali processisse facilè intelligere licet, quia id omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se cõuenit, ut scilicet Deo, religioni, patriæ & parentibus pareamus, ut uim atq; iniuriã propulsemus. Ius ciuile, quũ aliquid cõmuni iuri uel additur uel detrahitur, hoc est, quũ populus sibi cõstituit quasi propriũ ius ciuitatis. Hoc autem, scripto constat, ut sunt leges, plebiscita, Senatusconsulta, principũ decreta. Aut sine scripto, ut ea quę authoritate prudentiũ fiunt: quæ legum interpretationes rectius dici possent, quàm leges. Vnde qui hoc profitentur, Interpretes iuris, & Iureconsulti, & Iuris prudentes dicuntur. Et qui inter eos excellunt, Iuris antistites nominantur. In ciuili iure Prætoriũ ius continetur, quod Prætores supplendi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxerunt, ob publicam utilitatem. Hoc à Prætoris honore, honoratiũ appellatur. Est etiam ius singulare, quod contra tenorem rationis, ob aliquam utilitatem authoritate constituentium introductum est. Ius consuetudinis, quod in morem uetustas uulgi appellatione produxit. Ius militare, quo soli milites sunt adstricti, ut belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostes, & pugnæ commissio, signo dato receptio, stipendiorum modus, digni tatum gradus, præmiorũ honor, prædæ diuisio pro personarum qualitatibus. Iuris præcepta tria sunt, honestè uiuere, alterum non lædere, ius suum cuiq; tribuere. In nostra etiam religione est ius diuinũ, in quo diuina oracula cõprehenduntur, & ius principũ, quod principes singuli suis regnis præscripserunt. Aliquando ius ponitur pro authoritate, siue libertate quadam atq; licentia, ἐξουσία. Cicero pro Archia, Quare suo iure noster ille Ennius, sanctos appellat Poẽtas, id est, sua quadam authoritate, & pro libertate sibi omnium consensu ut grauissimo Poẽtæ, concessa. Idem pro meo iure dico, quasi confidenter. Hinc sui iuris esse dicuntur, qui nullius imperii sunt subiecti, ἀντεξούσιοι, ἀνυπόταικτοι. Aliquando pro necessitudine, ut: Est mihi cum illo ius cognationis, uel amicitiæ. Aliquando pro loco in quo ius redditur, appellatione collata ab eo quod fit in id in quo fit: quem locum definiunt, ubicunq; Prætor salua maiestate imperii sui, saluoq; more maiorum dicere ius constituit. Ius suum obtinere non posse dicebant ueteres eum, quem nunc iustitiam habere, uel consequi non posse dicimus. Cicero. Hic Philodamus, postquam ius suum obtinere non potuit, ut humanitatem consuetudinemq; suam retineret, laborabat. In eadem etiam significatione dicimus, Ius suum non retinere. Idem Cicero in Antron. actione 4. Hos edicto non Siculi, sed isti ipsi equites Romani, qui ius suũ retinere se contra Aphronium posse erant arbitrati, splendidi homines, & aliis Prætoribus gratiosi, uincti Apronio traditi sunt. Ius, fas, lex, iussũ, praui rectique partes, id est, iuris iniuriæq;. Iure sublato nihil est quare exploratum cuiquam possit esse, quid suũ, aut quod alienum sit, nihil est quod æquabile inter omnes atq; unum omnibus esse possit. Cicero pro Cecinna, Iuris est nobis omnis ratio explicanda. Quod diuiditur in duas partes primas, naturam atq; legem, & utriusq; generis uis in diuinum & humanum ius est distributa. Quorum æquitatis est unum, alterum religionis. Aequitatis autem ius duplex. Cuius altera directi & ueri, & iusti, & ut dicitur, æqui & boni ratione defenditur. Altera ad uicissitudinem referendæ gratiæ pertinet. Quod in beneficio gratia, in iniuria ultio nominatur. Atq; hęc communia sunt naturæ, atq; legis, sed propria legis, & ea quæ scripta sunt, & ea quę sine literis, aut gentium iure, aut maiorum more retinentur. Scriptorum autem priuatum aliud est, publicum aliud. Publicum, lex, senatusconsultum, fœdus. Priuatum, tabulę, pactum, conuentum, stipulatio. Quæ autem scripta non sunt, ea aut consuetudine, aut conuentu hominũ, aut quasi consensu obtinentur. Atque etiam hoc imprimis ut nostros mores legesq; tueamur, quodammodo naturali iure præscriptum est. Idem in Partition. de iure adoptionis. Ius adoptionis est, ut is adoptet, qui neq; procreare iã liberos possit, & cũ potuerit, sit expertus. Cic. pro Domo sua ad Pon. Ius ciuile, ius legitimũ uel publicũ, iuris ciuilis scientia uel disciplina, iuris studiũ, ciuilis scientia, prudentia iuris publici uel ciuilis. Cic. pro Corn. Leges de iure ciuili, est æquitas constituta his qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtinendas. Cic. in Top. Ius ciuile, iuris peritorũ authoritate, edictis magistratuũ, more, æquitate, consistit. Ibidem, Sit in iure ciuili finis hic, legitimæ atq; usitatæ in rebus causisq; ciuium æqualitatis conseruatio. Idem 1. de Orat. Consuetudinis ius esse putatur, id quod uoluntate omnium sine lege uetustas cõprobauit. In ea autem iura sunt quędã ipsa iam certa propter uetustatem. Quo in genere & alia sunt multa, & eorum multò maxima pars quæ Prætores edicere consueuerunt. Quędam autem genera iuris iam certa consuetudine facta sunt, quod genus pactum, par, iudicatum. Idem 2. de Inuent. Ius consuetudinis, est quod aut leuior à natura tactũ aluit, & maius fecit usus, ut religionem, aut si quid eorũ quæ antè diximus, à natura profectũ, maius factum propter consuetudinem uidemus. Aut quod in morem uetustas uulgi approbatione perduxit, quòd genus pactum, par, iudicatum. Ibidem: Lege ius, est quod in eo scripto quod populo expositum est, ut obseruet, continetur. Dicitur etiam ius ζωμὸς, liquor eorum quæ coquuntur. Terent. in Eunuch. Quo pacto ex iure hesterno panem atrum uorent. Ius album piscium sic conficitur, cum sine garo, magisq; etiam sine conditura eiusmodi κορυκάιῳ Græci uocant. Præparatur scilicet anetho saleque cum oleo, & porri exiguo in aqua coniectus.

Iure, ablatiuus, Aliquando aduerbialiter ponitur pro eo quod est meritò. Quint. Quis enim id non meruisse, quis non iure passim affirmet?

Iusiurandum, di, n. s. Est affirmatio religiosa, ut inquit Cic. lib. 3 Offic. ὅρκος, ὁρκωμόσιον. Plautus in Pseud. Quid item, ut nos, iureiurando quęrũt rem. Cic. 3. Off. Nullum enim uinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt.

Iurisdictio, onis, f. t Iuris dicendi officiũ, δικαιολογία, διοίκησις. Seru. Sulp. Ciceroni, Postero die quum ab eo digressus essem eo cõsilio ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamq; iurisdictionem absoluerem. Cic. 4. Verr. Is uænalem iurisdictionẽ in Sicilia habuit.

Iurisconsultus, ti, siue Iureconsultus, m. s. Iuris siue legum interpres. Cic. 2. de Le. Sed iureconsulti, siue erroris obiiciendi causa. quo plura, & difficiliora scire uideantur, siue (quod similius ueri est) ignoratione docendi (nam non solùm scire aliquid artis est. sed quędã ars etiã docendi) sæpe quod positũ est in una cognitione, id in infinita dispertiunt, ueluti in hoc ipso genere, quàm magnũ illud Scæuolæ faciunt Pontifices ambo & iidem iurisperitissimi. Consultus iuris, apud Horat. de Arte.

Iuridicus, dica, dicum, pen. corr. Quod iurisdictioni destinatum est, uel quod secundum ius est, ἐνδίκος. Vnde Iuridicus dies, quo ritè ius dici potest. Et iuridica actio, quæ secun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſecundum ius eſt. Dicitur etiam iuridicus, qui ius dicit, δικαστής. Seu. in Herc. fur. Flentes Eurydicem iuridici ſedent. Iuridici conuentus dicuntur in quibus ius redditur. Plin. libro 3. cap. 1. Iuridici conuentus ei quatuor, id eſt, in quibus iura redduntur.

Iuridicialis, le, Idem quod iudicialis, δικαστικός. Ci. 1. de Inuēt. Huic generi Hermagoras partes quatuor ſuppoſuit, deliberatiuam, demonſtratiuam, iuridicialem, negotialem. Iuridicialis ſtatus apud Quintilianum lib. 3. cap. 8.

Iuriſprudentia, Eſt diuinarum rerum & humanarum notitia, iuſti atq; iniuſti ſcientia, hoc eſt, ipſa ἐγκυκλοπαιδεία, diſciplina rotunda; integra & ſine offenſione. Budæus in l. 1. de Iuſt. & Iud. uel eſt ars boni & æqui. Neque enim uoluit Iuriſconſultus hac poſteriore definitione Ius definire, ſed ipſam iuriſprudentiam quæ eſt habitus animi, ipſius uidelicet intellectus. Ius uerò nihil aliud eſt quam relatio. Nam & Obligatio eſt Ius, & Actio eſt ius, & Dominium, & uſus fructus, & pleraq; in legibus infinita nimirum ſpecies ipſius Iuris. Ex Appello.

Iuſculum, Vide Ius pro liquore.

Iuſſus, participium à Iubeo, & Iuſſum, ſi, Vide Iubeo.

Iuſtinum, à Inſtino imperatore primo inuenta deſcriptio, aduerſus malum Calculi. Citatur ab Nicolao.

Iuſtus, Qui à iuris præceptis non deflectit, δίκαιος. Cic. 1. Off. Iuſtus homo, isq; quem bonum uirum eſſe dicimus. Idem pro Sect. Ariſtidęs, qui unus omnium iuſtiſſimus fuiſſe traditur. Interdum ponitur pro ſatis magno & mediocri, quum & ius ipſum mediocritas quædam ſit. Vnde iuſtam magnitudinem alicuius rei dicimus, quum nec debito minor eſt, nec modum excedit. Iuſtum opus, ſatis magnum, nō exiguum. Plin. in Præfat. libro 8. Opere iuſto temporum noſtrorum hiſtoriam orſi. Sic iuſtum prælium, iuſtum exercitium, hiſtorici dicunt magnum, & non contemnēdum. Sic etiam Aſconius, iuſtas inimicitias pro magnas apud Cicerone expoſuit. Interdum pro uerò, γνήσιος. Vnde apud Iureconſultos, qui filium adoptat, interrogatus, An uelit eum, quem adoptat, iuſtum ſibi filiū eſſe, id eſt, uerum filiū. Iuſtus dominus, pro uero: cui contrarium eſt alienus. Ci. lib. 1. Off. Quare L. Sullæ, & C. Cæſaris pecuniarum translatio à iuſtis dominis ad alienos, non debet liberalis uideri. Iuſta materfamilias, & Pellex contraria. Liuius 9. bel. Maced. Nam & ſi minor ætate quàm Perſius eſſet, hunc tamen iuſta matrefamilias, illum pellice ortum eſſe. A iuſtus ſit compoſitum iniuſtus, qui contra ius facit, & qui iuſtam magnitudinem excedit, ἄδικος. Cic. 5. Tuſc. quæſt. Vir maleficus natura & iniuſtus. Interdum accipitur pro nimis magno. Verg. 3. Georg. Iniuſto ſub faſce uiam dum carpit. Iniuſti dies qui fuerint apud ueteres, apertiſſimè docet Gellius, libro 20. cap. 1. his uerbis, Confeſſi itaq; æris, ac debiti iudicatis, triginta dies ſunt dati, cōquirendæ pecuniæ cauſa; quam diſſoluerent. Eosq; dies Decemuiri inſtos appellauerunt, uelut quoddam iuſtitium, id eſt, iuris inter eos quaſi interſtitionem quandā & ceſſationem, quibus diebus nihil cum his agi iure poſſet. Dicebantur præterea in bellis ſuſcipiendis dies iuſti, numero tres & triginta, ab eo ſcilicet die quo res repetitæ erant per Fecialem: quibus elapſis, niſi redditæ res eſſent, haſta in fines hoſtium conſecta, bellum indicebatur. De hoc uide Liuium lib. 1. ab Vrbe.

Iuſtè, aduerb. Rectè, legitimè, iurè, δικαίως. Brutus Cic. At hoc ipſum, inquies, iniquè facis: imò iuſtiſſimè. Idem in Sall. Id uos ſi forte offendimini, iuſtius huic quàm mihi ſuccenſere debetis. Iuſtè & legitimè impetrare. Cic. lib. 1. Offic.

Iuſto, ablatiuus pro aduerbio: ut, Longius iuſto, id eſt, longius quàm par eſt. Quintil. lib. 9. cap. 4. Membrum longius iuſto, tardum breuius, inſtabile eſt.

Iuſta, n. ſ. Exequiæ ſiue parentalia quę mortuis impenduntur, ita dicta quòd iure fierent his qui de nobis uiuentes beneme riti fuerant, ἐναγίσματα, νομιζόμενα, νενομισμένα. Salluſtius in Iugurtha, More regio iuſta magnificè fecerant. Ouidius, Hanc quia iuſta ferunt, dixere Feralia lucem. Cicero 2. de Legibus, Non ſolùm uita cruciati atq; dedecore, uerùm & ſepultura, & iuſtis exequiarum caruerunt. Iuſta pro conſtitutis, quæ neceſſario præſtari debent. Columella libro 11. capite 2. Item uinearum foſſio iiſdem locis peragenda, arbuſtorumq; ſiue putatio, ſiue alligatio ſumenda eſt, quorum iuſta certa eſſe non poſſunt. Ad iuſta perducere, id eſt, ad iuſtum laborem. Columella. libro ſexto capite 14. Iuſta reddere, opus debitum & conſuetum perficere, Columella libro 1. capite 8.

Iuſtitia, æ, f. p. ut inquit Cicer. 7. de Finib. Eſt habitus animi, cō muni utilitate ſeruata, ſuum cuiq; tribuens, atq; ſocietatem coniunctionis humanæ munificè, atq; æquè tuēs, δικαιοσύνη. Verg. 1. Aen. O regina, nouam cui condere Iupiter orbem Iuſtitiaq; dedit gentes frænare ſuperbas. Ouid. 1. de Pon. Iuſtitia uires temperat ille ſuas. Differt autem Iuſtitia à Iudicio, & ab æquitate, quia (ut docet Hieron.) Iuſtitia eſt actio recta: Iudicium, deſcretio boni & mali: Aequitas, rectitudo mentis intelligitur. Iuſtitia eſt in his quę ſecundum regulam ueritatis bene operantur. Iudicium in illis: quibus recta deſcriptione cum proximis agimus. Aequitas in eo, cum ſyncera intentione Deo ſoli in his quæ rectè gerimus, uel iudicamus, placere contendimus. Iuſtitia, eſt obtemperatio ſcriptis legibus, inſtitutisq; populorum. Cic. 1. de Legibus. Iuſtitia, eſt quæ ſuū cuiq; diſtribuit.

Iuſtificus, a, um, Iuſtitiam faciens, δίκαιος. Catullus Argon. Iuſtifica mens deorum.

Iuſtitium, ſtitii, n. ſ. Quaſi iuris ſtatio dicitur. Eſt enim iuris dicēdi intermiſſio quæ fieri ſolet in publico luctu, & Reipub. calamitatibus, ἀπορασία. Plutar. Liu. Dictator quum iuſtitium edixiſſet, omnes iuniores ſacramēto adegit. Idem, Iuſtitium edicit, claudi tabernas tota urbe iubet: uetat quempiam priuatæ quicquam rei agere. Triſti iuſtitio clauſa fora, Lucan. lib. 5. Dicitur & iuſtitium remittere, pro eo quòd eſt iuſtitio finem imponere. Liu. lib. 10. Vt Romam reditum eſt, iuſtitiū remiſſum eſt.

Iuſum, aduerb. loci, idem quod deorſum. Et contrarium, eſt ei quod Suſum uel ſurſum. Quanquā hæc atq; huiuſcemodi alia quædā, adſcribenda fortè non erant, cum nō ſint Latina ſed merè Gallica, quia tamē ſubinde in lectione quorundam non infimi nominis authorū occurrunt, eorū uel meminiſſe ſaltem libuit, uariarū ſcilicet artiū ſtudioſis ut cōſuleremus.

Iuuamen, Vide Iuuo.

Iuuenalia, Iuuenalis, Vide Iuuenis.

Iuuencus, ci, Bos iunior, qui iam uitulus eſſe deſiit, nondū tamen in iuſtam magnitudinem excreuit, μόσχος, πόρταξ. Dictus à iuuando, ut Varroni placet, quod iam dominum in agro colendo adiuuare poſſit. Colu. lib. 6. cap. 2. Nam ubi plaſtro aut aratro iuuencum conſueſcimus, ex domitis bubus ualentiſſimum, eundemq; placidiſſimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & conſtantem. Sociare iuuencos impoſito aratro, Stat. 1. Theb. Verg. 3. Geor. Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ Paſcit equos: ſeu quis fortes ad aratra iuuencos. Iuuencus & iuuenca, non tantùm de bobus, ſed & de hominibus iuuenibus intelliguntur, Ouid. Epiſt. 1. Graia iuuenca uenit, quæ te, patriamq; domumq; Perdat, Io prohibe, Graia iuuenca uenit. Propriè tamen iuuenci uel iuuencæ, dicūtur boues qui iam deſierunt eſſe uituli. Varro enim lib. 2. cap. 5. de Re ruſt. quatuor diſtinguit bubuli generis ætates: quarum prima eſt uitulorum, ſecunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta uetulorum. Iuuencus quoq; de homine iuuene. Horatius 2. Carm. Ode 3. Te ſuis matres metuunt iuuencis, Te ſenes parci, miſeraq; nuper Virgines nuptæ. In quem locum annotauit Porphyrion, iuuencum non ſolùm de bobus, uerumetiam de hominibus adoleſcentulis dici: quanuis in ea ſignificatione frequentius iuuenculos dicamus, & iuuenculas.

Iuuenculus, diminutiuum, μειράκιον, Catullus ad puerum; Qui floſculus es iuuenculorum.

Iuuenca, æ, f. p. Vacca iunior, quæ iam uitula eſſe deſiit, nondum tamē, in iuſtam magnitudinē excreuit, δαμαλίς, πορτίς. Vergilius 3. Geor. Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca. Accipitur aliquando pro puella, uel florentis ætatis mulier, νεανίς. Ouid. 5. Epiſt. Graia iuuēca uenit, quæ te, patriāq; domumq; Perdat: Io, prohibe, Graia iuuenca uenit. Reliqua in dictione Iuuencus.

Iuuenis, com. t. à iuuando, quòd ea ætas maximè ſit apta ad laborem tolerandum, νέος. Et à iureconſ. iuuenes dicuntur qui adoleſcentiæ exceſſerunt ætatem, quoad incipiant inter ſeniores numerari. Verg. 5. Aen. Hoc iuuene egregium præſtāti munere donat. Iuuenes feruidi. Hor. 4. Carm. Ode 13. Poſſent ut iuuenes uiſere feruidi, Multo non ſine riſu, dilapſā in cinetes facē. Pli. li. 7. ca. 50. Cornelia enim iuuenis eſt, & parere adhuc poteſt. Hinc formatur cōparatiuū iunior. Nam quod apud Col. lib. 9. cap. 11. legitur iuuentiori examini: arbitror librariorū culpa accidiſſe: præſertim quū in uenerandæ cuiuſdam fidei exemplaribus legatur iuniori. Hor. 2. Epiſt. 1. qui uel menſe breui, uel toto eſt iunior anno. Iuniores ſerui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plin.lib.8.cap.32. Alioqui ante frontem prominere solitos in nouellis. Iuuenis de oue. Colum.lib.7.cap.3. Femina post bimatum maritari debet, iuuenisq; habetur quinquennis. Iuuenis pro iuuenili adiectiuè. Ouid. 7. Met. & admonitus iuuenes nutricibus annos Posse suis reddi.

Iuuenilis, le. adiect. Quod ad iuuenem pertinet, νεανικός. ut, Aetas iuuenilis. Iuuenile robur. Columella libro 4. capite 3. Iuuenilis ludus uel iocus, Liuius 1. ab Vrbe. Vergilius 5. Aeneidos. Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore uires. Ouidius libro 5. Trist eleg. 3. Integer & lætus, læta & iuuenilia lusi. Idem libro 14. Metamorph. Silenus suis semper iuuenilior annis.

Iuueniliter, aduerb. Quod est more iuuenum, νεανικῶς. Cicero in Catone, Et Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua mollichat. Ouid. 7. Metam. Venatum in syluas iuueniliter ire solebam.

Iuuenalis, le, adiect. νεανικός. Plin lib. 33. cap. 2. Quum C. Sulpitius Galbam iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucuparetur. Iuuenalis dies dicebatur festum quoddam quod à iuuenibus peculiariter celebrabatur primo die post elapsa Saturnalia, à Caligula primum institutum. Sueton. de Calig. Adiecit diem Saturnalibus, appellauitq; iuuenalem.

Iuuenalia, n. t. Erant ludi qui pro salute iuuenum celebrabantur, νεανικά. Sidon. Iam uerò iuuenalibus peractis, Quem te præbueris sequente in æuo, Chartis posterioribus loquemur. Tac. libro 14. Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos iuuenalium uocabulo, in quos passim nomina data.

Iuuenesco, n. t Iuuenis fio, νεανίσκω Ouid 3. Amorum. Illius à tactu Pylius iuuenescere posset. Plin. lib. 34. cap. 14. Vites squalore decisо annis omnibus cogimus iuuenescere. Idem lib. 8. cap. 57. de gliribus, Rursus æstate iuuenescunt.

Iuuenari, Temerè & inconsideratè, & iuuenum more aliquid dicere, uel facere, νεανίζειν. Horat. in Arte, Aut nimium teneris iuuenentur uersibus unquam.

Iuuentus, utis. f. t. Aetas iuuenilis, quæ & iuuenilitas, & iuuenta dicitur, νεότης. Sallustius. Ibiq; iuuentutem suam exercuit Sæpius accipitur pro multitudine iuuenũ, νεολαία. Seruius Sulpit. Cicer. Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuenture generum eligere. Cic. 2. Tusc. Iuuentutem laboribus erudiunt. Aliquando ponitur pro dea quæ præesse putabatur huic ætati: hæc est Hebæ Iunonis filia & Herculis uxor Liuius 4. Decad. libro 6. Iuuentutis ædem in circo maximo C. Lucinius Lucullus Dusmuir dedicauit. Plinius libro 35. capite 10. Pinxit hic raptum Proserpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio in Mineruæ delubro, supra ædiculam Iuuentutis.

Iuuenta, tæ, f p. Aetas iuuenilis, νεότης. Plin. lib. 7. cap. 13. Aliis sterilis est iuuenta: aliis semel in uita datur gignere. Idem libro 9. cap. 55. Nec nisi iuuenta constat ille qui quæritur uigor. Viridis iuuenta, Ver. 5. Aen. Audax iuuenta, Idem 4. Georg Imbellis iuuenta, Horatius 3. Carm. Ode 2. Iuuenta, pro iuuenum multitudine, quæ & iuuentus dicitur, νεολαία Martial. libro 2. Quintiliane uagæ moderator summæ iuuentæ. Iuuenta, dea melioris ætatis, & iuuentutis, apud Valerium, libro 4.

Iuuentas, Dea quæ iuuentuti præesse putabatur, Ἥβη. Horatius 1. Carm. Ode 10. Et parum comis sine te iuuentas. Vbi Acron Aliud est iuuenta, aliud iuuentas, aliud iuuentus. Iuuenta ætas putatur: iuuentas ipsum numen iuuentus, ipsi iuuenes. Accipitur tamen aliquando iuuentas pro ætate ipsa iuuenili. Lucretius lib. 5.

Tum demum puerili æuo florente iuuentas.
Occipit, & molli uestit lanugine malas.

Iuuo, as, iuui, iutum, a. p. Opem fero, & auxilior, βοήθω, ὠφελέω. Plaut. in Trin. nunc ego te quæso, Vt me opera & consilio iuues. Terentius in Heaut. Crede, inquam mihi, Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero. Lact. lib. 5. Si eloquentia, si uirtute ingenii diuinarumq; rerũ iuuisset. Iuuare, pro eo quod est beneficia & misericordia prosequi. Cic. 3. Verr. Legis Corneliæ meminit, quæ proscriptum iuuari uetat. Liuius. Iuuisse eos omni commeatu classem hostium. Iuuat, impersonale: id est, delectat, τέρπει. Ver. 3. Aen. Iuuat euasisse tot urbes. Dicimus autem hodie, iuuat me: olim etiam iuuat mihi Plautus in Capt. Neq; unquam quicquã me Iuuat quoq; eo domi. Idem in Cist. Quãdo ita tibi iuuat, uale atq; salue. Iuuari, passiuũ, pro adiuuari, & auxilium accipere.

Plin. lib. 17. cap. 17. Quod sic etiam iuuatur. Ouid. 1. de Ponto eleg. 4. Sed uereor, ne me frustra sanare labores: Nec inter ad mota perditus ager ope.

Iuuans, particip. Cicer. Meq; diis iuuantibus ante brumam expectabis. Huius compositum est adiuuo, quod idẽ est quod iuuo. Hinc fit aliud compositum, Coadiuuo: de quo suo loco.

Iuto, as, a. p. frequentatiuum, à quo adiuto. Terentius in And. At te adiutare oportet adoscentuli causa.

Iuuamen, n. t. Iuuatio, & Iuuamentum, Idem significant, scilicet auxilium, ὠφέλημα, ὄνησις.

Iuxta, Præpositio semper separatur, & significat apud uel propè, παρά. Ver. li. 4. Aeneid. Humilis uolat æquora iuxta. Plautus Iuxta te sum, ut pie tutaris oportet. Aliquando significat simul, coniunctim, ἅμα. Var. de Vita pop. Rom. Quum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanam, id est, simul cum ancillis. Quandoq; uerò aduerb. est, significat æquè, similiter, eòdem modo, ὡσαύτως. Plau. Dixi tibi, mater iuxta mecum rem tenet, id est, æquè atq; ego. Sallust. in Iugur. Hyemem atq; æstatem iuxta pati. Interdum etiam secundum, uel post. Gell. lib. 2. cap. 9. Nigidi ut figulus, homo (ut ego arbitror) iuxta M. Varronem doctissimus, hoc est, secundum Varr. uel post Varronem.

Iuxtim, aduerb. Significat propè, πλησίον. Suet. in Tyb. Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerunq; se offerebat consiliarum, assidebatq; iuxtim, uel ex aduerso in parte primori.

I X.

IX IX. In notis antiquorum. Duodeuiginti. I X I. nonus decimus.

Ixia, ἰξία, Herba quædã, cum terra colorem mutans: unde & chamæleon appellarunt. Icias autem dicitur ἀπὸ τοῦ ἴξης, hoc est, à uisco, quod quibusdam in locis circa radicem eius inuenitur, quo pro mastiche utuntur mulieres. Huius duæ sunt species, candido & nigro colore distinctæ. Vide Plinii libro 22. cap. 18. Dioscor. lib. 3. cap. 9.

Ixine, interpretatione Theodori Chamæleon albus.

Ixon, ἴξον, Græci appellant uiscum, quo aues capiuntur: unde & chamæleonem herbam ixiam uocauere, quòd quibusdam in locis ad radicem eius uiscum inueniatur, quo mulieres uice mastiches utuntur.

Iynx, iyngis, ἴυγξ, Auis, quæ uerticilla, à colli uersura uocatur. Hæc paulò maior est quàm fringilla, colore uario, linguam serpentibus similem habet, quam longitudine quatuor digitorum exerit, rursumq; contrahit intra rostrum, collum circumagit in aduersum, reliquo quiescẽte corpore. Vnde & torquilla à quibusdam est apellata. Sunt qui & turbinem uocant, putantq; auem esse amatoriis medicamentis infamem. Frequens auis hũius mentio est apud Theocritũ in Pharmaceutria.



Litera Græcorum est, non Latinorum quam ipsi κάππα nominant. Ea Latini non utuntur, nisi in dictionibus Græcis quibus tanquam Latinis utuntur ut Kyrie eleeson, κύριε ἐλέησον, id est, Domine miserere. Sunt autem duæ dictiones. Nam κύριε uocat. cas. est nomin. κύριος, & ἐλέησον, imperatiu, aoristi à uerbo ἐλεέω. Per apostrophon dicimus κυρι ἐλέησον. Sed huiusmodi, quoniam merè græca sunt, satius fuerit scribere græcis literis. Nam & Prisc. testis est, K apud Latinos esse superuacuum: & Quintil. non obscurè innuit loco eius nos habere literam c, quæ ad omnes uocales uim suam perferat. In notis antiquorum K. Calendæ, uel caput, uel Carissimus, uel Cardo, uel castra, carissima, uel Cælius. K A R. Carthago. K. A P. Calendis Aprilis K A L. I A N. Calendas Ianuarii. K. A V G. Calendas Augusti. K A R O. Carthago K A R. O. C. Ciuitas. K A R. M. Cardo maximus. R A R. F. Gardo finalis. K. Carthago ciuitas, uel capite census, uel censuum, uel cæsus, uel calumniæ causa. K. D D. Capite diminutus, uel capite donatus. K D D. Castra dedicauit, uel dedicamus, uel dedicata, uel dedicantia, uel dedicauerunt. K. F X. Castra fixit. K F E B. Calendis Februariis. K L. Calendæ, uel. Calendis K L D. Calendis. X L. S E P. Calendis Septembris. K L. N O V. Calendis Nouembris. K L. O C T. Calendis Octob. K L. D E C. Calend. Decemb. K M. Carissimus, uel cardo maximus. K. M A. Calen. Maii. K. M A R T.

Calendis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Calendis Martii. K. MR. Cara memoria K. MT. Cælius mortuus. KO. Carolo. KP. Carolo positus, uel castra ponit, uel posuit, uel castra Ponti. K. PR. Castra peregrina K. Q. Calendæ Quintiles, uel Quintiles. K R. Chorus. K R. C. Cara ciuitas. K R M. Carmen. KRA. C. M. Cara camere. KR. AM. N. Carus amicus noster. K. R. N. Carus Rex noster. KS. Chaos. K. S. Calendæ Sextilis, uel Sextiles. K. T. Capite tonsus.

L



Litera Latinorum est Græcorum lambda sono & potestate respondens, una ex iis quæ à Græcis ἀμετάβολα, hoc est, immutabiles, à Latinis liquidæ appellatur. Quo fit ut mutam immediatè subsequens in eadem syllaba, præcedentẽ syllabam, si breuis fuerit, reddat indifferentem. Hinc fit ut Atlas, priorem syllabam habeat indifferentem, quum natura breuis sit. Mart. Nõ aliter riderur Atlas cum compare mulo. Et alibi, Conturbabit Atlas Ver. eandem producit, 8. Aeneid. At Maiam maximus Atlas. Idem, Atlas generat, cæli qui sydera fulcit. Profertur lingua in dextram pulsante palatum, ore satis rotundo, & ad hilaritatem composito, labrisq; minimè compressis laborem profluentem sonum edens. Desinentes in L syllabæ corripiuntur præter monosyllabas, sol, nil: & barbara nomina, ut Michael quæ producuntur. Nomina uerbaq; ab hac litera incipientia, si cum præpositione ad uel in componantur, posterior litera præpositionis conuertitur in l. ut allabor, alluo, illuo, illustris. pro adlabor, adluo, inlustris. In notis antiquorum. L. Lucius, uel lucia, uel Lælius, lælia, Libertus, locus, lex, lector, Lolius, Quinquaginta. L. A. lex alia. LA. C. Latini Coloni. L. A. D. locus alteri datus. L. AE L. Lucius Aelius. L. AG. Lex Agraria. L. AN. Quinquaginta annis, uel Lucius Annius. L. AP. ludus Apollinis, uel Apollineus, uel Apollinaris. LAT. P. VIII. E. S. Latum pedes octo & semis. L. ADQ. Locus ad quisitus. LB. Liberi. L. BIB. Lucius Bibulus. L. B M D. Locum bene merenti dedit. L. BO. Lex Boaria. L. B. P. locus bene possessus. LC. Locus. L. C. Latini Coloni, uel Lucius Cattus, uel Lucius Cornelius, Libertatis causa, Latini ciues, uel consules. LC. DIV. Lucrum diuinum. L. S. Lucrum sacrum, uel Locus sacer. L. CAE. uel L. COE, Lucius Cælius, uel Lucius Cœlius L. CEN. Lucius Censorianus. L. CIN. Lex Cinica. LD. Laudandum. L. D. Locum deditum, uel lucrum deditium, uel locum dedit, uel legem dat, uel locus diuinus. L. D. A. B. M. Locum dedit Aelius bene merenti. L. DD. Locus deditus. L. D. D. Locus dono datus, uel Locum dono dederunt uel dedit. L. D. D. D. D. locus datus decreto Decurionum, uel Libens dono dedit, dicauit, uel Libens dato decreto decurionum. L. D. D. D. Locum diis dedicauit. L. DIVI. Locus diuinus.

Labarum, pe cor. λαβαρόν. Vexillum erat militare, ante Imperatorem gestari solitum, auro intertextum gemmisq; intericantibus splendidissimis: tantæ olim existimationis ut à militari turba adoraretur. Huius deinde loco Cõstantin⁹ crucis Dominicæ insigne iussit præferri. Meminit huius uexilli Ambr. in Epist. Septimius in Apolog. Sozom. Histor. Tripar. libro 1. capite 5. Et præter hos Cassiod. Ruffin. & Prudent. in Symmachum.

Labasco, Vide Labo.

Labefacio, Labefacto, Vide Labes.

Labellum, Vide Labrum.

Labes, bis, f. t. Ruina, lapsus: à labendo πῶμα. Verg. 2. Aeneid. Hinc mihi prima mali labes. Est quoq; labes uiolenta quædam illuuies aquæ aut tempestatis, grandinisue ruina: aut quum terra in altissimum hiatum, baratrumue aperitur. Cicero 1. de Diuin. Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad finitam altitudinem terra desedisset. Ibidem, Vt muta oppida corruerint, multis locis labes facta sit terreq; desederint. Labes atque elues ciuitatis, Ci. pro Domo sua. Labes atque pernicies prouintiæ. Idem 2. Verr. Labes item accipitur pro macula, qualis fieri solet ab oleo, aut simili liquore in uentrem delapso πηλός, σπίλος. Frequentius tamen per translationem pro quouis animi uitio accipitur. Cic. pro Domo sua, Hanc labem turpitudinis, & inconstantiæ poterit pop. Rom. dignitatis sustinere? Ouidius in Epist. Deianiræ, Lætaq; fit uitæ labe nouerca ruæ. Cic. 3. Offic. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ uulnera?

Labecula, diminut. Cic. in Vatinium, Sed quum Annium tantopere laudes, & clarissimo uiro nonnullam laudationc labeculam aspergas, &c.

Labefacio, is, a. t. Rũpo, frango, perdo, mobile & instabile reddo, παραχίνω, πνμαίνομαι. Ter. in Adel. Omnes dentes labefecit mihi: Præterea colaphis tuber est totum caput. Aliquando pro deterrere, & à constãtia abducere. Cicero pro Sestio, quem nulla unquam uis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit. Labefacere fidem suam dicitur debitor, quum malè soluendo efficit ne quis ei quippiam uelit credere. Sueton. Rediit sanè nihilo opulentior, ut qui propè labefacta fide omnia prædia fratri obligaret. Aliquando pro eneruare, frangere, debilitare, resoluere. Lucret. Vsque adeò Veneris compaginibus hærent Membra uoluptatis dum ui labefacta liquescant.

Labefactio, onis, f. t. Plin. libro 23. cap. 1. Tussim ueterem inhibet, & gutturis rheumatismos, orthopnœam, dentium labefactionem.

Labefactus, participium Ver. 4. Aen. Animum labefactus amore. Robora labefacta. Ouid. 12. Metamorph.

Labefacto, as, a. p. frequẽtatiuum, Affigo, perdo, corrũpo. mobile & instabile reddo, uacillare facio, πνμαίνομαι, παραχινῶ. Colum. lib. 2. Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quò specioſius ingrediantur sublimes, & elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur. Cic. in Catil. Quòd si legere uel audire uelitis, externas maximas Respub. ab ado lescentibus labefactatas, à senibus sustentatas reperietis. Aliquando pro commouere & à proposito auertere. Cicero ad Cornifi. Nec uerò postea destiti labefactare eum qui summa cum tua iniuria, contumeliaq; Reipub. prouinciam absens obtinebat.

Labium, bii, & Labrum, bri, n. s. Eiusdem sunt significationis, χεῖλος. Sunt et im extremitates, & opercula oris, & uelut uallum quoddam ad tegendum dentium deformitatem à natura datum. Persius, Nec fonte labra prolui Caballino. Terentius in Eunuch. Labris demissis Cæsar, 5. bel. Cal. Capilloq; sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput, & labrum superius. Martialis libro 1. Bassa dimidio quòd dat mihi Posthume laboro, &c. Admouere labra poculis Virgilius 2. Ecloga, Necdum illis labra admouit, sed cõdita seruo. Primoribus seu primis labris aliquid degustare, prouerbiali metaphora dicitur pro eo quod est leuiter & perfunctoriè aliquid attingere. Cicero de Natura deorum. Hunc censes primis, ut dicitur labris gustasse physiologiam? Idem 2. de Orat. Quæsti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. Labia item dicuntur rei cuiusuis extremitates: unde summi fossarum & fluuiorum margines, labra appellantur. Cæs. 7. bell. Gal. Fossam pedes uiginti latam directis lateribus duxit, ut eius solum tantundem pateret, quãtum summa labra distabant. In uulneribus quoq; extremæ oræ, quæ acu iunguntur, labra dicuntur. Labrum itẽ dicitur uas amplum & patulum, in quod aqua è fonte delabitur. Pli. Epist. 101. Inter has marmoreo labro aqua exundat, circumiectasq; platanos, & subiecta platanis leni aspergine fouet. Est & labrum genus uasis in balneis ad lauandũ, quasi lauabrum, ἀσάμινθος. Cic. Teren. Labrum si in balneo non est, fac ut sit. Item quoduis aliud uas amplum & patulum, Verg. 8. Aeneid. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis, Solo repercussum, aut radiantis imagine lunæ. Hinc labra pinaria, lupinaria, & olearia dicuntur, in quibus lupini conduntur, & in quæ uina è lacu, oleũ è cortina trãsferuntur. Cato, Oleum in labrum primum indito. A labrum in primo significato fit sublabro: de quo infrà. Apud antiquos etiam labras legimus in fœm. gen. Plaut. in Sticho, Age tibicen, quando bibisti, refer ad labias tibias. Sic enim legit Nonius. Item apud Gell. Labias sensim primores emouemus.

Labo, as, n. p. Cado, uacillo, nuto, πωφίρομαι. Ouidius lib. 11. Met. Iamq; labant cunei, spoliataq; tegmine ceræ Rima patet. Verg. lib. 2. Aen. Labat arietc crebro Ianua Hor. 3. Carm. Ode 6. Delicta maiorum immeritus lues Romane, donec tẽpla refeceris, Aedesq; labantes deorum. Verg. 12. Aeneid. Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis. Euertranslationem labare sermone, pro inconstanter & timidè loqui, Pli. lib. 14. cap. 22. Labant animi, hoc est, deficiunt. Liu. 6. bell. Maced. Labat consilium meum, Cic. ad Att. lib. 8. Mens labat, Celsus lib. 2. cap. 7.

Labasco, scis, ere, n. t. uerbum inchoatiuum, Idem significans quod casum minari, & ruinæ uicinũ esse, καταφέρομαι, πωφέρομαι. Lucr. li. 4. Vincitur in longo spatio tamẽ atq; labascit.

Per

Per translationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de priſtina conſtantia excidere, καταδυμᾶν. Terentius in Eunucho. Labaſcit uictus uno uerbo, quàm citò? Reperitur & labaſcor, depon. pro neut: Varro Rerum diuin. libro 7. Poſtquàm uidit miſericordi labaſci mentem infirmam populi. Nonius.

Labor, eris, lapſus, d.p. Cado, leuiter & ſenſim deorſum feror, πίπτω, ὀλισθάνω. Cic. de Aruſp. reſp. Vt aliquis lapſus de cælo cœtus hominum adeat. Lactan. li. 6. Aut hoſtili aliquo impetu diruuntur, aut certè uetuſtate ipſa diſſoluta labuntur. Interdum idem eſt quod in deſuetudinem abire, ſiue exoleſcere. Liuius in præfat. lib. 3. Labente deinde paulatim diſciplina. Aliquando errare, falli, peccare. Cic. 1. de Fin. Epicurus autem, in quibus ſequitur Democritum, non ferè labitur. Labi etiam dicuntur ii qui in lubrico figentes ueſtigia, in terram ruunt.

Labile, lis, n.t. ὑπόλισθον, quod facilè labitur.

Lapſus, us, m.q. Ruina, caſus, præcipitium, πτῶσις, ὀλίσθημα. Plinius libro 7. cap. 37. Et uictor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. Per translationem etiam accipitur pro errore, uel culpa per imprudentiam admiſſa. Plinius lib. 5. cap. 1. Haud alio fidei proniore lapſu, quàm ubi falſæ rei grauis autor exiſtit. Item lapſus, ſerpentum progreſſus dicitur. Vergilius 7. Aeneidos, At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt. Lapſus rotarum à Vergilio 2. Aen. dicuntur quaſi labiles rotæ: quibus ſcilicet ſubiectis, facilius laberetur ingens ilie equus ligneus.

Laptio, f.t. Idem quòd lapſus pro ruina, ὀλίσθημα, πτῶσμα. Cic. 4. Tuſc. Sed hæc in bonis rebus: quòd alii ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, ut ſignificet laptionem: in neutris habet ſuperius uomen.

Lapſo, n.p. frequentatiuum Lubrico, & nutandi gradu incedo, ὀλισθάνω. Verg. 2. Aeneid. hæc dicens altaria ad ipſa tremen tem Traxit, & in multo lapſantem ſanguine nati. Lapſantem greſſum firmare, Silius lib. 3.

Labor, oris, m.t. Opera, defatigatio, πόνος, κάματος. Verg. 1. Aen. Nec me labor iſte grauabit. Valla, Labo primam brenem habet: labor primam longam. Hinc labor, oris, & laboro, as, prima breui: quod an ab altero illarum deriuetur, an ab utroque potius, liberum opinaturis relinquo. Cicero de Senect. Nonné melius fuiſſet otioſam ætatem & quietam ſine ullo labore, aut contentione traducere? Ouid. 1. de Arte, Pars eſt exhauſta laboris. Cicero pro Archia, Quid eſt quod in hoc tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui, nantis nos laboribus exerceamus? Labor exercet apes, Vergil. 1. Aeneid. Labor apud Poëtas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, uel alio quouis incommodo. Vergilius 1. Aeneid. Me quoque per multos ſimilis fortuna labores Iactatam, hac demum uoluit conſiſtere terra. idem 3. Aeneid. Requies ea certa laborum Ouid. Epiſt. 9. Series immenſa laborum. Dicitur etiam labos, ſicut lepos, arbos. Plautus. Trinummo, Quanquam ibi animo labos grandis capitur. Arduus labos. Valerius ſexto. Arg.

Laboro, as, n.p. pen. prod. Fatigor, & cum labore aliquid ago, πονέω, ταλαιπωρέω. Sen. Iugiter fodiendo loborat. Cicero 5. Verg. Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt, atq; in hoc laborandum, ut omnes, &c. Ambitioſè circa aliquid laborare, Quintil. lib. 3. cap. 11. Arma laborare, id eſt, laborando conficere, Statius 3. Theb. Vnde & per tranſlationem laborare, pro malè habere ſumitur: ut quum aliquem laborare quartana, τεταρταίζειν, aut laborare podagra dicimus. Plinius, Succus eius podagra laborantibus prodeſt. Laborare ex renibus, Cicero 2. Tuſcul. Laborare ex dolore puerperii, Terentius in Andria. Laborare à frigore, Plin. lib. 32. cap. 10. Aliquando pro conari, ſiue anniti: quod & allaborare dicimus. Cicero de Prouinciis, Nec decreui ſolùm ſed etiam ut uos decerneretis laborari. Interdum idem quod angor, & ſolicitus ſum, φροντίζω. Cicero Epiſt. 110. Nã de iudiciis quod quæris, multò laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei: ſit uel Selius tam eloquens, ut probare poſſit ſe liberum, non laboro. Idem Q. fratr. De filii tui eruditione quod labores nihil eſt. Idem D. Bruto, Senatum, populumq; Rom. de te laborare non ſolùm ſalutis ſuæ cauſa, ſed etiam dignitatis tuæ. Aliquando pro componere, colere, ἀσκεῖν, διαπονεῖν. Vergilius 2. Aeneidos Arte laboratæ uites, id eſt, compoſitæ. Et laboratus agellus dicitur qui probè cultus eſt, ἀσκητὸν χωρίον. Laborati libri, hoc eſt, compoſiti, elaborati. Martial. libro 1. Plena labore ratis habras quum ſcripta Maronis, Amittis quare Sofibiane nihil? Non laboro de hac re: hoc eſt, non curo, neq; anxius ſum, inquit Bud. Cic. pro Roſcio Amer. Quoniam cuius conſilio occiſus ſit inuenio: cuius manu ſit percuſſus, non laboro. Idem 4. Acad. Sed quia non laboro quàm ualde ea quæ dico, probaturus ſis, eò minus conturbor. Laborare re frumentaria. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Illi omnia perpeti parati, maximè re frumentaria laborant. Laborare uitiis. Liuius 4. bel. Maced. Diuerſis duobus uitiis, auaritia & luxuria ciuitatem laborare. Laboratur, impersonale. Cicero ad Lentulum libro primo, Laboratur uehementer, inclinata res eſt. Huius uerbi compoſita ſunt, allaboro, elaboro: de quibus egimus ſuprà ſuis locis. A laboratus, fit compoſitum illaboratus, ta, tum, quod ita ſecernitur ab inelaborato, quod inelaboratum dicitur, quod non ſatis artificio excultum eſt, ἀνέργαστον. Illaboratum uerò, quod ex tempore & ſine labore factum uidetur. αὐτοσχέδιον. illud uitio dari ſolet, hoc laudi. Quintilianus de Cicerone. Quum interim hæc omnia, quæ uix ſingula quiſquã intermiſſa cura conſequi poſſet fluunt illaborata.

Laborioſus, a, um, ἐπίπονος, καματηρός, ut, Laborioſus homo, dicitur laboris multum ſuſtinens. Cic. pro Cælio, Vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis, nec in communi quidem otio liceat eſſe. Laborioſus ager, in quo colendo plurimùm laboratur. Cæcilius. Durum rus fugit, & laborioſum. Laborioſum opus, difficile, & quod non ſine labore perficitur. Plaut. in Mer. Laborioſi nihil tibi quicquam operis imperabo. Laborioſæ exercitationes. Cic. 1. de Fin. Quis noſtrum exercitationem ullam corporis ſuſcepit laborioſam, niſi ut aliquid ex ea commodè conſequatur? Hinc laborioſior, laborioſiſſimus.

Laborioſè, ἐπιπόνως, laborioſus, laborioſiſsimè, aduerb. Quod eſt cum maximo labore, ἐπιπονώτατα. Cic. 1. Ver. Itaq; ſemper hi diligentiſſimè, laborioſiſſimeq; accuſarunt, qui ſeipſos in diſcrimen exiſtimationis uenire arbitrati ſunt. Idẽ pro Roſc. Iam quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet iracundius, & laborioſius.

Laborifer, pen. cor. adiectiuum, Idem quod laborioſus, ſeu laboris patiens, ἐπίπονος. ut, Hercules laborifer. Ouid. 9. Metam. Nanq; laboriferi quum iam naralis adeſſet Herculis Idem 15. Metam. numenq; ſuperbum Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.

Labrum, bri, Vide Labium.

Labellum, li, diminut. ſicut è flabro, flabellum, κάριον. Cicero 1. de Diuin. At Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt ſingulari illum ſuauitate orationis fore. Interdum etiam pro uaſculi genere ponitur, facto ad ſimilitudinem labri, quo in balneis uti ſolemus ad lauandum. Plinius. Cinerem quíe in labellis aqua addita confricant manu, & conſidere patiuntur.

Labroſus, labroſa, labroſum, Quod extremitates habet, uelut quædam labra prominentes, χειλώδης. Celſus libro 7. ca. 26. Serramentum fecit in ſumma parte labroſum: in ima ſemicirculatum.

Labrum uenereum, Herba eſt ex genere aculeatarum, echinata ferens capitula, quibus fullones pannis ueſtibuſq; lanam inducunt, δίψακος. Dioſc. dipſacum appellat. li. 3. ca. 12. Vulgus Herbariorum Virgam paſtoris.

Labrus, Piſcis genus, cauda placens, ab uno Ouidio memoratum, referente Plinio lib. 32. cap. ult.

Labruſca, æ, f.p. Vitis agreſtis, quæ & erratica dicitur, ἀγριάμπελος, ἄμπελος ἀγρία, Labruſca dicta, teſte Seruio, quòd in agrorum labris, hoc eſt, marginibus, & ſepibus naſcatur. Vergilius in Bucolicis Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis. Legitur & labruſcum gen. neut. Vergilius in Culice, Dẽ ſaq; uirgultis auidè labruſca petuntur.

Laburnum, Arbor eſt Alpina, dura cãdidaq; materia, aquas refugiens, cuius florem cubitali longitudine non attingunt apes. Autor Plin. lib. 16. cap. 18.

Labyzus, λάβυζος, Aromatis genus, ex quo myrrhæ commiſto Perſicorum regum diademata ſolent parari. Eſt autem labyzus, gummi quoddam myrrhæ non diſſimile, ſed longè precioſius, odoratiusq;. Cælſus Rhodig. libro 18. capite 18.

Lacaphthon, id eſt, Naſcapthon, ſecundum Plautum.

Lac, lactis n.t Succus maternus, quo animalia nutriũtur, dictum à laciendo, quod admotis mãmis infantes alliciantur, γάλα.

γάλα Ver ſ E. oga. & lac ſubducitur agnis. Lacte, gen. n. in nomin. tuo dixit Plaut. in Mil. Tam ſimilem quàm lacte lacti eſt dem n Mei xh. Nec aqua aquę, nec lacte lacti, mihi crede, q am ſimilius. Lac ſchiſton, γάλα χιστὸν appellatur in qua pars caſeoſa ſeparata eſt à ſeroſa. Lac Cyrenaicum, la ſe t i tuccus, quod & Lacer appellatur, in Cyrenaica regione primum repertum. Vide infra in dictionibus Laſer & Laſerpitium. Lactis præterea iuuamenta, & uarios uſus. Vide apud D. oſc. lib. 2. Plin. lib. 28. cap. 9. & lib. 11. cap. 41. Ariſt. de naturis anim. lib. 7. cap. 5. & 11. Lactis muliebris iuuamenta, uide Dioſc. lib. 2.

Lactes, plur. num. f. t. Dicuntur graciliora inteſtina per quæ labitur cibus, quæ tria ſunt, tenue, ieiunum, pylorus: inuolutum turpę meſenterio, ut à ſpinæ contactu duro munitiora tutioraq; reddantur. Dictæ lactes à lacte, aut propter mollitiem aut propter candorem pinguedinis: aut certè ab antiquo uerbo lacio, propterea quòd cibum alliciant. Plaut. Curc. Lata tibi uacuitate uenio laxis lactibus. Plin. exiſtimat lactes tãtum in hominibus & ouibus dici, in cæteris autem animalibus illæ appellari. Eius uerba ſunt lib. 11. cap. 37. Ab hoc uentriculo lactes in homine oue, per quas labitur cibus: in cęteris illæ: à quibus capaciora inteſtina ad aluum, hominiq; flexioſiſſimis orbibus. Quidam pro inteſtinis pinguibus accipiunt: unde Perſius, Emeris auriculas pulmone & lactibus unctis.

Lactarius, a, um, Quod lac in ſe habet, ſiue ſuccum lacteum λακτώδης. Plin. lib. 26. cap. 8. Tithymalum noſtri herbam lactariam uocant, alii lactucam caprinam. Lactaria animalia, quæ lactis gratia paſcuntur. Varro libro ſecundo de Re ruſtica, capite primo Dandum bubus lupinum & lactariis medica & cythiſum.

Lactarius, ii, m. ſ. Piſtor qui cibos ex lacte cõficit, γαλακτουργός. Spart. in Heliog. Dulciarios & lactarios tales habuit, ut quæcunq; coqui de diuerſis eduliis exhibuiſſent, uel ſtructores, uel pomarii, illi modò de dulcibus, modò de lactariis exhiberent.

Lacteus, a, um, Quod ex lacte eſt, γαλακτινός. Quandoq; accipitur pro niueo, & lactis candorem referẽte: ut Colla lactea. Verg. 8. Aeneidos, tum lactea colla auro innectuntur. Lacteus porcus qui lacte alitur. Martialis libro quinto, Nondum que uicta lacteum faba porcum, id eſt, adhuc lactentem, & fabam per ætatem frangere non ualentem. Lacteus orbis, ſue circulus, in cælo dicitur, quem Græci γαλαξίαν uocant. unoq; nomine à lactis candore deducto. Cic. in Sõnio Scip. Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens, quem uos (ut à Graiis accepiſtis) orbem lacteum nuncupatis. Plin. lib. 2. cap. 25. Omnes fermè ſub ipſo Septentrione aliqua eius parte nõ certa, ſed maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Vide Macrob. in Somn. Scipionis.

Lacteolus, a, um, diminutiuum: ut, puellæ lacteolæ, Catullus in Camerium, Epigramma 51. Folia lacteola, Politianus in Elegia quadam de uiolis.

Lacteo, es, n. ſ. fugo, θηλάζω. Var. 2. de Re ruſt cap. 5. Lactentes cum maribus ne cubent. Cicero ſecundo de Diuin. Romulus lactens fulmine ictus. Vnde lactens porcus eſt, qui adhuc lac ſugit. Varro. 2. de Re ruſt. capit. 4. Porci qui depulſi ſunt à mamma, à quibuſdam delici uocantur: neq; iam lactantes dicuntur. Lactentia frumenta uocat Verg. libro primo Georgicorum quaſi lacteſcentia, hoc eſt, albeſcentia & lactis colorem referentia.

Lacteſco, is, ere, n. t. Eſt in lac conuerti, γαλακτῶδη. Cicero 3. de Nat. deor. Omnia ferè cibus matrum lacteſcere incipit. Non nunquam idem quod lacte impleri. Plin. lib. 11. cap. 41. Aſinæ prægnantes continuò lacteſcunt.

Lacto, as, a. p. Lac præbeo, quod propriè maturum eſt, θηλάζω. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. Anniculis iam factis dandum hordeum, & furfures uſquequo aderunt lactantes. Lactans mulier propriè dicitur quæ lac in mammis habet. Gell. lib. 11. capite 1. Nam plerumq; ſine diſcrimine quæcunq; lactãs eſt eo tempore, offerri ſolet. Celſus libr. 2. cap. 28. uidetur lactantia accipere pro lactariis, hoc eſt, pro iis quæ ex lacte cõfecta ſunt. Lac (inquit) mel crudum, lac, lactantia, atq; omne piſtorium opus. Idem cap. 29. eiuſdem libri, Mel crudum, lac, lactantia omnia, mulſum. A lacto fit compoſitum ablacto, hoc eſt, à lacte arceo: quod uide ſuo loco. Eſt præterea lacto frequentatiuũ ab antiquo uerbo lacio, quod ſignificat decipio, & per blãditias in fraudẽ illicio, ἀπάγομαι, διαβολῶ. Ter. in And. Nonne tibi ſatis eſt hoc uiſum ſolidum eſſe gaudiũ, Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? Tu ne hic homines adoleſcentulos, imperitos rerum, eductos libere in fraudem illicis? Solicitando, & pollicitando amicos eorum lactas?

Lactatus, us, ui, m. q. Actus ipſe lactandi. Plin. lib. 32. cap. 2. ob id ſibilo à piſcatoribus tanquam ſerpentibus euocari, & capi, pingueſcere lactatu, &c. De murænis.

Laccŕ renacium, Silphium eſt.

Lacca, ſecundum quoſdam cancanum. Eſt gummi quoddã genus, fluens ex arbore, tincturis utile. Vide Barb. in Coroll. 23. lib. 1. Dioſc.

Lacæna, λάκαινα, φαινομηρίς, genus ueſtimenti.

Lacænus, a, um, Vide in dictione Laconica.

Lacer, ri, & Lacerus, a, um, pen. cor Dilaniatus, διηρῳωμένος. ῥωγαλέος, ῥακώδης. Propriè, ait Aſconius, lacerus dicitur amputatus membris, aut oculis, uel auribus. Verg. 6. Aen. Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum uidit, lacerum crudeliter ora, Ora, manusq; ambas, populataq; tẽpora raptis Auribus, & truncas inhoneſto uulnere naris. Tacitus, Donec ſoluta compagine ſcutorum, exãgues, lacerosque proſternerent. Lacer (inquit Feſtus) dicitur qui auribus curtatus eſt: item, Lacerum, quandoque in corpore imminutum.

Lacero, as. a. p. Dilanio, mẽbratim diſcerpo, περιαύρω, σπαράττω. Vergil. 3. Aen. Quid miſerum Aenea laceras? Ter. Adel. Tum autem Syrum impulſorem, uah quib. illum lacerarem modis. Lacerare morſu uiſcera, Cicero 2. Tuſc. Lacerare unguibus, Ibidem Lacerare homines malè ſuadendo, Plaut. Curculione. Lacerare diem, in uanum conſumere tempus dicitur, Plautus in Sticho. Lacerare rem ſuam, abſumere bona ſua, Plautus Merc. Lacerat me meus mœror, Cic. ad Attic. libro primo.

Laceratio, onis, f. t. uerbale, σπάραγμα. Cic. in Piſ. An ego ſi tẽ & Gabinium cruci ſuffixos uiderem, maiore afficiar lætitia ex corporis ueſtri laceratione, quàm afficior ex infamia? Muliebres lacerationes genarum, Cicero tertio, Tuſculanarum.

Lacerna, æ, f. p. Veſtis exterioris genus, pluuię frigoriſq; inimicæ propulſandæ in primis accommodatum, φαιλόνης. Plin. lib. 18. capite uigeſimo quinto, de Virgiliarum occaſu agens, Ergo ex occaſu eius de hyeme augurantur, quibus eſt cura inſidiandi negotiatoris auaritiæ. Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denuntiant, ſtatimq; augentur lacernarum pretia. Hactenus Plin. Ob eandem etiam cauſam à uiatoribus lacernæ ſumebantur, præſertim ab iis qui expeditè & ſiuè togæ impedimento iter facere uolebãt. Hinc M. Antonio obiicit Cicero, quòd nimio feſtinandi ſtudio ordinis magiſtratusq; ſui oblitus, non toga aut calceis ornatus, ut Conſulem decuit, ſed gallicis, uel lacerna, ut quiuis è uulgò, in urbẽ rediiſſet. Verba eius ſunt hæc, 2. Philip. Nam quòd quærebas, quomodo rediiſſem, primùm luce, nõ tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. In caſtris item nobiliores lacernis utebantur. Propert. libro 3. Texitur in caſtris quarta lacerna tuis. Ouid. 2. Faſt. Mittenda eſt domino, nũc nũc ppertate puellæ Quã primũ noſtra facta lacerna manu. Verba ſunt Lucretiæ puellas ſuas ad opus adhortantis, ut uiro ſuo in Ardeæ obſidione agenti lacernam mitteret. Lacernis item in ſpectaculis utebantur, & potiſſimùm candidis, quæ togis ſuperinduebatur. Mart. in Diſt. Amphitreales nos commendamur ad uſus, Quum tegit algentes noſtra lacerna togas. Candidis autem potiſſimùm lacernis in ſpectaculis uſos fuiſſe, ſatis indicat Epigramma Mart. in Horatium quendam, qui quũ ſolus nigra lacerna ſpectaculis inter eſſet, cæteris omnibus albatis, factum eſt ut repente cadente niue, cæteris concolor redderetur. Verba eius ſunt hęc.

Spectabat modò ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis:
Quum plebs, & minor ordo, maximusq;
Sancto cum duce candidus ſederet.
Toto nix cecidit repentè cælo:
Albis ſpectat Horatius lacernis.

Mulieres quoque lacernis quandoq; uſas legimus. Iuuenalis Satyra prima, Ipſe lacernatæ dum ſe iactaret amicæ. Feſtus lacernam dictam putat, quaſi laceram, hoc eſt, parte aliqua imminutam, eo quòd minor ſit (ut ille ait) capitio.

Lacerta, æ, f. p. σαῦρα, uel Lacertus, ti, Serpẽtis genus notiſſimum, inde nomen habens quòd pedes habeat ad noſtrorũ

lacer-

lacertorum, hoc eſt, brachiorum ſimilitudinem accedens, σαῦρος. Eius duo ſunt genera calore & magnitudine diſtincta. Minorem zigyda uocant, ſiue chalcidem, tergo ferrugineo maculis quibuſdam nigricantibus diſtincto. Alterum genus uiride eſt, ſuperiore multo malus, Italiæ quàm noſtris regionibus frequentius. Vtroq; in genere mas lacertus dicitur. Verg. Eclo. 2. Nunc uirides etiam occultant ſpinea lacertos. Cic. ad Attic. lib. 2. Nam ad lacertas captandas, tempeſtates non ſunt idoneæ.

Lacertus, m. ſ. Piſcis genus mari peculiare, cuius multæ enumerantur ſpecies à Plin. lib. 32. cap. ult. σαυρός. Mart. Quum ſaxetani fertur tibi cauda lacerti. Lacertus item in homine dicitur ſumma brachii pars, inter ſcapulæ & cubiti oſſa intercepta, quæ à Celſo humerus, à Gal. βραχίων appellatur. Ouid. 1. Metam. Laudat digitos q; manus q;, Brachia q;, & nudos media plus parte lacertos. Ver. 5. Aeneid. ſcrie æthera clamor Nauticus, adductis ſpumant freta uerſa lacertis. Cic. de Sene. Milo ex lateribus & lacertis ſuis nobilitatus. Idem 4. Tuſc. O pectora, ô terga, ô lacertorum tori. Et quoniam partes illæ corporis muſculoſæ ſunt, & ualidis toris compactæ, factum eſt ut lacertos pro uiribus ac robore accipiamus: neque ſolùm pro corporis robore, uerumetiam pro uehementia & pondere orationis: quos & neruos appellamus. Cic. de claris Orat. Quanquam in Lyſia ſunt ſæpe lacerti, ſic ut fieri nihil poſſit ualentius. Amentatas haſtas ab aliquo accipere, & eas oratoriis lacertis, uiribus q; torquere, apud Cicer. libro 1. de Orat.

Lacertoſus, a, um, Id eſt, toroſus & muſculoſus. Col. lib. 7. Feminibus lacertoſis, cruribus compactis. Quandoq; idem quod ualidus & robuſtus. Cic. 8. Philipp. Quos Centuriones pugnaces & lacertoſos inter Mimorum, & Mimarum greges collocauit.

Laceſſo, is, laceſiui, & laceſſi per ſyncopen: & laceſiſſe, pro laceſſiuiſſe: & laceſſerunt pro laceſſiuerunt, a. t. Eſt autem laceſſo, Idem quod prouoco, irrito, incito, προκαλοῦμαι, ἄρχω, ὑπάρχω, κατάρχω, προπηλακίζω, παροξύνω. Et tam in bonam partem accipitur, quàm in malam. Terent. in Prologo Eunu. Is ne erret, moneo, & deſinat laceſſere. Cic. Hos ego ſermones, qui & multi ſunt, & tuam exiſtimationem (ut ſentio) non offendunt, laceſſiui nunquam, id eſt, excitaui, inquit Budæus. Salluſtius, Pridie legiones in monte poſitas laceſſiuit. Cicero Cornificio, Sic igitur facies, meq; amabis, & ſcripto aliquo laceſſes. Ego enim reſpondere facilius poſſum, quàm prouocare. Vergilius tertia Eclogа, Efficiam, poſt hac ne quẽ quam uoce laceſſas. Salluſtius, Poſtremò diſſimulandi cauſa, ſiue expugnandi, ſicuti iurgio laceſſitus foret, in Senatum uenit. Columella libro ſecundo, capite ſecundo. Nun quam ſtimulo laceſſat iuuencum: quod retractantem calcitroſumq; reddit.

Laceſſor, paſſiuum. Cicero 3. de Orat. Triſtis ſæpe non ledit, niſi laceſſatur. Idem pro Pompeio, Nationes, quas nunquam popul. Rom. neque laceſſandas bello, neque tentandas putauit. Legitur & laceſſiri per quartam uerborum declinationem, ab indicatiuo laceſſor, quemadmodum accerſo dicimus, & accerſio.

Lachanon, n. ſ. λάχανον. Græcum nomen eſt generale ad omnia olera. Horatius libro 2. Serm. Satyra 6. Ad porri & cicetis refero, lachaniq; catinum. priuatim tamen Braſſicæ tribuitur.

Lachanopola, pen. prod. λαχανοπώλης, Olerum uenditor. Et Lachanopolis, λαχανοπῶλις, mulier olera uendens.

Lachanopolium, n. ſ. pen. prod. λαχανοπωλεῖον. Forum olitorium, hoc eſt, locus uendendis oleribus deſtinatus.

Lachryma, æ, uel potius lacryma ſine aſpiratione, à Græco δάκρυον, d in l. mutata: cuius rei argumento illud eſſe poteſt, quòd ueruſtiſſimi dacrymas dicebant, ſeruato d. Feſt. Dacrymas pro lacrymis Liuius ſæpe poſuit: nimirum quod Græci δάκρυα appellant. Sunt tamen qui negent hoc nomẽ Græcum eſſe, ſed Latinum à lacerando: ut ſint lachrymæ dictæ, quaſi lacerimæ, quoniam ex animi laceratione lacrymæ citantur. Quicquid id eſt, conſtat certè abſq; aſpiratione ſcribendum, Eſt autem lacryma, humor ex oculis flentium manans. Cicero in Partitionibus. Citò areſcit lacryma præſertim in alienis malis. Quin. lib. 4. cap. 2. Solet nonnunquã mouere lacrymas ipſa confeſſio. Ouidius libro ſecundo Metamor. Perfudit lacrymas, & aperto pectore fouit. Lacrymæ arborum dicuntur, autore Theophr. ipſe humor naturalis, quem interdum ipſæ arbores foris oſtendunt, uel qui in ipſis interioribus partibus continetur. Plin. in Proœ. lib. 23. Lachryma uitium, quæ ueluti gummi eſt, & lepras & lichenas & pſoras nitro antè præparatas ſanat.

Lachrymula, f. p. diminut. δακρύδιον. Teren. in Eunu. Hæc uerba una me hercle falſa lachrymula, Quam oculos terendo miſerè uix ui expreſſerit, Reſtinguet.

Lachrymo, as, pen. cor. neutrum, & lachrymor, aris, deponens, p. uel potius lacrymo, & lacrymor ſine aſpiratione, Lachrymas, effundo, aut profundo, δακρύω. Terentius in Adel. Oh, lachrumo gaudio. Ouid. 3. de Arte amandi, Quò non ars penetrat? diſcunt lachrymæ decenter: Quoque uolunt plorant tempore quoq; modo. Lacrymat id, hoc eſt, ob id. Terentius in Eunn. Num id chrymat uirgo? Cicero 7. Verr. Ecquis fuit Quin lachrymaretur? Ouidius 13. Metamorph. manuq; ſimul ueluti lachrymantia terſit Lumina. Lachrymare etiam dicuntur plantæ, quum humor exeis deſtillat. Plin. lib. 17. cap. 14. Idcò lachrymantes calamos inſeri non oportet, non hercule magis quàm aridos. In qua ſignificatione interdum inuenitur poſt ſe habere accuſatiuum. Lactã tius in Hymno Dominicæ reſurrectionis lachrymat ſua gaudia palmes.

Lachrymatus, a, um, particip. à paſſiuo lachrymor. Ouid. lib. 1. Faſt. Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas.

Lachrymatio, onis, Plin. in Proœ. lib. 23. Genarum ſcabiem emẽdat, oculorumq; lachrymationes.

Lachrymoſus, a, um, Abundans lachrymis, δακρύης. Plin. li. 17. cap. 28. Quin & uitium radicibus aquâ ſalſam iubent affundi, ſi ſint lachrymoſæ. Carmen lachrymoſum, Ouid. li. 5. Triſt. Fumus lachrymoſus, hoc eſt, prouocans lachrymas, Horat. libro 1. Serm. Satyr. 5. Funera lachrymoſa, Ouid. Epiſt. 13. Riſus lachrymoſus, Stat. lib. 7. Theb.

Lachrymoſè, aduerb. Pli. lib. 16. cap. 43. Stannẽ hoc uſu probãt uenam, & uocant fertilem: argumento ſimilitudinis, quoniã lachrymoſè criſpa.

Lachrymabilis, le. om. t. Lachrymas commouens, miſerabilis, πολύδακρυς. ut, Bellum lachrymabile. Ouid. 8. Metam. Læter ait, doleamne geri lachrymabile bellum. Idem 2. Meta. Vixq; tenens lachrymas, quia nihil lachrymabile cernit.

Lachrymabundus, a, um, L. u. 3. ab Vrbe, At ille lachrymabundus, Gratum eſt, inquit, craſtina die neſtra opera utar.

Lăcĭnĭæ, f p. Sunt in neſtimento partes extremæ, quas interdum in humerum ſolemus reuocare, quibuſq; in ſinum collectis aliquid geſtare conſueuimus: ita dictæ, ut Feſtus indicat, à lacerando, quòd ſint partes quædam, & ſegmenta ueſtem diuidentia. Plautus in Mercat. At tu ędepol ſume laciniam, atq; abſterge ſudorem tibi. Cic. Tironi, Videor enim uidere te ementem ruſticas res, cum uillico loquentem, in lacinia ſeruantem ex menſa ſecunda ſemina. Col. lib. 8. iubet pecus ęgrotum diſtribui in lacinias, id eſt, in particulas ſeparari, ut facilius conualeſcant. Nam diſcreta animalia, & in partes diuiſa, in lacinias ſegregata dicuntur.

Laciniatus, adiectiuum. Vnde Laciniata ueſtis, id eſt, ſinuoſa.

Laciniatim, aduerbiũ, Quod ſignificat particulatim, & ſeparatim. Apul. Non laciniatim diſperſo, ſed cuneatim ſtipato cõ meatu, difficultates illas tranſabiremus.

Lacinioſus. ſa, ſum, Amplus, & ſinuoſus: ut Veſtis lacinioſa. Sermo lacinioſus, id eſt, flexuoſus, multisq; ambagibus inuolutus. Hieronymus ad Theod. Lacinioſus contra nos ſermo protractus eſt. Ab eodem diſputatio lacinioſa dicitur, pro tortuoſa & implicata. Ab Apuleio, Conuallis lacinioſa. Plinius etiam Alexandriam lacinioſam fuiſſe ſcribit, hoc eſt extenſis ueſtium laciniis ſimilem. Verba eius ſunt hęc, lib. 5. cap. 10. Metatus eſt eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio, XV. M. paſſ. laxitate inſerta, ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato lacinioſam, dextra lęuaq; anguloſo procurſu. Lacinioſa folia, Plinius libro 25. capite 10.

Lacio, is, lacui, & lexi, ſecundum Priſcianum & in ſupino lacitum, & lectum, a. t. Significat in fraudem duco: ab obſoleto nomine lax, quod fraudem ſignificat, ἀπάτη. Feſtus, Lacit, id eſt, decipiendo inducit. Lax enim fraus eſt. Simplex tamen lacio deſiit eſſe in uſu. Eius compoſita ſunt, Allicio, delicio, elicio, illicio, oblicio, pellicio, ex quibus fiunt frequentatiua, Allecto, delecto, electo, illecto, oblecto, pellecto. Et habent quidẽ duo præterita, eodem Priſciano teſte, & duo ſupina, quemadmodum lacio: quamuis elicio, elicui ſolùm inueniatur. Ex eo tamen quòd faciat de ſe frequentatiuum Electo, uideturaliquando etiam habuiſſe præteritum elexi, & ſupinũ electum. Plautus in Aſinaria, Ibo aduerſum. atqu

atq; electabo, quicquid illud fit. Cætera usitatius præteritum per xi, & supinum per ctum, faciunt: ut, Allicio, allexi, allectũ: Pellicio, pellexi, pellectum. Legitur tamen & præteritum pellicui, apud antiquos. Liuius Andronicus in Laudam, Te illo Asiatico ornatu fluens pellicuit.

Lacon, Autor est Pollux, generosos canes esse Laconicos, Arcadicos, Argolicos, Celticos, Ibericos. Tradunt antiquitus Laconicos canes, ex uulpibus canibusq; progenitas, & ob id Græco uocabulo uocari, ἀλωπεκίδας, quasi à uulpe Vulpicanes. Columella libro 7. capite 12. Laconici canes. Lege Alopecides.

Laconicum, ci, n. s. substantiuum, λακωνικὸν, Ponitur pro loco in balneis orbiculari ambitũ in se recuruo, quo sudor eliciturfucco calore, ut docet Celsus lib. 2. Nonnulli hypocaustion, alii uaporarium appellant. Vitru. lib. 5. præcipit laconicum, sudationes coniungi debere tepidario. Est enim formacula ex terra & tegulis mammatis addito tomento concinnata, quæ incluso igne per spiracula parua calefacit per prefurnium laconici, Frequentabatur laconicum à crudis, uti per desudationem exugeretur quicquid excrementitii & sudorifici humoris in corpore resedisset. Colum in Præfat. libro 1. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exucto sudore sitim quærimus. Dictum Laconicũ, quòd eo Lacones peculiariter & uterentur.

Laconismus mi, m. s. λακωνισμὸς. Breuiloquium. Tractum à Lacedæmoniorum moribus, quibus prolixa loquacitate nihil erat odiosius. Cic. ad Brut. lib. 11. Sed quid agoꝰ non imitor laconismum tuum: altera iam pagella procedit.

Lacrima, æ, Lacrimo, as, uide Lacryma, & Lacrymo,

Lactantia. Cels. uocat omnia quæ lac emittunt, uel pro iis quę uulgò Lacticinia dicuntur accipit, uel pro cibis lactariis.

Lactaria, Tithymali masculus. Dioscor. lib. 4. cap. 168.

Lactidiaci, Sunt qui circa umbilicum calcę percussi sunt, quia ea pars delicata & mollis est, aut quia intestina circa umbilicum esse noscuntur, λλακτισμένοι.

Lactoris, Herba est oleæ folio, sed minore, flore luteo: intus plena lactis, quod gustatum uomitiones concitat. Eadẽ esse putatur, aut certè simillima illi quæ miliaris herba appellatur, quoniam uulnus ferro factum nullum non sanat intra dies quinq; ex oleo impositа. Plin. lib. 29. cap. 18.

Lactũca, æ, f. p pen. prod. Herba acetariorum usu notissima inde dicta, quòd abundantia lactis exuberet, θρίδαξ. Plin. li. 19. cap. 8. Quæ meconis uocatur à copia lactis soporiferi, quicquam omnes somnum parere credantur. Apud antiquos Italiæ hoc solùm genus clarum fuit: & ideò lactucæ nomen adeptæ. Lactucarum aliæ sunt Cæcilianæ, aliæ Cappadoces. Itẽ Tarteſiacæ, Paphiæ, siue Cypriæ, & sessiles. Lactucarum crispas Cappadocas uocant. Sessiles, quæ latè per terram diffunduntur, quæ & Laconicæ dicuntur, teste Plinio libro 19. cap. 8. Martialis libro 13. Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum: Dic mihi cur nostra incipit illa dapes? Horatius libro 2. Serm. Satyr. 4. nam lactuca innatat acri post uinum stomacho.

Lactucula, æ, diminutiuum. Columel. lib. 10. Iam teneris frondens Lactucula fibris.

Lacuna, uide Lacus.

Lăcŭs, us, gen. masc. q. Locus profundus cũ aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos & flumina, λίμνη λάκκος. Differtq; à stagno, quòd hoc temporalem habeat aquam stagnantem, quæ plerunq; hyeme colligi solet, æstate siccari: quum lacus aqua sit perpetua & perennis. Verg. 4. Georg. Iamq; domum mirans genitricis, & humida regna, Speluncisq; lacus clausos, lucosq; sonantes. Idem lib. 8. Aeneid. Deinde lacu fluuius se condidit alto. Colum. lib. 7. cap. 105. Nec ulla te magis gaudet quàm riuis, atq; cænoso lacu uolutari Item lacus dicitur uas amplum in quod mustum pedibus prælouĉe expressum influit. Colum. lib. 12. cap. 29. Antequàm prælauacea subiiciantur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eamq; oblinito, & impicato diligenter. Ouidius in Fast. Præmia de lacubus proxima musta tuis. Plin. in Epist. Ipse uindemias colligo, si tamen colligere est, nonnunquam decerpere uuam, torculũ inuisere, gustare de lacu mustum. Varr. lib. 1. cap. 54. Quæ calcatæ uuæ erunt, earum scapi cum folliculis subiiciendi sub prælum, ut si quid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacũ Græcè λκὸς. dicitur: unde Lenæus Bacchus: & Lenobates, uuæ calcator. Lacubus item distringuunt granaria, ut sepa-

ratim quęque legumina ponantur, ut est uidere apud Col. li. 1. cap. 6. Interdum lacus accipitur pro trabe plana in ædificiorum contignationibus, teste Seruio, uel pro ipso tignorũ interstitio, lacuũ quandã similitudinem referente. Lucilius Resultantq; ædesq; lacusq;.

Lacusculus diminutiuum. Et significat uas torculare. Col. lib. 12. cap. 50. Oportet habere lacusculos tàm multos quàm postulabit modus oliuæ.

Lacuna, æ, f. p. pen. prod. à lacu fit, & est aquæ collectio, uel fossa, ut Festus docet, in qua aqua collecta stare consueuit, λίμνη &. Ver. lib 1. Georg. Præsertim incertis si mensibus amnis abundans Exit, & obducto latè tenet omnia limo, Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ. Vbi Seruius, Lacunæ sunt fossę in quibus collecta aqua stare consueuit. Vnde etiam in agris lacunę dicuntur fossę ad siccandos agros paratæ. Verg. lib. 3. Georg. Et totę solidam in glaciem uertêre lacunę. Lacuna pro quacunque etiam fossula siue concauitate accipitur. Varr. 2. de Re rust. cap. 7. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præterquàm quum dentes sunt facti, brochi, & supercilia cana, & sub iis lacunę, ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sedecim. Lacuna in pauimento pro loco infidente ponitur à Vitruuio libro 7. cap. 1. In libris quoq; lacunę dicũtur loca hiantia & mutilata, in quibꝰ ad perfectionem nonnihil desiderarur. Explere lacunã rei familiaris, per translationem dicitur pro eo quod est sarcire damnum acceptum, uel rem familiarem exinanitam explere, & redintegrare. Cicero act. 2. in Verrem, Censores fecerunt idem, quod in nostra Republica solent ii qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. Item uallecula superioris labri, per similitudinem lacuna uocatur à Lactantio. Lacuna in auro, id est, adulteratio, uel fraus, & legitimi ualoris imminutio. Cicero Attico, Vide ne qua fit lacuna in auro. Huius diminutiuũ est Lacunula.

Lacunosus, a, um, adiectiuum idem est quod inæquale & lacunis plenum. Cicero 2. de Natura deorum. Quid pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexas continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?

Lacuno, nas, pen. prod. Lacunar facio, uel lacunaris similitudinem rei alicui induco, φατνόω, σανιδώμα. Ouid. 8. Metamor. molli tellus erat humida musco Summa lacunabant alterno murice conchæ.

Lacunatus, a, um, Ad lacunæ formam depressum. Plin. lib. 15. cap. 10. Intus exiles nucleos lacunaris includi toris.

Lacunar, aris, n. t. penultima producta, Contignatio exsculpta, tignorum interstitiis lacuum, siue lacunarum quandam similitudinem referens, φάτνωμα. Suetonius in Nerone, Lacunaria quæ noctu, super dormientem, laxata machina deciderent, parauit. Horatius libro 2. Carmin. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Cicero quinto Tuscul. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari, seta equina appensum, demitti iussit. Eadem & laquearia dicuntur. Vergil. 1. Aeneid. Dependent lichni laquearibus aureis.

Lada, Plinio, λήδανον. Dioscoridi, Frutex est ex cysthi generibus longioribus foliis, & nigrioribus, quę uerno tempore pinguę quiddam & roscidum contrahunt, quod caprarum barbis adhęrescit, indeq; depexum colatur, cogiturq; in offas. Id lædanum appellant, in Cypro insula præcipuè laudatum. Plin. lib. 12. cap. 17.

Ladanum, λάδανος. Est quiddam pingue ladæ herbæ infidẽs barbisq; caprarum adhærescens. Hęc autem herba nascitur in Cypro. Vide Plinii lib. 12. cap. 17. & quę suprà annotauimus in dictione Lada.

Lædo, is, si, sum, per æ diphthongum, act t. Verbo, factoue aliquem offendo, βλάπτω. quod uerbum quidam à Græco λοιδορέω tractum putant, quod significat maledictis & conuitiis quempiam incessere. Et constituitur ferè cum accusatiuo Verg 10. Eclog. Ah ne te frigora lędant. Interdũ prętęr accusatiuũ habet datiuũ. Teren. in Adelph. Ille clemẽs, placidus, nulli lędere os, arridere omnibus. Nonnunq; etiam ablatiuum. Cic. pro Cluent. Itaq; diutius suspicionibus obscuris lædi famam suam nolnit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. At si quẽ lędi fortuna cernis iniqua, Mollior est animo fœmina nulla tuo. Huius composita sunt, Allido, collido, elido, illido, oblido, quę habent pen. prod. de quibus uide suis locis.

Læsus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Læſus, Partic. ut, Cor uulnere læſum, Ouidius 12. Metam. Fœdus læſum, Ver. 12. Aeneid. Pudicitia læſa, Ouid. Epiſt. 5.

Læſio, onis, f. t. Cic. 3. de Orat. Purgatio, conciliatio, læſio, optatio, atq; execratio. Læſio humani corporis eſt, qua corpus ipſum in operatione ſua naturali, uitali, uel animali exercenda læditur. Et læſio ipſa eſt triplex. Vna connaturalis, uidelicet quæ à cæleſti conſtitutione contrahitur, ut claudicatio, cæcitas. Alia non connaturalis, quæ ſua diuturnitate potius habitus quidam exiſtimatur, quales ſunt podagra, chiragra, ethica, φθίσις, cancer, σπασμός & id genus alia. Tertia quæ ex perniciosis humoribus contrahitur.

Læmargia, f. t. λαιμαργία. Crapula, uoracitas, & uentris in gluuies. Læmargus, λαιμάργος, uorax, helluo. Sed hæc ſatius fuerit è Græcolatino Lexico petere. Huc enim nihil pertinet: quippe quæ neque Latinis in uſu ſunt, neque noſtris literis ſcribi conſueuerunt.

Læmuſchàton, λαιμύχατον, Præmium quod reportabant qui ex gladiatura uictores extitiſſent, αἷμα enim eſt ſanguis, guttur: σχάζω uerò uenam ſeco: quaſi præmium illud gladiatoribus daretur ob iugulationem. Præmium autem Græcis erat (ex Demoſthene & Suida) centum minæ.

Læna, f. p. Veſtis lanea (teſtibus Varrone & Feſto) habitus duplicis, quæ ſuper cætera ueſtimenta imponebatur, χλαῖνα. Nonius putat eſſe ueſtem militarem, citans illud Vergilii 4. Aeneid. Tyrioq; ardebat murice læna Demiſſa ex humeris. Pertuſa læna. Iuuenalis Satyr. 5. Cic. de Clar. Oratoribus docet, lænam etiam fuiſſe ueſtem ſacerdotalem, qua Flamines uti ſolebant, quum ſacrificia facerent. Qui (inquit) quum Conſul eſſet, eodemq; tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat Flamen carmentalis, plebis contra Patres concitatione & ſeditio nuntiata, ut erat læna amictus, ita uenit in concionem.

Lætus, a, um, Qui hilaritatem, quam intus habet, etiam uultu oſtendit: à latitudine mentis, ut quidam putant, φαιδρὸς, γηθόσυνος. Nam qui gaudiũ aſpectu promunt, dilatare quodammodo faciem uidentur. Verg. 4. Aeneid. Imperio læti parent. Lætas oues, ἴφια μῆλα Homero, dicimus quæ bona ſunt corporis habitudine atque pinguedine. Inanimata uerò læta dicuntur, quę aſpectu homines lætificant. Plinius in Paneg. Dies triplici gaudio lætus. Lætę ſegetes, id eſt, fertiles. Verg. 1. Georg. Quid faciat lætas ſegetes, Idem, Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen, Læta uerò prata, læta domus, quæ lætos nos faciunt. Lætum aliquando à Poëtis innenitur poſitum pro celeri, ideirco fortaſſis quòd in iis quæ læto animo aggredimur, celeritate utamur. Vergilius, lætus Eois Eurus equis. Accipitur præterea lætus pro fauſto & felici. Plinius libro 8. capite 47. Sunt enim delubra gemina, alterum intraſſe, lætum eſt: in altero, dira portendit.

Lętè, aduerb. Iucundè, & hilariter: cui opponitur Seuerè. Quintil. lib. 8. cap. 3. Concitatè dicere, ac moderatè: lætè, an ſeuerè, &c. Lætius fronde, Lætius fruticare: id eſt, uberius, apud Col. lib. 5. cap. 9. & Plin. lib. 16. cap. 31.

Lætor, aris, d. p. Gaudeo, delectationem capio, ſed extrinſecus: quum gaudere ſit intrinſecus: quamuis ſæpe confundantur, γήθομαι, εὐφραίνομαι. Terentius in Heaut. ego non tam meapte cauſa Lætor, quàm illius quam ego ſcio honore quouis dignam. Conſtruitur ferè cum ablatiuo. Cicero 2. de Diuin. An Cn. Pompeium cenſes tribus ſuis Conſulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuiſſe, ſi ſciret ſe in ſolitudine Aegyptiorum trucidatum iri? Interdum etiam legitur cum accuſatiuo. Cicero ad Marium Vtrunq; lætor: & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo ualuiſſe. Quo tamen in loco uidetur intelligi præpoſitio propter: ut hic ſit ſenſus, Lætor propter utrunque. Inuenitur etiam cum genitiuo. Vergilius lib. 11. Nec ueterum memini, lætorue malorum. Hinc fit compoſitum Collætor, ſimul lætor, συνήδομαι.

Lætans, tantis, participium, Cic. pro Cluentio, Itaque nubit Oppianico continuò Saſſia lætanti iam animo, & ſpe optima confirmata.

Lætandum. Cic. pro lege Manilia, Atq; illud in primis lætandũ mihi eſſe uideo. Salluſt. Tamen lætandum magis quàm dolendum caſum tuum puto.

Læto, as, act. p. Lætum facio, φαιδρύνω. Acliuis Pelopidis, ut citat Nonius. Et te ut triplici lætarem bono. Antiquum eſt.

Lætifico, as, Lætum facio, εὐφραίνω. Plaut. Ita meum cor hæc anus lætificauit modò. Cic. 2. de Nat. deor. Contrahit terram tum uiciſſim lætificat, ut cælo hilarata uideatur.

Lætificor, aris, d. p Lætor, læſus ſum, γήθω, γήθομαι. Plaut. Aul. Nunc eo alii lætificantur meo malo, & damno.

Lætificus, lætifica, lætificum: ut, Lætificę uites, Cic. 1. Tuſ. ex antiquo poëta.

Lætiſco, is, n. t. Antiquiſsimi dixerunt, pro lætus fio, φαιδρύνομαι. Siſen. lib. 4. apud Nonium. Vtrumne dii cultu erga ſe mortalium lætiſcant, an ſupernæ gentes humana negligant. Verbum eſt prorſus obſoletum.

Lætitia, letitiæ, f. p. Eſt exultatio animi (ut definit Gellius lib. 2. capite 17.) cum gaudio efferuentiore, propter euentum rerum expetitarum, εὐφροσύνη, γηθοσύνη, χαρά. Cicero 4. Tuſc. Lætitia, opinio recens boni præſentis in quo efferri rectum uideatur. Et propriè lætitia eſt, quum it a mouetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in uultu: gaudium quum animus exhilaratur aliqua re, neque tamen ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facilè apparet. Hinc dicunt Stoici, Gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam non poſſe. Vide Gaudium. Cicero in Catil. Hic tu qua lætitia perfruêre, quibus gaudiis exultabis, quanta in uoluptate bacchabere? Proſequi aliquem lætitia Quintilianus libro 5. capite 11.

Lætitudo, inis, Idem quod lætitia, χαίμοσύνη, χαρά. Accius in Bacchis, ut citat Nonius, Quanta in uenando affectus eſt lætitudine.

Lætabilis, le, omnis, tertiæ, dignus, γηθόσυνος. Cic. lib. 1. Tuſcul. Quod ut ita ſit, (nihil enim pugno) quid habet iſta res aut lætabile, aut glorioſum? Inde fit compoſitum Illętabilis, cõtrariæ ſignificationis.

Læramen, inis, n. t. Fimus qui per agros iacitur, quod lætas, hoc eſt, pingues ſegetes faciat, κόπρος. Plin. lib. 18. cap. 16. Ipſumq; pro lætamine eſt.

Læua, æ. f. p. Manus ſiniſtra dicitur, σκαιὰ: unde & Scæuolæ nomen tractum eſt, à Græco, λαιὸς, quod ſiniſtrum ſignificat Cic. 4. Academicarum, Quum autem læuam manum admoueret, &c. Verg. 3. Aen. Læuam cuncta cohors remis uentisq; petiuit. Liuius 4. ab Vrbe, Dextra montibus, læua Tyberi amne ſeptus.

Læuus, a, um, Idẽ quod ſiniſter, λαιὸς, σκαιός. ut Læua manus, apud Ciceronem 1. Acad. Læuus humerus. Ouid. 6. Metam. Læuum cornu, Cęſar 3. Comment. Per translationem accipitur pro inauſpicato & infelici, δυσοίωνος. Verg. 1. Eclog. Si mens non læua fuiſſet, Idem lib. 4. Geor. ſi qua Numina læua fuerunt, auditq; uocatus Apollo. Læuum tamen fulmen quum dicimus, proſperum ſignificamus, εὐοιώνισον. propterea quod quæ nobis ſiniſtra ſunt, ſuperis ſint dextra. Hetruſci cælum in ſedecim partes diuiſerunt: è quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem è contrario appellauere dextras. Hinc omnia fulmina læua exiſtimantur eſſe proſpera: quoniam à læua parte mundi ortus eſt, ſicut ſcribit Plinius. Et (ut autor eſt Cicero 2. de Diuin.) optimum auſpicium habebatur apud Romanos, quod ſiniſtrum fuerat. Vnde Vergilius antiquitatis conſultiſſimus dixit, Intonuit læuum, quod felicitatem portendere credebatur.

Læuis, ue, om. t. cum diphthõgo in priore ſyllaba, Quod planum, politum, & tactu aſperum non eſt, λεῖος. Vergilius ſeptimo Aeneidos, At lęuem clypeum ſublatis cornibus lo Auro inſignibat. Accipitur aliquando pro glabro & depilato. Perſius Satyr. 1. Troſſulus exultat tibi per ſubſellia læuis. Vergilius ſexta Ecloga, Et ſæpe in læui quæſſet cornua fronte. Tibul. libro 1. eleg. 8. Charior eſt auro iuuenis, cui læuia fulgent Ora, nec amplexus aſpera barba terit. Ouidius quinto de Arte amandi, Fœmina quid faciet quum uir ſit læuior ipſa?

Læuitas, tis, f. t. Eſt aſperitati contraria, λειότης. Martianus, Lunarem circulum ingreſſa Virgo, conſpicatur globoſum quoddam tenerumq; corpus, è ſuperni roris lęuitate compactum, inſtar ſpeculi pendentis. Accipitur interdum læuitas pro lubricitate. Celſus libro 4. capite 16. Ex torminibus interdum inteſtinorum læuitas oritur, quæ continere nihil poſſunt, & quicquid aſſumptum eſt, imperfectum protinus reddunt.

Læuor, oris. gen. maſc. t. Idem quod læuitas, aſperitati contraria, λειότης. Plinius libro 13. capite 12. Spectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, lęuor. Idem libro 9. cap. 55. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, &c. De unionibus.

Læuigo, as, a. p. penult. corr. Complano, polio, quaſi læue ago, λειαίνω.

Lauus, a um. adiect. Linsius.
Lauis. gelatt. uel Lauis.
Lęuis Leipzig.
Lauea. ſub: die Linke Hand.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

λαινόν. Plin. Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote læuigantur. Idem lib. 13. cap. 22. Scabritia chartæ læuigatur dente.

Læuo, as. a, p. Idem quod læuisio, λειάνω, ξέω. Statius lib. 1. The. Pars teretes læuare manu, ac disponere mensas. Cels. Læuat quæ exasperata sunt.

Læuatus, tior, tissimus. Gel. lib. 17. cap. 8. Ad cocundũ ideò uidetur faciliora, quę læuatiora, læuiaq; sunt.

Lăgānŭm, ni, pen. corr. λάγανον. Placentæ genus ex farina aqua subacta, addito caseo, alijsque condimentis, simul in pingui iure decoctis. Lagana (inquit Acron) sunt quædam quasi membranulæ ex farina & aqua, quæ iure pingui coctæ, & caseo, pipere, croco, cinnamoque conditæ in cibis dantur.

Lăgēŏs, λάγεος. Genus uuæ, quæ & leporaria dicitur. Vergilius libro 1. Georg. Et passo psythia utilior, tenuisque lageos. Seruius.

Lăgări, λάγαροι. Versus dicũtur, qui medio claudicãt pede, sicut myuri, qui postrèmo: & acephali, qui à breui syllaba incipiunt. Ex Hermolao.

Lāgēna, æ. f. p. Genus uasis testacei, ad uinũ præcipuè accommodatum. οἰνοφόρον. Colum. Omnis spurcitia, cum spumis eximatur, quæ decocta quum tam crassa fuerit quàm defrutum, refrigeretur, & bene picatis lagenis condatur. Plaut. in Curc. Quasi tu lagenam dicas, ubi uinũ solet Chiũ esse. Martialis lib. 7. Nulla catenatis pila est præcincta lagenis. Idem libro 1. Et nigri Syra defruti lagena.

Laguncula, æ, diminutiuum, Parua lagena. οἰνοχημάτιον. Plin. in Epist. Proinde quum uenabere, licebit autore me, ut panarium & lagunculam, Sic etiam pugillares feras. Cicero Attic. libro 6. In his inuentæ sunt quinque lagunculæ matronarum &c.

Lagenium, pharmacum quoddam sic inscriptum apud Aetium hydropicis idoneum, sermone. 10. cap. 26.

Lagides, lege Lepus terrestris.

Lagium, uide Cambio.

Lăgōis, pen. prod. λαγῶις. Genus auis quæ leporinas habet carnes. Nam λαγὼς, apud Græcos lepus est. Est & genus piscis. Horat. 2. Serm. Sat. 2. pinguẽ uitijs, albumq; nec ostrea, Nec scarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lăgōpthalmos, λαγώφθαλμος. Dicitur oculorum uitium, quum superior palpebra non descendit. Cui uitio contrariũ est Ectropium, quum inferior palpebra parum sursum attollitur, nec cum superiore committitur. Dictum à leporibus qui aperris oculis dormire consuetuerunt.

Lăgōpŭs. pen. prod, f. f. λαγώπους, Auis est Alpina, de qua sic scribit Plin. lib. 10. cap. 48. Et præcipuo sapore lagopus: pedes leporino uillo ei nomen hoc dedere, cætero candidæ, columbarum magnitudine. Martial. lib. 7. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. Est etiam lagopus herba quædam à pedis leporini similitudine dicta. Plinius lib. 28. Lagopus sistit aluum à uino pota, aut in febri exaqua. Nascitur in segetibus.

Lăgōtrŏphiă, f. p. λαγωτροφεῖα, Leporaria sunt, id est, loca, in quibus lepores aluntur. Vtitur hac uoce Colum. libro 8. capite 1.

Laicus, a, um, penultima correpta, λαικὸς ἰδιώτης. Quod commune, & non sanctum: hoc est, quod attractabile est, sicut sacrum & sanctum: dicitur cuius tactu populo interdictũ est. Nunc laicos uocamus quasi populares, & profanos, qui sacris initiati non sunt. Budæus.

Lalisiones, Pulli sunt onagrorum. Martialis, Dum tener est onager, solaq; lalisio matre Pascitur, hoc infans, sed breue nomen habet.

Lallare, Antiqui dixerunt pro eo quod est lac fugere, θηλάζειν. Videtur ex iis uocibus, quibus nutrices ę alumnis suis se accommodant. Cuiusmodi sunt papa, & tata pro patre, & mamma pro matre, & similes. Pers. Satyr. 1. Et similis regum pueris pappare minutum Poscis, & iratus mammæ lallare recusas.

Lămæ, πτάλα, rupium fracturæ.

Lama, æ, Aquarum collectio est, interprete Festo, quæ & lacuna dicitur, τέναγος.

Lambo, is bi, tum, act. t secundum Priscianum, λείχω, λιχμάομαι. Lucil. lib. 14. Iucundas q; puer qui lamberat ore placentas. Et autẽ lambere, lingere: hoc est, lingua aliquid leuiter tangere, sicut canes bibentes, λαπτάειν. Colum. libro 8. cap. 18. Nam quia dentib. carent, aut lambũt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidẽ nõ possunt. Mart. lib. 14. Lambere quę turpes prohibẽt tua prandia muscas, Alitis eximiæ cauda superba fuit. Idẽ lib. 6. Sit placidus licet, & lambat digitosq; manus q. Vergilius pro tangere posuit, 3. Aen. Attollitq; globos flammarum & sidera lambit. Interdum sumitur pro leuiter alluere. Horat. lib. 1. Carm. Vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes. Allambo, cõpositũ, uide suo loco.

Lamella, uide Lamina.

Lāmēntor, aris, d. p. Voce querula, tristiq; oratione damnũ ac dolorẽ testor, θρηνέω, ὀλοφύρομαι. Teren. in And. Quæ tum mihi lamentari, præter cæteras uisa est. Idem in Phorm. Modò quandam uidi uirginem hîc uiciniæ Miserã suam matrẽ lamentari mortuam. Cic. 1. Tusc. pro lamentatione dignum aliquid monstrare posuit, quũ inquit, Nam hæc quidẽ uita mors est, quam lamentari possem, si liberet. Idẽ 1. de Orat. Lapides me hercule omnes flere ac lamentari coegisset.

Lamentatus, ta, tum participium, ut, Fata diu lamentata, Silius libro decimotertio.

Lamentatio, f. t. Est (ut Cic. 4. Tusc. docet) ægritudo cum eiulatu, θρῆνος, ὀλοφυρμός. Idem 1. Tusc. Sed illa lugubris lamentatio, fletusq; mœrens, ex eo quod, &c.

Lamentas, Pro lamentationibus dixere ueteres. Pacuuius in Her. Lamentas, fletus facere compendi licet. Nonius.

Lamentum, ti, n. f. Ipsa lamentatio, θρῆνος. Cic. de Senect. Solonis quidem sapientis elogiũ est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorũ, lamentisq; uacare. Verg. 4. Aeneid.

Lamentis gemitũq; & fœmineo ululatu:
Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther.

Lamentabilis, bile, om. t. Quod est dignum multa lamentatione, πολύθλιος. Verg. 2. Aen. Troianas ut opes, & lamentabile regnũ Eruerint Danai. Cic. 2. de Leg. Posteaquã, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera & lamẽtabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt. Lamentabili uoce deplorare, Cic. 2. Tusc. Carmen lamentabile, Statius 5. Syl.

Lamentarius, a, um, Quod ingerit lamentationem θρηνώδης. Plaut. in Capt. Quæ ædes lamentariæ mihi sunt.

Lāmĭnă, æ, f. p. penultima correpta, Metalli cuiusuis frustũ in latitudinẽ ductũ, crassius tamen quàm bractea, ἔλασμος. Liuius 3. bel. Pun. Etiam tria signa cum titulo laminæ æneæ inscripto, Manitium pro militibus, qui &c. Cæsar 2. bel. Ciuil. Eo super tigna bipedalia injiciunt, eaq; laminis, clauisq; religant. Cic. 4. Ver. Quid quum ignes, candentesq; laminæ, cæteriq; cruciatus admouebantur?

Lamella, læ, diminut. Vitru. lib. 7. cap. 3. Speculum argenteũ te nui lamella ductum. Seneca, Maiorem dierũ partem in æruginosis lamellis consumit.

Lamina, pro lamina, apud Horat. libr. 2. Carm. Nullus argento color est auaris Abdito terris, inimice lamnę Crispe Sallusti, nisi temperato Splendeat usu.

Lamium, Vrticæ genus mitissimũ, prorsusq; innoxiũ quã Vrticam mortuam herbarij appellant. Plin. lib. 21. capite 17. Quæ innoxia est, morsu carens, lamium uocatur.

Lampas, adis, pen. cor. λαμπὰς. Idẽ quod fax, ἀπὸ τοῦ λάμπειν. quod est splendere. Verg. 9. Aeneid. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Frequenter tamen sumitur pro instrumento, in quo ellychnium accensum oleo fouemus, quod & lychnum pensilem uocamus: ut apud Iuuenalem Saty. 3. Aenea lampas. Colu. lib. 12. cap. 18. Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. Ouid. 12. Metam. Lampadibus densum rapuit funale coruscis. Est etiam Lampas genus facis in aëre. Plin. lib. 2. cap. 26. Duo genera faciũt: Lampades uocant planè faces: alterum bolidas: quale Mutinensibus malis uisum est. Vulgus faces ardentes, uel lanceas ignitas uocat. Lampada cursu tradere, elegans est proueꝛbium, pro eo quod est, partes suas quasi successione in alium transferre. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16. Sed ô Merula, Axius noster ne dum hoc audit, physicã addiscat, quòd de fructu nihil dixi: nunc cursu lampada tibi trado. Tractum à constructione lampadophororum, qui in certamine lampadodromiæ si lampadem ad metam inextinctam non pertuliſſent, eam alteri tradebant.

Lampas, Lychnis syluestris apud Dioscor. lib. 3. cap. 114.

Lāmpetră, træ, f pr. genus piscis, à lambẽdis petris nomen sortiens, μύραινα. Hos pisces nonnulli murænas uocant. Vide mustela. Diuersa est Muræna à Lampetra.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lamputa, Romanæ hieraciæ herba, apud Dioſcoridem, libro tertio, capite 70.

Lampyris, idis, f. t λαμπυρὶς Vermiculus noctu lucens: nõ nulli noctilucam, alij nitedulam uocant. Plinius libro 12. capite 28. Lucent ignium modo noctu laterum & clunium colore lampyrides, nunc pinnarum hiatu refulgentes, nunc uerò compreſſu obumbratæ: non ante matura pabula, aut poſt deſecta conſpicuæ. Idem libro 18. capite 26. Eſtque ſignum illius maturitatis, & horũ ſationis commune, lucentes ueſpere per arua cicindelæ: ita appellant ruſtici ſtellantes uolatus, Græci uerò lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

Lamyrus, Piſcis eſt ex genere lacertorum, apud Plinium libro 32. cap. 11.

Lāná, æ, f. p. Quæ de ouibus detondetur, aut deciditur, à laniando, ἴαιον. Laniare enim ſcindere eſt. Scinditur autem nunc lana quæ uelli ſolebat: unde à uellendo uellus dicebatur. Cic. 2. de Orat. Quando ad me uenis cum tua colu & lana. Vergilius 2. Georg. Quid nemora Aethiopum molli canentia lana? Ouid. 1. de Arte amandi, Conſule de gemmis, de tincta murice lana. Conſule de facie, corporibuſq; diem. Sunt qui à leuitate, hoc eſt, à mollitie lanam dictam putẽt. Eſt autem in ſola oue lana: nam cæteræ quadrupedes pilos aut ſetas habent.

Lanaris, & hoc are, om. t. Quod habet lanã, ἠριῶδης, ἠροπόκος. Var. lib. 2. de Re ruſt. c. 19. Nos qui pecus paſcimus lanare.

Lanarius, rii, m. ſ ſubſtant. Qui lanam curat, ἠριουργός. Plaut. in Aul. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Lanatus, a, um, Lana tectus: ut, Lanatæ oues, apud Colum. lib. 12. capite 2. Lanatæ pelles. Colum. lib. 6. cap. 2. Sed iaculi quibus copulãtur, lanatis pellibus inuoluti ſunt. Lanatæ uites, amineæ dictæ, quòd caneſcant lanugine. Colu. li. 3. cap. 2. Lanatam quoq; amineam quidam maximè probant, quæ uocabulum non ideò uſurpat, quòd ſola ex omnibus amineis, uerùm quòd præcipuè caneſcit lanugine.

Lanatior, tius, comparatiuum. Plinius libro uigeſimo primo, capite 20. Hi & folia eius thymo ſimilia tradunt, niſi quòd molliora ſunt, & lanatiore canitie.

Lancus, a, um, adiectiuum. Quod ex lana, ἠριοῦς. ut Pannus lancus, Plaut. in Mil. caucaſiam Habeas ferrugineam, cultũrã ad oculos lancam. Laneum pallium, Cicero 3. de Nat. deor. Lanea uitta, Propertius lib. 3. eleg. 6. Lancum latuſculum, id eſt, latus molliſſimum, Catullus ad Thallum.

Lanicium, cii, n. ſ. Idem quod lana, uel lanæ prouentus, ἔριον. Plinius libro 6. capite 17. Primi ſunt hominum, qui noſcantur, Seres, lanicio ſyluarum nobiles, perfuſam aquam depectentes frondium canitiem. Vergilius tertio Georgic. Si tibi lanicium curæ, primùm aſpera ſylua. Lappæq; tribuliq; abſint. Vbi Seruius, Lana, inquit, dicimus & lanicium, quemadmodum fuga & effugium.

Lanificium, cii, n. ſ. Lanæ opificium, ἠριουργία, ταλασία. Plin. de præclaris geſtis Ro. Exinde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Colu. lib. 12. in Proœmio. Nunc uerò quum pleræq; ſic luxu & inertia diffluant, ut ne lanificij quidem curam ſuſcipere dignentur.

Lanificus, m. ſec. Qui lanæ artem exercet, ἠριουργὸς, ταλασιουργός. Mart. lib. 6. Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores Stamina, nec ſurdos uox habet iſta deos. Manum lanifica impone penſis, Tibullus lib. 2. eleg. 1. Artis lanificæ doctiſſimus, Claudianus 2. in Eutrop.

Lanifer, a, um, Quod lanam fert, ἠριοφόρος. ut, Laniferæ arbores. Plin. lib. 13. cap. 14. Aethiopia Aegypto contermina inſignes arbores ferè non habet, præter laniferas.

Laniger, a, um, Lanam ferens, ἠριοφόρος. Eiuſdem inſulæ (inquit Plinius libro 12. capite 10.) excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio modo quàm Serum. Vergilius 3. Georgicorum, Lanigeros agitate greges, hirtaſq; capellas. Idem libro 3. Aen. Lanigeræ comitantur oues, &c.

Lanipendia mulier, Paulo in l. ſed ſi uir ex lana, de Don. inter uir. & ux. pro lanifica, ſeu quæ Lanificibus ipſis penſa diuidit.

Lanoculus, Qui lana tegit oculi uitium, inquit Feſtus.

Lanoſus, a, um, Lana abundans, ἠριώδης. Colum. libro 7. cap. 3. Eliges bimam, uaſti corporis, ceruice prolixa, prolixi uilli, nec aſperi, lanoſi, & ampli uteri.

Lanaría, æ. Herba eſt quam uulgus Saponariam appellant, inde nomen habens, quòd lanæ, quæ ob pingundinem colorem recipere non poſſunt, eius ſucco eluantur, ſρίδιον. lib. 24. cap. 18. Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit.

Lānĕus. m. ſ. lupus, Piſcis eſt Timaui fluuii, qui idcirco laneus dicitur, quòd iuxta hunc fluuium maxima ouium copia ſit, uberrimusq; lanarum prouentus. Martialis, Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui, Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas.

Lancea, æ. fœminini, primæ, λογχή. Teli genus longiſsimũ, quod quidam à ferri latitudine, alii à Græco λογχὴ deductum putant. Gellius tamen libro 10. capite 30. Hiſpanicam uocem eſſe affirmat. Plinius libro 15. capite 30. de lauro loquens, Romanis præcipuè lætitiæ, uictoriarumq; nuntia additur literis, & militum lanceis, pilisq; faſces imperatorum decorat, &c. Tacitus, Diſſectam fluitantemq; teſtudinẽ lanceis, contisq; teſtantur, donec diſiecta compage ſcutorũ exangues proſternerent. Lucanus libro 6. Nulla fuit non certa manus, nõ lancea felix. Feſtus autor eſt, lanceam olim à Lucullis uocatam fuiſſe luculleam, Lanceam Budæus etiam eſſe dicit ſpiculum uenabuli uel iaculi.

Lanceola. f. p. diminutiuum, cum accentu in antepenultima λογχάριον. Hieron. lib. 3 Regum, Prophetæ Iacorum incidebant ſe lanceolis, donec ſanguine perfunderentur.

Lancearius, lancearii m. ſ Qui lanceam gerit, λογχοφόρος. Lancearij ſunt ex Tranquillo, inquit Bud. qui nunc uulgò Picarij, quaſi ſpicularij, dicuntur.

Lanceatus, a, um, Lancea armatus, λογχωτός. Lanceati etiam dicuntur, qui ictu lanceæ necãtur. Iul. Firm. Quicunque habuerint horoſcopum in XXI parte Tauri, lanceati morientur.

Lances, ſ. t. Vaſa lata & rotunda, minus excauata, quàm patinæ, quibus caro tam toſta, quàm elixa menſæ infertur, παροψίδες, πίνακες. Iuuenalis Satyr 5. Aſpice quàm magno diſtendat pectore lancem, Quæ fertur domino ſquilla, & quibus undiq; ſepta Aſparagis. Plautus in Amph. Interea dum iſti certant, in popinam diuertendum eſt mihi: Lances detergam omnes, omneſq; trullas hauriam. Plin. lib. 33. Lances è centenis libris argenti tunc ſupra quingentas numero Romæ fuiſſe conſtat. Horatius 2. Serm. Satyr. 4. iligna nutritus glande rotundas Curuat aper lances. Lances etiam in libra dicuntur duo illa uaſcula lancium eſcariarum ſimilitudine, in quorum altero pondus, in altero uerò res ponderanda imponitur: unde & libræ bilances dictæ ſunt, quòd duas habeant lances. Cic. lib. 1. de Finib. Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance ponere. Perſ. Sat. 4. Scis etenim iuſtum gemina ſuſpendere lance Ancipitis libræ.
Lancem etiam uas eſſe rebus diuinis aptũ, docet Auſonius in Monoſyllabis, Thuribula, & pateræ: quæ tertia uaſa deũm? lanx.

Lancino, as, a. p. penultima correpta, Lacero, uexo, θυυλίσω, καταλακάζω. Plinius lib. 11. capite 34. Eſt & nolucre canibus peculiare malum, aures maximè lancinans, quæ defendi morſu non queunt, Seneca, Alium inter leges celebris & ſpectaculum fori lancinauit.

Lanerum, Veſtimenti genus ex lana ſuccida confectum, οἰσύπινον. Feſtus.

Laneus, uide Lana.

Langa, gæ. à Græcorum quibuſdam animalis genus creditum eſt, (quod & languriã appellarunt) circa Padum Italiæ fluuium uitam agens: cuius urinam Zenothemis in electrũ putauit concreſcere: quod tamen falſum eſſe cõſtat, ut pleraq; omnia, quæ Græci ſcriptores de tota electri ratione prodiderũt. Plinius libro 37. capite 2. Alij dixere langurium, & eſſe in Italia beſtias langurias. Zenothemis langas uocat eaſdem, & circa Padum ijs uitam affirmat.

Langor, ſopor. Cicero in Salluſt. Exprobrare langorem & Soporem alicui.

Languor, guŏris. m. t. Defectio uirium, & remiſsio uigoris: & tã de corpore, quàm de animo dicitur, κάρωσις, παραλυσία, Cicero de Diuin. Animus quum languore corporis nec mẽbris uti, nec ſenſibus poteſt, incidit in uaria uiſa & incerta. Idem 8. Philip. Expectatio legatorum quantum languoris afferat animus, quis non uidet? Cicero lib. 1. Officiorũ, Nihil autem magis cauendum eſt ſenectuti, quàm ne languori ſe deſidiæq; dedat. Plautus in Aſinaria, pro laſſitudine poſuit, quum ait.

Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores ulmeis affectos lentis uirgis.

Languco,

Langueo, es. gui. n. ſ. Deficio, infirmus ſum, diſſoluor, καταπονῦμαι, χαλάω, παραπμάζω. ut, Languens uox, apud Ciceronem 1 Offic. Idem in Piſonem, Quanquã languet iuuentus, nec perinde, atq; debet, in laudis & gloriæ cupiditate uerſatur. Idem 1. Philip. Quumq; languerem è uia, mihimet diſpliceram, niſi, &c. Interdum eſt timidum eſſe. Salluſtius in Catilina, Quantò uos attentius ea agetis, tantò illis infirmior erit animus: ſi paulum modò uos languere uiderint, iam omnes feroces aderunt. Interdum otioſum eſſe. ῥαθυμῶν, ῥαθύμως ἔχων. Ibidem, Seq; ſi pauci adiuuarent, languentibus alijs, in curiam impetum facturum. Huius uerbi compoſita ſunt, Elangueo, ἐκλωτῶ: à quo elangueſco, quod eſt ualde infirmus fio, παρίημαι. Relangueo, à quo relangueſco, in languorem recido. Ouidius libro ſexto. Metamorphoſeos, Impoſito fratri moribunda relanguit ore. Claudianus libro primo. Relanguere pro remiſſum eſſe poſuit: nix ille pepercit, Erubuitq́ue preces, animusq́ue relanguit atrox.

Langueſco n. t. Inualidus, tepidus, ſeu otioſus fio, ἐκκάμνω, χαλάω. Cicero in Catone, Orator, metuo, ne langueſcat ſenectute. Aliquando ponitur pro languore confici. Verg. lib. 11. Purpureus ueluti cuĩ flos ſuccisus aratro Langueſcit moriens. Aliquando pro minui. Plin. Epiſt. 173. Seu quia ita natura comparatum, ut proximorum incurioſi, longinqua ſectemur: ſeu quod omnium rerum cupido langueſcit, quũ facilis occaſio eſt.

Languefacio. a. t. Languorem affero, ſiue languere facio. Cicer. de Leg. Incitare languentes, & languefacere excitatos.

Languidus, a, um, Remiſſus, debilis, infirmus, ἀπισουρμένος, παρειμένος, χαλαρός. Ouidius libro 5. Faſtorum, uiolas arere uideres, Filaq; punicei languida facta croci. Plin. epiſtola 190. Quum iam ſatis ille primus impetus deferbuiſſet, & languidior in dies ira ad iuſtitiam rediſſet. Cic. in Catilina, Qui mihi accubantes in conuiuijs, complexi mulieres impudicas, uino languidi, confecti cibo, ſertis redimiti, unguẽtis obliti debilitati ſtupris, eructant ſermonibus ſuis cædem bonorũ, atque urbis incendia. (Catullus Argon.

Languidulus, la, lum, diminutiuum: ut, Somni languiduli,

Languidè, aduerbium. Id eſt, cunctanter, negligenter, otioſè, Colum. lib. 11. cap. 1. Hoc igitur cuſtodire oportet uillicum, ne ſtatim à prima luce familia cunctanter, & languidè procedat. Cæſar lib. 1. bell. Gall. Quòd paulò incautius cuſtodias in muro diſpoſitas uidebat, ſuos quoq; languidius in opere uerſari iuſſit, & quid fieri uellet, oſtendit.

Langurium, Quidam ex Græcis ſcriptoribus ſuccinum appellarunt, quòd putarent circa Padum fluuiũ beſtias quaſdam eſſe, langurias, ſiue langas appellatas, quarum urinam exiſtimabant in ſuccinum concreſcere. Vide Plinium libro trigeſimo ſeptimo, cap. 2.

Laníger, uide Lana.

Lanius, nii, ſeu Lanio, onis. m. ſ. t. Qui carnes in carnario uendit populo: à laniendis pecoribus, quòd eas concidat, lanietq; κριωπώλης, κρεοπώλης. Plautus in Capt. Dii immortales, ut ego collos pertruncabo tergoribus? Quanta pernis pẽſtis ueniet? quanta labes larido? Quanta ſumini abſumedo? quanta collo calamitas? Quanta lanijs laſſitudo, quãta porcinarijs? Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. Lanij qui ad cultrũ bouẽ emunt. Terentius Eunucho, Concurrunt læti mihi obuiam cupedinarij, cetarij, lanij, coqui.

Laniena, æ, fœminini gen. p. Officina in qua laniantur ac uenduntur carnes, κριωπώλιον. Plautus in Epid. Per myropolia & lanienas, circumq; argentarias rogitando ſum raucus factus. Accipitur etiam pro ipſa laceratione à laniando, κρεουργία. Idem ſignificat & lanium.

Lanionius, nia, nium, Quod ad laniũ pertinet, κρεουργικός. Vti de Lanionio more, κρεουργικόν. Et Lanioniæ menſæ, in quibus ſcinditur caro. Suet. in Claud. Carnificem ſtatim acciri cum machæra, menſaq; lanionia flagitauit.

Lanio, as, act. Scindo, κρεουργῶ, κατατέμνω, κατατεμαχίζω. Vergilius libro tertio Georgicorum, ipſiq; ſuos iam morte ſub ægra Diſciſſos nudis laniebant dentibus artus. Liuius ſecundo belli Macedonici, Et Formijs duo lupi oppidũ ingreſſi, obuios aliquot laniauerant.

Laniatus, a, um, participium, Vergilius 12. Aeneidos, Et roſeas laniata genas. Claſſis laniata, Ouid. Epiſt. 7. Capillos laniata; Idem Epiſt. 14. Huius compoſitum eſt Dilanio, diſſecõ, diuello, διασπάω, de quo ſuprà.

Laniatus, us, ui, m. q. Ipſe actus laniandi, κρεουργία, σπάραγμα. Cicero 1. Tuſcul. Quid igitur mihi ferarum laniatus obeſt nihil ſentienti? Plinius libro 11. cap. 37. Ora apertiora laniatu uiuentibus. Idem libro 8. cap. 40. Laniatuq; & latratu ad actum, ut cogeretur fateri ſcelus.

Laniarium, rii, n. ſ. Idem quod laniena, κρεοπώλιον. Varro 2. de Re ruſt. cap. 4. Ignauum & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario, quàm ex domeſti co fundo.

Laniſtæ, m. p, Præfecti ludi gladiatorij, qui gladiatores inſtituebant exercebantq; ad mutuam lanienam, γυμνασιάρχαι. Hi familias habebant domi ad gladiaturam exercendam: quas inſtituere, & mox paratas uendere ſolebant munerarijs. Iuuenalis Saty. 3. Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinni rapi cultos iuuenes, iuuenisq́ue laniſtæ. Hinc Laniſtæ auium, dicti ſunt à Colum. qui aues certaminibus præparabant.

Lānūgo, ginis, f. t. penultima producta, Tenera quaſi lanugo cuiuſdam mollities, qualis in adoleſcentiũ genis, & in pomis quibuſdam cernitur, ἴουλος. Columella lib. 4. Lanatã quoq; amineam quidam maximè probabant: quæ hoc uocabulũ non ideò uſurpat, q́ ſola ex omnibus amineis, uerum quòd præcipuè caneſcit lanugine. Ponitur aliquando pro ſcobe. Columella lib. 4. cap. 29. Nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.

Lanuginoſus, adiectiuum. Plinius libro uigeſimo ſecundo, capite 2. Eſt & alia ſimilis, pſeudãchuſa ob id appellata, à quibuſdam uerò, anchuſa, aut doris, & multis alijs nominibus lanuginoſior, & minus pinguis.

Lanx, cis, uide ſuprà Lances.

Lãois ãphẽſis, λαοῖς ἄφεσις, id eſt, populi miſſio, uerba ſunt quæ dicũtur poſt expleta myſteria, quibus ſignificatur perfectam eſſe rem ſacram, & cuiq; liberam fieri abeundi poteſtatem, ſicut apud nos, Ite miſſa eſt.

Lapathum, λάπαθον. Herba eſt acidi ſaporis, quæ à Latinis rumex appellatur. Multæ autem ſunt lapathi ſpecies, quas uide apud Plinium libro 20. capite 21. Dioſc. libro 2. & lib. 3. capite 126.

Lapís, idis, m. t. Quem Græci λίθον uocant, à nonnullis ità diſtinguitur à ſaxo, ut lapis mitior ſit, minorq; ac tenerior: ſaxum maius, aſperius, duriusq;. Vnde gemmæ lapides, non ſaxa dicuntur. Plinius libro 36. capite 18. Nuſquàm hic utilior, quàm in Italia gignitur, lapisq;, nõ ſaxum eſt. Idem, Eſt & uiridis lapis, uehementer igni reſiſtens, ſed nuſquàm copioſus: & ubi inuenitur, lapis, nõ ſaxũ eſt. Sed hæc profectò differentia non uidetur cum Plinio conuenire, qui non magnitudine diſtinguit ſaxũ à lapide. Nam etiam columnas ex uno lapide fieri, & Laocoontis ſtatuam ex uno lapide excisam fuiſſe affirmat. Videtur itaq; magis dicendum, ſaxũ eſſe, quod ex rupibus uel lapicidinis excinditur: lapidem, qui è terra effoditur. Et quoniam apud ueteres lapidibus miliaria ſignabantur, ponitur quandoq; lapis pro milliario: Vnde legimus, ad tertium, ad quartum lapidem. De lapide emptos quoq; dicimus, qui publica actione à præcone erant uenditi. Nam priſco more præcones ex lapide facere præconium ſolebant: ubi mancipia quoque uænalia, præconis uoce proclamabantur. Colum. libro 4. Non tamen excedunt ſeptem iugera, unius operam uinitoris, quem uulgus quidem parui æris, uel de lapide noxium poſſe comparari putat. Cicero in Piſo. Tribunus de lapide emptos eſſe ait, quia mercede id faciebant. Traductum autem eſt à lapide quodam editiore, quem Romæ fuiſſe complurium autorũ teſtimonio conſtat, unde præcones in auctionibus res uænales, pronuntiabant. Vnde M. Tullius uiliſſimos homunculos de lapide emptos appellat. Hominem præterea lapidem quandoq; dicimus, qui negligens ſtupidusq; ſit, quiq; ad id agendum quod maximè oporteat, non moueatur. Terent. in Heau. Hei quid ſtas lapis? Ibidem, Quot res dedere, ubi poſſem perſentiſcere, Niſi eſſem lapis, quæ uidi? Lapis interdum, pro petra accipitur. Vergilius Eclog. 1. Et tibi magna ſatis, quanuis lapis omnia nudus, Limoſoq́ue palus obducat paſcua iunco. Lapis incuſus, manualis mola eſt, cudendo exaſperata. Vergilius 1. Georg. lapidemq; retortens Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat.

Lapis bibulus, qui arenarius uocatur. Vergilius 2. Georgic. Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas. hoc eſt, pumicem.

Lapideus, a, um, Quod ex lapidis materia conſtat, λίθινος. ut, Lapideus murus, apud Liuium libro primo ab Vrbe Lapi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

deus imber, apud eundem libro 10. bel. Pun. &, Lapidea Niobe, id est, in lapidem conuersa. Cic. 3. Tusc. Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu silentium.
Per translationem ponitur lapideus pro graui & ponderoso. Plautus in Truc. Lapideus sum, commouere me miser non audeo.

Lapidosus, a, um, Quod lapidibus abundat, λιθώδης. Ouid. de Nuce, Causa bor quare sit lapidosus ager. Plin. libr. 19. cap. 8. In locis incultis, lapidosis. Aliquando pro duro ponitur. Verg. 2. Georg. Et prunis lapidosa rubescere corna.

Lapidarius, ria, rium, Quod ad lapides pertinet, λατομικός. ut, Latomiæ lapidariæ. Plaut. in Capt. Tyndarus in latomias lapidarias ab Aegione damnatur.

Lapillus, li, m. s. diminut. Calculus, parvus lapis, λιθίσκος. Plinius libro decimo capite 13. Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno & decidens, indiligentiam coarguat. Lapillorum item nomine gemmas, hoc est, lapides pretiosos intelligimus. Curtius, Lapilli auribus pendent. Horatius 1. Ser. Saty. 2. Nec magis intra niueos uirides que lapillos. Ouid. de Nuce, Peregrini lapilli.

Lapicida, æ, uel lapidicida, æ, generis mascul. p. Qui lapides uel ex rupe excindit, uel ædificio adaptat, λατόμος, λιθοξόος, λιθοτόμος, λατύπος, λιθουργός.

Lapidicina, penultima producta, uel potius lapicidina. f. p. quæ admonum lapicidam, & homicidam dicimus: Locus ubi lapides exciduntur, quam λατομίαν uocant Græci. Vnde & carcerem latomias uocamus, siue quòd damnati ad lapides excidendos mittebantur? siue quòd Syracusanorum tyranni latomias habebãt instar carceris excauatas, ex quibus excisi lapides fuerant ad urbem extruendam, hisq; pro carcere utebantur, Plaut. in Capt. In lapidicinas facite deductus fiet. Ci. 2. de Diuin. Potest igitur tale aliquid etiam sua sponte in lapidicinas Chiorum extitisse.

Lapido, as, penul. corr. Lapidibus obruo, uel lapides in aliquẽ iacio, λιθάζω, λιθοβολέω, καταλιθόω. Vnde scribit Macrobius lapidatum à pop. Rom. fuisse Vatinium: significare uolens lapidibus iactis fuisse impetitum. Transfertur etiam ad inanimata: ut, Lapidare aliquem uerbis, pro eo quod est increpare. Macrobius, Notantes eius impotentiam hac dicacitate lapidarum. Lapidare aliquando, est lapidibus pluere. Liu. lib. 7. bel. Pun. Veijs de cælo lapidauerat. Idem li. 3. Decad. 5. Reate imbri lapidauit. Sueton. in Calig. Quo die obijt Germanicus, lapidata sunt templa.

Lapidatio. f. t. uerbale, Id est, iactus lapidũ. Cic. 6. Ver. Fit magna lapidatio. Plin. de Viris illust. Intercedentem Bebium collegam facta per populum lapidatione submouit.

Lapidator ri. t, Lapides iaciens, λιθοβολητής. Cic. pro Domo sua, Percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ.

Lapio, is, iui, itum. a. q. Durum efficio, & quasi in lapidem conuerto, λιθόω. Pacuu. Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. Festus, Lapit, id est, dolore afficit. Obsoletum est.

Lapidesco, scis, scere. n. t. Legitur pro in lapidem conuerti, seu in lapideam duritiem, λιθοῦσθαι, Plin. lib. 32. de baccis coralij, Aiunt tactu protinus lapidescere. Idem lib. 5. cap. 103. Similiter in flumine Silari ultra Surrentum, non uirgulta modò immersa, uerùm & folia lapidescunt.

Lappa, æ, Herbæ genus, capitula habẽs leuiter hamata ideò que uestibus adhærentia, Tres autem sub se cõplectitur species. Nam quædã dicitur Canaria, quæ est exigua, canibusq; adhæret. Altera maior est, & φιλάνθρωπος appellatur, quòd uestibus hominum adhærens, ipsos amare uideatur: eadem uocatur Aparine. Tertia appellatur personata: & maxima est, nascitur q; inter riuos & flumina. Græci eam ἄρκιον uocãt. Dioscorides lib. 4. cap. 108.

Lappãgo. f. t pen. prod. Herbæ nomen est, quam describit Plin. libr. 26. cap. 10. his uerbis, Et lappago similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus folijs, aspera, rugosa, asperioris succi, grauis odoris. Quæ talis est, mollugo appellatur: similis sed asperioribus folijs, asperugo.

Lapsãna. f p. pen. cor. λαψάνα. Olus syluestre trium foliorũ: de quo Plin. lib. 20. cap. 11. Inter syluestres brassicas & lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis folijs, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo, aluum leniter emollit. Idem libro 19. capite 9. Nec non olus quoque syluestre est trium foliorum, diui Iulij carminibus, præcipuè iocis militaribus celebratum. alternis quippe uersibus exprobrauere, lapsana se uixisse apud Dyrrhachium, præmiorum parsimoniam cauillantes.

Lapsio, Lapsus, uide Labor.

Laqueare, ris. n. t. & per apocopen laquear, aris: & laquearium, rij, Dicitur camera, hoc est, pars superior cubiculi & cœnationis conuexa, quæ uarijs adornari solet sculpturis & cõloribus, φάτνωμα, σανίδωμα. Hæc etiam lacunaria appellantur, propterea quòd tignorum intercalla, quandam lacuum speciem præbere uideantur. Horatius lib. 2. Carm. Nõ ebur, neq; aureum Mea renidet in domo lacunar. Seruius in illud Vergilij 1. Aen. Dependent lychni laquearibus aureis: à nomine lacus significante trabẽ in ædificijs planam, ait dimi nutiuum esse lacunar, à quo lacunariũ, & per antistœchõ laquear & laquearium.

Laqueatus, a, um, Quod est laqueis irretitum, ἐμπαγιοθὲις. Columella libro 6. cap. 19. Cæterùm corpus laqueatum, & distentum tenonibus obligatur, immotumq; medentis arbitrio est expositum. Laqueatum item, dicitur id quod laquearibus est ornatum, φατνωτὸν. Vnde laqueata tecta. Cicero libro 1. de Legibus, Magnificas uillas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Et apud Liuium 5. Decad. lib. 1. Laquearum auro templum dicitur: hoc est, laquearibus aureis, uel auratis ornatum: qualis structura in tectis Regij palatij Parisijs uisitur. Verba Liuij sunt hæc, Antiochię louis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantùm, sed parietibus totis lamina inauratum, hoc est, non tantùm habens laquearia inaurata, sed etiam ipsos parietes auro incrustatos.

Lăquĕus, laquei. masculini, secundæ, Vinculum ita nexũ, ut pondere depressum claudatur, παγίς. Vnde dicimus, Laqueo uitam finiuit, id est, suspendio uitam finiuit. Cicero 6. Verrin. Homini iam collum in laqueum inferenti subuenisti. Ouid. 6. Metamorphoseos, laqueoq; animosa ligauit Cuntura. Vergilius Georgicorum 1. Tum laqueis captare feras, & fallere uisco Inuentum. Ponitur etiam laqueus pro quacunq; re, qua homo capi ac irretiri potest. Hinc gryphos captiosasq; argumentationes, laqueos dicimus. Cicero de Fato, Ad Crysippi laqueos reuertamur. Gellius libro 1. capite 2. Atq; interea uocabulis haud facilè cognitis, syllogismorum, captionumq; dialecticarum laqueis strepebat. Hinc & Cic. pro Mi. laqueos iudicij dixit, Quum inquit, illam beluam iudicij laqueos declinantem, iam irretitam teneret. Et pro Cecin, capi aliquem argutijs uerborum: Si ad interdicti sententiam confugis: & de quo fundo sit actum tum, quum Ebutius restituere iubebatur, id quarendum esse dicis, neq; æquitatẽ rei uerbi laqueo capi putas oportere: in meis castris, præsidijsq; uersaris.

Lardum, di, siue lardum. n. s. quasi largè aridum, Caro suilla quouis modo salita, χοιρία σὰρξ. Ouid. libr. 6. Fastor. Pinguia cur illis gustantur larda Calendis? Laridũ legitur apud Plautum in Capriuis, Quanta, inquit, pernis pestis ueniet quanta labes laridо.

Largior, ris. com. q. Profusè dono. προϊκμοὶ χαρίζεμαι. Largiri ciuitatem. Cicero pro Corn. Bal. Homo tum grauitate & prudentia præstans, tum uel nimium parcus in largienda ciuitate. Largiri cœnam. Plaut. in Amph. Proin tu istam cœnã largire, si sapis, esurientibus. Largiri libertatem populo. Cicero tertio de Legibus. Sed ego, etsi faris dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, ut auctoritate ualeant, & utantur bonis: sic enim à me recitata lex est de suffragijs. Largiri uitam. Plautus in Asin. Iam ipse uitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam Si tempus non largitur: id est, non permittit, non concedit, Colum. libro quinto capite 9. Largiri se ultrò. Plautus Mil. Nam tu te uilem feceris, si te ultrò largiẽre. Largibere, pro largiẽris. sicut idem Plautus in Bacch. Tum libertatem Chrysolao largibere.

Largitor. m. t. uerbale, Id est profusor, prodigus. Liu. 6. ab Vrb. Quum urbem impetu cœpisset Dictator, prædam militi dedit, quo minus speratam, minimè largitore duce, eò militi gratiorem. Cicero hac uoce frequentissimè utitur, pro eo qui largitione populum corrumpit, & ambitus crimen cõmittit: quemadmodum in Oratione pro Cælio Non potest qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutũ ipse impunè unquam esse largitor. Idem 1. Offic. Existuntq; in Rep. plerunq; largitores, & factiosi, ut opes quàm maximas consequantur.

Largitas, tis. f. t. λαψιθεα, & Largitio, onis, διανομή. Inter se differunt, quòd Largitas (ut Agretius ait) humanitatis sit.

Largitio

Largitio ambitionis. Eſt enim largitas rationabilis, definitus liberalitatis effectus: largitio, expenſa quę fit ad aucupandũ fauorem in petitione magiſtratuum. Teren. in Adelph. Quę iſthæc ſubita eſt largitas? Quandoq; tamen largitio pro liberalitate ponitur. Cæſar 1. bell. Ciuil. Simul à tribunis militum, centurionibusq; mutuas pecunias ſumpſit, has exercitui diſtribuit: quo facto duas res conſecutus eſt, quòd pignore animos Centurionum deuinxit, & largitione redemit militum uoluntates.

Largus, a, um. Idem quod copioſus, multus. Plinius libro 11. capite 39. Pili equis in iuba largi, in armis leoni. Accipitur etiã pro eo qui multa largitur, hoc eſt, pro eo qui liberalis eſt, uel etiã prodigus, ſplendidus, dapſilis, λαμπρὸς, δαψιλὴς. Cicero lib. 2. Officiorũ, Omnino ſunt duo genera largorũ, quorũ alteri prodigi, alteri liberales.

Largè, aduerbium, Liberaliter, abundanter, δαψιλῶς. Horat. li. 1. Carm. Ligna ſuper foco largè reponens.

Largiter, aliud aduerbium, quanuis non ita in uſu ſit. Brutus Attico, Sed perſuade tibi de uoluntate ꝓpria mea nihil eſſe remiſſum, de iudicio largiter.

Largitus, penul. cor. teſte Non. pro Largè, ſiue largiter: ſed antiquũ eſt, & obſoletum. Afranius, Quid iſtuc eſt? quid fles? quid lachrymas? largitus proloquere.

Largiloquus. m. f. Qui abundanter loquitur. Plaut. in Ciſtel. quæ ubi ſaburratæ ſumus, Largiloquæ exemplo ſumus: plus loquimur, quàm ſat eſt. Sic etiam largifluum dicimus pro eo quod largè & abundanter affluit. Cic. 3. de Orat. Grando miſta imbri largifluo ſubita, & præcipitans cadit.

Larimnum, naſcitur apud Scabæos, inquit Strabo libr. 16, ſuffitu odoratiſſimum.

Larinæ ſues, lege Petalides. Et Barb. Corolla lib. 2.

Larix f. t. λάριξ Theophraſto, ſi Theodoro credimus, Arboris genus cognatum abieti & pino, nullam quantumuis longa ſenecta cariem ſentiens, neque ignem per ſe concipiens, neque ulla ratione ardẽs, eo quod plurimũ terreſtris, aqueæq; habeat ſubſtantię, minimum autem igneæ, aut aëriæ. Nec eſt alia ratio eam conſumendi, quàm ſi magna lignorum copia uratur, quemadmodum in ijs contingit lapidibus qui calcis gratia coquuntur. Abundat circa Padi ripas, & maris Adriatici littora, uix alibi nota. Vide Plinium lib. 16. capite 10. Lucan. libr. 9. Et larices, fumoq; grauem ſerpentibus urunt Abrotanum.

Laruæ, arum, f. p. Noxiæ inferorum umbræ: à Laribus (ut quidam putant) dictæ, μορμῶνδε. μορμολύκεια. Plaut. in Amphitr. Nam hæc quidem ædepol laruarum plena ſunt. Vnde Laruati, νυμφόληπτοι, dicuntur furioſi, & mente moti quaſi à laruis exterriti: quales ſunt quos uulgò Dæmoniacos appellant. Plautus, Laruatus ædepol hominẽ miſerum mendicũ quæritat. Hi etiam ceriti dicuntur, à Cerere quaſi Cereris ira animo uexati. Plautus Certè laruatus, aut ceritus.

Larua etiam perſona, προσωπεῖον, μορμολύκειον, dicitur quam barbari uocant Maſcam: & Laruatum dicimus perſonatũ. Horatius 1. Serm. Saty. 5. Nil illi latua, aut tragicis opus eſſe cothurnis, Apuleius in Apol. Laruas appellat noctium occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulchrorum tetriculamenta. Auguſtinus libro 4. de Ciuitat. Dei, Laruã dicuntur animę hominum deprauatæ, & in malis uitæ meritis maculoſæ, quæ à corpore ſeparatæ, terriculamentum ſunt mortalibus.

Larualis, laruale, om. t. Terribilis, deformatus, pallens, emaciatus, ac prorſus horrendus, μόρμων. Sidonius, Facies ueluti umbris mœſtificata larualibus.

Larus, ri. m. ſ. Auis eſt Aquatica, colore furuo, magnitudinẽ columbæ non multum excedens, λάρος. Quidam fulicam interpretantur. Larus hians, λάρος κεχηνὼς, prouerbiali metaphora de furibus dicitur. Eſt enim hæc auis mirum in modum rapax & uorax. Suidas.

Larinx, arteriæ, quæ aſpera dicitur, pars ſumma.

Lăſănŭm, penultima correpta, λάσανον. Vaſculũ euacuando uentri accommodatum. Horat. 1. Serm. Saty. 6. Quum Tyburte uia Prætorẽ quinq; ſequuntur, Te pueri laſanum portantes, œnophorumq;.

Laſchiſton appellant, quaſi ſciſile ac dimidium, quoties uidelicet concretam eius partẽ, quæ Caſcalis dici poteſt, ab Seroſa, ut Galeno placet, ſeparamus. Impropriè tamen, inquit, ſchiſton lac nonnulli appellant, id, in quo aut littorales calculi, aut ferrum ardens reſtinctum ſit, de cuius iuuamentis uide Dioſcoridem libro ſecundo capite 77.

Laſciuus, ua, um, pen. prod. Proteruus, ſalax, plus mollitiei (ut inquit Valla in Raudenſem) quàm roboris aut conſtantiæ habens, ἀσελγὴς, λάγνος. Vergilius 3. Ecloga, Malo me Galatea petit laſciua puella. Plinius libro 8. capite 40. Memoratur Nicomedis Bithyniæ Regis, uxore eius Conſygne lacerata, propter laſciuiorem eius cum marito iocum. Dicitur etiam de brutis animantibus. Vergilius 2. Ecloga, Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella. Aliquando ponitur pro impudico. Mart. libr. 1. Laſciua eſt nobis pagina, uita proba.

Laſciuia, æ, f. p. Mollities, petulantia, nequitia, incontinentia animi, nec uirtutem, nec probitatem reuerentis, procacitateq; ſe oblectantis, ἀσέλγεια, λαγνεία. Procedit enim laſciuia ab animi alacritate. Aliquando ponitur pro ioco, petulantia, & procacitate impropria. Plin. lib. 26. cap. 1. Grauiſſimum ex his morbis Lichenas appellauere Græco nomine, Latinè, quoniam in mento ferè oriebatur, ioculari primùm laſciuia, (ut eſt procax natura multorũ in alienis miſerijs,) mox & uſurpato uocabulo mentagrã, occupantem in multis totos utiq; uultus. Laſciuia maledicendi, apud Quintilianum lib. 9. cap. 2. ponitur pro dicacitatis uoluptate. Aſſiſtentes, inquit, oderint hæc maledicendi laſciuiam. In oratione quoq; ludibunda, & exultante dicitur eſſe laſciuia. Idem Quint. Ne recentis huius laſciuiæ floſculis capti, uoluptate quadam praua deliniantur.

Laſciuibundus, a dieſt. Plaut. Quid nam dicam Dinacium laſciuibundam tam libenter mœrere?

Laſciuè, aduerb. id eſt, petulanter, ꝓcaciter, molliter, nequiter.

Laſciuio, is, n. q. Significat petulãter agere, σκιρτίζω, ἀσελγαίνω, ut equi indomiti ſolent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter ſolitum, aut luſitare, exultareq; ſolent. Colum. lib. 7. Satietate uerni pabuli pecudes exhilaratę laſciuiunt. Laſciuire etiam arbores dicuntur, quũ nimia pabuli hubertate luxuriant. Budæus.

Laſer, ris, n. t. Succus laſerpitii, eximii in medicamẽtis uſus, ὑπὸς σιλφίου. Plin. lib. 19. cap. 3. Ab his proximũ dicetur auctoritate clariſſimum laſerpitium, quod Græci ſilphion uocãt, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius ſuccum uocant laſer, magnificum in uſu medicamentiſq;. Colum. lib. 5. cap. 10. Nos exiguum admodum laſeris uino diluimus, & ita cacumina arboris ſumma oblinimus. Laſeris in cõdituris meminit Apicius Palladius. lib. 3. laſer appellat opon Cyrenaicum, eo quòd laſerpitium herba ex qua hic ſuccus conficitur, primũ in Cyrenaica regione ſit reperta. Officinæ Aſam fœtidam appellant.

Laſerpitium, tij, n. ſ. Virgultum herbidum, ex cuius culmo exudat ſuccus roſcidus quem uocant laſer, magnificum in medicamentis, & in Cyrenaica prouincia laudatiſſimum, σίλφιον. Hinc Catullus ad Leſbiam laſerpitiferas uocat Cyrenas. Caulem laſerpitij magudarim uocari autor eſt Galen. quanquam non deſunt qui ipſum etiam ſemen eodem nomine appellent. A laſerpitio Cato formauit Laſerpitiatus, a. um, cap. 116. de Re ruſt. Lentim quomodo ſeruari oporteat. Laſerpitium aceto diluito, permiſceto lentim aceto laſerpitiato, & in ſole ponito. Plin. decimo octauo, cap. trigeſimo. Sunt qui lentem aceto laſerpitiato reſpergant.

Laſibus pro laribus protulerunt ueteres.

Laſſus, nomen eſt adiectiuum, Idem ſignificans quod feſſus uel fatigatus, hoc eſt, corporis uel animi labore fractus, κεκμηκώς. Plautus Amphit. Laſſus ſum hercle, è naui ut uectus huc ſum: etiam nunc nauſeo. Terent. Hecyra, Etenim laſſam oppidò tum aiebant: eò ad eam nõ admiſſa ſum. Plaut. Pſeud. nam ut laſſus ueni de uia, Me uolo curare. Amore laſſus. Ouid. 3. Amor. Eleg. 6.

Laſſulus, laſſuli, diminutiuum. Catullus, Itaquè ut domũ Cybeles tetigerunt, laſſulę Nimio è labore ſomnum capiunt ſine Cerere.

Laſſitudo, is, f. t. Pro moleſtia quam ex labore ſuſcipimus, κόπος, κάματος Salluſtius, Non famem aut ſitim, neq; frigus, neque laſſitudinem operiri. Plaut. Cap. illic ibi demũ eſt locus Vbi labore laſſitudo eſt omnis exigunda ex corpore. Cicero ad Cornif. Sed nulla laſſitudo impedire officium & fidem debet, Cæſar 2. bel. Gall. Curſu ac laſſitudine exanimatus

Laſſeo, es, Laſſus ſum. neutrum paſs. à quo Laſſeſco, is, laſſus fio, fatigor, ἀποκάμνω, ἐκκάμνω, ἐκκοπόω, ἀποτρύομαι. Plinius libro 10, capite 16. Non laſſeſcere in ullo labore qui neruos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ex alis gruis & cruribus habeant. Idem lib.14. cap.2. Si non præpinguis ſoli hubertas laſſeſcentem ſuſtineat.

Laſſo, as. Fatigo, κοπόω, ἀποτρύω, καταπονέω. Plin.libr.3. Epiſtol. Multisq; cauſis non laſſaretur modò, uerumetiã confunderetur. Mart.lib.8. Laſſare dominũ ſupplicibus libellis. Ouid. 3. de Põto, Mitius ille perit, ſubita qui mergitur undâ, Quàm ſua qui tumidis brachia laſſat aquis. Huius compoſitum eſt delaſſo, uehementer laſſo. Plau: us in Aſin. Eum etiam hominẽ in Senatu dare operam aut ciuibus ibi labore delaſſatum, noctem totam ſtertere.

Laſſor, laſſaris, paſſiuum. Ouidius 2. Metamorphoſeos, In molli nequicquam laſſor arena.

Laſſatus, participium, Iuuenalis Satyra 6. Et laſſata uiris, nondum ſatiata receſſit.

Laſtauros, ri, m.ſ. λάσαυρος. à Græcis dicitur uir egregiè mutoniatus, quaſi laſius, hoc eſt, hirſutus circa tauros, id eſt, uirilia. Nam, teſte Ariſtot. homines hirſuti iuxta femora, & crura, prærabidi ſunt ad Venerem.

Lãteo, es, latui. n.ſ. In occulto ſum, λανθάνω. Verg. 3. Eclog. Latet anguis in herba. Cic. 3. Verr. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ quæ latent in ſimulatione officij. Horat. 1. Epiſtole, Veianius, armis Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro. Et quoniã ea quæ in occulto ſunt, ferè ignoramus, factum eſt ut latêre accipiatur pro incognitũ eſſe, uel ignorari. Et in hac ſignificatione plerunq; accuſatiuum habet. Vergilius. 1. Aeneid. Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ. Sic dicimus, Hæc res latet me: id eſt, ignoro hanc rẽ. Latet plerosq;, id eſt, in occulto eſt pleriſq;, uel plerique ignorant. Plin. libro ſecundo capite uigeſimo. Latet plerosque, magna cæli affectatione compertum, à principibus doctrinæ uiris, ſuperiorum trium ſiderum ignes eſſe. Aliquando eriã in hac ſignificatione cum datiuo legitur. Lucanus libro 10. Tu mihi cauſa lates. Huius uerbi compoſita ſunt, Delíteo, de quo ſuprà: Oblíteo, quod eſt omnino uel circunquaq; lateo, περιρύπωμαι, ἐπιλήθω. Seneca, qui uelut timidum atq; iners animal metu obliuit, ille ſibi non uiuit, ſed quod eſt turpiſſimũ, uentri, ſomno, libidini. Hinc oblitêo. Varro, Ne æſtu per rimoſa in rimis eius grana obliteſcãt, & recipiant aquam.

Latenter, aduerbium, clam, occultè, κρυβδίλω. Cicer. in Topic. Cùm enim nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum eſt fortunæ euentus obſcura cauſa, quæ latenter efficitur.

Latito, as, n.p.pen.cor. Sæpè, aut ferè ſemper lateo, λανθάνω, ἐπιλήθω. Cicero pro Cluent. Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio. Horatius tertio Carm. Ode. duodecima, Catus idem per apertum fugientes Agitato grege ceruos iacularí, & Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum. Lactantius libro tertio Latitantem atq; ignotam ſibi ueritatẽ differendo eruere uoluerunt. Cato tamen latitauerunt dixit, pro frequenter tulerunt, frequentatiuum ſecundum uerbi fero, fers. Latitare, inquit Budæus, dicuntur qui ad iudicium uocati fruſtrantur, & ludificantur. Cic. pro Quinc. Ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit.

Latitatio, onis, Quintilianus lib. 7. cap. 3. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & ſimilia. Latitatio, turris occultatio ſui. Fulcimus Parag. quid ſit autem. Quib. ex cauſis in poſſeſſ. eatur quæ definitio Cic. eſt.

Latebra, bræ, pen. cor. & Latebræ, arum. f.p. locus ubi aliquid occultatur φωλός. Lucanus lib. 1. Cedẽdum eſt bellis, quorum tibi tuta latebra Lesbus erit. Quintilianus, Et quanuis odio euerſoris noſtri euocatus ex latebris ſuis, populus ſubſellia non implet. Quidam ita diſtinguunt: ut latebrę de hominibus dicatur: latibula de feris. quod quanuis aliquando uerum ſit, non ſemper tamen obſeruatur. Nam latebra paſſim apud receptæ autoritatis ſcriptores pro ferarum luſtris inueniuntur accipi. Liuius libro 40. Inter uepres, & latebras ferarum noctem unam delituit. Plinius lib. 10. capite 19. Oenanthe quidem etiam ſtatos latebræ dies habet.

Neq; ſolùm de ferarum cubilibus, uerumetiam de quibuſuis locis dicitur, in quibus aliquid abſconditur. Plautus in Aulul. Non metuo, ne quiſpiam inueniat, ita probè in latebris ſitum eſt. Ponitur interdum latebra pro excuſatione, & prætextu, πρόσχημα. Cic. 3 de Offic. Sed ſi hoc ſibi ſumant, nullam eſſe fidẽ, quæ infideli data ſit, uiderint, ne quęratur latebra periurio, id eſt, excuſatio qua lateat, id eſt, non uideatur periurium.

Latebricola, latebricolæ, pen cor. Latebras incolens, φωλατήρ. Plaut. Trinumo, Latebricolarum hominum corruptor.

Latebro, bras. ἐπιλήθω, abſcondo, quanuis non ſit in uſu, A quo fit compoſitum illatebro, de quo ſuprà.

Latebroſus, a, um, ut, Latebroſus locus, in quo frequentes latebræ ſunt, φωλάδης. Plaut, in Bacch. Nam huic ætati non cõducit mulier latebroſus locus. Latebroſus locus ad equites tegendos. Liuius 1. Bell. Pun. Colles latebroſi, Silius lib. 5. Flumina latebroſa, Verg. 8. Aeneid. Nox latebroſa. Luca. lib. 6. Via latebroſa, Cic. pro Sest.

Latebroſè, aduerbium, Occultè, clam, κρυβδήν. Plaut. Trinu. pater adſum, Impera quid uis neq; tibi ero in mora: neq; latebroſè me abs tuo Conſpectu occultabo.

Latibulum, li, n.ſ. In quo aliquid deliteſcit, φωλεός. Valla diſtinguit latibulum à latebra, quod latebra hominum ſit, latibulum ferarum. Sed hæc differentia nõ ſemper obſeruatur. Nam quemadmodum ſuprà oſtendimus, latebrũ etiam pro ferarum luſtris accipi, ita etiam latibulum aliquando de ijs locis dicitur, in quibus homines ſe occultant. Cicero Attico lib. 12. Ego autẽ uolo aliquod emere latibulum, perfugiũ doloris mei.

Latibulo, las, Neutrum, & latibulor, aris, deponens ſignificat lateo, φωλεύω. Varro, Vide ne ſeruus Dorotheus latibulet. Accius, Progredere, & ne quis latibuletur, ſpicite. Antiquũ eſt.

Later, hyſſopus apud Dioſc. lib. 3. cap. 28.

Later, maſcul. gen. tert, laterem, latere: & lateres in plurali integrum inuenitur pro terra cocta, & in lapidem durata: genitiuus & datiuus ſigulares rarò leguntur, πλίνθος. Cicer. 2. de Diuin. Num hoc in latere, aut in cemento, ex quibus urbs effecta eſt, potuit ualere? Columella libro 5. cap. 14. Itaq; quũ id accidit, ueteri lateri later cõteritur, cui merito, &c. Idẽ lib. 9. capite 6. Reliqua ſunt aluearum genera duo, ut uel ex ſimo fingantur, uel lateribus extruantur. Valla libro 1. Coctiles lateres, qui cocti ſunt, & non crudi. Cuiuis, Siue ſiler, ſiue cementum, aut coctus later, ſiue cruda, his erit utendum. Plautus Latere firmior. Laterum tria genera ſunt: didoron, δίδωρον, à longitudine duorum palmorum itadictũ palmorum (inquam) maiorum, quorum ſinguli ualent palmos minores tres hoc eſt, digitos duodecim: quæ menſura geminata conficit ſeſquipedem: quæ erat didori longitudo latitudo aũt pedis unius. Alterũ tetradoron, τετράδωρον: tertium pentadoron, πεντάδωρον nominabant, à menſura quatuor & quinq; palmorum. Græci enim antiqui δῶρον palmum uocabãt, & ideo δῶρα, munera, quia manu darentur. Vide Plin. lib. 35. cap. 14. Laterem lauare, prouerbiali ſpecie dicitur pro eo quod eſt, operam ludere. Inde tractũ, quòd rudes illa in lateribus ablui non poſſit. Terent. in Phor. Purgem me? laterem lauem. id eſt, fruſtra agam.

Laterculus, li, diminutiuũ, Paruus later, πλινθίον Plinius, Crudis laterculis ad formam camini. Curtius lib. 5. ſcribit laterculo cocto ſtructos fuiſſe muros Babylonis. Col. lib. 18. cap. 14. Sub porticib. deinde quadratæ harę cæmentis, uel etiam laterculis extruuntur.

Lateritius, a, um, Quod eſt materiatũ ex latere, πλίνθινος. Plin. Lapide duro, ac ſilice æquo conſtruunt, ueluti lateritios parietes Idem lib. 35. cap. 14. Græci præter quàm ubi è ſilice fieri poterat ſtructura, parietes lateritios prætulere.

Laterarius, adiect. Idem quod lateritius, πλίνθινος. Plin. lib. 7. cap. 56. Laterarias domos conſtituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis, Sic enim legit Calepinus: quum tamen Plinij exemplaria, quæ quidem nobis uidere contigit, hunc in modum legendum oſtendant, laterarias, ac domos conſtituerunt, & c. ut laterarias intelligamus officinas fornacesq; fingendis, coquendisq; lateribus aptas. Laterarium genus tigni, Vitruuius lib. 1. cap. 20. Ipſi autem laterarijs circa fixis contineantur, teganturq; tabulis maximè palmeis.

Lateralis, uide Latus, ſubſtantiuum.

Laterculum, Iuſtin. in Conſtit. 17. cui tit. eſt, ſecundum Haloandrum præcepta præſidum, aliàs de Of. præſid. Eadem mandata inquit in libris legum transcribere, & in ſacro laterculo deponi præcipitat.

Lãtẽrna, æ. f.p à lateo. li. et lateo habeat primam correptã, laterna uerò producta ἴσως φαῦος Martial. li. 14. Dux laterna uiæ clauſis feror aurea flammis: Et tuta eſt gremio parua lucerna meo. Dicta laterna quod lumẽ in ea inclusum lateat. Fit ex laminis corneis, in qua candela includitur, ne à uento extinguatur. Plautus in Amph. Quo ambulas tu, qui Vulcanum incluſum in cornu geris?

Laternarius,

Laternarius, rii. m. s. Qui alteri laternam præfert. λυχνάϛ, λαδυχὸς, λυχνοφόρ, ὑπνοφόρ. Cic. in Pis. An cum altero barbaro Epicureo, altero Catilinæ laternario?

Lateſco, uide Latus adiectiuum.

Latex, laticis. m. t. Omnis humor dicitur, ab eo quod intra aliquid lateat, νᾶμα. De aqua, Verg. 4. Aen. Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni. De uino, Idem 1. Aen. Regales inter menſas, laticemq; Lyæum. Sic Ouidius Palladios latices dixit, quum oleum dicere uellet. Et Lucret. Abſynthii laticem. Liquoris uitigeni lacte, Luc. lib. 5. Cærulei latices, Ouidius 3. Tri. Eleg. 10. Calidi latices, Verg. 6. Aen. Abſinthii amarum perpotare laticem, Lucret. lib. 4.

Latex Scythicus, cæleſtis aqua.

Latiporphyrides, lege Porphyrides.

Lathyris, λάθυρις, Herba qua cataputia maior appellatur, de qua ſic Plinius lib. 27. cap. 11. Lathyris folia habet multa, lactucæ ſimilia, tenuiora, gemina multis in quibus ſemen tuniculis continetur, ut cappariſ.

Latialis, uide Latium.

Latibulum, uide Lateo.

Laticlauium, Latifolia, Latifundium, uide Latus adiectiuum.

Latinè, Latio, uide Latium.

Latio, uide Fero.

Latiſco, ſcis uide Latus in dictione Latus, a, um.

Latito, uideo Lateo.

Latitudo, uide Latus, adiectiuum.

Latomiæ, uel Latumiæ, arum, f. p. λατομίαι, à Græcis dicuntur, quas nos uocamus lapicidinas, hoc eſt, loca unde excidunturſaxa. λᾶαι enim à Græcis uocatur qui à nobis lapis: & τόμ, ſectio. Liu. 6. bel. Pun. Comprehenſa poſtea priuata ædificia, comprehenſæ latomiæ, forumq; piſcarium. Ad latomias damnati ſolebant ij qui in opus metalli damnabatur. Plaut. in Capt. Tyndarus in latomias lapidarias ab Aegione damnatur. Inde, inquit, ibis porrò in latomias lapidarias. Et quoniam carceres in pleriſq; locis fiebant in lapidicinis iam effoſſis, ut in Sicilia Latomiæ Syracuſanæ, factũ eſt ut latomiæ de quouis carcere dicantur. Cic. 7. Verr. Carcer ille qui eſt à crudeliſſimo tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ Latomiæ uocantur, in iſtius imperio domicilium Romanorum fuit.

Latomus, λατόμ, Latinè dicitur lapicida, qui è rupibus ſaxa excindit, aut ad opus adaptat.

Lator, latoris, uide Fero.

Lātriā, æ, pen. prod. f. p. Latinè cultus, obſequium, ſeruitus. λατρεία. Auguſtinus lib. 10. de Ciuit. Dei, Latriã noſtri, ubicũq; ſanctarum ſcripturarum poſitum eſt, interpretati ſunt ſeruitutem. Sed ea ſeruitus quæ debetur hominibus: ſecundum quam præcipit Apoſtolus ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine Græcè nuncupari ſolet. Latria uerò ſecundum conſuetudinem qua locuti ſunt qui nobis Diuina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut frequenter, aut penè ſemper ea dicitur ſeruitus quæ pertinet ad colendum Deum.

Latrina, næ. f. p. Locus priuatarum ſordium, & ad exoneranda uentrẽ accõmodatus: à latendo, ſiue potius à lauando, ut inox Varr. teſtimonio docebimus. ἀφεδρὼν, ἀπόπατος. Apuleius de Aſino lib. 9. Omnia prorſus ut in quandam cœnoſam latrinam, in eius animum confluxerant uitia. Foricę uerò loca publica, in quibus licet omnibus uentrem exonerare. Cloaca, aquæ ductus ſubterraneus dicitur, ad eluendas urbis ſordes accommodatus. Antiqui lauatrinam dixerunt: quæ poſtea, ſyllaba una ſublata, latrina eſt appellata. Varro lib. 2. de Analogia, Deinde quum breuitatis cauſa nomina contraherent, quo eſſent aptiora pro lauatrina latrinam nominarunt: ſicut ex maxillis, axillis, & uexillis, malæ, alæ, & uela diminuta ſunt. Ex quo apparet, latrinam à lauando dictam eſſe, propriecq; ſignificare colluuiem omnium ſordium, quæ ex tota domo in unum locum confluunt. Plaut. in Curc. Iſtas tuas magnas minas non pluris facio, quàm ancillam meam quæ latrinam lauat. Videntur q; latrinæ differre è cloacis, tanquam priuatæ à publicis. Colum. li. 10. Immundis quacunq; uomit latrina cloacis.

Latro, as, n. p. Proprium eſt canis, quum uocem edit, terrẽs, & in aliquem impetum faciens, ὑλακτέω. Vergil. 3. Ecloga, Multum latrante Lyciſca. Plaut. in Pœn. Etiãmne meæ in me latrãt canes? Cic. pro Roſc. Amer. Quòd ſi luce quoq; canes latrent, quum deos ſalutatum aliqui uenerint. Latrare ad homines transfertur pro uociferari, & intentiore uoce clamare. Cic. 2. de Orat. Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, quum à Philippo interrogatus quid latraret, furem ſe uidere reſpondit? Huius uerbi cõpoſita ſunt, Allatro, quod eſt latratu aliquẽm infeſto, προσυλακτέω. Columella per translationem dixit, Sed ne caninum quidem (ſicut dixere ueteres) ſtudium præſtantius, locupletiſſimũq; quenq; allatrandi, Oblatro, contra latro, nulla ratione contradico. κατυλακτέω. Lactant. lib. 5. Qua Demetrianum (ſicut ipſe ait) oblatrantem, atq; obſtrepentem ueritati, redarguere conatur.

Latror. aris, paſsiuum. Plin. lib. 25. cap. 10. Hanc habentes negant latrari à canibus.

Latratur, impersonale. Ouid. 2. Triſt. Scit cui latretur, quum ſolus obambulat ipſe.

Latrans, tis, participium ut Colla latrantia canis. Propert. libr. 5. Eleg 18.

Latratus, participium à paſsiuo latror. Stat. 1. Achil. iuxtaq; Cephareus Latratum pelago tollens caput.

Latrator, ὑλάκτωρ. Verg. 8. Aeneid. & latrator Anubis.

Latratus. us, m. q. Ipſa uox canum, ſiue ipſe latrandi actus. ὑλαγμὸς, ὑλαγμέω. Verg. 5. Aen. ſæuit canum latratus in auras. Ouid. 2. Faſt. Sicut aper longè ſyluſs latratibus actus Fulmineo celeres diſsipat ore canes. Plin. lib. 8. cap. 40. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percuſſorem domini, laniatu & latratu adactum ut cogeretur fateri ſcelus.

Latro, onis, com. t. Græca dictio eſt, qua ſignificatur uiarum obſeſſor, qui uiatores aut uita aut pecunia ſpoliat, λῃστής. Horat. lib. 1. Epiſt. Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones. Ita dicti, autore Feſto, quòd à latere adoriantur: uel à latendo, quòd latenter inſidientur. Cicero 2. Philip. Erat enim uiuendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantũ rapere potuiſſet. Horat. 2. Serm. Satyra 1. quem cur diſtringere coner Turus ab infeſtis latronibus? Vſurpant poëtæ latronem pro uenatore. Verg. lib. 12. fixumq; latronis Impauidus frangit telum: quum ſuperius dixiſſet, Saucius illegraui uenantum uulnere pectus. Apud antiquos etiam, latrones dicebantur conducti milites, à λατρεύω inſeruio: nam ſeruiebant mercede. Moris autem erat, ut hos Imperator & & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen: Varrò autem huiuſmodi ſtipatores putat latrones dictos, quaſi laterones, quoniam circa latera eſſe ſoleant, quos nũc ſatellites uocant, qui principis alicuius latus tuentur, qui & laterani, & ſtipatores, & σωματοφύλακες uocantur. Plaut. in Mil. Nam ego hodie ad Seleucum Regem miſi parasitum meum, ut latrones quos conduxi hinc, ad Seleucum duceret, Qui eius regiam tutarentur.

Latrunculus, diminutiuum, Paruus latro. Cic. de Prouincijs Conſularibus, Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis à Proprætore una cohorte auxiliaria geſta. Sunt etiam latrunculi ſiue latrones, quibus ludimus, ſedecim ſcrupis gemina acie utrinq; directis: in quibus duo Reges ſunt inuicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, ſedecim pedites, quatuor ſatellites, totidem centuriones. Martialis, Inſidioſorum ſi ludis bella latronum. Seneca, Latrunculis ludimus.

Latrociuor, aris, pen. cor d. p. Latronũ more prædor. λῃστεύω. Cic. pro Milone, Quaſi Appius ille Cæcus uiam ſtrauiſſet, non qua populus Romanus uteretur, ſed in qua poſteri ſui impunè latrocinarentur. Cic. 1. de Nat. deor. Tot millia latrocinantur morte propoſita: alij omnia quæ poſſunt, fama compilant. Significat & mercede milito. Plaut. in Milite, an quia latrocinaris, arbitramini Quiduis uobis licere facere, uerbero? Idem in Curc. Latrocinatos annos decem mercedem açcipio.

Latrocinium, nii, n. ſ. Ipſe latrocinandi actus. λῃστεία. Colum. Et in ipſo facto latrocinium. Cæſar. 8. bel. Gall. Quia repentino latrocinio atq; impetu incolæ illorum erant oppreſsi. Cic. pro Deiot. Tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtium, & latrocinijs. Ponitur aliquando pro ipſa militia. Plautus Qui apud Regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium accepti taſti.

Latrocinatio, uocabale. Idem quod latrocinium, λῃστεία. Plin. 19. cap. 4. Multitudinis innumeræ ſæua latrocinatio.

Latrunculator, oris, m. t. Qui rerum capitalium iudex, ſiue quæſtor appellatur, & unlgò iudex maleficiorum. Vlpian.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.5. Pande&. l. Solemus de iudic. Latrunculator de re pecuniaria iudicare non potest.

Latus, a, um, Spatiosus, amplus, laxus, cuius contrarium est Angustus. εὐρύχωρος, πλατύς Plin. 12. cap 7. Lata radice arbor. Terent. in Heaut. Huc est intrò latus lectus. Cic. 6. Verr. Vna via perpetua, multæq; transuersæ Syracusis. Ibidem, Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculosoq; disiuncta.

Latus etiam aliquando participium est à Feror: idem ualens quod portatus. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2. Latus lectica.

Latè, aduerbium, idem quod In multis locis, εὐρέως, διεξοδικῶς. Cicero pro lege Manil. Latè longeq; diffusa laus Pompeij. Idem pro M. Marcell. Vagabitur nomen tuum longè, atq; latè. Vergilius 8. Aeneid. Lucus latè sacer. Cicero in Cat. Latius opinione disseminatum est hoc malum. Idem 1. Offic. Hoc latissimè pateat, ad plurimosq; pertineat. Idem lib. 5. de Finibus, In omni autem honesto de quo loquimur, nihil est tàm illustre, nec quod latius pateat quàm coniunctio inter homines hominum.

Latitudo, f. t. Pro spatiositate. πλάτος εὐρύτης, Cicero. 2. de Nat. deor. In hac immensitate latitudinem, longitudinem, altitudinem. Cicero 3. de Lege Agrar. Qui latitudinem possessionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non possunt. Idem 2. Orat. Oris prauitatem, & uerborum latitudinem imitatur.

Lateſco, n. t. Latus fio, & in latum extendor. πλατύνομαι. Columella lib. 2. Iugerum agri non amplius quatuor sextarijs raporum seminis obserendum est, quarta parte amplius napis spargendum, qui non in uentrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. Cicero in Arato, Hic equus à capite & longa ceruice latescit.

Latifolia, f. p. Arboris glandiferæ genus quam nonnulli eandem putant cum esculo: à latitudine foliorum nomen habens, πλατύφυλλος. Plin. lib. 16. cap. 6. In querna glande alia dulcior, mollior q; fœminæ, maris spissior. Maximè autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Laurus lautifolia, & Myrtus latifolia apud Plinium lib. 15. cap. 7.

Latifundium, dii, n. s. Magnus, & amplus fundus. εὐρυχωρία. Plin. lib. 17. cap. 22. Latifundijs non legitima naturæ festinatio, id est non potest una certa ratio præscribi putandæ uineæ in magnis prædijs: quòd aliæ serius, aliæ maturius deflorant. Idem lib. 18. cap. 6. Latifundia perdidere Italiam.

Latuſclauus, m. s. Tunica erat purpurea prætexta, latior tunica uulgari, qua Senatores utebantur. πλατύσημος. Hoc uestis genere primus usus est Tullus Hostilius Romanorum Rex, teste Plinio lib. 9. cap. 39. Vtebantur eo & sacerdotes: ut non obscurè ostendit Silius Italicus lib. 3. Quum ait, Sacrificam lato uestem distinguere clauo. Et quoniã hac ueste utebantur peculiariter Senatores, factum est ut Latusclauus accipiatur pro dignitate Senatoria, Plinius in Epist. Ego Sexto latum clauum à Cæsare nostro, ego Quæsturam impetraui. Ab Ouidio Clauus simpliciter dicitur pro senatoria dignitate, illo uersu, Curia restabat, claui mensura coacta est.

Laticlauij, masc. s. Senatores appellati sunt, à latoclauo πλατυσήμοις. Sueton. in Augusto, Ac ne expers castrorum esset, binos plerunq; laticlauios præposuit singulis alis. Laticlauia tunica. Valer. lib. 5. Et tunica laticlauia donatum, ad Masiniſſam remisit.

Latus, eris, n, t. Quod est infra alam, πλεύρον. Verg. 2. Aeneidos, Lateriq; Argiuum accommodat ensem. Quintil. lib. 1. cap. 11. Inclinatio laterum fortis & uirilis. Cic. pro Cluent. Is ex quo cecidit, & latus offendit uehementer. Hinc lateris dolor, quem Græci πλευρῖτιδα uocant. Cic. 3. de Orat. Crassus laterum dolore consumptus. Horat. 1. Serm. Satyra 9. Hunc neque dira uenena, nec hostibus auferet ensis, Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda podagra. Aliquando Latus pro uiribus & spiritu ponitur. Cic. de Senect. Quum legem Voconiam magna uoce & bonis lateribus suasissem. Idem de Senect. Neq; enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis. A latere, dicuntur chari & amici principum, qui eorum lateribus semper adsunt. Liu. lib. 4. bel. Pun. Ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita utilissima fingenti inter dolores gemitusq; occurrerunt. Curtius. lib. 5. Quum ad perniciem eius etiam à latere pecunia ipsius sollicitaret.

Latuſculum, li, diminut. Paruum latus, Catullus ad Thallum, Ne laneum latusculum, manusq; mollicellas. Inusta turpiter tibi flagella conscribillent. Speculorum latusculum, id est parua latera. Lucret. lib. 4. Quinetiam quæcunq; latusculum sunt speculorum.

Lauacrum, uide Lauo.

Lauacra adhibere pro Balneare.

Lauacrum Veneris Dioſc. lib. 3. cap. 12 Dipsacos.

Laudemium, quidam accipiunt premium illud nempè quinquagesimam quod præstatur iuxta sanctionem Iustiniani in lib. 3. C. de Iur. emph. pro renouatione emphiteutica à uerbo laudo deducentes, cum latinius esset Laudatiuum sicut Donatiuum.

Laudo, das, a. p Cõmendo, uerbis extollo, ἐπαινέω, ἐγκωμιάζω. Verg. 2. Georg. laudato ingentia rura, Exiguũ colito. Differt aũt à uerbo Probo: quòd re magis probemus, laudemus uerbis. Plautus in Trin. utrunque coniunxit, Laudo (inquiens) consilium, & probo. Aliquandò Laudare, est nominare. Plautus in Capt. Id scias, Iouem supremum testem laudo. Laudare, inquit Macrobius libro sexto capite septimo, Saturn. significat prisca lingua nominare, appellareq;. Nonnunquam etiam citare, & in testem adducere. ἐπαγόμαι. Gell. libro tertio capite decimosexto, Varro undecimo mense nasci hominem posse dicit, eiusq; sententiæ tàm de octauo, quàm de undecimo mense, Aristotelem laudat Autorem. Cicero. tertio de Orator. Atque hæc quidem ab his philosophis quos tu maximè diligis Catule, dicta sunt: quod eo sæpius testificor, quòd autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. id est, his philosophis nominatim citandis, & tanquàm ad testimonium dicendum euocandis, quas autores harum rerum habeo. Laudare cum exceptione, id est, non integrè. Cic. libro primo, Epist. ad Q. Frat. Vnum est quod tibi ego præcipere non desinam, neq; te patiar cum exceptione laudari. Omnes enim qui istinc ueniunt, ita de uirtute, integritate, humanitate commemorant, ut in tuis summis laudibus excipiant unam iracundiam. Huius composita sunt Allaudo, de quo suprà. Elaudo, quod ueteres usurpa runt pro eo quod est plus quàm nomino. Varro, Elaudat, nomen q; eius milites repetit. Collaudo, simul laudo. προσεπαινῶ, συνεπαινῶ, συνεπιφημῶ. Cic. Lent. Si rem ipsam ex sententia gesseris, fore ut absens à multis: quum redieris, ab omnibus collaudêre. Perlaudo, ualde laudo. Lactant. lib. 6. Ea res quas etiam homo si contempserit, iure perlauditur.

Laudatus, a, um, participium, siue nomen ex participio, ἐπαινετός, Abundè laudatus, Ouidius 1. Trist. eleg. 6. Falsò laudata fœmina. Idem 3. Amor. eleg. 11. Laudatissima forma. Idẽ Epist. 18.

Laudator, oris, m, ἐπαινέτης, ἐγκωμιαστής. ad Herennium lib. 4. Nolo esse laudator, ne uidear adulator. Laudator uoluntarius, Cic. 6. Verr.

Laudatrix, tricis. Cicero 3. Tuscul. Vitiorum laudatrix fama popularis.

Laudandus, gerundiuum: ut, loci non laudandi, Ouidius primo Trist. eleg. 8.

Laudatio, onis, f. t. Ipsa laudantis oratio ἐγκώμιον. Cic. 4 Verr. Præclara laudatio. Idem 2. de Finib. Lege laudationes Torquate, non eorum qui sunt ab Homero laudati, &c.

Laudabilis, le, om. t. Quod meritò laudari potest, ἐπαινετός, ἀξιέπαινος. Plaut. in Persa, Aedépol dedisti uirgo operam laudabilem, probam, & sapientem, & sobriam. Laudabilis uita apud Ciceronem de Amic. Rectæ & laudabiles res, Idem 1. de Fin. Opus laudabile, Lucr. lib. 5. Carmen laudabile, Hor. de arte.

Laudabiliter, aduerbium, Cũ laude & cõmendatione. ἀξιοθαύμαστα. Cic. 5. Tusc. Quid ad rectè, honestè, laudabiliter postremò ad bene uiuendum, satisne est præsidij in uirtute?

Laudatiuus, a, um, Quod laudationi est accõmodatum. ἐπαινετικός. Vnde Laudatiuum genus orationis à Rhetoribus dicitur, quod alio nomine demonstratiuum uocãt Rhetores. Quint. lib. 2. cap. 16. Laudatiuam totam, quæ est pars Rhetorices tertia, Et Laudatiuus casus, dictus est accusatiuus, quia per hunc uidemur uel accusare, uel laudare.

Laus, dis, fœmin. gen. t. Præconium, commendatio, gloria, ἔπαινος, Terentius in Adelph. dii uostram fidem, Vtrum studione id sibi habet, an laudi putas fore, si perdiderit gnatum? Propriè uirtus est, non aliunde proueniens, sed suis nixa radicibus. Verg. 5. Aeneid. Primam merui qui laude coronam. Dicta ἀπὸ τοῦ λαοῦ. hoc est, à populis, quòd propriè laus sit populi, de aliquo recta loquentis. Certare laudibus alicuius. Verg. 3. Georg. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbi

dus

dus Hæmus, Laudibus Italiæ certent. Concedere laudem alicui. Cic. 1. de Orat. Vt eorum, quibus ſumma dicendi laus à noſtris hominib. conceſſa eſt. Cõciliare laudem. Quint. li. 2. cap. 7. Et laudem ſæpe maiorem, quàm ſi noſtra ſint, conciliant. Ponere in laude. Cic. 3. de Orat. Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne continuũ ſit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. Cic. Metello, lib. 5. Ego dolori non ſolùm ignoſco, ſed ſummam etiam laudem tribuo.

Lauendulam, Nardum Gallicam, uel Spicam celticã primus. M. Vergilius in Commentario pronũciauit, uerùm an ad rem, alii uiderint.

Lauer, eris, neu. g & aliquando f. t. Herba eſt in aquis naſcẽs, frutice pingui, recto, foliis latis, oluſatro ſimilibus, ſed minoribus & odoratis, σίῤῥῳ Dioſcoridi. Vulgò Berlam dicimus, & Berulam. Plin. lib. 26. cap. 8. Lauer quoq; naſcens in riuis, condita & cocta torminibus medetur.

Lauo, as, a. p. Idem eſt quod abluo, & quod ſordidum eſt, aqua purgo, λόω, νίπτω, πλύνω. Plau. in Aul. Aquã hercle plorat, quũ lauta, profundere. Idem in Truc. Viſe illam, atq; operire ibi, iam exibit, nam lauabat. Verg. 5. Ecl. Omnes in fonte lauabo. Ouid. Epiſt. 2. Membra lauabis aqua. Idẽ 3. de Arte, Lachrymis uulnera ſæua lauat. Prætetitum facit laui. Terent. in Heaut. Atq; illa, ſi iam lauerit mihi nuncia. Supinũ eſt lotum: unde deducitur participiũ, Lotus. Mart. li. 5. Lotus nobiſcũ eſt, hilaris cœnauit, & idẽ inuentus manè eſt mortuus Andragoras. Olim etiam lauarũ faciebat, & per ſynecpẽ, lautum. Terẽt. in Eun. Abeunt lauatũ, perſtrepunt. Horat. 1. Ser. Sat. 6. Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lauatũ Admonuit. Ouid. 5. Faſt. Sacra lauaturas manè petebat aquas. Veteres hoc uerbũ per tertiam coniugationẽ inflectebant. Verg. 10. Aen. Viſceribus ſuperinfundens lauit improba teter Ora cruor. Horat. 1. Ser. Saty. 5. Ora manuſq; lauimus Feroniæ lympha. Quibus in locis quũ prima ſyllaba huius uerbi corripiatur, certũ eſt non eſſe præteriti temporis, quũ diſſyllaba præterita priorẽ neceſſariò producãt. Simile eſt illud apud Vergil. 5. Aen. Luminis effoſſi fluidum habet inde cruorẽ. Interdum ſignificat madefacere, humectare, βρέχω Plau. in Pſeud. Geſtas tabellas tecum, eas lachrymis lauit. Huius cõpoſita Abluo, alluo, colluo, circunluo, deluo, diluo, eluo, illuo, perluo, proluo, præluo, reluo, & ſubluo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Lauatio f. t. Ipſe lauandi actus, aut lauacrũ, λοῦσις. Pli. lib. 8. ca. 42. Lauatione calidæ aquæ traduntur pingueſcere. Cic. Varroni, Si minus, perſequar in Cumanũ, & antè te certiorem faciam, ut lauatio parata ſit. id eſt, balneum.

Lauacrũ, n. ſ. p. p. Balneum, in quo quis lauari cõmodè poteſt, λουτρὸν. Gellius lib. 1. cap. 2. Propulſabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentiũ, longis ambulacris, & mollibus, ædium poſticũ refrigerantibus lauacris. Auidus ſplendere lauacris, Claudia. 2. in Eutro.

Laurus, a, um, Modò ſignificat idem quod lotus, πλυτός. Terent. Te'ne aſymbolum uenire unctũ atq; laurum è balneis? Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Libertinus erat, qui circum compita ſiccus Lautus manè ſenex manib. currebat. Cic. pro Deiot. Cur te lautum uoluit, cœnatum noluit occidere? Modò idẽ ferè quod mundus, & ſplendidus, πολυτελής Vnde lauta cœna, apud Plin. in Epiſt. 199. dicitur, quæ magnificè, opiparèq; eſt inſtructa. Et homo lautus dicitur, qui elegans eſt, mundus, & ſplendidus, λαμπρός. Ciceró 3. Verrin. Quum iſte, aut iſtius amici, homines lauti, atq; urbani ſermones huiuſmodi diſſiparent. Modò diuitẽ & potentem. Terent. in Heaut. Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. Cic. Acilio, libro 13. In Haleſina ciuitate tam lauta, quàm nobili coniunctiſſimos habeo. Lautum & copioſum patrimonium, aput eundem, pro Rab. Poſthumo.

Lautè, aduerbium, id eſt, eleganter. Plaut. in Caſi. Lautè ueſtitus, exornatusq; ambulat. Idem in Mil. Loquitur lautè, & minimè ſordidè. A Lautus fit diminutiuum lautulus: à quo aduerbium lautulè.

Lautitia, æ, f. p Epularum magnificentia: à lauatione dicta, ut Feſto placet. quia apud antiquos elegantiæ, quæ nunc ſunt, non erãt, & rarò quis lauabat, πολυτέλεια. Lautitia igitur mũditia eſt, quæ in ueſtitu & cibo fit. Plin. lib. 9. cap. 35. Quũ exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, lautitiã eius omnẽ, apparatũq; detrectant. Ci. in Epiſt. Fama ad te de mea noua lautitia ueniet. Antiquitus etiam lautitia dicebatur, teſte Feſto; farina ex tritico aqua conſperſo.

Lautia, orum, n. ſ. Munera dicebantur, quæ Romani per Quæſtores legatis exterarum nationũ mittebant, ξενία ut inquit Plutar. in Probl. Vnde ſcribit Liuius, Lautia Attalo fuiſſe decreta. Feſtus, Dautia dicebant ueteres, quæ lautia dicimus, dabantur legatis hoſpitii gratia. Liu. 8. bel. Pun. Locus inde, lautiaq; legatis præberi iuſſa. Legimus & Lautias ſ. gen. in eadem ſignificatione. Liu. 8. bell. Pun. Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ, legatis decreta ex Budæo. Lautia dicuntur, quæ cunq; ad lauritiam, atq; elegantiam cultus, & menſæ pertinent. Iurecõſul. de Aur. & Arg. l. argumento. Mundo, inquit, muliebri continentur lautica, arcus reticula, & huiuſmodi. Lautica uocem, ni fallor, nihili Nebriſ. interpretatur, ac pro ea re ponendum putant uocabulum Calentica, ut habet editio Norinbergenſ. cuius non tantùm hîc, ſed & alibi meminit Vlpian. Erat autem tegmen muliebre capitis, ut Bayfius ex Cicerone docet.

Laurea, uide Laurus.

Lautrices, lege Lauitrices.

Lautulæ, A lauando dictæ ſunt, quas Græci θερμὰς nominant.

Laureotis, huius laureotis, penul. prod. Spodii genus eſt ex argento. Eſt aũt ſpodiũ cineris genus ex metallis, dum in fornace coquuntur, fauillæ modo euolans, & in fornacis pauimentũ recidens: ut docet Galen. lib. 9. Simp. medi. qui ea ratione diſtinguit ſpodium à pompholyge, quòd hæc ob leuitatem ad ſummas uſq; fornacum cameras euolaret, iiſq; adhæreſceret: illud neq; tam altè euolaret, & mox in pauimẽtum recideret. Plin. tamen ſpodon etiã illud appellat, quod ſummis fornacũ teſtudinibus adhæret, diſtinguitq; à pompholyge ſolo colore, quòd põpholyx minus candida ſit. Verũm de re omni metallica tutius Galenum ducem ſequemur, qui ut exploratiora hac de re tradere poſſet, præſens metalla, artificũq; officinas perluſtrauit. Erit itaq; laureotis (ut diximus) cineris ſpecies ex argenti fornacibus, fauillæ modo euolans, & in pauimentum recidens. Plinius libro trigeſimo quarto, capite 13. Fit & in argenti fornacibus ſpodos, quam uocant laureotin.

Laurices, Fœtus ſunt cuniculorum è matre execti, uel uberibus oblati, qui olim cum interraneis nõ repurgatis cocti, gratiſſimis in cibis habebantur. Autor Plinius libro octauo, capite 55.

Laurus, ri, fœ. Hodie eſt ſecundæ declinationis, olim etiam quartæ fuit. Vnde aliquando legitur ablatiuus ſingularis lauru, & accuſatiuus pluralis laurus. Eſt aũt genus arboris perpetua uirens coma. unde & Apollini ſacra eſſe putatur, cò q; is deus ſemper iuuenis, & imberbis eſſe exiſtimetur. A Græcis, δάφνη dicitur: quæ res Poëtis fabulandi occaſionem uidetur præbuiſſe, Daphnen puellam ab Apolline adamatam, quũ uim eius effugere non poſſet, deorũ miſeratione in laurum fuiſſe mutatam. Laurus (inquit Plin. libro 15. capite 30.) triumphis propriè dicatur, uel gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum, Pontificumq; : quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato, Delphicam, & Cypriã. Delphica laurus dicta, quòd uictores Delphis ea coronarentur: & eſt uiridior laurus, maximis baccis, & è uiridi rubentib. Cypria folio breui, nigrior, ſubriſpa. Quidã muſtaceã addiderunt, ita dictã, quoniã muſtaceis ſubiiceretur. Hanc eſſe folio maximo conſtat, flaccido q;, & albicante. Numeratur etiam ab aliquibus inter lauri genera Tinus, quam nonnulli ſylueſtrẽ laurũ intelligunt, nõnulli ſui generis arborem. Differt colore, eſt enim ei cærulea bacca. Item regia laurus, quę & Auguſta cognominatur, ampliſſima & arbore, & folio, baccis quoq; guſtatu non aſperis. Sunt & alia lauri genera: quæ uide apud Plin. lib. 15. cap. 30. ex quo hæc paucis immutatis. Laurus Apollinea, q Apollini dicata ſit. Ouidi. 6. Faſt. Venit Apollinea longas cõcordia lauro Nexa comas. Delphica lauro comam cingere. Horat. 3. Carm. Ode 30. Fatidica laurus, Claud. 3. Pan. Vel quòd Apollini fatidico deo eſt dicata: uel quod ex eius crematæ ſtrepitu futura colligebãt, ut Porphyrius philoſophus, & Iliados 1. ſcribit Euſtathius. Fragoſius enim combuſta felicitatẽ portendere credebatur. Tibul. lib. 2. Eleg. 6. At laurus bona ſigna dedit, gaudete coloni. Contrà, ſi tacitè conflagraſſet, triſte erat augurium. Propert. lib. 2. Eleg. 29. Et tacet extincta laurus aduſta foco. Vide Cæl. Rhdog. lib. 5. cap. 7. Laurus pacifera. Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietes ſit indicium.

Laurea, f. p. Propriè lauri foliũ appellatur, perpetuò uirens, & topiario operi accedẽs, δάφνη. Ouid. 3. Faſt. Cedit ab Iliacis laurea cana focis. Plinius libro 15. cap. 30. Vnius arborum Latina lingua nomẽ imponitur uiris: unius folia diſtinguũtur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

appellatione: lauream enim uocamus. Quem Plinii locum sic intellige, Nullam esse arborē, à qua uiris nomen sit impositū præter unam laurum: deinde nullam esse arborē, cuius folia distinctā habent appellationē, præter unius lauri folia, quæ laureæ dicuntur. Aliquando ponitur pro lauro. Vergil. 7. Ecloga, Populus Alcidæ gratissima, uitis, Iaccho, Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phœbo. Horat. libro 2. Carm. Tum spissa ramis laurea feruidis. Aliquando prō corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. Mart. lib. 2. Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est. Cato uerò de Re rust. lib. 1. Lauream & laurum, & mutata diphthongo au, in o literam, Loream pro eodem accipit.

Laureus, a, um, Quod est ex materia lauri, δάφνινος. quomodo roseus myrteus, quod ex rosa, myrtóue confectū est: ut, Laurea corona, & serta laurea. Plin. libr. 15. cap. 30. Ouid. 2. Trist. Ponat & in nitida laurea serta coma.

Lauretum, n. s. Locus, in quo laurorum copia est: δαφνών. ueluti rosetum, myrtetū, spinetū. locus rosis, myrtis, spinisue obsitus. Plinius lib. 15. capite ult. Durat & in urbe nomē impositum loco, quando Lauretum in Auentino uocatur, ubi sylua lauri fuit.

Laureola, læ, f. p. cum accentu in antepenult. diminutiuum, & pro corona triumphali capitur. Cic. lib. 2. Epist. Famil. Qualemcunq; triumphum Laureolam appellat. Velles enim, ait, tantùm modò ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis. Laureolam in mustaceo quærere, est ex re friuola insignem laudem captare. Cicero ad Atticum, Bubulus, credo, uoluit appellatione hac inani nobis esse par: in eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere. De origine prouerbii uide Erasmum.

Laureatus, a, um, nomen est, non participiū. Laureo enim uerbum, quanuis nōnulli eo utantur, Latinū non est. Hinc laureati, qui laureis coronati sunt, δαφνηφορῆντες. Cic. pro Muræ. Qui imagine parentis sui laureatam in gratulatione sua conspexit. Sic fasces laureatos dixit idem Cic. 2. de diuin. id est, fasces laurea uel laro circumuolutos. Plin. libr. 16. cap. 18. Tantumq; non cum laureatis fascibus remitti illò, unde cretatis pedibus aduenissent.

Laurifer, ra, rum, & **Lauriger**, Ferens, seu gerens laurū, δαφνηφόρος. Plinius lib. 15. cap. 30. Lauriferā tellurem illum oscula tus ex responso. Luc. libr. 5. Lauriferos nullo comitetur uulnere currus. Mart. lib. 3. Laurigeros ageres quum læta triumphos. Ouid. 3. de Arte Aman, Visite laurigero sacrata pallatia Phœbo.

Lauricomus, a, um: ut, Montes lauricomi, id est, lauricomis ornati, Lucret. lib. 6.

Laurinus, a, um, pen. prod. Quod ex lauro factū est, δάφνινος. ut, Laurinum oleum, δαφνίνελαον. Plin. lib. 22. cap. 4. Oleum laurinum utilius, quò recentius. Idem lib. 12. cap. 8. Item laurino folio. Idem lib. 19. ca. 8. Exit in cubitalem altitudinem, foliis laurinis, sed mobilibus.

Laus, laudis, uide Laudo.

Lautia, Lautitia, Lautus, uide Lauo.

Lax, Dacorum lingua Sylueſtris portulaca.

Laxamentum, Laxè, Laxatus, Laxus.

Laxus, a, um, Propriè idem est quod non tensus, siue remissus, χαῦνος. ut, Laxæ fides, laxi rudentes, laxus arcus. Vergil. 11. Sed laxos referunt humeris languentibus arcus. Idem 3. Geor. Et primùm laxos tenui de uimine circlos Ceruici subnecte. Sic laxa uela dicimus, quæ uentorum flatu non tenduntur. Itē laxas habenas, pro molli & leni imperio, translatione ab equis sumpta, qui habenis abductis molestius & laboriosius incedunt, quàm iisdem relaxatis. Accipitur item laxus, pro amplo & capaci, εὐρύς. Col. lib. 1. cap. 3. Nec dubiū quin minus reddat laxus ager, non rectè cultus, quàm angustus eximiè. Laxum tempus, id est, longum: cui opponitur breue, & angustum. Plin. in Epist. Fecit enim hoc quoq;, ut cætera, impudentissimè, quòd post duos & Consulares, & dissertos, tempus sibi & quidē laxius uindicauit. id est, longius. Cicero ad Atticum libro 6. Ego sic diem statuo satis laxam. id est, tempus satis longum. Proculus l. quum stipulatis. ff. de Verborum oblig. Quum ipse arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim. id est, quum diem protulerim. Hinc prolixū, quasi porro laxum. Inuenitur & Laxùm, aduerbium, pro latè. Martialis, Et adhuc superet centies tibi laxùm.

Laxè, aduer. Cic. pro Domo sua, Habitare laxè & magnificè uoluit. Laxè, & angustè sunt cōtraria. Var. 2. de Re rust. ca. 10. De numero pastorū alii angustius, alii laxius cōstituere solent.

Laxitas, atis, f. p. Propriè opponitur cōtentioni, χαύνωσις. ut Laxitas in fidibus esse dicitur, quum tensæ non sunt. Accipitur tamē non rarò pro amplitudine, seu magna capacitate, εὐρότης, cui opponitur angustia. ut, Laxitas domus. Cicer. 1. Offic. Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominū cuiusq; modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis. Laxitas uiarum, Colu. libro 4. cap. 18.

Laxo, as, a. p. Propriè idem quod laxum facio, & quod tensum erat, remitto, χαυνόω. ut, Laxare arcum, laxare fides citharæ. laxare rudentes. Accipitur tamē non rarò pro dilatare, seu ampliare, εὐρύνειν. Cic. Attico lib. 2. Vt monumentum illud eo usq; laxaremus, & usq; ad atriū libertatis explicaremus. Plin. libro 12. cap. 14. Laxatur hîc plaga, non adimitur. Aliquando accipitur pro relaxare, & ex eo quod debebatur, aliquid remittere, ἀνιέναι. habetq; antitheton astringere. Cicer. ad Atticum, Tantū abest, ut ex eo quo astricti sumus, aliquid laxari uelim, ut, &c. Aliquando ponitur pro libero 5. Epistola. Vt istis te molestiis laxes. Cicer. in Caton. Maiore, Qui se ad libidinum uinculis laxatos esse molestè ferrent. Idem 1. Tuscul. Quodq; nunc facimus, qui laxati curis, &c. Aliquando ponitur pro aperio. Verg. 2. Aeneid. Laxat clauſtra Sinon. Hinc componitur Relaxo, quod est rursus laxo, recreo, remitto. Cic. lib. 1. Offic. Atq; etiam quum relaxare animos uolue rint, caueant intemperantiam.

Laxamentum, ti, n. s. Idem quod laxatio, siue remissio intentionis uel requies, ἄνεσις. Cic. lib. 7. Epist. Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, cōcinnaui tibi munusculū. Idem pro Cluent. Non modò causæ, sed ne legi quidem quicquam per Tribunos laxamenti, nec ueniæ habere, si modum excesseris.

L E

LEG. ED. In notis antiquorum, lege eius damnatus. LEG. legio. LEG. III. ITL. legionis tertiæ Italicæ. LEG. X. legione decima. L. EM. Locus emptus, L. F. Lucii filius, uel Lucius Flauius, uel Lucius Flaminius. L. F I L. Lucii filius. L. FV. Lucius Furius. L G. legauit, uel leges, uel legatum, L G D. legem dat, uel dedit, uel legio decima. LG. EG. legem tegisse. L G. F S. legem fecit suam. LG. PM. legem promisit. LG. S. F. legē suam feci. LG. S. I. legem seruare iussit. LG. S. P. legem suam promisit, uel percepit. L. H. locum hunc, uel locus hæredum, uel locum hæredibus.

Lea, leonis fœmina est, quæ & Leæna, λέαινα dicitur. Lucr. li. 5. Irritata leæ iacebant corpora saltu. Lea item brassicæ genus, latis foliis è caule exeuntibus: unea & καυλάδα quidam uocauere. Græci item λαιὸν appellant, hoc est, læuum, à foliorū lęuitate. Plin. lib. 10. ca. 9. Est item Lea, insula supra Cretam, una Sporadū: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12. Itē oppidum Syenitarū, qui sunt populi in ea Africæ parte, quę ad sinum Arabicū spectat. Vide Plin. lib. 6. cap. 29.

Leæna, f. p. pen. prod. λέαινα, Leonis fœmina, itidem ut lea appellatur. Verg. 2. Ecl. Torua leęna lupum sequitur: lupus ipse capellam. Plin. lib. 8. ca. 16. Aristoteles tradit leænā primo fœtu parere quinq; catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescere: informesq;, minimasq; carnes esse initio magnitudine mustelarū: semestres uix ingredi posse, nec nisi bimestres moueri. Fuit præterea Leæna, scortū quoddā Athenis nō ignobile, ob lyræ cantū Harmodio. & Aristogitoni familiare. Hanc memoriæ proditū est, ad necē usq; à tyrannis excruciatam, nullis tamen tormentis adduci potuisse, ut tyrannicidarum consilia patefaceret. Quamobrem Athenienses & honorem habere ei uolentes, nec tamen scortum celebrare, animal nominis eius fecere: atq;, ut intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice uetuerunt. Autor Plinius libro 34. cap. 8.

Leapetes, Ayzoum apud Dioſc. lib. 4. cap. 91. Leberides Lege Hiſpani lepores.

Lebēs, tis, m. g. pen. genitiui prod. t. λέβης, Vas æneū, in quo quid applicamus, ut ebulliat: ut docet Porphyrius in 9. libr. Iliados. Ouid. in Epist. Briſeidos ad Achillem, Viginti fuluos operoso ex ære lebetes. Verg. 5. Aen. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes.

Lecanomantia, f. p. λεκανομαντία, cum accentu in penultima, Diuinatio, quæ fit per peluim. Vnde Strabo, lecanomantas, & hydromantas in Perſide frequentes fuiſſe tradit libr. 6, Geographiæ.

Læcheum

Læcheum, uide in Propriis.

Lecte, uide Lego, legis.

Lectici, Lecticarius, uide Lectus.

Lectio, & Lectus, Participium, uide Legó.

Lectus, m. f. Notæ significationis est: dictus (ut Var. inquit) quòd lectis herbis, & frondibus, & stramẽtis fieri soleat, κλίνη τὸ κλῆν. Vel (ut alii putant) ab alliciendo, quòd fatigatos ad quiescendum alliciat. Alii à Græco deducunt. Nam quẽ nos lectũ dicimus, antiqui Græci uocabant λέκτρον. Cic. ad Patum, lib. 9. Epist. Dixi te in lecto esse, quòd ex pedibus laborares. Idem 7. Ver. Nam pater grandis iam diu lecto tenebatur. id est, decumbebat, iacebat, & morbo uexabatur. Lectos etiam olim habebant in tricliniis, in quibus recumbentes cibum sumebant: quos ab usu discubitorios, & tricliniares appellabant: ad quorum differentiam lectos cubiculares uocat Cicero 2. de Diuinat. quos nocturnę quietis causa in cubiculis habemus.

Lectulus, diminut. κλινίδιον, κλινάριον, κλινίς. Cic. Att. libro 14: A ducẽda autem uxore, sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quicquam iucundius. Terent. in Adel. Lectulos in sole illigneis pedibus faciundos dedit.

Lectica, æ, pen. prod. f. p. Cathedra, aut sedes, qua ferebantur diuites, & potẽtes, in qua puluinar & lectulus stratus erat, φορεῖον, κλίνη. Inuen. Sat. 3. Namq; facit somnũ clausa lectica fenestra Græci modò ἁμαξόφορον, modò ὀκτωφόρον appellãt, à numero sex aut octo seruorum lecticam gestantium.

Lecticula, læ, f. p diminutiuum, κλινάριον. Suetonius in Augusto, A cœna in lecticũlam se lucubratoriam recipiebat. Cic. Martio, ut nostras uillas obire, & mecum simul lecticula circumcursare possis.

Lecticularius, rii, m. f. Qui lecticã ferebat, κλινοφόρος. Ser. Sulpitius ad Cic. Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisq; lecticariis in urbem eum referre.

Lecticariola, læ, f. p. à Martiale uocatur mulier, quæ lecticariorum (id erat uilissimum seruorum genus) amores sectatur, quemadmodum contrà ancillariolus ab eodem appellatur, qui ancillarũ consuetudinẽ appetit. Locus est Martialis in lib. 12. in Alaudam ancillariolũ tua te uocat uxor: & ipsa Lecticariola est, estis Alauda pares.

Lectisternium, rii, n. f. Quum sacrorum gratia lecti in templis sternebantur ad discumbendum, siue pernoctandũ. Propriè Iouis epulum dicebatur, διασκευὴ apud Athenæum. In Capitolio enim stratis tribus lectis conuiuiũ apponebatur tribus diis, Ioui, Iunoni, & Mineruæ. Iupiter, id est, Iouis simulachrum statuebatur in lectulo recubans. Iuno & Minerua in sellis considebant: sed appositis epulis, non ipsi dii, sed septem epulones fruebantur. De inuentione lectisterniorum lege Liuium lib. 5.

Lectisterniator, oris, m. t. Qui lectum sternit. Plautus in Pseud. Tu esto lectisterniator: tu argentum eluito.

Lẽcythus, m. f. pen. cor. λήκυθος, Vasis genus uentre protuberante, ore q; angustiore, oleo asseruando accommodatum: quod A. Gellius Guttum appellat. Iulius Pollux Lecythum etiam inter unguẽtaria uasa annumerat. Per translationem item Lecythum pro orationis splendore, & excussa in scribendo cura positum legimus. Cicero Att. libro primo, Nosti illas λεκύθους.

Legalis, uide Lex.

Legarium, uide Lego, legis.

Legatarius, Legator, Legatum, uide Lego, legas.

Legifer, uide Lex.

Lẽgiõ, onis, f. t. A delectu militũ dicta est, τάγμα, teste Var. li. 4. de Ling. Latina, eò q; legionis milites uiritim legi, hoc est, eligi soleant. Dividitur autẽ legio in decem cohortes: cohors in quinquagenta manipulos: manipulus in uiginti quinq; milites. Legiones Romanę à numero, atq; ordine nomina sumebant: ut Primani, Secundani, Decumani milites uocabantur, qui erant primæ, secundæ, & decimæ legionis. Liu. 7. bel. Maced. Romana acies unius propè formæ fuit, & hominũ, & armorum genere: duæ legiones Romanæ, duæ sociorum, Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos singulæ habebant. Vide Veget. de Re milit. lib. 2. cap. 2. & seq.

Legiuncula, læ, f. p. diminu Parua legio, ταγμάτιον Liu. 5. bel. Mac. Videritis uix duarum malè plenarum legiuncularum. Instar in castris Regis.

Legionarius, a, um, Quod est legionis, uel quod ad legionem pertinet, ταγματικός. Asinius Pollio Ciceroni, li. 10. Epist. Militem non modò legionarium, sed ne auxiliariũ quidem ullum quóquam missi. Cæsar 3. bel. Ciuil. Et legionarii interioris defensores, scalis admotis, &c. Legionariæ cohortes, Liu. 4. bel. Maced.

Legícupa, Legislator, Legitimus, uide Lex.

Legiuncula, uide Legio.

Lẽgõ, gas, a. p. In legationem mitto, oratorem constituo, uel meo, uel publico nomine aliquid acturũ, διαπρεσβεύω, ἐπιπρεσβεύομαι. In qua significatione præter accusatiuũ inuenitur habere datiuum significantem eum, ad quem aliquis legatur. Plaut. Amph. Delegit uiros primorũ principes, cos legat Telebois. Sæpius loco datiui accusatiuum habet cum præpositione Ad. Cic. 5. Verr. Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. Cum nominibus locorum constructũ, eandem habet constructionẽ, quam cætera uerba motum ad locũ includẽtia. Nam si ea fuerint ciuitatum, castellorum, aut uicorum nomina, in accusatiuo collocantur sine præpositione: ut, Legare quempiam Carthaginẽ, uel Corinthũ: sin regionũ ea fuerint nomina, in accusatiuo ponuntur, mediante præpositione In. Sallust. in Iug. Legantur tamen in Africam maiores natu. Interdum legare, uerbum est militare, idem significans quod legatũ sibi substituere, & parti copiarũ aliquẽ præficere. Cic. Attic. lib. 8. Dolobella me sibi legauit. Idem A. Cecinnæ. Cassium sibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. Quandoq; cõmittere. Plautus in Casi. quin ruri es in præfectura tua? Quin potius quod legatum est tibi negotium, id curas. Quandoq; decernere, & testamento alicui relinquere, διατίθεναι, καταλείπειν. ut, Testator liberto suo argenti pondo decem legauit, hoc est, decreuit ex hæreditate sua decem argenti pondo liberto suo conferri. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Numitori qui stirpis maximus erat, regnum uetustum Syluiæ gentis legat. Aliquando assignare, adscribere, imputare. Liuius lib. 8. bel. Pun. Patere nos omnia, quæ prospera tibi, & pop. Rom. imperio euenêre, tuo consilio assignare aduersa, casibus incertis belli, & fortunæ legare. Huius uerbi cõposita sunt, Ablego, allego, delego, à quo subdelego, relego, sublego, quæ habent penult. productã. Deriuatiua sunt, Collega, & Collegium: de quibus omnibus uide suo loco.

Legatus, ti, m. f. Qui legatione fungitur, siue qui refert mandata alterius, πρεσβύς, πρέσβυς. Verg. 11 Aen. Legati responsa ferunt. Cic. 9. Phil. Lartes Tolominius Rex Veientũ, quatuor legatos populi Rom. Fidenis interemit. Legatus item in bello dicebatur, qui Imperatoris uice fungebatur, maximamq; eo absente in exercitu obtinebat autoritatẽ, qui ue ab Imperatore cum parte expeditionũ mittebatur, aut præsidio præficiebatur, ὕπαρχος, αὐτιστράτηγος. Cæs. lib. 2. bel Ciuil Neq; se ignorare quod sit officiũ legati, qui fiduciariã operam obtineret. Vbi legatũ propterea fiduciariã operã obtinere dixit, teste Budæo, quia redeunte Imperatore, aut Consule, cedere eum oportet. Legatũ mittere de aliqua re, est mittere aliquẽ, qui de aliqua re cum alio, nostro nomine tractet. Cicer. 2. de Orat. Quũ Athenienses ad Senatũ legatos de suis rebus maximis mitterent. Legatos decernere, est censere legatos mittendos esse, suaq; legatos sententia sua cõstituere. Cic. ad Lentulum, Crassus tres legatos decernit.

Legatio, onis, f. t. uerbale, Munus, officium, uel functio legati, πρεσβεία, πρέσβυσις. Cic. 9. Phil. Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, eius monumentũ extare uoluerũt: ut in bellis periculosis obirẽt hominis legationis munus audacius. Legatio interdum pro ipsis legatis, qui mittuntur, ponitur. Quint. lib. 10. cap. 1. Missa ad Achillẽ legatio. Legatio quoq; quædam est, quæ libera dicitur. Legationes, inquit Budæus: liberi olim ornamenti tantùm causa ab Senatu impetrabantur: quemadmodũ honorari magistratus à principib. honestamenti causa conceduntur, titulo q; tenus obeuntur, & geruntur. Has aũt ii Senatores impetrabãt, quibus negotia fuctura erat in prouinciis, ut qui hæreditates persequi, aut lecta, aut qui nomina exigere uolebant in prouinciis, legatorũ personis acceptis cõmendabiliores controuersias haberen, atque fauorabiliores. Quamobrem lege XII. tabular. id uetitum erat his uerbis, Rei suæ ergò ne quis legatus esto. C contra Rullum, Legatos nostros autoritate tenuit, qui quam rerum priuatarum causa legationes liberas obeun tamen exteræ nationes ferre uix possunt. Graue est enim men imperii: idq; etiam in leni pertimescitur, propter quòd uestro, non suo nomine abutuntur. Brutus ad C teronem libro undecimo, Quum in Angustiis uersaren placitum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

placitum est mihi, ut postularem liberam legationem mihi, reliquisq; nostris, ut aliqua proficiscendi causa honesta quæreretur. Est & Legatio uotiua, quæ uoti prætextu suscipitur. Cicero ad Atticum libr. 15. Votiua ne tibi quidem placebat: etenim erat absurdum, quæ si stetissent Resp. uouissem, ea me euersa illa, uota illa dissoluere. Legationem dare, est alicui obeundæ legationis munus iniungere. Cicero cõtra Rullum, Quibus uos legationem dedistis. Legationem accipere, id est, suscipere onus legationis obeundæ. Cicero pro Flacco, Qui hanc ipsam legationem, quam habet, nõ accepit à suis ciuibus, &c. Legationem gerere, id est, fungi legatione, & legatum esse, πρεσβύειν. Quintil. lib. 7. cap. 5. Malè gestæ legationis apud Græcos.

Legatiuum, ui, n. s. Dicebatur id, quod dabatur legato nomine uiatici, & impensæ. Vlpianus in l. Munerum. ff. De muner. & honor. Legati quoq;, qui ad sacrarium principis mittuntur, quia uiaticum, quod legatiuũ dicitur, interdum solent accipere: sed & Nicostrategi, & pistrinorum curatores personale munus ineunt. Idem lib. 2. ff. de Legat. His qui nõ gratuitam legationem susceperunt, legatiuum ex forma restituitur. Sic legit Budæus: alii Legatitium legunt.

Legatum, ti, n. s. Diminutio, quædã hæreditatis, qua testator ex eo quod uniuersum hæredis foret, alicui quid collatũ uelit, τὸ καταλειπόμενον. Modest. l. Legatũ. ff. de leg. 2. Legatũ, est donatio quædam testamento relicta: & Legati appellatione, fidei commissum, & mortis causa donatio continentur. Plin. Epist. 44. Illa ut in periculo credula, poscit codicillos, legat ũ Regulo scribit. Petere legatum ex testamento, Quintilianus lib. 4. cap. 14.

Legatarius, m. s. uel Legataria, Dicitur cui ex testamento aliquid Legatum est. Iustin. Instit. de legat. Sed si rem legatarii quis ei legauerit, inutile est legatum. Legataria prouincia, dicitur quæ alicui delegata est. Cic. ad Att. lib. 15. O rem miseram, primùm ullam ab istis legationem: deinde, si aliquã, hanc legatariam prouinciam.

Legator, oris, m. t. Qui aliquid legat per testamentum. Sueto. in Tib. Iterum eo censente, ut Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem uiæ transferre cõcederetur, obtinere nõ potuit, quin rata uolũtas legatoris esset.

Lĕgo, gis, gi, ctum, a. t. Propriè colligo, hinc atq; illinc decerpo, ἀναλέγομαι. Verg. 3. Eclog. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga. Col. lib. 2. Optimã quanq; spicam legere oportet, separatumq; ex ea semen reponere. Verg. 2. Eclog. Ipsa ego cana legam lanugine mala. Hinc tractũ est, ut Legere etiam sit oculis scripta percurrere, quoniã librum oculis legi, id est, colligi uidentur, ἐπιλέγειν, ἀναγινώσκειν. Cic. Mario, libro 8. Dummodo is tibi quiduis potius quàm orationes meas legerit. Verg. 4. Eclog. At simul heroum laudes, & facta parentis Iam legere. Propter quod ea quoque, quæ picta sunt, legere dicimur. Vergilius 4. Aeneidos, quin protinus omnem | Perlegerent oculis. Tractum à Græcis, qui γράφειν scribere, & pingere dicunt. Item, quoniam nauta, dum aspera loca præterunt, legere, id est, colligere uela consueuerunt, quando accipitur pro præterire, uel præternauigare, παραλέγεσθαι. Liuius 7. belli Macedon. Oram Italiæ legens. Vergilius 3. Aen. Littoraq; Epiri Legimus. Aliquando pro surripere, quòd ea quæ furamur, colligimus, κλέπτειν. Vergilius 10 Aeneidos, Quid socios legere, & gremiis abducere pactas? Quo in loco Seruius exponit Legere, pro furari. Idẽ Eclog. 9. Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper. Hinc Sacrilegium, ἱεροσυλία.

Lectus, a, um, participium, Quod interdum cõparatione, temporis amissione in nomẽ migrat: idemq; significat, quod selectus, siue ex aliorũ numero separatus, ἀπόλυτον. Hora. in Carm. seculari, Virgines lectas, puerosq; castos, Diis quibus septem placuere colles, Dicere carmen. Verg. 9. Aen. Prætereà bis sex genitor lectissima matrũ Corpora, captiuosq; dabit. Cic. 5. Verr. Lectissimus adolescẽs, dixit: & in 3. Lectissimi uiri, atque ornatissimi. Idem in Catilina. & ad Attic. lib. 10. Lectissima fœmina.

Lectè, ctius, ctissimè? duerb. Cic. in Orat. Sententiis, uerbisque lectissimè dicere.

Lectio, onis, Propriè est actus legendi, ἀνάγνωσις. Cic. ad Atti. Quotus enim quisq; est, qui epistolam paulò grauiorẽ ferre possit, nisi eam lectionẽ releuarit? Quint. lib. 2. cap. 12. Et ipsius lectionis tædium uicibus leuatur. Accipitur etiam lectio pro recitatione pœmatis: quæ sic definitur à Diomede. Lectio est artificialis interpretatio, uel uaria cuiusq; scripti pronuntiatio, seruiens dignitati personarũ, exprimensq; animi cuiusq; habitum. Aliquando ponitur pro electione, ἐκλογὴ, ἄρσις. Liu. Et eam lectionẽ nemo ratam habuerat. Aliquando pro collectione, συλλογή. Col li. 2. cap. 2. At saxosum facilè est expedire lectione lapidum.

Lectus, us, ui, m. q. Electio: siue collectio, ἐκλογὴ, συλλογή. Tacit. lib. 20. Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorũ lectu auctas, ueterano pedite, atq; equite firmauit.

Lectito, as, a, p. pen. cor. Frequenter lego, ἀναγινώσκω. Cicero Pæto, Pyrrhi te uideo libros lectitasse. Ponitur & pro identidem colligere. Valerius libro octauo, Conchulas, & calculos in littore lectitasse.

Lector, lectoris, m. t. Qui aliquid legit, ἀναγνώστης. Cic. de Orat. Brutus duos lectores excitauit: & alteri Crassi orationẽ legendam dedit, alteri de Leg. Seruil. Idem lib. 5. Epist. Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum uarietas & fortunæ uicissitudines.

Legulus, leguli, penultima correpta, Qui uuas aut óleas colligit, συλλογεύς. Caro cap. 144. Legulos quot opus erit, præbeto, id est, collectores.

Legumen, pen. prod. minis, n. t. Quicquid ex terræ satis in siliquis nascitur: ut sunt fabæ, pisa, cicer, lentes, & similia, ὄσπρια. Dictum est autem legumen à legendo, quòd manu legatur. Var. lib. 1. de Re rust. de cicere, Hoc enim quoq; legumẽ, ut cætera, quę euelluntur è terra, non subsecantur ut fruges: quæ quòd ita legantur, legumina dicta. Verg. 1. Georg. Vnde prius lætum siliqua quassante legumen.

Legumentum. ti, n. s. & Legarium, rii, Idem quod legumen, ὄσπριον. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 31. Viciam, lentem, cicercula̅m, eruiliam, cæteraq;, quæ alii legumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria appellant, &c.

Legus, a, um, non nisi in compositione inuenitur. Pro eo quod colligit, ut Apes mellilegæ dicuntur, quoniam mel legant, id est, colligant. Ita λόγος Græcè componitur.

Lema, æ, λήμη, Humor albus in oculis cõcretus. Plin. libr 23. cap. 1. Aut si cruore suffunduntur oculi, uel si lemę in oculis erunt. Inde lemosi, λημῶντες, λημάλεοι. Cæl. lib. 6. cap. 6.

Lembus, m. s. λέμβος, Nauiculæ exiguæ genus, sed miræ uelocitatis: cuiusmodi ante classem explorãdi gratia solẽt præmitti. Polybius lib. 1. Ὅμοιος δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῶν συρακοσίων πρὸς πειρατικὰς ναυσὶν ἀντιγραφὰν οἱ προπλεῦσαι λέμβοι παρῆσαν τῶν ὑπεναντίων. Hoc est similiter & Quæstorib. qui à Syracusanis præmissi erant, annuntiarũt lembi, qui solebãt antecedere aduersariorũ aduentũ. Liuius lembos inter naues actuarias uidetur annumerare: ut Decadis 4. lib. 9. Naues quas ciuitatib. maritimis ademisset, redderet: nec uel ipse nauium ullam, præter duos lembos, qui nõ plus quàm sedecim remis agerentur, haberet. Erant aũt & maiores lembi, bello utiles. Idem libr. 5. Deca. 5. Antenor, qui cum classe lembor ũ ad Phanas stabat, Cassandriã inde traiecit. Erant & minores, scapharũ instar, quibus à littore ad onerarias aduchebãtur. Plaut. Mer. Dum hæc aguntur, lembo aduehitur pater eius pauxillulo. Vergilius quoque libro primo Georgicorũ, lembos inter fluuiatiles lyntres annumerat. Non aliter (inquit) quàm qui aduerso flumine lembum Remigiis subigit, si brachia fortè remisit, Atque illum in præceps prono rapit alueus amne.

Lĕma, atis, n. t. λῆμμα, Dicitur id quod in ratiocinationib. assumitur, siue per se, siue in subiectis pronũtiationib. Cic. 2. de Diuin. sumptionẽ interpretatur. Sed demus (inquit) tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici: sed nos Latinè loqui maluimus. Vocantur præterea lemmata, quædã ueluti themata, quæ carmini, alii'ue operi præfixa, paucis uerbis eius indicant argumentum. Mart. libr. 14. Lemmata si quęris cur sint adscripta, docebo: Vt si malueris, lemmata sola legas. Vbi lemmata uocat succinctos illos ueluti titulos, quos Epigrãmaris suis præfixit, ad indicanda singulorum argumenta. Accipitur autem lemma pro themate, siue argumento, quod nobis in carmine alio'ue opere scribendo proponimus. Plin. Epist. 92. Nam lemma sibi sumpsit, quod ego interdum uersibus ludo.

Lemnisci, orum, m. s. λημνίσκοι, Fasciolæ coloriq; dependẽtes ex coronis: inde dictę quòd antiquissimũ genus coronarum fuit laurearũ, inquit Fest. Plin. lib. 21. cap. 3. Crassus primus dies argento, auroq; folia imitatus, ludis suis coronas dedit: accesserunt quoq; & lemnisci, quos adiici, ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscas, quibus iungi, nisi aurei, non de-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non debebant. Celſus lib. 7. cap. 18. uidetur accepiſſe lemniſcum pro linamento, quod chirurgi uulneribus imponunt, oleo uel unguento illitum. Intus (inquit) implicitū in longitudinem linamentum (λημνίσκον Græci uocāt) in aceto tinctum demittere.

Lemniſcatus, adiect. ut, Palma lemniſcata. Cic. pro Roſc. Ame. Multas eſſe infames palmas: hanc primā tamen eſſe lemniſcatam, quæ Romæ deferatur.

Lemoniō, & Lemonia quid differat ab Scolino, & Carduo, uide apud Dioſc. lib. 3. cap. 15.

Lemonium, Herba eſt, ſuccum lacteum emittens, concreſcentem gummi modo, humidis locis. Autor Plinius lib. 25. capite nono.

Lena, lenæ, uide Leno.

Lēnis, & hoc lene, om. t. Idem quod facilis, non iracundus, clemēs, indulgēs, πρόσκυνης, ἤπιος, πρᾶος. Terent. in Hecy. Ego ſum animo leni natus, nō poſſum aduerſari meis. Ci. pro Sexto Roſc. Ame. Veſtrūm nemo eſt, quin intelligat populum Romanum, qui quondā in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborare. Lene & aſperum ſunt cōtraria: ut uidere eſt apud Cic. lib. de Finib. 2. Lenes cibi, & Acres, apud Celſ. lib. 2. cap. 21. opponuntur. Lene uinum, dicitur delicatū, non uehemens, aut aſperū, neq; linguam, aut cerebrū feriens. Terēt. in Heaut. pitiſſando modò mihi, Quid uini abſumpſit? ſic hoc dicens, Aſperū Pater hoc eſt, aliud lenius. Lene uenenum dicitur, quod mitē quodammodo, & uix ſenſibilem mortem inducit. Cic. ad Attic. libro 2. Sed ita lenibus uti uidebantur uenenis, ut poſſe uiderentur ſine dolore interire. Lenis ſonus, id eſt, placidus. Cic. lib. 3. de Orat. Ille autem ſuperior lenior quodā ſono eſt uſus. Leniſſimus Auſter quoq; à Cic. lib. 7. ad Atticum, dicitur, id eſt, leniter ſpirans.

Lenitas, atis, f. t. Manſuetudo, facilitas, πρᾳότης. Terēt. in And. Mirabar hoc ſi ſic abiret: atque heri ſemper lenitas Verebar quorſum euaderet. Cic. ad Att. lib 10. Patris aūt lenitas amāda potius ab illo, quàm tam crudeliter negligenda. Lenitas guſtus, id eſt, ſuauitas: contraria aſperitati. Plin. lib. 26. cap. 8. Differentia intelligitur lenitate guſtus.

Lenitudo, inis, f. t. Idē quod lenitas, hoc eſt, facilitas, πρᾳότης. Cic. 6. Ver. Verebarne corū nimia lenitudine oppugnarer. Lenitudo orationis, id eſt, ſuauitas, expers aſperitatis. Idē 5. Tuſcul. Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea ſi bona dicemus, quid erit in philoſophi grauitate?

Leniter, aduerb. Placidè, non uehementer. πρᾴως, ἠπίως. ut leniter arridere, apud Cic. lib. 1. de Finib. Leniter diſputare, apud eundem, 4. Acad. Leniter agere, Liū. 7. bel. Pun. Caſtigando, increpandoq;, & plus quàm leniter agendo. Legitur & Lenè in eadem ſignificatione, licet non æquè uſitatè. Mart. lib. 1. Tepida natabis lenè Congedi uada.

Lenio, nis, niui, uel nii, nitum, a. q. Mulceo, placo, flecto, ἠπιάω κηλέω Salluſt. in Catil. In tali tēpore tanta uis hominis magis leniunda, quàm exagitanda uidebatur. Aliquādō immi nuere, leuare, mitigare. Cic. in Catil. Nōnulli ficta & hæc, & multa præterea exiſtimabāt ab iis, qui Ciceronis inuidiam, quæ poſtea oborta eſt, leniri credebāt atrocitate ſceleris, qui pœnas dederant, id eſt, imminui. Cic. Treb. Tuam profectionem amore proſequar, reditum ſpe expectabo, abſentē memoria colam, omne deſiderium literis mittendis, accipiendiſq; leniam. Legitur & Lenibo, futurū antiquum. Proper. Lenibunt tacito uulnera noſtra ſono. Huius cōpoſitum eſt Delenio, κατηπιάω. de quo uide ſuo loco.

Lenimen, inis, n. t. Idem quod Lenimentum, hoc eſt, quo aliquid lenitur, & dulcoratur, κήλησις. Ouid. 11. Metam. addidit illis Hoc quoq; lenimen, quo ſolo flexit amantem.

Lenimentum, ti, n. ſ. Idem quod mulcimentū, ſiue mitigatio, κήλησις, πρᾴνσις. ut, Elleborum dare cum lenimento raphani. Plin. lib. 25. cap. 5.

Lēnōbátēs λινοβάτης, Vuæ calcator.

Leno, onis, m. t. Qui ſcortorū proſtitutione quæſtū facit ita dictus ab alliciendo, quòd adoleſcētulos alliciat, μαστροπός, ψυχοβοσκός. uel à leniendo, quòd leniendo animos adoleſcentiū corrumpat. Terē. in Adel. Leno ego ſum, fateor, pernicies cōmunis adoleſcentiū. Ouid. lib. 1. Amor. Eleg. 10. Deuouer imperium tamen hęc lenonis auari. Priſcianus exiſtimat hoc nomen duobus generibus cōmune eſſe: quāuis habeat fœmininum lena.

Lena, æ, Appellatur ab Vlpiano l. Palam. Digeſt. De ritu nupt. quæ mulieres quæſtuarias proſtituit, μαστροπὸς ἡ. Itē ea quæ alterius nomine hoc uitæ genus exercet. Item ſi qua cauponam exercens, in ea corpora quæſtuaria habeat, ut multæ aſſolent ſub prætextu inſtrumēti cauponii proſtitutas mulieres habere, dicendum eſt hanc quoque lenæ appellatione contineri.

Lenulus, li, diminutiū, μαστρώπιον. Plaut. in Perſa, Ita ut occœpi dicere, lenule, de illa pugna.

Lenunculus, li, m. ſ. aliud dimin. μαστρώπιον. Plaut. in Pœn. Sic deriſorem ære militari retigero lenunculum. Eſt & lenunculus, nauigium piſcatoriū. Salluſt. lib. 1. hiſt. Indicit fortè per noctem lenunculo piſcandum. Cæſar 2. bel. Ciuil. Horum fuga nauium onerariarū magiſtros incitabat: pauci lenunculi ad officium imperiumq; cōueniebant. Ammianus Marcel. lib. 14. Nam ſole orto magnitudine uaſti gurgitis, & profundi, à tranſitu arcebantur: & dum piſcatorios quærunt lenunculos, uel innare temerè contextis ratibus. Idem lib. 16. Auido afflatu uentorū lenunculo ſe cōmiſiſſe piſcantis.

Lenonius, a, um, Quod ad lenonē pertinet, μαστροπικός. Plaut. in Mæneh. Ab iis locis lenoniis. Idem in Rud. ne ut leno poſtules, Te hic fide lenonia uti non potes, ſeruanda eſt fides. Idem Aſin. Portitorū ſimillimæ ſunt ianuæ lenoniæ.

Lenocinium, nii, Lenocinādi actus, hoc eſt, exercitiū lenonis. μαστροπεία. Vlp. l. Palam. ff. De ritu nupt. Lenocinium facere, non minus eſt, quàm corpore quæſtum exercere. Quid aūt ſit lenociniū facere, docet Vlp. l. Athletas. ff. De his qui not. infam. Lenociniū facit (inquit) qui quęſtuaria mancipia habuerit: ſed & qui in liberis hunc quæſtum exercet. Plaut. in Epid. Quid, ego lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domi? Cic. 5. Ver. Pudorē & pudicitiā qui colīt, poteſt animo æquo iſtius quotidiana adulteria, meretriciā diſciplinam domeſticū lenociniū uidere? Ponitur interdū pro delinimento, allectamēto, illecebra, blanda aſſimilatione, θέλγητρον. Cic. pro L. Murę. Vtrū lenociniū, inquit, à grege delicatæ iuuentutis, an orbis terrarū imperium à pop. Rom. probas. Idem pro Seſt. Et ſe uitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt. Quandoq; ſumitur pro exquiſitiore elegantia, κομψεία, κομψότης. Suet. de Aug. Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus uenuſtiſſima, quanquā & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo incurioſus. Cic. 2. de Nat. deor. Perſpicuū eſt enim quò cōpoſitiones unguentorū, quò ciborum cōditiones, quò corporū lenocinia proceſſerint.

Lenocinor, aris, d. p. tertia ſyllaba correpta, Lenocinium facio. μαστροπεύω, προαγορεύω. Per translationem pro blandiri poni tur, ſiue allicere, quod lenones facere ſolēt. Ci. 1. Ver. Tibi ſeruiet tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet quàm poteſt. Interdū ſignificat gratiā conciliare. Plin. lib. 2. Epiſt. Poteſt tamē fieri, quanquā in his difficultatib. libro iſti nouitas lenocinetur. Budæus.

Lens, dis. f. t. Ouum pediculorū, capillis adhærens: ex quo poſtea pediculi generantur, κονίς ἡ. Serenus, Vnda maris capiti lendes deducit iniquas. Plin. lib. 28. cap. 11. Quo cum aceto calefacto & lendes tolluntur. Idem lib. 20. cap. 6. Lendes tolluntur adipe canino, uel anguib. in cibo ſumptis anguillarum modo.

Lens, lentis, f. t. Genus leguminis, folio uiciæ, tribus, quatuor ue in ſiliqua granis, inter legumina minimis, φακός. Dicta aūt putatur lens, ab adiect. Lenis, q; qui ea ueſcuntur, lenes, ac moderati fiunt. Plin. lib. 18. capite 12. Inuenio apud ueteres autores æquanimitatem fieri ueſcentibus lente. Verg. 1. Georg. Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis. Lentim, pro Lentem, in accuſatiuo frequens eſt apud Catonem, ut capite 15. Lentum in rudeto, & rubricoſo loco, qui herboſus non fiet, ſerito.

Lenticula, æ, f. p. Genus eſt leguminis lenti ſimillimū, ſui tamen generis, φακὴ. Plin. lib. 15. cap. 1. Folia ſunt lenticulæ ſimillima. Græci φακῆν appellant, ut ex Theodori uerſione annotauit Hermolaus: quum lentem φακόν nominent. Vnde tritum illud Græcorū prouerbiū, τὸν ἐν τῇ φακῇ μύρον, ſic ferè omnes uertunt, In lenticula unguentum. Quod quidē prouerbium in eos dici ſolet, qui nullo rerum diſcrimine, quas agunt, dicunt ue, pari nixu cuncta moliuntur: quod genus homines Græci κακοζήλους, καὶ ἀπεροκάλους appellant. Lenticula etiam genus uaſis eſt, à figura leguminis dictum. Videturq; id eſſe, quod diſcus appellatur apud Dioſcoridē. Plinius libro 18. capite 12. Duo lentis genera in Aegypto: alterum rotundius, nigriusq; : alterum ſua figura; unde uarie

uſu

usũ translatum est in lenticulas nomen. Videtur autem Lenticula fuisse uasis unguentarii genus, in qua etiam significatione à sacrorum Bibliorum interprete usupatur. Ab huius item uasis similitudine, in gemmis quoq; lenticula appellatur, figura circa medium sui lata, rotunda, & depressa. Plin. li. 37. cap. 12. Figura oblonga maximè probatur: deinde quæ uocatur lenticula: postea clypeidos. Rursùs Lenticulæ, maculæ sunt in corpore, quæ & lentigines dici solent. Celsus libro sexto, capite quinto, Lenticulas tollunt galbanum, & nitrum.

Lenticularis, & hoc lare, adiect. φακοειδής. ut, Lenticularis forma. Apul. lib. 2. Flor.

Lenteo, Lentesco, uide Lentus.

Lentigo, pen. pro. genitiuo lentiginis, f. t. Macula subrufa, & nigra interdum, in facie, ad lentis similitudinem, φάκος.

Vnde & Lenticinosus, φακώδης. Plin. libro 9. capite 20. de atti plice, Ac nisi mutata sæpe aqua coquendum, stomacho contrarium esse, lentigines & papulas gignere. Idem libr. 9. cap. 15. Sugillatis illinitur cum melle, & uua passa, & aceto: lentigini nigræ ex aceto.

Lentiscus, f. s. Arbor est in Chio præcipuè nascens, (quanquã & in Italia, & in Narbonensi Gallia prouenit) magnitudine roboris, sorbi folio, terebinthi odore, acinis, dum maturescunt, rufis: ubi maturuerint, nigris: mastichen exundans in modum gummi, σχῖνος. Hæc arbor perpetuò uiret: terq; in anno fructus profert. Quod & ipsum testatur Cic. de Diuinat. uersib. ex uetusto aliquo Poëta adductis: Iam uerò semper uiridis, semperq; grauata Lentiscus, triplici solita est grã descere fœtu: Ter fruges fundens, tria tẽpora monstrat arandi. Dictam autem lentiscum putat Ruellius, q liquore quodam lentescat. Sudat enim resinã, quam in Chio insula mastichen uocant, alii uerò Lentisma: Eius fructũ Hippocrates χινίδα, uocat: arborẽ aũt χῖνον. Ex arboris huius ligno præstantissima fiunt dentiscalpia. Mar. li. 14. Lentiscũ melius, sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna leuare potes.

Lentiscinus, a, um, denominatiuũ, Quod ex lentisco factum est: ut, Oleum lentiscinum. Plin. lib. 23. cap. 2. Tunc addito oleo lentiscino illita, una nocte rubat capillum. Dioscorides libro primo, Theophrastus nono, capite duodecimo, Plini. lib. 15. cap. 24.

Lento, lentas, uide Lentus.

Lentus, ta, tum, Idem quod tenax, & uiscosus, γλυκρός. Plaut. Menæchmis, Quàm lentũ est, & uiscoso simile. Nõnunquam idem quod molle, flexibile, & minimè fragilẽ. Vergilius 5. Eclog. Lenta salix quantũ pallenti cedit oliuæ. Sed translatum ad animum, pro leni & placido capitur, & æquanimi: ut, Vir patiens, & lentus, apud Cic. libro 2. de Oratore, Interdum pro facili. Lucil. lib. 11. ut citat Nonius, Lucius Cotta senex Crassi pater huius Paneti Magnus tritico fuit numarius soluere nulli Lentus. Interdum pro tardo, βραδύς. Plin. Epist. 147. Ibat illa lento gradu, quasi grauis uinculis. Interdum pro securo & otioso. Vergil. 1. Ecloga Tu Tityre lentus in umbra, &c. Interdum pro remisso & frigido. Vergil. 1. Georg. Noctis lentus non deficit humor. Habet & alias significationes, ut quum dicimus, Lentum colorem, id est, fluentem & facilè euanescentem. Plinius libro 12. capite 17. Color in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus. Lentus ignis, dicitur moderatus, non usq; adeò calescens. Plinius libro 13. cap. 4. Lentus ignis è palmis. Lentus tepor, remissus. Plin. lib. 12. capite 19. Probatur casia gustu, quàm maximè feruens, potius quàm lento tepore leuiter mordens. Lenta uiuacitas, id est, longa, & tenax. Plinius libro 8. capite 27. Alioqui uiuacitatis adeò lentæ, ut ejectis interaneis diu pugnet.

Lentè, aduerb. Id est, tardè, & cunctanter, βραδέως. Plin. Epist. 15. At tum quoq; lentè, & cunctanter ueniunt, nec tamẽ permanent, sed ante finem recedunt. Lentè aliquid ferre, est illud patenter, & æquo animo pati. Cic. 2. de Orat. Neq; enim est facilè perficere, ut irascatur ei, cui tu uelis, iudex, si tu ipse id lentè ferre uideare. Lentè agere, est remissè, & segniter agere. Liuius primo ab Vrbe, Lentè agere iis Tatius, Sabinique uisi sunt. Lentè ac fastidiosè probare aliquem, est longo temporis tractu, & post diuturnam morosamque tentationem aliquem probare. Cicero ad Atticum libro 2. Quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lentè, ac fastidiosè probauissem.

Lentitia, lentitiæ, Idem quod lentor, & flexibilitas, γλισχρότης. Plinius libro decimosexto, capite 37. Aliæ uirgas sequacis ad uincturas lentitiæ.

Lentitudo, lentitudinis, fœmininum, tertiæ, Tarditas, βραδύτης. Cicero ad Quintum fratrem, libro primo, Nam illud non solùm est grauitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. Idem 4. Tuscul. Eamq;, quam lenitatem nos dicimus, uitioso lentitudinis nomine appellant. Tacitus libr. 16. Lentitudine exitus graues cruciatus afferente. Idem libro 17. Seneca interim durante tractu, & lentitudine mortis, Statium Anneum, &c.

Lentor, oris, m. t. Humor tenax, & glutinosus, inquit Budæus, γλισχρότης. Plin. lib. 9. cap. 36. de purpuris, Cõgregantur uerno tempore, mutuoq; attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuant. Idem lib. 13. cap. 5. Fert folliculos emittentes animalia, lentoremq; resinosum. Colu. lib. 7. cap. 6. Vt aliquem tamen succum & lentorẽ habeat, iniiciemus areis. Plin lib. 9. ca. 51. de piscium generatione. Quæ durioris testæ sunt, ut murices, purpuræ, saliuario lentore.

Lento, as, a. p. Lentum reddo. χαυνόω. Verg lib. 3. Aen. Antè & Trinacria lentandus remus in unda. Vbi Seruius Lẽtandus: aut lentè tibi nauigandum est (nam totam Siciliam circuit) aut flectendus: unde Lentũ uimen dicimus, id est, flexibile.

Lenteo, lentes, neu. sec. Lentus sum, tener, & mollis, γλιχρόομαι. Vnde apud Lucilium legitur, Lentet opus, pro eo quod est, lentè procedit.

Lentesco, scis, scere, n. s. Lentum, seu tenerũ, ac molle fieri. Columella libro undecimo, capite 3. Quæ si natura minus lenta est, ante dies quindecim præscindenda, & purgata in stercore obruenda est, ut lentescat. Vergilius libro 2. Georgicorum, Sed picis in morẽ ad digitos lentescit habendo. id est, cohæret, ut exponit Seruius. Colu. libro 2. cap. 11. Cicera bubus erui loco fresa datur in Hispania Bætica, quę quũ suspensa mola diuisa est, paulùm aqua maceratur, dum lentescat, hoc est, cohæreat, uel (ut ait Bud.) glutinosa fiat. Curę lentescunt tempore. Ouidius libro 2. de Arte Amandi,

Sit mora ruta breuis, lentescunt tempore curæ:
Vanescitq; absens, & nouus intrat amor.

Lenulus, Lenunculus, uide Leno.

Leo, les. leui, letum, Hodie in usu non est: ex compositis tamen eius, quæ sunt Deleo, & Releo, apparet eiusdem significationis fuisse cum uerbo lino: quod etiam præteritum ab eo mutuò accepit. Horatius lib. 1. Carm. Græca quod ego ipse testa Conditum leui.

Leo, leonis, m. t. λέων, Animal ferox, & omnium animalium generosissimum, rum præcipuè, quũ colla, armosq; uestrium iubæ, quod ætate accidit. Leones tantùm ex feris clementia utuntur in supplices, prostratis parcũt, roëunt auersi, quèad modũ & lynces, cameli, elephanti, rhinocerotes, & tigrides. Eorũ animi index est cauda, sicut equorũ, aures: uim summã in pectore habent, sociati, innoxii sunt. Timent rotarũ orbes circumactos, & currus inanes, & cristas, cantusq; gallinaceorum, sed maximè ignes. Vide Plin. lib. 8. cap. 16. Est & leo marinus ex cancrorum genere, apud Plin. libro 32. cap. 11. Item Leo, cæleste signum, apud Plinium libro 17. cap. 24. quẽ putat fuisse Leonem Theumesium ab Hercule occisum, in cælum ab Ioue translatum. Dictus est autem Theumesius, à Theumesso Bœotiæ monte.

Leoninus, a, um, adiectiuũ, λεόντειος. ut, Adeps Leoninus, apud Plinium lib. 24. cap. 17. Et Leonina species, apud Varronem lib. 2. de Re rust. cap. 9.

Leoninus lapis, lithospermon apud Dioscor. lib. 5. cap. 159. Leontion Lithospermon, apud eundẽ eodem loco. Leonides insignis Chirurgus, citatus à Paulo, lib. 6. cap. 7. Leontachorũ, Polium montanum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 122.

Leontomiges, Canes Arcad. ex canib. & leonib. prognati.

Leontice, λεοντική, Herba est, quã Dioscor. Cacaliã appellat, foliis grandibus, & candidis, inter quæ semen dependet, minutis margaritis simile: cuius grana quindecim in oleo macerata, atq; aduerso capillo illita, porriginem tollunt. Vide Plin. lib. 25. cap. 11. Officinæ cerui agreste appellant.

Leontios. λεόντιος, Gẽma à leoninæ pellis similitudine nominata, quemadmodum pardalios à similitudine pellis pantheræ. Autor Plin. lib. ult. cap. 11.

Leontopetalon, λεοντοπέταλον. Herba est, caulem emittens dodrantalem, plurimis alis concauum, & in cacumine femina parua duo aut tria, eaque in siliquis, ciceris modo: flores punicei coloris, anemonæ similes: folia brassicæ, sed papaueris diuisura, radicibus nigris, rapæ similibus. Nascitur in aruis. Vide Plinium libro uigesimoseptimo, capite 11.

Vulgus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lĕontophŏnŏs, masc. s. λεοντοφόνος, Exiguum est animal, in iis tantùm regionibus nascens, in quibus gignuntur leones: quibus tam præseus est uenenum, ut gustato leontophono, leo statim moriatur: unde etiam animalculum hoc leontophoni nomen accepit. Autor Plin. lib. 8. cap. 58. & Aristoteles libro de Animalibus.

Leontopodion, λεοντοπόδιον, Herbula est duorũ digitorũ, filio paruo, angusto, digitorũ trium, quatuor ue longitudine, hirsuto, lanosioreq; ad radicẽ, & subcandido: in cacumine caulium capitula, tanquã perforata, floribus nigris erum pentibus, semen, quod uix oculis possit deprehendi propter circundatam lanuginem. Ruellius existimat eam esse, quam uulgus cruciatam appellat. Plin. lib. 27. cap. 8.

Lĕŏpardus, λεοπάρδαλις, Animal ex pardo, & leæna natum, iubis carens, nigris maculis leoninã pellem distinguẽtibus. Nascitur in Africa, ubi propter penuriã aquarum ad paucos amnes multitudo ferarũ cõuenit, ideo multiformes ibi animalium partus, mutuò sese miscentibus diuersorũ generum animalibus. Vnde ortum est prouerbium, Semper aliquid noui Africam afferre. Vide Plin. lib. 8. cap. 17.

Lepadna, Græci dicunt coria lata circa pectus equorũ, uide Alciat. in l. quoniam. C. de Curs. pub. lib. 12.

Lepides, uide Norrigo.

Lĕpidĭum, n. s. λεπίδιον, Herba est in cubitalem, eoq; maiorem altitudinem assurgens, foliis lauri, sed mollioribus, & maioribus, quæ trita sinapi olent, & piperis acrimoniam referunt. Vnde uulgus herbariorum piperitim uocitat. Quidam etiam raphanum, quòd raphano syluestri, quem amoraciam alio nomine dicunt, planè similis sit. Lepidium autem ab affectu appellatur, quòd τὰς λεπίδας, hoc est, squamas, & maculas faciei deleat, & repurget. Lepidion quid ab Hiberide differat, uide apud Manar. libro nono, Epist. 3. Tractatur ab Dioscoride libro 2. cap. 193. Plin. lib. 19. cap. 8. libro 20. capite 17.

Lĕpidōtēs, λεπιδωτὴς, Gemma, quæ squammas piscium imitatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Lĕpidus, da, dum, pen. cor. In quo lepôris est plurimũ, quẽ uulgus imperitum Bonam gratiam uocat: & tam de homine, quàm de oratione, & aliis rebus dicitur, καμυρὸς, καπνὸς, χαείης Terent. in Andria, O lepidum caput? Plautus in Milite, At quidem nunc gratis qui sit, non inuenies alterum Lepidiorem ad omnes res. Idem in Aulul. O lepidum diem? idem in Pœn. Nimiũ lepidum mihi memoras facinus. Idem in Epid. Forma lepida & liberali. Idem in Mostel. Quin tu te exornas moribus lepidis, quum lepida tute es. Lepidùm interdum aduerbialiter ponitur pro lepidè. Plaut. in Pœnu. Lepidùm eloquere.

Lepiditas, κομψόητης: & compositum Illepidus. Donatus dicit lepidũ dici politum, ἀπὸ τ λεπίδος, id est, à lamina, siue squama. Plinius libro 34. Excutiuntur ueluti milii squamæ, quas uocant lepidas.

Lepidè, aduerb. Id est, cum lepôre, & ut loquitur, Cum bona gratia. Cic. Att. lib. 2. Nunc fit lepidè illa ἴκτινοις radiorum. Plaut. in Persa, Lepidè hercle adiuuas, hoc est, elegãter, & opportunè. Idem in Milit. Vin' tu lepidè facere?

Lepidulè, diminutiuum. Plautus in Pseud. Eam circunducã lepidulè.

Lĕpista, stæ, fœminini, primæ, Vasis aquarii genus, teste Festo, idẽ fortasse cum eo, quod Aristophanes λεπαστὴν uocat. Varro lib. 1. de uita pop. Rom. ut citat Nonius, Lepistę etiam nunc Sabinorum fanis pauperiorib. plerisq; aut fictiles sunt, aut æneæ.

Lepor, ôris, & Lepos, ôris, masc. tert. Propriè est uenustas, urbanitasq; sermonis, καλλιτεχνία, χαριεντισμὸς. Plin. lib. 17. capite 1. Crassus faceto lepôre solers. Cicero 7. Verr. Lepôre, ac uenustate affluens. Idem de Orat. Magnus in iocando lepos erat in homine. Lepor dicendi, est ornatus, concinnitas, elegantia. Cicero 4. Acad. Cuius primùm non admodum probata ratio, quanquam floret acumine ingenii, tum admirabili quodam lepôre dicendi, &c.

Leporarium, Leporinus, uide Lepus.

Lepra, fœminini. pri λέπρα, Galeno, cæterisq; Græcis medicis, scabiei genus est, cutem deformi obducens crusta, ab atra nascens bile, corpus'que uehementi pruritu infestans. In qua significatione lepræ uocabulo utũtur etiam Latini. Plinius libro 24. Lachryma uitium, uelut gemma, lepras, & lychenas, & psoras nitro antè præparatas soluit. Auicenna uerò, cæterisq; Arabicæ factionis, lepræ uocabulũ impropriè usurpant pro elephantiasi, quod morbi genus superiori multò est perniciosius: ut quũ nõ solùm cutẽ infestet, uerùm etiam carnem ipsam usq; ad ossa depascatur.

Leptocarya, λεπτοκάρυα, Græco nomine dicũtur auellanæ, quæ & Ponticæ, & Heracleoticæ appellantur.

Leptoludiæ, Ficus sunt, quemadmodũ Numidicæ puellæ.

Lepton, centaurium, κενταύριον λεπτὸν, Hoc est, cẽtaurium minus, herba est, quam Latini fel terræ uocant, propter summam amaritudinem. Galli uocant exacum, eò quòd potum omnia medicamenta mala per aluum exigat. Plura uide apud Plin. lib. 25. cap. 6.

Leptophyllon, λεπτόφυλλον, Septima tithymali species est, in petris nascens: ita dicta à tenuitate foliorum. Alio nomine dendroides, δενδροειδὲς appellatur, eò quòd ex omnib. tithymali generibus comodissimum sit. Vide Plinium libro 26. capite 9.

Leprorages, λεπτόραγες, Vuæ quædam dicũtur, dulces quidem habentes acinos, sed tenues tamen & minutos: cuiusmodi sunt, quas Corinthiacas uulgò appellamus. Pli. lib. 14. ca. 1. Est & illa naturæ lasciuia, ut prægrandibus abhorreãt pergulis parui, mites, & suauitate certantes: leptoragas has uocant. Hactenus Plinius. Dictæ autem sunt leptorages, ab acinorum tenuitate. Nam λεπτὸν exiguũ est, & tenue, ῥάγες. aurem à Græcis uuarum acini dicuntur.

Lepus, oris, m. t. Animal satis notũ, à celeritate dictũ, quasi leuipes, λαγὼς siue (ut Var. putat lib. 3. de Re rust. cap. 12.) ab eo quòd Aeoles antiquo uocabulo, λέπορον uocabant, quẽ nos leporem. Vide plura de hoc apud Gel. lib. 1. cap. 18. Verg. 3. Geor. Et canibus leporem, canibus uenabere damas. Idem 1. Georg. Auritosque sequi lepores, tum figere damas. Horat. Epod. 2. Pauidumq; leporem. & aduenam laqueo gruem lucunda captat præmia. Per translationem pro infami, impudico, siue pathico accipitur: siue quòd hoc animal posteriore potissimũ sui parte, hoc est, lumbis, & clunib. pulpamentum de se præbeat, siue quòd puerorum amatores non secus illos sectentur, uenenturq;, atq; canes leporem: siue quod lepori utrunq; sexum tradant inesse, sicut & hyenæ. Terent. in Eunucho. Lepus tute es, & pulpamentũ quæris: id est, quod in te habes (inquit Donat.) hoc quæris in altero. Lepus etiam piscis est ex lacertorũ genere, inter marina uenena nominatus, præsertim in Indico Oceano, ubi uel solo tactu pestilens, uomitum, dissolutionemq; stomachi protinus creat: in nostro mari colore tantùm lepori similis: in Indis & magnitudine, & pilo duriore. Hæc Plinius libr. 6. capite 49. Item libro 32. capite 11.

Lepusculus, culi, diminutiuum, λαγίον. Cic. 6 Ver. Si minus eiusmodi quidpiã uenari potuerant, illa quidẽ certè pro lepusculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula, &c. Idem 2. de Nat. deor. Si Seriphi natus esset, nec unquã egressus ex insula, in qua lepusculos, uulpeculasq; uidisses, &c.

Leporarium, rii, neut. secundæ, Non tantùm pro loco ubi lepores aluntur, sed etiam pro omnibus septis uillæ affixis, accipitur, quæ habent inclusa animalia, quæ inibi pascuntur, λαγωτροφεῖον. Gellius lib. 2. cap. 20. Viuaria ueteres quãdoq; Leporaria dixere, in quibus omnia clauderentur animalia. Varr. de Re rust. lib. 3. capite 3. Leporaria, te accipere uolo, nõ ea, quę traiui nostri dicebãt, ubi soli lepores sint, sed omnia septa, affixa uillæ quæ sunt, & inclusa habent animalia, quæ pascuntur. Hæc antiquiores Roboraria etiã appellari uoluerunt: à tabulis roboreis, quibus septa erant, antequàm muro cingerentur.

Leporaria affectio ea, quam Græci aliàs λαγωφθαλμία.

Leporinus, a, um, pen. prod. Quod est ex lepore, λαγῶος: ut, Pes leporinũ. Leporinus cinis. apud Plin. lib. 28. cap. 11. Leporis lac, Varr. 2. de Re rust. cap. 11.

Lepyria febris, quæ stomacho sacris ignibus corrupto prouenit.

Lessus, us, masc. quar. Lugubris eiulatio, θρῆνος. Plaut. in Truc. Thetis quoq; etiam lamentando lessum fecit filio. Cic. 2. de Legib. Mulieres genas ne radunto: neue lessum funeris ergò habento. His enim uerbis significatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi, Cic. 2. de Legib.

Lestitis, Aristolochiæ tertia species, de quo uide Dioscoridem lib. 3. cap. 5.

Lethalis, le, uide Lethum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lethargus, gi, m. ſ. λήθαργος. Eſt torpor, & inexpugnabilis pe nè ſomni neceſſitas, cum alienatione mentis: ut inquit Celſus lib. 3. cap. 20. Plin. lib. 20. cap. 12. Præterea inſaniam facere, & lethargos, & iecinoris uitia, &c. Quidã Latinè ueternum dici putant: quãuis Plin. in raphani medicinis ueternũ à lethargo diuiſiſſe uideatur. Locum eundem in corpore occupat, quem phrenitis, nimirũ cerebrum: materiã uerò habet contrariũ. Gignitur enim ex abundantia pituitæ, quũ phrenitis ex flaua bile aduſta naſcatur. Dicitur autem Lethargus (ut quidã putãt) ἀπὸ τῆς λήθης. hoc eſt, ab obliuione. Nam in eo morbo accidit obliuio omniũ rerũ, à pituita frigidiore, humidioreq; cerebrũ refrigerante, & madefaciente, & præcipuè poſteriores uẽtriculos cerebri occupãte, in quibus quidam memoriæ ſedem eſſe uolunt, quanquã ueriſimilius eſt eam per totum cerebrum eſſe diffuſam.

Lethargia etiam pro lethargo ponitur. Plinius libro 24. capite nono. Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti, in lethargia, & phreneſi.

Lethargicus, a, um, λήθαργικός, Qui lethargum patitur. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Lethargicus hic quum ſit pugil, & medicum urget. Plin. lib. 20. cap. 4. Hydropicis quoq; ex aceto, & ſinapi ſumpti, & lethargicis. Ponitur etiam adiectiuè: ut, Lethargicus morbus. Plin. libro 24. Grauedinem, morbumq; lethargicum patitur.

Lethum, thi, n. ſ. Pro morte, μοῖρα, θάνατος. Cic. de Diuin. Tamẽ eodem ſibi letho, quo ipſe interiſſet, pereundũ. Idem ad Att. lib. 10. Vide quàm turpi letho pereamus: Ver. 12. Aen. An fratris miſeri lethum ut crudele uideres? Idem 5. Aenei. Millia multa daret letho, gemerentq; repleti Amnes. Ouid. 1. Triſt. Ele. 2. Genus miſerabile lethi. De etymo, & ſcriptura huius dictionis, diuerſi diuerſa ſentiũt. Priſcianus putat ab antiquo uerbo Leo deriuari, quod ueteres uſurparũt pro deleo: unde etiam ſine aſpiratione ſcribendũ putat. Apuleius à Luo deducit, & per œ in priore ſyllaba ſcribi præcipit. Alii per antphraſin dictum putant ab adiectiuo lętus, q minimè ſit lætum, ſed omniũ rerum triſtiſſimũ. Veriſſima tamen uidetur Varronis, & Feſti opinio, qui ἀπὸ τῆ λήθης, hoc eſt, ab obliuione dictũ putant, eò quòd per mortem omniũ rerũ obrepat obliuio. Vnde etiã Poëtæ Lethen fluuiũ apud inferos eſſe finxerunt, quo guſtato, nos omnium rerum protinus obliuiſci uoluerunt. Rectius itaq; facturi uidemur, ſi lethum per aſpirationem ſcripſerimus.

Lethalis, le, om. t. Mortiferum, θανάσιμος, καίριος. Plin. libr. 11. capit. ult. Homini non ante diem ſeptimum lethalis inedia. Duraſſe & ultra undecimum, certum eſt. Plin. de uiris illuſtrib. Tarquinium graui quidem, ſed non lethali uulnere accepto petere, ut, &c. Verg. 11. Aen. Qua uulnus lethale ferat. Ouid. 13. Metam. Quã patuit, ferro lethalem cõdidit enſem. Sic lethalia medicamenta cuncta illa dicuntur, quæ in medicina quidem uſum aliquem habent, per ſe autem lethalia ſunt, ut Apollinaris herba, cicuta, mandragora, ſpuma argenti. &c.

Lethaliter, aduerb. Plin. lib. 11. cap. 37. Oues quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

Lethifer. a, um, Quod mortem infert, θανατηφόρος. Col. lib. 7. cap. 12. Et ut plurimi paſtores affirmãt, rabies arcetur. Lethifer morbus huic generi. Ouid. 7. Metam. Lethiferis calidi ſpirarunt æſtibus Auſtri. Verg. 10. Aeneid. quis tela, ſagittæ Corytiſq; leues humeris, & lethifer arcus. Annus lethifer. Verg. 3. Aen. Anguis lethifer. Stat. 5. Theb.

Letho, as, a. p. Morte afficio, θαναθόω. Vnde Lethata corpora legimus, hoc eſt, morte mulctata, & interempta. Ouid. 3. Metamorph. de Cadmi ſociis, à ſerpente interemptis, Vt nemus intrauit, lethataq; corpora uidit, Victoremq; ſuprà ſpatioſi corporis hoſtem, &c. (uis.

Leuamen, Leuamentum, Leuatio, uide Leuo in Le-

Leuaſſo. Cicero de Senectute, Si quid adiuto, curam ue leuaſſo.

Leuca alba, Leuia emplaſtra, ferè non grauibus uulneribus accommodata.

Leucacantha, λευκάκανθα, Herba eſt, in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ cõmanducata dentiũ dolores ſedat. Alio nõmine Rhamnus dicitur. Dioſc. lib. 3. cap. 21. Plin. libro 22. cap. 16.

Leucachates, chatæ, maſ. gen. λευκαχάτης, Gemma candida ex genere Achatarum. Plin. lib. 37. cap. 10.

Leucanthemis, λευκάνθεμις, Herba eſt, quæ & Anthemis, & Leucanthemum à nonnullis uocatur: ab aliis etiam Chamæmelon, eò quòd mali odorem habeat. Vide plura de hac herba apud Plin. libro 12. capite 21. Officinæ hodie Chamomillam uocant.

Leucanthemon, Parthenium, apud Dioſcoridem libro 3. capite 156. Leucanthemon Anthylis. apud Dioſcor. libro tertio, capite 154. Leucanthon. Oenanthe. apud Dioſcor. libro tertio, cap. 134.

Leucargilium, λευκαργίλιον, Argillæ candidæ genus, quo in agro Megarico utũtur, in humida duntaxat, frigidaq; terra proueniens. Vide Plin. lib. 17. cap. 7.

Leuce, λεύκη, à Græcis appellatur, quam Latini populum albam appellant. Galli à tremula frondium mobilitate Tramulam nominant. Vide infrà in dictione Populus. Eſt item Leuce herba, mercuriali ſimillima, niſi quòd per mediũ folium linea alba trãſcurrat: unde & Meſoleucon appellarũt. Autor Plin. lib. 27. cap. 11. Eſt item Leuce morbi genus, quod Vitiliginem albam appellant.

Leucochryſus, λευκόχρυσος, Gemma eſt ex hyacinthorũ genere, inter auri colorem uena candida interueniente. Autor Plin. lib. 37. cap. 9.

Leucocuta, tæ, f. p. uide Leucrocuta infrà Leucerodius, alba ardea, interpretatione Theodori Gazæ.

Leucogæa, Gemma eſt tota candida, quæ & Galactides, & Leucographia appellatur, lactis ſucco & ſapore notabilis. Plinius lib. 37. cap. 10.

Leucographis, leucographidis, λευκογραφίς, Herba quædam utilis ſanguinem excreantibus. Plinius libro uigeſimo ſeptimo, cap. 11.

Leucoion Leontopetalon. Diſcorides libro tertio, ca. 190.

Leucoion, λευκόϊον, Dioſcoridi, licet pro ratione etymi uiolam albam uideatur ſignificare, tamen & pro lutea, & purpurea ſoleat uſurpari. Neque tamen eſt quòd Leucoii nomine eum intelligas florem, quem ἴον Græci, Latini uiolam propriè appellant: ſed quẽ uulgus ab odoris ſimilitudine caryophyllon nominat, ſiue is albus ſit, ſiue luteus, ſiue purpureus. Vnde Leucoion album dixit Columella lib. 11, in nuens nimirũ etiam aliorum colorum eſſe leucoia.

Leucõma, pen. prod. leucomatis, n. t. λεύκωμα, Album dicitur, hoc eſt, tabula illa, in qua iudicum deſcripta erant nomina, & in qua ſingulorũ annorũ acta literis mandabantur à Põtifice maximo. Pictatiũ aliàs dicitur, & matrix. Hermolaus. Accipitur etiam Leucoma, λεύκωμα, pro albugine oculorum, & albo oui, quod uitellum ambit.

Leucomænides, λευκομαινίδες, Piſciculi exigui, qui βῶκες appellantur, ut ex Speuſippo annotauit Hermolaus.

Leucon, λευκόν, Latinè album dicitur.

Leuconium, λευκονίον, Tomentũ, ſiue xylinũ, quod & Leuconiũ dicitur. Mart. lib. 21. Accipe Leuconicis uellera raſa ſagis. Idem lib. 24. Culcitra leuconico quam uiduata ſuo.

Leucoparyphos, λευκοπάρυφος, Candidis ueſtibus indutus, nulloq; pretioſo ſucco inebriatis. Eſt enim παρυφὴ ueſtium contextus. Vnde tritũ eſt apud Græcos prouerbium, ἔξωθεν λευκοπάρυφός ἐστι, τὰ δ' ἔνδον ὀλοπόρφυρος: in eos dici ſolitum, qui ueſtium quidem ſumptu frugi ſunt, animi uerò luxu diffluunt. Vide Cæl. Rhodog. lib. 16. cap. 7.

Leucopetalos, λευκοπέταλος, Gemma, quæ candorẽ niuis auro diſtinguit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Leucõphæũs, cum diphthõgo, λευκόφαιος, Color natiuus ex albo & fuſco miſtus. Nam λευκὸν album dicunt Græci, & φαιὸν, fuſcum, hoc eſt, ſubnigrum. Plinius libro. 32. cap. 10. Iecur rubetæ, uel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodeſt. Vitruu. de his colorib. ſcribens, Fontes, inquit, & flumina ſunt, quorũ potu pecora, quanuis alba ſint, aliis locis procreant uellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore. Idẽ, In campis Troianis, proximè flumẽ, armenta rufa, & pecora leucophæa naſcũtur. Nos colorẽ cinericium uocamus, uulgus noſtrum gryſeum appellat.

Leucophęarus, Qui eſt ex leucophęo colore indutus, cuiuſmodi ſunt Franciſcani. Martialis libro primo, Amator ille triſtium lacernarum, Et bæticatus atque leucophæatus. Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine: quaſi ſubfuſca, ſiue ſubcandida.

Leucphlegmatia, λευκοφλεγματία, Species eſt hydropis, qua aqua ſubter cute inęqualiter collecta, alibi aliter extuberat. Alio nomine hypoſarca, ὑπόσαρκα, appellant. Vide Celſ. libro 3. capite 21.

Leuco-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Leucophorum, λευκοφόρον, Glutinum, quo aurum ligno inducitur. Fit ex ſinopidis Ponticæ ſelibra, filis lucidi libris decem, & melini Græcienſis libris duabus miſtis, & per dies duodecim una tritis. Plin. lib. 33. cap. 6.

Leucophthalmos, λευκόφθαλμος, Gemma quæ candidam, nigramq; oculi ſpeciē continet, aliàs rutila. Plinius lib. 37. capite 10.

Leucopygi, λευκόπυγοι, Molles & effœminati, quaſi candidis natibus, qui ſcilicet nates habent depilatas. Quibus opponuntur melampygi, hoc eſt, fortes & uiriles, quibus nates pilis nigricant.

Leucoſtictos, λευκόστικτος, Marmoris porphyritici genus, candidis interuenientibus punctis.

Leucrocuta, Aethiopica fera eſt perniciſſima, humanas imitans uoces, aſini feri magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda, pectore leonis, capite cameli, biſulca ungula, ore ad aures uſq; reſciſſo, dentiū locis oſſe perpetuo. Author Plinius lib. 8. cap. 21.

Leuidenſa, fœm. p. (authore Seruio) uile genus ueſtis: ſic dictum, quoniam filo admodū raro eſſet textum. Cicero Dola bellæ, Sed ego hoſpiti ueteri & amico munuſculum mittere uolui leuidenſe, craſſo filo, cuiuſmodi eſſe ſolent ipſius munera. Ibi Cicero parum elaboratam, atq; expolitam orationem ſuam pro Deiotario, quam Dolabellæ requirēti mittebat, uocat puerbiali figura, Munus leuidenſe. hoc eſt, munus uile, & minimi pretij, cuiuſmodi ſolent eſſe Regis Deiotari munera. Quondam inter hoſpitum xenia ueſtes in primis erant. Vide Eraſmi Chiliades.

Leuigo, uide Læuis.

Leuir, leuiri, m. ſ. penultima genitiui correpta, Affinitatis nomen, quo ſignificatur frater uxoris, uel mariti, δαήρ.

Lēuis, leue, om. t. Significat id quod eſt ſine pondere: unde leuis ſtipula, ἐλαφρὸς, κοῦφος, ἀβαρής. Vergiliùs libro 12. Corytiq; leues humeris, & læthifer arcus. Leue illud propriè dicitur eſſe quod facilius ſurſum attollitur, quàm deorſum rendatur ignis. Leue etiam dicitur quod licet non prorſus ſine pondere ſit, parum tamen habet ponderis: ut Leuis armatura. Cicero decimo Philippic. Noſtrę ſunt legiones, noſtra leuis armatura, noſtri equitatus, &c. Leuis armaturę milites ſunt pedites expediti, non magno armorum pondere onerati. Eadem quoq; ratione, Leuis armaturæ equites: dicuntur & à Cicerone ſecundo de Diuinatione, Leuis armaturę excurſio in oratione, eleganter dicitur pro prima argumentorum leuiorum textura. Sed hæc, inquit, fuerit nobis tanquam leuis armaturæ, prima orationis excurſio, nunc cominus agamus, experiamurq;, ſi poſſimus cornua commouere diſputationis tuæ. Transfertur etiam ad animum: unde Leues homines, uocantur inconſtantes, qui facile opinionem mutant, uiles, & nullo honore digni ἀβέβαιοι. quemadmodum econtrario graues dicimus, conſtantes, ſeueros, prudentes. Plautus Menæch. Quid ait homo leuior, quàm pluma? Hinc Leuis author, à Liuio lib. 5. ab Vrb. dicitur, cui nulla ſit adhibenda fides. Sed, inquit, aurhorem leuem, nec ſatis fidum ſuper tāta re eſſe patres rati. Et à Terentio in Hecyra, ea dicuntur leuia, quæ uana ſunt, & nullius, aut certè parui momenti: Leuia, inquit, hæc ſunt, quæ tu pergrauia eſſe, In animū induxti tuum. Et Cicero ad Atticum libro 4. quod indiligenter agitur, leui brachio agi dixit: Conſules, inquit, qui illud leui brachio egiſſent, rem ad Senarum detulerunt. Leuis quandoq; accipitur pro paruo: ut Leuis dolor. Cicero 1. de Finibus, Quòd mors ſenſu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis ſoleat eſſe. Plautus in pœnulo, uerùm ita ſunt omnia iſti noſtri diuites: Si quid benefacias, leuior pluma eſt gratia, hoc eſt, nullam aut paruam habent gratiam. Plinius libro 11. capite 55. Morrem illicò affert leui tactu. Leui admodū uomere ſauciare ſummam partem terræ, dixit Columella libro 2. cap. 2. pro eo quod eſt, leuiter terram arare. Leuis eſſe ſentētiæ, dicuntur ij qui ſententiam, ſiue propoſitum ſæpe mutant. Terentius in Hecyra, Itidem mulieres illæ ſunt fermè ut pueri, leui ſententia. Leue interdum pro inefficaci ponitur: ut quum dicitur, Leue nomen. Cic. pro Roſc. Amerino, Sin eos quos qui leuiore nomine appellant, percuſſores appellant, &c.

Leuiculus, a, um, diminutiuum à leuis, ἐλαφρύδριον. Cicero libro 1. Tuſculanarum, Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat, aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia eſt.

Leuitas, m. t. Quæ modò dicitur de re non pōderoſa, ἐλαφρότης. Plin. lib. 12. cap 12. Syncerū quidem deprehenditur leuitate. Modò de uitio grauitati & conſtantiæ contrario, ἀσαφία. Cic Quū in Antonio genus quoddam ſordidiſſimum uitę demonſtrare uellet, quòd in caupona delitеſceret, quòd ad ueſperum potaret, quòd ore inuoluto iter faceret ne cognoſceretur, Videte (inquit) hominis leuitatē: tanquam prorſus iſta dedecora hoc uitio notarentur.

Leuiter, aduerbium. Suetonius de claris Grammat. Functuſq; militia, ſtudia repetit quæ iam inde à puero non leuiter attigerat, id eſt, nō paruo tempore literis operam dederat, aut non indiligenter à pueritia attigerat, & multò plus quàm à limine ſalutauerat. Aliquando ponitur pro breuiter. Cic. in Catone, Tamē ut leuiſſimè dicā, &c. Idē pro Roſc. Amer. Non omnia dicam, & leuiter unumquodq; tangā, hoc eſt, obiter, & quod dicitur, in tranſcurſu. Idem pro eodem, Sed in animo eſt quemadmodum antè dixi, leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere unāquanq; rem, hoc eſt, ſuccinctè, & breuiter tractare. Dicitur etiā pulchrè eadē in ſignificatione. Leuiter in trāſitu attingere aliquid: ut apud Quintilianum libro ſeptimo, capite 4. Ponitur aliquando pro parum, & pro eius diminutiuo ſecundo paululum, ſiue ad modum parum. Plautus in Pœnulo, Et quanquam bene uolumus leuiter lenonibus. Plinius in Epiſtola li. ſexto, Ea tamen quæ ſunt pretioſiora, aut integra manēt, aut leuiſſimē læſa ſunt, id eſt, admodum parum. Cicero ſecundo, de Natura deorū, Genæ oculis ſubiectę, leuiterq; eminētes, id paulum. Idem lib. 2. de Oratore, Leuiter eruditus homo, id eſt, parum, & uix mediocriter. Aliquando ponitur pro facilè, patienter, ſiue æquo animo. Cic. de Prouin. conſula. Atq; hoc uelim probare omnibus P. C. ſed leuiſſime feram, ſi fortè his minus probaro, qui inimicum meum repugnāte ueſtra authoritate texerunt. Idem ad Attic. Id grauiter equidem, ſed aliquanto leuius ferebam.

Leuiſidus, leuiſida, leuiſidum, penultima correpta, Qui facilè fidem uiolat, ὑφίπιστος, ἄπιστος. Plautus in Perſa, Omnes ſunt lenæ leuiſidæ.

Leuipes, pen. corr. huius leuipedis, om. gen. t. Celer, & pedib. leuis, ἀκροπους. Var. 3. de Re ruſt. cap. 12. Aelius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, quòd leuipes eſſet.

Leuiſomnus, a, um, Quod leui ſomno eſt: elegans canum epitheton qui leui ſomno premūtur. Lucret. lib. 5. Et leuiſomnia canum fido cum pectore corda.

Leuiſticum, id eſt, ἄγνος uel uitex. Exiſtimo legendum Liguſticum quod & Hermolao Barbaro, & M. Verg. uidetur.

Leuo, uas, pen corr a p. In altum tollo, ueluti leue quiddā ἄρω. Liu. Mox aqua leuata uento, quum ſuper gelida montium cacumina concereta eſſet. Interdum eſt auferre. Vergil. 2. Aen. atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. Interdū exonerare, & quaſi releuare. Verg. 9. Eclō. ego hoc te faſce leuabo. Poſſumus etiam cum datiuo dicere, Leuabo tibi hunc faſcem, in eadem ſignificatione. Plaut. in Mil Leuandum morbum mulieri uideo. Interdum extenuare minuere, & leue facere, κουφίζω. Verg. 1. Aeneid. Noſtrumq; leues quæcunq; laborem, id eſt, leuem facias: ut exponit Seruius. Plautus in Epid. uirgini paupercule, Tuq; matri me leuare paupertatem. Hic, leuare uirgini paupertatē, eſt ſubuenire pauperrati, uel inopiā ſubleuare. Cic. pro Mil. & pro Corn. Balb. Gaditani pop. Romanum in caritate frumenti ſuppeditato leuauerunt, id eſt, ſubuenerunt populo Romā no annonę penuria laboranti. Ponitur aliquando pro recreare. Cicero in Catone, Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt: animi autem ſe exercendo leuantur. Ponitur aliquando pro liberare. Plinius libro uigeſimo octauo, capite quarto, Leuatur ilicò percuſſus à pœna. Cicero de Amicitia, Qui hac opinione non modò uerbis, ſed etiam opere leuandi ſunt. Aliquādo ponitur pro curare, ſiue ſanare. Plinius libro ſeptimo, capite ſecūdo, Crates Pergamenus in Helleſponto circa Parium genus hominum fuiſſe tradit, quos Ophiogenes uocat, ſerpētum ictus contactu leuare ſolitos. Compoſita huius uerbi ſunt, Alleuo, colleuo, ſimul leuo, ἐπικουφίζω. Columella libro ſeptimo, Paſtinacæq; agreſtis ſemina, & ſuccus amoracę cum melle colleuant, oculorumq; ſedant dolorem. Eleuo, extenuo, diminuo. Contrarium eius eſt, Exaggero. Releuo, rurſus leuo, & quaſi idem quod alleuo. Terentius in Adelphis. Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miſeria tabeſcit. Subleuo, adiuuo. Habent autem hæc omnia penultimam correptam.

Leuatio, uerbale, Quod prēter alia ſui uerbi ſignificata, pro cō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

solatione ponitur, siue pro alleuatione, κάθαρμος. Cic. ad Attic. lib. 12. Leuatio quædam est, si minus doloris, at officij & debiti. Idem 1. Tusc. Quæ leuationem habent ægritudinũ.

Leuamen, inis, n. t. Quod leuat, & minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit, κάθαρμος. Cic. ad Attic. lib. 12. Quòd si esset aliquod leuamen, id esset in te uno. Martial. lib. 6. Hic tibi curarum socius blandumq; leuamen. Verg. 3. Aen. Heu genitorem omnis curæ, casusq; leuamen Amitto Anchisen.

Leuamentum, ti. n. s. Idem quod leuamen. Cic. 5. de Fin. Nos autem non solùm beatæ uitæ istam oblectationẽ uidemus, sed etiam leuamẽtum miseriarum. Plin. lib. 8. Epistolarum. Studia unicum doloris leuamentum. Tacitus lib. 3. Sed reuertentibus post laborem., quod honestius quàm uxorium leuamentum?

Leuor, Leuus, uide Læuus,

Lex, f. t. Dicta putatur quod publicè legatur, ut omnib. nota sit, & ab omnibus obseruetur, νόμος. Hanc quidam desiniunt esse generale iussum populi, aut plebis rogante magistratu, & hoc duntaxat in libera ciuitate. Quinetiam regum & principum iussa leges dicuntur, præsertim imperatoris, postquàm in eum populi Romani maiestas translata fuit. Rogabat magistratus populum quod constituendum esset, populus iubebat. Id iussum si generale est, & ad omnes pertineus, lex dicitur: si ad singulos ciues spectat, priuilegiũ est. Cicero 1. de Leg. sic legem definit, quòd sit ratio summa, insita in natura, quæ recta suadeat, prohibeatq; contraria. Legum appellatione, Leges duodecim tabularum, Senatusconsulta, Plebiscita, Edicta Prætorum, Decreta principũ, Legitimæ actiones, Interpretationes prudentium, & alia id genus continentur. Legis uirtus est imperare, uetare, permittere, punire. Dicimus eleganter, Lege agere cum aliquo: quod aliter dicimus: Actionem intendere in iudicio, siue iudicio experiri. Plaut. in Aulul. Lege agito mecum, molestus ne sis, & cœnam coque. Interdum Lege agere, est exequi sententiam à iudice latam, siue iudicis iussum explere: ut si iudex sententiam tulerit, ut qui uincti sunt, uirgis cædatur, deinde securi feriantur: & lictori dicat Iudex, Lege age. hoc est, exequere sentẽtiam. Liu. de Campanis loquens, Fuluius acceptas literas, neq; resolutas, quũ in gremio reposuisset, præconi imperauit ut lictorem lege agere iuberet, id est, ut ex officio suo ageret, & sententiam in damnatos exequeretur. Interdum lege agere, pro eo quod est legitimè agere, ponitur. Legibus aliquem soluere, pulchrè etiam dicitur: quod nunc dispensare uulgus uocat. Liu. 10. ab Vrbe. Tribuni plebis nihil id impedimento futurum aiebant: sed ad populum laturos, ut legib. solueretur. Is legibus solui dicitur, cui speciali priuilegio conceditur, ut legibus parêre non teneatur. Cic. Philip. 11. Qui ex ædilitati Consulatum petit, legibus soluatur. Legem ferre, est legis auhtorem esse. Cic. Post reditum, Legem Tribunus pleb. tulit ne auspicijs, &c. Condere leges, est leges obseruandas præcipere. Vnde Conditores legum dicuntur, quos Legislatores appellamus, νομοθέτας, quales apud Athenienses fuerunt Draco & Solon: apud Lacedæmonios Lycurgus. Romæ, Decemuiri. Pro eodẽ etiã dicimus, Componere leges, fancire leges, dare leges, imponere leges, scribere leges, iubere legẽ. Quibus contraria sunt, Perrũpere leges, dissoluere leges, perfringere leges. Lex quoque pro conditione ponitur. Plaut. in Asin. Agedum, istum ostende quem conscripsisti syngraphum Inter me, & amicã, & lenam: leges pellege. Dicimus & Hac lege, siue ea lege. id est, hac conditione, siue hoc pacto, siue hoc iure. Cic. Tusc. 3. Ea lege nos esse natos, ut nemo in perpetuum esse possit expers mali. Terent. in Eunuch. Verùm heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem. Accipitur ita lex pro norma, siue regula. Cic. 3. de Orat. Hãc igitur, Crassus, inquit. ad legẽ cum exercitatione, tum stylo, qui & alia, & hoc maximè ornat, ac limat, formanda uobis oratio est. Idem in Orat. Quo etiam difficilius est oratione uti quàm uersibus, quòd in illis certa quædã & definita lex est, quàm sequi oportet. Lex Cornelia, quam Corn. Sylla Dictator tulit aduersus falsarios, cuius pœna erat in liberum, deportatio, & bonorum omnium publicatio: in seruum, capitis supplicium: ut docet Martianus l. 1. ff. Ad leg. Corn. de falsis. Lex Lepidiana, quam Lepidus tulit: quæ & sumptuaria dicta est, quòd cœnarum sumptus restringeret. Lex Licinia, lata est à Pub. Licinio Crasso diuite: cuius ferendæ tantum studium ab optimatibus impensum est, ut Senatusconsulto iuberetur, ut ea tantum modo promulgata, antequam trinundino confirmaretur, ita obseruaretur ab omnibus, quasi iam populi sentẽtia cõprobata esset. Huius legis summa erat ut Calendis, Nonis, nundinis liceret cuiq; in dies singulos duntaxat triginta asses edendi causa consumere: cæteris uerò diebus ne amplius apponeretur quàm carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum libra, & quod ex terra, uite, arboréue natum esset. Lex Municipalis, quam unaquæque urbs sibi priuatim constituit. Lex Orchia, prima omnium de cœnis lata ad populum fuit, quam tulit Orchius Trib. plebis de Senatus sententia, tertio pòst anno quam Cato Censor fuerat. Hęc numerum tantùm conuiuarum præscribebat, iubebatq; ut patẽtibus ianuis cœnitaretur, quo obseruatio eius uideri posset. Lex plagiaria, quæ aduersus plagiarios erat lata, hoc est, qua puniebantur ij qui aliena mancipia ad fugam incitabant, uel fugitiua receptabant. Vide Plagium. Lex Satyra dicebatur quæ unò rogatu multa simul cõprobabat. Lex rabellaria, suffragia scribere non permittebat, sed pũcto notare iubebat, νόμος πινάκιος.

Legislator, toris, m. t. Qui legem tulit, νομοθέτης. Dicitur etiam legumlator, & separatim lator legum, uel lator legis. Liu. 4. bel. Maced. Noster legumlator non in paucorum manu Rempub. esse uoluit. Cic. 4. in Catil. Latorem legis Semproniæ iussu populi pœnas Reipub. dependisse.

Legifer, ri, mas. s. Idem quod legislator, νομοθέτης. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. Optauit Minor similes sibi legifer annos.

Legifera, fœm. Verg. 4. Aeneid. mactant de more bidentes Legiferæ Cereri, Phœboq;, patriq; Lyæo.

Legirupa, pæ, com. p. Qui legem frangit, παράνομος. Plautus in Pseud. Impudice, sceleste, uerbero, bustirape, furcifer, socifraude, parricida, sacrilege, periure, legirupa, pernicies adolescentum.

Legirupio, onis, m. t. Qui rumpit leges, παράνομος. Plaut. in Rud. Iube modò accedat prope hunc legirupionem.

Legitimus, a, um, Quod est æquum, iustum, conueniens, & secundum legem factum, γνήσιος, νόμιμος, κατὰ νόμους. antitheton est extraordinarius, nullum habens ius, ut Vxor legitima. Martial. li. 5. Quę legis causa nupsit tibi Lelia Quinte Vxorem potes hanc dicere legitimã. Ouidius 10. Metamorph. Ergo legitima uacuus dum coniuge lectus, &c. Aetas legitima ad petendum Consulatum, Liuius 5. bel. Pun. Amor legitimus, Ouid. Epist. 13.

Legitima, est portio hæreditatis, iure naturali liberis debita Munuscula dicta. Sic appellata quod fratrum naturales leges alimentorũ uice subrogatur. Fer Instit. Quib. mod. test. infir. parag. igitur quartam Politus dubitat, an hæc portio hodie Quartæ nomine uenire debeat.

Legitimè, aduerb. νομίμως. Cic 1. Offic. Iustè & legitimè imperanti. Idem pro A. Cecinna, Is qui legitimè procurator dicitur. Cuius contrarium est illegitimum. Vnde legitimi filij, qui secundum legem nati sunt.

Leguleius, leij, m. s. Qui legum studia sectatur, seu uersatur in legibus, νομικός. Cic. 1. de Orat. Ita & tibi Iureconsultus perse nil nisi leguleius quidam cautus uidetur, & acutus præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.

Legalis, le, Quod ad legem pertinet, νομικός. Quintil. lib. 3. capite 10. Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in priuata maximè consilia.

Lexipyretas, medicinas nominant quæ febres finiunt, ἀπὸ τοῦ λύειν τοὺς πυρετούς.

Lexis, huius lexeos, λέξις. Dictio. Cic. 3. de Orat. Quàm lepidè lexes compostę ut tesserulæ omnes Arte pauimẽto atq; emblemate uermiculato. Ex poëta quopiam uetusto.

LIB. In notis antiquorũ, libertas uel libertus uel liberti. LIB. LIBQ. POSSTQ. EOR. libertis, libertatibusq; posterisq; eorũ. L. I. D. A. C. Lex Iulia de aduiterijs coërcendis. L. I. D. A. G. Lex Iulia diui Augusti. L. II. Locus iniuriæ. L. II. Q. locus iuiuriæ Quiritum. L. IMPL. locus imperialis. L. IT. F. locus inter fines. LITR. literæ. L. I. V. REP. lex Iulia repetundarum. L L. Lælius. L. L. lucij libertus, uel Lucij liberti, uel Lucius libertus, uel Liuij libertus, uel laudabilis loci. L. L. L. Lucij liberti locus. L. L. L. M. M. Lacerat la certum. Largij mordax Mẽmius uel Menius. L. L. Q. F. libertis libertabusq; eorum. L. LVC. Q. F. Lucius Luceius Quinti filius. L. M. Lucius Muræna uel Mirena, Locum monumenti, uel locus mortuorum. L. MAN. Lucius Manlius. L. M. D. locus mortui dedicatus, uel locus manibus dicatus. L. M. E. lex mecum est. L. M O. Lucius Morænæ. L. N. Latini nominis. L. N N. F. Lucius Nonius Faustinus.

Lixæ, Sunt foramina quæ in summo mali recipiunt funes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Libadion, λιβάδιον, Herbæ genus quæ noſtris nulgò Centaurium minus appellatur: nomen habet ab eo quod fontibus & locis irriguis gaudeat. Nam Græci fontium ſcaturigines λιβάδας appellant. Vide Plin. lib. 25. cap. 65.

Lībāmēn, Libāmēntum, uide Libo.

Libanochros, λιβανόχρους, Gemma quæ thuris ſimilitudinem oſtendit, & ſuccum mellis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Lĭbănōtĭs, pen. prod. λιβανωτὶς, Frutex odorem thuris habens, qui roſmarinus appellatur. Plin. lib. 19. cap. 12. Libanotis radicem oluſatri nihil à thure differẽtem. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam enim alio nomine roſmarinum appellant. Hactenus Plinius. Eius tres ſunt ſpecies, quas uide apud Dioſcoridem.

Libanotis, Conizæ tertia ſpecies, apud Dioſcoridem libro 3. capite 137.

Libacio, uide Libo.

Libella, uide Libra.

Libellio, Libellus, uide liber priore correpta.

Libens, Libenter, uide libet.

Liber, ra, rum, Propriè is dicitur qui ſeruitutem non ſeruit: hoc eſt, qui aut ingenuus natus eſt, aut ab hero ſuo libertatem eſt aſſecutus: habetq; antitheto Seruus, ἐλεύθερος. Cic. 2. de Nat. deor. Qui de libera matre eſt. Idem pro Cecin. Non poteſt iure Quiritiũ liber eſſe qui in numero Quiritiũ non ſit. Liber item dicitur qui ad gratiam non loquitur, ſed libere profert quicquid ſentit, παρρησιαστὴς. Cicero 1. de Natura deorum, Epicurus homo ad ſcribendi licentiam liber. Aliquãdo Liberum etiam dicimus pro otioſo, & omni negotio, curaq; uacuo: ut Soluto, liberoq; animo eſſe, apud Ciceronem 4. Ver. Idem 1. Offic. Si ab omni animi perturbatione liber ſis. Mart. uno in diſticho ſignificationem hanc cum ſuperiori coniunxit, ludens in uocis ambiguitate. Liber homo es nimium, dicis mihi Chœrile ſemper: (hoc eſt, nimiũ liberè loqueris) In te qui dicit Chœrile, liber homo es: hoc eſt, uacuus negotiis, & quod agat, non habens. Liber etiã ponitur pro eminenti & extanti. Varro in Eumenid. ut citat Nonius: Iterum tragici prodeant, cum capite libero, cum antiqua fronte. Item pro magno, ſeu ualido. Ouidius Epiſtola 8. Perfruor infelix liberiore malo. Vnde campus liberior, ἐυρυχωρία. qui amplus eſt, lateq; patens, & in quo equi libero inoffenſoq; curſu uagari poſſunt. Indeq; ſumpta translatione, Oratores liberum ad dicendum campum nactos dicimus, quum in locum latè patentem inciderunt, amplam ſuppeditantem materiam ad latius expatiandum. Libera uti lingua, παρρησιάζεσθαι, eſt audacter loqui quod ſentias, nihilq; aut potentiæ alicuius, aut gratiæ tribuere. Plautus in Ciſtel. Quia quum adeò me compleui flore Liberi, Magis libera uti lingua collibitum eſt mihi. Libero corde fabulari, eſt fabulari liberè, & ſine timore. Plautus in Epid. Facilè tu iſtuc ſine periculo, & cura corde libero Fabulare Ioui. Libere ædes, quibus quis uti poteſt, tanquã ſuis. Plautus in Mil. Liberæ ſunt ædes, liber ſum autem ego, me uti uolo liberè. Liberum arbitrium, eſt animi uoluntas, ac ſententia libera. Liu. 7. bel. Maced. Et permiſſo libero arbitrio, ne in corpora ſua ſæuiretur, metuebant. Liberum cælum, quod omnibus æquè commune eſt. Cicero 1. Tuſcul. Et in liberum cælum, tanquam in domum ſuam, uenerit. Liberæ literæ, quæ liberius atque audacius loquuntur. Cicero ad Atticum libro 1. Itaque neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulò liberiores literas commitere audeo. Libera mandata, quæ plenam rei conſtituendæ poteſtatem habent. Liuius 7. bel. Maced. de legatis loquẽs, His quæ præſentis diſceptationis eſſent, libera mandata de ſumma rerum Senatus conſtituit. Liberum tempus, id eſt, uacuum, quo omni cura ſoluti ſumus. Cicero 1. de Fin. Nam libero tempore, quum ſoluta nobis eſt eligendi optio, quumq; nihil impedit, &c. Aliquando Liber ponitur pro immuni, ſiue pro alicui rei non obnoxio: & ablatiuo iungitur cum præpoſitione, & ſine præpoſitione: ut, Liber à delictis, qui nulli delicto eſt obnoxius, apud Ciceronem pro Lege Agrar. Liber à fide, qui fidem abſoluit. Liuius 7. belli Punici, Ita tollit inducias, ut liber à fide, incœpta exequeretur. Liber ab irriſione, qui nihil aut fecit, aut dixit, cur meritò poſſit irrideri. Cicero quarto Academicarum, Liber igitur à tali irriſione Socrates, liber Ariſto Chius, &c. Liber à legibus, qui non ſubditur legibus. Plautus in Trin. Ambitio iam more ſancta eſt: libera eſt à legibus. Sic liber à prædonibus, Liber à metu. Sine præpoſitione, ut Liber omni cura animus: apud Ciceronem 1. de Fin. Sic, Liber pauore, liber metu, liber religione animus. Aliquando cum genitiuo conſtruitur pro liberali. Plaut. in Amphit. Nam ego uos nouiſſe credo iam, ut ſit pater meus, Quàm liber harum rerum multarum ſiet. Liberum eſt mihi, eleganter dicitur, pro licet mihi, uel poſſum, & in arbitrio meo conſtitutum eſt. Plin. in Epiſt. Erit enim & poſt emendationem liberum nobis uel publicare, uel continere.

Liberè, Quod modò idem ſignificat quod ingenuè & liberaliter, ἐλευθερίως. Terent. in And. túne hic homines adoleſcentulos Imperitos rerum, educatos liberè in fraudem illicis? Modò idem quod ſolutè, & ſine alicuius obſtaculo. Plautus Bacch. An non uides, ut ſolæ liberè graſſentur? Liberè uiuere, id eſt, ſuo more uiuere neq; ſubijci alterius uolũtati. Terentius in And. Nam is poſtquàm acceſſit ex ephebis Soſia, Liberius uiuendi fuit poteſtas. Liberè loqui, Eſt cõfidenter loqui, ita ut nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ cuiuſquam: παρρησιάζεσθαι. Cicero pro Plancio, Aſperius (inquit) loquutus eſt: imò uerò liberius.

Libertas, libertatis, fem. tert. ſeruituti oppoſita eſt. ἐλευθερία, quam ſic definit Florent. l. Libertas. ff. De ſtatu hominũ. Libertas, eſt naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet niſi quod ui, aut iure prohibetur. Cic. in Parad. Libertas eſt poteſtas uiuendi ut uelit. Accipitur etiam libertas pro eo q Græci uocant παρρησίαν, hoc eſt, pro loquendi, admonendi, increpandiq; fiducia, quum ſcilicet quiduis quod ſentimus, liberè loquimur, nullius reſpectu, gratia aut potentia commoti. Et in hac ſignificatione libertas accipitur ferè in meliorem partem, eiq; opponitur aſſentatio. Licẽtia uerò in malam ferè partem accipitur, quum quis libertate abutitur uſq; ad temeritatem, & procacitatem. Eſt enim licentia immoderata impunitaq; quædam facultas agendi, dicendique quicquid uelis. Quintilianus, Quæ in alijs libertas eſt, in alijs licentia uocatur. Terentius in Heautont. Deteriores omnes ſumus licentia. Ponitur tamen quandoq; licentia pro libertate in bonam partem, ut apud Ciceronem libro tertio Officiorum, Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunq; probabile maximè occurrat, id noſtro iure liceat defendere. Idem libro primo eiuſdem operis, Magnis enim illi & diuinis bonis hanc licentiã aſſequebantur. Libertas quandoq; etiam in malum accipitur, pro effræni quadam animi libidine. Cicero quinto Verrin Nunquam ipſimet nobis prædiceremus iſtam licentiam, libertatemq; uiuendi. Adimere libertatem, eſt aliquem libertate ſpoliare. Cicero pro Domo ſua, Quod idem in poſterum de extraordinarijs poteſtatibus libertatem ademiſſes. Amittere libertatem. Ibidem, Nemo ciuis Romanus aut libertatem, aut ciuitatẽ poſſit amittere, niſi ipſe author factus ſit. Dicimus præterea, Dare libertatem alicui, habere libertatẽ, largiri libertatem, retinere libertatem, recipere libertatẽ, tenere libertatem, Vindicare in libertatem: quorum exempla nuſquam non occurrunt. Libertas etiam libertatis dea dicebatur: cuius templum in Auentino conſtitutum fuiſſe narrant hiſtoriæ.

Liberalis, le, o. t. Benignus, munificus, ἐλεύθερος, ἀφελὴς. cui contraria ſunt Parcus, auidus, tenax, & ſordidus. Cicero pro Quinto Roſcio, Liberalis auidum fraudaſſe dicitur. Idem Antequàm iret in exilium, Eſt enim liberale officium, ferre beneficium ut metere poſſis fructum. Idem pro Cælio, Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. Idem pro Quinto Roſcio, Roſcius ſemper liberaliſſimus munificentiſſimusq; fuit. Differt tamen liberalis à munifico: quia liberalis dicitur qui rogatus: munificus, qui ſponte beneficium contulit. Cicero lib. 3. de Oratore, Quod tam porrò regium, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre ſupplicibus? Sunt etiam qui ita diſtinguant, ut liberalis ſit, qui paruis & priuatis hominibus beneficia præſtat: munificus, qui magnis, & in magnis rebus: ſic liberalitas, naturæ benignitas, quæ maximè in præſtanda opera amicis perſpicitur, & uerſatur, inter priuatos & paruos homines: munificentia, inter magnos. Quod nomen à Libero patre (ſi Valerio Maximo credimus) deductum eſt. Accipitur quandoq; liberalis pro pulchro, & eleganti. Plautus in Milite, Lepida, & liberali forma eſt. Terentius in Eunucho, Quàm liberali facie, quàm ætate integra. Liberalis ingenio dicitur eſſe, qui eſt, ut uulgò dicitur, bonæ naturæ, ſiue boni cordis. Terentius in Adelph. Nam ingenium noui tuum liberale. Liberale reſponſum, hoc eſt, ingenuum, & minus diſſimulanter prolatum. Cicero ad Atticum libro tertio, Quòd ſi non modò

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tu, ſed quiſquam fuiſſet, qui me Pompeii minus liberali reſponſo perterritum, à turpiſſimo conſilio reuocaret, &c. Liberale cõiugium, eſt quod liberè, & inter liberos fit. Terent. in Andria, Spero cõſuetudine, & coniugio liberali deuictũ, Chreme, Dehinc facilè ex illis ſeſe emerſurum malis. Liberale iudicium, & cauſa liberalis, in quo de alicuius agitur libertate, ἐλευθερίᾳ δίκη. Quintilianus lib. 6. cap. 4. Quod fecit longus Sulpitius, qui quum ipſe fœdiſſimus eſſet, cum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plautus in Curc. Memento promiſiſſe te, ſi quiſquàm hanc liberali Cauſa manu aſſereret, mihi argentum omne redditum iri. Terentius in And. Nam ego illã liberali cauſa aſſero manu. Vbi Donatus, ordo eſt, Ego liberali cauſa aſſero illam manu: & ſunt iuris uerba à quibus etiã aſſertores dicuntur uindices alienæ libertatis. Quin & cauſa ipſa liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis. Vide Aſſero. Liberales artes, quæ ſolius ingenii, non manuum miniſterio peraguntur, ἐλευθέρια μαθήματα, cuiuſmodi ſunt Grammatica, Dialectica, Geometria, cæteræq; id genus: ideo liberales dictæ, quòd liberum hominem potiſſimùm deceant: nam manibus corporisq; labore uictum quæritare, illiberale quiddam habet & ſeruile. Cicero primo de Inuen. Quos habuerit artium liberalium magiſtros, quos uiuendi præceptores, &c. Plin. libro decimo quarto, Peſſum ire res uitæ pretia: omnesq; è maximo bono liberales dictæ artes contrarium cecidere, ac ſeruitute ſola profici cœptum. Cic. de Orat. ingenuas artes appellat. Studia liberalia, Tacit. li. 3. Liberalis doctrina, Cic de Finibus. Liberalis eruditio & doctrina, Cicero ſecundo Tuſculan. Illiberales uerò mechanicę, quæ in manuum opera conſiſtunt: habent enim ſeruile miniſterium

Liberalitas, f. t. Munificentia, ἐλευθεριότης. Cicero 3. de Finibus. Nam quum ita nati factiq; ſimus, ut & agendi aliquid, & diligendi aliquos, & liberalitatis, & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus, &c. Idem 1. Offic. Iuſtitiæ eſt cõiuncta beneficentia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellari licet. Liberalitas (ut inquit Speuſippus) eſt habitus qui in quærendis, erogandisq; pecuniis decorum ſeruat. Hoc eſt, decens & moderata acquiſitio, & erogatiõ pecuniæ, auaritiæ, & prodigalitatis extremis circunſcripta. Nam ſi non tantum quantum oportet tribuas, auaritia oritur: ſin excedas in dando modum, desq; plus quàm oportet, & cui non oportet, & quando & qua cauſa non oportet, in uitium laberis prodigalitatis. Aliquando ita accipitur liberalitas, ut ſeruili metui opponatur. Terẽtius in Adelph. Pudore & liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo quàm metu.

Liberaliter, Largè, munificè, ἐλευθερίως. Cicero quarto Verr. Hi porrò qui ſucceſſerunt, uehementer iſtius cupidi: liberaliter ex iſtius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. Interdum liberaliter idem ualet quod ingenuè, & ut libero homine dignum eſt. Cicero tertio de Finibus, Eſſeque hominis ingenui, & liberaliter educati, uel le bene audire à parentibus. Liberaliter eruditus is dicitur, qui optimis artibus inſtitutus eſt. Cice. ſecundo Tuſculan. Sed ſi poſſumus, eos excitemus, qui liberaliter eruditi; adhibita etiam differendi elegantia, ratione & uia philoſophantur. Sic liberaliter inſtructus, apud Cæſarem libro tertio bel li Ciuilis. Liberaliter ſeruire, id eſt, bono animo, & libero, libenter obſequendo, Terentius in Andria, Propterea quòd ſeruiebas liberaliter. Aliquando pro indulgenter. Salluſt. Exercitum quem in Aſia ductauerat, luxuriosè, nimisq; liberaliter habuerat. Cuius contrarium eſt illiberaliter, quod ueteres de eo dicebant, qui omne maleficii genus exceſſiſſet, ἀγχινῶς. Terent. in Adelph. Factum à uobis duriter, immiſericorditer, atq; (ſi æquum eſt dicere magis apertè) illiberaliter. Donatus, Illiberaliter, iniuſtè, inclementer, nõ bene: quia liberalis bonus dicitur.

Liberi, orum, maſc. f. plurali tantùm numero, Dicuntur filii, uel filiæ: quanuis etiam liberorum appellatione unus filius, & una filia intelligatur, τὰ τέκνα, παῖδες. Caius in l. Non eſt, ff. De uerb. ſignif. Non eſt ſine liberis, cui uel unus filius, una ue filia eſt. Terentius in Hecyra, Qui illum decreuũt dignum, ſuos cui liberos committerent. Sic & Cicero, En cui tuos liberos committas: quum de uno ageret. Olim tamen in uſu erat nominatiuus ſingularis liber, pro filio. Catul. in Argo. Optauit genitor primæui funera gnati: Liber, ut innuptæ poteretur flore nouercæ. Item nepotes & pronepotes, cæteriq; ex his deſcendentes, liberorum appellatione continentur. Paulus. ff. de Grad. aff. l. Iuriſconſultus. Liberi inquit, uocantur uſq; ad trinepotem. Calliſtratus l. Liberorum. ff. de Verb. ſignif. Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæteriq; qui ex his deſcendunt, cõtinentur: hoc enim omnes liberorum appellatione, lex duodecim tabul. comprehendit. Similes patri liberi. Seneca. Medea. Parere liberos, Idem Thebaid. Procreare liberos, Quintilianus libro 3. cap. 8. Auctus liberis, Tacit. lib. 3. Tanquàm auctis liberis Druſus domum Germanici magis urgeret. Dare operam liberis, eſt procreandorum liberorum cauſa cum uxore rem habere. Cic. 1. Offic. Liberis dare operam, & honeſtum eſt, nomine obſcœnum,

Libertus. maſc. ſ. Qui quũ eſſet ſeruus, factus eſt liber ita dictus quaſi liberatus. ἀπελεύθερος. Huius relatiuum eſt patronus. Plaut. in Aſin. Magis decorum eſt, libertum potius quã patronum, onus in uia portare. Vlpianus eum eſſe libertum definit, quem quis ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Quintilianus libro 7. cap. 8. Patrono in libertum manus iniecto ſit. Idem libro 11. capite 1. Eadem pro libertis aduerſus patronos obſeruantia.

Liberta, fœmininum, Horatius primo Serm. Satyra 1. ad hunc liberta ſecuri Diuiſit medium fortiſſima Tyndaridarũ. Modeſtinus, Libertis, libertabusq; meis, liberum libertæ teſtatoris non contineri.

Libertinus, tini, relatiuum eſt ingenui, ἀπελεύθερος, ἐξελεύθερος. Libertus autem relatiuum patroni. Per libertinum enim ſignificamus conditionem hominis, ſicut per ingenuũ: per liberum uerò priuatum quendam reſpectum ad Patronum. Plaut. in Milite, Ingenuam an libertinam? Propriè itaq; libertini dicuntur qui ex libertis procreati ſunt: hoc eſt, qui ipſi quidem nunquã ſeruierunt, ſed quorũ parentes, antequàm filij naſcerẽtur, è ſeruitute manu emiſſi ſunt. Cic. 4. Philip. Ipſi ex libertini filia ſuſcepit liberos. Poſtea tamen libertinorum & libertorum uocabula in eadem ſignificatione uſurpari cœperunt, pro ijs ſcilicet qui poſt iuſtã ſeruitutem libertatem eſſent conſecuti. Quod manifeſtiſſimè oſtẽdit Sueton. in Claudio his uerbis, Ignarus temporibus Appij & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipſos qui manu mitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos.

Libero, ras, act. p. Modò, idem ſignificat quod manumitto, & ex ſeruo libertum facio, ἐλευθερόω, ἀπολύω. Propriè q; heri eſt, quum ſeruum de poteſtate ſua emittit. Nonnunquàm tamen & ſeruus ſe liberare dicitur, quũ peculio ſuo ſe redimit. Cic. 1. de Orat. Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſeq; liberaſſet. Mãdò iudicij uerbum eſt, idem ſignificans quod abſoluo, & ab actione intentata liberum iudico, ἀφίημι. Cic. pro Cluent. Iudices hunc quem iam bis condemnatum acceperant, liberarunt. Idem 4. Ver. Qui Sopatrum eodem illo crimine liberarant. Aliquando generale uerbum eſt, idem ſignificans quod moleſtia, dãno, uel periculo eripio. Cic. Attic. Næ tu me ſolicitudine magna liberaris. Liberare fidẽ, eſt præſtare promiſſum. Cic. pro Flac. Ipſe tamen Fuſijs ſatisfacit abſentibus, & fidẽ ſuã liberat. liberare ſe ære alieno, eſt creditã ſibi pecuniam creditori numerare, ſiue debita perſoluere. Cic. ad Attic. lib. 6. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ. &c. Liberare itẽ debitorem dicitur creditor, aut eius hæres cum quod ſibi debebatur, ei acceptum fert. Papin. l. Quum hæres. ff. de Liberat. legat. Quum hæres rogatur debitorem ſuũ liberare, de eo tantum cogitatum uidetur quod in obligatione manſit. Paulus l. Legaui titio. ff. eod. tit. Si is cui Titius debebat, debitũ ei remittere uoluerit, nihil intereſt hęredem ſuum iuſſerit, ut eum liberaret, an prohibeat eũ exigere: utroq; enim modo liberandus eſt debitor, & utroq; caſu competit ultrò ad deliberandum debitorem actio.

Liberator, liberatoris, m. t. uerbale, Id eſt uindex libertatis, ἐλευθερώτης. Cic. Attic. Patriæ liberatores urbe carebant ea, à cuius ceruicib. iugum ſeruile dniecerant. Idem alibi. Romę noſtri liberatores tutò eſſe non poſſunt.

Liberatio, tionis, f. t. Actus ipſe liberandi, remiſſio, abſolutio, διάλυσις, ἄφεσις, ἀπαλλαγή. Cicero in Piſonem, Reorum acerbiſſimæ damnationes, libidinoſiſſimæ liberationes. Accipitur præterea liberatio pro acceptilatione. quæ à Græcis ἀποχή dicitur, ſiue pro abſolutione à nexu. Vnde Titulus eſt in Pandect. de Liberatione legata.

Liber, bri, m. ſ. ſubſtantiuum, priore cor. Propriè corticis genus eſt tenuius, quod in phillyras plures diuidi poteſt: cuiuſmodi erant quæ papyris in Aegypto detrahebantur, charęq; uſum præbebant, φλοιός. Cic. 1. de Nat. deor. Trunci obducuntur libro aut cortice, quò ſint à calorib. & frigoribus tutiores:

liber sũb: f. lego
i. epitheton Bacchi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tutiores. Plin. lib. 13. cap. 11. Palmarum folijs primò ſcriptita tum: deinde quarundam arborum libris. Indifferenter tamen pro quouis cortice poſitum inuenitur. Colum. lib. 5. cap. 10. Ita librũ arboris inoleſcere finito. Verg. 1. eclog. Quũ moriens alta liber aret in ulmo. Idem 2. Georg. huc aliena ex arbore germen Includunt, udoq; docent inoleſcere libro. Et quoniam libri, hoc eſt, tenuiores arborum cortices, charte olim uſum præbebant, codices quoq; qui ex ijs compagi nari ſolebãt, libri βίβλοι, dicti ſunt: obtinuitq; uſus ut quãuis mutata re, alijsq; iam inuentis chartarum generibus, pri ſcum tamen manſerit nomen, libriq; dicantur qui ex pluri bus concinnati ſunt chartis, ex quacũq; materia præparatis. Iidem & codices dicuntur, ab arborum caudicibus, ex quibus antiqui tabulas ligneas ad ſcribendi uſum ſolebãt conficere, easq; cera obducere. Cicero Attico, Demetrij librum de cõcordia tibi remiſi. Sic uniuerſa Vergilij opera ſimul compacta, unum dicimus librum. Plin. Epiſt. 20. Poſtea reciſa, ac purgata, in unum librum grandem quidem, unũ tamen, coarctata eſſe. Quandoq; tamen libros uocamus operis alicuius partes, certaq; ſegmenta, in quæ totum opus diſtinguitur. Græci λόγους, τόμους, καὶ βιβλία appellant, ut quum dicimus Vergilij Aeneida in XII. libros diſtinctam eſſe. Liber præterea ponitur pro inuentario, ut uulgò dicitur, ſiue regiſtro. Cicero 5. Verr. Miſit literas ad Carpinatium, quas ego Syracuſis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum miſſarum apud Tullium magiſtrum familiarem tuum inueni, Budæus. A liber, quando corticem ſignificat, fit uerbum Delibro, penultima corr. quod eſt corticẽ detraho, ἀπολεπίζω, ἀποφλοιῶ, Vide ſuo loco.

Libellus, li, m. ſ. Paruus liber, γραμμάτιον, βιβλίον. Mart. libro 14. Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello Conſtabit numis quatuor empta tibi. Aliquando etiam ponitur pro epiſtola ſiue tabella. Brutus ad Ciceronẽ libro 11. Ne de Planco quidem ſpem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animaduerti. Inde Libelliones dicti ſunt, de quibus infrà. Ponitur aliquando pro punctis, ſiue articulis ſcriptum aliquod diſtinguentibus. Cic. in Verr. Recita mihi hunc primum libellum: deinde illum alterum Canuleij. Libelli etiam dicũtur quos uulgus ſupplicationes, ἱκετηρίας appellat, quos Martialis Supplices libellos nominauit illo hẽdecaſyllabo, Idem ſupplicibus uacat libellis. Tales enim principibus dari ſolent ad negotia explicanda à ſubditis, in quibus petitiones continentur. Sueton. in Cæſar. pro eodẽ ſine addito dixit libellum, Libellumq; indicem infidiarũ, ab obuio quodam porrectum, libellis cæteris, quos ſiniſtra tenebat, quaſi mox lecturis commiſcuit. Libellus ponitur etiam pro commentario quam memoriam uulgò uocant. Quintil. lib. 12. cap. 8. Peſſimę uerò conſuetudinis eſt libellis eſſe cõtentum quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, aut alij ex genere aduocatorum. Quo in loco, teſte Budæo, libellus accipitur pro ſcripto memoriæ cauſa parato, pro quo etiam libellum memoriale dicimus. Suetonius in Iul. Cæſ. Epiſtolæ quoq; eius ad Senatum extant, quas primũ uidetur ad paginas, & formam memorialis libelli conuertiſſe. A Cicerone autem ad Att. Libellum mãdatorum dicitur in quo memoriæ cauſa, quæ alicui mandantur ſiue iniunguntur, ſunt perſcripta. Libellus etiã, eodem Budæo teſte, dicitur epiſtola aſſertoria, quàm ſtulgò certificationẽ uocamus: ut quas uectigalium & tributorum immunes ad publicanos deſtinari ſolent, ne prouectura res ſuas aduehentes, importantesue inhibeant. Paul. in l. ſi Publicanus. ff. de Publican. Significent, inquit, id libello manu ſua ſubſcripto, eũq; ad Publicanum mittãt. Eſt & libellus menſuræ genus. Cato de Re ruſtica cap. 15. Parietes illæ ſi locet in pedes centũ, id eſt, pedes denos quoquouerſum, habeat libellum in pedes quinos, &c. Dicitur quoq; libellus ſcripti genus, quo aliquis in iudiciũ uocatur. Plautus in Curc. Vbi tu es qui me libello Venereo ciraſti? ecce me ſiſto, ades contra. A libellis autem miniſtri illi eſſe dicuntur qui principi in hoc negocio ſubſeruiunt, ut ſupplices libellos accipiant, euoluant, ijsq; reſpondeant. Suetonius, Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit. Libellos proponere in locis celeberrimis, eſt ſcriptũ aliquod in locis publicis affigere. Cicero pro Quintio, De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè tacitè, obſcureq; conceditur. Libellos ſignare, ſiue ſubnotare dicitur is qui libellis ſupplicibus, quas uulgus requeſtas uocat, reſpõdent. Plinius in Epiſt. Sedeo p tribunali, ſubnoto libellos, cõficio tabulas. Pro eodem legitur & libellos agere: ut in l. reſcriptũ. de Diſtra. pigno. Reſcriptũ eſt ab imperatore, libellos agente Papiniano, id eſt, Papiniano, libellis apud imperatorẽ præfecto. Apud leguleios libellus diuerſis modis dicitur. Nam eſt libellus accuſationis, conuentionis, repudij, & huiuſmodi, ἔγκλημα, τὰ ἐπιγραμμένα.

Libellulus, diminutiuũ à libellus, βιβλίδιον, Hieronymus. In præſenti libellulo edoceat.

Libellio, onis, maſculini generis tertiæ. A ueteribus dicebatur quem nos tabellionem uocamus, γραμματεύς. Varro, Tum ad me ferunt, quòd libellionem eſſe ſciebant. Accipitur interdum pro librario qui libros ſcribit, & uendit. Statius 4. Syl. Sed Bruti ſenis oſcitationes, De capſa miſeri libellionis, Emptum plus minus aſſe Caiano, Donas.

Librarius, a, um, Quòd ad libros pertinet, γραφικὸς. ut Atramentum librarium, quo libri ſcribuntur: quemadmodum ſutoriũ, quo coria: & tectoriũ, quo parietes denigrantur, Plinius lib. 35. cap. 6. Omne autem atramẽtum Sole perficitur: librariũ & tectorium glutino admiſto. Taberna libraria, in qua libri uænales proſtãt, βιβλιοπωλεῖον. Cic. 2. Philip. Quũ tu illum in foro ſpectãte populo Romano gladio ſtricto inſecurus es: negotiumq; tranſegiſſes, niſi ille ſe ſub ſcalas rabernæ librariæ conieciſſet.

Librarius, rij, m. ſ. ſubſtantiuum, Qui libros manu ſua deſcribit, pretio ad id cõductus, βιβλιογράφος. nam qui eos uendit, Græco potius nomine bibliopola dicitur, βιβλιοπώλης. Cicero pro lege Agraria, Aliquando tandem me deſignato, lex in publicum proponitur, concurrunt iuſſu meo plures uno tempore librarij, deſcriptam legem ad me afferunt. Liuius 8. bell. Maced. In L. Scipione malim equidem librarij mendum quàm mendacium ſcriptoris eſſe in ſumma auri atq; argenti. Horat. in Arte, Vt ſcriptor ſi peccat idem, librarius, uſq; Quanuis eſt monitus, uenia caret. Plin. lib. 7. cap. 25. de inſigni memoria Iulij Cæſaris, Epiſtolas uerò tãtarum rerum quaternas pariter librarijs dictare, aut ſi nihil aliud ageret, ſeptenas.

Librariolus, li, diminutiuum, Pro ſeruulo à manu. Cic. ad Attic. lib. 4. Et iam uelim mihi mittas de tuis librariolis duos: quibus Tyranno utatur glutinatoribus. Idem 1. de Leg. Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum: nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, ſed ex librariolis Latinis.

Libraria, æ. f. p. ſubſtantiuum, Taberna in qua libri proſtant, βιβλιοπωλεῖον Gellius libro 5. capite 4. Apud Sigillaria fortè in libraria ego & Iulius Paulus poëta, uir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus.

Librarium, rij, Theca eſt, ſiue ſcrinium quo libri continentur. Cicero pro Domo ſua, exhibe quæſo, Sexte Clodi, librarium illud legum ueſtrarum, quod te aiunt eripuiſſe è domo, & ex mediis armis, turbaq; nocturna, tanquàm Palladium, ſuſtuliſſe.

Libet, uerbum impersonale, Idem ſignificans quod placet: à labendo (ut Varro inquit) quòd quæ placent, in mentem prolabantur, δοκεῖ, ἐπέρχεται. Duo habet præterita, libet, & libitum eſt. Plaut in Pſeud. Cur id auſus facere? B. Libuit, id eſt, ſic uolui, ſic placuit mihi. Idem in Aſinaria, Si quid te uolam, ubi eris? L. Vbicunq; libitum erit animo meo. Hinc fit Collibet, penult. corr. uel Collubet, collibuit, collibitũ eſt, collibere, idem quod libet. Terent. in Eunucho. Siquid collibuit, noui te. Colum. lib. 11. cap. 1. Facturus mox, ſi collibuiſſet, quod nunc aggredior.

Libens, tis, Volens, uoluntarius, gaudens. ἄσμενος, ἑκών. Cic. ad Attic. lib. 10. Si uera ſunt, ignoſces: ſi falſa, me libente eripies mihi hunc errorem. Idem pro Cluent. Eamq; animis ueſtris aut libentibus, aut æquis remittatis. Liu. lib. 9. bel. Pun. Vt modicas iniurias non æquo animo pati, ſed propè libenti uideri poſſent. Cic. ad Attic. lib. 4. Illam porticum redemptores ſtatim ſint demoliti libentiſſimis omnibus.

Libens, authore Donato, interdum aduerbialiter ponitur pro libenter, ἀσμένως. Terentius in Andria, Fugin' hinc? B. Ego uerò ac libens.

Libenter, non grauatè, æquo gratoq; animo, ἑκουσίως, ἀσμένως, Cicero 4. Acad. Itaque quum aliud diceret, atq; ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, &c. Hora. 2. Epiſt. Dicit enim citius meminit libentius illud, Quod quia deridet quàm quod probat, & ueneratur. Libenter uiuere, & cœnare, autore Donato, eſt bonorum ciborum edacem eſſe. Tere. in Eun. tu hercle cum illa Phædria Et libenter uiuis: etenim bene libenter uictitas.

Libẽtia, æ, f. p. Voluptas, illecebræ, ἡδοναί, Gell. lib. 15. cap. 2. Cui libentiæ, gratiæq; omnes conuiuiorum incognitæ ſint.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Libido, pen: prod. genitiuo libidinis, f. t. Est effrænata, & temerè suscepta rei alicuius cupiditas, ἐπιθυμία, ὁρμὴ ἄθυτος. Vnde ferè semper in deteriorẽ partem accipitur. Plautus in Epid. Nequã es homo Epidice, cui libido est malè loqui. Augustinus lib. 14 de Ciuit. Dei, scribit libidinem esse generale uocabulum omnis cupiditatis, quum & ipsam iram nihil esse quàm ulciscendi libidinem, ueteres definierint: & Auaritiã habendi pecuniam. Peruicaciam, libidinẽ quomodocunq; uincendi: & Iactantiam libidinem gloriandi. Et quum multarum rerum libidines sint, tamen quũ libido dicitur, neq; cuius rei libido sit, additur, non ferè solet animo occurrere nisi illa qua obscœnæ partes corporis excitãtur. Cic. 4. Tusc. Voluntas est quæ quid quum ratione desiderat: quę aũt aduersus rationem incitata est uehementius, ea libido est, uel cupiditas effrænata quę in omnibus stultis inuenitur. Sallustius in Catilina, medium uocabulum esse ostendit quod tam in meliorẽ quàm in deteriorẽ partẽ accipi possit, hoc est, pro uoluptate tam honesta, quã inhonesta. Magisq; (inquit) in decoris armis, & militaribus equis, quàm in scortis, & conuiuijs libidinem habebant. Libido nauseæ, id est, cupiditas uomendi. Cato cap. 156. Vbi libido uenit nauseæ, eumq; apprehendet, decumbat, purgetq; sese.

Libidinosus, sa, sum, Qui in libidinem propensus est, quiq; ueneri plus æquo indulget, ἀσελγὴς, ἀκρατὴς, ἀκόλαστος, ἀφροδίσιος. Cicero de Senect Libidinosa enim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Plinius lib. 11. cap. 39. Libidinosiores hominũ quoq; hirtos colligens. Quintilianus lib. 6. cap. 4. Libidinosior es quàm ullus spado. Libidinosas sententias. Cic. pro Domo sua dixit, quæ pro libidine cuiusq; feruntur. Libidinosæ dapes, dicuntur exquisitæ, & curiosæ. Col. in præfat. lib. 10. Mox quũ sequens, & præcipuè nostra ætas dapibus libidinosis pretia constituerit, &c.

Libidinosè, aduerbium, Idem quod impotenter, & pro animi libidine, ἀκρατῶς. Sallustius Iugurtha, Post ubi paulatim licentia creuit, iuxta bonos & malos libidinosè interficere, Cic. 1. Verr. Vt quæ ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit. Idẽ lib. 1. Offic. Cauetq; ne quid libidinosè aut faciat, aut cogitet. Liuius lib. 3. ab Vrbe, Abstinebatur à patribus, in humiliores libidinosè, crudeliterq; consulebatur.

Libidinor, aris, Libidinem perago, uoluptati indulgeo, ὑδυπαθέω. Sueton. in Nerone, cap. 28. Olim etiam quoties lectica cum matre ueheretur, libidinatum incestè, ac maculis uestis proditum affirmat.

Libidinosus, Libido, uide Libet.

Libitinarius, narij, m. s. propriè dicitur is qui locat aut uendit ea quæ ad pompam funebrem sunt necessaria, uel qui curã habet sepeliendorum funerum, κηδεστὴς, ταφεύς, Tractũ est nomen à Libitina dea, in cuius æde asseruabantur ea quæ ad institutionem funebris pompæ erant necessaria. Vlpian. l. Quicunq; ff. de institor. actio. Si libitinarius, quem Græci κηδεστὴν uocant, seruum polinctorem habuerit, isq; mortuum spoliauerit, dãdam in eum quasi institoriam actionem. Ex quibus uerbis patet, libitinarij exercitium honestius fuisse quàm polinctoris. Habebant enim libitinarij domi suæ seruos, quorum opera utebantur ad polliciendo, hoc est, abluenda, ungenda, & consuenda cadauera: quos polinctores uocabant, à poliendis cadaueribus. Designatores autem dicebantur, qui pompam funebrem instruebant, & cuique incedendi præscribebant locum: quos Græci βραβευτὰς appellant. De quibus latius suis locis. Seneca de Benef. At tu Aruntium, & Ateium, & cæteros qui captandorũ testamentorum artem professi sunt, non putas cadẽ habere, quæ de signatores & libidinarios, uocat

Libium, lege Iuniperus parua.

Libo, as, a. p. Leuiter degusto, & quasi primis labris attingo, λείβω. Sunt qui libare dictum putant, quasi labiare: quum tamen constet uerbum esse Græcũ. Illi enim dicunt λείβω, quod nos ι diphthongo in i longum cõmutata, uertimus libo. Verg. lib. 4. Georg. Purpureosq; metunt flores, & flumina libant. Per translationẽ quandoq; ponitur pro leuiter tangere. Verg. 2. Aeneid. Oscula libauit natæ. Quandoque pro sacrificare, προθύματα, καὶ προκατάρχματα ποιεῖσθαι: Verga 3. Aeneid. tendoq; supinas Ad cælum cum uoce manus, & munera libo Intemerata focis. Cic. lib. 3. de Leg. Certas fruges, certasq; baccas sacerdotes publicè libanto. Lactant. lib. 5. Nihil enim sancta & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat quàm solam innocentiam, quam si quis obtulerit deo satis piè, satis religiosè libabit. Libare laudem ex alienis laboribus, hoc est laudis, quę alteri debebatur, partem præripere, & sibi uendicare. Author lib. 4. ad Heren. Vide nè facias impudẽter, qui tuo nomine uelis ex aliorũ laboribus libare laudem. Libare, interdũ est excipere legendo authores, & quod sibi utile est, trãsumere. Cic. lib. 5. Tusc. Sed à te impetrare libenter uelim, nisi molestũ sit, quoniã nulla uincula te impediũt ullius certæ disciplinę, libasq; ex omnibus quodcunq; te maximè specie ueritatis mouet. Huius uerbi cõposita sunt, Delibo, prælibo, prolibo, pen. prod. Plinius lib. 35. In sacris quidẽ etiã inter has opes, non myrrhinis, crystallinisue, sed fictilibus prolibatur sympulis innocentius.

Libatus, participium, Idem quod decerptus. Cic. lib. 2. de Diuin. Naturale quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex diuinitate, unde omnes animos hausti, aut excepti, aut libatos haberemus.

Libamen, inis, n. t. Libamentũ, ti, & Libatio, onis. Pro eodẽ sumũtur, significantq; quicquid in sacris libatur: à Libero patre (ut nonnulli putant) qui primus Ioui libauit, λοιβὴ, σπονδὴ, σπεῖσαι, σπονδὴ, σπεῖσαι. Ouid. lib. 3. Fast. Nomine ab authoris ducũt libamina nomen. Liber enim qui Bacchus dictus est, quum uictor de Scythis, alijsq; nationibus extitisset, rerũ primitias magno Ioui obtulit. Verisimilius tamẽ uidetur, hæc omnia deducta esse à uerbo Græco λείβω, quod inter alia significat leuiter gusto. Cic. 1. de Legibus, Quod tempus ut sacrificiorum libamẽta seruentur fœtusq; decorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. Plin. lib. 37. cap. 10. Præterea in aras addita ea, traditur libamenta non amburi. Verg. 6. Aeneid. Ignibus imponunt sacris libamina prima. Valerius Flaccus 1. Argon. Pingui cumulat libamine flammam. Statius 3. Syl. Hęc, ego nascentes lætus bocchatus ad aras Libamenta tuli. Vide Delibo.

Libatio, uerbale f. t. Sacrificatio, uel ea degustatio quæ in sacrificiis fieri licebat, λοιβὴ, χοή. Cicero de Aruspicum respon.. Te appello Lentule, tui sacerdotij sunt tensæ, curricula, præcętio, ludi, libationes epulæq; ludorum.

Libum, bi, n. s. Genus dulciarij cibi, ex farre, caseo, melle, & oleo, ψαιστόν. Verg. lib. 7. & adorea liba per herbam Subiiciũt epulis, dictum est autem libum à uerbo Græco λείβω, quod nos mutata ι diphthongo in i longũ, dicimus libo. Solent enim liba sacrificijs adhiberi. Alij uolunt à Libero patre dictum esse libum. quod etiam indicat Ouidius lib. 1. Fastor. Liba deo fiũt, succis quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Et paulò pòst. Melle pater fruitur, liboq; infusa caléti Iure repertori candida mella damus. Quo pacto autẽ fieri soleat libum, docet Cato de Re rustica cap. 77. his uerbis, Libum sic facito: Caseum bene distere in mortario: ubi bene triueris, farinæ siliginęæ libram, aut si uoles teneriùs esse, silibram similaginis solum eodem indito, permisceto; cum caseo bene: ouum unum addito, & permisceto unà bene. Inde panem facito, folia subdito, in foco calido sub testa ea coquito leniter.

Libra libræ, f. p. Quæ & As & Mina, seu Mna & pondo dicitur, duodecim constat unciis. λίτρα. Libra tamen unciarum uarietate accepit, pondo semper idem fuit. Erat præterea libra apud Romanos mensuræ genus cõstans ex duodecim partibus æqualibus, quas similiter uncias uocabant. Hanc aũt mensuram differentiã ponderis, libram mensuralem uocabant, uel libram mensurã: alteram aũt qua res appendũtur, hoc est, pondus ipsum, Libram ponderalẽ, uel libram pondo. Erat aũt libra mensuralis, teste Galeno lib. 1. de Compos. medicament. mẽsura cornea qua oleum admetiebantur Romani, intersecta lineis quibusdam diuidentibus ipsam in duodecim partes. Huius uerò libræ pars duodecima, hoc est, interstitium inter duas lineas, uncia uocabatur. Porrò quantum differat libra mensuralis in pondere à libra ponderali, docet idem Galenus eiusdem operis lib. 6. ostendens libram mensuralem, æqualem esse decem uncijs põderalibus. hoc est, duabus uncijs minorem esse libra ponderali. Corneis aũt mensuris oleum apud Romanos uendi consueuisse, ostendit etiam Horat. lib. 2. Serm. Satyra 2. Ac nisi mutatum parcit diffundere uinum: &, Cuius odorem olei nequeas perferre (licebit Ille repotia, natales, aliosue dierũ Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri Caulibus instillat, ueteris non parcus aceti. Propriè aũt libra, instrumentum est quo res ponderantur, duas habens lances, ex quarũ depressione, uel eleuatione iustum rei pondus deprehenditur. Vnde etiam bilancem uocãt. Cicero 5. Tusculan. Quo in loco quam uim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram

corpo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

corporis externa, tantùm propendere illam boni lancem putet, ut terrâ & maria deprimat. Persius Satyra 4. Scis etenim iustum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. Cic. lib. 1. de Finibus. Virtutis aũt amplitudinẽ quasi in altera librę lance ponere. Statera uerò instrumentũ est, quo res sine lancibus ponderantur. Est & Libra cæleste signum, ꝙ Cæsaris ætate octauo, hodie decimo tertio Calend. Octob. Sole ipsum ingrediente, æquinoctiũ facit autumnale. Verg. 1. Georg. Libra die, somnique pares ubi fecerit horas. Plin. lib. 18. capite 25. Alterumq; æquinoctium librę. Ouid. 4. Fast. Pendula cæleſtes libra mouebat aquas. Seneca Herc. furen. Libra Phœbeos tenet æqua currus. Libra etiam instrumentũ est fabrile, seu potius geometrica machina qua exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, uel fluuiorum, num sci licet altiora sint eo loco quò ea ducere constituimus. Quan quam etiam non rarò librę uocabulum usurpamus pro ipsa altitudine, quam machina huiusmodi deprehendimus. Vnde lacum dicimus esse pari libra cum mari, id est, æquali altitudine. Item fontem dicimus esse infra libram montis, cuius scaturigo monte est inferior. Colum. lib. 8. cap. 1. Sin autem locus ubi uiuarium cõstituere censemus, pari libra cum æquore maris est, in pedes nouem defodiatur piscina. Et paulò pòst, Quoniam modus ille aquæ iacentis infra libram maris non aliter exprimitur, quàm si maior recentis freti uis incesserit. Idem instrumentum & Libella appellatur per diminutionem. Colum. lib. 8. cap. 1. Hos autem meatus fieri censemus per imam cõcepti partem, si loci situs ita competit, ut in solo piscinæ posita libella septem pedibus sublimius esse maris æquor ostendat. Ponitur quoq; pro libramẽto. Plin. lib. 10. cap. 36. Contra flatus quoq; peruicax libra Bononiensibus calamis.

Libella, bellæ, f. p. diminutiuum, Quod modò pro statere accipitur, hoc est, pro ponderãdi instrumẽto, duas habente lances. ζυγίον. Modò pro pondere duodecim unciarũ, λίτρα. Aliquando etiam pro numulo argenteo qui & As dicitur. Cic. 4. Verrin. Ecquis Volcatio, si sua sponte ueniſſet, unam libellã dedisset? Libellam pro asse posuit, ex eo dictam, quòd libram æris ualebat, id est, assem. Quum autẽ minimam pecuniam significare uolebant, assem, & libellã dicebant. Plautus in Captiuis, At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argenti ideo dicitur, quòd numulus erat argenteus decima pars denarij. Cic. ad Attic. lib. 7. Fecit palam te ex libella, me ex teruncio: subaudi, hæredem. Libella etiam est fabrile instrumentum quod nostrates, authore Budæo, Niuellum appellãt. Plin. lib. 7. cap 56. Fornicem autem, & libellam, & tornũ, & clauem Theodorus Samius, subaudi, inuenit. Idem libro trigesimo sexto, capite uigesimo secũdo, Structuram ad normam & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet.

Libralis, & hoc librale, o. t. Quod est unius librę, λιτρῶδες. Plin. lib. 19. cap. 2. Excedunt sępe magnitudinẽ mali cotonei, etiã librali pondere. Librales offæ, quæ librę unius pondus exęquant. Col. lib. 6. cap. 2. Post hæc diductis malis, educito linguã, totumq; eorũ palatũ sale defricato, librales q; offas in prælulsæ adipis liquamine tinctas, lingula demittito.

Librarius, ria, rium, à Libra, Quod est librę, λιτρῶδες. Columella libro ultimo, capite 53. Caro in libraria frusta conciditur. Vbi frusta libraria uocat, quorum singula singulas libras pondere adæquarent.

Libraria, à libra, Quo nomine significatur ancilla quæ præficitur partiendis pensis. Iuuen Satyr. 6. si nocte maritus Auersus iacuit, perijt libraria, ponunt Cosmetæ tunicas.

Librile, pen. prod. Scapus librę, inquit Festus, hoc est, trabs ille transuersa, ex qua librę dependent, ζυγὸς.

Libripens, dis, m. t. Antiquitus dicebatur, qui ante argentum signatum, quum Romani adhuc ære graui uterentur, militibus appendebat stipendia. Dictus libripens à libra ænea, qua utebatur ad pendenda, hoc est, ad ponderanda stipendia, ζυγοστάτης. Plin. lib. 33. cap. 3. Populus Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum usus est. Libralis (unde etiam nunc libella dicitur) & dipõdius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta: & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impẽdia, & depẽdere. Quin & millium stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Ex quibus Plinij uerbis clarissimè ostenditur eum, primùm dictum fuisse libripendem, cuius officium erat militibus appendere æs graue in stipendium. Postea uerò libri pendis nomen transijsse ad eum qui in mancipationibus, hoc est, in contractionibus imaginarijs quibus res mancipi, adhibito ære & libra, alienabatur, tenebat libram. Nam apud ueteres (ut docet Boëthius in tertia parte Commentariorum in Top. Ciceron.) res mancipi, hoc est, quæ nostri sunt dominij, alienari non poterant, nisi adhibitis, ut minimum, quinq; testibus ciuibus Rom. puberibus, & eo qui libram tenebat, qui uocabatur libripens. Quo autem ritu id fiebat docet Caius lib. 1. Instit. his uerbis, Est autẽ mancipatio (ut suprà indicauimus) imaginaria quædam uenditio. Eaque res agitur adhibitis non minus quàm quinque testibus Rom. puberious, & præterea alio eiusdem conditionis qui libram æneã teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium accipit, ęs tenens ita dicit, Hunc ego hominẽ ex iure Quiritium meum esse aio, isq; mihi emptus est hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit libram: idq; ęs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco.

Libro, as, a. p. Põdero, trutino, æstimo, examino. ταλαντεύω. Plinius libro 19. capite 1. In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile aurę. Metum librare. Saty. 9. Thebaidos, paulũ stetit anxius heros Librabatq; metus. Apulcius, Omnia priusquàm aliquid statuas, librãda sunt. Aliquando graue facere. Plin. lib. 11. cap. 11. Apes si oriatur procella, apprehensi pondusculo lapilli se librant, id est, grauiores faciunt. Verg. 4. Georg. Excursusq; breues tentant, & sępè lapillos Tollunt, his sese per inania nubila librant. Aues etiam se liberare dicũtur, quum uelut sagitta arcu excussa, ex alto in terrã se præcipitant. Plin. lib. 10. cap. 1. Supereſt haliæetus clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, &c. Ouid. 8. Metamorph. Corpus librauit in alas. Aliquando æquare. Colum. lib. 4. Sic per mensum & libratum opus in [illegible] itudinem ueruacti semper procedit. Idem lib. 10. Et paribus Titan orbem librauerat horis. Librare ponderibus. Cicero 5. Tusc. Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis materia sustineat, &c. Librare malleum. Ouid. lib. 2. Metam. Lactẽris uitulo dextra libratus ab aure Tempora discussit claro caua malleus ictu. Ponitur interdum pro iaculari, & magna ui quicquam iacere. Plinius in Paneg. Nihil à cæteris, nisi robore ac præstantia differens, quum libero Marte nunc cominus tela librares, nunc uibrata susciperes. Vergil. 9. Aeneid, hoc acrior idem Ecce aliud summa telum librabat ab aure. Huius uerbi composita sunt, Delibro, quod est optimè pondero. Gellius, Quid relinquitur, nisi delibrari sibi cœnas iubeant, nec edendo defatigentur? Perlibro, exactè libro. Col. lib. 4. Pariter imæ fossæ solum metitur, atq; perlibrat.

Librator, m. t. Dicitur qui in ducendis aquis peritiam habet libradi, hoc est expendendi, & examinandi altitudinem fontium, uel lacuum, quanto scilicet altiores sint eo loco, quò eos ducere constituimus. Plin. in Epist. Supereſt ut tu libratorem, uel architectum, si tibi uidetur, mittas qui diligenter exploret, fitné lacus altior mari, quem artifices regionis huius quadraginta cubitis altiorem esse cõtendunt. Libratores etiam dicuntur qui eminus cum hostibus pugnãt tela, aut lapides, aut glandes torquentes. Tacit. lib. 3. Libratoribus, funditoribusq; attributus locus, unde eminus lapides, & glandes torquerent. Idem lib. 2. Sensit dux imparem cominus pugnã, remotisq; paulũ legionibus, funditores, libratoresq; excutere tela, & proturbare hostem iubet.

Libramentũ, ti, n. s. Aequamentũ, ἰσορροπία. Col. lib. 1. cap. 5. Nam eiusmodi positio modiũ libramẽtũ, temperamentũq; uentorum hyemalium, & æstiuorum tenet. Plin. lib. 31. cap. 6. Libramentũ aquæ in cẽtenos pedes sursum elici minimũ erit. Libramenta tormentorum, sunt habenæ, & lora, seu funes quibus librantur, seu uibrantur tormenta. Tacit. lib. 19. Vincula, & libramenta tormentorum abscidissent. Libramenta plumbi, sunt massæ plumbeæ in arietes coniectæ & uibratę. Liu. lib. 8. Decad. 4. In arietes tellonibus libramẽta plumbi, aut saxorum, stipites ue robustos incutiebant.

Librilla (inquit Festus) Instrumẽta bellica, saxa scilicet ad brachij crassitudinem, in modum flagellorũ, loris reuincta, inde dicta quòd librari manu, id est, ponderari uidebantur.

Libraria, Librarius, uide Liber, & Libra.

Librille, Librilla, Libripens, Libro, libras, uide Libra.

Libum, uide Libo, libas.

Liburnum & Liburna, uide in Propriis.

Libyca, Citrus, Lege Malus medica.

Libycontes, carbũculi siue gemmæ quæ lãguidius lucẽt.

Libyon, Lotus urbana apud Dioſc. lib. 4. cap. 112. Vocatur sylueſtris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Libyſticum, uulgò Leuiſticum.

Liceo, es, cui, citum, Antiquum uerbum eſt ſub uoce neutra paſſiuam habens ſignificationem, unde à Grammaticis neutrum paſſiuum eſſe dicitur, quemadmodum uæneo, & napulo: quæ quum uoce neutra ſint, ſignificationem tamen habent reſpondentem uerbis paſſiuis uendor, & uerberor. Licere itaq; res aliqua dicitur, quum pretium pro ea offertur. Contrà liceri dicitur is qui rei alicuius emendæ animo pretium pro ea offert, ἀντωνεῖσθαι. Indicare autem dicitur uenditor, quũ merces ſuas empturo certo æſtimat pretio, ἐκτιμᾶσθαι. Plaut. in Menæ. die ſeptimo Auctio fiet. MES. Menæhme. MEN. Manè ſanè Vænibunt ſerui, ſuppellex, fundi, ædes, omnia uænibunt, quiqui licebunt præſenti pecunia, hoc eſt, quantulumcunq; eorum nomine offeretur. Horat. 1. Serm. contra Leuinum Valerigenus, unde Superbus Tarquinius regno pulſus fuit, unius aſſis Non unquam pretio pluris licuiſſe. Martial. lib. 6. Paruo quũ pretio diu liceret. Cic. ad Attic. lib. 12. De Druſi hortis quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoq; audieram: &, ut opinor, heri ad te ſcripſeram.

Liceor, eris, d. ſ. Idem eſt quod pretium offero in auctione alicuius rei ἐπιβάλλω, ἀντωνέομαι. Plaut. in Sticho, Iocos ridiculos uendo, agite licemini. Perſ. Sat. 3. Et centũ Græcos curto centuſſe licetur. Huius uerbi præteritũ ratione analogiæ deberet eſſe licitus ſum, quod teſte Valla, non eſt in uſu. Eo tamen uſus eſt Cic. 5. Verr. Herbitenſes quũ uiderent, ſi ad Aeſchrionem pretium rediſſet, ſe ad arbitrium libidinoſiſſimę mulieris ſpoliatum iri ſunt uſq; eò, quoad efficere poſſe arbitrabantur. Licere contra aliquem. Cic. 3. Offic. Non licitatorẽ uenditor, nec qui cõtra ſe liceatur, emptor opponet.

Licitator, oris, m. t. Qui crebrò licetur, quiq; pro re emenda conducendaúe pretiũ alio magis pollicetur, ὁ ἀντωνούμενος, πλειοστιάσας. Licitatorem opponere, eſt ſubornare aliquem qui coram emptore maius pretium offerat, ut res pluris æſtimetur, uendaturq;. Cic. ad Marium lib. 7. Nunc quoniã tuum pretium noui, licitatorem potius apponã, quàm illud minoris uæneat. Idem lib. 3. Offic. Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mendacium, non licitatorem uendi tor, nec qui contra ſe liceatur, emptor apponat.

Licitor, aris, d. p. Quanuis frequentatiuũ uideatur à uerbo liceor, eiuſdẽ tamen omnino eſt ſignificationis cum ſuo perfecto, ut author eſt Valla lib. 3. ἀντωνέομαι, ἐπιβάλλω. Nihil enim aliud eſt licitâre, quàm pro re uænali pretium offerre. Curtius de Rebũs Alexandri, Quum habeatis arma, licitamini hoſtium capta, ἐπικηρύττετε χρήματα. Plib. lib. 7. cap. 18. Ariſtidis Thebani pictoris unam tabulam centũ talentis Rex Attalus licitatus eſt. Licitare item, teſte Nonio, congredi, & pugnare ſignificat. Cæcilius in Hym. Quin machæra licitari aduerſum eum cœpiſti ſciẽs. Ennius, Pars ludicrò ſaxa iactant, & inter ſe licitantur.

Licitatio, uerbale, Id eſt, auctio uel ſubhauſtario. Licitationem facere. Cic. 4. Verr. Exquiſitis palàm pretijs, & licitationibus factis deſcribebat Cenſores, &c.

Licet, imperſonale, Modò idem ſignificãs quod fas eſt, θέμις ἐστί, ἔξεστι. Cicero, Neq; enim licebat locum numini conſecrarum turpi flagitio contaminare. Ver. 3. 9. Aeneid. Quandoquidem Auſonios coniungi fœdere Teucris Haud licitũ, nec ueſtra capit diſcordia finem. Modò ſignificat poſſibile eſt, ſiue conceditur, aut poteſtas datur, ἐνδέχεται, ἐπάρχει. Martial. Piſcinam peto, non licet narrare. Cic. lib. 1. Tuſcul. Idq; cum multis alijs rebus, tum è Põtificio iure, & ceremonijs ſepulchrorum intelligi licet. Cic. 1. Tuſc. Licuit enim eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminundæ. Quintil. libro 4. cap. 4. Procuratorem tibi eſſe non licuit. Cicero pro Cor. Balbo, Si ciui Romano licet eſſe Gaditanum. Quibus in teſtimonijs hoc animaduertendum eſt, utroq; modò rectè dici, Licet mihi eſſe otioſo, & otioſum. Cicero Attic. libro 1. Quo in genere mihi negligenti eſſe non licet. Idem. pro Flacco, Cur his per te frui libertate ſua? cur deniq; eſſe liberos non licet? Si per te licet, id eſt, ſi permiſeris, uel ſi potero, à re non impeditus. Plant. in Aſin. Aſinaria uult eſſe, ſi per uos licet. Terent. in Prolog. Heau. Date mihi poteſtatem ſtatariam, agere ut liceat per ſilentium, id eſt, ut ego poſſim agere uobis iacentibus. Lucanus uerò lib. 7. Omnia maiorũ uertamus buſta licebit: pro eo quod eſt, ius faſq; erit. Licet abſolutè, pro poteris facere. Cic. lib. 1. de Inuẽt. Hanc ſi quis partem putat eſſe orationis, ſequatur Hermagoram licebit, id eſt, poterit ſequi. Modò ſignificat facile eſt. Cic. lib. 1. Off. Licet enim ora ipſa cernere iratorũ, aut eorum qui aut libidine, aut motu cõmoti ſunt, &c. id eſt. Modò aduerbium concedentis eſt, idem ſignificans quod eſto. Verg. 6. Aeneid. licet ingens ianitor antro Aeternum latrans exangues terre at umbras. Modò eſt coniunctio aduerſatiua pro quãuis, εἰ καί. Quintil. lib 1. cap 10. Licet enim dicamus propriũ ſpecioſum, ſublime: nihil tamen horum, &c.

Licitum eſt, Idem quod licet. Plau. in Amph. Quin introire in ædes nunquam licitum eſt, id eſt, nunquam permittitur.

Liciturum, Cic. ad Atti. lib. 2 Quòd nihilo magis ei liciturum eſſet plebeio Rempuolicam perdere, quàm ſimul lib. eius, &c.

Licẽtia, æ, f. p. Libertas immodica, impunitaſq; quædã facultas agendi, dicendiq; quicquid uelis, ἄνεσις, ἄδεια. Terent. Deteriores omnes ſumus licentia. Lucan. li. 1. Quis furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri? Quintil. Quæ in aliis libertas eſt, in aliis licentia uocatur. Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, ut idem ſit quod libertas. Cic. 3. Officior. Nobis autem noſtra Academia magnam licẽtiam dat, ut quod cunq; probabile maximè occurrat, id noſtro iure liceat defẽdere. Idem lib. 1. Offic. Magnis enim illi, & diuinis bonis licẽtiam aſſequebantur,

Licentior. tioris, & Licentius, Quod immodicè liberum eſt, παρρησιαστικώτερος. ut, Licentior epiſtola, in qua nimis liberè ſcribimus. Plin. in Præfat. Natu. hiſtor. Licentiore epiſtola narrare conſtituì. Licentiora mancipia, dicuntur nequiora quaſi multa per licentiam facientia. Licentior uita, id eſt diſſoluta. Valer. lib. 9. cap. 1. Licentior dithyrambus. Cicer. 2. de Orat. Inde ille licentior & diuitior fluxi. dithyrãb. Idẽ in. Orat. Quid uerò licentius quàm quòd hominum etiam nomina cõtrahebant, quò eſſent aptiora?

Licentioſus, a, um, Qui nimia utitur licentia, παρρησιαστής. Quintilian. lib. 1. cap. 10. Nam ebor dicere, non minus eſt licentioſum, quàm ſi ſulphur, & gutturi ſubiicerent o mediam in genitiuo. Tacitus, Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentioſus.

Licenter, aduerbium, ab adiectiuo Licens, Idẽ ſignificãs quod nimium liberè, ἀδεῶς. Cicero in Orat. Solutum quiddam ſit, nec uagum tamen, ut ingredi liberè, non ut licenter uideatur errare. Idem 1. de Natura deorum Tanta eſt impunitas garriendi, ad quam licenter fluentium frequenter tranſitio fit uiſonum, ut è multis una uideatur. Ab hoc Gellius formauit Prælicenter, quod eſt quaſi nimis licenter. Quæ uerba (inquit) finxit prælicenter.

Lichas, λίχας, Menſura eſt quam Galli ſua lingua impropriè palmum uocãt: hoc eſt, illud interſtitium quod eſt inter pollicem & indicem quàm maximè extenſos.

Lichen, enis, λειχήν, uel Lichenes plurali numero, λειχῆνες, Morbi genus faciem præcipuè infeſtans, quem Latini quòd à mento potiſſimùm oriretur, mentagram appellarunt. Irrepſit in Italiam Tiberii principatu, antea uniuerſæ propemodum Europæ incognitus, ſine ullo quidem dolore, & ſine uitæ pernicie, tanta tamen fœditate, ut quæcunq; mors præferenda eſſet. Hæc Plinius lib. 25. cap. 1. Galenus tamen, cæteriq; Græci, lichenum nomine leuius quoddam mali genus uidentur intelleriſſe, quàm quod à Plinio deſcribitur, illud ſcilicet, quod Latini impetiginem appellant. Quinetiam Plinius ipſe libro uigeſimo, capite primo, lichenas impetiginem interpretatur, ſicut pſoram, ſcabiem. Vide Manardum Epiſt Medic. libro ſeptimo. Eſt & Lichen herbæ genus, ſingulari aduerſus lichenas remedio: unde & nomen accepit. Eius duo ſunt genera: quorum alterum in locis naſcitur ſaxoſis, folio uno ad radicem lato, caule uno, paruo, longis foliis dependentibus. Alterum petris roſcidis adhæret, ut muſcus. Autor Plin. lib. 26. cap. 4.

Liciã, orum, n. ſ. Sunt fila quibus in telis textrices implicãt ſtamina: quanuis nonnũquam etiam pro ipſis accipiantur ſtaminibus, μίτα. Plinius libro octauo, capite 48. Plurimis uerò liciis texere quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. Vergil. 8. Ecloga, Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore Licia circundo. Ouid. 2. Faſtorum Tunc cantata tenet cum fuſco licia plumbo. Vnde Trilicem dicimus ueſtẽ, quæ ex tribus liciis conſtat. Et Titiuilicia, de tela decidentia Plaut. in Caſi. Non ego hoc uerbum empritem titiuilicio, id eſt, re admodum uili.

Liciatorium, μιτοάνλιον τῶν ὑφαινόντων, lignum circa quod licia inuoluuntur. Hieron. lib. 1. Regum, Haſtile haſtæ eius erat, quaſi liciatorium texentium.

Licinia, liciniæ, fœmin. pluralis, Genus oliuæ quæ & Liciniana dicitur, ab inuentore. Cato de Re ruſtic. capite ſerto, Qui ager frigidior, & macrior erit, ibi oleam licinianam ſeri oportet. Columella libro 11, capite quadrageſimo nono

Videntur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Videntur autem & alia genera huic rei magis esse idonea, sicut liciniæ & culmineæ.

Licitator, Licitor, uide Liceo.

Licion, medicamẽtum, cuius descriptionem uide in Plinii libro duodecimo, cap. 7.

Licoctonica, uerba ex etymo nominis sic dicta, quoniam si lupi eam attingerent moriantur.

Lictor, oris, m. t. Minister Consulis, Proconsulis, & similiũ, ῥαβδοῦχος. Plutarch. in Romulo. Sed duodeni lictores Consulis erant, aliorum seni tantùm, portantes uirgarum fasciculos cum securibus ligatos. Hi magistratus præibãt, ac quoties iussi erant, fasciculos soluentes, primò uirgis cædebant damnatum, mox securi feriebant. Liuius, Missíq; lictores ad sumendum supplicium, nudatos uirgis cædunt, securiq; ferirunt. Hos primus instituit Romulus, ut est autor Plutarchus in uita eius. Dicti autem sunt lictores à ligando, eò quod magistratus pop. Rom. priusquam quempiam ueberari iussisset, pedes & manus à ministris illi iubebat ligari; quod & ipsum non obscurè indicat Cicero in Orat. pro Rab. Lictor, inquit, colliga manus. Differunt autem Lictor & Viator, ut Lictores dicantur ministri Consulum, Prætorum, Proconsulũ, Præsidum, cæterorumque qui cum imperio sunt: Viatores, Tribunorum ministri. Liuius libro 2. ab Vrbe, Ardens ira æque Tribunus, uiatorem mittit ad Consulem, Consul lictorẽ ad Tribunum. Gellius libro 13. capite duodecimo ex libr. 21. Rerum hum. Varronis, In magistratu habent alii uocationẽ alii prehensionem, alii neutrum. Vocationem, ut Consules, & cæteri qui habent imperium: Prehensionem, ut Tribuni plebis, & alii qui habent uiatorem: Neq; prehensionem, neq; uocationem, ut Quæstores, & cæteri, qui neq; lictorem habent, neque uiatorem.

Lictoreus, a, um, Quod ad Lictorem pertinet, ῥαβδοῦχικός. Plinius lib. 7. cap. 30. Fasces lictoreos ianuæ summisit, cui se oriens Occidensq; summiserat.

Lictus, ctus, uide Linctus.

Lido, dis, κρόω. Verbum antiquum significat confingo, deleo cuius composita sunt, Allido, Collido, Illido.

Lien, lienis, gen. masc. Viscus est in humano corpore sinistrã partem occupans, concaua sui parte in dextram, hepar uersus, gibba uerò ad spinalium costarum extrema conuersum humoresq; melancholicos ex hepate per uas uenosum ad se attrahens, quorum partem tenuissimam in sui alimentum conuertit, reliquam per proprium quendam meatum quẽ stomachum uocant medici, in uentriculum eructãs. σπλήν. Alio nomine splen dicitur. Persius Satyr. 1. Sed sum petulanti splene cachinno. Hoc est, procliuior sum ad risum. Tradunt enim Physici lienis magnitudinem, risus intemperantiam gignere. Intumescit quandoq; lien, ut cingere hominẽ uidetur. Plautus in Curcul. Nam quasi zona, liene cinctus ambulo. Geminos in uentre habere filios: Nihil metuo, nisi medius disrumpar miser.

Lien capræ, secundum Prophetas, quos alii Magos interpretantur Malua hortensis.

Lienosi, m. f. Qui liene laborant, σπληνιῶσι σπληνιῶντες. Accidit autem hic morbus (ut inquit Aristoteles lib. 3. de partib. animalium) quoties plus excremẽti in lienem diuertit, quã calor eius uisceris possit conficere. Plin. libr. 7. ca. 11. Quorundã corpore partes nascuntur ad aliquid mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cuius tactu lienosis medebatur. Lienosum cor, lienis naturam habens, ut turgeat sicut lien. Plau. in Casi. ubi sim nescio: Perii, cor lienosum, opinor, habeo, iandudum salit.

Lienicus, Idem quod lienosus. Plinius libro 29. capite 3. Hæc & illa lienicis, &c.

Lienteria, æ, f. p. λειντερία Fluxus uentris exleuitate intestinorum: quum scilicet intestina ob leuitatem cibum non cõtinent, sed talem propemodum excernunt qualis est ingestus. Nam λεῖον Græci læue dicunt, & ἔνθερα intestina. Hoc morbo qui laborant, Lienterici dicuntur.

Ligamen, uide Ligo.

Ligeon Græci uocant & arborem & herbæ quoddam genus, quod, ut inquit Athenæus in nidos suos parituri cygni inferunt.

Ligellum, li, n. f. Breue domicilium & tuguriolum, καλύβη, οἰκίδιον. Plaut. in Aulul. Diuũ atq; hominum clamat continuò fidem. De suo ligello fumus si quà exit foras. Quo in loco Nonius Ligelli nomine domunculã siue tuguriũ intelligit. Quanquã non inuenustè ligellũ intelligere possumus diminutiuum esse à ligno, quemadmodum tigellum à Tigno.

Ligilium, Genus herbæ, de qua apud rei rusticæ scriptores fit mentio, quomodo seratur.

Ligneum, putamen nucis, quod nucleum nucis immediatè continet.

Lignum, ni, A legendo (inquit Varro) quod ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum uterentur, ξύλον. Plin. 12. cap. 11. Quoniam fructus is constat radice, frutice, cortice, ligno, &c. Cicero 3. Verr. Cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignẽ subiicere cœperunt. Horat. 3. Carm. Ode. 17. dum potes aridum Compone lignum, cras genium mero Curabis. Verg. 1. Geor. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Idem 2. Georg. Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsama, & baccas semper frondentis acanthi.

Lignum uocatur quod ex neruo est & humore. Lignum Galli cum apud Pallidium, aut Laricem accipere oportet aut ei simile quid, ut inquit Hermolaus Barbarus.

Ligneus, a, um, Quod ex ligno est, ξύλινος, ut Ligneus equus. Plaut. Rud. Nempè equo ligneo per uias cæruleas estis uectę. Ouid. 10. Metam. quo multa sacerdos Lignea contulerat ueterum simulachra deorum. Cic. 2. de Inuent. Materiam ligneam flammam uri posse necesse est. Soleas ligneas in pedes inducere, Idem 2. de Inuent. Ponticulus ligneus, Idem 5. Tusc. Lignea turris, Liuius 3. bel. Pun.

Ligneolus, diminut. Cic. ad Qu. Frat. lib. 3. Hanc scripsi ante lucem ad lychnum ligneolum.

Lignile, huius lignilis, pen. prod. & neut. gen. Dictum est ubi ligna in domo ad comburẽdum parata sunt: sicut fœnile, ubi est, uel esse solet fœnum, ξυλῶν. Sic bouile, equile, caprile & huiusmodi.

Lignosus, sa, sum, Quod instar ligni durum est, ξυλώδης. Plin. lib. 12. cap. 7. Arbor radice lata, lignosaq;.

Lignor, aris, d. p. Verbum est castrense, idem significans quod ligna colligere, siue congerere, ξυλεύω. Propriè enim milites lignari dicuntur, quum in syluam profecti ligna incidũt quæ in castra conuehant. Liuius libro decimo, ab Vrbe, Respondentibusq; lignatum se ire, An tandem, inquit, nunc castra uallata non habetis? Plautus Capt. Ite istinc afferte foras. C. num lignatum mittimur?

Lignatio, onis, f. t. Lignorum defectio, uel deportatio. Cæsar 5. bel. Gall. Vt nonnulli milites, qui lignationis munitionisq; causa in syluas discessissent, repentino equitũ aduentu interciperentur. Lignatio, p loco unde ligna accipi possint. Col. lib. 1. cap. 5. Sit autem uel intrà uillam, uel extrinsecus inductus fons perẽnnis, lignatio, pabulum q; uicinum.

Lignatores, m. t. Dicti sunt milites qui lignatũ uadũt. ξυλευταὶ Liuius 16. ab Vrbe. Paucis circa millibus lignatores ei cũ præsidio occurrunt. Cæsar. 5. bel. Gal. Subitoq; expressis lignatoribus, magna manu, &c.

Ligo, as, a p. Vincio, constringo, δέω, δεσμεύω. Quintilianus lib. 5. cap. 14. Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solum nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inextricabili serie connectunt. Guttura ligauit laqueo, Ouid. 6. Meram. Vulnera ligare, Ouid. 7. Metam. Legibus ligare aliquem, Statius 4. Sylu. Cl. 4. in Catil. Filium eius impuberem ligatum à Prætore missum. Huius composita sunt, Alligo, colligo, circunligo, deligo, illigo, obligo, prœligo, religo, subligo: quorum significata uide suis locis.

Ligamen, inis, n. t. Ligaculum, li. Ligamentum, ti, Significant id quo aliquid ligatur, ἄμμα, δεσμός Colu. lib 21 cap. 2. Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad uitium ligamina præparari. Propert. lib. 2. eleg. 30. Nocturna ligamina mitræ

Ligo, onis, m. t. Rustici instrumentum ad extirpandas herbarum radices accommodatũ, λίκνμα, μάκελλα Plin. libr. 18. cap. 6. Adduxit graues ligones, uomeres ponderosos. Ouid. 5. Amor. Quum benè ligati pulsarunt arua ligones.

Lographi, rationibus publicis conficiendis, perscribẽdis q; dicti sunt, quanquam apud oratores hæc dictio aliter accipiatur, iidem fermè qui tabularii, qui tabulas publicas referuntur, quæ ad Rempub pertinent.

Ligula, uide Lingua.

Ligurio, ris, riui, uel rii, itũ, n. q. Significat multa auidè cõsumo, & suauiora edulia carpo, & per heluationem patrimonium uoro, λιχνεύω λιχνεῦμαι. Personæ tryssyllabæ huius uerbi penultimam producunt, contra consuetudinem eorũ quæ sunt eiusmodi terminationis. Horatius lib. 2. Serm. Satyra 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

puer unctis Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit. Est etiam ligurire, suauissima quęque degustare paulatim, & cum quadam mora atq; elegantia comedere, quasi sinendo ut per se cibus in stomacho liquefiat. Terent. Eunuch. Quæ cum amatore suo, quũ cœnant, liguriunt Dictum ἀπὸ τῆς λιγύρας, quod Græci suaue dicunt, ut inquit Donatus. Per trãslationem Cicer. D. Bruto scribens, ad suppilationem rerum usus est, Quum quidam (inquit) de collegis nostris, agrariã ligurirent curationem, disturbaui rem, totamq; nobis integram speraui. Quidam tamen non postremæ notæ uiri, ligurirent, interpretantur ibi, pro eo quod est appeterent, & præpropera quadam spe quasi deuorarent. Ligurire lucra, pro eo quod est sensim depeculari. Cicer. per translationem dixit 5. Verr. Commissa est, inquit, pecunia tanta Prætori: nõ reperietis hominem timidè, nec leniter hæc improbissima lucra ligurientem, &c.

Liguritores, m. t. Dicuntur gulosi, & uoratores eduliorum dulciorũ, qui consumptis dapibus catillos etiam lingunt, quos antiqui catillones appellant, λιχνοι.

Liguritio, onis, f. t. auiditas, immoderata appetentia. Cicero 4. Tusculanarum, Aegrotationi autem talia quadam subiecta sunt, mulierositas, peruicatia, liguritio, uinolentia, cupedia, & si qua sunt similia.

Ligusticum, Herba est in ea Apennini parte præcipuè nascens, quæ Liguriæ imminet: unde & nomen habet. Quidam panaceam appellarunt, quod panaceam Heracleoticam & caule referat, & radice & effectu. Galenus literæ unius immutatione Libysticum uocat. Officinæ Leuisti cum appellant.

Ligustrum, stri, n. s. à lego quasi legustrum, κύπρος quibusdam, aliis φιλυρία. Arbos ex cuius ligno texteræ fiunt aptissimæ, oliuæ similis folio, semine coriandri, flore candido & odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturq;, quod postea cyprinum uocatur, ab arbore sua quæ dicitur cypros alio nomine: à cuius ubertate Cypro Cilicio maris insulæ nomen inditum est. Plinius li. 24. cap. 10, Ligustrum eadem arbor est quæ in Oriente Cypros. Suos in Europa usus habet. Ligustra (inquit Plinius) non nisi in aquosis proueniunt, ficut salices, alni, populi, filer. Est etiam Ligustrum (ut quidam putant) herbæ genus per sepes & macerias serpens. Columella libro 10. Et nigro permista ligustro Balsama. Alii tamen malunt. Columella de ligustro arbuscula loqui, quam idcirco nigram appellauit, quod nigras proferat baccas. Ligustrum quidam existimauerũt esse, quæ apud Plin. Cyprus uocatur, libro 12. capite 24. arbor est oliuæ foliis circum ramos latioribus, & uirentioribus: flore candido, muscoso odorato: semine sambuci, nigro. Fortè illud est, quod Muri uocant suum Alcanna. Seruius Grammaticus Commentario in secundam Eclogam Vergilii Buc. Ligustrum, inquit, flos est candidissimus, sed uilissimus: tamen refert Grammaticum etiam aliarum literarum esse peritum. Sunt qui conuoluoli hunc florem existiment. Sed qui tandem uerius existimarint, non uideo. Certè dum Grammaticos, & Medicos complures perquirimus, tamen nemo eorum adhuc mihi demonstrare ualuit, quam uerùm sit Ligustrum. Tametsi Vergilius existimat in Cisalpina Gallia esse notissimum, & Hetruria adhuc corrupta uoce uocari Rusticum, sine labore cognoscendum in sæpibus Maio mense, cum flore, Autumno autem cum maturis baccis nigrescit.

Lilium, lii, n. s. Flos est notissimus, proximã (teste Plin.) à rosa nobilitatem obtinens, eximio candore, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim se laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuiq; filo, & semine stantibus in medio crocis, κρίνον. Ex hoc flore conficitur oleum, siue unguentum quod Cræci λήρινον uocant. Nam illi λήριον uocant florem, quem nos liliũ dicimus. Sunt autẽ diuersa liliorũ genera: quæ uide apud Plin. lib. 21. cap. 4. Verg. 6. Aen. & candida circum Lilia funduntur. Idem 4. Geo. Hic rarum tamen in dumis holus, albaq; circum Lilia uerbenasque premens, uescumq; papauer.

Liliaceus, a, um, adiectiuum, λήριον: ut, Oleum liliaceũ, Palladius libro 6. cap. 14.

Lirinon, λήριον, Vnguentũ siue oleum ex liliis. Plin. lib. 21. ca. 5. Liliũ rosæ nobilitate proximum est, & quadam cognatione unguenti, oleiq;, quod lirinon appellatur. Idem lib. 23. ca. 4. Lirinon, quod & Phaselinum, & Syrium uocauimus, renibus utilissimum est, sudoribusq; euocandis, &c.

Lilietum, ti, Locus in quo liliorum copia est, κρινῶν. Palladius Lilieta, caneta ponenda sunt. Idem libr. 3. capit. 25. Noua lilieta formabunt.

Lima, æ, f. p. Instrumentum fabrile quo ferrum aut aliquid aliud terendo expolitur, ῥίνη. Quintil. libr. 10. capit. 3. Opus poliat lima. Hinc non ineleganter dicimus, Scriptis deesse ultimam limam, quum significare uolumus non satis tersa esse, & expolita. Item lima uti, pro castigare, & expolire. Ouid. lib. 1. de ponto, Scilicet incipiam limæ mordatius uti, Vt sub iudicium singula uerba uocem.

Limo, as, a. p. Lima polio, læuigo, ῥινῶ, τριβῶ, Plinius libro 36. cap. 6. Scalpere atq; limare gemmas. Ponitur aliquando per translationem pro expolire, & redundantia circuncidere. Cicero 1. de Orat. Neq; hæc ita dico, ut aliquid limare nõ possit, neque enim ignoro, & quæ bona sunt, fieri meliora posse doctrina. Aliquando est limis oculis aliquid intueri. Horatius, Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. Aliquando est coniungere, teste Nonio. Plautus in Pœn. At uide sis, cum illa nunquam limaui caput. Idẽ in Mercat. Nisi cum illo, aut ille mecum neuter stupri, causa caput limaret. Huius composita sunt Delimo, & elimo quæ habent penultimam productam.

Limatus, a, um, Nomen ex participio. Cic. de clar. Orat. Nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius. Horat. 1. Serm. Satyra. 10. fuerit Lucilius, inquam, Comis & urbanus, fuerit limatior idem Quàm rudis.

Limatè, tius, ssimè, aduerbium, Hoc est, politè, ornatè. Cicer. 5. de Finibus Vnum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius, quod &c.

Limatulus, tuli, diminutiuum, λεπτυσμένος. Cic. Volumnio, Opus est hic limatulo, & polito tuo iudicio. Id est, terso, & subtili, λίμμα.

Limatura, turę, Scobs, hoc est, puluisculus limando detractus,

Limax, cis, f. t. teste Varrone lib. 6 de Ling. Latina, Idem est quod cochlea: nomenq; habet à limo, in quo per hyemem delitescit, Vere prodiens, κοχλίας. Colum. libr. 10. Implicitus conchæ limax, hirsutaq; campe. Nonnulli tamen uolunt limacis nomen generalius esse quàm cochleæ: ut cochlea tãtum dicatur quæ conchæ includitur, suamq; secum domũ circumfert: limax etiam illa quæ testa caret.

Limbus, bi, m. s. Est pars infima uestis muliebris imos pedes contingens: uel potius fascia extremitatem uestium circumquaque ambiens, πρόσωπος, βύσσινος. Ouidius, quam limbus arabibat Aureus, ornabant aurata monilia collum. Vergilius 4. Aeneid. Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. Vbi Seruius, Limbus est fascia extremitatem uestium ambiens, secundum antiquum ritum. Huius diminutiuum est Limbulus, à quo limbellus.

Limbolarius, rii, m. s. Qui limbum uestiũ cõsuit, βυσσοράπτης. Plaut. in Aulularia, Textores, limbolarii, acculatii, &c.

Limẽn, minis, n. t. Dicitur quod ex transuerso in ianua est à limo, id est, obliquo, quòd ingredientibus, exeuntibusque transuersum sit, ut est apud Donatum, Festumque, φλιὰ, ἰδλὶς, σαῦμὸς. Terentius in Hecy. Iam ut limen exirem, ad genua accidit. Nec solùm inferiorem partem significat quæ sub pedibus calcari solet in ingressu, sed etiam superiorẽ quã Græci ὑπερθύριον ἢ ὑπερθύριος appellãt. Iuuen. Sat. 6. pẽdentia liquid Vela domus, & adhuc uirides in limine lauros. Næuius uerò limẽ superũ, & inferũ dixit, Exime limẽ superũ q mihi misero sæpe fregit caput: inferũ quoq;, ubi ego omnes defregi digitos. Limẽ superũ, inferũq; salue, simu. aũt uale. Ponitur interdũ limẽ p ingressu, πρόθυρον. Ver. 2. Aen. Limẽ erat, cæcæq; fores, & peruius usus Tectorum. Interdum pro domo ipsa. Verg. 2. Geor. Penetrant aulas & limina regum. Interdum pro carceribus unde stadiodromi cursum auspicantur. Verg. 5. Aen. signoq; repentè Corripiunt spatia audito, limenq; relinquũt. Interdũ pro amicitia, ut testatur Seruius, enarrans illud de Turno, Se limine pelli. Iuuenalis Satyr. 3. Limine submoueor, id est, repellor ab amicitia. Ad limina seruus, pro atrienſi, Apuleius de Asin & apud Vergil. lib. 9. Fidusq; ad limina custos, id est, Ianitor, inquit Bud. Limina imperii, id est, extremi fines. Musas uix à limine salutasse, prouerbiali metaphora dicuntur ii, qui uix leuiter & summis tantùm labris literas degustarunt.

Liminaris, re. om. t. adiectiuum: ut, Lapis liminaris, qui in domus aditu transuersus iacet. Item uerbum Elimino, & nomen Postliminium: de quibus suis locis.

Limenarcha, æ, masc. gen. q. λιμενάρχης. Dictio Græca est, quã Latinè Præfectũ portus interpretari possumus, λιμένα enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nim Græci portum dicunt. Erant autem Liminarchæ, qui portubus præerant, ex quibus frequẽs erat traiectus ad extremas nationes. Hos Aristoteles libro sexto Politicôn, λιμενοφύλακας appellat. Hæc ferè Budæ. in l. Limenarchæ. ff. de seruis fugitiuis.

Limes, itis, masc. gen. t. Semita transuersa, militari uia angustior, ἀτραπός Colum. libr. 1. Semitas, nouosq; limites in agro fieri non patiatur. Verg. 9. Aeneid. Hæc ego uasta dabo, & lato te limite ducam. Idem 2. Aeneidos, tunc longo limite sulcus Dat lucem. Quintil. lib. 2. cap. 13. Itaq; & stratum militari labore iter sæpe deserimus, compendio ducti: & si rectum limitem rupti torrẽtibus pontes inciderint circuire cogimur. Liuius lib. 1. bel. Maced. Intra portam, extraq; latæ sunt uiæ: ut & oppidani dirigere aciem à foro ad portam possent: & extra limes mille fermè passus in Academiæ gymnasium ferens, pediti, equitiq; hostium liberum spatium præberet. Budæus. Limites item in agris dicũtur ipsi termini quibus agrorum fines distinguuntur. Festus, Limites in agris modò termini, modò uiæ, transuersæ dicuntur. Vergil. 1. Georgicorum, Nec signare quidem aut partire limite campum Fas erat. In agris limites duo maximi erant, cardo & decumanus. Limes decumanus est qui ab oriente in occidentem spectat: Cardo à Meridie ad Septentrionem. Reliqui limites angustiores, distantq; inter se paribus interuallis. Vide Plinium libro uigesimo secundo, capite 33.

Limito, limitas, actiuum, primæ, penultima correpta. Termino, siue limitibus distinguo, quemadmodum Semito, in semitas distinguo, ἀφορίζω, περιορίζω. Vnde Limitatus ager, dicitur in centurias diuisus, inquit Festus. Plinius libro decimoseptimo, capite uigesimosecundo, Vincas limitari oportet decumano XVIII. pedum latitudinis, ad contrarios uehiculorum trãsitur, aliisq; limitibus denũm pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedũ cardine, quot decumano limitari: semper uerò quintanis semitari: hoc est, ut quinto quoq; palo singulæ iugo paginæ includantur. Per translationem accipitur pro restringo, siue reseco. Cicero Appio Pul. De tua prolixa, beneficaq; natura limitauit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporum. Quo tamen in loco quædam exemplaria limauit habent, non limitauit.

Limitanei milites, m. s. t. Qui sunt in limitibus, id est, in finib. Imperii in præsidio constituti, ad incursus inimicorum uicinorum arcẽdos, ὅριοι, οἱ ἐν τοῖς μεθορίοις. Item agri limitanei, qui in limitibus alicuius prouinciæ, proximè hostes sunt siti Iurisconsultus in l. fin. de Fundis limitrophis, Agros limitaneos uniuersos cũ paludibus omniq; iure, quos & prisca dispositione limitanei milites ab omni munere uacuos ipsi curare p suo compendio atque arare consueuerunt, &c. Limitanei fundi, sunt limiti deputati.

Limitatio, onis, f. t. Colum. libr. 5. ca. 12. Non intempestiuè commemorabimus Iulii Græcini conscripta, uelut formulam, ad quam posita est limitatio terræ uinealis.

Limeum, Herba qua uenatores sagittas inficiũt: unde à nõ nullis uenenum ceruarium appellatur, Plin. lib. 27. cap. 11.

Liminium, nii, Cic. in Top. Cum ipsius postliminii uis queritur & uerbũ ipsum notatur in quo Seruius noster, ut opinor nihil putat esse notandũ, nisi post, & liminiũ illud productionẽ uerbi esse uult, &c. Limeum, herba appellatur Gallis, qua sagittas in uenatu tingunt medicamento, quod uenenum ceruarium uocant, Hæc Plin. lib. 27. cap. 11.

Limnesium, λιμνήσιον. Herba est quam alio nomine Centaurium minus appellant, copiosissimè circa lacus, pueniẽs & paludes quas λίμνας Græci appellant: unde & nomen accepit. Dioscorid. lib. 3. cap. 7.

Limonia, æ, λεμωνία, Alterum genus anemones. Plinius libro 12. capite undecimo.

Limoniates, λεμονιάτης, Gemma eadem uidetur quæ smaragdus. Plin. lib. 37. cap. 10.

Limonion, λεμώνιον, Herba est similis betæ, uerùm foliis tenuioribus, & minorib. numero circiter decem, caule tenui, recto, altitudine liliorũ, pleno seminis rubri, quod gustatum linguam astringit. Plinius betam sylueſtrem appellat, lib. 20. cap. 8. Vulgò beta pratensis.

Limonium, frutex est, nunquam cubito altior, cristisq; foliorum ac radice nigra sed dulci, recipit ipsum in cibis oriẽs ex Plin. lib. 22. cap. 22.

Limpidus, a, um, Clarus, purus, lucens, διαφανής. Colum. li. 12. ca. 18. Vere florente rosa, defæcatum quã limpidissimum in uasa bene picata & pura transferto. Lacus limpidi, Catullus ad Simionem peninsulam. Epigram. 29.

Limpitudo, dinis, Puritas, claritas, διαφανεία. Plin. lib. 32. ca. 11. Stant uelut suillo crure longo, in arena defixę, hiantesq; qua limpitudo est, pedali non minus spatio.

Limus, limi, m. s. Genus uestis, ab umbilico ad pedes pertingens, qua teguntur, ut ait Seruius, pudenda poparum. Hæc autem uestis habet in extremo sui purpuram limam, id est, flexuosam: unde & nomen accepit: nam limum obliquum dicimus. Vergilius duodecimo, Velati limo, & uerbena tempora uincti. Limus præterea lutum significat, seu cœnum illud mollius quod ab aquis deferri solet, ἰλὺς, πηλός. Vergilius 8. Ecloga, Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit Vno eodem igni: sic nostro Daphnis amore. Idem quarto Georgicorum, Tu tamen & læui rimosa cubilia limo. Vnde Horatius secundo. Serm. Satyra 4. Siue grauis ueteri cratere limus adhæsit.

Limosus, a, um, Limo plenus, & cœnosus, ἰλυώδης, πηλματώδης Vergilius 2. Aeneid. Limosoque lacu per noctem obscurus in ulua Delitui. Hinc Illimis, & hoc illime, pen. prod. quod est sine limo, defæcatum, syncerum, ἄπηλον. Ouid. lib. 4. Metam. Fons erat illimis, nitidus argenteus undis. Hinc & Oblino, de quo alibi.

Limus, ma, mum, Obliquus transuersus: obtortus: pro quo etiam Limis dicimus teste Festo, per tertiam declinationem διαγραμμός, παράβλωψ. Vnde oculi limi, uel limes dicuntur quibus ex obliquo aliquem aspicimus. Plautus in Milite Aspice limis oculis. Plin. li. 8. ca. 16. Nec limis intuentur oculis: aspiciq; se simili modo nolunt. id est, obliquis oculis. Vnde qui obliquè aspicit, limis oculis spectare dicitur, παρακύπτειν, παραβάλλειν, τοῖς ὀφθαλμοῖς, παραβλέπειν. Terent. in Eunu. Ego limis aspecto sic per flabellum clanculũ. Vbi Donat. Limis si nomi uatiuus singularis est, trãsuersus significat: si septimus pluralis, deest oculis. Nã Limis est transuersus: unde limen dicitur quoq; quod ingredientibus, exeuntibusq; transuersum est. Quum igitur dissimulant homines se uidere quæ uident, & non recta facie, sed transuersa intuentur, limes dicuntur aspicere. Hinc Limulus diminutiuũ. Plau. in Bacch. Viden' limulis ut obsecro intuentur.

Linamentum, uide Linum.

Linearia, in Herbario nostro attingimus germanico Quidam linum sylueſtre interpretatur, luteis floribus, formam galeæ habentibus, Cætera lino non dissimile, Sunt qui alterius speciei faciunt, & inter esulas referunt.

Linea, æ, f p. A Geometris propriè appellatur longitudo, latitudinis prorsus expers, γραμμή. Hoc item nomine dicitur filum illud quo fabri utuntur ad signandam materiam, siue quod ex lino fieri soleat, siue quod eo creta aut rubrica infecto, lineæ materiæ soleant induci. Præterea linea dicitur filum omne ex lino, & quicunque tenuis funiculus. Columella, Ligato pede longa linea gallina custoditur. Plinius, Murænæ deuorant hamum, admouentq; dentibus lineas, atque ita erodunt. Quo in loco accipitur Linea pro funiculo illo cui annexus est hamus, quo piscatores utuntur ad decipiendos pisces. Lineam mittere apud Plaut. in Mostel. uidetur accipi pro eo quod est expiscari, uel explorare aliorum consilium, Non (inquit) extemplo ostendam meum sensum lineam mittam. hoc est, explorabo illorum mentem. Sunt qui à nautis ductum putant prouerbium, qui ad explorandum locorum profunditatem funiculum mittunt in mare cui plumbũm in extremo adhæret Græci βολίδα uocant. Alii à piscatoribus dictum putant, qui ad capiendos pisces lineam hamatam in aquam mittunt. Sunt etiam qui à pictoribus ortum putent, qui ubi aliquid pingere uolunt, lineam prius umbrę cuipiam similem mittunt, per quam ipsi picturam dirigunt, sed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi potest de picturæ forma.

Lineo, as, a. p. Est lineas ducere, lineis rem aliquam figurare, & deformare, ὑπογράφω. Cato de Re rustic. cap. 14. Et quæ opus sunt domui, præstabit, & ad opus dabit, succidet, dolabit, lineabit, secabitq; materiam solam duntaxat.

Lineamenta, n. s. Lineæ quædam in corpore apparentes, ex quibus rei uniuscuiusq; forma dignoscitur: à lineari pictura tracta, in qua per solas lineas effigies hominis cognoscebatur. γραμμαί. Iustinus libro primo, Lineamentorum æqualitas marti & filio persimilis. Cice. 4. Verr. Contemnere etiam signum illud Himeræ iam uidebatur, quod eum multò magis figura & lineamenta hospite delectabant. Plin. libr. 35. cap. 25.

Nec qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nec qui fuccederet operi ad præſcripta lineamenta, inuentus eſt. Lineamenta in Geometria ſunt linearum productiones. Cicer. 1. de Orat. In geometria, lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines, &c. Lineamenta animi, ſunt ornamenta. Cic. 5. de Finibus, Animi enim lineamenta ſunt pulchriora, quàm corporis.

Linearis, re, om. t. Quod ad lineam pertinet, γραμμικός. Vnde linearis pictura uocata eſt, quæ nullis adhibitis coloribus rei pingendæ ſimilitudinem ſolis lineis exprimebat. Primi hanc picturam exercuere Ardices Corinthius, & Telephanes Sicyonius, ſine nullo colore, ſpargentes tamen lineas intus: unde & Græci huiuſmodi picturam γραφίδα appellarunt. Vide Plinium lib. 35. cap. 5.

Lingo, gis, xi, ctum, a. t. Eſt aliquid lingua molliter delibo, λάχω. Plautus in Caſ. Mel mihi uideor lingere. Pli. Epiſt. 171. Auditum eſt frequenter ab ipſo, quum quereretur de contumeliis debilitatis ſuæ, digitos ſeruorum ſuorum quotidie lingere. Nonnunquam idem eſt quod paulatim deglutio: ut quum aliquid ore tenentes ſenſim demittimus in uẽ triculum. Plinius libro 37. cap. 10. Tecolithos oleæ nucleo ſimilis uidetur: neq; eſt gemmæ honos, ſed lingentium calculos frangit, pellitq;. Hinc fit compoſitum Elingo, quod idem ſignificat cum ſuo ſimplici. Plaut. in Curcul. Hic hodie apud me nunquam elinges ſalem.

Linctus, us. m. q. uerbale, Hoc eſt, ipſe lingendi actus. Plin. libr. 31. cap. 9. Multi tuſſim ueterem linctu ſalis diſcuſſêre. Quæ uerò in eum uſum fiunt, ut delingantur, à Græcis uocãtur, ἐκλείμματα, quaſi dicas delinctoria. Qua etiam uoce uſus eſt Plinius, E ſemine lini fiunt ecligmata.

Lingua, æ, Pars corporis nobiliſsima, uoci formandæ, dinoſcendiſq; ſaporibus deſtinata: ita dicta quòd eius miniſterio lingentes utantur, γλῶσσα. Plaut. in Pœn. Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus. Vt quæſtui habeant malè loqui de me lioribus. Cicer. 3. de Orat. Hæc tibi eſt excidenda lingua, qua uel eunuſſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. Coruſcare linguis dicuntur ſerpentes, Ouid. 4. Metam. Vergilius 3. Georgic. Linguis micat ore triſculis. Ouidius 7. Metam. Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem, Qui criſta linguiſq; tribus præſignis, & uncis Dentibus horrendus. Biſulca lingua, Ouidius 4. Meta. Aſpera lingua premit fauces, Vergilius 3. Georg. Comprenſam forcipe linguã Abſtulit. Ouidius ſexto Metamorph. Linguam conuertere ad mores alicuius, eſt reprehendere. Plaut. in Pœn. Si reſponde bunt, Punicè pergam loqui: Si non, tum ad horum mores liguam diuertero. Eſt & lingua minor, quæ à Græcis epiglottis dicitur, ἐπιγλωττίς, operculum cartilaginoſum, quod fiſtulam ſpiritalem in gutture claudit, ne quippiam in eam decerret. Hæc quum ridemus, attollitur, quia riſus omnia concutit. Quapropter periculoſum eſt, ne nos riſus inuadat, quum deglutimus. Hoc enim operculum natura inſtituit, ne quid eſculenti, poculentiue ad pulmonem feratur: quod ſi acciderit, niſi reiiceretur, hominem ſtrangularet. Accipitur quandoque lingua pro differentia ſermonum. Plautus in Pœnul. Ex is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciẽs ſe ſcire. Vnde dicimus Linguam Latinam, Linguam Græcam. Quin etiam in una lingua ſermonis diuerſitas, διάλεκτος, lingua dicitur: unde in Græca lingua quinq; præcipuæ ſunt linguarum diuerſitates, Attica, Aeolica, Ionica, Dorica, & Communis. Lingua pro oblocutione. Cicero ad Varronem libro nono. Tibi autem idem conſilii do, quod mihimetipſi ut uitemus oculos hominum, ſi linguas minus facilè poſſimus. Tela linguæ. Ouid. 4. de Ponto, Hoſtib. eueniat, quàm ſis uiolentus in armis, Sentire, & linguæ tela ſubire tuæ. Eſt præterea lingua, ſiue lingula promontoriũ, uel alia quæuis terra lõga, & anguſta quæ in modũ linguæ exertæ in mare excurrit. Cæſ. 3. bel. Gal. Erant eiuſmodi ferè ſitus oppidorũ, ut poſita in extremis lingulis, promontoriiſq;, atq; pedibus aditũ haberent, &c. Bud. Plin. lib. 5. c. 6. Inde in altum lingua mille paſſuum excurrit. Lingua enim dicitur à linguo, guis, quia ea linguimus, uel dicitur à ligo, gas, quia ligat uerba & uoces, per articulatos ſonus. uel dicitur à lędo, is, quia dentib. illiditur. Sicut enim plectrũ chordis, ita lingua illiditur dentib. & uocalẽ efficit ſonũ. Inde linguoſus, a, um, id eſt, loquela plenus & abundãs ſcilicet loquax. Et linguatus, ta, tum, qui magnam habet linguã uel lingua potens. Item lingua ponitur pro linguagio. Vnde 1. Cor. 13. ſiue linguę ceſſabunt. Sunt autem tres linguę ſacræ, ſcilicet Hebraica, Græca & Latina. quæ maximè toto orbe coluntur. Ex his linguis titulus ſuper crucem Domini ſcriptus fuit, ut habetur Ioã. 19. Item lingua eſt ęquiuocum, unde eſt inſtrumentum, modus ac idioma loquendi: examẽque libræ lingua dici poteſt. Lingua item Plinio lib. 24. ca. 19. herba eſt quæ circa fontes naſcitur, cuius radix combuſta & trita, alopecias emendat. Similiter lingua bubula genus herbæ quæm Græci βούγλωσσον dicunt, boum linguæ ſimilis. Lingua canina, alia herba quæ κυνόγλωσσον uocatur à Græcis. Lingua petræa, genus lapilli, quod inter gemmas connumeratur.

Lingula, ſecundum Priſcianum, & per conciſionem ligula. Feſtus, Lingula per diminutionem dicta, aliàs à ſimilitudine exertæ linguæ, ut in calceis, aliàs inſertæ, id eſt, intra dentes coërcitæ, ut in tibiis. Docti noſtræ ætatis Priſcianum ſecuti indifferenter ſcribũt lingula, uel abiecta n litera, ligula. Martialis tamen irridet ſuperſtitionem Grammaticorum ſui tẽporis, qui quum Senatorum, & Equitum, eorumq; qui emẽdatiſſimè loquebantur, uſus obtinuiſſet ut ligula diceretur, etymologiæ tamen rationem ſecuti, lingula dicendum contendebant. Quanuis (inquit) me ligulam dicant Equitesq;, Patresq;, Dicor ab indoctis lingula Grammaticis. Quo in loco prima ſyllaba corrípitur: quemadmodum & apud Iuuenalem Satyr. 5. & ligulas dimittere ſollicitus, ne tota ſalutatrix iam turba peregerit orbem. Martialis libro ſecundo, eandem produxit: ubi ſic legitur, Non extrema ſedet lunata ligula planta. Vnde nonnulli putant ibi legendum eſſe lingula. Sed ueriſimile non eſt Poëtam in idem uitium labi quod in aliis reprehendit. Eſt etiam ligula inſtrumentum cauum & oblongum, in ſpeciem linguæ factum: quale eſt illud quo utuntur aromatarii ad extrahenda è uaſis unguenta. Plinius libro uigeſimoprimo, capite decimoquarto, Cera Punica fit hoc modo: uentilatur ſub dio ſæpius cera fulua: deinde feruet in aqua marina ex alto petita, addito nitro: inde ligulis eligunt florem. Columella libro nono capite 15. ligulam uocat inſtrumentum ad purgandum è uaſe ſpumam: Deinde (inquit) ubi liquatum mel in ſubiectum alueum defluxerit transfer in uaſa fictilia, quæ paucis antè diebus aperta ſint, dum muſteus fructus efferueſcat: isq; ſæpius ligula eſt purgãdus. Accipitur etiam ligula pro menſura quadam, quæ alio nomine cochlear dicitur, quæ eſt quarta pars cyathi. Nã quatuor ligulæ complent cyathum. De quo uide Agricolam libro primo, Plinium libr. uigeſimo, capite 5. Item epiſthonicis, & iecinorum uitiis, & torminibus, & ſtranguriæ, duarum aut trium ligularum menſura. Idem, Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna quarta, ſexta, ſeptima, ligulæ menſura. id eſt, cochlearis. Veteres etiam gladiolum in ſpeciem linguæ factum, ligulam uocitauere: cuius rei teſtis eſt Gellius lib. 10. cap. 15.

Lingulatus, adiectiuum: ut, Lingulatus tubulus, apud Vitruuium libro octauo, capite ultimo. Item Elinguis, elinguo, bilinguis, trilinguis, & huiuſmodi: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Linguax, ácis, om. tert. Verboſus, multum loquens, qui nimium & ſtultè loquitur, λάλος. Gellius libro 1. capite 15. Hoc genus homines in uerba prouectos, locutuleios, & blateronęs, & linguaces dixerunt.

Lingulaca cę, Piſcis, ex planorum genere delicatiſſimus, quem Germani linguam uocãt, Galli à ſimilitudine ſolearum, quæ calceis ſubſuuntur, ſoleam appellant. Plautus in Caſina, Vin' lingulacas? ST. quid opus eſt? quando uxor eſt domi, Ea lingulacá eſt nobis: nam nunquã tacet. Quo in loco facit Plautus quod uſuſquam non agit, ut undiq; concitandi riſus occaſionem quærat. Nam quum Olympio, cui à Stalinone hero negotium erat iniunctũ obſonandi, hoc eſt, obſonia coëmendi, quęſiuiſſet, uelletne lingulacas quod genus erat piſcis delicatiſſimi: detorſit Stalino uocis eius ſignificationem ad mulierem linguacem: reſponditq; nihil ſibi opus eſſe lingulacis, quum domi haberet uxorem linguaciſſimam. Eſſe autem lingulacam piſcis genus apud Plaut. clariſſimum eſt eo, quod ſtatim ſubiicit Olympio: In re preſenti ex copia piſcaria Conſulere licebit quid emam.

Liniger, uide Linum.

Linio, is, iui, itum, quartæ coniug. a. Vngo uel frico, aut aliquid ſimile, quod digito, aut aliquo inſtrumento alicui rei ſuperinducitur, fricatur, uel imprimitur, ſed tenuiter, non craſsè, χρίω, ἀλείφω. Col. lib. 8. Ferè autem per ætatem ſic muſcis aureis exulcerantur ſæpe, ut totas amittant. Quod ne fiat, amaris nucibus contritis liniendæ ſunt. A linio componitur Circunlinio, περιχρίω. Lactant. lib. 1. Circunliniatur modò poculũ cæleſti melle ſapientiæ, ut poſsint ab imprudentibus amara remedia ſine offenſione potari.

Lino,

Lino, is, lini, lui, uel leui, litum, a.t. Rem aliquam mollē alteri induco, ἀλείφω, χρίω. Colum. lib. 7. Sed illius sanatur noxia, fibula ahena si locum læsum compungas, cretaq; cimolia & aceto linas. Aliquando obturare. Verg. lib. 4. Georg. neque illæ Nequicquā in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. Aliquando insignire, & quasi liniendo & poliendo exornare. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Lucretii poēmata, ut scribis, lita sunt multis luminibus ingenii. id est, insignita, & quasi fucata. Præterito lini usus est Quintilia. in Declam. Cæci, Et ne quid in sceleri impio deesset, mariti tui cruore parietem linisti. Colum. lib. 12. cap. 50. usurpauit præteritum liui, Multi (inquit) quum semel noua dolia uel serias crassa gummi liuerunt, una in perpetuum gūmitione contenti sunt. Præteritum leui uidetur mansisse ab antiquo uerbo leo: q; tamē hodie inter præterita uerbi lino est usitatissimum. Horat. libro 1. Carm. Od. 20. Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego ipse testa Conditū leui. Cato de Re rust. Postea dolium calefacito minus quā si picare uelis: tepeat satis est: lignis lenibus facito calescat: ubi temperatè tepebit, cuminū indito, postea linito. Si rectè leueris, in doliū quinquagenarium pedum quatuor satis erit. Supinum unum tantùm habet, litum, pen. cor.

Litus, ta, tum, pro obtūdrato, maculato, inspersо, κεχρισμένος. Verg. libr. 4. Georgic. Elucent aliæ, & fulgore corruscant, Ardentes auro & paribus lita corpora guttis. id est, inspersa, seu distincta. Eius composita sunt, Allino, ad aliquid lino, ἐπιχρίω. Plinius, Sunt qui leporino coagulo mel addant, & hoc sæpè allinant dentem. Palladius, Si stercus primogeniti uituli allinamus oribus uasculorū. Collino, Gellius, Postea tabulas cera colleuisse. Circunlino. Cicero 1. Tuscul. Condiunt Aegyptii mortuos, & eos seruant domi. Perse etiam cera circunlitos condiunt, ut quàm maximè permaneant diu turna corpora. Delino, illino, interlino, idem est quod deleo hoc est, inducto atramento, aut alio liquore scripturarū aliquam picturamue destruo, περιγράφω, ἐξαλείφω. Sic interlitæ literæ dicuntur, quæ deletæ sunt ita ut legi non possint. Elino, inquīno, fœdo. Lucilius l. 6. Si hæc uestimēta eleuit luto. Perlino, idem quod oblino, uel obduco, διαχρίω, διαλείφω. Colum. lib. 8. Mox ulcera lauantur aceto: & tunc pice liquida cum adipe suilla perliuuntur. Relino, quod obturatum erat aperio, ἀνοίγω, ἀναχρίω. Terent. in Heaut. Releui omnia dolia, omnes serias. Sublino, medio criter fœdo, decipio, & ridiculo habeo, ὑποχίω, ὑπίπτω. Plaut. in Epi. Senex tibi os sublitū est planè & probè. id est, uerba tibi data sunt. Et in Captiuis. Quantò in pectore hanc rem meo magis uoluto, tantò mihi Aegritudo auctior est in animo, ad illum modum sublitum os esse Hodie mihi. id est, ita me esse irrisum, uel ita mihi data esse uerba.

Litus, a, um, partic. Idē quod unctus, siue oblitus, κεχρισμένος, ut, Litæ ueneno tagittæ. Aliquando idem quod maculatus, siue maculis quibusdam aspersus, κατάσικτος. Vergil. 4. Georgico. elucent aliæ & fulgore corruscant Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

Litura, ræ, f. Macula, uel deletio in scriptura, picturaúe, quum scilicet super inducto atramento, alioúe liquore scripturam uel picturam destruimus, κατάσιγμα. Cicero pro Archia, Et unius nominis litura se commotū esse dixerit. Ponitur aliquando pro ipsa linitione uel linimento, χρίσις, ἐπίχρισις, ἄλειμμα. Columella libro quarto capite uigesimoquarto, Nam & teredinem formicamq; prohibet: solem etiam & pluuias arcet eiusmodi litura.

Lituro, ras, act p. Cācello expungo, περιγράφω, ἐξαλείφω. Sidon. Apol. Tunc uel certius te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognouero.

Linostrophon, λινόστροφον. Herba est notissima quam nōnulli prasion, alii marrubium uocant. Vide Plinium libro uigesimo, capite 22.

Linozostis, f. t. λινόζωσις, Dicitur herba quam Latini mercurialem uocant. Plin. lib. 25. cap. 5.

Linquo, is, liqui, lictum, act. t. secūdum Priscianum, quamuis in simplici supinum in usu non sit, λείπω. Sunt qui putent, Nestorem sequuti, priorem præteriti liqui indifferentē esse, decepti (quod res ipsa loquitur) corrupta Vergil. lectione, quā sic adducunt, Nanq; suam patria liquerat tellure sepultam. Quem tamen uersum omnium tum grammaticorum, tū exēplariū consensu sic legendum constat, Nanq; suā patria antiqua, cinis ater habebat. Est autem linquere idē quod deserere. relinquere. Plautus in Amph. Vbi me liquisti? S. domi cum Alcumena coniuge. Vergilius 1. Eclo. Et dulcia linquimus arua. Idem 3. Aeneid. Linquimus Ortygiæ portus pelagoq; uolamus. Linqui animo, hoc est, deficere, & deliqui um pati. Curtius, Linqui deniq; animo, & submitti genu cœpit. Huius compositum est Delinquo.

Linquens, participium: ut, Linquens animus, à Curtio uocatur, animus deficiēs, & deliquium patiens. Linquentem (inquit) reuocauit animum, & nudū hostis latus subiecto mucrone hausit.

Linteārius, Linteatus, Linteones, Linteolum, uide Linteum.

Linter, tris, masculini uel fœminini generis, t, Propriè dicitur arbor excauata, qua accolæ fluuiorum olim utebantur uice nauicularum. Vergilius libro 2. Georgico. Cauat arbore lintres. Cæsar lib. 7. bel. Gal Conquirit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas, in eādem partem mittit. Tibullus lib. 2. Eleg. Exiguus pulla per uada linter aqua. Plin. li. 16. cap. 43. Præterea longè à terra abest nauium statio, lintribusq; efferuntur onera quæ geruntur. Liu. lib. 1. bel. Pun. Itaque ingens coacta uis nauium est, lintriumq; temerè ad uicinalem usum paratarum. Cice. pro. Mil. Repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atq; arma conuexit. Inde lintrarii quorum meminit Vlp. in l. 1. Nau. caup. stab. lintrium sunt exercitores.

Linteum, tei, n. s. Pannus linteus: & sudarium quo in balneis utimur, & aliis negotiis ad extergendum, ὀθόνη. Plaut. in Mostel. Linteum cape, tuq; exterge tibi manus. Martialis, Non tàm sæpe teret lintea fullo tibi. Lintea etiam dicuntur uela quibus utuntur nautæ. Vergilius 3. Aeneidos, Certū est dare lintea retrò. Item quæ in theatro tendi solent ad spectantium umbracula. Vnde legimus Cæsarem totum torum linteis adumbrasse. Accipiuntur etiam lintea pro uestibus lineis.

Linteolum, linteoli, neut. s. diminut. ῥάκος, ὀθόνιον. Plinius libro uigesimoprimo, capite duodecimo, Vulneribus (inquit) in linteolis imponitur. Idem lib. 20. capite 17. Distillationē narium discutit tusum, in linteolo olfactum. Colum. libr. 6. capite 16. Præfractis cornibus linteola sale atq; aceto & oleo imbuta superponuntur.

Linteatus, Linteis indutus: id est, lineis uestibus: quali habitu fertur fuisse Apollonius Philosophus: quoniam huiusmodi habitus uidebatur mundior quā qui ab animalibus deglubebatur. Liu. 10. ab Vrb. Ea legio linteata an integumento cō sepsi, quo sacrata nobilitas erat, appellata est.

Linteārius, linteārii, mas. sec. Qui lintea conficit: aut uendit, λινουργός, λινοπώλης.

Linteones, m. t. Qui texūt linteamina in uestium usum: ut docet Seruius lib. 7. Aeneid. ὀθονοποιοί, λινοπλόκοι. Plaut. in Aul. Aut manuleārii, aut myrobrecārii. Propolæ, linteones, calceolarii. Firmicus lib. 2. Math. Si luna in Veneris signis constitura feratur ad Martem, ista coniunctio faciet linteones, aut tabernarios, atq; colorum tinctores.

Linteus, a, um, adiect. uide Linum.

Linum, lini, n. s. λίνον, Herba est notissima, quæ cānabis modo in lanæ mollitiem contusa, netur in usum intimarum uestium. Vergilius 1. Georgicorum, Vrit enim campum lini seges. Plinius libro 10. cap. 13. Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens. Linum pro filo posuit Celsus libro 7. capite 14. A quibusdam, inquit, tumor ad imum acu traiectatur duo in lina ducente: deinde utriusque lini duobus capitibus diuersæ partes astringuntur.

Lineus, a, um, λίνεος, λινοῦς, Quod ex lino est: ut, Vestis linea, de lino facta. Plin. libr. 12. cap. 6. Sed unde lineas uestes faciunt. Verg. 5. Aeneid. Nodos, & uincula linea rupit.

Liniger, ra, rum, Gerens uestes lineas, λινοστολιοφόρος, Ouidi. 1. Metamorphoseos, Nūc dea linigera colitur celeberrima turba. Sacerdotes Isidis intelligit, qui lineis uestibus indui solebant. Iuue. Satyra 6. Qui grege linigero circundatus, & grege caluo Plangentis populi currit derisor Anubis Ouidius 1. Amorum, eleg. 2. Nec tu linigeram fieri quid possit ad Isim Quæsieris.

Linteus, a, um, Quod ex lino est confectum, λίνεος. ut, Vestis lintea, id est, lino compacta, & contexta. Cicer. septimò Ver. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alii purpuram Tyriam, thus alii atq; odores, uestemq; linteam. Linteī libri, qui de lino fiebant, cuiusmodi Sybillini quidam fuerunt. Liuius quarto ab Vrbe, Licinius Macer autor est, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ inuenris.

Plin.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plin.lib.13.cap.13.In plumbeis,linteisq; uoluminibus ſcripti tatum conſtat.

Linamentũ,ti,n.ſ. Penicillus ex linteo decerptus, qui uulneri imponitur ex linteolo,uel ſpongia,uel lana, ad exiccandam ſaniem, & purulẽtiam extrahendam,μότ☉,τιλτὸς Celſus libro quinto,Linamentum inuolutum & oblongum eodem medicamento illinendum,demittendumq; in nares. Idẽ libro ſeptimo, cap. 28. Et intus implicitum in longitudinem linamentum,λήμνισκον Græci uocant, in acetum tinctum demittere: ſupraq; ſuccidam lanam aceto madentem deligare. Linamenta item dicuntur quæcunque ex lino conſtãt Plin.lib.32.cap.10. Delphini adipe linamenta accenſa excitant uuluæ ſtrangulatu oppreſſas.

Linoſpermon,Lini ſemen.

Linum,Thymelæa apud Dioſc.lib.4.cap.183.

Linus,λῖν☉,ſpecies hymni.

Lipodermus,Eſt defectus & penuria pellis eius quæ penẽ uelat,adeò ut ea non poſſit diſtrahi.

Lipopſychia,λειποψυχία. Vox Græca eſt,Latinè ſonans animi defectionem,uel animi deliquiũ:quæ & συγκοπὴ dicitur

Lipothymia,λειποθυμία.Latinè defectus animi,ſiue animę quæ & Lipopſychia dicitur.

Lippus,pi,m.ſ.Qui oculos habet lachrymantes, quum putredo ab his defluat, ληματίας.Plautus in Mil.Cubari in naui lippam,atq; oculis turgidis nauclerus dixit. Lippa ficus dicta uel quod ſuccus foliorum eius lacteus lippis prodeſt, uel quod dum folia & ramuli truncantur,ſuccum lachrymoſum emittant.Martial.libro ſeptimo,Et lippa ficus, debilisq; boletus.

Lippitudo,inis,f.t.Ipſum oculorũ lachrymantiũ uitiũ, λήμη. Corn.Celſ.Si frons prurit,lippitudinis metus.

Lippo,is,iui,itum,Lippus fio,hoc eſt,marcorem in oculis cõtraho.λημάω.Plin.l.28.Oculorum uitia fieri negant,uec lippire eos qui quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant.Cic.ad Atti.7.Quum leuiter lippirem,has literas dedi. Plaut.in Cur.ad fauces tranſtulit,proſpicio parum: Os amarum habeo,dentes plenos,lippiunt fauces fame,Ita cibi uacuitate uenio laxis lactibus

Lippitur,pen.product.impersonale.Plinius libr.28.cap.8. Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus,& croci uncia.

Lipſana,pen.cor. λείψανα, tantum pluraliter declinat,Nomen eſt quo apud nos reliquiæ ſignificantur.

Liptote, A quibuſdam recentiorum Grammaticorũ uocatur figura, quando uis uerborum rei magnitudini non reſpõdet.Vt apud Vergilium 1.Aeneidos, Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.Vbi Non ignara mali,dixit p eo quod eſt,in malis magnopere exercitata. Originem autem huius dictionis referunt ad uerbum λείπομαι, quod eſt deficio,eo quod eiuſmodi orationibus uis quædam uerborum deeſſe uideatur.In antiquiſſimis tamen Seruii, aliorumq; commẽtariis manu ſcriptis, non Liptote legitur, ſed Litotes, λιτότης,quæ uox Græcis inter cætera tenuitatem ſignificat, & ſimplicitatem.Hinc fit, ut credam recentiorum quorundam Grammaticorum inſcitia factum eſſe, ut figura quam uetuſtiores λιτότητα, nominarũt,Liptote cœperit appellari.

Liquamen, Liqueo, Liqueſco, Liquefio, uide Liquo,liquas,in Liquor.

Liquamen ſociorum,Lege Garus,latinum.

Liquamina, Gari concoctores.

Liquet,impersonale,uide pòſt Liquor,eris.

Liquidus,uide Liquor,liqueris.

Liquor,eris,tertiæ coniugat.abſque præterito, & ſupino.Idem eſt quod reſoluor,defluo,deſtillo,liquefio,uel liqueſco τήκομαι,χέομαι. Producit autem hoc uerbum primam ſyllabam quæ in uerbis liqueſco,liquefio, & in nomine liquor corripitur.Lucan.lib.9.femorum quoq; muſculus omnis Liquitur, & nigra diſtillant inguina tabe.Liquidus autem apud Lucret. ponitur indifferenter,eo quod tam à liquor fieri poſſit,quàm à liqueo. Craſſaq; (inquit) conueniunt liquidis,& liquida craſſis.

Liquidus,da,dum,pen.corrept.Molle,fluxum,ὑγρός.Plautus Milite,Liquidius cultiusq; quàm uctus eſt Fauonius. Liquidus uenter dicitur à Martiale libr. decimotertio, qui eſt fluidus & laxus. Aliquando ponitur pro puro,καθαρός.Vergilius 6.Aeneidos,Liquidumq; per aëra lapſæ.Idẽ lib,4.Geor. Dulcia mella premes,nec tantum dulcia,quantum Et liquida,& durum Bacchi domitura ſaporem,id eſt,defæcata,& ſine ſordibus. Aliquando pro proſpero,ſiue optimo. Plaut. in Pſeud.Ab ſiniſtra auſpicio liquido,atq; ex ſententia confidentia eſt Inimicos meos me poſſe perdere.

Liquidum,di,ſubſtantiuum,Pro aqua.Horat.1.Serm. Satyr.1. Vt tibi ſi ſit opus liquidi non amplius urna Vel cyatho.

Liquidò,Quod ſignificat purè & manifeſtè,ἀκριβῶς. Terent. in And. Quia ſi fortè opus ſit ad herum iurandum mihi Nõ oppoſuiſſe,ut liquidò poſſim.Cic.ad Caton.lib.15.Gratiſſimum eſt,te libenter amicitiæ dediſſe,quod liquidò ueritati dares.Liquidò dicere,id eſt,apertè.Cic.5.Verr. Nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquidò diceret.

Liquidè,liquidius,liquidiſſimè,Idem quod liquidò. Cicer.ad Plan.libro 10.Liquidius de toto ſenſu tuo iudicaui, hoc eſt, apertius,certius,ac facilius.

Liquor,oris,maſc.gen.t.Humor liquidus, ὑγρότης. Plin.libr. 10.cap.72.Piſcium oua ex liquore mollia.Cic.1.de Nat.deor. Aquæ admiſtum eſſe calorem,primùm ipſe liquor, tũ aquæ declarat effuſio.Verg.3.Georg. Rurſus abundabat fluidus liquor, omniaq; in ſe Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat.Pellucidi animum liquores,Cic.2.de Nat.deor.Vitigeni liquoris latex,Lucret.lib.5.

Liqueo,es,licui,liquere,n.ſ. Liquidum & fluidũ eſſe τήκεσθαι. Vnde Liquens nomen ex participio, idem ſignificans quod liquidus.Ver.6.Aeneid,Principio cælum,& terras,camposque liquentes Spiritus intus alit. Vbi campos liquentes dixit pro mari.Hinc fiunt compoſita colliqueo, & deliqueo:à quibus rurſus fiunt augmentatiua colliqueſco, & deliqueſco:quorum ſignificata uide ſuis locis.

Liqueſco,is,n.t Liquidus,fluidusq; fio,molleſco,τήκομαι.Perſius Sat.2. Tot tibi quum in flammas iunicum omenta liqueſcant.Verg.8.Eclog.Limus ut hic dureſcit,& hæc ut cera liqueſcit.Idem 8.Aeneid.Vulnificusq; chalybs uaſta fornace liqueſcit.Vbi Seruius,Liqueſcere uoluptate,& fluere mollitia,eſt mollem eſſe,& uoluptari dedirum.Cicero 2. Tuſculanarum,Opinio eſt enim quædam effœminata & leuia,nec in dolore magis,quàm eadem in uoluptate: qua quum liqueſcimus,fluimusq; mollitia, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus.Liu. primo belli punici,Vt uerò tot hominum iumentorumq; inceſſu dilapſa eſt: per nudam infra glaciem,fluentemque labem liqueſcentis niuis ingrediebatur.

Liquo,as.a.p,Priore ſyllaba correpta: Significat liquidum facio, quum ſcilicet aurum uel plumbum igni diſſoluimus, τήκω,χέω.Lucan.lib.7.Ereptaq; tela liquauit.Cice.2.Tuſc.Ex quo liquatæ Solis ardore excidunt guttæ. Ouid.4.Faſt.Nec pigeat trium niueo cum lacte papauer Sumere, & expreſſis mella liquata fauis.Liquare aluum.Celſ.libro 4.cap.4.Liquã da aluus,interdum etiam ducenda.Aluus liquida,fluida & libera,non aſtricta.Dicta aluus:quæ liberius fluit quàm natura patiatur,ac multùm ſoluta. Huius paſſiuum eſt Liquor,Compoſitum eliquo,quòd eſt liquando elicio, uel liquidum reddo.Lactant.libr.2. Vnde autem,uel quomodo Deus hæc duo principalia, ignem & aquam uel accenderit, uel eliquauerit,ſolus poteſt ſcire qui fecit.Deliquo,effundo Colum.libr.12.cap.39. Deinde poſt uiginti uel triginta dies, quum deferbuerit,in alia uaſa deliquare,& confeſtim opercula gypſare,& pellucare.

Liquamen,inis.n.t.Genus condimenti liquidi, ex putrefactis piſcium inteſtinis,aliaue ratione confectum,& in uſum coquinarum ſeruatum ad condiendos cibos:licet & de aliis dici poſſit quæ non comeduntur, γάρος.ut apud Columell. lib.7.cap.4.Succus excocti lupini,ueteris uini fæx & amurca pari menſura miſcentur: eoq; liquamine tonſa ouis imbuitur.Idem libr.6.cap.2. Libralesq; offas in præſulſæ adipis liquamine tinctus lingula demittito.

Liquefacio,cis.a.t.Idem eſt quod liquidum & fluidum facio, admoto ignis uel Solis calore: à quo liquefio eiuſdem cum liqueſco ſignificationis,χέω,ἐκτήκω.Cicer.in Catil,Et ſtatuæ ueterum hominum delectæ,& legum æra liquefacta.Vergil. 1.Georg.Flammarumq; globos, liquefactaq; uoluere ſaxa,id eſt,igne ſoluta,inquit Seruius. A liquefacio compoſitum eſt liquefacio,inſtillo,quaſi intus liquefacio,ἐντήκω.Cicero lib. 4.Tuſculan. Quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum,tanquam illiquefactæ uoluptates. Colliquefacio,συγκτήκω.

Liquefio,fis,Fundor,liqueſco,χέομαι,τήκομαι. Cicero 1.de Natura

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tura deorum, Glaciem calore liquefactam, & dilapsam diffundi. Idem in Catil. Quum & legum æra liquefacta sint.

Liquet, impersonale, n. s. Idem quod constat, siue manifestum & certum est: quoniam quæ resoluuntur, certa, constantia, manifesta fiunt, σαφῆ, δηλόν ἐστι. Terent. in Eunuch. Illum liquet mihi deierare his mensibus sex non uidisse proximis, Nisi nunc quum minimè uellem. Cic. 1. de Nat. deor. Nec uerò Protagoras qui sese negat omninò de iis habere quod liqueat, sint, non sint, qualesue sint, quicquam uidetur de natura deorum suspicari. Liquet inter nos, id est, compertum, & certum habemus. Cicero 1. de Nat. deor. Sed quod inter nos liqueat, nec tu quidem intelligis. Non liquere sibi de causa, dicebant Iudices, quando non satis sibi constabat, condemnandusne esset reus, an absoluendus: neq; commodè poterant iudicare, nisi causa denuò diceretur. Quum itaq; illud significare uolebant, sibi de causa non constare, reumq; esse ampliandum, inscribebant in illis tabellis quæ ad colligenda suffragia iudicibus dari solent, duas hasce literas N L. Illa enim erat nota ampliationis, quemadmodum A absolutionis, & C condemnationis. Quod si collectis suffragiis, maxima pars tabellarum notam ampliationis haberet inscriptã, tunc Prætor, aut is qui iudicio præerat, Iudicib. de causa nõ liquere, reumq; ampliandum uideri pronunciabat: hoc est, causam denuò esse dicendam, & reũ in aliud tempus reiicie dum. Vlpianus de Arbit. l. Idem Pomponius, Proinde si fortè urgeatur à Prætore ad sententiam Arbiter, equissimum erit, si iuret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari. Gell. lib. 14. Vt absoluerem tamen, inducere in animum non quiui, & propterea iurauí non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum.

Lira, ræ, f. p. prima syllaba producta, Sulcum significat, siue fossam rectam in agro, teste Nonio, in quam terræ uligo confluit, αὔλαξ. Columell. tamen liras easdem uidetur facere cũ porcis, hoc est, editiores terræ cumulos inter duos sulcos interceptos. Sic enim scribit libr. undecimo, capite 2. Lyras rustici uocant easdem porcas, quum sic aratum est ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccã sedem frumentis præbeat. Idem libro undecimo, capite 3. Est autem lira similis ei porcæ quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem uitent.

Lirare, actiu. pr. Quod est liras facere, ut in sulcos ex porcis aqua defluat quod fieri solet tertia aratione, iacto iam semine. Solebant enim antiqui, teste Varrone de Re rust. libro 1. capit. 29. tres facere arationes. Primò enim arabatur terra, id quę uocabant proscindere. Deinde secunda aratione excitæ grandiores glebæ frangebantur, quod uocabant offringere. Tertia aratione iacto semine, boues lirare dicuntur, quũ tabellis ad uomerem additis, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas quò pluuia aqua dilabatur. Plinius libro decimooctauo, capite uigesimo, Aratione per transuersum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate, uel rastro: & sato semine iteratio. Hoc quoque ubi consuetudo patitur, crate dentata, uel tabula aratro adnexa, qđ uocant lirare, operientes semina: unde primùm appellata de liratio est.

Liratim, aduerb. Per liras, κατ' αὔλακας. Colu. Exq; quum sint diuisæ, liratim seri debent.

Lirinum unguentum, uide Lilium.

Lis, tis, f. t. Controuersia: à limite, id est, termino dicta: quod primæ inter homines lites de limitibus fuerint, δίκη, ἔρις. Lis & Iurgium sic differunt, teste Nonio, quod leuior dissensio, uel discordia inter beneuolos, aut propinquos, iurgium dicatur: grauior disceptatio inter inimicos, lis. Cice. de Rep. Si iurgant, beneuolorum concertatio est: nam lis inimicorum, non iurgium dicitur. Et paulò pòst, Iurgare igitur lex putat inter se uicinos non litigare. Litis instrumentum à Quintiliano pro ipsis actis quas productiones uocamus. Dicimus eleganter, Litem habere cum aliquo, litem alicui intendere, litem capitis in aliquem inferre. Litem suam facere id est, litis causam suscipere, & tanquam suam defendere. Litem perdere, id est, eius rei causam, de qua agebatur, dimittere. Litem in rem suam uertere: id est, rem inter duos controuersam adiudicare sibi, quod fit, quum Iudex ita cum litigatoribus agit, ut ei iure suo cedant. Litis contestatio, est hinc inde apud Iudicem negotii principalis facta narratio. Oritur enim litis contestatio ex petitione actoris, & exceptione rei.

Litigo, as, n. p. pen. cor. Disceptо, cõtendo tã in foro quàm extra iudicium, ἀμφισβητῶ, ἐγκαλῶ, δικάζομαι, διαφέρομαι. Cicero pro Cęl. Aliquot enim in causis uideram eum frustrà litigantem. Martialis libro 7. Ah miser, & demens uiginti litigat annos Quisquam, cui uinci Gargiliane licet? Plautus in Rud. Qua de re nunc litigatis inter uos? Cicero ad Attic. Hircius cum Quinto acerrimè pro me litigauit. Idem Q. frat. Litigarem tecum, si fas esset.

Litigium, gii, n. s. Litis actio, ἀμφισβήτησις, ἔρις. Plautus in Cas. Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos. Idem Menæch. Litigium tibi est cum uxore. Plinius lib. 37. cap. 10. Siderites ferro similis, & litigio illata discordia facit.

Litigiosus, a, um, Qui frequens in litibus uersatur, uel quauis de causa litẽ mouet, φιλόδικος, δύσερις, ἐγκληματικός, ἀμφισβητικός. Cic. in Ver. Hominem id ætatis minimè litigiosum quàm tumultuosè aggrediuntur. Idẽ pro Muræ. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur? Litigiosa disputatio, Cic. 5. de Finib. Fora litigiosa, plena litibus, Ouidius 4. Fast. Interdum litigiosum idem est quod controuersum, hoc est, de quo lis est, & controuersia, ἀμφισβητούμενον, ut, Litigiosum prædium, apud Cic. de Orat. Litigiosus ager, apud Ouid. 2. Fast.

Litigator, m. t. Qui litigat, hoc est, qui litem habet in iudicio pendentem, ὁ δικάζων, ὁ δὲ κωμολογούμενος. Cic. pro Domo sua Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius quàm æstimarat. Suetonius de claris Gram. Cassius Seuerus interpellatis iudicibus dilatione petiit, ut litigatoribus suis alium grammaticum adhiberet.

Litania, λιτανία, idem est quod supplicatio: à uerbo Græco λιτανεύειν, quod significat supplicare, & uota suscipere. Vulgus ineptè uocat Letaniam.

Litera, teræ, Quamuis ratione etymologiæ primã uideatur debere corripere: (creditur enim Litera dicta, quasi litura) ubiq; tamen apud ueteres Poëtas eandẽ producit, γράμματα. Superflua itaque anxietas eorum potest uideri, qui primam huius dictionis syllabam producere non audent, nisi geminata consonante: insignis autem illorum temeritas qui eam nullo ueterum exemplo corripiunt, triuoloque ac incerto etymo freti, ab unanimi ueterum omnium consensu non dubitant discedere. Proprièautem Literę dicuntur minimę ac indiuiduæ partes orationis, ex quibus constituuntur syllabæ, & tam singulari, quam plurali numero elementum significat, uidelicet A, B, &c. Cicero pro Sylla, Literæ posteritatis causa repertæ sunt. Quintilianus libro primo cap. 4. ut ꝑ Fundanio Cicer. testem, qui primam eius literam dicere nõ posset, irridet. Cicero 4. Ver. Huic etiam Romæ uidemus in basi statuarum maximis literis incisum à communi Sicilia datas. Dicitur autem Litera quasi legitera, ut quibusdam placet, eo quod legenti præbeat iter: uel quod in legendo iteretur, ut ait Seruius: uel à lituris, quod scripta deleri possit: in ceratis enim tabulis antiqui plerunque scribere solebant & deinde delebant. Vel à lino, is quod in scribendo atramentum illinitur, hoc est, leuiter inducitur chartæ. Aliquando Litera capitur pro scribentis manu. Cicero ad Atticum, Nam Alexidis manum amabam: quod tam propè accedebat ad similitudinem tuæ literæ. Plurali numero Literæ epistolam designant, γράμματα, nisi apud Poëtas, apud quos legitur Litera pro epistola, γράμμα quoque à Græcis. Ouidius in Epistolis, Quam legis abrapta Briseide littera uenit. Vocantur præterea Literæ, λόγοι, disciplinæ quæ literarum monumentis continentur. Plautus in Truculen. Literas didicisti, sine alios discere. Vnde Dare literis operam dicimus, hoc est, incumbere artibus quæ scriptæ sunt. Ad literam, idem quod ad uerbum, & quod barbari literaliter dicunt. Quintilianus libro nono capite primo, Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam subieci. Aliquando ponitur pro scriptura. Cicero in Verrem, act. 3. Vt Romã rediit, nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit, id est, schedulam nullam scripsit, qua teste staretur & agnosceret se accepisse pecunias: & cætera. Nullam literam ad me misit, aut scripsit pulchrè pro eo quod est, nihil scripsit, nullas literas misit. Cicero Canino, libro secundo, Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me literam nunquam misit. id est, tantum abest ut ad me literas miserit, ut ne literam quidem miserit. Literas attingere, est ipsas tractare, seu uersari in studiis literarum. Literæ interiores, sunt abstrusiores, altioresque disciplinæ. Vulgares & Reconditæ literæ sunt contraria. Literæ publicæ sunt, quas Barbari regestra uocant. Referre aliquid in lite-

Litera nacillantes, nam nimio Dio Gaud Zitterm. Litera trunca ac mutila, Gallis Bübstab, Büchstab, Cadūca Litera, offt Büchstaben Papier, oder Buchstaben da die Schrifft vergehet.

in literas publicas, est quòd Barbari Inregistrare dicunt. Ponuntur interdum literæ pro alicuius scriptis. Cicer. ad Att. Quod meis omnibus literis in Pompeiana laude esset perstrictus, id est, meis omnibus scriptis.

Literula, diminutiuum, γραμμάτιον. Cicer. ad Tiron libr. 16. Accepi tuam epistolam uacillantibus literulis. In numero plurali pro epistolio. Cic. ad Attic. lib. 14. Etsi noui nihil, nostro more tamen ne patiamur remitti literulas. Aliquando eodem numero pro scientiis, siue disciplinis aut earum studiis. Cicero ad Tiron. lib. 17. Literulæ meæ, siue nostræ tui desiderio oblanguerunt.

Literatus. m. s. Qui literis præditus est, literis ornatus, eruditus doctus, ὁ φιλολόγων, ὁ ἀμφὶ λόγοις ἐγγράμματος. Cice in Verr. Act. 3. Circumpedes autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emisse. Idem Frater tuus, quem literatissimum fuisse iudico, facilè diceret, Hic uersus Plauti non est, hic est. Literatus etiam dicitur, cui aliquid insculptum est, & superscriptum. Plautus in Pœnulo, Haud secus tu uideas literatas ibi epulas, &c. Literarum otium, in quo literis operam damus. Cicero 5. Tuscul. Quid est enim dulcius otio literato? Literatulus, diminutiuum est.

Literatè, aduerb. Doctè, eruditè, eleganter. Cic. in Pis. Ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, &c. Cuius contrarium est Illiteratus, pro rudi & indocto.

Literarius, literaria, literarium, Quod ad literam, uel ad literas pertinet, γραμματικός. Vnde dicitur Ludus literarius, παιδὸς λογεῖον, διδασκαλεῖον Plin. libr 9. cap. 8. Ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, &c. id est, in scholam.

Literator, ris. m. t. Qui leuiter literis tinctus est, uel qui prima literarum elementa docet, γραμματιστής. Literatorem enim non perfectum literis, sed imbutum esse tantum docet Suetonius de Claris Grammat. Vnde apud maiores, quum familia alicuius uænalis produceretur, non temerè quem literatum in titulo, sed literatorem inscribere solebant, quasi non perfectum literis, sed imbutum.

Literatura, ræ, f. p. Eadem quæ grammatica, γραμματική. Quin. lib. 2. cap. 15. Nos ipsam nunc uolumus significare substantiam, ut Grammatice literatura est, nō literatrix, quemadmodum oratrix, nec literatoria, quemadmodum oratoria. Aliquando ponitur pro literarum scientia, & cognitione. Cic. 2. Philip. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. De Cæsare loquitur.

Literosus, a, um, Idem quod literatus, ἐγγράμματος Cassius Hemina Anna. libr. quarto, Homo merè literosus, ex Nonio Antiquum.

Lithargyros, λιθάργυρος, Corporis metallici genus, quòd à Plinio argenti spuma appellatur: quanuis non ex solo argento, uerumetiam ex auri uena fiat, & ex plumbo. Sunt enim tria eius genera, Chrysitis, Argyritis, & Molybditis: quæ uide apud Plin. lib. 33. cap. 6. & Dioscoridem lib. 5.

Lithiasis, is, λιθίασις, Calculi generatio in uesica, per quem urinæ excretio prohibetur. A uerbo Græco λιθιάω, quod est calculo laboro. Lithiasis præterea dicitur, quum in palpebris gignuntur albicantia quædam, & dura tubercula, lapillorum modo.

Lithizontes, λιθίζοντες, Gemmæ quædam ex genere carbũculorum, liuidius, & languidius lucentes. unde & nomẽ acceperunt, quòd ad lapidum potius quàm ad Gemmarum naturam accedant. Author Plin. libr. 37. cap. 7.

Lithocolla, λιθόκολλα, Glutinum quo lapides coniunguntur. Fit autem ex lapide Pario, aut marmore cum taurino glutino. Hermolaus.

Lithoglyphus, pen. cor. λιθόγλυφος, sculptor lapidum.

Lithospermon, λιθόσπερμον, Herba est quæ hodie nomine notiore Milium Solis dicitur. Lithospermon ideò dictum, quòd semina tanquam calculos ferat, candore, & rotunditate margaritarum, duritia uerò lapidea. Vide Plinium libro 27. capite 11.

Lithostrotos, penultima producta, m. s. λιθόστρωτος, Græcis adiectiuum est, idem significans quod lapide stratus: à nomine λίθος, lapis, & uerbo στόννυμι, quod est sterno. Hinc Lithostrata dicta sunt quædam pauimentorum genera quæ ex minutis lapillis sternebantur, colorum diuersitate rerum quarumlibet imaginem exprimente. Plinius libro trigesimo sexto, capite uigesimo quinto, Pauimenta originem habent apud Græcos elaborata arte, picturę ratione, donec lithostrota expulere eam. Et paulò pòst. Lithostrota cœptauêre iam sub Sylla, paruulis certè crustis: extatq; hodie quod in Fortunæ delubro Præneste fecit.

Lithotomia, λιθοτομία. Lapicidina quæ & Latomia dicitur à nomine λίθος, lapis, & uerbo τέμνω, cædo, uel seco. Fuit etiam carceris nomen apud Syracusanos, in quo noxii asseruabantur, qui inde uidetur fuisse appellatus, quod in loco quodam extructus esset unde olim excisi erant lapides. Meminit huius carceris Thucydides libro sexto, & sæpius Cicero in Verrin.

Liticen, uide Lituus.

Litigator, Litigiosus, Litigo, tLigiũ, uide Lis, litis.

Lito, as, a. p. Sacrificio facto deos placo, uotumq; impetro: uerbum à precibus dictum, teste Festo, quas Græci λιτὰς uocant, καπνίζω. Sueton. in Cæs. Deinde pluribus hostiis cæsis quum litare non posset, introiit curiam. Inter Litare & Sacrificare hoc interest (inquit Nonius) Sacrificare est ueniam petere. Litare est propitiare, & uotum impetrare. Vergilius 4. Aenei. Tu modò posce deos ueniam, sacrisq; litatis Indulge hospitio. Sacris (inquit) litatis, id est, uenia per sacrificia impetrata, uel felicem euentum promittente uictima. Plautus in Pœn. Si herclè istuc unquã factum est, tũ me Iuppiter Faciat, ut semper sacrificem, neq; unquam litem. Litare uictimas, apud Tranquillum, id est, uictimis cæsis litare. Aliquando ponitur pro satisfacere. Plinius in Paneg. de statuis loquens, Illæ autem aureæ, & innumerabiles strage & ruina publico gaudio litauerunt. Litatò, id est, addicentibus uictimis: sicut Auspicatò, id est, addicẽtibus auibus, hoc est, lætum rei institutæ exitum promittentibus. Liuius 5. ab Vrbe, Non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspicatò, nec litatò instruunt aciem diductam in cornua. Litandum, gerundium, hoc est, litari debet. Vergilius secundo Aeneidos, Sanguine quærendi reditus, animaq; litandum Argolica.

Litatio, onis, f. t. Voti per cæsam uictimam impetratio uel uictimæ læta promittentis mactatio, καπνίσμα. Liuius 7. belli Punici, Per dies aliquot hostiæ maiores sine litatione cæsæ: diuq; non impetrata pax deũm. Huius compositum est Perlito, quod est perfectè lito. Gellius, Si hæc res diuinæ factæ, ritèq; perlitæ essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse.

Liturgus, gi, m, m. s. Græcè dicitur, qui publicè operatur, circa res sacras præsertim, λειτουργὸς enim minister publicus est. Cuius etiam in epistolis Plin. Cæcil. meminit. Qui & Lituchus non absimili significatione *dici potest habens curã rei sacræ*, ἀπὸ τοῦ λητοῦ καὶ ἔχω. Sicut etiam Rhabduchus dicitur præses curatorq; athletarum, ἀπὸ τοῦ ῥαβδοῦ καὶ ἔχω. Suidæ & cæteris. Alciatus in l. omnes iudices. C. de Cupressis libro undecimo.

Littus, oris, neutri, tertiæ, Dicitur terra adiacens mari quæ fluctibus alluitur: unde & nomen inuenisse putatur *ab alluendo*, uel allidendo, κυμαινόμενα, ἀπὸ τοῦ ἀλίζω. Littus (inquit Celsus l. Littus ff. de Verb. signif.) est quousq; maximus fluctus à mari peruenit: idq; M. Tullium aiunt, quum arbiter esset, primùm constituisse. Propriè itaq; littus de mari dicitur: ripa, de fluminibus, ὄχθη. Ouidius primo Metamorphoseos, campoque recepti Liberioris aquæ pro ripis littora pulsant. Suetonius in Neron. Dispositæ per littora & ripas diuersoriæ tabernæ. Quandoque etiam littus dicitur de fluminibus Vergilius in Diris, Littora quæ dulces auras diffunditis agris quum de Mincio Mantuani agri fluuio loqueretur. Sumitur interdum pro agro mari uicino. Vergilius quarto Aenei dos, cui littus arandum, Cuique loci leges dedimus. Interdum pro spatio circa aram: à litando, quia ibi litabãtur hostiæ. Nam (sicut docet Donatus) nauigantes eundo & redeundo in littore sacrificabant. Si itaq; Donato à litando litus dici credimus, uidetur unico t esse scribendum: quemadmodum etiam à nonnullis scribi uidemus. In carmine tamen omnes geminant cõsonantem. Sed ne hoc quidem uidetur necessarium, quum nusquam inueniatur breuiari. Vnde uidetur potius natura longa esse, quàm per epenthesin geminatæ consonantis licenter produci. Molo tamen rem integram cuiusq; arbitrio permittere, quam de re incerta quicquam temerè pronuntiare.

Littoreus, a, um, adi. ut Littorea domus, quæ in littore, aut iuxta littus constructa est, ἀκτῶδης, ἐπάκτιος. Martial. lib 10. Anxuris æquorei placidos Frontine recessus, Et propius Baias littoreamq; domum. Littoreæ aues apud Vergil. 12. Aeneidos Littoreas agitabat aues. id est, palustres.

Littoralis

Litoralis, litorale, Idem: ut, Litoralis piſcis: id eſt, in litore uenientes, Plinius li. nono capite decimoſeptimo, Nec litoralibus gratia. Dii litorales. Catul. de Phaſel. Neq; ulla uota litoralibus deis Sibi eſſe facta.

Litoroſus, a, um, Plin. li. 37. cap. 10. Calatis ſapphirum imitatur, candidior, & literoſo mari ſimilis. id eſt, cum aquæ marinæ colorem referens, qui eſt circa litus.

Litura, uide Lino.

Lituus, litui, m. ſ. λίτυον, Plutarcho, Baculus incuruus quo ſedentes Augures auibus templa deſignabant. Gellius libro 5. capite octauo, Lituus eſt uirga breuis, in parte qua robuſtior eſt incurua. Primus litui uſus à Romulo manaſſe creditur, qui dum urbem conderet, huiuſmodi baculo regiones direxit: quod & ipſum aſſerit Cicero libro primo de Diuin. Quid (inquit) lituus iſte ueſter (quod clariſſimum eſt inſigne Auguratus) unde nobis eſt traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id eſt, incuruum, & leuiter à ſummo inflexũ bacillum (quod à curuo lituo quo canitur, ſimilitudine nomen inuenit) quum ſitus eſſet in Curia Saliorum, quæ eſt in Palatio eaq; deflagraſſet, inuentus eſt integer. Eadem ferè de hoc lituo ſcribit Plutarchus in Vita Romuli. Lituus (inquit) conſecratus eſt in Palatino colle uſq; ad Gallorum tẽpora, à quibus capta urbs incenſa fuit. Sed poſtea expulſis à Camillo hoſtibus inter altiſſimas fauillas illæſus quum ignis omnia conſumpſiſſet, inuentus eſt. Eſt præterea lituus, autore Feſto, buccinæ genus incuruum, gracilem edens uocem, quo in bello utebantur: qua qui canebat, Liticen dicebatur, σαλπικτής. Vergilius libro ſexto, Et lituo pugnas insignis obibat & haſta. Lucanus libro primo, Stridor lituũm, clangorq; tubarum. Ouidius 3. Faſtorum, Iam lituus pugnæ ſigna daturus erat. Statius 6. Thebaid. Et lituis aures circunpulſantur acutis.

Liueo, Liueſco, Liuidus, uide Liuor.

Liuor, uoris, m. t. Color ex pallido nigreſcẽs, quem & plumbeum nonnulli appellant: qualem in contuſis corporis partibus uidere eſt, quum fuſte alioue corpore duro ictu illato, exiles uenæ contuſæ ſanguinem ad extremam cutem diffundunt, πελίωμα, σμώδυξ. Plin. lib. 20. cap. 22. Illinitur & liuoribus, ſugillatiſq; cum melle. Hinc liuorem contrahere, eſt nigreſcere. Colum. lib. 12. cap. 47. Quia hæc candidior eſt oliua, quàm ea quæ contuſione liuorem contrahit. Et quoniam talis eſt color inuidorum, ideò liuor accipitur pro inuidia. Lucanus lib. 1. Liuor edax tibi cuncta negat: Claudianus lib. 3. rabiem liuoris acerbi Nulla poteſt placare quies. Liuores oculorum, Græcè ὑπώπια.

Liuidus, da, dum, Propriè dicitur qui ex ictu fuſtis, alteriuſue corporis duri, plumbeum colorem in parte læſa contraxit: quod accidere ſolet exilibus uenis ictu colliſis, ſanguineq; ad cutem diffluente, πελιδνός. Plin. Thapſiæ ſuccus ſuggillatis ac liuidis prodeſt. Hinc Liuidum pro eo quod ſubnigrũ eſt ponitur: qualis eſt color plumbi. Vergilius 6. Aeneidos Quidue petunt animæ, uel quo diſcrimine ripas Hę linquũt illæ remis uada liuida uerrunt. Brachia liuida armis. Hora. 1. Carm. Ode. 8. Vorago paludis liuidiſſima, Catulus ad Coloniam. Ora liuida facta digitis, Ouidius. Epiſtola decimanona. Quoniam uerò qui inuidia laborant, exedentes ſe dolore, hunc colorem contrahunt, liuidus ſæpe pro inuido ponitur. βάσκανος. Martialis libro primo, Omnibus inuide as liuide, nemo tibi.

Liuidulus, diminutiuum, id eſt, ſubliuidus. Iuuenalis Satyr. 11. Ponebant igitur Tuſco farrata catino Omnia tunc: quibus inuideas, ſi liuidulus ſis.

Liueo, ues, n. ſ. Liuidus ſum, hoc eſt, plumbei coloris, πελιδνόω. Plinius libro uigeſimoſecundo, Cortex uerò (ſcilicet heliotrophi) liuentibus colorem reddit. Ouidius ſecundo Metamorphoſeos, Liuent rubigine dentes. Crura liuentia compedibus. Ouidius ſecundo Amorum, elegia 2. Labellis impreſſis liuere. Idem primo Amorum, eleg. 7. Per translationem accipitur pro inuidere, βασκαίνειν, φθονεῖν. Tractũ ab inuidorum conſuetudine, aliena felicitate pallentium. Pomponius, Malignus homo fortunis aliorum ſemper liuẽs. Martialis libro decimo, Liuet Carinus, rumpitur, &c. Fata liuentia, Stat. 5. Sylu.

Liueſco, is, n. t. Liuidus fio, πελιδνὸς, γίνομαι. Claudianus libro tertio, Haud equidem inuideo: nec enim liueſcere fas eſt, Vel nocuiſſe deos. Martialis libro octauo, Liueſcit nulla caligine fuſca, nec odit Exploratores nubila maſſa focos. Digiti liueſcũt in pedib. Lucr. li. 3. Huius compoſitum eſt Alliueſco.

Lix, licis, Cinis dicitur in quem materiæ rediguntur, quum fuerunt exuſtæ, κόνις. Plin. lib. 36. cap. 27. citat Varronem dicentem. Lix cinis eſt foci.

Lixiuia, æ, f. p. Aqua in qua lauandi gratia, decoctus eſt cinis, κονία. Colum lib. 12. cap. 16. Sunt qui culmos fabæ exurant, & ex eo quod cremarint, cinere lixiuiam faciant. Et paulò poſt eodem capite. Deinde in lixiuiæ ſextarios, decem ſalis cyathos, & olei cyathum adiiciant. Et rurſum paulò antè, In olla fictili ampla, præparatam lixiuiam cineris ſarmenti calefieri conuenit. Nonius Marcellus lixiuium effert neut. gen. Lix (inquit) cinis dicitur, uel humor cineri miſtus. Nã etiam nunc id genus lixiuium uocatur.

Lixæ, arum, m. p. Dicti ſunt, inquit Sipõtinus, qui uilioris quæſtus gratia exercitum ſequuntur, utputa lauadi, aut coquẽdi gratia: à cinere, qui lix antiquis dicebatur, ut Varronis teſtimonio docet Plinius lib. 36. cap 27. σκευοφόροι. Nonius tamẽ affirmat antiquos lixam dixiſſe pro aqua: indeq; elixum dictum eſſe, quod aqua coctum & mollitum eſſet: & lixas, qui militibus aquam ad caſtra uel tentoria ſolent ferre. Silius libro 1. inutile Marti Lixarum uulgus. Scipio, apud Liuium, Actium Vmbrum appellat ſemilixam, quaſi ſeruilem ancipium, nomine ignominioſo. Varro lixulas & ſemilixulas uocabulo Sabino ſcribit dici circulos ex farina, caſeo, & aqua commiſtos, olim inter uiliora cibaria numeratos.

Lixo, as. act. p. Aqua coquo: quod tamen apud ueteres non facilè inuenies, ἕψω. Magis in uſu eſt compoſitum eius elixo, quod eſt eiuſdem ſignificationis. Prolixo huc non pertinet Neque enim fit è lixo, ſed ab adiectiuo prolixus, quod componitur ex porrò, & laxus.

Lixus, xa, xum, Quod aqua coctum eſt: à lixa antiquo nomine, quo ueteres aquam ſignificabant, teſte Nonio, ἕψητός. Frequentiore tamen in uſu eſt elixus, quemadmodum elixo uſitatius eſt, quàm lixo.

Lixabundus, Dicitur qui exiguæ mercedis gratia, uiliſſimis ſe ſe obſequiis immiſcet. Tractum à lixarum cõſuetudine, qui uiliſſima quæq; in exercitu munia obibant. Plaurus, Qui famam tuam lixabundus, & nomen fœdas.

LONG P. VII. L. P. III. In notis antiquorum, longũ pedes ſeptem, latum pedes tres. L. P. Locus propitius, uel proprius. uel lege punitus, uel Latini priſci, uel locus publicus uel priuatus. L. P. C. R. Latini priſci ciues Romani. L. P. D. Locus publicè datus. L. P. L. Lex plebeia, uel locus priuatus. L PVB. locus publicus L. Q: S. locus qui ſupra, uel Quos. L, Q. S. E. locus qui ſupra eſt. L. R. lex Roman. uel locus religioſus L. R. V. Lex ruſticana. L. R. I. lex regis inſta. L. S. laribus ſacrũ, uel ſacrorum, uel locus Sacer uel Lucius Samius. L. S. C. locus ſacer. L. S. D E N. Lucius Sicinius dentatus. L. S. P A L. loca ſacra palatia. L. T. Lucius Tacitus, uel legem tulit, uel Lutius Titius. L. T. P R. Latini Patres.

Lobæ. f. p. Ita milio rudi dicuntur culmi, ſiue comæ arundinaceæ ſemen complectentes, λόβαι. Plin. lib. 18 cap 7. Milium (inquit) intra hos decem annos ex India in Italiam eſt inuectum, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem, prægrandibus culmis, (lobas uocant) omnium frugum fertiliſſimum.

Lobus, bi, λοβὸς, Ima auricula, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν, propterea quòd eam apprehendamus, quempiam admonentes. In hepate quoq; partes extremæ, & quædam ueluti ſegmenta, uentriculum circunquaq; amplectentia, lobi dicuntur. Nicand. in Theriacis, Ἤματα δ' ἀκρότατον κίρδας λοβὸν, ὅς τε τραπέζης Ἐκφύεται. Vbi interpres, τράπεζαν accipit ſummam ſolidãq; hepatis partem, ex qua lobi dependent.

Locarium, Pretium quod pro taberna ſtabulóue perſoluitur, ut in eo quis ſe locare, hoc eſt, collocare poſſit, ἐνοίκιον. Autor Varro lib. 4. de Lingua Latina.

Locellus, uide Loculus, in Locus.

Locito, Loco, uide locus.

Loculatus, Loculamentum, Loculus, Locuples uide Locus.

Locus, huius loci. m. ſ. & in plurali numero, Loci, orum, uel Loca, orum, Quicquid aliquid continet, ſiue, ut ait Var. lib. 4. de Lingua Lat. ubi quicquam conſiſtit, τόπος. Verg. 8. Aeneid. Hic locus urbis erit. Seruius Sulpitius Ciceroni libr. 4. Epiſt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiæ locum delegimus ibiq; eum combuſſimus. poſteaq; curauimus ut iide Athenienſes in eodẽ loco monumẽtum ei marmoreum faciendum locarent. Frequentiſſimè etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

accipimus locum pro uice: ut quum dicimus, Loco patris te habeo, hoc est uice patris, & ea charitate te amplector qua patrem. Sic etiam dicimus, Diligo te in loco germani. Terentius in Andria, Si te in germani fratris dilexi loco. Mouere aliquem loco, est aliquem de loco suo, uel de dignitate depellere. Horatius libro 2. Epistol. Audebit, quæcunque parū splendoris habebunt, Verba mouere loco. Cicero ad Quintum Frat. lib. 2. Exarsit dolor: urgere illi ut nos loco moueret. Accipitur etiam Locus pro natalibus, uel conditione natiuitatis. Sallustius, Inter suos non obscuro loco natus. In plurali numero indifferēter dicimus Loca, uel Locos, pro eo q̄ aliquid continet. De neutro genere ubiq̄ plurima occurrūt exempla. Masculino genere usus est Virgilius 6. Aeneid. Deuenere locos lætos. Idem 1. Aeneid. Deuenere locos, ubi nūc ingentia certis Mœnia. Gellius libro sexto, capite sexto, eodem in loco utroq̄ genere usus est. Nam quoniam non ipsæ tantùm aues quæ prosperius præuolant, sed etiam loci quos capiunt, quod idonei felicesq̄ sunt, præpetes appellantur: id circo Dædali pennas præpetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat. Frequentius tamen locos, τόπους, accipimus pro sedibus argumentorum, ex quibus, ueluti ex promptuariis quibusdam, petuntur argumenta. Loci etiam in mulieribus dicuntur uascula semen recipientia, in quibus (ut ait Varro) nascendi initia consistunt. Plinius libro 11. cap. 37. Fœminis eadem omnia, præter ueficæ iunctus utriculus. Vnde dictus uterus quod alio nomine Locos appellant, hoc in reliquis animalibus uuluam tantùm dicimus. Colum. tamen libr. 6. cap. 37. equarum etiam genitalia uocat locos. Quod si (inquit) admissarius iners est in uenerem, odore perfricatur detersis spōgia fœminæ locis, & admota equi naribus. Idem etiam lib. 8. cap. 11. pauonum loca appellat, in quibus oua nascuntur, Sæpiusq̄ (inquit) digitis loca fœminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt oua. E loco inferiore agere, est ad iudices. De superiore loco agere, est pro rostris. Ex æquo loco agere, est in Senatu: ut etiam annotauit Budæus. Cic. 3. de Orat. Nam siue de cæli natura loquitur, siue de terræ, siue de diuina ui, siue de humana, siue ex inferiori loco, siue ex æquo, siue ex superiore. Priore loco causam dicere, est ante defendere quum quis accusatus sit. Cicero pro Quintio, Vt ipse causam capitis, si sponsionem feciſſet, priore loco diceret. Posteriore uerò loco dicere, est defensorem esse, & pro reo dicere. Idem ibidem, Quoniam maiores ita constituerunt, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco causam diceret. Secundo loco, à Cicerone ad Lentulum pro præterea ponitur, Facilè, inquit, secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, &c. Pulchrè etiam dicitur, Si in isto essem loco, pro eo quod est si meum esset negotium, si mea res ageretur. Plautus in Bacch. Verùm, ut ego opinor, si ego in istoc siem loco, Dem potius aurum, quàm illum corrumpi sinam. Ponitur aliquando locus pro statu. Plautus in Bacch. In eum nunc deuenit res locum, &c. Terentius in Adelphis, Peiore res loco non potest esse quàm in quo nunc sita est. Cicero ad Brut. Nostræ res meliore loco uidebantur, id est, statu & fortuna. In loco res posita dicitur, quæ rectè digneque posita, siue collocata est. Cicero septimo Verrinarum, Rectè collocata, & iudicio populi in loco posita esse uideatur. Ponitur interdum locus pro æstimatione, amore, gratiaq̄. Cicero in Philippic. Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo numero fuisti? Esse magno loco apud regem, dixit idem in Epistol. Cæsar primo Commen. Qui si iuuissent, eodem se eos loco, quo Heluetios, habiturum. Ponere in loco maledicti, & contumeliæ, Est quod Barbari dicunt, capere ad malum & ad iniuriam. Cicero in Pison. Túne etiam ausus meum discessum in maledicti & contumeliæ loco ponere? Tenere principem locum, est maximo esse in pretio, & autoritate, primumque dignitatis gradum obtinere. Cicer. pro Plancio, Qui in mea salute principem semper locum, autoritatemq̄ tenuistis. Locus aliquando ponitur pro oportunitate, καιρός. Cicero Offic. Locum autem actionis, opportunitatem temporum esse dicunt. Loco aliquid quærere, est quærere quando res postulat. Cicero in Partit. Loco tu quidem quæris, sed plenius &c. In loco, id est, opportunè. Terentius in Heauton. In loco uerò laudo. Cicero, antè quàm iret in exilium, Fidei conducit, inquit, in loco beneficium retribuere. Loco dicere, est aliquem rogatum sententiam dicere. Cicer. 3. de Legibus Vt loco dicat, id est, rogatus: ut modo, ne sit infinitus. Locus non est bonitati, id est, bonitas non est in pretio. Cicero 3. de Finibus, Quod ni ita se haberet, nec iustitiæ ullus esset, nec bonitati locus. Locum alicui dare, est ipsum admittere & recipere. Cicero de Orat. Hæc turba & barbaria foret si is dat locum uel uiciosissimis oratoribus. Aliquando locus ponitur pro tempore, uel spatio. Terentius in Heauton. Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccandi locus. Locus preci non est relictus: hoc est, precibus amplius flecti non potest. Terent. in And. Nihil est preci loci relictum. Locus etiā in scriptoribus dicitur quæuis operis particula. Terent. in Prologo Adelph. eum Plautus locum Reliquit integrum eum hic locum sumpsit sibi in Adelphos. Loci, in muliere dicuntur uascula semē & maternū sanguinē recipientia, inter ueficam & intestinum rectū fita, in duos diuisa sinus: unde & locos plurali numero appellarunt, δήμους. Aliis nominibus & uterus dicitur, & uulua. Quanquam inter hæc Plinius ita distinguit, ut uulua brutorum animantium dicatur, loci autem & uterus solarum mulierum. Verba eius sunt hæc libro undecimo, capite 37. Fœminis eadem omnia, præter ueficæ iunctus utriculus: unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animātibus uuluam. Loci item à Dialecticis appellantur sedes argumentorum, ex quibus ueluti ex promptuariis quibusdam petuntur argumenta, τόποι. Cicer. 1. de Orat. Aristoteles locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit. Ibidem libro secundo, Aristoteles proposuit quosdam locos ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inueniretur. Et paulò antè, Locus argumentorum paratos & expeditos habere oportet.

Loca, salubria, & insalubria quæ sunt eligenda in regimine sanitatis, & extruendis ædibus omnium doctissimè differuit Vitruuius libro 1. capite 4.

Loculus, li, m. s. diminut. Exiguus & angustus locus, χωρίον, Plautus in Mil. Sed in cella paululum erat loculi lubrici. Alias quando loculi dicuntur loculamenta quædam separata in piscinis, ornithotrophiis, aliorumue animalium stabulis, in quibus unaquæq̄ seorsum aluntur, σηκοί. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 17. Hortensius familiaris noster, quum piscinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos, ita sæpè cum eo ad uillam iui. Sæpe etiam loculos accipimus pro sacculo in quo pecunia seruatur, βαλάντιον, Martialis lib. 14. Hos ni si de flaua loculos implere moneta Non decet. Interdum etiam loculus, σορός, pro capsula, seu conditorio quo mortuorum reliquiæ condūntur. Plinius libro septimo, capit. 2. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumq̄ loculo in templo.

Locellus, li, id est, crumenula, dimin. à loculis, βαλάντιον. Martialis lib. 14. Si quid adhuc supereſt in nostri fæce locelli, Munus erit: nihil est: ipse locellus erit.

Loculatus, a, um, Quod habet diuersos locos, σηκωτός. Varr. 3. de Re rust. cap. 17. Nam ut Pausanias & cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habēt arculas, ubi diuersi colores sint, certas: sic hi loculatas habēt piscinas, ubi dispares discluſos habent pisces.

Loculosus, sa, sum, Quod multos habet loculos, seu sinus, septo aliquo intermedio distinctos, σηκώδης. Plin. li. 15. c. 22. Sola differentia generum in putamine duro fragilisue, & tenui ac crasso, loculoso & simplici.

Loculamenta, orum, n. s. Loca distincta, siue capsulæ in quibus aues, apes, aut etiam maiora animalia seorsim nidificare, seu habitare solent: & è loculis deduci uidetur, σηκοί. Columella lib. 8. cap. 8. Vel si non ita competit, paxillis adactis tabulæ supponantur, quæ uel loculamenta, quibus nidificent aues uel fictilia columbaria recipiant. Idem lib. 9. cap. 12. Crepitaculis æreis, aut testarum plerunq̄ uulgò iacentium terreatur fugiens iuuentus: ealq̄ quę uel pauida quum repetierit alueum maternum, & in eius aditu glomerata pependerit, uel statim se ad proximam frondem contulerit, protinus custos nouum loculamentum in hoc præparatum perlineat intrinsecus prædictis herbis: deinde guttis mellis respersum admoueat, tum manibus, aut etiam trulla cōgregatas apes recondat. Ponitur aliquando pro conceptaculo siue theca rei alicuius. Vitruuius lib. 10. Super autem tertium tympanum plasmum eadem ratione dentatum, incluſum in alterum loculamentum collocetur.

Locuples, pen. cor. genit. locupletis, pen. pro. om. t. Diues, multa possidens: quasi locorum plenus, hoc est, multos habens agros, seu possessiones, πολυκτήμων, πλούσιος. Plinius libro 18. capite tertio, Cognomina etiam prima: inde pilumni, qui pilum pistrinis inuenerunt: Pisones, à pinsendo: hinc & locupletes dicebant, loci id est, agri plenos. Est aūt hoc nomē omnis generis, secundū Prisc. tā in i quā in e finiens ablatiuum,

Cicero

Cic. Attic. Nec moderatior quàm Sylla in pecuniis locupletium. Idē in Frument. In prouincia locupleti & referta. Horat. 2. Serm. In locuplete domo. Neq; solū pro diuite, & loca multa possideri accipitur; uerumetiā pro firmo, certoq; & magnæ autoritatis, indubitatæq; fidei homine. Vnde locupletem autorem, testem, tabellarium dicimus de cuius fide merito nemo debeat ambigere, ἀξιόπιστον. Cic. lib. 3. Offic. Accedit eò testis locuples Possidonius. Et paulò pòst, Quorū qui dem testem non mediocrē, sed haud scio an grauissimū Regulum nolite quæso uituperare. Quem enim locupletiorem quærimus quā principem pop. Rom. qui retinēdi officii causa, cruciatū iubierit ultro? Locupletis antitheta sunt Egens, & tenuis. Cic. 4. Ver. Nam locupletissimi cuiusq; census exte nuarant, tenuissimi auxerant. Idem Pro Plancio, Egentes in locupletes armabantur. Locuples oratio, diues uerborum & abundās. Cic. 3. de Orat. Inde ille licentior, & diuitior fluxit dithyrambus: cuius membra & pedes, ut ait idē, sunt in omni locuplete oratione diffusa. Locuples etiam aliquando per translationem ponitur pro instructo & copioso. Cicer. 1. de Natura deorum, Locupletior igitur hominum natura ad beatè uiuendum, quàm deorum: quod pluribus generibus fruitur uoluptatum.

Locupleto, as, act. p. pen. pro. Dito, locupletem reddo, πλουτίζω Colum. lib. 3. Vt antè perpensum & exploratum habeamus, ut locupletet patrem familiæ uinearum cultus. Plaut. Visus est paterna hæreditate locupletarier. Cic. 5. Ver. Ob hasce res quoniam te locupletaui, hoc anulo aureo dono. Idem 1. Off. Hiq; arbitrantur se beneficos in suos amicos uisum iri, si locupletent eos quacunq; ratione. Huius compositum est Col locupleto, quod significat ualde dito. Teren. in Heauton. ubinam est fides? Dum ego propter te errans, patria careo demens, tu interea loci Collocupletasti te Antiphila.

Loco, as, act p. Pono, constituo, τάττω. Liu. lib. 2. Castra ab urbe haud plus quinq; millium passuum locat. Verg. 1. Aenei. hîc alta theatri Fundamenta locant alii. Interdum est reponere. Plautus Aulul. Dum aulam domi locatam perquirit, ablatā reperit. Interdū nuptui tradere. ἐκδιδόναι, συνοικίζειν. Terentius in Phorm. Quæso quid si filiam suam unicam locaret? Pro eodem etiam dicimus, Locare filiam nuptum. Teren. in Phorm. Vt potui, uirginem nuptum locaui huic adolescenti. Item locare patrimonium. Plaut. in Trin. Vbi erit locata uirgo in matrimonium. Hinc Illocabilis, quæ ob inopiā aut deformitatē facilè maritū inuenire nō potest, δυσέκδοτος. Plaut. Aul. Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. Interdum idem est quod pretio utendum do, μισθῶ, ἀπομισθῶ, ἐκδίδωμι. In qua significatione frequenter datiuum habet personæ cui quid locatur, cum accusatiuo rei quæ locatur, & ablatiuo pretii: ut, Aedes quas in Palatio amplissimas habebas, cētū te sestertiis Mutio locasse audio. Sæpe tamen pretium non exprimitur. Cicero in Ver. Menonis nobilissimi hominis uxoris fundus erat colono locatus. Locare alicui operam suam, est aliquid mercede faciendum suscipere, μισθαρνῶ. Gellius libro quinto, capit. 3. Ob quærendum uictum ad circumagendas molas quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasse. Plaut. Trin. Nam operam meam tribus numis ego locaui ad artes nugatorias. Locare alicui opus faciundum, dicitur is qui pro opere faciundo alteri mercedem constituit, μισθοῦν. Sulpitius Cicer. Curauimus ut iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Interdum locare idem est quod collocare, siue impēdere: ut quum operam pecuniamúe bene aut malè locatam dicimus. Plautus Mostel. Nec quicquam argenti locaui tam diu usquam æquè benè. Idem Amph. Optumè optumo optumam operam das, tam pulchrè locas.

Locito, as, act. p. penultima correpta, Frequentatiuum formatum à supino uerbi Loco, a in i mutata, ἀπομισθῶ, ἐκδίδωμι. Teren. in Adelp. Agelli est hîc sub urbe paululum quod locitas foras: Huic demus qui fruatur.

Locator, oris, mas. t. Propriè dicitur is qui rem aliquam pretio utendam dat: ut, Locator prædii uel ædium, dicitur is qui p prædii ædiumúe usu conductori concesso pretium accipit. Interdum tamen locator is dicitur qui redemptori pro opere aliquo faciundo mercedem constituit. Budæus, Quanquam locator sit plerunq; qui pretium accipit, & cōductor qui dat: ut sit locator dominus, conductor inquilinus: tamē nonnunquam uice uersa euenit ut locator pretium det conductor accipiat, Plinius libro septimo, capite 52. Romæ quoq; Corfidium materteræ suæ maritum funere locato re uixisse, & locatorem funeris ab eo datum.

Locatio, onis. f. t. uerbale, Relatiuum est Conductionis: proprieq; eius qui pretium accipit, ἀπομίσθωσις. Cicero 3. Verr. Hic istius scelerata locatione nefarioq; latrocinio, bonis patriis, fortunisq; omnibus spoliatus, uenit in iudicium. Idem ad Atticum libro quarto, Disturbata porticus Catuli quæ ex S.C.C OSS. locatione reficiebatur, & ad tectum penè peruenerat. Inducere locationem, est irritam facere locationem, tabulasque de locatione confectas interlinire, aut discerpere. Cicero ad Atticum libro primo Asiani qui de Censoribus conduxerunt, questi in Senatu se cupiditate plapsos nimium magno conduxisse, ut induceretur locatio postulauerunt.

Locusta, stæ, f. p. Insecti genus est, infirmas habens alas, tam modicis se uolatibus à terra attollens, ut saltare potius uideatur quàm uolare, ἀκρίς. In Africa & Syria maiore corpore nascuntur, firmioribusq; alis: tanta autem copia, ut herbas, messesq; omnes aut erodant, aut tactu adurant. Quinetiam & maria transuolare dicuntur, & absumptis domesticis omnibus, externa pabula quærere, non sine infausto præsagio eorum ad quos pentrarint. In India monstrosæ magnitudinis nasci traduntur, ut interdum trium pedum longitudinem excedant: ex quorum femoribus: & cruribus, quū inaruerint, serræ solent confici. Vide plura de his apud Plin. libro 11. capite 29. Locusta etiam piscis est ex genere crustatorum, corpore longo, cornua ante oculos bina, longa & aspera habet: dictus à similitudine terrestris. Plinius libro 9. capite 30. Locustæ fragili crusta muniuntur in eo genere quod caret sanguine. Latent mensibus quinis: & ueris principio senectutem exuunt anguium more, renouatione tergorum. Cætera in aquis natant: locustæ reptantium modo fluitant. Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus quæ sunt rotunditate præpilata, ad altera porrectis: in pano re in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Vnum hoc animal, nisi uiuum feruenti aquæ incoctum, fluida carne non habet callum.

Locutio, Locutor, Locutuleius, uide Loquor.

Locyothos, per y, uitellum oui, per i putamen lētis, per u, ampulla uel guttum olearium.

Lodix dicunt per i non per e Lodex, doctissimi quiq.

Lodix, pen. prod. f. t. Lecti operimentum, στρῶμα. Iuuenal. Saty. 6. Ζωὴ, κἠν ψυχὴ modò sub lodice relictis Veteris in turba.

Lodicula, læ, diminut. Suet. in Augusto, Ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret sesticulo, uel lodicula inuolutus.

Lœdoria, λοιδορία, cum accentu in penultima, A Græcis dicitur mordax conuitium: differtq; à scommate, quòd hoc sit mordacitas quadam urbanitate & ioco adumbrata: lœdoria uerò apertum, amarulentumq; conuitium, nulla urbanitatis specie uelatum. Vide Macrobium in Saturn.

Logarium, Logeum, Logica, Logion, Logistæ, Logisterium, Logistice, Logisticus, Logodædalus. Logographi, uide Logus.

Logus, λόγος, m. s. Apud Græcos modò sermonē significat, modò uerbum, modò rationem. Hieron. ad Paulinum, Logos Græcè multa significat: nam & uerbum est, & ratio, & supputatio, & causa unicuiusque rei, per quam sunt singula quæ subsistunt. August. contra hæreses, Hermes, qui Latinè dicitur Mercurius, scripsit librum, qui λόγος τέλειος appellatur, id est, uerbum perfectum. λόγους item Græci uocant operis tomos, siue sectiones, quos & libros Latinè appellamus. Habet & alia significata apud Græcos, quæ ad nostrum instituta nihil pertinent. Hoc tamen hîc prætereundum non fuit, logos etiam à Latinis scriptoribus usurpari, pro uerbis futilibus, & ad nihil prorsus conducentibus. Cicero Gallo, Ego te certò scio omnes logos, qui ludis dicti sunt, animaduertisse. Terent. in Phorm. Fœneratum istud beneficium tibi pulchrè dices. D. logi, id est, ridicula dicta, & uerba inutilia. ~~A logos fiunt, Caralogus, epilogus, dialogus, elogium analogia, & propriè infinita alia.~~

Logarion, λογάριον, apud Vlpianum l. 3. de penu. legat. Accipitur pro leuioribus minutioribusq; rationibus, quales iis de rebus quæ quotidie in usum familiæ erogantur, in aduersariis solent conscribi. Verba Vlpiani sunt hæc, Sed & chartas ad ratiunculam, uel ad logarion paratas, contineri appellatione penoris.

Logeum, n. s. pen. prod. λογεῖον, Pulpitum in scena, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum (quoad Comœdæ cho-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rum habuerunt) cæteriq; personam nõ habentes, fabulæ subseruiebant. Vtitur hac uoce Vitruuius lib. 5.

Logica, cæ, & Logice, ces, f. p. t. λογικὴ. Ars differendi, uerumque inquirendi, quæ & dialectica dicitur. Nonnulli Græcæ uocis etymon reddentes, rationalem philosophiæ partem appellant. Cicero primo de Finibus, Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac differendi, quæ λογικὴ dicitur, iste uester, ut mihi quidem uidetur, planè inermis ac nudus est. Ibidem, Totaque est logicè, quam rationem differendi uoco. Boëtius in Comment. Topicis, Hæc est (inquit) disciplina quasi differendi quædam magistra, quam Logicen uetereς Peripatetici appellarunt: continens in se inueniendi, iudicandiq; peritiam.

Logica, orum, n. gen. plu. num. Cic. 4. Tuscul. Habet ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant Stoici, quæ logica appellant, quia differuntur subtilius.

Logion, penult. correp. λόγιον, Græci oraculum appellant, præsertim soluta oratione editum. Nam quod carmine responsum dabatur, χρησμὸν potius nominant: ut post Suidam annotauit Cælius Rodig. lib. 7. cap. 6.

Logistæ, m. p. λογισταὶ, Supputatores, siue æstimatores dicuntur ἀπὸ τῦ λογίζωμαι, quod est rationes subducere, æstimare, seu rẽ aliquam diligenter expendere. Athenis Logistæ magistratus erant, quorum munus erat expendere quæ in magistratu quisque gessisset. Aristophanis interpres Logistas eosdem fuisse existimat cum Agoranomis, quorum munus idem ferè erat eorum officio qui Romæ Aediles dicebantur.

Logistice, gistices, f. t. λογιστικὴ, Ars supputandi quam uulgus Abacum uocat: ἀπὸ τῦ λογίζωμαι, quod est supputare & calculum subducere.

Logisterium, n. s. λογιστήριον, Locus in quo exercitus recensetur militiq; stipendium penditur. Iulius Pollux inter Atheniensium dicasteria numerat & Logisterium: interpretaturq; locum fuisse in quo Logistæ considere, & muneri suo uacare consueuerunt.

Logistoricus, m. s. Liber fuit Varronis, sermonum, & dictorum insignium narrationem continens. Gellius libro quarto, capite 19. Marcus Varro, in Logistorico scripsit, &c. Macrobius libro tertio, Satur. Varro in Logistorico qui inscribitur Martius de Fortuna.

Logodædalus, λογοδαίδαλος, Qui inanem uerborum ornatum non rerum pondus sequitur: siue qui captiosa, arteq; composita oratione alium in fraudem conatur inducere. Cicero in Oratore, Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum, & Leontinum ferũt Georgiam: Theodorum inde Byzantium multosq; alios quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

Logographi, m. s. pen. cor. λογογράφοι, Teste Suida, dicũtur qui acta iudicialia excipiunt. Cuius sententiæ subscribit & Ammonius περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων: cuius hæc sunt uerba, λογογράφος ἐστὶν ὁ τὰς δικανικὰς λόγους γράφων, Demosthenes tamen & Aeschines uocem hanc in deteriorem partem ferè usurpant, magniq; conuitii loco sese mutuò λογογράφους appellant.

Lohos, est syrupus inspissatus, ad modum electarii, uiscosus, & qui lambi potest: id quod Græcè Eclegma: siue ut aliis placet, confectio uiscosa & mucilaginosa.

Loion, frumentum ipsum adhuc herbidum quomodo est cum per hyemen in campis uiret.

Lõligo, pen. pro. genit loliginis fœm tert. Piscis genus à uocatu dictũ, teste Varrone, τευθὶς, Theodoro, Nam (ut ex Trebii Nigri sententia scribit Plinius libr. 32. ca. 2.) tanta interdũ multitudine è mari euolant loliginες, ut nauigia demergãt. Coëunt linguis, quemadmodum & sepiæ, componentes inter se brachia, & in contrarium nantes: pariunt autem ore. Itali hodie à thecæ calamariæ similitudine calamarium appellant. Habet enim duo officula, quorum alterum calami, alterum gladioli perspicui, pellucidiq; imaginem refert. Ad hæc cruorem habet nigrum atramenti similitudine. Vnde succum loliginis pro liuore hominis parum candidi posuit Horatius 1. Serm. Satyr. 4. hic nigræ succus loliginis, hoc est, Aerugo mera. Vbi Porphyrio, Ex loliginis succo liuorem mẽtis uult intelligi: ærugine, uenenum. Prima huius dictionis syllaba semper producitur, idq; contra naturam primitiui Volo quod priorem corripit. Vnde nonnulli in carmine geminato l scribunt colligo.

Loliguncula, dimin. τευθιδιον, Plautus in Casin. Emito sepiolas lepidas, loliguncυlas, &c.

Lolius, lii, Herba est hordeo similis, (cuius etiam uitium esse putatur) in segetibus nascens. Gallis yuræa ab inebriando dicitur, ἄρα, ἰλίγιον. Verg. 1. Georg. Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Plin. lib. 18. cap. 17. Nam lolium, & tribulos, & carduos, lappasq; non minus quàm rubos inter frugũ morbos potius, quàm inter ipsius terræ pestem numeraueris. Lolio uictitare dicuntur qui uisu sunt imbecillo: nocet enim oculis lolium, propter uapores acres quos in cerebrũ attollit. Ouid. 1. Fast. Et careant loliis oculos uitiantib. agri.

Loliaceus, a, um, Quod ex lolio est: ἄρινος, ut, Farina loliacea.

Loliarius, a, um: ut, Cribrum loliarium, quo lolium ex frumẽto excernitur. Colum. libr. 8. cap. 5. Cribro uiciario, uel loliario, qui iam fuerit in usu, pulli superponantur.

Lolius, Genus piscis admodum parui, & facie à loligine differens, τευθὸς, Vide Hermolaum in Plinium.

Lomentum, ti, n. s. Farina fabacea, quæ ad eruganda corpora usa est antiquitas, ἐρυγμός. Martial. libro 3. Lomento rugas uteri quod condere tentas. Plin. lib. 22. cap. 25. de faba loquẽs Lomento, inquit, ex aceto decocto, tumores maturat, atque aperit. Est item lomentum coloris quoddam genus quod in usum pictorum ex cæruleo confici solet. Plinius libro 33. cap. ult. Ex cæruleo fit, quod uocatur lomentum: perficitur id lauando terendoúe: & hoc est cæruleo candidius. Et paulò pòst, Est & subtilissimum genus lomenti, (quidam trium uocant) quinis assibus æstimatum. Postremum hoc genus à Græcis propriè λείωμα appellatur.

Lonchitis, λογχῖτις, Herba est in locis sitientibus nascens, foliis porri, ad radicem rubentibus, flores habens ceu galericulos, personis comicis similes, paruam exerentes linguam: semen uerò inuolucris clausum, triangulum, & lanceę simile: unde sibi nomen uendicauit. Vulgus in Gallia nigros capettos appellat. Non esse autem eandem cum Xiphio, seu Phasganio (ut hactenus à Dictionarii huius concinnatoribus perperam creditum est) apertissimè docet Plinius libro 25. capite undecimo.

Longano, onis, m. t. A quibusdam appellatur intestinum rectum, à crasso intestino, quod κῶλον appellant, ad sedem usq; porrectum spinæ è directo incumbens, ἀτενὲς μυῶν, ἰσότροπον. Ratio nominis inde tracta est quod in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, ut cætera intestina. Apicius, Longanones porcinos ex rure Tarentino, fatos cunctos in cinere pullorum.

Longæuus, Longanímis, uide Longus.

Longo, gas, μηκύνω, μακρύνω, quanuis non sit in usu, habet tamen composita in frequenti usurpatione habita quæ sunt Elongo, prolongo, quod est protraho. Plaut. Quæ mihi anus prolongat promissa.

Longus, ga, gum, Propriè (inquit Nonius) idem est quod per planum porrectus, μακρός. Verg. 3. Geor. Tum longo nullius lateri modus. Nonnunquam idem quod in altum erectus, hoc est, procerus. Verg. 9. Aeneid. Stant longis innixi hastis, & scuta tenentes. Plaut. Trin. qua facie est homo? S. Sesquipede quidem est quàm tu longior. Longus pedes septem Plinius, In hoc cæli circumplexu æquinoctii die media, umbilicus, quem gnomonem uocant, septem pedes longus umbram nõ amplius quatuor pedes longam reddit. Longus pedum quatuor. Colum. in morem horti areas latas pedũ denũ, longas pedum quinquagenũ facito. Idem. Atq; ita mense ultimo Aprilis, feritur tantum quantum singuli cyathi semi nis locum occupent, decem pedum longum, & quinque latum. Per translationem ponitur quãdoq; pro diuturno. Vergilius 3. Aeneid. Et longum Andromache testantur amorem Ponitur nonnunquam pro prolixo & fuso. Plau. in Trin. Lõgo sermone utimur. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Sed nolo esse longior. Longum est, id est, est multi temporis. Cic. 3. Ver. Longũ est dicere quã improbè fecerit. Quandoq; pro magno: unde longiores dies, maiores dicimus. Quandoq; pro pernicioso. Verg. lib. 1. Aen. Necnon & uario mortem sermone trahebat Infelix Dido, longumq; bibebat amorem. Longa dies, p longo tempore. Plaut. in Epid. Longa dies animum incertameum. Iuuenalis Saty. 10. Longa dies igitur quid contulit? Ne longum faciam, id est, ut breuiter dicam. Hora. 1. 1. Serm. Satyr. 3. In longum ducere. Verg. 9. Ecloga, Causando nostros in longum ducis amores.

Longũ, aduerbialiter. Quod significat longo tempore, μακρὰν Martialis, Vtq; tuis longum dominusq; puerq; fruantur Muneribus. Vergilius libro 10. Aeneidos, non me, quicunque es inulto Victor, nec longum lætabere. Idem tertia Ecloga,

longum

longàm formoſe uale, uale inquit Iola.

Longè, aduerbium, Idem ſignificans quod procul, ſiue longo interuallo Et modo de loci ſpatio dicitur, πόῤῥω, μακράν. Cicero pro Flacco, Non longè à gradibus Aureliis hæc cauſa dicitur. Ibidem, Longè omnino à Tyberi ad Caicum. Idem pro Domo ſua, Eius ſimulachrum nõ longè à Tanagris in ſepulchro poſitum fuit. Modò de temporis interuallo. Cicero pro Sylla, Tempus muneris dandi lõgè abeſt. Idem de Clar. Orat. Varro uitam Næuii producit longius. Longè, lateq́, id eſt, multis uariis & in locis, διεξοδικῶς. Cicer. 1 de Natu. deorum. Sol longè, lateq́ collucet. Idem pro Lege Manilia, Tantum bellum, tàm diuturnum, tàm longè lateq́ diſperſum. Interdum ſignificat ualde. Salluſtius, Longè mihi alia mens eſt. Interdum accipitur pro multò, iungiturq́ comparatiuo, aut ſuperlatiuo, μᾶλλον. Cicero de Claris Oratoribus, Vir longè poſt natos homines improbiſſimus. Idem alibi, Illi homini longè optimum eſſe. Accipitur etiam longè aliquando pro eo quod Barbari dicunt à longe. Sic Vergilius 2. Georg. dixit, Littora longè reſonantia. Ita etiam ferè accipitur apud Plautum in Trucul. Næ iſte ſtimulum longè habet quæ uſq́ illinc Cor pungit meum. hoc eſt, habet ſtimulum longum, uel à longè protenſum. Longè proſpicere futuros caſus, eſt eos longè antè uidere quàm eueniant. Cicero de Amicitia, Vt nos lõgè proſpicere oporteat futuros caſus Rei pub. Longè gentium ſignificat omnino longè: ſicut, Nuſquã gentium, nuſquam locorum, idem ſignificant quod omnino nuſquam. Cicero Attic. libro ſexto, Tu autem abes longè gentium.

Longulus, a, um, diminutiuum, ut, Longulum iter. Cicero Attico libro 16. Itaque eo die manſi Aquini, longulum ſanè iter, & uia inepta.

Longiuſculus, ſcula, ſculum, diminutiuũ à comparatiuo Longior ſiue Longius, idem ualens quod paulò longior. Cic. pro Archia, Quod epigramma in eum feciſſet tantũmodo alternis uerſibus longiuſculis. Plin. lib. 10. cap. 36. Fœminini paſſeribus longiuſculum ſpatium.

Longulè, diminutiuum. Plautus in Ruden. Haud longulè ex hoc loco.

Longipes, pedis, omnis gen. t, Longos pedes, ſiue longa crura habens, μακροσκελής. Plin. lib. 30. cap. 4. Bupreſtis animal eſt rarum in Italia, ſimillimum ſcarabæo longipedi, hoc eſt, longos pedes habenti.

Longæuus, a, um, Annoſus, ſenex, quaſi longi æui, πολυετής, μακρόβιος. Vergilius ſexto Aeneidos, Quem tibi longæuo ſerum Lauinia coniunx Educet ſyluis regem, regumq́ parẽtem. Idem tertio Aeneidos, Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti Haud dubitanda refer. Cicero in Catone, O Miſerum ſenem qui mortem contemnendam in tàm longæua ætate non uiderit.

Longæuitas, longæuitatis, f. t. Annoſitas, ſenectus, μακροβιότης πολυετία,

Longanimis, longanime, om. t. penultima corrept. Qui eſt perſeuerantis animi, æquanimiter tolerans quicquid ſibi acciderit, μακρόθυμος.

Longanimitas, Pro tollerantia, μακροθυμία. Hieronym. Longanimitas, quæ alibi ſubſtentatio dicitur, à patientia differt.

Longitudo, inis, f. t. Prolixitas, μάκρος, μῆκος. Plin. lib. 11. ca. 25. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Cic. 9. Philipp. Non longitudo itineris, non aſperitas uiarum, non morbus ingraueſcens retardauit. Accipitur nonnunquam pro longo temporis ſpatio. Terent. in Heauton. Vbi te uidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia in præſentia Quæ eſſent, prima habere, neq́ conſulere in longitudinem, Cepi rationem, ut neq́ egeres, neq́ ut hæc poſſes perdere. Cic. 7. Verr. Noctis longitudo ſtupris & flagitiis conterebatur.

Longinquus, a, um, Quod eſt remotum, diſtans, ἀπότερος, μακρός. Cicero Marcello, Non dubito quid præſentes cenſeãt, nos quidem longinqui, & à teipſo miſſi in ultimas gentes. Aliquando ſignificat quod in longum tenditur. Claudianus Sic qui uecturus longinqua per æquora merces Molitur tellure ratem. Aliquando ponitur pro extremo & peregrino ἀπηλλαγμένος. Ouidius de Triſt. Si mea longinquus uiſcera piſcis edet. E longinquo & E præſenti opponuntur. Plinius lib. 7. cap. 51. Reperimus inter exempla Clazomenii, animam relicto corpore errare ſolitam, uagamq́ è longinquo multa annũtiare quæ niſi à præſenti non poſſent. Ex longinquo ueniens nobilitas, dicitur antiqua nobilitas. Plinius libr. 10. cap. 42. Minor nobilitas quia non ex longinquo uenit, &c. Ponitur aliquando pro diuturno. Liuius libr. 1. ab Vrb. Donec ipſe quoq́ longinquo morbo eſt implicitus. Aliquando pro longo. Plautus in Milite, Vitam longinquam darent. Nonnunquam pro ſero ſiue lento. Plaut. Mercat. Longinquum amanti iſtud. Longinquus ſermo opponitur breui. Plaut. in Mil. Breuin' an longinquo ſermone? Longinquum loqui, id eſt, diutius, & quod barbari dicunt, tenere longũ procẽſſum, Plaut. in Mercat. Oratio næ odioſa eſt, quum rem agas, longinquum loqui: Equidem ad capita rerum peruenias.

Longinquitas, f. t. Ipſe locorum diſtantia, διάστημα. Cic. ad Cælium lib. 2. Propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſimè omnia perferentur. Aliquando pro duiturnitate. Terentius in Hecyra, Hæc mihi nunc cura eſt maxima, ut ne cui mea longinquitas ætatis obſtet, mortemue exopret meam Cæſar 1. belli Ciuilis. Tamen rei eius moram, tẽporisq́ longinquitatem timebat. Cicero 2. de Finibus bonorum & malorum, Qui autem uoluptate uitam effici beatã putabit: qui ſibi is conueniet, ſi negabit uoluptatem creſcere longinquitate?

Longiſco, is, n. t. Longus fio, ἐκτανύομαι. Ennius, Neq́ corpora firma longiſcunt quicquam. Nonius.

Longurio, nis, m. t. Longus homo, & procerus à perticæ, quã lõguriũ uocãt, ſimilitudine dictus, προμάκης, εἰμηκόθης, σύμμακης. Varro, Hic qui ante me eſt, neſcio quis longurio. Antiquum eſt.

Longurius, gurii, m. ſ. Pertica longior quæ ſepibus hortorum, uel etiam bellicis traiici ſolebat, ad eas confirmandas, κάμαξ, ἀλολική. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 14. Secunda ſepes ex agreſti ligno, ſed nõ uiuit. Fit autem palis ſtatutis creberis ac uirgultis implicitis, aut laris perforatis, & per ea foramina traiectis longuriis ferreis binis aut ternis, aut ex arboribus uncis demiſſis, in terram deinceps conſtitutis. Idem li. 2. capit. 7. Itaq́ in ſtabulis oportet clauſa habere oſtia ac feneſtras & inter ſingulas à præſepibus interiicere lõgurios qui ea diſcernant, ne inter ſe pugnare poſſint. Cæſ. li. 4. bel. Gal. Hæc directa materia iniecta contexebantur, ac lõguriis, cratibusq́ conſternebantur.

Lontitis, Ariſtochiæ ſpecies tertiæ, de qua apud Dioſcorid. lib. 3. cap. 163.

Lopas, adis, f. t. λοπάς, Genus conchæ marinæ. Plaut. in Medico paraſito, Addito lopades, echinos, oſtreas. Dictæ lopades à uaſis culinarii genere, quod Græci λοπάδια, καὶ λοπάδιον appellant. Bayfius ſartaginem interpretatur. Eſt & Lopas, ſiue Lope, ueſtimenti genus: in qua ſignificatione priorẽ ſyllabam producit, quum apud Græcos ſcribatur per ω.

Lopta, Onobrychis apud Dioſc. lib. 3. cap. 168.

Loquor, loqueris, locutus per. c. ſecundum Priſcianum ſiue loquutus per. q. Propriè ſignificat, uerba qualiacunq́ profero. λαλέω, φθέγγομαι. Differunt autem loqui, & dicere. quòd loqui ſit à natura: dicere, eleganter, & facundè. Quanquam loqui aliquando pro dicere poſitum inuenitur. Plautus in Menæch. Quos tu paraſitos loquere? Ibidem, Adoleſcẽs quæſo loquere tuum mihi nomen. Loqui ad uoluntatem, apud Ciceronem in Paradox. eſt quod lubet dicere. loqui ad uoluptatem, eſt ſermone ſuo uoluptatem audientibus afferre. Cic. pro Quintio, Fatetur ſe non dicere, non ad uoluptatẽ loqui poſſe. Loqui lapides eſt ea loqui quæ ſic audiẽtis mentem obtundunt, offendunt, ut ſi lapidibus illius caput ferires. Plaut. in Aulul. Quia mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta ſoror, Lapides loqueris. Loquuntur hoc palàm. Cic. 5. Verr. Hoc quum palàm Decumani tota prouincia loquerentur. Loquuntur uulgò, id eſt, uulgi in ore uerſatur, Cicero 7. Verr. Quum uulgò loquerentur, ſuppoſitum in eius locum, &c. Loquuntur annales, hiſtoriæ, hoc eſt, referunt, commemorant. Loquitur res ipſa, hoc eſt, apertiſſima eſt & ſermone non eget. Loquitur fama, hoc eſt, homines famam ſecuti loquuntur. Dare aliquem loquendum chartis dixit Martial. lib. 5. Quẽ chartis, famæq́ damus populoq́ loquendum. Compoſita huius uerbi ſunt, Alloquor, colloquor, circunloquor, deloquor, eloquor, interloquor, obloquor, præloquor, & proloquor: quorum ſignificata partim explicuimus, partim infrà ſuis locis exequemur.

Locutus, ſiue Loquutus, particip. Horat libr. 1. Epiſt. 7. Vt uentum ad cœnam eſt, dicenda tacenda locutus, Tandem dormitum dimittitur. Verg. 1. Aen. Sic ore locuta eſt.

Locutio, ſiue Loquutio, onis. f. t. Sermo. Cic. in Orat. Quaquã enim omnis locutio oratio eſt: tamen unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt.

Locutor, uel Loquutor, qui nimium loquitur, λάλος. Gel. Qui

sunt leues & futiles & importuni locutores.

Locutuleii, m. s. Sunt homines in uerba prouecti, quos & blaterones, & linguaces dicimus, quorum lingua tàm prodiga infrænis q est, ut teterrima quadã colluuione uerborũ fluat semper, & æstuet, ἀθυρόγλωσσοι. Gel. libr 1. cap. 15.

Loquacitas, atis, f. t. Multiloquium, inanis & immodica garrulitas, πολυλογία, σπερμολογία. Cic. Torquato, Facit autem nõ loquacitas mea, sed beneuolentia longiores epistolas. Idem ad Att. lib. 7. Loquacitati ignoſces, quæ & me leuat ad te qui dem scribentem, & elicit tuas literas.

Loquacito, as, neutri primæ, Multùm loquor, σπερμολογῶ. Hieronymus, Si quando mulierculę de diuitiis propriis, de filiis de uestibus, de mundi uanitatibus garrulando loquacitent, ut moris est eis, frangantur. Vox noua est, quam apud ueteres non facilè inuenias.

Loquax, cis, o. t. Verbosus, garrulus, λάλος, σπερμολόγος. Cicero pro Cluent. Præterea seruum illum Nicostratum, quem nimium loquacem fuisse, ac nimium domino fidelem, &c. Idem lib. 2. de Orat. Quare istam artem totam demittamus, quæ in cogitandis argumentis, muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. Hinc corui & aliæ aues quæ humanam uocem imitantur, loquaces dicuntur.

Loquacior, comparatiuum, λαλίστερος, & superlatiuum loquacissimus, λαλίστατος. Cicero de Senectute, Et senectus est natura loquacior. Idem pro Flacco, Repentè homó loquacissimus obmutuit.

Loquaciter, aduerb. Cic. pro Muræna, Quid huic tàm loquaciter litigioso responderet ille?

Loquela, læ, f. p. Sermo, quem loquendo proferimus, λαλία. Catullus, Verbosa gaudet Venus loquela.

Loquentia, tiæ, f. p. & Loquiũ, quanuis à loquor deducantur, non tamen eis utimur, nisi in compositione: ut, Breuiloquentia, breuiloquium: multiloquentia, multiloquium: magniloquentia, magniloquium. Similiter magniloquus, multiloquus, stultiloquus, blandiloquus, & huiusmodi, quæ habent penultimam correptam. Valerius Probus tamen, teste Gellio libro primo, capite primo, affirmat Sallustium loquẽtiam usurpasse pro loquacitate. Sic enim legit, Satis loquentiæ, sapientiæ parum. Vbi tamen uulgò legitur, Satis eloquentiæ.

Loquitor, aris, d. p. Garrio, multum loquor, uerba multa inaniter profundo, πολυλογέω Plaut. in Bacch Eho tu loquitatus ne es gnato meo malè? Vsus est hoc uerbo Apul. in Floridis.

Lora, æ, siue Lorea, f. p. Genus potionis est, quã Græci δευτερίας appellant, quasi secundanam: uelut apud nos tertiaria per uini caritatem: nam δεύτερον apud Græcos secundũ dicitur. Plin. lib. 14. cap. 10. Non possunt iure dici uina, quæ Græci δευτερίας appellant, Cato & nos loram, maceratis aqua uinaceis, quanuis inter uina operaria nominentur. Tria eorum genera. Primũ, decima parte aquæ addita, quæ musti expressa sit, & ita nocte & die madefactis uinaceis, rursusque prelo subiectis. Alterũ, tertia parte eius q expressum sit, addita aquæ, expressoq decocto ad tertia partes. Tertium, fęcibus uini expressum, quod fæcatum Cato appellat. Varro de Vita pop. Romani, Antiquæ mulieres maiores natu bibebant loram. Dicta lora quasi lota, quod fiat ex uinaceis aqua dilutis Vide Varronem de Re rustica libro 12. capite 54. & Columellam libro 12. capite 40.

Loramentum, Lorarii, uide Lorum.

Lorea & Lora, fit maceratis aqua uinaceis.

Lordosis, λορδῶσις, est excauatio uertebrarũ propriè luxatio

Lorica, cæ, pen. pro d. f p. Est munimentum corporis, quale Imperatorum antiquis statuis uidemus: quãuis generaliter accipiatur pro omni eo quo corpus aduersus uim tegimus. Dicta autem putatur lorica à loro. Nam antiquitus teste Varrone, pectoralia ex crudo corio fiebant, θώρακες, προβολή. Cicero pro Muræna, Descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum uirorum, & cum illa lata insigniq lorica, non quæ me tegeret, etenim sciebam Catilinam non latus, aut uentrem, sed caput & collum solere petere. Liuius 5. ab Vrbe, Multosq imperitos nandi, aut inualidos, graues loricis, aliisq tegminibus hausere gurgites. Vergilius tertio Aeneidos, Loricam consertam hamis, auroq trilicem. Dicitur præterea lorica, in ędificiis quoddam quasi sepimentum & ueluti peribolus, quæ nos tuetur à lapsu, θρίγκος. Lorica enim pars est murorum, & structurarum. Vitruuius lib. 2. de lateritiis parietibus loquens, Quũ enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à uentis deiectæ, quà possit ex imbrib. aqua perpluere, non patietur lorica testacea lædi laterẽ, sed proiectura coronarum reiicit extra perpendiculum stillas. Curt. lib. 8. Augusta muri corona erat. non pinnæ, sicut alibi fastigium eius distinxerant sed perpetua lorica obducta transitũ sepserat. Itaque rex hærebat magis quam stabat in margine, clypeo undiq incidentia tela propulsans. Loricam appellat structuram fastigiatam, quæ aquam pluuiam utrinq dispellit extra perpendiculum ueluti suggrundulis prominentib. Huiusce modi structuræ à nostris structoribus Capistratæ appellantur. In pauimentis etiam ruderatis lorica appellatur corium è marmore tuso cum calce & arena. Vitruuius lib. 6. Itaq si necessitas urgeat, ut minimè uitiosa fiant, sic erit faciendum: Quum coaxatũ fuerit, insuper altera coaxatio trãsuersa sternatur, clauisq præfixa duplicem præbeat contignationi loricationem: deinde ruderi nouo tertia pars testę tusę admisceatur. Varro libro primo de Re rustica, capite 57. Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Hæc Budęus. Cæs. 5. bel. Gal. Turres contabulantur: pinnæq loricæq ex cratibus attexuntur.

Lorico, as, 2. p. Loricam induo, ἐπιθωρακίζομαι, θωρακίζω. Plin. libro 8. cap. 24. Mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. Huius uerbi compositum est delorico, de quo alibi.

Loricatus, ta, tum, participium, Lorica indutus. Liu. 3. bel. Punic. Statua eius inditio fuit Prænestę in foro statuta, loricata, amicta toga, uelato capite, &c.

Loricatio, f. t. Apud Iureconſ. accipitur pro ornatu domus ſpecioſo magis quàm neceſſario, θρίγκωσις Est etiam Loricatio tectorium parieti in modum loricæ inductum, idem ferè q incruſtatio. Paul. de uerb. ſignif. l. impenſæ. Incruſtatio, inquit, Loricationes picturæ.

Loricula, læ, f. p diminut. Paruam loricã ſignificat, προβόλιον. Accipitur etiam pro monumento quod obſeſſores urbium cõſtruunt. Nam ultra lactum teli foſſam faciunt, camq uallo, ſudibus, & turriculis inſtruunt, ut erumpentibus è ciuitate poſſint obſiſtere. Autor Vegetius libro 4. Cæſ. 8. bel. Gall. ſic ſcribit, Hæc imperat uallo XII. pedum muniri, coronisq pro hac ratione eius altitudinis inædificari. Foſſam duplicẽ pedum denũm, quinũ lateribus directis deprimi: turres crebras excitari in altitudinem trium tabulorum, pontibus traiectis, conſtratiſque coniungi: quorum frontes uiminea loricula munirentur, ut hoſtes à duplici propugnatorum ordine depellerentur.

Loripes, edis, com. t. pen. corr. Qui pedem in modum lori tortum habet, ἱμαντόποους. Iuuen. Satyr. 2 Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. Plaut. Pœn. Nequicquam hos patronos mihi elegi, loripedes tardiſſimos.

Lorum, ri, ptiore producta, n. ſ. Propriè ſignificat corrigiam ex corio: unde habenas, & retinacula iumentorum, quæ ferè ex corio fieri ſolent, lora appellamus, ἱμάς. Ouidius 2. Metamorph. Colla iugo abrumpunt, abruptaq lora relinquũt. Ibidem, Corripe lora manu. Verg. 3. Georg. illi inſtant uerbere torto, Et proni dant lora: uolat ui feruidus axis. Idem libr. 1. Aenei. Fertur equis currugq hæret reſupinus inani, Lora tenens tamen. Præterea lora etiam dicuntur zonæ ac uolumina ex corio bubulo, quibus pugiles utebantur: quos & cœſtus appellabant. Præterea quæcunq ligamina, lora dici poſſunt. Gell. Poſtea uidebamus Androdum & leonem loro tenui reuinctum, urbe tota circum tabernas ire. Et loramenta quælibet ligamenta, etiã quæ ex tabulis fiunt. Hieron. Loramento ligneo circundatum ædificii fundamentum non diſſoluetur. Iuſtinus lib. 11. de nodo Gordio, Quum capita loramentorum intra nodos abſcondita reperire nõ poſſet, uio lentius oraculo uſus, gladio loramenta cædit. Lorum etiam pro corrigia accipitur qua homines uerberantur. Donatus, Lora apud ueteres laura dicebantur à lauro triumphorum, ſub qua mos erat captiuis uincire duciq per pompam. Ideò autem ut conditionis reminiſcantur, loris cæduntur. Vnde & Lorarii dicebantur: de quibus ſuo loco diximus. Terentius in Adelphis, Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iam intrò arripiẽre, atq ibi Vſq ad necem operiere loris. S. loris liber? Cic. 13. Philippicorum Quos Antonius deliciarum cauſa loris in cõuiuio cædi iubebat à ſuis publicè. Item lora dicuntur corrigiæ, quibus lecti & ſellæ inſtruuntur: ſuper quibus tomenta, uel culcitræ imponuntur. Martialis libro ſecundo, Recẽs ſella, linteisq loris q. Hinc etiam funiculus aureus argãteuſue, qui collo geſtari ſolet, lorũ appellatur. Inuenitur etiã lorus, λῶρος maſc. gen. ſicut & coreus, & collus. Apul. Lorum quempiam ſinu ſuo depromit.

Loreus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Loreus, a, um, adiectiuum, Plin. lib. 18. cap. 31. Antiqui funibus, uittis q; loreis ea detrahebant. Sic apud Catonem capite tertio, Loreus funis.

Lorarii serui, m. s. à loro dicti sunt, quorũ officium erat aliquẽ ex conseruis iussu domini aut uincere, aut loris cædere, λωροδιαμαι. Lorariorum frequens est mentio apud Plaut. Dicebantur præterea Lorarii, lictores, aut ministri magistratuum qui eis in prouincias proficiscentibus ministrabant, fasces q; præferebant. Cato id genus homines etiam Brutianos appellat: quoniam Brutii ignominiæ causa iussi sunt à Romanis, ut magistratibus in prouincias euntib. parerent, & præmini strarent seruorum uice, quod primi totius Italiæ ad Annibalem defeciissent.

Lotometra, æ, Panis genus est, ex semine loti herbæ confectum. Vide Plin. lib. 22. cap. 21.

Lotium, lotii, n. s. Vrina, à diluendis corporibus appellatum Est enim totius corporis lotio, οὖρον. Suet. in Vespasiano, Reprehendenti filio Tito, quod & urinæ uectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur: at illo negante, Atqui, inquit, è lotio est. Habet autem hæc dictio, quanuis à supino lotum fieri putetur, contra naturam primitiui primam syllabã corripiens. Vide Vallam lib. 1. cap. 2.

Lotos, f, t. λωτός, Arbusculæ seu fruticis species Africæ familiaris, à Lotide nympha, quæ Priapum fugiens, in eam arborem fingitur commutata, nomen habens. Ouid. lib. 10. Metamorph. Amnicolæq; simul salices, & aquatica lotos. Hęc arbor (ut inquit Plinius lib. 13. cap. 17. & lib. 21. cap. 17.) in Africa, uocatur celtis tamq; dulci est cibo (nam myrti modo baccas fert) ut nomen etiam genti, terræq; dederit, nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Ligno color niger: ad tibiarum cantus expetitur. Quare & à Poëtis pro tibia ponitur. Quidam arbitrãtur esse eam arborem quam Romani Viscum dicunt. Est etiam eodem nomine herba in Aegypto: quam Homerus inter herbas subnascentes deorum uoluptati primam nominauit. Hæc recedentibus aquis Nili, prouenit similis fabæ, in cuius capite fructus est papaueri similis: intus grana ceu millium, ex quo incolæ faciunt panem, quã lotometram appellant. Vide Plinium libro uigesimo secundo, capite uigesimoprimo. Est & alia Lotos, quam multi Trifolium dicunt. Item alia agrestis in Lybia, hasta duobus cubitis longa ramos plurimos proferens. Quidam etiam Loton milliũ uocant. Lotos Libyca, Lotus syluestris apud Dioscoridem 4. cap. 113. Lotus magnus; Cytisus apud Dioscor. lib. 4. cap. 114. Lotus urbana, nascitur in hortis, aliàs satiua dicta apud Dioscor. libr. 4. ca. 112. Loton in Africa gignit insignem arborem quam uocant Celtim. Præcipua est circa syrtes Nasamonas. Magnitudo quæ piro, quanquam Nepos Cornelius breuem tradat Incisuræ folio crebriores, alioquin Ilicis uidentur. Lege Plin. libr. 13. cap. 16. Lotos est arbor uastæ magnitudinis, ut inquit Dioscorides ferens baccam pipere maiorem dulcem graui odore, stomacho facilem. Sunt & herbæ eius nominis complures. Latini Celtim hodie uocant, item q; Græcam fabam, uel Syriacam fabam, & Anacacabeam. Lege Dioscorid. lib. 1, Theophrast. lib. 1. cap. 10. Plinius libr. 16. ca. 11. Hermol. Barb. inibi. Corollarium, Strab. lib. 17. Gel. lib. 7. cap. 88. Quidam & herbam, & semen Fœnigræci lotum uocant. Lotus quondam nota Italiæ. Auicennæ, & Serapionis lapsum in ea arbore annotauit Manardus li. 9. epist. 3. Lotus Aegypt. herba. Aegypti uernacula, de qua plura apud Dioscoridem libro 4. cap. 115. Plin. lib. 13. cap. 17. lib. 22. cap. 21. lib. 21. cap. 17. libro 15. cap. 7. 8.

LV. In notis antiq. quinquaginta quinque. L V. lex uetus. L. VA. LLucius Valerius. LVCR. Lucret. uel Lucretia. LVD. AP. ludi Apollinares. L. VOC. lex Voconia. LVD. SAEC. ludi sęculares. LX. Sexaginta.

Lŭbĕt, buit, Veteres per u scribebant: quod nos per i. Vide Libet. Plautus Amphit. Ita uersipellem facit, quando lubet. Ibidem Tuus sum, proinde ut commodum fiet, lubet quicquid facias. Cicero de Senectute, Idipsum tamen ut lubebit: quoniam, &c.

Lubens, tis, omnis gen. ἱκανός. Plaut. Ciste l. Aedepol factũ id est lubenti animo. Item Sticho, Lubente hercle me facies.

Lubens, pro lubenter. Terent. Heaut. Faciam boni tibi aliquid pro istac re, ac lubens, Idem Adelph. Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi lubens bene faxim. Plautus Cas. Lubẽs fecero, & uolens.

Lubenter, aduerbium, Id est, lubenti animo. Plautus Ruden. Nam qui dormiunt lubenter sine lucro, & cum malo quiescunt. Idem Captiu. omnes profecti liberi lubentius Sumus quàm seruimus.

Lubidinem, Veteres dixere à lubet, pro libidine. Plaut. in Trin. Lubido est obseruare quid agat. Idem Menæchmis.
Nam homini misero malum si accedit ad malum,
Maior lubido est fugere, & facere nequiter.

Lubentia, tiæ, & Libentia, f. p. quemadmodum dicimus libet & lubet: Idem est quod uoluptas, lautitia, deliciæ, iucunditas, ἱμερόεσσα. Gel lib. 15. cap. 2. Cui libentiæ gratiæq; conuiuiorum incognitæ sint. Plaut. in Asin. Lubentiorem te faciam, quã lubentia est. Quo in loco Lubentiam uidetur accepisse pro dea quadam uoluptatum deliciarumq; præside.

Lubricus, a, um, penult. cor. Quasi labricus, ὀλισθηρὸς, γλοιὸς, σφαιρὸς. Propriè enim lubricus locus dicitur, teste Valla libro quarto, in quo quis nequit consistere: quales sunt herbæ perfusæ sanguine, aut terra argillosa humectata, aut marmora læuigata, terra glaciata, aqua gelata, cæteraq; huiusmodi, ubi commodè uestigium figere non possumus. Vergilius 5. Aeneidos, Et sese opposuit Salio per lubrica surgens. Lubricum item dicitur, quod si comprehendatur, manibus elabitur, facileq; effluit: ut, Piscis lubricus, qui facilè manibus effluit, dum contrectatur. Vergilius 2. Aeneidos, Lubrica conuoluit sublato pectore terga. Et alibi, Adytis quum lubricus anguis ab imis. Inde figuratè adolescentia lubrica dicitur, quod procliuis sit ad lapsum. Cicero pro Cælio, Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione uix potest. Lubrici oculi, id est, mobiles: sicut dicitur pes lubricus, qui est in lubrico. Cicero secundo de Natura deorum, Natura oculos fecit lubricos, & mobiles. Ponitur aliquando pro fallaci & qui multas elabendi nouit uias. Vergilius undecimo Aeneidos, Nequaquã patrias tentasti lubricus artes. Lubricus locus per translationem dicitur pro difficili & incerto. Cicero 2. Officiorum Qui locus est sanè lubricus: quoniam uix inuenitur qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Lubricè, aduerbium, pen. cor. Inconstanter, & parum syncerè γλίσχως. Cic. 2. Philip. Et lubricè uersatus in bello est.

Lubricum, ci, n. s. pen. cor. subst antiuum, γλοιῶδες, ut, Lubricum itinerum, Tacitus libro 18. Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate, Item libro 1. Illi sanguine suo, & lubrico paludum lapsantes, &c. Idem lib. 19. Per angusta, & lubrica uiarum flexerunt.

Lubrico, as, a. p. Lubricum facio, γλοιόω, ὀλισθηρὸν ποιῶ. Iuuenalis, Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.

Lucæ boues, siue Lucanæ, Dicti sunt elephantes, eò quod in Lucania primũ uisi sint, eo tempore quo Pyrrhus Romanis bellum inferebat. Plin. libr. 8. cap. 6. Elephantes Italia primũ uidit Pyrrhi Regis bello: & boues lucas appellauit in Lucanis uisos. Dicti autem sunt boues, eò quòd Itali ad ea usq; tẽpora maius animal non nossent, quã bouem. Næuius, Atque prius pariet locusta bouem lucam.

Lucanica, f. p. Genus farciminis ex porcinis carnibus, à Lucanis populis primum inuentum ἀλᾶς. Mart. lib. 13.
Filia Picenæ uenio lucanica porcæ:
Pultibus hic niueis grata corona datur.

Lucanus, a, um, φωτικὸς, quod ad lucem pertinet, à qua Antelucanus, a. um. Antelucano, & Antelucor.

Lucar, Pretium (inquit Festus) quod ex lucis captatur: uel erogatio quę in lucis fiebat. Et Lucaris pecunia quæ in luco erat data.

Lucaria, orum, Festa quæ in luco Romani faciebant, qui per magnus erat inter uiam Salariam & Tyberim: eò quòd uicti à Gallis, fugientes è prælio ibi sese occultauerant. Festus.

Lucellum, uide Lucrum.

Luceo, u die Lux.

Lucerna, Lucesco, uide Lux.

Luci, aduerb. Lucidus, Lucifer, Lucifuga, uide Lux.

Lucinos, m. s. Dicimus quibus sunt parui utriq; ocelli, & breuis uisus. Illud enim uidetur innuere Plin. lib. 11. cap. 37. si uulgatis editionibus adhibeamus fidẽ. Ab iisdem (inquit) qui altero lumine orbi nascerentur, coclites uocãtur: queis parui utriq; ocelli, Lucini, iniuriæ cognomen habuere. In quibusdam tamen uenerandę uetustatis exemplaribus sic legitur, Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, cocliles uocabantur: queis parui utriq;, Ocellæ.

Lucrificabilis, Lucrifuga, uide Lucrum.

Lucrum, cri, n. s. Quæstus uel utilitas, ἔργον, κέρδος. Terentius in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tius in Heauton. Nam ille haud ſcit, hoc paulum lucri, quantum ei damni apportet. Cic. 5. Tuſc. Alii emendi, aut uenden di quæſtu & lucro ducerentur Ouid. 3. de Arte, Ira ſubit deforme malum, lucriq; cupido, Iurgiaq; & rixæ, ſolicitusq; dolor. Lucri eſt: ueteres uſi ſunt pro prodeſt, uel utile eſt. Plautus in Amph. Lucri eſt, quod miſeriam deputat. Frequentius pro eodem dicimus, Lucro eſt. Cic. Quibus utri noſtrum ceciderint, lucro futurum eſt. Deputare in lucro, eſt tanquã lucrũ æſtimare. Terent. in Phorm. Quicquid præter ſpẽ euenit, omne id deputabo in lucro. Pro eodem etiam dicimus Ponere in lucro. Ci. pro Flac. Quieſcant igitur, & me hoc in lucro ponere, atq; aliud agere patiantur.

Lucroſus, ſa. ſum, Plenum lucri, κερδαλέος, Plin. libr. 18. ca. 12. Et auctionibus eam adhiberi lucroſum putãt. Oui. 2. Amo. eleg. 10. Cur mihi ſit damno, tibi ſit lucroſa uoluptas. Plin. libro 18. cap. 31. Id peræq; lucroſiſſimum. Idem libro 37. cap. 12. Neq; eſt ulla fraus uitæ lucroſior.

Lucellum, li, n. ſ. diminutiuum, Paruum lucrum, κερδύφιον, Horatius 2. Serm. Satyra 5. De ſene guſtarit tecum partita lucellum. Cicero quinto Verrinarum, Age quid tum ſi Apronio delitiis Prætoris lucelli aliquid iuſſi ſunt dare? putare Apronio datum: ſi Apronianum lucellum, ac non Prætoria præda uobis uidebitur.

Lucrificabilis, le, Id eſt, lucrum afferens, κερδαλέος. Plau. Perſ. Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

Lucrifuga, m. p. Qui lucrum fugit, μισοκερδής. Plau. in Pſeud. Venus hæc mihi Bona dat, quum hos huc adigit lucrifugas, damni ſui cupidos.

Lucriones, Dicti ſunt qui undiq; lucrũ aucupãtur, φιλοκερδεῖς

Lucror, aris, d. p. Id eſt, lucrifacio, κερδέω ποιῶμαι, κερδαίνω, κερδήλλω. Cicero in Parad An uirum bonum dices, qui depoſitum nullo teſte, quũ lucrari impunè poſſet, auri pondo, &c. Idem ſeptimo Verrinarum, Pretio certo miſſos facere nautas, miſſorum omne ſtipendium lucrari. Morem fati lucrari Statius 9. Theb.

Lucrifatio, cis, n. t. Idem quod lucrari, κερδαίνω. Cicer. 5. Verrin. Iam uerò omnem ex ærario pecuniam lucrifactam uidetis. Lucrifacere iniuriam, eſt impunè alicui iniuriam inferre nullamq; ob eam pœnam luere. Plinius lib. 7. capite 36. Quã quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli uacabat. Martialis libro octauo, Emit lacernas millibus decem Baſſus: Tyrias coloris optimi lucrifecit. Varro libro 3. de Re ruſtica cap. 4. Atque adeò non diſſimulabo, quod uolo de ornithone primùm, quod lucrifecerunt hoc nomen turdi.

Lucrifio. Cice. 5. Verrin. Quid ſi oſtendo in hac una emptione lucrifieri tritici modios centum?

Luctiferus, Luctificus, Luctiſonus, uide Lugeo.

Luctor, ctaris, deponens, p. Propriè ſignificat lucta contendo, quod fit quum duo ſe inuicem complectentes, alter alterum in terram deiicere conatur, παλαίω. Vergilius ſexto Aeneidos, Contendunt ludo, & fulua luctantur arena. Per translationem accipitur pro contendere, uel repugnare. Cicer. 1. de Orat. Tum ridens Scæuola, Non luctabor, inquit, tẽ cum Craſſe amplius.

Luctatio, ſ. t. Ludus quo alius alli nititur in terram proſternere, πάλαισμα. Liuius libro 1. bel. Pun. Terra tibi luctatio erat, ut à lubrica glacie non recipiente ueſtigium, &c. Per translationem accipitur pro pugna ſiue contentione, ſeu concertatione. Cicero 2. de Finibus, Nam cum Academicis incerta luctatio eſt, qui nihil affirmant. Compoſita ſunt Colluctor, συμπαλαίω, Inde Colluctator uerbale, qui cum altero luctatur, ἀνταγωνιστὴς. Lactantius de Opific. Nam & ille colluctator & aduerſarius noſter, ſcis quàm ſit aſtutus, & idem ipſe uiolentus. Obductor, acrius cõtra aliquẽ nitor, ἀντιπαλαίω. Columella libro 7. Quum in proſcindendo aut duriori ſolo, aut obuiæ radici obluctatus conuellit armos. Reluctor pro repugno, ἀντιπίπτω, ἀντιπαλαίω. Columella libr. primo, Nam quum ueteri aſtruitur recens ædificium, quaſi aſſurgenti reluctans, oneri cedit. Quintilianus, Quum à me quidam familiariter poſtularent ut aliquid de ratione dicendi componerem, diu ſum equidem reluctatus.

Luctator, m. t. Qui lucta cum altero contendit, παλαιστὴς. Ouidius in Ibin, Vt iacet Aonio luctator ab hoſpite fuſus. Plaut. Pſeudulo, magnum hoc uitium uino eſt: pedes captat primùm: Luctator doloſus eſt.

Luctatus, tus, tui, m. q. Idem quod luctatio, πάλαισμα. Plin. li. 8. cap. 12. Scit ille imparem ſibi luctatum contra nexus.

Luctamen, inis, n. t. Idem Verg. 8. Aen. Remo ut luctamen abeſſet. Miſerum luctamen, Valer. Flac. 2. Argonaut.

Lucto, as, n. p. Veteres dicebant pro eo quod nunc uſitatius dicimus luctor, παλαίω, Terentius in Hecyr. Dicitq; ſe illi anulum, dum luctat, detraxiſſe. Inde etiam legitur compoſitum Deluctо. Plaut. in Trin. Quibus ærumni deluctaui, filio dum diuitias quæro?

Lucta, æ, f. p. Certaminis genus, unum ex Græcorum pẽtathlo, quo alius alium in terram proſternere nititur, πάλη.

Luctitor, παλαίω, frequentatiuum: Vnde Priſcianus dicit apud ueteriſſimos luctito, pro luctitor inueniri.

Lūcus, ci, m. ſ. Nemus, arboribus denſum, deo alicui ſacrũ: à luceo per antiphraſin dictum, teſte Seruio, eò quòd non luceat, quoniam quum nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacus, & ſine luce erat, ἄλσος, τέμενος. Vall. li. 4. Lucus nequa quã cæduus eſt, quin potius manu conſitus, religioſusq; atq; uel alicui deo, uel alicuius hominis cinerib. conſecratus: Ideoq; aut circa delubra numinum, aut circa ſepulchra poſitus eſt. Sunt alii qui non per contrarium dictum putent, ſed ppter lumina crebra ſacrificiorũ, quæ ibi nocturno tẽpore fiebant. Verg. 1. Aen. Lucus in Vrbe fuit media, lætiſſimus umbra. Vbi Seruius, Vbicunq; Vergil. lucũ ponit ſequitur etiã conſecratio: ut, luco tum fortè parentis Pilumni Turnus ſacrata ualle ſedebat. Idem 6. Aen. Nulli certa domus: lucis habitamus opacis. Cic. pro Milone, Vos enim Albani atq; lucũ nos inquam imploro, atque obteſtor. Lucus Martis dictus eſt in quo Mars Iliam Veſtalem uirginem compreſſit, ut eſt apud Iuſtinum & Plutarchum. Fuit & Martis lucus apud Colchos, in quo poëtę finxerunt aureum Phryxei arietis uellus à peruigili dracone aſſeruari. Meminit huius luci aliquoties Valerius Flaccus in Argonauticis. Item Iuuenal. Satyra 1. Nulli nota magis domus eſt ſua, quàm mihi lucus Martis, &c.

Ludía, Ludibrium, Ludicre, Ludifico, Ludimagiſter, Ludius, Ludo, Vide Ludus.

Ludus, di, m. ſ. Dicitur in factis, inquit Valla, iocus in uerbis, παιδία. Eſt enim propriè ludus, quoduis ludicrum ad animi recreationem, uel corporis exercitationem fieri ſolitum, propoſita tamen quadam lucri ſpe, & damni periculo. Nam quæ ad ſolam uoluptatem fiunt, eodem Valla teſte, Luſus propriè dicuntur, uel Luſiones. Vnde ludum aleæ, melius dicimus quam luſum, & contrà, Luſum trochi, melius quàm ludum. Accipitur tamen aliquando ludus pro ioco, & iocus pro ludo. Horatius libro primo, Serm. Satyra 1. Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo. Ouidius libro tertio, de Arte amandi, Mille fac eſſe iocos, turpe eſt neſcire puellam Ludere: ludendo ſæpe paratur amor. In priore exemplo ludus ponitur pro ioco, opponiturq; ſerio. In poſteriori iocus ponitur pro ludo: ſed hoc rarius. Nam ferè ludus ita accipitur ut de factis dicatur: & præcipuè priuatis cuiuſuis iudicris. Nam ſpectacula publica magis ludi dicuntur in numero plurali: ut, Ludi Megalenſes, Ludi Circenſes, Ludi Apollinares, Ludi gladiatorii. Sed de his poſtea. Accipitur etiam Ludus frequentiſſimè pro ipſo loco in quo aliquid exercitii fit, in quo ſcilicet aut uires corporis aut ingenii acumen exercemus, aut etiam in quo pueri inſtituũtur à ſuis præceptoribus: quod etiam Græci ἀπὸ τῆς γυμνάσεως, hoc eſt, ab exercendo, uocant Gymnaſium. Sic dicimus Ludum paleſtræ, ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum literarium, pro ipſo loco in quo huiuſmodi rebus exercemur, aut inſtituimur. Aſchonius, Omnem ſcholam Ludum dixere Romani. Cicero libro ſecundo, de Ora. Tum hoc in ludo non præcipitur: faciles enim cauſæ ad pueros deferuntur. Quo in loco Cicer. ludum dixit pro ſchola Rhetorũ. Si ludus literarius, dicitur ſchola in qua pueri literis dant operam. Plautus in Mercat. Hodie ire in ludum occepi literarium. Ludimagiſter, qui præeſt ludo literario, de quo paulò pòſt ſuo loco. Ludum aperire, eſt ludimagiſtrum agere. Cicero ad Pætum libro nono, Epiſtol. Dionyſius tyrannus quum Syracuſis expulſus eſſet. Corinthi dicitur ludum aperuiſſe. Per translationem etiam ludus dicitur pro re iucunda, & minimè difficili. Cicero de Orat. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus eſt homini non hebeti. Ludos reddere. Terent. in Andria, Hiccine me ſi inparatum in ueris nuptiis Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet? id eſt, ut me luderet, ſiue irrideret. Ludos quoque aliquem facere, eſt aliquem irridere, ἐντρυφᾶν, καταμωκᾶσθαι. Plaut. in Captiu. Nunc is te ludos facit. Et abſolutè, ludos facere, eſt quod Gallicũ uulgus ait, ſe gaudir ſe mocquer

Terent.

Terent.in Phorm. Vt ludos facit. Ludum noui, à Plauto dictum eſt eleganter, pro eo quod eſt perſpicio technam, intelligo dolum. Nempe in Amphitryone, atat, noui iam ludum: Id Sofiæ factum eſt opera. Ludos operam facere eſt operam perdere. Plaut.in Rud. Iam nunc & operam ludos facit, & retia. Aliquando ludus pro cantilena ponitur. Verg.6. Ecloga, Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo Ita enim hoc in loco ludum interpretatur Seruius. Ludo, ablatiuus ponitur pro per ludum. Verg.libr.5. Aeneid. Qua ludo indutus belli ſimulachra ciebat. Luſus uerò, & luſio (ut iam diximus) ad uoluptatem magis pertinent, ſine ulla ſpe lucri, aut periculo damni: & puerorum propriè dicuntur. Quintil.li.1. Nihil me luſus offenderit. Et paulò pòſt, Sunt etiam nonnulli acuendis ingeniis non inutiles luſus. Cic.de Finibus li.5. Infantes luſionib.uel laborioſis delectantur. Idem lib.de Senectute, Sbi igitur alii habeant arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam, ſibi pilam, ſibi natationes & curſus: nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras. Ponitur tamen quandoq; luſus pro ludo, & ludus pro luſu: ſimiliter luſus pro ioco: opponiturque ſerio quemadmodum & iocus. Plinius Iun. Ariſtonis, Quos, quantos q; autores ſequar, facilè impetrari poſſe confido, ut errare me, ſed cum illis ſinant, quorum non ſeria modò, uerùm luſus etiam exprimere laudabile eſt. Ludi uerò tantum plurali numero, ſpectacula publica ſignificant, ἀγῶνες, παννυχίδες. Cic.in Verrem, Inter binos ludos. Idem Philip.10. de Bruto loquens, Qui ne Apollinares quidem ludos, pro ſua populiq; Romani dignitate apparatos, præſens fecit. Sic ludos gladiatorios potius dicimus, quàm ludũ gladiatorium. quoties unum, pluraue parta gladiatorum depugnatura in arenam producuntur. Contrà pro loco ubi gladiatores inſtituuntur, melius ludum gladiatorium dicimus in numero ſingulari. Legitur tamen aliquando ludus gladiatorius pro publico ſpectaculo. Quintil.in declamat. pro gladiatore, Quòd me diu piratæ in carcere retentum, quia redemptorem illis diuitem promiſeram patrem, in ludum uendiderunt, hoc eſt, ut me exhiberent in ludis gladiatoriis. Fræquentius tamen in hac ſignificatione numero plurali utimur. Sic dicimus Apparare ludos, facere ludos, præbere. Facere ludos alicui numini, hoc eſt, in honorem alicuius numinis ſpectacula exhibere. Item committere ludos, id eſt, celebrare. Cicer.ad Quintum fratrem libro 3. Hæc ſcripſi ad octauum Calendas Nouembris, quo die ludi committebantur. Fuerunt apud Græcos quatuor ludorum genera præcipua, ſcilicet Olympici, Pythii, Iſthmici, & Nemæi, de quibus dictum eſt in dictione Certamen. Ludi apud Romanos etiam quatuor erant, Megalenſes, Funebres, Plebeii & Apollinares.

Ludius, udii, & Ludio, onis, Pro ioculatore, hiſtrione, ὀρχηστὴς χαρσόπους. Liuius, Acciti ex Hetruria ludiones qui ad tubicinis modum ſaltabant. Cicero pro P. Sext. ipſe ille maximè ludius, non ſolùm ſpectator, ſed actor, & ἀκρόαμα. Ouidius 1. de Arte, Ludius æquatâ ter pede pulſat humum. Liuius 9. bell. Maced. Et conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.

Ludia, diæ, f.p. Dicitur mulier geſticulatrix, quæ ſaltu, & geſticulatione ſpectatores oblectat, ὀρχήστρια. quemadmodum uiri qui artem eam exercent, ludiones dicuntur, ut iam dictũ eſt. Martial. lib.5. Hermes cura, labor q; ludiorum. Martianus de Nuptiis Philologiæ, Ludiam quandam Gaditanam ſaltãtem uidimus ſemicinctam.

Ludimagiſter, m.f. Qui ludo literario præeſt, γραμματιάρχης. Cicero 1. de Nat. deor. Sed quum agellus eum non aleret, ut opinor, ludimagiſter factus eſt. Ludimagiſtri (inquit Aſconius, dicuntur qui primas literas docent.

Ludibundus, Id eſt, quaſi ludens, & nullo negotio, παίζων. Cic. 4 Verrin. Si Vulteium habebis, omnia ludibundus perficies. Item ad Tironem, Poſtero die in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus.

Ludo, ſi, ſum, a. t. Notæ eſt ſignificationis, & conſtruitur ferè cum ablatiuo eius rei, qua luditur, παίζω. Terentius in Adelphis Ita uita eſt hominum, quaſi quum ludas teſſeris. Cic.in Anton. O hominem nequam, qui non dubitarit uel in foro alea ludere. Idem de Orat. Vt qui pila ludum, nõ utuntur in ipſa luſione artificio proprio palæſtræ: ſed indicat ipſe motus, didicerint ne palæſtram, an neſciant. Nonnunquam etiam cũ accuſatiuo. Suet.in Auguſto, Aliquando ut uincat, ludit aſſiduè aleam. Sic dicimus ludere ludum, & ludere ludo. Terent.in Eun. Conſimilẽ luſerat iam olim ille ludum. Plaut.in Moſtel. Scis ſolere illam ætatem tali ludo ludere. Ludere alieno corio, eſt in re aliena munificum ſe præbere & liberalem: ut contrà, Ludere ſuo corio, eſt de ſuo largiri, aut ſuo ſumptu periculoq; quippiam aggredi. Martialis lib.3. Das gladiatores ſutorum Regule cerdo: Quodq; tibi tribuit fibula, ſica rapit. Ebrius es: neque enim faceres hoc ſobrius unquam, Vt uelles corio ludere cerdo tuo. Interdum eſt deridere, iocari, leuiter, ſiue ſcurriliter loqui, uel alterum deludere, ſiue eludere, ὑπερφέρω, καταμαθίαν. Plautus in Aſinaria, Nec me cur ludatis ſcire poſſum. Terent. in Adelphis. Quur non ludo hunc aliquantiſper? melius eſt, Quandoquidem hoc nunquam mihi uoluit credere. Plin. ad Fab. Ludere me putas? ſerio puto. Interdum moueri. Terent.in Adelph. Congrum iſtum maximum in aqua finito ludere pauliſper. Verg.lib.9. Aeneid. geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. Interdum canere, pulſare. Gellius, Is optimè ludere à magiſtro eius didicerat. Interdum uerſibus ſcribere, ſed non niſi in opuſculis ferè, qualia ſunt Epigrammata, & huiuſmodi opuſcula, luſus dicuntur. Verg.1. Ecloga, Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti. Interdum amittere, perdere. Terentius in Phorm. In illis fructus eſt, in his opera luditur. Nam ludere operam, eſt ipſam perdere, & fruſtrà laborare. Plautus in Caſina, Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim. Vbi notandum, ludo modò actiuum, modò neutrum eſſe, ut ex ijs quæ ſcripta ſunt, intelligi licet. Interdum decipere, φενακίζω. Verg.lib.1. Aeneid. Vana ſpe luſit amantẽ. Ludere aliquem dolis, eſt dolo circumuenire. Terent.in Eunuch. An potius hæc pati æquum eſt fieri, ut à me ludatur dolis? Ludere in numerũ, eſt ſaltare ad rhythmi modum, & ſonum cantilenæ. Verg.in Sileno, Tum uerò in numerum Faunoſq; ferasq; uideres Ludere. Ludunt mea uerba, uenuſtè dicitur, pro inaniter iactantur, incaſſum uolant, & tãquam ludibria ſunt. Propert: lib.2. Non audis, & uerba ſinis mea ludere. Fortaſſe legendũ eſt, Verba ſinis me ludere: ut dicamus ludere uerba, quemadmodum dicimus, ludere operam, hoc eſt, perdere. Luſum ire. Horat.1. Serm. Satyr.5. Luſum it Mecœnas, dormitum ego, Vergilius q;.

Luſus, a, um, particip. Deceptus, falſus, ψευδὴς. Cic.lib 2. de Fin. Sed & illum quem nominaui, & cæteros Sophiſtas, ut è Platone intelligi poteſt, luſos uidemus à Socrate.

Luſito, as. n.p. frequentatiuum. Plautus Cap. Nam ubi illò adueni, quaſi patritijs pueris, aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, quibuſcum luſitent.

Luſor, oris, m.t. uerbale, Qui ludit aut decipit. Plautus in Amphit. Quid enim cenſes, te ut deludam contra luſorem meum, Qui nunc primùm te aduenìſſe dicas, modò qui hinc abieris? Ouid.lib.4. Triſt.eleg.9. Ille ego qui fueram tenerorum luſor amorum, id eſt, ſcriptor.

Luſorius, s, um, Quod ad ludum ſpectat: ut, Tabula luſoria, in qua teſſeris luditur. Plin.lib.37. cap.2. Trãſtulit alueũ cũ teſſeris luſorium gemmis duabus. Luſoria quæſtio, uel quę ludo fit, ue de ludo tractat. Plin.lib.7. cap.53. Pudore Diodocus ſapientiæ dialecticæ profeſſor, luſoria quæſtione non protinus ad interrogationes Stilbonis diſſoluta obijt.

Ludifico, as, a.p. actiuum: & Ludificor, aris, depones, Derideo, ſeu per iocum & ludum fallo, ψεύδομαι, ὑπερφῶ. Plaut. in Caſ. Iam hic eſt lepidè ludificatus. Terent.in Phorm, Ergo. ſic me ludificamini? Plaut.in Ciſtel. Meamq; rem perire, & ludificare filiam. Idem in Amphit. Rogasnè improbe etiã, qui ludificas me? Cic. pro Roſc. Amer. Quum enim aliquid habeat quod poſſit criminosè ac ſuſpiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari ſciens non uideatur. Liuius 1. ab Vrbe, An quicquam ſuperbius eſſe, quàm ludificari ſic omne nomen Latinum.

Ludificans, antis, participium, Silius, lib.7. ſicci ſtimulabant ſanguinis enſes Ludificante ducem Fabio.

Ludificatus, aliud participium. Silius lib.7. uariè nunc læuus in orbem, Nunc dexter, lenibus fleo per deuia gyris Ludificatus equo. Plaut.in Bacch. neu quid ei ſuccenſeat Mea cauſa, de auro quod eũ ludificatus eſt. Ludificatus paſſiuè. Salluſt.in Iugurtha, Ludificati incerto prælio.

Ludificatio onis. Liuius lib.8. Decad. 4. Ferri iam ludificatiõ iſta non poteſt.

Ludificabilis, le, o. t. Plaut. Caſ. Neq; uſquam ludos tam feſtiuos fieri quã Hic intus fiunt ludi ludificabiles Seni noſtro.

Ludibrium, brii, n.ſ. Res uana & deridenda, τὸ καταγέλασον. Vergilius 6. Aeneidos, folijs tantùm ne nomina manda: Ne turbata uolẽt rapidis ludibria uentis. Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus, ὑπερφάθη. id eſt, deriſui, & contemptui.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Terentius in Hecyra, Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. Eſſe alicui ludibrio, eſt derideri, uel illudi ab aliquo. Cicero ad Brutum, Nec pati ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe imperium populi Romani.

Ludicrum, ludicri. neutri, ſecundę, ſubſtantiuum, pen. corr. Id eſt ludus, & quæcunq; res iocularis, & non ſeria, ἄθυρμα, παίγνιον. Liu. lib. 1 ab Vrbe, Iam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt, & à Palanteo urbe Arcadica Palanteũ: deinde Palatinũ mõtem appellatũ. Ibidem, Turbato per metum ludicro mœſtę parentes uirginum profugiunt. Idem lib. 7. bel. Pun. Simul quod Olympiæ ludicrũ ea ætate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur. Vertere in ludicrum Prouerbij, id eſt, iocoſo prouerbio celebrari. Plin. lib. 3. cap. 11. Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumq;, & urbes duas quæ in prouerbij ludicrum uertêre, Apinam, & Tricam,

Ludicer, a, um, Iocularis, leuis, παιγνιώδης. Vergil. 12. Aeneid. nec enim leuia aut ludicra petuntur Præmia. Artem facere ludicram, id eſt, hiſtrionem exercere. Vnde duodecim tabularum lege cautum erat, ne in quatuordecim gradibus ſederet, qui artem ludicram feciſſet. Plaut. in Aulul. Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram, id eſt, ſubſilire. Ludicræ tibiæ, quibus in ludis uti ſolebant, ad modos faciendos. Plin. lib. 16. cap. 38. Nunc ſacrificiæ Tuſcorum è buxo, ludicræ tibiæ loto, oſſibus aſininis, & argento fiunt.

Lues, f. t. dicitur quum in urbe aut in agro febris, aliudúe morbi genus homines uel pecora, arboresúe corripit, aut ſata, λοιμός. Differtq; à peſte, quòd hæc aut citò perimit, quæ corripit, aut citò abit ab eo quẽ inuaſit. Lues uerò generalius accipitur etiã pro ijs malis quæ lentè ea quæ corripiunt, cõficiunt. Dictã aũt putat Feſtus luem à lauando, quòd omnia quæ corripuit, ad nihilum uſq; diluat. Alij luem dictam putant ἀπὸ τῆ λύειν, quòd omnia diſſoluat. Cic. de Aruſp. reſpon. Vt eos ludos hæc lues impura pelleret. Verg. lib. 3. Aeneid. ſubitò cũ tabida membris Corrupto cæli tractu, miſerandaq; uenit Arboribuſq; ſatisq; lues, & lethifer annus.

Lūgĕŏ, es, luxi, luctum, a. f. à uerbo Græco λύω (ut quidam putant) quod eſt ſoluo: eo quòd continuo luctu uita hominis ſoluatur, ὀλοφύρομαι, πενθέω. Accipitur autem modò actiuè pro deflere, aut deplorare, κατακλαίειν. Ouid. lib. 11. Metam. Fratrem lugebat ademptum. Cic. ad Curtium lib. 7. Epiſt. Sed me hercle & tum Rempublicam lugebam, quæ non ſoltùm ſuis erga me, ſed etiam meis erga ſe beneficiis mihi erat charior. Lactant. lib. 4. Quis tam facundus, & tam rerum uerborumq; copia inſtructus exiſtet? quæ oratio tanta affluentia ubertate decurrens, ut illam crucem meritò deploret, quam mundus ipſe, & tota mundi elemẽta luxerũt. Modò neutraliter, & abſolutè ponitur pro eo quod eſt, in luctu eſſe. Cic. pro Plancio, Hos pro me lugere, Hos gemere uidebam. Idem pro Domo ſua, Lugente ſenatu, mœrẽtibus bonis omnibus. Accipitur præterea lugere pro eo quod eſt ob neceſſarij alicuius interitum ueſte lugubri dolorem teſtari. Liu. lib. 2. ab Vrbe, de Bruto, Matronæ anum ut parentem, eum luxerunt, quòd tam acer ultor uiolatæ pudicitiæ fuiſſet. Huius uerbi compoſita ſunt Prolugeo, & elugeo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

Luctus, us, m. q. Eſt dolor extrinſecus, appareus ex aſpectu, lachrymis, geſtibus, aut clamore, πένθος. Cic. 4. Tuſc. Luctus ægritudo ex eius qui charus fuerit, interitu acerbo. Idẽ pro Planc. Quam quidem nunc multitudinẽ uidetis, Iudices, in ſqualore & luctu ſupplicẽ uobis. Ouid. 8. Metam. Per coa ceruatos pereat domus impia luctus. Vergil. 2. Aen. crudelis ubiq; Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago. Sæpè etiam ipſe habitus, uultusq; & ueſtes, luctus dicitur. Nam in luctu atrati ſunt, purpura, auroq; depoſitis: quum eluxerũt, nigram ueſtem exuunt, purpuramq; reſumunt. Vnde poſt cladem illam Canenſem Senatuſconſulto cautum eſt, ne matronæ ultra triginta dies in luctu eſſent. Quo in loco luctus pro dolore accipi non poteſt, quandoquidem in poteſtate Senatus non erat dolori imperare: ſed potius pro ueſte lugubri, cęterisq; exterioribus doloris indicijs. Antiqui etiam declinabant Luctus, cti. Accius, Ceſſo hinc ire, & rapere luctu ueſtem in lecto coniugis.

Luctiferus, a, um, Dicimus ferens uel nuntiãs luctũ, γοοφόρος. Seneca Hercul. furen. Hic uultur, illic luctifer bubo gemit. Fax luctifera. Senec. Medea, ter latratus Audax Hecate dedit, & ſacros Edidit ignes face luctifera.

Luctificus, a, um, pen. cor. Quod luctum inducit, γοώδης ὀλοφυδνός. Cic. 2. Tuſc. Luctifica clades noſtro infixa corpori. Lucanus lib. 7. Luctificus Titan nunquam magis æthera cõtra Egit equos. Verba luctifica, Sen. Theb. Luctifici clãgores. Stat. 10. Thebaid.

Luctiſonus, a, um, Luctum ſonitu præ ſe ferens, γοόφωνος. Ouid. 1. Metam. Quos potuit ſolos, tendens ad ſydera uultus, Et gemitu, & lachrymis, & luctiſono mugitu.
Cum Ioue uiſa queri eſt, finemq; orare malorum.

Luctuoſus, a, um, Luctu plenum, θρηνώδης, γοώδης. Salluſt. in Catil. Virorum more pugnantes, cruentam atque luctuoſam uictoriam hoſtibus relinquatis. Horat. 3. Carm. Ode. 6. Di multa neglecti dederunt Heſperiæ mala luctuoſæ. Dicitur etiam Luctuoſum, quod luctum affert. Cic. pro lege Agrar. Quam me hercle ego præconi huic ipſam luctuoſam, & acerbam prædicationem futuram puto.

Lugubris, & hoc lugubre, om. t. penultima correpta. Quod ad luctum pertinet, πενθικός: ut, ueſtis lugubris, qua dolorem ob neceſſarij alicuius interitum teſtamur. Terent. in Heaut. Mediocriter ueſtitam ueſte lugubri. Cicero Poſt reditum ad Quirit. Me fratris miſerrimi, atque optimi, quotidianæ lachrymæ, ſordesq; lugubres à uobis deprecatæ ſunt. Idem 1. Tuſculanar. Sed illa lugubris lamentatio fletuſque mœrens ex eo eſt, quod, &c. Idem Attico libro octauo. O rem lugubrem: itaque intercludor mœrore. Lugubria ab ſolutè, pro ueſtibus lugubribus. Ouid. 11. Metamorph. Surge, age, da lachrymas, lugubriaq; indue, ne me indeploratũ ſub inania Tartara mitte. Senec. Herc. fur. Amicta coniux lugubribus.

Lugubrè, penult. corr. aduerb. idem quod lugubriter, πενθικῶς. Plautus in Ciſt. Nam ſi hæc non nubat, lugubrè fame familia pereat.

Luma, lumæ, Genus ſpinæ quæ in pratis naſcitur, & locis uliginoſis: ſic dicta, quòd agricolæ tam è terra luunt, id eſt, ſoluunt. ἄκανθος, Hinc Lumeta, loca lumis plena: & Lumaria falx, qua lumeta ſecantur: ut ait Varro de Lingua Latina lib. 4.

Lumbrĭci, m. f. Vermes terreni, à lubricitate dicti, ἕλμινθες. Plaut. in Aululari, Foras lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modò. Columel. lib. 7. cap. 9. Terram rimentur, effodiantq; lumbricos. Lumbrici etiam uermes dicuntur, qui in uentre hominis, aut etiam aliorum animalium naſcuntur: qui teſte Galeno ad finem Methodi, in triplici ſunt differentia. Aut enim lati ſunt, aut teretes, aut omnium mimini, quos ἀσκαρίδας nominant. Colum. lib. 6. cap. 24. Solent autem uitulis nocere lumbrici, qui ferè naſcuntur cruditatibus. Idem libro 6. cap. 30. Solent etiam uermes quaſi lumbrici nocere inteſtinis.

Lumbus, bi, m. ſ. uel quod uſitatius eſt, Lumbi, orum, Arei anatomicæ peritis dicitur pars inferior ſpinæ, quinq; cõſtans uertebris, quæ mediæ ſunt inter os ſacrum, & uertebras dorſi, ὀσφύς, ψόα, φυΐα. Plin. lib. 20. cap. 2. Lumborum uerò dolori, ſemine ſolo ſiccato. Plaut. in Epid. Plaudite, ualete: lumbos extollite, atque exurgite. Dicuntur etiam lumbi de brutis. Horat. lib. 1. Serm. Curto ire licet mulo, uel ſi libet, uſque Tarentum, Mantica cui lumbos onere ulceret, ac eques armos. Hinc fit Elumbus, a, um, uel Elumbis, elumbe, quod lumbis caret, ſeu potius quod lũbos confractos habet, aut inualidos, ἀπηνωμένος. Bona enim pars uirium in lumbis ſita eſt: ut qui ſoli, nullius alterius oſſis adminiculo ſuperiorem corporis compagem ſuſtineant. Hinc factum eſt ut elumbis accipiatur pro debili. Plin. lib. 10. cap. 31. Perdix prægrauem, aut elumbem ſeſe ſimulans. Idem lumbis pro molli & effœminato. Perſius Saty. 1. ſumma delumbe ſaliua, Hoc natat in labris. Inde Delumbe carmen, pro laſciuo, minimèq; uirili. Et uerbum Delumbo, as, are, delumbem reddere, debilitare, ἐξασθενίζειν. Plin. lib. 20. cap. 4. Hoc ſæpè delũbata quadrupede approbatur. Delumbare ſententias, per translationem, pro eo quod eſt, neruis & robore ſuo ſpoliare. Cic. in Orat. Nec minutos numeros ſequens concitat, delumbetq; ſententias,

Lumbulus, li, diminutiuum. Plinius libro. 28. capite 11. Sicca lippitudo, lumbulis ſuum toſtis, atque contritis, & impoſitis tollitur.

Lumbifragium. gij, n. ſ. Id eſt fractura lumborum. Verbum eſt fictitium, quo uſus eſt Plautus in Amphit. Nam ſi me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Lumbago, f. t. Vitium & debilitas lumborum, ut ait Feſtus.

Lumbare, neut. t. Tegmen quo pudenda teguntur, περίζωμα. Apud Hieremiam, Sicut tu poſuiſti lumbare iſtud ad lumbos tuos.

Lūmĕn,

Lūmēn, inis. n. t. Res aliqua ſplendorem de ſe diffundens: ita dictum quaſi lucimen, φῶς. Seruius in 2 Aen. Lumen à luce diſtinguit, quòd in lumine ſit ſplẽdor, ſed cum fumo: in luce ſolus ſplendor. Verg. 7. Aeneid. tum fumida lumine fuluo Inuo lui, ac totis Vulcanum ſpargere tectis. Idem 8. Aeneid. nec fumea tedis Lumina. Idem 9. Aeneid. piceum fert humida lumen Teda. Verùm hæc Seruij differentia non eſt perpetua. Nam & Solem & Lunam, & cætera cælestia corpora lumina appellamus, quæ tamen procul dubio fumi omnis ſunt expertia. Alij lumina intelligunt corpora ipſa lucida, quæ claritatem de ſe diffundunt. Sic Solem ipſum lumen appellant, lucem autem claritatem à Sole profectam. Sed hoc, ut in Sole fortaſſe uerum eſt, ita in cæteris locum non habet. Neque enim ſplendorem à cãdela, lychnóue per ædes diffuſum, ſtatim lucem appellaueris. Lucem itaq; alij uni Solis ſplendori proprium eſſe uolunt: aliarumq; rerum claritati non niſi per abuſum, aut per translationem tribui. Ponitur aliquando pro luce, ſiue die. Cic. pro Rab. Poſtumo, Si te ſecundo lumine hic offendero, moriere. Vergil. 6. Aeneid. uix lumine quarto Proſpexi Italiam. Aliquando pro oculo, quod oculorum beneficio lumen cõſpiciamus. Quintilianus in Proœm. lib. 6. Prior alterũ ex duobus eruit lumen. Doctorem ac lumen deſiderare, eſt deſiderare rei alicuius difficilis, ac obſcuræ interpretationem. Cicero ad Trebat. lib. 7. Qui quanquam plurimi ſunt, doctorem tamen, lumenq; deſiderant. Luminibus obſtruere, eſt ædificando officere luci domus uicini. Cicero pro domo ſua, Quum ille negaret, primò ſe luminibus eius obſtructurum minabatur. Per translationem quoque alterius luminibus obſtruere dicimur, quum nominis eius claritatem obſcuramus. Cicero in Bruto, Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorẽ, quaſi exaggerata altius oratio. Lumina præferre menti alicuius, id ſignificat quod uulgò inſpirare aliquem dicimus. Cicero Antequam iret in exilium, Vos, uos obteſtor dij immortales, qui meæ menti lumina prætuliſtis, quum conſenſum extinxi coniurationis, arcemq; urbis ab incendio ac flamma liberaui. Lumina ciuitatis, dicuntur inſignes uiri, & clari. Cic. in Catil. Orat. 3. in fine, Lumina ciuitatis extincta ſunt. Lumina in pictura umbræ opponuntur. Plinius libro 35. cap. 5. Tandem ſe ars ipſa diſtinxit, & inuenit lumen, atque umbras, differentia colorum alterna uice ſeſe excitante: deinde adiectus eſt ſplẽdor alius hic quàm lumen, quem quia inter hoc & umbram eſſet, appellauerunt Tonon. Lumina orationis ſunt ſententiæ & figuræ quæ ſuis locis, uelut emblemata quædã interiecta, orationẽ mirum in modum illuſtrant.

Lumino, as. a. p. φωτίζω: à quo Illumino, as, Eiuſdẽ utrinq; ſignificationis, κατολάμπω. Martianus, Quos ſtellantibus oculis interſtinctos crebri uibratus ignium luminabãt. Relumino, lumen reddo.

Luminare, aris, n. t. Ipſum lumen, aut id quod claritatẽ, ſplendoremúe de ſe diffundit, φωσήρ. Hieronymus in Gen. Fecit Deus duo luminaria magna: unum ut præeſſet diei, alterũ ut præeſſet nocti. Luminaria item per translationem appellamus uiros eximios, in quibus ſingularis quidam uirtutis ſplendor elucet, quiq; ſui ordinis hominibus decori eſt, & ornamẽto. Cicero 2. Philip. In te autem M. Antoni, id decreuit Senatus & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, &c. id eſt, tot egregij uiris, qui ſunt lumen & ſplendor, ac ornamentum Senatus & ciuitatis.

Luminoſus, a, um, Quod eſt clarum, & apertum, φωτεινός. Cicero in Orat. Tum ſunt maximè luminoſæ, & quaſi actuoſæ partes duæ.

Lūnă, æ. f. p. A lucẽdo dicta, quòd noctu ſola luceat, σελήνη. Alij lunam quaſi lucem alienam dicunt, quòd lumen à Sole recipiat. Cicero in Somnio Scipionis, Ex quibus ea erat minima quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis diſcipula, obſequitur curſibus ſupernis, & prout accedit ad Solem, uel recedit à Sole, creſcens uel ſeneſcens, diſpenſat lumen, ideoque ſemper eſt inſtabilis. Ouid. 15. Metam. Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ Eſſe poteſt uſquam, ſemperq; hodierna ſequente, Si creſcit, minor eſt: maior, ſi contrahit orbem. Luna (ut inquit Macrobius) diſpenſationibus ſeptenarijs luminis ſui uices ſempiterna lege uariando diſponit. Primis ſeptem diebus dimidiata ſemiorbem oſtendit, Græcoq; ſermone δίχομηνος & δίχόρμος uocatur, quaſi dimidia. Secundis totum orbem complet, fitq; plenilunium, Græci πανσέληνον uocant. Tertiis rurſus δίχόρμος efficitur. Quartis fit totius lunæ cum Sole, quod interlunium uocant, & ſilentem lunam, & intermenſtruam. Græci σύνοδον dicitur. Hinc plenilunium, quod eſt quum luna quintadecima & rotunda eſt, Soliq; ex diametro opponitur. Plinius lib. 18. Quum uerò occidente Sole orietur (ſcilicet luna ex aduerſo) ita ut pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium. Interlunium, quũ apparere deſierit, & noua fit, & coëunte uel ſilenti luna. Vnde lunæ coniunctio dicitur dies ſilentis lunæ. Luna uigeſima, pro uigeſimo die poſt nouam lunam. Plinius lib. 2. capite nonageſimo ſeptimo, Aeſtus idem triduo in menſe conſtit, ſeptima, octaua, nonaq; luna.

Lunula, diminutiuũ, σεληνίδιον. Plaut. in Epid. Lunulam atque anellum aureolum in digito.

Lunaris, are, om t. Quod ad lumen pertinet, σεληνῶδες. ut Lunaris ratio, Lunaris annus. Plinius libro 17. capite 29. Lunaris annus, qui menſe uno ſuum efficit curſum. Ouidius 15. Metamorph. Cæruleus, & uultũ ferrugine lucifer atra Spargit ſus erat: ſparſi lunares ſanguine currus. Idem 1. Faſtor. Sol quoque cum ſtellis nulla grauitate retentus: Et uos lunares exiluiſtis equi. Cicero in Som. Scipion. Quã ob cauſam ſummus ille cæli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto & excitato mouetur ſono; grauiſſimo autem hic lunaris & infimus.

Luno, as, are, a. p. In modum lunæ, quando in cornua curuatur, flectere. σεληνοειδῆ ποιῶ. Ouid. 1. Metamor. Lunauitq; genu, ſinuoſum fortiter arcum. id eſt, intendit.

Lunatus, a, um, Quod eſt ad lunæ ſimilitudinẽ factum, uel qđ habet ſpeciẽ lunæ, σεληνοειδής. ut, Lunatum ferramentum. Columella libro 12. cap. 54. Deinde, ſicut conſueuerunt ſalgamarij, decuſſatim ferramento lunato incidito. Tres enim ſunt figuræ creſcentis lunæ, nam modò curuatur in cornua, modò in orbem circumacta, ut quum eſt plena, & Soli aduerſa: modò dimidio orbe cæſa: hæc eſt quum æqua proportione diuiditur: & ob id à noſtris diuidua, à Græcis διχόρμου uocatur. Verg. lib. 1. Aen. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthefilea furẽs. Claſſis lunata, Lucanus lib. 3. Cauda lunata delphinorum, Seneca Oedip. Frons lunata uituli, Claudianus de Rap. Proſ.

Lunatici, m. f. Dicuntur qui furore laborant, non illo quidem perpetuo, ſed interuallis quibuſdam recurrente, οἱ σεληνιαζόμενοι. Quod mali genus inde nomẽ accepit, quòd iis qui ipſo interlunio nati ſunt, familiare eſſe conſueuerit: ſiue quòd ſtatis lunæ ratione interuallis ſoleat reuerti. Iulius Firm. 4. Matheſ. Et ſi luna malè fuerit collocata, aut ſpaſticos, aut lunaticos, aut caducos facit.

Lunaria, æ. f. p. herbæ nomen ſed quam nondum uidi. Mira de ea fabulantur Herbarij, quæ tamen an ita habeant, ut non inficior, ita eò procliuius crederem ſi eius rei periculũ aliquod, aut feciſſem, aut ab alio uidiſſem. A Mercurio exhibitam primùm. Marſilius Ficinus eſt author libro de triplici uita 3. cap. 14. cæruleis atq; rotundis ſolijs. Fertur creſcẽte luna unum quotidie producere folium, decreſcente luna deponere, & annos utenti promittere lunares.

Lŭo, is, lui 2. t. Significat perſoluo, λύομαι. Liu. lib. 1 ab Vrbe Vt tamen debito ſupplicio ſcelus lueret: id eſt, ſolueret, ſeu purgaret. Dictum putatur à uerbo Græco λύω, quod inter cætera ſignificat crimen purgo: aut ἀπὸ τοῦ λύειν, quod eſt lauare, ſiue abluere. Luere pœnas, eſt dare pœnas, ſeu ferre ſupplicium. Cic. Attic. lib. 5. Itaq; mei peccati luo pœnas. Sic luere ſupplicũ, eſt ſupplicio affici. Iuſtin. libro 1. Quicunque capi potuerunt, ſupplicia crucibus luerunt. Luere capite, id eſt, capite plecti. Liuius 9. ab Vrbe, Obſides etiam ſexcenti imperati capite luerũt. Luere maculas ſanguine, eſt abſtergere, purgare, eluere, & tum à lauando quidam ductum uolunt. Cicero in Verr. act 7. Errabas Verres, & uehementer errabas, quum te maculis furtorum & flagitiorum tuorum, ſociorum innocentium ſanguine luere arbitrabare. Luere peccata, eſt delictorum ſupplicium ferre. Liuius 8. bell Maced. Ego tamen & cum alijs pro dignitate imperij ueſtri coactis luere peccata ſua, pacẽ pepigi. Luere aliquando eſt, pretium redemptionis redemptori offerre ait Budæus. Vlpianus. Qui ſtatus controuerſiam, patiuntur, non debent per id tempus militare: ſed nec hi qui ab hoſtibus redempti ſunt, prius quàm ſe luant.

Luitur, imperſonale. Lucanus lib. 2. hac cæde luatur, Quicquid Romani meruerunt pendere mores.

Luitio, onis, f. t. Vlpian. de capt. & poſtli. reuer. l. Si patrẽ redempto, & ante luitionem defuncto, filius poſt mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicẽdum eſt ſuum ei poſſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ei posse hæredem existere. Hinc cõponitur Reluo, pro soluo, seu repignero. Nam in alia significatione componitur à lauo, sicut diluo, proluo.

Luiturus, participium, Luitura pœnas puppis, Claudianus 4. Panegyr.

Luendus. Ouidius secundo Trist. Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.

Lupa, Ricinũ, uel Cnici, apud Dioscor. lib. 4. cap. 163. (pus.

Lupa, Lupanar, Lupanarius, Lupatum, uide Lu-

Lupinus, ni, & Lupinum, ni, substantiuum, Leguminis genus est omnium amarissimum, quod sui circumactu agricolis horas etiam nubilo die ostendit, θέρμος. Dictus autem putatur Lupinus à lupi natura, quòd non minus terrã abpetat, uoraxq; illius sit quam lupus: & tellurẽ adeò amat, ut quamuis frutetoso solo coniectum inter folia uepresq;, ad terram tamen radice perueniat. Vide Plin. lib. 18. cap. 14. Horat. 1. Epist. 7. Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. Vide Erasmum in Chiliad. Verg. 2. Georgicorum, tristisq; lupini Sustuleris fragiles calamos.

Lupos, Ceruarios, Gaza ait, Græcis θῶας uocari.

Lũpus, pi, m. s. Animal rapax, quod nulli notum non est, λύκος. Huius fœm. est lupa. Ouid. 1. Trist. Excussa est auidi dentibus agna lupi. Horatius Epod. 15. Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion Turbaret hybernum mare. Vergilius tertio Georgicorum, Quid lynces Bacchi uariæ, & genus acre luporum, Atque canum? Horatius Epod. 16. habitandaq; fana Apris relinquunt, & rapacibus lupis, Vergil. 6. Aeneidos, pleno lupus insidiatus ouili. Est etiam Lupus, piscis genus quẽ Romani olim piscibus omnibus prætulerũt: eosq; præcipuè, qui in Tiberi inter duos pontes capti essent: quos catillones, hoc est, liguritores uocabant: metaphora ducta ab hominibus gulosis, & delicatis, quos ideò catillones uocabant antiqui, quòd absumptis cibis ipsos etiam catillos lingerent, λάβραξ. Est enim hic piscis uoracissimus, stercorumq;, ac latrinarum auidissimus sectator: à nullo sordium genere temperans. Paulus Iouius in eo libello quẽ de piscibus Rom. edidit, Spigolam uocari ostendit: multisq; argumentis eorum opinionem conuincit, qui hunc fœtionem esse putauerunt. Plinius libro nono, capite decimoseptimo, Postea præcipuam autoritatem fuisse lupo & asellis Cornelius Nepos, & Laberius Poëta Mimorum tradidere. Luporum laudatissimi qui appellantur lanari, à candore mollitiaq; carnis. Martialis libro 13. Lanceus Eugani lupus excipit ora Timaui Aequoreo dulces cum sale pastus aquas. Idem libro secundo, Mullum dimidium, lupumque totum. Item Lupus, genus est fræni asperrimi, quod & luparum dicitur, à lupinis dentibus, qui inæquales sunt: & propterea morsus eorum asperrimus. His frænis utebantur Galli. Ouidius lib. 4. de Tristibus, Tempore paret equus lentis animosus habenis, Et placido duros accipit ore lupos. Item lupus, est instrumentum aduncũ, quo uasa quæ in puteum fortè ceciderunt, extrahuntur, ἅρπαξ Græco uocabulo à nostris harpago nominatur. Liuius octauo bel. Punici, In alios lupi supernè ferrei iniecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. Item aranei genus. Plinius libro 11. capite 24. Luporum nomine minimi non texunt. Hoc nomine etiam dicta est herba, quæ asparagi uice mandi solet: quæ & lupus salictarius appellatur, quòd salices ad similitudinem uitis ascendat. Hanc herbam officinæ uocant lupulum. Galli houblon. Ea utuntur & Belgæ ad condiendam ceruisiam admistis frugibus: (Item lupus, (ut Palludius author est) ferula manubriata uocatur. Quem lupo commisisti. Terentius in Eunucho, Cõcinnè hoc uti enim prouerbio, quoties ei seruandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cic. 1. Philipp. Etenim in concione dixerat se custodem futurum urbis, usq; ad Calendas Maias, ad urbem exercitum habiturum. O præclarum custodem, ouium (ut aiunt) lupum. Custosne urbis an direptor & uexator esset Antonius? Quadrare uidetur quoties inimico negotium committitur: eiq; qui nobis pessimè uelit. propterea quod lupus & agnus genuino quodam odio diffidẽt. Lupo agnum eripere. Plautus Pœn. Lupo agnum eripere postulant: nugas agunt. Hoc uti possumus prouerbio, ubi quis frustrà conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim uidetur, sperare futurum ut lupus agnum semel arreptum amittat. Lupus est in fabula, prouerb. est notissimum, quo utimur quoties nostro sermoni superuenit is de quo loquebamur, & nobis suo præsentia amputat loquendi facultatẽ. Prouerbium tractum est à lupi natura, quem ferunt iis quos prior aspexerit, uocem intercludere. Ad quod alludit Vergilius 9. Eclog. uox quoq; Mœrim Iam fugit ipsa: lupi Mœrim uidere priores. Homo homini lupus. Prouerbium. Plaut. in Asin. Lupus est homo homini, non homo, quum qualis sit, non nouit. Lupum auribus tenere, prouerb. est, quod in re ancipiti periculosaq; dici soleat. Nam qui auribus lupum tenet, nec eum demittere audet, nec retinere potest sine periculo. Sueton. in Tib. Cunctandi causa erant metus undiq; imminentium discriminum, ut sæpe lupum se auribus tenere diceret.

Lupa, pæ, fœm. p. λύκαινα. Plin. de Viris illustrib. Ad uagitũ lupa accurrit, eosq; uberib. suis aluit. Ouid. lib. de Arte amandi, Rapidæ tradis ouile lupæ. Ponitur tamẽ quandoq; pro meretrice, quòd ut lupa cibis, ita hæc uel libidinis, uel quæstus appetens sit. Plaut. in Epid. Deuortũt mores uirgini lenę, ac lupæ, Cic. pro Milone. Ille qui semper secũ scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

Lupanar, n. t. pen. prod. Prostibulum, ganeũ, in quo lupæ, hoc est, meretrices prostant, πορνεῖον, χαμαιτυπεῖον. Quintil. lib. 7. cap. 4. An deprehensus in lupanari cum aliena uxore, adulter sit, quæritur. Iuuenal. Saty. 6. Intrauit calidum ueteri centone lupanar. Oblitum lupanar, Catul.

Lupanaris, & hoc lupanare, om. t. ut. Infamia lupanaris, apud Apuleium, pro spurca & fœda fama, qualis esse solet meretricibus, χαμαιτυπικός. Ambros. Cum meretricibus scorta beris in contubernio lupanari.

Lupanarium, lupanarii, neut. s. Idem quod lupanar, πορνοβοσκεῖον, Vlpianus de Petit. hæred. Licet à lupanario præceptd sint. Nam & in multorum honestorum uirorum prædijs lupanaria exercentur.

Lupor, aris, ari, Scortari, meretricari, πορνεύειν. Turpilius apud Nonium, Qui cum meretrice per uias habitu nostro lupantur. Antiquum.

Luparius, parii, m. s. Qui uenatur lupus, λυκοθήρας. Seruius in Comment. Georg. Constat enim luparios carnibus tinctis ueneno lupos necare.

Lupatum, ti, n. s. Idem quod lupos, pro fræno asperrimo, χαλινός. Vergilius 3. Georg. pressiq; negabunt Verbera dura pati & duris parêre lupatis. Dicta lupata (ut Seruius inquit) à lupinis dentibus, qui inæquales sunt: unde & eorum morsus uehemẽter obest. Ouidius 1. Amor. eleg. Asper equus duris contunditur ora lupatis.

Lupinus, a, um, Quod est lupi, λυκεῖος Cicero in Catil. Quẽ inauratum in Capitolia paruum atq; lactantẽ uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Plinius libro 28. cap. 11. Lupino quoque adipe, uel medulla suum fricari oculos cõtra lippitudines præcipiunt. (tur.

Lura, (inquit Fest.) Os culei, siue utris ab antiquis dicebatur.

Lurco, cas, m. p. Cibũ cum auiditate nimio sumo, λαφύσσω. Pomp. Syris, ut citat Nonius. Lardum lurcabat lubens.

Lucor, aris, d. Idem Lucius Saty. 2. Vt lurcaretur laridum & & carnaria furtim.

Lũrcones, m. t. Dicti sunt gulosi, & bonorũ suorũ consumptores, λοχυοί. Plaut. in Persa, Perenni ferne, lurco, edax, furax, fugax. Lucil. Satyra. lib. 5. ut citat Nonius, Edite lurcones, comedones, niuite nẽtres. Suet. de claris Gram. cap. 15. Lastaurum, & lurconem, & nebulonem, popinonemq; appellans, & uita scriptisq; monstrosum.

Lũridus, a, um, penultima correpta, Quod est supra modũ pallidum, quasi loridum, seu loro percussum, & liuidum factum, ὠχρὸς πελιδνός Horatius lib. 3. Carm. Mœretq; partus fulmine luridum Missos ad Orcum. Ouid. 1. Metam. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Horat. 4. Carm. 13. & refugit te, quia luridi Dentes, te quia rugæ turpant, & capitis niues. Ouid. 15 Metam. solis quoq; tristis imago Lurida solli citis præbebat lumina terris.

Luror, oris, mascul. gen. t. Pallor, color subflauus, ὠχρός. Lucret. lib. 4. Lurida præterea fiunt, quæcunq; tuentur Arquati: quia lurioris de corpore eorum Semina multa fluunt simulachris obuia rerum.

Luridus color, Lege Fuluus.

Luscínia, niæ. f. p. Auis cantus suauitate præcellens, quæ & Philomela appellatur: ita dicta, ut uolunt, quod lugens canat, aut certè quòd canat ante lucem, ἀηδών. Plinius libro 10. capite 29. Luscinijs diebus ac noctibus cõtinuis quinde cim garrulus sine intermissu cantus, dẽsante se frondiũ germine, nõ in nouissimũ digna miratu auc. Poëtæ fabulãtur, Philome-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Philomelam à Tereo uiolatam, in hanc auem fuisse mutatam, ad quam fabulam alludit Martialis lib. 14. Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ Muta puella fuit, garrula fertur auis. Ob eandem causam & Atthis dicitur. Fuit enim Philomela patria Athenis, Pandionis Regis filia. Martialis lib. 6. Sic ubi multisona feruet facer Atthide lucus.

Luſciniola, diminutiuum. Plaut. in Bacch. Pol ego quoq; metuo, luſciniolæ ne defuat cantio.

Luſcioſus, siue luſcitioſus, Is dicitur, teste Nonio, qui ad lucernam non uidet, μύωψ. Varro Diſciplinarum libr. 8. ut citatur à Nonio, Veſperi non uidere quos appellant luſcioſos. Idem Andabaris, Acdepol idem cœcus, non luſcioſus eſt. Budæus in Annot. luſcioſos, siue luſcitioſos eos dici exiſtimat, qui propius admota oculis uident, remota uerò non: quod genus homines res intuendas oculis ferè contingere ſolent, & limis etiam clauſis q; oculis aſpicere, eoſdemq; à Græcis μύωπας uocari ait.

Luſcitus, a, um, μύωψ, qui hebeti uiſu eſt, & qui melius noctu quàm die uidet.

Luſcus, ſci. m. ſ. Qui altero captus eſt oculo, ἑτερόφθαλμος. qualis fuit Annibal, de quo Iuuenal. Sat. 10. Quum Getula ducem geſtaret bellua luſcum. Cic. 2. de Orat. Et tamen id dixit quod in omnes luſcos conueniret. Martial. lib. 8. Oculo Philænis ſemper altero plorat: Quo fiat iſtud quæris modo? luſca eſt. Compoſitum Eluſco, as, quod eſt luſcũ facio, & oculum eruo, πηρόω. Scribit Iulianus Iurecõſultus, Aquilia lege teneri eum qui eluſcauerit diſcipulum in diſciplina.

Luſio, uide Ludo in Ludus.

Luſito, uide Ludo, in Ludus.

Luſtrum, ſtri, m. ſ. Ferarum habitaculum in ſyluis: à luto, ut Seruius putat, eo quòd apri ſues q; ſyluestres in lutoſis ferè locis ſua habent cubilia, σπήλαιον κατάδυσις. Alii putant luſtrum per antiphraſin dictum, quòd minimè ſit illuſtratum, ſed obſcurum & imũdum. Vergilius libro ſecundo Georgicorum, Non abſunt illis ſaltus, ac luſtra ferarum. A qua ſimilitudine ii qui in locis abditis ac ſordidis deſidiæ & uentri indulgent, in luſtris uitam agere dicuntur. Propter quod & luſtra dicũtur popinæ, & lupanaria, ubi lupæ, id eſt, meretrices deliteſcunt. Cic. 2. Philip. Quum omnes impuritates impudica in domo quotidie ſuſceperis, uino, luſtriſq; confectus, Idem Caſſio, Quæ autem in luſtris & in uino cõmentatio potuit eſſe? Luſtrum item dicebatur ſacrificii quoddam genus, quo urbis luſtrandæ gratia ſus, ouis, & taurus immolabantur. Liuius lib. 2. Omnes centuria, & equites in campum Martium conuocati, ſue, oue, tauro cæſis immolarunt: quod luſtrum eſt dictum, ſicq; à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri. Quia uerò cenſus ipſe, ſiue luſtrum quinto quoq; anno habebatur (quanto tempore durabat Cenſorum magiſtratus) inualuit conſuetudo ut luſtri appellatione ſpatiũ quinq; annorum appelletur: quod Olympias apud Græcos dicitur, id eſt, quinquennium: ita tamen ut quadriennio exacto, quinto quoq; anno ineunte, luſtrũ peractum intelligatur. Plinius auunculus libro ſecundo capite 47. Omnium quidem (ſi libeat obſeruare minimos ambitus) redire eaſdem uices quadriennio exacto Eudochus putat: nou uentorum modò, uerùm & reliquarum tẽ peſtatum magna ex parte. Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno Caniculæ ortu. Intercalarem annum dixit, quem Biſextilem dicimus. Vlpianus de Rebus cred. Nam etſi colonus poſt luſtrum completum fructus perceperit, condici eos conſtat. Tacitus ſecundum luſtrum dixit ut ſecundam Olympiadem, de ludicro quinquẽnali loquẽs Romæ inſtituto. Hæc Bud.

Luſtro, as, a. p. Perago, ambio, circumago, περιστολίω, περίειμι, περινοστέω. Lactantius lib. 2. Sed Luna, quæ orbem illum ſigniferum triginta dierum ſpatio luſtrat. Cicero libro quinto de Finibus, Cur ipſe Pythagoras & Aegyptum luſtrauit, & Perſarum Magos adiit? Vergilius libro tertio Aeneidos, quo tutior hoſpita luſtres Aequora, & Auſonio poſſis conſidere portu. Idem libro quarto Georgicorum, Aruaq; Rhiphæis nunquam uiduata pruinis Luſtrabat. Interdum ſignificat expiare, ἁγνίειν, ἀποκαθαίρειν. Liuius libro tertio, ab Vrbe, Ibi inſtructum exercitum oue, ſue, tauris tribus luſtrauit. Vergilius quinta Ecloga, & quum ſolennia uota Reddemus nymphis, & quum luſtrabimus egros. Idem libro ſexto, Aeneidos, Idem ter ſocios pura circuntulit unda, Spargens rore leui, & ramo felicis oliuę, Luſtraultque uiros dixit quę nouiſſima uerba. Interdum idem eſt quod circunquaq; aſpicio, & oculis quodammodo ambio, παρατίθημι Vergilius lib. 8. Aeneidos, Ille os, oculoſq; loquentis Iandudum, & totum luſtrabat lumine corpus. Luſtrare animo, id eſt, perpendere & examinare, ἐξετάζειν. Cicero libro 3. Offic. Sed quum omnia ratione atq; animo luſtraueris. Interdum luſtrare, accipitur pro ſequi, ἀκολουθεῖν. Vergilius 2. Ecloga, At mecum raucis, tua dum ueſtigia luſtro, Sole ſub ardenti reſonãt arbuſta cicadis. Interdum patefacere, clarificare, illuſtrare, περιλάμπειν, λαμπρύνειν. Vergilius libro 3. Aeneid. Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras Orta dies. Luſtrare exercitum, id eſt, recognoſcere, recenſere. ἐξετάζειν. Cæſar libro 7. belli Gallici, Legionibus quæ ex omnibus hybernis ad fines Treuerorum euocatis, eó profectus eſt, ibiq; exercitum luſtrauit. Huius uerbi compoſita ſunt Colluſtro, circunſpicio, περιέκοπω. Cicero libro 5 Tuſculanarum, Ego autem quum omnia colluſtrarem oculis, animaduerti columnellam. Vergilius libro 3. Aeneidos, Omnia colluſtrans, hanc primùm ab littore claſſem Proſpexi uenientem. Illuſtro, illumino, περιλάμπω. ut, Auri fulgore templum illuſtrare, apud Ciceronem libro 6. Verrin. Interdum patefacere, explicare, aperire. Cicero pro Cœlio, Signa quibus ueritas illuſtrari ſolet. Aliquãdo idem quod celebrare, & nobilem reddere. Cicero Lentulo, libro 1. Epiſtol. Illuſtrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. Perluſtro, peragrando perſpicio, περιπολέω περινοστέω. Liuius libro 7. ab Vrbe, Perluſtrauitq; hoſtium agros, nulla arma, nullam uim, nec apertam, nec inſidijs expertus. Interdum idem quod recenſeo, ἐξετάζω. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Hercules ad primam auroram excitus, quum gregem perluſtraſſet oculis.

Luſtror, aris, paſſiuè. Ouid. lib. 13. Metam. ego luſtror ab illis, Et purgãte nefas nouies mihi carmine dicto, Pectora fiuminibus iubeor ſupponere centum. Idem lib. 10. Metamorph. Magico luſtrabere ritu. Vergilius libro 3. Aeneidos, Luſtramurq; Ioui, uotiſq; incendimus aras. Vbi Seruius, Aut luſtramur, id eſt, purgamur, ut Ioui ſacra faciamus: aut certè luſtramur Ioui, id eſt, expiamur.

Luſtror, aris, deponens, p. Significat ſcortor, in luſtris & lupanaribus uerſor. A luſtris, quæ interdũ pro meretricum latibulis accipiuntur, πορνεύω. Plaut. in Pſeud Luxuriantur, luſtrantur, comedunt quod habent.

Luſtratus, participium, Purgatus, expiatus, καθαρθείς. ut Luſtratum atq; purgatum Capitolium. Liuius libro 3. ab Vrbe, Martialis in Præfat. lib. 8. Meminerit, nõ niſi religionis purificatione luſtratos accedere ad templa debere. Corpus luſtratum diuino odore, Ouidius decimoquarto Metamorphoſeos.

Luſtratio, f. t. uerbale, Circuitio, peragratio, περινόησις. Cic. 2. Philip. Quæ fuit eius peragratio itinerum? luſtratio municipiorum? Ponitur & pro ſacrificio expiationis, ἁγνισμός, καθαρισμός. Colum. lib. 2. cap. 22. Hoc loco certum habeo quoſdam, quum ſolennia feſtorum percenſuerim, deſideraturos luſtrationum, cæterorumq; ſacrificiorum, quę pro frugibus fiunt, morem priſcis uſurpatum.

Luſtralis, ſtrale, om. t. Quod luſtrandi, hoc eſt purgandi, ſeu expiandi uim habet, ἁγνιστικός, καθαρτικός. Vnde aqua luſtralis dicitur, qua à ſacerdote luſtrationis, hoc eſt, purgationis cauſa aſpergebantur. Ouid. 3. de Ponto, Spargit aqua captos luſtrali Graia ſacerdos. Sic luſtrale ſacrificiũ dicitur, quod luſtrationis cauſa fit. Liuius libro primo, Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat. Luſtralia exta, ueteres dixerunt præpinguia: eò quòd luſtralis, id eſt, quinquennalis bos, dicitur eſſe perfectæ ætatis.

Luſtramẽ, inis, n. t. Idem quod luſtratio. Valerius lib. 6. Argon. Semineces q; duces inter ſua tela, ſuoſq; Inter equos, ſequam miſero luſtramine uerſant Congeriem.

Luſtramentum, ti, n. ſ. purgatio facta per ueneficium aut ſacrificium, aut incantationem, à luſtrando dictum. Marcel. ad Leg. Cornel. de Venef. & ſicar. l. eiuſdem Si qui inquit, luſtramenti cauſa dederit cantharides.

Luſtricus, ca, cum, Idẽ ferè eſt quod luſtralis, καθαρτήριος. Vnde Luſtrici dies infantium appellantur: puellarum octauus, puerorum nonus, quia his infantes luſtrãtur, & nomina eis imponuntur, Hæc Feſtus. Et qui eos luſtrant, luſtratores uocantur, & fœminæ luſtratrices: & qui luſtrãtur, luſtrati nominantur.

Luſtrificus, a, um, Idem quod luſtralis, ἁγνιστικός. ut, Cantus luſtrificus, Valerius 3. Argon.

Luſus, uide Ludo in Ludus.

Lutamen-

Lutamentum, Lutarius, uide lutum.

Lutea, æ, Herba eſt in paluſtribus & aquoſis locis naſcens, flore rufo uel aureo, cauliculos ſpargẽs cubitales, eosq; maiores, quorum è geniculis folia exeunt gracilia, ſalicis folijs non diſſimilia, νοτιμάχιον quibuſdam, Ruſtici corneolam uocant, pannorum infectoribus hoc nomine notiſſimam, qui cærulei coloris pannos ei incoquentes, colorẽ uiridem efficiunt. Nam ex flaui cæruleiq; commiſtione uiridis color emergit. Qua ratione olim etiam adulterinam chryſocollam conficiebant, lutea herba cæruleo ſubtrita. Plin. lib. 33. cap. 5. Luteam putant à lutea herba dictam, quam ipſam cæruleo ſubtritam, pro chryſocolla inducunt, uiliſſimo genere, atq; fallaciſſimo.

Lūtēr, eris, pen. prod. λουτὴρ, Vaſis genus eſt (ut quidam exiſtimant) quo uinum diluitur: cuius meminit Hieronymus in Iouinianum. Alij hoc nomine peluim ſignificari arbitrantur, aut certè uas in quo uaſa abluuntur. Quibus etiam uocis ipſius etymon ſuffragari uidetur, quod ἀπὸ τ῀ λούειν, hoc eſt, à lauando tractũ uidetur. Vnde λουτήριον diminutiua forma, uaſis genus eſt Iulio Polluci, in quo calices abluuntur.

Luteſcere, uide Lutum.

Luteus, tea, teum, prima ſyllaba producta, Quod eſt coloris rufi, ſed dilutioris, ὠχρος. unde Luteũ oui, dicimus pro uitello, qui albumine ambitur. Huius nominis primitiuũ eſt lutum priore ſyllaba producta, quo nomine herba quædam ſignificatur, croceo colori tingendo idoneo, quã & luteam nominat Plinius, ut paulò pòſt latius ſumus dicturi. Hoc colore nuptialia uela, quæ flãmea uocabant, olim tingebantur. Plin. lib. 21. cap. 8. Lutei uideo honorẽ antiquiſſimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis cõceſſum. Lucan. lib. 1. Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus.

Luteolus, diminutiuum, ὑπώχρεος. Vergilius 2. Eclog, Mollia luteola pingit uaccinea caltha. Columella libro duodecimo, capite 47. Oliua pauſea uel orchita, quum primùm ex albo dulcoratur, fitq; luteola.

Luteus, priore correpta, uide Lutum, priore correpta.

Luto, as, uide Lutum.

Lutra, æ, ſ p. Animal eſt ex iis quæ Græci ἀμφίβια, uel ὕυδρα uocant, ſimile fibro, ſola cauda ab eo differens, ἰνυδρὶς Herodoto. Nam fiber, piſcis caudam habet. Plin. lib. 8. cap. 30, de fibro loquens, Cauda piſcium ijs: cætera pars lutræ. Vtrunq; aquaticum, utriq; mollior pluma pilus.

Lŭtum, n ſ pen. corr. Terra eſt humore ſoluta, quam & cœnum uocamus, πηλός. Iuuenalis Satyra 6. Compoſitiq; luto nullos habuere parentes. Horatius lib. 1. Epiſt. 2. Vixiſſet canis immundus, uel amica luto, ſus. Fictus ex argilla & luto homulus, Cicero in Piſonẽ, Voluratus in luto totius corporis ueſtigijs Verres, Cicero 6. Ver. Pocula compoſuit de facili luto, Tibullus libro 1. Eleg. 4. In eodem luto hæſitare: id eſt, ſic implicari cuipiam negotio, ut ſe inde nequeat extricare quin in idem aliudue ſimile recidat. Terẽt. in Phormione, quid nunc porrò? Quid fiet? in eodem luto hæſitas, uorſuram ſoluis Geta: præſens quod fuerat malum, in diem abijt, plagæ creſcunt. Vide Eraſmum in Chiliadibus. Per trãslationem Plautus in Perſa lenonem uocat lutum, Poſſum, inquit, te facere, ut argentum accipias, lutum?

Luteus, a, um, prima ſyllaba correpta, Quod ex luto confectum eſt, πηλόϊνος. ut, Luteus paries, lutea uaſa. Ouidius libro 1. Faſt. ignotaq; prodit hirundo, Et luteum celſa ſub trabe fingit opus. Per translationem luteum dicimus, quic quid uile eſt, & nullius pretij. Plautus in Pœn. Neque periurior, neque peior alter uſquàm eſt gentium, Quàm herus meus eſt, neque tam luteus, neque tam cœno collitus. Idem in Truc. Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in uino ad rem ſuam. Cic. 6. Ver. Tum illos cœpiſſe Prætori dicere, putaſſe id ſe, quod audiſſent, alicuius pretij ſcyphos eſſe Pamphili: luteum negotium eſſe, non dignum quod in ſuo argento Verres haberet.

Lutoſus, a, um, Cœnoſus, luto plenus, uel luto infectus, πηλώδης. Plinius libro decimo octauo, capite 19. Lutoſam terrã ne tangito. Columella lib. 12. cap. 54. Raporum quàm rotun diſſima ſumito, caq; ſi ſint lutoſa, detergito, & ſummam cutem nouacula decerpito.

Luto, as, act. p. Luto inficio, ſiue oblino, πηλόω. Cato de Re ruſtica. cap. 92. Poſtea cõſpergito amurca bene omne quod lutaueris. Ponitur etiam pro maculare. Martialis libro 14. Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos.

Luteſcere, n. t. Significat luteum fieri, & in luti morem molleſcere, πηλοῦσθαι. Col. lib. 8. cap. 17. Nam quæ limo, cœnoq; lutescunt, ut antè iam dixi, conchylijs magis, & iacentibus apta ſunt animalibus. Nonius ex Poëta quopiam, Sanguine diluitur tellus, caua terra luteſcit.

Lutamentum, ti, neut. ſ. Paries, aliudue opus ex luto confectũ, lutoue oblitum, πήλωμα. Cato de Re ruſtica, cap. 128. Neque mures caua facient, neque herbæ naſcentur, neq; lutamenta ſcindent ſe.

Lutulentus, a, um, Idem quod lutoſus, πηλώδης, βορβορώδης. Columella libro de Arboribus, capite 12. Lutulentam terrã neq; arare, neq; fodere oportet. Cicero in Salluſtium, Iraque nihil aliud ſtudet, quàm ut lutulentus ſus cum quouis uolutari. Horat. 1. Serm. Satyra 5. de Lucilio, Quum flueret Lutulentus, erat quod tollere uelles.

Lutarius, a, um, Quod in luto degit: ut, Teſtudines lutariæ, apud Plinium libro 32. cap. 4. Lutarius mullus, qui ex luto ſibi pabulum petit, uiliſſimum ex omni mullorum genere, teſte Plinio libro 9. capite 17.

Lūtum, pen. prod. Herba eadem eſt quam & luteum diximus uocari, qua olim cæruleo ſubtrita chryſocollam adulterinam faciebant, νοτιμάχιον quibuſdam. Verg. 4. Eclog. Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice, iam croceo mutabit uellera luto. Vitruuius luteũ appellat per tres ſyllabas. Vnde nonnulli etiã apud Verg. Luteo, legendũ cenſent, duabus poſtremis ſyllabis in unam contractis.

Lux, cis, f. t. Splẽdor, fulgor, claritas, & propriè ea quæ à Sole diffuſa orbem illuſtrat, φῶς. Cic. de Diuinat. Si deus erat, cur ſe contra naturam abdidit, ut patefactus aratro lucem aſpiceret? Hinc lucem intueri dicimus, pro eo quod eſt uita frui. Quoniam autem dies clara eſt, quemadmodũ nox obſcura, ponitur quandoq; pro die, ſicut nox, pro tenebris. Gell. lib. 2. cap. 29. Alta luce orta, auis in paſtum profecta eſt. Martial. lib. 8. Quum facias uerſus nulla non luce ducentos. Cic. pro Mil. Cẽteſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodij, & opinor, ultra. Prima luce, hoc eſt, ubi primùm cœperit deluceſcere: ſicut contrà, Primis tenebris, id eſt, incipiente iam nocte. Terent. Adelph. Cæterùm rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Vbi Donatus, Cum primo lucu legit, dicens: Cum primo lucu, ueteres dicebant, Lucum pro luce, ſeu Sole ponentes. Ergo cum primo lucu, quum primũ Sol cœperit luceſcere. Liu. 1. ab Vrbe, Vt omnes ciues Romani equites, pedites q; in ſuis quiſq; centurijs in campo Martio prima luce adeſſent. Lux autem ἀπὸ τ῀ λύκης dicta eſt λευκὴν enim ueteres Græci appellant primam lucem, quæ præcedit Solis exortum: quod etiam ſummum mane dicitur. Aliquando idem eſt quod ſplendor, & nitor. Lucretius lib. 4. Viridis quum luce ſmaragdi. Verg. 2. Aeneid. Exultat telis & luce coruſcus ahena. Ponitur aliquando pro uita. Cic. 1. Tuſc. Tamen obijciebatur interdum animo metus quidã cogitanti fore aliquando finem huius lucis, & amiſſionem omnium uitæ commodorum. Lucius uſuram alicui dare, eſt ſinere eum uiuere. Cic. in Verrem, act. 7. Cur, inquam, ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſiſti, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? In luce, pro in publico dixit uenuſtè Cicero in Cat. Maiore, Nec uerò ille in luce modò, atq; in oculis ciuium magnus, ſed intus domiq; præſtantior. Lux mea, blandimenti genus, quo mulierculis blandimur. Mart. ad Gel. Si non mentiris, ſi uerum lux mea dicis. Cic. Terẽt. lib. 14. Hem mea lux, meum deſiderium. Lux pro oculis, Stat. lib. 11. Theb. Et effoſſæ ſqualent ueſtigia lucis. Luces plurali, pro ſtellis, Cic: in Arato, Illę quæ fulgent luces ex orę coruſco.

Luci, aduerbium, Id eſt, interdiu: cui opponitur noctu. Cic. 2. Philip. Quis enim audeat luci, quis in militari uia, quis bene comitatum, quis illuſtrem aggredi? Plautus in Menæchmis, O facinus indignum & malum, Epidamnij ciues, herum meum Hoc in pacato oppido luci deripier in uia.

Luculentus, a, um, Quod eſt luce plenum, ſplẽdens, λαμπρὸς, περιφανὴς. Cic. Treba. Camino luculento utendum. Plautus in Curc. Pulchrum & luculentum hoc nobis euenit prælium. Aliquando accipitur pro ornato, perſpicuo & aperto. Salluſt. in Catil. Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & utilem Reipub. Ponitur aliquando pro probato, & optimo: ut quum Cicero ad Attic. lib. 7. dicit Luculentus author, & Luculenta conditio: id eſt, optima, uel opima. Plautus in Rud. Vin' tibi luculentam conditionem ferre me? Aliquando pro diuite. Plaut. in Cap. Multos iam

lucrum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lucrum luculentos homines reddidit. Aliquando pro magno. Cic. 7. Philip. Luculentam ramẽ ipſe plagam accepit, ut declarat cicatrix.

Luculenter, aduerbium, Egregiè, ſplendidè, λαμπρῶς. Cic. 2. de Fin. Quum Græcè, ut uideor, luculenter ſciam.

Luculentè, Idem. Cic. 1. Diuinat. Quum ipſe paucis interpoſitis uerſibus dicas ſatis luculentè. Aliquando ponitur pro apertè. Cicero de Clar. Orat. Et luculentè ſcripſerunt, etiam ſi minus, quàm tu, politè.

Luculentitas, titatis, Antiquum eſt. Laberius Tuèca, ut eltat Non. Dominus noſter tua luculentitate captus.

Luceo, ces, xi, n ſ. Splendo, lucem emitto, σελαγίζω, λάμπω, φέγγω. Cic. in Som. Scip. Luna quæ luce lucebat aliena. Aliquando ſignificat diem eſſe. Plaut. in Mil. Vigila, expergiſcere, inquam, lucet. Cicero pro Roſcio Amerino, Occiſus eſt à cœna rediens: nondum lucebat, quum Ameriæ ſcitum eſt. Idem 7. Verrin. Lucebat iam ferè. Lucere facẽ alicui, aut cereum, eſt alicui præferre facem, aut cereum. Plautus in Caſ. Primũ omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem. Idem in Curcul. Tu te tibi puer es lautus, luces cereum. Eius compoſita ſunt, Alluceo, colluceo, diluceo, eluceo, illuceo, inter luceo, pelluceo, ſiue perlaceo, reluceo, & transluceo: quorũ ſignificata ſuis explicantur locis.

Luceſcit, impersonaliter, Clarũ fit, ἐκλάμπει, ἡμέρα γίνεται. Plautus in Amphitrione, Exire ex Vrbe, priuſquam luceſcat, uolo. Liuius quarto ab Vrbe, Et iam luceſcebat, omniaq; ſuboculis erant.

Lucens, participium, Splendens, cõſpicuus. Vergil. 6. Aeneid. Lucentemq; globum lunæ. Faces lucẽtes. Ouid. 3. Faſtorum Marmora lucentia. Statius 1. Syl. Tunicæ lucentes auro, Idem nono Thebaid.

Lucidus, a, um, Quod eſt clarum, perſpicuũ, φανὸς, φανερός, ut Lucida nox, apud Plin. lib. 2. cap. 7. Ouid. Epiſt. 21. Nec premit articulos lucida gemma meos. Idem 1. Faſt. Lucidior uita eſt, quàm fuit antè, domus. Horat. 1. Carm. Ode. 5. Sic fratres Helenæ lucida ſydera, &c. A quo Pellucidus, & Tranſlucidus, διαφανής. Quintilianus libro octauo. Slmiliter illa translucida, & uerſiculor quorundam elocutio res ipſas effœminat.

Lucifer, m. ſ. pen. corr. Stella Veneris, ita dicta, quum antegreditur Solem: quum uerò ſubſequitur, Heſperus uocatur teſte Cicer. lib. 2. de Natura deorũ, & Varr. 3. de Re ruſt. cap. 5. φωσφόρος. Infima eſt quinq; errantium (inquit Cicero) terræq; proxima ſtella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur Solem: quum aũt ſubſequitur, Heſperus. Verg. lib. 2. Aen. Iamq; iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idæ, Ducebatq; diem. Ouid. 8. Metam. Iam nitidum retegente diem, noctisq; fugante Tempora Lucifero: cadit Eurus, & humida ſurgunt Nubila, &c.

Luciferus, fera, um, adiectiuum: ut, Diana lucifera, Valer. Argo. 7. Equi luciferi. Ouid. Epiſt. 11. Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phœbi, Denaq; Luciferos Luna premebat equos. Luciferum Poëtæ filium faciunt Iouis & Auroræ, qui Trachyniam Nympham amauit, & ex ea ſuſcepit geminam prolem, Ceycem uidelicet & Dædalionem. Dictus autem eſt Auroræ filius, quia ſtella illa quæ & Venus dicitur, manè ſolem præcedens, quaſi ex ciuſdem ſinu oriri uidetur. Vergil. Eclog. 8. Naſcere præq; diem ueniens age Lucifer Almum.

Lucifico, as, 2. p. pen. corr. Lucidum facio, φωτίζω. à quo compoſitum Elucifico, quod eſt luce priuo. Laberius apud Gellium libro 10. capite 17. Democritus Abderites Phyſicus philoſophus, clypeum Conſtituit contra exortum Hyperionis, oculos Effodere ut poſſet ſplẽdore æreo. Deinde ſubdit paulò pòſt, ſic ego Fulgentis ſplendore pecuniæ uolo Elucificare exitum ætatis meæ.

Lucifugus, & Lucifuga, pen. corr. Qui fugitat lucem, & gaudet tenebris. Cic. 1. de Fin. Lucifugi, maledici, monſtroſi, etiã aliis amatorijs leuitatibus dediti. Vergilius 4. Georgicorum, nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio, & lucifugis congeſta cubilia blattis. Seneca lucifugas homines appellat, qui cõtra naturam nocte utuntur pro die: qui & λυχνόβιοι dicuntur, quaſi lucernarij.

Lucigena, Luce genitus, λυκηγενής.

Lucerna, f. p. Inſtrumentum, in quo unum pluraſue ellychnia accenſa, oleoq; fota, nobis lumen præbet, quanquam etiam non rarò pro ipſo lumine accipitur, λύχνος. Huius prima corripitur, quum tamen in luceo producatur. Iuuenalis, Di ſpoſitæ pinguem nebulam uomuere lucernæ. Cic. 4. Acad. Itaq; Timagoras Epicureus negat ſibi unquam, quum oculum torſiſſet, duas ex lucerna formulas eſſe uiſas. Plaut. in Moſtel. Lucernam fortè oblitus fueram extinguere. Plin. Er medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Lucernarum uſum primi Aegyptij monſtrauere, ut author eſt Euſebius lib. 10. Præparat. Euangel. Lucernarũ alia ſimplex eſt, quæ habet partem unam tantùm exporrectam, & quæ uno ellychnio contenta eſt: quæ cubicularia dicitur: de qua Martial. lib. 14. Alia dimyxos, ad duo ellychnia ferenda, alia trimyxos, ad tria: alia polymyxos, ad lura. Mart. li. 14. Illuſtrem quum tota meis conuiuia flammis.

Totq; geram myxos, una lucerna uocor.

Lucernula, diminutiuum, λυχνίον.

Lucernarius, Qui lucernam fert, λυχνοῦχος.

Lucubro, lucubras, pen. corr. Vigilo, & nocte ad lucernam aliquid compono, νυκτογράφω. Varr. de Orig. Non ſolùm ad Ariſtophanis lucernam, ſed etiam ad Cleãris lucubraui. Liu. 1. libro ab Vrbe, Sed nocte ſera deditam lanæ, inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt. Cic. in Parad. Accipies igitur hoc paruum opuſculũ lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Lucubratio, onis, Vigilia, & opus quod fit lucubrando. Cicero libro 1. de Natura deorum. Nam iſta quę uos dicitis, ſunt tota commentitia, uix digna lucubratione ancillarum. Sunt lucubrationes ruſticanæ, ueſpertina & antelucana, quando à ueſpere & ante lucem conficiunt intra uillã opera rei uillaticæ conducibilia. Colum. lib. 11. cap. 2. Item ad lucubrationem ueſpertinam palos decem uel ridicas quinq; confiteare, totidemq; per antelucanam lucubrationem.

Lucubratoria lectica à Tranquillo in Auguſto capite 78. dicitur in qua lucubrare ſolebat Auguſtus.

Luxo, as, act. p. Membrum aliquot intorqueo, & loco ſuo mouco, στρέφω, ἐξαρθρόω. Vnde luxa, ſiue luxata membra, dicuntur locis ſuis mota, & ſoluta, ἐξαρθρωμένα. Plin. libro 28. Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari: M. Varro podagris. Idem libro 31. cap. 6. Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cuiuslibet generis aquam, facillimè in artus redeunt. Et luxati, dicuntur quorũ membra ſuis locis mota ſunt, ἐξαρθρωμένοι. Idẽ, Althææ radix decocta luxatis prodeſt. Stirpiũ quoq; radices luxari dicuntur, quum aratro aut ligone perſtrictæ mutilantur, locoque mouentur. Plin. lib. 17. cap. 24. Aut culpa uinitorum colentium ægrotant uites, quum perſtringuntur: aut circũfoſſor iniurioſo ictu uerberauit, uel etiã ſub arator imprudens luxauit radices, corpuſue deſquamauit.

Luxus, xus, maſc. q. Non ſolùm pro re uenerea, ſed etiam, & ferè ſemper propriè & pro omni ſuperfluitate, & nimia profuſione, & ſumptuoſiore cibi, ueſtitus, & aliarum rerum cura dici ſolet, ἀσωτία. Cic. 5. Ver. Niſi fortè exiſtimatis, eum in uino & luxu non riſiſſe, qui &c. Regali luxu ſplendida domus, Verg. lib. 1. Aeneid. At domus interior regali ſplendida luxu Inſtruitur. Regifico luxu paratæ epulæ, Vergil. lib. 6. Aeneid. Tacit. lib. 20. Effuſi in luxũ, & epulas, & nocturnos cœtus. Luxum deponere, eſt faſtum, pompam, habitusq; ſplendorem abijcere. Claud. lib. 2. Sub tuta purpurei uenient faſtigia reges, Depoſito luxu.

Luxuria, æ, f. p. ſiue Luxuries, ei, Immodicus uoluptatum, deliciarumq; uſus, nimiaq; non modò rem ueneream, uerùm etiam in molliorem ueſtitum, lautioresq; epulas profuſio, ἀσωτία. Cic. lib. 1. Offic. Luxuria cum omni ætati turpis, tũ ſenectuti fœdiſſima eſt. Et paulò pòſt, Turpe eſt diffluere luxuria. Idẽ pro Muræna, Odit pop. Rom. priuatim luxuriam, publicam magnificẽtiam diligit. Idem pro Sexto Roſc. In urbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia, ex auaritia erũpit audacia. Idem 2. Verg. Luxuries in flagitijs, crudelitas in ſupplicijs. In ſegetibus item, cæteriſq; ſtirpibus, luxuries dicitur cum alimenti ubertate quodammodo laſciuiunt, herbarum frondiumúe copiam iuſto maiorem emittentes, ἐξύβρισις. Vergil. lib. 1. Georg. Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.

Luxurioſus, a, um, Immodicè uoluptatib. delicijsq; indulgẽs, & non ſolum in rei uenereæ uſu, uerumetiam in epularum apparatu, ueſtiumq; ornatu modũ excedens, & plus ſatis laſciuiens, ἄσωτος, ἀκόλαστος, τρυφερός. Quintilianus in Proœmio. lib. 1. Muliebris & luxurioſus cultus non corpus exornat, ſed detegit mentẽ. Cic. de leg. Agraria contra Rullum. Vt in ſuis rebus, ita in Rempub. luxurioſus nepos. Idem 5. Philip. Multa & lauta ſuppellex, non illa quidẽ luxurioſi hominis, ſed tamen abundantis. Cic. 2. de Finib. Si ea quæ ſunt luxurio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

luxuriosis efficientia uoluptatum, liberarent eos deorum & mortis, & doloris metu, &c. Ibidem, Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quòd ita uiuãt, ut persequantur cuiusq; modi uoluptates. Luxuriosa lætitia, dicitur nimia, & profusior quàm par sit. Liu. lib. 2. ab Vrbe condita, sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia. Luxuriosa frumenta, quæ tam confertim, & copiosè nimis proueniũt, ut immitti in ea soleant oues ad depascendum. Cic. in Orat. de rusticis loquens, Siquidem est eorum gemmare uites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. Luxuriosa uitis, quæ plures æquo frondes habeat, aut sarmenta. Columella libro. 4. cap. 21. Siquidem luxuriosa uitis, nisi fructu compescitur, malè defloresc it, & in materiã, frondem q; effunditur. Luxuriosa pabula, quæ maximam herbarũ copiam adferunt. Plin. lib. 17. cap. 14. Nec luxuriosa pabula pinguis soli semper in iudicium habent.

Luxuriosè, aduerb. ἀσώτως. ut, Luxuriosè uiuere, id est, molliter & delicatè. Cic. pro Cælio, Cum facinorosis audacter, cũ libidinosis luxuriosè uiuere.

Luxurio, as, n. p. & Luxurior, aris, depon. Propriè de plantis dicuntur, quum nimia alimenti ubertate quodãmodo lasciuiunt, ramos, frondes q; iusto plures emittentes, ἐξυβρίζειν. Colum. lib. 3. Cacumina uirgarum, ne luxurientur demutilato. Plin. lib. 18. cap. 24. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni in calidis serius, ne ante hyemẽ luxurient. Agri quoque præpingues luxuriare dicuntur, quum abundè stercorati præter modum feraces euadunt. Ouid. 1. Epist. Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. Trãsfertur & ad homines, quos & ipsos luxuriare dicimus, quũ reb. secundis, oratione lasciuiunt. Tibullus, Luxuriant animi rebus plerunq; secundis, Ouid. epist. 15. Delicijs q; decet luxuriare nouis. Idẽ lib. 5. Fast. Nos quoq; idem facimus tunc, quum iuuenilibus annis Luxuriant animi, corpora q; ipsa uigent. Liu. lib. 1. Positis exterorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium, disciplina q; militaris continuerat. A luxurior fit compositum Eluxurior, quod est ualde luxurior. Col. lib. 3. Qui si pingui agro ualidas uites deposuerit, pampinis magis eluxuriabuntur.

Luxurians, antis, partic. Horatius libro 2. epist. 2. Latium q; beabit diuite lingua: Luxuriantia compescet nimis aspera sano Leuabit cultu.

Luxuriatus, partic. Ouid. lib. 5. Trist. Non tamen ut lusit, rursus mea litera ludet: Sit semel illa mea luxuriata ioco. Fames luxuriata multo sanguine, Stat. 2. Theb.

Lybiestason, Glycyrrhiza. Dioscor. lib. 3. cap. 6.

Licanthemon, Smilax apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.

Lycapsos, Anchusa, teste Aëtio, Serm. 10. cap. 2.

Lychene, Rubus apud Dioscor. lib. 4. cap. 147.

Lychni fictiles per noctem lucentes, monomyxi, dimyxi, trimyxi, polymixi. id est, angulorũ & fluminum, unius, duorum, plurium: uiolæ similis. quo corollæ factitantur. Vide Dioscoridem libro 3. capite 113.

Lycanthropia, λυκανθρωπία, Melancholicæ affectionis siue insaniæ genus est, quo qui afficiuntur, lycanthropi, λυκάνθρωποι, dicuntur, teste Aegineta, eo quòd lupos imitentur, noctu è lectis exilientes, & ad diem usq; inter sepulchra diuersantes, facie interim pallida, oculis q; arescẽtibus, & lingua sitibũdi quoq;, cruribus q; immedicabiliter exulceratis.

Lychnis, f. t coronaria, λύχνις στεφανωτική, Herba est, quæ à Romanis genicularis seu ballaria uocatur. Florem habet uiolæ albæ magnitudine, sed purpureum. Nectitur ad coronas. Plinius libro uigesimoseptimo, capite quarto, Rosam Græcam appellat: uulgus hodie Candelariam. Lychnis syluestris, λυχνὶς ἀγρία, herba est satiuæ lichnidi per omnia similis, cuius radicem Asiani boliten uocant, Dioscorides à Romanis accipitrinum pedem appellari testatur. Penitus tamen diuersa est à lysimachia, siue lutea, quam uulgus hodie accipitrini pedis nomine agnoscit. Plinius libro uigesimoquinto, capite decimo, Lychnidem agriam scribit esse herbam lino similem, radice nulla, flore hyacinthi, semine uitulinarum narium similitudinem referente alio q; nomine antirrhinon, siue anarrhinon appellari.

Lychnites pen. prod. λυχνίτης, Marmor album, quod in Paro insula effodiebatur: sic cognominatum, quod ad lucernã in cuniculis cæderetur, sicut Plin. lib. 36. cap. 5. testatur. Est etiam hoc nomine gẽma ardens, ita dicta à lucernarum accensarum præcipua gratia. Plin. lib. 37. cap. 7.

Lychnitis, tidis, f. t. λυχνῖτις, Herba est ex phlomidos generibus alio nomine thryallis dicta, foliis ternis, aut quaternis, crassis, pinguibus, plumosis, ad lumina lucernarum utilibus. Author Plin. lib. 25. cap. 10. uel lib. 3. cap. 122. est uerbasci genus, & eius species tertia apud Dioscor. lib. 4. cap. 105.

Lychnus, ni. λύχνος, Græcis idem est, quod nobis lucerna: παρὰ τὸ λύειν τὸ νύξ, hoc est, ab eo quòd tenebras soluat. Vergilius 1. Aeneid. Dependent lychni laquearibus aureis. Plaut. Lucernam emunge parumper, ut uideat anus ubi pedes ponat, Lychni pẽsiles, lucernæ erãt multis lucentes myxis, quæ ex laquearibus suspensæ, totum illustrabant triclinium. Hinc Ellychnium, ἐλλύχνιον, dicitur funiculus, qui lucernis adhibetur, ut affuso oleo flammam nutriat.

Lychnobii, m. s. λυχνόβιοι, Dicti sunt, qui ioco dierum noctibus utuntur, & ad lucernas uiuunt, quasi lucernarij. Seneca ultima Epistola, Nil cõsumebat, nisi noctem. Itaq; crebro dicentibus illum quibusdam auarum & sordidum, Vos, inquit, & lychnobium dicetis.

Lychnuchus, m. s. λυχνοῦχος, Græcè nominatur quicquid lucernas sustinet, siue id sit candelabri genus, siue homo quispiam lucernam gestans. Plinius libro 34. cap. 3. Placuere & Lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes.

Lycium, λύκιον. Dioscoridi, Spinæ genus folia habẽs buxeis similia: unde & pyxacantham appellarunt. Virgas habet tricubitales, quibus cum radicibus tusis, succo q; expresso, fit medicamentum quod & ipsum lycium appellant. Nascitur hæc spina copiosissimè in Lycia Asiæ regione, teste Dioscoride: unde & nomen uidetur accepisse. Plin. lib. 24. cap. 14. Lycium præstantius è spina fieri tradunt quã & pyxacanthon Chyroniam appellant.

Lycium. cii, n. s. medicamentum ex radice rhami syluestris factũ. Plin. lib. 24. cap. 12. Hac radice decocta in aqua, fit medicamentum, quod uocant Lycium.

Lycoctonos, λυκόκτονος, aconiti genus, qd lupos occidat.

Licoctonon, Aconitum apud Dioscoridem lib. 4. cap. 80. sed eius altera species.

Lycoctonon, λυκοκτόνον, Aconiti genus, ita dictum quod eo in crudæ carnis offis occultato lupos necent uenatores. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 66.

Lycophthalmos, λυκοφθαλμός. Gemma est quatuor colorum ex rutilo, & sanguineo: in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia similis. Plin. lib. 37. capite 11.

Lycopsis, λύκοψις, Anchusæ species, longiorib. quàm lactuca foliis, crassioribus q;, caule longo, hirsutó q;. Vide Plin. libro 27. cap. 11. Galli Linguam caninam appellant.

Lycos, λύκος, Minimum aranei genus, à rapacitate dictum. Plin. lib. 30. cap. 6. Araneus, & maximè qui lycos uocatur, do lenti medetur lieni. Idem alibi lupum appellat: ut libr. 11. capite 4. Luporum nomine minimi non texunt,

Lydius lapis, Coticula est, cuius attritu aurum proditur cuiusmodi sit: alio nomine Heraclius lapis uocatus, teste Theophrasto de Nat. lapidum, βάσανος. Latini etiam indicẽ appellant: in quem Battus ille pastor apud Ouidium transfiguratus fingitur, maneute nimirum etiamnum prodendi studio. De hoc meminit Plin. libr. 33. capi. 8. his quidem uerbis, Auri, argenti q; mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, ut author est Theophrastus: nũc uerò passim quem alii Heraclium, alii Lydium uocant. Iis coticulis periti quum è uena lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, uel æris, scrupulari differẽtia, mirabili ratione non fallente. Vicẽ autẽ puerbii habet in eos qui uehemẽter acri, exacto q; iudicio sũt.

Lygæus. a, um, latinè tenebricosus, inde Homerus Lygæam noctem uocat.

Lygos, seu **Lygus**. λύγος. Frutex est ad iustæ penè arboris magnitudinem excrescens, in asperis nascẽs locis, & ferè in fluminum ripis, ramos habens longos, folia oliuæ, sed molliora. Duo eius sunt genera, unum flore partim albo, partim purpureo, alterum flore purpureo tantùm, & semine piperi non dissimili. Ratio nominis ducta est à ramorũ flexibilitate. Nam λύειν Græcis dicitur uimen. Ob quam etiam rationem à Latinis uitex dicitur. Officinæ uocant Agnum castum.

Lympha, f. q. νᾶμα, A nostris aqua, per mutationem n in l quasi Nympha. Nam Græcè dicitur νύμφη. Columella libro decimo, Docta q; Parthenope Sebethide roscida lympha. Vergilius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gilius 4. Aen. Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. Horat. Epod. 16. montibus altis Leuis crepitãte lympha deſilit pede. Verg. 9. Aen. hauſit de gurgite lymphas. Reſtinguere pocula lympha, Horat. 1. Serm. Sat. 5.

Lymphatici, m. ſ. νυμφόληπτοι, Furioſi, inſanientes: quaſi Nympharum conſpectu in furorẽ uerſi. Nam creditũ eſt ab antiquis, ut inquit Feſtus, qui in fonte ſpeciẽ quandã, id eſt, imaginem nymphæ uidiſſet, furore corripi, quos Græci συμφολήπτους, Latini Lymphaticos uocant. Plin. lib. 25. cap. 5. de Elleboro albo, Medetur iraq; morbis comitialib. uertigini, melancholicis inſanientibus, lymphaticis. Plin. lib. 26. cap. 8. Semen eius potum lymphatica ſomnia facere dicitur. Liu. 10. ab Vrbe, Ita victorẽ equitatũ, uelut lymphaticus pauor diſſipat. Tales ſunt ferè ii, qui ceriti & laruati dicũtur: quaſi Cereris ira, aut laruarũ occurſatione uexati. Plaut. Laruatus certè es, aut ceritus. Idem, Iube hanc pro cerita circunferri.

Lympho, as, uerbum act. p In furorem ago, ἐκμαίνω. Valer. 3. Argonaut. Rupta quies: deus ancipitẽ lymphauerat urbem. id eſt, turbarat, & in belli furorẽ uerterat. Eius paſſiuo uſus eſt Plin. lib. 34. cap. 17. Hac herba epota lymphari homines. Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, teſte Priſciano: ut apud Curtium, Quippe lymphari, trepidare cœperũt, omnia pectora occulto metu percurrente. Niſi fortè ibi malimus legere lymphari.

Lymphatus, ta, tum, adiectiuum, Idem quod inſanus, uel furore correptus. Horatius libro primo Carmin. Mentemq; lymphatam Mareotico Redegit in ueros timores. Verg. 4. Aenei. Immenſam, ſine more furit lymphata per urbem. id eſt, mente commota, furiata. Plin. libro 30. capite 10 Rurſus magi tradunt lymphatos ſanguinis talpæ aſperſu reſipiſcere. Metu lymphato trepidare, Luca. libro 7. Pectora lymphata. Ouid. 11. Metamorph.

Lymphatio, onis, fœm. ter. Plinius lib. 35. cap. 15. Et præfixiſſe in limine è ſepulchro euulſos clauos, aduerſus nocturnas lymphationes.

Lyncurium, λυγκούριον, Gemma eſt coloris ſubflaui, quã uetuſtas credidit ex lyncis urina concreſcere: unde & nomẽ uidetur accepiſſe. In qua etiam ſententia fuit Plin. lib. 8. capit. 38. Item Ouid. 15. Metam. ubi ſic habet, E quibus (ut memorant) quicquid ueſica remiſit, Vertitur in lapides, & cõgelat ære tacto. Recentiores tamẽ afferunt lyncis urinã nõ cõcreſcere: quod etiam ſuperioribus annis compertum eſt lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

Lynx, maſculini, uel fœmini generis, t. genitiuo lyncis, λύγξ. Animal eſt ex luporum ceruariorum genere, uario colore, & maculoſo tergore, acutiſſimoq; uiſu. Plin. lib. 28. cap. 8. Peregrinæ ſunt & lynces, quæ clariſſimè omnium quadrupedum cernunt. Horatius 2. Carm. Timidos agitare lynces. Vergil. 1. Aeneidos, Maculoſæ tegmine lyncis. Huius urina in calculi duritiem uerti olim credebatur, & in lapidem eum concreſcere, quem ob id lyncurium appellant. Quod tamẽ falſum eſſe nuper compertũ eſt, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

Lynceus, a, um, adiect. pen. cor. λύγκειος. Horat. 1. Serm. Saty. 2. ne corporis optima lynceis Contemplere oculis. Eſt enim prius hemiſtichium uerſus dactylici finis: niſi per ſynereſin malis duas ſyllabas in unam cõtrahi. Homo lynceus, id eſt, uehementer perſpicax, quẽ non facilè quis fefellerit. Cic. ad Var. lib. 9. Epiſt. Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat.

Lynoſtrophon, uide Linoſtrophon.

Lynter, uide Linter.

Lyparis, uide Liparis.

Lyptote, uide Liptote.

Lyrã, f. p. λύρα, λίνος, Inſtrumentũ muſicũ, in quo quot ſunt fides, tot reſonant uoces Lyra dicta, quaſi λύτρα, propterea quòd Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur inueniſſe) pro boum compenſatione fuerit data: quũ antè chelys diceretur. Formã habet (ut inquit Plin. lib. 9. cap. 10.) teſtudinis. Horat. 1. Carm. Ode 10. Te canam magni Iouis, & deorum Nuntium, curuæq; lyræ parentem. Ouid. 11. Metamor. Dictiſtinctamq; lyram gemmis, & dentibus Indis Suſtinet à læua. Idem 10. Metamorph. Te lyra pulſæ manu, te carmina noſtra ſonabunt. Lyra etiam ſignum cæleſte eſt. Varro lib. 2. de Re ruſtic. capite 5. Hoc ſecundum aſtri exortum facito, quod Græci uocant Lyram, Fidem noſtri. Lyra occidit quarto Nonas Februarii, uel certè Calendis Februariis, id q; noctu, teſte Higino, quando occidunt terga Leonis. Ouid. 5. Faſt. Illa nocte aliquis tollens ad ſydera uultũ Dicet, ubi eſt hodie, quæ Lyra fulſit heri? Qui poëticam Aſtrologiam ſcripſerunt hanc lyram à Mercurio primùm inuentam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam: Apollinẽ autem inuenta cithara Orpheo lyram conceſſiſſe, mortuo autem Orpheo à Muſis in cælo fuiſſe collocatam. Alii dicunt eſſe lyram Arionis citharœdi, qui floruit tempore Periandri tyranni Corinthiaci, & primus fuit omnium cithariſtarum.

Lyricus, a, um, adiect. Quod ad lyram pertinet, λυρικός. Hinẽ Poëtæ Lyrici, dicti, q; ad lyram ſua carmina cantabãt, ſtatuebaturq; eis chorus quinquaginta uirorũ, ac tauro donabantur. Horat. 1. Carm. Ode 1. Quòd ſi me lyricis uatibus inſeris, Sublimi feriam ſidera uertice. Modi lyrici. Ouidius Epiſt. 20. Quum lyricis ſim magis apta modis.

Lyrica, orum, n. ſ. Pro carminib. lyricis. Plinius Iunior libro 1. Epiſt. 5. Scribit enim & utraq; lingua lyrica doctiſſima.

Lyricen, nis, m. t. penult. correp. Qui lyra canit, cuius ſignificationis eſt etiam lyriſtes, λυρφδός. Plin. Iunior ad Genitorem, Quãm multi, quum lector, aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt, calceos ponunt? Pro eodem etiam dicimus lyriſta, ſicut cithariſtes, & cithariſta.

Lyron, alyſma, apud Dioſc. lib. 2. cap. 176.

Lyſimachia, Plin. λυσιμάχιον. Dioſcoridi, Herba eſt, quæ uulgò Salicaria dicitur, ſiue quòd folia habeat ſalicis, ſiue q; ſubtet ſalices naſcatur. Dicta Lyſimachia, ſiue ab inuentore Lyſimacho, ſiue παρὰ τὸ λύειν τὴν μάχην. Refert enim Plini. tantam huic herbæ componendorũ diſſidiorũ uim ineſſe, ut diſcordantibus iumentis iugo impoſita, aſperitatẽ eòrũ cohibeat.

Lyſis, huius lyſis, & lyſios, f. t. λύσις, id eſt, ſolutio, à λύω, ſoluo. Cic. 3. Tuſ. Ex quo ipſam ægritudinem & λύσιν Chryſippus, quaſi ſolutionem totius hominis appellaram putat. Lyſis in architectura, hiatus eſt ianuarum, id eſt, ſolutio continui parietis. Vitru. lib. 6. cap. 10.

Lyrta, f. p. λύρλα, Genus uermiculi, qui naſcitur in lingua canum. Hic ſi infantib. catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. Plin. lib. 29. cap. 5.



IN interiori eius parte ſonum colligit, compreſſis labris, cõcluſo ore: quẽ poſtea mugitu quodam non ſine moleſtia extrudit. Eius potiſſimùm infelicitas apparet, quũ claudit dictiones, quod cum Latina lingua nimis quàm ſæpe patiatur, habetur & ipſa infelicior. Græca quũ in nulla dictione id ferat, hoc etiam nomine cenſetur beatior. Huius elemẽti mugientem ſonum fugientes Poëtæ Latini, curant id elidendum in carmine, ſequẽte uocali. Eius ſoni tamẽ maior, & minor obſcuritas deprehẽditur à loci ſitu. augetur & his modis, idẽq; minuitur, quibus & aliæ mutæ, ut ſuprà dictũ eſt. Litera una eſt ex iis, quas Græci Grãmatici ὑμίφωνα ἄπλά, καὶ ἀμετάβολα, hoc eſt, ſemiuocales ſimplices, & immutabiles, Latini liquidas appellant. In cõpoſitione & deriuatione migrat in n, ſequente d, uel t. uel c, uel q: ut Tantum tantundem, Idẽ identidem, Eorum, eorundem, Num nuncubi, nũquis, nunquam. Sic circunquaq;, tanquam, nanq;, quenq;, quanq;, quicunq;. Similiter Am præpoſitio ſequẽtibus f, uel c, uel q. mutat m in n, ut anfractus, &c. Vide in dictione Anfractus. In notis antiquorum, M. Marcus, uel Mutius, uel Martius, uel monumentũ, uel mulier, uel miles, uel meũ, uel meã, mihi, moleſtus, modò, mors, munus. MA, Macuuius. MAG. Magiſtratus. M. AG. Militis agrum. MAG. EQ magiſter equitum. MAG. ML. magiſter militũ. MAI. maior. M. AEM. Marcus Aemilius. MAT. P. FEC. ET. S. P. Q. E. mater piiſſima fecit, & ſibi, & ſuis, poſterisq; eorũ. MARIT. Maritus. M. AVR. Marcus Aurelius. MAX. maximus. M. B. mulier bona. MC. Mãcipio. MC. Marcus Cic. uel Marcus Cenſor, uel monumentũ cõdidit, uel cõſtituit, uel cõſecrauit. M. C. M. mortis cauſa fecit, uel fult. M. C. M. mortis cauſa manumiſſus. M. CV. manu conſertum uocauit. M. C. S. Marcus Cæſ. MD. O. mihi dare oportet.

Macariſmos, mi, maſc. ſ. Beatitudo.

Macellum, n. ſ. Locus Romæ, quo uenalia omnia, quæ ad [illegible] pertinebãt, cõtrahebantur, ὀψωνιαῖον. Plaut. in Vidularia. macellã, rogito piſces: indicant caros, agni non cari. Cic. 2. de Diu. Si Epicuri de Voluptate [illegible] cor [illegible] [illegible] cannonã in macello cariorẽ fore Dei Macellũ ſtatuerunt Varr. & Feſt. à Macello quodã homine improbiſſimo, qui in urbe latro cociniũ exercebat, quo damnato Cenſores Aemyl. & Fulu. ſtatuerunt ut in domo

eius obsenia nederetur, redactis in erariu eius bonis. Alii macellum dictum putant, quòd ibi fuerit hortus, quem macellum à Lacedæmoniis appellatum ferunt. Et Iones ostia hortorum, Macellotas uocabant, ut ait Varr. lib. 4. de Ling. Lati. Donatus à mactandis pecoribus deriuat.

Macellarius, rii, m. s. Dicitur uenditor eorum, quæ ad uictum pertinent, non solùm carnium, sed omniu obsoniorũ: quin etiam panis, & frumẽti uenditor: nam hæc omnia in macello uenundabantur, ὀψοπώλης. Var. lib. 3. ca. 4. Duo sunt ornithonis genera: unum delectationis, alterum fructus causa, quo genere macellarii, & in urbe quidam habent loca clausa: & rure maximè conducta, &c. Suetonius in Cæs. Ea quæ ad epulum pertinebant: quàuis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparebat.

Mãcẽr, cra, crum, Exilem, extenuatumq; significat, qnẽ medici gracilem uocant, cuiusmodi sunt bilioſi ferè omnes, ἰσχνὸς, λεπτός. Ver. 3 Ecl. Heu heu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo. Colu. lib. 2. cap. 9. Nam uel pinguissima, uel macerrima humo iaciatur, Siponti. à Græco, μακρὸς, deduci putat. Illi enim μακρὰ, longa dicunt: quæ autem tenuia sunt, longiora uidentur. Macer. μάκρος. Est etiam Poëtæ proprium, qui de herbarum uiribus scripsit.

Macellus, a, um, dimin. à macer, prò macilento. Lucil. lib. 6. Si nosti, non magnus homo est, uasutus, macellus, Non. Fuit præterea Macellũs hominis improbissimi, & seditioſi nomen, quo capitis damnato, redactisq; in erarium eius bonis, ædes etiam eius diratæ sunt, eaque in area extructum ædificium uænundandis obsoniis destinatum: quod ab eius nomine Macellum fuit appellatum.

Macilentus, Macie extenuatus, teste Festo, λεπτοκρίων, ἰσφνασμένος. Plau. in Asin. Macilentis malis rufulus, aliquantum uentricosus. Idem Capt. Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates. AR. Dicam tibi, Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Macies, f. q. Macritudo, & Macor, siue Macror, corporis exenuationem significant, λεπτότης, ἰσχνότης. Plaut. in Capt. Ossa, atq; pellis sum misera macritudine. Pac. Corpusq; meum tali mœrore, errore, macrore senet. Colu. lib. 9. cap. 14. Est etiã illa grauis pernicies, cùm pulmones exulcerantur: inde tussis, & macies. Plin. 10. cap. 63. Verres subantis audira uoce, ni fi admittatur, cibum non capit usque in maciem. Virgilius 2. Aeneidos, Quum subitò è syluis macie confecta suprema Ignoti noua forma uiri, miserandaq; cultu Procedit. Idem tertio Georgicorum, Ipsa autem macie tenuãt armenta uolentes.

Maceo, es, cui, n. s. Idem quod macreo, hoc est, macer sum, λεπτύνομαι, συντήκομαι. Plaut. Aul. Qui ossa, atq; pellis totus est, ita cura macet.

Macesco. scis, n. t. Macer fio. Colum. libro 2. capite nono, Constat arua segetib. eius (scilicet hordei) macescere. Var. 3. de Re rustica, capite 16. Tum propter laborem aspirantur, & macescunt.

Mãcio, as a. p. Macrũ facio, διανυκώλωποτρύω. Cuius cõpositũ est Emacio, ualde macrũ reddo. Col. lib. 5. At certè in ordinariis uitib. utiq; obtinendũ est, ne pluribus flagellis emacientur, nisi si futuris propaginibus prospiciemus.

Macreo, es, n. s. Macer fio: à quo macresco, eiusdẽ significationis, λεπτύομαι. Col. li. 8. ca. 3 Dabimusq; operã, ne penuria cibi macrescat pecus. Varr. Quia carũ aspectus ad desiderium macrescere facit uolucres inclusas. Mart. lib. 13. Ne nimis exhausto macresceret unguine gallus.

Macero, as, a. p. Quũ ad corpus refertur, significat attenuo, cõtero: ab eo quòd est macer, ἀποτρύω, τήκω. Hor. 1. Car. Quàm penitus lentis macerer ignibus. Plaut. in Captiu. Multos iste morbus homines macerat. Quum autem ad animũ, significat affligo, ac nimia cura, studio, uel solicitudine meipsum conficio, & attenuo. Plaut. in Mil. At hoc me facinus miserum macerat, Meumq; cor, corpusq; cruciat. Terẽt. And. Tu modò animè mi, noli te macerare. Ibidem, Sed quid ego, cur me excrutio? cur me macero? Accipitur etiã frequentissimè pro eo quod est humore aliquo emollire, uel in aqua quippiam asseruare, donec salsedinem, alium'ue saporem deponat. Terentius in Adelphis, Salsamenta hæc Stephanio, fac macerentur pulchrè. Col. lib. 1. Piscinas duas, alterã, quæ anserib. pecoribusq; seruiat: alterã, in qua lupinũ, ulmi uimina & uirgas, atq; alia, quæ sunt usibus nostris apta, maceramus Est etiam Macerare, aliquãdo proluere, madefacere. Pli. lib. 11. ca. 41. de Poppea, Totũ corpus illo lacte macerabat, Idem Plinius libro 16. cap. 10. iubet podagricos macerare pedes in decocto uerbenacæ. Vitruuius etiam iubet calcem coctam diu macerari, antequàm fabri ea utantur.

Maceratus, a, um, Particip. Mollis & tener factus. Plaut. Pœnu. Macerato hoc pingues fiunt auro Barbaria boues.

Macerésco, Idem est quod maceror, hoc est, madefio, & mollificor, ὑγροῦμαι. Cato de Re rust cap. 92. Frumento curculio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito, palearum paulùm addito, finito maturescant.

Macro, as, Macero: cuius compositum est Emacro, quod est ualde macrum facio, ἰσχναίνω. Plin. lib. 10. Terram emacrari hoc satu (scilicet milii) existimantes.

Macuria, & Maceries, ei, f. p. & q. Paries, siue murus uel congeries lapidum, in unum cõpositorũ, sine intrita, aut alio genere ferruminis: cuiusmodi parietes ferè eos esse uidemus, quibus uineæ claudi solent, τοῖχος. Terẽ. in Adel. Iube hanc materiã dirui. Varro tamẽ aliter lib. 3. de Re rust. cap. 12. Quis ignorat septa è maceriis ita esse oportere in leporario, ut tectorio tecta sint, & sint alta? Cato de Re rust. cap. 15. Maceria si ex calce, & cæmẽtis, uel silice ædificetur. Legitur quandoq; Maceries apud antiquos pro macie, uel macilẽtia, λεπτότης. Afran. Si ille hoc nũc sentit, facere illi satis uis quanta illius sit maceries tibi, Nonius.

Mãchæra, ræ, f. p. μαχαῖρα, Sica, gladius, culter. Quod nomẽ impositũ est à Græcis. à uerbo μάχομαι. quod est pugno Iuuen. Sat. 7. ames nomẽ uictumq; macheræ. Apul. li. 9. de Asi. Cõminabatur sese concisurum eum machæra frustatim.

Machærophorus, m. s. μαχαιροφόρος, Sicarius, gladiũ ferens Cic. ad Q. frat. lib. 6. Hominem portaui ad mare octophoro, machærophoris centum sequentibus.

Machæropœus, m. s. μαχαιροποιός, Faber gladiorũ. Quo nomine dictus est Demosthenis pater, ab officina gladiorũ, quam Athenis egregiã, multisq; artificii seruis instructã habebat.

Machæron, Viridis cuiusdã cõpositionis nomẽ in re medica, ad morbos articulares & Ischiada. Macheriõ medicus. Citatur eius pharmacũ in atræ bilis cura ab Aët. Ser. 11. cap. 81. Machæronion. Xiphion. apud Dioſc. lib. 4. cap. 23.

Machalaum, nomen Græcũ cõpositum ex μάχη, quod magnum significat, & ἀλαὸς, cæcum & errantem. Oppidũ Brixiæ, agro lusubrum clade nobile.

Mãchina, f. p pen. cor. Molitio, inuentio. μηχανή. Vnde Mechanicus faber, seu opifex eorũ operum, quæ ingenio simul, & manibus fiunt. Et Mechanica ars, fabrilis. Vnde artes diuiduntur in Liberales, & Mechanicas. Asconius, Machina dicitur, ubi nõ tam materiæ ratio, quàm manus, atq; ingenii dicitur. Machina etiam dicitur instrumentum, quo moles aliquà facilè quocunq; uolueris, impelli potest. Pli. lib. 19. ca. 2. de Spartho loquens, Qui uolet miraculum æstimare, quanto sit in usu omnibus terris nauium armamentis, machinis ædificationum. Et machinas bellicas, ὁπλοθήκας, uocamus opera fabrilia, quibus in bello utimur. Verg. 2. Aen. Quò molem hanc inmanis equi statuêre? quis auctor? Quid'ue petunt? quæ religio? aut quæ machina belli? Hor. à. Epist. 2. Torquet hunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Vitruu. lib. 10. cap. 19. Cõstituebatur aũt in ea arietaria machina, quæ Græcæ κριοδόκη dicitur, in qua colebatur taurus perfectus in torno, in quo insuper constitutus aries. Murales machinæ. Plin. lib. 7. cap. 56. Item ipsa consilia, quibus decipere hostem cõamur, Machinæ uocantur. Plau. in Bacchid. Aliquam machinabor machinam. Cicero 3. de Nat. deorũ, Nec quid inde auferam, Nec quem dolum ad eum, machinãue cõmoliar, Scio quicquam. Idem ad Brutum. Ad reliquos hic quoq; mihi labor accessit, ut omnes adhibeã machinas ad tenendum adolescentem.

Machinalis, & hoc nale, om. tert. Quod ad machinas spectat, μηχανικὸς. ut, Machinalis scientia, apud Plin. libr. 7. cap. 37. Grande & Archimedi Geometricæ, & machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit.

Machinarius, rii. m. s. Machinarum opifex, μηχανοποιός. Paul. 1. Si putator. ad leg. Aquil. Si machinarius hominẽ prætereũ tem occiderit.

Machinor, aris, d. p. Imaginor, cogito, per dolum aliquid mõlior, ἐπινοέμαι, μηχανῶ. Frequẽtius enim in malam partem accipitur. Plaut. in Caſ. Illa nubet mihi: machinare quod lubet. Liu. 1. ab Vrbe, Confestim Turno necẽ machinatur. Sall. in Catil. Iam non Consulibus, sed plerisq; Senatoribus perniciem machinabantur. Dicitur aũt machinari à μηχάομαι quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod eſt inuenio. Vnde μηχάνημα, inuentum, & molimen dicitur. Cic. 3. de Nat. deo. Niobe, parum'ne ratiocinari uidetur, & ſibi ipſa nefariã peſtem machinari? Machinari peſtem aliquam in omnes. Cic. in Cat. Accipitur etiam Machinari in bonam partem, pro inuenire rationem. Cic. 2. de Diui. Nam primum aliæ mares, aliæ fœminæ ſunt: quod perpetuitatis cauſa natura machinata eſt.

Machinamentũ, n. ſ. Pro machina capitur, μηχάνη. Liu. 4. bell. Pun. Turres cõtabulatę, machinamẽtaq; alia quatiendis muris portabant. Tac. lib. 15. Adiabeni quũ promouere ſcalas & machinamenta inciperent, facilè detruſi.

Machinator, oris, m. t. Machinarũ inuentor, aut opifex, μηχανοποιός. Liu. 4. bell. Pun. Archimedes is erat, unicus ſpectator cæli, ſiderumq;, mirabilior tamen inuentor, ac machinator tormentorũ bellicorũ, operumq;, qui ea, quæ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perleui momento ludificaretur. Machinator item dicitur, doli alicuius, & fraudis conſutor, μηχανορράφος. Cic. in Catil. Improbiſſimus machinator omnium ſcelerum, hoc eſt, inuentor & autor.

Machinatio, f. t. Aliud uerbale pro inuentione, & aſtutia, μήχανημα. Col. lib. 6. cap. 2. Hac machinatione conſequemur, ut etiam contumaces boues grauiſſima onera nõ recuſent. Interdum etiam pro ipſa machina. Cæſ. 2. bel. Primus irridere ex muro, atq; increpitare uocibus, quòd tanta machinatio ab ſpatio inſtrueretur.

Machinoſus, a, um, Machinis confectus, uel dolis excogitatus: ut, Nauigium machinoſum. apud Suet. in Neron. capite 34. Repentique Baulos in locum nauigii, machinoſum illud obtulit.

Machlis, Fera eſt Scandinauiæ inſulæ peculiaris, alcæ ſimilis ſed nullo ſuffraginum flexu. Vnde dormitura nõ cubat, ſed arbori ſe acclinans, ſomnum capit: quæ à uenatotib. antè ſucciſa, quũ ſemel ceciderit, erigere ſe non poteſt, eaq; ſola ratione capitur: aliàs mirę uelocitatis. Labrum ei ſuperius prægrande: ob id retrograditur in paſcendo, ne in ptiora tendens inuoluatur. Vide Plin. lib. 8. cap. 15.

Macidatus, Liquoris infuſione madẽs. Apul. lib. 8. Ille ſpõgiis macidatis tumores comprimere.

Macir Plinio, aliis Macer, μακίρ Dioſc. Cortex eſt ſubrufus & magnæ radicis, qui ex India aduehitur, detractus ex arbore ſui nominis. Vide Pli. li. 12. ca. 8. Officin. Macis appellatur,

Macrocatalectos, μακροκατάληκτος, dictio in lõgũ deſinẽs.

Macrochir, μακρόχειρ, Longimanus.

Macrochronius, nii, m. ſ. Diuturnus.

Macrõchira, f. p. μακρόχειρα, Tunica manicata, quæ & chirõdota appellatur. Lampri. Macrochiras ex purpura ad uſum ſuum reuocauit. Has Romæ induere fuit indecorũ. Auguſt. lib. 1. de Doct. Talares ac manicatas tunicas habere apud ueteres Romanos flagitium erat.

Macrõcóla, orum, n. ſ. pen prod. μακρόκωλα. Teſte Hermolaõ in Plin. maiores, & longiores chartę, quas nos hodie chartas regias uocamus: quo etiã nomine Catull. chartæ quoddam genus appellauit. Cic. ad Att. lib. 13. Sed tamen ego nõ deſpero, probatũ iri Varroni: & id quoniã impenſam fecimus in macrocola, facilè potior teneri. Arbitratur autẽ Hermolaus Macrocolum dici, ἀπὸ τῆ μακρᾶ καὶ κώλη, quaſi longum membrũ. uel potius longam membranã. Vnde potius unico l, ſcribendũ uidetur: quemadmodũ & protocolon, nam utriuſq; eadẽ uidetur origo. Eſt enim Protocolon prima illa charta, in qua ſcribæ acta breuiter deliniant, ornatius, amplius, quoties res popoſcerit, deſcripturi. Macrocolorũ meminit Plin: lib. 13. cap. 12. de generib. chartarũ loquens. Præterea (inquit) in chartis ſpectantur tenuitas, denſitas, candor, & læuor. Primatum mutauit Claud. Cæſar. Nimia quippe Auguſta tenuitas tolerandis non ſufficiebat calamis. Ad hoc tranſmittens literas liturę metũ afferebat aduerſis, & aliàs indecoro uiſu pertranslucida. Igitur & ſecundo corio facta ſunt ſtatumina è primo ſubtegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat menſura, & cubitalis macrocolis. Hæc Plin. Sunt qui Macrocollum ſcribant, gemino ll, putantes dictum eſſe, ἀπὸ τῆς κόλλης, hoc eſt, à glutine, quo chartæ glutinantur.

Macrocolmus, mi. m. ſ. Longus mundus.

Macrologia, μακρολογία, Sermonis prolixitas: cui opponitur βραχυλογία, ſiue Laconiſmus. μακρόλογον enim Græcis eſt multa loqui, ut prolixo ſermone uti.

Macteæ, Dicuntur pretioſa edulia, μάζαι. Suet. de Cali. Multis uenenatas macteas miſit. Quo in loco nonnulli legunt Mattyas, alii Matteas. Apud Martialẽ legitur Mactea plural. numeri, & neutri generis. Mactea (inquit) ſola iuuant. Vide exactius infrà in dictione Mattya.

Macticus, pen. cor. Qui habet magnas malas, & os patens, quaſi malacticus, Feſtus.

Macto, as, a. p. Interficio, σφάττω. Cic. de Aruſp. reſponſis, Clodius diuiſores omniũ tribuũ domi ſuæ crudeliſſima morte mactauit. Plaut. in Amp. At ego certè cruce excuciatũ mactabo. Tractum eſt à ſacris, ubi mactari hoſtiæ dicũtur, quæ immolantur, θύεσθαι. Verg. 4. Georg. Et nigram, mactabis ouẽ, lucumq; reuiſes. Idem 4. Aen. Mactãt lectas de more bidentes. Vbi Seruius, Mactant, uerbum ſacrorũ, κατὰ ἐφυμισμὸν dictum, ut adolere. Mactare ſupplicio. Cic. in Cat. Non'ne hũc in uincula duci, nõ ad mortẽ rapi, nõ ſummo ſupplicio imperabis. Mactare Orco, id eſt, ad Orcum demittere, & præcipitare. Liu. lib. 9. ab Vrb. Sacratos more Samnitium milites, eoſq; candida ueſte, & paribus candore armis inſignes, eos ſe Orco mactare Innius dictitans, quum intuliſſet ſigna, &c. Mactare infortunio. Plaut. in Pœn. Diuitẽ audacter ſolemus mactare infortunio. Dictum eſt aũt Macto, quaſi magis auco, hoc eſt, augeo. Nam prius quàm uictimam immolarent, thus, aut uinũ ſuper eam fundebant. Vnde Mactum eſſe tantum dicebant, thure, uel uino cumulatã hoſtiam, quaſi magis auctam. Hinc mactare, pro magis augere, ueteres uſurparunt. Cic. de Rep. Ferunt laudibus, mactant honoribꝰ. Per translationem ponitur pro malo afficere, ſeu malè tractare. Plau. in Aul. Nã quę indotata eſt, ea in poteſtate eſt uiri, Dotatæ mactãt & malo, & damno uiros. Quandoq; pro præcipitare. Accius, Aut illorũ copias fundam in cãpo, aut naues uram, aut caſtra mactabo in mare. Quandoq; pro honorare. Plaut. Tamen honeſtè mactatũ reducam domum. Quãdoq; pro uiolare. Cic. 6. Ver. Quum uideant ius ciuitatis illo ſupplicio eſſe mactatum.

Mactatus, a. um, Particip. ut, Hoſtia mactata. Horat. 1. Car. Ode 19. Mactata ueniet lenior hoſtia. Ouid. 15. Metam. Vite caper morſa Bacchi mactatus ad aras Dicitur ultoris.

Mactandus, a, um. Seneca Troad. Mactanda uirgo eſt Theſſali buſto ducis.

Mactatus, us, Lucr. lib. 1. nubendi tempore in ipſo Hoſtia conciderat mactatu mœſta parentis.

Mactator, oris. Senec. Troad. Perge mactator ſenũm.

Mactra, Arca panaria, quæ κάρδοπος à Græcis dicitur: à uerbo Græco, μάττω, quod ſignificat ſubigo, uel pinſo.

Mactus, a, um, Putatur eſſe dictio cõpoſita ex aduerbio Magis, & nomine auctus. Solus aũt uocatiuus utriuſque numeri ab hoc nomine eſt in uſu: in numero ſingulari Macte, & in plurali Macti: quib. propriè utimur, quũ aliquẽ ob rem bene ceptam laudamus, & ad perficiendũ adhortamur. Cõſtruiturq; tam cum genitiuo, quàm cum ablatiuo. Verg. lib. 9. Aen. Macte noua uirtute puer, ſic itur ad aſtra. Mart. lib. 12. Macte animi, quẽ rarus habet, morumq; tuorũ. Sil. lib. 5. Venerande pudici Doctor macte animi. Cic. Att. Macte uirtutẽ eſto. Pli. lib. 2. cap. 12. in laudẽ Aſtrol. Macti ingenio eſte cæli interpretes, rerumq; naturæ capaces. Stat. libr. 7. Thebaid. Macte animo iuuenis. Simillimum eſt illud apud Græcos, ἴη πάππαξ, ἴη πάππαξ, quib. utũtur re gnauiter & feliciter geſta. His aũt dictionib. Macte, & Macti, quanuis uocatiui ſint, attamẽ ex uſu autorũ tam pro nominatiuo, quàm pro accuſatiuo licitè utimur, nõ ratione, ſed autoritate. Liu. li. 2. ab Vr. Iuberẽ macte uirtute eſſe, ſi pro mea patria iſta uirtus ſtaret. Idem lib. 4. ab Vrb. Macte uirtute Seruili eſto, liberata Rep. Ponitur aliquãdo aduerbialiter. Plau. in Mili. Is amabat meretricem macte Athenis Atticis. id eſt, ualde, uehementer, & quantum poterat amabat.

Macũla, f. p. Sordes, ſiue labes, κηλὶς, ἀπίνος. Pli. Fullones eas maculas è ueſtib. tollunt. Verg. 3. Georg. Ne maculis infuſcẽt uellera pullis Naſcentũ. Lucentes maculæ. Stat. 1. Syl. Quãdoq; pro infamia. Cic. Cuius ut adoleſcentiæ maculas, ignominiaſq; præteream. Quandoq; pro retis foramine, ſeu plaga. Idem in Ver. act. 7. Reticulũ ſibi ad nares admouebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. Var. lib. 2. pro reti poſuit, Septum totum grandibus maculis integitur, ne eò inuolare aquila poſſit, neue ex ea euolare aues. Maculæ item in corpore dicuntur, colorum uarietas, à reliquo corporis colore differentes. Plaut. in Capt. Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Atra bilis agitat hominẽ. Marmora item uariegata maculis, picta dicuntur. Sen. Epiſt. 116. Delectant nos ingentiũ maculæ columnarũ. Eleganter dicimus Delere maculã. Cic. pro leg. Man. Delenda eſt uobis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

illa macula Mithridat. bello ſuperiore ſuſcepta. Eluere maculam. Ci. pro Seſt. Quoniã illa in Rep. macula regni publicati maneret, quã nemo iam poſſet eluere. Inurere maculã. Cic. in Sallu. Non ne tibi uiderer æternas inurere maculas, quas reliqua uita eluere nõ poſſit? Afficere macula. Cic. pro Roſc. Com. Legationis ipſius ceremoniam polluerit, maculaq; affecerit.

Maculoſus, a, um, Sordidus, immundus, ῥυπαρὸς, κατάσυρτος. Plaut. Sordida & maculoſa facie. Cic. 2. Phil. Auctionis uerò miſerabilis aſpectus: ueſtis Põpeii nõ multa, eaq; maculoſa. Maculoſus, notis, ſiue maculis conſperſus. Verg. 1. Aen. Succincta pharetra, ac maculoſæ tegmine lyncis. Maculoſus homo, per trãslationẽ dicitur immundus, & impurus. Cic. At. lib. 1. Non enim unquã turpior in ludo talario cõſeſſus fuit: maculoſi Senatores, nudi equites, &c. Tac. lib. 17. Auaritia & libidine fœdus, & maculoſus. Horat. 4. Carm. Ode 5. mox lex maculoſum edomuit nefas.

Maculo, as, act. p. Id eſt. fœdo, turpo, ῥυπαίνω, κηλιδόω. Plaut. In Cap. Viden' tu illi maculari corpus totũ maculis luridis? Vergil. 3. Aen. Et terrã tabo maculãt. Ouid. 7. Met. Exiguo maculauit ſanguine ferrũ. Verg. 10. Aen. Idẽ nate tuũ maculaui crimine nomẽ, Pulſus ob inuidiã ſolio ſceptriſq; paternis. Cic. pro Mil. Tuq; ex tuo edito monte Latialis ſancte Iupiter, cuius lacus, nemora fines q; ſæpe omni nefario ſtupro, & ſcelere maculauerat. Hinc Commaculo, las. & Immaculatus, qui eſt ſine macula.

Mădĕo, es, n. ſ. Madidus ſum, & humore aliquo conſperſus, βρέχομαι. Plin. lib. 8. cap. 25. Tergoris ad ſcuta, galeasq; impenetrabilis, præterquã ſi humore madeat. Madere metu, eſt præ timore, ſudore aſperſum eſſe. Plaut. in Moſtell. Hei mihi quũ iſthæc blanda dicta, quò eueniat, cogito, madeo metu. Madere uino, eſt ebriũ eſſe. Mart. lib. 11. Hic totus uolo rideat libellus, Et ſi ſit nequior omnib. libellis, Qui uino madeat, nec erubeſcat. Ouid. 13. Met. arripit enſem. Hoc ait, utendũ eſt in me mihi: quiq; cruore Sæpe Phrygũ maduit, domĩni nũc cæde madebit. Idẽ. Faſt. Sparſaq; cæleſti rore madebit humus. Idẽ 3. Triſt. Ele. 5. Oſq; madẽs fletu, pallidiusq; meo.

Madeſco, is. n. t. Habet ſignificationẽ paſſiuã, innatã, idemq; ferè eſt quod madidũ fieri, humeſcere, ſiue humectari, ὑγραίνομαι. Col. lib. 11 cap. 3. Hæc enim res efficit, ut in coctura celerius madeſcat, & uiridè colorẽ ſine nitro conſeruet. Aliqui hanc differentiã conſtituũt inter Madeſcere, & Madefieri, q madeſcamus ſudore, uel alio humore ex nobis proueniente: Madefiamus humore extrinſecus ueniente. Sed hoc non eſt omnino uerum. Col. lib. 7. Stabuletur ſicco loco, ne humore madeſcant ungulæ. Hinc componitur Permadeſco, quod eſt ualde madidus fio, διάβροχος γίνομαι. Idem lib. 2. In id tẽpus cõuenit inter peritos reĩ ruſticæ non eſſe arandũ, niſi ſi magnus (ut ſit non unquã) ſubitaneis imbribus, quaſi hyberno luuiis terra permaduerit.

Madefacio, cis, a. t. Madidũ facio, ſiue humore aſpergo, δίνημι, ὑγραίνω, βρέχω. Cic. 1. de Diuin. Vaticinatũ, madefactum iri minus XXX. diebus Græciã ſanguine. Verg. 5. Aen. Humum uinides q ſuper madefecerat herbas. Col. libr. 2. cap. 4. Quum poſt longas ſiccitates leuis pluuia ſuperiorẽ partem glebarũ madefecit, inferiorem non attigit.

Madefio, Habet ſignificationem paſſiuã, idemq; eſt quod madidus fio, uel humore aſpergo, διαίνομαι. Suetonius in Cæſarem, Quum decidiſſet in mare, per ducẽtos paſſus euaſit ad proximam nauem elata lẽua, ne libelli, quos tenebat, madefierent. Ouidius octauo Metamorph. madefactaq; terra cruore eſt. Idem 15. Metamorph. Emathiiq; iterum madefient cæde Philippi.

Madidus, a, um, Aliquo liquore reſperſus: cui opponitur Siccus, διάβροχος. Ouid. 1. Meta. Tum quoq; ut ora dei madida rorantia barba Contigit. Verg. 5. Aen. madidaq; fluens in ueſte Menœtes. Ouid. 1. de Arte am. Fac madidas uideat, ſi potes, illa genas. Ponitur aliquando pro ebrio. Plau. in Amph. Faciã, ut ſit madidus ſobrius. id eſt, efficiã, ut uideatur ebrius, quũ nihil biberit. Quandoq; idem quod imbutus re aliqua. Mart. Si quis Cecropiæ madidus, Latiæq; Mineruæ Artibus. Hinc Semimadidus, ἡμιβεβρεγμένος. Col. li. 2. Sed quan docunq; arabitur, obſeruabimus ne lutoſus ager tractetur, neue exiguis nimbis ſemimadidus.

Madido, as, a. p. Madidum facio, ὑγραίνω. Claud. lib. 2. de Rapt. Proſerpinæ: ille nouo madidantes nectare pennas Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.

Madifico, as, Idem quod madefacio, ὑγραίνω, βρέχω. Pli. lib. 30. cap. 7. Et ſi contra epiphoras feruentes oculorũ anguli ſubinde madificentur.

Mador, madoris, m. t. Humiditas, ὑγρότης, ὑγρασία. Salluſt. libr. 3. Hiſtoriar. Quaſi par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat, nec ex latere munimenta madore infirmarentur. Nam omnia oppida ſtagnabant redundantibus cloacis aduerſo æſtu maris.

Maduſa, ſæ, com. pri. Ebrius, quòd quaſi madidus ſit uino: apud Plautum in Pſeud. Feſtus legit Maduſa, ſine l, his uerbis, Maduſa ebrius, à Græco, μάδαρ, deductum, uel quia madidus ſit uino.

Madon, Herba eſt, quæ à Latinis uitis, à Græcis ἀμπελόπρασον dicitur. Huius ſarmenta logis & exilibus internodiis genicu lata ſcandunt. Folia habet Pampinoſa, ad ſimilitudinem hederæ. Pli. lib. 28. ca. 2. Dioſ. li. 4. cap. 194. Mæa, ἀι μάια, genus cancrorum maximum, Vide Plin. lib. 9. cap. 32.

Mæmacterion, m, ter μαιμακτηριὼν, Menſis September, ita appellatus à turbido aëre.

Mæna, æ, f. q. μαινὶς Ariſtoteli, Piſcis eſt marinus, qui Latinis Alecula, ſiue Alec dicitur, interprete Theodoro, ex quo ſalſamenta fieri ſolent. Plin. lib. 31. cap. 7. Quin è muria ſalſamentorum recoquitur, iterumq; cõſumpto liquore ad naturam ſuam redit: Vulgus è mænis iucundiſſimus. Cic. 2. de Finib. Qui enim uoluptatem ipſam contemnunt, his licet dicere ſe acipenſerẽ mænæ non anteponere. Mænas Græci μαινίδας appellant, lautiſsimas è Lipara: Vulgus Mænulas, Alecu las, ut ex Plauto Diodorus interpretatur. Sed Aleculæ uocabulum generale eſt, ut inquit Herm. Bar. Idem apud nos ſignificãs quod apud Græcos Antracides. In Pãnonia, inquit, copioſiſſ. piſciculum uenetur, & innoterant Arengam uocantes, ipſi quoq; Alecem hodie nominant. Similes inter ſe uult Speuſip. eſſe, Mænas, Boacas, & Smaridas. Candidiores nempe Mænas ſunt qui Boacas, ſiue Beacas appellẽt, hoc eſt Leucomedas. Smarides uerò, ſiue Marides, ſunt, quos nõnulli uocãt Cynoſeumata: ut inquit Athe. Ariſtoph. Bizantius ſolus nõ Boacas, ſed βόαρας uocandos exiſtimabat, quia parui eſſent, & magnos oculos haberent. Hæc Barbarus in Corollario Mænarum.

Mænomenon μηνόμενον μέλι, Genus eſt mellis uenenati, quod in Ponto ex Rhododendri flore contrahitur: ita dictũ ab infania, quam gignit. Plinius lib. 21. cap. 13.

Mæreo, Mœſtus, & Mœſtitia, uide Mœreo.

Magar, Pœnorũ lingua uillam, ſiue tuguria paſtoritia ſignificat: quæ & Magalia Vergilio dicuntur. quanuis Magaria (ſecundum Ser.) dici debeant. Verg. 1. Aen. Miratur molem Aeneas Magalia quondam.

Magas, adis, ſiue Magadiũ, μαγὰς καὶ μαγάδιον, Inſtrumentum eſt muſicum, tabula quadrata conſtans, leuiter cõuexa intentis in ea citharæ fidibus. Dicitur etiam ea pars lyræ, in qua plectrũ illuditur, id eſt, ubi percuſſio fit chordarum manu dextra. Iugum uerò dicitur, ubi ſiniſtra manu chordæ premuntur, Budæus.

Măgia, uide Magus.

Magicè, Magicus, uide Magus.

Magidæ, μαγίδες, mẽſæ, ſeu coquinarii inſtrumẽti genus habetur, & panis, ſeu offæ genus, quod Magida quoq; appellãt.

Magidophori, Qui agonothetas in certaminib. comitantur. Arcadius de muneribus & honoribus. l. muncrum.

Maginor, aris, deponens, pri. Quaſi tardè conor, & nugor, ut inquit Feſtus.

Magirus, m. ſ. pen. prod. μάγειρος. Latinè coquus dicitur. Vide Archimagirus, ἀρχιμάγειρος, princeps coquorum.

Magis, idis, f. t. μαγὶς, ut ex Polluce docet Budæus, Idem eſt quod mactra, ſiue uas illud, in quo farinæ ſubiguntur. Nonnunquam etiam rotundæ menſæ genus, tripodi imponi ſolitũ, ut eiuſdem Pollucis teſtimonio probatur. Idem Bautor eſt hoc nomine etiam appellari poſſe orbiculatũ inſtrumentũ, quo panifices, & dulciarii piſtores, quos paſtillarios uocamus, ſubigendis farinis opificii ſui utuntur, Rondellũ appellant. Eſt etiam genus lancis eiuſdem formæ. Plin. lib. 33. cap. 11. Corn. Nepos tradit tympana, ſe iuuene appellata ſtateras & lances, quas antiqui Magidas appellauerunt. Patellam noſtri uocant,

Magis, aduerbium, Significat Plus, μᾶλλον, ἐπιπλέον, ἐπιπλέον ἐφ' ἑξῆς. unde Magis ac magis, ἐπιπλέον ἐφ' ἑξῆς. deducitur à Magnus, & præter naturam aliorũ aduerbialiũ cõparatiuorum terminatur in is, quum reliqua omnia ſimilia ſint comparatiua

tiua neutri generis. Interdum iungitur comparatiuo. Plau. in Stic. Imò enim hic magis eſt dulcius. Mage ponitur interdum pro magis. Plau. in Truc. Quem ecaſtor mage amo, quàm dudũ. A quo fit cõpoſitum Demagis, quod ſignificat ualde magis, & pro nimis à ueterib. ponebatur, teſte Feſto.

Magiſter, ſtri, διδάσκαλος, καθηγητής, Propriè artiũ præceptor dicitur, autore Feſto, Terẽ. in And. nam antea Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere, Cum ætas, metus, magiſter prohibebant: Cic. de Amic. Quæ diſputata ab eo meminiſſer magiſter Scæuola. Quanuis etiã magiſtri nomẽ ad omnes tráſferri poſſet, quibus præcipua cura rerũ incumbit. Hinc Magiſtri pagorum, ſocietatum, uicorum, collegiorũ dicuntur, ἐπιστάται, qui pagis, ſocietatib. uicis, & collegiis præſunt. Magiſter equitum, ἵππαρχος, dicitur, cui ſumma poteſtas erat in equites: uulgus Gallicum Conneſtabilem appellat. Var. 4. de Ling. Latina, Magiſter equitum dicebatur, quód ſumma poteſtas ei eſſet in equites, & accenſos. Addebaturq; ſemper Dictatori, cui ſumma poteſtas erat in populum, à quo & Magiſter populi dicebatur. Cic. 1. de Finib. Rectius magiſter populi (is enim eſt Dictator) quàm Sylla, qui trium peſtiferorũ uitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magiſter fuit. Magiſter aliquando pro pædagogo ponitur. Terẽt. in Phor. Abeuntes ambo hinc tum ſenes, me filliis Relinquunt quaſi magiſtrum. Vbi Donat. Magiſtrum: ſic Latini, quem Græci pædagogum appellant. Quint. lib. 1. cap. 2. Doctiſſimũ, incomparabilem magiſtrum domi habebat. Magiſter pecoris, Paſtor. Var. 2. de Re ruſt. cap. 10. Contrà pernoctare quẽque ad ſuum gregẽ, eſſe omnes ſub uno magiſtro pecoris, eum eſſe maiorem natu potius quàm alios, & peritiorem quàm reliquos. Magiſter ludi, & Ludimagiſter, uno uerbo dicitur. Ci. 1. Ver. Si ab iſto libro, quẽ ribi magiſter ludi neſcio quis, alienis o. rationibus compoſitum dedit, uerbo uno diſceſſeris. Magiſter morum: Cic. ad Appium libro tertio, Eò breuior eſt hęc epiſtola, & ut aduerſus magiſtrum morum modeſtior. Magiſter nauis eſt, cui totius nauis cura mandata eſt: ut docet Vlpianus de Exercit. act. libro primo. Magiſter ſcripturæ dicitur, qui ciuitatis alicuius publicos pecorũ prouentus ſcribendi munus habet. Cicero quinto Verr. Mittit in Siciliam literas ad Carpinatum, quum eſſet magiſter ſcripturæ, & ſex publicanorum. Magiſtri etiam dicuntur, qui bona ſub haſta uendunt. Cicer. ad Atticum, libro 2. Vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant fore magiſtrum, ſi bona uenirent, L. Pontius. Vide Cælium Rhodoginum Antiquarũ lectionũ libro undecimo, capite 5.

Magiſtra, æ, f. t. διδάσκαλος, ὁ. Cic. 1. de Finib. Magiſtra ac dux natura. Idem pro Roſc. Amer. Vita aũt hæc ruſtica, quã tu agreſtem uocas, parſimoniæ, diligentiæ, iuſtitiæ magiſtra eſt. Quint. lib. 1. ca. 3. Certiſſima loquendi magiſtra, cõſuetudo. Ouid. Epiſt. 5. Quid grauis Antenor, Priamus quid ſuadeat ipſe, Conſule: queis ætas longa magiſtra fuit.

Magiſtellus, li, diminutiuum, Paruus magiſter.

Magiſterium, rii, n. ſ. ἀρχή, Magiſtri dignitas, ſeu officiũ. Nam Magiſteria ſic à magiſtro uidentur deduci, quomodo à Miniſtro Miniſteria. Suet. in Aug. Auus municipalib. magiſteriis cõtentus, abundãte patrimonio trãquilliſſimè ſenuit. id eſt officio municipii. Cic. de Senect. Me uerò & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur magiſtro in poculo. Plin. libro 8. ca. 40. Inter ſe exercent etiam magiſteria.

Magiſtro, as, a. p. πρυτανεύω, Moderor, guberno, authore Feſto.

Magiſtratus, us, m. q. Modò ſignificat eos, qui in poteſtate aliqua ſunt conſtituti: οἱ ἐν ἀξιώματι, οἱ ἐν τέλει, οἱ ἐν τοῖς πράξεσιν, οἱ πολιτευόμενοι, ut ſunt Conſules, Proconſules, Prætores, & alii, qui ciuitates, & prouincias regunt. Cic. ad Papyr. Pæt. Quẽ magiſtratus cõprehendi, & in uinculis teneri iuſſerat. Idem li. 3. de Leg. Videtis igitur hãc eſſe magiſtratus uim, ut præſit, præſcribatq; recta & utilia, & cõiuncta cum legib. Vt enim magiſtratib. leges, ita populo præſunt magiſtratus, uereq; dici poteſt, magiſtratũ legem eſſe loquentem: legem aũt, mutum magiſtrũ. Idem 1. Offi. Eſt igitur propriũ munus magiſtratus, intelligere, ſe gerere perſonã ciuitatis debereq; eius dignitatẽ & decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere, & fidei ſuæ cõmiſſa meminiſſe. Modò ipſum poteſtatem, ſeu officium, πολίτευμα, τέλος. Cic. Nam iſtum in urbe magiſtratũ gerebat. Idem de Ami. Vbi eos inueniemus, qui honores, magiſtratus, imperia, poteſtates, opes, amicitiæ nõ anteponant? Magiſtratuum alii Maiores, ut Conſules, Cenſores, Prætores. Alii præter hos dicebantur Minores: ut Aediles, Quæſtores, Tribuni. Venuſtè dicimus, Creare magiſtratũ, Gerere magiſtratum, Habere magiſtratum, Mandare magiſtratum, Abire magiſtratu, Accipere magiſtratum, Magiſtratum imminuere, quod eſt derogare iuri, & prærogatiuis officii.

Magmata, pen. corr. μάγματα, Paſtilli, & maſſæ factæ ex unguentorum fæcibus odoris gratia: ἀπὸ τοῦ μάσσειν, quod eſt terere, & miſcere, & in maſſam redigere. Plin. lib. 13. cap. 2. Siccis odoribus conſtat. quæ Diapaſmata uocantur: nam fæces unguenti Magmata appellant.

Magmentum, n. ſ. inquit Feſtus, ueteres dixerũt, quaſi maius augmentũ, & auxiliũ, quoniam augebant numerum hi, qui accedebant alienigenæ, ut adiumento eſſent.

Magnanimus, Magnanimitas, uide Magnus.

Magnalia, lium, n. t. μεγαλεῖα, ſicut ingentia facta, & admiratione digna. Vox eſt bibliis tantùm & theologis, at parum Latinis uſurpata.

Magnarius, m. ſ. μεγαλέμπορος, Apud Apleiũ pro magnò negotiatore ponitur, à negotiorũ magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

Magnates, pen. pro. μεγιστᾶνες, Dicũtur nobiliores & potentiores, quorum magna eſt potentia, & autoritas.

Magnes, etis, μαγνῆτις, gen. m. Genus lapidis, ad ſe ferrũ attrahentis. Plin. lib. 36. cap. 16. Quid ferri duritia pugnatius? ſed cedit, & patitur moras, trahitur namq; à magnete lapide: domitrix illa rerum omnium materia ad inane neſcio quid curritq; ut propius uenit, aſſiſtit, tenetur q;, & complexu hæret. Sideritim ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. Magnes appellatus eſt ab inuentore, ut ex Nicandri ſententia tradit Plin. lib. 36. cap. 16. qui quũ pecus paſcẽs, pedum fortè haberet ferratum, & crepidas ferreis clauis compactas, animaduertit lapidem hunc ferro adhæreſcere. Alii à Magneſia dictum uolunt Lydiæ regiuncula, in qua lapidem hunc primùm uolunt eſſe inuentũ circa Heracleam urbem: unde & Heracleon appellarunt. In qua ſententia eſt Lucret. lib. 6. ubi ſic ſcribit, Quod ſupereſt, agere incipiã, quo fœdere fiat Naturæ, lapis hic, ut ferrum ducere poſſit, Quem Magneta uocant patrio de nomine Graii: Magnetũ quia ſit patriis in finibus ortus. Cic. 1. de Diuin. Vt ſi magnetẽ lapidem eſſe dicam, qui ferrum ad ſe alliciat, & trahat: at rationẽ, cur ita ſit, afferre nequeam.

Magneticus, a, um. Claudianus de magnete, Venerem magnetica gemma figurat.

Magnetes, etũ, μάγνητες, Apud Macedones erant, qui apud nos Senatores dicuntur, ſiue principes & capita urbis: unde & ſummum magiſtratũ uocant. Magnetarchen, teſte Liuio, libro 5. belli Maced.

Magnus, a, um, μέγας, Grandis: cuius comparatiũ eſt Maior, ſuperlatiũ Maximus. Verg. 1. Georg. Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruũ. Idem 2. Aen. Tum magnũ exitium (quod dii prius omen in ipſum Conuerant) Priami imperiũ, Phrygibus q; futurum. Cic. in Orat. Magnum opus & arduũ Brute conamur. Idem 1. de Orat. Studio acriore, otio ac facultate diſcẽdi maiore ac maturiore, & labore ac induſtria ſuperiore. Ouid. 13. Metam. quæritur iſtis, Quàm mihi maior honos. Cic. Qu. frat. lib. 2. Eum tibi commendo maiorem in modũ, hominẽ domi ſplendidũ, gratioſum etiam extra domum. Idem de Amic. Sed hi ne cõparentur Catoni maximo, ac ſpectato uiro. Ouid. ad Liuiam, Maximus ille armis, maximus ille toga. Maior, ad annos relatũ, pro longiore æuo. Terent. Eun. Verùm illa ſi uiuit, annos nata eſt ſedecim, Non Maior. Mart. lib. 9. maior erat menſibus illa tribus. Magno natu. Liuius 3. ab Vrbe, Conſurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Idem 6. belli Punici, Inter hæc è media turba obſidum mulier magno natu, Mandonis uxor, &c. Maior natu. Cicero 1. Tuſcul. Anno ante natum Enni, qui fuit maior natu, quàm Plautus, & Næuius. Maximus natu. Liuius 1. bel. Punici, Ita enim maximus natu ex iis in conſilio reſpondit. Magnum facere. id eſt, magnum aliquid præſtare. Horat. 1. Ser. Sat. 10. At magnum fecit, quòd uerbis Græca Latinis Miſcuit. Cic. 1. Acad. Magnum eſt efficere, ut quis intelligat, quid ſit illud uerum & ſimplex bonum, hoc eſt magni laboris, uel magnæ utilitatis. Quod maius eſt. Cic. de Amicit. Quòd ſi tanta uis probitatis eſt, ut eam, uel in eis, quos nunquã uidimus, uel (quod maius eſt) in hoſte etiam diligamus. Concipere maiora animo. Ouid. 15. Metam. Viribus maiora audere, Verg. 10. Aen. Maior morbus, qui & comitialis dicitur, Celſus, libr. 3. cap. 23. Inter notiſſimos morbos eſt etiam is, qui comitialis, uel maior nominatur. Magno,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

absolutè, pro magno pretio, μεγάλου. Apul. Me denique pauperculus quidam hortulanus comparat quinquaginta numis, sed magno aiebat. Var. lib. 3. de Re rust. Piscinæ ædificantur magno. Ver. 2. Aen. Hoc Ithacus uelit, & magno mercentur Atridæ. Cicero 5. Verri. Qui, ut ais, magno uendidisti. Eiusdē significationis est genitiuus, Magni, uerbis æstimationem importantibus iunctus. Cic. Cæs. libr. 15. Magni erunt mihi literæ tuę. Id est, habebo eas in pretio. Plin Epist. 2. lib. 3. Itaq; magni æstimo, dignitati eius aliquid astruere. Magnū, Pro ualde, μέγα. Plaut. Mil Eho, an dormit Sceledrus intus? LVC. Non naso quidem: nam eo magnum clamat, tetigit calicem. Idem Mostel. Atq; ille exclamet de repēte maximum. Optimus maximus, non solùm de Deo dicitur, sed etiam de fundo, agro, domo, & aliis. Celsus in l. Quum uenderes. ff. de contrah. empt. Quum uenderes fundum, non dixisti, Ut optimus maximusq; est: uerum est id quod Qu. Mutio placebat, non liberū, sed qualis esset, funeum præstare oporteret. Maximus Pōtifex dicebatur, quòd rerum, quæ ad fana, & religiones pertinent, maximus iudex sit, uindexq; cōtumaciæ priuatorum, magistratuumq;. Minorum pontificum Maximus dicitur, qui primus in id collegium uenit. Item Minimus, qui nouissimus. Maximæ dignationis Flamen (inquit Festus) Dialis est inter quindecim Flamines: & quum cæteri discrimina maiestatis suæ habeant, minimi habetur Pomonalis: quòd Pomona leuissimo fructu agrorum præsidet, hoc est, pomis. Maiores flamines appellabantur patritii generis: Minores, plebei. Maximus Curio, cuius auctoritate Curiæ, omnesq; Curiones reguntur. Maximi annales appellabantur, non magnitudine, sed quòd eos Pontifex maximus conficisset. Maiorem Consulem L. Cæsar putabat dici, uel eum, penes quem fasces sint, uel eum, qui prior creatus sit. Prætorum autem maiorum, urbanū minores, cæteros. Maximum Prætorem putant dici alii eum, qui maximi imperii sit: alii qui ætatis maximę in collegio: quamuis Augurum decretum sit, quòd in salutis augurio Prætores maiores & minores appellantur: non ad ætatem, sed ad cum imperii pertinere. Magnum annū dicunt Mathematici, quo septem sydera errantia expletis propriis cursibus, sibimet concordant. Maximū hostiam ouilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. Maxima mulcta antiquitus erat boum triginta, & duarū ouiū, μεγίστη ζημία. Sed quum in fraudem mulctę dictę soluerētur boues ouesq; parui pretii, idcirco constitueti sunt postea in singulas oues deni æris, in boues uerò æris centeni, Erat itaq; mulcta maxima trium millium & uiginti asis, hoc est, trecentarum & duarū drachmarum. Magnum socerum, appellat uir uxoris suę auum. Magnam socrū, uir uxoris suæ auiam appellat. Maior socer, uxoris meæ proauus. Maior socrus uxoris meæ proauia. Maior patruus, aui & auiæ patruus. Maior amita, aui uel auiæ amita. Maior auunculus, aui & auiæ auunculus. Maior Magistratus, Consul dicitur. Hæc Festus. Magnum habere discrimen dicunt Medici, quæcunq; inuicem distant Speciebus ueluti dolorem, qui ponderis cuiusdam similitudinem gerit, ab eo quiuidetur ferire, uel aliquid aliud pati. Magnus Morbus, lege de morborum differentiis. Magnus pulsus, lege pulsuum differentias.

Maiores, m. t. προπαππάτους, πρωταβόιστις, εἰ ἄνωθεν, κατὰ τὸν γονέας, πρόγονοι. Intelligi possunt quicunq; aui, abaui, proaui, ataui, tritaui, & ante hos in infinitum: sicut minores, qui etiā post trinepotes futuri sunt. Cic. in Sallust. Ego meis maioribus uirtute præluxi. ut si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memorię suæ. Cæs. 4. bell. Gall. Quòd Germanorum consuetudo hæc sit à maiorib. tradita, quicunq; bellum. &c. Accipiuntur etiam Maiores indifferēter pro omnibus, qui ante nos fuerunt: quemadmodum Minores, pro posteris: utimurq; his nominibus in duabus iam dictis significationibus, tantùm in numero plurali.

Magnanimus, mi, m. s. μεγαλήτωρ, μεγαλόψυχος, Qui magni est Cic. 1. Offic. Itaq; uiros fortes, & magnanimos, eosdē bonos, & simplices, ueritatis amicos, minimeq; fallaces esse uolumus. Ouid. 3. Trist. Eleg. 5. Corpora magnanimo satis est prostrare leoni. Idem 12. Metam. Nec uos ea magnanimus frustra memoranerit heros. Verg. 4. Georg. Magnanimosq; duces, totiusque ex ordine gentis Mores, & studia, populos, & prælia dicam.

Magnanimitas, atis, μεγαλοψυχία, Est sublimitas, & præstantia animi, quam sic definit Speusippus, Magnanimitas est contingentium usus, urbana cum hominibus conuersatio, magnificentia cum ratione. Cicero primo Officorum, Nam quum omnis honestas manat à uirtutibus quatuor, quarum una sit cognitionis, altera cōmunitatis, tertia magnanimitatis, &c. Plin. lib. 6. cap. 25. Idē magnanimitatis præbuit exemplum, cui comparari non possit aliud, &c.

Magnificus, a, um, Qui in magnis pro dignitate sumptum facit, quiq; circa munera impensas facit honorificas: ueluti in ludis, in rebus diis sacrificatis, in ædificiis, in epulo publico: non autem qui in seipsum sumptuosus est, μεγαλοπρεπής, Plaut. in Asin. Extemplo facio facetum me, atq; magnificum uirum, Dico me esse atriensem. Terent. in Heaut. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. Cic. 1. Offic. Delectant etiam magnifici apparatus, uitæq; cultus cum elegātia & copia. Magnifica uerba. Terent. Eun. Vrbes magnificæ, Ouid. 2. de Pōt. Magnifica domus, Plin. li. 17. cap. 1. A Magnificus fit cōparatiuus Magnificentior: & superlatiuus Magnificentissimus. Cic. 2. de Fin. Ad altiora quædā, & magnificentiora, mihi crede Torquate, nati sumus. Idē 2. Offic. L. Crassus Q. Mutio magnificentissima ædilitate functus est.

Magnificentia, æ. fœm. p. Est (inquit Cicero 2. de Inuentione) rerum magnarum & excellarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio, atque administratio μεγαλοπρέπεια. Idem de Amicitia, Nec metiamur eam, ut quidam indocti, uerborum magnificentia. Idem contra Rullū, Hoc uix est liberi populi: uix uestrorum amicorum magnificentiæ. Quintilianus libro quarto, cap. 2. His tribus narrandi uirtutibus adiiciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν uocant.

Magnificè, aduerb. Lautè, honorificè, μεγαλοπρεπῶς. Terent. in Adel. Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id uirtus quin superet tua. Brutus ad Ciceron. Iuuat enim magnificè loqui: & certè decet aduersus ignorantes. Plin. libr. 13. cap. 7. Siccæ fici stomachum lædunt, gutturi & faucibus magnificè utiles. Cic. 1. Offic. Hæc præscripta seruantem licet graviter, magnificè, animoseq; uiuere, atq; etiam simpliciter, fideliter, & uitæ hominum amicè. Magnificius, Cato pro Magnificentius dixit, seruata regulari formatione à comparatiuo Magnificè. Vide Festum.

Magnifico, as, a. p. Extollo, exalto, μεγαλύνω. Plinius lib. 2. cap. 16. Magnificant & uituli, qui nondum herbam gustauerit, fimum. Plinius libr. 17. cap. 9. Arcesilaum quoque magnificat Varr. Plautus Menæch. Te unū ex omnibus Venus uoluit magnificare.

Magniloquus, Qui magna loquitur, μεγαλορρήμων. Mart lib. 2. Candide κοινὰ φιλῶν, hæc sunt tua, candide πάντα Quæ tu magniloquus nocte dieq; sonas. Tacitus in uita agricolæ, Atq; illi modò cauti ac sapientes, prompti post euentum, ac magniloqui erant.

Magniloquentia, f. p μεγαλορρημοσύνη. Cic. in Orat. Quod ille dactylus numerus hexametrorum magniloquentię sit accommodatior. Homeri magniloquentia, Cicero Cæsar. libro 13. Epistolarum.

Magnipendo, is, act. t. In magna æstimatione habeo, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι. Plautus Curcul. Neq; eum ad me adire, neque me magni pendere Visus est. Liuius, Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promissa eius magnipenderentur. Terentius in Adelphis, Ego quoq; à meis me amari, & magnipendi postulo.

Magnitas, pro Magnitudine apud antiquos. Accius, Nanq; sat frugi: neq; dici potest pro magnitate.

Magnitudo, f. t. Copia, amplitudo, sublimitas μέγεθος. Cicero pro Rosc. Amer. Magnitudo æris alieni. Magnitudo animi, excellentia, præstantia, μεγαλοψυχία Cic 4. de Finib. Quæq; ab eisdem de temperantia, de modestia, de magnitudine animi, de omni honestate loquuntur. Magnitudo periculi pro grauitate. Cic. pro Quin. Primùm magnitudo periculi summo timore hominem afficit.

Magnopere, aduerb. Id est, ualde, uehementer, μέγα. Plautus Truculento, Malam rem is & magnā: magnopere seruā uiaticum. Terent. Heaut. Meministi ne me esse grauidam, mihi te magnopere interminatum, Si puellam parerem, nolle tolli. Lucretius lib. 3. sed in omnibus rebus Magnopere à uera lapsi ratione uidentur. Cic. ad Cassium, libr. 15. Ego cæterarum rerum causa tibi Romam magnopere properandū censeo. Magnopere facere. Cicero 7. Ver. Quid, inquam, magnopere potuit Cleomenes facere, istius auaritia nauibus extenuatis? Non magnopere laboro, quod barbari dicunt, Non multùm curo. Cicero pro Rosc. Comœ. Et quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. Magno opere, separatim

parāratim aliquando legitur. Plautus Caſi. Atq; id non tam ægrè eſt uiciſſe iam uillicū, Quàm id expetiuiſſe opere tam magno ſenem.

Maiuſculus, Grandior. Cicero Epiſt. In aliqua maiuſcula cura uerſari.

Maximus Pontifex, μέγιστος ἀρχιερεύς, ampliſsimus, ſummus, immanis, incredibilis, ingēs, ſingularis, unicus, diuinus, immortalis, maximè rarus, magnas opes habēs, qui rerum, quæ ad ſacra, & religionem pertinent, curam habebat, uindexq; erat contumaciæ priuatarum magiſtratuum.

Maximus Curio. uide Magnus & Curio.

Maximus, μέγιστος, Superlatiuum à Magnus: à quo fit aduerb. Maximè, μάλιστα, quod quandoq; præcipuè, quandoq; ſæpiſſimè ſignificat. Cic. Lentul. Vel etiam id, quod mihi maximè libet. Idē pro Domo ſua, Intuemini pauliſper animis iuuentutem, & maximè eos, qui, &c. Idem 1. de Nat. deor. Quæ ratio Poëtas, & maximè Homerū impulit. Sæpiſſimè aūt pro ſummè, & uehementer. Cic. 1. Offic. Vt quiſq; maximè opis indigeat, ita ei primùm opitulari. Idē de Orat. Dicere quàm maximè ad ueritatem accōmodatè. Interdum eſt affirmatiua reſponſio. Terent. in Eunu. Tu Parmeno huc fac illi adducantur. P. Maximè.

Maximopere, aduerb. ὑπερφυῶς. Cic. Epiſt. A te maximopere peto, & quæſo.

Maximitatem, Veteres pro magnitudine dixerunt. Lucil. Neq; ad hoc me rogas inani maximitate.

Magudaris, ſiue (ut alii ſcribunt) Magydaris, f. t. μαγύδαρις, Caulis eſſe creditur ex laſerpitii radice enaſcens. Plin. lib. 19. cap. 3. Alii tradunt laſerpitii radicem fuiſſe maiorem cubitali, tuberq; in ea ſuper terram. Hoc inciſo profluere ſolitū ſuccum, ceu lactis, ſupernato caule, quem Magydarin uocarūt. Eſt etiā Magudaris laſerpitii ſpecies, ut teſtatur Plinius eodem capite. Alterū, inquit, genus eſt, quod Magydaris uocatur, tenerius, & minus uehemens. ſine ſucco. Plautus in Rudente, Si tibi confidis fore multam magudarim. Columella libro ſexto, capite decimoſexto, Facit & radix, quam Græci uocant μαγύδαριν. Vulgus noſtra conſuetudine uocat Laſerpitium. Vbi tamen quædam exemplaria, σίλφιον habent, non μαγύδαριν.

Māgus, m. f. μάγος, Dictio Perſica, qua apud eos ſignificatur ſapiēs. Sic enim Perſæ Magos uocāt, ut Græci philoſophos, Latini ſapientes. Galli Druydas, Aegyptii prophetas, ſiue Sacerdotes, Indi Gymnoſophiſtas, & Aſſyrii Chaldæos, à Chaldæa Aſiæ regione. Accipitur etiam Magus pro incantatore, qui maleficas, & omnibus legib. uetitas artes exercet. Nam quum Magi apud Perſas potiſſimū deorū cultui uacare ſolerent, in tantum poſtea aucta eſt eorum uanitas, ut nō ſolùm obſeruatione ſyderū futura prædicere, ſed artibus quibuſdā, & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur. Hinc Magice, es, γοητεία, ars ipſa incantandi, quæ etiam Magica dicitur: de qua uide Plin. lib. 30. cap. 1.

Magia, æ. f. p. cum accentu in penult. μαγεία, Vox eſt Perſica, quam illi ferè accipiunt pro ſapientia, & perfecta rerum naturalium cognitione. Vnde Magi ab illis appellabātur, quos Græci uocāt Philoſophos. Duplex tamē traditur Magiæ ſpecies, quarū altera, quam iam diximus, nihil aliud eſt, quàm cōſummatus naturalis philoſophię apex, quam Pythagoras, & Plato, & Empedocles, cæteriq; inter Philoſophos præſtantiſſimi, uelut ſanctiorem quandam diſciplinam, indefatigabili ſtudio, longinquisq; peregrinationib. conquiſiuerūt. Alteram, quam Goëtiā, γοητείαν, uel Thurgiā uocāt, dæmonū inuocatione, infandisq; incantationib. conſtat, quam & leges omnes execrantur, & Plinius artem inteſtabilem uocat, irritam & inanem. Eccleſiaſtici Magicas præſtigias uocant, cò quòd rerum ueritatem emetiantur, hominū mentes fallacia præſtringentes. Huius Magiæ plures ſunt ſpecies: Hydromantia, ὑδρομαντία, quæ fit ex aqua. Axinomantia, ἀξινομαντία, quæ fit ſecuribus, & aliis dolabris. Lecanomantia, quæ fit peluibus, quas Græci λεκάνας uocant. Nam apud Perſas erant Magi Lecanomātici dicti, ut lib. 15. docet Strabo, quaſi ex peluibus diuinantes. Nam uaticinātes peluim accipiebant aqua plenam, dæmonibus congruentē, in profunda repentibus. Vbi autem dæmon illapſus erat, aqua edebat ſonum fatidicum. Catoptromantia, κατοπτρομαντία, quæ fit per ſpecula. De qua Spartianus in Iuliano intellexit, quum ait, Carmina profana incantauerūt, & ea, quæ ad ſpeculū dicunt fieri, in quo pueri prāligatis oculis, incantando futura reſpicere dicuntur. Pyromantia, πυρομαντία, quæ fit per ignem. Hanc Aphiaraus primus inuenit. Geomantia, γεωμαντία, quæ fit per terram. Chiromantia, χειρομαντία, per lineas manuum. Necromantia, ſiue Necyomantia, νεκρομαντία, ἢ νεκυομαντία, quæ fit euacuationes umbrarū, & per inferorum colloquia: à qua Necromantici, quorum incantamētis mortui reſuſcitati, diuinare, ad interrogata reſpondere uidentur. Quā nonnulli etiam Sciomantiam uocati putant. Quidā inter Necyomantiā, Sciomantiamq; diſtingūt, quod in Necyomantia ad erigendū cadauer ſit ſanguis neceſſarius: in Scyomantia ſola ſufficit umbræ euocatio. Capnomantia, καπνομαντία, quæ fit ex fumo arę, cuius motu futura cognoſcebant: à qua Capnomantæ dicuntur. Coſcino mātia, κοσκινομαντία, quæ fit per cribrum: quo genere etiam genere hodie mulieres aliquot in Gallia uruntur, ad inueſtigandas res furto ablatas. Ex hoc Magiæ fonte deriuati ſunt apud Italos Hetruſci aruſpices, apud Indos Bachmanes & Gymnoſophiſtæ, apud Gallos Druydæ, & Bardi, apud Siculos Galeotæ: ubiq; aūt terrarū Aſtrologi, qui Chaldæi uocantur, quanuis alibi ſint nati.

Magice, ces, pen. cor μαγική, γοητεία, Ars ipſa incātandi, quam quidam Magiam uocant. Plin. lib. 30. cap. 1. Si non expers ſedes eius tota Thrace magices fuiſſet.

Magicus, a, um, adiect. μαγικός, γοητικός, Quod ad magū, uel etiam magicen pertinet: ut, Magicas artes, Magicas herbas dicūt, quibus magorū uanitas gloriatur. Ver. 4. Aen. Teſtor chara deos, & te Germana, tuūq; Dulce caput, magicas inuitam accingier artes. Ver. Eclo. Cōiugis ut magicis ſanos auertere ſacris Experiar ſenſus. Plin. li. 25. c. 3. Nec alia dico magica portēta, niſi ubi cauēda ſunt, aut coarguēda, in primis eorū dānata. De magica arte uide Plin. lib. 30. cap. 1. & 2.

Maiales, in. t. Porci caſtrati, χοῖροι, τομίαι. Varr. 2 de Re ruſt. cap. 4. Caſtrātur uerres cōmodiſſimè anniculi utiq;, nec minores quàm ſemeſtres. Quo facto nomen mutant, atq; è uerib. dicuntur Maiales.

Maieſtas, tis, fœm. r. A magnitudine dicta eſt. Eſt enim decus, amplitudo, & dignitas uel populi, uel Senatus, uel Principis, Imperatoriſue, aut etiam priuati magni uiri, aut alterius etiam inanimatæ rei, σεμνότης, μεγαλειότης, ἀξιοπρεπές, ἀξίωμα. Horat. 2 Epiſt. 1 ſed neq; paruum Carmen maieſtas recipit tua: nec meus audet Rem tentare pudor, quā uires ferre recuſent. Vnde Maieſtatis crimen. Iurecōſulti definiunt, quod aduerſus populū Rom. uel ſecuritatē eius cōmittitur. Et Rei maieſtatis, dicuntur, qui eiuſmodi criminis accuſantur. Maieſtas etiā dea credita eſt, Honoris & Reuerentiæ filia, de qua Ouid. Donec Honor placidoq; decens Reuerētia uultu, Corpora legitimis impoſuere toris. Hinc ſacra Maieſtas, quæ mundū temperat omnē, Quaq; die partu eſt edita, magna fuit. Nec mora cōſedit medio ſublimis Olympo Aurea, purpureo conſpicienda ſinu. Maieſtas, populi dicebatur: autoritas aūt Senatus. Populus enim ſciſcere ſolebat, & iubere: Senatus cenſere, & author eſſe Cicero 3. Philip. Tantus autem conſenſus municipiorum, coloniarumq; prouinciæ Galliæ, ut omnes ad autoritatē huius ordinis, maieſtatemq; Pop. Rom. defendendā conſpiraſſe uideantur. Maieſtas nominis, Eſt magnitudo, ſiue dignitas. Mart. libr. 1. Quum pars lieri, & maior, & melior ad maieſtatem ſacri nominis tui allegata ſit. Maieſtas alicuius loci, eſt eius præſtantia, ſiue excellentia. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Concepit animo eam magnitudinem Iouis templi, quæ digna deūm hominumq; rege, quæ Romano imperio, quæ ipſius etiā loci maieſtate eſſet. Maieſtas in oratione, eſt grauitas. Cic. de Amic. Quāta in oratione maieſtas. Imminuere, uel minūere maieſtatē, Eſt aliquid cōmittere contra dignitatem, uel amplitudinē populi, aut principis. Pro quo etiam dicimus, Lædere maieſtatē, uel Solere maieſtatem. Cic. in Parti. Maieſtas eſt imperii, atque in omni populi Romani dignitate, quā minuit is, qui per uim multitudinis, rem ad ſeditionem uocauit. Et deinde, Exiſtit illa diſceptatio, minuerit ne maieſtatem, qui uoluntate popopuli Romani rem gratam, & æquam per uim egit? Idē 2. de Orat. Tamen ab illo maieſtatē imminutā negabam, &c. Sueton. in Claud. Cæſ. ca. 16. Ex quibus uerbis apparet, maieſtatem populi Romani latam maiores ob id exiſtimaſſe, q ciuis Romanus affectam ſe regi, & comitem prębere non dubitaſſe contra morem maiorum, ut creditam pecuniam reciperet. Contrà, Retinere maieſtatē, eſt quod Vulgus ait, Seruare autoritatem. Cicero in Oratore, Ius omne reti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nendæ maiestatis Rabirii causa continebatur. Constituere maiestatem, est lapsam, aut labantem dignitatis ueneratione, amplitudinisq; existimatione confirmare. Sallust. Maiores nostri parandi iuris, & maiestatis constituendæ gratia per secessionem armati bis Auentinum montem occupauere. Conseruare maiestatem, est idem quod retinere.

Maior Maiores, uide Magnus.

Maioranæ descriptionem lege apud Dioscor. libro 3. cap. 45. dict. Sampsuchum.

Maiuma, Festiuitas est, quæ fit Romæ Maio mense. Nam Romani maritimam urbem adeuntes hostiam, inter aquas uoluptatibus incumbebant, inuicem sese inuadentes. Quam quidem solennitatem sustulit Anastasius Imperator. Sed & in præsentem diem quercum Calend. Maii ludentes in Vrbem iuuenes portant.

Maius, μαῖος, σκιῤῥυφοειδὴς, Mensis, à maioribus dictus, (ut inquit Macrobius) quorum consilio Resp. gerebatur: sicut Iunius à iunioribus, qui rem armis gerebant. Postquàm enim Romulus populũ Rom. in maiores, minoresq; diuisit, ut altera pars consilio, altera armis Remp. tueretur, in honorem utriusq; partis hunc Maium, sequentẽ Iuniũ uocauit. Ouid. 5. Fast. Hinc fua maiores tribuere uocabula Maio, Iunius à iuuenum nomine dictus adest. Sunt qui Maiũ à Maiestate dea denominatũ uelint, quód flamen Vulcanalis Calend. Maiis huic deæ rem diuinam faceret. Alii à Maia Mercurii matre: propterea hoc mense mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio sacrificare soliti erant. Quam opinionẽ etiam attigit Ouid. loco iam citato, At tu materno donasti nomine mensem Inuentor curuæ furibus apte fidis. Hoc mense Romæ Lemuria celebrabãtur, templaq; omnia clausa erant: putabaturq; id tempus nuptiis contrahendis parum esse idoneum: quę opinio ad nostra etiam tempora permanauit. Ouidius lib. 5. Fast.

Mãla, æ, pen. prod. f. p. Est pars faciei eminens inter oculum, nasum, & buccam, quæ & Gena dicitur, κόῤῥη, σιαγὼν. ita appellata, quòd rotundam speciem mali præ se ferat. Plin. libr. 11. cap. 37. Infra oculos malæ homini tantùm, quas prisci Genas uocabant. ibi ostenditur pudor. Vergilius tamen 3. Georgicor. equino generi malas tribuit, quum ait, quo tempore Glauci Potniades malis membra assumpsere quadrigæ. Plautus Trin. At pol, ego etiam si uetet, edam, atq; ambabus Malis expletis uorem: & quod illi placeat, præripiã potissimũ. Vergilius 5. Aeneid. Duro crepitant sub uulnere malæ. Lucr. libro 5. Iuuentas molli uestit lanugine malas. Cic. in Orat. Mala à Maxilla dictam esse ostendit, abiectis aliquot literis. Quineriam (inquit) uerba sæpe contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo enim uester Axilla, Ala factus est, nisi fuga literæ uastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, è uexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit.

Malabathrum, penultima correpta, μαλάβαθρον, Dioscoridi folium est nardi odore, quod ex India aduehitur: cuius duo sunt genera. Alterum in Indiæ paludib. quibusdam gignitur, nullisq; hærens radicibus, lenticulæ modo aquis innatat. Alterũ in Syria, copiosiusq; etiam in Aegypto arboribus. eiusdẽ nominis detrahitur. Ex utroq; unguentum cõficitur odoratissimum, quod Malabathriũ, & Foliatũ appellatur. Scribitur & Molobathrum, per quartam uocalem in secunda syllaba.

Malabustum, aliàs Malauistum, sed perperam Alberic. ait. habetur in l. parag. specie., ff. de publica. Sunt enim qui Malobustrũ ibidem legunt. Tamẽ pro illis genuinũ restituit Haloander, Malobathrum scilicet.

Malãche, f. p. μαλάχη, penult. corr. Species est maluæ, uentrem emolliens: unde & nomen, habet. Nam Græci μαλακὸν dicunt, quod nos molle. Plin. lib. 20. cap. 22. Duo maluarum genera amplitudine folii discernuntur. Maiorem Græci Malopen uocãt in satiuis: alteram ab emolliendo uentre, dictam putant Malachen.

Malachia, quam alio nomine Maldacon uocant, Arbor est in Bactriana regione, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici gummi genus exudans, quod Bdellium uocatur. Plin. lib. 12. cap. 9.

Malachites, μαλαχίτης, Gẽma spissus uirens: ita dicta à colore maluæ, quæ Græcè μαλάχη dicitur. Eadem & Molochites appellatur. Nam Græci μαλάχην, & μολόχην pro eodẽ dicunt. Plinius libro 37. capite nono, Non translucet molochites spissus uirens, à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata signis, & infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine.

Malacus, a, um, μαλακὸς, Latinè mollis, delicatus. Plau. Bac. Pro lorica malacum capiam pallium. Id est, molle, & effœminatum. Ibidem, Hîc nostra agetur ætas in malacũ modum, hoc est, molliter, & suauiter.

Malacia, n. f. p. μαλακία, Tranquillitas, quum maris fluctus omnino quiescunt, & languent, neq; ulla aura cõmouentur. Cæs. 3. bel. Gal. Ac cõuersis in eam partẽ nauib. uẽtus ferebat, tanta subitò malacia ac trãquillitas extitit, ut se loco mouere nõ possent. Lucr. Pellaciã, à pelliciẽdo appellat, ubi dicit, Subdola quũ ridet placidi pellacia ponti. Est etiam Malacia, mollities quædã pregnantiũ, & defectio, quũ modò hoc modò illud appetunt: eò ut ne terra quidẽ, aut carbonib. extinctis abstineant, quod uitiũ alio nomine κίσσα, hoc est, Pica uocatur. Prouenit hoc incõmodũ à conceptu potissimũ mense tertio, nequeunte fœtu omnia ad se delata alimenta absumere. Plin. libr. 25. cap. 6. Malicoriũ expetitur grauidarũ malaciæ, quoniam gustatu moueat infantẽ. Ibidem, Horũ semen edendũ præcipiunt in malacia prægnantibus. Malacia stomachi, hoc est, deprauatus appetitus, propter oris uẽtriculi affectum ab humorũ erodentiũ cornu. Plin. lib. 28. ca. 7.

Malaciſſo, as, Mollio, subigo. μαλαχίζω. Plaut. in Bac. Ah nimiũ ferus es. P. mihi sum. S. Malaciſſandus es.

Malasso, sas, Mollio, subigo, maturo, μαλάσσω. Commalasso, quod est mitigo maturefacio. Var. in dolore adiaphoron esse quod philosophia cõmalassaret eam partem, quæ cõcuti cupiditatibus solet.

Malacostracon, μαλακόστρακον, Græci uocant, quod mollem habet testam: unde Malacostracos pisces, μαλακοστράκους ἰχθύας uocamus, qui testam quidem habent, sed tamen molliorem, ut in cancrorũ genere est uidere. Pisces enim omnes aut squamis teguntur, ut mugil & cyprinus: aut molli cute, quos μαλακοδέρμους uocant Græci, ut polypus & sepia: aut testis durioribus, qui ὀστρακόδερμοι à Græcis appellãtur, quales sunt ostreæ purpuræ, & buccinæ: aut molliore testa, quos μαλακοστράκους iam diximus appellari.

Malagma, tis, n. t. μαλάγμα, Fomentum, quum res dura per alterius admistionẽ mollescit, sicut emplastrum. Nam malagmata cõtusa, & super cutem iniecta, abundè mollificant, à μαλάσσω, mollio. His molliũtur apostemata, & matura fiunt. Col. lib. 7. Adiicitur exiguũ picis liquidæ, & axungiæ, ut lentorem malagmatis habeat. Differunt aũt Emplastra à malagmatis, & pastillis. Emplastra imponuntur uulneribus, Malagmata in integram cutem iniiciuntur: pastilli aut illinuntur, aut alicui molliori cerationi miscentur. Malagma ipoterium inscriptũ quomodo conficiatur, require apud Aëtium Serm. 30. cap. 22.

Malè, aduerb. uide Malus, pen. cor.

Maledico, Maledictum, Malefacio, uide Malus adiectiuum.

Maleuolentia, uide Malus, adiect.

Mãlicõrium, n. f. Putamen mali granati, σίδιον. Plin. lib. 24. cap. 11. Huius aridis foliis, ut malicoria, coria perficiuntur. Idem lib. 23. ca. 6. Vulgus coria maximè proficere illo nouit, ob id malicorium appellant medici.

Maligno, Malignus, uide Malus, adiect.

Malitia, uide Malus, adiect.

Malleus, i, m. f. Fabrile instrumentum notissimum, ita dictum, quòd res duras molliat, quasi molleus: uel, quòd quæ dura sunt, molliuntur ad ignem, ut malleis flagellentur, σφύρα, Varro de Re rust. lib. 1. cap. 22. Corbes, fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli. Plaut. in Menæh. quam tu mihi nunc nauem narras? MEN. ligneam, Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe ex cussam malleo.

Malleolus, li, m. f. Diminnut. à malleus. id est, paruus malleus, σφύριον. Ab huius similitudine etiam uocatur Malleolus, μόσχευμα, nouus palmes uitis, innatus prioris anni flagello, dictus, quòd in ea parte, quæ deciditur, ex ueteri sarmento prominens utrinque malleoli speciem præbet, & plantationi aptus est. In qua etiam sententia fuisse Plinius uidetur, quum ait, libro 17. cap. 21. furculum utrinq; capitulatũ è duro seri consueuisse, eoq; argumento malleolum etiamnunc uocari. Cic. de Senect. Malleoli, plantæ, sarmenta, uites, propagines, non'ne ita afficiunt, ut quemuis cum admiratione delectent? Dicũtur etiã Malleoli, fasciculi ex pice, sulphure, aliisq; id genus incendii fomitib. cõfecti, ad cõburenda ædificia

ficia accõmodati. Ci. in Cat. Desinãt insidiari domui suæ Cõsuli, circunstare tribunal Prætoris urbani, obsidere cum gladijs curiã, malleolos q; ad incendendã urbẽ, faces q; cõparare. Idem pro Mil. Domus in cliuo Capitolino scutis referta, plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum.

Malleolaris, & hoc lare, om. t. A Malleolus fit, μοσχευματικός. Colum. lib. 3. Virgam malleolarem non amplius quàm sex gemmarum esse conuenit.

Malleatus, ta, tum, Quod malleo factum aut contusum est, σφυρωτός. Vnde Malleolati libri dicuntur, qui malleo percussi & complanati sunt: quod ferè fieri solet, antequàm libri compaginentur. Vlpian. l. Librorũ appellatione, de Legat. 3. Sed & perscripti libri, nondum malleati, uel ornari continuntur. Columel. lib. 12. cap. 19. Is q; qui præerit huic decoquendo, cola iuncea, aut spartea, ex crudo, id est, non malleato sparto præparata habeat.

Malleo, leas. n. p. quasi malleo operor, σφυρῶμαι. unde

Malleator, Mart. lib. 12. Illinc paludis malleator Hispanæ Tritũ nitenti fuste uerberat saxum.

Mallunium, uii, n. s. Vas, in quo lauantur manus, χερόνιπτρον. Et fœminino genere Malluuiæ, (ut Festus ait) sicut Pelluuium & pelluuiæ, quo lauantur pedes.

Mălŏ, mauis, ma uult, malui, malle, Magis uelle. Cicero de Clar. Orat. Meo iudicio multò stare malo, quàm aliorum. Idem primo Tusc. Nec ego haud paulò hunc animum malim, quàm omnium fortunas. Ad Atticum lib. decimoquarto. Tamen arbitror malle te quietam senectutem potius agere, quàm solicitam. Legitur & Mauolo, Mauellem, Mauelim, pro Malo, Mallem, Malim. Plautus Asin. Amari mauolo, mi gnate me abs te. Idem Amph. Experiri istuc mauellem me, quàm mihi memorari. & Idem Aulul. Mortuũ ego me mauelim letho malo, Quàm nõ ego illi dẽ hodie insidias seui.

Malobathrum, thri. μαλόβαθρον φύλλον. Folium est, nardi odorem referens: cuius duæ sunt species: alterum in quibusdam Indię paludibus gignitur, nullis q; hęrens radicibus lenticulæ modo, aquis innatat. Alterũ in Syria, copiosius q; etiã in Aegypto, arboribus eiusdem nominis detrahitur. Ex utroq; unguentum, uel oleum exprimitur odoratissimum, quod & Malobathrinum, & Foliatum uocatur, eo q; matronæ, & effœminatiores aliquot uiri Romæ uti solent ad ungendos capillos. Horat. 2. Carm. Quum quo morantem sæpe diem mero Fregi coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. Scribitur & Malabathrum, μαλάβαθρον. Dioscoridi, Vide suprà.

Malogranatum, ui de Malus, f g.

Maloion, μαλοῖον. A quibusdam appellata est herba, quam Dioscorides λιγνύδα στεφανωματικὴν, hoc est, Lychnidem coronariam appellat.

Maltha, æ. f. p μάλθα, Cera erat pici liquidæ commista, tabulis cerandis idonea, ἀπὸ τῆς μαλθακίας, hoc est, à mollitie nomen habens. Hoc etiam nomine appellatur limus quidam flagrans, magna in copia proueniens in stagno quodam Samosatæ, urbis Comagenes, natura tam admirabili, ut aqua accendatur, nec nisi terra restinguatur. Hoc limo Samosatæi urbem suam, Lucullo oppugnante, defenderunt, hostes unà cum armis exurentes, ut author est Plinius libro secundo capite. 107. Est præterea Maltha, materia quædam durissima, ex calce uiua, adipe suillo subacta, aduersus omnem anorum iniuriam inuicta. Vide eundem libro 36. cap. 24. Hinc deducitur uerbum Maltho, as, quod est maltham rei alicui inducere, uel maltha oblinere: quod præcipuè fiebat in ijs monumentis, quæ æterna esse uolebant, & aquæ resistentia. Plinius loco iam citato, Quæ malthantur, oleo perfricantur antè.

Malua, æ, f. t. μαλάχη, καὶ μολόχη. Herba est notissima, cuius duo genera posuit Plinius libro 20. cap. 21. quæ foliorum amplitudine discernuntur. In satiuis maiorem Græci Malopen: alteram ab emollienda aluo, Malachen dixere. Cicero Gallo lib. 7. Ita ego, qui me ostreis & murænis facilè abstinebam, à beta, & Malua deceptus sum. Mart. Vtere lactucis, & mollibus utere maluis.

Maluaceus, cea, ceum, μαλάχινος. Plin. lib. 21. cap. 4. Alia funditur è caule maluaceo.

Malus, li, fœmin. generis s. Arbor, cuius fructus est Malum, notissimum pomi genus, μηλέα. Vergilius Eclog. tertia Malo me Galatea petit lasciua puella. Tractum nomen à Græcis, qui malum μῆλον dicunt. Vnde Melimela dicuntur penultima producta. Vergilius tertia Eclog. Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Malum granatum, Plinius libro 23. capite. 8. Malum Persicum, Plinius lib. 15. cap. 14. Plura alia malorum genera inuenies apud ipsum Plinium, & Columellam lib. 5. cap. 10. & Varronem de Re rust. lib. 1. cap. 59.

Malum Punicum, ῥοιὰ. Mali genus, quod à granorum multitudine etiam Granatum appellatur. Dictum punicum, quòd è Pœnorum regione, primùm in orbem nostrum sit translatum. Martialis libro primo, Aut imitata breues Punica mala rosas.

Malum terræ. A Latinis uocatur herba, quæ à Græcis Aristolochia dicitur: cuius quatuor sunt species, quas recensет Plinius lib. 25. cap. 8.

Malinus. adiectiuũ, materiatum ex malo, μήλινος. Col. lib. 5. cap. 8. Est etiam non ingrati saporis muria præduratus, atq; ita in malini ligni, uel culmi fumo coloratus.

Malus, li, priore producta masculini gen. Arbor nauis, quòd istar mali sit in summitate, uel quia cingitur quasi quibusdam malis, quorum uolubilitate facilius leuantur uela Isòs. Vergilius 5. Aeneidos, Ingentiq; manu malum de naui Seresti Erigit. Ouidius Epistol. 5. Rigido pendentia linteamalo. Cicero de Senectute. ut si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alij malos scandant, alij per foros currant. Lucanus libro 2. Antemnas, proram, malos, tonsas q; natantes.

Mălŭs, la. lum, prima correpta. Dicitur quod opponitur bono, κακὸς, φαῦλος. Cicero 3. Offic. Philosophi quidam minimè mali illi quidem, sed nõ satis acuti. Ouid. 4. Trist. Leuior fortuna malorum. Pœnas excercere malorum, hoc est, castigare malos, Vergilius sexto Aeneidos, Mala ætas, Plautus Aulul. Atq; ut te dignam mala malam ætatem agas. Homo malus, Plautus Menæh. ô hominem malum? Dicimus etiam Malum militem, qui est imbellis: Malum imperatorem, qui est imprudens. Malum Grammaticum, qui est rudis. Malum iudicem, qui est, iniquus. Malam faciem, quæ est deformis. Præterea malum substantiuè sumitur pro labore, afflictione, & angustia, ταλαιπωρία, δεῖνον. Vergilius secundo Georg. Assuetumq; malo Ligurem. Plautus Pœn. Siquid boni promittunt, pro spisso euenit: Id quod mali promittunt, præsentarium est. Terentius in And. Quid facit illi, qui dederit damnum aut malum? Cicero 5. Ver. Iam ille malo coactus, rectè facere nescis. Ibidem. Nam ui, malo, pudigis adductus est, ut frumenti daret, non quantum haberet, sed quantum cogeretur. Festus malis, Ouidius nono Metamorph. Causa, crimen, caputq; malorum. Vergilius duodecimo Aeneidos. Opes irritamenta malorum. Ouidius primo Metamorph. Deforme malum, Idem tertio de Arte. Fatale malum, Ouidius quinto Trist. Affligi malo, Quintilianus in Proœm. libri sexti. Ego uel hoc uno malo sic eram afflictus, ut me iam nulla fortuna posset efficere felicem. Item sumitur pro malignitate. Seneca, Imbecillum Insontemq; damnare, summum est malum. Item Malùm, pro increpatione, perinde ac si diceremus, Proh nefas. Qui loquendi mos, per interrogationem & honestus, & usitatus est. Gellius, Quæ (malùm) ista ratio est? Plinius libr. 7. cap. 55. Quæ (malùm) ista dementia est iterari uitam morte? Terentius in Adelph. Quod hoc (malùm) infelicitatis? In eundem sensum Cicero ad Atticum dixit, Qui (malùm) isti Pindenissij? Aliquando capitur Malum pro paruo: sicut bonum pro magno.

Malè. Prauè, nequiter, uitiosè, improbè, κακῶς. Cicero Attico O factum malè de Alexione. Aliquando ponitur pro ualde. Idem de Clar. Orat. Addebat etiam, idq; ad rem pertinere credebat, scriptores illos malè multatos, id est, magna pœna affectos. Similiter quum dicimus, Malè formido, Malè maceror, Malè metuo, Malè timeo, Malè odi, significat ualdè multùm, siue uehementer. Modò pro parum. Vergilius tertio Georg. Heu malè tum mites defendit pampinus uuas. Modo pro incommodè, sicut Bene pro commodè: ut, Malè habito, Benè habito. In compositione habet uim negationis, δύς, ut Malesanus, Malefortis. Ouidius libro quarto Fast. Nondum tradiderat uictas uictoribus artes Græcia, facundũ, sed maleforte genus. Malè uiuere, Est pauperrimè, & in egestatè, uel anxiè, & solicitè uiuere. Malè loqui, Est maledicere. Malè habet me hæc res, id est, illud me molestat, iratus sum ob id, Istud me angit, uexat, solicitat. Malè docere quid sit, hæc Terentius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uerba docebunt in Heaut. Malè docet te mea facilitas multa, id eſt, cauſa eſt tibi ut malè agas: arripis inde anſam malè faciendi. Malè conſulere in aliquem, Eſt aliquid illius incõmodo, & damno facere. Malè acceptus inopia rerum dicitur, qui propter inopiam malè tractatus eſt. Malè ali quem uerbis accipere, Eſt iniuria afficere. Subauditur tamẽ aliquando ablatiuus, Verbis. Malè animatus erga aliquẽ is dicitur, qui illi malè afficitur, & non bene uult. Malè eſſe animo tum dicitur, quum ictu alicuius mœroris percul ſus animus non ſuſtinet corpus, ſequiturq; ruina membrorum. Malè aliquid cuipiam credere, Eſt non tutò credere. Plaut. in Pœn. Malè credam, & credam tamen. Horat. 2. libr. Sermonũ, pratenſibus optima fungis Natura eſt: alijs malè creditur. Malè cadere, id eſt, malè ſuccedere, ſiue accide re alicui, quod non ſperabat. Cæſ. in Comment. Vbi tantos ſuos labores & apparatus malè cecidiſſe uiderunt, &c.

Malè audio, Significat alicuius maledicta ſuſtineo, ſeu infamor, uituperor, culpor: ἀδοξῶ, ἀδοξέομαι, κακῶς ἀκούω: ſicut Bene audio, laudor. Huius antitheton eſt Maledico. Terentius in Andr. Si pergat maledicere, peius audiet. Cicero in Orat. Non quòd libenter malè audiam, ſed quia ego cauſam non libenter relinquo. Idem ad Atticum, Hanc nonnul li amici Appij ridiculè interpretantur, qui me idcirco putent bene audire uelle, ut ille malè audiat. Malè cogito de te, Id eſt, malè affectus ſum erga te, & maleuolo in te ſum animo, κακνποτοποῦμαι. Ouidius in Epiſt. Didus. Non tamèn Aeneam, quamuis malè cogitet, odi. Cælius Ciceroni, Et ipſe facilè animaduerterem malè eum de me cogitare. Huic contrarium eſt, Bene cogito, εὐνοῶ. Malè conciliatus. Terentius Eunucho, Fugitiuè prodi, malè concilia te. Vbi Donatus Malè, magnò ſignificat, ut Plautus Amphit. Hæc nox ſcita eſt excrcendo ſcorto conducto malè. Ergo, Ma lè conciliate, magnò empte ſignificat. Slautus Pſeud. Exite hinc, agite, ite ignaui, malè habiti, & malè conciliati.

Malè iudico, κακῶς κρίσω, κακῶς φρονῶ, malè cenſeo, malè opi nor. Malè mereor de te, κακῶς ποιῶσε, malè tracto te, tibi noceo, & incommodo. Cuius contrariũ eſt, Bene me reor, εὐποιῶ σε, εὐεργετῶ. Cicero primo de Finibus. Malè credo, merere de meis ciuibus, ſi ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. Malè opto tibi, κακῶς εὔχομαι, malè precor, uel imprecor tibi rem aliquam malam. Maleſuadus, pen. prod. Qui malè ſuadet. Plaut. Mo ſtel. Perij hercle, ni ego illam peſſimis exemplis enicaſſo. Illa hanc corrumpit mulierem maleſuada uulgi lena. Fames maleſuada, Vergilius ſexto Aeneidos. Et metus, & maleſuada fames, & turpis egeſtas. Amor maleſuadus ſceptri, Stat. primo Thebaid. Malè uertere, Eſt in periculum uertere, κακῶς τρέπειν. Terentius in Adelph. Minis uiginti tu illam emiſti, quæ res tibi uertat malè. Vbi Donatus, Vertumnus dicitur Deus, qui rebus ad opinata reuertentibus præeſt. Sæpe autem malè cedit, quod bonum putatur: & hoc eſt, malè uertiſſe: ut ille gladius, qui muneri datus, adminiculum fuit reginæ pereunti: de quo Vergilius quarto Aeneidos, enſemq; recluſit Dardanium, non hos quæſitum munus in uſus. Malè uolo tibi, Odi te: quod & malè cupio dicitur, κακοῦν.

Maledico tibi, id eſt, maledictis te afficio: in te maledicta, id eſt, conuitia, probra, contumelias cõiicio, κακολογέω, κακηγορέω. Teren. in Eunu. Neſcis, cui maledicas nunc uiro.

Maledicus, a, um, maledicentior, & maledicentiſſimus, Qui procliuis eſt ad maledicendum, aut obtrectandum, βλάσφημος. Cicero pro Flac. In tam ſuſpicioſa, & maledica ciuitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. Idem 1. de Finibus. Homo natura maleuolus & maledicus. Itẽ pro Flac. Qui in uberrima re turpe compendium, in maledicentiſſima ciuitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictũ omne, nõ modò crimen effugit. Plautus in Merc. At ego pol maledicentiorem, quàm te noui neminem.

Maledicentia, f. t. Obtrectatio, conuitium. Gell. libr. 3. capite 3. Ob aſſiduam maledicentiam, & probra in principes ciuitatis, &c.

Maledicè, aduerbium. Id eſt, contumelioſè. Cic. 1. Offic. Quod maximè tum ſolet euenire, quũ ſtudioſè de abſentibus detrahendi cauſa aut per ridiculum, aut ſeuerè, aut maledicè, contumelioſèq; dicitur.

Maledictum, cti, n. ſ. Conuitium, probrũ, cõtumelia, λοιδορία. Cicero ad Q. fratrem, libro 2. Quum omnia maledicta, uerſus deniq; etiam obſcœniſſimi in Clodium & Clodiam dicerentur. Ouid. 5. Metamorph. maledictæq; culpæ Additis, & non eſt patientia libera nobis. Figere omnes maledictis, Cicero 1. de Nat. deo. Congerere maledicta, Quint. lib. 7. capite tertio. Conijcere maledicta in uitam alicuius, Cicero pro Planc. Vexare aliquem probris & maledictis, Cicero pro Flac.

Maledictio, onis, f. t. κακηγορία. Cicero pro Cælio, Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam.

Malefacio, n. t. κακῶς ποιῶσι, κακοργῶ. Cicero ad Brutum lib. Epiſt. 11. Dij iſti Segulio malè faciant, homini nequiſſimo omnium, qui ſunt, &c. Idem ad Attic. Quòd ſi iſte Italiam relinquet, faciat omnino malè. Et Malefacio, compoſitum. Terent. Adelph. Neq; tu uerbis unquam ſolues quod mihi re malefeceris.

Malefactum, cti, κακούργημα. Cicero 1. Offic. Benefacta malè locata, malefacta arbitror. Ex Ennio. Inſignia malefacta. Luc. li bro tertio.

Maleficus, ca, cum. Pro pernicioſo, qui damnum infert, & qui nocet alteri, κακούργος Cicero 7. Verr. In externorum homi num & maleficorum, ſceleratorumq; cuſtodias, in prædo num, hoſtium q, tu tantum nnmerum ciuium Romanorũ includere auſus es? Plinius libro 11. cãpite 52. Oculi quibuſcunq; ſunt longi, maleficos eſſe indicant: qui carnoſos à na ribus angulos habent, malitiæ nota præuenti. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. Vt locus omnis ſit illuſtris, neũe quæ ſerpens. aliud ue quid animal maleficum introire queat. Maleficum frondibus animal, capra, Plinius libro duodecimo capite ſeptimo. Interdum idem eſt quod ueneficus, & incantator: unde Maleficas mulieres dicimus incantatrices quæ & Sagæ dicuntur: & Maleficas artes, pro incantationibus, & ueneficijs.

Maleficium, cii, n. ſ. Malefactum, iniuria, facinus, κακούργημα. Budæus, Maleficium dicitur, quicquid improbè admiſſum eſt. Vlpian. l. 1. ff. ſi fam. furt. fec. dic. Vtiliſſimum id edictum Prætor propoſuit, quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum. Cicero pro Roſc. Amer. Vt ſi diſſimulare omnes cuperent ſe ſcire, ad quem maleficium pertineret. Idem ſecundo Offic. Vt ne illi quidem, qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine ulla particula iuſtitiæ uiuere. Commit tere maleficia, & Admittere maleficia, apud Cicero per Sex. Roſc. Amer. Temperare à Maleficio, Cæſar primo bel. Gallici. Neque homines data facultate itineris per prouinciam faciendi, exiſtimabat temperaturos ab iniuria & maleficio.

Maleficentia, æ. f. p. Damnum, iniuria, facinus, κακουργία Cæſar. libro 1. bel. Gal. Sibi eſſe in animo iter facere per prouinciam ſine ulla maleficentia. Plinius libr. 9. cap. 9. Abeſt enim illa laſciuia, maximè tamen roſtris canicularum maleficentia aſſimilari,

Maleficioſè, aduerbium. Cicero pro Cecin. Quum hoc nouæ litis genus tam maleficioſè intenderet. Sic enim legit Calpinus: quum tamen conſtet, Malitioſè ibi, non Maleficioſè legendum eſſe: nam maleficioſus, & Maleficioſè Latina non ſunt.

Maleuolus, κακόνους. Inuidus, & malum cuiquam exoptans. Cic. 5. Tuſcul. Nam illam quidem noueram ex cõmemoratione alienorũ malorũ ad maleuolos conſolandos eſſe accõmodatam. Idem ad Brutũ, Atq; illo die cognoui paulò plures in ſenatu maleuolos eſſe, quàm gratos.

Maleuolens, tis, Idem quod maleuolus, κακόνους. Plaut. Viuo maleuolente genio natus.

Maleuolentia, æ, κακόνοια, δύσνοια. Inuidia, odium, & (ut Cicero quarto Tuſculan. definit) uoluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo. Item ad Q. fratrem libr. 1. Quanquam illorum erit uerius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.

Malignus, a, um, Qui malo eſt & depraua to animo, & conſuetudine maleuolus: ut interpretatur Nonius, κακόθυμος, φθονερός. Plin. Homo malignus & inuidus. Interdum quod iniquus, & alienus. Terent. Hecy. Sed ut fit, poſtquàm hunc alienum ab ſeſe uidet Maligna multò & magis procax facta illicò eſt, Hinc maligna uia, quæ anguſta & ardua eſt. Vergilius undecimo Aeneid. Aditusq; maligni. Maligna lux, quę ſubobſcura eſt. Idem 6. Aeneidos. Quale ſub incertam lunam, ſub luce maligna. Interdum idem quod parcus, & minimè liberalis: γλίσχος, φαδδολὲς, cuius anthiteton eſt Benignus. Vnde malignus ager dicitur, hoc eſt, ſterilis, quique domino ſuo ſe quodammodo ingratũ exhibet, ſemenque ſibi creditum parum liberaliter refundit. Vergilius 2. Georg.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Georg. Difficiles primùm terræ colles & maligni. Laudatores quoq; malignos dicimus qui intra modum & frigidè laudant, adeò ut præ inuidia ex meritis laudibus aliquid detrahere uideantur. Quintil. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus.

Malignitas, tatis, f.t. Quæ est peruersa, & deprauata uoluntas, κακοθυμία, Plaut. in Capt. Nam hercle huic dici, si liceat, oculos effodiam lubens, Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi. Quandoq; pro parsimonia ponitur. Liuius, Malignitas conferendi ex priuato.

Malignè, aduerb. Peruertè, deprauatè, & quod Cicero dicit, Malitiosè, parum candidè, & cum quadam persimonia. Liuius 3. ab Vrbe, Malignè Senatus in unum diem supplicationes Consulum nomine fecit. Laudare aliquem malignè, Horatius 2. Epist. 1.

Malitia, æ, f. p. Peruersitas, quæ uirtuti, seu bonitati contraria est, κακία. Senec. In hoc summa bonitas, in illo extremo malitia. Propriè autem Malitia est, quum quis data opera malè agit. Senec. epist. quadragesimoseptimo Hoc habent inter cætera boni mores, placent sibi, & permanent: Iuuenis est malitia, sæpe mutatur non in melius sed in aliud.

Frequenter autem sumitur pro uersutia, ῥᾳδιουργία. Cicero quarto Tusc Huius igitur uirtutis contraria est uitiositas: sic enim malo quàm malitiam appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam Maliria, certi cuiusdam uitii nomen est: Vitiositas, omnium. Antiquis Malitia uocabulum medium fuisse uidetur: quod & in bonam partem accipi poterat. Vnde Malitiam malam, legimus apud Plautum in Aulularia, Equidem (inquit) te ciuem hinc omni malitia mala etiam Semper sum ratus, & nunc arbitror. Accipitur etiam quandoque Malitia pro inclementia, uel intemperies. Vnde cæli uel terræ malitiam dicimus, pro mala cæli uel terræ temperatura. Plinius Quod modò cæli, modò terræ malitia fecit. Varro, Id sæpe accidit malitia soli.

Malitiosus, Versutus, callidus, astutus, fallax, ῥᾳδιουργὸς, πανοῦργος Cic. 3. Offic. Hoc autè celandi genus quale sit, & cuius hominis, quis non uidet? certè non aperti, non simplicis, nõ ingenui, non iusti, non uiri boni: uersuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, ueteratoris, uafri. Malitio à iuris interpretatio, Cic. 1. Offic.

Malitiosè, aduerb. Callidè, dolosè, πανούργως. Plaut. in Mil. At non malitiosè tamen feci, id est, non feci ut deciperè. Cic. 2. Verr. Malitiosè necesse est istiusmodi rationi aliquo cõsilio obsistere. Idẽ in Orat. Et in eligendo fecit malitiosè. Malitiosum gerere rem mandatam. Cic. pro Rosc. Ame.

Peior, & hoc peius comparatiuum. Cic. 2. Tusc. Turpitudo peius est quàm dolor.

Peius, aduerbium, Magis ac multo magis & uehementius. Cic. li. 7. Epist. Postremo uix uerisimile forsasse uideatur, oderam multo peius hunc quàm illum ipsum Clodium.

Pessimus, pen. corr. superlatiuum, ut omnium pessimus poëta, Catullus ad M. Tull.

Pessimè, aduerbium. Cic. 1. in Verrem, Intelligit secum actum esse pessimè.

Mamillana, Fici genus est, mamillarum similitudine ita dictum: cuius meminit Plin. lib. 15. cap. 18.

Mamma, æ, f. p Dicitur receptaculum lactis in fœmina, quo fœtum educat: quod & Vber dicitur, μαστὸς, θυλή. Iuuenalis Satyra prima. Et nuda teneat uenabula mamma.

Mammas habent & capræ. Plinius libro undecimo capite 40. Quibus solida ungula, nec supra geminos partus, hæc omnia binas habent mammas, nec alicubi quàm in fœminis.

Mammæ etiã porcarũ dicuntur. Martial. lib. 1. Quicquid ponitur, hinc & inde uerris, Mãmas suminis, imbricemq; porci, &c. Μάμμη quoq; Græca dictio est, qua significatur Auia, id est, patris seu matris mater. Hoc etiam nomine infantuli matrem uel nutricem appellant, sicut patrem Tatam Martial. lib. 1. Mammas, atq; tatas habet Afra. Plautus in Mostel Nunc commessatum ibi ad Philolachetem, ubi nos hilari ingenio, & lepido accipiet. Ecquid tibi uideor mammam Adire? Cato, Qui cibum, ac potionem Buas, & Pappas uocant, & patrem Tatam, & matrem Mammam.

Mamilla, læ, f. p. Quamuis diminutiuum sit à mamma, quod geminata consonante scribitur, unico tamen m, contentũ est, primamq; syllabam contra primitiui naturam corripit, μαστίον, Iuuen. Satyra 6. Illa loqui recta facie, strictisq; mamillis. Mamellæ pensiles in capris. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 3. Duas ut mamillas pensiles habeant, quòd hæ fœcundiores sint, &c.

Mammula, læ, aliud diminutiuum à Mamma, μαστίον.

Mamillare, ris, n. t. Velum, siue fascia, aut quoduis aliud amicti genus, quo mulieres mammas tegere consueuerunt: ἀπὸ μαστιδίου: de quo est distichon illud apud Marlialem lib. 14. Taurino poteras pectus constringere tergo, Nam pellis mammas non capit ista tuas.

Mammare, θηλάζειν, est mammas ad sugendum præbere. August. in Psal. Interpret. Væ prægnantibus & mammantibus illis diebus.

Mammatus, ta, tum, Quod mammarum similitudinẽ refert: μασώδης: unde Tegulæ mammatæ dictæ sunt, quæ balneis adhibentur, & aquæductibus.

Mammeatus, ta, tum, Idem quod mãmosus, μασώδης. Plaut. Cuius amicam mammeatam uidimus.

Mammosus, sa, sum, Quod habet magnas mammas, μασώδης. Martial. lib. 14. Mammosas metuo: teneræ me tradæ puellæ. Varr. lib. 2. cap. 9. Canes etiam mummosas appellat. Et apud Plinium libro 15. capite Pyra mammosa. Apud eundem libro 12. capite 14. Thus mammosum dicitur, pro fœminino, ad differentiam masculi thuris. Mammosum panicum. Idẽ lib. 18. cap. 7.

Mammolariam, Qui huc ex Brunsfelsii Onomastico transtulerunt, pro Acantho herba, ij. profectò imperitũ sequuti gubernatorem, unà cum illo in scopulum impegerunt. Nam in castigationibus Dioscoridis exemplaribus Marmoraria legitur, non mammolaria. Dioscor. lib. 3. cap. 18. Vide infrà.

Mãmmõna, pen. prod μαμμῶνας. Vox est Syriaca, diuitiarũ Deum significans. Quem Græci πλοῦτον uocant, accipiturq; pro ipsis diuitijs. Qui plura de eo nosse cupit, uideat Annotationes Erasmi in Matthæum.

Mammotreptus, pti, m. s. adiect. μαζοτρεπτὰ quid significet. Augustinus interpretatur. Psalter. declarat: Si eum (inquit) quæris imitari, & ex illo pendere, adhuc lacte uis nutriri, & fies mammotreptus quales dicuntur pueri qui diu sugunt, quod non decet. Et paulò post, Faciunt hoc nutrices mammotreptis, ut aliqua amaræ ponant in papillis suis, quibus offensi paruuli, ab ubere resiliant, & ad mensam inhient,

Mamphur, Lignum rotundum, loro circunuolutũ, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Festus.

Mãnãlis, uide Mano

Manceps, pis, m. t, Qui aliquid à populo emit, conducitue, quia sublata manu, significat se authorem emptionis esse. ἐργολάβος. Conductor aliàs Latinè, & Redemptor, & Sector appellatur. Cicero pro Roscio Amerino, Hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus. Paul. l. qui fideiussor. ff. Locati, Qui fideiussor existit apud mancipẽ pro colono publicorum prædiorum, hoc est, apud publicanum. Cicero tertio. Verr. Si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse appositisset, sibi nullam prædam esse. Quo in loco Manceps accipitur pro redemptore sartorum tectorum. Sueton. in Vespasiano, capite primo. Non negarim iactatum à quibusdam Petronij patrẽ è regione transpadana fuisse mancipem operarium, id est, conductorem mercenariorum, & operariorum seruorum, ut opera eorum ad quæstum uteretur. Plinius libr. 10. capite 41. uidetur Marcipem accepisse, pro magistro officinæ, qui operis opificum redemptis utitur ad quæstum: aut certè pro eo, quem Græci Propolam uocant, qui minoris emit, ut carius uendat. Hunc (inquit Plinius) siue æmulatione incitatus, manceps proximæ sutrinæ, siue iracundia subita, ut uoluit uideri, excrementis eius imposita calceis macula, exanimauit. In hac etiam significatione hoc nomine usus est idem Plinius libro trigesimotertio capite quarto. Aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. Hæc ferè Bud.

Quandoque accipitur pro mancipatore, qui dat aliquid mancipio. Plautus. Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quenquam. Antea autem dixerat, Egón' ab leno ne mancipio aliquid accipiam, quibus sui nihil est? Metaphoricõs hac dictione usus est. Plinius Epist. libro secundo Sequuntur auditores actoribus similes, conducti, & redempti mancipes: conuenitur à conductis, & redemptis in media basilica. Mancipes, inquit, id est, ij, qui causidicos in causa agẽdis, conducta ad hoc corona uulgi plaudentis, laudandos redemerunt.

Mancipium

Mancipium, pij, n. s. nel Mancupium, Homo in bello captus, & seruituti subiectus, ἀνδράποδον. Varro, Mancipiũ dicitur, quòd manu capiatur. Plaut. in Sticho, Damna euenerunt maxima misero mihi: Ita me mancipia miserum affecerunt malè. Aliquando est dominij comparatio, possidendiq; ius atq; etiam dominium, & mancipatio. Cicer. 3. Offic. Ex Sergio seruiebant sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Sic materfamiliàs dicitur esse in mancipio mariti, hoc est, in eius dominio & potestate. Mancipio dare, Est rem ita dare, ut euictionem præstaturos nos spondeamus. Et mancipio accipere, Est ea lege emere, ut uenditor præstet euictionem. Plautus in Curc. Memini, & mancipio tibi dabo. CV. egone à lenone quicquam mancupio accipiam, quibus sui nihil est, nisi una lingua? Lucret. lib. 3. Vitaq; mancipio nulli datur, id est, nulli ita datur, ut propriam ac perpetuam habeat. Sui mancipij esse, est nullius dominio subiectum esse. Brutus ad Ciceronem, Quærenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur Antonius. An scilicet ut illo prohibito rogaremus alterum, qui se in eius locum reponi pateretur, an ut esset sui iuris, & mancipij Respublica: Quo in loco Sui mancipij Rempublicam dixit Brutus, quę nullius dominio subiecta esset, antequàm Augustus Imperium occupasset. Inde res mancipi, uel (ut antiqui loquebantur) res mancupi dicuntur, quæ in nostro sunt mancipio, hoc est, quæ nostro dominio, iuri, aut potestati sunt subiectæ, quasq;, quoties lubet, possumus alienare. Quæ autem in nullius sunt potestate, quæque alienari non possunt, Res nec mancupi, uel res sui iuris dicuntur, quæ scilicet in nullius sunt mancipio. Emptio mancipi, dicebatur solenne quoddam genus imaginariæ emptionis, quod fiebat præsentibus non minus quinq; testibus puberibus Romanis, & eo, qui lancem tenebat, Libripensq; uocabatur: quibus præsentibus, is qui mancipium accipit, æs tenens, ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio: isq; mihi emptus est hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit libram: idq; æs dat ei, à quo mancipiũ accipit, quasi pretij loco. Sunt itaque Emptio mancipi, & Mancipatio, quasi correlatiua. Nam respectu uenditoris contractus hic dicitur Mancipatio: contrà respectu emptoris, dicitur Emptio mancipi. De his latius diximus in dictione Libripens. Quod autem attinet ad Grammaticæ rationem, in hisce locutionibus, Res mancipi, uel mancupi, Res nec mancipi, Emptio mancipi, & similibus, Mancipi genitiuus est à Mancipium, adiecta ultima uocali per apocopen: quanquam non desunt qui aut nomen indeclinabile putent, aut datiuum esse à Manceps: qui certè fallun tur, ut alibi latius docuimus. Huiusmodi emptionis meminit Plinius libro trigesimotertio cap. 3. Qua consuetudine (inquit) in ijs emptionibus, quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur.

Mancipo, pas, penul. cor. à nomine Mancipium fieri uidetur: idemq; est quod in mancipium, hoc est, in dominium alterius trado, hoc est, utendo obligo, uel quouis modo alieno, ἀνδραποδίζω, χαρῶ, χαρίζομαι. Plautus in Curcul. Alienos mancipatis, alienos manumittitis, alienis imperatis, Nec uobis autor ullus est, nec uosmet estis illi. Cicero Philippen. 3. Tum iste uenditum atq; mancipatum tribunatum consilijs nostris opposuit. Mancipatum emphaticõs dixit, quod plus est quàm uenditum.

Mancipatus quoque participium. Ponitur pro deuincto, seu astricto. Cicero in Cat. Maio. Ita enim senectus honesta est, si seipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, &c.

Mancipatio, f. t. Quod est genus imaginariæ uenditionis, fieri solitum solenni quodam ritu, quẽ aliquoties descripsimus, tam in dictione Libripẽs, quàm paulò antè in nomine Mancipium, κτήσεις, ἀνδραποδισμός. Mancipatio (inquit Boëtius 3. Commentar. in Topic. Cicero) est imaginaria quædam uenditio. Ea res sic agitur: adhibitis non minus quàm quinque testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui Libripẽs dicitur, is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio: isq; mihi emptus est hoc ære, æneaq; libra, Deinde ære percutit libr̃. idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi prætij loco. A mancipio fit compositum, Emancipo. quod est, Iure meo libro, quasi extra mancipium, hoc est, extra dominium meum pono. Item uerbale Emancipatio, de quibus suis locis diximus.

Manciolæ. uide Manus.

Mancis, pro damnato, uide Mancinus in Propriis.

Mancus, m. s. Proprie dicitur, qui altera manu caret, πηρός, χωλός. quanquam & pro debili accipitur & pro infirmo, cuius scilicet membrum aliquod naturales suas actiones probè obire non potest. Cic. pro Rabirio, Quintus Scæuola confectus senectute, præpeditur morbo, mancus & membris omnibus captus & debilis. Ouidius 3. Fastor. Et licet antiquo manibus collatus Epeo Sit prior, irata Pallade mancus erit. Transfertur & ad res inanimatas. Cicero tertiò de Finibus, Qui mancam fore putauerunt sine aliqua accessione uirtutem.

Mandatarius, Mandatum, uide Mando.

Mandibula, læ, in qua dentes sunt siti, quæ & Maxilla dicitur, γνάθος, γένυς. Sunt autem duæ mandibulæ, superior scilicet, & inferior: à mandendo.

Mando, a. p. Committo, παραπίθημι, παραδίδωμι: ut quum quid memoriæ mandatur, committiturue, ut memoriter teneatur: siue ex propria memoria id fiat, quum quid repetitur, auditur: siue ex scripto. Ex memoria propria, Libro tertio ad Herennium, Quoniam nuperrimè dictum facilè memoriæ mandatur, utile est, quum dicere desinamus, recentem aliquam relinquere in animis auditorum firmam argumentationem. Ex scripto, Gell. Memoriæ mandatum, Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse. Et sic Mando significat manu scribendo memoriæ do: ut Cicero pro Sext. Hęc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. Nam mandare monumentis aut annalium, aut literarum, Est scribere, & posteritati relinquere. Aliquando utrunq; coniungimus, Mandare aliquid memoriæ, & literis, Idem libro duodecimo Philip. Quid huic facias, qui hoc literis, memoriæque mandauit? Lactant. libro sexto, O ingenia hominibus indigna, quæ has ineptias protulerunt: miseros atque miserabiles, qui stultitiam suam literis, memoriæque mandauerunt. Literis & memoriæ capere licet, non solùm scripto id mandatum esse, ut rem ordine gestam ipsi scriptores haberent, sed etiam ut memoriæ posteritati darent. Nam non intelligi par esse censeo, Literis & memoriæ, dictum ex abundantia, sed ex diuersitate rei. Est etiam Mandare memoriæ, in memoria figere, & retinere. Cicero de Amicitia. Cuius disputationis sententias memoriæ mandaui. Mandare terræ semina, Idem est quod seminare. Col. libro tertio. Semina quam recentissima terræ mandare conuenit. Interdum Mandare, Committere, iniungere, παραγγυᾶν, ἐπιτίθημι, ἐντέλλομαι. Plautus in Curc. Mandatum est mihi ut has tabellas ad eum ferrem. Terentius in Adelph. Huic mandes, si quid rectè curatum uelis. Et à manu danda declinatum constat, quod in dandis accipen disque mandatis manus sibi inuicem dare mos erat. Mandare aliquid æternitati, siue immortalitari, Est curare ut sit æternum. Mandare in ultimas terras, Est mittere. Mandare aliquid animis, Est ipsis animis committere, uel in animos immittere. Mandare animis, & mentibus, Est memoriæ committere, & memoria tenere. Cicero in Catil. Attendite, quæso, diligenter quæ dicam, & ea penitus animis uestris mentibusque mandare. Mandare fidei alicuius, Est committere eius fidei. Mandare se fugæ, Est fugere. Similiter mandare uitam fugæ, quod est fugiendo uitam seruare, & tueri. Mandare literis, Est scribere. Mandare scriptis, Est scriptum posteritati relinquere. Mandare aliquem humo, Est inhumare. Mandare tumulo, Idem. Mandare uinculis, Est in uincula conijcere. Cicero in Catilinam in Senatu, Cæsar non dubitat P. Lentulum æternis tenebris uinculisq; mandare. Mandare uersib. Est carmine aliquid conscribere: apud Ciceronem pro Archia. Mandare honores alicui, Est honores tribuere. Mandare magistratum, Est decernere. Cic. pro Plancio, Populus in mandandis magistratibus non inanis est dignitatis iudex. Mandare curam, uel curas alijs, Est eas alijs relinquere, siue committere. Mandare infra mortuos, dixit Cic. pro Quintio, Is non modò ex numero uiuorũ exturbatur, sed si fieri potest, infra etiã mortuos mandatur. Mandare uetustati, Est posteritati relinquere. Composita huius uerbi sunt, Amando, Admando, Commendo, Demando, Præmando, & Remando: de quibus suis locis.

Mandator, m. t. Verbale. Qui alteri mandatum aliquod iniungit. Mandatores item Budæus ait impulsores esse delatorum, inrerq; delatores numerari. Sueton. in Vesp. Inter aduersa temporum & delatores, mandatoresq; erant.

Mandata-

Mandatarius, Cui dantur mandata peragenda, ὁ ἐπὶ τετραμμένος.

Mandatum, n. s. Et participium, & nomen esse potest. Participium ut mandatum est mihi, ἐπιτέτακταί μοι, apud Plaut. Cic. pro Rosc. Amer. In priuatis rebus, si quis rem mandatam nō modò malitiosius gessisset, &c. Nomen, ut apud Quintilianum, Mandata tamen tua fili perago. Et est ꝓprie Mandatū, Cōmissio, hoc est, quod cōmittitur, ἐντολή, ἐπίταγμα. Sallust. C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium Regem mittit, cum mandatis huiusmodi. Eleganter dicimus, Venire cum mandatis. Mandata, & legatos mittere. Mandata accipere ad aliquē. Habere madata ab aliquo. Facere mandata. Mandata digerere, persequi, conficere. Mandata addere. Exhaurire mandata, id est, exequi & absoluere. Dare mandata de aliquibus rebus. Dare mandata alicui ad aliquem.

Mando, dis, mandi, mansum, 3. t. Significat cibum dentibus conficio, μασάομαι. Cicero primo de Nat. deor. Alia fugunt, alia carpunt, alia uorant, alia mandunt. Serenus. Purgatur cerebrum mansa radice pyrethri. Accipitur etiam pro rodere, uel mordere. Vergilius quarto Aeneidos Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit. Huius compositum est Remando, ἀναμασᾶσθαι, quod est rursus mando, rumino. Plinius lib. decimo. Pontici quoq; mures simili modo remandunt.

Mansito, frequentatiuū. Plautus in Amphit. mutatos Atticos in Arcadia homines. Et sæuas beluas mansitasse.

Mando, onis, m. 1. Edax, qui assiduè mandit, φάγος. Lucilius apud Nonium, Atq; omnes mandorum gulæ.

Manduco, cas, 2. p penult prod. Item quod mando, μασᾶσθαι. Sueton. in Augusto, Qui in balneo demum post horam primam noctis duas bucceas manducaui, prius quàm ungi inciperem.

Manducor, aris, Deponens apud antiquos. Lucil. lib. 14. (ut clarat Nonius) Illud quid faciat, quod manducamur in ore. Eius compositū est Commanduco. Plinius libro uigesimo, Huius cucurbitæ commanducatæ succus stomacho admodum prodest.

Mansus, participium. Quintilianus libro decimo capite 1. Cibos mansos ac ꝓpè liquefactos demittimus. Cic. 2. de Orat. Atq; omnia minima mansa (ut aiunt) nutrices infantibus pueris in os inferant.

Mansutius, à mandendo, Edacem significat, inquit Festus. πολυφάγος.

Manducatus cibus, & Commanducatus, non tam significat comestum, quàm mansum, & dentibus comminutum, masticatumque, qui deinde pro medicamento imponi solet, διαμεμασημένος, καὶ διαμάσημα.

Manduco, onis, m. t. Edacē significat, teste Nonio, ἀδηφάγος. Hæc enim omnia ferè idem denotant, Mandones, Manducones, Manduci, Mansutij, Comedones, Comedi, Edones, Edaces, Epulones, Lurcones, Gurguliones, Helluones, Parasiti, Phagones, Liguritores, Nepotes, Catillones.

Manducus, ci, m. s. Idem quod manduco, onis, teste Nonio. Plautus in Rud. Quid si aliquò ad ludos me pro manduco locem? Manduci effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas, & formidolosas imagines ire solebat. Erant enim laruato capite humano, maxillas uasta magnitudine, uastisque armatas dentibus habentes: qui oris hiatu, dentiumque crepitu sese in utranque partem uiæ dum flecterent, ridentem turbam uerrebant in fugam. Quædam exemplaria hoc in loco apud Plautum habent Manduca. Festus legit Manduce à nominatiuo Manduces, uel mandux.

Mandra, æ, f. p. μάνδρα. Spelunca, cubile, & receptaculum cuium, boum, aliorumq; huiusmodi. Item agmen ipsum ueterinorum, aut aliorum brutorum animantium. Iuuen. Satyr. 3. & stantis conuitia mandræ Eripiunt somnum Druso. Probus scribit, Mandram esse uici ostium, uel flexū, uel arrectum, aut breue, & uile ædificium, quod angustat latitudinem uici: uel ingens uehiculum, quo trabes portantur: quod Græcè Mandron dicitur. Martial. libro 7. Vixq; datur longas multorum uincere mandras, Quæq; trahi multo marmora fune uides.

Mandrāgŏrā, æ, f p μανδραγόρας, penultima correpta. Herbæ soporiferæ genus est, quod alio nomine appellatur Circeium. Eius duæ sunt species, quas & sexu distinguunt. Nam candidam, marem putant: nigram fœminam. Ferunt mala uellanarum nucum magnitudine. Mandragoram fossuri ab aduersante uento cauent, & occasum spectant. Vis eius in poculo somnifera est, ac etiam olfactu. Col. li. 10. Mandragora pariat flores. De hac uerba uide Plinium libro 25. cap. 13.

Mānĕ, πρωΐ, ἑωθεν. Dicti principium, quum dies clarus est: ab omine boni nominis. Manum enim ueteres bonum dicebant, ut ait Seruius. Teste autem Nonio, Manum ueteres clarum dixere. Macrobus libr. 1. Saturnaliorum, putat Mane dictum esse à Manibus, eò quòd exordium lucis ab inferioribus partibus emergat. Varro à manando deriuat, quod cum Sole manet dies ab Oriente. Vnde Manij, & Lucij, qui nati sunt mane, & luce. Iunctum inuenitur sæpe adiectiuis, migratq; in nomen substantiuum. Martial. libro primo. Sed mane totum dormies. Persius Satyra tertia. Iam clarum mane fenestras Intrat. Iunguntur quoq; ei aduerbia. Cicero tertio ad Attic. Bene mane hæc scripsi. Inuenitur iunctum genitiuo: ut, Mane diei. Hirc. de bell. Afric. libro 7. Præsertim quum milites à mane diei ieiuni stetissent deratigati.

Mănĕo, nes, mansi, sum, n, s. μένω. Significat me contineo alicuo in loco, moror, commoror, resisto, firmus sto. Cic. libro 3. Offic. Cyrillum quendam suadentem ut in urbe maneret. Verg. 10. Aeneid. Manet imperterritus ille, Hostem magnanimū opperiens. Quandoq; expectare, ἀναμένειν, περιμένειν. Plautus, Ego hic te manebo. Quandoq; futurum esse, instare, imminere, μένειν. Cic. 2. Philip. Cuius te fatum, sicut Curionem, manet. Hoc est cuius fatum tibi imminet, sicut Curionis. Quandoq; inhærere, fixum esse. Verg. 1. Aeneid. Manet alta mente repostum Iudicium Paridis. Quandoque durare, persistere, perstare. Terent. in Hecyr. Manere affinitatem hanc inter nos uolo si ullo modo possit, quod spero fore. Manere promissis, idem quod stare promissis: quod barbari dicunt, Tenere sua promissa. Verg. 2 Aen. Tu modo promissis maneas, seruataq; serues Troia fidem. Mane gaudentis aliquando particula, non operiri iubentis, inquit Donatus. Terentius in Adelph. Sed quidnam foris crepuit? S. mane ipse exit foras. Huius composita sunt, Commaneo, simul habito. Emaneo, extra maneo: à quo Emansor: quorum significata uide suo loco. Eminco, Prominco, & Præmineo, Immineo, Remaneo, retrò maneo, persisto, καταμένω Iustin. libr. 2. Interea Rex, uelut spectator pugnæ cum parte nauium in littore remanet. Cic. 1. Tusc. Sed fac, (ut isti uolunt) animos non remanere post mortē. Et in Catone, Tantum remanet, quod uirture, & rectè factis sis consequutus. Sed hæc per translationem magis. Permaneo, Perseuerantermaneo, ἐμμένω, διαμένω. Obmaneo, diu maneo.

Mansio, onis, s. t. à Maneo, Actus ipse manendi, aut quiescendi in aliquo loco, cui contrarium est Decessio. Cic. ad Sulpit. lib. 4. Is mecum sæpe de tua mansione, aut decessione cōmunicat. Ponitur etiam pro hospitio, καταλύσις, ξενοδοχεῖον. Sueton. in Tit. Vespas. cap. 10. Deinde ad primam statim mansionem febrim nactus, quū inde lectica transferretur, &c. Ponitur quandoq; pro itinere unius diei. Plin. lib. 12. cap. 14. Mansionibus octo stat regio thurifera ad monte excelso. Idem lib. 6. cap. 23. A Copto camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis.

Mansito, as, frequentatiuū à Maneo, Tacit. lib. 13. Quippe mansitasse unà conuincebatur. Idem lib. 14. Quum uetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitauerat, ad supplicium agi oporteret.

Manes, manium, m. t. Seruius putat per antiphrasim dictos ab antiquo adiectiuo Manus, hoc est bonus, quòd minimè essent boni, δαίμονες. Putabant enim ueteres Manes esse deos inferos, eosq; inter numina læua numerabant: placabantq; eos sacrificijs, ne nocerent: Alii putant hoc nomine appellatas fuisse animas separatas à corpore: unde uidemus uetusta sepulchrorum monumenta Dijs manibus esse inscripta. In qua etiam sententia uidetur fuisse Apuleius de dæmonio Socratis. Manes (inquit) animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore nostro Genij dicuntur: corpori renuntiantes, Lemures: quum domos incursionibus infestarent, Laruæ appellabantur: contrà si bonæ fuerint, Lares familiares. Sunt etiam qui putent Manes eosdem esse, quos uetustas Genios appellauit: duosque Manes corporibus ab ipsa statim conceptione assignatos fuisse, qui ne mortua quidem corpora deserant: consumptisque etiam corporibus, sepulchra inhabitent. Quare qui sepulchra demolie-

bantur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bantur, Deos Manes uiolare putabantur. Cicero 2. de Legibus, Deorum manium iura sancta sunto. Quandoq; Manes dicuntur pœnæ. Vergilius sexto Aeneid. Quisq; suos patimur manes. Vbi Seruius, Manes, id est, supplicia, quæ sunt apud manes.

Manethus, uide paulo antè Manæthus.

Mangones, m, t. Dicti sunt magistri formæ puerorũ, & mentiendi coloris artẽ probè callentes, qui homines uendebant, σωματέμποροι, ἀνθρωποπάντικοι. Solebant enim pueris, puellisq;, quò facilius uendi possent, artificio quodam inducere colorem fuco, ac uerum robur inani sagina mentiri, ut carius uenderent. Martialis, Millia pro puero centum me Mango poposcit. Suet in Domitian. Castrari mares uetuit: spadonum, qui residui apud Mangones erant, pretia moderatus est. Plin. Thynni sanguine oblitos pueros pubescere negant Mangones. Aliarum quoq; rerũ Mangones dicuntur, qui merces poliunt, atq; interpolant, ut pluris uendant. Vnde Plinius libro 37. capite 13. Decussi fragmenti paululũ, quod in lamina ferrea teratur, efficaciſſimum experimento excusant Mangones gemmarum. Nec mares tantùm, sed etiam fœminæ Mangones uocantur. Plin. Mango obstetrix erat.

Mangonizo, zas, a. p. Orno, cõpono rem ad alliciendos emptores, μαγγανίω, σωματεμπορῶ. Plin. libr 13. cap. 1. Succus radicis uitis nigræ, cum eruo, lætiore quodam colore, & cutis teneritate mangonizas corpora. Transfertur etiam ad alia, nam & Oratio mangonizata, & forma, & domus, & reliqua dici possunt, ut lenocinijs, & fuco potius quàm ueritate allectent. Hodie etiam mangonizantur panni, siue linei, siue lanei. Quin & equos manganizatos uænire uidemus. Hos Græci ab equis comendis, ἱπποκόμους uocant.

Mangonicus, ca, cum, Quod ad mangonem pertinet, σωματεμπορικός. Plin. libro 21. cap. 27. Radix hyacinthi bulbacea, mangonicis uænalitijs pulchrè nota, quæ in uino dulci illita, pubertatem coercet, & nõ patitur erumpere. Sueton. Ne cessarioq; ad mangonicos quæstus sustinendę dignitatis causa descendit.

Mangonium, nij, n. s. Artificium, quod ad res facilius uendendas adhibetur, μαγγανέια σωματεμπορία. Plin. libr. 10. cap. 70 Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, hic clune, alibi pectore tantùm gallinarum laudatis.

Mănĭæ, arum, f, p. μανίαι. Deformes personæ, authore Festo. Manias item laruas, quas nutrices pueris minitari solent, appellãt. Item Mania dea, Larium mater, cui olim sacrificabant. Maniæ etiam dicebantur ficta quędam ex farina in hominum figuras, quòd deformes essent, quas etiam Manios las appellabant. Autor Festus.

Mania, æ, f. p. μανία. Teste Aëtio, insaniæ genus est sine febri, ex sanguine non putrido proueniens, in caput irruente: cui quandoq; & bilis miscetur. Differt à melancholia, quòd hæc ex atra bile fiat: mania uerò, ex tenuium, & bilioſorum humorum malignitate: ut testatur Gal. in 3. lib. Aphorismorũ. Cic. 4. Tusc. Græci μανίαν unde appellent, non facilè dixerim: eam tamẽ distinguimus melius, quàm illi. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ latius patet, à furore disiungimus. Græci uolunt illi quidem, sed parum ualent uerbo: quem nos furorem, melancholiam illi uocant: quasi uerò atra bile solùm mens, ac non sæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Qui ita fit affectus, eum dominum esse rerum suarum uetant duodecim tabulæ. Itaq; non est scriptum, Si insanus: sed, Si furiosus esse incipit. Stultitiam enim esse censuerunt. id est, incõstantiam sanitate uacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & uitę communem cultum, atq; usitatum. Furorem autem rati sunt mentis ad omnia cæcitatẽ: quod maius est quàm insania.

Mănĭcă, cæ, f. p. penult. cor. Pars uestis, qua manus teguntur, χειρίς. Vergilius nono Aeneidos, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Hinc Manicata uestis, quæ manicas habet: quas, uelut probrosas, & fœmineas taxat Poëta, quòd prisci Romani breues, & circa humerum desinentes uestes primò gestauerint. Cicero in Catil. Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos uidetis, manicatis, & talaribus, ac tritis tunicis, uelis amictos, non togis. Manicæ etiam dicuntur manuũ uincula, quem admodum Pedicæ, uel compedes, uincula quibus pedes ligantur, πέδαι. Verg. 2. Aeneid. manicas atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. Aliquando etiam Manicæ per translationem dicuntur uincula nauiũ. Lucanus, Aſt alias manicæq; ligant, teretesq; catenæ Item Manicæ, thecæ sunt ex ferro, quibus brachia & manus contra hostium iniurias muniuntur. Iuuenalis, Quale decus rerũ si coniugis auctio fiat, Baltheus, & manicæ, cristæ, curisq; sinistri Dimidium: tegmen. Brasseletum Gallicum uulgus appellat. Et Manicæ dicuntur, quibus aduersum uim frigoris manus muniuntur, χαροθῆκαι. Plinius Iunior ad Macrum, Ad latus notarius cum libro, & pugillaribus: cuius manus hyeme, manicis muniebantur, ut ne cæli quidẽ asperitas ullum studij tempus eriperet.

Manicon, μανικὸν. Strychni herbæ species est, quam si quis drachmæ pondere sumpserit, uariæ species ac lætitia plenæ animo obuersantur: quod pondus duplicatum mentis excessum triduo affert, triplicatum mortem. Alio nomine Dorycnion appellatur, eo quòd cuspides in prælijs eo tingerent. Vide Plinium lib. 21. cap. 31. Ea putatur esse, quæ hodie in officinis Solatrum mortale appellatur.

Manicula, æ f. p. diminutiuum, Parua manus, χειρίον. Plautus in Ruden. Duæ connexæ maniculæ & sucula. Manicula item dicitur transuersa regula in stiua aratri, ita dicta, quòd manu bubulci teneatur, Author Varro libr. quarto de lingua Latina.

Mănĭfestus, a, um, adiectiuum. Idem quod clarus, & apertus: ab antiquo adiectiuo Manus, quod clarũ significabat, (teste Nonio) & uerbo Facio, ὅτι ἂν φανερός. Cic. 4. Ver. Manifestis in rebus hominẽ iam teneri uidebitis. Iungitur pulchrè genitiuo: ut, Manifestus sceleris, aut mendacij: cuius scelus, aut mendacium omnibus palàm est. Sallust. in Iugurt. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra uerum niti &c. Dicimus autem uenustè Manifestum facere, Manifestum habere.

Manifestè, aduerbium. Id est, palàm, perspicuè, clarè, nõ obscurè. φανερῶς. Cicero in Catil. Vt tota res à nobis manifestè deprehenderetur.

Manifestò, aduerbiũ, eiusdem significationis. Cic. pro Cluent. Opianici facimus manifestò compertũ, ac deprehensum.

Manifesto, as, a. p. uerbum, Palàm faciò, φανερῶ.

Manifestarius, a, um, Idem est, quod manifestus: quod uulgò dicimus Notoriũ, ὅτι ἂν φανερὸς: ut, Res manifestaria. Plautus in Milite, Mitte Sceledre: manifestaria res est. Fur manifestarius, αὐτόφωρος, uel Adulter manifestarius, Qui in ipso furto uel adulterio deprehensus est, κατάφωρος μοιχός. Idem in Aulul Capio fustem, obtrunco gallum furem manifestarium.

Mănĭpŭlŭs, li, m. s. A manu fit, & propriè significat manuale herbarum fasciculum, quem manu quis apprehendit metendo, ἁράγμα, χηκαλίς. Plin libr. 18. cap. 28. Iustũ est una opera iugerum in die desecari, alligariq; manipulos tria millia ducenta, quaternorũ pondo. Manipulos fœni hic uocat Plin. quos nostri Botellos uocat, inquit Budæus. Interdũ ponitur pro exigua militum manu, quę unũ sequitur signũ, λόχος, μανίπλος. Et in legione quidem erant triginta manipuli. Dictus manipulus (ut inquit Varro) ab eo quod plures militum manus iunguntur. Seruius docet Manipulos esse signiferos, quòd imperante Romulo, quum Romani & Latini sub uno centurione bellũ aggressuri essent, manipulo herbæ hastæ alligato pro signo uterẽtur. Ouid. 1. Fastor. Pertica suspensos portabat longa maniplos, Vnde maniplaris nomina miles habet. At Vegetius libro secundo scribit Manipulum uocari contubernium decem tantummodo militum sub uno papilione degentium, ab eo quòd coniunctis manibus dimicabant. Terent. in Eunuch. Cædò alios: ubi centurio est Sanga, & manipulus furum? hoc est manus militum. Inde Commanipulones, qui in eodem manipulo sunt: & Commanipulatio, quibus nominibus utitur Spartianus.

Manipularis, re, om. t. Quod ad manipulum pertinet, quodq; est de manipulo: ut Miles manipularis, unus è manipulo: quem & Manipularem dicimus absolutè. Plaut. in Mostel. Conueniunt manipulares: eccos, prædam participes petũt. Cicero ad Attic. libr. 9. Et me una hæc res torquet, quòd nõ omnibus in rebus labentum, uel potius ruentem Pompeiũ, tanquam unus manipularis secutus sim. Cæsar 7. bel. Gall. Tres suos nactus manipulares, atq; ab ijs subleuatus, murum ascendit.

Manipula-

Manipulatim, aduerbiũ, significat per manipulos, κατὰ λόχους. Plaut. in Pseud. Manipulatim mihi Munigeruli facite ante ædes iam hîc adsint. Liuius lib. 8. ab Vrb. Et quod antea phalanges similes Macedonicis erant, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse.

Manna, μάννα, ὁρυσομιλι, ἱερόμηλι Hebraicum uel certè Syriacum est uocabulum, quo significatur ros melleus matutinus teste Cælio libro decimotertio capite quinquagesimosexto qui à Cornelio Celso Ros Syriacus appellatur. Galenus libro tertio de Alimentis, author est, hoc mellis genus copiosissimè colligi in Libano Syriæ monte, eiusque regionis rusticos expansis humi uelleribus, concussisque arboribus plena sæpe fictilia eius roris domum referre.

Manna thuris, μάννα λιβάνου Dioscoridi: Micæ thuris sunt è maioribus guttis, uecturæ concussione elisæ. Omnis enim thuris substantia in antiqua medicina trifariam diuisa fuit, in thus, corticem thuris, & eiusdem manna, quam & pollinem thuris nonnulli appellarunt: A Græcis etiam ὀποσσασμὸς, à concussu dicitur: nihilq; habet commune cum meile aërio, quod uoce ab Hebræis detorta recentiores Manna appellant. Vide Plinium lib. 12 capite 14 & Dioscor. libro 1. capite 72.

Manni, orũ, m. s. Equi sunt exigui, tollutim uestigia glomerantes: qui & Asturcones ab Asturia regione Tarraconensis Hispaniæ, & Gradarij appellantur. Horatius in Epod. Et Appiam mannis terit.

Mannulus, li, Equinus pullus. Martial. libro duodecimo. Nusquam est mulio, mannuli tacebunt. Plinius Epistol. sexagesimoseptimo. Habet puer mannulos multos, & iunctos, & solutos: habebat canes maiores, minoresque. Dicti autem sunt Mannuli, siue, ut est apud Horatium, Manni. quod mansuetudine manum sequantur: ut scribit Acron in illud Horatij, libro 3. Carm. Si per obliquum similis sagittæ Terruit mannis.

Mannor, uide Manuor.

Mãnõ, manas, manare, n. p Propriè dicitur, quum aliquid ex integro sed non satis solido, per minutissimas partes stillat, μετοχετεύω ὑδωρ ξῆρ, Tractum à Græcis, qui μανὸν rarum, & sine densitate appellant. Festus Manare à Manè aduerbio dictum putat, Solisque proprium esse existimat, quum orientes radij splendorem iactare incipiunt: sed frequentius ad aquam & ad humores refertur. Per translationem ponitur pro descendere, fluere, procedere, προέρχομαι Et huiusmodi res, quæ manat, quandoque in nominatiuo ponitur. Vergilius tertio Aeneidos. Tum gelidus toto manabat corpore sudor. Lactant. libro primo. Quid mirum si ab hac gente uniuersa flagitia manauerunt? id est. processerunt. Quandoque in accusatiuo. Plinius libro decimoquarto. Arborum succo manantium picem, resinamque aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa feruntur. Quandoque in ablatiuo. Liuius libro primo ab urbe, Cultrum ex uulnere Lucretiæ extractum, manantem cruore præ se tenens. id est, fluentem, uel stillantem. Quandoq; ponitur pro disseminari, dispergi. serpere, percrebrescere. Cicero 2. Tusculan. Latius enim manabit hæc ratio, & aliquanto maiorem locum, quàm de uno dolore occupabit. Sic fama uel rumor rei alicuius dicitur manare, hoc est, dispergi, & diuulgari. Liuius libro septimo ab Vrbe, Diuisa enim erant per Campaniæ urbes, manauerantque à Capua consilia in exercitum omnem. Cicero decimoquarto Philippic. Quum ut sciris, hoc triduo, uel quatriduo tristis à Mutina fama manaret. Sic manat malum, apud eundem Philip. 3. Huius uerbi composita sunt, Emano, & Permano: quę uide suis locis.

Manalis fons, dictus quia aqua ex eo perpetuò manat.

Manalis urceolus, siue gutturium, Vas dicebatur ex quo aqua in pollubrum dimittitur, πιδύσκη Manalis lapis, Ostium est Orci, per quod animæ inferorum ad superos manant, qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam uocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis: quam quum propter nimiam siccitatem in urbem pertraherent, sequebatur statim pluuia: eumque, quòd aquis manaret, Manalem lapidem dixere. Festus.

Manobarbulus. Teli genus simile plũbeæ pilæ, quo utentes milites ipsi Manobarbuli dicti sunt. Hi postea à Maximiano Cæsare, quòd se fortiter in Illyrio gessissent, Iouiniani, & Herculani dicti sunt. Sipontinus putat esse uocabulum peregrinum.

Manon, μάνον Spongiæ genus minus spissum, & mollius: ἀπὸ τῆς μαλότητος. hoc est, è raritate appellatum. Plinius libro nono capite 41. Spongiarum tria genera accepimus: spissum, prædurum, & asperum. Tragos id uocatur: minus spissum & mollius, Manon: tenue densumq; ex quo penicilli, Achilleum.

Manssterna, Aquæ urna, id est, urceus, ὑδρία. Plaut. in Bacch. Effer manssternam cum aqua foras.

Mansuetus, a, um, Mitis, cicur quasi manu assuetus, quòd omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsione mitescant, τιθασὸς χαρίεις, πρᾶος, ἥμερος Vegilius septimo Aeneid. Ille manum patiens, mensæque assuetus herili. Terentius in Andr. Hęc ego putabam esse omnia humani ingenij, Mansuetiq; animi officia. Cicero tertio Philip. Illud quæro, cur tam subitò mansuetus in senatu fuerit, quum in edictis tam fuisset ferus? Ouidius tertio Trist. eleg. 6. Numinis ut læsi fiat mansuetior ira. Idem in Ibin, Huic igitur meritas grates, ubicunque licebit, Pro tam mansueto pectore semper agam. Cicero secundo de Orat. In moribus suis erga necessarios declarandis mansuetissimus. Festus, Mansuetus, neque misericordia mœstus, neque crudelitate sæuus, sed modestia temperatus. Bestiæ mansuetæ, etiam placidæ, & cicures dicuntur. Plinius trifariam diuidit animantia: in placida, fera, & intermedia. Nam hirundines, apes, delphini, nec placida sunt nec fera: sed media inter utrumq; naturæ.

Mansuetè, aduerbium, Placidè, clementer πράως Cic. pro Marcel. At uerò quum aliquid clementer, mansuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in uictoria, quæ natura insolens & superba est, aut audimus, aut legimus, quo studio incẽdimus, ut eos sæpe, quos nunquam uidimus diligamus.

Mansuetudo, inis, n. t. Lenitas, clementia, facilitas, & utinquit Speusipppus, constantia animæ aduersus iræ imperium immobilis, πραότης. Cicero. 1 Offic. Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum, qui cum bellum geras, tam molli nomine appellari?

Mansuefacio, is, a t. Mansuetum reddo, τιθασεύω Plin. libr. 8. cap. 16. Primus autem hominũ leonũ manu tractare ausus, & ostendere mansuefactum. Liu. 3. ab Vrb. Paulatim permulcendo, tractandoq; mansuefecerant plebem. Cicer. 1. Tusc. A quibus mansuefacti, & exculti, à necessarijs artificijs ad elegantiora defluximus.

Mansuefio Mansuetus fio, mansuesco. cicuror. τιθασεύομαι. Cæs. 6. bell. Gall. Sed assuescere ad homines, & manuefieri; ne paruuli quidem excepti possunt.

Mansues, etis Antiqui dicebãt pro mansuetus, τιθασός Plautus Asinar. Reddam ego te ex fera, fame mansuetem. Accius Meleagro. Nunc me matrem mansues misericordia capsit.

Mansuesco, is n t. Mansuetus fio, mitesco, τιθασεύομαι ἡμερεύομαι Col libro septimo Nam per hæc blandimenta triduò feræ mansuescunt. Vergilius quarto Georg. Nesciaque humanis precibus mansuescere corda. Lucanus libro quarto Sic ubi desuetæ syluis in carcere clauso. Mansuescere feræ. Vergilius secundo Georg. Tellus mansuescit arando. Varro libro primo de Re Rust. pro mansuefacio posuit, quum inquit, Sic ex animalibus, quum propter eandem utilitatem, quæ possent, syluestria deprehenderent, ac concluderent, & mansuescerent. Fortasse legendum mansuefacerent.

Mansuetarii. Qui feras mansuefaciunt, τιθασευταί. Lampridius in Heliog. Habuit leones, & leopardos, quos edoctos per mansuetarios, subitò ad secundam mensam iubebat accumbere. Iul. Firmicus libro 8. Matheseos, Septentrione oriente nati, erunt mansuetarij ferarum.

Mantare, Veteres pro manere usurpabant, teste Nonio, μένειν. Plaut. in Pseud. At dabit, parabit aliquid hos dies: manta modò. Cæcilius Hypobrastaria, ut citat Nonius, In uoltu eodem, in eadem mantat malitia. Plautus Pseud. nos herus apud ædem Veneris mantet.

Mantelum, li, & Mantelium, lii, & Mantele, is, Compositæ dictio ex Manus, & Tela: quasi mappa, à manibus tergendis. χαρόμαντρον. Est enim linteolum, quo manus tergere solemus, Ouid. 5. Fast. Dixerat, ad dextram uillis mantele solu-

is. Martia-

tis, Martialis lib. 12. Mantele è mensa sustulit Hermogenes. Aliqui hoc in loco legunt Mantile: quod tamen in idem recidit, ut suo loco dicemus. Rursus Mantelia, seu Mantela accipiuntur p penulæ genere, quo se ut lorica, milites solent munire: siue pro thorace, quo pectus armatur. Græci hanc μανδύαν uocant, ut Suidas ait: Plin. lib. 7. cap. 2. Ossibus humanorum capitum bibere, cutibusq; cum capillo pro mantelibus ante pectora uti. Ponitur metaphoricῶs pro tegmine quolibet, siue uelamento. Plaut. in Capt. Nec mendacijs subdolis mihi usquam mantelum est meis. Ponitur ibi pro pallio, latebra, aut quouis alio tegmine, quo dolus tegi possit.

Mantes, is, m. t. μάντης, ἡ μάντις, Latinè uatem sonat. Cic. 1. de Diuinat. Nam Athenienses omnibus semper publicis cõcilijs diuinos quosdã sacerdotes, quos Mantes uocant, adhibuerunt.

Manteũ, tei, n. s. pen. prod. μαντεῖον. Locus oraculis dicatus. Cic. lib. 2. de Finib. Vt quasi de manteo promanant medicamenta illa Epicurea: dolor si grauis, breuis: si longus, leuis. Vetera exemplaria habent, De narthecio. Plin. lib. 7. cap. 29. Ab Epheso manteum aliud Colophoniorum.

Mantice, es, f. t. pen. cor. μαντική, Ars ipsa diuinandi. Cic. 1. de Nat. Deor. Sequitur μαντικὴ uestra, quæ Latinè Diuinatio dicitur.

Mantia, æ, μαντεία, Diuinatio, uaticinium. A Mantia per compositionem fiunt Necromantia, Hydromantia, Pyromantia, & alia huiusmodi, quorum penult. producitur. Vide suprà in dictione Magia.

Mantica, æ, f. pen. cor. Perula uiatoria, qua scilicet iter facientes uiaticum, aliaue necessaria circunferunt, πήρα. Finxit Aesopus mortales singulos binas habere manticas, quarum altera ante pectus, altera à tergo propenderet: secundum priorem aliena uitia conijcere, in posteriorem sua. Hinc ortum est prouerbium, ut dicamus homines non uidere quod in tergo manticę est, hoc est quum aliena uitia acutissimè uideant, in suis prorsus cæcutire. Catullus ad Varrum, Sed nõ uidemus manticę quod in tergo est.

Manticula, pro parua mantica, in qua (ut ait Festus) pecunias suas tenuiores solent recondere.

Manticularia, dicuntur ea quæ in frequenti usu habentur, & quasi manu tractantur. Frequens enim ad manus tergendas usus fuit mantelorum: unde hęc trahitur similitudo. Festus.

Manticularius, rij, m. s. Dicitur fur, qui inferens se confertæ multitudini, marsupia aut secat, aut artificio doloso aperit, & euacuat, ablata pecunia, βαλαντιοτόμος. Dictum à manticulis, in quibus tenuiores, teste Festo, pecuniam recondebant.

Manticulatio, Astus & fraus, furtum, incisio loculorum, κατασκύασμα.

Manticulor. aris, d. p, Est, authore Festo furandi gratia manticulas attrectare, τηλάζομαι. Inde ponitur pro aliquid dolo sẽ agere. Pacu. Ad manticulandum astu aggreditur. Hoc uerbo etiam usus est. Plaut. in Capt. Sume, posce, prome quidquid, te facio cellarium. Nam hercle nisi manticulatus probè hæc fuisti, petito, Aeternum tibi dapinato uictum, si uera autumas.

Mantichora, μαντιχόρας, Bestia in India, quæ triplicem dentium ordinem, & hominis faciem unà cum corpore leonino habet, humanas carnes maximè affectans. Plin. lib. 8. cap. 21. De mantichora sic scribit Aelianus lib. 7. cap. 2. Apud Indos (inquit) nascitur immenso robore animal, cui Indorum lingua Mantichora nomen est, magnitudine maximi leonis, colore rubrum, canis modo uillosum, facie eadem propè quæ hominis, dentium triplici utrinq; ordine acutissimorum, caninis maiorum, auribus hominis similibus, nisi quòd hæ & grandiores & uillosiores sunt: oculis cæsijs, & his non dissimilibus hominis: pedibus & unguibus ijsdẽ, qui leonis. Summa cauda illi scorpionis modo terreni, aculeo plus quàm cubitali armata: reliquum caudæ utrinq; aculeis cuspidatum est, quos tãquam tela, si quis insequatur, eminus iaculatur. Humanis carnibus maximè delectatur: quocirca complures homines interficit: nec singulos duntaxat homines inuadit, sed plures collectos solũ interimit. Ideò Indicè Mantichora appellatur, quod bestia sit hominum conficientissima, ex rebus quas gerit nomen trahens. Vide plura apud Aelianum loco iam citato.

Mantile, lis, penultima producta, neutrũ t. Idem quod mantelum, χειρόμακτρον. Vergilius quarto Georg. tonsisque ferunt mantilia uillis. Seruius inquit, maiores mappas uillos habuisse. Epigramma est apud Martialem libro decimoquarto de mantili, siue Gausapa uillosa, Nobilius uillosa tegant tibi lintea citrum, Orbibus in nostris circulus esse potest. Plinius libro 7. capite secundo, Cutibusq; cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Quo tamen in loco in plerisq; Plinii codicibus Mantelibus legitur per secundam uocalem in antepenultima.

Mantis, Diuinus, uel uates. Vide Mantes.

Mantissa, f. p. Lingua Tusca, authore Festo, dicitur additamentum rei quæ uenditur. id est, pauxillum illud quod adijcitur ponderi: ita dictum quòd manu addatur, προσθήμα, Lucilius, Mantissa obsonium uincit.

Manualis, oxyschinos. Diosc. lib. 4. cap 55.

Manubiæ, & Manubrium, uide pòst Manus.

Manum, Dicitur clarum, unde etiam Mane, post tenebras diei pars prima. Nonius.

Mănŭs, huius manus, f. q. à manando dicta est, quòd ex brachiis manet, uel quod ex ea manent digiti, χείρ. Ouidius Epist. decimoseptimo. Iam tibi formosam porriget illa manum. Catullus, Berecyntia, Niueis citata cepit manibus leue tympanum. Vergilius primo Aencidos. Tendentemque manus Priamum conspexit inermes. Plena manu, hoc est, ampliter, copiosè, prolixè, minimeque malignè. Cicero Att. libro secundo, At hercle alter tuus familiaris Hortensius, quàm plena manu, quàm ornatè, nostras laudes in astra sustulit? Manufactus, una dictione, siue duabus opponitur naturali. Celsus, Naturales, uel manufactæ natationes. Cicero tertio de Finibus. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in generibus manufactis tam compositum, tamque compactum, & eclagmentatum inueniri potest? Manus præterea instrumentum, & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus raptæ tenentur: à manus humanæ similitudine. Plinius libro septimo capite 56. Anacharsis harpagonas, manus Pericles Atheniensis inuenit. Item manus multitudo uocatur, uel exercitus. Vergilius sexto Aeneid. Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi. Idem 6. Aeneid. Iuuenum manus emicat ardens Littus in Hesperium. Accipitur etiam Manus pro potestate: ut quum dicimus, rem aliquam in manu nostra esse sitam, quod Græci dicunt, διαχερὸς εἶναι. Lucan. libro primo. In manibus uestris, quantus sit Cæsar, habetis. Manumittere, Est de seruo liberum facere, libertatem dare, ἀφίημι. Cicero pro Cælio, Adsunt serui ex cognatorum sententia manumissi. Manumissus, Liberatus è potestate domini, ἄρτος, ἐλευθερωθείς. Nam quandiu quis in seruitute est, manui, hoc est, potestati subditus est. Interdum uerbum hoc diuiditur: dicimusque Mittere manu, uel Emittere manu. Plautus in Aulul. Igitur orabo, ut manu me mittat. Frequentius coniunctim scribitur. Hinc manumissio, quæ est datio libertatis. Cicero pro Cæl. Sed scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio. Erat autem mos in manumissione, ut dominus caput, aut aliud membrum serui tenens, diceret, Hunc hominem liberum esse uolo: & mittebat eum è manu. Inde Manumissio dicta est, & Manumissus à potestate liberatus. Item Manus capitur pro probosc ide elephanti, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu utatur elephantus. Curt. libro quarto de elephanto loquẽs, Præcipuè terribilis illa facies erat, quum manu arma utrosque corriperent, & super se regentibus traderent. Idem de eodem, Copidas uocabant gladios leuiter curuatos, falcibus similes, quibus appetebant beluarum manus. Nonnunquam pro scriptura manuum. Quintil. lib. 2. de Orthographia, Cauisa, Casus, Cic & Verg. scripserunt: sic manus eorum docent. Cicero ad Attic. lib. 4. Occupationum mearum, uel hoc signum erit, quòd epistola librarii manu est. Idem ad Attic. libro 11. Quibus tibi uidebitur, uelim det literas nomine meo: nosti familiares: signum requirent, & manum, dices ijs, me propter custodias eas uitasse. Budæus. Manum conserere. Est prælium incipere & comminus pugnare, συμβάλλειν, συμπλέκεσθαι. Propriè tamen Manum conserere, nihil aliud est, quàm manus coniungere. Apud Iurisconsultos autem Manum conserere dicebantur litigantes, quũ in agrum, aut aliam rem, de qua lis erat, profecti, præsente Prætore, rem litigiosam manu apprehendebãt, iusq; suum in re præsenti uindicabant. Postea tamen propagatis Italiæ finibus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſinibus, Prætoribusq; aliis negotiis occupatis placuit ut litigantes ſine Prætore in agrum proficiſcerentur, glebamq; inde in ius ad Prætorem deferrent, & in ea, tanquam in toto agro, uindicarent, aduerſariumq; ex iure manu conſertum ad Prætorem uocarent. Vide ea quæ de hoc annotauimus in uerbo Conſero. Ad manus uenire, ſimiliter eſt prælium, ſeu cõtentionem incipere. Plaut. Itur ad manus, arma ſumuntur. Manu factum, Quod naturale non eſt, ſed hominis manu fabricatum, χειροποίητον. Cic. 3 de Finibus. Quid eſt aut in natura, aut in operibus manufactis &c. Idem pro Marcello, Nihil eſt opere, aut manufactum, quod non aliquando conſumat uetuſtas. Manibus prælium facere, Eſt manus conſerere. Salluſt. in Iugurt. Romam pro ingenio quiſq; pars eminus glande aut lapidibus pugnare: alii ſuccedere, ac modò murũ ſuffodere, modò ſcalis aggredi, cupere manibus prælium facere. Manu docere, Eſt apertè docere. Cic. 1 de Nat deor. Epicurus aũt res occultas, & penitus abditas non modò uiderat animo, ſed etiam ſic tractauit, ut manu doceat nos, eam eſſe uim & naturam deorum. Primas & ſecundas manus (quas legere eſt apud Quintilianum libro 5.) Hermolaus uocari poſſe ait, quando feſſis recentes ſuccedunt: ſed tamen potius ictus ſignificari uidentur, ut ait Budæus. Inter manus arripere aliquem, eſt collatis ſimul manibus, aliquẽ ſublimem ferre. Plautus in Moſtel. Arripite hunc intrò actutũm inter manus. Inter manus aliquid eſſe, dicitur per translationẽ, pro in poteſtate eſſe. Verg. Ante oculos, interq; manus ſunt omnia ueſtras. Verſari inter manus, Eſt in uſu eſſe. Sub manu eſſe, id eſt, ad latus, expeditum, promptumq; in uſum, ſiue eſſe in promptu, & in proximo. In manus ſumere librum, pro eo quòd eſt librum legere. Eſſe in manibus liber dicitur, qui editus eſt, & legitur. Manus remittere in aleæ ludo, eſt colluſori iactum condonare, quem ſua quiſq; manu damnoſum fecit. Manu capere, Idem quod bello quærere. Salluſt. Populus Rom. quaſcunq; urbes, & agros manu ceperat, Regi dat. Succedere ſub manus. Et aliquid bene, & ad optatum contingere. Item ad manus uenire, Eſt eam ad contentionem & pugnam uenire. Per manus tradere. Idem quod de manu in manum, quo utitur Cicero ad Cæſar. Imperator libro 7. Totum dedo tibi hominem tibi trado de manu, ut dicitur, in manum tuam iſtam. Per manus tradita diſciplina, uel hiſtoria dicitur, quæ non monumentis literarum, ſed uerbo tantùm traditur, & à maioribus ad poſteros ſine literis tranſmittitur: quemadmodũ ſacrorum miſteria olim tradi ſolebant. Præ manibus, pro in manibus, uel inter manus. Plautus in Bacchid. Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus. Præ manu dare, Eſt quod uulgò dicitur, Ante omnia, uel ante manum dare, Gallico ſermone, Auancer. Tollere manus Modus eſt loquendi, ſignum lætitiæ ſignificans. Cic. Cæſ. Sustulimus manus & ego, & Balbus: tanta fuit opportunitas. Tendere manus, Eſt perentis auxilium, uel miſericordiam implorantis ſignum. Cæſar libro 3. bell. Gall. Hedui manus tendere, deditionem ſignificare. Plus illi eſt in manu, quàm tibi, Id eſt, ditior eſt te. Nihil illi eſt in manu, Id eſt, nihil habet. Habere in manibus dicuntur, qui aliquid poſſident, & diuites ſunt. Manus tua hæc eſt, Hoc eſt, hi fauent tibi, & te iuuant. Manus uerant prius quàm pennes ſeſe habeant, quicquam credere, Plautus in Trucul. id eſt, nihil credam te daturum, niſi prius numeraueris. Manus multas poſcit hoc opus, Plinius in Epiſt. lib. 158. id eſt, hoc opus eſt multi laboris. Manus oculatæ dicuntur à Plauto in Aſinaria, quæ re aliquid uolunt exhiberi, non oratione promitti. Semper (inquit) oculatæ noſtræ ſunt manus: credunt quod uident. Manu fingere, Eſt arte, curaq; formare: tractum à plaſtis, qui è molli luto manu imagines faciũt. Manum ferulæ ſubducere. Eſt iam aliquo modo in literis profeciſſe, & deſinere in ludo literario uerſari. Nam antiquitus Grammatici ſolebant puerorum manus ferula percutere. Iuuenal. Satyr. 1. Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. Manus de tabula tollere neſcire. Eſt in re aliqua conficienda nimis anxium eſſe. Tractum ab Apellis elogio de Protogene, quo dicebat illum manum de tabula tollere neſcire. Manũ non uerterim. Prouerbialis eſt hyperbole, qua utimur quoties nos rem aliquam ſuſq; deq; ferre uolumus ſignificare, & de ea nos nihil eſſe ſolicitos. Manum ſub pallio habere, dicuntur Rhetores, qui inter agendũ non commouentur. Nam bona pars actionis in manibus cõſiſtit. Quæ omnia uide latius in Adagiis Eraſmi. Manus iniectio, Dicitur quoties nulla iudicis authoritate expectata, rem noſtram nobis uindicamus. χειρῶν ἐπιβολή. De quo uide Iniicio. Manibus ac pedibus quicquam obire, Id eſt, ſumma diligentia: illis enim uerbis extremum conatum ſignificamus, ποσί τε καὶ χερσὶ τι λειτουργεῖν. Terent. in Andr. Quam ego credo manibus, pedibusq; obnixè omnia Facturũ. Ad manum, In promptu, in proximo, & parabile. πρόχειρον. Senec. Ad manum eſt, quod ſat eſt.

Manum, mittere in carpũ, Galeno authore, eſt arteriæ motiones explorare.

Manicula, æ, diminutiuum, uide ſuprà poſt Manicon.

Mantiola, æ, diminutiuum item à manus. Parua manus. Nonius, Mantiolis tene illis.

Manualis, le, om. t. Quod extenſæ manus altitudinem habet. Plin. lib. 24 cap. 13. Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcapis eius in tribus heminis aquæ decoctis uſq; ad tertias. Manualis faſciculus lini, δράγμα. apud Plinium lib. 19. cap. 1. hoc eſt, qui manus implet: noſtræ ætatis medici Manipulum uocant.

Manuarius, a, um, Quod ad manum pertinet, χειρίδιος: unde Aes manuarium, quod manuum labore acquiritur. Gel. Hoc ære quaſi manuario collecto, cœnula parabatur.

Manuleatus, a, um, Idem quod manicatus, χειριδωτός Plaut. in Pſeud. Manuleatam tunicam hominem habere addecet, hoc eſt, tunicam manicas prolixiores habentem. Manicatum, aut Manuleatum hominem dicimus, indutum tunicis manicatis. Sueton. in Calig. capite 52. Gemmatasq; indutus penulas, manuleatus, & armillatus in publicum proceſſit.

Manulearius. m. ſ. Qui ueſtimenta manicata conficiebat. Plaut. in Aulul. Aut manulearii, aut myrobrecharii.

Manubrium, brii, n. ſ. A manu, Capulus cuiuſcunq; rei appellatur, quòd manu teneatur, κώπη, λαβή. Plaut. in Aulul. Exemi ex manu manubrium. Plin. lib. 16. cap. 43. Hyginus manubria ruſticis, carpinea, iligna, cerrea. Col. lib. 11. cap. 2. Vel facta manubria aptare, quorum optima ſunt ilignea.

Manubriolum, li, n. ſ. diminut. Parũ manubrium. Celſus lib. 7. cap. 7. Lini duo capita apprehendere, & per ea erecto ungue ſi qua parte oculo inhæret, manubriolo ſcalpelli diducere, donec ad angulum ueniat.

Manubiæ, arum, f. p. Dictæ ſunt, quòd manu capiantur ab hoſtibus, λάφυρα. Eſt enim præda ab hoſtibus capta Aſconius ſcribit Manubias eſſe prædas Imperatorum pro portione de hoſtibus capta. Vnde Cic. 5. Verrin. facetè Manubias uocat, ſigna & tabulas, quæ è Sicilia Verres, ranquam hoſtium ſpolia deportauerat, Nónne (inquit) perſpicuũ eſt, Verrem eſſe, qui ueſtras uillas ſuis manubiis ornet? Spolia quoq; quæſita de hoſte nobili per deditionem, Manubias ueteres dicebãt de quibus quod uellent, facerent, Gel. uerò lib. 13. ca. 25 quid Præda à Manubiis diſſet, his uerbis declarat, Nam Præda, inquit, dicuntur corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt: Manubiæ appellatæ ſunt pecuniæ, quæ à Quæſtore ex uenditione prędę redactæ ſunt. Dicit tamen quoſdam non ignobiles ſcriptores, aut temerè, aut incuriosè prædam pro manubiis, & manubias pro præda poſuiſſe: ſed qui propriè locuti ſunt, ſicut Cicero in oratione de Lege Agraria, Manubias pecuniam dixiſſe. Verba aũt Ciceronis ſunt hæc, Quod ad quemq; peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Quo in loco M. Tullius manifeſtè diſtinguit Prædam à Manubiis: ut annotauit Nonius Marcellus: qui prorſus eadem de manubiis ſentit, quæ Gellius. Manubias facere, eſt prædari. Cic. in Verrem, Qui manubias ſibi tantas ex L. Metelli manubiis fecit. Eſt quoq; ut iactus fulminũ manubiæ dicãtur, κεραυνοβολία. Vnde ait Seneca lib. 2. Quæſt. Ioui tres manubias dari, quarũ prima monet, ſecunda prodeſt, tertia adhibitis conſilio diis emittitur.

Manubialis. & hoc. biale, om. t. Quod ad manubias pertinet: ut Manubialis pecunia, quæ ex uenditione manubiarum contracta eſt. Suet. in Auguſt. Quò aũt facilius undiq; urbs adiretur, deſumpta ſibi Flaminia uia Arimino tenus mittenda, reliquas triumphalibus uiris ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit.

Manubiarius, adiectiuum, Manubiarũ particeps. Plaut. in Trucol. Amicus mihi eſto manubiarius.

Manuor, manuaris, deponens, Idem eſt quod Furor, furaris, κλέπτω, Accius, Manuatus ueſtem amicæ.

Manupretium, n. ſ. Dictio compoſita, idem ſignificans quod merces. Cic. in Piſonem, Quum uerò iſta tibi prouincia manupretium fuerit non euerſæ per te, ſed perditæ ciuitatis.

Mapalia, orum, n. ſ. καλύβαι, οἰκίδια. Punica lingua, agreſtes caſæ dicuntur, authore Feſto, in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet id uocabulum ſolutè uiuentibus obiici. Sunt autem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quasi rotundæ cortes, ut inquit Cato lib. 4. Orig. Liu. li. 9. bel. Pun. Familiæ aliquot cum mapalibus, pecoribusq; suis (ea pecunia illis est) prosecuti sunt regem. Mapalia, inquit Seruius, idem significat quod Magalia, hoc est, Afrorū casas: sed Magalia, ma, producit, Mapalia uerò corripit. Verg. 3. Georg. Et raris habitata mapalia tectis. Idem 4. Aenei. Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.

Mappa, æ, Linteum quo mensa sternitur, aut certè qua manuum sordes in mensa abstergimus, *δθόνη*. Nam in conuiuiū pro se quisq; mappam afferebat. Martia lib. 12. Attulerat mappam nemo, dum furta timentur, Plin. lib. 19. cap. 1. Ardentes in focis conuiuiorū uidimus mappas, sordibus exustis, splendescentes igni magis quàm possent aquis. Mappam (inquit Quintil. lib 1. cap. 9.) usitatum Circo nomen pœni sibi uendicant. Idcirco autem dicit mappam Circo usitatam, quod in ludis Circensib. Præter soleat præsidere, qui mappæ missione signum dabat ineundi certaminis. Martialis lib. 12. Cretatam Prætor quum uellet mittere mappam, Prætori mappam surripit Hermogenes. A Mappa uerò fit diminutiuum Mappula.

Marasmus, *μαρασμὸς*. Idem quod tabes, hoc est, totius corporis, uel partis alicuius siccitas, quę accidere solet, humore natiuo ui caloris absūpto. A uerbo Græco *μαραίνομαι*, quod est tabesco. Hinc febris marasmodes à medicis appellatur hecticæ species, quæ contingit ex febri ardente adeò propagata, ut humorem totius corporis absumat. Vide Galenum de different. feb. lib. 1. cap. 10.

Maratha, quæ in rubis nascuntur mora, quanquam corrupta in Hippocrate lectio est, & fortasse pro *μάραθα ἀπὸ βατῆ*, legendum *μύρα ἀπὸ βατῆ*.

Marathis, Hippomarathrum, Dioscor. lib. 3 cap. 80.

Marathron, *μάραθρον*, Latini fœniculum dicunt. De marathro & Hippomarathro. Vide Plin. lib. 20. cap. 10.

Marathrites, *μαραθρίτης οἶνος*, Vinū eo modò dictum quo Aromatites: nempe quod marathrum infusum habet: ualetq; ad uisus imbecillitatem adiuuandam. Columella libro 22. capite 35.

Marceo, es, ui, n. s. Putreo, *σήπομαι*, *μαραίνομαι*. Martial. lib 5. Marcentes tibi porrigentur uuæ. Nonnunquam idem quod langueo. Ouid. 1. Amorum, eleg. 13. Cur ego plector amans, si uir tibi marcet ab annis. Celsus lib. 2. cap. 2. Si marcet animus si corpus torpet, si moueri loquiq; piget. Liu. 3. bel. Pun. Sed qui pugnent, marcere Campana luxuria, &c.

Marcesco, n. t. Putresco. Plin. lib. 10. cap. 48. Corpus occisæ statim Marcescit. Ponitur quandoq; pro languesco. Suet. in Calig. Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Liu. 8. bel. Pun. Ad hæc equitem marcescere desidia. Huius compositū est, Emarceo, Quod est ualde Marceo, *ἐκμαραίνομαι*. à quo Emarcesco.

Marcidus, a, um, adiectiuum, Id est, putridus siue languescens, *μαρασμώδης*. Plin. lib. 11. cap. 32. Fessis equis aures marcidæ. Plinius in Paneg. Alii marcidi somno, hesternaq; cœna redūdantes, comitiorum suorum nuntios operiebantur.

Marcor, oris, m. t. Putredo uel langor, & cōsumptio, quæ & Tabes dicitur, *σκηδὼν*, *σῆψις* Plin. lib. 22 cap. 22. Si ferri uel chalybis aliqua rubigo uel panni marcor affuerit. Celsus de lethargo. lib. 3. cap. 20. In hac marcor & inexpugnabilis penè dormiendi necessitas.

Marchasita, idem quod Pyrites, teste Georgio Agricola. Nā quod Græci, & post eos Latini Pyritem, Arabes Marchasitam appellant, Cæterum ne id tibi imponat multæ etiam genera Pyritis. De quo alibi Martianus, Medicus Apher, citatur ab Actio Serm. 11. cap. 11. Scripsit morborum remedia uaria. Marciaton unguentum, ab inuentore sic dictum.

Marchion, nis, m. t. uidetur Alciato Celticum uocabulum esse quo præfectus Equitum significetur, quòd antè Rhenanus noster admonuit, & Althamerus latius explicat, in Commentar. Germaniæ. Doctissimus uir Glareanus autor est hodie magna ex parte Celticè loqui Heluetios, Rauricos, Sequanos, Rheno proximos, Brisgoënses, ac Elsaticos nostros. Annotauit in Parag. Alc. & apud Gallos hodie usurpare Marcare, pro eo quod est, equitare: & Pausaniam scribere, triplicem equitum ordinem à Cellis, qui in exercitu Brennis erant, Trimarcisiam dictam, fuisseq; hanc uocem, & rerum in Italia potientibus. Longobardis, & deinde Francis Regibus (origine Germanis) Magistri stabuli, seu equitū nomen, deinde in propriæ Iurisdictionis appellationem transiisse sicut & Duces, Comites, Marchiones. seu Marggraphii, ut Iuriscōsultissimus Bonifacius Amerbachius monuit, originem ex Limitaneis præpositis traxerunt, quod limitibus quos uulgo Marcken appellamus, graphii, id est, præpositi fuerunt. Vide Zas. in tit. Qui Feud. dare poss. Quidam à Marca, quod equū significat, equorū stabuli Magistrum, Marckstaller, & equorum præfectū, Marckgraffen, existimant appellatum. Sed magis est, ut Amerbachii sententiam sequamur, Marchio aūt, & Comes, propriè Regni, uel Regis Capitanei dicuntur. Qui ab his Feudum accipiunt, propriè Regis, uel Regni Valuasores, quasi ad ualuas stantes, qui & ipsi Capitanei nuncupari poterint. c. si Capitanei, de Feu. Marchiæ. Rursum Feudum capientes ab eis minores Valuasores appellantur. Vide Baronem à Tautenberg. de his, qui Feud. dar. poss.

Marcipor, m. t. Marci puer: hoc est, famulus: sicut Publipor Lucipor, & alia huiusmodi. Plin. lib. 33. ca. 1. Singuli Marcipores, Luciporesue, dominorum gentiles, uictum in promiscuo habebant. Quibus uerbis significat Plinius priscos Romanos singulis seruis contentos fuisse: quare Marcipores, quasi Marci pueri uocabantur, hoc est, ministri & assectæ, ut Græci *παῖδας* uocant seruos, Quod in numerosa familia postea fieri non potuit. Fabius lib. 1. in seruis iam intercidit genus illud nominis quod ducebatur à domino: unde Marcipores, Publipores.

Marē, huius maris, n. t Notæ est significationis: dictum: (ut putatur) ab amaritudine aquarum, *θάλασσα*. Verg. 2. Aen. uastum maris æquor arandum. Idem 1. Aen. quum Iupiter æthere summo Dispiciens mare ueliuolum, terrasq; iacentes. Cicero 1 Tuscul. Tanquam ratis in mari immenso nostro uehitur oratio. Maximum autem illud mare, quod totam terram ambit, à uelocitate Oceanum appellāt. Illud uerò quod inrer Abyssam & Calpem irrumpens, Africam diuidit ab Europa. Mediterraneum mare uocatur. Vtriusque autem maris partes à prouinciis quas alluunt, uaria sortiuntur nomina. Sic Oceanum Atlanticum uocamus mare illud, quod ab Occidente Atlantem montem alluit: Britannicum, quod Britanniæ: Germanicum, quod Germaniæ est proximum. Ad hunc etiam modum sinus ille maris, quem Mediterraneum mare uocamus, à regionibus quas alluit, uaria inuenit nomina. Nam ubi Hispaniam alluit, Ibericum appellatur: ubi Liguriam, Ligusticum: ubi Tusciæ proximum est, Tuscum mare, uel Tyrrhenum appellatur. Sed hæc latius suis locis. Mare cœlo miscere, Est omnia turbare, nihilq; non facere. Vergilius de Iunone omnia aduersum Troianos tentante, maria omnia cœlo Miscuit. Iuuen. Satyr. 6. clames licet, & mare cœlo Confundas homo sum. Mari terraq; quærere, id est, ubiq;. Plaut. in Pœn. post quàm eas perdidit. Mari, terraq; illas usquequaq; quæritat. Sic Cicero. Terra mariq; conquirere. Mare quandoq; pro quacunque grandiore aqua usurpatur. Mare rubrum, *ἐρυθρὰ θάλασσα*. Sinus maris est Arabiam felicem à meridie alluens, ab angustiis Arabici sinus usq; ad sinum Persicum extensus. Rubrum appellatum, nō quod aqua re uera sit rubra (ut pleriq; putauerunt) sed quod eiusmodi appareat, à subiectæ arenæ rubedine, uel solis repercussu. Siue (quod magis placet) imitatione Græcorum, qui mare hoc Etythræum appellarunt, ab Erithra rege Persei & Andromedes filio, qui ea in ora imperauit: ubi etiā sepulchrum eius ostēdi solet, teste Strabone lib, 16. Latini itaque rati Erythræum à Græcis dictum, quod *ἐρυθρὸν*. hoc est, rubrum esset, ipsi quoq; Rubrum mare appellarunt. Vide Latius Strabonem loco iam citato.

Marinus, a, um, Quod mare incolit, uel quod est in mari, *θαλάσσιος*, *ἐνάλιος*. ut pisces marinus, Marina aqua, Ostreæ marinæ apud Plinium libro 10. capite 69. Cicero 2. de Natura deorum. Probabile est igitur præstantem intelligentiam in syderibus esse, quæ & ætheream partem mundi incolant, & marinis terrenisq; humoribus longo interuallo extenuatis alūtur. Transmarinum autem dicimus, quod trans mare est, *ὑπερθαλάσσιος*. ut Transmarinæ merces, & transmarinus triumphus.

Maritimus, a, um, pen. cor. Quod mare accolit, uel quod ad mare est, uel à mare fit, *ἐπιθαλάσσιος*, *παράλιος*. ut Ora maritima *χώρα ἐπιθαλασσία*. Gens maritima, Bellum maritimum. Cicero ad Attic. lib. 2. Quod extremum est, te in Arpinati uidebimus & hospitio agresti accipiemus, quia maritimum hoc contempsisti. Plaut. Cist. Modò quod suasi, dissuadet: quod dissuasit, id odērat, Maritimis moribus mecum experitur, ira meum frangit amantem animum. Id periculum de me facit eiusmodi, cuiusmodi mare quum iactatur uariis fluctibus:

fluctibus. Accipitur etiam aliquando maritimus, pro eo quod ex mari eſt, uel quod ad mare pertinet. Ci. 2. de Natura deorum. Aeſtus maritimi multum accedentes & recedentes Sic etiam Plaut. in Rudente, fluctus maritimos dixit, pro fluctibus marinis.

Marga, gæ, f. p. Genus terræ in modum cretæ albæ, qua ruſtici utuntur ad agros ſtercorandos. Vide Pliu. lib. 17. cap. 6.

Margarides, μαργαρίδες, Palmæ ſunt à margaritis nomen trahentes, quoniam & breues, & candidæ, & rotundæ ſunt, acinis, quàm balanis ſimiliores. Plin. lib. 13. cap 4.

Margărita, itæ, f. p. uel Margaritum, margariti, μαργαρίτης. penultima producta & antepenultima correpta. Lapillus cādidus eſt in conchis naſcens, quem Romani Vnionem uocant, quòd nulli duo reperiantur indiſcreti. Plinius libro 9. capite 35. Principium ergo, culmenq; omnium rerum prerii margaritæ tenent. Et paulo pòſt. Dos omnis in candore. magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus: in tā tum. ut nulli duo reperiantur indiſcreti. Cicero 6. Verr. Nego ullam gemmam, aut margaritam fuiſſe quin abſtulerit. Tacitus in uita Agric. Ferè Britannia aurū & argentū, & alia metalla gignit. & Oceanus margarita, ſed ſuffuſca & luentia Galli ſua lingua uocant Perlam.

Margaritarii, m. ſ. μαργαριτάμποροι, Negotiatiores mangonesq; margaritarum, apud Firmicum.

Margaritifer, a, um, adiect. μαργαριτόφορος. Quod fert margaritas. Plin. lib. 32. cap. 21. Concharum genera, inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

Margo, tā maſculini, quàm fœminini generis, uniuscuiuſq; rei extremitas, σκλὶς, κράσπεδον. Ouidius lib. 1. Metamorph. nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Iuuen. Satyr. 1. Plena iam margine libri Margines teſtudinis. Plinius libro 9. capite 10. Dentes non ſunt teſtudini, ſed roſtri margines acuti ſuperna parte inferiorem claudente pyxidem modo. Margines fluminum. Vergil. 3. de Re ruſt. cap. 5. Quum habeam ſub oppido Caſſino flumen, quod per uillam fluat liquidum, & altum marginibus lapideis, latum pedes LVII. Margines imperii. Plinius libro 12. capite 2. Quin. & in noſtro orbe ſcitur extremo in margine imperii, quà Rhenus alluit. Gramineus margo fontis, Ouid. 5. Metamorph.

Margineus, a, um, Quod eſt in margine: & Marginatus, a, um, ut Marginata tabula, apud Plin. lib. 35. cap. 12. quæ marginem habet latiſſimum.

Marides, lege Mœnas.

Mărinus, Maritanus, Vide Mare.

Marinus color, lege Color uarius.

Mărĭſcæ, f. p. Ficus grandiores, ſed inſipidæ, quas à Græcis βύσκαι appellari tradit Feſtus, Martial lib. 13. Infanti melimela dato, fatuasq; mariſcas. Plin. lib. 15. cap. 18. Cato de ficis ferendis ita meminit, Ficos mariſcas in loco cretoſo, & aperto ſerito. Col. lib. 10. Purpureæq; chelidoniæ pinguesq; mariſcæ. A Fructus huius ſimilitudine etiam Mariſcæ dicuntur, tubercula ulceroſa, quæ ex præpoſtera libidine circa podicem naſcuntur: & forteſſe eadem ſunt cum illis, quæ Martialis in Cęcilianum Ficos appellat. Iuuc. 2. Satyr. Cæduntur tumidæ, medico ridente mariſcæ.

Mărĭſcus, maſculini generis: uel Mariſcum generis neutri, Genus iunci maioris, quem ὁλόχοινον Græci uocant, hoc eſt totum iuncum. Ex eo fiunt tegetes, & marinæ naſſæ: ut ait Plin. lib. 21. cap. 18.

Mărĭtus, ti, m. ſ. Vxoris uir, à nomine Mas, maris, ἀνὴρ, ἀκοίτης. Plaut. in Caſ. Quid agis tu marite, mi uir? unde ornatu hoc Aduenis? Ignara puella mariti. hoc eſt, uirgo, Hor. 2. Epiſt. 1. Iura uiolata mariti, Ouid. 2. de Arte. Neque ſolùm de uiro, ſed de aliis quoq; animantibus dicitur: uel de gallinaceo apud Columellā lib. 8. cap. 15. Rarior eſt in his auibus, maritis bonitas. Olentis uxores mariti, hoc eſt, capræ, Horatius 1. Carm. Ode 17. Maritæ, Dicuntur mulieres nuptę σωφρονοῦσαι. Ouidius lib. 2. Faſtor. dura cum ſorte, maritæ Red debāt uteri pignora rara ſui. Transfertur etiam ad arbores uiriferas, quales ſunt ulmi & populi, cæteræq; id genus arbores, quibus uites applicantur, quasq; ſuis clauiculis complectuntur. Plinius libro 14. capite 1. Iam in Campano agro populis nubunt uites, maritasq; complexæ, atq; per ramos earum procacibus brachiis, geniculato curſu ſcandentes, cacumina æquant.

Marito, as, a. p. Viro trado, ſeu affocio, σωφρονίζω. Suet. in Veſp. cap. 14. Vitelli hoſtis ſui filiam ſplendidiſſimè maritauit, dotauitq; etiam, & inſtruxit. Tacit 12. Capto rurſus initio. quando maritandum principem cunctī ſuaderent, deligi oportere fœminā nobilitate, puerperiis, ſanctimonia inſignē. Neq; ſolùm de hominibus, ſed etiam de alijs dicitur: ut de arboribus, quæ uites ſubſtinent. Col. lib. 3. Sexto anno ſi iam uidebitur firma, maritabitur hoc modo. De arbore loquitur. Et lib. 4. cap. 1. Et ideo maritandis arboribus nemo minorem bipedanea ſcrobem uitibus comparat. Maritari etiam dicuntur canes. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 9. Tum enim dicuntur catulire, id eſt, oſtendere ſe uelle maritari.

Maritalis, & hoc maritale, om. t. Colum in Proœm. libri 12. Xenophon Athenienſis eo lib. P. Syluine, qui Oeconomicus inſcribitur, prodidit maritale coniugium ſic comparatum eſſe natura, &c. Capiſtrum maritale. Iuuen. Satyr. 6. Stulta maritali iam porrigit ora capiſtro. Veſtis maritalis. Ouid. 2. de Arte, Luſa maritali Gallica ueſte manus.

Maritus, a, um, adiectiuum, Idem ſignificans quod coniugalis. Liuius lib. 7. tertii bell Pun. Vagabatur cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesq;. Ouid. in Epiſt. Paridis ad Helenam: An pudet, & metuis uenerem temerare maritam, Caſtaq; legitimi fallere iura tori? Sic maritum oliue tum per translationem dixit Col. lib. 3. cap. 11. Rariſſimum (inquit) arbuſtum, uel oliuetum, quod non fuerit maritum uineis deſtinatur. Marita pecunia, hoc eſt, doralis, apud Plautum in Epid. pulchra ædepol dos pecunia eſt. P. Quæ qui dem ædepol non eſt marita.

Marmarites, μαρμαρίτης, Herba à quibuſdam appellatur, quam Dioſcor. κάπνον, Fumariam, uel fumū terræ dicimus. eſt autem ex iis nomenclaturis, quas inter noſtra Dioſcoridis reiiciunt eruditi.

Marmaritis, pen. prod. μαρμαρῖτις. Herbæ genus, quam alio nomine Aglaophotim uocant, propter admirabilem colorē. Naſcitur in marmoribus Arabiæ: qua de cauſa Marmaritis uocata eſt: Vide Plinium lib. 24. cap. 17.

Marmor, oris, n. t. pen. cor. μάρμαρος, Genus lapidis duriſsimi, & ſolidiſſimi: cuius diuerſa ſunt genera. Quando enim album, Parium dicitur à Paro inſula: quale & in Liguria olim Lunenſium lapicidinæ dederunt. Aliud Laconicū quod eſt uiride, & cunctis hilarius. Aliud Luculeum, quod ferè atrum erat, quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. Aliud Ophites, à maculis ſerpentum, quibus diſtinguitur, nomen accepit. Aliud Porphyrites, quod eſt rubrum, candidis interuenientibus punctis, quod & Leoſtictos uocatur. Baſaltes ferrei coloris & duritiæ, unde nomen mutuatur. Onychites, ex Arabiæ montibus eſt, ex quo uaſa potoria in Germaniam afferuntur. Alabaſtritē quoque candidum cauare ſolent ad myrotheca: quoniam unguentia incorrupta ſeruare creditur. Sunt & alia marmoris genera, quæ breuitatis cauſa omitto. Vide Plinium libro 36. cap. 7. Templum de marmore, Vergil. 4. Aeneidos Præterea fuit in tectis de marmore templum Inciſa notis marmora Horatius 4. Carm. Ode 8. Vergilius 6. Aeneidos Solido de marmore templa.

Marmoratio, nis, f. t. μαρμάρωσις. Eo marmore cōſtructio, à Marmoro, as, quod eſt ex marmore conſtruo. Apul. libro 3. Flor. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio, nec proſcenæ contabulatio nec columnatio, ſed nec culminis æris pictium, & artificis miniſterium, quæ mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus iniquè defuere.

Marmoratus, a, um, μαρμαρωτός. Quod ſuperficiem tantùm ex marmore habet: ut Marmorata pauimenta, apud Ciceronem 2. de Leg. Varr. lib. 3. de Re ruſt. ſubſtātiuum uſurpauit Intrinſecus (inquit) quaſi læuiſſimo marmorato tori parietes, ac cæ rę oblinuntur, & extrinſecus circū feneſtras, ne mus aut lacerta arrepere ad columbaria poſſit.

Marmoreus, a, um, μαρμάρινος, μαρμάριος. Quod ex marmore eſt: ut Sepulchrum marmoreum, Plin. lib. 13. cap. 1. Varro author eſt, Pitium quendam Prætura functum marmorei ſigni faciem habuiſſe propter id uitium. Cicero pro Domo ſua, Columnæ marmoreæ ex ædibus meis inſpectante populo Romano ad ſocerum Conſulis portabantur. Ouidius 4. Metamorph. Marmoreum ratus eſſet opus. Tecta marmorea, & ſola marmorea, apud Cicer. in Para. Cetuix marmorea, hoc eſt, candida, niuei marmoris ſimilitudine, Verg. 4. Georg.

Marmoroſus, a, um, adiectiuum, μαρμαροειδής, Quod marmoream formam, uel duritiam habet. Plinius lib. 33. cap. 12. Sil propriè limus eſt: optimum ex eo quod Atticum uocauit:

Pretium in libras XXXII. Proximum marmoroſum ſub dimidio Attici pretio.

Marmotæ, mures Alpini.

Maronia, Centaurea à Maronio Thraciæ monte & Maronia ciuitate, quibus locis copioſè fortaſſe, uel prægnis naſcitur. Vide Dioſcor. lib. 3. cap. 7.

Marplacidæ, Nauigii genus, quo Siculi utebantur.

Marra, Ferreum inſtrumentum, ad excindendas herbas accommodatum. Col. lib. 10. Contundat marra, uel fracti dente ligonis: Iuuen. Sat. 3. Ne marræ, & ſarcula deſint.

Marrubium, bii, Herba ſatis nota, quæ exulcerare ueſicam putatur. Græci πράσιον, alii Linoſtrophon, quidem Philopæda, nonnulli Philochares appellant. Plin. lib. 20. cap. 22. Eſt & Marrubium nigrum, πράσιον, μέλαν, & βαμβαὶς à Græcis appellatum: quod & Marrubium fœtidum nonnulli nominât. apud Dioſc. lib. 3. cap. 116. & 118.

Martianus, a, um, ἀφύιος. quod ad Martem pertinet, hoc eſt ad bellum Vnde Stipendia militum Martiana dicuntur.

Marſupium, pii, n. ſ. μαρσύπιον. Sacculus nummorum. Cato de liberis, Et, quod perſpicuum eſt, maiorem curam habere marſupii noſtri, quàm uitæ noſtræ. Plaut. Amph. Vt bene nummatum, ſeruaretur marſupium. Varro 3. de Re ruſt. ca. 17. Magis ad oculos pertinent, quã ad ueſicam: & potius marſupium domini exinaniunt, quàm replent.

Martes, tis, Fera exigua, ex genere muſtellarum: cuius pellis ſummo habetur in pretio. Martial. lib. 10. Venator capta marte ſuperbus adeſt.

Martialis, Martius, a, um, Martigenus. Vide Mars in propriis.

Martyr, yris, pen gen. cor. μάρτυρ, à Græcis dicitur, quẽ nos teſtem uocamus. Quo factum eſt, ut qui ſanguinis ſui pignore Chriſto diuinitatis teſtimonium dederunt, Martyres uocentur. Hinc Martyrium, μαρτύριον, teſtimonium.

Maruda, menſuræ genus, quod heminas ſex capiebat, Autor Iulius Pollux.

Marum, μάρον. Dioſcoridi, Herba eſt ſurculoſa, flore origani, ſed odoratiore, foliiſq; multò candidioribus: quæ circa Magneſiam & Tralleis copioſa gignitur. Plin. quoq; lib. 12. cap. 24. in Aegypto marum naſci tradit, ſed peius, quàm Lydium maioribus foliis ac uariis.

Mas, maris, maſc gen. t. Sexus uocabulum eſt, fœminæ appellationi oppoſitum, ἄῤῥην, ἄρσην. Cic. 1. de Nat. deor. Beſtiæ aliæ mares, aliæ fœminæ ſunt. Liu. 8. bel. Pun. Cære porcus biceps, & agnus mas, idemq; femina. Col. lib. 8. cap. 2. Contumax ad concubitum dedignatur gallina admittere marem. Varr. de Re ruſt. ca. 12. Quis item neſcit, paucos ſi lepores mares in feminas intromiſerit, breui tempore foreut impleatur leporarium? Colum. lib. 6. cap. 24. Munſe Iulio fœminæ maribus plerumq; permittendæ.

Maſculeſco, is, ere, n. t. Eſt maſculum fieri, ἀῤῥενοῦσθαι. Plin. lib. 18. cap. 13. de rapis & napis loquens, Genera eorum duo prima fecere, maſculinum, fœmininumq;: & ea ſerendi modo ex eodem ſemine. Denſiore enim ſatu maſculeſcere, hoc eſt, ex fœminis maſculos fieri.

Maſculo, las, a. p. Maſculum animum induo, firmo, roboro, ἀῤῥενόω, A quo Commaſculo. Apuleius 2. de Aſino, His cognitis, animum meum commaſculaui, Emaſculo uide alibi.

Maſculetum, ti, n. ſ. Locus in quo plantæ pinearum maſculæ conſitæ ſunt. Plantæ autem maſculæ ſunt, quæ non ſubiguntur, ut palmites alios emittant: ſed altius creſcunt, & in altũ attolli permittuntur. Plin. lib. 17. cap. 22. Nec ueterem placet palmitem in longum, & ad quartum uſque pedamentum emitti: quod alii Dracones, alii Iuniculos uocant, ut faciant quæ Maſculeta appellant.

Maſculus, li, m. ſ. ſubſtãtiuum diminutiuũ eſt à Mas, ἀνδράριον Plaut. in Ciſtel. Bona fœmina, & malus maſculus hic te uolunt. Aliquando adiectiuũ eſt, idem ſignificans quod maſculinus, ut Maſcula facies, ἀῤῥενωπία. Maſcula Sappho, dicta eſt ab Horatio lib. 1. Epiſt. eo quòd tribas eſſet, & in portentoſo mulierum concubitu uiri uice fungeretur. Maſcula proles. Horat. 3. Carm. 6. Sed ruſticorum maſcula militi proles, Sabellis docta ligonibus Verſare glebas. Aliquando accipitur pro forti ut uehementi, & quod uirum decet. Sic maſcula bilis dicitur à Perſio. 5. Satyr. calido ſub pectore maſcula bilis Intumuit. Plinius lib. 12. cap. 14. quandam thuris ſpeciem Thus maſculum appellat, ad differentiam fœminini. Id circo autem thus maſculum quidam dici putant, quod teſtium ſpeciem habeat.

Maſculinus, a, um, ἀῤῥενικός. ut Maſculinum genus, quod maſculum eſt. Plin. lib. 18. cap. 13. Genera eorum Græci duo prima fecere, maſculinum fœmininumq;, & ea ſerendi modo ex eodem ſemine.

Maſpetum, ti, pen. cor. μάσπετον. Dioſcoridi, Caulis eſt laſerpitii, ferulæ ſimilis. Plinius autem lib. 19. cap. 5. folia laſerpitii hoc nomine tradit appellari.

Maſſa, ſæ, f. p. μάζα. Farina omnis macerata, & aqua ſubacta, quam Galli ſua lingua paſtam uocant. Significat etiam quicquid denſum eſt, ſpiſſumq́ue ad ſimilitudinem farinæ ſubactæ ut Maſſa auri, Maſſa ferri. hoc eſt, pila, & ueluti moles. Columella libro 12. cap. 5. Quidam ferri maſſas exurunt, ita ut ignis ſpeciem habeant. Vergil. 1. Georg. Maſſam picis urbe reportat.

Maſſula, eius diminutiuum eſt. Col. lib. 12. cap. 18. Poſt hæc cõplures ex ea maſſulæ fiunt, & ita per latera ſeriæ in muſtum demittuntur, &c.

Maſſaricia, uocabulum è uulgi triuio ſumptum ut pleræque eius notæ apud Doctores reperiuntur. Bartolo dicuntur ſuppellectilia ad domum pertinentia: quod & alicubi Zaſ. indicauit.

Maſſaris, Vua eſt, quæ ex uite ſylueſtri cum flore in Africa decerpitur: medicinæ tantùm, & odoramentis idonea. Vide Plinium lib. 12. cap. ult. & in Proœmio libri 23.

Maſti, pro fiſtulis, uide Maſtus.

Maſtax, pro brucho apud Nicandrum.

Maſtiche, es, f. t pen. cor. cum aſpiratione in ultima ſyllaba μαστίχη Dioſcoridi: teſte Plinio lib. 12. cap. 17. lacryma eſt, quam lentiſcus arbor gummi modo ſudat.

Maſtrix, igis, m. t. pen. obliquorum prod. μάστιξ, Scutica ſeu flagrum, quæ mancipia cæduntur, è Græco uerbo μαστιγῶ, flagris cædo. Inde Homeromaſtix appellatus eſt Zoilus ille Homeri calumniator: de quo uide infra in dictione Zoilus.

Maſtigophorus, m. ſ. μαστιγοφόρος, Dicebatur ſeruus flagellifer, qui ſcilicet agonothetas in ſacris certaminibus comitabatur, uirgas præferens, ad ſubmouendam turbam, & cohibendas ſeditiones. Budæus.

Maſtigia, m. p. antepen. pro μαστιγίας, Dici poteſt uerbero, hoc eſt, uerberibus dignus. Plaut. Crucior lapidem non habere, ut illi maſtigiæ cerebrum excutiam.

Maſtigeus, gei, Idem quod Maſtigia Plaut. in Trinum. Aggrediundus eſt hic homo maſtigeus.

Mãſtrũcã, f. p. Veſtis genus, qua Sardi utebantur. Cicer. pro Scauro, Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum maſtruca mutauit.

Maſtrucatus, Qui maſtruca utitur. Idem de Prouinciis Conſularibus, Res in Sardinia cum maſtrucatis latrũculis à Prætore una cohorte auxiliaria geſta.

Maſtus, m. ſ. μαστὸς, Latinè mamma, & propriè animalium eſt. Per translationem tamen Maſti etiam appellantur tubuli mãmati in fontibus, & aquæductibus, quos Latinorũ nonnulli Mãmas, Varro etiam Papillas uocat. Vitruu. lib. 7. Athenis (inquit) ex huiuſmodi locis & fontib⁹ maſti uſq; ad portum Piræeum ducti ſunt ſalientes. A Caſſiodoro etiam Vbera appellãtur, Quanto (inquit) pulchrius eſt Claudiam aquã per tot ſicca montium iuga lauacris, & domibus liquores puriſſimos fiſtularum uberibus immiſiſſe. Plin. lib. 26. cap. 15. herbam etiã eius nominis eſſe dicit, quæ potui indita, pilos mãmarum è partu naſcentium aufert.

Matæotechnia, ματαιοτεχνία, Superuacua artis imitatio, & uanitas artis dicitur, quæ ſcilicet artifici nihil affert commodi. Eiuſmodi fuit ars eius, qui ciceris grana ex ſpatio ſatis lõginquo in acum ſine fruſtratione iniiciebat, μάταιον enim uanum dicitur, τέχνη ars.

Matella, **Matellio**, Vide Matula.

Mateola, apud Plinium, & Catonem, Genus eſt ſarculi. Cato de Re ruſt. cap. 46. Quum talcam demittes, pede tantùm opprimito: ſi parum deſcendit, maleolo aut mateola adigito: caueto q; ne librum ſcindas, quum adiges.

Mãtĕr, hnius matris, f. t. Note ſignificationis nomẽ eſt, à Græco μητὴρ. Cic. pro A. Cluen. Nam Saſsia mater huius Habiti (mater enim à me nominis cauſa, tametſi in hunc hoſtili odio & crudelitate eſt mater inquam appellabitur: neque unquam ita de ſuo ſcelere & immanitate audiet, ut naturæ nomen

men amittat) Verg. 9 Eclog crudelis tu quoq; mater. Carentes matre prouerbium fertur Plaut utranq; significationē complexus est, Ita forma similis pueri, ut mater sua Non internosse possit, quæ mămam dabat: Nec; adeò mater ipsa, quæ illos pepererat. Sumitur etiam hoc nomen latius, ut de brutis animantibus dicatur, quæ fœtum ediderunt. Mater, inquit Nonius, quæ quoduis animal partu edit. Verg. 3. Geor. excietos prohibent à matrib. hœdos. Mater mellis, apis, Varr. 2. de Re rust. cap. 5. Deniq; ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes, mellis matres. Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur respectu propaginum, quæ ex ipsis nascuntur. Plin. lib. 12. cap. 5. Superiores eiusdem rami in excelsum emicant, syluosa multitudine, uasto maris corpore. Luxuries auaritiæ mater. Ci. 2. de Orat. Sapientia omnium bonorum rerum mater. Idē 2. de Legibus.

Matercula, æ, f. p. diminutiuum à mater. Cic. pro Flac. Nunc de niq; materculæ suæ festiuus filius, amicula minimè suspicio sæ purgat se per epistolam. Hor. 1. Epist. 7. Dum pueris omnis pater & matercula pallet.

Maternus, a, um, Quod matris est, μητρικός. ut Maternus pater nusq; sanguis, Cic. pro Rosc. Ameri. Idem pro Cluen. Nomen amentius indulgentiusq; maternum. Ouid. 3. Metam. maternaq; tempora cōplet. Verg. 4. Aen. Materno ueniens ab auo Cylenia proles. Vbera materna. Stat. 1. Theb. Maternus animus, Teren. in Heaut. Res maternæ atq; paternæ absumptæ, Hor. 1. Epist. 16.

Materfamiliâs. f. t. Vxoris species est, δικοδέσποινα. Non enim quæuis uxor statim materfamiliâs est, sed ea sola quæ in mariti manu mancipioq; est, aut in eius, in cuius manu, mancipioq; est maritus: ita dicta, quoniam nō in matrimoniū tantùm, sed in familiam quoq; mariti, & in sui hæredis locum uenit. Festus dicit, non antè matrem familiæ dici, quàm uir eius paterfamiliâs appelletur: nec posse hoc nomine plures in una familia appellari, sed unam tantùm matrēfamiliâs dici. Vlpian. l. pronuntiatum, ff. de Verb. signif. aliter hoc nomen interpretatur. Matremfamiliâs (inquit) accipere debemus eam, quæ non inhonestè, & cum dignitate uixit. Matrem enim familiâs à cæteris fœminis mores discernūt, atq; separant: proinde nihil interest nupta sit, an uidua: ingenua an libertina. Nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfamiliâs, sed boni mores. Liuius 4. belli Macedon. Et quum tibi uiro liceat purpura in uestē stragula uti, matrem familiâs tuam purpureum amiculum habere non fines? Iusta materfamiliâs, & Pellex, contraria, Liu. 9. bel. Macedon. Hunc iustam matrēfamiliâs, illum pellicē ortum esse. Vide hac de re plura apud Gellium lib. 18. cap. 6. & apud Boëthium Comment. 3. in Topica Ciceronis. Porrò quod ad uocis huius compositionem attinet, Familiâs antiquus est genitiuus, Græcorum imitatione formatus: qui genitiuum fœminorū in a purum desinentium, mittunt in as.

Matermagna, Dicebatur Tellus, deorum (ut uetustas credidit) omnium mater, à Græcis Cybele dicta: cui sus prægnans mactabatur, quæ hostia est propria terræ, κυβίλη. Dicitur & Mater alma, quod omnia alat. Itē Mater desīm, quòd omia gēneret. Vocatur aūt mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma uocant.

Mater matrima, Illa quæ quum mater sit, adhuc habet matrem uiuentem. Vide infrà in dictione Matrimus.

Mater Matuta, Aurora dicitur, quam antiqui, teste Festo, ita appellarunt à uetusto nomine Manum, quod illic bonum significabat, λευκοθέα, Hanc Poëtæ fingunt fuisse Ino Cadmi filiā, quæ Athamantis furorem metuens, unà cum Melicerta filio sese in mari præcipitauit: qui quum nūsquam conspicerentur, in marinos deos mutati credebantur: atque ipsa quidē à Græcis λευκοθέα, & à nostris Mater Matuta: Melicertes autem ab illis παλαίμων, & à Latinis Portunus appellatus est. Cicer. 1. Tuscul. Ino Cadmi filia λευκοθέα nominata à Græcis Matuta habetur à nostris.

Matertera, f. p. Matris soror, quasi mater altera, inquit Festus, μητραδέλφη. Cic. 2. de Orat. Quo cum nostra erat matertera, &c. Idem 1. de Diuin. Puellam defatigatā petiisse à matertera, ut sibi cōcedetet paulisper, ut in eius sella requiesceret. Ouid. 1. Metamorph. tutantam fida sorori Esse uelis, prolisq; meæ materterā dici.

Matralia, Matris Matutæ festa, tertio nonas Iunii celebrari solita, ματρῶα. Ouid, lib. 6. Fast. Ite bonæ matres, uestrum matralia festum, Flauaq; Thebanæ reddite liba deæ.

Matrona, æ. f. t. Dicitur, inquit Gellius lib. 18. cap. 6. quæ in matrimonium cum uiro conuenit, ut in eo maneat, etiam sī liberi adhuc non sint susceptī, δικοδέσποινα. Quippe appellationem habet à matris nomine, non iam adepto, sed cum spe & omine mox adipiscendi. Vnde ipsum quoq; Matrimonium uocatum est, quoniam ea uir & uxor coniunguntur, ut illa mater fiat. Plautus Cas. Non matronarum officium est, sed meretricum, Viris alienis, mi uir, sublandirier. Cicero 3. de Natura deorum. Natio quoque putanda est: quæ quia portus matronarum tueatur, à nascentibus Natio nominata est. Ouid 1. Metam. Senserat hoc olim magni matrona Tonantis. Distinguitur aūt Matrona à Matrefamiliâs, quod materfamiliâs dicatur, quæ per coëmptionem in manum mancipiumq; uiri conuēnit, & in sui hæredis locum: uiroq́ue intestato, ueluti filia, succedit. Matrona autem, quæ & uxor usu dicebatur, quæ in lecti tantùm consortium ueniebat, non etiam bonorum. Vide Boëthium in Top. Ciceronis.

Matronalis, & hoc le, om. t. adiectiuum, apud Liuium 4. belli Maced. Matronale decus apud Col. lib. 12. in Proœm. Matronalis labor, qui matronæ est. Matronales genæ. Ouid. 2. Fast. de Lucretia, Quæq; potest narrat: restabant ultima, fleuit, Et matronales erubuere genæ.

Matronalia, Qui erant dies matronis festi, quibus uiri pro conseruatione coniugii diis supplicabant.

Matricida, æ, com. p. Qui matrem occidit: unde Matricidium, actus ipse, hoc est matris occisio, μητροκτόνος, μητραλοίας. Ci. ad Quint. Frat lib. 1. Quem scribis certissimum matricidam Idem 1. de Inuent. Oresten si accusetur matricidii, &c.

Matrimonium, nii, n. s. Est maris & fœminæ coniugatio, συζυγία, ἐπιγαμία. Cic. 5. Ver. Vectius affinis, cuius sororem habes in matrimonio. Cic. pro Cluent. Sassiam in matrimonium ducere cupiuit. Idē, Quæ nuptiæ nō diuturnæ fuerunt: erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate coniunctæ. Idem 2. Philipp. Curio te à meretricio quæstu abduxit, & tanquam stolam dedisset in matrimonio stabili, & certo collocauit.

Matrimoniale, adiectiuum. Quod ad matrimonium pertinet, γαμικόν. August, lib. 13. Ciuit. Quid concubitus coniugalis, qui secundum matrimonialium præscripta tabularum procreandorum sit causa liberorum?

Matruelis, com. t. Dicitur qui ex matris meæ fratre prognatus est. Vlpin. l. 2. ad Legem Pomp. de Parricidiis.

Matrescere. n. t. Est matri similem fieri, μητρίζειν. Pacu. Vtinā nunc matrescam ingenio, ut meum patrem ulciscī queam. Nonius.

Matrimus, mi, pen. cor. Qui matrem adhuc habet superstitem. Cic. de Arusp. respon. Si puer ille patrimus, ac matrimus terram non tenuit, Reliqua uide infrà in dictione Patrimus, & suprà, Metermatrima.

Matrix, cis, f. t. Fœmina, quæ fœtus gratia tenetur, μήτρα. Columel. Sint ergo matrices robusti corporis, quadratę, pectoroſę, magnis capitibus. Idem lib. 7. cap. 3. Vt eadem ratione matrices meantur. Medici tamen accipiunt Matricem pro utriculo, qui in fœminis iunctus est ueficæ, ad recipiendū semen, & continendum fœtum accōmodatus. Vide Gel. lib. 12. ca. 7. Matricem arborem dixit Suetonius in August. ex qua stolones succreuerunt. Ex ea arbore, inquit, continuò nata soboles, adeò paucis diebus adoleuit, ut non æquipararet modò matricem, uerumetiam obtegeret. Matrix autem arboris appellatur, quod in medio ligni uel caudicis tertium à cortice continetur: à nonnullis Cor, ab aliis medulla dicitur, à Theophrasto, μήτρα. Vide Ruel. lib. 1. cap. 2.

Materia, riæ, f. p. seu materies, ei, Est ex qua aliquid fit, ὕλη, ut Materia libri, membrana est, & atramentum. Ouid. 2. Meta. Regia solis erat sublimibus alta columnis, Clara micante auro, &c. Et paulo pòst, Materiam superabat opus: nam Mulciber illic Aequora cælarat media cingentia terras, &c. Rudis materia, apud Lucanum lib. 2. id est, primum chaos: Siue parens rerum, quum primùm informia regna, Materiamq; rudem flamma cedente recepit, &c. Materia domus, calx, lapides, ligna, saxa, tegulæ: quanquam materiæ appellatione peculiariter intelligantur lingua, quæ ædificiis apta sunt. Liuius. Multam materiam cęciderat miles, Quintil. libro 7. capite 1. Opera extruentibus satis non est, saxa, & materiam & cætera ædificanti congerere utilia, nisi disponendis eis, collocandisq; artificum manus exhibeatur. Columella libro 3. uocat materiam lignum, quod est intra corticem. Quasi cuneum ferreum (inquit) uel osseum inter corticem & materiam lene demitto, ne lędas, aut rumpas corticem. Idem li. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cap.6. Materiam uocat palmitem, qui de nouello nascitur: & in tenero alligatus dependet. Materies de equis etiam dicitur. Colum. lib.6. cap.27. Equinum pecus tripartitò diuiditur: est enim generosa materies quæ circo sacrisq; certaminibus equos præbet. Accipitur etiam Materia pro argumẽto libri: Græci ὑπόθεσιν uocant. Horat. de Arte Poët. Sumite materiam uestris, qui scribitis, æquam Viribus. Sueton. de Cla. Grammat. Ad exercitanda discentium ingenia, æquales inter se committere solebat, proposita non solùm materia qui scriberent: sed & præmium, quod & uictor auferret. Cicero ad Atticum lib.2. Quòd me, ut scribam aliquid, horteris Crescit mihi quidem materies, ut dicis, sed tota res etiam nunc fluctuat, &c.

Materiale, m.t. Quod est materiæ, ἔννλος, μετέσει ἀσικὸς. à quo Materialiter, τυχνικῶς, aduerbium, Vnde materialiter aliquid sumi dicitur, quum non forma rei, sed materia significatur.

Materiarius, rii, n.s. Dicitur qui materiam ad ædificia suppeditat: ὑλιαργός. à materia, cuius nomine ligna ad fulciendum ædificandumq; necessaria, idoneaque significantur. Plautus in Mil. Adsunt fabri, architectiq;, eam quidem ad rem haud imperiti. A. Si nos materiarius remoratur, quo quidem: opus est, Noui indolem nostri ingenii, citò erit parata nauis.

Materiarius, adiectiuum: ut Materiarius faber, Faber lignarius: & Materiaria fabrica, lignaria. Plinius libro 7. capite 56. Fabricam: & Materiariam Dædalus, & in ea serram, asciam, &c. inuenit.

Materior, aris, deponens, p. uerbum est castrense ea forma dictum, qua Lignor, ὑλοτομέω. Est autem Materior idem quod materiam cædo. Propriè enim milites materiari dicuntur, quum materiam cædunt ad conficiendum uallum. Cæsar 7. bell. Gal. Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse.

Materiatus, a, um, adiectiuum, Quod ex materia confectum est Sic Cic. lib.3. Off. uocat ædes malè materiatas, quæ ex mala & improba materia sunt confectæ.

Materiatio, & materiatura, uerbalia esse uidentur à uerbo Materio, quod tamen nusquam (quod quidem sciam) legitur. Vtroq; usus est Vitruuius, lib.4. cap.2.

Māterīs, huius, materis, Teli genus post lanceam longius. Si senna, Gallia materibus, Sueui lanceis configunt. Fœminini generis est, Nonius.

Maternus, Matertera, Vide Mater.

Măthēsis, sis, μάθησις: uel Mathema, atis, pen. prod. μάθημα, disciplina: à μανθάνω, quod & disco significat, & doceo. Proprie autem de iis dicuntur artibus, quæ firmis demonstrationibus constant: cuiusmodi sunt Geometria, Astrologia, Musica, & Arithmetica.

Mathematicus, m.s. μαθηματικὸς, A nomine Græco μάθημα quod disciplinam sonat. Dicitur proprie, qui Geometriæ, Musicæ, Arithmeticæ, Astrologiæq; disciplinas nouit. Nã hæ proprie Mathematicæ scientiæ, uel disciplinæ dicũtur, eò quòd discantur planè, & per demonstrationem aliquam percipiantur. Philosophia uerò, Logica, cum aliis, non dicuntur Disciplinæ, quia non firmissima demonstratione, ut illæ, sed ratione quadam, & studii inuestigatione percipiuntur. Cicero 2. de Orat. Quis ignorat, ii qui mathematici uocantur, quanta in obscuritate rerum, & quàm recondita in arte, & multiplici subtiliq; uersentur? Iuuenalis. Satyr. lib.14. Nota mathematicis genesis tua.

Matralia, Vide Mater.

Matresco, Matricida, Matrimus, Matrimonium, Matrix, Vide Mater.

Matrona, Matronalis, Vide Mater.

Matrici, Festo, homines dicuntur malarum magnarum, atque ore late patenti.

Matta, Storia, & teges, quæ fit ex cannabe, lino, iunco, palma, scirpo, aut sparto: ubi stuppa, uel fœnum uel lanæ rudiores, aut quid simile infertum est, κάρδοπος, σορία. Ouid. 6. Fast. Ad dominus, discedite ait, plaustroq; morantes Sustulit in plaustro scirpea matta fuit.

Mattici, lege Matrici.

Mattya, æ, quid sit, ostendit Cælius lib. 9. cap.12. his uerbis, Maram (inquit) putant ex farina, oleo, & aqua confici solitam. Suidas etiam ex lacte: unde mox paulò nata & mattya est: dictaq; eo nomine pretiosa omnia edulia, ut scribit Athenæus. Martia. lib.10. Dines, & ex omni posita est instructa mensa cello Cœna tibi sed te mattya sola iuuat, Sueton. in Caligula Et multis uenenaras mattyas misit.

Matula, æ, f.p. Vas est in qua ueficam leuamus: quod & Matella & Scaphium dicitur: quanquam Scaphium propriè mulierum esse uolunt, ἐφάνη, ἐφεδρόχη, σκάφιον. Plaut. in Mostel. Iam hercle ego uos pro matula habebo, nisi matulam datis. Pro meticuloso, uanoq; accipere uidetur Idem Plautus in Persa, Tacen', an non taces? nunquam ego te tam esse matulam credidi. Quid metuis?

Matella, f.p. matula, Vas, in quod urinam reddimus, ἐρετρὶς, ἀμὶς, ἀγγεῖον, ἐφεδρών. Mart. lib.10. Dispercam, si tu Pyladi præstare matellam Dignus es. Græci σκαφίον uocant. Sunt tamen qui ita matellã distinguunt à scaphio, ut illa uirorũ sit, hoc mulierum, tam ad uentris onus, quàm ad urinã excipiendam accõmodatum. Matellam uerò, quod angustiore esset ore, urinæ tantùm excipiendæ fuisse utilem. Est item Matella, aquarum uas, teste Nonio. Plautus in Amphitryone, Nec tu postulas, matellam unam tibi aquæ fundi in caput. Varro Endymionibus, ut à Nonio citatur, Diuitum Aphocaschias ad communem reuocar matellam.

Matellio, om.t. Vasis aquarii genus, teste Varr. lib.4. de Lingua Lat. ita dictum à Matula, à cuius figura tamen nonnihil recedit. Varro de Vita past. Postularet truellum, matellionem, peluim. Cic. in Parad. Quid enim censes, si L. Mũmius aliquẽ istorum uideret matellionem Corinthium cupidissimè tractantem, &c. Matellio item Pompeio Festo uas est, in quod urina redditur quod & Matella appellatur.

Maturus, a, um, pen. prod. Quod neq; crudum, neq; immite, neq; caducum, neq; nimium coctum: sed in tempore temperatum prouenit: & propriè de fructibus dicitur: ut Poma matura, πεπαίρος, ὡρᾶος. Cic. in Catil. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, ui auelluntur: si matura, & cocta, decidũt Per translationem ponitur quandoq; pro sene: ut Maturus æui homo, id est, senex, perfectã ætatẽ habens. Verg. 5. Aen. Ac ui maturus Acestes. Matura ætas, Senilis, quasi omnino perfecta, & tempus debitum assecuta, ὡραία ἡλικία, ὥρα τῆς ἡλικίας. Ponitur interdum pro celeri, & festino, siue repentino: ut Matura senectus. Celsus, Ignauia corpus hebetat labor firmat: illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Cicero 7. Verrin. Vt etiam illa uox, & illa imploratio, Ciuis Romanus sum, quæ sæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros, & salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem & supplicium maturis ferret. Maturum malum. Plautus in Pseud. Mittam hodie huic suo Die nata li malam rem magnam & maturam. Maturum facere, Est citò expedire. Gell. libro 3. capite 7. Maturam censeo, si rem seruare uis, faciendum. Quandoque pro graui ac constanti. Cic. pro Cecin. Si quis quod spopondit, qua in re uerbo se uno obligauit, id nõ facit, maturo iudicio, sine ulla religione iudicis condemnatur. Virgo matura uiro. Gellius libro 12. cap. 17. Virginem habens iam maturam uiro. Horatius tertio. Carm. Ode 6. Mores doceri gaudet Ionicos Matura uirgo. Virginitas maturatoris, apud Stat. primo Achil. Eius composita sunt duo. Immaturus, non maturus, Augustus libro 2. de Ciuit. Quis paleæ dedit tam fœmidam uim, & poma immatura maturentur? Præmaturus, de quo alibi.

Maturissimus superlatiuum. Colum. lib.4. cap.29. Fœcundos, & quàm maturissimos surculos uiti detraxerit. Idem lib.11. cap.3. Horum autem ruborum semina quàm maturissima eligi oportet.

Maturrimus, aliud superlatiuum. Tacitus lib.12. Robur ætatis quàm maturrimum precari.

Maturitas, tis, f.t. Proprie est perfecta coctio succi in fructibus. πέψεως Cic. de Orat. Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. Idem de Nat. deo. Commutationis temporum quadripartitæ, ad maturitatem frugum aptæ. Colum. Nos quoque medicatam fabam sic comperimus, quum ad maturitatem perducta sit, minus à gurgulione infestari. Transfertur & ad alia: ut maturitas orationis, Maturitas sceleris, Maturitas ætatis. Cicero libro quarto Epistol. Tamen hoc studium quotidie ingrauescit, maturitate credo ætatis, ad prudentiam. Idem de Senect. Sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. Maturitas uirtutis. Cicero pro Cæl. Quæ studia his iam ætatibus nostris contractiora esse debent: in adolescentia, tanquam in herbis significant, quæ uirtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. Accipitur item Maturitas

pro

pro tempore maturo ſiue opportunitate. Cic.ad Attic.lib. 1.inducendi ſenatuſconſultum maturitas nondum eſt.Idem ad Quint.Frat.libr.3. Sed eius maturitas necdum uenit,& tamen nunc appropinquat.

Maturè,aduerbium,Tempeſtiuè,ſiue ad tempus,uel in tempore,πρώιως.Salluſt.in Catil.Prius quàm incipias,conſuli to:at ubi conſulueris,maturè opus eſt facto. Aliquando ſignificat citò,ante tempus.Plautus in Curcul. Qui homo maturè quæſiuit pecuniam,niſi eam maturè parcit,maturè eſurit. Comparatiuum Maturius.Cic.4.Acad.Quo qui dem & maturius uenimus,&c.

Maturiſſimè,uel Maturrimè,ſuperlatiuum. Cicer.3.de Orat. Quippe qui omnium maturrimè ad publicas cauſas acceſſerim.Idem pro Cecin. Nam ut quæq; res eſt turpiſſima,ſic maximè,& maturiſſimè indicanda eſt. Pro eodem etiam legimus Maturatò.Liu.2.belli Maced.Iuſſis cæteris, quantum maximè poſſent,maturatè ſequi.Plaut. Mil.Iube maturatè illam exire huc.Idem Pſeud.at maturatè propera: ui des iam dici multum eſſe.

Maturo,ras,a.p.Maturum facio,perficio πεπαίνω. Cicer.in Cat.Primò eſt peracerba guſtatu,deinde maturata duleſcit Interdum Maturare,eſt accelerare,ita ut adhibeatur induſtriæ celeritas,& diligentiæ tarditas:ex quibus duobus contrariis fis maturitas,ut neq; aliquid citius, neq; ſerius fiat. Hoc uerbum Diuin. Auguſt.duobus Græcis uocabulis exprimere ſolebat,σπεύδω,βραδύνω,quæ ſignificant, Accelera tardè.Vnde Verg.lib.1.Georg.quaſi cõtraria,ſeparauit Maturare,& properare:quum ait, Frigidus agricolam ſi quando detinet imber,Multa forent,quæ mox cælo properanda ſereno Maturare datur. Vnde Maturè fit,quod tempeſtiuè fit.Idem Aen.lib.1. Maturate fugam: quod eſt,quaſi cũ maturitate,id eſt,cum tranquillitate & lenitudine diſcedite. Salluſtius uidetur ſimpliciter poſuiſſe pro properare: quum ait,Antonius Catilinam cum exercitu perſequi maturet.Sic Liu.lib.10.Inde comitiorum cauſa Romam profecturus maturauit.His exemplis manifeſtũ eſt Maturare abſolutè dici poſſe,& maturare rem aliquam. Maturare cœpta,eſt maturè abſoluere.Liu.4.bell.Pun. Domũ ad cœpta maturanda redire iubet. Maturare alicui mortem,hoc eſt, accelerare,ut apud Cicronem pro Cluen.Huic mortem maturabat inimicus. Maturare iram.Eſt mitigare, & lenire. Paſſiuum eſt Maturor,eiuſdem ſignificationis cũ matureſco,πεπαίνομαι.Plin libr.15.capit.18.Contrà nouiſſima ſub hyeme maturatur chelidonia.

Maturatus,participium eſt,Maturus factus.Cic.in Catil. Deinde maturata duleſcit. Maturatum negotium, dicitur acceleratum aut maturè perfectum. Et apud Plinium Maturata concoctio,id eſt,perfecta. Maturato opus eſt, Opus eſt celeritate & maturitate.Liuius quarto belli Punici Sed quod uolebant.Idem Primo ab Vrbe, Vt cum ſingulis fidelibus amicis ueniant:ita facto, maturatoq; opus eſſe rem atrocem incidiſſe.

Maturè, id eſt, Feſtinanter, De hoc dicimus in aduerbio Maturè,

Matureſco,n.t.à Matureo,Maturum fieri,πεπαίνομαι. Plin.libro 11.Quum mella cœperint matureſcere, abigunt fucos. Colum.lib.4.Nam & quæ matureſcere incipiunt,tempeſtiuè leguntur,& quæ nondum maturitatem ceperunt uuæ,ſine diſpendio differuntur. Hic fiunt compoſita, Ematureſco,& Permatureſco,quæ perfectionem actus indicant.Gellius lib.2.Dominus poſtea ſegetum illarum filium adoleſcẽtem uocat,Et uides ne (inquit) hæc ematuruiſſe,& manus iam poſtulare? Colum.lib.2.Et hoc quidem ſemen Ciliciæ, Syriaq; regionibus ipſe uidi menſe Iunio, Iulioq; conſeri,& per Autumnum,quum permaturuerit colligi. Matureſcere dicitur homo,quum nondum grauis eſt,ſed iam incipit eſſe grauis.Et apoſtema matureſcere dicitur,quum non diſcutitur,ſed perducitur ad maturitatem, ut uel frangi per ſe,uel ferramento aperiri poſſit.

Matureſcens,particip.Plin.lib.20.cap.3.Malas Aſſyria omnib. horis pomifera eſt:aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis ſubnaſcentibus.

Matuta,tæ,pen.prod.A noſtris Aurora λευκοθέα à Græcis dicitur,hoc eſt,alba dea:ita dicta,eo quòd matutino tempori præſit:ut ait Cic.lib.1.Tuſc.ſic inquiens, Quid Ino Cadmi filia? nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris? Hæc fuit filia Cadmi,nomine Ino, Athamantis uxor,quæ mariti inſaniam fugiens,in mare ſeſe præcipitauit unà cum Melicerta filio: quorum corpora quum nuſquam inuenirẽtur,pro diis marinis habiti ſunt:& Ino quidem,à Græcis λευκοθέα, à noſtris Matuta dicta eſt: Melicerta autem à Græcis Palæmon, à Latinis Portunus eſt appellatus.

Matutinus,a,um,& Matutinum tempus,ἑωθινὸς quum ſcilicet matuta,hoc eſt,aurora incipit apparere.Cic.ad Att.libr. 1.Itaq; quum bene completa domus eſt,tempore matutino quum ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus, reperire ex magna turba neminem poſſumus, quo cum aut iocari liberè,aut ſuſpirare familiariter poſſimus. Quare te expectamus.&c.Matutinis omnibus,pro quolibet mane,dixit Plin.lib.10.cap.43. Coruus omnibus matutinis euolans in roſtra.Matutinò pro manè,idem Plinius dixit. lib.9.cap. 10.& ſubauditur tempore.Fuerunt,inquit,& paſtum egreſſas noctu,auideq; ſaturatas laſſari, atq; maturino ſumma in aqua obdormiſcere. Matutinus homo.Vergilius 8. Aenecidos Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat. Vbi Seruius, Rem temporis ad perſonam tranſtulit.

Mauolo,mauis,Idem quod Malo:quod frequẽs eſt in Plauti Comœdiis.

Maxilla,læ,f.p.Non eſt diminutiuum à mala,(ut putauit Priſcianus) ſed mala ex Maxilla fit per detractionem mediæ ſyllabæ,ſicut docet Cic.in Orat. ad Brutum. Vide ſuprà in dictione Mala,σιαγών. Eſt autem maxilla,in qua fixi ſunt dentes:quanuis etiam de parte exteriore quandoq; dicatur, quæ barbam emittit.Perſius Sat.4.Tu quum maxillis balanatum gauſape pectas,Inguinibus quare detonſus gurgulio exrat? Hinc maxillaris, & hoc,re,quod ad maxillam pertinet:ut Dens maxillaris,γόμφιος,qui etiam dicitur Molaris.Plinius lib.11.cap.37.Maxillaresq; ita ſanari dentes præciputant.

Maximates,Dicuntur primarii ciuitatis, qui & Summates,& primates & Optimates uocantur,ἄριστοι,μεγιστᾶνες.

Maxima,Multa,Vide Multa,tæ.

Maximus,Maximopere,Vide Magnus.

Maza,μάζα.Panis genus eſt conſtans farina,oleo,& aquâ, aut etiam ex lacte,teſte Suida. Vide Cælium Rhodig.libro nono cap.12.

Mazara,æ,f.p.Genus teli,quo antiqui in bello utebantur. Cæſ.1.bel.Gal.Et nonnulli inter carros, rotaq; mazaras,ac tragulas ſubiiciebant,noſtrosq; uulnerabant.

Mãzõnomũm,n.ſ.pen.cor.μαζόνομον,μαζονομεῖον. Græca dictio, qua lanx grandior ſignificatur ad ferenda obſonia in menſam.Horat.2.Serm. Sat.ult. Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes Membra grui. Varro libro tertio, de Re ruſt.capite 4,Vt in eodem tecto orinthonis incluſum triclinium haberet,ubi delicatè cœnitaret, & alios uideret turdos in mazonomo poſitos coctos, alios uolitare circa feneſtras captos.

M E.

M.E.M. In notis antiquorum, municeps eius municipii. MENS.menſes.MER.S.Mercurii ſacrum,MES.IAN.menſis Ianuarii.MES.FEBR.&c.M.F.Marci filius,uel mala fide,uel male fidus,uel malæ fidei.MFA.Marcus Fabius, MF.F.imani feſtum fecit.MNF.L.manifeſtus locus. ME.OPP.manifeſtum oppidum,MFTT.manifeſtum territorium. MH.malus homo,MHE.mihi hæres erit.

Me,pro Mihi,inquit Feſtus,dicebant antiqui, Ennius lib.2. Si quid me fuerit humanitus,ut teneatis,&c.

Meapte,Compoſitum ex ablatiuo Mea,& particula Pte, extra compoſitionem nihil ſignificante:ut, Meapte cauſa, ἐμῆς ἕνεκα,id eſt,mea propria.Terent.in Heaut. Ita me dii ament,ut ego nunc non tam mea propria.Teren. in Heaut. Ita me dii ament,ut ego nunc non tam meapte cauſa Lætor quàm illius,quam ego ſcio eſſe honoris quouis dignam.

Meatus,tus,Vide in dictione Meo,meas.

Mecaphroditon,μηχαφρόδιτον,Species eſt papaueris,ſpumeũ habens ſemẽ: unde etiam à Dioſc.μήχαν ἀφρώδης,hoc eſt,ſpumeum papauer appellatur.lib.4.cap.70.Pelops eſt apud Dioſc.lib.4.cap.179.Meconion à quibuſdam Tithymalus,Vide Barbari de Tithymalis Corol. Meconiũ differt ab Apio, ſi propriè loquaris ſicut apud nos ſuccus à lacte,q & ſapor & lachryma quoq; dicitur.Succus & Meconiõ uocatur,q de cocto uel crudo papauere in cæteris exprimitur:lac uerò & apiũ q caule inciſo manat è papauere nigro cũ turgeſcit.Incidi iubẽt,ſub capite & calice.Nec in alio genere in ciditur caput.Herm.Barbarus in Corol.papauerũ Meconiõ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mecāstŏr, νὴ τὸν κάστορα. Iurandi aduerbium, Mecastor, aiẽ Festus, & Mehercules, iusiurandum erat: quasi diceretur, Ita me Castor, Ita me hercules, ut subaudiatur Iuuet. Terentius in Hecyr. Salue mecastor Parmeno. Vbi donatus, Olim salutantes addebant iusiurandum. ut hoc sedulò facere uiderentur.

Mechanicus, m. f. ἀπομηροβίοτος, μηχανικὸς, pen. cor. Fabet opifex eorum operum, quæ ingenio simul ac manibus fiunt. ἀπὸ τῆς μηχανῆς: quod inuentionem significat. Sueto. in Vesp. Aug. cap. 18. Mechanico quoq; grandes columnæ exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Machanicus, adiectiuum: ut, Ars mechanica, βαναυσουργία, quæ manu exercetur: cuiusmodi est ars fabrili. Vnde artes diuidũtur in liberales: & mechanicas.

Meconium, μηκώνιον, Succus est papaueris, teste Dioscori, de adeò frigidus, ut epotus exitium afferat.

Meconites, μηκωνίτας, Gemma est papaueris similitudinem exprimens: de qua Plin. lib. 36. cap 10.

Meconis, μηκωνὶς, Lactucæ genus: à copia lactis soporiferi, μήκωνα enim Græci papauer dicunt. De hoc uide Dioscor. lib. 9. cap. 17. & Hemolaum Barbarum in eundem li. 4. ca. 68. & Plin. lib. 8. cap. 19.

Mecum, μετ' ἐμοῦ. id est, cum me, ubi præpositio euphoniæ causa postponitur. Cic. in Orat. ad Brut. Exeo mecum. & Tecum: non Cum me, & Cum te, ut esset simile illis Vobiscũ, atque Nobiscum. Interdum mecum, μετ' ἐαυτοῦ, πρὸς ἐμαυτὸν, significat intra me. Teren. in Hecy. Haud propterea te rogo, ut hæc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum, Nobiscum, & Vobiscum. Mecum cum simul pulchrè iungitur. Plaut. in Bach. Atq; ut eum mecũ ad te adducã simul. Similiter cum Vnà. Teren. in Hecy. Vt colloqui me cum unà possit. Interdum hæc tria coniungimus, Mecũ. Vnà. Simul. Terent. in Heaut. Clinia hæc fieri uidebat? M. quid ni? mecum unà simul. Mecum facerere, significat me cum sentire. quod insultè dicitur. Facere pro me. Cicero pro Cecin. Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, uerbo me excludi dicebat.

Mecy, Anagallis ab Aegyptiis.

Mĕdĕrgā, Pro Me erga, id est, Erga me, dixerunt antiqui, interposito d, propter hiatum nocalium. Plaut. in Epid. quasi quid filius meus Deliquisset mederga.

Medeor, deris, d f. ἰάομαι, ἰατρεύω, A Medius fieri uidetur, eo quod ad medium temperamentum, quoad fieri queas, æger debeat reduci. Est autem Mederi, remedium afferre. Et construitur ferè cum dativo, Cic. pro Quinto, Ita fit, ut eo qui tela depellere, & uulneribus mederi debeam, &c. Quando que cum accusativo. Teren. in Phorm. Quas, quũ res aduersæ sint, minus mederi possit. Inuenitur etiam Medetur impersonale. Plinius lib. 17. Ex eo medetur oris ulceribus perunctis hoc succo foliis pusillis. Dicimus etiam Mederi contra morbum. Plin. lib. 9. cap. 13. Contra serpentium ictus medentur.

Medendo gerundium, quod etiam in passiua significatione inuenitur, ut annotauit Seruius in illud Vergilii 12. Aen. exuperat magis, ægrescitq; medendo, id est, dum ei medetur. Huius uerbi compositũ est, Immedeor, quod est intus medeor. Col. lib. 6. Si oportebit palorum capita, & imas partes misto fimo cum cinere oblinire, & ita totos eos immederi.

Medela, æ, f. p. Idem quod medicina, siue morbi remedia, ἰατρεία, ἄκεσις, ἀκεσμός.

Mediastinus, Vide Medius.

Medico, cas, & medicor, aris, Idem significans quod Medeor, ἰατρεύω. Verg. lib. 1. Georg. Semina uidi equidem multos medicare ferentes. Ouid. 3. Amor. Eleg. 14. Dicebam desiste tuos medicare capillos, Tingere quam possis, iam tibi nulla coma est. Eius passiuo usus est Plinius lib. 4. cap. 17. Ficus sola ex omnium arborum fœtu matui tatis causa medicatur. Sed hoc rarius. Frequens enim utimur uerbo deponente Medicor: quod modò cum dativo iungitur. Virg. 2. Geor. Senib. medicantur anhelis. Terentius in Andr. Eius labore atque eius dolore Gnato ut medicarer tuo. Modò cum accusativo Idem lib. 11. Aeneid. Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Eualuit.

Medicatus, a, um, Quod medicamentis admistis est infectum, φαρμακευθὲς. ut, Medicare fruges. Verg. 6. Aen. Melle saporatam, & medicatis frugibus ostam. Sic medicata pocula, Medicatæ ficus. Medicatus sapor, Medicatus odor. Martial. lib. 9. Santonica medicata dedit mihi pocula uirga. Plin. lib. 23. ca. 7. de ficis, Nouissimæ salubriores, quàm primæ: medicatæ uerò nunquam. Pli. Epist. 17. Color cæruleo albidior, uiridior & prestior, sulphuris odor, saporq; medicatus, uis, qua fracta solidantur. Medicata suffitione uina. Col. lib. 1. cap. 6. Tela medicata ueneno. Silius lib. 7.

Medicatio, ōnis, uerbale, ἰατρεία, ἀκεσμὸς. Col. lib. 2. cap. 10. Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista cõmodè seruari.

Medicus, ci, m. f. Qui artem medendi nouit, ἰατρὸς. Huius duo sunt scopi, ut scilicet præter naturam affectus, quo ad eius fieri potest, ad naturalem statum sciat reducere: aut si id fieri non queat ut saltem dignoscat qui sanabiles sint, & qui deplorati. Officium medici (ut inquit Asclepiades) est, ut tutò, ut celeriter, ut iucundè curet. Vocantur quoq; medici, ἀσκληπιαδᾶν παῖδες à Græcis Plaut. in Rud. Imo ædepol una litera plus sum, quàm medicus, C. tum tu mendicus es? L. tetigisti acu. Cic. pro Cluentio. Iam hoc quoque propè in iquissimè comparatum est, quòd in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus, atque optimus quæritur: in particulis capitis, ut quæque causa difficilima est, ita peteritimus, obscurissimusq; patronus adhibetur. Cura foeis medicorum, Ouid. 1. de Pont. Eleg. 7. Celer, atque fidelis medicus, medicus, Horat. 2. Sem. Sat. 3. Conuocare medicos, Catullus.

Medicus, a, um, Quod est medici, ἰατρικός. Vergil. lib. 3. Georg. Dum medicas adhibere manus ad uulnera pastor Abnegat. Ars medica, Tib. li 2 Eleg. 3. Ope medica iuuare aliquem, Ouidius 2. Amorum Plin. lib. 8. cap. 16. Vnde medicas manus hominis sciunt?

Medicum malum, Vide Media.

Medicina, æ, f. p. Modò ipsam medendi artem significat, quam Græci ἰατρικὴν uocant Cicero 1. de Finib. Quoniam ut medicina ualetudinis nauigationis gubernatio, sic uiuendi ars est prudentia. Modò pharmaca, & remedia, quibus quis curatur. Idem ad Atticum lib. 16. Sed desperatis etiam Hippocrates uetat adhibere medicinam. Idem in de Orat. Sicut medico diligenti prius quàm conetur agro adhibere medicinã, non solùm morbi eius, cui mederi uolet sed etiam consuetudo ualentis, & natura corporis cognoscenda est. Somnus medicina curæ. Ouidius 1. de Ponto Eleg. 2. At puto cum requies, medicinaq; publica curæ Somnus adest, solitis nox nitet orba malis. Adhibere medicinam reip. Cic. pro Sest. Et cohortari ausus est accusator in hac causa uos Iudices, ut aliquando essetis feueri, aliquando medicinam adhibetis reipub. Non ea est medicina, quum sanæ parti corporis scalpellũ adhibetur, atque integræ, carnificina est ista, & crudelitas. Afferre medicinam Cicero in Catil. Deinde singulis medicinam consilii, atq; orationis meæ, si quam potero, afferam. Facere medicinam Cicero Terentiæ, Ita sum lenatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse uideatur. Plautus in Cistel. confidam fore Si medicus ueniat qui huic morbo facere medicinam potest. Parare medicinam. Ouid. 1 de Rem. Principiis obsta: serò medicina paratur Quum mala per longas inualuere moras. Medicinam, inquit Nonius, dicimus & uenenum: tractum à Græcis, qui uenenum, φάρμακον appellant. Medicinæ inuentorem Chiconem Centaurum perhibent: hic inuenit herbarum uires. Nonnulli Aesculapio hoc tribuunt. Apud Ouidium 1. Metamorph. medicinæ inuentionem sibi Apollo uendicat; Inuentum, (inquit) medicina meum est. Plurimum deinde medicinæ contulit Hippocrates: supremum autem fastigium Galenus imposuit. Medicinæ tria genera ueteres fecere: διαιτητικὴν, χειρουργικὴν, καὶ φαρμακευτικὴν: quarum prima uictus ratione, altera manu, tertia pharmacis medetur.

Medicinæ, arum, f. p. Medicorum tabernæ, ulcus thurarius, tabernæ aromatariæ, ubi pharmacopolæ obuersantur, & pharmaca uenduntur, ἰατρεῖον, Plautus in Amphit. Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia, Apud emporium, in macello, in palestra, atq; in foro, In medicinis, in conuiuiis, apud ædes omnes sacras.

Medicinalis, le, om. t. adiect. Quod ad medicinam pertinet, ἰατρικὸς: ut Herba medicinalis, πόα ἰατρικὴ. Cucurbita medicinalis, σίκυα ἰατρικὴ, uasculũ ore angusto, infernè latius, quo sanguis exugitur, cute prius scalpello incisa. Nomen accepit à cucurbita hortensi, cui similitudine refert. Plin. lib. 32. ca. 10. Quippe eadem ratio earum quę cucurbitarum medicinaliũ, ad cor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad corpora leuanda ſanguine. Celſus, Vix nulla perpetua præcepta ars medicinalis recipit. Medicinalis uerò digitus eſt minimo proximus, inquit Macrobius, quem & Anularem nonnulli appellauerunt, quòd in eo digito ueteres anulum potiſſimùm geſtabant. Cuius rei rationem hanc reddit idem Macrobius lib. vlt. Neruum ſcilicet quendam à corde adhuc digitum proficiſci, ideoq; potiſſimùm anulo, ueluti corona quadam circundari.

Medicabilis, le, om. t. Cui adhiberi medicina poteſt, ἰάσιμος, ἰατρωτός. Ouidius 1. Metamor. Hei mihi, quòd nullis amor eſt medicabilis herbis. Idem Epiſt. 5. nulla medicabilis arte Læſa pudicitia eſt. Sunt tamen qui legant reparabilis. Quandoque ponitur pro medicinali. Columella libro ſeptimo, capite decimo, Quippe ligni ſuccus medicabilis, epotus inteſtini tumorem compeſcit.

Medibile, Idem quod medicabile, ἰάσιμος. Feſtus, Medibile, medicabile.

Medicamen, inis n. t. Idem quod Medicina, ἄκεσμα. Plin lib 7. capite 16. Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus inunctis medicamine oculis, ſaluam infici. Ouid. 2. de Arte, Ergo agè, & iratæ medicamina fortia præbe, Illa ferè requiem ſola doloris habent. Cicero in Piſone, Et quum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te uti uoluiſti ualetudinis: quod diceres, uinolentis te quibuſdam medicaminibus ſolere curari. Accipitur & Medicamen pro colore quo lanæ medicantur, hoc eſt, inficiuntur, ſeu tinguntur: unde & pro ſucco purpuræ poſuit. Plinius libro nono capite uigeſimo octauo.

Medicamentũ, ti, n. t. Idem quod medicina: quo uidelicet homines, ac etiam cætera animalia curantur, ἄκεσμα, φάρμακον. Cicero tertio Officiorum, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo medicamento unquam poſtea uteretur, &c. Idem 2. de Natura deorum, Medicamentorum ſalutarium pleniſſimè terræ. Sumitur quandoque Medicamentum pro ueneno, ſicut Venenũ pro medicamento, quoniam Græci utrunq; φάρμακον, uocant. Caius Iureconſultus de uerb. ſign. Qui uenenum dicit adiicere debet bonum uel malum: nam & medicamenta, uenena ſunt: quia eo nomine omne continetur quod adhibitum, naturam eius cui adhibitũ eſt mutat. Quum id quod nos uenenum appellamus. Græci Pharmacum dicunt, apud illos quoque tàm medicamenta, quã quæ uocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis diſtinctio fit. Medicamenta amatoria, dicuntur philtra, aut alia quæuis uenena, quæ ad amorem conciliandum dantur. Medicamenta ſoporifera, quibus ſomnus accerſitur. Medicamentum ex aloe uocatur Hieram picram, alii ſimpliciter Picram appellant. Medicamentum amarum id quod alio nomine uocant Picram uel ex aloe.

Medicamentarius, rii, m. ſ. ſubſtantiuum, Qui medicamẽta cõficit, φαρμακοπώλης. Plin lib 16. cap. 6. Sectiui duo genera, hoc herbaceum, ſolto inciſuris eius euidentibus, quo utũtur medicamentarii. Medicamentaria, Ars conficiendi medicamẽta. φαρμακοποιΐα. Plinius libro ſeptimo, capite 56. Medicinam uoluit Aegyptii apud ipſos reperiam: Alii per Arabum Babylonis, & Apollinis filium: herbariam & medicamentariam à Chirone.

Medicamentoſus, Quod remedium adfert, & medicamenti uice eſt, ἰατρικός. Cato cap. 15. Et primũ ſcito, de omnibus braſſicis nulla eſt illiuſmodi medicamentoſior.

Medietas, Vide Medius.

Medimnus, μέδιμνος. Genus menſuræ, teſte Budæo, quæ ſenos capit modios, Galli ſua lingua Minam uocant. Cicero 5. Verrin. Sed tritici ſeptem millia Medimnum ex Nymphonis arationibus edita pœna, &c. Dicimus & Medimnum neut. gen. Idem ibidẽ, In iugere Leontini agri medimnũ ferè tritici ſeritur.

Mediocris, Mediocritas, Mediocriter, Medioxumus, Vide Medius.

Medion μήδιον, Herba eſt Mediæ peculiaris (unde & nomẽ accepit) in locis umbroſis petroſiſq; naſcens. Romani trifolium odoratum uocant. Vide Dioſcoridem libro quarto, capite 20.

Medioxumi Dii, uide Mediocris in Medius.

Medipontus, Inſtrumentum funarium, quod apud Catonem cap. 3. numeratur inter ea quę neceſſaria ſunt ad conficiendum oleum.

Meditor, aris, d p pen. cor. Quaſi medio animo uerſo, hoc eſt, cogito, & mẽte pertracto, μελετῶ, φροντίζω, βουλεύομαι. Plautus in Amph. Ea nunc meditabor, quomodo illi dicam, cum illo aduenero. Interdũ eſt, cogitando inuenire. Ter. in Andr. Venit meditatus, alicunde ex ſolo loco, ἐπαμῶται. Plinius in Paneg. Igitur quod temperamentum omnes in illo ſubitò pietatis calore ſeruamus, hoc ſinguli quoq; meditati teneamus, &c. Meditati, inquit, id eſt, præparata oratione. Interdum exercere. Vergil. 6. Ecl. Agreſtem tenui meditabor arundine muſam. Plautus in Stich. Simulq; ad curſuram meditabor Me ad ludos Olympiæ. Inde Meditationes, μελέται, σκίμματα, in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarii quidam conflictus, qui circa ſanguinem fiebant. Nam ars militaris, teſte Vegetio, ut cæteræ omnes artes, meditatione perficitur. Meditari alicui inſidias, uel dolum, idem eſt quod tendere inſidias, uel dolum. Vergilius 5. Ecloga, Nec lupus inſidias pecori nec retia ſeruis Vlla dolum meditantur. Seruius putat Meditor dictum eſſe, quaſi melitor, à uerbo Græco μελετῶ, per immutationem l, in d. Interdum hæ literæ ſibi mutuò cedunt, ut quum dicimus, Sellam pro Sedda. Hinc eſt, quod meditor pro ſuauiter cano, ut apud Verg. 1. Eclog. Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena. Reperitur etiam hoc uerbum in paſſiua ſignificatione. Terentius in Phormione, Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda, πεφροντισμένα. Cicero 3. Officior. Leuiora enim ſunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.

Medita è, Plautus in Bacch. Næ tu illorum mores perquam meditatè tenas, quaſi dicat, probè calles illorum mores, illoſq; ad unguem noſti ex longa meditatione, uſu & experientia. Huius compoſitum eſt, Præmeditor. Immeditatus, participium ſine uerbo, non meditatus, ἀμελέτητος. Cicero 1. Officior. Id ſe in foro optimè iam immeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.

Meditatio, onis, f. t. Commentatio, exercitatio, μελέτη. Cicero 1. de Orat. Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atq; explicatos habere debetis. Idem 2. Diuin. Multi natura uitium meditatione, atq; exercitatione ſuſtulerunt, ut Demoſthenes. Idem 3. Tuſc. Stulta eſt meditatio futuri mali. Definitur autem hoc modo, Meditatio, eſt reuocatio ſenſuum interiorum ad ſuam originem, ſedemq; principalem.

Meditabundus, cogitabundus, σκυθρωπός, ὁ ἐπὶ φροντίδων. Et aduerbium Meditabundè, cogitabundè, φροντιστικῶς.

Meditamentum, ti, n. ſ. Idem quod meditatio. Tacit. lib. 20. Et cæteris belli meditamentis militẽ firmabant. Item lib. 15. Nomina ſummę curę, & meditamenta.

Meditatiuum, Dictio facta à Grammaticis, qui Meditatiuũ uerbum appellant, quod ſenſum quendã meditandi uidetur habere, cuiuſmodi ſunt Eſurio, Miſturio, & ſimilia, quæ Valla deſyderatiua uocat, quòd deſyderiũ ſignificent actus per uerbum primitiuum ſignificari.

Medius, a, um, Quod menſuratum æqualiter diſtat ab extremis, μέσος, quamuis etiam medium dicatur, quicquid inter duo extrema eſt, etiam ſi non æqualiter diſtet ab utroque. Vergil. 7. Aeneid. Interea medium Aeneas iam claſſe tenebat Certus iter. Quandoq; idem ualet quod commune, ſiue in communem uſum. Vergil. 1. Georg. Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum Fas erat, in medium quærebant. Idem 11. Aeneid. Conſulite in medium, & rebus ſuccurrite feſſis. Cic. 1. Offic. Et omnes utilitatis in medium afferre mutatione officiorum. Aliquando Medium dicitur, quod ex uno tantum participat, quantũ ex altero. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Medium erat Anco ingeniũ, hoc eſt, procliue ram ad pacis, quàm ad belli artes, ita religione Numam auum ſuum exprimens, ut militarẽ diſciplinã non negligeret. Aliquando pro dubio ponitur. Liu. 9. bell. Maced. Medio reſponſo ſpem ad uoluntatem interpretantibus fecerat ceſſurum patri authoritati eſſe. Quandoq; manifeſtum. Vergil. 2. Aeneid. Medioq; ex hoſte recepti. Ibidẽ, Quanquã in media iam morte tenetur. Vtrobiq; exponit Seruius, Medium pro manifeſto. In priore tamen exemplo, non ineptè interpretari poſſumus. E medio houe, pro E mediis hoſtibus, uel E medio hoſtium. Quandoq; antecedens, aut potius importunus, ac incongruus. Idem 1. Aeneid. Ne qua ſcire dolos, mediuſue occurrere poſſit. Accipere aliquem medium, hoc eſt, per medium corpus. Liuius 1. ab Vrbe condita, Multò & ætate & uiribus ualidos, medium arripit Seruium, clarumq; è

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

curia in inferiorem partem per gradus deiicit. Sic apud Terentium in Andria, Accurrit mediam mulierem complectitur. Eleganter dicimus, Ponere in medio, uel, quod idē est. Proferre aliquid in medium, pro eo quod est Publicè exponere, & omnibus ea de re iudicandi potestatem facere. Cicero 1. de Nat. deor. Ponam in medio sententias Philosophorum. Vocare in medium, idem ferè est quod uocare in dubium, & clarius de re aliqua uelle cognoscere. Cicero pro Cluent. Rem in medium uocare cœperunt, & causam illam tutam deposcere. Venire in medium, Est in disputationem, & controuersiam uenire. Cicero 1. de Finib. Prima ueniat in medium Epicuri ratio. Procedere in medium, est in coronam prodire, & interdum idē cum superiori. Relinquere aliquid in medio, Est indecisum & controuersum aliquid relinquere, nihilq; de eo statuere. In medio esse, uel, positum aut situm esse in medio, Est manifestū esse, facilè, uel in prōptu. Cicero 4. Verrin. Tabulæ positę sunt in medio. Aliquando tamen In medio esse, ponitur pro eo quod est, Dubium esse, uel incompertū: ut apud Sueton. Quod discrepat in medio sit, hoc est, indecisum relinquatur. In mediū consulere, est in cōmune consulere, uel ad cōmunem utilitatem, de quo suprà diximus. Pellere de medio, uel è medio, Est extra consortium nostrum abigere. Ennius apud Ciceronem pro Muræna. Pellitur è medio sapientia. Recedere de medio. est se subducere, & occultare. Cicero pro Sexto Roscio, Recede de medio, per alium transigam. Sumere argumenta de medio, est ex rebus manifestissimis, & omnibus notis argumenta sumere. Tollere de medio, pro occidere. Cicero pro Roscio Amerino, Perfacilè hunc hominem incautum, & rusticum, & Romæ ignotum, tolli de medio posse. Medio excedere, pro mori. E medio discedere, pro secedere, & occultari, ait Budęus. Priscianus Medium dictum putat à modo, hoc est, à mensura: unde & Modium: & differentiæ causa Medium dici existimat, mutato o in e. Alii malunt à Græco μίσος deducere, quod idem est quod medius. Hinc Dimidius, a, um, quasi per medium diuisus.

Media uocabula, Dicuntur quæ in bonam & in malam partem accipi possunt, μέσα à Græcis dicta. qualia sunt Tempestas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, Industria, Periculum, Venenum, Contagium, & apud ueteres Honor quo etiam significabatur iniuria. Vide Gellium libro 22. capite 9.

Medietas, atis, f. t. Alicuius pars media, μεσότης. Hac uoce Cicero non ausus est uti, ut testatur in libello de Mundo, sine Vniuersitate. Sic enim ibi habet, Vt in singulis essent bina media, uix enim audeo dicere medietates, quas Græci uocant μεσότητας, sed quasi ita dixerim, ita intelligitur, erit enim planius.

Mediocris, & hoc mediocre, om. t. Medium tenens, modestus. μέτριος. Cicero 2. de Oratore, Hæc sunt omnia ingenii uel mediocris, exercitationis autem uel maximę. Idem 5. Tusculanar. Omne enim malum, etiam mediocre, magnum est. Cicero de Amic. Nec uerò negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benenolentiam ciuium.

Mediocritas, atis, f. t, Id est medium, ut ait Nonius, μέτρον, μετριότης. Cicero 2. Officiorum, Eadem ratio est habenda uestitus in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. Columella libro quarto, Mediocritas in electione loci maximè probatur, quoniam in confinio boni, maliq; posita est.

Mediocriter, aduerbium, Id est, medio quodam modo, siue prudenter, & mediocritate, μετρίως. Cicero 5. Verrinar. Quod mehercule iudices, mihi non mediocriter ferendum uidetur. Idem 2. Tusculan. quæst. Nemo mediocriter doctus ignorat. Terentius in Andria, Horum ille nihil egregiè prętер cætera Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

Medioximus, uel Medioxumus, m. f. pen. cor. Mediocrem, siue medium significat, μέσος, Vnde Medioximi dii uocantur, potestatis medię. Seruius libro 8. Aeneid. dicit Herculem esse communem deum, utriusq; naturæ medium, inter mortalitem, & diuinitatem. Esse enim numina aliqua tantùm terrestria, aliqua tantùm cælestia, aliqua media, quos deos Apuleius Medioxumos uocat. Plautus in Casin. At ita medii, deæq;, superi, inferi, & medioxumi, &c. Idem in Cistel. Medioxumam quam duxit uxorem, ex ea nata est hęc uirgo.

Mediusculus, Putauit Calepinus diminutiuum esse ab adiect. Medius. deceptus corrupto Plinii loco, qui ex li. 11. cap. 37. citat ad hunc modum. Oculos unicolores nulli, cum candore omnibus mediusculo differentes. Qui locus hodie sic restitutus est, Oculus unicolor nulli, cum candore omnib. medius color differens.

Medius fidius, Aduerbium est iurandi, ex tribus compositum putatntq; idem significare quod me hercules: quasi dicas: ita me Iouis filius amet, νὴ τὸν ἡμίθεον. Nam Δία Græci dicūt quem nos Iouem. Fidium autem pro filio dictum uidetur: quia antiqui pro l, literam d, sępissimè collocabant. Quidam interpretantur Per diui fidem: quidam per diurni temporis, id est, diei fidem, Hæc festus. Alii sic exponunt, Medius fidius, hoc est, per deum Fidium. Nam Fidius deus est, qui fidei præest. Plautus in Asin. Per dium fidum uredis iurato mihi. Cicero ad Brutum, Ego medius fidius non existimo tam omnes deos auersos. Fidei dei alia duo fuerunt nomina: nam & Sancus, & Semicaper appellatur: fiebatq; ei sacrum Nonis Iunii in colle Quirinali: ubi templum habebat à Sabinis (ut putatur) primùm dedicatum: qui in urbem rebepti, deos quoq; patrios in urbem transtulerunt. Ouid. 6. Fastorum, Quærebam Nouas Sanco, Fidione referrem, An tibi Semicaper: tunc mihi Sancus ait, Circunq; ex istis dederis, ego munus habebo, Nomina terna fero: sic uoluere Cures.

Medianus, a, um, Quod in medio est, μέσος. Vnde medianas columnas dixit Vitruuius lib. 3. cap. 1. ut ab angularibus quæ crassiores sunt, distingueret.

Mediastinus, pen. prod. μεσοδάκτυς, μεσίτης. Mancipium abiectius est, teste Budęo, quod uilissima & sordidissima ministeria obire domi cogitur: qualia sunt domum uerrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiusmodi alia facere: ob hoc ita dictum, quòd in media domo ad imperia, omnium nutosq; soleat excubare. Cicero in Catil. Magnopere cotemno exercitum collectum ex senibus desperatis ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis decoctoribus, ex iis qui uadimonia deserere, quàm illum exercitum, malim. Columella libro primo, capite nono, Mediastinus qualiscunq; status possit esse, modò perpetiendo labori sit ideoneus. Ibidē, Separandi sunt aratores à uinitoribus, atq; à mediastinis. Horat. 1. Epistol. Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Lucilius, Villicum Aristocratem, mediastinum, atq; bubulcum. Vlpianus lib. 1. Digest. Naut. caup. stabular. Qui mediastini opera fungitur, non continetur: ut purpurarii, atriarii & focarii, & his similes. Priscianus, Mediastinos interpretatur seruos esse abiectissimos lauantibus in balneis ministrare solitos, itaq; appellatos existimat, quòd in medio balnei stare soleant, ad sordidissima quæq; ministeria parati. Mediastinum appellant medici membranas in uentre hominis in medio, quæ sunt ueluti medius quidam paries, diuidens thoracem totum in duos ueluti uentriculos.

Mediastuticus, pen. cor. Summus apud Campanos magistratus erat. Liuius. lib. 6. Decad. 5. Mediastuticus (qui summus magistratus apud Campanos est) eo anno Seppius Lesius erat loco obscuro, tenuiq; fortuna ortus, &c.

Mediterraneus, a, um, Quod est à mari remotum, quasi in media terra, μεσόγαιος. Cæs. 5. bel. Gal. Nascitur ibi plumbum, in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum. Quint. lib. 5. cap. 10. Montanus, an planus; maritimus, an mediterraneus. Cic. 1. de Nat. deor. Ita fit ut mediterranei mare esse nō credant. Mediterraneum mare, ὑπόγαιον θάλασσα, quod ex Oceano inter Abylam Mauritaniæ, & Calpen Hispaniæ promontorium irrumpens, per medias terras diffunditur, Africamq; dirimit ab Europa.

Mediterreus, adiectiuum, Idem significans quod Mediterraneus. Festus, Mediterream melius quàm Mediterraneam Si senna dici putat. Antiquum.

Meditullium, lii, n. s. Non medium terræ, sed procul à mari, quasi meditullium, ab eo quod est tellus, τὸ μέσον. Cicero in Topicis dicit, tullium in hoc uerbo extensionem esse uocabuli, nihil significantem.

Medo, onis, mulsa, uel aqua uel mel. Græcum ὑδρόμελι.

Medulla, æ, f. p. Dicta est, quòd in ossibus media sit, μυελός. Plautus in Stich. At ego perii, cui medullam lassitudo perbibit. Plinius libro undecimo, capite 37. Et medulla ex eodem uidetur esse, in iuuenta rubens, & senecta albescens. Cicero 4. Tusc. Quum autē hic feruor, concitatioq; animi inueterauerit, & tanquam in uenis medullisq; insederit, tum existit & morbus & ægrotatio. Idem 5. Tusc. Tu uerò Metradore qui omne bonum in uisceribus medullisq; condideris, &c

Hinc.

Hinc Emedullo, ἐκμυελόω, quod eſt medullã extraho. Plin. de limonio. Item graueolentiã alarum emendat, radicis emedullatæ uncia in uini Falerni heminis tribus decocta. Per trãſlationem ſignificat declaro. Plaut. Narra iam rem nobis omnem, atq; emedulla.

Medullitus, pen. cor. aduerb. eſt, ſignificans Ex ipſis medullis, uel uſq; ad medullas, ἐκμυελῶν. Varro, Medullitus Aquiloniam ſeruat frigedinẽ. Per translationẽ ſignificat intimè, uel ex intimo affectu. Plaut. in Moſtel. Vt uideas eam medullitus me amare.

Méduſa, μέδουσα, A quibuſdã appellatur herba ea, quam Romani Veneriam, ſiue Lanceolam. Dioſc. λογχίτιν appellauit lib. 3. cap. 182. Habet hæc herba florẽ inuerſo pileolo ſimilẽ, qui theatralis larueę, & hiſtrionicæ perſonæ formam refert ex cuius medio, quaſi ex aperto & hiante ore, ſe profert quædã quaſi lingua candido colore. Ob quam cauſam & Meduſam appellarunt, à Gorgonis abſciſſi capitis ſimilitudine. Nam etiã hodie in antiquis monumentis Meduſæ caput ita effictum uidemus, ut quam maximè poteſt aperto ore linguã exerat. Vide Marc. Verr. in Dioſc.

Mega, μέγα, Latinè magnũ, unde Megaron, μέγαρον, domus ampla.

Megalium, μεγαλεῖον, Vnguentum à magnificentia ſic appellatum, eò quòd excuſerit Telinum ante ſe cantatiſſimum, alii à Megaleo inuentore Siculo, ſiue Athenienſi dictum malunt. Vide Dioſcoridem lib. 1. cap. 6. & Hermolaũ in Plinium.

Megalophron, μεγαλόφρων, magna ſapiens, magnanimus.

Megaloprepeía, μεγαλοπρέπεια, magnidecentia, uel magnificentia, quę inter magnos uiros uerſatur, magnisq; in rebus. Et Megaloprepes, μεγαλοπρεπὴς, dicitur qui huiuſmodi magnidecentia, aut munificentia utitur, quẽ Magnificum quidã appellant.

Megalopſy chía, μεγαλοψυχία, magnanimitas, & Megalopſychus, μεγαλόψυχος, magnanimus.

Megiſtanes, μεγιστᾶνες, Dicuntur proceres, primates q, nam μέγιστος, Latinè dicitur maximus. Cornelius Tacitus, Megiſtanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit ſedibus. Suetonius in Caligula capite 5. Regem etiam regum & exercitatione uenandi, & conuictu megiſtanum abſtinuiſſe.

Mehercule, Iurandi aduerb. idem ſignificans, quod per Herculem. νὴ Δία, νὴ τὸν Ἡρακλέα. Cic. Attic. lib. 10. Epiſtola tua gratiſſima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi. Dicimus etiam Mehercules in eadem ſignificatione. Feſtus, Mecaſtor, & Mehercules iuſurandum erat, quaſi diceretur, Ita me Caſtor, ita me Hercules, ut ſubaudiatur, Iuuet. Cicero in Orator. Imperatum eſt, inquit, à conſuetudine, ut peccare ſuauitatis cauſa liceret, & Pomeridianas quadrigas, quã Poſtmeridianas libentius dixerim, & Mehercule, quàm Mehercules.

Meio, is, diſsyll. n. t. Significat urinam emitto, οὐρέω, ὀμίχω, Diomedes præteritum quidem proprium Meii, eſſe dicit, ſed Minxi eſſe in uſu. Perſius Satyra 7. ſacer eſt pueri locus, extra meiite. Horat. 2. Serm. Sat. 7. Ditior aut formæ melioris meiat eodem. Mart. lib. 5. Minxiſti curente ſemel Pauline carina Meiere uis iterum, iam Paulinurus eris. Iuu. Sat. 1. Cuius ad effigiem non tantùm meire fas eſt. Mictum, mictu, in ſupino. Horatius 1. Sermon. Sat. 8. atq; in me ueniat mictum atq; cacatum Iulius & fragilis Pedacia. Mula meiens, Catullus.

Mel, huius mellis, nct. à Græco μέλι, notæ ſignificationis eſt. Cicero de Senectute, Villaq; tota locuples eſt: abundat lacte, caſeo, melle. Idem 5. de Finib. Mel etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cũm aliis, dulce eſſe ſentitur. Vergil. 4. Aeneid. hinc cæli tempore certo Dulcia mella premes. Ibidem, Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella. Ibidem, & ſpumantia cogere preſſis Mella fauis. Plaut. in Truc. In melle ſunt linguæ ſitæ noſtræ, atq; orationes, Corda in felle ſunt ſita, atq; acerbo aceto. Sunt qui dicunt mel eſſe cæli ſudorem, alii ſyderum ſaliuam, alii purgantis ſe aëris ſuccum. Conſtat ſanè ex aëre decidere, ſyderum maximè exortu, ſublucanis temporibus. Vnde ſub primam auroram, folia arborum melle roſcida inueniuntur. Mel uernum, dicitur Anthinum mel. Mel æſtiuum, uocatur ὀρεῶον. Mel quod per ſe fluxit, Acoton uocatur, quòd ſine rettimento ſit. Mel ſylueſtre, Ericæũ ab erica frutice, quam & giſarum nominant, folia habet amarici ſimilia. Acraton, Mel purum atq; integrum, quod neq; areſcere cœpit, nec ullum paſſum eſt uitium. Vide Plinium libro 11. cap. 14.

Melliculum, li, diminut. blandientis, μελίτιον. Plaut. in Caſin. Meum corculũ, melliculũ, uerculum. Idem Curc. Egon' apicularum opera congeſtũ non feram, Ex dulci oriundũ melliculo dulci meo?

Mellilus, la, lum, diminutiuum à Melleus, μελιάδης. Plautus in Caſinar. Mea uita, mea mellila, mea feſtiuitas. Sine tuos oculos deoſculer uoluptas mea. Quanquam non abſurdè fortaſſis Mellila, diminutiuum ibi intelligere poſſumus à nomine Mel: ut Mea mellila, plurali numero dictum intelligamus, pro eo quod eſt, Mea mella, uel meæ delitiæ.

Mellarius, ria, rium, Quod ad mel pertinet, μελιτοποιὸς. Plinius lib. 21. cap. 14. Vaſa mellaria, aut fauos lauari aqua præcipiunt.

Mellarium, ſubſt. Vide infrà Mellitones.

Mellarius, rii, m. ſ. ſubſt. Qui mellis opus exercet, μελιτουργὸς. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 16. Ad extrema, quà mellarii fauum exi mere poſſint, opercula imponunt, alueis. Item dicuntur etiã Melliſores.

Meliturgus, μελιτουργὸς, Latinè mellarius, dicitur qui mellificium exercet: ſic enim interpretatur Varro libro 3. de Re ruſtica.

Mellatio, onis, fœm. tert. Mellis uindemia, quum mel eximitur, μελίτωσις. Plinius libro 12. capite 16. Hæc ergo mellatio fine uindemiæ & Vigiliarum occaſu, Idibus Nouembris ferè includitur. Idem libro 11. capite 17. Aeſtiua mellatione decimam partem Thaſio Dionyſio apibus relinquere placet.

Melleus, a, um, Quod ex melle eſt, uel mellis dulcedinẽ refert ipſo guſtu, μελιτώδης. Vt Melleus ſapor, apud Plin. lib. 13. cap. 14. Per translationẽ quoq; Vocem melleã dicimus, pro ſuaui, & auditu iucunda.

Mellitus, a, um, pen. prod. Quod eſt melle conditum, ut μελιτώδης, μελίκρητος. Placentæ mellitæ. Horatius 1. Epiſt. 10. Vtq; ſacerdotis fugitiuus, liba recuſo, Pane egeo iam mellitis potiore placentis. Plin. lib. 36. cap. 19. Melitites ſuccum emittit dulcem, mellitumq; tuſus. Var. 3. de Re ruſt. ca. 16. Et faui mel liti intus ponendi, à faucibus longè. Mellitus puer, pro ſuaui, & iucundo. Cic. ad Att. lib. 1. Ita ſum ab hominibus deſtitutus, ut tantum quietis habeã quantũ cum uxore, & filiola, & mellito Cicerone cõſumitur. Catul. ad Iuuencium, Mellitos oculos tuos Iuuenci, &c.

Mellifluus, a, um, Ex quo fluit mel, uel fluere uidetur, μελίρρυτος, μελίρρυτος, hoc eſt, dulce, iucundum, ut Melliflua oratio.

Mellifico, cas, act. pr. Mel facio, μελιτοιῶ. Vergilius in quodam Epigrammate, Sic uos non uobis mellificatis apes. Indè Mellificus, a, um, μελιτοποιὸς. Colum. lib. 8. Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus explicant. Item Mellificatio, onis, μελισσοποίησις.

Mellificium, cii, n. ſ. Mellis factio, μελιτοποίησις. Var. de Re ruſt. lib. 3. cap. 16. Sed ut hoc aptiſſimũ ad ſanitatem apium, ſic ad mellifficium thymũ. Idem, Quod ad mellificiũ bonum uehementer prodeſt. Col. lib. 9. cap. 12. Apes magis mellificiis, quã fœtibus ſtudent.

Mellifer, a, um, Ferens mel, μελιφόρος. Ouid. 15. Meta. Nonne uides quos cera tetigit ſexangula, fœtus Melliferarũ apium ſine membris corpora naſci?

Melligenus, a, um. pen. co. Quod eſt eiuſdẽ generis cum melle, μελιηδὴς. Plin. lib. 16. cap. 17. Fert & aliam inutilẽ pillulã cũ capillo, uerno tamen tẽpore melligeni ſucci. Hoc eſt, eiuſdem ſucci, cuius ex mel ipſum.

Melliriſmus, Linctura eſt ex melle, uel id quod Græcè Eclegma.

Melabathrum, μελάβαθρον, Herba eſt, quæ alio nomine Parthenium dicitur, chamæmelo adeo ſimilis, ut pro ea ſæpe fallat legentem. Tide Dioſc. lib. 3.

Melamírum, Piſcis à nigra cauda nomen trahens.

Melamorrhizon, Veratrũ nigrũ, apud Dioſ. lib. 4. cap. 151.

Melampelos, pen. cor. μελάμπελος, Herba eſt, quæ alio nomine Helxine dicitur, quidã etiã ex Latinis Vitẽ nigrã appellant. De hac Dioſc. lib. 4.

Melamphyllon, μελάμφυλλον, Herba eſt aculeata folio in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lio in nigredinem tendente: unde & nomen accepit. Alio nomine Acanthus dicitur. Vide Plin. lib. 22. cap. 22. & Dioſc. libro tertio, & quæ ſuprà annotauimus in dictione Acanthus.

Melampyenos, herba ea quæ & Myaros, & Myagros.

Melampyros, μελάμπυρος, Herba eſt in ſegetibus naſcens teſte Theophraſto, qui aliàs Myagros appellatur. Latinè ſonat frumentum nigrum.

Melampodion, μελαμπόδιον, Genus eſt nigri hellebori, ita dictum, à Melampode quodam, qui eo uti in diuinationibus ſolebat appellatum: uel à paſtore eiuſdem nominis, qui primus hanc herbam inueniſſe dicitur, dum capras eo purgari animaduertit. Vide Plin. lib. 25. cap 5.

Melan, μέλαν, Latinè nigrũ, quo in compoſitione utimur.

Melancholía, ſ. p. Cum accentu in penultima, Latinè dicitur nigra cholera, hoc eſt, atra bilis, quæ ſæpe in furorem agit homines, Græcè μελαγχολία Cic. 3. Tuſculan. Græci uolunt illi quidem ſed parum ualent uerbo, quem nos furorẽ melancholiam ipſi uocant: quaſi uerò atra bile ſolùm mẽs ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Melancholiæ uarias ſpecies, uide apud Galenum in tractatu de Atra bile.

Melancholicus, m. ſ. Qui nigra bile plurimùm abundat. Plin. lib. 20. cap. 7. Dantur & melancholicis candidiora copioſiores, &c. Cic. in Tuſc. Ariſtoteles quidem ait omnes ingenioſos melancholicos eſſe: ut ego me tardiorem eſſe non moleſtè feram. Idem 1. de Diuin. Ariſtoteles eos etiam qui ualetudinis uitio furerent, & melancholici dicerentur, cenſebat habere aliquid in animis præſagiens, atq; diuinum.

Melancoryphus, phi, m. ſ. μελάγκορυφος, auis, Quæ & Ficedula dicitur: ſed Ficedula tantùm autumno ab edendis ficis; aliis tẽporib. melãcoryphus uocatur, ἀπὸ τοῦ κορυφὴν μέλαναν hoc eſt, uerticem nigrum habeat, Latinè Atricapillam dicere poſſumus. Plinius libro 37. cap. 8. Sunt qui in Arabia inueniri eas dicant in nidis auium, quas Melancoryphos uocãt.

Melandrya, uocatur piſcis cæſis quernis aſſulis ſimilimus. Plinius lib. 9. cap. 15.

Melandryon, μελάνδρυον, Ruellius interpretatur intimã, duriſſimamq; roboris materiam, quæ cortice & alburno detractis relinquitur.

Melandris, genus Tynni grandiſſimum.

Melandryum, genus herbæ, de qua Plinius libro uigeſimo ſexto, cap. 7.

Melanion, μελάνιον, Flos eſt ſubnigri coloris. Latinè uiolã albam poſſumus interpretari.

Melanorrhizon, μελανόῤῥιζον Herba eſt, quam alio nomine Veratrum nigrum appellant. Nomen habet à radicis nigredine, μέλαν enim nigrum eſt, & ῥίζα radix. De hac Dioſc. libro quarto.

Melanteria, μελαντηρία, Alio nomine Atramentum metallicum appellatur, quo mulomedici utuntur ad putrefactã, ſiue excrescentem carnem cõſumendam. Vulgus Gallorũ Armõtum uocat.

Melanthion, μελάνθιον, Herba eſt, ſiue potius frutex puſillus, à ſeminis nigredine nomen habens, quod à Plinio libr. 20. capit. 17. Gith appellatur, & à quibuſdam Melapſermon. Officinæ nigellam uocant.

Melanurus, m. ſ. μελάνουρος, Piſcis eſt ſaxatilis, nigricantẽ habens caudam. Penultima huius dictionis producitur, quum apud Græcos ſcribatur per ω diphthongum. Lippius in 3. Oppi. Haud facili paruus melanurus fallitur arte. Ennius tamen contra orthographiæ rationem penultimam corripuit, primamq; quæ per ω ſcribitur, licenter produxit in hoc uerſu, Melanurum, turdum, merulam timbramq; marinam. Eſt præterea Melanurus, ſerpentis genus, præcipuè in Libya & Arabia naſcens, uipera minus, ſed ad inferendam perniciem multò uelocius. Morſi ab eo ſiti torquentur, immodiceq; bibentes ſibi necem inferunt. Cauda lineis duabus nigris diſtinguitur (unde & nomen accepit) corpore reliquo albicante. Vide Cælium lib. 30. cap. 63.

Melappium, Mali genus, ita dictum ab Appii mali ſimilitudine. Plin. li. 15. cap. 14.

Meleagrides, f. t. μελεαγρίδες, Gallinæ Africanæ ſunt, quas uulgus Indicas gallinas uocat. Has Ouid lib. 8. Metam. fabulatur Meleagri ſorores fuiſſe, doloris immoderantia quem ex morte fratris conceperant, in has aues conuerſas Plin. libr. 10. cap. 16. Simili modo pugnãt Meleagrides in Bœotia Africæ: hoc eſt, gallinarum genus gibberum, uariis conſperſum plumis. Varro lib. 3. de Re ruſt. Gallinæ Africanæ ſunt grandes, uariæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci. Hæ nouiſſimæ in triclinium ganearium introierunt è culina, propter faſtigium hominum. Vide ea quæ in dictione Gallina annotauimus de tribus gallinarum generibus.

Meles, uide Melis, infrà.

Melgemella, mala ſunt, quæ & Capuncula uocant.

Meli, μέλι, Latinè mel à quo per compoſitionem plurima nomina deſcendunt.

Melia, μελία, A Græcis dicitur arbor quam Latini Fraxinum uocant. Vide Ruellium libro primo, capite 82. Eſt & Melia Cariæ oppidum, apud Hecatæum libro primo Genealog.

Melía terra, μελία γῆ, Terræ genus eſt Eretriæ cinereæ non diſſimile, quod & digitis contritum ſtridorem reddit trito pumici ſimilem. Vires habet in medicina eaſdem ferè cũ alumine, paulò tamẽ ignauiores. Pictoribus etiam utile eſt, ad diuturniorem colorum firmitatem. Plinius Melinum uocat, nomine deducto à Melo inſula, una Sporadum, unde aduehi ſolet.

Meliceris, dis, pen. prod. f. t. μελικηρὶς, Abſceſſus ſpecies eſt ex pituitæ affluxu generati, qui humorem in ſe continet, mellis & craſſitudinem & colorem referentem. Vnde & nomen accepit. Plinius lib. 12. de Meliloto, Peculiariter contra meliceridas efficax. Celſus libr. 5. hoc abſceſſus genus, μελικηρίαν, uocari aſſerit, nomine ſumpto à fauo, cuius ſimilitudinem refert.

Melichros, μελίχρως. Gemma eſt mellei coloris: unde & nomen habet. Plin. libr. 37. capit. 11. Colos appellauit chryſolithum aureus, chryſopraſum herbaceus, melleus melichrota.

Melichryſos, μελίχρυσος, Gemma quæ ex India mittitur quaſi per aurum ſyncero melle translucente. Plinius libro 37. capite nono.

Melicraton, μελίκρατον. Potus eſt confectus ex aqua & melle, qui à Latinis Aqua mulſa dicitur. Nomen accepit, ἀπὸ τοῦ μέλιτος, hoc eſt, à melle, & uerbo κεράω, ſiue κεράννυμι quod eſt miſceo ſiue tempero.

Melicratum, Mulſa aqua, apud Dioſcoridem libro 5.

Melicus, a, um, pen. cor. μελικὸς, Idem quod muſicus, à Græco nomine μέλος, quod carmen, ſiue cantum ſignificat. Vnde poëtæ lyrici, Melici dicti ſunt. Auſonius, Tu melicos, lyricoſq; modos. Cicero de Optimo genere Orat. Poëmatienim tragici, comici, epici, melici etiam, atque dithyrambici, &c.

Melicæ, Gallinæ, teſte Columella lib. 8. cap. 2. uulgò appellatæ ſunt, quæ medicæ dici debuerant.

Melílotos, pen. prod. μελίλωτος, quaſi dulcis & mellea lotos, Herba eſt croco ſimilis, frequens Campaniæ, quæ quòd coronamentis adhiberi ſolet, Sertula Cãpana appellatur à Latinis. De hac Plinius lib. 12. cap. 11. & Ruellius lib. 3. cap. 33. Ouid. Pars thyma, pars flores, pars meliloton amant.

Melimela, pen. prod. μελίμηλα, utrobiq; per ſimplex l. Dicũtur poma muſtea, ſiue dulcia, quaſi mellea mala. Nam μέλι mel, μῆλον malum ſignificat. Varro de Re ruſtica libro 1. capite 59. Quæ antea muſtea uocabant, nunc melimela appellant. Eadem uulgò Nana uocantur, à paruitate arborum in quibus producuntur. Plinius libro 15. capit. 14. Muſtea à celeritate miteſcendi, quæ nunc melimela dicuntur, à ſapore melleo. Mart. lib. . Infanti melimela dato, fatuasq; mariſcas: Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia ſapit. Vide Columellã lib. 5. cap. 10.

Melímeli, lege Melomeli.

Melina, æ, f. p. μελίνη, Vt Feſtus ait, genus tibiæ acutiſsimi ſoni. Eſt & genus ueſtis, uel à colore, uel à Melo inſula, unde afferebatur, ſic dictæ. Plautus in Epid. Vbi ergo eſt à niſi ſi in Vidulo, Aut ſi in melina atruliſti.

Meline, & Melinos, id eſt, Panicum. Lege Panicum.

Melinum, ni, μέλινον, n. ſ. Apiaſtrum uocat Varro libro tertio de Re ruſtica, capite 16. Eſt & melinum (ut ait Plinius lib. 21. cap. 6.) oleum ex flore malorum. Eſt & unguentum. Plin. lib. 13. cap. 1. Amaracinum in Coo: poſtea eodem loco prælatum eſt melinum. Melinum quoq; coloris candidi ſpecies eſt, à Melo inſula, una Sporadum nomen habẽs ubi præſtantiſſimum effoditur. Dioſcorides libr. 5. Melinam terram

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cerram uocat. Plin. lib. 35. cap. 6. Melinum candidum & ipsum est, optimum in Melo insula. In Samo quoq; nascitur, sed eo non utuntur pictores, propter nimiam pinguedinem. Plautus in Mostell. Neq; cerusam, neq; melinum, neq; aliam offuciam.

Melion, aqueum Satyrium erithronion apud Dioscoridem lib. 3. cap. 145.:

Melior, Mliusculus, Melioresco, uide Bonus.

Melipecta, μελίπηκτα, Cibaria mellita, cuiusmodi sunt placentæ mellitæ.

Meliphyllon, μελίφυλλον, Herbæ nomen est, quæ alio nomine dicitur Apiastrum. Varro libro 3. de Re rustica capite 16. Reliquum thymo, & cythiso obseuisse, & apiastro, quod alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidam μέλιννον appellant. Vergilius 4. Georg. huc tu iussos asperge liquores Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen. Vbi Seruius annotauit, Meliphylla per syncopen esse dicta, quasi melissophilla.

Melipontus, m. s. Quem & Melipontum uocari suprà ostendimus, Funis genus est, quòd à Catone non uno in loco numeratur inter ea quæ necessaria sunt oleum conficientibus. Cato cap. 68. Vbi uindemia, & oleitas facta erit, prælа extollito, funes, torculos, melipontos, subductarios, aut in carnario, aut in prælo suspendito.

Melis, huius melis, fœmin gen. μέλις. Animal, quod & Taxus, siue Taxo dicitur, quod sit mellis auidissimum, & alueribus semper infestum, in cauernis uiuens, asperum, mordaxque, magnitudine uulpis, colore felis, ex cuius pelle pharetras, & canum collaria obtegunt. Plinius libro 8. capite 38. hanc esse ait melibus in metu solertia, ut sufflata cute distentæ, ictus hominum, & morsus canum arceant.

Melissones, Græci μελίσσας uocant apes. Vnde Melissones dicuntur apiaria, quæ mellaria quoq; nominant, loca uidelicet in quibus siti sunt alueі apum. Vide Melittones.

Melissophyllon, n. s. μελισσόφυλλον, Herba est ballotæ similis, quæ & Apiastrum, & Citrago, & Meliphyllum, & Melinum appellatur. Galli Melissam uocant. Nomen habet ἀπὸ τῶν μελισσῶν, hoc est, ab apibus quæ eo tantopere oblectantur, ut si eo aluearia perungantur, nusquam diffugiant. De hac herba uide Colum. lib. 9. cap. 8. & Varr. de Re rust. lib. 3. cap. 16.

Melites, μελίτης, Gemma sic dicta à colore mali Cydonei, quod μέλον κατ' ἐξοχὴν dicitur. Plin. lib. 37. cap 11. sic ait, Melites mali coloris. nec plura addidit.

Melithena, Melissophyllon uel apiarium, Dioscor. lib. 3. capite 117.

Melithæum, Apiastrum apud Dioscoridem, libro 3. capite 117.

Melitites, m. s. pen. prod. μελιτίτης. Genus potionis dulcis (ut ait Plin. lib. 14. cap. 9.) factæ ex melle & musto, hoc est, ex congio mellis, & quinque congiis austeri musti, & cyatho salis, unà feruefactis. Distat autè à mulso, in quo binis uini singuli mellis congii admiscerentur, ut docet Dioscor. lib. 5. Est præterea Melitites, lapis cinericei coloris, qui coti attritus, uel cum liquore contusus, liquorem dulcem emittit. Vnde & nomen accepit. Vide Plinium lib. 36. cap. 19. & Galen. lib. 9. Smpl.

Melittones, μελιττῶνες, Alueі in quibus apes nutriuntur. Var. de Re rust. lib. 3. ca. 16. Melittones ita facere oportet, quos alii μελιττοτροφεῖα appellant. Eadem quidà Mellaria. Vulgus Gallicum uocat Ruchas.

Meliturgus, uide Mel.

Melium, μήλιον, Herba est in aquis & locis uliginosis nascēs, semen habens lini semine non dissimile, aliquando tamē maius & firmius, & præ læuore splendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Dioscor. lib. 3.

Melius, Comparatiu. à Bene, & Meliusculè, uide Bene in Bonus.

Melizomum, penult. prod. μελίζωμον. Condimentum quoddam uocat Apicius, ex mellis despumati mistura confectum.

Mellacium, ἴψημον, ἴψημα, Mustum ad mediam partem decoctum, quam Sapam appellamus, ut author est Nonius.

Mellificatio, Mellificator, Mellifico, Mellitus uide Mel.

Melligeta, Cardamomi genus, Barb. Coroll. Cardam.

Melligo, onis, f. t. pen prod. μελίτωμα, Succus è lacrymis arborum, siue florum, quem apes deuorant, postea ad aluos regressæ euomunt, operamq; cōponunt. Plin. lib. 11. cap. 6. Primùm itaq; fauos construunt, ceram fingunt, deinde sobolē, posteà mella. Ceram ex floribus, melligenem è lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, salicis, ulmi, arundinis succo gūmi, resina. Ponitur & pro quocunq; succo florescentis fructus adhuc, atq; immaturi. Plin. lib. 12. cap. 17. In prima lanugine demittitur uua, eiusq; mellugo, reliquum corpus sole coquitur.

Melliloquus, pen. cor. Cui oratio suauis instar mellis, ex ore profluit, μελίγηρυς, μελίφρων.

Mellum, quid sit in Plinio non satis constat, nisi fortè Mel non Mellum legendum est.

Melocarpos, μηλόκαρπος, Herba est, quæ alio nomine Aristolochia longa appellatur. Dioscor. lib. 3. cap. 4.

Melolontha, μηλολόνθη, Scarabæi genus est, colore uiridi nascens.

Melomeli, μελόμηλι, Confectio quædam ex malis cydoneis melle obrutis in lagæna. Ratione cōficiendi docet Col. lib. 12. cap. 45. & Dioscor. lib. 5.

Melones, A Palladio dicuntur, qui ex genere peponū ad malorum rotunditatē accedunt, à quibus dā facto ex malo & pepone nomine, Melopepones appellantur.

Melonomus, m. s. pen. cor. μηλονόμος, Ouium pastor. Nam μῆλον, & poma, & oues significat.

Melopepones, μηλοπέπονες, Fructus sunt ex genere peponum, qui mali figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi, sed humi rotantur, & odorem iucundissimum habent, ubi maturuere. Palladius Melones uocat. Vide Ruell. lib. 1.

Melos, n. s. μέλος, indecl. aut certè defectiuū, nam genitiuū & datiuum singulares, totumq; pluralem numerū apud Latinos non habet. Ablatiuo Melo usus est Lactan. Firm. in Hymno de Resurrectione Dominica, Fitq; repercusso dulcior aura melo. Apud Græcos declinatur τὸ μέλος, τοῦ μέλους. Est autē Melos cantus, suauitas, ex apta uocis modulatione & flexu procedens. Pers. in proœm. Sat. Cornos poētas, & poētridas picas Cantare credas Pegaseium melos. Hinc multa deriuantur de quibus mox.

Melodia, f. p μελῳδία, cum accentu in pen. Dulcis cantus, siue mellens.

Melodes, m. t. pen. prod. μελῳδός, Accipitur pro melico dulcia carmina cantante. Sidon. Proculus melodes insonare pulsibus.

Melosgæos, polium montanum, apud Dioscoridem libro 3. cap. 122.

Melota, æ, & Melote, tes, pen. prod. μηλωτή, Dici potest pellis ouina unà cum lana corpori detracta, μῆλον enim à Græcis dicitur, quæ à nobis ouis.

Melothrum, μέλοθρον, Herba est quæ alio nomine ἄμπελος ἄγριος, hoc est, uitis alba appellatur. De hac Dioscorid. lib. 4.

Membrum, bri, n. s. Propriè dicitur caro artus tegens, μέλος, unde Membrana superiora mēbri pars dicitur, hoc est, pellis ipsa. Silius, & uenit malè iuncta trementibus ossa Extant consumptis uisu deformia membris. Accipiuntur tamen etiam Membra pro singulis corporis partibus, ut manus pes, auris, membra dicuntur. Terentius in Adelph. Membra metu debilia sunt. Cic. 3. de Finib. Iam mēbrorum, id est partium corporis, alia uidentur propter eorum usum à natura esse donata, ut manus, crura, pedes, &c. alia autē nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pauoni. Vergilius 9. Aeneid. Quò sequar? aut quæ nunc artus, auulsaq; membra, Et funus lacerum, tellus habet? Membra principalia sunt, Cor, cerebrū, iecur. Quomodo autē differant mēbra ab Artubus, uide in dictione Artus. Sumitur etiam mēbrum pro parte rei inanimatę. Plin. Epist. 17. lib. 2. Adhęret dormitorium membrum, transitu interiacente. Hoc est, pars domus quieti corporum dicata. Cic. 1. de Nat. deor. Omnes autē eius partes atq; omnia membra tum facillimè noscuntur, quum totæ quæstiones scribendo explicantur. Columella præterea & Apuleius partem domus membrum nominant, & Vlpianus de manumissionibus: Quæri, inquit, potest, si fabris duobus, uel pictoribus templum uel mēbrum depicti essent. Membra præterea in Oratione dicuntur partes periodi, quas

Græci

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Græci κῶλα uocant, eaq; rursus diuiduntur in Incisa, quæ illi κόμματα dicunt. Author ad Herennium, Membrum omnis appellatur res breuiter absoluta, siue totius sententiæ demonstratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. Cicero in Orat. Quæ Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos rectè incisa, & membra dicimus. Sumitur etiam pro parte quum ad inanimata transfertur. A Membrum fiunt adiectiua, Bimembris, δίκωλος, Trimembris, τρίκωλος, Quadrimembris, τετράκωλος, hoc est, duarũ, triũ, quatuor, partiũ.

Membranulum, dimin. à membris. Apul. lib. 6. Verum cor uinũ asini crassum, sed hirundinis tenue circundedit membranulum. μηνίγγιον Græcè dicitur.

Membratim, aduerb. significat per membra singula κατὰ μέλη. Plin. lib. 9. cap. 11. Hi membratim cæsi, ceruice & abdomine cõmendantur. Idẽ lib. 11. cap. 37. Iraq; nunc per singulas partes corporis, præter iam dictas, mẽbratim tractetur historia. Cicero in Part. Narratio autẽ accusatoris erit, quasi mẽbratim, gesti negotii suspitiosa explicatio. Quint. lib. 9. cap. 4. Vbicũq; acriter erit & instanter, pugnaciterq; dicendũ, mẽbratim cæsimq; dicendum.

Membrana, æ, pellis exterior, quæ membra tegit, διφθέρα, quanquam generaliter pro quauis tenuiore pellicula accipiatur, in quacunq; parte animalis sita. Cicero 2. de Nat. deor. Quæ primùm oculos mẽbranis tenuissimis uestiuit & sepsit. Lucanus lib. 4. Membranas mittunt uituli de corpore summo. Plin. lib. 9. cap. 29. Membrana nam inter illa miræ tenuitatis extendit. In ligno quoq; mẽbrana est. Plinius lib. 13. de tilia, Inter corticẽ & lignũ tenues tunicas multiplici mẽbrana. Membranæ, περγαμηναὶ, etiam dicuntur chartæ Pergamenæ quòd de animalium mẽbris sint derractæ, in quorum tergoribus primùm ab uno latere scribi cœptum deinde ab utroq;, derasis pilis. Earum usus Pergami, regnante Eumene inchoatus, magnamq; earum uim Rex Attalus Romam misit, ut penuria chartæ pellibus pensaretur. Vnde Pergamenarum nomen ad hanc usq; diem, tradente sibi inuicem per manus posteritate, seruatum est. Quint. lib. 10. cap. 3. Illa quoq; minora non sunt transcenda, scribi optimè ceris, in quibus facillima est delendi ratio, nisi fortè usus infirmior membranarũ potius usum exigit. Plin. lib. 7. cap. 21. In nuce inclusam Iliade, Homeri carmen, in mẽbrana scriptum, tradidit Cicero. Mart. li. 1. Hos me, quos arctat breuibus mẽbrana tabellis. Horat. in Arte, Membranis intus positis delere licebit Quod nõ ediderit. Differt autẽ Charta à Membrana, quòd Membranæ pelliceæ sunt, & Pergami primùm inuentæ, unde & Pergamenæ sunt appellatæ. Chartæ autẽ ex papyro olim in Aegypto fiebant, ut Plinius ostendit: apud nos de centonibus certo quodam modo maceratis, glutino concretis formantur. Chartã ex papyro in uictoria Magni Alexandri inuentã scribit Varro, antea palmarũ foliis scriptitatũ fuisse, deinde quarundã arborũ libris, postea publica monumenta plũbeis uoluminibus, mox & priuata linteis, & schedis confici cœpta. Ptolemæus autẽ chartas, Eumenes uerò mẽbranas, quum uterq; eorũ maximas haberet bibliothecas, inuenerunt: quorũ alter Pergami, alter Aegypti rex fuit. Plinius autẽ chartarũ usum Numæ tẽporibus fuisse, idq; authoritate Cassii Hemine cõfirmat qui Cn. Terentiũ scribã, agrũ suũ in Ianiculo repastinantẽ inueniisse ait arcã, in qua Numa rex situs esset, & in ea libros eius è charta scriptos. Sed Numã pluribus ætatibus ante Alexandrum fuisse constat.

Membranula, dimin. Cic. ad Att. lib. 4. Isq; imperet, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant.

Membranaceus, a, um, Quod similitudinẽ mẽbranæ habet. Plin. lib. 16. cap. 32. Quibusdã cortex mẽbranaceus, ut uiti. Idẽ lib. 10. cap. 61. uolucrũ animal parit uespertilio tantùm, cui membrana ceu pinnæ.

Membraneus, a, um, Quod ex membranis est, διφθέρεος περγαμηνός. Vlpian. l. librorum appellatione ff. de Legat. III. Quod si in codicibus sint membraneis, uel chartaceis uel etiam eboreis.

Membrari, Significat per membra formari, ἀρθροῦσθαι, quo uerbo utitur Censorinus in libro de Die natali.

Membratura, Est membrorum positura, διαμέλωσις.

Membrosus, a, um, μελώδης, Qui magna habet membra.

Memecylos, μεμέκυλον, Species est arbuti. Plinius lib. 13. capite 24. de Vnedone loquens, Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, Comaron, & Memecylon. Ex quo apparet toridẽ esse genera & apud nos. Vide Dioscor. lib. 1.

Memile, Lege Mænas.

Memini, A Meno antiquo uerbo fit, quo ueteres usi sunt pro recordor, & in mentem reuoco: à quo prima syllaba geminata, fit præteritum Memini, sicut à Pungo, Pupugi, μέμνημαι. Et quanuis sit præteriti temporis, in præsenti tamen ferè semper accipitur, teste Valla in Raudens. Plautus in Epid. Lunulam, atq; anellum aureolum in digito? V. memini mi homo. E. Non meministi me inaurem ad te afferre natali die? Idem Asin. In ius uoco te. L E. non eo. M E non is? memento. L E. memini. Terentius in Andria Facturum quæ uoles, scio esse omnia, P. memini. Cicero pro Quin. Memini, uetus est, de scurra multò facilius diuitem, quàm patremfamiliàs fieri posse. Verg. 2. Aeneidos, Quanquam animus meminisse horret luctuq; refugit Incipiũ. Ouidius nono Metam. Dum loquor, horror habet: parsq; est meminisse doloris. Requirit genitiuum, uel accusatiuum Terent. in Eunu. Faciam ut huius loci dicitq; meiq; semper memineris Verg. 9. Ecl. numeros memini si uerba tenerem. Ouid. Epist. 21. meminerunt omnia amantes. Cic. de Senect. Omnia, quæ curant, senes meminerunt. Sed quum significat mentionẽ facio, recusat accusatiuum, postulatq; ablatiuum cum præpositione De, uel genitiuum. Quintilian. lib. 11. ca. 2. De quibus multi meminerunt. Ibidem, Neq; omnino huius rei me minit Poëta ipse. In priore significatione iungitur tam cum præterito infinitiui, quàm cum præsenti. Vergil. 9. Ecl. Oga, Nanq; sub Oebaliæ memini me turribus altis Coricium uidisse senem. Idem, Cantando puerum memini me conde re soles. Cic. Appio, Ad me adire quosdam memini. Idem Papyrio lib. 4. Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant. Quod erit, magnificum fit & lautum. Memini te mihi Phamæ cœnam narrare: temperius fiat, cætera eodem modo. Idem Att. libr. 1. De comitiis meis, & tibi me permisisse memini. Idem pro Roscio Amerino, Meministi me ira distribuisse initio causam. Huius compositum est Commemini. Gell. 2. Sic multo antè Pacuuius aquam flatum dixit, & fuluum puluerem: cuius uersus, quoniam sunt iucundissimi, libens commemini.

Memor, oris, penul. cor. om. t. secundum Priscianum, à uerbo Memini, qui rei alicuius recordatur, μνημονικὸς, μνήμων Plautus in Pseud. Aduerte ergo animum, & fac sis promissi memor. Idem Cap. Nunquid uis? P. uenias tempori. A. memorem mones. Vergilius 4. Aeneidos Et bene apud memores ueteris stat gratia facti. Idem 6. Aeneid. Quiq; sui memores alios fecere merendo. Horat. 2. Serm. Sat. 6. Viue memor quàm sis æui breuis. Quum autem de inanimatis rebus dicitur, significat rem cuius nos memores sumus. Verg. 1. Aen. fœuæ memorem Iunonis ob iram. Horat. lib. 1. Carm. Siue puer furens Impressit memorem dente labris notam, hoc est, tam uehementem, ut non facilè excidat memoria. Ouidius Epist. 19, Et uocem memorem condidit aure tuam Idem 4. de Ponto. Eleg. 2. Carmina sola tibi memorem testã tia curam Non data sunt: quid enim, quæ facis ipse, darem? Huius contrarium est Immemor, ἀμνήμων, cui res aliqua ex memoria excidit. Cic. pro P. Syl. Adeone immemor rerũ à me gestarum esse uideor.

Memoria, æ, (ut inquit autor ad Heren. lib. 1.) Est firma animi rerum & uerborum dispositionis perceptio, μνήμη. Cic. de Inuent. Memoria est per quam animus reperit illa quæ fuerunt. Idem de Claris Oratorib. quorum memoria & recordatio in maximis nostris grauissimisq; curis iucunda sanè fuit. Idem ad Plancum li. 10. Epist. Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidẽ ipso opportunius accidere uidi. Terentius in And. In memoria habeo, διὰ μνήμης ἔχω. Vbi Donatus, plus est, quàm si dixisset, Scio. Nam quæ scimus, possumus obliuisci: quę uerò memoriæ commendamus, nunquam amittimus. Aliquando pro antiquitate ponitur. Pacuuius, Perq; nostram egregiam humanitatem, quam memoria firmauit. Nominis huius in oratione uarius est usus. Dicimus enim, Insidet in memoria Memorię affigere, Memoriæ mandare, Memoria custodire, Memoriã alicuius rei sibi proponere, In memoria esse alicui Memoriã alicuius usurpare, Memorię alicuius dare operam Memoria tenere, Memoria continere, Memoria complecti. Memoriã alicuius tenere, Momoria meminisse, Memoria pdere, Memoriam alicuius rei prodere posteris, Memoriæ tradere. Memoria est, pro eo quod est, Memini: Memoria cadit uel intercidit, Memoria falli, Memoria reperere. In memoriam redigere. In memoriam reuocare. Reducere in memoriam, In memoriã redire, Referre memoriã alicuius, Omni memoria, uel in omni memoria, pro in omni tempore: Superiori memoria, pro superiori tempore. Vsque ed hanc memoriam,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

memoriam, id est, usq; ad hoc tẽpus. Vt mea memoria est, id est, quantũ possum meminisse, aut reminisci. Memoria mea factum non est illud, id est, quantum meminisse possum. Quarum locutionum testimonia passim bonos authores legenti occurrent.

Memoriola, diminutiuum. Cicero ad Attic. lib. 12. Sed quod scribis igniculum matutinum γραϊδιῶτρον, est memoriola uacillare.

Memoriter, aduerb. significat quod imperiti dicunt, Mente tenus, μνημονικῶς. Cic. de Amic. Q. Mutius Augur Scæuola multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & iucundè solebat. Sic etiam dicimus, Memoriter cognoscere, memoriter memorare, memoriter colligere, memoriter meminisse, memoriter narrare, memoriter respondere, memoriter exponere, memoriter uocare.

Memorabile, lis, n. t μνημόσυνον, quod ad memoriam haberi debet.

Memoriales, inter antiquarios censeri posse eruditus Angleber matus existimat.

Memorabilis, le, om. t. Qui est dignus memoria, ἀξιόμνης, ἀξιόμνημος. Columella in Præfatione libri 1. Quum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces, Cicero de Amicit. Quum accepissemus à patribus maximè memorabilem C. Lælii, & Publ. Scipionis familiaritatem fuisse. Teren. in Heautont. Heus tu, non fit sine periculo facinus magnũ & memorabile. Verg. 4. Aen. magnũ & memorabile numen. Idem 2. Aen. nanq; etsi nullũ memorabile nomẽ, Fœminea in pœna est. Cic. 5. de Fin. Si enim sapiens aliquis miser esse possit nẽ ego istam gloriosam memorabilemq; uirtutem non magno æstimandam putem.

Memoro, as, a. q pen. cor. ad memoriã reduco, μνημονεύω. Plautus in Pœn. Memorandum mihi, si noui fortè, aut si sunt cognati mihi. Interdum est dicere, narrare, seu exponere, recitare, λέγειν, ἱστορεῖν. Liuius 1. ab Vrbe, Herculemq; in ea loca, Geryone interempto, boues mira specie abegisse memorant, id est, dicunt. Ver. 1. Aen. Musa mihi causas memora, id est, dic, expone. Plautus in Trin. Agedum, nomen tuum primum memora mihi. Idem in Amphit. Ibi nunc pater meus memorat, legiones hostiũ ut fugauerit. hoc est, cõmemorat, uel narrat. Huius cõposita sunt, Commemoro, & Rememoro, quod est in memoriã reduco. Legitur & passiuũ Memoror. Plaut. in Amph. Experiri istuc mauellem me, quàm mihi memorarier. Sall. Incredibile memoratu est, quàm facilè coaluerint.

Memorator, oris, uerb. Qui memorat. Propert. lib. 5. Eleg. 1. Nec non ille tui casus memorator Homerus.

Memoratus, us, m q. uerbale, Idẽ quod memoratio, ἀνάμνησις. Gellius lib. 11. cap. 4. Eos uersus non minus frequenti, assiduoq; memoratu dignos puto, quàm philosophorum de officiis decreta.

Memphites, æ, uel is, pen. prod. μεμφίτης, Lapis est pinguis, uarioq; colore, in membris secandis uel uẽdis citra omne periculum sensum adimens. Dioscor. lib. 5.

Menalurnæ, Lege Saxatiles.

Meneps, ἔκφρων, Mente captus.

Menda, æ, f. p. & Mendum, di, n. s. Error, uel erratũ, πλῶμα. Cecinna Ciceroni lib. 6. Nam quum mendum scripturæ litura tollatur. Ouid. lib. 1. De Arte, Nocte latent mendæ, uitioq; ignoscitur omni. Cicero Attic. lib. 2. Castrinianum mẽdum nos corrigemus, &c. Idẽ 4. Verr. Quod mendũ ista litura correxit. Ouid. 1. Amor. Eleg. 5. In toto nusquã corpore mẽda fuit. Hinc etiam fit uerbum Emendo, as, quod est, quasi mendas tollo, Remendo, pro eo quod est rursus mendam tollo, Latinum non est, quanuis id recensuerit Calepinus inter deriuata à nomine Mendũ, deceptus corrupto loco Columellæ, quem sic citat ex lib. 3. cap. 17. Quidã flagellum totum, sicut erat matri derractum, crediderunt sationi conuenire, idq; per gẽmas quinas, uel etiam per senas partiti, cõplures tale oleaster remendauerũt: quod ego minimè probo. Quo in loco castigatiora exemplaria sic habent, Taleolas terræ mã dauerunt.

Mendosus a, um, Quod est erroribus plenum, ut Exemplar mendosum apud Plin. in Epist. Cic. 4. Verr. Cur seruus societatis, qui tabulas confecerit, semper in Verrutii nomine certo loco mendosus esset? Idem 2. de Orat Deinde singulorum generum partes, in quo & deesse aliquam partem, & superare mendosum est. Idem de Claris Orator. Quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. Ponitur quandoq; pro uitioso. Ouid. 2. Amor. Non ego mendosos animos defendere mores. Hor. in Ser. Mendosa est natura,

Mendosè, id est, incorrectè, inemendatè. Cic. ad Q. fr. lib. 3. De Latinis uerò quò me uertam nescio, ita mendosè & scribuntur, & uęneunt. Idem 1. de Inuen. Neq; eò dico, quòd eius ars quã edidit, mihi mendosissimè scripta uideatur, &c. Persius. Sat. 5. mendosè colligit, inquit Stoicus, hic aurem mordaci lotus aceto.

Mendacium, cii, n. s. Est orationis nanitas, ψεῦδος. Ouidius Epist. 21. Nec uos decipiant blandæ mendacia linguæ. Cic. pro Cluent. Homo qui esset totus ex fraude & mendacio cõpositus. Idem pro Muræn. Improbi hominis est mendacio fallere. Magnum & impudens mendacium, Idem pro Cluent. Dicere mendacium, & Mentiri, quomodo differant, uide in uerbo Mentior, iris.

Mendaciunculum, li, diminutiuum, Paruum mendacium. Cicero lib. 2. de Orat. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.

Mendax, acis, om. t. Vanus, futilis, qui frequenter dicit mendacium, ψευστοιὸς, ψεύστης. Cic. pro Ros. Com. Quid interest inter periurum & mendacẽ? qui mentiri solet peierare consuescit. Idẽ 2. de Diuin. Mendaci homini ne uerum quidẽ credere solemus. Ver. 8. Aen. Raptabatq; uiri mendacis uiscera Telus Per syluam, & sparsi rorabant sanguine uepres. Splendidè mendax, Horat. 3. Carm. Ode 11. Fui mendax mihi, hoc est, falsò mihi persuasi, Ouid. 2. Epist. Et genitiuo iungitur, ut mendax huius rei est, id est, de hac re mentitur. Plaut. in Asin. Si huius rei esse mendacẽ inueneris. A Mendax fit Comparatiuum Mendacior, Superlatiuum Mendacissimus, & Aduerbiũ Mendaciter, ψευδῶς.

Mendaciloquus, pen. cor. Qui loquitur mẽdaciũ, ψευδολόγος. Plaut. in Trin. Nihil est profecto stultius, neq; stolidius, neq; mendaciloquius, neq; argutum magis.

Mendesium, uide in Propriis.

Mendicula, pen. cor. Vestis, à Mendice dicta, qui magistratus nomẽ erat apud Oscos, ut ait Fest, Plaut. Epid. Quid erat indutus? an regillam induculam, an mendiculam?

Mendicum, inquit Festes, dici putãt uelum quod in prora ponitur.

Mendicus, n. s. pen. prod. Qui uictum ostiatim quæritat, πλωχὸς, προσαίτης. Et, ut refert Festus, Verrius dictum putat à mẽte, quòd mentẽ eius fefellerit fortuna, uel à medẽdo, quòd precetur omnes, ut uitę suæ medeantur cibo, uel quòd manu indicet. Plaut. in Trin. Semper mendici molesti sunt. Idẽ in Persa, Cum hac dote poteras uel mẽdico nubere. Cic. 5. Tus. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quãuis si sapiens. Ponitur aliquando adiectiuè pro misero, & inope: unde apud Cic. pro Muræn. legimus superlatiuum Mendicissimus, pro miserrimo, pauperrimoq;. Solos (inquit) sapientes: si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites. Interdum accipitur pro infirmo & imbecillo. Cicero 1. de Oratore, Instrumentum antẽ hoc forense, litigiosum, acre: tractatũ ex uulgi opinionibus, exiguũ sanè ac mendicũ est, hoc est, infirmum & inualidum, quodq; mendici in morem alienum postulat auxilium.

Mendiculus. diminut. Cic. in Catil. Collectum ex fenibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, &c.

Mendico, as, are, n. p. pen. prod. Vitæ alimenta postulo, ostiatim, προσαιτέω, πτωχεύω. Iuuenalis Sat. 6. Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem. Mendicare sibi malum, per metaphorã dixit Plaut. in Amph. Quia senecta ętate à me mendicas malum.

Mendicans, pen. prod. part. Plaut. in Capt. decere uideatur magis, Me saturũ seruire apud te, sumptu & uestitu tuo, Quàm illic ubi minimè honestum est, mendicantem uiuere.

Mendicatus, pen. prod. Aliud partic. ut Cibo mendicato pasci. Ouidius 5. Trist.

Mendicitas, atis, f. t. Inopia, πτωχεία. Cic. pro Flac. Potuit dare Sextilius, nam fratres quidẽ consortes sunt mẽdicitatis. Plaut. in Rud. Mendicitatem mihi obtulisti opera tua, Dum tuis ausculto magnidicis mendaciis. Cic. 5. de Finib. Quum & mẽdicitatem multi perpetiantur, ut uiuant. Idem in Catilin. Vt omnes animi cruciatus, & corporis egestas, & mendacitas consequatur.

Mendiciter, Idem quod miserè & tenuiter, πτωχῶς.

Mẽdicimoniũ, n. s. idẽ quod inopia, πτωχεία, qua uoce usus est uerborum insignis innouator Laberius, ut refert Nonius.

Mendicabulum, neutr. s. Mendicatio ipsa, siue ipse mendicus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

τραπεζα Plautus in Aulul. Nam iſtos reges memorare nolo, hominum mendicabula.

Mendum, Vide Menda.

Menelæetus, m. ſ. μενελαέτος, Auis ex aquilarum genere, minima magnitudine, uiribus præcipua, colore nigricans, quę ſola fœtus ſuos alit, frequensq; uerſatur in montibus. Vide Plinium libro 10. cap. 3.

Meniana, n. ſ. Aedificia quædam dicta ſunt, à Menio inuentore, qui primus excogitauit hoc ſtructuræ genus, ut tignis extra columam proiectis, tabulisq; ſuperpoſitis, ampliata q; columnæ ſummitate, pluribus in una columna ſpectatoribus locus fieret. Vulgò nunc Podioli, & Lobiæ dicuntur. Scribit Porphyrio, Menium ſcurrilitate notiſſimum, poſt abroſum patrimonium uendidiſſe domum quam habuerat ad forum ſpectantem, una ſibi recepta columna unde gladiatores ſpectaret, quæ ex eo Menii columna nominabatur. Super hac columna (ut nonnulli tradiderunt) Menius, tectum proiecit & tabulata: unde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent. Vnde factum putatur, ut omnia id genus ædificia Meniana uocarentur. Suetonius in Calig. Pauci è proximis menianis ſpectabant. (pite 122.

Menianthes, Trifolium apud Dioſcoridem libro tertio ca

Meninges. μήνιγγες, Membranæ duæ ſunt, cerebrum circũquaq; contegentes, quarum exterior, quæ aduerſus cranii impreſſiones cerebri ueluti propugnaculum eſt & tegumẽtum. Craſſa ſiue Dura meninx appellatur: & uulgò Dura mater. Hæc cranium intus ſuccingit, inter ſe & alteram meningem tantum relinquens ſpatii, quantum cerebri pulſibus ſatis eſt. Eſt autem hæc cribri ritu perforata, duplicaturq;, ut commodius uenas muniat, quas in ſe habet ad ſummum capitis uerticem aſcendentes, Altera cerebro penitus coniuncta eſt, quæ quòd tenuiſſimæ illi membranæ (quam in fœtu χόριον, id eſt, ſecundas uocant) perſimilis ſit, χοριοειδὴς appellatur: uulgò Pia mater.

Mennonia, Gemma, de qua niſi quod candida eſt, nihil aliud commemoratur.

Mens, mentis, f. t. νοῦς. Eſt princeps animæ facultas, quæ & intelligentia à quibuſdam uocatur: qua ſolus homo præditus, cæteris antecellit animantib. quaque res incorporeas & ab omni materia abſtractas contemplatur. Hinc fit, ut mentẽ plerique dictam exiſtimẽt, quaſi eminentem: ſiue quod inter omnes animæ facultates maximè emineat, ſiue quòd per eã inter animalia plurimum emineamus. Ouidius decimo quinto, Meramorph. Mente deos adiit: & quod natura negabant Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit. Cicero de Senectute: Hominis ſiue natura, ſiue Deus, nihil mente præſtantius dicit. Idem pro Rabirio, Itaque cum multis aliis de cauſis uirorum bonorum mẽtes diuinę mihi atque æternę uidentur eſſe, tum maximè, quòd optimi & ſapientiſſimi cuiuſque animus ita præſentis in poſterum, ut nihil niſi ſempiternum ſpectare uideatur. Idem 2. Officiorum, Hominis autem mens diſcendo alitur, & cogitando ſemper aliquid aut inquirit, aut agit, uidendiq; & audiendi delectatione ducitur. Lact. lib. 7. Primùm non idem eſt mens, & anima. Aliud eſt enim, quo uiuimus: aliud quo cogitamus Nã dormientium mens, non anima ſopitur: & in furioſis mens extinguitur, anima manet. Et ideò qui mentis compotes nõ ſunt, non excordes, ſed dementes appellantur. Mens ergo (id eſt, intelligentia) uel augetur, uel minuitur pro ætate: anima in ſtatu ſuo ſemper eſt. Et ex quo tẽpore ſpirãdi accipit facultatem, eodem uſq; ad ultimum durat, donec emiſſa corporis clauſtro, ad ſuã ſedẽ reuolet. Thales Mileſius, Velociſſimum (inquit) omniũ qræ ſunt, eſt mẽs: nã tantæ celeritatis eſt, ut uno temporis puncto cælum omne colluſtret, maria peruolet, terras & urbes peragret. Qui uerò Animum & mentem idem eſſe dicunt, falluntur: quum Mens ſit cogitationis, conſiliiq; ſubtilitas quædam, certæ rationi conſentanea. Ideò Amentes & Dementes dicuntur, qui nullo conſilio utuntur. Animus uerò eſt uitæ, & uoluntatis fundamentum. Plautus in Ciſtel. Exanimor, differor, diſtrahor, diripior, ita Nullam mentem animi habeo. Idem in Epidim. Pauor territat mentem animi, neque eſt ubi meas collocem ſpes. Ex quibus Plauti teſtimoniis clariſſimè oſtenditur, Mentem eſſe rem diuerſam ab Animo. Alioqui enim Plaut. ineptè dixiſſet, mentem animi. Similiter etiam Terentius in Andria, Animum & mentem res diuerſas facit: mala (inquit) mens, malus animus. Ponitur quandoq; pro uoluntate, & ſententia, ſiue (ut uulgus loquitur) intentione, Vergilius 1. Aeneid. in primis regina quietum Accipit in Teucros animũ, mentemq; benignam. Cicero lib. 4. Tuſcul. Quæſt. Humanus autẽ animus, qui decerptus eſt ex mente diuina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo (ſi hoc eſt fas dictu) cõparari poteſt. Hic igitur ſi eſt excultus, & ſi eius acies ita curata, ut nec nocetur erroribus, ſit perfecta mẽs, id eſt, abſoluta ratio, quod eſt idem quod uirtus. Ponitur quandoq; mens pro conſilio, γνώμη. Vergil. 1. Aeneid. Noſtram nunc accipe mentem. Quandoq; pro animo. Cic. 1. de Orat. Ego autem defendebam hac eum mente fuiſſe, &c. Suæ mentis eſſe dicuntur, qui ſibi rectè proſpiciunt, & bonam mentem habent. Cicero in Piſon. Hic ſi mentis eſſet ſuæ, niſi pœnas patriæ, &c. Deponere mentem metumq; in gremiis mimarum, dixit Cicero in Antonium Philip. 3. Huius compoſita ſunt, Amens, Demens, Vehemens. Mente captus, pro amente accipitur, ἄνους, παράφρων, quemadmodum Oculis captus, pro cæco. Feſtus, Mente captus dicitur, quũ mens ex hominum poteſtate abiit.

Mentio, onis, f. t. à ſupino Mentum, quod à Meno uerbo antiquo deducitur, teſte Valla, lib. 3. ἀπομνημόνευσις. Mentionem facere alicuius, eſt commemorare. Terent. in Eunuc. Si quando illa mentionem Phædriæ facit, &c. Cicero ad Sulpit. lib. 13. Hominem eſſe neminem, qui unquã mentionẽ tui ſine tua ſumma laude fecit. Dicimus etiam Mentionem facere de aliquo, Mentionem habere alicuius, Incidere in mẽtionem alicuius, Intermittere mentionem alicuius. Plin. lib. 2. cap. 8. In mentione terræ dicetur, id eſt, dum terræ faciemus mentionem.

Mentior, iris, d. q. Contra id quod in mente eſt, loquor, ψεύδομαι, ψευδολογέω. Plaut. in Amph. uerbero, mentiris nunc, At iam faciam ut uerum diſcas dicere. Teren. in Heaut. Non eſt mentiri meum. id eſt, non conſueui mentiri. Qui enim mẽtitur, nõ ipſe fallitur, ſed alterũ fallere conatur in eius detrimentũ. Qui uerò mendaciũ dicit, tum etiã fallitur, quũ creditur ſe uerum dicere. Vnde Nigidius apud Gellium, Virbonus præſtare debet ne mẽtiatur: prudens, ne mendacium dicat. Aliquando tamen mentiri, eſt per imprudentiam falſum dicere, ſicut & Mendacium dicere. Cic. 4. Tuſculan. Nunc ad philoſophos ueniam, qui negant amorem ſtuprum eſſe, atq; in eo litigant cum Epicuro non multùm mentiente. Priſcianus uult hoc uerbum eſſe commune. Interdum eſt fingere, ſimulare, & uelle uideri id quod non eſt, ut quũ dicimus, Mẽtiri ſexum, mentiri colorẽ fuco. Mart. lib. 1. Mentiturq; uirũ prodigioſa uenus. Colũmel. in præfat. lib. 1. Attonitiq; miramur æſtus effœminatorum, quòd à natura ſexum uiris denegatum muliebri motu mentiantur, decipiantq; oculos ſpectantium. Quint. lib. 2. cap. 15. Et mangonũ qui colorem fuco, & uerum robur inani ſagina mentiũtur. Plin. lib. 27. cap. 8. Inficitur. candoremq; mentitur. Et dicimus Mentiri aduerſus æliquem, mentiri in aliquem, mentiri alicui, & mentiri de aliquo, teſtimonia paſſim eſt inuenire. Huius compoſitum eſt, Ementior, quod eſt apertè, ſeu publicè oſtendo, quod non eſt, καθυποκρίνομαι.

Menſa, æ, f. p. Ad quam accumbimus cibum ſumpturi, dicta (inquit Varro) quaſi meſa, quòd inter duos poneretur, τράπεζα. Vergil. 1. Aeneid. Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt Pocula. Duo autẽ fuerunt apud Romanos pretioſiſſima menſarũ genera: Citrea ſcilicet, & Acerna, de quibus apud Martial. lib. 14. Epigrammata duo. Ouid. 12. Met. Hunc pede conuulſo menſæ Pellæus acernę Strauit humi Belates, deiecto in pectore mento Ad umbras. Cic. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimam menſam citream à Lutadio abſtuliſti. Horatius 1. Serm. Sat. 3. modò ſit mihi menſa tripes, & Concha ſalis puri, & toga, quæ defendere frigus, Quamuis craſſa, queat, &c. Quandoq; ponitur pro prandio, uel cœna. Iuuen. Sat. 1. quum de tot præclaris orbibus, & tam Antiquis una comedunt patrimonia menſa. Vnde & Primæ, & ſecundæ menſæ, id eſt, primi & ſecundi cibi, uulgus Introitũ & Exitum menſæ appellat. Ouid. de Nuce, Poma cadunt mẽſis non interdicta ſecundis. Cic. ad Attic. lib. 14. Secundam menſam, dixit in numero ſingulari. Hęc (inquit) ad te ſcripſi, appoſita ſecunda menſa. Accipitur etiam menſa pro abaco numulariorum, quemadmodum apud Græcos τράπεζα, unde & ipſi numularii à Cicerone Menſarii uocantur, quos Græci uocant τραπεζίτας. Cic. in Piſon. Quid? ſtipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus, menſis palàm propoſitis, eſſe numeratũ? Ponitur quandoq; pro diſco, ſiue quadra, qua utimur in menſa ad epulas in fruſtula conſcindendas. Fieri ſolet frequentius ex ligno, aut ſtanno, olim etiam ex pane. Vergilius 7. Aen. Acciſis coget dapibus conſumere menſas

menſas. De menſa mittere, id eſt, de iis quæ appoſita erant mẽ ſæ. Cicero ad Att. lib. 5. Diſcubuimus omnes præter illam, cui tamen Q. de menſa miſit, illa reiecit. Antiqui menſam uaſorum quadratam habuerunt, uocaueruntq; Vrnarium, de quo uide Varronem. Fuit menſa uinaria rotunda, nomine Cylibantum, ἀπὸ τῆς κύλικος, ſic enim Græci calicem uocant. Altera quadrata una columella ſubnixa, Cartibulum uocabatur. Author eſt idem Varro de lingua Latina libro 4.

Menſa, oſsis ſcapulæ lata pars.

Menſula. læ, dimin. Plaut. in Moſtel. Cedò aquâ manibus puer, appone hic menſulam.

Menſarius, rii, maſc. ſec. Qui & argentarius à Latinis, à Græcis τραπεζίτης, & κομμυβιστὴς dicitur Liu. lib. 7. ab Vrb. Solutionẽ eris alieni in publicâ curâ uerterũt, quinq; uiris creatis, quos Menſarios, à diſpenſatione pecuniæ appellauũt. Cic. pro Flac. Cum ciuitate mihi res eſt acerrima, & conficientiſſima litera rum, in qua numus moueri nullus poteſt ſine quinque Prætoribus, tribus Quæſtoribus, quatuor menſariis, qui apud illos à populo creantur.

Menſularii, Idem qui menſarii, & argentarii dicuntur, τραπεζίται. Vtitur hac uoce Vlp. l. Si uentri. ff. de priuil. cred.

Menſio, onis, uide Metior.

Menſis, is, m. t. A Metior deducitur, quaſi res numero dierũ menſa, μὴν. Cic. lib. 2. de Nat. deor Qui quia menſa ſpatia cõficiunt, Menſes nominantur. Macrob. à Græco μήνη, id eſt, à Luna trahit, nam lunæ curriculo menſis conficitur. Terent. in Adelph. Cõgreſſu grauida facta eſt, menſis hic decimus eſt. Horat. 2. Epiſt. 2. Qui uel menſe breui, uel toto eſt iunior anno. Sat. 3. Syl. ſtupet ipſe labores Annus, & anguſto biſſeni limite menſes. Ver. 3. Geor. Sæpe diem, noctemq;, & totũ ex ordine menſem Paſcitur. Ter. Adel. Hæc dum dubitas, menſes abierunt decẽ. Verg. 3. Ecl. Et incipiẽt magni procedere menſes. Menſes in plurali, ſunt mulierũ menſtrua. Plin. lib. 21. cap. 25. Ciet mẽſes è uino pota. Idẽ lib. 21. cap. 21. Prodeſt & orthopnoicis & anhelationi, mulierumq; menſibus retardatis. Hinc Trimeſtris, τρίμηνος, trium menſium. Auguſt. lib. 13. de Ciuit. Arcades, quorum anni trimeſtres fuerunt. Bimeſtris duorum menſium.

Menſtruus, a, um, Quod eſt unius menſis, μηνιαῖος, ἐπιμήνιος. Cic. 1. de Nat. deor. Huius hanc luſtrationem eiuſdẽ incenſa radiis menſtruo ſpatio luna complet. Lucan. lib. 1. Menſtruus in Faſtos diſtinguit ſecula Conſul. Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 27. Et quando tẽpora duorũ generũ ſunt, unum annale, quod Sol circuitu ſuo finit, alterũ menſtruũ, quod Luna circumiens comprehendit, &c. Cic. pro Roſc. Com. Quid eſt, quòd negligenter ſcribamus aduerſaria? quid eſt, quòd diligenter cõficiamus tabulas? qua de cauſa? quia hęc ſunt mẽ ſtrua, illæ ęternæ. Menſtrua cibaria, apud Ciceronẽ 5. Verrin. quæ ſunt unius menſis. Sic opus menſtruũ, Menſtrua uita.

Menſtruũ etiam ponitur aliquando pro alimento in ſingulos menſes legato, ut Annuum quod in ſingulos annos. Vlpianus in l. Qui bonis ff. de ceſſ. bon. Si quid miſericordię cauſa fuerit relictum, puta menſtruũ, uel annuum, alimentorum nomine.

Menſtrua, orum, n. f. ſubſtantiuũ pluralis numeri. Mulierũ profluuium eſt, & purgatio frigidi & indigeſti humoris, quẽ natura quaſi noxium expellit, τὰ καταμήνια, τὰ ἔμμηνα. Dicta ſunt autẽ Menſtrua, quòd unoquoq; menſe mulieribus, quæ eius ætatis ſunt, ut poſſint concipere, ſolent accidere, unde etiã Menſes appellamus. Menſtrui uirus deſcribit Plinius lib. 3. cap. 15. his uerbis, Sed nihil facilè reperitur mulierum profluuio magis monſtrificum, aceſcunt ſuperuentu muſta, ſterileſcunt tactæ fruges, moriuntur inſita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum quibus inſidẽre, decidunt, ſpeculorum fulgor ipſo aſpectu hebetatur, & acies ferri præſtringitur, eboriſq; nitor, aluei apum emoriuntur, æs etiã atq; ferrum rubigo potius corripit, odorq; diuus aëra. Et in rabiẽ aguntur guſtato eo canes, atq; inſanabili ueneno morſus inſigitur.

Menſtrualis, le, om. t. Quod ſingulis menſibus fit, μηνιαῖος. Plautus in Captiu. Qui ſolebam menſtruales epulas antè adipiſcier Menſtrualis mulier, quæ menſtrua patitur quæ mulieribus ſingulis menſibus accidere ſolent, ἃ τὰ ἔμμηνα ἔχουσαι. Plin. lib. 19. cap. 10. Omnia uerò acceſſu mulieris menſtrualis flaueſcunt. Idẽ lib. 7. cap. 15. Solum autem animal menſtruale mulier eſt.

Menſtruatus, a, um, quod menſtruum patitur. Vnde dicimus menſtruatam mulierem, τὴν ἐφεδρεύουσαν, τὴν ἀναθαρσίας καθημένην, τὴν τὰ ἔμμηνα ἔχουσαν.

Menſurnus, a, um, μήνιος, à menſe ſicut diurnus à die. Cic. ad Heren. Pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menſurni, diurni, noſturniúe ſpacii certa ſignificatione. Verùm ibi legimus nunc menſtrui, non menſurni.

Menſura, uide Metior.

Menta, mentæ, fœm. primæ dec. ψωλή genitale membrũ, cuius diminutiuum eſt Mentula, à quo mentulatus, ψωλίας ut in Priap. Deus priapo mentulatior non eſt. Dicitur & Mẽbrum per excellentiam, quoniam ipſum generat. Vocatur præterea Muto, Horat. libro 3. Serm. Huic i mutonis ut bis mala tanta uidenti Diceret hæc animus. Hinc mutoniatus ἰνόρχης. ut illud: Dormis cum pueris mutoniatis. Et apud ueteres Mutunus quoque & Tutunus dicitur Priapus, qui membri deus, membrum quoq; ſignificat. Lact. lib. 1. Et Tutunus, in cuius ſinu pudendo nubẽtes præſidẽt, ut illarũ pudiciam prior delibaſſe uideatur, Appellarũt & uerſa χαυλός ab inuerſa pellicula.

Mentagra, æ, Morbus dictus, à mento, à quo incipit, & faciem quidem, collum, pectus, manusq; fœdo quodam furfure occupat, λειχὴν. Vide Plin. lib. 26. cap. 1. & ea quæ annotauimus in dictione Lichen.

Mente captus, Vide Mens.

Mentha, æ, ἡδυοσμία, Herba uulgò nota, etiam hodie apud nos nomen retinens: ita dicta à Græca dictione μινθη Sic enim olim hæc herba à Græcis uocabatur à nomine Minthes Cocyti filiæ, quàm Proſerpina cum Plutone deprehenſam in hanc herbam commutauit: quæ poſtea, commutato nomine, propter odoris ſuauitatem dicta eſt ἡδυοσμία. Plin. li. 19. cap. 8. Menthæ nomen ſuauitas odoris (hoc enim ſignificat Hedyoſmos) apud Græcos mutauit: quum alioqui Mintha uocaretur: unde ueteres noſtri nomen declinauerunt.

Menthaſtrum, n. f. Sylueſtre olus dictum, quòd mentham imitetur, quaſi ſyluęſtris mentha, ἡδυοσμὸς ἄγριος. Plin. libr. 20. cap. 5. Dioſc. lib. 3. cap. 40.

Mentigo, inis, n. t. Genus morbi, quod pecudes inuadere ſolet, λειχήν. Col. lib. 7. cap. 5. Eſt autem Mentigo, quam paſtores Oſtiginem uocãt, mortifera lactentibus. Ea plerunq; fit, ſi per imprudentiam paſtoris emiſſi agni, uel etiam hœdi, roſcidas herbas depauerint, quod minimè committi oportet: ſed quum id factum eſt, uelut ignis facer, os, atq; labra fœdis ulceribus obſidet.

Mentior, iris, uide Mens.

Mentula, uide ſuprà menta.

Mentum, ti, ab emi nendo: à gula enim eminet, γένειον. Et quanuis Plin. lib. 11. capit. 37. dicat mentum nulli præter hominem eſſe, Plaut. tamen Menæch. porcis etiam menta tribuit: Glandonicam (inquit) ſuillam, lardum, pernam, Iridẽ autem ſynciput, aut menta porcina. Item Verg. 3. Georg. de boue, Et crurum tenus à mento palearia pendent. Cic. 1. Tuſcul. Mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus. Verg. 3. Georg. Nec minus interea barbas, incanaq; menta Cinyphii tondent hirci, ſetaſq; comantes Vſum in caſtrorum, & miſeris uclamina nautis.

Menus, lege Mœnus.

Meo, as. n. p. Vado, ultrò citroq; eo, πορεύομαι. Plin. llb. 9. cap. 17. de accipenſere. Vnus omnium ſquamis ad os uerſis, cõtra aquam nando meat. Idem lib. 6. cap. 19. Interruptis anguſto tranſitu iugis, ita ut uix ſingula meent plauſtra. Anima means in membra diuerſa. Lucan. libr. 3. Mobilitas meandi per magnum inane, Lucr. lib. 2. Eſt item Meare, fluere, manare ῥεῖν. Vnde Meatus, quos Græci πόρους uocant. Plinius libro 20. cap. 22. Succus maluæ decoctæ, poros, hoc eſt, meatus ſuanes facit. Huius compoſita ſunt, Commeo, Permeo, Remeo, & Tranſmeo.

Meatus item apud Plin. lib. lib. 10. cap. 38. ponitur pro itione, ſiue pro incedendi, aut uolandi ratione. Aues ſolæ (inquit) uario meatu feruntur & in terra, & in aëre. Item libro 2. ca. 8. Meatus ſyderum, hoc eſt, curſus, & motus aſtrorum.

Meabilis, & hoc bile. om. t. adiectiuum. Plin. lib. 2. cap. 5. Vitalẽ hunc & per cuncta rerum meabilem aërem, id eſt, qui facilè per omnia meat, & fluit.

Meon, μέων Dioſcoridi, Herba eſt folia habens aniſo nõ diſſimilia, quam Plin. lib. 20. cap. 23. Meu appellat.

Mephitis, huius mephitis, pen. prod. Terræ putor, ex aquis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

maximè sulphuratis, atq; corruptis proueniens, θειώδης ἀναθυμίασις. Est & in nemoribus grauior ex densitate syluarum. Vergil. lib. 1. nemorũ quę maxima sacro Fonte sonat, sęuamq; exhalat opaca mephitim. Alii Mephitim Deum esse uolunt, Leucotheæ connexũ, sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alii Iunonem intelligunt, quam aërem esse constat. Omnis autẽ putor, non nisi ex corruptione aëris nascitur, sicut bonus odor de aëre incorrupto, ut sit Mephitis, dea odoris grauissimi, id est, graueolentiæ. Hæc Seruius in locum Vergilii iam citatum.

Mephiticus, a, um, Apud Sidonium Apollinarem pro fœtulento, μυδαλέος.

Meracus, a, um, pen prod. ut statim docebimus, Idẽ est quod merum, hoc est, solum & purũ, ἄκρατος. Plin. lib. 23. cap. 1. Meracis potionibus pet uiginti dies ante Canis ortum, totidẽq; postea suadet Hesiodus uti. Vnde Vinum meracum dicitur, quod nihil habet aquę admistũ. Horat. 2. Epist. 2. Expulit helleboro bilem morbumq; meraco. Propert. Ah pereat quicunq; meracas reperit unas, Corrupitq; bonas nectare primus aquas. Calepinus putauit huius dictionis penultimã syllabã corripi, adducens hunc uersiculum ex Priapeiis, Constitui meracas, edidiciq; notas. Sed quoniã hic uersiculus neq; certi est authoris, neq; mendæ suspitione caret, tanti apud nos esse non debet, ut receptissimorũ pœtarum testimoniis, quæ iam adduximus, debeat præferri.

Meraculus, dimin. Plin. lib. 10. cap. 19. Opium ex uino meraculo si protinus detur, scorpionum ictibus resistit.

Meracior, comparat. & Meracissimus superl. Vnde Meracius bibere dicuntur ii, qui minus aquæ uino miscent, ἀκρατότερον, ἀκρατίστερον, ζωρότερον, sicut è contrario Dilutius, qui plus aquæ adhibent. Celsus præcipit hyeme meracius bibendum esse, æstate dilutius. Cicero 3. de Natura deor. Vt si medicus sciat, eum ægrotum, cui iussisset uinum sumere, meracius sumpturum, statimq; periturum, magna sit in culpa.

Mercalis, Mercator, Mercatura, Mercatio, Mercatus, participium, Mercatus adiect. Vide Mercor.

Merces, cedis, f. t. A merendo ære, inquit Varro, lib. 4. de lingua Latina, μισθὸς. Est enim merces, præmium quod datur pro labore, seu stipendio. Iuu. Sat. 7 Scire uolunt omnes, mercedẽ soluere nemo. Cic. pro Sext. Ros. Interim mihi uideris Eruci una mercede duas res assequi uelle; nos iudicio perfundere, accusare autẽ eos ipsos, à quibus mercedẽ accepisti. Quandoq; ponitur pro pensione, & reditu annuo. Cic. 2. de Finib. Vides igitur si amicitiã sua charitate metiare, nihil esse præstãtius, sin emolumento, summas familiaritates prędiorum prec ioforum mercede superari. Quandoq; pro precio & damno. Cic. ad Lent. Tamen in molestia gaudente eam fidẽ cognoscere hominum, non ita magna mercede, quàm ego maximo dolore cognoram.

Mercedula, æ, f. p. diminut. Cic. 1. de Orat. Itaq; ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudiciis oratoribus.

Mercenarius, rii, m. s. Qui mercedis gratia operã suam alicui præstat, μισθοφόρος, ἰσομίσθιος. Colum. Siue mediarum facultatum dominus ex mercenariis aliquẽ recusantẽ iam quotidianum illud tributũ, qui uectigalis esse nõ possit, ignaũ rei, cui præfuturus est, magistrũ fieri iubet. Cic. 1. Offic. Illiberales & sordidi quæstus, mercenariorũ omniũ, quoniã operę, non quorum artes emuntur.

Mercenarius, a, um, Quod mercede conductum est, ἐμμισθος, μίσθιος, μισθοφορικὸς, ut Mercenarii testes, apud Ciceronẽ in Epist. & Mercenarium Prætoris decretum, apud eundem in Verrem. Mercenarius & Gratuitus sunt contraria. Cic. 1. de Legib. Quid liberalitas? gratuitáne est. an mercenaria? Si sine præmio benigna est, & gratuita: si cum mercede, conducta.

Mercimonium, uide Merx.

Mercor, aris, d. p. Lucri causa mercaturam exerceo, uel etiam simpliciter emo, ἀντικαταλλάττομαι, ἐμπορεύομαι Et quandoq; accusatiuo solo contentum est. Terent. in Heaut. Inde adeo, quòd agrũ in proximo hîc mercatus es. Quandoq; cum ablatiuo precium denotante iungitur, sicut Emo. Gell. lib. 1. cap. 19. Libros treis reliquos mercatur, nihilo minori pretio. Quandoq; ablatiuo mediante aliqua harum prępositionum, A, Ab, uel De, sine pretio expresso. Cicero lib. 1. Offic. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus quod statim uendant. Plautus in Epid. Mercatus te hodie est de lenone Apœcides? Quandoq; datiuo. Ter. in Eun. Quidã Eunuchũ quẽ mercatus fuerat frater Thaidi. Mercari Græca fide, est ubi non uerbis, neq; stipulationibus, sed præsenti pecunia res agitur. Ob leuitatẽ enim Græcis nihil habebatur fidei, nisi præsentem pecuniã numeraſſent. Plau. in Asin. Cætera quę uolumus uti, Græca mercamur fide. Mercari præsenti pecunia. Idem in Cap. Quos tamen grandi sum mercatus præsenti pecunia. Cõposita sunt, Cõmercor. Plaut. in Capt. Pater ergo captiuos cõmercatur alios. Præmercor, ante alios mercor, ut scilicet carius uendam.

Mercatus, a, um, participium, ὠνησάμενος. Modò actiuè accipitur, ut apud Terent. Agrum in proximo mercatus es, id est, emisti. Modò passiuè. Plin. lib. 37. cap. 2. HS CLM. trullam unam non ante multos annos mercatam à matrefamiliâs, nec diuitè.

Mercatus, us, m. q. Idem quod mercandi actus, ἐμπόρευμα. Plautus in Most. Aedes filius tuus emit. TE. Ædes? TR. Ædes TE. Euge, Philolaches patrissat, & iam homo in mercatũ auortitur. Aliquando etiã pro loco accipitur, ad quẽ mercatores emendi, uẽdendiq; gratia cõueniunt, quẽ etiam clamus Emporium, uel Forum, ἐμπόριον, Liu. lib. 1. ab Vrbe, Tullus ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos cõprehensos quærebatur. Cic. lib. 1. Offic. Quò cum, tanquã ad mercatum bonarum artium, profectus sis, inanẽ redire turpissimum est. Terent. in Adelph. emptæ mulieres Complures, & item hinc alia quæ portio in Cyprum, Nisi eò ad mercatum uenio, damnũ maximũ est. Quem in locum Donatus annotauit Mercatũ aliquando accipi pro ipso tẽpore quo negotiatores ad emendũ & uendendũ conueniunt, hoc est, pro ipsis nundinis.

Mercatio, onis, uerb. ἐμπόρευσις. Gell. lib. 3. cap. 3. Pecunia omnis in mercationibus perdita.

Mercator, oris, m. t. Qui emit, siue ut ipse possideat, seu ut alteri uendat, παλιγκάπηλος, ἔμπορος. Horatius 1. Epist. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Cicero in Orat. Neq; me diuitię mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi nobilitii mercatores q; superarunt. Iuuen. Sat. 14. Sacci mercator olentis. Horat. de Arte, Mercatorne uagus, cultorne uirentis agelli.

Mercatura, æ, f. p. Negotiatio, seu actus mercandi, ἐμπορική. Cicero lib. 1. Off. Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est, sin magna & copiosa, multa undiq; apportans, multis sine uanitate impertiens, non admodum uituperanda. Dicimus autem, Facere mercaturã, pro exercere. Cicero 7. Verrin. Alios qui à prædonibus erant capti, quum mercaturas facerent, &c. Idem de Lege Agr. Hinc uerò emendi & uendendi quæstuosissimam, ac turpissimam mercaturam, alienam actione Tribunitia, alienam dignitate pop. Roman. semper putaui.

Mercalis, le, om. t. Quasi uendibilis, ὠνιος. Colum. lib. 7. cap. 6. Ex his singula capita quæ uidentur esse robustiora, in supplementum gregis referantur, cætera mercalibus traduntur, id est, uendibilibus. Quædam tamen exemplaria hîc legunt Mercantibus: non mercalibus. Hinc componitur Promercalis, de quo infrà.

Mercedula, Mercenarius, uide Merces.

Mercurialis, f. t. Herba est insigniter aluum ciens, κυνόσουρος. Huius duo genera, masculus & fœmina. Plin. lib. 25. cap. 5. Cynozostis, seu parthenion, Mercurii est inuentũ, ideo apud Græcos Hermupoan multi uocant eam, apud nos omnes Mercurialem.

Merè, a duerb. uide Merus.

Merenda, æ, f. p. Cibus, authore Nonio, qui datur post meridiem, ἀπὸ μετ' ἄριστον φαγεῖν. Vnde & Merendo, das. Calphurnius in Bucol. seræq; nidebitur hora Merendæ. Plautus in Mostel. Vide sis, ne fortè ad merendam quopiam dinorteris atq; ibi melius quã satis fuerit, biberis. Fest. Merendã antiqui dicebãt pro prandio, qd scilicet medio die caperetur.

Mereo, es, & Mereor, eris, deponens, indifferenter faciunt præteritũ merui, uel meritus sum, & propriè significat aliquid facio, quamobrem aut premiũ accipere dignus sum, uel pœnam pati, μισθοδοτοῦμαι, φέρομαι, ἐυρίσκομαι, ἄξιός εἰμι. Et in hac significatione frequentius utimur uerbo deponente, præterquam in præterito, quo indifferenter utimur. Et tam in bonam partem accipitur, quàm in malã. Plaut. in Most. Quid merear, quamobrẽ mentiar? Quint. lib. 4. cap. 1. Nam ut optabile est plus fauoris mereri, sic proximum, odii minus. Cicero 1. de Nat. deor. Quid enim mereas, ut Epicureus esse de-

finas?

ſinas? Terent.in Andria Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, ut memor eſſes ſui.Plaut.in Trinummo, Non uideor meruiſſe laudem, culpa caruiſſe arbitror. Quando uerò cum ablatiuo conſtruitur mediate præpoſitione De, idē eſt quod conferre aliquid boni, uel mali in aliquem, & hoc ferè cum altero horum aduerbiorum Bene, uel Malè: ut Bene mereri de aliquo, εὐεργετεῖν, Eſt aliquid beneficii in aliquem conferrre.Verg.4.Aen.Si bene quid de te merui.Malè mereri de aliquo, κακῶς ποιεῖν, idem eſt quod offendere.Plaut. in Curcul.Heus tu mulier, malè mereri de immerente inſcitia eſt. Interdum ſine his aduerbiis, Mereri de aliquo dicimus, quod modò in malam partem accipitur pro exigentia argumenti.Cic.6.Verr. Talis ille uir fuit, ita de Populo Romano meritus, ut non uni familiæ, ſed uniuerſæ ciuitati cō mendatus eſſe debeat, hoc eſt, tam multa benificia in populum Romanum contulit. Tertio ſignificat ſtipendia facio in militia, μισθοφορέω, hoc eſt, ſtipendii gratia milito, & dimico: & tunc [illegible]uum, aut ablatiuum requirit, uel abſolutè ponitur. [illegible].lib.10.Aere merent paruo.Stat.lib.4.Thebaid.non hi tibi ſolùm Amphiarae merent.Luc.lib.6, Scæua uiro nomen, caſtrorum in plebe merebat.Ouid.3.Faſtor. totidem Pilanus habebat Corpora legitimo quicq; merebat equo.Dicimus etiam Merere pedibus.Liu.4.belli Pun. Vtij omnes, quos Cenſores notaſſent.pedibus mererent. Aliquā do etiam accuſatiuo iungitur, ut apud Suetonium, Prima ſtipendia meruit.Et in hac ſignificatione uix utimur uerbo deponente Mereor.Non enim dicimus Mereri pedibus, uel Mereri ſtipendia: ſed merere pedibus.Merere equo, Merere ſtipendia. Hinc emeriti milites dicuntur, qui militia perfuncti ſunt: id eſt, qui perfectè meriti & exempti ſenio à labore efficiuntur.Plin.lib.11.Nouiſſimeq; feſſis, & iam emeritis inchoatæ. Nōnunquam etiam paſſiuè ſumitur, ut apud Quintil. Emeritis huic bello ſtipendiis, Et per translationem Emeriti boues dicuntur, & quędam alia. Emeriti uerò ſenes, ſolent habere eos qui pro ſe laborarent, qui dicuntur pro alios opus agere. Iungitur etiam ablatiuo cum præpoſitione Cum.Cic.7.Verr.Clamabat ille miſer ſe ciuem eſſe Romanum, municipem Coſſanum, meruiſſe cum L.Pretio ſplendidiſſimo equite Romano, qui Panhormi negotiaretur.Et cum Præpoſitione Sub.Liuiu.libro ſecundo Dec.3. Cum hac indole uirtutum ac uitiorum triennio ſub Aſdrubale Imperatore meruit. Accipitur etiam Mereo, pro eo quod eſt, turpē quæſtum facio, ἑταιρέω, πορνεύω. Inde Meretrices dicuntur quæ corpore quæſtum faciunt& Meritorii pueri, qui quæſtus gratia ad præpoſteram libidinem proſtituuntur, & Meritoria taberna dicitur diuerſorium mercenarium, ubi quæſtus gratia hoſpites accipiuntur. Compoſita ſunt, Commereor, Demereor, Emereor, Promereor: ſi ue Commereo, Demereo, Emereo, & Promereo, de quibus ſuis locis.

Meritus, ta, tum, nomen ex particip. Idem eſt quod congruū eſt, & conueniens, ἄξιος. Vergi.1.Aen. Meritos aris imponet honores.Idem 3.Aen.Et pater Anchiſes paſſis de littore palmis, Numina magna uocat, meritoſq; indicit honores.Ouidius in Ibin. Huic igitur meritas grates, ubicūq; licebit, Pro tam manſueto pectore ſemper agam. Vbi uerò Meritus, eſt participium, actiuè eum ſignat, qui aliquid meruit.Plin. 7.cap.10.de Cicer.Primus in toga triumphum linguæq; lauream merite.Paſſiuè etiam interdum accipitur.Idem libro 7.cap.18.Quæ cannis corona merita.Verg.Aen.8.Merita accendit Mezentius ira. Huius contrarium eſt immeritus, ἀνάξιος.Verg.3.Aen.Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euerte re gentem Immeritam uiſum ſuperis. A quibus Meritiſſimus, & Immeritiſſimus.Terent.in Phor.Iandudum te omnes nos accuſare audio immeritò, & me omnium horū immeritiſſimum. Meritum meum eſt: hoc eſt, meritus ſum. Terent.in Heaut.Hui, tā graues hos quæſo? M.ſic meritum eſt meum.Idem in Phorm.Faciam'q;, & dicam.P.benignè dicis.M.Pol meritū eſt tuū: Id eſt, meritus es.Sic merito meo, Plautus in Aſin.nemo enim me accuſauit Merito meo.Hoc eſt, propter peccatum à me admiſſum.Ibidem, Decet uerecundum eſſe adoleſcentem Argyrippe.AR.ędepol pater, Merito tuo facere poſſum.Id eſt, meritus es tuis in me beneficiis, ut illud præſtem. Pro merito eſt quiſpiam.Terent. in Phormione.Non poteſt fatis pro merito ab illo tibi referri gratia.

Meritum, ti, Dicitur quoduis noſtrum factum, quo alicuius animum demeremur, uel offendimus. eſt enim uocabulū medium, quod tam in meliorem, quàm in dereriorem partem accipi poteſt, & pro locorum ratione intelligēdum eſt. Quando in bonam partem accipitur, idem ferè quod beneficium, σπουδαῖον ἔργον, ἀγαθοποιΐα. Plancus Cicer. Quid enim pro maximis tuis, ac penè immortalibus in me meritis, præſtare amplius poſſim? Ver.9.Aen.Meriti tanti nō immemor unquā.Ouid.Epiſt.12. Eſt aliqua ingrato meritū exprobrare uolupras.Idem 8.Metam.Nil agis, ah fruſtra meritorū oblite meorum? In peiorem partē uſus eſt Ouid.Epiſt.5.Leniter ex merito quicquid patiare, ferendum eſt. Item Vatinius ad Ciceronē. Scis meam fortunā, neſcio quomodo facilè obtrectatores inuenire, non meo me hercle merito, id eſt culpa. Græcè ἀξία. Dicitur etiam Meritum pro mercede, ut annotauit Budæus ex illo Terentii in Phormione, Egóne illam cum illo ut patiar nuptam unū diem? Nihil ſuaue meritum eſt, id eſt, nihil mihi mercedis ſuaue eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram.

Meritiſſimum, ſubſtantiuum, hoc eſt, maximū meritum.Plautus in Aſin.iube aduenire, queſo, Meritiſſimo eius, quæ uolet faciemus.

Meritò, aduerb. Id eſt, dignè, iure, εἰκότως, ἀξίως. Terent. in Adelph. Bene facis, meritò te amo. Cic, 5. Verr. Quanquam meritò ſum iratus Metello, tamen hæc quæ uera ſunt dicam. Superlatiuum habet Meritiſſimò, itidem aduerbium, citra tamen comparat. Cic. de Orat. lib.1. Primùm Sceuolę te de diſti, quem omnes amare meritiſſimò, pro eius eximia ſuauitate debemus.

Merito, as, a.p. A ſupino uerbi Mereo, ſignificat quæſtū, uel lucrum ex re aliqua referre. μισθοφορέω. Plin.lib.7.ca.32. Quippe quum iam apud maiores Roſcius hiſtrio H S. quinquagintа annua meritaſſe prodatur.

Meritorius, a, um, Quod quæſtus gratia locatur, μίσθιος. Vnde equi meritorii, & Meritoriæ rhedæ, ἡμίονοι μίσθιαι. Meritoria uehicula. Tranq.in Calig. cap.39. Quicquid inſtrumenti ueteris aulæ erat, ab urbe repetiit, comprehenſis ad deportandum meritoriis uehiculis. Meritorium quoq; cœnaculum idem Tranquillus dixit, pro ablocatitio diuerſorio, ita de Vitellio ſcribens, Satis conſtat, exituro uiaticum defuiſſe, tanta egeſtate rei familiaris, ut uxore, & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret. Pueri meritorii, dicuntur ſcorta maſcula, quæ ad turpem quęſtum proſtituuntur, quemadmodum mulieres, quę corpus ſuum uirorum libidini proſtituunt, Meretrices appellantur, utriq; à merēdo dicti, quod corpore ſuo mereant, hoc eſt, turpē quæſtum faciant. Cic.in Anton. Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta cum matribuſfamiliās uerſabantur. Taberna meritoria, diuerſorium atq; hoſpitium mercenarium, quò cuiq; introire licet danti mercedem. Ratio uerò meritoria, quaſi uilis & malè coēmpta. Alii quando Meritorium abſolutè dicitur, pro taberna mercede conducta, Iuuen. Satyr. 3. nam quæ meritoria ſomnum Admittunt.

Meretrix, icis, f t. ἑταίρα, πόρνη, A merendo, teſte Valla, nam mercede ſuam exercet militiam, quæ copiam ſui corporis facit. Hæc eriam Proſtibula dicitur, ſiue à proſtando, ſiue (ut alii putant) quòd pro ſtabulis, hoc eſt, ante diuerſoria ſoleat habitare. Vnde & Plautus in Ciſtel. Intro ad bonam meretricem, in uia ſola proſtibula ſanè eſt. Idem in Truc. Meretricem ego itidem eſſe reor, Mare ut eſt, quod des deuorat, nunquam abundat. Idem in Capt. Hic neq; periurus leno eſt, nec meretrix mala. Ouid. 3. Amor. Eleg. 15. Dum fallax ſeruus, durus pater, imbroba lena Viuet, dum meretrix blanda, Menandrus erit. Hor.1.Ser.Sat.4. de turpi meretricis amore Quū deterreret.

Meretricula, diminutiuum, Cicero 5. Verr. A meretricula cōmendari.

Meretricius, a, um, ἑταιρικός, Quod eſt meretricis, uel quod ad meretricem pertinet, ut Ars meretricia.Terent.in Heaut. Ignara arris meretricię. Idem in Andr. At meretricios amores nuptiis glutinas? Idem in Eunuch. Quis homo pro mœcho unquā uidit in domo meretricia Deprehendi quenquā? Meretricia diſciplina. Cic.5.Verr. Meretriciæ opes, Idem pro Cælio.

Meretricium, cii, n. ſ. ἑταίρησις, Ipſa meretricandi ars.Tranq.in Calig. Additumq; ad caput legis, ut tenerētur publico, & quæ meretricium, & quæ lenocinium feciſſent.

Meretriciè, aduerb. id eſt, in modū meretricis.Plau.in Mil. Quā dignè ornata incedit, haud meretriciè.

Meretricor, aris, d.p. ἑταιρίω, πορνεύω. Scortor. Gell. Thais meretricando magnā pecuniā demerebat. Col.lib.21.cap.1. Quippe plurimū affert mali, ſi operatio meretricandi poteſtas fiat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mergæ, arum, f. p. Furculæ ſunt, authore Feſto, quibus acerui fruguin fiunt, dictę à mergis uolucribus. Vt enim illi ſe in aquam mergunt, dum piſces perſequuntur, ſic meſſores furcas in fruges mergũt, ut eleuare poſſint manipulos. Plaut. in Pœnul. Palas uendundas ſibi mergas datas, Vt hortũ fodiat, atq; ut frumentũ metat. Alii Mergas ferramenta eſſe exiſtimãt quibus olim in frugibus demetendis utebantur. Nam in rariore ſegete ea metendi erat ratio, ut culmi medii falce Inciderẽtur, ſpicæq; inter duo ferramenta diſtringerẽtur, quæ à Col. Mergæ appellantur. Sic enim habet ille lib. 1. cap. 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus ſerriculatis, atq; iis uel roſtratis uel dẽticulatis mediũ culmẽ ſecãt, multi merges, alii pectinibus ſpicam ipſam legunt, idq; in rara ſegete facillimum, in denſa difficillimũ eſt. Plin. lib. 18. cap. 30. Mergites appellat.

Mergæs, itis, m. t. pen. cor. Spicarum manipulus, à mergẽdo dictus, inquit Seru. Ver. 1. Geor. Aut fortu pecorũ, aut Cefealis mergite culmi, Prouentuq; oneret ſulcos. Mergites quoq; à ueteribus dicebantur ferramenta quædã, quibus in rariore ſegete meſſores ſpicas ſolent diſtringere, quæ & Mergæ uocantur à Colum. ut ſuprà ſuo loco oſtendimus. Plin. lib. 18. cap. 30. Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atq; inter duos mergites ſpica diſtringitur.

Mergo, gis, ſi, ſum, 3. t. Sub aquam pono, liquore aliquo operio, βύω. Plin. lib. 9. cap. 38. Rurſusq; mergitur lana carminata, donec omnẽ ebiberit ſaniem. Interdum etiã ſimplex Mergo, pro compoſito Submergo legitur, καθ' ὑφαρπαγήν. Ver. Aen. 6. quis te, Palinure, deorum Eripuit nobis, medioq; ſub æquore merſit? Manifeſtius etiã Plin. lib. 9. cap. 44. Piſcantium cymbas ſpeculatur, occultusq; aduatãs mergit. Per translationem autem mergere dicimus pro obruere, inuoluere, ſeu implicare. Verg. 6. Aeneid. Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ, His merſere malis. Huius compoſita ſunt, Demergo, καταδύω, καταποντίζω, quod eſt, deorſum mergo, quod fit quum aliquid ſub aqua, uel ſub terra, & huiuſmodi figitur. Lact. lib. 4. Nam ut poëtæ Arionem mentiuntur in pelago incedentẽ, qui demerſa corporis parte, humeris ſupereminet undas. Col. lib. 1. Neq; pecora maiora, niſi quum ſicciſſimũ eſt, quoniam demergunt ungulas, & atterunt, ſcinduntq; radices herbarum. Accipitur etiam per translationem Demergo pro obruo, ſiue implico. Lactantius lib. 6. Quæ autem ab illo altero id habent officium, ut cęleſtibus auocatum, terrenisq; demerſum ad pœnam interficiant ſempiternam, quod eſt ſummum malum. Emergo, ἀναδύω, extra mergo, & quaſi ex loco ubi ſubmerſus fueram, exeo, & in lucem prodeo. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Primùm ex profuſa emerſus palude. Terent. per translationem in Andr. dixit, Facilè ex illis ſeſe emerſurum malis, hoc eſt, facilè ſe euaſurum ex impendentibus malis. Immergo, ἐμβάπτω, intus mergo. Verg. lib. 6. Aeneid. Tyrion (ſi credere dignum eſt) Inter ſaxa uirũ ſpumoſa immerſerat unda. Submergo, ſubtus mergo. Idem Aen. 1. Pallasne exurere claſſem Argiuũ, atq; ipſos potuit ſubmergere ponto?

Merſo, as, Sæpe mergo, κυβιστάω, βαπτίζω. Col. lib. 7. cap. 4. Quarto die, ſi eſt uicina maris, ad litus deducta merſatur ouis. Ver. 1. Geor. Balantũq; gregẽ fluuio merſare ſalubri. Catul. Fluctibus fortunæ merſor.

Merto, tas, Idem quod merſo. Accius Deiphobo, Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia præſentem præſens dictis mertare inſtituit. Hæc Non. Feſtus, Mertat, pro merſat antiqui dicebant. Fabius uerò Quintilianus lib. 1. cap. 6. Et hæc ipſa (inquit) litera, ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit. Nam Mertare, atq; pultare dicebant.

Mergulus, li, m. ſ. λυχνίον, Dicitur funiculus ille qui in lychno flammam nutrit. Græco uocabulo Ellychnium uocamus.

Mergus, goris, ὑδρία, Genus uaſis, quam nonnulli ſitulam appellant, ita dictum, quod puteo mergatur, dum eo aquam haurimus.

Mergus, gi, m. ſ. αἴθυια, Auis ita dicta, quod ſe in aquam, cibum captans, aſſiduè immergat, teſte Varr. lib. 4. de lingua Latina. & Ouidio Metamorp. 11. de Aeſaco Priami filio, ita ſcribente, Aequor amat, nomenq; manet, quia mergitur illi. Vergil. 5. Aeneid. immotaq; attollitur unda Campus, & apricis ſtatio gratiſſima mergis. Ouid. 1. de Ponto Eleg. 7. Nam prius incipient turtes uitare columbæ. Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas, Quàm malè ſe præſtet ueteri Græcinus amico. Huius auis natura eſt, ut ſæpe mergens aurarum ſigna colligat, & præuidens tempeſtatem futuram, properè medio reuolet ex æquore, & ad littorum tuta cum clamore contendat. Eſt & Mergus in uite, ut docet Colum. lib. 4. cap. 15. quum ſupra terram iux a ſuum adminiculum uitis curuatur, atq; ex alto ſcrobe ſubmerſa, perducitur ad uacantem palum. Palladius, Mergum dicimus, quoties uelut arcus ſupra terram relinquatur, alia parte uitis infoſſa. Et paulò pòſt, Mergi uerò poſt biennũ reciduntur, in ea parte quæ ſuprà eſt, & in loco iuſtas uites relinquunt.

Mergina, μυρίνη, A Romanis uocatur herba illa, quam Græci σμίλακα, τραχεῖαν, hoc eſt, ſimilacem aſperam uocant. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 145.

Meribibulus, uide Merus.

Meridies, ei, m. q. Medius dies, quaſi medidies, μεσημβρία. Nã (ut inquit Varro) d, antiqui non r, in hoc loco dicebant, ſed ſuauioris ergò pronuntiationis mutatum eſt d in r, quod & confirmat Cic. ad Brut. dicens. Ipſum me diei, cur non medidiem? credo, quòd erat inſuauius. Plaut. in Moſtel. Heus iam appetit meridies. id eſt, inſtat, appropinquat. Horat. 3. Carm. Ode 28. Inclinare meridiem ſentis. Terent. in Adelph. præter hæc, Meridie ipſo factum ut ſtipulam colligat. Semper autem maſculinum eſt, quia certum diei tempus ſignificat.

Meridianus, a, um, Quod ad meridiem ſpectat μεσημβρινός. Sic Plin. lib. 2. cap. 19. Meridianum Solem, & lib. 13. cap. 4. Orbem meridianum. Meridianò, pro meridie, id eſt, hora meridiana. Plin. lib. 2. cap. 26. Emicant & faces, non niſi quum decidunt, uiſę, qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente, præterlora populi meridianò tranſcurrit. Meridianus pro gladiatore. Suet. in Claud. cap. 19. Beſtiariis, meridianiſq; adeò delectabatur, ut etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet, & meridie dimiſſo ad prandium populo præſideret, prętetiq; deſtinatos etiam leui, ſubitaq; de cauſa quoſdam cõmitteret. Inde fit compoſitũ, Pomeridianus, de quo infrà.

Meridianus, ſiue Meridianus circulus, μεσημβρινὸς κύκλος, Venus eſt ex ſex maioribus ſphærę circulis, per polos mundi, & uertirem noſtrum ductus, qui unà nobiſcum mutatur, quoties aut Ortum, aut Occaſum uerſus, nos conferimus. Dictus Meridianus ab eo, quod Sole in noſtro hemiſphęrio ad circulũ hunc accedente, apud nos fit meridies, & rurſus media nox, quũ in inferiori hemiſphærio ſol ad eum peruenerit.

Meridio, dias, & Meridior, diaris d. p. Significat cibum meridianũ capio. μετ' ἄριστον φάγω. Plaut. Ientãdo, meridiãdo, cõmeſſando, pergræcando uitam ducere. Aliquando ſignificat ſomnum meridianum capio, μεσημβρίᾳ κατεύδω. Cornelius Celſus lib. 1. cap. 2. Longis diebus meridiari potius ante cibum, utile eſt: ſin minus poſt eum, per hyemem totis noctibus conquieſcere. Suet. de Nerone. Miſſos à Meſſalina uxore Claudii, qui eum meridiantẽ, quaſi Britannici æmulũ, ſtrangularent.

Meridiatio, f. t. Quies meridiana. Cic. lib. 2. de Diuin. Tunc & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea uti non conſueueram.

Meris, μηρίς, Herba eſt, quæ alió nomine Tripoliũ appellatur. De hac Dioſc. lib. 4. cap. 136.

Meriſmos, m. ſ. μερισμός, à Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Diſtributionem uocant, quum ſcilicet genus in ſpecies, aut totum in partes diſſecamus, ordine diſcreto: quę ſententiarum figura diuiſioni ac partitioni affinis eſt. Nam diſpoſitio (quæ utrunq; complectitur) eſt, authore Fabio, utilis rerum ac partium in loco diſtributio. Huc etiam pertinet διάλυσις, id eſt, diſſolutio, quum diſperſa diſtributione diſſipantur: quali Cic. uſus eſt in epiſtola ad Luceium ſecunda, Familiarium lib. 5. Transferam animum ad ea quibus ſecundæ res ornantur, aduerſæ adiuuantur.

Meritò, aduerb. Merito, ritas, Meritorius, Meritum, Meritus, adiect. uide Mereo.

Merobibus, a. um. uide Meribibulus.

Meroctes, Lapillus porracei coloris, qui lacte ſudat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Merops, m. t. μέροψ. Auis eſt, teſte Aeliano, pietãte in parentes uolucribus cæteris præſtans, nam ubi primùm per ætatem uolare poteſt, parentes in altiſſimis ſpecubus reconditos alit. Infeſta in primis eſt aluearibus, apeſq; abſumit: unde & Apiaſtra à quibuſdam appellatur. Vergilius 4. Georgicor.

Abſint

Abſint & picti ſquallentia terga lacerti Pinguibus à ſtabulis, meropesq́, aliæq́ uolucres. De hac aue ſic ſcribit Plin. lib. 10. cap. 33. Nec uerò iis minor ſolertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitæ ſublime petere, Merops uocatur: genitores ſuos reconditos, paſcens, pallido intus colore pennarum, ſupernè cyaneo, priori ſubrutilo. Nidificat in ſpecu, ſex pedum defoſſa altitudine. Meropes præterea diuerſarum linguarũ homines dicuntur: à μερίζω, quod eſt diuido & ὄψ, per o, breue, quod uocem ſignificat. Eſt etiam Merops, Gigantis nomen, unius ex iis qui Iouem de cælo deturbare conati ſunt: à quo Cos inſula, Meropis appellata exiſtimatur.

Merſo, & Merto, uide Mergo.

Merula. f. p. Auis ſic dicta, quòd ſola uolet, & ſolitaria paſcatur: quaſi mera uolans, κόσυφος. Hanc tamen etymologiam ut ſuperſtitioſam & plus iuſto curioſam, ridet Fabius libr. 1. cap. 10. ita Varronem uellicans, Sed huic tanti fuit uertere. ut merula, quia ſola uolat, quaſi mera uolans nominaretur. De huius auis natura Plinius libro 10. capit. 29. Merula ex nigra ruffeſcit, ætate canit, hyeme balbutit, circa ſolſtitium muta. Roſtrum quoq; in aniculis, in ebur transfiguratur dũtaxat maribus. Horat. 2. Sermon. Sat. 8. Vidimus & merulas poni, & ſine clune palumbes. Idem de arte, Intentus merulis auceps. Eſt etiam piſcis ſaxatilis Plin. teſte, lib. 32. cap. 1. Hoc nomine etiam dictus eſt fluuius, qui Albingæ ciuitatis latus aliuit: alio nomine Centa dictus, quia centenis amnibus augetur.

Merus, a, um, Quod eſt ſolum, ἄκρατος. Terent. in Phor. Nihil habet, niſi ſpem meram. Per translationẽ ponitur pro puro. Cic. lib. 2. de Orat. Ecce tibi exortus eſt Iſocrates, magiſter iſtorum omnium, cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes, αὐτοκράτορες exierunt. Idem 3. de Natura deorum, Vehementius quidem inuectus es in merã Stoicorum rationem. Idem ad Atticum libro quarto, Venerat horis duabus antè Cherippus, mera monſtra nuntiarat. Idem, Quid eſt igitur quod laborem? amicos habet, meras nugas, & c.

Merum. n. ſ. ſubſtantiuum, Vinum aqua non dilutũ, ἄκρατον. Plin. libr. 23. cap. 1. Merum quidem remedio eſt contra cicutas, coriandrum, aconita, uiſcum, meconium, argentum uiuum. Ouid. 15. Metam. odiumq́ meri permanſit in undis. Idem 9. Met. Haud alio uultu, quàm ſi conuiua iaceres Inter plena meri redimitus pocula ſertis. Verg. 3. Aen. Tum pater Anchiſes magnum cratera corona Induit, impleuitq́ mero, diuosq́ uocauit, Stans celſa in puppi.

Meribibulus, li. m. ſ. Qui uinũ ſine aqua bibit: cuiuſmodi homines à Græcis ἀκρατοπόται appellantur: quo ueluti peculiari epitheto apud illos Thraces notati ſunt. Aug. Quum temeti auidior eſſet, quadam die ab irata ancilla per conuitium appellata eſt meribibula: quæ res tantum ei pudorem iniecit, ut poſtmodum ſobria prorſus fuerit. Et hoc quidem nomen diminutiuum eſt. Sicut enim Bibulus diminutiuum uidetur à Bibus, quo extra compoſitionem non utimur, ita Meribibula, uel Merobibula, à Merobiba: quo nomine licentioſa compoſitione uſus eſt Plautus in Curc. Anus hic recubare ſolet, cuſtos, ianitrix: nomen eſt lenæ multibiba, atq́ merobiba.

Merx, huius mercis, f, t. Eſt ſpecies quæ emitur, uenditurue, ἐμπορία. Mercatura uerò eſt ipſum negotiationis exercitiũ. Cic. lib. de Rep. 3. Phœnices primis mercaturis, & mercibus ſuis, auaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam. Porrò Merx ſingulare interdum legitur, ſed minus uſitatè. Plin. li. 12. cap. 25. Sarmentata quoq́ in merce ſunt. Plautus in Ciſtell. Mala merx hera hæc, & callida. Idem in Milit. Sicuti merci precium ſtat pro uirtute ut uæneat. Quæ improba eſt, pro mercis uitio dominũ pretio pauperat. Idẽ in Perſa, Merx tua mala eſt. Quint. lib. 1. cap. 12. Sordidæ mercis negotiator. Geſtat mercem ſine fuco. Hor. 1, Ser. Sat. 2. Frequentius uerò in plurali. Horat. in Arte, Vt præco, ad merces turbam qui cogit emendas. Ci. 7. Verr. Mercibus ademptis in uincula coniectos eſſe mercatores. Eſculentæ merces apud Colum. lib. 12. hoc eſt ea quæ hominum eſui accommodata uenduntur Fallaces & fucoſæ merces. Cic. pro Pab. Poſth. Mutare merces, Ouidius 1. Triſt. eleg.

Mercimonium, n. ſ. eiuſdem ſignificationis: nomen quidẽ antiquum, ſed quod tamẽ non reformidauit exactiſſimus uerborum cenſor Laurentius Valla, ſtatim in fronte uerſionis Latinæ Herodoti Græci hiſtorici. Vſus eſt & Plautus in Curſed quid agit meum mercimonium apud uos?

Meſa, μέσα, teſte Vitruu. ſunt partes mediæ ædium, quas idẽ Latinè Medianas appellari aſſerit.

Meſaræum, μεσάραιον, uide Meſenterium.

Meſarchon, μέσαρχον, Dicitur corpus illud uenoſum, per quod hepar, ueluti per manũ chylũ ex uentriculo attrahit. Alio nomine meſenterium dicitur.

Meſauli, μέσαυλοι, Aedium itinera dicuntur, quæ inter duas aulas, id eſt, duo atria ſunt interpoſita. A nonnullis etiam Androues uocantur, teſte Cœlio Rhodig. lib. 27. cap. 24.

Meſenterium, μεσεντέριον, Craſſa quædam & adiopſa membrana eſt, multis & neruis, & uenis, & glãdulis intertexta, medium interinteſtina ſitũ obtinens, unde & nomẽ accepit. Huius ueluti manus cuiuſdã opera, iecur chylũ à uentriculo cõtrahit, per eas uenas, quas meſaraicas uocãt. Alio nomine Meſaræum appellatur.

Meſochorus, pen. corr. μεσόχορος, Qui in medio turbæ ſtans, reliquis canendi, uel aliud agendi ſignum proponit. Sidonius, nullus ibi lyriſtes, Choraules, meſochorus, tympaniſtria, pſaltria canit. Vide Cœlium Rhodig. lib. 4. cap. 24.

Meſocranium, μεσοκράνιον, uertex capitis, medium cranii locum obtinens.

Meſodicus, Lege Iudex.

Meſoleucos, μεσόλευκος, Gemma, quam mediam linea alba diſtinguit. de qua Plin. lib. 37. cap. 10. Eſt præterea hoc nomine herba quędam, habens candidam lineam per foliũ diſcurrentem. Plin. 27. cap. 21. Leuce Mercuriali ſimilis, nomẽ ex cauſa accepit, per medium folium candida linea tranſcurrẽte, quare Meſoleucon quidam uocant μίσος nanq; medius eſt, & λευκὸς albus.

Meſomelas, μεσομέλας, Gemma eſt nigram habens uenam, quemlibet colorem per medium ſecantem, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Meſomerium, quod coxas interiacet.

Meſon, μέσον πρόσωπον, authore Feſto, Perſona comica appellatur aut coci, aut nautę, aut eius generis, dicta ab inuentore eius Meſone Comœdo, ut Ariſtophanes grammaticus. Quanquã rectius uidetur manare à fonte Græco, μέσον nanq; medium ſignificat. Porrò cocorum, nautarum, cerdonum, arq; huiuſmodi opificum perſonę mediæ ſunt, ut quę neq; ſeruiles uideantur, quum liberæ ſint, neq; omnino liberę, quum mercenariæ. Eſt autem merces, teſte Cicerone, authoramentum ſeruitutis. Proinde mediæ ſunt & miſtæ perſonæ, quę μέσα πρόσωπα dici poſſunt, κώφα καὶ προστάτικα dicimus in Comœdiis.

Meſonauta, æ. m. p. in naui uilis mancipii nomẽ eſt, ut Mediaſtinus domi. Eſt enim Mediaſtinus mancipium abiectius, quod uiliſſima & ſordidiſſima officia obire domi cogitur, domum uerrere, purgamenta afferre, ligna congerere, &c. Bud. in l. 1. de Arbit. Item Meſonautæ ſunt, qui in nauibus cuſtodiæ gratia præponuntur, ut ſunt dietarii, μεσονάυται Græcè. Alciatus lib. 3. diſpunct. cap. 21. Idem quoq;, ut ipſe fatetur, in Pareg. dubitauit quandoq;, quid Meſonautæ appellatione ſenſiſſet, quoniam Herm. Barb. mancipium ea uoce intelligit, in medio nauis unicuiq; deſeruiens, quales ſunt Mediaſtini in principum domibus. Sed ipſe hanc ſententiã non probat, cum Vlp. l. fin. Naut. caup. ſtab. Ecquid, inquit, ſi quis ſit ex his quos uulgò μεσονάυτας, Græci ναὸς ἐπιβάτας dicunt, quibus uerbis ſignificatur. Meſonautam uulgari uoce eum dici, qui nauẽ inſcẽdit, & ne quid nauli nomine domino nauis ſoluat, ducẽdis remis operatur. Epibates enim, propriè nauis aſcenſorem ſignificat, unnc & milites qui in naui pugnant eo nomine uocantur, & ἐπιβάδες, naues tranſportandorum hominum cauſa factæ.

Meſonyction, μεσονύκτιον, Media nox. Vide latius ſuprà in in dictione Aurora & Dies.

Meſoſphærum, μεσόσφαιρον, Indici nardi folium, ut magnitudine, ita & precio, mediũ extribus ſpeciebus locũ obtinens. Vide Plin. lib. 12. cap. 12.

Meſpilus, li, pen cor. μέσπιλος, Genus arboris, cuius fructus Meſpilum, μέσπιλον, dicitur. Pallad. de inſitionibus, Meſpilas quę exarmat pugnacibus horrida membris. Hæc arbor foliis

eſt prius rubris, quàm deciduis, radice inextirpabili: ignota Italiæ Caronis quo.

Meſſio, Meſſor, Meſſorius, uide Meto.

Meſſis, huius meſsis, f. t. Modò ſignificat tempus metendi, τὸ θερισικὸ ἀμητός, Verg. 5. Eclog. Ante focum ſi frigus erit, ſi meſſis, in umbra. Modò ſegetem ipſam iam maturam, ἄμητος. Idem 1. Geor. Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. Neq; ſolùm de ſegete dicitur, ſed etiam de uuarum, pomorum, aut etiam herbarũ prouentu. Ouid. 3. de Ponto, Triſtia per uacuos horrent abſynthia cãpos, Conueniensq; ſuo meſſis amara loco eſt. Per translationẽ accipitur pro multitudine uel copia cuiuſuis rei. Plaut. in Trinum. Neq; quicquam hic uile eſt, Niſi mores mali, eorum licet iam meſſem metere maximam. Propriè tamen Meſſis dicitur de ſegetibus, iisq; rebus quæ metuntur, unde & nomen accepit. Varro de Re ruſtic. lib. 1. cap. 50. Meſſis proprio nomine dicitur de iis quæ metuntur, maxrmè in frumento, & ab eo eſt uocabulo declinata. Interdum idem eſt, quod Meſſio, ſiue actus metendi, θερισμὸς. Cic. 1. de Orat. Tamen nemo tam ſine oculis, tam ſine mente uiuit, ut quid ſit ſementis, ac meſſis, quid arborum putatio, ac uitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant omnino neſciat.

Met, Piam, & Te, ſyllabicæ ſunt adiectiones, extra cõpoſitionem nihil ſignificantes: in compoſitione autem aliquid addentes ſignificationi dictionum cum quibus componuntur: ut Egomet, Quiſpiam, Tute. Sed Met, iungitur caſibus omnibus pronominis primæ perſonæ, tam pluralis, quàm ſingularis numeri, abſq; genitiuo plurali: ut Egomet, memet, noſmet, & reliqua. Secundæ uerò perſonæ, obliquis tantùm caſibus: ut Tuimet, tibimet. Nominatiuo non addunt, ne uerbũ putetur Tumet à tumeo: ſed Tute, & Tutemet proferatur. Ad uerbio Tanquam, coniunxit etiam Plautus in Truc. Tanquammet genium meum. Et quidem ſic iuncta diſcretionẽ ſignificat: ut Ipſemet, id eſt, ipſe per ſe, & non per alios. Pte, iungitur cum ablatiuis horum quinque pronominum Mea, Tua, Sua, Noſtra, & Veſtra: Vt Meapte, Tuapte, Suapte, Noſtrapte, & Veſtrapte. Vel cum eorum maſculis aut neutris, ut Meopte, Tuopte, &c. Teſimiliter cum pronomine ſecundæ perſonæ, idem efficit: ut Tute id feciſti, id eſt, tuipſe per te, & non per alium. Sed hoc ſoli nominatiuo iungitur. Nam Tuite, aut Tibite, non dicimus. In accuſatiuo aliquando legimus Te te, ſed tunc diuiſæ potius uidentur dictiones, maioris affectus cauſa figuratè geminatæ, quemadmodum etiam aliquando dicimus Me me. Ce, uerò iungitur obliquis horum pronominum, Hic, Ille, Iſte, in s literam deſinentibus: ut Huiuſce, Hiſce, Hoſce, Haſce, Iſtiuſce, & Illiuſce, unde fiunt compoſita Huiuſcemodi, Iſtiuſcemodi, & Illiuſcemodi. Interdum etiam inuenitur iunctum cum caſibus horum pronominum deſinentibus in c literam: ut Hicce, hæcce, hocce, pro quibus tamen frequentius utimur Hiccine, hæccine, hoccine. Vergil. Hocce erat alma parens, quòd me per tela, per hoſtes eripis? Terent. Hoccine eſt credibile, aut memorabile factum? Hicce, ſeu hiccine, οὑτοσί. Sicce, ſiue ſiccine, οὑτοσί. Hæccine, hãccine, illiccine, ἐκεινοσί. Iſticce. Illanccine. Terent. Illanccine mulierem dixit, pro illámne.

Meta, æ, f p Congeries, ſeu ſtrues in acutum tendens, ſeu turbo inuerſus, ita dicta quòd eſſet poſita in dimenſo ſpatio, uel quia eam metiantur quadrigæ circuncurrentes, κῶν. Moris enim erat ſepties metam luſtrare. Propert. lib. 2. Eleg. Aut prius infecto depoſcit præmia curſu, Septima quàm metã triuerat antè rota. Quum enim iam carceribus emiſſæ ad metam uenirent quadrigæ, erat opus ut circum ipſam flecterentur. Verg. 5. Aeneid. Hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice metam Conſtituit ſignum nautis. Hinc etiam agrorũ termini, quòd pyramidali figura fieri ſoleant, Metæ uocantur. Eadẽ etiam ratione Metæ fœni uocantur, quæ ita congeſtæ ſunt, ut inferiori parte latiores, ſupernè in anguſtum deſinant conum. Colum. lib. 10. cap. 2. Certè quicquid ad eum modum, quo deber, ſiccatum erit in metas conſtrui cõueniet, easq; ipſas in anguſtiſſimos uertices exacui. Sic enim cõmodiſſimè fœnum defenditur à pluuiis. Per translationem uerò, quoniam meta collocari conſueuit in fine circi, uel alterius ſpatii, in quo quadrigæ certabant, factũ eſt ut Meta accipiatur pro quocunq; termino ac fine, ὅρος, τέρμα Verg. lib. 1 Aen. His ego nec metas rerũ, nec tempora pono. Ouid. ad Liu. Tendimus huc omnes, metã properamus ad unam, Omnia ſub leges mors uocat atra ſuas. Hinc peruenire ad metam dicuntur qui iter aut aliud opus perfecerint. Accipitur quandoq; pro inferiori parte molę, ſicut Catillus pro ſuperiori. Vide in dictione Catillus. Meta lactis dicitur caſeus, qui factus eſt ad formam metæ, τυρὸς κωνοειδὴς. Mart. Fert ille ceris cana cum ſuis mella, Metamq; lactis Saſſinate de ſylua.

Metula, æ, dim. legitur apud Plin. Iun. in Epiſt.

Metabaſis, f. t. μετάβασις. Latinè tranſitio, figura qua monemus quid dictum ſit, & propouimus quod ſuper eſt, ut Cic. pro Deiot. Habetis crimina iudiciũ, nihil enim dixit amplius. & paulò pòſt ſequitur, Reliqua pars accuſationis duplex fuit. Huius figurę Fabius (quã eſſe ait, quum ſenſus non mutatur, ſed forma loquendi) longè diuerſum exemplũ, adducit, lib. 9. cap. 2. ex Ver. 1. Aen. Fas omne abrumpit, Poſydorũ obtrũcat, & auro Vi poritur, quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?

Metabole, f. t. μεταβολὴ, quam quidam Traiectionem interpretantur, Figura eſt, quæ fit cõtrariis ita tranſpoſitis, ut à priori poſterius oppoſitũ proficiſcatur, ut apud Terent. in Andr. Quoniam id geri quod uis non poteſt, id uelis quod poſſit.

Metalepſis, f. t. μετάληψις, Figura eſt, quæ fit quum aliqua dictio aliud à propria ſua ſignificatione, ex iis quę præceſſerunt, denotat: ut apud Vergilium 1. Eclog. Poſt aliquot, mea regna uidens, mirabor ariſtas. Poſt aliquot (inquit) ariſtas, hoc eſt, poſt aliquot æſtates, uel poſt aliquot annos. Nam ex ariſtis æſtates, ex æſtatibus annos intelligimus. Idem 1. Aeneid. Speluncis abdidit atris. Vbi ex atris, tenebroſæ: ex tenebroſis profundæ intelliguntur. Latinè Tranſumptionem uocare poſſumus. Deducitur enim, ἀπὸ τοῦ μεταμεταβάνειν, qđ inter cætera ſignificat tranſumere.

Metallum, li, n. ſ. μέταλλον, Dicitur quæuis materia dura, è terræ uiſceribus effodi ſolita, ut aurum, argentum, cuprum, ſtannum, plumbũ & ſimilia. Dictum putarur à uerbo Græco μεταλλῶ, uel μεταλλύω, hoc eſt, à fodiendo, uel perſcrutando. Alii dictum putant, παρὰ τὸ μετὰ τὰ ἄνω ὑρύσσειν, eò quòd uix ulla metalli uena inueniantur, quin alterius metalli uena in propinquo poſtea inueniatur. Plin. lib. 33. ca. 6. Id quoq; in ſterili ſolo, atq; etiam in montibus, & ubicunq; una inuenta uena eſt, non procul inuenitur alia. Hoc quidẽ & in omni ferè materia, unde Metalla Græci uidentur dixiſſe. Ver. 2. Geo. Hęc eadem argenti riuos, æriſq; metalla Oſtendit uenis, atq; auro plurima fluxit. Ouid 4. Faſt. Omnia purgat edax ignis, uitiumq; metalli Excoquit. Horat. 1. Epiſt. 10. Sic qui pauperiem ueritus, potiore metallis Libertate caret. Metallum miniariũ, Fodina ex qua effoditur minium, μιλτουργία, ſicut Argentarium, ex quo argentũ, & Plumbariũ, ex quo plumbũ effoditur. Plin. lib. 33. cap. 7. Celeberrimũ ex Siſaponenſi regione Bętica miniario metallo, uectigalibus populi Rom. nullius rei diligentiore cuſtodia.

Metellarii, ſiue Metallici, m. ſ. μεταλλῆς, Qui in metallis uerſantur, & præcipuè qui ad effodiendi metalla damnati ſunt, de quibus apud Iuriſconſ. ff. de Pœnis. & C. de metal.

Metallicus, adiect. μεταλλικὸς, Quod ad metallum pertinet. Plin. lib. 27. cap. 9. Fuere qui traderent, in Iudæa ſuper Hieroſolymã eius naturã metallicã. Metallicũ atramentũ, Corpus eſt metallicũ, quo mulomedici excreſcentẽ in iumẽtorũ ulcerib. carnẽ conſumunt, μεταλλικὸν. Vide ſuprà Melanteria.

Metallicus, m. f. ſubſt. μεταλλεύς, Qui metallis effodiendis, & purgandis dat operã. Plin. lib. 34. cap. 16. Lauant eas arenas metallici, & quod ſubſidit coquũt in fornacibus.

Metallifer, Metalliũ gignens. Sat. Syl. lib. 4. Annẽ metalliferæ repẽtit iam mœnia Lunæ.

Metamorphoſis, f. t. pe pr. μεταμόρφωσις, Transfiguratio, ſeu trãsformatio Latinè dicitur, à uerbo Græco μεταμορφῶ, quod ſignificat trãsformo. Hoc nomine Ouid. & Apul. libros transformationum ſuarum inſcripſerunt.

Metaphora, æ, μεταφορὰ, Translatio à Cic. dicitur, fitq; quũ nomen aut uerbũ ex proprio loco in eum transfertur, in quo aut propriũ deeſt, aut translatũ proprio melius eſt, ut Claſſica immittit habenas, Verg. 6. Aen.

Metaphrenum, μετάφρενον. Pars illa corporis, quæ præcordiis à tergo eſt obiecta, ita dicta, quod μετὰ τὰ φρένας, hoc eſt, poſt præcordia ſita ſit.

Metaphyſica, orum, Supernaturalia dicũtur. Cũ tamẽ uerè ex ipſi⁹ operis, qđ cũ ſcripſit Ariſt. titulo μετὰ τὰ φυσικὰ ſcribatur.

Metaplaſmus, μεταπλασμὸς, Dici poteſt Trãsformatio. Eſt autẽ, teſte Donato, trãsformatio recti, ſolitiq; ſermonis in alteram ſpeciem, metri, uel ornatus, uel neceſſitatis gratia,

gratia, ut Agreſte, in Ablatiuo, pro agreſti. Fit à nerbo, μεταπλάττω, quod eſt transformo.

Metaplychoſis, ſis, f.t. μεταψύχωσις, ſubitus tranſitus ad diuerſa corpora, Transmutatio Latinè ſonat. Vergilius Aeneidos decimo. At tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

Metatheſis, f.t. pen.cor. μετάθεσις. Latinè tranſpoſitio, quũ una litera neceſſitatis cauſa, ex uno dictionis loco in alium tranſponitur, ut Tymbre, pro Tymber. Verg. 10. Aen. At tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

Metator, & **Metatio**, uide in uerbo Meto.

Metaxarii, Negotiatores dicuntur qui ſerici mercaturam exercent. Nam μίταξα Græcis ſericum eſt. Vtitur hac uoce Iuſtinianus. C. de pignorib. l. fin. eamq; interpretatur Alciatus in l. Balluca. C. de metall.

Metempſychoſis, f.p. pen.pro. μετεμψύχωσις, Latinè reddi poteſt Animæ tranſmigratio, hoc eſt, tranſitus animarũ ex uno corpore in aliud. Putabat enim Pythagoras nihil intereſſe inter animam hominis, quam rationalem animam uocamus, & brutorum animantium: ſed mortuo homine eius animam tranſmigrare in corpora brutorum. Vnde Ouidius Pythagoræorum dogma libro 15. Metam. explicans, ait. Morte carent animæ, ſemperq́ue priore relicta Sede, nouis domibus uiuunt, habitantq́ue receptæ. Ex hoc Pythagoræ dogmate inducta eſt ab eſu animalium abſtinentia, ne fortè (ut feſtiuiter ait Tertullianus) bubulam quis de aliquo pro ædo ſuo opſonaret. Hieron. Probabo non Empedoclis & Pythagoræ uos dogma ſectari, qui propter μετεμψύχωσιν, id eſt transformationem omne quod mouetur, & uiuit, edendũ non putant.

Meteora, n. f. pen.pro. μετέωρα, à Græcis dicuntur, Miſta imperfecta, eò quòd in ſublimi, hoc eſt, in aëre generentur: cuiuſmodi ſunt pluuiæ, niues, grandines, faces ignitæ: de quibus tractat Ariſtoteles tribus primis libris Meteorologicis: nam quarto qualitates perſequitur.

Meteoroſcopus, penultima corrept. μετεωροσκόπος. Qui ſublimia reſpicit. Accipitur pro ſtolido, rebusq; gerendis inutili.

Methodus. f. μέθοδος, pen. corr. ex μετὰ & ὁδὸς aſpirato cõponitur. Methodum appellat Quint. lib. 1. Inſtit. quam Cic. uiam, artem, & rationem uocat: & alibi breue dicendi compendium uertit, quaſi breuem uiam, qua quàm celerrimè ad peritiam euadimus.

Methodici. m. ſ. μεθοδικοί, A methodo dicti ſunt, qui rationẽ artis, & dicendi compendia ſequuntur. Et Amethodi, ἀμέθοδοι, hoc eſt, à uia, & ratione docendi, diſcendiq; abhorrentes, quaſiq; auii. Hæc ex Budæo in Pandectas.

Meticuloſus, uide Metuo.

Metior, iris, menſus. d. q. Significat menſuro, taxo, μετρέω, à Græco μέτρῳ deductum. Cic. 1. de Nat. deor. Sed fuit quædã ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumſcriptio metiebatur. Idem 1. Offic. Etiam ſi denumerare ſe ſtellas aut metiri mundi magnitudinem poſſe arbitraretur. Idem de Amic. Iam uirtutem ex conſuetudine uitæ ſermonisq; noſtri interpretemur: nec metiamur eam, ut quidam uerborum magnificentia. Metiri ſtipendium. Curt. lib. 5. Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus ſexcenti denarii tributi, peregrinus eques quingenos accepit, ducentis pedeſtrium ſtipendium menſum eſt. Metior pro æſtimo. Cic. in Catone, Neq; enim ipſorum conuiuiorum delectationes, corporis uoluptatibus magis, quàm cœtu amicorum, & ſermonibus metiebar, id eſt, æſtimabam. Quandoq; metiri ponitur pro transmeare. Verg. Georgic. 4. magnum qui piſcibus æquor, Et iũcto bipedum curſu metitur equorum. Plaut. in Pſeud. Quin hinc metimur gradibus militaribus? id eſt, quin hinc abimus. A ſupino Menſum fit Menſio quæ eſt menſura. Cic. in Orat. Vide infrà. Compoſita eius ſunt, Permetior, hoc eſt, ad finem uſq; metior, uel peragro. Verg. 5. Aen. Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor, id eſt, euecti, ut inquit Seruius. Remetior, Rurſus metior, ἀναμετρέω. Idem lib. 2. Aeneid. Arma, deosq; parant comites, pelagoq; remenſo improuiſi aderunt.

Menſores à Metior. m. t Appellantur agrorum finitores, μέτροι τινὲς. Colum. lib. 6. cap. 1 Ego non agricolæ, ſed menſoris officium eſſe dicebam. Menſores præterea ſunt (inquit Veget. libro 2. cap. 7.) qui in caſtris ad podiſmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, uel hoſpitia in ciuitatibus præſtant. Hoc in loco Podiſmus eſt dimenſio pedibus facta. Hi etiam Metatores (autore Budæo) dicuntur.

Menſio, nis, f. t. à uerbo Metior, Idem quod menſura, μέτρησις Cicero in Oratore Aures, uel animus aurium nuntius naturalem quandam in ſe continent uocum omnium menſionem.

Menſura, æ, f. p. Inſtrumentum quo metimus: unde & nomen habet: aut quo rei alicuius quantitatem deprehendimus, μέτρον. Plin. lib. 7. cap. 56. Menſura, & pondera Phidon Argiuus, aut Palamedes (ut maluit Gellius) inuẽnit. Tranſſumitur etiam ad alia. Idem lib. 2. cap. 1. Quaſi uerò menſurã ullius rei poſſet agere, qui ſui neſciat. Plinius iunior in Epiſtol. Ex illo enim menſuram beneficii tui prorſus intelligo. Menſura corporum humanorum apud Solinum cap. 5.

Meto, tis, meſſui, meſſum. a. t Fruges ſeco, & fructus colligo, θερίζω, ἀμάω. Propriè enim ſegetes meti dicuntur, & herbæ quum falce alioue inſtrumento reſecantur. Cic. 2. de Orat. Vt ſementem feceris, ita & metes. Cæſar 4. belli Gal. Tum diſperſos depoſitis armis, in metendo occupatos ſubitò adorti. Vuas quoque metere, dixit Verg. 3. Georg. pro colligere uuas, ſeu uindemiam facere. Sarmenta (inquit) & uallos primus ſub tecta referto: poſtremus metito. Sumitur etiam latius pro ſeco, uel amputo. Lactant. lib. 5. Qui uirilia ſua ferro metunt. Item. pro depaſcor. Verg. 4. Georgic. Illæ continuò ſaltus ſyluaſq; peragrant, Purpureoſq; metunt flores. Metere maximam meſſem malorum, dixit Plaut. in Trinũ, pro eo quod eſt, maximam malorum hominum copiam in uenire. Vide in dictione Meſſis. Idem in Epidico, Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur: hoc eſt, ita res nihil ad me pertinet, ut quæ neq; meo periculo fiat, neq; emolumento. Vide Eraſmum in Chiliad. Huius compoſita ſunt, Demeto, κατάμαω, quod eſt metendo decutio. Columell. libr. 7. Illud deinceps præcipiendum habeto, ut demeſſis ſegetibus, iam in area futuro ſemini conſulamus. Emeto, extra uel ualde meto. Horat. in Epiſt. emitit Orcus Grandia cum paruis non exorabilis auro. Præmeto, Antè ſeco. Inde Præmeſſum, Quod libationis cauſa præmetitur. Feſtus, Sacrima appellabant muſtum, quod libero patri ſacrificabant pro uineis & uaſis, & ipſo uino conſeruandis: ſicut Præmeſſum de ſpicis, quas primùm meſſuiſſent, ſacrificabant Cereri.

Meſſio, f. t. Ipſa metendi, id eſt, fruges uel herbas ſecandi actio, à uerbo Meto, is, θέρισις. *niſi tales Meſſis.*

Meſſor, oris. m. t. Dicitur qui metit, θερισής, ἀμητήρ. Verg. Georgicor. 1. quum flauis meſſorem induceret aruis Agricola. Cic. 3. de Orat. Non mihi oratores antiquos, ſed meſſores uideris imitari. Vergil. 2. Ecloga Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu Allia, Serpyllumq; herbas contundit olentes, Plautus in Capt. rogas? Sartor, ſatorq́ue ſcelerum, & meſſor maxume.

Meſſorius, a, um, Quod ad meſſorem pertinet, θερισικός. Cicero pro Seſtio, Meſſoria ſe corbe contexit. Sic etiam operã meſſoriam dicimus, pro labore ipſius meſſoris.

Metœcus, μέτοικος, Qui de una ciuitate in aliam migrauit habitandi animo. Latinè Aduena dici poteſt. uel Inquilinus. Pomponius de Verbor. ſignificat. l. Pupillus, Paræcum, πάροικον appellat,

Metonymia, μετωνυμία, cum accentu in penultima, Latinè tranſnominatio; Figura eſt, quæ fit quum inuentorem pro re inuenta ponimus. Terent. in Eun. Sine Cerere, & Bacho friget Venus. Aut contrà, ſed tamen paulò durius eſt: ueluti ſi Vinum ponamus pro Baccho. Vel quum continens, pro eo quod continetur, uſurpamus. Verg. Nunc pateras libate Ioui, id eſt, uinum contentum in pateris. Aut contrà contentũ pro continenti. Verg. li. 1. & 7. Aen Cratêras magnos ſtatuũt, & uina coronãt. Non uina, coronãt, ſed Cratêras in quibus uina continentur. Vel quum dominus rei, pro re ipſa ponitur: ut Hunc tibi comedendum propino, id eſt, eius bona deuoranda trado. Vel quum ex effectu efficiens accipimus. Vergil. 1. Aeneidos, mœſtumq; timorem Mittite, id eſt, timorem qui mœſtos facit. Aut contrà. Ver. lib. 8. Aeneid. Hic melior remis Significat enim uelocitatẽ, quæ per remos fit. Vel quum ducem pro his qui ſubſunt: ut, Ab Annibale cæſa ſunt apud Cannos ſexaginta millia. Vel quum autor, pro opere ſumitur: ut Terentius ſemper in manibus habendus: non Terentius quidem, ſed Terentii liber, ſeu opus. Hæc tum ex tabulis Moſellani, tum ex Copia Eraſmi.

Metopion, n. ſingul. μετώπιον, Arbor eſt in Africa Aethiop.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

subiecta nascens, ex qua Ammoniaci lachryma in subiectas arenas destillat. Plin. lib. 12. cap. 28. Ergo Aethiopiæ subiecta Africa Ammoniaci lachrymam stillat in arenis suis. Inde & nomen etiam ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam Metopion uocant. Hactenus Plin. Dioscoridi uerò Metopion, ferula est in Syria nascens, ex qua galbanũ destillat. Est & Metopion olei genus ex amaris amygdalis confectũ. teste Plin. lib. 15. cap. 7.

Metopoſcopus, m. ſ. μετωποσκοπος, Latinè frontis inſpector interpretari poteſt, ἀπὸ τ῀ μετώπου, quòd frontem ſignificat, καὶ σκοπεῖν, quod eſt, contemplari, inſpicere, conſiderare. Sunt enim metopoſcopi, qui ex frõtis & faciei lineamẽtis, quid cuiq; euentũrum ſit diuinant. Suet. in Tito, quo quidẽ tẽpore aiunt metopoſcopũ à Narciſſo Claudii liberto adhibitum, ut Britannicum aſpiceret, cõſtantiſſimè affirmaſſe, illũ quidẽ nullo modo, cæterùm Titum qui tum propè adſtabat, utiq; imperaturum. Plin. lib. 35. ca. 20. Imaginũ ſimilitudines adeo indiſcretè pinxit, ut (incredibile dictu) Appion Grãmaticus ſcriptũ reliquerit, quendã ex facie hominũ additiuantẽ (quos Metopoſcopos uocant) ex iis dixiſſe, aut futurę mortis annos, aut præteritæ.

Metor, aris, Propriè ſignificat metas in agris terminandi gratia diſpono, & menſuro locum futuro ædificio, uel caſtris, uel alteri cuiuis operi, ὁρίζω, μετρέω. Gell. lib. 1. ca. 1. Nam quũ ferè conſtaret curriculum ſtadii, quod eſt Piſcis apud Iouem Olympium, Herculem pedibus ſuis metatum, idq; feciſſe longum pedes ſexcentos. Hinc uſus inualuit, ut metari ſimpliciter pro diſponere, ac parare uſurpetur. Verg. lib. 1. Georg. ſi pinguis agros metabere campi, Denſa ſere. Itẽ pro collocare, τίθεσθαι. Vnde caſtra metari dicimus, pro eo qđ eſt caſtra collocare, στρατοπεδεύειν. Salluſt. in Iugurth. Sylla pariter cum ortu ſolis caſtra metabatur. Ouid. 1. Faſtor. Nos quoq; ſub ducibus cælum metabimus illis, Ponemusq; ſuos ad uaga ſigna dies. Inuenitur etiam Meto, tas. Verg. in Culice, Metabat ſeſe circũ loca. Compoſitũ à Metor eſt Emetor, pen. pro. quod eſt perfectè menſuro, διαμετρέω. Lact. de Opificio Dei, Nam ſi peritus architectus, quum magnum aliquod ædificium facere conſtituit, primò omnium cogitat quæ ſumma perfecti ædificii futura ſit, & ante emetatur, quem locum leue pondus expectat.

Metatio, onis, f. t. Ipſe metandi, hoc eſt, collocandi, diuidendi, uel diſponendi actus, μέτρησις. Columella lib. 9. cap. 1. Hæc in quincuncem uinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur.

Metator, oris, m. t. uerbale, Qui arbores in ſeminario, uel arbuſto diſponit, & ordine quodam digerit, μετρητής. Item qui locum futuro ædificio, aut caſtris collocandis metitur, aut. qui agrum, aliumúe quemuis locum in certas diſtribuit partes. Cic. in Philip. Saxa caſtrorum antea metabor, nunc ut ſperat, urbis. Ibidem, Saxa peritus metator & callidus, urbem iam decempeda ſua diuiſerat. Lucan. lib. 1. Heſperios audax ueniam metator in agros. Pro eodem Cic. in Philip. Decempedatorem dixit L. Anronius (inquit) agri publici & priuati æquiſſimus decempedator. Metatores etiam dici poſſunt, qui iuſſu atq; authoritate principis militibus diuerſoria aſſignant: quiq; in caſtris, figendis tentoriis locum unicuiq; oſtendunt. Vegetius lib. 2. cap. 7. Metatores (inquit) in caſtris dicuntur, qui præcedentes, locum caſtris idoneum eligunt. Hi etiam Meſſores dicuntur: ut ſuprà ſuo loco docuimus.

Metatus, participium, quod aliquando paſſiuè accẽptum uidetur eſſe à uerbo paſſiuo Metor. Horatius lib. 2. Carmin. Nulla decempedis metata priuatis Opacã porticus excipiebat Arcton.

Metrenchytæ, μετρεγχύται, Inſtrumenta ſunt medicorum, perquæ medicamenta in uterũ inſiciuntur. Linacrus uertit Vterinos clyſteres. Vide Gal. 5. Meth.

Metreta, æ, ſ. p. pen. prod Genus uaſis, conſtans ex duobus batis, μετρητὴς Quod (inquit Bud. lib. 1. de Aſſe) Dioſcorides metretam dixit, Plinius Cadum tranſtulit, quod & ipſum Græcum eſt. ſed utroq; noſtri utuntur. Metretam enim Cato & Colum. dixerunt. Eſt autem congiorũ decem, ut author eſt Dioſcor lib. 5 his uerbis, ἴσι χοᾶι μετρηταὶ χόες δέκα, Decem autem congii ſexaginta ſextarios ualent, id eſt, amphoram & quadrantem. Pollux tamen in 10. de Vocabulis ait, Cratinũ comicum metretam amphoram appellaſſe. De hoc nomine plura apud Budæum.

Metricus, a, um, uide Metrum.

Metrocomia, f. p. μητροκομία, Sic eſt inter uicos, ut Metropolis inter urbes, à ſuisq; coloniis agnoſcitur. Eſt enim propriè Metrocomia uicus uel pagus, unde in alios uicos ductæ ſunt coloniæ, quemadmodum Metropolis urbs eſt, ad quam deductæ coloniæ, uelut ad matrem, originem ſuam referunt. Vide Annot. Bud. Vtitur hac uoce Iuſtinianus in ſua codice, titul. Non licere habitatoribus metrocomiæ poſſeſſiones ſuas ad extrancum transferre. & Iuniſc. l. ult. de Exact. trib. Latinè Matrix uilla dici poteſt, quemadmodum Metropolis Matrix ciuitas. Nam μήτηρ matricem ſonat, & κώμη uicũ ſiue uillam.

Metropolis, f. t. pen cor μητρόπολις, Dicitur urbs, teſte Budæo in priorib. Annot. in Pandect. ex qua coloniæ deductæ ſunt, quales multæ ex Athenis miſſę ſunt, & ab urbe Roma. Latinè Matricem ciuitatem dicere poſſumus. Nam μήτηρ matricem ſonat, & πόλις ciuitatem Nam quemadmodum in pecore ex matricibus noui ſemper fœtus: ita ex metropoli nouæ ciuitates propagantur. Poteſt & ἀπὸ τ῀ μητρὸς & compoſitum uideri. Sic enim ſe habet Metropolis ad coloniam, ut mater ad filiam: id quod illo Thucydidis loco manifeſtè declarat, Ἀποικία, ἐνεὶν πάσῃσα, τιμᾷ τὴν μητρόπολιν, ἀδικεῖται δὲ, ἀπορρίαται, id eſt, Colonia beneficio affecta, honore Metropolim ſuam proſequitur: iniuria autem affecta, ab ea alienatur. Metropoles, inquit Suidas, dicuntur quæcunq; ciuitates colonias deduxerunt. Latinè dici poſſunt Matrices urbes.

Metropolitani, μητροπολῖται, Qui ex Metropoli oriundi ſunt, quiúe Metropolim inhabitant.

Metropolites, pen. prod μητροπολίτης, Metropolitanæ ciuitatis incola.

Metrum, tri, n. ſ. μέτρον, Menſura. Et quoniam menſurantur uerſus, à noſtris dicitur Metra. Columell. lib. 3. cap. 10. Nam idipſum cenſuiſſe maiores noſtros non dubium eſt, quamuis nullo alio ſit ſcripto proditum, exceptis quæ retulimus, metris Vergilianis. Definitur Metrum, quòd ſit connexio quædam atq; ordinatio pedum, ad delectationem auriũ inuenta. Hinc fiunt per compoſitionem, Monometrum, quod unica menſura maiori, hoc eſt, duobus pedibus conſtat. Dimetrum, quod duabus menſuris, hoc eſt, pedibus quatuor. Trimetrum, quod ſex pedibus. Tetrametrum, quod octo pedibus, ſiue quatuor menſuris conſtat: quem numerum pedum ratò ſupergredimur. Pentametrum dicitur, quod quinq; habet menſuras minores, quas nos uocamus pedes. Hexametrum, quod ſex minoribus menſuris ſeu pedibus conſtat.

Metricus, a, um, μέτρικος, Quod ad metrum, hoc eſt, ad uerſum, ſiue ad menſuram pertinet, ut Ars metrica, μετρικὴ, & Lex metrica. Plin. lib. 11. cap. 37. Arteriarum pulſus in modulos certos, legesq; metricas per ætates ſtabiles, aut citatus, aut tardus.

Metuo, tuis, tui, n. t. Idẽ quod timeo, δείδια, φοβοῦμαι, Var. à motu animi deductum putat, quum id, quod malè caſurum putat, mens refugit. Quumq; uehementius in mouendo, ut à ſe abeat, foras fertur, Formido appellatur. Si autem ex horrore uenturę rei uehementer tundatur pectus, à pauiendo Pauor dicitur. Pauire enim tundere eſt. Inde pauimentũ, quòd pedibus pauiatur, id eſt, tundatur. Et quia in hac perturbatione frigeſcimus, ab Horrendo horror dicitur, ut à tremẽdo Tremor. Et propriè Metuere, ſeruorũ eſt: Vereri liberorum. Cic. in Caton. Metuebant enim ſerui, uerebantur liberi, charũ omnes habebant. Quærit Ariſtot. in Problem. Cur tremunt, qui metuunt? An propter refrigerationem? Deficit enim calor, atq; contrahitur. Hinc Ver. gelidusq; per ima cucurrit Oſſa tremor. Metuentibus aluus funditur, algor & ſitis prouocatur teſticuli contrahuntur, dentes crepitant, & arietantur. Dicimus Metuo te, & Metuo tibi, quemadmodum Timeo te, & Timeo tibi: quæ ſic differunt, ut Metuo, uel Timeo te, idem ſit quod metuo, ne quid mihi mali ut fetas. Metuo, uel Timeo tibi, ne quid mali tibi accidat. Teren. in Eunuc. Metuebant omnes iam me.

Metuens, nomen ex part. ut Metuens legum, Metuens iudiciorum. Cic. poſt redit. in Sen. Nam conſules modeſti legumq; metuentes, impediebantur lege, non ea quæ de me, ſed ea quæ de ipſis lata erat. Idem pro domo ſua, Homines legum, iudiciorumq; metuentes.

Metuentior, comparatiuus. Ouid. 6. Faſt. Regis opus placidi quo nõ metuentius ullum Numinis ingenium terra Sabina tulit. Idem Epiſt. 18.

Quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quid tamen euenit, cur ſis metuentior undæ?
Contemptumq; prius, nunc uereare frerum?

Metuendus. Cic. de Aruſp. reſp. Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus horribilis, cum quibuſdam multis, metuendiſq; rebus.

Metutus, pen. prod. particip. Lucret. lib. 5. Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum.

Metus, tus, m. q. Timor, & eſt (ſicut Vlpian. ſcribit) de inſtanti uel futuro periculo, mentis trepidatio, φόβος, δέος. Cicero 4. Tuſc. Metus eſt opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe uideatur. Ibidem. Aegritudini finitimus eſt metus: eſt enim metus, ut ægritudo præſentis, ſic ille futuri mali: itaque nonnulli metum Præmoleſtiam appellabant, quod eſſet quaſi dux conſequentis moleſtiæ. In metu aliquem ponere pro metuere, dixit Cicero ad Attic. Quid autem, inquit, abſurdius hunc metuere, alterum in metu non ponere? Et tam actiuè, quàm paſſiuè ſumitur. Nam metus hoſtium, rectè dicitur, & quum timent hoſtes, & quum timentur. Capitur interdum pro religione quoniam (ut docet Seruius) nata eſt ex timore. Vergilius libro 7. multosq; metu ſeruata per annos.

Meticulus, diminutiuum. Hinc.

Meticuloſus, Significat timidum, δοφοδέης. Plaut. in Moſtel. Neſcis quàm meticuloſa res ſit, ire ad iudicem? Idem in Am. Nullus eſt hoc meticuloſus æquè.

Metys, Purgamentum ceræ, ex quo partem aluei priorem apes illinunt. Hæc Sipontinus. Plin. tamen 11. cap. 7. (unde Sipontinus hæc uidetur eſſe mutuatus) primum ceræ fundamentum Commoſin appellat. Quare libet ſuſpicari, Perottum deprauato Plinii uſum eſſe exemplari.

Meu, per duas ſyllabas, μῶυ. Dioſc. Herba eſt caule, foliiſq; aniſo non abſimilis: de qua Plin. lib. 20. cap. 23.

Meus, a, um, pronomen poſſeſſ. ut Meus ager, ἐμός. Quum uerò dico, Meus ſum, perinde eſt acſi dicerem, Meæ poteſtatis ſum, αὐτεξούσιος. Perſius Satyr 5. Poſtquàm meus à Prætore receſſi. Aliquando etiam Meus, Tuus, Suus, ſubſtantiuè accipiuntur: facileq; in eis ſubauditur ſubſtantiuum aliquod, Amicus, Familiaris, uel Domeſticus. Verg. 4. dulcesq; meorũ Reliquias. Et lib. 5. Cape dona extrema tuorum. Terent. in Phorm. Ego meorum ſolus ſum meus. Meus carnifex, (apud eundem in Andria) qui me excarnificat. Meum eſt, hoc eſt, Mei officii eſt, πρὸς ἐμὲ ἐστί. Sic Tuum, ſuum, noſtrum, & ueſtrum eſt, id eſt, tuum, ſuum, noſtrum, & ueſtrum, officiũ eſt. Meũ non eſt, id eſt, non eſt mea natura. Teren. in Heaut. Non eſt mentiri meum. Mea, Mea tu, & huiuſmodi, mulierbria ſunt blãdimenta, ſine quibus, inquit Donatus, non progreditur colloquium fœminarum, & maximè trepidantium Terent. in Adelph. Modò dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem in Eunuch. Heu, obſecro mea Pythias, quid iſtuc nam monſtri fuit? Meum eſt, pro Meum eſt inuentum. excogitaui illud. Ibidem, Tuum obſecro ne hoc dictum erat? uerus credidi. TRAS. Audieras? GNA. ſæpe: & fertur in primis. T H. Meum eſt, id eſt, ego ipſe huius dicti autor ſum. Mea quidem ſententia, pro, ut ego ſentio, ut opinor. Idem in Adelph. Et errat longè, mea quidem ſententia. Mea eſt deſcriptio, apud Cicer. de Senect. pro, Egomet deſcripſi. Meo pretio, in prologo Hecyræ, interpretatur Donat. pro pretio à me facto, & à me ſtatuto. Mea unius ſalus, Cicero in Vatin.

MI. in notis antiquorum, mihi. M. I maximo Ioui. MES. menſes uel menſibus. MIL. miles uel militauit, uel millia. MIN. minor. M. INTER. morte interuentus. ML. miles uel maleficus. M. L. militis locus uel Martii liberti, uel Marci liberti, uel libertus. M. L. C. REG. INST. Marcus Lepidus ciuitatem Regientium uel regii inſtaurauit. ML. PR. multum primum ML. Q. V. melius quicunq; uelit. MLT. milites. MM. militũ. MM. A. monumentum accepit. M. MAN. Marcus Manlius. M. MAR. Marcus Marcellus. MML. monumenti locus, uel memoria Latonæ. MM. LE. memoria legatorum. M M. F. Murius Maritii filius. MMN matrimoniũ MM. P. monumentum patet uel poſuit. M M. P. malo mancipio poteſtare. MM. RG. memoria Regis. MMT. monumentum.

Mi, μοι, Dandi caſus, à genitiuo Mis. Verg. 6. Aeneid. Et mi genus ab Ioue ſummo. Mi uocatiuus, à Meus. Terentius in Adelph. O mi Aeſchine, ô mi germane. Idem in Phorm. Mi patruc, ſalue. Quo in loco, Mi, uim blandimenti habet. Idem in Eunuch. Ne crucia te obſecro anime mi Phædria. Fœminarum, inquit Donatus, oratio, & ſi non blanditur, blanda eſt tamen. Mi, inuidioſè rogitantis. Idem in Hecyra. Illius dices culpa factum. SOSTR. haud equidem dico mi Laches. Donat.

Mĩcã, cæ, f p. Puluiſculus ille, qui in arena quaſi argentum fulget, ψῆξ, ψάμμος. A quo & panis, & omnium rerum fruſtula quæ tractantibus nobis aliquam rem, inde emicant, Micas appellamus. Vnde eſt illud, Nam & catelli comedunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Catullus, Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis. Ouidius primo Faſtorum, Antè, deos homini quod conciliare ualeret, Far erat, & puri lucida mica ſalis. Horat. 3. Carm. Ode 22. Mollibit auerſos penates Farre pio & ſaliente mica, Vbi Porphyrion, Salientem micam, ſalis granum intellige, quòd ſaliat quum in ignem miſſum ſit.

Mico, cas, n. p. Propriè eſt ſubinde, & per interualla, ut micæ faciunt, fulgeo, & reſplendeo, ἄπτω, διαλάμπω. Vergilius primo Aeneidos crebris micat ignibus æther. Idem libro 10. Aeneid. Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum. Et quoniam talis quædam uariatio, dum digitis ſortimur, apparet, per translationem Micare capitur pro digitis ſortiri, ἐπαλλάξαι τοὺς δακτύλους. Varro, Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur. Eſt autem Micare digitis, luſus genus quoddam, quod adhuc apud Iralos durat, ut repentè porrectis digitis, certantium uterque numerum diuinet. Huius meminit Cicero libro 2. de Diuin. Quid enim ſors eſt? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras. Ab hoc ludi genere tractum eſt, ut qui certiſſima eſſe fide, quiq; uir bonus exiſtimaretur, eum antiqui dignum dicerent, qui quum in tenebris micaretur. Cicero libro tertio. Offic. Hæc non ne turpe eſt dubitare philoſophos, quæ ne ruſtici quidem dubitent? A quibus natum eſt id, quod iam tritum eſt uetuſtate, prouerbium. Quum enim fidem alicuius, bonitatemq; laudãt, dignum eſſe dicunt, qui cum in tenebris mices. Porrò qui quum in tenebris micet, ei liberum eſt, ſi uelit, fallere. Proinde dignus qui quum in tenebris mices dicitur, qui ſit uſqueadeò certa fide, ut nec ſi turpè poſſit, uelit quempiam mendacio fallere. Ex Eraſmo. Et quia ſplendor tremulus eſt, & intremiſſis uicibus monetur, factum eſt ut Micare accipiatur pro eo quod eſt interpoſitis interuallis moueri, ἀμείβεσθαι. Vergil. 3. Georg. & linguis micat ore trifulcis. Cicero 2. de Natura deorum, Iam uerò uenæ, & arteriæ micare non deſinunt quaſi quodam igneo motu. Huius compoſita ſunt, Dimico, hoc eſt, pugno: & Emico, ἐκθέω, extra ſplendeo. Intermico, inter uel in medium mico. Auguſt. lib. 9. Ciu. Id quoque uel in altiſſimis tenebris rapidiſſimo coruſcamine ſumen cãdidum intermicare. Promico, ἀποσκίβω. Extendo, uel longè iacio, ſplendeoq;. Næuius, Si quid loqui uis, non perdoccere, multa longè promicanda oratio eſt. Habent autem hæc omnia penultimam correptam.

Microcoſmus, maſc. ſ. μικρόκοσμος. Latinè paruus mundus reddi poteſt: quam appellationem Philoſophorum non nulli homini in primis conuenire uoluerunt, quod corpus quidem habet ex quatuor elementis, animam autem ex cælo decerptam.

Micrologia, μικρολογία, à Græcis appellatur, anxia cura circa minutula, & ſedulitas quouis modo rem augẽdi. Is quoq; qui rem nullem magni facit, & tenuiſſimũ lucellum undecũque aucupatur, Micrologus, μικρολόγος appellatur.

Micropſychos, penult. corr. μικρόψυχος. Puſillanimus dicitur, & timidus. Nam ψυχὴ anima, & μικρὸς, paruus. Plinius libro 22. capite 24. Inuenio apud autores hunc potum bibẽdum aliſoſis: irem animi humilis, ac præparci, quos illi dixere micropſychos.

Micropſychia, μικροψυχία, Puſillanimitas.

Microſpheron, μικρόσφαιρον, Nardi folium eſt, ex tribus ſpeciebus ut minimũ, ita & longè præſtantiſſimũ. Vide Plin. lib. 12. cap. 12.

Mictionem citat Nicandri interpres in Theriacis, herbarium medicum.

Micturio, cturis, n. q. penult. corr. Verbum deſyderatiuum à Meio. Idem quod cupio meiere, uel teneor deſyderio meiendi, οὐροάω. Iuuenalis Satyra 6. Noctibus ponunt lecticas, micturiunt hîc.

Midas, μίδας, Vermiculus eſt in fabis naſcens, inquit Theophraſt. lib. 4. de Plant. cauſis, & Herm. in Plin. lib. 21. cap. 19. Eſt item Midas feliciſſimus iactus in ludo teſſerarum, à Mida beatiſſimo rege nomen habens.

Midion, genus nauigii apud Feſt. Pomp.

Migro, gras. n. p Eſt, inquit Valla libro 5. capite 95. domicilium muto, & aliò me ad habitandum confero, relicta priore habitatione, μετοικίζω, μετοικέω. Liuius libro primo ab Vrbe, Et Romam inde frequenter migratum eſt à parẽtibus maximè, & propinquis raptarum. Migrare ex uita, idem eſt quod mori, μεταπέμπεσθαι τὸν βίον. Cicero libro ſexto de Republica, Antequàm ex hac uita migro, conſpicio in meo regno & his tectis P. Cornelium Scipionem. Idem de Finibus 1. Non dubitat, ſi ita melius, migrare de uita, id eſt, mori. Legitur interdum Migrare actiuè pro transferre, μετάβαινειν. Gellius lib. 2. cap. 29. Ita Caſſitanidum migrauit. apud antiquos in uſu fuit Migraſſit, pro Migrauerit: ut apud Ciceron. 3. de Leg. ex XII. tabul. Quiſquis earum rerum migraſſit, noxiæ pœna par eſto. Huius compoſita ſunt Commigro, quod eſt in locum aliquem migro. Terentius in Andr. Ex Andro commigrauit huic uicinæ. Demigro, de loco diſcedo, & aliò ad habitandum eo. Cicero pro Domo ſua, Demigrandum potius aliquò eſt, quàm habitandum in ea urbe. Liuius lib. 1. ab Vrb. con. Quum hoſtes adeſſent, pro ſe quiſque in urbem ex agris demigrant, urbem ipſam ſeptiunt præſidiis. Emigro, exeo. Cæſar, Vt domo emigrent, aliud auxilium, alias ſedes remotas à Germanis petant. Immigro, in locum aliquem habitationem transfero. Remigro, in priſtinum domicilium reuertor. Idem Ibidem, In noſtram domũ remigremus. Semigro, ad ſeorſum habitandum eo. Cicero pro Cælio, reprehendiſtis, à parte quod ſemigrarit: quod quidem iam in hac ætate minimè reprehendendum eſt. Tranſmigro, ultrà ad habitandũ eo, hoc eſt, in longinquiorẽ locum domicilium transfero. Et habent hæc omnia penultimam correptam.

Migratio, onis. fœminini, tertiæ, uerbale à Migro, uerbi ſignificationem retinet, μετοίκησις. Cic. Fam. 9. Migrationẽ, & emptionem feliciter euenire uolo, tuumq; in ea re conſilium probo. Idem Tuſculanarum 1. Sin uera ſunt quę dicuntur, mortem eſſe migrationem in eas oras, quas, qui uita exceſſerunt, incolunt, id multò iam beatius eſt.

Mihi, pronomen datiui caſus ab Ego, uarium uſum habet, ἐμοί. μοί. Nonnunquam ſignificat Ad meam utilitatem, aut Ad meum damnum. Terent. in Adelph. Si quid peccat De mea, mihi peccat. Aliquando, Quantum ad meum iudicium, ut interpretatur Donatus illud in Adelphis, Nam is mihi eſt profectò ſeruus ſpectatus ſatis, Cui dominus curæ eſt. Aliquando, A me, Idem in Heaut. Syrus eſt prehendendus, atque adhortandus mihi. Aliquando in me, Circa me. Idem in Hecyra, Vt uos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. Aliquando mihi & Tibi, in oratione ponuntur feſtiuitatis tantùm gratia. Cicero in Piſonem, Is mihi etiam gloriabitur ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſequutum? Mihi crede, ſeu Credas mihi uelim, affirmantis ſunt particulæ, quæ idem ſignificant, quod certè. Cicero, Tuis (mihi crede) literis perlectis, exilui gaudio. mihimetipſi, datiuus eſt ab Egometipſe: quo uſus eſt Cicero pro Quintio, Breuitas poſtulatur, quæ mihimetipſi amiciſſima eſt.

Mihipte, Pro mihiipſi Cato, ἐμαυτῷ. Feſtus.

Milax, μίλαξ. A Galeno appellatur frutex hederæ ſimilis, quẽ Smilacem uocat Dioſc. Vterq; duas eius facit ſpecies, aſperam & lænem. Vide infrà in dictione Smilax.

Miles, huius militis, generis communis, στρατιώτης. Dicitur quicunq; militiam exerceat, autore Valla, libro ſexto, capite triceſimo ſecundo, ſed proprię, qui pedes militat: à militia, id eſt, à duritia, quam pro Republica ſuſtinet, dictus: aut à multitudine, aut à malo, quod arceat: aut à mollitie per contrarium (ut Feſtus putat) eo quod nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat. Vel à mille, quaſi milleſimus quiſq;, quod trium millium prius legio fiebat, & ſingulæ tribus, Tatientium, Ramnenſium, Lucerum, mille milites mittebant. Cic. pro lege Manilia, qui extrema pueritia miles fuit ſummi imperatoris. Idem pro Cornelio Balbo, C. Martius P. Africani diſcipulus ac miles. Leuis armaturæ milites. Cæſar. 8. belli Gallici, Quibus celeriter ſubueniunt leuis armaturæ milites. Hoc eſt pedites, & expediti milites. Aerarii milites, ut ait Varro 4. de Lingua Latina, dicuntur eb ære, quod ſtipendia facerent. Aurati, & Argentari milites. Liuius nono ab Vrbe, Tunicę auratis militibus uerſicolores, argentatis linteę candidæ. Cauſarij milites, hoc eſt, morbo aut debilitate affecti, ob idq; ceſſare coacti. Liuius ſexto, ab Vrbe, Tertius exercitus ex cauſarijs ſenioribus à L. Quintio ſcribatur, qui Vrbi, mœnibusq; præſidio ſit. Legionarii & Auxiliarii milites. Aſinius Pollio Ciceroni libro decimo Epiſtolarũ, Militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidẽ ullum quoquam miſit. Tria autem ſunt (ut inquit Seruius) militum genera, Euocati, qui non milites, ſed pro milite erant. Vnde Conſul ſolebat dicere, Qui uult Rempublicam ſaluam, me ſequatur. Nam diuerſi ad diuerſa loca propter cogendos exercitus mittebantur. Vergilius nono Aen. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem. Salluſtius, Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarii, qui neceſſitate aliqua electi ad unum duntaxat bellum, militant, quando uicinum periculum urbis ſingulos iurare non patitur. Vergilius libro ſeptimo, ſimul omne tumultu Coniurat trepido Latium. Sacramento religati, qui poſt electionem in Rempublicam coniurabant, ſe non receſſuros à præcepto Conſulis, niſi poſt completa ſtipendia: quod militare ſacramentum dicebatur. Hi plenam militiam habebant, erantq; quinque & uiginti annis obligati: ut apud eundem in illud Vergilii 2. Aeneidos: Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura. De his tribus militiæ generibus uide Budæum in Pandectas. (hí plane ignota.

Miléſia, herba citatur ab Aëtio ſermone 13. capit. 123. Sed mi

Miliaria, fœm. prim. Auis ita dicta, quòd milio ueſcatur, & pingueſcat, κεγχρίς. Huius meminit Varro libro 3. de Re ruſtic. cap. 5. Miliaria etiam herba eſt, quæ milium necat. Plinius lib. 22. cap. 25.

Militia, æ. ſ. p. Bellum & rem militarem ſignificat, στρατία Cicero 3. Officiorum, de Vlyſſe, Sed inſimulant eum tragœdiæ, ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere uoluiſſe. Horatius libro primo Sermon. Satyra prima, O fortunati mercatores, grauis annis Miles ait, multo iam fractus membra labore. Contrà mercator, nauim iactantibus Auſtris, Militia eſt potior. quid enim? concurritur: horæ Momento aut cita mors uenit, aut uictoria læta. Quandoq; per metaphoram pro quouis exercitio & uſu ſumitur. Cicero ad Attic. libr. 5. Grata hæc & magna, mihiq; nondum laborioſa ex illa uetere militia. Militiæ nomen dare, eſt inquit Budæus in Annotat. in Pandectas, ad delectum ultrò ſeſe exhibere, nomen que ſuum in militum album deſcribendum edere. Cicero in Philipp. Re & ueritate nobis milites ſine ulla recuſatione ſummo etiam cum ſtudio nomina dant, id eſt, ἑαυτοὺς ἐκδιδόασιν, ἀπογράφονται. Militiam urbanam ſequi dixit Cicero pro Muræna, pro eo quod eſt in iudiciis uerſari, & cum aduerſariis in foro contendere. Imaginariam militiam uocat Suetonius in Claud. pugnam ſimulatam ad ſpectatorum delectationem exhibitam. A militia fit compoſitum Commilitium, hoc eſt, ipſa belli ſocietas: & Commilito, onis, qui nobiſcum militat, στρατιώτης. Cicero pro Deiotaro, Hic uerò adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. Militiæ, genitiuus aduerbii uice poſitus, ſicut domi. Terent. Adelph. unà à pueris paruuli Sumus educati: unà ſemper militiæ & domi Fuimus. Salluſtius, Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Romanus domi militiæq; mari atque terra, præclara facinora fecit.

Milito, tas. n. p. Militiam exerceo, & ſtipendia in bello mereo, neutrum eſt, στρατεύω, ομαι. ut, Hic ſub Cæſare militauit. Plinius in præfat. libro 23. Militare didiciſſet ſub Annibale. Cicer. Officiorum 1. Qui in eadem regione militabat. Aliquando habet poſt ſe ablatiuum pretii. Curtius, Græcis mercede apud Perſas militantibus.

Militatur, imperſonaliter, Plaut. in Perſ. Illa militia militatur magis. Legitur & Militor paſſiuum. Horat. Epod. 1. Libenter hoc, & omne militabitur Bellum in tuæ ſpem gratiæ.

Militaris, & hoc tare. om. t. Quod ad milites aut militiam pertinet, στρατιωτικός, ut Militaris homo, Plaut. Epid. ſcio Te eſſe quidem hominem militarem. Salluſt. Præmittit illis homines militares. Militaris uia. Quæ uulgò communis dicitur, alio nomine Regia, ſeu Conſularis, ſiue etiam Publica uia, ἀτραπός. Dicta eſt autem militaris, quòd à militibus ſterneretur, uel quòd milites in bellum proficiſcentes, per eam iter facerent. Eiuſmodi fuerunt Romæ Salaria, Flaminia, Appia, Aemilia. Aetas militaris, hoc eſt, robuſta, & ad militiam apta. Tacit. lib. ſecũdo, Referebat habitaſſe quondam ſeptingenta milia ætate militari. Signa militaria. Cic. in Catil. Quum arma, quum ſecures, quum faſces, quum tubas: quum ſigna militaria, quum aquilam illam, &c. Timor militaris. Plaut. Pſeud. ſic ego illum dolis Atque mendaciis dabo in timorem militarem aduenam.

Militaris

Mil'taris herba, quam & Dioſc στρατιωτικὴν appellat, Herba eſt quæ aliis nominibus Achillea, Millefolium. & Supercilium Veneris appellatur. Militaris dicta, quòd ab ea milites uulnerati petere ſoleant præſidium.

Militarius, adiectiuum. Antiqui uſurpauerunt pro militaris, στρατιωτικός. Plautus in Pſeudolo, Quin hinc metimur gradibus militaribus?

Militariter, aduerb. ſignificat more militum, ſeu more militiæ, στρατιωτικῶς Liu. 5. ab Vrbe, Aduerſus hæc Tempanii oratio incompoſita fuiſſe dicitur, cæterum militariter grauis non ſuis uana laudibus, non crimine alieno læta.

Milito, tonis, m. t. idē quod miles, unde commilito, συστρατιώτης, qui ſimul militat, hoc eſt, qui ſocius eſt in bello. Hinc cō militium ipſa belli ſocietas.

Milium, lii, n. ſ. Genus frugis, à mille dictum eſt (ut putat Feſtus) propter multitudinem granorum, κέγχρος Mart. lib. 12. Frumentum, milium, puſanam q; , fabam q; ſolebas Vendere. Plinius lib. 28. cap. 10. Milio Campania gaudet præcipuè, pultem q; candidam ex eo facit: fit & panis prædulcis. Ibidem cap. 7. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectū eſt, nigrum colore, amplum grano, arundineū culmo: adoleſcit ad pedes altitudine ſeptē pregrandibus culmis: Lobas uocant, omnium frugum fertiliſſimum.

Milium inflammatio, ac paruę puſtulæ per ſummā cutem erūpentes, in modum milii de cuius cauſa lege Galen. ad Glauconem lib. 2. Milium ſolis Dioſc. Lithoſpermon. Milium Græcè κέγχρος, notum egit de eo Dioſc. lib 2.

Mille, ſubſtant. & neut. gen. χίλιοι. Declinatur q; in utro q; numero, quamuis in ſingulari numero genitiuus & datiuus nō inueniantur. Ablatiuus, quāuis hodie in uſu non ſit, inueniri tamen apud antiquiſſimos. Lucilius libro 9. ut citat Gellius lib. 1. cap. 16. Tum milli numm ū potes uno quærere centum. Vbi, Vno milli numorum dixit, pro mille numis: ac ſi diceret, Poteſt mille numis acquirere centum milia. Conſtruitur aūt Mille ſubſtantiuū cum genitiuo, tam in numero ſingulari, quàm in Plurali. Cic. in Anton. Quis unquam in illo Luno inuentus eſt, qui L. Antonio mille numm ōm ferret expenſum? Quadrigarius lib. 3. Annalium, Ibi occidit or mille hominum. Varro lib. 7. Rer. hum Plus mille, & centum annorū eſt. Plaut. in Milite, Qui mille annorum perpetuò uiuunt, hoc eſt, quod Græci χιλιάδα uocant. Aliquando mille adiectiuum eſt, pluralis numeri tantùm, & indeclinabile, quemadmodum & Centum: ut quum dicimus, Mille propugnacula. Nec licet dicere, Millia homines, quia ſubſtantiua non cohærent ſine copula. Dicimus tamen, Decem millia, & ducenti homines, quod ita intelligitur, decem milia hominum, & ducenti homines. Georgic. Valla putat Mille adiectiuū etiam ſcriptura differre à ſubſtantiuo, quòd illud gemina conſonante ſcribi debeat, hoc unico l, contentum ſit, quemadmodum Ille, & Cubile & reliqua eiuſdē terminationis.

Milleſimus, a, um, adiectiuum, Ordinis numerus eſt, à mille formatus χιλιοστός. Cic. ad Attic. lib. 19. Feciſti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me miſiſti: ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) milleſimā partem uix intelligo. Idem de Fato, Quanquàm id milleſimo ante anno Apollinis oraculo edictum eſſet.

Millefol-um, lii, neut. ſ. Herbæ genus eſt, quod Græci μυριόφυλλον appellant: de quo uide Plin. lib 24. cap 16.

Millefolia, æ, f. p. Panacis genus eſt, ab Achille inuentum: unde Achilleos appellatur. ἀχίλλειος. Pli. lib. 25. cap 5. Aliqui & hanc Panacem Heracleon, alii Sideritin, & apud nos Millefolia uocant, cubitali ſcapo, ramoſam, minutioribus quàm fœniculi foliis ueſtita ab imo.

Mill-peda, æ, animal eſt (teſte Plinio lib 29. cap. 6.) è uermibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactuq; contrahens ſe, χὴ ὄνος Oniſcon Græci appellant alii Tiliō, qui multo pedum agmine ſcatet, ab aliis Centipeda, aut Multipeda dicta. Hieronymus contra Iouin. Coge Syrum, Afrū, & Arabem ut uermes Ponticos glutiat: ita eos aſpicit ut muſcas, millepedas, & lacertos.

Milliarius, a, um, Mille librarum, χιλίων λιτρῶν. Vnde Apri milliarij apud Columellam. dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum. Seneca libro 21. Epiſt. Non magnam rem facis, quod uiuere ſine recto apparatu potes, quòd non deſyderas milliarios apros, nec linguas phœnicopterorum, & alia portenta luxuriæ iam nota animalia faſtidientis. Plinius libro 17. capite 12. Milliarias uocari miltas oleas narrant à pondere olei, quod ferant annūo prouentu. Et. Milliarius grex, apud Varronem de Re ruſtica. li. 2. cap. 108. Item milliaria porticus apud Sueton. in Ner. capite 31. Veſtibulum eius fuit, in quo coloſſus CCXX, pedum ſtaret, Ipſius effigiei tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet.

Milliarium, rii, n. ſ. Mille paſſuum ſpacium, μίλιον Cicero ad Attic. lib. 8. Poſtea audiui à tertio milliario tum cum eſſe: ποτὰ μαθεῖν χὴ ῥαθυμ ρλιτα. Hoc etiam millium dicitur. Vide Budæum in prioribus Annot. in Pand. Huius octaua pars ſtadium uocatur, paſſus continens 125. Paſſus autem ex quinque contat pedibus: & ſinguli pedes è quatuor palmis: ſinguli autem palmi quatuor digitis. Milliarium etiam dicitur uas ad coquendum accōmodatum, δίναξ. Cato de Re ruſtica. Inter orbem & milliarium unum digitū intereſſe oportet. Palladius libro 1. Vas æneum milliario ſimile, id eſt, altum & anguſtum, ueſpere inter alucaria collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accenſum. Milliarium aureum fuit columna aurata in capite fori Romani, in qua inciſæ omnes uiæ Italiæ terminabantur. Et hoc milliarium, Plinii, Tranquilli, Plutarchi, atq; Taciti monumentis celebratur.

Milliare, idem quod Milliarium, hoc eſt, mille paſſuum ſpacium. Cic. ad Attic. lib. 6. Accepi tuas literas ad quintum miliare Laodiceæ, quas legi libentiſſimè.

Millies, aduerb. eſt numerandi, idem ſignificans quod mille uicibus, χιλιάκις, ut Milies te uidi. Sic Decies, Centies, & huiuſmodi. Cic. in Verr. act. 5. Millies audiuit. Terent. Phorm. At enim tædet iam audire eadem millies. Cic. 1. Offic. Millies oppetere mortem, quàm illa pati, maluiſſet.

Millus, ſiue Milum, li, nam utro q; modo dicitur, Collare canum uenaticorum, factū eſt ex corio multis clauis ferreis eminentibus, aduerſus impetum luporum. Scipio Aemylianus ad populum, Nobis (inquit) reip; publicæ præſidio eritis, quaſi milius cani. Dictus Millus, à multitudine clauorum hoc eſt, à mille clauis: uel. quaſi melinus, quod ex pelle animalis melis ferè hæc collaria fiant. Varr de Re ruſt. lib. 2. ca. 9. Ne uulnerentur canes a beſtiis, imponuntur his collaria, quæ uocantur millum: id eſt, cingulum circum collum ex corio firmo cum clauis capitatis, cui intra capita inſuitur pelus mollis, ne noceat collo duritia ferri.

Milos, Smilax ſiue Taxus apud Dioſc. lib. 4. cap. 83.

Miluus, & Miluius, m. ſ. utro q; modo dicitur auis rapaciſſima: à molli uolatu (ut quibuſdam placet) uel fictitio nomine à uoce quam edit, ἰκτῖνος. Ouid. lib 3 Faſt. Iuppiter altibus rapere imperat: attulit illi Miluius, & meritis uenit in aſtra ſuis. Teren. Phorm. Non rete accipitri renditur, neque miluio. Plin. lib. 10. cap. 10. Milui ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notandum in his rapaciſſimam, & famelicam ſemper alitem, nihil eſculenti rapere unquàm ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. Ab huius auis ſimilitudine piſcis quidam Miluius, ſiue Miluus dicitur, quod ſe ſaltu ſupra mare attollens, miluii in modum uolare uideatur. Plinius libro 9. cap. 26. Volat hirundo ſanè quàm ſimilis uolucri hirundini, & miluus. Ponitur & proſydere cæleſti, in quod miluus, qui Ioui elapſum annulum retulit, fertur mutatus. Ouidius libro 3 Faſt. ſtella Lycaoniam uergit declinis ad arctos. Miluius, hæc illa nocte uidenda uenit. Item Miluus per translationem de homine rapaci dicitur. Plaut. in Pœn Tene ſis me arctè mea uoluptas: ma lè ego metuo miluos. Mala iſta beſtia eſt, ne fortè me auferat pullum tuum.

Miluinus, adiect. à nomine Miluus, quod ad miluū pertinet, ἰκτινικός Miluinæ tibiæ dicuntur, quæ in accentus exeūt acutiſſimos. Item Miluinæ ungulæ, pro manibus rapacib. Plau. in Pſeud. An tu inuenire poſtulas quenquam coquum Niſi ſit miluinis, aut aquilinis ungulis? Et Miluinus pes, hęc bæ nomen eſt apud Colum. lib. 12. cap. 7. quam nonnulli eandem eſſe putant cum Coronopo.

Mimeſis, ſ. t μίμησις, Latinè imitatio morum alienorum. Alio nomine à Græcis dicitur ἠθοποιία. Quintil lib 9 cap 2. imitatio morum alienorum, quæ ἠθοποιία, uel (ut alii malunt) μίμησις dicitur, iam leuiores affectus numerari poteſt. Eſt enim poſita ferè in eludendo, ſed uerſatur in factis & in dictis: in factis, quod eſt ἀστυνόμον uicinum: in dictis, quale eſt apud Terentium in Eunucho, At ego neſciebam quoiſum tu ires, Paruula hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſuā: Soror dicta eſt: cupio abducere; ut reddam

ſuis

ſuis. Donatus ſuper illo Terentij Ieoo in Phorm. Ad precatorem abeam, credo, qui mihi ſic oret.: Nunc omitte quæſo hunc, cæterum poſthac ſi quicquam, nihil precor, &c. Mimeſis, inquit, dicitur ubi non uerba modò, uerumetiam geſtum, uocemq; fingimus alienam. Idem alibi, Mimeſis eſt quando aliqua uerba. c pronuntiamus, ut uana uideantur. Mimeſis igitur figura eſt cognata Ironiæ, quando alterius uerba, ſeu geſtum imitamur: quod ferè deridentes, improbantesq; facimus.

Mimus, mimi, μῖμος. m. ſ. Effictor Latinè, qui uel intra, uel extra ſcenam geſticulationes exercet, imitaturq; dicta, factaq; moresue hominum & naturas. A μιμέομαι (ut Diomedes inquit) quod ſignificat imitor. Hiſtrio uerò perſonatus in ſcena Comœdias & Tragœdias, uoce & corporis geſtu agit. Inde Pantomimi, id eſt, omniũ perſonarũ imitatores, effictoresq;. Archimimi, pro hiſtrionum principibus. Hæc fuſius à Budæo declarantur in prœmio Annot. in Pandect. Mimi etiã dicuntur poëmata, ſine reuerentia laſciuiã imitantia: quod genus Latini uocant Planipedias. Ouidius 2. Triſt. Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos. Sueton. in Cæſar. Decius Laberius eques Romanus mimũ ſuum egit. Cicero pro Cælio. Mimi ergo eſt iam exitus, non fabulæ. Mimus quoque pro ridiculo facto, & quaſi fabula riſu digna translatè ponitur, Sueton. in uita Othonis capite 3. Quare diducto matrimonio, ſepoſitus eſt per cauſam legationis in Luſitaniam: & ſatis uiſum, ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret: qui tamen ſic quoq; hoc diſticho enotuit, Cur Otho mentito ſit quæritis exul honore? Vxoris mœchus cœperat eſſe ſuæ. Dicimus etiam, Mimo ſubſeruire, pro eo quod eſt, Facere contrariam uocem in ſymphonia, hoc eſt, figmentum uel fabulantem adiuuare.

Mima, æ, f. p. Cic. in Philipp. 2. Vehebatur in eſſedo Tribunus plebis, lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur: quam ex oppidis municipales homines honeſti obuiam hecciſariò prodeuntes, non uero illo, & mimico nomine, ſed Volumniam ſalutabant.

Mimula, diminutiuum à Mima, quod geſticulatricem ſignificat. Ibidem paulo pòſt, Veniſti Brunduſiũ in ſinũ qui idem & cõplexum tuæ mimulæ.

Mimographus, m. ſ. pen cor. Laſciui poëmatis ſcriptor, ut fuit Philiſtio, ut Publius, ut Laberius.

Mimicus, a, ũ, adiect. à Mimus, ſic ut à Satyrus Satyricus, Quod ad mimũ pertinet. Cic. de Orat. 7. Vitandum eſt oratori urrũ quæ ne aut ſcurrilis locus ſit, aut mimicus.

Mina, æ, f. p. Græcè μνᾶ, Atticum eſt uocabulum, quo tam in appellatione rei numariæ, quàm ponderalis Athenienſes utebantur. Conſtabat autem ex drachmis Atticis centum: eratq; maior Romana libra drachmis quatuor. Nam hæc nonaginta ſex tantùm pendebat drachmas. Fannius apud Priſcianum.

Accipe preterea paruo quam nomine Graij
Mnam uocitant, noſtriq; Minam dixere priores.
Centum hæ ſunt drachmæ: quod ſi modò dempſeris illis
Quatuor, efficies hanc noſtram deniq; libram.

Sed hoc de mina noua intelligi debet, quæ & Solonis mina à quibuſdam appellatur. Conſtat enim Minam Atticam antiquitus fuiſſe drachmarum tãtùm ſeptuaginta quinque: quæ actis poſtea à Solone ponderibus, Mina uetus appellata eſt: de qua intelligi debet quod ſubdit Fannius apud Priſcianũ, Attica quę fiet, quartam ſi dempſeris hinc, mna. Quo tamen in loco Fannius ſentire uidetur, Minam Atticam eam eſſe, quæ conſtat ſeptuagintaquinque drachmis, quam nos Minam ueterem uocauimus: alteram uerò, quæ centum conſtat drachmis, Minam Græcam uocari. Sed hoc non eſſe uerum, facilè Plinii autoritate conuinci poteſt: qui libro 1. cap. ultimo ubi ex profeſſo Atticorum ponderum interpretationem tractat, ſubdit in fine capitis: Mna, quam noſtri Minam uocãt, pendet drachmas Atticas centũ. Vide plura eius rei teſtimonia tam Græca, quã Latina apud Georg. Agricolã. Quoties autem apud ſcriptores minæ mentio occurrit, de mina noua intelligendum eſt, quæ epitriti portionem habet, ad minorem ſeu ueterem minam: quemadmodum & talentum maius ad talentum minus. Continet itaq; Mina, ſi de põdere intelligas, uncias duodecim, & ſemiſſem. Quòd ſi de re numaria ſit ſermo, Mina ad monetæ Gallicæ æſtimationẽ reducta, ualebit circiter libras Turonenſes ſeptendecim, & ſemiſſem. Tantùm enim conficiunt centum drachmæ, ſinguli tribus ſolidis Turonenſibus & ſemiſſe æſtimatæ. Budæus æſtimat Minã aureis coronatis decem: quod in idem recidit modò ſanè intelligas ſingulos coronatos ab eo triginta-quinque duntaxat ſolidis Turonenſibus æſtimari. Mina etiam menſuræ genus eſt, qua agri metiũtur, qui & Modius dicitur, & Actus quadratus. Habet in latitudine pedes centũ uiginti, & in longitudine totidem. Vide Varron. de Re ruſt. libro 1. cap. 10. In pecore item ouillo, Minę dicuntur, quæ uentre ſunt glabro. Idem lib. 2. cap. 2. Emptor ſtipulatur priſca formula, illaſce oues, ſanas rectè eſſe, uti pecus ouillum, quod rectè ſanum eſt extra luſcam, ſurdam, minam, id eſt, uentre glabro.

Minaciæ, arum, à Plauto dicuntur, quas nos hodie Minas uocamus, ἀπειλαί, ut Plaut. Truc. Melius, te munere certare mecũ quàm minacijs, Idem in Rud. Minacias ego iſtas floccì non facio tuas.

Minæ, arum, f. p. Comminationes, & metus incuſsio per uerba & ſigna, ἀπειλαί. Terentius in Audria. Si illũ relinquo, eius uitæ timeo: ſin opitulor, huius minas. Cicero ad Attic. libro 2. Minæ Clodii, contentiones, quæ mihi proponuntur, modicè me anguunt. Liuius ſecundo ab Vrbe, Deſtitutus tum quoque inter tantas fortunæ minas. metuendus magis quàm metuens. Vergilius 3. Aen. Dij prohibete minas, dij talem auertite caſum. Quandoq; etiam dicuntur eminẽtiæ murorum, quas pinnas, ἐπάλξεις uocant, teſte Seruio: & à Minor, aris, deriuatur, quod inter cætera extare & eminere ſignificat. Vergil. 4. Aen. pendet opera interrupta, minæq; Murorum ingentes.

Minor, aris, d. p. Minas infero, terrorem alicui incutio denuntiatione periculi, ἀπειλέω, ἀπαναιτέομαι. Cic. 1 Tuſ. Cui quũ Lyſimachus rex crucem minaretur. Ouid. Epiſt. 10. Multa mihi terræ multa minantur aquæ. Terent. Heau. Abiturum ſe abs te eſſe illico minabitur. Item Eminere extare, effeiri. Ver. 1. Aeneid. geminiq; minantur in cælum ſcopuli.

Minans, antis, particip. Ouid. 2. Faſt. Edidit impauidos ore minante ſonos. Idem 5. Meram. Ridentq; Pæonides, ſpernuntq; minantia uerba. Compoſita huius uerbi ſunt, Cõminor, & interminor, quę habent penultimam correptam.

Minatio, onis, Minæ uel actus comminandi, ἀπείλησις. Cic. de Orat. Execrationes, admirationes, minationes.

Minanter, aduerb. Idem quod minaciter, ἀπειλητικῶς. Ouidius libro tertio, de Arte amandi. Multaq; ſubmiſsè, multa minanter agant.

Minitor, aris, deponens, Frequentatiuum, ſæpe uel impetuosè minor, ἀπειλέω. Plautus in Curcul. Mihin' malum minitare? C. Atq; ædepol non minitabor, ſed dabo. Cic. 2. Catil. Vobis, atq; huic urbi ferro, flammaq; minitantur. Pro eodem etiã legimus Minito, minitas, præſertim apud antiquos. Plautus in Amphitrion. Quid minitabas te facturum, ſi iſtas pepulliſſem fores?

Minitans, tis, particip. Cic. 7. Verg. Quem iam ingredientem nauem, & Verri nimis atrociter minitantem à ſe retractum eſſe, & aſſeruatum, &c.

Minitabundus, Hoc eſt, ualde minans, quaſi plenus minarum. Liuius nono belli Macedonici, Etenim tum quoque minitabundus petebat.

Minitabiliter, Veteres dixerunt pro minaciter, ἀπειλητικῶς, Pacuuius in Antiopa, Minitabiliterq; ſe inerepare dictis ſæuis incipit.

Minax, cis, om. t. Qui frequenter minatur, ἀπειλητικὸς. Virg. lib. 3. Georg. Primus & ire uiam, & fluuios tentare minaces Audet & ignoto ſeſe cõmittere Ponto. Cic. pro Fonteio, Inducimarus iſte minax atq; arrogans. Idem, Cæſar minaces & acerbas literas ad Senatum miſit.

Minaciter, aduerbium, ἀπειλητικῶς. Liuius lib. 2 Minaciter fremunt, id eſt, iurgioſè, & cum minis. Plautus in Sticho, An potius tentem leniter? an minaciter? ſcio lites fore. Cic. in Philipp. quinta, Num putatis Pub. C. dixiſſe eum minacius, quàm facturum fuiſſe?

Minax, uide Minor, minaris.

Minera. Hæc maiore conſenſu, ſiue communi, ut aiunt, opinione interpretum in Regalibus pro terræ fructibus numeratur cap. 1. in Verb. Argentariæ in uſibus. Feud. l. diuorrio. parag. Si uia ſolut matrim. l. 3. parag. fin. cum ſequent. de Reb. eor. qui ſub tut. non alien.

Mingo, gis, xi, ctum, n. t. Vrinam facio, οὐρέω. pro quo magis utimur Meio. Vnde & permingo, κατουρέω, Horat. Hunc perminxerunt calones atq; caballi. Hinc Micturio, & Micturitas, quæ uide ſuis locis.

Minium

Miniaria, Miniarius, Miniacius, Miniatus, Vide Miniacula,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Miniacula cera notare, id est, rubra cera signare.

Minii gleba, id est, Lemnia terra, sic enim Celsi uocat. De qua uide Dioscoridē libro 5. capite 104. Minium Sinopicum quid sit, uide apud eundem libro 5. capite 102. Minii Ming. Bergzinober.

Minio, as, are, uide Minium.

Ministro, as, neu. p. Seruio, porrigo, præparo, ὑπηρετῶ, ὄμαι, ὑπουργέω. Plautus in Curcul. Tu tabellas consignato, hic ministrabit, id est, seruiet. Gellius libro secūdo, Idq; facilè factu dixit, quoniam filii sui pocula in conuiuio regi ministrarent. Vergilius 1. Aeneidos lamq; faces & saxa uolant, furor arma ministrat. Varro tertio de Re rustica capite 17. Quum non paulò sumptuosius, quàm ego, his ministret uictum. Huius composita sunt. Administro, quod uario modo ponitur, διοικέω. Colum. in Præfatione lib. 1. Vt his tantummodo diebus urbanæ res agerentur, reliquis administrarentur rusticæ, id est, curarentur. Idem lib. 4. Quia maior pars putationis, per id tempus administratur, id est, agitur, exercetur. Subministro, subseruio, suppedito, suggero, ὑπαρκέω. Lactantius libro 5. Victum subministrat, quietem somni dulcissimam tribuit.

Ministrator, oris, m. t. ὑπηρέτης. Cicero 2. de Orat. Vt quum te ipsum Sulpiti obiurgabam, quòd ministratorem peteres, nō aduersarium.

Ministratrix, cis, ὑπηρέτης. Idem quod ministra. Cic. 1 de Orat. Sed ut omnes comites atq; ministratrices esse diceres.

Ministratorius, adiect. Quod ad ministrationem pertinet, ὑπηρετικός, ut Ministratorii urceoli apud Mart. lib. 14.

Minister, stri, m. s. Qui inseruit, & ministrat, ὑπηρέτης. Cic. 1. de Orat. Infimi homines mercedula adducti, Ministros se præbent in iudicijs oratoribus. Valerius Flaccus in Argon. taciti sedent ad iussa ministri. Cic. de Amicitia, Vt aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriam. Huius fœminiнū est ministra ὑπηρέτης. Idem 2. de Finibus, Ministræ & satellites uoluptatum, uirtutes.

Ministerium, rii, n. s. Propriè ministri opera est, διακονία, ὑπηρεσία. Quamuis & pro omni operatione poni consueuerit, ut de rege Latino Verg. 7. Aenei. abstinuit tactis pater, auersusq; refugit Fœda ministeria: & cæcis se condidit umbris. Plin. libro 10. capite 71. Et minor uarietas in pedum ministerio. Vergilius sexto Aeneidos pars ingenti subiere pheretra, Triste ministerium. Ouidius 11. Metamorph. Somne quies rerum, placidissime Somne deorum, Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris Fessa ministeria mulces, reparasq; labori, &c. Aliquando ministeria ponimus pro ministris, sicut Seruitia pro seruis. Paulus Iureconsul. Vrbica ministeria dicimus etiam, quæ extra urbem nobis ministrare consueuerunt.

Minitor, & Minitabiliter, uide Minor, aris, in Minæ.

Minium, nii, n. s. Pigmenti genus est laudatissimi coloris, quod in argentarijs metallis cum argento uiuo inueniri soler, μίλτος. Maxima est copia, teste Plinio libro 33. capite 7. effoditur in Hispania, sed hoc durum est & arenosum. Optimum nascitur supra Ephesum in Cilbianis agris. Quo pacto autem purgetur minium, docet idem Plinius paulò pòst, arenam esse colore cocci, quæ teri consueuit, & deinde lauari, abiectisq; purgamentis, quæ in aqua supernatant, minii in fundo inueniri. Nonnulli per errorem Minium idem esse putant cum cinnabari: quum propriè cinnabaris sit sanies draconis morientium elephantum pondere elisi, utriusque animalis sanguine permisto. Idem loco iam citato. Comperiq; uulgò pro cinnabari Indica in medicamenta minium addi insciti a nominis, quod esse uenenum docebimus inter pigmenta.

Miniaria, æ, Locus in quo foditur minium, μιλτουργία. Pli. lib. 33. cap. 7. Sisaponensibus autem miniariis suæ uenæ arena sine argento excoquitur. Auri modo probatur.

Miniarius, adiectiuum, ut miniarium metallum. Plinius ibidē, Celeberrimum ex Sisaponensi regione in Bætica miniario metallo, &c.

Miniacius, a, um, Quod est ex minio, μιλτώδης. Vitru. lib. 7. Pa rietes passim expolitione miniacia expoliebantur.

Miniatus & per diminutionem Miniatulus, Homero, idem est quod rubrum, quasi minio tinctum, μιλτοπάρῃος. Vnde Ceram miniatulam ueteres dixerunt, quam nos rubram dicimus & miniatula cera aliquid notare, pro eo quod est, loca corrigenda annotare. Cicero ad Dolabellam in Epistol. ad Atticum libro decimoquinto. His literis scriptis, me ad συντάξεις dedi, quæ quidem uereor, ne miniatula cera tua pluribus locis notandæ sint. Idem ad Attic. l. b. 16. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Mino, as, Duco, ἄγω. Festus, Agasones equos agentes, id est, bene minantes. Apud antiquos etiam pro Minor legitur, à quo Minito, tas, ut supià docuimus ex Prisciano.

Minor, aris, uide Minæ.

Minor, comparat. à Paruus, uide Paruus.

Minthos, μίνθος. Præter uulgatam illam significationem, qua apud Græcos stercus humanum significat, etiam floris nomen est in sterquilinijs enascentis, quo minū in modū afficiuntur hirci. Alij caprarum retrimenta hoc nomine significari uolunt, quibus frigentium hircorum nares pastores illinunt & ita commoro fernuramento curant. Vide Cælium Rhodig. lib. 10. cap. 22.

Minuo, nuis, nui, utum, act. t. Minorem reddo, detraho, derogo, exhaurio, extenuo, eleuo, debilito, decessionem de summa facio, ἐλαττόω, μειόω. Plinius, Radix, commanducata dentium dolorem minuit. Cicero ad Atticum, Si putares meā molestiam minui posse. Idem in Catil. Ne quid de summa dignitate Reipub. minueretur. Terentius in Proleg. Heaut. Vt aliqua pars laboris minuatur mihi. Cæs. 3. bel. Gal. Nam & nostris militibus spem minuit, & hostes ad pugnandum alacriores effecit. Huius composita sunt, Cōminuo, quod est simul in frusta diuido, συντρίβω. Lactant. Frangebat ipse panem minutatim, carnemq; piscium comminuebat, & utraque in manibus eius augebantur. Diminuo, idem quod minuo, uel confringo. Teren. in Eunuch. Diminuā ego hodie caput tuum, nisi abis. Imminuo, κολόω, ἐπικόπτω, περικόπτω, καθαίρω.

Minutus, a, um, & participium, & nomen esse potest. Participium, significat comminutum, hoc est, minus factum. ἐλαττωτός. ut Minuta spes, pro imminuta, apud Tacitum in uita agricolæ. Nomen, idem est quod breue uel paruum, πτωχόν. Cicero 7. Verg. Reticulum ad nares admouebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Aliquando ponitur pro pusillanimo & scrupuloso, teste Nonio, ut à Græcis dicitur, λεπτομερής. Cicero 1. de Finib. Ecce autem alii minuti, & angusti, & omnia semper desperantes: aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi.

Minutulus, diminutiuū. Plautus in Pœnulo, Si minus curassint, quum ueniant heri domum, Nutrices pueros infantes minutulos.

Minutatim, significat in minutissimas partes, εἰς λεπτότατα. Col. lib. 8. cap. 14. Nasturtium confectum minutatim. Aliquando etiam accipitur pro paulatim. Varr. lib. 1. de Re rust. Tum ira ad subigendū ut minutatim assuefaciant, & ut tiro nē cū ueteranis adiungant. Imitando enim facilius domātur

Minutim, aduer. In minutas partes significat, λεπτομερῶς. Col. lib. 5. Insequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus æqualiter minutim soli terga comminuat.

Minutia, æ, f. t. Contemptibilis paruitas cuiuscunq; rei, inquit Sipontinus, σκύβαλον, λεπτόν. Lactant. De ira Dei, Hæc (inquit) per inane irrequietis motibus uolitant, & huc atque illuc feruntur, sicut pulueris minutias uidemus in Sole, quū per fenestram radios, ac lumen immiserit. Minutia etiam dicta porta Romæ, à Minutio, quòd Minutij sacello proxima esset. Et Minutia, uirgo Vestalis, quæ propter suspitionem stupri uiua defossa est. Liuius libro octauo ab Vrbe.

Minutal. n. t. Genus edulij, quod ex concisis minutatim oleribus fit, autore Apicio, μινθωτός. Fiebat inter cætera marino, pisce, liquamine, oleo, uino, porris, & coriandro. Mart. lib. 11. Hinc exit uarium coco minutal.

Minurizo, neutrum, primæ, Idem quod parua uoce succino, Μινυρίζω enim cantillo significat, & modulatè concino Sidonius lib. 1. Epistolarum, Diluculo autem philomela inter frutices filerum Prognen & inter aceres minurizantem. Hinc Minuritiones, μινυρισμοί, dicti sunt, teste Festo, auium minorum cantus.

Minus, Minusculum, uide Minor, in Paruus.

Mirabilis, Miraculum, Mirificus, & alia, uide Miror.

Mirmillones, m. t. Erant pugiles Retiariorum aduersarij. Nam digladiantium alter Retiarius, alter Mirmillo appellabatur. Festus, Retiario, inquit, pugnanti aduersus mirmillonem cantatur, Nō te peto, piscem peto, quid me fugis Galle?

Quia

Quia Mirmillonicum genus armaturæ, Gallicum eſt, ipſiq; Mirmillones antè Galli apellabantur: quorum galeis piſcis effigies inerat. Quod genus pugnæ inſtitutum eſt à Pitraco, uno exſeptem ſapientibus, qui aduerſus Phrinomen dimicaturus, propter controuerſias finium, quæ erant inter Atticos, & Mityleneos, reti occultè allato, impediuit Phrinonem.

Miror, aris, d p Propriè ſignificat re aliqua, tanquàm noua, obſtupefio, ταυμάζω, ἄζομαι. Verg. 1. Aeneid. Artificum q; manus inter ſe, operumq; laborem Mirantur. Mirari etiam eſt, cum uoluptate intueri. Idem 2. Georg. Seu quis Olympiacæ miratus præmia pugnæ. Item neſcire, quia (ut Donat. inquit) admiratio ab ignorantia deſcendit. Terẽtius in And. Miror unde ſit. Sed quum dicimus, Miror me, Miraris te, Mirantur ſe: tunc Mirari ſignificat placere, & de ſe magnificè ſentire. Martial lib. 13. qui ſe mirantur, in illos Virus habe. Conſtruitur hoc uerbum cum accuſatiuo, & cum genitiuo. Vergilius 11. Aeneidos. Iuſtitiæ ne prius mirer, belli ne laborum. Quandoque abſolutè ponitur. Ouidius lib. 13. Metamorph. Dumq; moror, mirorq; ſimul fugit omnis in undas. Huius compoſita ſunt. Admiror, quod eſt ſtupore afficior, ſeu fixè aſpicio. Lactantius libro 6. Quid ad alienam felicitatem non attollat oculos, opes non admiretur? Aliquando eſt uenerari. Vergil. 4 Georg. Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes Circunſtant. Compoſita ſunt, Demiror, & Emiror, ualde miror.

Miratio, f. t. θαυμαϲμὸς, & Mirator, θαυμαϲτὴς. Cic. 2. de Diuin. Cauſarum enim ignoratio, in re noua mirationem facit. Martial. lib. 10. Mirator ueterũ ſenex auorum. Propert. lib. 2. eleg. 14. Formæ mirator honeſtæ.

Miratrix, cis, f. t. fœmininum: ut turba miratrix, Iuuenal. Sat. 4. Item Fama miratrix. apud Senecam in Hippolyto, Fama miratrix ſenioris æui.

Mirandus, a, um, Admiratione dignus. Terent in Andr. Miranda hoc tanto, tam repentino bono. Cic. 6. Verr. Quoniam mirandum in modum Græci rebus iſtis, quas nos contemnimus, delectantur.

Mirabundus, Qui miratur, θαυμάζων. Liu. 5. bel. Pun. Extẽplò impronida res pauorem incutit Pœnis, mirabũdiq; unde tot hoſtes tam ſubitò exorti, &c.

Mirus, a, um, Admiratione dignus, θαυμάϲιος. Pli. lib. 2. ca. 108. Hipparchus & in coarguendo eo, & in re omni diligentia mirus, adiicit ſtadiorum paulò minus XXV. millia. Idem lib. 12. cap. 9. Mira arborum natura. Idem lib. 9. cap. 55. Miræ ad canendum ſolertiæ. Verg. 4. Aeneidos. Præterea fuit intectis de marmore templum Coniugis antiqui miro quod honore colebat. Plautus in Amphy. Enimuero illud præter alia mira, miror maximè. ſi hæc habet pateram illam. Hinc Permirus, a, um, pen. prod. Cicero Appio Pul. Illud uerò mihi permirum accedit, tantam teneritatem fuiſſe in eo aduleſcente. Apud ueteres mira pro monſtris atque horrendis ſumuntur, θαύματα, τέρατα. Plautus in Amphit. Mira memoras, nimis formidoloſum prædicas facinus. Vergilius autem Georg. 4. de Proteo canens, res huiuſmodi admirandas, & portentoſas uocat Miracula, Omnia (inquit) comutat ſeſe in miracula rerum. Mirum ni, idem ferè eſt quod nimirum, hoc eſt, certè uel profectò. Plautus in Amphyt. Mirum ni hic me quaſi murænam exoſſare cogitat. Terentius in Andria, Age igitur ubi nunc eſt ipſus? G. Mirum ni domi eſt. Mirum, reſponſio aduerbii cuiuſdam formã habẽs. Terentius in Eunucho. Rex te ergo in oculis. T. ſcilicet. G. Geſtare, T. Verum credere omnẽ exercitum, Conſilia. G. Mirum. Hinc Mirius antiqui dixerunt pro magis mirũ. Varro Nunquid hoc mirius. Mirum in modũ, id eſt, in maiorem modũ. Vide infrà. Mirum in modũ, & mirandum in modum, θαυμαϲὸν ὅϲον, θαυμάϲιον ὅλκον, id eſt, maiorẽ in modũ, uel ſupra modũ. Plaut. in Amph. Vterq; deluditur dolis mirum in modum. Cic. Metello, Marcellũ tuum Conſulẽ factũ, teq; ea lætitia eſſe affectũ, mirandũ in modũ gaudeo. Mirũ quantũ, eiuſdẽ ſignificationis. Liu. li b. 1. ab Vrbe. Mitũ quanrũ, ill uiro hæc nuntianti fides fuerit.

Mirè, aduerb. pro miro modo, ſiue mirabiliter. Cic. ad Att. Puero municipia mirè fauent.

Mirificus, a, um, Quod eſt mirabile, θαυμάϲιος. Cic. in Caton. Mirificos fructus ferunt. Hinc ſuperlatiuũ mirificiſſimus. Teren. in Phor. Quidnã arbitraris, neſcio: atqui mirificiſſimum, ſcilicet facinus.

Mirificè, aduerb. pro Mirũ in modũ. Cicero 4. Acad. Delectabatur aũt mirificè lectione librorum.

Mirifico, as, a. p. Mirabilem facio, θαυματοποιῶ. Plaut. in Amp. Quunquam adeò Thebani ciues modo miro mirificant.

Mirabilis, & hoc mirabile, om. t. Quod eſt admiratione dignum, παράδοξος, θαυμαϲὸς. Cic. lib. 3. Officiorum, Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facilè quis dixerit hoc exemplo, aut laudabilius, aut præſtantius.

Mirabilitas, pro ſtupore. Idem in eodem, Ea ergo, & hac animi deſpicientia mirabilitatem magnam facit.

Mirabiliter, aduerbium, θαυμαϲτῶϲ. Cic. ad Cæſ. lib. 13. Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.

Miraculum, n. ſ. Dicitur quicquid admirationem afferre poteſt, quaſi contra naturam, θαῦμα. Vnde ueteres miracula pro monſtris poſuere. Liu. li. 2. Adiiciunt miracula huic pugnæ, ſilentio proximæ noctis & ſylua Arſya ingentem auditã uocem. Hinc Accius perſonas diſtortas, oribus deformes, miriones appellat. Miracula ſeptem mundi ſunt hæc, Templum Dianæ Epheſiæ, quod ſummæ magnificẽtiæ fuit, & admirationis apud priſcos. Ducẽtis uiginti annis conſtat factum eſſe à tota Aſia. Columnæ centum uiginti ſeptem à ſingulis regibus factæ ſexaginta pedum altitudine: ex his triginta ſex cælatæ. Simulachrum ipſius deæ ex heleno eſſe tradunt. Plin. lib. 7. cap. 38. & lib. 16. ca. 40. & lib. 36. cap. 5. & 14. Secundum, Mauſoli regis ſepulchrum, Plin. lib. 35 cap. 14. Tertium, Coloſſus Solis apud Rhodios, Plin. lib. 34. cap. 7. Quartum, Iouis Olympici ſimulachrum, quod Phidias fecit ex eboro. Plin. libr. 7. cap. 38. & li. 14. cap. 3. & lib. 35. cap. 8. & lib. 36. cap. 5. Quintum, muri Babylonis, quos Semyramis regina conſtituit, Sextum. Pyramides in Aegypto, Plinius lib. 36. cap. 12. Septimum, Domus Cyri Medorum regis quã Menon arte prodiga, illigatis auro lapidibus fabricauit.

Miſanthropos, penultima producta, μιϲάνθρωπος, Oſor hominum, qui homines odit. qui fugit hominum congreſſus, quaſi μιϲῶν τὸϲ ἀνθρώπους. Hoc cognomine peculiariter dictus fuit Timon quidam Athenienſis, qui hominum genus uniuerſum exoſum habebat, nulliusq; congreſſum admittebat, præterquàm unius Alcibiadis, quo ſe idcirco delectari aiebat, quòd ſciret eum aliquando populo Athenienſi magni mali cauſam futurum.

Miſceo, ſces, ſcui, miſtum, act. f. per ſ, non per x, Tempero, turbo, cõfundo, & ſine ratione, perturbateq; facio, μίγνυμι, μίϲγω, κυκάω. Vergil. 1. Aeneid. Interea magno miſceri murmure pontum, hoc eſt, turbari. Plinius libro ſeptimo, capit. 56. Vinum aqua miſcere Staphylus docuit. Columella libro 6. cap. 4. Multi ſale miſcent pabula. Idem libro 7. cap. 5. Cæleſtis aqua pari menſura lacti miſcenda eſt. Cicero pro Sext. Roſc. In tenebris ruebant, omnia miſcebant hoc eſt, perturbabant. Quandoq; eſt potum miniſtrare, κεράννυμι: tractum à commiſtione calidi & frigidi: aut certè aquæ & uini Iuuen. Saty. 5. neſcit tot millibus emptus Pauperibus miſcere puer. Miſcere abſolutè, Pro miſcere omnia. Cicero ad Quint. fratrem libro 3. Pompeius abeſt, Appius miſcet. Huius compoſita ſunt. Admiſceo, quod eſt ad aliquid miſceo, ἐπιμίγνυμι. Lactantantius libro ſexto, Idem etiam mares maribus admiſcuit, & nefandos coitus, contra naturam, contraq; inſtitutum Dei machinatus eſt. Commiſceo, συμβάλλω, ſimul miſceo. Cicero pro Domo ſua, Cuius ignem non ſum paſſus cum totius urbis incendio commiſceri. Immiſceo, intus miſceo, παραπλέκω, ἐγκαταμίγνυμι. Lactantius libro ſecundo, Secundum deinde quod homines faciunt, ſi & aliis uitæ purgamentis immiſceatur, quum per ſe naturæ eſt ſeruentioris, & idcirco terram perurit. Intermiſceo, In medio miſceo, διαμίγνυμι. Permiſceo, ualde miſceo, ἐπιπλέκω. Cicero in Vatinium, Ne tuas ſordes cum clariſſimorum uirorum ſplendore permiſceas. Promiſceo, unde Promiſcuus, cua, cuum. Salluſtius in Catil. Diuina atq; humana habere promiſcua: nihil penſi, atq; moderati habere. Miſtus, participium, hoc eſt, temperatus. Liuius 3. ab urbe, Ea colluuio miſtorum omnis generis animãtium, &c.

Miſtura, &, f. p. Temperatura, confuſio, & moderatura, ut ait Nonius, μίξις. Colum. lib. 6. cap. 5. Nam ea miſtura palatum atq; lingua, totumq; os perfricatur.

Miſcellaneus, a, um, Quod uariarum ex rerum commiſtione, nullo obſeruato ordine, conflatum eſt, συμμικτός. Gellius lib. ult. capite 11. Quia uariam & miſcellaneam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerunt, eò titulus quoq; ad eam ſententiam exquiſitiſſimos indiderunt. Sic Apuleius in Meram. Miſcellaneam turbam uocat, ex promiſcua collu-

tione

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tione hominum diuersi ordinis, atque dignitatis conflatam. Nec mora (inquit) enim magna eruptione patefactis ædibus magistratibus, eorumq; ministris, turbę miscellaneę cuncta completa.

Miscellanea, orum, n. s. Dicuntur quæcunq; ex uariis dissimilibusq; rebus, nullo seruato ordine, sunt commista, σύμμικτα. Vnde nonnulli opera sua, in quibus res uariæ nullo ordine tractantur, Miscellanea uocauerunt. Inter ludos quoq; miscellanea dicebantur, in quibus uaria spectacula nullo ordine exhibebantur: ita dicta à permistis spectaculis, siue (ut aliis placet) à confusis consessibus, quòd in iis sedendi ordo, ut in iustis ludis non seruaretur. Iuuenalis Satyra 11. Sic ueniunt ad miscellanea ludi.

Miscellus, a, um, adiectiuum, Quod mistum est, συμμικτός. Miscellos ludos Lugduni edidisse Caligulam, scribit Sueronius in Calig. cap. 20. Varro lib. 3. cap. 7. Miscellum uocat colũbarum genus, quod nec agreste est, nec domesticum, sed ex utroque temperatum. Ex his duabus stirpibus (inquit) fit miscellum tertium genus fructus causa, atq; incedunt in locum unum. Et has columbas Bergomates nostri Cornarolos appellant. Itẽ Miscellæ uites, quæ omni agro conueniunt, quòd cæteris ubiq; utilitèr misceantur. Cato de Re rust. cap. 6. Cæteræ uites, & de his miscellæ maximè, in quenuis agrum conueniunt. Varro 1. de Re rust. cap. 54. Nam & præcox, & miscella, quam uocant nigram, multò antè coquitur. Miscellas unas uocat Cato cap. 23. quibus præliganeum unum fit, quod operarii bibant.

Misellus, uide Miser.

Miser, a, um, Flebilis, calamitosus, ærũnosus, infelix, ἄθλιος, δύσμορος, τάλας. Terent. Eunuch. Apparet seruum hunc esse domini pauperis, Miserique. Idem Heaut. Nemo est miserior me. Sallust. in Iugurt. Etiam nate expertus sum parum fidei mihi esse. Miser animi. Plaut. in Mil. Quid illam miseram animi excrucias, Quę nunquam malè de te merita est? Miser animo, & Miser ex animo, apud eundem in Truculento, & Sticho. Interdum Miser ponitur pro ægroto nam ægritudo genus est infelicitatis. Plautus in Pœnulo, Miseram esse prædicat buccam, Fortasse medicos nos arbitratur. Interdum innocens. Cicero pro Milone, Miseros interdum ciues optimè de Republica meritos. Inuenitur etiã pro interiectione dolentis positum, acsi diceremus, Nefas, δεινόν. Vergil. 6. Aeneid. Cecropidæ iussi (Miserum) septena quotannis Corpora natorum. Miserrimum miseriarum. Cicero Quint. frat. lib. 3. Epistol. Quod de fratre, ubi eum uisuri esse mus, nesciebamus: quẽ quidem ego, nec quo modo uisurus, nec ubi dimissurus sim scio, id est, maximum & miserrimũ mearum miseriarum.

Misellus, a, um. diminutiuum est à Miser, ταλαίπωρος. Plautus Censen' misello mali aliquid facturum? Misellum pallium Plaut. in Rud. Heu, sum redactus ad hanc usq; unam tunicam, Et ad hoc misellum pallium? Cic. ad Attic. lib. 3. Meum Ciceronem cui nihil misello relinquo præter inuidiam, & ignominiam nominis mei, tuere, quoad poteris. Idem ad Terentiã, Sed certè quoquo modò res se habebit, illius misellæ & matrimonio & famæ seruiendum est.

Miserè aduerbium, Infeliciter, ἀθλίως, ταλαιπώρως. Cicero, Neque commoueri eius desiderio non possum, qui tam miserè periit. Quandoque significat Valde, nimis. Plaut. Curcul. Viden' ut miserè moriuntur, neq; queunt complecti satis. Teren. Andr. nam omnes nos quidem scimus, quàm mi serè hanc amauit. Idem Adelph. Nescio, nisi quia tam miserè hoc esse cupio, uerum, eo uereòr magis. Ibidem, nam hunc diem miserè nimis cupio, ut cœpi perpetuum in lætitia degere. Idem Heaut. Eam miserè amat.

Miseriter, Idẽ quod miserabiliter, οἰκτρῶς. Laberius apud Nonium, Mens incorrupta miseriter corrumpitur.

Miseria, æ, f. p. Infelicitas, calamitas, quum scilicet quis patitur uel egestatem; uel damnum, ταλαιπωρία Cicero 2. Tusc. Gentes nostras flebunt miserias. Plau. Amph. Miserrima istæc miseria est seruo bono, &c. Cic 3. de Finib. Ita qui processit aliquantulum ad uirtutis aditum, nihilo minus in miseria est, quàm ille qui nihil processit.

Miseritudo, f. p. Idem quod miseria, ἀθλιότης. Accius, Qui felix miseritudine factus est aliena. Idem in Alphesibœa, Miseritudo eorum ista est liberum. Ex Nonio.

Misereor, d. f. Misereris, misertus, uerbum deponens, ἐλεῶ, οἰκτῖρω. construitur cum genit. Est autem misereri, ex alicuius miseria corde anxium esse. Habet enim passiuum affectũ Vergilius 2. Eclog. Nil nostri miserere, mori me deniq; cogis. Brutus ad Ciceronem. Aut miserebor uestri. Cic. pro Corn. Balbo, Miseremini eius qui non de suo peccato, sed huius summi & clarissimi uiri facto disceptat. Vergilius 2. Aeneidos miserere laborum Tantorum, miserere animi non digna ferentis.

Misereo, antiqui usurpant pro Misereor, ἐλεῶ. Ennius in Hecuba, Miserete manus, date ferrum, ut me anima priuem. Nonius.

Miseret, impersonale, simili modo passiuum affectum habet sicut misereor. Idem est enim, Miseret me illius, & misereor illius: quia utrunque significat, Ex illius miseria angorem suscipio. Cicero miseret me infelicitatis familiæ. Vergilius quinto Aeneidos, Si te lapsorum miseret quæ munera Nyso Digna dabis? Miseret me, eadem forma inquit Festus, dicitur, qua piget, pœnitet, tædet, Terentius in Eunuch. quid est? P. Miseret me, itaque ut ne uiderem, misera huc effugi foras. Miseret me uicem tuam. Teren. Heaut. Ita me dii amabunt, ut nunc Menedemi uicem Miseret me, tantum deueniisse ad eum mali.

Miseretur, apud uetustissimos legitur pro Miseret. Turpilius in Epiclero, Quàm matris, nunc patris me miseretur magis. Nonius.

Misereſco, scis, n. t. Moueor misericordia, οἰκτίζομαι. Vergilius secundo Aeneidos. His lachrymis uitam damus, & misereſcimus ultro. Plautus Epid. Si quid est homini miserarum quo misereſcat miser, ex animo est. Et tam accusatiuo, quam genitiuo iungitur. Apuleius Commodum omnes misereſcimus. Stat. libro 1. Theb. Et generis misereſce tui. Vergilius 8. Aeneidos. At nos ô superi, diuũm tu maxime rector Iuppiter, Arcadii quæso misereſcite regis. Indè compositum Commisereſcit. Terentius in Hecyr. Demum tam ægrè tulit, ut ipsam Bacchidem, si adesset, credo, commisereſceret.

Misereſcit, impersonale, cum significato sui uerbi. Teren. in Heaut. Atq; inopis te misereſcat mei.

Misericors, dis, om. t. Qui ex alicuius calamitate dolorem animo suscipit, quiq; facilè ad cõmiserationẽ mouetur, ἐλεήμων. Cic. 4. de Finibus. Nec misericordẽ iudicẽ esse oportere. Idẽ pro Ligario, Si honesto, & misericordi mendacio saluti ciuis calamitosi consultum esse uellemus.

Misericordior comparatiuũ antiquũ, quo utitur Plautus Rud. Nulla misericordior est me fœminarum.

Misericordia, æ, f. p. Est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. inquit Cic. 4. Tusc. ἔλεος, ἐλεημοσύνη. Idem pro Deiot. Non debeo tentare, quonam modo dicendo misericordiã tuam cõmoueri possim, ipsa enim occurrere solet supplicibus, nulla oratione euocata. Idem 3. Tusc. Quemadmodum misericordia ægritudo ex alterius rebus aduersis, sic inuidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. Misericordia, inquit Augustinus quid est, Nisi alienæ miseriæ quædam in nostro corde compassio qua (si utique possimus) subuenire compellimur? Stoici misericordiam inter uitia animæ computant. Vnde Seneca qui se Stoicorum sectæ addixit, Vitium, inquit, animi est misericordia: nec misebitur sapiens, sed succurret. August. libro 9. Ciuit. Stoicorum est, misericordiam solere culpare. Vnde Cicero 3. Tusc. tanquam Stoicus dixit, Si sapiens in ægritudinem cadere posset, posset & in misericordiam, posset & in inuidentiã. Verùm in oratione pro Ligario in laudem Cæsaris, tanquàm Peripateticus dixit, Nulla de tuis uirtutibus plurimis nec gratior nec admirabilior misericordia est. Terentius in Andria Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt: Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitudo. Cicero pro Rosc. Am. Prædia mea tu possides, ego aliena mi sericordia uiuo.

Misericorditer, aduerbium, significat cum misericordia, ἐλεημόνως.

Miseror, raris, d. p. affectũ actiuum habet, significatq; uerbis, aut lachrymis, aut opere dolorem quem ex alicuius miseria habemus, ostendere: & construitur cum accusatiuo, οἰκτέρω. Festus, Miseratur is, qui conqueritur aliena incõmoda. Sall. in Iugur. Eos multo pollicendo, ac miserandũ casum suum, confirmet, id est, lamentando. Cæsar. 1. bel. Gall. Abditi in tabernaculis aut suum fatum querebantur, aut cum familiaribus suis cõmune periculum miserabantur, id est, deplorabant. Verg. 4. Geor. Contusosq; animos, & rea miserabere fractas. Idem 10. Aenei. Ingemuit miserans grauiter, dextramq; tetendit. Idem lib. 12. Aeneid, & Turni sortem miserantur

iniquam

iniquam. Miſerata animi, pro animo Verg. 10. Aen. Iuuenēq; animi miſerata repreſſit. Hinc cōmiſereor: & uerbale Commiſeratio, quæ eſt ſignificatio miſericordiæ, qua ex alicuius infelicitate mouemur: quum ſcilicet uel ex aſpectu alicuius uel oratione, uel etiam cogitatione adducimur, ut eius miſereamur, οἰκτιρμός, Liu. lib. 1. ab Vrbe, Agmen migrantium impleuerat uias, & conſpectu aliorum mutua miſeratione intergrabat lachrymas. Autor ad Heren. lib. 3. Commiſerationem breuem eſſe oporteret.

Miſero, pro miſereor dicebant ueteres, ut Accius in Athamante, atque ita de illis merui, ut iure hæc nunquam miſerarent mala.

Miſeratio, onis, f.t. Cōmiſeratio, ægritudo, qua ex alicuius infelicitate, mouemur, οἰκτισμός. Plinius Epiſt. 15. Quod me recordantem fragilitatis humanæ miſeratio ſubit. Cicero Lucio libro quinto, Quem enim noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminundas non cum quadam miſeratione delectat.

Miſerandus, Miſeratione dignus, ἐλεεινός. Cic. 2. Tuſ. ex Sophocle, Accede, accede nate, aſſiſte, miſerandum aſpice Buiſcera tum corpus lacerati patris. Idem 1. de Orat. Hunc in minimis tenuiſsimisq; rebus ita labi, ut aliis miſerandus, aliis irridendus eſſe uideatur.

Miſerabilis, le, om. t. Miſeratione dignus, id eſt, per quem alii miſericordia commouētur, ἐλεεινός, οἰκτρός. Ouid. in Ibin, Sisq; miſer ſemper, ne fis miſerabilis ulli. Aliquando dicitur flebilis, lamentabilis Liu. lib. 1. ab Vrbe, Euctus tamen belli minus miſerabilem dimicationem fecit, quòd nec acie certatū eſt, & tectis modò diruris alterius urbis, duo populi in unū confuſi ſunt. Ibidem, Voces etiam miſerabiles exaudiebantur, mulierum præcipuè. Miſerabile, pro miſerabiliter: nomen pro aduerbio. Vergilius 2. Aeneid. miſerabile cæſis Hoſtibus inſultans. Seruius.

Miſerabiliter, Idem ſignificat quod miſerè, ἐλεεινῶς οἰκτρῶς. Cicero 1. Tuſculanarum. Etſi enim flemus, quū legimus, tamen non miſerabiliter uir clarus emoritur. Liu. 3. ab Vrbe, proſequuntur coniuges liberiq; , cuinam ſe relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia, nec libertas ſancta eſſet, miſerabiliter rogitantes.

Miſeranter aduerb. Cum commiſeratione, ἐλεεινῶς. Gel lib. 10. cap. 3. Ecquid eſt quod aut ampliter, inſigniterq; : aut lachrymosè, aut miſeranter, &c.

Miſocali, μισόκαλοι, Græco uocabulo appellātur, qui ab omni literarum elegantia, nitoreq; dicēdi adhorrent, tanquam inuenuſti & honeſtatis oſores.

Miſogynia, pen. prod μισογύνεια, Odium mulierum, quale fuit in Euripide Tragœdiarum ſcriptore, qui mulieres ferè omnes maiorem in modum exoſus fuiſſe dicitur: unde & μισογλωὴ, id eſt, oſor mulierum dictus.

Miſſæ uocabulum, pro ſacro piaculari, in Dictionario Alberici, ceu Græcum falsò interpellatio, exponitur Hoc autem ut Barbarum, nonnulli etiam magnum nomen in bonis literis conſecuti, reiiciunt, licet, aliis quibuſdam uiris impensè item doctis, maximè autem Reuclino noſtro uiſum eſt Hebræum, tameu certum eſt, à mittēdo Miſſam dictam. In hoc enim Sacro, quod Miſſa uocatur, duplex quondam fuit Miſſio, hoc eſt, dimiſſio. Nam mittere, & miſſum facere, pro dimittere legitur apud idoneos autores, ſicut Miſſio, pro dimiſſione, cuius apud ueteres Iuriſcoſſ. mox ut dicemus, plura genera exiſtunt. Erant autem huius ſacri duæ partes: quod doctiſſimi uiri Volzius & Rhenanus ante me, & primi, quos ego ſciam, monuerunt. Prior fuit ab introitu uſq; ad offertorium incluſiua, in qua fiebat cōfeſſio, cantio, lectio, interpretatio, increpatio, adhortatio, oratio, oblatio. Quibus cōſummatis. Diaconus ex more, ac edito loco, ſublata uoce clamabat: Si quis non cōmunicat, det locum. teſte diuo Gregorio Dialog. lib. 2. cap. 23. uelut Iſidorus, Vuilhelmus Durandus in Ratio. lib. 6. ſcripſere. Si quis eſt Catechumenus exeat foras Tum enim dimittebantur & catechumeni, & qui alioqui, uel ſuo uel eccleſiæ iudicio, communione corporis Chriſti cenſebantur indigni. Indeq; uocata eſt hæc prior huius ſacri pars, Miſſa Catechumenorum. In altera parte huius ſacri fiebat Panis fractio, corporis & ſanguinis Chriſti communio, Agape, Euchariſtia ſiue Gratiarum actio. Quibus exactis iam altera fiebat miſſio, quando fideles Chriſtiani (qui ſoli norunt ut diu, Auguſtin. ait, quid ſit edere corpus Chriſti. & ſanguinem eius bibere,) quoq; dimittebantur, iterum clamāte Diacono, Ite, Miſſa eſt, ſcilicet eccleſia, quæ eſt fidelium cōgregatio, quam & Latinè Collectā, & Græcè Sintaxim uocarunt & ab hac miſſione dicta hæc ultima ſacri pars, Miſſa fidelium: quod fideles mitterentur ad ſua quiſque negotia priuata. In ſacris quoque Gentium non admodum diſſimiliter agebatur. Nam Sacrificus rem Diuinam facturus, dicebat τίς τίδε, id eſt, Quis hic? Qui aderant, reſpondebant, πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, id eſt, Multi & Boni. Hæc uerò dicebantur, ut ſi quis ſibi eſſet cōſcius admiſſi piaculi, à myſteriis diſcederet. Peracta uerò re Diuina, conuerſus ad plebem Sacerdos aiebat λάοις ἄφεσις, id eſt, populis miſsio, ut eſt apud Apuleium lib. 11. Hunc locum & reſtituit nobis Beroaldus, & doctè enarrauit Vir, inquiens, exemplū ſimile? Proximū habes. Nam quotidie in myſteriis noſtris, ſolet Sacerdos poſt peracta ſolennia dicere: Ite, Miſſa eſt. Vt autem hoc Sacrum ſit Miſſa uocata, longa die factum eſt, denominatione deducta à fine, ubi dictum eſt. Ite, Miſſa eſt. Siquidem à fine plerunq; denominationem fieri, nemo doctus ignorat. Confirmata eſt autem hęc nominatio per ſacri huius uulgationem, quādo ſine delectu, illotiſq; manibus Sacris initiati ſunt. Idcirco maiores noſtri ſubinde miſſam eſſe, pro finite, & miſſam pro fine ſeu completione uſurparunt. Ita Ioan. Caſs. lib. 3. cap. 7. de eo qui ad orationem tardius occurrit, Si congregationis, inquit, miſſam ſtans pro foribus præſtolabat. Et capite octauo Vt contenti, ait, ſomno, qui nobis poſt uigiliarum miſſam, uſque ad lucis indulgent aductum. Et paulò inferius, Niſi, inquit, poſt Vigiliarum miſſam, ſomni quantumcunq; guſtarit, &c. Sanctus quoq; Benedictus in regula ſua, quod de pub. precibus dicit capite 9. infiniantur, & cap. 12. 13. Completum eſt, hoc cap. 17. ſemel dicit Miſſæ ſint. & bis, Fiant miſſæ, uel fieri pro finitum atque completum eſſe, uel fieri intellexerunt. Et ita fortè quidam acceperunt, quod dictum erat, Ite, Miſſa eſt, id eſt, finita, completa. Inde & complenda dicta uideri poteſt.

Miſsile, Miſsio, Miſſus, Vide Mitto.

Miſy, ſyos, μίσυ, Corpus eſt metallicum, quod in fodiuis æra riis ſupra Chalcitim & Soty inuenitur, colore ſubflauo in morem ſulphuris ignem iam experti. Vulgus Vitriolum appellat. Miſy præterea Plinio lib. 19. cap. 3. tuberis genus eſt, ſuauitate odoris & ſaporis præcipuum, quod in Cyrenaica prouincia naſcitur, noſtratibus carnoſius.

Mitella, Vide Mitra.

Miteſco, miteſcis, Vide Mitis.

Mithras, μίθρας, Cum h, à Perſis dicitur Sol: cuius ſimulachrum effingebant rictu leonis, cum tiara, utraq; manu bubula premens cornua. Solem enim multæ gentes pro deo coluerunt alii aliis cum appellantes nominibus. Quod & Statius indicat. libio primo Thebaid. hiſce uerſibus, Adſis ô memor hoſpitii, Iunoniaq; aura dexter ames, ſeu te roſeum Titana uocari Gentis Achemeniæ ritu, ſeu præſtat Oſirim Frugiferum, ſeu Perſei ſub rupibus antri Indignata ſequi torquētem cornua Mithram. Strabo libro decimoquinto, Perſæ cælum Iouem putant: colunt Solem, quem Mithram uocāt. Ponitur aliquando pro primario ſacerdote. Apuleius libro ultimo, ipſumq; Mithram illum, ſuum ſacerdotem, præcipuū ſacrorum miniſtrum decernit.

Mithriaca, orum, μιθριακά. Sacra Mithræ (ſic enim Perſæ ſolem appellabant) quæ in antro fieri ſolent, boue inde cornibus educto, quem poſt hymnorum concentum Soli Immolabant. Lampridius in Commodo Sacra Mithriaca homicidio uero polluit, quum illic aliquid ad ſpeciem timoris uel dici, uel fingi ſoleat.

Mithrax, μίθραξ, Gemma eſt, uariis coloribus contra Solem refulgens: de qua Plinius lib. 37. cap. 10. Mithrax à Perſis accepta eſt, & Rubri maris montibus multicolor, contra Solem uariè refulgens.

Mithridaticum, antidotum. uide in Propriis.

Mithridamon, Scordium apud Dioſc. lib. 3. cap. 113. Mithridacium id quod aliàs Mithridatum.

Mitigo, Mitigas, Vide Mitis.

Mītis, & hoc mite, om. t. Idem eſt quod lenis, dulcis, manſuetus, ſuauis, πρᾶος, προσηνής. Cic. de Senect. Facit perſæpè ſibi audientiam, diſerti ſenis compta & mitis oratio. Eius contrarium eſt Immitis, ἀπηνής, id eſt, aſper, ſæuus, crudelis. Verg. 1. Aeneidos Troas reliquias Danaūm, atq; immitis Achilli. Quandoque Mitis ponitur pro tranquillo, & Immitis pro procelloſo & inquieto. Idem libro 9. Mitis ut in morem ſtagni, placideq; paludis, Apul. Erat enim turbidum, atque immite

immite pelagus. Quandoq; pro maturo, ὡρῶ. Vergil. 1. Eclo. fuerunt illis mitia poma, Castaneæ molles. Plinius Immitia adhuc, & cruda poma. A Mitis fiunt aduerbia Mitiùs & Mitissimè. Cæsar 7. bel. Gal. Quàm mitissimè potest legatos appellat. Ouid. 15. Metam. similes aliorum respice casus, Mitis ista fores.

Mitesco, is, tui. Mansuesco, πραΰνομαι, ἡμερίζομαι. Plin. lib 22. ca. 25. Vt ferè domi educatæ mitescunt. Aliquando tranquillum fieri. Apul. Confluctescunt fluctus, mare mitescit. Aliquando matureſco, πεπαίνομαι. Plin. lib. 15. cap 13. Reliquorũ pomorum uelocitas citò mitescentium transuolat.

Mitigo, as, penultima corripitur. Placo, quasi mitem ago, πραΰνω Cic. 7. Verr. Neque in parentum luctu atque lachrymis, te mei nominis cõmemoratio mitigauit. Vergilius 5. Aeneidos. Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus, Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla. Lactant. lib. 4. Donec rursus pœnitentia populi mitigantes, liberaret eos seruitute. Item maturare, πεπαίνειν. Cicero lib. 4 de Repub. Quumq; autumno terras ad concipiendas fruges patefaceret, hyeme ad concipiendas relaxarit: æstiua maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Huius compositum est Commitigo, de quo suprà.

Mitigatio, onis, f. t. nomẽ uerbale, πρᾴυνσις. Cicero 3. de Orat. Omnisq; ad omnem animi motum impulsio, & si ira resideret mitigatio.

Mitigatorius, adiect. Quod habet uim mitigãdi, πραϋντικός. Plin. lib. 28. cap. 6 Contra renum, & lumborum, uesicæq; cruciatus in balnearum solijs pronos urinam reddere mitigatorium habetur.

Mitifico, as, a p. Mitem, ac placidum facio, ἡμεροῦμαι. Plinius libro 8. capite 7. de elephantis, Capti celerrimè mitificantur hordei succo. Mitificare cibum, concoquere. Cicero 2. de Diuin. de gallis loquens, Depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso, & mitificato cibo, cantus edere quiete satiatos.

Mitra, æ, f. p. μίτρα. Dictio barbara, qua significatur quoddã capitis ornamenti genus, hoc est, pileus incuruus, quo primũ Mœonii, deinde Aegyptii, Syri, Phryges, & Lydi usi sunt. Aliquando tamen & pro muliebri corona ad ornatum capitis adulescentularum accipitur, ex qua pendebant fascioli, quæ Phylla dicebãtur, quòd foliorum instar penderẽt. Nostri quoque Pontifices mitris utuntur, quum rei diuinæ operam dant. Et apud Græcos non solùm pro ornatu capitis, sed etiam pro fascia in loricæ modum contexta, ad latera defendenda sumitur. Vergilius nono Aeneidos. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Fuit etiam Mitra zonæ quoddam genus, quam soluebant primùm parientes, & Dianæ consecrabant, quam ob causam eam λυσίζωνον cognominabant. Vide Cælium Rhodig. libro 16. capite 10.

Mitella, diminutiuum, Parua mitra, μιτρίον. Vergilius Copa Syrisca caput Graia redimita mitella.

Mitto, tis, misi, missum, Notæ est significationis, πέμπω. Cic. in Catone. Hunc librum ad te de Senectute misimus. Interdum excludere, uel omittere, uel deponere, ἀφίημι. Verg. 1. Aeneidos mœstumq; timorem Mittite. Terentius in Adelphis, Hera lachrymas mitte. Item donare. Vergilius 9. Eclog. Hos (illi quod nec bene uertat) mittimus hœdos. Mittere in consilium, est dimittere iudices ad sententiam dicendam, ubi orator dixerit, Dixi. Autor Asconius. Cicero pro Cluent. Cur Stalenum, quum in consilium iretur, Cluẽtius & Canutius abesse patiebantur? & quum in Consilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Budæus. Missum facere, est deponere, ac etiam à nostro consortio, familiaritate, potestate, arbitrio dimittere: quod quidam barbarè dicunt, Dare licentiam, uel Licentiare. Terentius in Phorm. Missum te facimus. Mitti sanguis dicitur, quum fit phlebotomia, φλεβοτομεῖσθαι ἐφ' αἷμα. Cornel Celsus lib. 2. Mitti sanguis debet ex brachio. Idẽ, Sanguinem incisa uena mitti, nouum non est. Huius composita sunt, Admitto, Amitto, Committo, Immitto, Omitto. Permitto, Promitto, Remitto, Manumitto, Summitto, & Transmitto.

Missus, a, um, Particip. eas significationes habet, quas Mitto.

Missus, us, masc. substantiuum quartæ declin. immissionem ferarum, siue ludorum, aut gladiatorum in arenam significat, ἔφεσις, θηριομαχία. Suetonius in Domit. In his Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina coripuit. Idem in Claudio, Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquã interiecta per quinos missus uenatione. Hæc Budæus. Aliquando sumitur pro immissione ferculorum, παρεφορά. Vnde Lampridius scribit Heliogabalum celebrasse tale conuiuium, ut apud amicos singulos singuli missus apparaerẽtur: & aliquando omnes missus sola carne phasianorum struxisse. Budæus.

Missio, f. t. actus ipse mittendi, πόμπη. Cicero ad Attic lib 1. De literarum missione sine causa abs te accusor. Legatorum missio. Idem 7. Philipp. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui, nunquam probaui: quorum reditus quid sit allaturus, ignoro. Missio non solùm significat ipsum mittendi actum, sed etiã dimittendi, ἄφεσις, ἀπόπεμψις. Suetonius in Cæsare, Missionem continuò efflagitauit. Huiusmodi missionum in re militari multa sunt genera. Est enim honesta, quæ emeritis stipendiis ab imperatore indulgetur. Est causaria, qua quis propter ualetudinem à laboribus militiæ soluitur. Vnde causarii milites dicuntur à Liuio. Est & ignominiosa, quum quis propter delictum sacramento soluitur.

Missito, tas, pen. cor. frequentatiuum, Sæpè mitto, προσαναπέμπω, Liu. 9. ab Vrbe, Quod incolumi Hernico nomine simul cum iis Samnites auxilia missitauerant.

Missiculo, las, Iteratiuum est, à uerbo Mitto, eiusdemq; significationis cum Missito, hoc est, frequẽter, & repetitis uicibus mitto, πεμπάζω. Plaut. in Epid. empta est ancilla, quòd tute ad me literas Missiculabas.

Missilis, & hoc missile, om. t. adiect. pen. cor. Quod facilè mittitur, Missile pen. cor. substantiuè, Telum quod manu mitti tur οἰστὸς βίπος. Verg. 9. Aeneid. sed pellere uallo Missilibus certant. Vnde & lapides Missilia dicuntur. Plin. lib. 28. ca. 4. Ferunt difficiles partus statim solui, quum quis tectum, in quo sit grauida, transmiserit lapide uel missili, ex his quæ tria animalia singulis ictibus interfecerint, hominem, aprũ, ursam. Missiles lapides, Liuius 1. ab Vrbe. Pondus missile disci, Propertius libro tertio Eleg. 14. Missilia saxa, & missilia tela. Liuius 2. & 5. ab Vrbe. Missilia tormenta. Plinius libro 8. capite 23. Missilia etiam dicuntur munera quæ à Principibus populo spargebantur, utpura bellaria, lintea, odores, unguenta, ἐπιδόσεις. Suet. in Calig Sparsit & missilia uariarum rerum, & panaria cum obsonio uinitim diuisis. Idem in Nero. cap. 21. Quare spectaculum multiplicatis missibus in serum Prorrahebatur.

Misua, fit ex succis stomachum confortantibus, pirorum scilicet uel cydoniorum

Mixobarbari μιξοβάρβαροι, Dicebantur qui ex altero parẽte Græco, altero Barbaro prognati erant: quo nomine dicti fuerunt Medeæ liberi, quos illa ab Iasone repudiata, Aegeo peperit. Nonnulli recentiorum, detorto nonnihil uocabulo, Mixobarbaros nocauerunt, qui quum Barbari essent, Græcè tamen nossent.

Mixtarius, uel potius Mistarius, Vas quo uinum aqua miscemus, κύαθος. Lucilius, Vrceus, aut gemina longus mistarius ansa.

M N.

M N In notis antiquorum meo nomine, uel millia nummũ uel numorum. M N F L. manifestus locus. M N M. manumissũ. M N. M N. municipalis, municeps.

Mna. μνᾶ, Græcè, Latinè Mina. Vide Mina.

Mnemosyne, uide in Propriis.

Mnemonica, μνημονικὰ, ab autore ad Herennium lib. 3. tradunt præcepta memoriam adiuuantia. Quemadmodum (inquit) qui literas sciunt, possunt id quod audierunt scribere, & recitare quod scripserũt: ita qui mnemonica didicerint, possunt quæ audierunt in locis collocare, & ex his memoriter pronuntiare.

Mnesithium, Buphthalmus, apud Dioscor. lib. 3. cap. 157.

M O.

MO. In notis antiquorum, modi, uel modo, mors. M P. malè positus, uel Marcus Pacuuius, uel mẽsæ posuit, uel Maximus princeps. M. PD. maiorum partem dici. M. POP. Marcus Popilius. M. R. miles Romanus. M. R. militiæ Rhaenaris. M. REG. militiæ Regiensium uel militum. MS. menses uel mensibus. uel molestus, M. S. P. memoriæ suæ posuit. M. mos uel mus. M. T. F E. malo tuo factum est.

Mobilis, Mobilitas, Mobiliter, uide Moueo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Moderatè, Moderatio, Moderator, Moderatrix, Moderatus, Moderò, Modestè, Modestia, Modestus, Mndicè, Modicum, Modifico, Vide Mod.

Mochunium, Aegyptiorum lingua syluestris portulaca.

Mŏdĭŭs, dii, ut inter doctos nostræ ætatis ferè conuenit, mẽsuræ genus fuit continens sedecim sextarios. Cicero de Amicitia, Verumq; illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. Idem 2. Officiorum, Ne Marco quidem Scio uitio datum est, quod in caritate esse modium populo dedit. Volusius Metianus, Quadrantal, quod nunc plerique amphoram uocant, habet urnas duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios octo & quadraginta, heminas sex & nonaginta, quartarios centum nonaginta duos, cyathos quingentos septuaginta sex. Ex quibus Volusii uerbis facillimè colligi potest capacitas modii. Nam quum dicit Amphoram, quam antiqui Romani Quadrantal uocabant, continere tres modios, sextarios autem octo & quadraginta, sequitur necessariò Modium tertiam partem esse XLVIII sextariorum, quæ est sedecim sextariorum. Lapsus est itaque Perottus, & post eum Calepinus, qui modium esse putauerunt duorum & uiginti sextariorum: quanquam utrobique librariorum (ut arbitror) culpa Sextertiorum legatur, non Sextariorum. Hinc fit compositum Semodius, quod significat modii dimidium. Columella libro secundo. Eadem quatuor modis, nonnunquam tribus, aliquando etiam duobus ac semodio iugerum occupat. Modius uini Parisinus, tricenos senos sextarios nostros capit: Sextarius autem octonas eas, quas pintas dicimus. Budæus. Modius tritici Parisinus, quatuor & uiginti mediminos Atticos capit. Modius agri, Actus quadratus, qui latus est pedes centum uiginti, & longus totidem: Mina etiam Latinè dicitur, teste Varrone 1. de Re rustic. capite decimo. Modium etiam neutro genere dicitur. Plinius libro decimonono, capite 16. Id præstant in iugera modia uicena.

Modiolus, li, m. s. cum accentu in antepenult. πλήμνη, χοινικίς. Est quarta pars modii, ut putat Sipontinus, adducens illud Plauti ex Cistel. uix exculpsi ut diceret, Quia ei promisi modiolum uini dare. Ex quo Plauti loco satis constat modiolũ esse genus mensuræ: cuius tamen fuerit capacitatis, neque ex hoc loco deprehẽdi potest, neq; alibi memini me legisse. Hoc etiã nomine dictum est paruũ uas quadratum ad hauriendũ ex puteo, aut lacu, aut flumine aquam. Horum autem modiolorum (ut est apud Frontinum de aquæductibus) alius est erogatorius, alius acceptorius, ut multis in locis intueri licet. Vitruuius, Ita quum tota à calcantibus uersabitur, modioli pleni ad summum elati, & rursus ad imum reuerrentes infundent in castellum ipsi per se quod extulerunt. Modiolus etiam est uas mensarium potui paratum, ut phiala, ut trulla: non tamen poculum, inquit Scæuola in l. Seiæ. ff. de auro & argento legat. Hæc Budæus. Modiolus in rota, cui affixi sunt radii. Plinius libro 6. capite 4. Apparent & rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus utrinque claudentibus. Est præterea Modiolus instrumentum chirurgicum. Celsus libro octauo, capite tertio. Exciditur uerò os duobus modis: si paruulum est, quod læsum est, modiolo, quem χοινίκιον Græci uocant: si spatiosius, terebris. Deinde subdit, Modiolus ferramentum concauum, & teres est, imis oris ferratum, per quod medium clauus ipse quoque interiore orbe cinctus demittitur.

Modialis, le, A modio, μεδιμναῖος, ut Vas modiale, quod modium continet. Plautus in Captiuis Aulas, calicesq; omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

Modo, Quando habet o finalem corr. significat tempus præsens, uel mox præteritum, uel nõdum præteritum, sed tamen futurum, ἄρτι. ut modò id ago. Terent in Eunuch. Modò ait, modò negat. Sic etiam dicimus, Modò dicebam, Modò ueni, Modò faciam. De tempore præterito testimonium est apud eundem in Eunucho, Quam dudum? DO. Modò. Vbi Donatus, Nota Modò apertè pro tempore præterito dictum esse, id est, iamdudum. Nam qui uitiauerat uirginem, non modò, sed longè antè uestem mutauit cum eunucho. Ponitur etiam aliquando pro duntaxat, solùm, tantummodo, μόνον. Liuius libro 1 ab Vrbe, Euentus belli minus miserabilem dimicationem fecit, quòd nec acie certatum est, & tectis modò diruti alterius urbis, duo populi in unum contusi sunt. Id est, solùm uel tantùm unius urbis tectis diruti. Quintilianus libro 2. cap. 16. Quidam enim circa res omnes, quidam circa ciuiles modò uersari Rhetoricen putauerunt. Aliquando, etiã idem est quod Si modò, Dum modò, μόνον. Terentius in Heaut. Modò liceat uiuere, spes est. Verg. lib. 4. Aeneidos. Si modò quod memoras factum fortuna sequatur, Hinc & Solummodo, Tantummodo, & Amodo, ἀπὸ τότε, quod significat Posthac. Apul ut nemo me amodo tàm manè egredientem solum uidebit. Quòd si Modo producta ultima syllaba proferatur, datiuus uel ablatiuus est à Modus. Modò pro saltem. Terentius in Adelphis, Vtinam hoc sit Modò defunctum. Modò pro interdum. Propertius.

Qualis amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodonteis tuba lauatur aquis:
Et modò Taygeti crines aspersa pruina
Sectatur primos per iuga longa canes.

Modò non, idem est quod Ferè, uel propemodum: pro quo etiam dicimus, Tantùm non. Terent. in Phorm. Modò non aurĩ montes pollicens.

Modulor, Modulatio, Modulator, Modulatus, ui de Modulus, in Modus.

Mŏdŭs, di, m. s. Propriè rationem significat, id est, mensurã, siue formam, μέτρον, τρόπος. Ratio uerò iubet ne quid nimis, sed omnia cum moderamine fiant. Vnde Quomodo & Quẽ admodum dicimus, id est, qua ratione. Et admodum pro Satis, quasi secundum rationem. Et Propemodum, ferè, quasi parum absit à modo, hoc est, à ratione. Et mirum in modum, Maiorem in modum, quasi ultra rationem. Commodum, aptum, conueniens: quasi cum modo & ratione. Plautus Pœn. uerum hoc unum tamen cogitato, Modus omnibus in rebus soror est optimum habitu. Cicero de Orat. In omnibus rebus uidendum est quatenus: & si enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. Idem de Senectute, Nam habet natura, sicut aliarum omnium rerum, sic uiuendi modum. Idem lib. 1. Offic. His enim rebus quæ tractantur in uita, modum quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus conseruabimus. Columella lib. 2. Est autem modus in siccando fœno, ut neque peraridum, neque rursus uiride colligatur. Id est, mẽsura quædam, & moderatio. Idem lib. 3. In quo scrobe destinaueris uites ferere, terram minutam in modum semipedis ponito. Id est, mensuram. Modus etiam dicitur quantitas, ut apud eundem libro 2. Atque rursus in Sole siccata, & mox refrigerata reconditur: si maior est modus, in horreo, si minor, in uasis olearijs, salsamentarijsq;. Interdum dicitur finis seu euentus, πέρας. Iuuenalis. Imponitq; modum sapiens, & rebus agendis. Vergilius libro 4. Aeneidos. Sed quis erit modus? Accipitur etiam Modus pro mensura illa quam cẽtores inter cauendum obseruare solent. Cicero 1. de Orat. Solet idem Roscius dicere, se quò plus ætatis sibi accederet, eò tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum. Vnde etiam illud in titulis Commœdiarum Terentii, Modos fecit Flaccus Claudi filius tibiis paribus, dextris & sinistris.

Modulus, li, m. s. diminutiuũ est à nomine modus, & propriè significat mẽsuram, μέτρον. Sueton. in Nerone Scrobem coràm fieri imperauit, dimensus ad sui corporis modulum. Modulos etiam uocabant ueteres architecti particulas quasdam, ad quas totum opus solent dimetiri: uulgus hodie paruum pedem uocat. Paul. in l. Non solum. ff. de Oper. nouã nuntiat. Sed ut probari possit quid postea ædificatum sit, modulos sumere debet is qui opus nuntiat. Erant præterea Moduli quædam mensuræ in aquæductibus, quibus aqua ex castellis ad priuata ædificia duci solet. Vlpian. l. damni infecti ff. de Damno infecto. Vnde Labeo putabat eum, qui modulorum aut riui faciendi causa opus faceret etiam satisdare debere. Hæc ferè omnia ex Budæo. Est etiam Modulus, idem quod modulatio, uel ipse cantus, aut flexus uocis, uel ipsa (nõ loquuntur) cantus mensura. Plinius libro 11. cap. 37. Arteriarum pulsus in modulos certos, legesq; metricas, per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. Idem libro 7. cap. 56. Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx inuenit. Modulus, siue modus potest etiam dici id cantionis genus, quod Galli cantores uocant Vn motet.

Modulor, aris, d. p. pen. cor. Mensuro, siue cum mensura, & numerorum ratione compono, μετρέω, μελῳδέω, καταυλέω. Gel. lib. 1, cap. 1. Strictè subtiliterq; ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit, in reperienda, modulandaq; statura longitudinisq; eius præstantia. Sic modulari carmen, est compo

nere

nere, uel decantare. Verg. 7. Eclog. Carmine deſcripſi & modulans alterna notaui. Idem 10. Eclog. Carmina paſtoris Siculi modulabor auena. Cicero in Orat. Ipſa enim natura, quaſi modularetur hominum orationem in omni uerbo poſuit acutam uocem, nec una plus, nec à poſtrema ſyllaba citra tertiam: quò magis naturam ducem ad aurium uoluptatem ſequatur induſtria.

Modulatus, a, um, Participium. ut Modulata cantica. Quintil. lib. 9. cap. 2. Nomen ductum à canticis ad aliorum ſimilitudinem modulatis. Sonus modulatus. Senec. Agam. Non quæ uerno nobile carmen Ramo cantat querula Aedonis Itys, in uarios modulata ſonos.

Modulatus, us, ui, m. q. Modulandi actus: Idem quod modulatio. Senec. Herc. furente, Cuiuſq; muros natus Amphion Ioue Struxit canoro ſaxa modulata trahens.

Modulatio, onis, uerbale. Quintilianus, Quorum alterum modulatione, alterum canore, ac ſonis conſtat.

Modulamen, inis, neut. gen. t. Idem quod modulatio. Autor Philomelæ, Nam quanuis aliq; uolucres modulamina tentẽt. Nulla poteſt modulis æquiualere tuis.

Modulator, oris, m. t. Qui modulatur. Colum. in Præfat. lib. 1. Placitæ diſciplinæ conſectentur magiſtrum uocis, & cantus modulatorem.

Modulatè, aduerb. Concinnè, & cum menſura. Cic. 2. de Nat. deor. Si ex oliua modulatè canentes tibiæ naſcerentur, num dubitares quin ineſſet in oliua tibicinis quædam ſcientia?

Modificor, aris, d. p. Eſt metiri, aut menſurare, *μετρέω* Gel. lib. 1. cap. 1. Comprehenſa autem menſura Herculani pedis, ſecũdum naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam modificatus eſt: atque ita id collegit quod erat conſequens tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem quàm alios, quantò Olympicum ſtadium cæteris pari numero factis anteiret. Cic. 3. de Orat. Verba illa modificata eſſe debebunt. Hinc modificatio, pro tẽperantia, modo uel menſura. *μετριότης.*

Modicus, a, um, Paruum ac puſillum, *ὀλίγον, τυτθόν.* ut Modica pecunia. Plinius lib. 10. cap. 55. Sed inuentum, ut ouа in calido loco impoſita paleis, igne modico foueantur. Horat. 1. Epiſt. 2. ex modico, quantum res poſcet, acerno Tollam. Colum. lib. 6. cap. 2. Humilis enim & modica corporatura pecori operarii debet eſſe. Apul. Modico labore fatigatur. Sic Immodicum pro nimis magno ponitur, *ἄκριτον, ἄμετρος.* Col. C. Licinius damnatus eſt, quoniã in magiſtratu rogatione tribunitia quam promulgauerat, immodica poſſidendi libidine tranſcendiſſet. Refertur etiam ad numerum, ut idẽ ſit quod paucus. Plaut. In angiporto turba eſt, domum modici introierunt. Cic. in Parad. Meam aũt quoniã pecuniam contemnis, & rectè: eſt enim ad uulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me filebo, de te loquar. Sic immodicos, dicimus nimis multos. Martial. Atriaq; immodicis arctat imaginibus. Propriè tamen Modicum dicitur. non cui aliquid ſit imminutũ, ſed quod non excedat modum, & modeſtum eſt, & temperatum, *μέτριον.* Plautus, Cui animus modicus, continens, expers ambitionis.

Modicum, ci, ſubſtantiuum, *ὀλίγον.* Iuuenalis. Satyr. 9. modico contentus agebas.

Modicellus, a, um, diminutiuũ à Modicus. Sueton. in Neron. cap. 48. Decubuit ſuper lectum modicella culcitra, uetere palliо ſtratum, &c.

Modicùm, aduerbium, Significat parum. Plaut. Aedepol id modicùm curat.

Modicè uerò, Temperatè, *μετρίως.* Plaut. in Milite, Modicè ſapis. Hoc eſt, mediocriter & temperatè, neque nimis, neq; parũ Varro de Re ruſtic. Quum aër eſt modicè temperatus. Immodicè, nimis, uel intemperatè, *ἀμετρίως.* Columella lib. 2. Magiſq; conducere agricolæ frequenter id potius, quàm immodicè facere. Aliquando etiam Modicè idem uiderur ſignificare quod parum. Plinius lib. 6. cap. 22. Aedificia modicè à terra extantia.

Moderor, aris, d. p. Rego, moderationem adhibeo, modum pono, *κυβερνάω, διοικῶ, ἡνιοχῶ, ἰθύνω, ἰσιάω, ἰφορύω, χαλινάω,* & tam accuſatiuo, quàm datiuo iungitur. Salluſtius, Fortuna, cuius libido gentibus moderatur. Plautus in Curcul. Linguæ moderandum eſt. Sueton. in Auguſto, Nec ſucceſſum uictoriæ moderatus eſt. Terentius. Heaut. Ex ſua libidine moderantur, quæ nunc eſt, non quæ olim fuit. Cicero ſexto Tuſcul. Tibicines. i. q; qui fidibus utuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio cantus numeroſq; moderantur. Linguæ moderari. Plautus Curcul. Sed interim crepuere fores, linguæ moderandum eſt mihi. Hoc eſt, tacendum eſt mihi. Dicitur & Modero, ras, in eadem ſignificatione. Salluſt. Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Conſul gladium eduxerit, quis illi finem ſtatuet, aut quis moderabit? Accius in Epigonis, apud Nonium, Viden', ut te impietas ſtimulat, neq; moderat metus?

Moderatio, onis, *μετριότης, ἴυταξις,* Cic. de Senectute, Moderatio, modò uirium adſit, & tantum quantum quiſq; poteſt, nitatur. Vide Modeſtia.

Moderans, particip. Iuuenal. Sat. 10. de Demoſt. ſæuus & illum Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri.

Moderanter, aduerbium, *μετρίως.* Lucretius libro ſecundo, Quis regere immenſi ſummam, quis habere profũdi Indumanu ualidus potis eſt moderanter habenas? Ouidius 1. Metamorph. moderantius oro Curre fugamq; inhibe, moderãtius inſequar ipſe. Huius compoſitum eſt Præmoderor, ante moderor.

Moderatus, adiectiuum, *ἔυτακτος, μέτριος.* Cic. de Senect. Moderati enim, & nec difficiles ſenes, nec inhumani, tolerabilem agunt ſenectutem. Ouidius 1. Triſt. eleg. 8. Nec ſolet irаſci, neq; enim moderatior alter.

Moderatè, aduerbium, cum moderatione, *ἐυτάκτως, μετρίως,* ut Moderatè dictum. Cic. pro Font. Ab his quicquam ſanctè, aut moderatè dictum putabitis? Idem 1. de Finibus. Qui autem, ſi maximè hoc placeat, moderatius tamen id uolunt fieri. Idem 3. de Leg. Quæ res quum ſapientiſſimè, moderatiſſimeq; conſtituta eſſet à maioribus noſtris, nihil habui (ſanè non multum) quod putarem nouandum.

Moderatim, aliud aduerbium. Lucr. lib. 1. naturaq; rebus Paulatim tribuit, moderatim creſcere cogens.

Moderator, toris, m. t. Rector, gubernator, *διοικήτης, ἰσιάτης.* Cic. lib. 1. Tuſcul. Hæc igitur, & alia innumerabilia quum cernimus, poſſimúſne dubitare quin his præſit aliquis conditor, uel effector, ſi hæc nata ſunt, ut Platoni uiderur: uel ſi ſemper fuerint, ut Ariſtoteli placet, moderator tãti operis & muneris? Idem 2. de Natura deorum, Poſtea quũ uidiſſent motus eius finitos & æquales, omniaq; ratis ordinibus moderata, immutabiliq; conſtantia, cœperunt intelligere ineſſe aliquem non ſolùm habitatorem in hac cæleſti & diuina domo, ſed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tantiq; muneris. Moderator iuuentæ, Præceptor & pædagogus. Martial. lib. 2. Quintiliane uagæ moderator ſumme iuuentæ. Ouid. 2. de Pon. eleg. 5. Succedaq; ſuis orbis moderator habenis.

Moderatrix, f. p. Gubernatrix, rectrix. Cicero primo de Inuent. Moderatrix rerum ſapientia. Idem 3. de Natura deorum. Eius autem uniuerſæ fictricem & moderatricem diuinam eſſe prouidentiam.

Moderamen, inis, n. t. Idem quod moderatio, *διοίκησις,* Ouid. 3. Metam. obſtupui, capiatq; aliquis moderamina, dixi. de nauis moderamine, hoc eſt, gubernatione, intelligit, quam *κυβερνησμὸν* uocãt Græci. Idem 2. Metam. Vltima prona uia eſt, & eget moderamine certo. de equorum moderamine loquitur, quod *ἡνίοχησιν* uocant Græci. Sumere moderamina mundi, Claudian. de laudibus Serenæ.

Modeſtus, a, um, à Modico, Contrarium eſt arroganti, qui ſcilicet animi elationi, cæteriſq; cupiditatibus moderatur, & in rebus omnibus modum ſeruat, *κόσμιος, ταπεινόφρων.* Ter. in Adelph. proba & modeſta. Vbi Donatus, Proba ſibi & modeſta apud alios. Idem Hecyr. Hæc ubi liberali eſſe ingenio decet, Prudens, modeſta: incommoda, atq; iniurias Viri omnes ferre, & tegere contumelias. Modeſtus uultus, id eſt, ipſo aſpectu modeſtiam quandam præ ſe ferens. Terentius in Andria, & uultu, Soſia, Adeò modeſto, adeò uenuſto, ut nihil ſuprà. Cicero, Nam & modeſtum hominem cognoſces, & prudentem. Idem pro Plan. Adoleſcentis modeſtiſſimi pudor. Idem contra Rullum, Plebs optima, & modeſtiſſimi mores. Vndè Modeſtè, *κοσμίως,* Cum modo, & temperatè. Terentius in Phormione, Animus, qui modeſtè iſthæc ferat. Varro. non eos optimè uixiſſe, qui diutiſſimè uixerunt, ſed qui modeſtiſſimè.

Modeſtia, ſtiæ, f. p. *τὸ κόσμιον, κοσμιότης, ἐυταξία,* & Moderatio, *μετριότης,* hunc habet ordinem, quòd modeſtia fundamentum, ſoliditas, & baſis ipſa uirtutis eſt, ex qua gignitur moderatio, quæ temperat, aurigaturq; modos in factis & dictis, & cæteris talibus, quæ agendi officio utuntur. Autor ad Heren. libro 1. Modeſtiam definit. quòd ſit in animo continens

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

moderatio, cupiditatum. Cicero primo Officiorum, Sic fit, ut modestia scientia sit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum. Claudian. lib. 8. Paneg. Seruat inoffensam diuina modestia uocem. Quintilian. libro 1. cap. 7. Nam sepe qui aduersus infectantem pugnassent, modestia mitigantur. Cicero 1. de Diuinat. Vbi ille paulò antè sapiẽs uir ginali modestia?

Modiperatores, m. t. Dicũtur, teste Non. q̃ in cõuiuiis modificã di autoritatẽ habent, quasi modũ imperantes, *συμποσίαρχαι*. Varr. Rer. human. lib. 10. ut citat idem Nonius, In conuiuiis instituti sunt modiperatores atq; magistri.

Mœchus, *μοιχὸς*, Adulter. Plaut. in Amph. illa illum censet Virum suum esse, quæ cum mœcho est. Terent. in Eunuch. Nunc minatur porrò sese id quod mœchis solet. Huius femininum est Mœcha, *μοιχὴ*, idem quod adultera. Martialis libro 10. Ad nocturna iaces fastosæ limina mœchæ. Mœchus mulierum. Plaut. Milite. Herus meus ita magnus mœchus est mulierum, ut meminem Fuisse æquè, neque futurum credo. Ponitur tamen pro quocunque inhonestè per libidinem peccante.

Mœchisso, mœchissas, mœchissare, Per adulterium polluo, *μοιχεύω*. Plaut. in Casin. In adulterio dum mœchissat Casinam, credo perdidit.

Mœchor, aris, d. p. Inhonestè per libidinem pecco, adulterium committo, *μοιχάσω*. Catullus, Mentula mœchatur, mœchatur mentula certè.

Mœnia, mœnium, n. t. pluraliter tantùm declinatur, à muniendo dicta, *τείχη*. Veteres enim œ, & u, indifferenter ponebãt. Et propriè dicuntur, quæ urbem cingunt. Verg. 2. Aen. & mœnia pandimus urbis. Non tamen urbis tantùm sunt, sed etiã munitionum, castrorum & aliorũ ædificiorum. Cæsar 2. bel. ciuil. Quum penè ædificata in muris ab exercitu nostro mœnia uiderentur. Cic. 5. de Nat. deor. Diligentiores q; urbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis. Verg. 9. Aen. ingenti clamore per omnes Conduntse Teucri portas, & mœnia complent. Idem 1. Aen. O fortunati, quorũ iam mœnia surgunt. Hinc fit Submœnium, quod est sub mœnibus. Vnde Submœnianæ, uel Sũmœnianæ, meretrices dictæ sunt, quæ sub mœnibus in fornicibus prostabant. Martial. lib. 8. Conuiua Zoili quisquis potest esse, Sũmœnianas cœnet inter uxores. Mœne singulariter protulit Ennius teste Festo, Apud emporium in campo hostium per mœne.

Mœnitus, Mœnibus cinctus, *τειχιοδὴς*. Plaut. in Bacch. Quum Priami Pergamũ diuina mœnitum manu. Participiũ est passiui antiqui uerbi Mœnio, quo ueteres utebantur pro Munio: quemadmodum & Pœnio pro Punio.

Mœniana, uide Meniana.

Mœreo, res, mœstus, per œ diphthongon deduci putatur, *ἀπὸ τῆς μοίρας*, quo nomine Græci parcam significant, siue mortem. Varro tamen à marcendo dictum putat, quod mœrore corpus, marcescat ita per æ scribendũ uidetur, *συσκοτοῦμαι, σκυθρωπάζω*. Est autem mœrere, tristari, & dolore affici. Cic. de Amicitia. Quocirca mœrere hoc eius euentu, uereor ne inuidi magis sit, quàm amici. Horat. Epod. 13. Eheu translatos aliò mœrebis amores. Aliquando etiã inuenitur cũ accusatiuo constructũ. Cicero Terentiæ, A te quidem omnia fieri fortissimè & amantissimè uideo: nec miror sed mœreo casum eiusmodi, ut tantis tuis miseriis meæ miseriæ subleuẽtur, id est, doleo. Item deploro, ut apud eundem lib. 1. Tusc. At illa sicut acerbissimam rem mœret, *ὀδύρομαι*. Et iterum, Quum grauiter filii mortem mœreret.

Mœro, ras, a. p. Mœrentem & tristem facio, *λυπέω*. Pacuuius, Nãme multis mœrauit modis. Nonius.

Mœrens. tis, Participium. Vergil. 1. Aeneid. & dictis mœrentia pectora mulcet. Ouid. Epist. 11. Interea patrius nultu mœrente satelles Venit.

Mœror, oris, m. t. Est ipse mœrendi actus, & uehemens tristitia: & maior est quàm dolor, *λύπη*. Cic. ad Attic. lib. 12. Mœrorem minui, dolorem non potui. Iuuenal. Satyr. 10. inq; Perpetuo mœrore, & nigra ueste senescant.

Mœstus, a, um, adiectiuum, Tristis miserandus, *λυπρός*. Verg. 2. Aeneid. & mœstas promere uoces. Cæs. 7. bel. Gal. At ij, qui ab Alexia prociebant, mœsti, propè uictoria desperata, se in oppidum receperunt. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. Alter ab alterius funere mœstus erat. Lucan. li. 8. quatum tellure latebas Mœstior, in mediis quàm si Cornelia campis Emathiæ starés. Vergil. 2. Aene. In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector Visus adesse mihi.

Mœstitia, s. p. & Mœstitudo, inis, Idem quod mœror, uel uehemens tristitia, *κατήφεια*. Plaut. Cui tanta mœstitudo obtigit. Quintil. Dolore, atq; animi mœstitia langues. Cicero 1. de Finibus, Sapientia enim est una, quæ mœstitiam pellat ex animis. Tacit. libro 3. Cæsar flexo in mœstitiam ore, suam inuidiam, &c.

Mœstè, aduerb. *λυπηρῶς*. Autor ad Herennium, Tum clementer mœstè, hilariter.

Mœstiter, aduerb. antiquum, pro Mœstè. Plaut. in Rud. Obsecro tam mœstiter uestitas?

Mœri, orum, m. s. pro muris, *τείχη*. Vergil. 10. Aeneid. Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent Aggeribus mœrorum. Vbi Seruius, Mœrorũ, pro murorum, antiquè. Nam ueteres pleraq; eorum quæ in nos per u, dicimus, per œ diphthongũ pronuntiabant. Hinc est Mœrorum pro Murorum, & contrà Punio pro pœnio.

Mogilali, *μογιλαλοι*, qui difficulter & malè pronuntiant.

Mŏla, læ, f. p. nomen habet à mole, eo quod saxi mole frumẽta, legumina q; in ea terantur, *μύλη*. Alii à mouendo dictam putant, quod species in eam iecta q; motu, & rotatione lapidis comminuantur. Iuuen. Satyr. 8. tritoq; trahunt epiredia collo Seguipedes, digniq; molam uersare nepotis. Ouidius tertio de Arte, Illa sonat raucum quiddam, atque inamabile rident, Vt rudit à scabra turpis asella mola. Cicero ad Atticum libro 2. Vt Rhodi uideretur molis potius, quàm Moloni operam dedisse. Punicæ molæ. Ouidius 6. Fast. Inde focum seruat pistor, dominamq; focorum, Et quæ puniceas uersat asella molas. Molas antiqui ab asinis asinarias, alias à manu manuarias, à trudendo trusatiles appellabant, quæ & Versatiles dicuntur. Plinius lib. 36. cap. 18. Item molas uersatiles Volsiniis inuentas, quarum aliquas & sponte motas inuenimus in prodigiis. Sumunt quoque molæ nomina ex rebus quæ per eas comminuuntur: unde Molas frumentarias dicimus, & Molas fabarias. Molæ olearię dicuntur, quibus ex nucibus, aut ex semine aliquo oleum exprimitur. Et Latinè quidem Mola, Græcè *μύλος*, siue *μύλη* dicitur, unde Amylum *ἄμυλον*, placentæ genus sine mola factum ex trico. In molendinis superiorem partem, Metam uocant, *μύλην*: inferiorem uerò Catillum, *ὄνον*. Accipitur etiam quandoq; Mola, *μύλη*, pro mandibula, siue maxilla. Dicitur præterea aliquando mola, caro informis, & inanima in utero mulieris, sine uiri semine genita: quæ licet his quoq; accidat quæ coitu utuntur, quoties menstrua uitiosa sunt, aut semẽ uiri ad formandum fœtum debile est, atq; ineptum, frequentius tamen his accidit quæ à coitu abstinent, solitæ aliàs coire, quales uiduæ sunt: in quibus fit huiusmodi tumor præter naturam, quum semen sanguine mistum indurescit in carnem: quanuis aliquando ex solo spiritu fiat mola, quæ mouetur natura tentante eam expellere. De hac Aristoteles lib. 4. de Gener. anim. Quum ex humore crudo conceptus steterit tunc mola gignitur, idq; in mulieribus meritò aut solis, aut maximè. Præterea Mola, à mollito farre, dicitur far tostũ, & sale sparsum, quod eo molito hostiæ asperguntur, *ἐπιχύτης*. Plinius libro 12. cap. 18. Nec minus propitii erant dii mola salsa supplicantibus, imò uerò (ut palàm est) Placatiores. Plautus in Amph. prodigiali Ioui aut mola salsa hodie, aut thure cõprecatum oportuit. Horatius 2. Serm. Sat. 3. Tu quum pro uirula statuis dulcem Aulide natam Ante aras, spargisq; mola caput, improbe, salsa. Lucan. lib. 1. iam fundere Bacchi Cœperat, obliquoq; molas inducere cultro. Inspergere molã Cicero 2. de Diuin. Caput est in iecore, cor in extis: iam abscedit simul ac molam & uinum inspserseris. Apud antiquos post glandes & arbuta usos farris in honore fuit, seruatus in tantum ut sacrificium non fieret sine sale & farre. Vergilius libro 8. Eclog Sparge molam. Hinc Immolo. las, de quo suo loco.

Molaris, is, substantiuum generis masculini, Dens maxillaris est: à mola pro maxilla deducto nomine, quod cibum à cæteris dentibus confractum, dentes maxillares molant, *μυλίτης*. Aliquando etiam Molaris accipitur pro molæ fragmento: Ouidius lib. 3. Metam. Aut comes (inquit) ero: dixit, dextraq; molarem Sustulit. Statius lib. 3. Theb. Vastaq; sudes, fractiq; molares.

Molaris, & hoc molare, om. t. adiectiuum, *μυλικός*. ut, Lapis molaris, ex quo mola fit. Plinius lib. 36. cap. 25. Vtilior eadem ex effosso lapide, quàm ex ripis fluminum collecto: utilior è molari, quia est quædam pinguior natura eius. Hunc quidã Pyriten uocant, quod ei insit plurimus ignis, quẽ πῦρ Græci

Græci dicunt: uel à frumento, quod πυρὸν nominant, quod eo contentur. Vide infra.

Molarius, a, um, Quod ad molam pertinet, μυλικός. ut Asinus molarius, quo utimur ad molam. Cato de Re ruſt. cap. 11. Mo larium asinum unum.

Molo, is, molui, molitum, a. t. Significat mola tero, ἀλέω, μύλω. Terent. Phorm. Molendum utq; in piſtrino, uapulandum. Plinius libro 7. capite 56. Ceres frumenta inuenit, quum an tea glande uescerentur: eadem molere, &c. Cæſar libro 1. Cõment. Trium menſium molita cibaria ſibi unumquenque dono efferre iubet. Compoſitum eius eſt Permolo, quod aliquando pro ſubagitare accipitur. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. Huc iuuenes æquum eſt deſcendere, non alienas Permolere uxores. Translatio ſumpta à mola. Commolo, ſimul molo, συναλήθω. Lactantius de opif. Contritos, & commolitos den tibus cibos colligit, & conglobatos ui ſua deprimit, & tranſmittit ad uentrem. Emolo, perfectè molo. Habent autem hæc penult. corr.

Molita, mola contuſa, Media correpta pronuntiatur Molitum Col. lib. 6. cap. 9.

Molitura. Plin. lib. 15. cap. 23. Molitura etiam præſtant ieiunio fœminarum quandam imaginem panis.

Molitor, m. t pen cor. Qui molit. μυλωθρὸς, ἀλήτης. Vulgò Molendinarius dicitur. Et Molitrix, quæ molit, μυλιτρίς. Eſt & Molitor, pen. prod. à Molior, uide ſuo loco.

Molendinarius, a, um, Quod ad molendinũ pertinet, μυλικός. ut, Aſina molendinaria. Paulus Iureconſultus, Aſinam molendinariam negauit ea appellatione contineri.

Moletrina, æ f. p. pen. prod. à molendo, Piſtrinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non molebantur. μυλὼν, μυλωθρικόν. Cato in Themũ, (ut Nonius citat) Carcere, neruo, moletrina. Budæus credit etiam hoc nomine appellari poſſe aquariarum molarum loca.

Molile, molilis, Inſtrumentum quo aliquid molitur, ſiue immittitur, uel id quod molæ, aut collis boum, uel humeris ſeruorum adalligatur ad trudendas molas. Cato cap. 10. li. 4. Molas aſinarias unas, & truſatiles unas, Hiſpanienſes unas, molilia tria, abacum unum. Ibidem, Iuga ploſtraria duo, iugum aſinarium unum, molile unum.

Mõles, huius molis, f. t. ὄγκος, βάρος, Res magna, & ingẽtis põderis: nomen habens à mouẽdo quòd ægrè moueatur. Feſtus, Moles pro magnitudine ferè poni ſolet. Vergil. 6. totamq; infuſa per artus Mens agitat molem, id eſt, magnitudinem mũdi. Col. lib. 4. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Idem lib. 2. cap. 2. Atq; hoc modo tota mole corporis, totoq; pondere nititur. Ouid, Epiſt. 2. Eſt ſinus adductos modice facatus in arcus, Vltima præruptа cornua mole rigent. Molem & montes, apud Vergilium, pro Molem montium. libro 1. Aeneidos Hoc metuens, molemq; & montes inſuper altos Impoſuit. Quoniam uerò quæ magna ſunt, difficilia eſſe conſueuerunt. capitur quandoq; moles pro difficultate. Vergilius libro 1. Aeneid. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Et in mari moles opera dicuntur ſiue aggeres, quibus excluditur aqua. Cic. ad Attic. lib. 4. Conſtat enim aditus inſulæ eſſe minutos mirificis molibus. Accipitur & pro motu. Verg. 5. Aeneid. Inde Gyram ipſamq; ingenti mole Chimæram Conſequitur.

Moleſtus, a, um, Grauis, odioſus, qui alicui officit, nec ſinit eũ quieſcere, ἀνιαρὸς, λυπηρὸς, ὀχληρός. Cic. de Amic. Moleſta ueritas eſt: ſiquidem ex ea naſcitur odium. Idem de Senec. Importunitas aũt & inhumanitas omni ætati moleſta eſt. Terent. in Andr. Moleſtus ei certè fuero, atq; animo morẽ geſſero. Moleſta tunica, dicebatur alimentis ignium illita & intexta, qua reos in pœnam induebant. Iuuenalis, Auſi quod licet tunica punire moleſta Vide Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 5.

Moleſtia, æ, f. p. Solicitudo, & grauitas. ἀνοχλησία, ἀνία. Cic. 4. Tuſc. Moleſtia, ægritudo permanens. Idem de Senect. Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, ut non modò omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed effecerit mollem etiam & iucundã ſenectutẽ. Teren. Eunu. ſi ſapis neq; præter quàm quas ipſe amor moleſtias Habet, addas. Inde fit compoſitum Præmoleſtia. Cic. lib. 4. Tuſc. Alii metum Præmoleſtiam appellabant: id eſt, anticipationem moleſtiæ, quaſi motus ſit præuius dux moleſtiæ futuræ.

Moleſtè, aduerbium, Grauiter, ægrè, ἀνιαρῶς. Cic. 4. Acad Non moleſtè (inquit) fero nos hæc contuliſſe. Idem 2. Verr. Cupiebam diſſimulare, me id moleſtè ferre: cupiebam animi dolorem uultu tegere, & taciturnitate celare.

Moleſto, ſtas, a. p Moleſtia afficio, & quaſi molem affero ἀνιάω. Modeſt. ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari uolo.

Moletrina, Molile, Vide Mola.

Molior, iris, d. p. à mouendo, uel à molibus, Significat rem aliquam cum difficultate, magnoq; conatu loco moueo. ἀποκινέω, μηχανῶμαι. Liu. lib. 9. ab Vrbe, Num montes moliri ſua ſede paramus? Eſt item moliri, uel ingenio, uel corpore ad aliquid agendum moueri. Et pro uarietate appoſiti exponi ſolet. Nam moliri claſſem eſt parare, παρασκευάζομαι. Vergil. 3. Aen. claſſemq; ſub ipſa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ. Moliri iter, eſt peragere. Idem 6. Aeneidos, Inde datum molitur iter. Moliri habenas, eſt gubernare. Idem 12. Aen. Et manibus molitur habenas. Moliri inſidias, eſt meditari aut tendere, ut lib. 1. Georg. Inſidias auibus moliri, incedere uepres. Apuleius. Dum mihi moliuntur inſidias. Moliri arcem, eſt extruere, κατασκευάζομαι. Vergil. 1. Aeneidos, pars ducere muros, Molirique arcem. Cuius contrarium eſt Demoliri. Moliri moram, eſt moram facere. Vergil. 1. Aeneid. Moliriue moram, aut ueniendi poſcere cauſas. Moliri iacula, eſt iaculari. Idem 1. Georg. Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra. Moliri bellum præparare, uel machinari. Columel. in Præf. Qui bella molitur, armorum & militiæ gnaros adhibeat. Moliri etiam ſimpliciter poſitum, ſignificare inuenire. Plautus, Aliquid moliar, quòd me hoc diſcrimine liberem. Quod etiam Machinari dicitur. Aliquando conari. Cicero de Vniuerſitate, Mundum efficere moliens Deus, terram primùm ignemq; coniunxit. Idem 3. de Legibus, Qui aliquod munus efficere molitur. Aliquando operari, uel facere. Cicero lib. 1. Tuſcul. Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, unde horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Columella lib. 2. Et idcò minoribus aratris moliuntur, id eſt, operantur. Aliquando paſſiuè Moliri, pro retardari. Lucil. libro 7. Mutilamur, molimur ſubducimur. Huius compoſita ſunt, Amolior, recedo, ἀπέρχομαι. Admolior, Idem ferè eſt quod admouco, ἐπιτίθημι, ἐπιχειρέω. Plautus in Aſin. Vbi ſacro manus ſis admolitus. Demolior, deſtruo. Remolior, remouco, & à conatu reuoco. Sueton. in Auguſt. Quidam confeſſus eo inhibitum ac remolitum, quo minus, ut deſtinarat, in præcipitium propelleret.

Molitus, participium. Cicero lib. 1. de Finibus, Molita quippiam impietas.

Molitio, onis, f. t. uitiabile, Ipſe moliendi actus, conatus ipſe, & machinatio. Cicero 1. de Natura deorum, Quæ molitio, quæ ferramenta, qui uectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt.

Molimen, inis, n. t. pen. prod. Niſus & conatus, quo aliquid molimur & conamur, παρασκευή, καταβολή. Liu. 2. ab Vrbe, Res tamen ſuo ipſa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur. Ouidius. 1. de Pont. Eleg. 3 Magna tenent illud numen molimina telum. Idem 12. Metam. ſolidoq; reuellere dumo Annoſam pinum maguo molimine tentas. Pro codẽ etiam dicimus Molimentũ. Liu. 7. bel. Maced. Et eo minoris molimenti ea clauſtra eſſe, quod in fluminis modum, longũ, & anguſtum & uadoſum oſtium portus ſit.

Molitor, m. t. pen. prod. Quĩ aliquid machinatur, conatur, ſtruit, aut efficit. Cic. de Vniuer. Hanc igitur habuit rationẽ effector mundi, molitorq; Deus, ut unum opus totum atq; perfectum ex omnibus totis atq; perfectis abſoluerer. Molitor rerum nouarum, apud Suet. in Domit. ca. 10. Molitrix rerum nouarum, Idem in Claud. cap. 35.

Molitrix, pen. cor. uide Molior in Mola.

Mollis, le, om. t. Tener, non durus, tactui cedens: à mouendo, quaſi mobilis, quod in quamcunq; partem facilè trahi ac moueri poſſit, μαλτακὸς, μαλακός. Vergil. 2. Georg. Quid nemora Aethiopum molli canẽtia lana. Cicero 3. de Orat. Sicut molliſſimam ceram ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus. Cum homine iunctum, in deteriorem partem ferè accipitur, pro effœminato ſcilicet & minimè forti. Cic. 1. de Orat. Quis hoc philoſophus tam mollis, tam languidus, tam eneruatus, tam omnia ad uoluptatem corporis, dolorẽq; referens, probare poſſet? Idem de Clar. Orat. Solutus & mollis geſtu. Liu. 3. bel. Maced. Quum in publico epulatus, reuerteretur domum temulentus, proſequentibus mollibus uiris qui ioci cauſa conuiuio celebri interfuerant. Molle ingenium, hoc eſt, docile, cuiq; facilè doctrina imprimitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mollis animus, hoc eſt, tractabilis, flexibilis, placabilis, qui ſcilicet facilè accipit offenſiones, & facilè deponit. Cic. Attic. libro 1. Quanta ſit in Q. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendam offenſionem, & ad deponendã, nihil attinet ad te qui ea noſti, ſcribere. Quoniam uerò ea quæ tenera ſunt, pro uoluntate noſtra facilè tractamus, & quocunq; lubet ducimus, factum eſt ut Mollis quandoq; pro domito ſumatur. Vergil. 3. Georg. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. Quandoq; pro facili. Ibidẽ, iuuat ire iugis, quà nulla priorum Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo. Quandoq; pro maturo, πέπων. Idem 1 Eclog, ſunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles. Mollia uina, dicuntur defæcata, & aſperitate carentia, ut annotauit Seruius in illud Vergilii 1. Georgic. Tunc agni pingues, & tunc molliſſima uina. Quandoq; pro opportuno ac tẽpeſtiuo, ἔυκαιρος. Idem 4. Aen. Sola uiri molles aditus, & tempora noras. Quandoq; pro remiſſo, & contẽnendo, χαῦνος. Idem 3. Georg. Tua Mecœnas haud mollia iuſſa. Quandoq; pro ſuaui, iucundo, & placido. Idem molleſq; ſub arbore ſomni. Hinc Mollior & molliſſimus. Liu. 4. bell. Maced. Volo id quàm molliſſima uia conſequi. Colum. li. 6. ca. 1. Corpore denſo breuiſq;, colore rubeo, uel fuſco, tactu corporis molliſſimo.

Molliculus, a, um, Diminutiuum à mollis, ἁβρὸς, ἁπαλός. Plautus pro tenello & delicato poſuit, quum inquit Caſina, ſed lepidè uolo Molliculas eſcas, ut ipſa mollicula eſt. Catul. ad Aurelium Qui me ex uerſiculis meis putaſtis, Quòd ſint molliculi, parum pudicum.

Mollicellus, diminutiuum à molliculus. Catul. Cinæde Thalli mollior cuniculi bapillo, Vel anſeris medullula, uel inula mollicella.

Mollities, ei, f.q. quæ & mollitia, æ, Idem quod mollitudo, μαλακότης χαυνότης Plin. lib. 11. cap. 37. Item omnium auriculæ ac nares, quæ modicum eminent flexili mollitia. Idem lib. 13. cap. 9. Sed ubi nux illi, huic pomum, differens breuitate ac mollitie. Quandoq; & in malum, pro effœminatione capitur. Salluſtius, Sed inertia & mollitia animi alius alium exſpectantes cunctamini. Teren. in Eunu. Abi ſis, nihil dicis Parmeno Eiiciunda hercle hæc mollities animi: nimis mihi indulgeo. Cic. 1. de Fin. Qui officia deſerunt mollitia animi, id eſt, laborum & dolorum fuga. Mollities maris, Placiditas, tranquillitas, μαλακία Plin. de Vir illuſt. Vbi per mollitiem maris anguis proximum Aeſculapii fanum petiit. Col. lib. 7. cap. 2. Ex his rurſus quicquid conceptum eſt, maternã mollitiem, paternum & auitum retulit colorem.

Mollitudo, f. p. Contrarium duritiei, μαλακότης. Cic. 2. de Nat. deor. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo ad hauriẽdum ſpiritum aptiſſima. Idem 3. de Orat. In ipſo tactu ineſt & mollitudinis, & lenitatis modus. Accipitur & pro facilitate, & flexibilitate. Autor ad Heren. lib. 1. Mollitudo uocis, quum eam torquere pro cõmodo noſtro poſſumus.

Molliter, aduerb. Id eſt, leuiter, non duriter, μαλακῶς, πράως. Plin. lib 15. cap. 10. Mira naturæ cura molliter ſemina collocãdi. Cic. 2. de Nat. deor. Et cubilia ſibi, nidoſq; conſtruũt, eosq; quàm poſſunt molliſſimè ſubſtruunt, ut quàm facillimè ouа ſeruentur. Ferre molliter, id eſt, placidè, æquo animo. Cic. de Senect. Quod ferendum eſt molliter ſapienti. Idem 2. de Fin. Aberat enim omnis dolor: qui ſi adeſſet, nec molliter ferret, &c. Aliquando ſignificat delicatè, ἁβρῶς, μαλακῶς. Terent. in Adelph. Aedepol Syriſce te curaſti molliter. Plaut. Pœn. Ego id quæro hoſpitium, ubi ego curer mollius, Quàm regi Antiocho curare hoſpites ſolent.

Mollius, comparatiuum. Tacit. lib. 18. Et amici adulantes, mollius interpretabatur unius legionis eam ſeditionem.

Mollio, is, molliui, uel mollii, mollitum, a q. Molle reddo, διαμαλάττομαι, μαλακίζω. Horatius 1. Serm. Sat. 4. dum ferrum molliat ignis. Accipitur & pro ſedare, mitigare, ſiue placare, καταπραΰνειν: ut, Mollire mare, Mollire uentos. Gel. lib. 16. capite 1. Sed poſtea, quum Brunduſium aduenturi eſſemus, mollitiq; eſſent uenti maris, pecunctatus ego eum ſum, quæuam illa ratio eſſet pauoris ſui. Accius Telepho, Remiſq; nixi, propériter nauem in fugam tradunt ſubter ſaxa ad læuam, qua mons mollibat mare. Mollire animos, pro temperare, mites facere. Cicero ſecundo Tuſc. Molliunt animos noſtros, ita ſunt deinde dulces, ut non legantur modò, ſed etiam edi ſcantur. Mollire animos, pro effœminare. Cicero quinto Tuſc. Sed nos umbris, deliciis, otio, languore, deſidia, animũ infecimus, opiniomib. malo; more deliniti mollium? Salluſtius, Loca amœna, uoluptuoſa facilè in otio feroces militum animos molliuerant. Ouid. 3. Faſt. Lanam mollire puellæ Diſcant. & plenas exonerare colos. Huius compoſitum eſt Emollio, quod eſt ualde mollio, ἐκμαλάττω. Plinius Quæcunque emolliri opus ſit, anſerino adipe curantur. Et Præmollio, ὀρχάζω.

Molleſco, is, n. t. Mollis aut placatus fio διαμαλάττομαι. Claudian. lib. 1. de Rap. Proſerp. ditiſq; ſeueri Ferrea laſcuis molleſcant corda ſagittis. Ouid. 4. Metam. Quiſquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde Semiuir, & tactis ſubitò molleſcat in undis. Idẽ 1. de Pon. eleg. 7. Pectora molleſcunt, aſperitaſq; fugit. Plin. lib. 12. cap. 17. Ladanum uiſu aridũ, ſtatim tactu molleſcere. Hinc componitur Remolleſco. Ouid. lib. 1. Metam. precibus ſi numina iuſtis uicta remolleſcunt, ſi flectitur ira deorum. Cæſar, Vinum ad ſe omnino importari non ſinunt: quod ea re ad laborem ferendum remolleſcere atque effœminare arbitrentur.

Mollifico, as, & Mollefacio, is, Idem quod mollio, μαλάττω.

Mollipes, pedis, com. t. Qui mollem habet pedem, μαλακόπους. Cic. 1. de Diuin. Mollipedesq; boues ſpectantes limina cæli.

Molleſtra, æ, Pellis ouina, μηλωτή. Molleſtras, inquit Feſtus, anti qui uocant pelles ouinas quibus galeas extergebant.

Mollicina, æ, pen. prod. Veſtis (inquit Nonius) à mollitie dicta, μαλακὸν ἱμάτιον. Næuius in Epidico, Mollicinam, crocotam chirodotam, ricam.

Molo, molis, uide Mola.

Mollugo, inis, f. t. Species eſt lappaginis, ſimilis anagallidi, niſi quod ramoſior eſt, ac pluribus foliis, aſpera altoqui, & graui odore. Plin. lib. 26. cap. 10. Quidam eandem credunt eſſe cã, quam Dioſcorides uocat Hippophæſton.

Mollusca, æ, f. p. Nux eſt è genere iuglandium, cortice adeò molli, ut uix attrectata ſtatim frangatur: unde & nomen accepit. Hæc etiam nux Perſica appellatur, quòd è Perſide primùm ad nos ſit tranſuecta: cuius rei optimus teſtis eſt Sueuius apud Macrobiũ, qui hoc nucis genus eo tempore quo Alexander Macedo cum regibus Perſarum bellum geſſit, in Græciam translatum affirmat. Meminit huius nucis & Plinius libro 15. capite 22. atq; eam matureſcentem putamen ſuum rumpere. Macrobius putauit Molluſcam eandem eſſe cum malo Perſico, adducens Sueuii teſtimonium, qui idem eſſe oſtendit Perſicum & Molluſcam: ſed in hoc fallitur Macrobius, quod putet Sueuium de Ponto Perſico loqui, quum de nuce loquatur. Vide Ruellium libro primo capite 89.

Molluſcum, n. f. Vber eſt aceris arboris, quemadmodum & Bruſcum: Sed bruſcum intortius eſt criſpum, molluſcum uerò ſimplicius ſparſum: & ſi magnitudinem menſuram caperet, haud dubiè prælatũ à ueteribus cedro fuiſſet. Plin. lib. 16. cap. 15. Pulcherrimum uerò eſt bruſcum, multoq; excellẽtius etiamnum molluſcum.

Moloche, quæ & malache, μολόχη, ἡ μαλάχη, Herba eſt notiſſima, quam Latini Maluam appellant.

Moloche agria, μολόχη ἀγρία, Herba eſt inter ſylueſtris maluæ genera annumerata à Galeno. Plinius Hibiſcum interpretatur, lib. 20. cap. 4. & paſtinacæ ſimilem facit.

Molochinus color, Qui in purpuram inclinat, quòd maluæ flori ſimilis ſit, quaſi μαλαχινός: Græci enim μαλάχην maluam dicunt.

Molochinarius, m. f. Molochini coloris infector, Cæcilio in Panſimacho (ut citat Nonius) Carcaſina, molochina. Plautus in Aulul. Aſſant molochinarii, perunt fullones.

Molochites, μολοχίτης, Gemma eſt non translucens, ſpiſſa uiriditate maluæ colorem referens: unde & nomen accepit. Nam maluam Græci μολόχην, uel μαλάχην appellant. Plinius lib. 37. cap. 8. Non translucet molochites, ſpiſſius uirens, à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata ſignis, & infantium cuſtodia quadam, innato contra pericula ipſorum medicamine.

Molorthus, m. f. Idem quod perpendiculum, hoc eſt, plumbum à filo & gnomone dependens, quod à ſummo ædificio deorſum demiſſum, rectitudinem eius, uel obliquitatem indicat, κάθετος. Dictus autem putatur Molorthus quaſi μόλιβδος ὄρθος. hoc eſt, plumbum rectum, ſine prioris dictionis in compoſitione euphoniæ gratia abiecto.

Molocrum, pen. cor. Lignum quadratum eſt, autore Feſto, quo uectes immolabant. Item illud quo molæ uertuntur, quod Græci μύλακρον dicunt. Item tumor uentris, qui etiã uirginibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uirginib. accidere ſolet, Molucrum uocatur. Afranius, Fermè uirgini, tanquam grauidæ mulieri, creſcit uterus: molucrum uocatur, tranſit ſine doloribus.

Moly, n. t. μῶλυ, Herba eſt Homeri carmine celeberrima: de qua ſic ſcribit Plin. lib. 25. cap. 4. Laudatiſſima herbarum eſt, Homero teſte, quam à diis uocari putat Moly: & inuentionẽ eius Mercurio aſſignat, contraq; ſumma ueneficia demonſtrat. Naſci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, ſpecie illa Homerica, radice rotunda, nigraq;, magnitudine cæpæ, folio ſcillæ: effodi autem difficulter. Græci autores florẽ eius luteum pinxere, quũ Homerus candidũ ſcripſerit. Ibidem plura. Nomen habere putatur παρὰ τὸ μωλύειν τὰς νόσους, hoc eſt, à ſedandis, mitigandisq; morbis.

Molybdæna, μολύβδαινα, penultima producta. Eſt (inquit Plinius lib. 37. cap. 18.) quæ aliàs Galena uocatur, plumbi & argenti uena communis. Eſt etiam (ut idem aſſerit lib. 25. cap. 13.) genus herbæ, ſic dictæ, quod plumbum, hoc eſt, oculorum uitium, commanducata tollat. Alio nomine Plumbago dicitur.

Molybditis, f. t. μολυβδῖτις, Argenti ſpuma, quæ fit ex plumbi fuſura. Plin. lib. 33. cap. 6. Fit in iiſdem metallis & quæ uocatur ſpuma argenti. Genera eius tria: optima quam chryſitin uocant: ſecunda quam argyritin: tertia quam molybditin. Deinde ſubdit, Chryſitis ex ipſa uena fit, argyritis, ex argento, molybditis ex plumbi fuſura quæ fit Puteolis, & inde nomen habet.

Molyris, idis, μολυρὶς, Ariſtotel. Locuſtæ genus, quæ frumentis depopulatur.

Molyſa, μώλυσα, ab Hippocrate appellatur allii caput cum ipſa coma. Vide Ruell. lib. 2. cap. 85.

Momar, Siculi ſtultum uocant, authore Feſto.

Momen, minis, id eſt, momentum. Lucr. lib. 3. Momine paruo poſſint impulſa moueri.

Momentum, n. ſ. dicitur qualecunq; ſpatium temporis, & qualecunq; pondus, ſiue magnum hoc ſit, ſiue paruum. Cic. Trebat. Omnia momenta obſeruabimus: neque ullum prætermittemus tui iuuandi & leuandi locum. Idem 3. de Finib. In his momenta ſunt maxima ad beatè uiuendum. Accipitur etiam frequenter Momentum pro minimo puncto tẽporis, quod Græci ἄτομον uocant, uel ἀκαρὲς. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 1. quid enim? concurritur: horæ Momento cita mors uenit, aut uictoria læta. Nonnũquam etiam pro aliarũ rerum minima quantitate. Plin. lib. 30. cap. 7. Proſunt & combuſtæ, ut cinis earum bibatur in uino, addito reſinæ momento. Momentũ etiam iuxta eum modum dicitur, quo multi dicunt, Res parui momenti, id eſt, quæ magnum uel paruum pondus, & uim habet. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Rege ſuperato nullum momentũ in ſolis per ſe Gallorum copiis fore. Cic. 4. de Fin. Sic errare Zenonem, qui nulla in re, niſi in uirtute aut uitio, propenſionem ne minimi quidem momentum ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret. Idem in Vat. Cuius teſtimoniũ propter turpitudinem uitæ, ſordeſq; domeſticas, nullius momenti putaretur. Braſſica nullius momenti in medicina, Plin. lib. 20. cap. 9. Momentũ pro particula. Pli. lib. 18. cap. 34 Sol autem quotidie ex alio cæli momento, quàm pridiè oritur.

Momentaneus, a, um, Quod eſt caducum, & quod facilè mutatur, ac deficit, πρόσκαιρος, ὀλιγοχρόνιος.

Momentarius, a, um, Quod in momento fit, ἀκαρὴς. Ambroſ. Syros uerò Eliſeus, quos obſidentes in ciuitatem induxerat, momentaria cæcitate percuſſos, quum, quo ingrederentur, uidere non poterant, &c.

Momiſtam uocant molarium partem, quæ adſidet gingiuæ. Superiorem uerò qua conficiuntur cibi τράπεζαν, id eſt, menſam.

Mŏnăchŭs, μοναχός, ἀσκητός. Latinè ſolitarius.

Monarchia, μοναρχία, cum accentu in penultima, Eſt unius principatus, quem Sueton. appellat Arbitrium orbis terrarũ. Hac qui potitur, Monarcha μονάρχης dicitur. Monarchia id eſt, unius principatus, primas tenet in tribus ſpeciebus, Gubernationum quas iuſtas cenſuerunt Philoſophi. Hæc uerè legitima poteſtas, quæ ſi innocua fuerit, Dei typum in terris refert, nunc propria eſt apud Romanorum, hoc eſt, omnium Chriſtianorum Imperatorem, Regemúe: qui abſq; Auguſto rerum potitur. Facti enim non Iuris eſt, quod cæteri reges Imperatoriæ maieſtati detrahunt. Alciatus de Francis occidentalibus loquens: Qui licet, inquit, Regibus Germanorũ quos Imperatoris titulo Romani pontifices inſigniuerunt, non ſubſint: Romani tamen imperii, & ipſi pars, eoq; iure uiuunt. Monarchiam orbis, Imperatori eleganter aſtruit Baro Tautenbergius ex patrum ſentẽtiis interpretãs titulum de Feud. Marchiæ libro 1 Feudorum. Nec refragatur olim gentes nonnullas ditionem Imperatoris non agnouiſſe, ſicut & hodie nonnulli agunoſcere recuſant, de Iure tamen, dubio procul, agnoſcere debere: ſecundum Iaſonem. in l. cunctos populos, deſunt trin. per Gloſ. minimè recognoſcat. in C. per uenerabilem. Qui filii ſunt legis.

Monas, nadis, μονὰς, à μόνος deducitur, & ſignificat unitatem.

Monaſterium, monaſterii, neutri ſecundæ, μοναστήριον, ἀγιαυτήριον, antiquitus φροντιστήριον. ſolitudo.

Monaulos, μοναυλὸς, Tibia ſimplex: μόν& enim ſolus interpretatur, & αὐλὸς tibia. Mart. libr. 14. Sæpè duas pariter, ſæpe monaulon habet. Plin. lib. 7. cap. 56. Monaulon, id eſt, unicã & ſimplicem tibiam, Mercurius inuẽnit,

Monedula, monedulæ fœminini, primæ. Auis ex graculorũ genere, quaſi monetula, quòd monetas ſurripiat, κολοιός. Huic enim aui furacitas argenti atq; auri præcipuè eſt. Plinius libro 10. capit. 29. Inſubrium tractu examina graculorum, monedularumq; cui ſoli aui furacitas auri argentiq; præcipuè mira eſt. Ouidius 7. Metamorphoſeon, Nigra pedes, nigris uelata monedula pennis.

Moneo, mones, monui, monitum. actiuum, ſecundæ. Admoneo, ſuadeo, hortor, præcipio, prædico, memorem facio, ἀναμιμνήσκω, παραγγέλλω, Cicero ad Quintum fratrem, Tu me de retinenda Seſtii gratia literis monuiſti. Idem ad Atticum, Idipſum me mones, quod triduo antè cogitaram. Idẽ de Amicitia, Sed quum tot ſignis natura declaret quid uelit, obſurdeſcimus tamẽ neſcio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur, audimus. Ibidem, Nam & monendi ſæpe amici ſunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè quum beneuolè fiunt. Plautus in Pſeud. At hoc uolo monere te, monendus ne moneas. Interdum monere inuitare eſt, ſicut inuitantur amici ad cœnam, παράκλῆσις. Terentius in Heauton. ſed ut dici tempus eſt, Monere oportet me hunc uicinum Phaniam, ad cœnam ut ueniat. Conſtruitur nonnunquam cum duobus accuſatiuis: ut, Moneo te hoc. Cicero in Catilina, Sed eos hoc moneo, deſinant furere. Modò cum ablatiuo mediante præpoſitione De, uel Pro Cicero 2. Diuin. Quod idem dici de Moneta poteſt: à qua præterquã de ſue plena quid unquam moniti ſumus? Terent. in And. Habeo pro illa re, illum quod moneam probè. Modò cum genitiuo. Valer. Max. Ab eo qui proximè aſſidebat, ſolutæ à ſe legis ſuæ admonitus. Moneris, pro monueris, antiquè. Pacuuius in Armorum iudicio, ut citatur à Nonio, Dic quid faciam, quod me moneris, effectum dabo, Idẽ in Chryſide, Dii monerint meliora. Compoſita ſunt, Admoneo, Commoneo, Præmoneo, & Submoneo, quod eſt latenter moneo, ὑπομιμνήσκω. Terent. in Eunuch. Tunc adeò ſubmonuit me Parmeno.

Monitum, ti, n. ſ. quod quis nos monet, παράκλησις, παράινεσις Cic. 4. de Finib. Itaq; quæ ſunt eorum conſolationes, quæ cohortationes, & etiam monita à conſilio ſcripta ad ſummos uiros? Vergilius 8. Aen. tum Hetruſca reſedit Hoc acies campo, monitis exterrita diuũm. Oui. 3. de Arte, Hæc quoq; pars monitis erudienda tuis.

Monitus, us. maſc. q. penul. cor. & Monitio, Idem ſignificant, παράκλησις. Liu. 1. ab Vrbe, Seu uoce cæleſti ex Albano monte miſſa, (nam id quoq; traditur) ſeu auriſpicum monitu. Iuuenalis Satyra 14. Et læuo monitu pueros producit auaros, Vergilius 4. Aeneid. Multaq; præterea uatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant.

Monitor, ris, m. t. Qui nos alicuius rei monet, παραινέτης, ὑπομνηματίστης. Cic. in Catil. Fortaſſe minus erunt, hoc monitore, & autore hniuſce ſententiæ, mihi populares impetus pertimeſcendi. Externus monitor. & Statius quinto Sylueſt: nec enim externo monitore petendus Virtutis tibi pulcher amor. Accipitur interdum etiam Monitor pro uocatore qui ſcilicet aliquem monet, hoc eſt, uocat, ut ad conuiuium accedat. Terent. in Heaut. Monere oportet me hunc uicinum Phaniam, Ad cœnam ut ueniat: ibo ut uiſam ſi domi eſt: Nihil opus fuit monitore: iandudum domi præſtò apud me eſſe aiunt. Dicuntur præterea Monitores, qui in iudicio ſummiſſa uoce oratorem admonent eorum, quæ dicenda ſunt. Cic. in Diuin. in Verr. Video mihi non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor tuus tenet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sic etiam in ſcena Monitores dicuntur, autore Feſto, qui hiſtriones, eorum quæ dicenda agendaue ſunt, monent. Galli uocant Protocollos.

Monitorius, toria, torium, Quod monet, παραινετικός. ut Liber monitorius.

Monitio, f.t. Quæ fit ante cõmiſſum, παραίνεσις, ὑπόμνησις. Obiurgatio, poſt turpe factum. Cic. lib. 3. Offic. Habenda ratio & diligentia eſt, primùm monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat.

Mŏnēta, æ, f.p. pen. prod. dicta eſt, quod nos ſigni impreſsione uel autoris, uel pretii moneat, νόμισμα. Mart. lib. 1 Et centum dominos nouæ monetæ. Quo etiam nomine dicta eſt Iuno. Cic. lib. 1. de Diuin. Poſt cladem illam maximam à Senonibus Gallis factã, audita uox ex arce Iunonis fuit, ex quo Iuno illa appellata Moneta eſt.

Monetalis, & hoc monetale, Quod ad monetam pertinet, νομισματικός. Apul. de Aſin. Plotina pretioſiſsimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta. Monetales Trium uiri dicti ſunt (ſicut ſcribit Pomponius Iureconſul. lib. 2. de Orig. iur.) æris, argenti, atq; auri flatores. Cic. ad Attic. lib. 10. de Vlteio loquens, Monetali autem adſcripſi, quod ille ad me Proconſulem, id eſt, In ſumma epiſtola ſcripſi, Vlteio monetali. Bud.

Monetarius, Qui monetam cudit, ἀργυροκόπος. Firmicus, Habentes horoſcopum ſub ſigno hoc, erunt monetarii.

Monile, penultima producta, ὅρμος, περιδέραιον, Ornamentum gutturis, quod ſolet de collo uirginum pendere, Græcè ὅρμιον nuncupatur, inquit Hieronymus: dictum quod geſtantem uirtutis admoneat: nam primo ob aliquod egregiũ factum dari ſolebat. Ouidius 10. Metamorph. Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. Neque ſolùm illud Monile dicitur, quod ex hominum, uerumetiam quod ex equorum, aliorumq; animalium collo dependet. Vergilius 7. Aeneid. de equis Latini, Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. Gell. libro 5. capite 5. Equitatum frænis, ephippiis, monilibus, phaleriſq; præfulgentem. Monile etiam ſegmentum dicitur, quod quibuſdam bracteolis quaſi præſegminibus conſtat. [illegible]

Monimentum, uide Monumentum.

Monobeli, μονόβηλοι, A Lampridio in uita Heliogabali uocantur, qui ſolo obelo, hoc eſt, longitudine conſpiciendi ſunt.

Monoceros, otis, m.t penultima correpta, μονόκερως, Animal unicum cornu gerens, quod & Vnicornis appellatur. Habet equinum corpus, caput ceruinum, mugitum horridum. Plinius lib. 8. cap. 21. Aſperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem, capite ceruo, pedibus elephanto, &c.

Monochordum, μονόχορδον, Inſtrumenti muſici genus eſt, ita dictum, non quòd unam chordam, ſed quod omnes chordas unius uocis habeat, niſi panniculi nexu diſtinguantur.

Monoclonos, μονόκλωνος, Species eſt Artemiſiæ, à ramuli unitate appellata, quemadmodum πολύκλωνος à ramulorũ multitudine. Vide Dioſc. lib. 3.

Monocondyli, Sic digiti appellantur nonnunquàm.

Monochromata, n.t. μονοχρώματα, Picturæ dicebantur, quæ non uariis (ut hodie) ſed ſingulis coloribus conſtabant. Plin. lib. 35. cap. 7. Cinnabari ueteres, quæ etiam nunc uocant monochromata, pingebant. Idem Plinius lib. 35. cap. 3. autor eſt, primum picturæ genus fuiſſe lineare, quod nullis adhibitis coloribus rei pingendæ ſimilitudinem circunductis lineis exprimebat. De hinc huic ſucceſsiſſe alterum picturæ genus, quod ſingulis coloribus rerũ imagines imitabatur: idq; poſtea inuenta operoſiore pictura, Monochromaton eſſe appellatum.

Monochromateus, adiect. Plin. lib. 35. cap. 5. Qui monochromatea genera picturæ uocauerint, qui deinde, &c.

Monocuncta, Expunge apud Alber. & repone Monozonton. Extat uox apud Imp. in l. quidam ignauiæ. C. de Decurione lib. 10. ſignificat autem ſolitarie uiuentes. Alciato Monozonii uocabulum magis placet: quod & interpretatur, locũ in eremo, in quo Monachi congregantur.

Monodia, cum accentu in penult. μονῳδία, Lugubris cantus, qui fit à præfica in defunctorum funeribus quaſi unius cãtus. Nam cæteris flentibus ſola præfica canit. Huiuſmodi cantus etiam Nænia dicitur.

Monõgamus, pen. cor. μονόγαμος. Vnius uxoris uir. Vnde & Monogamia. Hiero. Quã ſancta ſit monogamia. hinc oſtenditur, quòd digamus in clerum eligi non poteſt.

Monogenion, μονογένιον, Herba eſt inſignis, quæ notiore nomine Pæonia appellatur. Legitur in quibuſdam Dioſcoridis codicibus. A doctioribꝰ tamen hæc nomenclatura, ut pleræq; aliæ ex Brunsfelſii Onomaſtico huc translatæ, inter Notha Dioſcoridis numerantur.

Mŏnŏgrāmmi, m.ſ. μονόγραμμοι, Dicti ſunt homines macri, pertenues, ac decolores. Vnde apud Cic. 2. de Nat. deo. Dii ab Epicuro Monogrammi dicuntur. Translatio ducta eſt ab antiquiſſimo picturæ genere, quæ ſolis lineis rei ſimilitudinẽ exprimebat, non additis reliquis, quæ iuſtam picturam abſoluunt. Hanc Græci μονόγραμμον uocant. Plin. lib 35. cap 3. picturam linearem appellat.

Mŏnŏlŏgĭŏn, μονολόγιον, Sermo per omnia ſibi ſimilis, uel eadem orationis facies, quum nulla uarietate leuatur tædiũ.

Monomachia, μονομαχία, à Latinis Duellum, uel ſingulare certamen appellatur, quod fieri ſolet ad eruendam rei alicuius ueritatem, uel ad purgationem inducendam: idq; hunc in modum, ut qui ſe ſic probaturum purgaturumue aliquid obtulerit, & uicerit, probaſſe uel purgatus eſſe credatur: ſin ſuccubuerit, in probatione defeciſſe, uel obiecti criminis cõuictus eſſe putetur. Hoc tamen probationis genus hodie iure etiam ciuili eſt eliminatum. Nam in otio ciuili, & domeſtica quiete, cruenta ſpectacula ſibi non placere, Imperator atteſtatur l. Vnica. C. de gladiatoribus. Qui hoc certaminis genere congrediuntur, Monomachi, μονόμαχοι dicuntur.

Monophagi, μονοφάγοι, Dicebantur, teſte Athenæo, qui ſeorſum cibum ſumebant, more diuerſo à Romanis, qui ſimul cum amicis accumbebant: unde & Cœnam appellabãt, ἀπὸ τῆς κοινωνίας. Dicuntur præterea Monophagi, qui eodem perpetuo uictu utuntur: quæ uiuendi ratio etiam Monophagia, μονοφαγία appellatur.

Monophthalmus, a, um, Vnoculus.

Monopodium, μονοπόδιον, Dicitur menſa unico tantùm pede ſubnixa. Liuius 9. bell. Maced. Et quæ tum magnificæ ſupellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam aduexerunt.

Monopolium, lii, μονοπώλιον, Dicitur, quum penes unum aliquem ſpeciei alicuius uendendæ poteſtas eſt, ἀπὸ τοῦ μόνος καὶ πωλέομαι, Hoc enim fit, quum unus ſolus aliquod genus mercaturæ uniuerſum emit, ut ſolus uẽdat, pretium ſuo modo ſtatuens. Quod genus hodie in multis rebus ſeruatur, ut coraliis Aphricæ apud Hipponẽ, alumine in Sicilia, Etruria, uuis paſſis in Achaia, bitumine in Iudæa: quod quia Græci Aſphalton uocant, omne Monopolium uulgò Aſphaliũ dicitur. Plaut. Habes murinam & calamũ, potes monopoliũ inſtituere. Leginus apud Iuſtinianum monopolia non eſſe admittenda, quoniam non ad cõmodum Reipub. ſed ad labẽ, detrimentaq; pertinet.

Monops, μόνωψ, Feræ genus eſt Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri, quod ab inſequentibus urgetur, acre & igneum ſtercus excernit, quod ſi in uenatorũ quempiã inciderit, mortem repentè affert. Autor Aelianus lib. 7. cap. 8.

Monoptoton, μονόπτωτον, pen. prod. Vnius caſus, quod unum ſolùm habet caſum: ut Natu ablatiuus, quum aliquem maiorem, aut minorem natu dicimus. Reliqui enim caſus non ſunt in uſu. Aptota, ἄπτωτα uerò dicuntur, quæ ſine caſu ſunt, hoc eſt, nomina indeclinabilia.

Monos, Latinè ſolus.

Monoſtylon, unius columnæ, μόνος enim columnam Græci dicunt.

Monotropos, ſolitarius, unius moris ſolus.

Monoxyla, μονόξυλα Lyntres ſunt, ex lingno uno (ut nox ipſa ſtatim indicat) excauatę: quibus Aegyptii per ſtagna, & Nili inundationes utuntur. Strabo lib. 5. Plin. lib. 6. ca. 25. Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becatim conuehitur, nocatur Cottona.

Mons, huius montis, m.t. Terræ tumor altiſsimus, ab eminẽdo, quaſi eminens dictus, ὄρος, propter quod omne quod eminet, Mons dici poteſt. Verg. præruptus aquæ mons. Tacit. lib. 4. Cæli temperies hyeme mitis obiectu montis. Vergil. 12. Aen. totuſq; remugit Mons circũm, & uocem latè nemora alta remittunt. Sumitur quandoque pro ſaxo. Idem 6. Aeneid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aeneid. Prenſantemq; uncis manibus capita aſpera montis Ferro inuaſiſſet. Sic aliquando Saxum pro mõte, ut apud eundem, Saxi de uertice paſtor. Hinc Septimontium, locus qui habet ſeptem montes. Montes aureos polliceri: prouerbialis hyperbole, de iis qui immenſa promittunt, ſpesq; ampliſſimas oſtentant. Vide Chiliad. Eraſ.

Monticulus, dimin. Paruus mons, ὄρειον, βουνὸς. Dicitur & Monticellus.

Montanus, a, um, Quod eſt ex monte, ὀρεινὸς, ut Montani imbres. Ouid. 11. Metamorph. Panaq; montanis habitantem ſemper in antris. Idem 2. Faſtor. Campus erat, campi claudebant ultima colles, Syluaq; montanas occulere apta feras. Cicero contra Rullum. Ligures montanos, duros atq; agreſtes. docuit ager ipſe, nihil ferendo niſi multa cultura, & magno labore quæſitum.

Montoſus, a, um, Vbi ſunt multi montes, ὄρεσι. ut Montoſa regio, non montuoſa. Plin. Naſcitur in montoſis & aſperis, aliquando & herboſis. Ver. 7. Aen. Et te montoſæ miſerę in prælia Marſæ. Cic. de Amic. Quum locis etiam ipſis montoſis delectemur, & ſylueſtribus.

Montigena, In monte genitus, ὀρεσιγονὴς.

Montiuagus, pen. cor. Qui per montes uagatur, ὀρεσιπόλος. Cicero 5. Tuſc. Quid beſtię? nónne frigus, non famẽ, non multiuagos atq; ſyluestres curſus, atq; luſtrationes patiuntur.

Monſtro, as, a. p. Oſtendo, declaro, δείκνυμι. Teren. in Adelp. Scio ubi ſit, uerùm hodie nunquá monſtrabo. Monſtrare aliquando pro docere. Plaut. in Bacc. Iam perdidiſti te, atq; me, atq; operam meam Qui tibi ne quicquam Sæpe monſtraui bene. Cic. 1. de Diuin. Qui ſemitá non ſapiunt, alteri non mõſtrant uiam. Huius cõpoſita ſunt, Cõmonſtro, Demonſtro, & Præmonſtro.

Monſtratio, onis, uerb. Terent. in Adelph. Defeſſus ſum ambulando: ut Syre te, cum una Monſtratione magnus perdat Iupiter.

Monſtrator, oris, m. t. uerbale. Vergil. 1. Georg. Adſis ô Tegæe fauens, oleæq; Minerua Inuentrix, unciq; puer monſtrator aratri.

Monſtrabilis, & hoc mõſtrabile. om. t. apud Plin. Epiſt. 107. Neſcio an noris hominem, quanquam noſce debes, eſt enim probitate morum, ingenii elegantia, operum uarietate monſtrabilis.

Monſtrum, ſtri, n. ſ. A monſtrando dictum eſt, quòd aliquid ſignificando demonſtret, τέρας. Cic. 2. de Nat. deor. Mõſtra, prædictiones, pręſentiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea quę futura ſunt, porrendi, prædici? ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Ver. 5. Aeneid. Horrendum, & dictu uideo mirabile monſtrum. Idẽ 2. Aeneid. Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce. Monſtrum pro prodigio. Verg. 2. Aeneid. Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris. Cicero 5. Verrin. Non mihi iam futurum, ſed monſtrum ac prodigium uidebatur. Verg. etiam Polyphemum unoculum, monſtrum horrendum ingens appellauit. Et ſic quicquid eſt natura deforme, hoc eſt, præter naturam aut deficit, aut excedit, monſtrum, & res monſtroſa eſt. Teren. in Eun. Quid iſtuc nam monſtri fuit? Donat. Monſtrum eſt, omne contra naturam: ſi igitur eunuchus eſt, & uitiauit uirginem, contra rerum naturã factum eſt. Quandoq; Monſtrum, φάσμα, ponitur pro monſtratione, ut apud Vergil. 5. Aeneid. Monſtra deûm refero. Monſtrum ali dicimus, ubi quid occulti uitii latêre ſignificamus. Haud ſcio an inde ducitur metaphora, quòd monſtra ob pudorẽ clanculùm aluntur, & occultantur. Terent. in And. Quamobrem? niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor, Aliquid mõſtri alunt. Vide latius in Adagiis Eraſmi.

Monſtroſus, a, um, Quod monſtrum refert, τερατώδης. Lucan. lib. 1. Monſtroſiq; hominũ partus. Cic. 2. de Diuin. Quid minus mirum, quàm illam monſtroſiſſimã beſtiã urnã euertiſſe, ſorres diſſipauiſſe?

Monſtroſè, aduerb. Præter naturam. Cicero 2. de Diuinat. Nihil tam præpoſterè, tam inconditè, tam monſtroſè cogitari poteſt, &c.

Monſtrifer, a, um, adiectiuum, Monſtrum referens, τερατώδης. Plinius libro 6. cap. 30. Animalium hominumq; effigies mõſtriferas circa extremitates eius gigni minimè mirum. Lucilius libro 5. mundumq; coërcens Monſtriferos agit unda ſinus.

Monſtrificus, a, um, Qui mõſtra dicendo, uel faciendo profert. τερατοποιός. Plin. lib. 11. cap. 5. Inuenta in his & ratio inſerendi, monſtrificis hominum ingeniis. Idem lib. 6. cap. 17. Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluuio magis monſtrificum.

Monſtrificè, aduerb. Plin. lib. 28. cap. 11. Equarum uirus à coitu in lychnis accenſum, Anaxilaus prodidit, equinorũ capitum uiſus repręſentare monſtrificè.

Montanus, Montigena, Montiuagus, Montoſus, uide Mons.

Monumentum, ti, n. ſ. uel etiam Monimentum per i, μνῆμα, μνῆμα. Dicitur quicquid nos monet, ſine monere poteſt rei alicuius præteritæ, ut tituli, ſepulchra, ſtatuæ, fana, poticus, carmina, hiſtoria, documenta, doctrina, libri, cæteraque eiuſmodi. Vnde Cic. ad Cæſ. Sed ego quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admonear, ad memoriam magis ſpectare debere poſteritatis, quàm ad præſentis temporis gratiam. Ouid. 13. Metam. At, puto, funeribus dotare regia uirgo, Condeturq; tuum monumentis corpus auitis. Cicero 1. Tuſculan. Quid teſtamentorum diligentia? quid ipſa ſepulchrorum monumenta? quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? Florentius Iureconſ. l. monumentum. ff. de Relig. & ſumpt. funerum, Monumentum generaliter eſt res memoriæ cauſa in poſterum prodita, in quam ſi corpus, uel reliquiæ inferantur, fiet ſepulchrum: ſi uerò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ cauſa factũ, quod Græci κενοτάφιον appellant. Varro lib. 5. de lingua Latina, Monumenta, à monendo, quæ ſunt in ſepulchris. Et ideo ſecundum uiam, quo prætereuntes admoneãt & ſe fuiſſe mortales. Ab eo cætera quoq; ſcripta ac facta memoriæ cauſa Monumenta dicta. Hactenus Varro. Rerum geſtarum mõnumenta, ſunt hiſtoriæ, uel annales, quæ uirorum fortium memoriam ab interitu uindicãt quæq; poſteros admonent, ut illorum exemplo, pericula omnia pro patria intrepidè ſubeant. Cicero 1. de Orat. Rerum geſtarum monumenta, & uetuſtatis exempla Oratori nota eſſe debent. Idem 2. de Finib: ut enim nos ex Annalium monumentis reſtes excitamus eos, quorum omnis uita cõſumpta eſt in laboribus glorioſis. Mõnumentum etiam dicitur pignus, aut res aliqua memoriæ cauſa apud aliquem relicta. Græci μνημόσυνον uocant. Ver. 5. Aen. quem candida Dido Eſſe ſui dederat monumentũ & pignus amoris.

Mora, æ, f. p. Expectatio, temporis dilatio, διατριβή, ὑπερθεσία ἀναβολή. Plautus cui mora ſemper obfuit, diligentia profuit. Cicero 6. Philipp, Itaque bellum nefarium illatum Reipublicæ quum uiderem, nullam moram interponendam inſequendi Antonium putaui. Terent. in Andr. Nec mora ulla eſt, quin eam uxorem ducam. Verg. 5. Aen. Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti. Idem 3. Eclog. In mẽ mora non erit ulla. Ter. in And. Sed ſequere me intrò, ne mora illi ſis.

Morula, læ, f. p. diminutiuum, à mora, διατριβή. Auguſtinus lib. 11. Confeſſ. Quæro, quoniam dies dicitur non tantùm morula Solis ſuper terram, ſecundum quod aliud eſt dies, aliud nox.

Moramentum, ti, n. ſ. Idem quod mora, μέτωσις. Apul. in Flor. Hiſce igitur moramentis omnibus, qui nolũt equitare, ad uectorem ſibimet equum deligunt.

Morator, m. t. uerb. Idẽ quod retardator. Liu. lib. 2. ab Vrb. Quatuorq; Tribunorũ aduerſus unũ moratorẽ publici cõmodi delectum COSS. habent.

Mortarius, a, um, adiectiuum. Paulus Iureconſult. Quò minus prędium iure pignoris diſtrahatur, oblata memoria cautio non admittititur. Hoc eſt cautio quę datur ut quis differat & expectet.

Mora uaticana, κωδοβατα, A Romanis uocatum fuiſſe rubi fructum, author eſt Dioſc. lib. 4. cap. 35.

Moralis, Moratus, uide Mos.

Morbus, bi, m. ſ. Eſt habitus cuiuſcunq; corporis contra naturam, qui uſum eius facit deteriorem, & aliàs in toto corpore, aliàs in partes accidere ſolet, νόσος, νόσημα. Totius corporis morbus eſt, ueluti phthiſis & febris: partis autem, ueluti cæcitas, aut pedis debilitas. Apud Iureconſult. ſcriptum eſt, Morbum & Vitium diſtare, quod Morbus temporalis ſit imbecillitas, & ſanari queat, Vitium perpetuum impedimentum. Cic. lib. 4. Tuſc. Morbum eſſe totius corporis corruptionem, ueluti febris eſt. Vitium, quum partes corporis inter ſe diſſident. Ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. Cicero Attic. lib. 11. Tulliæ meæ morbus, & imbecillitas corporis me exanimat. Idem 1. in Cat. Vt homines ægri mor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bo graui, quum æstu, febriq; iactantur. Idem 1. Off. Quapropter in adeundis periculis cõsuetudo imitanda medicorũ est, qui leuiter egrotãtes, leniter curant: grauioribus autem morbis periculosas curationes, & ancipites adhibent cogũtur. Ver. 3. Georg. omniaq; in se Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Galenus in tractatu de differentiis morborum, Morbus (inquit) est affectus cõtra naturam, primò uitians actionem. Quare quum actio uitiata non fuerit, morbi nomen non meretur. Euenit autem tripliciter, ut actio impediatur. Aut enim id cõtingit ex primarum qualitatum intemperie, aut ex partium immoderatione, aut ex solutione unitatis. Morbi in animo dicuntur, uitia inueterata & dura: ut est, auaritia, ambitio. Cic. 4. Tusculan. Quomodo autem in corpore est morbus, ægrotatio, & uitium, sic in animo. Sall. in Cic. Grauiter, & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirẽ iudicio magis quàm morbo animi, petulantia ista uti. Et dicimus, Affici graui morbo, Laborare morbo, Cõualescere ex morbo, &c.

Morbidus, a, um, Quod est morbo infectum, *νοσερὸς, ἐπίνοσος, νοσηματικός.* Plin. lib. 8. cap. 16. Atq; ita profluuio sanguinis morbidum aliàs corpus exonerat. Lucret. lib. 6. languens, quem contulit agricolarum Copia, conueniens ex omni morbida parte. Varro 3. de Re rust. cap. 16. Aut quũ sint apes morbidæ propter primores uernos pastus. Morbida uis, quæ morbum affert. Lucret. lib. 6. unde repentè Mortiferam possit cladem conflare coorta Morbida uis hominum generi, pecudumq; cæteruis, Expediam. Idem, Fit morbidus aër.

Morbificus, a, um, Quod morbum infert, *νοσοποιός.*

Morbosus, a, um, Idẽ quod morbidus, obnoxius uidelicet morbo, qui & Valetudinarius dicitur, *νοσερός.* Cato de Re rust. ca. 2. Ferramenta uetera, seruũ senẽ, seruũ morbosum, & si quid aliud supersit, uendat.

Mordeo, des, momordi, & olim morsi, morsum, act. 2. *δάκνω.* Lucan. lib. 3. Exhibuit primus chalybem, frænosq; momordit. Plaut. in Trin. Ni fugissem (inquit) medium, credo, præmorsisset. Est autem Mordere, dentibus lædere. Ouid. 13. Metam. manuq; Pabula decerpsi, decerptaq; dente momordi. Cic. pro Rosc. Amerin. Latrant & mordent canes. Per translationẽ uerò significat derrahere. Terent. in Eunuch. inuidere omnes mihi, Mordere clanculum, ego non flocci pendere. Item pungere, siue dolore afficere. Cic. Attic. lib. 13. Valde me momorderunt epistolæ tuę de Attica nostra. Composita sunt Admordeo, ualde mordeo, *ἐπιδάκνω.* Vergil. lib. 2. Georgic. duriq; uenenum Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix. Commordeo, (ut equi contumaces & præferoces) mordeo simul, *ἀφλοιάξω.* Demordeo, *κατασθάκνω*, morsus decerpo. Immordeo, morsum infigo. Obmordeo, circummordeo. Præmordeo, antè mordeo. Remordeo, crucio, solicito. Vergil. 1. Aeneid. Quando hæc te cura remordet. Propriè tamen remordere, est illum à quo quis est morsus, mordere, *ἀντιδάκνειν.* Lactant lib 6. Sed quia ipse canina facundiam (sicut Sallust. ab Appio dictum refert) exercuit, uoluit hominem canino modo uiuere, ut remordeat lacessitus.

Morsus, a, um, part *δηχθείς* Plin. lib. 29 cap. 3. Datur morsis à cane rabioso, ne rabidi fiant.

Morsus, us, m. q. nomen, Propriè dicitur actus mordẽdi, *δῆγμα.* Cicero de Diuin. lib. 2. Quid Aristolochia ad morsus serpentum possit, &c. Idem de Fato, Philoctetes ulceratus serpentis morsu. Catullus lib. 1. Epigram. Atq; acres solet incitare morsus: Accipitur etiam Morsus pro dolore & ægritudine. Cicero 3. Tusculanar. quæst. Itaq; & dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perferetur, spe proposita boni. Nonnunquam etiam pro delectatione. Horatius libro primo Epistolarum,

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro, morsuq; uenenat.

Morsiuncula, æ, dimin. Paruus morsus, *δηγμάτιον.* Plaut. in Milit. Cõpressiones arctæ amantiũ cõpares, Teneris labellis molles morsiunculæ.

Mordax, acis, om. t. Qui mordendo lædit, uel qui aliis detrahit, *δηκτικὸς* Plin. lib. 16. cap. 14. Mordacia sunt quibusdam folia, ut urticis. Idem lib. 21. cap. 16. Iis enim omnibus foliis inest, aculeata mordacitas.

Mordacitas, atis, f. t. Plautus in Trucul. Num tibi iam, amabô, ianua est mordax mea, quò introire Metuas, mea uoluptas? Mordax folium: hoc est, pungens, & tactum, uel gustum feriens.

Mordicibus, pro morsibus, *δήγμασι.* Plaut. in Aulul. Asini me mordicibus scindant.

Mordicus, penultima correp. aduerbium, Significat mordendo, *ὀδάξ.* Plaut. in Curc. Manum arripuit mordicus. Idem in Menæch. Oportebat iam nasum ademptum mordicus. Aliquando significat strictim, & quasi morsu ac dente. Suetõ. in Cæs. Elata læua, ne libelli quos tenebat, madefierent, pallu damentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis. Mordicus tenere per translationem, pro summa pertinacia tueri. Cic. 4. de Fin. Quum id fugiunt, re eadem defendunt, quæ Paripatetici, uerba tenent mordicus.

Mordico, cas, a. p. penul. cor. Dolorem affero, perinde ac si morsu læderem, *δάκνω.*

Morsicatim. Significat mordendo, *ὀδάξ, δηκτικῶς.* Varr. Sicut pulli incedunt, & in bellis morsicatim ludunt. Ex Nonio.

Moretum, ti, pen prod. *μορετόν.* Genus libi ex lacte, uino, caseo, & herbis confectum, quale describitur à Verg. in eo opusculo cui titulus est Moretũ. Ouid. 4. Fastorum, Non puder herbosum, dixi, posuisse moretum In dominæ mensis? an sua causa subest? Lacte, mero ueteres usi narrãtur, & herbis Sponte sua quas terra ferebat, ait, Candidus elixæ miscetur caseus herbæ, Cognoscat priscos ut dea prisca cibos. Dictum est autem Moretum (ut non obscurè innuit Verg. loco iam citato) à uerbo Græco *μορίω*, quod inter cætera significat abrado. Vergilii uerba sunt hæc, Tum demum digitis mortaria tota duobus Circuit, in q; globum distantia contrahit unum, Constet effecti ut species nomẽq; moreti.

Morganitica, Lex apud Mediolanenses, quæ alibi Salica dicitur. Extat. tit. in Placitis Feuda. De filiis natis ex matrimonio ad Morganat. contract. Illustris interpres à Taurenberg nactus quendam uetustissimum codicem, testatur in eo, p uoce Morganatica, scriptũ Morgingabicum: quod uocabulum, uidetur ex idiomate nostro confectum. Nam morgin, nostrate lingua, mane, siue matutinum sonat, & gab, donũ significat. Morgingabicum igitur quasi donum matutinũ interpretari licebit, qua Donationem propter nuptias significari solitam, idem nobilissim. interpres putat. Germanicè Morgengab.

Moriones, *μωρίωνες*, Sulti, principum deliciæ. Mart. libr. 8. Morio dictus erat, uiginti millibus emi.

Morion, Lapidis pretiosi nomen. Plin. li. 37. cap. 10. Morion Indica: quæ nigerrimo colore translucet, uocatur Pramnion: in qua miscetur & carbunculi colos, Alexãdrinum: ubi Sardæ, Cyprium.

Mormyra, Piscis est marinus, uariis coloribus pictus, cuius meminit Ouid. in Halcut. referente Plinio libro 32. capite ultimo.

Morochthus, *μόροχθος*, Lapis est in Aegypto nascens, quẽ nonnulli à lacteo colore Galaxian, & Leucographia appellãt Vruntur eo Lintearionum officinæ ad candorem uestium, propterea quod mollis sit, & facillimè diluatur. Autor Dioscorides lib. 5.

Morior, Vide Mors.

Moror, raris, priore cor. Expecto, *περιμένω.* Lentulus Senatui, inter Epistolas Ciceronis, Diutius morari, aut expectare præsidium, non necesse habui. Aliquando etiam accipitur pro Curo uel æstimo. Plaut. in Aulul. pallas, purpuram Nihil moror, quæ in seruitutem sumptibus rediguntur uiros. Idem. Nihil moror istas magnas dotes dapsiles, hoc est, nihil curo, nihili facio, *οὐδενὸς μοι μέλει.* Sæpissimè etiam Morari, est detinere, retardare, *ἐπέχειν, ἀνέχειν.* Quint. in Mathematico, Quid me adhuc pater retines? quid moraris abeuntem? Plau. in Epid. Nihil ego te moror: id est, detineo, uel expectare facio. Item Morari, manere, *μένειν.* Cæsar bel. Gal. lib. 2. Itaque paulisper apud oppidum morati, agros q; Rhemorum depopulati, &c. Item hærere, dubitare. Verg. 2. Aen. Quidúe moror, si omnes uno ordine habetis Achiuos, Et in his omnibus significationibus habet primam correptam. Morari uerò prima producta. significat insanire, desipere, *μωραίνειν.* quod ostendit Sueton. scribẽs solitum esse dicere Neron. Desiisse Claudium in homines morari. nam Græci *μωρὸν*, stultum uocant & fatuum. Videbatur dicere, Claudium desiisse manere & uiuere inter homines: quum intelligi uellet, eum desiisse per mortem delirare & desipere qui uiuus deliraverat. Morans, antis, particip. Verg. 4. Georgic. nanq; morantes Martius ille æris rauci canor crepat. Vbi Seru. Morantes, id est, tardè incedentes. Composita à Moror sunt, Commoror, quod est manco, & firmam habitationem

bitationem habeo. Lactan. lib. 7. Cuius posteri, quũ diutius in Aegypto cõmorantes in magnã frequentiã creuissent. Demoror, Immoror, morã traho ἐνδιατρίβω. Lact. lib. 2. Sed uereor, ne si fuero in prępositione rerũ cõtrariarum diutius immoratus. Remoror, detineo, retardo. Habent autem hæc pennultimam corr.

Moros, μωρὸς, Græca dictione appellatur, qui Latinè stultus, Plaut. in Trin. Amor mores hominũ moros, & morosos effi cit. A quo morari uerbũ prima longa. Vide paulò antè in uerbo Moror.

Morologus, gi, pen. cor. μωρολόγος, qui stulta & inepta loquacitate utitur. Vnde & sermones huiusmodi Morologiæ, μορολογίαι dicuntur, qui & periphrasticῶς Morologi sermones appellantur à Plaut. in Pseud. Nec molestum esse, nec sermonibus morologis uti μωρὸς enim stultus, λόγος sermo. Plautus in Persa, Morologus fio. id est, sermone stulto uti incipio.

Morosus, uide Mos.

Morotis, & Morosis, μωρότης, Memoriæ uitium, & insania, quorienscunq; ex somnifico grauamine resipiscentia non datur ad mentem. Hęc enim non modò memoriam, sed usum quoq; rationis intercipit.

Morphnus, m. s. Aquilæ genus, circa paludes & lacus uiram præcipuè agens: ab Homero Perenos, ab aliis etiam Plancus & Anataria appellatur. Vide Plinium lib. 10. capite tertio, ubi sex aquilarum genera enumerat, Melænæton, Pyrgagon, Morphnon, Percnopterum, Gnesion, & Halyæeteon, &c.

Mors, mortis, f. t. teste Plutarcho, Nihil aliud est, quàm σώματος καὶ ψυχῆς διάλυσις, hoc est, animæ et corporis dissolutio. τὸ χρεὼν, καταφορὰ, κατάλυσις, θάνατος. Cicero 1. Tusculan. Sunt enim qui discessum animi à corpore putent esse mortem. Idem, A malis igitur mors abducit, non à bonis. Mors (inquit Seneca) est naturæ lex, tributum, officium, & mortalium, malorumq; omnium remedium. Hæc à ueteribus dea credita est. Noctis, & Erebi filia, quæ in mortales omnes, uitæ necisq; haberet potestatem. Statius, In scopulis mors sæua sedet. Cicero 1. Tusculan. Mors non est interitus, omnia tollens, atq; delens: sed quędam quasi migratio cõmutatioq; uitæ: quæ in claris uiris & fœminis dux in cælum solet esse. Horat. 1. Epist. 17. Mors ultima linea rerum est. Vergil. 1. Aeneid. crudelis ubiq; Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago. Ouid. 14. Metam. Vt uerò fuga uos ab acerba morte reduxit. Accipitur quandoq; Mors, pro aliarum rerum interitu. etiam inanimatarum. Plinius lib. 14. cap. 21. Hinc rerum omnium obliuio, morsq; memoriæ. Legitur etiam nonnunquam in numero plurali Mortes. Cicero 2. de Finib. Pręclaræ mortes sunt imperatorię. Plinius lib. 13. cap. 21. Quæ in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortesque miseras. Quintilianus Declamatione 2. Contra uerbera, & experimenta telorum, mortium pertulere patientiam.

Morior, moreris, & moriris, deponens, nunc tertii, olim etiam quarti ordinis, μεταπάτομαι, καταπίνω, ἀποθνήσκω. Ouid. lib. 4. Metam. At strępitum mortemq; timens, cupidusq; moriri. Plaut. Rud. acta hæc res est, certum est moriri, quàm huc pati Lenonem in me grassari. Significat autem è uita decedere. Pręteritum autem eius est Mortuus sum. Augustin. lib. 13. Ciuit. Dei, Non importunè, neq; incongruè arbitror dicere, etsi non humana industria, iudicio fortasse diuino, ut hoc uerbum quod est Moritur, in Latina lingua nec Grammatici declinare potuerint ea regula qua cætera talia declinantur. Nãque ab ea quod est Oritur, fit uerbum prætériti temporis Ortus est, & si qua similia sunt quæ per prætériti temporis participia declinantur. ab eo uerò quod est Moritur, si quæramus prætériti temporis uerbum, respondeti solet, Mortuus est, u litera geminata. Sic enim dicitur Mortuus, quomodo Fatuus, Arduus, Conspicuus, & si qua similia, quæ non sunt prætériti temporis, sed quoniam nomina sunt, sine tempore declinantur. Illud uerò, quasi declinetur quod declinari nõ potest, pro participio prętériti temporis ponitur nomen. Conuenienter ergo factum est, ut quemadmodum id quod significat, non potest agendo, ita ipsum uerbũ nõ posset loquendo declinari. Horat. 3. Carm. Ode 2. Dulce, & decorum est pro patria mori. Mors & fugacem persequitur uirum, Nec parcit imbellis iuuentæ poplitibus, timidoq; tergo. Verg. 4. Aen. Quin morere ut merita es, ferroq; auerte dolorem. Idem 3. Aeneid. O felix una ante alias Priameia uirgo, Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori. Moriar, iurandi uerbum, quemadmodum Dispeream. Cic. ad Attic. lib. 8. Moriar, si magis gauderem si id mihi accidisset. Composita huius uerbi sunt, Commorior, simul morior, συναπο θνήσκω. Plin. li. 24. cap. 2. Mirumq;, exitialia per se ambo quum fuerint uenena, in homine cõmoriuntur, ut homo superstit. Item Demorior, Emorior, Intermorior, & Prćmorior, de quibus uide suis locis.

Moribundus, Moriens, ἀποθνήσκων. Liu. 6. bel. Pun. Atq; ita gladio, quem ueste texerat, per aduersum pectus transfixus, ante pedes Imperatoris moribundus procubuit.

Mortalis, le, om. t. Qui morti subiectus est, θνητὸς, cuius contrarium est, Immortalis, ἀθάνατος Quint. lib. 1. cap. 12. Lumen mortale solem mortale lumen inferre. Cic. 3. de Nat. deor. Mortale igitur omne animal, & dissolubile, & diuiduum sit necesse est. Horat. 2. Serm. Sat. 6. terrestria quando Mortales animos uiuunt sortita.

Mortalior, cõparatiuus. Plin. lib. 34. cap. 14. Eademq; prouidentia nihil in rebus mortalibus faciente, quàm quod infestissimũ mortalitati.

Mortalis, substantiuũ, pro homine. Plin. lib. 10. cap. 17. Tanta mortalibus suarum rerum facietas, est, alienarumq; auiditas. Cicero 7. Verrin. Nam istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sententiis commendaui. Ouid. lib. 2. Metam. Inde deos horũinesq; uoco, nec contigit ullum Vox mea mortalem.

Mortaliras, atis, f. t. Cuius contrarium est Immortalitas. Cic. 1. de Nat. deor. Aut non omne quod ortum sit, mortalitatibus cõsequatur. Mortalitas, etiam pro hominibus mortalibus. Plin. lib. 2. cap. 76. Mortalitas ipsa inuenit sibi medium quiddã. Iuẽ lib. 7. cap. 40. Vana mortalitas, ad scribendum seipsam ingeniosa.

Mortifer, siue Mortiferus, a, um, pen. cor. Quod mortem affert, θανατηφόρος. Colum. lib. 7. Et etiam mortiferus serpentis ictus. Plin. lib. 10. cap. 59. Pullis anserum urtica mortifera contactu. Cicero 1. Tusculan. Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, uerùm in cælũ uideretur ascendere. Virg. 6. Aen. mortiferumq; aduerso in limine bellum. Celsus lib. 5. cap. 26. Nam musculus percussus mortiferus est, præcisus sanitatem recipit.

Mortuale, Quod ad mortuos pertinet, νεκρικὸν. Plaut. in Asin. Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia. Vnde Emortualis dies, in quo quis est mortuus: sicut Natalis, in quo quis natus est. Idem, Certum est enim hunc emortualem facere ex natali die.

Morticinus, a, um, pen. prod. Quod est exangue, corruptũ & spõte sua mortuum, θνησιμαῖος. Vnde Morticinam carnem dicimus animaliũ, quę non sunt mactata, sed per se mortua. Plin. Sola hæc auis in eo genere morticinam carnẽ nõ attingit. Varro 2. de Re Rust. cap. 9. Morticinæ ouis non patiuntur uesci çarne.

Morticini, Claui dicuntur pedum, quòd uelut morticina caro sit, quam Græci θνησιμαῖον uocant, ἧλοι. Plinius lib. 22. cap. 25. Clauis pedum, qui uulgò morticini appellantur, &c.

Morsicatim, Morsiuncula, Morsus, uide Mordeo.

Mortarium, n. s. In quo res quæ resoluendæ sunt, pistillo teruntur, θυεία, ὄλμος, ὕδρα. Plaut. in Aulul. Cultrum, securim, pistillũ, mortariũ, Quæ utenda uasa semper uicini rogant. Lapis mortariorum, θυΐτης, ex quo mortaria confici solent Plinius lib. 36. cap. 22. Authoribus curæ fuere lapides mortario rum queq;, nec medicinalium tantùm, aut ad pigmenta pertinentium. Huius diminutiuum est Mortariolum, θυεῖον, Hieron. in Numeris, ponent cum eo thuribula, mortariola, cyathos, & crateres ad uina fundenda. Est & mortarium locus, & susceptaculum, in quo calx, siue intrita subigitur, seruaturue, quæ loca etiam hodie uulgò Mortaria appellantur. Budęus, Mortarium locus est ubi arenatum rutro subigitur. Vitru. lib. 7. cap. 3. Græcorum uerò tectores non his rationibus solùm utendo faciunt opera firma, sed etiam mortario collocato, calce & arena ibi confusa, decuria hominum inducta, ligneis uectibus pinsant materiam, ut ita ad certamen subacta tunc utantur.

Morticinus, Mortifer, Mortualis, uide Mors.

Morus, ri, f. f. Arbor, μορέα, συκαμινέα, Morum fructus, συκάμινον, à mora, id est, tarditate, ut quidam putant, nam postrema omnium arborum morus floret: propter quod prudentissima arbor dicitur, quia lędi se à frigore non sinit: neq;, nisi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

neq; niſi omni peracto, germen emittit: ſed quum cœpit, in tantũ uniuerſa germinato erumpit, ut una nocte peragat, etiã cum ſtrepitu. Sunt tamen qui à Græco id nominis deriuent. μωρὸν enim nigrum dicitur. Plin. lib. 16. cap. 44. In hoc arborẽ mori eximiã ætate noſtra adamauit Paſſienus. Mora quoque in rubis ſunt, ſed multum ab his differentia. Col. lib. 3. de pruno, Morum ab Idibus Februariis uſq; in æquinoctiũ uernale rectè ſeres.

Morus Pyramea, arbor ſub qua occubuerunt Pyramis & Thyſbe. Fabula eſt apud Ouid. lib. 4. Met.

Mos, moris, m. g. Eſt uitæ inſtitutum conſuetudine firmatũ, ἦθος, ἔθος Varro ait, Morem eſſe inſtitutum animi, quod ſequi debeat conſuetudo. Cicero pro Cluent. Non mos, conſuetudoq; ſeruata. Cic. de Clar. Orat. Mos eſt hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere. Verg. 1. Aen. Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram. Idem 4. Aen. Non licuit thalami expertem ſine crimine uitam Degere more feræ. Interdum ſumitur pro conſuetudine approbata, quæ habetur pro lege. Cicero 1. Officior. Quæ more aguntur, inſtitutiſque ciuilibus. Idem contra Rull. Eſt hoc in more poſitum, inſtitutoq; maiorum. Mores plurali numero, τρόποι, conſuetudo cuipiam familiaris, & in habitum recepta, à qua bene uel malè morati dicimur. Eſt enim uocabulum medium, quod tam in bonam quàm in malam partem accipitur. Plautus in Trinum. Nam hic nimium moribus mores inuaſit bonos. Ita plerumq; omnes iam ſunt intermortui: Sed dum illi ægrotant, interim mores ſi mali, Quaſi herba irrigua, ſuccreuerunt uberrimè. Mores cæli. Plin. lib. 14. cap. 1. Succiq; tantùm gratia ex his pluribus modis ad cœli mores, ſoliq; ingenia. Vergil. 1. Georg. Varium cæli perdiſcere morem. Transferre ad morem. Cic. in Orat. Græcorum prudentiam poſſe ad noſtrum morem, uſumq; transferri. Hinc fit Moratus, Moralis, Morigeratus, & quod hodie in uſu non eſt Moſculus, diminutiuum, quod apud Catonẽ legitur.

Moratus, Nomen eſt, non particip. à nomine Mos, diciturq; ut plurimùm de eo qui bonis laudatisq; moribus eſt præditus, ἀθικὸς, ἀθισμένος. Plaut. in Aulul. Dum mihi morata ueniat, dotata eſt ſatis. Cic. 2. Tuſc. Quotus enim quiſq; philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus, ita animo ac uita conſtitutus, ut ratio poſtulat? Idem de Clar. Orat. Quæq; erant propria cum præſtantis in Repub. tum bene moratæ, & bene conſtitutæ ciuitatis. In malã partẽ uſus eſt Plaut. in Truc. Noui ego hominũ mores: Ita nunc adoleſcentes morati ſunt. Itẽ Ter. in Hec. Sed quid mulieris uxorẽ habes, aut quibus moratam moribus.

Moralis, om. t. Ad mores pertinẽs, ἀθικὸς. Cic. de Fato, Qui pertinet ad mores, quos ἤθη Græci uocant, nos eam partẽ philoſophiæ de moribus appellare ſolemus, ſed decet augentẽ linguã Latinã nominare Moralẽ, explicãdaq; uis eſt, ratioq; enumerationum quæ Græci ἐξώματα uocant.

Morigeror, aris, d. p. Morẽ gero, obſequor, & quaſi ad alterius uoluntatem mores transformo, χαρίζομαι, ὑποκρίνω. Cic. in Orat. Voluptati aũt auriũ morigerari debet oratio. Ter. in Adel. Si adoleſcenti eſſes morigeratus. Plaut. Morigero dixit in Amph. Volo deludi illũ, dum cum hac uſuraria Vxore nunc mihi morigero. Inde Morigeratio, ὑποκοὴ, & Morigerè, παθλωίως, aduerbium.

Morigerus, a, um, pen. cor. Obediens, παθλώιος. Plaut. in Caſ. Vt tibi morigerus hodie? ut uoluptati fuit? Teren. in And. Siue hæc re ſolũ ſemper fecit maximi, Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Moroſus, a, um, Curioſus, diligensq;, qui nimis exactè omnia fieri expoſcit, δύσκολος, δύσροος, δυσάρεστος, ἀσωύλακτος. Moroſus (inquit Porphyrio) is eſt, qui multorũ morũ inter ſe cõtrariorum eſt, unde Senectus moroſa. Eſt enim hoc ſenũ præcipuum uitiũ, ut difficilibus & faſtidioſis ſint moribus. Cic. lib. 1. de Orat. Vſq; adeo moroſi ſumus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. Suet. de Cæſ. Circa corporis curã moroſior, ut non ſolùm tonderetur diligenter, ſed etiam uelleretur. Cic. de Senect. At ſunt moroſi, & anxii, & iracundi, & difficiles ſenes: ſi quærimus, etiam auari, ſed hęc morũ uitia ſunt, non ſenectutis.

Moroſè, aduerb. Plin. lib. 18. cap. 13. Terram non moroſè elegit, penè ut nihil aliud ſeri poſſit. Cic. de Clar. Orat. M. Piſo iracũdus reſpuebat ineptias hominũ, ſiue moroſè, ut putabatur, ſiue ingenio, liberoq; faſtidio.

Moroſitas, atis, f. t. Dicitur illa morum difficultas, quum nulla penè res, quantumuis exacta, animo alicuius ſatisfacit, τὸ δυσάρεστον. Cic. de Senect. At moroſitas tamen, & ea quæ dixi, uitia, habent aliquid accuſationis.

Moroſis, μώρωσις, ἡ μωρότης. Vitium principalis animæ facultatis, non modò memoriam, uerumetiam uſum rationis imminuens. (nomina, & compoſita apud Paulum & Aëtiũ.

Moſchata, Moſchomyra, Moſchelea, unguentorum

Moſchatula, Pyra quædam dicũtur, teſte Sipontino, quæ odorem Moſchi referunt. Eſt autem Moſchus animalculum ſimilitudine muris, binos in ſuperiore mandibula dentes habens, & totidem in inferiori, eosq; ad interiora recuruos, in cuius corpore iuxta umbilicũ apoſtema ſanguinolentum naſcitur, quòd una cum pelle exciſum ſiccatũq;, præſtantiſſimum ſpirat odorem, & inter primas hominum delitias habetur, cibisq; & medicinis, & unguentis paſſim adhibetur. Hunc etiam odorem ab animalis nomine Moſchum uocant Arabes: ueteribus enim creditur fuiſſe incognitus. Hinc itaq; pyri quoddam genus Moſcharulum dicitur, quod ad hunc odorem proximè accedat. Alio nomine Superba pyra dicta ſunt, quòd celeritate quadam matureſcendi principatum inter pyra uideantur uelle obtinere.

Moſcheuton, μοσχεύτον, Roſæ genus, è caule maluaceo fuſum, folia habens oleacea. uide Plin. lib. 2. cap. 4.

Motacilla, f. p. Auis ſemper mouens caudam, uulgò Cauda tremula dicitur, σαισοπυγὶς. Autor Var. 4. de ling. Lat.

Motabilis, Motus, uide Moueo.

Moueo, es, moui, motum a. ſ. Notę ſignificationis, κινέω. Cæſar 3. bel. Gal. Poſtero die caſtra ex eo loco mouent. Per trãslationem ponitur pro excludere, ſiue profeſſione, aut iure ſuo aliquem deiicere, ἐξαίνειμι, ἐξέργω. Cic. libr. 3. Offic. Quid ergo, nomen nocet, qui quaſi ueneno perficiat, ut ueros hæredes moueat, in eorum locum ſuccedat? Mouere animum, eſt inducere, allicere. Verg. li. 3. Georg. Non umbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt Prata mouere animum. Seruius, Mouere animum, in ſui deſyderium illicere. Mouere, pro diſcedere. Cic. ad Attic. lib. 9. Hæc aũtem ſcribebam pridie Non. XIIII die poſtquàm ille Cãnuſſio mouerat. Mouere loco. Cicero ad Quint. frat. lib. 2. Exarſit dolor, urgere illi, ut loco nos mouerent. Mouere ex opinione. Cic. 3. de Nat. deor. Nec me ex ea opinione, quam à maioribus accepi de cultu deorum immortalium, ullius unquã oratio, aut docti, aut indocti mouebit. Mouere Senatu, uel de Senatu. Cic. pro Cluent. Vt alter de Senatu mouere uelit alter retineat. Liu. 9. bel. Maced. Septem mouerunt Senatu. Sic moueri ſtatu. Liuiu. lib. 10. bel. Punic. Mouere aluum, uel uentrem: hoc eſt, ciere aluum. Cato de Reruſt. cap. 115. Vinum ad aluum mouendam. Martial. lib. 11. Prima tibi dabitur uentri lactuca mouendo. Arma mouere. Plin. Scribonius arma Illyrico contra Claudium mouerat. Vergil. 12. Aen. Tum demum mouet arma leo. Bellum mouere. Liu. 8. ab Vrbe, Quia toties iam Sidicini aut iuſi mouerant bellũ aut mouentibus auxilium tulerant. Mouere riſum, pro excitare. Horat. 1. Epiſt. 3. Ne ſi fortè ſuas repetirum uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus. Signa mouere. Vergilius 3. Georg. Signa mouet, præcepsq; oblitum fertur in hoſtem. Mouere ſtomachum alicui, pro irritare. Cicero ad Atticum libro 6. In quo tamen ille mihi riſum magis, quàm ſtomachum mouere ſolet. Mouere tragœdias, ſignificat uerbis rem atrocem, & indignam efficere, quale eſt opus tragicorum, de rebus atrocibus ſemper mœſtisq; loquentium. Sicut è contrario Comœdias agere, pro ridiculè, ac dicaciter loqui. Quin. lib. 6. cap. 1. Nam in paruis litibus mouere tragœdias rale eſt, quale ſi perſonam Herculis, & cothurnos aptare infantibus uelis. Mouet me. Papin. de Condic. furt. l. Parui refert, Nec me mouet, præſens homo fuerit, nec ne. Mouentur res magnæ: hoc eſt, commouentur, excitantur. Cic. ad Quintum. Frat. lib. 7. Epiſtol. Itaq; magnę mihi res moueri uidebantur. Aliquando inuenitur Mouere poſitum pro paſſiuo moueri. Gell. lib. 4. cap. 6. Vt terram mouiſſe nuntiari ſolet, eaq; res procuratur: ita in ueteribus memoriis ſcriptum legimus, nuntiatum eſſe Senatui, in ſacrario, in regia haſtas Martias mouiſſe, hoc eſt, motas eſſe. Budæus. Compoſita huius uerbi ſunt, Amoueo, Admoueo, quæ ſunt contraria. Vide in dictione Amoueo. Commoueo. Dimoueo, Emoueo, extra moueo, ἐξίσημι. Idẽ li. 4. Hominũq; mẽtes emotas ἐξεσαμένας, ἐκπεπλημμένας, & malis incurſibus furiatas, in ſenſus priſtinos reponebat. Promoueo, uehementer ultrà moueo, prolongo, procedo, προάγω, παράγω. Terent. in And. Ehò tu imprudens, non ſatis habes, quòd tibi dieculã

add.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

addo, Quantum huic promouco nuptias? id est prolongo. Permouco, ualde mouco, ἐξάγω. Sallust. in Iugurth. Existimans Adherbalem dolore permotum, iniurias suas uindicaturum manu. Demouco, deorsum mouco. Liuius lib. 6. ab Vrbe, Quantum Romana se inuexit acies, tantum hostes gradu demoti. Remouco, alieno, discedo, tollo, ἀπάγω. Vide suo loco. Semouco, seorsum mouco. Summouco, tollo, aufero, παρωθέω. Columella lib. 1. Quum liceat uel cauere ne talis præficiatur negotio, aut iam præpositus ut summoueatur, curare. Idem lib. 5. Fructusq; summotus à terra minus putrescit, hoc est, sublatus, uel à terra remotus.

Mouens, quod est in motu, antitethon, stans, manens. Cic. de Finib. Puero stante & mouente.

Motus, a, um, particip. κινηθείς. Vergil. 1. Aeneid. Sed motos præstat componere fluctus. Liu. 4. bell. Maced. Nullis minis, nullis terriculis semotos, sperantes satis opis & auxilii sibi in Romanis esse.

Mōtus, us, m. q Ipsa motio, κίνησις, ut Motus animi, Motus terræ. Cic. de Amicit. Quibus rebus ad illum primum motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exarde scit benenolentiæ magnitudo. Ouid. Epist. 18. Sæpe per assiduos languent mea brachia motus. Horat. 3. Carm. Ode 6. Motus doceri gaudet Ionicos Matura uirgo. Motus pro Commotione, siue perturbatione. Cicero pro Flacc. Videtis quo in motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione uersemur. Idem pro Domo sua, Magnificentissimus ille totius Italiæ motus, municipiorumq; concursus. Motus, pro causa. Plin. Epist. 4. lib. 3. Audisti consilii mei motus.

Motio, uerb. κίνησις. Cic. de Nat. deo. in corporū etiā motione, atq; gestu multa cernunt subtilius.

Motor, oris, m. t. uerbale, κινητής. Martial. lib 11. Cunarum fueras motor Charideme mearum, Et pueri custos, assiduusq; comes.

Moto, tas, a. p. Frequentatiuum à Moueo, κινῶ. Vergil. 5. Ecloga, Siue sub incertas Zephyris motantibus umbras. Idem Eclo. 6. Tum uelò in numerum Faunosq;, ferasq; uideres Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus. Plautus in Amphitr. Neq; se luna quoquam motat, statq; uti exorta est semel.

Motuantur, pro Motantur, dixit Plaut. in Truc. Ne ut in æstu motuantur ire.

Mobilis, le, om. t. Qui facilè mouetur, εὐκίνητος. Plin. lib. 11. cap. 37. Supercilia homini & patiter, & alternè mobilia. Horatius 2. Sermon. Satyr. 3. In amore hæc sunt mala, bellum, Pax rursum, hæc si quis tēpestatis propè ritu Mobilia, & cæca fluentia sorte labores Reddere certa: sibi nihilo plus explicet, ac si Insanire perat certa ratione modoq;. Mobili animo esse, hoc est, leui, & inconstanti. Q. Metell. ad Ciceron. lib. 5. Etiā inobili in me meoq; esse animo, non sperabā. Quorum contraria sunt, Immobilis, ἀκίνητος, & Immobilitas, ἀκινησία.

Mobilitas, f. t. εὐκινησία. Verg. 4. Aen Fama malum quo non aliud uelocius ullum, Mobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo. Cic. 2. de Nat. Deor. Necesse est, quod animal in eo gignatur, idem quoq; sensu acerrimo, & mobilitate celerrima esse. Mobilitas etiam pro inconstantia & leuitate accipitur. Cic. 7. Philip. Quid est enim inconstantia, mobilitate, leuitate, cum singulis hominibus, tum uerò uniuerso Senatu turpius?

Mobiliter, aduerb. εὐκινήτως. Cic. 2. de Nat. deor Animaduersum q; sepe est, cor animantis alicuius euulsum, ita mobiliter palpitare, ut imitaretur igneam celeritatem.

Mobilito, as, are, a p. εὐκίνητον ποιῶ. Lucret lib 3. Inde calor motus, & uenti cæca potestas Accepit: inde aër, inde omnia mobilitantur.

Mox, aduerb significat Statim, εὐθύς, αὐτίκα. Terent. in And. Moxe, o huc reuertar. Significat etiā Paulò pòst, uel postea. Cicero lib. 1 de Orat. Verùm illa mox, nunc de ipsa exercitatione quid sentias, quærimus. Mox pro Deinde. Plin. lib. 12. cap. 12. In nostro orbe proximè laudatur Syriacū nardū, mox Galli cum, tertio loco Creticū. Quàm mox. Ter. in Phor. Dum expecto quàm mox ueniat.

M V

MV. In notis antiquoru, Mutius. MV. F. Mutii filius. M. VI. mensibus sex. MVL. B. mulier bona. MVL. M. mulier mala. MVL. P. mulier pessima. MVN R. munerabilis. MVN. municipium, uel municeps.

Mucōr, oris, m. t. Lanugo, quæ diutino situ contrahitur, quē admodum in pane, carne, aliisq; huiusmodi fieri uidemus, αὐχμώς, ὑφώς. Colum. lib. 12. cap. 4. Ne situ pecora mucorē contrahant.

Mucidus, a, um, pen. cor. Quod mucorem ex uetustate contraxit, αὐχμώδης, ὑφώδης. Iuuen. Sat 14. neq; enim omnia sustinet unquā Mucida cærulei panis consumere frusta. Mart. lib. 8. Argenti furiosa sui quū stemmata narrat Garrulus, & uerbis mucida uina facit.

Muceo, ces, mucui, n. s. Mucidus sum, à quo mucesco, mucidus fio, mucorem contraho, σήπομαι. lib. 18. Iterumq; exporrigi in sole super lintea, quod nisi festinatò peragatur, lutido colore mucescere. Cato de Re rust. Vini singulę urnæ dabuntur, quod neq; aceat, neq; muceat.

Mucro, onis, m. t. Propriè cuspis, & acumen ensis, ac telorū, αἰχμὴ ἀκμή. Mart. lib. 4. Tabuit in calido uulnere mucro tener. Apuleius Circulatorem aspexi equestrem, spatam præacutam infesto mucrone deuoraſſe. Seneca ad Lucil. Gladium bonum dices, non cui deauratus est balteus, nec cui uaginā gemmis distinguitur, sed cui ad secandum subtilis est acies, & mucro munimentum omne rapturus. Figuratè ponitur pro Ense, sicut Tectum pro domo. Ouidius lib. 1. Metamorph. iugulum mucrone resoluit. Accipitur etiam Mucro, pro summo cuiusuis rei acumine. Vnde apud Plinium herbarum, dentium, unguium, mucrones dicuntur: ut lib. 8. cap. 17. Mirum, pardos, pantheras, leones, & similia, condito in corporis uaginas unguium mucrone, ne refringantur hebetenturq;, ingredi. Mucronem Tribunitium exacuere, apud Ciceron. 3. de Leg. Quis (inquit) unquam tam audax, tam inimicus nobis fuisset, ut cogitaret unquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem Tribunitiū exacuisset in nos?

Mucronatus, a, um, Quod est, acutum, & ad mucronis speciem formatum, ὀξύς. Plin. lib 32. cap. 2. Trebius Niger author est, xiphiam, id est, gladium rostro mucronato esse, à quo naues perfossæ mergunturin Oceano.

Mucula, Persarum lingua appellatur gemma, cordis colorem habens: unde & Telicardios appellatur. Plin. lib. 37. capite 10.

Mucus, ci, m. s. Narium humiditas, & crassior pituita, μύξα, κόρυζα. Catul. Mucusq; & mala pituita nasi.

Mucosus, a, um, Muco plenus. μυξώδης, κορυζῶν, κορύζης, μυξός. Col. lib. 6. cap. 7. Sequitur torminū uitium, quorū signum est cruenta & mucosa uentris proluuies.

Mugil, mugilis, & Mugilis in nominatiuo, m. t. pen. cor. Genus piscis capitosi, unde etiam à Græcis κέφαλος appellatur. Hic omnium piscium squammis intectorum uelocissimus est, teste Aeliano lib. 12. cap. 19. adeo ut reti implicitus, in sublime sese eiaculetur, retiaq; quantumuis alta transiliens, spem piscatoris eludat. Plin. lib. 9. cap. 17. Mugilum natura ridetur, in metu capite abscondito, totos se occultari credentium.

Muginor, aris, d. p. pen. cor. χογγύζω. Idem quod murmuro, interprete Nonio. Lucil. Muginamur, molimur, subducimur. Festus nugari interpretatur, & tardè coronari. Cicero Att. lib. 16. De Ocella dum tu muginaris, nec mihi quicquā rescribis cō silium domesticum.

Mugio, mugis, mugiui, uel mugii, mugitum, n. q. μυκάομαι. Factitium uerbū à uoce boum. Author ad Heren. lib. 1. Vagire, mugire, murmurare, sibilare. Per translationē accipitur pro graniter sonare. Lact. lib. 7. Quur emicēt fulgura, cur tonitrua mugiant.

Mugitus, m. q. pen. prod μυκηθμὸς, μύκημα. Ipsa boum uox. Liuius 1. ab Vrbe, Inde quum actæ boues quædā ad desyderium, ut fit, relictarum mugissent. Verg. 2. Georg. Mugitusq; boū. Per translationem etiam Mugitus dicitur quiuis sonitus. Vt de Mugitus nemorum. Plin. lib. 18. cap. 31. Equidem & montium sonitus, nemorumq; mugitus prædicunt. Huius composita sunt, Admugio, quod boum proprium est cum altero boue conspecto, audito, uel olfacto, illius desyderio mugitum edunt, προσμυκάομαι. Ouid. lib. 1. de Arte, Mollibus in pratis admugit fœmina tauro Claud. lib. 3. Omnibus admugit quocunq; it. Immugio, intus uel ualde mugio. Verg. 3. Aen. Cornuisq; immugiit Aetna cauernis. Remugio, ἀναμυκάομαι, resono. Idem 3. Georg. Et uox assensu nemorum ingeminata remugit.

Mula, Mularis, uide Mulus.

Mulceo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mulceo, ces, si, sum, & ctum, act. ſ. καταψάω, κατιρίπω, θέλγω Priſcianus, Mulceo, mulſi, mulſum, & mulctum, unde Cic. in contentione Metelli, Permulſa, atq; recreata. Varro in Sat Capite permulſo. Salluſt. lib. 4. Hiſtor. Dein lenita iam ira poſtera die liberalib. uerbis permulcti ſunt. Eſt autem Mulcere, lenire, mollire, blandiri, mitigare, dulcem facere, unguere, delectare, polire. Ouid. 4. Triſt. Eleg. 1. Paſtor arundineo carmine mulcet oues. Verg. 1. Aeneid. & dictis mœrentia pectora mulcet. Ceruix mulcetur dextra, Cic. in Arato. Verg. 7. Aeneid. Aethera mulcebant cantu. Auræ mulcent florem Cat. in Carm. nupt. Verg. 1. Aeneid. Et mulcere dedit fluctus & tollere uento. Huius compoſita ſunt Demulceo, Permulceo, καταπαύω, ἡσυχάζω, βδομαλίζω, placo, mollio. Libro 3. ad Heren. Nam læduntur arteriæ, ſi antè quàm uox bene permulſa eſt, acri labore compelletur, id eſt, mollificata. Gel. lib. 2. Nihil adeò in congrediendis hoſtibus, atq; in principiis præliorum ad ſalutem, uirtutemq; aptius rati, quàm ſi permulcti ſonis mitioribus non immodicè ferocirent.

Mulcedo, inis, f. t. Permulſio, blandimentum, θέλγητρον, Gell. lib. 19. cap. 9. Quæ nullas uoluptates, nullamq; mulcedinem Veneris, neq; Muſæ haberet.

Mulcta, æ, uide Multa, æ.

Mulctra, Mulctrale, uide Mulgeo.

Mulgeo, ges, mulſi, uel xi, ſum, & mulctum, act. ſec. ἀμέλγω. Priſcianus, Mulgeo quoq; mulſi facit, quamuis differentiæ cauſa quidam mulxi protulerunt, quia mulceo quoq; mulſi facit. Eſt autem mulgere, lac è mammis exprimere. Ver. 3. Georg. Quod ſurgente die mulſere, horisq; diurnis, Nocte premunt. Vergil. 3. Eclog. Hic alienus oues cuſtos bis mulget in hora. Mulgere hircos, prouerbium de re palàm abſurda. Verg. 3. Eclog. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui, Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Eius compoſita ſunt Emulgeo, ἀπαμέλγω. Colum. libr 8. Sed priuſquàm hoc fiat, exiguum emulgendum eſt. Terent. in Phorm. per translationem dixit, Emulſi argento ſenem. Sic enim legit Calepinus: caſtigata tamen exemplaria habẽt Emunxi: & melius. Immulgeo, intus mulgeo, ἐναμέλγω. Plinius, Fabuloſum arbitror de ſtrigibus, ubera eas infantium labris immulgere.

Mulctra, ctræ, f. p. Vas in quo mulgetur, πίνη, ἀμολγεύς. Vergil. libro tertio, Georgicorum Quàm magis exhauſto ſpumauerit ubere mulctra Læta magis preſſis manabunt ubera mammis. Idem 3. Eclog. Bis uenit ad mulctram, binos alit ubera fœtus. Colum. libro 8. Sed mulctra quum eſt repleta lacte, non tepore aliquo debet eſſe. Interdum accipitur pro ipſo lacte emulcto: ut apud Columellam libro 8. capite 17. Et nuces digitis infractæ ſunt dandæ, nec minus elixum molle ſorbum, quique ſunt cibi ſorbilibus proximi, ut mulctra, recẽs caſeus, ſi loci cõditio, uel lactis annona permittit.

Mulctrale, lis, n. t. Idem quod mulctra, hoc eſt, uas quo excipitur lac, quod ex animalium uberibus emulgetur, ἀμολγεύς. Vergilius 3. Georg. Implebunt mulctralia uaccæ.

Mulctrum, ri, n. ſ. Idem quod mulctra, πίνη. Horat. in Epod. Illic iniuſſæ ueniunt ad mulctra capellæ.

Mulgo, mulgas, n. p. Palàm facio, δημεύω. Plautus in Ciſtel. Pro puella ſeruulus nequam, qui dominum mulgat, atque uillicum. Huius compoſita ſunt, Dimulgo, & Promulgo: de quibus alibi.

Muli Mariani, uide Mulus.

Mulier, eris, f. t. A mollitie (ut inquit Varro) dicta eſt, immutata & detracta litera, quaſi mollier: & propriè Mulier dicitur, quæ uirgo non eſt, γυνή. Vlpian. Alioquin. ff. de contrahen. empt. Quòd ſi (inquit) ego me uirginem emere putarem, quum eſſet mulier, emptio non ualebit. Vnde Cic. obiurgãtibus quòd ſexagenarius Popiliam uirginem duxiſſet: Cras mulier erit, inquit. Horatius de Arte, ut turpiter atrum Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne. Idem 2. Serm. Satyr. 5. mulier ſi fortè doloſa, &c. Cicero pro Muræn. Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii maiores in tutorũ poteſtate eſſe uoluerunt. Caius ſcribit. Mulieris nomine etiam uirginem uiri potentem contineri. Vlpianus uno in loco utroq; ſignificato uſus eſt, in l. Quæritur. ff. de Aedilit. edict. Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non poſſit, ſanam non uideri conſtat. Eandem dixit mulierem & non mulierem. Primum pro quauis fœmina: ſecundò pro ea, quæ eſt corrupta. in Iugurth. Quum interim Hiempſal reperitur, occultans ſe in tugurio mulieris ancillæ, quò initio pauidus & ignarus loci profugerat.

Mulier ſtata forma uirgo ſpricht, mit zu Gaſtlich, vnnd Erbar,

Mulierecula, æ, f. p. dimin. γυναῖον, γυναικάριον. Cic. 1. Tuſc. Lentulus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ.

Mulierecularius, Qui alienas mulieres affectatur, ea forma qua Vxorius, qui propriam uxorem amat, uox à Conſtant. Imperat. uſurpata, ſicut Ancillarius ſeu ἀνδροδισιακός. Ancillarius, apud Martialem qui ancillas ſequitur, & in eis inſanit, & lecticaria, quæ lecticos nobilium non aſpernatur ex Alciato.

Muliebria, muliebrium, fœm. t. Tantùm plurali numero, dicuntur menſtrua, τὰ γυναικεῖα, τὰ ἔμμηνα. Interdum ſumuntur pro muliebri natura, τὸ γυναικεῖον, ſicut Virilia pro uiri pudendis. Interdum pro præpoſtera libidine, quàm quis ſexus ſui oblitus, alterius libidini obſequitur, & mulieris quodammodo partes ſuſcipit, ὑπερπικός. Quintil. Nobilis adoleſcens à Centurione muliebria paſſus. Sic Salluſt. in Catilin. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

Muliebris, & hoc muliebre, om. t. Quod ad mulieres pertinet, ſeu quod eſt, aut fuit mulieris: ut Mulieris ſexus, Muliebre ueſtimentum, γυναικεῖος, γυναικώδης. Plaut. in Men. Muliebris malitia. Idem in Epid. Muliebris animus timidus, & inconſtans. Cicero 1. Offic. ex Ennio, Vos erenim iuuenes animos geritis muliebres. Idem pro Cælio, Alueúsne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos uiros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit? Idem pro Milon. Muliebri & delicato ancillarum puerorumq; comitatu. Muliebris folliculus, Fœtus receptaculum, quod & uulua, ſiue uterus appellari conſueuit, μήτρα.

Muliebritas, atis, f. t. τὸ γυναικῶδες, mollities.

Muliebriter, aduerb. Quod ſignificat molliter, effœminatè, ſeu more mulierum, γυναικείως. Iuſtin. Quæ non muliebriter hoſtium aduentu territa. Cic. 2. Tuſc. Ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignauè, ne quid ſeruiliter, muliebriterúe faciamus in dolore, maximè prouidendum eſt.

Mulieroſus, qui nimiũ appetit mulieres, φιλογύνης, φιλογύναιος. Cic. de Fato, Hunc ſcribunt ipſius familiares, & ebrioſum, & mulieroſum fuiſſe. Nonnunquã idẽ quod muliebris, uel effœminatus. Plaut. in Pœn. Sanè genus hoc mulieroſum eſt, tunicis demiſſitiis.

Mulieroſitas, Cic. 3. Tuſ. Similiterq; ceteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulieroſitas, ut ita appellẽ eã, quæ Græcè φιλογυνία, id eſt, amor mulierum dicitur.

Mulierarius, Idem quod mulieroſus, φιλογύνης. Iul. Capit. Mulierarius fuit inter amatores.

Muliero, ras a. p. Effœmino, γυναικίζω, θηλύνω. Varro apud Nonium, Et rex miſellus ille pauper amat, habetq; ignẽ intus acrẽ hic ephebum mulierauit.

Mulio, uide Mulus.

Mullei, orum, m. ſ. Calcei regum Albanorum erant, purpurei coloris, poſtea patriciorum, à mullando, id eſt, à ſuendo, ut ex Titinnio probat Feſtus. Cato Orig. lib. 7. Qui magiſtratum curulem cepiſſet, calceos mulleos, allucinatos, & cæteri perones. Vopiſcus in Aureliano, Calceos mulleos, & cereos, & albos uiris omnibus abſtulit, mulieribus reliquit.

Mullus, per duplex ll, m. ſ. τρίγλη, Genus piſcis marini, maximæ nobilitatis, & gratiæ, tanti autem pretii, ut à Plinio lib. 9. cap. 17. memoriæ proditũ ſit, Aſininũ Celerẽ uirũ Conſularẽ Claudii Cæſaris tẽporibus mullum unũ octo millibus numorum emiſſe, quum tamen, eodem Plinio teſte, hic piſcis duarum librarum pondus rarò excederet. Horatius lib. 7. Serm. Sat. 2. laudas inſane trilibrem Mullum. Martialis, Nolo mihi ponas rhombum, mullumq; bilibrem. Habent autẽ mulli in inferiore labro geminam barbam: unde peculiari epithero Barbati & Barbatuli appellantur à Cic. in Parad. & Var. lib. 3. de Re ruſt. Mullorum autẽ nomẽ acceperunt (ut ex Feneſtellæ ſententia docet Plin.) à colore mulleorum calceamentorum. Romani ſeruato Græco uocabulo, etiã hodie Triglam appellant.

Mulſum, ſi, n. ſ. Potio ex melle & uino, οἰνόμελι, à mulcendo ut quidam putant, hoc eſt, molliendo, eò quòd uini auſteritas mellis dulcedine molliatur. Plinius lib. 22. cap. 24. ſcribit mulſum ex uetere uino utiliſſimum fieri, quod facillimè cum melle concorporatur. De hoc Martial. Attica nectareo turbatis mella Falerno, Miſceri docet hoc à Ganymede merum. Hoc ſi calidum bibatur, uocem permulcet, ſi frigidum exaſperat. Cicero libro 2. de Orator. Quum uocem in dicendo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidū bibe ret simul ac domū rediisset, Perdam (inquit) uocē, si id effeceo. Vlpian. uini appellatione ait mulsum non contineri, œno meli contineri, interpretaturq; οἰνόμελι, uinum dulcissimū. Quę sententia si uera est, mulsum non erit idē quod œnomeli. Si quis tamen ea quæ paulò antè de mulso ex Plinio annotauimus, diligentius conferat cum iis quæ Diosc. lib. 5. cap. 9. tradit de confectione œnomelitos, facilè intelligit alterū ab altero nō differre. Vtrumq; enim fit ex uino uetustissimo, & optimo melle, & confert ægrotis.

Mulseus, a, um, Hoc est, dulce, quod & mulsi saporē refert, μελιτώδης. Col. lib. 12. cap. 45. Hæc ratio non solū ipsa mala custodit sed etiā liquorē mulsei saporis præbet. Plin. lib. 21. cap. 19. Vtriusq; radix mulsei saporis est.

Mulsus, a, um, Quod habet aliquid mellis admistum, ut Aqua mulsa, ὑδρόμελι, potio ex aqua & melle cōfecta. Plin. lib. 22. cap. 24. Ruisus naturam rerum pernoscere uolentibus, in mellis operibus, & aqua mulsa tractari debet. Colum. lib. 9. cap. 12. Rorem marinū aqua mulsa decoctum. Lac mulsum. Plin. lib. 9. cap. 22. Exemplum quoq; lacte mulso augetur. Dicta mulsa, hoc est, suauia, apud Plautum in Rud. Idem in Caslin. Mea mulsa dixit, blanditiis affectu, pro eo quod est, Mea suauitas.

Multa, æ, f. p, ἀρσίμιον, ἐπιτίμιον, ζημία Pœna pecuniaria, quæ pro delicti magnitudine uariè irrogabatur, ita dicta, teste Varrone, quòd multa simul imperabantur, idq; contra antiquorum consuetudinem, qui singulas tantùm, aut certè uni us generis res multæ nomine exigebant. Fest. tamen author est uocabulum hoc Oscum esse, non Latinum. In hoc autem Multa differt à Pœna, quòd Pœna generali nomine dicitur omnium delictorum correctio, Multa uerò specialis est peccati, cuius animaduersio pecuniaria est. Pœna, τιμωρία, contrà non tantùm pecuniaria, sed & capitis, & existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio eius uenit, qui multam dicit: Pœna non irrogatur nisi quæ lege, uel quo alio iure specialiter singulis delictis constituto. Suprema multa, teste Gellio lib. 11. cap. 1, apud priscos erat in singulos dies triginta boum, & duarum ouium. minima, ouis unius. Postea tamen quum in multæ dictæ fraudem pecora minimi pretii soluerentur, constitutum est lege Aterina, ut in singulas ones æris deni, in boues centeni soluerentur, hoc est, pro singulis bobus denarii decem, pro singulis autem ouibus denarius unus. Erat itaq; multa suprema trium milium, & uiginti æris, seu trecentarum & duarum drachmarum: quas si ad Gallicæ pecuniæ æstimationē reducas, inuenies libras Turonenses duas, & quinquaginta, & solidos septendecim. Dicimus autem in eadem ferè significatione, Dicere multam, ἐπιβολήν, ἐπιβάσεως. Infligere multam, & Facere multam, quorum postremo usus est Cato lib. 4. Orig. Imperator, inquiens, noster, si quis extra ordinem depugnatum iuit ei multam facit. Multam dicere propriè erat iudicis, uel magistratus: exigi tamen non poterat, nisi populus rectè multatum uiderī censuisset. De hoc multa scribit Budæus in Pand. Multam (inquit) dicere antiqui tum dicebāt, quum ad populum, & in comitio multa disceptanda irrogabatur, quod ipsi Certare multā dicebant. Liu. lib. 5. bel. Pun. S P. & L. Caruilii, quū rem inuisam, infamēq; cernerent, ducentūm milliū æris multam M. Posthumio dixerunt, cuius certandæ quū dies aduenisset, conciliumq; frequens plebis adesset, una spes uidetur esse, si Casca Trib. pleb. qui propinquus erat, cognatusq; Posthumio, prius quā ad suffragiū tribus uocarentur, intercessisset. Idē paulò pòst, Hęc quū ab optimo quoq; pro atrocitate rei acta essent, uimq; eam cōtra Rempub. pernitioso exemplo factam Senatus decerneret, cōfestim Caruilii trib. pleb. omissa multæ certatione rei capitalis diē Posthumio dixerunt, ac ni uades daret, prehendi à uiatore, atq; in carcerē duci iusserunt. His uerbis apparet, moris fuisse ut Trib. pleb. multā dicerent. quæ postea populi suffragiis uel irrogaretur, uel abrogaretur, uel etiā remitteretur: quo tēpore Multa certari dicebatur. Nō enim Tribuni damnare multæ poterant, sed tantùm rogare populum, apud quem quum reus non iure multarum se contenderet, lis illa multatitia disceptabatur. Hæc Budæus. Nonnulli hodie scribunt Mulcta per c, etusq; originem referunt ad uerbum Mulgeo, quia quemadmodum pecora dum mulgentur, suo spoliantur lacte, ita cui multa dicitur, emungitur, & ueluti emulgetur pecunia. Ita tamen à ueteribus scribi non solere, ex iis quæ paulò antè ex Varrone adduximus, satis potest intelligi.

Multo, as, a p. Punio, cōdemno, multam dico, uel irrogo, τιμῶμαι, ποσιμῶ, ἐπιβάσω. Et construitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Verg. 11. Aen. Multam tristi morte Camillam. Curtius lib. 2. Is quoq; insulas præsidiis occupat, pecunia multat. Tacit. lib. 13. Vt quidā accusatorū eius exilium multarentur. Cic. 3. Verr. Multos crudelissimè per uim morte esse multatos. Interdum significat Priuare. Verg. in Cir. Quod si perdiderim, patria multabor. Interdum lacerare, mutilare, uerberare, dissoluere. Terent. in Adelp. Ipsum dominum atq; omnem familiā multauit usq; ad mortē. Colum. lib. 2. cap. 4. Quo euenit, ut in iteratione quoq; scamna fiant, & boues iniquitate operis maximè multentur. Interdum agere, & uoti compotem facere. Ncuius in Colace, apud Nonium, Et uobis quidem gratias ago, quum uotis me multatis meis. Interdum malè tractare. Columella lib. 1. cap. 2. Nam illud uetus est Catonis, Agrum pessimè multari, cuius dominus quid in eo faciendum sit non docet, sed audit uillicum. Multare matrimonio, est repudiare coniugem, & diuortium facere. Plaut. in Amph. Nunquid causam dicis quin te multem matrimonio?

Multatitius, a, um, Quod ex multa fit, uel quod ad multam pertinet, siue quod nomine multæ exigitur, τιτιμημένος. Liu. libro 10. ab Vrbe, Ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti. Et lib. 7. bel. Pun. Aediles plebis ex multatitio argento signa ænea ad ędem Cereris dedēre.

Multus, a, um, Notæ significationis, πολύς. Cicero pro P. Sest. Et in cæteris, quæ rerum potitæ sunt, multis fortissimis atque optimis uiris iniustis iudiciis tales casus incidisse. Multus in opere, hoc est, continuus, assiduus. Sall. in Iugur. Ioca atq; seria cum humillimis agere, in operibus, in agmine, atq; ad uigilias multus esse. Multus in eo fuit, siue in ea re, Cicero 4. Acad. Ad multum diem, Cic. ad Att. li. 13. Multo die, hoc est, bona diei parte trāfacta. Cæs. 1. bel. Gall. Multo deniq; die per exploratores Cęsar cognouit, & montem à suis teneri, &c. Sic, Multa nocte, Cic. ad Q. fr. lib. 2. Multa nocte uenit ad Pōpeium. Multo mane, Cic. ad Attic. Multo tantò, ea forma dicitur, qua Alterò tantò, quod Græci dicunt, ποσαπλασίως. Plaut. in Rud. Ego multò tantò miserior, quàm tu Labrax. Multus pro Multiplici. Plin. lib. 19. cap. 3. Radice multa, crassaq;.

Multùm, aduerb. Valde, uehementer, πολύ. Plaut. in Pers. Dic me illam amare multùm. Cic. ad Gall. lib. 7. Epist. Sed opinor Cassium uti non ita multùm. Idem de Sen. Adsum amicis, uenio in Senatum frequens, ultroq; affero res multùm & diu cogitatas.

Multò. aduerb. cum dictionibus Alius, Aliter, Secus, Antè, Pòst. Præsto, Malo, Antecedo, Excello, item cum comparatiuis aut superlatiuis, aut eorum uim habentibus, elegantem in oratione usum habet. Terentius Prolog. Andr. Verùm aliter euenire multò intelligit. Cicero in Verrin. Cui quemadmodum resistam, multò mihi antè est, Indices, prouidendum. Idem Attic. Non multò pòst, quàm tu à me discessisti. Idem. Multò secius euenit. Sallust. Multò præstat beneficii, quàm maleficii memorem esse. Cicero de Amicitia, Sed obsequium multò molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit. Idem pro Lege Manil. Magna ac multò maxima parte non modò utilitatis, sed dignitatis atq; imperii carnit.

Multitudo, inis, Frequentia, & copia, πλήθος. Cic. de Orat. lib. 2. Habet enim multitudo uim quandā talē, ut quemadmodū tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit. Idē 2. Tus. Est enim philosophia paucis cōtenta iudicibus, multitudinē cōsultò ipso fugiens, eiq; ipsa & suspecta, & inuisa, &c.

Multangulus, a, um, Multos angulos habens, πολύγωνος. Luc. lib. 4. Esse minora igitur quædam maioraq; debent, Multa rotunda, modis multis multangula quædam.

Multesima pars, Pro quantitate infinita, eaq; forma dicitur, qua Milesimus, πολυσκιμόριον. Lucr. lib. 6. Quā sit parvula pars, & quàm multesima constet.

Multibarbus, Qui habet multam barbam, πολυγένειος. Apul. in Flori. Multibarbus spinis, obsitus, & pilis.

Multibibus, Dicitur qui multi est potūs, πολυπότης. Plau. in Curcul. Nomen est lenę multibiba, atq; therobiba.

Multicauatus, a, um. pen. prod. Multa habens caua. Var. 3. de Re rust. ca. 16. Fauus est quem fingunt multicauatum è cera, quū singula caua, singula larebra habeant.

Multicauus, a, um, Multum habens concaui. Ouid. 8. Metam.

Pumice

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pumice multicauo, nec læuibus atria trophis Structa ſubit.

Multicaulis, le, o.n.t. Multos habens caules, πολύκαυλος. Plin. lib. 21. cap. 16. Est & illa differẽtia, quod quædã in iis multicaulia ramoſa q; ſunt, ut carduus.

Multicolor, oris, o.n.t. Quod habet multos colores, πολύχρους. Plin. li. 17. ca. 10. Hexecontalithos in parua magnitudine multicolor, hoc ſibi nomen adoptauit.

Multifacio, cis, a t. Magni facio, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι, ſicut Magnifacio, & parui facio. Caro, Neq; fidem, neq; iuſiurandũ, neq; pudicitiam multifacit. Feſt.

Multifarius, a, um, Id eſt, uarium, quod multis modis poſſit diuidi, uel quod multarũ eſt ſpecierum, πολύμορος. Gel. lib. 5. cap. 6. Militares coronæ multifariæ ſunt.

Multifariè, aduerb. Variè, multis modis. Plin. lib. 7. cap. 54. Et tamen multifariè, priſcos ſeruare ritus.

Multifariàm, aduerb. Idem quod multifariè, πολλαχῶς Cic. 2. de Orat. Quod eſſet multifariàm defoſſum. Idem 2. de Legibus, Hodie multifariàm nulla ſunt. Suetonius in Calig. cap. 18. Scenicos ludos & aſſiduè & uarii generis multifariam fecit.

Multifer, a, um, Multa ferãs, fertilis, πολυφόρος. Plin. li. 16. ca. 8. Tam multifera ſunt, & tot res, præter glandẽ, patiuntur robora. Idem de Braſſica, Nullo equè genere multifero, donec ſua fertilitate conſumatur.

Multifidus, a, um, Quod in multas partes findítur, & multas diuiſuras habet, πολυμερής Plin. lib. 11. cap. 37. Cornua nulla, quibus multifidi pedes. Martialis lib. 14. Multifido buxus quę tibi dente datur. Iſter multifidus, Lucanus lib. 3. Linguæ multifidæ, Val. Flacc. 1. Arg. Faces multifidæ, Ouid. 7. Metamor. Timauus multifidus, quòd in multa oſtia diffuſus in mare prorumpat. Mart. lib. 8. An tua multifidum numerauit lana Timauum.

Multiforis, re, om. t. Quod eſt multorũ foraminũ, πολύτρητος. Plinius libro 8. cap. 55. Inicient eas in ſpecus, quæ ſunt multifores in terra. Pro eodem etiam dicimus Multiforus, a, um, Ouidius libro 12. Metam. Longaq; multifori delectat tibia buxi.

Multiforatilis, Idẽ quòd multiforis, πολύτρητος, ut Tibia multiforatilis Apul. in Flor.

Multiformis, me, om. t. Varius, quaſi multiplicis formæ, & uariæ, πολύμορφος Plin. 11. cap. 37. Oculi contuitu multiformes. Colum. lib. 8. cap. 9. Vt per anni diuerſa tempora, mala, pruna, pyrum, multiformes nuces, ac ficum præbeat. Cic. 1. Acad. Exitus autem ortæ uariæ ſunt, & quaſi multiformes.

Multiformiter, aduerb. Variis modis, πολυμερῶς. Gell. lib. 6. ca. 5. Plato ante hos omnes ira uariè & multiformiter diſſeruit de uoluptate. Plin. lib. 36. cap. 27. Peſtilentiæ, quę Solis obſcuratione contrahitur, ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certum eſt.

Multigeneris, & multigenere, Significat quod eſt multorũ generum, πολυγενής Plau. in Cap. Multis, & multigeneribus opus eſt tibi militibus.

Multigenus, a, um, Multorum generũ. Plin. lib. 11. cap. 1. Multa hęc, & multigena, terreſtrium, uolucrumq; uia.

Multiiugus, a. u.n & Multiiugis, e. pen. co. Quod eſt multiplex, uarium, multum & numeroſum, πολύζυγος. Vbi Iugus nihil ſignificat, ſicut Poſtliminiũ & Meditulliũ, & huiuſmodi. Prima pars in multiiugũ, multũ ſignificat, reliqua pars prorractio ſola eſt, nihil ſignificans Apul. in Apol. Legiſti Ariſtotelis multiiuga uolumina. Cic. ad Att. lib. 14 Veruntamen de Rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidẽ multiiuges accepi uno tempore à Veſtorii libero.

Multiloquus, Qui multa loquitur, πολυλόγος, πολύφωνος.

Multimodus, a, um, Multiplex, uarius, πολύχους Liu. 1. bel. Pun. Oppiani ad omnia tuenda atq; obeunda, multimoda arte diſtineri cœpti ſunt, & non ſufficiebant.

Multinumus, adiect. pen. prod πολυχρήματος. Var. 3 de Re ruſt. cap. 17. Ego enim uno ſeruulo, hordeo non multo, aqua domeſtica, meos multinumos alo aſinos, id eſt, quorum opere multos paio numos.

Multipartitus, a, um, adiect. πολυφυής. Plinius libro 6 capite 16. Namque uita mitioribus populis Indorum multipartita degitur.

Multipes, com. t. Multipedis, uel multipeda, dæ. Vermis eſt piloſus, multis pedibus arcuatim proſerpens, qui & Centipeda & Millepeda appellatur, ὀνίσκος. Plinius libro 22. cap. 25. Ad mulipedum morſus cum melle. Idem lib. 29. cap. 6. Millepeda, ab aliis Centipeda, aut Multipeda dicta, animal eſt è uermibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repens tactuq; contrahens ſe.

Multiplex, cis, om. t. gen. t. Varius, inuolutus, multas plicationes habens, cui contrarium eſt ſimplex. πολλαπλάσιος. Sueto. de Clar. Gram. Multiplici, uariaq; doctrina cenſebatur. Plautus in Epid. Simul ærumnam multiplex exercita Habet paupertas. Vergilius 4. Aeneid. Hæc tum multiplici populos ſermone replebat Gaudens. Cicer. de Amic. Qui fieri poterit, ſi ne in uno quidem quoq; unus animus erit, idemq; ſemper, ſed uarius, commutabilis, multiplex?

Multipliciter, aduerbium, Titulus eſt apud Plinium, De eodẽ multiplicius, lib. 7. cap. 14.

Multiplicabilis, le, om. t. Quod poteſt multiplicari: & nonnũquam idem quod multiplex. Cic. 2. Tuſcul. ex quodam poẽta, Hæc interemit tortu multiplicabili Draconem auriterã obtutu aſſeruantem arborem.

Multiplico, as, re, actiu. p Multiplex reddo, aut facio, πολλύω. Plinius lib. 34. cap. 8. Primus hic multiplicaſſe uarietatem uidetur. Cicero ad Quintum Fratrem, Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria diſcedamus. Ouidius 2. de Remed. Flumina collectis multiplicantur aquis.

Multiplicatio. Colum. li. 3. cap. 2. Nam ſi ſordidus, aut uilis eſt, feraciſſimam quanq; ſerere conducit, ut multiplicatione frugum reditus augeatur.

Multipotens, tis, om. gen. Qui multũ poteſt, πολυκράτης. Plautus in Bacch. nequius nihil eſt, Quàm egens conſilii ſeruus, niſi habet pectus multipotens, ubicunq; uſus ſit. Idem Trinũ. Salſipotenti & multipotẽti Iouis fratri tibi Nerei Neptune Lætus, lubens laudes ago

Multiſcius, Qui multa ſcit, & multas ſcientias habet, πολυμαθὴς, πολυΐστωρ.

Multiſonorus, a, um, πολυηχόος, Claud. de nuptiis Gallicis Eſſeda concordes multiſonora trahunt.

Multiſonus, adiectiuum, πολυφωνος. Martial. li. 1. Sic ubi multiſona ferues facer Atthide lucus.

Multiuagus, a, um, Qui multum uagatur, πολυπλανὴς Plinius lib. 10. cap. 37. Ferunt non mutare ſedem columbas, multiuaga alioqui auc. Multiuagus lunæ curſus, apud eundem lib. 2. capite 10.

Multiuidus, a, um, πολυόπτης, multa uidens.

Multopere, Ea forma dixit Plaut. qua Magnopere dicimus, ut in Merc. Multopere in mundo ruſtico ſe exercitum.

Multitia, orum. n. ſ. Indumenta dicebantur minutiſſimis filis contexta, unde à multis filis, & propterea ſubtilibus, nomẽ inditum πολύμιτα Vel à mulcẽdo, quoniam carnem demulceant. Et tantùm pluraliter declinatur. Iuuen. Sat. 1. quæro an deceant multitia teſtem. Ibidem. ſed quid Non facient alii, quum tu multitia ſumas Cretice?

Multiuolus, a, um, Qui multarum rerum deſyderio tenetur, πολύβουλος. Catul. ad Mallium, Multiuola eſt mulier.

Plus, tis, πλείων, πλεῖον, Generis neutri, in obliquis uerò, & numero plurali trium generum, ſecundum Priſcianum, comparatiuum eſt, ſignificatione tantùm, non uoce, ab eo quòd eſt, Multum: quanuis Gell. lib. 5. cap. ult. ex Capitonis authoritate putauerit eſſe abſolutum, hoc eſt, poſitiuum. Plus nominatiuo aliquando iungitur. Liu. de bell. Macedon. Plus quinquaginta hominum millia reciderunt. Aliquando accuſatiuo. Terent. in Eunuch. Non plus triduum Vitruuius libro ſeptimo, Afferes directi diſponantur inter ſe, nec plus ſpatium habentes pedes binos. Aliquando ablatiuo. Plautus in Menæch. Plus triginta annis natus ſum. In quibus omnibus locutionibus intelligitur particula Quàm quæ plerunq; etiam exprimitur. Iungitur & aliquando genitiuo, communi more omnium ſubſtãtiuorum: ut Plus ſapientiæ, apud Plautum in Milite. Aliquando temporis ad uerbium fit, idem ſignificans quod Diutius. Teren. in Hecy. Vt cum matre una plus eſſet. Plures pro Multi, paſſim apud autores legitur. Cic. 2. de Finib. Plures dies manere nõ poteſt. Plin. lib. 9. cap. 12. Aquatilium tegmenta plura ſunt. In plurali numero, Plura dicimus, & Pluria. Donatus. Antiqui hoc Complure, & hæc Cõpluria, quod noſtri Complura dicũt. Cic. in Orat Confirmanda genera compluria. Credo quia ueteres hic & hæc Pluris, & hoc, Plure, nõ hoc Plus, dicebãt. Hæc ille. Gellius uerò refert Capitonem docuiſſe Pluria Latinum eſſe: Plura uerò barbarum. Nunc autem de uſu & Pluria, & Plura dicimus. Vnde & Compluria, & Complura.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Complura. Terent. in Phorm. Multa aduenienti, ut fit, noua hic compluria. Sed differunt ab inuicem Plura & Complura quòd Plura de duobus dici possit. Complura nonnisi de maiore numero. Est præterea illud comparationum, hoc minimè, ideoq; non regit casum. Complurimus non reperitur, sed tantùm Plurimus. Est etiam Plus ad uerbium. Plus satis, πλουσιῶς ἱκανῶς dicimus, pro eo quod est abundè, & plus quàm satis. Ter. in Eun. Accede ad ignem hûc, iam calesces plus satis. Plus minus, Plus minusúe, Plus ue minusúe, in eadem significatione usurpantur, pro Circiter: frequentius tamen inuenitur Plus minus: ut Dies plus minus triginta, pro eo quod est, paulò plus, aut paulò minus, hoc est, circiter. Dicimus etiam, Plus, plusq;, pro eo quod est, in dies uehementius. Cicer. Attic. libr. 6. Quem me hercle plus, plusq; in dies diligo. Hinc Perplures compositum, idem significans quod permulti. Plin. lib. 13. capit. 24. Spondetq; iugero eius annuos perplures uel mediocri solo reditus. Vnde Perplurimum, aduerbium: ut, Perplurimum refert, apud eundem libr. 2. cap 54. Item deriuatiua, Pluralis, & plurale, πληθυντικὸς. & Pluratinus, a, ũ, eiusdem significationis, ut apud Macrob. Pluratiuus numerus.

Plusculus, a, um, diminutiuum à Plus, παραπολύς. Quanuis. Plus masculinum, femininumúe genus non habeat: idemq; significat quod Paulò uel aliquantò plus. Terentius in Phormione, Tum pluscula suppellectile opus est. Inde fit cõpositum Compluscula. Idem in Hecyra, Primùm dies compluscolos. Plusculum, li, substant. neut. gen. Colum. lib. 12. cap. 47. Ceinde exiguum aceti piperati, & plusculum mellis, aut mulsi adiiciunt. Cic. 2. de Orat. Verùm ut aliquando ad causas deducamus illum, quem constituimus, & eas quidẽ, in quibus plusculum negotii est. Cic. Luceio libro 5. Pluscu lum etiam, quàm concedit ueritas, amori nostro largiare.

Plurifarius, adiectiuum, Varius, multiiugus, πολύχους. Sueton. in Claud. Cæs. Gladiatoria munera plurifaria, ac multiplicia exhibuit. Quædam exemplaria hic legunt Plurifariam, aduerbialiter.

Plurifariam, aduerbium, Significat plurib. modis, siue plurib. locis, πολυαχῶς. Suetonius de Tyb. Cubicula plurifariã disposita, tabellis ac sigillis lasciuissimarũ picturarũ adornauit.

Plurimus, a, um, pe. cor Superlatiuum a Multus, πλεῖστος Plautus in Aulul. Quod me solicitat plurimis miserum modis. Quandoq; pro longo ponitur. Verg. 1. Aeneid. Iamq; ascendebant collem, qui plurimus urbi Imminet. Vnde apud eundem, Nux plurima, id est, longa, qua significatur amygdalũ. Plurimum cum genitiuo: ut Plurimum ætatis, plurimum iucunditatis, Cicero, Nam quòd in publicanorum causis uel plurimum ætatis meæ uersor, uehementerq; illum ordinem obseruo, &c. Idem 1. de Finibus, Itaq; ne iustitiam quidem rectè quis dixerit per seipsam optabilem: sep quia iucũ ditatis uel plurimum afferat. Plurimi, genitiuus, uerbis æstimandi iungitur. Cicer. 5. de Finibus, Sic bonum hoc, de quo agimus, est illud quidem plurimi æstimandum: sed ea æstimatio genere ualet non magnitudine. Plaut. Bacch. Imò unicè illum plurimi pendit.

Plurimùm, aduerbium, Id est, permultum. Cic. de Amic. Plurimùm sibi cõfidit. Quandoq; ponitur Vt plurimum, ὅτι ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Terentius in Phorm. Domum ire pergam, ibi plurimùm est.

Mulus, m. s. per simplex l, Animal quod ex asino & equa generatur ἡμίονος, ὀρεύς, qui autẽ ex equo et asina genitus pullus, Hinnulus dicitur. Plinius libr. 8. cap. 44. Ex asino & equa mulus gignitur mense duodecimo, animal uiribus in labore eximium. Et paulò pòst, Equo & asina genitos mares, Hinnulos antiqui uocabant: contraq; Mulos, quos asini & equæ generarent. Vide de hoc latius in dictione Hinnus. Muli Mariani, furculæ sunt, teste Festo, quibus religatas sarcinas uiatores gerunt: quarum usum quia Marius inuenit. Muli Mariani postea sunt appellati, ἡμίονοι μοριανοί. Plaut Acerumnulas uocat. Fron. lib. 4. Stratage. C. Marius recidendorũ impedimentorum gratia, quib. maximè exercitus agmen oneratur, uasa & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habile onus, & facilis requies esset.

Mula, æ, fœmin. gen. Plin. libr 8. cap. 44. Gignitur mula ex equo & asina, sed effrænis, & tarditatis indomitæ. Iuuen. Satyr. 7. Mundæ nitet ungula mulæ. Fœta mula. Idem Sat. 13. Et fœtæ comparo mulæ.

Mularis, & hoc Mulare, om. t. a diect. à mulo, ἡμιονικός. Col. lib. 6. cap. 27. Est enim quæ circo sacrisq; certaminib. equos præbet: est mularis quæ pretio fœtus sui comparatur generoso.

Mulio, onis, m. t. Qui mulos clitellarios, siue quadrigarios ducit ἁρμαμαξήρης, ὀρεοκόμος. Iuuen Sat. 3. Nam mihi commota iamdudum mulio urga. Mulius, mulii, quod hic legebatur pro multone, Latinum non est: quamuis Calepinus deceptus inemendata Horatii lectione, putauerit indifferenter pro eodem dici Multonem, & Mulium. Locus Horatii qui Calepino imposuit, est ex lib. 2. Sermon. Sat. 7. Audit cum magno blateras clamore, furiisq;, Mulius. Sic enim legi debere, & constanti castigationum exemplariorum consensu, & Acronis authoritate constat: qui Mulium insignem fuisse asserit Horatii temporibus parasitum. Est præterea Multo genus culicum. Plin. lib. 11 cap. 18. Impugnant eas naturæ eiusdẽ degeneres uespæ, atq; crabrones, & è culicũ genere, qui uocantur Muliones.

Mulionius, a, um, Quod ad mulionẽ pertinet, ἁρμαμαξητικός. Cic. pro Sest. Mulionẽ pennulã arripuit, cum qua primùm Romam ad Comitia ueniret, &c.

Mundus, a, um, Quod est purum, tersum, politumq;, καθαρὸς κόσμος. Cuius contrarium est Immundus. Plaut. in Cist. Neque munda res adæq; ut soles. Terentius in Eunucho, Quæ dum foris sunt, nihil uidetur mundius, Nec magis compositum quicquam. Horat. 1. Epistol. Iamdudum splendet focus, & tibi munda suppellex. Idem Sat. 7. unde Mundior exiret uix libertinus honestè, Mundior iusto cultus, Liuius lib. 9. ab Vrbe.

Mundulus, dimin. Qui nimia munditia utitur, ut placeat multi oculis. Plaut. in Tru. Nunc ego istos mundulos urbanos amasios Hoc ictu exponam.

Mundus, di, m. s. subst. Dicitur ornatus muliebris, quo scilicet mulier mundior fit, κόσμος & γυναικεῖος. In cuius nominis appellatione continetur speculum, inaures, armillæ, anuli, gemmæ, & similia, quibus mulier ornatur. Cato pro lege Oppia, Munditiæ ornatus, & cultus, fœminarũ iudicia sunt, his gaudent & gloriantur. Hinc Mundum muliebrẽ appellarunt nostri maiores. Liu. 2. bel. Maced. Non aurum modò iis, sed & purpuream uestem, mundumq; omnem muliebrem ademit. Col. lib. 12. cap. 3. Postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur. Dicitur & Mundum, neutro genere. Lucil. Legauit quidam uxori mundum omne, penumq;. Hinc etiã Mũdus accipitur pro eleganti illa, ornataq; totius uniuersi machina, quæ ex omni eo constat quod cœli ambitu cõtinetur. Nam sicut Graeci κόσμον, quod apud eos ornatum significat, ita nos à perfecta, absolutaq; elegãtia uocamus Mundũ, quòd nihil eo sit mundius & pulchrius, & ornatius. Hæc ex Plin. li. 2. cap. 1. & 4. Cic. de Fin. bon. & mal. lib. 3. Mundũ autẽ censent regi numine deorũ, eumq; esse quasi cõmunem urbem, & ciuitatem hominum & deorũ, & unumquẽq; nostrũ huius mundi esse partem, ex quo illud natura consequitur, ut communem utilitatem nostræ anteponamus. Idẽ 2. de Nat. deor. Mundus est quasi communis deorum atq; hominũ domus, atque urbs utrorumq;.

Mundus, di, m. s. subst. Dicitur ornatus muliebris, quo scilicet mulier mundior fit, κόσμος & γυναικεῖος. In cuius nominis appellatione continetur speculum, inaures, armillæ, anuli, gemmæ, & similia, quibus mulier ornatur. Cato pro lege Oppia, Munditiæ ornatus, & cultus, fœminarũ iudicia sunt, his gaudent & gloriantur. Hinc Mundum muliebrẽ appellarunt nostri maiores. Liu. 2. bel. Maced. Non aurum modò iis, sed & purpuream uestem, mundumq; omnem muliebrem ademit. Col. lib. 12. cap. 3. Postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur. Dicitur & Mundum, neutro genere. Lucil. Legauit quidam uxori mundum omne, penumq;. Hinc etiã Mũdus accipitur pro eleganti illa, ornataq; totius uniuersi machina, quæ ex omni eo constat quod cœli ambitu cõtinetur. Nam sicut Graeci κόσμον, quod apud eos ornatum significat, ita nos à perfecta, absolutaq; elegãtia uocamus Mundũ, quòd nihil eo sit mundius & pulchrius, & ornatius. Hæc ex Plin. li. 2. cap. 1. & 4. Cic. de Fin. bon. & mal. lib. 3. Mundũ autẽ censent regi numine deorũ, eumq; esse quasi cõmunem urbem, & ciuitatem hominum & deorũ, & unumquẽq; nostrũ huius mundi esse partem, ex quo illud natura consequitur, ut communem utilitatem nostræ anteponamus. Idẽ 2. de Nat. deor. Mundus est quasi communis deorum atq; hominũ domus, atque urbs utrorumq;.

Mundanus, a, um, Quod mundi est, κοσμικός. Vnde interrogatus Socrates philosophus, cuiàs esset, Mundanũ se esse respondit. Vide Cic. 5 Tusc.

Munditer, aduer. Plaut. in Pœn. Nam quũ sedulò munditer eos habeamus, uir egrè amatorculos inuenimus.

Mundities, ei, f. q. & Mundicia, æ, pro lautitia, Puritas, elegãtia, nitor, καθαριότης. Cic. li. 1. Off Adhibẽda præterea munditia est, non odiosa, nec exquisita nimis, tantũ quę fugiat agrestẽ & inhumanã negligentiã. Ouid. 3. de Ar. Munditiis capimur, ne sint sine lege capilli. Col. lib. 9. cap. 14. Nec quanuis amantissimas munditiarũ, offendunt odore suo. Munditias facere apud Catonem cap. 2.

Mundifico, Mundum facio, καθαροποιῶ.

Mundo, mundas, Detergo, purifico, καθαίρω, καθαρίσω. Plin. lib. 15. cap. 6. Ob id crebrius uasa mundanda. Hinc componitur Emundo, expurgo, sordibus libero, ἐκκαθαίρω. Colum. lib. 2. Quædam pluuiis diebus, ut bubilia, & ouilia, debent emendari.

Munero, ras, uide Munus.

Mungo, mungis, munxi, munctum, a. t. quasi mucum ago, μύσσω. Id enim Mungere est, quum è naribus mucus trahitur Vnde Emungo fit, ἀπομύσσω, de quo suprà. Inuenitur etiam Mungor deponens. Cato de liberis educandis, Neq; emungentur libertatem.

Municeps. uide Munus,

Municulator, uocabulum nihili, Albert. ut reprobum indicat in L. fi. ff. de lib. causa, sed uel Minutulator ex Ne-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

briſſ. uel potius nomenclator, ut apud Haloandrum eſt legendum.

Munio, is, iui, uel munii, itum, a. q. Significat Fulcio, uallo, circundo, reparo, præparo, defendo, ὀχυρόω, τειχίζω, ἀσφαλίζομαι. Plaut. in Mil. Magnum illic honorem incipis, ſi magna munis mœnia. Idem in Perſa, Vt munitum muro tibi uiſum eſt oppidum? P. Si incolæ bene ſunt morati, pulchrè munitũ arbitror. Col. Quantumq; res parietur à frigore & tempeſtatibus muniamus. Plaut. in Mil. Tibi muni uiam, qua cibatus, cõmeatusq; ad te & ligones tuas tutò poſſit peruenire. Munire uiam (inquit Valla) eſt repurgare, reficere, ac ſubſtruere, idq; interdum lapidibus, quales ſunt uiæ Romanæ à plerisq; portis, in multorum dierum iter ſilicibus ſtratæ. Cic. pro Milon. Ideóne Appius ille cæcus, uiam muniuit, non qua populus uteretur, ſed in qua ſui poſteri impunè latrocinarentur. Et per translationem pro præparare, & aditum ſibi quodammodo patefacere, προσδοποιῶ. Cic 1. Tuſc Abiit ad deos Hercules: nunquam abiiſſet, niſi quum inter homines eſſet, eam ſibi uiam muniſſet. Sic dicimus Munire ripam, Munire alueum, munire aditum, quum illa uel reficimus, uel reparamus. Huius compoſita ſunt Communio. Cæſar, Præſidia diſponit, caſtella communit, quo facilius, ſi ſe inuito tranſire conarentur, prohiberi poſſit. Circummunio, munitione circundo, περιφράττω. Colum. lib. 3. Priuſquam pomarium conſtituas, quàm magnum habere uoles, circummunio macerie aut foſſa. Emunio, extra munio, ἐκφράττω. Idem lib. 1. Sed & hanc curam pauimentorũ & probamus, quum (ut retuli) ſic emunita & latera horrorẽ prohibent curgulionem. Præmunio, antè munio.

Munitio, onis, f. t. Idem quod munimentum, uallum, agger, περιτείχισμός, φράγμα. Cic. 4. Philip. Antonius Mutinam, operibus munitionibuſq; ſepſit. Idem 3. de Orat. Fons qui totus fluctibus operiretur, niſi munitione, ac mole lapidum à mare diſiunctus eſſet.

Munimen, inis, n. t. ſiue Munimẽtum, ti, pen. prod. Idẽ eſt quod Munitio, quæ propriè caſtrorum eſt, cæterarumq; rerum, quæ contra aduentum hoſtium muniuntur, ſiue uallo, ſiue foſſa, ſiue alio quouis modo, quo hoſti aditus præcludatur, ἐπιτείχισμα, ἀσφάλισμα, ἐπιτείχισμός, ἀντιξυστήριον, φράγμα. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Quinũ quoq; foſſum haud paruũ munimentũ à planitiebus aditu locis, Anci regis opus eſt. Munimẽ ad imbres, uel ad æſtum: hoc eſt, quo imbres, uel æſtũ arcemus. Ver. 2. Georg. hoc effoſſos munimen ad imbres, Hoc, ubi hiulca ſiti findit Canis æſtifer arua.

Munis, uide Munus.

Munus, eris, n. t δῶρον, γέρας. Quatuor modis dicitur Primò, pro dono: unde Munera dari, ac mitti dicuntur. Dictũ Munus (ut inquit Varro) ab eo quòd qui mutuo animo ſunt id dant officii gratia. Plaut. in Truc. Melius te munere certare mecum, quàm minaciis. Terent. in Eunuc. Munus noſtrum ornato uerbis, quod poteris. Altero, pro onere, quod quum remittere, uacationẽ militiæ præſtat, τέλος. Nam munera publica ſine labore, atq; onere exercitari non poſſunt, unde Immunitas appellatur, & Immunis. Plin. lib. 16. cap. 4. Vacatio munerum omnium ipſi, patriq; & auo conceſſa. Cicero ad Brut. Quanquam enim Lamina ſummo ſplendore, ſumma gratia eſt, magnificentiſſimo munere ædilitio, tamẽ, &c. Liuius 4. bell. Pun. Ita inter ſe munera belli partiti ſunt, ut Epicides præeſſet cuſtodiæ urbis, Hippocrates, &c. ſuſceptum Reipubl. munus explere. Cic. de Prouin. Conſular. Munera regis exequi. Idem de Senect. Maſiniſſa ſenex omnia regis officia & munera exequitur. Grammatici, Oratores, Medici, & Philoſophi uacationẽ habẽt munerũ ciuilium. Gellius etiã pro priuato onere poſuit, quum dixit, adhibẽdas puero nutrices, ne ad dolores, quos enitendo mater tuliſſet, munus quoq; nutricationis graue ac difficilè accederet. Tertio pro officio, ἔργου τάξις, unde Munera militaria uocantur, & milites quidam Municipes dicuntur, qui in ciuitatem recepti, munera cum ciuibus faciunt, id eſt, officia. Cic. Eiuſq; uirtutis hoc munus proprium. Tuum eſt munus, tuæ partes. Cic. ad Brut. lib. 21. Et 3. in Verr. Oſtendit illud munus non eſſe ſuum. Quarto, pro ſpectaculis, ſeu ludis, qui à principe populo quaſi muneris loco exhibentur, ἀγῶνες. Nanq; id genus oblectamenti antiqui Munera nominarunt, quòd populus tali ſpectaculo, perinde ac munere quodã capiebantur. Sueton. in Cæſ. Beſtias quoq; ad munus populi comparatas trucidarant. Martial. lib. 1. Priſca fides taceat, nam poſt tua munera Cæſar, Hæc iam fœminea uidimus acta manu. Munus gladiatorium dicebatur, quum in ſpectaculis multa gladiatorum patria exhibebantur. Suet. in Cæſ. Edidit ſpectacula uarii generis, munus gladiatorũ, ludos etiã regionatim urbe tota.

Munuſculum, li, n. ſ. diminut. Cic. 5. Verr. Quam tu totam inſulam cuidã tuorum ſodaliũ, ſicut aliquod munuſculũ cõdonaras. Verg. 4. Ecl. At tibi prima puer nullo munuſcula cultu, &c. Catul. Arg. Non ingrata, tamen fruſtrà, munuſcula diuis Promittens.

Munerarius, m. ſ. Spectaculi exhibitor, qui ludos gladiatorios exhibent populo, unumq; uel plura paria gladiatorum ad ſpectacula pugnatura producit, ἀγωνοθέτης, ἀθλοθέτης. Suetonius in Domitian. cap. 10. Patremfamiliãs, quòd Thracem murmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è ſpectaculis in arenam, canibus obiecit. Quintil. lib. 8 cap. 3. Munerariam Auguſtus primus dixit. Qui uerò familiam gladiatorum habet, gladiatoresq; domi inſtituit, ac poſtea uendit, à laniando dicitur Laniſta. Vnde apud hiſtoricos frequenter legimus, Laniſtas uendidiſſe gladiatores munerarios.

Muneralis, om. t. Quod ad munus pertinet, δωροδόκος, δωρεμάτικος. Vnde muneralis lex, περὶ δώρων, qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere. Plaut Nec muneralẽ legẽ, neq; lenoniam rogo: fuerit néne, flocci extimo.

Munero, as, & Muneror, aris, depon. In eadẽ ſignificatione, qua dono, δωρέομαι. Plautus in Captiuis, & dii poteſtatem dabunt, ut beneficium bene merenti noſtro merito muneres. Terentius in Heautont. Nam diſciplina eſt eiſdem, munerarier Ancillas primùm, ad dominas qui affectant uiam. Cicero 2. de Inuent. Aliud alii commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. Macrobius 1. Satur. capite 7. Ianus quum Saturnum claſſe proiectum excepiſſet hoſpitio, & ab eo edoctus peritiam iuris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas uictum in melius redegiſſet, regni cum ſocietate munerauit. Hinc Remunero, ἀντιδωρέομαι. Liuius libro ſecundo ab Vrbe, Tum Mutius quaſi remunerãs meritum.

Munis, inquit Feſt. Officioſus, antiquè. Plau. in Merc. Dico eius promeritis gratum me, & munem fore.

Munia, orum, n. ſ. Onera lege debita, & officia, quæ publicè præſtantur, ἔργα, τέλη. Cicero pro Mur. Hæc ſunt officia neceſſariorũ, cõmoda tenuiorũ, munia candidatorũ. Col. li. 12. ca. 1. Sic enim & magiſtri ſingulorũ officiorũ ſ. dulò munia ſua exequuntur. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Interim Seruio Tullio iubere populũ dicto audientẽ eſſe, eum iura eſſe redditurũ obiturumq; alia regis munia. Ibidẽ, Cenſum enim inſtituit, rem ſalubrem imã tanto futuro imperio, ex quo belli pacisq; munia non uirtim, ut antea, ſed pro habitu pecuniarũ fierent. Hinc Immunis, ἀτελής, qui ab eiuſmodi onere liber eſt. Item Communis, de quo diximus ſuo loco.

Municeps, Vide Municipia.

Municipalis, le, om. t. Quod ad municipes pertinet. Cic. 3. de Leg. Vrinam, inquit M. Cic. iſto animo, atq; mente in ſumma Reipub. uerſari nobiſcũ, quàm in municipali maluiſſet. Municipales homines dicũtur, qui in municipiis degũt, hoc eſt, in iis oppidis quæ ciuitatis Romanæ ius ſunt adepta. Cic. ad Att lib. 8. Multùm mecũ municipales homines loquũtur, multùm ruſticani. Bud. municipales homines interpretatur pro ſimplicibus, & imperitis, forteſſis idcirco, quòd homines in municipiis degentes, minus actu & calliditate ualeant quã urbani. Municipia ſacra uocantur, quæ ab initio habuerunt municipes ante ciuitatẽ Romã acceptã, quæ obſeruare eos uoluerunt Pontifices, & eo more facere, quo facta fuiſſent antiquitus. Municipale ius, dicitur priuatũ ius uniuſcuiuſq; ciuitatis. Municipalia magiſteria, uocantur adminiſtrationes, & officia ſui municipii.

Municipia, orum, n. ſ. Dicebantur ciuitates ſuo iure & legibus utentes, muneribus tamẽ populi Romani, & honoribus fungentes. Capiebant enim munera, ſed non damnoſa, ut eſt collatio tributorũ, & huiuſmodi, ſed quę ad honorẽ pertinent, à quo munere capeſſendo nomen ſibi uendicauere, nulla populi Romani lege adſtricti. Erant itaq; municipiorum incolæ, qui Municipes dicebantur, meliore conditione, quàm coloni. Municipiorum iura iam penitus oblitterata ſunt. Municipem (inquit Vlpianus) facit ut ciuitas, aut manumiſſio, aut adoptio, quoniam Municeps eſt, & qui liber in municipio natus eſt, & qui in municipio à ſeruitute ſe liberauit, & qui ciuitatẽ quamcunq; aſſecutus eſt. Proprièq; tamẽ Municipes dicuntur, qui in ciuitatẽ recepti, munerũ participes ſiũt.

Sed abu-

Sed abusiuè nunc Municipes dicuntur, suæ cuiusq; ciuitatis ciues. Quo nomine tam Oratores, quẽ Poëtę utũtur. Iuu. Sat. 4. Iam princeps equitũ, magna qui uoce solebat Vendere municipes facta de merce siluros Cic. in Brut. Non dubito quin scias non solùm cuius municipii sim, sed etiã quàm diligẽter soleã municipes Arpinates tueri.

Municipatim, Significat per municipia, sicut Oppidatim, per oppida.

Munificus, a, um, adiect. Munifici, μεγαλοπρεπῆς, ὠφελήτικα. Apud antiquos, non à largitione, quę nulla erat, sed consentientes appellabantur, ad ea quæ amici uellent. Nunc autem Munificus, pro liberali ponitur, quasi munera largè præbens: de quo in dictione Liberalis. Munificus amicus. Liuius lib. 3. bell. Macedon. Mitis & munificus amicus fuit. Ouidius 3. Amor. Eleg. 1. Te dea munificam gentes ubicunq; louantur. Idem 4. de Pont. Eleg. 1. Nec mihi munificas arca negauit opes. A Munificus, fiunt Munificentior, & Munificentissimus. Cicero pro Rosc. Com. Semper liberalissimus, munificentissimusq; fuit. Cato tamẽ Munificentior, & Munificentissimus, dixit. Fest. Munificior, à munifico, Idẽtidem Cato dixit. quũ nunc Munificentior, dicamus. quãuis Munificens non sit in usu.

Munificè, aduerb. Largè, abundanter, μεγαλοπρεπῶς. Cicero. 3. de Natura deorum, Sic haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, solertiam, quam rationem uocamus, quoniam perfecta sit multis, paucis admodũ salutaris, non dari omnino, quàm tam munificè, & tam largè dari. Munificè & æquè tueri societatem coniunctionis humanę, Cic. 5. de Fin. Munificè prædam largiri, Liuius 2. ab Vrbe.

Munifico, as, are, a p. Ditare, beatum facere, πλουτίζειν. Lucret. libro 2. de Cybele deorum matre, Ergo quũ primũ magnas inuecta per urbes, Munificat tacita mortales muta, soluta, Aere atq; argento sternunt iter.

Munifex, cis, m. t. quamuis figuratè etiam aliis generibus iungatur. Munifices authore Festo, qui non uacabant, sed munus principi faciebant. Contrà Beneficiarii dicebantur, qui uacabant muneris officio. Munifices item à Vegetio libro 2. capite 7. dicuntur milites, qui munera faciunt, quibus Immunes non obstricti sunt. Iude illud Plinianum per metaphoram dictum libro 11. capite 40. Vno uerò omni turba relicto, sola munifex mamma, quæ genita fuerat attributa descendit.

Munificentia, æ, f. p. μεγαλοπρέπεια. Plin. lib 27. cap. 1. Nec dubiè superata hoc modo posset uideri etiã rerũ naturę ipsius munificentia, si humani operis esset inuentio.

Munuscularii, aquæductus, in l. decernimus. de Aquæd. C. lib. 11. Alberic. sunt qui modicã aquã dicunt. Attamen uerorem lectionẽ Alciatus Muscularios indicat, & Haloãder sic habet. Nimirũ sic dicti aquæductus ñi, quod ex Musculis dilaberentur. Musculus autẽ instrumentũ est ad similitudinem muris, quo in bellis utebantur ad æquandas fossas, ut Vegetius tradit. Erant autem tubi in ductibus ad similitudinẽ munusculorum.

Muræna, f. p. Piscis est longitudine non dissimilis anguillæ & fœminini tantùm sexus, μύραινα. Nam masculus, teste Plinio lib. 9. cap. 23. Myrinus uocatur, róbustior quàm muræna, & uniculor. Fuit autem hoc piscis genus apud ueteres in maximis delitiis, partim ob præstantiam saporis, partim ob insignem uiuacitatẽ. Nam quum reliqui pisces aut tædio careris, aut uitio piscinarũ facilè intereant, solæ murenæ ad quotidianos usus uiuarii inclusæ diutissimè possunt asseruari. Constat enim authoritate Plinii lib. 9. cap. 55. C. Hircinum ex uiuariis suis Cęsari Dictatori sex millia murænarum mutua appendisse. Mansuescunt autẽ murænæ, & de manu cibum capiunt: unde à quibusdam suprà quàm credi posset feruntur adamatæ. Nam & Crassus murænam in uiuario suo mortuam, ferunt ut filiam defleuisse, & tumulo condidisse, & Antonia Drusi murænæ à se amatæ inaures addidisse. Optimę autem inter murænas habebantur, quę capiebantur in freto Siculo, quas Macrobius Saturnal. lib. 3. Flutas asserit uocati his uerbis, Accersebantur ad piscinas urbis ab usq; freto Siculo (illic enim optimæ esse creduntur) tam murænæ, quàm anguillę, & utræq; ex illo loco Plotæ, à Latinis Flutæ uocantur, quòd in summo supernatãtes, sole torrefactę, curuare se possę, & in aqua mergere desinunt, atq; ita facilè capiuntur. Martialis lib. 13. Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo; Non ualet exustam mergere sole cutem. Plautus in Aulular. Congrum, murænam exdorsua, quantum potes. Idem in Amphitr. Mirum ni hic quasi murænam exossare cogitat. Est autem Muræna duplex, Marina & Fluuiatilis: Marina rostrũ habet, quale anseris: Fluuiatilis, quæ à quibusdam Galeos dicitur, multò minor est marina, utpote quæ auditi longitudinem non multum excedat Paulus Iouius in eo libello, quẽ de Romanis piscibus edidit, arbitratur eandem esse quæ à Plinio Mustela, & à nobis à labendis petris Lampetro dicitur. Est & Muræna μυραίνας, cognomẽ uiri Romani ab eo pisce dictum. Vnde Ciceronis extat oratio pro Muræna.

Murænulæ, μυραινίδες, Sunt ornamenta colli flexuosa, instar murænarum, & catenæ ex auro, quibus matronæ conuecorantur: sicut scribit Hieronymus ad Marcel. his uerbis, Aurum colli sui, quod muræ nulam uulgus uocat (quòd scilicet metallo in uirgulas lentescente quadam ordinis flexuosi catena contexitur) absq; parentibus uendidit. Potest etiã Muræ nula esse diminutiuum à Muræna.

Muralis, Muratus, uide Murus.

Murcidos, Antiqui, teste Festo, ignauos appellarunt & stultos, μαθῆς Plaut. in Epid. Væ tibi murcide homo.

Murci, m, f. Dicti sunt homines timidi & ignaui, qui ut militiæ periculum effugerent, pollices sibi amputabant. Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 21. Inter Gallos non ferè compertus, qui militiæ detractandæ causa pollicem sibi præcideret, quod genus iocaliter Murcos dicunt.

Murciolum, li. n. f. Colum. Semen lentisci uocat, uelut à figura nutricis, quòd buccini specie uisatur is folliculus, nisi quis pro languido accipiat: quando & numen fœcundiæ Murciam deam uocabant, Hæc Hermolaus in 33. capit. lib. 9. Plinii.

Murex, is, m. t. Piscis marinus ex concharum genere, à purpura diuersus: qui per excellentiam etiam Conchylium dicitur, ἀποβρᾶσις, κογχύλιον. Plin. libro 9. capite 35. Conchylia & purpuras omnis ora atterit. Ex muricis humore fit color, qui & ipse Murex, siue conchylium dicitur: Vergilius 4. Eclo ga, Ipse sed in patris aries iam suaui rubenti Murice. Vnde Vestis tincta murice, quæ & Conchyliata dicitur. Vergilius 9. Aeneid. Tyrioq; ardebat murice læna. Fuerunt item Murices in mensarum deliciis: unde de iis sic scribit Martialis libro 13. Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas Induis: & non est hoc satis, esca sumus. Accipitur interdũ pro acumine, siue asperitate saxi prominentis. Vergilius 5. Aeneid. Et acuto in murice remi. Obnixi crepuere. Interdum murices sunt tribuli, τρίβολοι hoc est, machinulæ ferreæ, dolatæ tetragona forma, quæ in quancunq; partem incubuerint, unum aut plures aculeos infestos protendunt. Valer. Max. lib. 3. Suadentibus quibusdam, ut circa mœnia urbis, quam obsideret, ferreos murices spargeret, ne subita eruptione hostes impetum in præsidia nostra facere possent Tribulorum meminit Vegetius lib. 3.

Muricatus, a. um, Quod est muricis modo factũ, κογχυλιωτός. Plinius lib. 30. cap. 23. Vtriq; folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Muricati gressus, Fulgentio, id est, formidolosi, & pauendi. Intuemur (inquit) arua, quibus adhuc impressę bellantium plantæ muricatos (quod aiunt) sigillauerunt gressus. Et formidine menti nondum extersa, hostes in uestigiis pauebamus: terrorem enim pro sui memoria miles hostis hæredem reliquerat.

Muricatim, aduerbium, Conuolutim, in modum muricis. Colum. lib. 9. cap. 33. Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso. Budæus.

Murilegulus, li, à muricibus legendis siue colligendis nomen habet. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 11. Murilegulus Iurisconsulti muricis & purpurarum perquisitores nuncupant. Meminit Iustinianus lib. 11. C. tit. de Monetariis, & Murileg.

Murgíso, pen. prod. Iners, desidiosus: à mora & desidendo dictus. inquit Festus.

Muria, æ. f. p. Genus liquaminis, quod ex thynno pisce conficiebatur, ἅλμη. Persius Satyra 6. Tingat olus siccum muria naser in calice empta. De muria epigramma est Martial. lib. 13. Antipolitani fateor sum filia thynni: Essem si scombri nõ tibi missa forem. Horatius Sat. 8. Vt melius muria quàm testa marina remittat. Muria etiam dicitur salsugo, hoc est, liquor ex sale resolutus, quem Salmuriam uulgò dicimus. Colum. lib. 12. cap. 55. Quoniam quidam, imò etiam ferè omnes Græci, aqua salsa, uel muria mustum condiunt, eam quoq; partem curæ non omittendam putaui. Plin. libr. 13. cap. 8. Muria quoq;, siue illa salsugo, spissat, mordet, extenuat, siccat. Muriam Festus ex Verannii sententia interpretatur salem sordidum in pila pistum, & in ollam fictilem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

letti coniectum, ibiq; opertum, gypsatumq;, & in furno percoctum, cui uirgines Vestales serra ferrea secto, & in serâ coniecto, quæ est intus in æde Vestæ in penu exteriore, aquam iugem quamlibet, quæ per fistulas uenit, addunt, atq; ea demũ in sacrificiis utuntur.

Muries, ei, f.q. Idẽ quod muria, hoc est, liquor ex sale resolutus. ἅλμη. Cato ca. 88 Si natabit ea muries erit, qua uel carnẽ uel caseos, uel salsamenta condias.

Muriaticus, a, um, Quod muria conditum est, ἁλμυρώδης. Plautus in Pœn. soror cogita Amabo, nos item perhiberi, quasi sal sa muriatica Esse autumantur, sine omni lepõre, & sine suauitate, nisi Multa aqua usq; & diu macerantur, olent, salsa sunt, tangere ut non uelis: Item nos sumus eiuscemodi, mulieres sunt admodum Insulsæ, atque inuenustæ, sine munditia & sumptu.

Murilyus, uide Murex.

Murina, æ, uel Myrina, æ, f.p. siue ut alii scribunt, Myrrhina, siue Murrhina, μυρρίνη, Potionis genus (inquit Festus) quod Græci nectar uocant, quod quidam dici putant ab uuæ murrhinę nomine. Plinius item lib. 24. cap. 13. ex Plauti sententia murinã ostendit uini dulcioris genus esse. Laudatissima (inquit) apud priscos uina erant, miro odore condita: ut apparet in Plauri fabula, quæ Persa inscribitur, quanquã in ea & calamũ addi iubet. Ideò quidam aromatis delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorsenus decreuit his uersibus, Mittebãt uinum pulchrum, murinam. Et in Achariſtione, Panem, & polentam, uinum, murinam. Scæuolam quoq; & Lælium, & Atteium capitonem in eadem sententia fuisse uideo, quoniam in Pseudolo sit, Quòd si opus sit, ut dulce promat Indidem, ecquid habet? C. rogas? Muriuam, passum, defrutum, mellinam. Quibus apparet, non inter uina modò murinã, sed inter dulcia quoq; nominatũ. Hactenus Plinius. Gell. quoq; Murinam inter dulces potiones enumerat, quæ mulieribus Romę in usu esse cõsueuerunt. Romanas (inquit) mulieres bibere solitas ferunt loreã, passum, murinã, & quæ id genus optant potu dulcia.

Murinus, a, um. ut murinus odor. Plaut. in Pœn. Tanta tibi copia uectustatũ aderat, suo quæq; loco sita nitidè, Arabius, murinus q; omnis odor complebat.

Murmur, n. t. Tantùm est neutri generis, quanquã Euangeliorum interpres semel in masculino genere usus sit, φόφος, ψιθυρισμός. Est autẽ propriè, lenis aquæ strepitus: licet & pro alio quocunq; strepitu poni cõsueuerit. Nomen est fictitium teste Quint. lib. 8. cap. 6. quemadmodũ & Mugire, & Sibilare. Verg. 10. Aen. ceu flumina prima Quum deprensa fremunt syluis, & cæca uolutant Murmura. Cic. 3. de Orat. Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris & dulcedo orationis, sunt ducta à cæteris sensibus. Idem in Arato, Nec metuens canos minitãti murmure fluctus. Ouid. 1. Met. qui postquã uoce, manuq; Murmura cõpressit tenuere silentia cuncti.

Murmuro, as. n. s. Leniter strepo, & sonũ aquæ fluitantis simile edo, μορμύρω. Vnde fremitum murmurantis maris, dixit Cicero 5. Tusculanar. quanuis etiam indifferenter de quouis alio sono dicatur. Plinius libro 18. cap. 35. Pallidi nanque, murmurantesq; ignes tempestatum nuntii sentiuntur. Plautus in Casinar. Mihi inanitate iamdudum intestina murmurant, pro eo quod est crepant, κορκορυγοῦσι. Murmurare, item contradicere aliquando significat, & secreto murmure indignationem ostendere. Plautus in Milit. Verum ubi dies decem continuos ire ad eundẽ instat, Tametsi dominus non inuitus patitur, serui murmurant. Idem in Aulul. Vt sce lesta sola secum murmurat. Huius composita sunt, Admurmuro, Commurmuro. Plinius lib. 10. Vbi congregatæ inter se commurmurant. Submurmuro, ὑποτονθορύζω, leniter murmuro. Antiqui etiã in eadẽ significatione usi sunt uerbo deponente Murmuror. Varro, Romę in balneis plodere cœpimus, & murmurari. Nonius.

Murmurabundus. Murmurator, Murmuratrix, & Murmuratio, è Murmuro, γογγυσής.

Murmurillo, as, Submurmuro, ὑποτονθορύζω. Plaut. in Ru. Quid murmurillas tecum, & te discrutias?

Murmurillum, li, n. s. Exigua & submissa murmuratio τοπάζουσμός. Plaut. in Rud. Palàm age, nolo murmurillum, neq; susurrum fieri mihi.

Murrha, f. p. Lapidis precioſi genus est, odoris præstantia cõmendabile, & colorum uarietate insigne, subinde circumagentibus se maculis in purpuram, candoremq;, & tertium ex utroq; ignescentẽ, ueluti per transitũ coloris purpura rubescẽte, aut lacte candescente. Nascitur in Oriẽte apud Parthos, & præcipuè in Carmania. Creditur esse humor, Solis calore sub terra condensatus. Amplitudine nusquã excedit paruos abacos: crassitudine autẽ rarò tanta, ut poculis potoris sufficiat: qua in re præcipuus erat usus murrhæ. Mart. lib. 4. Si calidum potas, ardenti murrha Falerno Conuenit, & melior fit sapor inde mero.

Murrheus, a, um, μύρρινος, Quod ex murrha est. Iabolen. Iurec. scribit, Murrhea uasa, quæ ad usum edendi, & bibẽdi causa reperta sunt, esse in supellectili.

Murrhinus, a, um, Vel (ut alii scribunt) Myrrhinus, μύρρινος, pen. cor. Quod ex murrha confectum est, ut Abaci murrhini, Trullæ murrhinæ, Pocula murrhina. Suet. in Aug. Alexandria capta nihil sibi præter unum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuit. Murrhina substantiuè, dicuntur uasa murrhina, quę apud ueteres summo erant in precio, partim ob colorum uarietatem, partim propter gratã odoris. Plin. lib. 37. Oriens murrhina mittit: inueniuntur enim ibi pluribus in locis, nec insignibus, maximè regni Parthici præcipuè tamẽ in Carmania. Humorẽ putant sub terra calore densari. Amplitudinẽ nusquã paruos excedũt abacos, crassitudine rara, quãta dictũ est, uasa potorio. Splẽdor his sine uitiis, nitorq; uerus, quã splẽdor. Sed in precio uarietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpurã candoremq;, & tertium ex utroq; ignescentem, ueluti per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Et paulò pòst, Aliqua & in odore commendatio est. De incredibili murrhinorum precio uide Plinium paulò antè eodem capite. Martialis lib. 13.

Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum
Posce, dabunt calices hęc tibi uina suos.

Murus, ri, m. s. à muniendo dictus, propriè est lapideus urbis ambitus, quum paries propriè sit domus, τεῖχος, Maceria uerò siue Maceries, quę constat ex lapidibus, sine calce, aut alio genere ferruminationis. Cæs. 7. bel. Gal. Portas claudere, murum complere cœperunt. Cic. de Nat. deor. Muri urbis, quos nos sanctos esse dicitis. Vergilius 4. Ecloga, Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos. Ouidius 11. Metam. Phrygiæq; tyranno Aedificat muros, pactus pro mœnibus aurum. Horat. 3. Carm. Ode tertia, Ter si resurgat murus aheneus, Auctore Phœbo. Murus per translationem. Cicero septimo. Verr. Ad omnes enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen Imperatores opponitur.

Muralis, & hoc murale. o. t. Quod ad murũ pertinet, τειχικός, ut, Muralis corona, qua donari solebat Imperator qui primus murum subiisset, & in hostium oppidum per uim ascẽdisset. Plinius libro 16. capite quarto, Cedunt iis murales, uallaresq;: & aureæ, quanquam precio antecedentes. Liu. 4. bel. Punici. Vtiq; postquàm corona aurea muralis proposita est, &c. Pila muralia, quibus quatiuntur muri, aut quę de muris deiiciuntur. Cæsar 7. bell. Gall. Aut ex uallo & turrib. traiecti pilis muralibus interibant. Machinæ murales, quib. muri diruuntur. Plin. libr. 7. capit 56. Muralis herba, περδίκιον, παρθένιον, quæ uulgò Vitriolum dicitur, quòd uasa mitum in modum cõfricata purificet, ideoq; urceolaris à ueteribus dicta. Eadem Parietaria uocatur, quòd in muris frequẽter nascatur, & Perdicium, quoniam perdices ea præcipuè pascantur. Plin. libr. 22. cap. 2. & Dioscorides libro quarto, capite 42. Tormentũ murale. Vergil. 12. Aeneid. murali concita nunquam Tormento sic saxa fremunt.

Muratus, a, um, τετειχισμένος, τετειχίς. Quod muros habet unde Vrbes muratæ dictæ sunt hoc est muris circundatæ.

Mus, m. r. μῦς, Exiguum animal est, nobiscum in domo habitans, à corrosionis sono, quẽ facit, dictum. Distinguitur à forice, quòd Sorex maior sit mure, clariusq; strepat, ut docet Erasmus in prouerbio, Sorex suo perit indicio. Vtrunq; est animal nobis infestum: sorices tamen, quia maiore sunt corpore, plus afferunt detrimenti. Columell. Si serpens aut mus, sorexue in mustum ceciderit. Murem certè nec ferum iure dixeris, nec placidum, quia nunquam mansuescit, ut inquit Plinius. Verg. 1. Georg. sępè exiguus mus Sub terris posuit domos, atque horrea fecit. Horat. de Arte, Parturient montes nascetur ridiculus mus. Cic. Attic libr. 14. Sed quod quæris quid arcessierim Chrysippum: tabernæ mihi duæ corruerũt, reliquæ rimas agunt: itaque non solùm inquilini, sed & mures migrauerunt. De moribus uide Plinium libr. 8. capite 57.

Mus araneus est, quem Graeci μυγάλην appellant, compositio nomi-

to nomine ἀπὸ τῆ μυὸς, καὶ γαλῆς, hoc eſt, a mure, & muſtela, quòd muris magnitudine ſit, muſtelina ſpecie, ore oblongo cauda gracili, uerſu dentium quadruplici, ut inquit Aëtius Abundat his inſula Britannia. Plinius lib. 29. Et ipſe mus araneus contra ſe remedio eſt, diuulſus, & impoſitus. Muriũ marinorum meminit Plinius lib. 9. cap. 19.

Mus Indicus, Vide Ichneumon.

Muſculus, li, m. ſ. Modò diminutiuum eſt, & ſignificat paruũ murem. μύσκος. Plin. Deturgente Nilo muſculi reperiuntur. Cic. 2. de Diuinat. Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri. Muſculi, ut à Medicis accipiuntur, ſunt partes corporis carnoſæ, neruotum fibris motus gratia circunectæ, uenisq; & arteriis conſperſæ, illis quidem ad alimenti diſtributionem, his autem ad natiui coloris cuſtodiam, quæ omnia tenuis complectitur tunica muſculũ definiens. Tres autem muſculi uniuſcuiuſq; ſunt partes, origo, medium, & exitus, ex quibus caput planè neruoſum eſt: medium, carne, neruis & arteriis extuberat: extremum in tẽ donem, confuſis neruorum & uinculorum fibris, deſinit. Plautus in Amphit. Quid dicas noui: cicatricem in dextro muſculo ex illoc uulnere, Quod mihi impegit Pterelà. Plin. lib. 20. cap. 21. Item conuulſis, luxatis, tumentibus muſculis neruis, articulis impoſuit. Item Muſculus genus piſcis parui, qui paruo moderamine caudæ iter regit Balænæ, ne in ſcopulum impingat. Eſt enim Balæna luſcioſa, & penè exoculata, quæ quum fortè aliquò profectura eſt, indiget hoc piſciculo præuio, qui eam deducat & reducat. De hoc Claudianus lib. 2. in Eutropium, Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali Bellua, ſulcandas qui præuius edocet undas. Immenſumq; pecus paruo moderamine caudæ Temperat, & tanto coniungit fœdera monſtro. Plin. libr. 9. cap. 62. Balænæ muſculus, quandoq; prægraui ſuperciliorum pondere obruris eius oculis, infeſtantia magnitudinem uada prænatans demonſtrat, oculorumq; uice fungitur.

Muſculoſus, a, um, Celſus li. 5. cap. 20. At ſi neruoſus, aut muſculoſus is locus eſt, commodius eſt cerato miſcere. Muſculos etiam dixerunt antiqui minores machinas, quibus protecti libellatores, foſſas ciuitatis congeſtis lapidibus, lignis, & terra non ſolùm complent, ſed etiam ſolidãt, ut turres ambulatoriæ ſine impedimento uehantur ad murum. Sunt minores uineis, ſubtiliores q; maiores autem, & firmiores pluteis. Cæſar 7. bell. Gal. A caſtris longurios, muſculos falces, reliquaq;, quæ eruptionis cauſa parauerat, profert. Idẽ 3. bell. Ciu. Scalas, muſculos q; ad repentinam oppugnationem fieri, & præparari iuſſit.

Murinus, a, um, penultima producta. Poſſeſſiuum à mure deductum, μύϊος. Plinius libro 13. capite 8. Murino fimo contra calculos illinire uentrem poteſt. Murinus color, qualis ferè eſt aſinorum. Colum. libr. 6. cap. 37. Murinus quũ ſit in aſino uulgaris, tamen non optimè reſpondet in mula. Murinum hordeum, herbæ nomen. Plin. lib 22. cap. 25. Eſt & herba Phœn. appellata à Græcis, à noſtris uerò Hordeũ murinũ. Hodie à uulgo Sterilis auena appellat, teſte Ruel. l. 3. c. 96.

Muſcerda, æ, f. p. Murinum ſtercus, μυόκοπρον. Plin. lib. 29. cap. 6. Præterea ut Varro noſter tradit, murinum fimum, quod item muſcerdas appellat.

Muſcipula, fœ. p. Machina ad capiendos mures. μυοφόνον. Varro 1. de Re ruſt. capite 8. Necnon ſi parit humus mures huius minor ſit uindemia, niſi totas uineas oppleueris muſcipulis

Muſa, æ. f p μοῦσα, Latinè ſignificat cantum Vergil. 8. Eclog. Paſtorum muſam Damonis & Alphesiboei. Idem 6. Eclog. Agreſtem tenui meditabor arundine muſam. Craſſiore muſa. Quint. 1. cap. 10. Libet propter quoſdam imperatores craſſiore (ut uocant) muſa dubitationem huius utilitatis eximere. Iocoſa muſa. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 2. Pedeſtris muſa, Horat. 2. Serm. Satyr. 6. Solers lyræ muſa, Idem de Arte. Hinc Muſica, μουσικὴ appellata eà ſcientia, quæ tractat de ratione canendi. Et muſicus, μουσικὸς, muſicæ peritus. Poëtæ Muſas nouem finxerunt, eaſdemq; deas, Iouis, & Memoriæ filias quæ poëtis, & muſicæ præeſſent. Oportet enim uirum eruditum, ac doctum, intelligentia, memoriaq; uigere. Has dixerunt in Helicone habitare, qui mons Bœotiæ eſt, Phocidi affinis: à quo Heliconides, & per epentheſim Heliconiades appellãtur. Diſtat autẽ Helicon nõ procul à Parnaſſo Phocidis monte, æmulus illi & altitudine & ambitu: & rupes amborum ſaxea eſt. Quin & Parnaſſum habitare Muſæ dicũtur unde & Parnaſſides dictæ. Et quoniam Phocidi confinis Aonia eſt, etiam Aonides appellantur. Alio etiam nomine dicũtur Citharides, uel Citheriades ab Atticæ regionis mõte, qui Citharon dicitur, quẽ ſimiliter Muſis ſacrũ eſſe dicũt Initium habet à Megaricis & Atticis montibus, finitur prope Thebas. Pierides item dictæ ſunt à Pieria, quę regio eſt Macedoniæ, Emathia antè dicta. Hæc Muſarum patria, domusq; eſt, à nemore item appellata, cui nomen eſt Pieris. Item dicuntur Theſpiades, à Theſpia appido Heliconi propinquo. Item Pegaſides, & Hippocrenides, ab Heliconis pulcherrimo fonte, qui à Græcis Hippocrene dicitur, hoc eſt, equi fons. ἵππος equum uocant, κρήνη fontem. Vnde & à noſtris Fons Caballinus uocatur, & Pegaſeius, quòd Pegaſus eo loco ſaxum ungula feriens, fontem dicatur aperuiſſe. Perſius, Nec fonte labra prolui caballino. Hunc equum putant eſſe, qui inter ſydera collocatus eſt. Quamuis alii Bellerophontis equũ eſſe dicant. Muſæ Libethrides uocatę ſunt, à fonte Macedoniæ, in ea regione, quæ Magneſia dicitur. Hic fons Libethros muſis eſt ſacer, & ſpelunca eodem in loco, qui Libethra appellatur. Item Pimpleides, ſeu Pimpleæ, à Pimpla Thraciq; monte, uel à fonte Pimpleo in radice eius montis ſito. Item Caſtalides, à fonte Caſtalio, in radicibus Parnaſſi, Muſis ſacro, qui à Caſtalia Nympha nomen aſſumpſit.

Nouem autem Muſę finguntur, quibus hæc nomina impoſita fuêre. Primam enim à bonitate uocis dixere Colliopen, καλὸν enim bonum dicitur, ὄψ uox. Secundam Clio, à gloria & celebritate rerum geſtarum, quas canit, κλέος enim celebrare eſt, unde & Hiſtorica dicitur. Tertiam, Ἐρατὼ, Erato, uel à canendis amoribus, uel quòd cantus ab omnibus deſyderetur. Ouid. 2. de Arte, Nunc mihi, ſi quando, puer, & Cytheræa fauete: Nunc Erato, Nam tu nomen amoris habes. ἐράω enim ſignificat amo, deſydero, eligo. Quartam à uoluptate, ac laſciuia cantus, Θαλεία, Thaliam. θάλλω enim uirere, germinare, florere eſt. Quintam Μελπομένην, Melpomenen, à canendo, μέλπομαι enim canto, & modulor ſignificat, ἀπὸ τοῦ μέλος ποιεῖν, hoc eſt, à concentu faciendo, unde & Tragœdiis præſidere putabatur. Sextam, Τερψιχόρην, ἀπὸ τῆ τέρπειν τὰς χορείας, hoc eſt, à delectandis choreis, unde à quibuſdam dicitur, Cithariſtria. Septimam, Εὐτέρπην, Euterpen, à ſuauitate concentus, quaſi delectantem εὖ enim bene ſignificat τέρπειν delectare. Hæc ab aliquibus Tibicina dicta eſt, & peculiariter tibicinarum cantui creditur præſidere. Octauam, Polyhymniam, à multitudine cantus magnitudine memoriæ. πολὺ enim multum ſignificat, ὑμνέω canto, laudo. Vnde ὕμνος, canticum eſt, quam & nos hymnum dicimus. Alii Polymniam πολύμνειαν malunt appellatam, à multitudine memoriæ, μνεία enim memoria dicitur. Nonam, Οὐρανίαν, Vraniam, quaſi cæleſtem, uel à cæleſtium rerum cantu, uel à cantus diuinitate. οὐρανὸν enim Græci uocant cælum. Vnde item dictæ ſunt Muſæ, inter ſcriptores non ſatis conuenit. Plato in Cratylo, ἀπὸ τῆ μᾶσθαι dictas putat, hoc eſt, ab inquirendo, unde ab antiquis interdum uocatę ſunt Moſæ. Alii Muſas dictas putant, quaſi ὁμοιούσας, quod inter omnes diſciplinas ſimilitudo ſit, & quoddam quaſi cognationis uinculum, quo inter omnes coniunguntur, & copulantur: unde & Muſæ ita pingi ſolent, ut ſe mutuò tenentes choros ducant. Sunt etiam qui Muſas dictas putent, ἀπὸ τῆ μυεῖν, quod ſignificat bona, honeſta q; diſciplina inſtituere. Muſarum nomina, & inuenta exequitur Vergilius hoc carmine.

Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœſta boatu.
Comica laſciuo gaudet ſermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Terpſichore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, nultu.
Carmina Calliope libris heroïca mandat.
Vrania cæli motus ſcrutatur & aſtra.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia geſtu.
Mentis Appollineæ uis has mouet undiq; Muſas.
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

Muſica, æ, f. p. & Muſice, ces, μουσικὴ, Scientia eſt, quæ modũ canendi demonſtrat. Hæc apud Græcos antiquitus tantę uenerationis fuit, ut iidẽ Muſici & uates, & ſapientes iudicarẽtur. Cuius ſcientiæ quũ ſe imperitũ Themiſtocles cõfeſſus eſſet, (ut inquit Cicero) indoctior habitus eſt. Muſicę appellatione (inquit Bud.) priſci humanitatẽ literarũ ſignificabãt, in qua ingenuos homines docebant otiũ cõtemnere, animumq; recreare. Recentiores uerò ad numerorũ modulationẽ hoc uerbum tranſtulerunt, quia Muſica uelut ludus animi eſt, & à curis uexati requies.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Muſica, orum, n. f. Cic. 1. de Orat. Quis muſicis, quibus huic ſtudio literarũ quod profitentur ii qui Grãmatici uocantur, penitus ſe dedit, quin, &c. Idẽ 5. Tuſc. Muſicorũ uerò perſtudio ſum accepimus.

Muſicus, a, um, pen. cor. μουσικὸς. Ad muſicam pertinens. Plin. lib. 2. cap. 22. Sid Pythagoras interdum ex muſica ratione appellat tonum, quantum abſit à tetra Luna. Quintil. lib. 1. cap. 12. Aut munificis notis cantica excipiat. Artem tractare muſicam, periphraſticῶς dictum pro Comœdias ſcribere. Terentius in Prolog. Phorm. In medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam. Muſicum ſtudium. Idem in Heaut. Repentè ad ſtudium hunc ſe appli caſſe muſicum.

Muſicus, ci, m. ſ. ſubſtantiuum, Qui nouit aut docet muſicam. Cicero 5. de Finib. Ergo in Græcia muſici floruerunt, Idem 1. Officior. In fidibus muſicorum aures uel minima ſentiunt. Idem 2. Tuſculan. Si abſurdè canat is qui ſe habere uelit muſicum.

Muſicè, aduerb. μουσικῶς, Significat integrè, ut nihil deſit. Nam muſicam ueteres encyclopediam dixere, in qua omnes ſunt compræhenſæ diſciplinæ. Muſicè etiam delicatè ſignificat, & genialiter, nam muſicos adiparè, & genialiter uiuere manifeſtum eſt. Plaut. in Moſtel. Muſicè hercle agitis ætatẽ: Itaq; uti uos docet, Vino, & uictu, piſcatuq; probo electi Vitam colitis.

Muſæus, a, um, μουσῶιος, Quod Muſarũ eſt, ut Lepor Muſæus Lucret. lib. 4. Deinde quod obſcura de re tam lucida pango Carmina, Muſæo contingens cuncta lepôre.

Muſeum, n. ſ. pen. prod. μουσεῖον, Locus eſt Muſis, & ſtudiis cõſecratus, unde Strabo lib. ultimo ſcribit apud Alexandriam fuiſſe celeberrimum muſeum. Plinius Iunior libro 1. Epiſtol. ad Fundanum, O mare, ô litus, uerum, ſecretumq; muſeon quàm multa inuenitis? quàm multa dictatis? Philoſtratus in uita Apollonii Tyanei, μουσεῖον uocat locum ubi Muſæ colebantur, & reſponſa reddebant, quaſi Muſarum ſacrarium. Eſt præterea Muſæum, μουσεῖον. opus ex punicibus conſtructum, ita dependens, ut imaginem ſpecus imitetur. Plinius libro 19. cap. 21. Non prætermittenda pumicum natura, appellatur quidem ita & cætera ſaxa eroſa annis: in ædificiis muſea uocant, dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam.

Muſca, æ, f. p. Paruum animal uolatile, μυῖα. Plaut. in Curc. Item genus eſt lenonum intet homines, meo quidem animo, Vt muſcæ, culices, pedesq;, pulicesq;. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. Non ut muſcę liguriunt, quòd nemo has uidet, ut illas in Carie, aut ſanguine, aut adipe. Eius diminutiuũ eſt Muſcula. Boëthius: Quid imbecillius homine, quẽ morſus muſculorum necat?

Muſcarius, a. um, Quod ad muſcas pertinet, μυικὸς. Plin. libro 29. cap. 6. Aranei muſcarii telę, & præcipuè ſpelunca ipſa imposita fronti. Vbi Muſcarium araneum uocat Plin. qui uenatur muſcas.

Muſcarium, rii, n. ſ. Flabellum, quo muſcæ abiguntur, σόβη, cui iuſmodi ex caudis pauonum confici ſolent, quæ muſcaria pauonina uocat Mart. lib. 14. Hieronymus ad Marcellam, Quòd autem matronis offertis muſcaria, paruis animalibus uentilandis, elegans ſignificatio eſt, debere luxuriã citò reſtringere, quia muſcæ morituræ oleum ſuauitatis exterminant. Erant & Muſcaria bubula, quæ ex boũ caudis conficiebantur, pulueri ueſtibus excutiendo idonea, quorum meminit idẽ Mart. loco iam citato. Ab horum ſimilitudine herbarũ quoq; comę in orbem radiatę, cacuminaq; in faſces coacta Muſcaria appellantur. Plin. lib. 12. cap. 26. Semine in muſcariis dependente, ut ferulæ.

Muſcerda, Muſcipula, Muſculus, uide Mus.

Muſcus, ſci, m. ſ. Viridis herba, ſeu potius lanugo, in corticibus arborum, & circa fontes & loca humida naſcens, μυίον, βρύον. Ver. 6. Ecl. muſco circundat amaræ Corticis. Col. lib. 4. cap. 24. Iam uerò muſcus, qui more cõpedis, crura uitiũ deuicta cõprimit, ſituq; ex ueterno macerat, ferro deſtruendus, & eradendus eſt.

Muſcorus, a, um, Quod muſco opertum eſt, βρύδης. Vnde dicũtur Mucoſi fontes. Mucoſa prata. apud Var. 1. de Re ruſt. cap. 9. Cic. ad Q. Fr. lib. 3. Nihil mucoſius. Plin. lib. 12. cap. 1. Mucoſi pumices.

Muſcarii, Eſt muſco tegi, βρυοῦσθαι. Vnde Emuſcari, eſt muſco liberari. Col. lib. 11. cap. 2. Oleæ putantur, & emuſcantur.

Muſea, orum, uide Muſeum, in Muſa.

Muſica, uide Muſa.

Muſimon, is, pen. cor. m. t. Animal ouillo pecori non diſſimile, uillo tamen caprino ſimilius, Hiſpaniæ & Corſicæ familiare. Plin. lib. 8. cap. 49. Eſt & Hiſpania, & maximè in Corſica, non maximè abſimile pecori, genus muſimonũ, caprino uillo, quàm pocoris uelleri propius, quorũ è genere, & ouibus natos priſci Vmbros uocauerũt. Infirmiſſimũ pecori caput, quã obrem aueſum à Sole paſci cogendũ. Nonius aliter, Muſimones, inquit, aſini, muli, aut equi breues. Lucil. li. 6. Preciũ emit qui uendit equm muſionem.

Muſſo, as, uide Mutio, in Mutus.

Muſiuarii, ſic enim ut Haloander reſtituit, pro Muſarii, legendũ in prior. l. de Excuſ. artific. Col. lib. à Muſiuo, quod nos hodie ut Egnatius in Feſcennium annotauit Muſaicum appellamus.

Muſtace, ces, pen. prod. ſiue potius Muſtax, cis, f. t. Lauri ſpecies, quæ maximo folio conſtat, flaccidoq; & albicante ita dicta, quòd muſtaceis ſoleat ſubiici. Plin. lib. 15. cap. 30. Duo lauri genera tradit Cato, Delphicam, & Cypriam. Pompeius Leneius adiecit, quam Muſtacem appellauit, quoniam muſtaceis ſubiiceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoq; & albicante. Ex quo Plinii loco apparet nominatiuum huius dictionis potius uideri Muſtax, quàm Muſtace, eò quòd accuſatiuum faciat Muſtacem, qua etiam declinatione uſus eſt Ruellius.

Muſtaceus, & Muſtaceum, cei, m. uel n. ſ. Libi genus eſt, conſtans ex farina ſiliginea muſto conſperſa, caſeo, cumino, aniſo, adipe, & ramentis lauri, οἰνῶτρα, quod in nuptiis adhiberi ſolet, ut innuit Iuuen. Sat. 6. Si tibi legittimis pactam, iunctamq; tabellis Non es amaturus, ducendi nulla uidetur Cauſa, nec eſt, cur cœnam & muſtacea perdas. Cato de Re ruſt. cap. 121. uſus eſt hoc nomine in maſculino genere. Muſtaceos (inquit) ſic facito: Farinę ſiliginęæ mo um unum muſto conſpergito, aniſum, cyminum, adipis pondo duo, caſei libram, & de uirga lauri deradito, eodem addito: & ubi deſinxerit, lauri folia ſubitus addito, dum concoques. Dicta ſunt autem Muſtacea, à muſto, quo farina conſpergebatur: non (ut quidam putauerunt) à muſtace lauri genere: quum è contrario, uel ipſo Plinio teſte, conſtet, hoc lauri genus à Muſtaceis nomẽ accepiſſe, eò quòd muſtaceis ſoleat ſubiici. Vide ea quæ de hoc annotauimus in dictione Laureola.

Muſtẽla, æ, f. p pen. prod. Animal eſt paruum, ſed oblongum flaui coloris, quod columbariis, aliiſq; id genus auiariis, maximè inſidiatur ouа exſorbens, ipſaſq; etiam aues enecans, γαλῆ. Plin. muſtelarum duo facit genera magnitudine diſtantia, ſylueſtre, quod Græci ictidem uocant, & alterũ domi noſtrę oberrans, quod ſuos quotidie transfert catulos, & ſerpentes perſequitur. Vide plura de hoc animali, apud Plin. lib. 29. cap. 4. Eſt etiam Muſtela, γάλεος, Piſcis nomẽ apud Plin. lib. 9. cap. 17. proximã à ſcaro bonitatẽ obtinentis, quem Paulus Iouius in eo libello, quẽ de piſcibus Romanis edidit, multis argumentis oſtendit, eundem eſſe quem nos à lambendis petris Lampetram uocamus.

Muſtelinus, a, um, pen. prod. adiect. Fit à muſtela, γαλέϊνος. Ter. in Eun. Hic eſt uetus. uietus ueternoſus ſenex, Colore muſtelino. Plin. lib. 30. cap. 14. Aut ex utriculo muſtelino per genitale effluentes aquas.

Muſtricola, æ, f. t. Eſt machinula. authore Feſto, ex regulis, in qua calceus nouus inſuitur. Afran. Muſtricolanus in dentes indam tibi.

Muſtum, ſti, n. ſ. Vinum nouum. γλεῦκος, οἶνος νέος. Ouid. 4. Faſtor. Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Plin. lib. 21. cap. 1. Muſta differentias habent naturales has, quòd ſunt candida, aut nigra, aut inter utrunq;, aliaq; ex quibus uinũ fiat: alia ex quibus paſſum. Cic. de Orat. Si ego iſtis cẽſuerim & nouã iſtam quaſi de muſto ac lacu feruidã orationẽ fugiendam. Ver. 1. Geor. aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. Ouid. 2. de Arte, qui properãt noua muſta bibant: mihi fundat auitum Conſulibus priſcis condita teſta merum.

Muſtus, a, um, Idem quod recens, νέος. Vnde Plaut. Muſtã iuuencam dixit. Muſtũ (inquit Non.) non ſolùm uinũ, uerum etiam nouellũ quicquid eſt, rectè dicitur. Nævius in Gymn. Vtrum eſt melius, uirginẽ, an uiduã uxorem ducere? uirginem, ſi muſta eſt.

Muſtarius, a, um, Quod ad muſtũ attinet: ut Muſtarius urceus, in quo muſtum reponitur. Cato de Re ruſt. cap. 11.

Muſteus, a, um, Idem quod dulcis, & muſti ſaporem referens,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ferens, μηλίνιν, unde Poma muſtea. Plin. Eſt tanta muſteis pomis ſuauitas, ut finis mandendi nonniſi periculo fiat. Dicitur etiã Muſteus recens. Idem lib. 12. cap. 7. Amaritudo grano cadẽ, quæ piperi muſteo creditur eſſe. Col. lib. 9. cap. 15. Tranſfertur in uaſa fictilia mel, quæ paucis diebus aperta ſint, dum muſteus fructus deferueſcat.

Mutabilis, Mutabilitas, uide Muto.

Mutilus, a, um, Idem eſt quod truncatus, ut mẽbro aliquo neceſſario diminutus, κολοβὸς, πυμὸς, unde boues, aut capri, qui cornua non habẽt, mutili dicũtur. Horat. 1. Serm. Sat. 7. ô tua cornu Ni foret execto (inquit) quid faceres, quũ Sic mutilus minitaris? Ouid. Turpe pecus mutilũ. Col. lib. 8. ſcribit meliorẽ eſſe arietem mutilũ, quàm cornutẽ. Cæſ. 6. bell. Gall. Harũ eſt cõſimilis capri figura, & uarietas pelliũ: ſed magnitudine paulò antecedunt, mutileq; ſunt cornibus. Et per tranſlationẽ mutilus pro imperfecto. Cic. in Orat. Sed quũ mutila quędã & hiãtia loquuti ſunt, quę uel ſine magiſtro facere potuerunt, germanos ſe putant Thucydidis. Sunt qui ſic diſtinguant, Mutilũ à Manco, ut Mutili dicantur hi quibus ferro, uel alia re aliquod membrũ excẽtũ ſit. Manci uerò, quibus mẽbrum naturæ uitio deſit. Iuuen. ex eo tanquã Manens, & extincta corpus non utile dextræ. Debiles aũt, quibus membrũ uel uulnere, uel morbo inutile ſit redditũ.

Mutilo, las, n. p. pen. cor. Trunco aliquid, detraho, diminuo, κολοβόω, πηρόω. Teren. in Hec. ego propterea te ſeduló & moneo & hortor, ne cuiuſquam miſereat, Quin ſpolies, mutiles, laceras, quanquam nacta ſis. Huius compoſitum, Dimutilo, περικόπτω.

Mutilatus, a, um, Truncatus, diminutus. Plinius lib. 8. cap. 5. Certè Cato quum imperatorum nomina annalibus deſcriberet, eum qui fortiſſimè prælíatus eſſet in Punica acie, Sutrum tradidit uocatum, altero dente Mutilato. Ouidius de Nuce, At mihi ſæua uocent mutilatis uulnera ramis. Cicero 3. Philipp. In Galliam mutilatum duxit exercitum, id eſt, diminutum.

Mutilus, m. ſ. Lapis in pariete prominens, quadrangulis ferè, inferiore tamen ſui parte non nihil imminutus. Varr. lib. 3. cap. 8. Sed pro columbariis in pariete mutilos aut palos in ordinẽ ſuprà quos tegeticulæ cannabinæ ſint impoſitæ. Idẽ lib. 3. cap. 10. Eas aluos ita collocant in mutilis parietis, ut ne agitẽtur, néue inter ſe contingant.

Mutio, mitis, uide Mutus.

Muto, as, a. p. Vario, immuto, διαπάττω, μεταβάλλω. Plin. lib. 9. cap. 29. Colorem mutat ad ſimilitudinem loci, & maximè in metu. Vnde Mutare animum, Mutare ſententiam, dicimus, τὴν προαιρήματος, ἐξίσασθαι. Teren. in Phor. Haud ſcio hercle, ut homo eſt, an mutet animũ. Cic. ad Gal. famil. 7. Sin autem ſententiam mutaſti, ego habebo. Quandoq; aliquid pro alio accipio, ἀπάττομαι, ἐξαπάττω, καταπάττομαι. Sall. in Iug. Statius tamen Metellus pecoris, & mancipiorum prędas certatim agere, eaq; mutare cum mercatoribus, uino aduectitio & aliis talibus. Aliquando ſine ablatiuo. Vergil. 4. Eclog. nec nautica pinus Mutabit merces, omnis fert omnia tellus. Mutare conſilium. Cic. ad Attic. lib. 3. & ad Q. Frat. lib. 3. Mutare decretum, & Mutare ius. Idem 3. Verr. Mutare factum. Terent. in Andr. Haud muto factum. Vbi Donatus, Vetuſtè, non me pœnitet. Idem Donatus in Phorm. Sic enim ueteres dicebant, Muto factum, & Nolo factum, quum alicuius rei eos pœnitebat. Mutare fidem. Plaut. in Milit. ſed ne iſtam amittã, & hęc mutet fidem. Mutare ſe aliò, Eſt ſe aliò habitatum transferre, μετοικίζειν Var. Fac te aliquò cum omni familia mutes. Pace bellum mutare, eſt loco belli pacẽ accipere. Sall. in Catil. Nemo niſi victor, pace bellũ mutauit. Immuto, Idẽ qđ ſimplex muto, & nouo, ἐξαπάττω, ἐνδιαπάττω. Plaut. in Amphitr. Ita nunc homines immutantur, poſtquam peregrè aduenimus. Sall. Quibus in rebus permora ciuitas, atq; immutata urbis facies erat. Permuto, Merce uel precio aliquid muto, & unum pro alio accipio, διαπάττομαι, καταπάττομαι. Plin. li. 35. Poſtea donare opera inſtituit, quòd ea uullo fatis digno precio permutari poſſe diceret. Huius cõpoſita ſunt, Cõmuto, Demuto. Plaut. Trin. Hic meo hero amicus ſolus firmus reſtitit, neq; demutauit animũ firma fide.

Mutatus, a, um, part. Plin. li. 3. cap. 11. In ſecunda regione Hic pinorũ colonia uua Beneuentũ, auſpicatus mutato nomine, quæ quondam Maleuentum. Verg. 1. Aen.

Hei mihi, qualis erat? quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achilli?

Mutatio, onis, ſ. t. μεταβολὴ. Phil. Conſilii mutatio optimus eſt portus pœnitenti. Cic. pro Quintio, Loci non ingenii mutatio.

Mutabilis, le. om. t. à Muto, inconſtans, quod facile mutatur, μεταβλητικὸν, ἐυμετάβολον. Verg. 4. Aen. uarium & mutabile ſemper Fœmina. Mutabilis uulgi animus. Liu. 2. ab Vrbe. Mutabili ratione labuntur planetæ. Cic. de Vniuer. A quo Immutabile, Quod nullo modo mutatur, ἀμετάβολον.

Mutabilitas, atis. Mobilitas. Cicer. 4. Tuſc. Hæc inconſtantia, mutabilitas ſq; mentis, quem non ipſa grauitate deterreat?

Mutito, tas. Idem eſt quod mutua conuiuia agito, ἀμοιβοποιῶ. Gellius libro 2. capite 24, Principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent, id eſt, mutua inter ſe conuiuia agitarent.

Mutoniatus, m. ſ. ἴνορχις, idem quod mentulatus, cui ſcilicet egregiè de membro uirili proſpectum eſt.

Mutulus, uide Mutilus.

Mutuo, aduerbium, & **Mutuo**, mutuas, uide Mutuum.

Mutus, m. ſ. A mugiendo quidam deduci putant, ἄφωνος, καφὸς. Nam quanuis mutus loqui non poſſit, prorumpit tamen in uocem, quæ mugitus potius, quàm ſermo uidetur. Vel dicitur Mutus, quaſi minutus, quòd eo ſenſu minutus ſit. Vel dicitur à muſſando, quòd non aliud quàm inconditum quendam ſonum edat. Cicero Cornifi. libr. 12. Mutum eſſe ſatius eſt, quàm quod nemo intelligat, dicere. Plin. li. 20. cap. 29. Merula canit æſtate, hyeme balbutit, circa ſolſtitium muta. Cic. 3. de Legib. Vt enim magiſtratus leges, ita populo præſunt magiſtratus: uereq; dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem. legem autem, mutum magiſtratum. Ver. 12. Aen. Scire poteſtates herbarum, uſumq; medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Vbi ſeruius, Artes mutas dixit quaſi minus celebres, uel comparatione muſicæ. Mutę item artes, dicuntur picturæ, quæ quum non loquantur, res tamen ipſas exprimunt. Cic. 3. de Ora. Et ſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen uerum: quanto admirabilius in oratione, Atque in lingua? De arte picturæ. Mutæ, Dicuntur literæ quædam ex conſonantibus quod reſpectu aliarum literarum modicum, & ueluti murmur quendam reddant ſonum, ἄφωνα. Mutæ cicadæ. Dicuntur cicadæ minores, non quòd nihil canant, ſed quòd parum canant, ἀφωνα τέττιγες.

Muteo, tes, mutui, à quo mutesco, mutus fio, uel mutorum more taceo, κωφῶμαι. Lactant. libr. 7. Quum in exitu lingua mutescat. Hinc obmutesco, de quo infrà.

Mutio, mutis, tiui, uel tii, titum. n. q. Timidà, & imperfectè loquor, χρύζω Terenti. in Andria, Itaque hercle nihil iam mutire audeo, id eſt, uerbum ſonare. Plautus in Curcul. Viden' ut aperiuntur ædes feſtuiſſimè? non mutis cardo, id eſt, non crepitat.

Muticus, a, um, ut Spica mutica. Var. 1. de Re ruſt. cap. 48. Spica mutica dicitur, quæ nõ habet ariſtam: eæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. Quibus uerbis innuit Varro, ſpicam dici muticam, quaſi cornibus mutilatam. Quam etiam expoſitionem probat Cælius lib. 3. cap. 30.

Muſſo, ſas. n. p. Submiſſa uoce loquor, & ſecretè, occulteq; qđ celatum, uelim quaſi murmuro. Plau. in Aulul. Neq; occultum id haberi, neq; per metum muſſari, Quin participem pariter ego te, & tu me ut facias. Aliquando ponitur pro tacere, & quaſi obmutescere. Ennius apud Feſtum, Non decet muſſare bonos. Teren. Sile, cela, occulta, tege, tace, muſſe. Aliquando pro dubitare. Verg. lib. 11. Muſſat rex ipſe Latinus, Quos generos uocet. Muſſare, murmurare, inquit Feſtus. Ennius, In occulto muſſabant. Seru Muſſare, quæri. Verg. 11. Aen. Flent mœſti, muſſantq; patres.

Muſſito, tas. Frequentatiuum à Muſſo, hoc eſt, multùm & frequenter muſſo, & quod apertè dicere non audeo, clàm murmuro, μῦζω. Liuius libro primo, Haud mirum eſſe, Superbo inditum Romæ cognomen: iã enim ita clàm quidam muſſitantes, uulgò tamen eum appellabant. Idem lib. 7. Muſſitantes ſq; inter ſe rogitabant, num quem plebeii C O S. pœniteret. Plaut. in Mil. Illi inter ſe certant donis, ego mecũ muſſito. Terentius in Adelphis. Verùm cogito id quod res eſt: quãdo eum quæſtum occeperis, Accipiunda, & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vbi Donatus, Muſſitanda, patienda conſideranda cum ſilentio. Muſſitare enim propriè eſt diſſimulandis cauſa tacere.

Muſſitabundus, Multùm muſſitans, & quod non ſatis tutò apertè dici poſſit, clàm murmurans, μύζων.

Mutuum, utui, n. ſ. Dicitur ab eo, quòd de meo tuum fit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uel quia res quæ redduntur, mutantur, & propriè sine usura. ὁ ἄνοκος, Fœnus, cum usura. Plaut. in Asin. Nam si mutuò nõ potero, certum est, summam fœnori. Paulus Iureconsultus, Mutuum damus, recepturi non eandem speciem, quam dedimus, alioquin aut cõmodatum erit, aut depositum: sed idẽ genus. Nam si aliud genus, ueluti pro tritico uinum, recipiamus, non erit mutuum. Mutuus amor, προσάκτικος, dicitur quum par uoluntas accipitur, & redditur. id est, ut ab eo ames quem ames. Cic. Famil. Epist. 5. Quòd autem ita scribis, pro mutuo inter nos animo: quid tu existimes esse in amicitia mutuum nescio: equidem hoc arbitror, quum par uoluntas accipitur, & redditur. Dicimus autẽ, Hic amat amicũ suum mutuo amore, id est, respondente: & Mutuo amore tenetur. Terent. in Argum. Eun. Meretrix adulescentem, cuius mutuo amore tenebatur, exclusit. Quint. lib. 12. cap. 7. Ac ne tanquam pauper quidem mercedem accipiet, sed mutua beneuolentia utetur, id est, respondente. Aliquando Mutuum pro uicario accipitur. Apul. Mutuam tibi operam præstiti, id est, uicariam.

Mutuò aduerb. Modò significat Inuicem, ἀμοιβαίως. Cic. Mutuò se amabant, ἀμοιβαῖος. id est, alter, alterum amabat. Modò Ediuerso, uicissim, ἐναντί. Plancus Ciceroni, Fac me mutuò diligas. id est, fac mihi in amore respondeas, & me uicissim ames.

Mutuò, aliud aduerb. Cic. Cn. Pom. lib. 5. Nulla in re tam lætari soleo, quàm meorum officiorum conscia, quibus si quando non mutuò respondetur, apud me plus officii residere facillimè patior.

Mutuo, as, a. p. Mutuum dare, δανείζειν. Plaut. in Trin. Si quis quid mutauerit, sit pro proprio perditum. Nam ego talentum mutuo, quod dederam talento, Hoc inimicum mihi emi, amicum uendidi. Significat etiam mutuum accipio. Cæl. Ad amicos currat mutatum, mutuet causa mea. Quomodo autem differant Mutuare, & Commodare, uide in dictione Commodo.

Mutuor, aris, d. p. Mutuum, uel mutuò accipio, & propriè dicitur de iis, quæ numero, pondere, uel mensura pari, non eadem specie reddimus, δανείζομαι. Decem minas à patre mutuatus, quod etiam dici potest, Sumpsit mutuũ, uel mutuò, Mutuari per translationem, pro aliunde sumere. Cicero de Natura deorum, Mutuemur hoc quoq; uerbum, dicaturq; tàm æther Latinè, quàm dicitur aẽr. Idem de Fato, Orator ab Academicis subtilitatem ingenii mutuatur. Vide Budæum in Epist.

Mutuatio, onis, f. t. Nomen uerbale, quod superioris uerbi significationem sequitur: significat enim acceptionem mutui. Cicero pro Flacco, Itaque quum Romam clàm esset profectus, multosque minutis mutationibus fraudauisset in Asiam uenit. Cicero 3. de Orat. Translationes quasi mutationes sunt, quum quod non habeas aliunde sumas. Idem, Mulrari ea pœna, quæ sine mutuatione & uersura possit dissolui.

Mutuatitius, a, um, Quod mutuò datur, δανειστὸς, ut pecunia mutuatitia. Gel. lib. 20. cap. 1. Maximeq; in pecuniæ mutatitiæ usu, atq; commercio.

M Y

Mya, μύα, Genus conchæ, siue margaritæ, in freto circa Bosphorum Thraciũ, uniones rufos, ac paruos gignens. Plin. lib. 9. cap 35. Est item Mya, insula in sinu Ceramico, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Myacanthon, μυάκανθον, Herba est, quæ alio nomine Coruda, hoc est, syluestris asparagus dicitur, de qua Plin. lib. 8. cap. 9. Myacantha uerò quibusdã herba est, quæ à Dioscoride μυρσίνη ἀγρία, à Latinis Ruscus appellatur. Cuius nomenclaturæ rationẽ hanc reddunt, quòd herba hæc in canario suspẽsa, aculeis suis mures à lardo, carneq; salsa arceat. Vide Marcellum Vergil. in Diosc.

Myia, μύια, Græcis muscam sonat, quo etiã nomine appellatur ludus quidã puerilis, quum aliquis obductis oculis, extensisq; manibus, collusores quærit.

Myaces, μύακες, Pisces sunt ex concharum genere, qui muricum modo coacernãtur, uiuuntq; locis in algosis, & ubi dulcis aqua copiosa mari miscetur, gratissimi autũno, nam procedente hyeme amaritudinẽ contrahunt, coloremq; rubrũ. Reliqua uide apud Plin. lib. 32. cap. 9.

Myagrus, μύαγρος, Herba, uide in Propriis.

Mvaros, apud Paulum Aeginetam, similis Myagro herbæ.

Mydas, uermiculus qui fabis innascitur marcescentibus.

Mydriasis, f. t. μυδρίασις, Vocatur morbus oculorum, quum pupilla quidem ipsa colorem non mutat, sed uidetur ultra naturalem situm, multò latior, interim ut usum omnem adimat, interim ut partem: res uerò ipsæ minores quàm sint, appareant: econtrario in phthisi maiores, in qua pupilla contrahitur, corrugaturq;. Latini pupillæ dilatationem uocant.

Myduſa, μύδουσα, A quibusdam recensetur inter nomenclaturas Anchusę herbæ, & legitur sanè in Græcis quibusdã Dioscoridis exemplaribus, à doctioribus tamen inter eius scriptoris Notha reiicitur.

Mygale, es, μυγάλη, Animal mediã inter murem & mustelã speciem habens, quod Latini murem araneũ appellant. Vide suprà in dictione Mus.

Mylacris, μυλακρίς, Blattæ genus magnitudine cicadæ, circa molas nascens, uescensq; farina. Pollux author est mylacridẽ apud Aristoph. accipi pro gallina.

Myle, μύλη, Herba est radicẽ habens paruo bulbo similẽ, contrahentis facultatis, quę cum farina loliacea dehiscentẽ sanat uuluam. Author Galen. lib. 7. Simpl.

Myle, apud Aëtiũm radix sylueſtris Lapathi decocta, utilis ad dentium dolorem & mobilem.

Mylœcos, μύλοικος, genus est uermiculi, ex blattis, quod circa molas ferè soleat nasci. Author est Plinius libro 30. capite ultimo.

Mylos, Latinè mola, unde Chiromylos, χειρομύλων, mola manualis. Amylum siue mola.

Mymphur, lignũ mediocris longitudinis, rotundũ, quod loro circumuolutũ circumagunt fabri in operibus tornandis. Suprà etiam dicitur Mamphur.

Mycopros, stercus murium.

Myoctonos, μυοκτόνον, Aconitum herba, ita dicta, quòd è longinquo mures interficiat. Plin. lib. 27. cap. 5.

Myoparo, m. t. μυοπάρων, Genus nauigii, pyratici, habẽs formam quandam mediam inter onerariam, & longam triremem, de quo uide Bayfium de Re nauali. Cic. lib. de Orat. Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus, mare haberet infestum uno myoparone. Eodem (inquit) quo tu orbem terræ. Idem in Ver. Illi statim myoparonẽ egregiũ de sua classe, ornatum atq; armatũ dederunt. Sall. lib. 1. Hist. Et fortè in nauigando cohors una grandi phaselo uecta à cæteris deerrauit, mariq; placido à duobus prædonum myoparonibus circumuenta.

Myopes, μύωπες, Dicuntur à Græcis, qui rem aliquam nisi propius oculis admotam, non uident, limisq; & semiclausis oculis intuetur. Μύωπες (inquit Aristoteles) γίγνονται ὅτι ἐγγυτέρω τὰ μὴ ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες. Hoc uitii genus à Græcis μυωπία uel μυωπίασις appellatur, contrarium nobis accidit in senectute, ut scilicet lõgiusculè dissita commodius uideamus. Dicti Myopes, ἀπὸ τοῦ μύειν τὴν ὄψιν, hoc est, à claudendo uisu. Nyctalopes autem dicuntur, qui quum interdiu clarissimè perspiciant, aduentante nocte hebetioribus sunt oculis.

Myopia, uitium myopum. Sunt & Myopiæ murium cauernulæ, μῦς mus, ἄπλα, uideo.

Myophonon, μυόφονον, Herba est muribus exitialis, unde & nomen accepit, cadẽ fortassis cum ea quam alibi Myoctonon, & Aconitum appellari docuimus. Meminit Myophoni Plin. lib. 11. cap. 9.

Myoſota, μυὸς ὠτα, Herba est, quam & Alsinem, & uerum ex uerbo exprimentes, Muris auriculam uocant Latini. Folia enim, quum primùm erumpunt, murinæ auri non habet dissimilia. Alsines uerò nomen accepit, quòd algidis locis gaudeat, & opacis. Gallis muronis nomine notissima est, eaq; solent auicularum, escam fastidientium apperitum recreare. Refertur & alterum Myosotan genus à Dioscoride, quod & Myosotis, μυὸς ὠτὶς, diminutiua forma appellatur, plures ab una radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concauos, folia autem angusta, nigrescẽtia, & in acutum definentia. Flosculos uerò cæruleos, angallidis colori exprimentes. Quidam putant esse Officinarum Pilosellam, licet descriptio ei usquequaq; non conueniat. Posteriorem hanc speciem describit Plin. lib. 27. cap. 12. priorem uerò lib. 26. cap. 4.

Myottoches, Alsinæ apud Diosc. lib. 4. cap. 89.

Myracan-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Myracanthon, μυράκανθον, Herba aculeata, quæ & Eryngion, & Centum capita appellatur. Radicem habet odoratã, unde & Myracanthi nomen accepit.

Myracopa, Vnguẽta ſimilia acopis, ceram uel reſinam, aut aliquid huiuſmodi accipientia.

Myrias, adis, μυρίας, Numerus decemmillium. Vnde Miriarchus ſiue Myriarcha, μυριάχος ἢ μυριάρχης, dictus eſt decem millium præfectus.

Myrica, pen. prod. μυρίκη, Genus humili uirgulti, cuius duæ ſunt ſpecies ſatiua, quæ & Thamarix uocatur à Plin. lib. 13 cap 21. altera ſylueſtris, quam in Achaia Briam ſylueſtrem uocant. Hanc Ruellius eſſe arbitratur, quam Galli ſua lingua uocant Bruyere. Verg. 4. Eclog. Non omnes arbuſta iuuant, humilesq; myricæ. Ouid. 1. de Arte, Nec denſum foliis buxũ, fragilesq; myricæ, Idem 10. Metamor, Perpetuoq; uirens buxus, tenuesq; myrica.

Myrinus, pen. prod m. f. μύρινος, Ab Ariſtotele uocatur mas murenæ, qui dentes extra os habet. Plin. lib. 9. cap. 23. Ariſtoteles myrinumi uocat marem, qui generatu diſcrimen eſſe, quòd muræna uaria & infirma ſit: myrinus unicolor, & robuſtus, denteſq; extra os habeat.

Myriophyllon, μυριόφυλλον. Herba eſt, alio nomine Achillea dicta ab Achille Chironis Cẽtauri diſcipulo, qui eam traditur inueniſſe Myriophyllon appellatum à multitudine tenuium foliorum: unde & Mille folium à Latinis appellatur. Vide Plinium lib. 14. cap. 16.

Myriſticanux, μυριστικὸν κάρυον, A quibuſdam appellatur, quam nos hodie Nucem odoratam, uel Muſcatam uocamus In qua etiam opinione Hermolaus Barbarus in Dioſcor. Et certè non uideo, curita appellari non poſſit, modò ſciamus diuerſam eſſe à glande myrepſica, quam Plinius uocat Myrobalanum.

Myrmecia, f. p. μυρμηκίας. Verrucæ ſunt, lupini amplitudine, ferè in palmis manuum, & plantis pedum naſcentes: ita dictæ, quod formicæ in morem pugnant. Celſus lib. 5. ca. ult. quatuor enumerat genera uerrucarum, uel potius ulcuſculorum uerrucæ ſimilium, ἀκροχορδῶνα, Thymium, Myrmecium, & Clauum: de quarum differentiis uide ipſum.

Myrmecites, μυρμηκίτης. Gemma, quæ innatam repentis formicæ effigiem habet. Plin. lib. 37. cap. 11.

Myrmecium, μυρμήκιον. Phalangii genus, formicæ ſimile capite, aluo, nigra, guttis albis diſtinguentibus. Hæc ferè Pli. lib. 22. cap. 4.

Myrmecoleo, m. t. μυρμηκολέον, Exiguum animalculũ, fornucis aduerſum, quod ſe ſub puluere abſcondit, & formicas frumenta geſtantes interfecit, & interfectas conſumit. Eſt autem dictio ex formica & leonis nominibus cõpoſita: quaſi Formicoleonem dicas Nam quemadmodũ leo imbecilliorum animalium, ita hoc animalculũ formicarum prædam agit: quum tamen uolucribus nihil aliud ſit, q̃ formica. Vnde in libro Iob legitur, ſecundum ſeptuaginta interpretes, Myrmecoleo periis, eo quod non habeat prædam.

Myrmecias, μυρμηκίας, Gemma nigra, eminentias quaſdã habens ſimiles uerrucis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Myrobalanum, n. ſ. μυροβάλανον, Glans eſt arboris ſimilis heliotropio, magnitudine nucis auellanæ, quam Dioſcor. βάλανον μυρεψικὴν appellat, hoc eſt, glandem unguentariã. Glandis huius nucleus Græcarum nucum more tritus, humorem reddit, quod ad pretioſa unguenta pro oleo utuntur. Naſcitur in Aethiopia, Aegypto, & Arabia, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat. Habet autem hæc dictio omnes ſyllabas breues: unde carmen heroicum ingredi non poteſt: ad quod alludit Martial. in Apophoretis. Quod nec Vergilius nec carmina dixit Homerus, Hoc ex unguento conſtat & ex balamo. Retinet hæc glans etiam hodie nomen ſuum in pharmacopolarum officinis. Vide hoc plura in dictione Balanus. (coloris.

Myrobaptarii, μυροβάπται dicuntur, tinctores murihei

Myrobrechi, μυρόβρεχοι. Vaſa unguentaria, quaſi unguento ſtillantia: μύρον Græci unguentum uocant βρέχω, ſtillo, pluo, & irrigo. Hinc Plaut. in Aulularia. Myrobrecharios, μυροβρεχᾶς, pro unguentorum confectoribus accipis, ad capillos irrorandos. Ait enim, Aut manulearii, aut myrobrecharii.

Myropola, m. p. pen. pro. μυροπώλης. Vnguentorũ uenditor, quem noſtri Vnguentarium dicunt. Plau. in Caſina, Myropolas ſollicito omnes, ubicunq; unguentum eſt lepidum.

Myropolium, n. ſ. μυροπωλεῖον, Locus ubi unguenta uenduntur. Plaut. in Amph. Nam omnes platoas perceptaui, gymnaſia, myropolia. Latinè Vnguentaria taberna dicitur. Sueton. de Auguſto, Et modò unguentariam tabernam, modò piſtrinum Ariciæ exercuiſſe obiicit.

Myrotheciun, μυροθήκιον. Vnguentorium repoſitorium. Vnde Cic. ſcribit ſe myrothecium Iſocratis totum conſumpſiſſe, in commentario Conſulatus ſui ſcribendo, hoc eſt, pigmenta oratoria

Myrrha, f. p. σμύρνα. Arbuſcula eſt in Arabia naſcens, altitudine quinq; cubitorium, non ſine ſpina, caudice duro & intorto, cuius cortice inciſo defluit lachryma, quæ & ipſa Myrrha uocatur, ſeu ſtacte. Eius præcipua uirtus eſt, ut mortuorum cadauera incorrupta conſeruet. Vide Plin. lib. 12. cap. 15. & 16. Myrrha præterea Cinyræ Cypriorum regis fuit filia, quæ nefando patris amore capta, quũ aliquot noctes auxilio nutricis cum illo concubuiſſet, tandem illato lumine agnita, quũ illam pater uellet occidere, noctis beneficio elapſa, in Arabiam profugit, ubi in arborem ſui nominis eſt conuerſa Vide fabulam apud Ouidium 10. Metamorph.

Myrrheus, rhea, rheum, Quod ex Myrrha eſt, μύρρινος, Proper. Myrrheaq; in parcis pocula cœca focis.

Myrrhinus, a, um, μύρρινος, Quod myrrham habet admiſtam, uel quod myrrha eſt conditum.

Myrrhinæ uinæ, κατάσμυρνος dicuntur, quæ myrrha condita ſunt.

Myrrhapia, ſiue ut apud Plin. legitur, **Myrapia**, μυράπια. Genus pyrorum, quod odorem gratiſſimum reddit. Plin. lib. 15. capite 15.

Myrrhine, es, μυρρίνη, Fluuius eſt Troadis, alio nomine Sebaſtopolis dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Myrrhis, idis, μυρρίς, Oleris genus cicuræ ſimillimum, foliis aliquanto minoribus, & breuiori caule ſaporis & odoris iucundi. Vulgus herbatiorum uocat Cicutariam. Dioſcorides libro 4. capite 117.

Myrrhis, Geranium alterum apud Dioſc. lib. 3. cap 130.

Myrrhites, μυρρίτης, Gemma, quæ myrrhæ colorem habet, odoremq; unguenti. Plin. lib. ult. cap. 10.

Myrſine, Myrtus ſylueſtris, uel Ruſcus. Dioſcor. libro quarto capite 142.

Myrſinites, μυρσινίτης, teſte Plinio libro 26. capite 8. Species eſt tithymali, foliis, myrti acutis, compungentibus, ſed mollioribus. Item Myrſinites gemma eſt quæ melleum colorem nigricantem habet, & myrti odorem. Plinius libro 37. capite 10.

Myrtacantha, μυρτάκανθα, à quibuſdam appellatur Ruſcus, Frutex, quem Dioſcorides, μυρσίνην ἀγρίαν, hoc eſt, ſylueſtrem myrtum appellant. Eſt autem ex his nomenclaturis, quas eruditiores, ueluti nothas, è Dioſcoridis familia ſummouerunt.

Myrteria, à Theodoro conuertitur Tithymelus Myrſinites apud Dioſc. lib. 4. cap. 170.

Myrtidion, Geranion apud Dioſc. lib. 3. cap. 126. & ibidem in Corol. Barbar.

Myrtine, Periclymeon, apud Dioſc. lib. 4 cap. 161

Myrtopetalum, μυρτοπέταλον. Herba eſt, quam alio nomine Polygomaton appellant, à multitudine geniculorum. Autor. Plin. lib. 27. cap. 12.

Myrtoſelinos, Auricula muris, apud Dioſcor. libro ſecundo capite 293.

Myrtus, f. ſ. μυρσίνη. Arbor baccas ſaporis præcipui ex quib. uinum ſit, quod Myrtiten uocant. Item generoſum obſonium, quod dicitur Myrtatum. Plin. lib. 16. cap. 19.

Myrtidanum, μυρτίδανον. Vini genus myrti ſylueſtris baccis conditum. Plin. lib. 14. cap. 16. Ramis teneris cum ſuis foliis in albo muſto decoctis, tuſis, libram in tribus muſti congiis deferuere faciunt, donec duo ſuperſint. Quod ita ſylueſtris myrti baccis factum eſt, Myrtidanum uocant.

Myrtetum, n. ſ. pen. pro. Locus myrtis conſitus, μυρσίνων. Plaut. in Aul. Neſcio qui ſeruus è myrteto proſiluit. Horatius lib. 1. Epiſt. ad Val. ſanæ myrteta relinqui. Sulphur à contẽni, uicus gemit.

Myrteus, a, um, Quod ex myrto eſt μυρσίνινος, Tibullus, Et gerit inſigni myrtea ſerta coma Hinc myrteam Venerem priſci appellauerunt. Plinius lib. 15. cap. 29. Ara fuit Romæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uetus Veneris Myrteæ, quam nunc Murtiam uocamus.

Myrtinus, a, um, pro eiusdem significationis, ut oleum myrtinum μυρσινέλαιον. Plin. lib. 22. cap. 4. Oleo myrtino illitum statim resoluitur.

Myrtītēs, uinum dicitur myrto conditum quēadmodum Aromatites, uinum aromatibus imbutum: Col. lib. 12. cap. 38. Vinum Myrtiten ad formina sic facito.

Mys, myros, piscis nomen, uide in propriis.

Mysteriā, orum, n. s. μυστήρια, à Græcis dicuntur sacra quædā arcana, quæ Latini secluſa uocant: dicta, quod ea δεῖ μύσαντας τηρεῖν ἐνδόμυ, hoc est quod ea intus oporteat occludere, nec cuiquam profano explicare. Nefas enim erat alicui aperire mysteria, qui sacris non esset initiatus. Vnde poëta nescio quis occæcatus fertur quod mysteria enuntiasset. Hinc non sine mysterio fieri dicimus, quod occulta aliqua sacrorum ratione perficitur. Vnde Mystæ dicti sacra discentes, mysteriorum periti, disciplini, & initiati sacris alicuius numinis, ut apud Ausonium, Senecam, & Papinium. Et Symmystæ, consacerdotes eisdem sacris initiati. Qua dictione Apuleius, Sidonius, & Hieronymus utuntur. In mysteriis autem tradebantur multa arcana, quæ in uulgus enuntianda non sunt, quum (autor Tertulliano) omnibus mysteriis silentii fides debeatur. Scribit Eusebius lib. 2. de Præparatione Euangel. in sacris Isidis & Serapidis fuisse Harpocratis simulachtum, quod digito labiis impresso admonere uideretur ut silentiū fieret. Mysteria etiam quædam festa dicebantur in honorē Cereris celebrari solita, quæ & initia dicebantur: de quibus aliqua diximus in uerbo. Initior. Cicero ad Attic. lib. 6. Faciesq; me in quem diem Romana incidant Mysteria, certiorē, & quomodo hyemaris. Putatur autem hoc sacrorum genus ab Eleusine Attici agri oppido in reliquas terras transfusum. Ibi enim duo erant Mysteriorum genera. maiora, quæ Cereri sacra erant: & minora in honorem Proserpinæ filiæ eius instituta. Et quoniam utrorumque ceremoniæ summo studio occultabantur, factum est ut Mysteria pro arcanis accipiamus. Cicero ad Attic. Neque enim sunt Epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res non offentura sit: quę tantum habent mysteriorum, ut eas ne liberariis quidem ferè committamus.

Mystagogus, gogi, m. s. μυσταγωγός. Propriè est custos sacrorum, qui scilicet rerum sacrarum custodiæ est præfectus, quiq; hospitibus sacra solet ostendere. Cic. Verr. 6. Itaq; iudices ii, qui hospites ad ea quæ uisenda sunt, ducere solent, & unumquic quid ostendere, quos illi mystagogos uocant, conuersam tam habent demonstrationem suam.

Mysticus, stica, sticum, ἀναγωγικός, μυστικός, Propriè quod in arcanis deorum sacris fiebat, qualia erant Bacchi Orgia, quę nocte clam à solis mulieribus celebrabantur. Vnde Mystica sacra pro arcanis sacris dixit Marr. lib. 8. Non per mystica sacra Dindymenes, Nec per Niliacæ bouē iuuencæ, Nullos deniq; per deos, deasq; Iurat Gellia, sed per uniones.

Mystillus, comiscus est apud Martialem.

Mystus, Genus piscis, qui à Plin. lib. 32. cap. 11 numerarur inter genera lacertarum.

Mythologio, æ, f. p. μυθολογία, A Latinorum nonnullis Affabulatio dicitur, hoc est fabulæ explicatio. Vnde Mythologi dicuntur, qui rationes reddere conantur, quare fabula una quæq; fuerit excogitata.

Mythos, Latinè fabula, unde Mythicus fabularis seu fabulosus.

Mytilus, μυτίλος, penultima correpta. Piscia est ex genere cōcharum, in arenosis potissimum locis prouenies, cuius exusti cinis causticam uim habet, non secus ac muricis. Vide Plin. lib. 32. cap 9. & lib. 9. cap. 51. Mart. lib. 5. Sumitur inciso mytilus ore mihi.

Myrtos, pulmentarium ruris, Rusticis Italiæ familiare. De quo lege Aphroscorodon. Myrtotos, ab odoris fastidio est dictus. In hunc & caseum quoq; addebant. Alii genus placentæ faciunt ex oleribus, ut Phocion ait.

Myuros, herba folia Alimo similia habet: uerum per terram strata est, ac uelut corymbos in summo longos habet. Aet. ser. lib. 10. cap. 26.

Myxa, μύξα, apud Græcos, Propriè pituitæ excrementū, è naribus fluens, qui & Mucus dicitur: unde μύξων mucosus appellatur, hoc est, nares muco sordidas habens, Μυξωτὴς uerò ipsum nariū foramē appellatur. Hinc etiā Myros prominēs pars lucernæ uocatur, ex qua profertur ellychnium, quemadmodum ex naribus mucur. Quare Græci quoties uolunt ellychinium produci, ut luceat clarius, προμύξα τὸν λύχνον dicunt: nostri uerò, Emungere lucernam. A Myxos fit Dimyxos, quæ est lucerna duo ellychnia habens: Trimyxos, multa. Mart. lib. 14. Illustrē quum tota meis conuiuia flāmis, Totq; geram myxos, una lucerna uocor.

Myxon, m. t. μύξων, Piscis est, apud Romanos olim in deliciis habitus. Plin. lib. 32. cap. 11. de uasis fictilibus loquens, Tripatinum appellabatur summa cœnarum lautitia: una erat murenarum, altera luporum, tertia myxonis piscis, inclinatis iam scilicet moribus. Hunc piscem nonnulli Banchū uocauere. Idē lib. 22. cap. 7. de iecore huius piscis loquens, Auribus inquit, utilissimum bati piscis uel recens, sed inuenerarum uino. Item banchi, quem quidam Myxona uocant.

N

Fingitur in recessu oris anteriori circa laborū compressionē iucundū sonū habet in fine suauiter tinnientē. Asperius sonat, si sequatur litera quæ oppositā quadā oris affectione, labiorū, linguæ, palati, dentiū pronuntietur. Exasperari solet oratio oppositis ita literis crebrò positis & duritiam quandā auribus adfert oratio. Græci cum hoc elemēto nimiū libenter claudunt suas uoces, Latinis rarissimè contingit. In fine dictionum producitur, præterquā in his forsan, forsitan, an, dubitandi aduerb. uidē. & similia. Item in omnib. neut. gen. ut carmē. Item in accusatiuis Græcis in on, in an, nisi ueniunt à nominatiuis in as, ut Aeneas. N. litera una semiuocalium, ab antiquis inter liquidas cōmemorata quæ si primū in dictione locū teneat, aliquando sumit ante se g. ut Narus, Gnarus, unde Ignarus. Aliquando etiam in cōpositione cliterā quę immediatè subsequitur post n, uertitur in g, ut Quadringenti, pro quadrincēti: quingenti, pro quincenti. Sed in quib. n, non fuerit, seruatur, ut ducenti. N. In notis antiquorum, nū, uel nec, uel nō, uel nomen, nepos, uel Nonius. N. nostet, uel numisma, uel numorū. N. nassitur uel nisi. uel, noster. N. numeratur. N. nostri. N. nostrum.

NAV. In notis antiquorum nauicula, uel naues uel nauibus

NO. nobis. NBL. nobilis. NC. nunc. N.C. non certè N. C. Nero Claudius. N.C.SN.CO.S.D.F. notis ciuibus Senatus consulti suffragium datum est. N.C.N.P. non clam, nec præcariò N.C.C. non calumniæ causa.

Nabis, Lingua Aethiopum camelopardalem significat, animal camelo simile capite: collo equo: pedibus & cruribus, boui: albis maculis rutilum colorem distinguentibus, quod animalis genus Cæteris Dictatoris ludi Circenses primum Romæ ostenderunt. Autor Plin. lib. 6. cap. 18.

Nablium, νάβλιον, diminutiuum à nabulum, Instrumentum musicum, quod & Psalterium appellatur. Ouid, lib. 3. de Arte amandi,

Discе etiam duplici genialia nablia palma
Vertere: conueniunt dulcibus illa modis.

Nacæ, (inquit Festus) uulgò appellantur Fullones quòd nauci sint (ut uoluit Curiatius) id est, nullius pretii. Quidam inde dictos malunt, quod omnia ferè opera ex lana νάκκα dicatur à Græcis. Hæc Festus.

Næ, per diphthongum scriptum, Græca dictio est, significans Vehementer, ualde, uel nimis, ναί. Terent. in Prol. And. Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant. Hoc est, quum plus quàm opus sit uelint intelligere, in eorum numero sunt habendi, qui nihil intelligunt. Sæpius tamen affirmandi aduerbium est, idem significans quod certè, uel utique Cicero Curioni, Incredibile quàm turpiter facere uidear, qui his rebus interfim: næ tu uideris multò antè prouidisse quid impediret. Idem Trebatio, Næ ego multò libentius emerim diuersorium Tarracinæ. Idem in Catilin. Næ illi uehementer errant.

Nænia, næniæ, & Næniæ, næniarum, (ut apud Ouidium lib. 6. Fastorum,) Græcum nomen est, ab eo deductum, quod est νήατον, id est, ultimum. Erat enim ultimum quod defunctis caneretur carmen, quod in funere laudandi gratia cantabatur ad tibiam ante cadauer sepultum. Alio nomine ἐπικήδεον, siue μονῳδία, à Græcis dicitur. Diomedes, Apud Romanos id carmen, quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo accinitur, Nænia dicitur. Acron uerò docet esse fastitium nomen, à similitudine uocis eorum qui queruntur, & dolent. Quintilianus libro 8. capite 2. Tertius est huic diuersus translationis modus, quum res communis pluribus, in uno aliquo habet nomen eximium: ut carmen funebre

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

funebre, propriè Nænia dicitur. Impropriè tamen accipitur pro ineptia cuiuslibet cantus aut sermonis. Sic Hieronymus contra Rufinum, Nisi fortè non fuit in præsentiarũ, qui duas emendaret nænias. Hoc carnem Simonides poëta lyricus ex Cea insula primus instituisse dicitur. Horatius sed ne relictis Musa procax iocis Ceæ retractes munera næniæ. Sidonius pro epitaphio posuit, quum ait. Nænia marmori incisa per hendecasyllabon. Pomp. Festus, Nænia est, inquit, carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam Nænia (inquit Nonius Marcellus) ineptum & inconditum carmen, quod à conducta muliere, qua præfica diceretur, iis quibus propinqui non essent, mortuis exhiberetur. Varro de Vita populi Romani libro 4. ibi à muliere, næniam cantari solitam, ad ticias & fides. Cicero de Legibus secundo, Honoratorum uiroram laudes in concione memorant, easque etiam ad cantus, & ad tibicinem prosequuntur: cui nomen est Næniæ: quo uocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. Naniam quoque deam ueteres coluere, cui sacellum, autore Festo, extra portam Viminalem erat dedicatum.

Næuus, m. s. Corporis insigne, seu genitiua macula, *ὑπερσάρκωσις*. Cic. 1. de Natu. deorum, At est corpori macula næuus illi tamen hoc lumen uidebatur. Plin. 22. cap. 25. adiectiuum Qui næuis plenus est.

Nam, Coniunctio causalis. quæ in oratione primum tantũ locum sortitur, *ὅτι*. Plancus Ciceroni lib. 10. Famil. Epist. Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat, Nam etiam ex paucitate eius non multis ante diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. Terent. in Andria, Quid nam hoc rei est? quidnam hic uult uterator sibi? Nam si hic mali est quicquam, hem, illic est huic rei caput. Nanq; uerò secundum melius locum habet, de quo suo loco. Accipitur etiam Nam, pro ideò. Terentius, Nam in prologis scribendis operam abutitur. Aliquando pro Autem, uel simili discretiua particula. Cicero libro Fam. epistol. quinto Pro iis rebus nullam mihi abs te relatum esse gratiam, tu es optimus testis: cõtra etiam esse aliquid abs te profectum ex multis audiui: nam comperisse me, non audeo dicere, ne forte idipsum uerbum ponam, quod abs te aiunt falsò in me solere conferri. Idem in Sallust. Nam quòd in uxorem, atq; filiam meam tam petulanter inuectus es. Solet autem hæc particula Nam, in compositione postponi, ut Quisnam ut uidere est in exemplo Terentii paulo antè citato ex Andria. Quidnam hoc rei est? Olim etiam præponebatur: ut apud eundem, Nam quæ est anus à fratre egressa meo? Vbi Nam quæ, accipitur pro Quænam. Nam etiam pro Etenim (ut autor est sempiternum Galliæ lumen Budæus) sæpissime usurpatur. Cicero in Oratore, Nam est longè aliter uersibus. Idem, Nam qui audiunt, hec duo animaduertunt.

Nanque, Coniunctio est causalis, ut Nam: quæ sæpius secũdo loco ponitur, *γάρ*, Quinetiam primo loco, sæpissimè pro Siquidẽ, siue certè. Plancus Ciceroni 10. Epist. famil. Namq; que assiduis internuntiis cum Lepido egi, ut omissa omni contentione, reconciliataque uoluntate nostra, communi consilio Reipub. succurreret. Vergil. in Tityro, Nanque erit ille mihi semper deus. Significat etiam idem quod Sed, seu Verùm. Cicero 1. de Orat. Nanq; illud quare Scæuola negasti?

Nanciscor, eris, nactus, d. t. A Nancio, cis, fit, secundũ Priss. & significat acquiro, *καταλαμβάνω, τυγχάνω, περιποιοῦμαι*. Terentius in Phormion. Non triumpho ey nuptiis tuis, si nihil nanciscor mali? Sal. Homines adulescentes summam potestatem nacti. Cicero Appio Pul. Pluribus uerbis ad te scribam, quum plus otii nactus ero. Nancisci item, Significat inuenire. Præsertim si cum homine ponatur. Cicero de Finibus 1. Quoniam nacti te sumus aliquando otiosum, recte audiam quid sit. Lactant. libro sexto, Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem. Hinc Renanciscor, quod à ueteribus positum est pro reprehendo, teste Pompeio.

Nanium, *νάνιον*, Nomen fictum à Comicis, pro muliere parua, sed pulchra, per diminutionem, blandiendi causa, sicut Glycerium & huiusmodi. Plaurus in Prolog. Amphitrione, Etiam histriones Nanio in proscenio hic Iouem inuocauerunt.

Nanos, dici putat Theop. quibus uirile membrum est præ grandæ.

Nanum, *νάνον*, Græci uas aquarum dicunt humile & concauum, quod uulgò uocant situlum barbatum. Vnde Nani pumilionnes appellantur. Hæc ad uerbum ex Festo.

Nānus, a, um, *νάνος*, Teste Gel. lib. 19. cap. 13. Græcum uocabulum est, quo uocauerunt breui corpore hominem, paululum supra terram extantem, quem Latinè Pumilionem dicimus. Nec de hominibus tantùm, sed de aliis quoque rebus dicitur. Vnde etiam Mala nana, quæ alio nomine Melimela uocantur.

Naphtha, *νάφθας*, Bituminis flos tenuissimus, circa Babylonem copiosissimè prouenies, cui tanta est cum igne cognatio, ut flamma transiliat in eam undecunque uisam. Autor. Plinius libro 2. capite 105. Vulgus Oleum Medeæ uocat. Et hoc conficitur ignis pene inextinguibilis, quem Græcanicum appellant.

Napus, m. s. Herba est rapo forma, temperamentoq; simillima, quam Galli, seruatis prisci nominis non obscuris uestigiis, Nauetam appellant, *βουνιὰς*. Col. lib. 2. cap. 10. Napus de uexum terram amat, & siccam. Vide Plin. lib. 20. cap. 9. Huius diminutiuum est Napunculus.

Napinæ, Loca napis consita, *βουνιᾶνες*. Col. lib. 11. cap. 2. Napinæ itemq; rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt.

Narcaphthon, siue ut alia habent exemplaria, Nascaphthõ, ex India defertur tortosum, simile Sycomori libro quod iucundi odoris gratia suffitur. Author Dioscor. lib. 1. Plin. pretermisit: forasse quia certum nihil de illo habebat. Paulus Aegineta Lacaphsiton uocat.

Narcissus, m. s. *νάρκισσος*. Lilii genus radice carnosa atq; odora, flore purpureo, folia in radice habent ad similitudinẽ foliorum arundinis, sed aliquanto crassiora Dictus à *νάρκη*, (ut Plin. inquit lib. 21. cap. 19. & cap. 5.) quod stuporem Latinè significat. Nam odor eius caput aggrauat. Eius duo sunt genera. Vnum purpureo flore, alterum herbaceo. Poëtæ fabulantur Narcissum quendam puerum fuisse Cephisi amnis, & Lyriopes Nymphæ filium, tanta formæ præstantia, ut quũ aliquando ad fontem bibiturus accessisset, conspectæ suæ imaginis amore captus sit: quumq; nulla potiundi amoris spes esset, nimio desyderio contabuisse, & in florem sui nominis fuisse commutatum. Vide Ouid. lib. 1. Metam. Huius monumentum in ora Bœotiq; fuisse tradunt, quod cum silentio uiatores præteribant. Vnde et *σιοπικὸν*, hoc est taciturnũ appellabant. Est & Narcissus nomen fluuii, & nomen liberti potentissimi Claudij.

Narcissinus, a, um, *νάρκισσινος*, quod ex narcisso fit: ut Oleum narcissinum, *νάρκισσέλαιον*. Plinius libro 21. cap. 19. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias. Inde etiam Narcissinum unguentum, quod ex flore narcissi fieri solebat, sed statim obliterarum fuit: ut refert idem Plinius libro 13. capite 1.

Narcissites, pen. prod *νάρκισσίτης*, Gẽma appellata est, quæ narcissi colorem habet, uenis hederæ distincta. Huius meminit Plin. lib. 37. cap. 11.

Nārcōtĭcă, *νάρκωτικὰ*, Medici neoterici appellant medicamenta, quibus stupor conciliator, ac torpor, aduersus sensum dotoris & cruciatum, *ἀπὸ τῆς νάρκης*, quod stuporem significat.

Nardosphærum, uide Hadrosphærum.

Nardus, *ἡ νάρδος*, fœminini generis: & Nardum neutri, Frutex est, teste Plin. lib. 12. cap. 12. graui & crassa radice, sed breui ac nigra, fragiliq; quãuis pingui, situm redolente, ut cyperi, aspero, sapore, folio paruo densoq;, cacumina in aristas se spargunt: ideò gemina dote nardi spicas, & folia concelebrãt. Eius duo sunt genera, Indicum, & Syriacum, non quod ex iis regionibus afferatur, sed quod montes, in quibus nascitur, aut Indiam, aut Syriam spectent. Retinet hæc herba etiam hodie nomen suum in officinis. Est preterea herba huic non dissimilis, quam ob id Pseudonardũ uocant. folio crassiore, carnoso, angusto, colore languido in candidũ uergente, frequentib. spicis in aristas sparsis, flosculis purpureis. Gaudet petrosis locis & apricis: tãta suauitatis fragrãtia, ut omnes flores odoris suauitate pro uocet: qua dote in uestib⁹ inseritur. Duo etiã huius sunt genera unũ procerius adolescit, & maiorem spirat odorẽ: q̃ quia non minus, quàm nardũ placet, sibi spicæ nomen apud uos arrogauit. Vulgus aspicum uocat. Alterum tum amplitudine, tũ odore minus, quod, quia balneis & lauacris expetitur, Lauanda uulgò, & Lauandula appellatur: quam nonnulli mãlè putant esse nardum Celticam ut postea docebimus. Vtraque pseudonardi specie Narbonensis prouincia maximè abundat, adeò ut montes, & campi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

campi iis neſtiantur. Nardus autem Gallica, ſiue Celtica, herba eſt ab hiſce ſpeciebus diuerſa, folia habens longiuſcula, & flaueſcentia, floremq; luteum, quæ teſte Plin. cum radice uelli ſolet, & in manuales faſciculos digeri. Hæc alio nomine appellatur Saliuncula: ut ait Ruell. lib. 2. cap. 6. & 7. ex quo hęc excerpſimus. Ex nardo fiebant pretioſiſſima unguenta, quibus Romani ſolebant capillos delibuere. Tibullus lib. 2. Elegia. Illius puro diſtillent tempora nardo.

Nardinus, adiect. ut Nardina pyra, dicuntur ab odore, ſcilicet quæ nardum redolent, *ναρδίαια*. Plin. lib. 15. cap. 15. Pyra ab odore myrapia, laurea, nardina. Nardinũ, pen. cor. *νάρδινον*. unguentum ex nardo factum, addito omphacio, balanino, iunco, coſto, amomo, myrrha, & balſamo. Alio nomine dicitur Foliatum. Plin. lib. 13. cap. 1.

Nares, *ῥῖνες*. f. t. Proprie naſi latiores partes, in quibus ſunt ſpiracula à naritare, ſiue gnaritare (ut inquit Donatus) quòd nos odoratu doceant præſtò ac propè eſſe quod adhuc oculi non uident. Siue ut alii uolunt, quod per eas odor uel ſpiritus nare non deſinat. Vel à Græco *ῥίνης* per inuerſionem litterarum, ut *τίρλω* tener. Cic. 2. de Nat. deo. Itęq; nares, eo quòd omnis odor ad ſuperiora fertur, rectè ſurſum ſunt: Perſius Satyr. 1. balba de nare locutus. Ouid. 1. de Arte, Inq; cauanullus ſtet tibi nare pilus. Verg. lib. 3. Georg. Collectumq; premens uoluit ſub naribus ignem. Ouid. uſus eſt ſingulari pro naſo, diceus, Pandaq; naris erat. Naribus aduncis indulgere, à Perſio Satyr. 1. dictum eſt, Murmellio teſte, pro naribus in rugam contractis irridere, & ſubſannare. Verba Perſii ſunt, nunc nõ è manibus illis, Nunc non è tumulo, fortunataq;, fauilla Naſcentur uiolæ? rides, ait, & nimis uncis Naribus indulges. Simile eſt illud apud Horat. 1. Serm. Satyr. 6. Naſo populum ſuſpendis adunco. De quo latius in dictioone Naſus.

Emunctæ naris homo, is dicitur, qui nares habet emunctas & purgatas, hoc eſt, qui facilè rem ſubodorat, unde & prudenti & ſagaci accipitur. Horatius lib. 1. Serm. ſat. 4. Hinc omnis pendet Lucilius hoſce ſecutus, Mutatis tantùm pedibus, numeriſq; facetus, Emunctę naris, durus componere uerſus. Obeſſe naris iuuenis, apud Horat. Epod. 12. qui nihil olfacit. Corrugare nares. Hor. 1. Epiſt. 7. ne ſordida mappa Corruget nares.

Nares, neruis & chartilagine conſtãt, quibus odores ſuſcipiendi, diſcernendiq; functionem natura præſtitit.

Narica, Eſt genus piſcis minuti. Plau. Muriaticam uideo in uaſis ſtanneis naricam bonam, & canatam, & taguma, quinas fartas conchas piſcinarias. Naticem piſcem leges apud antiquos per t, non per r, & uidetur à natando dictus. Hæc Pompeius Feſtus.

Narium hæmorrhagia, id eſt, profluuium ſanguinis.

Narro, as, a. p. Dico, recito, *διηγοῦμαι*. Terent. in Eunu. Narra iſtuc quæſo quid fiet. Ibidem, Tu iſti narrato omnem rem ordine, ut factum fiet. Propertius lib. 2. eleg. 1. Nauita de uentis de tauris narrat arator. Fabellam narrare ſurdo aſello. Horatius lib. 2. Epiſt. 1. Huius compoſita, Denarro, Enarro, quod eſt fuſius narro, uel explico, *ἐξήγημι*. Et propriè (ut Dio medes inquit) Enarratio, eſt obſcuriorum ſenſuum quæſtio numq; explanatio, uel exquiſitio, per quam unicuiuſq; rei qualitatem poëticis gloſſulis exoluimus, *ἐξήγησις*. Lactantius libro 6. Quis ſacramentum Dei ſciens tam ſignificanter enarrare legem Dei potuiſſet, quàm illa homo longè à ueritatis notitia remotus expreſſit? Prænarro, primò & antè alia narro, *προεκτίθημι*. Terentius in Eunuch. Oportuit rem prænarraſſe me.

Narratio, onis, Quæ eſt rerum geſtarum, aut perinde ut geſtarũ expoſitio, *διήγησις*. Cicero ſecundo de Orat. Obſcura narratio totam occæcat orationem. Idem in Orat. Credibiles, nõ hiſtorico, ſed propè quotidiano ſermone dilucidè explicatæ narrationes.

Narratiuncula, Parua narratio, *διηγημάτιον*. Quin. lib. 10. cap. 9. Narratiuncula à poëtis celebratas notitiæ cauſa, non eloquentiæ tractandas puto.

Narrator, oris, Qui narrat. Cic. 2. de Orat. Cæteris non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt.

Narratus, a, um, particip. Ouid. 3. de Ponto, Eleg. 2.

Fabula narrata eſt poſtquàm uulgaris ab illo,
Laudarunt omnes facta, piamq; fidem.

Narratus, us, ui, Ouid. 6. Metam. ueniet narratibus hora Tempeſtiua meis.

Narrabilis, le, Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. Lingua ſile, non eſt ultra narrabile quicquam.

Narthecia, æ, *ναρθηκία*, Species eſt ferulæ humilioris, quæ ad iuſtam altitudinem narthecis non aſſurgit, folia habens maxima, ut quæq; terræ proxima. Dicta uidetur Narthecia per diminutionem, à fruticis humilitate: quare etiam à quibuſdam Ferula minor, & ab aliis Ferulago appellatur. Plin. lib. 13 cap. 22. de ferula loquens, Duo eius ſunt genera, Narthecia Græci uocant aſſurgentem in altitudinem, Narthecium uerò ſemper humilem.

Narthecium, cii, n. ſ. *ναρθήκιον*, Dicitur repoſitorium medicamentorium: ita dictum, quod narthecis, hoc eſt ferulæ lignũ ad medicamenta aſſeruanda eſſet accõmodatiſſimum: unde primò Narthecia appellata ſunt uaſa medicamentaria, quæ ex ferula conficiebantur: poſtea uerò quauis uaſa in hũc uſum comparata, quamuis ex ferula confecta non eſſent, hoc nomine dici cœperunt. Cic. 2. de Finib. Iã dolori medicamenta illa Epicurea tanquam de Narthecio promant. Mart. lib. 14. Artis opes medicæ narthecia cernis habere.

Narthex, cis, f. t. *νάρθηξ*. Arbuſcula eſt, lignum foris corticis loco habens, intus autem ligni loco fungoſam medullam. Plinius libro 13. cap. 22. Ferulam appellat, ponitq; duo genera ferularum Narthecam, quæ in iuſtam excreſcit altitudinem: & Narthecium, hoc eſt, minorem ferulam, quæ non altè ab humo attollitur. Plinii uerba ſunt hæc, Et ferulam inter externas dixiſſe conueniet, arborumq; generi aſſcripſiſſe: quoniã quorundam naturæ (ſicut diſtinguemus) lignum omne corticis loco habent, hoc eſt, forinſecus: ligni autem loco fungoſam intus medullam, ut ſambuci: quædam uerò inanitatem, & arundines. Ferula calidis naſcitur locis, atque transmaria, geniculatis nodata ſcapis. Duo eius genera Narthecia Græci uocant aſſurgentem in altitudinem: Narthecium uerò ſemper humilem. Hæc ille. A Narthex autem dicti ſunt Narthecophori, *ναρθηκοφόροι*, Bacchi miniſtri, quaſi Thyrſigeri. Nam thyrſi antiquitus etiam ex ferulis fiebant.

Naſamonites, *νασαμωνίτης*, Gemma, quæ quum ſanguinea ſit, ſcatet, nigricantibus uenis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Naſcor, ſceris, natus, d, p. Notæ ſignificationis, *φύομαι*. *γίνομαι*, *γεννᾶμαι*. Plinius libro 10. cap. 53. Aues omnes in pedes naſcuntur, contrà quam reliqua animalia. Sal. L. Catil. nobili genere natus fuit, magna ui animi & corporis. Dicimus aut Natus ſum laudi, & ad laudem. Cic. pro Sext. Qui ſe patriæ, qui ciuibus ſuis, qui laudi, qui gloriæ, non ſomno, non conuiuiis, non delectationi natos arbitrantur. Ibidem, Nam quid ageret uir ad dignitatem & gloriam natus? Horat. 1. Epiſt. 2. Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati. Cic. de Senect. Mortuus eſt (quum ego quinque & ſexaginta annos natus, legem Voconiam uoce magna & bonis lateribus ſuaſiſſem) annos ſeptuaginta natus: tot enim uixit Ennius. Idẽ de Amic. Magna etiam diſſidia, & plerunq; iuſta naſci. Huius uerbi compoſita ſunt. Annaſcor, Connaſcor Cognatus, a, um, Enaſcor, Ex re aliqua naſcor, *ἐγγίνομαι*. Iuſtinus lib. 1. Hic per ſomnum uidet ex naturalibus filiæ (quam unicam habebat) uitem enatam, cuius palmite omnis Aſia obumbratur. Denaſcor, decreſco, deficio, morior, *ἀποφύομαι*. Caſſius Hemina lib. 2. Annalium, Quæ nata ſunt omnia, denaſci aiunt. Innaſcor, Intus naſcor, *ἐγγίνομαι*. Cicero libro primo Offic. Sed illud odioſum, quòd in hac elatione & magnitudine animi, facillimè pertinacia, & nimia cupiditas principatus innaſcitur. Interuaſcor, In medio naſcor, *διαφύομαι*. Columell. libro 5. Ne autem pampinarius palmes internatus &c. Obnaſcor, Circumnaſcor, *περιφύομαι*. Renaſcor, Rurſus naſcor, *ἀναγεννῶμαι*. Lactantius libro 7. Itaque renaſci eãs putauerunt. Pronaſcor, Ortum habeo *προέρχομαι*. Terentius in Phorm. Aiunt illam ciuem Atticã, bonam, bonis prognatam.

Natus, a, um, participium à Naſcor, *γεγονώς*. Terent in Heaut. Annos ſexaginta natus es, aut plus eo, ut coniicio. Dicitur quoq;, Si quando res ita nata fuerit, id eſt, ſi unquam occaſio fuerit è rerum euentu. Item pro re nata, hoc eſt, pro præſenti rerum ſtatu, & uti res nunc ſe habent. Cic. Att. lib. 3. Animaduerteram poſſe pro re nata te non incommodè ad me in Albanum uenire. Ibidem, In his locis pro re nata non incõmodè poſſunt eſſe.

Natus, ti, m. ſ. nomen ſubſtantiuum, Pro filio, *ὁ παῖς* ſicut Nata, tæ, pro filia, *ἡ παῖς*. Vergil. 1. Aen. Nate meæ uires, mea magna potentia ſolus. Idem 3. Aen. Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Cic. de Amic. Primùm ex ea charitate, quæ eſt inter natos & parentes, quæ dirimi, niſi deteſtabili ſcelere nõ poteſt. Vergil. 1. Aeneid. Maxima natarum Priami. Horat. 2. Serm.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Setm.Satyr.3. Tu quum pro uitula ſtatuas dulcem Aulide natam Ante aras,ſpargisq; mola caput,improbe,falſa. Natorum appellatio (inquit Modeſtin.) ad nepotes extenditur. Addimus quandoq; g, & dicimus gnatus, Gnata, quæ ſemper ſunt ſubſtantiua. Natos etiã pullos equarum dixit Col. lib 6 cap.27.Id præcipuè genus pecudis amore natorum,niſi fiat poteſtas,noxam trahit.

Natu,ablatiuus eſt ſolus ſine nominatiuo,aliotie caſu uſitato: iungiturq; cum his adiectiuis Magnus, Paruus, & Grandis, ἡλικία. Cicero in Cat. Quanquam cum colore cœpi,non ad modum grandem natu, ſed tamen iam ætate,pronectum. Terentius Adel. Id mea minimè refert,qui ſum natu maximus. Liuius 1. ab Vrbe, Sed de iſtis rebus in patria maiores natu conſulemus.

Natio,onis,f t. Genus hominum (inquit Feſtus) qui non aliũ de,ſed ibi nati ſunt, ἔθνος. Plautus in Menech. Namq; Epidamnea natio eſt hæc ita hominum, Voluptarii, atque potatores maximi,Plin lib.12.cap.25.Color in quacunq; natione præfertur rufus.Erudita illa Græcorum natio, Cic. 2. de Orat. Inanes & Barbaræ nationes, Cic. Q. fratri lib.1. de Prouinc. conſul. Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorum & Heluetiorum, præliis multis fœliciſſimè decertauit. Idem pro Font. Verùm etiam exteris nationibus ac gentibus oſtendere,&c. Nationis autem uocabulum latius extenditur quàm Gentis: nam in eadem natione plures poſſunt eſſe gentes. Neque enim omnes qui eiuſdem ſunt nationis,ex eadem ſunt gente. In pecoribus quoque (ut inquit Feſtus) bonus prouentus fœturæ, bona natio dicitur. Natio quoque ordinem, ſocietatem, ſectam & genus hominum ſignificat. Cicero pro Scãtio, Nimirum hoc illud eſt,quod de me potiſſimùm in accuſatione quæſiſti, quæ eſſet noſtra natio optimatium.

Natalis,& hoc natale,om.t. Idem quod natalitius, γενεθλιακός unde natalis dies dicitur is,quo quis natus eſt, γενέθλιος. Cic. Attic. lib.3. Natali die tuo ſcripſiſti epiſtolam. Terentius in Phormione, Porrò autem alio, ubi erit puero natalis dies. Cicero Attico lib.6. Quum is dies caſu Bruti natalis eſſet. Idem 3.de de Diuinatione, Chaldæis in prædictione,& natione cuiuſque uitæ ex natali die minimè credendum, Agere diem ſuum natalem quotannis, Cicero 2. De Finibus. Interdum ſupprimitur ſubſtantiuum Dies, ut quod facilè queat intelligi. Vergilius 5 Ecloga. Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis Iola. Natale ſolum, Patria in qua quis natus eſt, πατρίς. Ouidius lib. 2. de Ponto, Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit. & immemores non ſinit eſſe ſui. Dicitur & Natalis de rebus inanimatis, Pronaſcens. Plinius libro 37. cap.4. Similis eſt huic quidam Arabicus, minor rantùm, ſimiliter naſcens, cæterum pallor gentes,& in auro non niſi excellentiſſimo natalis. Natalis urbis, i eſt, dies qua condita fuit urbs. Plinius libro decim.oquarto capite 4. Ea cæli temperies fulſit quam cocturam uocant, ſolis opere, natalis urbis. DCXXXIIII. Id eſt, ab urbe condita. Cicero pro Flac. O Nonæ illæ Decembres quæ me Conſule fuiſtis: quem ego diem uerè natalem huius urbis, aut certè ſalutarem appellare poſſum.

Natales, m.t. plurali tantum numero, ſignificat conditionem ſanguinis et familiæ, γένος, ut Generoſi natales, natales obſcuri Corn. Tacit aderat Cornelius Fuſcus, nigens ætate, claris natalibus. Plinius in Epiſtola ad Meſſium lib. 3. in malam partem accepit, pro ignobilitate & ſordibus generis. Nonnũ quàm (inquit) candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Natalibus reſtituere, frequens eſt in Iure, pro eo quod hodie Nobilitare uocamus: & natalium reſtitutio, quam nos Nobilitationem dicimus. Dicitur autem natalibus reſtitui non modò libertus, ut patronatus obſeruantia liberetur. ſed etiam plebeius, quum ad nobilitatem aſciſcitur, quanuis anteà nunquam inter nobiles fuerit. Hæc Budæus in prioribus Annot. in Pandect. & in Epiſt. Iuuen. Satyr. 6. etiam pro celebritate diei natalis ſumpſit, Palmam inter dominas uirtus natalibus æquat, id eſt, nõ aliter à uictoria exhilaratur, quàm ſi dies natales celebrarentur. Natales etiam pro annis accipiuntur Sappho Phaoni in Epiſt. Heroid. Sex mihi natales ierant. Tot enim dies celebrantur natales, quot aguntur anni. Natales diuerſarum gentium. Plin. lib. 7. cap. 12. Diuerſarum quidem gentium natales tam concordi figura reperire, ſuper omnem eſſe taxationem. Vbi Natales uidetur poſuiſſe pro origine, ſiue ipſis natiuitatibus.

Natalitius,a,um, Quod ad Natales, ſiue ad natiuitatem pertinet, γενεθλιακός. Cic. 2. de Diuinationibus. Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. Et paulo pòſt, Chaldei notant deſydera natalitia.

Natalitia,orum,n.ſ. Celebritates,quibus quis diem ſuum natalem colit, ſiue etiam ipſum conuiuium quod quis natali ſuo die amicis exhibet, γενέθλια. Cic. 2. Philipp. Hodie non deſcẽdit Anton. cur? dat natalitia in horris. cui? neminem nominabo: putatote cum Phormioni alicui tum Gnathoni, tum Ballioni.

Natiuus, a,um, pen.prod. Quod nullo artificio confectum eſt, ſed tale omnino eſt quale naſcitur: & feiè idem quod Naturale, γνήσιος. Plinius lib. 31. cap. 7. Sunt & montes natiui ſalis, ut in Indis Oromenus. Gellius lib.12.cap.1. Propterea obliteratis, & abolitis naturæ pietatis affectibus. Et natiuæ lanæ, apud Plinium lib. 8. cap.47. dicuntur, quæ natiuum colorem retinẽt. Natiuum malum, id eſt, innatum, ingenitum Cicero pro Domo ſua, Nonne fuit eo maior adhibenda medicina, quæ & illud natiuum, & hoc delectum malum ſanare poſſet? Natiui dei, qui naſcuntur, & occidunt. Cicero de Nat.deor.1. Anaximandri autem opinio eſt, natiuos eſſe deos longis interuallis orientes occidentesq;. Natiua uerba, quæ primitiua, ſeu primæ poſitionis uocant Grammatici: quibus opponuntur Reperta, id eſt, deriuata. Cicero in Partitionibus. Simplicia uerba partim natiua ſunt, partim reperta. Natiua ea quæ ſignificata ſunt ſenſu: Reperta, quæ ex his facta ſunt. Natiuus color, dicitur naturalis, qui nulla arte, ſed natura producitur, modò in albedinem tendens, modò in nigredinem: non tamen perfectè aut albus, uel niger. Plinius lib.26.cap.4. Natiuus color albus, Leucophæus appellatur, ab eo quod Græci album uocant λευκὸν, & φαιὸν fuſcũ ſiue pullum, Huic contrarius Bæticus, uel Pullus uocatur. Plin.lib.32.cap.10. Iecur rubetæ, uel cor adalligatur in panno leucophæo: & quartanis prodeſt. Hinc Leucophæati, qui rudiori alba ueſte,ac nili,& natiui coloris induti ſunt. Martialis lib. 1. Amor ille triſtium lacernarum, Et bæticatus ſimul & leucopheatus.

Natiuitas,atis,f.t. Idem quod ortus, γενετὴ, τοκετὸς γένεσις. Vlpianus, Municipem aut natiuitas, aut adoptio facit.

Natura,ræ,f p. Dicta eſt ab eo quòd aliquid naſci facit, φύσις. cuius proprietatum cauſam aliam nullam inuenimus, præter quàm quod ita natura comparatum ſit, id eſt, ita uiſum ſit naturæ, πεφύκειν. Hanc quidam deum eſſe dixerunt, à quo omnia ſunt creata. Seneca libro 4. de benefi. Natura hoc mihi præſtat. Non intelligis te, quum hoc dicis, mutare nomen Deo? Quid enim aliud eſt natura quàm Deus, & diuina ratio, toti mundo, & partibus eius inſerta? Plinius ubique Naturam parentem, rerumq; opificem appellat. Auguſtin. de moribus Manichæorum, Naturam ſic diffinit. Natura nihil eſt aliud, quàm quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe. Ponitur interdum pro ui, & ingenita rei alicui uirtute, & potentia: unde arborum atque herbarum Naturas dicimus. Plin.lib.12. cap. 14. Hæc concreta denſantur, ubi loci natura poſcit. Cic. de Somn. Scip. Animæ natura propria, atque uis ut à ſeipſa moueatur. Interdum pro more & induſtria. Ver. lib.4. Georg. Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipſe Addidit, expediam. Natura etiam accipitur pro corporis habitu. Terent. in Eunu. Si qua habitior paulò, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum: Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Naturæ ſatis facere, & Naturæ concedere dicimus pro mori. Cicero pro Cluent. Vos auditis de eo in quem iudicem non eſtis, de eo quem non uidetis, de eo quem odiſſe non poteſtis, de eo qui & naturæ & legibus ſatisfecit, quem leges exilio, natura morte mulctauit. Sal. in Iugurt. Pater uti neceſſe erat, naturæ conceſſit: fratri, quem minimè decuit, propinquus per ſcelus uitam eripuit. Et, In rerum naturam cadere, dixit Quint. (ut notauit Budæ.) pro interdum accidere. Aliquando etiam Natura accipitur pro genitalibus, tam uirilibus quam fœminis, quæ & à Græcis dicitur φύσις Cic. 2. de Diuin. Parere quædam matrona cupiens, dubitans eſſetne prægnans, uiſa eſt in quiete obſignatam habere naturam, retulit, negauit eam, quoniam obſignata fuiſſet, concipere potuiſſe. Plinius lib. 22. cap. 13. Si quadrupedes fœtum non admittunt, urtica naturam fricandam monſtrat. Dicta autem Natura, quod in eo membro naſcendi uis ſit. Natura item eſt ſpecifica differentia, quæ unicuiq; rei formã dat: diffinitur q; à philoſophis ſic Natura eſt motus principium ſecundũ ſe, & non per accidens: quoniam uniuerſa corpora proprium habent motum per ſe, ut ignis per ſe ſurſum fertur, terra deorſũ, & non per accidens: quod ſi contra

fiat,

fiat, id non naturale, ſed artificiale & uiolentum dicitur. Quinta natura. Cicer. 1. Tuſcul. Ariſtoteles longè omnibus (Platonem ſemper excipio) præſtans & ingenio & diligentia, quũ quatuor genera illa principiorũ effectõplexus è quibus omnia orirentur, quintam quandã naturã cenſet eſſe, è qua ſit mens. Natura eſt ignis, ſiue calor artificialis, uia & ratione ad generationem concurrens uel aliter, iuxta Platonis ſententiam: Natura eſt tanquam artificialis quædam facultas.

Naturalis, & hoc naturale. om. t. Quod ſecundum naturam eſt, φυσικὸς. Vnde Naturalis filius dicitur, qui naturaliter ex noſtro ſemine eſt prognatus, ὁ γόνος γνησιος παῖς. cui opponitur Filius adoptiuus, ἀσποιητός. Suet. in Tib. Filiorum nec naturalem Druſum nec adoptiuum Germanicum, patria charitate dilexit. Naturalia deſyderia, pro cupiditate coeundi dixit Colum. lib. 6. cap. 24. de Vaccis loquens, Atq; (inquit) in id ferè tempus naturalia congruunt deſyderia. Idem libr. 4. cap. 27. Equæ deſyderiis naturalibus anguntur. Diuinatio naturalis, cui opponitur Artificioſa præſenſio, Cicero 1. de Diuin. Lex naturalis. Cic. 1. de Nat. deor. Legem naturalem diuinam eſſet cenſet Zeno, eamq; uim obtinere, recta impetrantem, prohibentemq; contraria: Naturale eſt. Plinius li. 11. ca. 37. Pleriſq; uerò naturale ut eſt, nictare non ceſſent, quos pauidiores accepimus.

Naturalia, n. t. plurali tantùm numero, dicuntur Pudenda, αἰδοῖα. Columella libro 6. cap. 28. Si equa marem non patitur, detrita ſcylla naturalis eius linuntur, quæ res accendit libidinem. Idem li. 9. de gallinarum pullis. Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinatę dureſcant & naturalia præcludant.

Naturaliter, aduerbium, Hoc eſt, à natura, uel ſecundum naturam, κατὰ φύσιν. Cicero de Senectute, Quod enim homini naturaliter inſitum eſt, eo uti decet: & quicquid agas, agere pro uiribus. Colu. li 3. capit. 16. Naturaliter infœcunda uitis.

Naſiterna, æ f p. Vas aquarium, anſatum, ac patens, ὑδρία. Varro lib. 1. de Re ruſtica, cap. 22. Vt ex ære ahena urceos, naſi ternam faceret.

Naſſa, Genus uaſis piſcatorii ex uimine cõtextum, quò quũ intrauerit piſcis, exire non poteſt, νάρκη Plut. Nunquam ex iſta naſſa hodie eſcam petam. Cic. lib. 15. ad Att. Ex hac naſſa exire conſtitui, non ad fugam, ſed ad ſpem melioris mortis. Silius libro quinto, Haud ſecus ac uitreas ſolers piſcator ad undas.

Ore leuem patulo texens de uimine naſſam.

Naſtitioſi, Qui plus uident ueſpere quàm meridie, nec cognoſcunt, niſi quod uſq; ad oculos admouerunt.

Naſtipanes, quos item ſanctos appellabãt ex melle & uuis paſſis & aromatis aliis confecti. Sunt tamen qui eo nomine intelligunt calentem panem. Meminit Ariſtoph. in Plut. Dictum ſic uolunt, quia denſior ſit conſtipatioŕq; nihil prorſum leuitatis, ἀπὸ τῦ ναοίκου ἀρτίμας.

Naſtocõpi, naſti panis coctores, atq; piſtores.

Noſtophagi, dicuntur qui naſto pane ueſcuntur.

Naſtos, panis fermentatus, & placentæ genus.

Naſturtium, n. ſ. Herba hortenſis eſt notiſſima, quam Græci κάρδαμον uocant, Galli Creſſonum hortenſe, uenerem inhibens, animumq; exacuens. Eius (teſte Plin. lib. 20. ca. 13.) duo ſunt genera, Album ſcilicet, quod purgatiuam uim habet, bilemq; in aqua denarii pondere potum detrahit. Alterum eſt nigrius, quod capitis uitia purgat, uiſum clarificat, commotas mentes ſedat ex aceto ſumptum. Vtrunq; cerebrum purgare, mentemq; mirificè excitare creditur. unde factus eſt locus prouerbio, ut homines ſocordes & ſomnolentos Naſturtium edere iubeamus. Naſturtium autem à naſi tormento appellatum eſſe autor eſt Plin. lib. 10 cap. 8. quòd ſcilicet mordacitate quadam naſum torqueat, & ſternutationes prouocet.

Naſus, naſi, m. ſ. Dicitur ea pars capitis quæ à ſuperciliorũ confinio oriens, & quaſi æquali porrecta iugo, utranq; aciẽ ſimul & diſcernit, & munit, μυκτὴρ. Duo autem eius ſpiramina, geminiq; hiatus, quos ueluti quidam paries per medium ductus interſepit, Nares uocantur. Cic. 2. de Nat. deor. Naſus ita locatus eſt, ut quaſi murus oculis interiectus eſſe uideatur. Perſ. Saty. 3. Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Aliquando Naſus ponitur pro ſagacitate, acrimonia, & diacitate: unde Habere naſum eum dicimus, qui uenuſta quadam & ſubdola irriſione alium ridet. Metaphora tracta eſt à canibus, qui narium olfactu abſtruſiſſima quæq; inueſtigant. Hor. 1. Serm. ſatyr. 6. Nec quod auus tibi maternus fuit atq; paternus, Olim qui magnis legionibus imperarint, Vt pleriq; ſolent, naſo ſuſpendis aduncо Ignotos, ut me libertino patre natum. Plinius, primus Lucilius condidit ſtyli naſum, id eſt, ſcripſit Satyram, quæ acerbitatem quandã & acrimoniam ſtyli habet in uitiis inſectandis. Mart. li. 1. Nõ cuicunq; datum eſt habere naſum, id eſt, acrimoniam ad deridendum, & dicacitatem. Idem, Et pueri naſum rhinocerotis habent. Hinc.

Naſum uocamus compreſſum, qui gracilentus in ſummis exiſtit 1. Prædictionum. Aphor. 10.

Naſuti. m. ſ. dicuntur dicaces, reprehẽſores, & deriſores, qui doctè alios norunt irridere, μυκτηρισαὶ. Martial. lib. 13. Naſutus ſis uſq; licet, ſis deniq; naſus. Idem formauit comparatiuum Nil naſutius hac, maligniuſq; eſt. Et per diminutionem Naſutulus. Apuleius, Naſutula mulier ac dicatula. A Naſus fit uerbum Denaſo, ſas, ἀποῤῥινῶ. Plaut. in Capt. Os denaſabit tibi mordicus.

Natam, appellant tumorem dolore carentem, niſi fortè adeò magnus ſit ut partes membri trahendo, ſolita continuitate aliquem dolorem circunſtantibus inferat de numero abſceſſuum, & ad ſteatomata referenda. Sunt qui Naptam appellant,

Natales, Vide Naſcor.

Natatilis, Natabula, Vide Nato, in No.

Nates, natium, f. t. Caro eſt conglobata uerſus os ſacrum, ſedendi officio aptiſſima, à nitendo, ut quidam exiſtimant, γλυτοί, κοχῶνα, πύγαια, πυγαί. Ibi enim eſt caro firmior, quàm in cæteris membris, ne premẽte corporis mole oſſibus offendatur. Horat. 1. Serm Satyra 6. Nam, diſploſa ſonat quantum ueſica, pepedi Diffiſſa nate ficus, Idem Epod. 8. Quum ſit tibi dens ater, & rugis uetus Frontẽ ſenectus exaret, Hietq; turpis inter aridas nates Podex uelut crudæ bouis. Martialis libro 14. Alea parua nuces, & non damnoſa uidetur, Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates. Hæ etiam alio nomine Clunes dicuntur. Iuuen. Ad terram tremulo deſcendant clune puellæ.

Natinatores, Seditioſi, negotioſi uocabantur, & Natinatio negotiatio. Feſtus.

Natio, Natiuus, uide, Naſcor.

Nato, natas, Vide No, nas.

Natrix, ὕδρος, generis maſculini & fœminini, Genus ſerpentis etiam aquas ueneno inficiens, à nando nomen habens. Priſcianus libro quinto. Natrix quum ſpeciem anguis ſignificat, maſculinũ quoque inuenitur. Cicero 4. Academ. Cur omnia noſtri cauſa quum faceret, tantam uim natricum, uiperarumq; fecerit? cur mortifera tam multa paſſim diſperſerit? Lucanus libro 9. Et natrix uiolator aquæ. Item Natrix Plinio libro 27. capite 12. herba eſt, cuius radix euulſa, uirus hirci redolet. Natrix quoque mulier dici poteſt natans, ſicut Natatrix.

Natura, Natus, Vide Naſcor.

Nauale, Nauarchus, Vide Nauis.

Nauci, Putamen nucis, ſiue oliuæ nucleus, ſeu membranula, quæ in nucis iugulandis medio eſt, περίψημα, σάνσα. & accipitur pro re nihili. Plaut. in Moſtel. Qui homo timidus erit in rebus dubiis, is nauci non erit. Cic. 1. de Diuinat. Non habeo deniq; nauci Marſum augurem.

Nauci facio, Id eſt, nihili facio, περὶ ὁλίγου ποιῦμαι. Plautus in Bacchide. Perii, hoc ſeruum meum non nauci facere eſſe auſum?

Naucleriacus, Nauclerus, Vide Nauis.

Naufragium, Vide Nauis.

Nauia, æ, Lignum cauatum ut nauis, quo in uindemiis uti ſolent, inquit Feſtus.

Nauiculor, Nauigo, Vide Nauis.

Nauis, f. t. à Græco ναῦς. Ouid. 1. Faſt. acta per æquoreas hoſpita nauis aquas, Moderamen nauis. Idem 15. Metamor. & innixus moderamine nauis, in alta Puppe caput poſuit. Verg. 5. Aen. Rectorem nauis compellat uoce Menœten. Frangere nauem, idem quod naufragium facere. Terent. in Andr. Nauem is fregit apud Andrum inſulam. Plautus in Menæch. Perii miſera, quam tu nunc mihi nauem narras? ME. ligneã, Sæpe tritam, ſæpe fixam, ſæpe excuſſam malleo Actuariæ naues, quæ remis agebantur: uide ſuprà in dictione Actuarius. Hircius de bell. Alexandr. Nauibus actuariis, quarum numerus erat ſatis magnus, magnitudine quanquã non ſatis iuſta

iuſta ad præliandum, roſtra impoſuit. Has adiunctis nauibus longis, & numero claſſis auctо, militibus ueteranis impoſitis &c. Roſtratæ naues, dictæ à roſtris: quæ quia ex ære fiebant, ærataq; etiam dicebantur. Verg. 8. Aeneid. In medio claſſes æratas. Actia bella Cernere erat Liu. 4. Decad. lib. 6. Vna & octoginta roſtratis nauibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ roſtratæ, aut ſine roſtris ſpeculatoriæ erant, Delum tra iecit. Fluuiatiles naues, quibus nauigamus in fluuiis, apud Liuium libro 10. Decadis 1. Frumentariæ naues, onerariæ, ad frumentum uehendum aptæ, Cæſar libro 3. belli Gallici. Longæ naues ab onerariis differebant: ſiquidem onerariæ uelis duntaxat incitabantur: Longæ uerò etiam remis agebantur. Lentul. in Epiſtol. Ciceronis libro. 12. A Claſſe diſceſſerunt, nauiq; longa profugerunt, onerariis relictis.

Naues marinæ, quibus in mari nauigamus, ad differentiam fluuiatilium. l. Iulia repetundarum. ff. de Vacat. & excuſat. munc. Piſcatoriæ naues, ad piſces capiendos paratæ. Liuius lib. 3. Dec. lib. 3. Prædatoriæ naues, & Naues piraticæ, apud Liuium lib. 3. Dec. lib. 9. & Dec. 4. lib. 4. Prætoria nauis, quam Græci ναυαρχίδα uocant, noſtri uulgò Capitaneã. Liuius 3. Dec. lib. 1. Speculatoriq naues, Liuius 4. Dec. lib. 6. Tunitæ naues, quibus ad libram turres imponebantur: idq; non ſolùm ad proram, ſed etiam ad puppim, ut teſtatur Appian. de Bellis ciuilibus. Vinaria nauis, apud Vlpian. l uulgaris ff. de furtis. Conſtratæ naues, κατάφρακτα πλοῖα, quæ & tectæ dicebantur: de quibus Plinius libro ſeptimo capite 56. Nauicula, læ, f. p. Eſt parua nauis, qua uel in mari, uel in flumine circumuehimur, πλοιάριον. ut Lugduni uidere eſt, nauiculis Ararim tranſici, & Lutetiæ Sequanam. Cicero Acad. Ita ſermone confecto, Catulus remanſit: nos ad nauiculas noſtras aſcendimus. Idem Attico libro 14. deinde ad eas ipſas Veſtorii nauicula. ſubaud. iturus. Idem ad Quint. poſt reditum, Quum parua nauicula traiecit in Africã.

Nauicella læ diminut. à Nauicula, quo utitur Martianus Iuriſconſultus tractatu de Fundo inſtructo.

Nauális, & hoc nauale, om. t. adiect. Quod ad naues pertinet, ναυτικόν unde naualis corona, qua donabatur qui primus in nauem hoſtium armatus tranſiliſſet. Ver. Tempora nauali fulgent roſtrata corona. Prælium nauale, Plin. lib. 16. cap. 1. Bellum nauale, Cic. pro lege Man. Certamen nauale, Verg. 5. Aen. Diſciplina nauális, Cic. pro le. Man. Pugnæ nauales & pedeſtres. Cic. de Senect. Socii nauales. pro remigibus, apud Liuium 1. bel. Pun.

Nauale, lis, ſubſtant. uel Naualia, ium, In quibus ſtant, uel fieri ſolent naues νεώρια νεώοικοι, ὑπόνεια. Vergilius libro 4. Aeneidos, Dirupientq; rates alii naualibus? ire. Ouid. lib. 3. Metamorph. Haud aliter quam ſi ſiccum nauale tenerent. Cic. Offic. 2. Atq ae etiam illæ impenſæ meliores, muri, naualia, portus, aquarum ductus.

Nauarchus, chi, m. ναύαρχος Dicitur Latinè Præfectus claſſis; antiqui Prætorem uocabant: unde adhuc naui Prætoriæ manſit nomen: in qua ſcilicet Prætor, hoc eſt, claſſis præfectus nauigabat. Hanc Græci eadem ratione, ναυαρχίδα uocant, quod in ea nauigaret nauarchus. Cicero 2. Verr. Sumptum omnem in claſſem frumento, ſtipendio, cæterisq; rebus nauarcho ſuo quæque ciuitas ſemper dare ſolebat. Ibidẽ, An quòd forum Syracuſanum nauarchorum ſanguine redundauit?

Nauclerus, ri, m. ſ. ναύκληρος, Qui naui præeſt, & nautarum cui que munia ſua præſcribit. Cic. Nauicularium uocat, & Nauiculatorem. Hodie Patronum Itali appellant. Plau. in Mil. Cubare in naue lippam, atq; oculis, Nauclerus dixit, qui illas aduexit, mihi.

Nauclerius, a, um, eiuſdem ſignificationis. Plaut. in Aſin. Volo mei patris me ſimilem, qui cauſa mea nauclerio ipſe ornatu per fallaciam, Quam amabam, adduxi ab lenone mulierem.

Naucleriacus, a, um, ναυκληρικός, Quod ad nauclerum pertinet. Plautus in Milite, Facio ut uenias huc ornatu naucleriaco.

Naufragus, gi, m. ſ. ναυαγός, Qui nauem alliſit, uel qui naui fracta, bona amiſit. Propertius lib. 2. eleg. 3. Illa uenéna libens, & naufragus ebibat undas. Cicero de Inuent. lib. 2. Duo quidam quum iam in alto nauigarent, & eorum alterius nauis, alterius onus eſſet, naufragum quendam natantem, & manus ad ſe tendentem animaduerterunt: miſericordia commoti nauim ad eum applicuerunt, hominem ad ſe ſuſtulerunt. Ouidius in Ibin. Siue per immenſas iactabor naufragus undas.

Naufragus, ga, gum, adiect. ut, Mare naufragum, hoc eſt, naufragia faciens, quaſi naufragium, quod ibi naues frangantur, ut inquiunt Acron & Porphyrio, in illud Horatii 1. Carm. Ode. 16. nec mare naufragum, Nec ſeuus ignis, &c. Corpora naufraga, Vergil. 1 Georg. Tempeſtas naufraga, Valer. Flac. 1. Argon. Vada naufraga. Tibul. libro 2. Eleg. 4. Naufragus etiam translate ponitur, pro eo qui bona diſſipauit, uel qui quauis re alia calamitoſus eſt, & res ſuas in deperatis & profligaris habet. Cicero in Catil. Quòd ſi ſe eiecerit, ſecũq; ſuos eduxerit, & eodem cæteros undiq; collectos naufragos aggregauerit, exinguetur atq; delebitur non modò hæc tam adulta Reipublic. peſtis! uel iam etiam ſtirps ac ſemen malorum omnium.

Naufragium, gii, n. ſ. ναυάγιον, ναυαγία, Nauis fractio, uel ſubmerſio. Cic. pro Rege Deiot. Itaq; quum eſſet ei nuntiatum, Domitium naufragio periiſſe, te in caſtello circumſideri: de Domitio dixit ueriſum Græcum, &c. Idem Fam. Epiſt. 16. Interea qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. Translatè uerò ſumitur pro calamitate, iactura, uel exitio. Cicero Fam. 4. Verſor in eorum naufragiis, & bonorum direptionibus. Ex naufragio tabula. Idem ad Attic. 4. Perſpice æquitatem animi mei, & ludum, & contentionem Seleuciana prouinciæ, & meã hercule cũ Cæſare ſuauiſſimã conſuetudinem. Hæc enim me una ex naufragio tabula delectat. Id eſt, ex cõmuni Reipub. calamitate & iactura hoc mihi unicum ſubſidium, hæ amicitiarum reliquiæ.

Naufragor, pen. cor. ναυαγέω Deponens, & Naufrago, as, Naufragium facio, & (ut Terentius loquitur) nauem frango.

Naufragus, a, um, eiuſdem ſignificationis: ut Fretum naufragum. Ouid. 14. Meram. Liquerat & Zancle, aduerſaq; mœnia Rhegi, Naufragumq; fretum, geminum quod littore preſſũ Auſoniæ, Siculæq; tenet confinia terræ. Saxa naufraga, Statius 5. Thebaidos.

Nauicularius, rii, m. c. Idem qui nauicularius. Cic. pro lege Manilia, Maiores noſtri ſæpe mercatoribus, ac nauiculatoribus iniurioſius tractaris, bella geſſerunt.

Nauicularius, rii, m. ſ. Qui naui præeſt, cæteriſq; imperat, ſuaq; unicuiq; munia diſtribuit, ναύκληρος. Cicero Tironi lib. 16. Mare magnum & difficile tibi teſtas: ſi poteris cum Meſſinio, cautè is ſoler nauigare: ſin minus, cum honeſto aliquo homine, cuius autoritate nauicularius moueatur. Idẽ 7. Ver. Malo, inquam, te iſti generi hominum, quàm mercatoribus, & nauicularijs inimicum, atq; infeſtum parari.

Nauicularia, æ, f. p. Nauis adminiſtratio, uel quæſtus ex nauigatione, ναυτιλία. Nauicularia facere Cicero ſeptimo Verrin. Quid eos loqui qui uidebant, quid exiſtimare eos qui audiebant, arbitrare? Inanem te nauem eſſe in Italiam ducturum? nauicularia te, quum Romam ueniſſes, eſſe facturum?

Nauicularior, aris, Propriè otioſus nauicula uehor, πλέω, Martialis lib. 3. Piger Lucrino nauicularur in ſtagno.

Nauigium, gii, n. ſ. Omne genus nauis, quo nauigamus, πλοῖον Colum. in præf. lib. 1. Iamq; qui ædificare uelint, fabros, & architectos aduocent, qui nauigia mari concredere, gubernandi peritos: qui bella moliri, armorum & militiæ gnaros: & ne ſingula perſequar, ei ſtudio quod quis agere uelit, conſultiſſimum rectorem adhibeat. Cic. 2. de Natura deorum. Arborũ ſectio magnos uſus adfert ad nauigia facienda. Cæſar. Hi primum nauigia hoſtium lapidibus ac fundis repellebant. Nauigia ſpeculatoria, apud Cæſar lib. 4. bell. Gali. pro nauibus exploratoriis, quas uulgò Brigantinas appellant. Speculatoria inquit, nauigia militibus impleri iuſſit. Accipitur aliquando nauigium pro ipſa nauigatione, ut in l. Cui Romæ ff. de uerb. oblig. Idq; creditum eſſe, in omnes nauigii dies ducentos ſub pignoribus & hypothecis, mercibus à Beryto comparatis.

Nauigiolum, diminutiuum, πλοιάριον Lentulus Ciceroni lib. 12. Famil. Tantùm enim abfuit ut illorum præſidio noſtram firmaremus claſſem, ut etiam à Rhodiis urbe, portu, ſtatione, quæ extra urbem eſt, commeatu, aqua denique prohiberentur noſtri milites: nos uix ipſi ſingulis cum nauigiolis reciperemur?

Nauiger, a, um, pen. cor. Qui nauẽ fert, aut ſuſtinet, πλοιοφόρος, ut Mare nauigerum. Lucretius lib. 1. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras. Plin. lib. 9. cap. 10. Nauigeram ſimilitudinem & aliam propontide niſam ſibi prodidit Murianus.

Nauigo. as, a. p. pen. cor. Naui iter facio, nauim ago, naui uehor, πλέω, ναυτίπορέω quòd uerbũ rametſi neutrũ eſt, tamen accuſatiuum nonnunquã recipit. Verg. 1. Aen. Gens inimica mihi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mihi Tyrhenum nauigat æquor. Cic.2.de Fin. Maria ambulare, terramq; nauigare, dixit. Sæpius absolutè ponitur. Ci. Fam. 16. Quum rectè nauigari poterit, tum nauiges. Ibidem, Si poteris, cum Mescinio nauiga: solet is cautè nauigare. Nauigo in mari. de Inuent. 2. Quum iam in alto nauigarent. Terent. in And. Huius periculo sit. ego in portu nauigo, id est, à periculo absum, tutus sum. Hoc enim significat, In portu nauigare, propterea quod qui adhuc in mediis fluctibus nauigant, hi uentorum & æstus arbitrio feruntur: qui uerò portum attingunt, omni periculo sunt defuncti. Vide Erasmi Adagia. Huius compositum est, Enauigo, quod est extra nauigo, ἐκπλέω. Dicimusq;, Hic fluuius enauigatus est. Plin. lib. 9. Huius obiectu uastus efficitur sinus, duodecim dierum & noctium remigio enauigatus. Annauigo ad aliquem locum nauigo, Plinius libro 36. capite 12. Sanè conspicuæ undique annauigantibus, sitæ sunt in parte Africæ. Renauigo, Cicero ad Atticum lib. 14. Perpaucis diebus in Pompeianum, post in Puteolana, & Cumana regna renauigare cogitabam.

Nauigatio, f. t. Cursus est marinus, πλοῦς. Cicero ad Quintum fratrem, Aiebant te prima nauigatione transmissum. Cæsar libro quinto bell. Gallici, Corus uentus nauigationem impediebat.

Naumachia, æ, f p. ναυμαχία, Nauale bellū, seu naualis pugna. Martial. lib. 1. Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis: Vis, puto, cū libro Marce natare tuo. Suetonius in Claudio Cæsare, capite 21. Quin & emissurus Fucinum lacū, naumachiam antè cōmisit. Interdum accipitur pro loco ubi fit pugna. Suetonius in Tiber. triremi usq; ad proximos naumachiæ hortos subuectus est.

Naumachiarii, m. t. ναυμάχοι, Qui prælium nauale cōmittunt Sueronius in Claud. Proclamantibus naumachiariis. Hi etiā ἐπιβατὰ dicuntur Græca uoce. Naumachiarius, a, um, adiectiuum. ut, Pons naumachiarius. Plin. lib. 16. cap. 39. Concremato naumachiario.

Nauigabilis, le, om. t. Quod potest nauigari, πλοΐμος, πλεϊνὸς. Liuius lib. 5 belli Maced. Nam simul primum anni tempus nauigabile præbuisset mare. Columel. lib. 1. cap. 2. Nec procul à mari, aut nauigabili flumine, quo deportari fructus, & per quod merces inuehi possint.

Nauithalmus, nauis pompatica, qua potentiores oblectandi animi causa utuntur quòd in ea thalamus ad quiescēdum & mensa ad edendum posita sint. Hanc uulgus Buccentaurum uocat Sueton. in Cæsar. & eadem naue thalamosq; penè Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit, nisi exercitus sequi recusasset. Hæc à Græcis, θαλαμηφόρος, θαλαμηγός uocatur: à Sen. nauis bene cubiculata.

Naulum, li. n. s. ναῦλον, πορθμίον. Pretium quod soluitur pro uectura in naui. Iuuen. Satyr. 8 Furor est, post omnia perdere naulum.

Naupegus, ναυπηγὸς, Fabricator nauium.

Naustibulum, alueus ad similitudinem nauis factus.

Nauta, & Nauita, æ; m. p. ναύτης, ναυτίλος, Qui se in Naui agenda exercet: & quicunq; in naui est, nauis ducendæ gratia. Cicero Famil. 15. Solent nautæ festinare quæstus sui causa. Terentius in Phorm. Saluas audiui ex nauta, qui illas uexerat. Cicero ad Atticum libro 10. Nauitam ipse audire uideor iam euocantem.

Nautepibatæ, com. t. ναυτεπιβάται, Dicuntur qui nauem conscendunt, & nauli loco nautarum officio funguntur, Vide Alciatum lib. 2. Dispunct.

Nauticus, ναύτης, Nauta qui rem nauticam exerceret. Plin. lib. 9. cap. 31. Quod ubi uidere nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrenant. Liuius 8. belli Punici, Metumq; etiam ex terra nauticis præbuit.

Nauticus, a, um, ναυτικὸς, Quod est nautarum, quod ad nautas pertinet. Vergil. lib. 3. Nauticus exoritur uario certamine clamor. Cicero de Natura deorum lib. 2. Propter nauticarum rerum scientiam plurimis maritimis rebus fruitur. Nauticus panis dicitur, quem hodie Biscoctum uocamus. Plinius lib. 22. cap. 25. Nauticus panis tusus, atq; iterum coctus fistit aluum. Vergil. lib. 4. Ecloga, Cedet & ipse mari uictor, nec nautica pinus Mutabit merces. Nauticus cantus, κέλευσμα, Cicero de Nat. deor. Idemq; iuuenibus uisis, auditoq; nautico cantu.

Naula, æ, f. p. ναῦλα, Genus instrumenti musici, quod idem cū Psalterio esse quidam tradunt.

Naulium. lii, n. s. diminut. Ouid. 3. de Arte amandi, Discere etiā duplici genialia naulia palma Vertere, conueniunt dulcibus illa modis. Vide Cælium lib. 9. cap. 4.

Nauo, as, a. p Studiosè impleo, do, confero, προθύμως, κατατίθημι. Cicero lib. 1. de Orat. Iam mihi uideor nauasse operam quod huc uenerim. Idem App. Pulchro, Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur, ut quum hic tibi satis fecerimus, illic quoq; nostram in te beneuolentiam nauare possimus, id est, conferre, uel ostendere, uel (ut inquit Budæus) nauo animo adhibere, & præstare. Tractum uerbū à nautis, quum sunt auxilio aliis in gubernandis nauibus. Naues enim quum ex naualibus in mare deducūtur, maximo hominū auxilio indigent. Studiū suū alicui nauare, Cic. ad Att. lib. 15. Nauare, & efficere opus aliquod. Cic. ad Att. li. 9. Vti non in hac miseria aliquod Reipu. πολιτικὸν opus efficere, & nauare mihi liceat.

Nauplius, piscis est sepiæ similis, de quo uide Plinium libro 9. capite 10.

Nauscio, is, it, De grano fabæ dicitur, quum nascendi gratia se aperit quod non sit dissimilis nauis figuræ. Festus.

Nausea, æ, f p. ναυτία, Stomachi ad uomitum ex graui odore perturbatio & concitatio. Cic. lib. 16. Famil. Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger. Idem ad Attic. lib. 5. Nauigauimus sine timore & nausea. Plin. lib. 20. cap. 14. Nauseas cum sale & polenta in frigida aqua pota inhibet. A naui deductum nomen, ex cuius sentina mouetur uomitus, uel ex cuius frequenti & inordinato motu, subuertitur stomachus & ad uomitum concitatur. Accipitur etiam aliquando nausea pro quauis molestia, uel fastidio: unde Mouere nauseam, idem est quod molestiam procreare.

Nauseola, diminut. a nausea Cic. ad Attic. lib. 14. Nauseolam tibi tum ansam otii dedisse facilè patiebar.

Nauseosus, sa, sum, Quod nauseam inducit, ναυτιώδης. Plin. lib. 26. cap. 8. Radice crassa, madida, nauseosa.

Nauseo, sas, n. p. ναυτιάω, Nauseam habeo, & uomitu infestor, ad uomitum impellor, uomendi appetitum habeo, uomo. Cicero Philip. 2. Non dissimulat P. Capparet esse commotū: sudat, pallet: quidlibet, modò ne nauseet, faciat: quod in portu Numicia fecit. Plautus in Amphit. Lassus sum hercle è naui, ut uectus sum hoc, etiam nunc nauseo. Cicero Fabio Gallo. Tu tamen quum audisses ab Anitio (uidit enim me nauseantem) non modò mittendi causam habuisti, sed etiam uisendi.

Nautea, ἀναλυτρον, Herba est inquit Festus, granis nigris, quæ utuntur coriarii: uel aqua coriariorum: uel (ut Nonius inquit) aqua ex nauis sentina ueniens. Plautus in Asin. Nauream bibere malim, si necesse sit, quàm illam osculari. Idem in Curcul. Omnium unguentorum odor præ tuo nautea est.

Nauticus, Vide Nauis.

Nautilus, ναυτίλος. Piscis marinus ita dictus, quod nauigantis effigiem habeat, ναυτιπλοΐα enim apud Græcos significat Nauigo. Plinius lib. 9. cap. 29. Inter præcipua autem miracula est, qui uocatur Nautilos, ab aliis Pompilios. Supinus in summa æquoris peruenit, ita se paulatim subrigens, ut emissa omni per fistulam aqua, uelut exoneratus sentina, facilè nauiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua uelificante in auras, cæteris subremigans brachiis, media cauda, uti gubernaculo, sese regit, Ira uadit alto, Liburnicarum gaudens imagine, & si quid pauoris interueniat, hasta se mergens aqua.

Nauus, a, um, Celer, strenuus, à nauiū celeritate dictus, qui & gnauus dicitur, ἀρασπίστος, φιλόεργος. Huius contrarium est Ignauus. Columella lib. 11. cap. 2. In agresti negotio dici uix potest, quid nauus operarius ignauo & cessatore præstet. Interdum Nauus dicitur quasi sciens & congnoscens Colum. lib. 8. Sit autem uigilans, impiger, industrius, nauus omniū quas pascit. Quo tamen in loco Narus potius, siue Gnarus legendum uidetur.

Nauitas, atis, f. t. siue Gnauitas, Diligentia, strenuitas, ἐπιμέλεια Cicero in Epist. Famil. lib. 10. ad Furinium, Istamq; operam, nauitatem animum in Rempub. celeritati Præturæ anteponendam censeo. Vnde ignauia, tarditas, desidia.

Nauiter, siue Gnauiter, Diligenter, strenuè, ἐπιμελῶς. Colum. lib. 11. cap. 1. Vt in itinere conficiendo sæpe maturius perueniet is, qui nauiter & sine ullis concessationibus emeabit, quā is qui quum unà profectus sit, umbras a b - m, fonticulorumq; amœnitatem, uel aurę refrigeratiunculam captauit sic in agresti negotio, &c.

Naxia,

Naxia, Coś eſt, ſignis marmoreis poliendis, & gemmis ſcalpendis accommodata. *ναξία λιθος*. Inuenitur in Cypro inſula: ut inquit Plinius libro 36. capite 7.

NEG. In notis antiquorum, negotiator. NEP. nepos. NVS. EP. natus eſt puer. NEPT. neptunalia. NEP. RED. Neptuni reduci. NEP. S. Neptuni ſacellum. N. F. C. noſtræ fidei commiſſum. N. F. N. nobili familia natus. N. H. notus homo. N. H. C. non calumniæ cauſa. N. L. Nominis Latini, uel non licet, uel non longe, uel Nonius Lucius. N. M. Nonnius Macrinus, uel non malum, uel non minus, uel nomen Muri. NN. noſtri. N. N. Q. N. N. numerat neque numero. NNR. noſtrorum.

Ne, Dehortatiuum, ſeu prohibitiuum aduerb. eſt, & iungitur magis imperatiuo, quam ſubiũctiuo, inquit Donat. *μὴ*. Plaut. in Perſa, Aui, ne iura, ſatis credo. Terent. in And. Ne ſæua tantopere Verg. 3. Aen. Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito Terẽt. in Eunu. Si certũ eſt facere, facias: uerũm ne pòſt cõferas culpam in me. Ibidem, Hic nebulo magnus eſt, ne metuas. Iungitur etiam nonnunquã optatiuo. Cic. 7. libro Epiſtol. ad Gallum, Sed ne uiuam, ſi tibi cõcedo. Terent. in Phormione. Quod utinam ne ne Phormioni, id ſua dere in mentem inciderit. Quandoq; adiunctiua eſt particula, pro Vt nõ Martial. lib. 1. Lex hæc carminibus data eſt iocoſis, Ne poſſint, niſi pruriant, iuuare. Quandoq; rationalis. pro Ergo. Vergilius 1. Aeneid. Mẽne incœpto deſiſtere uictam? Quandoq; cauſalis. Idem 2. Am. Ne recipi portis, aut duci in mœnia poſſit, id eſt, ut non, *ἐφ' ᾧ μὴ, ὥς μὴ ὅπως μὴ*. Quandoque ponitur pro Vt. Cicero Cur. Vt nõ uereremur, ne nimis cito mitteremus. Ne nihil, id eſt. Vt aliquid. Idẽ Præto, Ne amicis nihil tribuamus, epulamur, id eſt, ut amicis aliquid tribuamus. Quandoq; ſignificat Non Terent. in Anil. Ego id agam, mihi qui ne detur, *ἵνα μὴ*. Quandoque Nedum. Ibidem, Ne uacuum eſſe nunc me ad narrandum credas. Plerunque dubitatiua, ſ. Vergil. 11. Aen. Iuſtitiánẽ prius mirer, belline laborum. Apud oratores, interrogatiuum rarò geminatur, ſed loco poſteriori utimur aduerbio An: ut Bonusné an malus? Aliquãdo etiam ſic, Eundum mihi, necné ſit, ignoro, Et per interrogationem. Cicero. Verum uultis prætori Flacco, necné? id eſt, an non, *ἢ μὴ*. Quidam ſuperuacuum addunt An, hoc modo, Neſcio an bene faciam, necné. Quandoque confirmatiuè. Verg. 11. Aen. Tantáne me tenuit uiuendi nate uoluptas, Vt pro me hoſtili paterer ſuccedere dextræ? Quo tamẽ in loco quidam (quos quantitas reprobat: nam Ne illic corripitur ut notum eſt) exponũt Næ pro utiq;, cum diphthongo ſcribentes. Quandoq; interrogatiua eſt. Terent. Egóne? Tu ergo. Quandoq; habet uim intẽrrogandi, & dubitandi ſimul. Idem in And. Datúrne illa hodie Pamphilo nuptum? Quandoque uim diminutiuam habet, & pro ſalem ponitur. Salluſt. Secundæ res ſapientium animos fatigant, ne illi corrupti moribus uictoriæ temperent, hoc eſt, tantũ abeſt, ut illi uictoriæ temperent At næ, *νοὴ* cum diphthongo, Græca dictio eſt, idem ſignificans quod certè, uel utiq;, de qua dictum eſt ſuo loco. Compoſita, à Ne, aduerbia negandi ſunt, Nec, Neq;, *μηδὲ, μήτε*, Nequa, Nequò, Nequicquam, Neutiquam, Neutiq;, Nequaquam, Necubi. Nedum, & alta. Aliquando, ne accipitur pro Vt, præſertim quum ſubiungitur poſt aliquod horũ uerborũ metuo, Timeo, Vereor. Eiuſdem enim ſignificationis ſunt hæ orationes, Vereor ne moriatur, & Vereor ut moriatur. Interdum etiam utrunq; coniungimus: ut apud Ciceronem, Metuo ut ne pereat. Terentius in Eun. Id ut ne fiat, ſola hæc res eſt remedio. Terentius in Andria, Apprimè in uita utile, ut ne quid nimis. In quibus omnibus exemplis Vt, eſt ſuperfluum, ornatuſq; potius, quam neceſſitatis cauſa additum. Quandoq; Ne Idem eſt quod Neq;, *οὐδὲ* & hoc ferè ſubſequente particula Quidem: ita tamen, ut inter Ne & Quidem dictio aliqua intercedat. Cic. de Amicit. Nunquam illum ne minima quidem re offendi. Ne dicã, Si hæc clauſula ſequatur ſubſtantiuum, adiectiuum ſequens cum accuſatiuo ponitur. Cicero pro Rege Deiotaro, Crudelis Caſtor, ne dicã ſceleratum & impium, qui nepos, &c. Sin ſubſtantium poſtponatur huic particulæ, id eſt, ſi interijciatur inter adiectiuum & ſubſtantiuum, utrunq; erit in nominatiuo: ut Crudelis, ne dicam ſceleratus & impius Caſtor. Hæc ex Valla libro 3. cap. 20. Ne uiuam, Iurantis eſt, id eſt, maior, *ἦ μὴν, μὴ γὰρ ξάω*. Cicero Gallo, Sed ne uiuam, ſi tibi concedo. Cum hac locutione conueniunt. Ne ualeã, Ne ſim ſaluus: quibus loquendi modis utimur, quum quid aſſeuerare, & ueluti quibuſd à precibus denouere, aut ſacramento aliquo obteſtari cõtendimus. Idem ad Atticum, libro 4. Quid poteris, inquies, pro ijs dicere? Ne uiuam, ſi ſcio. Idem ad eundem, Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo ac ſentio. Sunt & aliæ dicẽdi formulæ à particula Ne, profectæ, quibus utimur quum orationẽ uel publicè habentes, uel priuatim ad amicũ ſcribentes poſt rem ſatis explicatam, loquacitatis fugiendæ ſtudio, ita dicimus, Ne uos, uel Ne te diutius teneam: uel, Ne te pluribus teneam. Item, Ne multa, ne multis, ne plura, Ne pluribus. Ne longus ſim, Ne longum ſit, Ne longum faciam, &c. Id eſt, ut breui expediam, ad ſummum: ut breuiter colligam.

Neades, in Samo quondam beſtiæ frequentes admodum, ut inquit Euphorio Aelianus, tãtę molis ut oſſa eorum pro miraculis reſeruata ſunt: uoce tam impetuoſa uel etiam terram, rumpebant.

Nebrides, peult. corr. *νεβρίδες*, Damarum, ſeu ceruorũ pelles, quibus uti ueteres in Bacchi ſacris ſolebãt, *νεβρὸς* enim dama ſeu ceruus eſt.

Nebrion, herba Ceruina, uel Elophoboſcos. Dioſcorid. lib. 3. cap. 78.

Nebrites, *νεβρίτης*. Gemmæ ſpecies eſt, Libero patri ſacra, à nebridum pellium ſimilitudine, quibus in Liberi ſacris utebantur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Nebula, f. t. *νεφέλη, ὀμίχλη*. Sic differt à Nube, quòd Nebula uapor ſit à terra atq; aquis ſurgens, quæ ſiue ſtatim euaneſcit, ſiue in altum ſublata: conuertitur in nubem. Nubes quocunq; tempore fieri poſſunt. Nebulæ nec æſtate calidæ, nimio frigore exiſtunt, inquit Plin. lib. 2. cap. 60. Atra nebula. Verg. 2. Aeneid. Humentes nebulæ, Statius 9. Thebaid. Liuens nebula. Sil. lib. 6. tandem exhalauit in auras Liuentem nebulam fugientis ab ore ueneni. Nebula erroris, Iuuenalis Satyra 10. pauci dignoſcere poſſunt Vera bona, atque illius multum diuerſa, remota Erroris nebula: Quaſi per nebulam audire, eſt leuiter, & non attentè audire. Plautus in Captiuis, Nunc ædepol demum in memoriam regredior, audiſſe me quaſi per nebulam, Aegionem meum patrem uocarier.

Nebularium, rij, ædificium, à ſubijcienda meſſe per nubilum tempus

Nebulones, m. t. & **Tenebriones**, *οὐδενὸς ἄξιοι, οὐτιδανοί*, Dicti ſunt fures, nugatores, uani, nullius pretij homines, qui mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras obijciunt: uel quod ad fugam fugitiuis nebulæ ſunt accommodatæ: uel quòd molles ſunt, inanes te uani, ut nebula, ut Donatus inquit. Lucilius, Nugator quidã ac nebulo ſit maximus multò. Cicero ad Atticum libro 1. Totum inueſtiga, cognoſce, perſpice: & nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. Terẽtius in Eunucho, Nebulonẽ hunc certum eſt ludere. Ibidem, Sanè quod tibi nunc uir uideatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. Horatius. 1. Serm. Satyra 1. non ego, auarum. Quum uerò te fieri, uappam iubeo, aut nebulonem. Idem 1. Epiſtola 2. Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati, Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoiq;.

Nebuloſus, ſa, ſum, Nebulis tectus, nebulis & nubibus plenus, tepidus, & frequentibus nebularum humoribus conſperſus, *νεφελώδης*. Cato de Re ruſtica cap. 6. Ager ſi nebuloſus eſt, rapa, raphanos, milium, panicum, ibi maximè ſeri oportet. Colum. lib. 2. cap. 10. Eaq; nec macrum, nec nebuloſum locum patitur.

Nec & Neq;, Coniunctiones ſunt diſiunctiuæ, quæ ferè geminatę in oratione collocantur, aut etiam ſingulæ, ſed tamen ita, ut ferè ſemper præcedat negatio, *μηδὲ, οὐδὲ, οὔτε μήτε*. Cicero de Amicitia, Nec enim melior uir fuit Aphricano quiſquam nec clarior. Terentius in Eunuch. Occidi, neque uirgo eſt uſquam, neq; ego, qui illam è cõſpectu amiſi meo. Cicero de Amicitia, Neque quicquam unquam, niſi honeſtum & rectum, alter ab altero poſtulabit: neque ſolũ colent ſe inter ſe, ac diligent, ſed etiam uerebuntur. Nonnunquam ſignificat non: ut Nec uideo quorſum res cuadat. Cicero libro 3. de Legibus, Senatori, qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto. Verba ſunt legis antiquæ, quibus hoc ſignificatur, Senatori, qui ad ſenarum uocatus non cõ uenerit, aut culpam imputari oportere, aut iniungendam neceſſitatem cauſæ legitimæ excuſandę. Hæc Budæus in poſterioribus. Annot. Terẽt. in And. Audiui iam omnia. D. ah, nec tu omnia. Idem in Heaut. Vt hanc lætitiam nec opinanti primus obijcerem, hoc eſt, non opinanti, & præter expectationem. Cicero in Offic. Nec opinata bona dixit, pro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inopinatis. Et, Nec opinatò, pro inopinatò aduerbij uice, ἀπροσδοκήτως. Cic. 3. de Fin. Quum incidisset, ut alter alterum nec inopinatò uideremus, surrexit statim. Resoluun tur autem ferè hæ coniunctiones, per negationem & cõiunctionem disiunctiuã: ut hæc oratio, Nec fuit Aphricano uir melior nec clarior: sic ferè exponitur, Aphricano non fuit uir melior aut clarior. Sed si sequatur enim, uim simplicis negationis habet: ut nec enim id facerem, id est, non enim id facerem. Quandoque significat Etiam. Quint. Persolui gratia non potest, nec malo patri, id est, etiam malo patri. Factum est autem Nec à Neq, per apocopen duarum extremarum literarum, & q, quòd finem Latinè dictionis tenere non possit, in c, commutato. Nec dum, non adhuc, μήπω. Verg. 1. Aen. Necdum etiam causæ irarum, sæuiq dolores Exciderant animo. Cicero ad Atticum lib. 6. Cassius ineptas literas misit: necdum Bibuli erant allatæ. Nequedum, idem quod Necdum, id est, Et nondum. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. Sed eius rei maturitas nequedum uenit, & tamẽ iam appropinquat. Idem ad Atticum libro 14. Nequedum Roma es profectus. Nec eo minus, pro nihilo secius dixit Sueton. Tranquillus in Othone, capite 4. Nec eo minus alium alia uia militum demerebatur, Neque secius eo, pro nihilo minus, Idẽ in Domitianum capite 12. Item, Nec quicquàm aliud, pro Tantùm, Idem in Nerone, cap. 43. Neq quicquã, quàm pro Tantùm, Idem in Claud. Cæs. Has formulas loquendi notauit Erasmus in Tranquil. tu inde exempla petito.

Necesse, siue Necessum, dicitur quod ui aliqua cogente fieri opus est, ἀναίτιον, à Cesso uerbo deductum, quod nõ sit in eo cessandum, Olim teste Donato, declinabatur, hic & hæc Necessis, & hoc Necesse. & Necessus, a, um, ex quibus hodie manserunt Necesse & Necessum. Terẽt. in Eunucho. Sed necesse est, huic ut subuenias. Cicero ad Atticũ. Eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare quid sim facturus: id est, eo minus mihi opus est, siue opus habeo. Plautus in Sticho, Nunc auctionem facere decretum est mihi, Foras necessum est quicquid habeo, uendere.

Necessitas, tis, f. t. Vis ipsa quæ cogit, περίσχεσις. ἀνάγκη. ut Necessitas mihi incumbit eundi Mutinã. Cic. 10. Phil. Sed mihi necessitatem attulit paulò plura dicendi sententia eius qui rogatus est ante me. Idem post reditum ad Quirit. Fatali aliqua quasi necessitate mihi cum fortuna belligerãdum fuit. Idem pro Cluent. Necessitate coactus fecl. Idem 2. Offic. Datur necessitati uenia. Nonnunquam pro instantibus & necessarijs negotiis sumitur. Plin. lib. 4. Epist. Collegæ optimi, meiq amantissimi, de communis officij necessitatibus prælocuti excusare me, & eximere tentarunt. Aliquando appellatione Necessitatis, ius quoddam & uiuculum religiosæ coniunctionis, hoc est, sanguinis, familiaritatisue significatur, συνάφεια, οἰκειότης. Cæsar in suasione legis Plutiæ, Equidẽ mihi uideor pro nostra necessitate, non laboro, non opera, non industria defuisse.

Necessitudo, inis, f. t. aliquando idem est quod necessitas, hoc est, uis illa urgens, quæ nos ad aliquid faciendum cogit. Sallustius in Iugurt. Coactus rerũ necessitudine, statuit armis certare. Præterea Necessitudo, est familiarior quidam amicitiæ usus & coniunctio quædam affinitatis, uel etiam sanguinis. Cicero Famil. 13. Multos tibi commendem necesse, quando omnibus nota nostra necessitudo est, tuaq in me beneuolentia. Sallustius in Iugurt. Etiam antea Iugurthę filia Boccho nupserat: uerum ea necessitudo apud Numidias, Maurosque leuis ducitur. Aliquando necessitudo ponitur pro necessario, id est, cognato, uel affine. Suetonius in Augusto, Remisit tamen hosti iudicato necessitudines, amicosq omnes.

Necessarius, a, um, Dicitur illud, sine quo quid fieri non potest: ut Necessarius est mihi aductus tuus, ἀναγκαῖος. Cic. Verr. 5. Quo minus miremini Siculos re necessaria nulla coactus, auxilium à patronis, à Consulibus, à Senatu, ab legibus, à iudicijs petiuisse. Idem 10. Philip. An quum illũ necessarium, & fatalem penè casum non tulerimus, hunc feremus uolũtarium? Idem pro Quint. Rosc. Illa superior fuit oratio necessaria, hęc erit uoluntaria. Idem 1. de Natura deorum. Nos è terra cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. Idem 1. Offic. Ad usos uitæ necessarios expetuntur diuitiæ. Huic opponitur Anceps, quod recentiores contingens, τὸ ἐνδεχόμενον uocant.

Necessarij, m. f. Dicuntur cognati, uel affines, uel amici, & hi quibus etiam familiariter solemus, quòd necessaria inter eos officia conferantur, οἱ προσήκοντες. Cicero Planc. libro 13. Epist. Nec dubito quin scias, in ijs necessarijs, qui tibi à patre relicti sunt, me tibi esse uel coniunctissimum. Idem, Vitio mihi dant quód mortem hominis necessarij grauiter fero. Idem pro Cluen. Quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab utroque alienissimum, sordidissimum, turpissimum, quem per bonum aliquem uirum ageretur, & amicum, necessariumq communem.

Necessariè, & **Necessario**, aduerbia, ἀναγκαίως Cicero 1. de Inuent Necessariè demonstrantur ea quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt. Idem 4. Tusc. Nullisq unius disciplinæ legibus astricti, quibus in Philosophia necessariò pareamus. Terent. And. Tum necessariò se aperiũt, & timent.

Neco, as, aui, atum, uel necui, nectũ, a. p. Idem quod interimo, uel interficio, κτάνω. Diomedes & Priscianus ita distinxerũt hæc præterita, ut Necaui sit, quasi ferro occidi: Necui, quasi suffocaui: idẽq omnino iudicabat de participijs Necatus, & Nectus. Sed hæc differentia sæpissime confunditur. Val. ita distinguit, ut Necatus generalem habeat significationem, Nectus specialem: putatque hoc posteriori non esse utendum, nisi addito certo genere mortis: idque frequentius in compositis: nam simplex Nectus rarò legitur. Liuius libro 11. Fame, frigore, illuuie, squalore enecta. Sic etiam dicimus Enectus siti, Enectus morbo: non autem enectus ferro: quod, teste Valla nusquam legitur. Necatus autem dicitur tàm is qui ferro, quàm qui alio quouis modo interijt, Author ad Heren. libro 3. Si accusator dixerit à reo hominẽ ueneno necatum. Nec de homine tantum dicitur, sed de alijs quoq. Colum. lib. 2. Sic omnes radices herbarum præruptæ necantur. Fame neco, λιμοκτονέω, Suet. in Tib. cap. 54. Hostes fame necauit. Cic. ad Attic. lib. 6. Parentẽ patriam fame necandam putent. Morsu necare. Ouid. 2. de Rem. 2mo. Parua necat morsu spatiosum uipera taurum. Necaturus participium. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. Opprimet hanc animam fluctus, frustraq precanti Ore necaturas accipiemus aquas. Huius uerbi cõposita sunt, Eneco, ἀποκναίω, ἀποκτάνω, suffoco. Plautus in Amphit. Puer ambos angues enecat. Horat. lib. 1. Epist. Spem mentita seges, bos est enectus arando. Interneco, & Perneco, ἐξολλύω, & habent penultimam correptam.

Necromantia, f. p. penult. acuta, νεκρομαντία. Diuinatio, quę fit euocatis ad sua cadauera umbris. Eius duas faciunt species, Necromantiam, & Sciomantiam. Necromantiam uocabant, quum ad recens cadauer, calido sanguine oppletum, umbra uel dæmon aliquis magicis carminibus euocatus, per os ipsius cadaueris futura prædicebat. Huiusmodi Necromantiam depingis Lucanus libro 6. ubi à Thessala ea quadam malefica reuocatus ad uitam miles recenter occisus. Sexto Pompeio euentum belli Pharsalici prędicit. Sciomantiam, autem uocabant, quum euocata tantùm umbra futura dicebant. Dicta est autem Necromantia, ἀπὸ τῶν νεκρῶν, quod mortuum significat, uel cadauer: ἀφ' ἧς μαντείας, hoc est à Diuinatione. Est enim diuinationis quoddam genus, fieri solitum per umbras aut cadauera mortuorum. Hinc necromantæ, νεκρομάντεις, dicti sunt qui hoc magiæ genere utuntur.

Necro corinthii, Vide in Propriis.

Nectar, aris, n. t. νέκταρ, Deorum (inquit Festus) potionem significat. Cicero libro 1. Tusc. Non enim Ambrosia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula ministrante lætari arbitror. Ouidius 4. Metamorph. Protinus imbutum cœlesti nectare corpus Delituit, terramq suo madefecit odore. Dictũ putatur nectar à priuatiua particula νὴ, & uerbo κτάνω, quod est occido: quod non eorum qui moriuntur, sed immortalium deorum sit potus. Per translationem accipimus pro quouis uino dulciori. Vergil. in Daphnide, Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar. Interdum etiam pro melle. Verg. 1. Aencid. aut quum liquentia mella. Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

Nectareus, u, um, νεκτάρεος, Quod nectaris saporem refert, aut odorem: ut Falernum nectareum, apud Mart. lib. 13. Flores nectarei, apud Claudianum de nuptijs Honorij. Est & Nectarea herba, alijs nominibus Helenió, & Medica, & Symphytion, & Idæa dicta: ex qua conficitur uini quoddam factitij genus, quod nectarites appellatur. Vide Plinium libro 14. capite 16.

Necto, nectis, nexui & nexi, nexum, a. t. Ligo, iungo. πλέκω, ἔργω. Verg. 4. Eclog. Ille dolum ridẽs, quo uincula nectitis inquit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inquit. Horat. 1. Carm. Ode 29. Non ante deuictis Sabæq; Regibus, horribiliq; Medo Nectis catenas. Propert. lib. 3. Eleg. 9. At rici qui nostro nexisti retia lecto. Eleganter nectere doliũ alicui dicitur, pro dolis circunuenire Liuius 1. ab Vrbe, Vndique dolus Regi nectitur. Aliquando Nectere est obligare, deuincire, & ære alieno obstringere. Idem ab Vrbe 8. Eo anno plebi Romanæ uelut aliud initium libertatis factum est. quòd necti desierunt. Nexus, a, um, participium & Nexus, us, ui, uerbale, uide infrà suo loco. Huius composita sunt, Annecto quod est ad aliquid necto, siue iuxta necto, subiungo, ἐπιπλέκω. Columella libro 1. At si regionis conditio permirtit de ueterib. hastilia quibus annectantur singula, transuersæ perticæ alligenrur. Connecto, Simul necto σλωάνω, σωδέω. Idem in eodem, Eaq; uel saligneis perticis, uel compluribus quasi fasciculis arundineum connectuntur. Innecto, intus necto, cateno, ἐμπλέκω. Claudianus libro 1. Mutuaq; alternis innectite colla lacertis, id est, complectemini. Internecto, διαπλέκω. Vergilius libro 7. ut fibula crinem auro internectat. Lyciam ut gerat ipse pharetram. Obnecto, obligo. Subnecto, subiũgo, ὑποπλέκω. Vergilius Aurea subnectens exertæ cingula mammæ.

Necubi, Pro ne alicubi, id est, ut non in aliquo loco, & sem per duo uerba postulat: ut iussi necubi mihi præsto sis, id est, ne in ullo loco sis. Varro de Re rustica capite 41. Si erunt imbres sequuti, uidendum necubi aqua consistat.

Necunde, Id est, ne ex aliquo loco, μήμοθεν. Liuius libro 2. belli punici. Circunspectans necunde impetus in frumentatores fieret.

Necyia, νεκυία, Quasi mortuaria, resq; funebris, & ad mortuos pertinens, & ipsum etiam mortuorum festum, quũ pro impetranda defunctorum Manibus quiete, mortuorum sepulchra cum facibus & cereis frequentabantur.

Necyomantía, Vide Necromantia.

Necydalus, li, m. s. νεκύδαλος. Quid sit, docet Plinius libro 11. cap. 22. his uerbis. Est & alia horum origo è grandiore uermiculo, gemina ptendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt Fit deinde quod uocatur Bombylis: ex ea necydalus: ex hoc in sex mẽsibus Bombyx. Ex quibus Plinij uerbis cõstat Necydalum genus esse uermiculi, aut certè insecti, quod deinde post sex menses transformatur in bombycem.

Nedum, Significat nõ solum μή τι, μή τι δὴ μήτιγε, μήποτε, & duobus modis in oratione collocari solet. Vno quũ utranque sententiam eodem claudimus uerbo: ut Fũderem pro te sanguinem, nedum pecuniam. Altero, quum suum utriq; sententiæ uerbum, accommodamus. ut Funderem pro te sanguinem, nedum tibi pecuniam crederẽ. Negatiuè sic, Non funderem pro te obolum, nedum pro te sanguinem non funderem. Quum autem affirmamus, id quod graúius est, maioris q; momenti, in prima orationis parte ponendum: quẽ negamus, id quod minoris. Plus est enim & magis momentosum, fundere sanguinem, quàm pecuniam: & minus est & leuius, perdere aut credere obolum, quàm perdere aut fundere sanguinem. Hæc Valla libro secundo, capite 8. Necdum, aliquando pro non solum, & post se recipit Sed etiam. Cicero ad Atticum libro 10. Tu quoniam quartana cares, & nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te uegetum nobis in Græcia fiste, & literarum aliquid interea, &c.

Nefandus, a, um, Quod non est fandum: à nefas quod ne fari quidem liceat ἄῤῥητος. Cicero de Natura deorum 1. At uerò nefandum quidem auditu est, crocodilũ, aut ibin, aut felem uiolatum ab Aegyptio. Idem ad Brut. Contraque eius arma nefanda, præsidia quæ oblata sunt, Cæsaris consilio & authoritate firmaui. Vergil. 12. Aeneid. Hoc caput, ô ciues, hæc belli summa nefandi, Ferte faces properè, fœdusque reposcite flammis. Ouid. 6. Metamorph. atque utinam fecisses ante nefandos Concubitus, uacuas habuissem criminis umbras. Vergil. 3. Aeneid. satis est gentem effugisse nefandum. Pro eodem etiam apud antiquos legitur Nefans, antis. Lucilius libro 7. Tãtalus qui pœnas ob facta nefantia luit.

Nefas, Impium facinus & execrabile, quasi nõ fas, ἀθέμιτον. Cicero ad Trebon. Mihi nefas sit obliuisci. Author Carminis ad Pisonem, Seu capitale nefas operosa diluis arte. Vergilius 4. Aeneidos, Illa dolos, dirumq; nefas in pectore uersat. Ouidius 10. Metamorph. at tu dum corpore non es passa nefas, animo ne concipe. Nefas sit. Cicero de Amicic. Aequè autem nefas sit, tale aliquid & facere & rogatum, & rogasse. Nefas dictu. Cic. de Sen. Quorsum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profectò uideris nefas esse dictu, miseriam fuisse talem senectutem.

Nefarij, m. s. Scelesti, sacrilegi, ita dicti à farre, quod ne digni quidem sint qui farre uescantur, ἀνόσιοι, ἀναγεῖς. Non. Nefarij proprietatem lib. 1. de uita pop. Ro. Var. patefecit A farre quod adoreum est, quo scelerati uti non debeant. Ascon. scribit Nefarium dici, quod sacra polluit farre pio solita celebrari: ergo Nefarij sacrilegi. Alij malunt huius nominis originem ad Fari uerbum referre. unde Nefas, & Nefandus deriuationem trahũt ut Nefarium dicatur quod adeò est sceleratũ, ut ne fari quidem, hoc est nominare debeamus. Nefarius, a, um, Id est profligatus, perditus, nequam: Cic pro Sylla, Horum ego faces eripere de manibus, & gladios extorquere potui, sicut feci: uoluntates uerò conscelleratas, ac nefarias nec sanare potui, nec tollère. Idem ad Lentul. libro 1. Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio. Facinus nefarium, Cæsar 7. bell. Gall. Latrocinium nefarium. Cicero 3. Verrin. Scripta nefaria, Catullus ad Fund. Hinc nefariè aduerbium, hoc est, scelerarè, impiè. Cic. 2. Verrin. Quum multa in deos, homines q; nefariè fecerit.

Nefastus, a, um, adiect. ut Nefasti dies, quibus non licet ius fari, ἀποφοράδες ἡμέραι. Ouid. 1. Fast. Ille nefastus erit per quẽ tria uerba silentur. Varro lib. 5. de Lingua Latina. Vocantur Dies nefasti, per quos dies nefas fari Prætorem, Do, Dico, Addico. Liuius ab Vrbe 1. Nefastos, fastosque dies fecit: quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat. Nefasti dies, ut inquit Festus. N, litera notabantur. Accipitur aliquando Nefastus pro nefario. Plinius libro 10. capite 11. Eaque causa est ne inter nefastos frutices damnetur. Cicero de Legibus. Quæq; augur iniusta, nefasta, uitiosa, dira dixerit, irrita, infectaque sunto. Nefasta terra, pro infausta & ominosa. Liu. 6. ab Vrbe, Neque terra sit nefasta uictoriæ suæ.

Nefrendes, com. t. νεβροί. Dicuntur à Var. lib. 2. cap. 40 porci, qui nomine lactentis amisso nondũ fabam frendere possunt, id est, frangere, Antiqui reste Festo, Nefrendes Arietes dicebant, quòd dentibus frendere non possunt. Alij dicunt Nefrendes, infantes nondum frendentes, id est, frangentes. Liuius Andronicus. Quem ego nefrendem alui, lacteâ immulgens opem. Sunt qui nefrendes testiculos dici putẽt, quos Lanuuini appellant Nebrundines νέφρους, Prenestini Nephrones. Hæc Festus.

Negabundus, Negatio, Negatiuus, Negito, Vide Nego.

Negligo, gis, penultima correpta, glexi, ctum, a. t. ῥαθυμέω, ῥᾳθυμέω, ὀλιγωρέω, ἀμελέω. contemno, non curo, quasi ne legere quidem, nec uidere dignor, postpono, non timeo. Cicero libro 11. Famil. Periculum fortunarum, & capitis sui, p mea salute neglexi. Terentius in Adelphis, Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.

Negligentia, æ, f p. Incuria & indiligentia, ἀμέλεια, ὀλιγωρία. Cicero libro 2. Famil. Quanquam me nomine negligentiæ tibi suspectum esse dolco: tamen, &c. Negligentia tua feci: id est, quòd te negligam. Terentius in Phormione, Nam neque negligentia tua, neq; id odio feci tuo.

Neglectio, negligentia. Cic. pro Mur. Amicorum neglectio.

Neglectus, us, m. q. pro contemptu. Terentius in Heaut. Hæc res neutiquam neglectui est mihi, ὧν παρέργως μέρα.

Negligenter, aduerb. ἀμελῶς. Terent. in And. Ah tantámne rem tam negligenter agere? Aliquando significat per contemptum. Sueton. de claris Gramm. de Orbilio loquens, Librum etiam, cui est titulus Perialogos, edidit, continentem quærelás de iniurijs, quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent.

Nego, as, a. p Ex Non, & Ago, pro Dico, compositum est: quasi dico quòd non renuo, inficias eo, ἀποφάσκω, ἀπόφημι, ἐξαρνός ἀμι, οὔνφημι. Cicero pro Milone. Negant intueri lucem fas esse eum, qui à se hominem occisum fateatur. Idem de Claris Oratoribus. A Mæio. si fateris, sumpsisti multa: aut si negas, surripuisti. Interdum accipitur pro Recuso, ut non ad uerba solùm, uerumetiam ad facta extendatur. Terentius in Andria, Hic nunc non dubitat quin te ducturum neges. Huius composita sunt, Abnego, Denego, Pernego, quod est perfectè & constanter nego. Plautus in Asin. Vbi creditur quod tibi sit, datum esse pernegaris, Subnego, Aliquantum nego, ὑπαρνοῦμαι. Cicero Trebat. in Præfat. Topic. Veruntamen quod præsenti tibi propè subnegarem, &c. Et habent penultimam correptam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Negatio, onis, f.t. ἀπόφασις, ἄρνησις. Cicero pro Sylla, Eandem uim esse negationis huius, quàm si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. Idem de Partit. Negatio, inficiatioque facti. Idem 2. de Inuent. Disparatum est id, quod ab aliqua re oppositionẽ negationis seperatur hoc modo, Sapere, & non sapere. Negatio postposita negationi, non semper habet uim affirmandi, sed interdum magis negandi: ut quũ altera pro uniuersali ponitur, & particulares sequuntur, hoc modo, Nullas accepi à te literas, nec breues, nec prolixas. Vergilius libro 3. Georgic. nulla neq; amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Item una sola negatio postposita negationi negat, ita tamen ut sequens iungatur cum Quidem, Cicero Lentulo, Neq; errarent, ne aduersarij quidem. In huiusmodi enim locutionibus subauditur semper pars aliqua prioris membri: ut quũ dico, Non tibi hoc persuaderet, ne Deus quidem: subaudi tur nominatiuus Aliquis, uel similis: hoc modo, Non tibi hoc persuaderet aliquis: deinde ad maius significatum sub iungo, Ne Deus quidem, cui omnino est credendum. Interdum etiam sine Quidem duæ negationes negant: præsertim si tertia subaudiatur. Terentius in Heauton. Agrum in his regionibus meliorem neque pre pretij maioris habet nemo. Vbi subauditur prioris mẽbri negatio. Hic enim est sensus, Agrum neque meliorem neq; maioris pretij, &c. Aliquando etiam duæ negationes inueniuntur positæ pro una, Varro de Vit. pop. Rom. Quæ abstinentia uiri, mulieresq; Romanæ fuerint, quod à rege munera eorum noluerit nemo accipere, &c. Si autem duobus uerbis aut expressis, aut intellectis addantur duæ negatiuę, non dubium est quin negẽt. ut, nec me amas, nec mihi credis. Intellectis sic, Nec uirtuti studes, nec literis: nam in posteriori parte intelligitur repeti uerbum Studes. Tres negationes pro una ponuntur. Terẽt. in And. Neq; haud dicas tibi non prædictum. Aliquando etiam præpositiones negant, sed hoc solùm in compositione: ut Indoctus idem est quod non doctus. Sic etiam apud Græcos φρονέω idem est, quod sapio: παραφρονέω, idem quod desipio.

Negatiuus, a, um, Quod negat: ἀνυπικὸς, ἀποφατικός. ut Dictio negatiua.

Negantia, æ, idem quod Negatio. Cicero in Topicis, Deinde addunt coniunctionum negantiam, sic, Non & hoc est, & illud.

Negito, as, frequentatiuum. Plaut. Merc. Abnuere, negitare adeò me natum suum. Idem Bacchid. Vix quidem negito.

Negatus, a, um, participium, Ouidius 15. Metamorph. Nitimur in uetitum semper, cupimusq; negata. Horat. 3. Carm. Ode. 2. Virtus recludens immeritis mori Cælum, negata tentat iter uia.

Negans, tis, om. t. part. seu nomen ex partic. Cic. in Top. Sunt etiam ualde contraria alia, quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικὰ. Græci contraria aientibus, ut, Si hoc est, illud non est. Negatur, impersonale. Ouid. 2. de Arte. Si tibi per tutum, placidumq; negabitur iter.

Negotium, tii, n. f. Occupatio. munus, opus: à Nec & Otium, quasi non otium, hoc est opus, sicut à Nec, & Lego, Negligo: c, mutata in g, sicut in Quingenti, quanuis à centum componatur, πρᾶγμα, ἀχολία, ἔργον. Cicero 1. Offici Peregrini officium est, nihil præter negotium suum agere. Idem pro Flacco. Non debuit, quum Prætor esset, suum negotium agere. Negotium dare est, quod dicitur in mandatis dare, mandata dare, mandare, committere. Cæsar libro 2. Comment. Ipse, quum primum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum uenit: dat negotium Senonibus, reliquisq; Gallis, qui finitimi Belgis erant, uti ea, quæ apud eos gerantur, cognoscãt. Aliquando Negotium, accipitur pro labore, & molestia, πραγματία. Cicero Cornific. Etsi periniquo patiebar animo, te à me digredi: tamen eo tempore me consolabar, quòd & in summũ etiam otium te ire arbitrabar, & impẽdentib. magnis negotijs discedere. Item Fabio, Adhibui diligentiã, quoties Senatus fuit, ut adessem, plurimumq; in eo negotij habui. Idem Attic. lib. 4. Nolo enim negotij Quint. fratrem habere quicquam. Terent. in Prolog. Andr. Poëta quum primùm animum ad scribẽdum appulit, Id sibi negotij credidit solum dari, Populo ut placerent quid feciſſet fabulas. Quo in loco Negotium, teste Donato, accipitur pro cura, & molestia, πραγματεία. Facere negotium, Est molestiam exhibere, πράγμα παρέχειν, Cicero App. Pulchro, Quum est allatum ad nos de temeritate eorum qui tibi negotium facerent. Est mihi negotium pro eo quod Barbari dicunt, Habeo ad faciendum. Terẽ. in Adel. Mirabar, quid hic esset negotii tibi. Aliquando Negotium accipitur pro controuersia, uel dissensione: ut quum dicimus, Erit mihi tecum aliquid negotii. Cic. ad Att. lib. 7. Verũtamẽ uideo mihi cũ homine audaciſſimo, paratiſſimoque negotium esse. Cæl. Cic. lib. 8. Epist. Vt existimarent homines, Pompeio cum Cæsare esse negotium. Item negotium dicitur factum, de quo est quæstio: unde dicta est Constitutio negotiolis. Prætera negotium accipitur pro re medio. Plaut. in Captiuis, Neq; de hac re negotium est tibi quin malè occidam. Negotium est, apud eundem in Milit. pro, Ita oportet, Sic res postulat. Nullo negotio, pro facilè Cicero ad Atticum lib. 8. Iurabat ad summam, quod nullo negotio faceret amicum mihi Cæsarem. Ibidem libr. 4. Cato qui tenere Siciliam nullo negotio potuit.

Negotiolum, diminutiuum. Cicero ad Quintum Fratr. lib. 3. Erit nescio quid negotioli.

Negotior, aris, d, p. Negotia exerceo, & mercaturæ operam do, πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι. Cicero lib. 3. Officiorum. Quum sẽ Syracusas otiandi causa, non negotiandi contulisset. idẽ Seru. Sulpit. lib. 13. Epist. M. Curtius qui Patris negotiatur, id est, mercaturæ operam dat. Negotiari animas, dixit Plinius lib. 26. ca. 1. pro eo quod est accepto pretio homines interimere, & ueluti uendendarum animarum negotiationẽ exercere. Verba Plinii sunt hæc, Nec dubium est omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes animas statim nostras negotiari, hoc est, anima & uita nostra ad quæstum & negotiationem suam abuti.

Negotiator, m. t. Præfectus negotiationi, ἐμπολᾶ & ἔμπορος. Vnde Labeo, Negotiatores serui uidentur, qui præpositi sunt negotii exercendi causa, ueluti qui ad emendum, aut locandum & conducendum præpositi sunt. Negotiator etiam simpliciter dicitur is, quem nos Mercatorem dicimus. Cic. lib. 1. Epist. ad Q. frat. Improbus negotiator, paulò cupidior publicanus. Idem 5. Verr. Qui plus existimet apud lectiſſimos senatores pecuniam, quàm apud tres negotiatores metum ualere. Mercis sordidæ negotiator, Quintilianus lib. 1. cap. 12.

Negotiatio, f. t. ἐμπορία, ἐμπόλημα, pro mercatura Quintilian. posuit. Columell. lib. 1. Hæc enim negotiatio curam uillici auocat. Cic. Cecinnæ lib. 6. Vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare.

Negotiosus, a, um, Quod est negotiis plenum, πραγματώδης, πολυπράγμων. Salluſt. Prudentiſsimus quisq; quasi maximè negotiosus erat. Res negotiosa, id est, difficilis, & in qua multum sit negotii & laboris. Plautus in Sticho, Aedepol rem negotiosam: quid sit, uihil etiam scio. Cicero pro Muræna, Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam & quietam: ut illam, cui quum Quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Hoſtiensem, non tam gratiosam & illustrem, quàm negotiosam & molestam. Negotiosi dies, hoc est, profesti, diebus sacris oppositi. Tacitus lib. 13. Eoq; oportere diuidi sacros, negotiosos dies, queis diuina colerentur, & humana non impedirent.

Negotialis, om. t. Ad negotium pertinens, πραγματικός. ut Cõstitutio negotialis, apud Rhetores. Cicer. 1. de Inuent. Hæc constitutio partes duas uidetur habere, iuridicialem & negotialem. Quintilianus libro 2. cap. 21. Eiq; locum in ethice negotialem assignant, id est. πραγματικόν.

Nem, pro aliquando scripserunt ueteres, quod & pro nisi etiam scripsere.

Nemo, inis, com. t. Compositum uidetur à Ne, & Homo, ὀδὰς, ὀδὰς, ὅτις. Nam de solis dicitur hominibus. Terent. in Eunu. Nemo est quem ego magis unus cuperem uidere, quàm te. Nemo homo, pro nemo omnino. Cic. lib. 13. Famil. Epist. Posteaquàm mecum in bello, atq; in re militari fuit, tantam in eo uirtutem, prudentiam, fidem, tantamq; erga me beneuolentiam cognoui, ut hominem neminem pluris faciam. Nemo hominum, pro nemo est hominum. Terẽ. in Eun. Ego formidolosus? nemo est hominum qui uiuat, minus. Nemo pro ullus. Cic. Fam. 9. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini: ut summa seueritas animaduersionis nõ modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cum bonis omnib. est faciendum, tum haud scio, an memini potius quàm tibi. Non nemo, hoc est, aliqui, siue nonnulli. Idem pro lege Manil. Quum esset nõ nemo in Senatu, qui diceret non oportere, &c. Nemo etiam nonnunquam

nonnunquam de fœminis dicitur. Terent. in And. Hoc ſcio unum ego, neminem peperiſſe hic. Plaut. Caſin. Vicinâ neminem amo meritò magis, quàm te.

Nempe, Aduerbium confirmantis, quod aliquando cum interrogatione ponitur, aliquando ſine interrogatione, *δῆλα καδή, δηλονότι, νὴ Δία*. Cic. pro Ligar. Apud quem hæc dico? Nempe apud eum, qui quum hoc ſciret, me tamẽ antè, quã uidit, reipub. reddidit. Hic uides, Nempe, uim reſpondendi elegantem habere poſt noſtram ipſorum interrogationẽ. Idem pro Milone, Quid ergo tulit Pompeius? nẽpe ut quæreretur. Plautus in Menæch. Nempe iubes? M. Iubeo hercle uerò Sine interrogatione poſuit Terẽtius in Andria. Nempe hoc ſic eſſe dicturum opinor patrem, Quintil. Nempe enim in hoc plurimum laboris exhauſimus, ut Rhetoricam oſtenderemus bene dicendi ſcientiam & utilem, & artem, & uirtutem eſſe.

Nĕmŭs, oris, penultima correpta, neut. gen. t. *νέμος, ἄλσος*. Propriè dicitur ſylua uoluptatis cauſa comparata, & plena amœnitatis, *ἀπὸ τοῦ νέμειν*, hoc eſt, à paſcendo, ſiue quod nemoris glandibus olim homines uictitarint, ſiue quòd in eo greges atq; armenta depaſci ſoleant. Nemora (inquit Feſt.) ſignificant ſyluas amœnas. Verg. 6. Aeneid. Interea uidet Aeneas in ualle reducta Secluſum nemus, & uirgulta ſonantia ſyluis. Idem ibidem, atq; inimica refugit In nemus umbriferum. Ouid. 6. Faſt. Eſt nemus arboribus denſum, ſecretus ab omni Voce locus, ſi non obſtreperetur aquis. Hor. 1. Carm. Ode 1. me gelidum nemus Nympharũq; leues cum Satyris chori Secernunt populo.

Nemoroſus, a, um, Nemoribus abundans, *ὑλώδης*. Plinius Epiſtola 161. Modicus collis aſſurgit, antiqua cupreſſu nemoroſus, & opacus. Columella libro 2. cap. 2. Montem non ſub limem & aſperum, nec nemoroſum & herbidum maximẽ probauerunt. Ouidius Epiſtola 15. Eſt locus in mediæ nemoroſis uallibus Idæ. Vergil. 3. Aeneid. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Nemorenſis, ſe, om. t. Quod ex nemore eſt, aut quod in nemore natum eſt. Colum. lib. 9. cap. 4. Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorenſe, quod ex ſparto atq; arbuto prouenit. Nemorenſis rex dicebatur, qui Dianæ Aricinæ ſacrificijs præerat. Suetonius in Caligula, Nemorenſi regi, quod multos iam annos potiretur ſacerdotio, ualidiorem aduerſarium ſubornauit.

Nemŏralis, adiectiuum: unde Aricia peculiari epitheto Nemoralis dicitur. Martial. lib. 13. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos. Nemorale templum, & Nemorale ſtagnum, hoc eſt, nemori Aricinio uicinum. Ouid. 1. de Arte, Ecce ſuburbanæ templum nemorale Dianæ. Idem 14. Metamor. Quæq; colunt Scythicæ ſtagnum nemorale Dianæ.

Nemoriuagus, a, um, Quod in nemore uagatur: ut Aper nemoriuagus. Catull. de Berecynthia, Vbi cerua ſyluicultrix, ubi aper nemoriuagus. Nemus etiam, teſte Sipontino, peculiariter appellabatur lucus quidam haud longè ab Aricia, in quo lacus eſt quod ſpeculum Dianæ dicitur.

Nemur, niſi etiam uel nempe, inquit Feſt. ſignificat.

Nenum, ut ait Nonius Marcellus. pro Non, ſumitur. Lucilius libro 30. Sed tamen hoc dicas quid eſt, nenum moleſtum eſt. Varro in Epiſtola ad Fuſium: Si hodie nenum uenis, cras quidem ſi ueneris, dies eſt natalis fortunæ Neonem legit Sipontinus.

Neo, nes, neui, netum, neut. ſ. Significat filum torqueo: eſt q; proprium mulierum, *νήθω, κλώθω*, Iuſtin libro 1. Inuẽnit eũ inter ſcortorum greges purpuram colo nentẽ. Plinius lib. 33. capite 3. Superq; omnia netur, ac texitur lanæ modo, & ſine lana. Ouid. de Medic. fac. Aſſiduo duram pollice nebat opus. Silius libro 7. donum Quod noſtræ neuere manus. Hinc Perneo compoſitum.

Nĕŏgămŭs, mi, m. ſ. *νεόγαμος*, Qui recens uxorem duxit.

Neomenia, penult. acuta, *νουμηνία*, Latinè Nouilunium, uel prima dies lunæ, aut menſis. Græci enim menſes ſuos ad Lunæ curſum dirigebant, & à primo nouilunij die menſes ſuos auſpicabantur.

Nĕŏphytŭs, m. ſ. pen. cor. *νεόφυτος*, Nouellus, quaſi *νεόν φυτόν*, hoc eſt, nouum germen, noua planta. In Sacris literis dicitur, qui nuper ad fidem acceſſit, quaſi nuper inſitus.

Neoſtrophos, nuper tortus.

Neotericus, a, um, *νεωτερικὸς*, Adiectiuum à comperatiuo Græco *νεώτερος* formatum, idem ſignificans quod recens, ſiue quod nuper fuit. Vnde Neoterici ſcriptores, dicuntur recentiores, quibus opponuntur Antiqui, uel priſci.

Nĕpă, æ, f. t. Animal uenenatum, cauda feriens, quod alio nomine Scorpius dicitur, *σκορπίος*. Cicero lib. 3. de Finibus. Serpere anguiculos, natare anaticulas, uolare merulas, cornibus uti uideas boues, nepas aculeis, ſuam cuiq; naturã eſſe ad uiuendum ducem. Huius nominis prima corripitur. Manil. lib. 2. pietate ad ſydera ductam Erigonem, ictuq; nepam, ſpolioq; leonem. Natura huius eſt, ut in parietum latibulis deliteſcat, & quum aliquid ſenſerit, retrocedat. Plautus. Caſ. Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam: Captandus eſt horum clanculum ſermo mihi. Feſtus, Nepa Aſrorum lingua ſydus, quod Cancer appellatur: uel, ut quidam uolunt, Scorpius.

Nēpēnthēs, neut. gen. *νηπενθές*, Herbæ genus eſt, quæ uino iniecta triſtitiam diſcutit, animiq; hilaritatem inducit: unde à quibuſdam eadem eſſe putatur cum bugloſſo, quæ teſte Plinio cũdem habet effectum. Ab hac exhilarandi uirtute huic herbæ nomen factum creditur: *ἀπὸ τοῦ* priuata particula, & *πένθος* luctus. Plinius libro 22. cap. 22. Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in uino, eumq; quẽ habuerit nepenthes illud prædicatum ab Homero, quòd ea triſtitia omnis aboleatur.

Nepeta, herbæ nomen, uide in Propriis.

Nephalia, *νηφάλια*, Sobriorum feſta erãt, in quibus non uinum, ſed aqua mulſa libabatur. Græci enim *νηφαλίους* ſobrios uocant. Apud Athenienſes fiebat *νηφάλια θυσία*, id eſt, ſobrium ſacrificium, Soli, Lunæ, Memoriæ, Nymphis, Auroræ, & Veneri, in quo *ξύλα νηφάλια*, id eſt, ligna ſobria cremabantur, quæ ſcilicet ex uite, ficu, & moro non eſſent, uide Chiliad. Eraſmi.

Nephelides, maculæ in oculo minus profundæ & leuiores.

Nephreneſis, barbarè pro Nephritide.

Nephrītis, f. t. *νεφρῖτις*, Renum paſſio quũ ſcilicet calculo aut ulcere renes infeſtãtur, *νεφροὶ* enim Græcis renes ſunt. Vnde Nephretici dicti, *νεφριτικοὶ*, qui renũ morbo laborant.

Nepos, m. t. Qui ex filio, filiaúe natus eſt, teſte Feſto: quòd natus pòſt ſit patri, quàm filius, *ἔγγονος υἱωνός*. Cicero pro Deiotaro, Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratũ & impium, qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit. Eius relatiuum eſt Auus, ſicut Proauus relatiuũ eſt Pronepotis, & Proauia Proneptis. Etenim Proauus, aui paterni uel materni pater: & Abauus proaui paterni uel materni pater: item proauiæ paternæ uel maternæ pater: à quo Abauia, relatiuumq; eius Abnepos, à quo Abneptis: Huius rurſus pater dicitur Atauus: Atauí autem pater, Tritauus: quibus reſpondent relatiua Atnepos, & Trinepos: Atneptis, & Trineptis. Qui uerò poſt trinepotem ſunt, Minores dicuntur: ſicut poſt tritauos Maiores. Nepotis ſignificatio aliquando etiã extenditur ad fratris & ſororis filios, non ex uirtute uocabuli, ſed ex uí particulæ additæ, quæ ipſius acceptionem detorqueat ad minus propriam ſignificationem. Fratris enim filium non abſolutè uocamus Nepotem, ſed Nepotem ex fratre: & aliquando etiam (quamuis id rarius ſit) Nepotem fratris. Sic etiam aliquando legimus Nepotem ſororis, pro nepote ex ſorore. Tranquillus in Cæſare, Tres inſtituit hæredes ſororum nepotes. Tacit. libro 3. Sororis nepotem in nomen aſciuit. Quandoq; nepotes, Poſteri, *ἀπόγονοι* uocantur. Vergilius 6. Aen. Fortè recenſebat numerum, claroſq; nepotes. Id eſt, poſteros & ex ſtirpe ſua naſcituros. Per translationẽ etiam Nepotes dicuntur tenellæ uitium fruticationes, quæ poſtremo loco exoriuntur: ita dictæ, uel quòd nulli alteri rei ſint utiles, quàm abſumendis uitis alimentis, quum ipſæ uuas non ferant: uel quòd ad ſucceſſionem ueterum palmitum, ueluti nepotes in maiorum ſuorum locũ ſuccreſcant. Colum. lib. 4. cap. 6. Ex eo loco, unde nepotem ademeris, cõfeſtim alterum fundit. Ibidem, Omnes eius intra id ſpatiũ nepotes enatos ſæpius decerpemus. Nepos etiam dicitur de multis. Idem lib. 6. cap. 37. Itaque eiuſmodi emiſſarius nepotibus magis quàm filiis utilior eſt. Item Nepotes appellantur cõſumptores, à Nepa, hoc eſt, ſcorpione, qui (ut Plinius inquit libro 11. cap. 25.) deuorat omnes filios ſuos, uno ſolùm ſaluo: ſiue ab eo quòd non aliter his rei ſuæ familiaris cura ſit, quam iis quibus pater & auus uiuunt, *ἄσωτοι*. Horatius 2. Sermon. Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes. Cic. de Lege agraria, Vt in rebus ſuis, ita in Republica luxurioſus nepos.

Nepotulus diminutiuum. Plautus in Milite. Sic te ſaluũ hinc mittimus ire Venerium nepotulum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Neptor, d.p. Luxuriosè & prodigè uiuo, ἀκολασαίνω. Sen. de Beneficentia lib.1.cap.15. Veto liberalitatem nepotari. Hoc est, in prodigalitatem uerti, & in eum conferri qui nequiter profusurus sit. Tertul. in Apologetico, Aristippus in purpura nepotatur.

Nepotatus, huius nepotatus, Voracitas, & uitæ luxuries, ἀσωτία. Afan. Scurrilitate ac nepotatu nobilis.

Neptis, huius neptis, f.t. Quæ ex filio, filiaue nata. Est enim fœminina à Nepos, ἀνεψιά. Cic. de Clar. Orat. Ergo illam patris elegantia tinctam uidemus, & filias eius Mutias ambas, quarum sermo fuit notus, & neptes Licinias. Ouid. Epist. 8. arbitrium neptis habeat auus.

Nepotinus, a, um, Suet. in Caligul. Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superauit.

Nepotum fructus, id est, palmites in uitibus, lege Nepos.

Nepus, dicitur impurus, unde & Nepa, quod impurum sit animal, de quo uide in Nepos.

Nequa, aduerbium. Significat Ne per aliquem locum, aut Ne aliqua ratione, μήτη. Verg. 1. Aen Nequa scire dolos, mediúsue occurrere possit. Est & Nequa compositum à Ne, & Quis, quæ, quod: pro Ne aliqua. Cic. in Verr. act. 1. Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat.

Nequalia, Sunt detrimenta. Festus.

Nequam, om t. Nomen indeclinabile, quod apud ueteres significabat hominẽ nullius pretij, quòd ne tanti quidẽ sit, quanti quod habetur minimi, ἄχρηστος, ἀχρεῖος. Varro Nequã ex Ne, & Quicquã, media syllaba extrita, componi ostendit, lib. 4. de Lingua Lat. Quidam à Nequeo, quòd nihil queat, nullíq; rei sit aptus. Caper docet Nequam signare non malum, sed inutilẽ: quod uel ex eo apparet, quòd Cicero 2. de Orat. Seruo nequã opponit Seruum frugi. Iisdem (inquit) uerbis & laudare frugi seruum possumus: & si est nequã iocari. Aliquando etiam Nequam accipitur pro lasciuo, petulanti, libidinoso, & prodigo. Cic. 2. Philip. O hominẽ nequam (nihil enim possum magis propriè dicere) ergo ut te caramitum nec opinatò quum ostendisses. præter spẽ mulier aspiceret, idcirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? Gell. lib. 7. cap. 11. Persuadenti cuidam adolescenti Lucano, qui apprimè summo genere natus erat, sed luxuria, & nequitia pecuniã magnam consumpserat. Plura de ea re exempla uide apud Gellũ loco iam citato. Cicero pro Deiotar. Dij te perdant fugitiue! ita non modò nequam & improbus, sed & fatuus & amens es. Aliquando pro nequiter ponitur. Plaut. in Pœnulo. Dicatq; locum sibi uelle liberum præberier, Vbi nequam faciat clàm, ne quis sit arbiter.

Nequior, & nequissimus. Colum. lib. 11. cap. Nulla est uel nequissimi hominis amplior custodia, quàm quotidiana operis exactio. Nam illud uerum Marci Catonis oraculum, Nihil agendo, homines malè agere discunt.

Nequiter, A Nequam, luxuriosè, prodigaliter, ἀκολάστως. Cicero 3. Tusc. A me quidẽ paulò antè appellata frugalitas, quæ te turpiter, & nequiter facere nihil patiatur. Idem de Finib. Ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat, id est, cũ nequitia. Eius cõtrarium est Frugaliter, quemadmodũ Nequitiæ frugalitas opponitur.

Nequitia, æ, f.t. Vitium est quod cætera omnia complectitur, ἀχρηότης, ἀκολασία, μυχθηρία. Est enim frugalitati opposita, quæ omnes in se continet uirtutes. Vt enim frugi à fruge, id est, à fructu per quandam animorum fœcũditatem, ita Nequitia à Sterilitate, hoc est, à nihilo nominata est. Nihil est enim omne quod fluit, quod soluitur, quod liquescit, & q semper perit. Ideò tales homines etiã Perditos dicimus. Cic. 3. Tusc. Reliqua igitur, & quarta uirtus ut ipsa sit frugalitas necesse est: eius enim uidetur esse proprium motus animi appetentis regere, & sedare, semperq; aduersantem libidini moderatam in omni reseruare constantiam cui cõtrarium uitium Nequitia dicitur. Frugalitas, ut opinor, à fruge, qua nihil melius è terra oritur. Nequitia ab eo (etsi hoc erit fortasse durius: sed tentemus, & lusisse putemur, si nihil sit) quod nequicquam est in tali homine, ex quo nihil item dicitur. Sæpe tamen Nequitia pro lasciua & libidinosa illecebra, & pro luxu uitæ prodigo atq; effuso accipitur. Vnde Aphricanus (referente Gellio) scripsit, Mala, probra, flagitia, quę homines faciunt, in duabus rebus esse, Malitia, & Nequitia, ubi nequitiam intelligi uult luxum uitæ prodigum, & effusionem immodicam pecuniarum. Nequitiam (inquit Donatus) propriè libidinosa inertia dicta est: quòd nihil queat, nullíq; rei apta sit. Terentius in Adelph. Id misero restat mihi mali, si illum potest, Qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere. Cicero pro Roscio Amerin. Officina nequitiæ, & diuersorum flagitiorum omnium domus eius. Ouid. 1. Fastorum, Nequitia est, quæ te non sinit esse senem. Cicero in Verr. Ex mulierum morsu uestigia libidinis atque nequitiæ. Vide Gellium lib. 7. cap. 11.

Nequities, ei, f.q. Horat. 2. Serm. sat. 2. Illũ aut nequities, aut ura fri insciti a iuris, Postremũ expellet certè uiuacior hęres.

Nēquándo, Nullo tempore, μήποτε: sicut Siquãdo, Si aliquo tempore, ἔποτε. Cic. ad Attic. lib. 10. Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas.

Nēquāquam, aduerbium, negandi: significat enim Non, uel nullo modo, μήπως, οὔπω, μὰ δία, οὐδαμῶς. Cicero in Catone maiore. Est istud quidẽ Læli aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia.

Nēquẽ, uide Nec.

Nēquícquam, aduerb. significat Non. οὐκ. Verg. 1. Georg. Nequicquam pinguis palea teret area culmos. Sed hoc rarius: frequentius capitur pro Frustrà, μάτην. Idem Aen. 2. Arma diu senior desueta trementibus æuo Circundat nequicquam humeris.

Nequíno, as, Modò lasciuio, modò nego. Sipont.

Nequiunt, pro nequeunt, Id est, non possunt, dixerunt antiqui. Fest.

Nequis, μήτις, Ex Ne, & Quis, pro Ne aliquis, hoc est, Vt nullus. Vide Nequa.

Nequid nimis, μηδὲν ἄγαν, Sententia peruulgata, qua admonemur in rebus omnibus modum seruare. Terent. in Andr. nã id arbitror Apprimè in uita esse utile, ut nequid nimis.

Neritæ, f.t. νηρίτης, Sunt ex concharũ genere, quæ per maria nauigant, præbentes cõcauam sibi partem: alteram uerò flanti aurę instar ueli opponentes. Hęc Plin. lib. 9. cap. 33.

Nerium, νήριον, Frutex est, foliis amygdalæ, sed maioribus & pinguioribus, quę quadrupedibus sunt uenenũ, homini aũr contra serpentes præsidiũ. Rhododaphne aliàs dicitur, quòd florem roseũ, folium lauro simile habeat. Vulgò in officinis dicitur Oleander. Meminit Plin. lib. 24. cap. 11.

Neruiæ. uide Neruus.

Neruus, ui. m.s νεῦρον, Prima sunt in corpore animalis sensus motusq; instrumenta, à cerebro & spinali medulla orta, totius corporis membris mouendi sentiendiq; uim conferentia. Cic. 2. de Nat. deor. Nec enim dii uenis, neruis, & ossibus continentur. Et paulò pòst, Huc adde neruos, à quibus artus continentur, eorumq; implicationẽ toto corpore pertinentem. Ouid. 12. Metam. Nec graue uulnus erat, sed rupti uulnere nerui Deficiunt, motumq; negãt, uiresq; uolandi. Inde subneruo, as, ὑπονευρίζω, quod est neruos incido. Ponitur quandoq; Neruus pro robore & uiribus: in neruis enim robur peculiariter existit. Vnde dicimus rem esse sine neruis, quæ debilis est. Horatius 2. Serm. Saty. 11. sine neruis altera, quicquid Composui, pars esse putat. Terentius in Eunucho. Digna adeò res est, ubi tu neruos intendas tuos. Hoc est, ubi uniuersas ingenij tui uires expromas. Est enim Neruos intendere, siue omnibus neruis contendere, uel, Omnes neruos contendere, totis uiribus conari, & omnem solicitudinem, atque operam adhibere, summa ui, summoq; studio niti. Cicero Verr. 5. Omnibus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc elaborandum, ut omnes intelligant. Idem 1. Verr. Magnum fortasse onus, & mihi periculosum, ueruntamen dignum in quo omnes neruos ætatis, industriæq; meæ contenderem. Accipitur etiam Neruus. pro chorda arcus. Vergil. 5. Aeneid. Primaq; per cælum, nero stridente sagitta Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras. Idem 10. Aeneid. neruoque aptare sagittas. In neruum ire, pronerbiale est, ductum à sagittarijs, qui nimium contendendo arcum, aut arcus ipsius neruum, hoc est, chordam rumpunt, aut neruum sibi aliquem lædunt. Terent. in Phorm. Cæterum quum argentum repetent, nostra causa scilicet, In neruum potius ibit, id est, decipier, ait Donatus. Vide Erasmũ in Chiliadibus. Neruos Reip. Cicero pro lege Manilia, appellat milites, classes, & uectigalia, quòd in his consistat omnis Reipublicæ fortitudo & robur. Etenim (inquit) si uectigalia neruos esse Reipublicæ semper duximus, cum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum recte esse dicemus. Neruus etiam pinculi genus est, quo pedes aut ceruices impediũtur, καταβάκτης. Ex quo est illud Catonis; Fures priuatorum furtorum in neruo,

neruo, atq; in compedibus ætatem agunt: fures publici, in auro atq; in purpura. Plautus Aul. Neruos, catenas, numellas, pedicas, boias. Idem, Perfidiosè captus, eo ædepol neruo ceruices probat. Item Nerui dicuntur chordæ citharæ. Cic. 1. Tusc. Summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorum, uocumq; cantibus. Propertius, hæc carmina neruis Aptat. Et Neruus membrum uirile. Iuuenal. Mensura incognita nerui.

Neruulus, diminutiuum lib. 10. ad Atticum, Si nerulos tuos adhibueris.

Neruiæ, Ab antiquis dictæ sunt fides, siue chordę musicorum instrumentorum, χορδαί. Varro in Sat. quæ ὕνος πρὸς λύραν. inscribitur, Scientia doceat, quemadmodum in psalterio tendamus neruias. Lectum est & Neruium neut. gen. Varro ibidem, Et id dicũt suam Briseidem producere, quæ eius neruia tractare solebat. Ex Nonio.

Neruosus, a, um, quod multos habet neruos, νευρῶδης. Plin. lib. 11. cap. 37. Ideò nulla est ei caro, sed neruosa exilitas. Per translationẽ Neruosus dicitur fortis & uehemens, eò quòd omne robur in neruis cõsistat. sic Neruosus orator dicitur, qui magnam uim & efficaciã sermonis habet. Cic. de Claris Orat. Quis Aristotele neruosior? Hinc fit Neruosè pro audacter, ualidè, firmiter. Plancus ad Ciceronem lib. 10. Vt uigilanter, neruoseq; nos, qui stamus in acie, subornes. Cic. de Orat. Dicetur enim non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans, iam inde ab Aristotele constituta) sed aliquantò neruosius.

Neruositas apud Plin. lib. 19. cap. 1. Neruositas filo æqualior.

Neruiceus, a, um. Quod est ex neruo, νεύρινος.

Neruicus, a, um, Dicitur qui neruis laborat, νευρικός. Vitruuius. lib. 4. Aquę neruicos & podagricos efficiũt, sulphuroſi fontes neruorum labores reficiunt. Ita enim legit Calepinus, quum tamen in omnibus exemplaribus Neuricos legamus, ut proculdubio legendum est. Fit enim à Græca dictione νεῦρον, quæ nobis neruum sonat.

Nescio, is, n. q. Ignoro, non cognosco: ex Ne, & Scio, ἀγνοέω, ἀκοῖδία. Cic. 1. de Orat. Nemo in eo quod nesciat, disertus esse potest. Terent. in Eunuch. tu pol si sapis, Quod scis, nescis, neque de Eunucho, neq; de uitio uirginis. Donatus admonet esse prouerbium, Quod scis, nescis, sumptum à Dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scrupi proponi solent, Facio & non facio, Sum amicus, & non sum amicus, Audio, & non audio. Hoc autem prouerbio summa taciturnitas, certaq; in tacendo fides significatur, dum quis uidelicet quod scit, perinde continet, ac dissimulat, quasi nesciat. Simile est in Heaut. Tu nescis quod scis, Dromo, si sapies. D. mutũ dices, Nescio quid, locutionis formula. qua utimur, quoties rem aliquam, eiusue causam nobis ignotã esse uolumus significare. Terent. in Heaut. Nescio quid tristis est, non temere est, metuo quid fiet. Cic. pro Quint. Posteaquàm nescio quid impendis, & in commune contulis, mediocri quæstu contentus esse non poterat, Terentius in Heaut. Faciam, sed nescio quid profectò mihi animus præsagit mali. Nescio quis, Cicero de Amic. Quinetiam si quis asperitate ea est, & immanitate naturæ, ut hominum congressus fugiat, atq; oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quẽ accepimus. Nescio quomodo Cic. de Amic. Serpit enim nescio quomodo per omnẽ uitam amicitia. Nescio quo pacto. Idem de Amic. Nescire Latinè. Cic. de Claris Orat. Non enim tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire. Nescitur, impersonale, Cicero ad Atticum libro 7. Inde utrum consistere uspiam uelit, an mare transire, nescitur. Idem 4. Acad. Vt stellarum numerus par, an impar sit nesciatur.

Nescius, a, um, Ignarus, Qui aliquid nescit, siue ignorat, ἄνιπτος ἐμοῦ. Cic. Fam. 5. ad Lucceium, Neq; tamen hæc quo uim scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerẽre susceptarum rerum, & iam institutarum. Id est neque tamen ignorabam. Idem pro Deiotaro, Iratum te regi Deiotaro fuisse non erant nescij. Verg. Aen. Nescia mens hominum fati, fortisque futuræ. Idem 4. Georgic. Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda. Interdum passiuè accipitur pro ignoto, siue incognito. Plautus in Rud. Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum, quæ in locis nescijs Nescia spe sumus, ut tuo recipiat tecto, seruesq; nos. Id est, in locis incognitis, & incerta spe.

Nescientia, ignorantia, titubatio, error, quæ sint not. in Rub. C. de Iur. & fact. Ignor. Alberic.

Nessotrophion, pen. pro, νηστροφεῖον, Locus ubi anates clausæ aluntur & pascuntur, νῆτται anates Græcis dicũtur, & τρέφω, alo. Colum lib 8. cap. 15. Media deinde parte nessotrophij lacus defoditur in duos pedes altitudinis, spacium q; longitudini datur, & latitudini, quantum loci condi tio permittit.

Næsyris, Sphondylion herba apud Dioſc. lib. 3. cap. 88.

Net, Arabicè & Barbaricè compositio Zapetii, quæ constabat olim ex animalis musco, agolocho & orientali succino, uide Zapetion.

Netrindes, oliuæ, à natando, sic appellatæ apud Iuliũ Pollucem. Idem author & Cotinadas appellat, quas & Phaulias & Thrambos dici ait.

Neu, pro Néue, abiecta ultima litera per Apocopẽ, μήτε. Vergil. 2. Aen. Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit. Hęc particula geminata elegantem uim habet. Cęsar lib. 1. bel. Ciuil. Flẽs Petreius manipulos circuit, militesq; appellat: neu se, neu Pompeium absentem Imperatorem suum aduersarijs ad supplicium tradant, obsecrat.

Neũe, Idem quod Ne aut: & interdum idem quod Neq; μήτε. Cic. Peto à tẽne id à me, neũe in hoc reo, neũe in alijs quærat. Idem in Orat. Neũe uastius syllabę deducantur.

Neugmate, inquit Festus in carmine Cn. Marci uatis, signi ficat negare fortasse neugmate. Ne unquam μήποτε signi ficat nullo modo.

Neuolo, neuis, neuult, quasi non uolo, uel nolo, Plaut. in Trinum. Filiã meã tibi despõsatam esse audio, nisi tu neuis.

Neuras, adis, νευράς, Ionum lingua herba appellata est, quæ alio nomine poterion dicitur, neruorum dissolutiones iuuans: unde & nomen accepit. Nam quos nos neruos dicimus, Græci τὰ νεῦρα appellant. Hæc etiã in uino pota, ranarum, quas Rubetas nominant, ueneno medetur. Vnde & Phrynion uocatur. Plin. lib. 26. cap. 19. Sunt ranis uenena, rubetis maximè. Auxiliatur eis Phrynion in uino potum. Aliqui neurada appellant, alij poterine, &c. Eadem, & Paronichia appellatur, quod τῶν παρανυχίων, hoc est, absceſſib. circa ungues medeatur.

Neuras. peterion. Dioſc. lib. 3. cap. 16.

Neuras, paronychia frutex apud Dioſc. lib. 4. cap. 57.

Neuris, νευρίς, Herba, quam alii solanum, alii ueſicariam appellant. Dioſc. lib. 4. cap. 74. & 75. Hermolaus in eundem.

Neurobatæ, com. p. νευροβάται, pen. cor. Qui omnifariam prorepunt, qui ambulant super neruos, & funes neruos. Nam τὰ νεῦρα Græci neruos dicunt. Iul. Firm. lib. 7. Mathęos, Oriente Ingeniculo, quem ἐγγόνασιν Græci appellant, nati cum testimonio uero Martis & Lunæ, erant funambuli, oribatæ, neurobatæ, & qui talia pertractent.

Neuroides, νευροειδής, Species est sylueſtris lactucæ, quæ alio nomine Limonium appellatur, multò minoribus folijs quàm Beta satiua, undecim interdum caules habens. Author Plin. lib. 20. cap. 8.

Neuroſpaſton, νευρόσπαστον, Herba est quam Græci κυνόβατον, Latini Rubum caninum appellant. Folium habet uestigio hominis simile, uuam autem nigram, in cuius acino neruum habet: unde & nomen accepit. Author Plinius libro 24. cap. 14. Sunt item Neuroſpasta, imagunculæ, quæ neruis quibusdam, & fidiculis occultis mouentur, perinde ac si uiuerent. Vide Cęlium Rhod. lib. 7. cap. 16.

Neuter, neutra, neutrum, οὐδέτερος, μηδέτερος, In genitiuo Neutrius: olim etiam Neutri, Neutrę, quemadmodum Nullus, Solus, & similia. Est autem Neuter Vtriq; contrarium, significatq;. Nec hic, nec ille. In quo aduertendum est quod dicimus, Neuter alterum, non aũt Neuter neutrum: nam si ita dicamus, Neuter alterum diligit, hoc significamus, neq; ille hũc diligit, neq; hic illũ. Quòd si Neuter neutrũ diceremus, significaremus ne se quidem ipsum utrunq; diligere.

Neutrò, aduerbiũ, Significat nec ad unam partẽ, nec ad aliã, μηδετέρωσε. Liu. 5. ab Vrbe, Et neutrò inclinata spe torpebat, id est, in neutram partem.

Neutralis, & hoc trale, om. t. οὐδέτερος, Quod est neutrius partis: unde neutralia uerba dicta sunt, quę neq; agunt aliquid, neq; patiũtur, ut Sto, Iaceo, Cubo, Sedeo. Hæc in nulla actione, in nulla passione sunt. Sunt alia neutralia ab usu dicta, quę habent actionem, sed passionẽ nullam: ut, Certo habet actionem, sed nõ dicimus Certor, Pugnor, Cœnor, Alia sunt quæ patiuntur, sed non agunt, ut Vapulo, Pendeo, Algeo, Langueo, & huiusmodi. Quint. lib. 1. cap. 4. Aut quę fœmina positione mares, aut neutrali fœminas significant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Neutrob., Idem quod Neutrò, apud Plautum in Aulul. Et te utar iniquiore, & meus me ordo irrideat, Neutrobi habeam ſtabile ſtabulum.

Neutiquam, Nequaquam, uel nullo modo, *μηδαμῶς*, Habet enim aliquid aſſertionis. Terẽtius in Hecyr. Illud uiſum eſt Pamphilo neutiquam graue.

Nex, cis, f. t. Propriè mors, quæ ferro fit, aut alia ui, *φόνος*. Neci datus dicitur, qui quouis modo interfectus eſt: quamuis Feſt. Neci datum intelligi uelit, qui ſine uulnere interfectus eſt, ut ueneno, aut fame. Auſon. in Monoſyl. Sera uenenato potu abſtulit Annibalem nex. Siſen. Quoniam neq; mea nex, neq; interceſſio poſſe uidetur illorum dementem reprimere audaciam. Cic. pro Mil. Inſidiatori uerò, & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex? In necem alterius aliquid facere, id eſt, in damnum & fortunarũ euerſionem. Vlp. de crim. ſtellionatus, Si quis impoſturam fecerit, uel colluſionem in necẽ alterius. Cæſar 6. bell. Gall. Viri in uxores, ſicut in liberos, uitæ, necisq; habent poteſtatẽ. Artifices necis, qui nouum aliquod necis genus comminiſcuntur. Ouid. 1. de Arte, neq; enim lex, iuſtior ulla eſt, Quam necis artifices arte perire ſua. Necem à Græco dici certum eſt (inquit Feſt.) *νέκρον* enim mortuum dicunt Græci.

Nexilis, Nexo, Nexus, uide Necto.

Ní, pro Niſi, per Apocopen, id eſt, Si nõ, ſubiunct. iung. *εἰμή*. Terent. in Phorm. Nam ni hæc ita eſſent, cum illo haud ſtares. Quandoq; etiam indicatiuo. Terent. in And. Mirum ni domi eſt. Vbi ſciendum eſt, quòd Ni, Niſi, Quàm & Præterquàm ſemper repetunr eoſdem caſus, qui præceſſerunt: ut, Quid eſt animal, niſi corpus cum anima concretũ? *ὃ τι μή*, Nulli placet, præterquã mihi: Præter uerò ſemper exigit accuſat. ut nulli placet, præter me. Ponitur interdũ Ni pro Ne. Verg. 5. Aen. Inter utramq; uiam lethi diſcrimine paruo. Ni teneant curſus, certum eſt dare lintea retro. Quem in loco uide ea quæ annotauit Seru. Plaut. Ni ſtulta fis. Hæc particula etiam nonnunquam uſurpata eſt in ſpõſionibus, & in iudicio recuperatorio. Cic. in Verr. Act. 4. Spõſio facta eſt cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni ſocium te ſibi in decumis diſtitaret. Idẽ P. Rabirius Apronium ſponſione laceſſiuit, ni Apronius dictaret te ſibi in decumis eſſe ſocium. Hæc Budæus in Epiſt. Interdum Niſi, aduerſatiuæ particulæ uim habet, ut idem ferè ſignificet qđ Sed. Cic. lib. 13. Epiſt. Fam. De re nihil poſſum iudicare, niſi illud mihi certè perſuadeo te talem uirum nihil temere feciſſe. Ibidẽ, Nec cur ille tantopere contendat uideo, nec cur tu repugnes, niſi tamen multò minus tibi concedi poteſt, quàm illi, laborare ſine cauſa.

Nice, *νίκη*, Græcè Latinè uictoria dicitur, unde Nicephorus, *νικηφόρος* uictorioſus, quaſi ferens uictoriam.

Nicerotianum, n, ſ. *νικηρωτιανὸν*, Laudatiſſimi unguẽti genus, ita dictum ab artifice Nicerote. Mart. lib. 6. Laudas pinguia Nicerotiana.

Niceteria, *νικητήρια*, Sunt præmia relata ex uictoria, ut torques. Iuuen. Satyr. 3. Et ceromatico fert niceteria collo. Dicta Niceteria, à *νικάω*, quod eſt uinco. Nicereria præterea dicuntur ſacrificia, & publica cõuiuia, quæ uictoria adepta uictores facere ſolent. Bud. in Pandect.

Nicophoros, *νικοφόρος*, Frutex eſt, ex generib. hederæ, alio nomine Smilax appellatus. Vide Plin. lib. 14. cap. eodem.

Nicto, is, Ad canes pertinet, quum ſentiunt odorem leporum, ſeu perdicum, *ῥύσω*. Feſt. Nictit canis in odorandis ueſtigijs ferarum leniter ganniens: ut Ennius lib. 10. Veluti ſiquando uinculis uenatica ueneno capta ſolet, ſi fortè ex re ſagaci ſenſit, uoce ſua nictit, ululat, quæ ibi accita eſt. Hæc Feſtus.

Nicto, as, n. p. frequent. uerbi Niueo, es, Eſt oculis ſignum dare, claudendo uel alterum, uel utrunque, *σκαρδαμύττω*. Plautus in Aſinar. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat. Plinius libro 11. Pleriſque uerò naturale eſt, ut nictare non ceſſent, quos pauidiores accepimus. Pro eodem etiam legitur Nictor deponens. Ibidem capite 37. Grauiores alitum inferiore genu conniuent, eædem nictantur ab anguliſ membrana obeunte. Nictari (inquit Feſt.) eſt oculorum, & aliorum membrorum niſu ſæpe aliquid conari. Lucret. lib. 4. Hic ubi nictari nequeunt, inſiſtereque alis. Hinc deducuntur uerbalia, Nictatio, & Nictus. Cæci. in Pugil. Tamen inter laudandum hunc tumidum Tremulis palpebris percutere nictu: hic gaudere & mirarier. Compoſitum eſt, Annicto, quod eſt nictu alicui quippiam ſignific. *ἐφθαλμιῶ*. Feſt. Annictat, ſæpe leuiter oculo annuit.

Nictatio, Oculorum concluſio, & apertio, *ῥιπή*. Plinius lib. 11. cap. 37. Nec genæ quidem omnibus: ideò neq; nictationes iis, quæ animal generant.

Nidamentum, Locus ubi nidulantur aues, apud Plautũ in Rudent. In neruo mille hodie nidamenta congeret.

Nídeo, des, dui, n. ſ. cuius compoſitum Renideo in frequentiori eſt uſu, *σίλβω*. Et modò ſignificat ſplendeo Stat. lib. 10. The. Emicat effigies, & ſparſa orichalca renident. Plin. lib. 7. Neq; in receſſu gemmæ, aut in deiectu renident. Horat. libr. 2. Carm. Non ebur neq; aurum Mea renidet in domo lacunar. Modo redoleo: unde Nidor, oris, de quo infrà.

Nídus, ni. di, m. ſ. Auium domiciliũ, à nidore (ut putatur) quòd mali odoris ſint auium cubilia, *νοσσία καλία*. Quandoq; tamen nidus accipitur pro fœtu auium, quaſi continens pro contento. Verg. 4. Geor. ipſæq; uolantes, Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam. Quandoq; pro quodam uaſis genere, à nidorum ſimilitudine, Varr. Lymphaq; è lacuna fontium allata nidos implent. Et nidi dicuntur in quibus merces in tabernis ſeparatim tenentur, *διπίσκοι*. Mart. libr 1. De primo dabit, alteróue nido. Raſum pumice, purpuraq; cultum.

Nidulus, diminutiuum, Paruus nidus. Gell. lib. 2. cap. 29. De auiculæ nidulo lepidè, atq; iucundè præmonet.

Nidifico, cas, a. p. Nidum facio, *νοσσεύω*. Verg in quodam Epigrãm. Sic uos non uobis nidificatis aues. Colum. libr. 8. cap. 15. Pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aues.

Nidulor, aris, pen. cor. Idem quod nidifico, *νοσσοποιῶ*. Plin. li. 11. Aliud rurſus eorum genus, qui è fimo ingentes ſpilas aueſtis pedibus uolutant, paruoſq; in his contra rigorem hyemis uermiculos fœtus ſui nidulantur. Aliquando eſt ouis incubare. Varro, Deinde dies illos, quibus halcyones hyemo in aqua nidulantur, eos quoq; ſeptem eſſe dixit.

Nidor, oris, m. t. *κνίσα*, Odor rei aduſtæ: ut apud Vergilium illi ingens barba reluxit, Nidoremq; ambuſta dedit. Propriè tamen de carnibus aſſis in culina, & cæteris epulis coctis dicitur, à nitore ignis. Martialis libro 1. Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ. Dicitur & de ſtercore. Apuleius lib. 4. Alios putore nidoris fœtidi à meis ſcapulis abegiſſem. Interdum pro Riſu. Horatius 2. Sermonum, Satyr. 7. Naſum nidore ſupinor. Sic enim Porphyrio interpretatur. Acron uerò, Naſum (inquit) nidore ſupinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem à nimio odore tractum.

Nigella, æ, *μελάνθιον*, Frutex eſt puſillus, ramulis tenuibus, altitudine palmorum duorum, foliis paruis, ſenecionis herbæ ſimilibus, in cacumine capitulum habens exiguum, ceu papaueris, in quo ſemen nigrum, acre, odoratum includitur. In officinis etiam hodie nomen ſeruat: à Gallis Poyureta appellatur.

Niger, Nigredine coloratus, *μέλας*. Ci. 2. de Diuinat. Neſcio, qui ille diuinus ſi oculis captus ſit, ut Tireſias fuit, poſſit quæ alba ſint, quæ nigra, dicere. Plaut. in Capt. Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris. Ouidius Epiſt. 17. Ipſa uides cælum pice nigrius, & freta uentis Turbida. Vergil. 4. Georgicorum. Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuiſes. Vua nigerrima, Catullus Epigram. 17. ad Coloniam. Per translationem tamen ponitur quandoq; pro mortuo. Iuuẽ. Satyra. 1. Inſtitultq; rudes melior Locuſta propinquas Per famam & populum nigros efferre maritos. Quandoq; pro noxio Ver. 2. Georg. & nigris exeſa chelydris Creta. Quãdoq; pro malo. Iuuen. Satyr. 3. Nigrum in candida uertunt, Solebant enim priſci quod bonum & laudabile erat, creta uel alba linea notare: contrà, quod turpe fuiſſet, nigra ſignabant: unde Perſius, Quæq; ſequenda forent, & quæ uitanda uiciſſim, Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti. Nigerrimus ſuperlatiuus. Plin. lib. 15. cap. 26. Ceraſorum Aproniana maximè rubent, nigerrima ſunt Actia.

Nigra nena, id eſt, Mediana.

Nigellus. a, um, Subniger, *ὑπομέλας*.

Nigredo, inis, & Nigrities, ei, & Nigritia, æ, *μελανία, μελανότης*, Ipſe color niger: unde Plinius, Capillorum nigritiam dixit. Idem lib. 9. cap. 26. Nimiæq; eius nigritiæ dat auſteritatem. Idem libr. 13. capit. 9. Materies nigritia nihil differens à loco. Cornel. Celſus lib. 8. cap. 2. Si autem nigrities eſt, aut ſi caries ad alteram quoq; partem oſſis tranſiit, oporter excidi.

Nigritudo, inis, f. t. Idem quod nigredo, *μελανότης*. Plin. libr. 10. cap. 36. Nulla Veris initio apparet nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit. De paſſeribus.

Nigreo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nigreo, es, n. ſ. μελαίνομαι. Niger ſum: à quo Nigreſco, niger fio Claud. lib. 3. de Rap. Proſer. Nunc ſibi mutatas liceat nigreſcere ueſtes. Columella libro 12. capite 48. Oliuæ quũ nigruerint, nec adhuc maturæ fuerint, ſereno cælo diſtringere manu conuenit. Plinius libro 8. capite 32. Tunc roſtra eorum nigreſcunt. Vergilius 11. Aeneidos, & tenebris nigreſcunt omnia circum. Aequora nigreſcunt uentis, Ouid. 1. Triſt. Eleg. 3. Cælum nigreſcit ab Auſtris, Idem 5. Faſt. Venæ nigreſcunt ſanguine. Ouid. 3. de Arte.

Nigro, as, act. p. Nigrum facio, μελαίνω. Lucret libro 2. Aut ea quæ nigrant, nigro de ſemine nata. Vnde Denigro, as, Hieronymus, Denigrata eſt facies. Interdum eſt nigrum eſſe. Colum. lib. 7. Parandi ſunt boues nouelli, quadrati, magnis mẽbris, cornibus proceris, & nigrantibus, & robuſtis, &c. Plin. lib. 9. Rubeus color nigrante deterior.

Nigror, oris, Ipſa nigredo, μελανία. Cic. lib. 1. de Diuin. Noctisq; & nimborum occœcat nigror.

Nigrefacio, is, μελαίνω: & Nigrefio, μελαίνομαι, notæ ſignificationis.

Nigrico, as, pen. corr. Aliquantum niger ſum. ὑπομελαίνομαι. Plinius libro 10. capite 3. Viribus præcipua, colore nigricans, ſola aquilarum fœtus ſuos alit. Id eſt, aliqua nigredine tincta uel ſubnigra. Idem libro 9. capite 38. Color ſanguinis concreti nigricans aſpectu.

Nihil, uide Nihilum.

Nihilum, οὐδέν, οὐδὲ ὁτιοῦν. Ex Non, & Hilum componitur: quod, autore Feſto, ſignificat illud quod grano fabæ adhæret Cic. Tuſc. Tum illud quod Syſiphus uerſat ſaxum, ſudans nitendo, nec proficit hilum. Inde fiunt Nihilum & Nihil per Apocopen, quæ ſignificant quantitatis priuationem, ut Nihil uini habeo. Inuenitur etiam pro aduerbio negandi poſitum. Terentius in Andria, Nihil circuitione uſus es, id eſt, non. Inuenitur etiam Nihili, οὐδενὸς ἄξιον, indeclinabile, & trium generum, quaſi qui ne hili quidem, hoc eſt, nullius pretii, aut utilitatis. Cicero 4. Tuſc. Nequitia ab eo quæ nequicquam ſit in tali nomine, ex quo idem nihili dicitur. Poſſet tamen non abſurdè Nihili, in huiuſmodi locutionib. genitiuus à Nihilum exiſtimari.

Nihildum, Id eſt nondum, uel nihil adhuc, οὐδέπω. Cic. Caſſ. Et quanquam nihildum audieramus, nec ubi eſſes, &c.

Nihilifacio, Nihil æſtimo, παρ' οὐδὲν τίθημαι, μηδενὸς λόγου ποιοῦμαι. Plaut. in Mil. Sed me excepit, nihilifacio quid faciat cæteris.

Nihilipendo, is, ere, a. p Idem quod nihili facio, περὶ μηδενὸς ποιοῦμαι. Plautus in Moſt. Video te nihil pendere omnes homines præ Philolache.

Nihilominus, non minus, οὐδὲν τἧττον. Cicero Figulo, Tamẽ nihilominus eis conficior curis, ut ipſum quod uiuam, pecare me exiſtimem.

Nil, per ſyncopen factum eſt à Nihil οὐδέν. Et modò nomen eſt, ut Nil bonitatis. Modò aduer. Teren. in An. Nil me fallis.

Nilion, νήλιον, Gemma eſt colorem habens fumidæ topazii aut aliquando melleæ. Plin. libr. 37. ca. 8. India & has generat, & nilion fulgore hebeti, & breui, & quum intueare, fallaci. Eſt autem color fumidæ topazii, aut aliquando melleę. Iuba in Aethiopia gigni tradit, & in littoribus fluminis, quẽ Nilum uocauimus, & inde nomen trahere.

Nili, pro foſſis, uide in Propriis.

Nimbus, bi, n. ſ Repẽtina & præceps pluuia, νιφάς, ὄμβρος Liu. 1. ab Vrbe, Subitò coorta tempeſtas cum magno fragore tãm denſo regem operuit nimbo, ut conſpectum eius concioni abſtulerit. Ouid. 1. Metam. denſi funduntur ab æthere nimbi. Verg. 3. Aen. Inuoluere diẽ nimbi, & nox humida cælum Abſtulit. Ponitur & pro uento. Verg. 1. Aen. Nimborum in patriam, loca fœta furentibus auſtris, Aeoliam uenit. Interdum pro nube, νέφος, qua dii dicebantur in terras deſcendere. Lucilius, Cũ nimbo cælitus deſcendit Iupiter. Nimbus itã, uaſis genus, quo uina unguenta, & alii liquores funduntur. Mart. libr. 14. A Ioue qui ueniet, miſcenda ad pocula largas Fundet nimbus aquas, hic tibi uina dabit.

Nimboſus, a, um, Vergil. 1. Aen. Fluctu nimboſus Orion. id eſt, pluuioſus, uentoſúſue. Plin. lib. 18. cap. 11. Campus eſt montibus ſubiacens nimboſis. Verg. 3. Aen. Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis.

Nimbifer, hoc eſt, ferens nimbos, ὀμβροφόρος.

Nimbatus, a, um, Vnguentatus, ſiue unguento perfuſus, à nimbo uaſe. Plaut. in Pœn. Quãtò magis aſpecto, tam magis eſt nimbata, & rugæ meræ.

Nimirum, aduerb. confirmandi, hoc eſt, Sine dubio, certè, uidelicet, nempe, δήπου, δήπουθεν, ἀμέλει, ἦπου. Cõponitur ex particula Ne (qua ueteres utebantur pro Non) & Mirum: quaſi dicas, Mirum non eſt. Ci. Attico, Itaq; nimirum hoc illud eſt quod Cæſar ſcripſit, ſe uelle uti conſilio meo. Aliquando ad reſponſionem adhibetur. Quintil. lib. 12. cap. 1. Demus id quidem nullo modo fieri poteſt, idem ingenii, doctrinę, ſtudii, peſſimo atq; optimo uiro, uter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoq; melior.

Nimis, Suprà modum, plus ſatis, λίαν, ἄγαν. Terent. in And. Nequid nimis. Cic. 1. de Orat. Non ſumus nimis auidi: tua iſta mediocri eloquentia contenti ſumus.

Nimium, Nomen pro aduerbio, ἄγαν. Terent. in Adelph. Nimium iſtòc abiſti: hîc propter hunc aſſiſte. Cice. 4. Acad. De quo nimium diu etiam diſputo.

Nimio, Ablatiuus comparatiuis ſolet iungi. Cic. ad Attic. li. 10. Sed quia te nimio plus diligo. Plaut. in Bacch. Quem ego ſapere nimio cenſui plus, quàm Thalem. Ibidem, Vixiſſe nimio ſatius eſt, quàm niuere.

Nimiopere, pen. cor. Aduerb. eadem forma dictum, qua Magnopere, & Minumopere, λίαν, ἐκπρεπῶς. Cic. in Parad. Quos ædificia magnifica nimiopere delectant.

Nimiè, aduerbium, Idem quod nimis, ſupra modum: & interdum idem quod ualde, ἄγαν. Plaut. in Milite, uã nulli mortali ſcio Obtigiſſe hoc, niſi duobus, tibi & Phaoni Lesbio, Tam nimiè ut amarentur.

Nimius, a, um, Quod modum excedit, ὁ ἄγαν, Plaut. in Milite Nimia eſt miſeria, pulchrum eſſe hominem nimis. Teren. in Heaut. Nulla adeò ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio. Nimius animi, ἄγαν μεγαλόψυχος, nimium magnanimus. Liuius, Manlius nimius animi, quum altos principes ſperneret, &c. Sermonis nimius erat. Tacit. lib. 19. Nimius in decernendis honoribus, & tanquã prodigus, Cic. Bruto lib. 5. Epiſt. Nimium abſolutè, Cic. 4. Tuſc. Nam quod aiunt, nimia reſecari oportere, naturalia relinqui: quid tandem poteſt eſſe naturale, q̃ idem nimium eſſe poſſit?

Nimietas, atis, f. t. pro ſuperfluitate, περιουσία. Colum. lib 6. ca. 24. Naturalia congruunt deſyderia, quoniã nimietate uerni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt. Plin. lib. 14. cap. 6. Exoleuit hoc quoq; nimietate copiæ.

Ningo, gis, uel Ninguo, is, xi, n. t. Niue pluo, νίφω. Priſc. Ninguo quoque ninxi: unde et Nix, ſicut à duxi Dux, à rexi Rex. Verg. li. 3. Georg. Interea toto nõ ſæcius æquore ninguit. Sũt qui Ninguo dictũ uelint à ningue, cuius nominatiu⁹ erat Ninguis q̃ antiqui p̃ niue uſurpabant. Lucret. Albas effundere ningues. Apul. in 1. Herma. Aſpera hyems erat, omnia ningue canebant. Nunc dicimus Nix, χιών, de quo ſuo loco.

Ninguidus, a, um, Idem quod niuoſus, uel niue abundans, νιφόεις, χιονόεις. Auſonius ad Paulinum, Barcino me bimaris iuga ninguida Pyrænei. Et paulò pòſt, Ecce tuus Paulinus adeſt, iam ninguida linquit Oppida Iberorum.

Niptra, νίπτρα, Dicũtur lauacra, à νίπτω, q̃d ſignificat lauo: quo nomine dicta eſt tragœdia Pacuuii, quã citat Ci. 2. Tuſc.

Nis, pro Nobis ueteres ſcripſere, ſicut Im. pro Eum. Feſtus.

Niſi, ἤν μὴ, ὅτι μὴ, Dictio exceptiua. Vide ſuprà Ni.

Niſus, a, um, uide Nitor, eris.

Nitedula, Nitella, uide Niteo.

Niteo, tes, nitui, n. ſ. Splẽdidus, cultus, politus ſum, καθύνομαι Plaut. in Pſeud. Tibi hoc præcipio, ut niteant ædes. Nitere unguentis, fulgere purpura, Cic. in Catil. Idem 4. de Finib. Illorum uides quam niteat oratio.

Nitens, participium: ut, Equi nitentes, Vergil. 6. Aeneid. Galea nitens, Idem 9. Aeneid. Oculi nitentes, Idem 1. Aeneid. Aſtra nitentia, Ouid. 5 Faſt.

Niteſco, is, ere, n. t Nitidum fieri. Cic. 1. Tuſc. Cælum niteſcere, arbores fronde cere. Plin. lib. 37. cap. 12. Et aliàs omnes gemmæ mellis decoctu niteſcunt, præcipuè Corſici. Compoſita ſunt Eniteo, ὑπόστιλβω, quod eſt clarè ſeu ualde niteo. Per translationem uerò ſignificat celebrem eſſe, εὐδοκιμῶν. Liuius 4. ad Herennium, Nunc hoc igni eſt, ipſos artis ſcriptores non putaſſe unum potuiſſe in omnibus elocutionis partibus enitere. Hinc Eniteſco. Salluſtius, Poſtremò Cæſar belli exportabat, ubi uirtus eniteſcere poſſet. Interniteo, in medio niteo. Plinius, Tunc enim telluri internitẽt, quia his uẽtis maximè arenæ mouentur.

Nitor, is, m. t. Splendor in quacũq; re dicitur, στιλπνότης. Cic. in Cat. Tũ Lyſandrũ intuentẽ purpuram eius, & nitorẽ corpo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ris. Colum. lib. 2. Verùm ex his maximè ſerendum quod Robur dicitur, quoniam & pondere, & nitore præſtat. Eloquii nitor. Quidius 2. de Pont. Eleg. 2. Nunc tibi & eloquii nitor ille domeſticus adſit, Quo poteras trepidis utilis eſſe reis. Generis tui nitor, ibidē Eleg. 9. Marmorū nitor, Plin li. 12. c. 1

Nitidus, a, um, Splendidus, clar. s, luceus, λιπαρὸς κόμῳ &. Pla. in Stich. Facite ſultis, ut nitidæ ædes meæ ſint, quum redeā domum. Idem in Mil. Tum autem illa ipſa eſt nimium lepida, nimisq; nitida fœmina. Cic. in Orat. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant. Colum. lib. 12. Far quod appellatur Cluſinū candidioris & nitidi coloris.

Nitiditas. Accius, Formæ nitiditate præcharus regi.

Nitidè, Nitidius, Nitidiſſimè, aduerbium.

Nitidiuſculè, diminutiuum, A Nitidius comparatiuo. Plaut. in Pſeud. Neq; ego amatorem mihi inuenire ullum queo, Qui amet me, ut curet tandem nitidiuſculè.

Nitido, as, a. p. Nitidum facio, καλύνω. Colum. lib. 12. capit. 3. Ferramenta deterſa nitidentur, atq; rubigine liberentur.

Nitela, nitelæ, f. p. Dicitur res quæ læuigat ſordes, & expolit, κάπυτρον. Vnde Apul. utitur pro dentifiricio, os ipſum & dentes honeſtante. Miſi (inquit) ut petiſti, tibi munditias dentium, Nitelas oris, ex Arabicis frugibus Tenuem, candificum, nobilem puluiſculum, Complanatorem tumidæ gingiuulæ, Conuerritorem pridianæ reliquiæ, Ne qua uidea tur tetra labes ſordium, Reſtrictis fortè ſi labellis riſeris. Sumitur interdum pro nitore & elegantia ſermonis.

Nitedula, læ, Muris exigui genus, ſicut docet Seruius. Cic. pro Seſt. Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, ut illa ex uepreculis extracta nitedula Rempub. concretur arrodere. Eſt & Nitedula, cicindela, quæ noctu lucet, λαμπυρίς.

Nitor, eris, nixus, & niſus, d. t. Conari ſub onere, ἐρείδω. Ver. 3. Georg. Poſt ualido nitens ſub pondere faginus axis Increpat. Interdum incumbere, firmari, ſuſtentari, ἰσχυρίζομαι, ἐπισκήπτομαι, διατείνομαι, Idem 9. Aen. Ille uides pura iuuenis qui nititur haſta. Ab hac ſignificatione manauerunt elegantiſſimæ metaphoricæ locutiones, ut quum dicimus, Salutem, & uitam noſtram in aliquo niti, hoc eſt, fixam eſſe & repoſitam. Cice. pro Milone, Ei autem uiro mors parabatur, cuius in uita nitebatur ſalus ciuitatis. Niti gradu apud Pacuuium legitur pro ambulare, Ardua (inquit) per loca agreſti & trepidante gradu nititur. Niti alis, hoc eſt, uolare. Verg. libro 4. Hic primùm paribus nitens Cyllenius alis Conſtitit. Interdum fulciri. Cic. lib. 1. Offic. Eſt igitur aduleſcentis maiores natu uereri, ex hisq; deligere optimos ac probatiſſimos, quorum conſilio atq; authoritate nitatur. Id eſt, fulciatur, gubernetur, inſtituatur. Quandoq; etiam ſignificat dure operam, laborare, conari, πονῶμαι. Ter. in Adelph. Quapropter nitar, experiar. Cic. de Senect. Modo ratio modò uirium adſit, & tantum quantum quiſque poteſt nitatur. Huius compoſita ſunt, Annitor, Connitor, συντείνομαι, διαμάχομαι, quod eſt totis uiribus nitor. Cic. lib. 2. Offic. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere (ſi diſcendi labor eſt potius, quàm uoluptas) tantum fac, ut efficias. Enitor, pario, ἀποτίκτω. Plaut. in Amph. Geminos Alcmena enititur. Varro lib. 2. de Re ruſt. Faciēdaq; ſepta ſecreta ab aliis, quò enitentes ſecludere poſſis, item quæ corpore ęgro. Vnde enixæ dicuntur mulieres, quæ partus dolore leuatæ ſunt. Item Eniri, Eſt multo conamine & labore aliquid perficere, φιλοτιμοῦμαι. Salluſt. in Iug. Ab aduleſcentia ita ſe enixum, ut ab optimo quoq; probaretur: id eſt, multo conatu & labore id ſe perfeciſſe, ut ab optimo, &c. Columell. libro 2. Sed nec in media parte uerſuræ conſiſtat, detq; requiem in ſumma, ut ſpe ceſſandi totum ſpatium bos agilis enitatur: id eſt, exaret, perficiat. Hinc Enixè, aduerbium, συντόνως. Plautus in Trinum. Tibi relin qui ob eam rem enixè expeto. Quod & enixim dicitur. Cicero, Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas, atque honores huius ordinis omnia feciſſe ſentio. Innitor, inhæreo, firmos. Columella libro ſexto, Quò plus ſolis mediæ arbores, quibus uitis applicata & religata innititur, accipiant. Obnitor, ἀντερείδομαι, ἀνθίσαμαι, ἀντισηρίζομαι διατείνομαι, contrà nitor, obluctor, inducor, obfirmor. Verg. lib. 3. Georgic. Verſaq; in obnixos urgentur cornua uaſto Cū gemitu, id eſt, contra obluctantes. Cicer. pro Mil. At non P. Clodio mortuo, uſiratis iam rebus obnitendum eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam. Hinc aduerb. Obnixè, διατεταμένως, quod ſignificat cum conatu, inſtāter, quantū poſſibile eſt, contrà conantem. Terentius in And. Pedib. manibusq; obnixè omnia facturū. Pernitor, ualde nitor. Seru. Pernix, perſeuerans, à pernitēdo tractū eſt. Renitor, ἀντιτείνω, ἀντερείδω, cōtra nitor. Subnitor, ſuffulcior. Verg. l. 3. Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro. Aliquando eſt ſurſum nitor. Cæcilius in Annal. Et Latini ſubnixo animo ex uictoria conſiliū ineunt. Habent autem omnia hæc penult. prod.

Nixus, a, um, participium, Idem quod innixus, uel incumbens fultus, ſuſtentatus. Cicero 7. Verrinarum, Sterit ſolcatus Prætor pop. Roman. cum pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus in littore.

Nixus, us, m. q. ſubſtantiuum, Parturientium labor. Vergilius 4. Georgic. haud fœtus nixibus edunt. Gellius lib. 12. capite 1. Quàm diutinum puerperium, & quàm laborioſi nixus fuiſſent. Dicitur etiam Nixus de alio quouis conatu. Quintilianus libr. 2. cap. 13. Luctator, qui totius corporis nixu in id quod ſemel inuaſit, incumbit.

Nixus, huius nixi, Sidus cæleſte, quod Iulius Fir. Ingeniculum uocat, ἰγγόνασις. Cic. in Arato. Iam dextrum genus, & decoratam lumine ſurā Erigit, ille uagās uulgato nomine Nixus, Quem nocte extinctum atq; exortum uidimus una. Ibidem Hic ille exoritur conuerſo corpore Nixus, Aluum, crura, humeros, ſimul & præcordia luſtrans, Et dextræ radios læto cū lumine iactans. Hunc Higinus Herculem eſſe ait, qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis Draconis dexteram partem opprimere conatur.

Nixurio, is, pen. prod. nixurii, Niti uolo, ſeu cupio, aut conor facere, φιλονεικῶ. Nigid. apud Nonium, Nixurit qui niti uult & in conatu ſæpius aliqua perpellitur.

Nixor, aris, nixatus ſum, nixari, d. q. Idem quod nitor, hoc eſt, fulcior, ſuſtentor, ἐρείδομαι, στηρίζομαι. Luc. lib. 4. Et uiolare ſi dem primam, & conuellere tota Fundamenta, quibus nixatur uita, ſalusq;. Idem lib. 3. Hoc eſt, aduerſo nixantem trudere monte Saxum.

Nitibundus, a, um, Vehementer nitens. Gellius libro primo capite undecimo, Sed enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum, tibiarumq; concentu, uerūm conſpiratu tacito nitibundos.

Nitrum, n. ſ. νίτρον, ἀπὸ τῦ νίζειν, ut quidam putant eo quod abluendi, purgandiq; habeat facultatem: ſiue, ut alii malunt à Nitria Aegypti regione, in qua copioſiſſimè prouenit. Non multùm diſtat à ſalis Ammoniaci ſpecie, nonnulliq; exiſtimant eſſe ſalis genus. Sicut enim ſalem in littore maris feruor conficit Solis, durando in petram aquas marinas, ita in nitrariis, ubi æſtate pluuiæ prolixiores telluri infunduntur, ardor nimius aquas excoquit in petram ſali ſimillimam, ſed nihil gelidi rigoris, nihil ſalſi ſaporis habentem, quæ tamen iuxta naturam ſalis durare in caliditate, & nubiloſo aēre fluere ac liqueſcere ſolet. Gignitur copioſiſſimè in Nitrite Aegypti nomo, aqua Nili in nitrarias immiſſa: parcius apud Medos caneſcentibus ſiccitate conuallibus præſtantiſſimum autem in Clitis Macedoniæ. Dioſcorides foſſile præferre uidetur, quod leuius eſt, & ſine pondere, roſeo colore aut albo, & ſpongiarum modo fiſtuloſum. Putāt nonnulli inter Nitri ſpecies eſſe numerandum, quod uulgi (ut opinor) uocabulo nonnulli Salnitrum, alii Salpetræ uocant, eoq; Pharmacopolæ pro nitro utuntur decepti corrupta Plinii lectione libro trigeſimoprimo, capite decimo, Salnitrum ſulphuri concoctum in lapidem conuertitur. Ita enim uulgò legitur, quum tamen caſtigatiora exemplaria ſic habeant, Sal & nitrum ſulphuri concoctum, &c. Veriſimilius eſt itaque, illud quod hodie uulgò Salnitrum uocāt, ueteribus fuiſſe incognitum, nouitiumq; eſſe inuentum, non ita pridem ad bellicorum tormentorum uſum excogitatum Nitrum dulce, Gypſis.

Nitroſus, a, um, νιτρώδης, Quod nitrum habet, uel nitri ſaporem. Plinius libro 31. capite 10. Aquæ uerò nitroſis pluribus locis reperiuntur, ſed ſine uiribus denſandi. Nitroſus locus, Idem lib. 20. cap. 19.

Nitraria, æ, f. p. νιτρεία, νιτρωρυχία, Locus ubi nitrum fit, aut effoditur. Plin. lib. 31. cap. 10. Sunt ibi nitrariæ, in quibus & rufum exit à colore terræ.

Nitratus, adiectiuum, Cui nitrum admiſtum eſt. Martialis lib. 1. Nitrata uiridis braſſica fiat aqua. Colum. libr. 13. cap. 11. Nitratam aquam ſuffundito.

Niualis, Niueus, uide Nix.

Niueo, es, xi, ctum, à quo Conniueo uide in dictione Nicto.

Nix, niuis, f. t. Notæ ſignificationis, χιών. Plin. lib. 17. c. 2. Quādo nix aquarum cęleſtium ſpuma eſt. Vergil. 10. Eclog. Perq; niues ali-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

niues alium, perq́ horrida caſtra ſecuta eſt. Niue candidiores equi, Ouid. 8. Metam. Eluctari niues, Tacit. lib. 19. Et uix quieto agmine niues eluctantibus, patuit quantũ diſcriminis adeundum foret. Capitis niues apud Horatium 3. Carm. Ode. 13. pro capillis canis: te quia ruge Turbant, & capitis niues. Ab antiquis Ninguis appellabatur. Lucre. Gelidas effundere ningues. Vide in uerbo Ningo.

Niualis, & hoc niuale, o. t. Quod ad niuem pertinet, ut Niualia loca, ubi nix abundat. Plinius libro 26. cap. 8. Naſcitur in petroſis, apricis, & iiſdem niualibus. Niualis dies, hoc eſt, niuoſus, quo ſcilicet plurimum niuis è cælo delabitur. Liu. 1. bel. Pun. Erat fortè Brumæ tempus, & niualis dies. Niualis aqua Gell. Qui aquam niualem, frugibus ſanè & arboribus fœcundam diceret, ſed hominibus potu nimio inſalubrem eſſe. Columella lib. 3. cap. 1. Niuale cælum dixit, quod ſæpe niues inducit: ait enim, Cælum porrò neq́ niuale uinea, neq́ rurſus æſtuoſum deſyderat. Oſculum niuale, metaphoricῶs pro frigido. Mart. li. 7. Audes tu tamẽ oſculo niuali Omnes obuius hinc & tenere.

Niuarius, a, um, ut Niuarium colum. Bayfius, Colum niuariũ uas quo aqua ex niuibus colari ſolebat. Nos hodie colo utimur ad lac colandum, & eſt uas ligneum quod fundũ linteum habet annexũ. Saccus niuarius. Plin. libr. 24. Nitroſæ aut amarę aquæ, polenta addita mitigantur, ut intra duas horas bibi poſſint. Qua de cauſa & in ſaccos niuarios additur polenta. Bayfius, Vtebãtur Romani & ſacco niuario, quo liquidius merum potarent: & erat lineus.

Niuatus, a, um, Quod eſt niue refrigeratum, *νιφοψυχής*. Sueto nius in Neron. Refotus ſæpius calidis piſcinis, ac tempore æſtiuo niuatis.

Niueus, a, um, Quod eſt ex niue, *χιονικός*: ut, Maſſa niuea Niueus liquor, Cicero 1. de Diuin. Verg. 3. Georg. Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu latè. Quandoq́ pro candido ponitur: ut, Niuei dentes, Mart. lib. 5. Niuei lacerti. Vergilius libr. 8. Aeneidos, Dixerat, & niuei hinc atq́ hinc diua lacertis Cunctãtem amplexu molli fouet. Ebur niueum, Ouidius 10. Metamorph. Interea niueum mira feliciter arte Sculpſit ebur, &c.

Niuoſus, a, um, Idẽ quod niue abundãs, *χιονιβόμενος, χιονώδης*. Colum. lib. 2. ca. 6. Ea locis prægelidis ac niuoſis, ubi æſtas eſt humida, & ſine uaporibus, rectè cõmittitur. Niuoſa hyems, Liuius lib. 5. ab Vrbe. Niuoſa grando, Liu. 1. bel. Pun. Et mox aqua leuata uento, quum ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet, tantum niuoſæ grandinis deiecit, ut omnib. omiſſis procumberent homines.

Níxurio, Níxus, a, um, Níxus, huius nixus, uide Nitor.

NO. In notis antiquorũ, noſtrum. NOBB. nobilibus. NOB. G. nobis generatus, uel nobilis genere. NOB. F. N. nobili familia natus. NON. nonarũ. NON. APR. nonis Aprilis. NOR. noſtrorũ, N. P. nihil poteſt, uel non poteſt. NQ. nuſquã, uel neq́, uel nanq́, uel nunquã. N. Q. AN. numerat, qui annumerat. N. Q. N. nunquid non. N. R. non reſtituerunt. NR. Nero, N. R. nobis Rhauenas. NR. CL. Nero Claudius. NR. noſter. N. S. E. non ſic eſt. NT. nominatis. NT. noſtri temporis.

No, nas, naui, natum, Proprium eſt piſcium, *νήχομαι*. Plin. li. 6. cap. 17. de accipenſere, Vnus omnium ſquamis ad os uerſis contra aquam nando meat. Quanquam & de aliis rebus dicatur in aqua fluitantibus, Ouid. 1. Metam. Nat lupus inter oues, fuluos uehit unda leones. Verg. 1. Aeneid. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Nare ſine cortice, prouerbialis metaphora eſt, de iis dici ſolita qui ſuo iã marte ſibi poſſunt conſulere, nullo alieno egentes ſubſidio. Translatio ſumpta eſt ab iis qui natandi nou ſatis periti, ſuberis corticem corpori ſubiiciunt, donec cũ in arte profectum fecerint ut cortice deinde non egeant.

Nato, tas n. p. Frequentatiuum eſt uerbi No, nas. Nare autem, ſeu natare, propriũ eſt piſcium, *νήχομαι, νέω, κολυμβάνω*. Martialis lib. 1. Sacris piſcibus hæ natantur undæ. Cic. Tuſc. 5. Natura beſtias nantes aquarum incolas eſſe uoluit. Nant, ſeu Natant tamen & uolucres, & beſtiæ, & homines etiam induſtria. Verg. Aeneidos 1. Apparent rari nantes in gurgite uaſto Cicer. de Natura deorum. In quo quidem magis tu mihi natare uiſus es, quam ipſe Neptunus. Colum. de Arbor. per trãſlationem ꝓ Serpere poſuit. Alioqui etiã nouella uinea quæ ex reſectione enata fuerit, uim inutilẽ habebit, ſumma parte terræ natantibus radicibus. Quandoq́ pro Trepidare, Ouidius lib. 6. Faſtorum, Nox erat, & uiuis oculiq́, animiq́ natabant. Quandoq́ pro nauigare, Vergil. 4. Aen. & littore celſas Deducunt toto naues; natat uncta carina. Interdum pro Madere, manare ſeu diffluere. Cic. 2. Philip. Natabant paui menta uino, madebant parietes, &c. Verg. 5. Aeneid. ſanieq́ue aſperſa natarent Limina. Huius compoſita ſunt Abnato Annato, *παρανήχομαι*, iuxta nato, ſiue ad aliquem locum natigo. Vergil. libr. 1. Aeneid. Huic pauci ueſtris annauimus oris, Sic & libro 6. Connato, *συγκολυμβάω*, ſimul nato. Plautus, Connatat nobiſcum, id eſt, riualis eſt. Denato, deorſum nato, *καταννήχομαι*. Obnato, cõtra, ſeu citra nato: ut, in æquore fluuis Obnatat umbra fretis. Prænato, ante nato. Plinius, Prænatante piſciculo frontem ſuam ſpargit. Renato, rurſus nato, uel natando reuertor, *ἀναννήχομαι*. Supernato, ſuper undis ſto, non mergor, *ἐπινήχομαι*. Plinius libr. 24. Poſtea ſuper natans aqua tollitur ſpongiis. Tranſnato, ultrà nato, *διανήχομαι, διανακολυμβάω*. Liuius, Magonem cum equitatu flumen tranſnataſſe.

Natatus, us, m. q. Ipſe natandi actus, *νῆξις*. Claud. lib. 3. de Raptu Proſerp. Lucus erat prope flumẽ Acim, quod cãdida præfert Sæpe mari, pulchroq́ ſecat Galatea natatu. Segnis natatus, Idem de Torpedine.

Natator, oris, uerbale, Qui natat. Ouid. 1. de Remed. am. Pugnat in aduerſas ire natator aquas. (piſcinæ natatoriæ.

Natabula, *τὰ νηχᾶα*, ab Apul. dicãtur loca natationis, hoc eſt,

Natatorium, & Notatio, à natando dicũtur, & à Græcis *κολυμβήτρα, βαπτιστήρια* dicuntur.

Natatilis, pen. correp. Qui natat, uel natare poteſt: ſicut Volatilis, qui uolat, uel uolare poteſt, *νευστικὸς, πλωτὸς*. Auguſt. libro 12. de Ciuit. Talem illi creauit animam, qua per rationem & intelligentiam omnibus eſſet præſtantior animalibus terre ſtribus, & natatilibus, & uolatilibus, quæ mentem huiuſmodi non haberent.

Natatile, ſubſtantiuum, Locus eſt, ubi natant piſces, aut anates, & ſimilia. Var. lib. 3. de Re ruſt. cap. 5. Circum fallere & natatilia ſunt excauata anatum ſtabula.

Natatitius, a, um, Quod natat, *νηκτικὸς*.

Nobílis, le, m. ſ. Illuſtris, clarus, celeber, quaſi noſcibilis, à Noſco: unde & pro noto ponitur, *γνώριμος, ἔνγνως*. Verg. 7. Aen. Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis Nobilis, Sic Illuſtris, Egregius, Inſignis, Præcipuus, ſingularis cognitionis non meriti aut laudis nomina ſunt, quia tam de flagitioſis, quàm de claris dici inueniuntur. Nobilis itaq́ pro eximio & excellẽti in quacunq́ re ponitur: ſiue bona, ſiue mala. De bona, ut quum ad generis dignitatem refertur. Salluſt. in Catil. Nobili genere natus fuit. Cicero 1. de Diuin. Nobili loco natus. De mala, Liu. Nobilis ille clade Romana locus. Plautus in Rudente, Qui ſe ſcelere nobiles fieri uolunt. Facinus nobile, idem quod inſigne. Cicero 4. Verr. Accipite nunc aliud eius facinus nobile, & multis locis ſæpe commemoratũ. Homo omnium nobiliſſimus. Cicero Lentulo libro primo, Epiſtol. In te enim homine omnium nobiliſſimo ſimilia in uidorum uitia perſpexi. Inimicitiæ nobiliſſimæ. Liuius 9. belli Macedonici, Verùm enimuero quum ſint nobiliſſimæ ſibi cũ Conſule inimicitiæ, quid ab eo quenquam expectare æquum eſt?

Nobilitas, atis. f. t. Quæ eſt generis, uel alterius rei excellentia & dignitas, *ἐυγένεια*. Columella lib. 4. Deprehendi poteſt nobilitas in geſtu. Cic. pro P. Seſt. Omnes boni ſemper nobilitati fauemus: & quia utile eſt Reipub. nobiles eſſe homines, dignos maioribus ſuis: & quia ualet apud nos clarorum hominum, & bene de Repub. meritorum memoria. His contraria ſunt, Ignobilis, *ἀγενὴς*, & Ignobilitas, *ἀγένεια*. Nobilitas Pro fama, & nominis celebritate. Cicero 4. Acad. Studioſus nobilitatis fuit.

Nobilito, nobilitas, a. p. Nobilem facio, dignitatem addo, decoro, *ἐνδοκιμέω*. Cicero de Senectute, Neq́ enim ex te unquã es nobilitatus ſed ex lateribus & lacertis tuis. Apuleius, Quẽ non excellentia generis, ſed mors uirtutes q́ nobilitauerũt: Aliquando notum facio, *γνορίζω*. Cicero lib. 1. Offi. Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt præter cæteros nobilitata crudelitas. Nobilitare aliquem flagitiis. Terentius Eunuch. Tu tam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitiis, & eundem indicas. Vbi Donatus, Duas res ſignificat ſimul: & cogis flagitia facere, & facientem indicas.

Nobiliter, aduerb. Inſigniter, & decorè. Plin. lib. 34. cap. 8. Poſſidonius qui & argentum cælauit nobiliter.

Noceo, es, cui, itum, n. ſ Obſum, aut damnũ aut iniuriã alicui infero, aut felicitatẽ eius impedio, *σίνομαι βλάπτω*. Colu. li. 2. Non nocebitur ei nocturnis roribus, aliiſue ex cauſis, dũ

à pecco-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

à pecore & auibus uindicetur. Cicero 3. Officio. Eodem modo constitutum est, ut non liceres sui commodi causa nocere alteri. Ouidius 5. Metamorpho. nocuit sua culpa duobus. Vergilius 10. Eclog. Surgamus: solet esse grauis cantantibus umbra, Iuniperi grauis umbra: nocent & frugibus umbræ. Horatius 1. Epist. 2. nocet empta dolore uoluptas. Plautus in Milite cum accusatiuo iunxit, Iura (inquit) te non nocituru esse hominẽ de hac re neminem. Nocere noxam. Liuius 9. ab Vrbe, Atq; ob eam rem noxam nocuerunt. Nihil nocet. Cicero ad Attic. lib. 11. De quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus.

Nocetur, impersonale, Cic. 4. Ver. Confirmat his curaturum se esse, ne quid per filium suum noceretur.

Nocens, nocentis, om. t. participium, uel nomen, Qui iniuriam aut maleficium commisit, aut qui alteri nocuit, damnũ sue intulit. Cicero 2. Offic. Ita habendum est, religioni nocentem aliquando & nefarium, impiumq; defendere. Idem pro Sestio. Neq; nocentes sunt, nec natura improbi. Hinc Nocẽtior, & Nocentissimus. Horatius Epist. 3. Edat cicutis allium nocentius. Ouidius 1. Metam. Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum Prodierat. Cicero 2. Verr. Se auarissimi hominis cupiditati satis facere posse, nocentissimæ uictoriæ non posse. Innocentes, ἀνυπέυθυνοι, οἱ καθαρεύοντες κακίας, qui ab omni iniuria, maleficioue abstinent, Innocentia, ἀκακία, ἀβλαβία, integritas. Sallustius in Iugur. Vbi quæ Metellus agebat, ex nuntiis accepit, simul de Innocentia eius certior Romæ factus, diffidere. ac tum demum ueram deditionem facere conatus est.

Nocenter, aduerb. Colum. lib. 8. cap. 2. Robusta crura, nec longa, sed infestis uelut sudibus nocenter armata.

Nocuus, Qui nocet, βλαβερός, σίντης. Cicero 3 de Legibus Magistratus nec obedientem, & nocuum ciuem mulcta, uerberibus uinculisq; coërcento. Innocuus, ἀβλαβής, qui non nocet. Quandoq; tamen passiuè sumitur pro eo cui non nocetur. Sed de hoc suo loco.

Noctescere, Noctu, uide Nox.

Noctua, æ, f. p. Auis à tempore noctis dicta, quo gemit, uel uolat, γλαῦξ. Plin. lib. 10. cap. 17. Noctuarum contra aues solers dimicatio: maiore circundata multitudine resupinæ pedib. repugnant: collectæq; in arctũ, rostro, & unguibus totæ teguntur. Noctuas Athenas ferre, puerbio dicũtur ii, qui eò rem aliquã afferunt, ubi eis maxima est copia. Ferunt enim, noctuarum maximam uim Athenis esse.

Nodía, Herba est (inquit Plinius lib. 24. cap. 19.) coriariorũ officinis nota, quæ alio nomine Mularis dicitur. Nomas curat, efficacissimamq; ex uino aut posca pota, aduersus scorpiones uim habet.

Nōdus, di, m. s. propriè ligatura quæ non facilè soluitur, ὅμμα, σύνδεσμος. Cic. de Vniuer. Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodum, uinculumq; desyderant. Vergil. 8. Eclog. Necte tribus nodis ternos Amarylli colores. Idem 1. Aeneid. Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes. Hor. 3. Carm. Od. 21. Segnesq; nodum solue re Gratiæ. Nodus Herculeus, prouerbii speciem habet pro uinculo arctissimo, & quod non facilè solui possit. Fertur enim Hercules nodi quoddam genus ostendisse, in quo neq; principium, neque finis appareret: propter quod posteris & admirationi fuit, & religioni: eoque nectendi genere uti solent in obligandis uulneribus. Plinius libro 28. capite 6. Vulnera nodo Herculis præligare, mirum quanto ocyor medicina est. Huiusmodi etiam nodo, autore Festo, nouæ nuptæ cingulum, boni ominis causa uinciebatur, quẽ maritus deinde in lecto soluebat: quo commento significare uolebant, indissolubile futurum earum nuptiarum uinculum. Vide de hoc plura in Erasmi Adagiis. Dicitur præterea nodus in arbore, & in digito, eminens ille callus, ubi ueluti colligati simul rami esse apparent, σύριγξ. Colum. li. 3. Eius imam partem, quam in terrã demissurus es, acutissima falce iuxta nodum rotunda plaga amputato. Liu. lib. 1. ab Vrb. Baculum sine nodo aduncum tenens. Arundinei nodi, Claudianus de Torpedine. Corporum nodi, pro articulis. Plin. libr. 11. ca. 37. Nerui nodos corporum, qui uocantur articuli, aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes. Crura sine nodis. Cæs. 6. bel. Gal. Articulorum nodi. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed quibus ceruix è multis uertebratisq; orbiculatim ossib. flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur. Accipitur & Nodus pro ænigmate, uel quæstione aliqua difficili, & generaliter p quacunq; difficultate. Cælius ad Ciceronẽ. Famil. 8. Incideramus enim in difficilem nodum. Idẽ Att. li. 5. Dum hic nodus expediatur. Hinc est uetus illud prouerbium, Nodum in scirpo quæris: quod dici solet in homines uehementer scrupulosos & anxios, qui etiam in re facillima scrupulum inueniunt. Tractum est prouerbium à læuitate scirpi, quem constat omni prorsus carere nodo. Teren. in And. At mihi unus scrupulus etiam restat, qui me malè habet. P. dignus es Cum tua religione odio: nodum in scirpo quæris. Nodus item in exercitu dicitur densa peditum multitudo, quòd non facilè possit resolui. Cælestis nodus sydus piscium olim dicebatur. Cic. in Arato, Quam ueteres soliti Cælestẽ dicere nodum. A nodus fiunt Enodis, ἄδρομος, Inenodabile, Internodium, de quibus diximus suis locis.

Nodulus, diminutiuum, ἀμμάτιον, Plinius libr. 25. cap. 1. Deinudantibus se nodulis in fæce nigri uini, uel Græci, mense Martio macerantur.

Nodosus, a, um, Quod multos habet nodos, πολύπλοκος. Lucanus lib. 8. Tunc neruos, uenasq; secat, nodosaq; frãgit Ossa Ouidius 1. de Ponto, Eleg. 4. Tollere nodosam nescit medicina podagram. Horat. 2. Serm. Sctyr. 3. adde Cicutæ Nodosi tabulas centum. Acron, Nodosi, scrupulosi, diligentis in accipiendis cautionibus.

Nodo, as, a. p, Nodos facio, ligo in nodos, δρομύω, πλίκω. Plin. lib. 37. cap. 3. Tanta copia inuecta, ut retia arcendis feris podium protegentia succinis nouarentur. Lactan. de Opific. Deus igitur solida mente corporis, quæ ossa dicuntur, nodata & adiuncta inuicem, neruis alligauit, atq; constituxit. Vergilius libro 4. Crines nodantur in aurum. Cato de Re rust. cap. 33. Vites bene nodentur per omnes ramos. Huius composita sunt. Enodo, quod nodatum erat soluo, λύω. Per translationem significat declaro, expono. Gel. libro 2. Ad hunc modum Iulianus enodabat, diiudicabatq; ueterum scriptorum sententias, quas apud eum aduleſcentes lectitabant. Libro secundo, ad Heren. Deinde contratiæ legis enodabimus uoluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodũ. Interdum Enodare, est arbores à nodis purgare, & enodes facere. Colum. lib. 5. cap. 5. Quæ ulmus à positione bene prouenerit, eius summæ uirgæ falce debent enodari. Connodo, & Innodo sunt eiusdem significationis cum simplici: & habẽt penultimam productam.

Nodatio, nis. pro nodositate. Vitruu. libr. 2. capit. 9. Præcisa altè circiter pedes uiginti, & perdolata propter nodationis duritiem.

Noẽgæum, Amiculi genus est, autore Festo, prætextũ pura, coloris candidi: unde etiam pro cãdido quandoq; ponitur. Liuius Andron. Lachrymas de ore noẽgæo deterſit.

Noẽnon, Vide Nenum.

Noẽma, atis, n. t. νόημα. Est sententiæ quoddam genus, quũ aliud intelligitur quàm uidetur dici: ut si quis dicat, Aliquem nasum cubito emungere, quum uelit indicare ipsum esse falsamentarium. Aliud exemplum ponit Quintil. libr. 8. cap. 5. de muliere quadam quæ quum fratrem sæpius è ludo gladiatorio redemisset, tandem dormienti, ne toties uitæ discrimen subiret, pollicem præcidit. Quo nomine quum frater aduersus eam talionis ageret, Eras, inquit, dignus qui integram haberes manum, hoc est, ut iterum in arenam descẽderes, & nullo te redimente interficereris.

Nolo, Ex Non, & Volo, ὐ θέλω ἀβουλέω. Terentius in Eunucho, Noui ingenium mulierum, Nolunt ubi uelis: ubi nolis, cupiunt ultrò. Idem in Eunuch. nolo me in uia Cum hac uestẽ uideat. Cicero in Orat. Libenter etiam copulando uerba iungebant: ut Sodes, pro si audes: Nolle, pro Non uelle: Non nolle, pro Velle. Cicero 4. Verrin. Vt quum tabulas nouo magistro traderem, exempla literarum ipsi habere non nollent. Nolens participium. Lucanus libro 1. quanuis nolente Senatu Traximus imperium, Veteres Neuolo, neuis, neuult, dicebant. Plaut. Filiam meam tibi desponsam esse audio, nisi tu neuis.

Nomæ, νομαὶ, Vlcera quæ depascunt, uorantq; serpendo corpus. Plin. lib. 23. ca. 4. Tosti autem, & cum melle triti nomas repugnant.

Nomarchía, æ. **Nomarcha,** æ, uide in dictione Nomos.

Nomen, inis, n. t. Quasi nouimen, (inquit Festus) Nosco, quòd notitiam faciat: nam per id quicquid nominamus agnoscitur. Vel Nomen dicitur, quasi notamen. Aut à Græco ὄνομα abiecto ὀ. Propriè autem nomen dicitur, teste Nonio propriũm uocabulum singulorum, hoc est, quo singulæ res appellantur. Inde Nomino, as, quod est nomen alicui rei imponere. Id autem fit dupliciter. Aut enim uniuerso generi nomen imponimus, quod Grammatici Nomen appellatiuum

Dare nomen sich anschreiben lassen

latiuum uocant: ut quum animal rationale Hominem dici mus nominari. Aut ſingulis rebus peculiare nomen impo nimus, quod illi cum alio non ſit commune. Hoc à Gram maticis Nomen proprium appellatur. Quod ſic definitur à Cicerone, Nomẽ eſt quod unicuiq; perſonæ attribuitur, quo quæq; ſuo proprio & certo uocabulo appellatur. Hoc rurſus diuiditur in quatuor membra, Prænomen, Nomen, Cogno men, & Agnomen. Prænomen interdum una, interdum duabus, interdum tribus literis notabatur: ut, C. Caius, Gn. Gneus, Sex. Sextus. Fuitq; nonnulla ratio prænominis: nam & Quintum ideò dixerunt, quod quinto fortaſſis loco na tus eſſet. Lucium, quod initio lucis exortus: Gneum, à cor poris effigie. Cognomen maiorum eſt, tractum ex familia uel ſanguine, ἐπωνυμία, ut Cornelius, ex Corneliis. No men autem proprium perſonæ eſt, quod proprium gentiliti um, hoc eſt, quod originem gentis uel familiæ declarat, ut Cicero, Scipio. Agnomen extrinſecus uenit. & hoc tribus modis. Aut ex animo, ut Superbus, Pius. Aut ex corpore, ut Craſſus, Pulcher. Aut ex fortuna, ut Africanus, Gothicus, A ſianus, Numantinus, à deuictis gentibus: ſed hoc rarò uſur patur. Cognomen nanq; ſiue Cognomentum potius, quam Agnomen dicitur. Cic. Scipio ille cui Africano fuit cogno men. Idem ad Atticum, Teq; non cognmen ſolùm Athenis deportaſſe, ſed humanitatem & prudentiam intelligo. Ro mani pleruncq; tribus uti ſolent nominibus: nonnulli etiam quatuor: ut, P. Cornelius Scipio Africanus: ubi Publius eſt prænomen, Cornelius nomen propriè dictum, Scipio cog nomen, Africanus agnomen. Et nomen quidem atq; cogno men omnium eiuſdem familiæ commune erat, prænomen uerò tantùm ſingulorum. Prænomen itaque illud erat, quo fratres, aut gentiles à ſe mutuo diſtinguebantur: ut pater ap pellabat ex duobus filiis alterum Publium, alterum Lucio nec aliter inter ſe fratres ipſi uocabant. Quidam etiam à ue ſtimento cognomẽ ſortiti ſunt, ut Antonius Caracalla. Qui dam à pecore minori, ut Porcius, Scropha. Quidam à pecore maiori, ut Equitius, Taurus. Quidam à piſcibus, ut Sergi tius. Orata, Muræna. Quidam ab arboribus, ut Fronditius. Quidam ab ea re quam optimè ſererent, ut Fabius, Len tulus, Cicero, Piſo, quanuis hoc nonnulli à pinſendo du ctum putent. Pilumni autem cognomen inde tractum pu tatur, quod qui primus in ea familia hoc cognomine di ctus eſt, pili uſum inuenerit. Aliquando nomen pro deco re cognitione, & dignitate ponitur. Vergilius 2. Aenei. Auul ſumq; humeris caput, & ſine nomine corpus. Interdum generoſitate. Idem lib. 2. Georgic. Aut pomis ſua nomina ſer uat. Interdum pro nobilitate generis, & pro ipſa fama, aut celebritate. Vergilius 2. Aeneid. & nos aliquod nomenq; de cusq; Geſſimus. Ouidius 10. Meram. Magnum & memorabi le nomen. Nomen etiam accipitur pro gente: ut apud Verg. noſtrumq; in nomen ituras. Nomina præterea dicuntur, teſte Budæo, capita, uel (ut hodie loquimur) articuli ratio nis argentariæ, in quibus deſcripta ſunt nomina debitorum quibus pecuniæ expenſæ fuerunt. Cicero 3. Verrinarum, Sa tis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pe cuniam credebas, iis expenſum non ferret? neq; in tuas tabu las ullum nomen referres, quum tot tibi nominibus accep tum Curtii referrent? quid proderat ibi expenſum illi non tuliſſe? Nonnunquam nomen accipitur pro ipſo debito re. Colum. libr. 1. cap. 7. Vel optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixiſſe ueriſſimè fertur. Hoc eſt, etiam ſi optimi ſint debitores, ſi tamen diutius debitum exigere diſtuleris, negligentia tandem eos fieri non ſoluen do. Sæpe etiam nomen accipitur pro ipſo debito. Cicero ad Attic. libr. 16. Nomina mea per deos expedi. Idem ad eun dem lib. 6. Salaminos autem adduxi, ut totum nomen Scap tio uellent ſoluere. Ponitur etiam nomen aliquando pro cauſa. Cice. de Amic. Ab amicitia Q. Pompeii meo nomine ſe remouerat, ut ſcitis, Scipio. Idem in Vat. Nõ tàm tuo, quã Reipub. nomine. Cæſar 3. bel. Gal. Odiſſe etiam ſuo nomine Cæſarem, & Romanos. Nomen aliquando tranſit in aduer bium: ut, Toruumq; tuetur: id eſt, toruè, δεινὸν, γοργὸν. Item aduerbium in nomen: ut, apud Perſium, Iam cras heſternũ conſumpſimus, ecce alium cras: Nomina tamen in aduer bium migrantia ſuam ſæpe ſeruant quantitatem: ut apud Vergilium 3. Ecloga, Tranſuerſa tuentibus hirquis. Nã Tranſ uerſa quum aduerbium ſit, a tamen breuis eſt, quia uenit ex nomine: quum ſciamus in a terminata aduerbia longa eſſe. Nomina per diuerſos caſus loco aduerbiorum ponuntur. Per nominatiuum: ut Fors pro Fortè, Recens pro Recenter. Per genitiuum, Militiæ pro in Militia. Per datiuum, ut neſpe ri, Ruri, Sorti, per ſortem. Per accuſatiuum, Vt Toruum pro Toruè, Clarum pro Clarè. Per ablatiuum, ut Rure, Domo.

Nomina, as, a. p. Appello, nomen impono, ὀνομάζω, Lactant. li bro 4. Si autem diuinus non ſit, ne Deus quidem ſit, unde & ipſa diuinitas nominatur. Cicero de Amicit. Amor enim, ex quo amicitia eſt nominata, princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Interdum accipitur pro nominatim com pellare. Plaut. in Moſtel. Hem quis me nominat? Idem in A ſinaria, Alienum hominem intromittat neminem. Quod il la aut amicum, aut patronum nominet. Nominare, teſte Budæo, aliquando ponitur pro Declarare, ut uulgò dicimus & exprimere. Cicero pro Lælio, Multi à me ſummi uiri prædicarentur, quorum partim nimia libertas in adoleſcentia, partim profuſa luxuries, magnitudo æris alieni ſumptus, li bidines nominarentur. Eſt etiam nominare, præſentem ſi ſtere, & ut iuris Pontificii ſcriptores dicunt, Ius patronatus habere: hoc eſt, nominare deſignandum, de quo uide teſti monium in dictione Nominatio. Hinc Denomino quod idem eſt quod nomino, ſeu nomen alicui impono, παρανομάζω. Columella libr. 4. Quippe uniuerſæ regiones, regionumq; ſingulæ penè partes habent propria uitium genera, quæ con ſuetudine ſua denominant.

Nominatus, Nomen ex participio pro celebri, περιβόητος, Ci cero ſexto Verrinarum, Quid illa Attalica, tota Sicilia nomi nata ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es? Plini us libro duodecimo, capite 19. uicina eſt Bactriana, in qua Bdellium nominatiſſimum.

Nominatim, aduerbium, Per ſingulorum nomina, ὀνομαστὶ ἐξονομακλείδην. Plinius, Quum uillico omnes nominatim aſſignati eſſent. Liuius libro ſecundo ab Vrbe, Demiſſo Sena tu, Conſules in tribunal aſcendunt, citant nominatim iu niores. Dicitur tamen & de uno: ut Tenens cruentum pugionem Brutus, nominatim Ciceronem inclamauit. Aliquando etiam accipitur pro Expreſsè. Cicero libro pri mo Officiorum, Quicquid enim eſt in prædio uitii, id ſta tuerunt, ſi uenditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præ ſtari oportere. Nominatim, & Generatim, contraria, Cicero Attic. libro nono, Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, ut non nominatim, ſed gene ratim proſcriptio eſſet informata.

Nominatio, onis, f. t. uerbale, Plinius Epiſt. 13. Mihi uerò etiam illud gratulatione dignum uidetur, quod ſucceſſori Iulio Frontino principi uiro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter ſacerdotes nominabat, tanquam in locum ſuum cooptaret. Budæ. Nominatio eſt, ut uulgò ho die appellatur: id enim nomen in ea ſignificatione uulgus noſtrum retinuit. Brutus ad Ciceronem, Bibulus in Panſæ locum petere conſtituit, eam nominationem à te petimus. Nominatio, Figura Rhetorum de qua autor ad Herennium libro quarto.

Nominito, as, are, frequentatiuum à Nomino. Lucre. lib. 3. Su ſcipere hunc motum, quem ſenſum nominitamus. Idem li bro quarto, Quæ quaſi membrana, uel cortex nominita nda eſt.

Nomenclator, oris, a. t. A nomine calendo, id eſt, uocando, qui memoriter unumquenq; nominatim uocare didicit: ut pu tà in foro reos, in conuiuio conuiuas, ὀνοματοκλήτωρ, Apulei us, Et ad nomenclatorem mox citati uenerunt. Cicero Arti. 4. Ad urbem ita ueni, ut nemo ullius ordinis homo nomen clatori notus fuerit, qui mihi obuiam non uenerit. Horum opera utebantur potiſſimùm candidati, ut ſibi in prenſan do ſuffragatores, nomina ciuium ſuggererent. Vnde lauda tur Cato, quod legem ſeruauerit, quę candidato nomencla tores adeſſe uetat, ut per ſeipſum nomẽclatore nominatim ſalutaret ciues Romanos. Hi & Fartores quoq; dicebantur, quod ſalutatorum nomina (ut ait Feſtus) uelut infarcirent petitorum auribus.

Nomenclatio, & Nomenclatura, Pro nuncupatione, & nomi natione, ὀνομασία, ὀνοματοκλησία. Columella libro tertio, capi te ſecundo, Quare prudentis magiſtri eſt, eius nomenclatio nis aucupio, quo potiri nequeat, ſtudioſos non demorari. Plin. lib. 1. Iouem quidem, aut Mercurium aliterue alios in ter ſe uocari, & eſſe cæleſtis nomenclaturæ.

Nomiſma, νόμισμα. Vide Numus, & Numiſma.

Nomos, Græca dictio eſt, quæ quum accentũ habet in po ſteriori νομὸς, ſignificat præfecturam: qua etiam uoce Latini utuntur in hac ſignificatione. Plinius libr. quinto, capite 9. Summa pars contermina Aethiopiæ Thebais uocatur: diui ditur in præfecturas oppidorũ (quas Nomos uocant) duo decim. Inde Nomarchæ dicti ſunt, qui nomis præſunt,

quos nos

quos nos Prçfectos uocamus. Et Nomarchia pro Nomo uel præfectura. Nomos etiam legem ſignificat uel inſtitutum: ſed tunc apud Græcos ſcribitur νόμ&, cum accentu in priore.

Nomophylaces, νομοφύλακες, Legum cuſtodes & ſeruatores, ἀπὸ τῦ νόμ, id eſt, à lege, καὶ φύλακ&, hoc eſt, cuſtode. Col. lib. 12. Non ſatis uiſum eſt bonas leges habere, niſi cuſtodes earũ diligẽtiſsimos ciues creaſſent, quos Græci νομοφύλακας appellant.

Nomothetæ, m. p. νομοθέται, Latinè Legiferi dicuntur: unde Solon apud Athenienſes Nomothetes dictus: & Lycurgus apud Lacedæmonios.

Non, Negatiua dictio, οὐο, οὐκ. acommodari poteſt omnibus modis, præterquàm imperatiuo. Indicatiuo, Terentius in Eunu. Non te dignum Chærea feciſti. Optatiuo, Plaut. in Menæch. Non negem, ſi nouerim. Subiunctiuo. Vergilius 1. Georg. non illa quiſquam me naue per altum Ire, neq; à terra moneat conuellere funem. Infinitiuo. Terent. in Phorm. Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam. Non, ſi negationi præponatur, affirmat: ut Nonnihil tibi debeo: id eſt, aliquid tibi debeo. Quum uerò poſtponitur, magis affirmat quàm ſi præponeretur: ut ſi dixero, Nihil non tibi debeo ſignificat, omnia tibi debeo. Ouid. libr. 3. Faſt. Multa tibi memores, nil non debemus Eliſæ, id eſt, debemus multa tibi, quum fueris de nobis merita, ſed Eliſæ debemus omnia. Non autem, re ctè dicimus: at non dicimus, Non uerò οὐμᾶλλον. ut Amicus Cęſ. ſum nõ aũt aſſẽtator, uel Aſſẽtator uerò nõ. Nõ ita pridẽ hoc eſt, non multo tempore ante, οὐ πρὸ πολλοῦ, πρὸ μικροῦ. Non modò, ſignificat non ſolum, μὴ ὅτι, οὐχ ὅτι, οὐ μόνον. ut, Non modò te diligo, ſed etiam amo. Quando q; ponitur pro Nedum. Treb. Ciceroni, Non enim neſcit quanti te faciam, & quàm pro ueterrimo amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam. Non nullus, aliquis, τις, τὶς, τινος. Cicero pro Muræna, Conſilium tuum nonnulla in re forſitan emendare poſſim. Nonnunquam, ſignificat aliquando, ποθότε, ποτέ. Non ſobrius, pro ebrio accipitur, οὐ νήφων, Martialis, Et non ſobria uerba ſubnotaſti. Non tacendus, hoc eſt, nominandus & laudandus, ῥητός. Martial. ad Licianũ. Vir Celtiberis non tacende gentibus.

Nonæ, arum, f. t. νῶναι, Quaſi nouæ, propter initium obſeruationis: uel quod ab eo die ſemper ad Idus nouem dies putentur: ſiue ad imitationem Tuſcorum, qui Nonas uocabant nonum quenq; diem, quo regem ſuum ſalutabant, & de popriis negotiis conſulebant. Erant autem nonæ in Martio, Maio, Iunio, & Octobri ſex illi dies qui Calendas ſequũtur: reliqui uerò menſes quatuor tantùm habebant Nonas.

Nonageni, Nonagies, Noningenti, uel Nongenti, **Nonariæ, Nonus**, Vide Nouem.

Norma, æ, f. p. καναὼν, γνώμων, Fabrorum inſtrumentum, habens duo latera, quo omnia dirigunt, metiunturq; , quæ & regula dicitur, Plinius libro 36. capit. 22. Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum reſpondere oportet. Vitru. lib. 7. Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad norman reſpondentes exigantur. Noſtrates Quadram uocant. Vnde quæ recta, dimenſaq; ſunt, ad normam facta dicuntur. Per metaphoram etiam Norma accipitur pro lege, formula & præſcripto. Cicero pro Mur. Et primùm M. Catoni uitam ad rectam rationis normam dirigenti, & diligentiſſimè perpendenti momẽta officiorum omnium, de Officio meo reſpõdebo. Cic. in Lælio, Nunquam ego dicam C. Fabricium, M. Curium, Tullium Coruncanum, quos ſapienter maiores noſtri iudicabant, ad iſtorum normam fuiſſe ſapientes. Norma loquendi. Horatius de Arte, ſi uolet uſus Quem penes arbitrium eſt, & uis, & norma loquendi. A Norma fiunt adiectiua, Amorme, & Enorme.

Normalis, le, om. t. Quod ad normam factum eſt: ut Normalis angulus. Quint. lib. 11. de pronuntiationis geſtu loquens, Si niſtrum brachium eouſq; alleuandum eſt, ut quaſi normalem illum angulum faciat, ſuper quod ora ex toga duplex æqualiter ſedat.

Normatus, a, um, Quod ad normam factum eſt, & directum, διαμετρημένον. Colum lib. 2. cap. 13. Antiquam illam ciconiam infiximus, ut tanquàm ſuppoſito uaſi ad perpendiculum normata inſiſteret.

Nos, noſtrum, uel noſtri, Plurale ab Ego, mei, uel mis, ἡμᾶς Nos inter nos. Cic. ad Pomp. lib. 5. Illud non dubito, qui ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adiunxerũt, Reſpub. nos inter nos conciliatura, coniunctura q; ſit. Terentius in Adelphis, Quaſi non norimus nos inter nos. Noſmet, pro Noſipſi. Plautus Rud. Si non moneas, noſmet meminimus. Noſmetipſi. Cicero 4. de Finib. Sed primum poſitum ſit, noſmetipſos comendatos, eſſe nobis. Noſmetipſi inter nos. Cicero ad Attic. lib. 4. Sed ut noſmetipſi inter nos coniunctiores ſimus, quàm adhuc fuimus.

Noſter, noſtra, noſtrum, pronomen poſſeſſiuum. Noſter, ab ſolutè, Pro eo quod eſt, noſter filius familiâs. Terent. in Phormione, Noſter quid ageret, neſcire: & illam ducere Cupiebat & metuebat abſentem patrem. Noſter pro Noſtras. Terentius in Eunuch. Haud ſimilis uirgo eſt uirginum noſtrarum Donatus, Noſtrarum, ciuium ſcilicet, id eſt terræ ac patriæ noſtræ: ut Vergilius 2. Georgicorum

Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris.

Noſtrapte culpa. Terent. in Phorm. Noſtrapte culpa facimus.

Noſtras, noſtratis, omnis generis à Noſter, ſignificatq; è noſtra gente uel patria, Cicero Præto li. 9. Mirificè capior facetiis, maximè noſtratibus. Plin. lib. 15. cap. 11. Quæ candidiora, noſtratia cognomina, præſtantiſſimi.

Noſco, is, noui, notum, a. t. q & Gnoſco olim dicebatur, γνόσκω, unde Agnoſco, & Cognoſco, & Ignoſco. Significat autẽ Noſcere, cognoſcere, notum uel cognitum habere, notitiã alicuius rei habere. Cic. 1. Tuſc. Et nimirum hanc habet uim præceptum Apollinis, quo monet ut ſe quiſque noſcat. Quũ igitur, Noſce te dicit, hoc dicit, Noſce animũ tuũ. Ter. in Andria, nam antea Qui ſcire poſſes, aut ingeniũ noſcere, Dum ætas, metus, magiſter, prohibebant? Noſcere, ultra notam ſignificationem, clarum habere. Vergilius libro quarto Georgicorum, Et patriam ſolæ, & certos nouere penates. Habet & alia compoſita, ut Dignoſco, Internoſco, Pernoſco, quæ uide de ſuis locis. Fit autem Noſco à Græco nam Græci γινώσκειν dicũt cognoſcere: γνωτὸν, cognitum, γνῶσιν, notitiam. Hinc Latini ueteres non noſco, ſed Gnoſco dicebant, & Gnotum, cognitum, & Gnoro pro ſcio.

Notus, a, um, cognitus, πρόδηλ&, γνώριμ&. Plin. lib. 16. cap. 18. Alpina & hæc arbor, nec uulgò nota. Notus, qui nouit. Plaut. Pſeu. Ita herus meus eſt imperioſus. B. noui: notis prædicas.

Notus, notior, notiſſimus, Nomen ex particip. Cic. p Muræna, Tua uerò nobilitas Serui Sulpiti, tametſi ſumma eſt, tamen hominib. literatis & hiſtoricis eſt notior: populo uerò & ſuffragatorib. obſcurior. Idem 4. Acad. Cui erant, quæ paulò antè dixi, notiſſima. Notus, amicus, & charus dicitur. Verg. li. 7. Et notis compellat uocibus ultrò. Idem 1. Eclog. Hic inter flumina nota. id eſt, chara: (ut inquit Seruius.)

Notio, onis, f. t. Cognitio, demonſtratio, manifeſtatio, ἐπιβολὴ, ἔννοια. Cic. lib. 3. Offic. Explica atq; excute intelligentiam tuam, ut uideas quæ ſit in ea ſpecies, forma, & notio boni uiri. Propriè autem Boëtius Comment. 3. Topic. Notio, intellectus eſt quidam, & ſimplex mentis conceptio, quæ ad res plures pertineat à ſe inuicem differentes. Plinius libr. 17. cap. 29. Cuius rei rationem notionemq; eodem uolumine tradidit. Cic. 1. de Leg. Dei notionem nullum animal eſt quod habeat præter hominem. Notio pro cogitione cauſæ. Tacit. lib. 3. Tiberius dilata notione de iure flaminis.

Notitia, æ, Cognitio, à Notus, quæ & notio dicitur, γνῶσις. Terentius in Heaut. Quanquã hæc inter nos nuper notitia admodum eſt. Cic. de Senect. Qui ſermo, quæ præcepta, quanta notitia æquitatis? Quintil. lib. 4. cap. 2. Protinus iudex notitia rerum inſtituendus uidetur.

Notities, ei, Idem quod notitia. Vitruuius li. 6. in Proœm. Ideò notitiei parum eſt aſſecuta.

Noteo, tes, tui, n. ſ. à quo noteſco, Notus fio, γνωρίζομαι. Lact. lib. 1. Quod quia fieri non potuit, ut huiuſmodi per ſeipſam ratio diuina noteſceret, non eſt paſſus hominem diutius errare. Propert. Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulchri Hinc fit Innoteſco Lactant. lib. 5. Deniq; à doctis huius ſæculi, quibus fortè ſcripta eius innotuerũt, irrideri ſolent, id eſt nota & manifeſta facta fuerunt.

Notifico, as, Notum facio, γνωρίζω. Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 2. Arq; modum pœnæ notificare uelis. Gel. lib. 9. cap. 3. Philippi arma utrinq; toti Græciæ cauendam, metuendamq; , inclytæ illæ Demoſthenis orationes, concionesq; notificant.

Noſcito, as, pe. cor. Frequentatiuũ à Noſco, ἐπιγινώσκω, γνωρίζω Plaut. in Ciſtel. Nunc ueſtigia, ſi qua ſunt, noſcitabo. Liu. lib. 3. ab Vrb. Circunſpectare omnibus fori partibus Senatorem, raroq; uſquam noſcitare.

Noſcitabun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Noſcitabundus, a. um. Gell. libr. 5. cap. 14. de leone. Deinde ſenſim atq; placidè tanquam noſcitabundus ad hominem accedit. Hoc eſt, tanquam noſcitans, ſiue agnoſcens.

Notorius, a, um, adiectiuũ. Manifeſtus, δῆλος, ut, Notaria iudicia. Paulus in l. Ab accuſatione. ff. ad Senatuſ. Turp. Nuntiatores, qui per notaria indicia produnt, notariis ſuis aſſiſtere iubentur. Et C. de accuſ. l. ea lege. Verum falſis necne notaris inſimulatus ſit, perpenſo iudicio diſpici debet.

Noſocomion, n. ſ. pen. prod. νοσοκομεῖον, Hoſpitale languentium, uilla & domicilĩ ad quod diuertunt ęgrotantes pauperes. Hieron. ad Ocean. Cenſum quem habere poterat, diſtribuit, dilapidauit, ac uendidit, & in pecuniam congregatum, uſibus pauperum præparauit. Et primo omnium noſocomion, id eſt, languentium uillam inſtituit, in quo ægrotãtes colligeret de plateis, & conſumpta languoribus atq; inedia miſerorum membra refoueret.

Noſter, Vide Nos.

Nota, f. p. A noſco, is, deriuatur, σημεῖον σύνθημα σύμβολον σῆμα. Feſtus, Nota nunc ſignificat ſignum: ut in pecoribus, tabulis, libris, literæ ſingulæ aut binę, nunc ignominiam. Plin. libr. 11. cap. 17. Mammas homo ſolus ê maribus habet: cæterã animalia mammarum notas tantum. Cic. in Part. Literatura conſtat ex literarum notis. Vſurpatur & pro ſcriptura. Curius Cicer. Quare Cicero mi perſeuera conſtanter nos conſeruare, & Sulpitii ſucceſſori uos de meliore nota commenda. Sunt etiam Notæ, quibus compendio ſcribitur. Sueton. de Cæſare, Extant ad Ciceronem, item ad familiares, domeſticis de rebus, in quibus ſi qua occultius perferenda erũt, per notas ſcripſit. Hoc eſt: ſic ſtructo literarum ordine, ut nullũ uerbum effici poſſet: quæ ſi quis inueſtigare & perſequi uellet, quartam elementorum literam, id eſt d, pro a, & perinde reliquas commutet. Gellius de notis Cæſaris ſic ſcribit, In Epiſtolis Cęſaris inueniuntur literæ ſingularię ſine coagmentis ſyllabarum, ex quibus uerba confici nulla poſſunt. Notis ſcribere eſt compendioſo ſcribendi genere excipiendo uti. Modeſtinus, Eos qui notis ſcribunt acta præſidium, Reipub. cauſa non abeſſe certum eſt. Suetonius de Tito, Epluribus comperi, notis quoq; excipere uelociſſimè ſolitum. Huiuſmodi exceptores ſunt hodie in Curia parlamenti miranda ſolertia, omnia propemodum dicta, aduocatorum quoq; nedum iudicum excipientes. Quales olim etiam in iudiciis fuiſſe Romanis, multis teſtimoniis conſtat. Nota pro infamia, & ignominia, ſeu probro aliquando ſumitur. Lucil. lib. 30. Quem ſcis ſcire tuas omnes maculas notasq;. Suetonius, Variis affectus notis. Cice. 3. Offic. O turpem notam temporum. Eximere notæ: id eſt remittere famiam, Gell. li. 4. ca. ult. Aliquando Nota refertur ad laudem. Ouid. lib. 1. Faſt. Ille Numantia traxit ab urbe notam. Eſt item nota, ſignum quo aliquid notatur. Cic. Q. Valerio, Reliquis epiſtolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit, & ſimul ſignificem de numero eſſe Cuſpii amicorum. Liuius, Edit nomina eorum, quibus conuentis opus eſſet: inſtruit etiam ſecretis notis, per quæ haud dubiè cognoſcerent ſua mandata eſſe: id eſt, dat ſigna quibus fidem faceret. Notæ etiam accipiuntur pro indiciis. Celſus libro ſecundo, capite ſexto, Nec tamen ignorare oportet, in acutis morbis fallaces magis notas eſſe & ſalutis & mortis. Idem in longis quoque morbis tales notas non habentibus, ſcire licet increſcere, ſi ſomnus incertus eſt.

Notabilis, le, om. t. Qui notari, hoc eſt, conſiderari poteſt, & dignoſci, γνωσός. Plinius Iunior in Epiſt. Notabilem te futuris principibus feciſti. Columella lib. tertio, cæpite 11. Quia maior pars putationis per id tempus adminiſtratur, quo uitis neq; folium notabile gerit, &c. id eſt, per quod noſci poſſit: Notabilis, inſignis, & apertus. Plinius libro 30. capite quinto Notabilis fœditas uultus Hipponacti. Quo in loco Notabilis accipitur in deteriorem partem. In meliorem accipitur apd Ciceronem ad Lucceium libro tertio, Epiſtol. Si exitu notabili concludantur.

Notabiliter, aduerbium, γνωρίμως. Plinius Epiſtola quinta, Expalluit notabiliter, quamuis palleat ſemper. Id eſt, ita ut perciperetur, Tacitus libro decimoſeptimo, Quibuſdam ut tumultu, notabilius turbantibus.

Notarius, rii, m. ſ. Qui acta in iudicio, uel etiam extra iudiciũ noris, uel in literis excipit, γραμματεύς σημειογράφος. Plin. in Epiſtol. Notarium uoco, & die admiſſo, quæ formaueram dicto. Martial. lib. 10. Nec calculator, nec notarius uelox Maiore quiſquam circulo coronetur.

Noto, as, a. p. Frequentatiuum à noſco. Priſci. in quo ſimiliter notandum, q̃ quum à Notus ſit deriuatum, corripit tamen penultimam: nec mirum. Compoſita enim à Notus mutant o, in i, corrept. ut Agnitus, cognitus, quum Ignotus ſeruauerit o, Eſt autẽ notare, animaduertere, διανοεῖσθαι σημειοῦσθαι. Lactant. lib. 2. Curſus ſyderum & defectus notauerunt. Ouidius 2. Meta. Qua tenuit læuum uenientem prima notauit Mercurium. Notari ignominia, eſt ignominiæ notam in ſe recipere à Cenſore, uel Imperatore, ob turpitudinem, uel ſcelus, aliquod inflictam. Vnde Senatores ob flagitium aliquod Senatu moti, ignominia notari dicebantur: quemadmodũ & equites, quibus equus adimebatur: & milites, qui alicuius flagitii cauſa exautorabantur. Cic. Aulo Cæc. Deinde ut eam in ciuitatem boni uiri, & boni ciues nulli ignominia notati non reuertantur, in quam to ſcelerum condemnati reuerterunt. Poteſt etiam dici à Nota deriuatum, ut ſit Notare, ſignum notamũc apponere. Iuuen. Sed quæ Fabricius Cenſor notet. Lact. lib. 4. ppriè, Cuius rei figuram etiam Iudæi nunc exhibent, quũ limina ſua cruore agni notant. Notare etiã eſt ab alio dicta conſcribere. Hinc factum eſt, ut dictata notis excipit, Notarius appelletur σημειογράφος. Notarunt hoc annales, ſcriptum eſt in annalibus. Plin. libr. 8. cap. 51. Item ignominia afficere, ἀτιμοῦσθαι. Cicero de Senect. Sed notandum putaui libidinem nimiam. Compoſita huius uerbi ſunt, Annoto, Connoto, Denoto, Prænoto, ante noto, ſeu ante ſigno, Subnoto. Martial. Et non ſobria uerba ſub notaſti. Habentq; penultimam correptam.

Notatus, notata, tum, participium, uel nomen ex particip. Cicero tertio Tuſculanarum, Verbis Latinis melius quàm Græcis hæc nota ſunt. Idem pro Domo ſua, Notatiſſimus omnium ſcelerum, libidinumq; maculis.

Notatio, onis, f. t. uerbale, Animaduerſio, quæ & Nota dicitur, σημείωσις. Cic. 2. de Diuin. Cæli enim diſtributio, quam antè dixi, & cæterarum rerum notatio, docet unde fulmen uenerit, quò conceſſerit. Ibidem, Chaldęis in prædictione & in notatione euentũq; uitæ ex natali die, minime eſſe credendum. Temporum notatio, Idem de Claris Orat.

Noteſco, Vide Notio, in Noſco.

Nothía, pen. prod. νοθεῖα, τὰ. Græci uocant portionem illam bonorum, quæ ex teſtamento patris nothis poterat obuenire. Crudele enim iudicabant, quibus uitam dediſſent, nihil ad uitæ alimenta relinquere: neq; rurſus æquũ uidebatur, nothum filio legitimo adæquari. Ea itaq; moderatio adhibita eſt, ut liceret parenti à lege ſtatutã portiunculã nothis relinquere: quæ Nothia ab illis uocabantur.

Nothrotes, νωθρότης, Latinè torpida ſegnities dicitur, νωθρός languidus.

Nothus, m. ſ. νόθος, cum aſpiratione, Is apud Græcos dicitur (inquit Quintilianus libr. 5.) qui ex uxore non legitima natus eſt. Latinum eius rei nomen (ut Cato quadam oratione teſtatur) non habemus: ideoq; utimur peregrino. Verg. lib. 7. Suppoſita de matre nothos creauit. Nothum Græci appellant quicquid non legitimum eſſe uolũt, nec uerum: ut Nothum Atticiſmum dicunt, non uerum ſchema Atticum, ſed adulterinum, ſpuriumq;. Nothi pulli. Colum. lib. 8. cap. 10. Omnium autem horum generum nothi ſunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus noſtrates ediderunt. Nothos etiam appellant Arabicos elephantes, Indicis minores: teſte Plinio lib. 8. cap. 1.

Nothia, æ, νοτία. Gemma eſt cum imbribus cadẽs, unde & Ombria alio nomine dicitur: coſdem effectus habens quos Brontia. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Notiæos, id eſt, dorſago, medulla dorſi. Reliqua quæ in uertebris continentur, Spondylionis occupant nomen, ut inquit Iulius Pollux.

Notion, ſemper uiuum apud Dioſc. lib. 4. cap. 91.

Notifico, Notio, Notitia, Notities, Vide Noſco.

Nouacula, æ, f. p. Cultер raſorius, ξυρός. A Nouo, as, quod faciem nouare, id eſt, nouam quodammodo & iuniorem facere uideatur. Cic. 1. de Diuin. Ita cotem in comitium allatam inſpectante & rege & populo, nouacula eſſe deciſam. Aliquãdo etiam accipitur pro quouis cultro, etiam nõ roſario. Columella libro ultimo, cap. 45. Raporum quàm rotundiſſima ſumito, calq;, ſi ſint lutoſa, detergito, & ſummam cutem nouacula decerpito.

Nouális, huius nouális, f. t. & Nouale, gener. neut. ſecundũ Seruium, diuerſis modis exponi ſolet, νιάμα, νιατός. Paulus Iureconſultus dicit eſſe terram proſciſſam, quæ anno ceſſat. Sic Varro, Qui intermittitur, à nouando Nouális ager dicitur. Sic Plinius, Nouale eſt (inquit) quod alternis annis ſe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

annis ſeritur. Idem ſentire uidetur Feſtus, quum ait, Nouales ager nouæ relictus ſementi. At Seruius uult noualem eſſe aruum tunc primùm ad ſementum proſcriſum. Alibi tamẽ noualem interpretatur terram quæ per ſingulos annos ſemines renouatur. Vergilius 1. Ecloga, Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Deplorabat enim agrum, in quo inſtruendo magnopere laborauiſſet. Hieronymus ſic definit, Nouale eſt ager nunc primùm proſciſſus. Et Quintilianus in Milite Mariano, Mox ingentibus lacertis humum fodere, ſegnem futuris noualibus eruere ſyluam. Sed Vergilius in ſenſum priorem accipit, quum inquit, Alternis idem tonſas ceſſare nouales, Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. Valla libro ſexto, putat Noualem eſſe terram nouam, quæ quotannis renouatur per ſemina.

Nouatio, Vide Nouus.

Nouem, Notum numeri nomen, ἐννέα. Vergilius quinto Aeneidos, Iamq; dies epulata nouem gens omnis, & aris Factus honos. Cicero ad Quint. Fratrẽ, In nouem & dies & libros diſtributus ſermo.

Nouenarius, rii, m. ſ. ἐννεάς, & Nouenarius, a, um, Varro, Quo pacto erunt in multis & paſtoribus nouenæ partes, ubi nec admiſſuræ, nec fœturæ obſeruantur? Sed do in hominibus poſſe nouenarium tribuere numerum.

Nouenus, a, um, ἔννατος, Martial. lib. 10. Annos addite ter pre cor nouenos. Plinius libro tertio, capite 7. Nouenorum ita concepta dierum. Liuius 7. bel. Pun. Decreuere item Pontifices, ut uirgines ter nouenæ per urbem euntes carmen canerent. Terga nouena boum, Ouid. 12. Metam. Plin. libr. 17. cap. 11. Sulco qui nouenarius dicitur.

Nouendialia Bryxiani hoc nomine ſacrificia Liuius appellat. Ita Iudibrii Romanis hunc nouendialium ſacrificiorum ritum ſuadente Numa Pompilio, ſtabilitum ait Plutarchus.

Nouendium, dii, n. ſ. Nouem dierum ſpatium, ἐννέα ἡμέραι, à quo Nouendiale ſacrificium dicebatur, quod nouem dieb. continuis fieri ſolet ad expiationem prodigiorum. Liu. libr. 1. ab Vrb. Romanis quoq; ab eodem prodigio nouendiale ſacrum publicè ſuſceptum eſt, ſeu uoce cæleſti ex Albano mõte miſſa, (nam id quoq; traditur) ſeu auruſpicum monitu. Manſit certè ſolenne ut quandocunq; idem prodigium nuntiaretur, feriæ per nouem dies agerentur.

Nonuncium, τριμοιρία, Idem quod dodrans, hoc eſt, pondus uel menſura nouem unciarum.

Nonageni, æ, a, tantum pluraliter, ἐνενήκοντα, Numerus eſt diſtributiuus à Nonaginta.

Nonag.es, ἐνενηκοντάκις, à Nonaginta numerale aduerbium.

Noningenti, ἐνακόσιοι uel per ſyncopen Nongenti, æ, a, Idem quod nonies centum. Pro eodem etiam dicimus Noningenti, & per ſyncopen Nongeni.

Nonarius, a, um, unde Nonariæ, Dictæ ſunt meretrices, q̃ hora nona cellas aperirent, corporis proſtituendi gratia. Perſius Saty. 1. Si Cynico barbam petulans nonaria uellat.

Nouerca, æ, f. p. Dicitur quam quis liberis ſublatis, nouam uxorem ducit accerſendæ familiæ gratia, μητρυιά, dicta quaſi νέα ἀρχή, id eſt, noua princeps. Vergilius in Bucol. Eſt mihi namque domi pater, eſt iniuſta nouerca. Cicero in Orator. Ab hac indole iam illa matura, uxor generi, nouerca filii, filiq; pellex.

Nouercalis, & hoc nouercale, om. t. Quod nouercæ proprium eſt: ut, Odium nouercale: quo nouerca priuignum proſequitur. Tacitus libro primo, Manus nouercales, Seneca, Herc. fur. Stimuli nouercales, Claudianus in præfat. libro ſecundo de Rap. Proſerp.

Nouercari, Eſt nouercarum more agere, hoc eſt, malignè & inimiciter, μητρυάζειν.

Nouiſsimus, Nouitas, Nouitius, Vide Nouus.

Nouo, nouas, Vide Nouus.

Nouus, a, um, Propriè dicitur recens, & quod nuper fuit, νέος, καινός. Ouid. 1. Metamorphoſeos, In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Terentius in Adelphis, Nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo Fiam, atq; anum decrepitam ducam? Ibidem, Et noua nupta eadem hæc diſce. Accipitur quandoque pro magno & mirando, incredibili & inopinato, παράδοξος. Vergilius 3. Ecloga, Pollio & ipſe facit noua carmina. Idem, Quis furor iſte nouus? Noui homines dicuntur, quorum nulli maiores clari fuere, ſed ipſi per ſeipſos clari eſſe incipiunt, & magiſtratus in ciuitate aſſequi. Cicero T. Fabio libro quinto Epiſt. Adeptus es, quod non multi homines noui: amiſiſti quæ plurimi homines nobiliſſimi.

Nouè, & Nouiter, aduerbia. Autor ad Herennium li. 1. Ne quid ambiguè, ne quid nouè dicamus. Plin. in Pane. Vidimꝰ delatorum iudicium, quaſi graſſatorum, quaſi latronum, non ſolitudinem illi nouiter, ſed templũ, ſed forum inſederant.

Nouiſſimus, ſuperlatiuum, Quod pro ultimo poni conſueuit quia quę recẽter fiunt, ultimũ locũ habent, ἔσχατος. Ci. lib. 1. de Orat. Quæ duo ſunt ad iudicandum nouiſſima. Idem pro Roſ. Com. Itaq; perbreui tempore, qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos peruenis comœdos.

Nouiſſimè, aduerbium, quod barbarè Finaliter, dicitur. Ad poſtremum dixit Cicero Planeus Ciceroni, Denique quòd ad omnes caſus coniunctiores Reipublicæ eſſe uolebam: ut nouiſſimè ab omni omnium ſolicitatione auerſus, eos tales uobis præſtare poſſem, quales adhuc fuerunt.

Nouitas, atis, f. t. Opponitur uetuſtati, νέωτης. Cicer. de Amic. Nouitates autemſi ſpem adferunt, ut tanquã in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illæ qœidem repudiandæ: uetuſtas tamen ſuo loco conſeruanda eſt. Vergil. 1. Aen. Res dura, & regni nouitas me talia cogunt Moliri. Ouid. 4. Metem. dulciq; animus nouitate tenebo. Cicer. 2. de Diuin. Eumq; errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito. Nouitas pro generis ignobilitate. Sall. in Iug. Nouitatem meam contemnunt, ego illorum ignauiam mihi futura, illis probra obiectantur. Cic. ad Lentulum, Nouitati eſſe inuiſum meæ.

Nouitius, a, um, Quod eſt nouum, νέωστος, ut Nouitium opus, quod eſt nuperrimè factum. Nouitia mancipia, teſte Martiano, ff. de Aedil. edic. intelliguntur, quæ nondum annum ſeruierunt, quibus opponuntur Veterana. Vlpian. eodem titulo, Plericq; ſolent mancipia, quæ nouitia non ſunt, quaſi nouitia diſtrahere, ad hoc ut pluris uendant. Præſumptum eſt enim ea mancipia, quæ rudia ſunt, ſimpliciora eſſe, & ad miniſteria aptiora, dociliora, & habiliora. Trita uerò & ueterana mancipia difficilè eſt reformare. Plin. libr. 11. cap. 1. Nouitium uinum reſinatum nulli conducit. Teren. in Eunu. Abducit ſecum ancillas, paucę, quę circa illum eſſent, manent nouitiæ puellæ. Cic. pro Domo ſua, Syium, ne ſcio quem, de grege nouitiorum factum eſſe Conſulem. Nouitium inuentum. Plin. lib. 17. cap. 21. Inuentu nouitio funditur malleolus. Idem libr. 23. capit. 1. Vinum iciunos bibere nouitio inuentu inutiliſſimum eſt.

Nouo, as, a, p. Nouum facio, νεόω. Salluſt. in Catil. Conſul optimum factu ratus, noctem quæ inſtabat antè capere, ne quid eo ſpatio nouaretur. Cicero ad Catil. Famil. 15. Qui nouari aliquid uolebant. Nouare pro Immutare. Cicero tertio, de Leg. Nihil habui ſanè, non modò multum, quod putarem nouandum in legibus. Huius compoſita ſunt, Innouo, καινοτομέω, νεωτερίζω, & Renouo ἀνακαινίζω. Liuius libro primo, Fœdus inter Romam, Lauiniumq; urbes renouatum eſt.

Nouans. participium, Vergilius 4. Aeneidos, Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem Conſpicit.

Nouandus, da, dum. Ouidius 8. Medam. etiam mihi ſæpe nouandi Corporis, ô iuuenes, numero finita poteſtas.

Nouandus, a, um. Ouid. 2. de Rem. Admonitu recreatur amor: uulnusq; nouatũ Scinditur: infirmis culpa puſilla nocet.

Nouator, Nouatrix. Ouidius 15. Metam. rerumq; nouatrix ex aliis alias reddit natura figuras.

Nouatio, onis. f. t. ἀνανέωσις. Dictio eſt Iuriſconſultis uſitata, qua illi utuntur pro prioris debiti in aliam obligationem aut naturalem, aut ciuilem transfuſione.

Nouellus, a, um, diminutiuum, νεόφυτος. Verg. 3. Ecloga, Atq; mala uites incidere falce nouellas. Cic. 5. de Finibus Itaq; & uiuere uitem, & mori dicimus, arborem q̃, & nouellam, & uetulam, & uigere, & ſeneſcere. Ouid. 4. de Pon. eleg. 12. tu dux q̃, comes q̃ fuiſti, Quum regerem tenera fræna nouella manu.

Nouello, as, are, a. p. Nouum agrum colere, ſeu nouas uites pangere, νεῦσαι, νέασαι. Suetonius in Domitiano, Edixit ne quis in Italia nouellaret. Huius compoſitum eſt Renouello, ἀνανεόω, eſt rurſus nouellum facere. Colum. lib. 3. Eiuſmodi ninea ſi non aridos in opere habet truncos, & flecti poteſt factis ſulſis, optimè ſternitur, atq; ita renouellatur.

Nouelletum. n. ſ. Sumitur pro uinea ex nouellis uitibus compoſita, νεόφυτον, Paulus Iureſconſult. in l. Veluti. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. Veluti ſi nouelletũ in fũdo factũ ſit,

Nouellus, Vide Nouus.

Nox, huius noctis, f. t. à noceo, quod oculis noceat: uel à græco νύξ. Vnde & Nyctelius dictus eſt Bacchus, quòd eius ſacra noctu celebrarentur. Eſt autem Nox, terra umbra, (ut Speuſip. ait) umbra diei contraria, ſolis priuatio. Cicer. 2. de Nat. deor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nat.deo. Ipſa umbra terræ Soli officiens, noctem efficit. Vergil.2.Georg. Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Idē 2.Aen, & iā nox humida cælo Præcipitat, ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos. Ouid.2.Amor.eleg.11. laſciuæ gaudia noctis. Aequare nocti ludum: eſt ludere totam noctem. Verg.9.Aeneid. felix ſi protinus illum Aequaſſet nocti ludum, in lucemq; tuliſſet. Supremam noctem agere. Verg.6.Aeneid. Dare noctes alicui de meretricibus dicitur. Horat. Epod.15. Non feret aſſiduas potiori te dare noctes. Locare noctes, meretricum eſt. Ouid.1.Amor.eleg.10. Sola locat noctes, ſola locanda uenit. Negare noctem, dicuntur meretrices, quum nolunt admittere amatores noctu. Ouid.1.Amor.eleg.8. Sæpe nega noctem, capiris modò finge dolorem, &c. Poſcere noctem. Rogare noctem: amatorum ſunt. Ouid.1.Amor.eleg.8.& libr.2. Amor. eleg.1. Vigilata conuiuio nox. Tacit.li.13. Nox pro ſomno: ut, Exturbare noctem. Stat.10.Theb. Talia uociferans noctē exturbabat, &c. Nox æterna, pro Morte. Verg.10.Aenei. in æternam clauduntur lumina noctē. Nox animi: hoc eſt ignorantia, & cæcitas. Oui.6.Metam. Tantaq; nox animi eſt. Noctes & dies: id eſt, continuè, ſemper. Plaut. Merc. Obiurgare pater ob hæc me noctes & dies. Verg.6.Aenei. Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Noctis partes ſunt Veſpera, Crepuſculum, prima face, Concubium, Nox intempeſta, ad mediā noctem, Media nox, De media nocte, Gallicinium, Conticinium, & Diluculum. Vide Cenſorinum de Die Natali: & ea quæ ſuprà annotauimus in dictione Dies. Diuidunt etiam milites noctem in uigilias quatuor, quæ ſingulæ trium horarum ſpatio ſupputantur, quoniam ſeruant caſtra uiciſſim per uigilias. Et dicebatur Prima uigilia, Secunda, Tertia, & Quarta. Et (ut ſcribit Hieron.) uigiles ſecundi primis, & ſecundis tertii, tertiiſq; nouiſſimi in ſtatione ſuccedebant, dato ſigno à tubicine. Vnde Lucanus li.7. Tertia iam uigiles cō mouerat hora ſecūdos. A Nox fiunt Pernox, παννύχι@. Noctua, Nocturnus, Nocteſco, Pernocto, Noctiuagus, Noctiluca, Binoctium, Trinoctium, Quadrinoctium, & huiuſmodi.

Noctu, Pro ablatiuo Nocte, utebantur antiqui νυκτός. Quadrigarius, Cōuenit Senarum noctu multa domum dimitti. Plinius in Menæ. Haud falſum euenit ſomniū, quod noctu hac ſomniaui. Noctu uerò aduerb. νύκτωρ, ſignificat per noctem. Salluſt. Diu, noctuq; laborare, feſtinare. Aliquando etiam legitur Nox pro Noctu, ut eſt in XII. tabulis, Si nox furtum factum ſit, ſi im aliquis occiſit, iure cæſus eſto. Vbi Im, accuſatiuum dixerunt ab is, & Occiſit pro occiderit. Vide Macr. lib.1, Sat. cap.4.

Nocturnus, a, um, Quod eſt Noctis, νυκτερινός, ἔννυχ@: ut, Nocturna lux: ſicut à die Diurnus. Claudianus, Omnia quæ ſenſu uoluuntur uota diurno, Tempore nocturno reddit amica quies. Cicero quarto Verrinarum, Sic etiam fortunis hominum abutebantur ad nocturna uora cupiditatum ſuarum. Somnia nocturna, Horatius 4.Carm. Viſus nocturni, Tacitus libro 20.

Noctifer, pen.cor. Perpetuū epitheto eſt ſtellæ ueſpertinę quā Heſperū, ſiue Veſperum appellamus, νυκτοφόρ@. Catul. in Carmine nuptiali, Ninitrum Eous oſt ndit noctifer ignes.

Noctifuga, com p. Qui noctem fugit, νυκτοφυγῶν.

Noctiluca, pe pr. Dicitur Luna quæ noctu lucet, νυκτολαμπὶς. Hor.4.Car.Ode.6. Lesbiū ſeruate pedē, meiq; pollicis ictū Ritè Latonę puerum canentes, Ritè creſcentē face noctilucam Proſperā frugum, celeremq; pnos Voluere menſes. Noctilucam etiam quidā appellarunt animalculū exiguū, quod noctuno tempore lucet, æſtate præſertim, ſegete iam matura, & meſſi uicina. Alio nomine nitedula dicitur.

Noctipuga, Lucilius uocauit obſcœna, quod noctu pungant, atq; excitent Venerem.

Nocteſcere, eſt obtenebrari, συσκοτάζειν. Furius apud Nonium Omnia nocteſcunt tenebris caliginis atræ.

Noctes Atticæ, νύκτες ἀττικαὶ, Gellii opus ita appellatum (ut ipſe teſtatur cap.ult. totius operis) quod hybernis noctibus in Attico agro fuerit elucubratum.

Noctiuagus, pen.cor. Qui nocte uagatur, νυκτοπόρ@. Verg 10. Aen. Almaq; curru Noctiuago Phœbe medium pulſabat Olympum. Deus Noctiuagus Sopor, Stat.10.Theb, Strepitus noctiuagus Faunorum, Lucret.lib.4.

Noxa, æ, f.p. Idem quod pœna, τιμωρία, unde Noxæ dedi dicitur mancipium uel pecus, quum traditur puniendum arbitrio eius, cui damnum intulit. Hinc noxales actiones (ut inquit Caius in lege 1.ff.de Noxa, lib.act.) appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa, atq; maleficio ſeruorum aduerſum nos inſtruuntur: quarū actionū uis & poteſtas hoc eſt, ut ſi damnati fuerimus liceat nobis deditione ipſius corporis quod deliquerit, euitare litis æſtimationem. Oui.1.Faſtor. Verba fides ſequitur, noxæ tibi deditus hoſtis Spargitur effuſo cornua Bacche mero. Eſt itaq; Noxæ dedere: uel Dedere ob noxam, ſeruū, uel quadrupedē, qui noxam admiſit, tradere puniendum eius arbitito, cui damnum illatum eſt. Huic contrarium eſt Eximere noxæ, quod eſt culpam remittere, & pœna liberare. Liu.8.ab Vrbe, Bene habet (inquit Dictator) Quirites, uicit diſciplina militaris, uicit populi maieſtas: non noxæ eximitur Fabius, qui contra edictum Imperatoris pugnauit, ſed noxæ damnatus, donatur populo Romano, donatur tribunitiæ poteſtati, precarium non iuſtum auxilium ferenti. Aliquando Noxa dicitur culpa αἰτία. Vnde Caius l.Plebis ff.de Verb.ſignific. ſcribit, Noxæ appellatione omne delictum contineri. Liuius 3.ab Vrbe, Alia omnis penes milites noxa erat, qui ne quid ductu atq; auſpicio Decemuirorum proſperè uſquam gereretur, uinci ſe per ſuum atq; illorū dedecus patiebantur. Idem, At quā ob noxā? id eſt, ppter quā culpam? Idē lib.1.ab Vrbe, Dant ordine omnes fidem, conſolantur ægram animi, auertendo noxam ab coacta in autorem delicti. Aliquando Noxa dicitur detrimentum, læſio, damnum, βλάβη. Ouid.lib.15.Metam. Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur. Colum.lib.1.cap. 6. Ea res à noxa curculionum uidetur conditas fruges defendere. Suet.in uita Cæſaris, Spurinamq; irridens, & ut falſum arguens, quod ſine ulla noxa ſua Idus Martiæ adeſſent.

Noxalis, le, Vnde Noxalis actio, dicitur, quę aduerſus nos inſtituitur, non propter noſtrum contractum, aut culpam ſed ob noxam, hoc eſt, culpā noſtri mancipii, βλάβης δίκη. Caius l.i.ff.de Noxalibus actis, Noxales actiones appellantur quæ non ex contractu ſed ex noxa, atq; maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituuntur, quarum actionum uis & poteſtas hæc eſt, ut ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione corporis, quod deliquit, euitare litis extimationem. Vt de ſuprà in Noxa.

Noxia, f.p. Culpa, ἀτία, Terent.in Phorm. Meminiſtin' olim ut fuerit noſtra oratio In re incipiēda ad defendendā noxā: Autor ad Heren.libr.2. Amicum caſtigare ob meritam noxā ullam amiſero, occidito. Noxiæ eſſe, hoc eſt, fraudi eſſe, aut uitio, uel culpæ aſcribi. Liuius, Si domum abire uellent publica fide accepta, nihil eam rem noxiæ futuram, quod ſe hoſtibus iunxiſſent.

Noxius, a, um, Quod nocet, βλαβερός. Salluſt. Quæ niſi quæſita erunt, & niſi uindicatum in noxios, quid erit reliquum? Liu.5.ab Vrbe, Qui noxii ambo, alter in alterum cauſam cō ferant. Verg.6.Aeneid. Igneus eſt ollis uigor, & cæleſtis origo Seminibus, quantum non noxia corpora tardant. Ouid. in Ibin, Inq; tuis opifex, uati quod fecit Achæo, Noxia luminibus ſpicula condat apis. Idem 10.Metamorph. Nec metuens atro crinitas angue ſorores, Quas facibus ſæuis oculos atq; ora petentes Noxia corda uident. Cuius contrarium eſt Innoxius, culpa carens, innocens, qui non nocet. Plautus in Aul. Heu Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis, Vt inopem, atque innoxium abs te, atque abs tuis, me irrideas. Obnoxius, idem eſt quod aſtrictus, uel obligatus, de quo ſuo loco.

Noxitudo, inis, f.t. Pro Noxia apud ueteres dicebatur. Accius in iudicio armorum, ut citat Nonius, Noxitudo obliteretur Pelopidarum, ac per nos ſanctēſcat genus.

NV. In notis antiquorum, nō uis, uel non uocat, uel non uult. N.V.N.D.N.P.O. neq; uendetur, neq; donabitur, neq; pignori obligatur. NVP. nuptias.

Nubes, νεφέλη f.t. Eſt uapor humidus, in ſublime elatꝰ è terra per ęſtū: ſiue aēr in liquorem coactus, cuius dēſitas haud dubiè Solem obumbrat: unde etiam nomen accepiſſe creditur à nubendo ſcilicet, hoc eſt, tegendo quod ſolem obnubat. Sunt tamen qui eius originē referunt ad dictiōnem Grecam νίφας, quæ nebulam ſignificat, uel nubilum. Cicero 2. de Diuin. Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit. id eſt, fulmen. Vergilius 5.Aenei. & alis Plaudentem nigra figit ſub nube columbam. Idem 3.Aeneid. Inuoluēre diem nimbi, & nox humida cælum Abſtulit: ingeminant ăb ruptis nubibus ignes. Idē 1.Georg. Et fœdam glomerant tempeſtatē imbribus atris Collectæ ex alto nubes. Nubes peditū per translationem, pro multitudine & denſitate. Liu.5.bell. Maced. Rex contra peditum equitumq; nubes iactat, & conſternit maria ſuis claſſibus. Armorū nubes, Statius 4.Theb.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Belli nubes, Vergil. 16. Aeneid. Nubis in nominatiuo apud Plautum in Mer. nonne ex aduerso uides? Nubis atra, imber que instat.

Nubecula, diminut. Parua nubes, νεφέλιον. Plin. lib. 18, ca. 25.

Nubecula, quanuis parua, uentũ procellosum dabit. Per trãslationem accipitur pro tristitia, uel aduersitate, Cic. in Piso. Neq; tã fui timidus, ut qui in maximis turbinib. ac fluctib. Reipub. nauẽ gubernassem, saluamq; in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem.

Nubifer, pen. co. Nubes ferens, νεφηφόρος, unde Nubiferi mõtes dicuntur, qui tàm editi sunt, ut nubes sustinere uideantur. Ouid. 2. Metam. Aëriæq; Alpes, & nubifer Apenninus. Nubifer Notus, qui nubes adfert, siue gignit. Idẽ Epist. 2. Te dare nubiferis linea uela notis.

Nubifugus, adiect. Qui nubes fugat, νεφηλατης. Colum. libr. 10. Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat uultu.

Nubigena, æ, com. p. Ex nube genitꝰ, νεφηγενής. Col. l. 10. Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portior Helles, &c. Nubigenæ dicuntur Centauri, q̃ ex nube sint nati. Quum enim Ixion Iunonem deperiret, oblata est ei nubes, quæ imaginẽ Iunonis repræsentaret, cũ qua congressus, genuit Centauros. Stat. 5. Theb. Luxuriant Lapitharũ epulæ, si quando ꝓfundo Nubigene caluere mero. Fieri nubiginæ, Ouid. 11. Metam. Bimembres nubiginæ. Verg. 8. Aeneid. tu nubigenas inuicte bimembres, &c. Amnes nubigenæ, Stat. 1. Theb.

Nubilus, a, um, pen. cor. Fuscum, nubibus tectũ, σωνεφής. Plinius lib. 16. cap. 26. Pyrus, amygdala, etiam si non pluat, sed si at austrinum cælum atq; nubilum, florem emittunt. Nubilus color, obscurus. Plin. lib. 9. cap. 35. Inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum.

Nubilum, n. s. subst. ipsam nubem significat. Plin. lib. 2. cap. 62. Rhodi & Syracusis nunquã tanta nubila obduci, ut non aliqua hora sol cernatur. Oui. 7. Metam. nubila pello, Nubilaq; induco: uentos abigoq;, uocoq;. Verg. 6. Aen. At pater omnipotens densa inter nubila telum Contorsit.

Nubilariũ, rii, n. s. Locus quò propter nubes conferuntur frumenta semitrita, ὑπονέφιον, Colum. lib. 1. ca. 6. Huic aræ nubilariũ applicari debet, maximè in Italia, propter inconstantiam cæli, quò collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber accesserit. Dicitur & Nubilar. Idem lib. 2. ca. 21. Quod si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, ꝓtinus in aceruum uel nubilar congeritur.

Nubilo, as, are, n. p. Nubilũ fieri, nubibus obscurari, ἐφοῦσθαι. unde Nubilar aër, apud Varronem de Re rust. Plin. lib. 17. ca. 7. Callistratus fulgorem carbunculi debere candidũ esse potuit, extremo nisu nubilantem. Hinc componitur Obnubilo, de quo uide suo loco.

Nubilor, aris, deponens, Idem quod Nubilo. Cato de Re rustic. cap. 88. Vbi nubilabitur, noctu sub tecto ponito: quotidie, quum sol erit, in sole ponito.

Nubilosus, sa, sum, quod est nubib. plenũ, νεφελώδης, ἐφώδης.

Nubo, bis, psi, n. t. Et nuptus sum in præterito, in supino nuptum, idem est quod uelo, uel operio, καλύπτω, unde Nubes dicta creditur, quod cælũ obnubat. Quoniam uerò sponsæ apud ueteres, dum uiro tradebantur, nubere, hoc est, uelare capita solebãt, factum est ut Nubere usurpetur pro uiro tradi, γαμεῖν, σωοικεῖν, Est enim proprium mulieris. Terent. in And. Aiebant hodie filiam meam nubere tuo gnato. Non enim uir, sed mulier ꝓpriè nubit. Licet quãdoq; figuratè uel peruerso naturæ ordine præposterè dicatur. Pompon. in Panuceatis, ut citat Nonius, Sed meus frater maior, postquam uidit me domo electũ, nupsit posterius dotatæ uetulæ, uaricosæ Aphræ. Iuue. Sat. 2. Quid quæris? nubit amicus. Sunt qui dicant uirũ tũ nubere, quũ seruit uxori, tanquã illa potius uir sit, quàm ille. Vnde Martial. lib. 8. Vxori nubere nolo meæ. Construitur cum dativo, & aliquando cum ablativo mediante præpositione Cum: ut, Mulier nupsit mihi, & mecum. Cic. M. Catoni, Regis Parthorum filium, quo esset nupta Regis Armeniorum soror. Nubere in familiam claram. Cicero pro Cælio. Quum ex amplissimo genere in familiã clarissimam nupsisset. Nubere dicuntur etiam arbores uitibus & uites arboribus, pro conscendere & coniungi. Plin. lib. 14. cap. 1. In campano agro populis nubunt. De uitibus. Nubitur, impersonale passiuq; uocis. Plaut. Pers. Hic cũ mala fama facilè nubitur, Dũ dos sit, nullum uitiũ uitio, portitur. Dare nuptũ uiro. Plaut. Casin. Ancilla Casina ut detur nuptũ nostro uillico. Huius uerbi composita sunt, Connubo, σωοικίζομαι, σωοικῶ, quod est matrimonio iungor, quasi simul nubo. Apul. Nescientibusq; parentibus puellari ætate connupseramus. Hinc Connubium, ius legitimi matrimonii. Denubo, Innubo, quod propriè significat, ad domum uiri transire. Vnde & pro transire simpliciter sumitur. Lucilius libro sexto, Satyr. Suam enim inuadere, atque Innubere censent. Hinc Innubus, qui uxorem nunquam duxit: & Innuba, quæ uiro nunquam fuit tradita. Obnubo, abscondo, tego, περικαλύπτω. Statius, Obnubitq; comas, & tẽperat astra galero. Pronubo, Nuptiis præsum: à quo Pronubus, & Pronuba, quæ duo penultimam corripiunt: quemadmodum & Innubus, & Innuba: cætera omnia habent penultimam productam.

Nuptus, a, um, partic. pium, γεγαμημένος. Cic. pro Sestio, Sestius C. Albini filiam duxit, ex qua hic est puer, & iam nupta filia. Idem 6. Verr. Mulier nupta uni, proposita omnibus. Nupta uerba, hoc est, obscœna, & lasciuiora, qualia sunt mulierũ quæ uiro traditæ uerecundiã dedidicerunt: ea autem uirgines nequaquã decent. Plaut. in Dyscolo, referente Festo, Virgo sum, nondum didici uerba nupta dicere. Huius antitheton est, Inupta, ἄγαμος, quę nondum accepit uirũ, ut Innuptæ, puellæ, apud Vergil. 2. Aeneid.

Nuptus, huius nupti, m. s. Nuptæ maritus, ὁ γάμος, quamuis raro sit in usu, nisi apud ueteres, ut apud Plautum in Casi. Lubet Chalinum quid agat scire nouum nuptum. Id est, maritum, ut exponit Priscian.

Nupta, æ, f. p. subst ãtiuum, Quæ nupsit, γαμετή, unde Nouam nuptam dicimus, quæ iam recens uiro tradita est, Catull. in Epithalamio Malliæ, Prodeas noua nupta, uenit dies. Teren. in Adel. Ea noua nupta eadem hæc discet.

Nuptus, ptus, m. q. pro ipso nubendi actu, γαμησις, Vnde dicimus Nuptui dare, uel nuptui collocare, σωοικίζειν. Cæsar. 3. belli Gallici, Et sorores suas nuptui in alias ciuitates collocasse, Plinius de uiris illustribus, Eo die Numantii fortè solẽni nuptu filias locabant

Nubilis, huius lis, om. t. Quæ est apta ut uiro in matrimoniũ iungatur, ἐπίγαμος, ὡραία. Verg. 7. Aeneid. Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis. Cic. pro Cluent. Nubilis filia. Et Liuius. 9. bell. Punic. Nubilis uirgo. Ouid. 2. Trist. Nubilis hæc uirgo, matronaq; uirq;, puerq; Spectat.

Nupturio, ris, n. q. pen. corr. Nubere cupio, γαμοείω. Apulei. in Apolog. Ea si claro nupsisset homini rusticano, indecrepito seni, sponte eã diceres sine ulla magia iam olim nupturisse.

Nuptiæ, arum, f. p. γάμος, Coniunctio maris & fœminæ, consortium omnis uitæ, & diuini & humani iuris communicatio. Propriè tamen dicuntur ceremoniæ, & hilaritates in ducendis uxoribus: ita dictæ procul dubio à nubendo, quod propriè significat uelo, uel tego. Sed quoniã noua nupta, dum uiro tradebatur, flammeo præ pudore caput ubuoluebat (ut testatur Lucanus libro secundo, Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem Lutea demissos uelarunt flammea uultus) factum est ut Nubere accipiatur pro Tradi uiro: ut Nuptiæ pro maris & fœminæ coniunctione. Cicero pro Cluentio, Nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ. Ibidem, Nuptię non matrimonii dignitate, Sed sceleris societate coniunctæ.

Nuptialis, le, om. t. Quod ad nuptias pertinet, γαμικὸς, ut Nuptialis thalamus, Nuptialis cœna. Plau. in Curc. nobis omnibus Tu ut hodie aduenienς cœnam des sororiam, Hic nuptialem cras dabit. Nuptialis uox Liuius 1. ab Vrbe, Nuptiales faces, & Nuptialia dona. Cic. pro Cluent.

Nuptialiter, aduer. Quod significat more nuptiarũ, γαμικῶς.

Nucamenta, κύστ]αρα, κύστ]αροι, teste Plin. libr. 19. cap. 10. dicuntur quædam quasi paniculę dependentes ex ramis abietis & piceæ. Ruellius, Cæterum ea quæ callo squamatim cõpactili pendẽt è ramis nucũ, roborũ, picearũ, appellãtur Nucamenta, uel ideò quod sint quasi quędam naturę rudimenta, pinearn nucem facere cõdiscentis, uel quod apertissimè in nucibus propendere cernantur. Græci etiam Cyttara appellare consueuerunt.

Nucleus, Vide Nux.

Nudipedalia Vide Nudus.

Nudo, nudas, Vide Nudus.

Nudiustertius, πρόχθες, & Nudiusquartus, composita sunt (inquit Festus) à Nunc, & Die tertio, & quarto: quasi dicas Nunc est tertius, & nunc est dies quartus: semperq; die præterito dicuntur. Dicitur & Nudiusquintus, & Nudiussextus Plautus in Most. Nam heri & nudiustertius, Quartus, quintus, sex-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tus, ſextus, uſq; poſtquam hinc peregrè ęius pater Abit. Ci. ſ. Philip. Recordamini qui dies nudiuſtertius decimus fuerit, quãtus cõſenſus ueſtrũm, quanta uirtus, quanta cõſtantia.

Nudus, a, um, Quod eſt ſine tegmine, γυμνός. Verg. 1. Aenei. Nuda genu, nodoq; ſinus collecta fluenteis. Et quoniam pauperpertatis comes ſolet eſſet nuditas, factum eſt ut Nudus pro paupere ponatur. Cic. pro Flac. Quoniam nudus te delectarat, ſemper nudum eſſe uoluiſti. Nudus ab amicis, & Nudus à propinquis, qui nullos habet amicos aut propinquos. Cicc. pro domo ſua. Tam inops autem ego ab amicis? aut tam nuda Reſp. à magiſtratibus? Sic, Nuda urbs præſidio, Cicer. Att. lib. 7. Nudũ in cauſa deſtituere, apud eundẽ. Nudo ueſtimenta detrahere: eſt commodũ ſperare ab eo qui nihil habet q; auferri queat. Plaut. in Aſin. Me defraudato. L. Maximas nugas agis: nudo detrahere ueſtimenta me iubes. Nud⁹ per metaphorã accipitur pro plano & claro, & q; nullo prætextu, aut coloribus eſt uelatum, ψιλὸς, ut quum Nudam ueritatem dicimus, & Nudam ſimplicitatem.

Nudè, aduerb. Simpliciter & non fucatè, ψιλῶς.

Nuditas, atis, ſ. t. Simplicitas: & quandoq; accipitur p inopia. γυμνότης. Quintilianus libro 10. capite 2. Tenuitas, ac nuditas, placuit, &c.

Nudo, as, a. p. Nudũ facio, detego, γυμνῶ, νῶμαι. Cic. 7. Ver. Quũ repentè hominem ripi, atq; in foro medio nudari ac deligari, & uirgas expediri iubet. Nudatur arbor foliis. Plin. libr. 16. cap. 22. Quum quædã primæ germinent, & inter nouiſſimas nudentur, Nudare uiſcera. Verg. 1 Aeneid. Tergora diripiunt coſtis, & uiſcera nudant. Nudare gladios, p diſtringere, Liu. 8. Bel. Pun. Nudata caſtra, Cæſar 2. bell. Gal. Nudatus defenſorib. murus, Ibidem Apul. Tum uulnus nudare iuſſus eſt. A Nudo fit compoſitum, Denudo, penultima producta, ἀπογυμνῶ, de quo infra ſuo loco.

Nudipedalia, Sacra erant Hieroſolymis, ut ſcribit Hieronymus contra Iouin. γυμνοποδία. De his meminit Egeſippus libro ſecundo, bel. Iud.

Nugæ, arum, f. t A Non, & Ago, compoti uidetur, quod nihil agant, φλυαρία, λῆρος, ὕθλος. Sunt enim aut res nullius pretii, aut ſermones leuium rerũ ac nullius ponderis, & plerunque ſcurriles, ioculatoriiq;. Vnde Catullus, & Martialis, poëmata ſua uocant Nugas, ut de inanibus minimeq; ſeriis reb. agentia. Plaut. in Menæch. Nugæ ſunt meræ. Idem in Trin. Hic poſtulet frugi eſſe, nugas poſtulat.

Nugax, acis, trium generum, & Nugator, qui meras nugas loquitur, φλύαρος.

Nugigerulus, penultima correpta, Qui uana nuntiat, qui nugas circunfert, ὑθλοφόρος,

Nugiger, gera, gerum, ut Nugigera manus, hoc eſt, uana, & quę ſeipſam tefellit. Cic. ad Artic. lib. 4. Dices, Vellem iampridem ſcio te uoluiſſe & me: aſt nugigeram manum fuiſſe. Aliqui codices habent: Aſt num germanum fuiſſet.

Nugiuẽdus, di, m. ſ. Ab antiquis dicebatur (inquit Nonius) qui aliquid mulieribus uenderet, γυναιθωνόλης Nam omnia quibus mulieres utuntur, pro rebus uanis atq; inutilibus habẽtur. Plaut. in Aul. Nugiuendis res ſoluta eſt omnibus.

Nugor, d. p. Vana & nugas ago, σπερμολογῶ, ληρέω, φλυαρέω. Cic. 2. de Diuin. Democritus tamen non inſcitè nugatur.

Nugator, m. t. Qui meras nugas loquitur, σπερμολόγος, Idem in Capt. Euge pol Thalem talento nõ emam Mileſium: nam ad ſapientiam huius nimius nugator fuit. Cic. pro Flacc. Neque in iſtũ nugatorem tanquã in aliquem teſtem inuehar.

Nugatorius, a, um, Idẽ quod nugalis, φλυαρώδης. Cic. 1. de Natura deor. Tota res Vellei nugatoria eſt. Idem pro Cecin. Omnia ad probandum, utranq; rem uideam infirmam, nugatoriamq; eſſe.

Nugalis, & hoc nugale, om. t. Quod eſt nugis plenum, φλυαρώδης. Gel. lib. 1. cap. 2. Sed theorematibus tantũ nugalibus dilarrantes, obiurgatione iuſta inceſſiuit.

Nugamenta, n. ſ. Idem quod nugæ, ὑθλήματα. Apul. li. 1, A quo iſtorum nugamenta hæc comparaſti?

Nullus, la, lum, οὐδὲις ὅστις, Compoſitum eſt ab ullus, quaſi nõ aliquis, uel ne unus quidem. Cic. de Amicit. Sic munitus eſt ut nullo egeat. Hora. 1. Epiſt. 1. Nullus addictus iurare in uerba magiſtri. Nullus, pro nullius momenti, ſeu irritus & inanis. Cicero de Amicit. Nulla hæc igitur amicitia, quum alter uerum audire non uult, alter ad mentiendum paratus eſt. Plaut. in Trin. Nullum beneficium eſſe duco id, quod cui facias, non placet. Nullus pro non, Tere. in Hecy. ſi quæret me uti Tum dicas: ſi nõ quæret, nullus dixeris. Ci. Att. l. 11. Philotimus non modò nullus uenit, ſed ne per literas quidem, aut per nuntium certeriorem facit me quid egerit. Terent. in And. Liberatus ſum, Daue, hodie tua opera. D A V. At nullus quidem. Plaut. Trinummo, Nullus credas: nulla eſt mihi uita expetenda ſine te. Nulli conſilii, pro nullius. Terent. in And. quandoquidem tam iners, tam nulli cõſilii Sum. Nullis literis, ideſt, illiteratus. Plinius Epiſt. 115. Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, ut bene agerent, agendo cõſecutos. Nullus ſum, frequens apud Comicos pro perii, uel occidi. Terentius in And. Nullus ſum, οὐδὲὶς ἐμί, id eſt, non ſum. Et plus eſt dicere, Nullus ſum: quàm Perii. Nam qui periit, corpus eſt reliquum: qui uerò nullus eſt, ita eſt ac ſi natus non ſit. Cicero de Senectute, Nolite putare me, quum à uobis diſceſſero, nuſquam aut nullum fore.

Nullibi, Significat in nullo loco, οὐδαμοῦ.

Nullusdum. Id eſt, nullus in hunc diẽ, nullus adhuc, οὐδὲὶς πώ.

Num, μῶν, οὔτοι, Interrogatiua particula eſt, quæ negatiuam innuit reſponſionem, ſicut contrà Non interrogatiuè acceptum affirmandi uim habet. Eſt itaq; Num, Idem quod An, ſiue Nunquid, Cicero 1. Acad. Quis igitur eſt hic? num ſophiſtes? Et paulo antè, Num cenſes Ennium dixiſſe? Num ne, eiuſdem ſignificationis. Cicero de Somnio Scipionis, Nũ ne aſpicis quæ in templa ueneris? Pro eodem etiam dicimus An num. Cicero 2. de Diuin. An num Imperatorum ſcientia nulla eſt?

Numarius, adiectiuum, **Numarius**, rii, **Numatio**, **Numatus**, Vide Numus.

Numella, f. p. Genus uinculi lignei, ad diſcrutiandos noxios paratum, quo collum & pedes immittuntur, κύφων. Plautus in Aſin. Qui aduerſum ſtimulos, laminas, cruces q;, compedesq;, Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias. Feſtus Numellam uinculi genus eſſe aſſerit, quo canes ſolẽt alligari. Varro lib. 2. de Re ruſt. cap 9. de canibus loquens. Cõ ſuefaciunt quoq; ut alligari primùm poſſint leuibus numellis: quas ſi arrodere conantur, ne id conſueſcant facere, uerberibus eos deterrere ſolent. Colum. libr. 6. cap. 19. de bobus, cæterisq; magnis animalibus. Vbi (inquit) poſſunt etiam numellæ fabricari, ut inſerto capite deſcendẽtibus per foramina regulis ceruix teneatur. Idem de ouibus & capris, li. 7. ca. 8. Nonnulli antequàm pecus numellis inducant, uirides pineas nuces in mulctram demittunt.

Numen, inis, n. i. Propriè nutus ac uolũtas Dei eſt, θεῶν βουλὴ à Nuo, is. quod ueteres pro uolo uſurpabant. Ver. 2. Aen. nõ hæc ſine numine diuûm Eueniunt. Aliquando pro diuina poteſtate ponitur, ſiue pro ipſa diuinitate, τὸ θεῖον. Vergil. 4. Eclog. Concordes ſtabuli fatorum numine Parcæ. Vnde diuerſa numina, id eſt, diuerſæ poteſtates in uno Deo eſſe poſſunt: ſicut de Iunone ſcribitur, quòd fuerit dicta Curetis, quia uteretur curru & haſta: quia partub. præeſſet, Lucina: quia præeſſet nuptiis, Pronuba. Aliquando Numen ſumitur pro ipſo deo δαίμων, τὸ δαιμόνιον. Ver. 4. Aeneid. Spero equidem mediis (ſi quid pia numina poſſunt) Supplicia hauſurum ſcopulis. Aliquando pro habitu atq; ornatu, ut interpretatur Nonius. Idem 2. Aeneid. Vadimus immiſti Danais, haud numine noſtro. Quem tamen locum aliter interpretatur Seruius, Haud numine noſtro (inquit) id eſt, Aut diis contrariis, aut quia ſcutis Græcorum Neptunus in Troianorum fuerat Minerua depicta. Diuinum numen. Cicer. 4. Acad. Quis enim poteſt, quum exiſtimet ſe curari à Deo, non & dies & noctes diuinum numen horrere? Numen Senatus, p autoritate ſeu poteſtate. Cic. 6. Phil. Magna uis eſt, magnũ numẽ unum & idem ſentientis Senatus.

Numerus, m. ſ. Eſt collectio unitatum, ἀριθμὸς. Vnde unitatem dicunt non eſſe numerum ſed principium numeri. Ci. de Somn. Scipionis, Hi duo numeri, quorum uterq; plenus alter altera de cauſa habetur. Et licet numerus dicatur de iis quæ numerantur, interdum tamen etiam refertur ad ea quæ menſurantur. Cic. libr. 3. Offic. Si exempli gratia, uir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit. In rerdum ad ordinem Verg. 3. Aen. Digerit in numerum. Quoniam omnis concentus, & omnis harmonia numeris conſtat, frequẽter etiam Numerus pro ratione harmonica ponitur, quã Græco uocabulo ῥυτμὸν appellamus Verg. 9. Eclog. Numeros memini, ſi uerba tenerem. Aliquando etiam accipitur pro ratione. Idem lib. 11. Hetruſcisq; duces, equitumq; exercitus omnis Compoſiti numero in turmas, id eſt, rationabiliter, ut interpretatur Seruius. Numerus etiam dicitur, τάγμα, κατάλογος, quaſi ſocietas & grex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſeu pars. Vnde dicimus aliquem eſſe ex horum uel illorũ numero, qui eſt ex eorum grege. Salluſt. Dum hæc Romę geruntur, C. Manilius ex ſuo numero legatos ad Martiũ regẽ mittit. id eſt, ex iis qui partium ſuarum erant. In numero eſſe, id eſt, annumerari. Cic. ad Sulp. Fam. 13. In primisq; libertus eius L. Coſſinus Anchialus homo & patrono, & patroni neceſſariis (quoin numero ego ſum) probatiſſimus. In numeros nomen referre. Plinius in Epiſt. Neq; enim adhuc nomen in numeros relatum eſt, ideoq; liberum eſt nobis Syluanum in locum tuum ſubdere. In numeros (inquit) id eſt, in ordinem, Tribunorum ſcilicet. Milites quoque nondum in numerum relatos dicimus, quum delecti quidem ſunt, nondum tamen in ſuos ordines peruenere. Numerus, pro honore, uel exiſtimatione. Cicero 2. Philippic. Itaque quem locum apud ipſum Cæſarem poſt eius ex Africa reditum obtinuiſti? quo numero fuiſti? qua exiſtimatione? quo gradu dignitatis? Numero, uel in numero aliquo haberi, uel eſſe. Varro de Re ruſtica, libro 1. capite 17. Quod quum ita ſit, minus ſe putant deſpici, atque aliquo numero haberi à domino. Cicero 3. de Orat. Sine hac ſummus orator eſſe in numero nullo poteſt. A Numerus fit adiectiuum Innumerus, a, um, ἀναρίθμητος, quod eſt ſine numero, hoc eſt, infinitum. In numerato eſſe pecunia dicitur, quum eſt in promptu: ἀριθμητὰ χρήματα, ut: Habeo pecuniam in numerato: hoc eſt non ualorem, ſed pecuniam ipſam promptam paratamq́ue. Vnde de actore dicente ex tempore dictum eſt, teſte Quintiliano libro ſexto, capite tertio, ingenium eum in numerato habere. hoc eſt, ſemper promptum paratumq; ad omnia: ſicut de Pollione Aſinio, feriis, iocisq; pariter accommodato, dictum eſt, Eſſe eum horarum omnium. Omnibus numeris abſolutus. Plinius Epiſt. 215. Legi enim librum omnibus numeris abſolutum. Cicero 2. de Diuin. Itáne uerò quicquam poteſt caſu eſſe factum, quod omnes habet in ſe numeros ueritatis? Idem de Natura deorum. Perfectum exemplumq́ue omnibus ſuis numeris & partibus. In numeris, ut maximus eſt quiſque, ita primo loco ponitur: ut, Vigintiquinq;, Triginta ſex: ſed ſi copula intercedat, is numerus præponitur qui minor eſt, quoties infra centum, & ſupra uiginti loquimur: ut, Vnus & uiginti. Cicero, Plato uno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt. Iſocrates quarto & ſeptuageſimo, cum librum, qui Panegyricus inſcribitur, ſcripſiſſe dicitur, uixitq́ue quinquennium pòſt: cuius magiſter Leontinus Gorgias centum & ſeptem compleuit annos. Ex quibus uerbis colligitur, ante centum præponi numerum minorem, poſt centum uerò poſtponi. Eodem modò loquimur ſuprà uiginti millia uſque ad centum millia: ut, Milites noſtri ſex & uiginti millia erant: uel, Milites noſtri erant uicies & ſexies mille: uel, Militum nobis erant uiginti ſex millia. Etenim hæc nomina, dum copula carent, compoſita uidentur: ut, Vndecim, Duodecim. Septemdecim, Vigintiduo, Vigintitria. Quemadmodum illa. Vndeuiginti, Duodeuiginti. Eodem modo Vndeuigeſimus, Duodeuigeſimus, Vndecenteſimus, Duodecenteſimus, Vndemilleſimus, Duodemilleſimus, & reliqua ſimiliter. Numeri autem illi quibus ordinem ſignificamus, quales ſunt, Secundus, Tertius, Centeſimus, & reliqui huiuſmodi, ſignificant ultimum ex eo numero: ut, Secundus, id eſt, ultimus ex duobus: Tertius, ultimus ex tribus: Centeſimus, ultimus ex centum. Licet Primus non ſignificet ultimum ex uno, ſed ipſum unum, in ordine tamen ad multos ſubſequentes. Aliquando tamen non pro ultimo ex eo numero uſurpantur, ſed pro uno quolibet ex toto numero: ut, Centeſimam partem bonorum patris aſſecutus ſum, hoc eſt, unam ex centum. Aliquando pro bis tantum, ter cẽtum: ut, Hic ager centeſimum fructum attulit, hoc eſt, centies tantum, quantum ſementis acceperat. Plin. Admiſcetur huic far, ut mitiget amaritudinem eius: & tamen ſic quoq; ingratiſſimum uentri eſt. Naſcitur qualicunque ſolo cum centeſimo grano: ipſumq́ue pro lætamine eſt, id eſt, cum centum granis, ſiue centuplo grano. Affine hiſce ſignificatum habent nomina illa numeralia, Simplus, ἁπλοῦς, Duplus, διπλοῦς Decuplus, δεκάπλους, & ſimilia: hoc eſt, ſemel tantum, bis tãtum, decies tantum. Sunt præterea Numeralia, Binarius, Trinarius, Tricenarius, Centenarius, & ſimilia, quæ denotant non multiplicationem, ſed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur: ut, Lapis centenarius: non quòd centuplus ſit, ſed centum librarum. Homo centenarius, quod habeat centum annos. Grex centenarius, centum capitum grex. Dicimus etiam Binarium, Ternarium, Centenarium numerũ, quia numerus omnia complectitur. Propter quod recte dicimus. Centenariũ numerũ annorũ ingreſſus eſt, non aũt, Centenariũ annũ: &, Millenariũ numerũ pondo uehit nauis: non aũt, Millenaria pondo. Itẽ Singulum, Binum, Trinum, ſiue ternum, Quaternum, Quinum, Senum, Septenum, Octonum, Nouenum, Denũ, Vndenum, Duodenũ, Ternumdenũ, Quaternumdenum, Quinũdenum, Senumdenũ, uel Denumquaternũ, Denumquinũ, Denumſenũ, Denumſeptenũ, Denumoctonũ, Denumnouenum, Vicenũ, Vicenumſingulũ, Vicenumbinũ, Vicenumternum, ſiue Singulũ & uicenum, Binum & uicenũ, & ita deinceps. Tum Tricenũ, Quadragenũ, Quinquagenum, Sexagenum, Septuagenũ, Octogenũ, Nonagenũ, Cẽtenum: quibus oratores utroq; numero utuntur, ſed frequẽtius plurali præſertim ubi ſubiectũ nomen, cui adduntur, tantũ pluraliter declinatur: ut, Binæ literæ, Binæ nuptię, Bina arma. Poẽtę uerò frequentius ſingulari utuntur: ſed oratores ferè propriã uſurpant ſignificationẽ horũ nominũ. Binus enim, ſiue Bini, ſignificat ſingulis duo, Ternus, ſiue Terni, ſingulis tres: ut Creabãtur olim bini Cõſules: id eſt, per ſingulos annos duo: &, Accepimus omnes à Cæſare bina talenta: id eſt, ſingulis nobis data ſunt à Cæſare duo talenta. At poẽtæ aliiq; ſcriptores, pro ſuis ferè primitiuis hæc nomina accipiunt. Vergilius 1. Aeneidos, Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. Idem, Gurgite ſepteno rapidus mare ſubmouet amnis. id eſt, ſeptem gurgitibus. Idem, Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra. Plinius, Prodigioſa ſunt quæ circa hoc tradit Theophraſtus, autor alioqui grauis, ſeptuageno coitu durare libidinem contactu eius. id eſt, ſeptuaginta coitibus. Sed in his omnibus notandum eſt, quod à triginta Tricenum dicimus, g, in c, mutata, ſicut pro uigeno Vicenum. Trecenum uerò à Trecentum, quia hęc omnia ſuprà centum quidem ſyncopantur, infrà uerò non ſyncopantur. Nam Duceni dicimus pro Ducenteni, Treceni pro Trecenteni, Quadringeni, Quingeni, Sexceni, Septingeni, Octingeni, Nongeni, uel Noningeni: pro Quadringenteni, Quingenteni, Sexcenteni, Septingenteni, Octingenteni, Nongenteni, Centeni autem & Milleni, propter dictionum breuiratem non ſyncopantur. Sunt item nomina numeralia. Simplex, Duplex, Triplex, Quadruplex, Centuplex, & ſimilia: à quib. Simplicitas, Duplicitas, & reliqua. Et aduerbia, Simpliciter, Dupliciter, cum reliquis. Item aduerbia numeralia, Bis, Ter, Quater, Decies, Centies, Millies. In quibus notandum, quod ſicut ſuperiora illa, quæ diximus, ſupra centum ſyncopantur, infra centum minimè: ita hæc eduerſo infra centũ ſyncopari, ultrà uerò non: ut, Vicies pro Viginties, Tricies pro Triginties, Quadragies, Quinquagies, Sexagies, Septuagies, Octogies, Nonagies, cætera uerò non ſyncopantur, Quinquies, Sexies, Septies, Octies, Nouies, Decies, Centies, Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties, Millies, Bis millies, Ter millies, Decies millies, Vicies millies. Numeri autem apud Latinos ſic notari ſolent, ut uſque ad quinarium per unitates ſcriberentur: quinarius autem per quintam uocalem V. Denarius autem per X, quæ eſt decima conſonans apud Græcos. L, litera quinquagenarium numerum repræſentabat, C. centenarium, D. quingenarium, M. millenarium. Quod ſi numero alicui tranſuerſa linea ſuperducatur, tot ſignificabit millenarios, quot per ſe ualebat unitates Ab hunc modum ī millenarium ſignificabat: V̄, quinq; millia, X̄, decem millia. Vnitas duos habens à tergo apoſtrophos, ad hunc modum IↃↃ, quinque denotat millia. Quod ſi etiam totidem à fronte ponantur apoſtrophi, hunc in modum, CCIↃↃ, decem fient millia: quæ & aliter hoc modo notari ſolent, X̿. Quinquaginta millia ſic ſcribi conſueuerunt, IↃↃↃ. Centum autem millia, ſic, CCCIↃↃↃ. qui numerus legitur, apud Cic. l. 2. Epiſt. ad Caniniũ Salluſt. Qđ (inqt) ſcribis ad me de drachmis. CCCIↃↃↃ, nihil eſt qđ cuiquã in iſto genere cõmodare poſſim. Quingenta millia ita notari ſolent C Q Ↄ. q, litera, quæ in uoce Quingenti prima eſt, inter duos apoſtrophos interpoſita. Millies autem mille in hunc modum ſcribi conſueuit CMↃ. Ex Probo.

Numerò, aduerb. ucteres pro Nimium citò dicebant, autor Feſto. Plaut. in Menæch. Menæchme, numerò huc aduenis ad prandium. Idem in Mil. Haud etiam numerò hoc dicis. Idẽ in Caſ. O Appelles, ô Zeuxis pictor, cur numerò eſtis mortui Hinc exemplum ut pingeretis?

Numeroſus, a, um, Quod magno cõſtat numero, πολύς, ut Numeroſus populus, Numeroſa multitudo. Plinius in Epiſtol. Hoc opus numeroſas poſcit manus. Id eſt, multas. Idẽ in Paneg. Aliò me uocat numeroſa gloria tua. Numeroſa cohors,

Plinius

Plinius libro 7. cap. 44. Numeroſa uarietas. Idem libr. 9. ca. 17. Numeroſus partus. Idem libro 11. capite 40. Quæ numeroſo fœcunda partu, hæc plures habent mammas. Numeroſa uero oratio, quæ numeris oratoriis conſtat, ῥυθμικὸς λόγος. Cicero in Orat. Id numeroſum eſt in omnibus ſonis, atq; uocibus, quod habet quaſdam impreſſiones, & quod metiri poſſumus interuallis æqualibus.

Numerosè, aduerb. Sonorè, & per numeros, hoc eſt, per menſuras, ſiue dimenſiones muſicas. Cice. 3. de Orat. Et tamen eam coniunctionem, ſicuti uerſum, numerosè cadere, & quadrare, & perfici uolumus. Idē 2. de Nat. deor. Quid ſi platani fidiculas ferrent numerosè ſonantes?

Numerale, quod ad numerū pertinet, ἀριθμητικόν, unde Numeralis ſcientia, quæ tractat de numeris, Græcè Arithmetice dicitur. Et apud Grammaticos Nomina numeralia, quibus utimur in numerando: ut, Vnus, Duo, Tres. Et aduerbia numeralia: ut, Bis, Ter, &c.

Numerabilis, le, om. t. Quod numerari poteſt, ἀριθμητόν, Cuius contrarium eſt Innumerabile, quod numerari non poteſt. Horat. de Art. Quo ſanè populus numerabilis, utpote paruus, Et frugi, caſtus ſ, uerecundus ſ coibat.

Numero, as, a. p. Supputo, per numeros recenſeo, uel colligo, & metior, ἀριθμέω. Vergilius 3. Eclog. Bis ſ die numerant ambo pecus, alter & hœdos. Cic. de Amicit. Nec metiantur eam ut quidam indocti, uerborum magnificentia, uiros ſ bonos eos qui habentur numeremus, Paulos, Catones, &c. Idem 4. Verr. Numerare omnes non eſt neceſſe. Numerare pecuniam, pro præſentem pecuniam dare. Cicero ad Planc. Atticus qui ciuitatem conſeruatam cuperet, pecuniam numerauit de ſuo. Interdum ſupprimitur accuſatiuus. Plautus in Aſin. Numerare iuſſit ſeruulo Leonidæ. Cic. pro Quintio, Sed Romæ quotidiæ, ſimulat ſ ſibi hic annuiſſet, numeraturum ſe dicebat. Numerare, pro habere, & cenſere. Cicero 3. Verr. Qui collega Timarchidis propriè numerabatur, id eſt, habebatur, & cenſebatur. Nullo loco numerare, id eſt, nihili facere. Ci. 2. de Finib. Idq; Socratem, qui uoluptatem nullo loco numerat, audio dicentem. Huius compoſita ſunt, Annumero, Connumero, Dinumero, Enumero, Pernumero, & Renumero, quæ uide ſuis locis.

Numeratim, aduerb. ſignificat per numeros, κατ' ἀριθμόν.

Numeratò, aduerbii uice poſitum. Cicero ad Atticum libro 12. Mihi & res, & conditio placet: ſed ita, ut numeratò malim, quàm æſtimatione. Id eſt, malim numerari mihi, quàm æſtimari.

Numiſma, Numoſus, Numularius, Vide Numus.

Nūmus, numi, m. ſ. νόμισμα, ἀπὸ τῦ νόμε, Hoc eſt, à lege appellationem accepit, o, in u, commutato: quia quum antea permutatione mercium homines uti ſolerent, lege uſus numi introduct eſt. Alio etiā nomine dicitur Numiſma, q ab eodem etiam fonte creditur deriuatum. Quapropter utrunq; unico m, ſcribendum uidetur. Sunt tamen nonnulli, qui Nummum geminato m, ſcribendum putent, eò quòd uident primam ubiq; produci, quæ in dictione Numiſma corripitur: ut apud Martialem li. 1. Cur data ſunt equiti bis quinque numiſmata? Sed hoc in loco, cæteriſq; omnibus, in quibus huius nominis prima ſyllaba corripitur, quidā Nomiſma legendum contendunt per quartam uocalem. Vtcunq; ſcribas, illud certè conſtat primam in dictione Numus ſemper produci, quæ contrà in nomine Numiſma apud probatos autores ſemper corripitur: quanuis nonnulli inter Neotericos, nullo ueterum exemplo auſi ſint producere. Numus autem aliquando generale nomen eſt, idem ſignificans qd Numiſma: & de qualibet pecunia, ſiue moneta dici poteſt ſiue aurea ſit, ſiue argentea, aut etiam ærea. Plautus in Pſeudolo, Nimis ſum miſer, numum nuſquā reperire argenti queo. Cicero 2. de Finibus, Vnde ſi ſecutus eſſet eorum ſententiam qui honeſta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, ne numum quidem attigiſſet. Aliquando etiam ſpeciale nomen eſt pecuniæ æreæ, quæ alio nomine Seſtertius, uel coniunctim numus ſeſtertius appellabatur: ualebatq; æſtimatione Gallicæ pecuniæ decem denariolos Turonenſes & ſemiſſem, hoc eſt, quartam partem denarii argenti. Cicero 4. Verrinarum, Facta eſt ſponſio ſeſtertiis quinque coēgit Scandilius quinq; illa millia numūm dare ac numerare Apronio. Et rurſus inferius, Cogit Scandilium Apronio ob ſingularem improbitatem atque audaciam, predationemq; nefariæ ſocietatis, H S. quinque millia mercedis nomine, ac premii dare. Vbi hoc notandum eſt, Ciceronem Quinque ſeſtertia, Quinque millia ſeſtertiūm, & Quinque millia numūm pro eodem dixiſſe. Numus adulterinus, Moneta falſa, κίβδηλον νόμισμα. Cicero libro 3. Offic. Quærit etiam, ſi ſapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis, quum id neſcierit, ſolutúruſne ſit eos ſi cui debeat, pro bonis.

Numulus, diminut. Paruus numus, κερμάτιον. νομισμάτιον. Cic. ad Att. lib. 1. Si iudicium eſt, triginta homines populi Romani, leuiſſimos ac nequiſſimos, numulis acceptis, ius, & fas omne delere. Idem, Tu ſi tuis blanditiis à Siconiis numulorum aliquid expreſſeris, uelim me facias certiorem.

Numiſma, uel Nomiſma, atis, utrūq; enim dicimus, νόμισμα, Græca dictio eſt, idem ſignificās quod Numus, ἀπὸ τῦ νόμε, hoc eſt, à lege: unde & Numus dictus putatur. Nam quum ante percuſſum numiſma homines mutuo permutationis commercio uterentur, poſtea lege introductus eſt uſus numi. De hoc latius in dictione Numus. Habet autem hoc nomen primam ſyllabam correptam, quæ in dictione Numus producitur: unde Græcorum more Nomiſma per o, in carmine ſcribendum eſſe pleriq; arbitrantur, quum alioqui ſæpius per u, ſcribamus. Horat. 2. Epiſt. 1. Retulit acceptos regale nomiſma Philippus. Martial. libr. 1. Cur data ſunt equiti bis quinq; nomiſmata, quare?

Numoſus, ſa, ſum, Idem quod numatus, πολυχρήματος.

Numatus, m. ſ. Qui numis abundat, πολυχρήματος. Cicero de Lege Agraria, Volitat enim ante oculos iſtorum Iubæ regis filius adoleſcens, non minus bene numatus, quàm bene capillatus. Horatius 1. Epiſtol. 6. Et, genus, & formam regina pecunia donat: Ac bene numatum decorat Suadela Venuſque.

Numatio, mationis, f. t. Numorum abundantia & effluentia, πολυχρηματία. Cic. 2. Philip. Pone ante oculos lætitiam Senatus populiq; Romani, confer cum numatione tua, tuorumque: tum intelliges quantum inter laudem & lucrum interſit.

Numarius, a, um, Quod ad numos pertinet, χρηματικὸς. ut Res numaria. Cic. 3. Off. Vt res numaria de communi ſentētia conſtitueretur. Numarius interpres pacis & concordiæ apud Ciceronem pro Cluent. id eſt, mercenarius, & qui ob id pecunias accepiſſet. Numarium iudicium, quod acceptis pecuniis corrumpitur. Idem Verr. Ecquod iudicium Romæ tam diſſolutum, tam perditum, tam numarium fore putaſti, quo ex iudicio te ulla ſalus ſeruare poſſet? Numarii iudices, ſordidi & corrupti. Idem ad Attic. lib. 1. Numaria theca, Idem ad Atticum libro 4.

Numarius, rii, m. ſ. Qui numis deditus eſt, χρηματιστής. Hieron. ad Marcel. Volo in Numarios inuehi ſacerdotes.

Numularius, rii, m. ſ. ἀργυρογνώμων. Budæo, à numis permutādis dicitur, quem nos Campſorem uocamus, qui ſcilicet pecuniæ permutationem exercet. Horum autem officium uilius erat quàm argentariorum, qui non tam pecuniarū permutationem, quàm maiorem negotiationem exercebant: acceptiq; & expenſi rationes conficiebant, quas non faciebant numularii.

Nunc, νυνῶ, ταυνῦν, aduerbium eſt temporis, quod tēpus præſens denotat: ita dictum à Græco νυνῶ, ν in u commutato, & in fine addita litera c. Interdum ponitur pro Tandem, uel Serò. Verg. 8. Eclog. Nunc ſcio quid ſit amor. Interdum pro Sed, accipitur ſine ulla temporis denotatione. Cic. 1. De Diuinat. Quæ quidem multò plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo & uino, confuſa & perturbata cernimus. Dicitur & Nunc nuper, pro non ita pridem. Terent. Eunuch. Idem Menandri phaſma nunc nuper dedit. Quo in loco, teſte Donato, Nunc adiectū eſt tollendæ ambiguitatis cauſa. Eſt enim Nuper ex iis dictionibus, quas ueteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant.

Nuncius, cii, m. ſ. uel potius Nuntius, Qui nūtiat, & quod nuntiatur, ἄγγελος. ἀγγελία. Vergis. 2. Aeneid. & nuntius ibis Pelidæ genitori. Nuntio Prætoris accerſitus, Cic. 6. Verr. Nūtium remittere uxori, pro repudiare uxorem. Cic. ad Attic. lib. 1. Deinde ex Senatuſconſulto Conſules rogationem promulgaſſe: uxori Cæſarem nuntium remiſiſſe. Nuntium remittere uirtuti, pro eo quod eſt, uirtuti ualedicere, & ab ea deficere. Idem ad Caſſiū, Iam biennium, aut triennium eſt, quum uirtuti nūtium remiſiſti. Nuntius, quòd nuntiatur. Plautus in Sticho, Suo nunquam æquè patri nuntium lepidum attulit. Ibidem, Citus præcurri, ut nuntiarem nuntium exoptabilem. A Nuntius fit Internuntius, διάκτορος, qui inter duos medius eſt ad aliquid tractandum. Vide ſuo loco

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nuntium, in neut.gen.pro re quæ nuntiatur. Tibul. libr.3.Eleg.4.Diui uera monent uenturæ nuntia fortis: Vera monẽt Tuſcis exta probata uiris. Catul.de Berecynthia, Geminas deorum ad aures noua nuntia referens.

Nuntiæ, æ,f.gen.Plin.libr.15.cap.30.Romanis præcipuè lætitiæ uictoriarumq; nuntia additur literis, & militum lanceis, pilisq;.Cic.1.de Legib.Nuntia uirgo Iouis miranda uiſa figura. Ouidius Epiſt.6. Cur mihi fama prior, quàm nũtia litera uenit? Idem 1. Metam. Nuntia Iunonis uarios induta colores Concipit Iris aquas.

Nuncio, as, act. p. uel potius Nuntio per t, Moneo, ſignifico, παραγγέλλω. Terentius in Hecyra, At iſtos inuidos dii perdant, qui hæc libenter nuntiant. Plaut. Capti. Nunquid aliud uis patri nuntiari? Cicero ad Brutum, Ita enim Romam erat nũtiatum, ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermis, perterritis metu, fracto animo fugiſſe Antonium. Huius compoſita ſunt Annuntio, q̃ eſt, alicui nuntium porto, προσαγγέλλω. Denuntio, manifeſtè nuntio, ἀπαγγέλλω. Columella, Sin autem cæli ſtatus frigidus & pruinoſus hyemis uiolẽtiam denuntiat, in idus Februarias hanc curam differemus. Enuntio, extra nuntio, manifeſto, ἐξαγγέλλω. Salluſtius in Catilin. Properè per Fuluiam dolum Ciceroni, qui parabatur enuntiat. Prænuntio, antè nuntio, προαγγέλλω. Terentis in Phormione, Abi, prænuntia hanc uenturam. Pronuntio, profero, προφέρω unde Pronuntiatio, prolatio: de qua autor ad Herẽnium libro 1. Pronuntiatio, eſt uocis, uultus, geſtus moderatio cum uenuſtate. Et Pronuntiare, eſt decernere: à quo Pronuntiatum, ſtatutum, ἀποφάνσθαι, ἀναγορεύειν. Obnuntio, contra aliorum uoluntatem, ſeu malum nũtio, καταγγέλλω. Terentius in Adelphis, Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia: Primus porrò obnuntio: ægrè ſolus, ſi quid fit, fero. Donat. Qui malam rem nuntiat, obnuntiat. Obnuntiare enim dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, ſeuumq; uiderint. Cicero pro Seſtio, Quumq; auſpiciis religionis parens, obnuntiaret quod ſenſerat. Suetonius in Cæſ. Lege autem Agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit. Renuntio: de quo alibi.

Nuntiatio, onis, f.t. Ipſe denuntiandi actus, ἀγγελία. Cic. 2. Philipp. Nos enim nuntiationem ſolam habemus, Conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem.

Nuncupo, as, pen.cor act. Nomino, χρηματίζω, ὀνοματοποιῶ. Liuius libr.1. Quem Iulum eundem Iulia gens autorem ſui nominis nuncupat. Varro in *Medo*, Quis tu es mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine? Cicero 2.de Natura deor. Itaque tum illud quod erat à Deo natum, nomine ipſius Dei nuncupabant: ut quum fruges Cererem appellamus. Nuncupata uota dicuntur, quæ Conſules & Prætores, quando in prouinciam proficiſcuntur, faciunt. Nuncupare uota, Eſt alicui diuorum uota polliceri & deſtinare. Plinius in Paneg. Nuncupare uota & pro æternitate Imperii, & pro ſalute ciuium ſolebamus. Ibidem, Quo maiore fiducia iiſdem illis uoris quæ ipſe pro ſe nuncupari iubet, oro & obteſtor, ſi bene Rempub. ſi ex utilitate omnium regit. Cicero 3. Philippicarum, Neglectis ſacrificiis ſolennibus, ante lucem ea uota quæ nunquam ſolueret, nuncupauit. Nuncupare teſtamentum, eſt uiua uoce ſupremam uoluntatem declarare. Plinius libro 14. capite 22. Alii teſtamenta ſua nuncupant, alii mortifera loquuntur, rediturasq; per iugulum uoces nõ continent. Inde Nuncupatiuum teſtamentum dicitur, quo teſtator uiua uoce, quę poſt mortem agi uelit, declarat. Et Nuncupatus hæres dicitur, qui uoce teſtatoris hæres pro nuntiatus eſt: differtq; ab hærede ſcripto: de quo uide Iuſtinianum Inſtit. de Teſtamen.

Nundinæ, arum, f.p. pen.corr. A nono die dictæ ſunt, quaſi nouendinæ, παν ἡμερίς. Inſtituræ autem eo conſilio perhibentur, ut ruſtici octo diebus in agris eſſent, & nono die repeterent urbem ad mercatum, legum accipiendarũ cauſa: & ut ſcita atq; cõſulta frequentiore populo referentur, & trinundino propoſita, à ſingulis atq; uniuerſis facilè noſcerẽtur. Vnde etiã mos tractus, ut leges trinundino die (τρίτην ἐκκλησίαν apud Athenæum) promulgarentur. Cicero Contra Rullum pro lege Agraria, Illi Capuam, nundinas ruſticorum, horreum Campani agri eſſe uoluerat. Columella libro undecimo capite primo, Villicus non urbem, non ullas nundinas, niſi uendendæ, aut emendæ rei neceſſariæ cauſa frequentauerit. Dicitur & Nundinum, neutro genere, Liuius, Poſtquam uerò comitia Decemuiris creandis, in trinum nundinum indicta ſunt. Sic enim legunt nonnulli. Caſtigatiora tamen exẽplaria habent Trinundinum. Trinundinus autem dies, uel Trinundinum, ſiue Trinum nundinum, dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui prædici antè ſolebat, ut notior eſſet uniuerſis.

Nundinalis, le, Quod pertinet ad nundinas, παν ἡμερικός. Plautus in Aulularia, Coquus ille nũdinalis eſt, in nonum diem ſolet ire coctum.

Nundinor, aris, d.p. Palàm uendere ſignificat, ſicut in nundinis fit, & reliqua ad quæſtum abuti: quod & Nundino, as, dicitur, καπηλεύω, ἀργυρεύομαι. Iulius Firmicus lib.6. Matheſeos, Quęſtus & libidinis cauſa pudorem duobus fratribus nũdinabit, & ad coitũ fratrẽ inuitabit, & filiũ. Apul. Toti nunc iudices ſententias ſuas pretio nundinantur, καπηλεύουσι τὰς δίκας. Suet. in Tito Veſp. Suſpecta & rapacitas quod conſtabat in concionibus patris nundinari, pręmiariq; ſolitum: deinde propalam alium Neronem & opinabantur & prædicabant. Cicero ſæpius Nundinari pro emptitare utitur, ut in Verrem, Ab iſto pueri annorum ſenũm, ſeptenumq; denũm Senatorium ordinem nundinati ſunt. Idem 3. Philip. Vna in domo omnes, quorum interierat, totum imperium pop. Roman. nundinabantur.

Nundinatio, onis, f.t. Ipſe nundinandi actus, καπηλία. Cic. de lege Agr. Hinc nos quas ſpoliationes, quas pactiones, quã de nicq; omnibus locis nundinationẽ iuris, ac fortunarum fore putatis? Nundinatio hominum, Idem Verr. 4.

Nundinator, m.t. Qui nundinas frequentat, καπηλευτής. Feſt. Nundinis ruſtici conueniebant mercandi & uendendi cauſa, tũmque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

Nundinarius, a, um, Quod ad nundinas pertinet, uel quod nũdinis deputatum eſt, παν ἡμερικός. Plin. lib 12. cap. 17. His cõmertiis Carras oppidum aperuere, quod eſt illis nundinariũ Idem lib. 8. c. 51. de ſuibus, Quin & duces in urbe forum nundinarium, domosq; petere diſcunt.

Nunquam, Nullo tempore, μήποτε, οὐδέποτε, à quo Nonnunquam, quod ſignificat Aliquando. Plautus in Mercurial. Nũquam ædepol quiſquam illam habebit potius, quàm ille, quem ego uolo.

Nunquamnon, ſignificat Semper, διὰ παντὸς. Sueto. in Tiber. Turbatiore cælo nunquam non coronã lauream ceruicegue ſtauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.

Nunquando, μήποτε, pro eo quod eſt, num aliquãdo. Et habet accentum in antepen. ſicut Aliquando. Cic. de Amic. Exiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis, Nunquando amici noui num indigni amicitia, ueteribus ſint anteponendi, ut equis uetulis teneros anteponere ſolemus.

Nunquis, nunqua, nunquod, uel nunquid, Idem eſt quod nũ aliquis, μήτις. Teren. in Eunuch. Nunquid uis? Ibidem, Nũ quis hic eſt? nemo eſt. numquis hinc me ſequitur? nemo homo eſt. Pro eodem etiam aliquando legimus Nunquiſnam, & in neutro genere, Nunquidnam: præſertim apud Comicos. Terent. in And. Ehodum dic mihi: nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine?

Nuntio, as, are, **Nuntius**, &c. Vide Nuncio.

Nuo, nuis, cum ſuis compoſitis, Vide in dictione Abnuo.

Nuper, aduerb. Idem eſt quod non longo tempore, νεωστί, ἄρτι, ἀναγχος, hoc eſt, ante paucos dies, uel menſes. Ver. 2. Eclo. Nuper me in littore uidi. Boët. Hoc autem quod nuper dixi mus. Quandoq; de longiore tempore dicitur. Cic. 2. de Diui. Neq; ante philoſophiam patefactam, quæ nuper inuenta eſt, hac de re communis uita dubitauit. Hinc Nuperrimè ſuperlatiuum, hoc eſt, recentiſſimè.

Nuperus, a, um, Quod recens eſt, quod nuper fuit ὑπόγυος, νέος. Plautus Captiuis, Recens captum hominem, nuperum, nouitium.

Nupta, Nuptiæ, Nuptus, Vide Nubo.

Nurus, f.q. Filii uxor. Cic. 2. Phil. Reiecta mater amicam impuri filii, tanquam nurum ſequebatur. Pocræ Nurum ſæpè pro ſeru tantùm ponunt. Ouid. 2. Metam. Excipit, & nurib. mittit geſtanda Latinis. Id eſt, fœminis Latinis. Martial. libr. 4. Atq; inter Latias gloria prima nurus.

Nuſquam, Aduerb. loci eſt, idem ſignificans quod in nullo loco, οὐδαμοῦ. Terent. in Eun. Ille autem bonus uir nunquã apparet. Nuſquam gentium, id eſt, nuſquam omnino. Plaut. in Amph. Sed quid ais? num obdormiſti dudum? S. Nuſquã gentium. Terent. in Adelph. Næ ego homo ſum infelix: primum fratrem nuſquam inuenio gentium.

Nuſquam

Nuſquãnon, Significat ubiq, Nonnuſquam, alicubi, πανταχοῦ.

Nuto, as, n.p. Frequentatiuũ eſt à Nuo, quod propriè eſt frequenti capitis inclinatione aliquid ſignifico, νυσάζω. Plautus in Aſin. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat. Accipitur & pro uacillare, & ruinam minari. Cicero 6. Verrinar: Illud ſignum interea nutabat, quum uectibus ſubiectis conarentur ſubmouere. Transfertur & ad animum, ut idem ferè ſit quod hærere, & dubitare in quam potiſſimùm partem te inclines. Cic. de Nat. deorum, Democritus nutare uidetur in natura deorum.

Nutrio, ris, triui, uel trii, a. q. ſecundum Priſcianum, Educo alo, τρέφω. Plin. lib. 11 ca. 40. Balænæ, uitulíq; mammis nutriunt fœtus. Inuenitur etiam Nutrior, tàm deponens, quàm paſſiuum. Verg. lib. 2. Georg. Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam, id eſt, nutrito, uel nutrias. Colum. li. 11. ca. 30. Quanto magis æſtus erit, eò ſæpius cõuenit uinum nutriri, refrigerariq;, & uẽtilari. Ibidem, Et Nutritum uinũ operimus, atq; oblinimus.

Nutritus, us, Idem quod nutrimentum. Plin. lib. 22. ca. 24. Multi ſenectam longam mulſi tantùm nutritu tollerauere.

Nutrico, as, penultima prod. Idem ſignificat quod nutrio, τρέφω, τιθηνίζω. Plaut. in Mil. Bona mea inhiant certatim, nutricãt & munere. Idem in Merc. Nec pecus ruri paſcere, nec pueros nutricare.

Nutricor, aris, Deponens, idẽ ſignificat. Cic. 1. de Nat. deo. Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens (ut ita dicam) atque educator, & alror eſt mundus: omniaq;, ſicut membra ſua, & partes ſuas nutricatur, & continet. Colu. lib 8. ptulit paſſiuè, Nam ſuburbanus (inquit) lactens porcus acere nutricandus eſt. Varro 1. de Re ruſt. cap. 23. Quod ea ſole nutricantur.

Nutricatio, onis, ſ. t τιθήνωσις. Gell. lib 12 cap 1. Ne ad dolores, quos in enitendo tuliſſet, munus quoq; nutricationis graue ac difficile accederet.

Nutricatus, us, ui, m. q. Idem quod nutricatio. Varro 1. de Re ruſtica, capite quadrageſimoſeptimo, Contrà herba in pratis ad ſpem fœniſeciæ nata, non modò non euellenda in nutricatu, ſed etiam non calcanda.

Nutritius, tii, m. ſ. Qui nutrit, ſiue qui curam habet infantium & adultorum, ut uiuant, τρόφος, τροφεύς. Cæſar 3. bel. ciuilis, Nutritius eius pueri eunuchus.

Nutritius, a, um, adiect. τρόφιμος. Colum. lib. 3. ca. 13. Ne incrementa duritia ſua reuerberet, ſed tenero uelut nutritio ſinu recipiat, & cæleſtes admittat imbres.

Nutritor, oris, m. t. Qui nutrit, τροφεύς, Stat. 10. Theb. Vertice ſic Pholoes uolucrum nutritor equorum Lætatur, &c. Sueto. de claris Grammat. M. Antonius Gnypho, ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus, & à nutritore ſuo manumiſſus.

Nutrix, cis, fœm. t. Quæ nutrit, τιθὴ γυνὴ θηλάζουσα, θηλαζομένη. Terentius in Eunucho, Nutricem accerſitum iis, quæ illam aluit paruulam. Cicero de Amicitia, Iſto enim modo nutrices & pedagogi iure uetuſtatis plurimum beneuolentiæ poſtulabunt. Idem 1. Tuſcul. Vt penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe uideantur.

Nutricula, diminutiuum. Iuuenal. Satyra 7. Gallia uel potius nutricula cauſidicorum.

Nutritia, orum, generis neut. numeri pluralis, Merces nutricis. τὰ τροφεῖα, ut in titulo de uariis & extraordinariis cognitionibus circa finem.

Nutrimentum, ti, n. ſ. Alimentum, hoc eſt, ut medici definiũt, quicquid ſubſtantiam noſtram augere poteſt τροφή. Tranſſumitur & ad res inanimatas. Cic. in Orat. Sed quod educata huius nutrimentis eloquentia eſt, ipſa ſe poſtea colorat & roborat. Accipitur & pro ipſa nutritione, ſiue educatione. Sueton. in Calig. Quantum per hanc nutrimentorum conſuetudinem fauore & gratia ualuerit. Id eſt, quod in caſtris educatus ſit: ut ait Budæus.

Nutrimen, inis, Idem quod Nutrimentũ, τροφή. Ouid. 15. Metam. Naturæq; ſuum nutrimen deerit edaci.

Nutus, ῥοπὴ, νύμα, & Nuto, nutas, νυσάζω, Vide in uerbo Abnuo.

Nux, ſ. t. A nocendo dicta, quod ſatis noceat. Ouidius, quoniam fata ladere dicor, Cultus in extremo margine fundus habet. Siue quod linguæ noceat. Vel quod ut nox aërem, ita nux ſuccu ſuo corpus atrum faciat. Conſtat nucis nucleum eſſe difficilem contactu dolorem capitis inferentem, tuſſientibus inimicum Græci κάρυον uocant, à grauedine capitis, κάρη enim caput ſignificat. Eſt autem nux generale omnibus quæ duro operimento teguntur, ut ſunt caſtaneæ, amygdalæ, auellanæ, & huiuſmodi, τὰ καρυκεά, Vergilius, Caſtaneæq; nuces mea quas Amaryllis amabat. Pomum uerò generale nomen omnium fructuum qui ex arboribus eſui apti proueniunt, ſiue mollium, ſiue durorum. Plinius lib. 15. capite 22. Ab his locum amplitudine uindicarunt, quæ ceſſere autoritiati nuces iuglandes. Et paulo pòſt, Solum hoc pomum natura compactali operimento clauſit, nanq; ſunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorumq; illis quadripartita diſtinctio: lignea incurſante membrana. Cæteris quicquid eſt, ſolidum eſt, ut in auellanis & ipſo nucum genere quas antea abellinas, patrio nomine uocabant. Malum uerò non quodcunq; pomi genus tenerioris atq; carnoſi dicitur, ſed illud tantùm quod ſui nominis arboribus producitur: his ſcilicet, quas malos uocamus: quemadmodum Pyra, quæ pyrus producit. Hoc modo mala curea, ſiue Medica dicimus, Mala coronea, Mala punica, & ſimilia. Relinquere nuces, eſt omiſſis nugis puerilibus ad maiora negotia conuerti. Eſt enim nucum luſus ſoli pueritiæ conueniens, grandioriq; ætati indecorus. Perſius Satyr. 1. Et nucibus facimus quæcunq; relictis, Quum ſapimus patruos. Nux Græca, eadem cum amygdala, quæ & Thaſia dicitur. Colum. de Arboribus cap. 22. Nucem Græcam ſerito Arcturi ſigno. Plin. lib. 15. cap. 22. Quum de amygdala loquitur, Hæc arbor (inquit) an fuerit in Italia Catonis ætate dubitatur, quoniam Græcas nominat. Nuces iuglandes, quæ & Regiæ dictæ ſunt. Plin. lib. 15. cap. 22. Ab his locum amplitudine uindicarunt, quæ ceſſere autoritati, nuces iuglandes. De diuerſis nucum generibus uide in dictione Iuglans.

Nuceus, a, um, Quod eſt ex nuce, καρυκός. Plinius libr. 16. cap. 65. Vlmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiam omnem quum effodies, luna decreſcente eximito poſt meridiem.

Nucula, diminutiuum, Minuta nux, καρυάριον. Vnde & Præneſtinæ nuculæ appellatæ ſunt. A nucula fit aliud diminut. Nucella.

Nucleus, clei, m. ſ. Quod tenerum in nuce includitur, πυρήν. Plautus in Curc. Qui è nuce nucleum eſſe uoit, Frangat nucem: hoc eſt, qui commodum appetit, ne fugiat laborem. Inde Enucleo, as, Eſt idem quod declarare, quaſi nucleum rei alicuius eruere. Nucleus ferri à Plinio lib. 34. cap. 14. accipitur pro chalybe. Fornacum (inquit) maxima differentia eſt: in iis quidem nucleus ferri excoquitur ad indurãdum aciem, alioq; modo ad dẽſandas incudes, malleorumque roſtra. In acino etiam Nuclei dicuntur minuta grana, quæ uulgò uinacea uocant. Plin. lib. 23. cap. 1. Vua paſſa, quam Aſtaphida uocant, ſtomachum, uẽtrem, interanea tentaret, niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eſſent: iis exẽptis ueſicæ utilis habetur. Nucleum amiſi, prouerbium. Plaut. Capt. Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina. Verba ſunt Hegionis, ubi reſciuiſſet ſibi impoſitum eſſe, & hetũ amiſſum pro ſeruo, ſeruum, pro domino retentum: is enim ex quo fructus expectabatur aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Eraſmus.

Nucifrangibulum, n. ſ. Vox eſt Plautina, quam pro dente accipit. Dentibus enim nuces ſolent confringi. Verba Plauti in Bachid. ſunt hæc, Mihi cautio eſt, Ne nucrifrãgibula excuſſerit ex malis meis.

N Y

Nyctalops, m. t. νυκτάλωψ, Qui noctu cæcus eſt, quum interdiu clarè uideat. Hic etiam Luſcioſus dicitur à Latinis. Plin. lib. 8. cap. 50. de iecore caprino, Reſtituit ueſpertinam aciem his quos Nyctalopas uocant.

Nyctapola, herba de qua uide Plin. lib. 21 cap. 11.

Nycteris, idis, ſ. t νυκτερίς, Veſpertilonis genus tam minutis pedibus, ut eis carere uideatur. Plin. lib. 11. cap. 47. Qui negant uolucrem illam ſine pedibus eſſe, confirmat & apodas habere, nycterin, & drepanin.

Nycteritis, Anagallis Magicè.

Nycticorax, penultima correpta, Coruus nocturnus.

Nyctilops, opis, Herbæ genus, quod alio nomine Nyctegeretum appellatur: ita dictum, quòd noctu à longinquo fulgeat. Eandem & Chenomychon quidam appellant, quòd ad primum eius conſpectum anſeres ſtatim expaueſcunt. Vide Plinium libr. 21. cap. 2. Sunt qui hanc eandem eſſe putent cum ea, quam chymiſtę Lunariam appellant, noctu cũ luna lucentem.

Nympha, νύμφη, Latinè ſpõſa. Sed putauerũt antiqui Nymphas aquarum deas eſſe, quaſi lympharum numina, quãuis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

etiam latius Nymphę nomen accipiatur pro montium deabus, quas Oreades uocant: & pro iis, quæ arboribus & ſyluis putabantur præſidere, quas Dryades uocabant, & Hamadryades, & Napæas. Veteres Græci Nympham dicebãt, quam nos mutatione unius literæ Lympham, hoc eſt, aquam. Nymphæ Libethrides, Muſæ dicuntur à Libethro Thraciæ monte Muſis conſecraro. Vergilius 7. Ecloga, Nymphæ noſter amor Libethrides. Dicuntur & nymphæ apes, quum primùm formam cœperint habere. Plinius libro undecimo, capite de cimoſexto, de apibus loquens, gallinarum modo incubant. Id quod excluſum eſt, primùm uermiculus uidetur candidus, iacens tranſuerſus, adherensq́ ita, ut paſcere uideatur. Rex ſtatim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus, neque uermiculus, ſed ſtatim penniger. Cætera turba quum formam capere cœpit, Nymphæ uocantur: ut fuci, ſirenes, atq́ cephenes. Nympha etiam à rei anatomicæ peritis uocatur caruncula in muliebribus pudendis bifariam prominens, quem Colliculum Latini appellant: cuius uſus eſt, colli orificium tegere, & frigus ab eodem arcere. Hanc caruncũlam Aegyptii in uirginibus ſolent excidere, Vide Galenum lib. 15. de Vſu partium.

Nymphæum, phæi, n. ſ. Idem eſt quod lauacrum uel balneum. νυμφαῖον. Plin. lib. 5. ca 12. Eumq́ ſeruatum in nymphęo, donec Corinthum Mummius euerteret, tradũt. Iulius Capitol. Opera Gordiani Romę nullę extant, præter quędam nymphęa & balneas. Ioſephus ſcribit Herodem apud Aſcalonem conſtituiſſe nymphæa, id eſt, lacus & balneas.

Nymphæa, æ, νυμφαία, Herbæ genus eſt, in paludibus naſcens, & aquis ſtagnantibus, unde & nomen accepit, teſte Dioſcoride libro 3. capite 149. quòd ſcilicet aquoſis locis gaudeat. Alio etiam nomine Heracleon appellatur, quod nympha quædam Herculis amore capta, in hanc herbam feratur commutata. Eſt & altera nymphæ ſpecies, cuius flos Blephara dicitur, foliis ſuperiori ſimillimis, radice alba, ſcabra, flore luteo, nitente, & roſæ ſimillimi. Autor Dioſcorides libro tertio cap. quinquageſimo.

Nymphon, Nymphæa altera, apud Dioſc. lib. 3. cap. 150.

Nyſſa, hederæ genus, maximis inter nigras corymbis.

Nyſſa, νύσσα, Per geminum ſ, repagulum unde curſores mouentur, ἀπὸ τῆ νύσσειν, quod inter cætera ſignificat pungere: propterea quod illic inciperent equos calcaribus urgere. Itẽ ipſa meta, ἀπὸ τῆ νύειν, hoc eſt, ab inclinando: quod quum metã attigiſſent, ibi inclinarentur, & flecterentur. Hæc tamẽ uox, ut pleræq́ aliæ, quum in uſu Latinorum non ſit, in Græcolatinum Lexicon potius erat reiicienda.



Profertur rotundo ore, cõpoſito & decenti labiorum habitu, ſpiritu ictũ reddente circa oris extremitatem ſono quẽ magnificum habet, collecto in alteriori oris receſſu, cũ producitur. Si uerò corripitur, non ea eſt ſoni præſtantia. Auget tamen ſonum & minuit, iiſdem rationibus quibus dictum eſt de litera A. In fine dictionis eſt bitẽporea litera præterquam in datiuis & ablatiuis, in quibus longa eſt, & in dictione Ego: ubi corripitur, O uariis modis poſitum inuenitur. Aliquando aduerbium uocandi, ὦ. Teren. in Adelph O Cteſipho. C. ô Syre, Aeſchinus ubi eſt? Vergilius 1. Aeneid. O regina, nouam cui condere Iuppiter urbem, &c. Nonnunquam etiam interiectio eſt, uariis ſeruiẽs affectibus. Eſt enim aliquando admirandi, ὦ. Iuuenalis, O qualis facies, & quali digna tabella? Aliquando indignandi. Cic. in Catilin. O tẽpora, ô mores, ô paterni generis oblite, materni uix memor. Aliquando optati aduentus, aut repentẽ perculſi. Terẽtius. O ſalue ô Pamphile. Vergilius 4. Aeneidos, Adſisq́ ô placiduſ que ueni, Interdum eſt interiectio dolentis. Cicero O me miſerum, ô infelicem, ὦ τῆς δυσιχίας τῆς ἐμῆς. Exprimit nonnunquam exultantis affectum. Vergilius 3. Aeneidos, O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago. Terentius Adelphis, O frater, frater, quid ego te nunc laudem? Idem Andr. O factum bene, beaſti. Aliquando exclamantis. Terentius in Phormione, O audaciam etiam me ultrò accuſatum aduenit. Aliquando irridentis, Cicero de Amicitia, O præclaram ſapientiam, ſolem enim è mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollũt. Aliquando ponitur pro utinam. Verg. 2. Ecloga, O tantùm libeat mecum tibi ſordida rura, Atq́ humiles habitare caſas. Aliquando utrunq́ coniungimus: ita tamen, ut O præcedat, Vtinam ſequatur. Ouid. in Epiſt. Penelopes, O utinam tunc, quũ Lacedæmona claſſe petebat, Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Iungitur quoq́ ei particula Si: & dicimus Oſi, & eſt deſyderantis, idem ualens quod Vtinam. Verg. 11. Aeneid. Quanquam ô ſi ſolitæ quicquam uirtutis adeſſet, &c. Horat. O ſi urnam argenti fors quæ mihi monſtret. Tacetur quandoq́ ô, quum accuſatiuo iungitur. (nam & nominatiuo & uocatiuo iunctum legimus, ut patet ex ſuperioribus exemplis) ut apud Plin. Iuniorem, Hominem te patientẽ, ac potius durum, ac penè crudelem. Et (ſicut docet Donatus) maioris ſtuporis eſt hoc modo pronuntiatum & quandoq́ melius ſonat. Terent. in Eun. Hominem perditum, miſerumq́, & illum ſacrilegum. O A Q. In notis antiquorum omnis ad quos.

Oa taricha, ὠὰ τάριχα, Dicuntur mugilum oua, ſale condita. ὠὸν enim eſt, quod nos Ouum dicimus, interpoſita u, euphoniæ cauſa, τάριχον falſum dicitur: ταριχεύω, ſeruo, condio liquefacio, ſicco.

O B. In notis antiquorũ obriacum, uel orbẽ, uel obiter. O B. C. S. ob ciues ſeruatos. O B. M. E. ob merita eius, O B. M. P. E. C. ob merita pietatis & concordiæ. O B N. omnia bona.

Ob, Præpoſitio ſeparari & componi poteſt. Separata cauſalis coniunctionis locũ tenet, & ſignificat propter, διὰ, ἕνεκα. Vergil. lib. 11. Cuius ob auſpicium infauſtum, moreſq́ ſiniſtros, Terent. in And. Ego pretium ob ſtultitiam fero. Plaut. in Aſi. Itaq́ ob aſinos relatum pretium Saturiæ? Pretium ob ſtultitiam, uel ob aſinos, id eſt, pretiũ aſinorũ, uel ſtultitiæ: ait Donatus. Apud ueteres etiam pro Ad, ponebatur. Ennius apud Feſtum, Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. Cic. Papyrio Pæto, Cuius ob os Graii ora obuertebant ſua. Sic dicebãt Obire, pro adire: Obmoueo pro admoueo: Obiacent, pro adiacent, & complura hoc genus. Aliquando ponitur pro ante. Plautus in Mil. Nunc demum experior, ob oculos caliginem Prius mihi obtigiſſe. Ibidem, Qui lanam ob oculum habebat. Compoſita quandoq́ ſignificant contra, ἀντὶ, ut Oppugno, Obiicio. Quandoq́ circum: ut Obambulo, Obſideo. Quandoque ſuper, ſiue coram, ſiue obuiam: ut Obuenio. Quandoque Ad: ut Obeo. Dicimus enim, Iſte obiuit mortem, hoc eſt, iuit ad mortem. Componitur autem cum uerbis incipientibus ab a: ut Obaudio: cum c, ut Occumbo d, ut Obduco: e, ut Obeo: f, ut Offero: g, ut Oggannio: h, ut Obherbeſco: i, ut Obiicio: l, ut Oblitero: m, ut Obmuteſco: n, ut Obnitor: o, ut Oborior: p, ut Oppugno: q, ut Obquinisco: r, ut Obruo: ſ, ut Obſto: t, ut Obtineo: u, ut Obumbro. Sed quoties uocalibus iungitur, uel d, l, n, r, ſeruatur b, integra. Cum c, mutatur in b, c, præterquam in Obſcurus, & Obſcœnus: in quibus duobus b, ſeruatur, & s, additur poſt b. Cum aliis literis mutatur b, in ſequentem literam: ut Offero, Offendo, Opportunus, Oppono. Excipitur Omitto, qđ abiicit b, nam perpetuò apud poẽtas corripitur. Horatius de Arte, Pleraque differat, & præſens in tempus omittat. Obmuteſco ſeruat utranque compoſitionis partem integram. In Operio, & compoſitis Adoperio, & Cooperio abiicitur b. De r, litera ante diximus. In iis quæ à t, incipiunt, ſeruatur b, ut Obtrudo.

Obacero, as, penul. correp. autore Feſto, idem eſt quod obloqui, atque alterius ſermoni obſtrepere, παρενοχλέω. Sumptum uidetur ab acere frumenti purgamento, quod Græci uocant ἄχυρον.

Obacerbo, bas, Idem quod exacerbo, πικραίνω. Feſtus.

Obæratus, a, um, cum æ diphthongo, Dicitur qui ære accepto iam obligatus eſt, quaſi ære alieno aſtrictus, & debitor ad aliquid operandum, ὑποχρεωτὸς, κατάχρεως. Cæſar libro primo Comment. Omnes obæratos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit. Varro lib. tertio de Reruſt. cap. 17. Omnes agri colũtur hominib. ſeruis, aut liberis aut utriſque. Liberis, aut quum ipſi colunt, ut plerique pauperculi cum ſua progenie: aut mercenariis, cum conductitiis liberorum operis res maiores, ut uindemias ac fœniſecia, ad miniſtrant ii, quos obæratos noſtri uocitauerunt: & etiam nunc ſunt in Aſia atque in Aegypto, & in Illyrico complures.

Obãmbulo, as, n. p. Idem quod deambulo, ſiue huc illuc ambulo, περιπατῶ, Plautus in Captiuis, Item alii paraſiti frustrà ambulant in foro. Ouidius 2. Triſt. quum ſolus obambulet ipſe. Sæpe etiam idem quod circumeo, circumambulo & ſic ferè accuſatiuo iungitur, περιεναι τινος ὦ, περιέρχομαι. Ouid. 14. Metam. Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam. Vergil. lib. 3. Georg. datiuo iunxit, Non lupus inſidias explorat ouilia circum Nec gregibus nocturnus obambulat.

Vel Ser-

Vbi Seruius exponit Obambulat, pro, Insidiatur. Liu. 6. bel. Maced. Obambulare muris, ut facilè noscereturab Aetolis, cœpit. Aliquando accipitur pro unà iunctimq; ambulare. Sueton. in Tiberio. Et secretum petenti, non nisi adhibito Druso filio, dedit dextramq; obambulantis, ueluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit. Est item Obambulare, interprete Festo, aduersos alios ambulare, & quasi ambulanti se opponere.

Obaresco, Circunquaq; cresco, περιξηράνομαι.

Obaro, as, a. n. p. Circum aro, uel arando excolo, περιάρόω. Liuius 3. bel. Pun. Et quum hostes obarassent, quicquid herbi di terreni extra murum erat, raporum semen iniecerunt.

Obarmo, as, are, Idem quod armare, ὁπλίζω. Horat. 4. Carm. Ode 4. quibus Mos unde deductus per omne Tempus Amazonia securi Dextra obarmet, &c.

Obater, adiect. Quodammodo ater, & ueluti subater, ὑπομέλας. Plin. lib. 18. cap. 35. Nascens Luna si cornu superiore obatro surget.

Obaudio, is, n, q. A nonnullis usurpatur pro non audio, παρακούω, cuius tamen significationis nullum ideonum ex aliquo ueterum profertur testimoniũ. Olim Obaudio idem significabat quod hodie Obedio: quod & apertè docet Festus qui Obedio interpretatur per Obaudio. Nestor non contẽnendus Grammaticus autor est, Obedio dictum esse ab Obaudio, au in e, commutato. Vide Plura in uerbo Obedio.

Obba, æ, f. p. Poculi genus autore Nonio, uel ligneum, uel ex spartho, à uerbo Obbibo (ut quidam putant) appellatũ: quo uerbo etiam Cicero usus est pro simplici Bibo. Vel ut alii malunt, à Græco ὤβη, quod tribum, siue turbam significat, ὅτι τῇ τόρυ πίναρ ἐμ συμποσίοις ἐξεδίδοτο. Varro, in epist. ad Marullum, Vtrum meridie, an uesperi libentius ad obbã accedas. Persius Satyr. 5. Veientanumq; rubellum Exhalet uapida læsum pice sessilis obba.

Obbibo, is, n. t. pen. cor. Idem quod bibò, πίνω. Cic. 1. Tusc. Qui quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorũ uenenum ut sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit, ut id resonaret.

Obbruteo, tes, n. s. Obstupeo, quod uerbum ab adiectiuo Brutus, ortũ traxit, quod olim stupidum significabat, teste Festo, ἀνοιωθητῶ. Afranius, Non possum uerbum facere, obbrutui.

Obbrutesco, is, ere, n. t Brutum fieri, rationem amittere, ἄνοηΘ γίνομαι. Luc. lib. 3. An contracta suis è part. obbrutescat

Obcæco, as, uel ut alii scribunt, Occæco, a. p. Idem quod simplex Cæco, τυφλόω. Colum. lib. 4. Veluti ignorantiæ tenebris obcæcata, luce ueritatis caruit. Cic. ad Senat. Quod ego negotium non stultitia occæcatus, sed uerecundia deterritus recusaui. Accipitur & pro obscurare. Autor Carminis ad Pisonem, Aether terrificis obcæcat orationem. Obcæcare fossas in agro, pro obtegere. Col. libr 2. capit. 7. At ubi solutior humus est, aliquæ fiunt patẽtes, quædam etiam obcæcantur, ita ut in patentes ora hiãtia cæcarum competãt. id est, desuper teguntur.

Obdo, dis, a. t. Ex Ob, & Do, significat, ut inquit Festus, Oppono, ἐπιτίθημι. Terentius in Eunuch. Pessulum ostio obdo. Ponitur & pro claudo. Plaut. in Cas. Forem obdo, ne senex me opprimeret. Plin. libro sexto, capit. 11. Ab iis sunt portæ Caucasiæ, magno errore à multis Caspiæ dictæ, ingens naturæ opus, & montibus interruptæ repentè, ubi foras obditæ ferratis trabibus.

Obdormio, neu. q Idem quod dormio, κοιῶμαι, καθύδω. Plautus in Amphit. Sed quid ais? num obdormiuisti? Cic. 1. Tusculanarum de Endymione, Nescio quando in Latino obdormiuit: nondum, opinor, experrectus est. Obdormire crapulam, dixit Plaut. in Mostel. Vbi inquit, somnum sepiliui, omnemq; obdormini crapulam. Obdormisco. Cicer. 1. Tusc. Quid melius, quàm in mediis uitæ laborib. obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno? Suet. in Claud. capit. 8. Quoties post cibum obdormisceret (quod ei ferè accidebat) olearum ac palmularum ossibus incessebatur.

Obduco, is, act t. penul. prod. Operio, tego, ἐπισάγω, περικαλύπω, προβάλλομαι. Verg. in Moreto, Et cinis obductæ celabat lumina prunæ. Cicer. 2. de Nat. deor. Obducuntur libro, aut cortice trunci stirpium, quo sint à frigoribus & caloribus tutiores. Aliquando ponitur pro Detego, aperio Lucil. Vos interea lumen auferte, atque aulam obducite, id est, aperite, ut interpretatur Nonius. Aliquando pro adduco, admoneo, προσάγω. Nam ut suprà docuimus, Ob, in cõpositione idem ualet quod Ad. Plaut. in Pseud. Si hos expugno facilem ego hanc rem meis ciuibus faciam, Pòst ad oppidum hoc uetus continuò meum exercitum Protinus obducam. Aliquando pro Inducere ponitur. Plinius libro 22. cap. 25. Torporem autem obducit percusso loco. Cicero 4. Acad. Conatus est rebus tenebras obducere. Obducere frontem, est frontem cõtrahere, siue corrugare. Quint. lib. 10. cap. 3. Interrogauit quæ causa frontis tam obductæ. Obducere diem, dixit Cicero ad Atticum lib. 26. Nono, inquit, Calend. igitur ad Syriam: ibi tanquam domi meę scilicet: itaq; obduxi posterum diem, id est, consumpsi, siue circumilla loca duxi. Obducere callum dolori, est perpetua doloris assuefactione, res aduersas æquiore animo pati. Cicero 2. Tusc. Et ipse labor quasi callum obducit dolori. Tracta est metaphora ab ijs quorũ manus, pedesq; ex perpetuis laboribus callis obduruerunt. Illi enim ad ferendos labores magis sunt accommodati.

Obducto, as, act. p. frequẽtatiuum. Plautus Mercat. Measq; in ędes sic scorta obductarier.

Obductio, f. t. uerbale. Cic. pro C. Rab. Carnifex uerò, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit, &c. Obductio capitis, id est, obuolutio, inquit Budæus.

Obdulcesco, escis, m. t. Idem ferè quod Dulcesco simplex, hoc est, dulcis fio, γλυκαίνομαι.

Obdũrẽ, es, rui, n. s. A quo obduresco, durior fio, σκληρύνομαι. Cicero Cornif. Equidem sic iam obdurui, ut ludos Cæsaris nostris æquissimo animo uiderem, quod est quasi callum feci.

Obduresco, is, n. t. Idem quod Obdureo, σκληρύνομαι. Varro 3. de Re rust. cap. 14. Earum semẽ minutũ, ac testa molli, diuturnitate obduruescit. Per translationem accipitur pro eo q; est, longa doloris assuefactione res aduersas æquiore animo ferre. Cic. ad Attic. libro 10. Exanimauit omnes qui mecum erant: nam ipse obdurui. Iungitur aliquando accusatiuo cum præpositione Ad. Cicero ad Cælium lib. 2. Obduruit animus ad dolorem nouum. Et cum præpositione Contra. Cicero 1. Tusc. Obduruisseq; sese cõtra fortunam arbitrantur. Item ablatiuo cum prępositione In. Cic. 7. Verr. Iam uerò quum in ciusmodi patientia turpitudinis, aliena, non, sua, satietate obduruisset.

Obduro, as, act. p. pen. prod. Durum facio, πωρόω, σκληρόω. Horat. 2. Serm. Saty. 5. Persta, atq; obdura, &c. Catul. epigr. 8: ad seipsum. Destinatus obdura, &c.

Obedio, is, iui, itum, n. q. Obtẽpero, pareo, πείθομαι, ὑπακόω, Cicero 3. de Legibus. Nec uerò solùm ut obtemperent, obediantq; magistratibus, sed etiã ut illos colant diligantq; præcipimus. Sumitur & in deteriorem partem. Idem, Dum autem ipse dedecori ab turpitudini obedierit, non modò imperator omninò habendus non erit, &c. Interdum præter datiuum habet & accusatiuum, mediãte prępositione Ad. Cicero pro Cecinna, Si seruulis nostris hoc concesserimus, ut ad uerba nobis obediant, non ad id quod ex uerbis intelligi potest, obtemperent.

Obediens, entis, om. t. participium, ὑπακόων, πειθόμενος. Cic. 1. Offic. Appetitum rationi obedientem præbemus. Idem 3. Offic. Naturæ obediens homo, homini nocere non potest. Migrat interdum in nomen: unde Obedientior & Obedientissimus. Liuius lib. 5. tertij bel. Pun. Et ut imperijs uirorum nemo obediẽtior me uno fuerit, ita post mortem, &c. Plinius libro 16. cap. 43. Obedientissima quocunq; in opere fraxinus.

Obedientia, æ, f. p. Obsecundatio, ὑπακοή. Cic. 1. Offic. Relinquunt enim & abijciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ.

Obedienter, obsequẽter, πειθηνίως. Liu. 5. tertii bell. Pun. Obedienter curatum est. Idem 5. ab Vrbe, Collatum obedienter, missumq; ad exercitum est.

Obedo, dis, pen. cor. Cõsumo, quasi circumedo, περιτρώγω,

Obesus, a, um, Quod propriè (testibus Nonio & Gellio) accipitur pro gracili, & exili, & circunroso, macilentoq;. Næuius, Corpore pectoreq; undiq; obeso, ac meritò exeso, tardi ingenio senis. Aliquando tamen Obesus, teste Nonio, & Festo accipitur pro uberi & crasso, πίων, ut sit Obesus, quasi ob edendum factus. Vergil. lib. 3. Georg. Argutumq; canut, brevis aluus, obesaq; terga.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Obeſo, as, act. p. Impinguo, πιαίνω. Colum. lib. 8. cap. 7. Nõnulli tribus aquæ partibus uuam boni uini miſcent, madefactoq; triticeo pane, obeſant aues. De Gallinis.

Obeſitas, atis, f. t. Pinguedo, uel ipſe obeſorum ſtatus, ſiue habitus, πίότης. Colum. lib. 6. cap. 24. Ne eas ſteriles reddat nimia corporis obeſitas. Plin. lib. 8. cap. 32. In magna obeſitate. Sueton. in Domitiano, cap. 18. Poſtea caluitio quoq; deformis, & obeſitate uentris, & crurum gracilitate.

Obeliæ, f. p. ὀβελίαι. Panes erant Baccho ſacri, ita dicti, uel quòd obolo Alexãdriæ uenirent, uel quòd in ueru torrerentur. Vide Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 16.

Obelus, m. ſ. penultima cor. ὀβελός, Latinè dicitur Veru, ſiue Veruculum. A cuius ſimilitudine uirgula quædam, qua adulterina, aut etiam perperam ſcripta iugulamus, & cõfodimus, à Græcis ὀβελὸς, à noſtris etiam Veru dicitur: iacet autem ſic¯ Hac uſi ſunt Eccleſiaſtici interpretes, quoties denotare uolebant aliquid additum in translatione, quod in prototypis non haberetur. Hieron. ad Paul. Origenis ſtudium me prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis admiſcuit, aſteriſco, & obelo opus omne diſtinguens. Sic dictus, quòd obelo, id eſt, ueru ſit ſimilis, uel quia tanquam ueru ſuperflua iugulat, & confodit.

Obeliſcus, ſci, m. ſ. ὀβελίσκος, Diminutiuum ab Obelus, magis nomine quàm re: non enim eſt paruus obelus, ſed ſaxum ingens, in figuram metæ cuiuſdam, ſenſim à proceritate in excelſum conſurgens, paulatim gracileſcens, ſpecie quadrata, in uerticem productus anguſtum, manu læuigatus artificis. Viſuntur etiam hodie Romæ aliquot obeliſci, ea figura qua iam depinximus: unus in Vaticano ſuburbio iuxta ædem diui Petri, qui omni ex parte adhuc integer eſt: alter iuxta ædem Diui Rochi, in campo Martio. Sunt autem Pyramidibus longè minores, Solis numini ſacrati, ut ait Plinius libro 36. capite 8. propter quod ad radiorum ſimilitudinem fiebant.

Obeliſcolychnium, ὀβελισκολύχνιον, Inſtrumentum militare, ab uſu gemino, ſcilicet ueruculi, & lucernæ dictum. Eius meminit Ariſtot. lib. 4. de Partibus anim. & 4. Politic.

Obeo, obis, obii, obitum, act. q. idem quod adire, ἐφοδεύειν. Nam Ob pro Ad, quandoq; ponitur. Vnde Obire mortem, eſt adire mortem, τελευτᾶν τὸν βίον. Plaut. in Aul. Vbi is obijt mortem, qui mihi id aurum credidit. Obire morte, quoq; dicimus. Sueton. in Auguſt. Morte obijt repentina. Et ſine caſu. Similiter Obire diem dicimus, pro eo quod eſt mori, quaſi adire diem fati. Seru. Sulp. Cic. Nuntiatum eſt mihi Marcellum diem ſuum obijſſe. Pro eodem etiam dicimus Obire, abſolutè. Iuuenal. Satyra 6. Magnæ ciuis obit, & formidatus Othoni. Obire uadimonium, Eſt ire ad uadimonium, id eſt, ad diem ſe ſiſtere, ἀπαντᾶν πρὸς τὴν κυρίαν. Cicero pro Quintio, Vadimonium mihi non obijt quidam ſocius & affinis meus, &c. Vnde Obitum uadimonium Ibidem, Quia tibi hora uadimonium non ſit obitum, eadem te hora conſilium cepiſſe, &c. Aliquando diem obire, eſt ad ſtatutum diem ſe ſiſtere, & præſentem exhibere. Sueton. in Cæſare. Tamiſius adijcit, Craſſum diem cædi deſtinatum non obiiſſe. Aliquando exequi, ſiue ſuſcipere, ἐπιτελεῖν. ut Obeo legationem, id eſt, exequor munus, ſiue officium legationis. Obeo prouinciam, exequor, aut ſuſcipio officium prouinciale. Cicero pro lege Agraria, Qui rerum priuatarum cauſa legationes liberas obeunt. Liu. 1. ab Vrbe, Eum iura redditurum, obiturumq; alia regis munia eſſe. Ali quando pro peragere, ſiue perficere ponitur. Cicero ad Atticum lib. 8. Nec uerò hæc extrema quiſquam iure poteſt reprehendere, quod mare nõ tranſierim: id enim & ſi erat deliberationis, tamen obire non potui. Quandoque pro circundare. Vergil. 8. Aeneid. quem ſulua leonis Pellis obit totum. Obire, etiam aliquãdo eſt circuire, περιάμι. Vergilius 6. Aen. magnas obeuntia terras Tot maria intraui. Item Obire, obuiam ſe præbere, ἀπαντᾶν, unde Obitus pro occurſu. Terent. in Hecy. Antiquamq; adeò tuam uenuſtatem obtines, Vt uoluptati obitus ſermo, aduẽtus tuus, quocunque aduẽeris, Semper ſiet. Donatus, Obitus, occurſus, ὑπάντησις. Obiri, paſſ. Ouid. 1. Faſt. Hic ubi uirginea campus obitur aqua.

Obitus, a, um, pen. cor. partic. ab Obeo, is, cuius etiam retinet ſignificationem, τετελευτηκώς. Ouid. Morte obita quales fama eſt, uolitare figuras. Cic. pro Seſt. Nec uerò illorum quiſquam, quos à maioribus noſtris morte obita poſitos in illo loco, atq; in roſtris collocatos uidetis.

Obitus, us, m. q. nomen, Modò mortem, ſiue interitum ſignificat, τελευτή. Cic. ad Attic. Quũ de obitu fratris literas accepiſſem. Modò occaſum, δύσις. Verg. lib 1. Georg. Nec fruſtrà ſiguorũ obitus ſpeculamur, & ortus. Modò aduentũ, ἀπάντησις. Turpilius, Et quis eſt qui interrumpit ſermonẽ meũ obitu ſuo? Aliquando idem quod occurſus. Vide Obeo.

Obĕquĭto, as, act. p. Circumequito, παραλαυνω, κατιππεύω. Liuius lib. 2. Veiens hoſtis, Hetruſciq; eo magis properè agere, laceſſere ad pugnam primò, obequitando caſtris, prouocandoq;. Curt. lib. 3. Alexander ante prima ſigna ibat: quũq; agmẽ obequitaret, uaria oratione, ut cuiuſq; animo aptum erat, milites alloquebatur.

Obĕrro, ras, n. p. Circum erro, περιροσῶ. Plin. lib. 17. cap. 19. In ſumma tellure oberrant. Idem lib. 29. cap. 4. de muſtela. Hæc autem quæ in domibus oberrat. Oberrare eadẽ chorda, dicuntur citharœdi, qui eodẽ, inuariatoq; cantu faſtidiũ mouent auditoribus. Horat. in Arte, & citharœdus Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadẽ. Perſius, Oberro, pro Circumuolo poſuit, quum dixit, Dines erat Curibus, quãtum non miluus oberret.

Obeſco, as, act. p. Ab Eſca, cõpoſitionẽ habet, quaſi eſca farcio, πιαίνω. Col. lib. 8. cap. 7. Nõnulli tribus aquæ partib. uuam boni uini miſcẽt, madefactoq; triticeo pane obeſcant aues, quæ prima luna (quoniã id quoq; cuſtodiendũ eſt) ſaginari cœpтq, uigeſima pergliſcũt. Alij ibi legũt Obeſant, uide Obeſo. Inceſco, ἐνιπάω, eſt obiecta eſca aues, uel aliud quiduis in prædã allicio: unde per translationem accipitur pro eo quod eſt, oſtenſa ſpe utilitatis decipio. Vide ſuo loco.

Obeſus, uide Obeſo.

Obex, cis, ab Obiicio, Significat cuiuſcunq; rei obiectionẽ, ſiue obſtaculum, ἐμπόδιον. Genitiuum facit Obicis. Poëtæ tamen, ut priorem, quæ natura breuis eſt, producant, ſcribunt Objcis, geminato i. Fuit olim hoc nomen dubij generis, hodie tantùm maſculini. Vergilius lib. 10. fœminino genere uſus eſt, Ecce maris magna claudit nos obijce pontus. Hinc etiam Peſſulum ſeræ in oſtio, Obicem appellamus, au thore Feſto, μοχλός, κλεῖθρον. Plautus in Merc. Tibi deniq; iſte lætitiam pariet obex.

Obfirmo, mas, mare. act. p. Firmum propoſitum in animo habeo, & quaſi obſtinatè in re aliqua perſiſto, διαβεβαίωμαι. Terẽtius in Heaut. Age quæſo, ne tam obfirmes te Chreme. Plaut. in Merc. Amens amansq; ut animum obfirmo meum. Terentius in Hecyra, Certum obfirmare eſt uiam me, quam decreui perſequi. Vbi Donatus Obfirmare uiam, aduerſus omnia obſtinatè agere,

Obfirmatus, nomen ex participio. Cic. ad Attic. lib. 1. Incredibile eſt quanto mihi uideatur illius uoluntas obſtinatior, & in iracundia obfirmatior.

Obfirmatè, aduerbium, Pertinaciter. Suetonius in Tiberio capite 21. Ad capeſſendam rem perurgebant, quanquam obfirmatè reſiſtentem

Obgannio, ἀνθυπάγω. Vide Gannio, & Oggannio.

Obhæreo, es, προσκολλῶμαι. Sueton. in Nerone, Cõſurgenti ei primùm lacinia obhæſit.

Obherbeſco, beſcis, Herbis obducor, ex Ob, & Herbeſco. Herbeſcere uerò, eſt herbam fieri. Cic. in Cat. Et elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem, quæ nixis fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit. Feſtus, Obherbeſcere, herbam increſcere.

Obiăcĕõ, ces, n. ſ. pen. corr. Circum, aut contrà iaceo, ſiue obſto, ἀντίκειμαι. Col. lib. 2. cap. 4. Sed uaſtos ceſpites conuellit, quibus obiacẽtibus, impeditum aruum minus rectè poteſt iterari. Liuius lib. 9. ab Vrbe, Quum ad alias anguſtias protinus pergerent, ſeptas deiectu arborum, ſaxorumq; ingentium, obiacente mole inuenere, id eſt, contrà iacente. Stat. 4. Theb. uarum qua cõſcius amnis Gorgonio percuſſus equo, qualq; obiacet alto Iſthmos.

Obĭjcio, is, act. t. penultima correpta, Antè iacio, antè pono, porrigo, offero. παραβάλλω. προτείνω. Columella, libro 7. Tenerrimam quanque frondem, aut pampinos uitis obijci, id eſt, apponi, uel anteponi. Plautus in Curcul. Flos ueteris uini meis naribus obiectus, id eſt, oblatus. Terent. in Heaut. Vt hanc lætitiam nec inopinanti prius obijcerem ei domi, id eſt, offerrem, & in eum effunderem. Aliquando contrà iacere, Obſtaculum opponere, προβάλλειν. Cic. pro Fonteio, Propugnaculum hoſtibus oppoſitũ, & obiectum. Obijcere ſe, uel caput ſuum periculis, idem eſt quod expo nere. In qua ſignificatione uariam habet conſtructionem, ut facilè

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ut facilè erit uidere in exemplis quæ iam ſubiungemus. Cicero ad Torquatum, Ad omnes caſus periculorum obiecti ſumus. Idem pro Archia, Obijcere ſe in impetus hominum quotidianos. Idem pro Domo ſua, Obieci meum caput pro ueſtris cæremonijs. Aliquando infero. Plautus in Amphit. Qui multa Thebano populo acerba obiecit funera. Aliquando repentè oſtendo, Claudianus, Extemplò ſeſe medijs obiecit in aruis. Obiicere alicui mentem, Eſt in mentem inducere. Liuius 1. ab Vrbe, Reſpondit, profectò iratos deos Veienti populo illo die fuiſſe, quo ſibi eam mentē obieciſſent, ut excidium patriæ fatale proderet. Obijcere moram, Eſt retardare. Plautus in Trinum. Sed fores hæ ſonitu ſuo mihi moram obijciunt incommodè. Ponitur quandoque pro exprobrare, ἀνοφέρειν, ἀνειδίζειν. Plautus in Milit. Me tibi iſtuc ætatis homini facinora puerilia Obijcere, neque te decora, neque tuis uirtutibus. Cicero 6. Verrin. Non tibi obijcio, quòd hominem digniſſimum tuis moribus ſpoliaſti. In hac ſignificatione iungitur interdum duobus datiuis. Plin. lib. 34. cap. 3. Camillo enim crimini obiecit Sp. Caruilius Quæſtor, quòd ærata oſtia haberet in domo. Crimini (inquit) obiecit, hoc eſt, crimini dedit. Interdum præter datiuum, ablatiuum cum prepoſitione De. Brutus ad Antonium libro 11. Epiſt. Cic. Te miramur, quum hęc reticueris non potuiſſe continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæſaris obijceres. Et cū prepoſitione In. Cic. pro Cluen. Doce, in illorum iudicijs quid præter hoc uenenum Oppianici, non modò in criminis, ſed in maledicti loco ſit obiectum. Obijcere ut probrum. Cic. 1. Tuſc. Honorem tamen huic generi non fuiſſe declarat Oratio Cat. in qua obiecit ut probrum M. Fuluio nobiliori, quòd is Poëtas in prouinciam duxiſſet.

Obiectus, cta, ctum, participium, idem ſignificans quod oppoſitus, ἀντικείμενος. Cicero pro Fonteio, Propugnaculū hoſtibus oppoſitum & obiectum. Obiectæ uallo munitiones, apud Liuium libro 5. ab Vrbe. Interdū idem eſt quod oblatus, Cic. 2. de Finibus. Obiecta ſpecie uoluptatis, Idem 1. Acad. Vt ſi qui tremerent obiecta terribili re. Obiectus ad omnes caſus periculorum, Cic. Torquato. Obiectus aliquando idem eſt quod exprobratus, improperatus. Cic. pro Cluentio, Crimen obiectum non confiteri.

Obiectus, ctus, m. q. nomen, Significat oppoſitionem, ſiue obiectionem, προβολή, Plin. lib. 2. cap. 10. Obiectu terræ Lunam occultari. Vergilius 1. Aeneid. inſula portum Efficit obiectu laterum.

Obiectum, cti, n. ſ. Philoſophi uſurpabant pro eo quod peculiariter à ſenſu aliquo percipitur, τὸ ὑποκείμενον. unde Colorem uiſus obiectum uocant, ſonum auditus, odorem olfactus, ſaporem guſtus, & corpus ſenſibile tactus.

Obiecto, tas, a. p. Frequenter obijcio, oppono, imputo, exprobro, ὀνειδίζω, ἐγκαλέω. Cic. Salluſt. Qui falſum crimen bonis obiectat. Plautus in Trinummo, Ne omnino inopiam ciues obiectare poſſint tibi. Hinc Obiectatio, exprobratio, ὀνειδισμός. Cæſar 3. bel. Ciuil. Idq; id eſſe cum ex aliorum obiectationibus, tum etiam ex domeſtico iudicio. Interdum ponitur pro expono, παραβάλλομαι. Vergil. lib. 4. Et corpora bello obiectant. Item Obiectaculum pro obice, & clauſtro, ut ait Budęus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 17 In Baiano autem tanta ardebat cura, ut architecto permiſerit, ut ſuam pecuniam conſumeret, dummodo perduceret ſpecus è piſcinis in mare, obiectaculo, quo æſtus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire, ac redire rurſus in mare poſſet.

Obĭtĕr, pen. corr. aduerbium ex Ob & Iter, compoſitum ſignificat incidenter, hoc eſt, præter propoſitum, quaſi in itinere occurrens, aut quaſi periter, & in tranſitu, ὁδῷ πάρεργον, ἐν παρόδῳ. Plinius in Prolog. lib. 11. Vt obiter cauſam iſtos Homeromaſtigas. Et lib. 19. cap. 10. Maior pars Italiæ ruido utitur pilo, rotis etiam quas aqua uerſet obiter, & molat. Idem lib. 11. cap. 37. Cuius anguſtiæ non ſinūt uagari incertam aciem. & uelut canali dirigunt, obiterq; incidentia facilè declinant. Iuuenal. Satyra 3. Atq; obiter leget, aut ſcribet, uel dormiet intus, Id eſt, interim,

Obĭnānĭs, & hoc ane, Idem quod inanis, & uacuus, niſi quòd aliquid auget compoſitio, κενός. Varro 3. de Re ruſt. cap. 4. In his ijdem aiunt, quum ad lumen ſuſtulerit, quod perluceat id eſſe obinane. Docet quomodo cognoſcas an plena ſint oua, an inania, ſeu uacua.

Obĭrātŭs, adiectiuum, Idem quod iratus. Liu. 1. ab Vrbe, fortunæ, ut fit, obirati, cultum reliquerant deûm.

Obiūrgo, as. a p. Arguo, reprehendo, incuſo, increpo, ἐπιτιμάω. Terent. in And. Nam ſi illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit, Quid facias illi qui dederit damnum, aut malū? Iungitur aliquando ablatiuo cum præpoſitione A. Plaut. in Trin. Sed tu obiurgans me à peccatis, rapis deteriorem in uiam. Interdum cum præpoſitione De. Cic. ad Attic. lib. 2. Quòd me quodam modo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgat, nolim ita exiſtimes, &c. Aliquando ponitur pro exprobrare. Quintil. lib. 6. cap. 4. Cicero obiurgantibus, quòd ſexagenarius Popiliam uirginem duxiſſet: Cras mulier erit, inquit. Transfertur obiurgare, ad alia. Cicero ad Quint. Frat. libro Epiſt. 3. Ea uilla, quæ nunc eſt, tanquàm philoſophia uidetur eſſe, quæ obiurget cæterarū uillarum inſaniam.

Obiurgito, frequētatiuum. Plautus in Trinum. Rogitas, tēne obiurgitem?

Obiurgatio, uerbale, Id eſt, poſt turpe factū caſtigatio, authore Feſto, ἐπιτίμησις. Cicero de Amicitia, Deinde ut obiurgatio contumelia careat.

Obiurgator, m. t. aliud uerbale, Qui alterum obiurgat, ἐπιτιμητής. Cic pro lege agr. Nam attendite quantas conceſſiones agrorū hic noſter obiurgator uno uerbo facere conetur.

Obiurgatorius, adiectiuū, Quod ad obiurgationem pertinet, ἐπιτιμητικός. Cic. ad Attic. lib. 13. Vnà cum illius obiurgatoria tibi meam quoq;, quam ad eum reſcripſeram, miſi.

Obiūro, ras, a p. pen. prod. Iureiuraudo aſtringo, ὀμόω, inquit Feſtus, citans locum ex antiqua quapiam fabula cui titulus erat Penteſilæa, Formidabant obiurare. Cic. pro Cælio, Fuit in hac cauſa pertriſtis quidam, patruus, cenſor, magiſter: obiurauit M. Cælium, ſic neminem unquam parens. Ita enim legit Calepinus, ſed corruptè. Ibi enim Obiurgauit legendum eſt non Obiurauit.

Oblædo, Idem quod lædo, βλάπτω Plaut. in Caſ. Ne oblædis manum, hoc eſt, ne obleſeris.

Oblamenia, Vitis nigra apud Dioſc. lib 4. cap. 195.

Oblangueo, es, Idem quod langueo, καταπονοῦμαι, παραλύω, Cic. ad Tironem, Literulæ meæ, ſiue noſtræ, tui deſyderio oblanguerunt.

Oblatro, as, n. p. Circum aut contra latrare, περιαυλακτέω. Et propriè eſt canum: quanquam etiam per translationem pro Obloqui, ſiue obtrectare accipitur, καταλαλέω. ut apud Silium lib. 8. Hinc auctus opes largusq; rapinæ, Intima dum uulgi fouet, oblatratq; ſenatum

Oblatrator, oris, & Oblatratrix, cis, uerbalia. Plaut. Milit. Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

Oblationes, Propriè dicuntur, quæ diis offeruntur, προφοραὶ, ἀναθέματα. Veteres Offerrumēta dicebant, teſte Feſto. Vide Offero.

Oblecto, as, a, p. Significat recreare, ψυχαγωγέω, ἄγω, κηλέω. Plaut. Aſin. Oblectabo interea illum. Terent. in Phor. Habebis quæ tuam ſenectutē oblectent. Plaut. Pœn. Amabò, num hi falsò oblectant gaudio nos? Horat. de Arte, Interdum ſpecioſa iocis, moratq; rectè, Fabula nullius ueneris, ſine pondere, & arte, Validius oblectat populum, meliusq; moratur, Quàm, &c. Oblectare ſe, Eſt animum paſcere, & recreare. Terent. Hecy. Dic mihi Philoris, ubi te oblectaſti tam diu? Habet autem Oblecto interdum cum accuſatiuo ablatiuū cum præpoſitione Cum. Cic. ad Q. Frat. Oblecta te cum Cicerone noſtro quam belliſſimè. Terent. in Adelph. Bono animo eſto, tu cum illa te intus oblecta interim. Habet & ablatiuum poſt accuſatiuum, cumq; ſine præpoſitione. Cic. de Senect. Num igitur horum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe agricolatione oblectabant? Terēt. in Eunu. Me ſperes, me te oblectes, mecum tota ſis. Oblectare otium temporis, eſt tempus otioſum & uacuum à rebus ſerijs traducere in uoluptatem. Plin. Epiſt. 79. Inter cœnam oblectamus otium temporis, his iocamur, ludimus, amamus. Oblector hac re, paſſiuè. Cic. ad Cælium lib. 2. In communibus miſerijs, hac tamen oblectamur ſpecula. Idem pro Muræna, Ludis tamen oblectamur, & ducimur.

Oblector, aris, deponens, Idem quod oblecto. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Ego me in Cumano, & Pompeiano, præter quàm quòd ſine te, cæterum ſatis commodè oblectabar.

Oblectatio, onis, fœm. t Delectatio, τέρψις. Cicero 4. Acad. Indagatio ipſa rerum cum maximarum, tum etiam occultiſſimarum habet oblectationem. Idem 1. Acad. Doloris medicinam à philoſophia peto, & otij oblectationem hanc honeſtiſſimam puto.

Oblecta-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Oblectamẽtum, ti, n.s. Idem Cic. de Senect. Satiari delectatione non possum, ut meæ senectutis requietem oblectamentumq́ noscatis. Tacit. lib. 14. Nec deerant, qui uoce, uultuq́ tristi, inter oblectamenta regia spectari cuperent.

Oblectamen, inis, n.t. Idem quod oblectamentum. Stat. lib. 3. Sil. Nec desunt uariæ circum oblectamina uitæ.

Oblido, dis, pen. prod. ex Ob, & Lædo, significat lædo, suffoco, neco, λωβάομαι, περικόπτω. Colum. lib. 7. cap. 3. Ne angustiæ fœtus oblidãt. Tacit. lib. 5. Exin oblisos faucibus, id ætatis corpora in Gemonias abiecta.

Obligo, gas, a. p. pen. cor. Circunligo, ὑποδέω. Colum. lib. 6. cap. 28. Siue ut fœmina, siue ut masculus concipiatur, nostri arbitrij fore Democritus affirmat, qui præcepit ut quũ progenerare masculum uelimus, sinistrum testiculum admissarij lineo funiculo, alioũe quolibet obligemus: quum fœminam, dextrum. Curt. Ne obligato quidem uulnere, haud segnius, destinata exequitur. Col. lib. 11. cap. 2. Bonus operarius prati iugerũ desecat, nec minus mille ducentos manipulos unus obligat, qui sunt singuli quaternarũ librarum. Per translationem Obligare est, deuincire beneficijs, seu debito rem suum reddere ἀναγράφω. Cic. Aulo Trebo. Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus nihil eram. Idem ad Quint. Fratrem lib. 3. Scaurum beneficio defensionis ual de obligaui. Idem 4. in Catil. Hostes alienigenæ aut oppressi seruiunt, aut recepi beneficio se obligatos putãt. Plin. Epist. 69. Obligabis me, obligabis Caluisium nostrum, obligabis ipsum non minus idoneum debitorẽ, quàm nos putas. Obligare se furti, hoc est, furti crimen incurrere. Gellius libro 7. cap. 15. Quod cui seruandum datum est, si id usus est, siue quod utendum acceperit, ad aliã rem atq́ accepit, usus est, furti se obligauit.

Obligatio, onis, f. t. Cic. ad Brutum, Est autem grauior & dissilicior animi & sententiæ, maximis præsertim in rebus, pro altero, quàm pecuniæ obligatio.

Obligans, & obligatus, Participia. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 4: Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium obligatorumq́ animi certent. Dapem obligatam redde Iouli, id est, promissam ac debitam, Horat. 2. Carm. Ode 7. Differunt tamen secundum Asconium, Obligatus & Districtus, quoniã Obligatus etiam nodis uinculorum duci potest: Districtus manu tantùm & sine uinculis.

Obligũrio, obliguris, n. q. penultima producta, Multa aui dè consumo, & suauitate ex eduliorum consumptione capio, λιχνίω. unde etiam pro patrimonium profundere sumitur. Cicero in Catil. Orat. 2. Nihil cogitant nisi cædes, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt.

Oblimo, as, a. p. pen. prod. ex Ob, & Limus componi uidetur, & significat Limo obduco, siue limo repleo, περιπλάττω. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Nilus Aegyptum irrigat, & quum tota æstate obrutam, oppletamq́ tenuerit, tum recedit, mollitosq́ & oblimatos agros ad serendũ relinquit. Verg. lib. 3. Georgic. & sulcos oblimit inertes. Per trãslationem Claudianus lib. 3. pro obcæcare, seu obtundere, uel inquinare posuit, sed quod disuasor honesti Luxus, & humanas oblimat copia mentes. Est & Oblimo, A limo, limas, compositũ, quo Horatius libro 1. Serm. Satyr. 3. usus est pro consumere. περιχρίω. Rem (inquit) patris oblimare malum est.

Oblĭnio, nis, act. q. Circum linio. Columella libro 5. capite 9. Sed oportebit talearum capita, & imas partes misto fimo cum cinere oblinire.

Oblĭno, is, a, t. penult. corr. Circum lino, περιχρίω. Columel. lib. 5. cap. 10. Ita cacumina arboris summa obleuimus. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 8. Qui ita decipiuntur, quum se obleuerint uisco. Sallust. in Iugurth. Simul gladium sanguine oblitum ostentans.

Oblitus, pen. cor. Ab Oblino est quasi circunlitus, & circumquaq́ fœdatus, περικεχρισμένος. Tibul. Oblitus & musto feriat pede rusticus uuas. Oblitus stultitia atq́ inhumanitate, dixit Cicero 5. in Verrem, Et ad Papyrium Epist. lib. 9. Facetiq́ oblitæ Latio, id est, aspersæ. Idem 7. Verr. Vt nõ cera, sed cœno obliti esse uideantur.

Obliquus, a, um, adiect. pen. prod. Non rectus, κάμπυλος, κυρτός. Ouid. 2. Metam. Illa deam obliquo fugientem lumine cernens Murmura parua dedit. Idem 4. Nec obliquo dente timendus aper. Idem 1. Amorum, Eleg. 6. aditu fac ianua paruo Obliquum capiat semi adaperta latus. Plinius lib. 9. cap. 29. de cancris loquens, Natura obliqui in caput, id est, transuersi, non recti.

Obliquitas, καμπυλότης, Plin. lib. 3. cap. 5. Ni talis obliquitas in latus digredi uideretur.

Obliquè, aduerbium, Cui cõtrarium est rectè. Cato cap. 41. Vitis utriusq́ latus alterum prædito obliquè.

Obliquo, as, a. p. Curuum facio, κυρτόω. Plin. lib. 6. cap. 13. Ac ubi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornib.

Obliſa nox, id est, apocope uocis, quasi intercisionem & interruptionem dixeris.

Oblĭtĕrõ, es, a. p. Abrado, aboleo, obscurũ facio, deleo, uel in obliuionem duco, περιγράφω, καταξύω, ἀπαλείφω. Cic. ad Senatum post reditũ, Publici in me beneficij memoria priuatam offensionem obliterauit. Lactant. lib. 6. Ergo idem Dominus ac parens indulgentissimus, remissurum se pœnitentibus peccata promittit, & obliteraturum omnes iniquitates eius, qui iustitiã denuo cœperit operari. Catul. Argon. Hæc uigeant mãdata, nec ulla obliteret ætas. Liu. 6. bell. Pun. Aduersæ pugnæ in Hispaniæ nullius in animo quàm meo, minus obliterari possunt. Idem. 1. bel. Pun. Nondũ obliterata memoria superioris belli. Fit autem Oblitero (ut quidam putant) à Littus, quòd ibi notata à fluctibus æquari, & tolli soleant. Alij à uerbo Obliuiscor deduci malũt, cuius supinum est oblitum: propterea quod nihil aliud sit Obliterare, quàm æternæ obliuioni tradere. Alij ab Oblinendo, hoc est, inducendo, siue delendo profectum uolunt. Alij à literis dici putant, ut sit Obliterare quasi à literarum monumentis eradere.

Oblĭtescо, is, n. t. ab Obliteo inusitato uerbo, Abscondor, siue deliteſco, λανθάνω. Varro 1. de Re rust. cap. 51. Ne æstu rimosa, in rimis grana oblitescant, & recipiant aquam.

Oblĭtus, Vide Oblino, & Obliuiscor.

Obliuiſcor, d. t. Memoriam rei alicuius amitto, ἐπιλανθάνομαι. Verbum est deponens, quamuis aliquando passiuè sumatur. Vergilius 6. Eclog. Nũc oblita mihi tot carmina, proà me. Construitur autem cum accusatiuo. Plautus in Cas. Non sum ego oblitus officiũ meum. Vergil. 2. Aeneid. Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios. Sæpius cum genitiuo. Cic. 2. Verr. Quæ te obliuiscì laudis domesticæ non sinãt. Idem pro Planc. Memini enim, memini, nec unquam obliuiscar noctis illius.

Oblitus, a, um, penultima producta, participium ab obliniscor, ἐπιλελησμένος. Ouidius primo de ponto, Oblitus moris patrij. Vergilius quinto Aeneid. Oblitus decorisq́ sui sociũmq́ salutis.

Obliuio, onis, f. t. Est memoriæ defectus, siue imbecillitas, μνημονικὴ λήθη. Plinius libro 13. capite 17. de loto arbore, Tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiam genti terræq́ dederit nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Venustè dicimus, Huius rei capit me obliuio. Hanc rem obliuione contero, obliuioni do, obliuione deleo, obliuione obruo, Res hæc in obliuione diu iacuit, Hanc rem nulla obscurabit obliuio, Huius rei obliuio mihi subrepit, Hæc res uenit in obliuionem, Hanc rem obliuione uindicabo. quorum locutionum exempla nulli legenti receptos authores non erunt obuia.

Obliuiosus, a, um, Dicitur is qui citò obliuiscitur, ἐπιλησμονικός. Cic. 1. de Inuent. Acutus, an hebetior: memor, an obliuiosus. Idem de Senect. Nam quos ait Cæcilius comicus stultos senes, hoc significat, credulos, obliuiosos, dissolutos.

Obliuium, uij, n. s. Idem quod obliuio: sed in numero singulari non utimur, λησμονὴ, λήθη. Horat. in Serm. Ducere sollicitæ iucunda obliuia uitæ. Vergilius 6. Aeneidos, Securos latices & longa obliuia ponunt. Cepere te obliuia nostri, Ouidius 2. Trist.

Obloco, as, a. p. pen. corr. Est idem quod simplex Locare, μισθαρνέω. Iustinus, Quum operam oblocare ad puteos exhauriendos solitus esset.

Oblongus, a, um, adiectiuum, Idem quod longus significat, nisi quid addat præpositio. μακρὸς. Plinius libro 37. capite 12. Figura oblonga maximè probatur. Idem libro 10. capite 51. Quæ longa sint oua, gratioris saporis putat Horatius Flaccus.

Obloquor, d. t. Obturbo, obstrepo, sermonem alicuius interpello, παρενοχλέω. Cic. Quinto Fratri libro 2. Tu uerò ut me & appelles, & interpelles, & obloquare & colloquare uelim. Idem pro Cluentio, Vocat me iamdudum tacita uestra expectatio, quæ mihi obloqui uidetur. Vergilius pro Accinere posuit libro 6. Aeneid. Necnon Threicius longa cum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cum ueſte ſacerdos Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum. Interdum idem eſt quod detracto, Maledico, καταλαλέω. Liu.1.ab Vrbe,Notatos quoq; qui ferociſsimè obloquuti erant, ſingulos manu corripuit.Plaut.in Curc. Lenonis hæ ſunt ædes, P A. malè iſtis eueniat.P H. Qui? Pa. quia ſceleſtam ſeruitutem ſeruiũt.P H. Obloquere.P A. fiat maximè.P H. etiam taces? P A. Nempe obloqui me iuſſeras.

Obloquutores, Maledici, detractatores, κατάλαλοι. Plautus in Milit. Obloquutor non ſum alteri.

Obluctor, aris, Contrà luctor, aut uehementius contra aliquid nitor, ἀντιπαλαίω. Colum.lib.7. Quum in proſcindendo aut duriori ſolo, aut obuiæ radici obluctatus, conuellit animos.

Obludo, dis, penultima producta, Ludo, uel cum aliquo ludo, παίζω, συμπαίζω. Plautus in Trucul. Quum uident quẽpiam ſe adſeruare, obludunt, quò cuſtodem Oblectent per ioculum & ludum.

Obmanens, pro diu manens, ut Permanens. Feſtus.

Obmolior, liris, dep q Facta mole obſtruo, uel molem obiicio, προβάσω, ἐπιβύω. Liuius libro 7 bel. Maced Sed undique omnes ad munienda, & obmolienda, quæ ruinis ſtrata erãt, concurrerunt, id eſt, obſtruenda oppoſitis molibus. Curtius lib.6. Arborum truncos & ſaxa obmoliuntur.

Obmoneo, nes, pro Admonere apud antiquos dicebatur, autore Feſto, παραινέω.

Obmurmuro, ras, contrà murmuro, παρφυρίζω, Ouid. Epiſt.17. Vana peto, precibusq; meis obmurmurat ipſe.

Obmureſco, is, n.t. Quaſi mutus fio, κωφῶμαι. Cic.2. de Finib. Sed quia tale ſit, ut uel ſi ignorent id homines, uel ſi obmutuiſſent, ſua tamen pulchritudine eſſet, ſpecieq; laudabile. Idem 2. de Orat. Ego uerò inquit Craſſus, neq; Antonium uerbum facere patiar, & ipſe obmuteſcam, niſi prius à uobis impetraro, &c. Verg.6. Aeneid. Dixit, preſſoq; obmutuit ore. Ponitur aliquando pro Non eſſe in uſu. Plin.lib.33. ca. 13. Lydium Sardibus emebatur, quod nunc obmutuit.

Obnato. as, uide Nato, as, in No, nas.

Obnecto, is, eſt, autore Feſto, obligo, uerbũ maximè in nuptiis frequens.

Obniger, adiect. Idem quod niger, uel ſubniger: aut, ut quidam uolunt, admodum niger. Plin.libro 8. cap.23. Radicib. multis & obnigris.

Obnitor, eris, obniti, penul prod. dep. t. Contrà nitor, obluctor, ἀντερείδω, ἀνθίσαμαι. Verg.3. Georgic. Verſaq; in obnixos urgentur cornua uaſto Cum gemitu. Cicer. pro Milone, At non P. Clodio mortuo uſitatis iam rebus obnitendum eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam.

Obnixè, aduerb. Quod ſignificat cum conatu, inſtanter, totis uiribus, διατεταμένως. Terent. And. Pedibus manibusq; obnixè omnia facturum.

Obnoxius, a, um, ex Ob, & Noxius componitur, ὑπόδικος, ἐνοχος. Noxius autem à Noxia, aut Noxa deriuatur, quæ à nocendo originem trahunt. Apud antiquos Noxia (ut Feſtus ait) pro damno capiebatur, apud Poëtas pro culpa: Noxa uerò pro peccato, aut peccati pœna, quæ omnia complectitur Noxius. Nam qui noxius eſt, damnum ſibi plerunque, & aliis, culpam uerò ſibi infert, poſtremoque peccati pœnam. Vnde Obnoxius, id eſt, noxiæ; ſiue noxa circundatus, uel quaſi ob noxiam, ſiue noxam notatus, & pœnæ addictus, κατάδικος, κατάκριτος. Propriè enim Obnoxius dicitur (ut inquit Feſtus) qui pœnæ obligatus eſt ob delictum, utputa ſi quis morbis obnoxius, ob nimiam cibi intemperantiam: aut ſi mulier, ob ſtupri cum aliquo uiro conſuetudinem illi obnoxia ſit. Accipitur tamen etiam generalius, ut Obnoxius dicatur, qui quouis modo eſt obligatus, ſeu ſubiectus. Terentius in Hecy. Tum uxori obnoxius ſum, ita me olim ſuo ingenio pertulit, hoc eſt, uxori propter eius erga me beneficia obligatus ſum. Obnoxium etiam aliquando dicitur, quod noxæ, hoc eſt, damno eſt expoſitum. Plinius de Viris illuſtribus, Illa uirgines, puerosque elegit, quorum ætatem iniuriæ obnoxiam ſciebat. Sic etiam dicimus arbores, uel regiones uentis, uel tempeſtatibus eſſe obnoxias, hoc eſt, expoſitas, & (ut ita dicam) ſubiectas. Columell. libr.4. cap.17. Rurſus exilis terra, & accliuis, torrensq; æſtu, uel quæ uehementius procellis obnoxia eſt, humilius iugum poſcit. Eſt præterea, quando Obnoxius accipitur pro obediente, & morigero. Salluſt. in Catil. Eratq; ei cũ Fuluia nobili muliere uetus cõſuetudo, cui i cũ minus gratus eſſet, quia præ inopia min⁹ largiri poterat, repẽte glorians, maria montesq; polliceri cœpit, & minari interdum ferro, niſi ſibi obnòxia foret, id eſt, morem gereret. Interdum Obnoxius ponitur pro noxio, & ſic obnoxius & Innoxius ſunt contraria. Ennius, Sed uirum uera uirtute uiuere animatum addecet fortiter, eumq; innoxium uocare aduerſus aduerſarios: ea libertas eſt, qui pectus purum & firmũ geſtitat: aliæ res obnoxiæ noctè in obſcura latent. Obnoxium ingeniũ, id eſt, illiberale & degener, dicitur à Plinio in Præfatione lib. 9. Obnoxij profectò animi, atq; infelicis ingenij eſt, deprehendi in furto malle, quàm mutuũ agnoſcere. Obnoxia corpora dicuntur à Plinio, quæ ſunt ualetudinaria. Verba eius libro 32 cap.6. ſunt hæc, Nanq; paulò diutius quàm balneis uti oportet. Ac poſtea frigida dulci nec ſine oleo deſcendentibus, quod uulgus alienum arbitratur, idcircò non alibi corporibus magis obnoxijs.

Obnoxiè, aduerbium, quod teſte Budæo, ſignificat ſeruiliter & trepidè: unde apud Liuium libro 3. ab Vrbe, Obnoxiè dicere ſententiam.

Obnubĭlo, las, lare act. p. Eſt quaſi caligine quadam & nubilo obtenebrare, hoc eſt, obſcurũ facere, & quaſi nubibus implere, ἐπινυκτάζω. Gellius libro primo capite 2. ac ne oris quoq; & uultus ſerenitatem Stoici hominis unquam ulla poſſe ægritudine obnubilari.

Obnubilus, adiect. ut, Obnubila loca dicuntur obſcura, & tenebris obſita, apud Cic.1. Tuſc.

Obnubo, bis, penultima producta, n. t. Abſcõdo, tego, περικαλύπτω. Stat.6. Theb. Obnubitq; comas, & temperat aſtragalero. Feſtus, Obnubit, caput operit: unde & Nuptiæ dictæ à capitis opertione. Hæc Feſtus. Cicero pro Rabirio, Sed Tarquinij ſuperbiſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis ac popularis libentiſſimè commemoras, Caput obnubito: arbori infelici ſuſpendito. Vergilius 11. Aeneid. Comas obnubit amictu.

Obnuntio, obnũtias, a.p. Mali aliquid nuntio, καταγγέλλω. Terent. in Adelph. Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia, Primus porrò obnuntio: ægrè ſolus, ſi quid ſit, ferro. Augures item obnuntiare dicebantur, qui ubi de cælo ſeruaſſent, nũtiabãt ſe mali aliquid ominis uidiſſe, quod prohiberet ne quid eo die cum populo agi poſſet. Erat autẽ id potiſſimùm remedium contra pernicioſas leges. Cicero pro Seſtio, Quumq; auſpicijs religionis parens obnuntiaret quod ſenſerat.

Obolus, pen. corr, ὀβολὸς, Genus ponderis eſt, cõficiens ſextam partem drachmæ Atticę, hoc eſt, æreola ſex: ſingula autem æreola ſeptem continent minutias: quæ à Græcis uocantur λεπτά. Fuit præterea Obolus minimum numiſma apud Athenienſes, quod ſexies ſumptum explebat drachmam Atticam: ad Gallicæ autem monetæ extimationem redactum, ualet denariolos Turonenſes ſeptem. Terent. in Andria, Etiam puerum inde abiens conueni Chremis, Olera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni. Suid ὀβολὸς δὲ παρὰ ἀθηναίοις, ἐξ ἔστι χαλκοῦς: ὁ δὲ χαλκὸς, λεπτῶν ἑπτά, id eſt, Obolos quidem apud Athenienſes ſex eſt æreolorum: æreolum uerò ſeptem minutiarum, λεπτὸν autem, id eſt minutia, indiuiſum manet.

Oboleo, n. ſ. Propriè eſt malè oleo, & grauem odorem reddo ὄζω. Plautus in Moſtellaria, at te Iupiter, Diiq; omnes perdant, obluiſti allium Germana illuuies. Accipitur etiam interdum pro ſentiri, ſiue ſubolere. Plautus in Menæch. Oboluit marſupium huic iſtud quod habes. Cætera uide in ſimplici Oleo.

Obŏrĭŏr, Adnaſcor, ſubnaſcórue, ἐπιγίνομαι. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Aduentu ſuorum lachrymæ obortæ. Cic. pro Ligar. Vide quanta lux liberalitatis, & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. Ouidius 2. Metamorph. Suntq; oculi tenebræ per tantum lumen obortæ.

Obrĕpo, pis, n, t. pen prod. Latẽter, & tacitè aduenio, ſicut & ſurrepo, κλέπτω, ὑπέρχομαι, ὑποδύω, παρεμπίπτω. Tractum ab animalibus pedibus carentibus, quæ greſſu tacito gradiuntur. Iuuen. Satyra 9. obrepit non intellecta ſenectus. Obrepere dicitur quicquid ſenſum fallit: ut, Obrepit fames. Plautus Pœn. Nam niſi clamabis, ſtatim te obrepet fames Obrepit mors. Plaut. Pſeud. atq; hoc euenit. In labore, atque in dolore, ut mors obrepat interim. Obrepit ſomnus. Hor. de Arte, Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſomnum. Obrepit dies. Cic. Attic. lib.6. Obrepſit dies, ut uides: mihi enim ad III. Calend. Sextiles de prouincia decedendum eſt. Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est. Et iungitur interdum accusatiuo cum præpositione In. Cicero 1. de Diuinat. Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. Ponitur interdum pro fallere, siue incautum aggredi. Plinius libro 30. capite 3. Nec potest uideri Scaurus rudi, & huius mali improuidæ ciuitati obrepsisse quodam uitæ rudimento, &c. Obrepere ad magistratus dicitur, qui falsa specie uel probitatis, uel doctrinæ ad magistratus assumitur. Cicero pro Plācio, Et do ceo Cn. Plancium non obrepsisse ad honores, sed eo ueniisse cursu, qui semper patuerit omnibus hoc nostro Equestri loco, id est, ut uulgus loquitur, Per abusum. Budæus.

Obrepto, as, frequentat. Plautus in Perf Opertæ fuerint, ne quis obreptauerit.

Obreptio, onis, f. t. Latens & fallax aditio, κλέμμα, Vlpian. in l. Sed si hac. ff. de in ius uocando, Patronum autem appellamus, etiam si capite minutus sit, uel si capite libertus minus sit, dum arrogetur per obreptionem.

Obretio, tis, act. q. Est reti aliquem circundare, aut reti implicare, ἐμπλέκω. Lucret. lib 3. neq; aranei tenuia fila Obuia sentimus, quando obretimur euntes.

Obrigeo, ges, n. s. penultima correpta, Totum frigore contrahi, & quasi indurescere ac rigidum fieri, πήγνυμαι. Cicero 1. de Natura deorum, Atqui terræ maximas regiones inhabitatas atq; incultas uidemus, quòd pars earum appulsu Solis exarserit, pars obligauerit niue pruinaq;, longinquo Solis abscessu. Idem in Somniũ Scipionis, quorum duos obriguisse pruina uides. Columella lib. 4. cap. 32. Nam usq; in id tempus incrementum capit, ac tum compescitur arũdo, quum obriguit hyberno frigore.

Obryzum, obryzi, ὄβρυζον, Aurum purum dicitur, quasi ἀβρύζον. hoc est, syncerũ, delicatumq;: quod sæpe igne candefactum & exustum est, donec nihil habeat alterius metalli admistum. Plinius lib. 33. cap. 3. Auriq; experimento ignis est, ut simili colore rubeat, quo ignis: atq; ipsum obryzum uocant. Hieronymus in Ieremiam putat Obryzum aurum dictum, quasi Ophirisum, quòd ex Ophir insula præstantissimum aurum soleat aduehi.

Obrodo, dis, act. t. pen. prod. pen. rodo, περιτρώγω. Plaut. in Amphit. Enimuero prægnanti oportet & malum dari, Vt quod obrodat sit, animo si malè esse occœperit.

Obrogo, gas, act. p. penultima correpta, Quasi obloquor, atq; alterius sermonem molestè impedio, παρεμπίπτω. Festus. Obrogare legem, est legis prioris infirmandæ causa, legem aliam ferre, ἀντισφέρειν, παραγράφειν, παρασφέρειν, Cicero ad Atticum libro 3. Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat. Idem 2. Philip. Quid, quod obrogatur his legibus Cæsaris, quæ iubent ei qui de ui, itemq; ei Qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici.

Obrumpo, pis, act. t. Idem quod rumpo, διαῤῥήγνυμι. Varr. 3. de Re rust. cap. 16. Si radicem prenderint, quem educere uelint è terra obrumpunt collum.

Obruo, is, act. t. Infodio, terra lapidibus, aliáue re operio. συγκαλύπτω, καταβάπτω, καταχόω. Ouid. li. 1. de Remedio. Obruere uersata Cerealia semina terra Cic. de Senect. Nec uerò quenquam senum audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Obruo & Eruo, contraria. Cic. 4 de Finibus, Nã qui sciet, ubi quidque positum sit, quáq; eò ueniat, is etiam siquid obrutum erit, poterit eruere. Transfertur etiam ad animum. Quintil. Tot uoluptates obruere possunt unũ dolorem. Venustè dicimus Obruere lapidibus, telis, & alijs id genº, id est, lapidare, & telis lapidibusq; operire ad necẽ. Obruere situ uetustatis, Obruere niuibus, Obruere itinera strage, id est, cooperire, Obruere se uino, id est, inebriari, Obruere ære alieno, Obruere memoriã alicuius rei, Obruere nomen alicuius, Obruere copia sententiarum, Obruere magnitudine negotij, obruere obliuione, Obruere risu. Obruere testimonijs, quorum omnium exempla inuenire est facile. Hinc Adobruo. subtus obruo, & in terra defodio Columel. libro 2. Nam si plus quatuor digitis adobrutum est semen eius, non facilè prodit. Ibid. atq; ita iaciunt semina, & sarculis adobruunt.

Obruteo, uide Obbruteo.

Obsæuio, is, idem quod sæuio, siue in alium sæuio, κατασκήπτω. Plaut. Epid. Tu is es, qui per uoluptatem in mea ærumna obsæuisti grauiter.

Obsălūto, tas, Salutandi gratia sese offerre alicui dicebant antiqui: ut Consalutare, pro salutare Festus.

Obsaturo, ras. penultima correpta, significat satietatem & quodammodo fastidiũ rei alicuius inducere, ἀποκορέννυμι. Terẽtius in Heaut. Næ tu propediem, ut istanc rem uideo istius obsaturabere.

Obscено, as, n. p. Significat obscenum, id est, malum omen affero. κολώω. Plaut. A fin. Sed quid illuc, quod exanimatus currit huc Leonida. Metuo ne illi obscenarit meæ fallaciæ.

Obscenus, na, num, unde dictum sit, inter Grammaticos non conuenit. Alij enim à cœno deductum putant: alij à canendo: Varro à scena, Festus ab Oscis. Quicquid est, usus obtinuit per œ diphthongum ut scribatur. Duas autẽ præcipuè habet significationes. Aliquando autem obscœnum idem est, quod inauspicatum, ἀναίσιον. Vergilius 12. Aeneidos, ne me terrete timentem Obscœnæ uolucres, hoc est, infelices & malum omen afferentes. Idem 1. Georg. Obscœnique canes, importunæq; uolucres. Idem 3. Aenеid. Obscœnamq; famẽ, quæ prima pericula uito. Vbi Seruius, Obscœnam: aut quæ homines etiam ad obscœna compellit, ut Malesuada fames: aut certè, quam obscœna auis ptædixerat. Aliquando etiam idem quod turpe & immundum, ἀναισχυντούμενον, αἰσχρόν. Cicero 5. Tuscul. Nam & obscœnas uoluptates, de quibus multa apud illos habetur oratio, &c. Ouidius 2. Trist. Arguor obscœni doctor adulterij. Idem 2. de Arte, nõ deniq; possunt Partibus obscœnis opposuisse manus. Horatius 2. Epist. 1. Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem.

Obscœnè, aduerbium, id est, impurè αἰσχρῶς. Cicero 1. Officiorum, Latrocinari, fraudare, admirari, re turpe est, sed dicitur non obscœnè.

Obscœnitas, atis, αἰσχρότης. f. t. Cicero primo Officiorum, Si rerum turpitudini adhibeatur orationis obscœnitas. Idem pro Flacco, Cuius de probris, adulterijs ac stupris extant Aemonensium literæ, quas ego non solùm propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscœnitatem uerborum prætereundas puto.

Obscūrus, ra, rum, Latens, absconditus, & sine lumine, σκοτεινός, ἀμαυρός. Vergil. 6. Aeneid. Vidimus obscuris primùm sub mœnibus urbem. Idem 2. Aeneid. quos obscura nocte per umbram Fudimus insidijs. Vnde Obscura oratio, Difficilis, & cuius sententia non facilè potest percipi, ἀσαφὴς λόγος. Capitur quandoq; Obscurum pro ignobili, ἄσημον, sicut Clarũ pro nobili: quæ metaphora inde tracta est, quòd uiri nobiles omnibus conspicui sint & cogniti: contrà, qui humili genere sunt orti, tanquàm in tenebris agentes, nemini innotescant. Cicero libro 1. Offic. Qui magna sibi proponunt obscuris ortu. Ponitur aliquãdo pro astuto, & fallaci, ut Obscurus uir, apud Cic. 3. Offic.

Obscurè, aduerb. cuius contrarium est, Palàm. Cic. 4. Acad. Alterum quidem, ut uidemus, palàm: alterum, ut suspicamur, obscurius. Obscurè aliquid ferre, est dissimulanter ferre, sic ut nemo agnoscat notas animi commoti. Cic. in Parad. Itaq; istam paupertatem, uel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquàm obscurè tulisti.

Obscuritas, obscuritatis, fœm. ter. Quo modò opacitatem, siue tenebrositatem, & luminis penuriam significat, σκότος, ἀσάφεια. Plinius libro uigesimo, capite primo, Obscuritates, & uitia oculorum sanat. Modò difficultatem. Cicero quarto de Finibus, Sed inest in rebus ipsis obscuritas. Modò ignobiliratem. Cicero libro secundo Officiorum, Quorũ autem prima ætas, propter humilitatem & obscuritatẽ in hominum ignoratione uersatur.

Obscuro, ras, act. p. penultima producta. Supprimo, & obscurum reddo, ἀποκρύπτω, ἀμαυρόω. Cic. 1. de Natura deorũ Aetnæorum ignium tenebræ finitimas regiones obscurauerũt. Idem 2. de Finib. Lumen lucernæ obscuratur, & offunditur luce Solis. Idem pro Archia, Neq; enim est dissimulandum quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum. Est item Obscurare, extenuare, humiléq; & obscurum redere: cui opponitur celebrare. Sallust. Sed profectò fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis, quàm ex uero celebrat, obscuratq;.

Obscuratio, onis: ut Obscuratio Solis apud Plinium libro 37. capite 16. Cicero 4. de Finib. In quibus propter eorũ exiguitatem obscuratio sequitur.

Obsecro, as, act. p. ex Ob, & adiectiuo Sacer, significat per sacra rogo, uel opem à sacris rogo, obtestor, deprecor ἀντιβολῶ, λιπαρῶ. Terentius Obsecro te, quam primum hoc me mi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

me miserum libera metu. Obsecrare, inquit Donatus, est ira tos rogare, Terentius in Eunuch. Excluſit, reuocat, redeam? non, ſi me obſecret. Additur aliquando ablatiuus Precibus. Marcellus ad Cic. lib. 4. Quum mihi C. Marcellus frater amantiſſimus mei non ſolùm conſiliũ daret, ſed precibus quoq; me obſecraret. Ponitur quãdoq; aduerbialiter pro Cedò, eſtq; ueluti rogantis cũ interrogatione particula. Terent. in Eunuch. Obſecro, an is eſt, id eſt. dic quæſo.

Obſecratio, f. t. Verbale. Cic. pro Fonteio, Cauete ne periculoſum, ſuperbum q; ſit, eius nos obſecrationem repudiare.

Obſĕcundo, as, ex Ob. & adiectiuo Secundus, quod ſignifi cat proſperum, ὑποτιάζω, ὑπερίζω Eſt autem obſecundare, omnia ad alterius nutum facere, uel in melius conuertere, ἀρτσκινώσαι. Terentius in Adelph. Sed ſi uultis potius, quæ uos propter adoleſcentiam Minus uidetis, magis impensè cupitis. conſulitis parum, Hæc reprehendere, & corrigere me, & obſecundare in loco. Vbi Donatus, Nam qui reprehendit, non continuò corrigit: qui corrigit, non illicò obſecundat, id eſt, lætiſſimum reddit & fideliſſimum. Cicero pro Pomp. uſus eſt pro obſequi, Non modò omnes (inquit) ciues aſſenſerint, ſocij obtẽperarint, ſed etiã uenti, tempeſtates q; obſecũdauerint. Inuenitur & Obſecundor deponẽs.

Obſepio, is, act. q. Sepibus circundo, περιφράττω. Plautus in Caſ. Vbi illum ſaltem uideo obſeptum, rogo ut alterũ ſinat adire. Obſepire iter ad honores, per translationem ponitur pro occludere, & impedire: cui contrarium eſt Munire uiam. Liu. lib. 9. ab Vrbe, Hæc plebi ad curules magiſtratus iter obſepſit. Cic. pro Murænã, Hæc omnia tibi accuſandi uiam muniebant, adipiſcendi obſepiebant.

Obſequor, pen. corr. Alterius uoluntati morem gero, inſeruio, χαρίζομαι, ὑπηρετῶ. Plaut. Ego ſanè cupio obſequi gnato. Terentius Heaut. Nos quoque ſenes eſt æquum ſenibus obſequi, Idem And. Eorum obſequi ſtudijs, aduerſus nemini. Iuuenalis Satyra 10. interea ut Obſequere imperio.

Obſequi animo ſuo, uel Obſequi animo, eſt indulgere ſibi, ſiue genialem uitam agere. Plautus in Bacchidibus. Lubido eſt homini ſuo animo obſequi. Aliquando iungitur accuſatiuo. Gellius libro ſecundo. Sed ea tamen quæ obſequi non oportet.

Obſequens, id eſt, obediens, aliquando nomen, aliquando participium. Terent. in Hec. Obſequentem uoluptati hominẽ. Plãcus ſenatui, Legiones noſtra liberalitate nobis obſequentes. Salluſt. in Cic. Filia matris pellex, tibi iucũdior, atq; obſequentior quàm parenti par eſt.

Obſequenter, obſequẽtius, tiſſimè, aduerbia. Plinius in Epiſt. Vixit in contubernio auiæ delicatæ ſeueriſſimè: & tamẽ obſequentiſſimè.

Obſequium, ſequij, n. ſ. Officiũ quo quis id ſequitur, & facit, quod alteri placiturum nouit, τὸ ὑπηρετούμενον, θεραπεία. Terent. in And. Obſequiũ amicos, ueritas odium parit. Obſequium animo ſumere, ait Plaut. in Bacchid. pro eo quod eſt, iudulgere ſibi, & animo obſequi. Cicero ad Attic. lib. 7. Itaq; effeci omni obſequio, ut neutri illorum quiſquam eſſet me charior. Idem 1. de Legibus. Nam quum animus cognitis perceptiſq; uirtutibus, à corporis obſequio, indulgentia q; diſceſſerit, &c.

Obſequela, fœm. p. Morigeratio, θεραπεία, Plautus in Aſinaria, Omnes parentes, Lirane, liberis ſuis, Qui nihil auſcultabunt, facient obſequelam.

Obſequioſus, Qui facilè obſequitur, ὑπηρετικός. Plautus in Capt. nam ſi meus ſeruus eſſes, nihilo ſecius. Mihi obſequioſus fuiſti.

Obſequibilis, Qui obſequitur, θεραπευτικός. Gellius libro ſecundo, capite 29. Cognatos affines q; nullos fermè tàm obſequibiles eſſe ait, &c.

Obſero, ris, penultima correpta, idem quod conſero, περιφυτεύω. Columella libro 2. capite 9. Vtatur præceptis eorũ qui uberem campum in ſingula iugera tritici, quiq; & adorei octo modis obſerere præcipiunt. Idem libro 3. Agrum, an tequam uineis obſeras, explorato qualis ſaporis ſit. Varro 1. de Re ruſt. cap. 14. Primum naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet uirgultis aut ſpinis. Obſerere mores, per translationem dixit Plautus in Trinummo, pro imbuere, hem iſtic inquit, Oportet obſeri mores malos, ſi in obſerendo poſſint interficere. Quandoq; pro Circundare. Terent. in Heaut. Ea texebat, una pannis obſita.

Obſitus, penult. corr. Inuolutus, tectus, obductus, περιειλημένος. Terẽtius in Eunucho, Video ſentum, ſqualidum agrũ, pannis annisq; obſitum. Vergil. 7. Aeneidos, At læuem clypeum ſublatis cornibus lo Auro inſignabat, iam ſetis obſita, iam bos, &c. Horatius 1. Carm. Ode 18. Varijs obſita frondib. Aër obſitus pallore. Lucanus libro 5. Tenebris loca obſita. Cicero 1. Tuſcul. Niuibus obſitum iter. Curtius libro 5. Ventum erat ad iter perpetuis obſitũ niuibus, quas frigoris uis gelu aſtrinxerat. Obſitus etiã dici poteſt, pro eo quòd eſt conſitum, περιφύτευτος. Liuius 8. belli Punici, Fragoſa loca, & obſitos uirgultis tenebat colles. Rura obſita pomis. Ouidius 15. Metamorph. Varro libro 1. de Re ruſtica, capite 14. Primum naturale ſepimentum quod obſeri ſolet uirgultis aut ſpinis, &c.

Obſĕro, ras, pen. cor. Significat occludo, ueluti ſera impoſita, περικλείω. Terent. in Eunuch. Tu abi, atq; obſera intus.

Obſeruo, as, act. p. Oculis mentis & corporis ſeruo, ſpeculor, cuſtodio, noto ne me prætereat, ne me decipiat, ἐφοράω, ἐφορῶ, φυλάττω, παρατηρέω. Ter. in Andr. Obſerues filium, quid agat. Idem ibidẽ, obſeruabã manè illorum ſeruulos Venientes, aut obeuntes: rogitabam, Heus puer, &c. Obſeruare, inquit Seruius in 4. Georgic. eſt callidè aduertere. Obſeruare item eſt uenerari & admirari homines, tantùm dignitatis uel uirtutis cultu, ὑποβλέπεσθαι θεραπεύειν. Verg. lib. 3. Georgic. Præterea Regem non ſic Aegyptus, & ingens Lydia, uel populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes Obſeruãt. Cicero Octauio, M. Aurelius Auianus ac ineunte aduleſcentia me obſeruauit, ſemperq; dilexit.

Obſeruans, participium. Cic. Attic. lib. 4. Cognoui te mei ita cupidum, ut paucos æquè amantes, atque obſeruantes me habere exiſtimem. Interdum migrat in nomen, habetq; genitiuum. Cicero pro Quintio, Ita credo hominem propinquum, tui obſeruantem, uirum bonum, & cætera. Idem ad Quint. Fratrem, Fert enim grauiter homo & mei obſeruantiſſimus, & ſuæ dignitatis retinens, ſe apud te neq; amicitia, nec iure ualuiſſe.

Obſeruatus, huius obſeruatus, m. q. nomen. Idem quod obſeruatio. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. His maiores qui ſunt, intelligi negant poſſe, præterquàm quum dẽtes ſunt facti brochi, & ſupercilia cana, & ſub ea lacunæ: ex obſeruatu dicũt eum equum habere annos ſexdecim.

Obſeruatio, onis, f. t. Quandoq; dicitur annotatio, & animaduerſio, uel attentio. παρατήρησις, Plinius lib. 11. cap. 10. Mira obſeruatio operis. Cic. de Clar. Orat. Veruntamẽ natura magis, tum caſu nonnunquam, quàm aut ratione aliqua, aut obſeruatione fiebat. Quãdoq; & honor, & reuerẽtia θεραπεία. Valer. Max lib. 1. cap. 1. Haud Marcello adiectio impensæ impedimento fuit, quò minus religionibus ſuus tenor, ſuaq; obſeruatio redderetur.

Obſeruãtia, tiæ, f. p. ut inquit Cicero 1. de Inuent. eſt per quã homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodã & honore dignantur, αἰδώς, θεραπεία Liuius libro 1. ab Vrbe, Obſequio & obſeruantia in Regem cum omnibus, benignitate erga alios cum Rege ipſo certaſſe. Idem Sulpitio libro 4. Seruius tuus, uel potius noſter, ſumma me obſeruantia colit. Idem pro Quintio Amicos obſeruantia, rem parſimonia retinere.

Obſeruabilis, om, t. Qui idoneus eſt ut obſeruetur, uel uenere tur, αἰδέσιμος. Quint. lib. 9. cap. 1. In armorum certamine & aduerſos ictus, & rectas & ſimplices manus tũ uidere, tum etiam cauere, & propulſare facile eſt: auerſæ, tectæq; minus ſunt obſeruabiles. Huius contrarium eſt Inobſeruabilis. Plin. lib. 2. cap. 17. In Martis ſydere, cuius eſt maximè inobſeruabilis curſus, nunquam id ſtationem facere.

Obſes, obſĭdis, Vide obſideo.

Obſido, dis, pen. prod. obſedi, obſidere: tertiæ cõiug & Obſideo, des, pen. corr. obſedi, obſidêre, ſecundæ coniug. propemodum idem ſignificant. niſi quod in Obſido motus quidam eſt, ut ſit quaſi Obſiſto: in Obſideo uerò quies, quaſi Obſſo, περικάθημαι, πολιορκῶ. Salluſt. in Catil. Præmittit illis homines militares ſine tumultu, præſidijs collocatis, ſicuti præceptum erat, occultè pontem obſidunt. Idem in Iugurt. Armis obſeſſus tenor, id eſt, impeditus. Significãt itaq; Obſido, & Circunſido, quaſi Obſepio, & Circunſepio, aut ad obſidendum, ſiue circunſidendum eo, uel ad obſidendum me loco. Obſideo uerò, & Circunſideo, obſeſſum, hoc eſt, uallo & foſſa ſeptum teneo. Quanquam ſimpliciter pro Circunſedeo ponatur, ut apud Curtiũ, Per hos pellices introducebatur alio aditu, quàm quẽ armati obſidebant. Accipitur interdum Obſidere pro ſimplici ſedere. Terent. in Adelph.

nunc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nunc uerò domi Certum obsidere est usq; donec redierit. Obsidere stuprum, est per insidias, stupri occasionem aucupari. Cic. in Catil. Iacêre humi non solùm ad obsidendũ stuprum, uerumetiam ad facinus obeundũ. Ponitur aliquãdo pro circunstare. Seneca, Varia & incerta pericula humanam uitam obsident. Aliquando pro occupare, & detinere. Cic. 1. Ver. Vt perspicuum cuiuis esse possit hominem ab isto quæsitum esse, non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret, hoc est, qui tẽpus quod mihi inquirendum depopoſci, coarctaret, & me angusto temporis spatio concluderet.

Obsidior, aris, Idem ferè quod insidias facio, περιεδρεύω. Col. lib. 5. cap. 14. Sed inter Caniculæ, & Arcturi exortum, cauendum erit ne apes intercipiantur uiolentia crabronum, qui ante aluearia plerunq; obsidiantur prodeuntibus.

Obsessi, m. s. Sũt qui ita in loco aliquo ab hostibus cincti sunt ut egredi non possint, πολιορκούμενοι. Plin. lib. 16. cap. 5. Dulcissima omniũ fagi, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradit Cornelius Alexander. Cæsar 1. belli Gall. Tandem omnibus rebus obsessi, quartũ iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquæ, ligni, & frumenti inopia, colloquium petunt.

Obsidium, dij, & obsidio, onis, & obsessio, Idem significant, & ab Obsido, siue obsideo fiũt, πολιορκία, πυρικάθαισις. Colum. lib. 9. cap. 7. Atq; utilissimum est, pro frequentia domicilij, duos uel tres aditus in eodem operculo distantes inter se geri, contra fallaciam lacerti, qui uelut custos uestibuli prodeuntibus inhians apibus, affert exitium, exq; pauentiores exeunt quum licet uitare pestis obsidia, per aliud uadentibus effugium. Sæpius tamen in usu est Obsidio, onis. Cicero pro Rabirio, Quum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione Rempublicam liberasset. Cicero pro Cornel. Balbo, & pro Domo sua, Obsessio templorũ, Occupatio fori. Pro eodem autem dicimus, Obsidere urbem, Cingere urbem obsidione, Claudere muros obsidione, & Facere obsidionem: quorũ postremo usus est Gellius libro 15. cap. 30. Demetrius, inquit, dux ætatis suæ inclytus, cui à peritia, disciplinaq; faciendi obsidij, machinarumq; solertia ad capienda oppida repertarum cognomentum πολιορκητὴς fuit. Soluere obsidionem, uel obsidium, est obsessos obsidione liberare. Tacitus lib. 4. Primo sui incessu soluit obsidium. Pro eodem etiam dicimus, Eximere obsidione. Liu. lib. 1. bel. Pun. Legati affuerunt orantes ut se obsidione eximeret.

Obsessor, m. t. Qui obsidet. Liuius lib. 9. ab Vrbe, Papyrio quoque, qui obsessor Lucretiæ Restiterat. Ouidius 2. Fastor. Hic mihi causa moræ uiuarum obsessor aquarũ, Hic tenuit fontes, officiumq; meum. Obsessor fori. Plaut. Pseud. Obsessor curiæ. Cic. pro Domo sua.

Obsidiæ, arum, f. p. Idem quod insidiæ, ἔνεδρα, Columella libro 8. capite 2. Dum tamen anus sedula, uel puer adhibeatur custos uagantium, ne obsidijs hominum, aut insidiosorum animalium diripiantur.

Obsidionalis, & le, om. t. Denominatiuum est à nomine Obsidio, onis, πολιορκητικός. Vnde Corona obsidionalis, quæ ei debebatur, qui obsessos ab hostib. liberasset. Hæc fiebat ex gramine uiridi, ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. Plinius de Viris illust. Quare à Minutio, & eius exercitu obsidionali corona donatus est.

Obses, huius obsidis, com. t. Qui traditur imperio alicuius, ea conditione, ut si dator obsidis à fide recedat, recipienti sit potestas in corpus & uitam eius sæuiendi, qui datus est obses, ὅμηρος. Hic quoniã obsidionis soluendi causa dari consueuit, inde nomẽ assumpsit: quanuis Festus ex Ob, & Fides, compositum uelit, per mutationem literæ quòd sit ob fidẽ datus. Cicero 1. Verr. A nobis multos obsides habet populus Romanus. Ouid. 1. Metam. missi de gente Molossa Obsidis unius iugulum mucrone resoluit,

Obsidianus, na, num, ut Obsidianum uirum, quod ita dictum est, quòd similitudinem habet lapidis Obsidiani, qui teste Plinio, nigerrimi est coloris, in speculis parietum pro imagine umbras reddens. Nascitur in India, & in Samnio Italiæ, & ad Oceanum in Hispania, maximè autem in Aethiopia, ubi etiam ob Obsidio inuentum fuit hoc lapidis genus, quod ab ipso Obsidianum uocatur. Vide Plinii libro 36. capite 26.

Obsigno, as, a. p. Signi impressione occludo, & ad literas, cæteraq; quæ signo quouis notantur, aut imprimuntur, pertinet, καθαγιάζομαι, ἀποσημαίνομαι, παρασημαίνομαι, ἐπισφραγίζομαι. Plaut. in Curc. Scribit, & obsignat literas. Idem in Amphit. Eloquere, ubi nunc patera est? C. In cistula Amphitrionis obsignata signo est. Quandoque sumitur pro eo quod est, signo notariorũ, seu subscriptione eorum, aut testium, signare. Cicero pro Cluent. Dinea testamentum faciente, quum tabulas deprehendisset, Oppianicus, qui è genere eius fuisset, digito legata deleuit. Et quum id multis locis fecisset, post mortem eius, ne literis coargui posset testamentum in alias tabulas transcriptũ signis adulterinis obsignauit. Cæs. 1. bel. Gal. Vulgò toris castris testamenta obsignabatur. Cic. pro Cluent. Pecuniaq; obsignata, quæ ad eam rem dabatur.

Obsignatores, m. t. Dicti sunt testes, qui testamentũ signis suis obsignabant. Cic. pro Aul. Cluent. Aiulius, ut constitutum erat, simulat se ægrotare, & testamentum facere uelle: Oppianicus obsignatores ad eum, qui neq; Asinium, neq; Aiulium noscẽs, adducit. Potest tamen hodie Obsignator dici tabellio, qui in testamentis suũ & testium nomẽ subscribit.

Obsipo, pen, prod. Significat obiicio, παραβάλλω. ut quum rustici dicunt, Obsipa pullis escam. Festus.

Obsisto, stis, n. t. Contrà sisto, obsisto, repugno, ἐνίσαμαι, ἀνθίσαμαι, ἀντιπράττω. Cic. 7. Verr. quis enim unquam istius libidini obstitit? Idem de Senect. Hoc est illud quod Pisistrato tyranno à Solone responsum est, quum illi quærẽti quam tandem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret, respondisse dicitur, Senectute. Idem 1. de finibus. Itaq; idem natura uictus, (cui obsisti non potest) dicit alio loco, &c. Lucanus libro 5. Viribus an possent obsistere iura. Ouid. Epist. 13. Tunc freta debuerant uestris obsistere uentis.

Obsoleſco, scis, leui, uel lui, letum, n. s. ex Ob id est contrà, & Oleſco, addita s, contrarium est sui simplici. Oleſco enim idem est quod crescо: Obsoleſco, deficio, reijcio, inueteraſco, desueſco, ἀπαρχαιῶμαι, παραχαράττω, παλαιῶμαι. Cic. de Imperio Pompeij, Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis, quàm uerbis refutata, id est, desuit, siue ab usu recessit. Idẽ pro Cælio, Chartæ quoq;, quæ illam priscam seueritatem obtinebant, obsoluerunt, id est, inueterauerunt, siue defecerunt. Et hæc præterita ab Obsoleſco non ab Obsoleo sunt. Nitêre, & Obsoleſcere sunt contraria. Cic. pro Lege Agrar. Non dico hoc solum in Repub. uectigal esse, quod amissis alijs remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat in bello non obsoleſcat, id est, sordidetur.

Obsoletus, participium est, aut nomen ex participio. Cic. pro P. Quintio, Audacem, cupidũ, perfidiosum, uulgaria & obsoleta sunt, id est, inueterata, & quæ ab usu recesserunt, ἐκκαῖα, ἀπηρχαιωμένα. Accipitur etiã Obsoletus pro obsceno, sordido, & detrito, ῥυπαρός. Liu. lib. 3. Filiam secum obsoleta uestе, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti admiratione in forum deducit. Cic. in Rul. Vestitu obsoletiore, corpore inculto & horrido, capillatior quàm antea, barbaq; maiore, ut oculis & aspectu denuntiare omnibus uim tribuniciam, exitiumq; minitari Reipub. uideretur. Colum. lib. 3. Sapore certè nihilo differt à cicercula, colore tamen discernitur. Nam est obsoletior, & nigri colori propior.

Obsoletè, tius, obsoletiſſimè, aduerb. Cic. 3. Verr. Saltè ut eum cuius opera ipse multos annos est in sordibus, paulò tamen obsoletius uestitum uiderat.

Obsonium, uide Opsonium.

Obsonium myrtatum, ex baccis myrti, quo olim uice piperis utebantur.

Obsorbeo, es, obsorpsi, uel obsorbui, obsorptum, idẽ quod Sorbeo, ῥοφέω. Plaut. Curc. Vin' aquam? CVRC. Si frustulenta est, da obsecro: hercle obsorbeam.

Obsordeo, n. s. Sordidus fio, aut obsoleſco, inquit Nonius, ῥυπαίνομαι. Cæl. Obsorduit iam hæc in me ærũna miseriæ.

Obstaculum, uide obsto.

Obstetrix, cis, f. t. Quæ parturientium curam habet, ab obstando dicta, eo quòd obsistat dolori, uel certè fœtui, ne laxatis uteri genitalib. claustris, in terram defluat, μαιεύτρια. Terent. in And. Obstetricem accerso. Quæ opem tulerit parienti, Obstetrix dicitur, ait Donat. unde & parturiẽtes, Feropem, clamant. Plin. lib. 28. cap. 7. Quæq; alia non obstetrices modò, uerumetiam meretrices prodidere.

Obstetrico, as, act. pen. prod. Parturientem adiuuo, siue obstetricis officium ago, μαιεύομαι. Pro eodem etiã utimur Obstetricor uerbo deponente.

Obstino, as, pen. correpta, Offirmo, διαβεβαιόω. Liu. lib. 2. Quoniam id certum (inquit) atque obstinatum est, neque ego ob-

ego obtundam. Plautus in Aul. Credo ego iam illum inaudiſſe mihi eſſe theſaurum domi, id Inhiat, ea affinitatẽ hanc obſtinauit gratia.

Obſtinatus, participium aut nomen ex participio, Id eſt, offirmatus, aut perſeuerãs ut tenere poſſit, inquit Feſtus. ut Obſtinata uoluntas, Obſtinata pudicitia, apud Liuium 1. ab Vrbe, de Lucretia. Quo terrore quum uiciſſet obſtinatam pudicitiam, uelut uictrix libido, &c. Idem tertio ab Vrbe, Aduerſus quæ omnia obſtinato animo Appius (tanta uis amentiæ uerius, quàm amoris, mentem turbauerat) in tribunal aſcendit.

Obſtinatio, f. t. Firmitas animi, τὸ ἀνίνδοτον. Cic. de Prouinc. Conſul. Quę ego omnia non ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiaui.

Obſtinatè, Firmiter, ἀνυπόστως. Terentius in And Ita ne obſtinatè operam dat, ut me à Glycerio miſerum abſtrahat? Vbi Donatus, Obſtinatè facere aliquid, eſt in alterius malum cum conatu facere perſeueranter, & in alterius perniciem nimis niti.

Obſtípo, obſtipas, are, act. p. Obiicere ait Feſtus, περιφράττειν. Alii interpretãtur condenſare, obturare rimas, obſtruere. Plautus in Ciſtel. Obſtipat aquulam. Obſtipare uerticem dixit Plautus in Mercat. pro eo quod eſt cõtorquere, ut cogitabundi ſolent.

Obſtipi, penultima producta, m. ſ. dicuntur, quibus colla rigent, & in humerum capita ſunt inclinata, ἐπικυφότες. Perſius, rumnoſiq; Solones Obſtipo capite, & figentes lumine terram. Horatius primo Sermon. Satyra quinta. Dauus ſis comicus, atque Stes capite obſtipo. Columella libro ſeptimo, capite decimo. Febricitantium ſigna ſunt, quum obſtipæ ſues tranſuerſa capita ferunt, & per paſcua ſubitò quum paulum procurrerint, conſiſtunt. Plin. obliquũ caput dicit, Index, inquit, ſuis inualidę, caput eſt obliquum in inceſſu.

Obſtitum ueteres pro uiolatum modò, modò pro obliquum dixere.

Obſto, ſtas. ſtiti, ſtitum, neu. p. Significat contrà ſto, impedio, ἀντίκημι, ἐνίσταμαι. Curtius, Obſtant oppido gemini colles. Ouidius quarto Faſtorum, Obſtitit in media candida turba uia. Terentius in Andria, Quid obſtat quur non uerè fiant? Videtur etiam habuiſſe ſupinum Obſtatum: unde legitur participium Obſtaturus. Quintilianus libro ſecundo capite 12. Video quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi.

Obſtatur, Imperſonale. Cic. 13. Philipp. Neq; enim quod quiſq; poteſt, id ei licet: nec, ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur.

Obſtaculum, obſtaculi, n. ſ. Impedimentũ: ab obſtando dictũ. κώλυμα, ἐμπόδισμα. Plautus in Pſeud. Ibi nunc oppido oppoſita obſtacula.

Obſtrāgŭlŭm, li, n. ſ. Operimentum, ἐπίβλημα, σκῦμα. Plinius libro 9. capite 35. Quin & pedibus, nec crepidarum tantùm obſtragulis, ſed totis ſoccullis addunt. Id eſt, non ſolùm operimentis, & ſuperioribus partibus ſocculorum, quas Planulas Itali uocant, addunt margaritas, ſed etiam totis ſoccullis.

Opſtrĕpo, is, ere, n. t. Contra aliquem ſtrepitum facere, παρωχλέω. Liuius primo ab Vrbe, Primò uterq; uociferari, & certatim alter alteri obſtrepere. Laudi alicuius obſtrepere, Sene. Herc. fur. Literis obſtrepere alicui. Cicero Metello libro quinto. Quæ res facit, ut tibi literis obſtrepere non auderem. Clamore obſtrepi, paſſiuè. Cic. pro Marcello, Sed tamen eiuſmodi res, neſcio quomodo, etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obſtrepi clamore militum uidentur, & tubarum ſono.

Obſtrepitur, Imperſonale. Liu. 3. ab Vrbe, Eos cõcio audit, Decemuiro obſtrepitur.

Obſtrígillo, as, n. p. pen. prod. Obſto, detraho alicui, repugno, ἀντιπίπτω. Var. libro 4. de Vita Po. Rom. Curio quum id feciſſet, dicebat amicis, ut illi renuntiaretur, ſe obſtrigillaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret Conſul.

Obſtríngo, gis. act. t. Deuincio, & obligo, quaſi circumſtringo, ἐξαρτάω. Plautus in Aul. Laqueo collum quando obſtrinxero. Idem in Amphit. Amphitryonẽ collo hinc obſtricto traham. Columella libro 1. Alii uiminibus obſtringunt. Obſtringere ſibi aliquem munere, beneficio, &c. Cic Seruio lib. 13. Te ſic ita exiſtimare uolo, quibuſcunq; officijs in Epiroticis reliquisq; rebus Atticum obſtrinxeris, ijſdem me tibi obligatum fore. Plin. Epiſt. 104. Cupio enim & ornatiſſimam coloniam aduocationis officio, & te grauiſſimo tibi munere obſtringere. Legibus obſtringi, Cic. 2. de Inuent. Religione obſtringere, Cic. 2. Philip. Obſtringere ſe particidio, periurio, ſcelere, & huiuſmodi, eſt committere particidium, ſcelus, peierare. Cicero tertio Offic. Num igitur ſe obſtrinxit ſcelere, ſi quis tyrannum occidit, quamuis familiarem?

Obſtrŭdo, dis, ſi, ſum, a & t. penultima prod. ex Ob, & Trudo, interpoſita ſ, Significat occludo ſeu occulto, ἀποκρύπτω. Plautus. Stich. Quin tu ſtas? obſtruſero aliquid ſtrenuè. Idẽ in Curcul. Obſecro parentes ne meos mihi prohibeas? P. Quid? ſub gemma obſtruſos habeo tuam matrem; & patrem: Plinius in Paneg. Bonos autem orio aut ſitu obſtruſos, & quaſi ſepultos. Terra obſtruſa, Ouidius Epiſt. ſeptima, Receſſus obſtruſi, Claud. 7. Paneg. Inuenitur & Obtrudo, quod eſt inuito, & renuenti aliquid offero uel do, ὑποβάλλω. Plaut. in Curc. Aliquid prius obtrudamus, pernam, ſumen, glandium. Terent. in Hecyra, Nunquàm auſus ſum recuſare eam quam mihi obtrudit pater, id eſt, inuito deſpondet.

Obſtrŭo, is act. t. Id eſt, obſepio, occludo, & quaſi ſtrue quadam alicui loco impoſita obſiſto, ne quid effluat, ἀποκρύπτω, ἐμπλάττω. Cicero de Senect. Qui iter Pœnis, uel corporibus ſuis obſtruere uoluerunt. Obſtruere luminibus uicini, eſt ſtructuram aliquam iuxta eius ædificium facere, quæ lumen domui eius eripiat. Cicero pro Domo ſua, Habitare laxè & magnificè uoluit, duasq; magnas & nobiles domos cõiungere: ac ſeuerè contendit, ut Q. Veſtius ſibi domum uenderet: Quum ille negaret, primò ſe luminibus eius obſtructurum minabatur, &c. Per metaphoram quis dicitur alterius luminibus obſtruere, qui nominis eius claritatem obſcurat. Idem in Bruto, Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. Obſtruere uiadas molib. Lucan. lib. 2. Obſtruere aures alicui, eſt obſtinatum & inexorabilem reddere. Vergilius quarto Aeneidos Fata obſtant, placidasq; uiri Deus obſtruit aures. Fauces obſtruere. Lucanus lib. 5. Cætera ſuppreſſit, faucesq; obſtruxit Apollo.

Obſtructio, uerbale. Cicero pro Seſt. Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta ita, ut curioſis oculis perſpici non poſſit.

Obſtŭpĕo, pes, n. ſ. penultima correpta, & Obſtupeſco, ſcis, idem quod Stupeo, hoc eſt, attonitus fio, & ſtupore percutior, ἐκπλήττομαι. Aliquãdo inſenſibilis fio, ἀναισθητῶ, ἀργέω. Terentius in Adelph. Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit. Idem in And. Id mihi uiſus eſt dicere, Abi citò, & ſuſpende te: Obſtupui. Vergilius quinto Aeneidos, Obſtupuit uiſu Aeneas. Cicero Attic. libro quinto, Ob hæc beneficia, quibus illi obſtupeſcant, nullos honores mihi, niſi uerborum decerni ſino: ſtatuas æneas, κωλύω, prohibeo. Idem pro Marcel. Obſtupeſcẽt poſteri certè imperia, & prouincias tuas.

Obſtupefacio, act. t. Significat animo cõſterno, & ſtupidos ſenſus reddo, ἐκπλήττω. Terent. in Phorm. Poſtquàm ad iudices uentum eſt, non potuit cogitata loqui, ita eum tum timidũ obſtupefecit pudor. Liu. 2. ab Vrbe, Adeoq; conſtantia ſua & Tribunos obſtupefecit & plebem.

Obſtupidus, adiect. Gellius libro 5. cap. 1. Conſuluiſſe uniuerſos quaſi attonitos & obſtupidos. hoc eſt, propemodum ſtupidos factos præ metu.

Obſum, obes, obfui, neut. incon. Idem quod noceo, quaſi contra te ſum, βλάπτω. Cuius contrariũ eſt, Proſum, quod eſt iuuo, quaſi pro te ſum. Plautus in Amphit. Factum id Amphitryoni obfuit. Cicero primo de Orat. Fuit enim mirificus quidam in Craſſo pudor: qui tamen non modò non obeſſet eius orationi, ſed etiam probitatis commendatione prodeſſet. Ouidius 11. Metam. an obeſt quoq; gloria multis? Obfuit huic certè. Idem 4. de Ponto, Obfuit autori nec fera lingua ſuo.

Obſurdeſco, is, neut. Totus ſurdus fio, ἐκκωφῶμαι, ἐκθαμβῶ. Cicero in Somnium Scipionis, Hoc ſonitu completæ aures obſurduerunt. Idem de Amicitia, Sed quum tot ſignis eadẽ natura declaret quid uelit, ac anquirat quid deſyderet, obſurdeſcimus tamen neſcio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur audimus.

Obtĕgo, is, ere, a. t. Cum diligentia operire, & tegere, περικαλύπτω. Cato de Re ruſt. cap. 40. Inſuper lingua bubula obtegito,

gito, si pluat. Columella lib. 3. cap. 13. Et quod est durum sum mis glebis obtegatur. Cicero in Vatin. Habet hoc præmium tua indignitas, ut adolescentiæ turpitudo obscuritate, & sor dibus tuis obtegatur. Tacit. libro 4. Animus audax, sui obte gens, in alios criminator. Vergilius secundo Aeneidos quan quàm secreta parentis Anchisæ domus, arboribusq; obtecta recessit. Obtegere se corpore alicuius, est post illum latêre. Cicero pro Sest. Scio seruorum, & libertorum corpo ribus obtexit.

Obtĕmpĕro, as, n. p. Morem gero, προυάγω. Plaut. in Most. Sed tu etiam ne adstas, nec quod dico obtemperas? Cic. Sic mihi semper obtemperauit, tanquam filius patri. Item si gnificat consulo, prouideo. Terent. Ex qua re minus aut fa ma foret, aut rei obtemperans.

Obtemperatio, uerbale. Cic. de Leg. Quòd si iustitia est obtem peratio scriptis legibus, &c.

Obtendo, is, act. t. Ante aliquid tendo, oppono, προΐστημι, προβάλλομαι. ut, Obtendere uelum ante lectum, id est, disten dere uel extendere. Plin. lib. 5. cap. 2. Huic par, interiacente ualle mons aduersus Antilibanus obtenditur, hoc est, oppo situs est. Aliquando Obtendo idem est quod excusa tionem aliquam prætexo. Plinius Epist. 159. Nec puduit ra tionem turpitudini obtendere: egregiam quidem, pul chramq; rationem.

Obtendiculum, n. s. Quo aliquid tegitur, πρόβλημα.

Obtentus, pro prætextu, πρόφασμα. Gellius libro 10 cap 22. Qui obtentu philosophiæ nominis inutile otium, & linguæ ui tæq; tenebris sequuntur. Ponitur aliquando pro exten sione. Verg. lib. 11. Aeneid. Extructosq; toros obtentu frondis inumbrant. Obtentus est aliquando participium. Verg. 1. Georg. Et obtenta densantur nocte tenebrę. id est, obducta, ait Seruius.

Obtento, as, uide Obtineo.

Obtĕro, ris, act. t pen. cor. Contero, suffoco, ἐντρίβω. Liu. Ab elephantis obtriti sunt, id est, pedibus elephantorum protri ti. Aliquando significat circùm, seu ab omni parte tero, tundo in mortario. Colum. lib. 6. cap. 4. Nonnulli pellem ser pentis obtritam cum uino miscent.

Obtritus, huius, tus. Plin. lib. 18. cap. 28. Ne herbæ uellantur, ob tritusq; heberentur.

Obtestor, aris, d. q. Precor, imploro. ἱκετεύω, ἱκετεύω, ἀντίβολῶ. Hoc uerbo utimur in maximis angoribus, fermè sem per cum adiuratione. Terentius in Andria. Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, per q; huius solitudinem Te obtestor. Aliquando etiam sine adiuratione. Sallust. in Catil. Te atque Senatum obte stamur, ut miseris ciuibus legis præsidium, quod iniquitas Prætoris eripuit, restituatis. Cicero pro Flac. Quum ego te Flacce, cælum, noctemq; contestans, flens flentem obtesta bar, quum tuæ fidei optimæ & spectatissimæ salutem urbis & ciuium commendabam. Cæsar libro septimo bell. Gallic. Matres familiæ passis manibus obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent.

Obtestatio, s. t. Verbale. Cic. ad Memmium lib. 5. Phædri obte stationem, sedem, domicilium, uestigia, summorum homi num sibi tuenda esse dicit.

Obtĕxo, is, a. t. Circũtexo, περιυφαίνω. Plin. lib. 11. cap. 19. Fi lis etiam araneus quacunq; incesserit, alarum maximè lanu gines obtexit. Verg. 11. Aeneid. fundunt simul undiq; tela Cre bra niuis ritu, cælumq; obtexitur umbra.

Obticĕo, ces, cere, n. s. Taceo: & est propriè de iis quæ nos pudet dicere, κατασιγάω. Terent. in Eunuch Virgo consci ssa uestę lachrymans obticet. Martialis lib. 10. Et queritur nu gas obticuisse meas. Ouid. 14. Metamorp. Nec prius obticuit, quàm gutturra condidit arbos.

Obticentia, æ, f. p. Quintilianus libro 9. capite 2. Ἀποσιώπησις, (quam idem Cicero Reticentiã, Celsus Obticentiã, non nulli Interruptionẽ appellant) & ipsa ostendit affectus.

Obtinĕo, es, act. f penultima correp. Significat uinco, quæ si contrà teneo, ἐπέχω, κρατῶ. Cicero ad Atticum libr 7. Ma las causas semper obtinuit, in optima concidit. Obtine re, item est seruare, & fortiter tenere. Plaut. in Asin. Si istam fortitudinem animi obtines, salui sumus. Interdum si gnificat simpliciter tenere, siue habere. Columella libro 2. Tertium locum obtinet pecudum stercus. Ponitur ali quando pro retinere, & conseruare. Cic. ad Trebatium, Tu si istic commendatione mea dignitatem tuam obtinebis, per feras nostri desiderium. Obtinere & Repelli sunt con trariꝰ. Cicero ad Lentulum libro primo Epist. Neq; si quid nõ obtinuerimus, repulsi esse uideamur. Ponitur aliquã do pro occupare. Plin. lib. 12. cap. 1. Arbor agros longis obti nens umbris.

Obtento, as, act. p. frequentat. ab Obtineo, es, ἐπέχω. Cic. ad Ac tic. lib. 9. Et tamẽ me spes quædã obtentabat fore ut aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.

Obtingit, Obuenit, euenit, συμβαίνει, συμπαρίστημι. Teren. in Andria, Nescis quid mihi obtigerit. Idem in Heaut. Illuc tibi ex sententia obtigisse lætor. Cicero 1. Offic. Ex quo quia suum cuiusq; fit eorum quæ natura fuerant cõmunia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Non nisi in tertijs perso nis legitur. Obtingere alicui prouincia dicitur, quum sor titò prouincia regenda alicui committitur. Cicero 1. Verr. Quæstor ex Senatusconsulto prouinciam sortitus est, obti git tibi Consularis.

Obtorpesco, is, n. c. ab Obtorpeo, Valde torpidus fio, & stu pore quodam ita afficior, uel propter metum, aut aliã quam uis rationem, ut omninò imbecillior sim, καταβλακόομαι. Curtius lib. 10. Quis crederet sæuam paulò ante concionem obtorpuisse subito meru? Cic. pro Domo sua, Miror ei nõn & linguam obmutuisse, & manum obtorpuisse. Idẽ 3. Tusc. Sed iam subiectus miserijs obtorpui.

Obtorqueo, es, act. s. Vehementer torqueo, διαστρέφω. Pli nius de Viris Illustribus, Cõsuli legibus agrarijs resistenti ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret è naribus.

Obtortus, a um, particip. Cic. 6. Verr. Quem obtorto collo in carcerem abripi iussit.

Obtrecto, tas, ex Ob, & Tracto: a, in e, mutata. Tracto uerò frequentatiuum est uerbi Traho, διασύρομαι, ἀντιπράττω. Est autem obtrectare, autore Festo, contra alienam sententiam tractare, seu maledicere, quum scilicet alicuius dicta aut facta deprauantur. Obtrectat (inquit Erasmus) qui malè prędicat de alio: Detrahit, qui minuit laudem ali cuius. Cicero Dolabellæ, Non eam id laboro, ut si qui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio me à te a mari. Ponitur aliquando pro culpare, siue damnare. Plinius libro nono capite trigesimoquinto, Superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix lautitiam eius omnem apparatumq; obtrectans.

Obtrectatio, onis, Definitur à Cic. 4. Tusc. ad hunc modum, διαυρμός, Obtrectatio est, quã zelotypiã intelligi uolo, ægri tudo: ex eo quòd alter quoq; potiatur eo quod ipse cõcupie rit. Ponitur aliquando pro detractione. Cæs. 1. bel. Ciuil. A quibus & inductũ, & deprauatum Pompeium queritur, in uidia atq; obtrectatione laudis suæ, &c.

Obtrectator, oris, Detractor. Cicer. de Clar. Orat. Dolebantq; q non, ut plerique putabant, aduersarium, aut obtrectatorẽ lau dum mearum, sed socium potius & consortem glorioſi labo ris, amiseram.

Obtrectatus, huius obtrectatus, Idem quod Obtrectatio. Gel. lib. 20. capite ult. Aequum esse puto, ut sine uano obtrectatu considerent.

Obtrigŏ, as, ἐξωρκόω ex Ob & Trigo. significat iureiurando astringo. Trigare enim stringere est.

Obtrudo, dis, si, sum. a. t. Aduersus aliũ trudo, obiicio, προσωθίζομαι. unde Obtrudere fores dicitur, qui in ædes ingre diẽs, foris astãtes excludit. Plaut. in Men. Iam ne abijt intro? abijt, obtrudit foreis. Obtrudere, quasi inuito & renuen ti offerre, & dare. Teren. in And. ea quoniam nemini obtru di potest, Itur ad me. Vbi Donat. Bene, Obtrudi: quasi inui to. De hoc uide etiam suprà in uerbo Obtrudo.

Obtrusus, a, um, particip. Cic. de Clar. Orat. Quò magis exput gandus est sermo, & adhibenda quædam obtrusa ratio, quæ mutari non potest.

Obtrunco, a. p Occido, uulneribus conficio. quasi corpus mẽbris mutilatis truncũ reddo, ἀποδαροτομία, κατακόπτω. Cicero secundo de Nat. deor. Puerum interea obtruncat, membra articulatim diuidit. Vergilius 3. Aen. Excipit incau tum, patriasq; obtrũcat ad aras. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Ita regem obtruncant.

Obtruncatio, uerbale. Columella libro 4. capite 29. Quod tum & obtruncatione uitis, & cum eiusdem resectionis fissura præcipit fieri.

Obtŭĕor, obtuẽris. d f pen. prod. obtũtus sum, obtuẽri. Di ligenter conspicere, ὄπτομαι. Plautus in Bacchid. Num qui numi exci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

numi exciderunt here tibi, Quod ſic terram obtuêre? Idem in Moſtel. At tu iſtac ad nos obtuêre, quoniam cornicē nequis conſpicari.

Obtuor, obtueris deponēs, tertiæ, penultima correpta, obtutus, obtutui, Idē quod Obtueor. Vide infrà in dictione, Tueor, tueris.

Obtutus huius obtutus. m. q. pen. prod. Quaſi obtuitus, id eſt, Aſpectus, *πρόσοψις*: ab Obtueri, *ἀντωπᾶν*, *ἀντοφθαλμᾶν*. Verg. 1. Aen. Dum ſtupet, obtutuq; hæret defixus in uno. Cic. 3. de Orat. Qui uultum eius, quū ei dicendum eſſet, obtutumq; oculorum in cogitando probè noſſet.

Obtundo, dis, di, obtuſum. a. t. ſine n, ſicut fit in aliis à Tundo cum poſitis, quanuis Tunſum à Tundo, n retineat *ἀμβλύνω*. Eſt autem propriè Obtundere, totum ſeu circum percutere, rumpere & hebetare. Plaut. in Amph. Nam ſum obtuſus pugnis peſſimè, id eſt, percuſſus, uel perfractus. Colum. lib. 4. cap. 24. Obtuſa, hebesq; & mollis falx puratorem moratur, eoq; minus operis efficit & plus laboris affert uinitori. Transfertur quoq; ad ingenium, ad oculos, & ad uocem: & dicimus, Obtuſum ingenium, & obtuſa acies: id eſt hebes, & ſine acumine, *ἀποκωμμένη*. Obtūdere, & Acuere, ſunt contraria. Cic. 1. Tuſc. Multa enim è corpore exiſtūt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. Aliquando ſignificat ſæpius repetendo eadem, alicui moleſtiam & faſtidium afferre, *ἀποκναίειν*, *παρενοχλᾶν*. Tractum à fabris, qui repetunt tundendo aliquid malleo. Teren. in And. Obtundis, tametſi intelligo. Idē in Adelph. Ne me de hac re obtundas ſæpius: Cicero. Antequam iret in exilium, Quid nunc ego de proprijs meis meritis prædicem? Si meminiſtis, obtundam, id eſt, faſtidio uos afficiam.

Obtuſus, participium, ut, Obtuſus pugnis. Plautus in Amphytrione.

Obtuſus, nomē pro hebete. Cic. in Cat. Non ne uobis uidetur animus is, qui plus cernat, & longius uidere, & ad meliora proficiſci: ille autem cuius obtuſior ſit acies, non uidere?

Obtutè, aduerb. Cic. 1. de Nat deor. Quo quid dici poteſt obtuſius? Obtunſus legitur apud Plin. Epiſt. 123. ſed minus frequenter, & parum uſitatè.

Obturbo, as, act. primæ, Sermonē, uel negotia alicuius interpello, *ἀιζηπηχέω*, *ἀποκραίω*, *παρενοχλέω*. Terent. in And. Ita ne uerò obturbat? Interdum idem eſt quòd ſimplex Turbo Cic. ad Atticum lib. 22. Me literæ & ſcriptio non leniūt, ſed obturbant.

Obtūro, as, act. primæ, penultima producta, Significat occulto, *ἀντιπαμβάνω*, *πομάζω*, *ἐπιβύω*. Horatius libro 2. Epiſt. Obturem patulas impunè legentibus aures. Cicero de Fato, Stupidum eſſe Socratem dixit, & bardum, quòd iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes, & obturatas eſſe dicebat. Feſtus putat dictionem eſſe compoſitam ex Latina præpoſitione Ob, & Græca dictione *θύρα*: quo nomine illi oſtium appellant: & ita (ſi Feſto de hac etymologia fidem adhibere uelimus) uideretur per th aſpiratum eſſe ſcribendum.

Obturamentum. n. ſ. Quo aliquid obturatur. Plin. libr. 16. cap. 8. Vſus eius cadorū obturamētis. De cortice ſuberis loquēs. Idem lib. 33. cap. 4. Et repleto ſtagno excuſſis obturamentis erumpit torrens tanta ui, ut ſaxa peruoluat.

Obuagio, is, pen prod. Contrà ſeu circum uagio, ſeu uagitu obſtrepo, *ἀντιβωβάζω*. Plaut. in Pœn. Nutrices pueros infantes minutulos domi ut procurent, neúe in conſpectum afferant, Ne & ipſæ ſitiant, & pueri pereant fame, Neúe eſurientes hîc quaſi hœdi obuagiant.

Obuallo, as, a. p Circumuallo, *περιχαράζω*. Cic. pro Lege Agraria, Me longo interuallo propè memoriæ, temporumque noſtrorum primum nouum hominem Conſulem feciſtis, & eum locū quē nobilitas præſidijs firmatum, atq; omni ratione obuallatum tenebat, me duce reſciditis.

Obuaricatores. m. t dicebantur illi, qui cuipiam occurrebant, quò minus is rectū iter cōficeret, inquit Feſtus. Obuarico. as, uerò pen cor. Eſt occurro, obſto, teſte eodem.

Obuaro, ras, a, p. pen. prod. Deprauo, peruerto. *διαστρέφω*. Tractum à uaris, qui introrſum pedes intortos habent. Ennius in Achil. Nam conſiliis obuarant, quibus tam concedit hic ordo Nonius.

Obuēnio, nis. n. q. Idem quod obtingo, *ὑπάρχω*, *προσίημι προσέρχομαι*, Plautus in Aſin. Sed ſi occaſionem opprimere hāc, quæ obuenit, ſtudet. Quintil. lib. 10. cap. 3. Expectantes quid obueniat, quid res poſcat, quid perſonā deceat. Aliquando eſt contingere quaſi ſortitò. Liu. 10. ab Vrbe, Cōſules inter ſe prouincias partiri ſunt, Scipioni Hetruria, Fuluio Samnites obuenerunt. Cic. 3. Ver. Sorte prouincia obuenit. Idem 6 Philip. In ſortitione prouinciarum, quæ cuiq; apta erat, ea cuiq; obuenit. Obuenire ex hæreditate, uel hæreditate ſine præpoſitione, eſt quod uulgò dicimus, Per ſucceſſionem. Var. de Re ruſt. lib. 1. cap. 12. Quid potero facere, ſi huiuſmodi mihi fundus hæreditate obueniat.

Obuentio. f. t. uerbale. Vlp. l. Magis puto ff. de reb eor. qui ſub tutel. & cura ſunt, An pecuniam pupillus habeat, uel in numerato, uel in nominib. quæ conueniri poſſunt uel in fructib. conditis, uel etiam in redituum ſpe, atq; obuentionū.

Obuerſor, aris, deponens, primæ, Significat circùm uerſor, adſum, uerſor, *παρίσαμαι*. Cicero pro Seſtio, Sed mihi ante oculos obuerſatur Reipublicæ dignitas, quæ me ad ſe rapit. Obuerſari per metaphorā etiam illud dicitur, quod ita animo apparet, ut adeſſe coràm uideatur, & cerni. Et dicimus Obuerſari ante oculos: uel cum datiuo, Obuerſari oculis. Liu. 5. belli Maced. Caudinæq; cladis memoria, non animis modò, ſed propè oculis obuerſabatur.

Obuerſatio, uerbale. Cic. pro Muræna, Mœſtos amicos, obuerſationes, teſtificationes, ſeductiones, &c.

Obuerto, act. t. Contrà uerto, *ἀντιστρέφω*. Plinius libro 14. cap. 21. Feneſtras obuerti in Aquilonem oportere. Cicero in Arato, obuertunt nauem magno cum pondere nautæ. Vergilius ſexto Aeneidos, Obuertunt pelago proras. Idem ſecundo Georgicorum, qua parte colores Auſtrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi. Obuerſus ſto, pro aduerſus. Plinius libr. nono capite quinquageſimo ſeptimo. Contraq; uenantes refugere in ſuas cauernas, & in illis obuerſos ſtare. Colum. lib. 7. Plurimum refert ut paſcentium capita ſint obuerſa Soli, qui plerumq; nocet animalibus. Liu. Tum totam aciē in Samnites obuertit.

Obuio, as, n. p. Occurro, obuiā proficiſcor, ſeu obuius fio, quaſi ob, uel contra uiā eo: quemadmodū Deuio, à uia recedo, *ἀπαντάω*. Per translationem ponitur pro reſiſtere. Salluſt. in Iugur. Tum primùm ſuperbiæ nobilitatis obuiatum.

Obuius, a, um, Quod alicui occurrit, & tanquàm in uia expoſitum eſt, *ἐπιτυχὼν*, *ἀπαντῶν*. Salluſt. in Iugurth. Deinde omnes puberes Numidas atq; negotiatores promiſcuè, uti quiſque armatus fuerat obuius, interfecit. Lucan. libr. 1. de infeſtiſq; obuia ſignis Signa. Obuium ſe dare alicui. Liu. 1. ab Vrbe, Romulus, inquit, Quirites, parens urbis huius, prima hodie luce cælo repentè delapſus, ſe mihi obuium dedit. Obuium eſſe. Cicero pro Cecin. Sin autem ingredienti cum armata multitudine obuius fueris. Dicimus autem Obuius tibi fio, Obuius ſum tibi, Obuium me tibi fero, & Obuio tibi. Obuius, & expoſitus homo dicitur, qui omnes admittit, nec ſe difficilem præbet in colloquijs. Plin. Epiſt. 10. Eſt enim obuius, & expoſitus, plenusq; humanitatis quam præcepit.

Obuiam, Aduerbium loci, occurſum denotans, quaſi ob uiā, *ἐς συνάντησιν*. Terentius in Phor. At ego obuiam conabar tibi Daue. Et dicimus, Procedere obuiam alicui, Prodire obuiam, Properare obuiam, Ire obuiam, Venire obuiam, Mittere obuiam, Obuiam fieri. Cic. pro Milone, Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo. Effundere ſe obuiam, Obuiam ire periculis, Obuiam ire conatibus, Obuiam eſſe, quod eſt in promptu eſſe. Plaut. in Capt. Nec ſycophantijs, nec fucis ullum mantellum obuiam eſt.

Obumbro, act. p. Vmbris undique obſcuro, *ἐπισκιάζω*, *ἐπικρύπτω*, *ἐπισκυγάζομαι*. Vergil. duodecimo Aeneidos obumbrant æthera telis. Per translationem ponitur obumbrare pro tueri. Idem lib. 11. & magnum reginæ nomen obumbrat. Ponitur aliquando pro obſcurare. Quint. in Proœmio libr. 8. Fidem amittunt, propter id quòd ſenſus obumbrant, & ut lut læto gramine ſtrangulant. Plin. libr. 25. cap. 1. Sic cuncta in prouerbium ceſſit, Sapientiam uino obumbrari. Iudæus.

Obuncus, a, um. Valde uncus, & incuruus, *ἐπικαμπής*. Vergilius 6. Aen. noſtroq; immanis uultur obunco, Immortale iecur tundens.

Obuoluo, is. a. t Circumuoluo, *περιτυλίττω*, *περικαλύπτω*. Cicero in Orat. Obuoluendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari, &c. Idem ſeptimo Ver. Alii capitibus obuolutis è carcere ad palum rapiebantur. Ponitur aliquando per metapho-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

iam pro dissimulare, uelare, obtegere. Horatius secundo Sermon. Satyra 7. Tu quum sis quod ego, & fortassis nequior, ut rò Insectere, uelut melior? uerbisque decoris Obuoluas uitium?

OC. In notis antiquorum, occursum. O.C. Ore concilii, uel ora concilij. O.CON. Operas conduxit.

Oca, anser, uide infrà Ocha cum aspiratione.

Occa f. p. Instrumentum, quo tracto reptanteq; super terram ferreis dentibus quibus instructum est, glebæ conterruntur, & agri superficies coæquatur, & semina cooperiuntur, βωλοκόσημα. Columella libro secundo capite 18. Deinde uiciam permistam seminibus fœni seremus, tum glebas sarculis resoluemus, & inducta occa coæquabimus. Sunt tamen qui legant hic, Inducta crate. Cratibus enim glebas solere æquari, locupletissimus testis est Vergilius primo Geor. Multum adeò rastris glebas qui frangit inertes, Vimineasq; trahit crates.

Occo, as, are, n. p. Est glebas confringere, & sata operire, βωλοκοπῶ. Cic. de Senect. Quæ quũ gremio mollito ac subacto, sparsum semen excepit, primum id occatũ cohibet, ex quo occatio (quæ hoc efficit) nomen nata est. Palladius, Arbores quæ ablaqueatæ fuerant, occare, hoc est, operire iam conuenit. Varro 1. de Re rust. capite 31. Vineas nouellas fodere, aut arare, & postea occare, id est, comminuere, ne sit gleba: quòd ita occidunt, occare dicunt. Festus, Occare & Occationem Verius dictam putat ab occidendo, quòd cædant grandes globos terræ: quum Cicero uenustissimè dicat ab occæcando fruges iactas. Huius composita, Deocco & Inocco, ui de suis locis,

Occatio, onis, uerbale, ab Occo, as, βωλοκοπία. Plin. lib. 8. cap. 20. Aratione & per transuersum iterata occatio sequitur. Sic Colu. lib. 2. cap. 4 & Cic. de Senect.

Occator, oris, m. t. Qui occat, hoc est, glebas in aruo confringit, βωλοκόπος. Plau. in Capt quid ego deliqui? AE. rogas? Sartor, satorq; scelerum, & messor maximè. T. Non occatorẽ dicere debebas prius? Nam semper occant prius, quàm sariunt rustici. Sic Colu. lib. 2. cap. 13.

Occatorius, a, um, Quod ad occationẽ pertinet, βωλοκοπικός. Columella libro 2. cap. 13. Bubulcorũ operas tres exigunt, occatoriam unam, &c.

Occalleo, n. s. Totus callosus fum. ἀποσυμβῶμαι, ἀποσκιῤῥῶμαι. & per translationem pro induratus sum ponitur. A quo Occallesco, quod est callum obduco. Partes autẽ illæ callũ obducere dicuntur, quæ obdurescunt. Plaut. in Asin. Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis? Occalluit, animus, alibi ait Plautus. pro eo quod est, Diutina malorum assuetudine aduersa patienter ferre didicit. Longa patientia occallui, Plin. Epist. 39. Fauces gulonum à Seneca dicuntur occalluisse, tanquàm callũ obduxerint ex cibis ardentibus, aduersus sensum feruidorum ciborum, qui uix suffrænat gulam helluonum, magis ardentem, quàm ardeat feruens obsonium.

Occăno, & Occino, is, act. t. pen. cor. occinui, & occini, & occanui, secundum Probum, quum Cano cecini faciat: & significat contrà cano, cantu obstrepo, κατάδω, ἐπάδω. Liu. Si pullinon pascentur, si tardius ex cauea exierint, si occinuerit auis. Tacitus lib. 2. Tum Sentius occanere cornua, tubasq;, & erigi scalas iussit. Catullus Epig. 12. Quum diua mater alites ostendit occinentes, Remitte pallium mihi meũ, quod inuolasti. Supinum facit Occentum.

Occentus pro concentu, aut ipso occinendi actu. Valerius Maximus libro primo, Occentusq; foricis auditus, Fabio Maximo Dictaturam, C. Flaminio Magisterium equitum deponendi causam præbuit.

Occento, as, are, frequentat. uide infrà suo loco.

Occæco, uide Obcæco.

Occāsiŏ, onis, f. t inquit Festus, est opportunitas temporis casu prouenientis, καιρός, εὐκαιρία. Cic. 1. de Inuent. Occasio, est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Idem 1. Offic. Tempus autem actionis opportunum, Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occasio. Hæc nascitur per actus humanos non impedientes: ut puer dormiens facit furantibus occasionem. Ponitur aliquando Occasio pro copia, teste Budæo. Colu. li. 9. cap. 1. Id fabricatur ex robore, quercu, uel subere: nam oleę rara est occasio. Dicimus Occasionem capere, Occasionem captare, Occasionem parere, Occasionem esse, Occasionem uenire, Occasionem uideri, Occasionem dare, Occasionem habere, Occasionem offerri, Occasionem nancisci, Occasionem tenere, aut remittere, quæ sunt contraria. Occasionem amittere, Occasionem amplecti, Occasionem arripere. Exempla apud probatos autores sunt inuentu facilia. Occasionem ueteres Romani deam esse putauerunt, Græci deum, quem καιρὸν uocabant. Simulachrum Occasionis ita fingebatur, ut pennatis pedibus uolubili rotæ insisteret, uertigine quadam uelocissima se in orbẽ circumagẽs, priore capitis parte capillosa, posteriore glabra. Quo cõmento occasionis breuitatem & inconstantiam uoluerit denotare, quæ nisi, quum primùm sese offerat, arripiatur, statim elabitur è manibus: nihilq; nobis remanet præter pœnitentiam, quæ perpetua Occasionis fingitur esse comes: ita ut, quũ Occasio effugerit, nobis maneat pœnitentia. De Occasionis effigie extat elegans Epigramma apud Ausoniũ, quod quoniam dignum uisum est, quod non tantùm ibi legeretur, hîc etiam adscripsimus.

Cuius opus? Phidiæ, qui signum Pallados, eius
Quiq; louem fecit: tertia palma ego sum.
Sum dea, quæ rara & paucis Occasio nota.
Quid rotulæ insistis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucris sum: Mercurius quæ
Fortunare solet, tardo ego quum uolui.
Crine tegis faciem. Cognoici nolo. Sed heus tu
Occipite caluo es. Ne tenear fugiens.
Quæ tibi juncta comes? Dicat tibi. Dic rego quæ sis.
Sum dea cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum dea quæ facti, non factiq; exigo pœnas:
Nempe ut pœniteat, sic Metanœa uocor.
Tu modò dic quid agat tecum. Si quando uolaui,
Hæc manet: hanc retinent quos ego præterij.
Tu quoq; dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Occasiuncula, æ, diminutiuum. Plaut. in Trin. Nam nihil attulit, nimis argutè obrepsisti mea occasiuncula.

Occaso, & Occasus, uide Occido.

Occēdo, occedis, occesi, occessum. n. t. ex Ob, & Cedo, occurro, obuiam eo, ἀντιβαίνω. Plaut. in Asin. Næ tu hercle cũ magno malo mihi obuiam occessisti. Idem, Quisquis huic occesserit irato, uapulabit.

Occepso, uereres pro Incepero posuerũt. Plaut. in Amph. Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem interraxero.

Occhi, arbores in Hircaniæ conuallibus sunt, similes ficis, ex quibus defluit mel, horis matutinis duab. Plin. li. 12 ca. 8.

Occido, dis. a. t. pen, prod. ex Ob. & Cædo, significat quocunq; modo interficio, φονεύω ἀποκτέινω, ἀναιρέω. Terent. in And. Si quicquã mentitum inuenies, occidito. Aliquando significat enecare, excruciare, tantaq; molestia afficere, ut quis occisus propè uideatur. Terent. in Adelph. Occidunt me quidem, dum nimis sanctas nuptias student facere. Quandoq; est cædere, ferire, percutere. Teren. in Adelp. Cresipho me pugnis miserũ, & istam Psaltriam usq; occidit. Vbi Donatus, Occidit, uehementer cecidit. Vnde etiã Occisum possumus intelligere cæsum, quanuis interfectus non sit. Propriè tamen Occisus dicitur, qui quouis modo est interemptus. Vlpia. Occisum, interemptũ accipere debemus, siue gladio, siue fuste uel alio telo, uel manib. si fortè strangulauit eũ, uel calce petijt, uel capite, uel qualitercunq. Neque rò homines soli, cæteraq; animalia occidi dicuntur, uerùm etiam plantæ: quæ licet non sentiant, tamen uinere dicuntur. Differuntq; inter se Occisus & Necatus: quòd Occisus uulnere, Necatus etiam ictu dicatur. Vnde ueneno necatos, non occisos dicimus. Occisa res dicitur, desperata & perdita. Plaut. in Pseud. Occisa iam hæc est res, hæret hoc negotium. Vnde & Occisorem, & Occisissimum ueteres dixere. Idem in Casin. Occisissimus omnium qui uiuunt.

Occisio, onis. f. t. uerbale, Actus ipse occidendi, cædes ipsa. φόνος. Plin. de Vir. illust. In insidias delapsi ad unum occisione perierunt. Occisione occidere, idem est quod usq; ad internecionem delere. Cic. Philip. 14. Eiusq; copias occisione occideris, suo exercitu ita incolumi, &c.

Occidio, dionis. f. t. Idem quod occisio, id est, cædes, mors, μιαφονία. Colum. libro septimo capite 5 Sola eafomenta nõ aspernatur lactis caprini. quod infusum tantum ualet, ut & blandiatur, igneam sæuitiam differens magis, quàm occidionem gregis prohibens. Corn. Tacit. lib. 12. Copiæ tum occidione occubuissent. Idem, Ac post multum uulnerum occidioni exempti sunt. Occidione occidere, idem est, quod ad inter-

ad internecionem delere. Liu. 8. bel. Pun. Quum duo exercitus eorum propè occidione occisi essent, &c.

Occido, dis, pen. cor. occidi, occasum, n. t. ex Ob, & Cado: aliquando significat pereo, δύω, ἀπώλομαι. Terent. in Eunucho, occidi, Neq; uirgo est usquam, &c. Occidit spes nostra, inquit Plaut. in Most. id est, perijt, siue de spe decidimus. Accipitur aliquando Occido, pro obuenio: unde Occasio. Aliquando interimor: à quo Occasus pro interitu. Neque solùm de homine, cæterisq; animantibus, uerumetiam de herbis, & de arboribus dicitur, quum senescunt, & euanescunt. Vergilius quarta Eclog. & fallax herba ueneni Occidet. Aliquando cado, siue descendo. Plaut. in Rud. Et alia signa de cælo ad terram occidunt. id est, cadunt. Vnde & Sol occidere dicitur, quia cadere uidetur, dum mergitur. quemadmodum econtrario Oriri, dum uidetur surgere. Lactant. lib. 3. Videbant syderum cursus in occasum meantiũ: solem atq; lunam in eandem partem semper occidere. Huius compositum est Præoccido, antè occido. Plinius lib. 18. Quarto Calen. Maij Canis occidit, sydus & per se uehemens, & cui præoccidere Caniculam necesse sit. Cicero lib. 1. Tusc. Occidere pro mori sumpsit. Sunt (inquit) quidam, qui discessum animæ à corpore putant esse mortem. Sunt qui nullum censent fieri discessum, sed unà animum & corpus occidere.

Occidens, participium. Cic. Epist. ad Sulp. libr. 4. Profectò aliquid opis occidenti Reipub. tulissemus. Idem occidens nomen, de quo suprà.

Occidens, substantiuum, pen. corr. dicitur plaga, in qua Sol occidit δύσις, quæ & Occidentalis plaga uocatur. δυτικὸς, δυσμικός. Cic. 2. de Natura deorum, Qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt. Plin. libr. 2. cap. 67. A Gadibus, columnisq; Herculis, Hispaniæ, & Galliarum circuitu totus hodie nauigatur Occidens: Septentrionalis uerò Oceanus maiore ex parte nauigatus est.

Occidentalis, le om t. Quod uergit ad Occidentem, δυτικός. Plinius lib. 19. cap. 34. Ab Occasu solstitiali, & Occidentali latere Septentrionis.

Occaso, occasas, occasare, Verbum antiquũ ab Occasum, quod est supinum uerbi Occido: idemq; significat, quod intereo. Plaut in Cas. Satin' propter re Pereo ego, atq; occaso?

Occasus, us, m. q. Modò interitus dicitur, & tam de homine, quàm de rebus inanimatis dici solet, ἀναμὰ, δύσις. Cicero 1. Acad. Ac post Lælij nostri occasum. Idem 3. Catil. Totius urbis atque imperij occasus appropinquant. Vergilius secundo Aeneidos Testor in occasu Troiæ nec tela, nec ullas Vitauisse uices Danaũm, Modò dicitur Solis uespertina absconsio, uel transitus ad inferius hemisphærium. Autor ad Herennium libro 3. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt. Ponitur aliquando pro loco ubi sol occidit. Cicero secundo de Natura deorum, Ab ortu ad occasum spatijs immutabilibus commeans sydus.

Occiduus, a, um, idem quod Occidentalis, δυτικός. Claud. li. 2. de Raptu Proserpinæ, Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu Appetis, occiduo ducis ab orbe greges. Nonnunquam id quod occidit. Gellius lib. 19. cap. 1. Rediremusq; in urbem Sole iam ferè occiduo. Ouid. 1. Metamor. Vesper & occiduo quæ littora Sole tepescũt, Proxima sunt Zephyro. Aquæ occiduæ, pro mari Hesperio, apud eundem 1. Fast. & Senectus occidua, 15. Metam.

Occilare, Contundere, συγκόπτειν. Plaut. in Amph. Qui mihi aduenienti occilet os. Quidam tamen legunt, Oscillare pro Inclinare.

Occino, is, ere, Vide Occano.

Occipio, pis, penul correp. Compositũ est à Capio, quemadmodum Incipio, Concipio, Præcipio, & similia: significatq; idem quod Incipio, ἐνίσταμαι. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Agere porrò occœpit. Terent. in Eunuch. Interea miles, qui me amare occœperat. Idem in And. si quid narrare occœpi, continuò dari Tibi uerba censes.

Occiput, penul. corr. huius occipitis, neut. gen. tert. ex Ob, & Caput, Significat posteriorem capitis partem, quæ fronti opponitur, ἰνίον. Ausonius in Epig simulacri Occasionis & Pœnitentiæ, sed heus tu Occipite es caluo. Ne teneat fugiens.

Occipitium, occipitij, Idem. Plaut. in Aulul. Quæ in occipitio quoq; habet oculos pessima. id est, uersuta, circunspectaq; est, ut non sit eam facilè fallere. Frons occipitio prior, prouerbium ad exploratam rem, & cognitam, quod de Ianis fingitur, qui bifrontes pingebantur. Varro lib. 4. de Lingua Latina, Ianus à prospiciendo, quod eius simulacrum bifrons pingitur, quod ad Orientem & Occidentem prospicit. Hinc Ianus pater, & Ianus geminus, & Iani templum. Ouid. 1. Fast. Ianus ab his dictus, quia prospicit omnia, testis Adest Ianus, Ianus pro Sole. Macrob. 1. Saturn. cap. 9. Ianum quidam mundum esse uolunt, Varro Solem. Ouid. 1. Fast.

le & ſtellis dicitur, quum occidunt: unde Occubitus ſyderum dicimus, pro occaſu.

Occupo, as, act. p. pen. cor. ex Ob, & Capio ſignificat quod in commune, ſiue in medium erat, ante alios capio, ut ait Valla libro quinto aut etiam rem alienam inuado, arripio, & ui detineo, καταλαμβάνω, προλαμβάνω, φθάνω, προκαταλαμβάνω. Quint. Declamat. 13. Multa quæ nihilominus libera fuerunt, tranſeunt in ius occupantium, ſicut uenatio, & occupatio. Cic. de Amic. Tyb. Gracchus regnum occupare conatus eſt. Occupari ſæpe etiam accipitur pro detineri, ſeu diſtringi, ἀσχολοῦσθαι. Cic. Offic. libro primo, Et in ea ſum ditus delenda occupati ſunt, & fuerunt. Dicimus cum datiuo, Occupatus alicui rei. Plinius libro 26. capite 2. Sedere nanq; in his ſcholis auditioni occupatum gratius erat. Et per ablatiuum cum præpoſitione In, ut, Occupatus in alio amore. Terentius in Andria. Et per accuſatiuum cum præpoſitione Ad. Ne quò te ad aliud occupes negotiũ. Plautus in Pſeud. Interdum eſt locum tenere, ſeu ui capere. Liuius libro trigeſimotertio Nam & ipſis uocantibus urbem hanc accepi, non occupaui: id eſt, non ui cepi. Aliquando ſignificat præuenire. Plautus in Ruden. Occupas præloqui. Varro in Ephebo, Crede mihi, plures dominos ſerui comedere, quàm canes: quòd ſi Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet. Aliquando eſt inueni re. Plautus in Menæch. amplius enim hæreo, Ni occupo aliquod mihi conſilium. Aliquando tenere, poſſidere. Plautus in Trinum. Familiam optimam occupauit. Ab Occupo fit compoſitum Præoccupo, antè occupo, uel præuenio.

Occupatus, a, um, Quod modò participium eſt, modò ex participio nomen admittens comparationem, ἀνασχολούμενος. Cicero ad Atticum libro duodecimo, Non dubito quin occupatiſſimus fueris. Occupatus, & Otioſus contraria. Cicero 1. Tuſcul. Vt ſi occupati aliquid profuimus ciuibus noſtris, proſimus etiam, ſi poſſumus, otioſi. Dicimus cum datiuo, Occupatus alicui rei. Plin. lib. 26.

Occupatiuus ager, Dicitur qui deſertus à cultorib. proprijs, ab aliis occupatur, καταλημμένος χαρίον.

Occupatio, f. t. Quod propriè ſignificat diligentem rei neceſſariæ uacationẽ, ἀσχολία. Cic. in Orat. In maximis occupationibus nunquàm intermittis ſtudia doctrinæ. Eſt etiam Occupatio, ἀνθυποφορά, apud Rhetores, ſchema quoddam, quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur: quod fit uel quum rem notam eſſe putamus auditoribus, uel quum ſuſpicionem excitare maioremreticendo uolumus. A Græcis παράλειψις uocatur. Quale eſt illud, Cogis me iniuriæ tua cauſam proferre. Nihil agis, non dicam, ſed ipſum tempus eam patefaciet. Præterea Occupatio ſiue Præoccupatio, aliud ſchema dicitur, quum quæ dici ab alio poterant, ea ipſi præueniendo dicimus, in aduerſarium noſtrum, ne nobis poſtea officiant, detorquentes. Dicta Occupatio, quaſi præuentio. nam Occupare inter cætera ſignificat præuenire.

Occurro, ris, occurri, occurſum, n. t. Obuius fio, obuiã procedo, ἀπαντάω. Iuuen. Saty. 1. Occurrit matrona potens. Cic. pro Cluent. per tranſlationem, Sed ego occurram expectationi ueſtræ iudices, id eſt, ultrò anteuertam, & præueniam. Quandoque pro currere ponitur. Plantus in Cure. Video parаſitum tuum occurrentem. Quandoq; occurrere, eſt in mentem uenire, ἐπέρχεσθαι. Idem de Senect. Sed mihi, quum de ſenectute aliquid uellem ſcribere, tu occurrebas, προσέβαινεν. Theodor. Et in hac ſignificatione poſſumus addere datiuum aliquem, qualis eſt Animo, uel Menti, uel ſimilem. Cicero 4. Acad. Si id quod officij ſui ſit, non occurrit animo, nihil unquàm omninò aget. Liuius tertio belli Pun. Sed occurrebat animis, quantos exercitus terreſtres, nauales q;, &c. Quandoq; offerri, προσβάλλειν, ut apud Cic. Occurrebat tibi oratio, id eſt, offerebat ſe. Colum. lib. 2. cap. 2. Occurrebant oculis tot paludes, tot etiam campi. Quandoq; obſtare, ſiue obſiſtere, ἀνθίστασθαι, Perſius, Venienti occurrite morbo.

Occurſus, huius occurſus. m. q. Ipſe occurrendi actus, ἀπάντησις. Plin. lib 8. cap. 30. Qui ne contrario occurſu hebetetur, capſarum modo includitur.

Occurſo, ſas. frequentatiuum, Id eſt, currendo obuiam eo. Vergil. Eclog. 9. & inter agendum Occurſare capro (cornu ferit ille) cauto. Ponitur quandoq; pro eo quod eſt in memoriam uenire. Plaut. in Mil. Nam ita mi occurſant multæ, haud meminiſſe omnes poſſum. Plin. Epiſt. lib. 5. Occurſant animo meo moralitas, & ſcripta. Occurſare numinibus, eſt adorare, & ſacrificijs placare, & præuenire numina, ne nobis noceant. Plin. in Paneg. Atq; inter hæc pia mentes adire lucos, & occurſare numinibus.

Occurſatio. f. t. uerbale, Diligens captatio honorum, quũ magnatibus, aut populo occurrimus prius quàm decernatur. Cicero pro Plancio, Facilis eſt illa occurſatio, & blanditia popularis.

Ocellæ, ab ocellis cognominati ſunt: hoc eſt, ab exiguis oculis, qui ſcilicet iuſto minores haberent oculos.

Ocha, cum h, anſer, compoſita dictio ex Græcorum maſculino articulo qui eſt, ὁ & χλὼ anſer. Sic enim noſtri componentes, ὁ cum χλὼ, & in recto V, abiicientes, Ocha dixerunt, quidam o, in au uertentes dicunt aucha non ocha, & Ocha eſt mons in Inſula Eubea à quo Inſula quoq; ipſa quandoq; dicta eſt Oche.

Ocharon, Theod. Gaza modò Eruilliam, modò Eruiale, aliquando Cicerum folio ut Cicerculæ oblongo dicit, uermiculis obnoxio.

Ochra, ὠχρά, Genus eſt coloris lutei, qui fit ex uſta rubrica in ollis nouis luto circunlitis. Plin. lib. 35. cap. 6.

Ocimum. n. ſ. per i noſtrum, ὄκιμον, Dioſcoridi herba eſt horteuſis pedali altitudine, ſurculoſa, ramulis teretibus, folio muralis herbæ, diluti uiroris, odoriſq; flagrantiſſimi, qui recentiores Baſilicam herbam uocant: quo etiam nomine utitur uulgus. Ductum eſt nomen, ut putatur, à celeritate naſcendi: quòd omnium eorum quæ in hortis naſcuntur, celerrimè proueniat, dieq; à quo ſata eſt tertio erumpat. Unde etiam à nonnullis per y, ſcribitur, eo quòd à dictione Græca ὤνυξ deriuari putetur. Sed (ut ſuo loco docebimus) Ocymum farraginis quoddam genus eſt, ab ocimo omnino diuerſum. Sunt hac noſtra ætate uiri non indocti, qui Ozimũ per z, ſcribendum contendant, dictumq; putant à Græco uerbo ὄζω, quod eſt fragro; eſt enim herba fragrantiſſimi odoris. Quæ opinio in primis arrideret, niſi reclamarent caſtigatiſſima quæq; Plinij & Dioſcoridis exemplaria, in quibus cõſtantiſſimè pro hac herba Ocimum legimus per ſecundam conſonantem.

Otium, cii. n. ſ. ſiue (quod eruditis magis placere uideo) Otium per t, propriè uacatio à labore: cuius contrarium eſt, Negotium ἀπραγμοσύνη χολή. Columella libro 2. Sed quã tam otij quàm negotij rationem reddere maiores noſtri coneueuerint, nos quoq; monendos eſſe agricolas exiſtimamus, quæ ferijs facere, quæ non facere debeant. Autor ad Herennium in Præfatione oper. Etſi negotijs familiaribus impediti uix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus, & id ipſum quod datur otij, libentius in philoſophia conſumere conſueuimus, tua nos tamen, &c. Accipitur etiam Otium pro exercitatione leuiore animi, uel corporis, & relaxatione à grauioribus & magis ſerijs negotijs. Vnde otium literarium dicimus pro ſtudio literarum. quòd hoc exercitationis genus oblectamentum potius uideri debeat, quàm ſeria aliqua occupatio. Cicero, Quid dulcius eſt otio literario? id eſt, ſtudio, & (ut ita dicam) negotioſo otio. Accipitur etiam Otium pro tranquillitate, pace, quiete, ἡσυχία. Cicero in Verrin. Ergo tunc quum bello fugitiuorum tota Italia arderet, C. Norbanus in Summo otio fuit. Idem primo Familiar. Epiſtolarum. 28. Si antea auditum erit otium eſſe in Syria.

Otioſus, uel potius Otioſus, Vacuus, ceſſans, opere ſolutus, σχολῶν, ἡσυχῶν. Cicero de Claris Oratoribus, Quum inambularem in Xyſto, eſſemq; domi otioſus. Plin. Epiſtol. 9. Satius eſt enim (ut Attilius noſter eruditiſſimè ſimul & facetiſſimè dixit) otioſum eſſe, quàm nihil agere. Dicitur & de animo, qui tunc otioſus eſt, quum tranquillus eſt, ſecurus, & ſolicitudine uacuus. Teren. in And. Animo iam nunc otioſo eſſe impero. id eſt, ſecuro. Nam niſi ſecurus eſt, nemo eſt otioſus, ut inquit Donatus. Dies otioſus, pro feſto. Cicero ad Quintum Fratrem libro 3. Id perficiam his ſupplicationum otioſis diebus. Cicero de Senectute, Si uerò habet aliquid tanquàm pabulum ſtudij, atq; doctrinæ, nihil eſt otioſa ſenectute iucundius. Idem 1. Offic. Dicere ſolitum Scipionem accepimus, nunquã ſe minus otioſum eſſe, quàm quũ eſſet otioſus.

Otioſè, aduerb. Quod eſt cum otio, σχολῇ ἀτρέμας. Terent. in Adel. Otioſè nunc iam illicò hic conſiſte. Otioſum uerbum, di-

bum, dicitur quod sine utilitate & loquentis, & audientis dicitur, quasi superfluum, ἀργόν ῥῆμα.

Ocior, aris, ociari. d.p. In otio & quiete sum, σχολάζω. Cuius contrarium est, Negotior. Cic. lib. 3. Offic. Cælius Canius Eques Romanus neq; infacetus, & satis literatus, quum se Syracusas otiandi, non negotiandi causa contulisset, dictitabat se hortulos aliquos emere uelle.

Ocius, citius, antitheton Tardius, Dic. de Som. Ocius faciet.

Ocneros, Rusticus apud Diosc. lib. 4. cap. 147.

Occquiniſco, ſcis, Inclino, (inquit Non) Pompon. in Pist. Nisi nunc aliquis subitò obuiam occurrit mihi, qui occquinisca, quò compingam terminum in tutum locum.

Ocrea, æ. f. p. Militaris calceamenti genus est ex ære, ad obtegendas tibias accommodatũ: quo utebantur tantùm duarum primarum classium milites reliqui enim caligis tibias muniebãt, κνημίς, ἢ ἐντικνήμιον. Apuleius, Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Vide Liu. 1. ab Vrbe, & ea quæ annotauimus in dictione Caliga.

Ocreatus, a, um, Qui ocreis calceatus incedit, κνημιδωτός. Plinius lib. 19. cap. 2. Ad reliquos usus laborioſè euellitur ocreatis cruribus, manibusq; tectis manicis, conuolutum offeis ligneisue ornamentis.

Octangulus, uide Octo.

Octo, ὀκτὼ, Nomen numerale, adiect. indeclinabile. Verg. 1. Geor. pedes temo protentus in octo.

Octies, aduerb. Octo uicibus. Colum. li. 8. cap. 8. Nam & octies anno pullos educat. De columbis.

Octauus, a, um, ὄγδοος. Horat. in Epist. 7. Strenuus, & fortis, clausisq; Philippus agendis Clarus, ab officijs octauam circiter horam Dum redit, &c.

Octauum, Ponitur aliquando tanquàm aduerbiũ pro Octies. Liu. 6. ab Vrbe, Nam præter Sextium, Luciniumq; latores legum iam octauum Tribunos plebis refectos. Sic Octauum Consulem dicimus, qui octauũ gerit Consulatũ. Octauò autem Consulem, qui octauo anno ab exactis regibus, institutisq; Consulibus, fuit Consul. Vide Aulum Gellium in Noctibus Attic.

Octingenti, æ, a. Cicero 4. Academicarum, Mille & octingenta stadia, &c.

Octingenarius, a. um, Quod ex octingentorũ numero constat: ut Octingenarius grex, qui octingentas habes pecudes. Varr. de Re rust. cap. 10. Septingenarij enim mei (subaudi greges) tu ut opinor, octingenarios habuisti.

Octingentesimus, a, um, ὀκτακοσιοστός. Vltimus ex octingentis, uel unus ex numero octingenario. Cicero de Senect. Deinde qui minus gratis esset iis senectus, si octingentesimum annũ ageret, quàm octogesimum?

Octoginta. Cic. de Senect. Argantonius quidã Gadib. qui octoginta regnauit annos, centum uiginti uixit.

Octogenus, adiect. Plin. lib. 9. cap. 51. Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur, id est, octoginta.

Octogesimus, a, um, ὀγδοηκοστός. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentes homini nouissimi, qui genuini uocantur, circiter uicesimum annum giguuntur, multis & octogesimo.

Octogies, aduerbium. Cic. in Pison. Non ne sestertiũ centies & octogies, quod quasi uasarij nomine, in uenditione mei capitis ascripserat, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti?

Octonus, na, num, propriè est distributiuus numerus, quamuis etiam accipiatur pro suo primitiuo Octo. Varro. Nutritare octonos porcos paruulos primò possunt, incremento facto, à peritis dimidia pars remoueri solet. Plinius libro octauo capite 50. Octonis mensibus ferunt partus: id est, octo mensibus.

Octoiugis, pen. cor. Quod octo habet iuga. Liu. lib. 5, ab Vrbe, Antea trina loca cum contentione summa patritios expleri solitos: nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire.

Octoangulus, Res uel figura dicitur, octo angulos habens, ὀκτάγωνος.

Octipes, penult. cor. huius octipedis, com. t. quod octo habet pedes, ὀκτώπους, quapropter ab Ouid. lib. 1. Fast. hoc epitheton Cancro cælesti [illegible] tribuitur: Octipedis frustrà quæruntur brachia Cancri.

Octuplus, pen. cor. adiect. ὀκταπλάσιος. Cic. 6. Ver. Dicis enim te in Decumanum, si plura sustulerit quàm debitum sit, in octuplum iudicium daturum esse.

Octuplicatus, a, um, pen. prod. Liu. 4. ab Vrbe, Octuplicato q; censu ærarium fecerunt.

Octussis, Numi species ad ualorem octo assium. Hora. 2. Serm. Satyr. 3. Quanti emptæ? paruo. quanti ergo? octussibus.

October, bris, m. t. Mensis dictus est, q octauũ locũ teneat à Martio, qui primus ineuntis anni mensis erat, πανσελήνιος.

Octophorum, ri, n. s. pen. cor. ὀκτωφόρον. Lectica dicitur, quæ ab octo seruis gestatur, sicut Hexaphorum, quæ à sex lectis ferri cõsueuit. Suetonius de Calig. Interdum adeò segniter & delicatè incessit, ut octophoro ueheretur. Martial. lib. 6. Octophoro sanus portatur Aulte Philippus. id est, octo seruis in lectica.

Oculũs, li, m. s. Dictus est ab occulendo, quòd ciliorum teguminibus occulatur. Latent enim oculi sub cilijs et genis ὀφθαλμὸς, ὄμμα. Lactant. li. de Opif. Vt igitur oculi munitiones ab iniuria, ciliorum teguminibus occuluit: unde oculos dictos Varroni placet. Sunt autem oculi pars corporis pretiosissima, in quibus (ut Albertus Magnus inquit) maxima indicia amoris & odii existunt. Sunt enim ueri cordis nuntij, in quibus animus inhabitat. Terent. Adelph. dij me pater Omnes oderint, ni magis te quàm oculos nunc amo meos. Cic. 2. de Nat. deor. Nam & oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere. Plautus in Trinum. quem ego quis sit homo nescio, Neq; oculis ante hunc diem unquam uidi. Verg. 8. Aeneid. atq; oculos per singula uoluit. Accipimus etiam Oculos pro notis, seu maculis rotundis, quales uidemus in pardorum pellibus, & caudis pauonum. Plinius libro 8. capite 17. Pantheris in candido breues maculas rum oculi. Per translationem posuit Cicer. in Lælio, Nec uerò in luce modò, atq; in oculis magnus: sed intus, domiq; præstantior. Magnus in oculis & luce: id est, coram hominib. Dicuntur etiam oculi in arborum surculis: unde germinant. Cato de Re rust. cap. 6. Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serunto. Habet autem hoc nomen uarios, eosq; elegantes in oratione usus. Dicimus enim Adijcere oculos rei alicui, pro eo quod est, rei alicuius cupiditate teneri. Cicero quarta Verrin. Partim planè uidebant adiectum esse oculum hæreditati. Capere rationem aliquam oculis, est rem aliquam uisu æstimare. Plautus in Pseudolo, Vt ego oculis rationem capio. Habere alicuius oculos in suis oculis, est uidere quid ille uelit, aut imperet. In oculis gestare aliquem, aut ferre, est illum ualde amplecti & amare. In oculis aliquid habere, est ad illud ualde, semperq; intentum esse, ut interpretatur Bud. Oculi mei in uultu illius habitare dicuntur, à quo contuendo non mouentur. Oculum exculpere, idem quod exuere. Oculi alicui dolere dicuntur, quoties aliquid uidet quod uidere molestum est. Intendere oculos, est fixis oculis aliquid intueri, & oculos immobiles tenere. Oculos aliquorum tenere, est in contemplationẽ sui adducere. Oculos tollere, per translationem, est refici, recreari, & delectari ob aliquid. Cicero ad Tiron. Literæ meæ, siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt: hac tamen epistola quam Acastus attulit, oculos paululum sustulerunt. Ab Oculus Plautus suo more formauit superlatiuum Oculissimus, pro charissimus. Huic (inquit) proximum ostium oculissimum. Saluc, ualuistin' ostium oculissimum? Oculis captus, Cæcus dicitur, ἀλαὸς, πεπηρωμένος τὰς ὄψεις. Cic. 6. Verr. Tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratam decidisti.

Ocellus, dimin. ὀμμάτιον. Catullus de Acme. Et dulcis pueri ebrios ocellos. Ocellus meus, apud Plaut. in Asin. blandientis uox est, Da (inquit) meus ocellus, mea rosa.

Ocellatus, a, um, Quod ocellos habet, id est, cauernulas quasdam. Vnde Suetonius, Ocellatas nuces dixit, id est, multis foraminibus distinctas.

Oculeus, a, um, Plenus oculis, πανόπτης, πολυόμματος. Plaut. in Aul. Quos si Argus seruet, qui totus oculeus fuit. Quẽ quondam Ioui Iuno custodem addidit, Is nunquàm seruet. Per translationem ponitur pro perspicaci, quasi qui totus ex oculis constet. Apuleius, Perspicatiorem ipso Lynceo, uel Argo, & oculeum totum.

Oculatus, a, um, Modò dicitur, qui per totum corpus oculos habet: qualis fuisse fertur Argus ille centoculus, Iuus custos. Modò qui oculos habet uigilantes, & qui cuncta perspicit, πολυόμματος, ὁμματοφόρος. Plautus in Trucul. Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decem, id est, qui præsens fuerit, uideritq;. Plinius. Oculatissimum locum appellat conspicuum, lib. 34. cap. 6. in qua legatione interfecto, Senatus statuam poni iussit quàm oculatissimo loco in rostris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Oculatam diem uocat Plaut. in Pseud. diem præsentem, quòd scilicet statim uidemus pecuniam nobis annumerari: cui opponit Cæcam diem, qua nihil numeratur præsentis pecuniæ. Eme, (inquit) die cæca oliuum: id uendito oculata dic.

Oculatio, onis, In uitibus pro gemmarũ superfluarũ defectione. Plin. lib. 17. ca. 21. Simplici iugo constat porrecto ordine, quem cauteriũ appellant: meliorq; ea uino, quando sibi nõ obumbrat, assiduoq; sole coquitur, & afflatum magis sentit, & celerius rorem admittit. Pampinationi quoq; & oculationi, omniq; opere facilior.

Oculitus, pen. cor. aduerb. Sicut Medullitus, Animitus: quo significatur tam charum esse, quàm oculum, ὀφθαλμικῶς. Plaut. Qui amant ancillam meam oculitus.

Oculo, as, act. p. Idem quod illustro, uel illumino, & quasi ex cæco oculatũ facio, ὀμματόω. Tertul in Apolog. Sed quia iã expolitos, & ipsa urbanitate deceptos, in agnitionẽ ueritatis ocularet. Sed hoc uix crediderim apud ueteres inueniri. Neque enim Oculatus participium est à uerbo Oculo, sed potius nomen, sicut Manicatus, & Tunicatus.

Ocymum, n. s. ὄκιμον pen cot. Farrago est diuersarũ herbarum uel leguminum, ad boum pabulum sata, qua ciebant aluum bobus: id erat huiusmodi, Fabæ modios decẽ, uiciæ duos, tantundẽ & eruiliæ in iugero autumno miscebant, ac serebãt, admista etiam auena Græca, cui nõ cadit semen. Dictum nomen ab ὠκύς, quod significat Velocẽ, uel propter celeritatem nascendi, uel quòd bobus aluum ciet: quapropter etiam ijs datur, ut purgentur. Autor est Varro lib. 1. de Re rustica, cap. 31. Vide de hoc plura in Annotationibus Hermol. Barbari in Dioscor. lib. 2. cap. 158.

Ocyor, comt. ὠκύτερος, ὠκύτατος, & Ocyssimus, ὤκυστος, ὠκύσσατος. Latina nomina pro Celerior, celerrimus: fiunt à positiuo Græco ὠκύς, quo Latini carent. Plin lib 2. cap 8. Mercurij sydus inferiori circulo fertur, nouem diebus ocyore ambitu, modò ante Solis exortum, modò post occasum splendens. Idem lib. 16. cap. 31. Quidam breuitate radicum senescere celerius arbores putant, quod coarguunt fici, quarũ radices longissimæ, & senectus ocyssima est.

Ocyus & Ocyssimè, aduerb. Quanquàm & Ocyter dicatur pro Citò, & perquàm promptè. Terent. And. Eamus ergo ad eum ocyus. Idem in Heaut. & tu, id quod cupis, Quàm ocyssimè ut des.

OD. In notis antiquorũ, ordo. O. D. M. opera domus munus.

Odẽum, n. s. pen. prod. ᾠδεῖον. Locus est in ædibus cantui destinatus, ἀπὸ τῆς ᾠδῆς hoc est, à cantu dictus. Cicer. ad Attic. 4. Monumentũ illud, quod tu tollere laudibus solebas, ut odeũ laxaremus, & usq; ad atriũ Libertatis explicaremus, contempsimus sesterriũ sexcenties. Vide Cælium lib. 38. cap. 11. Vitru. lib. 5. cap. 9. Pericles Athenienſis inter cætera opera quæ Athenis extruxit, fecit & odeum, in quo certamina musica spectabantur: quod multis sedibus & columnis exornatum fuisse Historici prodiderunt.

a uerbo ἀείδω cano

Ode, ᾠδὴ Græcè, cantus Latinè dicitur: unde etiam Horatius Carmina sua Odas appellauit.

Odfacio, Veteres pro Olfacio dixerunt, teste Festo.

Odi, odisti, odit, uerbum defectiuũ (ut Priscianus inquit) neq; præsens, neq; futurũ, neq; participiũ habet, sed tam præsentis quàm præteriti tẽporis significationẽ tenet, μισῶ, ἐχθαίρω. Significat enim Odi, odio habeo, & habui. Cicero de Amic. Alterum propter crudelitatẽ semper hæc ciuitas oderit. Idẽ, Apertè odisse magis ingenui est, quàm fronte occultare sententiã. Hora. 1. Epist. 19. Oderunt hilarẽ tristes, tristẽq; iocosi, Sedatum celeres, agilem gnauumq; remissi, Potores bibuli media de nocte Falerni Oderunt porrecta negantem pocula: quanuis Nocturnos iures te formidare uapores. Ouidius 2. de Arte, amor odit inertes. Hinc participium Osus, & composita Exosus, & Perosus, & Osor uerbale: de quibus suis locis,

Odium. n. s. μῖσος & ἔχθος Ira inueterata, ut inquit Cic. 4. Tusc. Interdum capitur pro instantia, assiduitate, molestia, fastidio, δυσχέρεια, ἐνόχλησις. Plaut. in Asin. Iam hic me abegerit suo odio. id est, fastidio. Terent. in Eunuch. Neq; agri, neq; urbis odium unquam me percipit. id est, molestia, fastidium uel satietas præoccupat. Odium mitigatur, deponitur, tenetur, sedatur. Cicero ad Quir. post red. Odium uel precibus mitigari potest, uel temporibus Reipublicæ communiq; utilitate deponi, uel ulciscendi difficultate teneri, uel uenusta te sedari.

Osus, a, um, μισῶν, cum suis compositis Exosus, & Perosus, participia sunt, siue participiorum modo capiuntur. Habẽt autẽ actiuam significationem, exiguntq; accusatiuum. Festus Osus sum, præteritum esse putat à uerbo Odio: quod tamen in usu non est: nos potius à defectiuo Odi, deductum putamus. Plaut. in Amphytrione, Inimicos semper osa sum obtueri. id est odi.

Osurus. Cic. in Læl. Negabat ullam uocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quàm eius qui dixisset, Ita amari oportere ut aliquando esset osurus.

Osor. m. t. Plaut. in Asin. Madidũ, nihili, incontinentem, atq; osorem uxoris suæ: id est, qui odit uxorem suam. Sciendũ, quòd in osus terminata, quædam significant habitudinem, siue uehementiam, copiamúe, aut affectionẽ, quemadmodũ apud Græcos terminata ὠδης: ut Animosus, Ingeniosus, Neruosus, Saxosus, A quosus: qui habet copiam saxorũ, neruorũ, ingenij & animi. Vinosus, Libidinosus, Mulierosus, Seditiosus, Factiosus: qui amat uinum, libidines, mulieres, seditiones, factiones. Quædam actionem: ut Studiosus, Stomachosus, Contumeliosus: qui operã dat studio, qui stomachatur, qui contumeliã facit. Quædam passionem: ut Odiosus, Inuidiosus: qui habetur odio, & cui inuidetur. Quædã actiuè & passiuè accipi possunt: ut Formidolosus, Laboriosus, Operosus, Voluptuosus, Religiosus.

Odiosus, a, um, Qui odio habetur, μισητός. Cic. de Amic. Odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantiũ. Idem 1. Officiorum, Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionũ nonnulli gestus ineptijs non uacant. Idem de Senectute, Senectus sic plerisq; senibus odiosa est, ut onus se Aetna grauius dicant sustinere. Aliquando capitur pro molesto. ἀνιηρὸς, ἐποχθὴς, Terentius in Phormione, Si porrò esse odiosi pergitis.

Odiosè, aduerbium, Cum odio, uel tædio. Plautus in Bacch. Caue uerò, odiosè facis. Ad Herennium libro quarto Uinis inuidiosè, delinquis studiosè, loqueris odiosè. Quintilianus libro primo, capite sexto. Quia nihil est odiosius affectatione.

Odinolyontes, ὠδινολύοντες Pisciculi sunt exigui, magnitudinem magnæ limacis non excedentes, quos Græci alio nomine Echeneidas, Latini etiã Remoras uocant: sic appellati, ἀπὸ τῆ λύειν τὰς ὠδῖνας: id est, à soluẽdo dolores partus. Quippe sale asseruatũ & alligatum grauidis, partum soluere prodiderunt. Plin. lib. 32. cap. 1.

Odeporicon, uide Hodœporicon, prima uacali aspirata.

Odontagra, æ, ὀδοντάγρα, Instrumentum est chirurgicum dentibus euellendis accommodatum.

Odontotrimma, ὀδοντότριμμα A Græcis dicitur dentifricium, hoc est, medicamentum quo dentes fricantur, ut albescant: ἀπὸ τῆ τρίβειν τὸς ὀδόντας.

Odŏr, doris. m. t. Nihil est aliud quàm infectus aër, interprete Plin. libr. 9 cap 7. ὀσμή. Dictus odor, quasi olor, literæ unius commutatione. Dicitur & Odos, pro Odor, sicut Honos, Lepos. Plautus in Captiuis, Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum. Idem in Menæc. Et quid de odore possit si quid fortè olfeceris, facere coniecturam? Vergil. 1. Aeneid. contactuq; omnia fœdant Immundo: tum uox tetrum dira inter odorem. Ouid. 2. Metamorphoseon, Vt tamẽ ingratus in pectora fudit odores. Per translationem quandoq; ponitur pro indicio, teste Budæo: ut, Odor Dictaturæ. Cicero ad Atticum libro 4. Res fluit ad interregnũ, & est nonnullis odor Dictaturæ. Odores & aromata pro eodem accepit Columella libro duodecimo, capite uigesimo. Quod si non ira, ut præcipimus, permiscueris, subsident aromata, & adurentur. Et paulo pòst, Ad prædictum autem modum musti adijci debẽt odores, nardi foliũ, iris Illyrica, &c.

Odorus, a, um, pen. prod. Quod ex se odorẽ mittit, ἐυοσμος, ὀσφραντικὸς. Statius 6. Thebaid. & odoro uulnere pinus Scinditur. Ouidius nono Metamorphoseon, Naiades hoc pomis, & odore flore repletum Sacrarunt: diuesq; meo bona Copia cornu est. Aliquando ponitur pro eo quod est sagax, quodq; acutissimum habet odoratum. Vergilius lib. 4. Aen. & odora canum uis.

Odoro. as, pen. prod. n. p. Odoratum facio Colum. lib. 9. cap. 4. Qui coloret odoretq; mella, hoc est, odorata faciat. Odoro, pro odore repleo. Ouid. 15. Metam.

Thura super ripas, aris ex ordine factis.
Parte ab utraq; sonant, & odorant aëra fumis.

Odoror, aris, deponens, Odorem percipio, ὀσφραίνομαι. Columm. lib. 6. cap. 2. Deinde nares perfricato, ut homines discant

ſcant odorari. id eſt, olfacere. Plaut. Menech. Agedũ odorare hanc, quàm ego habeo palàm, quid olet? Per translationem ponitur pro eo, quod eſt odore quodam ſuſpicionis aliquid ſentire, ut apud Cic. ad Att. Cupio, antè quam Romã ueniã, odorari diligẽtius quidnam futurũ ſit. Odorari ſagacius, eſt diligenter inueſtigare, indagare. Cic. ad At. lib. 6. Tu ſagacius odorabere. Odorari, & deguſtare aliquem, eſt callidè, & clàm explorare quid habeat animi. Cic. ad Attic. libr. 4. Tu uelim ut Fabiũ, ſi quem habes aditum, odorere, & iſtum cõuiuam tuum deguſtes. Pro eodem etiam legimus odorare in actiua uoce. Cic. poſt reditũ ab exilio „Hi uoluptates omnes ueſtigant, & odorant.

Odoratio, onis, uerbale. Cic. 4. Tuſc. Et qualis eſt hæc aurium, quales ſunt oculorum, & actionum, & odorationum, & ſaporum uoluptates.

Odorator, is, m. t. ὀσφαντικός. Qui odoratus ſenſu plurimũ ualet, uti ſunt ex canum genere, qui & Odoriſequi, & Sagaces dicuntur.

Odoramen, inis, n. t. Quod odoris gratia tenemus. Macrob. li. 1. Satur. in Præfat. Contuſura uidelicet omnium ſuccos odoraminum in ſpiramentum unum.

Odoramentum, i, n. ſ. Paſtillus, uel aliud quiduis, quod odoris gratia tenemus, ὄσφρησις, ἄρωμα. Plinius lib 21 capite 17. Omnium odoramentorum, atq; adeò herbarũm differẽtia eſt in colore, & odore, & ſucco. Columella lib. 11. capite 2. Tum etiam ſalem atque odoramenta, quibus condire unum conſueuerunt.

Odorarius, rii, m. ſ. ſubſtantiuũ, Qui odores conficit, uenditq;, ἀρωματοπώλης. Odorarius, a, um, Quod ad odores pertinet: ut, Odoraria myrrha. Plin. lib. 12. cap. 17. Pretium eius, quam odorariam uocant, ad XIIII.

Odoratus, a, um, ὐδώδης, Quod aliunde accepit odorẽ, inquit Seruius: ut, Templum odorarum. Plin. Epiſt. lib. 2. Ante cryptoporticum xiſtus uiolis odoratus. Horat. 3. Carm. Ode 20. Fertur & leni recreare uento Sparſum odoratis humerũ capillis. Idem 2. Serm. Satyr. 7. prodis ex iudice Dama Turpis, odoratum caput obſcurante lacerna. Interdum ſumitur pro odorifero. id eſt, quod ex ſe odorẽ habet. Plin. lib. 21. cap. 4. de roſa, Quibuſdam annis minus odorata prouenit, propterea magis omnib. locis ſiccis, quam humidis, odoratior. Verg. lib. 1. Georg. Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum. Seru. Odoratam, pro odoriferam.

Odoratus, huius odoratus, Pro oltactu. Cicero 2. de Natu. deorum, Eorum iucundus non guſtatus ſolùm, ſed odoratus etiam, & ſpectatus.

Odorifer, ra, rum, adiect. Odorem reddens. Plinius libro 12. capite 17. Eundem & ad ſerpentes fugandas urunt, in odoriferis ſyluis frequentiſſimas. Gens odorifera, Ouidius quarto Metamorph. Arabia odorifera, in qua naſcuntur odores, Pli. libro 5. capite 11.

O. E. R. In notis antiquorum, ob eam rem.

Oecŏnŏmus, m. ſ. pen. cor. οἰκονόμος. Tam pecuniæ, quàm frugum, & omnium, quæ dominus poſſidet, diſpenſator, & rei familiaris adminiſtrator eſt.

Oeconomia, æ, οἰκονομία, Rei domeſticæ adminiſtratio. Trãſfertur tamen ad alia. Nam apud Quintil. lib. 1. accipitur pro diſpoſitione Oratoribus & Poëtis maximè neceſſaria, quæ quid quo loco ſit dicendum, oſtendit. Sic enim eodem libr. cap. 8. inquit, Oeconomia quoq; in his diligentior, quàm in pleriſq; nouorum erit. Idem lib. 3. ca. 3. Hermagoras iudiciũ, partitionẽ, ordinem, quæque elocutionis ſunt, ſubiecit œconomiæ: ſic Græcè appellata eſt cura rerum domeſticarum, & hîc per abuſionem poſita, nomine Latino caret.

Oeconomica, orum, n. ſ. Quæ ad rem domeſticam ac familiarem pertinent, τὰ οἰκονομικά. Vnde Oeconomicus, Xenophontis pulcherrimus liber eſt, qui nõ gubernationẽ uillæ, ſed diſpenſationẽ uniuerſæ domus (Tullio interpretante) deſcribit Componitur enim ex οἶκος, quæ eſt domus, & νόμος, lex: docet enim diſpenſatorẽ domus adminiſtrandi legem.

Oecos, οἶκος, Græcè, Domus, ſiue familia Latinè dicitur: à quo Oeconomus. Ea uoce utitur Plin. lib. 36. cap. 25.

Oecumĕnicus, οἰκουμενικός, Latinè Vniuerſalis, & ad totum orbem pertinens: unde Oecumenicum cõcilium dicimus, οἰκουμένη enim idẽ eſt quod orbis terrarũ, terra habitabilis.

Oedaſticus uir, ponderũ & ſtaterarũ rationem optimè callens, οἶδα enim idem eſt quod ſcio, ſτατικαί põderatio. Alcia. C. de ponderat. in l. 2. lib. 10.

Oedema, atis, pen. prod. οἴδημα, Eſt tumor præter naturã, rarus, & indolens, cõſtans ex frigida partis intemperie cum effluxu pituitæ. Vide Gal. lib. 14. Method. cap. 4.

Oenagra, Frutex eſt arboris inſtar amygdalino folio. Dioſc. lib. 4. cap. 10.

Oenantharion, οἰνανθάριον, Vnguentum œnanthinum eſt teſte Aegineta: qui nõ ob id ſic nominatũ putat, quòd œnanthen reſipiat, quũ ſæpe fiat ſine ea, ſed à uino & floribus lilii. Vtcõſtat hoc, inquit, ueteres à balneis, ſpargebãt eo menſas, & nares linebãt, & cõtra peſtilentiã ualere iudicabatur, præſertim Poſſidoneſi, cognomento Meſopotamites.

Oenanthe, huius œnanthes, f. t. οἰνάνθη, Flos labruſcæ, hoc eſt, uitis ſylueſtris, nõ tamẽ cuiuslibet, (nam duæ ſunt labruſcæ ſpecies) ſed eius tantùm, quæ ſolum florẽ, non etiã uuas profert. Colligitur quũ optimè olet, ſiccãtur in umbra ſubſtrato linteo, atq; in cados conditur. Dicta quaſi οἶνος ἄνθος, hoc eſt, uini flos. Autor Plin. lib. 12. ca. 28. Eſt præterea œnanthe, herba in petris naſcens, folio paſtinacæ, radice magna, numeroſa. Autor Plin. lib. 21. cap. 24.

Oenanthinus, a, um, penult. prod. adiectiuũ, οἰνάνθινος, Quod ex œnanthe factum eſt: ut, Oenanthinum unguẽtum, quod ex œnanthe, hoc eſt, flore labruſcæ fit. Plinius libro decimo tertio, cap. 1. 14. 16.

Oenaria, Folia uitis. à Poëtis ſic appellatur.

Oenas, Græci οἰνὰς, id eſt, Vinago, ut interpretatur Gaza, magnitudine columbi, capitur Autumno.

Oenoé, Vitis domeſtica, apud Dioſc. lib. 5. cap. 2.

Oenigena, æ, com. p. οἰνογενής, uino genitus.

Oenocrotali, Aues ſunt fœdæ, olorũ ſimilitudine, ſed ineptæ plebiles. Aelian. Oenocrotali, olorum ſimilitudine ſunt, nec diſtare omnino putantur, niſi faucibus ipſis ineſſet alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal cõgerit: mox perfecta rapina ſenſim inde in os, deinde inferius in aluum ruminantis modo demittit. Gallia hos ſeptentrionali oceano proxima mittit, Aelianus.

Oenomeli, itos, οἰνομέλι, Potio ex melle & uino auſtero, quã Latini Mulſum appellant. Rationem conficiendi uide apud Dioſc. libro 5.

Oenophoros, Vitis domeſtica, Dioſc. lib. 5. cap. 1.

Oenophorum. n ſ. penultima correpta, Vas uinarium ad ferenda uina aptum: ab οἶνος, uinum, & φέρω, porto. Martial. lib. 8. Reddidit œnophori pondera parua ſui. Apul. Metam. libro 8. Oenophoro quo immiſtum uino gerebat uenenũ. Iuuenalis Satyra 6. tandem illa uenit rubicundula totũ Oenophorum ſitiens.

Oenophorus, œnophori, οἰνοφόρος, Miniſter, qui uinũ in mẽſa miniſtrat.

Oenopia, Radicis nomen, qua hoſpitis Aegyptiæ medicamentum extitit, de quo Poëta ſcribit: Miſcuit actutum dulci medicamina uino, Vnde hilaris lætusq;, mali & fuit immemor omnis.

Oenopola, æ, m. p. pen. prod. οἰνοπώλης, Venditor uini.

Oenopolium, lii, οἰνοπώλιον, Taberna uinaria. Plaut. Aſin. Quum à piſtore panem petimus, uinum ex œnopolio.

Oenoptæ, οἰνοπται, In Græcorũ ſympoſiis dicebantur, quorum officium erat dare operam, ut ex æquo biberetur. Vide Cælium Rhodig.

Oenothera, Idem quod Oenagra, apud Dioſcoridem libro 4. capite 119.

Oenutta, Herba, qua guſtata corui & canes ebrii fiunt.

Oeſophagus, pen. cor. οἰσοφάγος, Eſt fiſtula ab ore ad uentriculũ uſq; protenſa, & ueluti uia quædã cibo potuiq; tranſmittendo deſtinata. Latinè Gulam uocamus, Græcè etiam στόμαχον: quanquam ſtomachũ nonnunquã impropriè prò uentriculo poſitum inuenimus.

Oeſtrum, œſtri, n. ſ. οἶστρος, Inſecti genus eſt horriſono ſtrepitu, quod Latini Aſilum uocant, uulgus Tabanum. Vergil. 3. Georgicorum, Eſt lucos Silari circa ilicibus q́ue uirentẽ Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen Aſilo Romanum eſt, Oeſtrum Graii uertêre uocantes: Aſper acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis Diffugiunt armenta. Columella libr. 9. capite 14. ſcribit naſci in extremis partibus fauorũ, amplioris magnitudinis, quàm ſint apes cæteræ, eoſq; nonnulli putant eſſe reges. Verum Græcorum autores οἴστρους appellant ab eo quòd exagitent, nec patiantur examina conquieſcere. Plin. libro 11. capite decimoſexto, Naſcuntur interdum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in extremis fanis apes grandiores, quæ cæteras fugant. Oestrus uocatur hoc malum. Hoc animali Iuno in pellicem Io immisso, eam in furorẽ conuertit: unde & Poetæ diuino furore correpti, œstro perciti dicuntur.

Oesypum, οἴσυπος, οἰσύπη, Dicitur pinguedo, & immundities, hærens in ouium uellеribus nondum purgatis. Ouid. 1. de Arte am. Oesypa quid redolent, quanuis mittantur Athenis, Demptus ab immundæ uellere succus ouis? Dictum est aũt Oesypũ ab oue, quam Græci οἶν uocãt: quasi οἰὸς ῥύπος, id est, ouium sordes. Vide Plin. lib. 29. cap. 2.

O F. In notis antiquorum, officium.

Offa, per duplex ff, cõstabat ex carne ferè porcina Lucanica, quam facere ex mediocri intestino Romanæ mulieres à Lucanis didicêre, μάζα. Est item Offa quodlibet carnis frustum. Vnde offam porcinã cum cauda, Offam penitam dicebant. unde est illud Iuuen. Sat. 2. Et patruo similes effunderent offas. Offa etiam cibariũ est ex frustis panis, in iure pingui, caseo uetere, pipere, & cinamomo condîtis, quę & Iussulata, & Casceata dicuntur. Offa & pultem significat, & quicquid est in pultis modum redactũ. Verg. 6. Aen. Melle sopora tam, & medicatam frugibus offam. Potest etiam fieri offa ex aliis rebus. Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 7. Cibatui offas positas, hæ maximè gloriantur ex ficis, & farre misto. Ponitur quandoq; Offa pro massa. Pli. lib. 9. cap. 48. In nostro mari offa informis, colore tantùm lepori similis. Offæ & Massæ uocabulis promiscuè utitur Columella libro duodecimo, capite trigesimooctauo, Post hæc complures ex ea massulæ fiunt, & ita per latera seriæ in mustum demittuntur, ne altera offa super alteram perueniat.

Offarius, rii, Coquus, qui conficit offas, μαζοποιός.

Offatim, aduerb. Particulatim, κατατμηδῶν.

Ofella, æ, f. p. diminutiuum, teste Seruio, unico f scribendum est, contra primitiui naturam, quod prima syllaba corripitur. Est autem Ofella frustulum carnis, μάζιον, ξυμίδιον. Vnde Porcina ofella dicitur, particula carnis porcinæ, quam in sartagine, craticula & prunis coquimus. Vitulina à uitulo, quam ad ignem uerub. uersantes, ad escá parãmus. Martial. libro 14. Parua tibi curua cratula sudet ofella. Iuuen. Satyra undecima, At rudis omni Tempore, & exiguæ frustis imbutus ofellæ.

Offula, læ, Aliud diminutiuũ ab Offa, ξυμίδιον. Colum. scribens de salsura carnis suillæ, ait, Dein offulæ carnis spissæ cõponuntur, & alternis sal ingeritur.

Offectores, inquit Festus, dicuntur lanæ infectores, & pro priè ii, qui amissum colorem restituunt.

Offendo, dis, di, sum, a. t. ex Ob, & Fendo, quod nõ est in usu: à quo fit & Defendo, significat incurro in aliquid, siue incido, περιπίπτω, προσκρόω, περιτυγχάνω, καταλαμβάνω. & tam de animo dicitur, quàm de corpore. Teren. in Eun. Aduenies offendi quendam mei loci hinc atq; ordinis hominem haud impurũ. Et non solùm de animatis, sed de inanimatis quoq; dicitur. Ouid. 2. de Pon. Eleg. 14. Ad ueteres scopulos iterum diuertor, & illas In quibus offendit naufraga puppis aquas. Et quoniam qui incidunt in aliquid, lædere sæpe solent id in quo incidunt, factum est ut offendere pro lædere usurpetur, ἀδικεῖν. Colum. libr. 1. cap. 9. Deinde arando ne coxam bos, aliamue partem corporis offendat. Cic. pro Cluẽ. Ceci disse ex equo dicitur, & homo infirma ualetudine latus offendisse uehementer. Et Offendere, est inuenire, sed præter opinionem. Terent. in Heaut. Texentẽ telam studiosè ipsam offendimus. Cic. 2. de Rep. Sed imitor Archytam illam Tarentinũ, qui quum ad uillam uenisset, & omnia aliter offendisset, &c. Offendere apud aliquẽ, est infeliciter agere, ita ut non probetur is, qui agit: hoc est, in malam opinionẽ incidere. Cic. pro Cluent. Quũ esset nemini dubiũ, illum potius iudicari necesse esse, qui bis apud eos iudices offẽdisset, quàm eum, qui bis iis causam probauisset. id est, damnatus esset, si ue contrariã sententiam tulisset. Offendere apud iudices, est condemnari, inquit Budæus. Quandoq; est peccare. Cicero ad Varronem, libro nono, Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? Liu. 2. ab Vrbe, Consulis enim alterius, quũ nihil aliud offenderit, nomen inuisum ciuitati fuit. Offendere absolutè posuit Cic. in Verrin. pro infeliciter agere, Quũ, inquit, multi uiri fortes in cõmuni certoq; periculo belli, & terra, & mari offenderint.

Offensus quandoq; particip. est, Idem ferè significans quod Læsus, uel in aliquã rem impactus. Ouidius 2. Fastor. Ille iacens pronus matri dedit oscula terræ, Creditus offenso est procubuisse pede. Offensa uoluntas populi, Cicero quinto Tusculanarum.

Offensus, quandoq; nomen ex participio, Pro inuiso. Sueton. in Iul. Cæsare, Pompeium affectatus est, offensum patribus quòd Mithridate uicto, &c. Cic. 5. Verr. O miserum, atq; inuidiosum, offensumq; paucorũ culpa atq; indignitate ordinis senatorium. Offensum, hoc est, inuisum, inquit Bu.

Offensior, inuenitur pro irato. Suet. in Claud. Cæs. In Tribunatu Pontificibus offensior, quòd alium quàm se, in patris sui locum cooptassent.

Offensa, æ, f. p. Offensio, onis. & Offensus, us, in uno significatu accipiuntur, προσβολή, πάρεπτωμα. Sene. in Epist. Per huiusmodi offensus emetiendũ est cõtagosum hoc iter. Lucr. li. 6. Non igitur multis offensibus intemerando. Offensa ferè actiuè sumitur, estq; propriè eius, qui offendit. Cic. Quũ tot eius offensas pati nõ possem, discessi. Offensio plerunq; passiuè. Idem de Senect. In corpore ægro odiosa est omnis offensio. id est, omnis molestia & passio. Offensa ponitur gratiç. Quintil. lib. 4. cap. 1. Verùm hoc omittamus, ne minus gratiæ, excipiendo recta, quàm offensæ, reprehendendo parua, mereamur. Esse in offensa, est offendere. Offensioni esse, est molestiam afferre. Offensio fit: id est, molestia. Offensiones belli, sunt damna, & pericula. Offensiones ex morbis, sunt lusiones, & dolores.

Offensiuncula, æ, f. p. Parua offensio, πταισμάτιον. Cic. pro Plancio, Vidit M. Pisonẽ, in ista ædilitate offensiuncula accepta, summos à pop. Rom. esse honores adeptum.

Offenso, as, Idem offendo, lædo, impingo, προσπταίω. Liu. lib. 5. bel. Pun. Flere omnes repentè, & offensare capita.

Offensatio, uerbale, sicut ab Occurso, Occursatio.

Offensator, oris, m. t. Qui in re quacunque sæpe excidit ab eo, quod suscepit, & quod efficere cõtendit: siue qui offendicula incurrere solitus est, ἁμαρτητικὸς προσπταίειν ἑαυτὸν ὁ μὴ κατορθωτικὸς, ὁ ἀποτυγχητικὸς. ut Offensator equus. Quint. lib. 10. cap. 5. At idẽ ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo, uelut offensator fuerit, inhibetur cursus. Offensatorem appellat, qui in legendo identidẽ resistit, aut potius, qui perperam legit.

Offensaculum, li, Est id quod ponitur, ut aliquis in ipsum incidat, uel impingat, πρόσκομμα.

Offendiculum, li, n. s. Impedimentũ, obstaculum, πρόσκομμα, πρόσκομμα. Pli. Epist. 188. Sunt enim in hac offendicula nõnulla: circumfer oculos, & occurrent.

Offendimentum, ti, n. s. Ligaturæ nodus, quo apex retinebatur quum peruenisset ad mentum, Festus.

Offendix, Idem quod offendimentum, Festus.

Offercio, cis, a. q. Impleo, ἐμπλήθω.

Offertus, hoc est, plenus: & Offertissimus, id est, plenissimus. Plaut. Asin. Maximas optumitates gaudioq; offertissimas pariet. Aliquando est pinguissimus. Plaut. in Capt. Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam.

Offero, offers, a. inconst. Propriè exhibeo, siue præsento, προσφέρω. Terent. in Heaut. Opportunè te mihi offers. Interdũ est sponte do, ἀνατίθημι. ut Offerre meam amicitiã cuiquã, ac insinuari in cuiusquã beneuolentiã cupio, ἐπιδίδωμι ἐμαυτὸν εἰς φιλίαν τίνος. Sic Offerre uitiũ uirgini dicimus, pro eo quod est uiolare, siue uim inferre. Interdum immittere, ἐπάγειν. Cic. pro Domo sua, Domus ardebat in palatio non fortuitò, sed oblato incendio. Interdum obiicere, προφέρειν. ut apud eundẽ in Læl. Addendũ eodẽ est, ut ne in criminib. aut inferẽdis delectetur amicus, aut credat oblatis. Interdũ polliceri, ὑπισχνέομαι. Iustin. Quum ei auxilium obtulisset. Ponitur aliquando pro Opponere. Cic. ad Brutũ. Romã ut ueni, statim me obtuli Antonii sceleri, atq; dementiæ. Offerre religionem, est iniicere religionis scrupulum. Cic. ad Planc. lib. 10. Recitatis literis, oblata religio Cornuto est. Oblationes dicuntur, quæ diis offeruntur, ἀναθήματα. Interdũ inferre. Cic. lib. 3. Offic. Reginæ stuprum obtulit.

Offerrumentas, per quandam translationẽ Plautus dixit plagas, percussiones, & flagella, quòd ea scapulis, & tergo offerãtur, quũ quis fuste cæditur. Plaut. in Rud. Ni offerrumentas habebis plures in tergo tuo, Quàm ulla nauis longa clauos, tum ego ero mendacissimus.

Offerrumenta, Veteres dicebant oblationes, quæ diis offerebantur, autore Festo, ἀναθήματα.

Officio, cis, a. t. ex Ob, Contra, & Facio, Idem quod obsum, uel nocco,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uel noceo, βλάπτω. Cic. 3. Offic. Demoliri ea, quorũ altitudo officeret auſpiciis. Officere, & obſtare commodis alicuius, apud eundem, pro Sexto Roſ. Herbæ officiunt frugibus. Ver. 1. Georg. Inuenitur antiquè accuſatiuo iunctũ. Plau. in Tru. Iam hercle ego te hîc affatim officiam. Eſt etiam quando Officere, ſignificat Inficere, unde Offectores, colorum infectores dicuntur: propriè ij (ſi Feſto credimus) qui amiſſum lanæ colorem reſtituunt. Officere luminibus, apud Iuriſperitos pro Obſtruere luminibus. Vide Obſtruo, ἐμποδίζειν τῇ ἀνόψει, τοῖς φωσὶν ἐπιπροσθεῖν.

Officium, cii, n. ſ. Dicitur quod quiſq; efficere debet, obſeruata locorũ, temporum, & perſonarũ ratione, τὸ καθῆκον, κατόρθωμα, τάξις, τὸ γινόμενον. Vnde in familia bene inſtituta, dicimus omnes in officio eſſe oportere, id eſt, agere quę debẽt. Cic. ad Terent. lib. 14. Tantùm ſcribo, ſi erunt in officio amici, pecunia non deerit. Cuius contrarium eſt, Deſerere officium, ſeu Diſcedere ab officio. Dicimus Latinè, Facio officium meũ, Fungor officio meo, & antiquè, Officiũ fungor: item Obeo officium, Exequor officium meum, Perſoluo officium alicui receptum. Præſto officium, Seruo officium, Retineo officium, Satisfacio officio, Vſurpo officium, Intermitto officium, Memini officium meum, Commoneo aliquem ſuum officium: uel, quod frequentius eſt, ſui officii: quę omnia legendis bonis autotibus paſſim inuenies. Officii duxit, abſolutè, pro putauit officium ſuum eſſe, dixit Sueto. in Tibe. Cæſ. Et quanquam, inquit, lætus nuncio, tamen officii duxit, quantum in ſe eſſet, exorare filiæ patrem. Donatus Officium ab efficiendo dictum putat, quod ſit illud, quod quenq; pro conditione ſuæ perſonæ facere deceat. Nonnulli etiam à uerbo Officio per Antiphraſin dictum putãt, quòd nemini noceat, ſed magis proſit. Ambroſ. li. 1. Offi. Legimus officiũ dici à nobis poſſe, nec ratio ipſa abhorret: quãdoquidem Officium ab efficiendo dictum putamus, quaſi efficiũ: ſed propter decorẽ ſermonis una immutata litera, Officium nuncupari. Vel certè ut ea agas, quæ nulli officiant, proſint omnibus. Poteſt etiam dici & rectè, ut ab Officio, is, Officiũ deriuetur: ita ut Ob non contrà, ſed circum ſignificet, ut circa quod faciundũ eſt, innitamur. Eſt itaq; propriè Officium, congruus actus uniuſcuiuſq; perſonę, uel in quod quiſq; debet incumbere, ut ipſum pro loci, temporis, & perſonę qualitate reddat effectũ, τὸ νενομισμένον λειτουργεῖν. Et quoniam propriũ hominis officium eſt, alteri pro uiribus prodeſſe, & omnibus, quantum in ſe eſt, gratificari, & benefacere. (neq; enim tam nati ſumus ut nobis, quàm ut aliis aliquid utilitatis afferamus) factum eſt, ut Officium accipiatur pro beneficio. Cic. de Amic. Odioſum ſanè genus hominum, officia exprobrantiũ, quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt: non cõmemorare qui contulit. Colu. lib. 2. cap. 15. Licet filicem ſine iniuria uicini, etiam cum officio decidere. hoc eſt, ut non modò nihil damni inferamus, uerùm etiam bene de illo promereamur. Eſt etiam Officium, obſequium, uel honor. Suet. in Cæſ. Aſſidentem coniurati ſpecie officii circumſteterunt. Magiſtratus quoq; Officium dicitur, uel quia honoris gratia inſtitutus: uel quia opẽ populo fert: uel quia ius quod cuiq; debetur, reddit. Quandoq; pro alicuius artis ratione, ἔργον. ut, Officium Grammatici, Officium Medici. Et quamuis Officium propriè ad uirtutem pertineat: ut, Hominis officium eſt pietatem colere: dicimus tamen interdum, Lenonis eſt officiũ inſidiari pudicitiæ, Accuſatoris eſt officium crimina inferre. Eſt autem Officium duplex, teſte Cicerone, libro 1. Officiorum, alterum perfectum, quod Græci κατόρθωμα uocant, quod & omnes numeros uirtutis continet. Alterum medium, pertinens ad inſtitutionem uitæ cõmunis. Cic. 1. de Finib. Quod ratione actũ ſit, id Officiũ appellamus. Summo officio præditus homo, is dicitur, qui eſt officioſiſſimus, uel integer uitæ, uel qui omnino id quod decet, ſtrenuè facit. Cic. 3. Verr. Hi rem ad uirum primariũ ſummo officio, ac uirtute proditum, &c.

Officioſus, a, um, Qui libenter, uel probè officium, ſeu beneficium alicui exhibet, ſiue qui obſequi alteri multùm ſtudet. θεραπευτικὸς, ὡς θεραπείας ἕνεκα ποιούμενος. Cic. Octauio, Hominẽ prudentẽ & officioſum cognoſces. Idem pro Plancio, Quos tu ſi ſodales uocas, officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. Idem Attico libr. 13. Equidem ſi ex omnibus eſſet eligendum, nec diligentiorem, nec officioſiorem facilè delegiſſem Veſtorio. Idẽ ad Qu. Frat. lib. 1. Eſt ille quidem in me officioſiſſimus. Capitur aliquando in malam partem, Nam quum olim Q. Atterinus defenderet libertinũ, cui obiicie batur, quòd patroni cõcubinus fuiſſet, hac defenſione uſus eſſe fertur, Impudicitia in ingenio crimẽ eſt, in ſeruo neceſſitas, in libero officium. Ex eo impudici & obſcœni aliquandiu Officioſi uocati ſunt. Officioſus dolor, à Ciceron. 1. Tuſcul. dicitur, qui ex iuſta cauſa ſuſcipitur, & cuius probabilis ratio reddi poteſt, εὐσυμίνητος πάθος.

Officioſè, aduerb. Cic. ad Att. lib. 13. Quæ inimico animo ferãt, quum utriq; officioſè pareat. Idem de Amic. Quorũ pleriq; aut querũtur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant: eoq; magis, ſi aliquid habere ſe putãt, quod officioſè, amicè, & cum labore aliquo ſuo factum queant dicere.

Officialis, le, om. t. Quod ad officium pertinet, uel quod de officio tractat, τὸ περὶ καθήκοντος. Lactant. lib 6. Quid M. Tullius in ſuis Officialibus, non ne hoc idem perſuadet non eſſe omnino largiendũ? Officialis etiam miniſter magiſtratus uocatur, Apul. Sed iuſſit poteſtas officialem magna ſeueritudine coërceri.

Officina, pen. prod. f. p. Locus, in quo artifices opera faciũt: ab efficiendo dicta, ἐργαστήριον. Cic. 3 Phil. Armorum officinas in urbe uidetis. Officina dicendi. Cic. de Clar. Orat. Extitit igitur iam ſenibus illis, quos paulò antè diximus, Iſocrates: cuius domus cũctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Idem 2. de Oratore, Clariſſima rhetoris officina. Hinc Officinator à Vitru. lib. 6. pro fabro ponitur, Quũ, inquit, ſubtiliter officinatoris probabitur exactio. Taberna uerò, ubi aliquid uenditur, quũ alibi factũ ſit: licet quandoq; Officina pro taberna ponatur.

Offigo, gis, xi, xum, a. t. Idẽ ferè quod ſimplex Figo, πλατύνω. Plaut. in Moſt. Sed ea lege, ut offigãtur bis pedes, bis brachia.

Offirmo, as, a. p. Firmũ propoſitũ in animo habeo, & quaſi obſtinatè in re aliqua perſiſto, διαβεβαιῶμαι. Terent. Heaut. Age, ne tam offirmes te, Chreme.

Offlecto, a. t. Circum, uel contrà flecto, προσκλίνω, ἐπικάμπτω. Plaut. in Aſin. At ego hinc offlectam nauem.

Offoco, cas. pen. prod. Aquam in fauces do ad ſorbendum, διαπνίγω. Quidam non Offoco, ſed Offuco dicunt, Feſtus.

Offringo, is, a. t Ex Ob, & Frango, terræ proprium eſt, teſte Feſto, quando iterũ tranſuerſo ſulco aratur, περικλάω. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 32. Quum proſcideris, offringi oportet: id eſt, iterare, ut frangantur glebę. Ibidẽ cap. 29. Rurſum qui primùm arant, proſcindere appellant: quum iterũ, offringere dicunt: quòd prima aratione glebę grandes ſolent excitari, quum iteratur, offringere dicunt. Tertiò quũ arant, iacto ſemine, lirare dicuntur.

Offucia, æ, f. p. Idem propriè eſt quod fucus, quo mulieres facici candorẽ inducunt, aut ruborẽ, παρύφωσις. Plautus in Moſtel. Neque ceruſſam, neque melinum, neque aliam offuciam. Per metaphorã autem accipitur pro fallacia, uel techna. Gellius libro 14. capite 1. Sed id præſtigiarum, atq; offuciarum genus, &c. Ratius inuenimus hoc nomẽ in ſingul. nu.

Offula, læ, uide Offa.

Offundo, is, a t. Circunfundo, obiicio, aſpergo, ἐπισκοτέω, καταλάω. Plaut. in Trinummo, Adimit animam mihi ægritudo. Stafine tene me. ST. Vis' ne aquam tibi petam? C. Quum iam animã agebat, tum eſſe offuſam oportuit. Per metaphoram etiam dicimus, Offundere rei alicui caliginẽ, noctẽ, tenebras, pro eo quod eſt, obſcurare, uel obtenebrare. Cic. pro Roſc. Erant interea qui ſuis uulneribus mederẽtur. qui tanquam ſi offuſa Reip. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omnia q; miſcebant. Idem 5. Tuſ. Hic error, & hęc doctorum animis offuſa eſt.

Offuſco, as, Obſcuro, denigro, & quaſi fuſcum reddo, ἀμαυρόω, ἐπισκοτέω

O G

Ogdoas, adis, ὄγδοας, Latinè numerus octonarius.

Oggannio, is, n. q. Occino, inculco, eadem ad faſtidiũ repeto, ἀνάκυκλημα, ἀντιλέγω. Plau Aſin. Cui nunquã unam rem me licet ſemel præcipere fieri, quin ſenties eadem imperem, atq; obganniam. Terent. in Phorm. Habet hæc, ei quod dum uiuat, uſq; ad aurem ogganniat.

Oggero, is, pen. cor. ἀνατίθημι, uide in dictione Gero.

Oggraſſari, Pro incedere uſurpauit, ὑπερασκιδναν, Plaut. in Capt. Niſi cum pedicis didiciſtis oggraſſari gradu.

O H

O. H. S. S. In notis antiquorum, oſſa hic ſita ſunt.

Oh, Interiec. Qua utimur, ubi ex interuallo notos nidemus, Comicis uſitata. Terentius in Adel. Oh, qui uocare? Eſt etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

etiam admirantis cum cõtemptu quodam. Terent.in And. Oh, tibi ego ut credam furciter? Aliquando affirmantis cum certitudine quadam. Terent.in Eunucho. Oh, qui egomet produxi. Aliquando dolentis & reprehendentis. Terentius in Heaut. Oh, iniquus es, qui tanta à me postules. Aliquando dolentis, & deprehensi. Plaut.in Caſ. oh, perii, Manifestò teneor miſer. Aliquando exultantis ob rem bene gestam. Plautus in Mostel. Oh, probus sum. Oh oh exultantis est. Plautus in Mostel. Oh oh, occllus es meus, tuus sum alumnus, &c. Oh oh oh oh, eiulantis est more comico. Plautus in Captiuis, Oh oh oh oh. L. eiulatione haud opus est, &c.

Ohe, ὦ ἄπαι, Interiectio exclamantis, & satietatem usq; ad fastidium designat, & iubet modũ imponere. Mart.lib.4. Ohe iam satis est, ohe libelle.

Oho, Interiectio admirantis aliquid fieri repentè. Plaut. in Pœn. Oho, amabò, quid illuc nunc properas? Aliquando est agnoscentis cum gaudio particula. Plau.in Pseud. Oho Póly mocharoplacides Purus putus est ipsus. Budæus.

O L

O.L. In notis antiquorum, operas locauit.

Olea, æ, & **Oliua**, æ. f. p. Tam de fructu dicuntur, quàm de arbore, ἐλαία, ἡ ἐλάα. Verg.lib.2.Geor. Sed truncis oleæ melius propagine uites Respondent. Idem 8.Eclog. Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Verg.1.Georg. Adsis ô Tegeæe fauens, oleæq; Minerua Inuentrix. Plinius libro 15. capite 82. Oleam si lambendo capra lingua tetigerit, depaueritq; primo germinatu, sterilescere autor est M. Varro. Cicero de Diuinat. Agricola quum florem oleæ uidet, baccam quoque se uisurum putat. Mares oleæ. Ouid.4.Fastor. Vre mares oleas, tedamq; herbasq; Sabinas. Cic.3.de Nat. deo. Quid Aristæus, qui inuentor oliuæ dicitur, Apollinis filius, &c. Ver.2.Geor. Nunc te Bacche canam, necnon syluestria tecum Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ. Idem 7. Aen. tres præmia primi Accipient, flauaq; caput nectentur oliua. Similiter & pro fructu Olea, & Oliua dicitur, ἐλάα. Vnde Olea conditiua Varroni dicitur, quæ ad condituram seruatur. Col.lib.12. capite 2. Tum & olea distinguenda est, ex qua uelis uiride oleum conficere.

Oleum dicitur. & **Oliũ**, n. f. pro pingui olei liquore, ἔλαιον. unde ὑδρέλαιον, pro oleo cum aqua commisto. Oleum ab olea. Oliuum ab oliua. Vergilius 2. Georgic. liquidi corrumpitur usus oliui. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. ungor oliuo. Idem 2. Serm. Satyra 4. Quali perfundat pisces securus oliuo. Columella libr. 6. Oleum optimum Licinia dat, plurimum Sergia. Vergil. 5. Aeneid. Cætera populea uelatur fronde iuuentus, Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit. Oleum addere camino, est malo suppeditare fomentum, ac uelut alimoniam, quò magis ac magis crescat. Horat. 2. Serm. Satyra 3. Adde poëmata nunc, hoc est, oleum adde camino. Oleum & operam perdere. Plaut. Pœn. Tum pol ego & oleũ & operam perdidi. hoc est, quicquid sumpsi seu rei, seu laboris, perdidi. Vide Chiliades Erasmi. Oleo tranquillior, in hominem minimè iracundum, leniq; ingenio præditum: à natura eius liquoris, quo nihil magis lene. Plautus in Pœn. ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem. Est aũt usq; adeò tranquilla olei natura, inquit Plin. lib. 2. cap. 103. ut mare quoque rem omniũ sæuissimã tranquillet: atq; ob id urinantes aiunt oleum ore aspergere, quod mitiget elementi naturam asperam lucemq; deporter. Oleũ pro simulachro pugnæ, & pro exercitatione, & non pro uero certamine. Cic.1.de Orat. Nitidum quoddã genus uerborũ & lætum, sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ & fori. Id est, accommodatum iudiciis & concionibus. Olearum quædam dicuntur Licinianæ, quædam Pausiæ, quædam Sergiæ, quædam Orchites, quædam Regiæ, & quædam Radii: aliæ Algianæ, aliæ Neuiæ, aliæ Culminiæ, aliæ Circites, aliæ Myrteæ: quas solas olearum species in suam notitiam peruenisse, scribit Columella lib. 5. cap. 8.

Oleaceus, s, a, um, Quod est simile oleæ, ἐλαϊνός. ut Foliũ oleaceum, Liquor oleaceus. Pli. lib. 35. cap. 15. Gignitur & pingue liquoris q; oleacei. Idem libr. 21. cap. 4. Alia funditur è caule maluacco, folia oleacea habens.

Oleaginus, a, um, p enul. cor. Quod ex olea arbore est, sicut faginus, a, um, à Fago, ἐλαΐνος. Verg. 2. Gerg. Truditur è sicco radix oleagina ligno. Dicitur etiam Oleaginum, quod est coloris olei. Plin. lib. 37. cap. 5. Post eos autem cerini, ac deinde oleagini, hoc est, coloris olei.

Oleaginus, a, um, Aliud adiect. idem significans. Varr. libr. 1. de Re rust. Demum in oleagineis seminibus arboris uidendum ut sit de tenero ramo ex utraq; parte æquabiliter præcisum, quas alii Clauolas, alii Taleas appellant.

Olearis, oleare. o. t. Quod ad oleum pertinet, ἐλαϊνός. Plin. lib. 34. cap. 14. Quippe quum in exacuẽdo oleares cotes, & aquæ riæ æquè differant, oleo delicatior fiet acies. Id est, cotes quæ oleo aspergũtur, qualibus utuntur tonsores.

Oliuaris, oliuare. Idem. Seruius, Trapetis autem, & molis oliuaribus.

Olearius, ria, rum, Quod ad oleum pertinet: ut, Olearia cella, ἐλαιών. Colum. lib. 2. In sole siccata, & mox refrigerata recõditur, si maior est modus; in horreo, si minor, in uasis olearis salsamentariisq;.

Olearius, rii, m. s. Qui oleum facit, uel uendit, ἐλαιοπώλης. Colum. lib. ult. Peritissimi olearii uix patiuntur ad unam lucernam opus fieri.

Oleaster, stri, m. s. ἀγριελαία Dioſc. Olea syluestris. Ver. 2. Georg.

Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.

Oleastellus, li, m. s. Frutex est exiguus, & surculosus, ramulos habens dodrantales, & folia oleæ: unde & nomen accepit, χαμαιελαία. Columella etiam Oleam Calabricam uocat libr. 12. cap. 49. Veruntamẽ (inquit) præcipua in hos usus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem Oleastellum uocant.

Oleastrense, Nigri plumbi genus. Plin. lib. 33. cap. 17.

Oleastrinum, n. s. Dicitur oleum, quod ex oleastro fit, quo mobiles dentes confirmantur, teste Dioscoride libro 1. ἐλαίῳ ἐκ τῆς ἀγριελαίας.

Oleatus, a, um, Quod est factũ ex oleo, uel quod oleum admistum habet, ἐξ ἐλαίου.

Oleitas, atis, f. t. Tempus legendarũ oliuarum, hoc est, fructus oleæ. Cato de Re rust. cap. 68. Vbi uindemia, & oleitas facta erit, prela extollito.

Oleosus, adiectiuum, Quod est plenum oleo, ἐλαιώδης. Plinius libro 27. cap. 12. Semen oleosum, quod fit ex eo, medetur oris ulceribus perunctis. Ponitur & pro pingui. Plinius lib. trigesimo octauo, capit. nono, Ibi quod supernatat, butyrum est, oleosum natura.

Oletum, oleti, n. s. Locus oleis consitus, ἐλαιόφυτον ἐλαιών. Cato de Re rust. cap. 1. Secundo loco hortus exiguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum. Oletum item dicitur excrementum humanum, ita dictum ab odoris fœditate, ἀπὸ τοῦ ἀποσκυλλομένου ὑπ' ἀνθρώπου, ἢ κόπρος. Varannius apud Festũ, Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum. Persius Saty. 1. Veto quisquam hîc faxit oletum. Nonnunquã etiam accipitur pro ipso loco, in quo alui exoneramus. Taci. in Nero. Gymnasiũ eo anno dedicatũ à Nerone, præbitumq; oleum Equiti & Senatui.

Oliuetũ, ti, n. s. Locus in quo oliuæ consitæ sunt, ἐλαών, ἐλαιόφυτον. Col. lib. 3. Melius autem truncis, quàm plantis, oliuetum constituitur. Cic. de Senect. Quid de pratorũ uiriditate, aut arborum ordinibus, aut uineartũ, oliuetorumue specie dicam? Horat. 2. Car. Ode 15. Tum uiolaria, & myrtus, Et omnis copia narium Spargent oliuetis odorẽ Fertilibus domino priori. Maritum oliuetum. Col. lib. 5. ca. 11. Si nec hæc, rarissimũ arbustum, uel oliuetum, quod non fuerit maritũ, uineis destinatur.

Oliuarius, a, um, Quod ad oliuam pertinet, ἐλαικός. Columella libro 12. capite 47. Quæ ne possint oleum sorbere, tanquam oliuariæ metretæ imbuũtur liquamine, tum demum & asiccantur.

Oliuina, næ, f. p. Cella oliuaria, aut olei maxima copia. Plaut. in Pseud. Cuius amatores domi oliuinam habent maximam.

Oliuitas, atis, f. t. siue Oleitas, Tempus legendarum oliuarum. ἀμητὸς τῶν ἐλαίων. Col. lib. 12. cap. 50. Media est oliuitas plerunq; initium mensis Decembris: nam & ante hoc tempus oleum acerbum conficitur. Interdum ipse olei prouentus. Idem lib. 1. cap. 1. Saserna eo libro, quem de agricultura scriptum reliquit, mutatũ cæli statum sic colligit, quod quæ regiones antea propter hyemis assiduam uehementiã, nullam stirpem uitis, aut oleæ depositam custodire potuerint, nunc mitigato iam, & intepescente pristino frigore, largissimis oliuitatibus, liberisq; uindemiis exhuberent. Huc etiam pertinet illud Varronis, Tum denique quum omnis lucerna cõbusta est in lucubrando, oliuitasq; consumpta.

Oliuifer, adiect. Oliuam ferens, ἐλαιοφόρος. Martialis lib. 12. Bætis oliuifera crinem redimite corona. Ouid. 3. Fast. Primus

oliui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

oliuiferis Romam deductus ab auis Pompilius menſes ſeſe obeſſe duos.

Oliuo, as, a. p. penultima producta, Oliuarum uindemia ago, ſiue oliuas colligo, ἐλαιολογῶ Plinius libro 15. capite 3. Quippe oliuantib. lex antiquiſſima fuit, Oleam ne ſtringito, néue uerberato.

Olecranũ, Cubitus, ſiue ipſum os cubiti, ſiue quod extrorſum in brachiis prominet, unde apud Comicos ἀγκυρανίσκον

Oleo, les oleui, & olui, oletum, uel olitum, n. ſ. Odorẽ ſpuro, & e nitto, ὄζω & conſtruitur frequenter cum accuſatiuo, ſerè cum omnibus ſuis compoſitis. In quo ſignificationẽ eorum neutralem tranſitiuã eſſe deprehendere licet. Cic. 3. de Orat. Vnguentũ magis laudatur, quod cerã, quàm quod cyo cum olet. Horat. Vina fere dulces oluerunt manè Camœnæ. Aliquando cum ablatiuo. Ouid. Perq; locos ſacros, & olẽtia ſulphure fertur. Proper. lib. 6. Ele. Quur nardo fiammæ oluere meæ? Aliquando ſine caſu. Plin. lib. 21. cap. 6. Roſa recens à longinquo olet. Eſt aũt medium uerbum: nam Bene olere, Iucundè olere, & Malè olere dicimus. Inuenitur etiã Olo, olis. Plaut. Oluunt ædes Arabicẽs. Idem in Moſtel. Non omnes poſſunt olere unguẽta exotica. Eſt enim dactylus in tertia ſede. Eiuſdem naturæ ſunt cõpoſita, uidelicet Redoleo, quod idem eſt quod oleo, ἀπόζω. Verg. 4. Geor. Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella. Aboleo, Adoleo, Exoleo, Inoleo, de quibus ſuprà. Oboleo, graueolentiã, odoremq; tetrum reddo. Suet. in Cal. Ille antidotum oboluiſſet, quaſi ad præcauenda uenena ſua ſumptũ. Pla. in Moſt. at te Iupiter, Ditq; omnes perdant, oboluiſti alliũ Germana illuuies. Pereo, uel de oleo: uide ſuo loco. Suboleo, quaſi tenuiter oleo, & odorem ſenrio. Per translationem Subolere ponitur pro præſentiſcere, & rem aliquam indiciis, uel coniecturis comprehendere, αἰσθάνεσθαι. Terent. in Hecyr. Ne paululum quidem ſuboleat eſſe amicam Cliniæ. Plaut. in Caſina: Subolet iam uxori, quod ego machinor. Dicitur etiam Graueoleo, Suaueoleo unde Graueolentia, pro tetro oris, uel halitus odore. Plinius, Succus hederæ, tædia narium, graueolentiamque emendat.

Oleſco, fit ab Oleo, Idque inter ſe differunt, quòd Oleo habet ſignificationem naturalem tranſitiuam, Oleſco, paſſiuam inuitam.

Oletum, n. ſ. pro excremento humano, uide Oletum in Olea.

Olidus, a, um, pen. cor. Dicitur tam illud quod bonum, quàm quod malum odorem habet, ὀσμώδης. Martial lib. 1. Olidæq; ueſtes murice. Horat. lib. 1. Epiſt. Sed nimis arcta premũt oli dæ conuiuia capræ.

Oleraceus, a, um, uide Olus.

Oleum, olei, uide Olea.

Olfacio, acis, eci, actum, a. t. Significat odoror, ὀσφαίνομαι. Plin. libr. 11. cap. 37. Quoniam modò olfaciant delphini, mirum: idem nec olfactus ueſtigia habent, quum olfaciant ſagacitſimè. Per translationem ponitur pro ſubodorari, ſiue præſentire. Terent. in Adel. an non ſex totis menſibus Primus olfeciſſem, quàm ille quicquam cœperit?

Olfacto, as, act. p. Frequentatiuum ab Olfacio, προσανοσφαίνομαι. Plin. lib 20. cap. 14. Xenocrates pulegii ramum lana in uoluũ, in tertianis ante acceſſionẽ olfactandũ dari tradit.

Olfactus, a. um. particip. Quod odoratũ ſenſu percipitur.

Olfactus, us, m. q. Facultas olfaciendi, quæ ſedem habet in anteriorib uentriculis cranii: ὄσφρησις. Plin. li. 29. cap. 4. Baſiliſci, quem etiam ſerpentes ipſi fugiunt, alios olfactu necantem, &c.

Olfactorium, rii, n. ſ. Florum uel odorum faſciculus, delectandis naribus, uel olfactus gratia comparatus. Plin. libr. 30. ca. 11. Ex iſtis confeſſa, aut certè ueriſimilia ponemus, ſicut & lethargum olfactoriis excitari.

Olibantum, Menſura uinaria rotunda nominabatur.

Olidus, adiect. uide Olus.

Oligarchia, æ, f. p. ὀλιγαρχία, Status Reipublicæ paucorum conſtans dominatione. Vnde Oligarchici, ὀλιγαρχικοὶ dicti ſunt, qui paucorum dominatione gaudent.

Olim, Aduerbium temporis, non ſolùm præteritũ tempus, ſed etiam præſens & futurũ denotans, ἐπαλαιοῦ, πάλαι. De Præſenti. Verg. 10. Ecl. Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores. De futuro. Idem 1. Aen. Hunc tu olim cælo ſpoliis Orientis onuſtum Accipies. Quint. lib. 10. ca. 1. Qui olim nominabuntur. De præterito exempla nuſquam non occurrunt. Cicero 3. de Orat. Sic enim olim loquebantur. Idem Attico lib. 2 Ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. Ponitur etiam p aliquando. Hor. lib. 1. Ser. Sat. 1. ut pueris olim dant cruſtula blandi Doctores, elementa uelint ut diſcere prima. Ponitur etiam interdum pro iamdudũ, uel iampridem. Plin. Epiſt. 162. Olim non librum in manus, non ſtylum ſumpſi. Aliquando etiam pro nuper. Terent. in And. Alium eſſe cenſes nunc me, atq; olim, quũ dabam? Ponitur interdum pro quouis tempore. Verg. 1. Georgi. Hic ubi præualidas olim multoq; riuentes Sufficiet Baccho uites. Olim particulam fabulæ propriã eſſe, ait Donat. in illud Terẽ. in Eunuc. Olim fuit iſti generi quæſtus apud ſeclum prius, Olim iam, Iam longo tempore, πρόπαλαι. Quintilian. in Mil. Mariano, Olim iam Imperator fulgentes uirtutes tuas liuor locum quærit.

Olitor, uide Olus.

Oliturgeſia, ὀλιγουργήσια, Suidæ immanitas, ſeu excuſatio à publicis oneribus. Cui ſignificatiuo pẽnè pars eſt, ἀτέλεια. Alciat. in Annot. ad poſt. lib. C.

Oliua, uide Olea.

Oliuum, oliui, uide Olea.

Ollã, æ, f. p. Genus uaſis, ait Noni. pro quo antiqui dicebant Aula, quia nullam literã geminabant, inquit Feſt. χύτρα. Inde Plauti quædã Comœdia Aululania eſt appellata. Plau. Capti. Ollas, calicesq; omnes confregit. Colu. libr. 8. cap. 8. Eius pulli ſingulis fictilibus ollis conduntur.

Oliula, a, pen. cor. χύτριον, Parua olla, quam & Aululam dicebant antiqui Varro, Lecta in ſecretam corbulam, inde & in ollulas addatur.

Ollaris, & hoc ollare. unde Ollares uuæ dicuntur, quæ in ollis fictilibus facilè conduntur. χυτρικοὶ de quibus Col. libr. 12. cap. 43. Mart. lib. 7. Illic & uuæ collocantur ollares.

Ollaria, æ, f. p. Temperatura æris. Plin. lib. 34. cap. 9. Nouiſſima eſt, quæ uocatur ollaria, uaſe nomẽ hoc dãte, ternis aũt quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis.

Olli, & Ollic, pro illi & illic, ſcripſerũt ueteres, Feſtus. Ver. Aen. 1. Olli ſubridens hominum ſator, &c.

Olocunus, Lege Color uarius.

Olochryſum, Semperuiuũ, apud Dioſc. libr. cap. 91.

Olocyron Aruga, uel Chamepitys. Dioſc lib. 3. cap. 176.

Oiophyton, Capparis.

Olcigygones, pen. cor. ὁλολυγόνες, Mares ranæ, quo tempore uoce mittẽtes, cient ad coitũ fœminas. Fit à uerbo ὀλολύζω, quod ſignificat ululo.

Olor, oris, penul. prod. m. t. Auis eſt notiſsima, quam Græci κύκνον uocant. Ouid. Epiſt 7 Ad uada Mæandri concinit albus olor. Silius lib. 15. Cerua fuit raro terris ſpectata colore, Quæ candore niuẽ, candore anteiret olores. Sunt qui Holor ſcribant, prima uocali aſpirata, quòd putent ita dictum, ἀπὸ τοῦ ὅλου, καὶ ὡραίου, quòd ſit pulcher. Quicquid id eſt, eruditorum uſus habet ut ſine aſpiratione ſcribatur.

Olorinus, a, um, penult. Prod. ut Color olorinus, hoc eſt, candidus. Plin. lib. 37. cap. 10. Gaſidanem Medi mittunt coloris olefini.

Olus, eris, n. t. Dicitur omnis herba ſatiua, quæ in uſu cibario eſt, ab alendo, q; oleribus alerentur homines, antequàm fruges repertæ eſſent, λάχανον Plaut. in Caſ Profectò hercle non fuit quicquam olerum. Varro ab Olla deducit. Nonius & Feſt. inter aſpirata cõnumerant. Ponitur quandoq; figuratè pro tenui & quotidiano uictu. Horat. 2. Ser. Sat. 7. ſi nuſquam es fortè uocatus ad cœnã, laudas ſecurũ olus. hoc eſt, dicit, nihil eſſe melius, quàm parcè & continenter domi uiuere, nihil eſſe melius domeſtico & quotidiano uictu.

Oluſculum, n. ſ. diminutiuũ, λαχανάριον. Horat. Ser. 2. Saty. 6. Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo. Cic. Attic. lib. 6. Lancibus & ſplendidiſſimis caniſtris oluſculis nos ſoles paſcere. Iuuen. Sat. 11. Curius paruo quæ legerat horto Ipſe ſocis breuibus ponebãt oluſcula: quæ nunc Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.

Olitor, oris, m. t. pen. prod. Qui olerum hortum exercet, qui & Hortulanus dicitur, κηπορός. Similiter olitor, λαχανοπώλης, qui olera uendit. Col. li. 10. cap. 8. Ipſe ferens olitor diductos pondere ſqualos. Cic. ad Tiro. lib. 16. Sic olitorẽ ipſum commoebis. Horat. 1. Epiſt. 19. ad imum Traxerit, aut olitoris agris mercede caballum.

Olitorius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Olitorius,a,um,Quod ad olera pertinet, κηπουρικός. ut, Forū olitorium,ubi uenduntur olera. Horti olitorii, & Ostia olitoria,hoc est,ostia hortorum. Plin.lib. 19.cap. 8. Est lactucæ genus adeó laticaulis, ut ostiola olitoria ex his factitari prodiderint.

Oleraceus,adiect.ut Oleraceus frutex. hoc est,herba olerū modo fruticans.Nam etiam olera fruticare affirmat Theophrastus, quæ ipse δενδρολάχανα appellat,uoce compositā ἀπὸ τοῦ δένδρε, καὶ λαχάνου, hoc est, ex arbore & olere: nos Fruticātia olera uocamus. Aut etiam Oleraceū fruticem intelligere possumus,qui oleri similis est. Plī.lib.26.cap.8. Eandem præstat hypericon,quam alii Chamæpityn, alii Corion appellant,oleraceo frutici.tenui,cubitali.

Olusatrum,n.s.una dictio cōposita,Herba est, quam Græci Hipposelinum,ἱπποσέλινον uocant:ita dicta à colore foliorum, quòd folia habeat subnigriora: propter quod Colum. Pullū olus appellat.Atq; oleris(inquit)pulli radix. Vide Plinium lib.19.cap.8.

Olympionites,uide in propriis.

Olyra,æ,f.p. ὄλυρα, Frugis genus est,quod,teste Plin.à Latinis Siligo dicitur,olim etiam à Gallis Arinca.Spicam habet semper erectam,neq; rubigini obnoxiam,grano candido,læui,& multipliciter tunicato. Columella tritici uitium esse ait:& quanuis candore præstet,pondere tamen inferius esse. Idem autor est, triticum omne uliginoso in loco tertia satione in olyram degenerare.

O M,In notis antiquorum optimus,maximus.O M.omniū. O M A.omnia. O M I S.omnibus.O M. V. F. omnibus uiuis fecit.

Omasum,n.s.pen. prod. ἔντερον Aristoteli. Est pinguius atq; crassius intestinum, quod nonnulli bubulum esse credunt, apud ueteres in mensarum deliciis habitum.Horat.2.Serm. Sat.7.seu pingui tentus omaso. Plin.lib.8.cap.47. de bubus, Socium enim laboris, agriq; culturæ habemus. Hoc animal tantæ apud priores curæ, ut sit inter exempla damnatus à populo Romano, qui cōcubino procaci rure omasum edisse,se negante occiderit bouem, actusq; in exilium,tanquam colono suo interempto.

Ombria, ὀμβρία, Gemmæ species, quam nonnulli Notiam uocant: quæ cum imbribus & fulminib.fertur in terrā decidere, quemadmodum Ceraunia & Brontia: eundemq; cum illis effectum habet.Autor Plin.lib.ult.cap.10.

Omen,is,n.Auguriū.quod fit ore.quasi Oremen,inquit Festus,οἴωνὸς,κλήδων,φήμη,σύμβολον,οἰώνισμα. Est enim futuræ rei pronuntiatio ori hominis incidens, diuino tamē furore. Cic.1.de Diuin.Neq; solūm deorū uoces Pythagorei obseruauerunt,sed etiam hominū,quę uocant Omnia:quę maiores nostri,quia ualere cēsebant,idcirco omnib. rebus agendis, Quod bonum,faustum,felix,fortunatumq; esset,præfabantur.Et tam de malo,quàm de bono dicitur.De bono. Liu.li. 1.Dextrā Hercules data accipere se omen, impleturumq; fata,ara condita ac dicata,ait.De malo. Verg.2.Aen. quod dii prius omen in ipsum Conuertant. Dicimus uenustè, Accipere omen,Accipere in omen terroris,uictoriq; & similium: &,Conlicere omen in aliquem.

Ominosus,Qui omen malum portendit,δυσοιώνιστος. Pli.Epistol.14.libro,Notabilis,atq; etiam(ut exitus docuit) ominosa res accidit.id est,malum omen portendens. Gell. libr.13. capite 14. Montem istum excluserant, quasi auibus obscœnis ominosum.

Ominor,aris,d.p.pen.cor. Auspicor,omen capio,φημίζω, οἰωνοπολέω.Plin.lib.28.capit.2. Quur enim primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicem, faustum ominamur? ὠφημᾶν. Curtius, In illo periculo Macedones ominati esse uidebantur.Hinc Abominor,de quo suprà.

Omino,às,antiqui dicebant.Pompon.Ita sit & tibi bene,& recte ominas.

Ominator, oris,m.t. Verbale, Qui omen capit, uel qui præest ominibus capiendis.Plaut.in Amph.Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.

Omentum,ti,n.s. Membrana tenuis & pinguis, qua integuntur uentris inferioris partes, τὸ ἐπίπλοον. Pers.Saty 2.Tot tibi quum in flammas iunicū omenta liquescant. Constat aūt omentum ex duabus tunicis à peritonæo ortis,densis & subtilib.fibi ipsis incumbentib.q; imprimis uerò arteriis & uenis,& pinguedine non pauca,ut uentriculū,cuius fundo insidet,& ueluti ἐπιπλεῖ, id est, supernatat, (unde & à Græcis nomē accepit)foueat,innatūq; calorē per inediam tuetur.Longissimè protenditur in omnia intestina,ut eorū cōcoctiones, quæ imbecilles sunt, adiuuet. Homini inter animantia longè maximū est, ut quod ipsum usque os pubis extendatur.Autor Gell.libr.4. de Vsu part.& 6.Anat.administ. Macrobius καταχρηστικῶς Omentū posuit pro membranis cerebrū ambientibus,quas Græci μήνιγγας uocant. Cerebrum(inquit)quod tactu sui uel hominem torquet,uel frequenter interimit,nō suo sensu,sed uestitus sui,id est,omenti,hunc importat dolorem.

Omentatus,a,um,Quod est pingui omento fartū,ἐμπλεός. Apicius,Ilitia omentata,pulpam concisam teras.

Omitto,is,a.t.Ex Ob,& Mitto,abiecto b,rem aliquam penitus dimittere, relinquere, ac præterire, ἀποτίθεμαι,παρίημι. Remittere uerò ex summa cōtentione & labore nōnihil relaxare.Intermittere aūt,ad tempus dimittere. Terē.in Adel. Nam si hoc omittam,actum agam. Horat.lib. Epist.1.Quod petiit,spernit, repetit quod nuper omisit. Hæc tamen differentia non est perpetua. Legitur enim Omittere etiam pro Intermittere,& in aliud tempus differre.Idem de Arte, Pleraq; differat,& præsens in tempus omittat.

Omissus,a,um,particip.quod etiam migrat in nomē: Accipitur pro negligente,languido,ac remisso.Terentius in Heautont.Vbi te uidi animo esse omisso. Huic contrarium est At tentus,προσέχων, ut apud eundem, Attentiores ad rem sumus omnes. Omissior ab re dicitur, qui lucrum negligit, neque solicitus est de acquirendis diuitiis. Terentius in Adelphis, At enim metuas,ne ab re sint tamen Omissiores paulò.

Omnis,& hoc omne,om.t. Distributiua dictio, eandē uim habet in singulari, quam in plurali, Omnis enim homo,significat idem quod omnes homines.Cic.pro Ros.Am.Non omnē frugem,neq; arborē,in omni agro reperire posses. Plī. lib.12.cap.1.de malo Assyria,Arbor ipsa omnib. horis pomifera est,aliis cadētibus, aliis maturescentibus, aliis uerò sub nascentibus. Omne genus,& omnis generis,pro eodē.Varr. de Re rust.cap.29. Seminaria omne genus ut serantur. Liui. 7.bel.Pun.Merita inde sua in duces Carthaginenses commemorauit:uaritiam contrà,eorum,superbiamq;,& omnis iniurias in se,atq; populares. Omnis cum genitiuo. Liuius 1.belli Maced.Macedonum ferè omnibus,& quibusdam Andriorum,ut manerēt,persuasit. Differt tamen Omnis à Toto,quòd Omnis ad numerum refertur, Totus ad quantitatem.Totum dicimus corpus aliquod integrum,ut,Tota domus:Omnis,de diuersis numero distinctis:ut,Omnis grex. Confunduntur tamen plerunque. Cic.pro Quintio,Vsque dum inueniretur, qua ratione res ab usitata ratione recederet,& in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur.id est,tota.

Omnino,aduerb.significat Prorsus, παντελῶς,παντάπασιν,πάντως Vnde apud Iureconsl.Omnino recessisse dicitur is,qui recessit animo permutandi domicilii. Ponitur aliquando pro Etiam.Cic.ad Nigidium,libr.4. Perfecerat fortuna, ne quid tale scribere possem, aut omnino cogitare. Idem pro Quint. Mihi perdifficile esse dicebā, non modò tantā pecuniam perorare, sed omnino uerbum facere conari. id est,sed etiam. Accipitur etiam omnino, aliquando pro tantummodo. Cic.pro Cluent. Quinq; omnino fuerunt,qui illum uestrum innocentem Oppianicum absoluerent.

Omnifariam,aduerb.Id est,omnibus modis,siue omnis generis,παντοδαπῶς.Gellius lib.12 capite 13. Quum uerò omnes terras omnifariam, & undique uersum circunfluat, nihil citra eum est.

Omnifarius, Dicitur, sicut Plurifarius:quo Suetonius utitur: quod etiam Erasmus annotauit.παντοίους.

Omnifer,a,um,Omnia ferens, παντοφόρος. Ouid.2. Metam. Sustulit omniferos collo tenus arida ulmos.

Omnigenus,a,um,penult.corr.Ex omni genere,παντὸς γένους, παντοῖος. Verg.lib.8.Aene. Omnigenumq; Deūm monstra, & latrator Anubis.Lucr.lib.2.E quibus omnigenos gignūt, uariantq; colores.

Omnimodus,a,um,pen cor.Omniū modorū,παντὸς τρόπου.

Omnimodè,aduerb.παντάπασι. Lucr.lib.2. Omnimodè expertus fueris,quàm quisq; det ordo.

Omnimodis,aduerbialiter,Id est,omnibus modis.Lucret.lib. 2.Nec tamen omnimodis cōnecti posse putandum est Omnia.Idem libr. 3. Si non omnimodis,at magna parte animai Priuatus.

Omni-

Omniparēs, om.t.pe.cor. Qui omnia genuit, παντογόνος. Ver. 6. Aen. Necnon & Tytione omniparentis alumnum Cernere erat. Sic Lucret. lib. 5.

Omnipotens, tis, m.t. pen.corr. Omnia potens, παντοκράτωρ. Plautus in Pœn. Dii immortales, omnipotentes, quid apud uos est pulchrius? Vergilius 1. Aeneid. Sed pater omnipotēs speluncis abdidit atris. Idem 8. Aeneid. Me pulsum patria, pelagiq; extrema sequentem Fortuna omnipotens, & inelu ctabile fatum His posuere locis. Hinc omnipotentia, rerum omnium facultas, παντοδυναμία.

Omnitenens, pen.cor. Qui omnia cōplectitur, παντοκράτωρ.

Omniuagus, a, um, pen.corr. Per omnia uagans, παντοπλανής. Cicero 2. de Natura deorum, Quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à uenando, sed quod in septem numeratur tan quam uagantibus.

Omnivalens, pen cor. Omnia ualens, παντοδύναμος.

Omniuolus, a, um, Omnia uolens, uel omnia cupiēs: quod epitheton à Catull. Ioui tribuitur, quē Poētę finxerūt in amoribus admodum inconstantem, omniumq; ferè formosarum cōcubitus appetentem. Sic enim scribit ad Mallium, Sæpe etiam Iuno maxima cælicolūm Coniugis in culpa flagrauit quotidiana, Noscens omniuoli plurima furta Iouis.

Omniuorus, adiect. Qui nullo discrimine quibuslibet uescitur, παντοφάγος. Plin. lib. 21. ca. 8. Bibunt aūt lac uaccinum, quoniam boues omniuoræ sunt in herbis.

Omologia. Cic. 3. de Fin. Quod Omologiā Stoici nos appellemus conuenientiam.

Omoplatæ, ὠμοπλάτη, Sunt duo ossa lata, utrinq; à ceruice ad scapulas tendentia, quæ à Latinis Scoptula operta uocantur. Autor Cels. lib. 8. cap. 1.

Omophagi, ὠμοφάγοι, pen. pro. Qui cruda carne uescuntur, quales perhibentur esse Aetoli, ut ait Thucydides.

Omphacium, omphacii, n.s. ὀμφάκιον Dioscoridi, Succus est uuæ acerbę, nondumq; maturæ, ἀπὸ τῆς ὄμφακος, hoc est, ab uua acerba ducto nomine. Plin. in Prol. lib. 23. Omphacium qua fieret ratione, incipientis uuæ pubertate, in unguentis docuimus. Dioscor. lib. 4. cap. 6. docet Omphacium esse suc cum uuæ acerbæ, nondum matureſcentis, è Thasia, aut Amminea uite. Galli sua lingua appellant du Verdius, quasi dicas uiride ius.

Omphacinus, a, um, pe.cor. ὀμφάκιος, Quod ex omphace, hoc est, ex uua acerba conficitur: ut, Oleum omphacinū, ἔλαιον ὀμφάκιον, quod duobus modis fieri posse ostendit Plinius libro 12. capite 27. altero modo ex olea adhuc alba, aut certè iam colorem mutare incipiente, quam Drupam uocat: altero ex uite Pythia, aut Amminea, quū sint acini ciceris magnitudine.

Omphacomeli, hoc est, acerbum, siue acidum. Omphaco melitis faciendi rationem uide apud Dioscoridem, libro 5. capite 24.

Omphalocarpon, ἀπαρίνη Dioscoridi, Herba est, quā alii Ampelocarpon, alii Philantropon appellant, quòd semen gignat hamatum, quod uestibus adhærescens, hominū amore teneri uidetur. Omphalocarpon aūt idcirco appellatū est, (ut non obscurè innuit Dioscor. libr. 3. cap 103.) quòd semen eius rotunditate quadam umbilici speciem uidearur referre. Apud Plin. lib. 27. cap. 5. Omphacocarpon legitur: facit tamen ratio etymologiæ, quam modò adduximus, ut Omphalocarpon restituendum putemus. Vide Marcellum Vergilium in locum Dioscoridis, paulò antē citatum, & Hermolaum in Plinium.

Omphax, Idem quod Omphacinum.

ON. In notis antiquorū omnino. ONA. omnia. ONT. IMP. ornamentum imperiale.

Onæ. f.p. ὄναι, Ficus sunt prædulces, quæ Tarenti tantū nascuntur: sic dictę, q propter bonitatem iure emi mereantur, ὠνὴ enim Græcè, dicitur emptio, ὠνέομαι, id est, emo. Apud Plin. lib. 15. cap. 18. legitur Omæ.

Onager, gri, n.s. ὄναγρος, pen cor. Asinus agrestis. Cōponitur enim ex ὄνος, asinus, & ἄγριος, sylvester. Nam in ρος, Græca desinentia, quum ad Latinam transeunt declinationē, mutant ρος in er, ἀλέξανδρος Alexander, ὄναγρος, onager. Var 2. de Re rustica, capite 6. Asinorum duo sunt genera. Vnum ferum, quos uocant Onagros: in Phrygia & Lycaonia sunt greges multi. Alterum mansuetum, ut sunt in Italia omnes. Legitur aliquando etiam nominatiuus Onagrus. Ibidem, ad seminationes onagrus idoneus, quòd è fero sit mansuetus facilè, ex mansueto ferus nunquam. Cic. ad Att. lib. 6. Erat præterea cynocephalus in essedo, nec deerant onagri. Alber. lib. de Animalibus scribit medullam onagri curare podagram, si ea inungatur: & eius stercus siccatum, & cum uino bibitum, ualere contra scorpionis puncturam.

Onchoa, Stercus bouinum.

Oniscus, sci, m. s. ὀνίσκος, Animal pilosum è uermib. terræ, arcuatim repens, & tactu contrahens se. Latini Millepedā, Centipedam, & Multipedam appellant. Quanquam hæ appellationes generaliores sunt, quàm onisci: ut etiam ad scolopendram extendantur, quæ arcuatim non serpit, multoq; minor est onisco, sed perniciosior. Vide Plinium libro 29. capite ultimo.

Onobatis, ὀνοβάτις, Apud Cumanos dicebatur mulier in adulterio deprehēsa, teste Plutar. qui refert Cumanis in more fuisse, ut quū aliqua in adulterio deprehenderetur, in forum deductā, & saxo impositam, spectandam omnib. proponerent: deinde asino impositā per urbem peruecherent: ea q infamia notatam Onobatin appellabant.

Onistis, Apocynon, apud Dios. lib. 4. cap. 84.

Onobletum, Herba quædam linguæ similis, quæ fœminarum profluuiis apponitur, Hippocrates.

Onobrychilon, Onobrychis, apud Dios. lib. 3. cap. 171.

Onobrychis, radice gracili nascitur circa fontes. Dios. lib. 3. capite 171.

Onocentaurus, ὀνοκένταυρος, Animal monstrosum, quod à parte superiori, hominis speciē habet: à parte inferiori, asini præfert imaginem: quemadmodū & Hippocentauros finxit antiquitas, superiori parte hominem, reliqua equum referentes. Onocentaurorum mentio est in sacris literis, apud Esaiam.

Onŏchēlŏs, penult. prod. ὀνόχηλος Latinè sonat Labrū asini, Genus herbæ paruo frutice, flore purpureo, asperis foliis & ramis, radice messibus sanguinea, cæterò nigra, in locis sabulosis nascēs. Hæc à Plinio lib. 22. cap. 21. numeratur inter species anchusæ.

Onocrotălus, m.s. pen cor. ὀνοκρόταλος, Auis est cygno simi lis: dicta, quòd collum in aqua mergens, spiransq;, ueluti ruditū asini edat, ὄνος, asinus, κρόταλος, crepitus Plin. lib. 10. ca. 47. Olorum similitudinem onocrotali habent.

Onogyros, Herba aspera & spinosa. Vsus eius aduersus uenena, ut inquit Nicander.

Onomă, Latinè nomen dicitur.

Onoma, onomis, Hedysarum, apud Dios. lib. 3. cap 148.

Onomatopœia, ὀνοματοποιΐα, cum œ diphthongo in antepen. Id est, nominis fictio: ut, Balatus ouiū, Mugitus boū. Dicta Onotopœia, quasi ἡ ὀνόματος ποίησις. A quibusdā Nominatio dicitur, qua rei, cui nomen aut nō sit, aut satis idoneum non sit, ipsi nomē effingimus, aut imitationis, aut significationis gratia. Inde sunt Rudere, Vagire, Murmurare,

Onone, Argemone. (Sibilare.

Ononis, pen. prod. Quæ à Dioscoride, ὀνωνὶς appellatur, herba est spinosa post Ver, folio rutæ, aculeatis ramis, ut tribulus. Gaudet culto solo, præcipueq; in segetib. prouenit, aratro inimica: unde & Resta bonis uulgò appellatur, quòd in opere boues sæpe sistat.

Ononium, ὀνώνις, Vrticæ genus multò cæteris mitius, & foliis ferè nihil mordentibus cor stat.

Onophyllon, Anchusa, apud Dios. lib. 4. cap. 26.

Onos, Locustarū quædā, quæ Apteros uocatur. id est, alis carens, ut inquit Paul. Hodie Bruchū uocant, fata rodentem.

Onocicides, Id est, Gallæ rusticæ, & asininæ, quæ fungosæ, flaccæ, atq; magnæ sunt minus efficaces.

Onochiles, Anchusa alia, apud Dios. lib. 4. cap. 27.

Onocha, Anchusa, apud Dios. lib. 4. cap. 26.

Onuris. Oenagra. idem Dios. lib. 119.

Onus, oneris, n.t. Pondus, farcina, φόρτος, φορτίον, ἄχθος. Cicero pro Leg. Man. Insula Delos, quò omnes undiq; cū mercibus atque oneribus commeant. Ouidius 7. Metamor. Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore gerentes. Ponitur aliquādo pro molestia. Liu. 3. bel. Pun. Exercitum se non agrum Hirpinum, Samnitemue, ne & ipse oneri esset, sed in loca sociorum populum Romanum adducturum, &c. Aliquando pro Mu-

nere,

nere, prouincia, siue partibus, & officiorum, Cic. 6. Ver. Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo? Videtur ratio exigere ut aspiretur: quũ Varr. dicat, Honos ab honesto onere: & Honestus, quòd onus sustineat Reipub. Quum aũt Honor, & Honoro, aspirationẽ habeant, & ab honore deducantur, uidetur etiã Onus aspirandũ, ut quod in deriuatiuis seruatur, in primitiuis seruari debeat: uerũ usus hodiernus refragatur. His aũt uerbis in oratione pulchrè adhærere solet, Abiicere onus, Alleuare onus. Cic. pro Ros. Amer. Hoc onus si uos aliqua ex parte alleuabitis, feram ut potero. Deponere onus. Cic. pro Sylla, Ita se gessit in tribunatu, ut onere deposito domestici officii, nihil postea nisi de Reipub. cõmodis cogitarit. Habere onus. Cic. 5. Ver. Ego plus onerishabeo, quàm qui cæteros accusarũt. Imponere onus. Cic. ad Ther. Nunc quũ mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur: ego quoq; tibi imponam pro tuis in me summis officiis, ita tamen, ut, &c. Opprimi onere, Premi onere, Suscipere onus, & Sustinere onus, & Tollere onus. Testimonia sunt inuentu facilia.

Onerosus, a, um, Quod est oneri, siue quod onerat, & grauat, φορτικός. Plin. lib. 22. cap. 25. Vomitiones mouet, aluum purgat, capiti & stomacho onerosum. id est, graue & ponderosum. Verg. 9. Aen. Eurialum tenebræ ramorũ, onerosaq; præda Impediunt. id est, magni ponderis præda. Ouid. Metam. 1. Imminet his aër, qui quãto est pondere terræ, Põdere aquæ leuior, tanto est onerosior igne.

Onero, as, a. p. Onus impono, ἐπιφορτίζομαι, ἐπαχθίζω. Vergil. 1. Aen. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Terent. Phorm. Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerũ hunc onero pallio? Verg. 1. Georg. Sæpe oleo tardi costas agitator asselli Vilibus aut onerat pomis. Trãsfertur etiam ad animũ: ut, Onerasti me curis, id est, impleuisti. Sic Onerare lætitia, amœnitate. Onerare maledictis, iniuriis, id est, iniuriis afficere. Onerare pugnis, pro pugnis incutere. Onerare laudibus, uehemẽter laudare. Onerare promissis, Onerare mendaciis. Onerare rationes, id est, dispendiosum esse. Onerare præceptis, est mandata dare. Onerare populum, est populo nimiis exactionibus grauem esse. Huius uerbi cõpositum & contrariũ est Exonero, ἀποφορτίζω, ἀποσκευάζω, quod est onus detraho: & per metaphoram molestia aliqua libero. Terent. in Phor. Nos quoq; amicos eius exonerastis metu. Transfertur etiã ad fluuios, qui ideo se exonerare dicũtur, quòd aquam superfluam in mare emittant.

Oneratus, & Onustus, Quæ id significant, cui impositum est onus: ut, Onusta frumento nauis. Cicero tertio Officiorũ. ἐπιφορτισμένος, ἔμφορτος. Terẽt. in Heaut. Ancillas secum adduxit plus decem Oneratas ueste, atque auro. Accipitur aliquando pro Pleno. Plaut. in Sticho, Itaq; onustum pectus porto lætitia, lubentiaq;. Idem in Aul. cum genitiuo, Aulam onustam auri. Liu. 4. belli Maced. Partim donis, partim spe præmiorum oneratus.

Onerarius, a, um, Quod oneratur, uel onerari potest, φορτικός. Vnde naues onerariæ, quæ à gestandis oneribus dictæ sunt. naues sunt magnæ, & capaces, obiq; id reliquis tardiores: contrà, Actuariæ, ut minores sunt, ita & celeritate, agilitateque onerariis præstant: unde & nomẽ habent, ab agendi scilicet facilitate. Cic. 3. Ver. eaq; in onerariam nauẽ suam, cõiicienda curauit. Plin. Epist. 17. Sæpe minores maiorib. uelut cymbulis onerariis adhærescunt.

Onychipuncta, Gẽma est ex aspidũ generib. quæ & Iasponyx, ἰασπόννυξ dicitur, niueo colore, rutilis punctis stellata: unde & nomen accepisse uidetur. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

Onychítis, Cadmiæ species, apud Dioscor. lib. 5. cap. 75.

Onysti, Saxatilium generis pisces ipsi Galeno.

Onyx, is, ὄνυξ, masc. uel fœm. gen. frequentius tamen masculini, gemmæ cuiusdã species est, humani unguis candorem referentis, interueniente sib. uenis quibusdã fardæ & iaspidis colorẽ imitantibus. Vide Plin. lib. 37. cap. 5. Est etiam Onyx marmoris genus, quod à nõnullis Onychites, ab aliis etiam Alabastrites appellatur, in montibus Arabiæ præcipuè nascens: postea etiam in Germania inuentũ: quod ad potoria & unguentaria uasa primũ cœpit excauari: postea etiã lectorum pedes, & sellæ, & solidæ etiã columnæ ex eo fieri cœptæ. Autor est idem Plin. lib. 36. cap. 7. & 8. Ex hoc marmoris genere olim etiam pretiosissima fiebant pauimenta, quod nõ obscurè innuit Mart. lib. 3. quum ait, Calcatusq; sub pede lucet onyx. Figuratè etiam inuenitur Onyx accipi pro uasculo unguentario, ex hoc marmore excauato. Idem libr. 7. Vnguentum fuerat, quod onyx modò parua gerebat. Apud Græcos ὄνυξ propriè unguentum significat: à cuius similitudine hoc marmoris genus, & ipsa etiã gemma nomen acceperunt, quòd scilicet humani unguis colorẽ referant. Onyx item medicis, oculi affectus est, quũ pus sub cornea tunica colligitur ad similitudinẽ unguis: unde & nomen accepit. Latini etiam unguem appellant: quod tamen nomen alteri oculi affectui tribuitur à Celso, quem πτερύγιον uocant Græci: quum scilicet in adnata membrana quiddam excrescit, à maiori angulo ut plurimũ ortum, ad oculi coronam ita procedens, ut quandoq; pupillam operiat.

Onychinus, a, um, pen. cor. ὀνύχινος. Quod ad onychen pertinet, uel quod ex onyche confectũ est: ut, Onychina uasa, Onychina pyra, uocat Plin. lib. 15. cap. 15. quæ oculi colorẽ referunt. Item Onychina pruna, apud Col. lib. 12. cap. 10. quæ unguis similitudinem habent.

O O. In notis antiquorum, oportebit, & oportuit, uel omnino, & aliquando omnes. O. O. T S. ornamentis omnibus textus, O ogala, pulticula ex ouo & lacte.

O P In notis antiquorũ Optimo, uel opiter, uel oportere. O P. ET. S.P. Optimo & sancto patrono, uel optimæ & sanctæ patronæ. O.P.F. optimo principi fecit. OPP. oppidum. OP. PRIN. optimo principi. OPT.P. optimo principi.

Opaca, Onobrychis herba apud Dioscor. lib. 3. cap. 171.

Opacus, a, um, pen. prod. Quod est umbrosum, ab operiendo, σκιερὸς, δυσπρόοπτος, ἀνήλιος. Vergilius 1. Ecloga. Hic inter flumina nota, Et fontes sacros frigus captabis opacum. Cic. de Part. In locis autem & illa naturalia, maritimi, an remoti à mari: plani, an montuosi: læues, an asperi: salubres, an pestilentes: opaci, &c. Ouid. 2. Fast. Alueus in lymo syluis appulsus opacis.

Opaco, as, a. p. penultima producta, Obumbro, cooperio, obscuro, ἐπισκιάζω. Vergilius lib. 1. Georg. Nunc alti frondes, & rami matris opacant. Colu. lib. 5. cap. 5. Quum plerunq; dicti syderis tempore quædam partes eius regionis sic infestentur Euro, ut nisi teguminibus uites opacentur, ueluti halitu flammeo fructus uratur. Cic. 2. de Nat. deor. de Sole, Vt quũ terras larga luce compleuerit, easdem modò his, modò illis partibus opacet.

Opacitas, tis. Col. lib. 8. cap. 17. Plusq; nocet putris unda, quàm prodest opacitas.

Opalus, ὤπαλος, Gemma est in India tantùm nascens, colore quidem candida, ita tamen ut in ea uario modo & carbũculi tenuior ignis, & amethysti fulgẽs purpura, & smaragdi uirens mare, incredibili pariter mistura translucent: unde & inter gemmas pædero tas, hoc est, à pueris in deliciis habitas, numeratur Plin. lib. 37. cap. 6.

Opalia, ὠπάλια, Festa erant Opi deæ, quæ Saturni uxor putabatur, dicata: quæ mense Decembri, paucis diebus ante Saturnalia celebrabantur. Plinius libro 19. capite sexto, Sunt qui allium & ulpicum inter Opalia & Saturnalia aptissimè seri putent.

Opera, æ, f. p. Actio est, & labor, & industria operantis, seu operatio, ἐργασία, ἔργον. Cic. lib. 1. Offic. Non malè præcipiunt, qui seruis uti iubẽt ut mercenariis, ad iusta præbenda, & operam exigendam, id est, laborem, & operationem corporis. Cæs. 5. bel. Gal. Ipse, etli res erat multæ operæ & laboris, tamen commodissimum esse statuit. Plaut. Capt. Nam tua opera & comitate, & uirtute, & sapientia fecisti, ut redire liceat ad parentes denuò. Cic. 1. Offic. Quidam nimis magnum studiũ. multamq; operam in res obscuras atq; difficiles conferunt. Operas quoq; personas ipsas dicimus, ἀντιεργούς, quæ pretio conductæ aliquid operis faciunt: sicut Custodia pro iis ipsis accipitur, qui aliquid custodiunt. Cic. 7. Verr. Nauẽ tibi publicis Mamertinorũ operis esse ædificatam. Operæ publicanorum, quos factores appellant uulgò. Cic. Crassipedi libro 3. Epist. Fam. A te peto Cn. Pupiũ, qui est in operis eius societatis, omnibus tuis officiis, atq; omni liberalitate tueare, cuiusque ut eius operæ (quod tibi facile factu est) quàm gratissimæ sint sociis. De operis, Columel. lib. 2. ca. 23. abundè tractat. Aliquando etiam operas, dicimus nebulones conductos ad flagitium aliquod perpetrandum. Cicero pro Sestio, Erat aũt mihi contentio non cum uictore exercitu, sed cum operis conductis, & ad diripiendam urbem concitatis.

Opus, n. t. Finis fructusq; operæ, quod fabricando factum relinquitur. Terent. in Heaut. utrunq; complexus est, quum ait, Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ. Vnde Opera autorum dicuntur συγγράμματα. Et Opera tam publica, quàm priuata ædificia dicuntur ἔργα. Aliquando tamen

Opus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Opus capitur pro opera. Ver. 8. Aen. Mollib. è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. hoc eſt, ad opera. Vbi notandũ eſt, q; quoties non ad laborẽ corporis, ſed ad laborẽ animi, & ad artem, induſtriamq; reſpicimus, magis Opus, quàm Opera dicimus: ut, In opere fabrili, In opere ruſtico, In opere faciundo. Eſt præterea Opus indeclinabile, quod modò adiectiuè accipitur pro neceſſarius: & tunc ante ſe deſiderat nominatiuum uti uſuis numeri: ut apud Cic. in Epiſt. Nos, ſi quid erit iſtic opus, defendes. Idem alibi, Tu quæ iſtic opus erunt, adminiſtrari proſpicies. Idem Curioni, Dux nobis & autor opus eſt. Modò ſubſtantiuè pro eo quod eſt neceſſitas, uel res neceſſaria: & ita ferè ablatiuum poſtulat. Cic. 3. de Orat. Acuto nobis homine opus eſt. Aliquando etiam cum genitiuo. Idem ad Q. Frat. Opus erit elegantioris alicuius. Apud antiquos etiam cum accuſatiuo. Plaut. in Truc. Puero opus eſt cibũ. Opera ferè ad hunc modũ in oratione collocatur. Operam do, Operam impendo, Operam nauo, quod eſt ad aliquam rem agendam incumbo, & ſtudium, laboremq; impendo, προσίχω. Cic. Tironi, Da operã ut ualeas. Hinc Dedita opera, dicimus pro eo quod eſt de induſtria, quaſi cura adhibita, & labore impenſo: quod & Data opera dicitur. Cic. in Epiſtol. Data opera paraui, qui ſic, &c. Dicimus etiam, Operam conferre in aliquam rem, Operam conſumere in aliqua re: Operas, uel operam dare, pro iuuare: Dare operam in exercitationem aliquã: Dare operam alicui, eſt audientiã accõmodare: Dare operam præceptori, id eſt, eum audire: Dare operam funeri, eſt intereſſe pompis exequiarum: Dare operam tonſori, eſt tonderi. Id operam do, id eſt, curo, laboro. Eadẽ opera aliquid facere, id eſt, eadem diligentia, eodem labore. Opera eſt mihi, quod barbarè dicitur, habeo ad faciendum, ſum impeditus. Operatua, opera mea aliquid fieri, quod barbari dicunt, tuo medio. Opera tibi uita eſt. id eſt, uitam tibi ex labore comparas. Dicimus etiam, Perdere operam, Ludere operam, Operam perire, Ponere operã in aliqua re, Ponere operam alicui. Cic. ad Att. lib. 13. Faberio operã ponamus. Bene ponere operã, Præbere operã, Sumere operam, Operas reddere, Tribuere operã alicui rei, Vti alicuius opera ad aliquid faciendũ. Operæ eſt, idem quod operæpreciũ eſt. Plaut. Dum mea facta itero, eſt operæ auribus accipere. Simile eſt illud apud Terẽtium, Sat. 6. Lunai portum eſt operæ cognoſcere ciues. In quibus orationib. tacitè ſubauditur nominatiuus, Precium. Opera eſt, idem quod opus eſt: quorũ omniũ teſtimonia ſtudioſis paſſim occurrent.

Opella, æ, diminutiuum ab Opera, idem eſt quod parua & exigua opera, πραγμάτιον. Hora. 1. Epiſt. 7. Officioſaq; ſedulitas, & opella forenſis Adducit febres. Lucret. lib. 1. Hęc ſi pernoſces parua conductus opella.

Operula, æ, Aliud diminutiuũ ab Opera, πράγμάτιον. Apul. Operulas etiam in eam contuli, quas adhuc uigenis ſacrariam faciens merebar.

Operarius, rii, m. ſ. ſubſtantiuum, Qui laborem operando fert, ἐργασὶς, ἐργάτης. Vnde Caſsius apud Varron. libro primo de Re ruſt. cap. 17. præcipit operarios paratos eſſe, qui laborem ferre poſſint, nec minores annorũ duorum & uiginti, & ad agriculturã dociles. Cic. in Parad. Vtrum potius de bonis eſt quærendum, quid baiuli atq; operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint?

Operaria, æ, Plaut. in Bacch. Equidem tibi dabo hanc operam. P. At nimium preciosa operaria es.

Operarius, a, um, Quod induſtria atq; opera fit, ſiue quod ad operarium pertinet, aut operam, ἐργασικός. Plin. lib. 14. cap. 10. Sed inter uina operaria numeratur. Et fit ab Opera. Hinc Operarius homo, qui operatur. Cic. ad Att. lib. 7. Nam de altero illo minus ſum admiratus, operario homine. Operarii lapides, qui ad opus aliquod accõmodari, & incidi poſſunt. Plin. libr. 36. cap. 22. Nunc ad operarios lapides tranſiſſe conueniat. Primumq; cotes ferro acuendo. Operarius uſus, qui ad opus aliquod faciendum adhibetur, uel qui alicui operi accõmodatur. Plin. lib. 8. ca. 3. Alterius mucronis parcũt, ne ſit præliis hebes: alterius operario uſu fodiũt radices, impellunt moles. Operariũ pecus, cuius uſum ad operas noſtras faciendas conuertimus. Col. lib. 6. cap. 2. Humilis enim & modica corporatura pecoris operarii eſſe debet. hoc eſt, pecoris illius, quo terram colimus. Operarius dies, id eſt, profeſtus.

Operoſus, a, um, Qui rebus gerendis operam dat, inquit Vall. ἐνεργὸς, ἐργώδης. Cic. de Senect. Videtis ut ſenectus non modò languida non ſit, uerumetiã operoſa. id eſt, quæ agit, & rebus agendis operã dat. Ouid. de Nuce, Sed puto magna mei eſt operoſo cura colono. Brachia operoſa Cyclopum, Stat. 1. Theuaid. Operoſus eius rei quiſq; dicitur, in qua deſudat. Ouid. 2. Faſt. Diſce metu poſito uates operoſe dierũ, Quod petis. Id eſt, qui in digerendis diariis laboras. Quandoq; paſſiuè, pro eo quod multa opera eſt cõfectũ, aut quod eſt multæ operæ, quodq; ad ſui perfectionẽ multum laboris deſiderat. Ouid. in Epiſt. Briſeid. Viginti ſuluos operoſo ex ære lebetes. Plin. lib. 18. cap. 15. Et uicia pingueſcunt arua, nec ipſis agricolis operoſa, imò ſulco ſata nõ ſarritur, nõ ſtercoratur. Operoſus, pro efficaci: ut, Operoſa herba. Ouid. 14. Metam. Vtere tentatis operoſæ uiribus herbę. Facilis, & Operoſus, contraria. Plin. libr. 15. cap. 23. Tarentinæ faciles, nec operoſo ſunt cibo. Operoſior, Operoſiſſimus. Cic. de Leg. 2. Ne quis ſepulchrum faceret operoſius, quàm quod decem homines effecerint triduo. Plin. lib. 14. cap. 22. In nulla parte operoſior uita eſt. Idem libr. 7. cap. 53. Operoſa tamen ſecuritas mortis in M. O filio Hilaro ab antiquis traditur. Horatius tertio Carminum, Ode prima, Cur ualle permutem Sabina Diuitias operoſiores?

Operosè, aduerb. Id eſt, laboriosè, difficulter, περιεργως. Cic. in Orat. Quod uel maximè deſiderat diligentiã: (eſt enim quaſi ſtructura quædam) nec id tamen operosè. Plin. lib. 18. cap. 26. Dicemus paulò operoſius.

Operoſitas, atis. Quint. lib. 8. cap 3. eſt etiam quæ περιεργία uocatur, ſuperuacua, ut ſic dixerim, operoſitas.

Operæpreciũ, n. ſ. ab Opera deducitur, & ſignificat fructuoſum & ad rem pertinẽs, τὸ πρυφέρον, ἄξιον. uel quia decens, uel quia utile, uel quia glorioſum, uel quia iucundum, uel quod eſt opera & labore dignum: & (ut Galli loquuntur) Vne choſe qui uault la peine. Cic. de Lege Agrar. contra Rullum, Quo in genere eſt operæprecium diligentiã maiorum recordari. Idem 6. Verr. Iam ut hæc omnia reperire ac perſcrutari ſolitus ſit, Iudices, eſt operæpreciũ cognoſcere. Liu. 2. bell. Pun. Tempus eſt, opulẽta uos ac ditia ſtipendia facere, magna operæpreciа mereri. Id eſt, magna ſtipẽdia militiæ, inquit Budæus. poſſumus quoq; dicere, Preciũ operæ. Plin. Id uerò audire precium operæ ſit. Ponitur interdum, Operæ, & ſubauditur Precium. Perſ. Sat. 6. Lunai portũ eſt operæ cognoſcere ciues. Facere operæprecium, eſt facere rem operã, & labore dignam. Liuius in Præfat. operis, Facturus ne operæprecium ſim, ſi à primordio urbis, res populi Romani perſcripſero, &c. Operæprecium habere aliquid. Liuius 5. bel. Pun. Seruorum legionibus T. Sempronius Cõſul toties iam cum hoſte ſignis collaris pugnauit: operæprecium habent libertatem, ciuitatemq;

Operor, aris, d. p ab Opera, Significat in opere aliquo faciundo laboro, ἐργάζομαι αὐτοργῶ. Plin. lib. 11. ca 10. Adoleſcentiores ad opera exeunt, ſeniores intus operantur. Item operam dare. Columella libro 12. capite 4. Si rebus uenereis fuerit operatus uel uir, uel fœmina, debere eos flumine ablui. Operari ſuperſtitionibus, Liuius lib. 10. Item rem diuinam facere, ſacrificare, ἱερεργῶμι, ἱεροποιῶμι. Iuuenalis Satyra duodecima, Vt matutinis operatur feſta lucernis. Pomponius, Ad Veneris profectus eſt manè uetulus, uotum ut ſolueret: ibi nunc operatus eſt. Operari noctes luna dicitur, quum circulum ſuum per noctis tempus abſoluit, & poſt ſolis occaſum lumen nobis præbet, quod ueluti opus eius eſt. Proper. libr. 2. Cynthia iam noctes eſt operata decem. Huius uerò compoſitum eſt Cooperor.

Operatus, a, um, particip. Vergil. 3. Aen. Connubiis, aruiſq; nouis operata iuuentus.

Operatus, abſolutè, pro Operatus ſacris. Tac. lib. 2. Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, uiditq; ſe operatum.

Operatio, onis, uerbale. Plin. lib. 11. cap. 24. Tertium arenarium genus, erudita operatione conſpicuũ. Cic. Att. libr. 6. Huius nebulonis operatione ſi Brutus moueri poteſt, licet eum ſolus ames. Accipitur etiam pro ſacrificio, ἱερεργία. Plautus. Vt hæc operatio crimen excipiet.

Opuſculum, dimin. ab Opus. Cic. 4. Acad. Vt etiã inter deos Myrmecides aliquis minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe uideatur.

Operio, is, rui, tum, a. q. ex Ob, & Pario, ſed b, abiicitur: unde & per ſimplex p, ſcribitur, ſignificatq; Tego, ἀποκρύπτω, ἐπιβάλλω, καλύπτω. Proper. lib 3. Atq; hinnuli pellis totos operibat amantes. Significat quoq; Claudo. Terent. in Heaut. Vbi abiere intrò, operuere oſtium. Plin. lib. 11. cap. 27. Morientib. oculos operire, rurſusq; in rogo ſatisfacere. Quandoq; celare, abſcõdere, nõ patefacere. Pli. Epiſt. 60. Addere lachymas, operire luctum, amiſſoq; filio, matrem adhuc agere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Operior, ris, iri, passiuũ. Cic. 6. Verrin. In hac insula extrema, est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset.

Opertus, a, um, particip. Idẽ quod tectus, κεκαλυμμένος. ut Mõtes operti arbore. Ouidius 5. Metamorphoseon. Caput opertum, Horatius 2 Sermonum, Satyra 3. Aemus opertus nubibus. Ouidius quarto de Ponto, Elegia 5. Fores opertæ. Idem 2. Fastorum. Lectica operata ferri per oppidum ut mortuus. Cic. 2. Philip.

Opertum, ti, n. s. substantiuũ. Opertũ Bonæ deæ, sacrificii genus erat, quod à solis mulieribus in loco operto fiebat, cui& uirum interesse nefas erat. Cic. in Paradox. Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, ut si opertum Bonę accessisses, exulares. Opertum, & Apertum, contraria sunt. Plautus in Capt. Operta quæ fuerunt, aperta sunt: patent præstigiæ, omnis res palàm est.

Operto, as, frequent. est ab Operio, ut inquit Festus, σκεπάζω.

Operimentũ, ti, n. s. Dicitur quod aliquid tegit, ἐπίβλημα, σκέπασμα. Cato de Re rust. cap. 10. Instragula octo, puluinos sedecim, operimenta decem, mappastres. Plin. lib. 8. capite 41. Detracto oculorum operimento.

Opertorium, rii, n. s. Idem quod operimentum, περικάλυμμα. Seneca in Epist. Ex duabus penulis altera stragulum, altera opertorium facta est.

Operculum, li, n. s. Instrumentum quo aliquid tegitur, πῶμα. Colum. lib. 9. Sunt qui à superiore parte foramina ipsis operculis imponant, quod fieri non oportet: nam superstiliens auis proluuie uentris cibos & aquam cõspurcat. Cato de Re rust. cap. 10. Operculum aheni unum. Operculum ambulatorium. Plin. lib. 21. cap. 14. Operculum à tergo esse ambulatoriũ, ut proferatur intus, si magnus sit alueus. Hoc est, quod facilè huc uel illuc moueatur.

Operculo, as, Operculo operio, πωμάζω. Col. lib. ult. cap 30. Ab eo tempore, quo primùm dolia operculaueris, usq; ad æqui noctium uernum, semel in diebus triginta sex uinum satis est. Idem lib. 12. cap. 15. Quæ uasa confestim operculare, & oblinere conuenit.

Opertaneus, a, um. adiect. ut Opertanea sacra, Sacrificia quę in operto fiebant, quæ & secluſa dicebantur, ne profanorũ oculis polluerentur. Hæc à Græcis μυσίεια appellantur. Plinius lib. 10. capit. 70. Gallinæ puræ non uidentur ad opertanea sacra, nigræ.

Operor, Operosus, Operula, uide Opera, æ.

Opes, opum, uide Ops.

Ophiasis, pen. cor. ὀφίασις, Vitium est capitis, pueris præsertim familiare, ab occipite plerunq; originem ducens, indeq; usq; ad aures & frontem paulatim serpens, donec utrinque, fines quasi capite & cauda committantur. Vnde & nomen inuenit. Ophis enim Græcè nobis serpẽtem sonat. Quacunque hoc malum serpit, cutis emoritur, pilus excidit, glabretaque per extimam capitis cutem sparsa, serpentis effigiem relinquunt

Ophidion, ὀφίδιον, Piscículus est congro similis, multò tamen minor: à serpentis figura nomen habens. Meminit eius Plin. lib. 32. cap. ult.

Ophicardelus, Gemma est, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt. Plin. lib. 37. cap. 10.

Ophioctonõ, ὀφιοκτόνον, Herba, quæ notiore nomine Elaphoboscõ appellatur: ita dicta, q serpẽtes enecare credatur. Herbariorũ uulgus Gratiam Dei appellat, teste Ruellio.

Ophiogenium, ὀφιογένιον, Herba est, cuius pastu cerui se se aduersus serpentes muniunt. Alio nomine Elaphoboscon dicitur, hoc est, cerui pabulum.

Ophiomachus, ὀφιόμαχος, pen. cor. Lacerta à Græcis dicitur, quòd cum serpentibus pugnet.

Ophiophagi, ὀφιόφαγοι. Dicti sunt, qui serpentibus uescuntur. cuius generis populos ad sinum maris rubri memorat Plin. lib. 6. cap. 29.

Ophiostaphylos, ὀφιοσάφυλος, Frutex est ex sylueſtriũ uitium genere, quæ Vitis alba, & Græco uocabulo Ampeloleuce uocatur à Plinio libro 13. capite primo, Latinorum nonnulli Serpẽtis uuam interpretantur: itaque dictam putant, quòd in Arabia hoc fruticis genus præsentissimum uenenum putetur.

Ophion, ii, Animalis nomen, uide in Propriis.

Ophioscorodon, ὀφιοσκόροδον, Frutex est, qui notiore nomine Capparis appellatur. Autor Dioſc. lib. 3.

Ophiostaphyle, ὀφιοσαφύλη, Frutex est idem cum capparĩ Plin. lib. 13 cap. 23. Capparis firmioris ligni frutex, seminisq; & cibi uulgati. Quidam eum Cynosbaton uocant, alii Ophiostaphylen.

Ophis, inter alia, Draunculus herba.

Ophites, penultima producta, ὀφίτης, Marmoris genus, serpentis maculas habentis. Lucanus libro 9. Quàm parnis tinctus maculis Thebanus ophites. Plinius libr. 36. capit. 7. duo eius facit genera: alterum molle & candidũ, alterum nigricans & durum. Vtrunque capitis doloribus, & serpentium ictibus medetur.

Ophiusa, ὀφιοῦσα, Herba est in Elephãtine Aethiopiæ regione nascens, liuida difficilisq; aspectu: qua pota minas terroremq; serpentium animo obuersari tradidit Democritus, in tantum ut mortem eo metu damnati conscisca nt: quare & sacrilegis bibenda dari consueuit. Autor Plinius libro 24. capite 17.

Ophrys, ὄφρυς, Herba quædam denticulato oleri similis, foliis duobus, quæ capillis nigredinem inducit. Plinius libro 26. capite 15.

Ophthalmia, ὀφθαλμία, Oculorum uitium, quod Celsus Lippitudinem appellat. Galenus Therapeut. ad Glauconẽ, lib. 2. dicit esse inflammationẽ eius tunicæ, quæ corneæ adhæret. Idem in Isagoge hunc morbũ latius describens, Ophthalmia (inquit) est, quoties rubet oculi pars candida, extolluntur cilia, simulq; fit, ne possint sine dolore cõiungi palpebræ, tractatusq; manibus oculus dolet. Negat tamẽ Iul. Pollux Ophthalmiã esse propriũ aliquod oculorũ uitiũ, sed eo uerbo significari tradit cauitatẽ oculorum ex corporis egritudine. Ophthalmia etiam dictus est piscis, qui à Plinio uocatur Oculata. Plaut. in Capt. Pernam atq; ophthalmiã, horæum, scombrum, & trygonem, & cetum.

Ophthalmus, mi, mas. s. ὀφθαλμός, Latinè oculus dicitur. Hinc Ophthalmicus, medicus oculorum. Martial. libro 8. Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus antè. Hinc Triophthalmus lapis, qui hominis tres oculos simul exprimit. Aegophthalmus, qui oculum capræ habet, Monophthalmus, unoculus.

Opicus, ca, cum, penultima correpta, ὀπικός, Sordidus, immundus, & obscœnus: unde & mures opicos dixit Iuuenal. hoc est, impuros, & putidos. Cuius significationis ratio tracta est à moribus Opicorũ, qui Italiæ populi fuerunt iidem cum Oschis, teste Festo, spurcæ, præposteræq; libidinis maximè infames. Vnde & uerba impudica, Obscœna dicta fuisse Verrius existimauit. Eosdẽ etiam barbara lingua, & sermone maximè inquinato usos fuisse accepimus, quemadmodũ & Volscos. Vnde Oscè, seu Volscè loqui, est inquinato, impuro sermone uti. Titinnius fabula 5. ut citat Festus, Oschè & Volscè loquuntur: nam Latinè nesciunt. Hinc etiam barbaros omnes ueteres Opicos appellarunt. Cato apud Plinĩ lib. 29. cap. 1. Nos quoq; dictitant Barbaros, & spurcius nos, quàm alios Opicos appellatione fœdant. Iuuen. Saty. 5. Nec curanda uiris opicæ castigat amicæ Verba. Id est, quæ nõ Latinè loqueretur, sed Opicè. Fuerũt aũt Opici, ὀπικοί Stephano, Campaniæ populi quidam, à linguarum colluuie dicti, siue à serpentibus, quasi ophici, in quibus numerabãtur Baiani, Cumani, Puteolani, Neopolitani: hę nanq; urbes Opicorum fuisse dicuntur.

Opifer, ra, rum, uide Ops.

Opifex, cis, om. pen. cor. Ab Opere faciundo deducitur, & artificem atq; operatorẽ significat, non modò rerum, sed etiam uerborum, κατασκευαστής, δημιουργός. Cicer. 1. Tusculan. Etsi Zeno Citticus, aduena quidam, & ignobilis uerborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiã uidetur. Idem in Catil. Omne opificũ instrumentũ, omnis opera ac quæstus, frequentia sustinetur, alitur otio. Idem 1. Offic. Omnes aũt opifices in turpi sunt exercitio. Opifex mundi à Cicer. 1. de Nat. deor. dicitur Deus omnium rerũ cõditor. Opifex (inquit) ædificatorq; mundi Deus.

Opificium, huius opificii, n. sec. Significat operis confectionẽ, uel ipsum opus, χειρούργημα, κατασκευή, δημιούργημα. Var. tertio de Re rustica, capite 16. de apibus loquens, Nisi opificii eas urget tempus.

Opificina, opificinæ, fœm. p. Idem quod opificiũ, inquit Bud. Plaut. in Mil. Si eam officinam nesciam aut malam esse, aut fraudulentam.

Opilio, onis, quasi ouilio, Pastor ouiũ, qui ouium gregem seruat

ſeruat,& paſcit,ποιμήν. Plaut.in Aſin. Etiam upilio, qui paſcit alienas oues,Aliquam habet peculiarem, quę ſpem ſoletur ſuam. Sunt tamen qui Vpilio.non Opilio ſcribant, autoritate Priſciani, qui dicit O breuẽ,in hoc nomine eſſe cõuerſam in V longam,ex literarum affinitate. Et hoc omnino in carmine obſeruandum puto: alioqui enim hexametrum ingredi non poſſet,quòd tres primas ſyllabashabeat breues. Verg.10.Eclo.Venit & Vpilio,tardè uenẽre bubulci. Vbi Ser. Vpilio propter metrum dixit Græcè:ut ὄνομα pro ὄνομα. Nã ο μικρὸν productionis gratia uertitur aliquando in ω diphthongum, quam uertimus in V longum.

Opilio,(inquit Feſtus) Genus auis eſt.

Opimus,a,um,pen.prod. Idem eſt quod diues,& pinguis, πίων,ut Menſa opima,Stat.libr. 11. ſtupet inconſuetus opimæ Sidonius menſę miles,taciemq; ſuperbi Ignotam luxus. Opima præda. Horat.Epod.10. Opima q; ſi præda curuo litore Porrecta mergos iuuerit. Cic.pro Sext.Roſ. Vt ad illam opimam, preclaram q; predam damnatio Sexti Roſ.uelut cumulus accedat. Horat.in Epiſt.1. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis. Opimus & Gracilis ſunt contraria. Cic. de Clar. Ora. Habet enim certos ſui ſtudioſos,qui nõ tam habitus corporis opimos,quàm gracilitates cõſectentur. Opima ſpolia,σκῦλα ὄπιμα. Plutar.Propriè ampla, & magnifica ſpolia dicuntur,quæ dux duci detrahit: dicta(ut Var.inquit)ab ope,uel (ut Plutar.ait) ab opere,quũ ſit opus egregiũ ac clariſſimum ducem belli parem ſibi ductorẽ ſuperare. Primus omnium Romulus, cæſo Ceninenſium duce, Ioui Feretrio opima ſpolia obtulit: de quo uide Liuium, libro primo ab Vrbe, Vergilium 10. Aeneidos, Aut ſpoliis iam raptis laudabor opimis.

Opinatores ſunt,ut in l.miſs.de Exac.tribut.lib.10. C. deſcribuntur, ſi mendà caret textus, militaris annonæ exactores, Vbi Pyrrhus non opinatores legendũ credit,ſed opimatores, qui præſunt annonæ opimandæ,ne deſit alicui exercitui,cuiuſmodi Viuendarios,(Profiantmeiſter)fortè appellamus Haloandri lectionẽ, quæ Opinatores habet,magis probandam puto.

Opimior, cõparatiuus, Quo uſus eſt Gellius lib.5.cap.14. Nam quas uenabatur feras,membra opimiora ad ſpecũ mihi ſuggerebat.hoc eſt,pinguiora.

Opimè,Abundanter,& lautè.Plaut. in Bacch.Omniſũ ad perniciem inſtructa domus opimè,atq; opiparè.

Opimo,as,a.p.pen.prod. Opimũ,ſeu pingue facio,πιαίνω.Colum.lib. 8.cap.9. Hyeme tamen offæ panis uino madefactæ, ſicut etiam palumbos, celerius opimant,quàm cæteri cibi.

Opinio,is,f.t. Eſt exiſtimatio,uel fama de aliquo concepta, δόκησις,δόξα. Cic. Of. Quorũ de iuſtitia magna eſſet opinio multitudinis. Idẽ Lent.lib.1.Magna eſthominum opinio de te,magna cõmendatio liberalitatis. Idem de Ami.Nam quũ cõciliatrix amicitiæ uirtutis opinio ferit, difficile eſt amicitiam manere,ſi à uirtute diſcecerimus. Quandoq; ſuſpicio, iudicium,ſiue perſuaſio, quã habemus de re aliqua:hoc eſt, id,quod de re aliqua ſentimus. Cic.ad Oct. Quod utinã neq; noſtra nos opinio,neq; tua fides fefelliſſet,ὑπόληψις. Plau.in Amph.Prius tua opinione hîc adero. Terent.Heaut. Cõcurrunt multæ opiniones,quæ animũ exaugeãt. Cæſ.3.bel.Gall. Celeriter cõtraq; omniũ opinionẽ confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendit. Diſtinguunt philoſophi Opinionẽ à Scientia:quòd Opinio incerti ſit, Scientia uerò certi. His uerbis in oratione pulchrè connecti ſolet, Obtinere opinionẽ, Habere opinionẽ de aliqua re, Imbibere opinionem de aliquo, Fallit me opinio, & Fallit opinionẽ meã: Afferre opinionẽ de aliquo, Cõprehendere & remittere opinionẽ. quę ſunt cõtraria: Adducere quempiã in opinionem, Euellere opinionẽ ex alicuius animo: Inſerere opinionem, & Euellere inſitam: Opinio hæc impleuit urbẽ, Vincere opinionem, quorũ omnia exempla nuſquã non ſunt obuia.

Opinioſiſsimus,δοξασικώτατος. Ciceſo.4.Acad. Quid,inquit, duo uel principes Dialecticorũ, Antipater, & Archidemus, opinioſiſſimi homines,non ne multis in rebus diſſentiũt?

Opinor,aris,depon.p.penult.product. Puto, ſuſpicor,opinionem habeo, ὑπολαμβάνω, δοξάζω Donatus, Quæ opinamur, putamus:quæ putamus,incerta ſunt. Terentius in Andria, non uidentur conuenire hæc nuptiis? P. Non opinor Daue, D. opinor, natas? non rectè accipis. Certa res eſt. Cicero 4. Academ. Sapientem nihil opinari,id eſt, nunquam aſſentiri nei uel falſæ, uel incognitæ. Idẽ pro Domo ſua, Falsò multa in uita homines opinantur. Lactantius libro 3. Id enim opinatur quiſq; quod neſcit. Illi aũt, qui de rebus naturalibus diſputant, opinantur ita eſſe, ut diſputant. Neſciunt igitur ueritatem: quoniam ſcientia certi eſt, opinatio incerti, δόξασμα. Hinc inopinatum dicitur, quod præter opinionem accidit. Hinc ſunt aduerbia, Exopinatò, pro ex opinione, & ſecundum opinionem. Quintil. lib.8.cap.5. Iam hæc magis noua ſententiarum genera exinopinatò, &c. Necopinatò, compoſitum à Nec, hoc eſt, non, & aduerbio Opinatò, pro inopinãter, ex improuiſo. Liuius 4.ab Vrbe, Propiusq; aliud nouum malum necopinatò exortum eſt. Ex necopinatò: Liu.4.ab Vrbe, Ipſe parte copiãrum paruo circuitu locũ maximè ſecretum ab hoſtibus petit, unde ex necopinatò aduerſum hoſtem inuadit. Paruum opinatu. Plinius lib.29.cap. 1. Illa autem quę timuit Cato,atque prouidit,innocentiora multò, & parua opinatu, quæ proceres artis eiuſdem in ſemetipſis ſarentur.

Opinatio,uerbale,hoc eſt,aſſentio. Cic.4.Acad. Herculis quẽdam laborem exantlatum à Carneade, quòd ut feram & immanem beluã, ſic ex amicis noſtris aſſentionẽ,id eſt, opinationem & temeritatẽ extraxiſſet. Idem 4.Tuſ.Opinationem aũt, quam in omnes definitiones ſuperiores incluſimus, uo lunt eſſe imbecillam aſſentionem.

Opinator,m.t. Qui nihil aſſerit,opinionemq; tantũ,uõ etiam ſciẽtiam habet. Cic.4.Acad. Ego uerò magnus quidam ſum opinator,non enim ſum ſapiens.

Opinabilis,& hoc opinabile, o. t. Quod opinione cõcipi poteſt,δοξαστὸν,εἰκαστὸν,ἔνδοξον. Cic.1.Acad.Itaq; hanc omnem partem rerum opinabilem appellabãt. Idem 2.de Fin.Artes quæ coniectura continentur,& ſunt opinabiles

Opiparus, a, um, Idem eſt quod ſplendidus, ſumptuoſus, opulentoq; apparatu inſtructus, πολυτελής. Plau.in Per.Satin' Athenæ tibi uiſæ fortunatæ, atq; opiparæ? Idem in Mil. Vino ornamentis, opiparisq; obſoniis. Apud Apul.libr.2.de Aſino, (niſi fortè ſubſit mendum) legitur opiparis, per tertiã inflexionem. Piſcatum, inquit, opiparem expoſitum uideo. id eſt, coptoſum. Inde Opiparum cõuiuium dicimus, quod lautum eſt, & magnificum.

Opiparè,aduerb.id eſt, Abundãter & copioſè, πολυτελῶς. Cic. 5.Offic. Opiparè à Pythio apparatum conuiuium.

Opiſtenar, Extima manus pars, aliàs pars ſyluestris.

Opiſtonomi boues,id eſt,retropaſcẽtes in Lybia,quæ Aegypto terminatur.

Opiſthŏgraphus,m.f.pe.cor. ὀπισθόγραφος, Dicitur charta ab utroq; latere ſcripta:ita dicta,quòd etiam ὄπισθεν, hoc eſt, à tergo eſſet ſcripta, quũ alioqui chartæ ferè non niſi aduerſa pagina conſcriberentur. Vlp. l.Chartæ.ff.de Bon.poſſ. ſec.tab. Chartæ appellatio etiam ad nouam chartã refertur, & ad deletitiam. Proinde etſi in opiſthographo quis teſtatus ſit,hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio.

Opiſthotŏnici,m.ſ ὀπισθότονικοί, Dicuntur, qui rigore cẽruicis inflexibili laborant, quorunq; caput contractione neruorum in poſteriorẽ partem ita trahitur, ut aliò flecti non queat. Vitium hoc à Gal. Opiſthotonos, ὀπισθότονοι appellatur, cui contrarium facit Emproſthotonos, quando ſcilicet pectori annectitur. Tetanos autẽ, quũ ceruix recta obriguit, ita ut in nullam partem flecti queat.

Opiſthotonos, ὀπισθότονος, uide in dictione præcedente.

Opiſthophylaces, ὀπισθοφύλακες, Qui in præliis pugnantium terga tuentur. Galli L'arriere garde.

Opiter, opiteris, m.t. uel opitris, Dicitur, cuius pater auo uiuo mortuus eſt. Sic dictus, quòd obitu patris genitus ſit, aut quòd auum poſt patrem habeat.id eſt, pro patre, Feſtus.

Opitulor,d.p.pen.cor. Adiuuo, ſubuenio:ab ope tollenda, id eſt, ferenda, ἀλέξω, ἐπικουρέω, παρίσαμαι. Terent.in And. Si illũ relinquo, eius uitæ timeo: ſin opitulor, huius minas. Cic. ad Seruium Sulp. Quoniam nihil iam uidemur poſſe opitulari Reip. Salluſtius, Sæpe minores noſtri plebis Romanæ, de cretis ſuis inopiæ eius opitulati ſunt. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione Cõtra. Pli.lib.28.cap.8. Et dorſo medullam adalligatam, contra uanas ſpecies opitulari. Hinc Opitulator, παρασάτης.

Opitulus, Dictus eſt Iupiter, quaſi opis lator, ἀληκτέω, & propriè in rebus dubiis & malis dicitur, Feſtus.

Opium, Succus ex papauere, habens ſer ſomniũ uim (ſi copioſius ſumatur) mortiferã, μήκωνος, ὀπός Plini libro uigeſimo, capite decimoſeptimo, Aliqui addunt, & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine, in uini cyatho dilutis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sic enim medici uocant. Officinis Opos dicitur.

Oplomachus, m. s. uide Hoplomachus.

Opobalſamum, n. ſ. ὀποβάλσαμον, Succus balſami, qui præfertur omnibus odoribus, uni terrarũ Iudææ cõceſſus, ut ait Plin. lib. 12. cap. 25. Arbor ipſa balſamum dicitur, quæ inciſa uitro, lapide, oſſeiſ'ue cultellis ſuccũ mittit, quem Opobalſamum uocant, eximiæ ſuauitatis. ὀπός enim à Græcis ſuccus dicitur. Xilobalſamum uerò, lignum balſami: Carpobalſamum, fructum balſami dicunt.

Opocarpathon, ὀποκάρπαθον, Succus carpathi, quẽ Plin. lib. 28. cap. 10. connumerat inter uenena.

Opopanax, ὀποπάναξ, Succus panacis herbæ, quæ omnes morbos ſanare dicitur. Plin. lib. 20. cap. 24.

Oporice, ὀπωρικὴ, Genus quoddam medicamenti, ἀπὸ τῆς ὀπώρας, hoc eſt, à pomis, arborũq; fructibus: quod qua ratione confici ſoleat, docet Plin. lib. 24. cap. 15. his uerbis, Vnum etiamnũ arboris medicinis debetur nobile medicamentũ, quod Oporicẽ uocant. Fit ad dyſentericos, ſtomachiq; uitia, in congio muſti albi lento uapore decoctis malis cotoneis quinq; cum ſuis ſeminib. punicis totidẽ, ſorborũ ſextario, & pari menſura eius, quod thus Syriacũ uocant, croci ſemuncia. Coquitur uſq; ad craſſitudinem mellis. Hæc Plin.

Oporinus, a, um, pen cor. ὀπωρινὸς. Idẽ eſt quod Latinè autũnalis: ἀπὸ τ' ὀπώρας, quod nobis autumnũ ſonat. Mart lib. 9. Si daret autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς eſſem, Horrida ſi brumæ ſydera, χειμερινός.

Oporophylacion, ὀπωροφυλάκιον, Cuſtodia pomorũ, uel fructuum,

Opõrõthẽca, æ, f. p. ὀπωροθήκη, Locus ubi fructus autumnales habentur. Nam ὀπώρα fructus autumnales ſignificat, & Theca repoſitorium. Var. 1. de Re ruſt. cap. 59. In oporotheca mala manere putãt ſatis cõmodè. Ibidem, Et ideo oporotheças qui faciunt, ad Aquilonẽ ut feneſtras habeat, atq; ut perflentur, curant?

Oportet, Imperſonale uerbum eſt, idem ſignificans quod Expedit, utile, aut neceſſe eſt, δεῖ, χρή. Cic. pro Cor. Bal. Oportere, eſt conſentaneũ eſſe officio: Licere, legib. & iuri: Decere temporib. & perſonis: Idem Att. lib. 6. Hoc fieri & oportet, & opus eſt. Idem in Cat. Quos ferro trucidari oportebat. Dicimus aũt pro eodem. Oportuit facere, & Oportuit factũ. Cic. 3. Verr. Hoc quod iampridẽ factum oportuit, certa de cauſa nondum adducor, ut faciam. Terẽ. in And. Non'ne prius cõmunicatum oportuit. Aliquando eſt coniicientis. Plaut. Pſeu. Hunc hominẽ malum eſſe oportet, οὗτος μοχθηρὸς ἄνθρωπος ἔνδον, id eſt, mirũ niſi hic homo malus eſt. Non diſſimilis huic oratio fit per Volo. Idem, Liberis conſultũ uolumus, etiam ſi poſthumi futuri ſint. Inuenitur aliquando per ſonale. Quint. Diſertos ſatis putat dicere quæ oporteant.

Oppango, is, oppegi, oppactum, Affigere, cõiungere. Plau. in Curc. Vbi ſuauiũ oppegit, fugit.

Oppẽdo, is, pen. prod. Contrà pedo: & per translationẽ reluctor, reclamo. κατανεύω, ἀντιποιέομαι. Horat. 1. Serm. Sat. 9. uin' tu Curtis Iudæis oppederè?

Opperior, iris, Verbum deponẽs q. gemino p, ſcribi debet, περιμένω. Producit enim primã ſyllabã, quæ in paſſiuo Operior corripitur. Silius lib. 5. cedas, Oramus, ſuperis, tempuſq; ad prælia dextrum Oppẽriare. Supinum facit Oppertũ, teſte Priſc. unde particip. Oppertus. Terent, Phor. Si non tum dedero, unam præterea horam ne oppettus ſies. Legitur tamen quandoq; particip. Opperitus. Plaut. in Moſt. Seni non otiũ erat, id ſum opperitus. Eſt aũt Opperiri, idem quod expectare. Plaut. in Ciſt. Vir tuus ſi aduenierit, iube domi opperirier. Terẽ. Adel. Opperiar hominẽ hîc, ut ſalutẽ, & colloquar. Idẽ And. Abi intrò, ibi me opperire. Cic. Att. Ego in Albano opperior, dum iſta cognoſco. Verg. 10. Aen. manet imperterritus ille, Hoſtem magnanimum opperiens.

Oppeto, is, n. p. pen. cor. ex Ob, & Peto. Nõ aũt ex Ob & Peto (ſicut putauit Seruius) ut quaſi ore terrã peto, quũ ii, qui moriuntur, non omnes ore terram petant. Propriè aũt Oppeto idẽ eſt quod obeo, uel ſubeo: ferè tamen accipitur pro morior, ἀποθνήσκω, ſed hoc nõ tã fit ex natura uerbi, quàm propter accuſatiũ Mortem, qui in eo, quanuis aliquando nõ exprimatur, ſemper tamẽ ſubauditur. Oppetere mortẽ pro patria, nihil aliud eſt quàm ſubire, uel obire mortẽ pro patria. Cic. 1. de Diuin. Aequius eſſe cenſuit maturã ſe mortem oppetere. Vergilius primo Aeneidos, ὁ τρὶς quaterq; beati, Queis ante ora patrum, Troiæ ſub mœnibus altis Cõtigit oppetere? Aliquando inuenitur poſt ſe habere alium accuſatiuum, ſed idem ferè ſignificantem. Idem primo Tuſculanarum, ex antiquo quopiam Poëta, Veſtras manus peto prius, quàm oppeto malam peſtem hoſtili manu.

Oppico, as, a. p. pen. cor. Idẽ quod Pico, hoc eſt, pice illino, πίττω, πισσόω. quod genus picationis fieri antiquitus ſolebãt in doliis, uel cadis uinariis, ne perfluerẽt. Cato capit. 12. Muſtum ſi uoles totum annum habere, in amphoram muſtum indito, & corticem oppicato.

Oppidum, di, n. ſ. Siue ab Ope dictũ ſit, ſiue ab Opibus, ſiue etiam ab Opponendo, ut quibuſdam placet, geminato p ſcribendum eſt, πόλις. Eſt aũt propriè Oppidũ, locus mœnibus concluſus, in quẽ homines habitandi cauſa conueniũt. Quidam oppida ab urbibus diſtinguunt, ut hæ quidem maiores ampliores'q; illa minora ſint & obſcuriora. Alii uni Romæ urbis nomen tribunt, reliqua omnia oppida appellantes. Sed hæ differentiæ non obſeruantur. Sæpe enim indifferenter legimus eandem ciuitatem Oppidum, & Vrbem appellari. Vnde Plau. in Perſ. quum Eleuſipolim ſæpius urbem uocaſſet, poſtea ſubdit, Eleuſipolim Perſæ cœpere in Arabia, plenam bonarũ rerum, antiquũ oppidum. Sic Seruius Sulpit. in Epiſtola illa conſolatoria ad Cicer. de morte Tullię, quum numeraſſet multas inſignes urbes partim ui hoſtili, partim terræ motu euerſas, ſubdit, Quæ oppida quodã tempore florentiſſima fuerunt. Cicero 6. Verr. Segeſta eſt oppidum peruetus in Sicilia, Iudices, quod ab Aenea fugiente ὁ Troia, atque in hæc loca ueniente, conditum eſſe demonſtrant. Vergilius 4. Eclog. quæ cingere muris Oppida. Horat. Epiſtola. 1. aſpera bella Componunt, agros aſſignant, oppida condunt.

Oppidulum, li, dimin. Paruum oppidum, πολίχνιον. Cic. ad Att. lib. 10. Nec tamen in acie, ſed Melite, aut alio in loco, ſiue in oppidulo futurum puto.

Oppidatim, aduerb id eſt, Per uaria oppida, κατὰ πόλεις. ut Oppidatim diſcurrere.

Oppidanus, ni, m. ſ. Qui oppidum incolit, πολίτης Cæſ. libr. 3. Comm. Sub ueſperum Cæſar portas claudi, milites ex oppido exire iuſſit, ne quã noctu oppidani à militibus iniuriam acciperent. Idem 1. bel. Ciu. Vniuerſiq; oppidani, & milites, obuiam gratulantes Antonio exierunt.

Oppidanus, a, um, ut Oppidanum ius, ἀστικός. Cic. pro Plane. Vetere quodam in ſcenicos iure, maximeq; oppidano. Cic. de Clar. Orat. Quæſtores celeriter facti ſunt oppidano quodam, & incondito genere dicendi.

Oppidò, aduerb. ſignificat ualde multum, κομιδῇ. Ortum eſt aũt hoc uerbum, teſte Feſto, ex ſermone inter ſe confabulantium, quantum quiſq; frugum faceret: utq; multitudo ſignificaretur, ſæpe reſpõdebatur, Quantũ uel oppido ſatis eſſet. Hinc in conſuetudinẽ uenit, ut diceretur Oppidò, pro ualde, multùm. Hæc ille. Terent. in Heaut. Dic me hîc oppidò eſſe inuitam. Interdũ etiam poſt Oppidò ſubiungimus particulã, Quàm. Gel. lib. 17. cap. 10. Oppidò quàm ſiunt in literarũ oſtẽtatione inepti, & friuoli. Cæſ. Quibus rebus oppidò quàm pauci ſub pellib. quieſcebant. Accipitur aliquando Oppidò, pro ſtatim. Plautus Moſtel. Perdidi operam fabrorum Illico, oppidoq; uenit in ignauia. Idem, Reddidi omne argentum oppidò.

Oppidicus, ὁ τὴν πόλιν ἐνοικῶν. Eius ſignificationis eſſe putat Calepinus, cuius Oppidanus, citans locũ Gel. ex lib. 2. ca. 11. ubi ſic legit, Hîc ego ad noſtros iuuenes connertor. Quid, inquam, uos oppidici dicitis mihi? Sed procul dubio, ut pleriſq; aliis in locis, ita hîc quoq; deceptus eſt Calepinus mendoſis exemplaribus: quandoquidem incaſtigatis Gellii codicibus, non Oppidici legitur, ſed Opici.

Oppignero, as, a. p. Pignori do, pignori obligo, ἐνεχυράζω, ἐνεχυρίθημι. Mart libr 2. Oppignerauit ad modò Claudi menſam Vix octo numis anulum, unde cœnaret. Terẽt. in Heaut. num illa oppignerare filiam Meam me inuito potuit? Repignerare, eſt ſoluto debito pignus recipere. Vide ſuo loco.

Oppilo, as, a p. pen. prod. Significat occludo, ἐμφράττω. Lucret. lib. 6. Fluctib. aduerſis oppilare oſtia contrà. Cic. 2. Phil. Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet, hisq; oppilatis impetum tuum compreſſiſſet.

Oppilatio. Hoc eſt, obſtructio. Vnde medici uitium præcluſi in cinoris, aliorumq; intus uiſcerum, Oppilationem uocant, ἔμφραξιν. Fit autẽ à Pila, quod columnam ſignificat.

Oppleo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Oppleo, es, a. f. Idem quod impleo, ἀναπλήρω. Plau. in Rud. Sed ad prandium uxor me uocat, redeo domum, iam meas opplebit aures sua uaniloquentia. Item Opplere, est quasi occupare. Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 4. Alienus odor nares opplet. Cic. 2. de Nat. deor. Nam uetus hæc opinio Græciã oppleuit. Idem post reditum in Senatu, Mens parua oppleta tenebris & sordibus.

Opploro, as, Plorando obtundo, κατοδύρομαι. Liu. 4. ad Heren. At ille, Quin mihi illum datis, ac uos auribus meis opplorare definitis?

Oppono, is, a. t Contra pono, seu ex aduerso pono, προτείνομαι, προΐσχομαι, ἔμπροσθεν ποιοῦμαι. Cic. 2. de Nat. deo. E quibus pullos quum excluserunt, ita tuentur, ut & pennis foueant, ne frigore lædantur: & si est calor à Sole, se opponant. Moles fluctibus opponere, Cicero 1. Officiorum, Natura opposuit montes mari, Lucan. lib. 2. Opponere uitium uirturi, Cic. 3. de Finibus. Ponitur quandoq; pro Obiicere. Cic. pro Quin. Minæ iactentur, pericula intendãtur, formidines opponantur. Aliquando idem pro Deponere dicitur, hoc est, contra alium prouocantẽ pignus ponere. Plaut. in Curc. pono pallium, Ille suum anulum opposuit.

Oppositio, onis, Contrarietas. Cic. de Inuent. Disparatũ aũt est id, quod ab aliqua re per oppositionẽ negationis separatur: hoc modo, Sapere, non sapere.

Oppositum, Contrariũ, ἀντιγεγραμμένον, ἀντικείμενον, ἐναντίον.

Oppositus, huius tus, m. q. Idem quod oppositio. Gell. libr. 14. cap. 1. Quum ille pauliper, oppositu horum uocabulorum commotus, reticuisset, &c. Cic. pro Marcel. Non modò excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorũ oppositus, & corporum pollicemur.

Opportunus, a, um, per duplex p, ab Ob, & Portus cõpositũ putatur, quòd nauigãtibus utilissimi, optatissimiq; sint portus. Dicitur aũt propriè Opportunum, quod nobis commodè, & pro desiderio, suoq; tempore obtingit, εὐκαιρος. Cic. Cælio lib. 2. Epist. Quas si satis opportuno tempore accepisti gratissimum mihi feceris. Quandoque ponitur pro apto & idoneo. Terent. in Eunuch. Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo, nemo est. Quandoq; iungitur datiuo pro procliui, & obnoxio. Plin. libr. 7. cap. 12. Fœminarũ sexus huic malo uidetur maximè opportunus, conuersione uuluæ. Idẽ lib. 18. cap. 7. Opportuniora morbis corpora, hoc est, procliuiora ad morbos, & quæ citius incidũt in morbũ. E diuerso, Importunũ esse, & Importunũ fieri dicimus, quæ sunt, fiuntue præter rationẽ loci, siue temporis, aut personarum. Verg. de auibus, quę quũ noctu tantùm uolare soleant, die apparent, importunæq; uolucres Signa dabant. Propterea Importunum hominem, dicimus procacem, atq; molestum, inquietum, nullamq; temporis, loci, aut personæ rationem habentem. Vide suo loco.

Opportunè, aduerbiũ. Dicimus autem, Opportunè accidere, ἐμ μέτρῳ, ὡς θέλω, quod pro desiderio nostro accidit, siue qđ accidit in loco & tempore. Terent. in Andr. Opportunè hic fit mihi obuiàm.

Opportunitas, f. t. Pro cõmoditate, pro ratione loci, temporis, & personarum, εὐκαιρία. Cic. 3. de Fin. Et quemadmodũ opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) nõ fit maior productione temporis, &c. Ponitur quandoq; Opportunitas pro facilitate. Pli. Epist. 24. Tranquilli stomachũ multa solicitant, uicinitas urbis, opportunitas uiæ, &c. Quandoq; pro utilitate. Cic. de Amic. Tales igitur inter uiros amicitia tantas opportunitates habet, quantas uix queo dicere. Opportunitate bona aduenire. id est, in tempore. Plau. in Epid. Optima opportunitate ambo autem uenistis.

Opprimo, is, a. t. pe. cor. Eneco, siue perturbo: habetq; in se maiorem uim, quàm Extinguo, ἐφίημι, ἐπιλαμβάνω, ἐπικατα λαμβάνω. Cic. in Læl. Quamobrẽ primùm danda est opera, ne qua amicorũ dissidia fiant. Sin aliquid tale euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ uideantur. quasi quod extinguitur, possit renouari: quod opprimitur, non queat: siue quòd extinguendo mora quædam, in opprimendo celeritas significetur. Interdum Opprimere, ponitur pro continere, seu claudere, ἐπισομίζειν. Plaut. Asin. Os opprime, Interdum pro conuincere, seu reprehendere. Ibidem, Iam faxo ipsum hominem manifestò opprimas. Interdum pro uiolare, βιάζω. ut, Oppressit uirginem. Interdum pro premendo grauare, πιέζω. Cicero, Qui homini tot miseriis, calamitatibusq; oppresso subueniret. Interdum pro præuenire, occupare, καταλαμβάνω. Cicero Cassio, Puto te iam suppudere, quum hæc tertia iam epistola antè te oppressit, quàm tu schedam, aut literam. Ponitur quandoq; pro supprimere, celare, tacere. Cic. pro Rosc. Amer. Est quiddam quod occultatur, quod quò studiosius ab ipsis opprimitur, & abscõditur, eò magis eminet & apparet. Interdum pro constringere, συστέλλω.

Oppressio, Constrictio, cuius diminutiuũ est oppressiuncula. Plautus, Molles morsiunculæ, papillarum horridularum oppressiunculæ.

Opprobrium, brii, n. s. ex Ob, & Probrum, Significat infamiam, dedecus, quasi obiectum probrum, ὄνειδος. Cic in Sallust. Quum omnibus matribus familiarũ opprobrio esset. Horatius 1. Epistola 9. Sic ego maioris fugiens opprobria culpæ, &c. Idem 1. Carm. Ode 16. dum mihi Fias recantatis amica opprobriis.

Opprobro, as, a. p. Opprobrio do, obiicio, ὀνειδίζω. Gellius libro 1. capite 15. Idem, Cato M. Cælio Tribuno plebis utilitatem opprobrans non loquendi tantùm, uerùm etiam tacendi, Frusto, inquit, panis conduci potest, ut taceat, uel uti loquatur. Plaut. Most. Ego'ne id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier?

Opprobratio, uerbale. ὀνειδισμός. Gell. lib. 12, cap. 11. Tum Cic. inopinata opprobratione permotus.

Opprobramentum, ti, n. s. Idem quod opprobrium, ὄνειδος. Plaut. in Mercat.

Litigare ego nolo uos: quàm tuam aũt accusare fidem,
Multò ædepol, si quid faciendũ est damni, facere mauolo,
Quàm opprobramentum, aut flagitium muliebre efferri domo.

Oppugno, as, a, p. Contra personam, uel rem aliquam pugno, nocendi causa, πολεμόω, πολιορκῶ, προσβάλλω. Cic. pro Sestio, Domus est oppugnata ferro, facibus, exercitu Claudiano. Idem Cælio libro 2. Ibi quintum & uigesimũ iam diem aggeribus, uineis, turribus oppugnabã oppidum munitissimum Pindeniſſum.

Oppugnatio, onis, uerbale, πολιόρκησις. Liu. 4. ab Vrbe, Nec segnior oppugnatio est, quàm pugna fuerat.

Oppugnator, m. t. πολιορκήτης. Cic. pro Cor. Bal. Atq; utinam qui ubiq; sunt propugnatores huius imperii, possent in hãc ciuitatem uenire, & contra oppugnatores Reipub. de ciuitate exterminari.

Oppũto, as, Idem est quod puto, amputo, propriéq; de arboribus dicitur, περικαθαίρω. Plin lib. 17. capit. 21. Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum.

Oppuuire, a. p. Antiquissimi dixerunt pro percutere, μαστιγῶν. Vnde Oppuuia, uerbera dicuntur. Afranius, Oppuuiis pueri coërcentur, Vide in dictione Pauio.

Opes, f. t in numero plurali, dicũtur diuitiæ, πλοῦτος, κτήματα. Verg. 1. Aen. Auxilio tutos dimittam, opibusq; iuuabo. Hora. Serm. lib. 2. Sat. 2. puer hunc ego paruus Ofellũ Integris opibus noui nõ largius usum, Quàm nũc accisis uideas. Quo in loco Horatius uocat Opes accisas, quæ imminutæ sunt, & attenuatæ: quibus opponit Opes integras, hoc est, florentes, & nulla in parte diminutas. Apud uetustissi. etiã Ops aliquando positũ inuenitur, ut idem sit quod opem ferens. Accius Quorũ genitor fertur esse ops gentibus. Hinc Inops, & Inopiosus, quasi sine ope. Vnde Animi inops, Inops consilii: hoc est, sine ope animi, sine ope consilii, ἀμήχανον, ἄπορον. Verg. 4. Aeneid. Sæuit inops animi. Plautus, Sæpe ego multas tibi mandaui dubias, egenas, inopinosas consilii. Obliqui singulares significant auxilium, ἐπικουρίαν. Ouid. lib. 1. de Rem. Amor. Carminis & medicæ Phœbe repertor opis. Cic. libr. 3. Tusc. Opis egens, dixit, id est, auxilii indiga. Aliquando significat uires, uel potestatem, δύναμιν. Vergilius primo Aeneidos, grates persoluere dignas, Non opis est nostræ. Aliquando uim. Sallustius in Catil. Summa ope niti decet, ne uitam silentio transigant. id est, omni uirtute, summa ui. Aliquando etiã opem in singulari numero legimus pro diuitiis. Cic. 3. Tusc. ex uetusto quopiam Poëta, O Priami domus, septum altisono cardine templum, Vidi ego te astantem ope barbarica. id est, opulentia luxuriosa. Quandoq; etiam Opes, pro auxilio legimus in numero plurali. Idem ad Quint. Frat. Nunc ita accidit, ut neq; Prætores suis opibus, neq; nos studio nostro quicquam proficere possimus. Hor. lib. 1. Epist. donec minor in certamine longo Implorauit opes hominis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Opifer,a,um, Opem ferens, βοήθρομος, βοηθικός. Vnde Iunonē Opifexam appellarunt Romani, quòd parturientibus opem ferre crederetur. Plinius libro 11. capite 37. Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatæ fuisse accepimus, ut multis mensibus tortus credatur, quum meditatur in dedicanda æde, Opiferæ dicere.

Opulentus, ta, tum, Diues & opibus abundans, πλούσιος. Plautus in Amph. Opulento homini hæc seruitus dura est. Cic. 4. de Amicitia, Vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm uiri: & inopes, quàm opulenti. Horatius 3. Carm. Ode 24. Intactis opulentior thesauris Arabum, & diuitis Indiæ. Verg. 1. Aen. Hîc templum Iunoni ingens Sidonia Dido condebat donis opulentum, & numinæ diuæ. Catul. in Iul. Cæs. Eóne nomine urbis opulentissimæ Socer, generq; perdidistis omnia?

Opulentia, f. p. & Opulētitas, atis, Pro opibus & diuitiis, πλοῦτος. Plaut. in Mil. Quasiq; eius opulentiratem reuereris Sallust. in Ciceron. Cui potest esse dubiū, quin opulentiā istam ex sanguine & miseriis ciuium paraueris? Plin. lib. 17. capit. 1. Tam recens est opulentia.

Opulenter, Sumptuosè, splendidè, cum opulentia. Liuius lib. primo ab urbe, Ludos opulentius instructiusq; quàm priores reges fecit.

Opulento, tas, actiu. p. Dito, abundantem facio, fœcundo' ue, πλουτίζω. Colum. libr. 8. cap. 1. Quicquid uillaticæ pastiones, sicut pecuariæ, non minimam colono stipem cōferunt: quū & auium stercore macerrimus uineis, & omni surculo atq; aruo medeantur, & eisdem familiarem focum, mensamque preciosis opibus opulentent. Horat. 1. Epist. 17. Ne percuncteris fundus mens, optimè Quinti, Aruo pascat herū, an baccis opulentet oliuæ.

Opulesco. n. t. Diteſco, πλουτῶ. Furius, Quò magis incomptis possint opulescere campis, Nonius.

Opsimathes, in. ter. ὀψιμαθής, Qui iam grandis natu discit, uel qui serius ad discendum accedit.

Opsimachia, Sera eruditio, interprete Gellio.

Opsonium, nii, n. s. ὀψιμαθία, Dicitur quicquid ultra panē, & uinum cibi apponitur. Plaut. in Aul. Dat coquos cum obsonio. Iuuen. Sat. 11. non tamē his ulla unquā obsonia fiunt Rancidula. Horat. 1. Serm. Sat. 2. Omnia conductis coēmens obsonia nummis.

Opsono, as, a. p. & Obsonor, aris, depo. pen. prod. (nam Græcè ὀψώνιον per ω scribitur) Emo, seu præparo obsonium, ὀψωνέω, ὀψωνίω. Plaut. in Casin. Argento ne parcito, opsonato ampliter. Idem, Cœnæ obsonaui, id est, obsonium emi. Terē. in And. Vix drachmis obsonatus est pecem. Obsonare famem ambulando, est acuere & excitare. Cic. 5. Tuscul. Socratem ferunt, quum usq; ad uesperum contentius ambularet, quæsitumq; esset ex eo, quare id faceret, respondisse, Sc, quò melius cœnaret, obsonare ambulando famem.

Opsonito, as, frequent. Sæpe obsono, ὀψωνίζομαι. Næuius, Multi mecum eo die opsonitauere.

Opsonatus, us, m. q. Ipsa opsonatio, ὀψωνία. Plaut. in Trucul. Dedi equidem hodie quinq; argenti deferri minas, prærerea unam in obsonatum.

Opsonator, oris, m. ter. uerbale, Qui emit obsonia, & coquo ad coquendum tradit, ὀψώνης Libanio. Seneca ad Luci. Adiice obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cuius illum sapor excitet. Plaut. Mili. Vel primarium parasitum, atq; obsonatorem optimum.

Opsopœus, ὀψοποιός, Cōcinnator obsoniorum, id est, coquus.

Opsopolis, pen. prod. ὀψόπωλις, Opsoniorum uenditrix.

Opsopolium, Locus ubi opsonia uenduntur.

Opticus, a, um, pe. cor. ὀπτικός. Idem quod uisiuus, siue perspectiuus. Vnde nerui optici à medicis dicūtur, per quos spiritus uisiuus defertur in pupillam, νεῦρα ὀπτικά. Hinc etiam pars Geometricæ disciplinę dicitur Optice, ὀπτική, id est, Perspectiua, quæ ad oculos pertinet, quæ causas reddit, cur uisiones subinde fallant, & ea, quæ in aqua conspiciuntur, maiora ad oculos fiant: quæ procul ab oculis sunt, minora.

Optimas, Optimitas, Optimus, uide Bonus.

Opto, as, a p. Desidero, cupio, εὔχομαι. Cicero Sulpitio, libro 4. Ita mihi uenire in mentē nihil potest, nō modò quid sperem, sed uix iam quid audeam optare. Vnde Optatiuus modus apud Grammaticos, εὐκτικὸν. Quandoq; eligo, αἱροῦμαι. Cicero libro 1. Offic. Quæq; maiori parte pulcherrima uideantur, ea maximè optant. Vergil. lib. 1. Optauitq; locum tectis. Aliquando Optare, idem est quod petere, uel rogare. Cic. in Catil. 2. Neq; ego à diis immortalibus Quirites optabo, ut, &c. Interdum etiam pro asciscere. Idem in Epistol. Sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. Huius composita sunt, Adopto, quod est ualde desidero. Plaut. in Cist. Sociam te mihi adopto ad meam salutem. Vatinius Cic. Ego autē quem potius adoptem, quàm illum, quo defendente didici? Est præterea Adoptare, alienum in familiam ascisceré, iustiq; filii loco deligere, ὑοθετεῖν τεκνοποιῶ. Terent. in Adelph. Ego hunc maiorem adoptaui mihi. Adoptio, sicut scribit Caius, duobus modis fit: aut Principis autoritate, aut magistratus impegio, ποίησις, ὕίωσις. Principis autoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt: quæ species adoptionis dicitur Arrogatio: quia & is qui adoptat, rogatur, id est, interrogatur, an uelit eum, quem arrogaturus sit, iusti filii loco habere. Similiter & is rogatur, quem arrogaturi sumus, an id fieri patiatur. Imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentis sunt, siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia: siue inferiorē, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis. Gellius lib. 5. cap. 19. aliter distinguit Arrogationē ab Adoptione: ut Adoptio dicatur, quæ fit apud Prætorem: Arrogatio, quæ per populum fit, rogante Tribuno. Coopto, Eligo, προσαιροῦμαι. Cic. in Bruto, A quo collegium augurum fuerat cooptatus. Exopto, ualde desidero, uel ex animo precor. Sallustius, Nam gloriam & honorē, imperiumq; boni, & ignaui sibi æquè exoptant, Præopto, antè opto, uel potius opto, προαιρέομαι. Terentius in Hecyr. Adeò peruicaces animo, ut puerum præoptares perire, &c.

Optatus, a, um, particip. Optati dicuntur, qui in honestum gradum aliquē sunt electi, ἠρημένοι, à uerbo Opto, quod inter cætera eligo significat, & adsciſco.

Optatus, nomē ex participio. Cic. ad Lentul. Tametsi mihi nihil fuit optatius, quàm ut primum abs te ipso, deinde à cæteris omnib. quàm gratissimus erga te esse cognoscerer. Idē Quint. Frat. Vale mi optime, ac optatissime frater.

Optatissimus, superlatiuus, ut, Optatissimus nuncius, Cic. 14. Philip.

Optatum, ti, n. s. substantiuum. Cic. in Pison. Illud etiam accidit præter optatum meum, sed ualde ex uoluntate. Optata loqui, Teren. in Heaut. Eueniunt optata, Ouid. 6. Metam. Respondet optatis meis fortuna. Cicero Curioni 2. libro Epist. Famil.

Optatò, aduerb. Cum desiderio, πποθήτως. Terent in And. Optatò aduenis. Cic. ad Attic. Nisi quid te aliud impediet, mihi optatò ueneris.

Optabilis, le, om. t. Quod optari debeat, ἐυκτῶς. Cic. Luccio, Quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen iucundæ. Idem 1. de Finib. Itaq; ne iustitiā quidem rectè quis dixerit per seipsam optabilē, sed quia iucunditatis uel plurimum afferat.

Optabiliter, aduerb. Cic. 1. Tusc. Prò dii immortales, quàm optabiliter iter illud iucundum esse debet.

Optiuus, pen. prod. adiect. Prò, adoptiuo, ὑποποιητός. ut Nomē optimum. Horatius 2. Epist. 1. si plus adposcere uisus, Fiat Mimermus, & opriuo cognomine crescit.

Optio, onis, f. g. t. Idem quod optatio, electio, αἵρεσις. Plautus in Casin. Optio hæc tua est, utram harum uis conditionem, accipe. Optio hæc tua est, id est, potes eligere quod uoles. Et dicimus, Dare optionem, & Facere optionē alicui, & permittere optionem alicui. Cicero 1. Ver. Quoties ille tibi potestatem, optionemq; facturus sit, ut eligas utrū uelis factum esse, necne? Quin. lib. 5. Nec optio iudicis aduersario est permittenda. Cic. 4. Acad. Si optio naturæ nostræ detur. Optio etiam aliquando masc. gen. est, significaturq; ministrū à Centurione uel Decurione adoptatū, qui priuata eius obeat negotia, dum ipse publicis curis est districtus. Veteres appellabant Accensum. Festus, In re militari Optio appellatur is, quē Decurio, aut Centurio optat sibi rerum priuatarum ministrū, quò facilius obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accensus, qui à Tribuno militum Centurioni dabatur adiutor. Dicitur ab optando (ut Vegetius ait) quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, ii tanquam adoptati eorum, atq; uicarii, solent uniuersa curare: ut nihil aliud sit Optio in re militari, quàm adoptatio, quoniam Cēturio, aut Decurio optabat sibi rerum priuatarum ministrū, quò facilius publica obiret negotia. Plau. in Asin.

Optio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Optionem tibi ſumito Leonidem. Calliſt. in l. ult. de Iur. im munit. Quamobrē etiam eum, qui in palatina militia idipſum agat, quod in exercitu Optiones, iure arbitror dici Optionem.

Opulento, Opulentus, Opuleſco, uide Opes in Ops.

Opulus, li, f. ſ. pen. cor. Genus arboris, maritandis uitibus maximè idoneum. Col. lib. 5. cap. 6. Sed uitem maximè opulus uidetur alere, deinde ulmus, pòſt fraxinus. Ruell. lib. 1. capit. 105. Opulus corno ſimilis, arbuſto Gallico faciundo idonea: Obierus, uel Opierus apud nos ruri dicitur, ulmi proceritate adoleſcit, caudice recto, enodi, &c.

Opuntia, æ, Herba circa Opontem naſcens, etiam homini dulcis: mirumq; è folio eius radicem fieri, ac ſic eam naſci. Verba ſunt Plinii lib. 21. cap. 17.

Opus, operis, & **Opus** indeclinabile, uide Opera.

Opuſculum, n. ſ. diminuti. uide Opus, in Opera.

ORB. In notis antiquorum ornato uel ordo. ORB PAR. orbati parentes. ORD. ordinis. OR. M. ordo militum. ORN. IMP. ornatus imperialis.

Ora, oræ, f. p. Extremitas cuiuſque rei, ἴσκατα, τὰ ἐσχατεύοντα. Vergilius 9. Aeneidos, Et mecum oras ingentis euoluite belli, hoc eſt, finem belli, uel belli extrema, ut interpretatur Seruius. Hinc teſtimentorū extrema, Oræ dicuntur, κράσπεδα. Regionum item, terrarumq; fines, inſuper maritimę ipſę regiones, Orę dicuntur. Vergil. 1. Aeneid. Arma uirumq; cano Troiæ qui primus ab oris, Italiam fato profugus, Lauinaq; uenit Littora. Orę aluearium. Vergil. 4. Georgicorum, Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras Explent. Plinius Orę appellatione ferè ſemper regionem littoralem appellat, ἀκτάς, apud quem ueluti peculiaris eſt talis locutio, In ora ſunt ciuitates; & oppida orę proxima. Quæ uerò remota ſunt ab ora, in mediterraneo eſſe dicuntur. Ora pro regione. Cic. 2. de Natur. deor. Omnibus hominibus, qui ubi quæ ſunt, quacunq; in ora ac parte terrarum. Ora pro climate, uel ſegmento cæli. Cicero 1. Tuſculan. Tum globum terræ eminentē à mari, fixum in medio mundi uniuerſi loco, duabus oris diſtantibus, habitabilem, & cultum. Sunt qui dicant Oram etiam ſignificare nauticū funem, quo nauis littori alligatur, adducētes teſtimonium illud Quintiliani in Præfatione ad Tryphonē, Permittamus uela uentis, & oram ſoluentibus bene precemur, & Liuium lib. 28. In ipſis quoq; trepidatum nauibus, dum ne hoſtes cum ſuis irrumperent, trahunt ſcalas: oraſq;, & anchoras, ne in moliendo mora eſſet, præcidunt. Cæterùm eruditi negant Oram inueniri pro fune nautico apud idoneos autores, quū in Liuio quidem Oras, ſed Lora in uetuſto codice ſcriptū reperiatur, & apud Quintilian. Ora ſoluentibus, in quibuſdam exemplariis legatur: ut idem ſit Ora ſoluere, quòd ſoluere à littore. Ora pro initio rei, autore Feſto, uſus eſt Cæcilius, Oram, inquit, reperire nullam, quem expediam, queo. Apud Celſum, Ora uulneris uocantur hiantis uulneris extremitates, quæ futura coniunguntur. Oras, inquit, uulneris futuræ comprehendant.

Oraculum, li, n. ſ. Idem eſt quod deorū reſponſum, χρησμὸς, λόγιον. ita dictum a uerbo Oro, uel ab Oratione, teſte Cic. in Topicis, Oracula, inquit, ex eo ipſo appellata ſunt, quòd ineſt his deorum oratio. Vergilius 2. Aeneid. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Quandoq; ponitur pro templo, in quo reſponſa dantur. Plinius lib. 12. capite 23. Inde & nomen Ammoniaco, ab Ammonis oraculo, iuxta quod naſcitur arbor. Nonnunquam etiam pro celeri, notaturq; digna, & minimè uana ſententia. Vnum illud optimum oraculum eſt, Pugnandum eſſe pro patria. Plin. lib. 18. cap. 6. Inde illa reliqua oracula. Nequam agricolam eſſe, quiſquis emeret, quod præſtare ei fundus poſſet. Accipitur præterea aliquando Oraculum, pro ſomnio nocturno. quo res aliqua nobis denuntiatur. Cic. 2. de Diuin. Expoſui ſomnii, & furoris oracula. Dicere ex oraculo. Cic. pro Fonteio, Ex oraculo dici putes. Edere oraculum, Oraculo aliquid edere, Fundere oraculum de aliqua re, Oraculum editum eſt.

Orata, æ, f. p. Piſcis, ab auri colore nomē habens, Idem & aurata dicitur, χρυσόφρυς. Solent enim ueteres pro diphthongo, ſæpe O, literā ſubſiſtuere, ut Clodius pro Claudia, & Codex pro caudice. Vide ſuprà in dictione Aurata.

Oratio, Oratiuncula, & Orator, uide Oro.

Orbiculata, Herba, Barbaro ex Dioſc. uidetur eſſe Clinopodion. In Corol. Clinopodii. uide Barb.

Orbis, huius orbis, m. t. Circulus, κύκλος, σφαῖρα. Plin. libr. 11. cap. 37. Aliis glauci coloris orbibus circundatis. Ouid. 6. Metam. lanam glomerabat in orbes. Lucan. lib. 5. de gruibus loquens. Confuſos temere immiſtæ glomerātur in orbes. Ver. 5. Aen. Inde alios exeunt curſus, aliosq; recurſus, Aduerſis ſpatiis: alternosq; orbib. orbes Impediūt. Cic. de Orat. Circuitus & quaſi orbis uerborū. Differt aūt Orbis à Sphæra, ſeu globo, q Orbis propriè dicatur de plano corpore, quod circulam habet figurā: Sphæra aūt, uel Globus de corpore ſolido. Cic. 2. de Nat. deor. Duæ formæ præſtātes ſunt: ex ſolidis globus, ex planis circulus, uel orbii, qui Græcis κύκλος dicitur. Sed hoc nō ſemper obſeruatur. Ponitur enim frequēter Orbis pro eo quod Sphæricū eſt, uel rotundum: unde Orbem terrarū, οἰκουμένην dicimus, pro toto uniuerſæ terræ globo, quē ſphæricæ figuræ eſſe ſaniores philoſophi conſentiūt. Pli. in Proœm. li. 3. Terrarū orbis uniuerſus in tres diuiditur partes. Accipitur etiam orbis pro circulari cæleſtiū corporum meatu. Cic. de Somnio Scip. Stellę circulos ſuosorbesq; cōficiunt celeritāte mirabili. Nonnunquā etiam cælos ipſos, uel cæleſtes ſphęras Orbes dicimus. Ibidem, Nouem tibi orbibus, uel potius globis connexa ſunt omnia. Orbes etiam quandoq; dicuntur frontis foramina, inter quæ latent oculi. Statius, Tum uacuos orbes. Prudent. Illic utriſq; obtutib. orbes canatos præferēs, baculo regebat primo errore nutantem gradum. Sed & ipſa lumina ſic appellantur. Lactant. Orbites ipſos humeris puri, ac liquoris plenos eſſe uoluit. Ponitur quandoq; pro regione. Plinius lib. 12. capite 12. In noſtro orbe proximā laudatur Syriatū. Aliquando pro operculo in orbem facto. Cato de Re ruſtic. capite decimo, Abacum unum, orbes æneos duos, menſas duas, &c. Orbis ablaqueationis, apud Colum. lib. 4. cap. 4. ponitur pro foſſura, ſiue foſſione illa, quæ in orbem circa uites, aut arbores fieri ſolet. Nam, inquit, dum exaltare fortius orbem ablaqueationis foſſor ſtudet, eo quā uitam plerunq; fautiat. Quandoq; etiam Orbem acceptū legimus pro orbili, hoc eſt, pro extremitatibus radiorū in rota, quæ canthis cinguntur. Var. 3. de Re ruſt. ca. 5. E quo ſtagno riuus peruenit in duas, quas dixi, piſcinas, ac piſciculi ultro ac citro permeant, quum & aqua calida & frigida, ex orbe ligneo menſaq;, quam dixi, in primis radiis eſſe epiſtomiis uerſis ad unumquenq; ſic, ut fluat in conuiuam. Orbis pro anno. Verg. 1. Aeneid. Triginta magnos uoluendis menſibus orbes Imperio explebit. Hoc eſt, regnabit triginta annos. Idem 3. Aeneid. Annuus exactis cōpletur menſibus orbis. Accipitur etiam Orbis pro menſa rotunda. Mart. libr. 2. Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes: Fulcitur teſta fagina menſa mihi. Quo in loco Libycos orbes uocat menſas citreas. Ponitur quandoq; pro contextu, & ſerie continua, & quadā quaſi conductione orationis, quum periodi legitimis comatibus & colis ſunt expletæ. Quint. lib. 9. cap. ult. Hiſtoria non tam finitos numeros, quàm orbem quendam, cōtextumq; deſiderat. Cic. in Orat. In Thucydide orbem orationis deſidero.

Orbiculus, li, diminut. σφαιρίδιον. Plin. lib. 25. cap 11. Cōſciſca quoq; in orbiculos ſeruatur in uino. Orbiculus pro rotula trochleæ. Cato cap. 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus ſpartaneis ducantur, orbiculis ſuperioribus octonis, inferioribus ſenis citius duces.

Orbiculatus, a, um, Quod in orbem & circuitum factum eſt, κυκλοτερής, σφαιροειδής. Vnde Poma orbiculata dicūtur à Varrone, 1. de Re ruſt. ca. 50. quæ rotunda ſunt, figuramq; habent orbis in rotunditatē circumacti. Cæl. ad Cic. lib. 8. Quid eſt? Nunc tibi noſtri milites, qui duriſſimis, & frigidiſſimis locis teterrima hyeme bellum ambulando confecerūt, malis orbiculatis eſſe paſti dicuntur.

Orbiculatim, aduerb. Per orbes, & circulos, quaſi circulatim σφαιρηδόν. Plin. lib. 11. ca. 37. Sed quibus ceruix è multis uertebratisq; orbiculatim oſſibus flexilis ad circunſpectum, articulorum nodis iungitur.

Orbicus, a, um, autore Nonio, Quod eſt per orbem ductū, ſeu per circulum, κυκλοτερής Varr. Vt ſydera cæli circa terrā, atq; axem uoluuntur motu orbico.

Orbile, huius orbilis, n. t. Id eſſe uidetur, quod rotam in ſummo axe continet, uel id potius, quod in extremis radiis eſt, & canthis cingitur. Varro 3. de Re ruſt. capite 5. In inſula eſt columnella, in qua intus eſt axis, qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam, ita ut ad extremum, ubi orbile ſolet eſſe acutum, tabula cauata ſit. Budæus.

Orbita, æ, pen, cor. Rota, ſiue currus, τροχιά. Vergilius libr. 3. Georg. Iuuat ire iugis, quā nulla priorum Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo. Cicer. Attic. libro 2. Vt uix ſonitum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

audire, uix impreſſam orbitam uidere poſſemus. Eſt præterea Orbita, ueſtigium decurrentis in uiis rotæ ex curſu. Plin. libro 8. cap. 58. Idem, ubicunq; ſint, orbitam tranſire, moriuntur. Loquitur de muribus. Liu. 2. bell. Maced. Rota una in altiorem orbitam depreſſa, ita turrim inclinauit. Hinc Exorbito, as, de quo ſuo loco. Item Orbita, rotunditas. Ver. in Aetna, Solis ſcire modum, & quanto minor orbita Lunæ eſt.

Orbus, bi, m. ſ. Peoprie dicitur oculorũ luce priuatus, quaſi amiſsis oculorũ orbibus, παρὰ τὸ περιφερὲς τὰς ὄψεις. Iuuen. Sat. 3. Dudum uigilantibus orbis. Plin. lib. 7. cap. 43. Orbam luminibus exegit ſenectam amiſſis incendio, quum Palladiũ raperet. Idem lib. 35. cap. 10. Pinxit & Antigoni regis imaginem altero lumine orbam. Per translationem Orbi dicuntur, quicunq; aliqua re chara priuati ſunt. Hinc patres, amiſſis liberis, quos non minus charos habent, quàm proprios oculos, Orbi uocantur, ἀτεκνοι. Cic. in Parad. Quem nutũ locupletis orbi ſenis non obſeruat? Quint. lib. 5. cap. 10. Parens liberorum, an orbus ſit? Col. lib. 7. cap. 4. Orbæ ſuis natis matres. Iuuen. meliora ac plura reponit Perſicus orborum lautiſſimus. Similiter Orbi dicuntur liberi amiſſis parentib. ἐρφανοὶ. Terent. Adel. Hæc uirgo orba eſt patre. Idem Phor. Lex eſt, ut orbæ qui ſint genere proximi, His nubant. Orbi palmites dicuntur, qui oculis & gemmis carent, & nihil pariunt. Nec, inquit, orbos tantùm detrahere palmites, uerum etiam frugiferos.

Orbitas, f. t. Illa patruũ ſolitudo poſt amiſſos liberos, ἀτεκνία, ut uxoris uiduitas poſt amiſſum maritum. Quint. Non habet orbitas ueſtra lachrymas ſuper ardentes rogos. Eſt etiam Orbitas, priuatio parentum, ὀρφανία. Plaut. in Capt. Quod hoc eſt ſcelus? quaſi in orbitatem filios produxerim.

Orbitudo, Idem quod orbitas, ſed antiquum eſt. Atticus. Miſeret lachrymarum, luctum, orbitudinis.

Orbo, as, a. p. Re chara aliquem priuo, πηρόω, ἀποστερέω. Cic. de Amic. Et ſi illis planè orbatus eſſem, magnũ tamen afferret ætas illa ſolatiũ. Idem 4. Acad. Non ergo is excœcat nos, aut orbat ſenſibus. Orbare ſe luce, Cic. 3. Tuſcul. Orbari auxilio, Idem pro Muræna.

Orbatus, particip. Cic. pro Cluent. Mater orbata filio. Idem ad Cecinn. Nec iis quidem uerbis te conſoler, ut afflictũ, & iam omni ſpe ſalutis orbatum.

Orbatio, onis. Cic. Epiſt. 88. Paupertas non per poſitionem, ſed per detractionem dicitur: uel (ut antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt στέρησιν: quod quũ dicunt, nõ quòd quis habeat dicitur, ſed quòd non habeat.

Orca, cæ, f. p. ὄρκη, Genus beluæ marinæ (inquit Feſtus) balænis infeſtum. Plin. lib. 9. cap. 6. Balænæ & in noſtro maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam conſpici eas tradunt, condi autem æſtatis temporibus in quodam ſinu placido, & capaci, mirè gaudẽtes ibi parere. Hoc ſcire orcam, infeſtam his beluam, & cuius imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quàm carnis immenſæ dentib. truculentæ. Irrumpunt ergo in ſecreta, ac uitulos earum, ac fœtas, uel etiamnũ grauidas lancinant morſu, ſncuſſæq; ceu Liburnicarum roſtris fodiunt. Horat. 2. Serm. Sat. 4. ſimplex è dulci conſtat oliuo, Quod pingui miſcere mero, muriaq; decebit, Non alia quàm qua Bizantius putruit orca. Ab huius beluæ ſimilitudine uaſis quoddam uinarii genus ſpecie tereti, & uniformi, Orca dicitur. Varro de ruſt. libr. 1. cap. 55. Orcæ in Hiſpania feruore muſti ruptæ. Erat etiam olim Orca uaſis genus, in quo piſci aſſeruabantur. Plin. libr. 15. cap. 19. At ubi copia ficorum abundat, implentur orcẽ, in Aſia cadi. Quidam etiam Orcam accipiunt pro uaſculo luſorio, quò coniecti tali, agitatiq; emittũtur in tabulam aleatoriã, quod à Martiale dicitur Turricula, ex imitatione Græcæ dictionis πύργος, quam & Latini uſurpant. Perſius Sat. 3. Anguſtæ collo non fallier orcæ. Plin. lib. 35. pro capſa pigmentorũ muliebriũ poſuit, quum ait, Vſta caſu reperta, incendio Piræei ceruſſa in orcis cremata. Orca etiam gemmæ nomen eſt, nigro, ſuluo, uiridi ac candido colore diſtinctæ. Plinius lib. 37. capite 10.

Orcula, diminutiuum ab Orca, σκεύαριον. Cato de Re ruſtica, Cyminum, fœniculum, rutam, mentham in orculam condito.

Orcheſtra, f. p. ὀρχήστρα, Locus erat in theutro inter ſcenam & cuneos, Senatoribus ad ſpectandum deſignatus, in quo erat pulpitũ quinq; non amplius pedibus altum, quod Græci Thymelẽ dicebant, & Longeũ, in quo chorus Tragœdiarum & Comœdiarũ, quandiu Comædiæ chorum habuerũt, ipſiq; etiam citharœdi & aulœdi, & quotquot perſonam ex fabula non agebant, actioni ſubſeruiebant. Dicta Orcheſtra ἀπὸ τοῦ ὀρχέομαι, hoc eſt, à ſaltãdo, quòd in eo geſticulatores, hiſtriones in ſcenam abditis, populũ ſaltando detinerent. Suet. in Ner. Deinde in Orcheſtrã, Senatumq; deſcendit, & orationis quidẽ, carminisq; Latini coronã, de qua honeſtiſſimus quiſq; cõtenderat, ſumpſit. Iuuenalis poſuit pro ſeſſione Senatus & primorũ, quum ait, ſimilemq; uidebit Orcheſtram, & populum.

Orchia Lex, ὄρχιος νόμος, Prima fuit inter leges ſumptuarias, quæ ab Orchio Tribuno plebis nomen accepit. Hac certus conuiuarũ numerus præſcribebatur, cauebaturq; ut aperris ianuis cœnitaretur, ne qua legi fraus fieri poſſet.

Orchis, ὄρχις, Herba, quã & Cynoſorchin uocat Plin. lib. 26. ca. 10. Cuius uocabuli uim reddentes officinæ etiã hodie Teſticulum canis appellant. Dioſ. lib. 3. ca. 143. & 192. Eſt etiã Orchis piſcis quidã duriſſimus, cuius meminit Plin. lib. 32. cap. 2. Duriſſimũ (inquit) eſſe piſciũ cõſtat, qui Orchis uocatur: rotundus eſt, & ſine ſquamis, totusq; capite conſtat.

Orchites, pen. cor. ὀρχίτης, Genus oliuarum, quæ à teſticulis nomen ſumpſerunt, ut inquit Seruius in lib. 3. Georgicorũ. Nam ὄρχεις teſtes dicuntur: unde Orchites dictæ ſunt, quaſi teſticulares oliuæ. Nominatiuus ſingularis eſt Orchis. Col. lib. 5. cap. 82. Orchis quoq; & radius melius ad eſcam, quàm ad liquorem ſtringitur.

Orchoſelinon, lege Oreoſelinon.

Orcomona, Pro lecto funebri apud Mart. ponitur.

Orci tunica, Anemone herba, uide Nardus Celtica.

Ordeum dei, & Ordeaceus, a, um, uide Hordeum.

Ordinarius, Ordino, as, uide Ordo.

Ordior, diris, d. q. Orſus, & orditus, teſte Priſciano præteritum facit: ſed quum facit Orſus, ſignificat fari incipio. κατὰ βάλλομαι, ἄρχομαι. Verg. 1. Aeneid. Veneris cõtrà ſic filius orſus. Cic. pro Marcel. Sed ut unde eſt orſa, in eodem terminetur oratio mea. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Vnus rem ex cõpoſito orditur, id eſt, narrare incipit. Vnde Exordium, principium orationis. Ponitur etiam ſimpliciter pro incipio. Cicero quinto Tuſcul. Vnde igitur rectius ordiri poſſumus, quàm à communi parente natura, quæ quicquid genuit, non modò animal, ſed quod ita ortum eſſet ex terra, ut ſtipibus ſuis niteretur, in ſuo genere perfectum eſſe uoluit? Orſum aliquãdo Poëtæ pro eo qui finit, abuſiuè poſuerunt. Vergil. 9. Aenei dos, ſic orſus Apollo, Mortaleis modò aſpectus ſermone reliquit. Quum autem facit Orditus, ad telæ, teſte Priſciano, uel alterius huiuſmodi compoſitionem ſpectat, ἱσουργία. Plin. lib. 11. cap. 24. Araneus orditur telas, rantiq; operis materiæ uterus eius ſufficit.

Orſus, us, m. q. uerbale, Telæ, uel alterius operis principiũ. Ver. in Culic. Atq; ut araneoli tenuem formauimus orſum. Veteres etiam Ordio protulerunt. Afranius, Expecta tamen, animo me ordire oportet. Compoſita huius uerbi ſunt, Abordior, Exordior, & Redordior, D, litera Euphoniæ gratia interpoſita. Eſt aũt Redordiri, quod orſum etat, retexere. Plin. lib. 9. cap. 17. Vnde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, eademq; rurſus texendi.

Ordo, inis, Eſt digeſtio, & in ſuo loco rei cuiuſq; collocatio: uelũti in acie fit, ubi pedites, ubi alæ, ubi cætera omnia ſuo quæq; ordine collocãtur, κατακόσμησις, τάξις. Cic. 2. de Orat. Ordo eſt, qui memoriæ maximè lumẽ affert. Idem Paradox. Quicquid peccatur, perturbatione peccatur regionis atque ordinis. Verg. 5. Aen. terno conſurgunt ordine remi. Digerere in quincuncem arborum ordines, Cic. de Senect. Aliquando etiam Ordo dicitur pro qualitate & ſtatu hominũ. τάγμα, τίμημα. Cic. de Prætura urbana, M. Octauium homẽ rem ornatiſſimũ loco, nomine, ordine, uirtute. Tres erãt ordines Romæ, Senatorius, Equeſtris, & Plebeius: ab Ariſtotele τάξις dicuntur. Verg. 7. Aen. Tum fatus Anchiſa delectos ordine ab omni. Vbi Ser. Ordine ab omni, id eſt, ex omni qualitate dignitatũ: quod apud Romanos in legatione mittenda hodie quoq; ſeruatur. Ordo ampliſſimus, Senatorius uocabatur. Cic. pro domo ſua ad Pontifices, Quid, quũ Senatũ pro me non modò propugnare ampliſſimum ordinem, ſed etiam plorare, & ſupplicare mutata ueſte prohiberent? Ordines ducere dicuntur, qui militibus præſunt, ut Tribuni militares, Centuriones, atque alii. Liu. 2. ab Vrbe, Noſcitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxiſſe aiebant, aliaque militiæ decora, uulgò miſerantes eum iactabant.

Accipitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Accipitur quãdoq; pro ipſis hominibus, hoc eſt, ijs qui ſunt eiuſdem dignitatis, ut ſunt Equites, Conſules, & cæteri quorum dignitas etiam ordo appellatur. Cicero 3. Offic. Qui eſſet, ut argẽtarius, apud omnes ordines gratioſus, id eſt, apud omnium ordinum homines. Salluſt. Sæpenumero Patres conſcripti, multa uerba in hoc ordine feci, id eſt, in Senatu. Aliquando refertur ad formas, & genus uitæ. Vnde Donatus, exponens illud Terentij in Eunucho, Conueni hodie ad ueniens quendam mei loci hinc, atq; ordinis hominẽ. Mei, inquit, ordinis hominem, id eſt, pauperem, quemadmodũ ego. Sic honeſti ordinis homines dici poſſunt, opulenti. Ordinis inferioris amici dicuntur, qui ſunt infimæ conditionis, uel infimi amici, & omnium minimi. Cicero de Amicitia. Nunquam ſe ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio antepoſuit, nunquam inferioris ordinis amicis. Extra ordinem apud Iuriſconſultos, id eſt, ſine uerbis & formulis ſolennibus Paulus in leg. Ordo. ff. de pub. iudic. Ordo exercendorum publicorum iudiciorum in uſu eſſe deſijs: durante tamen pœna legum, quum extra ordinem crimina probantur. Extra ordinem, metaphoricôs, Eximiè, quaſi præter cæteros. Cicero ad Aug. Cecin. libro ſexto, Quare ad eam ſpem, qua extra ordinem de teipſo habemus, non ſolùm propter dignitatem & uirtutem tuam (hæc enim ornamenta ſunt tibi etiam cum alijs communia) accedunt tua præcipua propter eximium ingenium, ſummamq; uirtutem. Inde fiunt Interordo, & Interordinium, de quibus ſuprà.

Ordinarius, a, um, In quo ſeruatur ordo, τεταγμένος, τακτός. Ordinaria ſemina, dicuntur ordine diſpoſita. Columella libro 3. cap. 13. Conſitis compluribus inter ordinaria ſemina malleolis. Sic & ordinaria uitis apud eundem, eodem libro. capite 16. Vitruuius libro 2. Ordinarios lapides appellat, qui ſunt eiuſdem formæ, & ordinis, & inter ſe ſimiles. Ordinarius homo (ut poſt Oppium docet Feſtus) dicitur homo ſcurra & improbus, quiq; aſſiduè in litibus moratur, ob eamq; cauſam in ordine ſtat Prætorem adeuntium: ſiue per contrarietatem, ut ait Aelius Stylo, minimè ordinatè uiuit. Extraordinarium, παράτακτον, quod fit extra ordinem. Ordinaria conſilia. Liuius libro 7. belli Punici. Ordinarium officium, Senecæ dicitur, ut præficitur aliquis certæ functioni, libro 3. de Benefic. Ad hortos alicuius ne ordinarium quidem habentis officium. Ordinarius ſeruus, apud Vlpianum. l. Item apud Labeonem parag. prætor ait. ff. de iniurijs.

Ordino, as. a. p. Suo quæq; ordine diſpono, διατάττω, τάττω. Vnde & Ordinatum dicimus, inquit Budæus, rectè, atq; ordinè conſtitutum. Liuius 9. belli Punici, Scipio poſteaquàm in Siciliam uenit, uoluntarios milites ordinauit, centuriauitq;. Horat. Epod. 17. In quem ſuperbus ordinarat agmina Myſorum. Idem 4. Carminum undecimo, quod ex hac Luce Mecœnas meus affluentes Ordinat annos. Curtius, Forſitan dij fata ita ordinauerunt. Ordinare locum uitibus, Columella libro quinto capite tertio, Partes orationis ordinare, Cicero primo de Inuentione, Ordinare Reipublicæ ſtatum. Suetonius in Iul. Cæſ. cap. 40. Conuerſus hinc ad ordinandum Rei publicæ ſtatum.

Ordinatus, a, um, participium. Liuius quarto belli Punici. Vt ueterum militum uerò audiuit, quàm multarum rerum ipſe ignarus eſſet, ex comparatione tàm ordinatæ diſciplinæ animaduertit.

Ordinatè, aduerb. Ad Heren. 4. Quæ ſi ſequemur acutè & citò reperiemus? diſtinctè & ordinatè diſponemus.

Ordinatim, aliud aduerb. Cæſ. 2. bel. Gal. Ita faſtigiato, atq; ordinatim ſtructo, &c. Brut. ad Cic. Ille enim iit paſſim, ego ordinatim: quacunq; ijt, ergaſtula ſoluit.

Ordinatio, onis. f. t. uerbale. Colum. libro duodecimo, capite tertio. Vt ordinatio conſtituta conſeruetur. Plinius Epiſtol. 20. Quum certius de uitæ noſtræ ordinatione aliquid audieris. Ordinatio, pro adminiſtratione prouinciæ. Sueton. in Neron. capite 40. Spoponderunt tamen quidam deſtituto ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Hieroſolymorum.

Ordinator, oris. m. t. Seneca epiſt. 110. In his opus eſt illi alieno conſilio; quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato & litis ordinatori. Hinc etiam fit cõpoſitum Præordino, antè ordino.

Orĕă, æ. f. p. Ab ore fit, & ſignificat frænum, dictumq; quòd ori inſeratur, χαλινός, Titinnius in Setina. Et ſi tacebit, tantum gaudebit ſibi permitti oreæ. Trebellius pro ſe apud populum, Equo qui mihi ſub feminib us occiſus erat, oreas detraho, inſpectante L. Stertinio. Autor Feſt. Aureæ uerò dicuntur illæ habenarũ partes quæ circa aures religantur.

Oreon, pen. prod. ὄρεον. Tertia ſpecies polygoni, teſte Plin. lib. 27. cap. 11. teneræ harundini ſimilis, uno caule, denſis geniculis, & in ſe fractis, folijs piceæ. Naſcitur in montibus: unde nomen accepit.

Oreoſelinum, ὀρεοσέλινον. Montanũ apium, cicutæ foliis, radice tenui, ſemine anethi: minutiori tamen. Plinius libro uiceſimo, cap. undecimo, Quartum genus ex eodem faciũt aliqui Oreoſelinũ, palmum alto frutice ac recto, ſemine cumino ſimile, urinæ & menſtruis efficax. Latini Apium montanum uocant: Græci etiam πετροσέλινον ἄγριον. hoc eſt, petroſelinum agreſte.

Orexis. ὄρεξις, Græcè, Latinè appetitus, ſeu eſuritio dicitur, ab ὀρέγομαι, quod eſt appeto. Iuuen. Satyr. 6. de quo ſextarius alter Ducitur ante cibum rabidã facturus orexim. Idem Sat. 11. hinc ſurgit orexis, Hinc ſtomacho bilis.

Organum, ni, n. ſ. ὄργανον. Idem eſt quod Latinè inſtrumentum, Cicero libro 11. Epiſt. ad Brutum, ὄργανον enim meum erat Senatus: id iam eſt diſſolutum. Per excellentiam tamen peculiariter Organa dicuntur, quæuis muſicorum inſtrumenta. Quintil. lib. 9. cap. 4. Natura dicuntur ad modos, neq; enim aliter eueniret, ut illi quoque organorum ſoni, quanquã uerba non exprimunt, in alios tamen atq; alios motus ducerent auditorem. Iuuenalis, prætoribus Organa ſemper In manibus, denſi radiant teſtudine tota Sardonyches, criſpo numerantur pectine chordæ. Architectorum quoq; inſtrumenta quædam Organa appellantur. Vitruuius libro decimo, capite primo. Inter machinas & organa id uidetur eſſe diſcrimen, quod machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effectus, ut balliſtæ, torcularium q; prela. Organa autem, unius operæ prudenti tractu perficiũt, quod propoſitum eſt: uti ſcorpionis, & aniſocyclorũ uerſationes. Apud Colum. lib. 5. ſumitur pro inſtrumento ad metiendum apto, ubi ait, Sic compoſitum organum quum in ſulcum demiſſum eſt, litem domini & conductoris ſine iniuria deducit.

Organarii, m. ſ. Organorum fabricatores, ὀργανοποιοί. Iulian. Firmicus lib. 2. Mercurius cum Venere in ſexto ab horoſcopo facit organarios, & mytropolas.

Organicus ca, cum, ὀργανικός. ut Saltus argonicus Heliconis, Lucret. lib. 5.

Organicè, aduerbium: ut, Organicè moueri, & Mechanicè apud Vitruuium pro eo quòd eſt Per machinas & per organa, teſte Budæo.

Organici, icorum, m. ſ. Qui muſis organis canunt. Lucret. li. 2.

æquè Ac muſæa mele, per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Orgia, uide in Propriis.

Orgia, ὀργιά. Menſuræ genus, ſex continens pedes, ſiue utriusq; manus extenſionem, quã Vlmã Latini appellant. Gaza menſuram uertit quatuor cubitorum.

Oria, æ, f. p. Nauis piſcatoria. Plaut. in Ruden. Mea opera, labore, & rete, & oria. Idem, Malo hunc alligari ad oriam ut ſemper piſcetur, etſi ſit tempeſtas maxima. Apud Nonium tamen à quo hæc deſumpta ſunt. Horia legitur, prima uocali aſpirata: quemadmodum etiam utrobique legitur apud Plautum.

Orichalcum, n. ſ. ὀρείχαλκον, uel ὀρίχαλκον. Metalli genus eſt accedens ad colorem auri: quod olim maximo in pretio habebatur. Vulgò hodie Gallorum lingua uocatur Otonum, ita dictum ἀπὸ τοῦ ὄρους, καὶ χαλκοῦ, quaſi ὄρεος χαλκὸς, quod eſt æs montanum: naſcitur enim in montibus. Cicero tertio Offic. Si quis aurum uendens, oricalchum ſe putet uendere: indicet ne illi bonus uir id rurum eſſe? Sunt qui Aurichalcum ſcribant, dicíq; putent, quaſi aureum es: quorum opinioni refragatur primæ ſyllabæ quantitas, quæ ubique corripitur. Statius 1. Theb. Emicat effigies, & ſparſa orichalca renident.

Oricola, herba cuius colore ueſtes inficiuntur, prouenit in inſulis Canarijs, ut inquit Aloiſius Nauigationis ſuæ cap. 8.

Oricularius, pro Auricolario ſubinde apud Celſum legitur, ea ratione qua Coliculus & Colis pro Cauliculo, & Caule dicuntur: & Codex pro Caudex, ut ait Budæus.

Oriens, uide Orior.

Orificium, cii, n. ſ. Initio itus, & ueluti oſtiũ cuiuſq; rei ſomæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vnde duo uentriculi orificia esse dicimus: unum superius, acutissimo tactus sensu præditum, quod œsophago adhæres, cibo aditum præbet: Alterum inferius, superiori multò angustius, quod Græci πυλωρὸν, hoc est. Ianitorem appellant: propterea quòd ueluti custodis officio fungatur, cibo; q; nõ nisi probè cocto excussoq; exitum permittat.

Oríganis, Marum apud Dioscor. lib. 3. cap. 47.

Oríganum, ni, n. s. pen. cor. ὀρίγανον. Dioscoridi Herba est, siue fruticulus, tàm folio, quàm ramis syluestri serpillo simi lis, comante supra cacumen umbella, in qua flores ex albo purpurei odore iucundo præditi emicant. Quatuor autem origani commemorantur genera, Heracleoticum, Onitis, Tragoriganon, & Sylueſtre. Primum ab Heraclea Pontica di ctum est, circa quam copiosissimè nascitur. Secundum ab Asinis, qui eius pabulo maximè delectantur. Tertium ab hir cis, qui præcipuè illud appetunt. Quartum, quòd sine cultura & sua sponte proueniat. Dictum autem putatur Origa num quòd montibus gaudeat. Vide Plinium lib. uigesimo, capite decimoseptimo.

Orígo, ginis, f. t. pen. prod. à uerbo Orior, oriris, dicitur de genere, principio, initio, causa, ortu, stirpe, semine, siue fon te alicuius rei, γένεσις. Plin. lib. 10. cap. 37. Multi nobilitatem singularum columbarum & origines narrant. Cicero de univers. Nullius enim rei, causa remota, reperiri origo po test. Vergilius 2. Aeneidos. Non alios prima crescentis origi ne mundi Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem Crediderim. Idem 6. Aeneid. Igneus est ollis uigor, & cœlestis origo Seminibus. Ouidius 3. Fast. O quàm de tenui Romanus origine creuit. Vergil, 1. Aeneid. Nascetur pulchra Troianus ori gine Cæsar.

Originatio, onis, Quintil. libro 1. de Etymologia, Etymologia, quæ uerborum originẽ inquirit, à Cicerone dicta est Nota tio, quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur σύμβολον, quod est nota: nam uerbum ex uerbo ductum, id est, Verilo quium, ipse Cic. qui finxit reformidat. Sunt qui uim potius intuiti Originationem uocent.

Originale, adiectiuum: ut, Culpa originalis, Originalis decor.

Originarius, adiectiuum, Idem quod originalis. Budæus, Originarij sunt qui contrahunt municipatum origine princi paliter. Lib. 10. Cod. titulus est de Municip. & originarijs.

Orínda, panis ex orindino cõcinnatis seminis, id in Actio pia, peculiare genus est, sesamo persimile,

Orior, oreris, & oriris, d. olim tàm per tertiam, quàm per quartam coniugationem declinabatur, hodie tantùm per tertiam, excepto infinitiuo Oriri, qui mansit à quarta coniu gatione. Ouid. 10. Met. Tu quoties oreris, uiridisq; in cæspi te flores. quandoq; surgo, Prodeo. unde Oriri Solẽ dicimus. ἀνατέλλω. Plautus in Aulul. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo? Idem in Pœn. Atq; ei quoque ut nõ enun ties. Id esse facinus ex te ortum. Terentius in Adelph. Tamen tibi à me nulla est orta iniuria. Plin. Epist. 95. Oritur fons in monte, per saxa decurrit. Huius composita sunt, Abo rior, Adorior, Coorior. Liuius, Tum uerò coorto tumultu terga uertêre simulantes, paululum cessere. Oborior, & Sub orior eiusdem significationis, hoc est, subnascor: ut, Obor tæ sunt lacrymæ, Subortus est rumor. Exorior, enascor, pro deo. Cicero libro tertio, Offic. Exoritur Antipatri ratio ex al tera parte.

Ortus, Participium præteriti temporis est, Futuri autem Ortu rus, uel Oriturus: quorum posteriore usus est Horatius lib. 2. Epistol. Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes. Est au tem Orior idem quod nascor, φύομαι. Cic. 2. de leg. Sum illi uillæ amicior modò factus, atq; huic omni solo in quo tu or tus es & procreatus.

Ortus, tus, m. q nomen, Significat natiuitatem, γένεσις, ὑπαρ χὴ, ἀρχὴ, προχάτάρξις. Cic. 1. Offic. Non nobis solùm nati su mus, ortusq; nostri partem patria uendicat, partem amici. Ouid. 13. Metamor. sed neque materno quòd sum generosior ortu, Nec mihi quòd pater est, &c. Cicero secundo de Legibus. Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Romanus.

Interdum etiam primam illam corporis cœlestis apparitionem supra nostrum hemisphærium, Ortum uocamus. Verg. 9. Eclog. Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus? Idem 1. Georg. Nec frustrà signorum obitus speculamur & ortus. Quin ipsum etiam cœli cardinem in quo Sol ori tur, Ortum appellamus. Plin. lib. 12. cap. 14. Saba regio spectat ortum Solis æstiuum.

Oriundus, a, um, Qui originẽ ducit ex aliquo loco, in quo non ipse, sed parentes, aut maiores eius nati fuerunt, ὁ ἀναφέρων γένεσιν, ἀπόγονος. Ortus uerò γεννηθὲις, idem est, quod natus, denotatque locum, non in quo parentes aut maiores no stri, sed in quo ipsi sumus nati. Liuius quarto belli Punici, Nati Carthagine, sed oriundi à Syracusis. id est, à Syracusis originem trahentes, unde fuerant parentes. Inuenitur tamen Oriundus, pro Orto, & cum præpositione, & sine præ positione. Col. libro primo. Nam quemadmodum sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere: ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam: quod facit, qui nequi uicinum suis rumis parat, quum à primis cunabulis (si mo dò liberis parentibus est oriundus) audisse potuerit.

Oriundus aliquando non solùm locum, sed quandoque personam denotat. Liuius quarto bel. Maced. Oriundus à magno Alexandro.

Orítes, ὀρίτης. Gemma est globosa specie, à quibusdam Side rites appellata, ignem non sentiens. Plinius libro trigesimo septimo cap. 10.

Orminum, siue potius Horminon, ὄρμινον Dioscoridi, Her ba est, quam Latini Geminalem, Officinæ Gallitricum uo cant: nomen habens ab eo quòd Venerem extimulet. Est & sylueſtre Horminon, quod alio nomine Saluiamagrestem herbarij uocant. Attici quoq; Corrudam, hoc est, asparagum sylueſtrem, Hormino appellant. Plin. lib. 20. cap. 10. Sylueſtrẽ asparagum aliqui Corrudam, aliqui Libycum uocant, Attici Horminum.

Ornamentum, uide Orno.

Ornios, Geranion, Anemone.

Ornis, ὄρνις Græcè Latinè ales gallina.

Ornitŏbŏscion, n. s. ὀρνιθοβοσκεῖον. Locus ad pascendum gallinas & aues. Var. de Re rust. lib. 3. cap. 9. De his qui ornithoboscion instituere uolunt, &c.

Ornithogalum, ὀρνιθόγαλον. Cauliculus est, teste Dioscoride, sesquipedalis, candicans, & tenuis, tribui aut qua tuor mollibus cauliculis in cacumine agnatis, à quibus flo ribus prodeunt foris herbacei, & intus, quum hiare cœperint, lactei.

Ornithon, m. t. penult. prod. huius ornithonis, ὄρνιθων Latinè auiarium. Nam ὄρνιτας Græci aues uocant. Varro 3. de Re rustic. cap. 3. Ornithones auiaria sunt, in quibus fabulan tur turdi, pauones, & omnes alites quæ intra parietes uillæ solent pasci.

Ornithotrophium, pen. prod. ὀρνιθοτροφεῖον. Idẽ est quod Ornithon, locus uidelicet in quo aues educantur: qua uo ce utitur Varro lib. 3. de Re rust. cap. 3.

Orno, as, a. p. Colo, decoro, honesto, περιστέλλω, διακοσμέω. Te rent. in Eun. Age, eamus intrò, nunc iam orna me, Proper. libro 4. Eleg. 10. Populus & longis ornabat frondibus ædem. Idem lib. 3. Eleg. 6. Ornabat niueas, nullaue gemma manus, Horat. 2. Epist. 3. donis ornatus honestis. Cicero primo Tusc. Nocturnam q; cæli formam undiq; syderibus ornatam.

Accipitur etiam Ornare pro præparare, aptare, τυσκευάζω: quod lingua uernacula dicimus, mettre en poinct. Plaut. in Cap. Ego ibo ut conueniam senem, dicam ut sibi pensi aliud ornet. Ibidem. Non ornatis uos istic apud uos nuptias? Item honorare. Cic. Cæsari, Neq; illius officij certum nomen peto, beneuolentiam tuam & liberalitatẽ peto: neq; impe dio quominus (si tibi ita placuerit) etiã hisce eum ornes glo riæ insignib. Ornare fugam, est parare fugã. Ter. in Eun. Ita iam ornabat fugã. Ornare munus uerbis, apud Terentium in Eun. est laudare, & uerbis quodammodo maius facere. Munus nostrum ornato uerbis, quod poteris. Huius composita sunt, Adorno, idem quod orno, διακοσμέω. Liu. libro primo ab Vrbe, Flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit, insignq; uestę, & curuli regia sella adornauit. Est etiam Adornare bene apparare, διασκευάζω. Plaut. in Casi na, Intrò abi uxor, atq; adorna nuptias. Exorno, & Suborno, uide alibi.

Ornatus, a, um, particip. ab Orno, as, ornamentis decoratus. κεκοσμημένος. Vergilius lib. 3. Geor. Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ. Ouidius 11. Met. Nondum totos ornata capil los. Festus, Ornatus dicitur qui bonis artibus instructus est, siue qui honores adeptus est à populo. Verg. 7. Eclog. hædera crescentem ornate poëtam. Plautus in Pœn. Bono ingenio me esse ornatam, quam auro, multo mauolo. Terentius in Adel. Si possiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus. Cicero pro Flac. Splendidissimus, atque ornatissimus ciuitatis suæ uir. Idem pro Quintio, Et fundo ornatissimo deiectus, igno minijs appetitus.

Ornatus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ornatus, tus. m. q. Cultus quo quis ornatur, σκευή, unde dicimus, Ornatū regium. Plin. lib. 8. cap. 42. Neminem hic aliū, quàm Alexandrum, regio instratus ornatu, recepit in sedem: alios passim reijciens. Plaut. in Casin. quid agis tu marite mi uir, unde ornatu hoc Aduenis? Cic. 1. Offic. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quod statuas quoq; uidemus ornatu ferè militari. Idem in Orat. Afferunt hæc quasi lumina magnum ornatum orationi.

Ornatus, ornati. Terent. in And. interea introire neminem Video, exire neminem, matronam nullam, in ædibus Nihil ornati, nihil tumulti.

Ornatè, aduerbium, Rectè, propriè, eleganter, dispositè: ut, ornatè dicere, proprium est eloquentis, ut ait Quintilianus in Proœmio libro 8. Cicero 1. de Finibus, Res ucrò bonas uerbis electis grauiter ornateq; dictatas quis non legat? Idem quarta Academicarū, Illis similia, sed opinor explicata uberius & ornatius.

Ornamentum, ti. n. s. Ornatus, apparatus, ἀνάθημα, κόσμος, κατασκεύασμα. Cato de Re rustica, capite 10. Ornamenta bubus sex. Sumitur aliquando pro honore, siue dignitate. Cic. Licinio, Suscepiq; mihi perpetuam propugnationē pro omnibus ornamentis tuis. id est, honoribus. Ponitur etiam pro beneficio honorifico. Cic. ad Cælium, Quecunq; à me ornamenta in te proficiscentur, elaborabo ut omnes intelligant, &c. Ornamento esse idem est quod Decorare, ornare. Cic. 6. Verrin. Domus non erat domino magis ornamento, quàm ciuirati. Sic. pro Rosc. Amer.

Ornus, f. f. Arbor est procera, caudice tereti, læui cortice, quā Columella libro de Arboribus, capite 16. Sylucstrem fraxinum esse dicit. A Gallis teste Ruellio, uulgò Fresna campestris appellatur.

Oro, ras. a. p precor, uel peto, παρακαλῶ, δέομαι, εὔχομαι. & in hac significatione sæpe habet duos accusatiuos. Terentius in Andria, Quod ego per hanc te dextram oro & genium tuum, perq; tuam fidem te obtestor, ne abs te hanc segreges. Idem in Eunuc. Vnum uos oro, ut me in uestrum gregem recipiatis. Interdum etiam ponitur absolutè. Cicer. pro Quin. Orat, atq; obscurat ut multis iniurijs iactatam atq; agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere & confirmari patiamini. Cic. Cæl. in Epist. ad Attic. libr. 9. Quamobrem à te peto, uel potius & omnibus precibus oro & obtestor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoq; cogitationi. Interdum est Agerè, dicere: & tunc solo accusatiuo contentum est. Terentius in Phormion. Seruum hominem causam orare leges non sinunt. Plinius libro 7. cap. 53. Legatus quoq;, qui Rhodiorum causam in Senatu magna cum admiratione orauerat, in limine curiæ protinus expirauit progredi uolens. Composita huius uerbi sunt, Adoro, Exoro, quod est Orando impetro. Vide Orator dicitur dum orat: Exorator, quum impetrauerit. Terentius in Prolog. Hecyr. Orator ad uos uenio, habitu scenico, sinite exorator ut fiem. Exoratus, dicitur à quo quid impetratum est. Deoro, & Peroro, significant Orationem concludo. Vide suis locis.

Orans participium Verg. 9. Aeneid. & sic effatus ad undā Processit, summaq; hausit de gurgite lymphas, Multa de os orās, onerauitq; æthera uotis. Idem quarto Aen. Talibus orantem dictis, arasq; tenentem Audiit omnipotens.

Oratus, a, um, aliud participium. Horatius primo Epistol. decima tertia, Oratus multa prece nitere porrò. Idem 2. Serm. Satyra 3. Quare per diuos oratus uterq; penates, Tu caue ne minuas, &c.

Oratum, ti, n. s. Quod orauimus. Terent. in Hecyra, Sed quum orata eius reminiscor, nequeo quin lacrumem miser. Ibidē, Ne orata nostra nequeat diutius celare.

Oratus, tus, id est, Precatio, rogatio. Cic. pro Flac. An etiā scripsit oratu tuo?

Oratio, onis, f. t. Omnis locutio. Cic. in Bruto, Quanquam omnis locutio oratio est. tamen unius oratoris locutio hoc proprio signat nomine est. Idem secundo de Oratore. Illa quæ à bono poëta dicta est flexanima, atq; regina rerum oratio. Oratione beneficijs dicitur, qui multa ꝓmittit uerbis. Orationis operam compendi facere, dixit Plaut. in Most. id est, paucis agere, paucis uerbis dicere. Orationē sibi parare, est cogitare quid dicturi simus. Oratio etiam est ipsius oratoris ratio, & argumentorum arte dispositorum enumeratio: quæ quidem omni ex parte perfecta est, habetq; numeros figuras, & affectus: quales sunt Orationes Ciceronis.

Oratiuncula, diminutiuū. Cic. de Clar. Orat. Indicant enim oratiunculæ, tum in historia quædam Græca, scripta dulcissimè. Idem 5. de Nat. deor. De quibus in illa aurcola oratiuncula dicit Lælius.

Oratores, m. t. Causarum actores dicti, quos Græci ῥήτορας uocant. Quanuis apud Latinos Orator à Rhetore separetur, quòd Orator sit qui in iudicijs seu concionibus causas agit: Rhetor, qui Rhetoricen profitetur. Item Oratores, πρέσβεις, πρεσβευταὶ. Legati uocantur, quòd principis aut reipublicæ mandata peragant. Vergilius libro 11. Aeneid. Centum oratores prima de gente Latina Ire placet. Ouid. 13. Metam. Mittor & Iliacas audax orator ad artes. Item quicunq; aliquid rogat, Orator dici potest. Orator sic à Cicerone definitur, Orātor est uir bonus, dicendi peritus, qui in causis publicis & priuatis plena & perfecta utitur eloquentia. Canorus & uolubilis orator. Cicero de Claris Orat. Iuuen. Satyr. undecimo, te consule, dic tibi quis sis Orator uehemens, an Curtius, &c. Orator etiam dicitur quidam Ciceronis liber, in quo instituitur futurus orator. Cic. ad Trebonium lib. 15. Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendaui.

Oratorius, a, um, adiectiuum. Quod ad oratorem pertinet: ut, Oratoria præcepta. Cic. 1. de Orat. Sic illam orationem diserta tam sibi & oratoriam, fortem, & uirilem, non uideri. Ornatus oratorius, Quin. lib. 3. cap. 1. Vrbanitas oratoria, Idem libro 6. cap. 3.

Oratorie, aduerb. Id est, oratoris more, hoc est, ornatè & eleganter. Cicero in Orat. Nihil est enim aliud, Brute, pulchrè & oratoriè dicere, nisi optimis sententijs, uerbisq; lectissimis dicere.

Oratrix, apud Quin. lib. 2. cap. 15. legitur.

Orobanche. f. t. ὀροβάγχη. Cauliculus est sine foliis, altitudine sesquipedali, subrubens, flore subalbido in luteum uergente. Nomen accepit à strangulatu, quòd eruum, & cicer (nam in hisce leguminibus ferè nascitur) circumligando præfocet: unde etiam à Latinis Eruangina dicitur, uoce Græca ad uerbum reddita. Quidam etiam Cynomorion, à canini genitalis similitudine appellauerunt. Vide Plinium libro 22. cap. 25.

Orobelion, Pœonia apud Dioscor. li. 3. cap. 158.

Orobia, æ. f. p. Thuris genus, minoribus constans guttis, teste Plinio libro duodecimo capite 14. ab erui similitudine ita dictum: quanquam in uulgatis Plinij exemplaribus Arabiam corruptè legimus pro Orobia: quod etiam annotauit Hermolaus.

Orŏbītis, ὀροβίτις. Chrysocolla factitiæ genus, lutea herba, & alumine sciffili tinctum. Rationē conficiendi uide apud Plinium lib. 33 cap. 5.

Oropygium, uide in dictione Vropygium.

Orphanus. ὀρφανὸς. Qui caret patre, ptæsidio q; paterno. Pupillus, qui caret patre, sed non præsidio paterno, quum tutore iuuetur.

Orphanotrophium, phii. n. s. domus est in quo nutriuntur orphani, liberi patre priuati, ἀπὸ τῆ τρέφω, καὶ ὄρφανος. id est, à nutrio, & pupillo Xenodochium uerò, domus est in quo peregrini & hospites accipiūtur. Hospitale hodie dictum, ἀπὸ τοῦ δέχω susccipio, καὶ ξένος hospes.

Orphanotrophus, qui orphanotrophii curam gerit. De Orphanotrophis tit, est in C. Iustin Nebriss.

Orphus, piscis nomen apud Plin. lib. 9. cap. 5.

Orrophigium, Græci uocant ultimam in animalibus rerum partem, quæ sedi superueniens, anum ex superiore parte integit in auibus manifestiorem quàm in homine. Nam habet hæc pars Latinam appellationem.

Orron, & Taurum eam uocant partem, quæ testiculos interiacet. Vnde Orrodium pro formidine interpretātur: quoniam in timore bruta eam obtegant partem, inserta cruribus cauda. Hinc ὀρτωτυγισικὸν. Melanurum uocant. Dicitur id etiam Perinæon, & Teramis, definitq; in sedem quā δακτύλιον uocant. A Tauro apud Magicos deriuatur ἀταύρωτος, pro uirgine, quasi tauro.

Orsus, orsa, orsum, Orsum, orsi, Orsus, us, nomen uerbale, uide Ordior.

Orthium carmen, ὄρθιος νόμος. Genus est modulationis musicæ, quod Arionem ceciniſſe refert Herodotus lib. 1. priusquam se in mare præcipitaret: sic fortè dictū, quod eius carminis numeri quā altissima & intensissima uoce ferrētur,

ὄρθιον

ὄρθιον enim Græci dicunt quod Arduum eſt, & quàm altiſſimè eleuatum. Gellius lib. 16. cap. 19. Stanśq́ in ſummæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, ſub altiſſima uoce cantauit.

Orthæ dicuntur à Græcis Meniana ædificia.

Orthocolla, uel ſtilloſa, dicuntur iumenta, quæ contractionẽ neruorum patiuntur in pedibus, & de capitibus ungularum calcant, & ſunt rigidis articulis, plenaśq́ ungulas in terram ponere non poſſunt. Vegetius lib. 2. cap. 54.

Orthodoxus, m. ſ. ὀρθόδοξος. Homo rectæ opinionis ſiue ſententiæ, aut fidei, δόξα enim gloriam, & exiſtimationem, ſiue opinionem & ſententiam ſignificat.

Orthodoxia, ὀρθοδοξία. Recta opinio.

Orthŏgōnus, pen. prod. ὀρθογώνος, Rectus angulus qui ex utraq́ parte æqualis eſt.

Orthogonius, adiectiuum, Quod rectis angulis conſtat, & omnium partium æqualitatem habet. Colum. libr. 5. cap. 2. Orthogonius ager.

Orthographia, f. p. ὀρθογραφία. Recta ſcriptura, uel pictura. Quin. li. 1. cap. 7. Quod Græci Orthographiam uocãt, nos Rectè ſcribendi ſcientiam nominamus.

Orthomaſtica, Poma dicuntur, ab effigie mammarũ. Plin. lib. 15. cap. 14.

Orthominum, (inquit Calepinus Perottum ſecutus) Eſt lini genus quod fit è pãnicula paluſtris arundinis. Sed uterque lapſus eſt uitio corrupti exemplaris. Nam apud Plinium lib. 19. cap. 1. ex quo loco Perottus ea qua de lini generibus cõſcripſit, eſt mutuatus, legitur Orchomenium linum. Quod ideò admonere uiſum eſt, ne quid temere uideamur recuſaſſe.

Orthŏēpeia, ὀρθοέπεια. Eſt recta locutio, & emendata cũ uocis ſuauitate prolatio. Apud Græcos enim ὀρθοεπῶ, eſt rectè & propriè loquor.

Orthopnœa, uide Orthopnoici.

Orthŏpnŏici, m. ſ. ὀρθοπνοϊκοὶ. Aſthmatici dicuntur, qui eã anhelitus difficultatem habent, ut niſi recta ceruice ſtent, ſpirare non poſſint. Orthopnœa, ὀρθόπνοια, ipſa paſſio, ὀρθὸν enim rectum, πνέω ſpiro Eſt enim circa fauces malũ, quod apud Græcos aliud atq́ aliud nomen habet, prout ſe magis, minuśq́ intendit: omnẽ tamen inſpirandi difficultatẽ conſiſtit. Sic difficultas hæc dum modica eſt, δύσπνοια Græcè dicitur: quum uehementior, & ſpirare æger ſine anhelatione non poteſt. ἄσθμα uocatur: cuĩ acceſſit id quoque, ut ſpirare nõ poſſit, niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, ὀρθόπνοια appellatur. Ab his Diſpnoici. Aſthmatici, Orthopnoici: Latinis uerò uno uocabulo, Suſpirioſi dicuntur. Vide Celſum lib. 4. cap. 4.

Orthos, ὀρθός. Græcè, Latinè rectus dicitur, à qua dictione multa ſunt compoſita quibus Latini utuntur.

Orthŏſtătæ, Vitruuius lib. 2. cap. 8. & libr 10. cap. 17. poſtes uocat Ianuæ eò quòd arrecti ſtent, non iaceant tranſuerſi, quemadmodũ limina. Alibi cap. 16. Arrectaria tigna uocat, teſte Budæo.

Orthragoriſcus, ὀρθραγορίσκος, Latinè Aper, ſiue porcus, piſcis in Aura fluuio Laconiæ, qui uocalis eſſe perhibetur. Vide Plinium lib. 32. cap. 2. Sed & porcelli lactentes, & adhuc ſubgrumi, ita nominantur apud Lacedæmon. inquit Athnæus ἀπὸ τοῦ ὄρθρου καὶ ἀγοράζεσθαι, quoniam matutinis temporibus uænales circunferantur.

Orti Heſperidum, uide in Propriis.

Orti penſiles, uide Hortus.

Ortus, a, um, uide in uerbo Orior.

Ortus, ti, & eius deriuata, uide in dictione Hortus.

Ortygio, Plin. Plantago.

Ortygŏmētra, pen. prod. ὀρτυγομήτρα. Rex coturnicum eſt, maior aliquando & nigrior quàm coturnices. Dictio eſt compoſita ἀπὸ τῆς ὄρτυγος, καὶ μήτρας, quaſi Coturnicum matrix.

Ortyx, gis, f. t. ὄρτυξ. Auis quæ Latinè Coturnix, & uulgò Qualea dicitur. Vide ea quæ annotauimus in dictione Coturnix. Eſt præterea Ortyx herbæ cuiuſdam nomen. quæ à non nullis Plantago uocatur, teſte Plinio libro duodecimo capite 17.

Orypoſis, malum, quoniam ungues obuncantur, quod rabidis interdum occidere uidemus.

Oryx, ὄρυξ Animal eſt in Getulia naſcens, biſulcum & unicorne, alioqui capræ nõ diſſimile, pilum habens contrarium animalium naturam ad caput uertum. Sub ortum Caniculæ tanquam eius ſyderis aduentũ præſentiens, fixis oculis eam plagam cæli intuetur, ubi primum ſignum hoc exoritur, eoq́ conſpecto ſternutat, & ueluti uenerabundus adorat Autor Plinius libro ſecundo, capite quadrageſimo, & libro octauo capite 53. Colum. lib. 10. Feræ pecudes, ut capreoli, damæq́, nec minus orygum, ceruoruḿq́ genera, & aprorum, modò lautitijs & uoluptatibus dominorum ſeruiunt, modò quæſtui ac redditibus.

Oryza, f. q. ὄρυζα Dioſcoridi, frugis genus eſt in locis paluſtribus, & uliginoſis maximè proueniens, folia habens carnoſa, porro ſimilia, ſed latiora, florem autem purpureum. Semen non in ſpicis, quemadmodum frumenta, ſed in paniculis gignit, aut iubis, more millij, aut panici. Oryzæ in Italia maxima eſt copia, teſte Plinio, ubi ex ea ptiſana fiebat, quã reliqui mortales ex hordeo conficiebant. Theophraſtus Oryzon uocat, teſtatuŕq́ ſita ætate peregrinum fuiſſe ſemen, & non ita pridem ex India illatum. Galli abiecta prima litera, ſua lingua uocant Ryzum.

Os, in notis antiquorum omnes, O S.C. omnes conciliant.

Os, oris, n. t. Propriè concauum illud intra quod lingua & dentes concluduntur, στόμα Plin. lib. 11. cap. 37. Continui dentes, aut utraque parte oris ſunt, ut equo: aut ſuperiore primores non ſunt, ut bobus, ouibus. Quandoque ponitur pro facie. Verg. 1. Aeneid. Os humeroſq́ deo ſimilis. Ouid. libro 1. Metam. Pronaq́ quum ſpectent animantia cætera terram, Os homini ſublime dedit, cæluḿq́ tueri iuſſit. Nõnunquam etiam de brutis dicitur. Verg. 12. Aeneid. Ora citatorum dextra detorſit equorum. Neque ſolùm de facie dicitur, ſed etiam de tota ſpecie quæ cernitur: & quicquid in aliqua re patet, Os dici poteſt. Idem 3. Georgic. Quàm ſiquis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os. In hac autem ſignificatione Os producitur, quum Os, oſſis corripiatur: & habet omnes caſus plurales præter genitiuum Orium. Vergilius lib. 1. Componens manibuśq́ manus, atq́ oribus ora. Accipitur aliquando Os pro impudentia, uel temeritate. Cicero ſexto Verrin. Os hominis, inſigneḿq́ impudentiam cognoſcite. Idem primo de Orat. Quod tandem os eſt illius patroni, qui ad cauſas ſine ulla ſcientia iuris audet accedere? Nonnunquam etiam pro præſentia & conſpectu. Tacit. libro decimonono. In conſpectum Iulianus ad L. Vitellium perductus, uerberibus fœdatus, in ore eius iugulatur. Salluſt. in Iugurth. Incedunt per ora ueſtra magnificè.

Huius nominis deriuata ſunt Oſculor, Oſtium, Oſculum, Orea, Omen, Orificium, & fortè nonnulla alia, quæ uidebimus ſuis locis.

Oſculum, culi, n. ſ. diminutiuum, Paruum os, φίλημα. Quod eſt contra Priſcianum qui uult Oſculum non tenere ſignificatum primitiui. Ouid. lib. 1. Metamorph. uidet igne micantes Sideribus ſimiles oculos: uidet oſcula, quæ non Eſt uidiſſe ſatis. Mart. lib. 11. Ipſaq́ crudeles ederunt oſcula morbi. Ponitur etiã Oſculum pro Baſio: quoniã baſiando os coarctamus, & quaſi ex ore oſculum facimus. Cic. ad Atticũ, Atq́ utinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, & ad oſculum Atticæ poſſim currere. Donatus ita diſtinguit hæc tria, Oſculum, Baſium, & Suauium: ut oſculum officij ſit, ut quum è longinquo redeuntes ſalutamus, atq́ oſculamur Baſium pudicorum, ut patris in filium: Suauium uoluptatis, à ſuauitate dictum.

Oſcillum, cilli. n. ſ. diminutiuum à diminutiuo Oſculum, pro paruo ore, ſicut à Tantulo, Tantillum, σμάτιον, σμίον. Colum. lib. 2. cap. 10. Reliquum quod ſupereſt ſeminis, in tabulatum, quò fumus peruenit, optimè reponas: quoniam ſi humor inuaſit, uermes gignit, qui ſimulatq́ oſcilla lupinorum ederunt, reliqua pars enaſci non poteſt. Oſcilla item, Sigilla ſunt, & paruæ imaguncul æ quæ arte fictili fingebantur, & uænales proponebantur, quibus homines pro ſe, atque ſuis Diti patri & Saturno piacula faciebant, ut inquit Macrob libro primo, capite quinto, ἀγάλματα. Vergilius libro 2. Georg. Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. Et ſic ab Oſculum fit, quum ſignificat faciem paruam, uel totam ſpeciem.

Oſcillo, las. n. p. Oſcillorũ ludum exerceo, oſcilla moueo, uel in altum proijcio. Dicta autem ſunt oſcilla, teſte Feſto, quòd os celant, id eſt, inclinent, præcipitiaq́ue ita os ferantur. Oſcillantes ait Cornificius ab eo dictos, quòd os celare ſoliti ſint propter uerecundiã, qui eo luſus genere utebantur. Cauſa autem eius iactationis proditur Latinus rex, quòd prælio

quod

quod ei aduerſus Mezentium Ceritum regem fuit, nuſquam apparuerit, iudicatusq; ſit Iupiter Latialis factus eſſe. Itaque per ſex eos dies feriatos ſeruosque requirere eum nō ſolùm in terris, uerunetiam qua cælum uideretur poſſe adiri per oſcillationē. Hæc ille. Seruius putat eſſe compoſitum ab Os, & Cilleo, les: quòd in hoc ludi genere cillerentur, id eſt, mouerentur ora. Nam Cillere mouere eſt. Plautus in Amph. Næ illi ædepol, ſi merito meo referre ſtudeant gratias, aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os oſcillet probè. id eſt, oſ moueat, probè ipſum pugnis percutiendo.

Oſculor, aris com. p Dare oſculum, φιλέω. Cic. Appio Pulch. lib. 3. Cōplexus igitur ſum cogitatione te abſentē, epiſtolam uerò oſculatus. Filium mater oſculata eſt. Cic. pro Murena. Amplecti, in manibus habere, fouere, oſculari aliquem, Cic. Lentulo lib. 1.

Oſculatio, onis, f. t. Verbale φίλημα. Cic. pro Cæl. Non flagrantia oculorum, non liberrate ſermonis, ſed etiam complexu, oſculatione, &c. Catullus ad Iuuentium, Num ſi dentior ari diſ ariſtis Sic noſtræ ſeges oſculationis.

Os, oſſis, n. t. Significat ſolidamentum illud corporis quod neruis alligauit natura, ὀστέον. Cic 2. de Natura deorū, Quid dicam de oſſibus quæ ſubiecta corpori mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad artus finiendos accomodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem. Vergilius quinto Aeneidos, Ex quo reliquias, diuiniſque oſſa parentis Condidimus terra, mœſtaſque ſacrauimus aras. Idem primo Georgicorum Grandiaque effoſſis mirabitur oſſa ſepulcbris. Ouid. Epiſt. 3. Concutit oſſa metus. Oſſa etiam uocantur Lapilli illi qui in prunis, dactylis, ceraſis, ſimilibusq; fructibus medium tenent locum. Suetonius in Claud. Quoties poſt cibum obdormiſceret, (quod ei ferè accidebat) olearum, ac palmularum oſſibus inceſſebatur. Ab Os fit compoſitum Exos. Quod oſſibus caret, ἄνοστος. Lucil. Exos, & Exanguis tumidos perfluctuat artus. Inde fit uerbum Exoſſo, quod eſt Oſſibus exuo uel oſſa detraho: unde, Exoſſare piſces dicimus. Apul. Exquammatus, atque exoſſatus piſcis uix expalpitat amplius. Deriuata uide ſuis locis.

Oſciculum, li, diminutiuum ab Os, oſſis, ὀστάριον. Gell lib. 6. cap. 1. Ratio ſubtilior, & utilitas ipſa operis poſtulauit, ut renuiſſimis, minutiſſimiſq; oſſiculis caput compingeret. Plin. lib. undecimo, cap. 37. Omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua.

Oſſiculatim, aduerb. ſignificat Minutim Cæcil. in Fallacia. Oſſiculatim Parmenonem deuia licet legant. Nonius.

Oſſeus, ſea, ſeum. Quod ex oſſibus eſt, ὀστέινος, ὀστώδης. Vnde Plin. lib. 36. cap. 18. ſcribit inueniri lapides oſſeos. Columella lib. 1. cap. 11. Deinde cuneum tenuem, ferreū, uel oſſeū inter corticē & materiam, ne minus digitos tres, ſed conſideratè demittito. Oui. in Ibin, Inſequar, & uultus oſſea forma tuos. Genitalia oſſea. Plin. lib. 11. cap. 49. Lapis oſſeus, Idem libr. 36. cap. 18. Oſſeum lignum. Idem lib. 13. cap. 4. manus oſſea Mauri. Iuuen. Satyr. 1.

Oſſifragus, a, dictiuum, unde Oſſifraga, pen. prod. genus aquilæ, ab oſſibus frangendis, φλώς. Vide Plinium lib. 10, cap. 3. & lib. 30. cap. 7.

Oſſilegium, gii, Oſſium collectio, ὀστολογία.

Oſſilegus, pen. cor. Oſſium collector, ὀστολόγος.

Oſſuaria, f. f. Appellatur locus in quo defunctorum oſſa reponuntur, ὀστοθήκη. Vlpian. l. 2. de Sepulch uiol. Celſus ſcribit ſtatuam ſic eſſe monumenti, ut oſſuariam.

Oſcheon, ὄσχεον. Latini ſcrotum dicunt, id eſt, teſtium receptaculum, Nam Celſus ubi de morbis tractat, qui in naturalibus, circa teſticulos oriri ſolent, Sinus & tunicas his appellationibus diuidit: Sinus qui conſpicitur à nobis ὄσχεον à Græcis dicitur, noſtri ſcrotum uocant.

Os leonis, Genus herbæ, florem faciens purpureū. Colum. Narciſſiq; comas, & hiantis ſæua leonis Ora feri.

Oſcēdo, uide Oſcito.

Oſcillum, Oſcillo, uide Oſculum in os, oris.

Oſcines, m. t. pen. cor. ab ore, & canendo, Aues ſunt, teſte Varrone, auſpiciū ore facientes, ἄριστοι οἰωνοί. Hor. lib. 3. Car. Oſcinem cornum prece ſuſcitabo Solis ab ortu. Plin. lib. 10. cap. 19. omnes aues quę canunt, oſcines dici exiſtimat, diſtinguit oſcinem ab alite cantu: & cōtrà, alitem ab oſcine magnitudine. Nunc, inquit, de ſecundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur ſpecies, oſcines & alites: illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit.

Oſcinum, Augurium auium, οἰωνοπολία. Cic. 2. de Legib. Fulgura atq; oſcina pianto.

Oſcito, as. pen cor ex Os, & Cito, propriè ſignificat Os commouco, & os totum aperio, ut fit præ ſomno aut tædio, χασμᾶμαι, Quod cum toto corpore fit, pandiculari uocatur σκοῖδιν ἀνάσθαι. Gellius lib. 4 cap. 20. Et in iure ſtans clarè nimis & ſonorè oſcitauit. Lucret. li. 3. Oſcitat extemplo tetigit quum limina uillæ. Ponitur aliquando pro Aperiri. Plinius libro 16. cap. 24. Sed omnium folia quotidie ad Solē oſcitant, &c.

Oſcitans, participium, quod aliquando in nomen migrat, ſignificat otioſum & negligentem, ῥᾳθυμῶν. Cicero 1. de Nat. deor. Quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt. Idem 2. de Orat. Er iſtam oſcitantem & dormientem ſapientiā Scæuolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus.

Oſcitatio, uerbale, Propriè ipſum oſcitandi actum ſignificat. Plin. lib. 7. cap. 6. Oſcitatio quidē in enixu lethalis eſt. Aliquando tamen pro otio & animi ſecuritate accipitur, quæ ῥᾳθυμία à Græcis dicitur.

Oſcitor deponens, Author ad Herennium, Quum etiam maiores calamitates impendēre uideantur, ſedetis, & oſciramini.

Oſcitanter, Negligenter, ῥᾳθύμως. Cic. de Clar. Orat. Tam ſolutè egiſſet, tam leuiter, tam oſcitanter, & oſcitabundè.

Oſcedo, inis, pen. prod. Vitium quo quiſq; tenetur ut ſæpius oſcitet, χάσμη, τὸ χασμᾶσθαι. Gel. lib. 4. cap. 20. Deliberatum de nota eius, qui ad Cenſores ab amico ἀduocatus eſt, & in iure ſtans clarè nimis & ſonorè oſcitauit, atq; inibi propè ut plecteretur fuit, tanquàm illud indicium uagi animi foret, & hallucinantis, & fluxæ atq; apertæ ſecuritatis. Sed quum ille deieraſſet, inuitiſſimum ſeſe, & repugnantem oſcitatione uictū, teneriq; eo uitio, quod oſcedo appellatur, tum notæ iam deſtinatæ exemptus eſt. Serenus, Hinc oſcedo fugit, linguæ quoq; uulnera cedunt.

Oſculum, uentriculi ſtomachus de quo uide Gal. de Symptomatum cauſis lib. 1.

Oſſi, aduerbium optandi, ἄθε. Perſius, Oſi, ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria, dextro Hercule. Reliqua uide in dictione O.

Oſſirites, ὀσιρίτης. Ab Aegyptiis dicitur herba quam cynocephaliam, hoc eſt, canis caput uocant, quod canino capiti ſit ſimilis. Tradunt ſiquis eam toram eruat, ſtatim mori. Plinius libro 30. cap. 2. Vide ea quæ ſuprà tradimus in dictione Cynocephalia.

Oſmon, medion herba apud Dioſc. lib. 4. cap 21.

Oſtendo, dis, di, ſum, & oſtentum, a t ex Os, & tendo, ſicut fit in Oſcito, & Oſcillo ἀποδείκνυμι, ἐμφανίζω, προβάλλω. Os enim pro facie ſæpè ponitur, quæ pro toto corpore, & non ſolum hominis, ſed etiam cuiuslibet rei ſpecie ſumitur, ut Donatus in illud Terentij in Eunuch. O faciem pulchram. Faciem, inquit, modò non partem corporis dicit, ſed totā ſpeciem quæ apparet & cernitur. Meritò ergo oſtendo ſignificat demōſtro, quia oſtendo eſt ſpeciem, ſeu faciem rei monſtro: quia tendere os, id eſt faciem extendere ſolemus in id quod uolumus demonſtrare. Terent. in Eunucho, Iam ne oſtendiſti ſigna nutrici? Cicero pro Cecin. Sicut & uiuus multis ipſe rebus oſtendit, & in morte ſua teſtamento declarauit. Terent. in Adelph. Te plura in hac re peccare oſtendā. Oſtendere ſe uirum. Terentius in Eunuch. Nunc te parmeno oſtendes qui uir ſies. Oſtendere ſe optimè, eſt optimè ſe gerere. Cicero ad Quint. Frat. COSS. ſe optimē oſtendunt.

Oſtentus, a, um, participium, ἐπιδεδειγμένος. Pacuuius, In ipſo tempore oſtentum ſenem, id eſt, demonſtratum. Cato de Re ruſt. cap. 6. Ager olero conſerundo, qui inuentum Fauonium ſpectabit, & Soli oſtentus erit: alius bonus nullus erit. Varr. lib. 1. de Re ruſt. cap. 25. Qui locus optimus uino ſit, & oſtentus Soli, ammineum ſeri oportere.

Oſtentus, tus, m q. nomen. Iniſio dicitur, χλαῖνα Salluſt. in Iugur. ſed quoniam eò natus ſum, ut Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem. Tacit. libro primo. Corpora extra uallum abiecta oſtentui.

Oſtento, as, a. p. Frequentatiuū ab oſtentum ſupino formatū, ſignificat ſæpè oſtendo, προσαποδείκνυμι. Plautus in Aulul. Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. Oſtentare alicui periculum capitis, eſt minare mortem, Cicer. pro Cluent. Oſtentare iugulum pro capite alterius, eſt exponere ſe periculo uitæ pro altero, Cic. ad Attic. libro 1.

Aliquan-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aliquando Ostento idem est quod cum iactantia, & gloriam causa ostendo, ἀλαζονεύομαι. Terent. in Eunuch. Nec pugnas narrat, nec cicatrices suas ostentat.

Ostentatus, a, um, particip. Terent. in Eun. an ego occasionem Mihi ostentatam tam breuem, tam optatam, tam insperatã, Amitterem? Cic. pro Ros. Com. Promissa liberalitate alicuius, & ostentata pecunia.

Ostentator, m. t. Iactator, σοβαρός. Liu. 1 ab Vrbe, Ostentator factorum. Plautus in Curcul. in medio propter canalem, ibi ostentatoris meri.

Ostentatio, fœ. t. Iactantia, ἀλαζονεία. Cic. 4. de Finib. Gloriosa ostentatio in constituendo summo bono. Idem pro Rabirio, Quod genus tandem est illud ostentationis, & gratiæ? Cæs. 1. bel. Ciuil. Ostentatio sui.

Ostentum, ti, n. s. ab ostendo, Dicitur res aliqua inusitata quæ statim futurum aliquid ostendit. ut cometæ, & tonitrua die sereno, τέρας. Monstrum, quod contra naturam fit, ut quum nascitur aliquid membris alterius generis, quod & promonstrum quandoque dicitur, quasi porrò aliquid monstrans, siue monẽs. Portentum, teste Festo, quod licet naturale sit, rarò tamen se ostendit, & futurum aliquid cum temporis interuallo denuntiat. Prodigium, quod etsi naturaliter fit, ac sæpè euenit, semper tamen aliquid præsagit mali: ita dictum quasi porrò agendum. Confunduntur tamen hæc, & pro eodem significato accipiuntur, omniaque ab eo quòd futurũ aliquid ostendunt, dicta sunt. Labeo, referente Vlpiano in leg. Ostentum. ff. De uerb. significat. definit ostentum esse, contra naturam cuiuscunque rei genitum, factumque. Duo autem sunt genera ostentorum. Vnum quoties quid contra naturam nascitur: alterum, quum quid prodigiosum uidetur. Suetonius in Cæs. Cunctanti ostentum tale factum est: Quidam eximia magnitudine & forma in proximo sedens, repentè apparuit arundine canens. Accipiuntur etiam ostenta in bonam partem. Suetonius in Vespasiano, Iampridem sibi per hæc ostenta cõceptam in spem imperij uenit. Plinius libro decimosexto, capite trigesimosecundo, Factum est Pop. Rom. Quiritibus ostentum Cimbricis bellis, Nuceriæ in luco Iunonis, ulmo postquàm etiam acumen amputatum erat, quoniam, in aram ipsam procumbebat, restituta sponte, ita ut protinus floreret: à quo deinde tempore maiestas Populi Romani resurrexit, quæ antea uastata cladibus fuerat.

Ostentiferum, Ferens ostenta, τερατῶδης.

Ostentosus, a, um, Quod ostentum facit, ut à Prodigium, Prodigiosus, τερώδης.

Ostium, ostii, n. s. ab Obstando quidam deducunt, quòd eo arcemur ingressu, θύρα, Quidam ab Os, oris, quòd sit id per quod ingredimur uel domũ, uel quẽcunq; alium locũ. Alij à Græco ὀσέω, q. est Repellere. Vnde ratio exigit ut sine aspiratione scribatur, licet nonnulli cũ suis deriuatiuis aspirẽt. Ter. in Eun. Tu abi, atq; ostiũ obsera intus, ego dum hinc trã scurro ad forũ. Est autẽ ostium notæ significationis. Ostiorũ latera, antas uocamus: à quibus antepagmenta, ualuarũ ornamenta. Cic. 1. de Orat. Vt illud Naficæ, qui quũ ad poẽtam Ennium uenisset, eiq; ab ostio quærenti ancilla dixisset domi non esse, &c. Idem 5. Tuscul. Sola ne beata uita quæso relinquitur extra ostium limenq; carceris?

Ostia, orum. n. s. Fluuiorũ patentes aditus sunt per quos in mare exonerantur, ἐκβολαὶ ποταμῶν. Vergilius 1. Aen. Italiam cõtra, Tyberina q; longè Ostia, Nominatiuus eius singularis est Ostium, quo utitur Cicero 2. Philippic. & pro Lege Manilia, & non uno in loco Plinius. Malè itaque nonnulli putauerunt in hac significatione carere singulari numero.

Accipimus etiam aliquando Ostia, pro portuum angustis faucibus. Vergilius 1. Aeneidos, Aut portum tenet, aut pleno subit ostia uelo.

Ostiolum, li. n. s. diminutiuum, θύειον, θυρίδιον. Plinius libro 19. capite 8. Adeò ut ostiola olitoria ex his factitari cœperint. Colum. libro octauo capite 14. Quas singulas satis est habere quoquouersus pedes ternos, & aditus singulis firmis ostiolis munitos.

Ostiarius, rii. m. s. Ostii custos, θυρωρός, cuius fœmininum est Ostiaria. Plin. lib. 12 cap. 14. Præter hos & custodes, satellites q; & ostiarij, & ministri populantur. Varr. 1. de Re rust. cap. 13. Eumq; scire qui introëat aut exeat noctu, quidue ferat, præsertim si ostiarius est nemo.

Ostiatim, aduerbiũ, Per singula ostia, κατὰ θύρας. Quint. Nec sectanda singula, & uelut ostiatim pulsanda. Cicer. 6. Verr. Ostiatim posuit q; Nominatim, siue singulatim. Hic, inquit, nolite expectare, dum ego hoc crimen agã ostiatim, &c. Idẽ 6. Ver. Qui præteriens, lectica pauliſper depositã, nõ per præsagia, sed palàm per potestatem, uno imperio ostiatim totũ oppidum compilarit.

Ostracias, siue Ostracites, pen. prod. ὀστρακίτης. Gemma est testacea, cuius duæ ponuntur species à Plinio lib. ult. cap. 10. altera simili achatæ, nisi quòd achates politura pinguescit: altera tam dura ut aliæ gemmæ fragmentis eius scalpantur. Nomen accepit hæc gemma ab ostrei similitudine. Est etiam Ostracites lapidis genus testæ similitudinem habens, cuius usus est pro pumice ad læuigandã cutem. Plin. libr. 36. cap. 19. Dioscor. lib. 5. cap. 156.

Ostrăcinã, Suffragia Athenienſium dicebantur, quòd ea in figulinis scribi solebat, ἃ δι' ὀστράκων ψῆφοι, ut latius est uidere in dictione sequenti.

Ostrăcismŭs, ὀστρακισμὸς. Relegationis genus. Nam ciuitates antiquitus quæ populari statu regebantur, eos qui excellere uidebantur, uel propter diuitias, uel propter amicos, ali amúe potentiam, extra ciuitatem relegare solebant ad tempus, sicut docet Aristoteles lib. 3. Polit. non ad criminis improbitatem castigandam, sed ad potentiam moderandam. Erat autem definitum ostracismi tempus apud Athenienses annorum decem. Dictus ostracismus ἀπὸ τῶν ὀστράκων, hoc est, à testulis in quib. suffragia scribi solebant. Solet autem ostracismus peragi hoc modo. Ostraci uiritim in consilio dabantur, in quibus quisq; nomen illius perscribebat quem urbe cedere uoluisset. Magistratus uerò qui huic negotio præerant, uniuersos simul calculos recensebant: qui nisi sex millium numerum excessissent, nil confectum esse iudicabatur. Qui uerò hoc suffragiorum numero damnatus erat, eũ ad decennium in Argiuam relegabant, ubi bos æneus erat magnitudine uisenda. Vnde factum est, ut qui illic exulabant, bouem seruare dicerentur. Hoc ostracismo Themistocles, Cimon, & Aristides multati fuere. De Aristide legimus, quum iuxta eum quidam rusticus illiteratus sederet, ipsi Aristidi testam dedisse, ut nomen suũ scriberet. Admiratus id Aristides interrogauit, nunquid ipsum cognosceret. Minimè, inquit: sed quia cæteri ita sentiunt, ego quoq; ita censeo eum esse damnandum. Hoc Latini testularum exilium uocant.

Ostrăcium, ci, n. s. Latinè testa, Græcè ὀστράκιον. Vnde testaceum pauimentum, uulgò nunc Ostracum uocãt. Ponitur quandoque pro onyche, Plinius libro 32. capite 10. Inuenio apud quosdam ostracium uocari, quod aliqui onychem uocant.

Ostreum, ostrei, n. s. ὄστρεον Generale nomen est ad omnes eos pisces qui asperam, scabram q; testam habent: qui autẽ læuem & planam habent testam, propriè conchæ dicuntur. Quanuis generaliter ostrea quoque Conchæ dicantur: sicut & ea quæ ex uno tantùm latere testam habent, altero scopulis, aut lapidibus, alterióue materiæ adhærentes. Nam testæ ipsa duriores, propriè conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum. Seneca, Quid ostreum sapiat, quid mullus, optimè nosti. Horatius libro primo Sermon. Ostrea callebat primo deprendere morsu. Iuuenalis Satyra sexta, Grandia quæ mediis iam noctibus ostrea mordet. Dicta ostrea à Græco. nam sicut nos à testa testudinem uocamus, siue animal quod uelut testa tectum est, siue id genus ædificij quòd ex testa est cõpositum, uel ad testudinis similitudinem est factum: sic Græci ὄστρια ἀπὸ τῶν ὀστράκων, id est, ostrea à testis nominauerunt. Dicuntur etiam ostreæ fœminino genere. Gell. lib. 20. cap. 9. Ostreæ senescente Luna, inhuberes, macræ, tenues, exuccæ sunt: crescente Luna, pinguescunt. Spondylus, dicitur callosum illud rotundum albicans, quod intus habet in medio, à similitudine spondyli, quod nos uertículum dicimus. Nam reliqua caro circunspersa, lacinia dicitur. Vide Plin. lib. 32. cap. 6.

Ostrearius, a, um, adiectiuum: ut, Ostrearius panis. Plinius lib. 18. capite 11. Panis ipsius genera prosequi superuacaneum uidetur: aliàs ab obsonijs appellati, ut ostrearii. Ostrearius autem panis est, quo ueteres cum ostreis uesci solebãt. Ostreæ, arum. ubi ostreæ uiuunt, & capiuntur. Plin. lib. 9. cap. 51. Nuper compertum in ostrearijs, humorem his fœtificum lactis modo effluere.

Ostreatus, a, um, Ponitur pro duro, atq; aspero, ὀστρώδης. Plaut. in Penul. Itaq; iam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito. Propter amorem uestrum.

Ostrifer, a, um, adiect. Quod ostrum producit, ὀστροφόρος. Vergilius

gilius primo Georgicorum, Pontus & oſtriferi fauces tentantur Ahydi.

Oſtrinus, a, um, Quod oſtro eſt tinctum, uel quod oſtri colorẽ habet, ὀστρίνος. Oſtrinæ ueſtes, Dicuntur purpureæ, & ſubrubeæ, teſte Nonio. Turpil. Interea inſpexit uirginem uectari in capite riculam, indutam oſtrinam, ὀστρίνα ἱμάτια. Varro in Eumenid. Aurora oſtrinam hic indutus ſupparum.

Oſtrum, oſtri, n. ſ. Propriè ſanies illa dicitur, & liquor qui ex murice ſeu conchylio eximitur ad pretioſarum lanarũ infectiuram: unde pro ipſo colore muriceo ponitur. Conchyliũ enim, murex & oſtrum, in eadem ſignificatione ſumuntur. Verg. 4. Aen. Tyrioq; ardebat murice læna. Idem 2. Georg. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro. Iuuenalis, Horum ego non fugiam conchylia. id eſt, ueſtimenta murice infecta. De oſtri natura tradiderunt ſcriptores, quòd non habeat in omnibus locis in quibus naſcitur unius generis colorem, ſed Solis curſu naturaliter temperetur. Itaq; quod legitur in Ponto & Gallia (quia hæ regiones ſunt proximæ ad ſeptentrionem & Occidentem) inuenitur liuidum, Quod autẽ legitur ad Aequinoctialem exortum, uiolacco colore inuenitur. Et maioribus quidem conchylijs detracta concha ſuccum eximunt: minora trapetis frangunt, ita demũ rorem eum eximentes. Oſtri autem appellationem accepit, quòd Græci τῶν ὀστρίων nomine etiam murices ſeu conchylia cõprehendat. Plin. lib. 9. cap. 36. & 37. uidetur diſtinctas facere ſpecies, muricẽ, purpuram, & conchylium. Similiter Nonius oſtrinum colorem diſtinguit à murice, quòd Oſtrinus color ſit ſubrubeus, Murex, purpureus. Sed hæc (ut iam dixi) à ſcriptoribus confunduntur.

Oſtrya, uel Oſtrys, uocatur arbor quæ ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa, ſimilis fraxino, cortice, & ramis, folio pyri, paulò tamen longioribus, craſſioribusq;, ac rugoſis inciſuris, materia dura atq; firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri, mortesq; miſeras ueterum ſuperſtitio exiſtimauit. Plin. lib. 13. cap. 21.

Oſtus, Vel potius Hoſtus à ueteribus appellabatur quod ex uno facto olei purũ purgatum q; relinquitur. Factũ uerò dicebant, quod uno tẽpore conficerent, quẽ alij centum ſexaginta modiorũ, alij centũ uiginti faciebãt. Vide Catonem de Re ruſt. cap. 6. & Varronẽ lib. 1. cap. 24. apud quos legitur hoſtus

Oſus, uide Odio, odis. (per aſpirationem.

OT. FN. In notis antiquorum, oſtium feneſtræ.

Othonne, ὀθόννα. Herba quæ in Syria naſcitur, ſimilis erucæ perforatis crebrò foliis, flore croci: quare quidam anemonem uocauerunt. Plinius libro 27. cap. 12. Dioſcoridi othonne prorſus fuit incognita, ut qui hoc nomine ab alijs herbã, ab alijs ſuccum, à quibuſdam etiam lapidem accipi tradiderit, neque in re tam controuerſa quid ipſe ſentiret, explicare auſus ſit.

Otia, Piſcis eſt marinus, ex genere oſtrearum. Plinius lib. 32. capite ultimo.

Otis, idis, ὠτὶς. Auis eſt minor bubone, & maior noctua, aures plumeas habens eminentes: unde & nomen accepit. Vide Plinium lib. decimo. cap. uigeſimo tertio, Sunt qui Latinè Aſionem uocent.

Otium, uide Ocium.

Otus, ὠτὸς, auis noctuæ ſimilis, pinnulis circiter aures eminentibus præditus, unde nomen accepit, quaſi auritum dicas. Nonnulli ululam appellant, alij aſionẽ, de quo Dionyſius, Aelius: Auis hæc (inquit) laudata & ſaltans capitur uelut nycticorax. Vnde Otos idem dicimus gloriæ affectantes, id eſt, κενόδοξος.

O. V. D. In notis antiquorum, omni uirtuti dedito. O. V. F. optimo uiuenti fecit, uel omnia uiuens fecit, uel omnibus uiuis fecit, Θ uel θ mortem ſignificat. Eſt autem græca litera cui θῆτα nomen eſt.

Oualis, Ouans, Ouatio, Ouatus nomen, Ouatus participium uide Ouo, ouas.

Ouis, huius ouis, f. t. à Græco ὄϊς, interpoſita u, propter hiatum, Significat pecudem lanigeram. Cicero 2. de Nat. deor. Ouium uillis confectis, atq; contextis homines ueſtiuntur. Ouem maſculino genere legi, admonent Feſtus & Nonius. Varro rerũ humanarũ lib. 27. Vt etiam putantibus, qui oues duos, nõ duas dicũt, Homerum ſequuti, qui ait, μῆλ' ὄϊς. Idem. M. Teren. quando citatus neque reſpondit, neq; excitatus eſt, eum ego unum ouem mulram dico. Gellius lib. 11. cap. 1. autor eſt, in multis dicendis hoc ſemper obſeruatum fuiſſe, Ouem uirili genere appellarent, alioqui multam iuſtã non uideri.

Ouinus, a, um, Quod ex oue eſt, προβάτιος, ut Pellis ouina. Huius nullum exemplum reperimus.

Ouillus, la, lum, Idem quod Ouinus, προβάτιος. Plin. libr. 19. Quin & ouillo fimo uti, quoniam aliud herbeſceret.

Ouiliones. Vide Opiliones.

Ouile, huius ouilis. n. t. Locus in quo oues morari ſolent, ſiue in quem oues ſeſe recipiunt, ποίμνη. Liuius 6. bell. Pun. Datum ſecretò in ouili cum his collocandi tempus. Ouid. 13. Metamorph. tepidis in ouilibus agni. Idem 3. de Arte, Dixerit è multis aliquis, Quid uirus in angues Adiicit, & rapidis tradis ouile lupis?

Ouiaria, riæ, fœm. p. Ouium grex. ποίμνη, προβάτων ἀγέλη. Varro in prolog. 2. libri de Re ruſtica, Quod eò facilius faciam, quòd & ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, & Reatino equarias.

Ouiaricus, a, um, poſſeſſiuũ ab oue deriuatũ, προβατικὸς. Colum. lib. 7. cap. 6. Et quoniam de ouarico ſatis dictum eſt, ad caprinum pecus nunc reuertar.

Ouicula, diminutiuum, Significat paruam ouem, προβάτιον.

Ouõ, uas, n. p. Lætor, lætitiam uociferando ſeu canendo demonſtro. εὐάζω. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eò maiori cum gaudio, quò pius metum res fuerat. Eſt etiam Ouare minorem triumphum, quẽ uocabant Ouationẽ, peragere: pro quo uereres uſitatius dixerunt, Ouantẽ urbem ingredi. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Duplicique uictoria ouantẽ Romulum, &c.

Ouans participium eſſe uidetur à uerbo Ouo, quod rarò apud probatos autores inuenies, quum Ouans nuſquã nõ occurrat. Cic. 2. de Orat. Aſcendit ouans in Capitolium M. Aquilius. Abuſiuè accipitur pro lætabundo. Verg. 4. Aen. Quid tum? ſola fuga nautas comitabor ouantes. Vbi Seruius, Ouantes lætãtes, abuſiuè. Nam propriè Ouatio eſt minor triũphus, qui enim ouationẽ meretur, & uno equo utitur, & à plebeijs, uel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitoliũ, & de ouibus ſacrificat: unde & Ouatio dicta eſt. Qui autem triumphat albis equis utitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio de tauris ſacrificat.

Ouatio, onis, f. t. teſte Seruio, dicebatur minor triumphus, quũ belli duces, rebus quidem proſperè geſtis, nõ tamen ita magnis, ut iuſto triumpho dignæ eſſent, ex Senatuſconſulto pedites, uel (ut alijs placet) uno equo uecti, urbem ingrediebantur, myrteam coronam (quam ob id Oualem uocabant) in capite geſtantes, uniuerſo autem Senatu ſubſequẽte, ὀθα, ἴυας, πρὸς θριάμβου. Ouandi autẽ, & non triumphandi, teſte Gellio libro 5. cauſæ erant, quum ante bella non ritè erant indicta neque cum iuſto hoſte geſta: qualia erant ea quæ aduerſus piratas, & ſeruos fugitiuos aliquando ſuſcepta leguntur: aut quoties dedítione repentè facta, uictoria citra pulueremq; (quod dici ſolet) hoc eſt, citra magnam ſanguinis effuſionem contigerat. Ob quam etiam cauſam Oualem coronam ex myrto (quæ arbor Veneri eſt ſacra) conficiebant, quòd incruentas huiuſmodi uictorias, Venereas potius iudicarent, quàm Martias. Vnde autem tractum ſit Ouandi uocabulum, inter Grammaticos non ſatis conuenit. Seruius in illud Vergilij quarto Aeneidos, ſola fuga nautas comitabor ouantes: oſtendit ab ouibus eſſe deductum, quòd quum ij qui triumphabant, Ioui Capitolino tauros immolarent, ouantes ouem tantùm mactabant. Alij Ouationem dictam putant, quaſi Ouationem, ab interiectione lætantis Ohe, deducto etymo. Nonnulli etiam à uoce eorum qui ouantem comitabantur, Ouo uerbum deductum putant. Illi enim oo geminatum, lætabundi ſolent acclamare. Vnde interpoſita u conſonante, Ouo credunt deduci. Eſt etiam Ouatio à nomine, ouum, ſignificans tempus quo gallinæ oua pariunt, ὠασμός, dictum ea forma qua Vernatio, Mellatio, Pullatio Plinius libro uigeſimonono, capite tertio. Certa Luna capiendum cenſent, tanquam congruere ouationem etiam ſerpentium humani ſit arbitrij.

Ouatus, us. Nomen pro ouatione. Valer. Flac. 6. Argon. huic barbarici glomerantur ouatus.

Oualis, & hoc ouale, om. t. Quod ad ouationem pertinet: ut, Oualis corona, quæ ex myrto fiebat, qua donabantur Imperatores qui ouantes urbem introibant, neque iuſti triumphi honorem meriti uidebantur. Id autem contingebat quoties bellum legitimè indictum non erat, neque cum iuſto, aut maguopere formidando hoſte geſtum, utpote

ſubactis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſubactis ſeruis, aut piratis, aut quoties facta repentè deditione, incruenta victoria contigerat. Vide A. Gellij lib. 5. Noct. Attic. cap. 6.

Ouum, n. ſ. ab ὠὸν interpoſita u, euphoniæ cauſa. Martialis lib. 13. Candida ſi croceos circumfluit unda uitellos, Heſperius ſcombri temperet ora liquor. Vitellus, uel luteum oui, dicitur illud quod in ouo crocei coloris eſt: Albumen autē, uel Album oui, liquor ille candidus quī uitellū circundat. Ouum ouo tam ſimile non eſt prouerbialis eſt hyperbole, de rebus indiſcretæ ſimilitudinis dici ſolita. Cicero 4. Acad. Vides ne, ut in prouerbio ſit ouorum inter ſe ſimilitudo? Ouo prognatus eodem, prouerbialiter de illis dici poteſt, quorum ingenium mores ſq; ita conueniunt ut ijſdem parentibus nati uideri poſſint. Vide Eraſmi Adagia. Oui lu teum, diuiſis dictionibus, uocamus uitellū in ouo, λέκιθον. Oui putamen in aceto liquatum & macceratum liqueſcit, & mollius ſit.

Ouatus, ouata, ouatum, Quod eſt in ſimilitudinem oui factū. ὠοειδής. Plinius libro 15. capite 21. Aliis turbinatio pyri, aliis, ouata ſpecies, ceu malorū aliquibus. Ouatū marmor, Quod diuerſi coloris maculis uariegatum eſt, oui ſpeciem referentib. Plin. lib. 35. cap. 1. Neronis principatu inuentum, maculas quæ non eſſent, in cruſtis inſerendo, unitatem uariare, ut ouatus eſſet Numidicus, ut purpura diſtingueretur Sinnadicus. Aliquando etiam accipitur pro eo quod ouo illirum eſt: unde Ouatū aurū, ouo auratum: quoniā oui albo antea illito, æra ac marmora auri & argenti bracteis integebātur. Perſius Satyra 2. Hinc illud ſubijt, auro ſacras quòd ouato Perducis facies. Nec uerò hoc quenquā mouere debet, quòd Ouatum hic primam corripiat, quæ producitur in dictione Ouum: ſiquidem non ſemper deriuata primitiuorum quantitatem obſeruant.

Ouifera, Quæ fert oua: ut, Ouifera gallina, ὠοτόκος.

Ouipera animalia, quæ oua pariunt, ut aues ferè omnes.

Oxalis, ὀξαλὶς, Lapathii genus, ſatiuo proximum, foliis aquoſis, colore betæ candidæ, radice minima, Plinius lib. 20. cap. 21. Vulgus Acetoſam uocat.

Oxíngion, nunc aceti fæcem, nunc axungiam ſignificat.

Oxobata, ueſtes pretioſiſsimæ dicebantur, à genere purpuræ quæ Oxos dicebatur, teſte Suida, quæ optimè ungebatur apud Phœnices. Hac uoce uſus eſt Iuſtinianus libro 3. Cod. Quæ res alien. non poſſint. Quo in loco nonnulli Dibapta ſuppoſuerunt.

Oxos, ὄξος, neutri generis, acetum.

Oxis, oxidis, pro uaſe aceti, ὀξὶς.

Oxyacantes, ὀξυάκανθα. Spina eſt paruis foliis aculeatis per extremitates, ferens baccas rotundas, foliis arenoſa lanugine obductis.

Oxybaphum, penult. correp. acetabulum Latinè dicitur. Hermol.

Oxycedros, ὀξύκεδρος. Species cedri, ramoſa, & nodis infeſta. Plin. lib. 13. cap. 5.

Oxycratum, acetū aqua miſtum: aliàs Poſca. Nam utrumque uideo uſurpari.

Oxygala, n, ſ. pen. cor. ὀξύγαλα. Lactis in acrorē redacti pars coactior, quod à ſero ſeparatū, origano, cepe, mentha, coriandro, thymo, & cunila condiri ſolet. Plin. lib. 28. cap. 9. Fit & ex caprino lacte butyrum: ſed hyeme calefacto lacte, æſtate expreſſo tantùm, crebro iactatu in longis uaſis anguſto foramine ſpiritum accipientibus ſub ipſo ore, aliàs præligato. Additur paulum aquæ ut areſcat. Quod eſt maximè coactum in ſummo fluitat. id exemptum addito ſale, oxygala appellāt. Reliqua decoquunt in ollis: ibi quod ſupernatat, butyrum eſt, oleoſum natura. Vide plura de hoc apud Columellam libro 12. capite 8.

Oxygarum, pen. cor. ὀξύγαρον. Garum acetoſum, hoc eſt, liquaminis genus exminutioribus piſciculis confici ſolitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti ſolet admiſceri. Solet autē hoc in principio menſæ apponi, quemadmodū & lactucæ. Martialis lib. 5. Depoſui ſoleas, adfertur protinus ingens Inter lactucas, oxygarumq; liber.

Oxyglycus, ex acoro, & dulci aliquo medicamento, compoſitum medicamentum.

Oxyhalme, ὀξάλμη. genus potionis, quod ex ſale & aceto recenti fieri ſolebat aduerſus ſerpentes.

Oxylapathum, ὀξυλάπαθον. Prima lapathi ſpecies apud Dioſcoridem, paluſtribus in locis naſcens, à foliorum acumine nomen habens. Plin. lib. 10. cap. 11. Eſt & alterū genus, ferè oxylapathon uocant, ſatiuo idem ſimilius, & acutiora habet folia & rubriora, non niſi in paluſtribus naſcens. Officinæ Lapathium acutum nominant.

Oxylepes, panis ſquaroſus, & acidus, datur febricitibus, quibus aluus fluitat.

Oxymeli, n, t. ὀξύμελι. Acetum mulſum dicitur, genus potionis quod ex mellis libris decē, aceti ueteris heminis quinque, ſalis marini pondo, tymbræ quadrante, aquæ marinæ ſextarijs quinq; pariter decoctis fieri ſolebat. Vide Plinium libro 14. capite 17.

Oxymel paſſularum, ab aceto, & melle, & paſſulis dictum.

Oxymelitis compoſitionem, lege apud Galenū quarto de ſanitate tuenda.

Oxymoron, ὀξύμωρον, ut docet Budæus ex Quintiliano, Eſt ſententia ex periculo petita: hoc eſt, ita acutè & affectatè enunciata ut fatua uideatur: ut apud Ver. 7. Aen. Num capti potuere capi?

Oxymyrſinæ, f. t. ὀξυμυρσίνη. Frutex eſt, quem acutam myrtum appellamus. Folia habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora, producit baccas rufas ad ceraſorum ſimilitudinem. Plinius libro 26. capite undecimo & Dioſcorides libro 4. capite 147.

Oxyporon, ὀξύπορον. Moreti quoddam genus, teſte Columella lib. 12. cap. 57. ex caſeo, ſeſamo, nucibus, & herbis conſtans, aceto piperato conditis. Idem & oxygarum appellabatur, quòd quoties uſus exigeret, aceto & garo diluceretur. Plin. lib. 20. cap. 22. Fœniculum condimētis propè omnibus inſeritur, oxyporis etiam aptiſſimè. Sunt & ſua medicis oxypora: ſunt enim remedia præſentanea, & celeriter iuuantia, à celeritate dicta penetrandi. Idem libro 24. cap. 8. Iuniperus miſcetur antidotis oxyporis.

Oxyporopolæ, m. p. ὀξυπωροπῶλαι. Quī cibos uendunt aceto conditos. Plin. lib. 20. cap. 7. In eos uſus & oxyporopolæ ſeruant, addito dulci acrementum aceti temperantes. Vbi nunc ſic legitur, Stomachos diſſolutos utiliſſimè adiuuant, uti ne eo eſu abluantur, & oxypori obolis aſperitatē, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.

Oxyrrhodinum, ὀξυῤῥόδινον. Medicamentum liquidum, conſtans ex aceto & aqua roſacea, quod capitibus eorum ſolet adhiberi qui phrenitide laborant.

Oxys, oni, ὁ καὶ ἡ ὄξυς, καὶ τὸ ὀξύ, id eſt, acetoſus, acetus, uelox.

Oxyſaccharum, ὀξυσάκχαρον. Potionis genus ex ſacharo & aceto. Saccharum autē mel dicitur in arundinibus collectū gummi modo, candidum ac fragile, quod decoctum, & in pyramidis figura formatū, ex Canarijs inſulis ad nos defertur. Sed de hoc ſuo loco.

Oxyrrhinchus, ὀξύῤῥυγχος. Piſcis eſt Nilo peculiaris, à roſtri acumine nomen habens, quem tota Aegyptus pro Deo colit. Autor Strabo lib. 17. Capitur etiam in mari rubro, item in Caſpio, teſte Aeliano lib. 12. cap. 33. 34. & 35.

Oxyſchœnos, ὀξύσχοινος. Acutus iuncus, qui & marinus dicitur. Plin. lib. 11. cap. 18.

Oxytonon, papauer erraticum, apud Dioſc. lib. 4. cap. 67.

Oxytonon, papauer ſatiuum apud eundem Dioſc. libro 4. cap. 68.

O Z.

Ozæna, ὄζαινα. Piſcis ex polyporum genere, caput habens grauiſſimi odoris. Plinius lib. 9. cap. 30. Polyporum generis ozæna, dicta à graui capitis odore, ob hoc maximè murænis eam conſectantibus. Eſt item Ozena, narium morbus, cefluxione acrium humorū plures cruſtas intra nares gignente quæ grauiſſimum expirant odorem: cui malo uix ullo remedio poteſt ſuccurri. Plinius libro 25. cap. 13. Narium ozænas emendat ariſtolochia cum cypero.

Ozænitis, ὀζαινῖτις. Herba eſt ex genere nardi, ad Gangem Indiæ fluuium naſcens, odore uirus referens: unde & nomen accepit, Autor Plin. lib. 12. cap. 12.

Oze, es, ὄζη. Oris grauedolentia dicitur, à uerbo Græco ὄζω, quod eſt oleo. Celſus lib. 5. cap. 11. Itaq; ei remiſſioni credendum eſt quæ etiam immoratur, & iactationem fœtoremq; quendam oris (quem oxen Græci uocant) minuit.

Ozimum, pen. cor. ab ὄζω. Redoleo, genus edulis redolentis ex inteſtinis confecti. Perſius Saty. 4. Quum bene diſcincto cantaucrit ozima uernæ. Quo tamen in loco nōnulli ocima malunt legere. Vide Cælium Rodig. lib. 29. cap. 24.

Ozymum, Vide Ocimum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



Summis labris comprimitur, nec sonũ ederet, nisi uocalis succurreret hærenti, quod uitium & cæterorum elementorum, quæ ἄφωνα uocant, commune est omnium, tenuẽ sortitur sonũ, ut est elemẽtorũ natura, quæ ψίλα appellant. P litera muta est, nec aspirationẽ post se admittit, nisi in dictionibus Græcis, ut Phaëthon. Conuertitur quandoq; in trãsferendis dictionibus Græcis p, in b: ut quod apud Græcos πύξος, apud nos buxus scribitur. Pyrrhus, Burrus. Interdum p exile pro ph aspirato poni solet: ut quod à Græcis φοινίκεος cum ph aspirata scribitur, à nostris puniceus transfertur: sic πορφύρεον, purpureum dicimus. Quin & cõtra ubi illi p exile ponunt, Latini sæpissimè aspiratum ponunt, ut quod illi ὑψιπύλην, nos Hypsiphyle, scribere solemus. In notis antiquorum, P. Publius. P. Pupillus. P. posuit uel pes, uel passus, uel Publius.

P A

PACE. P. R. In notis antiquorum, Pace populo Romano. P. AEL. AVG. LIB. Publius Aelius Augusti libertus. PAL. Palmensi. PAR. Parentum. PARTH. Parthicus. PAT. Patritius. PA. DI. G. uel P. D. Patritiatus dignitas: P. C. Pactum conuentum. P. C. Pecunia constituta. P. D. Publicè dedit.

Pabulum, li, n. s. Propriè pecudum & aliorum brutorum cibus herbaceus, fœniceus, paleaceus, uel stramentitius est, τροφὴ, νομὴ, χιλός. Cæs. 2. bell. Gall. Ipse, quum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum uenit. Verg. 1. Aen. priusquã Pabula gustassent Troiæ, Xanthũq; bibissent. Idem 12. Aeneid. Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo, Pabula parua legens, nidisq; loquacibus escas. Per translationem dixit Cicero in Catone Maiore, Pabulum studij, pro oblectatione, & quasi quadam studiorum refectione. Studium enim, animi pabulũ est quo animus pascitur, & uegetatur, quemadmodum cibis corpus. Si uerò (inquit) habet senectus aliquod tnanquàm pabulum studij & doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucundius. Pabula amoris absterrere sibi, Lucretius lib. 4. Nam si abest quod ames, presto simulachra tamen sunt Illius, & nomen dulce obseruatur ad aureis: Sed fugitare decet simulachra & pabula amoris Absterrere sibi, atq; aliò conuertere mentem. Pabulum amorum Cicero 4. Acad. Est enim animorum, ingeniorumq; naturale quoddam quasi pabulum, consideratio, contemplatioq;. Idem de Aruisp. resp. Quid enim huc prosequor, pecudem ad beluã, pabulo inimicorum meorum & grande corruptum? Ouid. 8. Metamorph. dederatq; graui noua pabula morbo.

Pabularis, pabulare, om. t. quod ad pabulũ pertinet, seu quod datur pro pabulo, νομαδικός. Colum. lib. 11. cap. 2. Vicia pabularis, & uicia seminalis. Idem lib. 2. cap. 14. De lupino nihil dubito, atq; etiam de pabulari uicia. Plinius libro 18. cap. 16. Omnia hæc pabularia.

Pabulor, aris, d. p. Castrense uerbum est, quemadmodum Liguor, & Aquor. νέμομαι. Dicũtur enim propriè Pabulari milites, quum è castris cum falcibus egressi, pabulum in usum iumentorum ex agris capiunt. Val. Max. lib. 5. cap. 6. Id postquàm cognouit, depositis insignibus Imperij, familiarẽ uultum induit, ac pabulantiũ hostium globo sese obiecit. Interdum Pabulari, est Pascere. Colum. lib. 7. cap. 6. de capellis loquens, Subinde quæ incedit, compesci debet, ne procurrat, sed placidè, ac lentè pabuletur, ut largi sit uberis.

Pabulatio, onis, f. t. Aliquando est actus ipse pabulandi: nomenq; est castrense, quemadmodum Aquatio & Lignatio, νέμησις, νομὴ. Est enim pabulatio propriè militum, quum scilicet in agrum egrediũtur cum falcibus capiendi pabuli causa. Cæsar 7. bel. Gal. Omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. Aliquando ponitur pro ipso pabulo. Varro 3. de Re rust. capite 16. Si è bono loco transtuleris ubi idonea pabulatio nõ est, fugitiuæ fiunt. De apibus.

Pabulator, oris, m. t. Qui pabulatum uadit, ὁ ἐπὶ νομὴν πορευόμενος. Cæs. 5. Bell. Gall. Repentè ex omnibus partibus ad pabulatores aduolarunt. Liuius 9. bell. Pun. Deinde quum in pabulatores Romanos impetus repentè ab equitibus Hispanis factus esset, &c.

Pabulatorius, adiect. ut, Pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. Colum. lib. 6. cap. 3. Si grano abstinemus, frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum uiginti sufficit.

Pacatus, Pacifer, Pacifico, & reliqua deriuata, uide Pax.

Paciscor, sceris, pactus, d. t. significat pactum facio, conuenio, συμβάσομαι, σπονδάζομαι, σωτίθεμαι, διομολογέομαι, ὁμολογῶ. Vnde etiã construitur cum ablatiuo, sicut alia uerba pretiũ significantia. Plaut. in Bacch. Paciscì cum illo paulula pecunia potes. Dicimus etiam. Pactus sum hanc rem. Iustinus lib. 2. Cum Xerxe nuptias filiæ eius paciscitur. Sallust. in Iug. Adherbali suadẽt ut sese & oppidum Iugurthæ tradat: tãtùm ab eo uitam paciscatur. Verg. Aen. 5. uitamq; uolunt pro laude paciscì. Ponitur aliquando pro promittere. Plaut. in Trin. Hæc tibi pacta est Callicli filia? Id est, estné tibi promissa? Cic. Attic. lib. 5. Nec dubitat Deiotarus, cuius filio pacta est Arthauasdis filia, quin cum omnib. copiis &c.

Pactor, oris, m. t. uerbale. Cicero 7. Verr. An fœderum interpretes, societatis pactores, religionis authores? Huius compositũ est Depascor, siue Depeciscor, de quo suo loco diximus.

Pactum, n. s. Quandoq; participium est à Paciscor, Idem significans quod pacto decretum. τὸ διομολογηθὲν. Plaut. in Asin. Hinc inerunt uiginti minæ bonæ, mala opera partæ. Has tibi nos pactis legibus dare iussit. Id est, sub cõditione, de qua inter uos conuenit. Quandoq; nomen est, idem significans, quod consensus, & duorum in eandem rem conuentio, συμβόλαιον. Cicero 2. de Inuent. sic definit, Pactum est quod inter aliquos cõuenit, quod iam ita iustum putatur, ut iure præstari dicatur. Idem 3. Offic. Pacta & promissa sempiternè seruanda sint, quæ nec ui, nec dolo (ut prætores solent dicere) facta sint. Vlpian. de Pollicit. l. Pactum, Pactũ est duorum consensus atq; conuẽtio: Pollicitatio uerò, offerentis solius promissum. In ablatiuo quandoq; accipitur pro Modo, τρόπος. Terentius in Andria, Eo pacto & gnati uitam & consilium meum cognosces.

Pactitius, a, um, adiectiuũ, Vulgò conuentionalis dicitur. Gel. lib. 11. cap. 17. Cessatio pugnæ pactitia, Induciæ dicuntur.

Pactio, onis, f. t. Est (ut inquit Vlpian. l. 1. ff. de Pact.) duorũ pluriumue in idem placitum & consensus. ὁμολογία, συνάλλαγμα, τὸ ὁμολογούμενον, συμβόλαιον. Sallust. in Cat. Collegam suum Antoniũ pactione prouinciæ propulerat, ne cõtra Rem pub. dissentiret. Cic. lib. 3. Offic. Regulus non debuit conditiones pactiones q; bellicas & hostiles perturbare periurio.

Paco, pacas, Vide Pax.

Pactilis, Vide Pango.

Pactitius, a, um, Vide Pactum, in Paciscor.

Pactum, Vide Paciscor.

Pæderota, Vide Pæderos.

Pæantides, παιανίδες, Gemmæ sunt speciem habentes earum quæ glaciatæ, quæ in Macedonia circa Tiresiæ sepulchrum inueniuntur. Prægnantes fieri & parere dicuntur, & parturientibus mederi. Eædem & Gemonides dicuntur. Author Plinius libro 37. cap. 10.

Pædagogus, gi, m. s. pen. prod. παιδαγωγὸς, Custos & institutor pueri, cui cura incumbit puerum instituendi, & uestigia eius subsequendi, eumq; quocũq; opus fuerit, circunducẽdi: ita dictus quasi ἡ παιδὸς ἀγωγὴ, hoc est, pueri dux. Col. lib. 1. Nec postremò, quasi pedagogi eius, meminisse dedignemur Iulij Higini. Cic. de Amicitia, Isto enim modo nutrices & pædagogi maximè erunt diligendi.

Pædagogium, gii, n. s. παιδαγώγιον, Locus est in ædibus, in quo pueri, seruiq; commorantur, qui à Græcis παῖδες nocantur. Plin. lib. 7. Epist. Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat. Accipitur etiam Pædagogium apud Iureconsultos pro seruitio. hoc est, pro seruorũ, & mancipiorũ grege. Vlpian. l. quęsitũ de Fundo instructo, & instructũ. legat. Si instructũ fundũ legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, ut quum ibi uenisset, præstò essent in triclinio, legato continentur. Calepinus putauit Pædagogium aliquando accipi pro puerorũ concubitu, adducens illud Suetonij ex capite 82. lib. 9. Super ingenuorũ pædagogia, & nuptarũ concubinatus, etiam Rubriæ uirgini Vestali stuprum intulit. Sed fallitur: nam in castigatioribus exẽplarib. Proagogia legimus, non Pædagogia. Est autem προαγωγεῖον, Græca dictio, quæ nobis productionem, uel prostitutionem sonat, ἀπὸ τοῦ προάγω, quod est producere uel prostituere.

Pæderastes, παιδεραστὴς. Amator puerorũ: quasi τῶν παιδῶν ἐραστὴς. Inde Pæderastia, παιδεραστία, Amor obscœn° in pueros.

Pæderos, pæderotis, παιδέρως. Gemma est, quæ alio nomine Opolum uocamus, nonnulli etiam Sangenum: ita dicta, teste Plin. lib. 37. cap. 6. Propter eximiam gemmæ eius gratiam παιδέρως enim nobis puerorũ amorem significat,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Est etiam Pæderos, eodem Plinio teste libro 22. cap. 22. acanthi genus, quod à nonnullis Melamphyllon appellatur.

Pædia, f. p. Græcè παιδεία, Disciplina, institutio; & in bonas artes, ut docet Gellius. Nonnũquam etiam pro pueritia accipitur, hoc est, pro puerili ætate: unde Xenophõ nobilis apud Græcos historicus, opus suum Cypri pædiam inscripsit.

Pędico, as, pen. prod. Verbum obscenæ significationis. Græci dicunt πυγίζειν, id est, nates contrectare. L. Firmicus hãc libidinem præposteram uocat.

Pædicones, siue Pædicatores, puerorum amatores, concubitores; πυγισταὶ.

Pædomatheis, παιδομαθεῖς, Qui à pueris statim discunt, quibus opponũtur Opsimatheis, ὀψιμάθεις, qui scilicet seriùs & iam natu grandes ad discendum accedunt.

Pædor, pædoris, m. t. pen. prod. Situs, squallor, illuuies, sordes, & omnis immundicia, seu putor, αὐχμὸς, ῥύπος. Lucanus libro 2. longusq; in carcere pædor. Cicero 3. Tusculanarum, Barba pœdore horrida, atq; intonsa infuscat pectus illuuie scabrum. Festus putat ἀπὸ τῶν παιδίων, hoc est, à pueris deduci, qui in illa ætatula sordidi ferè sunt, nec à sordibus sciunt abstinere. Vnde Pædidos quoq; sordidos & obsoletos appellant.

Pædotribes, pen. prod, παιδοτρίβης, uel Pedotriba, bæ, puerorum institutor in corpore exercendo: cuius officium (ut inquit Plato in Gorgia) est corpora hominum formosa robustaq; efficere.

Pædotribia, παιδοτριβία. Dicitur ars exercendi puerorum corporũ: unde Aristot. lib. 7. Polit. Præcipit adolescentes statim Gymnasticæ, & pædotribicę esse tradendos.

Pægma, tis, n. t. Ludus interpretatur, à παίζω, ludo. Erat autem machina in sublime tendens, in qua puerorum cantantium erant nidi. Vlp. tit. de Fund. instr. l. quęsitũ. In emptione, inquit, domus specularia & pægmata cædere.

Pægnium, παίγνιον, Græca uox est, quæ nobis ludũ sonat, uel rem ludicrã, aut puerilẽ oblectationẽ: unde Technopægnium ludicrũ quoddã poëma ab Ausonio inscriptum est.

Pæon, genus pedis. Vide in Propriis.

Pæonia, f. t. παιονία Herba est insignis, in summo caule fili quas quasdam ferens amygdalis similes: quę quũ dehiscunt, grana multa & exigua ostendunt, Punici mali acinis similia, in medio nigra, quædam rubra, quinque aut sex purpurea. Eius duo sunt genera, Mas & Fœmina, foliis præcipuè distincta. mas enim folia habet iugulandis, fœmina uerò smyrnij. Dicta est autem Pæonie à Pæona inuentore, qui ea Plutonem curasse dicitur ab Hercule uulneratum, ut fabulatur Homerus quinto Iliados.

Pætus, Qui obliquatis oculis in altum respicit, uel qui altera oculorum minorem habet. Horat. Serm. Saty. 3. Strabonem appellat. Pætum pater & pullum malè paruus, Si cui filius est. Vbi interpres Porphyrio, Strabo, qui est detortis oculis dicitur: Pætus, leuiter declinatis. Acron. ibidem. Pæti propriè dicuntur, quorũ huc atq; illuc oculi uelociter uertuntur. Hinc Pętorum familia Romæ cognomen sumpsit.

Paganicus, Paganus, Vide Pagus.

Pages, Compactio dicitur, licet simplex uix inueniatur, sed composita, ut Compages, συναφή.

Pagina, æ, f. p. pen. cor, Vtraq; pars folii, à pangendo, quòd in paginis carmina pangantur, id est, figuntur, σελίς. Versus enim pangi uel figi in ceris dicuntur, Vel quòd in libris suam quæq; obtineant regionem, ut pagi. Cicero ad Tironẽ libro 16. Variè sum affectus tuis literis, ualde priore pagina perturbatus. Plinius libro 17. capite 22. Paginas in uitibus uocat areas interseptas inter duo iuga. Semper (inquit) quintanis seminari, hoc est, ut quinto quoque palo singulę iugo paginæ includantur. Paginam utranque facere in re aliqua dicitur, cuius tanta est authoritas ut nihil omnino sine ipso rerum geratur. Plinius libro 2. cap. 7. de Fortuna loquens, Huic (inquit) omnia expensa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utrãq; facit paginam: Hinc Pagella diminutiuum. Cic. ad Brutum lib. 1. Non imitor κακοηθείαν tuum, altera iam pagella procedit. Hinc fit Compagino, pro Coniungo, quòd paginæ simul coniungantur, συναρμόζω.

Paginula, læ. diminutiuum à Pagina σελίδιον. Cicero ad Atticum libro 4. Si uerò id est quod nescio an sit, ut non minùs longas iam in codicillorum fastis futurorum Cõsulum paginulas habeat quàm fatorum.

Pagõ, gis. pepigi, pactum, συνθήκην. authore Quintiliano lib. 1. cap. 10. antiquum uerbum est quo utebantur pro paciscor. lib. 1. ad Herennium, Pacta sunt, quæ legibus obseruanda sunt, hoc modò. Rem ubi pagunt, oratione pagunt. Seruius tamen dicit Pago (unde multi uolunt uenire Pepigi) nusquam lectum esse, uultq; Pepigi à Pasciscor fieri, sicut & Pactus, quo modo à Placeo Placui, & Placidus. (124.

Pagonoton, Tussilago, uel Becchion, apud Dioscoridem lib. 3. cap.

Pagrus, πάγρος. Piscis est ex genere cancrorum. Plin. lib. 32. capite 10. Pagri fluuiatiles longissimus dens capillo adalligatus. Idem & Pagurus dicitur. Plinius libro 9. capite 31. Cancrorum genera carabi, astaci, maiæ, paguri, leones, & alia ignobiliora.

Pagus, pagi. m. s. Simul positæ uillæ, κώμη. hoc est, rusticanæ domus in unũ coagmentatæ, ἀπὸ τῶν πηγῶν, hoc est, à fontibus circa quos rustici gaudent habitare, ut facilis sit aquatio. Author Festus. Pagus præterea accipitur pro toto iurisdictionis tractu: unde Cæsar libro 1. belli Gallici, scribit Heluetiam totam in quatuor fuisse diuisam pagos. Hodie tredecim numerantur. Galli sua lingua uocant Cantones.

Pagatim, aduerbium. Dictum est per singulos pagos, ea forma qua Oppidatim, per singula oppida, κατὰ κώμας. Liu. 1. belli Macedon. Templa deũm, quę pagatim sacra habebant, dirui atq; incendi iussit.

Paganus, ni, m. s. A pago dictus est, rusticus, qui scilicet rure natus est, & educatus. κωμήτης, κωμητικὸς. Cicero pro domo sua, Nullum est in hac urbe collegiũ, nulli pagani, aut montani (quoniam plebi quoq; urbanę maiores nostri conuenticula, & quasi consilia quædam esse uoluerunt) qui nõ amplissimè non modò de salute mea, sed etiã dè dignitate decreuerint Iuuen. Satyra 16. citius falsum producere testem Contra paganum possis, quàm uera loquentem Contra forte armati. Hinc semipaganus, semirusticus. Persius per translationem, arrogantiã uitans, ait, ipse semipaganus, Ad sacra uatum carmen affero nostrum. Interdũ Pagani accipiuntur pro hominibus non militantibus, tametsi urbani sunt. παγάνοι, ἀστράτευτοι. Et est uerbum peculiare Iurisconsultorum, à quibus hæc duo perinde ac contraria opponuntur Miles & Paganus. Sueton. de Augusto, Pinarium equitũ Romanum, quum concionante se, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quædam animaduertisset, & curiosum & speculatorem ratus, coram fodi imperauit. Vlp. l. tractabatur. ff. de Militari testamento. Est rescriptũ à diuo Pio, in eo, qui quum esset paganus, fecit testamentum, mox militare cœpit. Marcellus l. quædam ff. de Pœnis. Quædã delicta pagano, aut nullum aut leuiorem pœnam irrogant: militi uerò grauiorem. Quare autem Pagani dicantur etiam ij qui urbani sunt, hæc affertur ratio, Romam olim diuisam fuisse in tribus quatuor (sicut apud Dionysium lib. 4. Antiquitatum legitur) quas Pagos uocitabant, in quibus habitantes, Pagani dicebantur, qui in nullam aliam habitationem transferri poterant.

Paganalia, orum, κωμητικὰ. Rusticorum festa.

Paganus, a, um, adiect. ut, Fercula pagana. Propert. lib. 4. eleg. 4.

Annua pastorum conuiuia lusus in urbe.

Quum pagana madent fercula diuitijs. Ouid. 1. Fast.

Pagus agat festum, pagum lustrare coloni,
Et date paganis annua liba focis.

Paganicus, a, um, Quod paganorum est, hoc est, quod ad rusticos pertinet. Vnde Paganicum peculiũ, uel Paganicum ab solutè, dicitur quod ex prædijs, uel pastione, alijsue rusticis redditibus prouenit: cui opponitur castrense. Antonius in l. 1. C. de Testamento militari. Frater tuus miles, si te specialiter de bonis quæ in Paganico habebat, hæredem fecit, bona quæ in castris reliquit petere non potest. Paganica pila, dicitur à pagis, id est, uillis, quòd pagani ea uterentur, hæc est crassior, laxiorq;, & pluma plena, nec ad usum tam agilis, ut quæ nec tam leuis sit, nec iactata facilè resiliat. Martial. libro 4. Et quæ difficilis ruget paganica pluma, Fole minus laxa est, & minus arcta pila. Quasi dicat, est laxior quam pila trigonalis, & arctior firmiorq; quàm follis, tertium genus pilæ est.

Pala, læ, f. p. Instrumentum rusticanum uulgò nõtum: dicta à pagendo, mutata g in l, inquit Varro lib. 4. de Lingua Latina, σφυρηλάτη. Plautus, Palas uendundas sibi, & mergas datas, ut hortum fodiat. Est etiam pala instrumentũ qua panis in furnũ immittitur & extrahitur. Cato de Re rust. cap. 11. Palæ ligneæ quatuor: nec non uentilabrum. Item quoddam ignis receptaculum. Item palæ dicuntur dorsi partes dextra,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dextra, læuaq́ eminentes. Item (ut inquit Strabo lib. 5.) minor auri purgatioris massulæ, ut utriq́ non maiores celebra, palæ dicuntur. Plin. libro 15. cap. 15. In ærarijs officinis & pfegma fit. iam liquato ære, atq́ percocto, additis etiam & carbonibus, Paulatimq́ accensis, ac repente uehementiori flatu expuitur æris pala quædã. Sic enim legit Budæus de Asse, licet in quibusdam codicibus legatur palea. Pala quoq́ anuli pars caua est & latior, in qua gemma inseritur, σφενδόνη. Cic. 3. Offic. Ibi quũ palam eius anuli ad palmam conuerteret, à nullo uidebatur.

Pala, Arbor est apud Indos, quam describit Plin. lib. 12. cap. 6. his uerbis, Maior alia, pomo & suauitate præcellẽtior, quo sapientiores Indorũ uiuunt. Folium alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duũm. Fructum è cortice mittit, admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet. Arbori nomen palæ, pomo Arienæ. Hæc ille.

Palacra, quæ & Palacrana à nonnullis appellatur, Maior auri massa est. Plin. lib. 33. cap. 4. de auri massis loquens, Nec nõ in puteis dẽnas excedentes libras, Palacras Hispani, alij Palacranas: ijdem quod minutum est, balucem uocant.

Palæphatius, a, um, ut Palæphatia papyrus, Prouerbialiter dicitur de libellis fabulosis, qui nil nisi meras fabulas, resq́ incredibiles continent. Tractum à Palæphato Pario, siue (ut alii malũt) Priæneo, qui τῶν ἀπίστων, hoc est, rerum incredibilium multa conscripsit uolumina. Vergilius tamen in carmine ad Messalam, Palæphatiam papyrum simpliciter dixit pro libris Palæphati, quum ait, Docta Palæphatia testatur uoce papyrus.

Palæstra, æ, f. p. παλαίστρα, Luctatio, ἀπὸ τῆ πάλιν τὸ σῶμα, hoc est, corporis agitatione. Terentius in Eunuch. fac periculum in literis, Fac in palæstra, in musicis. Vergil. lib. 6. Pars in gramineis exercent membra palæstris. Accipitur etiam per translationem Palæstra, pro quauis re, aut pro quouis etiam loco, in quo præcipuè se quis exercet. Terent. in Phor. Eccum è tua palestra exit foras, hoc est, è domo lenonis, quę est ueluti exercitium ipsius amatoris. Accipitur etiam Palestra q́ pro decenti motu, gestuq́ totius corporis, quem Galli Contenantiam uocant.

Palestricon, παλαιστρικὸν, locus ubi palæstra exercetur.

Palestritæ, m. p. uocantur qui in hisce corporis decentibus gestibus insigniter sunt exercitati: quemadmodũ cõtrà Apalæstri, qui talium motuũ & gestuũ planè sunt rudes. Quint. li. 9. cap. 4. significare uolens, orationẽ forensem neċ planè numerosam esse debere, qualis Panegyricus ille famigeratus Isocratis: nec rursus numeris uacare, ita inquit, Sicut etiam quos palæstritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur Apalæstri. Vide Bud. in prioribus Annot.

Palestricus, ci, m. s. παλαιστρίτης, substant. idem quod palæstrita. Afranius, Depellis mihi manũ per palestricos. Dicuntur etiam Palestrici, qui palæstram docent, hoc est, qui palæstritas exercent & instituunt. Aliquãdo etiam Palestricos appellatos inuenimus qui motus gestusq́ corporis formãt, docentq́ quo pacto omnes corporis partes decenter debeamus mouere. Quint. lib. 1. cap. 11. Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam palęstricis uacauerint. Nõ de ijs loquor quibus pars uitæ in oleo, pars in ulno consumitur: qui corporum cura mentem obruerunt. Hos enim abesse ab eo quẽ instituimus, quàm longissimè uelim. Sed nomen idem est ijs à quibus gestus, motusq́ formantur.

Palæstricus, a, um, pen. cor. παλαιστρικὸς. Quod est ex usu palæstræ, siue quod ad palęstram pertinet. Plaut. in Rud. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatũ pro exercitio Gymnastico, & Palęstrico. Palæstricos motus dixit Cic. 1. Offic. nimis accuratos corporis gestus. Nam (ut suprà ostendimus) Palęstra aliquãdo accipitur pro concinno illo omniũ membrorum gestu, quem Galli Contenantiam uocant: & Palæstrici, qui huiusmodi motus docent. Verba Ciceronis sunt hęc, Nam palæstrici motus sæpe sunt odiosiores.

Palæstricè, aduerbium, More palęstritarum. Cicero de optimo genere dicendi, Sed ita ut palestricè spatiari in xysto liceat.

Palæstrita, æ, m. p. pen. prod. παλαιστείτης, Qui se in palæstra exercet, uel sodalis palæstrę, aut magister. Cic. 6. Ver. De Heraclij hæreditate, quam palestritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstuliſſe. Persius Satyra 4. Quin quæ palestritæ licet hęc plantaria uellant.

Palàm, aduerbium, significat manifestè, apertè, in conspectu atq́ oculis omnium, ἀποφασμένως, φανερῶς. Cõtraria habet Clàm & obscurè. Plautus in Cistel. Nostro ordini palàm blanditur: clàm, si occasio usquam est, frigidam Subdolè suffundunt. Cicero 4. Acad. Alteram quidem, ut uidemus, palàm: alterum, ut suspicamur, obscurius. Palàm & Interdiu, quibus contrarira Clàm & Noctu. Cæsar. 3. belli Ciuil. Exercitum educunt, Pompeius clàm & noctu, Cæsar palam atq́ interdiu. Cõràm ad personas certas tantùm refertur: Palàm ad omnes. Terentius in Eunucho, Sin falsũ aut fictum continuò palàm est. Hinc fit Propalàm, eiusdẽ significationis: à quo Propalo, las, pro manifesto, seu aperio de quibus infrà. Palàm quæstum facere dicitur non tantùm ea quę in lupanario se prostituit, sed etiam si qua (ut solet) in taberna, caupona, uel etiã alia domo, pudori suo non parcit, ὡς τῷ φανερῷ χρηματίζων.

Palaneę, Idem significat quod Palangæ.

Palangæ, f. p. Græci φάλαγγες dicũt, Sunt ligna teretia, qualia sunt quæ nauigijs, dum subducũtur ad littus, aut ad mare trahũtur, supponi solẽt. Vnde etiã nunc Palangiarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transuehũt. Varro de Vita populi Romani libro 4. Quum Pœnus in fretu m obuiam ueniſſet nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palangis carinis subiecerat, quò metu debilitaret nostros. Cæsar 2. belli ciuilis, Palangis subiectis ad turrim hostium admouent. A Platone σκινοφορία appellantur, teste Hermolao, & Cęlio: apud quos Phalangas legimus per aspirationem. Vide in dictione Phalangæ.

Palango, gas, φαλαγγίζω, Onus aliquod huiusmodi fustib. trãsueho. Afranius, Et capream unam semilaceram quaterni simul palangabant. Nonius.

Palare uites, id est, palis adminiculari, & pedamentis fulcire, Columella libro 11. cap. 2.

Palatha, παλάθη, Græca dictio est, quæ nobis massam sonat, & propriè ficorum & caricarũ, Author Hesychius: cuius uerba sunt hæc, παλάθη ἰσὶ τῶν σύκων ἐπάκμικος ὄντος, χώματα. Eadem ferè de hac re sunt uerba apud Suidam.

Palatim, aduerbiũ, Significat passim uagãdo, πεπλανημένως. Liuius libro 5. ab Vrbe, Tusculum palatim fugerunt.

Palatio, onis, f. t Dicitur illud fundamenti genus, quum in solo uliginoso, aut alioqui sustinendo ædificio non satis firmo, festuca, uel simili aliqua machina palos depangimus, cui ædificium innitatur. Galli sua lingua uocant Pilotium. Vtitur hac uoce Vitruuius libro 2.

Palatium, Palatual, Palatualis Flamẽ, uide in propriis.

Palarum, ri, n. s. Oris culum, quod labiis dentibusq́, quasi palis, munitum sit, ὀδόντες, ὑπερῶα. Colum. libro 7. Sed etiam si palatum atq́ lingua concolor lanæ est. Legitur etiã nominatiuus Palatus (nisi mendosum sit exemplar) apud Ciceronem 2. de Finibus, Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Palato agitare, Iatinius pro eo quod uulgus medicorum dicit, Gargarizare. Licet Græcis sit γαργαείζειν.

Palea, æ, f. p. à palàm, ut ait Varro de Re rustica libro 1. capite 30. siue à nomine Pabulum dicitur, ἄχυρον. Nam ea sola primùm in pascendis animalibus præbebatur. Quo sanè uocabulo, non propriè culmi, sed follicula ipsa granulorum comprehenduntur. Vergilius libro 2. Georgicon, Surgẽtem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes. Columella libro 6. Minus commodè tuemur armentum paleis, quæ utique quibusdam regionibus solæ præsidio sunt, & probantur maximè ex milio, tum ex hordeo, mox ex tritico. Idem, Oportet fabam maturam conterere, & paleas eius diligenter recondere. Notandum (ut Seruius sentit) Paleã singulari numero dici contra artem. Nam quæ ex pluribus constant, sunt tantùm numeri pluralis: ut Cancelli, Bigę, Scopæ. Licet abutantur poëtæ. Vergilius 1. Georgicon, Nequicquam pinguis paleę teret area culmos. Palea quoque dicitur carrilago deflua à collogalli gallinacei. Columel. libro 8. capite 2. de gallinaceis loquẽs, Paleę ex rubro albicantes quę uelut incanæ barbæ dependent. Palea æris ponitur pro ramento, & excremento. Plinius libro 34. capite 13. Ac repentè uehementiori flatu expuitur æris palea quędam. Sic enim ferè habent exemplaria. Budæus tamen in hoc Plinij loco Pala legit, non Palea.

Palearium, rij, n. s. Locus in quo reconditur & asseruatur palea, ἀχυρών. Colum. lib. 1. cap. 6. Fœnilia, palearia q́, & apotheca, & horrea.

Paleatus, ta, tum, Quod est factum ex paleis, uel quod paleas habet admistas, ἀχυρώδης. Vnde Lutum paleatum dicitur, cui, ut tenacius sit, admistæ sint paleæ. Col. lib. 1. de arboribus, cap. 8. Quicquid inseueris uiti, diligenter libro ligato,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

atq; luto subacto paleato, oblinito, operitoq; plagam, & ita alligato, ne aqua uentusue penetrare possit.

Palearia, n. t. Pelles dependētes ex gutture boū, dicta quasi pellearia, τὰ ἰσχνάτα. Verg. lib. 3. Georg. Et crurum tenus à mento palearia pendent. Col. lib. 6. cap. 1. Ceruice longa, & torosa, palearibus amplis, & penè ad genua promissis. Nomi natiuus singularis est Palear, quo usus est Seneca in Hyppolyto, Musco (inquit) tenaci pectus ac palear uiret.

Pale, πάλη, Græca est dictio, nobis Luctans significans: ἀπὸ τῆς πάλιν φέρειν τὸ σῶμα, hoc est, ab agitatione corporis: unde Palæstra dicta est.

Palillogia, παλιλλογία, Iterata locutio, hoc est, dictionis alicuius maioris uehemētiæ causa repetitio. Quid autem differt ab Epanalepsi, Epanaphora, & Anadiplosi, uide Ruffinianum, & Aquilam Romanum. Hinc Palillogus, παλιλλόγος, iterum collectus.

Palímbacchius, m. f. pen. prod παλιμβακχεῖος, Genus pedis, ex prima & secūda longis, & ultima breui: ut, Augustus: Idem Antibacchius dicitur.

Palímpisa, παλίμπισα, Pix liquida iterum decocta, & inspissata. Plin. lib. 24. cap. 7.

Palímpsestus, m. f. παλίμψηστος, Membrana iterum abrasa. Cicero Trebat. lib. 7. Epist. Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror quid in illa chartula fuerit quod delere malueris, quàm hęc non scribere, nisi forte tuas formulas. Quidam hoc loco legunt Palinxestum à πάλιν iterum, & ξέω rado: qua uoce etiam usus est Catullus ad Varum Epigr. 19. Puto (inquit) esse illi millia aut decem, aut plura. Perscripta, nec sic, ut fit in palinxesto Relata: chartę regię, noui libri, Noui umbilici. Budęus in lib. de Asse Palimpsestum interpretatur chartam esse deletilem, qua calculatores utuntur. Iureconsulti Deletitiam chartam uocant. Nam abrasis prioribus literis rescribitur. Vlpianus l. chartæ. ff. de Bon. poss. sec. tab. Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad deletitiam.

Palingenesía, f. p. παλιγγενεσία, Latinè dicitur Regeneratio, alteri natales, Voluit enim Pythagoras animas è corpore egressas, in alia atq; alia corpora transmigrare, non solùm hominum, uerumetiam brutorum: atq; ita nos identidem aliis atq; aliis renasci.

Palínodia, æ, f. p. παλινῳδία, Recātatio, siue retractatio: à uerbo Græco παλινῳδέω; quod est retractare, uel recantare, hoc est, diuersa superioribus sentire, & quod semel dictum est reuocare. Pro quo etiam dicimus Palinodiam cātare, uide Adagia Erasmi.

Paliurus, f. f. παλίουρος, Frutex spinosus & asper in Cyrenaica regione præcipuè prouenies, baccas ferēs uini saporem succo suo commendantes. Vide Plinium libro 13. cap. 19. Vergil. Ecloga 5. Carduus & spinis surgit paliurus acutis.

Palla, æ, per duplex ll, Est honestæ mulieris uestimentum: hoc est, pallium quod palàm tē foris est ad uestimenta usq; demissum, χλαῖνα Vergilius 11 Aeneidos, prolōgæ tegmine pallę. Tigridis exuuiæ per dorsum à uertice pendent. Plautus in Men. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio. Pala etiam utebantur citharœdi. Ouidius 11. Metamorph. Ille caput flauum lauro Parnasside uinctus. Verrit humum Tyrio saturata murice galla. Item tragœdi. Idem 3. Amorū, Fronte comę torua, palla iacebat humo. In Gallia etiam omnes passim uiri palla utebantur. Et uidetur, inquit Bayfius, Gallica palla accessisse ad formam nostri palletici manicati. Vnde Martialis lib. 1. Dimidiasq; nates Gallica palla tegit. Strabo lib. 5. idem sentit, Tunicarum, inquit, uice pallas manicatas gestant ad uerēda usq; nates q; medias pertingentes. Est etiam hoc nomine urbs, Ptolemęo teste, à latere Meridionali Corsicę.

Pallace, es, seu Pallaca, æ, παλλακή, Græcum nomen est quod nobis sonat concubinam. Suetonius in Vespasiano, cap. 12. Accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat.

Pallacana, Cæpæ genus est, nullo ferè capite, radice tātum oblonga, quod subinde resecatur ut porrū Plin. lib. 19. cap. 6. Apud nos prima duo cęparum genera: unum condimentarium, quod illi Gethyon, nostri Pallacanum uocant. Seritur mensibus Martio, Aprili, Maio. alterum capitatum, &c.

Palleo, palles, **Pallídus**. Vide Pallor.

Pallium, lii, n. s. Vestimenti genus extimum quod tunicæ super indui solet, τρίβων ἱμάτιον. unde manasit prouerbium, Tunica pallio proximior est. Dictum autem putatur Palla ab eò quòd palàm, hoc est, foris gestaretur. Propriè autem Græcorum habitus hoc nomine dicebatur, quemadmodū Romanorum. Toga. Suet. in Augusto, Sed cæteros cōtinuos dies inter uaria munuscula togas insuper & pallia distribuit lege proposita, ut Romani Græco Græci Romano habitu uterētur. Vnde Palliati Græci dicti sunt, & Comœdiæ palliatæ quæ scriptæ sunt secundum ritus & habitus palliatorum, hoc est, Græcorum. Autores Donat. & Diomedes. Cicer. 3. de Orat. Hippias gloriatus est, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se manu sua confeciſſe. Idem 3. de Nat. deorum de Dionysio tyranno, Qui quum ad Peloponensum classem appulisset, & in fanum ueniſſet Iouis Olympii, aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo loucm ornarat ex manubus Carthaginensium tyrannus Hiero: atque in eo etiam cautilxtus est, Aestate grauem esse aureum amictum, hyeme frigidum: eiq; laneum pallium iniecit: quū id esse aptum ad omne anni tempus diceret. Pallium quoq; philosophorum erat Gellius libro 9. Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philosophum nondum uideo. Pallia inter communia uestimenta annumerantur Vlpiano: quæ promiscua appellat Tacit. libr. 3. Promiscuas uiris & fœminis uestes.

Palliolum, li, diminutiuum à Pallio: id est, breuius & utilius pallium τριβώνιον Cicero 3. Tusculanarum. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.

Palliolatus, Palliolo indutus, τριβώνιον ἔχων. Sueton. de Claudio, Palliolatus nouo more præsedit. Martial. lib. 9. Hanc uolo, quæ facilis, quæ palliolata uagatur.

Palliatus, a, ū, Pallio indutus, & pallio coopertus, τριβωνοφόρος Cicero ad Qu. int. Frat. lib. 3. Deniq; illi palliati topiariam facere uideantur. Idem pro Rab. Posth. itaq; officias licet quū uoles sæpe palliatum fuisse. Apud Apuleium legitur uerbū Palliare pro Tegere, uel celare. Nec (inquit) palliari tam aperta res potest, id est, cooperiri, uel dissimulari.

Palliastrum, n. s. Vide ac uile pallium, τριβώνιον. Apuleius, Ecce Socratem contubernalem meum conspicio: humi sedebat scitulo palliastro semiamictus.

Pallor, oris. m. t. pen prod ὠχρίασις, ὠχρότης, Propriè dicitur color ille in homine, quum pellis sanguine destituta liquescit quod accidere solet in subito metu, sanguine se ad interiora recipiente. Ouid. 11. Metam. buxoq; similimus ora Pallor obit, lachrymisq; genæ maduere profusis. Cicero 4. Tusculan. Ex quo fit ut pudorem rubor, sic terrorem pallor, & tremor & dentium crepitus consequatur. Verg. 4. Aen. Hæc effata silet, pallor simul occupat ora. Plin. lib. 14. cap. 22. Hinc pallor & genæ pendulæ. Pallorem capere dicuntur uasa, apud Columellam libro 12. cap. 50.

Palleo, les, lui, n. s. Pallidus sum, ὠχριάω, Cic. 1 Philip. Non dissimulat P. C. apparet esse commotum, sudat, pallet. Ouid. 1. de Art. Palleat omnis amans, color est aptus amanti. Mart. lib. 1. Pulchrè ualet Charinus, & tamen pallet. Huius composita sunt. Expalleo: à quo expallesco, ualde pallidus fio. Plautus in Curc. Viden' ut expallui? Impalleo, à quo Impallesco, quod est rei alicui tam pertinaciter incumbere, ut inde pallor contrahatur. Persius, At te nocturnis iuuat impallescere chartis.

Pallesco, n. t. Pallidus fio: Plinius libro 19. cap. 19. Et cyminum sub Canis ortu pallescit. Propert. libro 1. Eleg. 12. Perditus in quadam, tardis pallescere curis Incipis. —

Pallidus, a, um, Vt Pallidus color, qualem in corporibus exanguibus uidemus. ὠχρίας, ὠχρός. Plin. libr. 10. capit. 31. Merops uocatur, genitores suos reconditos pascens pallido intus colore pennarum. Vergil. 1. Georg. aut ubi pallida surgit Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. uel pallida lecto Desiliat mulier, miseram se conscia clamet. Ouidius quarto. Metamorphoseos oraque buxo Pallidiora gerens.

Pallidulus, a, um, *diminutiuum*, Catullus ad Ortalum, Pallidulum manans alluit unda pedem.

Palma, æ, f. p. θέναρ, Est uola manus, hoc est, pars illa concaua quæ est inter καρπὸν, & digitos intermedia: cuius pars exterior à Græcis ὑποθέναρ dicitur. Quanquam etiam Non rarò pro tota manu palmam acceptam legimus. Cicero in Oratore. Quum autem manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat? Vergilius 2. Aeneid. nam teneras arcebant uincula palmas. Statius 10. Thebaid. tollens madidas ad sydera palmas. Vergilius 1. Aeneidos, duplices tendens ad sydera palmas. Ab huius autem similitudi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſimilitudine arbor illa nobilis quę dactilos profert, quã Græ Græci φοίνικα appellãt, à noſtris quoq; Palma dicitur, quòd comam in cacumine habeat circumextenſam, & ramos in digitorum modum protenſos. Vnde & fructum eius Dactylos, hoc eſt, digitos uocamus, quòd digitorum manus ſimilitudinem referant. Hęc arbor in Italia ſterilis eſt, in maritimis Hiſpanię fructum fert, ſed immitem: dulcem in Aphrica, ſed ſtatim euaneſcentem. Contrà autẽ in Oriente, ex his uina fiunt, alicubi etiam panis, & pluribus quadrupedibus cibus. Non cedit ponderi, ſed ſurgit aduerſum põdus: ideò uictoribus traditur præmio, quòd non ceſſerint, ſed pertinaces in bello perſtiterint. Vide Gelliũ lib. 3. cap. 6. Vnde etiam ponitur pro uictorię ſigno, aut pro ipſa uictoria. Plutarchus, In certaminibus palmam ſignũ eſſe placuit uictoriæ: quoniam ingenij eiuſmodi lignum eſt, ut urgentibus, oppri mentibusq; non cedat. Item Palma, cauſa certamina dicitur, ut annotauit Donat. in illud Terentij ex Prologo Phor. In medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractãt muſicã. Itẽ Palma, ut docet Seru. in lib. 11. Aen. ſignificat togam, quę etiam Toga palmata dicebatur, à palma in ea intexta: & propriè triumphantium fuit, quam merebantur ij qui de hoſtibus palmam deportaſſent. Alij à latitudine clauorum dictam uolunt Palmatam, quę nunc à genere pictura, Picta appellatur. Martial. lib. 7. Palmataq; ducem, ſed citò redde togæ. De natura palmę arboris, uide Plin. lib. 13. cap. 5. & lib. 15. cap. 4. & Dioſcoridẽ lib. 1. cap. 150. & Theophraſt. lib. 1. cap. 2. & lib. 3. cap. 5. Dicimus Latinè, Palmam ferre, id eſt, uictorem eſſe. Palmam dare alicui, id eſt, uictorem fateri. Referuare palmam alicui, Habere palmam, Accipere palmam, Petere palmam. Teſtimonia paſſim obuia legenti bonos authores. Palmæ nomine uitis item ſignificatur. Columella libro 3. cap. 17.

Palmula, ę, Extrema pars remi, eò quòd in modum palmę protenſa eſt. Vergilius lib. 5. Aeneidos & læuas ſtringat ſine palmula cautes. Sunt & palmulæ, φοίνικες, fructus palmæ, qui & Dactyli, & Caryotę dicuntur. Varro 1. de Re ruſt. cap. 67. Nucem iuglandem, & palmulam, & ficum Sabinam quanto citius promas, iucundiore utare.

Palmetum, palmeti, n. ſ. Locus palmis cõſitus, uel ubi frequentes ſunt palmæ, φοινικών, Plinius libro 5. cap. Ibi fama exiſtere circa ueſtigia habitati quõdam ſoli, uinearum, palmetorumq; reliquias. Ponitur aliquando non pro loco in quo palmæ conſitę ſunt, ſed pro palmarum frequentia. Ibidem, Hiericuntem palmetis conſitam, fontibus irriguam.

Palmeus, a, um, Quod eſt ex palma arbore, φοινίκι&. Colum. lib. 5. cap. 5. M. Columella agricola Bæticę prouinciæ, ſub ortu Caniculæ, palmeis tegetibus uineas adumbrabat. Plin. libro 24. cap. 17. Vinum palmeum capiti noxium.

Palmoſus, a, um, Quod eſt palmis abundans, φοινικώδης. Vergil. lib. 3. Aeneid. Teq; datis linquo uentis palmoſa Selinis.

Palmaris, & hoc palmare, om. t. ut Palmaris ſtatua, quæ alicui propter uictoriam ponitur. Cicero 6. Philip. Sed illa ſtatua palmaris, de qua ſi meliora rempora eſſent, non poſſum ſine riſu dicere, &c. Et Palmare facinus, quod eſt dignum palma, νίκης ἄξιον. Palmare ueſtigium, dictum quòd ex palmæ impreſſæ nota factum ſit. σπιθαμιῶιον ἴχνος.

Palmarius, a, um, adiectiuum. Quod eſt palma dignum, ἀξιόνικον, καλλίνικον. Terentius in Eunucho, Id uerò eſt quod mihi puto palmarium, Me reperiſſe quomodo adoleſcentulus Meretricũ ingenia & mores poſſe noſcere. Donatus, Palmarium palma dignum.

Palmifer, a, um, Ferens palma, φοινικοφόρ&. Ouid. 1. Amor. Iſi Parætonium, genitaliaq; arua Canopi Quæ colis, & Memphim, palmiferamq; Pharon. Idem 10. Metamorph. Palmiferos Arabas, Panchæaq; rura reliquit.

Palmipes, dis, com. t. Planos ad palmæ ſimilitudinem habens pedes, τὸ εὐγανόπους. Vnde anſeres, & omnes ferè aquaticæ aues Palmipedes dicuntur. Plinius libro 10. capite 11. Aut in palmipedum genere ſunt, ut anſeres.

Palmes, itis, m. t. Vitis ſarmẽtum: inde nomẽ habens quod in modũ palmæ humanæ uirgulas quaſi digitos edat, κλῆμα. Plin. lib. 17. cap. 22. Sunt duo genera palmitũ: quod è duro exit, materiamq; in proximum annum promittit, Pampinarium uocatur. At ubi ſupra cicatricem eſt, fructuarium: Alterũ ex anniculo palmite, ſemperq; fructuariũ relinquitur ſubiugo. & qui uocatur cuſtos, hic eſt nouellus palmes, non largior tribus gemmis proximo anno materiam daturus, ſi uitis luxuria ſe conſumpſerit. Palmes & Pampinus pro eodem. Col. lib. 4. cap. 17. Item ſi oculi ſinguli ſub iugo binos pampinos emiſerint, quanuis largos fructus oſtendant, detrahendi ſunt eis ſinguli palmites, quo lætior, quæ ſuper eſt, materia cõſurgat. Palmes pro flagello uitis aliquando ponitur. Columella lib. 4. cap. 21. Hæc brachia ſatcrit interim ſingulis palmitibuſ in fructum ſummitti.

Palmipedalis, le, Vide Palmus.

Palmo, mas, Materias alligo, σωρεύω. Colum. lib. 11. cap. 2. Cæterum palmare, id eſt, materias alligare, hoc tempore nõ expedit. In alia ſignificatione accipit Quintil. in Declamat. Cœci. Prætereà (inquit) quum manus ex parte qua palmare ueſtigiũ poteſt, plicetur in capulo. Et paulò pòſt. Tunus autem qui palmatus eſt paries, ueſtigiũ eius partis oſtendit. Huius compoſitum eſt Depalmo, quod eſt palma percutio, δίνω. Gellius libro ult. capite 1. Is pró delectamẽto a bebat, homines liberos manus ſuæ palma uerberare c r uus ſequebatur crumenã plenam aſſium portitans, & q en cunque depalmauerat, numerari ſtatim, ſecundum quoc cim tabulas, uiginti quinq; aſſes iubebat.

Palmos, παλμὸς, particulæ alicuius in corpore palpitatio contra naturam, per uicem modò eam attollens, modò d primens: fitq; quandoq; in ſola cute, quãdoq; in ſubiectis et muſculis: quę ſi magna fuerit, membrum quo uniuerſum ſecum diutius ſaliendo trahit. Latinorũ nonnulli Græcum nomen exprimentes, Saltum uocant Dicitur enim παλμὸς ἀπὸ τοῦ πάλλειν, quod inter cætera ſalire ſignificat.

Palmus, mi, m. ſ. Menſuræ genus, & eſt duplex, maior & minor, δῶρον antiquè. Maior digitorum duodecim, Græcè σπιθαμὴ uocatus. Minor digitorum quatuor, quem Græci παλαιστὴν appellant. In menſuris hoc modò progredi ſolemus, ut omnium menſurarum minimam faciamus latitudinem grani hordei: hoc autẽ quater ſumptum conficiat digitum: tres digiti unciam: quatuor, palmũ minorẽ qui (ut iam diximus) à Græcis παλαιστὴν appellatur. Ex duobus palmis conficitur dichas, ex tribus, palmus maior quẽ Græci σπιθαμὴν uocatur, Latini etiam Dodrantem quod ad perficiendum pedem deſit quarta pars. Q uoc cium plami minores, ſiue ſedecim digiti explent ped m mi minores ſeſquipedem. Duo pedes cum dimidio eſt ſ ſ greſſum, ſiue paſſum ſimplicem. Tantum e um f ba j intereſt in progrediendo inter digitos p io is p d s, & calcaneum poſterioris. Simplex paſſus g m natus ta ir p al um geometricum, qui conſtat ex pedibus quinque. Ex mille a inde geometricis paſsibus conficitur mill aic.

Palmaris, re, om, t. Quod ad magnitudinem unius p σπιθαμιαῖον. Varro libro 1. de Re ruſtica, cap Roſa et conciditur radicitus in uirgulas palmares.

Palmarius, adiect. Quod eſt unius uel mul arum palmarium Colu. lib. 9. Per ſpatia palmaria modicis ſorantur libro 10. Spicæ ulpici, uel alij inter palmaria ſpacia ponenda ſunt

Palmipedalis, le, om. t. Menſura unius pedis & palm ποδιαῖος. Col. lib. 3. cap. 9. Nam in cliuoſis, ubi ter rit poteſt malleus palmipedalis deponi.

Palo, as, n. ſ. Sepio, fulcio, & quaſi palmis munio, Columella libro 11. capite 2. Vtilitis paletur, & capit alligetur, & iuga uineis imponantur.

Palor, aris, d. p. Paſſim uagor, ſicuti faciũt qui lento gradu, diſperſiq; labruſcas querunt, ἀποσκιδάννυμαι, πεφιφέρ μαι. Liuius lib. 1 Raptim & ad hos Romana legio ducta, palantes in agris oppreſsit. Idem. lib. 5. ab Vrbe, Iam obſidionis tædio uicti abſcedunt, uagiq; per agros palantur, cibis, uinoq; raptim hauſto repleti. Hoc uerbum à Palam quidam deduci exiſtimãt. Alij à palis caſtorum, hoc eſt, ſudibus, modo huc modò illuc translatis.

Palatus, a, um, participium, Diſperſus. Liuius 3. ab Vrbe, In quos palatos prædam agentes Poſthumius

Palpebræ, f. p. pen. cor. Dicũtur pili extremitatem genarũ ambientes, βλέφαρα. Genæ autem, teſte Plin. lib. 11 cap. 37. dicuntur geminæ illæ pelliculæ quibus oculi tegũtur. Cilia autem dicuntur genarum extremitatem, quibus p l, quos modò Palprebas uocari diximus, adhærent. Dictæ autem putantur Palpebræ, à palpitando, id eſt, tremendo uel à palpãdo, id eſt, prætentãdo, Ob id anim natura palpebras homini dedit, ut uallum quoddam uiſus eſſent, et prominens munimentum contra occurſantia animalia, aut alia fortuitò incidentia. Cic. tamen palpebras aliquoties poſuiſſe uiderur pro ipſis genis, hoc eſt, folliculis oculũ operientibus ſic enim habet lib. 2. de Nat. deor. Munitæq; ſunt palpebræ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tanquàm uallo pilorum. Idem in Piſ. M. Regulus, quẽ Char taginenſes reſectis palbebris uigilando necauerunt.

Palpo, as, & Palpor deponẽs, pro leuiter, blandè, & quaſi tentando tango, ψηλαφάω. Vnde & pro adulari, frequenter accipitur, θωπεύειν. Plautus in Amph. Obſeruare quam blandè mulieri palpabitur. Huius compoſitum eſt Expalpo, quod eſt Elicio. Palpo interdum accuſatiuum regit, interdum datiuum, Horatius 2. Serm. Satyra 1. Cui malè ſi palpebræ, recalcitrat, id eſt, ſi adulteris uel blandiaris. Iuuenalis actiuè poſuit, quum ait, quem munere palpat Charus.

Palpator, pro adulatore, κόλαξ, θώψ. Plautus in Merc. Vt palpator nullus poteſt, quando occepit, blandior.

Palpatio, uerbale, Ipſe palpandi actus. Plautus in Menæch. Auferhinc palpationes.

Palpito, as, a. p. frequentatiũ, Leuiter ac frequenter moueor σκιρτάω, ἀσπαίρω, σπαίρω, Cicero 2. de Nat. deor. Animaduerſumque ſæpe eſt, quum cor animantis alicuius cuulſum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatẽ. Plin. lib. 18. cap. 8. Palpitat certè cor, & quaſi alternatim mouetur. Iuuenalis ſatyra 6. Vt ſemel atq; iterũ ſuper illam palpitet.

Palpitatio, f. t. uerbale, Propriè cordis eſt, & deinde partiũ ſingularum frequens & continuus motus. Plin. lib. 82. cap. 5. Imponat ſupra cordis palpitationem mulieri dormienti.

Palpo, onis, qui & Palpator, pro adulatore & blando homine. θώψ.

Palpum n. ſ. nonnulli pro blanditiis uſurparũt, θωπεία. Plaut. in pſeud. Mihi obtrudere non potes palpum, hoc eſt, blandiri, & ſpem inanem uerbis inijcere.

Paludamenta, n. ſ. Sunt inſignia ac ornamenta miliaria, propriè tamen Imperatorum, χλαῖναι, ἃ ἐναγώνιοι καὶ στρατηγικοὶ ἐσθῆτες. Vnde legimus, olim Romæ Imperatores, eorumq; lictores, Paludatos ad bellum ſolere proficiſci, præcinẽtibus tubis. Liuius, Cum paludatis lictoribus profectus ab urbe, Brunduſium uenit, Paludamentũ, inquit Budæus, chlamis eſt imperatoria, id eſt, eorum qui exercitus educebãt: quale illud eſt quod hodie Cottam armorum uocamus. Liuius lib. 1 ab Vrbe, paludamentum poſuit pro ueſte militari, etiam eius qui non eſſet Imperator. Continuoq;, inquit, ſuper humero fratris paludamento ſponſi quod ipſa conferat, ſoluit crines, & flebiliter nomine ſpõſum mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat unius Curiatiorum, quorum nemo, ut arbitror, Imperator Albanis fuit. Hinc paludatus, qui uel imperatoriam chlamydem, uel alia eiuſmodi ornamenta militaria geſtat. Cælius ad Ciceronẽ lib. 8. Quia uerẽtur ne illud S. C. fiat, ut paludati exeant. Id eſt, ueſte imperatoria inſigniti, ut apud publicos hoſtes proficiſcentes. Paludari in libris Augurialibus ſignificantur, ut ait Veranius, armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta, paludamenta dici, Feſtus ait. Dicta paludamenta, quod perſpiciantur illi qui illa habent, & fiunt palãm, ut inquit Varro. Inuenitur etiam paludamentum dici de ueſte muliebri. Plinius libro 33. cap. 5. Nos uidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo nauali prælij ſpectaculum, aſſidentem ei, indutam paludamento, auro textili, ſine alia materie.

Paludapium, n, ſ. ἐλεοσέλινον, Apij ſpeciis circa aquæ ductus & in paluſtribus naſcens. Nomẽ eſt à Theodoro ad imitationem Græcæ compoſitionis confictum. Græci enim hãc herbam ἐλεοσέλινον, appellant, quaſi paluſtre apium.

Paludatus, a, um, Vide Paludamentum.

Palumbes, bis, tam maſculini quam fœminini generis, Sylueſtris columba in arboribus ſepibusq; nidificans, φάττα. Vergil. 1. Ecloga, raucæ tua cura palũbes. Lucanus, Macrosq; palumbes. Dicitur & Palumbus, & Palumba. Horum duo ſunt genera. Vnum torquatũ, à torque quo inſignitur, quod Ariſtoteles φάτταν uocat. Martialis libro 13. Inguina torquati tardant, hebetantq; palumbi, Non edat hanc uolucrem, qui cupit eſſe ſalax. Propertius lib. 4. Sed cape torquatæ Venus ô regina palumbæ. Alterum genus quod Græci ἰυνάδα, Latinorum nonnulli Vinaginem dicunt, ab eſu labruſcę. Huius auis naturam uide apud Plinium lib. 10. cap. 35.

Palumbinus, adiectiuum, Quod ex palumbe eſt, φάσιν. ut, Palumbina caro, apud Plinium libro 30. cap. 12.

Palumbarius, m. ſ. A nõnullis appellatur accipitris quoddam genus, quod à Græcis φασσοφόνος, hoc eſt, palumbium occiſor appellatur, quòd hoc præſertim genere palumbibus maximum ſit periculum, quas in aperto uolantes rapit. Vtitur hac uoce Theodorus.

Palumbula, diminutiuum à palumba, φαττίον.

Palus, li, maſc. gen. ſecunde declin. Dicitur lignum acutum, quod ſolet in terram defigi ad fulcienda ædificiorum fundamenta, aut caſtra munienda, aut claudendos hortos, aut ſuſtinendas uites, aut ſimiles uſus, σκόλοψ, πάσσαλος. Plin. lib. 14. cap. 3. Nec orthampelos indiget arbore, aut palis, ipſa ſe ſuſtinens. In hac autẽ ſignificatione Palus producit priorem, quum Palus, paludis, eandem corripiat. Tibullus lib. 1. Eleg. Hic docuit teneram palis adiungere uitem.

Palus, ludis, fœm. gen. tertiæ declin. Dicitur aqua ſtagnans, quæ æſtate plerũq; ſiccatur, ἕλος. In hoc differt à Lacu, qui perpetuam habet aquam, neq; ullo æſtu exiccatur. Cæſar 2. bell. Gall. Quò propter paludes exercitui aditus non eſſet. Habet autem palus in hac declinatione priorem correptã, poſteriorẽ ferè ſemper producit. Vergilius 1. Ecloga, quamuis lapis omnia nudus Limoſoq; palus obducat paſcua iunco. Idem 4. Georgicon, Cocyti, tardaq; palus inamabilis unda. Horatius in arte poëtica licenter corripit, quum ait, Regis opus, ſterilisq; diu palus obruta remis.

Paludoſus, a, um, ἑλώδης, ut Humus paludoſa, apud Ouid. 15. Metamorph. Eque paludoſa ſiccit humus aret arenis.

Paluſtris, uſtre, om. t. Quod eſt ex palude, ἑλώδης, ut Iuuencus paluſtris, locus paluſtris, apud Cæſarem 7. bell. Gal. Aqua paluſtris, Colum. lib. 1. cap. 5. Vadum paluſtre, Claud. 2. de Rap. Proſerp.

Pambaſilia, παμβασιλεία. pen. prod. Dicitur quaſi regnum numeris omnibus dominationis conſummatum: cuiuſmodi ſunt reges noſtri omnia arbitrio ſuo ſtatuentes, qui omnia in poteſtate habent. Eſt igitur Pambaſilia (ut inquit Ariſtoteles) genus illud regni, quum unus omnium poteſtatem habet communium & publicarum rerum.

Pampíllum, n ſ. Genus delicati currus. Lampridius, Iunxit quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad pampillũ, uel ternas, & ſic uectatus eſt.

Pampinella parua, quæ em. Pimpinella.

Pampinus, m. ſ. penult. corr. Dicitur in uite tener, frondoſus q; coliculus, fructum fouens, & ab æſtus uindicans iniuria, κλῆμα. Colum. lib. 3. cap. 17. Omnis enim fœcundus pãpinus intra quintam aut ſextam gemmam fructu exuberat: reliqua parte quamuis longiſſima uel cæſtat, uel per exiguos oſtendit racemos. Verg. 1. Georg. Heu malè tũc mites defendit pampinus uuas. Accipitur aliquando Pampinus pro cirris ouorũ polypi piſcis. Plin. lib. 9. cap. 51. Polypi pariunt Vere oua tortili uibrata pampino. Hinc deducitur uerbũ Pampino, & uerbale Pampinatio.

Pampino, as, a. p. pan. corr. Pampinos decerpere, βλαστολογῶ, διυλλίζω uel (ut ait Varro de Re ruſt. lib. 1 cap. 30.) ex ſarmento coles qui nati ſunt, de his qui plurimum ualent, primũ ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus ſarmentũ nequeat miniſtrare ſuccum. Col. lib. 3. Quum comprehẽderint, identidem pampinent ne plura ſarmenta quã debent exreſcant.

Pampinatus, a, um, quod pampini ſimilitudinem imitatur, κληματαδής. Plin. lib. 16. cap. 42. Ramentorum urbis pãpinato ſemper orbe ſe uoluẽs ad incitatos runcinarũ raptus. Pampinatio, uerbale. Col. lib. 37. Siquidem uel magis, pampinatio quàm putationibus conſulit.

Pampinator, oris, m. t. Colum. lib. 4. cap. 27. Idq; faciet uarijs de cauſis pampinator induſtrius.

Pampinarium, rij, n. ſ. Palmes qui (ut inquit Plinius libro 17. cap. 22.) è duuo exit, materiamq; in proximũ annum promittit: ſiue congeries uirentium ramuſculorũ, ὄινανθον. Colum. lib. 3. cap. 105. Vitioſiſſima eſt eorum agricolarum opinio, qui minimum referre credunt quot uuas ſarmentum habuerit, dum ex uite fertili légatur, & non ex duro truncо euatum, quod pampinarium uocant.

Pampinarius, a, um, Quod eſt Pampini, κληματικός. Colum. lib. 4. cap. 24. Ne aut pãpinarius palmes internatus, aut uerrucæ ſimilis furũculus relinquatur, & lib. 3. cap. 10. Ne pampinariam uirgam deplantet.

Pampineus, a, um, Idem quod Pampinaceus. Verg. lib. 2. Georgic. Liber pampineas inuidit collibus umbras. Idẽ ibidem Tibi pampineo grauidus Autumno Floret ager. Ouid. 3. Metam. Pampineis agitat uelatam frondibus haſtam. Pampineus odor, pro ſapore uini. Propertius lib. 2. Pampineus nõſti quàm ſit amarus odor.

Pampinoſus, a, um, Quod pampinis abũdat, κληματώδης. Columella lib. 5. cap. 5. Et parum pampinoſa uitis eſt.

Pampina

Pampinaceus, a, um, adiectiuum. Columella libro 12. cap. 20. Amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripæ pampinaceæ libram.

Panaces, cis, pen corr. πάνακις, ος, & panax, acis, Herba cuius succus Opoponax uocatur, ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκέσμ, hoc est, à sanádis omnibus morbis. Plin. lib. 25. cap. 3. Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit. Columella libro 11. cap. 3. Panax utroq; tempore, leui & subacta terra, rariſſimè differitur.

Panacea, æ, πανάκεια, Idem ſignificans. Lucanus lib. 9. Et panacea potens, & Theſſala centaurea. Verg. 12. Aen. Ambroſios ſuccos, & odoriferam panaceam. Lucret. (inquit Seruius) Panaceæ nomine ubiq; ſalem intelligere: nam omnem pellit dolorem: ſed melius herbam, quia ait Odoriferam.

Panagios, πανάγιος, Latinè ſanctiſſimus, quaſi tot⁹ ſanctus.

Panagrum, πάναγρον, Retis genus quod omnia capit, à πᾶν & ἄγρα, captura uel præda.

Panaretus, πανάριτος, Dici poteſt omnium uirtutum continens. πᾶν enim totum ſignificat, ἀρετὴ Virtutem Martialis lib. 6. Arguto madidus pollice Panaretus.

Panaricium, audio interpretari morbum, qui Germanicè uocatur der Vuurm, oder das Vngenant, frequens in manuum digitis.

Panarium Vide Panis.

Panathenæa, πανάθηναια, Feſta erãt Athenis, à Theſeo inſtituta in honorem Mineruæ, Quæ à Latinis Quinquatria appellantur. Hiſce ludis gymnicum certamen per præconem & tubicinem inducebatur: à cuius ſpectatione mulieres arcebãtur. Pueri quoq; & puellæ ſeſe manibus complexi, Pyrrhicam in theatro ſaltabant. Erant autem duplicia, Maiora quinto quoq; anno celebrati ſolita, & Minora, quæ quottannis peragebantur. Hinc Panathenaicus, πανάθηναϊκὸς. laber. Iſocratis. De Panathenæis, uide Alexandrum Neapolitanum lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 19. & Cæl. lib. 6. cap. 49.

Panathenaicon, πανάθηναϊκὸν, Genus unguẽti, quod ut Plin. lib. 13. cap. 2. inquit, Athinæ perſeueranter obtinuere.

Pancarpiæ, πανκαρπίαι, Coronæ ex uariis & penè omnibus florum generibus factæ. Feſtus.

Pancarpos. Chamæleon niger. Dioſc. lib. 31. cap. 10.

Panchreſtos, uel Panchreſtum, πάγχρηστος, Medicamentũ nobile, quod Latini dici poteſt morbis omnibus conducibile, uel omnibus affectus utile. Plin. lib. 23. cap. 7. Fit ex pomo panchreſtos ſtomaticè, eadem arteriacè appellata. Idem lib. 29. cap. 10. de generibus hæmatitarum loquẽs, Principatum dat ex ijs Aethiopico, oculorum medicamentis utiliſſimo, & ijs quæ Panchreſta appellant. Cic. 6. Verr. Aduentu L. Metelli Prætoris quum omnes eius comites iſte ſibi ſuo panchreſto medicamento amicos redemiſſet, &c. Quo in loco Cicero pecuniam per iocum medicamentum pãchreſtum appellat, quòd ad uarios uſus ſit utilis, ipſi præſertim Verri, qui ſpem omnem ſalutis in pecunia habebat repoſitam: nullumq; tam graue per periculum arbitrabatur, cui pecunia mederi non poſſet.

Panchros, πάγχρως, Gemma quæ conflat ex omnibus colorihus. Plinius libro 27. cap. 10.

Pancratium, tii, n. s. παγκράτιον, Certamen gymnicum fuit teſte Hermolao in librum 33. Plinij cap. 8. quod Latinè dicimus Quinquertium, quoniam ex quinq; certandi generibus conſtabat, curſu ſcilicet, diſco ſaltu, luctа, & pugillatu. Hoc à Græcis, teſte Feſto, alio nomine dicitur Pentathlum eadem ratione quæ à Latinis Quinquertium. Hermolaus tamen loco iam citato diſtinguit Pentathlos à Pancratiaſtis, & hos rurſus ab ijs quos periodo uictores uocãt, ut Pancratiaſtem eſſe, plus ſit quàm Pentathlum eſſe: & rurſus Periodo uictorem, plus quàm Pancratiaſtem. Vult enim Pentathlum eſſe, qui quinque his certandi generibus congreditur, hoc eſt, qui & luctа, & ſaltu, & curſu & diſco, & pugillatu certat etiam ſi in omnibus hiſce, aut quibuſdam ſuccumbat. Pancratiaſten autem dici putat, qui quinque hiſce certandi generibus congreſſus, omnibus uicit. Periodo autem uictor, is dicitur (teſte Feſto) qui quatuor illa ſacra Græciæ certamina Iſthmiæ ſcilicet, Nemæa, Pythia, & Olympia obiuit, & in omnibus hiſce uicit. Pancratium itaq; & Pancratiaſtes, ſecundum hanc Hermolai opinionem, dicuntur ἀπὸ τοῦ παντῶν κρατεῖν. hoc eſt, à uincendo omnia: ut Pancratium ſit certamen illud quo quis quinq; iam dictis certandi generibus congreſſus, omnibus uincit: Pancratiaſtes uerò, qui ex quinq; hiſce certandi generibus euaſit uictor. Budęus uerò in prioribus Pandect. Annotationibus, uidetur Pancratij & Pancratiaſtæ uocabula deriuare, ἀπὸ τῶν παντῶν κρατῶν, hoc eſt, ab omnibus uiribus quas in hoc certaminis genere effundebant. Putatq; Pancratium fuiſſe certaminis genus, quod aduocatis omnibus corporis uiribus, omniumq; neruorum contentione transigebatur. Nam & calcibus, & cubitis non modò pugnis, Pancratiaſtæ utebantur. Quintil. lib. 2. Inſtit. Sicut ille exercendi corpora peritus, non ſi docendum Pancratiaſten ſuſceperit, pugno ferire uel calce tantùm, aut nexus modò certos aliquos docebit, ſed omnia quæ ſunt ipſius certaminis. Plin. lib. 35. cap. 11. Alcimachus Dioxippũ, qui Olympiæ Pancratio citra pulueris iactum (quod uocant ἀκονιτὶ) uicit.

Pancraticè, aduerbium, hoc eſt, robuſtè: unde Pancraticè ualere, eſt robuſtum eſſe, & firma corporis ualetudine, ut ſolent ij qui Pancratio exercentur. Plautus in Bacch. Benéne uſq; ualuit? Pancraticè atq; athleticè.

Pancratiaſtes, m. t. παγκρατιαστὴς, Certator, & uictor Pancratii. Gellius libro 3. capite 15. Diagoras filios tres habuit, unum pugilem, alterum Pancratiaſten, tertium Luctatorem. Vide Pancratium,

Pancratius. παγκρατιαστὴς, Apud Senecam lib. 5. de Benefic. legitur pro Pancratiaſte. Lacedemonij (inquit) uetant ſuos pancratios cęſtu decernere.

Pancraticè, aduerbium, Vide Pancratium.

Pancreon, uel Calicreon, caro glandulosa, quæ arteriit ſubſternitus. Galenus de ſectione uenarum.

Pandæſiam, Græci uocant adiiciale conuiuium, ac ganeatum dubium, & omnifariam obſonijs differtiſſimũ: Id nos inquit Cælius, doctus ſanè homo glifterũ dicere poſſumus, & ſaliare. Sunt tamen qui eo nomine intelligi malint id, qđ ubi ueſcerentur publicè, commeantes paſſim domo portionem quiſq; ſpirent, in medium tamen collaturi. Meminit Ariſtoph. ὥσπερ, inquit, μάζα, κῷ πανδαισία.

Pandectæ, arum, fœm. p. πανδέκται, Volumina ſunt (inquit Budęus) nihil non continẽtia, & ex quibus poſſis, quod uelis, uelut è Cornucopiæ depromere. Vnde Pandectæ legum, quæ omne ius complectuntur. à πᾶν omne, & δέχομαι capio. Gellius lib. 12. Tullius Tiro, Ciceronis libros de uarijs ac promiſcuis quæſtionibus compoſuit, quos Græco uocabulo Pandectas, id eſt, promiſcua, & multifaria continentes, libros inſcripſit, tanquàm omne rerum ac doctrinarũ genus continentes.

Pandicolor, aris, d. p. Extendor, ut faciunt qui è ſomno expergefacti ſunt, oſcitantes, σκορδιλισμῶμαι. Pandiculantur, inquit Feſtus, qui toto corpore oſcitantes extenduntur, eo q; pandi fiant. Plau. in Menęch. Ego me affimulgm inſanire, ut illos à me abſterream, ut pandiculans oſcitator.

Pandicularis dies, qui & Communicarius dicebatur, in quo communiter omnibus diis ſacrificabatur, πάνθεος. Feſtus.

Pandiculatio, onis, f. t. Oſcitatio, uel potius corporis inter oſcitandum extenſio, σκορδιλισμὸς. Author Feſtus.

Pando, is, paſſum, a. t. Significat patefacio, aperio, πετάζω, πετάννυμι, ἁπλόω. Verg. 2. Aen. Panduntur portæ, iuuat ire, & Dorica caſtra, Deſertoſq; uidere locos, littusq; relictũ. Plautus Bacch. Pandite, atq; aperite properè ianuam hanc, Vergil. 4. Georg. & alas Pandere ad æſtiuum Solem. Idem 7. Aeneid. Anchiſen facio certum, remq; ordine pando. Huius compoſita ſunt, Expando, ἐξαπλόω, extendo: à quo expaſſum, extentum. Cæcilius apud Gellium lib. 17. cap. 17. Flammeum expaſſum domi Diſpando, in diuerſas partes extendo: unde Diſpaſſus, idem quod diſtentus. Plautus tamen in Milite glorioſo (ut in capite iam citato annotauit Gellius) Diſpeſſis manibus dixit, pro Diſpaſſis, a in e cõmutato, Credo ęgo, (inquit) iſtoc exemplo, tibi eſſe eundum extra Portam diſpeſſis manibus, patibulum quum habebis. Oppando, circumextendo, ἀντιπετάννυμι. Propando, latine extendo, ultra pando, à quo repandum dicitur, quod retrorſum patet. Vide ſuo loco.

Pandens, participium. Verg. 6. Aen. Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam Obijcit: ille fame rabida tria gut ura pandens Corripit obiectam.

Paſſus, a, um, aliud participium, Apertus, extenſus. Vnde mulier Capillo paſſo dicitur, quaſi porrecto & ſparſo. Et paſſis manibus, & Velis paſſis, id eſt, diductis atq; diſtentis. Verùm de dictione Paſſus, uide plura ſuo loco.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pando, as, a. p. incuruo, κυρτόω, Vnde Pandari trabs dicitur, quasi incuruari, cederiq; ponderi: cuius contrarium palmę faciunt, quippe quę nō contra inferiora, sed in diuersum renitendo fornicantur. Plin. lib. 16. cap. 42. At populus contra omnia inferiora pādatur. Et paulò pòst, Facilè pādatur iuglans. Hinc à Vitruuio Arbores pandatæ dictæ sunt, quæ in ædificiis curuantur. Nonnunquam etiam legitur Pando ab solutè pro incuruari, uel curuū fieri. Quint. lib. 11. cap. ult. Pectus ac uenter ne proijciantur obseruandum: pandant enim posteriora: & est odiosa omnis supinatas.

Pandatio, onis, f. t. curuatiq;. Vitru. lib. 7. cap. 1. Cōtignationes pandationib. sidentes mouendo se faciunt uitia pauimētis.

Pandus, a, um, Idem quod apertus, latus, uel incuruus, πετανύμενος. Verg. lib. 1. Georg. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Martial. lib. 14. Hic tibi donatur panda ruber urceus ansa. Pandus asellus. Ouid. 1. Fast. Carinæ pandæ. Verg. 2. Georg. Delphines pandi. Ouid. 5. Trist.

Pandochium, chii, pen. prod. πανδοχεῖον, Hospitium, diuersorium, stabulum, caupona: unde caupo ipse Pandochęus, πανδοχεύς appellatur, per tres syllabas.

Pandocrator, uel pantocrator, toris, m. t. παντοκράτωρ, omnipotens uel omnia uincens.

Panegyris, f. t. πανήγυρις, Nundinæ uel conuēctus publicus: quales quinto quoq; anno Athenis celebrari solitas scribit Herodot. lib. 6. Cōponitur ex Græca dictione πᾶν, & ἀγείρω, q; significat cōuentio, quasi dicas Vniuersalem conuētum.

Panegyrici, Sunt sermones laudatiui qui in conuentus populi, & sacris celebritatibus habentur: quales sunt quibus Diui Imperatores laudantur. Et Panegyricon tertium dicendi genus, quod Latini Demonstratiuum genus dicunt.

Paneros, πανέρως, Gemma est, alio nomine Pansebastos appellata, quæ fœcunditatem creditur afferre. Author Plinius libro 37. capite 10.

Pango, is, pepigi, pinxiq;, pactum, a. t. significat Figo, planto, siue iungo, πήγνυμι. Plin. lib. 21. cap 3. Summaq; authoritas pactilis coronæ. Liuius pro figo posuit lib. 7. Lex uetusta est, priscis literis, uerbisq; scripta, ut qui Prętor maximus sit, Idibus Septembris clauum pangat. Fixus fuit lateri ædis Iouis optimi Maximi. Pro Planto φυτεργῶ. Colum. lib. 3. At quæ uetere sarmento panguntur, tardius conualescunt, sed tardius deficiunt. Idem lib. 11. cap. 2. Malleolisq; recātissimis curiosissimè pangenda. Cicero Tironi lib. ult. Epi. posuit pro Scribo, uel compono. An (inquit) pangis aliquid Sophocleum? fac opus apparcat. Gell. lib. 13. cap. 19. Si aut uersum (inquit) pangis, aut orationem solutam struis, atque ea uerba tibi dicenda sunt, non eas finitiones prærancidas, neque fœcuinas Grammaticas spectaueris: sed autem tuam interroga quo quid loco conueniat dicere. Pangere osculum, est osculari. Plaut. in Cure. Qui uult cubare, pangit saltem sauium. Pangere inducias, est facere inducias. Liuius 7. bel. Pun. Ne antea quidem se aut de pace audisse, aut inducias pepigisse dixit. Composita eius quædam seruant a, ut Circumpango, περιπήγνυμι, unde Circumpactus pro circumiunctus, Plin. lib. 17. Ramis terra circumpactis. Depango, καταπήγνυμι, pro defigo. Idem lib. 22. Quercus & olea tam pertinaci odio diffident, ut altera in alterius scrobe depactæ moriantur. Oppango uide suo loco Repango, à quo Repages, & Repagula: de quibus suis locis. Quædā mutant a in i: ut Appingo, Compingo, συμπήγνυμι. quod est coniungo. Impingo, unde impages. Inter ipsa tamen tàm in præterito, quàm in supino conuenit.

Pactilis, & hoc Pactile, Quod ex pluribus partibus compactum est, & coniunctum, σύμπηκτος, συμπαγής, συμπλεγμός, ut Corona pactilis. Plinius libro 21. cap. 3. Summaq; authoritas pactili coronæ.

Panica, n. s. πανικά, τά, Vocantur repentini quidam terrores, & consternationes, quales sunt lymphatici metus, usq; adeo irreuocabiles, ut ij correpti, nō ratione modò, sed mente etiam careant. Quicquid cum stupore contingit, qualis est pauor sine causa abortus, terriculamentumq; inane dicitur panicum. Cic. lib. 5. ad Att. Scis enim quadā πανικὰ dici. Pro eodem panicus terror dicitur, uel substantiuè panicus. Higinus de pane deo loquens in Capricorni signū trāslato, Hic enim dicitur, quum Iupiter Titanas oppugnaret primus obiecisse hostibus terrorem qui panicos dicitur. Fit autē à Pane deo, quoniam repentinorum terrorem, & consternationum causam deo Pani tribuūt. De panico terrore uide Politianum in Miscella, & Erasmum in Chil.

Panícula, uide Panus.

Pănicŭm, ci. n. s. Genus frugis, à paniculis suis dictum, πάνικον. Plinius lib 18. cap. 7 Panicum à paniculis dictum, cacumine languido nutante, &c. Cæsar. 2. belli Ciuili. Panico uetere, atq; hordeo corrupto omnes alabantur.

Pānis, huius panis. m. t. ἄρτος, A pascendo (inquit Nonius) proprietatem habet: siue ab eo quòd πᾶμ Græci omne dicunt, propterea quòd omnibus pulmentis adhibere possit, & ferè adhibeatur, quum nullo obsonium faciat insipidius. Cic. pro Cluen. Oppiniani cum ueneno esse necatum, quod ei datum sit in pane. Idem in Pisonem, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & uinum à propola. Terētius in Eunuch. Quo pacto ex iure hesterno panem atrum uorent. Panis uaria sunt genera: nam alii sunt ab obsoniis appellati: ut Ostrearii panes: alii à deliciis, ut Arrolagani: alii à festinatione, ut Speustici: alii à coquendi ratione, ut Furnacei, uel Artopitii, qui in clibanis sunt cocti. Sunt & alia panis genera, quæ uide apud Plin. libro 18. capite 11. Cibarius panis quis dicatur, explicuimus suprà suo loco: de Secundario pane suo quoq; loco dicturi.

Panifex, cis. m. t. Qui panem facit, qui & panificus dicitur. σιτοποιὸς, ἀρτοποιὸς. Vnde mulieres quæ panem faciūt, Panificæ uocantur.)

Panificium, cii, n. s. Ipsa panis confectio, & actus faciendi panē σιτοποιία. Celsus lib. 2. cap. 8. Scite igitur oportet omnia legumina, quæq; ex frumento panificia sunt, generis ualētissimi esse. Valētissimum uoco in quo plurimum alimenti est.

Panarium, narii, n. s. Locus ubi panis seruatur, panis repositorium, ἀρτοθήκη κάρδοπος, λύλακος. Sue. in Calig. Sparsit & missilia uariarum rerū, & panaria cum obsonio uiritim diuisit.

Panariolum, li, dimin. Mart. lib. 5. Cum panariolis trib. redisti.

Pannus, ni. m. s. per Duplex nn. Quo uestimur, ῥάκος. Ouidius in Ibin. Tincti ferrugine panni. Horat. 1. Carm. Ode 36. Te spes, & albo rara fides colit Velata panno. Pannum neutri generis, protulit Nęuus in Tabellaria, Qui habet uxorem, sine dote, pannum positum in purpura est. Ponitur aliquando pro linamento quod uulneri imponitur. Colum libr. 6. cap. 12. Pannis aceto, & sale, & oleo madentibus inculcatis.

Panniculus, li, m. s. diminutiuum à panno, ῥάκιον. Iuuen. Satyr. 6. quarum delicias & panniculus bombycinus urit. Panniculos item aliquando uocamus uiliores pannos, hoc est, attritos & laceros. Cels. lib. 7. Fascia eius rei causa fit, cui imo loco pila assuta est, ex panniculis facta, quæ ad repellendum intestinum ibi subiicitur.

Pannicularia, n. t. Vlpiano teste, Dicuntur ea quę in custodiā receptus secum attulit, ut uestem quia induitus fuerat, quā ad supplicium ducitur, aut numos quos uictus sui causa habuerit in promptu, aut leues anulos, hoc est, qui rem non excedunt aureorum quinq;. Vide Vlpianum in l. Diuus, de Bon. damn.

Panneus, a, um, Quod ex panno est, ῥάκινος, ut Vestis pannea quæ ex lana est.

Pannosus, Qui sordida uestę, & crasso panno, uilique opertus est ῥακώδης. Iustin lib 2. Permutato regis habitu, pannosus, sarmenta collo gerens, castra hostium ingreditur. Cicero ad Atticum libro quarto, Clodii uestibulum uacuum sanè mihi nuntiabatur paucis pannosis, sine laterna. Iuuen. Sat. 10. pannosus uacuis ædilis ulubris.

Pannuceus, a, um, Idem quod Pannosus, ῥακώδης. Persius Satyr. 4. Dum ne deterius sapiat pannucea Baucis.

Pannuleium, à panno uoluendo filo, Sudariolum significat, ut est apud Varronem lib. 4. de Lingua Latina, ῥάκιον, καψίδριον. Hoc etiam Pannicellum dicere possumus.

Panoplía, æ, πανοπλία, Perfecta armatura, hoc est, quicquid ad armandum militem est necessarium.

Pansæ, Dicti sunt quibus liti ac pansi sunt pedes: sicut Planci, quibus plani sunt, πλατύποδες. Plin. lib. 11. cap. 45.

Pansebastos, πανσέβαστος, Gemma quæ afferre fœcunditatem existimatur, ita dicta quasi prorsus angusta & uenerāda. Alios paneros dicitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Panselenus, πανσέληνος, penult. prod. Plenilunium, quum scilicet Luna pleno orbe fulgens, totam lucet noctem, nam σελήνη Luna dicitur: unde & Proselinus, προσέληνος, ante Lunam natus: quo cognomine dicti sunt Arcades, qui se ante Lunam natos fuisse gloriabantur.

Panther, eris, m. t πάνθηρ, Animal est ferum, cuius mas dicitur pardus. Latini formato fœminin. ab accusat. singulari, uocant

uocant pantheram ſicut ab accuſatiuo nominis crater, facimus nomen primæ declinationis cratera, æ, uide dictionem ſubſequentem.

Panthera, &, f.p. πάρθαλις παν θὴρ. pen. prod. Animal prorſus ferum & maculoſum, quod & pardalis dicitur: mas eius appellatur pardus. Dictio compoſita à πᾶν, quod ſignificat totum, & θὴρ fera Abundat in Hyrcania media. Horat. in Epiſt. Diuerſum confuſa genus panthera camelo.

Pantherinus, adiectiuum, Quod ad pantheram pertinet: ut, Pantherina pellis, apud Plin. lib. 15. ca. 11. Pantherinæ menſæ, quæ in torto diſcurſu maculatæ ſunt, Plinius lib. 13. cap. 15. Menſis præcipua dos in uena criſpis, uel in uertice uariis: illud oblõgo euenit diſcurſu, ideò tigrinæ appellantur: hoc, intorto, & ideò tales pantherinæ uocantur.

Pantheron, pen. pro πάνθηρον, Siue Pantherum, ri, Retis genus eſt, ex eo nomen habens quod aues omnes includat, eadem ferè ratione qua panagron, quod rete piſcatorium eſt, θήρα uenatum ſignificat, & aucupium: unde Pantheron dictum, & ὀρνιθοθήρας auceps. Eſt aũt huiuſmodi rete, quod noſtri Saltabundum appellant, quod quum humi exporrectũ eſt, & in oblongam tenuitatem contractum, tegitur quiſquiliis, ne ab auibus prouideri poſſit. Deinde quum opus eſt, ad ductο magna ui ſune, repẽtè expanditur, ineſcatasq; aliquot diebus auiculas uno ictu uniuerſas contegit. Hoc reti Galli ad paſſeres & ſturnos utuntur, & otidas, quas ſtardas uocant quaſi tardos anſeres. Vlp. de Act. empt. & uend. l. Emptorem, Veluti quum iactum retis à piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis à uenatore, uel panthera ab aucupe. Nam etiam ſi nihil capit, nihilominus emptor pretium præſtare habebit. Quo in loco, teſte Budæo, panthera accuſatiuus eſt pluralis, à nominatiuo pantheron: accipiturq; per metonymiam pro captura ipſa, ſeu præda, quam auceps panthero ceperit.

Pantices, m. t. Fluxus uentris (inquit Feſtus) à pandendo, quod uentrem pandant. Sunt qui pantices interpretentur nimiam uentris pinguedinem, quam Galli appellant La pance. Plautus in Pſeud. Eò uos ueſtros pantices adeò madefacitis, quum ego ſiem hic ſiccus.

Pantocrator, uide Pandocrator.

Pantolabus, πανταλάβος, Notiſſimi ſcurræ nomen apud Horatium in Satyris.

Pantomimus, m. ſ. pen. prod. πάντόμιμος, Perſonarum omnium imitator, qui in ſcenis perſonas per ſingulorum actuũ ſimulationes oſtendebat, ἀπὸ τοῦ πάντα μιμεῖσθαι. Plinius lib. 7. capite 53. Mythicum pantomimum, hoc eſt, fabularẽ, quendam uocauit. Pantomimorum duo ſunt genera, Scenici, & Mythici. Ponitur quandoque pro ipſo poëmate. Plinius in Paneg. Idem ergo populus ille ſcenici imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in pantomimis quoque aduerſatur, & dãnat effœminatas artes.

Panurgia, f. p. πανουργία, Aſtutia, fraus. Plautus. Iſtæc panurgia tete in piſtrinum dabit.

Panurgus, m. ſ. πανοῦργος, Omnium rerum experientiam habens, ἀπὸ τῶν παντῶν ἔργων. Ponitur Atticis ſcriptoribus pro callido, aſtuto, uafro, uerſipelli, uerſuto, ueteratore.

Panus, pani, & aliquando apud Celſ. Panis, nis, Tramæ innoxa lucrum, teſte Nonio, quo panni texuntur: à quo panula, & panicula, ait Feſtus, per diminutionem. Lucil. lib. 9. Foris ſub regminis panus. Ab huius ſimilitudine etiam innatus tumor ſub faucibus auribuſue, & inguinibus, panus eppellatur, φύμα. Plinius libro 20. capite 1. Et laterum parotidas & panos ſanat. Panos Galenus in plures ſpecies diuiſit. Panus (inquit Hermolaus) ſiue ut quandoq; ſcriptum eſt in Celſo, panis, à figuræ ſimilitudine dictus eſt, tumore non alto, ſed lato, in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt, fitq; in uertice, alis, inguine, cum dolore ac diſtentione uehementi. Huius diminutiuum eſt Pantellus, φυμάτιον.

Panicula, f. p. diminutiuum à panus, ἀνθέλιξ, ſignificat comã illam in milio, panico, arundine, & in omnibus ferè arboribus picei generis, in qua ſemen dependet, quàm Plin. lib. 16. cap. 10. uocat panos & paniculas, & aliquando nucamenta callo ſquammatim compactili, quæ κυτίδια Græci appellãt Quicquid igitur ſublonga, uel ſubrotundà forma tumet, paniculà ferè dici poteſt. Plinius lib. 21. cap. 4. Græcula roſa conuoluitas habet foliorum paniculas.

Panicula uocatur, quicquid ſublonga uel ſubrotunda forma tumet. Celſus in curatione ramicis, Faſcia, inquit, ei⁹ rei cauſſa fit, cui' imo loco pala eſt aſſuta, ex paniculis facta, quæ ad repellendũ inteſtinũ quod deſcendit, illiipti ſubiicitur.

Papæ, βαβαὶ παπαὶ, Admirantis interiectio eſt. Donatus, Papæ interiectio eſt mira ſubitò accipientis: habet enim in ſe affectum uerbi miror: ut Papæ, quid uideo? Terentius in Eunuc. Papæ, hæc ſuperat ipſum Thaidem.

Papaũer, eris, n. t. Gen⁹ herbæ ſomniferæ, μήκων unde à Vergilio 4. Aeneidos, Soporiferum papauer appellatur. Diuerſæ papaueris ſunt ſpecies: præcipuum tamen eſt album ſatiuum quod ſemen habet: quod toſtum, in ſecunda mẽſa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lina & lanæ contrahunt. Plinius libro 18. capite 21. Dioſcorides libro 4. capite 67.

Papaueris lachrymas appellant. Celſus & Galenus, quod nos hodie opium.

Papauerata toga. A colore candido dicta eſt, μηκωνοειδὴς χιτών. Eadem ſpiſſa toga dicebatur. Plin. lib. 8. cap. 48. Crebræ papauerat æ antiquiorem habent originem.

Papillo, onis, m. t. ψύλλα. Inter uermiculos alatos numeratur quo nullum animal imbecillus eſt. Colum. libr. 9. cap. 14. de apibus, Vermiculi quoque, qui tineæ uocantur, item papiliones enecandi ſunt. Nam ut idem teſtatur) ex papilionum ſtercore naſcuntur tineæ. Item Papilio, παπιλιὼν dicitur tentorium, σκηνὴ. Plinius libro 5. cap. tertio, Numidæ uerò Nomades à permutandis papilionibus, mapalia ſua, hoc eſt, domus, plauſtris circunferentes. Caſtigatiora exemplaria habent, A permutandis pabulis.

Papilla, æ, f. p. Parua pabula, id eſt, tuberculum, θηλὴ μαζός. Serenus, Excrutiant turpes anum ſi fortè papillæ. Sed hoc rarius: ſæpius enim ſignificat mammæ capitulum, unde lac ſugitur (Græcè θηλὴ, lege Thele) quamuis etiam pro ipſa mamma ponatur. Vergilius libro 11. Haſta ſub exertam donec perlata papillam Hæſit. Dicitur tàm de uiris quàm de mulieribus & aliis animalibus. Dictæ papillæ, quaſi paruæ pabulæ, quod papularum ſint ſimiles. Papillæ etiam in fontibus clauicularum illæ dicuntur quæ aquas fundunt: quibus exertis aqua effluit, fiſtulis uerò immiſſis, aquæ curſus prohibetur. Varro libro tertio, de Re ruſtica, capite decimoquarto, Qui fit, ſi adduxeris fiſtulam, & in eam papillas impoſueris tenues, quæ eructent aquam, &c.

Papillatus, Papilla ornatus, ſeu in papillæ ſpeciem factus, θυλοειδὴς. Expapillatus, aduſq; papillam nudatus, ὑπομασομένου. Plaut. in Milite. Idem & cum nexu in humero læuo expapillato brachio. Vide ſuo loco.

Pappa, πάππα, per duplex pp, Prima infantulorum uox qua patrem compellant.

Pappare, παππάζειν, Eſt minutis & blandiuſculis uerbis patrẽ appellare. Iuuen. Saty. 3. Et ſimilis regum pueris pappare minutum Poſcis, & iratus mammæ, lallaræ recuſas. Aliquando eſt cibum ſumere. Plaut. in Epid. Nouo liberto opus eſt quod pappet. P. Dabitur, præbebo cibum.

Pappas, πάππας, Accipitur pro patre, ſiue pro eo qui puerũ alit. Iuuen. ſat. 6. timidus præguſtet pocula pappas. Eſt autem nomen uenerationis à Syracuſis tractum: quo etiam nomine Scytharum nonnulli ſouem appellant, teſte Herodoto.

Pappus, pappi, m. ſ. πάππος, Auus Auſon ad nepotem ſuum, pappos, auiasq; trementes Anteferunt patribus, ſeri noua cura nepotes.

Pappi, m. ſ. Dicuntur carduorum flores, & lanuginoſa quædam ſubſtantia in aërem ſe effundens, ut ueluti flocci quidam uolare uideantur. Luc. lib. 3. Veſtem nec plumas auiũ, pappoſq; uolantes. Plinius libr. 21. ca. 16. pappum uocari ait lanuginem helxenes herbæ. Et lib. 25. cap. 13. dicit eſſe herbam quæ alias ſenecio dicitur, quod in pappos abeat, & lanuginem carduorũ floribus ſimilem habeat.

Pappous, πάππωος, Id eſt, auitus.

Papula, æ, f. p. Puſtula, tuberculum quod ieiuniæ ſaliuæ defricatione curatur, ψάνθημα, Papulis curis exaſperatur, & rubet, leuiterq; roditur. Verg. lib. 3. Georg. Ardentes pabulæ, atq; immundus olentia ſudor Membra ſequebatur. Duo autem ſunt genera papularum, quę uide apud Celſ. lib. 5. ca. ult. Huius diminutiuum eſt Papilla.

Papyrus, f. f. πάπυρος, ὁ, Arbuſcula eſt, præcipuè in Aegypti paluſtribus naſcens, habens radicẽ obliquam, triangulis lateribus decem non amplius cubitorum longitudine, in graciliratem faſtigiata, thyrſi modo cacumen includens. Ex hoc frutice præparabantur chartæ acu diuiſæ in prætenues & latiſſimas phylluras, quæ eo meliores erant quò mediæ papy-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ro propinquiores, quæ ab huius fruticis appellatione etiam papyri nomen acceperunt. Diuersa huiusmodi chartarũ genera uide apud Plinium libro 13. capite undecimo, ubi primum chartarum usum Alexandri Magni temporibus in Aegypto putat fuisse inuẽtum: quamuis alii etiam Numæ regis temporibus chartarum usum fuisse contendant. Ab huius quoque fruticis nomine etiam hodie chartas nostras quæ ex contritis linteis fiunt, papyrum appellamus, eo quod eundẽ nobis præstent usum quem olim Aegyptiis præstabat papyrus. Dicimus etiam in neutro genere. Plinius ibidem, Papyrum ergo nascitur in paludibus Aegypti. A Papyro cognomen Papyrii, *παπύριος* deductum est, à quo Papyriã trib.

Papyraceus, a, um, *παπυρινὸς*, Quod est materiatum ex papyro, Plin. lib. 28. cap. 11. Opprime ellychnio papyriaceo.

Papyrifer, ra, rum, *παπυροφόρος*, ut Amnis papyrifer Nilus, Ouidius 15. Metam. Perque papyriferi septemfluaa flumina Nili Victrices egisse rates.

Par, paris, *ἴσος*. Cum suis cõpositis, Compar, Dispar, Impar, Sæpar, sunt generis omnis, faciuntq; ablatiuum in e, uel in i. Et licet par apud Poëtas producatur, in obliquis tamen prima corripitur, & tàm datiuo, quàm genitiuo iũgi potest. Ouid. lib. 3. Metam. Sunt quoq; par aliis ætas, in ouilibus agnæ. Lucanus, Quem metuis, par huius erit. Significat autem Par quando adiectiuum est, idem quod parilis, æqualis, æquus. Cicero 3. de Orat. Iambus par chorei, sed spatio par, non syllabis Idem Clar. Orat. Si par in nobis atq; in illa scientia fuisset. Idem in Lælio, In amicitia superior par est inferiori. Interdũ Pares pro duobus accipiuntur: ut Paribus equis utebantur Romani in prælio, ut sudante altero, transilirent in siccum. Interdum accipitur pro decenti, æquo, conuenienti, quod inter omnes æquabile est, *ἀκὸς*, Quint. lib. 5. cap. 11. Si propter matrimonia uiolata urbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? Parem esse, significat sufficere alicui rei, siue resistendo, siue exequendo, *ἰσοπαρέχειν*. Cicero ad Attic. libr. 12. Sed adhuc pares non sumus. Quint. Declam. 15. Aspicio par laboribus corpus. Paria facere, est quod omissum est, uel quod aliunde acceptum est, alibi uel aliunde compensare, *τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι, μετρεῖν τῷ ἴσῳ*, Quint. Declam. 6. Paria faciemus, tu illic eris uicarius meus, ego hic tuus. Plin. in Paneg. Parẽs tibi imperiũ dedit, tu illi reddidisti: solus ergo adhuc es qui præmunere tanto paria accipiendo fecisti. Par pari referre, est tale aliquid reddere quale accepimus, Terent. in Eun. Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà: deniq; Par pari referto, quod eam mordeat. A par, Plautus in Curcul. formauit suo more superlatiuum parissimum, Eodem (inquit) hercle uos pono & paro, parissimi estis uiribus. Par, impar, genus ludi, *ἄρτιον, ἢ περιττὸν*. Sueton. de Aug. Scripsit ad filiam, Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quot singulis cõuiuiis dederam, si uellent inter se post cœnam uel talis, uel par impar ludere, *ἀρπάζειν*. Horat. 1. Serm. satyr. 3. Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Par paris, subst antiuum, Numerus inter se duorum æqualium *δυὰς ξυγός*. Cic de Amic. Ex omnibus seculis uix tria nume rantur, aut quatuor amicorum paria. Idem de Opt. gener. di cendi. Gladiatorum par nobilissimum. Idem Verr. 3. Scyphorum paria complura.

Pă̆rā, *παρὰ*, præpositio Græca, significat ad, apud, penes, absq; dis, re, præter tàm in præpositione, quàm in compositione.

Para auis, & Parus parula. Fest. & Paronem autem nominat.

Parabasis, f. t. *παράβασις*, In Comœdiis dicebatur quum chorus ad populum conuersus, aliquid extra argumentum fabulæ loquebatur. Latinè præuaricationem, siue transgressionẽ interpretari possumus, *ἀπὸ τὸ παραβαίνειν*, quod est transgredi siue præuaricari. Vnde & Parabatæ, quos Latinè præuaricatores nominamus.

Parabia, æ, *παραβία*, Genus potionis ex milio & conyza. Gel. Ant. lect. lib. 4. cap. 26.

Parabilis, uide Paro.

Pă̆răbŏlă, læ, f. p. *παραβολὴ*, Similitudo, *ἀπὸ τὸ παραβάλλειν*, quod significat comparare: quasi rerum dissimilium comparatio. Vnde Quintilianus, Parabole (quam Cicero Collationem uocat) longius res quæ comparantur repetere solet ut, Tàm fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quam utique apud Vticam Cato.

Pă̆răbŏlāni, m. s. ut interpretatur Alciatus, Latinè dici possunt gleba ascriptitii, quibus scilicet in omni uita ab agricultura reddere non licebat: à Græca præpositione *παρὰ* & *βῶλος*, quasi iuxta glebam. Per translationem etiam Parabolani dicuntur tenuis conditionis homines, famulitio xenodochiorum, uel ecclesiarum ita deputati, ut integrum ipsis non sit inde recedere. Horum meminit Iustinianus. C. de Epis. & cler. l. Parabolani. Vide plura de hoc apud Cælium lib. 19. cap. 11.

Paracẽtesis, f. t. *παρακέντησις*. Dicitur durior uulnerũ curatio, quum scilicet nullus iungitur, hamus q; uel acus infigitur: ita dicta à pungendo, quòd hoc curationis genus plurimum afferat doloris.

Paracercides, ossicula sic dicta, quia propè est Cercis, id est radius.

Paraclamys, uestimenti genus, non modo militare, ut apud Plautum in Persa, sed etiã puerile. Vlpianus in l. uestis. de Aur. & arg. leg. Alciat. de uest. alob. in l. i. lib. 11.

Paracletus, ti. m. s pen. prod. *παράκλητος*, à uerbo Græco *παρακαλέω*, quod rogo, & hortor significat: item pro alio precator interuenio, ut aduocatus, & patronus. Apud recentiores uerè Græcos etiam pro consolatore inuenitur. Hinc Paracletus, id est, aduocatus, consolator, patronus fautor, adhortator, deprecator. Itaque pollicetur Dominus discipulis suis missurum se paracletum Spiritum qui eos omnia sit eductus, siue illum adhortatorem, siue deprecatorem, hoc est, ad uocatum, siue consolatorem uelimus intelligere.

Paraclytus, *παράκλυτος*, per y, Infamem aut malè audientẽ significat. Nam *παρὰ* in huiusmodi compositione, præter, uel diminutionem denotat, *κλυτὸς* uerò indytum, celebrẽ, gloriosum.

Paracnemium, sic uocatur alterum os cruris, quod ab exteriori parte suprà positum est, constat enim ex duobus. Iumentis uocatur Parastatæ, Vegetio authore. Græcè *παραλυαμίον*. Lege Parastrata.

Paracope, es, pen. cor. *παρακοπὴ*, Idem quòd delirium, uel mentis alienatio, *ἀπὸ τοῦ παραχόπλαι*, quod est delirare.

Paradiastole, es, f. t. *παραδιαστολὴ*. Figura est quam Latini Discriminationem appellant, quum duę pluresue quæ prima facie uidentur eædem, separantur, adductis in medium iis quibus à se mutuò distant. Vide Rutilium Lupum, & Rufinianum.

Paradigma, n. t. *παράδειγμα*, Exemplum facti uel dicti alicuius: quale est illud apud Vergilium 1. Aeneid. Antenor potuit mediis elapsus Achiuis Illyricos penetrare sinus. Fit autem tribus modis, à pari, à maiori ad minus, à minori ad maius. Dictum est autẽ Paradigma. à uerbo Græco *παραδείκνυμι* quod est ostendo, & manifestum facio. Exempla enim à notioribus sumpta, & suo loco adhibita, plurimum rei alicui lucis addũt & perspicuitatis. Vide de hac figura plura apud Rut. Lup. & Rufin.

Paradilea, poma, *παραδείσια μῆλα*, Dicuntur à satu, quòd ferè in omnibus pomariis inserantur, odore, saporeq; insignia.

Paradisus, si, *παράδεισος ὁ*. Pomarium, id est, hortus consitus, generis tàm masculini quàm fœminini. Est & locus ferarum septus, siue uiuarium, aut uiridarium. Vox deflexa est, ut quidam uolunt, ab Hebræo Pardes quod hortum domesticum significat siue pomarium. Est & nomen oppidi, in Syria cæle ad Libani orientale latus situm, ut est uidere apud Plinium libr. 1. cap. 23. Est item Paradisus Ciliciæ fluuius, apud eundem lib. 1. cap. 27. In sacris literis Paradisus peculiariter accipitur pro amœnissimo hortu in Oriẽte, à primis nostri generis autoribus habitato de cuius situ uariæ sunt opiniones, quas recensęt Eugubinus, peculiari de hac re edito tractatu. Diuus Augustinus ad Orosium de Paradiso sic sentit, Paradisus (inquit) in Oriente situs est, interiecto Oceano, & à nostro orbe longe remotus, in altissimo loco constitutus, pertingens usq; ad Lunarum circulũ. Vnde illuc aqua diluuii minimè peruenisse dicitur. Hic locus à primi hominis reatu intercluśus est, nec ulli animantium datur in eum aditus.

Paradoxa, oxum, n. s. *παράδοξα*, A Græcis uocantur admirabilia, siue in audita, & quæ sunt præter opinionum omniũ. Hinc Paradoxa Stoicorum, de quibus extat Ciceronis libellus. Paradoxon item schema est *διανοίας*, quod primum sensum suspendit, ac deinde subiicit aliquid contra expectationem auditoris. Vnde etiam à Latinorum quibusdam inopinatum uocatur. Vide Rufinum in tractatu de Figuris.

Paradromis, idis. f. t. *παράδρομις*, Ambulatio sub dio siue xystus. Vitruuius lib. 6. capit. 6. Xistos Græca appellatione est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tem

pora

tempora exercentur: noſtri autem hypethras ambulationes xyſtos appellant, quas Græci παραδρομίδας dicunt.

Paræneſis, f. t. pen cor. παραίνεσις, Præceptio, admonitio, ſiue adhortatio, & propriè ea quæ contractionem non recipit teſte Ammonio, propterea quod fiat iis de rebus quæ in cõtrouerſiam non cadunt, ſed apud omnes in confeſſo ſunt.

Parenæticus, a, um, παραινετικὸς. Idem quod præceptiuus, ſiue admonitiuus, à uerbo Græco παραινέω, quod ſignificat præcipio, & admoneo, Vnde Oratio parenætica dicitur quæ ad uirtutem capeſſendam auditoris, lectoriſúe animũ extimulat.

Paretonium, coloris genus Vide in Propriis.

Paragaudes, uel Paragauda, teſte Alciato, Genus ueſtimenti uirilis, ut plurimũ linei, quod ſub alia ueſte gerebatur, uinctum nunc unico nexu, nunc pluribus loris. Vopiſcus in Aureliano, Paragaudas ueſtes ipſe primus militibus dedit, quũ antea non niſi rectas purpureas accepiſſent: & quidam aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & uſq; ad pẽtelores, quales hodie lineæ ſunt.

Paragoge, f. t. παραγωγὴ, Figura qua litera uel ſyllaba fini iungitur: ut Dicier, pro dici. Latinè à nonnullis appellatur adductio.

Paragogía, ipſarum aquarum pori & meatus, dicta ἀπὸ τοῦ παράγειν, quod deducere eſt. Hinc παραγωγὴ, dicta Aelio Donato, & cæteris. Nam & ἀγωγὸς aquæductus eſt, Alciat. in l. decernimus C. Aquæduct. lib. 11.

Paragraphe, παραγραφὴ, Latinè præſcriptio, exceptio, effigium litis, compoſitio. Eſt & tropus apud Poëtas, quum præcedenti completo, ad alia fit tranſitus: ut apud Verg. 2. Geor. Hactenus aruorum, cultus & ſydera cœli, Nunc te Bacche ea nam. Annotationes item, ſiue ſcholia ſuccincta, ad marginem adſcripta, paragraphe appellantur, ἀπὸ τῆ παραγράφειν quod inter cætera ſignificat ad marginem annotare. Hinc etiam Iuriſconſultorum interpunctiones quibus legum capita in plura ſegmenta diuidunt, paragraphæ ſiue etiam paragraphi dicuntur.

Paragraphus, παραγραφὸς, Dicitur linea in longum protenſa: uox eſt protrita Iuriſconſultis. Pro eodem etiam dicitur paragraphe.

Paralía, maritima pix, flauctior, & craſſior, quãdiu reſina eſt uidelicet quandiu cruda, ſed decoctio ex ea prius abſumit.

Paralleli, m. f. pen prod. παράλληλοι, Dicuntur ſegmenta ſphæræ ab Ortu in Occaſum ducta, alterum ex Polis habẽtia pro centro omniũ ex parte à ſe inuicem æqualiter diſtantia. Plinius libro 6. cap. 33. Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi, quæ noſtri Circulos appellauere, Græci parallelos. Ratio nominis hæc eſt, quod παράλληλοι apud Græcos, inuicem comparatus, uel æqualiter diſtans. Vnde paralleli, circuli dicuntur æqualiter diſtantes: & lineæ parallelæ, quæ æqualibus ſpatiis ab inuicem dirimuntur.

Paralípomenon, παραλειπόμενον, Derelictum, prætermiſſio, à uerbo παραλείπω, quod eſt prætermitto. Hinc Q. Calaber pœta Græcus opus ſuum quo ea exequitur quę ab Hom. ſunt prætermiſſa, Ὁ μύρω παραλειπόμενα inſcripſit. In ſacris quoque libris eadem ratione Libri παραλειπόμενον dicuntur quibus ea ſupplentur quam in libris Regum aut prætermiſſa erant, aut leuiter deguſtata.

Paralíum, papauer corniculatum, apud Dioſcoridem libro quarto, capite 69.

Paralius, πάραλος. Tertia ſpecies eſt tithymali, ita dicta quòd loca maritima amet. Eadem & tithymalis dicitur. Plinius libro 26. capite 8. Tertium genus tithymali paralius uocatur, ſiue tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, ſemine albo.

Paralogiſmus, παραλογισμὸς, Deceptio per falſas ratiocinationes, concluſio fallax, & captioſa argumentatio. A uerbo Græco παραλογίζω, quod inter cætera ſignificat, captioſo genere argumentationis utor.

Paralyſis, f. t. παράλυσις, Reſolutio neruorũ, quæ alio nomine à Græcis dicitur hemiplexia, hoc eſt, ſemiapoplexia, quũ in alteram tantum corporis partem malum id incubuit. Nã quum totũ afficitur, apoplexia nominatur, Gignitur ab humore frigido & craſſo, neruos plus æquo humectante, & laxãte, ſenſumq; pariter & motum alteri ferè lateri eripiente.

Paralyticus, qui hoc morbi genere laborat. Plin. lib. 20. c. 9. Ideò paralyticis & tremulis dare iubet. Tertul. in Apol. de Chriſto Quum ille uerbo dæmonia excuteret, leproſos mundaret, paralyticos reſtringeret, mortuos denique uerbo redderet uitæ. Reſtringere paralyticos propriè dixit pro ſanare, quũ paralyſis nihil aliud ſit, quã neruorũ diſſolutio, quæ aliter ſanari nõ poteſt, niſi nerui illi diſſoluti, & iuſto laxiores reſtringantur.

Parametía, fœmora inter coxos dicta Nam quod coxos interiacet Meſenterium eſt.

Parancephalis, medulla proxima cerebro.

Paranites, παρανίτης, Gemma eſt ex amethyſtorum genere quæ in Arabiæ confermino inuenitur, alio nomine ſapinos dicta. Autor Plin. lib. 37. cap. 9.

Paranymphus, phi, m. f. παράνυμφος, ab Hieronymo dicitur pronubus, ab antiquis auſpex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auſpicium capere ſolebant. Qui præerat huic rei pro parte uiri, à Græcis παράνυμφος, à noſtris auſpex dicebatur. Et ut auſpex pro parte uiri, ſic & pronuba pro parte mulieris adhibebatur. Itaque quum apud Chriſtianos, auſpicia minimè captentur, adhibentur ſacerdotes qui & pronubi à nobis dicuntur, Aug. libro 14. de Ciuit. Nonne omnes famulos atque ipſos etiam paranymphos, & quoſcunque ingredi quælibet neceſſitudo permiſerat, antè mittit foras quàm uel blandiri coniunx coniugi incipiat?

Parapechion, os minus brachii, nos Radium appellamus.

Parapetaſma, Vide Peripetaſma.

Paraphernа, n. f. παραφέρνα, dicuntur ea quæ præter dotem ſponſis dantur, ἀπὸ præter, & φέρνη dos. Hæc & paraphernalia dicuntur. Vlpianus de Iure Dot. l. Si ego, Cęterum ſi res dentur in ea quæ Græci παράφερνα dicunt, quæq; Galli Peculium uocant, uideamus an ſtatim fiant mariti.

Paraphraſis, ſis, f. t. pen cor. παράφρασις, Eſt eiuſdem ſententiæ per alium ſermonem explicatio, & liberior interpretatio quædam mutantes, aut etiam addentes, copioſius ac dilucidius explicamus quod ab aliis dictum eſt: cuiuſmodi eſt Themiſtii in Ariſtotelẽ. Ea finitur à Græcis hoc modo, ut ſit quæ narrationi proportione reſpondeat. De hac Quintilianus libro decimo, capite quinto, Neque ego paraphraſin eſſe interpretationem tantùm uolo, ſed circa eoldem ſenſus certamẽ atque æmulationem.

Paraphraſtes, m. t. παραφράστης, Dicitur interpres latius explicãs qui non uerbum è uerbo, ſed ſenſum è ſenſu tranſfert.

Paraphroſyne, uocatur Pſyronitidis illa ſpecies, ubi percõ ſenſum mentis alienatio accidit, alio nomine Delirium.

Parapleſtici, dicuntur quibus in dextra, uel ſiniſtra parte ſolutiones fiunt.

Pararius, n. f. Qui ſtimulationibus, contractibus, nominibusq; faciendis interuenit: quem & Græco uocabulo uocamus Proxenetam, προξενητὴς. Senec lib 3. Benefi. Quidã uolunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios, nec ſignatores aduocari, nec chirographũ dare. Pararii æs appellabatur, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Feſtus.

Parathroſis, pen. prod. παράθρωσις, Idem quod luxatio, quæ fit quum os aliquod ſede ſua nonnihil fuerit dimotum.

Paraſangæ, παράσαγγαι, Apud Perſas, autore Feſto, uiarum menſuræ ſunt, quas Budæus Herodoti teſtimonio probat fuiſſe triginta ſtadiorum. Verba Herodoti ſunt hæc ex libro 2. ὅσοι μὲν δὴ γεωπέινας ἔσιν ἀνθρώπων, ὀργυίσι μιν τρίηκοσι ἢ χώρηκε, ὅσοι δὲ ἔλασσον γεωπέινας κεκτέαται, ποιεῦσι δὲ πολλῷ ἔλασσον, παρασάγγησι. δύνανται δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τρίκοντα στάδια. ὁ δὲ σχοῖνος ἕκας μέτρον ἐστὶν αἰγύπτιον ἑξήκοντα στάδια, hoc eſt: Quotquot enim inopes ſoli ſunt, ii terram ſuam orgyis metiuntur: qui uerò minus inopes ſoli ſunt, ſtadiis: qui autem latifundia habent, paraſangis metiuntur. Conſtat autem paraſanga triginta ſtadiis, ſchœnus autem (quod ipſum uerbum eſt Aegyptiacum) ſexaginta.

Paraſceue, es, f. t. παρασκευὴ, Dici poteſt præparatio. Nam à παρασκευάζω, quod eſt præparo, deducitur. Vnde & dies quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro humani generis ſalute crucifixus fuit, Paraſceue, παρασκευὴ dicitur, quoniam eo die Iudæi ſibi neceſſaria præparabant, ut Paſchæ dies abſq; operatione aliqua tranſigeretur.

Paraſiopeſis, f. t. παρασιώπησις, Schema eſt apud Rhetores, quod à Latinis præoccupatio dicitur, quum aliquid ita dicere nos dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Hoc ſchemate utimur uel quum rem notam eſſe putamus auditoribus, uel ſuſpicionem maiorem reticendo excitare uolumus.

Paraſitus, m. f. pen prod. παράσιτος. Qui aliorum menſas & cibaria ſequitur: quiq; eius in quibus cõtubernio eſt, omnia facta ſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

facta, simul ac dicta laudat, nihil repugnat, omnia suffert, nihil nentris causa facere recusat, in quo summum bonum constituit. Vnde & nomen accepit, quòd παρὰ τοῦ σιτίου, hoc est: è cibo totus pendeat. Parasiti imaginem pulchrè depingit Terentius in Eunuch. his uerbis, Est genus hominũ qui esse primos se omnium rerum uolunt, Nec sunt: hos consector, hisce ego me non paro ut rideant, Sed his ultrò arrideo & eorum ingenia admiror simul. Quicquid dicunt, laudo: id rursus si negant, laudo id quoq; Negat quis, nego: ait, aio. Postremò imperaui egomet mihi, Omnia assentari: is quæstus nunc est multò uberrimus. Cic. de Amicitia, Nec parasitorum in Comœdiis assentatio nobis facета uidetur, nisi essent milites gloriosi. Idem Lentulo libro 1. Dixi me facere quiddam, quod in Eunucho parasitus suadeas militi. Parasiti olim appellatio honesta fuit utpote qui sacro ministerio addictus esset: nam parasiti uocabantur olim comites, sodales q; pontificum, & magistratuum, ut docet Athenæus li. 6. Solon sic eos appellauit, qui in Prytaneo publico uictu epulabantur, autore Plutarch. Pro eo uerò postea dictus est qui ad mensas diuitum oblectationis causa admittebatur. Producit autem hoc nomen penultimam syllabam, quam Calpinus malè putauit corripi. Hor. libr. 2. Epist. 1. Quantus sit Dorsennus edacibus in parasitis.

Parasita, æ, fœm. prim. Horatius 1. Serm. Satyr. 2. Custodes, lecticæ, ciniflones, parasitæ.

Parasitor, ari, Parasitum agere. Plautus, Qua parasitando pauerint uentres suos.

Parasitaster, stri, παρασιτόμιμος, Qui parasitorum imitator est. Nam quæ in aster finiuntur (teste Valla lib. 1.) imitationem potius quàm diminutionem significant. Cic. pro Varreno. Euricius hic noster Antoniaster. Duo tamen potissimùm diminutionem denotant, Surdaster, & Recaluaster. Terentius in Adelphis. Est alius quidam parasitaster paruolus: nostin'? D. Iam scio.

Parastades, παραστάδες, Lapides qui utrunq; latus ostii muniunt. Vitruuius quoq; parastades in mentione templorum antas uocat. Hermolaus.

Parastasis, is, f. t. παρασταστις, Latinè assistentia, affirmatio, per testes approbatio.

Parastatæ, m. f. παραστάται, Inquit Hermolaus, apud Vitruuium & Plinium lapides sunt pilarum ferè modo appositi Columnis: à quorum similitudine alterum cruris os (alterũ enim κνήμη, hoc est, tibia appellatur) parastates nominatur in tumentis à Vegetio, quod & Paracnemion παρακνήμιον appellatur Iulio Polluci. Apud eundem & meatus illi per quos genitura ex epididymide in colem fertur, parastatæ appellantur. Semen enim per uasa spermatica in testes delatũ excipitur à molli quodam inuolucro: quod quia testibus incumbit, Græci ἐπιδιδυμίδα appellant. Hic duo uaricosi, longiq; adhærent meatus, utrinq; unus, qui ceruici ueficæ inseruntur, idq; comitati usq; ad penis initium, in unum eundemq; canalem confluunt, ab urinæ ductu diuersum, cui tamẽ tum demum quum ad medium ferè colis peruenerint, inseruntur. Sunt & in prælio (ut idem inquit) dicti parastatæ, nomen officii, quoniam adiuncti sunt prostatis, hoc est, iis qui præsunt cornibus: sicut epistatæ, qui tertium in regendis his locum tenent. Sed & tabulæ quædam cum certis instrumentis, à Vitruuio parastatæ uocantur. Hęc Hermolaus, qui sic legit apud Plinium lib. 33. cap. 1. Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, & parastatæ. Idem apud Vitruuium lib. 5. In columna, aut parastata oræ describuntur. Budæus tamen in istis Vitruii & Plinii locis dicit malè fuisse emendatum, legendumq; apud Plinium, Columnæ parastaticæ: & apud Vitruuium, Columna parastatica, utrinq; sine coniunctione.

Parasynthetos, παρασύνθετος, Decompositus.

Paratheſis, παράθεσις, Dicitur oppositio.

Paratilmos, παρατιλμὸς, ἀπὸ τοῦ παρατίλλεσθαι, quæ euelli significat. Dicitur euulsio pilorum è naribus & pudendis, quæ erat pœna tenuiorum deprehensorum in adulterio. Nam ditiores pecunia se redimebant, inopi expilabatur sedes.

Paratitla, l. 1. parag hoc autem. C. de Ver. Iur. enunc. Iustin Summas rerũ appellat titulatim appositas, indices, seu summaria. Bud. in Ann. prior. Adde Alciat. in l. 1. C. si cert. petat.

Paratragœdio, n p, παρατραγῳδῶ, Id est, exaggero, ac uerborum magnitudine aliquid augeo. Plaut. in Pseud. Illic homo est uide ut pararragœdiat carnifex.

Paratrimma, παράτριμμα, Latinè intertrigo, quũ fœmina mutuo attritu excoriantur, uide Intertrigo.

Parauxesis, παραύξησις, Latinè amplificata dicitur.

Parazonium, παραζώνιον, Genus gladii quod ad zonam accingi solebat. de quo extat epigramma Martialis libro 14. Militiæ decus hoc & grati nomen honoris Arma, Tribunitium cingere digna latus.

Parco, is, peperci, uel parsi, parsum, n. t. Proprièsignificat abstineo, quasi parum tango, φείδομαι. Et ferè cum datiuo construitur, ut Parcere pecuniæ, pro eo quod est, ab expendenda pecunia abstinere. Lamentis parcere, continere se à fletu. Liuius 6. ab Vrbe, Parcere lamentis Sutrinos iussit, Hetruscis se luctum, lachrymasq; ferre. Inuenitur etiam aliquando habere accusat. cum datiuo. Ver. 10. Aen. Argenti, atq; auri memoras, quæ multa talenta Natis parce tuis. Accipitur etiã parcere, pro ignoscere, remittere, condonare, ueniam uel impunitatem dare. Cic. p Quint. Boni uiri malunt cõmemorare se quũ perdere possent, peperciſſe. Verg. 6. Aen. Parcere subiectis & debellare superbos. Terent. in Adel. Nihil peperci: non puduisse uerberare hominem senem, Quem ego modò puerũ tantillum in manibus gestaui meis? Cæs. 7. bell. Gall. Non ætate confectis, non mulieribus, nõ infantibus pepercerunt. Seruius Ciceroni li. 4. Epist. Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus est amicus qui ei mortem afferret. Donatus differentiã hãc facit inter præterita parsi & peperci, ut parsi idem sit q abstinui peperci, idem q ignoui. Seru. tamen negat, duo hæc præterita ex significationis diuersitate uenire sed potius ex mutatione usus: ut quod ueteres parsi dixerũt, id alii postea peperci dicere cœperint. Aliquando etiam parcere accipitur pro prohibere, uel arcere. Verg. 3. Eclog. Parcite oues nimium procedere. Vbi Seru. Parcite, prohibete, id est, seruare ne procedant. Melius tamen dixeris, parcite ibi accipi pro abstinete, ut Oues sit uocatiuus. Monet etiã Poeta ibi oues exemplo arietis, ne ripæ nimium confidant. Non nunquam etiam pro deponere. Verg. 1. Aen. Parce metu Cytherea. Quandoq; etiam pro desinere. Idem 3. Aeneid. Parce pias scelerare manus. Huius uerbi compositæ sunt, Comparco, κατα φείδομαι. eiusdem cum simplici significationis. Terentius in Phormione. Suum defraudans genium comparsit miser. Reparco, iterum parco. Plautus in Trucul. Vtinam rei iterum parsissem meæ, ut nunc reparcis.

Parcitur, penultima correpta, impersonale. Cicero Attico libro secundo, Sed tamen satis fiet à nobis, neque parcetur labori. Plinius libro decimosexto, cap. duodecimo, Nec corpori ipsi parcitur. Idem li. 28. ca. 6. Iam & sermoni parci multis de causis salutare est.

Parcus, ci, m. f. Qui frugi est, & sumptibus parcit, φειδωλός. Gellius lib. 3. c. 19. Parcus neq; ab arca, neq; ab arcẽdo, sed ab eo q parũ & parũ denominatur. Plaut. Most. Quo nemo adq; iunctuti ex omni Attica Antehac est habitus parcus nec magis continens. Idẽ Aul. Neq; illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior. Hor. 2. Carm. Ode 8. Te senes parci, miseræq; nuper Virgines nuptæ, &c. Cic. 2. de Orat. Quum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset. Parcus, cum genitiuo. Horat. 2. Serm. sat. 2. cornu ipse bilibri Caulibus instillat, ueteris nõ parcus aceti. Plin. Epist. 220. Statuam poni mihi à te eo quo desyderas loco quanquã eiusmodi honorum parcissimus, tamen patior, &c. Parcus ablatiuo iunctum. Plaut. Rud. opera haud fui parcus: nimis homo Nihili est, qui piger est: nimisq; id genus odi ego malè, Vigilare decet hominem, qui uult sua tempori conficere officia. Parcus comitatu apud Plinium in Pand. dicitur qui paucos habet in comitatu. Huius compositum est Præparcus alde parcus, σμικρολόγος, γλίσχρος. Plinius libr. 11. Aliquando & ipsæ contrahunt mortis sibi causas, quum sensere eximi mella, auidè uorantes: cæterò præparcæ, & quæ alioqui p digas, atque edaces, non secus ac pigras, & ignaues perturbent. Similiter Deparcus, nimiũ parcus, ac tenax: cui opponitur profusus, ac magnificus. Sueton. in Ner. Sordidos putabat esse & deparcos quibus impensarum ratio constaret. Apuleius, At uerò contraria accusastis, unum seruum, ut deparci: tres liberos, ut profusi.

Parcus, auis, differt ab alauda, quia parcus paulò minor est, aliquando subtus candida, cætera pauoni similis, & crista quoque.

Parcè, aduerbium, Frugaliter, moderatè. Terent. Andr. Primũ hæc publicè uitam, parcè ac duriter agebat. Cicero 1. Officiorum, Intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter uiuere: quamq; honestum, parcè, cõtinenter seuerè, so-

ſeuerè, ſobriè. Cicero 2. de Finibus, Nec tamẽ cur id tam parce, tamque reſtrictè faciunt, intelligo. Idem pro Muræna, Itaque ſi ſatis profeciſſent, parcius de eius laude dicerem. Columella libro ſexto, capite 7. Nec poteſtas aquæ, niſi quàm parciſſimè facienda eſt.

Parcitas, Pro frugalitate. φιλολία.

Parſimonia, æ, f. p. Moderatio ſumptuum, & parcitas, hoc eſt, conſeruatio rerum, φειδώ. Ea ſic definitur à philoſophis, Parſimonia eſt, qua cauemus ne quod diſpendium ultra modũ fiat, & res familiaris (quoad fieri poteſt) ſine cuiuſquam iniuria conſeruetur. Cicero in Parad. O dii immortales, non intelligunt homines quàm magnum uectigal ſit parſimonia. Idem 1. Offic. Res autem familiaris quæri debet iis rebus, à quibus abeſt turpitudo: conſeruari autem diligentia & parſimonia, iiſdem etiam rebus augeri. Idem pro Quin. Amicos obſeruantia, rem parſimonia retinere.

Pardalianches, τὸ παρδαλιαγχὲς, Aconiti genus, ſic dictum quod carnes eo tactæ pantheras necent. Plin. lib. 8. ca. 27. Pantheras perficata carne (uenenum id eſt) Barbari uenantur. Occupat illico fauces earum angor. Quare pardalianches id uenenum appellauere quidam.

Pardalios, παρδάλιος, Gemma eſt quibuſdã maculis uariegata, à pantherinæ pellis ſimilitudine nomen habens. Plinius libro 37. capite 31.

Pardalis, m. t. πάρδαλις, Animal eſt ferum, Syriæ, Africæ q; peculiare, quod alio nomine Panthera appellatur, pellem habens candidam, breuibus quibuſdam macularum, oculis uariegatam, præſtantiſſimum ſpirans odorem, cuius ſuauitate feras illectas corripit, laceratq;. Romani uarias appellarunt, Mares autem toto hoc in genere pardos nominarunt. uide Plinium libro 8. cap. 17.

Pardalium, lii, n. ſ. παρδάλιον, Dicitur unguentũ, quod pardalis odorem reddat. Habet enim hoc animal pellem in primis odoriferam, cuius ſuauitate quadrupedes illectas deuorat. Plin. lib. 13. cap. 1. Fuerat & pardalium in Tharſo, cuius etiam compoſitio, & miſtura obliterata eſt.

Pardus, m. ſ. πάρδαλις, ὁ, Animal eſt ferum, Africæ & Syriæ familiare, pellem habens odoriferã, breuibus quibuſdam maculatum oculis uariegatam. Fœminam in hoc genere pãtheram appellant. Plin. lib. 8. ca. 17. Pantheris in candido breues maculariũ oculi. Ferunt odore earum mire ſolicitari quadrupedes cunctas. Nunc uarias, & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere creberrimo in Asia, Syriaq;. Lucan. li. 6. Quã per ſumma rapit celerem uenabula pardum. Iuu. ſat. 11. & magno ſublimis pardus hiatu.

Pareas, ſerpens, in Syriæ locis reperitur. De ueneno eius require apud Aëtium Serm. 13. ca. 31.

Părecbaſis, παρέκβασις, ut definit Quintilianus libro 4. capite 13. eſt alienæ rei, ſed ad utilitatem cauſæ pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio. Latinè dici poteſt Digreſſio, uel excurſus.

Părĕctātus, m. ſ. παρηκτατος, Qui de pueritia uenit ad pubertatem: à uerbo Græco παρεκτείνω, quod eſt extendo. Lucilius libro octauo, Vnde parectato clamydes, ac barbula primùm. Idem libro decimo, Tum ephebum quem uocant parectatum. Nonius.

Părĕlcon, παρέλκον, Figura à Grammaticis appellatur quũ ſyllaba, uel etiam integra dictio dictioni alicui in fine adiicitur, ut apud Terent. in princ. And. Adeſdum pro Ades. Latinè dici poteſt Productio, ἀπὸ τὸ παρέλκειν, quod eſt producere, uel prolongare.

Parelia, παρήλια, à Latinis Virgæ, ab hiſtoricis Soles appellantur, autor Seneca.

Parencephalis, eſt poſterioris cerebri pars, & congenita ipſi cerebro, eiuſdemq; coloris, dicta Cerebellum.

Părens, huius parentis, priore cor generis communis, à Pario fit, quo nomine quamuis ꝓpriè pater & mater ſignificentur, apud Iuriſconſultos tamen teſte Feſto, etiam auus, & proauus, aliiq; ſuperiores utriuſq; ſexus, uſq; ad tritauos, & tritauias intelliguntur, ὁ γονεὺς, ἡ γονεύσασα. Vltra hos qui non habent ſpeciale nomen, maiores appellãtur. Cic. poſt red. in Senatu, Parentes chariſſimos habere debemus, q ab iis nobis uita, patrimoniũ, libertas, ciuitas tradita eſt. Ver. 9. Aen. Quẽ ſubiiſſe humeris confectũ ætate parentem, &c. Idem 2. Aene. Non prius aſpicies, ubi feſſum ætate parentem Liqueris Anchiſem? Ouid. 4. de Pont. Eleg. 7. nec tu Immeritò nomẽ mite parẽtis habes. Caius de Verb. ſignif. l. Appellatione ſcribit appellatione parentũ omnes in infinitum maiores utriuſq; ſexus ſignificari. Parentũ etiam nocabulũ ad quoslibet conſanguineos extenſum inuenimus: ſed hoc apud eos dantaxat qui iã labaſcente linguæ Latinæ puritate, minus terse loquuti ſunt. Lamprid. de Alexandro Seuero, Amicos & parentes Alexãder, ſi malos reperit, aut puniuit: aut ſi uetus uel amicitia, uel neceſſitudo, non fuit punire, dimiſit à ſe, dicens His charior eſt mihi Reſpub. Iulius Capitol. de M. Anton. Ad optatus in aulicam domum, omnibus parẽtib. ſuis tantã reuerentiã, quantã priuatus exhibuit. Plin. lib. 18. c. 1. Terrã omnium parentẽ dixit. id eſt, altricẽ. Et Ouid. 1. Metam. Magna parens terra eſt. Cic. 2. de Orat. Philoſophia bonarũ artiũ omnium procreatrix quædam, & quaſi parens. Idem 2. de Fiuib. Quando enim Socrates, qui parens philoſophiæ iure dici poteſt, quicquã tale fecit? Idem ad Attic. lib. 9. Quam parentes non alere nefarium ſit, noſtri principes antiquiſſimã & ſanctiſſimam parentem patriam fame necandam putant. Idem 1. de Legib. Earum rerum parens eſt, educatrixq; ſapientia. In arbore etiam parens dicitur ſtirps ipſa, uel truncus, unde rami enaſcuntur. Plin. lib. 12. cap. 5. Rami nouam ſibi proles agnem faciunt circa parentes in orbem. Parentium in genitiuo plurali pro parentum poſuit Horat. 3. Carm. Ode. 24. Dos eſt magna, parentium Virtus.

Parentela, Pro conſanguinitate uel affinitate: quæ uoce ũſus eſt Iulius Capitolinus in Gordian. Duxit (inquit) uxorem filiam Miſithei doctiſſimi uiri, quem cauſa eloquentiæ dignum parẽtela ſua iudicauit. Apud probatos autores alioqui hoc nomen non inuenitur.

Parenticida, commun. p. Qui patrem aut matrẽ occidit. Plaut. in Epid. Quia ego tuum patrem faciam parenticidam.

Parento tas, n p. Significat parentibus iuſta celebro, τὰ περίσματα, ἐναγίζω, τὰ ἐναγίσματα ποιῶ. Licet etiam ad alios trãsferatur. Plinius libro 15. cap. 12. Quin & fallacia ſuæ religionis diis in ſacro eſt, prævalens pulmentari cibo, & hebetare ſenſus existimata, inſomnia quoq; facere: ob hoc Pythagorica ſententia damnata, uel (ut alii tradidere) quoniam mortuorum animæ ſuntin ea: qua de cauſa parentando utique aſſumitur. Cicero 2. de Legibus, Hoſtia autem maxima parentare, pietati eſſe adiunctum putabat. Idem 1. Philippic. Vt cuius ſepulchrum nuſquam extet ubi parentetur, ei publicè ſupplicetur. Ouid. 1. Amor. Eleg. 13. ſic Memnonis umbras Annua ſolenni cæde parentet auis.

Parentalis, & hoc parentale, om. t. adiectiuum, ut Vmbræ parentales. Ouidius 5. Triſt. Eleg. 9. Dies parentales, quibus ſolennes epulæ ad mortuorum ſepulchra ſolent afferri: quæ conſuetudo primum ab Aenea creditur manaſſe, qui ſolennious quotannis dapis, patris ſui manes placabat. Ouidius 2. Faſtorum, Hunc morem Aeneas, pietatis idoneus autor Attulit in terras iuſte Latine tuas. Ille patris genio ſolennia dona ferebat. Hinc populi ritus edidicere nouos. At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis Bella, parentales deſeruere dies.

Parentalia, orum, n. ſ. Conuiuia quæ in parentum aut propinquorum funeribus fieri conſueuerunt, περίσματα, ἐναγίσματα, τὰ σωμιζόμενα. Dicta parentalia, teſte Hieronymo in Ieremiam, quod hoc officii genus filii parentibus præſtarent. Cicero 1. Philippicorum, An me cenſetis P. C. quod uos inuiti ſecuri eſtis, decreturum fuiſſe ut parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur?

Parentheſis, f. t. παρένθεσις, Clauſula orationis contextui interiecta, qua remota, ſenſus manet integer, à uerbo Græco παρεντίθημι, quod eſt interpono, ſiue interſero. Parentheſis (inquit Valla) eſt interiectio orationis in ſermone, qua remota, ſermo manet integer. Ea quum ſemper uenuſta eſt, tũ plurimum uenuſtatis habet, quum fit per qui, aut is, aut per ut. Subdit deinde exempla cuiusq; membri: ut, Si modo culpã tuam fatus eſſes, pater (qua indulgentia eſt) omnia tibi ignouiſſet. Item, Id flagitii ſi præſens uidiſſet parens, (eius ſeueritatis eſt) te membratim diſcerpſiſſet. Item, Si hanc illi noxam imponere pergis, (ut impudentiſſimus eſt) in te eam retorquebit.

Pareo, es, parui, paritum, n. ſ. unde pariturus participiũ, φαίνομαι, ſignificat uideor, appareo. Martialis libro 11. Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ, Ad portum quoties parat Hermogenes. Virgilius 6. Aeneidos, Cui pecudum fibræ, cœli cui ſydera parent. id eſt, à quo fibræ & ſydera cernuntur, & peritiſſimi agnoſcuntur: ut interpretatur Seruius. Hinc fiunt compoſita, Appareo, idẽ ſignificans q ſimplex Pareo hoc eſt, uidcor. Ver. Aen. 1. Apparẽt rari nãtes in gurgite uaſto. Cõpareo, uide ſuo loco. Diſpareo, ἀφανίζομαι, à cõſpectu recedo.

Tranſpareo

Transpareo, διαφαίνομαι, per aliquod corpus lucidum uide or. Interdum parêre est obedire, πείθομαι. Verg. 1. Aen. Paret amor dictis charæ genitricis. Iust. lib. 11. Vix patientur uni uiro, nedum fœminæ parituri. Ter. Hæcyr. Sed ego stultior, meis dictis parêre hanc qui postulem. Cic. 7. Phil. Non ut parêret, & dicto audiens esset huic ordini: sed ut conditiones ferret, leges imponeret. Idem de Nat. deor. Eorum imperiis Rempub. amplificatam, qui religionibus paruissent. Verg. 2. Aen. tu nequa parentis Iussa time, neu præceptis parêre recusa. Promissis parêre, præstare promissa. Ouidius 5. Fastor. Parent promissis, dissimulantq; deos. Parêre intercessori, quo nihil præstantius. Parêre gulæ, est seruire gulæ siue indulgere. Hor. 2. Serm. Sat. 7. Nihil seruile gulæ parens habet.

Paretur, impersonale. Liu. 9. ab urbe, Quod postquàm Consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari iubet, ut prandeat miles, firmatisq; cibo uiribus, arma capiat, dicto paretur. Habent autem hæc omnia pen. syllabam productam.

Parephippius, παρηφίππιος. Qui præter rationem equestris disciplinę equos agit. quasi præposterus, siue imperitus eques, à præpositione παρά, quæ in compositione frequenter idem significat quod peruersè, siue præposterè: & nomine ἱππεύς, quod equestrem sonat. Vtitur hac uoce Imperator in l. Parephippium. C. de Curs. publ.

Parergon, πάρεργον, Dicitur quod alicui rei præter propositum additur: ut si pictor imaginem pingens, ornandæ tabellæ gratia, arbusculas, & auiculas, & huiusmodi addiderit. Plinius libr. 15. cap. 10. Protogenes, quum Athenis celeberrimo loco, Mineruæ delubro propylæum pingeret, adiecit paruulas naues longas, in his quæ pictores parerga appellant. Sunt etiam (inquit Budæus) parerga corollaria operis locati, quę fiunt ultrà id quod in stipulatione comprehẽsum est. Nam τὸ ἔργον, est opus ipsum de quo actum est. Parergon autem operis appendix, de quo nihil actum erat.

Paresis, πάρεσις, Græca uox est, qua significatur remissio, uel negligentia, corporis & animi defectio, & languor, uiriumq; & corporis & animi extenuatio. Bud. in Comment.

Paretonium, uide Parætonium.

Parici, quære in dictione Parricida.

Paricida, uide Parricida.

Paries, etis, pen. cor. m. t. Propriè est qui in utroq; ædium latere domum unam ab altera dirimit: differtq; à muro, qui propriè est lapideus urbis ambitus, τοῖχος. Cicero 6. Verr. His autem tabulis templi interiores parietes restibantur. Ouid. 4. Metam. Fissus erat tenui rima, quẽ duxerat olim, Quũ fieret paries, domui communis utriq;. Plin. l. br. 35. capit. 14. Quid num & in Africa, Hispaniaq; ex terra prietes æuis durant, incorrupti imbribus, uentis, ignibus, omniq; cæmento firmiores? Intra domesticos parietes aliquid fieri dicimus, quum significare uolumus aliquid domi nostræ fieri. Intra parietes disceptare, uel experiri, est amicis domi, & extra cancellos forenses controuersiam componendam permittere. Cic. pro Quint. Si quid in controuersiam ueniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. Paries intergerinus quis dicatur, uide in dictione Intergerinus. Paries cratitius, dicitur ab asseribus qui arrecti, transuersiq; in modum cratis texuntur: unde Vitru. Arrectarios parietes, & transuersarios appellat.

Parietinæ, pe. pro. Muri ueteres, ac semiruti, τοῖχοι ἀφανισμένοι, Plin. lib. 22. cap. 17. Artemisia herba est, nascens in tegulis, parietinisq; folio similis ocimo, Idem li. 26. c. 8. Nascitur maximè circa uetera monumẽta, parietinasq;, & inculta itinerũ.

Parietaria, riæ. f. p. Herba à parietibus in quibus nascitur dicta, παρθένιον, ἐπίξυλον, Vnde etiam uulgò Muralis herba uocatur A Plin. lib. 22. ca. 17. appellatur parthenion & perdiciũ, quoniam perdices ea uescantur. Dioscor. des Helxinen appellat.

Parilia, orum, uide Palilia.

Parilis, parile, pen. cor. Significat æquale, ἴσος. Lucret. lib. 2. Concharumq; genus parili ratione uidemus Pignore telluris gremium. Ouid. 1. Trist. Eleg. 8. Accipere, & parili reddere uoce uale. Idem 8. Metam. Quosq; alios parili fuerat dignatos honore. Ibidẽ, Sed pia Baucis anus, pariliq; ętate Philemon.

Parilitas, æqualitas, ἰσότης. Gell. lib. 14. cap. 5. Parilitas uirtutũ inter se consimilium.

Parilitium, sydus, siue Palilitium, ὑάδας, signum cæleste, ex septem constans stellis, quas Græci ὑάδας, Latini Suculas appellarunt. Rationem nominis uide suprà in dictione Palilitium.

Pario, is, peperi, partum, uel paritum, parere, a. t. Hodie tantùm est tertiæ coniugat. olim etiam quartæ, τίκτω, γεννάω. Ennius, Oua parire solet genus pennis condecoratum. Cato de re Rust. capit. 89. Gallinas teneras, quæ primum parierint, concludat. Est autem parere, fœtum emittere: quod propriè ad fœminas pertinet. Lucr. lib. 5. sicut nunc fœmina quæque Quum peperit, dulci repletur lacte. Cic. 1. de Orat. Ex quo genere etiam illud est, q Scipio apud Numantiam, quum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram. Ouid. 9. Metam. Quæ uoueam duo sunt, minimo ut releuere dolore, Vtq; marem parias, &c. Accipitur aliquando parere pro generare, ut etiam de uiris dicatur, sed hoc rarissimè, idq; apud uetustissimos. Cæcilius, Hic uicinus noster peperisse se filium memorat. id est, genuisse. Per translationem etiam accipitur pro Acquirere, siue comparare: & sic construitur sicut emo, περιτίθεναι, περιποιεῖσθαι, Colum. lib. 9. capite 1. Sequitur ut examinà desyderemus, ea porrò uel ære parta, uel gratuita contingunt. Verg. 11. Aen. Ite Ait, egregias animas, quę sanguine nobis Hanc patriam peperere suo. Parere oua dicuntur aues, pro ponere, & quod Varro de Re rust. Facere oua dicit. Plinius lib. 10. cap. 52. Plurima oua pariunt struthiocameli. Parere uerba, est noua fingere. Cic. 3. de Finib. Idq; cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda sunt, imponendaq; noua nouis rebus nomina.

Parior, eris, pen. cor. passiuum. Plin. lib. 10. cap. 52. Oua exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur.

Partus, a, um, particip à Pario, Id est, in lucem editus, τετοκώς. Vergil. 6. Aeneid. alius Latio iam partus Achilles. Lucr. lib. 5. Et genus omne quod est ueterino semine partum. Aliquãdo idem quod cõparatus, acquisitus, περιποιημένος. Apuleius, Partamq; à patre multo tempore, & multo labore pecuniam, uno die consumpsit. Terentius in Andria, Nam mihi immortalitas Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Cicero de Lege agra. contra Rullum, Libertas plurimo sudore, & sanguine maiorum nostrorum parta, nobisque tradita. Idem 2. de Orat. Vt ipsum quod est hominis proprium, non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum uidetur.

Partus, huius partus, m. q. nomen, Pro ipso pariendi actu, τόκος, τόκετος, πύημα. Cicero 1. de Natura deorum, Diana adhibetur ad partus, quod ii matureſcunt aut septem, aut nouem lunæ cursibus. Plin. Quod à prægnantibus commanducatũ, partum faciliorem facit. Propert. libr. 2. Eleg. 3. Non, non humani sunt partus talia dona. Verg. 1. Aeneid. Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. Per translationem etiam de arboribus dicitur. Plinius libr. 12. cap. 5. Autumno legitur ex æstiuo partu. Aliquando accipitur pro fœtu ipso. Mart. lib. 1. Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit. Plin. lib. 8. ca. 32. Editos partus exercent cursu. Ouid. 6. Metam. Et genitrix facta est, partus enixa gemellos.

Partor, oris, uerbale, Qui peperit, & acquisiuit. Plaut. Trucul. Quos quum celamus, sic facimus conscios, Qui nostræ ætati tẽpestiuè tẽperant, unde antè parta Demus post partorib.

Paritura, æ, Est ipse pariendi actus, τόκος. Varro libr. secundo de Re rustica, Demes, si uis, duas res de multis, admissuram & parituram.

Partio, onis, f. t. uerbale, Idem, antiquè, τόκος. Plaut. Truc. Horresco misera, mentio quoties fit partionis. Gell. lib. 10. cap. 2. Eumq; finem esse dixit multiiuge hominum partionis. Idem libr. 3. cap. 16. Sed nono mense aut decimo, neque præter hos alio, partionem mulieris fieri existimasse.

Paritudo, inis, Ipse etiam pariendi actus: & antiquum. Plaut. in Aul. Propinqua paritudo cui appetit.

Parturio, is, n. q. pen. corr. Desyderatiuum à pario, In pariendo laboro, seu laboro ut partam, ὠδίνω. Plin. lib. 10. cap. 21. Vtiq; constat parturientes foliis substratis celerius parere. Varro libro 3. de Re rustica, capite 9. In cubilibus quum parturient, acus substernendum: quũ peperint tollere substramen. Cicero 2. Philippic. Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat quod iam diu parturit.

Parippi, canes Athenienſium sic dicti, quasi qui equis cursu æquari contenderent.

Paristhmia, partes quædam in homine appellantur à medi cis circum fauces, quæ Latinè tonsillæ dicuntur.

Paristhmia, tonsillæ quæ cõtingunt in locis his, quæ μύλαι item uocant.

Pariter, aduerb. Significat ex æquo, ἴσως. Næuius, Vt pariter dis-

ter diſpartiantur bona patris. Aliquãdo cõuenienter, δικαίως Titin. Næ tu iſtam ædepol inedia extuliſti pariter ut dignus fuit. Aliquando ſimiliter, ὁμοίως. Plautus in Aululari, Is ex ſe hunc reliquit, qui hic habet filium pariter moratum ut pater atque auus eius fuit. Eſt & aduerbium congregandi, ſignificans unà, ſimul. Cicero 1. Tuſculanarum, Pariter enim cum uita ſenſus amittitur.

Paritura, Paritudo, uide Partus.

Parma, æ, f.p. πάρμη. Suidæ, Breue ſcutum, & rotũdum, quo pedites utebantur: ita dictum, quod è medio in omnes partes eſſet par, ut inquit Varr. Verg. lib. 11. Enſe leuis nudo, parmaq; inglorius alba. Hoc ſcutũ Græci, autore Plinio, uocant paleam πίναπ. Liu. 8. ab Vrb. Quem cuſpidè parmaq; innixum, attollentem ſe à graui caſu, Manlius à iugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret, terræ affixit.

Parmatus, a, um, parma tectus. Liuius lib. quarto, ab Vrbe, Dat ſignum Volſcis Imperator, ut parmatis nouæ cohorti hoſtium locus detur.

Parmularius, rii, m. ſ. Gladiator, qui parmula utebatur. Itemq; factor & locator eius generis, πλαστής. Quint. l. 2. c. 11. Alius percõtanti, Theodoreus, an Apollodoreus eſſet: Ego (inquit) parmularius ſum. Vbi interpres: Parmularius dicitur parmarum, hoc eſt, ſcutorũ faber. Porrò gladiatores parmularii etiã Thraces appellabantur, eò quòd eius regionis homines peculiariter parmulis utebantur. Feſtus, Thraces (inquit) gladiatores, à ſimilitudine parmularum uocati.

Parmulatius, uide Parma.

Parnacides. Veſtes appellabantur puellares. Var. de libero. educ. Vt puellæ habeant potius in ueſtitu chlamydas, encõbomata, & parnacidas, quàm togas. Nonius.

Parnopes, locuſtæ, ſic uocatæ ab Oetenſibus, Vnde cognomem Herculi in Aeolia quod locuſtas abigat.

Paro, as, a p. Inſtruo, apparo, præparo, παρασκευάζω. Plaut. in Mil. Itaq; ego paraui hic intus magnas machinas. Terent. in And. Reuertor poſtquam quæ opus fuere ad nuptias Gnatæ parauit Cæſ. 5. belli Gal. Neruios, Aduaticosq; bellum Romanis parare. Itaq; paratum eſt, inquit Plautus in Pœn. id eſt, ita deliberatum eſt. Significat etiam aliquando idem quod comparo, acquiro, κτάομαι, ἑτοιμάζω, & ſicut emo capi poteſt licet in eo pretium expreſſum non inueniatur ita apertum, ut in eius compoſito Comparo, ſed quaſi pretium. Terentius in Eunuch. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. Curtius, Quid tibi diuitiis opus eſt, quæ te eſurire cogunt? Primus omnium ſatietate parauit famem, ut quò plura habe res, acrius quàm ſi non haberes, cuperes. Huius compoſita ſunt, Apparo, Comparo, Reparo, Separo, Diſparo, quod eſt Separo, Aequiparo, Præparo, quæ habent penultimam correptam.

Paratus, particip. aut nomen ex participio. Teren. in And. Omnia parata iam ſunt intus. Ibidem, Summum bonum eſſe heræ putabam hunc Pamphilũ, Amicum, amatorem uirum, q nouis loco paratũ. Vbi Donatus, Paratũ dixit ad omnes affectus, quicunq; de proximo eſſe poſſunt. Cicer. 2. de Leg. Fuit enim hic uir, ut ſcitis, non ſolũ eruditiſſimus: ſed etiam ciuis è Repub. maximè, tuendæq; ciuitatis pariſſimus. Paratiſſimo animo ſuſtinere. Cæſ. 8. bell. Gal. Iungitur aliquando infinitiuo. Cæſ. 2. bel. Ciuil. Paratus omnia perpeti. Aliquando accuſatiuo cum præpoſitione ad, Cic. ad Toranium li. 6. Paratus ad omnem euentum. Aliquando datiuo: Quint. lib. 8. cap. 3. Idem certamini paratior.

Paratus, us, m. q. ſubſtant. Idem quod apparatus. Quint. lib. 10. cap. 1. Copioſus uerborũ ſit paratus. id eſt, apparatus. Tacit. libro 13. Prouiſo antè funebri paratu, qui modicus erat. Opus impar ueſtris paratibus, Ouid. 3. de Pont. Eleg. 4.

Paratum, in neutro genere. Terent. in Eun. Parati nihil eſt.

Paratè, aduerb. promptè, & expeditè, προχείρως. Plaut. in Epid. Vt paratè eam præmeditatam meis dolis, aſtutiiſq; Onuſtam mittam. Cicero de Claris Orat. Is tamen ad dicendum ueniebat magis audacter, quàm paratè. Idem 1. Officiorum, Dimicareq; paratus de honore, & gloria, quàm de cæteris commodis. Paratiſſimè reſpondit: hoc eſt, promptiſſimè: Plinius Epiſtola 9. libro 3.

Parito, as, frequentatiuum. Plaut. in Merc. Qui cum illuc, quò nunc ire paritas, ueneris.

Parabilis, parabile, o. t. Quod in promptu eſt, & citò haberi poteſt. πόριμος, εὐπόριστος, ἕτοιμος. Seneca, Ad manum eſt & parabile, quod ſat eſt, qui ad naturam uiuit, nunquam eſt pauper. Cicero 5. Tuſc. Diuitias natura parabiles eſſe. Horatius 1. Sermon. Satyra 2. Non ego nanq; parabilem amo uenerem, facilemq;. Curt. li. 6. Tenaces quippe diſciplinæ ſuæ, ſolitosq; parco ac parabili uictu ad implenda naturæ deſyderia defungi, in peregrina, & euictarum gentium mala impulerat.

Parochus, chi, m ſ pen. corr. παροχος. Qui & Zenoparochus, teſte Budæo, ἀπὸ τῦ παρέχειν, hoc eſt, à præbendo dicitur. Erant enim Parochi, qui Legatis publicè Romam miſſis, cæteriſq; alicuius dignitatis hoſpitibus, ſalem & ligna Præbebãt: ut annotauit Acron in illud Horatii ex lib. 1. Serm. Sat. 5. Tũ parochi, quæ debent ligna, ſalemq;. Hi latino uocabulo copiarii dicti ſunt, teſte Porphyrione, quod omnium rerum neceſſariarum copiam, regum, populorumq; Legatis ſuppeditabant. Nam quanuis Horatius, loco iam citato ſalis tantùm & lignorum meminerit, tamen (ut ibidem annotauit Acron) ſub illarum ſpecierum appellatione omnia hoſpitibus neceſſaria uoluit intelligi. In hac etiã ſignificatione hoc nomine uſus eſt Cicero libro 13. Epiſtol. ad Atticum. Ariarathes (inquit) Ariobarzani filius Romam uenit: uult, opinor, regnum aliquod emere à Cæſare. Nam nunquomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo non habet. Omnino Seſtius noſter parochis publicis occupauit: quod quidem facilè patior, ueruntamen quod mihi ſummo beneficio meo magna cũ fratribus illius neceſſitudo eſt, inuito eum per literas ut apud me diuerſetur. Horatius lib. 2. Serm. Satyr. 2. Parochum uidetur poſuiſſe pro conuiuatore, quum ait, Vertere pallor Tum parochi faciem, nil ſic metuentis, ut acres Potores. Sunt qui Parochon etiam accipi putent pro auſpice nuptiarum, ſeu paranympho, eius originẽ referentes ad uerbũ παροχεῖσθαι eo quod in curru nuptiali una cum ſponſo & ſponſa uehere tur. Nam ut Pauſanias ſcribit, in Græcia moris fuit ut in curru nuptiali tres tantùm ſederent, ſponſa media, cuius ad ſiniſtrũ latus claudebat ſponſus, alterum quem uocabant πάροχον, uel qui eſſet amicitia, uel ſanguine coniunctiſſimus, uel cui ob dignitatem plurimum deferrent. Hæc Celius. Sunt qui Parochias (ait Budæus) appellatas inde cenſeant, quòd ſingulis ſacerdotes ſui deſtinati ſunt, qui ab exhibitione ſcilicet ſanctifici cruſtuli, ſacroſanctiq; panificii. Ego uero (inquit idem Budæus) non Parochias primũ, ſed Paroecias appellatas eſſe cenſeo, quaſi uicinias.

Parode, dis, f.t. παρῳδή, Latinè dicitur ad cãtum, παρὰ enim ad, ᾠδὴ cantum ſignificat.

Parodontides, παροδοντίδες, ſiue Parolides, παρουλίδες, tuberculas iuxta gingiuas, quũ caro gingiua excreuit. Vide Celſum libro 7. capite 13.

Parodos, πάροδος, tranſitus.

Paroecia, f.p. παροικία, cum œ diphthongo, dici poteſt accolatus, ſiue accolorũ cõuẽtus, ſacraq; uicinia, ἀπὸ τῦ παροικεῖν, hoc eſt, ab accolendo, uel iuxta habitando. Aug. lib. 14. de Ciuit. Preſbyter fuit quidam nomine Reſtitutus in paroecia Calamenſis eccleſiæ. Paroeci autem dicuntur ipſi accoliæ: quare qui fanum aliquod accolunt, paroeci dicti ſunt, eiuſdem ſcilicet fani conſortes. Quod ſi Latinè loqui magis placet, Latinè ſcientibus curiæ dici poſſunt: unde curiones olim dicti, & πάροικοι ipſi curiales Budæus.

Paroemia, παροιμία, Definitore Donato, eſt accommodatum rebus, temporibusque prouerbium. Diomedes autem ſic definit, Paroemii eſt prouerbii uulgaris enarratio, rebus, temporibusque accommodata. Vide Erasmum in principio Adagiorum.

Paromœon, παρόμοιον, Eſt ſimilitudo uerborum in oratione: quemadmodum Paronomaſia nominum dicitur ſimilitudo: ut ſi dixeris aliquẽ arare, non orare, eſt paromœon: ſi uerò non Oratorem eſſe dixeris, ſed aratorem, paronomaſia eſt. Alii Paromœon interpretantur uitium orationis, quum ab iiſdem literis diuerſa uerba ſumuntur: cuiuſmodi eſt illud, O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

Părŏmŏlŏgĭă, f.p. παρομολογία, Dici poteſt confeſsio figura quum aliquot res concedimus aduerſario: deinde inferimus aliquid quod aut maius ſit, quã ſuperiora, aut etiã omnia, quæ poſuimus, infirmet. Exemplum eſſe poteſt illud Ciceronis pro L. Flacco, Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinam, non adimo ſermonis lepõrem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: deniq; etiam, ſi qua alia ſibi ſumunt, non repugno: teſtimoniorum religionem, & fidem nunquam iſta natio coluit: totiusq; huiuſce rei quæ ſit uis, quæ autoritas, quod pondus ignorant.

Paromphillon, eſt talis generatio circa Vmbilicum.

Paron, onis, πάρων, Nauigii genus à Pariis primùm excogitatum ut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum, ut refert Aristophanis interpres. Vnde & Myoparones quidam appellatos putant, quod genus nauigii piratici esse creditur, mediam habens formam earū nauium quę in Myū te & Paro insulis fieri solent. Vide Bayfium de Re nauali.

Paronomasia, παρωνομασία, Latinè agnominatio, quum aliquod nomen ab alio, uoce quidem simili, uerùm significatione diuersissima perimitur. Terent. in And. Nam inceptio est amentium haud amantium. Quando autem hoc non ex nominum, sed uerborum similitudine contingit, Paromœon à quibusdam appellatur. Vide suprà.

Paronychia, παρωνυχία, Abscessus circa radices unguium, Plin. lib. 23. ca. 3. Gingiuarum inflationibus, paronychiis, sordidisque ulceribus, & putrescentibus. Dicta Paronychia à παρὰ ad, et ὄνυξ unguis, quasi ad unguem. Cic. reduuiam uocat. Est item paronychia frutex quidam in petris nascens, peplo similis, breuiore tamē stipite, & foliis maioribus. Nomē habet ab effectu, propterea quod paronychiis medeatur. Autor Dioscorid. lib. 4. cap. 57. Paronychia, semper uiuum apud Dioscorid. lib. 4. cap. 19.

Paronymon, παρώνυμον, Nomen ab alio deriuatum: Grammatici uocant Denominatiuum.

Părŏpsis, f. t. παροψὶς, uas est escarium, à rotunditate flexuq; dictū. Martial. lib. 11. Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Halecem. Suet. in Cal. cap. 12. Ordinario quidem dispensatori breuiariū rationum offerenti, paropsidem legumnis pro sedulitate ac diligentia porrexisse. Pollux lib. 10. tradit etiam iuris quoddam genus esse, uel mazæ, uel obsonii uilis, quod suo tempore παροψημάτιον dicebatur.

Părōtis, f. t. παρωτὶς, Apostema secus aures. Cels. lib. 6. cap. 16. Sub ipsis uerò auribus oriri parotides solent, modò in secunda ualetudine, ibi inflammatione orta: modò post longas febres, illuc impetu morbi conuerso: id abscessus genus est. Dicuntur etiam parotides (inquit idē Celsus) arteriæ duę, dextra sinistraq; iuxta guttur, quæ sursum procedentes ultra aures feruntur. Quin & ipsi auriū cincinni apud Iulium Pollucem uocantur Parotides. Itemq; partes his subiectæ, quæ à faucibus ad malas pertinent. Græci παρὰ ad, οὖτα aureis dicunt. Solēt enim iuxta dētes in gingiuis oriri dolores, quos Græci παρώτιδας appellant. Plin. lib. 20. capite 1. Parotidas & panos sanat.

Paroxysmus, m. s. παροξυσμὸς, Stimulatio, concitatio, exacerbatio: παροξύνειν enim est incitare. Hoc etiā nomine Græci appellant Accessum febris, hoc est, exaspirationem quę statis temporibus fieri consueuit.

Parrha, Genus auis inauspicatæ. Horat. l. 3. Carm. Impios parrhæ recinentis omen Ducat, & prægnans canis, aut ab agro Raua decurrens lupa Lanuuino. Plinius libro decimooctauo & decimonono, Auem parrham oriente Sirio, ipso die non apparere donec occidat.

Parricida, æ, com. p. penultima producta, à patre deducitur t in r commutato. Alii uolunt parricidam per syncopam dici, quasi parenticidam à nomine parens. Propriè enim parricida dicitur parentum interfector, aut qui suæ patriæ (quæ cuique parentis est loco) excidium aut ruinam attulerit, πατροκτόνος, πατραλοίας. Cicer. pro Roscio, Amer. Insui in culeum parricidas uiuos, atque ita in flumen deiici uoluerunt. Idem in Parad. Patrem uita priuare, si per se scelus est, Sanguntini qui parentes suos liberos emori, quàm seruos uiuere maluerunt, parricidæ fuerunt. Idem in Catilin. Certè uerendum non mihi erat, ne quid hoc ex parricida ciuium inuidiæ mihi in posteritatem redundaret. Horatius 3. Carm. Ode. 29. Telegoni iuga parricidæ. Postea tamen lege Pompeia cautum est, ut is parricidii teneatur non solùm qui patrem & matrem interfecerit, sed qui fratrem, sororem, patruelem, matruelem, filium, filiam, nepotem, nurum, aliosque propinquos occiderit. Ponitur & pro alio quocunque qui quālemcunq; hominē occiderit. Vnde extat lex Numæ Pompilii, Si quis liberum hominem mortis sciens duit, parricida esto.

Parricidium, cidii, n. s. Parentis uel cognati occisio, πατροκτονία, quamuis etiam pro eo accipiatur qui impium aliquod nefas in patriæ perniciē fuerit machinatus. Cic. libr. 3. Offic. Potest enim, dii immortales, cuiquā esse utile fœdissimum & deterrimum parricidium patriæ, quanuis is qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parēs nominetur? Idem 1. de Nat. deorum, Sibi salutem ut familiari pareret parricidio. Idem pro Cluentio, In ipso fraterno parricidio nullum scelus prætermissum uidetur.

Pars, huius partis, à pari, f. t. Quòd partes simul iunctæ, pares, id est, æquales sint toti, μέρος, μοῖρα. Alii malunt partem dictam esse ab aduerbio parum, eò quòd pars sit quid parum respectu totius. Dicuntur uerò partes in quas diuiditur totum. Plautus in Rud. Equidem neque ego partem posco mihi istinc de istoc uidulo. Pars magna, idem quod bona pars, id est, multi: sic pars maior, id est, plures: & pars maxima, plurimi. Cicer. 1. Offic. Quæq; maiori parti pulcherrima uidentur, &c. Terent. in Prolog. Heaut. Ni partem maximā existimarem scire uestrum, &c. Plautus in Most. Magna pars moram hanc sibi induxerunt, &c. Pars multa, idem quod plerique. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. Pars multa natat non recta capessens. Magna ex parte ponitur pro plerunq; Plin. lib. 8. cap. 54. Itaq; magna ex parte complectendo necant. Aliàs significat ut sonat. Quintilianus libro 10. cap. 1. Ex magna parte Ciceronem, quantus est, fecit. Ex parte, & In parte aliquando pro partim ponuntur. Quintil. libr. 6. cap. 4. Pisces ex parte adusti, & uersati. Idem libr. 5. ca. 7. Patronorū in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est. Partes aliquas tenere, est per illam regionem iter habere. Cic. ad Atticum lib. 3. Sine autem non nobis illas partes tenendas propter Antonium. Ponitur interdum Pars pro factione: sed hoc ferè in plurali numero. Cicero pro Quintio, Erat (inquit) illarum partium. Idem 11. Philip. Tenuerunt partes Cęsaris. Pro sua quisque parte, id est, pro uirili. Parte ablatiuus, ponitur aliquando pro partim. Plautus in Rud. Sed id si parte curaui, ut cauerem, &c. Interdum geminatur. Plinius libro 37. capit. 11. Melichloron est geminus parte flauus parte melleus. Duabus partibus alicuius rei amplius habere, idem est quod duplo plus. Cicer. 5. Verr. Quid si duabus partibus docco te amplius frumenti abstulisse, quàm populo Romano mississes? Sic, Multis partibus plures, pro eo quod est multò plures. Cæl. Cic. lib. 8. Epst. Fam. Turpe tibi erit, Pathiscum Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus plures. Pars aliquando pro initio sumitur. Celsus, Parsq; sanitatis est uomitum esse suppressum. Verg. 7. Aeneid. Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. Ponitur quandoq; pro partim, Suetonius, Milites pars uictoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem lætitiam audaciamq; processerunt. Budæus. Aliquando ponitur pro uxore. Plaut. in Menæch. Satur nunc loquitur de me, & de parte mea. Dicimus pulchrè, Partes alicuius agere, pro fungi alicuius munere & officio. Similiter, partes alicuius suscipere. Priores partes alicui tribuere, est eum pluris facere, & magis laudare. Priores partes habere apud aliquem, est plus apud illum posse, & plus autoritatis apud aliquem obtinere. Dicimus etiam, Facere partes, id est, totum in partes diuidere. Cic. 2. de Orat. Quis Antonio permisit ut partes faceret, &c. Audire utranq; partem, in litibus, est reo defensionis, ut accusatori actionis, copiam facere. Pars diuersa, uel aduersa, idem quod aduersarius. Quint. lib. 4. cap. 1. Partis aduersæ patronus. Idem lib. 5. cap. 5. A patronis diuersæ partis inducuntur in laqueū Partes primas agere, dicitur in Comœdiis, qui sæpissimè prodit in proscenium. Asconius Pædianus, primarum partium actores sæpius in scenam progrediebantur: secundarum, qui minus minusq; Porphyrio in Horatium autor est, primarū partium actorem omnia clariùs; secundarum omnia submissius agere consueuisse. Quandoq; etiam in plurali numero partes sunt, & Meorum partium est: hoc est, meū officium est. Cic. 6. Verr. Non sunt meæ partes id facere. Vnde etiam Alicuius partes desyderare, est eius diligentiam postulare. Cic. ad Attic. libr. 7. Sin erit bellum, meæ partes non desyderabuntur. Hinc fit compositum Expers, ἄμοιρος, quod est sine parte.

Particula, æ, f. p. diminut. Parua pars, μερίς. Cic. 3. Ver. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inuestigamus, redundarunt. Idem 2. de Nat. deorum, Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum, & mirandum: nullo modo perfectus, sed particula perfecti. Quintil. lib. 4. cap. 5. Deinde quum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obscuritatem.

Particulatim, aduerbium idem quod membratim & per particulas, μερικῶς. Autor ad Heren. lib. 1. Si summatim, nō particulatim narrabimus. Colum. libr. 7. cap. 5. Nam particulatim facilius quàm uniuersus conualescit. Lucret. libr 3. Lumina qui linquunt moribundi particulatim.

Particeps, huius participis, om gen. t. Qui partem capit, μέτοχος. Ter. in Heaut. Nisi ubi ille huc saluos redierit meus particeps.

ticeps. Participem facere aliquem rei alicuius, est ei communicare quicquid est. Plautus in Epid. Gratiam habeo, fac participes nos. Terentius in Heaut. Cuius te maximè fieri participem cupis. Dicimusq; particeps sum laborum tuorũ. Cæsar 3. bel. Ciuil. Quos sui consilij participes habebant. Et particeps sum tibi in laboribus. Curtius lib. 6. Quòd fuisset illi in periculis particeps.

Participo, as, act. p. Partem tribuo aut capio: siue participem facio, aut particeps fio, μεταλαμβάνω, μεταδίδωμι, μετέχω. Quum significat participem fieri, iungitur accusatiuo tantùm. Gell. li. 15. cap. 2. Si fortè ad participandas eiusmodi uoluptates aut uolũtas tulerit, aut casus induxerit. Cic. 2. Tusc. ex Poetarum ueterũ aliquo, Qui alteri exitium parat, Eum scire oportet sibi paratum, pestem ut participet parẽ. Quum significat participem facere, iungitur interdum genitiuo cũ accusatiuo. Plaut. in Cistel. Paternũ seruum sui participat consilij. Id est, facit participem, uel seruo consiliũ communicat. Interdum ablatiuo cum accusatiuo. Plaut in Mil. Nam non potuit quin suo sermone aliquẽ familiarium participauerit de heri amica. Interdũ accusatiuo & ablatiuo cum præpositione cum. Liu. 3. ab Vrbe, Suas laudes participare cum Cæsone, memorare pugnas, &c.

participium, pii. n. s. Pars orationis apud Grammaticos, ita dicta, quòd partem capiat nominis & uerbi, μετοχὴ. Hinc participalia, μετοχίκα, nomina dicta sunt Gerundia, quæ licet non sint participia, similia tamen participiis sunt. Nam quũ à uerbis deriuentur more participiorum, habent etiam casus aliquot, quanuis non omnes eos quos habent participia: nisi generaliter accipias gerundium, ut etiam cõplecteris nomen gerundiuum: quemadmodum accipit Valla. Sic enim non modò casus habebunt, quum sint mera nomina, uerumetiam genera & numeros: sed amittent regimen sui uerbi. Gerundia enim propriè dicta habent post se eundem casum quem habent uerba à quibus descendunt. Gerundiua autem nullum omnino habent casum: suntq; uocc omnino similia participiis futuri temporis indus. Differunt tamẽ significatione, quòd Gerundiua, siue (ut Valla loquitur) gerundia, rei administrationem significant sine tẽpore: ut Tenet me occupatio iuris dicendi. Quo in loco Dicẽdi gerundiuum est, nec tempus significat futurum, sed rei administrationem in iure dicendo. Illa uerò, tempus sine rei administratione: Tenet me cura dotis numerandæ: participium est futuri temporis significatiuum sine rei administratione. Præterea gerundia duplicem significationem habent, participia unam tantùm. Sed sciendum quod gerundia quæ sociata sunt substantiuis, passiuè accipiuntur: disiuncta uerò, modò actiuè, modò passiuè: sed passiuè, quum sine præpositione, & sine genere in ablatiuo, & quasi absolutè ponuntur. Quint. Sed memoria ex colendo, sicut omnia alia, augetur, id est, dum excolitur. Vergilius. Alitur uitium, crescitq; tegendo. Idem, Aegrescitq; medendo. &, Vritq; uidendo Fœmina, hoc est, quum tegitur uitium quum curatur æger, quum uidetur fœmina. Sallustius etiam gerundium accusatiui casus passiuè posuit Pauca (inquit) suprà repetam, quo ad cognoscendũ omnia illustra magis, magisq; in aperio sint: id est, ut cognoscantur. Iunguntur & gerundia cum plurali numero, singulari ubce. Plinius Quum illorum uiuendi gratia me in forum contuliſſem.

Partim, aduerbium, Significat quandoq; Ex parte, uel pro parte, πῇ μὲν, πῇ δὲ, τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, ut Partim subticuit crimen, partim confessus est: & ferè semper in oratione geminatur. Cicero Cælio libro secundo Epistol. Vt eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. Aliquãdo non geminatur. Cic. de Amicitia, Sed nihil est quod illi non persequantur suis argutiis, partim fugiendas esse nimis amicitias ne necesse sit unum solicitum esse pro plurib. Inuenitur etiam quater repetitum. Cic. pro Cluentio, Partim nihil contra habitum ualere, partim etiam pro hoc esse partim, &c. Aliquando Partim, teste Gellio libr. 10. cap. 13. idem est quod pars: ut, Partim hominum uenerunt, id est, pars hominum uenit, siue homines ex pluribus. Partim hoc in loco aduerbium est, neq; in casus inclinatur, & genitiuũ regit. Interdum etiam aduerbio partim, atq; eius genitiuo præponitur præpositio cũ, ut probat Gellius adducto Catonis exẽplo ex Oratione de Re Flor. (Ibi inquit Cat.) pro scorto fuit, in cubiculum surreptitauit è conuiuio, cum partim illorum iam sæpe ad eundem modũ erat. Cum partim eorũ dixit pro eo quòd est, cum quibusdam eorum, uel cum parte. Vide Gellium loco iam citato. Nonnunquam partim non geminatum, in priore orationis parte locatur, in posteriore ponitur alius, alia, aliud. Sallustius in Iugurth. Rursus Imperator contra postulata Bocchi nuntios mittit: ille probare partim, alia abnuere. Ibidem, Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium inuidia pericula metuentes, &c.

Partior, partiris, & Partio, partis, partiui, partitum, futuro partiam, & partiar, & apud antiquos partibo, & partibor. Est autẽ Partiri diuidere, & quasi partes facere, μερίζω, διανέμομαι. Plautus in Asinar. Hanc quam nactus sum prædam, cum illis partiam. Tacitus libro decimo octauo, Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. Cicero pro Sylla, Neque hoc partiendæ inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor. Idem in Oratore, Genus uniuersum in species certas, ut nulla neque præmittatur, neque redundet, partietur, ac diuidet. Præter proprium accusatiuum, habet aliquando ablatiuum cum præpositione cum: aliquãdo alium accusatiuum cum præpositione in, aliquando cum præpositione inter. Vergilius undecimo Aeneidos, Accam ex æqualibus unam Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camillę, Quicum partiri curas: atque hæc ita fatur. Cæsar 3. belli Ciuili, Cum Scipione honorem partitur. Vergilius primo Aeneidos, Socios partitur in omnes. Sallustius in Iugurth. Prouincias inter se partiuerant. Ab his fiunt composita, Impertio actiuum, & Impertior tàm passiuum, quàm deponens, ἀπονέμω, a in e, mutata, sicut fit in Experis: idemq; significant quod impendere, uel partem dare, & participem facere, Cicero in Topic. Huic rei aliquid temporis impertias. Idem 2. Catil. Atq; etiam uiro forti collegæ meo laus impertitur. Interdum etiam hoc uerbum habet post se ablatiuum cum accusatiuo. Terentius in Eunucho, Plurima salute Parmenonem suum impertit Gnato. Dispertio, uel Dispertior, uariè partio, διανέμω. Plautus in Aulularia, Hercle iniuria dispertiuisti: pinguiorem isti agnum habent. Cicero septima Verrinarum, A quibus initia uitæ atque uictus, legum, morum, mansuetudinis humanitatis exempla hominibus, & ciuitatibus data, ac dispertita esse dicuntur. Idem Metello li. 5. Epist. Quod quum dicerem, illud adiunxi, mihi tecum ita dispertitum officiũ fuisse in reipublicæ salute retinenda, ut ego, &c. Bipertior, διχοτομέω, Tripertior, Quadripertior, Quinquepertior, hoc est, in duas, tres, quatuor, aut quinq; partes diuido, à quibus Bipertita, Tripertita, & huiusmodi.

Partitio, onis, uerbale, f. t. Quod significat diuisionem totius in partes, μερισμὸς. Cic. 2. de Nat. deor. Hæc, si rectè memini partitio fuit. Idem 1. de Orat. Græcos partitionem quandam artium feciſſe uideo. Idem pro Cæcil. Quum præsertim pecunia ex partitione deberetur.

Partitor, pen. prod. partitoris, uerbale, μερισὴς, Cicer. in Vatin. Quum te non custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putares.

Partitè, diuisè. Cic. in Orat. Quæ enim nihil potest tranquillè, nihil leniter: partitè, definitè, distinctè, &c.

Particulones, m. è. Dicuntur cohæredes, & qui partem patrimonii sumunt, συμμέτοχοι. Pompon in Præcone, ut citat Nonius, Age modò Stagari, particulones producam tibi.

Partiarius, rii, m. s. Colonus, siue alius quis cum quo aliquid cõmune habemus, & partimur, κοινωνὸς. Cat. c. 144. Vineam curandã partiario, bene curet, fundum, arbustum, agrũ frumentarium: partiario fœnum, & pabulum, quod bobus satis fiet qui illic fient: cætera omnia pro indiuiso. Idem ca. 16. Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit, & coquit, & cap. 136. ad redemptorem partiarium dicit eum quem paulò antè dixit colonum partiarium.

Parsimonia, uide Parco.

Parthenium, n. s. παρθένιον, Herba est, teste Ruellio, quam uulgus matricariam appellat. Descriptionem eius uide apd Dioscoridem lib. 3. ca. 147. Est item Parthenion, teste Plin. alia herbæ genus, & perdicium, & helxine, & urceolaris herba appellatur: nomen habens à Minerua, quæ illam Pericli in somnis traditur ostendisse, quum uerna illi charus de fastigio templi delapsus esset. Mineruam enim Athenienses κατὰ ἐξοχὴν, παρθένον appellant. Vulgus Parietariam appellat eo quod circa parietes præcipuè nascatur.

Parthiarii, uide in Propriis.

Particeps, participium, **Particulatim**, **Partim**, **Partior**, uide Pars.

Parturio, **Partio**, **Partus**, uideo Pario.

Paruipendo, **Paruifacio**, uide Paruus.

Pārūlis, parulidis, παρουλὶς. Abscessus exiguus in gingiuis, qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

niſi diſcuſſus fuerit, ſuppuratur. Vide Aeginet. lib. 6. cap. 17.

Părŭm, aduerbium ſignificat modicum, μικρὸν, ὀλίγον. Plautus in Trinum, Imò duos dabo, una ſi parum eſt. Parum conſulit, quum dicimus intelligitur Sibi. Terentius in Adelphis, Magis impensè cupitis, conſulitis parum, ſubauditur uobis. Parum proſpicere, eſt parum, aut nihil futura præuidere. Plautus in Curcul. Perii, proſpicio parum. Terẽtius in Andria, Parum ſucceſſit quod ago: ac facio ſedulò. Plinius in Paneg. Parum eſt in curiam uenias, niſi & conuoces, & interſis Senatui. Hinc Paululum, Pauxillum, & Pauxillulum, παρὰ μικρὸν, diminutiua.

Parumper, Paruo tempore, quaſi perparum, hoc eſt, ualdè parum, παρὰ μικρὸν. Cicero de Amicitia Tu uelim animum à me parumper auertas. Terentius in Andria, Tu Myſis, dum exeo, parumper operire me hîc. Interdum ſignificat paulatim. Vergil. 6. Aeneid. pulſuſq; parumper Corde dolor, triſti gaudet cognomine terra. Nonius tamen interpretatur ibi parumper, citò, & uelociter.

Paulatim, aduerbium, Senſim, leniter, ἠρέμα. Terentius in Hecyra, Paulatim elapſus Bacchidi, atq; huic tranſtulit amorem. Vergilius 6. Aeneid. Paulatim adnabam terræ. Cælius Ciceroni, Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam cauſam impoſuit. Vergil. 3. Georg. Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo Fœminã.

Pauliſper, temporis aduerbium, Modico temporis ſpatio, ὀλίγον χρόνον. Cicero 1. de Legib. Pauliſper faceſſant, rogamus. Plaut. in Amph. pauliſper mane, Dum edormiſcat unum ſomnum. Terent. in Adelph. Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere Pauliſper. Vergil. 5. Aeneid. Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo. Ouid. 2. Triſt. Atque utinam reuoces animum pauliſper ab ira. Cicero 1. de Diuinat. Puellam defatigatam petiiſſe à matertera ut ſibi cõcederet pauliſper, ut in eius ſella requieſceret.

Paulum, diminutiuum à parum, Cuius ſunt quatuor gradus diminutiones, ſcilicet Paulum, Paululũ, Pauxillum, & Pauxillulum. ὀλίγον, μικρὰ, βραχὺ. Terentius in Phormione, erat ei de ratiuncula Iampridem apud me reliquum pauxillulũ numorum. Idem in Andria, Pro peccato magno paulum ſupplicii ſatis eſt patri. Idem Eunucho, Tace obſecro, quaſi uerò paulum interſit. Cæſar. 3. belli Ciuilis, Naues ſoluit, paulumq; à portu progreſſus, literas à Cæſare accepit. Cicero Acad. Paulumq; quum ab eius uilla abeſſemus, ipſum ad nos uenientẽ uidimus. Pòſt paulum, pro Paulò pòſt, dixit Quintilianus lib. 9. capite 4. Sed de propoſitorum diuerſitate (inquit) pòſt paulum.

Paulò, aduerbium eſt, idem ſignificans quod paulum: ſed paulum poſitiuis, paulũ comparatiuis frequentius iungitur: ut, Paulò amplius, Paulò magis, & præpoſitionib. Ante & Poſt: ut, Paulò antè, Paulò pòſt. Vide Vallam libro 1. Paulò magis, ponitur interdum pro nimium. Cic. in Bruto, Et uerbis delectari uidetur paulò magis priſcis. Et paulò minus, aliquando pro propemodum, ſiue ferè, μικρῦ. Sueton. in Tyb. Cæſ. Quaſi neq; rediturus unquam, & citò mortem etiam obiturus: quod paulò minus utrunq; euenit. Paulò mox ponitur pro ſtatim, cum paruo interuallo. Plinius, Et paulò mox calefactum uulneri imponatur.

Paululum, diminutiuum à Paulum, ὀλίγα. Terent. in Adelph. Agelli hic ſub urbe eſt paululum quod locitas foras. Iungitur cum antè. Cic. 4. Acad. Et paululum antè dicendum eſt, quæ non mihi uidentur conſideraſſe phyſici. Ponitur aliquãdo pro pauliſper. Terent. in Eun. Paululum operirier ſi uis, iam frater ipſe hîc aderit uirginis.

Paululus, la, lum, adiect. Liu. 8. ab Vrbe, Pro paulula uia magnã mercedem Romanis eſſe ſoluendam. Idem 5. bel. Maced. Nihil puto aſpectu contemptius, equi, hominesq; paululi, & graciles, diſcinctus & inermis eques.

Părŭus, a, um, Exiguus non magnus, μικρὸς. Plin. lib. 11. cap. 37. Ab iiſdem qui altero lumine orbi naſcerẽtur, coclites uocabantur: qui paruis utriſq; ocellis. Idem libro 12. cap. 13. Parui odoris amomũ. Id eſt pauci & imbecillis odoris. Horatius 2. Serm. Satyr. 6. neq; ulla eſt Aut magno, aut paruo lethi fuga. Cic. 1. de Orat. Sic etiam in paruis, aut mediocribus reb. doctores aſſequi poſſunt, &c. Ponitur & paruum pro eo quod eſt minimi pretii. Plinius in Panegyr. Nihil antè tam uulgare, tam paruum in Senatu agebatur, ut non laudibus principum immoraretur. Cicero 1. Officiorum, Parua ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. In paruo ponitur pro ferè. Plinius libro octauo, cap. 33. Eminet roſtrum, ut in paruo ſit haud abſimile ſuillo.

Paruiduco, cis, paruifacio. Cice. pro Ar. Pericula mortis parui eſſe ducenda, & de Fin. Sed quia parui id ducere.

Paruiſſimus protulit Lucret. lib. 3. pro minimo, igitur paruiſſima quanto Et leuiſſima ſunt, ita nobilitate fruuntur.

Paruitas, atis, ſ. t. μικρότης, Cic. de Vniu. Haud iiſdem uinculis quibus ipſi erant colligati, ſed talibus quæ cerni nõ poſſent propter paruitatem, &c.

Paruulus, diminutiuum, Terentius in Eunuch. Matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit. Paruula res, eſt res nullius momenti. Terent. in Adelph. Tam ob paruulam rem penè ex patria, &c. Paruula pecunia, & immanis opponuntur. Cic. pro Roſc. Comœdo, Et illa fuit pecunia immanis, hæc paruula. Ponitur & paruulus pro puerulo. Quint. libro 5. cap. 7. Excepta paruulorum iudicia.

Paruulũ, aduerb. Plin. Epiſt. 170. Nam paruulùm differt, patiaris aduerſa, an expectes, id eſt, minimùm. Hinc etiam Paucus ὀλίγος, à quo diminutiua Pauculus, & pauxillus.

Minor, noris, & hoc minus, comparatiuum à paruus, ἐλάττων. Ouidius ſecundo de Arte, Non minor eſt uirtus, quàm quærere, parta tueri. Interdum idem eſt quod iunior, præſertim ſi addatur ablatiuus natu, annis, uel ſimilis. Cicero de Amicitia, Tu uerò perge Læli: pro hoc enim, qui minor eſt natu, iure meo reſpondeo. Idem 4. Verrinarum, Ne quis minor triginta annis natu. Idem 4. Acad. Te hominem amiciſſimum, & aliquot annis minorem natu. Interdum etiam ſine huiuſmodi ablatiuo. Terentius in Eunuch. Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire.

Minimus, a, um. ſuperlatiuum à Paruus, ἐλάχιστος. Cic. 3. Officiorum, Ex malis eligere minima oportet. Plaut. Aul. Acceſſit animus ad meam ſententiam, Quàm minimo ſumptu filiam ut nuptum darem. Minimus natu. Liuius 2. ab Vrbe, Minimus quiſq; natu patrum.

Minimè, penultima correpta, aduerbium negandi. Cicero de Amicitia, Turpis enim excuſatio eſt, & minimè admittenda cum in cæteris peccatis, tum ſi quis contra Rempublicam ſe amici cauſa feciſſe fateatur. Minimè gentium, Vehementius negantis eſt, ut quum uolumus ſignificare quippiam omniũ gentiũ iudicio minimè eſſe faciendũ, ἥκιστα πάντων. Aut certè ponitur pro minimè, ut ſit ſuperuacua adiectio Gentium: ſicut Vbique gentium, pro Vbique, Nuſquam gentium, pro nuſquam.

Minimùm, ſuperlatiuum eſt à Parum, & aduerbium quantitatis, ἐλάχιστα. Minimè uerò negatio eſt, quaſi nequaquã, ἥκιστα: ut, Minimùm doctus, qui pauxillum eſt doctus: ut, Minimè doctus, qui prorſus eſt indoctus. Plus enim eſt Minimè, quã non. Cicero lib. 1. Officiorum, Minimeq; artes hæ probandæ quæ miniſtræ ſunt uoluptatum. Minimùm etiam pro ſalem, ad minus, ut minimum, τὸ ἐλάχιστον. Varro, Harum ſingula genera minimum in binas ſpecies diuidi poſſunt. Sic aliquando etiam ſumitur Minimè. Columell. lib. 1. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, uel minimè nouem: quæ menſura & ad procumbendũ pecori, & iugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat. Iũgitur autem Minimùm cum genitiuo, ut cætera aduerbia quantitatis. Cic. de Amic. Quod ſi ita eſſet, ut quiſq; ualetudinis minimùm in ſe eſſe arbitraretur, ita ad amicitiam eſſet aptiſſimus.

Minimopere dixerunt ueteres, uti Maximopere. Licinius apud Priſc. Non minimopere milites quietes uolebant eſſe.

Minus, oris, n. t. Quandoq; comparatiuum eſt à Paruum, neutri generis, ſicut Minor maſculini & fœminini: ut, Plus, minus úe, πλεῖον, ἔλαττον. Aliquando comparatiuus eſt aduerbialis: ſed tunc à parum fit, non à paruum: ut, Habeo minus pecuniæ. Quod ſi iungantur poſitiuo, contrariæ ſignificationis comparatiuum demonſtrat: ut, Minus ſtultus: id eſt, prudentior. Minus prudens: id eſt, ſtultior. Terentius in Eunucho, Hoc nemo fuit minus ineptus, id eſt, aptior. Frequenter etiam accipitur pro non, præſertim coniunctum cũ ſin, & cum quo: ut, Sin minus, idem eſt quod, ſi uerò non: Quæ minus, hoc eſt, ut non. Minus quindecim anni ſunt. Plaut. in Trinum. Minus quindecim dies ſunt, quod pro his ædib. minas quadraginta Accepiſti à Callicle. Liu. de bel. Pun. Minus duo millia hominum effugerunt.

Minuſculus, la, lum, diminutiuum à Minus. ἐλαττόλιον. Varro, Ex hoc auiario ut ſumantur idoneæ, excludantur in minuſculum auiarium. Ad hunc etiam modum dicimus, Minuſculam epiſtolam, Minuſculam uillam. Plautus Amphit. Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula Tuum diminuam caput. Cic. ad Q. Frat. Reſcripſi epiſtolæ maximæ, audi nunc de minuſcula. Idem ad Atticũ, Scribis enim eſſe rumores,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rumores, me ad lacum quod habeo uenditurum, minuſculam utiq; Quin traditurum.

Paſalli, uide Paſtilli.

Păſcĕŏlŭs, penultima correpta, ut inquit Nonius, Sacculus eſt ex aluta factus. Plaut. in Rud. Præterea centum minæ Philippicæ paſceolo ſeorſum. Quidam dicunt ſignificare loculum in marſupio.

Paſca, uide in Propriis.

Paſco, is, paui. paſtum. a. t. Veſcor, comedo, νέμομαι. Vergilius 3. Eclog. paſcentes ſeruabit Tityrus hœdos. Ouidius 4. Metamorph. Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas Paſcebant. Quandoq; conſtruitur cum accuſatiuo. Ouid. 2. Faſt. Pauit quis pratum, uel benas improba carpſit. In hac ſignificatione etiam ſumitur Paſcor deponens, de quo inſequenti dictione dicemus. Aliquando Paſco uerbum eſt actiuum, idem ſignificans quod cibum alteri præbere, νέμω, βόσκω, & quaſi cibo ſaginare: & ſic dicimus, Herba paſcit equum, & Paſco equum herba. Verg. 3. Georg. Veloces Spartæ catulos, acremq; moloſſum, Paſce ſero pingui. Plaut. in Merc. Nam ædepol equidem, mi ſenex, non didici baiulare, Nec pecua ruri paſcere, neq; pueros nutricare. Ci. 1. de Diuinat. Qui quum propter paupertatem ſues puer paſceret. Per translationem ponitur pro Delectare, ἱστάω. Idem 1. Aeneid. atque animum pictura paſcit inani. Sic paſcere oculos eſt uiſu alicuius rei gratæ eos oblectare. Terent. in Phormione, Reſtabat aliud nihil niſi oculos paſcere. Interdum pro Fouere, alere. Vergilius 3. Georgicorum. Et qualem infœlix amiſit Mantua campum Paſcentem niueos herboſo flumine cygnos. Iuuenal. Satyr. 3. quot paſcit ſeruos, tot poſſidet agri iugera. Huius compoſita ſunt, Compaſco, Depaſco, paſcendo abſumo: pro quo etiam dicimus Depaſcor, κατασίτομαι. Vnde depaſtus, quod modò actiuè ſumitur, quum ſcilicet fit à deponente Depaſcor. Sic dicimus Bouẽ depaſtum eſſe agrum, hoc eſt, paſcendo omne agri gramen abſumpſiſſe. Modò paſſiuè: ut quum agrum depaſtum dicimus, cuius herba paſcendo eſt cõſumpta, κατανεμηθῆς. Diſpeſco, Expaſco, Depaſco, Perpaſco, uide ſuis locis.

Paſcor, eris, deponens, Significat Comedo, ueſcor, νέμομαι. Vergilius 3. Georgicorum Paſcuntur uerò ſyluas, & ſummæ Lycæi, Horrentesq; rubos, & amantes ardua dumos. Idem ibidem, Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca. Aliquando Paſci accipitur pro Creſcere. Ouidius lib. 2. Amorum, Paſcitur in uiuis liuor, poſt fata quieſcit. Ab hoc fiunt Depaſcor, νέμομαι, ἐπινέμω. Vergilius 2. Georg. Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Impaſcor, Intus paſco, ἐπινέμομαι. Columella libro ſecundo. Neq; ſuem uelimus impaſci pratum, quoniam roſtro ſuffodiat, & cæſpites excitet.

Paſcito, as, pen. cor. Frequentatiuum à Paſco, διανέμω. Varro 1. de Re ruſt. cap. 16. Nunc feras dico, quæ in ſylueſtribus locis paſcitant: cicures: quæ cultris.

Paſtus, a, um, participium à paſcor, Qui cibum uel pabulum ſumpſit, σιτισθείς. Cicero pro Cluentio, Vt etiam beſtiæ fame dominante, plerunq; ad eum locum, ubi paſtæ aliquando ſint, reuertantur. Vergilius 5. Eclog. Nonnulli paſtos illis egere diebus Frigida Daphni boues ad flumina.

Paſtus, us. m. q. Cibum, ſiue cibationem, uel pabulum ſignificat, νίτησις, νομή Gellius lib. 2. cap. 29. Alia luce orta, auis in paſtum profecta eſt. Vergil. 4. Georg. rurſus eaſdem Veſper ubi è paſtu tandem decedere campis Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curent. Idem ibidem, Veſper ubi è paſtu uitulos ad tecta reducit. Cicero 1. Offic. Principio generi animantium omni eſt à natura tributum, ut ſe, uitam, corpus tueatur, declinetq; ea quæ ei nocitura uideantur, quæq; ſint ad uiuendum neceſſaria inquirat, & paret: ut paſtum, ut latibula, ut alia ciuſdem generis.

Paſtio, ſtionis. f. t. uerbale eſt à Paſco, propriéq; ſignificat ipſum paſcendi actum, νομή. Varro 2. de Re ruſt. capit. 10. Qui paſcunt in ſaltibus, greges cogere oportet, in paſtione diem totum eſſe. Frequentiſſimè etiam accipitur Paſtio pro ipſo pecudum alimento. Cic. pro Leg. Manil. Aſia uerò tàm optima eſt & fertilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuum & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat: Valla libro quarto, Paſtio uidetur ſignificare cibum, ſed tamen potius ad alimenta pecudum pertiner, quæ paſci dicimus: quanquàm ſuapte natura ſignificat ipſam actionem paſcendi: nunc frequentius cibum. Colum. li. 1. Præfat. Poculatoris uerò & ſubdulci diuerſa profeſſio, diuerſæ paſtiones

Paſcuus, a, um, Quod paſtui aptum eſt, νομαδικός, unde Paulus Syluam paſcuam appellat, quæ eſt paſcuis pecudum deſtinata. Plaut. in Truc. Non aruus hic qui arari ſoleat, ſed paſcuus eſt ager. Lucret. lib. 5. Siue quod inducti terræ bonitate uolebant Pandere agros pingues, & paſcua reddere rura. Hoc eſt, colere rura ut apta eſſent paſcendis armentis.

Paſcuum, paſcui, à quo plurale Paſcua, orum, n. ſ. In quibus pecudes paſcuntur, ſiue ager paſcuus ſit, ſiue pratum, ſiue mos aut collis, ἐπονυμία, νομή. Colum. libr. 8. In eo rure quod paſcuo caret, contineri poteſt, exiguo, & qualicunq; pabulo cõtentus. Idem lib. 8. capite 14. Eſuriens mittatur in paſcuum. Ibidem cap. 5. Nec tamẽ ulla tàm blanda ſunt pabula, aut etiam paſcua, quorum gratia non exoleſcat uſu continuo. Herboſa paſcua, Ouid. 2. Metam. Læta paſcua, Hora. 4. Carm. Ode 4. Paſcua (inquit Plin. libr. 18. cap. 3.) in Cenſoriis tabulis dicebãtur omnia ex quibus populus redditus haberet, quia diu hoc ſolùm uectigal fuerat.

Paſcales, Oues & gallinæ dicuntur, quæ paſſim paſcũtur: à paſco, ſiue à paſcuis, quaſi paſcuales, σιτιστοί. Lucil. Paſcali pecore, ac montano hirco, &c. Nonius.

Paſtor, oris, m. t. Qui curam habet paſcendi: uox ſæpius repetita apud Varronem, Catonem, Columellam, & alios linguæ Latinæ principes, ποιμήν. Cicero pro Flac. O paſtores neſcio quos cupidos literarum. Verg. 3. Georg. deſertaq; regna Paſtorum, & longè ſaltus, lateq; uocantes. Iuuenal. Sat. 11. Paſtoris duri eſt hic filius, ille bubulci.

Paſtoralis, & hoc paſtorale, o. t. Quod eſt paſtoris, uel quod ad Paſtorem pertinet, ποιμαντικός: ut, Paſtoralis cura, Paſtorale officium. Varro, Tertio gradu à uita paſtorali ad agricolturam deſcenderunt. Ci. 1. de Diuin. At ille Romuli auguratus paſtoralis, non urbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum. Verg. 7. Aeneid. Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtũ Colum. lib. 6. cap. 23. Ad quem ſaturæ pabulo libenter recurrunt, quum paſtorali ſigno quaſi receptui canitur. Ouid. 2. Faſt. Romulus, & frater, paſtoralisq; iuuentus Solibus, & cãpo corpora nuda dabant.

Paſtoritius, a, um, Idem quod paſtoralis, ποιμαντικὸς, βοτηρικός, Varro libro 1. de Re ruſt. cap. 2. Quum homines paſtoritiam uitam agerent, neq; ſcirent etiam arare terram. Cic. ad Attic. lib. 1. Itaq; & ludis, & gladiatoribus mirandas, ἀυτοσχασίας ſine ulla paſtoritia fiſtula auferebamus. Idem pro Cælio, Fera quædam ſolidatas, & planè paſtoritia atq; agreſtis germanorum Lupercorum.

Paſtorius, a, um, Quod ad paſtorem pertinet, ποιμενικός. Varro libro 2. de Re ruſtic. An ea quæ tria heri dixiſti mihi de paſtoria re. Ouid. 2. Metam. Illud erat tempus, quo te paſtoria pellis Texit, onuſq; fuit baculus ſylueſtris oliuæ. Sibila paſtoria, Idem 13. Metam.

Paſsĭlus, & Paſſeolus, lege Phaſiolus.

Paſſarina, Leucoion, uel alba uiola, apud Dioſc. li. 5. ca. 139.

Paſſer, eris, m. t. Auis eſt uulgò nota, quã nonnulli à patiendo dictã putant, eo quod morbũ caducum patiatur, στρεβὸς. Plinius libro decimo, capite 56. Contrà peſſeri minimũ uitæ, cui ſalacitas par. Mares negantur anno diutius durare, argumento, quia nulla Veris initio appareat nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit. Fœminis longiuſculum ſpatium. Cicero 1. de Diuinatione, Chalcas ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt. Horatius 2. Sermon. Satyra 8. quum paſſeris atque Ingluſtata mihi porrexerit illa rhombi. Et paſſer, nomen piſcis mariui, ex Pelamidum, ut ait Plinius libro 32. capite 11 ψίρλα. Eſt præterea Paſſer loci nomen non procul à Terracina. Martialis libro 6. Non mollis Sinueſſa, feruidiq; Fluctus paſſeris, aut ſuperbus Anxur. Paſſer ſolitarius, στρεβὸν μονάζον, Auis aliquanto grandior paſſere, ac ſubnigrior, ſolus per domorum culmina incedens, cantu ſuauis. Sipont.

Paſſerculus, diminutiuum, στρεβλον. Plautus in Aſinaria, Dic igitur me tuum peſſerculum, gallinam, coturnicem. Cic. 2. de Diuin. Cur autem de paſſerculis cõiecturam facit, in quibus nullum erat monſtrum, &c.

Paſſernices, Cotes ſunt, quæ trans Alpes inueniũtur aquæ aciem trahentes. Plinius libro 36. cap. 22. Repertę ſunt in Italia aqua trahentes acerrimo effectu, necnon & trans Alpes, quas Paſſernices uocant.

Paſsim, aduerbium, à paſſu, Significat ſparſim, ueluti per ſingulos paſſus, διαστατικῶς, ἀνὰ μέλλω. Vbiq; uerò dicitur de eo ubi nullum eſt interuallum: ut Herba eſt in prato ubiq;,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

grex uerò passim pascitur, quia aliquid interualli est inter pecudem & pecudem, non inter herbam & herbam. Cicero pro Fonteio, Hi contrà uagantur læti, atq; erecti passim toto foro. Sed confunduntur quandoque. Ponitur interdum pro Vndique, παντοχόθεν. Lactantius, Constituit asylum eò passim confugerunt ex finitimis locis. Interdum pro quomodolibet. Vergilius 5. Aeneidos, Passim in littore sicco Corpora curamus, id est, ut quisque uult, siue indifferenter. Aliquando pro ubiq;, παντοχοῦ, παντοχῇ. Lactant. Creditur ei passim tanquam cognitæ ueritati.

Passum, si, neu. s. Vini dulcis genus, quod ex uuis passis exprimitur, γλυκύ. Vua autem passa ea dicitur quæ ad solem suspenditur, ut maiorem contrahat dulcedinem. Quomodo autem fiat passum, docet Columella libro duodecimo, capite 39. Vuam (inquit) præco quam bene maturam legito, acina arida aut uitiosa reiicito: furcas uel palos qui cannas sustineant, inter quaternos pedos figito, & perticis iugato. Tū insuper cannas ponito, & in sole pandito uuas, & noctibus tegito, ne irrorentur. Quum deinde exaruerint, acina decerpito, & in dolium, aut in seriam coniicito: eodem mustum quamoptimum, sic ut grana submersa sint, adiicito. Vbi cōbiberint uuæ, seq; impleuerint, sexto die in fiscellam conferto, & prælo præmito, passumq; tollito. Passum secundarium, quod fiebat post passum, brisa musto madefacta. Columella ibidem, Postea uinaceos calcato, adiecto recentissimo musto, quod ex aliis uuis factum fuerit, quas per triduum insolaueris: tum permisceto, & subactam brisam prælio subiicito, passumq; secundarium statim uasis oblinitis includito.

Passus, à uerbo Patior, uide Pátior.

Passus, à Pando, pandis, uide Pando.

Passus, sus, m. q. propriè est extensio pedum in progrediendo, βῆμα. Vergil. 2. Aeneid. Sequiturq; patrem non passibus æquis. Dicitur præterea passus mensura duorum pedum & semissis: à passis, hoc est, extensis pedibus. Tantum enim ferè in pgrediendo spatii est inter digitos prioris pedis & calcaneū posterioris. Hic aūt passus minor, uel passus simplex dicitur, à nonnullis etiam gressus. Passus autem maior, qui & passus Geometricus dicitur, quod eo peculiariter Geometræ utantur, constat ex quinq; pedibus, hoc est, ex passu minore geminato. Et de hoc passu intelligendum est, quum dicimus. Millia singula constare ex mille passibus: & generaliter, quoties apud scriptores passus occurrit mentio. Geometricum passum accipere debemus. Plinius libro undecimo, capite 8. Apes operantur inter sexaginta passus. Vide de hoc Cosmographiam Appiani.

Pastillum, n. gen. (sicut docet Festus) fuit genus libi rotundi quo utebantur in sacris.

Pastillus, li, m. s. Est massula cuiuscunq; materiæ in formam panis parui coacta, τροχίσκος. Diminutiuum uidetur à pasta. quanuis fiat mutatio generis. Festus autem à pane deducit. Hinc pastilli medicinales, & Pastilli odoratorii Horatius 1. Sermon. Satyra 2. Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Græcè trochisci dicuntur ab orbiculari forma. Pastilli (inquit Celsus libro quinto, capite 27.) medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut uino, uel aceto incocta, quæ à coctione rursus inaruerunt: quæ, quoties usus poscit, subinde eiusdem generis humore diluuntur: deinde uulneribus illinuntur, non autem imponuntur ut emplastra. Plinius lib. 33. capite 6. Quod ubi subsidit, fios intelligitur, ac linteolo interposito, in sole siccatur, non ut perarescat: iterumq; in mortario teritur, & in pastillos diuiditur.

Pastillicare, & patulicare, in formam pastilli redigere. Vide Barbarum in Censura Pliniana.

Pastināca, æ, Genus radicis, uirtutis calidæ, σκαφυλῖνος. Huius duæ sunt species, agrestis, quā Græci propriè uocant, σκαφυλῖνον. Galli des Patnes. Altera hortensis, quam iidem paucis literis immutatis uocant Pastenadas. Vide Plinium libr. 19. capite 5. & Dioscoridem libro 3. capite 57. 81. Item pastinaca, piscis uenenatus ex planorum genere, τρυγών. Plinius libro 9. capite 42. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens. Armenta solertiæ huius, quod tardidissimi piscium, hi mugilem uelocissimum omnium habentes in uentre reperiantur. Celsus libro 9. cap. 9. Et plani piscis quem nostri pastinacam, Græci τρυγόνα uocant, aculeus torretur.

Pastínum, ni. n, s. pen. cor. Est (ut Columell. lib. 5. cap. 18. refert) ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Pallādius accipit pro pastinato, hoc est, pro terra pastinatione renouata, Pastinū fieri nunc tempus est. Mensura pastini hæc est, in tabula quadrata iugerali ut cēteni octogeni pedes per singula latera dirigantur.

Pastinō, ās, āre, act. p. Est agrum fodere, βωλοτροφῶν. Columella libro tertio, capite 13. Tum in terram bene pastinatam, & stercoratam rectum sarmentum defigito. Huius compositum est Repastino, as, Repastinari dicebant uetercs uineas quæ refodiebantur. Hæc enim propriè appellatio restibilis uineti erat, nunc antiquitatis imprudens consuetudo quicquid emoti soli uineis præparatur, repastinatum uocat. Vnde quidam Repastinari agrum dicunt, cuius natura fodiendo mutatur. Plinius libro decimo nono, Præcipuus fit caulis sapore ac magnitudine, primum omnium si in repastinato seras. Hinc Repastinatio, pro renouatione quandoque capitur.

Pastinatio, onis, uerbale, βωλοτροφία. Columella libro 3. capite 12. Quibus omnibus diligenter exploratis, tum pastinationem suscipiemus.

Pastinator, oris, m. t. Colum. lib. 3. cap. 13. Nam duas regulas latitudinis, qua pastinator sulcū facturus est, in speciem Græcæ literæ X, decussabimus.

Pastinatum, ati, solum fossione renouatum. Colum. lib. 4. capite 4. Facta in pastinato scrobe. Idem libr. 3. cap. 3. Et adhuc tamen sic computauimus, quasi nullæ sint uiuiradices quæ de pastinato eximantur.

Pastinatus, tus, m. q. Ipsa pastinatio, βωλοτροφία, Plinius libro decimo septimo, capite uigesimo, Alba populus scritur bipedaneo pastinatu.

Pastio, **Pastus**, uide Pasco.

Pastomis, midis, πασομίς, Instrumentum ferreum siue ligneum, quod ad cohibendam equorum tenaciam, naribus uel morsui imponitur. Lucillius, Pastomides huic de naribus ingentes pendent.

Pastophori, **Pastophorium**, uide in Propriis.

Pastor, **Pastoralis**, **Pastoritius**, **Pastorius**, & **Pastus**, uide Pasco.

Pătăgĭum, gii, n. s. πατάγιον, Aurea chlamys, quæ prætiosis tunicis superindui solet: & qui ita induti sunt, Patagiati dicuntur. Et patagiarii, qui huiusmodi uestes conficiunt. Apuleius, Vberes enim crines leniter demissos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimq; sinuato patagio residentes, paulisper ad finē conglobatos in summū uerticem nodus astrinxerat. Fest. Patagiū est quod ad summam tunicam assui solet, quæ & Patagiata dicitur.

Patefacio, uide Pateo.

Pătella, æ, f. p. πινάκιον: à patulo, uel πλάτη, fingo: uel ἀπὸ τῆς πλατάδος, hoc est, latitudine: aut certè à nomine Patina, cuius uidetur esse diminutiuum: Vas latum est, condiendis obsoniis aptum, lanx, seu paropsis, πίναξ, siue uas escarium ad olera & pulmenta ponenda Horatius libr. 1. Epist. 5. Nec modica cœnare times olus omne patella. Ouidius 2. Fastorum, Nutriat intinctos missa patella cibos. Cicer. 2. de Finibus, At qui reperiemus asotos primùm ita non religiosos, ut edant de patella: deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant id ex Hymnide, Mihi sex menses satis sunt uitæ, septimum Orco spondeo. Martialis libro 13. Quanuis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior est tamen patella. Sunt qui uelint patellam eandem esse cum sartagine: sed Iuuen. diuersa esse ostendit, quum inquit, Vrceoli, pelues, sartago, patellæ. Est etiam morbus arborū, hoc est, solis exustio. Plinio libro 17. cap. 24. Olea clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, uel patellam. Patella item dicitur commissura in cruribus, ubi coxarum capita media sinuantur, quò facilius excipi à cruribus possint.

Patellarius, a, um, adiect. ut Patellarii dii. Plaut. Ciste ll. Dii me omnes magni, minutique, & patellarii Faxint, ne ego uiuos dem fauium Silenio.

Pătĕo, es, patui, absq; supino, n. s. quanuis nonnulli putent supinum esse passum, quod magis est à pando. Est autem Pateo, apertum esse, ἀνοικτὸς εἶμι. Plautus, Ingredere tu, fores iā diu patent. Terentius in Eunucho, si hoc efficio, postulo ut mihi tua domus Te præsente, absente pateat, inuocato ut fit locus. Cæsar 6. bell. Gall. Iis omnium domus patent, uictusq; communicatur. Verg. 6. Aeneid. Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Ponitur aliquando pro Extendor. Cæs. 7. bell. Gal. Ante id oppidum planities millia passuum tria in longitudine pate-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dine patebat. Aliquando ponitur pro In poteſtate eſſe: ut Omnia mea tibi patent. id eſt, ſunt in tua poteſtate. Salluſtius in Catilin. Vbi cuncta maria, terræq; patebant ſub Romanis. id eſt, erant in eorum poteſtate. Aliquando pro Obnoxium, ſiue opportunum eſſe. Celſus libro ſecundo, capite 1. Longis morbis ſenectus, acutis adoleſcentia magis patet. Aliquando pro Conſtare, ſiue manifeſtum eſſe & hoc in tertiis perſonis tam ſingularibus, quàm pluralibus. Plautus in Captiuis, Operta quæ fuere, aperta ſunt, patent præſtigiæ. Plinius libr. decimo, capite 17. Piſces audire palàm eſt, ut patet. Aliquando cum datiuo ſignificat expoſitum eſſe. Liuius 1. belli Macedonici, In patentem uulneri equum, equitemq; ſagittas coniicere poterat.

Patens, & Patulum, quæ inter ſe differunt, quòd patens ſit qđ ad tempus patet, ἀνεῳγμένον. Patulũ, quod ſemper patet, ut arbor. Verg. 1. Eclog. Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. Nares patulæ, Ouid. 3. Metam. Os patulum, Ouid. Epiſt. 17. Vias patulas aperire, Silius lib. 17. Campi patuli, Claud. de raptu Proſerp. Hinc Plaut. Bouem patulum appellat, cuius cornua diuerſa ſunt, ac latè patent. Ver. 9. Aen. & portas prębere patentes. Inuenitur tamẽ etiam patens pro patulo poſitum, hoc eſt, pro eo quod ſemper patet. Idem 4. Georg. Ergo ubi Ver nactæ ſudum, camposq; patentes, Erumpunt portis concurritur, æthere in alto Fit ſonitus, &c. Liuius 7. ab Vrbe Iuſſæ legiones arma capere, egreſſæq; caſtris, quum per explo ratores notior iam ſaltus eſſet, uia patentiore ad hoſtem ducuntur. Colum. libr. 12. cap. 6. Dolium quàm patentiſſimi oris locato in ea parte uillę quę plurimum ſolis accipit, id dolium aqua cæleſti repleto, &c.

Patenter, aduerbium, ἀνοικτῶ. Cic. 2. de Inuent. Abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe, non ut negotialis implicitè & abſconditè, ſed patentius & expeditius recti quæſtionem continet.

Patefacio, is, a t. Aperio, patentem facio, ἀνοίγω. Liuius 2. ab Vrbe, Ita induxiſſe ſe in animum, hoſtibus potius quàm regibus portas patefacere. Ouidius 2. Metamorphoſeos, Cæleſtiq; fores uirga patefecit. Liuius 2. ab Vrbe, Et ad extrema uẽtum foret, ni legati rapto Conſulis corpore patefeciſſent una porta hoſtibus uiam. Ponitur aliquando pro declarare, detegere, manifeſtare, palàm facere, ἀνακαλύπτειν. Terentius in Hecyra, Pertulit tot meas iniurias, quæ unquam ullo patefecit loco. Cicero ad Quintum fratrem libro 2. Racilius, qui unus eſt hoc tempore Tribunus plebis, rem patefecit. Idem ad Attic. libro 11. Sed neq; hoc tempore, nec antea patefeciſſet odium ſuum in me, niſi omnibus rebus me eſſe oppreſſum uideret.

Patefactio, onis, f. t. uerbale, ἄνοιξις. Cicero de Finibus, Atqui hæc patefactio, quaſi rerum opertarum quum quid quidq; fit, aperitur, definitio eſt, qua tu etiam imprudens utebare nonnunquam.

Patefio, Apertus, & palàm fio, ἀνακαλύπτομαι. Terent. in Phor. Ego nullo remedio poſſum me euoluere ex his turbis, Quin ſi hoc celeriter, in metu: ſin patefit, in probro ſiem.

Pateſco, ſcis, n. t. Aperior, patens fio, ἀνοίγομαι. Plin. lib. 22. cap. 22. Si pateſcentes primò adhalauerit. Liu. 2. bel. Pun. Deinde paulò latior pateſcit campus, inde colles aſſurgunt. Quandoq; tamen pro primitiuo ponitur. Salluſt. Hinc latè pateſcentibus campis exercitum tutò emittit. Verg. 2. Aeneid. Da naumq; pateſcunt Inſidiæ. id eſt, manifeſtæ fiunt, apparent, patent. Atria pateſcunt, Idem 1. Aen. Portus pateſcit iam prior, Idem 3. Aeneid.

Patulus, a, um, Apertus, latus, diffuſus, ἀνοικτὸς. Differtq; à patenti, quòd patula dicuntur, quæ ſemper aperta ſunt: Patentia autem, quæ ad tempus patent, poſtea claudenda. Vide latius ſuprà in uerbo Pateo.

Patulico, as, pen. cor. Aperior, patulus fio, ἀνοίγομαι. Plin. li. 21. cap. 8. Patulicantibus quinquagenis quinis barbulis corona tur. Ibi Hermalaus legit Paſtillicantibus.

Pator, huius patoris, pen prod. Hiatus, & apertio, χάσμα, à patendo nomen deductum: ſicut Vagor, pro uagitu, & Fluor à fluxu. Apuleius libro tertio, Quod altrinſecus ædium patore perflabili, &c.

Pater, huius patris, m. t. Qui aliquem genuit, ὁ γεννήσας, πατήρ. Terentius in Adelph. Tuus hercle uerò & animo & natura pater. Dicitur autem procul dubio ab eo quod apud Græcos pro eodem dicitur πάππος: quanuis Varro libro 4. de Lingua Latina, patrem à patefaciendo ſemine dictum uelit. Ouidius 9. Metam. Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ, Aut tumor impediet. Horatius 2. Epiſt. 1. pueri, patreſque ſeueri Fronde comas cincti cœnant. Patris nomine, aui, abaui, proaui, ataui, continẽtur, non autem tritaui, ut uult Valla. Hinc quum patrum noſtrorum memoria dicimus aliquid eſſe factum, de proxima ætate intelligimus, non autem de illa ſexta. Cicero primo de Oratore, Quid quod uſu memoria patrum uenit, ut, &c. Patres maioresq; noſtri, Idem 1. Verri. Vergilius ſecundo Georgicorum, Sacra deũm, ſanctique patres. Pater etiam nomen religionis eſt: unde dii omnes patres uocabãtur, peculiariter tamen Bacchus hoc ſibi nomen uendicauit. Vergilius 2. Georgic. Huc pater ô Lenæe ueni. Vbi Seruius, Pater licet gdnerale ſit omnium deorum, tamen propriè Libero ſemper cohæret: nam Liber pater uocatur. Idem alio loco, Pater propriè omnium deorum eſt epitheton. Diuũm pater, hoc eſt, Iuppiter. Verg. 1. Aen. diuũm pater, atq; hominum rex. Oceanus pater rerum, Idem 4. Geor. ſimul ipſa precatur Oceanũq; patrem rerum, Nymphasque ſorores. Gradiuus pater, hoc eſt, Mars. Idem 3. Aeneid. Multa mouent animo, Nymphas uenerabar agreſtes, Gradiuumq; patrem, Geticis qui præſidet arnis. Pater abſolutè pro Ioue. Verg. 1. Georg. Ipſe pater media nimborum in nocte, coruſca Fulmina molitur dextra. Ibidẽ, Ter pater extructos diſiecit fulmine monteſ. Similiter Pater nomen eſt reuerentiæ: propter quod Romulus centum Senatores, quos ad Reipublicæ curam elegit, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant qui ad id idonei eſſent, Patres ab honore uocauit, ſiue ab ætatis uel curæ ſimilitudine. Feſtus, Patres, Senatores ideò appellati ſunt, qui agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac ſi liberis propriis. Dicitur autem πατὴρ Græcè, quaſi πῶϑ' ὰς τηρῶν. hoc eſt, ex ſe genitos ſeruans.

Parterfamiliâs, genitiuo patrisfamiliâs, uel patrisfamiliæ, Dicitur qui primus eſt, & imperium habet in familiam ſiue puber ſit, ſiue impuber, οἰκοδεσπότης. Cicero 2. de Legib. Vt ne morte patrisfamiliâs ſacrorum memoria occideret. Liuius 1. ab Vrbe, Bos in Sabinis nata cuidam patrifamiliæ dicitur, miranda magnitudine, ac ſpecie.

Patrẽs conſcripti, οἱ προσκατεγραμμένοι, Feſtus: Patres dicti ſunt qui ſunt patricii generis conſcripti, qui in ſenatu patribus erant ſcriptis annotati. Ab initio, ut ait Plutarchus in Romulo, tantum patres dicti ſunt, poſtea aſcriptis in eũ ordinem pluribus, Patres conſcripti uocati ſunt.

Patrẽs allecti, etiam dicebãtur, authore Feſto, qui propter inopiam Senatorum ex equeſtri ordine in Senatũ ſunt aſſumpti. Vnde illud Tranquilli in Cæſ. Peregrinis in Senatũ allectis libellus propoſitus eſt, ne quis Senatori nouo curiã monſtrare uelit. Hodie autẽ Allecti, Aſſcriptiiq; uocari poſſunt Latinè in collegiis magiſtratuum, qui uulgò Creati & Extraordinarii uocantur, ut nonnulli ſunt hodie inter rationales, & præfectos rationariorũ, quos Clericos, Magiſtroſq; computorum appellamus. Budæus.

Pater patratus, Fœcialium ſacerdotum antiſtes, per quẽ & bella denuntiabantur, & fœdera percutiebãtur: ita dictus quòd ad iuſiurandum patrandum, id eſt, ſanciendum fieri ſolent. Liuius libr. primo ab Vrbe, Fœcialis erat M. Valerius, patrem patratum Sp. Fuſium fecit, uerbena caput, capillosq; tangens. Pater patratus ad iuſiurandum patrandum, id eſt, ſanciendum fit.

Pater patrimus, πατὴρ πατρῴαν ἔχων, Qui quum ipſe pater ſit, adhuc uiuentem habet patrem. Vide Patrimus.

Patritii, m. f. Senatorum progenies, hoc eſt, qui à primis Senatoribus oriundi erant, πατρίδιος. Liu libro 1. Romulus centum creat Senatores, qui Patres ab honore: Patritii quoq;, progenies eorum appellari. Idem lib. 10. En unquam fando audiſtis Patritios primò eſſe factos, non de cœlo demiſſos, ſed qui patrem ciere, auumq; poſſent? Suidas patritios eſſe tradit, communis Reip. patres, qui in ſuprema dignitate ſunt Senatorii conſilii. Non tamen omnes Senatores erant Patritii: quod apertiſſimè oſtenditur ex his uerbis Taciti: Iiſdem (inquit) diebus in numerum Patritiorum aſciuit Cæſar uetuſtiſſimum quenque ex Senatu aut quibus clari parentes fuerant. Exire è Patritiis, eſt fieri plebeium. Cic. pro Domo ſua. Patritii Franciæ ſunt, quos Pares Franciæ uocant ſuntq; quaſi duodecim uiri Reipub. conſtituendæ. Sunt enim numero duodecim: ſex quidem Põtifices, & ſex Duces militares. Budæus.

Patritius, a, um, Patricius magiſtratus. Cic. ad Brutum, Dum enim unus erit patritius magiſtratus, auſpicia ad Patres redire non poſſunt. Patritia familia, Cic. 2. de Leg. Inles patritia. Stat. 3. Syl. Honos patritius Claudianus.

Patritiatus, pro ipſa dignitate Suetonius in Auguſto, A Tarquinio Priſco rege inter Romanas gẽtes allecta in Senatum:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mox à Seruio Tullio in patritias traducta, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magna ui per diuum Iulium in patritiatum rediit.

Patritiè, pen. co. aduerb. antiquum, Id est, more patritio, ac nobiliter. Plaut. Cas. Atat cesso magnificè, patritiè & amicè hero meo Ire aduersum.

Patritus, a, um, pen prod. Quod est patris, πατρῶος, sicut Auitus, a, um, quod est aui, παππῶος, sunt enim tanquam possessiua. Cic. Tusc. Quæst. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patritam illam & auitã (ut ait Theophrast.) Philosophiã cognitionis cupiditate inclusam excitauit.

Patrimus, uel Patrima, pen. cor. Qui uel quæ patrem adhuc uiuentem habet. Liuius bel. Macedonici, Patrimi omnes, matrimiq; ad id sacrificium adhibiti, Calepinus putauit penultimam huius dictionis produci, sed nullum profert testimonium. Angelus Politianus primæ Centuriæ capite 58. corripit, quum ait, Concelebranto choros: uerùm hæc sit patrima proles, Matrimaq;: at nuptæ genus Iunonis ad aram Orãto. Pater patrimus, qui quum ipse pater sit, adhuc uiuẽtem habet patrem.

Paternus, a, um, Quod est patris, πατρῶος, πατρικὸς, Terent. in Adelphis, Pol haud paternum istuc dedisti. Vbi Donatus, Paternum dicit facinus: & Dedisti, pro Fecisti. Cic. 1. de Orat. egisseq; lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. Ibidem, Possetne paternorum bonorum exhæres esse filius? Domus paterna, Ouidius 2. Metamorph. Amicus paternus, Cicero ad Attic. libro 14. Animus paternus, Horat. 2. Carm. Ode 2. Inimicitiæ paternæ, Cic. 4. Acad. Opes paternæ Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 15. Paternus, Maternusq; sanguis, Cicero pro Roscio Amer.

Patrizo, as, uel Patrisso, as, Paternos mores imitor, πατρίζω, πατριάζω. Terentius in Adelphis, Laudo, ô Ctesipho, patrizas: abi, te uirum iudico.

Patrius, a, um, Quod est patriæ, uel patris, πάτριος, ἐπιχώριος. ut Mos patrius, Cicer. de Senect. Vigebat in ea domo mos patrius, & uigebat in eo animus patris & disciplina. Vergilius libro 12. Patrio mucrone relicto. Terentius in Eunucho, Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Res patriæ, & auitæ, Cicero 2. Verrinarum, Patria & auita philosophia. Cicero 1. Tusculanarum, Mos patrius, Cicer. 1. de Orator. Hic enim est mos patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando. Artes patriæ, Ouidius Epistola 1. Metus patrius. Ouidius secundo Metamorph. Amor patrius, Verg. 1. Aeneid.

Patriè, aduerb. Affectu paterno. Quint. libr. 11. cap. 1. Vtitur hac moderatione Cic. pro Cælio contra Atracinum, ut eum nõ inimicè corripere, sed patriè monere uideatur.

Patricida, pen prod, uide Parricida, πατραλοίας.

Patrimonium, nii, n, s. Bona paterna, hoc est, hæreditas à patre relicta, οὐσία, Cicero pro Domo sua, Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Idem de Orat. Propugnator patrimonii sui, & defensor iuris paterni. Iuuenalis Satyra 12. Non pp ter uitam faciunt patrimonia quidam: Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt. Deuorare patrimonium, dissipare, effundere, uel exhaurire, est hæreditatem à parentibus relictam consumere.

Patruus, patrui, mas. s. Frater patris, quod quasi patris loco sit, θεῖος, πρὸς πατρὸς, πατράδελφος. Cic. 5. Verr. Patruo testimonium dicente. Teren. Phorm. Atqui nihil fecit patrue quod succẽseas. Patruus magnus, frater aui. Patruus maximus, frater proaui, & abaui, qui & propatruus, & abpatruus dicitur Paruissimus superlatiuum protulit Plautus in Pœnulo, Patrue mi, inquit, parui ssime.

Patruus, trua, truum, adiectiuum, à patruo deductum, Quod pro seuero per translationem accipitur, πατραδελφικὸς. Horatius 3. Carm. Miserarum est, neque amori dare ludum, Neque dulci mala uino lauere, aut exanimati metuentes patruæ uerbera linguæ.

Patrueles, m. t. penultima, pro. ἀνεψιοί, Patruorum filii, hoc est ut ait Nonius, marium fratrum filij: quoniam qui pater alteri est, alteri est patruus. Plautus in Pœnulo, Pater tuus is erat frater patruelis meus. Sic sorores patrueles nuncupantur, ex duobus & ipsæ fratribus genitæ. Autor Iureconsul. Sororum uerò duarum aut plurium filii, inter se Sobrini dicuntur, quasi fororini. Cicero 5. de Finibus, Vnaq; nobiscum Quint. frater, & T. Pomponius, & L. Cicero frater noster, cognatione patruelis, & socer T. Torquatus, illi omni uirtute & laude par. Ouidius 13. Metamorphoseos, Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.

Patruelis, & hoc patruele, adiect. ut, Patrueles fundi. Mart. li. 5. Quũ sibi redire de patruelibus fundis Ducenta clamat, coenatus Euclides. Ouid. 1. Metam. Quam commune mihi genus, & patruelis origo, &c. Idem Epist. 14. Quid? meruere necem patruelia regna tenendo?

Pátera, f. pen. cor. Poculi genus latum ac patens: unde & nomen accepisse uidetur, quasi patula, πρατὴρ Vergilius primo Aeneidos, impiger hausit Spumantem pateram, ac pleno se proluit auro. Cicero 6. Verrinarum, Catera quæ mulieres ad res diuinas uterentur. Idem de Claris Orat. Mercurius è patera sanguinem uisus est fundere. Idem in Parad. Excipere sanguinem patera. Vergilius 1. Aeneidos, Impleuitq; mero pateram.

Pathemata, atum, n. t sensuum alterationes, in uisu, in motu, & reliquis omnibus. Vocat etiam & uoluptatem Pathema Galenus libro de Syptomatum differentiis, atque in rotum omnem motum, quicunque procedit ab altero in alterum. Vide Pathos.

Pathicus, a, um, παστικὸς, à Græco πάθος, uel (ut nonnullis placet) Paticus sine aspiratione, à patiendo, qui præpostera libidine se iniri patitur, unde Pathici pueri, & Pathicæ puellæ dicuntur, qui ad præposteram libidinem pædiconibus obsequuntur. Iuuenalis Satyra 6, Ille tener speculum pathici gestamen Othonis. Drauci uerò dicuntur, qui alterum ineunt non propria libidine, sed ut illi obsequantur, qui subagitur. Qui autem à Draucis subigi delectantur, Cinædi appellantur. Per translationem Pathicus etiam dicitur de rebus inanimatis. Vnde Pathicissimos libellos, dixit Martialis hoc est, lasciuos & obscœnos.

Páthos, πάθος. à Cic. 3. Tusc. dicitur perturbatio, seu ægritudo animi: à Gellio, affectus, uel affectio: à Lactantio modò affectus, modò uitium. Augustinus animi passionem uocat. Eiusmodi sunt ægritudo, dolor, gaudiũ, metus, tristitia, cupiditas, ira. Quos animi motus Platonici & Aristotelici dicunt etiam in sapientẽ cadere, sed moderatos, rationiq; subiectos. Stoici uerò negant in sapientem cadere: dicuntq; esse sapientem ἀπαθῆ, id est, impassibilem: talemq; eius animum qualis est mundus supra Lunã, scilicet imperturbatum, quẽ nulla perturbatio obnubilet, nulla tristitia obturbet. Aduersus quos reclamat ipsa natura.

Páthética oratio, παθητικὸς λόγος, Dicta est quæ aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigitur: ita dicta quòd tota constet affectibus.

Pătibŭlum, li, n s. Modò seram ligneam, qua ostia claudun tur, significat: à Pateo, teste Nonio, quòd hac remota ualuæ pateant, μοχλὸς. Titin. Si quisquam hodie, præter hanc, postcum nostrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. Modò crucẽ, & sic à patior fieri manifestum est. Sallust. li. 4. Histor. ut citat Nonius, Patibulo eminens affigebatur. Est præterea Patibulum instrumentũ uindemiatorum, siue legulorum. hoc est, eorũ qui oliuas colligunt. Cato de Re rust. cap. 68. Vbi uindemia & oleitas facta erit, fiscinas, corbulas, quala, scabas, patibula omnia, quies usus erit, in suo quodq; loco reponito. Patibulus apud antiquos genere masculino lectum est, teste Nonio. Lucretius rerum humanarum libro 21. Deligata ad patibulos, deligantur, & circunferuntur: cruci defiguntur.

Patibulatus, dicitur à Plauto in Most. id est, patibulo affixus. Ita (inquit) te forabunt patibulatum per uias Stimulis.

Patientia, uide Patior.

Pătina, æ, f. p. pen. cor. Vasis genus, quo dapes elixæ & iurulẽtæ in mensam feruntur, τήγανον, πάτη. Terent. Eun Iamdudũ animus est in patinis. Dicitur & Patena per e, Colum. lib. 12. cap. 43. de uuis seruandis loquens, Columella patruus meus ex ea creta qua fiunt amphoræ, lata uasa in modum patenarum fieri iubebat. Ex quo loco, inquit Budæus, patet patenã labra grandia habere.

Patinarius, a, um, Quod est in patina conditum, uel repositũ, πτανόβιτος. Plaut in Asin. Vel patenarium, uel assum uerses, quo pacto iubet. Dicta patinea ab eo quòd pateat.

Patior, pateris, passus sum, passum, d. t. Verbum commune: significat sustineo, tolero, æquo animo fero, πάσχω, ὑπομένω. Dicimus enim patior te, tolero te: & Patior abs te, tolero abs te, & Patior abs te multa incommoda. Terentius in Andria, Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc. Cicero 7. Verrinarum, Non feram, non patiar, non sinam. Pati ægrè. Plaut. in Asin. Possum equidem inducere ani-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cere animum ne ægrè patiar quod tecum accubat. Cicero pro Roſcio, Amer. Quare facilè omnes patimur eſſe quàm plurimos accuſatores. Hoc non patietur æuum. id eſt, non durabit. Columella libro 2. capite 10. Repoſitum in granario patitur æuum. Hoc patitur conſuetudo, id eſt, conſuetum eſt. Cic. ad Att. lib. 12. Quem iam etiam grauius accuſas, quâ tua conſuetudo patitur. Patior te eſſe deſertum. id eſt, derelinquo, deſtituo. Cicero 1. Offic. Vt eos quos tutari debeant, deſertos eſſe patiantur. Compoſita huius uerbi ſunt, Compatior, quod eſt miſeror, & conſtruitur cum datiuo. Perpetior, uehementer patior.

Patiens, participium, & aliquando nomen. Colum. lib. 3. c. 29. Omnis incommodi patientes, præter caloris. Verg. 2. Georg. Et patiens operum, paruoq; aſſueta iuuentus. Quintilianus libro 1. capite 12. Et patientior eſt laboris natura pueris, quâ iuuenibus. Cæſar 3. belli Ciuilis, Atque iis miſerrimo, ac patientiſſimo exercitui Cæſaris luxuriam obiiciebant. Cicer. ad Quintum fratrem, libro 1. Meæ quoque litetæ te patientiorem, leniorem q; fecerunt. Aures patientiſſimæ, Cicero pro Ligar. Saxo patientior, Propertius libro 1. Eleg. 14. Tellus patiens uomeris, Vergilius 2. Georgicor. Pulueris, atq; ſolis patiens, Horat. 1. Carm. Ode. 8.

Patienter, patientius, patientiſſimè, aduerb. hoc eſt, cõſtanter, fortiter, moderatè. Cic. de Amic. Vt igitur & monere & moneri Proprium eſt ueræ amicitiæ: & alterũ liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, non repugnanter. Plin. epiſt. 140. Neq; enim ulli patientius reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur. Ouidius Epiſtola 18. Ferre tamen poſſum patientius omnia, quàm ſi Otia, neſcio qua pelice captus, agas.

Patientia, f. p. Eſt honeſtatis aut utilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio, inquit Cicer. 2. de Inuent. ὑπομονὴ, ἀνεξικακία. Idem in Catil. Habes ubi oſtentes illam præclaram tuam patientiam famis, & frigoris, inopiæ rerum omnium. Idem pro domo ſua, Externorum bonorum & in utendo rationem, & in carendo patientiam ſemper expetendã putaui. Idẽ 1. Offic. Adoleſcentia à libidinibus arcenda eſt, exercendaq; in labore, patientiaq; & animi & corporis.

Paſſus, a, um, à Patior, Idem quod perpeſſus, πάθων. Verg. 1. Aeneid. O paſſi grauiora, dabit Deus his quoq; finem. Vnde Vua paſſa, quæ in ſiccando paſſa eſt ſolem. Plin. lib. 14. capite 1. Quin à patientia nomen acinis datur paſſis. Hinc & uino nomen datũ, quod paſſum uocatur. Lac paſſum. Oui. 14. Metam. & cum lacte coagula paſſo.

Paſſio, onis, f. t. Animi perturbatio, quam Cicero affectionem uocat: cuiuſmodi ſunt amor, odium, iracundia, inuidia, timor, lætitia, ſpes & ſimiles, πάθη. Auguſt. 2 de Ciuit. Quæ ſunt ſententiæ Philoſophorum de his animi motibus, quos Græci πάθη, noſtri autem quidam, ſicut Cicero, affectiones uel affectus: quidam uerò, de Græco, expreſſius, paſſiones uocant.

Paſſiuus, paſſiua, paſſiuum, Quod paſſionem denotat, παθητικὸς. Vnde paſſiua uerba apud Grammaticos. Paſſiua Venus, apud, Iulium Firmicum accipitur pro obſcœna pathicorum libidine.

Patibilis, & hoc patibile, om. tert. Quod perferri poteſt. Cicero 4. Tuſculanarum, Negligenda mors eſt, patibiles & dolores & labores putandi. Idem 3. de Natura deorum, Quumq; omne animal patibilem naturam habeat, nullum eſt eorum quod effugiat. &c.

Pator, uideo Pateo.

Patos, cœnum atq; lutum ceromati permixtũ: cui ſi ſudor acceſſerit, Coniſalon uocari dicunt ab iis qui nimis Attici uideri uolunt. uide Ceroma.

Patria, æ, f. p. Vrbs ſiue alius locus in quo nati ſumus: ita dicta quod communis omnium parens ſit, ἀπὸ τοῦ πατρὸς. Vergilius 1. Eclog. Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua Nos patriã fugimus, &c. Idẽ 1. Aeneid. Tum celerare fugam, patriaq; excedere ſuadet. Cicero 1. Offic. Chari ſunt parentes chari liberi, propinqui, familiares: ſed omnes omnium charitates patria una complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortẽ oppetere, ſi ei ſit profuturus? Quo eſt deteſtabilior iſtorum immanitas, qui lacerarunt omni ſcelere patriam: & in ea funditus delenda occupati & ſunt, & fuerunt. Idem 3. de Fin. Ex quo fit ut laudandus ſit is qui mortem oppetat pro Repub. & deceat charioré eſſe patriam nobis quàm noſmetipſos. Aliquando & prouincia ipſa ex qua orti ſumus, patria uocatur, ſed impropriè. Vnde Salluſtius, Hiſpaniam, ſibi antiquam patriam dixit. Prouerbii ſpeciem habent, Quæuis terra patria: & Patria ibi, ubi bene uixeris: de quibus uide Eraſmi Chiliad.

Patriarcha, m. p. πατριάρχης, Patrum princeps, hoc eſt, pontificum primus. Hi quatuor principio fuere, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus: poſtea trãſlata Byzantium Imperii ſede, additus eſt & Conſtantinopolitanus.

Patricida, Patricius, Patrimonium, Patriſſo, Patritius, Patrius, uide Pater.

Patro, tras, n. p. Proprè ſignificat liberis operã do, παιδοποιῶ. Quintilian. lib. 8. cap. 3. Ductare exercitus, & patrare bellum apud Salluſtium dicta ſanctè & antiquè, ridentur à nobis, ſi diis placet: quam culpam non ſcribentium quidem iudicio ſed legentium: tamen uitanda. Ex quibus uerbis colligitur priſcos patrare poſſuiſſe, pro perficere, non ſolùm quum opera liberis daretur, ſed etiam quum aliud quippiam iam inceptum ad finem perduceretur, διαπεράπμαι. Salluſtius in Catil. Sperabat propediem magnas copias ſeſe habiturum, ſi Romæ ſocii incepta patrauiſſent. Idem de Republ. ord. ad Cæſarem, atque ea magis fortibus conſiliis, quàm bonis præliis patrata ſunt. Plautus in Aſina. Quin te quoque ipſum faciam haud magni, ſi hoc patro. Liuius tertio belli Punici. Te id prius ſcire uolui, ſi fortè abeſſe, dum facinus patratur, mallis. Tacit. lib. 2. Si patrandæ neci uenenum mitteretur. Huius uerbi compoſita ſunt, Impetro, quod eſt obtineo, & quaſi id quod cupio, facio. Perpetro quod eſt perficio. Propetro, teſte Feſto, mando aliquid perfici. Accius, Age uerò propetra, quod cœpiſti, fieri. Habent autem penultimam correptam.

Patratus, a, um, participium. Tacit. libro ſecundo, Maluit patrari, quàm incœpti facinoris reus eſſe. Bella patrata, Claudia 4. Pan. Cæde eius patrata, Tacit libro quarto. Vnde & Patres patrati dicebantur, quòd ad patrandum, hoc eſt, peragendum iuramentum, ubi de fœderibus conuenerat, mitterentur. Plutarchus in Probl. Fecialibus ſacerdotibus, qui fœderibus faciendis præſunt, Pater patratus præeſt: inde dictus quòd ipſe pater patrem haberet, ſicq; filiis prouideret, & patrem conſuleret.

Patrocinor, Patrocinium, uide Patronus.

Patronus, ni, m. ſ. Qui aliquem in periculo defendit, προστάτης, ἢ προσαγώγος συνηγόρος. Pædianus, Qui defendit aliquẽ in iudicio, aut Patronus dicitur, ſi orator eſt: aut Aduocatus, ſi ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico aut Procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut cognitor, ſi præſens cauſam, & nouit ſic tuetur ut ſuam. Plaut. in Moſt. Qui pro me cauſam diceret, patronum liberaui. Valla, Patronus propriè eſt qui agit cauſam, ſed accuſati, non accuſantis. Cicero pro Seſtio. Qua de cauſa & tum conuentus ille Capuæ qui propter ſalutem illius urbis Conſulatu conſeruatam meo, me unum patronum adoptauit. Ouid. 1. de Arte, Qui modò patronus, iam cupit eſſe cliens. Eſt etiam patronus correlatiuum liberti, qui ſcilicet ſeruum libertate donauit. Mulier etiam dicitur patrona. Terent. in Eunuch. Te mihi patronam cupio Thais.

Patrocinor. ris, pen. cor. p. d. Significat tàm uerbo quàm facto imbeciliorem protego, συνηγορῶ, ὑπεραπολογέμαι, συνεπαίρω. Quintil. lib. 2. cap. 4. Et leno interim, paraſitusq; defenditur ſic ut non homini patrocinemur, ſed fidei. Plin. li. 2. cap. 41. Patrocinatur uaſtitas cæli immenſa, diſcreta altitudine in duo atq; ſeptuaginta ſigna.

Patrocinium, nii, m. ſ. Protectio, tutela, & defenſio. συνηγορία. Salluſtius in Catil. Cuius patrocinio ciuitas plurimũm utebatur. Feſtus. Patrocinia appellari cœpta ſunt, quum plebs eſſet diſtributa inter patres, ut eorum opibus tuta eſſet. Huius nominis uarii ſunt in oratione uſus. Dicimus enim arripere patrocinium, Tueri patrocinium, Suſcipere patrocinium, Repudiare patrocinium: quorum teſtimonia ſunt in uentu facilia.

Patronymicum, n. ſ. πατρωνυμικὸν, A Grammaticis appellatur nomen quod formatum à nomine patris, filium ſignificat: quanuis abuſiuè etiam à nominibus auorum, proauorum, fratrum, matrum, ſororum, & ipſarum etiam regionum deducantur patronymica. Inuenta ſunt autem patronymica à Poëtis carminis gratia, ne idem ſemper nomen inculcare cogerentur. Quare in oratione ſoluta iis non utimur. Dicitur autem Patronymicum quod propriè, ut diximus, fiant à nominibus patrum, ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὀνόματος

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ut Priamides propriè intelligitur Hector, uel alius quiuis ex filiis Priami.

Patruelis, Patruus, uide Pater.

Patulico, Patulus, uide Pateo.

Paua, uide Pauo.

Paucos, a, um, Contrariũ est Multo, *παύρους*. Plaut. in Curc. Respondit mihi paucis uerbis, atq; adeò fideliter. Cice. de Amicit. Quum & ego essem unà, & pauci admodũ familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè erat multis in ore. Idem 5. Tusc. Aperta enim res est, & quotidie nos ipsa natura admonet, quã paucis, quam paruis rebus egeat, quã uilibus. Vergil. Eclog. 10. Pauca meo Gallo sed quæ legat ipsa Lycoris Carmina sunt dicenda. Idem 1. Aeneidos, huc pauci uestris adnauimus oris. Paucis, Frequenter solum poni solet, ita ut in eo subaudiatur substantiuum uerbis. Terentius Andr. Auscultа paucis. Plau. Aulul. Da mihi operam parum per, paucis est quod te uolo. Verg. 4. Aeneid. paucis, aduerte, docebo. Idem 6. Aeneid. Atque hic responsum paucis ita red didit heros. Pauci apud antiquos pro bonis ponebantur, ut multi pro malis, autore Nonio. Cicero in Orat. Iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehensionem q; pertimuit.

Pauculus, diminutiuum. Terent. in Heaut. Quod imperat faci to, loquitor paucula. Cic. ad Atticum lib. 5. Q. Volusium tui Tyberii generum, certum hominem, sed mirificè abstinentem, misi in Cyprum, ut ibi pauculos dies esset. Pauxillus & Pauxillulus & Pauxillatim, diminutiua, à diminutiuis, ui de paulò pòst.

Paucitas, f. t. denominatiuum, *ὀλιγότης*. Cic. 1. de Orat. Quanta oratorũ sit, semper q; fuit paucitas. Idem ad Cæl. De pantheris per eos qui uenari solent, agitur mandato meo diligẽter: sed mira pauciras est.

Paucies, quo ueteres pro rarò utebãtur, teste Nonio. Titin. Vxorem meam paucies uidebo.

Pauxillus, adiectiuum diminut. à paulum, *ὀλίγος*. Plautus in Aul. Nam uerisimile non est, hominem pauperem pauxillũ paruifacere, qui numum petat.

Pauxillũ, aduerbium, id est, parum admodum. Plaut. in Capt. Sed si pauxillùm potes contentus esse.

Pauxillulus, adiect. diminutiuum à pauxillus. Plaut. in Rud. Hoc colore capiuntur pauxilluli. Terentius Phormio. Iampridem apud me reliquum pauxillulum Nummorum, id ut conficerem.

Pauxillatim, Significat paululũ, sensim, pedetentim, *κατὰ μικρὰ*. Plaut. Epid. Cœpi sursum uorsum ad illas pauxillatim accedere.

Pauciloquium, quii, n. s. Paucitas sermonis, multiloquio contraria, *ὀλιγολογία*. Plau. Merc. Inhæret etiam auiditas, desidia iniuria, inopia, contumelia, & dispendium, Multiloquium, pauciloquium.

Pauĕo, es, paui, n. s. Timeo, *πτοιφοβέομαι*. Plautus in Amph. Ne paue. Terent. Andr. Id pauet, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas. Ouid. 9. Metam. sed enim ne pectora uano Fida metu paueant, Oetæas spernite flammas. Lucan. libr. 1. nec solum uulgus inani Perculsum terrore pauet: sed curia, & ipsi Sedi bus exiliere patres. Cic. 5. Philipp. Pauet animus apud consilium illud pro reo dicere.

Pauendus, uenda, dum, Id est, timidus. Plinius libr. 8. capite 23. Nec pedibus tantùm pauendas serpentes, sed & missili uolatu tormento.

Pauendo, gerundium, Idem quod timendo. Lucanus libr. 1. sic quisq; pauendo Dat uires famæ.

Pauens, Qui ad tempus, uel ex causa timet, *πτοιφοβούμενος*. Ouid. 2. Metam. Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes Phœbus equos.

Paueſco, cis, n. t. Timidus fio, aut idẽ quod timeo, *πτοιφοβέομαι*. Colum. lib. 9. cap. 2. Ventri quoq; & sub femina manum sub iicere, ne ad huiusmodi tactum postmodũ paueſcant. Huius compositum, Expaueſco, de quo suprà.

Paueſio, Timidus fio. Gel. lib. 19. cap. 1. In tanta uiolentia tempestatum uideor paulum pauefactus. Ouid. 13. Metam. Ast ego uicino pauefacta sub æquore mergor.

Pauito, tas, n. p. pen. corr. frequentatiuum à paueo, significat ualde timeo, & horrore cõcutior, *πτύσσομαι*. Plautus Bacchid. Quis hic horror est? quid pauitas? Terentius in Hecyra, Vxorem Philomenam pauitare nescio quid dixerunt. id est, laborare ex frigoribus, ut ibi exponit Donatus. Habent enim frigus & pauor reciprocam quandam translationem: nam & frigus accipitur pro pauore, & pauor pro frigore: ut annotauit Seruius in illud Vergilii 1. Aeneid. Extemplo Aeneæ soluuntur frigore membra. Lucret. li. 2. Quæ pueri in tenebris pauitant, fingunt q; futura. Verg. 6. Aen. Vix adeò agnouit pauitantem, & dira tegentem Supplicia. Idem 2. Aeneid. Profequitur pauitans, & ficto pectore fatur.

Pauor, oris, m. t. ut ait Cic. 4. Tusc. Est timor loco mouens mẽtem, *δεῖμα, δειλία*. Ex quo illud Ennii, Tum pauor sapientiã omnem mihi ex animo expectorat. Liu. 4. bell. Pun. Pauor q; circa eam ceperat milites, ne mortiferum uulnus esset. Ouid. 10. Meta. Is q; metu uacuus, naturali q; pauore Deposito, &c. Verg. 3. Georg. exultantia q; haurit Corda pauor pulsans. Idẽ 3. Aen. postquam pauor ossa reliquit.

Pauidus, di, Timidus, meticulosus, qui natura timidior est, inquit Seruius, *πτοιδαλὴς*. Verg 8. Aenei. Stant. pauidæ in muris matris. Ouid. Epist. 3. Quod scelus ut pauidas miseræ mihi cõtigit aures, Sanguinis atq; animi pectus inane fuit. Vergil. 9. Aen. Interea pauidam uolitans pennata per urbẽ Nuntia fama ruit. Horatius 2. Epod. Pauidum q; leporem, & aduenam laqueo gruem Iucunda captat præmia. Silius libro decimo, talin' pauidissimè dignum Me uita, pulchra q; indignum morte putasti?

Pauidè, aduer. Timidè meticulosè. Liu. 5. ab Vrb. Nequaquam tamen ea nocte, ne q; insequenti die similis illi, quæ ad Alliam tam pauidè fugerat, ciuitas fuit.

Pauícula, læ, Instrumentum quo cœquatur, & condensatur area: à pauiendo dicta. Cato de Re rust. cap. 129. Vbi bene commiquta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro, aut pauicula cœquato.

Pauimentum, ti, n. s. Dicitur ipsum domus solidamẽtum siue incrustatio, quam gradiendo calcamus, *ἔδαφος, βυνδε*, à pauiendo, hoc est, tundendo, siue feriendo dictum, quod tum fiunt pauimenta, pluribus simul diebus feriũtur, id est, percutiuntur, tunduntur fistucis, seu marculis, ut solidiora sint, nec rimas faciant. Iuuenal. Sat. 14. Verre pauimentum, & nitidas ostende columnas. Cato ca. 18. de Re rust. Pauimẽta ad hunc modum facito, De testa arida pauimentum strue to: ubi structum est, pauito, ficcato q;, oleo q; perũgito, ut pauimentum bonum fiet. Multa autem pauimentorum genera fuerunt apud ueteres. Erant lithostrota paruulis coagmẽtata crustis. Erant subdialia à Græcis inuenta, quæ sub dio erant, & in aperto, pluuiis, & tempestatibus expositа. Erant & asarota, de quibus Papin. in Syluis, Suberant q; nouis asarota figuris. Dicta sunt autem asarota, ab *ἀ* priuatiuo, & uerbo *σαίρω* siue *σάρω*, hoc est, purgo, uel uerro: siue quòd scopis nõ uerrerentur, sed collectis manu analectis (ita uocant cœnarum reliquias) ipsa spongia mundarentur: siue (ut autor est Plinius libr. 36. cap. 25.) quod in hoc pauimentorum genere tam artificiosè minutis quibusdam testulis expressæ erant cœnarum reliquiæ, quæ scopis solent euerri, ut semper uiderentur non esse purgata, ca q; quæ in pauimento depicta erãt uera uiderentur analecta. Vide Asarotum. Fuerunt & pauimenta Barbarica, subtegulanea, scalpturata, & Græcanica. Vide Plin. 36 cap. 25. Pauimenta Pœnica, inquit Festus, marmore Numidico strata significat Cato quũ ait in ea oratione quã habuit, Nequis Consul fieret: Dicere possum, quibus uillæ atq; ædes ædificatæ, atq; expolitæ maximo opere citro atq; ebore, atq; pauimentis Pœnicis stent.

Pauimentitius, a, um, *ἐδαφώδης*, quod ex pauimento constat.

Pauimento, as, a. p. Pauimentum facio, seu pauimento sterno, *ἐδαφίζω*. Vnde pauimẽtata loca, dicuntur in quibus strata sunt pauimenta. Cic. pro domo sua, In palatio pulcherrimo pspectu porticũ cũ conclauibus pauimentatã trecentũ pedũ concupierat. Plin. libr. 27. c. 4. Ergo pauimentandũ ubi sata sit, censent, ut lachryma non absorbeatur.

Pătuío, pauis, pauiui, pauitum, a. q. Verbum antiquum significat ferio, percutio, tundo, *ἐδαφίζω*. Sumptum est à Græcis qui *παίειν* dicunt percutere. Cicero secundo de Diuinatione, Sed quia quum pascunt, necesse est aliquid ex ore cadere & terram pauire, terripauium primò, pòst terripudium dictum est: hoc quidem nunc tripudium dicitur. Cato capite decimooctauo, Ibi de testa arida pauimentum struito: ubi structum est, pauito, fricato q;, oleo perungito, ut pauimentum bonum fiet. Columella libro 1. capite 6. Sed utrumque more piscinarum deuexum leni cliuo & extructum, pauidum q; solum habeat, ne humorem transmittant. Hinc fiũt composita, Depuuio, hoc est, percutio. Lucil. apud Fest. Palmis q; misellam depuuit me. Eiusdem significationis est Oppuuio: unde oppuuia, dicuntur uerbera. Afranius, Oppuuiis pueri coërcentur.

Paulatim

Paulatim, Pauliſper, Paululum, uide Parum.

Paulus, a, um, uide in Propriis.

Paulinum, antidonum ferunt ab excellentia ſic inſcriptum.

Pauo, onis, m.t. & Pauus, ui, Auis nota, uario pennarum fulgore conſpicua, quam Poëtæ Iunonis tutelæ aſſignarunt, ταώς. Gel. lib. 7. cap. 16. Pauus è Samo præſtantior eſt. Traduntur hanc auem eſſe non glorioſam ſolùm, ſed & malcuolam. Laudata expàdit colores aduerſo maximè ſole. Fimum ſuum reſorbet, inuidens hominum utilitati. Caro eius diutiſſimè incorrupta ſeruatur. Vnde etiam in uentriculo æger rimè concoqui putatur. Ad quod & Iuuenalis uidetur alluſiſſe Satyr. 1. Et crudum pauonem in balnea portas. De auis huius natura uide plura apud Plin. lib. 10. cap. 20.

Paua, eius fœmininum eſt, quo uſus eſt Auſonius Sectione 1. Fœmineam (inquit) in ſpeciem ſe uertit maſculus ales: Panaq; de Pauo conſtitit ante oculos. Columella tamẽ utrumque ſexum pauonem appellat: ſed cum diſtinctione horum nominum maſculus & fœmina. Vtriuſq; exemplum habes libro octauo, capite undecimo, Maſculus (inquit) pauo galli naceam ſalacitatem habet, atq; ideò quinq; fœminas deſyderat. Et paulo pòſt, Nam fœminæ pauones quæ nõ incubant, ter anno ferè partus edunt.

Pauoninus, a, um, adiectiuum, quod ex pauone eſt: ut, Pauoninum ouum, apud Columellam lib. 8. cap. 5. & muſcariũ pauoninum, ex pauonum caudis cõfectum, apud Martialem in Diſtichis.

Pauor, uide Pauco.

Pauper, huius pauperis, Generis communis, uel ſecundum aliquos omnis: habet enim neutrum genus, præcipuè in obliquis: ut apud Statium lib. 1. Thebaid. Lis eſt de paupere regno, πένης, πενιχρός. Dicitur autem pauper (ut Varro putauit,) à parua pecunia: ſiue (ut alii malunt) à paruo lare. Cicero in Paradoxis, M. Manlius pauper fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. Ibidem, Non modò non copioſi ac diuites, ſed etiam inopes ac pauperes exiſtimandi ſunt. Horatius 1. Sermonum, Sat. 1. neq; ſe maiori pauperiorum Turbæ comparet. Ouid. 1. Faſtorum, In pretio pretium nunc eſt, dat cẽſus honores, Cenſus amicitias: pauper ubiq; iacet. Pauper cum genitluo. Horat. 2. Serm. Satyr. 3 Pauper Opimius argenti poſiti intus, & auri.

Pauperrimus, ſuperlatiuum. Horatius 2. Serm. Satyr. 1. ſemper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum. Plinius lib. 24. cap. 1. Quum remedia uera quotidie pauperrimus quiſq; cœnet.

Paupera, Apud antiquos etiam dicebatur in fœm. genere. Plautus, Paupera hæc res eſt.

Pauperculus, & Paupercula, diminutiua. Terent. in Heaut. Eſt è Corintho hic aduena anus paupercula. Var. lib. 1. de Re ruſtic. cap. 17. Vt plerique pauperculi cum ſua progenie.

Paupertas, tatis, f.t. Ipſa pauperis conditio, πενία. Varro li. 4. de Lingua Latina, Pecunia quæ erat parua, ab ea paupertas dicta eſt. Plaut. Perſa, Nam ubi ad paupertatem acceſſit infamia, grauior paupertas fit. Cic. 3. Tuſc. Vt de paupertate non nunquam, cuius onus diſputando leuamus, docentes, quã parua, & quàm pauca ſint quæ natura deſyderet. Iuuen. Satyra 3. Nil habet infelix paupertas dulcius in ſe, Quàm quod ridiculos homines facit. Paupertatem quidam ab egeſtate ita diſtinguunt, ut egeſtas ſit quãdo ad uictum neceſſaria deſunt: paupertas, quando licet non ſint opes, tamen neceſſaria ſuppetunt. Cicero in Paradox. Itaq; iſtam paupertatem, uel potius egeſtatem, ac mendicitatem tuam nunquã obſcurè tuliſti.

Pauperies, huius pauperiei, f.q. Ipſa paupertas, πενία. Horatius libro 1. Epiſt. Impiger extremos curris mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes. Verg. 6. Aen. quam uellent æthere in alto Nunc & pauperiem, & duros perferre labores. Horat. 3. Carm. Ode 24. Magnum pauperies opprobrium iubet Quidquid & facere, & pati, Virtusq; uiam deſerit arduæ.

Paupertinus, pen. prod. Idem quod pauper, πενιχρός. Varr. de Vita pop. Rom. lib. 1. Quòd ſi paupertina ſit elegantia, ac cũ caſtimonia. Sidonius, Quin potius paupertinus flagitatæ cantilenæ culmus immurmuret. Nonius.

Paupero, as, a p Pauperem facio, πενητοποιῶ. Plautus in Militte, Quæ improba eſt, pro mercis uitio dominum pretio pauperat. Idem in Pſeudolo, ex perſona lenonis, Boni uiri me pauperant, improbi alunt. Horatius ſecundo. Serm. Satyr. 5. Eripiet quiuis oculos citius mihi, quàm te Contemptum caſſa nuce pauperet. Hinc depaupero. Varro Priuſquàm domum depauperaret ſumptu ſuo.

Pauſa, ſæ, f p. Requies alicuius rei, παῦσα, παυσωλή. Lucr. lib. 1. Satyr. Hæc ubi dicta dedit, pauſam facit ore loquẽdi. Plautus Rud. Aliquando oſculando melius eſt uxor pauſam fieri. Lucret. lib. 2. Nec dare pauſam Concilijs, & diſſidijs exercita crebris. Deducitur à uerbo Græco παύομαι, quod eſt ceſſo: unde & παῦσις, eiuſdem ſignificationis cum Latino pauſa.

Pauſarius, A Seneca uocatur qui remigib. modos dat, & remigandi officium quandam quaſi pauſa moderatur, κελευστής.

Pauſo, ſas, n. p. q. Quieſco, παύομαι. Plaut. in Trin. Pauſa, uicti ſti caſtigatorem tuum.

Pauſia, f. p. genus oliuæ, à pauiẽdo. quòd non niſi pauiẽdo, id eſt, tundendo oleum emitat: ſeu quòd antè quàm molæ ſubijciatur, tundatur. Vergilius ſecundo Georgic. Et amara pauſia bacca. Apud Columellam lib. 12. cap. 48. niſi corrupta ſint exemplaria, legitur pauſea per ſecundam uocalem in penultima ſyllaba.

Pauſilypus, παυσίλυπος, poculum erat in conuiuiis tertiũ, Ioui ſeruatori dicatũ: ita dictum, quòd curas abigeret. Quin etiam Iouem ipſum Sophocles Pauſilypum cognominat.

Pauſo, Pauſas, uide Pauſa.

Pauxillus, uide Paucus.

Pax, Huius pacis f. t. A pactione dicitur, quod nomẽ etiam pluraliter declinatum legitur, εἰρήνη. Plautus Perſa, hoſtibus uictis, ciuib. ſaluis, re placida, pacibus perfectis. Horat. 2. lib. Epiſt. Hoc paces habuere bonæ, uentiq; ſecundi. Varro, Animaduertendum primum, quibus de cauſis, & quemadmodum conſtituerunt paces: ſecundùm, qua fide & iuſtitia eas coluerunt. Eſt autem pax proprie publica tranquillitas. Cic. de Sen. Quum Sententia Senatus inclinaret ad pacem, & fœdus faciendum cum Pyrrho. Pax (inquit Cicero 2. Philip.) eſt Tranquilla libertas. Aliquando etiam accipitur pro uenia. Vergilius 3. Aeneidos. Sed uotis precibusq; iubent expoſcere pacem. Nonnunquam etiam pro propitiatione. Idem 4. Aenеid. pacemq; per aras Expoſcunt. Habet autem hoc nomen uarios in oratione uſus. Dicimus enim, Pace aduenio, Pacem affero, Conciliare pacem inter aliquos, Conficere pacem, Conſulere paci, Cum pace aliquem dimittere. Cum pace aliquid agere, cui contrarium eſt Iracundè, uel cum ira agere. Confirmare pacem, Dare pacem, Eripere pacem, Eſſe in pace. Pacem exploratam habere, Facere pacẽ, Seruare pacem, Trahere pacem, Vti pace. Teſtimonia lege ti ueteres authores nulli non ſunt obuia. Pace tua, honeſtus eſt reprehendi modus, prius captata uenia, id eſt, tua uenia, & te nõ iraſcente. Terentius in Eun. Quæſo hercle ut liceat, pace quod fiat tua. Similiter, Pace tua dixerim, Pace omnium dixiſſe liceat. Pax etiam aduerbium Comicum eſt, & ſignificat tantummodo: uel ſilentium quoddã impetrantis uim habet. Terentius in Heaut. Dum argẽtum capio, pax, nil amplius.

Pacifer, Idem quod pacem ferens: ut, Laurus pacifera, εἰρηνοφόρος. Plinius lib. 15. cap. 30. Laurus ipſa pacifera, ut quã prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. Virga pacifera Mercurij. Valer. Flac. 4. Argon. Cyllenius pacifer. Ouid. 14. Metamor.

Pacifico, as, a. p. Controuerſias compono, quaſi pacem facio, σπένδομαι, χιαμάω. Cic. ad Attic. lib. 15. Seruius uerò pacificatus cum librariolo ſuo, uidetur obijſſe legationẽ. Quidam hæc tria ſeparant: ut Pacatus ſum, in pace ſum, ab armis deſtiti: Placatus ſum, ab indignatione animi ad lenitatem redij, uel animo leni ſum.

Pacificans diuos, Sil. lib. 15.

Pacificatio, uerbale. Cic. Lepido libro 10. Itaq; ſapientius, meo quidem iudicio, facies, ſi te in iſtam pacificationem non interponens. Id eſt pacem faciendam.

Pacificator, oris, m.t. Diſſidij diremptor, & conciliator pacis διαλάκτης. Cic. Attic. lib. 10. Iam enim illum emptum pacificatorem peroraſſe puto, iam actum aliquid eſſe in conſeſſu Senatorum. Liu. 7. belli Pun. Adhibitis ab Aetolis exfiniti mis pacificator Animander.

Pacificatorius, a, um, Quod ad pacificationẽ pertinet, διαλακτικός, εἰρηνοποιητικός. Cic. 2. Phil. Poſtquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pacificus, a, um, pen. corr. Paci ſtudens. εἰρηνικός. Cic. ad Attic. lib. 8. Ecquæ pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia. Ouid. 4. Faſtor. & uos orate coloni Perpetuam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pacem, pacificumq; ducem. Lucan. lib. 3. duramq; uiri deflectere mentem Pacifico sermone parant.

Paco, as, a, p. A pace fit, & significat mitigo, lenio, placo, tranquillum & pacificatum reddo, ἱλάσκω, ἡμερίζω. Cæs. 1. bel. Ciuilis, Hortatur, cuius Imperatoris ductu Rempub. nouē annis felicissimè gesserint, plurimaq; prælia secunda fecerint, omnem Galliam, Germaniamq; pacauerint, &c. Tibullus lib. 4. Eleg. 1. Paruaq; cæleſtes pacauit mica: nec illis Sēper inaurato taurus cadit hostia cornu.

Pacatus, a, um, hoc est pacificatus, & tranquillus redditus Cicero 5. Verr. Ciuitates non modò pacatæ, uerumetiam sociorum, & amicorum ad uim atq; ad arma confugient. Idē antequàm iret in exil. Si deniq; Cn. Pompeio, quod terra mariq; hostes reddidit pacatos, &c. Ouid. 1. de Pon. Deniq; si moriar, subeam pacatius aruum. Aequora pacata, Ouid. Epist. 10. Aëris pacati status. libro 3. Vultu pacato excipere aliquid, Ouid. 1. Fast.

Pacator, oris, Pacis conciliator, turbarum compositor, Sen. Herc. Oetæo, Sed tu domitor magne ferarum, Orbisq; simul pacator ades.

Pacatè, Tranquillè, sedatè, pacificè, ἡμέρως, ut, Pacatè per prouinciam iter facere, apud Cæsarem 1. bel. Gal.

Paxillus, m. s. Idem quod palus, πάλαξος. Hoc nomen Priscianus credidit per diminutionem à palo factum: quod tamen uel Cicerone teste, falsum esse constat, qui palum cōtrà ex paxillo contractum esse asserit, fuga literæ nastioris. Sic enim scribit in Orat. Quinetiá uerba sæpè contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo autem ueſter Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ nastioris, quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & uexillo et paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit.

PEC. In notis antiquorum, peculiū uel pecunia. PERT. pertinax. P. F. Publij filius. P. F. pius, felix PE. F. Publicè fecit.

Peantis. Vide Pæantis.

Peccatus, huius peccatus, uide Pecco.

Pecco, as, a. p. Propriè significat adulterium comitto: dictū quasi pellico, ut putat Sipontinus, id est, cum pellice coëo, ἀρματίνω, πλώω. Vnde peccatus pro adulterio, quasi pellicatus. Apud ueteres enim peccatus, us, usq; ad Ciceronis ętatem duravit, qui uoce ea usus est 4. Verrin. Nemo (inquit) ita uiuebat, ut nullæ eius uitæ pars summæ turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccato tenebatur, ut quū impudens fuisset facto, tum impudentior uideretur si negaret. Postea inualuit usus, ut peccatum tantùm neutro genere proferatur, & generaliter de omnib. delictis, atq; errorib. dicatur: & peccare quomodocūq; labi, offendere, delinquere. Terentius in Andria. Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoque. Cic. lib. 1. Offic. passiuo usus est, Quo in genere etiam in Rep. multa peccantur. Et impersonaliter, quum ait lib. 1. Offic. Quo magis cauendum est, ne quid in eo genere peccetur. Construitur pecco aliquando cum accusatiuo cum præpositione in. Terent. in Adelph. Verum in istam Partem potius peccato tamen. Aliquando cum ablatiuo cum eadem præpositione. Cic. 5. Ver. Si denique uno aliquo in genere peccasset. Aliquando cum accusatiuo sine prępositione. Plautus in Bacch. Si unam peccauisses syllabam, fierer corium tam maculosum, quàm est nutricis pallium.

Peccatum, & nomen & participium esse potest. Terentius in in Prolog. Eunuchi utrunque complexus est: Si id (inquit) est peccatum, peccatum imprudentia est. Prius est nomen, πλῶσμα: secundum participium, ἡμαρτυμένον. Est autē peccatum, quicquid fit contra officium: quæ etiam culpa appellatur. Cic. 3. Offic. Si gladium quis apud te sana mēte deposuerit, repetat insaniens: reddere peccatum sit: nō reddere, officium. Idem de Amicitia, Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Cicero Attic. lib. 3. Scio nos nostris multis peccatis in hanc ærumnā incidisse. Verg. 10. Aeneid. si sine pace tua, atq; inuito numine Troës Italiā petierę, luant peccata, neq; illos Iuueris auxilio.

Pechya, maior cubitus dicitur, similiter & Parapechyon, finem uerò eius Carpum, Plinius uocat brachiale, ossib. cō pactum octo, cuiq; præiacet, uocant Procarpion.

Peciolus diminutiuum à Pede uide Penicinus.

Pecorarius, Pecorinus, uide Pecus.

Pecten, inis, masc. gen. t. Instrumentum textorum, quo sub tegmen stamini immittitur, κτείς. Vergil. 1. Georg. Arguto cōiux percurrit pectine telas. Iuuen. Sat. 9. Et malè percussa, textoris pectine Galli, Accipimus. Ouid. 3. Fast. & rarū pectine densat opus. A cuius similitudine & pecten dictus qui explicat capillos. Plaut. in Capt. Sed utrum strictim me attonsurum, dicam esse, an per pectinem, Nescio. Ouid. 4. Metam. Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines. Est quoq; cratis dentatæ genus stylis ferreis, ad colendum terram. Item ferreum instrumentum, quo rariores segetes metebantur. Colum. lib. 2. cap. 12. Alij pectinibus spicā ipsam legunt, &c. Est item pubes, hoc est locus, ubi pili ad uerenda nascuntur, quem Græci κτένα appellāt. Iuuenal. Sat. 6. Inguina traduntur medicis iam pectine nigro. Dictus pecten, quia ut barba indetonsa pectine indigeat. Est & instrumentum quo citharam pulsamus, πλῆκτρον. Verg. lib. 6. iam pectine pulsat eburno. Item pectines, siue pectunculi, κτένες, pisces sunt qui se ex aqua iaculantur sagittæ modo, quemadmodum soligo facere dicitur. Horat. 2. Serm. Sat. 4. Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum. Pectines item à Plinio in arboribus dicuntur rectę per longitudinem pectinū modo lineæ & interualla, quæ Græcè κτενώσεις, & διαφύσεις appellantur, hoc est, discursus ille uenarum rectus, in longitudinem porrectus, cuiusmodi in pecte conspiciuntur dentes. In quibus autem hic meatuum ductus aliquo modo uariat, neq; rectus in longitudinem porrigitur, non solet eos Plin. absolutè pectines appellare, sed aliquid adijcere quo uarietas illa explicetur, obliquos, crispos, nodososúe pectines appellans. Pecten ueneris, herba est, à pectinis similitudine dicta, cuius radix cū malua tusa, omnia tela corpori infixa extrahit. Author Plin. lib. 24. cap. 10.

Pectino, as, pen. cor. Est ferreo instrumento, quod pectinē uocant, spicas legere, uel segetem metere, κτενίζω, ίτος. Plinius lib. 18. cap. 21. Sunt genera terræ, quorum ubertas pectinari segetem in herba cogat.

Pectinatus, a, um, Quod ad pectinis modū factū est. κτενοειδής. unde pectinatū tectū dicitur, teste Festo, quod in duas partes deuexū est: quemadmodū testudinatū, q; in quatuor.

Pectinatim, aduerbium, Significat ad pectinis similitudinem factum, & quasi denticulatim, κτενοειδῶς. Plin. lib. 9. cap. 31. Cuniculatim, imbricatim undata. Sic dicimus Manus pectinatim iunctas, quum utriusq; manus digiti inter se compliciti, pectinis figuram uidentur referre, eminētibus utrinque digitis ueluti pectinis dentibus. Idem lib. 8. cap. 15. Pectinatim, stipantium se dentium serie.

Pecto, is, xui, uel pexi, pexum 3. t. Significat explico, & pango capillum κτενίζω. Cic. 2. Cat. Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos uidetis. Ouid. 1. de Arte, Hanc matutinos pectens ancilla capillos Incitet. Horat. 1. Carm Ode. 5. Nequicquam Veneris præsidio Pectes cæsariem. Iumenta quoq; aliaúe animalia pecti dicuntur, quum sordes eorum, & pili decidui, strigili destringuntur. Vergilius 7. Aeneidos, de ceruo, Pectebatq; ferum: puroq; in fonte lauabat. Transfertur etiam ad alia. nam & pectere citharam dicimus, hoc est, percutere & Distendere pectine chordas, id est, plectro chordas mouere. Item pectere lanam, & uestes dicimus: à quo & uestes ipsæ pexæ dicuntur, hoc est, quæ in superficie quasdam ueluti lanosas extuberantias præ se ferūt quales sunt uestes quas Cotonnatas & Frisatas uulgus uocat. Plinius lib. 8. cap. 48. Istriæ, Liburniæq; pilo propior quā lanæ, pexis aliena uestibus. Idem lib 9. Et ipsa stuppa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Pexa folia, hoc est, crassa, et in medio extuberantias quasdam habentia in modum panni pexi. Colum. lib. 11. cap. 3. At Cappadocia, quæ pallido, & pexo, densq; folio uiret mense Februario. Pexa munera, pro togis pexis, apud Martialem libro 7. Diuitibus poteris Musas, elegosq; sonanter Mittere: pauperibus munera pexa dato. Huius uerbi cōposita sunt, Depecto, Propecto, in longum pecto. Ouid. 2. Fastor. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. Rursus pecto. ἀναπτενίζω. Claud. Sparge diem meliore coma crinemq; repexi Blandius elato surgent temone iugales.

Pexitas, atis. Plin. lib. 11. cap. 24. Quam non ad hoc pertineret uidetur cribrata pexitas telæ. (Pexatus pulchrè, &c.

Pexatus, adiectiuum, Qui ueste pexa est indutus. Mart. libro 1.

Pectitus, a, um, pen. corr. idem quod pexus, κτενισμένος. Colum. libro 2. cap. 3, Præparatæ sint, & pectitæ lanæ, quò facilius iusta lanificia persequi atque exigere possit. Per translationem accipitur pro culto, polito, & subacto. Idem libro decimo, Verùm ubi iam puro discrimine pectita tellus depositō squalore nitet.

Pectun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pectunculi, ſagittæ modo uolantes piſces. Plin. lib. 9. cap. 19. di minutiuum à pectore piſcis, uide Pecten.

Pectus, oris, n. t. Anterior pars animalis, à gula uſq; ad uentrẽ, στῆθος, στέρνον. Hoc homini tantũ latũ eſt, reliquis animalibus carinatum, ut ait Plinius libro undecimo, capite tricesimo ſeptimo. Dictum autẽ putatur pectus à compactis coſtis. Eſt enim pectus coſtis compactũ quæ ueluti firmamentum pectoris ſunt. Vergilius 9. Aeneidos. Pectore in aduerſum totum cui cominus enſem Condidit aſſurgẽti, & multa morte recepit. Horatius 2. Sermonum, Satyra 8. tum pectore aduſto Vidimus & merulas poni. Quintilianus libro 2. cap. 15. Nam & M. Aquilium defendẽs Antonius, ſciſſa ueſte, cicatrices quas is pro patria aduerſo pectore ſuſcepiſſet, oſtendit. Accipitur etiam pectus pro corde, quod ſub pectore latet: uel pro ipſo animo, quem in corde reſidere nõnulli antiquorum putauerunt. Iuuenalis Satyra 13. Nocte, dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem. Horat. lib. 1. Epiſt. Non tu corpus eras ſine pectore. Hinc fit ut quum loquem perſectè & ſyncerè à nobis amari uelimus ſignificare, dicamus nos illum amare ex toto pectore. Verg. 9. Aeneid. Te uerò mea quam ſpatij propioribus ætas Inſequitur, uenerande puer, iam pectore toto Accipio, & comitem caſus complector in omnes. Cicero de Amic. In amicitia niſi (ut dicitur) apertum pectus uideas, tuumq; oſtendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.

Pectuſculum, diminutiuum, Paruum pectus, στηθύδιον.

Pectoralis, pectorale om. t. Quod ad pectus pertinet: ut, Faſcia pectoralis, προστηθίδιος, στηθοδίδυμος. Eſt & Pectorale ſubſtantiuum, genus armaturę quo pectus munitur. Plinius libro 17. cap. 7. Sacrata lege pugnantibus è pectoralibus eorũ, ocreisq;, & galeis.

Pectoroſus, a, um, Quod eſt magni & ualidi pectoris στηθώδης Author Priapeę, Nemo eſt feroci pectoroſior Marte. Colum. lib. 8. cap. 2. Sint ergo matrices probi coloris, robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus.

Pecuaria, Pecuarius, uide Pecus.

Peculiaris, Peculioſus, uide Peculium.

Pĕcūlĭum, lii, n. ſ. teſte Pompeio, dicitur quicquid alicuius labore & induſtria partum eſt. Apud ueteres peculium dicebatur, quoduis patrimoniũ, eò q; pecoribus omnis illorum ſubſtantia conſtabat: unde & peculij nomẽ deductum eſt. Poſtea tamen conſuetudine loquendi factum eſt, ut peculij nomine illud præcipuè comprehenderetur quod ſeruus, uel filiusfamiliãs, dum adhuc in poteſtate domini eſt, uel patris, induſtria ſua, uel labore lucrifecerit. Cicero in Parad. An eorum ſeruitus dura eſt, qui cupiditate peculij nullam cõditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis? Plautus Aſin. quanquã ego ſum ſordidatus, Frugi tamen ſum, nec poteſt peculium enumerari. Ibidem. Largitur peculium omne: in tergo theſaurum gerit. Florent. Iuriſconſult. in l. Peculium. ff. de peculio, Peculium (inquit) ex eo conſiſtit, quod parſimonia ſua quis parauit, uel officio ſuo meruit ſibi donari: idq; uelut proprium patrimonium ſeruũ ſuum habere quis uoluit. Tubero autem, referente Celſo lib. 6. ff. ſic definiuit peculium, quod ſeruus domini permiſſu ſeparatum à dominicis rationibus habet. Peculium caſtrenſe dicitur quod à parentibus, aut agnatis in militia degenti donatum eſt, uel quod filiusfamiliãs in militia acquiſiuit, quod niſi militaſſet nõ haberet. Vide de hoc latius in dictione Caſtrenſis. A Peculium fit diminutiuum Peculiolum.

Peculiaris, peculiare, om. t. Quod ad peculium pertinet, uel quod peculio deputatur, ſeu quod peculij propriũ eſt, ἰδιος. Plaut. in Aſin. Etiã opilio, qui paſcit, mater, alienas oues, Aliquam habet peculiarem, quę ſpem ſoletur ſuam. Sed in uſu iam receptum eſt ut peculiaris, proprius, ſpecialis, ſiue præcipuus dicatur, nec cum alijs communis. Suet. in Cæſ. præterea monetæ, publicis q; uectigalibus, peculiares ſeruos præpoſuit. Peculiare edictũ, dicitur quod peculiariter ad certam rem eſt propoſitum. Cic. 5. Verr. Exoritur peculiare edictum repentinum, nequis frumẽtum de area tolleret antequam cum Decumano pactus eſſet. Ponitur aliquando peculiare pro re ſeruili. Vlp. l. Si quis uinum. ff. de Tritico, uino & oleo leg. Si peculiare uinum legatum ſit, id contineri quod ſerui habuerunt.

Peculiariter aduerbium, Specialiter, præcipuè, ἰδίᾳ. Plin. libro 27. cap. 4. Epiphoris peculiariter imponitur, hoc eſt, ſingulariter, & ſecundum eius propriã uirtutem. Quint. lib. 8. capite. 2. Quod commune eſt & alijs nomen, intellectu alicui peculiariter tribuitur, ut Vrbem Romam accipimus: Vænales, nouitios. & Corinthia, æra: quum ſint aliæ urbes quoque, & Vænalia multa, & tam aurum & argentum, quã æs Corinthium.

Peculiarius, comparatiuum, Magis propriè, ἰδιαίτερον.

Peculioſus, a, um, Qui peculii multum habet, χρηματώδης. Plaut. in Rud. Peculioſum eſſe decet ſeruum, & improbum, Quem hero præſente prætereat oratio.

Peculiatus, a, um, Id eſt, pecunia abundans, numatus. Aſinius Pollio ad Ciceronem, Planè bene peculiatus. Budęus.

Peculio, as, a, p. Quem pecunia multo, aut peculium aufero, ἀργυρίῳ τιμᾶν. Plaut. in Perſa, Atq; ob iſtam rem ego aliquid te peculiabo.

Peculor, aris, & Depeculor, Quæ ad Rempublicam, ſeu principem pertinent, furor, κλέπτω τὰ δημόσια.

Peculator, & Depeculator, Qui tale furtum facit, authore Aſconio, κλέπτης τῶν δημοσίων. Cic. 1. Offic. Neque enim de ſicarijs, ueneficis, teſtamentarijs, furibus, peculiaribus hoc loco dicendum eſt.

Peculatus, tus, m. q. Pecuniæ publicæ, aut fiſci furtum: ſicut ſacrilegium, ſerum ſacrarum, κλέμμα. Cicero 5. Ver. Non intelligit, hæc quæ iandudum loquor, ad aliam quæſtionem, atque ad peculatus iudicium pertinere. Plinius de uiris illuſtribus, Liuius Salinator primò Conſul de Illyrijs triumphauit, deinde ex inuidia peculatus reus, ab omnibus tribubus, excepta Metia, condemnatus. Plautus Ciſtell. Ergo in me peculatum facit.

Pecunia, æ, f. p. A pecore, ſeu pecu dicta eſt, quia apud antiquos omnis pecuniæ, pecus fuit fundamẽtum, ἀργύριον χρῆμα, Colum. lib. 6. in præfat. In ruſticatione uel antiquiſſima eſt ratio paſcẽdi, eademq; quæſtuoſiſſima: propter quod nomina quoq; pecuniæ, & peculij tracta uidentur à pecore. Quod non ſolum ueteres poſſederunt, ſed adhuc apud quaſdam gentes unum hoc uſurpatur diuitiarũ genus. Plinius lib. 33. cap. 3. ſcribit Pecuniam ſortitã eſſe nomen à nota pecudis, eo quòd primum æs nota pecudis ſit natum fuit. Hinc Plutarchus in Publicola aſſerit in uetuſtiſſimis numis ſignum fuiſſe ouis, & ſuis, bouisq; cõſpectum. Pecuniæ uerò nomine (ut inquit Hermogonianus l. Pecuniæ. ff. de Verb. ſignif.) non modò numi, hoc eſt, numerata pecunia, ſed omnes res tam ſolidæ quã mobiles, & tam corpora quã iura continentur. Cic. 2. de Finibus. Magni æſtimabat pecuniam, non modò non contra legem, ſed etiam legibus partam, quæ quidem uel cum periculo eſt quærenda uobis: eſt enim effectrix multarum & magnarum uoluptatum. Horat. 1. Epiſt. 6. Et genus & formã regina pecunia donat. Idem 6. Carm. Ode. 9. Vindex auaræ fraudis, & abſtinens Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ.

Pecuniola, huius diminutiuum eſt, ἀργυρίδιον.

Pecuniarius, a, um, Quod ad pecuniã pertinet, χρηματιστικός. Cic. ad Brutum, Nodus eſt inopia rei pecuniariæ. Idem pro Cluent. Neminem uoluerunt maiores noſtri non modò de exiſtimatione cuiuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios aduenieſſet. Lis pecuniaria, Quintil. lib. 6. cap. 1.

Pecunioſus, a, um, Qui abundat pecunia πολυχρήματος. Nonius, Pecunioſorum, & locupletum proprietatem aperuit M. Tullius de Senect. à pecore pecunioſos, & à poſſeſſionib. locorum locupletes appellatos afferens, multaq; ditione ouium, & boum: quòd tunc erat res in pecore, & locorum poſſeſſionibus ex quo locupletes & pecunioſi uocabãtur. Cicero 2. Verr. Pecunioſum hominem, quãuis ſit nocens, neminem poſſe damnari. Idem 1. de Inuent. In fortuna quæritur, ſeruus ſit, an liber: pecunioſus, an tenuis. Artes pecunioſæ. Martialis lib. 7. Artes diſcere uult pecunioſas.

Pecus, udis, fœm. gen. & Pecus, oris, neutri, Significant omne animal quod ſub hominis imperio è pabulo terræ paſcitur: ut boues, aſini, equi, cameli, oues, capræ, & huiuſmodi, θρέμμα, βόσκημα. Var. lib. 2. de Reruſt. cap. 5. Qui gregem armentorum emere uult, obſeruare debet primum, ut ſint hæ pecudes ætate potius ad fructus, ferendos integræ, quã iam expertæ. Plinius etiam elephantos pecudes uocat, Qui (inquit) cum elephanto congreſſus, gemino ictu pecudem exanimauit. Inuenitur etiam pecus, oris, pro multitudine pecorum, ſeu pecudũ. Vergilius 2. Ecloga, Dic mihi Damœta, cuiũ pecus, an Meliboei? Idem, Caprigenumq; pecus nullo cuſtode per herbas. Interdum pro oue, πρόβατον. Plinius libro 8. capite 49. Eſt & in Hiſpania, & maximè Corſica, non diſſimile pecori genus muſimonum, caprino

uillo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uillo, quàm pecoris uelleri propius. Quint. Curtius in usum uestium sæpe pecori lanæ detrahuntur? Interdum dicitur de omni animali, qđ humana lingua & effigie caret, κτῆνος. Verg lib.4, Georg. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Horatius lib.1. Carm. Omne quum Proteus pecus egit altos Visere montes. Pecus autem, quum in genitiuo facit pecudis, nunquam accipitur collectiuè: alioqui omnino easdē habet significationes. Dicitur enim de quouis animali, excepto homine. Plin. lib.8. cap.7. Ipsius animalis narratur clemētia aduersus minus ualida, ut in grege pecudum occurrētia manu dimoueat, ne quid obterat imprudens. Verg. lib.4. Georg. de apibus loquens, & pecudum custodia solers. Lucret. de piscib. Prēterea genus humanum, mutæq; natantes Squamigeræ pecudes. Colum. lib.8. capite 3. Volatile pecus facilè custodiam decipit. Dicitur pecus (ut docet Varro) à pes, quòd pedibus sine ratione bruta ferantur. Sunt qui dicant pecus, pecudis, olim fuisse masc. gen. quod apud Ennium lectum sit, Pecudi marito, poterimus tamen dicere, Marito, ibi esse substantiuum, & figuratè cum alterius generis substātiuo cohērere. Legitur etiam pro eodem pecu, & in numero plurali pecua: de quo suprà. Pecuda etiam neutro genere in usu fuisse, ueterum affirmat authoritas. Sisenna, Iumenta, & pecuda locis trepidare compluribus. Idem Cicero de Rep. apud Nonium, Quum adhibent in pecuda pastores.

Pecu, huius pecu, in plurali pecu, pecuum, pecubus, antiqui dixerunt pro pecore. Plaut. Rud. Non uides me referre nuidum rete, sine squamoso pecu? Idem Merc. Nec pecua ruri, pascere, naq; pueros nutricare, &c.

Pecorinus, a, um, Quod est ex, pecore, προβατικὸς, Pecorina caro: quam & pecoream, pecudniā, & pecuniam possumus appellare.

Pecorosus, a, um, Quod pecore abundat, προβατώδης, ut pecorosa palatia, apud Propertium lib.4. Venit ad inuictos pecorosa palatia montes, Et statuit fessos, fessus & ipse, boues. Statius 10. Theb. Cui fœtura gregem pecorosa Vere nouauit.

Pecorarius, m.s. Qui pecua, siue pecora publica redimit, ut inquit Asconius, προβατοκάπηλος. Romani enim uetustiores nihil in bonis aliud prēter pecudes habebant. Est etiam pecorarius, qui pecorum curam habet, νομεύς. Augustinus libro 15. de Ciuit. Hic erat pater habitantium in tabernaculis pecorariorum.

Pecuarius, rii, m.s. Qui pecora pascit, προβατεύς, νομεύς. Cic. 4. Verr. Mercator, an arator, an pecuarius.

Pecuarius, a, um, Quod ad pecus pertinet, βοσκηματικὸς. Plautus Truc. Malè uertit res pecuaria mihi apud uos. Colum. lib.7. cap.12. Pecuarius canis neq; tam strigosus aut pernix debet esse, quàm qui damas, ceruosq;, & uelocissima sectantur animalia. Est autem Pecuarius canis, qui pecora uel pecudes custodit à luporum uoracitate, & iniuria.

Pecuaria, orum, n.s. Dicitur ab eo quod est Pecu, βοσκήματα. Nominatiuus singularis est pecuare, uel pecuar per apocopen. Proprie autem pecuaria dicuntur magni pecudum greges. Persius, Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. Vergilius 3. Georgic. Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus. Author ad Heren. lib.4. Nam quū canes fungun tur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? Nonnunquam etiam accipiuntur pecuaria generaliter pro omnibus ijs ex quib. populus habet redditus, quia diu hoc solum uectigal Romanis fuit. Cic. de Clar. Orat. Insimulare turq; familia, partim etiam liberi societatis eius, quæ pecuaria de P. Corn. Mummio COSS. redemisset, &c.

Pecuaria, riæ. f.p. Dicitur ratio parandi, ac pascendi pecoris, ut fructus ex eo capiatur: quæ & res pecuaria dicitur, προβατικὴ, Varro libro 3. de Re rustica capite 1. Tres libros institui, è queis duos scripsi, primum ad Fundaniam uxorem de agricultura, secundum ad pecuaria ad Turanium Nigrum. Est & Pecuaria, locus in quo pecorum greges consistunt. Varro libro 2. cap. 1. Cuius nobiles pecuariæ in Brutijs habentur. Idem in Præfat. libro 2. Quod eò facilius faciam, quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouarias. Non inconuenienter tamen possumus in hisce Varronis exemplis pecuarias intelligere, ipsos pecudum greges, quemadmodum apud eundem Pecuariæ uidentur accipi lib.3. cap.2. ubi sic ait: Duo quum sint genera pastionum: unum agreste, in quo sunt pecuariæ: alterum uillaticum, in quo sunt gallinæ, & columbæ, &c. Pecuariam rem facere, significat armenta gregesq; alere, quæ res ad scientiam pastoris pertinet, προβατικὴν ἐργάζεσθαι.

Pecuum, Cato genitiuo plurali protulit, ab eo quod est pecu. Autor Festus.

Peda, uide Pedes pedum.

Pedagium & Guidagium barbara uocabula, exponuntur in c. super quibusdam ext. de Verb. signifi. & ibidem Abbas & in c. Innouamus de Censib.

Pedalion, Polygonium apud Dioscor. lib.4. cap.5. (pedum.

Pedalis, Pedamen, Pedaneus, Pedarius, uide Pedes,

Pedatim, Pedatio, Pedatum, uide Pedes pedum.

Pedema, penultima producta, huius Pedematis, πήδημα, Genus saltationis Laconicę, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur, de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Iuuen. Satyr. 11. Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Alii legunt pytismate.

Pedepressim, Pedes, ditis, Pedester, Pedetentim, Pedica, Pediculus, Pediolus, Pedisequus, uide Pedes pedum.

Pĕdes, m.t. πόδες, Dicuntur quibus utimur in gradiendo, cuius nominatiuus singularis est Pes, à Græco πούς. Pes autē totum dicitur quod est à femore ad calcem: diuiditurq; in coxendicem femur, genu, femen, poplitem, crus, suram, & imum pedem, qui calx appellatur: diuiditurq; in conuexū pedis, quæ pars superior est: & calcaneum, quæ est pars posterior: item in uolam, quæ est pars medii pedis cauā, & plātam, quæ pars tota inferior est: prēterea in digitos & ungues. A uola pedis indita sunt cognomina Plancis, Plotis, Scauris Pansis: de quibus locis suis. Ouid. 3. de Pont. Hæc dea nō stabili quàm sit leuis orbe fatetur, Quæ summum dubio sub pede semper habet. Idem 12. Metā. pedibusq; uirum proculcat equinis. Verg. 9. Eclog. Quò te Mœri pedes? an quò uia ducit in urbem? Suo se pede metiri, hoc est, facere sumptū pro facultatum suarum modulo. Horat. 1. Epist. 7. Metiri se quenq; suo modulo ac pede, uerum est. Quoniam uerò stabili fundamentum pes est, factum est ut ędificiis area, pes magnus dicatur. Pes etiam mensuræ genus est quo mensurantur terræ, & continet quatuor palmos, hoc est, digitos sedecim. Item funis quo in naui tenditur uelum. Verg. li. 5. Aen. Vnà omnes facere pedem. Plaut. etiam remos nauium pedes appellauit. Pedes etiam dicuntur legitimæ carminum dimensiones: unde dicimus carmen Heroicum sex habere pedes Pentametrum, Phaleucium, & Sapphicum, quinq;. Metaphora uidetur sumpta ab animalium pedibus. Nam quēadmodū illa suis pedibus mouētur, ita etiam carmina suis quibusdam incedunt pedibus. Aut certè à mensuræ genere quod pedem uocari diximus, quòd carmina suis pedibus ueluti mensuris quibusdam, demetiantur. Præterea pes uocatur fœdum capitis animal, à multitudine pedum. Plaut. in Curc. Vt muscæ, culices, pedesq;, pulicesq;, Odio, & malo, & molestiæ, bono usui estis nulli. Huius diminutiuo frequentius utimur, scilicet pediculus, siue pedunculus.

Pediculus, li. m.s. diminutiuum, Paruus pes, πόδιον. Plin. lib. 9. cap. 28. Mollia sunt loligo, sepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & in uentre: pediculi octoni omnibus. Hinc pediculi uocantur, quibus fungi, pyra, mala, & huiusmodi sustinentur, μύσχοι. Plin. lib. 22. cap. 23. Tutio res fiunt cum carne cocti, aut cum pediculo pyri. Item pediculus, uermis in capite hominis, & in cæteris animalibus φθεὶρ. Colum. lib. 8. cāp. 7. Pluma omnis è capite, & subalis, atq; clunibus detergetur: illic ne pediculum creet, hic ne stercore loca naturalia exulceret. Pediculi quoq; terræ, scarabæi terrestres ricino similes. Sunt & maris pediculi, teste Plin. lib. 32. capit. 7. & 8. ita dicti à similitudine pediculorum capitis, quibus ad uaria medicamenta utuntur. Pediculi sequales qui in phthiria si nascuntur in toto corpore: nunc consuetæ & simplicis formæ, nunc ignoti, id latiores & duri magis & sæuientes morsibus uehementer.

Pediculatus, a, um, ut Pediculata poma, quæ pediculos habēt quibus suspendi possunt.

Pedicularis, pediculare. o.t. Quod ad pediculos capitis uermes pertinet, φθειρικός, Vnde Pedicularis morbus dicitur quum corpus pediculis scatet. Græci φθειρίασιν appellant. Nam φθεῖρα pediculum dicunt. De hoc Serenus.

Noxia corporibus quædam de corpore nostro
Progenuit natura, uolens abrumpere somnos
Sensibus, & monitis uigiles inducere curas. Hoc morbo interiit Sylla Dictator.

Pedicularis, herba. Alia est herba quam pulticarem uocant, quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tant, quæ Græcè dicitur Psyllion. Habet enim semen simile pulici, unde & nomen ψύλλα græca uoce, pulex dicitur Liu. 6. cap. 29.

Pedicularis herba. Staphisagria apud Dioscor. lib. 4. cap. 158.

Pediculatio idq; Græci disertè φθειρίαν uocant.

Pedicosus, siue Pediculosus, Qui capitis uermibus scatet, qui pediculi, & nonnunquam pedes appellantur, φθειρῶν. Plautus Pedicosus, squallidus, ubi me uidit, caput scabit. Apud antiquos, teste Festo, aliquãdo inuenitur pedecosus per secundam uocalem in antepenultima. Titinnius, Rus deturudetur pedecosus, squallidus.

Pediolus, diminutiuum, Paruus pes. Nonius, πόδιον.

Pedusculus, li, m. s. diminutiuũ, Paruus pes, πόδιον. Plin. lib. 11. cap. 10. Si cooriatur procella, apprehensis pedusculo lapillis se librãt. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria legendum docent, Apprehensi pondusculo lapilli.

Peda, Vestigium humanũ, præcipuè pedis, inquit Festus ἴχνος.

Pedalis, pedale, om. t Quod est pedis: ut Mensura pedalis, ποδιαῖος. Colum. lib. 3. Pedale quoquo uersus spatium, sat erit inter semina relinqui. Idem, Scrobiculis pedalibus factis. Cicero 4. Acad. Quid potest esse solemnius, quem mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem esse quàm terram? quatulus nobis uidetur? mihi quidé quasi pedalis. Cæs. 2. bell. Ciuil. Pedalibus ligneis coniunctis inter se porticus integebantur.

Pedamen, inis, n. t. & Pedamentum, ti, Sustentaculum, siue adminiculũ, quod alicui arbusculæ adhibetur: sicut palus quo uitis sustentatur, χαράκωμα. Plin. lib 17. cap. 20 Castanea pedamentis omnibus præfertur. Colum. lib. 4. cap. 30 Pedaminum, iugorumq;, & uiminum prospiciendorum **tradenda** ratio est. Varro 1. de re Rust. cap. 8. Quibus strat **recta** uinea, dicuntur pedamenta: quod transuersa iunguntur, iuga.

Pedaneus, a, um, idem quod pedalis, ποδιαῖος. Col. lib. 5. Et ideò in maritandis arboribus nemo minorem pedanea terrobem uitibus comparat. Hinc Bipedaneus, a, um, Tripedaneus, & huiusmodi διποδιαῖος. Columella libro 1. Bipedanea humus arboribus quatuor pedum abundè est. Et libro 4. Tripedaneis relictis spatijs, per quæ semina excoluntur. Et libro 5. Semipedaneam consitis resolutam uitibus terram subiacere. Pedaneus iudex Qui à Præside constituitur ut minora iudicia discernat: ita dictus quod is magistratus nõ uehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum. Gellius tamen libro 3. capite 18. negat Pedaneum in hac significatione Latinum esse, Senatoresq; pedarios hosce dicendos contendit, non pedaneos.

Pedarij Senatores Dicti sunt qui in Senatu sententiam non dicebant, sed ab alio dictam comprobabãt, mouentes se loco & in partem eius cuius sententiam approbabant, ambulantes. Propter quod qui ita faciebant, Ire in sententiam pedibus, dicebantur. Et ab actu transeũdi pedibus in alienã sedilia, pedarij sunt appellati. Cic. ad Att. lib. 1. Est illud senatusconsultum summa pedariorum uoluntate, nullius nostrũ autoritate factum. Ibidem, Et raptim in eam sententiam pedarij cucurrerunt. Sententia eorum pedaria appellatur. Gellius pedarios existimat dictos fuisse Senatores quòd qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus in curiam proficiscebantur. Nam qui curulem magistratum gessissent, curru uehi solebant. Vide Gellium, hac de re diffusè tractantem lib. 3. cap. 18.

Pedatim, aduerbium à uerbo pedo, as, καταπόδας, βάδην. Plin. lib. 11. cap. 45. Leo tantùm & camelus pedatim gradiuntur, hoc est, ut sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur.

Pedatũ, pedati, n. s. apud antiquos legitur pro repetito accessu: à uerbo pedo, as, quo antiqui utebantur, Nonius, Pedato, positum inuenitur pro repetitu, uel accessu, quasi per pedem: sicuti nunc uulgò dicitur, Tertio pedato. Cato Orig. lib. 1. Igitur tertio pedato bellum nobis fecere, hoc est tertio reuersi, ut interpretatur Perottus.

Pedepressim, Tardè, paulatim, quasi lenta & tarda itione. βάδην. Nonius.

Pedes, peditis, com. t. Qui pedibus incedit, πεζός, sicut eques, qui equo uehitur. Vnde milites qui pedibus stipendia faciũt pedites appellamus. Cæsar 8. belli Gall. Equitatum omnem Germanosq; pedites, summæ uelocitatis omnes, ad castra hostium præmittit. Vergil. 6. Aeneid. Seu quum pedes iret in hostem. Idem 10. Aeneid. Quum pedes incedunt, &c. Curtius, Pedes agmen circuibat.

Peditatus, tus, m. q. Peditum copiæ: sicut equitatus, equitum copiæ. πεζικὸν, τὸ πεζόν. Cic. 5. Philipp. Tu ciuẽ sceleratum & perditum, Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia peditatu, equitatu, copijs instructus.

Pedester, qui pedibus iter facit, πεζός. Martial lib. 1. Abnuit in liquidis ire pedester aquis. Apul. Qui modò in exercitũ profectus est pedester. Dicitur etiã hic & hæc pedestris, & hoc pedestre, πεζικός. & Pedestris exercitus, qui peditibus tantũ constat, non etiam equitibus. Pedestres copiæ, Pedestria agmina, πεζικὴ δύναμις. Cicero 2. de Finib. Vt si Xerxes cũ tantis classibus, tantisq; equestribus & pedestribus copijs Helle spõto iũcto, Athoq; perfosso, maria ambulauisset, terrãq; nauigasset, &c. Pedestris oratio, Est prosa, & oratio soluta: ita dicta ab humilitate & simplicitate apparatus, quod ad grauitatem, & maiestatem carminis non assurgat, πεζὸς λόγος. Quintil. lib. 10. cap. 1. de Platone, Multùm suprà prosam orationem, & quam pedestrem uocant Græci, exaltat. Horatius ad Mecœnatem lib. 2. Carm. tuisq; pedestribus Dulces historijs prælia Cæsaris. Pedestria auguria dicebantur quę à lupo, uulpe, serpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus sumebantur πεζικοὶ οἰωνοί.

Pedetentim, aduerbium compositum à pede, & tento, tas, Idem quod sensim, uel paulatim, κατὰ πόδας, βάδην. Cic. libro 1. Offic. Sin minus, sensim erit, pedetentimq; faciendũ. Terent. in Phorm. Dij bene uerrant quod agas, pedetentim tamen, quod Donatus exponit pro cautè.

Pedica, fœm. p. penult. cor. à pede, Significat laqueum quo pedes illigantur, πέδη. Vergilius lib. 1. Georgic. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. Liu. lib. 1. bell. Pun. Velut pedica capta hærerent.

Pedicinus, Prisca dictio est, cuius hodie significatio ignoratur. Legitur apud Catonem de Re rustica capite 18. Verba eius sunt hæc, Ibi foramen pedicinis duobus facito, ibique arbores pedicino in lapidem statuito. Sunt qui putent diminutiuum esse à nomine pes: ed huic loco hoc non facis uidetur congruere.

Pedesis, saltus sanguinis, de quo uide Gal. li. 15. Symptomat.

Pedicularis, Pedicosus, Pediculus, Pediolus, uide suprà post Pedes.

Pedisequus, m. s. unico s. Qui dominũ sequitur: & pedisequa, ancilla quæ dominam sequitur ἀκόλουθος. Plaut. in Mil. Pedisequus tibi sum. Cic. ad Attic. lib. 2. Quæ mihi uidetur una conciuncula clamore pedisequorum nostrorũ esse periturа. Idem pro Domo sua, Cõculcari hunc à pedisequis iussit. Terent. in And. Accedo ad pedisequas, quæ sit rogo. Author ad Herenn. lib. 4. Virtuti pedisequæ sunt diuitiæ.

Peditatus, uide Pedes peditis in pedes pedum.

Pedo, as, n. p. Id est, uado: à quo Repedo, quod est quasi pedem refero, redeo, ἀναποδίζω. Lucil. Rediisse, ac repedasse, ut Romam uitet. Pedare etiam est uiti uel alteri arbusculæ sustentaculum adhibere, χαρακοῦν. unde Vineæ pedatæ dicuntur. Plinius libro 17. cap. 21. Aut pedatæ uineæ simplici iugo. Columella libro 4. cap. 12. Putationem sequitur iam pedandæ uineæ cura.

Pedatus, a, um, quod est sustentaculo firmatum: ut Vinea pedata, καχαρακωμένος. Quandoq; etiam pedatus dicitur cui sunt pedes: sicut à manu Manuleatus, χαίρης. Sueton. de Othone, Fuisse traditur & modicæ staturæ, & malè pedatus, caluusq;, id est, distortis pedibus.

Pedatio, f. t. Dicitur quando pedimentis uinea fulcitur χαρᾶς κασις. Col. lib. 4. cap. 12. Idq; iugum intra quartum pedem cõuenit alleuari, dum se uinea corroboret in pedationem.

Pedum, di, n. s. Pastorale baculum, seu uirga incurua qua pecudum pedes detinentur, καμπύλος, καλαύροψ. Vergilius 5 Eclog. At tu sume pedum, quod me quum sæpe rogaret, Non tulit Antigenes, Est & pedum, πήδα Stephano opidum non longè à Prænestinis: à quo Pedani, πεδανοὶ populi: quorum meminit Plinius libro 3. capite 5. Liuius 8. ab Vrbe, Neque tamen nisi admodum paucis populis, Pedani adiuti sunt, Tyburtes, Prænestinique, quorum ager propior erat, Pedum peruenere.

Pĕdo, dis, pepedi, n. t. Crepitum uẽtris emitto. πέρδω, βδέω. Horat. 1. Serm. Sat. 8. Nam disposa sonat quantum uesica, pepedi. Mart. Nihil aliud uideo quo te credamus amicum, Quàm quòd me coram pedere Crispe soles. Hũius compositum est Oppedo penult. prod. quod est contra pedo. καταπέρδω, & per trãslationẽ reclamo, aduersor, dissentio,

Horat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Horatius 1. Serm. Sat. 9. uin'tu Curtis Iudæis oppedere?

Pedo, pedas, **Pedum**, **Peduſculus**, uide Pes.

Pedulus, Vlp. in tit. de Aur. & Arg. leg. l. argumento falcias curules appellat.

Peganon, πήγανον, Herba eſt Dioſcoridi lib. 3. quam Latini rutam appellant.

Pēgma, matis, πῆγμα, ἀπὸ τοῦ πηγνύμαι, Hoc eſt à pangendo, ſiue componendo, Machina quædã eſt lignea in qua ſtatuæ collocantur & quaſi figuntur ad illas ſuſtinendas. Interdum πήγματα, cum ludicris producebantur in ſcenam, cum pueris etiam conſidentibus, ex lignis & tabulis quæ conſtabant uario picturæ genere. Pegmatis formam Senec. ad Lucilium his uerbis deſcribit: His (inquit) annumeres licet machinatores qui pegmata ex ſe ſurgentia excogitant, & tabulata tacita in ſublime creſcentia, & alias exinopinato uarietate: aut dehiſcentibus quæ cohærebant: aut quæ diſtabant, ſuâ ſponte cohærentibus: aut ijs quæ eminebant, paulatim in ſe reſidentibus. Ioſeph. libro 7. de Bello Iudaico, Maximè autem erat ſtupor machinarum quæ portabantur, ſiue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine uiribus portantium occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum, quartumq; ſurgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis ſimulachrũ belli repreſentatũ fuiſſe ſignificat, ut alij fugare, alij capere uiderentur, & per ſingula pegmata dux captæ urbis agebatur, ita ut captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant, à Suetonio pegmates uocantur. Tradũt Claudium obieciſſe aliquando beſtijs qui pegmata in ſcenam parum fœliciter produxiſſent. Plinius libro 35. cap. 3. Princeps Caius in circo pegma duxit, in quo centum & uiginti quatuor argenti pondo fuere. Feſt. ſcribit, pegmata eſſe ex ære, aut marmore armamenta, quæ ut plurimum in atrijs, quandoq; in porticibus aulisq; affiebantur, maiorum, aliorumq; fortium uirorum geſta certius quàm pictura oſtendentia. Mart. lib. 12. Et creſcunt media pegmata celſa uia.

Pegrina, uitis nigra, apud Dioſc. lib. 4. cap. 195.

Pēiĕrō, ras, n. p. pen. corr. Falsò. & animo fallenti iuro, ſeu iuramentum infringo, & id quod iuramento ac uerbis concipitur, nõ facio: ex per, & iuro, abiecta r, & u longa in e breuẽ conuerſa, ἐπιορκέω. Cic. 3. Offic. Non enim falſum iurare, peierare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia iuraris, ſicut uerbis cõcipitur more noſtro, id nõ facere periurium eſt. Idem pro Roſc. Com. Qui mentiri ſolet, peierare conſueuit. Martial. lib. 7. Nec erubeſcit peierare de turdo, Et oſtreorum rapere liuidos cirros. Iuris peierati pœna, Horat. 2. Carm. Ode 8. Plaut. in Aſin. Nam ſi quid fecit ſceleſtè, pro illo lingua peierat. Lactantius lib. 1. Ergo aliqua poteſtas eſt quæ peierantes deos puniat.

Peĭor, peioris, uide malus.

Pelagus, pen. cor. πέλαγος, tàm maſculini, quàm neutri generis, Propriè profundum maris ſignificat. Vnde pelagus dictum uolunt, quaſi πόλαγος. quòd ſit πόλυ ἀπὸ γῆς, id eſt, procul à terra. Tametſi etiam pro quouis mari accipiatur. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. O quantum terræ, quantũ cognoſcere cœli Permiſſum eſt, pelagum quantos aperimus in uſus Plin. li. 10. cap. 32. In reliquis partibus eſt quidẽ mitius pelagus. Verg. 3. Aeneid. hic pelagi tot tẽpeſtatibus auctus, &c. Ibidem Treis adeò incertos cœca caligine ſoles erramus pelago.

Pelagicus, ca, cum, πελαγικός, Quod in mari uiuit ſiue etiam quod eſt ex mari. Col. lib. 8. cap. 17. Cæteri ſaxatiles, aut pelagici. ſatis ex his, ſed ex recentibus melius paſcuntur.

Pelagius, a, um, Var. 3. de Re ruſt. cap. 3. Sic noſtræ ætatis luxuria propagauit leporaria: at piſcinas protulit ad mare, & in eos pelagios greges piſcium reuocauit.

Pelagia, f. p. πελαγία, Piſcis eſt ex genere concharũ, qui & purpura dicitur, in medijs faucibus ſuccum habens tingendis lanis laudatiſſimum, qui ab eo pelagiũ dicitur: ſicut à buccino alio cõcharum genere, buccinum appellatur. Plin. lib. 9. cap. 37. Purpuræ alio nomine Pelagię dicuntur: earum genera plura, pabulo & ſolo diſcreta. Idem lib. 9. cap. 38. Buccinum per ſe damnatur, quoniã fucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiaq; eius nigritiæ dat auſteritatem illam, nitoremq; qui quæritur cocci.

Pĕlămĭs, midis, πελαμὶς ἡ, gen. fœm. Idem piſcis eſt cũ thynno, ſed qui nondum annum exceſſerit. Nam pelamides primò, pòſt annum thynni uocantur. Dictam autem uolunt pelamidem, παρὰ τὸ ἐν τῷ πελάγωσιν, hoc eſt, ab eo quòd in luto moretur. Plin. li. 9. cap. 15. Limoſæ à luto pelamides incipiunt uocari, & poſt annum thynni. Iuuen. Satyra 7. Siccus petaſunculus, & uas pelamidum. Varia pelamidum genera enumerantur à Plinio lib. 32. cap. ult. ex quibus reliqua omnia magnitudine excedit orcynon.

Pelani, Panes communes, qui diis omnibus ſacrificabãtur fiebant illi extenuiſſima farina.

Pelargus, πελαργὸς Gxæcè, Latinè ciconia dicitur. Inde Pelargici nomi ab Ariſtophane dicti, quaſi ciconiariæ leges quibus liberi parentes alere iubentur: id quod in iure quoque cautum eſt. Ideò in ſceptris regijs antiqui ciconiã ſculpere ſolebant in ſummo, in infimo autem hippopotamum animal improbiſſimum: ſignificare uolentes iuſtitię obnoxiam eſſe uiolentiam: cuius iuſtitiæ ſymbolum eſt ciconia, quæ parentes ſenio confectos alere, humerisq; geſtare in uolatu creditur. Vide quę de hoc annotauimus in dictione Antipelargeſis.

Pelaſgus, πελασγὸς, Frutex eſt lauri foliis: unde à Græcis δάφνοειδὴς appellatur. Quo nomine etiam Latini utuntur. Vide Plin. lib. 15. cap. ult. Herbarij Laureolam appellant.

Pelechinus, πελέκινος, Herba in ſegetibus naſcens, quæ alio nomine Securidaca appellatur. Plin. lib. 27. cap. 12.

Pelicanus, πελεκᾶνος, Auis Aegyptia. Naſcitur in ſolitudinibus, maximè Nili flumini. Duo autem ſunt pelicanorũ genera, ut docet Hieronymus, unum uolatile, aliud aquaticũ. Hæ aues tanquàm colaphis roſtrorũ dicuntur occidere parentes ſuos, eoſdẽq; in nido occiſos à ſe, lugere per triduũ. Poſtremò dicunt matrẽ ſeipſam grauiter uulnerare, & ſanguinem ſuum ſuper filios fundere, quo illi perfuſi reuiuiſcunt, à Græcis etiã ὀφθαλμοκολάπτης dicitur, quòd roſtri ictibus arbores pertundat. Aelianus libro 15: pelicanos eoſdem facit cum plateis.

Peliomata, ea ferè quæ & Hypopia, & ſugillata apud Paulum Aegin. lib. 3. cap. 24.

Pellax, huius pellacis, o. t. adiectiuum. pen. prod. genitiui, Qui per blanditias aliquem decipit, ἀπατηλὸς, πιθανὸς, προσαγωγὸς, A uerbo pellicio, quod eſt fraudãdi cauſa allicio. Vergil. 2. Aeneid. inuidia poſtquam pellacis Vlyſſi (Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris.

Pellacia, f. p. Fallacia, ἀπάτη. Verg. lib. 4. Georg. Verùm ubi nulla fugam reperit pellacia. Lucret. lib. 2. Subdola quũ ridet placida pellacia ponti.

Pelleſuina, βυρσεῖον locus ubi pelles uenduntur.

Pellex, pellicis, formin. gen. ut inquit Iureconſultus, illa uulgò appellantur quæ cum eo cui uxor ſit, corpus miſcet, παλλακὴ, παλλακίς. Inde apud Oratores & Poëtas, pellex non tàm uiri, quàm uxoris nuncupatur. Cicero in oratione pro Cluent. Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex Salluſtius in Ciceronem, Filia matris pellex, tibi iucundior atq; obſequentior quàm parenti par eſt. Ouid. Epiſt. 9. Nomine depoſito pellicis, uxor erit. Suetonius de Cæſ. Prætereo actiones Dolabellæ, in quibus eum Dolabella pellicem reginæ dicit. Concubina quæ cum cælibe uiro ſine nuptijs locum tenet uxoris, quam Græco uocabulo παλλακὴν, pallacem appellamus. Suetonius de Veſp. Inde quieti uacabat, accubante aliqua pallacarum, quas in locum defuncte Cænidis plurimas conſtituerat. Iuſtinus quoq; Cyri pallacem nominat, licet uitio librariorum pellicem ſcriptum reperiatur Pellex Latinum nomen eſt à pellicio, quod eſt blandiendo decipio: quia blandiendo uirum ab uxore ſeducit. Cicero in Salluſt. Omnium cubiculorum pellex, & idem poſtea adulter, id eſt, puer lædebas alienas uxores, præripiens eis maritos: uir poſtea læſiſti maritos, præripiens eis uxores: uir poſtea læſiſti maritos, præripiens eis uxores. Vide Vallam libro 6. Elegant.

Pellicatus, tus, m. q. Actus quem pellex exercet: ſicut concubinatus quem concubina. παλλακία. Cic. 2. Offic. Ab ea enim eſt ipſe propter pellicatus ſuſpicionem interfectus.

Pellĭceo, ces, pellicui, rariſſimè legitur: inuenitur tamen apud Col. de uillica loquentem in Præfatione lib. 8. poſitum pro blanditijs impetrare, niſi locus corruptus eſt. Nunc uerò (inquit) quum pleręq; ſic luxu & inertia diffluant, ut ne lanificij quidẽ curam ſuſcipere dignentur: ſed domi ſedentes confectas ueſtes faſtidio habeãt, peruerſaq; cupidine pretioſiores alias à uiris pelliceant, quę grandi pecunia, & totis penè cenſibus redimuntur, nihil mirum eſt eaſdem ruris & inſtrumentorum agreſtium cura grauari.

Pellicio, cis, pellexi, pellectum, act. t. Blanditijs in fraudem induco

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

duco, ἐπισύρομαι, ἑφέλκομαι, προσάγομαι, ὑπάγω. Terentius in Phorm. Is senem per epistolã pellexit. Cicero 1. de Orat. Maiorem partem sententiarum sale tuo, & lepõre, & politissimis facetijs pellexisti. Componitur & ex per, & lacio, mutatis r in l, & a in i, Festus, Lacit, decipit, inducit. Lax, lacis i e rò fraus est. A Lax lacio fit: unde & Lacto, as: & composita, Allicio, Elicio, Illicio, & alia. Legitur quoq; Perlicio apud Liuium libro 4. pro eodem, Negotium (inquit) datur, ut quos quisq; posset ex collegio Tribunorum ad intercessionẽ perlicerent. Pellicio tamen, & pellexi, & pellectus magis in usu sunt quàm perlicio, aut Perlexi. Perlectus uerò in ista significatione nequaquam haberi puto, sed Pellectus tãtùm, ne à perlego putaretur.

Pellicator, oris, m. t. Qui blanditijs aliquem in fraudem pellicit, προσαγωγὸς. Festus.

Pellis, huius pellis, f. t. Dicitur quũ est à carne separata, quæ cutis antea dicebatur, δέρμα, δορὰ. Iuuenal. Satyra 10. Dissimilemq; sui deformem pro cute pellem. Cic. 1. de Natura deorum, Quam tu nunquam, ne in somnis quidem uides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo. Verg. 8. Aeneid. quem fulua leonis Pellis obit totum. Idem 11. Aeneid. Cui pellis latos humeros erepta iuuenco Pugnatori operit. Quiescere in propria pelle, est contentum esse sua sorte, nec quicqnàm supra uires affectare. Horat. 1. Serm. Satyra 6. Vel meritò, quoniam in propria non pelle quiessem: Sub pellibus esse, hoc est, in castris statiuis. Cic. 4. Acad. Vt non multum imperatori sub ipsis pellibus otij relinquatur. Dicta pellis (ut quidam putant) à pellendo, quòd externas iniuri as tegendo repellat. Hęc postquam concinnata est ad calceos, & cætera opera facienda, aluta dicitur. Var. Pasceolus sac cus est, ex aluta factus.

Pellicula, læ, f. p. diminutiuum, parua pellis, δερμάτιον. Cicero pro Muræna, Atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus strauit pelliculis hœdinis lectos Punicanos, & expositi uasa Samia: quasi uerò esset Diogenes Cynicus mortuus, &c. Continere se in sua pellicula, prouerbialiter dicitur pro eo quod est intra suam sortem se continere. Mart. lib. 3. Lusisti, satis est: sed te, mihi crede, memento Nunc in pellicula credo tenere tua. Curare pelliculam, est corpus suum molliter tractare. Horat. 2. Serm. Sat. 1. ire domum, atq; pelliculam curare iube. Veterem pelliculam retines, hoc est, pristinos mores. Persius Sat. 5. Sin tu, quum fueris nostræ paulò antè farinæ, Pelliculam ueterem retines, & fronte politus Astutam uapido seruas sub pectore uulpem, Quæ dederã supra repeto funemq; reduco.

Pelliceus, cea, ceum, Quod est ex pelle: ut Vestis pellicea, δερμάτινος. Hieron. cõtra Iouin. Deiectis in uallem lachrymarum tunicis consutis, & pelliceis uestirentur.

Pellitus, ta, tum, penult. prod. Quod pelles habet, uel pellibus tectum est, δερματόδης. Propert. lib. 4. Pellitos habuit rustica chorda patres. Horat. 2. Carm. Ode 6. dulce pellitis ouib. Galesi & flumen, & regnata petam Laconi. Rura Phalanto.

Pelliculo, las, pen. corr. Pellib. alligatis obturo, ἐπιδερματίζω. Col. lib. 12. cap. 46. Vas operculatum pelliculant. Ibidem capite 59. In alia uasa delibuare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare.

Pelliones, m. t. Qui uestes pelliceas, & alia ex pellibus opera faciunt, δερματομαπάκται, Plaut. in Menæch. Quasi suppellex pellionis, palus palo proximus est.

Pello, is, pepuli, pulsum, a. t. Percutio, ferio, προσβάπτω, κόπτω. Terentius in Andria: Tũne has pepulisti fores? Aliquando abigo, extrudo, ἐξελαύνω, ἐξώθεω. Plautus 1. Pelle animo timorem: mox aderit gnatus. Iungitur etiam ablatiuo cum præpositione à: ut Pelle hinc à foribus apud Plaut. in Amphit. Item cum præpositione De: ut Non potuit pelli de ea sententia. Item cum è uel ex: ut Pellere aliquem è foro, uel ex templo. Nonnunquam etiam sine prępositione: ut Pellere patria, ciuitate, regno, agro, sedibus, &c. Iungitur etiam accusatiuo cum prępositione In. Cic. 2. de Orat. In exilium pulsus est. Ponitur interdum pro exagitare, affligere. Cic. ad Nigidium lib. 4. Epist. Quanquam enim nulla meipsum priuatim pepulit insignis iniuria. Hinc fiũt Pulso, Pulto, Pulsus, & nonnulla alia quę uide suis locis. Item composita. Appello, siue aspello, Appello per duplex p, Cõpello, Depello, Expello, Impello, Propello. A supino pulsum, fit frequentat. Pulso, as, de quo mox.

Pulsus, huius pulsus, m. q. ictus, impulsio, uerberatio, ὦσις, πρόσπτωσις. Cic. 1. Tusc. Inanimum est omne quod pulsu agitatur externo. Idem 1. de Orat. Impetus, pulsusq; remorũ. Vergil. 12. Aeneid. pulsuq; pedum tremit excita tellus. Pulsus item σφυγμὸς, à medicis appellatur motus arteriarũ ex spiritus reciprocatione, & ex systole diastoleq; cordis proficiscẽs. Plinius libro 11. cap. 37. Arteriarum pulsus, in cacumine maximè membrorum euidens, index ferè morborum in modulos certos, legesq; metricas per ętates stabilis, aut citatus, aut tardus. Idem lib. 7. cap. 51. uenarum percussum appellat, καταχρηστικῶς: uenas sumens pro arteriis. Venarum (inquit) inæquali, aut formicante percussu.

Pulso, pulsas, act. p. frequentatiuum à pello, Significat Sæpe percutio, uerbero, ἐντείνω, κόπτω, ἀράσσω, πρίωσθῶ. Cicero sexta Ver. Sex lictores circunsistũt ualentissimi ad pulsandos uerberãdosq; homines exercitatissimi. Terentius in Adelphis, Sed quis hoc ostium pulsauit? Vergilius quarto Aeneidos, cui nubibus atris Piniferum caput & uento pulsatur & imbri. Transfertur & ad animum. Plautus in Epid. Id ego experior, cui in unum multa confluunt quæ meũ pectus pulsant. Interdum pulsare, est uiolare, lædere. Vergilius libro 12. Aeneidos. Pulsatos referens infecto fœdere dios. Pulsari item dicuntur fides, uel instrumenta musica, quum chordę digitis, uel plectro attrectãtur, ut sonum edant, κρέσθαι. Vergilius 6. Aeneid. Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno. Campana quoque pulsari dicitur, quum aut restibus, aut pedibus impulsa, aut malleo icta, sonitum reddit.

Pulsans, tis, particip. Iuuenal. Sat. 9. & cum lusore catello Cymbala pulsantis legarus fiet amici. Verg. lib. 3. Georg. exultantiaq; haurit Corda pauor pulsans.

Pulsatus, a, um, aliud particip. Plin. lib. 12. cap. 9. Pulsatæ fluctibus arbores. Aequor pulsatum remige, Ouid. 3. de Ponto, Saxa pulsata. Verg. 5. Aeneid.

Pulsandus, da, dum, : ut Area pulsanda equis. Ouidius 5. Metamorph. Eleg. 14.

Pulsatio, onis, f. t. pulsandi actus. Liu. 1. bel. Maced. Ea maiore cum sonitu quàm uulnere ullo, pulsatio scutorum, parùm per succedentes Romanos tenuit.

Pulsator, toris, Valer. Flac. 5. Argon. citharæ pulsator Apollo. Huius composita sunt, Compulso, Expulso: quorum significata uide suis locis.

Pulsatiles uenę, A quibusdam appellatæ spiritus semitæ, quas medici Græco uocabulo arterias uocant, ἀρτηρίαι. Agitantur enim illę perpetuo quodam pulsu ex systole & diastole cordis proficiscente.

Pulto, tas, n. p. Idem quod pulso, fitq; à supino pultũ, quo antiqui utebantur, ἀράσσω, πρίωσθῶ, κόπτω. Plaut. Pultando confregi fores. Terent. Cesso iam pultare ostium?

Pellos, siue Pellus, li. πέλλος, Auis est ex genere ardeolarum, ita dicta (ut putant) ab aduerbio πέλας, quod est prope: quòd minus altè uolet quàm cæteræ ardeolarum species. Plinius libro 10. capite 60.

Pellũceo, pelluces, pen. prod. pelluxi, Per medium lũceo. διαστίλβω. Iuuenal. Sat. 2. Acer & indomitus, libertatisq; magister, Cretice pelluces. Plautus Aulul. Quin extra inspicere in sole etiam uiuo licet: Ita is pellucet, quasi laterna Punica. Idem Rud. Nam nunc pellucet ea, quàm cribrum crebrius. Oratio pellucens, id est, clara & aperta. Cic. de Clar. Orat. Ira reconditas, exquisitasq; sententias mollis & pellucens uestiebat oratio.

Pelluo, idem quod Pærluo: de quo infrà καταλύω.

Pelluuium, uij, n. f. & Pelluuia, ę, Vas in quo lauãtur pedes: sicut Malluuium, & Malluuia, uas in quo lauantur manus, ποδόνιπτρον. Dictum pelluuium à pelluendo. Hoc idẽ pollubrum dicitur. Labrum autem commune est, quemadmodum & peluis.

Peloris, ridis, πίνωρις, Genus conchæ. Horat. 2. Serm. Sat. 4. Murice Baiano melior Lucrina peloris. Plin. lib. 31. cap. 11. uidetur inter cancrorum genera annumerare.

Pelta, tæ f. p. πέλτη, Scutum exiguum, lunæ semiplenæ imaginem referẽs: quo genere Amazones pręcipuè in prælijs uti solent. Verg. 1. Aen. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Scuta Amazonica uocat. Nonius. Plin. lib. 12. cap. 5. Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.

Peltatus, a, um, adiect. hoc est, pelta armatus. Liuius 8. bell. Punic. Menippum item quẽdam ex regijs ducibus, cum mille peltatis (pelta cetrę haud dissimilis est) Chalcidem mittit. Hi etiam Græco nomine appellantur peltastæ, πελτασταὶ. Liu. lib. 1. bel. Maced. Nocte cetratos, quos peltastas uocant,

loco

loco opportuno inter bina caſtra in inſidijs abdiderat.

Pelta, id eſt. Coracinus piſcis Nili.

Peluis, ſ. t. Vaſis genus pedibus abluentis præcipuè deſtinatum, λεκάνη, ποδόνιπτρον. Var. 4. de Ling. Lat. Peluis inquit, quaſi pedelauis, à pedum lauatione. Alij peluim à Peluendo dictam tradunt, putantq́ ſinum eſſe aquarium in quo uariæ res pelluuntur. Iuuen. Satyr. 3. Vt ſint cõtente patulos effundere pelues. Cato cap. 10. Peluis. Vide Bayſium.

Pĕminōſŭs, a um, uel potius Pæminoſus per æ diphthongum in prima ſyllaba, quod eſt mali odoris: ita dictum à pædone, δυσώδης. Var. de Re ruſt. lib. 1. cap. 51. Hanc eſſe modicam oportet pro magnitudine ſegetis, potiſſimum rotundam, & ad medium paulùm extumidam, ſolida terra pauitam, maximè ſi eſt argilloſa, ne ſitu pæminoſa in rimis eius grana obliteſcant. Sic enim legit Feſtus. In caſtigatoribus tamen Varronis exemplaribus legitur, Ne æſtu rimoſa.

Penarius, uide Penus.

Penates, uide in *Propriis*.

Penatores, uide Penus.

Pendeo, des, pependi, penſum, n. ſ. Significat in ſublimi eſſe, ſiue ſuſpenſum eſſe, ἀωρόμαι, κρίμαμαι. Tractum à pennis auium. Interdum ponitur abſolutè. Terent. in Eunuch. Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcẽtulum nobilitas flagitijs. Aliquando ablatiuo iungitur cum præpoſitione à, uel ab: ut Sagittæ pendebant ab humero, Cicero 6. Verrin. Aliquando cum præpoſitione de, ut Pendêre de rupe, Vergilius 1. Eclog. Item cum præpoſitione ex: ut Pendêre ex arbore, Cic. 5. Verr. Nonnunquam etiam ſine præpoſitione. Vergil. 4. Ecloga, Incultisq́ rubens pendebit ſentibus uua. Aliquando igitur accuſatiuo cum præpoſitione per. Plautus in Aſin. Nudus uinctus centum pondo es, per pedes quãdo pendes. Per translationem Pendeo ponitur pro ſuſtentor, uel potius innitor, ἐξαρτῶμαι, ἐξήρτημαι. Ouidius 3. de Pon. Pendet & à ueſtra noſtra ſalute ſalus. Pendêre ex nutu alterius dicitur qui per omnia alterius addictus eſt uoluntati. Liuius 5. bell. Macedon. Ea autem in libertate poſita eſt, quæ ſuis ſtat uiribus, non ex alieno pendet arbitrio. Pendêre ex fortuna dicitur qui ad omnes fortunæ flatus circumagitur. Cic. in Parad. Cui ſpes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil poteſt eſſe certi, nihil quod exploratum habeat permanſurum ſibi unum diem. Quandoq́ pro cruciari, & in pœna eſſe ſiue dubium eſſe, aut animo ſuſpenſum eſſe, hoc eſt dubitare, hæſitare ἀπορῶμαι. & ſic conſtruitur cum genitiuo, uel ablatiuo, & interdũ ponitur abſolutè. Cic. 1. Tuſ. Quòd ſi expectãdo, uel deſyderãdo pẽdemus animus, cruciamur, & angimur. Idem in Hortenſium, Et qui expectat, pendet animi. Pendêre etiam dicitur qui nimio deſiderio alicuius rei intentus, ceſſat ab omni alio opere, & id unum ſolicitus expectat. Ouid. in Epiſt. Penelopes, Narrãtis coniux pẽdet ab ore uiri. Vẽrg. 6. Aen. Dum conſulta petis noſtroq́ in limine pendes: Item ceſſare. κᾶδη. Verg. 4. Aeneid, pendent opera interrupta, minæq́ Murorum ingentes. Ponitur aliquando pro ponderare, ſiue pondus efficere, ait Bud. Plin. 21. capite ult. Cyathus pendet per ſe drachmas decem. In eadem ſignificatione legitur & Pendo, is, per tertiam coniugationem. Pendêre rei dicebantur, quòd eorum nomina in programmate, id eſt, tabula pendula publicè propoſita, atq́ ſuſpenſa erant. Sueton. in Domitian. cap. 9. Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent, uniuerſos diſcrimine liberauit. Huius compoſita ſunt, Appendeo, Dependeo, Impendeo, Propendeo, & Suſpendeo, quorũ ſignificata uide ſuis locis.

Pendens, participium, & aliquando nomẽ ex participio. Pendentes alas dixit Plin. lib. 10. cap. 38. & Pendens uinum quod adhuc in ipſa uite pendet, & nõdum ex uuis expreſſum eſt.

Pendulus, la, lum, Quod pendet. μετέωρος ἀωρόμενος. Ouid. Epiſt. 1. Laſſaret uiduas pendula tela manus. Columel. lib. 2. cap. 28. Tum deinde macriora & pendula loca, mẽſe Februario Luna creſcente, ſimu iuuanda ſunt.

Penſilis, penſile, o. t. pen. corr. Quod ſuſpẽſum, & ſublime eſt, μετέωρος, ut Penſilius hortus, qui ſuprà ædificia factus eſt, hoc eſt, in ſolario, uel in aëre ſublimis. Plin. lib. 19. cap. 5. Penſiles eorum hortos promouentibus in ſoles rotis olitoribus, &c. Sic Penſilis uua Horat. 2. Serm. Sat. 2. tum penſilis uua ſecundas Ornabat menſas. Penſilis homo, qui ſuſpenſus eſt. Plautus in Pſeud. Reſtim uolo mihi emere. P. quamobrem? C. qui me faciam penſilem. Penſilis lectus, Penſiles lychni, qui ſuſpẽſi ſunt, & in aëre pendentes. Penſilis urbs, quæ ſubter cauata eſt. Plin. lib. 36. cap. 14. Leguntur & penſiles hortos, imò uerò totum oppidum feciſſe Aegyptiæ Thebæ, exercitus armatos ſubitò educere ſolitis regibus, nullo oppidanorum ſentiente. Idẽ, Magnitudo & frequentia cloacarum urbem penſilem fecit. Penſile horreum, quod nos uocamus Granarium, quòd fiat in altiore domus loco. Col. lib. 1. Sed nos in noſtris regionibus, quæ redundant uligine, magis illam poſitionem penſilis horrei probamus.

Penſum, penſi. Dicitur manipulus lanæ, uel lini, aut cannabis qui ex colo pendet, & fuſo trahitur, ἄτρακτος. Vnde Trahere penſa, idem eſt quod nere. Ouid. lib. 2. Faſt. Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebant. Iuſtinus lib. 1. Penſa inter uirgines partientẽ. Penſum per translationem, eſt officij cuiuſq́ perfunctio, inquit Budæus. Cicero lib. 3. de Orat. Nũc ad reliqua progrediar, meq́ ad meũ munus, penſumq́ reuocabo. Translatio ſumpta eſt ab ancillis penſa deducenda à matronis capientibus. Dicimus autem uenuſtè Abſoluere penſum, Conficere pẽſum, Peragere penſum, quod Gallicè dicimus, Faire ſon prirs faict, ſon office, & ce qu'on a uoit entreprins. Varro 2. de Re ruſt. cap. 2. Sed quoniam nos noſtrum pẽſum abſoluimus, ac limata eſt pecuaria quæſtio, &c. Plaut. in Peſ. Penſum meum quod datum eſt confeci. Colum. libro 3. capite 10. Vnumq́ue ei propoſitum, peragere operis ſui penſum. Accurare penſum, eſt diligenter, accurateq́ ſuum officium facere. Plautus in Bacch. Ego penſum meum lepidè accurabo. Exigere penſum ab aliquo, eſt petere an tuo ſit functus officio. Cicero 5. Verrin. Penſum magis in Leontino agro eſt exigendum, propter hanc cauſam, quòd ipſi Leontini publicè non ſanè me multum adiuuerunt. Et in hac ſignificatione penſum dicitur à uerbo pendeo, quòd ex colo linum uel lana pendeat. Quandoq́ penſa dicuntur de ipſis filis: ut apud Verg. 9. Aeneid. de extrice loquentẽ, Excuſſi manib. radij, reuolutaq́ penſa.

Penſum, penſi in alia ſignificatione, uide Pendo.

Pendo, dis, pendi, penſum, act. t. Verbum actiuum ſignificat pondero: à pendeo, quòd quæ ponderantur, ex libra pendeant, ſταθμῶ ſταθμῶμαι. Plinius libro 9. capite 17. Præcipua magnitudine thynni: inuenimus talẽta quindecim pependiſſe. Per translationem ſignificat conſidero, æſtimo, ſταθμῶμαι. Cicero pro Quintio, Si apud hoc cõſilium ex opibus, non ex ueritate cauſa pendetur, profectò nihil eſt iam ſanctum atque ſyncerum in ciuitate. Idem 6. Verr. Ego quo nomine appellem neſcio? rem nobis proponam, uos eam ſuo nominis pondere penditote. Regit eoſdem genitiuos, quos uerba pretium ſignificantia habere ſolent: ut Magni pendo, Parui pendo, Nihili pendo, Flocci pendo. & huiuſmodi. hoc eſt in magna, aut parua æſtimatione habeo, κατομικρολογῶ σμικρὸν ἐπολογέω ποιοῦμαί τινος. Quæ omnia magis ſeparata quàm compoſita, ſunt dicenda Plautus in Bacchidib. Rogas? imò unicè unum plurimi pendit. Terentius Heaut. Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes. Pendere, eſt etiam ſoluere, ἀποτίνω, ἐκτίσαι, quæ ſignificatio inde tracta eſt, quòd antequàm ſignatus eſſet numus argenteus, quumq́ Romani adhuc graui ære uterentur, non numeratione, quemadmodum hodie, ſed pondere fieri ſolebat ſolutio. Plinius libro 33. capite 3. Pop. Roman. ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem deuictum uſus eſt: libralis (unde etiam nunc libella dicitur) & dipondius appendebatur aſſis. Vnde etiam ægris grauis pœna dicta eſt. Hinc etiam hodie manſit uſus, ut dicamus Pendere pro ſoluere. Liuius libro 1. ab Vrbe, Ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent, uiduæ attributæ quæ bina millia æris in annos ſingulos penderẽt. Salluſtius, Semper illis reges, tetrarchæ uectigales erant, populi, nationes ſtipendia pendere. Huius etiam pœnam pendere propriè dicitur, qui ob delictum pecuniam ſoluit: quanquàm generalius loquendo etiam Pœnam pendere dicuntur. quibus quouis modò irrogatur pœna, uel ſupplicium. Plinius libro 29. capite 4. Eadem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani uiui in furcas ſambucea arbore fixi. Vergilius 6. Aeneid. tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi. Penditur, impersonale. Plinius libro 12. capite 14. Iterumq́ue imperij noſtri publicanis penditur. Penſus participium, ponderatus. Ouidius 14. Metamorph. & aduertens penſas examinat herbas, Id eſt, ponderatas: neque enim pharmaca niſi ponderentur, rectè componi poſſunt. Compoſita ſunt, Appendo, Compendo, unde compendiũ, Diſpendo, uarios in uſus impendo,

impendo, à quod diſpendium, διαφορέω. Dependo, quod eſt do. καταβάλλω, Colum. 5. Nanq; aliter incaſſum dependitur opera, quum degeneres etiam renouatæ priſtinum ſeruabunt ingenium. Expendo, Perpendo, Impendo, in uſum aliquem erogo. Propendo, Præpendo, & Rependo, Suſpendo uide ſuis locis.

Penſo, ſas, act. pr. à Pendo frequentat. ſignificat ſæpe pondero, æſtimo, τιμῶμαι, ἀμείβομαι. Liu, 4. bell. Maced. Reliquas ciui tates monere, ut factis, non ex dictis amicos penſent, intelligantq; quibus credendum, & à quibus cauendum ſit. Significat aliquando compenſo, ſiue compenſando parem facio, aliquid pro alio do. Val. Max. lib. 1. Deductus, ac miſſus ad Senatum legatus, ut ex ſe & uno ſene complures Pœnorũ iuuenes penſarentur, in contrarium dato conſilio Carthaginem petijt. Penſare crimen una laude, apud Plinium libro. 9. cap. 25. Penſare lætitiam mœrore, id eſt, parem facere lætitiam mœrori. Plin. libro 7. cap. 40. Nec lætitia ullo minimo mœrore penſanda. Ponitur aliquando pro ſupplere. Plin lib. 31. cap. 8. de muria loquens, Fotu quoq; apud mediterraneos, aquæ marinæ uicem penſat. Hinc Compenſo, Diſpenſo, Repenſo.

Penſator, uerbale, Ponderator, æſtimator. ζυθμιζτής. Plin. lib. 33. cap. 3. Penſatores, libripendes dicuntur.

Penſito, tas act. p. Sæpè uel exactè põdero, examino, ζυθμῶμαι. Plin. lib. 7. cap. 7. Is demum uitam æqua lance penſitabit qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gellius lib. 1. cap. 4. Aut uirtutes penſitabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium eſſe factum ad amuſsim diceres. Penſitare etiam accipitur pro ſoluere, τιλᾶν, φέρειν, ἐισφέρειν. Cic. pro lege Manilia, Quo tandem animo eſſe exiſtimatis aut eos qui uectigalia uobis penſitant, aut eos qui exercent, aut exigunt?

Penſitatio, uerbale, Plin. lib. 19. cap. 6. Et tunc properare præteriti temporis penſitatione.

Penſitator, Ponderator, examinator, penſiculator. λογιςὴς, ἐξεταςὴς. Gel. lib. 17. cap. Verborũ penſitatores ſubtiliſſimi.

Penſiculo, Penſiculas, idem quod pẽſito, ἐξετάζω. Gellius, Penſicula utrunque moderatè, reperies ſuo quodque loco ſonare aptiſsimè.

Penſiculator, oris, Qui dicta factáue quadam quaſi trutina examinat, ἐξεταςὴς.

Penſiculatè, aduerbium, Hoc eſt cum pondere iuſto; examine, ἀκριβῶς.

Penſitatus, participium, Ponderatus, ſiue examinatus. ἐζυθμημένος, ἐξεταςμένος. ut Res pẽſitata. Plinius Epiſtol. 8. Nos contrà, multum ac diu penſitatus amor liberalitatis communibus auritiæ uinculis eximebat

Penſio, onis, f. t. Dicitur id quod pro re aliqua conducta ſoluitur, id eſt, quod datur pro rei alicuius uſu, aut agri, aut domus, καταβολὴ, ἐποφορά. Cicero Leptæ lib. 6. Epiſt. Teneor tamen, qum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem. Liuius. 6. bel. Maced. Et ſtipendium quod prioribus penſionibus in multos annos deberent, præſens omne daturos. Hinc Penſionarius, qui penſionem alicui ſoluere tenetur.

Penſiuncula, diminutiuum. Columella libro. 18. in Præfat. Fœnoris tui Syluine, quod ſtipulanti ſpoponderam tibi, reliquam penſiunculam percipe.

Penſum, n. ſ. à Penſus, a, um, participio uerbi Pendo, quod inter cætera ſignificat æſtimo, meditor, curo: unde penſum habere dicimus, pro eo quod eſt rem aliquã nobis cordi eſſe, & de re aliqua ſolicitum eſſe: & contrà, Nihil penſi habere, eſt contemnere & nihil facere. Salluſt. in Catil. Neq; dicere neq; facere quicquam penſi habebat. Quintilianus, Nihil penſi habere uideas quoſdam.

Penſior, & hoc penſius, comparat, id eſt, æſtimatius & pretioſius: nam quæ maximè facimus, ſæpe nobis penſi ſunt, id eſt, meditata, cogitata, põderata, atq; examinata. Venire autem uidetur comparatiuum illud à Penſus: a, um, quod nomen eſt ex participio factum: quod ſignificat cogitatum, ponderatum. Plaut. in Sticho, Age tu, altera utra ſit conditio penſior, uirginem, an uiduam habere? Gel. lib. 13. cap. 5. Vt nihil quicquam eſſet charius, penſiusq; nobis, quàm noſmetipſi.

Penè, aduerbium, Significat ferè, παρ' ὀλίγον, Plaut. in Epid. Penè in curſu concidi. Hinc pẽſiſſimè ſuperlatiuum formauit Plautus in Aulul. ut uult Priſcian. lib. 15. licet alij à penitus formari uelint, Me (inquit Plautus) intus gallus gallinaceus, Qui erat anui peculiaris, perdidit peniſſimè, id eſt, penè nihil defuit quin me perderet.

Penelopes, πηνέλοπες, Aues ſunt quæ alio nomine dicuntur melagrides. Plinius libro trigeſimo ſeptimo, capite 2. Et Cratim amnem in Oceanum defluentem è lacu, in quo aues quas meleagridas, & penelopas uocat, ferunt uiuere. Vide ſuprà Meleagrides.

Penes, præpoſitio eſt, accuſatiuum exigens, ſignificatq; dominium, uel perſonam, aut poteſtatem, παρά. Vlp l. Penes ff. de Verb. ſign. Penes te, amplius eſt quã apud te. nam Apud te eſt, qd' qualiter qualiter à te tenetur: Penes te eſt q quodammodo à te poſſidetur. Cicero 4. Verrinar. Quum omnis copia frumenti penes iſtum eſſet reducta. Idem de Leg. Agr. contra Rul. Agri, quorum adhuc penes Pompeiũ omne iudicium & poteſtas more maiorum debet eſſe.

Penetro, as, a. p, Peruado, trãſeo, quaſi penitus intro, διαπέρω, ἰσοδύω, ἐμβατεύω, ἐνάρω, πιράω. Conſtruitur autem nonnunquã cum accuſatiuo ſine ulla præpoſitione. Cic. 1. Tuſc. Qui ſi permanet incorruptus, ſuiq; ſimilis, neceſſe eſt ita feratur ut penetret & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes imbres, uentiq; coguntur. Sic Penetrare Atlantem, eſt Atlantem montem ſuperare, & prætergredi, apud Plin. lib. 5. cap. 1. Aliquando cum præpoſitione ad. Plin. lib. 13. cap. 5. Quando id primùm ad Romanos penetrauerit, non facilè dixerim. Aliquando cum præpoſitione in: ut Penetrare in cælum, apud Ciceronem 4. Acad. Penetrare in portũ, apud eundem, 7. Verr. Sic penetrare in urbem, apud Liuium 2. ab Vrbe, Penetrare in in animos, apud Cic. de Clar. Orat. Ali quando cum ſub: ut penetrare ſub terras, apud Ciceronem 6. Verr. Penetrare ſe, ponitur pro inferre ſe. Gellius libro 5. capite 14. Specum quandam nactus remotam, latebroſamque, in eam me penetro, recondo. Penetrare ſe in fugam, eſt fugere, apud Plautum in Amphitrione. Dicimus etiam, Penetrare pedem intra portam, intra ædes, & ſimilia. Plautus in Menæch. Intra portam, inquit, penetraui pedem. Ibidem, Si intra ædes huius unquam, ubi habitat, penetraui pedem.

Penetrabile, adiectiuũ, Quòd facilè penetrat, περαωτικὸν, διατρητὸν: Vergilius 10. Aeneidos, Aſpice num mage ſit noſtrũ penetrabile telum. Martialis libro 4. Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Interdũ ſumitur paſſiuè, pro eo quod facilè penetratur. Ouidius 12. Metamorphoſeos, corpus nulli penetrabile telo.

Penetrale, huius penetralis, n. t. nomen ſubſtantiuum, ſignificat omnem partem interiorem domus, uel templi, teſte Seruio, licet ſit intecta ſeu omne quod in intimis partibus eſt, μυχὸς. Verg. 6. Aeneid. Te quoq; magna manent regnis penetralia noſtris. Martial. lib. 10. Nec capitolini ſummum penetrale tonantis. Verg. 2. Aen. Adparent Priami, & ueterum penetralia regum. Liu. lib. 5. Decad. 5. Et quum omnis præfatio ſacrorum eos quibus non ſint puræ manus, ſacris arceat: uos penetralia ueſtra contaminari cructo latronis corpore ſinetis? Eſt etiam adiectiuum pro interno, & interiore ἐνδόμυχον, ut apud Verg. 2. Aenoid. Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem. Quaſi penitus remotis. Idem 1. Georg. Sæpius & tectis penetralibus extulit oua Anguſtum formica tenens iter. Idem 4. Aeneidos, At regina pyra penetrali in ſede ſub auras Erecta, &c. Dij penetrales, Cicero 2. de Nat. deor. Item Penetrale ſacrificiũ, authore Feſto, quod in intima parte ſacrarij conficitur. Penetralis Germania, hoc eſt, penitior, & interior, Tacit. lib. 2.

Penetralius, aduerb. Lucret. lib. 2. Perfacile eſt animi ratione exoluere nobis. Quare fulmineus multo penetralius ignis, Quam noſter fluat è tædis terreſtribus ortus.

Penetratus, particip. ut Limina penetrata mortis, Stat. 4. Syl.

Penia, πενία, Græcè paupertas.

Penicillum, uide Peniculus.

Pẽnĭculus, li. m. ſ. & penicillus: ſiue Peniculum, & penicillum, σπόγγος. Quãuis diminutiua uideantur à penis, ſignificant tamen ea, quibus calceamenta, uaſaq; terguntur, teſte Feſto: ita dicta quòd olim fierent ex pene, id eſt, ex cauda animalium. Nam, ut ait Cicero lib. 9. Epiſt. ad Papyrium, caudam antiqui penem uocabant: ex quo eſt propter ſimilitudinem, penicillus. Item quibus pictores pingunt, quoniam ex caudarum extremitatibus fiunt, γραφεῖα. Plin. lib. 35. cap. 10. Arreptoq; peniculo lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulã. Ibidem, Vſus ad penicillum, aut ſi lignum colorare libeat. Quintil. lib. 2. Inſtit. cap. 22. Vt cælator cælum, & pictor penicilla deſyderant. Item quibus albarium tectorio parietum inferunt, qui dicuntur tectorij penicilli. Plinius libro 28. cap. 17. Setarum ex his penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus. Item quibus uulnera

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtipantur, τὰ ἔμπορα: ne præpropere claudantur priuſquam probè fuerint purgata, ut ſunt penicilli ex linteolis concerptis, ex medulla ſambuci, & ex ſpongia. Idem, Tum peniculo uulnus apertum. Celſus, Tum exigua penicilla interponenda. Omne præterea quo ad aliquid mundandum, detergendum, illinēdumúe utimur, penicillum, uel peniculum uocamus, præſertim ſi ex ſpongia ſit factum. Terent. in Eunuch. Quid ignaue, peniculóne pugnare, qui iſtuc huc portes, cogitas? Plinius. Hyſſopumq; cum myrrha calidum penicillo illitum.

Peniculamentū, ti, n. ſ. Pars ueſtis quę terram attingit, authore Nonio, κρωσπὸς. Ennius lib. 11. Annalium, Pendent peniculamenta imum ad quenq; pedem.

Peninſula, lulæ, f. p. Terra eſt undiq; ferè aquis clauſa, & breui tantùm anguſtia, quę dicitur iſthmos, continenti adnexa: ita dicta quaſi penè inſula, χερρόνησος. Nam inſula dicitur, quæ undiq; aquis clauditur, propriè autem mari. Liu. 1. bel. Maced. Et oppidum Celetrum eſt aggreſſus, in peninſula ſitum. Plinius libro 9. capite 5. Cadara appellatur Rubri maris peninſula ingens.

Pēnis, huius penis, m. t Antiquis idem erat quod cauda: à pendendo (ut quidā uolunt) ita dicta, eo quòd à poſteriori animalium parte dependeat, οὐρὸς. Hinc etiam peniculos dicimus, quibus puluis ſordeſúe ſolent detergi: quòd primùm ex animalium caudis ſolebant cōfici: quemadmodum etiam hodie uulpinis caudis puluerem decutimus. Ab hac item ſignificatione penitam offam dicimus eam carnis ſuillæ partem cui cauda adhæret. Pòſt aūt penis, uirile membrum dici cœptum eſt, πῶος, τὸ αἰδοῖον, ſicut & ſalax cauda. Cic. lib. 9. Epiſt. ad Papyriū, Caudam antiqui penem uocabant. ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus: at hodie penis eſt in obſcœnis. At uerò Piſo ille frugi in Annalibus ſuis queritur adoleſcentes peni deditos eſſe. Iuuen. Satyr. 6. Nouerunt Mauri, atq; Indi, quę pſaltria penem maiorem quàm ſint duo Cęſaris Anticatones, Illuc intulerit, &c. Nęuius apud Feſtum, Peni pinxit bubulo.

Penitus, a, um, pen. prod. Quod penē habet, hoc eſt, caudam, πρωκάδης. Vnde penita offa dicta eſt, teſte Feſto, quæ conſtabat ex ea parte carnis ſuillæ cui cauda adhærebat. Plaut. in Mil. Aufer hinc illam offam penitam.

Pĕnĭtŭs, a, um, pen. corr. Quod intus eſt, & in abditis partibus ſitum, τὸ ἔνδοθεν. Plaut in Aſin. Age quæſo excrea uſq; ex penitis faucibus. Inde fiunt penitior, interior, ἐνδότερος, & penitiſſimus, intimus. Plaut. Ciſtel. in latebras abſcondas pectore penitiſſimo Tuam ſtultitiā, Idem Perſa, Abductam ex Arabia penitiſſima.

Penitus, aduerbium, Idem ſignificat quod omninò, proſſus, in uniuerſum, in intimis partibus, ad intima uſq; penetralia, & quod prouerbiali ſchemate dicimus, Intus & in cute. διαπαντὸς, ἐνδότατα. Cic. 2. de Orat. Omnes animorum motus penitus pernoſcendi. Idem de Clar. Orat. Totam enim Rem publicam tenebat, penitusq; cognorat. Idem in Catil. Periculum autē reſidebit, & erit incluſum penitus in uenis atq; uiſceribus Reipub. Verg. 1. Aen. Penitusq; ſonāteis Acceſtis ſcopulos? Accipitur aliquādo pro longè, ſiue procul. Verg. 1. Aen. ater quos æquore turbo Diſpulerat, penitusq; alias aduexerat oras.

Penna, æ. f. p. In auibus propriè dicitur quæ maior eſt & durior, quales ſunt ex quibus cauda & alæ conſtant: Plumę autem minores ſunt & molliores, quibus reliquū corpus tegitur. πτερὸν. Vnde autem pennis uolare dicimus, non plumis. Ouid. 5. de Arte amandi, Terretur minimo pēnæ ſtridore columba, Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis. Colum. libro 8. cap. 2. Mercari porrò, niſi fœcundiſſimas aues non expedit: eæ ſint rubicundæ, uel fuſcę plumæ, nigriſq; pennis. Quæ hic à Columella pennæ uocantur, à Varrone lib. 3. capite. 9. appellantur pinnæ. In parando (inquit) eligat fœcundas pleruncq; rubicunda pluma, nigris pinnis. Accipitur tamen penna nonnunquam generaliter, ut etiā plumas comprehendat. Cic. 2. de Nat. deor. E quibus pullos cum excluſerint, ita tuentur, ut pennis foueant ne frigore lædantur. Pennæ renaſcuntur, metaphoricōs dicitur de ijs qui priſtinam recuperāt authoritatem. Cic. ad Attic. lib. 4. Iidem inquam illi quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. Maiores nido pennas extendere, prouerbialis metaphora eſt, pro eo quod eſt, ſe amplius efferre quàm ferat fortunæ ſuæ tenuitas. Horat. lib. 1. Epiſt. Me libertino natum patre, & in tenui re Maiores pennas nido extendiſſe loquēris.

Pennula, æ, diminutiuū eſt à penna, πτέρις. Cic. lib. 1 de Nat. deor. Quum autem pennulis uti poſſunt, tum uolatus eorum matres proſequuntur.

Pennatus, ta, tum, Qui pennas habet; Vt uolucres pennatæ. πτερωτὸς, πτερόεις. Plin. lib. 10 cap. 32. Pennatorum autem in fœcunda ſunt, quæ aduncos habent ungues. Pennatū ferrum, dicitur pennis munitum, ut læuius fiat, & aērem facilius penetret, quemadmodum in telis & ſagittis uidemus. Plin. lib. 34. cap. 14. de ferro, Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non cominus ſolūm, ſed etiam miſſili uolucriq; nūc tormentis excuſſo, nunc lacertis, nunc ferro pēnato: quam ſceleratiſſimam humani ingenij fraudem arbitror.

Penniger, ra, rum, Qui gerit pennas, πτεροφόρος. Cic. de Vniuerſ. Alterum pennigerum & aēreum, tertium terreſtre, &c. Plin. libro undecimo, capite decimoſexto, Rem ſtatim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus, neq; uermiculus, ſed ſtatim penniger.

Pennipotēs, penultima correpta, proprium auium eſt epitheton, quòd illę pennis plurimum ualeant. Lucretius libro 2. & noſtro de corpore ſæpe ferarum Augeſcūt uires, & corpora pennipotentum.

Pennipes, pennipedis: ut, Perſeus pennipes, apud Catullum in Epigr. 5. in Camerium.

Pennarium, n. ſ. In quo pēnæ reponuntur: ſicut calamarium, in quo calami, καλαμοθήκη.

Penniculum, li, Pinna illa quæ in faſtigio ædificiorum ſita, facili motu, uentorum indicat flatum. uocabulum eſt Italicum, non Latinum, πτερύγιον. Plin. Petaſum uocat.

Penſiculator, Penſiculo, uide Pendo.

Penſilis, uide Pendeo.

Penſio, Penſitator, Penſito, Penſo, uide Pendo.

Penſum, & Penſus, uide Pendeo, & Pendo.

Pentadactyles, Piſces ſunt ex genere concharū, apud Plinium lib. 32. cap. ult.

Pentadoron, πενταδωρον, lateris, id eſt, terræ coctæ ſpecies quinq; palmos continēs. Græci enim ueteres δῶρον palmum dicebant, & δῶρα munera quæ manu darentur. Vide Plinium lib. 35. cap. 14.

Pentaglottos, πενταγλωσσος, Latinè quinq; linguis dicitur.

Pentaphyllon, πενταφυλλον, Quod eſt pentapetes, herba quinq; folia habens. Plinius uocat Quinquefolium: quo nomine etiam medicinæ hodie utuntur. Plin. lib. 25. cap. 9. Dioſcorides lib. 4. cap. 45.

Pentaprotias, Græca uox eſt, & ſignificat quinq; primorū munus, quos alibi ſacrę cōſtitutiones, quinq; ſummates uocant. Ipſe Quintūuiros appellari puto in l. de cubiculis noſtris. C. de priuil. eorum qui Sacr. pal. mil. lib. 12.

Pentarchus, m. ſ. πένταρχος, Qui quinq; uiris præeſt.

Pentaſtichæ, πενταστιχαὶ, Porticus dicuntur, à quinq; columnarum ordinibus.

Pentateuchon, πενταteuchon, Volumen quinq; librorum. Nam πέντε quinque, τεῦχος uolumen ſignificat.

Pentathli, πένταθλοι, Qui quinq; certaminū generibus congrediuntur, πυγμῇ, δρόμῳ, διάλματι, δίσκῳ, πάλῃ, hoc eſt, cæſtu, curſu, ſaltu, diſco, & lucta. Latini à quinq; hiſce artibus. Quinquertiones uocant: ipſumq; exercitiū Quinquertium quod Græci πένταθλον appellant. Plin. de Myrone libro 34. cap. 8. Hic fecit Delphicōs pentathlos.

Pente, πέντε Græcè, Latinè quinque dicitur, à quo multa per compoſitionem fiunt.

Pentecoſte, ſtes, f. t πεντηκοστὴ, Dies quinquageſimus à feſto Paſchæ. Eſt etiam tributi genus, quod Latinè Quinquageſimas poſſumus appellare.

Pentecontarchus, m. ſ. πεντηκόνταρχος, Qui præeſt quinquaginta militibus, quorum munus Pentecontarchia appellatur.

Penthaomœon, Glycyrrhiza apud Dioſc. lib. 3. cap. 6.

Penthēmĭmĕrĭs, penult. corr. πενθημιμερὴς, Semiquinaria cæſura eſt, quoties poſt duos pedes ſyllaba relinquitur partem orationis terminans: quæ etiamſi breuis ſit, ratione tamen cæſuræ licenter poteſt produci: ut, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. Dicitur à πέντε quinq; ἥμισυ ſemis, & μέρις diuiſio uel pars.

Penthos, πένθος, à noſtris dicitur luctus.

Pentĭrēmis, f. t, πεντηρὴς. Nauis quinque remos in quolibet

bet ordine habens, Latini Quinqueremem uocant. Hircius de bello Africano libro 4. Capit ex eo prælio pentiremem unam triremes duas, &c.

Pentorobon, πεντόροβον, Herba insignis, quæ notiore nomine pæonia appellatur. Dictum pentorobon ab eo quòd inter cætera quinq; aut sex grana habeat erui, semen (Græci ὄροβον appellant) non magnitudine tantùm, uerumetiam colore reterentia. Vide Plin. lib. 25. cap. 4.

Penuarium, uide Penarium.

Pēnŭlă, læ, f. p. penult. cor. unico n, Vestis densa ac uilis, quæ nebuloso, seu pluuioso tempore supra tunicam assumitur, loco pallii, ad arcendas à corpore pluuias, φαινόλη. Pompon. in Penicea, Penulam in caput induce, ne te noscat. Quintil. lib. 6. cap. 4. Galba penulam roganti amico respondit, Si non pluet, non opus tibi: si pluet, ipse utar. Iuuenal. Sat. 5. & multo stillaret penula nimbo. Hęc si ex pellib. erat, scortea uocabatur. Martial. lib. 14. Ingrediare uiâ cęlo licet, usq; sereno, Ad subitas nunquam scortea desit aquas. Scorta enim ueteres, pelles nominabant. Penula scortea utuntur ij qui solennè habent uisere ædem D. Iacobi Galeci: & pegasarij cursores, qui è Gallia Lugdunensi quinto aut sexto demũ die Romam aduolant: subinde per stationes mutatis equis. Vlpian. Iureconsultus inter communia uestimenta quibus uir & mulier promiscuè uruntur, penulas annumerat. Varro dixit non quærendam esse penulâ homini qui habet uirtutem. Scribit Lampridius Alexandrum constituisse ut Senatores penulis intra urbem frigoris causa uterẽtur, quum id uestimentum, itinerarium & pluuiæ fuisset. Erat etiam penula gausapina, candida ac uillosa, qua hyberno tempore utebantur: de qua extat illud distichon apud Martialem libro decimoquarto. Is mihi candor inest, uillorum gratia tanta est: Vt me uel media sumere messe uelis. Quidam his uersiculis putauerunt penulam gausapinam inter æstiua uestimenta annumerari, quos falli puto. Sensus enim Martialis est. Penulæ tantus inest candor, tanta inest uillorum gratia, ut etiamsi hyberno usui sit destinata, tamẽ quis penulæ specie captus, eam uel media sumere messe uelit. Hæc ex Bayfio.

Penulatus, Penula indutus, ἐν φαινόλῃ. Cic. pro Milone, Milo cum uxore ucherctur in rheda penulatus.

Penulariũ, penularij, neu. s. Locus in quo penulæ reponuntur. Nonius, αἰνολοθήκη.

Penus, nus βίος, τὰ πρὸς τὸν βίον ἐπιτήδεια. hic uel hæc, quartæ declinationis: & hic penus, ni, secundum Prisc. & hoc penus, oris: & hoc penum, & hoc penu indeclinabile: significat omne esculentum, poculentumq; quo uescuntur homines, nõ ipsos quidẽ cibos in singulos dies in cœnæ aut prandij usum paratos, sed quicquid ad futuri temporis usum in loco aliquo (quem inde penarium uocamus) seruamus reconditum. Dictum Penus, quòd ea quæ longè uisionis gratia contrahuntur & recondnntur, non in promptu sint, sed intus & penitus habeantur. Festus, Penora, res necessariæ ad uictum quotidianum. Plaut. in Persa, Nam nisi penus annuus ho die cõuenerit, eras populo prostituam uos. Terent. in Eunuch. Patris ad te penum omne congerebam clanculum Lucil. Magna penus paruo spatio consumpta peribit. Horat. lib. 1. Epist. usus est nomine penus in neutro genere, quũ ait, Annonæ prosit, portet frumenta, penusq;. Penum in neutro genere per secundam declinationem protulit Terent. in exemplo, qđ iam ex Eunucho citauimus, & Afranius, referente Nonio, Vos quibus cordi est, intra tunicam manus læua, dextra in penũ herile. Gellius ex Massurij authoritate demõstrat, thus & cereos, ligna quoq; penori ascribi posse. Nos uerò aromata, caseos, carnes salitas, & alia esculenta etiam penum commodè appellabimus.

Penarius, a, um, Quod ad penum pertinet: ut penaria cella dicimus in qua penus asseruatur. Cic. 4. Ver. Itaq; ille Marcus Cato sapiens cellam penariam Reipub. nostræ, nutricẽ plebis Romanæ, Siciliam nominauit.

Penarius, rij, m. s. Festo: uel Penaria, riæ, Var. lib. 4. de Ling. Lat: ut uerò alij Penarium, rij, Locus est ubi penus, id est, res necessariæ ad uictum quotidianum pertinentes reponuntur.

Penatores. t. Qui penum gestant. Cato aduersus. Macilium, Postquã nautas ex naui huc adduxi, non ex militibus piscatores, sed penatores feci.

Penuria, penuriæ, Vox est à penu deducta, significatq; omniũ rerum inopiam, præsertim earum quæ ad penum pertinent quum scilicet desunt ea quæ ad uictum sunt necessaria, ἀπορία. Vsitatissimè tamẽ accipitur pro cuiusuis rei egestate Terẽt in Adelph. Næ illiusmodi iam nobis magna ciuiũ Penuria est: homo antiqua uirtute & fide. Cic. 7. Ver. Ne diutius in tanta penuria uirorum fortium talem imperatorem ignorare possitis. Verg. 7. Aen. Consumptis hic fortè alijs, ut uerrere morsus Exiguam in cererem penuria adegit edẽdi.

Peplæ, uocantur media producta, qui ex intẽperantia coitus pereunt: à peos, q uereturm siue pudendum significat

Pepalís, farinæ pollen.

Pepírion, Sic Nicander piper uocat non πίπερι.

Peplion πέπλιον, Hippocrati, πέπλις Dioscoridi, Portulaca syluestris. Plin libr. 20. cap. 20. Portulaca, quam peplion uocant non multùm satiua efficatior, sagittarum uenena: & serpentium hæmorhoidum, & præsterum restringit, pro cibo sumpta, & plagis impost a, extrahit.

Peplos, πέπλος, Frutex est, (inquit Dioscor. lib. 4 cap. 179.) quẽ nonnulli sycen, alij μήδωνα ἀφρώδη, hoc est, papauer spumeum, lacti succi plenus, foliis rutæ, paulò latioribus, rotũda coma dodrantali, humi respersa, semine sub foliis rotundo, minore quam candidi papaueris. Ruellius putat eandẽ esse cum ea quam officinę hodie esulam rotundam uocant. Vide Plinium lib. 27. cap. 22.

Peplus, siue Peplum, πέπλος, findon, siue uestis prætenuis, propriè mulierum, quemadmodum χιτὼν uirorum, ut annotauit Eustathius. Vnde βαθύπεπλος, καλλίπεπλος, ἐλκεσίπεπλος, mulierum epitheta sunt apud Homerũ. Euripides tamen etiam uiris peplũ tribuit. Donatus ad sacrorum ritus pertinere ait. Seruius in illud Verg. 1. Aen. Interea ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades passis, peplumq; ferebant: Peplum (inquit) Minerue consecratum erat. in hoc depingebantur ex more apud Athenienses qui strenuè se in bello gessissent. Plaut. Nunquam in ciuitatẽ uenio nisi quum infertur peplum. Claudianus masculino genere extulit in Epithalamio Honorij, Et crines festina ligat, peplum'q; fluentem Aileuat.

Pĕpo, onis, n. t. πέπων, teste Plinio lib. 19. cap. 5. Cucumeris genus est, magnitudine cætera excedens, concoctu difficile. Galli sua lingua uocant, des Pompons. Est & alterum cucumeris genus multò minus: quod quia mali colonei speciẽ referre uidetur, melopoponem uocant. Hoc genus Gallica lingua uocamus, des Pompons. Vide Ruellium libro 2. cap. sexagesimo octauo.

Pepsis, πέψις, Latinè cõcoctio: hoc est, mutatio cibi in qualitatem naturæ nostræ conuenientẽ: à uerbo Græco πέσσω. coquo.

Per, Præpositio est quæ separata, quandoq; localem, quandoque temporalem habet significationem, διὰ, ἀνὰ, ut, Per urbem uado, Per medium diem operor. Quandoq; denotat personam ut, Per medios ruit, ac moriẽtes nomine clamat. Quandoq; iurandi est, νὴ: ut, Per Pol. id est. per Pollucem. Quandoq; obtestandi. Verg. 4. Aen. Per te, per qui te talẽ genuere, parentes. Quandoq; medium quendã, & quasi intercessorem significat: ut, Per medios amicos obtinui. Cicero, Quando per me certior fias, id est, mea opera. Per adoptionem pater dicitur, qui me adoptauit. Plinius Iunior Epist. libro 5. Auunculus meus, idemq; per adoptionem pater. Per ætatẽ, etiam pulchrè dicimus, pro eo quod est per mittente ætate, uel dum ea ætas adest, in qua fieri potest. Terent. in Eunu. Cætera signa neque sciebat, neque per ætatem etiam potuerat. Idem in Adelph. Si esses homo, sine res nunc facere dum per ætatẽ licet, id est, dum ætas est, in qua id potest facere. Per eos annos, uel dies uenustè dicimus, quod uulgus indoctum diceret, Dura[illegible]q; his diebus, uel annis. Cicero 7. Verrin. Ac per eos dies quum iste cum pallio purpureo, talariq; tunica uersaretur in conuiuijs muliebribus, &c. Per id tempus, id est, pendente eo tempore. Liu. 1. ab Vrbe, Multa igitur blãdimenta plebi per id tempus ab Senatu data. Per deos, Per dextram, Per fortunas, Per fidem, Per homines, Per deũm immortalium fidem, Per iura, Per genua: elegantes sunt obseruandi formulæ. Cicero Attico, Subueni igitur per deos, idq; quamprimum. Plautus in Menæch. Per ego te hæc genua obtestor, &c. Per fas & fidem deceptus dicitur, qui nimium fidendo alicui, in re bona, honestaque falsus est. Liuius 1. ab Vrbe, Cuius adsolenne, ludosque, per fas ac fidem decepti uenissent. Plautus in Mostel. Per fidem deceptus sum. Per gratiam bonam abire ab aliquo, est aliquem non malè contẽtum ab aliquo discedere. Per ludicrum, Per iocum, Per ludum & iocum, id est, ludendo, & iocando, aliquid facere. Cicero 3. in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Verrem. Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertisse. Sic per ludum & negligentiam peruenire ad honores, dixit Cicero 7. Verrin. Per me licet tibi hoc facere, id est, te non impedio. Sic per te, & per illos, &c. Per me nulla est mora, ait Terētius in Andria. Per me didici legere: hoc est, ex meipso, nullo adiuuante, aut nullo docente. Sic per te, per se, &c. Per me etiam, Per se, &c. aliquādo ponuntur pro eo quod est quantum ad me attinet, quantum ad se attinet, &c. Cicero de Amicitia, Suosque omnes per se esse ampliores uolebat. Aliquando Per se, significat ex sese, sua natura, siue naturaliter. Cicero de Amicitia, Sed quod per se sibi quisque charus est. Cicero 1. de Finibus, Ista sua sponte, & per se expetenda. Per se, aliquando significat propter excellentiam sui. Ibidem Cicero, Per se esset & uirtus, & cognitio rerum, quod minimè ille uult, expetenda. Iunginus nonnunquam in eadem oratione Per se, & Propter se. Cicero de Amicitia. Carent amicitia per se, & propter se expetenda. Per speciem, id est, simulata occasione, per simulationē. Liuius 1. ab Vrbe, Per speciem alienæ fungendę uicis suas opes firmauit. Per dolum est, quod Gallicè dicitur, Tout a loisir. Liuius 6. bell. Pun. Vni nemo hostium aduersus prodijt, spolia per otium legere. Per te stetit quominus hę fierent nuptię, ait Terentius in Andria, id est, tenuit per te, ut Barbari loquuntur. Sic per me stetit, per eum stetit, &c. Sic per te, aut me aut alium stare, ἐμποδὼν γίνεσθαι dicitur cum nos aut aliquid aliud, nequid fiat causa sumus. Plin. Omnia iam parata erant, nisi per eum stetisset. Per tempus, id est, in tempore, tempestiuè, opportunè. Plautus in Menæch. Per tempus aduenis. Per uinum exortum est dissidium, id est, per ebrietatem. Plaut. in Mil. Per uos, per me, per aliquem, aliquando significat beneficio uestro, beneficio meo, beneficio alicuius. Cicero pro Rosc. Amer. Per uos uitam & famam potest obtinere. Idem ad Terentiam, Romę uos esse tutos posse per Dolabellam, &c. Per, aliquando pro inter ponitur. Verg. 1. Georg. Has inter, mediamque duæ mortalibus ęgris Munere concessæ diuūm, & uia secta per ambas. In compositione uerò Per, significat perfectionem actus uerbi cum quo componitur, aut intentionem qualitatis per nomen adiectiuum significatæ. Perficere enim, est perfectè facere, & opus cœptum ad finem perducere: & Perfero, ad statutum finem fero: ut, Perferre literas, est ferre ad eum cui sunt destinatæ. Periniquus uerò idem est quod ualde iniquus. Aliquando abnegatiua est, ut Perfidus, Periurus, hoc est, qui fidem & iusiurandum fregit. Aliquando significat idem quod trans: ut, Perfluo. Perpluo, Perspicuum, per cuius medium uidemus: ut crystallus. Aliquando habet uim aduerbij, & pro ualde ponitur, tamque superlatiuo quam positiuo iungitur. Colum. lib. 4. Nam credidisse uillicis, uel etiam uinitori, socordis est, quum quod longè fit facilius, adhuc perpauciſſimis agricolis contigerit, ut nigri uini stirpe careant. Cicero, Pergraue mihi uisum est. Et si addatur quàm, significat maximè, ὡς σφόδρα: ut, Perquàm bonus, id est, optimus. Perquàm magnus, id est, maximus. Iungitur etiam superlatiuo. Curtius, Perquā maximo potest exercitu comparato. Aliquando significat nimis uehementer, & in bonam & in malam partem: ut Pertinax, qui nimis tenax est, durus, & inexorabilis, de quo infrà. Componitur autem cum dictione incipiente ab a, ut Perago: b, ut Perbibo: c, ut Percurro: d, ut Perduro: e, ut Perlego: f, ut Perfero: g, ut Pergratus: h, ut Perhibeo: i, ut Periurus: l, ut Perlego: m, ut Permitto: n, ut Pernocto: o, ut Peroro: p, ut Perpendo: q, ut Perquiro: r, ut Pergo (quod ex per, & rogo componitur: unde & præteritum perrexi facit) cum s, ut Persuadeo: t, ut Pertinax: u, ut Peruerto.

Pēra, ræ, f. p. πήρα, Sacculus ex aluta, à collo ad lumbos pendens. Hinc Peram uiatoriā uocamus qua panem & aliquid obsonij gestare uiatores solent: quemadmodum poculum uiatorium, quo uinum. Mart. lib. 14. Ne mendica ferat barbati prandia nudi, Dormiat & tetrico cum cane pera, rogat. Eius diminutiuum est perula, πηρίδιον.

Pĕracer, hæc peracris, hoc peracre, penult. producta, Valde acer, & uehemens. Cicero ad Papyrium libro 6. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre iudicium. Hoc est, acerrimum, & peracutum.

Peracesco, is, ere, neut. t. Peracui, ualde acidum fieri. Plautus in Bacchide, hoc est, quod peracescit, hoc demum est quod percrucior, Me hoc ętatis ludificari: Idem Aulul. mihi pectus peracuit.

Peracuo, is, act. t. Valde acutum facio, Cato cap. 40, Sumito tibi surculū durū, eū paracuito, falicē Græcā discindito: Peracutus, a, um, Valde acutum. Martial. lib. 5. Vt citò testiculos Peracuta falce secaret.

Peracutè, aduerb. Cic. Acad. Sed Zeno quum Arcesilam antecederet ætate, ualdeque subtiliter differeret, & peracute moueretur, corrigere conatus est disciplinam.

Peræquus, a, um, ualde æquum. Cicero 6. Verrin. Vt hoc licere tuspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræquā portione cætera.

Perequè, aduerb. Cic. in Pisonem, Quod quum peræquè omnes tum acerbissimè Bœotii senserunt.

Peræquo, are, act. p. æquum facere, ὁμαλίζω. Colum. libr. 3. ca. 3. Et apud me octogenæ stirpes insitæ intra biennium septenos culeos peræquarent.

Peræquatores, Dicuntur exactores censuū qui in capita sunt contraria constituti: ita dicti quòd æqualiter ab omnibus exigant. Alciatus.

Peraticum, teste Plin. lib. 12. cap. 9. bdellii genus est, quod in Media defluit ex arbore quam nonnulli bronchon, alii malacram, aliqui etiam maldacon apellant.

Perago, pen. cor. peregi, peractum. act. t. Perficio, τὰ διαπράττομαι. Seneca, Omnia inchoat, nihil peragit. Interdum perduco. Plautus, Nauem peregit in portum. Aliquando transigo, Apul. Et multas noctes peregi insomnes. Interdum pertracto, & mecum reputo. Verg. Aeneid. 6. Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi. Interdum pertraho, κατερράξομαι, ut Hic me ad carceres, ad mortem usque peregit. Peragere reum, significat condemnare, διαπλήττω, καταλαμβάνειν ξυλλήβδην, ἐπιβίβασθαι, καταδικάζω: sed Facere reum, est accusare. Vnde ait Iurecon. Peregisse reum, non aliàs quis uidetur, nisi & condemnauerit. Plin. Iunior in Epist. Dum peragitur reus. Peragere reum, inquit Bud. est ita rei accusationem persequi, ut tandem damnetur. Peragere partes suas, est officio suo fungi. Peragere pensum laboris. Columella libro tertio, capite decimo, Nihil curiosè administrat, unumque est rei propositum, peragere laboris pensum. Id est, tantum perfunctoriè facere id quod imperatum est.

Peragito, frequentat. Cæsar 3. bel. Ciuilis, Vehementiusque peragitati ab equitatu, montem excelsum capiunt.

Peractio, est perfectio, finitio, διατέλεσις. Cic. de Senect. Senectus peractio ætatis est.

Peragro, gras, n. t. penult. correpta, ex per, & ager, agri componitur, & pro ambulo, siue inquirēdo circumeo sumitur, περιοδεύω. Cic. 3. Offic Et ob eam causam, urbe relicta, rura peragrantes sæpè soli sumus.

Peragratus, participium. Cic. 5. de Finibus Videmus ultimas terras esse peragratas.

Peragratio, uerbale, Cicero secunda Philip. Quæ fuit eius peragratio itinerum?

Perambulo, las, lare, Ad finem usque ambulo, ambulando circumeo. Varro de Re rustica libro primo, capite secundo, Vos qui multas perambulauistis terras.

Peranguſtus, a, um, Admodum anguſtus. Cic. 7. Ver. Vt ille in dolore cruciatuque moriens, peranguſto freto diuiſa ſeruitutis ac libertatis iura cognoſceret.

Peranguſtè, aduerbium, id eſt, ualde anguſtè.

Peranno, as, n. p. Significat per integrum anni tempus uiuo, annum perago, ἐνιαυτίζω. Componitur enim ex per, & anno, nas. Macrob. lib. 1. Saturn. capite 8. ſcribit, priſcos Romanos menſe Martio & publicè, & priuatim ad Annam perennam ſacrificatum ire ſolitos, ut annare, perannareque commodè liceret, hoc eſt, uitam degere incolumem per annum integrum. Suetonius in Veſp. Ideoque puella nata nō perannauit. Scribitur & perenno, prima uocali in ſecundā mutata.

Perantiquus, a, um. Cic. de Clar. Ora. Atque hunc proximo ſeculo Themiſtocl. inſecutus eſt, ut apud nos, perantiquus ut apud Athenienſes, non ita ſanè uetus.

Pareſco, is, Valde aridum fieri. Colum. libr. 12. cap. 3. Sed nec patiendum eſt ut pararefcat, aut totum decidat.

Perargutus, a, um, pen. prod. Valde argutus. Cic. de Claris Orat. Quem ſtudebat imitari L. Africanus Poëta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, ut ſcitus, diſertus.

Perarĭdus, da, dum, penult. cor Prorſus aridus. Col. libr. 2. capite 19. Eſt autem modus in ſiccando, ut neque peraridum, neque rurſus uiride colligatur.

Peraro, as, penultima correpta, are, neut. p. Cicunquaque arato

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

grare, διαγράω. Per trâslationẽ etiam de rugis dicitur quæ in fronte quandam ſulcorum ſimilitudinem referunt. Ouid. 14 Metamorph. nares q̃ a fronte remiſſas. Contudit, & rugis perarauit anilibus ora Ponitur interdum pro peragrare: ut, Perarare Pontum apud Senecam in Medea Interdum pro ſcribere ſiue pingere. Ouid. 1. de Arte, Ergo tibi blandis peraretur litera uc bis.

Peraſtutus, a, um, ualde aſtutus: à quo peraſtutè, aduerbiũ. Plautus in Trucul. Vt peraſtutè eum inijciatis in malã fraudem, & præmium.

Perattentus, ta, tum, ualde attentus, Cic. 5. Ver. Superiore omni ratione perattentos ueſtros animos habuimus.

Perattentè, aduerb. ut, Perattentè audire, Cic. pro Cælio.

Perbacchor, aris, d. p. Perpoto, & luſito conuiuiis frequentandis, παροινίω. Cicero 2. Philipp. At quàm multos dies in ea uilla turpiſſimè es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur.

Perbeatus, a, um, ualde beatus μακάριος Cic 1. de Orat. Cogitanti mihi ſæpenumero, & memoria uetera repetenti, perbeati fuiſſe, Quinte frater, illi uideri ſolent, qui in optima Republica quum & honoribus, & rerum geſtarum gloria florerent, eum uitæ curſum tenere potuerunt, &c.

Perbellus, a, um, ualde bellus.

Perbellè, aduerbium, ualde belle. Cic. ad Attic. lib. 4. Perbellè feceris ſi ad nos ueneris.

Perbẽnè, aduerbium, Valde benè. Cic. de Clar. Orat. Perbene Iouqui Latinè putabatur.

Perbenigne, aduerbium, Valde benignè. Cic. ad Q. Frat. libro 2. Perbenignè mihi reſpondit.

Perbíbo, is, pen. cor. Totum bibo, διαπίνω. Plaut. in Stich. At ego perij, cui medullam laſſitudo perbibit. Colum. lib. 7. capite 4. Vbi per triduum delibuto tergore medicamenta perbiberit.

Perblandus, a, um, Valde blandus. Cic. Qu. frat. lib. 1. Sue ceſſorem habes perblandum.

Perbonus, a, um, Valde bonus. Cic. pro Flac. Agros habent & natura perbonos, & diligentia, culturaq̃ meliores.

Perbreuis, & hoc perbreue, om. t pen. cor. Valde breuis. Liuius 8. bel. Pun. Siquidem Scipionem ducẽ in Africã mittant Romani, ſatis ſperare perbreuis æui Carthaginem eſſe.

Perbreuiter, pen. corr. aduerbium, ualde breuiter. Cic. 2. de Orat. Ac ne diutius uos demorer, de omni iſto genere quid ſentiam, perbreuiter exponam.

Perca, cæ, fœm. p. πέρκη, ἡ περκίς. Piſcis delicatiſſimi nomẽ eſt, qui à Plinio lib. 9. cap. 16. inter ſaxatiles numeratur. Duo eius ſunt genera: alterum in mari capitur, quod mænæ piſci eſt ſimillimũ: alterum in fluuijs & lacubus, alendis febricitantibus mirum in modum utile. Hoc genus Galli etiã anti quo nomine uocant Percam. Percarum meminit Auſonius in Moſella, easque uel præſtantiſſimis maris piſcibus confert: Nec (inquit) te delicias menſarum perca filebo, Amnigenas inter piſces dignande marinis, Solus puniceis facilis contendere mullis.

Percalleo, es, ere, n. ſ. Totus calloſus ſum: & per translationem obdureſco, & diuturna malorum conſuetudine aduerſa patiẽter fero, ἀποτυλῶμαι, ἀποσκιῤῥοῦμαι. Cic. pro Mil. Sed neſcio quo modo iam uſu obdurueram, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

Percelebro, as, penultima correpta, Diuulgo, διασκιδάζω. Cicero 7. Verr. De qua muliere plurimi uerſus, in iſtius cupiditatem facti ſunt, tota Sicilia percelebrantur. Id eſt, uulgò canuntur.

Perceler, pen. cor. huius perceleris. Valer. celer. Cicero pro Cæl. Habuiſſe aiunt domi, uimq̃ eius eſſe experiam in ſeruo quodam ad rem ipſam parato: cuius perceleri interitu eſſe ab hoc comprobatum uenenum.

Per cauſam, ſiue Per ſpeciem, Significat per ſimulatam cauſam, κατὰ πρόφασιν, προφάσει. Liu. lib. 4. bell. Maced. Vt quũ appropinquaret ianuq̃ rex, per cauſam aliquam in anguſtiis ſuſtineret à tergo agmen. Idem 4. belli Punici, Nocte per ſpeciem uenandi urbe egreſſi, ad Annibalem proficiſcuntur. Vide Per præpoſitionem.

Percello, lis, perculi, uel percuſi, percuſſum, a, t. Significat euerto, percutio, περιτρέπω. Varro in Parmen. Alius teneram abietem ſolus percellit. Terent. in And. Perculſit illicò animum. Tacitus, Ingens rerum tumultus perculſit ciuitatem. Plaut. in Epid. Perij, plauſtrum perculi, hoc eſt, euerti. Col. lib. 7. cap. 7. Quamobrem ſtatim quum unam uel alteram peſtis perculit, omnibus ſanguis detrahẽdus. Aliquando differo. Lucil. Ad nouum hoc percellit annum.

Perculſus, participium, ἐκπλαγὴς. Sepius ad animum refertur: Percuſſus uerò à Percutio ad corpus, πληγὴς. Cicero Pæto libro 9. Epiſt. Repentè perculſus eſt atrociſſimis literis. Vergilius 9. Aeneid. magno laudum perculſus amore. Idem 6. Aeneid. caſu perculſus iniquo. Cic. ad Brutum, Perculſa timore ciuitas.

Percenſeo, es, n. ſ. Idem quod recẽſeo, niſi præpoſitio quid perfectionis addat, καταλέγομαι, ἐξετάζω. Cic. in Partit. Quo in genere percenſere poterit pleros q̃ inueniendi locos.

Percieo, es, ere, Mouco, κινέω. Lucret. lib 3. Ocyus ergo animus, quam res ſe perciet ulla.

Percitus, Commotus, incitatus: qui ira, ac furore incenſus eſt, κακοδαιμονῶν σεσοβημένος, ὀλωλοτόκος, ἔκφορος. Terent. in Hecyra corripui illicò Me inde lachrymans, incredibili re, atq̃ atroci percitus. Cic pro Milone, Siue enim illud animo irato, ac percito feciſſet.

Percingo, is, a t. Circunquaq̃ cingo, περιβάλλω. Colum. lib. 10. Sæpè ſuas ſedes percinxit uitibus albis.

Percipio, a. t. pen cor. Intelligo, capio, ſenſu apprehendo, ſentio, cognoſco, καταλαμβάνω. Cic. ad Treb. lib. 7. Sin tibi quædam uidebuntur obſcuriora, cogitare debebis nullam artem literis ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. Plaut. in Curcul. Ne quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planeſiũ. Verùm hæ ſignificationes metaphoricæ uidentur: nam propriè percipere, eſt recipere, ſiue colligere: ut percipere fructus. Cic. 1. Offic. Vicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis quàm propinquum. Idem de Senect. Serere, percipere, & condere fructus.

Perceptio, uerbale, κατάληψις. Cic. 2. Offic. Neq̃ agricultura, neq̃ frugum, fructuumq̃ reliquorum perceptio & conſeruatio ſine hominum opera ulla eſſe potuiſſet.

Percitus, uide Percieo.

Percnos, πέρκνος. Aquilæ genus, teſte Plinio lib. 10. ca p. 3. ab Homero ſic uocatum. Alij uocãt Morphnum, aliqui etiam plancum, & anatariam. Inter aquilarum genera ſecundam magnitudinem, & uim obtinet, uiuitq̃ ut plurimùm circa lacus.

Percnopterus, περκνόπτερος, Auis eſt ex aquilarum genere quæ circa lacus uerſatur, uulturi ſimilis, alis minimis, reliquæ magnitudine antecellens, ſed imbecillis & degener, ita ut à coruis ſæpenumero uerberetur. Author Plin. lib. 10. c. 3.

Percoarcto, ctas, Vehemẽter conſtringo, κατασυνοχωρέω. Colum. lib. 2. cap. 19. de fœno loquens, Tunc demum (inquit) conuertemur, & utrinq̃ ſiccatum percoarctabimus in ſtriã, atq̃ ita manipulos uinciemus.

Percognoſco, is, a. t. Perfectè cognoſco, διαγινώσκω. Plaut. Trucul. Sũt publicani. D. utroſq̃ percognoui probè. Plin. lib. 4. 14. Nam Germania multis poſtea annis nec tota percognita eſt.

Percolo, is, a. t. pen. cor. Perfectè colo, id eſt, amo, ſiue uenero, διασέβομαι. Plaut. in Trin. Fecerit par tuis cæteris factis, patrem tuum ſi percoles Significat interdum culturam abſoluere, perficere, polire, ſupremam manum addere, complere. Plinius libro 7. Epiſt. Præterea indulſi amori meo, amo enim quæ maxima ex parte inchoaui, aut inchoata percolui.

Percultus, id eſt, politus, ornatus. Plaut. in Pœn. Nam quæ lauta eſt, niſi perculta eſt, meo animo quaſi inuenuſta eſt.

Percolo, as, pen. prod. Per colum tranſinitto, δίνημι. Colum. lib. 12. cap. 41. Deinde quum fuerint decocta, ut nõ multum iuris ſuperſit, refrigerantur, & percolantur, eaq̃ quæ in colo ſubſederũt, diligenter contrita læuigantur. Plinius libro trigeſimo ſecundo, capite ſexto, Nam in terra marina aqua argilla percolata dulceſcit.

Percomis, & hoc percome, penultima producta. Valde comis. Cicero de Clar. Orat. Qui peritiſſimus iuris, idemq̃ per comis eſt habitus.

Percommodus, a, um, Valde commodus.

Percommodè, aduerbium, Admodum commodè. Cicero pro Cęcin. Hoc loco percommodè accidit, quòd nõ adeſt is qui paulò antè affuit.

Perconditus a, um, pen. cor. Reconditus, & abſtruſus, κρύφιος, ἀποκεκρυμμένος. Cicero 1. de Orat. Expono uobis non quandam aut perconditam, aut ualde difficilem, aut magnificam,

guificam, aut grauem rationem consuetudinis meæ.

Percontor, aris, a. p. per o, & sine c ante t, Diligenter inquiro: à conto, quo nautæ utuntur ad inquirenda loca nauibus, opportuna. Nam aquæ altitudinem conto pertentant. Percontor itaque est quasi conto inuestigare & inquirere, ἀνίχνομαι, ἀνακρίνω. Terentius in Hecyra. Tua quod nihil refert, desinas percontari. Cic. in Som. Scipion. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra Republica percontatus est.

Percontatio, onis, uerbale, Interrogatio, inuestigatio, inquisitio, ἀνακρίσις. Cic. de Vniuer. At primum quidē tempus salutationibus, reliquum percontatione consumpsimus.

Percontator, oris, Qui percontatur. Horat. 1. Epist. 19. Percontatorem fugito: nam garrulus idem est.

Percontumax, acis, o. t. Valde contumax, Terent. Hecyr. Percontumax redisti huc nobis Pamphile.

Percopiosus, a, um, Valde copiosus. Plin. Epist. 208. Quæ de me scripsisti, in quibus quidem percopiosus fuisti.

Percoquo, is, pen. cor. Perfectè coquo, ἑψέω. Plin lib. 23. cap. 7. Bubulas carnes, aditi caules magno ligni compēdio percoquunt. Plaut. de Merc. Coquū aliquem arripiamus, prandium qui percoquat. Plin. lib. 20. cap. 9. Biles detrahere non percoctam putant.

Percrebresco, is, percrebui, n t Diuulgor, διατρυπόομαι. Cicero ad Atticum lib. 11. Ipsi enim illi putaui perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuisset. Idem 6. Ver. Præsertim quum hæc omnino fama de nostrarum hominū auaritia & cupiditate percrebuerit.

Percrepo, as, a p. pen. corr. Resono, personо, perstrepo, διαλαλέω. Cic. 1. Tusc. Lucum illum littoris percrepare totum mulierum uocibus, cantu & symphoniæ.

Percrucio, as, Valde crucio. Plaut. Bacc. Hoc hoc est quod peracescit: hoc demum est quod percrucior, me hoc ætatis ludificari.

Percrudus, a, um, Immaturus, & ualde crudus Columella lib. 12 cap. 10. pruna purpurea quum immatura, non tamen percruda legetis, diligenter inspicito ut sint integra, sine uitio aut uermiculo.

Percudo, dis, penult prod Pertundo, διακόπτω. Columel. libro 8. cap. 5. Animaduertat auiarius an pulli rostellis ouа percuderint.

Percunctor, aris, d p. per u & c ante te, fit à Cunctus, a, um, teste Donato, quòd is qui curiosus est, percuncta interroget: & significat diligēter interrogo, ἐπανυθάνομαι. Plautus in Epid. Quid istud in mente est tibi, ex me mi uir percunctari? id est morari quærendo, siue percuncta inquirier. Plin. libro 35. cap. 10. Percunctanti & quanti licitaretur opera effecta, parum nescio quid dixerat.

Percunctatio, onis, f. t. Idem quod inquisitio. Liu. lib. 3. bel. Punic. Ex captiuis percunctatio facta. Alij tamen malūt scribere Percontor, & Percontatio, à nomine Contus. Nam per cunctor, & percunctatio putant esse à uerbo cunctor, quod significat moror, uel expecto.

Percupio, percupis. a. t. pen. cor. Valde cupio, ἐπιθυμῶ. Ter. Eunu. Visne interea dum is uenit, domi operiamur, potius quàm hic ante ostium? C. Imò percupio. Plaut. Asin. Percupio obsequi gnato meo.

Percūriōsus, a, um, Valde curiosus Cic. pro Cluent. Nicostratus quidā fidelis Oppianici seruulus percuriosus, & minimè mendax, multa dicitur renūtiare domino solitus esse.

Percūro, as, pen. prod. Perfectè sano, ἰατροθεραπεύω. Curtius, Percurato uulnere acrius obsidioni institit. Plin. lib. 24. cap. 15. Strumas impositа ad suppurationem perducunt: deinde axungia adiecta percurant.

Percurro, ris, a t Currendo peruenio, siue currendo perfluo, διατρέχω. Terent. in And. Continuò ad te properans, percurro ad forum. Donatus, Vide quantum dixerit, properans, & percurro, ut continuationem cursus ostenderet. Quandoq; est cursum pertrāsire, & celeriter. ut, Quid opus est multa percurrere? Cic. lib. 1. de Orat. Multa enim legendo percurrisse, neq; ea ut sua possedisse, sed ut aliena libasse. Idem lib. 2. de Orat. Et multo apertius ad intelligendum, si sic consistitur aliquando, ac non ista breuitate percurritur. Hic percurritur impersonale est.

Percursus, a, um, participium. Cic. 2. de Orat. Vt omnes eas diligentes & memores, & sobrij oratores percursas animo, & propè decantatas habere debeant.

Percursio, onis, f. t. uerbale. Cicero 4. Tusculan. Velocitas autē corporis, celeritas appellatur: quæ eadem ingenij etiam laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore percursionem.

Percurso, as, frequentatiuum. Liu. 3. bel. Pun. Iam ne manipulatim quidem, sed latronum modo percursant totis finibus nostris negligentius, quàm si in Romano uagarentur agro.

Percursatio, onis, uerbale. Cic. 1. Philip. O præclaram illam percursationem mense Aprili, atq; Maio.

Percutio, tis, Percussi. cussum, pen. cor. a. t. ex per, & quatio, q in c mutata, & abiecta a, significat ferio, κατακόπτω, διαπλήσσω, πλήττω Cic. 7. Verr Quæsisse Domitium qui tantam bestiam percussisset: illum respōdisse, Venabulo. Virg. 12. Aen. Terq; quaterq; manu pectus percussit honestum. Percutere aliquem palpo, est uerbis adulari, & blandè suadere. κολακεύω. Plaut. in Amph. Timidam palpo percutit. Percutere fœdus, est ferire fœdus, uel facere. Percutere fossam, est fodere, percutere de cœlo, est fulminare.

Percussor, oris, m. t. Qui percutit, uel occidit. Plin. lib. 8. capite 16. Vulneratus, obseruatione mira percussorū nouit. Iuuen. Sat. 8. Inuenies aliquo cum percussore iacentem. Cic. 2. Philip. Deprehensus cum sica percussor Cæsaris.

Percussio, onis, f. t. Cic. 3. Tusc. Ex hac opinione sunt illa uaria & detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, fœminum, capitis percussiones. Percussio pro ictu, de dimensione temporum in pedibus aut musica. Cic. 3. de Orat. Sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, & minuti pedes.

Percussus, a, um, participium. Vergil. 7. Aeneid. quam captæ cupidine coniux Aurea percussum uirga, uersumq; nouauit. Fecit autem Circe, sparsitq; coloribus alas.

Percussus, sus, sui, m. q. Idem quod percussio: accipiturq; pro arteriarum pulsu. Plinius lib. 7. cap. 15. Venarum inæquabili, aut formicante percussu.

Perdecorus, a, um, Valde decorus. Plinius Epist. 9. Est alio qui perdecorum.

Perdensus, a, um, Valde densus Colum. lib. 3. cap. 11. Perdensam humum cælestes aquas non sorbere.

Perdespuo, is, Catul. in Gellium Epig 69. patrui perdespuit ipsam uxorem.

Perdicium, n. s. περδίκιον, Herba est apud perdices præcipuè uescūtur, Alio nomine helxine dicitur, & parthenium, uulgò Parietaria. Plin. lib. 21. cap. 30.

Perdifficilis, le, Valde difficilis Cicero de Partit. Nam quæ perdifficilia sunt, perinde habenda sæpè sunt ac si effici non possint.

Perdifficiliter, uel Perdifficulter, aduerb. Cic. 4. Acad. aut si ea quoque possit, cur illa non possit quæ perdifficiliter internoscantur tamen.

Perdignus, a, um. Valde dignus. Cic ad Valerium lib. 3. Sed tamen suspicor ipsum hominem quem tibi cōmendo, perdignum esse tua amicitia.

Perdiligens, tis, Valde diligens, ἐπιμελής. Cic. ad Q. Frat. lib. 3. Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.

Perdiligenter, aduerbium, ἐπιμελῶς. Cicero ad Attic. libro 1. Et mea sponte faciebam antea, & post duabus epistolis tuis perdiligenter in eandem rationem scriptis magnopere sum commotus.

Perdisco, is, n. t Perfectè disco. Cic pro Corn. Balb. Omnia iura belli perdiscere, ac nosse potuisse. Plaut. Asin. Perdidici istæc esse uera damno cum magno meo. Ortus obitusq; signorum perdiscere, Cicero de Fato.

Perdite amare, uide Perdo, is, ere.

Perdiu, aduerbium admodum diu. Cicero ad Atticum libro tertio, Ego quòd per Thessaliam si irem in Epirum, per diu nihil eram auditurus. Varro 1. de Re rustica cap. 58. Faba & legumina in olearijs uasis oblita cinere perdiu incolumia seruantur.

Perdiuturnus, a, um, Quod diu uel ualde durat. Cicero 2. de Natura deorum. Quæ aut sempiterna sit necesse est hoc eodem ornatu quem uidemus, aut certè perdiuturna, permanens ad longinquum & immensum penè tempus. Idem pro Sest. Cum Armeniorum rege Tigrane graue bellum perdiuturnum & gessimus.

Perdiues, pen. prod huius perdiuitis, Valde diues, πολυχρήματος. Cic. ad Attic. lib 6. Amici regi, duo tresue perdiuites, sed ij suum tàm diligenter tenent quàm ego aut tu.

Perdius, ex per & dies, Qui per diē uigilat, παννυχίδιος. Gellius lib. 2. cap. 1. Stare solitus Socrates dicitur, pertinaci statu per

dius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dius atq; pernox, à ſummo lucis orto ad ſolem alterum orientem, inconiuens, immobilis, ijſdemq; in ueſtigijs, & ore atque oculis in eundem locum directis, cogitabundus tanquàm quodam, ſeceſſu mentis atq; animi facto à corpore. Id eſt per diem, & pernoctem. Seneca, Id perdius, per noxq; agebat. Sic interdiu, intra diem pro quo etiam dicimus diu: ſicut noctu, pro eo quod eſt per noctem. Plaut. in Merc. Neq; conquieſcam uſquam noctu, neq; diu, prius profectò quàm aut amicam, aut mortem inueſtigauero.

Perdix, cis, f. t. πέρδιξ, Auis nota, quàm Ouidius fabulatur à Perdice Dædali nepote ita fuiſſe appellatam, quem cũ ſerræ uſum primus reperiſſet, à patruo inuidia percito ab excelſa quadam turri ferunt præcipitatum, deorumq; miſericordia in auem ſui nominis fuiſſe transformatum: quæ etiam nunc ruinæ illius memor uitat ſublimia, humi nidum conſtruens. De auis huius aſtutia ſic ſcribit Plinius lib. 10. cap. 31. Si ad nidum auceps cœperit accedere, procurrit ad pedes eius fœta, prægrauem aut delumbem ſeſe ſimulans, ſubitoq; in procurſu, aut breui aliquo uolatu cadit, fracta aut ala, aut pedibus: procurrit iterum, iamiam prehenſurum effugiens, ſpemq; fruſtrans donec in diuerſum abducat à nidis. Eadem iam pauore libera, ac materna uacans cura, in ſulco reſupina, gleba ſe terræ pedibus apprehenſa operit. Hæc illę.

Perditio, Perditor, Perditus, uide Perdo.

Perdo, dis, didi, ditum, a t. ex Per, & Do, Significat amitto, ἀποβάπτω. Plaut. in Amph. Hunc non reperi, & illos perdidi. Accipitur aliquando pro eo quod eſt damnum uel iacturã accipio: cui opponitur Lucror. Cic. 2. Offic. Vt locupletes ſuum perdant: debitores lucrentur alienũ. Perdere item eſt perimere: quoniam quæ amittuntur, quaſi mortua nobis eſſe uidẽtur, ἀποπλῶν. Ter. in And. Dii te perdant. Perdere aliquem, eſt corrumpere, malis moribus inficere. Terent. in Adelph. Cur perdis adoleſcentem nobis? Aliquando eſt mortis periculo exponere. Terẽt. in And. Vbi illic ſcelus eſt, qui me perdidit? Perdere aquam, eſt tempus datum fruſtrà conterere, quum ad clepſydram dicitur. Quint. lib. 11. Et temporibus præfinitis aquam perdit. Huius compoſita ſunt, Deperdo. παραπόλω, eiuſdem ſignificationis cũ ſimplici. Diſperdo, conſumo, de quibus uide ſuis locis.

Perduo, perduis, perduere, dixerũt antiqui pro perdo: ut Plau Amphit. Perduis pro perdat, Amphitruo es profectò, caue ſis ne tute uſu perduis.

Perditio, onis uerbale. Plin. lib. 9. cap. 37. Subeunt luxuriæ eius nomina & tædia, exquiſita perditione portata.

Perditor, oris, Cic. pro Planc. Cnmmitterem ut idem perditor Reipublicæ nominarer, qui ſeruator fuiſſem?

Perditus, a, um, a, um, Amiſſus, deploratus, profligatus, ἀποβεβλημένος, Terent. in And. Tu rem impeditã & perditã reſtituas? Cic. pro Muræna, Confectus morbo, perditus mœrore ac lachrymis. Idem 2. Philip. Quũ eſſet ſumma ſenectute, & perdita ualetudine. Perditus itẽ dicitur qui ita alicui perturbationi, aut uitio ſubiacet, ut inde ſe eximere nõ poſſit: & qui ſuitio aliquo ita contaminatus eſt, ut de eo nulla ſpes habenda ſit. ἀκόλαστος. Cic. lib. 2. Offic. Dum homines perditi haſtam illam cruentam & meminerint, & ſperabunt. Perditior, Perditiſſimus. Hor. 1. Serm. Sat. 2. Quanto perditior quiſq; eſt, tanto acrius urget. Cic. ad Q. Frat. lib. 3. Nihil eſt enim perditius his hominibus, his temporibus. Idẽ pro Roſc. Amer. Perditiſſimus homo. Idem 5. Verr. Profligatiſſimus, & perditiſſimus omnium. Perditum perdamus, plus ſignificat quàm ſi tantum dixeris, Perdamus. Eſt enim exaggeratio quædam. Cicero ad Terentiam lib. 16. Epiſt. Per fortunas miſeras noſtras uide ne puerum perditum perdamus, hoc eſt, ne ex infeliciſſimo infeliciorem faciamus.

Perditè, aduerbium, Corruptè, ἀκολάστως. Cic. ad Attic. lib. 9. Qui hic poteſt ſe gerere non perditè? Perditè pro uehementer aliquando dicitur: ut, Perditè amare. (huiuſmodi δυσίρωτες appellantur) hoc eſt, amare uehementer. Terentius in Heaut. Eius filiam ille amare cœpit perditè. Perditè conari. Quintil. libro 2. capite 12. Illud quoque alterũ quod eſt in elocutione ipſa periculum, minus uitat, conaturq; perditè.

Perdoceo, perdoces, a. ſ. pen. cor. Perfectè doceo, διδάσκω. Cic. pro Seſt. Rem quæris præclaram iuuẽtuti ad diſcendũ. nec mihi difficilem ad perdocendũ. Plaut. Pſeud. Hem mane, quanti iſtuc unum coquinare perdoces? Terent. Heaut. Verùm illa nequid titubet. S. perdocta eſt probè.

Perdoctus, participium. Cic. pro Corn. Balb. Acſi mea authoritas ſatis apud illos in hac re ponderis haberet, quum me præſertim rerum uarietate atq; uſu ipſo iam perdoctum uiderent, etiam ab illis maioribus diſcordijs auocarent. Exitio multorum perdocti. Lucr. lib. 5.

Perdoctè, aduerbium. Plaut. Moſt. Vt perdoctè cuncta callet: nihil hac docta doctius.

Perdŏlĕo, perdoles, pen cor. Vehementer doleo, λυπῶμαι. Terentius in Eun. Heu noſter, laudo: tandem perdoluit. uires. Cæſ. 2. bell. Ciuil. Nam ubi tantos ſuos labores, & apparatus malè cecidiſſe uiderunt, inducijsq; per ſcelus uiolatis, ſuam uirtutem irriſui fore, perdoluerunt.

Perdŏmo, as, pen. cor. Idem quod domo, δαμάζω. Martialis libro 1. Herculeæ laudis numeretur gloria: plus eſt Bi denas pariter perdomuiſſe feras. Tibullus libro 1. Eleg. 2 Sola feros Hecates perdomuiſſe canes. Prouinciam aliquam perdomare. Liuius 9. ab Vrbe, Quin eum parem deſtinant animis magno Alexandro ducem, ſi arma Aſia perdomita in Europam uertiſſet.

Perdomitus, a, um, particip. Colum. lib. 6. cap. 2. Perdomiti boues mox ad aratrum inſtituantur. Lucan. lib. 2. totaq; urbes agitabis in orbe Perdomitas.

Perdormiſco, is, ere, n. t Somnũ in certum aliquod tempus cõtinuare, κατακοιμᾶσθαι. Plaut. Menæch. Perdomiſcin' uſq; ad lucem?

Perdūco, cis, duxi, ductum. act. ter. Ad finem uſq; duco, ἀνάγω, διάγω. Cicero in Catil. M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad centeſimum annum uitam perduxiſſe. Perducere ad exitum, culmen. uel ſummũ, eſt complere, abſoluere. Cicero 2. de Finibus, Nec enim abſolui uita beata ſapientis, neque ad exitum perduci poterit. Aliquando eſt. Per uim ducere, προάγειν. Inde perductores: qui in hoc differũt à lenonib. quod lenones ſunt ſcortorũ, προαγωγεῖς perductores etiam inuitarum perſonarum: ut annotauit Aſconius in illud Ciceronis 3. Ver. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus, ac uigilijs: lenonũ, aleatorum, perductorũ nulla mentio fiat: damna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipſius pertulit, prætereantur.

Perducto, perductas, are, Frequẽtatiuum. Plautus Moſtel. Vin' qui te perductet? T E. apage iſtum perductorem, non placet.

Perduellis, huius perduellis, maſculini generis. Apud antiquos dicebatur quem nos uocamus hoſtem: ab eo) ut Feſto placet) quòd pertinaciter retineat bellum. Hoſtem autem illi uocabant, quem nunc dicimus πολέμιον. Plautus in Amphitrione. Egò idem ille ſum Amphitrio Gorgophonis nepos, imperator Thebanorum, Et Creontis unicus Teleboarum perduellis. Caius l. Quos nos. ff. de Verb. ſignif. Quos nos hoſtes uocamus, eos ueteres perduelles uocabãt. Plaut. Amph. Perduelles penetrans ſe in fugam: ibi noſtris animus additus eſt. Cic. 1. Offic. Et quidem illud animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis uocaretur, lenitate uerbi triſtitiã rei mitigante. Idem 2. Offic. Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis omnium hoſtis. Poſtea autem perduelles dicti ſunt patriæ hoſtes, qui crimẽ aliquod aduerſus maieſtatem principis, aut Reipublicæ commiſiſſent.

Perduellio: onis, m. t. Eſt crimen læſæ maieſtatis principis, aut Reipublicæ, φωνοφοσία. Vlpian. l. ult. ff. ad legem Iul. maieſt. Qui perduellionis reus eſt, hoſtili animo aduerſus Rempublicam, uel principẽ animatus eſt. Cic. pro Rabirio Poſthumo, Nam de Perduellionis iudicio quod ad me ſublatũ eſſe criminari ſoles, meum crimen eſt, non Rabirij.

Perduo, uide Perdo.

Perduro, as, pen. prod. Vſq; ad finem duro χρονίζω. Plautus, Cur quin tu aliquod dies Perdura, dũ inteſtina exputreſcũt tibi. Terent. Hecyr. ſanctè adiurat, Non poſſe apud uos Pamphilo ſe abſente perdurare. Ouid. de Medic. faciei, probitas longum perdurat in ævum.

Perdureſco, is, n. t, Valde durus fio, σκληρύνομαι. Colum. libro 7. Verum neque ante tertium, neq; poſt quintum annum iuuencos domare placet, quum illa ætas adhuc tenera eſt, hęc iam perduruit, id eſt, nimis dura facta eſt.

Pĕrĕdo, penultima correpta, ex per & edo, es, Significat totum edo, uel edendo conſumo, κατεσθίω. Cicero 3 Tuſc. ex aliquo antiquorum poëtarũ, Lachrymę per dêre humore exangueis genas. Vergilius 6. Aeneidos, Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

Pereſus, pen. prod. particip. Vergil. 3. Georg Nec tondere quidem mor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dem morbo, illuuieq; pereſa Vellera, nec telas poſſunt attin gere putres.

Peredia, diæ, Ipſa edendi cupiditas: ſicut bibeſia, bibendi deſyderium, uel ingens ſitis. Vocabula ſunt à Plauto cõficta. Feſtus, περίτρωξις.

Pérĕgrinŭs, m ſ. Aduena qui extra ſuam uerſatur regionẽ: ita dictus à peragrando, ξένος. Et differt ab hoſpite, quòd peregrinus ſimpliciter eum ſignificat qui in ſua ciuitate nõ eſt: hoſpes, qui in aliena ciuitate eſt. Plautus in Aſin. Peregri nus ego ſum, Sauriam non noui. Cic. pro Sylla, At ſi tibi nos peregrini uidemur, quorum iam & nomen & honos inue terauit, & huic uerbi, & hominum famæ ac ſermonibus: quàm tibi illos competitores tuos peregrinos uideri neceſ ſe erit, qui iam ex tota Italia delecti, tecum de honore, & de omni dignitate contendunt? Idem de Amic. Itaq; ciues po tiores ſunt quàm peregrini, & propinqui quã alieni. Trã ſfertur ad alia, & dicimus peregrinas arbores, quæ ad nos a liunde ſint aduectæ: ſic peregrinas aues, peregrinam faciem, quæ à quotidianis noſtris differant, & quam apud nos non ſimus ſoliti uidere. Meretrices olim, teſte Donato, pere grinæ dicebantur. Terentius in Andria. Adeóne eſt de mens ex peregrina. Peregrina ſacra, ὀθνεῖα ἱερά, dicta ſunt quæ ex alijs urbis religionis gratia ſunt adſcita: ut quæ e uocatis dijs in oppugnandis urbibus Romam ſunt dela ta: aut quę ob quaidam religiones per pacem ſunt pe tita: ut ex Phrygia, Matris Magnæ: ex Græcia, Cereris: ex Epidauro, Aeſculapij: quæ coluntur eorum more à qui bus ſunt accepta.

Peregrinor, aris, pen. prod. p. Deponens abſolutum, ſignificat per aliena loca peragrans proficiſcor, ἐπιξενῶμαι, ἀποδημῶ. Cic. pro Rab. Vt peregrinari in aliena ciuitate, nõ in tua ma giſtratum gerere uideare. Perégrinari dicuntur aures, quæ rem non audiunt, nec attendunt. Cicero pro Mil. Veſtræ pe regrinantur aures? Peregrinatur animus: id eſt, expatiatur, diuagatur, recreatur. Plin. in præfatione lib. 1. Neq; qua pere grinari animus expetat.

Peregrinatio, onis. Cic. 5. Tuſc. Iam uerò exilium, ſi rerum na turam, non ignominiam nominis quęrimus, quantum de mum à perpetua peregrinatione differt? Tranſmarina pere grinatio. Quintil. lib. 7. cap. 4. Peregrinationes, & ruſticatio nes, Cicero de Amic.

Peregrinator, oris, Qui ſolet peregrinari, ferèq; ſemper peregri natur. Cic. ad Leptam lib. 6. Me hercle non tam ſum peregri nator iam, quàm ſolebam.

Peregrinabundus, Qui ſolitus eſt peregrinari. Liu. 8. bell. Pun. Non peregrinabundum, neq; circa amœnas oras uagantem tantum ducem Romanum, &c.

Peregrinitas, Alieni ſoli habitatio. Vlpian. in. l. Sed ſi. ff. De in ius uocant. Si per pœnam deportationis, ad peregrinationẽ redactus ſit patronus. Hoc eſt, ſit relegatus in aliud ſolum.

Peregrè, penult. corr. Significat, extra patriam, ἐπιξένως. Et eſt commune tam ſignificantibus quietem quàm motum: ut, Peregrè ſum, Peregrè ueni, Peregrè uado. Ad locum, ut apud Plautum in Amph. Ita peregrè aduenienti hoſpitio publici tus accipiar. De loco Terent. in Phorm. Exilia peregrè rediẽs ſemper cogitet. Quietem, Plaut. in Amphit. Bene facit, quia nos peregrè, &c.

Perelegans, tis, om t. Valde elegans. Cic. 2. de Orat. Genus eſt perelegans, & cum grauitate falſum. Idem pro Planc. Et quoniam tua fuit perelegãs ac perſubtilis oratio, digna Equitis Romani uel ſtudio, uel pudore.

Pereleganter, aduerbium, Cic. de Clar. Orat. Quæ quidã om nia cum peritè & ſcienter, tum ita breuiter, & preſſè, & ſa tis ornatè, & pereleganter diceret.

Pereloquens, tis, Valde eloquẽs. Cic. de Clar. Orat. Caius autem Lentulus Marcellinus nec unquam indiſertus, & in Conſulatu pereloquens uiſus eſt: non tardus ſententijs, non inops uerbis, uoce canora, facetus ſatis.

Peremptalia fulgura, Priſci appellauere quæ ſuperiora portenta perimunt, id eſt, tollunt. Feſtus.

Peremptorius, uide Perimo.

Perendiè, aduerb, Quod uulgò dicitur Poſt cras, μεταύριον τῇ τρίτῃ. Cic. ad Att. Scies igitur cras, ad ſummũ, perendie. Plaut. Aul. Quæ cras ueniet, perendie foras feratur ſoror.

Perẽdinus dies, Dicitur dies ab hinc tertius, ἡ μεταύριον ἡμέρα. Cæſar. 5. bell. Gal. Qui, ſi per te liceat, perendino die cum proximis hybernis coniunctim communem cum reliquis caſum belli ſuſtineat. Cic. pro L. Muræna, Iam illud mihi quidem mirum uideri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, utrum die tertium, an perendinum: iudicem an arbitrum rem, an li tem dici oporteret. Hinc comperendino, de quo ſuo loco.

Perennis, Perenne, m. t. ex per, & annus, mutato a in e, qua ſi per annos omnes durans, id eſt, perpetuus, ἀΐδιος. Plaut. in Amph. Lucrum ut perenne uobis ſuppetat. Cic. in Bruto Contine tuis perennibus ſtudiis. Perennes & perpetui curſus ſtellarum. Cic. 2. de Nat. deor. Aquæ perennes. Cic. 6. Ver. Fons perennis. Cæſar 8. bel. Gall. Perennis fluuius, Plin. lib. 5: cap. 28. Latices manant perennes, Lucr. lib. 5.

Perennia, orum, n. ſ. Sunt ceremoniæ in auſpiciis ſeruari ſolitę Cic. 2. de Nat. deor. Itaq; maximà reipublicæ partes in iis bel lis quibus Reipublicæ ſalus continetur, nullis auſpiciis ad miniſtrantur, nulla perennia ſeruantur.

Perennè, aduerbium, Id eſt, perpetuò, continuò. Colum. li. 12. cap 18. Si ager amplus, aut uineta, aut arbuſta grandia ſunt, perennè fabricandę decimodiæ, & trimodiæ, &c.

Perenno, a. p. Per multos annos, aut certè per multũ tempus duro, διαγίνομαι. Colum. lib. 1. cap. 9. Sed temperet uires cle mentia: quoniam & terribilior debet eſſe, quàm ſenior, ut & obſequantur eius imperiis, & diutius perennent boues, non confecti uexatione ſimul uerberum, operumq;. Idem libr. 1. Roſa hoc modo culta multis annis perennat. Ouid. 3. de Arte, Defuit ars uobis: arte perennat amor.

Perennitas, tis, f. t. Aeternitas, durario in multos annos, ἀϊδιότης. Colum. lib. 1. cap. 6. Nam ea cæli poſitio maximè frigida & minimè humida eſt, quæ utraq; perennitatem cõditis fru mentis aſſerunt. Cic. 2. de Nat. deor. Adde huc fontium geli das perennitates, liquores perlucidos amnium.

Perenniſeruus, perenniſerui, Qui perpetuò ſeruit uni domino ἀϊδιόδουλος. Antiquum eſt. Plaut. in Perſa, Perenniſerue, lucro, edax, furax.

Pereo, is, ii, uel perii, n. q. ſupinum debet eſſe peritum, pẽ. cor. ſecundum analogiam, ἴρρίω, ἀπόλυμαι, φθείρομαι. compo nitur enim ex per, & eo, quod facit itum: quanuis peritum in uſu non ſit, conſtat tamen illud eſſe ſupinum, eo quòd u ſitatiſſimum ſit participium periturus. Significatio ſatis no ta eſt: eſt enim pereo idem quod perdor, amittor, conſumor. Plaut. in Truc. Illis perit quicquid datur, neq; ipſis apparet quicquam. Terent. in Adel. Nempe tua arte uiginti minæ p pſaltria periere. Vnde & pro mori ſumitur, quòd qui moritur, prorſus abit. Pli. li. 7. ca. 7. Tu qui te deum credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti? Arqui etiã hodie mi noris potes, quantulo ſerpentis ictus dente: aut etiam, ut Anacreõ poëta, acino uuæ paſſæ: aut ut Fabianus Senator Præ tor, in lactis hauſtu uno pilo ſtrangulatus. Peream, iuran tis, uel imprecantis uox quemadmodum & Diſpeream. Var ro 3. de Re ruſtica capite tertio Peream niſi piſcẽ putaui eſſe. Perire mulierem, ea forma dicitur, quã deperire, & amando uri. Plautus in Trucul. Tres unam pereunt adoleſcentes mulierem.

Perito, as, pen. cor. Frequentatiuum, ἀπόλυμαι, οἴχομαι. Plaut. Qui per uirtutem peritat, non interit.

Perequito, as, pen. cor. Circumequito, καθιππεύω. Cæſar 4. bel. Gal. primò per omnes partes perequitant, & tela coniiciunt, Liuius 5. ab Vrbe, Quum perequitaſſet aciem, pro miſſa repetens, tantum iniecit ardoris, ut non ultra ſuſti nuerint impetum equi.

Pererro, as, n. p. Errando circumeo, huc uel illuc erro, περιπλάνω. Colum. in Præfat. lib. 1. Semperq; ritu uolucrum lon ginqui littoris, peregrinus ignotum pererret orbem. Ver. 5. Aencid. Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat Ar te locum.

Pererratus, a, um, participium. Verg. 1. Ecloga, Ante pererratis amborum finibus exul Aut Ararim Parthus bibet, aut Ger mania Tigrim. Verg. 2. Aencid. his mœnia quære Magna per errato ſtatues quæ denique ponto.

Pereruditus, pen. prod. Valde eruditus. Cic. ad Attic. libr. 4. Sed uereor lepõre ſuo detineat diutius P. Clodius, & ho mo pereruditus, ut aiunt, & nunc quidem deditus Græcis literis.

Perexcrucio, as, Cruciatu eneco. Plaut. Sticho, Meam cul pam habeto niſi perexcruciauero.

Perexiguus, a. um, Valde exiguus. Cæſar 5 bel. Gal. Quum hæ intermiſſo perexiguo loci ſpatio inter ſe cõſtitiſſent, no uo genere perterritis noſtris, per medios audaciſſimè pro ruperunt. Cic. 2. Verr. Itaq; quum ego diem in Siciliam in quirendi perexiguam poſtulauiſſem, inuenit iſte qui ſibi in Achaiam biduo breuiorem diem poſtularet.

Perexilis

Perexilis, le, om. t. pen. prod Valde exilis. Colum. lib 11. cap. 2. Hoc eodem tempore priusquam uinex puluerentur, si per exilis est, uel rara ipsa uitis, lupini modii tres uel quatuor in singula iugera spaiguntur.

Perexpeditus, penultima prod. adiectiuum, Valde expeditus. Cicero 3. de Finibus, Sed hæc quidem est perfacilis, & expedita defensio.

Perfabrico, as, pen. cor. Fabricam absoluo: quamuis etiam per metaphoram sumatur pro technis & dolis fallere, κατασκευάζομαι, ἀποτελέω, ἀπεργάζομαι. Plau. Perf perii, interii, pessimus hic mihi dies Hodie illuxit, corruptor: ita me Toxilus perfabricauit, atq; meam rem diuexauit.

Perfacetus, a, um, admodum facetus. Cicer. de Clar. Orat. Atq; eundem & uehemẽtem, & ualde dulcẽ, & perfacetum fuisse dicebat.

Perfacetè, aduerbium, Perinucundè. Cic. 3. Verr. Neq; enim perfacetè dicta, neq; porrò hac seueritate digna sunt.

Perfacilis, le, om. t pen. cor. Valde facilis. Ci. 4 Tusc. Cuius libris editis commota multitudo, contulit se ad eandem potissimum disciplinam: sicut quod erat cognitu perfacilis, si uc quod inuitabatur illecebris blandis uoluptatis. Cæs. 1. bel li Gall. Perfacile esse, quum uirtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri.

Perfacilè, aduerb. Cic. pro Rosc. Amer. Demonstrant quum pater huius Sex. Roscius homo tã splendidus & gratiosus, nullo negotio sit occisus, perfacilè hunc hominem incautum & rusticum, & Romæ ignotum, de medio tolli posse.

Perfacul, Veteres dixere pro facilè. Autor Festus.

Perfamiliaris, re, om t. Valde familiaris. Cic. ad Q. Fra. lib. 2. Ipse est enim ueterator magnus & perfamiliaris Philisto.

Perfatuus, a, um, Martial. lib. 10. Heu quàm perfatuæ sunt tibi Roma togæ.

Per fas & nefas, Hoc est, iure uel iniuria, siue nullo iuris aut iniustitiæ respectu, δικαίως, καδίκως.

Perfero, perfers, pen. cor. a. inconst. Vsq; ad constitutum finem fero, πεμφίρω, διαφίρω. Cic. Curioni lib. 2. Epist Sed nuntius ille qui literas accepit, non pertulit. Alibi pro nuntiare potuit, ut in Epistola ad Cælium, In his sum locis, quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur. id est, nuntiantur. Aliquando patior, siue patienter fero. Terent. in Adelphis, Paupertate unà pertulimus grauem. Dicimus autem perferre literas, Perferre clamorem, Perferre famam, Perferre fructum, Perferre mãdata, Perferre rumore, uel nuntiis, Perferre sermones. Quarum omnium formularum legenti bonos autores testimonia passim occurrent.

Perferens, penult. corr. Nomen ex participio. Cicer. 2. de Orat. Horum igitur exprimere mores oratione, iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum, mirum quiddam ualet, &c.

Perferuidus, pen. cor. adiect. Vehementer feruidus, ut Perferuida æstas, Colum. lib. 7. cap.

Perficio, perficis, a. t. Absoluo, compleo quod cœptum est ἀποτελέω. Teren. in Hecy. Quod si perficio, non pœniteat me famæ. Perficere promissa, est implere quod ꝓmiseris. Perficere cibum, est concoquere. Plin. libr. 11. ca. 53. Ideò athletas malunt cibũ ambulatione perficere. Ponitur aliquãdo pro obtinere, siue afficere. Plaut. in Asin. Perficio, argentum hodie ut habeat filius, amicæ, quod det.

Perfectus, a, um, Quod modò participium est. Cic. de Clar. Orat. Manus extrema non accessit operibus eius, præclarè inchoata multa, perfecta non planè. Modò nomen Cic. 1. de Finib. Sol Democrito magnus uidetur, quippe homini erudito, in Geometriaq; perfecto.

Perfectè, aduerbium. Cic. 4. de Fin. Quibus perfectè ratio & oratio compleatur.

Perfectissimatus, erat dignitas quædam non modiocris, quia non omnes præsides ut Alc. docet Clarissimi fuere, sed & perfectissimi quidam, ꝓ ut prouinciæ dignitas exigebat. addit ex uetustissimis monumẽtis Tarraconensis Hispaniæ ac Norici fuisse Perfectissimos tantum, quod duabus literis designabant. V. P. sicut Clarissimos uiros. V. C.

Perfectio, onis, f. t. uerbale. Cic. 1. de Orat. Hanc ego absolutionem perfectionemq; in oratione desyderans à qua ipse longè absum, facio impudenter. Idẽ pro Marcel. Tantum abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta quæ cogitas nondum ieceris.

Perfector, oris, aliud uerbale. Cic. 1. de Orat. Ac stylus ille tuus quem tu uerè dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum multi sudoris est. Teren. Eun. O Parmeno mi, ô mearum uoluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector.

Perfido, dis, pen. prod. Valde fido, διαταράττω. Cic. libr. 3. Officiorum, Sic homines secundis rebus effrænatos, fibiq; perfidentes, tanquam in gyrum rationis duci oportet. Sic enim legit Calepinus, sed malè. Nam castigatiora exemplaria habent præfidentes.

Perfidelis, le, Valde fidelis. Cicer. ad Att. Posthac autem ad te, si perfidelem habebo cui dem, scribam omnia planè.

Perfidus, a, um, pen. cor. Qui fidem uiolat, siue prodit, ἄπιστος. Vergil. libr. 10. Nunc pelagi Nymphæ, classis tua, perfidus ut nos Præcipites ferro Rutulus, flammaq; premebat. Cic. 3. Officiorum, Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. Amicus perfidus, Cicero post red. ad Quirites. Arma perfida Iubæ. Ouidius 4. Fastorum, Hostes perfidi, Horatius 3. Carmin. Ode 7. Verba perfida, Ouid. 6. Fast.

Perfidia, æ, f. p. ἀπιστία. Cic 11. Philip. Dextræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere uiolatæ. Tacitus libro 20. Quum accursu tot prouinciarum extingui repens perfidia potuerit. Plautus Captiu. Neq; precatio perfidiis meis, neq; malefactis fuga est.

Perfidiosus, sa, sum, Plenus perfidiæ. Cicero in Pisonem, Quod fallax, quod perfidiosus, quod impudẽs, quod audax esse uideatur. Idem 3. de Natura deorum, Cur omnium perfidiosissimus C. Marius Qu. Catulum præstantissima dignitate uirum mori potuit iubere?

Perfidiosè, aduerb. Autor ad Heren. li. 1. In odium adducemus si quid eorum spurcè, & superbè, perfidiosè, crudeliter, confidenter, malitiosè factum proferemus.

Perfixus, a, um, participio à uerbo figo, & præpositione per: Idem quod transfixus. Lucret. libr. 2. & crebra reuisit Ad stabulum, desyderio perfixa iuuenci. Idem lib. 3. Nec gelidis torper telis perfixa pauoris.

Perflo, as, are, a. p. Flando peragrare, διαπνέω. Verg. 1. Aeneid. & terras turbine perflant. Colum. libr. 2. cap. 21. Ad eam rem Fauonius habetur eximius, qui lenis, æqualisq; æstiuis mensibus perflat. Ouid. 1. de Remed. amor. Summa petit liuor, perflant altissima uenti.

Perflatus, us, pen. prod. Ipsa perflatio. Plin. lib. 16. ca. 40. Vlmus in perflatu firma.

Perflabilis, le, o. t. Quod perflari potest. Ci. 2. Diuin. Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles, & habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum.

Perfluo, is, a t. Liquorem transmittor: ut, Lagena malè compacta perfluit, ῥιθῶ. Lucret. lib. 2. Et quamuis subitò per colum uina uidemus Perfluere, at contra tardum cunctatur oliuum. Per translationem etiam perfluere dicitur de hominibus futilibus, qui arcana cõtinere non possunt. Teren. in Eun. Plenus rimarum sum, hàc atq; illàc perfluo. Perfluere uoluptatibus. Cic. 2. de Fin. Percontare ipse te, perpetuisne malus uoluptatibus perfluens in ea quam sæpè usurpabas tranquillitate degere omnẽ ætatem sine dolore, &c. Aliquando etiã Perfluo accipitur ꝓ præterfluo. Liu. 1. ab Vrbe, Infima ualle perfluit Tyberis. Horat. 4. Carm. Ode 3. Sed quæ Tybur aquæ fertile perfluunt.

Perfluctuo, as, Fluctuũ more circa aliquid moueor. Lucr. libr. 3. Atq; unde animantum copia tanta Exos, & exanguis tumidos purfluctuat artes?

Perfodio, is, pen. cor. Perrumpo, transfigo, διαρύσσω, διαρήγνυμι. Plaut. in Asin. Vbi parieres perfoderis. Colum. li. 10. Tu grauioribus rostris cunctantia perfode terga.

Perforata alio nomine Fuga dæmonum, dæmonifuga, ea est quæ apud Dioscor. Hipericon, uel herba S. Ioannis. Noxios malorum dæmonum uapores à nobis arcere creditur, maximè in debito signo collecta: ut testatur Marsilius Ficinus li. 3. cap 14. de triplici uita.

Perfore, pen cor. ualde futurũ esse. Cic. App. Pulchro, lib. 3. Tunc mihi ille dixit, q classe tu uelles decedere, perfore accommodatũ tibi si ad illã maritimã partẽ ꝓuinciæ nauibus accessissem. Hoc est, fore tibi peraccommodatũ. Nã per, particulam quæ adiectiuo debebàt cohærere, uerbo iunxit.

Performidatus, pen. prod participio. Multũ formidatus. Silius lib. 3. Iam puer auricomo performidata Batauo.

Performo, as. are, Formam absoluere. Quint. lib. 2. capite 7. Performata materia,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Perforo, as, are, pen. cor. Colum. lib. 5. Sed aliud est ferramẽ tum quo priores uitem perforabant.

Perforatus, Participium. Lumina duo ab animo ad oculos perforata. Cic. 3. de Nat. deor.

Perfortiter, aduerbium, Valde fortiter. Terent. Adel. miseram mulierem & me seruulum, Qui referire non audebam uicit hui, perfortiter.

Perfremo, perfremis, pen. cor. Vehementer fremo. Cic. 2. de Natura deorum, Sicut inciti atque alacres nostris perfremunt delphini.

Perfrico, as, pen. cor. Valde frico, διαψάω. Var. 3. de Re rust. cap. 9. Qui hæc uolunt diutius seruare, perfricant sale minuto. Plin. lib. 20. cap. 16. Vulnera ab his facta perfricantur. Cicero 5. Verr. Quum interea Apronius caput atq; os suum unguento perfricaret. Perfricare uerò os, seu frõtem, significat pudorem deponere, ἀναιδύνω. Nam quum in pudibundo sanguis diffundatur ex corde in faciem, tanquam uelamentum: qui impudibundi sunt, & inuerecundi, & erubescere uideri nolunt, hi solent os & frontem perfricare, ad ruborẽ illum detergendum, & sanguinem ad interiora repellendũ. Hinc facta est locutio prouerbialis de inuerecundo, Perfricuit os, Perfricuit faciem, Perfricuit frontem, pro eo quod est pudorem abiecit. Cice. 3. Tusc. Quid tergiuersamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere uoluptatem quam tu idẽ quum os perfricuisti, soles dicere? Plin. in Præfat. 2. libr. Perfricui faciem, nec tamen profeci. Martial. lib. 11. Aut tum per fricuit frontem, posuitq; pudorem.

Perfrigeo, es, penultima producta, Valde frigeo, ψυχορρᾳγῶ. Martial. lib. 1. Perfrixisse tuas quæsta est præfatio fauces, Quũ te excusaris Maxime, quid recitas? Iuuen. Saty. 7. Et si perfrixit, cantat bene.

Perfrigero, as, a p pen cor. Idem quod refrigero, ἀναψύχω, ψυχάζω. Plinius lib. 25. Omnium harum uis eadem perfrigerare & astringere.

Perfrigesco, is. Valde frigidus fio. Plin. libr. 31. cap. 6. Difficilius perfrigescunt marina calefacti.

Perfrigidus, a, um, Cicer. 6. Verr. Erat hyems summa, tempestas (ut ipsum Sopatrum dicere audistis) perfrigida.

Perfringo, is, a. t. Perrumpo, uiolo, διαῤῥήγνυμι. Plin. Epist. 101. Campi, quos monuisti, ingentes boues, & fortissima aratra perfringunt. Terentius in Adelph. ne aut ille alserit, Aut uspiam ceciderit, ac perfregerit aliquid. Cicero pro Milone, Polluerat stupro sanctissimas religiones, senatus grauissima decreta perfregerat. Idem 7. Verrinarum, Vt earum rerum ui & autoritate omnia repagula iuris, pudoris, & officii perfringeres.

Perfractus, a, um, participium. Axe perfracto uoluitur, Silius libro 16. Fores perfractæ, Tibul. lib. 1. Eleg. 10.

Perfractè, aduerb. Obstinatè. Cic. 3. Offic. Ego etiam cum Cato ne meo sæpè dissensi, nimis mihi perfractè uidebatur ærariũ uectigaliaq; defendere.

Perfruor, pen. cor. perfrueris, d. t. Diu, multùm, & constanter fruor, ἀπολαύω. Plin Epist. 4. Quod uelim facias primum ut perinde nostris rebus, ac nos tuis, perfruaris. Cic. 5. de Finib. Sequamurq; eam uitam quæ rebus ipsis perfruatur. Idẽ 1. Offic. Expetuntur autem diuitiæ tum ad usus uitæ necessarios, tum ad perfruendas uoluptates.

Perfugio, gis, a t. pen. cor. Auxilii gratia ad aliquem confugio, καταφύγω. Cæsar 1. bel. Ciuil. Itaq; magnus eorum quotidie numerus ad Cæsarem perfugiebat. Cic. 7. Verr. Hic locus est igitur unus quò perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum: quo quidem nunc non ita confugiunt ut antea in suis repetendis rebus solebant.

Perfugium, gii, n. ſ. Locus tutissimus, quò nos in uexatione, aut calamitate recipere cõtendimus, καταφυγιον, καταφυγὴ Liu. lib. 2. ab Vrbe, Itaq; in medio propè iam uictores casi, & usti: pars perexigua, duce amisso (quia nullum propius perfugium erat) Romam inermes & fortuna, & spe supplicium delati sunt. Cæs. 4. bel. Gal. Quo perfugio superiore anno fuerant usi. Transfertur etiam & ad alia, ut ad literas quæ suis cultoribus in rebus aduersis solent esse loco perfugii. Cicero ad Atticum, Itaque utor eodem perfugio quo tibi utendum censeo, literulis nostris.

Perfuga, æ. com. p. pen. cor. Qui ad hostes perfugit, siue defecit αὐτόμολος. Cicero libro 3. Offic. Perfuga ab eo uenit in castra Fabricii. Cæs. 7. bel. Gall. Admiratus quærit ex perfugis causam. Idẽ & transfuga dicitur. Liu. li. 2. ab Vrb. Deinde metuens ne si Consulũ iniussu, & ignaris omnibus iret, deprehensus fortè à custodibus Romanis, retraheretur ut transfuga: fortuna tum urbis crimen affirmante, Senatum adit.

Perfulcio, is, ire, Bene fulcio, & roboro, ἐρείδω, στηρίζω. Ouid. ad Pisonem, Eloquio sanctum modò perfulcire senatum.

Perfundo, is, a. t. Humore affuso madefacio, διυγραίνω. Ver. 1. Georg. Dulcibus idcirco fluuii pecus omne magistri Perfundunt: undisq; aries in gurgite uillis Mersatur. Artus perfundere rore, Ouid. 5. Metam. Cic. 5. Ver. Aqua denicq; feruenti à Rubrio ipso Philodamus perfunditur. Ensis perfunditur sanguine. Ouid. 7. Metam. Perfundere animum religione, per translationem, pro imbuere. Liuius decimo ab Vrbe, Erat cum alius apparatus sacri qui perfundere religione animum posset: tum, &c. Perfundere animos suauitate. Cicero de clar. Orat. Animum uoluptate perfundere Cic. 4. Tusc.

Perfusus, participium. Liu. 10. bel. Pun. Perfusum milites cruore Romano, id est, aspersum cruore, siue cruentatum.

Perfungor, perfungeris, perfungi, d. t. Ad extremum obire munus, & strenuè operam nauare, ait Budæus, ἐπιτελῶ. Cicero pro Cluent. Aut quòd se perfunctos iam esse arbitrantur quum de eo iudicarunt, negligentius attendunt cætera. Idem de Senectute. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungere. Terent. in Hecyra. Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sumsatias me iam tenet Studiorum istorum. Cicero Lentulo lib. 1. Quum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus.

Perfunctio, onis, ſ. t. uerbale. Cic. 1. de Finibus Nam neq; laborum perfunctio, neq; perpessio dolorum per se ipsa allicit, nec patientia, nec assiduitates, &c.

Perfunctorius, a, um, Idem quod defunctorius, hoc est, languidus, remissus: leuiter & oscitanter, non toto conatu factus, ἀφοσιωμένως. ut perfunctiora opera, quam ueluti aliud agentes rei alicui impendimus.

Perfunctoriè, Quod est transitoriè, & inaniter, negligentèr, oscitãter, nec toto conatu, πρὸς ἀφοσίωσιν, Vlpianus, Neq; quidem perfunctoriè aut obscurè dicere, aut denuntiare debet.

Perfuro, perfuris, pen. corr. Vehementer insanio, μαίνομαι. Vergilius 9. Aeneid. incensus & ipse Perfurit. Silius libro 9. Necnon cum Venetis Aquileia perfurit armis. Lucret. lib. 1. ita perfurit acri Cum fremitu.

Pergaudeo, es, n. ſ. Vehementer gaudeo. Cic. ad Q. frat. lib. 3. Trebonium meum à te amari, teq; ab illo pergaudeo.

Pergigno, is, a. t. Idem quod gigno, γεννάω. Catul. Argon. Quales Eurotæ pergignunt flumina myrtos.

Pergo, pergis, perrexi, n. t. Ex per, & rego: Sifinificat uadoue l iter facio, πορεύομαι. Plaut. in Capt. Nunc ad eum pergã. Terent. in Hecy. Sed quis est qui huc pergit? Plinius, Mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. Quandoq; prosequor, perseuero, siue procedo διεξέρχομαι Terent. in Adel. Nam si molestus esse pergis, iam intrò abripiere. Vergil. 1. Aeneid. O dea, si prima repetens, ab origine pergam, &c. Aliquando accipitur pro ago: ut in illo Vergilii 6. Eclog. Pergite Pierides. Quandoq; festino. Ter, in Phorm, Domum ire pergam, ubi plurimùm est. Quandoq; conor. Ibidem, Hoc ubi ego audiui, ad fores suspenso gradu placidè iter perrexi. Ponitur aliquando pro prætetire. Cicero ad Atticum libro tertio, Sed pergo præterita. Perge in uirum dixit Plautus in Menæch. id est, ostende te uirum fortem & animosum. Sipontinus componi putat ex per & ago: sed (ut opinor) fallitur, tũ quia præteritum perrexi facit, secundum analogiam simplicis rego, non peregi, quod est à perago: tum quia aliud habemus compositum ex per, & ago, quod est Perago. Hinc componitur, Expergo, qđ significat expergefacio. Accius. Heus uigiles properate, expergite tarda sopore Pectora.

Pergracilis, le, Valde gracilis. Plin. libr. 15. cap. 13. Longiore caule, sed pergracili.

Pergræcor, aris, d. p Epulis, & porationibus infernio, quod est Græcorum proprium, ἐπινυίζω, ὑπερμαίζω, κωμάζω. Titinnius, Hominem impium: nunc ruri pergræcatur. Plaut. Truculent. Atq; ut cum solo pergræcetur milite. Idem in Bacc. Propterea hoc facio, ut suadeas gnato meo Vt pergræcetur tecũ, ter uenefice.

Pergrandis, pergrande, om. t. Cic. 6. Verr. Erat etiam uas uinarium ex una gemma pergrandi trulla excauatum, cum manubrio aureo. Idem de Lege Agraria contra Rullum, Iubet eosdem Decemuiros, omnibus agnis publicis pergrandẽ

grande uectigal imponere.

Pergraphicus, adiectiuum, Id est, lepidus, ad unguem factus, absolutus, & quasi pictoris manu expolitus. Plautus in Trucu. Nimis pergraphicus sycophanta.

Pergratus, a, um, admodum gratus. Cic. de Amic. Sed quoniam amicitiæ mentionem fecisti, & sumus otiosi, pergratum mihi feceris (spero etiam Scæuolæ) si, quemadmodum soles de cæteris rebus, quum ex te quæruntur, sic de amicitia disputarit quid sentias. Idem ad Brutum, Pergratum mihi erit, si eum ita tractaris ut merito tuo mihi gratias agere possit. Interponitur aliquando dictio aliqua inter per & gratum, idq; elegantissime. Cicero ad Atticum libro 1. Per mihi, per inquam gratum feceris, si in hoc tam diligens tueris, &c. Eidem libro 5. Per mihi gratum erit, si Ad curaris, ad me perferendum.

Pergrauis, & hoc pergraue, pen. cor. Valde grauis.

Pergrauiter, aduerb. Admodum grauiter. Cic. ad Att. lib. 1. Hoc te intelligere uolo, pergrauiter illum esse offensum.

Pergula, æ, fœm. p. Locus apertus à multis lateribus aërem excipiens, aliquando extra parietem porrectus, & modò tectus, modò sub dio expositus: à pergendo dicta, quod in ea deambulare soleamus, forumq; aut hortum, aut plateas, aut uias perspectare, & quandoq; cœnare æstiuo tẽpore, προδολὴ. Vulgus Gallicum Galeriam uocat. Plin. lib. 21. cap. 3. Cum corona rosacea interdiu è pergula sua in forum prospexisse dictus. In pergulis præceptores discipulos erudiebant, artifices item opera sua uelut in propatulo habebant. Vnde Suetonius de Crassitio Grammatico, Deinde in pergula docuit Plinius lib. 35. cap. 10. de Apelle, Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus: atq; post ipsam tabulam latens, uitia quæ notarentur auscultabat. Pergula etiam dicebatur locus accommodatus exponendis uenalibus rebus. Vlpian. l. Hæres, de Iudiciis, At si quo in loco constitit, non dico iure domicilii, sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium seu officinam conducens cibiq; distraxit, uel egit: defendere se ex eo loco debebit. Legitur & figuratè pergula, pro iis qui in pergula uersantur. Iuuenalis Satyr. 11. Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis Pergula, discipulus Tripheri doctoris, apud quem Sumine cum magno lepus, atq; aper, & pygargus, Et Getulus oryx, hebeti lautissima ferro Cæditur, & tota sonat ulmea cœna Sabura. Quo in loco nonnulli pergulæ nomine accipiunt eos qui in pergula æstiuo tempore discumbunt. Alii ordinem & cœtum ministrorum qui in pergula discumbentibus inserviunt, uniq; parẽt structori. Alii rursus scholam eorum qui Chironomiã, hoc est, gesticulationis legem profitebantur, quam etiam in dissecandis cibis solẽt obseruare. Item in naui pergula dicitur excursus per totam nauim, qui alio nomine portisculus appellatur. In uineis uerò topiarum opus significat. Columella lib. 11. cap. 2. Si quæ pergulæ uitium generosarum à putatoribus relictæ sunt, ante Calendas Apriles utiq; deputari debent. Plinius etiam libr. 17. cap. 24. uitium generosarum pergulas præcipit quinquatribus esse putandas, Vulgus Gallicum Treillans appellat.

Pergulanus, adiect. ut, Pergulana uitis, quæ pergulis adiungitur, & sustinetur. Colum. libr. 3. cap. 2. Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & irtiolam, &c.

Perhibeo, es, a. s. pen. cor. ex per, & habeo, significat dico, & affirmo, κατάφημι, λογοποιῶ Colum. libr. 4. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Plaut. in Stich. Persarum montes, qui esse aurei perhibentur. Cic. 2. de Diuin. Bene qui coniiciet, uatem hunc perhibebo optimum. Interdum perhibere, est dare, παρέχειν. Plau. in Pseud cur ego uestem, Aurum, atq; ea quibus uobis usus, perhibeo? Idem in Merc. diem unum orauit Vt apud me perhiberem sibi locum.

Perhibere testimonium, hoc est, ferre. Colum. lib. 4. Eius rei testimoniũ tu præcipuè Syluine perhibere nobis potes. Quandoq; pretium denotat eo modo quo uendo. Plaut. in Pers. Eodem mihi pretio sal perhibetur quo tibi.

Perhonorificus, a, um, Valde honorificus. Cic ad Att. Cõ salutatio forensis perhonorifica: signa præterea benecuolentiæ permulta à nobis impertiuntur.

Perhonorificè, aduerbium. Cicero ad Atticum lib. 14. Hic perhonorificè & amicè Octauius, quem quidem sui Cæsarem salutabant.

Perhorreo, es, n. s. siue Perhorresco, is, Horrore permoueor extimesco, πτήσσω. Cicero ad Atticum libro 9. Sed genus belli crudelissimi & maximi quod nondum uident homines quale futurum sit, perhorrui. Eidem libro 13. Sed quid est tã dem quod perhorrescas?

Perhorridus, a, um, pc. cor. Valde horridus. Liu. lib. 2. bel. Pun. Pœnus contrà intra formiana saxa, ac Linterni arenas, stagnaq; perhorrida situ hybernaturus esset.

Perhospitalis, le, o. t Valde hospitalis, φίλιν@. Cic. 6 Verr. Huius domus est uel optima Messanæ, notissima quidẽ certe, & nostris hominib. apertissima, maximeq; perhospitalis.

Perhumanus, a, um, Admodum humanus. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Multumq; is mecum sermonem habuit, & perhumanum de discordiis mulierum nostrarum.

Perhyemo, as, are, Totam hyemẽ transigo, διαχειμερίζω. Colum. lib. 11. cap. 3. Sed eos uacuos perhyemare patiemur.

Periboëtos, περιβόητ@, Græcis celebrem, famigeratumq; sonat: quo nomine etiam nobilem quendam Satyrum illi cognominant, perpetuum Liberi patris comitem. Plin. lib. 34. cap. 8. de operibus ex ære, Item Cataguſam, & Ebrietatem & Liberum patrem, nobilemq; unà Satyron quem Græci Periboëton cognominant.

Peribolus, pen cor. περίβολος, Latinè ambitus, lorica murorum: ab ambio, circundo. περιβάλλω. Et capitur pro septo & corona domus: quæ fit ne quis delabatur: quę lorica, loriculaue alio nomine dicitur. uide Lorica.

Pericardion, περικάρδιον, Membrana est cor circunquaq; amplectens, tantũ ab eo dissilda, tantumq; spatiis uacui omni ex parte relinquens, quantum ad cordis diastolen maximè est necessarium. Vulgus Capsulam cordis appellat.

Pericarpum, περικάρπον, Bulbi genus est. Eius duę sunt species: cortice rubro alterum, alterum nigro, papaueri simile. Vtrunq; habet uim excalfaciendi: unde & contra cicutã datur. Autor Plin. lib. 25. cap. 10.

Pericarpium, περικάρπιον, Est inuolucrum seminis, quo illud ambitur, & aduersus cæli, animalium q; iniurias defendi tur: ut in frugibus spica, in castaneis echinus. Est item pericarpium brachii ornamentum cingens iuncturam illã quæ summa manus cubito iungitur, quam anatomicę rei periti Græco uocabulo κάρπον appellant.

Periclitor, uide Periculum.

Periclymenos siue Periclymenon, pen. corr. περικλύμενον. Dioscotidi, Herba est fruticans, ex interuallo duo habens folia, subcandida, mollia: in cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficilè euellatur. Nascitur in aruis & in sepibus conuoluens se adminiculis quibuscunq;. Hæc Plin. lib. 27. ca. 11: Hodie t ste Ruellio, uocatur caprifolium, à quibusdam etiam matrisylua.

Pericope, pen cor. περικοπὴ, Amputatio, uel concisio, à uerbo Græco περικόπτω, quod est amputo, uel circuncido Hieron. ad Pamma Aut si tu quoq; narem contraxeris, illam Apostoli, περικοπὴν, id est, amputationem, in qua de uirginitate & nuptiis disputat, aliter differere compelleris.

Pericranion, περικράνιον, Membrana est tenuis & neruosa, sub capitis cute, ex crassa meninge enascens, totumq; cranium extrinsecus ambiens: unde & nomen accepit. Gal. li. cuius titulus est ὅτι ἰατρικοί.

Periculum, li, n. s à perco deduci uidetur, & salutis discrimen significat, κίνδυνω@. Verg: Aene. Obscœnamq; famem quæ prima pericula, uito. Variis autem modis hoc nomine in oratione utimur. Dicimus enim, Subiicere aliquem periculo. Curare periculum alicui, Negligere periculum, In periculo esse, Periculum subterfugere, Periculum adire, Abesse à periculo, Afferre periculum, Adducere in periculum, Conflare periculum, Committere se periculo, Facessere periculum alicui, Inferre se in periculum capitis, Inicere periculum, Intendere periculum, Intenrare periculũ, Liberare periculo, Procurare periculũ, Vocari in periculum, Venire in periculum. Aliquando periculum accipitur pro experimento quia rarum est tentame rum sine periculo, πεῖρα. Terent. in Eunuch. Fac periculum in literis.

Periculosus, sa, sum, Quod est cũ periculo, κινδυνώδης, ἐπικίνδυνω@, παράβολ@ Cicero libro 1 Officiorum, Grauioribus aũt morbis periculosas curationes, & ancipites adhibere cõgitur Cæs. 7. bell. Gal. Intrare intra præsidia periculosum putabat, Cic. 5. Ver. Turpis est enim & periculosa confessio.

Periculosè, aduerb. Cic. Tironi, Periculosè hyeme nauigatur. Idem pro Mil. Facere enim probus adolescens periculosè, quàm perperi turpiter, maluit.

Periculor, laris, d. p Periculũ subeo, periculo me expono, κινδυνεύω. Vnde periculatus sũ apud Caton. lectũ est, teste Fest.

Periclitor,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Periclitor, aris, d. p. penult. corr. Idem quod periculum subeo, κ ο ινδυνω, παρακινδυνευω, ut Periclitor famæ, capite, hoc est, periculum est ne caput, aut famam amittam. Dicitur etiam periclitor sitî, id est, in periculo positus sum moriendi propter sitim. Plinius libro 19. capite 24. Arbores gelu periclitabantur. Martialis libro 6. Pericliratur capite Sotades noster. Periclitari etiam significat experiri, πειραν ποιεῖν, κινδυνον ποιεῖσθαι. Cicero libro primo, de Orat. Subeundus usus omnium, & periclitandæ uires ingenii. Plancus ad Ciceronem, Itaque potius periclitari uolui, si posset mea præsentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus uideri.

Periclitatio, onis, uerbale, Id est, experimentum, usus. Cic. 1. de Nat. deor. Quarũ utilitatem longinqui temporis usu & periclitatione temporis percipimus.

Peridoneus, a, um, Valde idoneus, Cæs. 2. bell. Ciuil. Quod is locus peridoneus castris habebatur. Suet. de Clar. Gram. Peridoneus præceptor.

Perídromis, pen. corr. peridromidis, fœminin. gener. περιδρομίς, Hypæthra ambulatio ambiens palæstras, apud Vitruuium libro 5.

Periergia, æ, f. p. περιεργία, Curiositas, sedulitas, superflua anxietas, & ueluti diligentiæ redundatio, qualẽ in Protogene reprehendit Apelles, quod manũ de tabula tollere non posset. Diomedes περιεργίαν inter tropos seu potius inter uitia orationis annumerat, quum scilicet oratio plus satis elaborata & prolixitatem parit, & obscuritatem.

Periegesis, penul. prod. περιήγησις, Idem quod ambitus, siue Circuitus: à uerbo Græco περιηγέομαι, quod est circumeo, uel circunduco. Hinc Dionysius Afer, opus suum geographi cum γῆς περιήγησιν inscripsit.

Perileucos, περιλευκος, Gemma filum habens cãdidum ab ipso ore ad radicem usq; descendens. Plin. lib. ult. cap. 10.

Perilluſtris, stre, Admodum illustris. Cic. ad Att. li. 5. Ibi morati biduum perillustres fuimus honorificisq; uerbis omnes iniurias refellimus.

Perimbecillus, a, um, uel perimbecillis, le, Valde imbecillus. Cic. ad Att. lib. 10. Quod quidem est natum, perimbecillum est. Varro 3. de Re rust. cap. 10. Perimbecillum enim id, ut caput molle.

Perimetros, περίμετρος. Latinè immensus quasi ultra mensuram.

Pĕrímo, is, a. t. à per & emo, Idem est quod deleo, uel interficio, uel tollo, ἀναιρέω, Plau. in Menæch. Virum hunc ego perimam impurissimum. Cic. 4. Tusc. Sin autẽ perimit ac delet omnino, quid melius? Idem de Aruisp. respons. Si ludi nõ intermissi, sed perempti atq; sublati sunt. Perimere reditum est intercludere. Cic. pro Planc. Si mihi uis maior aliqua reditum peremisset.

Peremptus, Interfectus, ἀναιρεθεὶς. Verg. 9. Aeneid, Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto Exangui, & primis una tot cæde peremptis.

Peremptorius, a, um, Quod est mortiferum, θανατηφόρος à perimendo: ut uenenum peremptorium, apud Apul. libr. 10. Sic apud Vlpian. ff. de Iudiciis, l. Et tertium, Peremptorium edictum dicitur, eo quod tribus edictis propositis, uel uno pro tribus fieri solebat, & quod perimat disceptationem inter litigatores, hoc est, nõ patiatur aduersarium tergiuersari: qui uerò spernebat, contumax dicebatur.

Perincommodus, a, um, pen. corr. Valde incommodus. Liu. 7. bel. Maced. Quę nihil admodum Romanis, ea per incommoda regiis erant.

Perincommodè, aduerbium. Cic. ad Att. lib. 2. Sed accidit perincommodè, quod eum nusquam uidisti.

Perínconsequens, penult. correpta. Valde inconueniens, ualde absurdum, ἀνακόλουθος. Gellius libro 14. capite 1. Per autem, inquit, inconsequens ipsum quidem corpus, & habitum tam profundi aëris sub alio atque alio cæli curuamine non eundem manere.

Perincertus, a, um, Valde incertus. Gel. lib 18. cap. 4. ex Sal Iustio, At Cn. Lentulus patritiæ gentis, collega eius cui cognomentum Clodiano fuit: perincertum stolidior an uanior, legem de pecunia quam Sylla emptoribus bonorum remiserat, exigenda, permulgauit.

Perínde, ex Per, & inde, compositum aduerbium similitudinis, idem significãs quod ita, siue similiter, οὕτως & habet post se ferè aliquam harum particularum, ut, quasi, ac, acsi, uel atq;. Plaut. in Pseud. Nam omnes res perinde sunt ut agas, ut eas magnificias. Cic. 3. Tusc. In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. Cic. 5. Tusc. Philosophia non perinde ac de hominum uita est merita, laudatur. Cic. Attic. libr. 6. Quod ego perinde tuebar ac si usus essem. Idem pro M. Marc. Vereor ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atq; ego cogitans sentio. Ponitur aliquãdo pro adeò, ualde, aut æquè multum, præsertim quum præponitur negatio: & tunc aliquãdo sequitur quã. Suetonius in Domitiano, Nulla tamen re perinde motus quàm responso, casuq; Ascletarionis Mathematici. Aliquando significat pariter, æquè si nulla sit negatio, nec sequatur acsi, uel atq; si, aut similis particula. Plin. libr. 1. Epist. Funus Rufi clarissimi, & perinde felicissimi. Sueto in Cæs. Quæ si quis inuestigare & persequi uellet, quarum elementorum literam: id est, d, pro a, & perinde reliquas commutet. Cic. Terent. Te & Dolabellam perinde diligo. Aliquando significat Per hunc modum. Terent. in Phorm. Sexcentas perinde potius scribito mihi iam dicas. Aliquando post perinde est tanquàm, pro acsi. Gellius lib. 15. cap. 29. Hoc perinde est tanquàm si ego dicam, Eq; mihi nomen Iulium. Aliquando perinde & adeò simul iunguntur, idemq; significãt quod ita. Plaut. in Amphit. fac sis perinde adeò ut me uelle intelligis. Aliquando post perinde sequitur prout. Plin. in Panegyr. Meminerint perinde coniecturam de morib. suis homines esse facturos, prout hoc uel illud elegerint.

Perindulgens, tis, adiectiuum, Valde indulgens. Cicer. 5. Offic. Magnus uir in primis, & qui perindulgẽs in patrem, idem acerbè seuerus in fratrem.

Perineon, intercapedo inter anum & pudendum.

Perínfamis, & hoc perinfame, om. t. pen. prod. Valde infamis. Suet. in Vitel. cap. 2. Curam quoq; imperii sustinuit absente eo, expeditione Britannica, uir innocẽs & industrius, sed amore Libertinæ perinfamis.

Perínfirmus, a. um, Valde infirmus. Cic. 2. de Finib. Sunt enim leuia & perinfirma, quæ dicebantur à te.

Peringenioſus, sa, sum, Valde ingeniosus. Cicer. de Claris Orat. Alios quòd melius putent dicere se posse quàm scribere, quod peringeniosis hominibus, neq; satis doctis plerũque contingit.

Periníquus, a, um, pen. prod. Valde iniquus. Cic. pro Lege Manil. Quare uideant ne sit periniquum & non ferendum Liu. 1. belli Pun. Pœnus periniquo animo ferebat, à Gallis accitum se ueniisse ad liberandum eos dictitans.

Perínſignis, perinsigne, om. t. Valde insignis. Cic. 1. de Legib. An corporis grauitates si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit?

Perínteger, gra, grum, Omnino inuiolatus. Gell. lib. 3. cap. 5. Castitatis perintegræ dicebatur.

Periocha, περιοχὴ, A Græcis dicitur quod à nobis argumentum. hoc est, breuis totius rei alicuius explicatio, à uerbo Græco, περιέχω, quod est, contineo, complector. Hinc Sulpitius Apollinaris sua in Teren. Comœdias argumenta, Periochas inscripsit. Cic. Att. lib. 13. At ego ne Tironi quidem dictaui qui totas periochas persequi solet, sed Spintheri syllabatim. Sic enim uulgò legitur, quum fortassis non absurdè ibi periodos legere possimus.

Periodus, di, fœminini generis, & pen. corr. περίοδος, Latinè ambitus dici potest, uel circuitio. Vnde in oratione circuitus ille uerborum ex colis & commatis in orbem quendam circunductus, periodus appellatur. Cicer. in Orat. Circuitus orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum tum circuitum, tum comprehensionem aut continuationem, aut circunscriptionem dicimus. Idem de Clar. Orat. Quinetiam comprehensio, & ambitus ille uerborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum cõtractus & breuis. In febribus item intermittentibus medici Periodum appellãt spatium illud à principio unius paroxysmi ad initium alterius: unde Periodicæ febres nomen sumpserunt: de quibus in Febris. In sacris quoq; Græciæ certaminib. periodo uicisse dicebantur, qui quatuor illa certamina obiuissent, Pythia scilicet, Isthmia, Nemæa, & Olympia, & ex omnibus hisce uictoriam reportassent. Hisce honor talis habebatur, ut triumphantium more quadrigis per ruinas murorum in patriam reueherentur, & perpetuò ex publico alerentur.

Periodicus, a, um, περιοδικὸς, Quod certa statàq; quadã periodo recurrit. Vnde periodicæ febres dictæ sunt tertianæ & quartanæ

& quartanę, quod ſpatio nonnullo intermittentes, quadam quaſi periodo facta, certis temporibus recurrant. Plin. li. 20. cap. 3. Semina eius ſi fuerint pari numero adalligata, febres ſanare dicuntur quas Græci dicunt periodicas.

Peripatetici, uide in Propriis.

Perioſtion, περιόστιον, Membrana tenuis oſſa in quacunque corporis parte immediatè ambiens.

Peripetaſmata, tum, περιπετάσματα, Aulæa ſunt, ſiue tapetia quæ ornatus gratia circa parietes extenduntur: unde & nomen habent. Nam περιπετάζειν, eſt extendere. A Lucretio Babylonica dicuntur: ab aliis Attalica, à Capitolino ſtromata, & periſtromata: à Varrone beluata, hoc eſt, à beluis uariegata: à Plauto etiam periſtromata. Cicero 6. Verrin. Quod illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Hcio peripetaſmata, emere oblitus es.

Peripetia, περιπέτεια, A Græcis dicitur quam nos fortunæ temeritatem dicimus, uel uarium rerum euentum.

Periphanes, περιφανὴς, conſpicuus dicitur, nam περὶ circũ φαίνω, luceo. Eſt et nomen Comici, de quo in Propriis.

Peripheria, pen prod περιφέρεια, Circumferentia, ſiue circũlatio: ut Peripheria circuli, hoc eſt, circuli ambitus: Peripheria terræ, hoc eſt, terræ ſuperficies. Interdum idem quod hallucinatio, & uita errabunda: à uerbo Græco περιφέρομαι, qđ inter cætera ſignificat erro, uagor, palor, animumq; uariis cogitationibus huc illuc ago.

Peripheroma, Vide Peripleroma.

Periphraſis, f. t. περίφρασις, Latinè circunlatio, uel circuitio Figura eſt teſte Quintil. libro 8. capite 6. quæ fit quum quod uno aut certè paucioribus uerbis dici poterat, pluribus explicatur. Fitq; interdum neceſſitatis cauſa, quoties dictu deformia aperimus: ut apud Salluſtium quum requiſita naturæ dixit, pro eo quod honeſtè unica dictione explicare non poterat. Interdum etiam ſolius ornatus cauſa: quod genus frequentiſſimum eſt apud Poëtas. Vergilius 2. Aeneidos, Tẽpus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono diuũm gratiſſima ſerpſit. Hæc ferè Quintilianus, licet non iiſdem uerbis.

Peripleroma, n. t. pen. prod. περιπλήρωμα, Figura eſt quam ex Grammaticis nonnulli Supplementum uocant, quum ſcilicet particula aliqua ad ſenſum minimè neceſſaria, carminis cauſa adiicitur: à Græco uerbo περιπληρόω, quod eſt expleo. Exemplum poteſt eſſe illud apud Vergilium, Sic fortè precatur. Vbi fortè particula uacat, teſte Seruio, ad ſolũ uerſus hiatum fulciendum ingeſta. Latini id genus redundantes particulas, tibicines ſolent appellare: translatione ſumpta ab ædificiis, in quibus columellæ quædam tecta ſuſtinentes, tibicines appellantur.

Periplus περίπλους, ūs, Latinè circumnauigatio dici poteſt: quo nomine ex Geographis nonnulli opera ſua inſcripſerũt oræ alicuius maritimæ luſtrationem continentia.

Peripneumonia, æ, περιπνευμονία, Eſt inflammatio pulmonis cum febri acuta, & difficultate ſpirandi.

Peripneumaticus morbus dicitur à Celſo libro 4. cap. 7. & qui hunc morbum patiuntur, peripneumonici dicuntur. Plin. lib. 22. cap. 24. Mellis quidẽ natura talis eſt, ut putreſcere corpora non ſinat, faucibus, tonſillis, angine, omnibusq; oris deſideriis utiliſſimum, areſcentiq; in febribus linguæ. Iam uerò peripneumonicis pleuriticisq; decoctum.

Peripſema, n. t. pen. prod. quod Græci περίψημα ſcribunt, à περιψάω, quod eſt circunrado, uel circunlino, abſtergo, & repurgo, peripſema eſt propriè limatura, ſiue raſura, ſcobs, ramentum, uel purgamentum dicitur. Antiqui olim, peſte aliõue malo graſſante, quum ſacros homines quos in expiationis uſum alebant, in uictimarum morem redimitos, ex loco precipiti in mare deiiciebãt, Neptuno immolantes: inter deiiciendum, ſolennia uerba effari ſolebant, περίψημα ἡμῶν γενοῦ, ſis pro nobis peripſema: ac ſi dixiſſent, ſis pro nobis piaculum: eſto luitio noſtra & ſeruatrix urbis uictima: id quod Suidas annotauit. Quod itaq; apud D. Paulũ 1. Cor. cap. 4. περίψημα legitur, nos piaculum uertere poſſumus, ut ſit, Nos tanquam piacula mundi facti ſumus, & ſuccidaneæ pro populo uictimæ. Ac ſi diceret, Non minus apud Gentiũ uulgus deteſtabiles ſumus, quã illi qui diris execrationibus onerati, atq; obruti, pro ſalute publica abiici olim ſolebant. Quæ ſententia congruit iis quæ præcedũt. Peripſema enim etiam ramenta ueſtigiorum ſignificat, quæ ut ſordida abiiciuntur. Hæc Budæus.

Periſcelides, quæ uulgò genualia, unde & Menander puellas geſtare periſcelides ſcribit.

Periſcelis, dis, f. t. περισκελὶς, Ornamenti genus circa crura, quo mulierum greſſus componi ſolebant, ut docet Porphyrion enarrans illud Horatii li. 1. Epiſt. Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam, Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis. Fit autem ex περὶ circum, καὶ σκέλος crus.

Periſſeuma, atis, n. t. dici poteſt, quod abundantia rerum ſuppetit. Hinc περισσεύω, copia rerum ſuperare ſignificat. Et eſt congiarium propriè, quod plebi datur ſicut quod militibus donatiuũ. Aelian. Spart. in Alio Vero, & Iul. Capitol. in Pio. Solebat aũt ultra ſtipendium dari liberalitatis cauſa, ut milites magis addicti Imperatoribus eſſent. Alc. C. de An. ciuilibus l. centum periſſeumatis lib. 11.

Periſſochoregia, Magiſtratus nomen. Curator fortaſſe annonæ, ἀπὸ τοῦ περισσεύειν, καὶ χορηγέω, quod eſt abundantiam, fertilitatemq; ſuppeditare. Aelian. in l. Periſſochoregiæ. C. de Frum. Alex. lib. 11. Bud. Periſſochoregia, quaſi redundantem frumenti delargitionem, in Annot. priorib. interpretatur. Eſt in poſteriore l. Frum. Alex. lib. 11. C. Periſſochoregiæ nomen penitus amputetur, & teſſeræ deſignentur, Pyrrhus ait Periſſochoregia eſt Magiſtratus annonæ auctæ, ſed augmenti diſtributor.

Periſſologia, f. p. περισσολογία, Sermonis redundantia, quũ ſcilicet ſuperfluè repetitur quod iam dictum eſt, περισσὸν enim Græci ſuperfluum dicunt, ſiue redundans, & λόγον ſermonem. Vergil. 1. Aene. Faciem mutatus & ora Cupido. Vbi Seruius, Et ora: periſſologia eſt.

Periſſon, περισσὸν. Herba eſt ex ſtrychni generibus, quæ alio nomine dorycnium appellatur, uulgò Solatrium mortale. Vide Plin. lib. 21. cap. 31. & ſuprà in dictione Dorycnium.

Periſtereos, uel Periſtereon, onis, περιστερεὼν. Dioſc. Herba eſt quam alio nomine Verbenam, & Verbenacã appellamus ita dicta, q Columbæ unicè hæc herba delectentur. Plin. lib. 25. cap. 10. Periſtereos uocatur caule alto foliato cacumine in alios caules ſe ſpargens, columbis admodum familiaris: unde & nomen. Idem lib. 26. cap. 4. Alcæa folia habet ſimilia uerbenacæ, quæ & periſterion cognominatur. Dioſcor. duo eius facit genera, ὀρθὸν, καὶ ὕπτιον, hoc eſt, rectum & ſupinum Plinius marem & fœminam uocat.

Pereſterotrophium, n. ſ. pen. prod. περιστεροτροφεῖον, Locus in quo colũbæ habentur, Latinè columbariũ: quãuis columbarium ppriè ſit loculamentum in periſterotrophio, ſingulis columbarũ paribus præparatũ. Var. lib. 3. de re Ruſt. cap. 7. Duo genera earum in periſterotrophio eſſe ſolent, unum agreſte, quod habetur in turribus, ac culminib. uillæ.

Periſtereon, nis, περιστερεὼν. Idem quod periſterotrophium, hoc eſt, locus ubi columbæ educantur, quas Græci uocant, περιστερὰς. Varro de Re ruſt. libr. 3. cap 7. Incedunt in locum unum, q alii uocant periſtereona, alii periſterotrophion, in quo uno ſæpe uel quinq; millia ſunt incluſa. Periſtereon fit ut teſtudo, magna camera tectus, uno oſtio anguſto. Eſt præterea Periſtereon herba columbis gratiſſima, quàm & uerbenam dicimus. uide Periſtereos.

Periſtrõma, n. t. pen. pod. περίστρωμα, Quaſi circunſtratum, idem q Peripetaſma, hoc eſt, aulęũ quo aularũ parietes ſolẽt ornari. Plaut. Pſeud. Ita ego ueſtra latera loris faciam, ut uaide uaria ſient, Vt ne periſtromata æquè picta ſint. Campanica. Cic. 2. Philipp. Conchyliaris Cn. Pompeii periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres.

Periſtylium, n, περιστύλιον, Locus eſt columnis clauſis, circunquaq; porticum habens, uel ſaltem à tribus lateribus. Periſtylium dictum, quaſi circũcolumnium, ἀπὸ τῶν στύλων, hoc eſt, columnis circunquaq; diſpoſitis. Vitruuius lib. 5. cap. 11. In palæſtris periſtylia quadrata, ſiue oblonga ita ſunt facienda, uti duorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitionem. Pro eodem etiam legimus periſtylum per quatuor ſyllabas. Cicero in Orat. apud Pontifices pro domo ſua habita, In palatio pulcherrimo proſpectu porticum cum conclauibus pauimentatam trecentum pedum concupierat, ampliſſimum periſtylum, cætera eiuſmodi facilè ut omnium domos & laxitate & dignitate ſuperaret. Varro 3. de re ruſt. cap. 5. Igitur teſtudo ut periſtylum tectum tegulis, aut rete, ſit magna, in q̃ua millia aliquot merularum ac turdorũ includi poſſint, Ex Bud.

Perito, uide Pereo.

Peritonium, περιτόνιον, Mẽbrana eſt tenuiſſima, ſed firmiſſima omnibus tum uiſceribus, tũ inteſtinis, reliquiſq; partibus infe-

bus inferioris uentris circuntenſa, unde & nomen accepit, ἀπὸ τῆς περιτάσεως, quod eſt circunquaq; extendi.

Peritus, a, um, Nomen eſt ab antiquo uerbo Perio deriuatũ ut quidam exiſtimant, ἐπιστήμων. unde & compoſitum experior tractum eſſe iidem arbitrantur. Eſt autem peritus idem ferè quod doctus: quanquam non deſunt qui doctum eſſe, minus eſſe uelint quàm pritum. Nonius, Doctum & peritũ quum ſimile uidearur, à M. Tullio diſcretum eſt, ut ſit peritum plus quàm doctum. De Offic. lib. 3. Itaq; quum ſint docti à peritis deſiſtunt facile à ſententia. Hæc Nonius. Conſtruitur aliquando cum genitiuo. Plin. Epiſt. 22. Quàm peritus ille & priuati iuris & publici. Aliquando cum accuſatiuo cum præpoſitione ad. Cic. pro Font. Ad uſum, ad diſciplinã peritum, ad conſilia prudentem. Aliquando cum ablatiuo cum præpoſitione de. Varr. 1. de Re ruſt. ca. 2. Qui de agricultura Romanus peritiſſimus exiſtimatur.

Peritè, aduerb. ἐπισταμένως. Ci. 2. de Leg. Quod inſtitutũ peritè à Numa, poſteriorũ Pontificũ negligentia diſſolutum eſt.

Peritia, æ, Plin. lib. 14. cap. 1. Aliæ peritia domini amplo diſcurſu atria media complentes.

Periucundus, a, um, Cic. ad Lent lib. 1. Cui quidem tuæ literæ quas proximè miſeras, quod facilè intellexerim, periucundæ fuerunt.

Periucunde, aduerbium. Cic. ad Attic. libr. 25. O hoſpitem mihi tam grauem ἀμιξαμένην fuit enim periucundè.

Periurus, m ſ pen pro Qui iuſiurandum uiolat, uel qui iurando ius peruertit, ἐπίορκος. Verg 2. Aen. Talib. inſidiis, periurique arte Sinonis. Silius lib. 16. Perfidiam fugio, & periurã ab origine gentem. Ouid. 2. Amor. Eleg. 10. Quærat auarus opes, & quę laſſarit eũdo. Aequora, periuro nautragus ore bibat. Periurior comparatiuum. Cic. 1. de Nat. deor. Periurior hoc homine non eſt Periuriſſimus ſuperlatiuũ. Plautus in Mil. Periuriſſimè hominum. Cicer. pro Roſ. Comœd. Nam Bellionem illum improbiſſimum & periuriſſimum lenonem quum agit, agit Chæream.

Periurium, rii, n. ſ. Eſt iuſiurandum uiolatum, aut iuramentũ falſum, ἐπιορκία. Quid autem ſit iuſiurandum. Cice. o libro 3. Offic. declarat, dicens quòd ſit affirmatio religioſa. Ibidẽ, Regulus non debuit conditiones, pactiones q; bellicas, & hoſtiles perturbare periurio.

Periurioſus, a um; Qui peierare conſueuit, quod Salluſt. in Ciceronem, dixit periuriis delibutum. Plaut. in Tru. Procacio rés eſtis uos, ſed illi periurioſi.

Periuro, iuras pen prod Idem quod peiero, ἐπιορκέω. Plaut. in Bacc. Ne periurem cura, Horat. 2. Serm. Sat. 3. quare Siquid uis, ſatis eſt periuras, ſurripis, aufers Vndiq; Plaut. in Aſina. Vbi uerbis conceptis ſciens libenter periuraris.

Periuratio, uerbale, ἐπιόρκησις.

Periuratiuncula, diminutiuum. Plaut. in Sticho, Ac periuratũculas paraſiticas.

Perizoma, tis n. t. περίζωμα. Dicitur omne quo circumcingimur, pudendorum uelamen, quòd à Varrone etiam dicitur Suffibulum: à Cicerone Subligaculum. Vſus eſt hac uoce interpres Geneſeos, Fecerunt (inquit) ſibi perizomata.

Perizonium ii. n. ſ. περίζωνιον. Palliolum præcinctum quo nudæ uirgines infra papillas præcinguntur. Hæc & præcinctorium, & caſtula dicitur, Sipontinus.

Perlabor, ris, dep. t. Labendo tranſeo, διαδύω. Cic. 2. de Natura deor. Per quas lapſus ſanguis, ex hoc ipſo loco in eã uenam quæ caua appellatur, confunditur: perq; eam ad cor cõiectus iam, coctusq; perlabitur. Verg. 1. Aene. Atq; roris ſummas leuibus perlabitur undas.

Perlætus, Vehementer lætus. Liu. 10. ab Vrbe, Supplicatioq; perlæta fuit.

Perlatus, Valde latus: unde Perlatè aduerb. ut, Perlatè patere. Cicero 2. de Orat. Idq; in ſermonis noſtri conſuetudine perlatè patet.

Perlecebra, bræ, pen. cor. Idem quod illecebra, δέλεκτρον, Plaut. Aſin. te perdam ego & filiam. Perlecebræ, pernicies, adoleſcentum exitium.

Perlecta, uide Perlicio.

Perlego, gis, pen. cor. A principio ad finem uſq; lego, ἐπιλέγω μαι, διαξέρχομαι, ἐπεξέρχομαι. Plaut. in Aſin. Lege, perlege. Quintilianus, Quod uidere non eſt ſatis, ſed perlegendum erit. Perlegere oculis, eſt diligenter intueri, contemplari. Verg. 6. Aeneid. quin protinus omnem Perlegerent oculis.

Perlepidus, a, um, pen. cor. In primis lepidus. Plaut. Pſeud. Euge perlepide Charine, me meo ludo iam beas.

Perleuis, hoc perleue, o. t. Valde leuis Cic. pro leg Agrar. Aã ignoratis cætera illa magnifica populi Rom. uectigalia perleui ſæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? Liu. 4. bel. Pun. Quib. ea quæ hoſtes ingenti mole agerẽt, ipſe perleui momento ludificaretur. Idẽ 1. bel. Pun. Et inclyti populi reges q; perleui momento uicti ſunt.

Perlibens, pen. cor. Minimè inuitus.

Perlibenter, aduerb. Cic. ad Att. lib. 8. Sed ut ſuprà dixi, tecum perlibenter loquor. Idem de Vniuer. Perlibenter & Nigidiũ uidi, & cognoui Cratippum.

Perliberalis, le, Admodum liberalis. Terent. Hecyra Perliberalis uiſa eſt.

Perliberaliter, aduerbium, Cic. ad Att. libr. 10. Hoc loco multa perliberaliter.

Perlibro, as, a. p. pen. prod Diligenter, ac perfectè menſurare, & ad librã æquare, ſiue æquale facere, διαζυγώμω, ταλαντόω. Col. li. 3 ca. 13. Nam ſtella quam dicimus Græcæ literæ faciẽ obtinere, pariter imę foſſæ ſolũ metitur, atq; perlibrat: quia ſiue plenum, ſiue refupinũ eſt, poſitione machinæ deprehenditur. Et paulò pò ſt, Sic permenſum, & perlibratum opus in ſimilitudinẽ ueruacti ſemper ꝓcedit. Interdum accipitur perlibrare, pro eo quod eſt librando torquere. Silius libro 15. iaculum à tergo perlibrat ad oſſa.

Perlicio, licis, pen. cor. lexi, lectum, a. t. licere (quod frequentius Pellicio dicitur euphoniæ cauſa) idem quod allicere, ἐφέλκω. Liuius 4. ab Vrbe, Ciboq; obiiciendo ratum uictorem finitimorũ omnium populum in ſeruitutẽ perlici poſſe. Ibidem, Vt quos quiſq; poſſet ex collegio Tribunorum ad interceſſionem perlicerent. Idem 5. belli Macedonici, Quas neque ui expugnare ad eam diem poterat, neq; conditionibus in amicitiam perlicere.

Perlecto, as, are, Frequentatiuum. Cicero pro Flacco, Egentes & leues, ipe legationis, & uiatico publico, priuata etiam benignitate perlectat.

Perligo, perligas, pen. cor Conſtringo, διαδέω. Plaut. Bac. O perligatum pectus.

Perlinio perlinis, pen cor perliniui, perlinitum, perlinire, a. q. Totum oblinire, διαχρίω, διαλείφω. Colum lib. 9. ca. 9. Protinus cuſtos nouum loculamẽtum in hoc præparatum perlineat intus prædictis herbis.

Perlino, perlinis, perlini, perliui, uel perleui, pen. prod. Idẽ quod perlineo. Colum. lib. 7. cap. 5. Mox ulcera lauantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe ſuilla perlinuntur.

Perlitus, a, um, pen. cor. participium, κατάχρισ Plaut. Caſin Senecta ætate unguentis perlitus ignaue incedis. Apul. libr. 1. Et oleo perlitus.

Perlito, as, pen. cor. Perfectè lito, ſacrificio facto deos placo, uotumq; impetro. Gellius lib. 1. capite 7. ex Valer. Antiate, Si hæ res diuinæ factæ, ritèq; perlitatæ eſſent, Aruſpices dixerũt omnia ex ſententia proceſſura eſſe. Liuius 7. ab Vrbe, Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem ſignum dare poſſet.

Perlongus, a, um. Cic. ad Att lib 5. Perlonga & nõ ſatis ruta uia. Plaut. Trin. nunc ſi operiri uis aduentũ Charmidis, Perlongum eſt. Quaſi dicat, diu tibi expectandum eſt.

Perlongè, aduerb. Terent. Eunuc. Perlongè eſt, ſed tanto ocyus properemus. Id eſt longius diſtat.

Perlonginquus, a, um, Valde longinquus. Plaut. Bac. Non tibi uenit in mentem amabo, ſi dum uiuas, tibi benefacias, Iam pol id quidem eſſe haud perlonginquum?

Perlubet, penult. corrept. Vehementer lubet. Plautus Captiuis, Perlubet hunc hominem colloqui. Hoc eſt, uehementer cupio hunc alloqui.

Perlubens, pen. cor. parricip. aut nomen ex participio. Cic. ad Q. Frat. lib. 6. Sed hoc incommodum conſolantur quotidie damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius alliſus eſt, cæteri conciduntur.

Perluceo, perluces, n. ſ. pen. prod. perluxi, perlucere. Tranſlucere, & lucem per medium ſui tranſmittere. διαφώνω. Plinius libr. 10. cap. 54. Si contra lumen cacumine ouorum apprehenſo una manu, purus & uniuſmodi perluceat color ſterilia exiſtimantur eſſe. Mart. lib. 2. Sic tua compoſitis perlucent prela lacernis. Vſitatius tamen pro eodem dicimus Pelluceo, r in l commutato euphoniæ cauſa.

Perlucidus, a, um, & Pellucidus, à perluceo uel pelluceo, per mutationẽ r in l, ſicut perluo & pelluo, perliceo, & pelliceo, διαφανὴς. Eſt autem pellucidum idem quod translucidum, quod ſcili-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod ſcilicet per medium ſui lucem transmittit: ut aqua, laterna, uitrum. Colum. libr. 11. ca. 2. Quidam quum coloratas & perlucidas uuas animaduertiſſent, &c. Martial. lib. 12. Crine nitens, niger unguento, perlucidus oſtro. Ouid. Epiſt. 21. Eſt nitidus, uitroq; magis perlucidus amnis. Membranæ oculorum perlucidæ. Cic. 2. de Nat. deo. Ouid. 3. Metam. Pons ſonat à dextra tenui perlucidus unda. Horat. 1. Carm. Ode 18. Arcaniq; fides prodiga perlucidior uitro.

Perlucidulus, dimin. Catull. in Rufum, epig. 69. Non ſi illã rarę labefactes munere ueſtis, Aut perluciduli deliciis lapidis.

Perluctuoſus, a, um, Valde luctuoſus. Cic. ad Q. Frat. lib. 3. Serrani domeſtici filii funus perluctuoſum.

Perlũdo, is, pen. prod. Idem quod ludo, παίζω. Proper. lib 4. Eleg. 4. Vidit arenoſis Titium perludere campis, Pictaq; per flauas arma leuare iubas.

Perluo, act. t. Multum lauo ἀπολύω. Colum. libr. 6. cap. 8. Tũ uino perluitur os. Ouid. 4. Met. Sed modò fonte ſuo, formoſos perluit artus. Idem 1. Faſt. Quumq; manus purè fontana perluit unda. Horatius 1. Epiſt. 15. Gelida quum perluor unda Per medium frigus.

Perlutus, a, um, particip. Colum. lib. 9. cap. 16. Expreſſæ fauorum reliquiæ poſteaquam diligẽter aqua dulci perlutæ ſunt in uas æneum coniiciuntur.

Perluſtro, as, act. p. Diligenter luſtro, peragrando perſpicio, κατασκοπῶμαι. Liu. 7. ab Vrbe, Perluſtrauitq; hoſtium agros, nulla arma, nullam uim nec apertam, nec inſidiis expertus. Idem 1. bell. Pun. Vt diſcurrerent circa uias, perluſtrarentq; omnia oculis, ne quis, &c. Transfertur & ad animum. Cice. in Parti. Huius igitur materiæ ad argumentum ſubiectæ per luſtrandæ animo partes erunt omnes: & ad id quod agetur, ex ſingulis coniectura capienda.

Permacer, cra, crum, pen prod. Valde macer. Plin. lib. 18. ca. 6. Omnis creta coquit, niſi permacra.

Permadeo, permades, pen. cor. Totus madeo, unde permadeſco, totus madidus fio, διαχραίνομαι. Colum. lib. 2. cap. 19. Quod ſi permaduit, inutile eſt udum mouere. Martial. lib. 1. & effuſo permaduiſſe croco. Colum. lib. 2. cap. 4. Niſi ſi magnis (ut fit nonnunquam) ac ſubitaneis imbribus, quaſi hybernis fluuiis terra permaduerit.

Permagnus, a, um, Ingens, ualde magnus. Cic. 1. de Finib. Fieri tamen permagna acceſſio poteſt, ſi &c. Idem pro Roſc. Amer. Vide ne tibi deſis: tua quoq; res permagna agitur. Idẽ 5. Verr. Quid? tu iſta permagno æſtimas. Terent. Heaut. ſi certum eſt tibi Sic facere, illud permagni referre, Vt neſciẽtem ſentiat te id tibi dare.

Permaneo, permanes, n. ſ pen. cor. Vſq; ad finẽ maneo, διατελέω, παραμένω, διαμένω, καταμένω. Plin. Iun. Tunc demum lentè, cunctantesq; ueniunt, nec tamẽ permanent, ſed ante finem recedunt. Cicero de Amicitia, Aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt. Ouid. 19. Metam. contempto munere Phœbi, Innuba permaneo. Per translationem ponitur pro perſeuerare. Terentius in Hecyr. Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tamen permanſit diu. Cæſar 8. bell. Gall. Solusq; ex Heduis ad id tempus permanſerat in armis. Idem 5. bell. Gall. Conſolatus Iudiciomarum, hortatusq; eſt ut in officio permaneret.

Permanſio, onis, f. t. Cicero Lentulo, lib. 1. Epiſt. Nunquam præſtantibus in Republica gubernanda uiris laudata eſt in una ſententia perpetua permanſio.

Permano, as, pen. prod. Manando penetro, uel peruenio, & habet ferè poſt ſe accuſatiuum cum aliqua harum præpoſitionum, ad uel in, κατορρέω. Cic. libro 1. de Nat. deor. Nec eſt quod ab his ad hominũ uitã permanare poſſit. Idẽ Tuſc. Nã quũ eſt concupita pecunia nec adhibita cõtinuò ratio, qua ſi quædam Socratica medicina, quę ſanaret eãm cupiditatẽ, permanat in uenas, & inhæret in uiſcerib. illud malum. Id eſt, deſcendit & penetrat, Idem 2. de Orat. Vt ad eorum mentes, apud quos agitur, mouendas permanere poſſint. Idem pro Cluentio, Celerius potuit comeſum, quàm epotum in uenas atq; in omnes partes corporis permanare. Lucretius lib. 3. Permanare animam nobis per membra ſolere. Plautus in Captiuis, facta longiuſcula translatione poſuit pro diuulgari, Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant, neũe permanet palam hæc noſtra fallacia. Terent. Adelph. ne ſi magis irritatus ſiet, Aliqua ad patrem hoc permanet, atq; ego tunc perpetuò perierim. Id eſt, ne pater reſciſcat.

Permanans, tis, participium. Cic. 3. Tuſc. Concluſiunculæ non permanantes ad ſenſus.

Permananter, aduerbium. Lucret. lib. 6. Vſqueadeò permanan ter uis perualet eius. De magnete.

Permaneſco, is, Plautus Trinum. Id ſolus, ſolum per amicitiam, & per fidem flens obſecrauit, Suo ne gnato crederem, neũe cuiquam unde ad eum id poſſet permaneſcere. Id eſt, unde Poſſet reſciſcere.

Permaturęſco, is, Prorſus maturus fio. Colum. lib. 2. ca. 10. Et hoc quidem ſemen Ciliciæ, Syriæq; regionibus ipſe uidi menſe Iunio Iulioq; conferi, & per Autumnum, quum permaturuerit, tolli. Ouidius Metam. Nam color in pomo eſt, ubi permaturuerit, ater.

Permeo, as, are, act. t. Tranſeo, penetro, peragro, διαδαίνω. Cicero 4. Acad. Erit perſuaſum etiã Solem, Lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe, quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & tranſeat. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 11. Dum tua peruenit, dum littera noſtra recurrens Tot maria, & terras permeat, annus abit. Plinius libro decimotertio, capite quinto, Quoniam Alpheus in ea inſula ſub ima maria permeat.

Permetĭor, permetiris, d. q. Idem quod ſimplex metior, διαμετρῶν. Cic 4. Acad. Vos ergo huius magnitudinẽ quaſi decempeda permenſi refertis. Liu. 5. bell. Pun. Simul altitudinem muri, quantum proximè coniectura poterat, permenſus Verg. 3. Aen. Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor. Iter durum permenſus, Statius 1. Syl.

Permenſus, paſſiuum. Colum. libr. 3. cap. 13. Sic permenſum & perlibratum in ſimilitudinem ueruacti ſemper procedit.

Permetuo, is, Valde metuo. Verg. 2. Aen. Et pœnas Danaũ, & deſerti coniugis iras Permetuens.

Perminutus, a, um, pen. prod. Valde exiguus. Cic. 2. Tuſc. Vt omnia præterea quæ bona corporis & fortunę putantur, perexigua, & perminuta uideantur.

Permirus, a, um, Magnopere admirandus. Cic. 2. de Diuin. Vt mihi permirum uideatur, quenquam extare qui etiã nũc credat iis quorum prædicta quotidie uideat. Cic. ad Appiũ, libr. 3. Illud uerò permirum mihi accidit, tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente.

Permiſceo, es, a. ſ. Miſcendo confundo, ματαμίγνυμι. Cicero 4. Verrinarum, Non modò illa quæ erant ætatis, ordinis, quæſtusq; permiſcuit, etiam in his duobus generibus ciuium nouorum, ueterumq;, delectum, ordinemq; turbauit. Idem in Orat. Ego autem ſentio omnes in oratione quaſi per miſtos & confuſos pedes.

Permiſtus, a, um, participium. Cic. 1. de Diuin. Sed animi hominum, quum aut ſomno ſoluti uacant corpore, aut mente permoti per ſe ipſi liberi incitari mouentur, cernunt ea quę permiſti cum corpore animi uidere non poſſunt.

Permiſtè, aduerbium. Cic. 1. de Inuent. Paucitas in partitione ſeruatur, ſi genera ipſa rerum ponuntur, neq; permiſtè cum partibus implicantur.

Permiſtio, onis, f. t. Cic. de Vniu. In qua omnem animum uniuerſæ naturę temperans permiſcebat, ſuperioriſq; permiſtionis reliquias fundens æquabat.

Permitis, tè, o. t. pen. pro. Valde mite, & perfectè maturum ſignificat. Columella libro 12. cap. 41. Et integra mala dulcia granata, quæ Punica uocantur, & ſorba non permitia diuiſa exemptis ſeminibus.

Permitto, is, a. t. Sino, concedo, tolero, ἐάω. Cic 1. Tuſc. Præclarè id quidem, qui & amico permiſerit, & ſe offenderit de hoc toto genere nihil laborare. Interdum dedo, ἐπιτρέπω, πείθω, ἐνδίδωμι, ἑαυτὸν ποιῆσαι, ἀντίθημι. Curt. li. 1. Sexaginta dierum inducias pacti, ut niſi intra eos auxilium Darius ipſe miſſet, dederent urbem: poſtquam nihil inde preſidii mittebatur, ad præſtitutum diem permiſere ſe regi. Et in hac ſignificatione dicimus, Permittere ſe fidei alicuius, & permittere ſe in fidem. Cæſar 2. bel. Gal. Se, ſuaq; omnia in fidem, atq; poteſtatem Populi Romani permittere. Liuius 7. ab Vrbe, Nos ipſos, noſtraque omnia cognitæ permittimus fidei. Interdum immitto, incito, ἱέμαι. Liuius 3. ab Vrbe, Concitant equos, permittuntq; in hoſtẽ. Siſenna li. 3. apud Nonium, Et inde equũ concitatum princeps ad hoſtium permittit aciẽ. Interdũ præcipito, καθίημι. Idẽ lib. 4. Multi præmiſſis armis ex ſummo ſe permitterent. Interdũ committo. Salluſt. Ea poteſtas per Senatum more Romano magiſtratui maxima permittitur. Idem, M. Petreio legato exercitum permittit. Eſt etiam permittere idem quod tranſmittere. Colum. lib. 8. c. 8. Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti.

Permittitur, imperſonale, Plin. lib. 4. cap. 14. Si coniectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorũ opinioni, & lõ

gitudinis

gitudinis ab Agrippa traditæ.

Permiſſus, a, um, participium. Cic. Planco, in Epiſt. ad Attic. libr. 16. Quibus & lege & Senatuſconſulto permiſſum erat ut de Cæſaris actis cognoſcerent. Lucan. libro 1. Pontifices ſacri quibus eſt permiſſa poteſtas.

Permiſſus, us, ui, m. q. nomen, in ſingulari numero quartæ declinationis: in plurali, ſecundæ.

Permiſſa, orum, n. ſ. Cic. 1. Offic. Quum etiam Annibalis permiſſu exiſſet è caſtris, rediit paulò pòſt. Tacit. li. 2. Vetitis, niſi permiſſu, ingredi Senatoribus.

Permiſſio, onis, f. t. Idē quod permiſſus nomen. Liu. 7. bel. Maced. Aut ex ſumma pecuniæ demerent, aut permiſſionem extra ciuiū corpora fieri iuberent. Ad Herenn. lib. 3. Plus ualet permiſſione ſanctio. Eſt & Permiſſio figura Rhetorum, de qua lib. 4. ad Herennium.

Permodeſtus, a, um, admodum modeſtus. Tacit lib. 1. Verba edicti fuere pauca, & ſenſu permodeſto. Cic. ad Att. lib. 4. Satis enim acutus, & permodeſtus, ac boñæ frugi.

Permodicus, a, um, Vnde permodicè aduerb. Col. lib. 5. ca. 11. Permodicè findito. Hoc eſt, ualde parum.

Permoleſtus, a, um, Vehementer moleſtus, Cic. ad Atticū lib. 1. Atq; hi (nolo enim te permoueri) non ſunt permoleſti: ſed tamen inſident & urgent, & nullius amantis conſilio aut ſermone requieſcunt.

Permoleſtè, aduerb. Cic. ad Att. libr. 15. De Pletorio uicino tuo permoleſtè tuli quenquam prius audiſſe quàm me.

Permoueo, permoues, pen. cor act. ſ. Vehementer mouere, ἐξάγω, Cic. 5. Verr. Quod ſi quis ſociorum incommodis minus mouetur, ſi quem aratorum fugæ, calamitates, exilia, ſuſpendia deniq; non permouent. Cæſ. 1. bell. Gal. His rebus adducti, & autoritate Orgentorigis permoti, conſtituerunt ea quæ ad proficiſcendum pertinent, comparare. Cic. in Orat. Miſeratione mens iudicum permouenda eſt.

Permotus mente, Quaſi de mente remotus, pro inſano, ἐκπεπληγμένος. Cic. 1. de Diuin. Quod maximè contingit aut dormientibus, aut mente permotis.

Permotio, onis, fœm. t. uerbale. Cice. 4. Acad. Mediocritates illi probabant & in omni permotione naturalem uolebant eſſe quendam modum. Idē 2. de Diuin. Mentis permotione magis, quàm natura hæc ſentimus.

Permulceo, es, a. ſ. Lenio, mollio, mitigo, leniter attrecto, καταφάω, κατακηλῶ. Cic. Cōcione Metelli permulſa atq; recreata. Salluſt. lib. 4. Hiſtor. Dein, lenita iam ira, poſtera die libera libus uerbis permulcti ſunt. Cicer. de Senect. Præterita enim ætas, quamuis longa, quum effluxiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem. Ouid. 3. Faſtorum. Terq; manu permulſit eum, tria carmina dixit. Cic. in Orat. Sonus & numerus permulcent aures.

Permultus, a, um, Valde multus, Cic. 4. Acad. Ad has uiſiones inanes Antiochus quidē & permulta dicebat. Horat. 1. Serm. ſat. 5. Campanū in morbū, in facie permulta iocatus.

Permultò, aduerb. Cic. 2. de Diuin. Præſertim quum Chryſippus Academicos refellens, permultò clariora, & certiora eſſe dicat quæ uigilantibus uideantur, quā quæ ſomniantibus.

Permultū, aliud aduerb. Cic. 1. Offic. Sed in omni iuſtitia permultū intereſt utrum perturbatione aliqua animi (quæ plerūq; breuis eſt, & ad tēpus) an cōſultò & cogitatò fiat iniuria

Permundus, a, um. Varro 3. de Re ruſtica, ca. 7. Permundæ ſunt enim hæ uolucres. De columbis.

Permunio, is, d. q. pe. pro. Valde munio, aut abſoluo quod munire incœperam καταφράττω. Liu. 19. bel. Pun. Et quę monimenta inchoauerat permuniit. Tacit. lib. 5. Locorumq; opportuna permuniuit.

Permunitus, a, um, particip. Liu. 7. ab Vrb. Priuernates quum ante mœnia ſua caſtris permunitis conſediſſent, uocatis ad concionem militibus, &c.

Permūro, as, a. p. pen. prod. Idem quod ſimplex muto, ἀντιπάττομαι. Cic. in Catil. Si Catilina ſententiam permutauerit. Idem 1. Offic. Effectumq;, ut dando & accipiendo, & permutandis facultatibus nulla re egeremus. Permutare pecuniam, eſt curare ut per trapezitam aut argentariū alio in loco reddatur. Cic. li. 1. Epiſt. Ait ſe curaſſe ut cū quæſtu, populi pecunia permutaretur. Permutare Rempub. ꝑ perturbare. Cic. 3. de legib. C. uerò Grachus ruinis & emiſſitiis quas ipſe ſe proieciſſe in forum dixit, quibus digladiarētur inter ſe ciues, nonne omnem Reipublicæ ſtatum permutauit? Feſtus ita diſtinguit inter commutare & permutare, ut permutari propriè id dicatur, quod ex alio loco in aliū transfertur: cōmutari uerò quū aliud ꝑ alio ſubſtituitur, quā tamē differentiam fatetur etiam ſua ætate fuiſſe confuſam. Legitur interdum permutare pro emere. Plin. lib. 31. capit. 8. Singulis millibus numūm permutantibus cōgios penè binos. Idem libr. 8. capit. 55. Qui cœnis triumphalibus Cæſaris Dictatoris ſex millia numero murænarum mutuo appendit: nam permutare quidem pretio noluit, aliāue merce.

Permutatio, onis, Cic. in Parad. Quanti eſt æſtimanda uirtus, quę nec eripi, nec ſurripi poteſt: neq; naufragio neq; incēdio amittitur: nec tēpeſtatūnec tēporū permutatione mutatur.

Perna, æ, f. p à pede, uel à Græco πέρνα. Dicuntur autem pernæ tam priores, quàm poſteriores coxæ porcinæ, ſalitæ, cum toto pede: quas Martialis, petaſones appellat. Plin. lib. 8. cap. 51. Caſtrantur fœminæ ſic quoq; uti cameli, poſt bidui inædiam ſuſpenſæ pernis prioribus. Apud antiquos. teſtibus Nonio & Feſto, perna pedem ſignificabat: (quo uocabulo Hiſpani nunc uulgò utuntur) Vnde & Compernes dicuntur qui longis ſunt pedibus, genibus q; plus æquo coniunctis. Ab huius pernæ ſimilitudine, piſcis quoq; genus perna dicitur, ex concharum genere, circa Pontias inſulas frequentiſſimū quòd ſtet ueluti ſuillo crure longo in arena defixus. Vide Plinium lib. 32. cap. 11.

Pernauigò, as, Eſt per totum aliquem tractum nauigare, διαπλέω. Plin. lib. 2. cap. 67. Sub eodem ſidere pars tota uergens in Caſpium mare pernauigata eſt Macedonum armis.

Perneceſſarius, a, um, Admodum neceſſarius: ut, Tempus perneceſſarium, quo maximè oportet aliquid fieri, ἀναγκαῖος, ἐπιτήδειος. Cic. ad Attic. libro 5. Non eſſe Romæ meo tēpore perneceſſario, ſub moleſtè fero. Perneceſſarius, ualde coniunctus, & propinquus, ὁ προσήκων, ὁ ἐπιτήδειος. Cic. pro Flacc. Contendiſſe à Lælio paterno amico, ac perneceſſario, ut hunc hoc iudicio arceſſeret.

Pernego, as, act. p. pen. cor. Vehementer, uel omnino negare, ἀποφάσκω. Terent. in prolog. Eunuc. ſed eas fabulas factas prius Latinas ſciſſe ſeſe, id uerò pernegat. Plaut. Menæc. Hercle opinor pernegari non poteſt. Tibul. lib. 1. Eleg. 6. Sic etiā de me pernegat illa uiro.

Pernegatur, impersonale. Cic. 6. Verr. Itaq; tempore, ac primo iſtius aduentu pernegatur,

Pernicies, ei. f. q. Mors, exitum: à perneco, as: neco aūt, à nex necis ὄλεθρος. Nonius, Pernicies, periculum, exitiū. Ter. in Adelph. Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcētiū.

Pernicialis, om. t. Quod perniciem affert, ὀλέθριος. Plin. libr. 24. capite 1. Pernicialia & baſſicæ cum uite odia. Pernicioſi morbi, exitiales. Liu. 7. bell. Pun. Eo anno peſtilentia grauis incidit per urbem agroſq; : quæ tamen magis in longos morbos quàm perniciales euaſit. Plin. lib. 17. cap. 18. Cato perniciali odio Carthaginis flagrans.

Perniciabilis, Ad necem omnia ducens, ἐξολοθρευτικός. Quintus Curtius lib. 7. Multos exanimauit rigor niuis inſolitus, multorum exuſſit pedes, plurimorum oculis præcipuè perniciabilis fuit. Tacit. lib. 4. Id perniciabile reo.

Pernicioſus, a, um, Pro mortifero, & pernicie afferēte, ὀλέθριος. Cic. 1. de Inuent. Is inutilis ſibi, pernicioſus ciuis patriæ alitur. Horatius 2. Serm. ſatyr. 7. Obſequium uentris mihi pernicioſus eſt cur? Cicero antequàm ſiret in exilium, Quę tamen omnia iam nō ſunt tam calamitoſa, quòd mihi ſunt ſubeunda, quàm pernicioſa quòd in Rempublicam ſunt introducta. Ouid. 2. Triſt. Numina cultori pernitiōſa ſuo.

Perniciosè. aduerbium, Damnosè, exitialiter. Plin. libr. 17 cap. 22. Sic perniciosè luxuriat. Cic. de Leg. Quo pernicioſius de Republica merentur uitioſi principes, quòd non ſolùm uitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem.

Pernicitas, Velocitas, ὠκύτης. Plin. lib. 7. cap. 2. Alibi cauda uilloſa homines naſci pernicitatis eximiæ. Liuius. 6. ab Vrbe. Pernicitas pedum inerat, quæ cognomen etiam dedit. Taci. lib. 28. Adempta equorum pernicitate.

Perniger, gra, grum, adiectiuum, pen. cor. Valde nigrū. Plautus Pœn. Specie uenuſta, ore paruo, atq; oculis pernigris.

Pernimium, aduerbium, Nimio plus ſatis Terent. Adelp. nimium inter uos, Demea, (Ac non, quia ades præſens, dico hoc) pernimium intereſt.

Pernio, onis, m. t. Morbus pedum ex nimio frigore proueniens, & calcaneum infeſtans præcipuè, χίμετλον. Plin. libr. 20. cap. 3. Rapum domeſticum perniones ferūs impoſitū ſanat, & crudum tuſum cū ſale prodeſt cuicunq; uitiopedū.

Perniunculus, diminutiuum. Idem lib. 27. cap. 11. Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.

Pernix, nicis, pen. pro. à Pernitor, is, Laborioſus, qui multū nititur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hitur,& diu in re aliqua perſeuerat, πολύπονος, ὑπόνομος, καματηρὸς. Vergil.3. Georg. & inter Dura iacet pernis inſtrato ſaxa cubili. Horat.lib.2.Carm. pernicis uxor Appuli. Aliquando ſumitur pro celeri. Vergilius lib.4.Aen. pedibus celerem,& pernicibus alis.

Perniciter,aduerbium. Plinius libr.8.cap.14. Vt ſuper uolantes quamuis altè, perniciterq́, alites hauſtu raptas abſorbeant. Liu.6.bel.Pun. Et uehi ſeſe,& deſilire perniciter, ubi datum ſignum eſſet.

Pernobilis,le,Cic.6.Verr. Nam tum ipſa fuit egregiè facta, tum epigramma Græcũ pernobile inciſum habuit in baſi.

Pernocto,as,are uide Pernox.

Pernoſco,is,act.t. Perfectè noſco. Plaut. Merca. Vbiq́ amici infideles ſient, nequeas pernoſcere. Terent. Andr. Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim, Simo. Cic. de Fato, Qui ſe profitebatur hominum mores, naturasq́ ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoſcere. Horat.2.Serm.ſat.4. Eſt operæpretium duplicis pernoſcere iuris Naturam.

Pernoteſco, is, ere, Vnde Pernotuit imperſonale, pro perfectè & certò cognitum eſt. Tacitus libro 14. Atque ubi incolumem eſſe pernotuit.

Pernox,huius pernoctis,generis omnis. Per totam noctem durans, παννύχιος, unde Pernox uigilia dicitur, quæ per totam noctem continuatur. Gell.lib.2.cap.1. Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius, atq́ pernox, à ſummo lucis ortu, ad ſolem alterũ orientem, inconniuens, immobilis, iiſdem in ueſtigiis, & ore, atq́ oculis eundem in locum directis, cogitabundus, tanquam quodã ſeceſſu mentis, atq́ animi facto à corpore. Sic Luna pernox dicitur, quũ per totam noctẽ lucet. Plin.lib.2.cap.9. Creſcens ſemper, aut ſeneſcens. Et modò curuata in cornua, modò æqua portione diuiſa, modò ſinuata in orbem, maculoſa, eademq́ ſubitò prænitens, immenſa orbe pleno, ac repẽtè nulla, aliàs per nox, aliàs ſera, & parte diei lucem Solis adiuuans, deficiens, & in defectu tamen conſpicua. Liu.lib.5. ab Vrbe, Prælium q́ ante lucem (ſed luna pernox erat) commiſſum eſt, & haud incertius diurno prælium fuit.

Pernocto,as,n.p. Noctem totam aliquo in loco tranſigo, ſiue uigilando, ſiue dormiendo, ſiue aliud quid operis faciendo, διανυκτερεύω, παννυχίζω. Terent. Adelph. Sed ſi hîc pernocto, cauſæ quid dicam Syræ? Idem in Hecyra, Nam negabas nuptum filiam te tuam poſſe pati cum eo qui meretricem amaret, & pernoctaret foris. Cicero pro Cluentio, Quum eſſet aduleſcens apud mulierculam quandam, atq́ ibi pernoctaret. id eſt, per totam noctem moraretur. Idem pro Archia Aduleſcentiam agunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium atq́ ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Idem pro Domo ſua, Propter inopiam tecti in foro pernoctans. id eſt, dormiens, ſiue per totam noctem morans. Pompon. Pernoctare extra urbem dicitur, qui nulla parte noctis in urbe ſit. Compoſitum item Abnocto, quod ſignificat per noctem, ſiue noctu abſum: de quo ui de ſuprà ſuo loco.

Pernumero,as,are,act.t. Numero recenſere, καταριθμῶμαι. Plaut. Epid. Age, age abſolue, atq́ argentum numera, ne comites morer. S. Pernumeratũ eſt. Catul. ad Lesbiam, epigrã. 7. Quæ nec pernumerare curioſi poſſint. Liu.8.bel.Pun. Paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Illergetes pernumerarent. Idem 6. ab Vrbe, Sortem aliam ferte, de capite deducite quod uſuris pernumeratum eſt: iam nihilo mea turba quàm ullius conſpectior erit.

Pĕro,onis,m.t. Genus calceamenti ruſtici ex corio crudo, contra niues, imbresq́ & frigora, ἐμβάς. Iuuen.ſat.14 quam non pudet alto Per glaciem perone tegi. Vergil.lib.7. priſcos Latinos perone in bellis uſos oſtendit, quum inquit, ueſtigia nuda ſiniſtri Inſtituêre pedis, crudus tegit altera pero. Budæus, Perones, tibialia ſunt laxa quibus noſtrates ruſtici utuntur: ſic dicta (ut arbitror) quod peræ modo ſint informia. Peram autem ueteres appellabant ſacculum ex aluta, à collo ad lumbos dependentem. Vulgus Gallicum gueſtras, uocat, ſiue triquechouſas.

Peronatus,a,um, Peronibus calceatus. Perſius ſat.11. Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator.

Perobſcurus,a,um, Valde obſcurus. Cic.1.de Nat.deor. Tũ perdifficilis Brute (quod tu minimè ignoras) & perobſcura quæſtio eſt de Natura deorum.

Perodioſus,a,um, Valde odioſus. Cic. ad Att.li.10. Crebrò reſticat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamẽ quæ impediat ſcriptionem meam.

Peroleo, peroles, pen cor. Valdè oleo Lucil, lib.30. Quis totum ſic corpus iam peroleſſe biſulcis.

Peropportunus,a,um, pen.prod. Valde opportunum. Cicero 2. de Orat. Sed tamen defeſſus iam labore, atq́ itinere diſputationis meæ, requieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo per opportuno diuerſorio.

Peropportunè, aduer. Ci.7.Ver. Peropportunè fortuna te obtulit. Li.1.ab Vr. Peropportunè ad præſentis quietẽ ſtatus, &c.

Peropus eſt, pro Valde opus eſt. Terentius in And. Sed nũe peropus eſt aut cum ipſa, aut me aliquid de illa aduerſum hunc loqui.

Peroriga,æ,f.p. Dicitur quo adiuuante equa alligata equũ citius admittit. Varr.libr.2.cap.7. Peroriga enim appellatur quiſquis admittit: eo enim adiuuante equa alligata celerius admittit: neq́ equi fruſtrà cupiditate impulſi ſemen eiiciunt. Et paulò pòſt, Quum equus matrem ut ſaliret adduci non poſſet, & cum capite obuoluto peroriga adduxiſſet & cœpiſſet matrem inire, quum deſcẽdenti uelum dempſiſſet ab oculis, ille impetũ fecit in eum, ac mordicus interfecit.

Perorno,as,act.p. Valde orno. Tacit.lib.16. Detraheret potius ſenatui, quem perornauiſſet, infamiam tanti flagitii.

Perornatus,pen.prod. participium, Seu nomen ex participio. Ci. de Clar. Orat. Craſſus in dicẽdo & perornatus & breuis,

Peroro,as,a.p. Finio orationem, & epilogum impono, περαίνω. Compoſitum eſt ab Oro, quod ſignificat dico, uel oratio nem habeo. Cic. pro Quint. Hæc tria quum docuero, perorabo. Idem 4. Acad. Quoniam ſatis multa dixi, eſt mihi perorãdum. Idem 2. de Orat. Alii iubent antequam peroretur, ornandi aut agendi cauſa digredi, deinde concludere ac perorare. Perorare orationem, pro finire alicuiu libri ſermonem, & eum uſq́ ad finem ducere ſine ulla interruptione: Cic.2.de Leg. Video Platonem idem feciſſe, omnemq́ orationem eius de Legib. peroratam eſſe uno æſtiuo die. Ideſt, dialogum totum die uno æſtiuo peractum, inquit Budæus. Cic. pro Quin. Queritur, priore patrono cauſam defendente, nunquam peroraripotuiſſe. Perorare, pro eo quod eſt affectus commouere ἐπανορθῶν. Quin.6.Dec. At iſta legem recitat, & in cadauere filii perorat, id eſt, indignationem commouet. Perorare igitur aliquando abſolutè, id eſt, ſine caſu ponitur, ut ſuprà patuit: aliquando accuſat. iung. ut Perorare orationem. Perorare cauſam aliquam. Cic. pro Quint. Mihi perdifficilè eſſe contra tales oratores non modò tantam cauſam perorare, ſed omnino uerbum facere conari. Aliquãdo accuſatiuũ habet cũ præpoſitione in. Pli.lib.29.ca.1. Eadẽ ætas Neronis principatu ad Theſſalum tranſiliuit, delentẽ cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omnes æui medicos perorantem. Perorare rem aliquam, interdum eſt eam in peroratione tractare, & de ea dicere. Cic.5.Verrin. De qua quum dixero totum hoc crimen decumanum perorabo.

Peroratio, Dicitur finis & concluſio orationis, ἐπίλογος. Cic. clar. Orat. Extat eius peroratio, qui epilogus dicitur. Quint. lib.4.cap.6. An quum ille, qui pleriſq́ perorationibus petitur, fletus erumpit, non palàm dicta ſententia eſt?

Peroſus,a,um, pen.prod. ex per, & oſus, διαμισῶν. Oſus autem particip. eſſe puto uerbi Odio, pro quo defectiuum odi manſit in uſu. Nam ſicut à prandeo, pranſus ſum (quum tamen & prandi dicamus) ita & oſus ſum ab odio capimus, cuius loco nunc in uſu eſt odi præſentis & præteriti perfecti temporis. Terent. Adel. Et illud rus nulla alia cauſa tam malè odi, niſi quia propè eſt. Plaut. in Capt. Odi ego aurum multa multis ſæpe perſuaſit perperã. Sunt autem oſus, exoſus, actiuę ſignificationis participia: quod oſtendit oſurus participium futuri temporis. Feſtus, Oſi ſunt ab odio declinaſſe antiquos, teſtis. C. Gracchus in ea oratione quæ eſt de lege Minutia, quum ait, Mirum ſiquid his iniuriæ fit: ſemper eos oſi ſunt. Quod nunc quoq́ cum præpoſitione elatũ frequens eſt, quum dicimus, Peroſi. Hactenus Feſtus. Colu. lib.10. Neq́ ea curatorem fraudulentum tantum, ſed etiam immundam ſegnitiem peroſa eſt. Quint. lib.3. Qui modò legitimam diſciplinam non ſint peroſi. Plaut. in Amph. ſimplici uſus eſt, Inimicos ſemper oſa ſum. Hinc deducitur uerbale Oſor, qui rem aliquam odio proſequitur. Plaut. in Aſin. Madidum, nihil continentem, atq́ oſorem uxoris ſuæ. Exoſus eiuſdem ſignificationis. Verg. lib.5. Iupiter omnipotens ſi nondum exoſus ad unum Troianos.

Perotta, genus chartæ nuper inuentæ.

Perotti, è Peronibus dicti ſunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Perpacò, as, pen. prod. Tranquillum & pacatum reddo, περποιῶ, γαληνόω. Liu. 6. bell. Maced. Paucos q; per dies omnib. perpacatis, sine ullius noxa, &c. Plin. de uiris illust. M. Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphauit, quos usq; ad mare superum perpacauit.

Perparcè, aduerb. Terent. in Andr. & quod dicendum hic siet, Tu quoq; perparcè nimium.

Perparum, pen. cor. aduerb. Cicer. 5. Verr. Perparum ex illis magnis lucris ad sese peruenire.

Perparuus, a, um, Admodum paruus. Cicero 1. de Legibus Quæ & quum adsunt, perparua sunt: & quandiu affutura sint, certum sciri nullo modo potest. Lucretius libro 3. Ergo animam totam perparuis esse necesse est Seminibus nexam per uenas, uiscera, neruos.

Perparuulus, diminutiuum. Cic. 6. Verr. Duo tamen sigilla per paruula tollunt.

Perpaucus, a, um, Minimè multus. Terent. Eun. imò sic homo est Perpaucorum hominum. Cic. 4. Acad. Erat quidem, si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicis.

Perpauculus, diminutiuum. Cic. 1. de Leg. Deduxitq; in Academiam perpauculis passibus.

Perpauefacio, is, a. t. Pauorem incutio, & ualde pauefacio. Plautus Stich. Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.

Perpaulum, aduerb. ex per, & paulum, quod à Parum deriuatur. Cic. 1. de Finib. Declinare dixit atomum perpaulum, quo nihil posset fieri minus.

Perpaululum, diminutiuum. Cic. 1. de Orat. Inter ingeniũ quidem & diligentiam perpaululum loci reliquum est arti.

Perpauxillum, aliud diminut. Plaut. Capt. sed si pauxillum potes Contentus esse, E. næ, perpauxillum modò.

Perpauper, ra, rum, Valde pauper. Cic. ad Att. li. 6. de Ariobarzane, Erat enim rex perpauper.

Perpaux illum, uide Perpaulum.

Perpello, is, a. t. Induco, Impello, cogo, ἐπάγω. Plaut. Bacch. Calliclis dolis compuli & perpuli, mihi omnia ut crederet. Terentius Andria, Suadere, orare usqueadeò donec perpulit. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Incensam multitudinem perpulit ut imperium regi abrogaret. Idem 2. ab Vrb. Nec tamen perpelli potuere ut acie dimicarent.

Perpendiculum, li, n. s. Instrumentũ fabri materiarii, seu cæmentarii, quo plumbo à filo & gnomone pendente, rectitudo, seu obliquitas operis perpenditur, id est, examinatur, κάθετον. Ascon. Perpendiculum, linea laterum æquilitatem à summo ad imum altitudine probans. Vitru. lib. 7. Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respõdentes exigantur. Cice. 2. Acad. ut citat Nonius, Atqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. Perpendiculi inuentor fuit Dædalus, teste Plin. lib. 7. cap. 56.

Perpendicularis, re, Geometræ uocant quod ex superiore loco in inferiorem demittitur ea rectitudine qua plumbum propendet ex ῥpendiculo, ἐπικάθετον. Vnde radios Solis perpẽdiculares habere dicuntur, qui Solem habent rectè suprà caput imminentem.

Perpendo, dis, a. t. Probè examino, diligenter considerp, ἐξετάζω, καθαμάομαι. Cic. pro Muræn. Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, recta sunt: sin perpendere ad disciplinæ præcepta uelis, reperientur prauissima. Ibidem. Cato uitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissimè perpendens momenta officiorum omnium. Iudicio acri perpendere, Lucretius lib. 2.

Perpensus, particip. Col. l. 3. c. 3. Vt antè perpẽsum & exploratũ habeamus, an locupletet patremfamiliãs uinearum cultus.

Perpensè, aduerb. Significat examinatè, ponderatè, ἐξεπιβωμένως cuius non reperi exemplum.

Perpensa, Dioscoridi herba quæ à nonnullis uocatur Bacchar, βάκχαρις. Plin. libr. 21. cap. 9. Bacchar in medicinæ usu est. Aliqui ex nostris perpensam uocant. Auxiliatur cõtra serpentes, capitis dolores, feruoresq;.

Perpẽram, pen. corr. aduerb. Significat præposterè, prauè, peruersè, corruptè, uitiosè, κακῶς, πονήρως. Plautus Quid ni? semper ait perperam. Rectè, & perperam, contraria. Cic. pro Cecin. Seu rectè, seu perperam facere cœperunt.

Perperus, a, um, penultima correp. teste Nonio, Idem quod indoctus, stultus, rudis, insulsus: seu ut alii interpretantur, pro cax, temerarius, præceps, aut etiam leuis & inconstans, ἀπερπαῖος. Accius in Pragmat. apud eundem Nonium Describere eum miror perperos popolares.

Perperitudo, inis, Modò prauitatem, modò stultitiã significat, περπερία. Accius in Pragmat. Et eo plectuntur Poetæ, quam suo uitio, sæpiꝰ ductabilitate nimia uestra, aut pperitudine.

Perpes, etis, penul. corr. generis omnis, Idem quod perpetuus, ἀΐδιος. Plautus in Amphit. Ibi cœnaui, atq; ibi quieui in naui noctem perpetem. Idem Amphi. Neq; ego hac nocte longiorem me uidisse censeo, Nisi item unam, uerberatus quàm perpendi perpetem.

Perpetim, pen. cor. aduerb. Significat perpetuo, ἐξ ἀεί, Plin. lib. 20. cap. 4. Ita uocatur ulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humore manans.

Perpetior, perpeteris, perpessus sum, d. t. Idem quod patior siue fero, πάσχω. Terent. Eunuc. An potius ita me comparem non perpeti meretricum contumelias? Cicero ad Cæl. libro 2. Nonne tibi affirmaui quibus me potius perpessurum quã ex Italia ad bellum ciuile me exiturum? Idem 1. de Finib. li. dem etiam dolorem sæpe perpetiuntur: ne si id non faciant, incidant in maiorem.

Perpessu, posterius supinum à uerbo perpetior. Cice. 4. de Fin. Fortioremq; in pariendo dolore, si eum asperum atq; difficilem perpessu, & cõtra naturam, quã si malum dixero. Idem 2. Tusc. O multa dictu grauia, perpessu aspera.

Perpessus, particip. à uerbo perpetior, πεπασπονδὼς. Cic. lib. 11. Epistol. Vt mihi tam multa pro te perpesso, atque defuncto, hoc concederet.

Perpessio, onis, f. t. Actus ipse perpetiendi. Cic. 2. de Inuent. Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria, ac diuturna perpessio.

Perpetro, as, a. p. pen. cor. ex per, & patro, Significat perficio & plerunq; in malam partem, διαπράττομαι. Plau. in Cas. Nã cur non ego id perpetrẽ q occepi, ut nubat mihi? Idẽ Truc. Malè q mulier incepit, nisi efficere perpetrat, Id illi morbo, id illi senio est. Liu. 1. ab Vrb. Posteaquam iuuenes perpetrata cæde pergere ad se gratulantes uidit, extemplo, &c. Nonnunquam accipitur in meliorem partem: ut Sacrificio ritè perpetrato, apud Liu. 4. Decad. 5.

Perpetim, ἀεσαί, aduerb. significat perpetuò. Plinius lib. 20. c. Ita uocatur hulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humore manans.

Perpetuus, a, um, Idem quod continuus, & minimè interruptus, διηνεκὴς. Ouid. 1. Metam. prima q; ab origine mundi Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Plaut. in Asin. Opto mihi hunc annum perpetuum huius operas. Cic. in Cat. Atq; ut in perpetua pace esse possitis prouidebo. Hoc est, ne pax uestra interrumpatur. Accipitur etiam perpetuũ pro perenni, hoc est, pro eo quod nunquã perit, ἀΐδιος Cic. 4. Catil. Ignem Vestæ perpetuum & sempiternum. Plautus in Cist. Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum. Nonnunquam etiam pro eo quod tam generale est ut semper habeat locum. Celsus lib. 2. cap. 10. Quum sit autem minimè crudo sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum est. Hoc est, non usquequaq; uerum est. Paul. l. Quum hæreditas. ff. Ad senat. Trebel. Quum hæreditas ex fideicommissi causa restituta est, si antè cum hærede compromissum sit, puto fideicommissarium cauere debere hæredi. Nam qđ dicitur, retinere eum oportere, non est perpetuum. Hoc est, non est perpetuò uerum.

Perpetuum, aduerb. Idem significãs quod assiduè, uel semper, ἀεὶ, ἀιὲ. Plaut. in Epid. Quid agis: perpetuum ualuisti? Pro eodem etiam dicimus Perpetuò. idem in Menæch. Sed melior est opus auspicio, liber perpetuò ut siem.

Perpetuo, as, Perẽno, cõtinuo sine intermissione, ἀϊδίζω. Plautus in Pseud. Non est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data. Næuius, Miserum me, cui datum est ut hunc solus perpetuem laborem.

Perpetualis, le, Idem quod uniuersalis, καθολικὸς. Quint. lib. 2. cap. 14. καθολικὰ, id est, (ut dicamus quomodo possumus) uniuersalia, uel perpetualia.

Perpetuarius, teste Bud. in titulum de Locat. prꝫd. ciu. uel fisc. Conductorem & colonum significat, qui perpetuò rẽ conduxit. Prædia domꝰ nostræ si semel iure perpetuo apđ aliquẽ fuerunt, ad alium transferre perpetuarii nõ oportet. Et sub inde eodem modò. Sunt etiam alibi fundi perpetuarii, ad distinctionem (ut uidetur) emphiteuticorum. Hæc ille.

Perpetuitas, tatis, Cicer. in Officiis, Quod perpetuitatis causa machinata natura est.

Perpictus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Perpictus, a, um. particip. à uerbo perpingo, idem significans quod exactè pictus. Ouid. 10. Metam. Lilia, perpictasq; pilas, &c.

Perplaceo, perplaces, pen. cor. Valde placco. Terentius Heaut. egomet habeo propemodum, Quam uolo. S. nunc laudo gnate. GL. Archonidis filiam. S. Perplacet. Cic. Attic. lib. 3. Sed si est aliquid in spe, uide legem quam T. Fadio scripsit T. Visellius: ea mihi perplacet.

Perplexus, a, um, Inuolutus, uel implicitus, ἐμπλοκός, ἐμπεπλεγμένος. Plin. lib. 9. cap. 2. Perplexis, & in se mer aliter atque aliter nunc flatu conuolutis seminibus. Per translationem accipitur pro obscuro, & ira inuoluto ut commodè intelligi non possit. Liu. 4. bell. Maced. Ex his Menippus ignorare se dixit quid nã perplexi sua legatio haberet. Liu. 10. bell. Maced. Singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis instituit.

Perplexè, aduerbium, id est. obscurè & implicitè. Terent. in Eunuch. Pergin' sceleste mecum perplexè loqui?

Perplexim, aliud aduerbium. Plaut. in Sticho, Vtrum ego perplexim lacessam oratione, &c.

Perplexor, aris, aliquid perplexum facere, & in dubium uocare. Idem in Aulul. At scio quo uos pacto soleatis perplexarier.

Perplexabilis, om. t. adiectiuum, Idem quod perplexus, quum scilicet aliud audiatur, aliud sentiatur. Idem in Asin. Neque ullum uerbum faciat perplexabile.

Perplexabiliter, aduerbium, Idẽ in Sticho, Perplexabiliter hodie earum paucfaciam pectora.

Perplicatus, Interiecta cõiunctione per tmesim extulit Lucretius lib. 2. Aut magis humatis inter se, perq; plicatis.

Perpluo, is, ere, n. t. Significat per medium pluere, trãsmittere pluuiam, διαβρέχεσθαι. Quin. lib. 6. cap. 3. Quum cœnaculum perpluueret, id est, per medium pluuiam admitteret. Plaut. in Mostel. uenit imber, Lauat parietes, perpluunt tigna, putrefacitq; operam fabri. Perpluit in pectus meũ, per translationem. Plaut. in Mostell. Hæc illa tempestas mea mihi quæ molestiam omnem Detexit, tectus qua fui: quam mihi Amor & Cupido In pectus perpluit meum. Idem Trinum. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Perplus, perpluris, penult. prod. omnis generis. Plin. lib. 15. cap. 24. Spondetq; iugero eius, annuos perplures, uel medio cri solo reditus.

Perplurimũm, aduerb. ut, Perplurimũm refert, Plin. li. 2. ca. 54.

Perpol, aduerb. esse iurandi quidam putauere apud Plaut. in Casina, Perpol sæpe peccas: ita fit ubi quid tanto opere expetas. Et apud Terent. Hecyr. Perpol quàm paucos reperias meretricibus Fideles euenire amatores. Verùm Donatus in hunc locum sic ait, Ordo est, Pol perquàm paucos reperias: nam perpol non est Latinum, sed κατὰ τμῆσιν perquam, id est, nimio. Ex quibus Donati uerbis uidere est, apud Plautum in præcedenti exemplo ordinem esse talem, Pol persæpe peccas.

Perpolio, perpolis, pen. cor. act. q. Valde polio, absoluo, ac supremam manum addo, διαπονῶμαι, ἀκριβάζομαι. Cic. 2. de Orator. Tractu orationis læui & æquabili perpoliuit illud opus. Idem Attico lib. 14. Librum meum illum, ἀνεκδοτον nondum ut uolui perpoliui. Idem 1. de Orat. Perfecti in dicendo: & perpoliti homines. Plin. lib. 33. cap. 9. Nec ullum absolutius aurum est, cursu ipso, trituq; perpolitum.

Perpolitio, onis, Ad Herennium lib. 4. Verborum exornatio est quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.

Perpopulor, pen. cor. perpopularis, d p. Totum populor, & uasto, διωδροτομῶμαι. Liu. 2. bel Pun. Annibal emissus è manibus perpopuletur Italiam, uastando q; & urendo omnia, ad Romana mœnia perueniat. Tacit. lib. 14. Cædibus & incẽdiis perpopulatus.

Perpoto, as, pen. prod. Totum tempus in potationibus cõsumo: Cic. 7. Ver. Similiter totos dies, in littore tabernaculo posito, perpotabat. Ibidem, Prætore tot dies cum mulierculis perpotante. Lucretius lib. 1. interea perpotet amarum Absynthi laticem.

Perporatio, onis. Cicer. in Pison. Quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperatissimas perpotationes prædicem?

Perpruriſco, cis, Admodum prurio, κατακνῶμαι. Plaut. Stich o, & suauem cantationem aliquam occipito Cinædicam ubi perpruriscamus usq; ex unguiculis.

Perpulcher, Valde pulcher. Teren. Eun. Perpulchra credo dona, haud nostris similia.

Perpurgo, as, a. p. Totũ, siue omnino purgo, ἀκαθαίρω. Cic. 2. de Nat. deor. Cerũq; ante partum perpurgant se quadã herbula, quæ Seselis dicitur. Perpurgatis auribus, per translationem dixit Plaut. in Milite, accipe à me rursum rationem doli. Quam instituì. P L. perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. Perpurgare locum aliquem, per translationem, pro expedire. Cic. 2. de Diuin. Quumq; fundamentum esset philosophiæ positum in finibus bonorum & malorum, perpurgatus est is locus à nobis quinq; libris.

Perpūsillus, a, um: ut, Perpusillus homo. A quo Perpusillũ, aduerbium. Cic. 2. de Orat. Hic ille, Non accusabis, perpusillum rogabo.

Perpŭto, as, perfectè puto, declaro, uel potius profero. Plautus Cistel. nunc operam dare Vt ego argumentum hoc uobis planè perputem.

Perquam, Composita dictio, ferè semper positiuis adiungitur, & uerbis, significatq; maximè, ὡς σφόδρα. Plaut. in Rud. Protulit perquam indignis modis. Plin. libr. 147. Perquã uelim scire an esse phantasmata, &c. Plura uide in dictione Per Aliquando tamen inuenitur iunctum cũ superlatiuo. Curtius lib. 4. Perquam maximo potest exercitu comparato.

Perquiro, ris, a t. pen. prod. Diligenter quæro, διαζητέω, Cæsar. 6. bell. Gal. Aditus uiasq; in Sueuos perquirit. Ouidius 5. Metamorph. Quum pater ignarus natam perquirere Cadmo Imperat. Cic. 5. de Fin. Videmusq; ut pueri, ne uerberib. quidam à contemplandis rebus, perquirendis deterreantur Perquirere, pro interrogare. Cic. pro Cælio, Possum etiam illã & cæterorum patronorum & mea consuetudine ab accusatore perquirere.

Perquiritur, impersonale. Cicero pro Cluentio, Ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea seruula ad Stratonem peruenisse.

Perquisitus, a, um, participium, Plinius libro 18. capite 4. Et postea inuentis omni cura perquisitis, causaq; rerum & ratione simul eruta.

Perquisitè, aduerbium. Cic. 1. de Inuent. Quæ pertinere autem ad dicendum putamus, ea nos commodius quàm cæteros attendisse non affirmamus, sed perquisitus & diligentius cõscripsisse pollicemur.

Perquisitor, oris, uerbale. Plaut. Stich. Maleuoli perquisitores auctionum perierint.

Perrarus, a, um, pen. prod. Valde rarum. Plin. libro 31. cap. 8. Perrarum est, ut leuior sit aliqua. Liu. 6. ab Vrbe, Tum quod perraræ per eadem tempora literæ fuere.

Perrarò, aduerb. Cic. 2. de Fin. Istorum enim uerborum amore quæ perrarò appellantur ab Epicuro sapientiæ, fortitudinis &c. Horat. 2. Serm. sat. 5. perrarò hęc alea fallit. Cic. pro Rosc. Amer. Perrarò uenit in oppidum.

Perridiculus, a, um, Valde ridiculus. Cicc. 4. Verr. Quid in prouincia facturus esset, perridiculi homines augurabantur Idem 2. de Orat. Sed tamen eorum est doctrina, quantum ego iudicare possum, perridicula.

Perridiculè, pen. cor. aduerb. Cicero 1. de Oratore, In quo non modò illud præcipitur ne quid insulsè, sed etiam si quid perridiculè possis, uitandum est oratori utrunq;, ne aut scurrilis locus sit, aut mimicus.

Perrepo, is, a. t. Rependo transeo, uel rependo aliquò perueniо: & æq; de inanimatis ac de animalibus quibuscunq; dicitur, καταρπάζω. Colum. lib. 8. cap. 15. Sed ea tota macies opere tectorio læuigatur extrà intraq;, ne felis, aut uipera perrepat. Idem libro 4. capite 24. At si longius quàm ritus agricolarum permittit, & à capite uitis emicuerit, & brachiis in aliena iugorum compluuia perrepserit, &c. Idem lib. 6. capite 5. Cauendum quoque est ne ad præsepia sus, aut gallina perrepat. Tibullus libro 1. Eleg. 2. Non ego tellurem genibus perrepere supplex, &c.

Perrepto, as, n. p. frequentatiuum, Significat tardè, & cum labore perambulo. Terent. Adelph. Perreptauì usq; omne oppidum, ad portam, ad lacum.

Perrodo, is, pen. prod. Rodendo penetro, διαπράω. Plinius libro 14. capite 18. Valet purgare, sistere, excalfacere, perrodere. Idem libro 30. capite 16. Vngulas tantum mulatum reperias, neq; aliam ullam materiam quæ non perroderetur à uenеno Stygis aquæ.

Perrogo, as, pen. corr. Perrogare propriè dicebantur Consules qui sententiam rogabant. Tacitus libr. 20. Quum perrogarent sententias Consules. Plin. Epist. 87. Quum sententiæ perrogarentur, dixit Iunius Mauricus non esse restituendum Viennesibus agona.

Perrumpo, is, a. t. Per medium rumpo, ῥήγνυμι, διαῤῥηγνύω,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

διαῤῥήγνυμι. Colum. lib. 2. Sic omnes radices herbarum perruptæ necantur. Liu. lib. 8. Qui aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen. Aliquando ponitur pro irrumpere ui, & uiolentia intrare. Cæs. 6. belli Gall. Perrumpere nituntur. Idem libr. 7. Vt si eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæsitantes ex loco superiore. Iungitur aliquando accusatiuo cũ præpositione Ad. Liu. 6. bel. Punic. Nec per castra eorũ perrumpi ad Capuam posse. Aliquãdo etiam cum præpositione In. Liu. 3. ab Vrb. Iam in uestibulum templi perruperant. Perrumpere leges, id est, uiolare, effringere. Lucan. lib. 1. Perrumpere milite leges.

Persæpe, aduerb. Valde sæpe. Cic. de Amic. Rectè etiam percipi potest in amicitiis, ne quis intemperata quadam beneuolentiæ (quod persæpe fit) impediat magnas utilitates amicorum. Horatius Epod. 14. Qui persæpe causa testudinè fleuit amorem.

Persalsus, a, um, Valde salsus, Cice. 2. de Orat. Persalsum illud est apud Næuium, Quid plorat pater?

Persalsè, aduerb. Cic. ad Quint. Frat. lib. 2. Trebatium quod ad se miserim, persalsè & humaniter etiam mihi gratias agit.

Persaluto, as, pen. prod. Frequenter saluto, uel ad unũ omnes saluto. Cic. pro Flacc. Et qui ita sit ambitiosus, ut omnes uos, nos q; persalutet.

Persanctè, aduerb. pro ualde religiosè. Terent. in Hecyra, Phidippe, Bacchis deierat persanctè. Plaut. Id q; persanctè iurauit se facturum.

Persano, as, pen. prod. Omnino sano. Plin. lib. 20. cap. 21. Vomicas rumpere, purgare, persanare promittens.

Persapiens, tis, om. t. Valde sapiens. Cic. de Prouin. consul. Quod magni cuiusdam hominis, & persapientis uidetur.

Persapienter, aduerb. Cic. pro Mil. Et si psapienter, & quodammodo tacitè dat ipsa lex potestatem defendendi.

Perscienter, aduerb. admodum scienter & industriè. Cice. de Clar. Orat. Et ut ad infirmitatem laterum perscienter cõtentionem omnem remiserat: sic ad ulrium imbecillitatem dicendi accommodabat genus.

Perscindo, is, a. t. Per medium scindo, διαῤῥήγνυμι. Liu. 1. bel. Punici, Nam nec explicare quicquam, nec statuere potuerant, nec quod statutum esset manebat, omnia perscindente uento. Tibullus libro 1. Eleg. 13. Sit satis è membris tenuem perscindere uestem. Lucr. li. 6. Ergo feruidus hic nubem quum perscidit atram. Ibidem, Interdum perscissa fuerit pe tulantibus auris.

Perscribo, is, a. t. Amplissimè, ad longum, & ad finem usq; scribo, ἀναγράφω, διαγράφω. Liuius in Præfat. libri 1. Facturus ne sim operæ pretium, si à primordio urbis res gestas populi Rom. perscripsero. Aliquando est in tabulas publicas, in acta q; referre, quod in Registro scribere uulgò dicunt, uocabulo à regestis corrupto. Cicero ad Planc. Id ex ipso Senatus consulto poteris cognoscere: ita est enim perscriptum ut à me de scripto dicta sententia est. Cic. 6. Ver. Primùm mihi literas publicas quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus ostendunt omnia quæ dixi ablata, esse perscripta. Inuenimus etiam aliquando perscribere cum accusatiuo cum præpositione In: ut, Perscribere in tabulas publicas: ea forma qua dicimus, Referre in tabulas publicas Cicero 5. Verrin. In tabulas publicas ad ærarium perscribenda curauit. Perscribere pecuniam, ponitur aliquando pro reddere pecuniam creditori. Terentius in Phormione, Næ ego perscripsi porrò illis quibus debui. Vbi Donat. Perscripsi multis, per scripturam reddidi, multis dedi. Perscriptum dicitur, quod literis consignatum est, & monumẽtis antiquis continetur. Cicero de Aruspi. respons. Quanquam hoc si minus ciuili iure perscriptum est, lege tamen naturæ, communi iure gentium sancitum est, ut nihil mortales à diis immortalibus usu capere possint.

Perscriptio, Actus ipse perscribendi. Cic. ad Metel. lib. 5. Iam illud senatusconsultum quod eo die factum est, ea perscriptione est, ut dum id extabit, officium meum in te obscurũ esse non possit. Perscriptiones pro contractibus, & instrumentis pactorum posuit Cicero, quod uulgus appellat Registrum. Cicero 5. Philipp. Illa uerò dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quã septies millies perscriptionibus, dominationibus q; auertit. Idem pro Flacc. posuit pro syngrapha, sic inquiens, Perscriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti: tutor his rebus Græcorũ legibus ascribendus fuit.

Perscriptor, oris, Qui formulas concipit, Tabellio, seu Cautor Cicero 5. Verrin. Scribam tuum, dicit Verres, huius perscriptorem fœnerationis fuisse.

Perscrutor, aris, ari, d. p. pen. prod. Diligenter inquiro, ἐξιχνεύω, σκαπτῶ, σκαφεύω. Plaut. Aul. Ibo hinc intrò, perscrutabor phanum si inueniã uspiã Aurũ. Cic. 1. Offic. Præmittebat q; de studiosis patoribus suis qui perscrutarentur arculas muliebres, & ne quod in uestimentis telum occultaretur exquirerent.

Persea, f. t. pen. cor. περσέα, Arbor est, inquit Dioscorid. fructum ferens stomacho accommodatũ, & qui edendo sit, in quo phalangia inueniũtur, quæ κρανοκόλαπτα dicuntur, præsertim in Thebaide Aegypti parte. Huius Arboris meminit Strabo libro ult. comam ei perpetuam tribuens, & fructum magnitudine pyri, figura oblonga, amygdalæ modo putamine inclusum, & corio. Plutarc. itẽ autor est, perseam arborẽ in Aegypto Isidi gratissimã esse, q fructum ferat cordi simile, foliũ uerò linguæ. Galen. quoq; in Aegypto perseã se uidisse testatur magnis arborib. cõparandã. Cuius (inquit) pomum in Perside tã præsentis ueneni esse tradunt, ut uescentes interimat. In Aegyptũ uerò translatã, & peregrinatione mitigatam, poma ferre cibis idonea, turbinata pyri facie. Ex quibus omnibus satis constat, perseam arborem sui generis esse, & à nostrate persica omnino diuersam.

Perseco, as, a. p. pen. corr. Medium seco. Cic. 4. Acad. Eodem modo rerum naturas persecare, aperire, diuidere possumus ut uideamus terra penitusne defixa sit, & quasi radicib. suis hæreat, an media pendeat. Liu. 10. bell. Macedo. Id persecare nouum Prætorem ne perperet iterum latius.

Persector, uide Persequor.

Persegnis, gne, Valde segnis. Liu. 5. bel. Pun. Pedestre præliũ fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

Persedeo, des, dere, pen. prod. Liu. 5. dec. 5. Hoc quoq; quod ridetis, in equo dies noctes q; persedendo habeo.

Persenex, huius persenis, om. t. pen. cor. Valde senex. Sueto. de Clar. Gramm. Namq; iam persenex pauperem se, & habitare sub tegulis is quodam scripto fatetur.

Persentio, ia, Idem quod sentio simplex, αἰσθάνομαι. Vergil. 4. Aeneid. magno persentit pectore curas. Ibidem, Quam simul ac tali persensit peste teneri.

Persentisco, is, inchoatiuũ, Percipere aliquid fieri. Plau. Merc. Quam insipiens quæ non poteras persentiscere, Illã esse amicam tui uiri bellissimi. Teren. in Heaut. Quot res dedere ubi possem persentiscere, Nisi essem lapis quæ uidi.

Persequor, eris, f. t. In bonam & malã partem accipi potest, Aliquãdo enim idẽ est quod sequor, παρακολουθέω, nisi q; quandã perfectionẽ addere uidetur præpositio. Teren. in Andria. Is bellũ hinc fugiens, me q; in Asiã persequens, pficiscitur. Idẽ in Phorm. Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi. Non tamen etiã idem q in re cœpta perseuero. Cic. ad Quint. Frat. lib. 2. Facies scilicet ut mea mandata digeras, persequare, conficias. Idẽ in Pison. Extrema si persequitur qui inchoauit, iã omnia perfecta uidebimus. Secũdum hanc pmissionem dicimus, Promissa factis persequi, pro eoq; est, quæ uerbis pmisimus, reipsa comprobare. Perse qui imperiũ patris, p facere. Persequi ius suum, pro defendere. Persequi mores patris, p tentare mores patris exprimere. In malum significat insectari, ulcisci, ἐπεξέρχομαι, ἐπεξέργω. Cicero 11. Philip. Nunc quoniã hostis iudicatus est Dolabella, bello persequendus est. Idem pro Flacc. Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille persequitur.

Persequutio, uerbale, Quod & in bonã, & in malam partẽ capitur. Cic. in Orat. Quũ in altera gratiæ, gloriæ, præsidii plurimum esset: in altera persequutionum, cautionum q; præceptio. Vlpian. l. Pecuniæ. ff. de Verb. signific. Siue ciuilis, siue honoraria, siue commissa fuit persecutio.

Persector, aris, Diligenter sector, perscrutor. Lucr. li. 2. Nec persectari primordia singula quæq;.

Perséro, ris, Dissemino, siue diuulgo, κατασπείρω. Plaut. Inde ueniisse perserit.

Perseuero, as, n. p. pen. prod. ex per, & seuerus, Est cum constantia animi, & quasi quadam seueritate continuare, παρατηρῶ, διατελέω. Cic. de Amic. Orestes aũt, ita ut erat, Orestẽ se esse perseueraret. Cæs. 5. bel. Gal. Corta, se ad armatum hostem iturum negat: atq; in eo perseuerat.

Perseueratum est, impersonaliter. Cic. 6. Verr. Quod quum illis qui aderant, indignum: qui audiebant, incredibile uideretur, non est ab isto primo illo aduentu perseueratum.

Perseuerans, pen. pro. nomen ex participio. Colum. in Præfat. lib. 1. Is q; mos dum seruatus est perseuerantissimo colendorum agrorum studio, &c.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Perſeueranter, Idem quod conſtanter, ἐπιμόνως. Liu. 4. ab Vrbe Patres bene cœptam rem perſeueranter tueri. Idem 1. bel. Pun. quò lenius agunt, ſegnius incipiunt: eò, quum cœperint, uereor ne perſeuerantius ſæuiant.

Perſeuerantia, æ, f. p. Eſt in ratione bene conſiderata, ſtabilis ac perpetua permanſio, ἐπιμονὴ, καρτερία. Cicero 5. Verrinarum Cuius iſte fidei, diligentiæ, perſeuerantiæ nulla ratione eripi poſſit.

Perſeuerus, a, um, pen. prod. ut Imperium perſeuerum, apud Tacitum lib. 15.

Perſica, f. p. περσικὴ, Arbor eſt humilis, folio amygdalæ paulo maiore, flore ſubpunico, pomo carnoſo, ſucculento, extrinſecus lanuginoſo, duro intus & ſcabro oſſe, nucleũ habente non abſimilẽ amygdalæ. Nomen accepit à Perſide Orientis regione: unde primũ hoc arboris genus in noſtrũ orbem eſt adductum. Pomum eius, Perſicum malum uocant, foris molli lanugine ueſtitum: cuius Romæ olim tanta fuit caritas, ut ſingula tricenis denariis uenderentur: quod mirũ uideri debet, quum non ſit aliud pomi genus fugacius. Longiſſima nanq; decerptio bidui mora eſt, cogitq; ſe uenunda ri. Hæc Plin. lib. 15. cap. 12.

Perſica, cognomen Enulæ Campanæ, Græcè περσικὴ.

Perſica poma, περσικὰ μῆλα, dicta ſunt quod ex Perſica primo adducta fuerunt. Vide Plin. lib. 15. cap. 9.

Perſideo, es, pen. cor. ex per, & ſedeo, id eſt, permaneo, διαπαθίζομαι. Plin. lib. 17. cap. 14. Pruinæ pernitioſior natura, quoniam lapſa perſidet, gelatq;, &c.

Perſido. dis, pen. prod. Deorſum feror, deſcendo, penetro, καταφέρομαι. Lucret. lib. 1. At neq; quo pacto perſiderit humor aquai, Viſum eſt. id eſt, immiſſus ſit, intrarit, penetrarit. Ver. 3. Georg. Vbi frigidus imber Altius ad uiuum perſedit. Id eſt (inquit Seruius) medullas, & oſſa penetrauit.

Perſigno, as, are, a. p. Idem quod obſigno, uel ſignum imprimo, κατασημαίνω, κατασφραγίζω. Liuius 5. bell. Punic. Quibus creati ſunt, Quinqueuiri muris turribusq; reficiendis: & Triumuiri bini, uni ſacris conquirendis, donisq; perſignandis: alteri, &c.

Perſimilis, & hoc perſimile, Cice. in Paſtit. Nihil ſanè præter memoriam quæ eſt germanæ literaturæ quodammodo, & in diſſimili genere perſimilis.

Perſis, hædera apud Dioſcorid. lib. 2. cap. 199.

Perſiſto, is, n. t. Duro, perſeuero, ἐμμένω. Cice. 2. de Diui. Aut pertinaciſſimus fueris, ſi in eo perſtiteris, ad corpus ea quæ dixi referre: aut deſeueris totam Epicuri uoluptatem, ſi negaueris, Liu. 8. bell. Maced. Parum eſt non erubuiſſe abſentẽ quum per legatos fruſtrarit nos: niſi præſens quoq; in eadẽ impudentia perſiſtas.

Perſolata, Herbæ genus, quam (ut ait Plin. libr. 25. cap. 9.) Græci uocant ἄρκιον, & aliquando προσωπίδα, quam nemo ignorat: folia habet maiora cucurbitis & hirſutiora, nigriora q;, & craſſiora. Dicta perſolata, à Perſola, quod nomen apud ueteres (ut Placidus Grãmaticus inquit) ſignificat perſonam. Solent enim his foliis ueſtitæ perſonæ nonnunquã in ſcenam prodire. Officinæ Lappam maiorem uocant.

Perſolido, as, pen. cor. Idẽ quod ſimplex ſolido, πωρόω. Statius 1. Thebaid. Diffudit q; imbres, ſicco quos aſper hiatu Perſolidat Boreas. Hoc eſt, congelat.

Perſoluo, is, a. t. Perfectè, & totum ſoluo, & ære alieno me libero: & per translationem, acceptum ab aliquo beneficiũ, beneficio penſo, διαλύω. Vergilius 1. Aeneidos, grates perſoluere dignas Non opis eſt noſtræ. D. Brutus Ciceroni, Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt. Perſoluere pœnas, Eſt dare pœnas, puniri. Cic. 11. Philippicarum, Pœnas diis, hominibusq; meritas debitasq; perſoluat. id eſt, puniatur ob peccatum ſuum in deos & homines. perſoluere promiſſum, eſt perficere promiſſum. Caſſius ad Ciceronem libro 12. Habeo paululum moræ, quum promiſſa militibus perſoluo.

Perſolus, adiectiuum, Idem quod ſolus & merus, μόνος, ut Perſolæ nugæ apud Plaut. in Curc. id eſt, meræ nugæ.

Perſoluta, uel Perſolyton, πυτασίτης Dioſcoridi Herba hortenſis apud Aegyptios, ad extẽdendas coronas utilis: de qua Plinius libro 21. cap. 33.

Perſona, æ, f p. Perſonam diffiniunt philoſophi eſſe naturæ rationalis indiuiduam ſubſtantiam, πρόσωπον. Tria igitur neceſſaria ſunt, ut aliquid perſona dicatur: ſcilicet quod ſit indiuiduũ: non enim in uniuerſalibus, ſed in ſingularib. tantum perſona dici poteſt. Quòd ſit in genere ſubſtantiæ: nã accidentia quum per ſe non exiſtant, nec per ſe agant, perſonam conſtituere non poſſunt. Et quod ſit quid rationale: quoniam id eſt perſonans, quantum ad ipſam actionem qđ in ſe habet quod poſſit agere. Et hoc habent ſolum rationabilia, ideò de ratione perſonæ eſt quòd ſit quid rationale. Non ergo lapidis uel arboris, uel irrationalis animalis, ſed uel Dei, uel angeli, uel hominis perſona dicitur. Perſona etiam dicitur facies conficta, uocata à perſonando, id eſt, clarius ſonando, πρόσωπον. Nam caput (ut Baſſus inquit apud Gellium) & os cooperimẽto perſonæ tectum undiq;, unaq; tantum uocis emittendæ uia apertum, quoniam non uaga, nec diffuſa eſt in unum tantummodo exitum, coarctat uocem, & magis claros canoroſq; ſonitus facit. Ob eam cauſam perſona dicta eſt, o litera propter uocabuli formã productiore. Plin. lib. 12. cap. 14. Perſona adducitur capiti, dẽſuſue reticulus. Vnde perſonati, οἱ ἐν προσωπείοις dicuntur, qui huiuſmodi perſonis tecti ſunt, cuiuſmodi erãt hiſtriones Atellani, qui ſoli non cogebantur in ſcena ponere perſonam. Perſonata quoq; fabula dicitur quæ agitur à perſonatis hiſtrionibus. Hanc iuniores laruam uocant. Hinc per translationẽ perſona ſumitur pro qualitate, qua alius ab alio differt, tũ in animo, tũ in corpore, tũ in extrà poſitis quæ à Rhetorib. numerantur in Attributis perſonæ. Animi, ut quo ſtudio ſe exerceat, literarumne, an militaris diſciplinæ: & iracũ duſne ſit, an mitis: luxurioſus an temperãs. Corporis, ut adoleſcẽſne ſit, an ætate adultus: pulcher an deformis, Extrà poſitorum, ut diues, an pauper: clarus an obſcurus, Hinc in ſcena etiam perſonas dicimus, qui modò ſerui, modò ancillæ, modò patrisfamiliãs, modò paraſiti ueſtib. ornati, eorũ mores & geſtus exprimunt. Terent. in Prol. Eun. Paraſiti perſonam inde ablatã, uel militis. Et in uno homine multæ poſſunt eſſe perſonæ, iracundi, mitis, læti. Item perſona præceptoris, mariti, patris. Hinc Grammatici perſonas conſtituunt, primam, ſecundam, & tertiã. Perſona pro homine quã doq; ponitur. Celſus in Proœmio libri 1. Medicos nihil tentaſſe iudico, quia nemo in ſplendida perſona periclitari uoluerit coniectura ſuane ſi non ſeruaſſet, occidiſſe uideretur. Perſonam imponere alicui, eſt ei prouinciam aliquam dare Cic. pro Leg. Agraria. Vos mihi Prætori biennio antè Quiritibus hoc eodem in loco perſonam hanc impoſuiſtis, ut quibuſcunq; reb. poſſem, illius abſentis dignitatem uobiſcum unà tuerer. Dicimus etiam imponere alicui perſonam calũniæ, aut cuiuſpiam alterius rei. Cic. 4. Verr. Imponatur honeſtæ ciuitati turpiſſima perſona calumniæ? Idẽ paulò pòſt in eadem oratione. Improbam perſonam alicui imponere dixit. Vide plura de hac uoce apud Vall. libr. 6. Eminentes quoq; figuræ in ædificiis quæ aquas ore uel mentula fundunt, eoq; uarios uultus & geſtus exprimunt, perſonæ dicũtur, ut eſt apud Vlpianum in l. Fundi, de Act. empt.

Perſonatus, Qui perſonis hoc eſt, laruis indutus eſt, ὁ ὑποδεδυκὼς. Cic. 3. de Orat. Quo melius noſtri illi ſenes, qui perſonatum ne Roſcium quidẽ magnopere laudabant. Deniq; generali uocabulo Perſonatus dici poteſt, quiſquis foris aliud oſtẽdit, & intus aliud ſentit, & machinatur. Cic. ad Att. lib. 15. Quid eſt autem cur ego perſonatus ambulem? Perſonata uulnera, hoc eſt, cæca, & latentia, quæ altius deſcendũt quàm prima fronte præſeferant. Perſonata fælicitas, dicitur à Seneca non uera, ſed ſimulata, quæ forinſecus eſt decora, intus uerò deformata inſtar hiſtrionũ qui inducta perſona ſimulãt, & imitãtur quencũq; uelint, ὑπόκριτος, ὑποκρισία. Perſonati, propriè Atellani uocantur, quòd ſoli hi non poterant cogi in ſcena ponere perſonam, quòd cæteris hiſtrionibus pati neceſſe erat. Perſonatus pater, dicitur ab Horatio, Comicus pater, inductus in Comœdia ſub perſona hiſtrionica, ὑπόκριτος. Horat. in Serm. quis ſtomachetur eodẽ Quo perſonatus pacto pater?

Perſonalis, perſonale, Quod ad perſonã pertinet, προσωπικός. Vnde perſonalis actio, quæ in perſonam datur: cui opponitur Actio in rem. Perſonale uerò uerbum, quod per perſonas diſtinguitur: cuius contrarium eſt Imperſonale.

Perſonata, f. p. genus herbæ naſcentis iuxta riuos, & flumina, ἄρκιον, προσωπὶς, de qua Colum. lib. 10. cap. 17. Venena uiperæ depellit ſuper ſcarificationem ferro factam herba quam uocant perſonatam, trita, & cum ſale impoſita. Officinæ teſte Ruellio, nocant Lappam maiorem. Hæc eadem Perſonatia, æ, uocatur Plin. lib. 21. cap. 15.

Perſono, as, pe. co. Valde ſono, perfectè ſono. perſtrepo, περιηχῶμαι. Cic. pro M. Cælio, Illæ uerò non loquũtur ſolùm, uerumetiam perſonant, huic uni mulieris libidinem eſſe p-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lapſam, ut ea, &c. Vergil. 1. Aeneid. cithara crinitus Iopas Per ſonat aurata, docuit quæ maximus Atlas. Idem 6. Aene. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat, aduerſo re cubans immanis in antro. Horat. 1. Sermō. Sat. 6. Simul domus alta moloſſis Perſonuit canibus.

Perſorbeo, es, totum ſorbeo, ἀποῤῥοφέω. Plin. lib. 31. c. 11. Alias ex his mares exiſtimauere, tenui fiſtula, ſpiſſiores q perſorbentes, & quæ tinguntur in deliciis, aliquando & purpura.

Perſpeculor, aris, ari, pen. cor. Diligenter ſpeculari, περισκοπῶμαι. Plinius libro octauo, capite 26. Aſsidua nanque ſacietate obeſus exit in littus, recētes arundinum cæſuras perſpeculatus. Hircius de bello Africano, Quum de uallo per ſpecularetur.

Perſpergo, is, a. t. Idem quod aſpergo, καταπάσσω. Cice. 1. de Orat. Libandus eſt etiā ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio. Cato cap. 130. Codicillos oleaginos. & cætera ligna amurca cruda perſpergito, & in ſole ponito.

Perſpício, cis, a. t. pen. cor. Ad plenum uideo, cognoſco uel, σωυρῶ καθορῶ γιγορῶ ἀξυδέρκῶ. Cicero in Lælio, Quidam ſæpe in parua pecunia perſpiciuntur quā ſint leues: quidam uerò quos res parua mouere non potuit, cognoſcuntur in magnis. Terentius in Phormione, Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris, Verere uerba ei credere? Cæſar ſecundo belli Gallici, Qua de cauſa diſcederent, nondum perſpexerat. Horatius de Arte, quem perſpexiſſe laborent, An ſit amicitia dignus.

Perſpectus, a, um, Interdum particip. Cæſar 4. bell. Gal. Eorum dierum conſuetudine itineris exercitus noſtri perſpecta. Interdum nomen fit ex particip. & comparatur: ſignificatq; id quod diligenter animaduerſum eſt. Cicer. ad Quint. frat. Vt hic tertius annus Imperii tui, tanquam tertius actus perſpectiſſimus, atq; ornatiſſimus eſſe uideatur.

Perſpectè, aduerb. id eſt, diligenter, doctè. Plaut. in Mil. Fit pol illud ad illud exemplum: ut doctè & perfectè ſapiat?

Perſpecto, as, frequentatiuū. Plaut. in Mil. Sinite me prius perſpectare, ne uſpiam inſidiæ ſient.

Perſpicientia, θεωρία. Cic. lib. 2. Offic. Sed omne quod eſt honeſtum, id partium quatuor oritur ex aliqua. Aut enim in perſpiciētia ueri, ſolertiaq; uerſatur. id eſt, perfecta cognitione.

Perſpicuus, a, um, Idem quod pellucidū, hoc eſt, quod uiſum tranſmittit, διαφανὶς, καταφανὶς, τρανὸν, τρανὶς. Martial. li. 4. de calice uitreo, Prodat perſpicuus ne duo uina calix. Per translationē ponitur p claro, manifeſto, ac minimè dubio. Plin. Tum claras perſpicuasq; ſententias. Cic. pro Quint. Eſt quædam rameu ita perſpicua ueritas, ut eam infirmare nulla res poſſit. Idem pro domo ſua, Legeram clariſſimos ciuitatis noſtræ uiros, ſe in medios hoſtes ad perſpicuam mortē pro ſalute exercituś iniecciſſe. Sic dicimus perſpicuā orationem, σαφῆ, ἐναργῆ. id eſt, claram & apertam.

Perſpicuitas, atis, f. t. Splendor, ac facilitas, euidentia, ἐνάργεια Cic. 4. Aca. Propterea quod nihil eſſet clarius enargia, ut Greci: perſpicuitatem, aut euidentiā nos, ſi placet, nominemus, fabricemusq;, ſi opus erit, uerba. Quint. libr. 2. cap. 3. Nam & prima eſt eloquentiæ uirtus perſpicuitas.

Perſpicuè, aduerb Id eſt, euidenter, σαφῶς. Plaut. Aulul. Anus hercle hoc iudicium fecit de auro, perſpicuè palàm eſt.

Perſpicax, Conſideratus, acutus, ἀξυδέρκὴς. Terent. in Heaut. Patrem noſti ad eas res quàm ſit perſpicax. Cic. 1. Offi. Id quod acutum & perſpicax natura eſt.

Perſpicatia, æ, Cic. ad Attic. libr. 15. Quod ipſum perſpicatiam aliquam ſignificaret.

Perſpicacitas, atis, Conſideratio, & acumen, τὸ σωφρονικὸν. Cic. Att. lib. 1. Et ſi ex his quæ ſcripſimus (tanta res perſpicacitate) etiam à me non ſcripta perſpicis.

Perſpiratio, eſt aëris attractio minimè uoluntaria à calore naturali per eutem in ipſas arterias, aut ſic: Perſpiratio eſt à corpore attractio aëris cum appetitu naturali, per totū corpus & rurſum per exitus excretio.

Perſpiſſo, aduerbium, ſignificat tardè, Plautus, Quia quod bene promittunt Aruſpices, perſpiſſo euenit. Non. Legitur & pro ſpiſſo.

Perſterno, is, a. t. Totum ſterno, διαστρώννυμι. Liuius 10. ab Vrb. Eodem anno ab Aedilibus curulibus qui eos ludos fecerunt damnatis aliquod pecuariis, uia à Martis ſilice ad Bouillas perſtrata eſt.

Perſtimulo, as, Idem quod ſtimulo, παροξύνω, παρορμῶ. Tacitus lib. 4. Agrippinæ quoque proximi illiciebantur, prauis ſermonibus ſpirtius perſtimulare.

Perſtíno, as, Quidam uſurparunt pro emo, ὠνοῦμαι. Apul. Et percontato pretio, quod centum nummis indicaret, aſpernatus uiginti denariis perſtinaui.

Perſto, as, n. p. Permaneo, pſeuero, cōtinuo, διαμένω, διίσταμαι, Gellius libro 2. capite 1. Hoc modo perdius, pernoxq; perſtabat. Iungitur interdum datiuo. Liuius 8. ab Vrbe, Vbi quum deprecantibus primoribus Patrum, atque uniuerſo Senatu perſtaret incœpto immitis animus. Interdum ablatiuo cum præpoſitione In. Ibidem, Si tamen perſtaturum in incepto, &c. Sic dicimus Perſtare in ſocietate, Perſtare in ſententia, & ſimilia.

Perſtrepo, is, pen. cor. Valde ſtrepo, διαψοφέω. Teren. in Eunucho, Abeunt lauatū, perſtrepunt ita ut ſit domini ubi abſunt. Stat. 2. Achil. Rumor in arcana iāduđū perſtrepuit aula Claud. in Eutrop. Crebrò pulſatus perſtrepit iſtu.

Perſtringo, gis, a. t. Valde ſtringo, claudo, inquit Nonius, συνείρω, ἐπιῤῥάφω. Cato de Re ruſt. cap. 32. Vites bene nodentur per omnes ramos, diligenterq; caueto, ne uitem præcipites, & ne nimium perſtringas. Aliquando uerò ſignificat breuiter aut ſummatim ſtringo, dico, uel ſcribo. Cic. pro Sexto Roſcio, Sed in animo eſt (quemadmodum antè dixi) leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquanq; rem &c. Aliquando ponitur pro leuiter taxare, & reprehendere, leuiq; dolore afficere. Cic. pro Seſtio, Vt eos quorum ſceleris furore uiolatus eſſem, uocis libertate perſtringerem. Aliquādo ponitur pro offuſcore, obnubilare, obſcurare, obtenebrare, obtundere, ἀναῤῥιπίζω, ut quum dicimus, Perſtringere oculos, perſtringere aciem mentis, animi, uel ingenii, & perſtringere aures ſonitu. Horat. lib. 2. Carm. Iam nunc minaci murmure cornuum Perſtringis aures, iam litui ſtrepunt. Cicero in Cat. maiore, Voluptas rationi inimica, mentis (ut ita dicam) perſtringit oculos. Cic. 1. de Diuin. Eaq; parte animi quæ uoluptate alitur, nec inopia enecta, nec ſatietate affluēti: quorum utrunq; perſtringere acie mentis ſolet. Terrā aratro perſtringere. Cic. pro Leg. agrar. Quod ſolum tam exile & macrum eſt quod aratione perſtringi non poſſit?

Perſuadeo, es, a. ſ. Non ab actu, ſed ab effectu ſignificationē habet: ut ſit perſuadere, ſuadendo inducere ad credendū aliquid, uel faciendum, ὑπάγομαι, ἀναπείθω. Autor ad Herennium lib. 1. Si animus auditoris perſuaſus fuerit. Id eſt, ſi oratio aduerſariorum fidem fecerit auditoribus. Cæſar lib. 4. belli Gallici, Idoneum quendam hominē & callidum delegit Gallum, ex illis quos auxilii cauſa ſecum habebat. Huic magnis præmiis, pollicitationibusq; perſuadet ut ad hoſtes tranſeat, & quid fieri uelit edocet. Qui ubi ad eos uenit, timorē Romanorum proponit. Perſuadet (inquit) id eſt, ſuadendo inducit. Simili modo fit in exoro, quum ſignificat orans impetro: & excogito, quod eſt per cogitationē inuenio: eo qđ exorando, id eſt, perfectè orando, impetratur quod oratur: & excogitando, id eſt, perfectè cogitando, inuenitur quod quæritur. Nec huiuſmodi ſignificationes propriè ſumuntur ex ui præpoſitionum & uerborum quæ non progrediuntur niſi quantum ſignificatio eorum protenditur, quæ in perſuadeo eſt, perfectè ſuadeo: exoro, perfectè oro: ſed ex effectu rei quę ex eis conſequitur & perficitur. Verūm non eatenus ipſa à propria eorum ſignificatione recedere dixerim quum ſignificare poſſint perfectam ſuaſionē. Nam perſuadeo, perfectè, ſiue maximè ſuadeo ſignificare docet Terentius in Andria, quum ait, Ipſus mihi Dauus qui intimus eſt eorū conſiliis, dixit, Et is mihi perſuadet, nuptias quantum queam ut maturem. Idem in Phorm. Sed ubinā Getam inuenire poſſim, ut rogem quod tempus conueniendi patris me capere perſuadeat? id eſt, potiſſimū ſuadeat. Similiter Lactant. li. 6. Quid M. Tullius in ſuis Officialibus libris, nonne hoc idem perſuadet, non eſſe omnino largiendū? id eſt, uehementer, totoq; conatu ſuadet, q eſt contra eos qui uolunt perſuadere tantū in effectu eſſe: ſuadere, in actu, ut eſt Sipōtinus, qui ait, Suadere eſt hortari aliquem ad id q intendimus: perſuadere eſt ſuadendo aut diſuadendo aliquid, hominem in opinionem noſtrā inducere. Quomodo mihi perſuadeo, per parentheſin pulchrè ponitur p eo quod dicim⁹, Quemadmodum ego credo. Cic. pro Roſc. Amer. Ego contra breuiorem poſtulationem affero, & (quomodo mihi perſuadeo) aliquā to æquiorem. Venuſtè quoq; dicitur, Ita tibi perſuadeas, Ita perſuaſum eſt omnibus. Cicero ad Brutum libro 11. Quamobrem uelim tibi ita perſuadeas, me tum Reipublicę cauſa, quæ mihi uita ipſa charior eſt, &c. Idem ad eundem, Ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermibus perterritis metu, fugiſſe Antonium.

Perſuaſus

Perſuaſus, participium, & aliquando nomen ex participio. Cicero in Tuſcul. Opinio mali, quo uiſo & perſuaſo, ægritudo inſequitur neceſſariò. Columella lib. 12. cap. 2. Villica porrò perſuaſiſſimum habere debebit, aut in totum, aut certè plurimum domi ſe morari oportere. Plinius Epiſtola 20. libro 1. Perſuaſum habeo poſſe fieri ut ſit actio bona, quæ non ſit bona oratio.

Perſuaſio, onis, f. t. uerbale, dicitur credulitas, & opinio firma, quam fidem appellamus. Plinius libro 25. capite 2. Durat tamẽ tradita perſuaſio, in magna parte uulgi, ueneficiis & herbis id cogi.

Perſuaſorius, adiectiuum, Quod perſuadet, Sueton. in Domitiano, ca. 8. Recuperatores, ne ſe ſemper perſuaſoriis aſſertionibus accommodarent, identidem admonuit.

Perſuaſor, oris, uerbale, Qui perſuadet.

Perſuaſtrix, ſtricis, fœminini generis. Plaut. in Bacchid. Eccas tandem probri perlecebras, & perſuaſtrices.

Perſuaſibilis, le, Quod poteſt perſuaderi. Quintilianus libro tertio, capite 16. Rhetorice, eſt uis inueniendi omnia in oratione perſuaſibilia:

Perſuaſibiliter, aduerb. Quint. lib. 2. cap. 16. Qui finem eius eſſe ait perſuaſibiliter dicere.

Perſubtilis, perſubtile, penultima product. Valde ſubtilis. Cicero pro Plancio, Et quoniam tua fuit perelegans & perſubtilis oratio.

Perſulto, n. p. Super re aliqua ſalto: propriéq; ferarum eſt aut pecudum, quæ in pabuli ubertate identidem ſubſiliũt, ὑπερπηδάω. Lucret. lib. 1. Inde feræ pecudes perſultant pabula læta. id eſt, ſaltant per pabula læta. Eſt item perſultare, cũ petulanti quadam inſultatione locum agrumúe peragrare. Liu. 4. bel. Maced. Quorum ubi arma ſignaq; Lacetani cognouere, memores quàm ſæpe in agro eorum impunè perſultaſſent. Tacit. lib. 11. Simul libero exercitu campos perſultante. Silius libro 3. At non Sarmaticos attollens Euſana muros Tam leuibus perſultat equis.

Perſuo, is, Suendo abſoluo, διαῤῥάπτω. Vide in ſimplici Suo.

Pertædeo, des, dui, n. ſ. Tædio uehementer afficior, ἀθυμοῦμαι, ἐξαπορῶμαι. Gellius libro 1. cap. 2 Iamq; omnes finem cuperent, uerbisq; eius defatigati pertæduiſſent. Huiuſmodi tamen locutiones raræ ſunt: frequentius enim hoc uerbo utimur impersonaliter, quemadmodum & eius ſimplici tædet Idem libro 15. cap. 20. Simul duas uxores habuerat, quum id decreto ab Athenienſibus facto, ius eſſet: quarum matrimonii pertædebat. Pertæſum eſt. Cicero ad Quintum fratrem, libro 1. Pertæſum eſt enim leuitatis, aſſentationis animorum, non officiis ſed temporibus ſeruientium. Vergilius 4. Aeneidos, Si non pertæſum thalami tedæq; fuiſſet. Ouidius ſecundo Amorum, Eleg. 9. Quum bene pertæſum eſt animi ſque renauit ardor.

Pertædeſcit, ſimiliter impersonale. Cato de Re ruſt. cap. 156. No lite multum dare, ne pertædeſcat.

Pertæſus, a, um, Particip. ſine uerbi origine, ut inquit Seruius, & regit accuſatiuum, ἐξαπορούμενος. Sed poteſt eſſe à Pertædeo. Suetonius in Cæſ. Et quaſi pertæſus ignauiam ſuam, qđ nihil tum à ſe memorabile actum eſſet. Vergilius lib. quarto Aeneidos, genitiuo iunxit, Si non pertæſum thalami, tedæq; fuiſſet.

Pertego, is, a. t. pen. cor. Diligẽter, & omni ex parte tego, καταγράφω. Plaut in Rud. Quin tu in paludem is, exagitasq; arundines, Qui pertegamus uillam, dum ſudum eſt? Idẽ Trinum. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Pertendo, is, a. t. Ad finem tendo, ualde tendo, extendo, διήκω, διατείνω. Cato de Re ruſt. cap. 52. In arboribus, ubi radices capiant, calicem, aut qualum pertendito: per fundũ ramum, quem radicem capere uoles, ſcarificato, traiicitoque. Sed hic Catonis locus corruptè citatur tam à Calepino quã à cæteris omnibus Dictionariorum compilatoribus. Non enim ibi perrendito legendũ eſt, ſed pertundito. Aliquando eſt recta tendere, uel inſtitutam profectionẽ abſoluere. Liu. 5. ab Vrb. Pars maxima, atq; ipſe Sergius Romam pertenderunt. Aliquando eſt contendere. Cic. pro Corn. Balbo, Cum fœderibus, quorum acerbiſſima diligentia eſt, pertẽdemus? Aliquando eſt ad finem ducere id quod intendebamus, aut cœperamus. Terentius in Heaut. Quid iſtuc? uideo non licere, ut cœperam, hoc pertendere.

Pertento, as, a. p. Eſt ſententiam alicuius callidè expiſcari, ἀποπειρῶμαι Terentius in Andr. Sed ea gratia ſimulaui, uos ut pertentarem. Aliquando idem eſt quod permoueo, ſine titillo. Vergilius 5. Aeneidos, Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. Aliquando idem quod corripio, apprehendo. Verg. 3. Georgicôn. Nonne uides ut tota tremor pertentet equorum Corpora? Idem 2. Aeneid. ſuſpenſam blãda uiciſſim Gaudia pertentat mentem. Idem 7. Aeneid. Ac dũ prima lues udo ſublapſa ueneno Pertentant ſenſus.

Pertenuis, nue, Valde tenue, Plin. lib. 16. cap. 43. Secatur in laminas pertenues & ilex. Ci. ad Ter. lib. 14. Spes autẽ ſalutis perennis oſtenditur. Idẽ cõtra legẽ Agr. Sic ut terra clauſtra locorũ teneret, & duo maria maximè nauigationi diuerſa penè coniungeret, quum pertenui diſcrimine ſeparentur.

Perterebro, as, a. p. pen. cor. Terebra perforare, διατρυπάω, Cl. 1. de Diu. Annibalẽ Cæl. ſcribit, quũ columnam auream quæ eſſet in fano Iunonis Lucinæ auferre uellet, dubitaretq; utrũ ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata, perterebraſſe.

Pertergo, is, a. t. Diligenter tergo, ὑπόργνυμι, ἐκμάσσω, Colu. libro 12. cap. 9. Sæpe ſuffundere ius debebit, nec pati ſitire ſalgama, ſed extrinſecus munda ſpongia uaſa pertergere, & aqua fontana refrigerare.

Pertero, is, a. t. pe. cor. Terendo comminuo, κατατρίβω, Plautus Menæch. Tum compediti ianuam lima perterunt. Colu. lib. 8. cap. 5. Vel eadem pertrita, & cum aqua potui data.

Perterreo, es, a. ſ. Valde terreo, καταπλήττω. Terent. in Eun. Pòſt exibo, atq; hunc perterrebo ſacrilegum. Cæſar 1. bel. Gallici, Quæ copiæ noſtras perterrerent, & munitione prohibe rent. Idem lib. 7. Vt ſint reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterreant alios.

Perterritus, a. um, participium. Cic. pro Cæl. An timebant ne tot unum ualentes imbecillum, alacres perterritum ſuperare non poſſent? Ouid. 11. Metamorph.

Vna fugit Nymphe, ueluti perterrita fuluum Cerua lupũ.

Perterrefacio, acis, a. t. pen. cor. Idem quod perterreo, καταφοβέω. Terent. in And. Nunc tuum eſt officium, has bene ut adſimules nuptias, Perterrefacias Dauum. Brutus ad Cic. lib. 11. Sperare eos, te perterrefacto, adoleſcẽte impulſo, poſſe magna conſequi præmia.

Perterricrepus, adiectiuum, Quod terrorem crepat, & incutit, ἐκπληκτικὸς, φρικοποιὸς. Lucret. de tonitru, Tũ perterricrepa ſonitu dat miſſa fragorem. Cic. in Orat. Imò uerò iſtã ſequamur, aſperitatemq; fugiamus, Habeo iſtam ego perterricrepam. Ex poẽta quodam.

Pertexo, xis, a. t. Texẽdo abſoluo, ὑφαίνω, Item perago, perficio, translatione ſumpta à textoribus qui primo telam ordiuntur, & orſam deinde texunt. Cic. lib. 1. de Orat. Et pertexe modo Antoni quod exorſus es. Idem ad Att. lib. 1. Totum hunc locum quem ego uariè meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere de flamma, de ferro (noſti illas πλύτα.) ualde grauiter pertexuit.

Pertica cæ. pen. cor Baculus oblongus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5. Præterea & perticas inclinatas ad parietem. Plin. li. 15. cap. 3. Qui medium temperamentum in hoc ſeruant perticis decutiũt. Ouid. de Nuce, Pertica dat plenis immitia uulnera ramis. Plin. libr. 8. Epiſt. Ex his etiam quos non una (ut dicitur) pertica, ſed diſtinctè gradatimq; tractaui, id eſt, quos non una ulna menſus ſum, inquit Budæus. Eraſmus uerò, Vna pertica, ait. id eſt, eadem opera.

Perticalis, le, Colum. lib. 4. cap. 31. Perticalis ferè ſalix eundem agrum quem uiminalis deſiderat. Id eſt, ex qua fiũt perticæ. Plinius libro 17. capite 20. Perticalis & uirga, & talea feritur foſſura eadem.

Pertimeſco, is, n. t. Significationem ſui primitiui retinet, περιδείδια. Non enim habet ſignificationem paſſiuam in tam. Plaut. in Curc. Spectacula ibi ruunt, ego pertimui. Cic. 5. Verr. Siculi Siculos non tam pertimeſcebant. Ouid. Epiſt. 9. Diceris & dominæ pertimuiſſe minas. Idem 1. de Arte, Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem. Cic. Lent. Fama inconſtantiq; pertimeſcenda. Iungitur aliquando ablatiuo cum præpoſitione De. Ci. 7. Verr. De ſuis periculis, fortunisq; omnibus pertimeſcunt.

Pertimeſcitur, paſſiuè dixit Cic. de Lege Agraria, Grauè eſt enim (inquit) nomen imperii, atq; id etiam in leui perſona pertimeſcitur.

Pertineo, nes, n. ſ pen. cor. compoſitum ex per & teneo, Idem ſignificans quod pertingo, peruenio: habetq; accuſatiuum cũ præpoſitione ad, uel in, διήκω. διικνοῦμαι, διικνέομαι. Cæſar 1. bell. Gall. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Vlpianus de Cloacis. l. Prætor ait, Quo minus illi cloacam quæ ex ædibus eius in tuas pertinet ædes de qua agitur pur-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gare, reficere liceat, uim fieri uetо. Et paulò pòſt, Quod ait Prætor, Pertinet hoc ſignificat quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet, hoc eſt, dirigitur, extenditur, peruenit, Cic. in Catone maiore, Tanta eſſe conatos quæ ad poſteritatis memoriam pertinerent. Nonnunquã etiã in hac ſignificatione admittit præpoſitionẽ Per. Cic. 1. de Nat. deor. Ratio quædã pertinens per omnem rerum naturam. Ibidẽ li. 2. Ex quo intelligi debet eam caloris naturã uim habere in ſe uitalẽ, per omnem mundum pertinentem. Accipitur prętercа frequẽtiſſimè pertinere, pro attinere, & domino cuiuſpiam ſubiectum eſſe, καθίκειν, ἐπιβάινειν. Pompõ. l. Verbum ff. de Verb. ſignifi. Verbum illud pertinere latiſſimè patet, Nam & in rebus petendis aptum eſt, quæ dominii noſtri ſint, & eis quas aliquo iure poſſidemus, quanuis nõ ſint noſtri dominii. Pertinere ad nos etiam dicimus quæ in nulla eorum cauſa ſunt ſed eſſe poſſunt. Hæc ille. In qua ſignificatione perpetuò habet accuſatiuũ cum præpoſitione Ad, nunquam aũt datiuũ Neq; enim cũ imperito uulgo dixeris, Pertinet mihi hæc domus, ſed ad me. Pertinet adme, hoc eſt, officii mei eſt uel partiũ mearũ uel meæ curationis. Cic. de Amic. Sed eadẽ bonitas etiam ad multitudinẽ ptinet. Plaut. in Truc. Magis pol hæc malitia ptinet ad uiros quã ad mulieres. Hoc eſt, magis cadit in uiros. Interdum etiam idem quod refert, ſiue intereſt mea. Martial. li. 8. Vxor mœcha tua eſt: hoc ad te pertinet Ole. Pertinet ad rem, hoc eſt, non alienum eſt à re. Cicero ad Brutum libr. 13. Bonus planè uir, & cum uirtutibus, tum ea fortuna (ſi quid hoc ad rem pertinet) ornatus: Oratio, uel ſententia eò pertinet, hoc eſt, eò tẽdit uel dirigitur. Cic. pro Cornelio Balbo, Næc uerò hæc oratio mea pertinet ad infirmandum fœdus Gaditanorum.

Pertinax, acis, om. t. pen. cor. Obſtinatus, qui ſcilicet in re aliquã quam ſemel animo concepit, nimis firmiter perſiſtit, αὐθάδης. Cicero de Finibus, Certè pertinax non ero: tibiq; ſi mihi probabis ea quæ dicis, libenter aſſentiar. Pertinax itaq; à per, & teneo dici uidetur: ut is pertinax dicatur qui ſuæ ſententiæ nimis eſt tenax. Varro libro 4. de Lingua Latina, à pertendo dictum putat. Nam is qui pertendit in re aliqua in qua pertendere non debet, dicitur pertinax: qui uerò perſtat in eo in quo manere oporteat, perſeuerans dicitur. Accipitur tamen nonnunquam pertinax in bonam partem, pro perſeuerante. Valerius Maximus lib. 1. Non mirum igitur ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendoq;, pertinax eorum indulgentia deorum ſemper excubuit, quod tã ſcrupuloſa cura, paruula quoq; momenta religionis examinari uidentur. Seneca de Benefic. Vincit malos pertinax bonitas. Liuius 5. belli Pun. Vincit tamen omnia pertinax uirtus. Pertinax certamen, dicitur durum, & difficile. Pertinax fama, conſtans & firma. Sic pertinax odiũ, pertinax pietas. Pertinacior in differendo uel diſputando, dixit Cicer. de Finibus. Pertinacem Plautus ſuo more dixit pro ualde tenaci, hoc eſt, auaro, & rei ſuæ ſeruandæ plus ſatis attento. Ita enim habet in Captiuis, Quid tu ais? tenaxne pater eius eſt? P. Imò ædepol pertinax.

Pertinacia, æ, f. p. (ut inquit Cicer.) perſeuerantiæ finitima eſt, & tam in bonum quàm in malum ſumitur, ἐμμονὴ νομοσωῶν In bonum. Suetonius in Cæſare, Ne patientia & pertinacia hoſtis, animi ſuorum frangerentur. Cicero 1. Academ. Cum Zenone inquam, ut accepimus, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia aut ſtudio uincendi (ut mihi quidem uidetur) ſed earum rerum obſcuritate, &c. In malum. Accius, Pertinaciam indocti poſſident. Terentius in Hecyra, Quæ hæc eſt pertinacia? Cicero 1. de Finibus, Cum pertinacia & iracundia rectè diſputari non poteſt. Cicero 4. Academ. Reprehenditur in minimis rebus pertinacia, in calumnia etiam coërcetur.

Pertinaciter, aduerb. Perſeueranter, obſtinatè. Plin. Epiſt. 109. libro 5. Ne deſiderio Senatoris, nõ iam quaſi de nundinis, ſed quaſi de gratia, fama, dignitate certantis, tam pertinaciter, præſertim in Senatu repugnaret.

Pertingo, is, pertigi, penult. corr. pertactum, pertingere, Extendor, peruenio, ἥκω, ἱκνέομαι. Plinius libro 11. capite 37. Venã ab oculis pertingere ad cerebrum peritiſſimi autores tradunt. Cicero de Natura deorum, Ex quo intelligi debet eam caloris naturam uim habere in ſe uitalem, per omnem mundum pertingentem.

Pertolero, as, Vſq; ad finẽ tolero, perfero, φέρω, ὑπομένω. Plautus in Amphit. Fata iſtæc me premunt, pertolerarẽ uim tantam, cladesq; Exantlarem impatibiles.

Pertorqueo, es, a. f. Idem quod torqueo, καταστρέβλω. Lucr. libr. 2. At contra terra abſinthi natura, feriq; Centauri fœdo pertorquent ora ſapore.

Pertracto, as, a. p. Manibus frequentius tracto, & tango, παράλομαι. Cic. in Parad. Barbatulos mullulos receptãtem de piſcina, & pertractantẽ. Plin. 25. ca. 6. Centaurea curatus dicitur Chion, quũ Herculis excepti hoſpitio pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedẽ. Pertractare per translationẽ, apud ſe reputare, & diligenter cõſiderare. Cic. 2. de Finib. Tute introſpice in mentẽ tuã ipſe, eamq; omni cogitatione pertractans percontare ipſe te. Pertractare, differere, diſputare de re aliqua. Cic. 4. Tuſc. Qua oratione prætermiſſa minimè neceſſaria, ea quæ rem continent, pertractemus.

Pertractatio, onis, Frequens reuolutio. Cic. 1. de Ora. in Grãmaticis Poëtarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, uerborũ interpretatio, pronuntiandi quidam modus.

Pertraho, is, a. t. pen. cor. Ad deſtinatũ finem traho, προφέρω. Liuius 1. belli Punici, Ea extẽplo reſolutis quibus leuiter annexa erat uinculis, ab actuariis aliquot nauibus ad alterã ripam pertrahitur. Idem 5. belli Punici, Et Carthaginenſium acies de induſtria pedem referebat, ut ad terga collis abequite ſuo inſeſſi hoſtem incautum pertraherent. Pertrahere uitam, prolongare. Plinius libro 28. capite 1. Vitam quidem non adeò extendendam cenſemus, ut quoquo modo pertrahenda ſit.

Pertranſeo, is, Idem quod ſimplex tranſeo, διαβάινω. Plinius lib. 37. cap. 5. Nubecula enim albicantis eſt uitium, quum uiridis nõ pertranſit aſpectus, ſed aut intus occurrit, aut excipit in fine uiſum candor.

Pertranslucidus, a, um, penultima correpta, Quod ualdè translucet. Plinius libr. 13. capite 12. Aliàs indecoro uiſu pertranslucida.

Pertríbuo, is, ere, a. t. Idem quod tribuo, uel do, δίδωμι. Plinius Epiſt. 307. Apud me & milites & pagani, à quibus iuſtitia eius & humanitas penitus inſpecta eſt, certatim ei, qua priuatim, qua publicè teſtimonium pertribuerunt.

Pertríſtis, ſte, om. t. Valde triſtis. Cicero pro Cælio, Et qui in reliqua uita mitis eſſet, & in hac ſuauitate humanitatis, qua prope iam delectantur homines, Verſari periucundè ſoleret, fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus Cenſor magiſter. Idem 2. de Diuinatione, Sæpe etiam pertriſte canit de pectore carmen.

Pertumultuoſus, a, um, Tumultum magnum excitans.

Pertumultuosè, aduerbium. Cicero ad Catonem libro 15. Interim quum exercitu luſtrato iter in Ciciliam facere cœpiſſem, Calend. Septemb. legati à rege Commageno ad me miſſi, pertumultuosè, neq; tamen non uerè, Parthos in Syriam tranſiſſe nuntiauerunt.

Pertundo, is, a. t. Columella libro 6. capite 5. Si fortè ſurculum calcauerit, aut acuta teſta, uel lapide ungulam pertuderit. Cato. cap. 133. Calicem pertuſum ſumito tibi. Lucr. lib. 4. Nonne uides etiam guttas in ſaxa cadentes Humoris, longo in ſpatio pertundere ſaxa?

Pertuſus, a, um, particip. Perforatus. Cato cap. 157. in uas pertuſum congeſta omnia. Plaut. Pſeud. In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Perturbo, as, Valde turbo, confundo, commoueo, ταράττω. Terentius in Andria, Nihil eſt preci loci relictum, iam perturbaui omnia. Cicero 5. Verrinar. Hæc te uox non percuſſit? non perturbauit? Idem 3. Officior. Regulus uerò non debuit conditiones pactionesq; bellicas & hoſtiles perturbare periurio.

Perturbatè, aduerbium, Confuſè, inordinatè, ταραχωδῶς. Cic. 1. de Inuent. Hic conſiderandum erit ne quid perturbatè, ne quid contortè dicatur.

Perturbator, oris, Qui perturbat.

Perturbatrix, icis, Quæ conturbat. Cic. 1. de Legib. Perturbatricem autem harum omnium Academiam hanc ab Arceſila & Carneade recentem exoremus ut ſileat.

Perturbatio, onis, f. t. Tumultuatio, cõfuſio, cõmotio, παραλή. Cic. 6. Philip. Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta ut maior timor oriatur? Idẽ 2. de Ora. Illd genꝰ orationis nõ cognitionẽ iudicis, ſed perturbationẽ reqrit. Idẽ in Paradoxis, Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atq; ordinis. Perturbationes animi, ſunt motꝰ & animi cõcitationes rationi nõ obtẽperantes, quæ à Græcis πάθη appellãtur. Cic. 4. Tuſ. Eſt igitur Zenon. hæc definitio, ut perturbatio ſit (q πάθος ille dicit) auerſaã recta ratione cõtra naturã animi cõmotio. Idẽ 2. Fin. Perturbationes genere ſũt quatuor, partib. plures,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

plures ægritudō,formido,libido,lætitia.Idem 4.Tuſc.Partes autē perturbationū uolunt ex duob.opinatis bonis naſci,& ex duob.opinatis malis:ita eſſe quatuor. Ex bonis libidinē & lætitiam:ut ſit lætitia præſentium bonorum:libido futurorū.Ex malis,metum & ægritudinē naſci cenſent:metum de futuris,ægritudinē de præſentib.Quoniā enim ueniētia metuuntur,eadē efficiunt ægritudinē inſtantia. Lætitia aūt & libido in bonorū opinione uerſantur:quum libido ad id q uidetur bonum,illecta & inflammata rapiatur:lætitia,ut adepta iam aliquid concupitum,efferatur & geſtiat.Natura enim omnes quæ bona uidentur, ſequuntur, fugiuntque contraria.

Perturpis,pe,Valde turpis,Cicero pro Cælio, Cum hac aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis, non tibi perturpe,aut flagitioſum eſſe uideatur?

Peruado,is,n.t.Pertranſeo,*διαβαίνω*.Tacit.libro 2.Niſu tamen corporis & impetu equi peruaſit.Liu.7.ab Vrbe, Interrepidationem tumultumq; Samnitum præſidium Romanorum obuiis cuſtodib.cæſis ad Caſtra Cōſulis peruaſit.Idē 5.ab Vrbe,Quibus cum ampliſſimis uerbis gratiæ ab Senatu actæ eſſent,famaq; ea forum atq; urbem peruaſiſſet,ſubitò ad curiam concurſus fit plebis.

Peruago,as,**Peruagor**,aris,pen.cor. Per aliquem locum uagor,*περιφέρομαι*.Lib.3.ad Heren.Sed illud facere oportebit,ut identidem primos quoſq; locos,imaginum innouandarum cauſa,celeriter animo peruagemus.Liu.lib.1. ab Vrbe,Nunc errabundi domos ſuas ultimum illas uiſuri peruagantur.Cice.1.de Leg.Moleſtiæ,lętitiæ,cupiditates,timores ſimiliter omnium mentes peruagantur.

Peruagatus,partic.Liu.8.bel.Maced.Inter mitiſſimum genus hominum ferox natio peruagata bello propè orbem terrarum ſedem cepit. Eſt & peruagatus,nomen ex participio,idem ferè ſignficans quod diuulgatus.Ci.pro Plancio, Vulgaris & peruagata declamatio.Idem 3.de Orat.Commune & peruagatum uitium.Hinc peruagatior,& peruagatiſſimus.Cicer.2.de Inuen.Pars autem eſt peruagatior,& aut in omnes eiuſdem generis,aut in pleraſq; cauſas accommodata.Idē in Ora.Me autem peruagatiſſimus ille uerſus qui uetat,Artem pudore proloqui quam factites,diſſimulare non ſinit quin delecter,&c.

Peruagus,a,um,pen.cor.Valde uagus,qui multum uagatur, inconſtans. Ouidius 2.de Arte amandi.

Magna paro,quas poſſit Amor remanere per artes
Dicere,tam uaſto peruagus orbe puer.

Perualidus,a,um,pen.cor.Admodum ualidus.Liu.10.belli Maced.Donec ad perualidum aliam urbem (Certima appellant Celtebri)peruenit.

Peruarius,a,um,Valde uarius,A quo peruariè,aduerbium. Cicero ſecundo de Oratore.Reliqua peruariè,iucundè narrantur.

Peruaſto,as,a.p.Prorſus uaſto.*ἀνολοθρομῶ*.Liuius ab Vrbe Ad peruaſtandos fines,ne quid ad noua conſilia relinquerēt uirium,duxere. Tacit.libr.15.Interea conferendis pecuniis, peruaſtata Italia,prouinciæ euerſæ.

Peruehо,is,a.t. pen.cor.Vſq; in aliquem locum porto,*διακομίζω*,*κατάγω*.Plinius libro 35.capite 6. Sed inde non peruehuntur ad nos.Liuius quinto ab Vrbe,Virgines ſacraq; in plauſtrum impoſuit,& Cęrę,quò iter ſacerdotibus erat,peruexit.Ci.2.Offic.Nam & quum proſpero flatu eius utimur, ad exitus peruehimur optatos:& quum reflauit,affligimur. De fortuna.

Peruello,lis,a.t.Vellico,& pectiūculis torqueo, *κατατίλλω*. Cicero tertio Tuſculanarum,Quid mœres? cur ſuccumbis cedisq; fortunæ? quæ peruellere te forſitan potuerit & pungere,non potuit certè uires frangere. Horatius 2.Sermon. Satyra 8.Rapula,lactucæ, radices qualia laſſum Peruellunt ſtomachum.

Peruenio,is,ire,n.q.Significat ad finem uenire,*φράνειν*,*δίκεσθαι*,*διϊκνεῖσθαι*.Plinius Epiſtol.2.4. Peruenі ad fontem puriſſimum.Terentius in Eunucho,Ita eſt,ſed ſine me peruenire quò uolo.Quaſi dicat,ſine me dicere quod maximè cupio.Quintilianus libro 1.capite 3. Illud ingeniorum uelut præcox genus,non temerè unquam peruenit ad frugem.Cicero pro Seſtio,Vix ſerò,& rarò ad manus peruenitur.Idem ad Atticum,libr. 8.Eo autem ad te ſcripſi,ut ſi tibi fortè reddita eſſet,mihi curares referendam,ne in illius manus peruenirer.Vergil.4.Georg.Poſtquàm eſt in thalami pendentia pumice tecta Peruentum. Idem 2.Aen.Aſt ubi iam patriæ peruentum ad limina ſedis.

Peruenor,peruenaris,peruenari,pen.prod.Idem quod diligenter uenari:& per translationem pro Quærere,& ſolertia quædam adhibita inueſtigare,*διαγρίνω*,*ἀνιχνεύω*.Plautus Merc.Defeſſus ſum urbem totam peruenarier.

Peruerto,is,ere,a.t. *διαστρέφω*,*παραστρέφω*,*παράγω*,Plautus in Aulul.ne cœnet ſenex,Aulas peruertunt,ignem reſtringunt aqua.Modò deprauare,*παρὰ φύσιν ἄγω*.Cicero in diuinatione,Nunquam illa me opprimet conſilio, nunquā ullo artificio peruertet,nunquam ingenio me ſuo labefactare,atque infirmare conabitur.

Peruerſus,a,um Prauus,Præpoſterus,ut inquit Valla,*διάστροφος*.Plaut in Truc.Illic & hic peruerſus eſt. Cic. pro Cluent.Itaq; ut erat ſemper præpoſterus,atq; peruerſus, initiū facit à Bulbo.Brutus ad Ciceronem lib.11.Gratiorē me eſſe in te poſſe,quàm iſti peruerſi ſunt in me,exploratū habes. Peruerſus dies à Plauto in Menæch.dicitur ineptus,incommodus,intempeſtiuus.

Peruersè,aduerbium.Plautus in Amphit. Qui peruersè adeò peruertit familiæ meæ mentem.

Peruerſitas,atis,Prauitas,ſeu actio præpoſtera, *διαστροφὴ*. Cicero 2.Tuſc.In ſumma opinionum peruerſitate uerſamur. Idem in Orat.Quæ eſt autem in hominibus tanta peruerſitas?

Peruеſtigo,pen.prod. Non ſolùm quæro,ſed quærēdo inuenio,uel acquiro: Veſtigo autem, quæro, *ἰνιχνεύω*. Tractū à ueſtigijs ferarū,quib. tanquā ſignis,indicijsq;, ad ferarum luſtra,uenatores perueniunt.Cicero lib.2.de Oratore, Noſſe regiones intra quas uenias, & peruеſtiges quod quæras. Idem 6.Verrin.Canes uenaticos diceres, ita odorabātur omnia,& peruеſtigabant.

Peruеſtigatio,onis,f.t.*ἰνίχνευμα*,*ἰνίχνευσις* Cic. 1. de Orat. ſed omnia quæcūq; eſſent,uel ſcientiæ peruеſtigatione,uel diſſerendi ratione comprehenderint.

Peruetus,huius peruеteris,ōm. t. pen. corr. Valde uetus. *πολύχρονος*. Cic.ad Quint.frat lib.3. Reddita etiam mihi eſt peruetus epiſtola,ſed ſerò allata.

Peruetuſtus,a,um,Idem quod peruetus.Plin.lib.20.cap.9.Ad coxēdicum dolores cum adipe peruetuſto.Cic.9.de Oratore,Vt translatis utamur frequenter, interdumq; factis,raro autem etiam peruetuſtis.

Peruicax,cis,om.t.Durus,contentioſus,nulli cedens, perſeuerans cum quadam ui, *ἰσχυρογνώμων*,*ἐνσατικὸς*.Terent.in Hecyra. Adion' peuicaci eſſe animo, ut puerum præoptares perire?

Peruicacia,f.p.Durities,obſtinatio,*ἐνσατικὸν*.Plin.libro 17. capite 20.Perdurandi peruicacia. Peruicacia & Pertinacia hoc diſtant, inquit Nonius, quod peruicatia eſt interdum bonarum rerum perſeuerantia:pertinacia,ſemper malarum. Sed hæc differentia non eſt perpetua. Nam & pertinacia in bonam aliquando partem accipitur: ut ſuo loco oſtendimus.

Peruicus,Veteres dixere pro peruicaci, teſte Nonio. Plaut. in Aulul.Hic quidam peruicus cuſtodem addidit.

Peruideo,peruides,pen.corr.Diligenter & perfectē uideo, *διοπτεύω*.Col.lib.2.cap.2.Videt ſine dubio quid eueniat:ſed cur id accidat non peruidet.Horat.1.Serm.Sat.3.Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.

Peruigeo,es,pen.corr.Idem quod ſimplex uigeo, *ἀκμάζω*. Tacit.lib.1.Et uterq; opibusq; atq; honoribus peruiguere.

Peruigil,ilis,om.t pen.cor.Totam noctem uigilans, uel uigilias in longum tempus extendens, *παννύχιος*.Plin.lib.33. cap.4.Eamq; ſolus intelligit in cacumine montis eius peruigil.Anguis peruigil,Ouid.11.Epiſt. Canis peruigil,Sen. Herfur.Cuſtodia peruigil Lucan.lib.4. Ignis peruigil pro igne Veſtali,Statius 2.Theb.

Peruigilo,las,n.ſ.Vſque ad finem uigilo, uel totam noctem inſomnem duco, *παννυχίζω*.Martial.lib.9. Nam uigilare leue eſt,peruigilare graue.

Peruigilatio,onis,Cic. 2.de Legib.Nouos uerò deos, & in his colendis nocturnæ peruigilationes.

Peruigilium,lii,n ſ.Diuturnæ uigiliæ *παννυχισμὸς*. Plin. libro 11.cap.55.Peruigilio quidem uincūtur cibi.Et peruigilium, ſacrum nocturnum quo uigiliæ indicuntur ut per totā noctem uigiletur Liuius lib.1.bel.Pun.Caſtra Campana ut per uigilio neglecta ſimul omnibus portis inuadit.Sueton. de Calig.Nec alia de cauſa uidetur eo die quo perijt,peruigilium indixiſſe,quàm ut initium in ſcenam prodeuadi licentia temporis auſpicaretur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Peruilis, le, Admodũ uilis. Liu. 2. bell. Maced. Annona quoque eo anno peruilis fuit.

Perunica, corrupto nomine à uulgo appellatur herba, quã Plinius Vincam peruincam appellat. Vide suo loco.

Peruínco, cis, a. t. Contendo, perficio, διαπεράπομαι. Cicero ad Atticum libro 2. Restitit, & peruicit Cato. Liuius 4. ab Vrbe, Neq; ut de agris diuidendis plebi referrent. Consules ad Senatum, peruincere potuit.

Peruíridis, de, pen. cor Valde uiridis. Plin. lib. 6. cap. 22. Mare id colore peruiridi, præterea fruticosum arboribus.

Peruíuo, is, pen. prod. Vsque ad certum aliquem finem uitam produco, διάγω, διαζῶ. Plaut. Cap. Etsi peruiuo usq; ad summam ætatem, tamen breue spatium est perfruendi quæ minitas mihi.

Peruíus, a, um, Per quod iri potest, διάβατος, διαβάσιμος Terentius in Adelph. Id quidem angiportum nõ est peruium Aliquando dicitur penetrabile. Ouid. libro 2. Metamorph. domus est imis in uallibus antri Abdita, sole carens, non ulli peruia uento.

Perungo, gis, 3. t. Oblino, circunquaq; ungo, καταχρίω. Col. lib. 11. cap. 3. Si tamen per ignorantiam nuda manu runcaueris, & prurigo atque tumor incesserit, oleo subinde perungito. Cic. 1. Tusc. Corpora oleo perunxerunt.

Perunctio, perunctionis. Plinius libro 28. capite 16. Perunctione prodesse dicitur.

Peruolgo, as, are, Peruagari, περιφέρεσθαι. Lucretius lib. 2. Multiplex q; loci spatium transcurrere eodem Tempore quo solis peruolgant fulgura cælum:

Peruolo, peruis, peruult, peruelle, pen. cor Valde cupio. πρόθυμαι. Curtius lib. 6. Peruelim scire utrum qui discedũt, an qui retinentur, de me querantur.

Peruolo, as, pen. cor. Vsq; ad certum aliquem destinatumq; locum uolo: & per translatiorem pro celeriter pertero. διαπέτομαι. Cicero in Somn. Scipioonis. Quibus agitatus, & excitatus animus uelociter in hanc sedem & domum suam peruolabit. (loca.

Peruolito, as, frequent. Verg. 8. Aen. Omnia peruolitat latè

Peruoluo, is, 3, t. pen. prod Verso, magna ui uoluo, διακυλίω. Plin. lib. 33. cap. 4. Et repleto stagno, excussis obturamẽtis, erumpit torrens tanta ui, ut saxa peruoluat. Cicero 2. de Orat. Deinde ut in ijs locis, quos proponam paulò pòst per uoluatur animus, ut se penitus insinuet in causam, ut sit cura in cogitatione intentus, diligentia est.

Peruoluto, as, are, frequentatiuum, ἐξαῦρ, ἀνελίττω Peruolutare libros, omni adhibita diligẽtia euoluere. Cic. ad Attic. lib. 5. Quoniam meos cum Thalameto nostro peruolutas libros. Idem de Orat. Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi, & peruolutandi, & exercitationis causa laudandi.

Perurbanus, a, um, Valde urbanus. Cic. ad Attic lib 2. Deniq; si solus non potuero, cum rusticis potius quàm cum ijs perurbanis. Idem de Clar. Orat. Etiam L. Torquatus elegans in dicendo: in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus.

Peruro, is, a. t. Comburo, & urendo consumo, διακαίω. Plin. libro 34. cap. 17. Eadem in aqua calculus æreus, quadrans si addatur, uas peruri. Aestu ualido perurimur, Ouidius 3. de Arte Amandi.

Perustus, participium, ut Coma Perusta sole. Propertius libro 4. Eleg. 10. Cicero ad Cæsarem, libro 13. Et iam hominum per ustum etiamnum gloria, uolunt incendere.

Perutilis, le, Valde utilis. Cicero ad Atticum lib. 9. In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas esset.

Peruulgo, as, a. p Diuulgo, in uulgus semino, διασπείρω Cicero pro Sylla. Illas tabulas describi ab omnib. statim librarijs diuidi passim, & peruulgari atq; edi populo imperaui. Idem pro Cælio, Mulier quæ se omnibus peruulget.

Pes, pedis, Vide Pedes, pedum.

Pes accípitrinus, A Romanis dicta est herba, teste Dioscoride, quam Græci, κυνόδα ἀγρίαν, hoc est, lychnidem sylueſtrẽ appellant.

Pes miluínus, Herba est quam Columella colligi & reponi iubet, non tamen explicat quæ sit.

Pes gallínaceus, Herba est ex genere capni siue fumariæ, nascens in parietinis, & sepibus, ramis tenuissimis sparsisq; flore purpureo, succo suo caliginem oculorum discutiens.

Vide Plinium. lib. 25. cap. 13.

Pessi, Fœminarum medicamenta, quæ in molli lana in naturalibus earũ conduntur. πρόσθετα, προσθέματα. Quæ enim per anum, clysteres: per collum matricis, pessi, siue pessarij appellantur. Cels. lib. 5. cap. 21. Sed alia quoq; utilia sunt, ut ea quæ fœminis subiiciuntur: πέσσους Græci uocant. Eorum hæc proprietas est: Medicamenta composita molli lana excipiuntur: eaq; lana in naturalibus conditur.

Pessime, pessimus, Vide Malus adiectiuum.

Pessulus, li, m. s pen. cor. Quasi paruus pes, instrumentum quo ostiũ clauditur, subditaq; mox clauę reseratur μοχλός, κατοκλίον. Apuleius, Tum Myrmex tandem clauę pessulis subiecta, pandit fores Idem, Subdita clauę pessulos reduco. Plautus Aulul. occlude sis Fores ambobus pessulis: iam ego hîc ero. Terentius in Eunuch. Pessulum ostio obdo. Idẽ Heaut. Anus foribus obdit pessulum, ad lanam redit. Vnde Oppessulata ianua, Id est, pessulis firmata, ἀσφαλισμένη θύρα, Festus, Obices sunt pessuli ferrei. Huius diminutiuum est Pessululus.

Pessulatæ fores, Dicuntur pessulis clausæ, munitæq; & pessulata ianua, pessulis firmata, ἀσφαλισμένη θύρα.

Pessum, aduerbium, Significat modò retrorsum, modò deorsum, quasi ad pedes, uel sub pedibus, ὀπίσω, κάτω. Vnde pessum premere, est pedibus calcare, siue sub pedib. premere. Plautus in Mostel. Istunc, ego tuis pro factis pessimis pessum premam. Plinius in Præfat. lib. 14. Pessum ire nitę pretia, omnesq; à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere. Pessum ire dixit per translationem: id est, actum est de ijs, in nullo sunt pretio. Pessum eo, Hoc est, cedo, uel retrocedo, ὑποφέρομαι, καταφέρομαι βρίθω, πίπτω. Alii quando pessum ire, siue abire, est ire in fundum, siue imam partem alicuius rei liquorem in se continentis, ut dolij, aluei, fluminis, maris aut lacus. Plautus in Aulul. eodẽ modo seruum ratem esse amanti hero equum censeo, Vt tolleret, ne pessum abeat. Colum. lib. 12. cap. 6. Nam ubi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam.

Pessundo, as, a. p, Conculco, pedibus calco, καταπατέω. Terẽt. in And. Quę si non astu prouidentur, me, aut herum pessum dabunt. Ouid. de Põto, Non mihi quęrenti pessundare cuncta, petitum Cęsareũ caput est, quod caput orbis erat. Plautus in Rud. Pessundedisti me blãdimentis tuis. Item arceo, reprimo. Plautus in Merc. Ira pessumas pessundedi iram, ini micitiam, lachrymas, mœrorem, exilium.

Pestibilis fundus, apud Imp Diocl. & Maxim. id est, ut ipsi exponunt, pestiferas herbas aut lætiferas habens. l. pe. C. d. Aedil. actio. Sanè uocabulum insolens. Certè, desideramus in principum constitutionibus tãm Romani sermonis puritatem, quàm ueteres lureconsulti feliciter conseruarunt.

Pestifer, & Pestiferè aduerbium, uide in nomine pestis.

Pestis, huius pestis, f t. Morbus est contagiosus, ab aëris plerunque infectione initiũ capiens, qui noxam quæ afficitur, in omnium animantiũ perniciem effundit: quanquã etiam ex aliis causis pestis nonnunquã gignitur, λοιμός. Plautus in Amphitryone, Pestis te renet. Pestes in plurali. Plin. lib. 2. cap. 7. Morbisq; & multis etiã pestibus, &c. Per Metaphoram pestis pro pernitie, exitio, uel calamitate accipitur. Liuius 2. ab Vrbe, Ibant unius familiæ uiribus, Veienti populo pestem minitantes. Cic. pro Sylla, Funesta Reipublicæ pestis. Dicitur aliquando de homine qui alios corrumpit, & damna infert. Terentius in Adelphis, Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium, periurus, pestis.

Pestilẽtia, æ, f. p. Idem est quod pestis, in qua significatione frequenter hac uoce utitur Plin. ut lib. 2. cap. 96. Locris, & Crotone pestilentiam nunquã fuisse, nec ullo terræmotu laboratum, annotatum est, λοιμώδης. Idem lib. 7. cap. 50. Senes minimè sentire pestilentiã. Sæpè etiam pestilentia accipitur p aëris corruptione, aut loci insalubritate, aut cæli inclemẽtia: cui opponitur salubritas. Cic. de Diuin. Vt hostiarũ immolatarum inspicerẽtur exta: quorũ ex habitu, atq; ex colore cùm salubritatis, tùm pestilentię signa præcipi: nonnunquam etiam quę sit sterilitas agrorum, uel fertilitas futura.

Pestilens, entis, om. t. Quod pestem affert: cui opponitur salubre, λοιμώδης. Cic lib. 1. de Fato, Inter locorũ naturas quantum interfit, uidemus alios esse salubres, alios pestilẽres. Africus pestilens, Horatius 3. Carm. Ode. 23. Ventus horribilis atq; pestilens, Catullus Epigram. 13.

Pestifer,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Peſtifer, adiectiuum, ut Fulmen peſtiferum, quod mortẽ, aut exitium oſtendit, inquit Feſtus, λοιμώδης. Plin. lib. 11. cap. 18. Taurorũ ſanguis peſtifer potu maximè. Peſtiferum bellũ dixit Cic. ad Sulp. lib. 4. id eſt, pernitioſum, mortem afferens.

Peſtiferè, aduerbium, Cicero 2. de Legibus, Multa peſtiferè ſciſcuntur in populis.

Peſtilitas, atis, apud antiquos legebatur, teſte Nonio, pro peſte, λοιμός. Lucretius libro 6. Hæc igitur ſubitò clades noua, peſtilitasq;.

Petalium, lii, n. f. πιτάλιον, μαλαβάθρινον, Vnguenti præſtantiſſimi genus, ex nardi folio confectum, unde & nomen habet, πίτανα enim Græci folia uocant. Plautus in Curc. Nam omnium odor unguentũm præ tuo nautea eſt: Tu ſtacte, tu cinamum, tu roſa, tu crocum, & caſia es, Tu petalium. Latinè Foliatũ appellatur. Martial. libro 11. At mea me libram foliati poſcit amica.

Petali, uituli dicuntur, quũ patula habere cornua incipiũt.

Petalides, & larinæ ſues, porci pingues & opimi.

Petaſites, πιτασίτης, Dioſc. lib. 4. cap. 109. herba eſt, pedicu lum habens cubitum maiorem, craſſitudine pollicis: ita dicta à galeri forma quam latum folium pediculo ſuperimpoſitum uidetur referre, eo ferè modò quo fungorum ſcapos pediculis uidemus adhærere. Ruſtici in Gallia Bardanã maiorem uocant.

Petaſo, onis, m. t. pen. cor. Caro porcina, quam alii coxam, alij eam partẽ ſuis dicunt, quæ ab alis incipit, & coſtas comprehendit, quibuſdam ueluti uirgulis pinguibus diſtincta. πίτυρα. Martial. lib. 13. Muſtæus eſt, propera, charos ne differ amicos: Nam mihi cum uetulo ſit petaſone nihil.

Petaſunculus, diminutiuũ. Iuuenalis Satyra 7. ſicut petaſunculus & uas Pelamidum.

Petaſus, petaſi, m. ſ. pen. corr. πίτασος, Idem quod galerus, hoc eſt, pilci latioris genus quo aduerſus ſolis iniurias uiatores faciem tuentur: qualis etiam Mercurio peculiariter tribuitur à Poëtis. Plautus in Amphit. Ego habebo uſq; in petaſo pinnulas. Fitq; à Græco πιτάννυμι. quod eſt extendo, cuius aoriſtus eſt ἐπίτασα. Hinc petaſati qui galero pro capitis ornamento utuntur, Sueton. in Auguſto, capite octogeſimoſecundo, Aeſtate apertis cubiculi foribus, ac ſæpe in periſtylo ſaliente aqua, atq; etiam uentilante aliquo cubabat: ſolis uerò ne hyberni quidem patiens, domi quoq; non niſi petaſatus ſub dio ſpatiabatur. Per translationem uerò petaſus dicitur quiddam ingaleri formam ædificijs ſuper impoſitum, extenſum & explicatum, in metæ formã ſe contrahens. Plin. lib. 36. cap. 13. Supra id quadratum pyramides ſtant quinque, quatuor in angulis, & in medio una: in imo latæ pedum ſeptuagenũm quinũm, altæ centenũm quinquagenũm: ita faſtigiatæ, ut in ſummo, orbis æneus, & petaſus unus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeãt excepta catenis tintinnabula quæ uento agitata longè ſonitus referãt. Sunt qui petaſum interpretentur pro calceamenti genere, putantq; petaſatum dici qui hoc calceamento ſit calceatus, adducentes locum Ciceronis ad Caſſium libro 15. Epiſtol. Sed petaſati ueniunt: comites ad portum expectare dicunt. Non inconuenienter tamen etiam in hoc loco Petaſatum intelligere poſſumus eum qui galero caput texerit. Solent enim qui peregrè proficiſcũtur, ſe galero aduerſus æſtus iniuriam munire.

Petaurum, n. ſ. πίταυρον, Genus ludi, & machina quædam lignea: quo quidem ludi genere homines per aëra rotarum pulſu iactabantur. Martialis libro 11. Quàm rota tranſmiſſo toties impacta petauro. Dici etiam poteſt petaurum ſupra quod homines agilitate corporum inſignes ludunt: ut haſtæ circa quas ſe uoluunt: funes ſupra quos etiã reciproci ambulant: circuli per quos ſe more piſcium tranſmittũt: tabulæ è quibus in aëre pendent, uno brachio ſe ſuſtinẽtes. Græci dicunt petaurum eſſe laqueum & aſſeres quibus domos tegunt. Iulius Pollux exiſtimat caucam eſſe in quam ſe cortis alites cubitum ituræ conferunt.

Petauriſtæ, m. p. πιταυριστὰι, teſte Nonio à ueteribus dicebantur qui ſaltibus, uel ſcenis leuioribus mouerentur. Varro libro 2. de Vita populi Romani. Nec minus aliquo in genere ſunt ludi uelites Galli, Germani petauriſtæ, qui & petauri dicuntur, à πιτᾶσθαι, uolare. Feſtus Petauriſtas Lucilius à petauro appellatos exiſtimare uidetur, quando ait, Sicuti me chanici quum alto exiluere petauro. At Aelius Stilo, quòd in aëre uolent, quũ ait, Petauriſta propriè Græcè, ideò quòd ἀεὶ ἄνω πίπτωσι.

Peteſcõ. ſiue Petiſco, Peteſſo, Vide Peto, petis.

Petigo, inis, f. t pen prod. Morbi genus qui & impetigo dicitur, quòd uicina petat, ſeſe latè ſumma cute diffundens, ἀπὸ τῆς ἁφῆς. Occupat plerunq; totum uultum, oculis exceptis, Lucilius lib. 30. referẽte Nonio, Illuuies, ſcabies oculos huc, deniq; petigo huc conſcendere.

Petilanſura, ſignificat uulgatam equalbam, Sipontinus.

Petilius, Flos eſt autumnalis, circa uepres naſcens, quinque foliorum, calyculo uerſicolori, inſtar roſæ ſylueſtris: ita dictus à Petilia maguæ Græciæ urbe, ut quidam exiſtimant.

Petilus, pen. cor. adiectiuum, Tenuis, exilis, ἀπαλὸς, Lucilius, Inſignis uaris cruribus, & petilis. Nonius.

Petimina, Vlcera in humeris iumentorum, quòd ima, id eſt, profunda petant. Nominatiuus ſingularis eſt petimen. Lucilius apud Nonium, Vt petimen naſo, aut lumbos ceruicibus tangant.

Petiolus, li. m. ſ. diminutiuum eſt à pede, πόδιον. Afranius apud Nonium, Atq; adeò nolo nudo petiolo ambules. Petiolus etiã aliquando accipitur pro pediculo ex quo fructus pendet, μόσχος. Columella libro de Arboribus cap. 21. Quũ iam matura mala fuerint, antequam rumpantur, petiolos quibus pendent intorqueto.

Peto, petis, petiui, uel petii, petitum, a. t. ſignificat oro, ſiue obſecro, αἰτέω, αἰτιῶμαι. Valla, Petere dicimur, quũ aliquid humiliter, & precibus petimus. Petere (inquit Varro) propriè eſt aliquid ſuppliciter, & precario poſtulare. Habetq; in hac ſignificatione ferè ablatiuum perſonæ cum præpoſitione à, uel ab. Cic. Philippo lib. 13. Epiſt. Quapropter à re etiã atque etiam pro noſtra ſumma coniunctione, proq; tua in me perpetua, & maxima beneuolentia maiorem in modũ peto, atq; contendo, ut eius filios qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimùm condones. Idem 6. Verr. Ille petit à rege, & cum pluribus uerbis rogat. Præter ablatiuum perſonæ admittit et accuſatiuum rei: ut Petere auxilium, uel præſidiũ ab aliquo, apud Ciceronem pro Quintio. Varij præterea ſunt huius uerbi in oratione uſus. Dicimus enim, Petere auxilium, Petere opem, Petere colloquium, Petere conſiliũ Petere gratiã, Petere amicitiam, Petere oracula, Petere pacẽ, Petere præmiũ, Petere reſponſa, Petere ueniam, Petere mutuum, quorum omnium teſtimonia in bonis autoribus inuentu ſunt facilia. Iungitur aliquando datiuo pro ablatiuo cum præpoſitione. Verg. 9. Aeneid. O genitrix quò fata uocas? aut quid petis iſtis? Vbi Seruius, Petis iſtis, id eſt pro iſtis. Nam ſic dicimus, Peto tibi, id eſt peto pro te. Petere aliquando commemorare eſt, inquit Nonius. Vergil. lib. 8. Aeneid. Quid cauſas petis ex alio? id eſt commemoras, uel potius repetis: ut per aphæreſin ſimplex ponatur pro compoſito. Ponitur aliquando pro tenere. Vergilius 5. Aeneidos. Summiſſi perimus terram. Cicero ad Atticum libro 3. Et ille incertus ubi ego eſſem, fortaſſe alium curſum petiuit. Aliquando pro adipiſci. Plinius libro 12. capite 19. C. etiam Cæſar Auguſti filius inde gloriam petijt, id eſt, adeptus eſt. Petere fugam, eſt fugere. Petere ſalutem fuga, Eſt fugiendo uitam ſeruare. Aliquando inſidias tendere. Plancus Ciceroni, In quo caſu hanc capio uoluptatem, quòd certè quo magis me petiuerunt, tanto maiorem his fruſtratio dolorem attulit. Aliquando uiolenter aggredi. Cicero pro Ligar. Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? Aliquando manere, expectare. Vergilius libro 9. Aeneidos. Troianos hæc monſtra petunt. Aliquando cupere, appetere, deſiderare, ut apud eundem libro 3. Georgic. Pulchramq; petunt per uulnera mortem. Aliquando percutio, βάπτω. Liuius libro 22. Hiſpano punctim magis, quàm cæſim aſſueto petere hoſtem. Aliquando inquire, re. ἱστῶρ. Vergilius 9. Aeneid. Euandrum petimus. Aliquando eligere, uel capere. Idem 4. Georgic. Principio ſedes apibus, ſtatio; petenda. Aliquando proficiſcor, κίνομαι. Suet. in Veſp. Et Cutilias, ac Reatina rura ubi æſtiuare quotannis ſolebat, petijt. Aliquando influere: ut Campum petit amnis. Quando uerò conſtruitur cum ablatiuo inſtrumentum ſignificante, & pro inſtrumenti diuerſitate diuerſa ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonã referatur. Nam Petere manu, teſte Nonio, eſt abducere. Verg. 6. Aeneid. Tartareum ille manu cuſtodẽ in uincla petiuit. Petere gladio, aut ueneno, aut lapide, aut cornu, & huiuſmodi eſt inuadere, ferire, & ſaluti inſidiari, ἐφίεσθαι, ἐπιχειρεῖν. Verg. 3. Ecloga. Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.

Ibidem

Ibidē Malo me Galatea petit lasciua puella. Suet. in Tyber. Missum in arenā aprum iaculis desuper petijt. Petere cursu, adipisci obtinere. Vergil. 3. Aeneidos, quæ littora proxima cursu Contendunt petere. Petere blanditijs, est blandiri. Quintil. Nouercam blanditijs petit. Petere muneribus, osculis, precibus, est conciliare. Apul. Quum me lachrymis, precibusq; petiissem. Petere oculis, est contemplari. Petere auribus audire. Petere naribus, olfacere. Petere tactu, attrectare. Huius composita sunt, Appeto, Competo, Expeto, Impeto, Oppeto, Perpeto, Præpeto, Repeto, & Suppeto, quæ habent penultimam correptam.

Petitus, petitus, m. q. Idem quod petitio. Gel. lib. 18. cap. 3. Iussit eum consensu, petituq; omnium eandem illam sententiam diserti uiri, cui usmodi posset uerbis dicere.

Petitio, onis, f. t. Postulatio, & actus ipse petendi, αἴτησις, δίκη αἰτήσεως, ἔγκλημα. Aliquando pro intētione actoris. Quintil. lib. 4. cap. 4. Recusatio quoq; plures interim propositiones habet: ut contra petitiones pecuniæ, Malè petis: procuratori enim tibi esse non licuit. Nonnunquam etiam pro impetitione, & aggressu gladiatorum: & per translationem sicariorum, aut insidiatorum. Cic. 1. Catil. Quas ego tuas petitiones ita coniectas, ut uitare posse non uiderentur, parua quadam declinatione, & ut aiunt, corpore effugi. Ponitur aliquando pro ambitu, hoc est studio adipiscendi honoris: ut quū sint multi eādem ambiētes dignitatē, & contendentes quis alijs præferatur. Cic. Attic. lib. 1. Fuit & mihi, & Quinto fratri magno usui in nostris petitionibus.

Petitor, oris, m. t. Qui petit, & litem intēdit. Cic. in Partit. Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello.

Peteſſo, ſis, Antiquum uerbum, idem significans quod peto: sicut Impetrasso, Reconciliasso, Commōstrasso, qualia sunt apud Plautum plurima, μυῶμαι. Cicero secundo Tuscul. Qui hanc gloriam peteſſunt, nullū fugiunt dolorem. Hinc Expeteſſo. Plautus in Trin. Vtram potius harum mihi artem expeteſſam.

Pĕtŏritum, ti, n. s. pen. cor. Genus uehiculi quo Belgæ peculiariter utebantur, φορεῖον. Horat. lib. 1. Serm. atq; caballi Pascendi, ducenda petorita: nunc mihi curto Ire licet mulo. Idem lib. 2. Epist. Effeda festinant, pilenta, petorita, naues.

Petra, æ, f. p πέτρα, Propriè idem est quo rupes. Plin. lib. 10. cap. 32. Gauiæ in petris nidificant. Accipitur tamen nōnunquam pro lapide uel saxo.

Petrosus, a, um, Quod est petris abundans, πετρώδης. Plinius libro 17. cap. 27. Caprificorum laudātur maximè nigræ, & in petrosis.

Petricosus, adiectiuum. Idem. Martial. lib. 5. per translationem dixit, Res petricosa est, Cotile bellus homo. Hoc est, difficilis, saxosa ac dura.

Petrones, m. t. Rustici dicti sunt à ueteribus, (inquit Festus) à petrarum asperitate & duritia. Hinc Plautus petronem, uer uecem duriorem eleganter dixit, ubi ait in Capt. Qui petroni nomen indunt uerfeci sectario: Eum ego, si in uia petronem publica conspexero, Et petronem, & dominū reddam mortales miserrimos.

Petrea Cognomen Capparis.

Petreia, Mulier dicebatur quæ pompam præcedens, in colonijs aut municipijs imitabatur anum ebriā, quòd pedes in petras frequenter impingeret: quam & alij uolunt ab agri uitio scilicet petris appellatam. Festus.

Petrificatio, oculi & palpebrarum eiusdem morbus.

Petrina, Tussilago uel Bechion apud Dioſc. lib. 3. cap. 134.

Petrelæum, πετρέλαιον, Bitumen est liquidum è saxis defluens. Nomen habet ab oleo, nō quod reuera oleum sit, sed quod liquida consistentia ad olei similitudinē accedat: tam etsi colore magis ad nigredinem uergat.

Petrones, uide Petra.

Petrophyes, Aizoum paruum. Apud Dioſc. lib. 4. cap. 92.

Petroſelinum, πετροσέλινον, quasi apium petrinum, Herba est satiuo apio multo maior, semine nigro, gustu amaro, ita dicta quòd optimè in petris, hoc est, in rupibus proueniat, præsertim in Macedonia, ubi in crepidine rupium peculiariter nascitur: unde etiam Macedonicum à quibusdam cognominatur. Vide Dioscoridem lib. 3. cap. 75. & Plin. lib. 20. cap. 12. & Ruellium lib. 2. cap. 47.

Pĕtŭlans, penult. cor. om. t. Improbus, procax, quum alios per contumeliam petimus, ὑβριστὴς, θρασυντής. Cicero 2. de Orat. Illud assequor, ut siquis mihi fortè maledicat, petulans, aut planè insanus mihi esse uideatur. Idem in Salluſt. Desine bonos petulantissima infectari lingua. Quandoq; accipitur pro lasciuo. Cic. in Parad. Lapsa est libido in mulierē ignota, dolor ad pauciores pertinet quàm si petulans fuisset in aliqua nobili uirgine.

Petulantia, tiæ, fœmin. p. Est lasciuia, siue effrænatio immodica ad quodlibet uitium, à petendo dicta, ὕβρις, θρασύτης. Cicero in Cat. maiore, Vt petulantia, & libido magis est adolescentum quàm senum, nec tamen omnium adolescētum, sed non proborum. Dicitur quoq; de pecudibus. Colum. lib. 7. cap. 6. Quoniam cornuti ferè pernicioſi sunt, propter petulantiam. Et de arborum ramis. Plin. libro 16. cap. 10. Præcipuæq; domibus expetitur ramorum petulātia. Et de morbis. Gellius libro 11. capite 3. Itaque uidiſtis philoſophorū ratione decreti ſui nixu m, cum petulātia morbi, doloriſq; exultantia colluctantem.

Petulanter, aduerbium, Modò significat improbè, procaciter. Cicero ad Atticum libro ſecūdo, Diphilus Tragœdus in nostrum Pompeium petulanter inductus est. Modò lasciuè. Ouid. in Epistola Paridis ad Helenam, Quinetiam ut poſſem uerbis petulantius uti, Non ſemel ebrietas est simulata mihi.

Petulcus, ci, m. ſ. Lasciuus, θρασυλλὸς. Verg. 4. Georg. Hœdique petulci. Vbi Seruius, Id est, lasciui, exultantes. Colum. lib. 7. cap. 3. Itaque capri uel arietis petulci sæuitiam pastores hac astutia repellūt. Vnde meretrices quoq; petulcas ueteres dixerunt, à petendo.

Peucedanum Plinio, siue Peucedanus, πευκέδανος Dioſcoridi herba est tenui caule, & oblongo, fœniculoque non diſſimili, iuxta terram folioſo, radice nigra & craſſa, odore graui. Nomen inuenit à pinu, cuius folia imitatur, quemadmodum myrtidanum à myrto. Vnde & pinaſtellū nonnulli ex recentioribus appellauerunt. Vulgus caudam ſuillam appellat.

Peucina, reſina, noſtra uulgaris terebinthina reſina, non enim genuina illa habetur, ut inquit Manardus.

Pexātus, uide Pecto. Martialis lib. 2. Pexatus pulchrē, rides mea Zoile trita.

Pĕzitæ, πεζίται, Fungi qui ſine radice aut pediculo naſcuntur, quaſi pedeſtres. Plin. lib. 19. cap. 3. Dicti quod non tolant ſese altius à terra, πεζὸς enim à Græcis dicitur, qui pedibus iter facit: unde etiam calculi illi quos in latrunculorum ludo pedites uocamus, à Græcis uocantur πεζοί.

P. H. C. In notis antiquorum, publicus honor curandus.

Phacorde, tertia oculi tunica.

Phacudes, Empetron apud Dioſc. lib 4. cap. 191.

Phacos, Saluia apud Dioſc. lib 3. cap. 38.

Phæcaſius, m. ſ. Calcei genus: unde Phæcaſiatos ſacerdotes & deos uocamus. Seneca ad Lucil. Si quem palliatum, aut Phæcaſiatum conſpexeris.

Phædra, Equiſetum, uel Hippuris Dioſc. lib 4. cap 49.

Phāgĕdæna, æ, fœm. p. cum diphthongo in penultima. (Nam Græcè φαγέδαινα ſcribunt,) ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, hoc est, ab edendo, Exulceratio usque ad ossa celeriter depascens, cum inflammatione saniem malè olentem emittens, & ad mortem perducens. Author Iulius Pollux. Plin. lib. 20. cap. 4. Vlcera quæ phagedænas uocant, folia & radix recens cū melle sanant. Columella quoque lib. 9. cap. 12. Phagedænam inter apum morbos numerat, quum scilicet ceræ partes uacuę computreſcunt & serpente latius uitio, ipsæ quoque apes intereūt. Sæpe etiā (inquit) uitio quod Græci φαγέδαιναν uocant, intereunt.

Phagedęnicus, a, um, adiectiuum Plin. lib. 24. cap. 4. Condylomatis quæ phagedænica uocantur.

Phagus, uide Fagus,

Phalacron, φαλακρὸν, Græci caluum dicunt. Vnde corui aquatici phalacrocoraces dicuntur, Balearibus insulis pecu liares, ut inquit Plinius libro 10. capite 48. Græcis etiam loca nuda, nullis herbis, aut plantis ueſtita, phalacræ, φαλακρεαὶ appellantur, quæ à Columella uocantur glabretra. Vnde etiam Corcyræ insulæ promontorium quoddam phalacron appellatur, teſte Plinio libro quarto, capite undecimo. Præterea Idæ montis iuga Phalacras uocari tradit Srephanus, eo quod ob niuis copiam qua in multam usq; ætatem tecta sunt, ſtirpem nullum gignant, iisq; ueluti capillamentis orbata, calua uideantur.

Phalæ, uel ut alii ſcribūt Falæ, Dictæ sunt turres ligneæ teſte Nonio, quæ ſpectaculorum gratia erigebantur. Festus, Phalæ, lig-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

læ, ligneæ turres sunt, ob altitudinem dictæ à falando, quod apud Hætruscos significat cælum. Ennius, Malos diffindũt, fiunt tabulata, phalæq.

Phalænæ, φάλαιναι quidam pisces in mari qui Latinis Balænæ dicuntur.

Phalætium carmen, φαλαίκιον μέτρον. A Phalæco inuento re nomen accepit. Alio nomine dicitur Hendecasyllabum, à numero scilicet syllabarum. Cõstat spondeo, dactylo, & tribus trochæis. In prima tamen sede pro spondeo modò trochæus legitur, modò iambus.

Phalangæ, f. p. φάλαγγες, Sunt quibus baiuli ferendis oneribus utũtur, quæ σκωφόρια. Plato appellat. Plin. lib. 7. cap. 56. Phalangæ, fustes sunt nodis carentes, quibus Afri prœliũ contra Aegyptios primi fecerunt. Iul. Pollux, Phalanges, inquit, siue phalangæ, dicuntur ligna quibus subiectis naues trahi solent. Scribit Herodotus Aethiopas uicenos dentes elephantorum grandes, & è materia hebeni cẽtenas phalangas tertio quoq; anno tributi uice regibus pendere solitos. Nonius abiecta aspiratione uocat palangas. Palangæ (inquit) dicuntur fustes teretes, qui nauibus subijciũtur, quũ attrahuntur ad pelagus, uel quum ad littora subducuntur, ubi etiam nunc palangarios dicimus qui aliquid oneris fustibus transuehunt. Varro libro 4. de Vita pop. Rom. Quũ pœnus in fretum obuiam ueniſſet nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros. Hinc etiam Latini formauerunt uerbum palango, as, quod est onus aliquod huiusmodi fustibus transucho. Afranius, Et capream unam semilacerã quaterni simul palangabant.

Phalãgarii, m. f. φαλαγῖται, Apellati sunt milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alexander Seuerus Romanorum Imperator, ut author est Lampridius. Sunt etiam phalangarij (ut quibusdam placet) qui onera fustibus transuehunt: sed in hac significatione apud Nonium legimus palangarios sine aspiratione.

Phalangites, φαλαγίτης, Herbæ nomen est, quæ alio nomine phalangium dicitur, à nonnullis etiam leucanthemon, teste Plin. lib. 27. cap. 12. Vbi etiam ab effectu eam nomen accepisse innuit, quod phalangiorũ morsibus medeatur; qd & ipsum apertè testatur Aeginet. φαλαγίτης, inquiens, ὠφέλας αι μὲν ἀφ' ἧς φαλαγιοδήκτοις βοηθῶν.

Phalangition, idem quod Phalangium Dioscor. libro 3. capite 121.

Phalangium, gii, n. s. φαλάγγιον, Genus aranei, ita dictum quòd internodia terna habea in cruribus, φάλαγξ enim Græcis propriè digitorum internodium dicitur. Plinius lib. 29. cap. 4. Phalangium est Italiæ ignotum, & plurium: unum simile formicæ, sed multò magis rufo capite, reliqua corporis parte nigra, albis intercursantibus respersum guttis. Reliqua phalangiorum genera uide ibidem. Est item phalangium herbæ nomen, quæ alio nomine phalangites dicitur, de qua uide Plinium libro 27. capite. 12. & suprà in dictione Phalangites.

Phalanx, gis. f t. φάλαγξ, Dictio Macedonica, qua non propriè legio, sed quadrata acies, & cuneus militaris intelligitur quando scilicet pes pedi, clypeus clypeo, uir uiro in acie cõserebatur. Continebat aũt octo millia armatorũ. Et hoc peculiare fuit Macedonum institutum, ut autor est Liuius lib 8. ab Vrbe, quum ait, Et quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse. Curtius de Gest. Alex. Macedones phalangem uocant peditũ stabile agmen, ubi uir uiro, armis arma conserta sunt. Cæs. 1. bel. Gal. milites nostri è loco superiore pilis missis facilè hostium phalangem perfregerunt. In quo Cæsaris exemplo procul dubiò accipitur phalanx pro armorum connexione, atq; testudine. Hinc per translationẽ à Satyrico poëta dictũ est, iunctæq; umbone phalanges. Item phalanx est regula continens lances, id est, libram. Phalanx item Aristoteli genus aranei est, quod & phalangium, φαλάγγιον dicitur. Item phalanges dicuntur digitorum internodia, teste Galeno in tractatu de Ossibus: cuius uerba utcunque Latinè redi possunt, Inter digitos & carpon, ossa quæ ad eos tendunt, & palmam explent. μετακάρπιον appellant: idque carpo per synarthrosin, at priori digitorum phalangi, scytalidiue (sic enim uariè à nonnullis digitorum ossa nominantur) per diarthrosin alligatur.

Phalangitæ, tarum, Dicuntur milites ex phalange. Liu. 7. belli Maced. Decem & sex millia peditũ more Macedonũ armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.

Phalarica, æ, f. p. pen. cor. φαλαρικὴ, Genus est teli ad modũ hastæ, ualido præfixum ferro, quod in longitudine habet pedes tres, ut totum cum armis corpus transfigat: inter cuius tubam & hastile sulphur, resina, bitumen, stuppa conuoluũtur infuso oleo quod incendiarium uocant, deinde balistæ impetu emissa, prærupto munimine ardens figitur, ligna, turritamq; machinam incendit. Est autem magna, & parua Phalarica. Vnde Lucanus dixit phalaricam neruis mitti tortilibus. Verg. uerò li. 9. Turnum manu iaculari potuisse phalaricam ostendit. Sed magnùm (inquit) Stridens contorta phalarica uenit Fulminis acta modo. Dicta est autem phalarica, teste Seruio, quòd ea utantur phalarum, hoc est, turriũ propugnatores, siue, ut Vegetio placet, quòd turritæ machinæ ea incendantur. Vide de hac machina plura apud Seruium in locum Vergilii iam citatum.

Phaleon, Apocynon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 84.

Phaleræ, penultima correpta, harum phalerarum, f. p. φάλαρα, Ornamenta equorum, ἀπὸ τῆ φαλῆ Græco adiectiuo, quod significat illustre. Vergilius libro 6. Aeneidos, Primus equum phaleris insignem uictor habeto. Non tamen sola equorum ornamenta phaleræ dicuntur, sed nonnunquam etiam equitum & uirorum nobilium: unde Liuius lib. 9. ab Vrbe. tradit comitia Aedilia Cn. Flauii Scribæ tantum habuisse indignitatis, ut plerique nobilium aureos anulos & phaleras deponerent.

Phaleratus, ta, tum, Id est, phaleris ornatus, φαλαρωτὸς. Suet. in Claud. Crassus Frugi equo phalerato, & in ueste palmata. Per translationem item phaleratum appellamus quod fucatum est, & ad speciem ornatũ: metaphora ducta ab equis uanalibus, qui ut carius uendantur, phaleris solent exornari. Sic Terentius in Phorm. Phalerata dicta posuit pro ornatis, comptis & fucatis.

Phalerides, Aues sunt ex genere natantium, in Seleucia Parthorum, & quodam Assæ tractu præcipuè nascentes, teste Plinio lib. 10. cap. 48. Columel. lib. 8. cap. 15. Clausæ pascũtur anates, querquedulæ, boscides, phalerides, similesq; uolucres, quæ stagna, & paludes rimantur.

Phanaticus, ci, Dicitur qui diuino spiritu afflatus est, & cui multæ uanæ apparitiones, & ludibria fiunt: qualem insanientem Aiacem fuisse Poëtæ ferunt quum in pecora sæuiret, Agamemnonem se, & Vlyssem occidere ratus, ἔνθεος, ἐνθουσιῶν. Ci. pro Domo sua, Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo phanatice, sacrificium quod alienæ domi fieret? Hunc morbum, phanaticum errorẽ uocat Horat. de Arte, Aut Phanaticus error, & iracunda Diana.

Phanias, φανίας, A Græcis dicitur qui tenuis fortunæ quũ sit, summas tamen diuitias iactat, & simulat: tractum à Phania quodam eius ingenii homine. Fuit etiam hoc nomine Appii Pulchri libertus.

Phantasia, æ, f. p. φαντασία, Imago rerum insidentium animo. Cic. 1. Acad. In qua primùm de sensibus ipsis quędam dixit noua, quos iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille phantasiam, nos uisum appellemus licet. Idem Cassio libro 15. Qui putant etiam, διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari.

Phantasma. atis. n. t. φάντασμα, Est species, uel imaginatio falsa: quales sunt quas dormiẽtes uidere sibi uidentur. Differt à phantasia, inquit Suidas, quòd phantasma est imaginatio, uel uisio eius qd nõ est: phantasia autem eius solùm qd est.

Phantasticus, φαντασικὸς, Imaginatiuus.

Phanum, phani, n. s. Templum, quia φανερὸν apertum, manifestum significat, & omnibus adeuntibus aperta sunt tẽpla, νεώς. Cic. 3. de Finibus, Nam ut peccatum est patriam prodere, parẽtes uiolare, phana depeculari, quæ sunt in effectu, &c. Cæsar 1. belli Ciuil. Pecuniæ à municipiis exigũtur, & è phanis tolluntur.

Pharetra, æ, f. p. φαρέτρα. pen. cor. Sagittarum teca. Vergil. 10. Aeneid. Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis. Dicta pharetra παρὰ τὸ φέρειν τὰ τρώοντα, ἤγουν βέλη. Capax pharetra. Ouid. 9. Metam. Grauida pharetra sagittis, Horatius primo Carm. Ode 22. Plenæ pharetræ, Ouid. 4. de Pon.

Pharetratus dicitur qui pharetram fert. Ouid. 1. Amo. Eleg. 1. Lege pharetratæ uirginis arua coli. Verg. 4. Geor. Quaq; pharetratæ uicinia Persidis urget. Miles pharetratus, Silius libro 7.

Pharias, pe. prod. φαρίας, Serpens est, sulcum, dũ serpit, cau-

dx in

da in terra faciens. Lucanus lib. 9. Et cõtentus iter cauda sul care pharias.

Pharicon, φαρικὸν Genus ueneni est quod Athenæus phariacon nominat: de quo Plin. lib. 28. cap. 10.

Pharmacum, ci, n. s pen corr. φάρμακον, Vocabulum est medium, quod tàm pro toxico quàm pro salutifero medicamento accipi potest: quemadmodum & ueneni appellatio apud Latinos. Caius. l. Qui uenenum. ff. de uerb. signific. Qui (inquit) uenenum dicit, adijcere debet an malum, an bonum sit. Nam & medicamenta uenena sunt: quia eo nomine omne continetur quod naturam eius cui adhibitum sit, mutat. Quum id apud nos uenenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt, apud illos quoq; tàm medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine cõtinentur. Vnde adiectione alterius nominis admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus, qui sic ait, Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μιγέντα πέλει πολλὰ δὲ λυγρὰ. Hæc Caius.

Pharmacopola, æ, penult. prod, φαρμακοπώλης. Pharmacorum uenditor: ἀφ' ἑστίας φάρμακα. Horatius lib. 1. Serm. Satyra 2. ambubaiarum collegia, pharmacopolæ. Cicero pro Cluent. Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circunforaneum, qui casu tum Larinum uenisset, aggreditur. Quidam seplasiarios uocant, à Seplasia uico, seu foro Capuano in quo medicamenta & unguenta conficiebantur. pharmacopolium, μυροπώλιον, μυροπωλεῖον.

Pharmaceutice, φαρμακευτικὴ, Dicitur ea pars medicinæ quæ pharmacis curat, ad differentiam therapeutices, & chirurgices.

Pharmacodes, φαρμακῶδες, Odor medicamenti.

Pharmaceutria, φαρμακεύτρια, Dicitur quam nos sagam dicimus, uel uenefică. Hoc nomine Vergilius Eclogâ quandam inscripsit, in qua Theocriti imitatione uenefica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus animum uiri à quo spernebatur, ad sui amorem conatur reuocare.

Pharmacotheon, φαρμακόθεον, medicamentum diuinũ, quale est rhabarbarum.

Phaseli, uide Phaseolus.

Phaselus, li, m. s penult. product. φάσηλος Straboni & Appiano nauigij genus fuit mistam habens formam ex oneraria & longa triremi, quòd tàm uelis quàm remis agi poterat. Catullus.

Phaselus ille quem uidetis hospites
Ait nauium fuisse celerrimus,
Neq; ullius natantis trabis impetũ
Nequisse prætendere, siue palmulis
Opus foret uolare, siue linteo.
Verg. 4. Georgic. Et circum pictis uehitur sua rura phaselis. Sallust. lib. 3. fortè in nauigando cohors una grandi phaselo uecta, à cæteris deerrauit. Nonius Phaselum interpretatur nauigium Campanum. Bayfius eandem esse existimat fuisse cum myoparone, aut certè ab illius figura non multum distantẽ. Nec defuerunt qui in Pamphylia primum inuentum suspicati sint, & à Phaselide oppido nomen accepisse.

Phaseolus. Per quatuor syllabas, φασίολος, Genus legumini, siliquam ferens longiorem quam fœnogræcum, quæ unà cũ semine manditur uiridis ex oleo & garo. Colum lib. 2. cap. 15. Phaseoli modij quatuor obruuntur totidẽ operis: Legitur & Phaselus, li. Verg. 1. Georg. Seu pinguẽ uiciãq; seres, uilemq; phaselum. Galenus lib. 1. de aliment. facult. Phaseolos distinguit à Phaselis, uultq; phaseolum plantam hortensem esse eandem cum smilace, cuius fructus lobi dicuntur, & dolichi Theophrasto: phaselum autem eundem esse cum cicercula, aut certè eius speciem, quæ etiam hodie Phasillorum nomen apud uulgum retinet.

Phasganion, φασγάνιον, Herba est quæ alio nomine xiphion appellatur, hoc est, gladiolus, nascens in locis humidis, quum primùm exit gladij speciem præbens, radicẽ habens duorum cubitorum, nucis auellanæ modo fimbriatam. Reliquam descriptionem uide apud Plin. lib. 25. cap. 11. Dioscorid. lib. 4. cap. 13. Dicitur & Xanthion uel lappa apud Dioscoridem lib. 4. cap. 139.

Phasiani, m. s φασιανοί, Aues notæ, à Phasi fluuio ita nominatę: unde ab Argonautis primũ in Græciã, atq; inde ad nos putãtur esse deportatę. Martial. lib. 13. Argiua primùm sunt transportata catina, Ante mihi notum nil nisi phasis erat. In hanc aũt Itym Terei filium mutatũ mythici fabulantur.

Phasiana. næ, idem: ut apud Plin. lib. 10. cap. 48. Nõnulli etiam phasianas gallinas uocant.

Phasianarius, m. s. Qui phasianos pascit. φασιανοτρόφος. Paulus Iureconsult. Phasianaria autem, & pastores anserũ non continentur.

Phasialos, Isopyros, Dioscor. lib. 4. cap. 122. φάσα, Palumbus.

Phasma, atis, φάσμα, Latinè apparitio, monstrum, uisum dicitur. Est etiam nomen fabulæ apud Menandrum Græcum comicum. Phasma etiam fabula fuit cuiusdam Catulli, ut ex Iuuenale intelligere licet, Satyr. 8. Consumptis opibus uocem Damasippe locasti Suppario, clamosum ageres ut phasma Catulli.

Phassæ, φάσσα, per duplex ss à Græcis plumbum dicitur.

Phattaga, in India animal Crocodilo terrestri simile, magnitudine catuli melitæ, pelle squamosa, & aspera ita ut ferrum etiam hebetet. Aelianus.

Phatinus panis, à lente sic dictus.

Phauliæ, φαυλίαι Polluci, Sunt oliuæ quæ minimo succo, corpore grandissimo, pusilloq; sunt nucleo.

Phaulion, cotonei genus inuenimus, quo nomine mali quoq; genus unum dici meminimus. Phaulion dici Oliastrum aliquando, Phocion gramaticus existimat Certè φαύλια oliuæ genus est Columellæ, Plinio & Græcis omnib.

Phellandrion, φελλάνδριον, Herba quæ plaustrib, nascitur, folio apij, cuius semen propter calculos, & ueficæ incommoda, bibitur. Quidam existimant eam esse quam officinæ Filipendulam uocant: alij eandem faciunt apio plaustri, quod à Dioscoride ἱπποσέλινον uocatur.

Phelius, φελὸς, teste Cælio lib. 6. cap. 17. idem est cum eo quod Latini uocant suber. Vnde Plutarchus in lib. de Fortuna Romanorum, scribit, C. Põtium à Camillo missum in Capitolium à Gallis id temporis obsessum, quum Tybrim transmitteret, φελὸς κλατῆς ὑποστρώσασθαι, hoc est phellos latos pectori subiecisse. Græci φελλὸν perpetuo epitheto, uocant ἀβάπτιστον, hoc est, immersibilem, quòd in aquis nonnisi magna põderis ui submergatur. Hinc à Luciano fingun tur esse homines quidam phellopodes, qui per mare curren tes non mergebantur, quasi phellinos habentes pedes.

Phemus, medicamenti nomen à Martiano medico ad Cœliacam passionem ordinatũ, meminit Aëtius serm. 9. ca. 47.

Phenice uel phenix, uel phenicea, hordei foliis & spica lolij apud Dioscor. lib. 4. cap. 46.

Phengites, φεγγίτης. Lapis duritia marmoris, candidus, & translucens: unde & nomen habet. Nam φέγγος splendorem significat. Vide Plinium lib. 36. cap. 22.

Phenion, Herba quæ & Anemone dicitur, quasi herba uenti: sic enim uulgus appellat, quod eius flos nõ nisi uento spirante aperiatur. Vide Plinium lib. 21. cap. 23.

Pherne, φερνὴ. Latinè dos dicitur, unde Paraphernæ & Paraphernalia de quibus suprà.

Pheronobion, lactuca syluestris secundum Zoroastem.

Pheruſa, scholymos uel Carduus apud Dioscoridem libro 3. cap. 15.

Pheuxicteron, Aristolochia rotunda, Barbarus in Corol.

Pheretrum, φέρετρον, uide Feretrum.

Phiăla, æ, f. p. φιάλα, Poculi genus capacius, ita dictũ quasi πιάλη, κατ' αὐτησιχέαν, παρὰ τὸ πιέειν ἅλις παρέχειν, hoc est, ab eo quòd affatim ad bibendũ suppeditet. Solent autem phialæ ex auro fieri: quod & ipsum nõ obscurè innuit Iuuenalis. Sat. 7. Virro tenet phialas: tibi non comittitur aurum.

Phiditia, orum, n. s. φειδίτια, Cœnationes, Lacedæmonii, seu conuiuia nominabãt, siue quòd φιλίας, id est, amicitiæ causa instituta sint, siue potius à parsimonia, φεῖδομαι enim significat parco & abstineo: φειδὼ parcitas & parsimonia: φειδωλὸς parcus. Vnde & phiditia conuiuia parca, & frugi. Cic. 5. Tuscul. Quid, uictum lacedæmoniorum in phiditijs, non ne uidemus? Conueniebant enim ad phiditia conferentes singuli farinæ mõdium, uini coros octo, casei quinq; minas, ficuum quinq; seminas.

Philadelphia, amor fratris uel fraternitas & philadelphus, amator fratris, uide in Proprijs.

Philalethes, φιλαλήθης, ueri amator Latinè dicitur.

Philandros, φίλανδρος, amans uirum.

Philanthropus, m. s pen, prod. φιλάνθρωπος, Lappæ genus, ita dictum quòd uestibus hominum adhærens, eos amare uideatur, φιλάνθρωπος enim Græcis benignum sonat & hominis amantem. Vide Plinium lib. 24. cap. 19. Dioscoridi Aparine dicitur, officinis Rebulus.

Philãthropia, f. p. φιλανθρωπία, Humanitas, id est amor erga homines

homines. Hanc ſic definit Speuſippus, Philantropia, eſt humanitas, & affectio amicitiæ, hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio, gratitudo beneficа. Huic opponitur Miſanthropia.

Philarchus, φιλάρχος, amator Imperii.

Philaretus, φιλάρετος, amator uirtutis dicitur: ἀρετὴ enim Græcis uirtus dicitur & φιλέω amo.

Philargyria, φιλαργυρία, Auiditas argẽti, ſiue auaritia trãſfertur. Nam quod nos argentum, Græci uocant ἀργύριον.

Philautia, φιλαυτία, Amor ſui ipſius. Cicero. Attico libro 15. Libri quidem ita exierunt, (niſi fortè me fallit communis φιλαυτία,) ut in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quicquam.

Phileleutheros, φιλελεύθερος, amator libertatis.

Philema, atis, n. t. φίλημα, oſculum.

Phileremus, φιλέρημος, amator ſolitudinis.

Philetærus, φιλέταιρος, amans amicos.

Philetæria, ſiue Phileteria, φιλεταίριον Dioſcoridi, Herba eſt teſte Plinio libro 25. capite 6. quam nonnulli Pelemoniam appellant, alij chliodynamam, radice craſſa, exilibus ramis, quibus in ſummis corymbi dependent nigro ſemine, cætero rutæ ſimilis.

Phileres, φιλήθης, amator oſculorum.

Philetus, φιλητός, amabilis.

Philippei, ſeu Philippi. φιλιππικοί, Aurei quidam numi à Philippo Macedone ita appellati, quorum apud Plautũ frequens mentio eſt: ut in Pœnulo, Hic ſunt numerati auri trecenti nummi, qui uocantur Philippei. Horat. lib. 2. Epiſt. ad Auguſtum, Gratus Alexandro regi Magno fuit ille Chœrilus, incultis qui uerſibus & malè natis Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

Philocalia, φιλοκαλία, amor pulchritudinis.

Philocalus, li. m. ſ. φιλόκαλος, dici poteſt amator boni uel honeſti, uel mundus, politus, elegans.

Philochares, φιλόχαρες, Herba quæ aliàs marrubium dicitur. Plinius libro 20. cap. 22.

Philocompus. φιλοκόμπος, amator iactantiæ.

Philocrates. φιλοκράτης, amoris tenax, à κρατέω, teneo.

Philochrematos. φιλοχρήματος, pecuniarũ amator, auarus.

Philoctes, ctetis, uel cteta, φιλοκτήτης, pen. prod. quaſi poſſeſſor amoris.

Philodeſpotus, φιλοδέσποτος, Nomen ſeruile, idem ſignificans quod amans domini.

Philodici, dicuntur iuris ſtrepitu gaudentes, Budæus in libro de Iuſ & Iure.

Philodulus, φιλόδουλος, amator ſeruorum,

Philœnus, φίλοινος, uinoſus, amator uini, potator.

Philograecus, m. ſ. φιλέλλην, Qui libenter utitur dictionibus Græcis. Varro 3. de Re ruſt. cap. 10. Tranſi, inquit, Axius nunc in illud genus, quod nos philograeci uocamus ἀμφίβιον.

Philogynia, pen. prod. φιλογωναία, amor mulierum. Cicero mulierоſitatem uertit 4. Tuſc. Similiterq; cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulierоſitas, ut ita appellem eam, quæ Græcè φιλογωναία dicitur, &c.

Philologia, giæ, φιλολογία, Loquacitas, aut amor ſermonis aut ſtudij. Cic. Tironi, Non eſt enim locus ita ſeiunctus à philologia, & quotidiana συζητήσει, &c. Idem Attico lib. 2. Non deſleamus ne & opera & oleum noſtræ philologiæ perierit: ſed conferamus tranquillo animo.

Philologus, gi. m. ſ. pen. cor. Studioſus, ſiue amator ſermonis, Cicero ad Attic. lib. 13. Ergo illam ἀκαδημικὴν in qua homines, nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi, nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus. Idem ad Quintum Fratrem, Nos enim ita philologi ſumus, ut uel cum fabris habitare poſſumus.

Philomathes, φιλομαθής, diſcendi cupidus.

Philomathia, φιλομάθεια, amor diſcendi.

Philomedion, Chelidonia, Dioſc. lib. 2. cap. 200.

Philomæla, uide in propriis.

Philomūſus, φιλόμουσος, Amator, ſiue amicus Muſarum. Martial. lib. 7. Nolito nimium tibi placere, Delectas philomuſe, non amaris.

Philonicus, φιλόνεικος, φιλόνικος, iurgioſus, amator uictoriæ

Philonium, quod inquit Nicolaus ſignificat amicũ nouũ.

Philopæs, φιλόπαις, puerarius, pædico, amator puerorum.

Philopolemus, mi, m. ſ. φιλοπόλεμος, bellicoſus, nã φιλέω, ἀῶ, amo, πόλεμος, bellum ſignificat.

Philopolitos, φιλοπολίτης, amor patriæ.

Philoponia, φιλοπονία, amor laboris.

Philoponus, φιλόπονος, amator laboris.

Philopſychia, φιλοψυχία, cupiditas uitæ.

Philopſychus, φιλόψυχος, cupidus uitæ.

Philoſarcus. ci, m. ſ. φιλοσαρκὸς amator uoluptatum corporis, uoluptuarius.

Philoſomaros, φιλοσόμαρος, amator corporis: σῶμα Græci dicunt corpus, quaſi σῆμα, id eſt, animæ ſepulchrum, tanquam ibi ſepulta ſit anima.

Philoſophia, æ, φιλοσοφία, Amor, & ſtudium ſapientiæ. Cicero 2. Officiorum, Nec quicquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari uelis, quàm ſtudium ſapiẽtiæ, Idem 3. de Orat. Cognitio omnium optimarum rerum, atque in ijs exercitatio, philoſophia nominatur. Idem 1. de Legibus, Ita fit ut mater omnium bonarum rerum ſit ſapientia, à cuius amore Græco uerbo φιλοσοφία nomen inuenit. Hæc ſcientia diuiditur in tres partes, in moralem, naturalẽ, & rationalem. Prima componit animum, ſecunda rerum naturam ſcrutatur tertia benè differendi rationẽ docet. Moralis Græci ἠθικὴ dicitur: quæ κατ' ἐξοχὴν, philoſophiæ ſibi nomen uendicauit. Cicero 4. Tuſculan. Eſt profectò medicina animi, philoſophia. Seneca, Philoſophia animum format, & fabricat, uitam diſponit, actiones regit, agenda & omittenda demonſtrat. Apuleius diſciplinam regalẽ appellat, tam ad benedicendum, quàm ad bene uiuendum.

Philoſophus, phi, m. ſ. φιλόσοφος. Amator ſapientiæ: quod nomen à Pythagora primùm dicitur eſſe profectum, qui ſophiſtæ appellationem, tanquam arrogantiorem, refugiens, philoſophum ſe nominari uoluit: poſt quem deinceps omnes ſapientiæ profeſſores hoc nominis ſibi uendicarunt. Cic. 1. de Orat. Philoſophi denique ipſius qui de ſua ui ac ſapientia unus omnia penè profitetur, eſt tamen quædam deſcriptio: ut is qui ſtudeat omnium rerũ diuinarum atq; humanarum uim, naturam, cauſaſq; noſſe, & omnem bene uiuendi rationẽ tenere & perſequi, nomine hoc appellatur. Idem 3. de Nat. deor. Authores rerum, non fabularum philoſophi. Genera philoſophorum deſcribit Cic. 3. de Oratore.

Philoſophicus, a, um, φιλοσοφικὸς, Quod ad Philoſophũ pertinet. Cic. 5. Tuſc. Ad Brutumq; noſtrum hos libros. alterum quinq; mittemus: à quo non modò impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, uerùmetiam laceſſiti.

Philoſophaſter, φιλοσοφόμιμος, philoſophorum imitator, qui philoſophiam à limine ſalutauit.

Philoſophor, aris, d. p. φιλοσοφέω, Sapientiæ ſtudeo, uel philoſophorum modo diſputo, rectã uitæ bene inſtituendæ rationem, uel rerum naturas perſcrutor. Cic. lib. 1. de Nat. deorũ. Et quum minimè uideamur, tum maximè philoſophabamur. Idẽ 3. de Orat. Decreui philoſophari potius (ut Neoptolemus apud Enniũ) paucis, nam omnino haud placet. Plautus Pſeud. Certa amittamus, dum incerta petimus: atq; hoc euenit, In labore, atq; in dolore, ut mori obrepat interim. Sed ſatis eſt philoſophatum: nimis diu & longum loquor.

Philoſtorgia, φιλοστοργία, A Græcis dicitur indulgentia, amorq; uehemens parentum in liberos. Verùm uoces huiuſmodi quæ neq; Latinis ſcriptoribus ſunt uſurpatæ, neq; noſtris literis ſcribi conſueuerint, rectius in Græcum Dictionarium reijcientur. Quare non immerito pleraſq; id genus, (quæ huc non paucæ nullo iudicio erant infertæ) abiecimus, & ueluti nothas ex aliena familia ſegregauimus: idq; eorum iure quo Latinas è Græco Lexico eximeremus.

Philotheoros, pen. prod. φιλοθέωρος. Speculationi deditus. Cic. Treb. lib. 7. Deinde quod in Britannia nõ nimis te philotheoron præbuiſti, planè non reprehendo.

Philotimus, φιλότιμος, honorum cupidus,

Philoxenia, φιλοξενία, hoſpitalitas.

Philoxenus, φιλόξενος, hoſpitalis, uide in Propriis.

Philozous, φιλόζωος, nimis cupidus uitæ.

Philtrum. tri, φίλτρον, Pharmacum amoreм concilians. (Cicero Amatoriũ poculum appellat) hoc eſt, quicquid eo animo cuiquã edendũ bibẽdumue damus: ut tũ ad noſtri amorem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

amorem inducamus: qualia nonnulla commemorantur à Plinio: quę tamen plerąq; omnia ingerendæ potius infantę, quàm conciliando amori uidentur cõuenire. Quare etiam Ouidius, eorum usum uehementer dissuadet sic scribẽs lib. 2. de Arte, Nec data profuerint pallentia philtra puellis: Philtra nocent animis, uimq; furoris habent. Per translationem philtrum accipimus, pro corporis totius uenustate, habitu, dignitate, morumq; comitate oculis hominũ ita grata, ut solo aspectu inire gratiam ab omnibus, aut quamplurimos possit. Galli sua lingua Gratiam appellant.

Philirodotes, Asplenium apud Dioscor. lib. 3. cap. 152.

Philyra, f. p. φίλυρα, à Græcis dicitur arbor, quam Latini tiliam uocant. Plinius item lib. 16. cap. 14. Philyram uocare uidetur membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ arboris, ex qua coronarum lemnisci conficiebãtur. Verba Plinij sunt hæc, Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus uincula tilię uocantur: tenuissimę earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorumq; honore. Accipiuntur etiam philyræ pro membranis papyri, uel aliarũ arborum, in quibus olim scribebatur. Martial. de Nupt. Philolog. Libri in philyra cortice subnotati. Plin. lib. 13. Præparantur ex eo chartæ diuisæ acu in prætenues, sed quàm latissimas philyras. Alia exemplaria habent philuras, quod in idem recidit. Multę enim sunt Græcæ dictiones quæ apud Latinos differenter scribuntur per y uel u, Solebant enim prisci Latini qui peregrinas literas non admittebant, loco y, scribere u. Philyra, est etiam proprium nomen filię Oceani, ex qua Saturnus in equum conuersus Chironem Centaurum dicitur fuscepisse: qui à matre Philyrides, & Philyreius dicitur. Scribitur autem hoc nomen & eius deriuata simplici l. Poëtæ tamẽ suo iure ut primam syllabam extendant, geminant hanc consonantem. Ouid. lib. 1. de Arte amandi, Phillyrides puerum, cithara perfecit Achillem.

Phima, uide Phyma.

Phimus, præclusio ostioli uuluæ curandi ratio eius est apud Paulum lib. 6. cap. 73.

Phimosis, φίμωσις, Dicitur quum glans membri uirilis ita tegitur præputio, ut nudari non possit. Dicta φίμωσις, ἀπὸ τ῀ φίμω, quod nexum in superiore parte sacci significat, quum scilicet totus sacculi oris ambitus funiculo colligatur. Est & phimosis, uitium huic prorsus contrarium, quum præputium semel deductum, suum in locum reduci non potest, quod uitii genus etiam περιφίμωσις appellatur.

Phinus, & φῖνις. Græcè utrunque pro offifrago, recepti quidem scriptores usurpant.

Phlebotomía, f. p. φλεβοτομία, Incisio uenæ quæ fit ad sanguinem minuendum, sedandi feruoris gratia, φλέβωσ enim dicunt Græci quas nos uenas, & τέμνειν incidere.

Phlebotomon, φλεβότομον, Scalpellum quo uena secatur.

Phlegma, matis, n. t. φλέγμα, Humor est in corpore animalis frigidus & humidus, quẽ Latinè pituitam uocamus. Vnde & Phlegmatici dicuntur in quibus humor hic cæteris præponderat.

Phlegmasías, intelligitur aut inflammationes simpliciter, aut eas quæ cum febri sunt. Gal. Aphorif. lib. 1.

Phlegmone, es, φλεγμονή, Inflammatio alicuius partis proficiscens ex intemperie primarum qualitatum cum affluxu materiæ calidæ & humidæ, hoc est, sanguinis.

Phlegontís, huius phlegontidis, φλεγόντις, Gemmæ genus quod flamma quadam intus ardere uidetur. Plinius libro 37. capite 11.

Phleos, φλέως, ποιβὴ Dioscoridi, Herba est caulem habens aculeatum, & folium hispidum, quam nonnulli stœben appellant. Author Plinius lib. 20. cap. 17. Hermolaus in Dioscoridem lib. 4. cap. 14. indicat phleon dictam ἀπὸ τ῀ φλύειν, quod est fœcundum esse, quòd in Orchomenio lacu copiosissimè proueniat.

Phletoricum corpus, quod oppletũ est crassis humoribus.

Phlomos, uerbascum apud Dioscor. lib. 3. cap. 105.

Phlonítis, onosmon apud Dioscor. lib. 3. cap. 148.

Phlox, phlogos, φλόξ, Floris genus, solo placens colore, odoris prorsus expers: ita dictum, ut suspicor, à colore flammæ quam Græci φλόγα appellant. Plin. lib. 21. cap. 10. Colore tantummodo placet Iouis flos, odor abest: sicut & ille qui Græcè φλὸξ uocatur.

Phlyctænæ, φλυκταῖναι, Pustulæ sunt maiores, pallidæ, liuidæ, aut nigræ, aut alterius coloris à naturali recedentis, humorẽ in se continentes, quę ubi rumpũtur, infrà caro quædam exulcerata apparet. Gignuntur aũe uel ex igni uel ex frigore, uel ex medicamentis: ut tradit Cels. lib. 5. cap. 28. Dictæ Phlyctænæ, ἀπὸ τ῀ φλύειν, quod est bullire siue bullas facere.

Phyctís, lege Exulcerationis oculorum affectus.

Phoca, cæ, f. p. φώκη, Belua marina, corio & pilis tecta, per somnum mugiens. Vnde & uitulus marinus appellatur. Coit canum more, paritq; in terra terrestrium animalium ritu. Verg. 4. Georg. & turpe pascit sub gurgite phocas. Plin. lib. 9. cap. 7. Et uituli marini, quos uocant phocas, spirant & dormiunt in terra.

Phœnícea & Phœniceus, uide in propriis.

Phœnícobalanus, φοινικοβάλανος, Palmæ Aegyptiæ fructus, præ maturitate nigrescens, uescentesq; inebrians. Qui uerò adhuc uiridis ante maturitatem decerpitur, adipiscos appellatur. Plinius libro 12. cap. 22. Myrobalano similem in unguentis, proximũq; usum habet palma in Aegypto, quæ uocatur adipsos, uiridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paulò antequam incipiat maturescere. Quod relinquitur, phœnicobalanus uocatur, & nigrescit, uescentesq; inebriat.

Phœnícũrus, m. f. φοινίκουρος, Auis à caudæ rubedine ita dicta, quę hyberno tempore Erithacus appellatur. Author Plinius libro 10. capite 29.

Phœnícopterus, ri, pen. corr, φοινικόπτερος, Auis à pennarum rubedine dicta. Græci enim rubrum φοινίκεον appellant, & album πτέρεον. Iuuen. Sat. 11. Et Scythicæ uolucres, & Phœnicopterus ingens. Auis huius lingua in præcipuis epularum delicijs erat olim apud Romanos. Plin. lib. 10. cap. 48: Phœnicopteri linguã præcipui saporis esse, Apitius docuit nepotum omnium altissimus gurges. Mart. lib. 13. Dat mihi penna rubens nomẽ: sed lingua gulosis Nostra placet, quid si garrula lingua foret?

Phœnix, cis, φοίνιξ, Auis esse dicitur in Oriente, à phœniceo pennarum colore dicta, toto orbe celeberrima, in Arabia nascens, aquilæ magnitudine, quæ annis sexcentis & sexaginta uiuere dicitur. Plinius lib. 10. cap. 3. Aethiopes, atq; Indi discolores maximè, & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia phœnicẽ, haud scio an fabulosè unum in toto orbe, nec magnopere uisum. Aquilę narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, crista facie, caputq; plumeo apice honestante. Primus atq; diligentissimus togatorum, de eo prodidit Manilius, Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui uiderit uescentem: sacrum in Arabia Soli esse: uiuere annos D C L X. senescentem casia, turisq; furculis construere nidum, replere odoribus, & superemori, Ex ossibus deinde ẽ medullis eius nasci primò ceu uermiculum, inde fieri pullum, principioq; iusta funeri prioris reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiã in Solis urbẽ, & in ara ibi deponere. In hac significatione quidam uolunt Phœnix esse dubij generis: melius tamen dixeris mascul. Nam fœminino genere rarissimè legitur, idq; non nisi figuratè, respicendo ad genus superioris auis. Est item Phœnix Thessaliæ fluuius, in Asopum influens: cuius meminerunt Plinius libro 4. cap. 8. & Strabo lib. 9. Phœnix præterea gentile nomen est, eum significans qui è Phœnicè maritima Syriæ regione ortũ traxit: de quo uide paulò antè in dictione Phœnices. Arbor item illa nobilis quam Latini palmam appellant, Græco nomine Phœnix dicitur. Phœnix itẽ nomen proprium fuit præceptoris Achillis, qui quum matris suæ hortatu cum patris concubina rem habuisset, Diris impetitus à patre, relicta Hellade, in Thessaliam sese cõtulit ad Peleum regem, qui illi Dolopum procurationem commisit, filiumq; Achillem in disciplinam tradidit: quẽ etiam ad bellum Troianum comitatus est: ut ipse narrat apud Homerum lib. 1. Iliad.

Phóllis, tributi genus est, quod nobiliores quiq; ciuitatis pendebant, pro ut secundum habitationes fuerant comprehensi: ut nobilitas quæ ad bonam fortunam illos perducere debuerat, hoc incõmodum secum afferret. Pholis item pondus est alio nomine dicta balantiũ: trahit autem Donos C C L. hoc est, libras C C C X I I. & unicas V I. Singuli uerò Doni libram I. & uncias X I I. comprehendebant. Est & alius Phollis coactus ex argẽteis leptis qui militibus, quos Militarios uocabant, dabatur. Lepti autem Ceration unum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

unum cum dimidio continet. Ita Phollis iſte argenti, ceratia CCVIII. habet, & nummos IX. quæ ſumma nũc ualet millia CIX. Eſt & Phollis alius, à duabus auri libris incipiens, & uſque ad octo procedens, prout ſoluentium tributa ſubſtantiæ patiebantur. Verum Suidæ Phollis maſc. gener. eſt obolus. Idem in dictione χρεμάτια, Ducenti & X. oboli, quos Phollis uocant. Et hoc ſenſu ab Auguſt. de Ciuit. Dei ultimo lib. capitur. Alc. in Rud. de Prætor. & hon. præt. lib. XII.

Phonaſcus, m. ſ. φωνασκὸς, Dictio eſt Græca qua ſignificatur uocis pronuntiationis q; magiſter, & moderator. Quint. lib. 11. Sed cura non eadem oratoribus quæ phonaſcis. Suet. de Auguſto, Pronuntiabat dulci, & proprio quodam oris ſono, dabatq; aſſiduè phonaſco operam. Is enim uocem intorquere, remittere, lenire, exaſperare docebat: quod artis genus Græci etiam φωνασκίαν appellarunt.

Phonos, φόνος, Herba eadem quæ atractylis: ita dicta ab eo quòd ſanguineũ fundat ſuccum. Author Plin. lib. 12. cap. 16.

Phoſphorus, ri. m. ſ. penultima correpta, φωσφόρος, Stella matutina, quam Latini uerbum ex uerbo reddentes, Lucifer um appellant. Martial. lib. 8. Phoſphore redde diem, quid gaudia noſtra moraris?

Phraſis, ſ. t. φράσις, Eloquentiæ corpus, inquit Quintilianus lib. 10. cap. 1. & dicendi modus. Dicta ἀπὸ τοῦ φράζειν, quod eſt fari, & differere. Macer (inquit Quintil. loco iam citato) & Lucretius legendi quidem, ſed non ut faciant phraſin.

Phrenẽs, φρένες, A Græcis uocantur, quæ nos dicimus præcordia, hoc eſt, ſeptum trãſuerſum, quod & diaphragma ab illis appellatur, ſiue quod mentem (quã etiam τῷν φρένων nomine illi intelligunt) ijs in partibus reſidere nonnulli ex ueteribus exiſtimarint, ſiue qđ diaphragmate inflammato, neceſſe ſit & mentem impediri, ſubſequente nimirũ eo morbi genere quem paraphrenitidem appellant medici.

Phrenitis, idis, ſ. t. φρενῖτις, Morbus lædens mentem, & ad inſaniam furoremq; perducens: unde & nomen accepit. Nam mentem Græci φρένας appellant. Fit aũt ex inflammatione membranularum quas meningas uocant, idq; uel à pallida bile, eaq; leuior eſt, uel à flaua, eaq; eſt uehementior: uel ab eadem ualde aduſta, quæ eſt omniũ deterrima, ut docet Galenus lib. 3. de Locis affectis. Phreneſis alio nomine appellatur, pen. prod. Iuuenal. Sat. 14. Quum furor haud dubius, quum ſit manifeſta phreneſis. Mart. lib. 4. Declamas in febre Mathon: hanc eſſe phreneſim ſi neſcis, non es ſanus, amice Mathon. Serenus mediam huius dictionis ſyllabam corripuit, quem in hoc non imitabimur. Phreneticus appellatur qui hunc morbũ patitur. Plin. lib. 20. cap. 2. Sed & Phreneticis auxiliatur cum lacte mulieris.

Phroneſis, ſ. t. φρόνησις, Prudentia. Cic. lib. 1. Offic. Princepsq; omnium uirtutum eſt illa ſapientia quam Græci ſophiam uocant. Prudentiam enim quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus quæ eſt rerum expetendarum, fugiendarumq; ſcientia. (& ingenioſus.

Phronimos, mi, m. ſ. φρονίμος. Latinè prudens, conſultus,

Phrygia, Aſplenium apud Dioſc. lib. 4. cap. 152.

Phrygiones, Phrygius, Phryx, uide in Propriis.

Phrynion, φρωνίον, Herba eadem cum paronychia, ita dicta quod τοῖς φρωνοῖς, hoc eſt, rubetis aduerſetur. Author Plinius lib. 25. cap. cap. 10.

Phrynos, φρῦνος, A Græcis ranæ genus appellatur omnium maximum in uepribus tantùm uiuens: unde & rubetã Latini appellant. Plin. lib. 32. cap. 3. Sunt quæ in uepribus tantùm uiuunt, ob id rubetarum nomine (ut diximus) quas Græci phrynos uocant, grandiſſimæ cunctarũ, geminis ueluti cornibus plenæ ueneficiorum.

Phthiriaſis, ſ. t. φθειρίασις, Morbus eſt pedicularis, ἀπὸ τῶν φθειρῶν, quos & pedes, & pediculos uocamus. Plin. lib. 20. cap. 1. Sic & contra phthiriaſin bibitur, & hydropiſes. Vide Pedicularis in Pedes pedum.

Phthyroctonon, Staphiſagria apud Dioſc. lib. 4. cap. 158.

Phthiſis, ſ. t. φθίσις. Morbus eſt totum corpus extenuans, proueniens ex ulcere pulmonis à pituita potiſſimùm genera to, quæ à capite delapſa, in pulmonibus cõputruit. Quan quam interdum & ex proprio pulmonis effectu originẽ trahit, maximè quidem ex uaſis diruptione poſt ſputũ ſanguinis non conglutinata: q; mali genus Græci uſitatius Phthoen φθόην uocant: definiuntq; eſſe totius corporis cum pari ua febre extenuationem, pulmonis inſanabilia ulcera conſequentem. Hoc morbo Theopompum laboraſſe, & ab Aſclepiade curatum tradunt. Sæpenumero tamen phthiſim pro phthoe poſitam inuenimus: ut apud Columellam lib. 6. capite. 14. Eſt & illa grauis pernities, quum pulmones exulcerantur: inde tuſſis & macies, & ad ultimum Pthiſis inuadit. Corripit autem hoc nomen priorẽ ſyllabam. Iuuen. Sat. 13. Et phthiſis, & uomicæ putres, & dimidium crus. Qui hũc morbum patiuntur, Phthiſici φθισικοὶ appellant, pupillæ contractionem, quum ſcilicet oculi tabes pupillam cõtrahit, & anguſtiorem efficit. Definitiones quæ Galeni nomine circunferuntur, phthiſios nomine omnem corporis extenuationẽ maciemq; intelligunt, à uerbo φθίνειν, quod propriè dicitur de plantis alijsq; ſenſim pereuntibus.

Phthiſis, Pœonia apud Dioſc. lib. 3. cap. 158.

Phthoe, es, φθόη. Corporis totius extenuatio cum exigua febri, incurabilia pulmonis ulcera conſequens. Hanc nonnulli, minus tamen propriè, phthiſim appellant.

Phthongus, m. ſ. φθόγγος, Idem quod ſonus, & uox inarticulata, à uerbo φθέγγομαι, quod eſt ſonum uel uocem edo, in muſica autem phthõgus dicitur, ſoni cuiuſpiam unus & idem tenor: ut in cithara certi alicuius nerui ſtrepitus ſemper ſui ſimilis. Seuerinus lib. 1. cap. 8. Phthongum definit eſſum uocis, τόνιλν, id eſt, aptũ melo in unam intentionem. Alij harmoniæ minimam partem. Nam quemadmodum, unitas numeri, ita phthongus conſonantiæ principium eſt. Ex his facile intelligi poteſt locus Plinij lib. 2. cap. 22. ubi de ſyderum muſica loquens ex Pythagoræ ſententia ait Saturnum Dorio moueri, Iouem Phrygio, Mercuriũ uerò phthõgo, hoc eſt, eodem ſemper & æquabili ſoni tenore.

Phu. φοῦ, Vocant aliqui nardon agrion, ſiue criticum, folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in Purpura albicante, radice obliqua, uilloſaq; & imitante auium pedes. Dioſcorides lib. 1. & Plinius libro 12. cap. 12 Officinæ Valerianam maiorem nominant.

Phucus, uide in dictione Fucus græcè φύκος.

Phy, interiectio mirantis, teſte Donato, Terent. in Adelph, Phy, domi habuit unde diſceret.

Phycites. φυκίτης, Gemma algæ colorem habens, Plinius libro ult. cap. 10.

Phycos thalaſſium, φῦκος θαλάσσιον, Latinè fucus marinus, herba eſt ſimilis lactucæ, quæ conchylijs ſubſternitur. Tria eius ſunt genera: latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium criſpis folijs, quo in Creta ueſtes tinguntur. Hæc Plinius lib. 16. cap. 10.

Phycis, fœm. generis, φυκὶς, Piſcis eſt uerno tempore rarus, reliquis anni partibus candidus, ex alga nidificans, & in nido oua pariens. Autor Plin. lib. 9. cap. 26.

Phygethlon, φύγεθλον, Eſt (ut inquit Corn. Celſ. lib. 5. cap. 28.) tumor non altus, latus, durus, in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt: cum dolore, diſtentioneq; uehementi, maioreq; quàm pro magnitudine tumoris: interdum etiam cum febricula tardè matureſcens: neq; magnopere in pus ſe conuertens. Latini panum uocant.

Phylacã, pen. corr. φυλακὴ, Locus cuſtodiæ, hoc eſt, carcer. Plaut. in Capt. Illinc eſt abductus rectà in phylacã ut dignus eſt. A uerbo Græco φυλάττω, cuſtodio.

Philaciſta, m. p. φυλακιστὴς, Carceris cuſtos, uel lictor, cuius officium eſt nocentes cõprehendere, & in carcerem abripere. ἀπὸ τὸ φυλακύζειν. quod eſt ad carcerem trahere. Plautus in Aul. Trecenti conſtant phylaciſtæ in atrijs.

Phylacterium, n. ſ. φυλακτήριον, Græca dictio eſt: ἀπὸ τοῦ φυλάττειν, hoc eſt, à cuſtodiendo, afferuãdo, ſiue tuendo deducta. ſignificatq; modo antidotum quo nos aduerſus uenena tuemur, & præmunimus: modò locum cuſtodiæ deſtinatũ. Hoc etiam nomine dicebantur Phariſæorum tabulæ, ſiue membranæ, Decalogi præcepta inſcripta habentes: quas illi & fronti & brachijs affigebant, ut eorum oculis nunquam non obuerſarentur. Qua de re ſic ſcribit Eraſmus in Mathæum, Phariſæi quo uiderentur admodum obſeruantes legis, ſcribebant Decalogum in membranis, ſeu duobus uoluminibus: quorum alterum fronti coronæ uice circum ponebant, alterum brachio, ut ſiue quò manum porrigerent, eſſent in conſpectu, ſiue caput mouiſſent, ob oculos eſſent. Hunc morem teſtatur Hieronymus ad ſuam uſq; ætatem duraſſe apud Iudeos, Perſas, ac Babylonios: atque eos qui id facerent, apud illos habitos ceu religioſos, quaſi ſic præſtarent id quod Deus iubet per Moſen, ſeruari præcepta ſua. Hactenus Eraſmus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Phylarchus, m. s. φύλαρχος, Ordinis siue dignitatis nomen in equestri militia. Erat enim equitatus diuisus in classes quas illi φυλὰς appellabant, quibus qui præerant, Phylarchi appellabantur. Omnes autem uni parebant Hipparcho, hoc est, equitatus totiús præfecto: quem Latini sub Dictatore magistrum equitum appellabant. Fuit item hoc proprium nomen Historici cuiusdam Atheniensis, siue Sicyonij, aut ut alij malunt, Naucraticæ, qui Pyrrhi Epirotæ bellum aduersus Peloponnesios libros XXVIII. cõscripsit: item alia complura, quæ recensentur à Suida.

Phyletæria, Polemonia apud Dioscor. lib. 4. cap. 10.

Phyleterion, Clematis, Dioscor. lib. 4. cap. 8.

Phyllantes, φυλλάνθης, Herba est ex genere aculeatarũ, sed mitioribus aculeis, ab radice tantum foliata. Sic eam nominat Plinius lib. 21. cap. 16.

Phyllanthion, φυλλάνθιον, cognomẽto dyticon, Herba est Democrito, purpuram tingẽtibus utilis. Vide Hermolaum in Coroll.

Phyllandrion, in plaustribus nascitur nec plura de ea traduntur. Vide Barbarum in Coroll. lib. 3. cap. 141.

Phyllira, uide Philyra.

Phyllitis, φυλλῖτις, Herba est foliis lapathi, longioribus tamen adultioribusq́, modò senis, modò septenis, interius laeuis, auersa parte quosdam quasi uermiculos appendẽtes referentibus. Dioscorides à quibusdam Lapathõ agricon, hoc est, rumicem agrestem uocari tradit.

Phyllon, φύλλον, Spina est sine caule, sine flore, sine echino, foliis longis aculeatis, & lactucæ similibus. Alijs nominibus Polygonaton appellatur, & Leucacantha. Vide Plinium lib. 22. cap. 16. & Dioscor. lib. 3. cap. 21.

Phyllon, muſci generis, apud Dioscor. lib. 5. cap. 141.

Phyllophares, Prassium Dioscor. lib. 3. cap. 118.

Phylloſtaphylon, Capparis.

Phyma, animal ut inquit Aelian. in quod si quis oculos intendit, ab eoq́ inspiciatur, in pallorẽ maciemq́ incidit idq́ diebus non paucis.

Phymata, φύματα, Phlegmonæ, hoc est, inflammationes laxarum partium, teste Galeno lib. 1. Methodi.

Phymoſis, uide Phimosis.

Phyranon, ammoniacum pingue & resinosum.

Phylura, φίλυρα, uide Philyra.

Phyſa, φύσα, Piscis quidam ex genere testaceorum, Nilo fluuio peculiaris, teste Strabone lib. ultimo.

Phyſalis, ueſicaria, uel halicacabos apud Dioscor. lib. 4. cap. 75. & Aëtius sermone 11. cap. 29.

Phyſeter, pen. prod. teris, φυσάλη ρ. Bellua marina admirabili magnitudine, quæ aquam faucibus haustam tanta copia sursum efflat, ut ueluti densissimus quidam imber decidens, conspectum circunquaq́ eripiat. Vnde & Physeter dictus est, παρὰ τὸ φυσᾶν τὰ ὑγρὰ, hoc est, ab euomendis, aut efflandis fluctibus. Quare etiam Rufus ex Arato, anhelos physeteras proprio epitheto appellauit. Plin. lib. 9. cap. 4. Maximũ animal in Indico Oceano pristes & balæna est: in Gallico Oceano physeter ingẽtis colũnę modo se attollẽs, altioremq́ nauium uelis diluuiem eructans. Hę belluæ Nearchi classi in Arabicum sinum nauiganti, maximum terrorẽ incusserunt, quòd tantos expirarent nimbos, ut quæ posita ante pedes essent, uideri non possent, donec à nauigationis ducibus edoctus Nearchus, tubarum clangore perterritos in profundum abegit.

Phyſis, φύσις, genere fœminino, Latinè natura dicitur.

Phyſicus, a, um, φυσικὸς. Idẽ quod naturalis, siue ad rerum naturam uel physicam pertinens. Cic. 2. Diuinat. Quæro etiam si uelim scribere quid, aut legere, aut canere, uel uoce uel fidibus, aut geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare, sanè quidnam expectandum sit. Ibidem, Physica disputandi subtilitas. Idem 2. de Nat. deor. Rationibus physicis constituere aliquid.

Phyſicus, ci, m. s. subst. Qui physicen perdidicit, siue quę rerum naturam rimatur. Cic. 1. de Nat. deor. Sed tu hoc physice non uides, quàm blanda conciliatrix, & quàm sui sit læna natura. Ibidem, Non pudet igitur physicum, id est, speculatorem, uenatoremq́ naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium ueritatis. Ibidem 2. de Diuinat. Quod uideo physicis placuisse: eisq́ maximè, qui omne q esset, unum esse dixerunt.

Phyſica, orum, n. s. φυσικὰ, Ipsa naturalis philosophia, siue corpus rerum naturam pertractans. Cicero 1. de Oratore. Oratorem ne physicôn quidem esse expertem uolo. Idem 1. de Finibus, Epicurus in physicis quibus maximè gloriatur, totus est alienus. In eadem etiam significatione dicimus physica, cæ, φυσικὴ, præsertim pro disciplina ipsa naturali: nam pro opere eam pertractãte usitatius neutro plurali utimur: unde physica Aristotelis, rectius dixeris, quàm physicam. Cicero 1. Acad. Sed enitar ut Latinè loquar, nisi in eiusmodi uerbis, ut Philosophiam, aut Rhetoricam aut Physicam, aut Dialecticam appellem. Ibidem 3. de Finibus. Ad eas uirtutes Dialecticam etiam adiungunt & Physicam.

Phyſicè, pen. cor φυσικῶς, Naturaliter, aut physicorum more. Cic. 3. de Nat. deor. Eodemq́ tẽpore illa omnia quę à te Physicè dicta sunt de ui ignea, deq́ eo calore, &c. Idem 1. de Diuin. Sed id quod physicè dicitur.

Phyſiognomia, æ, f. p. φυσιογνωμία, Ars qua natura hominum ex corpore uultuq́ cognoscitur.

Phyſiognomus, mi, m. s. penultima prod. uel Phyſiognomon, onis, φυσιογνώμων, qui hominum mores ex corpore, uultuq́ cognoscit. Cicero de Fato, Quid Socratem, nonnè legimus quemadmodũ notauit Zopyrus physiognomon qui se profitebatur hominum mores, naturasq́ ex corpore, oculis, uultu, fronte percognoscere?

Phyſiologia, æ, f. p. φυσιολογία, Rerum naturæ inquisitio, disceptatio, de rei cuiusuis natura. Cicero 1. de Natura deorum, Hunc tu censes primis ut dicitur labris gustasse philosophiam, id est, naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse? Physiologus φυσιολόγος, rerũ naturæ perscrutator.

Phyſionus, id est, bene mentulatus. Nam φύσα follem significat, Græcè σοῖνος mentulam.

Phytobaſila Leontopodion apud Dioscor. lib. 4. cap. 12.

Phython, siue Phyton, uide Python.

PICEN. In notis antiquorum Piceni. **PIENT.** pientissimus. **P. IR.** populus uel Publius irrogauit. **P. I. R.** populum iure rogauit. **P. IV.** uel I. principi iuuentutis.

Piabilis, **Piacularis**, **Piaculum**, **Piamen**, **Piator**, **Piatrix**, uide Pio.

Pica, cæ, quanuis fœminino rum uideatur à picus, lõgè tamen diuersæ significationis est. κίσσα. Nam auis est magnitudine palumbæ, alis uario colore, & præsertim cæruleo depictis, humana imitans uerba. Mart. lib. 14. Pica loquax certa dominum re uoce saluto: Si me non uideas, esse negabis auem. In has aues fabulantur Poëtæ mutatas esse Pieridas, indeq́ illi pristinã loquacitatẽ, humanæq́ linguæ studium remãsisse. Ouid. 6. Metam. Plangere dumq́ uolunt per brachia mota leuatæ, Aëre pendebant nemorum conuiuia picæ: Nũc quoque in Alitibus facundia prisca remansit, Raucaq́ garrulitas, studiumq́ immane loquendi. Est & alterum picæ genus quod Plinius testatur sua ætate ab Apennino Romam uersus cerni cœpisse, longa insigne cauda, & à Romanis uariam appellatam fuisse. Pica etiam in grauidis dicitur per uersus absurdarum rerum appetitus, qui à Græcis quoque κίττα uocatur. Vide in dictione Malacia.

Picatus, a, um, uide Pix.

Picea, æ, πίτυς, Arbor est larici simillima, folio breui, tedæ proximo, crassiore tamen durioreq́ ut cupressis, immortali uirore: ad laricis uerò comã collato, rariore, sicciore, tenuioreq́. Ramos habet statim ab radice modicos, uelut brachia lateribus inhærentes: materiem uerò abieti proximam. Frequens in Alpibus Corhijs uisitur, fundens resinam thuri adeò similem, ut pro eo sæpe fallat, odore non omnino ingrato. Nuces fert pineis similes, sed minores, & ut tota arbor pino humilior est graciliorq́. Vide plura de hac arbore apud Plinium lib. 16. cap. 10. Theophrastum lib. 3. cap. 10. & Dioscoridem lib. 1. cap. 86.

Piceaſter, piceaſtri, πίτυς ἀγρία, Picea sylueſtris, Hiſpaniæ familiaris, ex qua fit resina parum laudata. Plinius libro 14. capite 20. Fit è picea resina, in Hispania autem è piceastris minimè laudata.

Piceus, **Pico**, uide Pix.

Picrahiera, à Galeno dicitur medicamenti genus amarũ. Nam πικρὰ ἱερὰ, Græci dicunt amarum. A barbaris ineptè uocatur Hiera pigra.

Picras, Andresace apud Dioscor. lib. 3. cap. 151.

Picris, πικρίς, Lactucæ uel cichorei agrestis genus, quod ita appellauere (ut inquit Plinius libro 19. cap. 8.) cum exprobratio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bratione amatitudinis.

Picrocholi, πικροχόλοι, In quibus abundat flaua bilis quæ amara esse consueuit. Hippocrates de ratione uictus.

Pictatum, uide Pictatium.

Pictes, pictis, uel Picta, uide Pycta.

Pictor, oris, & Pictura, ræ, **Picturatus**, uide Pingo.

Picumnus, πίκυμνος, Auis eadem cum pico Martio, teste Nonio. Item deus quidam qui sacris Romanis adhibebatur. Aemylius macer in Theogonia, Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

Pīcus, m. s. Auis est exigua, aduncis unguibus, Marti sacra existimata, ἀρνοκολάπτης. unde & Martium cognominauerũt. Hic felium more arbores in subrectum ascendit, percussitq; corticis sono pabulum subesse intelligit. Pullos in cauis arborum educat, cunctosq; à pastoribus cauernę ori impactos, admota herba quadam expellit. Præterea picos Romani ueteres uocabant, quos Græci gryphas, beluas quadrupedes auritasq; uisu ut forma terribiles, corpore leonino, rostro, alis, pedib. aquilis similes. Habitare in Hyperboreis montib. in Asiatica Scythia feruntur, ubi aurũ & gemmæ nasci perhibentur, ibiq; tanta rabie in homines desæuire, ut terram inhabitabilẽ faciant, quasi geniti esse uideantur ad plectendam auaritiæ temeritatem. Plaut. Aul. Picos diuitijs qui au reos montes colũt, ego solos supero. Plin. tamen lib. 10. cap. 49. fabulosa existimat quæcunq; de gryphis cõmemorantur. Fuit & Picus rex Latinorum, Fauni pater, Latini regis auus, auguriorum peritissimus, qui à Circe adamatus quum eius coniugium sperneret, mutatus fertur in auem sui nominis: quod idcirco fingi creditur, quoniam primus hac aue usus est in auspicijs. Ouidius 13. Metam. Picus in Ausoniis proles Saturnia terris. De hoc uide Seruium 7. Aenecid. in hunc Vergilij locum, Picus quũm domitor: quem capta cupidine coniux. Aurea percussum uirga, uersumq; uenenis Fecit auem Circe, sparsitq; coloribus alas.

Pietās, pietatis, fœ. t. Est debitus cultus erga Deum, patriam & parentes, eosq; qui nobis parentum loco sunt, εὐσέβεια, φιλοσοφία. Pietas (inquit Augustinus) propriè Dei cultus intelligi solet, quam Græci εὐσέβειαν uocant. Et sic à Cicerone accipitur, quum inquit pro Domo sua, Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio, quum expeti nihil ab ijs quod sit iniustum, ac in honestũ arbitrere. Sumitur etiam latius (ut diximus) nomen pietatis, ut amorẽ complectatur filij erga parẽtes & propinquos, & ciuis erga patriam, quæ communis omnium ciuium est parens. Cic. in Somn. Scipionis, Cole pietatem, quæ quũ sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. Est autem pietas abstractum ab adiectiuo pius, quod propriè de eo dicitur qui Deum, patriã, parentes, & qui parentum loco sunt, iusto cultu prosequitur. Huius contrarium est impietas, quæ ab iniustitia sic distingui solet, quòd illa in Deum, hæc dici in homines potest. Per illam contemplatione delinquitur: hoc opere & factis peccatur. Pietas etiam à Romanis dea putata est: quæ deam habuit Romę eo in loco ubi postea Marcelli theatrum extructum fuit: ut est author Plin. lib. 7. cap. 36.

Pius, pia. pium, propriè dicitur de eo qui Deum, patriam & parentes, & eos qui parentum loco sunt, iusto cultu prosequitur, εὐλαβὴς, εὐσεβὴς, ὅσιος. Vergilius tertio Georgicorum, Dii meliora pijs. Cicero 3. Officiorum, Ipsi patriæ conducit, pios habere ciues in parentes. Accipitur tamen nonnunquàm pius pro benigno & misericorde. Terent. in Hecy. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. Ex qua loquendi cõsuetudine factum est, ut Deus ipse dicatur pius, quem tamen Græci nullo suo sermonis usu εὐσεβὴ uocant: quanuis εὐσέβειαν pro misericordia, illorum etiam uulgus usurpet.

Piè, aduerb. Quod modò significat religiosè, & cum maxima in Deum fiducia. Plin. in Paneg. Ciuitas religionibus dedita, semperq; deorum indulgentiam piè merita. Modò benignè & clementer. Cic. ad Martium lib. 11. Epist. Alia quæ defendam à te piè fieri & humanè.

Piens, εὐσεβὴς, à pio, pias, quũ significat piè amo A quo pientior, pientissimus. Piens tamen in usu non est.

Piger, gra, grũ, Tardus, segnis, fugitans laboris, ὀκνηρὸς, ἀργὸς, cuius contrarium est Impiger. pro diligente: ut pigra familia apud Plautum in Mostell. Horatius 1. Serm. Saty. 4. atque piger scribendi ferre laborem: Scribendi rectè, nam ut multum, nil moror. Persius Sat. 1. Mane piger stertis. Cicero Trebatio libro 8. Interdum piger, interdum timidus in re militari uidebare. Ponitur aliquando pro lento, & minimè fluido. Columella lib. 2. cap. 2. Nullum enim temerè uidemus locum qui modò pigrum teneat humorem, & c. Iungitur aliquando acusatiuo cum prępositione Ad. Cælius ad Ciceronem libro 8. Et ad literas scribendas, ut nosti, pigerrimo.

Pigrè, aduerb. pigrius, pigerrimè. Plin. libro 10. cap. 14. Pigrius intrante fœmina ad pullos.

Pigritia, f. p. Ignauia, lentitudo, tarditas, ὀκνία. Cic. 1. Offic. Efficiendum autem est ut appetitus rationi obediant, eamq; neq; pręcurrant, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant. Liuius 1. ab Vrbe, Vnde quum pigritia militandi oriretur, nulla tamen ab armis quies dabatur à bellicoso rege.

Pigrities, pigritiei, Pigredo, inis, Pigritudo & Pigritas, eiusdem sunt significationis.

Pigror, aris, d. p. Morari, & ueluti per pigritiam cunctari & differre, ὀκνέω, μέλλω. Cic. ad Attic. lib. 14. Tu quæso quicquid erit noui, (multa aũt expecto) scribere ne pigrere. id est, ne moreris. Lucr. 1. Quòd si pigraris, paulũ ue recesseris ab re.

Pigrescо, is, Piger fio & lentus, ὀκνὸς γίνομαι. Plin. lib. 18. cap. 2. Mox pigrescit, in Virginem transgresso Sole. De Nilo.

Pigro, as, act. p. Antiqui dixerunt pro cohibere uel tardare, ἐπέχω. Accius in Chryse, Melius pigrasse quàm properasse, est nefas. Nonius.

Pĭget, uerbum impersonale, piguit, & pigitum est, Idem ferè quod dolet, siue molestum est, μισῶ, ἄχθομαι. Stat. libro 7. Theban. Nec pigrum paruosq; lares, humilesq; subire. Constituitur autem ferè cum accusatiuo & genitiuo, nisi quid loco genitiui ponatur, puta infinitiuus. Ouid. lib. 2. Metam: pigetq; Actorum sine fine mihi, sine honore laborum. Cic. pro Domo sua, Vt me non solùm pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat. Plautus, Non dedisse te pudet me: quia non accepi, piget. Differt autem piget à pudet, teste Donato, quòd pudet de ijs dicatur quæ turpiter fiũt, Piget de ijs quę cum damno & malo. Pudere ad dedecus refertur, Pigere ad dolorem. Vide plura de hoc in uerbo Pudeo. Pigere interdum pro tardare, interdum pro pœnitere poni solet, inquit Festus.

Pigeo, es, uerbum personale, legitur apud Plautum in Menæch. Adolescens loquere mihi tuum nomen, nisi piget. Idẽ Pseudolo, Id q̃ pudet facilius fertur quã id quod piget. Terentius in Phormione, Quare obsecro, ne plus minus ue faxit quod nos postea pigeat.

Pigendus, a, um, Ouid Epist. 7. Si fuit errandum, causas habet error honestas: Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

Pigmentum, ti, n. s. Quo utuntur puellæ ad uenustãdam faciem: qualis est cerussa, alijq; id genus fuci, quibus muli erculæ cuti cãdorem aut ruborem inducunt, φῦκος. Plaut. in Most. Non istanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere. Plin. lib. 26. cap. 43. Nuperq; portentosis ingenijs principatu Neronis inuentum ut pigmentis perderet se.

Per translationẽ uerò pigmenta dicuntur mendacia & fraudes, quia eius qui pingitur non est naturalis color, sed artificialis. Cic. lib. 2. de Orat. Tam integræ sententię, tam nouę tam sine pigmentis, fucoq; puerili, ut mihi non solùm tu incendere iudicem, sed ipse ardere uidearis. Quandoq; significat colores pictorum, de quibus Plin. lib. 35. cap. 5. Cic. 1. de Diuinat. Aspersa temerè pigmenta in tabula oris lineamenta efficere possunt. Plaut. Epid. Quem Apelles, Zeuxisq; duo pingent pigmentis ulmeis. Accipitur etiam quandoq; pro confectione ex diuersis speciebus suaui & odorifera: unde pigmentarij dicti, de quibus paulò pòst. Quandoq; etiam pro coloribus rhetoricis. Cicero de Claris Orat. Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse.

Pigmentarius, arij, masc. s. Qui facit uel uendit pigmenta. φαρμακοποιὸς, μυροπώλης. Iulius Firmicus, Quicunq; habuerit horo scopum in parte Librę uicesimasexta, erit pigmentarius, uel turarius. Cicero, Accius pigmentarius ualde gaudebat se aduersarium perdidisse.

Pigmentatus, tata, tatũ, Quod est pigmentis ornatũ, πεφαρμαγμένος. Hieron. ad Paul. Totum flaccidũ, molle, nitidũ. atq; formosum, quæsitis hinc inde odoribus pigmentatum.

Pignatoxaris, Veratrum albũ, apud Dioscor. lib. 4. cap. 151.

Pignus, oris uel pignetis, n. t. Quod creditori ad securitatem datur, ἐνέχυρον, ἀσφάλισμα, ὁμήρευμα, ἐγκύρασμόν, ἔμβολον, ἐμπαίγμον, ἐποτεθεμένον. ita dictũ à pugno, ut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Caius de Verb.signif,inquit in l.Plebs:quia res quæ pignori dantur,manu traduntur.Mart.libr.12.Quum rogo te nummos sine pignore,Non habeo inquis. Aliquando pro eo accipitur quod inter duos contendentes, sequestro ita deponitur,ut fiat uictoris.Vergil.3.Ecloga. Ego hanc uitulam(ne fortè recuses,Bis uenit ad mulctrâ, binos alit ubere fœtus) Depono:tu dic mecum quo pignore certes.Plautus Casina, Id ni sit,mecum pignus,si quis uult, dato in urnam mulsi. Per translationem etiam accipitur pignus pro symbolo,uel argumento,uel indicio:ut quum aut munus nostrum, aut aliquid simile pignus esse amoris beneuolentiæq; dicimus: id est,indicium,uel documentum & argumentum certum siue idoneum signum.Vergil.3.Aeneidos Ipse pater dextram Anchisæ,haud multa moratus, Dat iuueni, atq; animum præsenti pignore firmat.Id est, securum facit ut qui fiat pignus.Liuius nono belli Macedonici. Hæc amoris pignora quum essent,ne quicquam secretū alter ab altero haberēt. Cur.libr.9. Nullum erga me beneuolentiæ pignus & hypothecam hoc interesse scribit,quòd pignus,dicitur quum ad creditorem transit,hypotheca quum non transit.Budęus tamen inquit pignus Latinè Id esse quod Græcè dicitur hypotheca,quasi obligationi suppositum, quod Latini pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili quàm de re mobili dicitur.Teren.in Phor.Ager oppositus est pignori ob decem minas,Aedicula item ob decem alias. Dicimus Latinè,Auferre pignus, Ponere pignori,uel in pignus, Opponere pignori:Accipere pignori, Coërcere pignoribus captis:est quod nos Cogere per bonorum captionem dicimus. Cicer.3.de Oratore,Philippus grauiter exarsit,pignoribusq; ablatis Crassum coërcere cœpit. Quoniam uerò liberi uidentur tanquàm pignora inter uirum & uxorem esse,& firmissima quędam inter coniuges perpetui amoris,& indissolubilis coniugii quasi uincula,factum est ut pignora pro liberis capiantur.Ouid.3.Fast. Dulcia solicitæ gestabant pignora matres.

Pignero,pigneras,actiuum:aut Pigneror,pigneraris,deponēs, Rem pignori do,pignori oppono,ὑποτίθημι.Suetonius de Vitellio,Vtque ex aure matris detractum unionem pigneraue rit ad itineris impensas. Accipitur nonnunquam pro eo quod uulgò dicimus,per executionem capere,hoc est, pignora capere,ἐνεχυριάζειν,ἐκφορήσασθαι,ὑποτίθεσθαι, κατεγγυᾶν Iuuenalis Satyr.7.Cuius & alueolos, & lænam pignerat Atreus.Cicero 14.Philip.In fuga fœda mors:in uictoria,gloriosa.Et enim Mars ipse ex acie fortissimum quenq; pignerari solet.Vbi pignerari dixit,pro eo quod est in pignus accipere & sibi asserere,quasiq; obnoxium sibi, debitumq; capere:ut sit sensus,Fortissimus enim quisq; primus in prælio occumbere solet. Huius composita sunt,Oppignero & Repignero:de quibus alibi:

Pignerator,uerbale,Qui pignus accipit.Cicero quarta Verrin. Quum in his quidem rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor, neq; possessor soleat esse,tu de optimo,de iustissimo, de honestissimo genere hominum, id est,de aratoribus,& iura constituebas,quæ omnibus aliis essent cōtraria,&c.Edixerat enim Verres,ut publicani possent iure suo ab aratoribus decumarum nomine quantum uellent capere,non iudicis autoritate,ut assolet,pignora eorum capere.Ex Budæo.

Pigneratitius,tia,tium,ex supiuo uerbi pignero nomen deductum,Significat quod pignori datum est, ὑπόβολον.ut Res pigneratitia. Pigneratitius creditor,cui pignoris capiēdi ius est. Vlpianus,Quæritur in pigneratitio creditore,an pignoris persecutio denegetur.

Pigresco,Pigro,as,Pigror,aris,uide Piger.

Pigrídiæ,arum,ἄγριαι θριδακίδες,sunt olera amara, quæ Hieronymus uocat lactucas agrestes.

Pila,læ,à pinso,f.p.Vas concauum quo antiqui siccata frumenta pinsebant,hoc est,contundebant,ὕδλη. Plin.li.18.capite 11.Tundatur granum eius in pila lignea. Similiter uasa illa concaua,medicorum usui apta,in quibus ptisanæ fieri solent,pilæ dicuntur. Est item pila idem quod colūna, Græci σίηλον uocāt:quanquā reuera angustior est ἡ σίηλης significatio quàm pilæ. Illo enim nomine propriè denotatur cippus in monumentis erectus:pila autem quamuis columnam significat quemcunq; in usum confectam. Apul. lib.3.Metam.Pila media quæ stabuli trabes sustinebat.Fe.Pila quæ parietem sustentat,ab opponendo dicitur. Plin.lib. 11. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar, interius à solo fornicatas, ut sit aditus ad farciendum. Pilæ etiam sunt opera in formia quæ in aqua construuntur, cuiusmodi magnifica Genuæ uisitur,molem uulgò appellant.Earum usus est ad tuendas à fluctibus naues intra portus & naualia. De quarum constructione uide Vitruuium libro 5. Huiusmodi Vergilius libro 9. describit his uerbis, Qualis in Euboico Baiarum in littore quondam Saxea pila cadit.Et in his omnibus significationibus pila producit penultimam. Quando uerò penultimam corripit, accipitur pro rotunda illa sphærula qua luditur, σφαῖρα: à uerbo Græco πάλλω,æquo, quòd forma sphærica sit,quæ omni ex parte æqua est: uel à pilis quibus impleri soleat.Plaut.in Bacch.Ibi cursu,luctando,hasta,disco,pugilatu,pila,saliendo se exercebant magis. Cic.2.de Orat.Sed ut homines labori assiduo & quotidiano assueti,quum tempestatis causa opere perhibentur, ad pilā se,aut talos,aut ad tesseras conferunt,&c.Seneca de Benef. lib. 2. cap. 32. Sicut in lusu est aliquid scitè ac dilgenter pilam excipere: sed non dicitur bonus lusor, nisi qui aptè & expeditè remisit quam acceperat. Celsus libro 1. capite 6. Quem uerò frequenter citata aluus exercet, huic opus est pila,similibus superiores partes exercere. Quatuor autem sunt pilarum genera, trigonalis, paganica, follis & harpastum: quæ omnia uide suis locis. Pilæ autem primus inuentor fuit Pythus, ut ait Plinius libro 7. capite 56. A pilæ lusoriæ similitudine etiam pila dicitur quicquid est rotundum instar pilæ. Plinius libro 12.capite 10. Cucurbitæ maturitate ruptæ,ostendunt lanuginis pilas ex quibus uestes pretioso linteo fiunt.

Pilula,læ,f.p. Quasi parua pila,globulus, ac sphæricum quiddam & rotundum, σφαιρίδιον. Plin.lib.26.cap.7. Nascuntur in eo pilulæ nucibus non absimiles,intus habentes flosculos molles,lucernarū luminibus aptos.Idem lib.30. cap. 11.Scarabæus qui pilulas uoluit.Quinetiā uenena, siue pharmaca quæ hac forma sumimus, pilulas nominamus. Plinius lib.29.cap.11.Vetus axungia phthisin in pilulis sumpta sanat. Hæc Græco uocabulo καταποτία,dicūtur,ab,absorbendo:non enim cōminuendę dentibus,aut gustandæ sunt pilulæ,sed integræ deuorandæ.

Pilani,m.f.Dicti sunt milites qui pilis pugnabāt,testibus Varrone & Festo,alio nomine triarij appellati: ante quos qui prælium capessebant,antepilani dicebantur & principes. Vide suprà in dictione Antepilani.

Pilarij,m.f.Dicūtur præstigiatores qui leui agitatione pilulas, seu paruas pilas uidētur emittere,aut in uas inijcere,quum secus faciāt. Quintilianus lib.decimo,capite septimo,Quo constant miracula illa in scenis pilariorum, ac uentilatorū, ut ea quæ emiserint, ultrò uenire in manus credas,& quæ iubentur,decurrere.

Pilatim,aduerb.à pila pro columna.Significat per pilas,κατὰ σίηλας.Vitruuius,Pilatim struuntur ædificia.

Pilates, genus lapidis candidi.Cato, Lapis candidior quā
Pilatus,uide Pilum. (pilates.

Pileatus,uide Peleus.

Pilicrepus,pi, penult.cor.apud Senecam lib.8.epist.ad Lucillium,ubi notatur balneorū luxuria,intelligēndus est is qui pilas,hoc est,sphæras, aut glomos pice illitos in ignem balneorum,siue uaporarij conijceret,sicubi fortè restingueretur.Quod manifestat Papinius,Syluarum primo,in balneo Etrusci, Qui nunc strata solo referam tabulata, crepantes Aedibus,& tenuem uoluunt hypocausta uaporem? Meminit huiusmodi pilarum Vitruuius lib.5.cap.10.Suspensuræ, ait,caldariorum ita sunt faciendæ,ut primùm sesquipedalibus tegulis solum sternatur inclinatum ad hypocaustum: uti pila quum immittatur, non possit intus resistere,sed rursus redeat ad præfurnium:ipsa per se ita flamma facilius peruagabitur sub suspensione.

Pilentum,ti,n.f.Vehiculi genus quo matronæ ferebantur. μητίοφορον,ὄχημα.Horatius libro 2, Epist.Effeda festinant, pilenta,petitoria,naues.Ex quo Horatij loco patet non omnino idem esse cum petorito,ut nonnulli putauerunt:sed tamen fortassis illi non dissimile.Est enim pilentum Hispanorum inuentum, petorium autem Gallorum. Varro de Lingua Latina in consuetudinem sua ætate primū uenisse scribit.Estque eius formæ qua nostri temporis principium Italiæ mulieres uectantur,ita libratum ut confidentes in puluinis,in aëræ suspensæ agitari uideantur.Vergilius 8. Aeneidos, castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus,id est,pensilibus,ut interpretatur Seruius.Liuius 5. ab Vrbe, Honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis

matronis habitum: ut pilento ad ſacra ludosq; carpentis ſe ſto, profeſto q; uterentur.

Pileus, s, pilei, m, f. Tegmen capitis: quod & pileū dicitur, πίλος, πίλιον. Plautus in Amph. Vt ego hodie raſo capite, caluus accipiam pileum. Perſius Satyra 5. Hanc nobis pilea donant. Ponitur quandoq; pileus pro libertate: unde legimus apud hiſtoricos, ad pileum ſeruos fuiſſe uocatos: quod ſignificat ad libertatem, cuius inſigne eſt pileus. Liuius libro 4. belli Punici, Poſtero die ſerui ad pileum uocati, & carcere uincti emiſſi. Sueton. in Tyb. Seruisq; ad pileū fruſtrà uocaris, in Siciliam profugit. Accipiebant enim Serui pileū raſo capite quum manu mittebantur.

Pileolus, m. f. & Pileolum, li, cum accētu in antepenultima, πιλίδιον, πιλίσκος. Horatius 1. Epiſt. Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Ouid. 1. de Arte, nec ſæpe putaris Pileolum niti iis impoſui ſe comis.

Pileatus, a, um, Qui pileo tectus eſt, πιλίον ἔχων. Liuius 4. bel. Pun. Pileati, aut lana alba uelatis capitibus uolones epulati ſunt. Vnde ſerui pileati, qui pileo impoſito uendebantur. Gellius libro 7. cap. 4. Pileatos ſeruos uænum ire ſolitos, quorum nomine uenditor nihil præſtaret, Cælius Sab. Iuriſperitus ſcriptum reliquit.

Pilicrepus. Pilula, uide Pila.

Pilo, as, priore correpta, uide Pilus.

Pilo, pilas, priore producta, πτίλω. Græcum eſt, & ſignificat complano. A quo ſunt compoſita, Compilo, Expilo, Oppilo & Suppilo.

Pilum, li, priore producta, Telum Romanum, à perimēdo dictum, quaſi perillum, ut inquit Varro, πίλος, ὑφ' οὗ. Huius haſtile, teſte Vegetio, erat pedum quinque & ſemiſſis, & ferrum trigonali figura nouem unciarum. Erant autem pila (Varrone authore) tela Romanorum, ſicut geſa Gallorum, & ſariſſæ Macedonum. Lucanus libro 1. pila minantia pilis. Idem libro 3. Pila ſed in mediū uenere trementia pectus. Vergilius 1. Georgic. Scilicet & tempus ueniet, quum finibus illis Agricola incuruo terra molitus aratro, Exeſa inueniet ſcabra rubegine pila. Horatius 2. Ser. Satyra 1. neque enim quiuis horrentia pilis Agmina, nec fractos pereuntis cuſpide Gallos, Aut labentis equo deſcribet uulnera Parthi. Plautus in Curcul. Quia ex te hodie faciam pilum catapultarium. Hinc primipilus, πρωτόπιλος, & præpilatæ haſtæ, hoc eſt, præferratæ, de quibus infrà. Præterea pilum, à pinſendo, ſeu iuxta Seruium, à pilumno, inſtrumentum quo quippiam in mortario teritur, ὕπνος. Plinius lib. 18. cap. 10. Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato, fiſtula ferrata, & ſtella intus dēticulata, ut niſi intenti pinſant, concidantur grana ferroq; frangantur. Primum pilum uocabatur prima cēturia in exercitu apud Romanos: quod circa ſigna grauis armatura conſtituta eſſet, in qua inter cætera armorum genera haſtile erat pedum quinq; & ſemiſsis, quod pilum nominabant. Cæſar lib. 5. bel. Gal. Tum T. Baluentio qui ſuperiore anno primum pilum duxerat, uiro forti, & magnæ autoritatis, utrunq; femur tragula traijcitur. Reliqua uide in dictione Primipilus.

Pilatus, a, um, Pilo armatus. Mart. lib. 10. Et pilata redit iamq;, ſubitq; cohors.

Pilus, li, priore cor. maſ. f. generalius eſt quàm capillus, θρίξ. Propriè enim capillus de ijs tantùm dicitur qui caput ueſtiunt, quum pilus omnium partium corporis ſit cōmunis Plin. libro 11. cap. 37. In capite cunctorum animalium hominū plurimus pilus. Cic. 2. de Nat. deorum. Munitæq; ſunt palpebræ tanquam uallo pilorum. Iuuenal. Saty. 9. Sed fruticante pilo neglecta & ſqualida crura. Hora. 2. Epiſt. 1. Vtor permiſſe caudæq; pilos ut equinæ Paulatim uello. Hæc tamen differentia nonnunquam confunditur. Accipitur enim capillus nonnunquam generaliter in eadem ſignificatione in qua utimur nomine pilus. Gel. lib. 12. cap. 1. Si ouiū lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, conſtat ferè in his lanā duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Pili longiores, proni in colla, atq; arinos ueſtientes, iubæ dicuntur: pili uerò craſsiores, rigidi, quales habent ſues, uocantur ſetæ.

Pili non facio, Nec pilo quidē melior: de re nullius momenti. Cic. ad Q. Frat. li. 2. Nihil eſt quod uereare: ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Catul. epig. 17. Ludere hanc ſinit nec pili facit uni.

Pilo, las, n. p. pen. cor. à pilus, Significat pilos emitto. τρίχω. Accius, Tunc primum pilabant genæ. Afranius, Meum præterea corpus nunc pilare primùm cœpit. Interdum eſt pilos detrahere, ἀποτρίχω. Mart. Quòd pectus, quod crura pilas. Idem lib. 6. extirpa, mihi crede, pilos de corpore toto, Teq; pilare tuas teſtificare nates. Hinc Depilo.

Piloſus, adiectiuum, Id eſt, pilis abundans, τριχώδης. Varro 2. de Re ruſt. cap 5. Oculis magnis & nigris piloſis auribus. Cicero de Piſonem, Non enim nos color iſte ſeruilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt. Piloſiora folia quę in ipſa ſuperficie ueluti adnatos quoſdā pilos oſtendere uidentur. Plinius libro 20. cap 16. E contrario quæ mollis uocatur, piloſiorib. folijs ac ramis, & aculeatis, trita mellis odorem habet.

Pimpinella, Pampinella, & Bipennula & Sanguiſorba ideò uocatur: quoniam uulneribus iniecta, ferrum & ſpiculā facilè, ac citra ſenſum doloris exugat, folio paruo oriculato.

Pina, uide Pinna.

Pinacas, uel Pinaces, πίνακες, Græci dicūt pugillares, id eſt, tabellas ceratas: & per diminutionem pinacidia, πινακίδια id eſt, tabellæ in quibus capita omniū rerum continentur, Latinè Indices dicimus. Plin. codicillus interpretatur.

Pinacotheca, f. p. πινακοθήκη, Locus eſt in quo tabulæ pictę, argētum cælatum, ſtragula, ueſtis, ſigna, & ornamenta reponuntur. Plinius lib. 35. cap. 8. uocat tablinum. Vtrunque nomen dictum eſt à tabulis quæ in hoc loco præcipuè aſſeruabantur. Nam quas Latini tabulas, Græci uocant πίνακας. Varro 1. de Re ruſtica capite 2. Quum huius ſpectatum ueniāt uillas, non ut apud Lucullum, ut uideant pinacothecas, ſed oporothecas. Plinius libro 35. cap. 2. Et inter hæc pinacothecas ueteribus tabulis conſuunt, alienasq; effigies colunt.

Pinaſtallus, id eſt peucedanum, herba ſataria.

Pinaſter, uide Pinus.

Pincerna, æ. Pocillator qui uinū conuiuis miſcet, οἰνοχόος. qui & à poculis dicitur: qualem Poētæ fabulantur in cælo eſſe Ganymedē, in Hebes locum, quæ antè eo miniſterio fungebatur, ſuffectum.

Pincerna pluuiarum, Auſter uentus, ſic dictus uulgò, quoniam pluuias uehementer conciliat.

Pindo, pindis, pindi, pinſum, n. t. μάσσω, idem quod pinſo. Vide Pinſo.

Pinetum. Pineus, uide Pinus.

Pingo, gis, xi, ctum, act. t. Formam alicuius rei ductis lineis repræſento, γράφω. Plin. libro 35. cap. 8. Adeò iam colorum uſus increbuerat, adeò ars perfecta erat, ut in eo prælio Ionicos duces pinxiſſe tradatur. Cic. Lucceio lib. 5. Alexander ab Apelle potiſsimùm pingi, à Lyſippo fingi uolebat. Idem 2. de Orat. Vt in pictura qui hominis ſpeciem pingere perdidicerit, & c. Pingere humum uarijs floribus, eſt uerſicolorem florum uarietatem humi ſpargere. Plautus in Stich. Age tu ocyus pinge humum, conſperge ante ædes. Ponitur aliquando pro deſcribere. Cicero ad Atticum libro 4. Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione. Huius uerbi compoſita ſunt. Depingo & Expingo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

Pictus, a, um, quod aliquando eſt participium: Plaut. in Menæch. Tabulam pictam in pariete. Aliquando nomen, idē ſignificans quod ornatus. Cicero de Clar. Orat. Quo nihil poteſt eſſe pictius.

Pictura, rę, f. Ars pingendi, γραφική. Plinius libro 35. capite 9. Quinimò certamen picturæ, etiam florente ea inſtitutum eſt Corinthi. Dicūtur & picturæ, tabulæ uel aliæ res pictæ. Cicero 6. Verr. Nego ullam picturam neq; in tabulis, neque textilem fuiſſe quin quæſierit, inſpexerit, & quod placitum ſit, abſtulerit. Idem in Orat. In picturis alios horrida, inculta, abdita et opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant. Idem in Tuſcul. Homerum tradunt cæcum fuiſſe: at eius picturam nō poēſim uidemus. Idē 2. Acad. Oculi pictura tenētur: aures, cantibus. In pictura olim floruere Zeuxis, Parrhaſius, Apelles, alijq; nonnulli, quorum omnia & opera exequitur Plin. Natur. Hiſt. lib. 35.

Picturatus, Varia pictura exornatus. Opus picturatum metallis, Claud in 7. Paneg.

Pictor, pictoris, maſc. t. Qui quid pingit, ζωγράφος. Horatius de Arte, pictoribus atque Poētis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Cicero 4. Academic. Multa uident pictores in umbris, & in eminentia quæ nos non uidemus. Idem 2. de Leg. Digniſſima autem dona habent & formæ ab uno pictore uno abſolutæ die.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pinguis,& hoc pingue,om.t. Contrarium macro. παχὺς,λιπαρὸς. Plin.lib.10.cap.50. Fœminæ quidem non omnes ad ſaginam eliguntur, nec niſi in ceruice pingui cute. Verg. 1. Georgicorum, Tunc agni pingues, & tũc molliſſima uina. Aliquando ponitur pro fœcundo, ὕγιρος. Vergil.4.Georgic. Et pingues hortos. Idem, Heu heu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo. Aliquando ponitur pro impedito & inepto. Cicero libro 4. Acad. Quod ipſi Antiocho, pingue uidetur,& ſibiipſi contrarium. Pingue,ſubſtantiuum, neutri generis, propriè dicitur quod inter carnem & cutem eſt, ſucco liquidum, ὑμὸς, πιμελὴ, differtq; ab adipe, quòd hic muſculorum extremitati membranisq; adhęreat, & frigefactus durus euadat & fragilis. Qua de re uide plura apud Plinium lib.11.cap.37.& ſuprà in dictione Adeps. Verg.3.Georg. & omnes Impendunt curas denſo diſtendere pingui. Pingui Minerua aliquid facere, hoc eſt, craſſè, & impolitè Col. in Præf. totius operis, Poteſt enim nec ſubtiliſſima, nec pingui (qđ aiũt,) Minerua res agreſtis adminiſtrari. Hinc componitur Præpinguis, ὑπέρπαχυς. Columella lib.4. Ideoq; nõ eſt uineis apta, uix etiam arbuſtis, niſi prępinguis. A Pinguis fit impinguo, guas, πιαίνω.

Pinguiter, aduerbium. Colum lib.2.cap.2. Proximũm deinde huic pinguiter denſum.

Pinguedo, dinis, & Pinguitudo, inis, f.t. licet Seruius Grãmaticus Latina eſſe neget, à doctiſſimis tamen uſurpantur: ut plurimis exemplis docet Beroaldus in Seruium, λιπαρία, παχύτης. Plinius, Omni pinguedine detracta, in olla caro decoquitur. Idem libro 23. capite 8. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflammationem ſtomachi, & pinguedini corporis conferunt plus quàm ſit ueriſimile. Varro 3. de Re ruſt. cap.9. de gallinis loquens, Et lux pinguedini inimica. Columella libro 2. capite 15. Ea res admonet nos ineſſe tali materiæ naturalem pinguitudinem & ſuccum. Quintil. lib.1. capite 11. Quarundam enim uel exilitate, uel pinguitudine nimia laboramus. Quid autem ſit pinguedo, ſiue pinguitudo, ſiue etiam pingue neutri gen. & quomodo differant ab adipe & ſeuo, ex Pliuij ſententia abundè docuimus in dictione Adeps.

Pinguia tus, rij, m.ſ. Qui pinguia amat. Mart. lib.11. Carnarius ſum, pinguiarius non ſum, hoc eſt, carnoſam & corpulentã amicam opto, non nimis pinguem.

Pinguęſco, ſcis, n.t Pingueo, gues. Pinguis fio, παχύομαι. Colum.lib.2.cap.11. Omne emacitatum armentũ medica pinguęſcit, id eſt, pinguefit. Mart. lib.1. Pinguęſcit nimio madidus mihi crinis amomo. Verg.1. Georg. bis ſanguine noſtro Emathiam & latos Hęmi pinguęſcere campos.

Pinguefacio, cis, act.t. ſignificationis actiuæ eſt, παχύω. Pinguefio, paſſ. Plin.lib.16.cap.44. Dein ea pinguefacit.

Pinna, næ, f.p. Propriè penna eſt, quæ pluma, id eſt, mollior & exigua penna non eſt, πτέρυξ. Nam penna nomen generale eſt ad plumas & pinnas. Varro libro 1. de Re ruſt. cap.7. de columbis, Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquuntur, illiſis cruribus. Idem de gallinis, Eligat fœcundas plerunq; rubicunda pluma, nigris pinnis. Colum. libro 8. capite 4. Siccus etiam puluis & cinis, ubicunque cortem porticus, uel tectum protegit, iuxta parietes reponendus eſt, ut ſit quò aues ſe profundant. Nam his rebus plumã, pinnasq; emundant. Pinna etiam quiduis acutum ſignificat. Vnde & pinnæ murorum, id eſt, ſummitates, ἐπάλξεις. Liu.10.bell. Maced. Mauri pinnæ aliquot locis decuſſæ. Pinnas etiam geſtare gladiatores ſolebant. Vnde pinnirapi retiarij dicuntur, quòd pinnas è galeis mirmillonum iacto reti exciperẽt. Sunt etiam pinnæ quibus innatant piſces, & aquarum adminiculis, ueluti remis in natando utuntur. Plinius libro 9. cap.15. Pinnis quibus in mari utuntur, humi quoque uice pedum ſerpunt. Pinna præterea eſt conchæ genus, πίννα. Naſcitur in limoſis, ſubrecta ſemper, nec unquam ſine comite, quem pinnotherem nonnulli, alij pinnophilacem uocant: is eſt ſqualida paruo, qui cum pinnę quærendæ eſcæ ſocietatem init. Author Plin.lib.9.cap.42. Cic.2.de Natura deorum, Pinna uerò (ſic enim Græcè dicitur) duab. grandibus patula conchis, cum parua ſquilla, quaſi ſocietatem coit comparanda cibi.

Pinnula, diminutiuum à pinna, Eſt ſumma pars auris: ab acuitate dicta, κυβὸς. Aliquando parua pinna, id eſt, penna, πτερύγιον. Columella libro 8. cap 5. Inhibeturq; cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. Aliquando pinnula dicitur illud quo ueluti remigio quodam natant piſces, Plinius libro 9.cap.17. Quoſdam inde exire ad pabulam pinnulis gradientes crebro caudę motu. Pinnula circa ungues, eſt excreſcentia carnis, quæ partem unguis operit, tàm in pedibus quàm in manus pollicibus præcipuè eminens, ſed in pedibus ex offenſione interdũ, in manibus & paronychijs oritur. Curam eius require apud Paulum lib.9.cap.85. lege dictionem Prerygia.

Pinnaculum, li, n.ſ. Faſtigium & ſummitas ædificij in acumen tendentis, ἄκρωμα, πτέρυγιον, ἀκροτήριον. ſiue quod ueteres pinnam dicebant quicquid eſſet acutum: unde Bipennis, ſecuris quæ utrinq; aciẽ habet: ſiue quòd pinnaculis addi pinna conſueuit, quæ facili motu uentorum indicaret flatum, quod genus nunc Penniculum uulgò dicitur.

Pinnatus, ta, tum, adiectiuum, Quod pinnas habet, πτερωτὸς ut Pinnatus Cupido, pro aligero, & pinnas habente. Cic.3. de Nat.deor. Dianę item plures: Prima Iouis & Proſerpinæ, quę pinnarũ cupidinẽ genuiſſe dicitur. Pinnatę folio dicũtur pinnarum modo aculeata. Plin.libro 16.cap.10 de abiete, Folio pinnato denſa. Pinnatus fulgor. Plinius libro.37.cap.7. Proximos illis carbunculos, quos uocant ſyrtitas, pinnatę fulgore radiantes.

Pinnirapus, pi, penult. correpta, Gladiator retiarius, qui mirmilloni aduerſario pinnam, hoc eſt, acutam galeæ ſummitatem rapiebat, πτερυγολάθης. Iuuenalis Satyra 3. Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; laniſtæ.

Pinſo, ſis, ſui, piſtum, & pinſum, n.t apud Vitruuium ſæpius teſte Budæo: & pinſitum, penult. cor. apud Columellam. Eſt autem porprièd pinſere, in pila contũdere. Antiqui enim ante molarum uſum, frumenta igni torrebãt, & in pilas miſſa piſtillis tundebant, terebantq;. Colum.lib.2.capite 9. Panicum pinſitum, & euolutum furfure, ſed milium quoque, pultem, quanuis inopia, maximè cum lactè, non faſtidiendam præbet. Pomponius, quum nec molis molui, neq; palmis pinſui. Aues pinſere dicuntur, quum roſtrum reſilit, cui crebrò impingunt. Vnde & Perſius metaphoram illam ſumpſiſſe uidetur Satyra 1. O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit. hoc eſt roſtro tundit, & percutit, ciconiam appellans digiros in formam roſtri ciconiæ contractos: quod genus olim erat irriſionis apud Italos.

Piſtus, a, um, participium, idem ſignificans quod contuſus: Plinius lib 28.cap.10. Si piſtæ ſerantur.

Pinſo, ſas, in eodem ſenſu quo pinſo, ſis, φλάω. Varro libro 1. de Re ruſtica, Promendo diem ut in piſtrino pinſetur, aderea tur, id eſt, tunditur uel frangatur.

Pinſito, tas, pen cor. frequentat. à pinſo, ſis, ἀναμάσσω. Plaut. in Aſin. Qui polentam pinſitant. id eſt, contundunt. Alij ibi ligunt pranſitant.

Pinſor, oris, m.t. Dicebatur qui frumenta in pilis comminuebat: quanquàm poſtea etiam de eo dici cœpit qui farinam ſubigit, panemq; conficit: quem nunc piſtorem dicimus. Varro, Nec pinſorem ullum noſſent, niſi qui piſtrino pinſeret farinam. Antiqui pinſere generaliter ſumpſerunt pro quouis modo tundere, ſiue percutere.

Piſtor, oris, m.t. à pinſo, ſis, Olim dicebatur qui ante inuentũ molarum uſum, frumenta in pilis pinſebat, hoc eſt, contundebat. Poſtea tamen id nomen ad eos quoque translatum eſt qui ſubacta farina panem conficiunt, quos Græci uocãt, ἀρτοποιὸς. Plinius libro 18.cap 11. Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum uſque bellum, annis ab Vrbe condita ſuper quingentos octoginta. Suet. in Cęſare, Domeſticam diſciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeò, ſeue reip; rexit, ut piſtorem alium quàm ſibi panem omnium ſubijcientem, compedib. uinxerit. Varro in Saty. de edulijs, Si quantum operæ ſumpſiſti, ut tuus piſtor bonum faceret panem, & c. Atteius Capito piſtores tantum eos qui far pinſebant, nominatos eſſe tradit, eosq; coquere ſolitos panem toſtum lautioribus.

Piſtoricus, a, um, idem puod piſtorius, ἀρτοποικὸς. Caius Iuriſconſultus, Si quis ſeruos habuerit proprios, ſed quorum operas locabat, uel piſtoricas, uel hiſtrionicas, ſeruorum appellatione legaſſe hos uidetur.

Piſtorius, a, um, Quod ad piſtorem pertinet, ἀρτοποικὸς. ut Ars piſtoria, Opus piſtorium: nomen generale ad omnia delicatiora panum genera, ut quæ ſaccharum, mel, oua, butyrum, caſeum, uel amygdalas recipiunt: cuiuſmodi erant quas placentas & mazas appellabant. Plin.lib. 18.cap.11. Quidam ex ouis aut lacte farinam ſubigunt, butyro uerò gentes etiam pacatæ, ad operis pictorij genera tranſeunte cura.

Piſtris,

Pistrix, huius pistritis, fœminino à pistor, quæ uel fruges molit, uel panem conficit, *σιτανὶς*. Erat enim id apud priscos Romanos præcipuæ mulierum opus, teste Plinio libro decimooctauo, cap. 11. Et iterum, pistrix, pistritis, penultima geminata, cap. 12. Pistrices productæ, bellua maris ingentis magnitudinis: cuiusmodi fuisse ferunt, quibus Hesione & Andromeda exposita fuerunt. Idem sydus cœleste à quodã belluæ huius similitudine dictum, cic. in Arato, Spinifera subter caudam pistricis adhæsit, lubrica, & fera pistrix Labitur, horribilis expulsas funesta requirens, sit rursum. Hæc una stella uertuntur quam iacit ex se, Pistricis spinæ ualida, cum luce refulgens. Et paulò post, Exinde exigua tenui cum lumine multæ Inter pistricem tuæ, sparsæq; uidentur.

Pistura, ræ, penultima producta. Ars pinsendi, siue (ut alij lo quuntur) pisendi, hoc est, frumenta tunicis suis exuẽdi, Plinius lib. 18. cap. 10. Pistura non omnis facilis, quippe & Hetruria spicam farris rosti pinsente pilo præferrato, fistula ferrato, & stella intrusa denticulata, ut nisi inuenti pinsant (alias pisant) concidantur grana, ferroq; frangatur. Et paulò post, Et ipsa quæ eualuantur, uariam pisturam habent.

Pistrinum, ni. n. s. & Pistina, næ, pen. prod. Olim dicebatur locus, in quo farina molebatur, nomen habens à pinsendo, hoc est, contundẽdo, quod ante inuentum molarum usum, frumenta in pila comminuerentur, *μύλων, ἀκροτέθρου*. Deinde quanuis mutata re, mansit pistrini nomen etiã illi loco in quo molis seruorum iumentorumue opera circumactis fruges comminuebantur. Pistrini item nomine postea cœpit intelligi officina in qua opera pistoria, hoc est, panes delicatores fiebant, cuiusmodi erant quas placentes & mazas appellabant. Sueton. in Aug. Et modò unguentariam tabernam, modò pistrinum Aritia exercuisse obijt. Terent. And. Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam, usque ad necem: Ea lege, atq; omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam. Cicero 1. de Orat. Oratorẽ in iudicia, raptum in aliquod pistrinum detrudi & compingi uidebam. Per translationem accipitur pistrinum pro loco, uel re aliqua fatigationis plena, & pro opere negotioso ac molesto. Cicero de Oratore, Tibi mecum erit, Crasse in eodem pistrino biuendum. Hieronymus in præfatione Danielis, Denique ego adolescentulus, post Quintiliani & Tullij lectionem, quum me in linguæ Chaldaicæ pistrinum reclusissem, & multo labore uix cœpissem anhelantia stridentia uerba resonare, & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem, impegi nouissimè in Danielem.

Pistrina, æ, fœm. gen. Idem. Plinius lib. 11. cap. 19. Et siligine lautissimus panis, pistrinarumq; opera laudatissima.

Pistrilla, læ, diminutiuum à Pistrino, secundum Priscianum, *ἀφομοίωσιν*. Nam diminutiua (inquit) quandoq; diuersa sunt à genere nominum primæ positionis, sicut à scuto scutella. At Donatus à pristina deducit: nam & id aliquando legitur. Est autem pistrilla, mola trusatilis quæ manibus uersatur. Terent. in Adelph. Apud ipsum lacum est pistrilla.

Pistrinensis, pistrinense, om. t. Quod ad Pistrinum pertinet, *μυλικὸς* Apuleius in asinum reformatus molas pristinenses per circuitus multiuios circumegisse se festiuiter scribit, describens quales essent ministri in pistrinensi cõtubernio. Suet. in Calig. cap. 39. Quicquid instrumenti ueteris aulæ erat, ab urbe reperijt, comprehensis ad deportandum meritorijs quoq; uehiculis & pistrinensibus iumentis.

Pinsor, oris, uide Pinso, sis.

Pinul, Trichomantes apud Dioscoridem libro quarto, capite 138.

Pinus, hodie tantũ fœm. gen. olim etiam masculini: & tam quartæ quàm secundæ declinat. Arbor est picei generis, nuces ferens omnium maximas, quas Latini pineas, Græci *κώνους* uocant. *πίτυς, πίτυος*. Verg. Ecl. 7. Fraxinus in syluis, pulcherrima pinus in hortis. Legitur & pinea, pro hac ipsa arbore. Colum. lib. 5. cap. 10. Eodem tempore iuglandem, & pineam, & castaneam serere oportet.

Pineus, a, um. Quod est natũ ex pinu, *πιτυώδης*. Plin. lib. 11. cap. 10. Pinea corona apud Isthmum uictores coronabantur. Vergil. 9. Aeneid. Pinea sylua mihi multos dilecta per annos, Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant, &c. Ouid. 2. Fast. Februa poscenti, pinea uirga data est.

Pinetum, n. s. Locus pinis consitus, *πιτυῶν*. Plin. lib. 27. cap. 8. Chrysolachanon in pineto lactucæ simile nascitur. Succincta pineta. Ouid. 15. Metam. Qualia succinctis, ubi trux insibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt.

Pinaster, Pinus syluestris, miræ altitudinis, *πίτυς ἀγρία*. Plinius libro 15. capite 10. Pinaster nihil aliud est quàm pinus syluestris.

Pinifer, adiect. Pinus ferens. Verg. 10. Aeneid. multos Vesulus quem pinifer annos Defendit.

Pio, as, are, act. p. Significat piè colere, *σέβω*. Plautus in Asin. Vbi piem pietatem, si isto more moratam tibi postulem placere? Quandoque cõraminare polluere, *μιαίνειν*, quod & impiare dicitur: quemadmodum sacrum ponitur pro execrabili. Quandoq; piè amare. Næuius apud Nonium, Nemo est qui magis suos piet liberos. Aliquando purgo, expio, *ἀφοσιοῦμαι, ἁγνίζω*. Vergil. Aeneid. & culpam miserorũ morte piabunt. Huius uerbi cõposita sunt, Expio & Impio, quæ uide suis locis.

Piatrix, tricis, Sacerdos expiationes peragere solita, quæ & saga & expiatrix dicebatur, teste Festo, *ἁγνεύτρια*.

Piamen, inis, neu. t. seu Piamentum, ti, idem quod expiatio, uel actus expiãdi, uel idipsum quo ad expiationem utimur. *κάθαρσις, ἀφοσίωσις*. Sunt autem, teste Festo, dictiones magis poëticæ quàm oratoriæ. Ouid. 2. Fast. Februa Romani dixere piamina patres. Plinius libro 25. cap. 9. Hac euulsa scrobem repleri uario genere frugum, religio est, & terræ piamentum.

Piaculum, culi, n. s. Sacrificium, cultus: & quicquid agitur, seu præbetur pro satisfactione peccati, aut pro fulminis portentiue expiatione, *κάθαρμα* Verg. 6. Aeneid. ea prima piacula sunto. Horatius libro 1. Carm. Teque piacula nulla resoluent. hoc est, nullis hostijs te expiabis. Aliquando dicitur crimen, flagitium, *ἄγος*. Vergilius Aeneid. 6. Distulit in seram commissa piacula mortem. Vbi Seruius, Piacula commissa, propter quæ expiatio debetur.

Piacularis, piaculare, om. t. Quod uim habet expiandi, *ἁγνιστικὸν*. Liuius libro 1. Itaque ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificijs factis, quæ deinde genti Horatiæ traditæ sunt, &c. Plautus in Epid. Mene piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam. Vt meũ tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum: id est, Oportet ne tuam stultitiam meis scapulis expiari? Piacularia auspicia dicebantur, teste Festo, quæ sacrificantibus tristia portendebant, quum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis quàm oportet, cecidisset. Piacularis porta, Romæ appellata ob quædam piacula quæ ibi fieri solebant, teste eodem Festo.

Piabilis, le, om. t. Quod purgari potest, *ἁγνιστὸς, ἐξιλάσιμος* ut Fulmen piabile, apud Ouid. 2. Fast. Cui dea, Ne nimium terrêre, piabile fulmẽ Est, ait, sæui flectitur ira Iouis. Huius contrarium est Inexpiabile.

Pipare, *πιπίζειν*, Dicuntur gallinæ, quum uocem emittunt. Varro in Orig. Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Nonius.

Piper, piperis, n. t. *πέπερι*. Dioscoridi, Nomen arboris, cuius fructus condimentis aptus & ualidus ex India ad nos aduehitur. Persius Sat. 5. Rugosumq; piper. Dicitur & piperi inuariabile, sicut gummi. Piperis arboris uel potius fruticis, descriptionem uide apud Plin. lib. 12. cap. 7. Theophrastum libro 9. cap. 21. Dioscoridem lib. 2. cap. 176.

Piperatus, adiectiuum, ut Piperatum uinum, *πεπερίτης*, quod pipere & melle conditum est. Et piperatum acetum, apud Columellam lib. 12. cap. 47.

Pĭpĕrĭtis, tis. pen. prod. *πεπερῖτις*, Herba quæ siliquastrũ dicitur, caule rubro & longo, densis geniculis, foliis lauri, gustu piperis. Vide Plin. lib. 20. cap. 17.

Pipilo, pipilas. penultima correpta, Verbum est quo passerum sonus exprimitur, *τρυβίζω*. Catullus de passere Lesbiæ, Sed circunsiliens modò huc, modò illuc, Ad solam dominã usq; pipilabat.

Pĭpĭŏ, pis, Proprium est uocis pullorum, *πιπίζειν*. Columella libro 8. capite 5. Die undecimo aut duodecimo animaduertat an pulli rostellis oua percuderint, & ascultet si pipiãt. Sunt etiam qui hoc uerbum passeribus tribuant: ut in carmine de Philomela, quod Ouidio falsò ascribitur: Pessimus at passer tristia flendo pipit.

Pĭpĭŏnes, m. t. Columbarum pulli: qua uoce utitur Lampridius in Alexandri uita, *πτερυγίδια*.

Pipulum, pipuli, neu. s. Conuitium, tractum à pipatu pullorum, *λοιδορία*. Plautus in Aulul. Ita me bene amet Lauer-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

na, te iam nisi reddi Mihi uasa iubes, pipulo hic differa ante ædes. Nonius.

Pirata, tæ, masc p παρατὴς, Prædo marinus, ἀφ' ἧς παράγω, quòd est transire, uel peruagari, propterea quod maria peruagentur piratæ, ut uel in nauigantes impetum faciant, uel depræ dentur insulas. Cicero 7. Verrin. Istum clàm à piratis ob hũc archipiratam pecuniam accepisse. Luca libro 2. Omne fretum, metuens pelagi, pirata reliquit.

Piratica, cæ, f. p. subst. Est ipsum piratarum exercitium. Cicero post reditum in Senatu, Profectò & egestate, & improbitate coactus, piraticam ipsam fecisset.

Piraticus, tica, ticum, adiectiuum, Quod ad piratam pertinet: ut Piraticum bellũ. Ibidem, Qui in magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset. Idem 7. Verr. Myoparone piratico capto, dux liberatus, symphoniaci Romã missi. Puppis piratica, Claud. 4. Paneg. Nauis piratica, Quintilianus libro 2. capite 14.

Piraterium, n. s. παρατήριον, Receptaculum piratarum. Dictio est Latinis scriptoribus minimè usitata, quare eius significatio è Græco potius Lexico erat petenda.

Pirrheicus, uide Pyrricus.

Praterium, uide Pirata.

Piscis, huius piscis, m. t. Animal quod in aquis degit, & propriè quòd regitur squamis, ut ex Plinio apparet lib. 9. capite 12. ἰχθύς. Omnia autem in aquis degentia, generali nomine aquatilia dicuntur. Aquatiliũ (inquit) tegumẽta plura sunt: alia corio & pilis teguntur, ut uituli, hippopotami: alia corio tãtùm, ut delphini: cortice, ut testudines: filicum duritia, ut ostreæ conchæ: crustis, ut locustæ: crustis & spinis ut echini: squamis, ut pisces. Verg. 5. Eclog. Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit. Idem 4. Georgic. magnum qui piscibus æquor Et iuncto bipedum curru metitur equorum. Ouidius 10. Metamorph. Tertius æquoreis inclusum piscibus annum Finierat. Horatius 4. Carm. Ode 3. O mutis quoq; piscibus Donatura cygni, si libeat, sonum. Terentius in Adelph. pisces ex sententia Nactus sum: hic mihi ne corrumpatur cautio est. Cicero 2. de Natura deorum. Et si pisces, ut aiunt, oua quum genuerunt, relinquunt. faciè enim illa aqua & sustinentur, & fœtum fundunt. Magis mutus quàm piscis, hyperbole prouerbialis de uehementer infantibus atque infacundis. Conuenit & in hominem immodicè taciturnum. Piscis nequam est nisi recens, prouerbio dicitur in hospitem, aut uulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus, cæterùm ante triduum exactum putet. Plautus, Quasi piscis, itidè est amator lenæ: nequam est nisi recens. Vide Chiliades Erasmi. Pisces pro signo cælesti, frequentius pluraliter declinatur. Columella lib. 11. cap. 2. Quintodecimo Calẽd. Martij Sol in Pisces trãsitum facit. Inuenitur tamẽ & in singulari Piscis, pro signo cælesti. Verg. 4. Georgic. Aut eadem sydus fugiens ubi piscis aquosi Tristior hybernas cælo descendit in undas. Colum. lib. 11. cap. 2. Quarto nonas Septembris Piscis Austrinus desinit occidere.

Pisciculus, diminutiuum, ἰχθύδιον, Terent. Id And. Etiã puerum inde abiens conueni Chremis, Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. Verro 3. de Re rustica, capite 5. E quo riuus peruenit in duas quas dixi, piscinas, ac pisciculi ultrò ac citrò commeant.

Piscari, d. p Est pisces uenari, ἁλιεύειν, θηρεύειν, θηρᾶσθαι. Plin. lib. 19. cap. 1. Retia in piscando durãria. Cicero 3. Offic. Tum Pythius piscatores ad se conuocauit, ab ijs petiuit ut ante suos hortulos postera die piscarentur. Piscari in aere, prouerbium est, idem significans quod operam ludere. Plautus Asin. Iubeas una opera me piscari in aere. Ex quo fit compositum Expiscor, de quo alibi.

Piscatus, tus, m. q. Idem quod piscatio, siue actus piscandi, θήρα, ἁλιεία. Plinius, Quos uenatus, aucupia piscatusq; alebant. Plautus in Rudente, Piscatum hamatilem saxatilemq; aggredimur. Plinius libro 6. cap. 22. Esse in piscatu uoluptatem, testudinum maximè.

Piscator, óris, m. t. uerbale, Qui piscatur, ἁλιεύς. Cicero 3. Officiorum, Piscatores ad se conuocat. Ouid. 14. Metamorph. Miles erat gladio, piscator arundine sumpta. Terent. Eunu. Coqui, fartores, piscatores, aucupes, &c.

Piscatorius, a, um, Quod ad piscatorem pertinet. ἁλιευτικὸς, θηρευτικὸς. ut, Nauis piscatoria, apud Cæs. 2. bell. Ciuil. & Ludi piscatorij, qui fiebant pro quæstu piscantium. Piscatoria linea, Plinius libro 24. cap. 9. Piscatorium forum, Col. lib. 8. capite 17.

Piscatrix, uerbale, fœm. gen. Plin. lib. 9. cap. 42. Nec minor fœtia ranæ, quæ in mari piscatrix uocatur.

Piscarius, a, um, Idem quod piscatorius, ἁλιευτικὸς. ut, Hamus piscarius. Plaut. in Stich. Arundinem fert sportulamq; & hamum piscarium. Piscarium forum. Plaut. Curc. Symbolorum collocatores apud forum piscarium. Piscaria copia, abundantia piscium. Plautus Casina.

Piscarius, rii, m. s. subst. Qui pisces uendit, ἰχθυοπώλης. Varro, Inter piscarios nemo uendebat. Cetarius, idem: quanuis Cetarii potius sint qui marinos pisces maiores uendunt.

Piscaria, riæ, f. p. Locus ubi pisces uenduntur, ἰχθυοπωλεῖον. Varro, Nullus in piscaria piscis erat.

Piscosus, sa, sum, Idem quod pisculentus, hoc est, piscibus abũdans, ἰχθυώδης, ἰχθυοειδὴς. Mart. libr. 10. Illic piscoso modò uix educta profundo. Oui. 3. Fast. Est propè piscosos lapidosi Cratidis amnes Paruus ager. Idem 2. de Arte, Cincta piscosis Astypalæa uadis.

Pisculentus, idem quod piscosus, hoc est, piscibus abundans, ἰχθυώδης. Cato, Fluuiũ, magnũ, pulchrũ, pisculentũ. Plau. in Rudent. Neptuno has ago meo patrono gratias, qui salsis Locis incolit pisculentis.

Piscinæ, f. p. penul. prod. Lacus & stagna ab initio dicta sunt in quibus uiui pisces coërcebantur, ἰχθυοτροφεῖα. Varro li. 3. de Re rust. cap. 3. Piscinas uoco eas quæ in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad uillam. Martialis, Piscina rhombum pascit, & lupos uernas. Alio nomine uiuaria uocãtur. Plin. libro nono, cap. 17. Nec in piscinis uiuariisq; crescunt. Sed quoniam in piscinis natare etiam solebant, inualuit cõsuetudo, ut omnes in hunc usum collectæ aquæ, siue frigidæ siue calidæ piscinæ dicantur, κολυμβήθρα. uidenturq; à piscibus dici, quanuis in his nihil piscium sit: nisi quis inde dictas malit. quòd homines piscibus natando similes fiant. Cicero, Latiorem (inquit) piscinam uoluissem, ubi iactata brachia non offenderentur. Plinius Iunior Epist. libro 6. Si natare latius, aut tepidius uelis, in area piscina est, in proximo puteus, ex quo possis rursus abstergi. Eædem & natationes appellantur. Piscinæ pecorum. Columella libro 1. cap. 5. Hæc quoq; si deficient, & spes arctior aquæ manantis coëgerit, uastæ cisternæ hominibus, piscinæq; pecoribus instruantur colligendæ aquæ tandem pluuiali. Quinetiam uasa lignea ampliora ad tenendum aquam, piscinæ uocantur. Gallicum uulgus cuuas uocat. Plin. Decoquitur in aqua, & piscinas ligneas funditur.

Piscinalis, piscinale, Quod est piscinæ, uel quod ad piscinam pertinet, ἰχθυοτροφοτικὸν. Vnde apud Pallad. iũ, piscinales cellæ leguntur.

Piscinarius, m. s. Qui piscinas piscibus refertas habet, uel qui piscibus alendis delectatur, ἰχθυοτροφία κεκτημένος. Vnde Cicero ad Attic. lib. 1. Lucullum & Hortensium piscinarios appellat. Mihi uerò ut inuideant piscinarii nostri, aut scribam ad te alias, aut in congressum nostrum reseruabo.

Piso, pisis, pisi, pisere, Budæo significare uidetur quod Græcis πίσσειν, hoc est, purgare, decorticare, quod in pinsendo fit in hordeo, & aliis frugibus. Plin. lib. 18. cap. 10. Vt nisi intenti pisant, concidantur grana. Varro de Re rust. Alii ficum & uuam passam quum piserint, affundunt sapam.

Piso, is, idem Varro 1. de Re rust. cap. 63. Far quod in spicis condideris per messem, hyeme promendum est, ut in pistrino piserur ac torreatur.

Pison, quiddam ueneni quod clàm inest nardo. Indica quox.

Pissa, πίσσα, Græcè, Latinè pix.

Pissasphaltus, πισάσφαλτος, Medium quiddam est inter picem & bitumen, (ut ex ipso statim nomine apparet) naturaliter in Apolloniatarum agro prouenies: quanquam & arte fiat, pice cum bitumine mista, præcipuum ad pecorum scabiem remedium. Autor Plin. lib. 24. cap. 7.

Pisselæon, Oleum ex picei generis materia excoctum, πισσέλαιον, quanquam & ex cedro maiore, quam cedrelaten uocant, fieri docet Plinius lib. 24. cap. 5. Cedrus (inquit) magna quam cedrelaten uocant, dat picem quæ cedria uocatur, dentium doloribus utilissimam. Deinde subdit paulò pòst, Fit & ex ea oleum quod pisselæon uocant, uehemẽtioris ad omnia eadem usus.

Pissoceron, πισσόκηρον, Secundum mellificii fundamentũ ex cera & pice, siue gummi resinatæ constructum. Plin. libr. 11. cap. 7. Prima operis fundamenta comosim appellant periti, secunda pissoceron, tertia propolin.

Pistacium, πιστάκιον, Nucis genus apud Alexandriam Aegypti:

Aegypti, & Berrhæam Syriæ copiosissimè proueniens, parũ quidem nutriens, cæterum ad hepar roborãdum, & succos in uiis eius infarctos expurgandos in primis utile. Autor Galen. lib. 2. de Alimentorum facultate.

Pistillum, li, n. s. Instrumentum quo in mortario quippiã tunditur, ὔπκρον. Plaut. in Aul. Cultrum, securim, pistillum mortarium, Quæ utenda uasa semper uicini rogãt. Colum. lib. 12. cap. 55. In mortarium nouum, aut bene emundatum coniicito, & pistillis conterito.

Pistis, πίστις, Latinè fides.

Pistolochia, πιστολοχία, Quartum Aristolochiæ genus, tenuius quàm clematitis, densis radicis capillamẽtis (unde & polyrrhyzos nominatur) iunci plenioris crassitudine odorem habens, ut reliquæ Aristolochiæ species, medicatum. Autor Plin. lib. 25. cap. 8.

Pistor, uide Pinso, pinsis.

Pistrinum, Pistrix, uide Pinso, is.

Pisum, pisi, neut. s. Genus leguminis, cuius caules spargũtur in terram, nisi habeant adminicula, πίσθος. Columella libro 2. Similis quoq; ratio est pisi, quod tum facilem & solutam terram desiderat. Plin. lib. 18. cap. 12. Pisum in apricis seri debet frigorum impatientissimum. Hinc Pisones dicti, de quibus suprà.

Pitariasis, idẽ quod phthiriasis, uide quid sit Phthiriasis.

Pithecium, πιθήκιον, Apud Græcos diminutiuum est, ἀπὸ τῦ πιθήκε, quod illis simiam significat. Vnde Plaut. in Milit. quum mulierem deformem significare uellet, pithecium appellauit, Aedepol equidem Bellula est. PAL. pithecium hæc est præ illa, & spinthurnicium.

Pithion, Tussilago uel Bechion apud Dioscor. libr. 3. cap. 124.

Pithodicus, πιθοδικὸς, dicitur uascularius, ἀπὸ τῦ πίθου. id est, à uase.

Pithœgia, giæ, πιθοιγία, Festum erat Dionys. tota Græcia celebratum, quo dolia relinebant: unde & nomẽ accepit, quasi τῶν πίθων ἀνοιγή.

Pitisso, sas, Parum uini paulatim, & quasi tentandi gratia gustò, ἀπογεύομαι. Terent. in Heaut. Nam ut alia omittam, pitissando modò mihi Quid uini absumpsit? sic hoc dicens, Asperum Pater hoc est, aliud lenius.

Pittacium, pittacii, neut. s. apud Cels. lib. 3. capite 10. accipitur pro modico panno, qui aliquo medicamẽto illitus, modò præcordiis, modò capiti dolenti imponi solet ad mitigãdum cruciatum.

Pirpit, ueteres Oscorum lingua pro quicquid dixere.

Pituita, æ, f. p. Vnus ex quatuor humoribus corpus animalis constituentib. qui à Græcis φλέγμα dicitur. Medici definiũt esse sanguinẽ imperfectè coctũ. In quib. aũt humor hic abundat, tardiusculi sunt, teste Aristot. disciplinæq; apprehẽdendæ parũ idonei. Diuiditur aũt pituita apud medicos in naturale quæ dulcis est, siue potius ἄποιος, hoc est, saporis expers, quæ unà cũ sanguine in uenis pmista, alit partes humidas & frigidas, quale est cerebrũ: & in non naturalẽ, quæ rursus diuiditur in acidã, quę summè cruda est, defectuq; caloris acescit: & in salsam, ex pituita dulci putrescente natã. Impropriè itẽ pituitæ nomen latius extendimus, ut etiã eo nomine excrementa eius intelligamus: qualis est muccus, modò per nares sese euacuãs, modò in aliã corporis partem decumbens. Huius rursus quatuor sunt species, aquea, mucosa, nitrea & gypsea. Producit aũt hoc nomen penult. syllabam. Horat. lib. 2. Sat. 2. Dulcia se in bilẽ uertẽt, stomachoq; tumultũ Lẽta feret pituita. Pituita interdum etiã accipitur p morbo ex pituitæ fluxu nato, quo etiã gallinæ infestantur Colu. lib. 8. ca. 5. Sed iã ualidioribus factis, atq; ipsis matribus etiã uitanda pituitæ pernicies erit. In arboribus itẽ pituita nominatur humor lentus ex iis effluens. Plin. lib. 17. cap. 27. Defluens pituita abstergetur.

Pituitosus, a, um, qui Græcè dicitur phlegmaticus, φλεγματώδης. Cic. li. 1. de Fato, Inter locorũ naturas quantũ interfit uidemus, alios esse salubres, alios pestilẽtes In aliis esse pituitosos, & quasi redundantes, in aliis exiccatos atq; aridos.

Pituitaria, æ, f. p. Herba est quæ à Dioscor. σαφὶς ἄγρια appellatur, à quibusdam pedicularis dicta. Medetur pituitæ incommodis: unde & nomen accepit. Autor Plin. lib. 25. cap. 1.

Pityliſma, atis, πιτύλισμα, Genus exercitationis, maximè qui dẽ uelox, sed citra intentionem uiolentiamq;. A πιτυλίζειν, quod est (ut inquit Galen. libr. 2. de Tuend. bona ualetud.) quum quispiam summis pedibus ingrediens, manus ꝓtendit, ocyssimè mouens alterã retrosum, alteram ꝓrsum. Quo potissimũ exercitii genere ad parietes se exercent; ut si cubi lapsentur, apprehenso mox pariete, facilè resurgant: atq; ita & lapsus euitant, & ipsa fit exercitatio imbecillior. Vide Politianum Miscellanearum cap. 58.

Pityocampę, f. p. πιτυοκάμπαι, Vermes à pinu arbore nascẽtes uenenato, nec dissimili à bupreſtis morsu. Plin. lib. 23. ca. 2. Vsus contra cantharidas, bupreſtin, pinorum erucas, quas pityocampas uocant, πίτυς Græcis pinus est, & κάμπη eruca, hoc est uermiculus qui olera depascitur.

Pityonices, uide Pythionices.

Pityrias, πιτυρίας, Græcis panis genus est, cui nihil furfuris ademptum est, quem nostri furfuraceum uertunt. Nam πίτυρον Græci furfur appellant.

Pityſoriſis, Chamæpytis, uel Aiuga apud Dioscoridem libro 3. cap. 176.

Pitarum, oliuæ genus.

Piulcum, organum quod pus extrahit. Cal. Meth. lib. 5.

Pius, uide Pietas.

Pix, f. p. Propriè est quæ ex picei generis & præcipuè tedæ materia igni excoquitur: differtq; à resina, quæ sponte exudat, πίσσα. Quomodo aũt excoquatur pix, docet Plin. lib. 16. cap. 11. his uerbis, Lignum tedæ concisum, furnis undiq; igni extrà circũdato terra, ut primus sudor aquæ modo fluat in canali. Hoc in Syria cædriũ uocatur: cui rãta uis est, ut in Aegypto corpora hominũ defunctorum eo perfusa seruentur. Sequens liquor crassior iã picem fundit. Hæc Plin.

Pico, cas, uerbum, quod est pice illino, πισσόω. Plinius lib. undecimo, cap. 17. Pissoceros super eam uenit picantium modo ceu dilutior.

Picatus, ta, tum, Pice illitus, πισσωτὸς, ut Dolium picatum, nauis picata. Vinũ uerò picatum dicitur quod pice condîtum est. Solebat enim musto in primo feruore (qui ferè nouẽ diebus peragitur) pix aspergi, ut dolor uino conciliaretur, & quoddã saporis acumen. Qua de re uide Plin. li. 14. c. 20. Fuit & uini picati genus in agro Viennensi, sponte naturæ picẽ resipiens: quod & Plin. memoriæ prodidit libr. 14. cap. 1. Iam (inquit) inuenta uitis per se in uino picem resipiens, Viennensem agrum nobilitans.

Piceatus, idem quod picatus. Martial. libr. 8. Ne contemne caput, nihil est furacius illo, Non fuit Autolyci tã piceata manus. Vide suprà.

Pixacanthum (quod hic alieno loco erat infertum) uidè Pyxacanthum.

Pizia, lege Oculorum desiderium.

PL. In notis antiquorũ, Publii libertus. PLAEB. uel PLE. plebis. PLEBS. VRB. ET. HON. V. plebs urbana & honore usi. P. M. principi Militum. P. M. pontifex Maximus.

Placas, Græci uocant crustas massasq; auri, in tabellæ formã congestas. Tabulæ à Græcis πλάκες dicuntur.

Placabilis, Placabilitas, Placamẽ, Placamentum, Placatio, Placatus, Placarè, uide in uerbo Placo, cas.

Placenta, f. p. Panis siue libi genus quod citra fermentũ in furno coqui consueuit, ex farina ferè constans siliginea, caseo & melle adiecto: quanquam & innumeris penè aliis modis confici solet, πλακοῦς. Nomẽ habet ἀπὸ τῦ πλακῦν, quo nomine Graeci crustas appellant. Nam quo facilius posset percoqui, tenuè admodum fiebat & latum, crustarum imaginem duritiamq; referens. Plin. libro 7. capite 57. A. Manlius Torquatus Consularis qui in cœna placentã appeteret, &c. Horatius libro 1. Epist. 10. Pane egeo, iam mellitis potiore placentis.

Placeo, ces, cui, citum, n. s. Gratus sum, arrideo, ἀρέσκω. Plautus in Amp. Apage, nõ placet me hoc noctis esse, cœnaui modò. Plin. lib. 12. cap. 7. Mirũ est, longum piper sola amaritudine placere. Ouid. 4. Trist. Eleg. 5. omni tibi dote placebam Idem 2. Amor. Eleg. 4. Illa placet gestu. Huius contrarium est Displicere, ἀπαρέσκειν. Cic. pro Domo sua, Nonne fieri potuerat ut populo de Cyprio rege placeret, de exulib. Byzantiis displiceret? Placet, ferè in tertiis personis ponitur ꝓ uidetur censet, est eius opinionis. Cice. lib. 1. ad Lentulum, Itaq; postridie placuit, ut breuiter sententias diceremus. Idem 1. de Diuinatio. Vt doctissimis sapientissimisq; placuit. Aliquando efferri, gloriari, & confidere, ἐγκαυχᾶσθαι, ἐυδοκεῖν, ut, Ego placeo mihi, tu places tibi, Ille placet sibi. Quintilianus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues, si mihi idem inuidere non expedit, pares sumus. Ouidius 2. Metamorph. adimam tibi nanque figuram, Qua tibi, quaq; places nostro importuna marito. Hinc etiam Complaceo, quod significat idem quod placeo. Teren. in Andria, Postquàm me amare dixi, complacita est tibi. Item Displiceo, & Perplaceo: de quibus suprà suis locis.

Placitus, ta, tum, particip. Quod placuit, ἀρίσκων. Terent. in Prolog. Hecyræ, Vbi sunt cognitæ, placitæ sunt. Ibidem. Et quæ uocabis placita conditio est, datur. Ouid. Epistol. 16. Est uirtus placitis abstinuisse bonis.

Placitum, ti, n. s. nomen, significat consensum, & decretum: quòd quæ decreta sunt, ea sic Senatui, uel maiorib. placuisse uidentur, ἀρεστὸν, ἀρεσκόμενον, δόγμα. Plin. lib. 29. cap. 1. Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalum transiliuit, delentem cunctorum maiorum placita, & rabie quadam in omnes eius ætui medicos perorantem. Idem lib. 14. ca. 22. Me dicorum placitis nouitate aliqua sese commendantium.

Placendus, adiectiuum nomen usurpauit Plautus in Trin. si illa (inquit) tibi placet, Placenda dos quoq; est, quam dat tibi. Id est, debet placere, & accepta esse tibi.

Placito, placitas, frequentatiuum. Plautus in Bacchid. Neque placitant mores.

Placidus, a, um, Mitis, sedatus: quòd illa quæ quieta sunt, omnibus placent, πρᾶος ἥμερος. Terent. in Adelp. Ille semper egit suam uitam in otio, in conuiuiis, Clemẽs, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Donatus, Clemens est circa rectè agentes, Placidus etiam circa delinquentes. Clemẽs animo, Placidus uultu. Terent. ibidem, Quum feruit maximè, tam placidum quàm ouem reddo. Ouid. 1. Fastorũ, Da mihi te placidum, dederis in carmine uires. Horat. in Arte, Sed non, ut placidus cõant immitia. Arbor placida, cui syluestris opponitur. Plinius libro 16. cap. 5. Præterea aliquæ syluestres, aliæ placidiores, quæ culta obtinent. Cælum placidum, hoc est, serenum, & tranquillum. Sil. libro 12. nec placido cõmota tonitrua cælo. Placitus & serenus dies. Plin. Epist. 101. Accipit ab hoc auras quamliber sereno & placido die. Lumen placidum, Horat. 4. Carmin. Ode 3. Mors placida, Verg. 6. Aeneidos, Pax placida, Vergilius primo Aeneidos Placidissima pax in animo, Cicero quinto Tusculanarum, An delectationis, & otii consumendi causa locuti sumus, sapientem ab omni concitatione animi (quam perturbationem uoco) semper uacare, semperin animo eius esse placidissimam pacem?

Placidè, aduerbium Quietè, sine tumultu, πρᾴως, ἡσύχως Plautus in Bacchidib. Placidè uolo unumquodq; agamus. Verg. 5. Aeneid. Amplexus placidè tumulum, lapsusq; per aras. Cicero 2. Tusc. Ad ferendum igitur dolorem placidè, & sedatè plurimum proficit, toto pectore (ut dicitur) cogitare quã id honestum sit: sumus enim natura studiosissimi, appetẽti simiq; honestatis: cuius si quasi lumẽ aliquod aspexerimus nihil est quod (ut eo potiamur) non parati simus & ferre, & perpeti. Idem 4. Verr. Prætoris iniurias tacitè, hospitis placidè ferendas arbitrabatur.

Placiditas, atis, fœm. t. quam Varro in ouibus esse asserit, quã ait, In queis primum non sine causa putant oues assumptas & propter utilitatem, & propter placiditatem, πραότης. Maximè enim quietæ & aptissimæ ad uitam hominum. Gell. lib. 13. cap. 21. Nerio dictum, quasi Neirio, hoc est, sine ira, & cum placiditate: & eo nomine mitem tranquillumq; Martem fieri precemur.

Placo, as, act. p. cum accusatiuo, Mitem, placidum facio, propitio, sedo, tranquilliorem reddo, πραύνω, ἀφίσκομαι, ἐξαφίσκομαι, ἱλάσκομαι. Cic. 2. in Cat. Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, non tam ulcisci studeo, quàm sanare, & ipsos placare Reipub. Verg. 1. Aen. Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat. Terent. in Heaut. Neq; quod principium inueniam ad placandum, scio. Huius uerbi compositum est Complaco, penult. prod. quod uide suo loco.

Placatus, a, um, aliquando participium, aliquando nomen. Plin. lib. 12. cap. 18. Nec minus propitii erant mola salsa supplicantibus, imo uerò, ut palàm est, placatiores. Placatissima quies, Cic. 1. Tusc.

Placatè, aduerbium, Inturbatè, id est, placidè, πρᾴως. Cicer. ad Torquatum lib. 6. Omnia humana placatè & humanè feramus. Idem ad Ligarium libr. 6. Sed hoc ipsum intelligimus eum quotidie remissius, & placatius ferre.

Placatio, uerbale, Mitigatio, πράυνσις. Cicer. 4. Tusc. Sed omnis ciusmodi perturbatio animi placatione abluatur.

Placabilis, om. t. Propitiabilis, siue quod facilè placatur. Cic. 4. Verrin. Omniaq; habuisset æquiora, & placabiliora quã animum Prætoris, atq; hospitis. Placabilis & Irritabilis, contra mos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles, &c. Terent. in Phor. Nunc quod ipsa ex aliis aditura sit Chreme, Id nosmet indicare placabilius est.

Placor, coris, ἐναρίσιμος, placabilitas ipsa.

Placabilitas, atis, πραυνάτης. Cic. 1. Offici. Nihil magno & præclaro uiro dignius placabilitate & clementia.

Placamen, & placamentum, Quo quis placatur. Liu. 7. ab Vrb. Ludi quoq; scenici, noua res bellicoso populo, inter alia cœlestis iræ placamina instituti dicuntur. Plinius libro 21. capite 7. Hoc ueluti placamento terræ blandiuntur. Tacitus lib. 15. Non largitionibus principis, aut deũm placamentis decebat infamia.

Placitis, πλακίτης, Cadmiæ species quæ uelut fuligo quædã aut fauilla ex fornacibus ærariis egesta, parietibus adhæret: nam propter sui grauitatem ad testudinem euolare non potest. Dicta placitis ab eo quod speciem referat crustæ, quam Græci πλάκα appellant. Vide Galenum libr. 9. Simplicium, & Plinium. lib. 34. cap. 9.

Plærique, plæraq;, plæraq;, πλεῖστοι, uel potius sine diphthongo pleriq;, ut hodie à doctioribus ferè scribitur, eò quòd ab obliquis nominis plus deduci putetur, u in e cõuerso. quã quam alii παρὰ τὸ πλῆρες quod plenũ significat, fieri uoluntate. Accipitur enim in ea ferè significatione in qua dicimus plures, uel maiore ex parte. Sallust. In diuisione orbis terræ plerique in tertia parte Africam posuere: pauci tantummodo Asiam & Europam Cice. 1. Acad. Vt contra omnium sententias dies iam plerosq; deduceret. Idem de Inuent. Nec ratione animi quicquam, sed pleraq; uiribus corporis administrabãt Horat. lib. 2. Epist. Si quædam nimis antiquè, si pleraq; durè. Idem in Arte, Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat. Sallustius, Plerosq; senectus dissoluit, nisi qui ferro aut bestiis interiere. Aliquando pro eo quod est nonnulli. Quintilianus, Videas plerosq; ira percitos. id est, nõnullos. Plerique omnes, teste Donato, complexũ est, idem significans quod pleriq; ue, uel maxima ex parte. Terent. in And. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Vbi Donatus, Plerique omnes, ἀρχαισμὸς est. Nam errant qui plerique, parelcon intelligunt. Hoc enim p una parte orationis dixerunt ueteres. Idẽ in Hecyr. Plus satis nouè: sed intelligitur, Plus quã satis. Hoc quidam putant: at mihi de his uidetur esse quæ à ueteribus geminabantur, ut plerique omnes, id est, omnes, &, pleraq; omnia. Sic & plus satis pro satis. Terent. in Phorm. Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitet. Et in Heaut. Quid rei esset dixti huic? S. dixi pleraq; omnia.

Plerunque, aduerbium, quod etiam dupliciter sumi potest: uno modò pro eo quod est ferè semper, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Terentius in Andria. Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat. Alio modo, sed rarissimè, pro eo quod est nonnunquam. Quintilianus, Excussa sunt plerunque uitia uerberibus. id est, nonnunquam. Dicimus quoque plerunque omnes, ut plerique omnes. Plautus in Trinum. Ita plerunq; omnes iam sunt intermortui. Inuenitur etiam Plerus sine adiectione, Pacuu. Periere Danai, plera pars pessundata est.

Plaga, æ, pe prod πλη̃γή, Percussio, uulnus, ictus. Verg. 4. Georgic. plagisq; peremptum Tunsa per integram soluuntur uiscera pellem. Ouidius 2. Trist. Non habet in nobis iam noua plaga locum. In hac significatione apud idoneos scriptores his uerbis appositum inuenitur, Accipere plagam, Facere plagam, Infligere plagam, Perferre plagas. Transfertur & ad arborum incisiones è quibus succus profluit. Plin. lib. 14. cap. 25. Succus è plaga manat.

Plagæ, arum, f. p. priore correpta, Retia dicuntur rariora ad capiẽdas feras, quod plagis, id est foraminib. plena sint, ἄρκυς Cicero libro tertio Officiorum, Suntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis? Vergilius 4. Aeneidos, Retia rara, plagæ, lato uenabula ferro. Vbi Seruius scribit, plagas propriè illos funes dici quibus retia tenduntur circa imam & summam partem. Hac in significatione dicimus, Incidere in plagas, pro eo quod est incidere in insidias. Cicero 2. Verrinarum, In illas plagas incidendum est. Plagas item in cæli, terræue diuisione dicuntur spatiosiores quidam tractus, qui modò climata, modò zonæ appellantur. Ouidius 1. Metamorphoseos, totidemque plagæ tellure premuntur. Cic. 2. de Diuin. Quod est ante pedes nemo uidet, cæli seru-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cæli ſcrutantur plagas, Verg. Aenei. 7. ſi quem tellus extrema refuſo Submouet Oceano, & ſi quę extenta plagarũ Quatuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui. Hoc itẽ nomine uetere s appellabant linteum lecti tegmen, amplũ, & candidum, q̃ poſtea lecticariam ſindonẽ, & torale appellarunt. Varr. de de Vita pop. Rom. ut citat Nonius, Chlamydes, plagæ, uela, uaſa aurea. Idem, Eburneis lectis, & plagis ſigillatis.

Plagula, diminut. quod pro uaria ſignificatione primitiui diuerſa itidẽ ſortitur ſignificata. Modò enim exiguum uulnus ſignificat: modò minores caſſes: modò etiã paruam ſindonẽ quæ lecto inſternitur. Liuius 9. belli Macedonici. Inde primum lectos æratos, ueſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia, &c.

Plagiarius, rii, m. t. Qui hominẽ quẽ ſcit liberum eſſe, emit, uẽditue, aut p̃ ſeruo tenet: uel qui ſeruo aut ſeruæ perſuadet ut à domino, dominaue fugiat: uel eum eamue, inuito uel inſciente domino celat, uinctũ habet, emit, uel uendit, ἀνδραποδιστὴς. Dictus plagiarius, quod qui criminis huius conuicti eſſent, lege Flauia plagis damnarẽtur, Lex ipſa, Plagiaria: crimen, plagium uocatur. Martial. libr. 1. Impones plagiario pudorem. Vbi per trãslationem Plagiarius uocat furem librorum ſuorum.

Plagiger, pen co. Quaſi genitus ad ferẽdas plagas, πληγοφόρος. Plaut. in Pſeud. Plagigera genera hominum.

Plagoſus, a, um, Plenus plagis, πληγώδης, ut Plagoſa cura, apud Apul. Aliquando dicitur plagoſus qui multas plagas infert: unde ab Horat. 2. lib. Epiſt. ad Auguſt. Orbilius Grammaticus plagoſus dicitur, quod nimiũ ſæuiret in pueros, Non equidem inſector, delendaq̃ carmina Liui Eſſe reor, memini quæ plagoſum mihi paruo Orbilium dictare, &c.

Plaganion, unguentis genus, teſte Barbaro, πλάγιον, latera.

Plaguſia, Genus piſcis ita dictum quod non uerſus caput, ſed ἐς πλάγια, hoc eſt, in latera natet. Plaut. in Ruden. Oſtreas, balanos captamus, conchas, marinam urticam, Muſculos, plaguſias ſtriatas.

Plancæ, πλάνες, Tabulæ planæ, interprete Feſto, à planitie ita appellatæ. Plin. li. 8. c. 43. Nec pontes aſini trãſeunt, p̃ raritatem plancarum translucentib. fluuiis. Sic enim legit Calpinus: tametſi in caſtigatiorib. exemplaribus hũc in modũ legatur, Per raritatem eorum translucentibus fluuiis.

Planci, Qui ſupra modũ pedib. plani ſunt: id eſt, qui pedes imos graciles habent, planosq̃ æqualiter, quaſi tabellas, quæ plancæ uocantur, στρωπόδες. Idem & ploti, ſiue plauti uocati ſunt, teſte Feſto: unde & M. Accius Sarſinas Poeta, à pedum planitie initio Plotus, deinde & Plaut. cognominatus eſt. Plin. lib. 11. cap. 45. Vola homini tantũ, exceptis quibuſdã nanq̃ & hinc cognomina inuenta Plauti, Plãci, Scauri, &c. Plancorum Romæ celebris familia fuit, ex quâ ortus eſt Numatius ille Plancus, qui Lugdunum coloniam in Gallia cõdidit: quàm Seneca ſua ætate teſtatur conflagraſſe centeſimo anno à quo condita erat.

Plancus, uide Plango.

Plané, uide Planus.

Planetæ, pen. pro. πλανῆται, m. p. Dicũtur ſeptẽ cæleſtia corpora terris p̃xima, præter motũ illũ primi mobilis quo ab ortu in Occaſum rapiuntur, peculiarẽ quandã, illiq̃ contrariam habentia conuerſionẽ: unde & nomen acceperunt, ἀπὸ τῆς πλανᾶσθαι quod eſt errare, eo quod à motu aliorũ ſiderũ aberrare uideantur. Latini Græcorũ imitatione errantia ſydera & erraticas ſtellas. Nigidius eriã errones appellat. Ex his Saturnus ſummũ locũ obtinet, p̃ximum Iupiter, tertium Mars, quẽ deinde Sol ordine ſubſequitur, Solẽ Venus. Sub Venere Mercurius ſitus eſt: Luna ultimũ terrisq̃ citimum, ideoq̃ minimum orbem poſſidet.

Plango, gis, xi, ctum, a. t. propriè idem eſt quod tundo, ſiue uerbero, κόπτομαι. Lucil. Plangunt littora fluctus. Oui. 2. Metam. Plãgere nuda meis conabar pectora palmis. Sæpe tamẽ accipitur p̃ lamentari, & clara uoce, pectorisq̃ percuſſione, ſimilibusq̃ ſignis animi dolorem teſtari.

Planctus, ctus, m. q. nomen, Lamentatio cum pectoris percuſſione, ſimilibusq̃ ſignis exterioribus, animi dolorẽ indicantib. κοπτὸς. Stat. 10. Theb. uallantur planctibus aræ. Fœmineo cũ planctu miſtus clamor, Senec. Octa. Propriè tamen eam ipſam percuſſionem qua ſummo in luctu pectus noſtrum, aliamue corporis partem cædimus, planctũ appellamus: à uerbo plango, quod propriè ſignificat percutio. Silius, liuentia planctu Brachia. Lucanus libr. 2. Exigit ad ſæuos famularum brachia planctus.

Plangor, oris, m. t. quod modò uerberationem ſignificat. Cat: Procedunt, leuiterq̃ ſonant plangore cachinni. Modò lamẽtationem, ſiue eiulationem cum proprii corporis laceratione quæ ex doloris impatientia fieri cõſueuit. Cic. 3. de Orat. Plangore & lamẽtatione compleuimus forum. Idem 4. Philippicor. Tu diadema imponebas cum plangore populi, illo cum plauſu reiiciebat.

Planipes, Planities, uide Planus.

Planta, æ, f. p. Tota pedis pars inferior cui inſiſtemus, quem & imũ pedẽ uocant, ταρσὸς, πέλμα, Ver. in Moreto, Crurib. exilis ſpatioſa p̃diga plãta. Plin. l. 7. c. 2. Eudoxus in Meridianis Indiæ uiris plantas eſſe cubitales, fœminis adeò paruas ut ſtruthopodes appellentur. Ouid. 2. Metam. ut terſis niteant talaria plantis. Iuuen. ſat. 14. ancipiti figens ueſtigia planta. In ſtirpibus aũt plantæ dicuntur ſurculi transferendi, uel inſerendi gratia à matre rapti, uel ſtirpes adhuc teneriores qui cum radicibus de loco uno in alium transferri poſſunt. φυτὰ. Verg. 2. Georg. Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum Depoſuit ſulcis. Plin. lib. 17. ca. 15. Satiuæ plantæ ſylueſtriũ radicibus inſerũtur natura ficcioribus. Cic. de Senect. Malleoli, plantæ, ſarmenta, uites, traduces, p̃pagines nõnne ita afficiunt ut quemuis cũ admiratione delectent? Verg. 2. Georg. deinde feraces Plantæ immittuntur.

Plantaria, orum, n. ſ. Ipſæ plantæ, teſte Seru. quæ è ſemine ortæ cum radicibus & terra propria transferuntur de uno loco in alium, φυτωτήκια. Verg. 2. Georg. Syluarumq̃ aliæ preſſos propaginis arcus Expectant. & uiua ſua plantaria terra. Plantaria etiam dicuntur plantarum loca. Plin. lib. 13. cap. 4. Ergo plantaria inſtituunt, anniculasq̃ transferunt, & iterum bimas: gaudent enim mutatione ſedis. Idem li. 15. cap. 1. At nũc etiam in plantariis ſerunt, translatarũq̃ altero anno decerpuntur baccæ. Idem lib. 17. Quædam in plantario inſita, eodem die transferuntur. Perſius ſat. 4. uocem hanc ad obſcœnarum partium uermiculos tranſtulit. Quinq̃ (inquit) palæſtritæ licet hæc plantaria uellant: Non tamen illa filix ullo manſueſcit aratro.

Plantaris, & hoc plantare, om. t. adiect. à planta quum imum pedem ſignificat. Statius libr. 1. Thebaid. Summa pedum p̃pere plantaribus alligat alis.

Plãtarius, ria, rium, Quod plantari debet, ſeu quod eſt aptum ut plantetur, φυτευτήκιος. Colum. lib. 5 cap. 9. Ipſæ autẽ arbuſculæ hoc modo poſſunt transferri: antequam plantarias arbuſculas effodias ſolo, rubrica notato partẽ eius quę Meridiem ſpectet.

Plantiger, ra, rum, Plantas gerens, φυτιφόρος, ut Plantigeræ arbores, quæ ex ſeſe pullulando, plantas emittunt. Plin. libr. 13. cap. 8. Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

Planto, tas, a. p. Notæ ſignificationis, φυτεύω. Plin. lib. 17. ca. 10. Hoc modo plantantur punicæ. Huius compoſita, Deplanto quod eſt contrarium ſuo ſimplici. Nam deplantare ſignificat quod plantatũ erat euellere, ἀποφυτεύω. Plin. Quæ cortice nituntur tantum, uel leui aura ocyſſimè deplantãtur. Colum. lib. 2. Ne aut cornũ bos ad ſtipitem uehementius offendat, aut extremo iugo truncũ delibret, ramumq̃ deplantet. Explanto, q̃ eiuſdem eſt ſignificationis. Idem, Vt ſit quod teneri adhuc pampini capreolis ſuis illigentur, ne uentis exẽ plantentur. Et lib. 6. Antequam explantes arbuſculam. Supplanto, uide infrà ſuo loco.

Plãtatio, uerbale, φύτευσις. Plin. l. 11. cap. 4. Vnde accolæ trãſferentes conſerunt, ipſaq̃ plantatione proficiunt.

Plantago, inis, f. t Herba eſt nota, ἀρνόγλωσσον, cuius duo ſunt genera. Quæ minor eſt, anguſtiora habet folia & nigriora, linguæ pecorum ſimillima, caule anguloſo, in terram inclinato, Maior, foliis eſt laterum modo incluſa: quæ quia ſeptena ſunt, quidam eam neptapleuron uocauere. Autor Plin. lib. 25. cap. 8.

Planula, ὑποπώνης, à complanando dicta eſt, pro inſtrumẽto fabrili quo aſſamenta læuigantur & poliuntur. Nam dolabra idem uidetur quod aſcia, ut inquit Donat. qui ait, Dolare eſt aſcia cædere. Et planulæ ſunt quas nos lamas uocamus. Fores enim cũ planulis ferreis parietib. & cardinib. cõiunguntur, & ſuper illos deuoluuntur.

Planus, a, um, priore prod. Aequalis, in quo nihil eminet, ὁμαλὸς: ut, Planũ ſolũ, apud Plin. epiſt. 161. Mart. libr. 1. Et planus modico tumore uertex. Cic. 2. de Nat. deo. Quumq̃ duę formæ præſtãtes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphærã interpretari placet) ex planis aũt circulus aut orbis. Liu. 4. bel. Maced. Et Romani ſimul à portu, unde aditus planior erat, ut diſtenderent ab apertiore loco hoſtes, &c. Cic. p̃ Cecin. Sed

ne æquo

ne æquo quidem & plano loco. Ouid. 3. Tri. Eleg. 4. Qui cadit in plano, (uix hoc tamen euenit ipsum) Sic cadit ut tacta surgere possit humo. De plano uel è plano aliquid facere, quid Iu. docet Bud. citans Vlp. lib. 1. de Cõstitut. princip. Vel cognoscẽs decreuit, (ait Vlp.) uel de plano interlocutus est. Quæ locũ Bud. sic interpretatur, De Plano, hoc est, à Iudice non sedente. Solent enim Iudices in tribunali. editioribus sedere. Paulus de Quæst. l. Vnius, Custodiæ non solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt, atq; damnari. Sueton. in Tiber. Iudicesq; aut è plano, aut è Quæstoris tribunali administrabant, id est, è solo in quo populus stabat. Papin. in l. Miles. ad legem Iul. de adult. Libellus (inquit) de plano dari potest, id est, Iudice non sedente, uel diebus feriatis. Plani pisces dicuntur qui superficiem planam, non rotundam habent, ut sunt rhombi, & raiæ. Plin. lib. 9. cap. 24. Planorum piscium alterum est genus quod pro spina cartilaginẽ habet. Planus ponitur aliquando pro aperto, & manifesto: quòd quæ plana sunt, nullum impedimentum habeãt quin undecũq; uideri possint, σαφὲς. Plautus in Persa, Satin' hæc tibi sunt plana, & certa: Planum facere, est declarare, & rem difficilem aut dubiam soluere, & ante oculos uerbis explanando ponere, & patefacere: translatione sumpta à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera, planus fit. Cic. 2. Verr. Hoc planum factum est. Idẽ pro Roscio Amer. Planum fac. Apud eundem pro Flacco. Plana & stabilis uia opponitur præcipiti & lubricæ uiæ.

Planus, priore cor. πλάνος, ab A Gellio libr. 16. cap. 7. commemoratur inter uoces inusitatas quibus usus sit Laberius Mimus: quo nomine significari existimat sycophantam. Budæus autem ait impostores à Græcis planos dictos, sed certi cuiusdã generis impostores, insigni uersutia præditos: quo uocabulo potius quàm Latino, Cicero pro Cluent. usus est, Hic ille planus, inquit, improbissimus, quæstu iudiciario pastus, &c. Horat. quoq; lib. 1. Epist. Nec semel irrisus triuiis attollere curat Fracto crure planũ: licet illi plurima manet Lacryma, per sanctum iuratus dicat Osirim. Credite, non ludo, crudeles tollite claudum. Quære peregrinum, uicinia tota reclamat. Quo in loco Planus (ut Acron annotauit) nomen est notissimi sui temporis impostoris, qui ut in uehiculo tolleretur, fingebat se crus fregisse: sed quum postea uerè crus fregisset, rogaretq; ut uehiculo in urbem reueheretur, non est ei creditum. Eustath. Homeri interpres in Odysseã sic inquit, interprete Budæo, Planus est, qui artẽ quandam profitetur imponendi etiam spectantib. quales fuerunt Ciphissodorus, & Panthaleon, & Matreas apud Alexandriam.

Planè, aduerbium, Id est, certò, ἀκριβῶς. Ter. in Heaut. Sed te miror, qui alia tam planè scias. Aliquando clarè, apertè, manifestè, σαφῶς. Plaut. in Mench. Non potuit paucis plura planè proloqui. Quandoq; omnino, funditus, penitus, πάντως. Cic. Treb. Quare si planè à nobis deficis, molestè fero.

Planius, & Planissimè. Plau. in Capt. Estne inuocatum, an nõ? planissimè. Verum hercle, uerum uos parasiti planius, Quos nunquam quisquam neq; uocat, neq; inuocat. Cicer. Ver. 3. Non possum illa planius commemorare, quam ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis. Idem 2. de Diu. Multi etiam naturæ uitium meditatione atq; exercitatione sustulerunt; ut Demost. scribit Phalereus, quum ρ dicere nequiret exercitatione fecisse ut planissimè diceret.

Piniloquus, a, ũ, Qui planè, & apertè dicit quod sentit, & libere. Plau. in Tru. Piniloqua est: paucis ut rem ipsam attigit.

Planipes, huius planipedis. om. t. Qui pedes planos habet, ψιλόπους. Diomed. scribit planipedẽ Græcè μίμον significare. Vnde comœdiæ siue fabulæ genus dicitur Planipedia, ubi nullo præcedebatur cultu, q actores pedib. planis, id est, nudis proscenia introirẽt: nõ tragici actores, cũ cothurnis: neq; ut comici, cum soccis. Ideò ob uilitatem actorũ qui plano pede in scena erãt, & ob humilitatẽ argumẽti, ut inquit Donatus, Planipedia dicta est. Siue q olim non in suggestu scenæ, sed in plano orchestrę, positis instrumẽtis mimicis actitarẽt.

Planities, ei, f q. Aequalitas, uel locus planus, ὁμαλότης πεδίου. Sall. in Catil. Nam uti planities erat in sinistros mõtes. & dexteram rupem asperam, octo cohortes in fronte constituit. Liu. 7. ab Vrb. Duũm milliũ planities castra Romana ab Hernicis dirimebat. Cæsar 7. belli Gal. Legiones ut primùm planitiem attigerunt, infestis contra hostes signis constiterunt.

Planitudo, inis, f. t. Idem quod planities, ὁμαλότης. Colum. lib. 3. cap. 10. Perticæ cacuminum modicæ planitudinis, quæ tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedant, optimè panguntur, hoc est, quæ sint aliquantulum planæ

Plasis, πλάσις Græcè, Latinè formatio dicitur. Hinc.

Plasma, n. t. πλάσμα, Idem est quod figmentum siue commentum, ἀπὸ τῦ πλάττειν, quod est fingere, siue simulare. Persius plasma pro quodam medicamento usurpauit q ex rebus liquidis adiuuandę uocis gratia confici solet. Sic enim habet Sat. 1. liquido cum plasmate guttur Mobile colluerit.

Plasmo, figmentum aliquod efficio.

Plastes, plastæ, mascul. gene. πλαστὴς, Fictor qui figlinam artem exercet, qui & figulus dicitur: item qui ex argilla statuas cõficit. Plinius libro 35. capite 12. Plastæ lauda tissimi fuere Damophilus, & Georgasus.

Plastice, huius plastices, pen. cor. fœm. gen. p. πλαστικὴ. Ars figlina qua fingũtur imagines ex argilla, ἀπὸ τῦ πλάττειν, quod est fingere. Plin. li. 34. c. 7. Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quã plasticen Græci uocant, dici conuenientius erit. Vnde & proplastice, προπλαστικὴ dicitur ars faciendi typos, id est, formas ex argilla siue gypso, quas in æreis, marmorisue operib. imitabantur. Dicitur etiam ꝓplastice, ꝓ ipsa forma quã ad formanda alia opera adhibent. Plinius, Arcesilai ꝓplasticen pluris uenire soliram cõstat ab artificibus ipsis, quàm aliorum opera.

Platachoriasis, equorum morbus est. Veget. libr. 2. cap. 16.

Platalea, leæ, à Cic. de Natu. deor. Appellatur auis quã Plin. plateam uocat. Aelianus eandem facit cum pelicano. Vide infra in dictione Platea.

Platanus, πλάτανος. p. c. f. f. Arbor latè spargens ramos umbræ tantũ gratia expetita, ἀπὸ τῦ πλάτους, hoc est, à latitudine nomen habens. Petronius Arbiter, Nobilis æstiuas platanus diffuderat umbras. Ver. 2. Geor. Et steriles platani malos gessere ualentes. Cic. 2. de Orat. Platanus quæ ad opacandũ locum patulis sit diffusa ramis. De hac arbore sic scribit Plin. libr. 12. cap. 1. Quis non iure miretur arborem umbræ gratia tantum, ex alieno petitam orbe? Platanus hæc est, per mare Ionium in Diomedis insulam, eiusdem tumuli gratia primum inuecta: inde in Siciliam transgressa, atq; inter primas donata Italiæ, & iam ad Morinos usq; peruecta, ad tributarium etiam pertinens solum, ut gentes uectigal & pro umbra pendant. Legitur & platanus, us, quartæ inflexionis. Vergil. in Culice, Nam primum prona surgebant ualle patentes Aëriæ platanus.

Platanetum, ti, pen. prod. πλατανὼν, Locus platanis consitus.

Plataninus, a, um, Qđ ex platano est: ut Folia platanina, apud Columell. lib. 12. cap. 16.

Plataníſta, Piscis est in Gange Indiæ fluuio nascens, delphino rostro & cauda similis, sed multò maior, ut qui in longitudinẽ quindecim cubitorũ excrescat. Autor Plin. l. 9. ca. 15.

Platea, f. p. pen. indifferente, quãuis secundum Græcã originẽ producenda uideatur. Nam Graeci πλατεῖαν dicũt, nos Plateam, sicut μήδειαν Medeam, σπονδεῖον spondeũ. Horat. tamen in Epist. corripuit, quum ait, Puræ sunt plateæ, nihil ut ꝓperãtibus obstet. Similiter & Catul. ad Aurel. Istos qui platea modò huc, modò illuc, In re prętereunt sua occupati Sunt aũt plateæ, uiæ latiores in urbibus, qui & uici appellantur. Terent. in And. In hac habitasse platea dictum est Chrysidem. Quandoq; etiã capitur pro area in quam cõuenire populus solet. Lamprid. in Heliogabalo, Plateas in palatio strauit, Lacedæmoniis & Porphyreticis saxis. Est & nomen auis quæ ad eas uolat quæ in mari mergũtur, & capita illarũ morsu corripit, donec capturã extorqueat. Dicta platea à latitudine corporis, Vide Plin. lib. 10. cap. 50. Cic. Plataleam uocat lib. 2. de Nat. deor.

Platea syrinx, id est, lata fistula, species Cassiæ fistulæ.

Platycerotes, πλατυκέρωτες, Animalia latis armata cornib. Plin. lib. 11. ca. 37. Aliorum cornua natura finxit in palmas, digitosq; emisit ex iis: unde platycerotas uocant:

Platyophthalmus, m. s. πλατυόφθαλμος, Lapis spumæ candidæ, nitentisq;, nõ tamen trãslucentis, quod stimmi appellant, alii stibiũ, alii alabastrum, alii Iarbason. Dictũ platyophthalmon, quod calliblepharis admistũ mulierũ dilatet oculos. Vide Plin. lib. 33. cap. 6. Vulgus Antimonium uocat.

Platyphyllon, πλατύφυλλον, Genus tithymali à latitudine foliorum dictum: de quo Plin. lib. 26. cap. 8.

Plaudo, dis, si, sum, n. t. Pro re bene gesta congratulor, lætitiam q ostẽdo, manibus pulsando, strepitũq; faciendo, χροτέω. Senec. Vnã rẽ adiiciã, & fauere, ac plaudere te iuuabit. Cicc. ad Attic. lib. 2. Inimici equitibus, qui Curioni stantes plauserant. Idem pro Sestio, His in theatris plaudebatur. Vergil. 6. Aeneid. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Plaudere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plaudere ſibi, eſt ſibi blandiri, & placere, ſua nimium amare. Plin. Epiſt. 91. Nec ipſe tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide quã de te ſcribo. Plaudite, uerbum addi ſolitũ in fine comœdiarum. Quint. lib. 6. cap. 2. Tunc eſt commouendũ theatrũ quum uentũ eſt ad ipſum illud, quo ueteres comœdiæ tragœdiæq; claudũtur, Plaudite. Hor. in Arte, & uſq; Seſſurri, do nec cantor, Vos plaudite, dicat.

Plaudi, paſſiuè. Cic. Attic. Populum uerò præclarũ, quod ꝓpter malum uicinũ, ne uictoria quidẽ plauditur. Id eſt, plauſu excipitur. Ouid. Triſt. eleg. 2. Quaq; ibis, manibus circum plaudẽre tuorum.

Plauditur, imperſon. Oui. 2. Triſt. Quũq; fefellit amans aliqua nouitate maritũ, Plauditur, & magna palma fauore datur.

Plaudens, tis, participium. Verg. 5. Aeneid. & alis Plaudentem nigra figit ſub nube columbam. hoc eſt, ſonora percuſſione alas diuerberantem.

Plauſus, a, um, aliud particip. Verg. 3. Georg. & plauſæ ſonitum ceruicis amare. Ouid. 14. Metam. numeruſq; ex agmine maior Subuolat, & remos plauſis circumuolat alis.

Plauſus, ſus, m. q. Actus ipſe plaudendi. Cic. in Cat. Quib. quũ à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus. Idem Atti. lib. 2. Huic plauſus maximi, cõſalutatio forenſis perhonorifica. Ponitur aliquando pro ſonora percuſſione. Plin. de galli naceis, Diem uenientem nuntiant cantu, ipſum uerò cantum plauſu laterum, hoc eſt, alarum concuſſu.

Plauſibilis, & hoc plauſibile, om. t. Fauorabile, iucundum, populare, quod plauſu populi excipi poteſt, κεκροτημένον κροτῳ τῶν δημοτικῶν. Cicero 3. Tuſculan. Quoniam plauſibilia hæc non ſunt, ut in ſinu gaudeant, glorioſè loqui deſinant. Idem 1. Verrinarum, Id nunc poſcitur, id iam populare atq; plauſibile factum eſt. Sic Oratio plauſibilis dicta eſt, quæ placet, & plauſum populi meretur. Quintil. libr. 4. cap. 2. In aliquẽ lætum atq; plauſibilem locum, quam maximè poſſint, fauorabiliter excurrere.

Plauſor, oris, m. t. uerbale. Horat. 2. Epiſt. 2. Qui ſe credebat miros audire tragœdos, In uacuo lætꝰ ſeſſor, plauſorq; theathro Idem in Arte, Si plauſoris eges aulæa manentis, & uſq; Seſſuri. Huius compoſita ſunt Applaudo, quod eſt alicui plaudo, ἐπικροτέω. Supplaudo, de quo alibi.

Plauſito, as, a. p. Frequentatiuũ eſt à uerbo plaudo. Autor Philomelæ, quiſquis is fuit, (Ouidii enim non eſſe ſatis cõſtat) putauit eò uerbo palumbis ſonum exprimi. Plauſitat (inqt) arborea clamans de fronde palumbes.

Plauſtrum, ſtri, n. ſ. Currus, quod ex omni parte ſit palàm quod in eo uehitur, ut inquit Varr. libr. 5. de Lingua Latina. ἅμαξα. Plaut. in Epid. Perii, plauſtrum perculi. Cic. 2. de Diuin. Se interfectũ in Plauſtrũ à caupone eſſe coniectũ. Ouid. 2. Met. Quãuis tardus eras, & te tua plauſtra tenebant. Verg. 1. Georgi. Tardaq; Eleuſinæ matris uoluentia plauſtra. Plauſtrum itẽ accipitur ꝓ Septentrionalibus duobus ſyderibus quas & Vrſas appellamus Conſtat enim utrunq; ex quatuor ſtellis in quadrangulum diſpoſitis, quæ totidẽ rotarũ ſpeciẽ referunt: & aliis tribus, quas qui poëticã Aſtrologiã deſcripſerunt, tribus equis currũ trahentibus aſſimilarunt. Ouid. 10. Metam. Flexerat obliquo plauſtrũ temone Bootes. Seneca Oedipo, Quasq; deſpectat uertice ſummo Sydus Arcadium, geminumq; plauſtrũ. Plauſtrũ itẽ aliqui ꝓ matronarũ uehiculo accipiunt, quemadmodũ & carpentũ. Liu. ab Vrbe, Honorẽq; matronis ob eã munificentiã habitũ, ut plauſtro ad ſacra ludosq; carpentis feſto, profeſtoq; traherentur. Sunt tamen qui hoc in loco, pilento legant, non plauſtro.

Plauti, Qui ſunt planis pedibus, ante ploti nominati, πλατύποδες. Feſt. Ploti appellantur qui ſunt planis pedibus: unde & poëta Accius qui umber Sarſinas erat, à pedũ planitie inditio Plotus, poſtea Plaut. eſt dictus. Soleas quoq; dimidiatas quibus utebantur in uenando, quo planius pedem ponerẽt ſemiplotia appellabant. Hæc ille.

Plebs, bis, uel Plebes, bei, f. t. Idem quod uulgus, hoc eſt, uilior pars populi, ὁ πλῆθος ὄχλος. Ci. pro Mil. Nec timet quũ plebem muneribus placarit, uos uerò conciliarit meritis in Rempublicã ſingularib. &c. Lucan. libro 5. neſcit plebs iciuna timere. Horatius 1. Serm. ſatyr. 8. Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum. Cell. lib. 10. cap. 20. Plebem autẽ Gapito in eadem definitione à populo diuiſit: quoniam in populo omnis pars ciuitatis, omnesq; eius ordines contineantur: plebs uerò in qua gentes ciuiũ Patritiæ non inſunt, &c. Plin. lib. 16. cap. 10. Tanta plebei cõſternatione, ut primò pulſus ex ea regione, mox & interemptus ſit.

Plebecula, læ, f. p. diminut. eſt à plebe, ὁ πλῆθος. Cic. Att. lib. 1. Accedit ad illud, quod illa concionalis hirudo ærarii miſera & ieiuna plebecula me ab hoc Magno unicè diligi putat. Ad eundem lib. 16. Videtur enim mihi & plebeculam urbanam, & (ſi fidem fecerit) etiam bonos uiros ſecum habiturus. Perſius ſat. 4. Ergo ubi commota feruet plebecula bile. Hor. 2. Epiſt. 1. his nanq; plebecula gaudet.

Plebiſcitum, ti, n. ſ. Plebis ſtatutum, ψήφισμα, χειροτονία. Sciſcere enim, ſtatuere eſt. Scita uerò plebis appellantur ea quę plebs ſuo ſuffragio ſine Patribus iuſſit, plebeio magiſtratu rogante, utpote Tribuno. In populo enim omnis pars ciuitatis, & omnes ordines cõtinentur; in plebe neq; equites ſunt, neq; patritii. Liu. 3. ab Vrb. Omniũ primũ quum ueluti in centrouerſo iure eſſet, tenterenturne Patres plebiſcitis, legẽ conturiatis comitiis tulere, ut ꝙ tributim plebes iuſſiſſet, populũ teneret: qua lege Tribunitiis rogationib. telũ acerrimum datũ eſt. Eſt igitur plebiſcitũ ꝙ à plebe nulla autoritate Patrũ conſtitutũ eſt. Lucan. libr. 1. Hinc leges & plebiſcita coactæ. De plebiſcito, uide Gell. lib. 5. cap. 17.

Plebeius, beia, beium, Quod eſt ex plebe: ut, Plebeii Aediles, δημοτικὸς. Liuius 6. ab Vrbe, Criminando Patres, alliciendo ad ſe plebeiam auram, non conſilio ferri, &c. Aliquando idẽ quod uulgaris, tenuis, pauper, ἰδιώτης, ὁ τυχὼν. Plin. lib. 13. cap. 4. Ex reliquo genere plebeiæ uidentur. Mart. lib. 13. Imbue plebeias Cluſinis pultibus ollas.

Plebicola, com. p. Qui plebem colit, & plebi ſeruit, δημαγωγὸς. Cicero pro Seſtio, Qui, credo, non libidinis cauſa, ſed ut plebicola uideretur libertinam duxit uxorem. Liuius 3. ab Vrb. Adeoq; nouum ſibi ingenium induerat, ut plebicola repẽte atque omnis auræ popularis captator euaderet pro truci in ſectatore plebis.

Plecto, ctis, xi, ctum, a, t. (ſecundum Priſc.) uel potiùs xui, xum, μαστίζομαι. Significat ſupplicio afficio, punio, ferio, ἀπὸ τῆς πλήκτης. Plaut. in Menæch. Plecte illos pugnis.

Plector, paſſiuũ. Terent. in Phorm. Tu iam lites audies, ego plectar pendens. id eſt, feriar, ut inquit Donatus. Cic. de Amic. Sed quum multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis, & deligendis & colendis. Idem 1. Officior. Cauendum eſt etiam ne maior pœna quàm culpa ſit: & ne iiſdem de cauſis alii plectantur, alii ne appellantur quidem. Hor. 1. Epiſt. 2. Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui. Item compoſita, Amplector, Complector, Circumplector, Item Implexus, a, um, participiũ, idem ſignificans quod implicatus. Et Perplexus, idem quod obſcurus, uel intricatus. Et aduerbium perplexè, hoc eſt, obſcurè, implicatè. Terent. In Eunucho, Pergin' ſceleſta mecum perplexè loqui? Donatus, Ideò perplexè, quia ſtatuerat uitiũ celare uirginis. Hinc pplexor, quod eſt perplexè loquor, ſeu in dubio pono. Plautus in Aulularia, At ſcio quo uos ſoleatis pacto perplexarier Pactum, non pactum eſt: non pactum, pactum eſt, quod uobis lubet. Inde perplexibilis, & hoc perplexibile. Idem in Aſinaria, Neque ullum uerbum faciat perplexibile. id eſt, ambiguum, obſcurum.

Plectilis, pen. cor. Quod plexum eſt, πλεκτὸς. Plaut in Bacc. pro galea ſcaphium, pro inſigni ſit corolla plectilis.

Plectrum, tri, n. ſ. πλῆκτρον, Inſtrumentũ citharœdi quo fides pulſantur, ἀπὸ τῆς πλήκτης, quod eſt percutere. Ci. 2. de Nat. deo. Itaque plectri ſimilẽ linguã noſtri ſolent dicere: chordarum dentes. Mart. li. 14. Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat, Exornent docilẽ garrula plectre lyram. A noſtris dicitur quandoq; pecten. Verg. 6. Aeneid. Iamq; eadem digitis, iam pectine pulſat eburno. Plectrum etiam quandoq; dicitur calcar æneum, quod olim gallis gallinaceis addebatur, dum inter ſe pugnarent. Sipont.

Plectronia, Centaureum magnum. Dioſc. lib. 3. cap. 6.

Plegma, tis, πλέγμα, retæ, trice, hoc eſt, crines intorti & omne textum. (lius Pollux.

Plenes, palmulæ è mari palma, nam è fœm. βαλάνῳ uocat Iu

Plẽnus, a, um, Refertus, integer, perfectus, in quo nihil eſt uacui, πλήρης, μεστὸς, ἔμπλεως. Plaut. in Stich. Propino tibi ſalutem plenis faucibus. Cic. de Orat. Orator plenus & perfectus is eſt qui de omnibus rebus uariè poteſt, & copioſè dicere. Iungitur aliquando genitiuo. Plaut. in Merc. Quũ ſis iã ætatis plenus, anima fœtida. Plena feſtinationis epiſt. Cic. Attic. lib. 5. Aliquando ablatiuo. Plin. Epiſt. 5. Et ille quidẽ plenus annis obiit, plenus honoribus. Ponitur aliquando pro diuitiis onuſto. Cic. 4. Verr. ipſum qui plenus deceſſerat &c. Plena manu dare, eſt ampliter, copioſè, libenter, & minimè malignè dare. Pleno gradu ingredi dicuntur qui mag-

qui magno ſtudio rem aliquam aggrediuntur: cui opponitur, Summo pede ingredi, hoc eſt, leuiter rem aliquam attingere. Vide latius Eraſmum in Adagiis.

Plenè, aduerb. Id eſt, perfectè, cumulatè, abundanter. Plin. Epiſtol. 243. Propter charitatem eius nondum mihi uideor ſatis plenè feciſſe. Horatius. 1. Epiſt. 12. furnos & balnea laudat, Vt fortunatam plenè præſtantia uitam. Idem 2. Epiſt. 2. Multa fidem promiſſa leuant, ubi plenius æquo Laudat uenales qui uult extrudere merces. Cic. 4. de Finib. Quum enim ſuperiores è quibus pleniſſimè Polemo, ſecundum naturam uiuere ſummum bonum eſſe dixiſſet.

Plenitudo, inis, f. t. quæ eſt contraria uacuitati, πλήρωμα. Sumitur & pro corpulentia, ſiue craſsitudine, ἀδρότης. Plin. libro 11. capite 37. Homo creſcit in longitudinem ad annos uſque ter ſeptenos, tum deinde ad plenitudinem. Columella libro 4. capite 3. Pertice cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen diſpondiarii orbiculi craſſitudinem non excedant, optimè panguntur.

Plenilunium, nii, n. ſ. Eſt oppoſitio Solis & Lunæ, quum ſcilicet Luna Soli ex diametro oppoſita, tota ab illo illuminatur, παν σέληνος, Plinius libro 18. capite 32. Quum Sole occidente Luna orietur ex aduerſo, ita ut pariter aſpiciatur, tũc erit plenilunium.

Plenitas, tatis, f. t. apud antiquos legitur pro ignobilitate. Cato pro Veturio, ut citat Nonius, Propter tenuitatem & plenitatem. Hemina in Annalibus, Quicunq; propter plenitatem agro publico eiecti ſunt. Apud Nonĩũ tamen à quo hæc deſumpta ſunt, pleuitas legitur, non plenitas. Quo fit ut nõ nulli ſuſpicentur plebitas legi debere, aut certè illud ex hoc finitimæ unius literæ commutatione factũ eſſe. Quicquid id eſt, uocem conſtat eſſe exoletam, nullíq; eorum qui hodie in manibus uerſantur, uſitatam.

Pleo, es, quanuis non ſit in uſu: habet tamen compoſita, de quibus ſuo loco.

Pleon, πλέον, ſiue πλέον Græcè ſignificat plus.

Plĕŏnāſmos, m. ſ. πλεονασμός, Figura eſt, teſte Fabio, quæ fit quoties uerbis ſuperuacuis oneratur oratio. Nos redundantiã uertere poſſumus. Nã πλεονάζειν. Idẽ eſt quod redũdare.

Pleſteriaſtes, πλειστηριαστής, Græci uocant licitatores.

Plethora, æ, πλήθωρα, Eſt quatuor humorum æqualis in corpore abundantia, qualis ſolet eſſe in athletis in quibus uaſa nonnunquam tãta plenitudine ſunt diſtenta, ut de ruptione periclitentur. Hinc plethorici, πληθωρικοὶ dicuntur in quibus humores æqualiter abundant.

Plethron, πλέθρον, Quidam pro iugero accipiũt: in qua ſententia fuit Laurentius Valla, qui πλέθρον iugerum uertit ex Herodoto. Ex uerbis Herodoti apparet ſextã partem eſſe ſtadii, αἰδὼ (inquit) ἑκατὸν ὄργυιαι δίκαια εἰσὶ ἑξάπλεθρον. Suidas autem πλέθρον menſuram eſſe ait centum pedum, quod cum Laurentii ſententia non ſatis conuenit, qui pletrum idem putauit cum iugero. Iugerũ enim (ut ex Quint. patet) in longitudinem cõtinet pedes ducentos quadragintа, & in latitudinem centum uiginti.

Pleuritis, idis, f. t. πλευρῖτις, Inflammatio eſt membranæ coſtas ſuccingentis, quam Græci πλευρὰν appellant, cum febri acuta, dolore pungente, reſpirationis difficultate, & tuſſi. Plin. lateris compunctionem uocat.

Pleuriticus, πλευριτικὸς, Qui hunc morbum patitur. Plin. lib. 20. cap. 17. Datur & pleuriticis, & peripneumonicis.

Pleuron, πλευρὼν Stephano, Aetholiæ urbs, & Meleagri patria. De qua Plin. lib. 4. cap. 2. Stat. lib. 4. Thebaid. Fletaq; cognatis auibus Meleagria Pleuron.

Plexaure, es, πλεξαύρη, Nympha, Oceani & Tethyos filia, ut placet Heſiodo in Theogonia.

Plĭco, as, plicaui, plicatum, & plicui, plicitum, a. p. πλέκω, πλέκω. Cuius quatuor ſunt compoſita, Applico, Complico, Explico, & Implico, duplex etiam præteritum, & duplex ſupinum habent. Reliqua ſingula tantum in aui & atum terminata: ut Duplico, Triplico, Quadruplico. Multiplico, Replico, Supplico. Significat autem plicare, nectere, & ueluti rugas facere. Tractum à Græco πλέκω quod eſt necto, Vergil 5. Aen. ſeq; in ſua membra plicantem. Lucret. ideò faſtigia poſſe Surarum, ac feminum pedibus fundata plicari. Huius cõpoſita Applico, & Complico, uide ſuprà ſuis locis. Implico, innecto, inuoluo, ἐμπλέκω, περιβάλλω. Salluſt. li. 4. Hiſtor. Implicitæ rates miniſteria prohibebant. Lactantius lib. ſecũdo, Nam quum bello ciuili Brutiano implicitus graui morbo, abſtinere prælio ſtatuiſſet. Aliquando implicare, eſt ornare Plautus, Implicat ad ſpeculum caput. Circumplico. Gellius 17. cap. 9. Surculo compari quem habebat, capto ad finem perinde ut debere fieri ſciebat circũplicabat. Replico, diſſoluo. Plautus, Replica tricam, atq; extende. Et Replicare, rurſus explicare, dicere, ἀντιδιαπλέκειν. Plinius. Quum ſæpius ille replicaſſet, tandem perſuaſit.

Plicatilis, le, om. t. Quod plicatur, aut plicari poteſt, πλεκτός, ut, Nauis plicatilis, quæ facta ex corio, complicata circumfertur ad traiiciendos amnes. Plin. lib. 7. cap. 9. Ibi Aethiopicæ conueniunt naues: nanq; eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas uentũ eſt. Plicatilis criſta. Idem lib. 10. cap. 29. Vpupa criſta uiſenda plicatili, contrahens eã, ſubrigens'q; per longitudinem capitis.

Pliris arcoticon. Dudum hoc teſtati ſumus, bonam partẽ nominum medicamentorum: nos nõ probè intelligere. Ex his eſt quod apud Nicolaum inſcribitur, Pliris arcoticon. Si cui Nicolaus ſatis facit, ſic habet: Electuarium pliris arcoticon, eſt completa Medicina, arcoticon principium interpretatur. Commentarius ſic: Pliris ab autore nomen habet: arcoticon dicitur, princeps. Bella profectò expoſitio.

Pliſtonicum, in medicinis Ocimi, 26. lib. Plin. cap. 11. morbi genus uidetur: Diſtillationes, inquit, eo coli, & ſtomachi inhiberi tradunt, ergo & cœliacis Philiſtio dedit, & coctum dyſentericis, & contra pliſtonicum. Sed fortaſſe corrupta lectio ſit, uti pliſtonicum non morbi genus, ſed autoris nomẽ ſit: de quo Plin. aliàs ſæpe eodem libro, ut Paraxagoras raphanos & ilioſis dandos cenſet, Pliſtonicis & cœliacis. Rurſum coctum dyſentericis, & cœliacis Pliſtonicus.

Plínius Secundus Veronenſis, temporib. Veſpaſiani uixit, cuius negotia adminiſtrat: noctibus uerò & ſucciſiuis (ut ipſe inquit) temporibus, opus de Rerum natura conſcripſit, unus omnium parciſſimus temporis. Periit in montis Veſeui incendio, dum eius cauſam indagare cupit. Eius uitã diligentius narrat nepos eius ex ſorore Cæcil. Plin. cuius extat liber epiſtolarũ, & Panegyricus, Traiano Cæſari dictus, quo illi gratias agit Conſul ab eo factus. Quintiliani filiam dote iuuiſſe, & Martialẽ Poëtam ſecedentem uiatico proſecutũ fuiſſe teſtatur ipſe in epiſtolis. Hæc Volaterranus lib. 18.

Pliſtarchia, æ, πλειστραρχία, Ciuitas Cariæ, aliàs Heraclea appellata.

Pliſtarchites, Gentile eſt, πλειστραρχίτης Steph.

Pliſthenes, πλεσθένης, Pelopis fuit filius ex Hipodamia, qui quum iuuenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios ſuos paruulos Atreo fratri commendauit, qui eos ſuſcepit, filiorumq; loco educauit: & ob id Atrei habiti, Atridæ ſunt appellati. Vide ſuprà in dictione Atrides.

Pliſtoanax, actis, πλειστοάνακτος, Pauſaniæ filius & Lacedæmoniorum rex, cuius res geſtas uide apud Thucydidem.

Pliſtolochia, æ, πλειστολοχία, Herba eſt ex maluarum genere, quam & hibiſcum & molochen agriam, hoc eſt, maluam ſylueſtrem appellant. Autor Plin. lib. 20. cap. 4.

Pliſtonicus, πλειστόνικος, Medici nomẽ, apud Pli. ſæpius repetitũ. Fuit & Appiõ quidã, cognominatus Pliſtonicus, nõ multo tẽpore Plin. ſuperior, ut idẽ ultimo uolumine teſtatur. Quãdoq; Pliſtonices ſcriptũ legitur, ſicut Olympionice

Plocamos Iſidis, πλόκαμος Ἰσίδος, Frutex eſt in mari naſcens circa Troglodytarum inſulas, corallo ſimilis, ſine foliis quĩ præciſus lapideſcit, colore in nigrũ commutato: ut ex Iubæ ſententia refert Plin. lib. 13. cap. 25. Latinè uertere poſſumus Iſidis capillum.

Plodo, dis, ſi, ſum, Significat quatiendo, ſiue collidendo manus, pedeſue, ſonum aliquem facio, κροτέω. Eius compoſita ſunt, Applodo, Complodo, Diſplodo, & Supplodo: quorũ ſignificata uide ſuis locis.

Ploro, as, n. p. Lachrymor, eiulo, fleo, κλάω, ὀλοφύρομαι. Quin. lib. 6. cap. 2. Date puero panem, ne ploret. Cic. pro Domo ſua Senatum pro me non modò propugnare, ampliſſimum ordinem, ſed etiam plorare & ſupplicare mutata ueſte prohiberent. Horat. de Arte, Vt qui conducti plorant in funere, dicunt, Et faciũt ꝓpe plura dolentib. ex animo: ſic Deriſor uerò plus laudatore mouetur. Idem lib. 2. Epiſt. 1. Ploruere ſuis non reſpondere fauorem Speratũ meritis. Cic. Att. lib. 15. Feſſus ſum plorando. Eius compoſita ſunt, Apploro, de quo ſuo loco. Comploro, ſimul ploro. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Tũ demũ palàm facto, & comploratione in regia orta, Seruius præſidio firmo munitus, primus in iuſſu populi uolũtate Patrũ Regnauit. Deploro, Exploro, & Imploro: uide ſuis locis.

Ploratus, a, ũ, part. ſeu nomẽ ex part. Statius, Quo Veneri plorata domus, neglectaq; tellus, &c. Ploratus rogus, Ou. 4. Faſt.

Plorãtis,

Ploratus,ūs,m.q.Fletus,lamentatio, κλαυθμὸς, κλαυθμυθτσμὸς Cicero 2.Tuſculanar.ex Poëta quopiam uetuſto,Heu uirginalem me ore ploratum edere.Idem Attic. lib.5.Ciuitatum gemitus,ploratus,&c.Liuius 5.ab Vrbe, Clamor omnia uaris terrentium & pauentium uocibus, miſto mulierū ac puerorum ploratu complet.

Plorator,oris,Qui plorat. Mart.lib.14.Si quis plorator collo tibi uernula pendet.

Plorabundus,Vehementer plorans.Plaut.Aul. Homo ad Prætorem plorabundus deuenit.

Ploſtrum,ſtri,n.ſ.Idem quod plauſtrum: nam au in o ſæpe conuertitur,ἅμαξα.Colu.lib.6.ca.2. Poſt eiuſmodi experimenta uacuo plauſtro ſubiungendi.

Ploſtellum, n.ſ.diminut.ἁμαξὶς. Ploſtellū Pœnicum quid ſit, declarat Varr.his uerbis .libr.1.de Reruſt. cap.52. E ſpicis in aream excuti grana,quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo:id fit è tabula lapidib. aut ferro exaſperata,quæ impoſito auriga,aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis ut diſcutiat è ſpica grana:aut fit ex aſſibus dentatis cum orbiculis,quod uocant ploſtellum Pœnicum.

Pluma,æ,ſ p.Mollior & minor penna,πτίλον.Plaut.in Men. Pluma leuior. Martial.lib.14. Laſſus Amyclea poteris requieſcere pluma.Verg.10. Aene. Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam.Cic.1.de Nat.deor. Animantium uerò quanta uarietas eſt? quarum aliæ coriis tectæ ſunt,aliæ uillis ueſtitæ,aliæ ſpinis hirſutæ:pluma alias,alias ſquama uidemus obductas:alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. Idem ad Attic.libr.8. Nec me COSS. mouent qui ipſi pluma,aut folio facilius mouentur.

Plumula,æ,diminut.Parua pluma,πτερύγιον.Col.lib.8.cap.5. Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinante durescant,& naturalia præcludant.

Plumeus,a,um,ut Lectus plumeus, πτίλινος. Plumea culcitra.Cic.3.Tuſc.Eripiamus huic ægritudinē.Quomodo? Collocemus in culcitra plumea, pſaltriā adducamus,cedrū incendamus,demus ſcutellā dulciculæ potionis,&c.Ouid.11. Meta.At medio torus eſt hebeno ſublimis in antro Plumeus unicolor pullo uelamine tectō,Quo cubat ipſe Deus,&c. Implumis,& hoc implume,Quod eſt ſine pluma, ἄπτερος, ἄπτιλος,ut Auis implumis.

Plumarius,a,um.Quod ex pluma eſt,πτερύγινος,τοίχινος.Vnde plumariam cuicitrā dicimus quę pluma plena eſt.Et plumarium dicitur opus acu factum,quod Græci à liciorū multiplici uarietate πολύμιτον appellant.

Plumarius,rii,m.ſ.ſubſtant. Qui acu depingit aliquid in puluinaribus plagis,ὑφάντης.Catul.de Liberis educandis. Etenim nulla quæ non didicit pingere, poteſt bene iudicare qd ſit bene pictū plumario,aut textore in puluinarib. plagis

Plumatilis,le,om.t.pe.cor.Quod ex plumis factū eſt,πτίλινος Plaut.in Epid.Cumatile,aut plumatile,aut cerinum.Nonius clauatum interpretatur,aut pluma factum.

Plumo,as,a.p.Plumam emitto,πτεροφυῶ. Gell libr.2.cap.29. Auicula eſt parua,nomen eſt caſſita,habitat, nidulaturq; in ſegetibus id fermè temporis ubi appetit meſſis, pullis iamiam plumantibus. Plumare item eſt acu pingere,ὑφαίνειν. Flauius Vopiſ.Lanea tunicas purpura micantes,& plumarii difficultate pernobilis.

Plumeſco,is,ere,ab inuſitato plumeo,plumes,plumat? fio,πτερόμαι.Plin.lib.20.c.53. Pullus ad eodē tempore plumeſcit.

Plumatus, a,um,Plumis tectus,pennatus,πτερωτός.Cic.de Natura deor.Nitens plumato corpore coruus.Plin.lib.8.ca.30. Molli plumata lanugine.

Plumoſus,a,um,Idem quod plumatus,hoc eſt,plumis tectus. Ouid.ad Liuiam, Sic plumoſa nouis plangentes pectora pēnis Oenidem ſubitæ concinuiſtis aues.Propert.lib.4.Eleg.2. Caſſibus impoſitis uenor, ſed harūdine ſumpta Faunus plumoſo ſum deus aucupio.

Plumipes,dis,com,t.Qui pedes habet pennatos,πτερόπους.Catul.in Camerium,Epigr.51.Næ Ladas ego, pennipeſtæ Perſeus Ne Rheſi,niueæ citæq; bigæ,Adde huc plumipedas, uolatilesq; uenторumq; ſimul require curſum,&c.

Plumbum,bi,n.ſ μόλιβδος,uel μόλιβδος,duplex eſt, albū ſcilicet & nigrum:album,ſtannum dicitur. Nigri duplex origo eſt: aut enim ſua ſponte naſcitur uena, nec quicquam aliud ex ſe parit: aut naſcitur cum argento, miſtiſque uenis conflatur.primus liquor qui in fornacibus fluit,album plumbum & ſtannum uocatur:ſecundus, argentum:quod remanſit, galena dicitur, & Latinè plumago.Vide Plinium lib.34.cap.16.& 17.Eſt & plumbum genus uitii in oculis.Plinius lib.25.ca.13.Hac commanducata, ſi oculus ſubinde liniatur,plumbum,quod eſt genus uitii,ex oculis tollitur.

Plumboſus,a,um, Quod pluriumum plumbi habet admiſtum μολυβδώδης. Plinius lib.34.cap.18.Melior hæc,quanto magis aurei coloris,quantoq; minus plumboſa,friabilis, & modicè grauis.Idem libro 33.capite 5. Fæx eius intelligitur plūboſiſſima.

Plumbeus,a,um, Quod ex plumbo eſt,μολύβδινος,ut imago plumbea.Plau.in Trin. Cui ſi capitis res ſiet, numū nunquā credam plumbeū. Numus plumbeus ponitur pro minima pecunia,hyperbola puerbiali, inquit Eraſmus. Plumbeo iugulare gladio,gſt futili, leuiq; argumento conuincere quēpiam.Plumbeus homo à Plauto dicitur liuidus:à Terētio, obtuſus,& ſtupidus,in Heaut. In me quid uis harum rerū conuenit, Quę ſunt dicta in ſtultū,caudax,ſtipes,aſinus, plumbeus.Plumbeū ingenium,hebes,& obtuſum, quod cogitando penetrare non poteſt.Plumbeū eſſe in re aliqua. Cic.1.de Fin. In animi aūt cogitatione dubitare non poſſumus, niſi planè in phyſicis plumbei ſimus,quin nihil ſit animis admiſtum.Plumbeæ iræ,ſunt grauiſſimæ,& quę altiſſimè inſidēt pectoribus.Plaut.Pœn. Verūm ita ſunt omnes iſti noſtri diuites: Si quid benefacias,leuior pluma eſt gratia: Si quid peccatū eſt,plumbeas iras gerūt.Plumbeus color,color eſt plūbum referens:qualis apparet in iis qui ictero nigro laborāt. Plinius libro 11.capite 52.Igitur uitæ breuis ſigna,raros dentes,plumbeum colorem.

Plumbago,inis,f.t. Communis uena plumbi& argenti: Græcè,μολύβδαινα à Plinio etiā galena dicitur. Vide ea quæ annotauimus in dictionibus Molydæna, & Galena,& quę paulò antè diximus in dictione Plumbum. Eſt etiam plumbago,ſiue molybdæna,herba in aruis naſcēs folio lapathi,craſſa radice,hiſpida: qua commanducata ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum (quod eſt genus uitii) ex oculo tollitur. Autor Plin.lib.25.cap.13.

Plumbarius,a,um, Quod ad plumbum pertinet,μολυβδικός, ut,Plumbaria officina.Plin.lib.34.cap.18. Pūmmythiū quoque,hoc eſt,ceruſſam,plumbariæ dant officinæ.

Plumbarius,rii,m.ſ.Qui ex plumbo facit opera, μολυβδουργός.

Plumbo,as,a.p. Ferrumino,uel plūbo conglutino,μολυβδόω, Plin.lib.34.ca.17.Neq; argentum ex ſtanno plumbatur,quoniam prius liqueſcit argentum. Hinc Replumbo,quo ſ eſt, reſoluo.Iureconſultus,ff.de Auro & arg.legato, Emblemata uaſis & lapidibus incluſa replumbari poſſe ſignificat. Applumbo idem quod ſimplex plumbo.Vlpianus l.ij. de Sepul.uiol.Idem quærit,ſi ſtatua neque applumbata fuerit,neque affixa,&c.

Plūbatura,æ,f.p.Modò ferruminationē ſignificat, modò quācunq; coniuncturam plumbo factam, μολύβδωσις. Vulgus Gallicum Soulduā uocat.Caſſius apud Paulum in l.In rē actio.ff.de Rei uendic.Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem,plumbatura non efficit.

Plumbatæ,ſ.p. Dicuntur pilæ plumbeæ quas ueteres peregrino uocabulo martiobarbulos uocabant,μολυβδοῦται. A quo & milites qui his utebantur, martiobarbuli appellati ſunt. Vegetius de Re militari libro primo, capite 17. Plumbatarum quoq; exercitatio quas martiobarbulos uocant, eſt tradenda iunioribus.

Pluo,is,ui,uel pluui,tum,Notæ ſignificationis uerbum eſt, cuius actio ſoli Deo uel naturæ tribuitur:ideoq; ferè ſine nominatiuo ponitur,βρέχω,ὕω.Verg.10.Aene. Dum pluit in terris.Cic.2.de Nat.deor. Has Græci ſtellas Hyades uocitare conſueuerunt,à pluēdo,ὕειν enim eſt pluere.Plin.li.6.c.26. Etiā ſi nō pluat. Aliquando tamen inuenitur habere nominatiuum eius rei quæ pluēdo decidit.Verg.4.Georg. Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.Tibullus, Multus & interram deplueretq; lapis. Quandoq; etiam ablatiuum.Liu. lib.6.bel.Maced.Tarracinæ, & Amiterni nuntiatum eſt aliquoties lapidibus pluiſſe.Quandoq; accuſatiuum. Liuius libro 10.ab Vrbe,Nam & terram multifariam pluiſſe,& in exercitu Appii Claudii plerosq; fulminibus ictos nuntiatum eſt.Huius compoſita ſunt,Appluo,ἐφύω. Plin.lib.9.cap.16. Et aliàs ubicunq; piſces in eadem aqua aſſidui,niſi appluat, exanimantur.Compluo.Varr.Deorſum, quò impluebat, dictum impluuium:ſurſum,quò compluebat, compluuium. Depluo,deorſum pluo,καταβρέχω. Impluo, intus ſiue ſuprà pluo,ἐμβρέχω.Colum.libro 2.Tremellius quidem aſſeuerat priuſquam impluerit, ab auibus aut formicis ſata edi, ubi

æſtiuis ſe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

æstiuis serenitatibus ager aret. Perpluo, per medium pluo, pluuiam transmitto, διαβρέχω. Quint. lib. 6. c. 3. Quũ cœnaculum eius perpluueret. Plaut. in Trin. Benefacta benefactis aliis pertegito ne perpluant.

Pluuia, uiæ, f. p. à pluendo, Est aqua cælestis ex cælo decidens, ὑετὸς. Verg. 1. Geor ruit arduus æther, Et pluuia ingenti sata læta, boumq; labores Diluit. Idem 9. Eclog. Aut si nox pluuiam ne colligat antè ueremur. Idem 1. Georg. Ne tenues pluuiæ, rapidiúe potentia Solis, &c. Cic. ad Att. lib. 15. Equidem etiam pluuias metuo, si prognostica nostra uera sunt: ranæ enim ἐμθορύθσιν.

Pluuius, a, ũ: ut, Aqua pluuia, quæ et pluuialis dicitur, ὄμβιος. Plinius, Teritur q; in mortariis admista aqua pluuia. Horat. libro 1. Carm. Ventos pluuios uocat, hoc est, pluuiam inducentes, ὀμβροφόρους. Columell. in Præf. lib. 1. Ver pluuium nominat in quo sæpe fit pluuia. Auster pluuius, pluuiam inferens, Ouid. 1. Metam. Cælum pluuium, Var. 1. de Re rust. cap. 13. Frigus pluuium. Verg. 3. Georgic. unde nigerrimus Auster Nascitur, & pluuio contristat frigore cælum. Hyades pluuię Vergilius 2. Aeneid.

Pluuialis, Pluuiatilis, o. t. adiectiua eiusdem significationis, ὄμβριος, unde aqua pluuialis, uel pluuiatilis dicitur quæ de cælo decidit, Compluuiũ quo de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundẽ locũ. Verg. 3. Georg. & dũ Vere madent udo terræ, ac pluuialibus Austris. Colu. lib. 2. cap. 13. Pluuiales quoq; & feriarũ cõputantur, quib. non aratur, dies quinque & quadraginta. Oui. 2. Fast. Ecce uelut torrẽs undis pluuialib. auctus, Aut niue, quæ Zephyro uicta tepẽte fluit. Hœdi pluuiales, stellæ duæ sunt quas Auriga (quod signũ cæleste est super cornua Tauri) in manu tenet.

Pluuiosus, a, um: ut, Annus pluuiosus, in quo fiunt frequẽtes pluuiæ, ὑετώδης. Plin. libr. 18. cap. 23. Nubilo occasu pluuiosam hyemem denuntiat.

Plus, pluris, uide Multus.

Pluteus, plutei, masc. gen. s. Machina ad expugnandos muros, ad similitudinem cassidis. Contexitur è uimine, & coriis protegitur, ternisq; rotulis: quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur. In quancunq; partẽ uolueris, admouetur. Hos obsidentes muris admouebant, applicabãtq; sub iisq; latitantes, sagittis, aut aliis missilib. defensores de propugnaculis exturbabant, ut interim scalis ascendendi præstaretur occasio, ut inquit Veget. Cæsar, Semperq; hostibus uictoriæ redintegrabatur, eò magis qđ deustos plureos turrium uidebant, nec facilè adire apertos ad auxiliandũ animaduertebant. Plaut. in Mil. Ad eum uineas, pluteosq; agã, hoc est, totis uiribus eum oppugnabo. Postea uerò etiam tabulæ quibus aliquid præsepiretur, eodẽ nomine dictæ sunt, παραβλήματα. Liu. Cratibus, pluteisq;, & linteis contectus. Suet. in Calig. accipere uidetur pluteum p fulcro tori discubitorii, quũ inquit, Quosdam summis honoribus functos cœnare modò ad pluteũ, modò ad pedes stare succinctos linteo passus est. Mart. lib. 3. Excludunt q; senẽ, spondæ qui parte cubabat, Nanq; puer pluteo uindice tutus erat. Librorũ quoq; & tabularum, signorumq; repositoria, plutei appellãtur. Iuuen. Sat. 2. Et iubet archetypos pluteum seruare Cleãthas. Tabula insuper qua utuntur ii, qui aliquid meditantur, conscribuntúe, pluteus dicitur, Pers. Satyr. 1. Nec pluteũm cædit, nec demorsos sapit ungues. Vbi interpres, Qui moram stylo, iudiciumq; adhibent, in ipso limæ labore, irati interdum, aut solicitè cogitabundi, uel pluteum cædunt, uel ungues arrodunt, uel caput scabunt. Pluteum etiam dicebant spatium id quod inferiores columnas à superioribus per longitudinem discernebat.

Plutealis, le. Vnde à Cic. ad Att. lib. 1. figilla plutealia, imagunculæ pluteis, id est, tabulis inclusæ dicuntur. Præterea (inquit) typos tibi mando quos in tectorio atrioli possim includere, & plutealia figilla duo.

Pluuía, Pluuialis, uide Pluo.

Pneumaticus, a, um, πνευματικὸς, Spiritalis, ἀπὸ τῦ πνεύματος, quod spiritum significat. Vnde Pneumatica organa, dicuntur spiritalia, hoc est, quæ ui flatus, uel spiritus aquam ex puteo uel flumine hauriunt, ad irrigandos hortos. Plin. lib. 19. c. 4. Hortos uillæ iungendos nõ est dubiũ: riguosq; maximè habendos, si contingat, profluo amne, sin minus è puteo pertica, pneumaticisúe organis, uel tollenonũ haustu rigandos. Pneumatica ratio, pars est Musicę quę fit inflatis uẽto fistulis. Plin. lib. 7. cap. 37. Ctesibius laudatus, pneumaticæ rationę, & hydraulicis organis repertis.

Pneumatoseis, πνευματώσις, inflationes.

Pneumocaphalon, est eneruatio umbilici.

Pneumonia, πνευμονία. quæ & peripneumonia, Inflammatio pulmonis cum febri acuta & difficultate spirandi Græci enim πνεύμονα uocant quem nos pulmonem.

Pneumonici, m. s. πνευμονικοὶ, Qui laborant ex pulmone qui Latinè dici possunt pulmonarii sicut à Colu. Ouis pulmonaria dicta est, cuius pulmo afficitur.

Pnigitis terra, lege Dioscor. lib. 5. cap. 168.

POM. In notis antiquorum Pompeius. PON. M. Pontifex Maximus. P OP. populus. P O S T. Posthumius uel posthumus. P O S T. potestas. P. P. pater patratus. P. P. pater patriæ P. P. P. primus pater patriæ. P. P. P. E. S. S. S: E. V. V. V. V. V. V. V. F. F. F. primus pater patriæ profectus est, secum salus sublata est. Venit uictor ualidus uincens uires urbis uestræ, ferro, fame, flamma, frigore. P. P. HISP. C. præses prouinciæ Hispaniæ citerioris. P. Q. postquã. (tione quæ fit post cœnã

Pocœnium, κῶμος, uox est ab Herm. ficta, pro commessatione quæ fit post cœnã

Poculum, li, n. s. Propriè uas quo bibitur: à potione dictũ. πῶμα, κοτύριον. Cic. Ver. 6. in his pocula duo quædam quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta. Verg. 11. Aen. Expectare dapes, & plenę pocula mẽsæ. Horat. 1. Ser. Sat. 2. Nũ tibi fauces urit sitis, aurea quęris Pocula? num esuriens fastidis omnia, præter Pauonem, rhõbumq; Ver. 3. Ecl. pocula ponã Fagina, cælatũ diuini opus Alcimedontis. Sumitur tamen quandoq; pro ipso potu, siue potione. Ver. 2. Geor. Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ. Poscere maioribus poculis, est copiosius & liberius potationi indulgere, & conuiuas ad potandum inuitare. Cic. 3. Ver. Discumbitur, fit sermo inter eos, & inuitatio ut Græco more biberetur: hospes hortatur: poscunt maioribus poculis: celebratur omnium sermone, lætitiaq; conuiuium.

Pocillum, li, dimin. Paruum poculũ, κωμάτιον. Plin. li. 4. cap. 13. Lucius Papyrius imperator aduersus Samnites dimicaturus, uotum fecit, si uicisset, Ioui pocillum uini. Plaut. in Asina, Tecum uina postea, tecum aquæ pocilla potitet. Cat. ca. 156. Per linteum exugito succum, quasi heminam, in pocillũ fictile. Liu. 10. ab Vrbe, Vouerat Ioui uictori si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi, priusquam temetum biberet.

Pocillator, oris. m. t. Pincerna, qui est à poculis, οἰνοχόος. hoc est, cuius officium est ut in conuiuio uinum misceat: quem etiam à poculis, & à cyathis appellamus, qualis apud superos dicitur esse Ganymedes, quem ab Aquila raptum Ioui pocula ministrare fabulantur.

Poculentus, a, um, adiect. Quicquid potari potest, κόσιμος. Gell. lib. 4. cap. 1. Penus est, inquit, quod esculentum, aut poculentum est. Ci. 2. de Nat. deor. Habitat in ea parte oris quã esculentis & poculentis iter natura patefecit. Sunt qui hisce in locis potulentum, & potulentis, legere malint, ut fit à potu, potulentus: sicut ab esca, esculentus.

Podagra, æ, pe. cor. f. p. ποδάγρα, Morbus est articularis, pedes præcipuè infestãs, aliis cũ ardore, aliis cũ algore, quo diuites & otiosi præcipuè infestãtur. Dicta podagra, qđ pedi& more quã Græci ποδάγραν appellant, pedũ usum impediat. Hoc uitiũ si manus infestet, chiragra dicitur. Ma. li. 1. Litigat & podagra Diodorus Flacce laborat: Et nihil patrono, porrigit: hæc chiragra est. Oui. 2. de Pon. Soluere nodosam nescit medicina podagrã. Podagra morb. peregrinus est, Nã si Italię fuisset antiquitus, Latinũ nomen inueniisset. Non enim Roma, quũ sudando, & laborãdo uiuebat, hoc malũ cognouit. Sunt autẽ podagræ duo genera, calida, quæ & rubens dicitur: & frigida. Pli. lib. 26. ca. 10. Podagras refrigerat radix èxiphio, semen è psyllio, cicuta cum lithargyrio, aut axungia: aizoum in primo impetu podagræ rubentis, hoc est, calidæ. Vtrilibet uerò conuenit erigeron cum axungia.

Podagricus, & podagrosus, ποδαγρικῶν, Qui podagra laborat. Plaut. in Merc. Sed tandem, si podagrosis pedibus esset Eutychus. Plinius lib. 20. cap. 8. Omnes hæ & podagricis utiles, & sanguinem reiicientibus.

Podager, a, um, ποδάγρης, Idem quod podagricus. Claud. Epigram. 30 Atq; nihil prorsus stare putat podager.

Poderis, f, t. pen. pro. ποδήρης, Talaris tunica, hoc est, uestis ad talos usq; demissa, quæ adhæret corpori, & ita arcta est, & strictis manicis ut nulla omnino in ueste sit ruga, & usq; ad crura descẽdit. Solẽt milites habere lineas, quas camisias uocant, sic aptas mẽbris, & adstrictas corporib. ut expediti sint uel ad cursũ, uel ad prælia, dirigẽdo iacula, tenẽdo clypeũ, emittẽdo uibrãdo, & quocunq; necessitas traxerit expeditè sequẽtes. Podex

Podex, cis. m. t. Posterior pars corporis pudenda, quod ex ea pedes fluere uideantur, ἀρχὸς, πρωκτὸς. Iuu. Sat. 2. et podice lę ui Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcę. Horat. Hieᵹ turpis inter aridas nates Podex, uelut crudæ boues.

Podium. dii, n. ſ. πόδιον, Locus eſt ad ſpectaculum habilis: à pede nomen habẽs, ſiue qui pedis modo proiectura illa quæ podium facit, ꝓcedat: ſiue quod ad pedes ædificiorum ſtrui conſueuiſſet: ſiue ꝙ in eo pedib. hæreamus. Alio nomine dicitur menianũ. Solet enim fieri extra domus parietẽ locus porrectus inſtar pulpiti, mutulis è marmore ſuppoſitis. Iuu. Sat. 2. Omnibus ad podium ſpectantib. Suet. de Nerone, ca. 12. Cæterùm accubans primũ paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto ſpectare conſueuerat.

Poëma, Vide Poëta.

Pœna, f. p. Suppliciũ quo quis ob delictum afficitur, à Græco ποίνη, quanuis Varr. à pendendo deriuari putet, τίμημα, τιμωρία Habet aũt hoc nomen uarios in oratione uſus. Dicimus enim, Petere pœnas, ꝓ exigere: Reddere pœnas, ꝓ puniri, ſimiliter Luere pœnas, Afficere pœna. Cõſtituere pœnâ alicui, aut in aliquẽ: Committere pœnâ, Cogere in pœnã: Conſurgere in pœnã, id eſt, ui pœnã ab aliquo exigere. Dare pœnas, Dependere pœnas, Exigere pœnã, Expetere pœnã, Effugere pœnã, Expẽdere pœnas alicui, Ferre pœnâ, Habere pœnas. Perſoluere pœnas ſceleris, Perferre pœnã: Perſequi pœnas alicuius, ꝓ ulciſci, Pendere pœnas, puniri, ſupplicio affici, mulctã ſoluere: Repetere pœnas ab aliquo, Suſtinere pœnã Sufferre pœnam, Sumere pœnas, Subire pœnã, Suſcipere pœnã, Exẽpla ueteres ſcriptores legẽti paſſim erunt obuia. Pœnarũ uerò octo genera Ci. cõmemorat: dãnũ uincula, uerbera, talionem, ignominiam, exilium, ſeruitutem, mortem.

Pœnalis, le, o. t. ꝙ ad pœnã pertinet, ποινικός, ut Pœnalis opera. Plin. l. 18. c. 11. Alica fit è zea, quã ſemẽ appellauimus. Tunditur granũ eius in pila lignea. Nã lapidis duritia conteritur Nobilius (ut notum eſt) pilo uinctorum pœnali opera.

Pœnarius, aliud adiect. idem ſignificans ꝙ pœnalis: ut Pœnaria actio. Quint. lib. 4. cap. 1. Si legem aſperã tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus. Idem lib. 7. ca. 5. Sed etiam in formulis quũ pœnariæ ſunt actiones, nos ita cauſam partimur, an commiſſa ſit pœna, an exigi debeat.

Pœnio, ueteres pro punio dixerunt.

Pœnitet, tebat, tuit. uerbum imperſonale, Quaſi pœna tenet, inquit Sipont. Eſt enim pœnitere, ob factũ aliquod prius, aut ob prætermiſſionẽ animo angi, μεταγινώσκειν, μεταμέλειν, μετανοεῖν. Cice. pro Cæl. Nam quod obiectũ eſt de impudicitia, quodᵹ omnium accuſatorũ non criminibus, ſed uocibus maledictiſᵹ celebratum eſt, id nunquã tã acerbè feret Marcus Cælius, ut eum pœniteat non deformem eſſe natũ. Quoniam uerò in his etiã quæ nobis aut tædio aut pudori ſunt, pœna quędam eſſe uidetur, fit ut pœnitet aliquando pro tædet, pudet, ſeu dolet, accipiatur. Liu. lib. 1. ab Vrb. condita, Nec me eorũ ſententiæ eſſe pœnitet. Ci. in Cat. Num igitur ſi ad centeſimum uixiſſet annũ, ſenectutis eum pœniteret? Accipitur interdũ pœnitet, pro eo quod eſt, parũ uel exiguũ uidetur. Terent. in Eun. An pœnitebat flagitii, te autore quod feciſſet Adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri iudicares? Idem in Heaut. Me quantum hic operis fiat pœnitet. id eſt, parum uidetur, & exiguum quod à ſeruis fit. Cic. lib. 1. Offic. Tandiu autem uelle debebis, quod te, quantum proficias, non pœnitebit. Penitet me hominis, id eſt, non magnifacio hominem. Cicero 4. Acad. Quid eum Menearchi pœnitebat: quid Dardani, qui erant tum principes Stoicorum?

Pœnitens, Pœniturus, & Pœnitendus, participia. Accius, Neᵹ te, neᵹ quenquã arbitror pœniturũ tuæ laudis. Quint. lib. 9. cap. 3. Eouſᵹ ꝓceſſum eſt, ut Non pœniturũ, pro non acturum pœnitentiã, & Viſuros, ad uiuendũ miſſos, Salluſt. dixerit. Colu. lib. 2. cap. 2. Itaᵹ hic ager ſiue exerceatur, ſiue ceſſet colono eſt pœnitendus, ac tanquã peſtilens refugiendus, Pœnitendus enim id eſt quod parui æſtimandus, pudendus, cõtemnendus. Liu. 1. ab Vrb. condita, Sub haud pœnitẽdo magiſtro. Pœnitens uerò interdum iungitur genitiuo. Suet. in Vitellio, Non multò pòſt pœnitens facti. Interdum ablatiuo cum præpoſitione De. Idẽ in Claud. Pœnitentis de matrimonio Agrippinę. Pœnitendum gerundium legitur: ut Non eſt eius præceptoris pœnitendum. Salluſtius in Iugurtha, Num eorum pœnitendum ſit.

Pœnitentia, f. p. & Pœnitudo, ab imperſonali pœnitet: ſignificat dolorem ob factum aliquod noſtrum, occaſionisᵹ prætermiſſionem, μετάνοια, μεταμέλεια. Plinius Epiſt. 130. Supereſt ut rurſus prouinciæ, quod dãnaſſe dicitur, placeat: agatᵹ pœnitentiã pœnitentiæ ſuæ. Plin. lib. 17. cap. 12. Nihil eſt fœdius agricolis, quã geſtæ rei pœnitentia. Ponitur aliquando ꝓ contemptu & aſpernatione. Plin. lib. 5. cap. 17. Gens æterna, in qua nemo naſcitur, tam fœcunda illis aliorum pœnitentia eſt. Budæus.

Pœphagus, ποιφάγος, Animal eſt, Indiæ peculiare, duplo maius equo, caudam habens pulcherrimam, cuius ſetæ humani capilli ſubtilitatem uincunt: quo nomine à mulieribus maximè expetuntur, quę iis capillos ſuos implicant. Autor Aelianus.

Poëta, æ, m. p. ποιητὴς, Carminũ inſigniũ ſcriptor: ἀπὸ τῦ ποιέω, quod inter cætera ſignificat, ἐμμέτρως γράφειν, hoc eſt, metricè aliquid conſcribere. Horat. in Arte, pictoribus atᵹ poëtis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Verg. 9. Eclog. & me fecere poëtam Pierides. Cic. 2. de Orat. Bonus poëta nemo ſine inflammatione animorum exiſtere poteſt, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. Horat. 1. Serm. ſat. 4. diſiecti membra poëtæ.

Poëma, atis, n. t. ποίημα, & Poëmatum, ti, & Poëſis, huius poëſis, ποίησις, Poëtarum opus, hoc eſt, figmentum, ſiue fictio. Plaut. in Aſin. Nam nec fictum unquã, nec pictũ in poëmatis. Plin. lib. 7. cap. 56. De poëmatũ origine magna quæſtio eſt Cic. 4. Tuſc. Anacreontis tota poëſis amatoria eſt. Nonius ita diſtinguit inter poëma, & poëſin, quod illud ſit inuentio parua quæ paucis uerbis exprimitur: hæc uerò contextus ipſe ſcriptorum, & opus totũ. Sic tota Ilias, poëſis appellatur: armorum autem Achillis deſcriptio, poëma. Verũ hæc differentia nullo modo obſeruatur.

Poëticus, ca, um, ποιητικὸς, Quod ad poëtam pertinet: ut Ars poëtica, Verba poëtica. Cice. de Orat. Sed tamen raro habet etiam in oratione poëticum aliquod uerbum dignitatem. Quint. lib. 1. At in eadem uitii germinatione, Metier, Sufficier dicens Ennius, poëtico iure defenditur. Licentia poëtica, Quint. lib. 2. cap. 4. Poëtici dii, Cic. 3. de Natu. deor. Mella poëtica manare, Horat. 1. Epiſt. 20.

Poëtice, aduerb. ποιητικῶς, Quod eſt more poëtarum. Cic. 5. de Finib. bon. & mal. Vt Poëtice loquar.

Poëtice, tices, aut poëtica, cæ, ποιητικὴ, Ars ipſa conſcribendorum uerſuũ. Cic. 1. Tuſc. Serius poëticam nos accepimus. Ibidem, O præclaram emendatricem uide poëticam.

Poëtor, taris, In poëtica me exerceo, ſiue poëtam ago, ποιητίζω Ennius, Nunquam poëtor niſi podager.

Poëtria, æ, ποιήτρια, & Poëtis, idis, more patronymici fœminini, Mulier poëtices perita: ut Sappho, & Corinna. Per. in Præfat. Poëtrias picas Cantare credas Pegaſeium melos. Cic. pro Cælio, Verũm hæc tota fabella ueteris & plurimarum fabularum poëtriæ, quàm eſt ſine argumento, quàm nullum inuenire exitum poteſt.

Poëtificus, adiect. quo uſus eſt Ennius, qui Caballinum fontem poëtificum nominauit.

Pogonia, æ, πωγωνία, Genus cometæ, barbatæ ſtellæ ſimilitudinem referens, unde & nomen habet, ἀπὸ τῦ πώγωνος, hoc eſt, à barba. Plin. lib. 3. cap. 25. Pogonias uocant quibus interiore parte in ſpeciem barbæ longæ promittitur iuba.

Pol, Iurantis aduerb. id eſt per Pollucẽ, quod iuramenti genus tam uiris quã mulieribus erat commune, νὴ πολυδεύκη. Plaut. in Amph. Neᵹ pol dedi, neᵹ dixi.

Polea, πόλιον Ariſtoteli, Syrorum lingua fimus eſt pulli aſinini, quã mater in partu ante fœtũ effundit. Plin. lib. 28. c. 15.

Polemonia, πολεμώνιον Dioſcoridi, Herba quæ alio nomine philæterea appellatur: de qua Plin. lib. 25. cap. 6.

Polenta, æ, f. p. Hordeum madefactum, deinde ſiccatum, & toſtum, ἄλφιτον, Præparabatur autem hoc modò: Perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte una poſtero die fringunt: deinde molis frangunt, ſeruantᵹ in multos dies. Eſt aũt polenta tantũ fœmin. gen. quamuis Calepinus Neotericos Grammaticos ſequutus, putauerit etiam in neutro genere inueniri. Cato de Re ruſt. cap. 118. Tum id percolato, polentam adiicito. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 9. Polentam miſtam cum naſturtii ſemine. Plaut. in Aſin. Vbi flãt, nequam homines qui polentam pranſitant. Duo omnino à Grammaticis adducũtur teſtimonia ex Ouidiana Metamorphoſi, quibus probare conantur polenta etiam in neutro genere inueniri: in quorum utroᵹ polenta fœmininum eſt, non neutrum. Vide Raphaelem Regium Ouidii interpretem in 5. librum Metam. & Grammaticum noſtræ ætatis diligentiſſimum Deſpauterium De generibus nominum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Polentarius,a, um, Quod pertinet ad polentam,seu quod est ex polenta,ἀληφιτικός,Plautus in Curcul.Eiiciam polentarium crepitum.

Poli,polorum,m.s.πόλοι γίγνυμοι.Martiano,Duo sunt puncta immobilia in cælo,circa quæ,tãquã circa cardines quosdam,totum cælum uolui uidetur:unde etiam nomen acceperunt,ἀπὸ τῦ πολεῖν,hoc est,à uertendo,siue circumuoluẽdo.Horũ alter qui Borealis appellatur,in nostro hemisphærio perpetuò apparet,cui alter quem Australem dicimus,ex diametro opponitur:neq; ex nostro horizonte unquam cõspicitur.Ab horum uno ad alterum imaginaria quædam linea ducitur quam axem appellant: cuius extrema occupãt ipsi poli.Plinius lib.2.cap.15. Quoniã terra à uerticibus duobus quos appellauerunt polos,centrum cæli est,nec non figuræ oblique inter eos siti.

Polichnion,Græcè πολίχνιον,oppidum Latinè.

Polimenta, n.s.teste Festo, Dicuntur testiculi porcorum quum castrantur, quod ad similitudinem uestium poliantur.Plautus in Menech.Pernam itidem,aut sinciput,aut polimenta porcina.

Polio,lis,liui,uel polii,tum,Orno,cõplano,ξέω λειαίνω.Plauto in Pœn.Poliri,expoliri,pingi,fingi.Verg.7.Aen.Aegidaq; horrificam, turbatæ Palladis arma Certatim squamis serpentũ auroq; polibant:Ouid.1.de Pont.Eleg.6.Cur ego sollicita poliam mea carmina cura? Cicer.1.de Nat.deor. Orationis faciendæ & poliendæ ignarus. Huius cõposita sunt, Depolio, Expolio, & Perpolio, quæ perfectionem actus denotant, διαπονῦμαι,ἐξεργάζομαι.Fest.Depolitũ, perfectũ,omnes perfectiones antiqui politiones appellabant.Lib.2.ad Heren.Difficilimum est inuentũ expolire,& expolitè pronuntiare. Cic. L.Luceio,Tu interea non cessabis,& ea quę habes instituta, perpolis.Repolio,rursus polio,ἀναξέω.Colu.lib.2.de frumẽtis loquens,Sin protinus usui destinantur, nihil attinet repoliri:satisq; est umbra refrigerari.

Politum,n.s.Dicimus cultum,ornatum,ξεσμὸν. Varr.1.de Re rust.ca.2. Video huc uenire Cn. Tremeliũ Scrofam,uirum omnibus uirturib. politum.Cic.3.de Finib, Quinetiã agricultura,quæ abhorret ab omni politiore elegãtia,&c. Idem 4.Acad.Politissimus & acutissimus nostræ memoriæ philosophus.Ibidẽ,Nihil acutius,nihil politius Aristotele. Idẽ P. Lentulo,Nunc,ut Apelles Veneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit.

Politè,aduerb.Cic.1.Tusc. Fieri autem potest ut rectè quis sentiat,& id quod sentit,politè eloqui non possit.

Politulus,diminut.Cic.ad Volumniũ,li.7.Epist. Opus est hic limatulo,& politulo tuo iudicio.

Politura,ræ,pen.prod.Poliendi actus.Plin.lib.36.c.6.Thebaica polituris accommodatur.

Politio,eiusdem significationis: ut politio operis, hoc est,extrema illa manus quæ iam operi quodammodo perfecto imponitur.

Polities,Idẽ quod elegantia,siue ornatus,γλαφυρότης,κόσμος.

Polio,onis,qui arma polit.Firmic.lib.3.Mars & Mercũr.in decimo ãb Horoscopo loco Poliones faciũt.Meminit Callistratus lib.50.digestorum de Iure immun.l. quibusdam.

Polion,uide Polia.

Polis,huius polis,fœm.gen.Latinè dicitur ciuitas & urbs.

Politæa,æ,f.pen.prod.πολιτεία,Idem quod respublica,siue status ciuitatis: quo nomine etiam Plato opus suũ de Repub. inscripsit. Cic.1.de diu.Vide quid Socrates in Platonis Politæa loquatur,&c. Politæa, iuxta Aristotelem in Rhetor.est principatus,& constitutio rerum,secundum quam uiuere unumquẽq; & conuersari decet.Tres autem sunt: quia aut unus regnat,aut plures,aut omnes. Si unus & ille bonꝰ, hic regnum constituet: si malus,tyrannidem: at si plures regnant,& boni,hi aristocratiam:si mali,ochlocratiã facient: si omnes,& hi boni democratiam.

Politicus,a,um,πολιτικὸς.Idẽ quod ciuilis,quod scilicet ad ciues pertinet,quos Græci uocant πολίτας.Cic.Att.lib.9.Sũpsi mihi quasdam tanquã theses,quæ & politicæ sunt,& temporum horũ.Idem Martio,lib.7.Epistolarũ, Sed quæ potest esse homini politico delectatio,quũ aut homo imbecillus à ualentissima bestia laniatur,&c.

Politica,orum,n.s. Dicuntur opera de administrandæ ciuitatis ratione conscripta:ut Aristotelis politica.

Polities,uide Polio.

Polium, atq; Tripolium non modo locorum diuersitate, in quibus utraq; gignitur, sed figura insuper atq; colore ac proprietatibus etiam inter se plurimum differunt. Poliũ siquidem utriusq; generis,partim in campis,partim in montibus nascitur. Tripolium uerò in maritimis tantum locis, quæ unda maris allidit. Polia habet folia cani hominis simi lia, Vnde illud apud Græcos nomen Tripolium,foliis Isatidis constat quemadmodum de utroq; scribit Dioscorid. & Plinius ipse confirmat libr.26.Nam quod apud Plin.legitur de Tripolio,folio satis grossiore,palmo alto error est codicis ita enim legi oportet: Tripoliũ in maritimis nascitur saxis, ubi allidit unda,neque in mari, neque in solo,folio Isatidis crassiore,palmeo caule in mucronem diuiso.Hæc enim omnia,uerbum ferè ex uerbo Plinius ex Dioscorid. Nicol.Leonicenus in Annotationibus in errores Plinii uide Herbarii nostri tomum 2.

Polium,montanum quale sit,uide apud Dioscor.li.3.ca.122, Plin.21.cap.7.lib.26.cap.7.Theophrast.lib.1. Polium Serpillum apud Dioscor.lib.3.cap.44.

Pollen,uide Pollis.

Polleo,n.s.per duplex ll,Possum,ualeo,ἰσχύω,δύναμαι.Cic. Parad. Nec est ulla res quæ plus apud eũ polleat, quã ipsius uoluntas, atq; iudiciũ.Liu.1.bell.Pun.Multũ illi terra, plurimũ mari pollẽt.Accipitur etiã pollere p præstare, uel melius esse uel utilius.Plin.lib.37.Ex oleo & aqua Ciliciæ cotes pollent.Idẽ 19.cap.3. Sunt etiamnũ duo genera nõ nisi sordido nota uulgo, quũ quæstu nullo polleant.Huius composita sunt,Præpolleo,quod est ultra alios polleo,διαφέρω.Liu.li.1. ab Vrb, Ardeam Rutuli habebant,gens,ut in ea regione,atq; in ea ætate,diuitiis præpollens.Aequipolleo,æquiualeo.

Pollentia,æ,f.p.Potentia,δύναμις.Plaut.in Rud. Ne impiorũ potior sit pollentia. Idẽ Casin. ut uiro tuo semper sis superstes,atq; ut potior pollentia,ut uincas q; uirũ,uictrixq; sies.

Pollex,cis,m.t.Digitus primus in pede,et manu quod uim et potestate inter cæteros digitos polleat,μέγας δάκτυλος ἀντίχειρ.Vnde & apud Græcos ἀντίχειρ uocatus,quasi altera manus uideatur.Alio nomine appellatur hallux,ἀπὸ τῦ ἅλλεσθαι saltu,quod constricta manu proximum digitum solus scandat.Plin.lib.11.c.43.Hominis pollex articulos habet tres. Premere pollicem p uerblaliter dicitur pro fauere: & conuertere pollicẽ,p eo quod est alicui malè uelle. Antiquitus enim in pollice erat fauoris,studiiq; significatio,qui faueret,pollicem premebat:qui contrà,malè alicui cuperet, pollicẽ conuertebat.Plin.lib.28.cap.2.Pollices,quũ fauemus,premere etiam prouerbio iubemur.

Pollicaris,pollicare,o.t.Quod pollicis latitudinem,siue crassitudinem habet,ἀντιχειρίους.Plinius libro 15.capite 24.Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata pollicari latitudine.

Polliceor,eris,d.s.Verbum cõmune,secundum Prisc.ἀποφθέγμα. Nam in significatione passiua legitur apud Ouidium in Epistol. Cydippes,Exige polliciti debita iura tori. Est autem polliceri,ultrò,seu ex pactione aliquid promittere.Plaut.in Aul.Credo ego ædepol,illi mercedem gallo pollicitos coquos.Idem in Bacch.Hospitium & cœnam pollicere,&c.Ponitur aliquando pro affirmare. Cic.ad Curionem, lib.2.Epist.De ipso Tito Annio tantùm tibi polliceor,te maioris animi,&c.

Pollicitor,aris,frequentatiuum.Plaut.in Mil. Aut tibi meam operam pollicitari.

Pollicitatio,onis,s.t.uerbale.Plin.lib.7.c.37. Condita noua secta,spretis legatis,& pollicationib.Mithridatis regis, &c.Budæus,Pollicitatio,est offerentis solius promissum.

Pollicitum,ti,n.s.substant.Id est,promissio.Colum.lib.11.c.1. Memores polliciti nostri,subiũgemus cultus hortorũ.Ouidius 1.de Arte,Pollicitis diues quilibet esse potest.

Pollinarius,uide Pollis.

Polincio,pollincis,pollincire,pen.pro. Corpus mortuum curare,κηδεύειν ταφιάειν.Plaut.in Prolog. Pœn. Carthaginẽses fratres duo fuerũt.Eorum alter uiuit, alter est mortuus. Propterea apud uos dico confidentius, Quod mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Pollinctura,s p.Ipsa cadauerũ unctio,& curatio,κηδεία.Plaut. in Stich. Hodie pollinctura est. Libitinarius aũt dicebatur qui necessaria funeribus uendebat, & qui rationib. præerat Libitinæ deæ,in cuius templo quæ ad sepulturã pertinebãt, uendebãtur,sicut docet Plutarch.in Problemat.Senec.libr. 6.de Benef.Veta libitinariorum esse,ut mortes plurimorum optent,quod illis quæstuosissimum est.

Pollinctor,oris,m.t.cum c.Curator funerum, cuius officium erat ab

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erat abluere cadauera, & unguere, σορὸν πηδᾶν, Pla. in Asin. Ec quis currit pollinctorem accersere? Idē in Prol. Pœn. Apul. Pollinctor eius, funeri dum unctionem parat. Mart. libr. 10. Iam scrobe, iam lecto, iam pollinctore parato.

Pollintor, Pollincere, Pollintio, uide Pollis, pollinis.

Pollis, inis, & pollē, is. m. t. Flos tritici, è uerbo polleo, quod frumenti portio præstantissima sit, ἄνθος, πασπάλη. Plin. libr. 18. cap. 10. Ex Aphrico iustum esse è modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinq; Ita enim appellant in tritico qd florem in siligine. Marcellus Dioscoridis interpres dicit pollinē esse tenuissimum puluerem, subtilioremq; farinę partē qualis circa molas plerunq;, & loca in quibus panis pinsitur, parietibus hærens inuenitur.

Pollinarius, a, um, ut Cribrum pollinarium, quod è lino, non è setis equorum fit ad pollinem purgandum, γυρνοδόκης. Nā cribra quæ ad excutiendam farinam fiunt, excussoria dicuntur. Plin. lib. 18. cap. 11. Cribrorum genera Galliæ setis equorum inuenere, Hispaniæ lino excussoria, ac pollinaria.

Pollintor, oris. m. t. Curator pistrini, qui farinam facit & Pollinem, quiq; pollinario cribro pollinem purgat, à polline farinę deductum nomen. Cato de Re rust. cap. 5. Operariū mercenarium, pollintorem, diutius eundem ne habeat die.

Pollincēre, pen. prod. à pollinceo, Est farinam in pistrino lucri factam diuidere, inquit Sipontinus, γυρνονομεῖν.

Pollintio, onis. f. t. uerbale à pollinceo, buod est farinam in pistrino diuidere. Cato cap. 136. Pollintionem in agro Casinate & Venafro sic dare oportet. Vide reliquū apud Catonem.

Pollubrum, n. s. Vas est latum, quod & peluim uocamus, à polluēdo dictū, quòd eo aqua ex manuum oblutione pol luta excipiatur, ἀπὸ τοῦ νίπτεσθαι, ποδόνιπτρον. Antiqui etiā ad pedes abluendos pollubro utebantur. Liuius Andron. apud Nonium, Argenteo pollubro, & aureo gutto. Fabius pictor, Aquam manibus, pedibusq; dato, pollubrum siniſtra manu teneto, dextra uas cum aqua.

Polluceo, es, xi, uerbum ad sacra pertinens, significans dedicare, uel uouere, uel (ut alii uolunt) libamenta Herculi in aram porricere, ἀποδύω. Vnde sacrificium polluctum dicebatur quo herculi decimæ solebant sacrificari. Plau. in Stic. Vt decimā partē Herculi polluceā, id est, splēdidē dedicē. Hoc uerbo usi sunt autores, quoties oppiparas dapes, ueluti sacrificiū Dei & in primis Herculis facturi erant, cui decimas omniū rerum Romani uoto reddebāt. Vnde Macrobius Catillones eos propriè dicit qui ad polluctū Herculis ultimi quū uenirēt, catillos liguriebāt. Ad polluctū, hoc est, ad magnificū epulū, quale Herculi solebat fieri. Nam polluctū, ti, cœna est pollucibilis & oppipara. Plaut. in Rud. Spectatores uos quoq; ad cœnā uocē, ni daturus nihil sum, neq; sit quic quā pollucti domi. Id est, si nobis esset cœna tā lautè apparata quā esse solet eorū qui uotiuū epulū faciunt, hoc est, pol luctum, ad cœnam uos uocassem, ex Budæo.

Pollucibilis cœna, à Macrobio dicta est opulenta, opipara, & splendida, μεγαλοπρεπὴς δεῖπνον.

Pollucibiliter, aduerb. Splendidè & lautè, πολυτελῶς. Plaut. in Most. Pascite parasitos, obsonate pollucibiliter.

Polluctum, uide in Polluceo.

Polluo, lis, lui, tum. a. t. Inquino, cōspurco, fœdo, contamino, μολύνω. Ci. p Ros. Amer. Nemo enim putabat quenquā esse qui quū omnia diuina, atq; humana iura scelere nefario polluisset, somnū statim capere potuisset. Ouid. 1. Metā. Afflatuq; suo populos, urbesq; domosq; Polluit. Cic. p Domo sua, Iste qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit ceremonias. Hor. 4. Car. Ode 5. Nullis polluitur castra domus stupris. Ver. 3. Aen. Polluit ore dapes.

Pollutus, a, um, particip. Luc. lib. 2. Quenq; suæ rapiunt scelerata in prælia causę, Hos pollura domus, legesq; in pace timendæ. Ver. 3. Aen. Linquere pollutum hospitium, & dare classibus Austrum. Hinc nocturnam genituram somno sparsam, pollutionem appellant, μολυσμὸν.

Polulus, a diectiuum, pro paululus, uel paruulus: antiquū. Cato de Re rust. cap. 10. Vrceos tres, labellum polulum, amphoras olearias duas.

Polus, uide Poli.

Polyacanthos, πολυάκανθος, Herba est spinosas habens lānugines, cuius meminit Plin. lib. 21. cap. 16.

Polyanthemon, mi. n. s. πολυάνθεμον, Herba est causticam uim habens, quam nonnulli batrachion appellant. Ruellius putat eam herbam esse, quam herbariorum uulgus Pedē coruini appellat. Vide Plin. lib. 27. cap. 12.

Polyægos, πολύαιγος, Insula una ex Sporadibus, à caprarū multitudine dicta.

Polyandrion, πολυάνδριον. In Græciæ ciuitatibus dicebatur commune hospitū sepulchrū: ita dictū à multitudine sepultorum, πολυάνδρον enim Græcis significat populosum.

Polyànodynos, Cicuta apud Dioscor. li. 4. cā. 81.

Polyanthropon, πολυάνθρωπον, populosam ciuitatem dicunt.

Polyarna, siue Polyarnes, ę, πολύαρνης, Multorum agnorum siue qui possidet multos agnos. Varr. libr. 1. de Re rust. cap. 1. Veteres poētæ alios uocant polyarnas, alios polymelos, alios polybutas. id est multorum agnorum multarum ouium, multorum boum.

Polygalon, uel Polygala, πολυγαλὸν, Herba palmi altitudine in caule summo foliis lenticulæ quę potata, lactis ubertatem inducit, à quo effectu nomen accepit. Plin. libr. 27. cap. 12. Dioscor. lib. 4. cap. 14.

Polygis, anethum apud Dioscor. lib. 3. cap. 56.

Polygonaton, πολυγόνατον, Herba sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeū habens, à frequentia geniculorū dicta. Plin. lib. 27. ca. 12. Vulgus Salomonis sigillum appellat.

Polygonoides, πολυγονοειδὴς. Herba est folio lauri, lōga, tenuisq;, aduersus serpentes, ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. A quibusdam clematis Aegyptia, ab aliis daphnoides appellatur. Autor Plin. lib. 24. cap. 15.

Polygonum, n. s. pen. pro. πολύγονον, ἢ πολυγωνον, Herba à geniculorum multitudine, quā nos sanguinariā uocamus, foliis rutæ, & semine gramini similis. Succus eius infusus naribus, supprimit sanguinē. Plin. li. 27. ca. 12. Dioscor. li. 4. c. 5. Col. libr. 7. Sanguinalis herba quā Græci πολύγονα appellāt. Hoc nomen ueteres usurparunt pro fœcundo. Vulgus Centinodium appellat.

Polygrammos, πολύγραμμος, Gemma est smaragdo similis, per transuersum multis albis lineis distincta. Vide Pliniū libro 37. cap. 9.

Polygynæcon, mulierū frequentia. Plin. lib. 35. cap. 11. Pinxit in templo Eleusinæ Philarchū, Athenis frequentiam quā uocauere polygynæcon.

Polyhistor, πολυΐστωρ, Latinè multiscius dicitur. Hoc nomine appellatus fuit Appion, de quo Gell. lib. 5. cap. 14.

Polyides, Staphisagria apud Dioscor. libr. 4. cap. 158. Poliides Veratrum album apud Dioscor. lib. 4. cap. 151.

Polymitus, a, um, pen. cor. πολύμιτος, Quod multis diuersisq; constat liciis, siue filis. Vnde polymita dicuntur uestes quæ uersicoloribus liciis contextæ sunt. Plinius libr. 8. cap. 48. Plurimis uerò liciis contexere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit.

Polymyxos, πολύμυξος, Lucerna quæ multas habet canaliculos, & in his funiculos, illustrandis conuiuiis accommodata. De hac Mart. lib. 14. Illustrem quum tota meis conuiuia flammis, Totq; geram myxos, una lucerna uocor.

Polymnia, uide in Propriis.

Polymorphus, πολύμορφος, multiformis, μορφὴ forma.

Polyomnon, Helxine apud Dioscor. lib. 4. cap. 42.

Polyphagus, penult. corrept. πολυφάγος, Latinè uerti potest multiuorax.

Polyphagia, πολυφαγία, Edacitas, uoracitas. Verùm Græcas id genus uoces quas nostris literis scribi non consueuerunt, satius fuerit in Græcum Lexicon, tanquam in propriam familiam relegare.

Polypharmacus, πολυφάρμακος, Venenis uel medicinis abundans.

Polyphyllon, Medion apud Dioscor. lib. 4. cap. 11.

Polyplusios, πολυπλόσιος, Latinè bene numatus dicitur, siue ubertim diues: à πολὺ multum, & πλοῦτος diues. Plaut. in Capt. Quo de genere natus est illic Philocrates? P. Polyplusio.

Polypodium, n. s. πολυπόδιον, Herba dicta siue quod radix eius ueluti cirros ad similitudinē polypi piscis habeat, siue q; farina eius indita naribus, polyptū consumit. Filicula uulgò dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8. & Dioscor. lib. 4. cap. 198.

Polypremos, Ne hæc quoq; satis suspecta sit nisi quod succo eius ægrotas arbores oblini præcipiant.

Polyptoton, pen. prod. πολύπτωτον, Apud Rhetores figuræ nomen est, quæ fit quoties diuersis casibus eiusdē dictionis oratio uariatur hoc modò, Senatus est summi Imperii cōcilium: Se-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

linm: Senatui Reipub. cura demandatur: ad Senatũ in dubi is periculosis q reb. omnis ciuitas respicit. Vide plura de hac figura apud Rutil. & Aquilã Romanũ. Dictum, πολύπτωτον, quasi casibus abundans: nã πτῶσις Græcis casum significat.

Polypus, pen. cor. πολύπους, masc. gen. genitiuo polypi, & polypodis, piscis est ex genere τῶν μαλακοδέρμων, hoc est, eorũ qui molli cute teguntur, à multis pedibus appellatus cuius descriptionem, naturã, & genera uide apud Plin. lib. 8. ca. 29. Per metaphoram polypus accipitur pro homine rapace: qđ à polypo pisce translatum est, qui quicquid brachiorum fla gellis nactus fuerit, arctissimè retinet. Nonnunquam polypum dicimus omnium horarum hominem, qui se omniũ ingeniis, omnic tempori nouit accommodare: ea quoq metaphora à polypi piscis natura sumpta, qui ad similitudinẽ loci cui adhæret, colorem immutat, maximè in metu. Est etiam polypus narium morbus, quum caro interiora nasi occupat, à multifida incisione, quã polypi piscis pedes imitari uidetur. Morbi huius descriptionem & remedia, uide latius apud Cels. lib. 6. cap. 8. Cato de Re rust. Et si polypus in naso introierit, brassicam erraticam, aridam, tritam in malũ conijcito, & ad nasum admoueto.

Polyposus, Qui eo morbo laborat. Mart. lib. 12. Nasutum uolo nolo polyposum.

Polyrrhizon, Epimedium apud Dioscor. lib. 4. ca. 22. Polyrrhizon Pistolochia, id est, Aristolochia, species quarta: à quibusdam etiã Satyrion, de quo uide Barbarum in Corollario Aristolochiæ, Pollyrrhizon Polypodiũ apud Dioscor. l. 4. c. 198. Polyrrhizon pteris apud Dioscor. lib. 4. ca. 196. Polyrrhizon ueratrum nigrum apud Dioscor. lib. 4. cap. 152.

Polysyndeton, pen. prod. n. s. πολυσυνδέτον, Figura quũ sermo multis coniunctionibus concatenatur. Verg. 3. Georg. te ctumq laremq, Armaq, Amycleumq canẽ, Cressamq pharetrã. Dictum polysyndeton, ἀπὸ τῶν πολλῶν συνδέσμων, hoc est, à multitudine coniunctionum.

Polysyntheton, n. s. pen. cor. πολυσυνθέτον, Figura quũ sententiæ multorum articulorum conuenienti copia cõtinentur: ut Ille hunc pœna constrictũ trahebat: hic aũt uociferabatur: concursus uerò non mediocris erat: quum tamẽ omnes opitulari uellẽt, sed nemo auderet, neq ibi magistratus aderat, neq circunspicientes, quò potissimùm confugeremus reperiebamus. Rutilius Lupus.

Polytes, uide Polites.

Polytrichon, πολύτριχον, Herba est quæ alio nomine Callitrichon dicitur, quòd multos & pulchros nutriat capillos. Dioscor. adiantũ appellat, uulgus Capillum Veneris. Legitur & nominatiuus polytrix. Plin. libr. 26. ca. 14. Polytrix iisdem inueteratis utilior.

Polytropus, πολύτροπος, multimodus, prudens.

Polyzonos, πολύζωνος, Gemma nigra multis zonis candicantibus distincta. Plin. lib. 37. cap. 11.

Pomarium, uide Pomum.

Pomeridianus, a, um, à post & meridies, Quod post meridiem fit: sicut Antemeridianus, quod fit ante meridiem, μεταμεσήμβρινος. Cic. 3. de Orat. Atq huius ambulationis antemeridianæ, aut nostræ pomeridianæ sessionis. Dicitur & postmeridianus. Quint. libr. 3. cap. 1. Postmeridianis scholis Aristot. præcipere artem oratoriam cœpit.

Pomifer, uide Pomum.

Pomiliones, siue Pomilii, Breuis staturæ homines, paulũ suprà terram extantes: qui Græco uocabulo νάνοι uocantur qualem describit Mart. lib. 14. hoc disticho, Si tantũ spectes hominis caput, Hectora credas: Si stantem uideas, Astyanacta putes. Ibidẽ, Hæc quæ sæpe solet uinci, quæ uincere rarò, Parma tibi, scutũ pomilionis erit. Legitur & pomilius adiectiuum, ut Mulæ pomiliæ, apud eundẽ in titulo huius Epigrãmatis, His tibi de multis non est metuenda ruina, Altius in terra penè sedere soles. Sunt tamẽ qui malint scribere pumilio, & pumilius per quintam uocalem. uide infrà.

Pomœrium, rii, n. s. Locus erat tã intra quã extra murum, quem antiqui in condendis urbibus inauguratò consecrabant: neq patiebantur ullũ in eo fieri ædificiũ. Dictũ pomœrium, teste Var. quasi postmuriũ. Nam antiqui mœrum dicebant quem nos murũ dicimus. Vnde ita legunt nonnulli apud Verg. 10. Aen. atq ipsis prælia miscent Aggeribus mœrorum. Liu. lib. 1. Aggere, & fossis, & muro circundat urbẽ, pomœrium profert. Idem, Pomœriũ est circa murũ locus quẽ in condendis urbibus quondam Hetrusci quà murum ducturi erant, certis circà terminis inauguratò cõsecrabant. Et hoc spatiũ q neq habitari, neq arari fas erat, non magis q post murũ esset, quam q murus post id, pomœriũ Romani appellarunt & in urbis incremento, quantũ mœnia processerant, tantũ termini hi consecrati proferebantur. Fest. Pomœrium quasi postmurium, id est, proximum muro. Gel. li. 13. ca. 14. Pomœriũ quid esset, Augures pop. Rom. qui libros de auspiciis scripserunt, ist iusmodi sententia definierũt, Pomœrium est locus intra agrũ effatum, p totius urbis circuitũ pone muros, regionibus certis determinatus, qui facit finẽ urbani auspicii. Antiquissimũ aũt pomœriũ quod ab Romulo institutum est, Palatini mõtis radicibus terminabatur. Sed id pomœriũ pro incrementis Reipub. aliquoties prolatum, & multos, editosq colles circumplexum est.

Pompa, æ, f. p. πομπή. Omne spectaculum dicitur, teste Varla lib. 4. & apparatus solennis, cũ ostentatione, & specie quadam triumphi, tam in aduersis quàm in prosperis & lætis: à Græco πέμπω, mitto. Dicitur enim pompa triumphi, pompa nuptiarum, pompa sacrorum, pompa funerum. Cic. 1. Of fic. Vt pomparum ferculis similes esse uideamur. Idem 4. Tusculan. Socrates, in pompa quum multa uis auri argentiq ferretur, quàm multa non desidero, inquit. Idem pro Milone, Cadauer P. Clodii spoliatum exequiis, pompa, laudatione. Terentius in Heautont. prolixum meretricis comitatum, pompam appellauit: Transeundum (inquit) est nunc tibi ad Menedemum: & tua pompa eò traducenda est. Denique splendor omnis & magnificentia per translationem põpa appellatur. Quint. Cic. de Peti. Consul. Postremò tota petitio cura ut pompę plena sit, ut illustris, ut splendida, ut habeat summam speciem ac dignitatem.

Pompholyx, pen. cort. πομφόλυξ, Præter unlgatam illam significationem qua apud Græcos bullam significat etiam fuliginẽ denotat albam, in officinis potissimùm ærariis è fornacibus euolantem, summisq camini partibus, uel etiã officinæ testudini adhærentẽ. Nomen habet à uerbo πομφόλυξα quod est bullis efferuesco, eò quòd cameris, summisq fornicibus inæqualiter adhærens, quandam bullarum speciẽ præbeat. Inuenitur etiam pompholyx natiua inter lapides metallicos, similis iis filis quæ Autumni præsertim tempore sereno cælo per aẽrem uolitant. Prioris speciei meminit Galenus libro 9. Simplicium. Vtriusq autem Agricola in tractatu de Metallis.

Pompilus, li, m. s. Piscis genus, qui alio nomine uocatur nautilos, quod nauis speciem præ se ferat, ναυτίλος. Plin. li. 9. ca. 19. Inter præcipua aũt miracula est qui uocatur nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigẽs, ut emissa omni per fistulam aqua, uelut exoneratus sentina, facilè nauiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranã inter illa miræ tenuitatis extendit: qua uelificãte in auras, cæteris subremigans brachiis, media cauda, ut gubernaculo, se regit. Ita uadit alto, Lyburnicarũ gaudens imagine: & si quid pauoris interueniat, hausta se mergens aqua.

Pomum, mi, n. s. Generale nomen est omnium fructuum qui ex arboribus esui apti prouenĩut, siue molliũ, siue durorum, μῆλον, ὀπώρα. Nuces uerò ea duntaxat poma uocantur duro quæ operimento sunt. Plin. lib. 15. cap. 22. nuces pomorum genere cõprehendit: & mora, cap. 24. Sic & Ouid. lib. de Nuce, Annua cultori poma referre suo. Quod aũt uulgus Gallorũ pomum uocat, id Latini malũ appellant. Dictũ pomum (ut docet Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 31.) quasi potomũ, quod eius insitio potu indiget.

Pomus, pomi, fœm. gen. s. Arbor pomifera, μηλέα. Tibullus li. 2. Eleg. Tunc uictus abiere feri: tunc cõsita pomus: Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Pomarium, rii, n. s. Locus arboribus pomiferis cõsitus, μηλῶν. Propert. lib. 3. Nec mea Phęacas æquant pomaria syluas. Ouidius libro 4. Metamorph. Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas Mœnibus. Aliquando pomarium dicitur locus ubi reponuntur poma, ὀπωροφυλάκιον. Vnde Plinius libr. 15. capite 16. docet pomaria contabulata facienda in loco sicco & frigido, in quibus sint feneſtræ Septentrionales quæ serenis diebus patescant.

Pomarius, rii, m. s. Pomorum uenditor, ὀπωροπώλης. Horatius 2. Sermon. satyr. 3. Edicit piscator uti pomarius, auceps, Vnguentarius, ac Tusci turba impia uici Mane domũ ueniant.

Pomifer, ra, rum, adiect. ferens poma, μηλοφόρος, ut Arbor pomifera. Col. libr. 5. ca. 9. Superest ratio pomiferarũ arborum. Autumnus pomifer, Ouid. ad Pis. Annus pomifer, Horat. 3. Carm.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Carm. Ode. 23. Montes pomiferi, Ouid. 1. de Ponto.

Pomosus, a, um, ut Pomosa corona. Propert. libr. 3. Eleg. 2. Inflictor hic soluit pomosa uota corona, Quum pyrus inuito stipite mala tulit.

Ponderosus, uide Pondus.

Pondo, nomen indeclinabile, & neut. gen. Idem significãs quod libra, hoc est pondus duodecim unciarum, μνᾶ, λίτρα. Quint. li. 9. ca. 4. Torquẽ aureũ centum pondo. Plin. lib. 9. c. 30. Reliquiæ obseruatæ pependerunt pondo D C C. Calepin. Perottũ secutus, putauit pondo esse pondus duodecim librarũ. Sed uterq; deceptus est corrupto Liuii exemplari. Nã ubi illi legunt, Pondo bina & sex libras, castigatiora exẽplaria habent: Pondo bina & selibras. Locus Liuii est Decad. 3. lib. 2. ad quẽ lecto ẽ breuitatis causa remittimus. Hunc erro rem primus notauit Bud. in lib. de Asse. Accipitur nonnunquã pondo p nomine pondus: unde Liu. libr. 4. ab Vrb. scribit, coronã aureã libræ pondo Ioui dicatam fuisse. Plaut. in Nerv. piscium ullam unciã pondo hodie Cedi, nisi hoc quod nunc refero in reti. Hinc fiunt composita dipondium, uel dupondium, & tripondium: de quibus suis locis.

Pondus, ponderis, n. r. Rei alicuius grauitas, βάρος, ἄχθος. Plaut. in Amph. Haud malũ pondus est huic puguo. Itẽ pondus quod librando ad statera ponderatur. Cic. in Cat. Maiore, Magnũ auri pondus. Interdũ ponitur p numero, hoc est, multitudine. Var. de Vita pop. Rom. E Græcia comportasse magnũ pondus omnium artificũ. Interdum pro autoritate. Cic. Appio, Sed idẽ scribit, meas literas maximũ apud te põdus habituras. Ponitur aliquando pro onere. Verg. 6. Aen. ge muit sub pondere cymba.

Ponduſculum, diminut. Colum. lib. 12. cap. 61. Et ita cum saxi ponduſculo in olei atq; musti partem demitti.

Ponderosus, a, um, Quod est graue, siue grauis põderis, βαρύς. Var. 2. de Re rust. ca. 11. Ex sudore eius lana fit mollior & ponderosior, & colore meliore. Ponderosam epistolã, dixit Cice. pro longa, & multa continente, ad Attic. lib. 2. Da ponderosam aliquam epistolam, plenam nõ modò actorũ, sed etiam opinionum tuarum.

Pondero, as, a. p. Pendo, libro, ἵστημι, ζυγοστατέω. Plaut. Dũ numularius ponderaret argentum. Plin. li. 18. c. 7. Si quis granũ ipsum ponderet. Per translationem est existimare, cõsiderare, ppendere. Cic. 2. Offic. Graui uerò homini, & ea quæ fiũt, iudicio certo ponderanti, pbari posse nullo modo. Idẽ 1. Offic. In quo tamen in primis, quod quisq; animo, studio, beuolentia fecerit, ponderandũ est. Hinc cõponitur præpondero, quod est prius põdero, seu prius examino, ὑπερβαρέω. Stat. 8. Thebai. quẽ uicisse uelit, tacitè præponderat exul. Per translationẽ accipitur pro eo quod est præualere, præcellere, uincere, & quasi pondere superare. Cic. li. 3. Offic. Neq; ea uolunt præponderari honestate.

Ponè, cum accentu in ultima aduerb. est, significans põst, siue retrò, aut à tergo: contrariũ habet antè, quod etiam quãdoq; aduerbium est, ὀπίσω, ὄπισθεν. Verg. 2. Aen. Ponè subit cõiux, ferimur p opaca locorũ. Valer. Max. li. 1. Mox humani ingenii pna uoluntate uetita scrutandi, ponè respiciens animaduertit immensæ magnitudinis serpentem, cõcitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentẽ. Quando q; præpositio est, idem significans quod post: cui contrario est ante, præpositio. Liu. lib. 10. Maced. Pone castra utriq; pabulatum & lignatum ibant.

Pono, is, sui, situm, a, t. Colloco, cõstituo, τίθημι, τίθημι. Pli. lib. 9. ca. 35. Ex præcepto magistri unum tantũ uas ante eam posuere aceti. Cic. 7. Ver. Sed quia sic oportuerit, rectè collocata, & iudicio populi digno in loco posita esse uideatur. Idẽ Lent. Amplitudo ac dignitas omnis in uirtute posita est. Idẽ, Primũ enim stante Repub. facere solebamus, ut in agẽdo plus quã in scribendo operę poneremus. Aliquando deponere: quoniã quũ cessamus ab opere, collocare quodammodo ac reponere uidemur id quod agebamus, ἀποτίθεσθαι. Vergil. lib. 7. Quũ uenti posuere, omnisq; repẽtè resedit Flatus. Aliquando erigere, ædificare. Vergil. posuitq; immania templa. Vnde in antiquis marmoribus legimus, Bene merenti posuit. Aliquando deponere. Verg. 1. Aenei. ponuntq; ferocia Pœni Corda, uolente Deo. Aliquando apponere. Martial. Nolo mihi ponas rhombũ, mullumue bilibrem. Hinc poẽtæ fabulas, & alia scripta sua ponere dicebantur, quum in scena hæc spectatorib. quasi in conuiuio apponebant. Iuuen. Sat. 1. Pone Tigillinũ. id est, affer in scenã aliqd de Tigillino scriptum. Aliquãdo pingere, siue scalpere. Horat. Solers nunc hominem ponere, nunc Deũ, nam de sculptore & pictore loquitur. Composita sunt, Appono, iuxta pono, addo, παρατίθημι. Cic. in Pison. Aristarchus, qui notã apponebat ad malum uersum. Idem 2. de Inuent. Caupo gladiũ propè appositum è uagina eduxit. Sæpe etiam idem q; cibum antè conuiuas pono. Plin. Nihil ei præter secundarium panẽ, oleraq; apposuit. Antepono, præfero, Compono, circũpono, & Depono: uide suis locis. Dispono, ordino, quasi in diuersis locis pono, διατάττω. Hinc dispositio, quæ est rerum in ordinem collocatio, διάταξις. Dispositũ, decretũ, constitutum. Vnde ex dispositio dicimus, id est, de industria, & quemadmodum à nobis constitutum est, ἐκπαράταξις. Macrob. An altius quiddã cui remotis arbitris opus sit, cogitatum ex dispositio, conueniistis? Expono, Impono, Interpono, παρατίθημι, παρεμβάλλω. Oppono, Præponò, Propono, Postpono, ὕστερον τίθημαι, retrò pono, posthabeo, minoris facio. Cic. Tironi, Omnia postposui, dũmodo præceptis patris parẽrem. Repono, quod modò significat, loco suo unde ablatum erat colloco. Cic. pro Sest. Hanc Pompeius erexit, atq; insigne regium quod de capite suo abiecerat, reposuit. Modò idem q; recondo: ut Scientia condendi ac reponendi fructus, apud eundem 2. de Natur. deor. Sepono, seorsum pono, remouco. ἀποτίθημαι. Suppono, summitto, ὑποτίθημι, ὑφίεμαι. Apul. Suppositusq; humeros oneri. Aliquando adulterinum loco ueri subiicio, ὑποβάλλομαι. Vnde suppositus partus, ὑποβολιμαῖος dicitur, quando fœtus alterius matris non ueræ matri subiicitur. Item testamentum supponere, est falsum in locum ueri substituere. Plin. Nam filius patris testamentũ supposuisse dicebatur. Superpono, & Suprapono, nota sunt ἐπιτίθημι. Trãspono, de uno loco in aliũ transfero, μετατίθημι. Pono olim fecit præteritum posiui. Plautus, Nunc ne apud sequestrum uitulum posiuimus.

Positor, oris, m. t. uerbale, Conditor, κτιστής. Ouid. 9. Metam. & in Aside terra Mœnia constituit positoris habentia nomen. Templorum positor, Idem 2. Fastorum.

Positus, particip. sui uerbi significationem retinet: propriè enim idem est quod situs siue locatus. Cic. de Lege Agr. Roma in montibus posita. Idẽ p Pompeio, Insula Delos in Aegæo mari posita. Nonnunquam accipitur pro depositus. κατ' ἀφαίρεσιν. Liu. 7. ab Vrb. Positis omnium aliarũ rerum curis. Aliquando pro exanimato: sic enim interpretatur Seruius locũ Verg. 4. Aen. Sic te ut posita crudelis abessem? Positus super armentarium, hoc est, præfectus armentario. Curtius lib. 6. Itaq; non ultra interpolandum ratus, nobili iuueni (Metron erat nomen ei) super armentarium posito, qđ scelus pararetur indicat.

Positus, us, m. q. Idem quod positio, siue situs, θέσις. Ouid. 4. Fastor. Terra tribus scopulis uastum procurrit in æquor, Trinacris à positu nomen adepta loci. Tacit. li. 5. Ille positus syderum ac spatia dimensus. Celsi. in principio libri 8. Prius positus ossium, figurasq; indicabo.

Positiuus, a. um, Quod primò positũ est, nec aliũde deriuatũ, θετικός. Vnde & Grãmatici positiuũ à cõparatiuo & superlatiuo distinguũt, quod illud sit quasi fundamentum istorũ.

Positura, æ, f. p. Situs siue positio, θέσις. Gel. li. 4. c. 1. Vt animad uerteretur quo habitu, quaq; forma, quaq; positura stellarũ aliquis nasceretur. Syllabã dicimus esse longã positura, quũ uocalẽ immediatè sequuntur duæ cõsonantes, quarũ prior cũ ea uocali in ea syllaba cohæret. Nã si cõsonans utraq; ad sequentem ptineat syllabã (quod mutam liquida subsequẽte contingere solet) non efficient posituram.

Positio, onis, f. t. Idem quod situs, siue (ut Barbari loquũtur) situatio, θέσις. Quintil. lib. 3. cap. 7. Illa propria quæ ex loci positione aut munitione sunt. Colum. lib. 1. cap. 6. Naturalis color contingit positione cæli, & declinatione. Ibidem, Nã ea cæli positio maximè frigida, & minimè humida est. Quibus in locis situm cæli appellat loci situm certã cæli partẽ respicientẽ, quem ũulgus Aspectum uocat. Cic. pro Flac. De quorum urbis positione propter pulchritudinẽ, etiã inter deos certamen esse pditum est. A Dialecticis & Rhetoribus positiones appellãtur ipsa ueluti fundamenta, quibus argumenta innituntur. Quintil. libr. 2. cap. 10. Quin aliquando etiam argumenta ex ipsis positionum uitiis ducimus.

Pons, tis, m. t. à pendeo, quod ueluti in aëre pendeat: & significat omne per quod super aquas transimus, γέφυρα. Plin. li. 8. cap. 3. Territos spatio procul pontis à continente porrecti, &c. Accipitur & pro scalis nauticis quæ Græci ἐπίβαθρα uocant. Verg. 10. Aen. Interea Aeneas socios de puppibus al-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tis Pontibus exponit. Per pontem olim ferebantur suffragia unde Sexagenarios de ponte deiicere, prouerbialiter dicitur pro eo quod est suffragio priuare, uel omnem autoritatem adimere. Vide Erasmi Roterodami Adagia.

Ponticulus, diminut. Parvus pōs, γεφυρίς Cic. 5. Tusc. Et quod fossam latam cubiculari lecto circūdedisset, eiusq; fossæ trāsitum ponticulo ligneo coniunxisset.

Pontones, m. t. Naues quibus in traiicièdis amnibus loco pōtium utimur. πορθμῖα. Papinianus, Quia uia confirmari solet uel ciuitate tenus, uel usq; ad uiā publicā, uel usq; ad flumen in quo pontonibus traiiciatur Apul. Et si uado non poterunt, pontonibus transibunt. Cæs. 5. belli Ciuil. Pontones quod est genus nauium Gallicarum, Lyssi relinquit.

Ponon, Græci dolorem & laborem dicunt.

Ponticus, Vide Pontus.

Pontifex, ficis, Sacer magistratus (ut inquit Scænola) à posse & facere dictus, uel (ut inquit Varro) à ponte, quia sublicius pons à pontificibus factus est primū, & restitutus sæpe, ἱεράρχης, ἀρχιερεύς. Cic. ad Att. lib. 4. Calendis Octobris senatus frequens, adhibētur omnes pontifices qui erant senatores: à quibus Marcellinus qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus, quæsiuit quid esset in decernendo se quuti. Tum Lucullus de omniū collegarū sententia respondit, Religionis iudices potifices fuisse, legis Senatū, se & collegas suos de religione statuisse in Senatu de lege. Libri pontificum, Horat. 2. Epist. 1. Cœnæ pontificū, Idem 2. Carm. Od. 14. Religio pontificū, Cic. pro Domo sua, Secures pontificū, Horat. 3. Carm. Ode 23. Erant autem maiores & minores pontifices, inter quos summus pontifex maximus dictus est, qđ maximarū rerum, quę ad Sacra & religionē pertinent, iudex esset, & uindex contumaciæ priuatorū & magistratuū. Numa enim pontificem fecit, eiq; omnia sacra attribuit, eiusq; scitis sacra omnia priuata, & publica subiecit: institutitq; ut idē pontifex non cæleſtes modo cęremonias sed iusta quoq; funebria, placandosq; manes edoceret. Autor Liu. libr. 1. ab Vrbe condita.

Pontificatus, huius pontificatus, m. q. Pontificis dignitas, sicut consulatus, dignitas consulis, ἀρχιερεσύνη. Cicero de Aruspicum responsione, Qui statuas solennesq; cæremonias Pontificatu, rerum bene gerendarum autoritates, augurio contineri putauerunt.

Pontificatus Codicillares, Lamprid. usurpat, Egnatio indicante, pro scriptitiis & extraordinariis, quasi dignitatis umbra gauderent collegiis adscripti, atq; in codicillos relati. Sic & Secretarios & Consiliarios haud ineptè appellaueris codicillares, qui extra ordinem sunt nomenq; tantū retinent, ad ministrationem officii exortes.

Pontificius, a, um, Quod est pontificis, ἱερατικὸς ut Ius pontificium, à pontificibus constitutum: cuiusmodi hodie est, q Canonicum dicitur. Cicer. 3. de Natura deor. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalib. iure pontificio & more maiorū. Pontificia uerò pontificiorū, plurali tantū numero, libri pontificii. Cic. 1. de Nat. deo. Deinde nominū non magnus numerus, ne in Pontificiis quidē nostris, &c.

Pontificium, n. s. subst. Pro cognitione & autoritate pontificis, Gel. lib. 1. cap. 13. Re semel statuta, deliberataq; ab eo cuius negotium id pontificiumq; esset, &c.

Pontificialis, le, om. t. Quod ad pōtificem pertinet, ἱερατικὸς, ut pontificialis autoritas, apud Ciceronem 2. de Legibus, Itaque usus tantummodo pontificis esset, si pontificalis maneret autoritas. Pontificalis honor, Ouid. 3. Fast. Ius pontificale, Cic. 1. de Legib. Sacrū pontificale, Ouid. 1. Fast. Pontificalis cœna, dicebatur opipera, sumptuosa, & exquisitis epulis instructa: quales esse solēt pontificū cœnæ. Vide Macrob. 3. Saturnalium, & Chiliadas Erasmi. Pontificales libri, in quibus sacræ ceremoniæ continentur.

Pontones, Vide Pons.

Pontorobos, Vide Pentorobos.

Pontus, πόντος. Vide in Propriis.

Popa, æ, Dicebatur qui uictimas uænales habebat, & qui ligabat eas ad altare, feriebatq;. Propert. lib. 4. Succinctiq; calent ad noua sacra popæ. Spartianus in uita Getæ, Percussit hostiā popa nomine Antonius. Sueton. in Vita Caligulæ ca. 32. Admota altaribus uictima, succinctus poparū habitu, clato altè malleo, cultrarium mactauit. Accipitur nonnunquā popa metaphoricōs pro guloso, & insatiabili. Perf. Saty. 6. At illi tremat omento popa uenter.

Popanum, ni, n. s. pen. cor. πόπανον, Placēta lata, tenuis, rotunda, quam diis ueteres offerebant: sed & pro quocunq; libo capitur. Iuu. Satyr. 6. Scilicet & tenui popano corruptus Osiris. Iulius autē Pollux ait Placentam esse, qua in sacrificiis antiqui utebantur. Cuius dictionis frequens est usus apd Aristophanē. Calepinus putauit popona esse unguenta quædam pinguia, adducens testimoniū ex Iuuenalis sat. 6. ridendaq; multo Pane tumet facies aut pinguia popana Spirat, & hinc miseri uiscantur labra mariti. Quo tamen in loco constat poppeana legendum esse, non popana. Quod miror Calepinum non animaduertisse, quum alioqui in priore carmine integer pes defuturus sit.

Popellus, Vide Populus, masc. gen.

Popina, næ, f. p. pen. prod. à popa, Locus ubi publicè obsonia caroq; cocta, ac delicatè confecta uēditatur, comeditur-que: uel priuatim ubi gulosa familia extraordinariè ligurire & helluari consueuit, autore Valla in Raudensem, ὀψωνεῖον, καπηλεῖον. Plautus in Amphitrione, Interea dum isti certāt, in popinam diuortundum est mihi, Lances detergam omnes, omnesq; trullas hauriam. Accipitur nonnunquam popina pro delicatioribus cibis qui in ganea uendi consueuerunt. Cicero 3. Philip. Sed quum tam atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non affuit? num putaris re aliqua tristi & seuera? uino & epulis retētus & alea est, si epulæ potius, quā popinæ dicendæ sunt.

Popinones, m. t. Helluones, gulones, qui se popinis dedunt, ἀκόλαστοι. Horat. 2. Serm. Imbecillus, iners: fim quiduis, adde popino Suet. de Clar. Gramm. Lurconem, & nebulonem, popinonemq; appellans, & uita inscriptisq; monstrosum.

Popinor, naris, Significat helluari, & indulgere popinis. Iulius Cap. Dum Galienus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat uitam.

Popinatio, onis, nuncupatur à Gell. quæ alio nomine dicitur helluatio, quam Græci ἀσωτίαν uocant.

Popinalis, le, Quod ad popinam spectat, καπηλικὸς. Colum. li. 8. cap. 16. Tunc celebres erant deliciæ popinales, quū ad mare deferebantur uiuaria.

Poples, itis, m. t. Pars oppositæ genu quæ curuatur. dicta qđ pòst plicetur, ἰγνύα, ἰγνύς. Columella libro 6. capite 12. Si dolore neruorum claudicet, oleo & sale genua, poplitesque, & crura confricanda sunt donec sanetur. Curtius libro 8. Posteaquam deficere se sensit, poplitibus semet excepit. Liuius libro 2. Quosdam & iacentes uiuos, succisis femoribus, poplitibusq; inuenerunt.

Poppysmata, n. t. ποππύσματα, Propriè dicuntur ea uocis blādimenta, quæ fiūt equis indomitis cū tractatione manuum. Iuu. sat. 6. Præbebit uati crebrū poppisma roganti. id est crebram manuum tractationem, cum quadam uocis adulatione: nam fit à ποππύζω quod est fibilo, uel adulor. Est & ποππυσμὸς (ut quidam exponunt) idem quod plaudere, hoc est illisis manibus inter se, & palma cum palma collata, plausum edere. Dicitur etiam in eadem significatione Poppysmus. Plinius libro 28. ca. 2. Fulgetras poppysmis adorare, con(sensus gentiū est.

Populnus, Vide Populus, fœm. gen.

Populus, li, m. s. singulari numero, antepenultima correpta, unius ciuitatis multitudinem significat, iuris consensu, & concordi communione sociatam, λαὸς, δῆμος. Vergilius 1. Aeneidos, Hinc populum latè regem, belloq; superbum Venturum excidio Libyæ. Populi uerò, diuersarum ciuitatum. Ibidem, Littoraque, & latos populos. Populus à Columella de apibus dicitur, libro 9. capite 13. Id ne fiat, duo populi coniungi debent qui possint adhuc integras ceras explere.

Popellus, li, diminut. Idem quod plebecula. δημίδιον. Perf. Satyra 4. Ante diem blando caudam iactare popello. Horat. 1. Epist. 7. Vulteius mane Philippus Vilia uendentem tunicato scuta popello Occupat.

Popularis, re, om. t. Quod est populi, ἰδιωτικὸς, δημοτικὸς Horatius de Arte, & popularis Vincentem strepitus, & natus reb. agendis. Interdum popularis dicitur charus, & gratus populo, qui sibi populi fauorem conciliat, δημοτικὸς, ἀρεσκὸς τῷ δήμῳ, δημαγωγὸς. Cicero, Nihil tam populare, quàm bonitas. Liu. Et quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, iisdē gerebat. Interdū dicitur plebeius, uilis & ignobilis, ὁ τυχὼν. Plaut. Præstat diuitem esse ac popularē, quā nobilem & mendicū. Popularis item dicitur qui est eiusdē cōditionis, generis, sortis, & fortunæ, ὁμοεθνὴς, δημότης, ὁ μετρίως δημοτευόμενος. Terc. in Phor. Amicus summus meus & popula-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& popularis Geta: erat enim & ipse seruus. Popularis itē dicitur ciuis. Ter. in Adelp. Obsecro populares ferte misero, atque innocenti auxiliū. Vulgus indoctū Patriotā appellat. Ponitur aliquando popularis pro subdito, autore Bud. Liu. 1. bell. Maced. Tentando nunc sotiorū, nunc populariū animos, id est, suorum subditorum. Populari nomine uocare, est uocare nomine uulgò à populo usurpato. Plin. li. 13. cap. 4. Populari etiam nomine à nobis appellantur balani.

Popularia, n. t. Dicebantur loca ubi plebs sedebat. Suet. in Domit. Et quia pars maior intra popularia deciderat, &c. Vide Equestria in Equus. Item popularia, nugatoria, puerilia. Laber. apud Noniū, Popularia agimus per ludū. Popularia sacra, ut Labeo inquit, sunt quę omnes ciues faciūt, nec certis familiis attributa sunt: ut Fornicalia, Palilia, δημοτικὰ ἱερά Sic dicta quòd populo grata essent, ꝓpterea qđ tunc in populū missio fieret ab iis qui gratiam plebis quærebāt: & hoc duplici modo: aut de Rep. bene sentiendo, & ea quæ ad populi salutem spectant, recta cum ratione agendo: aut largiēdo & adulando, uel aliis corruptelis beneuolentiā captādo.

Popularitas, atis, f. t. Studium, & cultus populi, hoc est, affabilitas, humanitas, blanditiæ, quibus populi fauorem aucupamur, δημαγωγία, δημαρεσία, ὀχλοκοπία. Pli. Epist. 117. Dixit causam Claud. Aristō princeps Ephesiorū, homo munificus, & innoxiæ popularitatis. Ponitur aliquando pro coniunctione atq; necessitudine quæ debet esse inter populares, hoc est inter eos qui ex eadē regione ortū traxerunt. Plaut. in Pœn. Si quid opus est, quæso dic, atq; impera popularitatis causa.

Popularíter, Affabiliter, humaniter, & cum gratia populi, δημοτικῶς. Iuuenalis Satyr. 3. & uerso pollice uulgi, Quemlibet occidunt popularíter. Aliquando significat more populi. Cic. in Somnio Scipionis, Homines enim popularíter annum tantummodo Solis, Id est, unius astri ritu metiuntur. Hinc dicimus popularíter agere, popularíter loqui, popularíter scribere, id est, more populi.

Populatim, Modò significat per populos, κατὰ δήμους. Apu. Populatim ab omni prouincia reuocatus. Modò cæteruatim, & in uniuersum. Cæcilius, Ego perdidi te, qui omnes seruos prodo populatim: quæso ne addas malum.

Populosus, sa, um, Quod est plenum populo, πολυάνθρωπος. ut Oppidum populosum.

Populo, las, a. p. & populor, popularis, Idem quod deprædari, diripere, spoliare, δῃοδροτομῶμεν, φέρειν τε καὶ ἄγειν, ἁρπαγαῖς, ἀδῶ, πορθῶν. Cæsar 1. belli Gallici, In Heduorum fines peruenerant, eorumq; agros populabantur. Verg. 1. Georgic. populatq; ingentem farris aceruum. Hinc depopulor, pro deprædor, passim & populatim diripio.

Populatus, ta, tum, particip. quod significat deprædatus, δῃοδροτομήσας, πορθήσας. Ver. 12. Aen. Quisq; suū populatus iter Ci. 5. Ver. Electos aratores esse dico, agros uectigales uexatos, atq; exinanitos à Verre, populatam, uexatamq; prouinciam.

Populatus, us, ui, m. q. Idē q; populatio, δῃοδροτομὴ, πόρθησις. Lucan. lib. 2. Ardent Hesperii sæuis populatibus agri.

Populatio, nis, f. t. uerbale. Liu. 3. ab Vrbe, Aequo populationibus incursionibusq; meliores esse. Colum. lib. 2. cap. 20. Nam ea res à populatione murium formicarumq; frumēta defendit. Idem lib. 3. cap. 21. Aut si maturitatem serotinis expectet, amittat uindemiam præcocem, quæ plerunq; populationibus uolucrum pluuiisq; aut uentis lacessita dilabitur.

Populator, oris, m. t. Ouid. 12. Metam. Viuit adhuc operis nostri populator Achilles. Idem 13. Metam. Hoc ubi cognouit Troiæ populator Atrides.

Populatrix, icis, Martialis libro 13. Hæc tibi Thesei populatrix misit, Pallados à syluis nobile nectar apis.

Populabundus, Prædabundus, à populando, id est, qui populatur, ἁρπαγαῖς, δῃοδροτομῶν. Liu. 3. ab Vrbe, In fines Romanos excurrerunt, populabūdi magis, quàm iusti more belli.

Populabilis. le, Quod populari potest. Ouid. 9. Metam. Interea quodcūq; fuit populabile, flamma Mulciber abstulerat.

Populus, f. f. prima syllaba producta, cæteris breuib. Arbor est cerro similis, caudice ꝓcero & recto, cortice læui, foliis dum tenera est, circinatæ rotunditatis, quæ in senescēte angulosa euadunt sine flore. Duo eius sunt genera, Alba, quā & Græci λευκὴν dicunt, folio numerosiore, & tremulo (unde & Trambulam Galli uocant) uuasq; ferens quas brya dicunt, unguentis expetitas. Et nigra, illis ἄιγειρος dicta, læuior quidem & procerior, sed frōde rariore. Vtraq; locis aquosis gaudet & palustribus. Ver. 9. Ecl. hic candida populus antro Imminet. Plin. lib. 34. cap. 8. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur. Columella libr. 3. Curei maximè uidetur idonea populus. Ea est arbor cerro similis.

Populeus, a, um, Quod est materiatum ex populo arbore, aut quod ad eam arborem pertiner, λεύκινος. αἰγείρινος. Vergil. secundo Georgic. Qualis populea mœrens philomela sub umbra. Frondes populeæ, Idem 8. Anneidos, Vmbra populea. Idem 4. Georg.

Populnus, a, ū, Idem quod populeus, λεύκινος, αἰγείρινος. Plaut. in Cas. Non istæc aut populna sors, aut abiegna est tua?

Populneus, a, um, In eadem significatione. Columella lib. 6. capite 3. Probatur maximè ulmea, post fraxinea, & ab hac populnea frons. Idem libro 12. capite 2. Frondem querneam, & populneam.

Populetum, ti, n. s. Locus populis consitus, λεύκων, αἰγειρώων. Plin. libr. 12. cap. 5. Antea Cæcubo erat generositas celeberrima palustribus populetis.

Populeon, medicamentum quod ex floribus populi conficitur, conniuentibus. Compositionem eius lege apud Gall. li. 4. de Sanitate tuenda.

Populetum Myracopon. unguētū populeonis, uulgo sic dictū

Porca, Porcarius, Porcellus, uide Porcus.

Porceo, ces, uerbum obsoletum quo antiqui, teste Festo, utebantur pro prohibeo, ἀνέργω, Luc. lib. 6. Non te porrò procedere porcent. Componitur ex porrò & arceo, quasi procul arceo.

Porcetra, æ. Porca quæ semel tantum peperit, χοῖρος, aliis δίκαφος, Scropha, quæ sæpius.

Porculetum, ti, n. s. Hermolaus ait idem esse quod porcam hoc est, terram editiorem inter duos sulcos: cuius generis in hortis hodie puluini appellantur, in quibus sua cuiusq; generis olera separatim seruntur. Plin. lib. 27. cap. 22. Vmbri & Marsi ad uicenos pedes intermittunt arationis gratia in his quæ uocant porculeta.

Porculum, li, n. s. Est machinę genus apud Catonem de Re rust. cap. 19. Foramen (inquit) quod primum facies, semipedem ab cardine facito: cætera diuidito quàm rectissimè: porculum in media sucula facito: inter arbores medium quod erit, id medium collibrato ubi porculum figere oportebit, in medio prælum rectè situm siet.

Porcus, ci, m. s. Propriè dicitur sus domesticus: quemadmodū aper, ferus, χοῖρος, Suis aūt appellatio utriq; generi est cōmunis. Mart. lib. 14. Iste tibi faciat bona Saturnalia porcus, Inter spumantes ilice pastus apros. Iuu. sat. 10. uoueatq; sacellis Exta, & candiduli diuina tomacula porci. Dictus porcus ab eo quòd porrecto ritu pascitur, & terram dū herbarū radices rimatur, latius porrigat. Porcus marinus, piscis marinus, quū capitur grunniens, ὀρθραγοριστικός. Lacedæm. orthragoriscum uocant, ut ex Apionis sententia refert Plin. li. 32. cap. 2. Porcus Troianus, in Romanorum conuiuiis per iocū dicebatur aper qui integer apponi solet unà cum minoribus animalib. in uentre eius inclusis, non secus atq; olim ferunt in æquo Troiano inclusos fuisse armatos, χοῖρος τρωϊκός. Vide Macrobium in Saturnalibus.

Porca, æ, f. p. Sus fœmina, ὗς, ὑός. Cato de Re rust. cap. 134. Priusquā fœminam porcā immolabis. In agro uerò porca est terra inter duos sulcos, ἄυλαξ, à porrigēdo (ut inquit Varr. lib. 1. ca. 29. de Re rust.) q; ea seges porrigat frumentū. Vel à porcēdo, id est, prohibendo, ut Nonio placet, eo quòd ultra se iacisemina prohibeat. Porcæ (inquit Festus) appellantur rari sulci qui ducuntur aquæ deriuandæ gratia: ita dictæ quod porceant, id est, prohibeant aquā frumento nocere. Crebriores aūt sulci, limi uocantur. Hæc ille. Col. lib. 2. ca. 4. Liras rustici uocant easdem porcas; quum sic aratum est ut inter duos latius distantes sulcos, medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. Sed & triginta pedū latitudinē, CLXXX. lōgitudinem, porcā uocabant eodē autore li. 5. ca. 1 Campani, inquit Hermol. Barbarus, hodie porcas uocant puluinos, siue hortulos in quib. ueluti sulcatim sua cuiusq; generis olera seruntur. Id genus & areæ dicuntur apud Columellam.

Porculus, & Porcellus, diminutiua, χοιρίδιον, χοιρίσκος. Sue. in Nerone, Iterū ac sæpius recoctū porcello obiecit. Porculus legitur apud Plau. in Men. Scribit Varro porcū Græcū nomē esse antiquū, sed obscuratū, quod postea uocarunt χοῖρον.

Porcinus, na, num, penult. prod. Quod ex porco est: ut Caro porcina, χοίρειος, ὕειος. Plautus in Captiuis, Alium pisces præstinatum abire, alium porcinam, atq; agninam, & pullos gallinaceos.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Porcinarius, qui carnes porcinas uendit. Plaut. in Capt. Quanta laniis lassitudo, quanta porcinariis?

Porcarius, a, um, Quod ex porca est, χοίειον. Vnde porcariam uuluam dicebant, qua edito partu uescebantur. Plin. lib. 11. cap. 38. Vulua electo partu melior, quã edito: electa uocatur illa, hæc porcaria: primiparæ suis optima.

Porcarius, Porcorum custos, subulcus, χοιροβοσκός.

Porculationem, Antiqui porcorum nutricatum uocauerũt, χοιροβοσκίαν. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 4. In nutricatu (quã porculationem appellabant) binis mensibus porcos sinunt cum matribus.

Porculator, is, Qui porcos nutrit ut pinguescãt, χοιροβόσκος, Colum. lib. 7. cap. 9. Itaq; porculatoris maximum officiũ est, ut unamquamq; cum prole claudat.

Pori, orum, uide Porus.

Porocela, f p. πωροκήλη, Species herniæ est, quũ ex abscessu circa scrotum materia induruit, πῶρος enim Græcis inter cætera lapidosam duritiem significat, siue callum.

Porphyra, æ, πορφύρα, Latinè purpura: unde Porphyriacus, a, um, pro purpureo. Ouid. Et porphyriacis figere labra genis.

Porphyris, idis, pen. prod. πορφυρὶς, Vestis purpurea.

Porphyrio, onis, πορφυρίων. Auis est collum habens oblongum & angustum, crura prælonga, calx rubentia, quemadmodum & rostrum, sola auium morsu bibens, cibumq; prius aqua tinctum altero pede, ueluti manu, ad rostrum afferens. Autor Plinius lib. 10. cap. 46. Aelianus lib. 14. cap. 15. tradit porphyrionem mulieris pudicitiæ obseruatorem esse, matrisq; familiàs adulterium suspendio suo domino indicare. Fuit item hoc nomine Gigas quidam, Sisyphi filius: qui unà cum reliquis Gigantibus aduersus superos cõspirauit. Claudius in Gigantomachia, Porphyrion trepidam conatur uellere Delon. Fuit item aurigæ nomen, Neronis temporibus, cuius meminit Suetonius. Martialis uno disticho omnes has significationes complexus est, Nomen habet magni uolucris tam parua Gigantis, Et nomen Prasini Porphyrionis habet.

Porphyrites, πορφυρίτης, Lapis in Aegypto rubens; candidis interuenientibus punctis: propterea Leucostictos appellatus, λευκὸν enim album uocãt Græci, & στίζειν pungere. Autor Plin. lib. 36. cap. 7.

Porphyreticus, a, um, Quod est factum ex porphyrite.

Porphyrus, Serpens est in candidissimis Indiæ locis nascens, capite quouis lacte candidiore reliquo corpore purpureo, dentib. carẽs: ideoq; morsu innocuus: uomitũ tamẽ eructãs q̃cquid cõtigerit extabefacientẽ. Vide Aelian. li. 9. ca. 57.

Porraceus, Vide Porrum.

Porricio, pen. cor. Quasi porrò iacio, inquit Fest. id est, ualde porrigo: quod uerbum solẽne sacrificantibus erat, παρίστανω. Nam exta porrici dicuntur, quando porriguntur diis. Plaut. in Pseud. Nam si sacrificem summo Ioui, atq; in manibus exta teneã, ut porriciã, interea loci Si lucri quid detur potius rem diuinam deserã. Verg. 5. Aen. exta q; salsos Porrici am in fluctus. Quo in loco nonnulli malè legunt piiciam. Vide Macrob. lib. 3. Saturnalium, cap. 2.

Porrigo, is, xi, ctum. act. t. pen. cor. Extẽdo, dilato: à porrò & rego, ut præteritũ indicat, non ab ago, ut quidam malè putarunt, ὀρέγω, ὀρέγνυμι. Cic. pro Cæl. Licinium quum iam manum ad tradendam pyxidem porrexisset, retraxisse. Plin. facilius quippe radices porrigunt solo subacto. Quandoq; extensa manu offerre, ἐμβάπτειν. Vnde Augustinus, ut est apud Macrobium in 2. Satur. quum ei quidã libellum trepidus offerret, & modò pferret manum, modò retraheret, Putas te (inquit) stipem elephanto porrigere? Cic. 2. de Nat. deor. Stultitia est à quibus bona precamur, ab iisdẽ porrigentibus & dãtibus nolle sumere. Rursus quia quæ interficiuntur, humi extenduntur, factum est ut porrigere sit prosternere, & interficere. Martial. Et uolucrem lõgo porrexit uulnere pardum. Porrigere manũ, siue dextrã, est adiuuare, succurrere, siue opem ferre: metaphora tracta ab iis qui lapsos tẽsa dextera humo attollunt. Huius compositum est exporrigo, seu exporgo per syncopam, quod est explico, erigo, extẽdo, διαχέω. Terent. in Adelph. da te hodie mihi, Exporge frontem. id est, exhilara, ἀνέσθαι τὸ πρόσωπον. Porrigere herbam, est uictum se fateri. Plin. libr. 22. ca. 4. Summũ apud antiquos signũ uictoriæ erat, herbã porrigere uictos, hoc est, terra, & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere. Vide Chil. Erasm.

Porrectus, particip. Id est, extensus. Horat. li. 4. Carm. Famaq; & imperii porrecta maiestas ad Ortũ. Aliquando porrectus nomen est, idẽ ferè significãs q; hilaris: ut Frons porrecta, id est, alacris. In rebus enim lætis cutẽ frontis extendere solemus, & contrà in tristibus corrugare. Plaut. in Casi. Primũ ego te porrectiore fronte uolo mecũ loqui. id est, hilariore.

Porrectio, uerbale. Cic. de Nat. deor. Digitorum enim contractio facilis, facilisq; porrectio propter molles commissuras, & artus nullo in motu laborat.

Porrigo, gis, f. t. pen. nominatiui prod. Capitis affectus est, quũ tenues & furfuraceæ squamulæ ex capite decidunt, πιτυρίασις. Porrigo est (inquit Celsus lib. 6. cap. 2.) ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, exq; à cute resoluuntur, & interdũ madent, multò sæpius siccæ sunt: idq; euenit modò sine ulcere, modò exulcerato loco: huic quoq; modò malo odore modò nullo accedente: ferèq; id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiã in superciliis. Hæc Cels. Lucil. lib. 30. Tristem & corruptũ scabie, & porrigine plenũ. Horat. 2. Serm. Sat. 3. Vngere si caules oleo meliore, caputq; Cœperis impexa fœdum porrigine.

Porriginosus, a, um, Qui porrigine infestatur, πιτυρώδης.

Porrò, Varios in oratione habet usus. Modò enim affirmandi aduerbium est, idem significans quod sanè, certè, profectò, μὴν, μέντοι, Cic. pro Plancio, Nihil porrò tã inhumanum, tam immane, tam ferũ quã committere ut beneficio, non dicam indignus, sed uictus esse uideare. Quandoq; temporis aduerbiũ est, idem significans quod longe post, πόρρω. Verg. 1. Aen. hinc maxima porrò, Accepit Roma, & patrium seruauit honorẽ. Vbi Serv. Porrò post longum interuallum. Sic dicimus Lycurgus nõ porrò ab Homeri tẽporibus fuit. Nonnunquam idem est quod in posterum, deinceps, in futurum, ἀπὸ τότε. Terent. in Prologo Andriæ, Deinde ut quiescant, porrò moneo. id est, in futurũ interprete Donato. Aliquando loci aduerbium est, modò idem significãs quod ultra, siue ulterius. Liu. 8. ab Vrb. Et haud eadẽ quã te insinuueris, retro uia repetenda: aut si ire porrò pergas, per aliũ saltum arctiorem, impeditioremq; euadendum. Modò idem q; longè, siue procul. Verg. 6. Aen. quæ sint ea flumina porrò. Scipissimè autem coniunctio est, idem ualens quod autem, siue uerò, δέ, δή. Quintil. in Apol. Paup. Porrò qui confessum defendit, non absolutionem sceleris petit, sed licẽtiam. Quandoq; expletiua particula est, ornatus tantùm gratia interposita. Terent. in Andr. Adeon' me ignauum putas, Adeòn' porrò ingratum, aut inhumanũ, aut ferum? Venerq; me consuetudo, neq; amor, neq; pudor, &c. Aliquãdo hortantis est. Vergil. 9. Aeneid. percipe porrò Quid dubitem. Quo in loco Seruius exponit porrò pro aduerbio hortantis. Cic. 4. de Fin. Perge porrò: nã de isto magna dissensio est. Porrò autem, id ualet quod præterea uerò, Cic. 6. Verr. Hominibus & natura: & disciplina leuissimis: porrò autem pop. Rom. conditione sociis, fortuna seruis. Neq; porrò, idẽ quod neq; etiã. Cic. 3. Verr. Neq; enim perfacetè dicta, neq; porrò hac seueritate digna. Porrò minima, dixit Cic. 5. de Fin. pro longè minima. Ea inquit, nos mala dicimus, sed exigua & porrò minima. Hæc ferè Bud. Ponitur aliquando porrò pro ualde. Cicero in Cat. maiore, Sæpe à maiorib. natu audiui, qui se porrò pueros à senibus audiuisse dicebant. Aliquando est aduerbium ordinis. Terentius in Andria, Move ocyus te, ut quid agam, porrò intelligas.

Porrum, ri, n. s. in plurali porri, orum, Genus oleris notissimi, πράσον. Plin. lib. 19. cap. 12. In translatione & medicina est: desinunt q; sentire iniurias, ut gerhyum, porrũ, raphani, apium. Martial. li. 13. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros: In medio uirides stipite cerne comas. Porrorũ alii sunt Tarentini qui & sectiui dicũtur: alii Aricini, qui & capitati de quibus generibus uide Plin. lib. 19. cap. 6. Legitur & porrus gen. masc. à quo mansit pluralis numerus eiusdẽ generis. Cels. lib. 4. capite 6. Aut ius in quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus sit. Eodem genere usus est & Plinius libr. 19. cap. 6. Laudatissimus (subaudi porrus) in Aegypto, mox Orchiæ, atq; Ariciæ.

Porraceus, a, um, πράσινος, Plin. lib. 37. cap. 10. Heliotropium nascitur in Aethyopia, Aphrica, Cypro, porracei coloris, sanguineis uenis distincta.

Porta, æ, f. p. Propriè aditus ciuitatis, alteriusue loci uallo fossaue muniti, πύλη à portando nomen habens, siue quod per eam omnia & importentur, & exportentur: siue ab arari portatione (ut inquit Donatus) quia in designatione urbiũ, subiunctis uacca et tauro, qui urbem designabat, ararii manu su-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

manu ſuſpendebat ne ſulcum quem primogenium dicunt, faceret, ubi aditus ciuitatis erant relinquendi. Cæſar 6. belli Gallici. Capit arma à proximis, atq; in porta conſiſtit. Ibidē libro octauo, Nihil relinquebatur quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumque omnium, quā Cæſar iturus erat, excogitari poſſet. Vergilius ſeptimo Aeneidos, Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra. Idem ſecundo Aeneidos, uix primi prælia tentant Portarum uigiles & cæco Marte reſiſtunt. Cicero 4. de Finibus, Si annibal ad portas uenisſet, murumq; iaculo traieciſſet. Porta Prætoria, in Caſtris dicebatur quæ erat in fronte ualli, qua miles ad prælium educebatur. Antiqui enim Prætorem appellabant qui toti præerat exercitui, qui deinde Imperator appellatus eſt. Porta decumana, quæ in poſtica parte caſtrorum erat, qua annona, cæteraque exercitui neceſſaria importabantur: ita dicta à magnitudine. Quoniam ita ferè uſu uenire ſolet, ut decima quæque omnibus propemodum in rebus maxima ſint: ueteres decumanum, pro magno & amplo accipiebāt. Portæ item per ſimilitudinem quandam montium fauces dicuntur, in maximas anguſtias coarctatæ: cuiuſmodi pleræque in diuerſis Tauri montis partibus à Coſmographis commemorantur: ut ſunt Caſpiæ portæ, Ciliciæ, & Caucaſiæ.

Portula, portella, & porticula diminutiua, πυλὶς. Liu. 4. bel. Pun. Philomenes portula aſſueta uenationem inferens, &c.

Portendo, is, ndi, t. Prædico, oſtendo, uel præmonſtro: à porto, quod eſt proſum, ſiue antrorſum, & tendo: προσημαίνω, προσκημαίνω, προφαίνω. Verg. 7. Aen. Hunc illum ſatis externa ab ſede profectum, Portendi generum. Plautus in Aſin. Aecaſtor nobis periculum magnum, & fanuliæ portenditur, Demæneti ſi expectemus mortem. Cicero 1. Diuin. Nam qd de Sole oſtenſum eſt tibi, populo commutationem rerum portendit fore.

Portentum, ti, n. ſ. Oſtentum & prodigium quod portendit aliquid futurum: ut quum inſolita corpora in aēre apparēt ut cometæ, turbines, & ſereno cælo tonitrua, τέρας. Portentorum autem ſignificatio, teſte Cic. lib. 2. de Natur. deorum ſumpta eſt ex auſpiciis, & auguriis. Var. In cælo memorabile exitit portentum. Cic. de Aruſp. reſponſis. Explanationes portentorum Hetruſcorum diſciplina continentur. Aliquando etiam dicuntur portenta, commenta fictiones & mendacia rerum naturæ repugnantia. Cicero 1. Tuſculanar. quæſt. Aut quid negotii eſt Poetarum, & pictorum portenta conuincere. Verg. 8. Aen. pro bono omine poſuit, quum ait, ne quære profectò Quem caſum portenta ferant. Vbi Seruius, Portenta modò ſignificant bona omina quæ uictoriam portendunt.

Portentoſus, a, um, Monſtroſus, portento ſimilis, τερατώδης, τερασ. Cicero ſecundo de Diuinat. An uerò illa nos terrent, ſi quando aliqua portentoſa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur? Plinius libr. 22. capite 8. Portentoſum eſt quod de ea traditur. Portentoſa Græciæ mendacia, Plin. lib. 5. cap. 2.

Porthmeus, πορθμεύς, Græca dictio eſt diſſyllaba, quæ nobis portitorem ſignificat, hoc eſt, qui homines in ulteriorē fluuii ripam, uel trans fretum, uel à littore ad nauim traicit. Nam πορθμεύειν græcis eſt traiicere, & πόρθμιον naulum quod pro traiectu ſoluitur: & πορθμίς cymba ipſa portitoris. Vtitur hac uoce Iuuen. Satyr. 3. Iam ſedet in ripa, tetrumq; nouitius horret Porthmea.

Porthmis, idis, πορθμὶς, nauis ad traiiciendum.

Porticus, huius porticus, pen. cor. & fœm. gen. q. Locus eſt amplus & ſpacioſus, recto incluſus, propter repentinos imbres, & umbrarum, ac deambulationis gratia ædificatus. Cic. ad Att. lib. 4. In campo Martio ſepta tributis comitiis marmorea ſumus & tecta facturi, eaq; cingemus excelſa porticu Verg. 3. Aen. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Idem 2. Aene. Vnus natorum Priami per tela, per hoſtes Porticib. longis fugit. Ouid. 1. de Arte, Seu pedib. uacuis illi ſpatioſa tererur. Porticus. Multæ Romæ inſignes fuere porticus: omnium tamen magnificentiſſima fuit quam, quòd à Pompeio ædificata eſſet, Pompeianam uocabant: cuius meminit Ouid. 1. de Arte amandi, Tu modò Pompeia lentus ſpatiare ſub umbra, Quum Sol Herculei terga leonis adit.

Porticula, æ, dimin. στοίδιον. Ci. lib. 4. Epiſt. In porticula Tuſc.

Portio, is, ſ. t. quaſi partio, Significat partem, μέρος, Pli. 9. capit. 35. Sed quota hæc portio eſt? Hinc fit Proportio, quæ eſt duarum rerum inuicem facta comparatio, λόγος, ἀναλογία.

Portiuncula, æ, diminut. μερὶς. Apuleius, Qui quum à me portiunculam poſceret.

Portiſculus, li, Hortator remigum, qui eam perticam quæ & ipſa portiſculus dicitur, in manu tenens, hortatur remiges, urget, & cuncta pro libito moderatur. κελευστὴς. Plau. in Aſin. Tute habes portiſculum. Eunius in Annal. Protiſculus quum ſignum dare cœpiſſet. Ex Nonio.

Portitor, oris, m. t. Propriè dicitur, teſte Valla libro 1. qui homines in ulteriorē fluuij ripam, uel de littore ad nauim uel de naui ad littus traijcit, quem Græci uocāt porthmea, πορθμεύς. Quapropter Charon inferorum portitor dicitur, quòd mortuorum umbras cymba ſutili per Stygiam paludem putetur tranſuehere. Dictus autem portitor à portando, ſicut uector à uehendo: quamuis Laurentius innuere uideatur à portu dictum eſſe portitorem. Verg. 6. Aen. Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat Terribili ſquallore Charon. Dicitur etiam portitor, eodem Laurentio teſte, qui portorium, hoc eſt, fructus pecuniarios portu cōduxit, quiq; nomine portorij ſtipem à uenientibus exigit. Cic. ad Q. Frat. qui nuper in portoriis Italiæ tollendis, non tam de portorio, quàm de nōnullis iniurijs portitorū quereban tur. Accipitur etiā portitor pro eo qui aliquid portat. Stat. lib. 1. Theb. Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrſæ.

Portorium, rij, n. ſ. Naulū, & merces quæ datur portitoribus, hoc eſt, ijs qui nos cymba uel pontone trans fluuiū uel fretum traiiciunt, πόρθμιον. Item uectigal quod portori ſoluitur, hoc eſt, illi qui redemit prouentū portuū, uel fluminum, uel lacuum, uel ſtagnorum, ἀπιμήθιον. Lucilius libro 12. Facit idem quod illi, qui inſcriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent. Plautus in Aſin. Iam ego hunc portitorem priuabo portorio. Cicero 1. de Inuentione, Nam ſi Rhodijs turpe non eſt portorium lotare, nec Hermacreonti quidē turpe eſt conducere. Idem 4. Verrin. His pro rebus quod portorium non eſſet datum, literas ad ſocios miſiſſe L. Canuleium.

Portix, & Portax, id eſt, iuuenca Græcè.

Porto, as, a. p. Fero, affero, gero, nō tantū corpore, ſed etiam animo, & tam bona, quàm mala, ἀίρομαι, κομίζω. Terent. in Andria, Dij boni, boni quid porto? Plautus in Aulul. Vbi onus nequeam portare pariter, iaceam ego aſinus in luto? Plinius libro 11. cap. 17. Apes feſſum reg ēhumeris ſubleuant ualidius fatigatum ex toto portant. Ouidius 2. Triſtium, Et latro, & cautus præcingitur enſe uiator: Ille ſed inſidias, hic ſibi portat opem. Vergilius 9. Aeneidos, Multa patri portanda dabat mandata. Portare item dicimur, quum nauibus aut iumentis aliquid nobiſcum uehimus. Vergilius. 1. Aeneid. Gens inimica mihi Tirrhenum nauigat æquor, Iliū in Italiam portans, uictoſq; Penates. Ibidem, portantur auari Pygmalionis opes pelago. Portare auxilium dicimus, pro adiuuare. Sall. in Catil. Poſt ubi pericula uirtute propulerant, ſocijs atq; amicis auxilia portabant. Huius compoſita ſunt, Apporto, Aſporto, Comporto, Deporto, Expoito, Importo, Reporto, Supporto, & Tranſporto: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Portito, tas, frequentatiuum. Gellius libro 20. capite 1. Crumenam plenam aſium portitans.

Portatus, tus, m. q. uerbale, Actus ipſe portandi. Plinius libro 9 capite 35. Tædia exquiſita perditiore portatu.

Portulaca, Herba eſt frigida & humida quæ dentium tollit ſtuporem, ἀνδράχνη Plin. lib. 25. cap. 23. & lib. 20. cap. 20. & Dioſcorides libro 2. capite 118.

Portunalia, Inter quatuor Græciæ celeberrima certamina numerātur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunū uocant, inſtituta, παλαίμονια: eadem & Iſthmia dicebantur, ab Iſthmo Peloponneſiaco ubi ſolebant celebrari.

Portus, us, m. q. In datiuo & ablatiuo plurali portubus. Locus in litore naues ab hyemis, tempeſtatumq; iniuria uindicans, λιμήν. Cic. in Verr. Statim ſine ullo metu in portum ipſum penetrare cœperunt. Metaphoricōs accipitur pro loco tuto, & quodam aduerſarum rerum perfugio. Cic. ad Brut. Quanquam tum & fugæ portus erat in tuis caſtris, & perfugium ſaluus in tuo exercitu. Inde prouerbiali metaphora, Rem in portu eſſe dicimus, p eo quòd eſt in tuto, & extra omne periculum. Plaut. in Merc. In portu res eſt. Item in portu nauigare, pro eo quod eſt ſecurum eſſe, & omni periculo defunctum. Tracta eſt Metaphora à nauigantibus, qui quum in medio mari nauigant, undarum & uentorum arbitrio iactātur: contrà, quum ſe in portū receperint, nihil

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hil habent negotij cum undis & uentis. Impingere in portu, est in ipso statim operis initio peccare.

Portuosus, a, um, Multos portus habens. Sallust. in Iugurtha, Illam alteram specie quam usu potiorem, quę portuosior & ædificijs magis exornata erat, &c.

Porus, ri, m. ſ. priore prod. πῶρος. A medicis appellatur callus prædurus, ossium & cartilaginis fracturam ferruminãs. Ossa enim & cartilago, quod partes spermaticæ sint, semel fracta, nunquam renascuntur. Ex uiscosiore tamen alimenti parte callus quidam gignitur, quo ueluti glutino coniunguntur. Author Galenus 6. Therap. Porus item genus est lapidis, pario marmori candore & duritia similis, minus tamen ponderosi: quem Plinius inter eos annumerat qui cadaueribus asseruandis sunt idonei, lib. 36. cap. 17. In articulis item pori dicuntur tumores, ex crasso, terrestriq; humore in eos ingrediente collecti, qui nonnunquam etiam contrahuntur ex medicamentorum quorundam usu, quæ multam discutiendi siccandiq;, nullam autem molliendi uim habeant. Pori autem penultima correpta, πόροι, à medicis propriè appellantur meatus cutis, per quos sudor erumpit, & pili.

Pos, uidetur potius significare pontem quàm potẽtem, inquit Varro libro 2. de lingua Latina.

Posca, scæ, f. p. Potio ex aquæ aceticq; mistura temperata, ὄξος κραθὲν. Plin. lib. 30. Tormina sanat palumbus ferus, ex posca decoctus. Celsus puscam appellat per quintã uocalem: Aëtius, & Aegineta etiam phuscam.

Poscinumius, a, um, αὐτοσχεδιάστος, qui poscit numos, un de basica meretricia poscinumia dici possunt, quippe quæ nihil aliud quàm numos poscant.

Posco, poscis, posci, a. t. Propriè rem debitam, & honestam peto, αἰτέω, ἀξιῶ. Varro, Poscere est quoties aliquid pro merito nostro deposcimus. Donatus, Poscimus imperiosè: postulamus iurè, Aliquando prouocare, ἐκκαλεῖν. Verg. 8. Aeneidos. Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum. Cicero 5. Verr. Poscunt maioribus poculis, id est, prouocãt se mutuo ad largius potandum. Aliquando poscere est indicare rem uenalem, & pretium eius taxare. Plautus. Merc. Tanti, quanti poscit, uin' tãti emam illam? Char. Auctarium adijcito uel mille numũm, plus quàm poscet. Aliquando est requirere, exigere. Cæs. 4. belli Gal. Ad quos se celeriter, quum usus poscit, recipiunt. Huius composita sunt, Apposco, quod est iure posco, exigo, προσαιτέω Terentius in Heaut. Minas quidem iam decem habet à me filia, Quas pro alimentis esse nunc duco datas: Hasce ornamentis consequentur alteræ: Porrò hæ talenta dotis apposcẽt duo. Deposco, uide suo loco. Exposco, multum, seu cum instantia, aut publicè posco. ἐξαιτῶ. Liuius lib. 2. Pacem precibus exposcunt. Vergil. 3. Aeneidos. Sed uotis precibusq; iubent exposcere pacẽ. Reposco, quod meum est repeto, ἀπαιτῶ, Verg. Parthosq; reposcere signa. Plautus in Curc. Quam tu uirginem me reposcis?

Posculentum, πότιμον non poculentum dici debere scripsit Hermolaus in Plin. lib. 32. cap. 2. uir nunquam satis laudatus. quanquam à posco etiam posculentum dici possit.

Positio, f. t. Idem quod situs, siue (ut barbari loquuntur) situatio, θέσις. Quint. lib. 3. cap. 7. Illa propria quæ ex loci positione aut minutione sunt. Colum. lib. 1. cap. 6. Naturalis calor contingit positione cæli, & declinatione. Ibidem, Nam ea cæli positio maximè frigida & minimè humida est. Quibus in locis situm cæli appellat, loci situm certam cæli partem respicientem, quem uulgus aspectum uocat. Cic. pro Flac. De quorum urbis positione propter pulchritudinem, etiam inter deos certamen esse proditum est. A Dialecticis, & Rhetoribus. Positiones appellantur, ipsa ueluti fundamenta quibus argumenta innituntur. Quintillianus libro 8. capite 10. Quin aliquando etiam argumenta ex ipsis positionum uitijs ducimus.

Possessio, Possessor, uide Possideo.

Possibilis, uide Possum.

Possideo, es, q. ſ. in Pand. In dominio, seu potestate mea habeo: ex antiquo nomine pos, quod potentem significabat, & uerbo sedeo, κάθομαι, κάθημαι. Terẽt. in And. Quæ illius fuerũt, possidet. Idẽ in Adel. Quid hoc rei est? regnumné Aesch. hic tu possides? Cic. pro Quintio, Omnia aũt bona possessa non esse constitui, quòd bonorum possessio spectetur non in aliqua parte, sed in uniuersis quæ teneri ac possideri possint. Idem ad Atticum, lib. 2. Si mentionem fecerint quo alter ager possideatur. Possidere bona publicè, est quod in manu regia ponere dicimus.

Possessus, a, um, participium. Ouid. 1. Amor. Eleg. 2. Et possessa ferus pectora uersat amor. Possidere bona ex edicto, est per adiudicationem, siue per decretum.

Possessio, onis. f. t. in Pand. Est actus, siue ipsum ius possidendi, κτῆσις, νομή. Cicero 2. Offic. Quinquaginta annorum possessiones mouere, iniquum putabat. Idem pro Quintio, Bonorum possessio spectatur, non in aliqua parte, sed in uniuersis quæ teneri & possideri possunt. Possessio fiduciaria quæ ea conditione nobis traditur ut eam alteri postea restituamus. Liuius 2. belli Maced. Nabidi eam tyranno uelut fiduciariam (subaudi ex superioribus, possessionem) dare optimum uisum, ut uictori sibi restitueret: siquid aduersi accidisset, sibi haberet. Interdum possessionis nomine intelligimus fundum, siue agrum, aliam ue quãuis rem immobilem. Cic. in Catil. Qui magno ære alieno maiores etiã possessiones habent. Idem in Paead. Etenim si isti callidi rerum æstimatores, prata & areas magno æstimant. quòd ei generi possessionum nemo nocere potest. Cicero ad Valeriũ, Is habet in Volaterrano possessionem.

Possessiuncula, diminutiuum. Cicero. ad Att. libro. 13. Credas uelim mihi maiori offensioni esse quã delectationi, possessiunculas meas.

Possessor, oris, m. t. Qui possidet, ὁ κεκτημένος, Liuius 3. ab urbe, Ira sine querelis possessorum plebem in agros ituram, ciuitatem in concordia fore. Verg. 9. Ecloga, Quod nunquam ueriti sumus ut possessor agelli Diceret, hæc mea sint ueteres migrate coloni.

Possestrix, tricis, fœmininum: ut Possestrix monilis apud Afranium, referente Nonio.

Possessiuus, a, um, ut Nomen possessiuum quo res possessa significatur, κτητικὸν. ut Euandrius ensis qui ab Euandro possidetur, Aedes regiæ quas rex possidet.

Possum, potes, potui, ex Pos & sum, Quasi potens sum, δύναμαι. Construitur quandoq; cum ablatiuo. Liuius lib. 10. ab Vrbe, Pecunia deinde qua multum poterant freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur. Habet aliquando post se accusatiuum, sed hoc non nisi per subauditionem alterius uerbi. Verg. 8. Ecloga, non omnia possumus omnes: subaudi facere, uel præstare. Sæpius ponitur sine casu. Plaut. Non hic ut possit, edit, sed posse cupit ut edas. Ponitur aliquando pro ualere, & bene habere, ὑγιαίνειν. Cic. 1. Tuscul. Nihil enim dolet nisi pes, possunt oculi, potest caput, latera, pulmones, possunt omnia. Dicimus nenustè, Potest fieri, pro possibile est: Non potest fieri, est impossibile. Aliquando solùm potest ponitur, nec exprimitur fieri. Plaut. in Pseud. Potest ut alij ita arbiterentur: ego ut ne credã tibi. Cicero ad Lentulum, Poterat utrunq; præclarè, si esset fides, &c. id est utrunq; poterat fieri. Iungitur interdum accusatiuo, cũ præpositione apud, & ualeo significat: ut Hic apud principem plurimum potest, hoc est, ualet, uel habet magnam autoritatem apud principem. Cic. 3. Ver. 1. Loquebãtur enim Decumani palàm, & præter cæteros is qui apud istum plurimum poterat, &c.

Potessũ, Veteres dicebãt quod modò dicimus possum, δύναμαι. Terent. in Eunu. At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos, Sed nihil potesse. Plaut. in Aulul. Censen' talentum magnum exorari potesse Ab isto sene?

Potestur, pro potest, Frequens apud antiquos, Nonio teste. Pacuuius, Siqua potestur inuestigari uia. Lucret. lib. 3. Quæ tamen expleri nulla ratione potestur.

Potens, tis, om. t. Tam participium, quàm nomen inuenitur à possum, δυνατὸς. Sed quando participium est, tempus significat, & accusatiuo iungitur nominum, uel uerbo infinito, nec comparationem accipit: ut multa potens, potens pugnare. Quado uerò nomen, caret tempore, & genitiuo iungitur, & comparationem accipit. Liuius 6. belli Pun. Dum liber, dum mei potens sum, effugere mortẽ, &c. Cic. Attic. lib. 2. Potentissimorum bonorum contumaciam nusquam tuli. Duo reges potentissimi, apud eundem pro Lege Manilia. Potẽs imperij, qui imperiũ obtinet. Potens regni, id est, regno maturus, Liu. Inuenẽ iam esse dicitãs, ac regni potentem. Idem 8. ab Vrbe, Inter sarcinas obiacentes, neq; pugnæ, neq; Iugæ satis potentes cęduntur. Potens uiri uirgo, id est, nubilis, & uiro matura. Diua potens uteri, Ouid. 9. Metã. Ilithyiã intelligit, quã Latinè nos Lucinã uocamus. Potens cum ablatiuo. Vergilius 2. Aeneid. Terra antiqua, potens armis

armis, atq; ubere glebæ. Ouidius Epiſt. 13. Claſſe uideris̃que potens. Potens ſubſtantiuũ. Lucanus lib. 1. Auſus & armatos plebi miſcere potẽres. Cic. pro domo ſua, Itaq; quum tu florens & potens per medium forũ popularis uolitares, &c. Huius contrarium impotens, de quo ſuo loco. A quibus potentia, & impotentia, potenter, & impotenter, δυνάμις.

Potenter, aduerbium. Horat. in Arte. cui lecta potẽter erit res. Quintilianus libro quarto, capite 14. Quod in altercatione fit potentius.

Potentia, æ. f. p. Poteſtas, ſiue uis, δυνάμις. Vergil. 1. Georg. Ne tenues pluuiæ, rapidiſue potentia ſolis Acrior &c. Ponitur aliquando pro authoritate, & opibus ciuilibus. Cicero 2. de Inuentione. Potentia eſt, ad ſua conſeruanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. Differunt autẽ ſecundum Priſcianum, Potentia, & poteſtas quod poteſtas magis pro ui accipitur, potentia pro dominatione. Cic. 3. Off. Qui omnia certa & honeſta negligunt, dummodo potentiã conſequãtur. Plin. Epiſt. 7. lib. 3. Fuit inter principes ciuitatis ſiue potentia, ſiue inuidia.

Potentatus, us, m. q. potẽtia, δυναστεία. Cæſar 1. bell. Gall. Hic quum tantopere de potentatu inter ſe multos annos contenderent, &c. Liuius ſexto belli Punici, At ille quum ab re auerſus, tum æmulo potentatus inimicus, rem anni bali aperit.

Poteſtas, atis, f. t. à uerbo poſſum deducitur, δυνάμις, ἐξουσία. & multa ſignificat, ut Paulus inquit l. Poteſtatis de Verb. ſignif. Nam in perſona magiſtratuum, imperium ſignificat in perſona liberorum patriam authoritatẽ: in perſona ſeruorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione cum eo qui ſeruum non defendit, præſentis corporis copiam, & facultatem. Poteſtas etiam, principes ipſi dicuntur, qui in poteſtate cõſtituti ſunt, quos Græci δυνάστας uocant: & hi qui magiſtratus gerunt, & habent merum imperium, hoc eſt, gladij poteſtatem, ad animaduertendum in facinoroſos homines, & iudiciis præſunt. Vnde non ineptè Prætores urbis uulgò nunc poteſtates dicuntur. Sueronius in Claud. Iuriſdictionem de fidei commiſſis, quotannis & tantum in urbe delegari magiſtratibus ſolitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias Poteſtatibus demandauit. Plinius libro 29. capite 4. Pingue draconis in pede dorcadum neruis cerũinis adalligatum in lacerto, uictoriam iudiciorum conferre exiſtimant, primum ſpondylum, aditus Poteſtatum mulcere. Poteſtas item ponitur pro conſilio & ratione. Vnde exiſtere aliquem de poteſtate dicimus mentis impotem fieri, ἐξίστημι. ut apud Ciceronẽ 4. Tuſc. Iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate, id eſt, de mente. Solet hoc nomen à præteritis ſequentibus uerbis apponi. Dicimus enim, dare poteſtatem alicuius rei cuipiam. Deferre alicui alicuius rei poteſtatem. Facere poteſtatem: Facere poteſtatẽ alicuius uiri, quod eſt dare aditum ad illum. Habere poteſtatem alicuius rei: Habere aliquem in ſua poteſtate. In poteſtate alicuius eſſe, id eſt, in ſubiectione. Aliquando tamen ponitur pro eo quod eſt ex eius conſilio pendẽre, ei obtemperare. Permittere poteſtatem alicui alicuius rei. Peruenire in poteſtatem alicuius. Ponere quippiam in poteſtate alicuius. Priuare poteſtate aliquem quicquam faciendi. Reddere poteſtatem alicui alicuius rei. Redigere aliquem in ſuam poteſtatem. Redire in poteſtatem. Sub poteſtate alicuius eſſe. Suſcipere in poteſtatem. Dimittere ex poteſtate: Tenere aliquem in ſua poteſtate. Tradere poteſtatem alicui alicuius rei. Venire in poteſtatem alicuius. Dicimus quoque Poteſtas tua eſt, pro Tu potes. Quæ tum erat poteſtas, dixit Cicero pro Cluentio, pro Quod tum poterat fieri. Orationes in quibus uerbum poſſum ponitur, efferri poſſunt eleganter per nomen poteſtas. Terentius in Andria. Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur, id eſt, potes ſeruare illum. Ibidem, Poteſtas fuit liberius uiuendi, id eſt, potuit liberius uiuere. Cicero pro Quintio, Poteſtas tibi fuit quotidie hominem admonendi, id eſt, potuiſti quotidie hominem admonere. Plautus in Sticho, Malefaciendi eſt mihi poteſtas, id eſt, poſſum malefacere.

Poteſtam, pro poteſtate ueteres uſurparunt. Plautus, Neque deſidiæ in otio operam dediſſe, neque poteſtam ſibi fuiſſe, adeò arctè cohibitum eſſe à patre.

Poſſibilis, le, om. t. Dicitur quod fieri poteſt: cuius contrarium eſt impoſſibile, δυνατὸν. Plautus in Sticho, Poſſibile eſt tandem Stantem ſtanti ſuauium dare, amicum amicæ? Quintilianus libro 3, capite 8. Poſſibile, durum ait eſſe uocabulum, ſed neceſſarium, quum aliud non habeamus. Melius ergo (inquit) qui tertiam partem fecerunt δυνατὸν, noſtri poſſibile nominant, quæ ut dura uideatur appellatio, ſola tamen eſt.

Poſt, Præpoſitio quæ & cõpoſita, & ſeparata inuenitur κατὰ. Separata ordinem demonſtrat ſiue loci, ſiue temporis, ſiue alicuius alterius rei: & deſeruit accuſatiuo. Vergilius 9. Aeneid. Magnũ ſe poſt cratera tegebat. Idem 1. Ecloga, Poſt aliquot mea regna uidẽs mirabor ariſtas. Horatius lib. 1. Epiſt. O ciues, ciues, quærenda pecunia primum eſt, Virtus poſt nummos. Quandoque tamẽ ponitur loco aduerbij poſtea, & hoc quando nulli caſui ſeruit, aut quando iungitur ablatiuo, ὕστερα. Vergil. 1. Aeneid. Poſt mihi non ſimile pœna commiſſa luetis. Salluſtius, Vbi periculum aduenit, inuidia atq; ſuperbia pòſt fuere. Cum ablatiuo. Vergilius 6. Aeneidos, Ille admirans uenerabile donum Fatalis uirgæ, longo poſt tempore uiſum. In compoſitione etiam eandem ferè habet ſignificationem quam ſeparata: ut Poſtpono, Poſthabeo, Poſthac, Poſtea.

Poſtea, componitur ex poſt & ea, ὕστερα, μετέπειτα. idemq; ſignificat quod exinde Salluſtius in Catil. Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor pro Prætore miſſus eſt. Hinc fit compoſitũ poſteaquam, ἐπειδὴ, ſicut à poſt, poſtquàm: quæ ambæ connexiuæ particulæ ſunt quibus prædictis ſequentia connectuntur. Cicero Planco. Et abſui proficiſcẽs in Græciam, & poſteaquã de meo curſu Reip. ſum uoce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui. Aliquando inter poſtea & quàm, interponitur uerò, & ſignificat ſed poſtea quàm. Cic. Appio, Poſtea uerò quàm ita cœpi. Grãmatici præcipiunt ultimã ſyllabam aduerbij poſtea, eſſe producendam, quemadmodum uidemus fieri in ſimilibus aduerbijs antea, præterea, interea, propterea, & ſiqua ſunt id genus alia. Apud Ouid. tamen ferè ſemper corripitur, ut libro 1. Faſtorum, Poſtea mirabar cur non ſine litibus eſſet Ille dies. Et alibi, Qua ſemel amiſſa, poſtea nullus eris.

Poſtergo μετάμαι. Poſthabeo, relinquo, poſtpono, & quaſi poſt terga iacio: à quo Poſtergator, & Poſtergatio.

Poſterus, a, um, Temporis ordine ſubſequẽs: ut Poſtera dies, id eſt, ſequens, ὕστερος, ὀπίσθιος. Vergil. 4. Aeneid. Poſtera Phœbæo luſtrabat lumine terras. Cic. 4. Ver. Id ei poſtera die uenit in mentem, è lege Rupilia ſortiri dicas oportere. Ibidem, Poſtero anno L. Metellus mentionem tui cenſus fieri uetat. Hinc poſteri dicuntur, quicunq; ex nobis, & poſt nos, etiam ex aliis naſcentur, μεταγενέστεροι, ὀπίγονοι. Cic. 3. de Natura deorum. Expectantur hæ pœnæ à liberis, à nepotibus, ac poſteris. Plin. lib. 11. c. 1. Tàm digna miraculo, ut Lucinis Metianus prodendum etiam poſteris putarit. Quũ dicitur, In poſterum proſpicere, in poſterum differre, ſubauditur tẽpus. Cic. pro Muræna, Sapiens ac multa in poſterum proſpiciens. Idem ad Atticum, Diſtulimus ſermonem in poſterum. Huius antitheton eſt, In præſens. Cicero in Catil. Magna tempeſtas inuidiæ, ſi minus in præſens. at in poſterũ impendet. Poſteri pedes, hoc eſt, poſteriores qui poſt primos ſunt, ὀπίσθιοι. Poſtero, abſolutè, pro poſtero die. Tacit. lib. 4. Idemq; quum poſtero ad quæſtionem traheretur. Hinc componitur præpoſterus, hoc eſt, peruerſus, qui rerum ordinem perturbat, πρωθύστερος. Cic. Caſſ. Præpoſteros habes tabellarios: etſi me quidẽ nõ offendunt: ſed tamen quum à me diſcedunt, flagitant literas: quum ad me ueniunt, nullas afferũt. Quint. Prępoſtera res occidere, deinde erubeſcere. Præpoſtera libido, nefandum maſculę libidinis flagitium, in quo naturę, ſexusq; ordo peruertitur. κατανυσσω.

Poſterior, & hoc poſterius, comparatiuum, ὕστερος. Vnde poſteriora in animali dicũtur quæ à tergo ſunt, & à facie auerſa. Cic. 12. Philip. Poſteriores cogitationes (ut aiunt) ſapientiores ſolent eſſe. Interdum idem eſt quod uilior, abiectior, & minoris pretij. Idem Attico libro 10. Quorum utriq; ſemper patriæ ſalus & dignitas poſterior ſua dominatione, & domeſticis commodis fuit. Idem 3. Phil. Tu uerò ita uitam, corpusq; ſeruato, ita fortunas ita rem familiarem, ut hæc poſteriora libertate ducas. Terent. in Adel. Si id fit dando, atq; obſequendo, non poſtriores feram. Vbi Donatus, Non poſteriores feram, ſubauditur, partes. Poſteriora, & Superiora apponuntur. Cicero 3. de Oratore, Paria eſſe debent poſteriora prioribus.

Poſtremus, ſuperlatiuum, Vltimus, ὕστατος. Ter. in Phor. Hæc denique eius fuit poſtrema oratio. Poſtremos homines, pro perdi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

perditissimis, & sceleratissimis, dixit Cicero ad Brutum, Quod si Romanos nos esse meminissemus, nõ audacius dominari cuperent postremi homines, quàm id nos prohiberemus. Idem pro Roscio Amerino, Sin autem id actum est, & idcirco arma sumpta sunt ut homines postremi pecunijs alienis locupletarẽtur, & in fortunas uniuscuiusq; impetum facerent, &c.

Postremissimus, ueteres pro postremò dixerũt ὕσατος. quemadmodum & postremitas pro extremitate: ut annotauit Sipontinus.

Posterius, aduerbium, Idem ferè significans quod postea, uel posteriore loco ὕστερον. Plaut. in Epid. Vos priores esse oportet, nos posterius dicere, Quod plus sapitis. Plaut. in Amph. Ne tu posterius in me culpam transferas. Cic. 6. Verr. Tum mittit rex ad illum: si sibi uideatur, ut reddat, iubet iste posterius ad se reuerti.

Postremò, aduerbium ordinis, significãs idem quod denique ultimo loco, tandem, τὰ ὕσατα, τὸ πλινταῖον. Sallust. Postremo omnibus modis pecuniam trahunt. Pro eodem etiã dicimus, Ad postremũ. In posterum uerò, significat in futurum tempus, τὸ λοιπὸν. Quintilianus libro 1. Multa linguæ uitia nisi primis eximantur annis, inemẽdabili in posterum prauitate durantur.

Postremùm, quoq; superlatiuum aduerbialiter ponitur: ut ultimũ. Terent. in And. Si id facis, hodie postremũ me uides.

Posteritas, atis, f. t. Hoc est, ipsi posteri, qui & minores dicũtur. οἱ μεταγενέστεροι. Cic. in Lel. Quo in genere sperare uideor, Scipionis & Lælij amicitiã notã posteritati fore. Idẽ 1. Tusc. Quum optimus quisq; maximè posteritati seruiat. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 5. Quam laudem à sera posteritate ferat.

Postfero, pen. cor. Postpono, ὕστερον τίθημι. Plinius lib. 3. cap. 4. de Narbonensi prouincia loquens, Vrbibus, & agrorũ cultu, uirorum morumq; dignatione, amplitudine opum, nulli prouinciarum postferenda.

Postfuit, Posthabitum est. Sall. Sed ubi periculum aduenit, inuidia, atq; superbia postfuere. Budæus.

Post geniti, diuisis dictionibus, Idẽ qui posteri, οἱ μεταγενέστεροι. Horat. 3. Carminum, Ode 24. Clarus pòst genitis.

Posthabeo, es, a. f. Postpono, ὕστερον τίθημι, ὀλιγωρῶ, περὶ ἀπλάτου ποιῶμαι. Terent. in Phorm. Nam omnes posthabui mihi res, ita ut par fuit: Postquã tantopere id uos uelle animum aduerteram. Verg. 7. Ecloga, Posthabui tamẽ illorum mea seria ludo. Cic. 5. Tusc. Vt omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo uitæ statu exquirendo collocarent.

Posthac, Deinceps, in futurũ, quasi post hoc tempus, κατὰ ταῦτα, τὸ λοιπὸν, εἰς τ' ἔπειτα. sicut antehac, ante hoc tempus. Terent. in And. Posthac quas faciet deintegro comœdias. Vide Val. lib. 2. cap. 57.

Posthumus, pen. cor. ex post, & humus componitur. Qui post mortem parentis natus est, quasi post humatũ, hoc est, sepultum patrem natus, ὀψίγονος. Plaut. in Aulul. Post mediam ætatem, qui mediã ducit uxorem domũ, Sicam senex anum prægnantẽ fortuitò fecerit. Quid dubitas quin sit paratum nomen puero posthumus? Cic. 3. de Finibus. Dicũq; ut liberis cõsultum uelimus, etiam si posthumi futuri sint.

Posthumus, ma, mum, pro futuro, & sequenti, & postero. Vnde & Apuleius Posthumam spem dixit. Vergilius 6. Aeneid. tua posthuma prodes. Cic. pro Cecina, Filius posthumus.

Póstícum, ci, n. f. pen. prod. à post stãdo, Ostium est in postriore parte ædium, πλαγία θύρα. Plaut. in Sticho, sed quum cogito, Potius quã in diuidiam ueniam, est etiã hic ostium, Aliud autem posticum nostrarum harum ædium: Ea ibo ob sonatum, eaq; referam obsonium. Horat. libro 1. Epist. Atria seruantem postico falle clientem. Pro eodem etiam postica fœminino genere dicitur. Ammianus, Per posticam ingressus, refertam inueni confluente ex finitimis uirili & muliebri sexu. Postica etiam augures appellabant plagam Septentrionalem, propterea quod qui inaugurabantur, hãc cæli partem à tergo habebant, facie in meridiem conuersi, quam idcirco anticam uocabant. Occasum autẽ dexteram appellabant, quemadmodum Ortum sinistram. Item postica, linea est in agris diuidendis quæ ab Oriente in Occidentem spectat. Omnia deniq; quæ post nos sunt, postica dicuntur: & quæ ante nos, antica.

Posticula, læ, diminutiuũ à postica, p posteriore domus parte. ἐπιθύδομος. Apul. Per quãdã breuẽ posticulã intrò uocat me.

Posticulum, li, n. f. diminutiuũ eiusdem significationis. Plautus in Trin. Posticulum hoc recipit, quum ædes uendidit. Ibidẽ, Vbi nunc filius meus habitat: S. hic in hoc posticulo.

Posticus, a, um, adiectiuum est, significans illud quod post nos est, ὀπίσθιος. Quando uerò anticam & posticam dicimus, subauditur nomen pars, uel aliud simile. Persius Satyra 1. posticæ occurrite sannæ. hoc est irrisioni factæ à parte postriore. Ausonius, postico uulnere fossor.

Postidea, Id est, post id, siue deinde. Plaut. in Sticho. Quia æquius est nos potiorem habere te, postdica uiros nostros. Ibidem, Postidea loci si hoc edixerit.

Postilena, æ, pen. prod. Incuruum lignum, siue crassius lorum quod sub iumenti cauda ponitur: à post stando dictũ, quòd posteriorum iumentorum partem exornet, οὐρά. Plautus in Casina. Ita re aggerunda aqua curuum faciam prohè, ut postilena possit ex te fieri. Contra, antilena dicitur qua pect⁹ cingitur, τὸ προστερνίδιον, Gallicè Vn poictral dun cheual, ou autre beste, Postilena, Vn cropiere.

Post illa, Duæ dictiones in unam cõiunctæ per subunionẽ idem significantes quod aduerbium postea, autore Donato. Terentius in Eunu. Tu tescis post illa quam intimum habeam te.

Postes, m. t. In ædificiis dicuntur latera ostiorum, ex lapide, lignóue, quorũ alter fores sustinet cardinibus affixos, alter seram recipit & repagula quũ ostium clauditur, παραστάτης. Vergilius 2. Aeneidos, Hærent parietibus scalæ: postesq; sub ipsos Nituntur gradibus. Idem 7. Ecloga. hic plurimus ignis Semper, & assidua postes fuligine nigri. Idem 2. Aeneidos, emoti procumbunt cardine postes. Cicero pro domo sua, Parietibus, tectis & postibus meis bellum intulisti.

Postliminium, nii, n. f. ex post & limen componitur: quæcunq; enim à nobis alienata ad hostem perueniũt, quum à nostro limine exierint si post ad limen reuerrantur, postliminio redeunt, ἀναπόμπιμον, Festus, Postlimino receptus est, si qui extra limina, hoc est, terminos prouinciæ captus fuerat, rursus ad propria reuertitur. Plautus Iureconsultus de Cap. l. Postliminium. Postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, internos & liberos populos, reges; q; morib. ac legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam circa bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimus postliminio recipere id quod naturali æquitate introductum est: ut qui per iniuriã ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos redijsset, pristinum ius suum reciperet. Seruius Sulpitius Iurisconsultus, referente Cicerone, in Topicis, ~~in dictione Postliminium, nihil notandum putauit nisi particulam post~~, reliquam uo cabuli partem solum addiramentum putabat: tanquam liminium nihil significaret: sicut Tullium (supplementum est in medium) lio. Scęuola autem putauit postliminium ex duabus dictionibus, post, & limen, esse compositũ. Postliminio quietis, apud Apul. significat post quietem. Nã reuersio quædam postliminij uocabulo significatur. Postliminio mortis, id est, reuersione à morte, & post mortem.

Postmeridianus Vide Meridianus.

Postmitto, is, Posthabeo, negligo, parui, aut nihili habeo, περὶ ἀπλάτου ποιῶ. Cicero pro Cælio, Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus in insidijs doctissimi hominis dissimulandum putaret?

Postmodum, pen. cor. Idem quod postea, quasi post modò ὕστερον. Liu. lib. 1. ab Vrbe Sæpe ex iniuria postmodum exoriam gratiam. Dicitur & posmodò. Idem lib 4. Si Ardeates sua tempora expectare uelint, arbitrium q; Senatui leuandæ iniuriæ suæ permittanti fore ut postmodo gaudeant se ire moderatos.

Postomis, midis, ἐπισωμίς. Ferrum est teste Nonio, quod ad cohibẽdam equorũ tenaciam, naribus, uel morsui imponitur. Lucilius, Postomides huic ingentes de naribus pendẽt.

Postpono, nis, postposui, postpositũ, 3. t. Id est, retropono, post habeo, περὶ ἀπλάτου ποιῶ. Plin. lib. 25. cap. 19. Cyrenaica regio loton suæ postposuit paliuro. Ouid 6. Metam. uos q; postponere natis Ausa suis. Horat. 1. Epist. 18. Dormiet in lucem scorio postponet honestum Officium. Aliquando ponitur pro omittere. Cic. F. ad Tironem, Omnia postposui dummodo præcepris patris parẽrem. Cæsar 6. belli Gallici. Vt omnia postponere uideretur, concilium in Lutetiam Parrhisiorum transfert.

Postprincipia, Dictio cõposita, qua Varro apud Gellium utitur, lib. 16. cap. 18. pro progressu rei alicuius qui principia utitur, lib. 16. cap. 18. pro progressu rei alicuius qui principia subsequitur. Voluptas aũt (inquit) uel utilitas taliũ disciplinarũ in postprincipijs existit, quum perfectæ absolutæq; sunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sunt: in principiis uerò ipsis, ineptæ & insuaues uidentur.

Postquam, & Posteaquã, Connexiuæ particulæ sunt quibus dicta sequentibus connectuntur, ἑπαθρὰ. Vergil. 3. Aeneidos Postquam altos tetigit fluctus. Vide Postea.

Postremus, adiectiuum, **Postremo**, aduerbium; Vide Posterus.

Postridie, aduerbium, Idem est quod postero uel sequenti die, τῇ ὑστεραίᾳ, τῇ ἐπιούσῃ, sicut contrà pridiè, priore, uel præcedente die, τῇ προτεραίᾳ. Gellius putat pridie dictum esse quasi pristino die, Verba eius sunt hæc, libro 19. capit. 14. Die pristini eodem modo dicebatur: quod significabat die pristino, id est, priore: quod uulgò Pridie dicitur, conuerso cõpositionis ordine, quasi pristino die. Festus uerò (cui magis accedendum puto) compositionem pridie antiquam esse inquit, quum ait, Priuignus dictus est, quod antequam mater secundo nuberet, est progenitus. Pri enim antiqui pro præ dixerunt. Pridie igitur ex præ & die compositum, pristini siue præcedenti die, siue die uno antè significat. Postridie uerò, postero die. Valla, Postridie, quasi cras, non præsentis diei, sed cuiusdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Sic pridie, quasi heri, non præsentis diei, sed cuiusdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Lactantius libro quinto de uero cultu exemplum posuit, loquens de Carneade, Is (inquit) quum legatus ab Athenienſibus Romam missus esset, disputauit de iustitia copiosè, audientibus Galba & Catone & Censorib. maximis tunc oratoribus. Sed disputationem suam postridie contraria disputatione subuertit: & iustitiam quam pridie laudauerat, sustulit. Plautus in Stico, Qui potest mulieres uitare, uitet: ut quotidie pridie, caueat, ne faciat quo pigeat postridie. Pridie igitur, priori die, siue præcedente die significat, ut etiam apud Catonem libro de Re rustica, Si quem purgare uoles, pridie ne cœnet. Postridie uerò, postero die: nec post tres dies ullo modo significat, ut hoc Catonis exemplum apertissimè demonstrat, ex libro de Re rustica capite 65. Oleum uiride sic facito: Oleam quàm primum ex terra tollito: si inquinata erit, lauito: à foliis & stercore purgato: postridie, aut post tertium diem quàm lecta erit, facito. Non enim adiecisset diem tertium, si postridie, post tres dies significaret. Habent autem pridie & postridie aliquando post se hos genitiuos Eius diei. Cicero Lentulo, Ad duodecimum Calendas Februarii, dum in Senatu pulcherrimè staremus, quod iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, hoc est, eo die qui præcessit duodecimum Calẽdas. Cæsar libro primo, belli Gallici, Postridie eius diei Cæsar præsidio utrisque castris quod satis esse uisum est, reliquit, id est, postero die qui illum sequebatur. Aliquando etiam alius eis genitiuus iungitur: ut Pridie, siue postridie Calendarum, Nonarum, Iduum. Nonnunquam & accusatiuum habent. Cicero Appio, Pridie Nonas Iunias quum essemus Brundusii hoc est, die præcedenti Nonas, siue die ante Nonas. Liuius, Etiã postridie Idus rebus diuinis supersederi iussum. Quo item modo, postridie Calendas dicitur, id est, die post Calendas. Cicero ad Atticum, Postridie Compitalia uenito. Interdum pridie & postridie sequitur quàm: ut pridiè quàm intres patriam, sacrificium facito. Liuius libro secundo, ab Vrbe, Nam quum pridie quàm legati ad Tarquinios proficiscerentur, cœnatum fortè apud Titellios esset, &c. Id est, die præcedenti antequàm legati ad Tarquinios proficiscerentur. Similiter illud Suetonii in Cæsare, Et pridie quàm occideretur, in sermone nato super cœnam apud M. Lepidum quisnam esset finis uitæ commodissimus, repentinum inopinatumque prætulerit. Pridie, inquit, quàm occideretur, hoc est, eo die qui diem mortis eius præcedebat. Cuius loco dicere non possemus, pridie quo occideretur, ut nonnulli loquuntur: huiusmodi enim sententia secum pugnaret. Itaque non satis rectè putauit Valla in huiusmodi locutionibus, Quàm particulam accipi pro relatiuo Quo. Neque enim satis aptè hanc orationem, Pridie quàm occideretur, sic interpreteris, Pridie quo occideretur: sed potius sic, Pridie postquàm occideretur. Similiter, Postridie quàm pater mortem obiit, epulũ feci, id est, postquàm pater mortẽ obiit, postridie epulũ feci: ut dies mortis, luctui seruiat: posterа uerò, epulis. Non autem, Postridie quo pater mortem obiit, epulum feci: quod nec orationi, neque sensui conuenit. Nam postridie, alium diem exigit præcedentem: in isto uerò exemplo, nullus alius dies præcessit. Ergo quàm pro postquam exponendum est, ut postridie, sequatur ipsum diem quo pater mortem obiit. Similiter, Postridie quàm uxorem duxero, nauigandum est mihi. Si quàm, pro quo sumatur, nõ rectè fiet interpretatio. Igitur necessariò quàm pro postquàm, non pro quo sumendum est, nisi hoc modo sumamus, postridie, id est, postero die ab eo quo pater mortem obiit, epulũ feci: & postridie ab eo quo uxorẽ duxero, nauigandũ est mihi. Et Valla fortè ita intellexit. Hoc modo sumẽda sunt pleraq; Liuij exempla, ut lib. 3. Altero anno trecẽtesimo quàm condita Roma erat, iterum mutatur fortuna ciuitatis à Consulibus ad Decemuiros. Et libro 4. Dictator exercitu uictore domum reducto, die octauo quàm creatus erat. id est, octauo die ab eo quo creatus erat. Et illud, quàm condita Roma erat: id est, ab eo quo condita Roma erat. Quod etiam pro postquam sumi potest. Possunt tamẽ Vallæ exempla breuius exponi, ut quàm pro quum, sumatur hoc modò: quàm, hoc est, quum pater mortem obiit, epulum feci postridie: & quàm, id est, quum uxorem duxero, nauigandum est mihi postridie. Illud autem Ciceronis ad Tironem, Menandrius postridie ad me uenit quàm expectarem: pro quum omnino sumitur, non pro postquam, neq; pro antequam, neq; ab eo quo: hoc modo, Menandrius quàm, id est, quum die præcedẽti eum expectarem, uenit ad me postridie. Vnde rectè sequitur, Itaq; postridie habui noctem plenam timoris. id est, noctem quę ipsum diem præcedentẽ insecuta est, & intercesit inter postridie, hoc est, sequentem diem, & ipsum præcedentem. A Pridie fit Pridianus, na, num, pro eo quod pridie alicuius diei factũ est. χθίζος, προτεραῖος. Suetonius in Calig. Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Plautus in Milite, postriduo dixit pro postridie, Postriduo (inquit) narus sum ego mulier, quàm Iupiter ex ope natus est.

Postulo, as, a, p. Instãter, & meo quodammodo iure aliquid peto, αἰτῶμαι, ἀπαιτέω. in qua significatione præter accusatiuum habet & ablatiuum mediante præpositione à uel ab. Cicero 2. libro Epistolarum, Omnia uolo à me postules & expectes. Idem de Amicitia, Nec quicquam, nisi rectum & honestum alter ab altero postulabit. Nonnunquam etiam duos accusatiuos. Idem alibi, Atq; hoc tamen te scire uolo, me de isto sumptu nihil decreuisse, nisi quod principes ciuitatum me postulauissent. Solet ita distingui inter postulare, poscere, petere, obsecrare & flagitare: quod possumus imperiosè, petamus precario, postulemus iure, obsecremus per sacra, flagitemus cum arrogantia, nec sine conuicio. Quæ tamen differentiæ non sunt perpetuæ. Interdum postulare idẽ est quod requirere, uel exigere: ut quum dicimus, Res, locus, persona, tempus, causa, hoc uel illud postulat. Cicero pro Ligario, Longiorem orationem causa forsitã postulat, tua certè natura breuiorem: Idem 2. de Oratore, Vt causæ natura, & temporis ratio postulabit. Nonnunquam idem ualet quod accusare in iudicio, siue crimen alicui quod intendere, κατιᾶσθαι, δίκην, ἐπάγειν. Suetonius in Cæsare, Cæterum Cornelius Dolabellam Consularem & triumphalem uirum repetundarum postulauit. Idem in Augusto capite 56. Affuit & clientibus, sicut scutario cuidam euocato quondam suo, qui postulabatur iniuriarum. Interdum postulare est cupere, uelle, expectare. Terentius in Adelphis, Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet? id est, uelit, aut speret. Item postulare (sicuti docet Vlpianus l. 1. ff. de Postul.) est desiderium suum, uel amici in iure apud eũ qui iurisdictioni præest, exponere, uel alterius desiderio contradicere. Postulare quæstionem, eius est qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri quem uindicare ad eum pertineat. Liuius 2. ab Vrbe, Senatus tumultuosè uocatus, tumultuosius consulitur, quæstionem postulantibus ijs qui pulsati fuerant. Expostulare, est quum quærimur iniuriam apud illum à quo accepimus, & habet in se reprehensionem: de quo alibi. Hinc expostulatio, quæ est apud illum ipsum qui peccauerit: Postulatio, de illo apud alterũ.

Postulatio, onis, f. t. Querela, & quasi iusta interpositio querelarum. Plautus in Bacchid. Acris postulatio hæc est, quum huius dicta intelligo. Propriè tamen postulatio idem ferè est quod petitio. Cicero Attic. libro 3. Est illa impudens qui dem postulatio. Idem pro Murena, Concessit Senatus postulationi tuæ. Vacare postulationibus, est quod uulgò dicitur, Expedire requestas. Plinius in Epist. Senecio quum exploraſſet Consules postulationibus uacaturos, cõuenit me, &c. Respondere postulationibus, idem. Item postulationes aduocatorum sunt, patronorumq; in foro. Suetonius in Nerone, Celeberrimis patronis non translatitias, & breues (ut affolet) sed maximas, plurimasque postulationes certatim ingerentibus.

Postulatum, ti, Ipsa postulatio. Cæsar 4. Belli Gallici, Huc postero

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtero die quàm frequentiſsimi conuenerunt, ut de eorum poſtulatis cognoſceret. Cicero 4. Verrin. Hoc commoti dolore, poſtulata Conſulibus. quæ non poſtulata, ſed in iſtum crimina uiderentur eſſe, ediderunt.

Poſtularia fulgura, inquit Feſtus, quæ uotorum, aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignant.

Potamogiton, Tripolium apud Dioſc. lib. 4. cap. 136.

Potamogiton, Herba apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 102.

Potamogiton, Limonion, Beta ſylueſtris, apud Dioſc. lib.

Pote, Vide Potis. (4. cap. 19.

Potens, Potenter, Potentatus, Potentia. Vide Poſ-

Potera Capparis, Magicè. (ſum.

Poterium, n. ſ. *ποτήριον*, A Græcis dicitur quod nos poculum dicimus. Plautus in Sticho, Quibus diuitiæ domi ſunt, cantharis, batiolis Bibunt: nos noſtro Samiolo poterio tamen uiuimus. Eſt & nomen herbæ ex genere ſpinoſarum, quæ à Galeno neuras appellatur, quod medeatur neruis. Dicitur & phrynion, quod rubetis ranis aduerſetur, quas Græci phrynos uocant. Vide Plin. lib. 17. cap. 12.

Poteſſe, Poteſſum, Poteſtas, Poteſtur, Vide poſſum.

Pothos, duplex, Alterum genus Hiacynthi flore. Alterum ſine colore candidum, quo ſepulchra coronabant, à quo & nomen quaſi deſideratis eſſe dicuntur.

Potin', pro potisné, Vide Potis.

Potio, potionis, **Potiono**, potionas, Vide Poto.

Potior, & potius comparatiua, pro melior & melius. Vide Potis.

Potior, tiris, d. p, à potis deducitur: hodieq; magis quartæ cõiugationis eſt, olim etiam tertiæ, *κρατέω, ἐπικρατὴς γίνομαι, ἐπιτυγχάνω*. Verg. 3. Aeneid. fas omne abrũpit, & auro Vi potitur. quid nõ mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Ouid. 13. Metamorph. Tuq; tuis armis, nos te poteremur Achille. in infinitiuo, & participijs præteriti & futuri temporis ſemper quartam coniugationem ſequitur, nunquam tertiam. Eſt autem potiri, uoti ſui in re aliqua deſiderata compotem fieri: remq; cupitam obtinere, & in poteſtatem ſuam uindicare, habetq; modò genitiuum, modò ablatiuum. Cic. Lent. lib. 1. Epiſt. Si tibi exploratũ ſit, eius regni potiri poſſe. Autor ad Heren. lib. 1. Athenienſium potiti ſunt Spartiatæ. Cic. 1. Offic. Omni Macedonum gaza potitus eſt Paulus. Idem 2. Inuent. Si eo portu potiti eſſent. Nonnunquã idem eſt q; fruor, & ſic ablatiuo potiſſimũ iungitur, *ἀπολαύω, καρπέομαι*. Cic. de Senect. Quod ſi his uoluptatibus bona ætas fruitur libentius, primùm paruulis fruitur rebus, ut diximus: deinde ijs quibus ſenectus etiamſi non abundè ponitur, non omniño caret. Nonnunquam etiam accuſatiuo, ſed rarius. Terent. in Adelph. Patria potitur cõmoda. Aliquãdo etiam cum genitiuo, & præcipè cum hoc genitiuo rerum. Cic. ad Lent. lib. Otium nobis exoptandum eſt, quod ij qui potiuntur rerum, præſtaturi uidentur.

Potiridion, *ποτηρίδιον*. Pocillum.

Potis, & pote, adiect. potior, potiſſimus, Idem quod potens potentior, potẽtiſſimus, uel bonus, melior, optimus, *δυνατὸς*. Verg. 3. Nec potis Ionio fluctus ſuperare ſequendo. Cic. 2. Tuſcul. ex antiquo aliquo poëta, Neq; ſanguis ullo potis eſt pacto profluens cõſiſtere. Terent. in Phorm. Mea lege utar, ut potior ſit qui prior ad dandum eſt. Vt potitor ſit, inquit, hoc eſt, ut melior uel charior ſit. Pote apud ueteres aliquando legitur pro poſſibile. Plautus in Caſina, Nec pote quicquam commemorari.

Potiſſimus, ſuperlatiuũ, Ferè exponitur per optimus, aut præcipuus. Quint. lib. 12. cap. 3. Vt ſemel quod eſt potiſſimũ, dicam, hoc eſt, præcipuum.

Potin', Hoc eſt, potisné es, ſiue potisné. Plaut. in Epid. Potin' ut moleſtus ne ſies? Terent. in Andr. Potin' es ut deſinas?

Potior, & potius, Cõparatiua ab antiquò nomine potis, idem ſignificantia quod melior & melius, *κρείσσων, βελτίων*. Cic. 4. Tuſcul. Filius plus pollet, potiorq; eſt patre, id eſt, melior, aut præſtantior.

Potiſſimum, ſuperlatiuum, id eſt, optimum, præcipuum, exquiſitum. *βελτίστων*, Plin. Epiſt. 79. Nam ſi hoc opuſculum noſtrum aut potiſſimum eſſet, aut ſolum, &c. Sic potiſſima ratio, potiſſima nobilitas.

Potius, potiſſimùm, uel potiſſimè, aduerbia quæ ſignificant magis, & maximè, *μᾶλλον*. Differunt autem potius, & potiſſimùm, ſeu potiſſimè, quòd potius, ad duo tantùm: potiſſimùm uerò, ad plura refertur, ut Quem potius inſtituã hæredem: Fabium an Lucium? aut, Quam natarum potiſſimum erudiam? ſi multę ſint. Autor ad Herennium libro 1. Ex comparatione in qua per contentionem utrum potius, aut quid potiſſimum ſit, quæritur. Idem ibidem, Quum quæritur orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potiſsimum dicat. Cicero in Lęlio, Hactenus mihi uideor de, amicitia quid ſentirem, potiſsimè dixiſſe. Plautus in Pſeud. Hunc diem ſumpſimus potiſsimè Inuenitur tamen quandoq; potiſsimum referri ad duo. Cicero, Quanquam præſtat honeſtas incolumitati, tamen utri potiſsimum conſulendum ſit, deliberetur.

Potito, Vide poto.

Poto, as, aui, atum, & potũ, n. p. Significat bibo, *πίνω*. Cicero de Claris Oratoribus, Si potare uelis, de dolio tibi hauriendum eſt. Idem 2. Philipp. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum, totos dies potabatur, &c. Idem 1. de Finibus. Tum ipſum quum uigilijs & fame cruciaretur, clamat uirtus beatiorem fuiſſe, quàm potantem in roſa Thorium. Aquam potare galea, Tibullus lib. 2. Eleg 7. Acetum acre potare, Horatius 1. Sermonum, ſatyra 3. Vergilius 3. Georgicõn Et lac concretum cum ſanguine porat equino. Arbores quoq; potare dicuntur, quum liquor radicibus affunditur. Plinius lib. 12. cap. 1. Docuimus etiã arbores uina potare. Lanę etiam colores potare dicuntur. Plinius lib. 9. cap. 38. Quinis lana potat horis, tinctuſq; mergitur carminata, donec omnem ebibat ſanies. Eius compoſita ſunt Appoto, quod eſt multum poto. Plaut. in Curc. Põſtquam cœnati atq; appoti, talos poſcit ſibi in manum: Prouocat me in aleam, ut ego ludam. Compoto, ſimul poto, *συμπίνω*. Vnde Compotatio, quam Græci *συμπόσιον* dicunt. Epoto, potãdo exhaurio, *ἐκπίνω*. Perpoto, ualde poto, *διαπίνω*. Præpoto, antè poto, *προπίνω*. & habent penultimam productam.

Potandus, a, um. Ouidius 2. Faſtor. Dumq; parãt epulas, potandaq; uina miniſtri.

Potatus, a, um, ut Potata aqua. Plinius libro 2. capite 103. In Faliſco Clitumni amnis aqua potata candidos boues facit.

Potator, oris, m. t. Qui potationibus indulget. Plautus in Menęch. Namq; Epidamnea natio eſt hęc ita hominũ, Voluptarij, atq; potatores maxumi: Plinius libro 10. capite 23. Radix cuiuſq; ex aqua decocta potatoribus ſitim facere narratur. de carduorum ſylueſtrium generibus duobus.

Potatiõ, onis, f. t. Actus potandi. Cicero de Diuinationibus, Si modo temperatis eſcis, modicisq; potationibus ita eſt affectus, ut ſopito corpore ipſe uigilet. Plaut. in Sticho, Quot porationes mulſi, quot autem prandia.

Potus, a, um, participium, in utraq; ſignificatione ſumitur. In actiua, pro eo qui abũdè potauit, *ὀινωμένος, πεπωκώς*. Ouid. lib. 3. Faſt. Occurrit nuper, uiſa eſt mihi digna relatu Põpa, ſenem potum pota trahebat anus. Cic. Treb. lib. 7. Iraq; etſi domum bene potus ſeroq; redieram: tamen id caput ubi hęc controuerſia eſt, notaui. In ſignificatione paſſiua. Ouid. loco iam citato, tanto eſt Albula pota deo. Iuuen. cpotaq; flumina Medo Prandente. Ouid. lib. 15. Metam. Nocte nocẽt porę, ſine uoxa luce bibuntur.

Poturus, a, um: ut terra potura cruores, Statius 12. Thebaid. Oues poturę, Propertius libro 4. Eleg. 4.

Potus, tus, m. q. Idem quod potio, *πόσις, πῶμα*. Cic. 4. Tuſcul. Quid quòd ne mente quidem rectè uti poſſumus, multo cibo & potione repleti? & in Catone, Tãtum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur uires, non opprimantur. Plin. lib. 10. cap. 72. Serpentes exiguo indigent potu.

Potio, onis, f. t, Idem quod potus, *πόσις, πῶμα*, Plaut. in Sicho, Nam intus mihi iam potione uinacea onerabo gulam. Colum. li. 11. cap. 51. Vt cibus & potio ſine fraude à cellarijs præbeatur. Cic. 1. de Finib. Quum cibo, potioneq; fames, ſitisq; depulſa eſt. Celſus lib. 1. cap. 9. Vinum frigidũ hibere, & poſt cibum magnam potionem ſumere. Quint. lib. 7. cap. 3. Bibere potionem.

Potor, oris, m. t. Idem quod potator, apud Martialem eſt titulus, ad Sextilianum potorem. Horat. 1. Epiſt. 20. Nulla placere diu, nec uiuere carmina poſſunt, Quæ ſcribuntur aquę potoribus.

Potorius, ria, rium, Quod ad potãdum pertinet, *ποτήριος*. Vt de decimus uaſa potoria, ſicut uaſa eſcaria.

Potorium, rii, n. ſ. Vas quod ad potum eſt deputatũ, *ποτήριον*. Plin. lib. 33. cap. 10. Ptolemæum Varro tradit, Pompeio rege torente circa Iudæam, octaua millia equitum ſua pecunia toleraſſe: millia conuiuas totidem aureis potorijs mutantem uaſa cum ſerculis ſaginaſſe.

Potulen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Potulentus, a, um, Idem quod potus, siue ebrius, μεθύων. Suet. in Othone, Fertur & noctibus uagari solitus, atq; inualidũ quenq; obuiorum, aut potulentum corripere. Interdum potulentus idem est quod potui idoneus, πόσιμος. Gellius lib. 4. cap. 1. Penus est quod esculentum, aut potulẽtum est. Sic enim nõnulli malunt legere quàm quod uulgata exemplaria habent, poculentus.

Potito, tas, pen. corr. frequentatiuum à poto, Consuetudinem potandi habeo. Plaut. in Amphit. Nunc tibi hanc pateram quæ dono mihi illic ob uirtutem data est, Prærela rex qui potitauit, quem ego mea occidi manu. Idem Asina. Tecũ unà postea æquè pocula potitet.

Potiono, nas, potionẽ præbeo, ποτίζω. Cuius passiuũ est Potionor. Suet. in Calig. Creditur potionatus à Cęsonia uxore, amatorio quidẽ medicamento, sed quod in furorem uertit.

P. R In notis antiquorum, Populus Romanus. P. R. Prætor PRAE. VIGIL. præfectus uigilum. PRAE. VERB. Præfectus urbis. PRAE. PRAES. præfectus præsidij. PRAEF. Præfectus. PRAEF. VR. Præfectus urbis. P. R. E. uel EX. post reges exactos. PRID. NON. APR. pridie nonas Aprilis. PRINC. IVVENT. princeps iuuentutis. PRID. KAL, uel K, pridie calendas. PROC. proconsul. PROCOS. proconsul. PROCOSS. uel PROCC. procõsules. PRON. pronepos, uel proneptis. PROPRAE. proprætor. PROV. prouincia. PR. PER, prætor peregrinus, PRPR. proprætor. PRS. prætores. PR. S. prætoris sententia. PR. VR. prætor urbanus. PRS. præses. PRS. præsides. PRS. P. præses prouinciæ.

Practicus, a, um, & Practica, æ, uide Praxis.

Præ, Præpositio idem significans quod Ante, qua tam separata utimur quàm cõposita, πρό. Extra compositionẽ modò absolutè ponitur: ut apud Terẽtium in And. I præ, sequar. Modò cum ablatiuo: ut, Præ oculis, id est, ante oculos. Præ cunctis, id est, ante cunctos, uel plus quàm cuncti. Nonnunquam causam denotat, accipiturq; pro ob, uel propter, διὰ. Terent. in And. Præ studio dum efficias quod cupis, id est, ob studium. Idem in Eunuch. Misera præ amore. Item idem ualet quod præter Gell. lib. 1. Præq; se uno, cæterosque omnes linguæ Atticæ principes, gẽtemq; omnem togatam, quodcunque nomen Latinum, rudes esse atq; agrestes prædicabat. Terentius in Hecyra. Extra unam ancillam, dixit: hoc est, præter unam ancillam. Aliquando respectum importat siue comparationẽ, πρός, παρά. Ter. Eunuch. Hic ego illum contempsi præ me, ὡς πρὸς ἐμέ. Plautus in Persa, Imo res omnes relictas habeo, præ quod tu uelis. In eadem significatione dicimus Præ quàm. Plaut. in Amphit. Parua res est uoluptatum in uita, atq; in mortale Agunda, præ quàm quod molestum est. Composita, significat ante uel prius: ut, Præpono, Præfero. Aliquando super: ut, Præfectus, præsideo, Aliquando ualde, uel mirum in modum, siue præter modum: ut, Præclarus, præcelsus: quorũ multa per τὸ Græcè efferuntur. Magis autẽ auget quàm per, iungiturq; cum aliquibus dictionibus cum quibus illud non iungitur. ut, Præpotens, ὑπερῴκης. Præcelsus, Prælatus, Præclarus, præfulgens, Prædiues, ὑπερπάσσιος. Prædulcis, Prædurus, Præcultus, Prælargus, Prælongus, ὑπερμήκης. Nam prælongus homo, & prælonga oratio, ea dicitur quę enormi longitudine est. Præpotens, Præcelsus, & similia, maiorem in modum potens, celsusq;, & quasi præter modum, moremq; aliorum potens, ac celsus. Significat quãdoque etiam ante tempus, siue præter morem aliorum: ut, Præcox uua, præcox ingeniũ. Aliquando superuacuè ponitur, ut Præmorior, præcingo, quæ significant sicut eorũ simplicia. A Præ, fit Præut, quod collationem significat. Plaut. Modestior nunc quidẽ est de uerbis, præut dudum fuit, id est, si pristinos eius mores aspicias, ὡς γε πρὸς ἐκείνον. Hinc etiam deducitur Præter, sicut à sub subter: in, inter: pro, propter. Præ me fero, præ te fers, præ se fert, uide infrà in uerbo Fero.

Præaccipio, Ante accipio, προλαμβάνω. A quo Præacceptio, figura quæ præsumptio à nostris, à Græcis uerò πρόληψις dicitur, quum Poëta aliquid præaccipit quod eo tẽpore quo res quas describit, gestę sunt, in rerum natura nõ fuit. Eiusmodi est illud apud Vergilium 6. Aeneid. portusq; require Velinos. Nam quo tempore Aeneas in Italiam uenit, Velia nondum erat condita.

Præacuo, Prius acuo, aut anteriorem partem acuo, προοξύνω. Cato de Re rust. Vitem teneram præacuito, obliquè inter se medullam cum medulla componito;

Præacutus, a, um, Valde acutus, uel anteriore sui parte cuspidatus. Plin. lib. 11. cap. 26. Asperitas præacuta in dorso. Cæsar 2. belli Gal. Tum magni ponderis saxa, & præacutas trabes in muro collocabant. Cuspis præacuta, Ouid. 7. Metam.

Prælatus, a, um, Valde altus. Liu. 10. ab Vrbe. Ostium flumi nis prælti, quo circumagi naues in stationem tutam possint. Prælatus alueus, Idem 1. ab Vrbe, Prælta rupes, Idem 10. ab Vrbe.

Præbeo, es, ex præ & habeo, a. s. abiectis a & h, Significat do, exhibeo, παρέχω, παρέχομαι. Nam qui aliquid præbet, id præhabere ratione dicitur. Cic. 1. de Nat. deor. Aër salutarẽ & uitalẽ spiritũ præbet animantibus. Horat. in Serm. Sunt qui conuiuas salibus conspergere gaudent, Præter eum qui præbet aquã. Aliquando significat ostẽdo. Ter. in Adelph. Seruum haud illiberalem præbes te, id est re ipsa ostendis, factis probas. Dicimus aũt Præbere cibum de manu, id est manu ipsa cibum in os ingerere. Præbere accessum. Præbere aurem, id est, auscultare. Præbere auxilium, errorem, honorem alicui, iter ac. aliquid, iur ũrãdum alicui, ludos, locum peccandi. Lumen præbere dicitur fenestra. Præbere materiã igni. Præbere metum, miraculum, munimenta. Præbere operam, id est, ponere. Præbere prandium alicui. Præbere se strenuum hominem, id est, ostendere. Præbere se æquabilem, attentum auditorem, credulum, docilem, acrem iudicem, uirum, superbũ, durum. Præbere se facilem, id est, acquiescere, siue obsequi alicui in re aliqua. Præbere sonitum, ſpem, terrorem, spectaculum lætum, uicem alicuius rei, uim alicuius rei, usum. Præbere spõsalia, id est, conniuiũ spõsaliorũ.

Præbitus. participium: & Præbita substãtiuè, pro rebus necessarijs quę seruis, operisq; præbentur. Colu. lib. 1. cap. 8. Tanto q; curiosior inquisitio patrisfamiliãs debet esse pro tali genere seruorum, ne aut in uestiarijs, aut in cęteris præbitis iniuriosè tractentur.

Præbitor, oris. m. t. uerbale, Dator. Cic. 2. de Off. An tu id agis ut Macedones te nõ regẽ suũ, sed ministrũ & præbitorẽ putẽt?

Præbenda, orum, n. s. pluralis tantùm numeri, neutri generis, dicuntur ligna & sal, quæ Parochi legatis publicè missis exhibere debebant: de quibus Horatius 1. Serm. 5. Proxima Campano ponti quę uillula, tecũ Præbuit, & Parochi quę debent ligna, salem q;. Col. lib. 11. cap. 4. Comparandis mulis, & uehiculis magistratibus, qui sortiti prouincias forent, præbenda publicè conduxisse. Vide in dictione Parochus. Erãt autem in exercitu Copiarij, quibus erat præceptum ut præbenda, id est, salem & ligna publicè missis exhiberent.

Præbia, A ueteribus appellabantur remedia, teste Festo, ἀλεξητήρια. præcipueq; ea (ut lib. 6. de ling. Lat. innuit Varro) quę amuleti uim habebant, cuiusmodi (inquit) erant lora quę de puerorum collo suspendebantur: ita dicta à præbendo, ut testatur idem Varro.

Præbitere, pro perimere, seu enecare usurpauit Plautus in Pseud. Interminatus est à minimo ad maximum, Si quis nõ hodie manus misisset sibi, Eũ cras cruciatu maximo se præbitere. Idem in Pœn. Præbitere dixit pro præterire. At ne inter uias præbiteramus.

Præcalyus, Caluus in anteriore parte capitis, ὑμπροσθιοφαλακρὸς. Suet. de Galba. Statura fuit iusta, capite præcaluo.

Præcantatio, onis, f. t. uerbale à præcantando, idem significans quod incãtatio, ἐπῳδή. Quint. 14. Declam. Diris utiq; carminibus, & feralium præcantationũ terrore permistum.

Præcantrix, cis, Saga, incantrix. Varro de liber. educ. Vt faciunt pleræq;, ut adhibeant præcantrices, nec medico ostendant.

Præcanus, pen. prod. Qui ante iustos annos canus est. Horat. lib. 1. Epist. Corporis exigui, præcanum solibus æstum.

Præcarus, Numis, siue multum carus, τιμιώτατος, πολυτίμητος. Terent. in Phorm. Quantum opus est tibi argenti? loquere. P. solæ triginta minæ. G. Triginta? hui, præcara est Phædria. Quædam exemplaria Percara legunt.

Præcaueo, præcaues, penult. ma correpta, Ante caueo, prouideo, προφυλάττομαι. Plautus in Amphit. An id præcauisse oportuit? Cæs. 1. bell. Gall. Id ne accideret, præcauẽdum sibi Cæsar existimabat. Cicero ad Attic. lib. 2. Quod à me ita præcautũ, atq; ita prouisum est, non ut ego de optima ratione decederem, &c.

Præcedo, is, n. t. Antecedo, προάγω, προέρχομαι. Plin. libro 11. cap. 37. Nulla præcedente iniuria. Verg. 9. Aen. Turnus, ut anteuolans, tardum præcesserat agmen. Per trãslationem significat præcellere. Plaut. Asin. Vt uestræ fortunę meis præcedunt Litanę longè. Præcedere authoritate, sapore, suauitate,

tate, & similibus. Plin. lib. 29. cap. 1. Ad syderum motus ex Ephemeride mathematica cibos dando, horasq; obseruando, authoritate eum præcellit.

Præcello, lis, præcellui, præcelsum, a. t. Anteire, præcedere, & superare, διαφέρω. Plin. lib. 12. cap. 3. Malus Assyria odore præcellit foliorum. Robore mentis præcellere, Silius lib. 3.

Præcellens, tis, adiect. Plin. lib. 12. cap. 1. Prisco ritu simplicia ruta etiamnunc Deo præcellentem arborem dicant. Ibidem capite 6. Maior alia poma, & suauitate præcellentior, quo sapientes Indorum uiuunt. Idem in Proœm. lib. 6. Videmus Verginum præcellentissimum uatem eadem causa hortorum dotes fugisse.

Præcelsus, a, um, Valde celsus. Cic. 6. Verrin. Enna autem ubi ea quæ dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso, atq; edito. Virgil. 3. Aeneid. Vna præcelso consedit rupe Celæno.

Præcentio. Vide Præcino.

Præceps, cipitis, om. t. quũ de loco dicitur, idem est quod altus & præruptus, unde quis facilè in præceps dari potest, παράκρημνος, κρημνώδης. Cic. pro Planc. Vita præceps & lubrica. Virg. 2. Aeneid. Turrim in præcipiti stantem, summisq; sub astra Eductam tectis. Præceps item dicitur qui ex loco sublimi deorsum decipit. Ver. in Pharmaceutria, Præceps aërij specula de montis in undas Deferar. Dici autem uidetur præceps à capite, sicut & anceps, biceps & triceps. Proprièenim præcipitem dari dicimus qui ita ex editiore loco deturbatur, ut deorsum decidat in caput. Per metaphorã autem præceps dicitur qui sine consideratione, aut modò quid agit, & quasi rem & tẽpus præoccupat, προπετὴς. Cic. de Aruisp. resp. Ille demẽs, & iam pridem ad pœnam, exitũq; præceps. Virg. 5. Aeneid. mox sese ad littora præceps Cum fletu, precibusq; tulit. Hoc est sine respectu salutis, inquit Seruius. Vnde pro nimis festino poni solet. Virg. 2. Aen. Præcipites atra seu tẽpestate columbæ. Præcipites palmites apud Columellam sunt qui de hornotinis uirgis enati, in duro alligantur. Hi (ut lib. 5. cap. 6. idẽ scribit) plurimũ fructus ferunt, sed & matri maximè nocent. Itaq; nisi extremis ramis, aut si uitis arboris cacumen superauit, præcipitari palmitẽ non oportet. Habet autem hoc nomen uarios in oratione usus. Dicimus enim, Cõmittere se in locum præcipitem. Dare aliquem præcipitẽ, pro eo quod est præcipitare: & per translationem pro festinanter eijcere, siue expellere. Præcipitem in terram dare, Præcipitem agere, Præcipitem ferri. Præcipitem trahere, id est, secũ deorsum rapere. In præcipiti esse id est, in summo discrimine. Præceps senectus, id est, decrepita. Præceps dies, quum Sol occasui propinquus est, noxq; aperit. Liuius 4. ab Vrbe, Præcipitiq; iam die curare corpora milites iubet.

Præcipito, tas, a p. In præceps deiicio, καταπρημνίζω. Cic. pro A. Ceci, Præcipitatus ex locis superioribus. Præcipitare se de turri. Liu. 1. bel. Pun. Præcipitare se in flumen. Cæs. 4. bel. Gal. Præcipitare palmitem, flagellũ, & huiusmodi, pro deorsum reflectere. Col. lib. 5. cap. 6. Quę pars palmitis præcipitata est, fructu induitur. Præcipitare ad mortem, est ad mortẽ præcipitem agere. Præcipitare moras, id est, festinanter abiicere. Aliquando est neutrum absolutum idem significans quod in præceps ire, uel ruinam minari. Cic. pro P. Sylla. Reipublicæ præcipitanti subueni. Præcipitat hyems, hoc est, ingruit, & repentè aduenit. Præcipitat Nilus, id est, præceps ruit, & ex alto delabitur. Præcipitãt curæ, id est, urgẽt. Aliquando ponitur pro temerè, & inconsideratè rei aliquid aggredi. Plaut. in Trin. Nam qui in amorẽ se præcipitauit, peius perit quàm si de saxo saliat.

Præcipitãs, participiũ, quod & ipsum duplici modo in oratione collocatur, quemàdmodũ suũ uerbũ. Modò enim à tergo accusatiuum habet: ut, Celsa præcipitãs sese de Leucade Sappho. Modò absolutè ponitur. Cic. pro Cluent. Præcipitãtem, igitur impellamus, & perditũ prosternamus. Sic Solẽ præcipitantẽ dicimus, occasui uicinũ: item Aetatem præcipitantem, hoc est, cadentẽ, & ad interitum properantem.

Præcipitanter, aduerbium, Quod significat inconsideratè, temerè, προπετῶς. Lucretius libro 5. Currit agens mannos ad uillam hic præcipitanter.

Præcipitatio, onis, uerbale: & præcipitantia, tię, apud Gellium libro 6. cap. 2.

Præcipitium, tij, n. s. Locus præruptus, unde præcipitari facilè quis potest, ἀπόκρημνον, ἀπόκρημον, κρημνός. Quint. lib. 1. Fit etiã non inerudite ad declamandum uicta materia, in qua ponitur tibicen qui sacrificãti phrygiũ cecinerat, acto illo in insaniam, & per præcipitia delato, accusari quòd causa mortis exiterit.

Præcepto, præceptas. **Præceptor, Præceptrix, Præceptum**, Vide Præcipio.

Præcerpo, is, Antè carpo, προδρέπομαι. Plin. lib. 18. cap. 10. Ne germinum tenera præcerpant. Cic. 6. Verrin. Non præcerpo fructum officij tui, non alienam mihi laudem appeto.

Præcertatio, onis, uerbale à Præcerto, significans quoddã futuræ pugnæ quasi præludiũ, προάγωνισμα. Ad Herẽnium lib. 4. Mihi tecũ præcertatio nõ est, ideò quod populus Romanus me nolo dicere, ne cui arrogans uidear: te autem sæpe ignominia dignum putauit.

Præcido, is, a, t. pen. prod. ex præ, & cædo, Significat antè cædo, hoc est, autè immolo, ut interpretatur Festus, προτέμνω, προτέμνομαι, ἐπικόπτω. Aliquando est amputare, obtruncare. Cicero 5. Tusc. At Cinna collegæ sui Consulis Cn. Octauij præcidi caput iussit. Precidere spem alicuius rei, est auferre, siue præcludere, apud Ciceronem 2. Verr. Præcidere aliquando designare est: ut quum quis non simpliciter, & in uniuersum admittitur ad dicendum, aut oppugnandum, sed cogitur id designare quod oppugnare uelit. Bud. Ponitur aliquando pro durè negare. Cic. ad Att. libro 10. Quod quia planè, quum in Formianum uenisset, præciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. Idem At. lib. 3. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam nocenti, tam præcisè negaui quàm hic mihi planè siue ulla exceptione præcidit. Præcidi os dicitur, quum bene pulsatur, συγκόπτομαι, Seneca lib. 4. Nat. quæst. Qui me usq; ad mendacia hæc leuiora in quibus os præcidi, non oculi erui solent, credulum præsto.

Præcisus, particip. ut præcisum caput. apud Plinium. lib. 11. cap. 37. Ponitur quoq; pro abrupto, & abscisso. Quint. lib. 10. Qui præcisis conclusionibus obscuri, &c. Præcisum (inquit Nonius) dicitur pars carnis & uiscerum, hoc est, circa quod uiscera inuolutra sunt. quod oras circuncisas habeat. Lucilius lib. 20. referente eodem Nonio, Illi præciso, atq; epulis capiuntur opimis.

Præcisè, aduerbium, ut Præcisè negare, Præcisè dicere. id est, cum compendio sermonis, per defectum, & aliquid subintelligendo, inquit Budæus. Cicero 1. de Natura deorum, Sed id consilio regi, desit illud Areopagi.

Præcisio, t. t. uerbale. Cicero 3. de Oratore, Et huic contraria sæpe præcisio est, & plus ad intelligendum, quàm dixeris significatio, & distinctè concisa breuitas.

Præcidaneus, a, um, τὸ προθυόμενον. ut, Præcidanea agna, quæ ante alias cædebatur. Præcidaneæ feriæ, quæ solennes legitimas ferias præcedebant. Præcidaneæ hostiæ, quæ ante sacrificia solenni pridie cædebantur. Præcidanea porca ea dicebatur, teste Festo, quę Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset, id est, glebam non obiecisset qui mos erat eis id facere priusquàm nouas fruges gustarent. Hæc ille. Præcidaneus, inquit Nonius, idem quod præcidendus. Varro de Vita populi Romani. Quòd humatus non sit, hæredi orca præcidanea suscipienda Telluri, & Cereri: aliter familia pura non est.

Præcingo, is, xi, ctum, a. t. Idẽ qđ cingo, διαζώννυμι, Plaut. Bac. Cinctículo præcinctus, in sella apud magistrum aſsideres. Ouid. 2. Trist. Et latro, & cautus præcingitur ense uiator. Castris præcingere fluuiũ, Claud. de bel. Get, Littora muro præcingere, Sil. lib. 3.

Præcinctus, Participium. Horatius. 2. Serm. satyr. 8. ut omnes Præcincti rectè pueri, comptiq; ministrent.

Præcino, is, pen. cor præcinui, præcentum, Antè cano, προᾴδω. Cicero 4. Tusc. Nec uerò illud non eruditorum temporum argumentum est, quòd & deorum puluinaribus, & epulis magistratuum fides præcinunt. Tibul. libro primo Eleg. 5. Carmine quum magico præcinuisset anus. Interdũ idem quod prædico, siue prædiuino. Plinius libro octauo capite 40. Hi greges repentè lymphati, futura præcinunt.

Præcentio, onis. f. t. Modulatio illa uocum quæ antè initium cantus fieri solet, præludium, προοίμιον, πρόαυσμα. Cic. de Aruisp. Resp. Tui sacerdotij sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæq; ludorum. Gell. lib. 1. cap. 11. Tibicines inter exercitum positi canere inceptabant. Ea illi præcentione tranquilla & uenerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam uis & impetus militum, ne sparsi dispalatiq; proruerent, cohibebatur. Quapropter & exordiũ siue initium, siue principium, siue proloquium, siue anteloquium, quidam præludium, alij præcentionem uocauere ad simi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad similitudinem Græcorum qui id, προοίμιον nominant propterea quod ὅιμη cantus est.

Præcentor, oris, m.t. Qui canẽdo præcedit, χοροσάτης, ἐξάρχων, κατάρχων. sicut Præsultor, qui saltantium choream ducit.

Præcipio, is, a.t. à præ, & capio, significat antè capio, præuenio, præoccupo. προλαμβάνω. Ver. 3. Ecloga, Cogite oues pueri: si lac præceperit æstus, Vt nuper, frustrà pressabimus ubera palmis. Cic. libro secundo Offic. Præcipiant oratione benigna multitudinis animos, ad benevolentiam alliciant mi lites, blando sermone deliniant. Nonnunquam idem quod præuidere. Vergilius sexto Aeneid. Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi. Item, iubere, παραγγέλλειν. & pertinet ad eos, qui curam aliorum gerunt, & qui alijs præsunt. Sallustius in Iugurt. Micipsa pater meus mihi præcepit. Item, monere, instruere, docere, παιδεύειν. Plin. libro decimo octauo capite uigesimoquarto, Hesiodus, qui princeps omnium de agricultura præcepit.

Præcepto, Antiqui dixerunt pro frequenter præcipio: quod uerbũ in Saliari carmine usurpatum fuisse, autor est Festus.

Præceptus, a, um, participiũ, Modò significat antè captũ, προπαιμένον. Liuius libro primo. Tempore illi præcepto. Cic. 3. Tusculan. Hæc cogitantem fore beatum, præsertim si & antè præceptis bonis contentus esset, nec mortem, nec deos expauesceret, id est, præguſtatis, & âte captis. Modò iussum ὑποτεταγμένον. ut, Præceptum est tibi ne discedas.

Præceptũ, pti. n. s. Nomẽ substantiuum, idem significat quod mandatum, siue iussio, παράγγελμα, πρόσταγμα, ἐντολή. Cic. Lucceio, libro quinto Epistol. Tuis monitis, præceptisq; omnis est abijciendus dolor. Aliquando pro disciplina, siue documento, siue admonitione, & quasi regula quadã bene uiuendi: ut quũ præcipitur quid uir uxori, quid uxor uiro debeat. Cicero primo Officiorum. Neque ulla officij prima, & stabilia, coniuncta naturæ tradi possunt, nisi aut ab ijs qui solam uirtutẽ, aut ab ijs qui maximè honestatem propter se dicant expetendam. Aut pro documento tradito ad aliquam artem percipendam. Hinc dicimus Dare præcepta de aliqua re, siue tradere. Cicero de Clar. Orator. Hermagoræ disciplina dat rationes certas & præcepta dicendi, &c.

Præceptor, oris, m.t. uerbale, Artiũ magister, doctor, institutor. καθηγητὴς. Cicero 5. de Oratore. Sed iidem erant uiuendi præceptores, atq; dicendi. Ouid. 1. de arte. Acacidæ Chirõ. ego sum præceptor amoris. Horum placita, præcepta & præceptiones dicuntur. Cicc. 3. Offic. Itaque propria est ea præceptio Stoicorum, &c.

Præceptrix, uerbale fœminini generis, Cic. lib. 1. de Fin. Sapientiæ præceptrice in tranquillitate uiui potest.

Præcisus, uide præcido.

Præclamo, as, Antè clamo, προβοάω.

Præclamito, as, ex quo præclamitatores dicebantur qui flaminem Dialem, hoc est, sacerdotem Iouis antecedebant clamantes, ut homines ab operibus abstinerent, quia ei opus facientem uidere irreligiosum uidebatur.

Præclarus, a, um, Valde clarus ὑπερφαίδρος. Lucret. li. quinto, Præclarumq; uelint cœli restringere Solem. Per translationẽ accipitur pro celebri & illustri, sicut & simplex clarus, in quo scilicet gloriæ & famæ fulgor quidam resplẽdet. Cic. de Orat. Multi erant præterea præclari in Philosophia, & nobiles. Nonnunquam in eadem significatione accipitur qua bonum, siue bellum dicimus. Cic. ad Atticum lib. 10. Præclara igitur cõscientia sustentor, quum cogita me de Republica aut meruisse optimè, &c. Idem 3. Philip. O Præclarum custodem ouium (ut aiunt) lupum. Idem 6. Ver. O dij immortales præclaram conscientiam. Magnificũ & præclarum genus dicendi. Cic. 2. de Orat.

Præclarè, aduerbiũ, Bene, belle. Cic. 4. Acad. Præclareq; secum agi putet, si, &c. Idem 3. Ver. Quis hoc non perspicit, præclarè nobiscum iri si populus Romanus istius unius supplicio contentus erit.

Præclauium, teste Nonio, Pars uestis erat quæ ante clauũ texetur. Afranius, Totum diem præclauium unum texere.

Præcludo, is, si, sum, a.t. Claudo, intercludo, præcido, διαπλάω, διάρχω. Cic. pro Planco. Nam maritimos cursus præcludebat hyemis magnitudo. Cæsar secundo belli Gallici, Deductis tribus in arcem oppidi cohortibus à Varrone præsidio per se cohortes eiecit, portasq; præclusit. Cicero antequam iret in exilium, Animus ad exponendam rei indignitatem præcluditur. Ouidius 1. Metamorph. Sed nocet esse Deum, præclusaq; ianua lethi.

Præco, onis, uide infrà Præcones.

Præcognitus, Antè cognitus: quãuis rarò præcognoscore periatur, προσγνωσμένος. Plãcus ad Ciceronem lib. decimo. Quod si latro præcognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere cœperit Bruti erit officium occurrere ei.

Præcolo, is, a, t. pen. cor. Præparo, antè colo. Cic. in Partit. Sunt autem alij quidã perfecti animi habitus ad uirtutem quasi præculti, & præparati rectis studijs & artibus.

Præcompositus, participium, siue nomen ex participio, Præparatus. ut Os præcompositũ. Ouid. 6. Fast. Nox erat, & uinis oculisq;, animisq; natabant, Quum præcomposito nuntius ore uenit.

Præconceptus, a, um, Antè conceptus. Plinius lib. 2. cap. 82. Præconceptum enim spiritum exhalant.

Præconsumo, is, a. t. pen. prod. Antè consumo. Ouid. posuit pro consumo, lib. 7. Metam. & utilius bellum putat esse minari, Quàm gerere, atq; suas ibi præconsumere uires.

Præconsumptus, a, um, participium. Ouid. 4. Trist. Eleg. 5. Est quoque non minimum uires afferre recentes, Nec præconsumptum temporis esse malis.

Præcones, m. t. à præcinendo dicti sunt, quasi præcanes quòd antè cantãt, & annuntiẽt quod est faciendũ, κήρυκες. Vel (ut inquit Priscian.) à præ, id est, ualde cauendo. Sunt enim qui iussu magistratus publicè aliquid ore denuntiãt, quicq; olim auctionẽ faciebant, & audiẽtiam in theatris indicebant. Plaut. in Pœn. Exurge præco, fac populo audiẽtiam. Verg. 5. Aen. Victore Aeneas præconis uoce Cloanthum Declarat. Præcones (ut diffusius dicam) erant in iudicijs qui Senatusconsulta prædicabant, & recensebant, posteaquam decreta, qui iudices & candidatos suis nominibus appellabant: quales sunt quos Ostiarios uulgò uocamus, qui etiam literas in Senatu publicè legebant, qui item bona quæ proscribebantur, publicæ auctioni proponebant, ac proclamabant, & pretia, ut inquit Cic. conficiebant. Præcones laudum nostrarum dicuntur qui res à nobis gestas laudando diuulgant. Cic. pro Archia, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ uirtutis Homerum Præconem inueneris. Hos quoque curiones uocatos legimus.

Præconium, nij, n. s. Ipsa uox, uel exercitiũ, officiumue præconis, κήρυγμα, ἀνακήρυξις. Cic. Leptæ lib. 6. Eos qui aliquando præconium fecissent, in municipijs Decuriones esse non licere. Suet. in Nerone. Et præconio ubi contendit. Plautus Menæch. Præconium ut mihi detis. Sed quoniam à præcone res gestæ etiam pronuntiari solent, ideò quãdoq; pro laude, fama, & gloria sumitur, quum scilicet aliquis laudatur à genere, aut à uirtutibus, cæterisue bonis animi, corporis, aut fortunæ. Ouid. Epist. 15. Magna quidem de te rumor præconia fecit. Idem 4. de Pon. Carmina uestrarum peragunt præconia laudum, Aliquando est præconis officium.

Præconius, a, um, antepenult. producta. Quod est præconis, κηρύκιος, ut, Sub uoce præcònia.

Præcontrectare, Antè cõtrectare. Ouid. 6. Metam. spectat eam Tereus, præcontrectatq; uidendo.

Præcoquo, quis, penult. corr. Ante tempus suum, uel præmaturè coquo, πρὸ τῆς ὥρας πέσσειν. Col. libro 5. Uuæ commodius insolatæ præcoquuntur. Hoc est, ante tempus aliorum fructuum maturantur. Nonnunquam ualde uel nimis coquere. Plin. lib. 12. cap. 19. Acinisq; præcoquũtur in calum. Aliquando nihil aliud est quàm antè uel prius coquere. Sic medici iubẽt porrũ antequam ptisanæ admisceatur, in aqua præcoqui, ut ponat acrimoniam. Ad eundem etiam modum utitur hoc uerbo Plinius, scribens quosdã passum conficere ex qualibet uua, sed præcocta, antequam scilicet exprimatur. Verba eius sunt hæc, lib. 14. cap. 9. Quidam è qua cunq; dulci, dum præcocta, alba faciunt siccantes sole.

Præcordia, orum, n. s. Propriè partes laterales dicuntur, nothis costis subiectæ, hepati, & lieni superiacentes: quæ quod ὑπὸ τοῦ χόνδρου, hoc est, sub cartilagine sitæ sint, à Græcis ὑποχόνδρια appellantur. Celsus lib. 4. cap. 8. Dextra parte sub præcordiis uehemens dolor est. Idem alibi. Periculosum est etiam post arquatum morbum febrem oriri, utiq; si præcordia in dextra parte dura manserint. Plin. lib. 11. cap. 37. præcordia accipere uidetur pro diaphragmate, siue septo transuerso quod uitalia uiscera à naturalibus separat. Verba eius sunt hæc, Exta homini ab inferiori uiscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellãt, quia cordi prætenduntur. Græci appellarunt Phrænas. Idem lib. 30. cap. 5. exta ipsa præcordiorum nomine significari tradit. Quandoq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

etiam generalius hoc nomen positum inuenitur pro quibuscunq; partibus interioribus cordi uicinis. Cic. 5. de Fin. Felix cursus, quum is ipse annulus in præcordiis piscis inuentus est. Virtus redit in præcordia nota. Verg. 1. Aen.

Præcorrumpo, is, antè corrumpo. Ouid. 14. Metam. Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis Me cupit.

Præcorruptus, a, um, participium. Ouid. Metam. Illa quidem uenit, sed præcorrupta.

Præcox, cocis, pen. cor. generis omnis t. Quod præter morem cæterorum, uel ante cætera coctum & maturũ factum est, πρώιμος, πρόωρος. ut, Præcoqua uua, præcox ficus, Præcocia poma, ex persicorum genere, quæ primo matureſcunt. Galli Abricocia uocant. Plin. lib. 15. cap. 12. Persica Duracina post Autumnum matureſcunt, æstate præcocia, intra trigin ta annos reperta, & primò denarijs singula uenundata. Eadem & præcoqua dicũtur. Martial. lib. 13. Vilia maternis fue ramus præcoqua ramis: Nunc in adoptiuis persicæ cara sumus: Per translationem præcox ingenium dicitur quod nimis citò maturitatem est consequutum, & ante tempus uidetur adoleuisse. Quintilian. lib. 1. cap. 3. Illud ingeniorũ uelut præcox genus, non temere unquam peruenit ad frugem. Præcox fuga. Varro Synephebis, Quod si manumittet, fugies si me audies, quum tempus reuocat, ea est præcox fuga. Præcox pugna, apud Ennium lib. 8. Annalium. Præcox risus. Plin. lib. 7. in Præf. At hercle risus præcox ille, & celerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur. Legitur & hic & hæc præcoquis, & hoc præcoque. Colum. lib. 3. cap. 2. Quę quũ talis est conditio, maximè præcoques, & duracinę, tum deniq; purpureæ & bumasti, &c. Eodem lib. cap. 9. Quũ pul chrè memineris à me duo genera uinearũ intra tempus biennij ex una præcoquè uite, quã in Ceretano tuo possides, insitione facta consummata. Idẽ lib. 1. cap. 6. Quę fumi quodam tenore præcoquem maturitatẽ trahunt. Præcoci op ponitur serotinum: unde dicimus serotinas uuas quæ post consuetum tempus tardè matureſcunt.

Præcrassus, a, um, Valde crassus. Plin. lib. 26. cap. 8. Cortex præcrassus, ac renascens.

Præcurro, is, n. t. Ante curro, siue citò antè eo, προτρέχω. Terent. Eun. Abi, præcurre, ut sint domi parata omnia. Cæs. 6. bel. Gal. Præcurrunt equites, quanto res sit in periculo cognoscunt. Cic. 1. de Diuin. Sed ita à principio inchoatum esse mundũ, ut certis rebus certa signa præcurrerent. Idẽ in Ora tore, Horum uterq; Isocratem ætate præcurrit.

Præcurrens, ris. Cic. in Part. Vt primordia rerum, & quasi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti.

Præcursus, sus. m. q. Plin. lib. 16. cap. 25. Omnia intra VIII. Iulij Idus Eteſiarum præcursu.

Præcursio, onis, f. t. uerbale. Cic. de Fato, Itemq; illi qui ab hoc dissentiunt, confidentes non fieri assensiones sine præcursione uisorum. Præcursio pro eo quòd Boëthius præcursoriam causam uocat. Cicero in Topic. Alia autem præcursionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per se adiumenta.

Præcursor, oris, m, t. aliud uerbale, πρόδρομος. Cic. 7. in Verr. Quẽ iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat, & emissarium.

Præda. æ. f. p. à pariẽdo (ut inquit Varro) quasi parida, quòd manu parta sit, λεηλασία, λάφυρα. Et sunt (ut Gel. lib. 13. cap. 23. inquit) propriè corpora ipsa rerum quæ capta sunt: manubiæ uerò pecunia ex uenditione prædæ redacta. Verg. 1. Aen. Illi se prædæ accingunt, dapibusq; futuris. Idem 9. Aeneid. Si uerò capere Italiam, sceptrisq; potiri Contigerit uictori, & prædæ ducere sortem. Ouidius 11. Metamorph. Vt matutina ceruus periturus arena. Præda canum est. Cicero. 1. Ver. quum ea res non solũm prouinciæ saluti, uerumetiam prædæ esse posset,

Prædaceus, a, um, Quod ex præda est, λεηλατικὸς. Gel. libro 4. cap. 17. Aegrè passus q cui salus Imperij ac Reipub. accepta ferri deberet, ratione pecuniæ prędaceæ posceretur.

Prædatitius, a, um, Idem quod prædaceus, λυτρικὸς. Gel. li. 13. cap. 23. Ex manubijs, id est, ex pecunia prædatitia.

Prædor, daris, d. p. A præda fieri Varro docet, idemq; significat quod diripio, ui aufero, quemadmodum prædæ auferri in bello solent, λείζω, λεηλατέω. Cicero 3. Verr. Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur. Idem 3. Offic. Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prędetur inscitia. Idem. 5. Verr. Veruntamen quum esset omnibus in rebus apertissimè, impudentissimeq; prædatus. Ouidius 1. Amor. Eleg. 1. Iusta precor quæ me nuper prædata puella est, Aut amet, aut faciat cur ego semper amem.

Prædator, oris, m. t. Prædo, populator, spoliator, λαφυραγωγός. Cicc. 2. Catil. Quos ego utrosq; Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumq; pono. Ioui uerò deprædatori templum fuisse legimus, nõ quod prædæ præesset, sed quòd ei aliquid ex præda in partem debebatur. Nam mos Romanorum fuit, ut bella gesturi, de parte prædæ aliquid numini bus pollicerentur.

Prædatrix, cis, Stat. 1. Syl. & Herculei prædatrix cedat alumni.

Prædatorius, adiectiuum, Quod ad prædatorem pertinet, λυτρικὸς, ut prædatoriæ naues. Liuius libro 4. belli Macedonici, Annis propè 50. nullum Romanum exercitum uiderit præter prædatorias classes.

Prædabundus, Idem quod populabundus, uel prædas agẽs, λαφυραγωγῶν. Sal. in Iugurth. Datq; fidem se prædabundũ post paucos dies eodem uenturum.

Prædo, donis, m. t. Qui iter facientes terra mariue spoliat, quisue pacatas regiones incursionibus infestat, λῃστὴς, πειρατὴς. Plin. lib. 16. cap. 4. Germaniæ prædones singulis arboribus cauatis nauigant. Horat 1. Serm. sat. 2. fugiens hic decidit acrem Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos.

Prædonulus, diminutiuum, à Catone usurpatur.

Prædamno, as, are, a. p. Est præiudicio suo aliquem quasi condemnare. Sueton. in Aug. Sin deesset, destituere, ac prædamnare amicum existimaretur. Nonnunquam simpliciter idem est quod ante, uel priore loco condemnare. Liu. 4. ab Vrbe, Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absoluerunt.

Prædelasso, as, Antè delasso. Ouid. 11. Metam. adiacet undis Facta manu moles, quæ primas æquoris undas Frangit, & incursus quæ prædelassat aquarum.

Prædensus, Valde densus, ὑπερπύκνος. Plin. 18. ca. 18. Culter uocatur, prædensam priusquàm proscindatur, terrã secans.

Prædensatus, prædensus factus Plin. lib. 9. cap. 33. Prædensata, porrecta, sinuata, breui nodo ligatis.

Prædes, uide præs.

Prædestino, nas, pen, corr, προορίζω. Vide Destino.

Prædiatores. Prædiatorius, Prædiatus, uide Prædium.

Prædico, cas, pen. cor. a. p. Apertè seu publicè dico, celebro, uulgo, laudo, ἀναγορεύω, κηρύττω. Teren. in And. Actum est, si quidẽ hæc uera prædicat. Cic. Att. lib 9. Prædicat enim palàm, & militibus ostendit, se largitione ipsa superiorẽ quã hũc fore. Cæs. 2. bel. Ciu. Sæpe ex tribunali prædicauit aduersa Cæsarem prælia feciſſe. Cic. Lucceio, Ignoſces mihi de me ipso aliquid prædicanti. Salluſt. Ipsum Crassum ego postea prædicantẽ audiui, tantã illã contumeliã sibi à Ciceroneim positã. Prædicat item præco, dum aliquid palã promulgat, & pronunciat ex Senatusconsulto Ci pro Quint. De quo homine præconis uox prædicat, & pretium conficit.

Prædicatum, n. s. Dialectici dicunt, quod Grammatici appositum uocant, quod prædicatur, id est, dicitur de subiecto. τὸ κατηγόρημα.

Prædicatio, f. t. Commemoratio, affirmatio, laudatio, κήρυξις. Plin. libro. 15. capite. 3. Affirmant uana prædicatione, ut palàm est. Idem libro. 20. cap. 10. Radix quoq; plurimorum prædicatione trita.

Prædicator, oris, m. t. Id est, laudator, & cuiuscunq; rei diuulgator, κηρυκτὴς. Cic. pro Corn. Balbo, Qui sui furti, sui iudicij, sui beneficij uoluit me esse, ut apud eosdẽ uos Iudices nuper in alia causa fuerim, & prædicatorem, & autorem.

Prædicabilis, & hoc prædicabile. o. t. Quod est palàm dicendũ, & prædicatione dignũ. Cic. 5. Tusc. Nec in misera uita quicquam est prædicabile, aut gloriandum, &c.

Prædicamenta, n. s. A Dialecticis dicuntur quæ Quint. lib. 3. capite 7. elementa decem uocat, circa quæ uersari uidetur omnis quæstio, κατηγορίαι.

Prædico, cis, a. t. penul. prod. Antè, siue prius dico, προείπω. Ter. And. Hoc primum in hac re prædico tibi: Quas credis esse has non sunt uerę nuptię. Ibidẽ, sed dico tibi, Ne temere facias, neq; tu haud dicas tibi non prædictum, cauc.

Prædictio, onis, f. t. Quod prædicitur, siue prænuntiatur, uel prædiuinatur, πρόγνωσις, προφητεία. Cicero libro 1. de Diuin. Ex quo sæpe genere hariolorum etiam, & uatum furibundas prædictiones, ut Octauiano bello Cornelij Culeoli audiendas putauerunt.

Prædictus, a, um, Antè uel suprà dictum. Cic. 4. Acad. Quæ ab his

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ab his dicuntur ſic perſequamur, ut nihil in prædictis relinquamus.

Prædiolum, uide Prædium.

Prædiſco, is, Antè diſco, & prius inquiro. προμανθάνω. Verg. 1. Georg. Ventos, & cæli uarios prædiſcere mores.

Prædítus, a, um, Participium eſt ſine uerbi origine, latiſſimum in oratione uſum habens, uariamq; ſignificationem, pro ratione rei per ablatiuum quem poſt ſe habet, ſignificatæ. Nam quũ dicimus Prædítus uirtute, Prædítus ingenio, Eruditione prædítus, idem eſt quod dotatus, ſiue ornatus, κεκοσμημένος. Rurſus quum aliquem prauis moribus, peruerſa indole, aut oris fœditate prædítum dicimus, idem eſt quod pollutus, contaminatus, dehoneſtatus. Interdum idem eſt quod affectus, ut cum morbo, mœroreſue quempiã affectum dicimus. Horum omnium exempla, etiamſi nuſquam non occurrunt, pauca ſubiungemus. Cic. pro Archia, Gloria ingenij ſummi prædítus. Idem pro Cęl. Adoleſcẽs reſtiſſimis ſtudijs, atq; optimis artibus prædítus. Idem 2. Verr. Homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere prædítus. Idem pro Rab. Poſthumo, Senectute affectus, morbo prædítus. Idẽ pro Muræna. Idem ſquallore ſordidus, confectus morbo, lachrymis ac mœrore prædítus. Vide plura de hoc apud Vallam, lib. 5. cap. 38.

Prædíues, itis, o. t Valde diues, πολυπλούσιος. Suet. de Clar. Gram. L. Apuleiũ ab Equitio Caluino Equite Romano prædiuite quadringentis numis conductum, multos edocuiſſe. Ouid. 6. Meram. totumq; tulit prædiuite cornu Autumnũ, & menſas felicia poma ſecundas. Aula prædíues, Claudian. 2. in Rufinum.

Prædiuíno, as, Rem euẽturam diuino, προμαντεύομαι. Plin. lib. 1. cap. 11. Prædiuinant enim apes uentos, imbresq;

Prædiuinatio, onis, f. t. προμαντεία. Plin. lib. 8. cap. 25. Parit omna quanta anſeres, eaq; extra eum locum transferens ſemper incubat prædiuinatione quadã, ad quem ſummo auctu eo anno egreſſurus eſt Nilus.

Prædiuinus, a, um, Valde diuinus. Plin. lib. 30. cap. 10. Promittitur prædiuina ſomnia repręſentare.

Prædium, dii, n. ſ. Nomen eſt tam ruſticis quam urbanis poſſeſſionibus commune χωρίον. à præſtando (ſi Varr. lib. 4. de ling. Lat. credimus) deductum propterea quòd pignora data, mancipijs fidem præſtent. Cic. 3. Offic. Ac de iure quędam prędiorũ ſancitũ eſt apud nos Iure Ciuili, ut in his uendendis uitia dicerentur quæ nota eſſent. Idem pro Roſc. Amer. Fructuoſa prædia colenda ac tuenda pater filio tradidit. Hor. 2. Serm. ſat. 3. Seru. Oppidius Canuſi duo prędia, diues, Antiquo cenſu, natis dediſſe duobus Fertur. Prędiorum itaq; nomine ueniũt tàm urbanæ poſſeſſiones quã ruſticæ, & ſuburbanę, hoc eſt urbi proximæ. Vnde extant tituli aliquot apud Iuriſconſultos de Seruitutib. urbanorum, prædiorum, & ruſticorũ, & utriſq; cõmunibus. Ager autẽ propriè dicitur locus in rure quẽ colimus. Aruum, ea pars agri quæ ſementi datur. Fũdus etiam pars agri eſt. Singula enim prata, ſingulę uineę, ſinguli horti, ſingula oliueta, pomaria, paſcua, ſalicta, nemora uenatoria, piſcatoria loca: ſiue uillã atq; ædificium, ſiue piſcinam, ſiue uiuaria habeant, ſiue non habeant, ſinguli fundi ſunt, & hoc in agro duntaxat. Nam in urbe, oppido, uico, caſtello, quicquid tale eſt, prædiũ uocatur. Eſt itaq; fundus ruſtica poſſeſſio: prædium, & urbana & ruſtica: poſſeſſio generale nomen eſt, nam & tabernæ, & hoſpitia, & horrea in urbe poſſeſſiones dicuntur, & generaliter omnia bona immobilia.

Prædiolum, li. n. ſ. Paruum prædium, χωδίον. Cic. M. Cælio, Sed mea prædiola tibi nota ſunt: in his mihi neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſtus ſim. Idem Attic. lib. 16. Aedificata belle prędiola noſtra, & ſatis amœna.

Prædiatus, prædiis munitus. Apul. lib. Florid. Ipſe benè ueſtitus, bene prædiatus.

Prædiatorius, ria, rium. Quod ad prædiũ pertinet, περὶ χωρίου. ut Ius prædiatorium. Cicero pro Cornelio Balbo, Etenim ſi Q. Scęuola ille Augur, quum de iure prędiatorio conſuleretur, homo iuris peritiſſimus, conſultores ſuos nonnunquam ad Turiũ ad Caſeliũ prędiatores reijciebat, ſi nos, &c.

Prędiatores, m. t. Dicuntur periti iuris ad prędia pertinentis. χωριονόμοι. Cic. Attic. lib. 12. Et ſi reus locuples eſt, & Apulei us prędiator liberalis. Ibidẽ, Procuratores Cornificij, & Apuleium prædiatorem uidebis.

Prædo, prædonis, uide Præda.

Prædõmo, as, pen. corr. Antè domo, comprimo, ſedo. Sen. Epiſt. 114. Et omnes caſus antequam exciperet, prędomuit

Præduco, is, Antè duco. Plin. lib. 35. cap. 16. (meditando. Probatur mollitie, & quòd ſi æra prędu cantur, uiolaceum reddit colorẽ. Tacit. lib. 24. Neq; foſſam neq; uallũ præduxerunt. Perducere foſſam homini obſeſſo, pro circumuallare. Seneca lib. 2. de Ira.

Prædulcís, & hoc prædulce, o. t. Valde dulcis. Plin. libro 12. cap. 5. Fructus per folia ſolib. coctus prędulci ſapore. Claud. Paneg. 2. Luxuries prædulce malum. Stat. 5. Syl. Tyrrheną uo lucres nautis prędulce minantur. Verr. 12. Aen. Haud ignarus eram quantum noua gloria in armis Et prędulce decus primo certamine poſſet.

Prędúro, ras, a. p. pen. prod. Præter morem duro, ſiue ualde durum facio, ὑπερσκληρύνω. Colum. lib. 3. de rubrica, Verum hoc eſt in opere difficilior, quod neq; humentem fodere poſſis, quòd ſit glutinoſiſſima: nec nimium ſiccam, quia nimium prędu ratur.

Prędurus, a, um, Valde durus. Colum. lib. 6. cap. 2. Illa ętas adhuc tenera eſt, hęc iam prędura. Verg. 2. Georg. Corporaq; agreſti nudat prędura palęſtra. Idem 10. Aeneid. Partheniũq; Rapo, & prędura uiribus Orſen.

Præĕo, præis, Antè eo, προάγω, προδιοπομπῶ, καθηγέμαι. Liu. 2. ab Vrbe, Prędierat Aruns Tarquinius filius regis: Rex ipſe cũ legionibus ſequebatur. Præire uerba, eſt certam uerborũ formulam alicui dictitare, quam ille totidem referat uerbis. Solebant enim ueteres ad execrationes: uel deuotiones hoſtilis exercitus, & ad fœdera precutienda, ſimilesq; publicos ritus peragendos, certam uerborum formulam habere conceptam, quod carmen uocabant, à qua ne minima quidem ſyllaba recedere licebat. Itaq; ne Imperatores qui ſe, hoſtilęq; exercitum erãt execraturi, aut ij per quos fœdera ſanciebantur, in proferẽdis formulis laberẽtur, adhibebatur Pontifex aut ſacerdos qui uerba præiret, hoc eſt, conceptam uerborũ formulã dictaret, quam alter totidẽ uerbis repeteret. Sic præire uerba iuriſiurandi dicitur, qui iuriſiurãdi uerba cõcipit, & iuraturo dictat. Budęus, Præire, eſt uerba præfari: & Subſe qui, eſt dictata uerba pronũtiare. Liu. 7. ab urbe, Agedũ Pontifex publicus populi Romani, præi uerba quibus me pro legionibus deuoueam. Gel. lib. 14. cap. 2. Si de omni officio iudicis præire tibi me uis. Id eſt, pronuntiare quod ſequaris.

Præire uerba de ſcripto, quid ſit declarat Bud. his uerbis. Præire hodie uerba damnationis actuarij, aut eorum uicarij carnifici ſolent, quum damnati facinoroſi ad ſupplicia trahuntur, ſed de ſcripto id faciunt.

Præiens, præuntis, participium. Ouid. 8. Metam. & dijs præeuntibus, ambo Membra leuant baculis. Idem ad Liuiam: Lucifer in toto nulli cõparuit, Et uenit ſtella non præeunte dies Inde Præitor, ὁδηγὸς.

Præfacílis, lę, ualde facilis. Plautus Epid. re profecto Apœcides Nihil moror mihi. P. de præfacili exoras Epidice.

Præfacio, uide præficio.

Præfari, d. p. Antè fari, proloqui, προοιμιάζομαι, προκήγομαι. Col. in Præf. libri 1. Quas ordine ſuo tunc demũ perſequar, quũ præfatus fuero quæ reor ad uniuerſam diſciplinam maximè pertinere. Cic. de Vniuerſ. Sed hæc ſatis ſunt dicta nobis quæ de deorum qui cernuntur, quiq; ſunt orti, natura præfati ſumus. Præfari diuos. Ver. 11. Aen. Præfatus diuos, ſolio Rex infit ab alto. Vbi Ser. Præfatus diuos, more antiquorum maiores nullam orationem, niſi inuocatis numinibus, inchoabant. Catul. Argon. Talia præfantes quondam felicia Pelei Carmina, diuino cecinerunt pectore Parcę. Præfari honorem dicimur, quum rẽ non ſatis honeſtam dicturi, aliquot uerbis pręmiſſis mollimus, quod alioqui pudicis auribus indignum eſſet. Clauſulę autem quibus honorẽ præfari ſolemus, hęc ferè ſunt, Si licet dicere, Si cõmemorare fas eſt, Quod dictu quoq; fœdum eſt, Honor ſit auribus, & ſimiles: Cic. Papyrio Pęto. lib. 9. Nos autem ridiculè ſi dicimus, Illo patrem ſtrangulauit honorem nõ prefamur: ſin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honor præfandus eſt.

Prefatio, onis, f. t. A prefando deducitur, & ſignificat id quod præloquimur antequã ad rẽ ueniamus, πρόλογος, προοίμιον. Plin. lib. 25. cap. 1. Inchoata etiam prefatione religioſa. Mart. lib. 3. Perfrixiſſe tuas queſta eſt prefacio fauces. Cic. 5. Verr. Quæ porrò prefatio tuę donationis fuit? Huius diminutiũ eſt Prefatiuncula.

Præfectus, uide Præficio.

Præfero, præfers, a. incon. Antè fero. Plin. Epiſt. 112. Lumẽq; quod ſibi maiores ſui prætuliſſent, poſteris preferret. Cic. 6. Verr. Siniſtra manu retinebat arcum, dextra ardẽtem facem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præferebat, Aliquando significat præpono, προκρίνω, προίσαμαι. Plin Iunior in Epist. Quod hominem rudem, atq; ignarum sibi præferret. Cic. pro lege Man. Salutem reipublicæ suis cõmodis præferre. Item dicto, facto, aut gestu, animi affectum ostendo. Liuius, Vultus nescio quod ingens malum præfert. Curtius, uultu & oculis motũ præferẽs animi.

Præfericulum, à præfero, uas æneum sine ansa, patens ueluti peluis, quod præferre in sacrificijs solebant. Festus.

Præferox, cis, Valde ferox, Liuius 5. ab Vrbe, Mitis legationi præferoces legatos, Gallisq; magis quàm Romanis similes habuisse.

Præferratus, a, um, Quod in cacumine habet ferrum: ut, Hasta præferrata, quę cuspidem habet ferream. Pilum præferratum, quod ferrũ habet in summitate, quo Hetrusci olim utebantur ad pinsenda grana. Diuersumq; est à pilo ruido, quod sine ferro, est ad usum molarum quas aqua uersat, uti le. Plin. lib. 19. cap. 10. Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, &c.

Præferuidus, Valde feruidus: ut, Ira præferuida. Liu. 9. ab Vrb. Quid si uini amor indies fieret acrior? quid si trux & præferuida ira? Col. lib. 1. cap. 1. de uite, Hanc nos cæteris stirpibus iure præponimus, non tantùm fructus dulcedine, sed etiam facilitate, per quã omni penè regione, & omni declinatione mũdi (nisi tamen glaciali, uel præferuida) curę mortalium respondet: tamq; felix campis, quàm collibus proue nit: & in densa non minus, quàm resoluta, sæpe etiam graci li atq; pingui terra ficcaq; & uliginosa.

Præfestíno, as, n. p. Antè tempus festino. Plaut. in Rud. tace Sceparnio. Scep. Quid opus est adolescens? P. Isti infortunium, Qui præfestinet, ubi herus adsit, præloqui. Liu. 3. bel. Punic. Concedendo plebi Senatũ, se ne deficere præfestinarẽt, effeciſſe. Colum. lib. 11. cap. 2. Satis erat per dimidios menses exequi quodq; negotium: quia neq; præfestinatum opus nimium immaturè uideri possit ante quindecim dies factũ, nec rursus post totidem nimium tardè.

Præfestinè, aduerbium Celeriter. Plaut. in Rud. Vt sine labore extraxi hanc præfestinè satis?

Præfestinatim, idem, Sisenna historiarũ lib. 4. Iudices quos uellent, instituerent præfestinatim, & cupidè.

Præfica, æ, f. p. pen. cor. Mulier in funere cõducta ad lamentabilem cantum, quæ dat cęteris modum plangendi, & fortia defuncti facta laudat: ita dicta quasi in hoc ipsum præfracta, ἀ θρηνῦσα. Næuius, Hæc quidẽ me hercle præfica si mortuum laudat.

Præfício, cis, a, t. pen. cor. Ex præ, & facio, significat præpono, ἵστημι, προίσαμαι, ἐπιτρέπω. Terent. in Eunuch. Chæream ei rei præfecimus. Liu. 4. ab Vrbe, Quas & pro centurionibus sibi præfecerant, Tempanio authore, equites. Ouidius primo de Arte, Me Venus artificem tenero dræfecit Amori. Cic. 4. Verr. An aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præesset.

Præfectus cti, m. s. substantiuũ, Qui rei alicui præficitur, ἔπαρχία. ut, Præfectus moribus dicitur qui ad cõponendos mores est constitutus. Cic. Papyrio. lib. 9. Quandiu hic erit noster præfectus moribus, parebo autoritati tuæ. Idem pro Cluent. Tu es præfectus moribus. Præfectus uigilum, cui disponẽdorum per urbis regiones uigilum cura incumbit.

Præfectus urbi. Gel. lib. 13. cap. 16. Qui præfectus urbi, & bis Cõsul fuit. Præfecti regij. Liu. 6. bel. Maced. Præfectus annonæ. Liu. lib. 4. ab Vrbe, Dux præfectusq; classis. Cic. 7. Verr. Præfectus libidinum, Cicero, post reditum in Senatu. Præfecti prouinciarum, sunt quos Baillinos & Senescalos uulgò dicimus, inquit Budæus. Præfectus Prætorio, τῶν βασιλέων ἔπαρχος. Talis apud Cæsares erat, qualis olim apud Reges Tribunus celerum, & apud Dictatores Magister equitũ. Gerebat enim secundas partes post Cæsarem præeratq; discipli næ publicæ emendandæ. Casidior. Epist. lib. 6. Potestati præfecti Prætorio nulla dignitas est æqualis. Vice sacra iudicat. Nullus ei miles fori autoritate præscribit, excepto Officiali Magistri militum. Curiales etiam uerberat. In officio suo ius retinet singulare, & talib. tãtisq; noscitur iubere, quos prouinciarũ non auderẽt Iudicis in qualibet parte contẽnere.

Præfectura. æ. f. p. dicitur officium, uel dignitas Præfecti. ἔπαρχία. Cic. de Nat. deorum. Quum è præfectura Reatina Romam uenienti noctu duo iuuenes cum equis albis dixissent, regem Persen illo die captum, Senatui renuntiauit. Idẽ ad Attic. lib. 5. Præfecturam petiit: negaui me cuiquam negotianti dare: quod idem tibi ostenderam. Dicuntur etiam Præfecturæ tractus quidam regionum, singulis patentes Præfectis, quos Græci νόμους uocant. Festus, Præfecturæ appellantur in Italia in quibus & ius dicebatur, & nũdinæ agebantur, quarũq; quædam erat Respublica, neq; tamẽ magistratus suos habebat: sed quotãnis ad eas præfecti mittebantur qui eis ius dicerent.

Præfectorius, adiec. Id est, præfectura perfunctus: sicut Prætorius, qui prætura gessit Vlpian. de Senat. lib. 1. Sed uir Præfectorius an fœminę Consulari præferatur, uidendum est.

Præfido, is, ere, Valde fidere. Cic. 1. de Offic. Sic homines secundis rebus effrenatos, sibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.

Præfigo, figis, a, t. pen. prod. Ante figo, προπήγνυμι. Plin. lib. 35. cap. 4. Lineas itineri præfigunt. Liu. 6. belli Pun. Eis parmę breuiores quàm equestres, & septena iacula quaternos longa pedes data, præfixo ferro, quale hastis uelitaribus inest. Nonnunquam accipitur pro præcludo. Verg. 1. Georgicorũ multi iam exercetos prohibent à matribus, hœdos: Primaq; ferratis præfigunt ora capistris, Quo tamen in loco non absurdè possemus intelligere, præfigunt ora capistris A poëta dicta esse, κατ' ἐναντίωσιν, pro eo quod est, præfigunt oribus (ut ita dicam) capistros.

Præfíguro, as, a. p. pen. prod. Præmonstro, repræsento, ὑποτυπόω. Lactant. lib. 6. Inflammauit libidinem, quæ aspectu maximè incitatur, ac se quisq; in illis imaginib. præfigurat.

Præfínio, finis, a. q. pen. prod. Præscribo, determino, uel limites præfigo, προορίζω. Cicer. Mario, Sed eo uidisti multum quòd præfinisti ne pluris emerem. Idem pro Rosc. Amer. Quæ dies in lege præfinita est.

Præfinitò, aduerbium. Ter. in Hecy. Nam illi haud licebat, nisi præfinitò loqui, hoc est, quæ illi placebant, uel quæ ille præfiniſſet, hoc est, permisisset, uel scripsisset.

Præfloreo, es, Ante floreo, προανθέω. Plin. lib. 16. ca. 29. ideoque & præflorent talia, & prægerminant.

Præfloro, as, Id est, prælibo, inquit Bud. προαπανθίζω, Gellius Et futuri gaudii fructum spes tibi iam præflorauerit.

Præfluo, is, n. t. Ante fluo, uel præterfluo. προῤῥέω, παραῤῥέω. Plin. lib. 4. cap. 5. Præfluente Alpheo amne. Idem libr. 5. ca. 26. Et parte læua in Mesopotamiam uadit per ipsam Seleuciã, circaq; eam præfluente infusus Tigri.

Præfluxus, & Præfluuium, Pro fluore alicuius rei antè uel præter labentis, προῤῥύς.

Præfoco, as, a. p. pen. pro. Spiritum obstructis faucibus intercludo, ἄχω, ἀποπνίγω. Ouid. in Ibin, Præfocent animæ Gnossia mella uiam.

Præfocariones uulnę. Vteri affectus dicũtur, sensum, pulsumq; per interualla intercipientes, ita ut iis laborantes immobiles iaceant, & mortuis simillimæ uideantur, nisi quod circa mediam corporis partem caloris nonnihil retineant, τὰ ὑστερικά. Quæ hoc mali genus patiuntur utero præfocatæ à Latinis: è Græcis ὑστερικὴ dicuntur, ἀπὸ τῆς ὑστέρας, quo nomine uulnam, siue uterum significant.

Præfodo, præfodis, pen. cor. Antè fodio, προορύσσω. Verg. 11. Aen. Præfodiunt alii portas, aut saxa fudes q; Subiiciunt. Vbi Ser. Præfodiunt, id est, ante portas fossas faciũt. Ouid. 13. Metam. fictumq; probauit Crimen, & ostendit quod iam præfoderat, aurum, hoc est, quod antea defoderat.

Præfœcundus, a, um, Valde fœcundus πολυφόρος, ὑπερύφορος. Plin. libr. 16, capit. 17. Omnia autem celerius senescunt præfœcunda.

Præformído, as, pen. prod. Valde formido. Quintil. libr. 4. cap. 5. Quem iudex si prouidet, non aliter præformidat quã si ferrum medici æger antequàm curetur, aspexit.

Præformo, as, a. p. pen. prod. Antè, uel prius formo, προτυπόω. Quin. lib. 2. cap. 7. Nanq; incipientibus danda erit uelut præformata materia secundum cuiusq; uires. Idem libr. 5. cap. 14. Nam quid miserius lege uelut præformatas literas infantibus prosequentibus. Silius lib. 7. Atq; his præformat dictis, fingitq; monendo.

Præfrígidus, Valde frigidus, περίψυχρος. Plin. lib. 17. Septẽtrionaliq;, & præfrigido situ. Ouid. 4. de Pont. Et trepidus Boreas, & sit præfrigidus Auster.

Præfríngo, is, a. t. Idem quod frango, aut partem anteriorem frango, προκατάῤῥηγνυμι. Plautus, Milit. Elephanto in India Quo pacto pugno præfregisti brachium. Liu. 8 ab Vrbe, Et hastas aut præfregissent, aut hebetassent.

Præfractus

Præfractus, a, um, Idem quod fractus: siue antè, uel prius fractus, διάῤῥηκτος, προκατάῤῥηκτος. Ouid 12. Metamor, solidoq; reuellere dumo Annosam pinu magno molimine tentat, Quod quia nõ potuit, præfractam misit in hostem. Col. lib. 2. Et præfractas stipes, summasq; radices quibus ager arbusto cõsitus implicatur omnis, refodiat, ac persequatur. Celf. lib. 7. Surculus corpori infixus si præfractus est, uel altius decendit quàm ut manu aut ferro eiici possit, medicamento euocandus est. Præfractus, durus, & inflexibilis, ἐνδόξος, ἀντίρροπος. Val. Max. libro 6. Sed aliquando Charondæ Tyrij præfractior & abscissior iustitia ad uim & cruorem usque. Cic. in Orat. Thucydides autem præfractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus.

Præfractè, aduerbium, idem significãs quod obstinatè. Cic. lib. 3. Offic. Ego etiam cum Catone meo dissensi: nimis præfractè uidebatur ærarium, uectigaliaq; defendere.

Præfulcio, is, a. q. præmunio, fortificio, fustes, προσκρίζω, προράσσω. Plaut. Pseud. uel ego omnibus Parcis, magnisq; miserijs præfulcior. Cic. ad Attic. lib. 7. Per fortunas, quoniam Romæ manes, primum illud præfulcatque præmuni quæso, ut simus annui, ne intercaletur quidem.

Præfulguro, as, Vale. Flac Argon. 1. strictoq; uias præfulgurat ense. Hoc est, uibrando ensem uias coruscare facit.

Præfulgeo, es, n. s. Præter modum fulgeo, περισίζω, Lib. 3. ad Herennium, Tum nec nimis illustres, nec uehemẽter obscuros locos habere oportet, ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant. Verg. 8. Aeneidos. Ducunt exortum Aeneæ, quem fulua leonis Pellis obit totum præfulgens unguibus aureis. Interdum antè fulgeo, præluceo, προφαίνω.

Præfurnium, nii, n. s. Os parens furni, quo ligna in fornacem indũtur, & deinde obstruitur, ait Budæus, προίνιον, προπυγαῖον. Cato c. 28. Ventus ad præfurniũ caueto ne accedat.

Prægelidus, a, um, Multũ, aut nimis frigidus, περικρυερός. Colum. lib. 2. Ea lucis prægelidis ac niuosis ubi æstas humida, & sine uaporibus, rectè committitur. Silius lib. 4. Quosq; in prægelidis durator Hernica riuis Mittebant saxa.

Prægermino, as, Antè germino, προβλαστάω. Plin. lib. 16. capite 29. Ideoq; & præflorent talia, & prægerminant.

Prægestio, is, n, q. Valde gestio, ὑπερπροθυμοῦμαι. Cic. pro M. Cælio, Prægestit animus iam uidere primũ lautos iuuenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares. Id est, ualde cupit. Catul. Arg. Qui dum aliquid cupiens animus prægestit apisci, Nil metuũt iurare, nihil promittere parcũt. Horat. 2. Carm. Ode 7. nunc in udo Ludere cũ uitulis salisto Prægestientis.

Prægigno, prægignis, Antè gigno, προγεννάω. Plaut. in Pseu. Quia nolebam ex me morem prægigni malam, id est, nolebam esse primus author mali moris.

Prægnans, tis, om. t. Propriè dicitur quæ grauida est quæq; iã occupata est in generando quod conceperit, ἔγκυος, ἐγκύμων. Plautus in Trucul. Quæ nunquam fuit prægnans, qui parere potuit? Cic. 1. de Diu. Quum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo cõtineret, somniauit se peperisse satyriscũ. Vxor prægnans, Cic pro Cluent. Dicitur etiam de brutis. Varr. libro. 2. de Re rust. cap. 4. de suibus loquens, Quatuor enim menses est prægnans. Canis prægnans. Hor. 3. Carm. Ode 17. Item de arboribus. Plin. lib. 12. cap. 14. de thuris uirga loquens, Prior atq; naturalis uindemia circa Canis ortum, flagrantissimo æstu, incidentibus qua maximè uideatur esse prægnans. Prægnans autem arbor, uel etiam fœta tunc dicitur, quum humorem, & succum sibi familiarẽ exuxit, necdum in folia, aut flores propagauit.

Prægnatio, prægnationis, Var. de Re rust. Hæc enim primi prægnationis, & extremi fines.

Prægrandis, prægrande, o. t. Valde grandis, περιπληθὴς, ὑπερμεγέθης. Cic. 6. Verr. Erat uas uinarium ex una gemma prægrandi trulla excauata, manubrio aureo. Plinius. libro. 4. cap 13. In quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota integant.

Prægrauis, & hoc prægraue, om. t. pen. corr. Valde grauis, ὑπέρβαρυς. Plin. lib. 8. cap. 21. Caput tantũ prægraue ægrè ferens. id est, dejectum semper in terram. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdix procurrit ad pedes aucupis fœta, prægraue, aut delũbem sese simulans. Prægraue seruitium, Idem lib. 7. cap. 8.

Prægrauo, uas, a. p. pen. co. Supra modum grauo, siue grauem admodum facio, & molestus sum, ὑπερβαρύνω. Plin. lib. 17. cap. 22 Ne prægrauet fructus parte aliqua. Accipitur etiam prægrauo pro præpondero. Suet. in Cæs. cap. 76. Prægrauant tamen cætera facta, dictaq; eius, ut & abusus dominatione, & iure cæsus existimetur.

Prægredior, eris, d. t. Antè eo. προέρχομαι. Liu. 10. ab Vrbe, Qui lictores prægredi uiderunt. &c. Ponitur aliquando pro prætergredior. Plin. lib. 28. cap. 8. Quũ fugiunt uenantem, declinant ad dextram, ut prægressi hominis uestigium occupent. Prægredi alios, est antecellere, Sallust. ad Cæs. de Repub. ord. Qui tantùm alios prægressus es, ut prius defessi sint homines laudando facta tua, quàm tu laude digna faciendo.

Prægrediens, tis, participium, Præcedens. Sueton. in Tib. cap. 7 Drusum in Germania amisit, cuius corpus pedib. toto itinere prægrediens, Romam usq; peruexit.

Prægressio, onis, f. t. uerbale. Cic. de Fato, Dicent, si omnia fato fierent eiusmodi, ut nihil fieret nisi prægressione causæ, confitendum esse fato fieri omnia.

Prægusto, as, a. p. Antè gusto, προγεύομαι. Plin. lib. 21. cap. 3. Gratificationem ipsius reginę Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, &c.

Prægustator, προγευστὴς. qui cibos principis prægustat, apud Sueton. de Claud. Cæs. capite. 44. Prægustator libidinum, Cicero Domo sua.

Præhendo, is, di, sum, a. t. & per syncopen Prændo, Idem quod capio, λαμβάνω, λαμβάνομαι. Cic. pro Quintio, Seruum unum quem iste prehenderat, abducit. Ouid. de Medicamine facici, Arentisq; rosę quantum manus una prehendat. Verg. 6. Aen. Italię fugientis prendimus oras. Cato de Re rust. cap. 116. Arundinem prende tibi uiridem.

Prehensus & Prensus, participia. Gel. Noct. Att. lib. 11. Seruos item furti manifesti prehensos uerberibus affici. Senec. in Troade, Sic ille dextra prensus hostili puer ferox.

Prehenso, & Prenso frequentatiua, Quę propriè de supplicibus dicuntur, & canditatis, quum magistratum aliquem ambientes, suffragatorum manus prehendunt. Liu. li. 3. ab Vrbe Tum demum coactus, cum multa indignitate prehẽsabat singulos. Idem lib. 1. His muliebrib. instinctus furiis Tarquinius circumire, & prahensare minorũ maximè gentiũ patres, admonere paterni beneficij. Cic. Att. lib. 11. Prensat unus P. Galba sine fuco ac fallacijs, more maiorũ. Verg. 2. Aeneid. prensant fastigia dextris. Prensare consilium, idem quod capere consilium. Liu. 2. belli Pun. Ad consilium prensandum tempus opus esse.

Prensatio, siue Prehensatio, uerbale. Cic. Attic. lib. 1. Fuit illius hæc præpropera prensatio.

Præiaceo, Præiaces. n. s. pen. cor. Antè iaceo, πρόκειμαι Plin. lib. 3. cap. 4. Oppida de cætero rara, præiacentibus stagnis. Tacitus libro 12. Campo qui castris præiacet.

Præiacio, is, a. t. Antè iacio, oppono, προβάλω. Colum. lib. 9. Mox præiaciuntur in gyrum moles, ita ut complectantur sinu suo, & tamen excedunt stagni modum.

Præiudico, a, p. Antè tempus iudico, inquit Budæus, προκαταγινώσκω. unde causa præiudicata, dicitur quæ præsumpta opinione damnata est, antequã causa agatur, προκατεγνωσμένη δίκη. Brutus ad Cic. Quod enim nondum senatus censuit, nec populus Romanus iussit, id arroganter non præiudico. Interdum est præiudicium facere. Cic. 3. de Legibus. Edant, & exponant quid in magistratu gesserint, deq; ijs censores præiudicent.

Præiudicatus, a, um, participium: ut euentus belli præiudicatus, apud Liu. li. 2. Decad. 5. Cic. pro Cluen. Cognoscite iam, ita reum citatum esse illum, ut re semel atq; iterum præiudicata condemnatus in iudicium uenerit.

Præiudicatio, onis, uerbale. u Qint. lib. 4. cap. 2. Aut si iam præiudicatione Senatus damnatus esset.

Præiudicium, cij, n. s. ut inquit Asconius, Dicitur res quę quũ statuta fuerit, affert iudicaturis exemplum quod sequãtur in eadem causa, uel paribus causis, προκατάγνωσις. Iudiciũ autem, res quæ causam, litemq; determinat. Cic. pro Cluen. Quumq; ijs duobus præiudicijs iam damnatus esset. Idem 1. Ver. De quo non præiudicium, sed planè iudicium iam factum putatur. Liu. Præiudicium iam de reis, & à Senatu, & à populo Romano, & ab ipsorum collegis factum esse. Quintil. Præiudicia sint à rebus iudicatis quæ pares fuerunt, aut ex iudiciis ad ipsam causam pertinentibus, aut ab eiusdem causæ pronuntiatione. Præiudicium ergo quod in eadẽ causa, uel simili prius est latum. Vlpian. Interdũ euenit ut præiudicium iudico, publicè fiat. Laurentius Vulla, Præiudicium, quasi sententia quædã ante iudiciũ: sicut si essent duo

de officio aliquo contendentes, quum lis in longum proce dit, magistratus iubet interea dum sententiam ferat, alterũ officio fungi, quasi indicans iam nunc se pro ea parte senti re, penes quẽ uult esse rem de qua litigatur. Et hoc præiudicium dicitur quod possidentem adiuuat, & obest excluso.

Præiuro, as, Ante alios iuro, *προόμνυμι*. A quo Præiurator, Præiuratrix, & Præiuratio, quàm ij facere dicuntur qui ante alios conceptis uerbis iurant, hoc est, qui alijs iuramentis formulam præeunt.

Preiuuo, as, penultima correpta, Antè iuuo, Tacitus lib. 12. Et credebatur affectam eius fidem præiuuisse, domo ægrisq; pignori acceptis.

Prælabor, pen. prod. Prælaberis, Antè labor, præterfluo, *παραῤῥέω*. Colum. lib. 11. cap. 1. prælabentis uerò tẽporis fuga, quam sit irreparabilis, quis dubitet? Cic. 2. de Nat. deor. Pisces quorum alter paulò prælabitur ante. Lucan. lib. 6. Quo que modo Romæ prælapsus mœnia Tybris.

Prælambo. Antè lambo, prægusto, *προλάπτω*, *προλιχμῶμαι*, *προγεύομαι*. Horatius 2. Serm. Saty. 6. Continuatq; dapes, nec non uernaliter ipsis Fungitur officijs, prælambens omne quod affert.

Prælego, gis, pen. cor. a. t. Antè lego, ut solent præceptores suis discipulis, *προαναγινώσκω*, *προδιδάσκω*. Quint. lib. 1. cap. 14. Sed pueris quæ maximè ingenium alant, prælegẽda, atq; animum augeant. Prælego, prætereo, præteruehor, *παραβαίνω*, *παραπλέω*. Tacit. lib. 5. Campaniam prælegebat, ambiguus in urbem intraret.

Prælectio. Quint. lib. 1. cap. 2. Attamen emendationi, prælectioniq; numerus obstat.

Prælector, oris, uerbale. Gel. lib. 18. cap. 5. Si magistrũ, prælectoremq; habuisset alicuius æris.

Præliaris, & hoc præliare, uide prælium.

Prælibo, as, pen. prod. Antè libo, & degusto, *προγεύω*, *προγεύομαι*. Stat. 3. Syl. Chare puer, superis qui prælibare uerendum Nectar, Vultũ, & pectora alicuius prælibare uisu. Stat.

Prælicenter, Nimis licenter, *ὑπεραθρόως*. Gel- (2. Achil. lius, Quam uerba finxit prælicenter.

Præliganeum uinũ, apud Catonẽ, à prælegendo dicitur: est illud quod uel præmaturũ est, uel præ omnibus legitur, quod & precium Verg. dicitur. Cato de Re rustica, cap. 23. Vuas miscellas ad uinum prẽliganeum quod operarij bibant, ubi tempus erit legito, &c.

Prælĭgo, gas, a. p. pen. cor. Ab anteriore parte lego. Liuius 2. Punica Fascesq; uirgarum, atq; arida sarmenta prælĭgantur cornibus boum. Cicero 2. de Inuent. Os autem obuolutum est folliculo, & prælĭgatum.

Prælium, lii, n. s. Cõflictus, dimicatio, certamen, pugna, *μάχη*, *ἀψιμαχία*, *συμβολή*, à premendo (ut quidam putant) dictũ quòd dimicando hostes se inuicẽ premant: quanquam non desunt qui à prẽlo deduci malint, eo quòd in dimicationibus è corporibus sanguis profluat non secus atq; mustum è prẽlis. Verg. 6. Ecloga. Quum canerem Reges, & prælia, Cynthius aurem Vellit. Idem 2. Georg. necdũ horrida miscẽt Prẽlia, sed dubius medijs Mars erat in armis. Audere in prælia. Ver. 2. Aen. Quos ubi cõfertos audere in prẽlia uidi. Cicero, Præliorũ exitus sunt incerti. Idem 2. de Orat. Quũ Tarento amisso, arcẽ tamen Liuius retinuisset, multaq; ex ea prælia præclara fecisset, &c. Idem de Nat. deor. Quum A. Posthumius cum Octauio Mamilio prælio dimicaret. Verg. 3. Georg. prælij appellationem honesta metaphora ad coitũ transtulit, Frigidus (inquit) in Venerem senior, frustraq; laborẽ Ingratum trahit: & siquando ad prælia uentum est, Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis Incassum furit.

Prælior, aris, d. p. Dimico, *μάχομαι*. Cæsar. lib. 5. belli Gal. Eque stribus præliis sæpe ex equis desiliunt, ac pedibus prælĭatur quosq; eodem manere uestigio assuefecerunt. Idem 2. belli Gall. Ex loco superiore in ipsis fluminis ripis præliabantur. Prẽlari, per translationem pro contendere uerbis. Cicero ad Atticum libro secundo, Ego enim quandiu Senatus authoritas mihi defendẽda fuit, sic acriter, & uehementer prælĭatus sum, ut clamor concursusq; maxima cũ mea laude fierent.

Prælians, tis, participium. Cic. 2. Diuinat. Eudemus prælians ad Syracusas occidit.

Præliaris, præliare, om. t. Quod ad prælium pertinet, *μαχικὸς*, *ἀψιμαχικὸς*. Vnde præliares pugnæ, Plaut. Curcul. meæq; pugnæ præliares obtritæ iacent. Præliares dies quibus fas est hostem bello lacessere, uel ablata repetere: Solebant enim Romani quoties ipsi bellum inferrent, certum diem ad conferendum prælium delectum habere. Alioqui quum exciperent, nullus obstabat dies, quominus uel salutem suã, uel publicam defenderent dignitatem.

Prælongus, a, um, Valde longus, *ὑπέρμακρος*. Liuius 2. bell. Pun. Dispares ac dissimiles gladij, Gallus Prælongis, ac fine mucronibus. Quin. libro. 6. cap. 4. Quale refert Cic. de homine prælongo.

Prælongo, as, are, a. p. Prælongũ facio. Plin. lib. 21. cap. 2. Qua subtilitate pedum crura prælonganit.

Præloquor, pen. cor. d. t. Antè uel prior loquor, præfationem utor, *προλαλέω*, *προλέγω*. Plin. Epist. 174. Fortè accidit ut eo die mane in aduocationem subitã rogaret: quod mihi causam præloquendi dedit. Cælius Ciceroni, libro 8. Vix hoc erat prælocutus. quum ego Appium Censorem eadem lege postulaui.

Præluceo, præluces, pen. prod. Antè luceo *προφαίνω*. Mar. lib. 12. Præluxere faces, uelarunt flãmea uultus. lib. 32. cap. 10. Pulmone marino si confricetur lignũ, ardere uidetur adeo ut baculum ita præluceat. prælucere alicui, est præferre faciem, *φαεσφορέω*. Sueton. in Aug. cap. 29. Quum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruumq; orã lucentem exanimasset. Plin. de uiris Illust. Duillio concessum est, ut prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret. Per metaphoram, Prælucere, est luce, hoc est, claritate & nobilitate superare. Cic. in Sal. Ego maioribus meis uirtute mea præluxi, ut si prius noti non fuerunt, à me accipiant initium memoriæ suæ. Horat. 1. Epistol. 1. Nullus in orbe locus Baijs prælucet amœnis hoc est, præpollet, siue amœnior est.

Prælucidus, a, um, Valde lucidus. Plin. lib. 37. cap. 6. Arabiæ excellunt candore circuli prælucido, atq; non gracili.

Præludo, is, pen prod. a. t Antè ludo. præcino: leue quiddã, sed maioris rei initium præmitto, *προπαίζω*, *ἐναβάλλομαι*, *ἀνακρόομαι*. Verg. lib. 3. Georg. & sparsa ad pugnã præludit arena. Senec. Epist. 101. Illi meliori uitæ longioriq; præluditur.

Prælusio, onis, idem quod præludium, *ἀνάκρουσις*. Plinius Epistola 99. Cuius quasi prælusio, atquæ præcursio, has contentiones excitauit.

Præludium, dij, n. s. Propriè est præcẽtio illa quæ antè cantum legitimum fauoris emerendi gratia à citharœdis solet præmitti. quãquam etiam generalius accipitur pro quouis initio rei seriæ præmisso, *προοίμιον*. Præludium & portentũ, metaphoricè in malam partem. Cic. 4. Philip. Quæq; esset facturus in hac urbe, nisi cum hinc ipse Iupiter ab his mœnibus repulisset, declarauit in Parmensium calamitate: quos optimos uiros, honestissimosq; homines, maxime cum authoritate huius ordinis, populiq; Romani dignitate coniunctos, crudelissime interfecit præludium illud & portentum L. Antonius, insigne odium omnium hominum: uel si etiã dij oderint quos oportet, omnium deorum.

Prælum, Præli, n. s. Propriè est trabs illa in torcular quã ua calcata premitur, *λίνος*. Torcular aũt dicitur tota illa structura qua ad liquorem exprimẽdum utitur. Lacus aũt, uas illud, in quod mustum de torculari influit. Dictum prælum (ut quibusdam placet) à præluendo, eo quòd humore profluente præluatur, id est, madefiat. Alij potius à premendo deduci uolunt, unde & sine diphthõgo scribere malunt. Quæ quidem deriuatio ueri similior uidetur, nisi reclamaret primæ syllabæ quantitas, quæ in dictione prælũ producitur, quum in uerbo premo corripiatur. Sed hoc omnino insolitum non est, deriuatiuum à primogenij quantitate discrepare. Verg. 2. Georg. tu spisso uimine qualos, Colaq; prælorum fumosis deripe tectis. Cato cap. 32. Prælum de sapino atra potissimũm facito:

Prælumbo, bas, Lumbos præfringo, *ἀποσφύω*. Næuius, Vindemiatoribus (ut citat Nonius) cœpit unumquemq; prælumbare fustibus.

Præluo, is, Antè uel prius abluo, *προλούω*, *προκλύζω*. Nõnunquam etiam præterfluo, *παραῤῥέω*.

Præluſtris, stre, Valde illustris, *ὑπερφυδόκιμος*. Ouid. 3. Tristis. Viue tibi, quantumq; potes, prælustria uita, Sæuum prælustri fulmen ab arce uenit.

Præmando, as, n. p Antè, siue prius mando, *προπιτάττω*. Varinius Cic. lib. 5. Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugiti uus Vardaci esse: de quo tu mihi nihil mandasti: ego tamen terra, mariq; ut conquireretur, præmandaui.

Præmanibus, In promptu, & ad manum, *μετὰ χεῖρας* Gel. Quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quod præ manibus eſt, ponemus. Apuleius. Et æs. ſi forte præ manu non fuerit, nemo eum expirare patietur.

Prę̄mātūrŭs, a, um, Antè tẽpus maturus, præcox: propriè; de fructibus dicitur qui ante alios matureſcunt, πρόιμος. Colu. libro. 11. cap. 3. Sed qui prę̄maturum fructum cucumeris habere uolet, &c. Transfertur & ad alia: ut Præmatura ſenectus, id eſt, præcipitata, legitimumq; tempus Præuertẽs. Præmatura mors. hoc eſt, immatura, & qua ante tẽpus uenit. Plin. libro 7. capite. 51. Semiem inuentam præmaturæ mortis eſſe ſignum.

Præmaturè, aduerbium, id eſt, immaturè, & ante tempus legitimum. Plaut. in Moſtel. Quia præmaturè uita carco. id eſt, quia mortuus ſum ante tempus.

Prę̄medicātus, ta, tum, participium, Pharmacis aut incantatione, præmunitus, προφαρμακευθείς Ouidius Epiſtola 11. Iſſet anhelatos non præmedicatus in ignes, immemor Aeſonides, oraq; aduncа boum.

Præmeditor, aris, d. p. prius meditor, præcogito, προμελετάω. Cic ad Attic. lib. 6. Ex qua me fingere poſſim, & præmeditari quo animo accedam ad Vrbem. Idem 11. Philip. Eſt, enim ſapientis, quicquid homini accidere poſſit, id præmeditari. Ad Heren. lib. 2. Si reus nihil horum fecerit, accuſator dicet eum uſq; præmeditatum fuiſſe quid ſibi eſſet uſui uenturum. Plaut. in Epid. ut paratè Eam præmeditatam meis dolis, aſtutijsq; Ouuſtam mittam.

Præmeditatio, nis, f. t. Eſt meditatio, & cogitatio rei futuræ, προμελέτησις Cic. 3. Tuſc. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quę uenientia lõgè antè uideris.

Præ me fero, præ te fers, præ ſe fert, præ me gero, apertè fero, non obſcurè fero, præfero, quod animo ſentio, & uultum promptum habeo & linguam.

Præmercor, aris. d. p. prius emo, προωνοῦμαι. Plaut. in Epid. Aedopol. nę iſtam tempore ſuo, quato tuo ſumus Præmercati. Plin. lib. 32. capite ſecundo Ni qui ad polluctum emerẽt pretio minus parcerent eaq; præmercarentur.

Præmetior, iris, d. q. Antè metior, προμετρέω. Vnde Præmẽſus, participium. Tibul. libro 3. Eleg. 3. Tunc quum præmenſæ defunctus tempore lucis, Nudus lethea cogeret ire rate.

Præmeſſum, ſi, n, ſ. quod prælibationis cauſa præmetitur, ἀπαρχή. cuiuſmodi erant ſpicæ quas primò demeſſas ſacrifi cabant Cereri. Author Feſtus.

Præmetuo, is, Antè metuo, προφοβοῦμαι. Luc. li 3. at mẽs ſibi conſcia facti Prę̄metuẽs adhibet ſtimulos, torretq; flagellis.

Præmigro, as, pen. cor. Antè migro προμετοικίζω. Plin. lib. 8. cap. 28. Ruinis imminentibus, muſculi præmigrant.

Præmitto, is, a. t Antè mitto, προπέμπω. Plau. in Amph. Me à portu præmiſit domum, ut hæc annũtiem uxori ſuæ. Cic. Offic. Præmittebatq; de ſtipatorib. ſuis qui ſcrutarentur arculas muliebres. Cæſ. 4. bel. Gal. Quum id nõ impetraſſent, petebant uti ad eos, equites qui agmen anteceſſiſſent, præmitteret. Verg. Aen. 1. rapidum ad naues præmittit Achatẽ.

Prę̄miſſus, a, um, Verg. 9. Aen. Interea præmiſſi equites ex urbe Latina.

Præmium, præmii, n. ſ. Propriè dicitur id quod cuiquam pro rectè factis datur, γέρας Cic. ad Attic. Solon rempublicam duabus rebus cõtineri dixit, præmio & pœna. Idem de Orat. Legibus & præmia propoſita ſunt uirtutibus & ſuppliciа uitiis. In ludis quoq; & certaminibus prę̄mia dicũtur, quæ proponuntur uictoribus, ἄθλα. Verg 5. Aen. Protinus Aeneas celeri certare ſagitta. Inuitat qui fortè uelint, & præmia ponit. Accipitur aliquando etiam in deteriorem partem pro ſceleris cuiuſpiam mercede. Cic. de Prou. Conſ. Pro uinciæ quas peſtiferi illi Cõſules pro euerſæ Reipublicę præmijs occupauerunt. Idem Piſon. Totam rempublic. prouinciæ præmio uendidiſti. Pretium aũt propriè illud eſt quod pro re empta perſoluimus. Terent. Eunuch. Pretiũ ſperans, producit illico, ac uendit. Poẽtæ tamen hæc duo in eadem ſignificatione aliquando uſurpant. Verg. 5. Aen. Inuitat prętijs animos, & præmia ponit. Et paulò antè, Munera principio ante oculos, circoq; locãtur In medio: ſacri tripodes, uiridesq; coronę. Et palmę pretium uictoribus. Aliquãdo prę̄mium pro pecunia ponitur. Næuius, Sine præmio ſum, mar ſupium reliqui domi.

Præmioſus, Pecunioſus. Accius, Diuitè ac præmioſum auum.

Præmior, aris, d. p. Sueton. in Tito Veſp. cap. 7. Quod cõſtabat in concionibus patris nundinari, præmiariq; ſolitum, id eſt, lucrari, inquit Budęus.

Præmiator, prædo. Nęuius, In ſcæna uos nocturnos cœpit præmiatores tollere. Dicitur aliquando qui præmia ſoluit.

Præmoderor, d. q. Antè moderor, προρρύθμίζω, Gellius lib. 7. cap. 9. Cretenſes quoq; prælia ingredi ſolitos, præcinente, ac præmoderante cithara greſſibus.

Præmodum, pen. cor. Aduerbium. Significat ſupramodũ, παρὰ ἢ ὑπὲρ τὸ μέτρον. Gellius libro. 7. cap. 7. Parcentes (inquit) præmodum.

Præmoleſtia, leſtiæ. f. p. Moleꝛia ex malo quod imminere putamus anticipata, & præſumpta: hoc eſt, timor ipſe moleſtiam uel malum futurũ antecedens. Cic. 4. Tuſc. Alij metum præmoleſtiam appellabant, quod eſt quaſi dux conſequentis moleſtiæ.

Præmolior, iris, Ante molior, uel præparo, προκατασκευάζω. Liu. 8. bel. Pun. Itaq; præmoliendas ibi ratus iam res, conciliandosq; Regum, Gentiumq; animos, Syphacem primũ Regem ſtatuit tentare.

Præmollis, le, Valde mollis, ὑπερμάλακ. Plin. lib. 11. cap. 37. Cor palpitat certè, & quaſi alterum mouetur animal intra præmolli firmoq; opertum membranæ inuolucro. Idem lib. 9. cap. 51. Intra ſe parit oua præmollia.

Præmollio, is, a. q. Antè mollio, προμαλάττω. Vnde præmollitus participium. Quintil. lib. 2. cap. 9. Et fruſtrà ſparſeris ſemina, niſi illa præmollitus fuerit ſulcus. Idem lib. 6. cap. 5. Quo genere defenſionis etiam offendiſſet nondum præmollitas Iudicum mentes.

Præmŏnĕo, nes, penul. cor, a, s. Antè moneo, ὑπομιμνήσκω. Col. lib. 1. Ideò præmoneo, ne uillicum ex eo genere ſeruorũ qui corpore placuerũt, inſtituamus. Liu. 1. bel. Pun. Quum Aruſpices ad Imperatorem id pertinere prodigium prę̄mo nuiſſent. Cic. 2. Ver. Animo ſanè benеuolo, ut magnopere caуerem, præmonebat.

Præmonitus, a, um, participium. Plin. lib. 16. cap. 39. Fuitq; arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo quam arbor arma peperiſſet.

Prę̄monitus, us, m. q. uerbale, Pro prædictione. Valer. Max. lib. 1. cap. 6. Sic deorum ſpreti prę̄monitus excandeſcunt. Ouid. 15. Metam. Non tamen inſidias, uenturaq; uincere fata Præmonitus potuere deũm.

Præmonſtro. as, a, p. Antè monſtro, doceo, oſtendo, ὑποδείκνύω, προδείκνύω. Plaut. in Perſa, Præmonſtra doctè, præcipe aſtu filiæ Quid fabuletur, ubi ſe natam prædicet. Idem Mil. atq; hoc ei præmonſtra & prę̄cipe, Vt tenet conſilia noſtra. Cic. 1. de Diuin. Atque etiam uentos præmonſtrat ſæpe futuros Inflatum mare.

Prę̄monſtrator, m. t. uerbale, Qui præmonſtrat, & docet quid faciendum ſit ante periculum. Terentius in Heaut. Sed hic adiutor meus, & monitor, & prę̄monſtrator Chremes, Hoc mihi præſtat.

Præmordeo, es, a. ſ. Morſu dilacero, καταδάκνω. Gel. Plaut. in Trin. neq; præmordiſſe dixit, ſed præmorſiſſe, Niſi fugiſſem, (inquit) medium, credo, præmorſiſſet.

Præmŏrĭŏr, reris, d. t Antè morior, προαποθνήσκω. Plin. lib. 7. cap. 10. Præmoritur uiſus, auditus, inceſſus. Ouid. Epiſt. 8. Aut ego prę̄moriar, primoq; extinguar in æuo, Aut ego Tantalidæ Tantalis uxor ero.

Prę̄mortuus, participium. Liu. 1. ab Vrbe, Scaptium ipſum id quidem credo, etſi prę̄mortui iam ſit pudoris, non facturũ.

Præmunio, nis, a. q. ſecũda ſyl. prod. Prius munio, προασφαλίζω. Cæſ. 3. bel. Ciuil. Iſthmũ præmunire inſtituit. Per trãſlationẽ etiam de incorporeis dicitur. Cic. pro Cęlio. Quam obrem illa quę ex accuſatorum oratione prę̄muniri iam, & fingi intelligebam, fretus ueſtra prudentia non pertimeſco.

Prę̄munitio, onis, f. t. uerbale. Cic. 3. de Orat. Præmunitio eſt etiam ad id quod aggrediare, & reiectio in alium.

Prænarro, as, a, n. p. Antè narro, προλέγω, προδιηγέομαι. Terẽt. in Eun. Rectè ſanè interrogaſti, oportuit rẽ prę̄narraſſe me.

Prænăto, as, pen. cor. Antè nato, προνήχομαι. Plin. lib. 6. cap. 45. Prænatante piſciculo frontem ſuam ſpargit. Ponitur aliquãdo pro præterfluere, παραῤῥέω. Verg. 6. Aen. Lethũq; domos placidas qui prænatat, amnem. Vbi Seruius, prænatat, prętерfluit, contrariè dictum eſt: nam non natant aquę, ſed in ipſis nos natamus. Enniũ igitur ſequutus eſt qui ait, Fluctusq; natantes. Hæc ille.

Prænāuĭgo, as, Prætернauigo: παραπλέω. Plin. lib. 6. cap 22. Vt uiginti dierum ſpatio prænauigarint inſulam quæ Solis

Prænimĭs. Nimis multum, ἄγαν. Gel. lib. (appellatur. 19. cap. 10. Hoc prænimis plebeium eſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prænitẽo, es, Valdeo niteo: unde Prænitidus, ualde nitidus. Prænitens Luna, Plin. lib. 2. cap. 9.

Prænomen, uide in dictione nomen.

Prænoſco, is, a. t. Antè noſco, prædiuino, *προγινώσκω*. Cicero de Diuin. Neque nõ poſſunt futura prænoſcere. Plaut. in Aſin. Verùm meam Vxorem tu neſcis qualis ſit. L. Tu primus ſentis, nos tamen prænoſcimus.

Prænotio, f. t. uerbale, *πρόγνωσις*. Cicero 1. de Natura deorum, Fateamur conſtare illud etiam, hanc nos habere ſiue anticipationem, ut antè dixi: ſiue prænotionem deorum.

Prænõto, as, pen. cor. ex præ & noto, inſcribo, *προσιμαίνω*. Noto uerò, frequentatiuum eſt à noſco.

Prænũbilus, a, um, Valde nubil⁹ & obſcurus, *ὑπερνεφώδης*. Ouidius 3. Amore. Stat uetus & denſa prænubilus arbore lucus.

Prænuntio, as, Antè nuntio. *προαγγέλλω*. Terent. in Phorm. Abi, ac prænuntia hanc uenturam. Cic. 1. de Diuin. Eſt enim uis & natura quædam, quæ tum obſeruatis longo tempore obſeruationibus, tum aliquo inſtinctu, inflatuq; diuino futura prænunciat.

Prænuntius, a, um, adiect. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ nuper bello Octauiano magnarum fuere calamitatũ prænuntiæ. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 1. Hoc utinam nitidi Solis prænuntius ortus Aferat, admiſſo Lucifer albus equo. Idem 3. Metam. Addidit hæc cladis prænuntia uerba futuræ. Idem 2. Faſt. An Veris prænuntia uenit hirundo?

Præoccido, dis, pen. cor. Antè occido. Plinius libro 18. capite 29. Cui præoccidere Caniculam neceſſe eſt.

Præoccũpo, as, a. p pen. corr. Præuenio, anticipo: ex præ, & occupo, *προκαταλαμβάνω*. Li. 4. ab Vrbe, Vbi uidẽt collegas Principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupauiſſe, nec locum in ea relictum ſibi. Cæſar 6. belli Gallici, Præoccupauit animos timor. Cic. 10. Philippic. Quas enim partes ipſe mihi ſumpſeram, eas præoccupauit oratio tua. Seneca Epiſtola 51. Omnes præoccupati ſumus uirtutes diſcere, uitia dediſcere.

Præoccupatio, onis, f. t. Apud Rhetores ſchema quoddã quum id quod ab aduerſario nobis obiici poſſet, ipſi præripimus diluimusq;, *προκατάληψις*. ut apud Vergil. 2. Aeneid. Neque me Argolica de gente negabo. Et libro 3. ſcio me Danaïs de claſſibus unum.

Præopto, as, a. p. Antè, ſiue potius opto, *προαιρέομαι*. Terent, in Hecy. Adeon' peruicaci es animo, ut puerum præoptares perire? Liuius 9. ab Vrbe, Quod quantopere optandum foret, Hernicos docuiſſe, &c. Idem 3. belli Punici. Punicam Romanis ſocietatem atq; amicitiam præoptandam eſſe. Idem 8. belli Pun. Mortem in certamine quã ut alter alterius ſubi gerentur imperio præoptantes.

Præpandere, Antè aperire, Lucret. lib. 1. Clara tuæ poſſim præpandere lumina menti. Aliquando accipitur pro prætendere. Plin. li. 11. cap. 24. Maiores aranei in terra cauernarũ exigua ueſtibula præpandunt, Budæus.

Præparcus, Valde parcus: qua uoce utitur Plinius libro 11. capite 19.

Præparo, as, a. p. penult. corr. Antè paro quæ mihi utilia fore credo, *προσδοκοποιῶ, παρασκευάζω*. Cicero libro 1. Offic. Facilè totius uitæ curſum uidet, ad eamq; degendam præparat res neceſſarias. Idem 2. Tuſculan. Cultura autem animi Philoſophia eſt, quæ extrahit uitia radicitus, & præparat animos ad fatus accipiendos.

Præparatus, a, um, participium. Cicero 1. de Inuent. Pœna apud inferos ſunt impijs præparatæ. Idem 1. de Diuin. Animo quum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis præparato, qui ſe ita quieti tradit, certa & uera cernit in ſomnijs.

Præparatus, us, m. q. penult. prod. ſubſtantiuum. Gel. libro 19. Namq; in præparatu rei ruſticæ, per tempeſtates, pluuiasq; quum ocium eſt maturari poteſt: per ſerenas, quũ tempus inſtat, properari neceſſe eſt.

Præparatio, onis, uerbale, *παρασκευή*. Cic. 1. Offic. Diligens præparatio in omnib. negotijs, priuſquã aggrediare, adhibenda

Præparatò, aduerbiũ, uel ablatiuus aduerbialiter poſi- (eſt. tus. Quint. lib. 4. cap. 42. Quam nihil præparatò, nihil feſtinato uidetur feciſſe Milo, id eſt, ex præparatione.

Prepẽdio, a. q. ſecũda ſyllaba cor. Idẽ quod impedio: quaſi pedes uincio, *κωλύω*. Videtur autem compoſitũ eſſe ab antiquo uerbo pedio: à quo etiã fiũt Cõpedio, & Impedio. Plau. in Caſina, Timor præpedit dicta linguæ, id eſt, ualde impedit. Ter. Heaut. an eo ſit, qui in re noſtra aut gaudio fumus præpediti nimio, aut ægritudine? Liu. 8. ab Vrbe, Sine modo, inquit ſeſe præda præpediãt. Morbo præpeditus, Cic. pro Rab. Præpedimentum, ti, n. ſ. Impedimẽtum, *κώλυσις, κώλυμα*. Plautus, Non fallaciæ præpedimentum obiiciatur.

Præpendeo, es, n. ſ. Ante pendeo, *προσωρέομαι*. Mart. li. 9. Præpendet mento nec tibi barba minor.

Præpes, petis, generis omnis, t. Idem quod uelox, *ὠκύς*. Ver. 3. Aeneid. Troiugena interpres diuũm, qui numina Phœbi Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſydera ſentis, Et uolucrum linguas, & præpedis omnia pennæ. Idem 6. Aen. Dædalus (ut fama eſt) fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo, &c. Volunt plerique hoc nomen ſignificare uelocitatem in altum uolantis. Dicebãtur & præpetes ab auguribus aues quæ opportunè præuolabant, aut idoneas ſedes capiebant, ut inquit Higinus. Alii uolunt eſſe quæ ingentib. & patulis, & porrectis alis uolitant. Ex Feſto.

Præpeto, is, pe. co. Antè, uel prius peto: id eſt, uado, *προσεμῶ*. Feſtus, Præpetere dicebant antiqui pro anteire.

Præpilatæ haſtæ, f. p. Sunt quæ ferreas habent cuſpides, quaſi præferratæ, *λόγχαι σιδηρῶται*. Præpilatum etiam dicitur ubi non eſt ferrum, ſi modò in mucronem acutum ſit. Plin. libr. 8. cap. 6. Ab operariis haſtas præpilatas habentibus per circum totum actos. Cornua præpilata. Idem libr. 9. cap. 30. de locuſtis, Si nullus ingruat metus, recto meatu cornib. quæ ſunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis, &c. Exerceri præpilatis. Quin. libr. 1. cap. 12. Quod eo diligentius faciendum fuit, quia declamationes, quibus ad pugnam forenſem uelut præpilatis exerceri ſolebamus, olim iã ab illa uera imagine ornandi receſſerunt.

Præpinguis, m. t. Valde Pinguis, *ὑπίπαχυς*. Col. lib. 3. Itaq; nõ eſt uineis apta, uix etiã arbuſto, niſi præpingui & uiuida terra. Ve. 3. Ae. inde Exupero præpingue ſolũ ſtagnátis Eloti.

Præpolleo, n. ſ. Ante alios uel plurimum polleo, *ὑπερίσχω*. Liu. 1. ab Vrbe, Ardeam Rutuli habebant gens, ut in ea regione, atq; in ea ætate, diuitiis præpollens. Idẽ lib. 5. Virtute fortunaq; tum ſua, tum publica præpollent.

Præpondero, as, n. p. Grauior ſum, plus põdero, *ὑπερβαρέω*. Per translationem uerò ſignificat pluris eſſe, ſiue pluris æſtimari debere, *προτιμάω*. Gel. lib. 1. cap. 3. Nam quum in rebus aut paribus, aut non longè ſecus, utilitas amici, & honeſtas noſtra conſiſtit, honeſtas procul dubiò præponderat.

Præpono, is, a. t. Antepono per electionem, Præfero, *προτίθημι, προτιμάω*. Plau. in Rud. Lucrum præpoſui ſopori & quieti. Interdum Præponere, eſt prius ponere, tempore præcepto, *προτίθημι*. Salluſt. in Iugur. Vbicũq; res poſtulabat, præſidium eſt præpoſitum. Aliquando eſt præficere, *ἐφίστημι*. Cic pro Manil. dixit præpoſitum bello Imperatorem.

Præpoſiti, Qui rebus aliquibus præfecti ſunt, *προστάται*.

Præporto, as, a. p. Ante ſe ferre, uel portare. Luc. lib. 2. Tela quæ præportant uiolenti ſigna furoris. Interdum accipitur pro eo quod eſt præ ſe ferre, hoc eſt, ſigno aliquo exteriore animi effectum oſtendere. Catul. Argon. quibus anguineo redimita capillo Frons expirantis præportat pectoris iras.

Præpoſſum, Idem quod præpolleo, uel præualeo, *ὑπερίσχω*. Tacit. lib. 21. Poſtquàm Macedones præpotuere, &c.

Prępotens, Valde potẽs, uel ualde diues, *ὑπέροχος, πολυτελέστατος*. Cicero de Amicitia, Sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.

Præpoſterus, ra, rum, pen. cor. Peruerſus, qui rerum ordinem conturbat, aut in quo ordo eſt cõturbatus, *προθύστερος*. Cicer. Caſſio, Præpoſteros habes rabellarios: etſi me quidem non offendunt: ſed tamen quum à me diſcedunt, flagitant literas: quum ad me ueniunt, nullas afferunt. Quintil. Præpoſtera res, occidere, deinde erubeſcere.

Præpoſterè, aduerbium, Hoc eſt, peruerſè, & ordine conturbato. Cic. 1. Acad. Vt præpoſterè agam, mox referam me ad ordinem. Cic. Attico, Omnes arbitror mihi tuas redditas eſſe, ſed primas præpoſterè, reliquas ordine.

Præproperus, Valde, ſeu nimis celer, *ὑπερπετής*. Cic. Trebatio, Sed ex tuis literis cognoui præproperam quandam feſtinationem tuam. Liu. 7. belli Pun. toto eo bello damnoſa, præpropera ac feruida ingenia Imperatorum fuiſſent.

Præproperè, pen. cor. aduerbium, Nimium celeriter. Liu. 7. belli Maced. Et feſtinans ipſe præproperè cum quinq; ſolis nauibus Annibali occurrit.

Præputium,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Præputium.tii,n.s.Pellis quæ glandem,hoc est,summã cutis partẽ tegit:à præputando (ut putatur) nomẽ habens,eò quòd à Iudæis præputaretur,hoc est,præscinderetur, ἀπροβυσία,πόσθη Iuuen.Sat.14. de Iudæis loquens, Nihil præter nubes,& cæli numen adorant, Nec distare putant humana carne suillã,Qua pater abstinuit, mox & præputia ponunt. Sat.6.Impatiensq; moræ pauet,& præputia ducit.

Præradio,as,n.p.Idem ferè quod præluceo,ὑπερλάμβω, Ouidius 6.Epistol. Præradiant stellis signa minora suis, id est, præluceant.

Prærado,is,pen.prod.Idem ferè quod abrado,ἀποξέω. Cato cap.41.Si uitis uitem cõtingat,uitis utriusq; latus alterũ prę radito obliquè.

Prærancidus,a,um,pen.cor.Valde rancidus:ut Prærancida caro.Per translationem pro exoleto,& iam ingrato. Gell. lib.17.ca.19. Non finitiones illas prærancidas,neq; fœcutinas Grammaticas spectaueris.

Prærapidus,Valde rapidus:ut Prærapida fuga apd Sil.l.16

Prærípio,is,a.t.pen.cor.Ante capio,præoccupo,προαρπάζω ἐνοκάπω. Plaut.in Casin. Huc uenisti sponsam præreptum meam? Cic.lib.1.Offic.Facilè celare,tacere,dissimulare,insidiari,præripere hostium cõsilia.id est,præoccuparé, siue præ noscere,aut præuenire.Plin.Iunior de Viris illustr. Immatura morte præreptus, nõ potuit præstare qualem promiserat Regem.Cicero pro Gallo, Demosthenes tibi præripuit ne esses primus orator.

Prærodo,is,pen.prod.Idẽ quod rodo,uel corrodo,κατατρώγω,κατακάρω.Colu.li.Nam si sæpius cacumina manu perfracta,aut pecore prærosa fuerint,in perpetuũ corrumpuntur. Idẽ de arborib.ca.17.Genus est animalis,uolucra appellatur id ferè prærodit teneros adhuc pampinos & uuas.

Prærogare,præter notam significationem,aliquãdo idem est quod ante diem soluere:quod Galli dicunt Auancer.Vlpian.l.Sed addes.ff.Locati & conducti, Nam inter eum qui per errorem soluit,& eum qui pensionem integram prærogauit,multum interest.

Prærogatiua,æ,f.substantiuum, Præstantia, & eminentia qua quis aut præfertur,aut præferri alteri debet,ἐξοχή. Paul.Iure consultus. Veteranorũ priuilegium cætera etiam in delictis habuit prærogatiuam,ut superentur à cæteris in pœnis: hoc est,cæteris præferantur. Nec ad bestias itaq; ueteranus datur nec fustibus cæditur.Dicitur & Prærogatiuum.Cic.pro Muræna,Etenim si tãta illis comitiis religio est, ut adhuc super omne prævaleat prærogatiuum:quid mirum in hoc felicitatis famã, sermonemq; ualuisse? Prærogatiua tribus,uel prærogatiua centuria,quæ primo loco ad suffragium ferendum uocatur: uel cuius sententia tantum momenti habebat & autoritatis,ut quasi præiudicium afferret in cuentum comitiorum,Liu.lib.6.bell.Pun.Autoritatẽ prærogatiuæ(subaudi centuriæ) omnes secuti sunt.

Prærumpo,is,Abrumpo,auello,dissicio,προκαρρήγνυμι.

Præruptus,a,um,Auulsus,arduus,ἀπότομος,προβλής. Vergil.3. Georg.Adde tot egregias urbes operumq; laborem,Tot congesta manu præruptis oppida saxis.Cicero 7. Verr.Aut prærupta saxa tenuisse dicuntur.id est, ardua, (inquit Budæus) non autem sensim accliuia. In qua significatione dicimus & prærupta absolutè.Plin.lib.8.cap.32.Ad prærupta ducunt salumq; demonstrant.

Præruptè,aduerb.Hoc est,abruptè,& in præceps, & sine cliuo. Plin.lib.34.cap.14.Mons præruptè altus (incredibile dictu) totus ex ea materie est.

Præs,dis,com.t.Spõsor qui se pro alio Principi obligat,aut populo,promittens si quid incommodi fiat, plenè satis facturum,ἐγγυητής,à præstando dictus, quia tam debet præstare quod promisit, quã is pro quo præs factus est. Asconius, Prędes dicuntur satisdatores locupletes,pro re de qua lis est apud Iudicem,ne qui tenet diffidens causę possessionem deteriorem faciat.Differunt aũt prædes à uadibus:quoniã uas appellatur qui pro alio uadimonium promittit, & propriè datur in re capitali:Præs uerò in lite nummaria. Ausonius, Quis subit in pœnã capitalis supplicio?uas.Quis quũ lis fuerit nummaria,quis dabitur? præs.Prædes hodie sunt,inquit Bud.qui sponsores Reipublicæ uel Principi facti sunt,p iis qui pecuniã publicã dispensant,quos Receptores uocãt. Iis etiam qui publicanos in locationibus uectigaliũ, aut eorũ fideiussores locupletes affirmant (q; idoneos esse, & sufficientes testificari uocant) prædes dici ꝓpterea possunt, q; locupletes eos esse præstare debent.Prædes etiam p bonis ipsius prædis interdũ accipiuntur.Cic.2.Phil. Et domi quidem causam amoris habuisti,foris etiã turpiorẽ,ne Lucius Plancus prædes tuos uenderet.id est, bona tua sponsioni obnoxia.Possumus etiã hîc prædes p sponsoribus accipere, quodam loquendi schemate non inuenusto, ut sit prædes uendere,sponsorum bona & prædia auctioni addicere.Bud.

Præsagio,is,n.q.pen.prod præsagiui,gitũ,Præsentio, quasi antesagio,προμαντεύω,προαισθάνομαι.Propert.Venturã melius præsagit nauita noctẽ.Cic.lib.1.de Diuin.Præsagiebat animus frustra me ire quũ exibam domo.Ibidẽ,Sagire enim,acutè sentire est,ex quo sagæ, anus, quia multa scire uolunt, & sagaces dicti canes. Et paulò pòst, Is igitur qui antè sagit, quã oblata res est,dicitur præsagire.

Præsagior,giris,deponens,pro præsagio,seu prædiuino. Plaut. in Bacchid.Plus præsagitur mali.

Præsagitio.Cic.1.de Diui. Inest igitur animis præsagitio extrinsecus iniecta,atq; inclusa est.

Præsagium,gii,n.s.Præsensio,diuinatio,προμάντευμα.Col.libr. 11.ca.1.Quantumuis utile continget uillico tempestatis futuræ præsagium.Ouid.2.de Ponto, Vera precor fiant timidę præsagia mentis.

Præsagus,a,um,pen.prod.Futura instantia;q; præsentiens,μαντικὸς,προφητικὸς.Claud.de raptu Proserpinæ, heu mens præsaga futuri.Verg.10.Aene. Agnouit longè gemitum præsaga mali mens.Ouid.2.Metam.Præsagaq; luctus Pectore sollicito repetens suspiria dixit.

Præsano,nas,Antè sano,Hinc Præsanasco,præsanascis,antè sanum fieri.Plin.libr.14.cap.10.Cortex eius interior cicatrices,quæ præsanauere,aperit.Bud.

Præscateo,es,Idẽ quod simplex scateo: & per translationẽ abundo,ἀναβλύω,πλουτάζω,Gell.libr.14.cap.9. Et simul dat mihi librum grandi uolumine,doctrinis omnigenis,ut ipse dicebat,præscatentem.

Præscio,Antè scio,προγινώσκω.Terent.in And,Nonne oportuit præsciisse me ante?

Præscientia,Futurorum notitia,πρόγνωσις.

Præsciscо,n.t.Id est, præscio,uel potius præsentisco significat. Liu.7.bell.Pun. Quã primum eos sortiri ꝓuincias & præsciscere quã quisq; eorum prouinciã,quem hostem haberet,uolebant.Verg.4.Georg.Continuoq; animos uulgi,& trepidãtia bello Corda,licet longè præsciscere.

Præscita,pen.pro.Plin.identidẽ uocat,quæ Græci προγνωστικὰ inquit Bud.lib.10.cap.18.Vnum præscitũ eorum transire nõ queo,id est,augurium & ostentũ.Ibidem cap.77. Vtrũmne sint aliqua præscita animi quiescentis.

Præscius,a,um,προσιδὼς, Verg.6.Aen.tuq; ô sanctissima uates Præscia uenturi.Cæli uenturi præscius, Valer.Flac.5.Argon. Ouid.1.Fastor.Substitit in medio præscia lingua sono.Mens præscia,Sil.lib.16.Augustinus lib.5.Ciuit. Confiteri Deũ esse & negare præscium futurorum,apertissima insania est.

Præscribo,is,a.t.Antè siue priùs scribo,προγράφω.Cic.Serm. Sic enim præscripsimus iis quibus ea negotia mãdauimus. Interdum significat inscribere,id est, titulum prænotare, ἐπιγράφειν.Vergil.nec Phœbo gratior ulla est, Quã sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.Interdum significat præcipere,determinare,legem ponere,προγράφειν,προτείνειν.Cic.lib. 3.Offic.Sed hoc natura præscribit,ut homo homini,quicunque sit,ob eam ipsam causam quòd is homo sit,consultũ uelit:necesse est secundum eã naturam omniũ utilitatem esse communẽ.Varro, Quoniã præscriptũ erat,ne quis angiportum transgrederetur.Secundũ hanc significationẽ Præscriptum,& Præscriptio,pari modo p præcepto,uel ordine,lege, regula,seu forma sumuntur,ὅρος,ὑπογραφή.Tractũ (ut docet Porphyrio) à magistris ludi,qui scripta pueris dant,præcipiuntq; imitari,quod ὑπογράφειν Græcè dicitur. Senec.li. 4.Epist.Pueri ad præscriptũ discunt.Præscriptio rationis, id est q; recta ratio dictat & præscribit. Cic.4.Tusc.Omniũ autẽ perturbationum fontẽ esse dicunt intemperantiã,quæ est à tota mente,à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis,ut nullo modo appetitiones animi nec regi,nec contineri queant.Interdum Præscribere, est finem ponere, & quod uulgò dicitur,limitare.Teren.in And.Tute ipse his rebus finem præscripsisti pater: Propè adest quũ alieno more uiuendum est mihi.Interdum proponere. Cic.in Catone At Senatui quæ sunt gerenda præscribo: & quomodo Carthagini malè iã diu cogitanti bellũ inferatur,multò antè denuntio.Interdũ prænunciare,siue prędicere.Idẽ in Vatin.At ibi idẽ præscribo,ne tuas sordes cum clarissimorũ uirorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſplendore permiſceas. Ponitur aliquando pro excipere ſiue exceptionem ſummotoriam obiicere agenti. Quint. lib. 7. Ignominioſo patri filius præſcribit: de eo ſolo iudicatio eſt, an liceat.

Præſcriptio, onis, f. t. Titulus, ὑπογραφή. Cic. lib 1. Offic. Ex quo fit, ut ager Arpinas, Arpinatiũ dicatur: Tuſculanus, Tuſculanorũ: ſimilisq; eſt priuatarũ poſſeſſionum præſcriptio. Ex quo quia ſuũ cuiuſq; fit eorum quę natura fuerãt cõmunia q; cuiq; obtigit, id quiſq; teneat. Præſcriptio, inquit Bud. exceptio, & translatio, unum & idẽ in re forenſi ſignificant. Iu reconſulti in Pande. t. promiſcuè excipiendi uerbo, & præſcribendi uſi ſunt: licet præſcriptionis uocabulum apud recentiores legũ interpretes, & apud iuris pontificii cõditores ad præſcriptionis exceptionisq; temporis ſignificationem coarctatum ſit, & præfinitum, Bud.

Præſcriptum, uide Præſcribo.

Præſeco, as, pen. corr. act. p. Præſecui, præſectum, Prius ſeco, ὑποτέμνω, ἀποκόπω. Colum. libr. de arboribus, cap. 29. Raditem arundinis acuta falce præſectam impendenti pluuia diſponito. Accommodatur quandoq; immolationi. Liuius libro 1. Inſeritur huic loco fabula, immolãte rege Veientium, uocem Aruſpicis dicentis, qui eius hoſtiæ exta præſecuiſſet, ei uictoriã dari, exauditam. Suet. in Aug. Nuntiata repẽtè hoſtis incurſione, ſemicruda exta rapta foco præſecuit, atq; ita prælio ingreſſus uictor rediit. id eſt, partem reddidit Marti, partem ad ueſcendum reſeruauit.

Præſegmina, Partes corporis inciſæ, uel amputationes rerum ſuperfluarum, ἀποκόμματα, Vnde quæ ex unguibus animalium ſcinduntur, præſegmina uocantur, ἀπονυχίσματα. Plautus, Quum ipſi pridẽ tonſor ungues dempſerat, collegit omnia, abſtulit præſegmina. In eadem ſignificatione dicimus & reſegmina. Plin. lib. 28. Omnia perſecuti ſumus uſq; ad reſegmina unguium.

Præſens, Præſento, uide Præſum.

Præſentio, is, a. p. Antè, uel prius ſentio, προαισθάνομαι. Plau. Trin. Feciſſet ædepol, niſi hæc præſenſiſſent canes. Cæſ. 3. bel. Gal. Quũ ille præſenſiſſet, ac profugiſſet, uſq; ad fines inſecuti, regno, domoq; expulerunt. Animo aliquid præſentire. Oui. Epiſt. 11. prima malũ nutrix animo præſenſit anili. Præſentire futura. Cic. 1. de Diuin. Cenſent eſſe in mentib. hominũ tanquam oraculũ aliquod ex quo futura præſentiant. Præſentire ſermones aurium tinnitu. Plinius libro 28. capite ſecundo, Quin & abſentes tinnitu aurium præſentire ſermones de ſe, receptum eſt.

Præſentiſco, ſcis, quo & ipſo frequenter utũtur autores. Plaut. Amph. Nunc ne legio præſentiſcat, clã illuc redeundum eſt mihi. Terentius in Heaut. Et ea gratia ſecum adduxiſſe ne id tu præſentiſceres.

Præſenſus, a, um, participium. Cicero 1. de Diuina. Satis eſt nõ modò plura, ſed etiam pauciora diuinè præſenſa, & prędicta reperiri.

Præſenſio, præſenſionis, uerbale. Cicero in Topicis, Multarum quę rerum in terra portenta, atque etiam per exta inuenta præſenſio. Idem ſecundo de Natura deorum, Prædictiones uerò, & præſenſiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi, &c.

Præſepio, is, Circummunio, uel ſepto includo, περιφράττω. Cæſar 1. belli Ciuil. Aditus autem, & itinera duo quæ extra murum ad portam ferebant, maximis defixis trabibus atq; eis præacutis præſepit.

Præſepe, pis, n. t. pen. prod. & Præſepium, pii, Stabulum dicitur in quo equi, muli, & cætera id genus animalia continẽtur, φάτνη. Verg. 7. Aeneid. dos, Stabant ter centum nitidi in præſepibus altis. Nonnunquam etiam linter ille concauus in quo iumentis, bubúſue hordeum, auena, aliudue pabulũ apponitur, præſepe appellatur. Colum. lib. 1, cap. 6. Nunc altius præſepia edita eſſe cõuenit quàm ut bos, aut iumentum ſine incommodo ſtans ueſci poſſit. Apul. lib. 6. de Aſino, Præſepium meũ hordeo paſſim repleri iubet, fœnumq; Bactriano camelo ſufficiens apponi. Lignũ uerò ad quod equos capiſtris (ita enim ipſa lora dicuntur) religare ſolemus non aliter quã ad anſulas, ſeu uncinum, uacerra nominatur. Verũ de hoc ſuo loco. Vergil. item apum alueos præſepia appellauit, 4. Georg. Ignauũ fucos pecus à præſepibus arcent. Quin etiam loca omnia clauſa, & tuta, præſepia appellantur, teſte Nonio. Cicero in Piſonem, pro ganea ſiue lupanari uidetur poſuiſſe, Verum (inquit) audis in præſepi, audis in ſtupris, audis in cibo & uino. Horatius libro 1. epiſt. 16. pro domo poſuit, ſiue habitaculo, Scurra uagus, non qui certũ præſepe teneret. Legitur præſepia, æ, fœm. gen. Varro de Re ruſt. libro nono, ut citat Nonius, Is habebat culinam ruſticam unam, præſepiam latam, cellam uinariam. Plautus Curcu. Quin te ciperet ſe huc ceſſim ad præſepiam ſuam. In cælo item nubeculam quãdam inter aſellos, plurali numero præſepia appellant, eò quòd in ea aſelli ſtabulari uideantur. Plin. libr. 16. cap. ultimo, Sunt in ſigno Cancri duæ ſtellæ paruæ, aſelli appellatæ, exiguum inter illas ſpatium obtinente nubecula quam præſepia appellant. Hæc quum cælo ſereno apparere deſierit, atrox hyems ſequitur.

Præſertim, aduerb. Significat præcipuè, hoc eſt, ante alia, ἄλλως, μὴ ταῦτα. Plaut. in Pœn. Egone iſtuc auſim facere, præſertim tibi?

Præſeruio, n, q. Idem quod inſeruio, ὑπηρετῶ, ὑποφῶ. Plau. in Amph. Vt præſeruire mei amanti poſſim patri.

Præſes, uide Præſideo.

Præſideo, des, n. ſ. pen. cor. προσκαθίζω, ἱδρύω. Idem ferè quod præſum. à quo tamen differt ut ſpecialius à generalio ri. Nam præeſſe, de quouis officio uel uiliſſimo dicitur. Præſidere autem ſemper autoritatem quandam habet coniunctam. Nec mirum, quum à ſedeo componatur, quod præſe fert quandam dignitatem: ut Præſes ſit, quaſi Iudex, uel quaſi princeps, ideò præſidens, & præſtans omnibus, ut iuſtitiæ ſubueniat, & oppreſſis opem ferat. Cic. Quamobrẽ uos dii, & patrii penates, qui huic urbi atq; Imperio præſidetis. Suetonius, Præſedit & Actiacis ludis, id eſt, præfuit. Verg. 7. Aen. quis Iuppiter Anxurus aruis Præſidet, & uiridi gaudens Feronia luco. Idem 3. Ae. Gradiuumq; patrem, Geticis qui præſidet aruis. Orbi terrarum præſidere. Cic. 2. Phil. Vide plura de hoc uerbo apud Val. li. 1. Ele. Inuenitur & cũ accuſatiuo. Tacit. lib. 3. Quæ ibi cognita P. Velleio (is proximum exercitum præſidebat) alarios equites ac leues cohortium mittit in eos. Idem lib. 4. Et haud ſpernenda illic ciuium ſociorũque manus litora Oceani præcedebat.

Præſes, dis, om. t. Qui maximum in prouincia imperium habet poſt Principem, ut ait Vlpianus in L iiij. ff. de Offic. Præſi. ἡγεμών, ἡγεμὼν, προστάτης. Dictus à præſidendo, ſicut reſes à reſidendo, & deſes à deſidendo. Accipitur tamen & generaliter pro Deo, Principe aut magiſtratu qui rei alicuius tutelæ præeſt. Ouid. 5. Metam. Quàm tantum genuiſſe uirum, quo præſide rerum Humano generi ſuperi fauiſtis abundè. Idem 10. Metam. & orbe In medio poſiti carnerunt præſide Delphi. Cuſtos & præſes iuuentutis Mercurius. Ci. 7. Ver. Libertatis præſes & cuſtos Tribunus plebis, Cic. 1. de Leg. Agr. Liu. Dii, deæq; qui Capitolium incolitis? ſiccine ueſtru militẽ, ac præſidẽ finitis uexari inimicis? Vide Vall. li. 5. Præſes locus, ponitur pro tuto. Plaut. in Caſi. nec ullum quidem Nequiorem arbitror eſſe, qui locum præbet illi nunc præſidem

Præſidium, dii, n. ſ. Propriè dicuntur milites cum ſuo præfecto, cuſtodiæ uel defenſioni arcis, oppidi, uel perſonæ præſidentes, φρουρὰ, φρούριον. Cæſar 1. belli Gall. Eo opere facto præſidia diſponit, caſtella communit, quo facilius (ſi ſe inuito tranſire conarentur) prohibere poſſit. Iurecõſulti de Re militari, Qui relinquit præſidium, peccatum deſertionis incurrit. Deſertor aũt capite puniri ſolet: quamuis non omnes deſertores ſimiliter puniendi ſint. Dictum autem præſidiũ putat Varr. li. 4. de ling. Latina, ab eo quod aliquo in loco extra caſtra ſoleat præſidere, quo ſui eſſent tutiores. Præſidia uidetur poſuiſſe Cic. pro caſtris, quum pro Ligario inquit, In præſidiis hoſtium uerſari. Ibidem, Verſanturq; in hoſtiũ caſtris, ac ſua præſidia dimittunt, &c. Præſidium ſtatiuum dicitur, quod firmum eſt & ſtabile, neq; loco mouetur. Cic. 12. Phil. Hæc mea uigilia, hoc præſidium ſtatiuũ. Per translationẽ uerò omne auxilium, & ſalutis propugnaculum, præſidium dicitur, quam uulgò Munitionem dicere ſolemus, πρόβολος, Ter. in Hec. Illum autem eſſe unicum præſidium uelle ſe ſenectuti ſuæ. Subſidium autem propriè dicitur, quod ſociis laborantib. ſubmittitur: cuius nominis ratio dicta eſt à triariis, qui in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponebantur, cõplicatisq; crurib. ſubſidebant donec res exigebat ut ſuis opẽ ferrẽt. Plaut. Agite, ſubdite omnes, quaſi ſolẽt triarii. Cæſar de geſtis in Italia, Ad eũ mittit, niſi ſubſidiũ ſibi ſubmittatur, ſeſe diutius ſuſtinere poſſe. Sed de hoc latius ſuo loco.

Præſidiarius, ria, rium, Quod paratur ut præſidio ſit, φρουρικὸς, Colum. lib. 4. ca. 16. Et præſidiarii malleoli propagandi ſunt. Præſidiarii milites, apud Liu. lib. 9. belli Punici.

Præſideratio, Eſt quum maturius tempeſtas hyberna mouetur, quaſi ante ſideris tempus. Feſtus, προαναφορὰ τοῦ μὴ

Præſignifico, at, pen. cor. Significo, prædico, præmoneo, portendo,

portendo, προσημαίνω. Cic. 1. de Diuin. Aut non censent esse suę maiestatis prę significare hominibus quæ sunt futura.

Præsignis, om. t. Præsigne, Id est præstans, uel præ aliis insignis, ἔξοχος, ὑπέροχος. Ouid. 6. Fast. Præsignis facie Corniculana fuit. Idē 7. Metam. Peruigilē supereſt herbis sopire draconem. Qui crista linguisq; tribus præsignis, & uncis Dentibus horrendus. Statius 4. Syl. Gaudeat & Libyca prę signis auunculus hasta.

Præsigno, as, prius signo, προσυμεόω. Cato ca. 154. Et ad summum qua fini culeū capiet, præsignato. Plin. lib. 28. ca. 4. Incipient furunculos ter præsignare ieiuna saliua.

Præsilio, lis, pen. cor. Ante salio, προπηδάω. Plaut in Sticho, Vt præ lætitia lacrymæ præsiliunt mihi.

Præspargo, is, a. t. Ante spargo, προσράσσω. Lucret. li 5. Flora quibus mater præspargens ante uiai Cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet.

Præstabilis, Præstantia, uide Præsto.

Præstega, Locus ubi otii causa sumus sub tecto tantū, patula reliqua parte, tanquā sub porticu, ὑπαὶθριος. Plaut. in Pseud. facite ut offendam parata omnia, Vorsa præstega, strata, lauta quę, coctaq; omnia uti sint.

Præsterno, a, t. Ante sterno, προστρώννυμι. Stat. 3. Syl. Quæ sibi præsternat uinax altaria phœnix. Per translationē aliquando ponitur p præparo. Plin. Iun. libr. 5. Epist. Illud peto præsternas ad quod hortaris, elegiasq; materiā, ne mihi iā scribere parato, aliæ rursus cunctationis & morę iusta ratio nasca tur. Ducta est metaphora à uiis publicis, quæ in uiatorum usum silice sternuntur.

Præstes, tis, pen. cor. Idem est quod præses, antistes, προστάτης παρασάτης. Nam antiqui sic Præstes dixerunt, ut nunc Antistes, teste Fest. Præstites itidē Lares dicti fuerūt, quod in ędibus omnia tuta præstarent, hoc est, conseruarent, & tuerentur. Ouid. 5. Fast.

Præstitibus Maiæ Laribus uidere Calendæ:
Aram constitui, paruaq; signa deum.
Vouerat illa quidem Curius, sed longa uetustas
Destruit: & saxo longa senecta nocet.
Causa tamen positi fuerat cognominis illis,
Quòd præstent oculis omnia tuta suis.

Præstigiator, oris, m. t. Dicitur qui circūstantibus ita oculorum aciē præstringit, ut non aduertāt dolū: qui & præstrictor uocatur, γόης, θαυματοποιός. Plaut. in Pœnu. Præstigiator hic quidem Pœnus probus est.

Præstigiatrix, fœmininū quo utitur Plau. in Amp. Aut pol hęc præstigiatrix mulier multò maxima est, &c.

Præstigiæ, arū, f. p. Incantationes, delusiones: cuiusmodi sunt quę manuū quædā dexteritate alia apparēt quā reuera sint, γοητεία. Accipitur tamen pro quauis fraude & impostura. Plaut. in Capt. Operta quæ fuere, aperta sunt: patent præstigiæ. Ci. p Rabirio Posth. Illinc omnes præstigiæ: illinc, inquā fallacię omnia denicq; ab his nummorū argumēta nata sunt. Idē 4. Acad. Ne ab iis quæ clara sint, ipsa sese, quasi præstigiis quibusdam & captionibus depellamur.

Præstino, as, pen. cor. Antiquis idē erat quod emere, ὠνέομαι ἀγοράζω. Plaut. Epid. Vt & præstines argento priusquā ueniat filius. Idē Pseud. Ego eo in macellū, ut piscium quicquid est pretio præstinē. Idē Capt. Iuben' annon iubes astitui aulas, patinas elui Alium pisces præstinatum abire?

Præstituo, is, Prius statuo, præscribo, prædestino, προεκλέω, ἀφορίζω. Ouid. dii summum præstituere diem. Cic. 3. Ver. Diem præstituit operi faciundo Cal. Decemb.

Præsto, as, ti, tum, & statum, a. p. unde & præstaturus: multiplicem in oratione usum habet, uariasq; significationes. Nō nunquā enim idē est quod antecellere, procellere, excellere, ὑπερφέρειν, διαφέρειν. In qua significatione modò dativo iūngitur. Cic. de Orat. Maiores nostri cæteris gētib. iustitia præstiterūt. Idē 1. Off. Difficilè est quū præstare omnib. cupieris, seruare æquitatē. id est, quum cupieris inter omnes eminere, potentiaq; omnibus antecellere. Idē de Inuent. Zeuxis in in muliebri corpore pingendo multū reliquis præstabat. Idē in Lælio, Nanq; hoc præstat amicitia, ppinquirati, q; ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia nō potest. Modò accusatiuo. Quint. lib. 1. Præstat tamen ingenio alius aliū. Ver. 1. Aen. uel magnum præstet Achillē. Quando q; solo ablatiuo contentū est eius rei qua quis excellit. Sallust. in Catil. Primū omniū qui ubiq; probro atq; petulantia maximè præstabant. Cic. de Orat. Pisistratus literis, doctrinaq; præstitit. Col. l. 2. Quāuis candore præstet, pondere tamen uincitur. Cic. lib. 1. Offi. Quorum uerò patres, aut maiores aliqua gloria præstiterunt, ii studeant pleruncq; in eodem genere laudis excellere. Illud uerò Sallust. Omnes homines qui sese student præstare cæteris animantibus: quidam sic interpretantur, Qui cupiunt sese præstantiores reddere cæteris animantibus. Quanquā non absurdè sic accipi potest, ut accusatiuus sese à fronte uerbi infinitiui regi intelligatur: ut sit sensus, Qui studeant ut ipsi præstent cæteris animantibus. Illud aūt in primo Offic. Difficile est aūt quum præstare omnib. cupieris, seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maximè propria: præesse, uel præsidere significat, ideò dativo non ablatiuo iungitur. Quandoq; est præstare satisfacere seu cautionē dare: & (ut planius dicamus) est rei alicuius exitū in se recipere siue alienæ culpæ dispendiū uelle luere: ut quum dicimus præstare euentū, Præstare alienū, pmissum, quod est alienum, pmissum in se recipere, & quasi propriū esse, uelle satisfacere, βεβαιῶσαι, ἀναδέχεσθαι, ἐγγυᾶσθαι, & est uerbū Iureconsultorum, apud quos frequētes sunt huiusmodi locutiones Præstare dolū, Præstare culpam alienā, Præstare noxam, & aliæ consimiles. Cic. lib. 3. Offic. Quicquid esset in prædio uitii, id statuerunt, si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstare oportere. Quandoq; implere, perficere, Cice. 3. Offic. Si autem non omne dictū præstandum est quod dictū non est, præstandum putas? Quandoq; facere. Cic. Emptorē indemnē præstare oportet. Quandoq; beneficiū dare, Plin. Plura hīc mihi præstitit, quā parentes. Quandoq; cauere, & prouidere ne quid accidat. Cicer. Torquato, Simus igitur ea mente quā ratio & ueritas præscribit, ut nihil in uita nobis præstandum præter culpam putemus: eaque quum careamus, humana omnia placatè, ac moderatè feramus. Vbi præstare culpam dixit, pro eo quod est cauere ne quid culpa nostra accidat. Quandoq; re ipsa perficere, siue persoluere, διαπράττειν. Cice. & quoniam præstitimus quod debuimus, moderatè quod euēnit, feramus. Lactant. lib. 4. Homines magis exempla quā uerba: quia loqui facilè, præstare difficilè. Quandoq; tribuere. Liu. libr. 6. Pacem quā nos præstitimus, eam à nobis petimus. Lactant. libr. 1. Quid tales dii præstare hominibus possunt? Quandoq; exhibere, reddere, præbere, repræsentare, παρέχειν. Cic. Lentulo, Sed præsta te eum qui mihi à teneris (ut Græci dicunt) unguiculis es cognitus. Idē Terentiæ, Neq; legis improbissimæ pœna deductus est, quominus hospitii & amicitiæ eius officiū præstaret. Ponitur interdum impersonaliter, idemq; significat quod melius est. Sallust. in Caril. Quousq; patiemini tandem, ô fortissimi uiri? Nonne emori per uirtutem præstat, quā hanc uitam miseram, atq; inhonestam, ubi alienę superbię, ludibrio fuerimus, per dedecus amittere? Cic. in Pison. Emori potius, quā seruire præstat. Idem Attic. lib. 14. Mori millies præstitit, quā hęc pati. Habet & alios hoc uerbum in oratione usus: quos ex sequētibus exemplis facilè erit perspicere. Dicimus enim Præstare beneuolentiam: id est, exhibere, Præstare diligentiā, operam in re aliqua, quęstum, iusiurandū, & silentium. Præstare se incolumem, propugnatorem acerrimum alicuius. Præstare uicē alicuius rei, pro esse uice alicuius rei. Præstare fidem, reuerentiam alicui. Præstare ultima iucunda: id est, efficere. Præstare sedulitatem alicui: id est, sedulò alicuius negotium agere: Præstare aliquem ante ędes, id est, exhibere, siue adducere eum ante ostium. Præstare aliquem alicui negotio: id est, præficere. Præstare fidem promissi, fidem publicam, promissum. Præstare rem publicam: id est, incolumem ab omni incommodo conseruare. Præstare nihil debeo: id est, culpa non est mea, siue culpam in me recipere non debeo.

Præstandus, a, um, particip. Ouid. 4. de Pont. Eleg. 10. Sed præstandus amor, res non onerosa uolenti.

Præstans, om. t. quod modò participium est. Cic. de Vniu. Altera pari numero præstans extremis, pariq; numero superata. Modò nomen, idem significans quod insignis, siue excellēs: habetq; ferè ablatiuū. Vergil. 8. Aeneid. Quorum de numero qui sese in bell. sequantur, Præstantes uirtute legit. Cic. pro Planc. Ingenio, iustitia, integritate omnibus præstans uir. Idem 3. de Orat. Literis doctrinaq; præstans. Nonnunquā etiā genitiuum: ut præstans animi, Vergil. 13. Aeneid. O præstans animi iuuenis. id est, cui est animi præstantia. Hinc præstantior, & Præstantissimus. Verg. 6. Aen. quo non præstantior alter Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu. Cicero de Amicit. Quo mortuo me ad Pontificem Scęuolam contuli quem unum nostrę ciuitatis & ingenio & industria præstantissimum audeo dicere.

Præstantia,

Præstantia, æ, f.p. Excellentia, ab adiectiuo præstans, quod insignem uel excellentē significat, ἐξοχήν. Cic. de Amic. Fructus enim ingenii & uirtutis, omnis q; præstantiæ tū maximus accipitur, quū in proximum quenq; confertur. Idē 1. Offic. Nobis aūt personā imposuit natura, magna cū excellentia præstantiaq; animantiū reliquorum. Gell. li. 1. scitè, subtiliterq; ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit in reperienda, modulandaq; status, longitudinisq; eius præstantia. Plin. libro 12. cap. 3. Tentauere gentes ad se transferre, propter remedii præstantiam.

Præstātia, uerbal. Paul. de Le. III. l. Si plures gradus. Itaq; si quis uelit nō omnes hæredes onerare legatorū præstatione, &c.

Præstabilis, le, om. t. excellēs, ἔξοχος, Gel. Chilo præstabilis homo sapientiæ. Cic. de Amic. Vos aūt hortor, ut ita uirtutē locatis, sine qua, amicitia esse nō potest, ut ea excepta nihil amicitia præstabilius esse putetis. Idē 1. de Fini. Quem tandē hoc statu præstabiliorē, aut magis expetendum possumus dicere? Idem 2. de Orat. Sumendę aūt res erant aut magnitudine præstabiles aut nouitate primæ, aut genere ipso singulares: neq; enim paruæ neq; usitatę, neq; uulgares admiratione aut omnino laude dignæ uideri solent. Idem de Senect. Nil mente præstabilius natura homini dedit.

Præsto, siue aduerb. loci sit, ut quidā uolunt: siue nomen indeclinabile, ut aliis placet: idē ferè est q; præsens, siue in pōtu, & corā: iungiturq; soli uerbo substantiuo sum, & nonnū quam eius compositio adsum. Cice. 3. Verr. Quadruplatores ad fretum præsto fuerunt. Terē. Eun. Præsto adsum. Cic. de Lege Agrar. Te uolo curare ut mihi summopere præstò sis, auxiliumq; adducas, dum eos agros quos tuo labore cepisti; ego mea lege uendam. Accipitur aliquando Præsto esse, pro auxilio esse, siue operā suam alicui præstare. Idem pro Murena, Ius ciuile didicit, multū uigilauit, laborauit, multis præsto fuit. Item præsto esse, significat aduenire, siue comparere. Autor ad Herenn. Hirundines æstiuo tempore præsto sunt: hyeme pulsæ recedunt.

Præstolor, pen. prod. aris, d. p. Maneo, uel expecto, προσμένω. Fest. Præstolari is dicitur qui antè stando ibi quo uenturū excipere uult, moratur. Plaut. Dum eum domi præstolor, adulescens aduenit. Idem Truc. Sed quid hæc hīc aūt tandiu ante ædes stetit? nescio quem præstolata est. Terent. Eun. Quē præstolare Parmeno hīc ante ostium? Cæs. 2. bell. Ciu. Huius aduentum L. Cæsar filius quum decem longis nauibus præstolans, &c. Cic. 2. Inuect. in Catil. datiuo iunxit, Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur.

Præstringo, is, xi, ctum, a. t. Antè stringo, præligo, obuincio πρόσδεω. Stat. 5. Sil. Ille tuis toties præstrinxit tēpora sertis. Interdum idē est q; obtenebrare, interprete Nonio: ut, Præstringere aciē oculorū, Præstringere uisum, ἀναπλήττω. Plaut. in Mil. Præstringit oculorū aciē in acie hostibus. Autor ad Herenn. lib. 1. Existimat se gemmæ nitore, & auri splendore omniū aspectus præstringere. Interdum idē est quod leuiter attingere, & paucis præcurrere, ἀκροθιγῶς, ἀκρίβεια. Cic. de Signis, ut citat Nonius, Ignoscite: rei magnitudo me breuiter præstringere atrocitatē criminis non sinit. Nonnunquā idē est q; radere, eodem Nonio interprete, & transeūdo attingere. Cic. in Phil. Aratri uomere portā Capuæ penè præstrinxisti. Interdū idem est quod hebetare, siue obtundere: ut Præstringere aciē ferri, apud Plin. lib. 7. cap. 15. & Præstringere aciem ingenii apud Cic. Diuin.

Præstruo, is. a. t. Antè struo, prius ædifico, προκαταφκοδομέω. Col. li. ca. 5. Quippe ab imo præstructa, ualenter resistent cōtra ea quæ postmodū superposita incumbent. Præstruere sibi fidē per translationē accipitur p præparare. Liu. 8. bel. Punic. Non semper temeritas est felix, & fraus fidē in paruis sibi præstruit, ut quū operæpretiū sit, cū mercede magna fallat. Ponitur aliquando p obstruo. Ouid. 1. Fast. Ille aditū fracti præstruxerat obice mōtis, Vix iuga mouissent quinq; bis illud onus. hoc est, obstruxerat, clauserat.

Præstructus, a, um, Arte præparatus, & ex composito, siue ex industria factus. Suet. Tiber. ca. 53. Quondā uerò inter cœnam porrecta à se poma gustare non ausam, etiā uocare desiit, simulans se ueneni crimine accersitū: quæ præstructū utrunq; consulto esset, ut & ipse tentandi gratia afferret, & illa quasi certissimū exitum caueret. Interdum idē est quod obstructus. Ouid. in Ibin, Vtq; Syracosio præstructa fauce Poētæ, Sic animæ laqueo sit uia clausa tuæ.

Præsudo, as, pe. pro. Antè sudo, & per translationē præexerceor, προϋδρόω, προγυμνάζομαι. Stat. 6. Thebai. Iudumq; super quo Martinbellis Præsudare paret sese q; accendere uirtus.

Præsul, ulis, m. t. A ueteribus dicebatur primus inter Salios Martis sacerdotes: à præsiliendo nomine impositō, quòd saliis ancilla per urbem cantu & tripudiis circumferentibus præiret, & choream duceret, χορυφαῖος. Vide Vallam, libr. 1. Elegan. & Liuium lib. 1. ab Vrbe condita. Hodie tamen præsulis nomine quemuis intelligimus antistitem.

Præsultor, oris, m. t. Qui saltantium choream ducit ἔξαρχος, χοροστάτης, χορυφαῖος. Cic. 1. de Diu. Exin rustico cuidam dormiti uisus est uenire qui diceret præsultorē sibi nō placuisse.

Præsulto, as, Antè salto, προσκηδάω. Liu. li. 7. Si tu permittis, uolo ego illi belluæ ostēdere quādo adeò ferox præsultat hostis signis, me ex ea familia ortum quæ Gallagmē ex rupe Tarpeia deiecit.

Præsulsus, Valde salsus. Col. lib. 6. cap. 2. Libales q; offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas.

Præsum, es, præsti, Præfectus sum, curā rei alicuius habeo, ἐπιστατέω, ἐφίσταμαι. Sallust. Et pro cuiusq; opib. Romæ per totam urbem uigiliæ haberentur, hisq; maiores magistratus præessent. Cicer. 4. Acad. In Asiam Quæstor præfectus, ibi per multos annos admirabili quadam laude prouinciæ præfuit. Exercitui præesse, Planc. Senat. lib. 10. Epist. Nauibus & classi præesse, Cic. 7. Ver. Sacris præesse, Cic. de Aruſp. resp. Hinc

Præsens, entis, om. t. sicut à possum potēs, absum, absens: & p priè significat q nūc fit, uel sine mora: & qui in cōspectu est, siue qui adest, παρών. Plaut. Agite si uultis, præda erit præsentium, id est, eorum qui hīc adsunt. Ver. 3. Aen. Præsentēq; uiris intentant omnia mortē. Quandoq; præsens dicitur, non q nunc fit, sed quod tunc fiebat, id est, tēpore præterito, tūc præsenti: siue q fiet futuro tēpore, qđ tunc erit præsens. Cic. Ego incolumitati ciuiū primū, & postea dignitati: ille præsenti potius, quā futuræ dignitati cōsulebat. de mortuo loquitur, ideoq; nō nunc præsenti, sed tūc. Cic. Q. Fr. Cætera (ut tu scribis) præsenti sermoni reseruentur, id est, sermoni qui aliquādo inter nos præsens habebitur. Sic etiā, in præsens, in præsentia, & in præsentiarū, significāt præsenti tēpore, qđ uel præsens est, uel fuit præsens, uel præsens erit. Vlp. de Tab. exhib. Quid enim si occultatæ tabulæ postea prolatæ sunt: cur noceat ei qui responderit qđ in præsentiarū ei uidebatur? Sall. in Iug. Si causa peccandi in præsens minus suppetebat. Horat. Pleraq; differat, & præsens in tēpus omittat. id est, in suū tēpus. Terent. in Phorm. Prouisum est ne in præsentia hæc hinc abeat. Cæs. Caius Cæs. suos è prælio continebat, ac satis habebat in præsentia hostē rapinis prohibere. Autor ad Her. li. 2. In præsentiarū hoc inferere nō alienū fuit ut huius instantiæ garrulā disciplinā contemneremus. Venire in rē præsentē, est eū in locū se conferre de quo est controuersia. Cic. pro Cecin. Placuit de amicorū sententia constituere, quo die in rem præsentē ueniretur. Idem 1. Offic. Vt si promiseris te cuipiā in locū præsentem esse uenturū. Interdum præsens accipitur pro potenti & efficaci, ἀνηρός. Cic. At. li. 6. Præsentes ad nocēdum uires habet. Hinc præsentius & præsentissimum. Ver. 1. Georg. quo non præsentius ullum Sic dicimus, Præsentissimum periculum, præsentissima medicina, præsentissimum remedium, præsentissimum uenenum. id est, potens, & in primis efficax, & subitō aut sanans, aut necans: quod etiam præsentaneum uocatur. Plin. li. 20. cap. 2. Idem podagris cum articulorum morbis decoctum, aceto illinūt, præsentaneo remedio suspiriosis prodest. Quādoq; præsens ponitur pro forti, ἀμαθίας. Terent. in Phorm. Animo uirili, præsentiq; ut sis, para. Quandoq; pro propitio: quoniam is qui præsens est, nobis propitiatur facilè, si innocetur, & citius quàm qui præsens non est, ἀμήχανος, σωφρονικός. Cic. 4. Tusc. Hercules tantus, & tam præsens Deus. Verg. lib. 1. Georg. Et uos agrestum præsentia numina Fauni, id est, propitia, quorum præsentia fauor est, inquit Seruius. Terent. in Phorm. Non tu hunc habeas præsentem deum?

Præsentia, tiæ. fœm. p. παρουσία. Sallust. in Iugurth. Tum M. Tullius Consul siue præsentiam eius timens, siue ira commotus, orationem habuit luculentam, atq; perutilem Reipub. quàm postea scriptam edidit. Terent. in Hecyr. Ne mea præsentia obstet. Idem Heaut. Multa ferē libido: ea prohibet facere tua præsentia. Cic. Licinio, lib. 5. Desiderium præsentiæ tuæ meo labore minuam. Idē 2. de Diuin. Declarant præsentiam suam sæpe diui. Præsentia animi, quæ Græcè παράσημα dicitur, Latinè præsidentia, & robur animi. Cic. pro Milone Neq; uerò sine ratione certa, causa Milonis semper à Senatu probata est. Videbant enim sapientissimi homines facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam.

Præsente, pro præsentib. dixerunt antiqui, quemadmodū Ab sente

ſente pro abſentibus: quod locutionis genus hodie minus eſt uſitatum. Pomponius Syrꝰ, ut citat Nonius, Quid eſt apud forum præſente teſtibus mihi uendidit.

Præſento, tas, a p. ſ Offero, & quaſi præſens exhibeo, παρίσημι. Quintil. li. 11. Fruſtrà docemur, ſi quicquid audiuimus, præterfluat, & exemplorũ, legum, reſponſorũ, dictum, beneꝙ factorum uelut quaſdã copias quibus abũdare, quasꝙ in ꝓmptu ſemper habere debet orator, eadẽ illa uis non præſentat. Plin. de Vir. illuſt. Caput ab Achilla Ptolemæi ſatellite, Aegyptio uelamine inuolutũ, cum annulo Cæſari repræſentatũ eſt. Præſentare, referre, ſpeciẽ præbere, quod & repræſentare dicitur. Plin. lib. 2. ca. 19. Alterũ è ſylueſtribus genus, heracleon uocatur, ab aliis aphron, foliis (ſi procul intueaꝛis) ſpeciem paſſerum præſentantibus. Huius compoſitum eſt repræſento: quod uide ſuo loco.

Præſentaneus, a, um, Quod præſentẽ habet efficaciam, ἐνεργὸς ut, Præſentanei boleti, apud Senecam, Epiſt. libr. 15. qui cito enecant. Plin. lib. 21. cap. 31. Præſentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos. Idem libro 24. capite 1. Ferulæ aſſinis gratiſſimæ ſunt in pabulo: cæteris uerò iumentis præſentaneo ueneno: qua de cauſa id animal Libero patri aſſignatur, cui & ferula.

Præſentarius, a, um, Quod præſens eſt, & in numerato: ut præſentariæ pecuniæ, ἀργύρια χρήματα. Plaut. in Moſt. Vbi erit factum à me argentum perito præſentarium. Idem Pœnulo Quia aurum poſcunt præſentarium.

Præſumo, is, a. t. Prius ſumo, προσαμβάνω. Plin. lib. 36. Theophraſtus autor eſt, potores in certamine bibendi præſumere farinam eius. Præſumere animo, eſt præſagire, προνοεῖσθαι. Valer. Max. l. 1. Armis cũ collega ſub iCnna diffidens, præſumpſit animo, ea re ſignificari exitum ſuum.

Præſumptus, ta, tum, particip. Sil. lib. 5. Ipſa ſuis manibus præſumpta piacula mittens. Præſumpta opinio, eſt quæ uulgò dicitur Præſumptio. Quintil. lib. 2. cap. 17. Nihil inuidia ualeat, nihil gratia, nihil opinio præſumpta. Apud Tacit. Præſumpta ſuſpicio, pro eodem dicitur, Budæo teſte.

Præſumptio, f. t. Præceptio, πρόληψις. Plin. Iun. in Epiſt. ad Paulum. Ego beatiſſimũ exiſtimo eũm qui bonæ ac integræ famę præſumptione ꝓfruitur, certusꝙ poſteritatis cum futura gloria uiuit. Apud Rhetores præſumptio dicitur, quũ id quod in aduerſarii cauſa, uel in iudicis opinione contrariũ nobis eſſe, aut fore arbitramur, præoccupamus dicere, & cũ ratione diſſoluere. Quint. lib. 9, Mirè uerò in cauſis ualet præſumptio, quæ πρόληψις dicitur, quum id quod obiici poteſt occupamus, quæ præcipuè proœmio conuenit.

Præſumptuoſus, Barbarum eſt.

Præſuo, is, ſui, ſutum, Antè ſuo, προῤῥάπτω. Plin. li. 12. ca. 19. Conſecrat ſurculos longitudine binũ cubitorũ: mox præſuunt recentibus coriis quadrupedũ ob id interemptorũ, uitiis putreſcentibus uermiculi lignũ erodant, & excauẽt corticem tutũ amaritudine. Haſta præſuta foliis. Ouid. 11. Met. Quæ foliis præſuta notam, ſine uulnere fecit.

Prætego, gis, pen. co. Præuelo, ante tego, προκαλύπτω, προβάλλω. Lactant. libr. 5. Tum uitia ſua capillis, & pallio, & (quod maximè eſt uelamentum) diuitiis prætegebat.

Prætendo, is, a t. Antè tendo, oppono, προκαλύπτομαι, προτείνομαι, προΐσχομαι, προβάλλομαι. Ver. 9. Aen. & Marti prętendere muros. Quãdoꝙ præfero. Verg. 4. Geor. fumoſꝙ manu prætende ſequaces. Quandoꝙ præmonſtro, exhibeo. Cic. 1. Offi. Priuatũ aũt oportet æquo & pari cũ ciuib. iure uiuere, neꝙ ſummiſſum, & abiectum, neꝙ ſe afferentẽ prętendere. Quãdoꝙ prætexo. Vergil. 1. Georg. riuos deducere nulla Religio uetuit, ſegeti prętendere ſeptẽ. Lactant. per translationẽ lib. 4. dixit, Ne ſi fuiſſet alienigena, iuſtã poſſent excuſationẽ de lege prætendere. id eſt, allegare.

Prætener, a, um, Valde tener. Plin. libr. 25. cap. 13. Similis & nomine & effectu: ſed alia eſt capnos, fruticoſa, prętenera foliis coriandri.

Prætento, as, a. p. Prius tento, προπειρῶμαι. Tibull. li. 2. Eleg. 1. Et pedib. prętentat iter ſuſpenſa timore. Ouid. 5. Met. Callio pe querulos prætentat pollice chordas, Miſericordiã Iudicis prętentare. Quint. li. 9. Sed quid? in egreſſu parcius & modeſtius prætentãda eſt Iudicis miſericordia. Cic. 2. de Orat. Id-circo tota cauſa prætentata atꝙ ſpecta, locis omnib. inuentis atꝙ inſtructis, cõſiderandũ eſt quo principio ſit utendũ.

Prætentatus, m. q. pe. pro. Actus ipſe prætentandi. Plin. li. 11. ca. 37. Cochleis oculorũ uicẽ cornicula bina prætẽtata adiplẽt.

Prætenuis, Valde tenuis, ὑπέρλεπτος, ut, Fila prætenuia, apud Pli. l. 11. c. 15. Mel thymoſum non coit, & tactu prætenuia fila mittit. Idẽ li. 8. c. 50. Solertiã eiꝰ animalis Munitianꝰ uiſam ſibi ꝓdidit in põte prætenui, duab. obuiis ediuerſo. De capris

Prętepeo, es, ui, Antè tepeo. Ouid. 2. Am. Mollis in obſequiũ facilisꝙ rogantib. eſſes, Si tuus in quauis prætepuiſſet amor.

Præter, prępoſitio, à prę deducta, quemadmodũ ab in, inter & à ſub ſubter, πάλιν, χωρίς. Et modò ſeparatur, modò cõponitur. Separata uim excipiendi habet, & ſemper accuſatiuo iungitur. Cic. lib. 1. Epiſt. Amicũ ex conſularib. neminẽ tibi eſſe uideo, prętęr Lucullũ. Idem ꝓ Cluent. Omnibus ſentẽtiis prætęr unũ, Scamander condemnatus eſt. Aliqùando ſignificat ultra, πρὸς. Quint. Multa erant prætęr hac, quæ obiici meritò potuiſſent. lib. 10. Prætęr hominẽ ſomniare equos canes, boues, pecora, capras, palã eſt. Aliquãdo ſignificat ante. Cice. 5. Verr. Serui prætęr oculos Lolii hac omnia ferebãt. Legitur & pro ſine, δίχα χωρίς, Salluſt. Prætęr rerum capitalium condemnatos. Aliquando contrà παρὰ. Terent. in Andria, prætęr ciuium morem atꝙ legem. Prætęr aliquando ad uerbium eſt, pro prætęrquam. Colu. lib. 3. cap. 2. Omnis incõmodi patiẽtes prætęr caloris. Budęus. Prætęr hac apud Plautũm ſæpius legitur pro poſthac. In Rud. Si prętęr hac tu uerbum faxis hodie, &c. Prætęr modum, idẽ eſt quod ſupra modum. Cic. de Diuina. Lacus Albanus prætęr modum creuit. Cice. 5. Tuſ. Ariſtides expulſus eſt patria, quod prætęr modũ iuſtus eſſet. In compoſitione tranſitum uel prætęritionem denotat. Componitur autem cum dictione incipiente ab e: ut prætereo: f, ut prætęrfluo: g, ut prætęrgredior: m, ut prætermitto: u, ut prætęruolo. Prætęr ſpem, παρ' ἐλπίδα, ſignificat ex inſperato, prætęr opinionem, ex opinato, uel contra ſpem, ſeu cõtra opinionem, προσδοκίαν. Plaut. in Merc. Prætęr ſpem ſaluæ ſumus.

Prætęrago, gis, ere, a. t. Cogo, uel cõpello prætęrire, παράγω, παλαύνω. Horat. 1 Epiſt. 15. Mutandus locus eſt, & diuerſoria nota. Prætęragẽdus equus, hoc eſt, agẽdus eſt equus prætęr diuerſoria nota. id eſt, ultra: ꝙ equi inuitiſſimi ſolẽt facere.

Prætęrbito, tas, pen. cor. frequentatiuũ ꝙ à prętęreo, Quaſi prætęrito, interpoſito b, παραμείβομαι. Plaut. in Epid. Caue prætęrbites ullas ædes quin roges, Senex hic ubi habitat Periphanes Platenius: Apud Comicos receptius eſt hoc uerbum quàm apud Oratores.

Prætęrea, aduerb. eſt ex prępoſitione prætęr, & pronomine ea compoſitũ, idẽ ſignificans quod inſuper, uel ad hæc, πρὸς τούτοις, Cic. in Epiſt. Nam in omni genere prudentiã tuam mihi nõ ignotã in conſuetudine ſuauitatẽ tuã adiunxit prętęrea ſummã erga ſe liberalitatẽ. Idem ꝓ Cor. Balbo Sed nos poſſumus & huius ciuitatis eſſe & cuiuſuis prætęrea. Verg. 11. Aen. Si duo prætęrea tales Idea tuliſſet Terra uiros. Accipitur nonnunquam pro poſtea, ſiue poſthæc, ὕστερα. Ver. 1. Ae. & quiſquam numen Iunonis adoret Prætęrea, aut ſupplex aris imponat honores?

Prætęreo, is, iui, & rii, prætęritum, n. q. Significat ultrà eo, prætergredior, παρέρχομαι, παράγω, παραμείβω, παραμείβομαι, παρέρχομαι, παραφέρω. Terent. in Eun. Dum hæc reputo, imprudens uillam prætęrii. Ouid. 3. de Arte, Nec quæ prætęriit hora redire poteſt Verg. 3. Georg. quũ rapidus ſol Nondum hyemẽ cõtingit equis, iam prætęrit æſtas. Ponitur aliquando ꝓ effugere, uitare. Terent. in Hecyr. Neſcis quid mali prætęrieris, qui nunquam es ingreſſus mare. Prætęrire aliquid, per metaphorã dicimur quum nullã eius facimus mentionẽ. Cic. de Prouin. Conſul. Omitto iuriſdictionẽ in libera ciuitate cõtra leges, Senatuſꝙ cõſulta: cędes relinquo, libidines prętereo. Ouid. 6. Faſt. Cætera iam pridẽ didici iuuenilibus annis, Non tamen idcirco prætereunda mihi. Prætęrire ſilentio aliquid, idem. Prætęrit me hæc res, id eſt, ignoro. Ponitur aliquando prætęrire pro antecellere, uincere. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 1. Hos nobilitate Mago Carthaginenſis Prętęriit Pœnica lingua. Hinc tempus prætęritum, quod iam non eſt, ſed elapſum eſt, παρωχημένος, φθάσας, προλαβὼν χρόνος. Cic. de Senect. Tempus prætęritũ nunquã reuertitur. Prætęriti dicũtur extincti Prop. l. 2. Eleg. 14. Fas eſt prætęritos ſemp amare uiros. Itẽ Prętęriti dicũtur, q in petitione magiſtratuũ repulſam habuerũt, ut ſæpe apud Cic. inuenies, ἀμνημόνευτοι, ἀποδόκιμοι θʼ.

Prætereor, paſſiuum. Cic. 2 de Leg. Ne ſumptuoſa re- (ræ. ſperſione longæ coronæ nec acerræ prætereantur.

Prætęrequito, as, Equitãdo prętereo uel trãſeo, παριππεύω. Liu. 3. ab. Vrb. Prætęrequitantesꝙ abſterrent.

Prætęrfe-

Præterferor, præterferris, præterlatus ſum, p. inconſ. Prætereo uel trāſeo, παραφέρομαι, παραβαίνω. Liu. 1. bel. Pun. Mago, Numidæq; ſimul ac latebras eorū improuida præterlata acies eſt, exorti à tergo, ingentē tumultum terrorēq; fecere. Lucret. lib. 4. At quæ pars uocū non aures incidit ipſas, Præterlata perit fruſtrà diffuſa per auras.

Præterfluo, is, xi, xum, præterfluere, n. t. Iuxta fluere, uel fluendo præterire, παραῤῥέω. Liu. 4. bel. Pun. Flumen quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfluebat muros, ꝓcul iis quæ inhabitabantur. Var. 3. de Re ruſt. c. 16. Cibi pars quo potio, & ea iis aqua liquida unde bibant, eſſe oportet: eamq; ꝓpinquam, quæ præterfluat, aut in aliquē locū influat. Præterfluere, per metaphorā, ꝓ elabi, pertranſire. Cic. 5. Tuſc. Quocirca corpus gaudere tandiu, dū præſentem ſentiret uoluptatē: animū & præſentē percipere pariter cū corpore, & ꝓſpicere uenientē, nec præteritam præterfluere ſinere, Id eſt, nō negligere præteritam. Plin. l. 3. in Præf. Eorum ego orationes ſino præterfluere.

Prætergredior, ris, prætergreſſus ſum, Prætereo, uel trāſeo, παραβαίνω, παρέρχομαι. Cic. Appio Pulchro, libr. 3. Epiſt. Currens Lepta mihi nuntiauit te iā caſtra prætergreſſum eſſe.

Præterlabor, pen. prod. eris, præterlapſus ſum, Iuxta labor præterfluo, prætereo, παραῤῥέω. Stat. 1. Theb. fluctiuaga quà præterlabitur unda Sicanios, longè relegens Alpheus amores. Cic. 2. de Orat. Tum & in ſenſum, & in mentem iudicis intrare nō poteſt, antè enim præterlabitur quā percepta eſt. Vergil. 3. Aeneid. Et tamen hanc pelago præterlabare neceſſe eſt. Idem 6. Aeneid. uel quæ Tyberine uidebis Oſtia, quū tumulum præterlabêre recentem.

Prætermeo, as, Iuxta meo, præterfluo, παραῤῥέω.

Prætermitto, tis, a. t, Intactum relinquo, omitto, prætereo, παραλείπω. Terent. in Adel. Nihil prætermitto, conſuefacio Prætermittere ſilentio, idem quod præterire ſilentio. Cic. 13. Philip. Prętermittere pœnam ſceleris, Cic. ad Brutum, idem eſt quod remittere, uel ignoſcere. Prætermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut obliuione, aut negligētia præteritur. Omitti uerò, quod de induſtria relinquitur. Cic. 1. Offic. Minimè uerò aſſentior iis qui negant eum locū à Panætio præter miſſum, ſed conſultò relictum.

Prætermiſſio, onis, uerbale. Cic. 2. Offic. Mamerco homini ditiſſimo Aedilitatis prætermiſſio, Cōſulatus repulſā attulit.

Prætermonſtro, as, a. p. Gel. li. 29. ca. 9. Vſus conſilio ſum magiſtri, quod docere ipſe me debuerat, à quo diſcerē prætermonſtrantis. id eſt, quaſi prętereuntis, & aliud agentis, & præter officium ſuum monſtrantis.

Prætermitto, Nauigio prætereo, præteruehor, παραπλέω.

Præterpropter, Vna dictio eſt compoſita, ſignificans præterquā, ꝓpter: hoc eſt, propter aliā cauſam quā propter eam de qua loquimur: ut, prętereā propter uitā uiuatur. hoc eſt, ꝓpter aliā cauſam uiuitur, quā ut uiuatur, utputa ꝓpter laudē uel propter gloriā. Ennius apd Gel. Otto qui neſcit, plus negotii habet, Quā quum eſt negotiū in negotio. Nam cui q agat inſtitutū eſt, nullo negotio, Id agit, ſtudet ibi, mētē, animum delectat ſuū. Otioſo initio animus neſcit quid uelit. Hoc idem eſt, neq; domi nunc nos, nec militię ſumus. Imus huc, hinc illuc: quū illuc uentū eſt, ire illinc libet. Incertè erat animus, prętерpropter uitam uiuitur.

Præterquam, Dictio eſt compoſita excipiēdi quidem uim habens, quemadmodū & præter: ſed cauſam exigens ſuperiori ſimilē, quia idem uerbū ſubintelligitur, πλήν, ἢ πλήν, εἰμή. Nemo id dixit prętерquā Cicero, Nullius id intereſt prętерquam patris, Nulli id placuit prętерquā Cęſari, Neminē prętерquam Prętorem timeo, O uos omnes prętерquam Plato legite, A nemine prętерquam à Socrate didici. Significat etiam aliter quàm, ἄπωσ, ἢ. Liu. lib. 1. Vocata ad conſilium multitudine quę coaleſcere in populi unius corpus nulla re prętерquam legibus poterat, iura dedit. Prętерquā ponitur aliquando in oratione ſequente ſemper, pro, cum ſemper. Gellius libr. 15. cap. 1. Declamauerat Antonius Iulianus rhetor, prętерquam ſemper aliàs, tum minimum quàm delectabiliter, & feliciter. Aliquando ſequente etiam. Celſus, Aqua uerò frigida infuſa prętерquam capiti, etiā ſtomacho prodeſt. id eſt, non tantum capiti: uel, prętерquam quod capiti prodeſt. Prætерquam quod, id eſt, niſi quod, πλὴν ὅτι. Plin. Iun. Omnia nobis ex uoto ſucceſſerunt, prætерquam quod in itinere defunctam matrem audiuimus.

Præteruehо, is, pen. corrept. act. t. Naui, curru, uel iumentis aliquid præter locum aliquem ueho, παραπλέω. Cic. de Finib. Neq; enim uocum ſuauitate uidentur, aut nouitate quadam & uarietate cantandi reuocare eos ſolitæ, qui præteruehebantur: ſed quia multum ſe ſcire profitebantur. Vergil. 4. Aen. uiuo prætерuehor ſaxo Pantagiæ. Liu. lib. 1. Tamē quum prætерueheret nauibus Galliæ oram, &c. Legitur & abſolutè pro prætерnauigo. Suet. in Auguſto, cap. 91. Caium nepotem, quòd Iudæam prætерuehens apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet, collaudauit. Vbi prætерuehens dixit, pro prætерuectus. Oratio prætерuecta ſcopulos, per translationē dicitur quæ maiorem difficultatis partem ſuperauit. Cic. ꝓ Cæl. Sed quoniam emerſiſſe iam è uadis, & ſcopulos prætерuecta uidetur oratio mea, perfacilis mihi reliquus curſus oſtenditur. Idem 2. Philip. Magna ſpe ingredior in reliquā orationem P. C. quoniam periculoſiſſimū locum ſilentio ſum prætерuectus. Hoc eſt, quoniam ueſtro cum ſilentio nullaq; obmurmuratione, difficilimum orationis locum abſolui.

Peruectio, onis, uerbale. Cic. 7. Ver. Monimentum ſceleris audaciæq; ſuæ uoluit eſſe in conſpectu Italiæ, ueſtibulo Siciliæ prætерuectione omnium qui ultrò citroq; nauigarent.

Prætеruerto, is, anteuerto: & per translationem pro prius dico ponitur. Cic. 1. de Diuin. neq; habes aliquid quod huic ſermoni prætерuertendum putes.

Prætеruolo, as, are, n. p. Propriè eſt uolando prætereo, παρίπτομαι. Cic. in Arat. Hic iam ſe totum cæcas equus abdit in umbras, Quem rutila fulgens pluma prętерuolat aler. Per translationem accipitur pro uelociter prætерire. Silius lib. 10. Stridentem gelidis uibrauit uirib. haſtam, Quæ medias uelox raptim prætерuolat auras. Cic. 3. de Orat. Sententiæq; ſępe acutæ non acutorum hominum ſenſus prætерuolant, hoc eſt, celeriter, & antequà intelligātur, prætерfugiūt.

Prætexo, is, texui, textum, act. t. Ante uel circum ueſtem aliūd uę quippiam attexo, προϋφαίνω. unde Toga prætexta dicta eſt, quod purpura ei prætexeretur. Accipitur pro prętendere, ſiue uelare, cauſamq; aliquam non ueram afferre, προφασίζομαι. προϊσχομαι, προΐσαμαι. Vergilius quarto Aeneidos. Coniugium uocat, hoc prætexit nomine culpam. Cicero in Piſonem, Nemo poteſt exercitum apertè petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi. Nonnunquam accipitur pro præordiri, ſine præordinare, tenuiaq; quædā rei alicuius fundamenta collocare. Ci. 3. de Orat. Sic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur acerrimè, leuiorib. principiis natura prætexuit. Prætexere littora uelis, eſt ea uelis quodammodo operire, & abſcondere. Ouid. in Arte, Quid referam Baias, prætextaq; littora uelis? In eadem propemodum ſignificatione uſus eſt hoc uerbo etiā Auſonius, Tu (inquit) Auguſte uenerabilis, diſtrictus maximo bello, aſſultantibus, tot millibus Barbarorum quibus Danubii ora prętexitur.

Prętextum, ti, n. ſ. Dicitur illud uelamē quo moueri ſe aliquis ſimulat ad aliquid agendum, quum tamen alia cauſa moueatur, πρόσχημα. Suet. de Cæſ. Et prætextū quidē illi ciuiliū at morū hoc fuit: cauſas autē alias fuiſſe opinantur. Eiuſdē eſt ſignificationis Prætextus, huius prætextus, id eſt, obtētus, & quod Cic. per cauſam, & per ſimulationē dicere ſolet. Suet. in Tib. Omnium inimicitiæ hoc prętextu ad nos deferētur.

Prætextus, a, um, adiectiuè: ut Prętexta toga, prætextæ actiones. uel ſubſtantiuè, hęc prætexta, huius prætextæ. Prætextę fabulæ, ſeu comœdiæ, in quibus Reges Romani, uel duces inducebātur, perſonarum dignitate penè tragœdiis ſimiles. Hor. in Arte, Vel qui prętexas, uel qui docuere togatas. Dictæ prætextæ, q principum, magiſtratuumue perſonæ in iis inducerentur, quę prætextis uti ſolēt. Prætexta toga, genus ueſtimēti oblongū ac talare, q ſupra tunicas honoratiſſimi quiq; ſumebāt: ita dicta quòd ei purpura pertexebatur, περιπόρφυρος. Hæc unà cum bulla in uſum puerorum nobiliū uſurpatur. Vnde prętextati dicebantur qui nondū decem & ſeptē annos prętерierant à prætexta quā induebāt, qua depoſita, accipiebant togā uirilem, quū ad annū decimū ſeptimū peruenirent, tanquā non pueriliter ſed uiriliter uita eſſet peragēda. Nā pueri exiſtimabātur qui minores eſſent annis ſeptendecim. Vlpianus ait, Pueritiam duntaxat annis ſeptendecim finiri: & qui eos nō in totū compleuit, phiberi poſtulare. Cic. Ego autē à patre ita erā deductus ad Scęuolā ſumpta uirili toga, ut quoad poſſem & liceret, à ſenis latere nunquā diſcederē. Seneca lib. 1. Epiſt. Tenes utiq; memoria quātū ſenſeris gaudiū, quum prętexta poſita, ſumpſiſti uirilē togā. Ideò autem ingenuis pueris attributam exiſtimant togā prætextam, ut ex purpurę rubore, ingenui pudoris admonerentur. Lege Macrob. lib. 1. Saturnalium. Ab hoc ueſtimenti genere

genere olim Papyrius cognominatus est Prætextatus, ob tacendi loquēdiq; in prætexta ætate prudentiā. Id postea cognomen in omnē eius familiā translatū fuit. Erat & Prætexta gestamē magistratuū & regū. Hac Tullius Hostilius primus usus est (ut inquit Plin.) qui debellatis Hetruscis, sellā curulem lictores, & togā pictam atq; prætextā (quę insignia magistratuum Hetruscorū erat) Rom. transtulit. Sed postea Tarquinius Demarati filius, quū de Sabinis egisset triumphum quoniā in eo bello filius eius annos quatuordecim natꝰ, hostem manu percusserat, & p concione illū laudauit, & prætexta ac bulla aurea donauit, insigniens puerū supra annorū sortem, pręmiis uirilitatis & honoris. Prętextæ igitur ac bullæ gestādæ mos à Prisci Tarquinii filio deductus est. Sunt autem qui tradunt eundē Priscum quū statum ciuitatis ordinaret, instituisse ut Patritiorū filii bulla aurea uterentur: & togam quæ purpura prætexitur, iis tantū quorum patres curulem magistratum gessissent, cæteris prętextā tantū indulsisse, usq; ad eos quorum parentes stipēdia iusta meruissent: Fuit & in usu prætextata bulla, qua nulli alii licebat uti, nec ei qui funus faciebat.

Prætextatus, a, um, adiect. Prætextatum sermonē (inquit Fest.) ueteres appellauerunt ab eo q prætextatis nefas sit obscœno uerbo uti. Vel (ut quidā aiunt) q nubentibus depositis prætextis à multitudine puerorū obscœna acclamarentur. Ideo quę prætextatū sermonē appellabāt, qui nihil obscœnitatis haberet. Hæc ille. Cōtra hanc tamē Festi opinionē Suet. Gellius & Macrob. Prætextatū sermonē (ἀνασεσυρμένον λόγον) acceperunt, p eo qui apertè obscœnam rē significat. Suet. in Vesp. Erat enim dicacitatis plurimæ, & sic scurrilis, ac sordidæ, ut ne prætextatis quidem uerbis abstineret. Macrob. li. 1. Satur. Hæc nobis sit literata lætitia, & docta cauillātio, uice planipedis & subulonis, impudica & prætextata uerba iactētis. Sic prætextati mores, dicuntur lasciui, & obscœni, ἀνασεσυρμένοι. Iuu. Sat. 2. Sic prætextatos referunt Artaxata mores Prętextati anni à Plin. dicuntur li. 33. p annis pueritiæ: & prętexata ætas, à Gell. lib. 1. Prætextatæ puellæ dicebantur ingenuæ, & innuptæ, à prętextis quas nubentes deponebant.

Prætimeo, prætimes, pe. co. Valde timeo, ὑπερφοβοῦμαι. Plautus Amph. Mirari non est æquum, si sibi prætimet.

Prætor, oris, m. t Athenis ἄρχων, στρατηγὸς, Omnis magistratus appellabatur cui parēret exercitus. Vnde Imperatores, Prętores quandoq; uocantur. Autor ad Herennium, Epaminundas Thebanorum Imperator, ei qui sibi ex lege successerat Prætor, exercitū non tradidit. Vbi Victorinus, Notare debemus, omnes magistratus, Prætores appellatos. Sed patres quo tempore L. Sextius primus ex plebe Consul creatus est, Furiū Camillum primū Prætorē urbanū qui ius in urbe diceret, creauerunt: mox unico Prætore nō sufficiente, q multi peregrini in ciuitatē uenirēt, alius creatus est peregrinus, eo quod plerunq; inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, aliisq; prouinciis, totidem Prætores quot prouinciq; in ditionē uenerant, creati sunt: partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. Dictus Prætor (ut Liuius innuit) à præessendo: ut Varro à pręeundo, quasi prętor, quòd pręiret iure & exercitu. Idem Liu. lib. 3. scribit primū Prætorem ex Patribus, qui ius in urbe diceret, creatū fuisse, penes quem magistratum, omnis publici priuatiq; iuris erat potestas, ut & nouum ius condere, & uetera abrogare facultas esset. Idq; ob magistratus honorē, Ius honorariū appellatum est, quū tamen regia illi essent insignia, ut apparatu Consulibus penè par uideretur. Creatus quū consules uocarentur bellis finitimis, nec esset qui in ciuitate ius diceret, Eius dignitas, Prętura dicitur.

Prętorius, a, um, Quod est Prętoris, seu quod ad Prętorem pertinet: ut Prętoriū ius, Prętoria cohors, quę à Prętore, hoc est Imperatore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimū quenq; delegit qui à se in bello non discederet, & certo munere militię uacaret, & sesquiplex stipendiū accipere ret. Prętoria uerò porta dicitur qua exercitus in prœliū educitur, quia initio Prętores erāt qui nūc Imperatores, qui bella administrabāt. Prętoriū genus, ex quo maiorū quisquam Prętura gessit, ad Consulatū tamen nō puenit. Cic. pro Plācio, Cedat Consulari generi Prętoriū nec contendat cū Prætorio equester locus. Prętorius uir, qui Prętura gessit, sicut Consularis, qui Consulatu perfunctus est. Cęlius Ciceroni, Prouincię, quas Prętorii pro Prętore obtinerent. Cic. Attic. Consulares atq; Prętorii uiri.

Prætorium, rii, n. s. Domus in qua Prætor habitat, siue Dux, ἀρχηγεῖον, στρατηγεῖον, πραιτώριον. Quia (ut dictū est) omnis magistratus cui parēret exercitus, Prętor dictꝰ est. Liu. l. 3. Quercus in gēs arbor Prętorio imminebat, cuius umbra opaca sedes erat. Hoc alio nomine à Quintil. dicitur Agustale. Ponitur etiam p magnifica & ampla domo in agro & ruri extructa, in quę ędificia pecunias ingentes effundebant. Suet. de Calig. In extructionib. Prętoriorū atq; uillarū omni posthabita ratione, nihil tā efficere concupiscebat, quā quod effici posse negaretur. Pallad. li. 1. Ipsius etiā Prętorii situs sit loco aliquatenus erectiore, & sicciore ꝓpter iniuriā fundamentorum, & ut lęto fruatur aspectu. Itē prętoriū dicitur locus in quo Prętor ius dicit, ut est in Euangelio. Figuratè itē Prętoriū accipitur p ipso concilio à Prętore in tētorium suū domumsse conuocato: unde Dimittere Prętoriū legimus sicut Dimittere Senatum. Liu. Fuluius ne idipsum impedimento in cœpto foret, dimittens Prętorium, Tribunis militum, ac prefectis sociorum imperauit, &c.

Prętoriani, m. s. Dicebantur cohortis Prętorię milites, à Prętore, hoc est, Imperatore corpori sui custodię causa delecti. Cicero pro Cęlio, Nemini unquam pręsenti Prętoriani maiores honores habuerunt quàm Cęlio. Plin. libr. 6. cap. 19. Nuper renūtiauere principi Neroni, missi ab eo Prętoriani milites cum Tribuno ad explorandum, inter reliqua bella Aethiopicum cogitanti.

Prætoritius, a, um, aliud adiect. idem significans q Prętorius. Mart. lib. 8. De Prętoritia folium mihi Paule corona Mittis, & hoc phialę nomen habere iubes.

Prętura, ę, f. p. Prętoris dignitas. Plin lib. 14. cap 22. Ad proconsulatum usq; è Prętura honoribus gestis. Cic pro Plac. Prętura iurisdictio res uaria & multiplex ad suspiciones, & simultates. Idem pro Murena, Prętura Murenę probata in iure, orata in munere, ornata in prouincia. Idem 3. Catil. Quū prætura se abdicasset. Egredi Prœturam. Tacit. lib. 3. Volusio uetus, familia, neq; tamen Prętura egressa.

Prætortus, Valde tortus. Col. li. 3. ca. 18. Iulius Atticus prætorto capite & recuruato.

Prætrepido, a, pen. cor. Valde trepido. Vnde prætrepidans participiū. Cat. Epig. 43. Iam mens prętrepidans auet uagari.

Prætrunco, as, a. p. Amputo, præscindo, ἀποτέμνω, ἀποκόπτω. Plautus in Mil. Nonne tibi istam prętruncari linguam largi loquam iubes?

Prætumidus, Valde tumidus: ut Prætumidus furor, apud Claudianum, priore Inuect. in Rufinum.

Prœualeo, prœuales, n. s pen. cor. Antecello, & quasi in maiori pretiò sum, uel melior sum, ὑπερίσχω. Plin. Vtræq; in pretio sunt sed tamen prœualent margaritę. Aliquando prœualere significat potentiorem seu robustiorem esse, ὑπερκράτεω, Stat. 2. Achil. Quisquis equo, iaculoq; potens qui prœualet arcu. Plin. libr. 10. cap. 6. Vulturum prœualent nigri.

Prœualesco, is, Validior fio. Colum. lib. 5. cap. 6. Vitem quoq; antequam ex toto prœualescat arbor, conserere conuenit.

Prœualidus, adiect. Id est, præpotens, ὑπερεχόμενος. ὑπερβολὴν ὑπερέχων. Liu. 6 bell. Pun. Duas prœualidas urbes magno inter se maris terrarumq; spario discretas. Verg. 1. Georg Neue it. prœualidam primis ostendat aristis. Ouid. Epist. 8. Prœualidę fusos comminuere manus.

Prœualidè, aduerb. Plin. lib. 17. cap. 14. Præcauendum ut prœualidè accipientis trunco in media fissura relinquatur.

Prœuaricor, aris, d. p. pen. cor. Quocunq; modo à præscripto sui officii deflectere, ut ait Vall. lib. 6. καθυφίημαι, ὑφίσταμαι, ὑποκύπτω, ὑποτίθεμαι. Plin. lib. 18. c. 19. Aratot nisi incuruus. prœuaricatur. In litibus aūt forensibus, prœuaricari ꝓpriè dicitur accusator qui colludit cū reo, & proprias quidē ꝓbationes dissimulat, falsas uerò admittit. Cic. de Arusp. resp. A Catilina pecuniā accepit, ut turpissimè prœuaricaretur. Vlpian. in l. Athletas ff. De his qui notantur infam. Qui prœuaricatur, ex utraq; parte consistit, quinimò ex aduersa. Prœuaricari accusatori, inquit Bud. est prœuaricando seruire. Cic. p Cluen. Hoc quanquam sedulò faciebat, tamen interdū non defendere, sed prœuaricari accusatori uidebatur.

Prœuaricator, ris, m. t. Dictus est qui ab officii sui prescripto deflectit, atq; aberrat. Martianus Iurisconsl. l. 1. ff. Ad Senatusc. Turpil. Prœuaricatorem fuisse scribit eum qui colluderet cū reo & translatitiè munere accusandi defungeretur: eò quòd proprias quidem probationas dissimularet, falsas uerò excusationes admitteret. Vlpian. in l. Athletas. ff. De his qui not. infam. scribit prœuaricatorem esse qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua: allegatq; Labeonē qui hoc nomē à uaria certatione tractū sensit. Cic. 1. Verr. Vtrum te perfidiosum, an prœuaricatorem existimari mauis? Cæl. ad Ciceronem, lib.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nem, lib. 8. Ne quod furore Pauli adeptus esset boni, sua culpa uidetur amisisse, & præuaricator causæ publicæ existimaretur. Apponere sibi pręuaricatorẽ dicebant antiqui, ꝙ eo ꝙ est curare se ꝙ aliquem accusandũ, quo cũ reo colludente, facilè ille absoluatur. Cic. 2. Philip. lã uereor P. C. ne (ꝙ turpissimũ est) prævaricatorem mihi apposuisse uidear. Bud.

Prævaricatio, onis, f. t. uerbale, *παράφρασις*. Plin. Iun. ad Cor. Tacit. lib. 1. Epist. 20. Alioqui prævaricatio est transire dicenda: prævaricatio etiã cursim ac breuiter attingere quæ sint inculcanda, infigẽda, repetẽda. Cic. in Partit. Prævaricationis nomẽ significat eũ ꝙ in contrariis causis quasi uariè esse positus uideatur. Idẽ ad Q. Frat. li. 2. Quo die hæc scripsi, Drusꝰ erat de prævaricatione à Trib. ærarii absolutus.

Prævecho, is, a. t. Antè uecho, *προσλάσσω*. Vnde prævectus, a, ũ, ante alios uectus. Liu. li. 9. Sed equites Rom. prævecti per obliqua campi, quũ se fugientibus obtulissent. Silius lib. 7. Ac prævectus equo, nunc dextro provocat hostem.

Prævello, is, per duplex ll, antè uello, *προτίλλω*.

Prævelo, as, pen. pro. Antè tego, obtego, operio, *προκαλύπτω*. Claud. lib. 1. de Rap. Et sparsos religant crines, & uultibus addunt Flammea sollicitum prævelatura pudorem.

Prævelox, pen. prod. Valde uelox. Plin. lib. 11. cap. 11. Formicæ odore solicitatæ ꝓuolant, crebroq; lacerant, quanuis prævelocibus camelis fugientes.

Prævenio, a. q. Antè uenio, anticipo, *προφθάνω*. Liu. 4. bell. Pun. Cæterum prœuenerat non fama solũ, qua nihil in talib. rebus est celerius: sed nuntius etiam ex regiis seruis. Prævenientes, interposita dictione. Verg. 8. Eclog. Nascere, præq; diẽ ueniens age Lucifer almum.

Præventus. Tacit. libr. 17. Atq; in eo ipso sacramento uexillis interioris Germaniæ prœuentus erat.

Prævertor, & Prævertor, deponens, Prætereo, præcedo, ante uerto, *προτρέχω, φθάνω*. Verg. 1. Aen. uolucrẽq; fuga prœuertitur Hebrũ. Cic. ꝓ P. Sylla, Nemo me unquã tenuissima suspicione perstrinxit quem non prœuerterim. Interdũ accipitur pro præfero, præpono. Cic. 2. de Diuin. Ita tamen, si uacas animo, neq; habes aliquid quod huic sermoni prœuertẽ dum putes. Gell. lib. 4. cap. 3. Iurisiurandi religionem animo atq; amori prætulisse. Plaut. iñ Amph. Illuc redeundũ est mihi, ne me uxorem prœuertisse dicant præ Repub. Hoc est, ne dicant me uxorem prætulisse reipublicæ. Itẽ reuoco. Plaut. in Amph. Flebilis prœuertitur metus: accurro ut sciam quid uelit. Ponitur aliquando pro præoccupare. Verg. 1. Aen. & uiuo tentat prœuertere amore Iampridem resides animos. Prœuersum fulgur (inquit Fest.) quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum. Prœuertere seriò quod dictum est per iocũ est existimare dictum esse seriò quod iocò dictum est. Plaut. in Amph. si quid dictũ est per iocum, Non æquũ est id te seriò prœuortier. Adrianus Cardinalis: Prœuertere, & prœuerti, non id significant quod præcedere: sed id quod præponere, prœuenire: sed non suo, imò potius præposteró, ac peruerso ordine. Id est, quod erat in animo ut postea fieret, fiat antea & contrà, quod antè erat faciendum, postea fiat. Sed id quo que præcipuè notandũ est, datiuũ post se quandoq; trahere, ac deponens idem uerbũ etiam fieri. Liu. 2. ab Vrb. Nec posse quum hostes ꝓpriè ad portas essent, bello prœuertisse quicquam. Ibidẽ, Aegrè impetratũ à Tribunis, ut bellum prœuerti finerent. Idem, Si Punicum Romano prœuertisset bellum. Cæs. 7. bell. Gall. Cæsar huic rei prœuertendum existimauit. id est, occurrendum.

Prævideo, des, a. s. pen. cor. Ante uideo, *προορῶ*. Plin. Id nos futurũ prœuideamus. Cic. 1. de Diuin. Tũ meminit præteritorũ, præsentia cernit, futura prœuidet. Verg. 5. Aen. ille ictũ uenientẽ à uertice uelox Prœuidit. Hinc Prœuidẽtia, *πρόνοια* quæ duplex est. Aut enim animo, aut oculis prœuidemus.

Prævisus, a, um, particip. Cice. 5. Verrin. Res mihi tota prœuisa, atq; præcauta est.

Prævitio, as, Antè uitio, uel corrũpo. Ouid 14. Met. de Circe loquẽs, Hũc dea prœuitiat, portẽtificisq; uenenis Inquat.

Prævincio, is, ire, a. q. Præligo, ligo, Gell. li. 15. c. 10. Cum eodem laqueo quo essent prœuinctæ efferrentur.

Prævius, a, um, Qui prœundo uiã monstrat, *ὁδηγὸς, παραγωγὸς*. Cic. in Arat. Alcyonem genuit claris demissus ab astris, Prœuius Auroræ, Solis noctisq; satelles. Ouid. 11. Metam. Nũc præcedentem sequitur, nunc prœuius ante it.

Præumbro, as, are, a. p. Tegere, caligine offundere, & inuoluere, inquit Bud. Tacitus, Fama, in quantum prœumbrante Imperatoris fastigio datur, clarꝰ. Hinc prœũbrare dicitur Imperatoris fastigium: quia primatium magnitudine superiũ splendorem eorum obtundebat: quemadmodum præcelsæ arbores fulgore in se recepto alias obscurant inferiores.

Præuro, is, prœusi, prœustum, Ante uro: unde Prœustus, a, ũ, participium, in cacumine adustus. Liu. 1. ab Vrbe, Bellũ erat consensu fieri solitum, ut Fecialis hastam ferratam, aut sanguineam prœustam ad fines eorum ferret. Ver. 7. Aen. non iã certamine agresti Stipitib. duris agitur, sudibusde prœustis.

Prævolo, as, pen. cor. Ante uolo, *προπέτομαι*. Plaut. in Milite. Nouissimè mores me tuos meditatè decet, Curamq; adhibere ut prœuolet mihi quò tu uelis. Ci. 2. de Nat. deor. Basis autẽ trianguli quẽ efficiunt grues, ea tanquam à puppi uentis adiuuatur, cæq; in tergo prœuolãtiũ colla & capita reponũt.

Pragmatici. m. s. *πραγματικοί*, Apud Græcos erant infimæ sortis homines, qui mercede cõducti ministros se præbebãt oratorib. in iudiciis. Quanquam postea hoc nomen omnib. iis cõmunicatum est qui forenuia tractant negotia. dicti Pragmatici à Græco nomine *πρᾶγμα*, quod inter cętera causam siue litẽ significat. Pragmatici erant homines quidã, inquit Budæus, forẽsis professionis, qui causarũ actores, interdũ iuris ignaros monebãt iuris respõsa, formulasq; actionũ suministrantes, quasi admonitores postici, dicendorũq; suggestores, quũ id iuris disceptationẽ ueratũ erat. Quint. li. 12. Quid si fortè peritus ille iuris non aderit? neq; ego sum nostri moris ignarus, oblitusue eorum qui uelut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant: neq; idẽ quoq; Græcos nescio factitasse, unde nomen iis pragmaticorum datum est.

Pragmaticum, ci, neut. s. substantiuum. Cic. ad Att. lib. 14. Tu si quid pragmaticon habes, scribe, hoc est, quod in Republica gestum sit, inquit Budæus. Quintil. lib. 3. Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus meis, siue quæ Græci *πραγματικὰς* uocant Iuris interpretes. Iuuen. Sat. 7. Iudicat de cadunt partes in fœdera pragmaticorum, hoc est, à iudicio discedunt, & litem arbitrio forensium aduocatorũ, seu procuratorum dirimendam permittunt. Cic. lib. 1. de Orat. Itaq; non (ut apud Græcos) infimi homines mercedula additi, ministros se præbẽt in iudiciis oratorib. ii qui apud illos pragmatici uocantur: sic in nostra ciuitate, &c. Idẽ ad Att. libro 2. Sed quia, ut uideo, pragmatici homines omnib. historicis præceptis, uersib. denicq; cauere iubẽt, & uetãt credere.

Pragmatica sanctio, dicta est ꝙ per eã à supremo atq; ordinario iudice discedatur, & omnia pragmaticorũ arbitrio terminẽ

Pramniũ uinũ, *πράμνιος οἶνος*. Generosi uini genus q*dam* in Smyrnæorũ agro nascebatur. iuxta delubrũ Matris Deũm tiã Homeri carmine celebratũ, Autor Plin. lib. 14. cap. 4.

Pramniõ, *πράμνιον*, Indica gẽma est aigerrimo colore, sed dellucida, admistũ habẽs & carbũculi colorẽ. Plin. li. 37. ca. 10.

Prandium, dii, neut. s. Cibus qui circa meridiem sumitur, quem ueteres cœnã appellabant, *ἄριστον*. Festus, Cœna apud antiquos dicebatur quod nunc est prandiũ: uespertina autem quam nunc cœnam appellamus. Nonius, Quæ nũc prãdia sunt, cœnas Sabini habebãt, & pro cœnis uespertinas appellabant. Plaut. in Pœn. Partem prandii pignus cœpi, abii foras. Cic. in Verr. Quid istius prandia & cœnas commemorem? Idem ad Attic. lib. 5. Anteceserat Stathius, ut prandiũ nobis præberet. Idem pro Murœna, At spectacula sunt tributim data, & ad prandium uulgò uocati. Suet. in Vitell. ca. 13. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, & prandia, cœnas, commessationesq;. Finire prandia nigris moris. Horat. 1. Serm. sat. 4. ille salubres Aestates ducet, nigris qui prandia moris Finiet. Dictum prãdium (ut quidam uolunt) à perdendo, quòd pauxillulum quiddam in prandium pararetur, quod facilè posset absumi. Alii prandium dictum uolunt quasi parãdium: quòd leuia tantùm quædã & paratu facilia apponerentur. Nam prãdium non fuisse præcipuũ cibũ antiquis apparet ex Celso, libro 7. quum de hyeme loquitur, si prandet aliquis, inquit, utilius est exiguũ aliquid, & ipsum siccũ sine carne, sine potione sumere. Idẽ li. 4. Famẽ facilius fert adolescẽs quã puer: & uno cibo quã prãdio quoq; adsuetus. Idẽ li. 7. Aestateuerò & potione, & cibo corpus sępius eget: ideò prandere quoq; commodum est. Plin. lib. 28. cap. 5. Hippocratius tradit non prandẽtium exta celerius senescere.

Prandiolum, li, diminutiuum, siue Prandiculum. Quod ientaculum appellatur.

Prandeo, es, prãdi, & pransus sum, n. s. Prandiũ sumo *ἀριστάω*. Plaut. in Menæc. Prandi & potaui, scortũq; accubui. Ci. pro Cluent. Quum eius in nuptiis more Larinatiũ multitudo hominũ prandaret. Plau. in Menæ. Prandi in naui, inde huc sum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſum egreſſus, te conueni. Interdũ actiuè accipitur ꝓ comedere id ꝙ eſt in prandio, in accuſatiuo poſitum. Horat. 2. Ser. ſat. 3. Luſcinias ſoliti impenſo pandère coëmptas.

Pranſus, a, um, particip. Hora. 1. Serm. ſat. 6. Pranſus non auidè. Cic. pro Milone, Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis. Pranſos ueteres uocabant, teſte Nonio, non ſolũ qui edi ſſent, ſed etiam quibus nihil deeſſet. Varro, Pranſum te ac paratum eſſe oportere.

Pranſito, tas, peu. cor. frequentatiuum â prandeo, quod Plaut. in Amph. cum accuſatiuo cõſtruxit. Nequam homines (inquit) qui polentam pranſitant.

Pranſor, is, m. t. Qui prandet, aut qui inuitatus eſt ad prandiũ. Plaut. in Menæ. Bonum anteponam prandium pranſorib.

Pranſorius, adiect. ut Pranſoriũ candelabrũ, apud Quint. li. 6. cap. 4. Mirantibus quod humile candelabrum emiſſet: Prãſorium erit, inquit.

Praſinus, m. ſ. pen. cor. πράσινος, Color uiridis ad ſimilitudinẽ porri. Nã πράσον, Latinè porrũ dicitur. Hinc ueſtes è uiridi lana, praſinæ dicuntur. Martial. lib. 10. De noſtra praſina eſt ſyntheſis empta toga. Plaut. Praſina, coccina, tyale, ſoccos, monilia amiſit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Praſius, πράσιος, Gemma eſt è uiridantiũ genere, uirore tamẽ multò dilutiore quã ſmaragdus, utpote quæ ad porri colorem (unde & nomen accepit) maximè accedat. Sunt aũt genera, quæ uide apud Plin. lib. 37. cap. 8.

Praſoides, pen. pro. πρασοειδὴς, Gẽma eſt ex genere topaziorum, à porri colore nomen habens. Nam πρασοειδὴς, Græcis idem eſt quod porraceus. Vide Plin. lib. 37. cap. 8.

Praſſocurides, uermiculi qui porros, braſsicam & lactucam corrodunt.

Pratum, ti, n. ſ. Ager ex quo fœnũ percipitur, λειμὼν, nomen habens ex eo quod ſine opera paratũ ſit, ut placet Varroni, libro 4. de Lingua Latina. Pratum (inquit Vlpian. de Verb. ſignific.) in quo ad fructum percipiendũ facilè duntaxat opus eſt, ex eo dictũ ꝙ paratum ſit ad fructũ capiendum. Colum. lib. 2. cap. 17. Prato ueteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes. Nomen quoq; indiderunt ab eo quod ꝓtinus eſſet paratum, nec magnum laborẽ deſideraret. Ouid. 1. Metam. Figitur in uiridi, ſi fors tulit, anchora prato. Idem Area gramineo ſuberat uiridiſſima prato. Verg. 8. Eclog. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Prata item dicebantur quæ nunc uiridaria, ut plurimum buxo & lauro frequentata.

Pratulũ, diminut. apud Plin. Epiſt. 101. Cic. ad Att. lib. 12. Pro iſto aſſo ſole quo tu abuſus es in noſtro pratulo. Idẽ de Clar. Orat. Tum in pratulo ꝓpter Platonis ſtatuam conſedimus.

Pratenſis, ſe, om. t. Quod eſt ex prato. Col. li. 6. ca. 3. Eoſq; nemo dubitat quin optima ſint, uicia in falcẽ ligata & cicercula, itẽq; Pratenſe fœnũ. Pratenſes flores. Plin. l. 12. ca. 8. Pratenſes fungi, qui in pratis naſcuntur. Horat. lib. 2. Serm. Sat. 4. pratenſibus optima fungis Natura eſt: aliis malè creditur.

Prauus, a, um, Diſtortum, peruerſum, διάστροφος. Rectũ etenim & prauum ſunt contraria. Cic. 1. Acad. Quid rectum in oratione prauumue. Horat. 1. Serm. Sat. 3. hunc uarũ diſtortis cruribus illum Balbutit ſcaurum, prauis fultũ malè talis. Lucret li. 4. Deniq; ut in fabrica ſi prana eſt regula prima, Omnia mendoſè fieri, atq; obſtipa neceſſum eſt. Per translationẽ accipitur pro malo & uitioſo, πονηρὸς, φαῦλος. Terent. in Adel. Et ſi hoc mihi prauũ, ineptum, abſurdũ, atq; alienũ à uita mea uideatur. Cic. pro Roſc. Com. Nihil ab hoc prauũ & peruerſum produci poſſe arbitrabantur. Cice. 2. de Finib. Beſtiarum uerò nullũ iudiciũ puto: quanuis enim deprauatæ non ſint, prauę tamen eſſe poſſunt. Tenax prauí, Vergil. 4. Aen. Obnoxius prauis. Horat. 2. Serm. Sat. 7. Stultitia prava, Horat. 2. Serm. Sat. 3. Ambitio prauá, Horat. 1. Serm. Sat. 6. Prauo naſo uiuere, Horat. in Arte.

Prauitas, f. t. Id eſt, obliquitas, mala & peruerſa alicuius rei cõſtitutio, & compoſitio. Cic. 4. Tuſc. Vitium, quũ partes corporis inter ſe diſſident, ex quo membrorũ, diſtortio, deformitas. Idẽ 1. de Legib. Corporis prauitates, ſi erunt perinſignes, an habebunt aliquid offenſionis, animi deformitas non habebit? Ponitur aliquando pro malitia, φαυλότης. Cicer. 4. Acad. Tamen ne in iſta prauitate perſtabitis? Cice. in Parad. Animi prauitates rectè uitia dicuntur.

Prauè, aduerb. cui opponitur rectè. Cic. 2. de Fin. Ille porrò malè, prauè, turpiter cœnabat.

Praxis, praxeos, f. t. πρᾶξις. Actionẽ ſignificat. Vnde practicus a, um, actiuus, & qui actu ipſo aliquid proficit. Hinc artes dictæ ſunt quędã practicę, quæ in exercitatione & ipſa actione cõſiſtunt: diuerſæ ab illis quæ theoricæ, id eſt, ſpeculatiuę, & quę ποιητικὴ, hoc eſt, effectiuę dicũtur. De utriuſq; Quint. l. 2. c. 18. Quũ ſint aũt artiũ, aliæ poſitę in inſpectiõe, id eſt, cognitione & æſtimatione rerũ, qualis eſt in Aſtrologia, nullũ exigens actũ, ſed ipſo rei cuius ſtudiũ habet, intellectu contenta: quæ θεωρικὴ uocatur, Aliæ in agendo, quarũ in hoc finis eſt & ipſa actu perficitur, nihilq; poſt actũ operis reliquit quæ πρακτικὴ dicitur, qualis eſt ſaltatio. Aliæ in effectu, &c.

Precíæ uuæ, teſte Seru. dicũtur quæ ante alias matureſcũt, quaſi præcoquæ. Verg. 2. Georg. Et paſſo Pſythia utilior, tenuiſq; Lageos Tentatura pedes olim, uicturaq; linguã: Purpurea, preciæq;: & quo te carmine dicam Rhetica?

Precium, & Precioſus, Vide Pretium.

Precor, is, d. p. cũ accuſatiu. ſignificat oro, δέομαι, παρακαλῶ. Cic. 1. de Nat. deor. Quid ueneramur, quid precamur deos? Ibidẽ, Dii quos nos colere, precari, uenerariq; ſolemus. Iunctũ uerò cũ datiuo, idẽ eſt ꝙ opto alicui bonã uel malã fortunam, εὔχομαι. Quint. Et orã ſoluentibus bene precemur. Horat. 2. Serm. Sat. 7. Miluius & ſcurræ tibi non referẽda precati Diſcedunt. Dira precari alicui, Tibul. lib. 2. Eleg. 7. Malè precari alicui. Cic. in Piſ. An ꝙ tibi ꝓficiſcenti euenit, ut omnes execrarentur, malè precarentur, unã tibi illã uiã, & ſempiternam eſſe uellent? Dicimus aũt precor deos: precor ad deos. Liu. 8. bel. Maced. Ad quos precẽtur, & ſupplicent. Precor deos bonas preces, Cato cap. 134. Iane pater te hac ſtrue cõmouenda bonas preces precor. Huius cõpoſita ſunt, Deprecor, de quo ſuprà. Imprecor, pen. cor. quod in bonam & in malam partem accipitur. Quin. Imprecamur debilitates naufragia morbos.

Precator, qui ꝓ alio intercedit, uel poſtulat. Ter. in Heaut. Nemo accuſat Syre te: nec tu arã tibi, neq; precatorem pararis.

Precatio, onis, f. t. uerbale, δέησις. Cic. pro Muræn. Quod ſi illa ſolennis comitiorũ precatio, Conſularibus auſpiciis conſecrata tantã habet in ſe uim & religionem, &c. Liu. 9. ab Vrb. Quid enim aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet, aut obſidibus, ubi precatione res tranſigitur?

Precis, ci, cem, &c. obliqui ſunt ab inuſitato nominatiuo prex idem ſignificãtes quod precatio, ſiue obſecratio, δέησις, δέημα. Terent. in Phor. Sed parumue eſt quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex, Ni inſtigemus etiam ut nullus locus relinquatur preci? Quint. lib. 3. cap. 10. Hac illi opus eſt occaſione, ne eũ taliũ precũ pudeat. Terent. in And. Nihil eſt preci loci relictum, iã perturbaui omnia. Horat. 2. Epiſt. 1. Cæleſtes implorat aquas docta prece blandus. Ouid. 2. de Ponto, Eleg. 2. Tempus adeſt aptum precibus.

Precarius, a, um, adiect. Eſt quod precibus petenti utendũ conceditur tandiu quandiu is qui conceſsit, patitur, δεητικὸν. In hanc ſententiam dictum eſt à Seneca, hominem eſſe precarii ſpiritus. Et apud Curtium ait Alexander, Mori præſtat quã precario Imperatorẽ eſſe. Idẽ, Sed precariũ ſpernebatur Imperiũ. Vbi precariũ Imperiũ dicitur id quod tandiu obtinetur, quandiu qui conceſſere permittunt. Anima precaria. Tac. li. 1. Meq; precariã animã inter infenſos trahere. Precariũ auxiliũ, nõ iuſtũ ferre, Liu. 8. ab Vrb. Ius precariũ. Taci. de Germanis. Salus precaria, Brut. Cice. Quæſtus precarius. Cicero Octauio, Cuius auus tuerit argentarius, adſtipulator pater, uterq; uerò precarium fecerit quæſtum.

Precario nomen, ipſa terminatione datiui pro aduerbio accipitur. Terent. in Eun. Seu ui, ſeu clã, ſeu precario. Paul. Iuriſ conſultus, Precario habere uidetur, qui poſſeſſionem corporis uel iuris adeptus eſt ex hac ſolummodo cauſa quòd adhibuit preces, & impetrauit, ut ſibi poſſidere aut uti liceat, παραιτήσει, αἰτήσει. Veluti ſi me rogaueris ut per fundum meũ ire, uel agere tibi liceat, uel ut in tectũ meũ ſtillicidiũ, uel tignũ in parietẽ immiſſum habeas. Cice. pro Aul. Cecin. Ne id qdẽ ſatis eſt, niſi doceat ita ſe poſſediſſe, ut nec ui, nec clàm, nec precario poſſederit. Idem 3. de Orat. Etenim uere cũda debet eſſe tranlatio, ut deducta eſſe in alienum locum non irruiſſe: atq; ut precario, non ui ueniſſe uideatur.

Prehendo, is, Vide Præhendo.

Prelum, preli, Vide Prælum.

Premo, is, preſi, preſſum, a. t. Proprie calco, & innitor alicui rei cũ pondere, ſtringo, πιέζω, θλίβω. Verg. 4. Georg. & ſpumã tia cogere preſſis Mella fauis. Idẽ 2. Aen. ueluti qui ſentib. an guẽ Preſſit, humi nitens. Quãdoq; aduerſari, uexare. Ver. 10. Aen. Numina nulla premũt: mortali urgemur ab hoſte Plautus Amph. Fata iſtæc me premunt. Quãdoq; effodere, Idẽ 10. Aen. ſulcũq; ſibi premat ipſa carina. Quandoq; inſequi, inſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtere, ἐπιτίθεσθαι. Verg. 11. Aeneid. Hac fugerent Graii, premeret Troiana iuuẽtus. Quandoq; urgere: ut Ingentẽ clamore premes ad retia ceruum. Quãdoq; occultare, καλύπτω. Verg. 1. Aen. Spem uultu ſimulat, premit altũ corde dolorem. Quãdoq; expellere, ὑποτρίβειν. Varro, Inuitam q̃ preſsit ab ædib. Quandoq; cohibere. Verg. 1. Aen. Imperio premit, ac uinclis & carcere frænat. Quandoq; claudere. Verg. 9. Aene. preſſiũe oculos, ac uulnera laui. Quãdoq; uitiare, μοιχεύειν. Var. Qui toties uilli ci tui uxorem abſente preſſiſti uiro. Quandoq; re mouere, excitare. Verg. 1. Georg. & ruris opaci Falce premes umbrã. Quandoq; uaſtare. Verg. 1. Aene. pelago premit arua ſonanti. Quandoq; occidere. Verg. 9. Aen. Armigerumq; Rhemi premit. Quandoq; demergere, infodere. Idem 2. Georgic. Quod ſupereſt, quæcunq; premes uirgulta per agros Sparge fimo pingui. Quandoq; inſtare, & dicendo immorari. Plin. Epiſt. 9. libr. 3. Quum Caſcam accuſarem, nihil magis preſſi quã quod accuſator eius, &c. Quandoq; reprehendere, malè dicere. Quint. lib. 12. de Cicerone. Præcipuè uerò preſſerunt eũ qui uideri Atticorũ imitatores concupiebant. Aere alieno premi. Cic. in Catil. Qui quanquã premuntur ære alieno dominationẽ tamen expetunt. Facta premũt annos, hoc eſt, ſuperant. Ouid. 7. Metam. Si titulos annosq; tuos numerare uelimus, Facta premunt annos, id eſt, plura erant facta, quã anni, aut maiora quàm pro ętate. Anguſtiis premi. Cæſ. 3. bel li Gall. Quibus anguſtiis Cæſar à Venetis prematur, docet. Huius compoſita ſunt, apprimo, Comprimo, Deprimo, Exprimo, Opprimo, Imprimo, Reprimo & Supprimo, quæ habent penultimam correptam.

Preſſus, a, um, Modò participium eſt: ut preſſus manu caſeus, πιεσμένος. Col. lib. 7. ca. 8. Illa uerò notiſsima eſt r atio faciẽ di caſei, quem dicimus manu preſſum. Ver. 2. Eclog. ſunt no bis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Idem 3. Georgic. Læta magis preſſis manabunt flumina mammis. Modò nomen idem ſignificans quod ſubtilis ac breuis. Cic. in Horten. Quis te autem eſt, aut fuit unquam in partiũdis rebus, in definiendis & explicandis ſententiis preſſior? Aliquando dicitur onuſtum, grauatum, βεβαρημένος. Vergilius lib. 13. Georg. Ceu preſſæ quum iam portum tetigere carinæ. Preſſo gradu incedere, hoc eſt, firmo, nec celeri ſed quo cautos incedere uidemus. Liuius 8. bell. Punic. Inde ab inciendæ iam pugnæ tempus erat, Hiſpanos (ea media acies fuit) preſſo gradu incedere iubet. Preſſum uocat Ouidius qđ eſt quaſi impreſſa nota ſignatum, libro 6. Faſtor. Certa fides facti eſt, dictus ſceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea preſſa nota eſt.

Preſſus, us, m. q. Ipſa preſsio, ſiue premendi actus, θλῖψις σωοχῆ, Cic. li. 1. de Orat. Nemo eſt, quin literatiſſimum togatorum omnium Q. Valerium Soranũ lenitate uocis, atq; ipſo oris preſſu & ſono facilè uincat. Idem 2. Tuſc. Sic animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum.

Preſſura, æ, f. p. Idem quod preſſus, huius preſſus, hoc eſt, factus ipſe premendi, θλῖψις, σωοχή. Plin. lib. 18. cap. 31. Preſſura una culeos XX. implere debet. Colum. lib. 2. cap. 36. Muſtum toruum eſt quod poſt primam preſſuram uinaceorum circunciſo pede exprimitur.

Preſſo, ſas, a. p. Frequentatiuum à premo, κατατρίβω. Vergil. 3. Eclog. preſſabimus ubera palmis. Inuenitur & Preſſor, aris, deponens. Plautus in Perſa, Vomica eſt, preſſare parcè. Preſſatus. participium Plautus in Aſin. Quin tradis hac crumena preſſatum herum?

Preſsè, aduerbium. Cicero 1. Offic. Alterum exercitatio augebit alterum imitatio preſsè loquentium, & leniter. Idem 4. de Fin. Sed ut propius ad ea Cato accedã, quæ à te dicta ſunt preſſius agamus: eaq; quæ modò dixiſti, cum his cõferamus quæ tuis antepono.

Preſſorius, a, um, adiect. ut Preſſorium uas, in quo quid permitur. Col. lib. 12. cap. 18. Tum ſacrificia Libero, Liberæq;, & uaſis preſſoriis quàm ſanctiſſimè, caſtiſſimeq; facienda.

Prendo, uide Præhendo.

Prepon, πρέπον, Latinè decorum dicitur. Cic. de Orat. Vt in uita, ſic in oratione nihil eſt difficilius quàm quod deceat, πρέπον appellãt Græci, nos dicamus ſanè decorum. Idem 1. Hoc loco continetur id quod dici Latinè decorum poteſt Græcè enim πρέπον dicitur.

Presbyter, ri, m. ſ. πρεσβύτερος. Latinè ſenior dicitur. Auguſtinus, Sanè etiam grandioris ętatis, & ſicut Scriptura loquitur, plenum dierum poſſe dici ſeniorem, hoc eſt, presbyterum. Proinde omnis ſenex etiam presbyter, non omnis preſbyter etiam ſenex: quia plerunq; hoc eſt nomen ætatis, quæ infra ſenectutem ſenectuti uicina eſt, & ex hoc etiam ipſa à ſenectute nomen non accipit in Latina lingua. Quoniã autem presbyter ſenior appellatur apud Græcos, aut maximè, ſicut Scriptura loquitur, πρεσβύτερον et νεώτερον dicunt, etiamſi ætates iuuenum comparentur, quod dicimus nos maiorem aſq; minorem.

Preſter, preſteris, penult. genitiui product. πρηστήρ. Serpentis genus eſt, quem alio nomine uocant dipſadem. Lucan. li. 9. Oraq; diſtendens auidus ſpumantia preſter. Plin. li. 20. c. 20. Sagittarum uenena, & ſerpentiũ hæmorrhoidum, & preſterum reſtringi. Eſt etiam preſter cæleſtis flammæ genus, quæ quicquid attingit, amburit, & proterit. Plin. libr. 2. cap. 98. Idem ardentior accenſusq; dum furit, preſter uocatur, amburens contracta pariter & proterens.

Pretium, tii, n. ſ. Quod datur pro empta, τιμή. Plau. in Pœn. Iſto pretio, tuas nos facilè feceris. Vergilius 4. Aenecidos, Fœmina quæ noſtris errans in finibus, urbem exiguam in pretio poſuit. Terentius in Heaut. Agrum in his regionibus Meliorem, neq; pretii maioris nemo habet. A uellere pretium antequam mercem oſtendere. Horatius 1. Sermo. Satyr. 2. an tibi mauis Infideas fieri, pretiumq; auellier antè, Quàm mercem oſtendi? Capi pretio. Tibullus lib. 3. Eleg. 1. pretio capiuntur auaræ. Aliquando pretium accipitur pro mercede ſiue premio: idq; interdum in meliorem partem. Terentius in Aud. Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi, E ſeruo libertus ut eſſes. Verg. 5. Aene. Et palmæ pretium uictoribus. Interdum in deteriorem, ut idem ferè ſit quod pœna. Ouid. 10. Mors pretium tardis: ea lex certaminis eſto. Terent. in And. Ego pretium ob ſtultitiam fero. Legitur etiam pretium aliquando pro compoſito operæ pretium. Tacit. li. 2. Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Cn. Piſonis, & Aſinii Galli ſuper eo negotio diuerſas ſententias noſcere. Pretium operę, & pretium curæ, locutiones notatu dignæ. Plinius, Id uerò audire pretium operæ ſit. Plinius Epiſtola 119. Poſtea mihi uiſum eſt pretium curæ, ipſum Senatuſconſultum quærere.

Pretioſus, a, um, Quod eſt multi pretii. Plaut. in Bacch. At nimium pretioſa operaria es. Cic. 3. Offic. Quærit, ſi in mari iactura facienda ſit, equíne pretioſi potius iacturam faciat, an ſerui uilis. Emptor pretioſus, hoc eſt, ſumptuoſus, qui magno pretio aliquid emit. Horatius 3. Carminum, Ode 6. Seu nauis Hiſpanæ magiſter Dedecorum pretioſus emptor. Ouidius 3. Amorum, Ingenium quondam fuerat pretioſus auro. Idem 1. Meta. ſubiitq; argentea proles Auro deterior, fuluo pretioſior ære.

Pretioſè, aduerb. Cic. de Inuent. Vaſa magnifica, & pretioſè cælata. Gell. lib. 5. cap. 5. Pretioſè armatum exercitum.

Priapeion, Viola purpurea apud Dioſc. lib. 4. cap. 123.

Priapiſmus, Vide in Propriis.

Pridem, temporis, aduerbium, quod modò de exiguo tempore dicitur: idemq; ualet quod paulò antè, uel paruo tempore prius, πρὸ ὀλίγου. Plinius lib. 7. cap. 16. Ipſi uerò pridẽ uidimus ea omnia præter pubertatem in filio Cornelii Taciti Equitis Romani. Modò de longiore tẽpore, idemq; ualet qđ multò antè, uel multo tẽpore prius, πρὸ πολλοῦ. Apul. Quod quidẽ Plato affirmauerat. Quòd ſi cum pridẽ aut dudũ adamus, non, uel quã, uel ita, ſignificãt multò tempore antè. Plin. libr. 5. Medica non pridem uenit in Italiam. id eſt, non multo tempore antè. Cicero pro Q. Roſcio, Quã pridẽ Fanni nomen in aduerſaria retuliſti? hoc eſt, quã multo tempore antè. Terent. in Eunucho, Huc euaſit, quam pridem pater mihi & mater mortui eſſent. id eſt, quantum temporis præteriiſſet. Cic. in Bruto, Noſtra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. id eſt, non multò tempore antè. Vide Vallam lib. 2. cap. 54.

Pridie, aduerb. & Pridianus, a, ũ, uide in dictione Poſtridie.

Primarius, Primates, Primitiæ, Primipilus, Vide Primus.

Primus, a, um, Quandoq; ad numerum ſeu ordinem refertur, quemadmodum & ſecundus, & tertius, πρῶτος. Terẽt. in Adelph. Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia. Verg. 2. Aen. Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua, Laocoõ ardens ſumma decurrit ab arce. Cic. Appio libr. 3. Prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodámodo relinquenda ſunt. Planc. Cic. 10. Primæ tuæ ſententiæ infinitis cũ muneribus, poſteriores ad tempus arbitriũq; amicorũ meorũ compoſitæ. Hora. 2. Epiſt. 2. Extremi primorũ et tremis uſq; priores. Iungitur autẽ frequenter apud bonos autores cũ quiſq; : ut Primo quoq; tẽpore, primo quoq; die. Liuius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Liu.6.ab Vrbe, Decreuerunt ut primo quoq; tempore de ea re ad populum ferretur. Cæsar 6. belli Gallici, Cupiebat Cæsi qua conditione posset, aduersarios in æquum locum deducere, & primo quoq; tempore bello decernere. Pompeius ad L. Domitium, Vt primo quoq; die Luceriam aduenires. Prima quaq; occasione, id est, ubi primum se ulla offerret occasio, ὅταν τάχιστα ἐγχωρῇ, κατὰ τὸν ἐνδεχόμενον χρόνον. Plin. Iun. Proinde prima quaq; occasione mitte. Quandoq; idem ualet quod princeps, ut eminentiam dicat, non ordinē. Ver. 1. Aen. Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis. Quandoq; ponitur pro optimo, sicut & prior pro meliore, πράτις &. Idem 9. Aen. primos iuuentum tot miserit Orco. Quandoq; pro præcipuo. Idem 12. Aen. quantos primus patiare labores. Quandoq; pro eo ante quem nullus est. Vergil. Eclog. Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. Prima plurali numero, pro principiis, Liu. li. 8. Quod bellum, si prima satis prospera fuissent, haud dubiè peruenissent ad Romanos. Curtius, Adeoq; aciem uersatilem posuit ut qui ultimi stabant ne circuirentur, uerti tamen, & statim circumagi possent, itaq; non prima quàm latera, non latera munitiora fuere quàm terga. Tacit. lib. 18. Quoniam prima consiliorum frustrà ceciderunt. Primis labris gustare. Cic. 1. de Nat. deor. Hunc cēses primis (ut dicitur) labris gustasse physiologiam, id est, naturæ rationem, qui quicquam quod ortū sit, putet æternum esse posse. Hinc fiunt aduerbia, Primò, Apprimè, Primùm, Primitus, & Imprimis, de quibus suis locis.

Primæ, arum, f. p. pluralis tātùm numeri, idem ualet q; primæ partes, uel primis in re aliqua locus, τὰ πρωτεῖα, τὰ πρῶτα. Vnde primas ferre, uel tenere dicitur qui primum in re aliqua locum obtinet. Cicero in Bruto, Ex his Cotta & Sulpitius, cum meo iudicio, tum omnium facilè primas tulerunt, id est, sapiētissimi & doctissimi habiti sunt. Et iterū, Erat excellēs iudicio uulgi, & facilè primas tenebat, τὰ πρῶτα ἔφερεν. Idem de Claris Orat. Primas in causis agebat Hortensius. Dicimus in eadem significatione, Dare primas alicui, Cic. 2. de Orat. Non possum equidem non ingenio primas cōcedere. Idem 8. Phil. Pater tuus quo utebar sene autore adolescens, homo seuerus & prudēs primas omniū ciuiū P. Nasicæ, qui Tiber. Gracch. interfecit, dare solebat. Deferre primas alicui pro eo quod est palmā, uel primū locū alicui tribuere. Cic. 1. de Na. deo. Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Idem ad Art. lib. 1. Amoris erga me, quum à fraterno amore, domestico q; discessi, tibi primas defero. Id est, post eos ille es qui maximo me amore prosequeris. Idem in Oratore, Cui primæ sine controuersia deferebantur.

Primùm, aduerbium, idem significans quod primò, πρῶτον. Ab hoc fiunt composita, quamprimum, & ut primum. Ponitur autem aliquando in oratione nulla alia sequente clausula. Plaut. in Asin. Censen' tu illum hodie primùm ire assuetum in ganeum? Aliquando alia sequente clausula, cui præponitur præterea, uel deinde, Terent. in Adelph. Næ ego sum infelix primùm fratrem nusquam inuenio gentium: Præterea autem dum illum quæro, à uilla mercenarium uidi. Idē in Prolog. Heauton. Id primùm dicam: deinde quod ueni eloquar. Nonnunquam sequitur tertia clausula, cui præponitur postremò. Aliquādo p; postremo bis subiūgitur deinde.

Primò, Ordinis aduerbium idem significans quod initio, principio, uel ante omnia, πρῶτον, πρῶτα. Terent. in Phormion. Cœpi aduersari primò.

Primulus, penultima correpta, diminutiuum. Plaut. in Amp. Primulo diluculo abiisti ad legiones.

Primulùm, aduerbium. Terent. in Adel. Paulatim plebem primulùm facio meam. Plautus in Menæch. Nam tū dentes mihi cadebant primulùm.

Primarius, a, um, Quod aliunde non habet originem, ἀρχικός, Primarius lapis, qui primus in aliquo ædificii fundamento ponitur. Primarii ciues, qui primi sunt in ciuitate, qui etiā primates dicuntur, οἱ πάνυ ἄκροι, ἐξαίρετοι. Primarius uir. Cic. in Caton. maior. Plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse uirum. Hoc est, primum inter populum, & ueluti eminentiorem. Cic. 5. Verr. Hæc omnia doceo, ciuitatum, & priuatis primariorum uirorum testimoniis. Plin. lib. 7. cap. 43. Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimū oratorē, fortissimū Imperatorē, &c. Plaut. Stich. Quum uos capitis conditionem ex pessuma primariam? Terent. in Pho. Neq; huius sis ueritus fœminæ primariæ, Quin tu nouo modo ei faceres cōtumelias. Primario loco esse, Ci. 4. de Fin.

Primates, m. t. Dicti sunt qui & summates siue optimates, qui sunt primi in ciuitate, οἱ πρωτεύοντες.

Primatus, huius primatus, pen. prod. masc. gen. q. Ipsa primatum autoritas. Plin. lib. 13. cap. 12. Primatum mutauit Cæsar. Idem lib. 8. cap. 5. Ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. Primatum dare alicui rei. Var. 1. de Re rust. ca. 7. Alii dant primatum bonis pratis, ut ego quoq; à quo antiqui prata, parata appellabant.

Primani, m. f. Primæ legionis milites dicebantur, quemadmodum Secundani, secundæ: Tertiani, tertiæ. Tacit. Annal. lib. 1. Primani, stratis una & uicesimanorum principibus, aquilam abstulere. Primanus Tribunus is dicebatur qui primæ legioni tributum scribebas, ut tradit Fest. citans Catonis orationem quàm de suis uirtutibus contra Thermū habuit.

Primores, m. t. aliquanto adiectiuum est, idem significans q̄ summus, uel extremus: ut Primores ungues, Primores digiti, Primores nares, Primoribus labris: nam in neutro genere reliquos casus non habet. Primores (inquit Nonius) dicuntur summæ quæq; res. Luc. lib. 8. Sat. Gallinaceus quum uictor se gallus honestè Sustulit in digitos, primores q; erigit ungues. Plaut. in Bacch. Sic hos digitulis duob. sumebas primorib. Idē Trinummo, Atq; etiā modò uersabatur mihi in labris primorib. Primorib. labris gustare, est leuiter quippiā attingere. & quod barbarè dicitur, superficialiter. Cicer. pro Cæl. Equidem multos & uidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primorib. labris gustassent genus hoc uitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigissent: sed qui totam adolescētiam uoluptatib. dedissent, emersisse aliquādo. Primores uiri, hoc est, primi, siue optimates. Suet. Scripta famosa, uulgoque edita, quib. primores uiri ac fœminæ notabantur, abolere uit. Accusatiuum singularem protulit Gell. lib. 16. cap. 5. Animaduerti quosdam (inquit) haudquaquam indoctos uiros opinari, uestibulum esse partem domus primorē, quàm uulgus atrium uocat. Et Cato cap. 81. Surculos in terram depremito, extollito q; primorem partem. Ponitur aliquando primores subst antiuè, pro optimatib. Liu. 1. ab Vrbe, Restituere Romani tāquam cælesti uoce iussi: ipse ad primores Romulus prouolat. Verg. Aen. Protinus armati incedunt: quos omnis euntes Primorum manus ad portas, iuuenumq; senūq; prosequitur uotis. Vbi Seruius, Primorum: genitiuus hic uenit ab eo quod est, hi Primores, sicuti hi Proceres: quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licet dicamus, huius primoris. Hor. 2. Se. Sat. 1. Primores populi arripuit, populumq; tributim. Nonnunquam pro dentib. anteriorib. qui primi in ridēdo reregūtur, Græci τομεῖς & κτένες dicuntur. Plin. lib. 11. cap. 37. Tertiū trium minutis quadrupedibus primores bini utrinq; longissimi. ibidem, Capræ superiores dentes non sunt, præter primores geminos.

Primæuus, a, um, In primo ætatis flore constitutus, ὁ ἐν ἀκμάζων τὴν ἡλικίαν, sicut grandæuus, grandioris ætatis. Verg. 9. Aeneid. uix unus Helenor, Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor. Idem 10. Aen. primæuo corpore Lausus, Idem 7. Aeneid. primæuo flore iuuentus.

Primicerius, masc. s. à cera (ut autor est Hieronymus in Chronicis, & Cassiodorus in Epist.) Dicebatur notarius principis qui cæteris honore antecedebat. Antiqui enim in cereis tabulis scribebant. Idem & Græcè πρωτοκήριος & dicitur. Ammianus Marc. Vexati sunt multi, & nocentes, & innocētes: inter quos Valētinus ex primicerio protectorum Tribunus. Ad eundem etiam modum secundicerius dicebatur qui secundum inter principis notarios gradum obtinebat.

Primigenius, a, um, Idem quod primitiuus, ἀρχοειδής, πρωτογενής, πρωτότοκος. Vnde Primigenia semina dicuntur quæ à natura nobis insita sunt, quæ Cicero prima naturæ, & Græci τὰ πρῶτα φύσει & appellant. In his numerant incolumitatem, conseruationem q; omnium partium, ualetudinem, sensus integros, doloris uacuitates, uires, pulchritudinē, cæteraq; huiusmodi. Varro 1. de Re rust. cap. 40. In his intus primigenia semina dedit natura. Primigenia pecuaria. Varr. li. 2. cap. 2. Dicam de primigenia pecuaria, id est, de ouib. quales sint ad fœturam utiles. Verba item uocantur primigenia πρωτότυπα. ut lego, scribo, quæ non sunt profecta ab alio uerbo, sed suas habent radices. Item primigenius sulcus dicitur teste Festo, qui in condenda noua urbe iunctis tauro & uacca designationis causa imprimebatur. Et primigenia, iura primi & maximi natu filii, τὰ πρωτοβόεια. Primigenia fortuna. Cic. de Leg. Fortuna q; sit uel huiusce diei: nam ualet in omnes dies: uel respiciens ad opem ferendam: uel forū, in quo incerti casus significantur magis: uel primigeniam à gignēdo. Liu. 4. bel. Mac. Et ædē Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicauit Q. Mart. Ralla, Duūuir ad ipsum creatus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Primitiuus,a,um,Quod aliunde non habet originẽ, πρωτότυπος. Vnde & primitiua uerba, quæ aliunde non deriuantur: ut Amo. Primitiui anni. Col. de Arbor. cap. 23. Ea res & fertilem arborẽ reddet, & primitiuis annis fructũ uinosum: postea uerò etiam dulcem, & apyrinum.

Primiparæ, pen. corr. dicuntur fœminæ in quouis animalium genere quæ primò pepererunt, πρωτοτόκοι, αἱ, Plinius libro 8. cap. 40. de canibus, Et ab ea quæ fœmina sit, ex primipara genita, citius cerni.

Primipilus,li, masc. Centurio primæ cohortis, ut Liu. li. 7. scribit, πίλης ἄρχων. Nam ordo partes tres habebat, quarum unã quanq; primipilum uocabant. Ibidem, Id propter P. Soloni um postulatum est à coniuratis, qui alternis propè annis & Tribunus militum, & primus Centurio erat, quẽ nunc primipilum appellãt. Cæs. 2. bell. Gal. In his Primipilo P. Sextio Baculo fortissimo uiro, multis grauibusq; uulneribus confecto. Primipilus (ut ait Veget. lib. 2.) CCCC milites ducebat in prima acie, eratq; caput legionis.

Primipilaris dici uidetur, nõ tã miles qui fuerat sub centurione Primipili, quã ipse cẽturio qui olim præditus fuerat hac dignitate. Et ea forma dicitur Primipilaris, qua Consularis. Quint. lib. 6. ca. 3. An Primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia.

Primiter, & primitus, aduerbia à primũ, idem significantia q primò, teste Nonio, πρώτως. Lucil. lib. 5. Sicuti quũ primiter ficos populare sentis. Varr. 2. de Re rust. ca. 2. Primitus oritur herba imbrib. primoribus euocata. Idẽ libr. 1. c. 31. In uitiario primitus quũ exit uitis, tota resecari solet. Lucre. lib. 4. Tum quib. ætatis freta primitus insinuantur. A primitus fit compositum apprimitus idẽ significans q apprimè, siue ualdè. Lucan. apud Noniũ, Ingenti pretio apprimitus paucos.

Prmitius, a, um, Quod in aliqua re primũ, & principale est, τὸ πρῶτον. Ouid. 12. Metam. Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primitiũm torrem.

Primitiæ, rum, fœm. p. Primi fructus ex agro percepti qui Deo offeruntur, ἀπαρχαὶ, καταρχματα. Prisci enim Romani, teste Plin. lib. 18. cap. 2. non gustabant uina, aut nouas fruges priusquã sacerdotes primitias libassent. Primitias uitis resecare censuerunt, inquit Colum. libr. 4. ca. 10. id est, prima flagella. Primitiæ operum. Stat. 2. Thebaid. Tu bellis, tu pace feres de more frequentes Primitias operum, non indignante Diana. Primitiæ armorum. Idem 1. Theb. Hei mihi, primitiis armorum, & rite nefasto Libatus, iussusq; mori. Primitiæ lachrymarum. Idem 7. Theb. Primitias egomet lachrymarũ, & cædis acerbæ Ante tubas, ferrumq; tuli.

Primodum, Pro primò. Plaut. in Capt. Primodum opus est pistoriensis.

Primogenitus, inquit Hieronym. contra Heluidiũ, Est qui aperit uuluam, & ante quam nullus est genitus, nõ is quem frater genitus subsequitur, πρωτότοκος. Nam & omnis unigenitus est primogenitus. Alioquin non primogenitus esset nisi is tantũ quẽ sequuntur fratres, tandiu sacerdotibus primogenita non deberentur, quandiu & alia fuerint q creata, ne fortè partu non sequenti unigenitus sit, & non primogenitus. Est igitur primogenitus, non post quẽ alii, sed ante quẽ nullus est genitus. Plin. lib. 11. cap. 40. Primogeniti in quacũque parte sues primas premunt. Intellige mãmas. Quanquã ibi in plerisq; exemplaribus Primis genitis, legitur, diuisis dictionibus: & præbent, pro premunt.

Primordia, n. s. Quæ primò ordimur, hoc est, initia, τὰ πρωτογενηθέντα, ἀρχαὶ. Plin. li. 12. ca. 1. Quamobrem par est ordinem uitæ, & arbores ante alia dicere, ac moribus primordia ingerere. Cic. in Partit. Vt primordia rerum, & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti. Belli primordia, Statius 2. Achil. Dicendi primordia, Quintilianus libro 1. cap. 9. Gentis primordia, Ouid. 7. Metam. Aspice, ait, Perseu nostræ primordia gentis.

Princeps, pis, m. t. Propriè idẽ est quod primus, πρῶτος. Cic. 3. Verr. Sicilia princeps se ad amicitiam populi Romani applicuit, & prima omniũ q uincia est appellata. Idẽ de Orat. Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornauit. Ibidẽ, Gorgias princeps ex omnibus ausus est, &c. Ver. 9. Aen. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus, hoc primus coniecit. Sic Ianuariũ Columella principẽ mensem appellat, lib. 11. c. 2. Principem locũ uel gradũ obtinere, hoc est, primũ uel præcipuum. Sueronius de Claris Grammat. Principem locum inter Grammaticos tenuit. Cic. pro domo sua, Locum principem autoritatemq; in salute mea tenuistis. Ab hac significatione tractum est, ut qui in ciuitate reliquis autoritate antecellit, qui q; primũ dignitatis locum obtinet, Princeps appelletur. Cic. pro Domo sua, Ciuitatis longè princeps Pompeius. Idem 8. Philip. O dii immortales, quã magnum est in ciuitate locum tueri Principis. Plin. li. 7. ca. 3. Fuit inter principes ciuitatis sine potentia, sine inuidia. Dearum princeps Iuno. Onid. 6. Fast. Cur igitur regina uocor princepsq; dearum? Romani item Imperatores suos, quod Regũ nomẽ iniesset odiosius, Principes appellarunt. Ouid. 41. Trist. Eleg. 4. Nec tamen officiũ nostro tibi carmine factum, Principe tã iusto, posse nocere puto. In militia itẽ Romana principes dicebantur secundæ acici milites, ex robustiore ferè ætate collecti, & armis maximè insignes. Ita enim apud Romanos acies instruebatur, ut primi hostes aggrederentur manipuli hastatorũ ex flore iuuenũ pubescentiũ collecti: qui si hostẽ propulsare non possent, à principib. qui omnes secutati erant, in interualla ordinũ recipiebãtur: principesq; in eorũ locũ succedebant: hastati aũt post eos subsequebantur. Si à pricipib. quoq; non satis feliciter esset pugnatũ, à prima acie ad triarios paulatim referebantur, unoque agmine facto, nullaq; spe post se relicta, unà omnes in hostẽ q cedebãt. Vide Liu. li. 8. ab Vrb. Octauũ principẽ ducere, teste Bud. est octauũ ordinem ducere inter principes. Cic. ad Brut. Cretensi bello Metello Imperatore, octauũ principem duxit.

Principalis, le, om. t. Quod primũ & præcipuũ est, aut q Principis est, ἡγεμονικὸν, κύριον. Quint. lib. 9. ca. 1. Est igitur Tropus sermo à naturali & principali significatione trãslatus ad aliam ornandæ orationis gratia. id est, præcipua. Idem lib. 3. ca. 13. Hanc quæstionem ueluti principalem, uocant ῥητικὰ. Plin. lib. 18. ca. 3. Igitur de cultura agri præcipere, principale fuit & apud exteros. Cic. de Fato, Si omnia fato fiãt, sequi illud quidem, ut omnia causis fiant antepositis: uerũ nõ principalibus causis, & perfectis, sed adiuuantibus, & proximis. Principalis apparatus & Res principales, quæ sunt Principis uel Principe dignæ. Tacit. libr. 8. Nullo principali apparatu, sed uetere egestate conspicuus. Plin. in Paneg. Tanta benignitas Principis, tanta securitas temporũ est, ut ille nos Principalibus reb. existimet dignos. Principalis porta castrorũ inquit Fest. nominatur qđ in eo loco est in quo Principes ordines tendunt. Liu. 4. bel. Maced. Duæ legiones duabus principalibus portis signa efferre iussæ.

Principaliter, aduerb. Præcipuè, uel ut decet Principem. Plin. Paneg. Quid uitã, quid mores iuuentutis quã principaliter formas? Seneca, ille qui non magis dolere, quã gaudere principaliter posset.

Principatus, m. q. Dominatus, primæ. Cic. de Nat. lib. 1. Principatum id dico, quod ἡγεμονικὸν uocant.

Principiũ, pii, n. s. Initiũ cuiusuis rei, ἀρχὴ. Cic. de Fin. Omniũ rerum principia parua: sed suis progressionib. usa augẽtur. Idem 1. de Nat. deor. Cuius principiũ aliquod est, eius necesse est esse extremum. Principium dicẽdi, pro orationis exordio: ut Exalbescere in principiis dicendi, apud Cic. de Orat. Ibidem, In utroq; aũt dicẽdi genere & principia tarda sunt, & exitus tamen spissi & producti esse debent. Interdum accipitur p fundamento artis uel scientiæ, cui innituntur reliqua omnia quæ in ea traduntur. Cic. 3. de Legib. Quocirca uereor cõmittere ut non bene prouisa, & diligenter explorata principia ponantur. Interdũ accipitur pro primo illo rerum omniũ fonte unde cetera omnia fluxerunt, atq; initiũ sumpserunt. Idem 3. Tusculanarum, Principii nulla est origo: nã ex principio oriuntur omnia: ipsum autem ex re nulla alia nasci potest.

Principia, orum, n. s. Locus in castris à principibus militibus sic appellatus. Inde post principia esse, est esse in tuto, citraq; periculum. Sumptum à bellis, in quibus tutissimus locus est pro principia. Liu. li. 8. Decad. 1. Itaq; nullus in acie locus tutior quã post principia. Terent. in Eun. Tu hosce instrue, hic ego ero post principia. Vide Chiliadas Erasmi. Principia in acie, pro principibus, sæpe apud Liu. inuenire est. Cic. ad Brutum, Spes liberratis nusquam nisi in nostro castrorum principiis est.

Principio, aduerb. Idem quod primũ, πρῶτον. Terent. in Eun. Principiò uos credere ambos hoc mihi uehementer uelim. Cic. 1. Offic. Principio generi animantium omni est à natura tributum, &c.

Prior, oris, com. t. Nomen comparatiuum, quod propriè de duobus dicitur, πρότερος. Cic. in Pison. Me Quæstorem in duobus primis, Aedilem priorem, Prætorem primũ populus Romanus fecit. Idem de Clar. Orat. Et si utriq; primas, priores tamen deferunt Lælio. Sic priore loco causam dicere, Idem p Quintio. Nonnunquam tamen priorem de pluribus dici legimus, u[t]

gimus, ut idem sit quod primus. Gel. li. 14. Quoties& usu uenisset, ut omnes isti magistratus, eodē tempore Romę essent qui eorū prior aliis esset, ei potissimum Senatus consulendi ius fuisset. Apul. lib. 2. Flor. Vt Hippias è numero Sophistarū est artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus. Priores nostros, pro maioribus nostris dixit Plin. li. 3. Epist. 4. Veniebat in mentē & singulorum hospitum iniuri as accusationibus uoluntariis executos. Et Verg. 5. Aen. Sicanio prætenta sinu iacet insula contra Palemmyrium undosum: nomen dixere priores Ortygiam.

Priscus, a, ū, Quod superiori ætate fuit, ἀρχαῖος, ut Prisci Latini, qui fuere antequā Roma conderetur. Cic. 3. de Orat. Et illud quē loquitur, priscū usum iri putat, si planè fuerit rusticanū. Verg. 9. Aen. prisca fides facto, sed fama perēnis. Martial. li. 1. Prisca fides taceat, &c. Gens prisca mortalū, Horat. Epod. 2. More prisco. Ouid. 2. Fast. Flamen ad hæc prisco more Dialis erat. Religio prisca. Ouid. 10. Metam. Seueritas prisca. Cic. de Aruſp. resp. Cuius priscā illam seueritatem sacrificii, mirifica sua soror existimatur imitata.

Priscè, aduerb. Cic. pro M. Cælio, Vtrū me secum seuerè & grauiter, & priscè agere malit, an remissè ac leniter & urbanè.

Pristinus, a, um, pen. cor. Quod superiorib. annis, mensibus dieb. & nostra memoria fuit, παλαιὸς, ut pristina nostra benenolentia. Dictū pristinū, teste Prisc. quasi primistinū. Cic. 1. de Fin. Nō necesse est & illa pristina remanere. Idē 2. de Diuin. Quod quū accidisset nostræ reipublicæ, tū pristinis orbati muneribus, hæc studia reuocare cœpimus. Cæs. 7. belli Gal. Tanta tamē uniuersæ Galliæ cōsensio fuit libertatis uindicandæ, & pristinæ belli laudis recuperandæ. Gloria pristina, Verg. 10. Aen. Dignitas pristina, Cic. Lent. libr. 1. Aetas pristina, Claud. 3. Paneg. Dicitur etiā pristinū de iis quæ superioribus ætatib. fuerūt, modò de iis fit sermo quæ nō senescūt, ut Pharos & Tyrus nūquā in statū pristinū redibūt. Aliquādo pristinus idē est q̄ prior. Curt. Dies pristino procelloſior.

Pristinalis, le, Col. lib. ca. 9. Vel etiā pristinale albū pasci potest. Vbi quidam, & fortè melius, legunt pistrinalis.

Pristis, πρίστις, f. Gen⁹ piscis marini lōgissimi, atq; anguſti corporis. Plin. li. 9. ca. 3. scribit pristes in mari Indico ducenū cubitorū esse, balænas quaternū iugerū. In hūc piscē fabulātur Poētæ, scyllæ marini mōstri extrema desinere. Ver. 3. Aen. Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo Pube tenus, postrema immani corpore pristis. Ab huius similitudine, nauis oblonga dicta est pristis. Idem 5. Aen. Velocē Menestheus agit acri regimine pristin. Vbi Seruius, Si nauem, inquit, intelligas, hæc Pristis, huiꝰ Pristis facit: si de bellua, hęc Pistrix, pistricis. Etymi tamen ratio pristin & pristicem potiùs scribendum ostendit. Videntur enim deduci ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, hoc est, à secandis fluctibus.

Priuatus Vide Priuus.

Priueres, mulieres priuatæ.

Priuignus, ni, m. f. Filius mariti, uxorisue, cuius prior coniunx decesſit, πρόγονος. Dictus priuignus, quod priusquam mater secūdò nuberet, sit genitus. Pri enim, antiqui pro præ dixerunt, teste Fest. Brut. ad Cic. Quanto aūt magis illa calle re uidetur Philippus, qui priuigno minus tribuerit quā Cicero qui in alieno tribuat. Propert. libr. 2. Eleg. 1. Pocula Priuigno non nocitura suo. Priuigna. Cic. ad Attic. lib. 15. De uxore Tuberonis, & priuigna, neq; possum iam abdere, neque uolo Tuberonem defendere.

Priuilegium, & **Priuo**, Vide Priuus.

Prius, comparatiū, neut. gen. πρότερον. Hora. 1. Serm. sat. 4. & q̄ prius ordine uerbū est, Posterius facias. Terent. in Eun. Si quem hercle possis, nihil prius, neq; fortius. hoc est, nihil melius aut præstantius. Ouid. in Ibin, Neūe sine exēplis æui cruciere prioris, Sint tua Troianis non leuiora malis.

Prius, aduerb. idem quod antè, uel citius, πρίν. Plaut. Amph. Prius tua opinione hic adero. Terēt. in Heaut. Nā si semel tuum animū intellexerit, Prius proditurā te tuā uitā, & prius Pecuniā omnem, quā abs te amittas filiū: hui Quantā fenestram ad nequitiā patefeceris. Verg. 1. Geor. Ac prius ignotū ferro quā scindimus æquor. Cic. Attic. lib. 4. Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm ut tibi gratularer.

Priusquam, Subcontinuatiua coniunctio, quā nōnulli diuisis dictionib. efferunt, Prius quā πρίν ἤ. Iungitur quādoq; Indicatiuo. Cic. 1. Philipp. Priusquā de republica dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonii iniuria. Terent. in Hecyra, Priusquā hanc uxorē duxi, habebā alibi animū amori deditū. Quandoq; coniunctio. Salluſt. in Catil. Priusquā incipias, consulto: & ubi consulueris, maturè opus facto est. Verg. 3. Geor. Continuò ferro culpam compesce, priusquam Dira per incautum serpant contagia uulgus.

Priuus, a, um, Idem quod priuatus, siue proprius, ἴδιος. Nonius, Priuū, est propriū uniuscuiusq;. Horat. lib. 1. Epist. conducto nauigio æquè Nauseat, ac locuples, quem ducit priua triremis. Antiqui priua dixerunt pro singulis teste Gel. li. 10. cap. 26. De singulis (inquit) concepta, priuilegia potius uocari debent: quia ueteres priua dixerunt quæ nos singula dicimus. Liu. lib. 10. bell. Pun. ca. 3. Feciales quū in Africa ad feriendū fœdus ire iuberentur, ipsis postulantib. Senatus consultum in hæc uerba factum est, ut priuos lapides silices, priuas& uerbenas secum ferrent. Hoc est, singulos silices, & singulas uerbenas.

Priuatus, a, um, à priuus, Quod uniuscuiusq; propriū est, nec est cōmune cū aliis, ἰδιος. Cic. dé Amic. Quia cū Scipione uixerim quo cū mihi coniuncta cura de republica & de priuata fuit. Idē de Senect. Manent ingenia senibus, mòdo permaneat studiū, & industria nec ea solū in claris & honoratis uiris, sed in uita etiā priuata & quieta. Idē 3. de Fin. Verbis tamen in dicendo quasi priuatis utūtur ac suis. Idē 1. Off. Deinde ut cōmunibus utatur p cōmunibus, priuatis ut suis. Sunt aūt priuata natura nulla sed aut uetere occupatione, ut qui quondā in uacua uenerunt, &c. Census priuatus, Horat. 2. Carm. Ode 15. Domus priuata, Cic. pro Quintio. Vita priuata. Lucan. lib. 7. Odiū priuatū, Brutus ad Cic. Quod autem tibi cū Antonio priuatū odiū. Priuatæ feriæ etia licebā tur sacrorū propriorū, uelut dies natales, ut ait Fest. fulgurū curationes, & huiusmodi priuatæ quæ fiebant p familiis singulis, & hominib. Priuati propriè dicuntur qui nō sunt constituti in aliqua dignitate, οἱ ἰδιωτεύοντες Cic. lib 1. Off. Priuatū aūt oportet æquo & pari ciuilibus iure uiuere. Plaut. in Capt. Hic qualis Imperator, nunc priuatus est. Cic. de Inuent. In fortuna quæritur, seruus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis: priuatus, an cum potestate.

Priuatim, aduerb. cui opponitur publicè, ἰδίᾳ, Salluſt. in Cat. Existimans publicè, priuatim q̄ alieno ære oppressos. Cic. 5. de Finib. Nam aut priuatim aliquid gerere malunt, aut qui, &c. Ponitur aliquādo priuatim pro eo quod uulgò dicitur, specialiter, particulariter, uel in particulari. Plin. lib. 6. ca. 17. De iis priuatim condidit uolumen. In eadem significatione legimꝰ priuatè. Cic. ad Att. li. 7. Illud priuatè nō ascribis, &c.

Priuo, as, a. p. Adimo, spolio, ἀποστερῶ, στερίσκω. Plaut. in Asina. Ego pol istum portitorē priuabo portorio. Cic. 4. Acad. Spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat sensibus. Idem in Topicis, Præpositio enim In priuat uel ea ui quā haberet si in præpositū non fuisset: ut dignitas, indignitas. Priuare oculis, Ci. 4. Acad. Priuare uita, Idē in Paradoxis, Priuare communi luce, occidere, Idem pro Quintio, Patriā priuare aspectu suo, Cic. pro Marcello, lib. 4.

Priuans, tis, participium, Cic. in Top. Sunt enim alia cōtraria quæ priuantia licet appellemus Latinè, Græcè appellantur, στερητικὰ.

Priuatus, a, um, participiū à priuor, aris, passiuo, Spoliatus. Ouid. 1. de Ponto, Alter ob huic similem priuatus lumine culpam Clamabat media se meruisse uia. Plaut. in Truc. Tū pol ego & donis priuatus sum, & perii. Plinius de uiris illustrib. Priuatus stipendio.

Priuatio, ōnis, f. t. uerbale. Cicerō 2. de Finib. Quia dolori non uoluptas cōtraria est, sed doloris priuatio. Idem 1. de Finib. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam uoluptatem.

Priuilegiū, gii, n. s. Lex priuatis facta, siue lex ad priuatos homines, singulos q̄ pertinens, προνόμιον, προτέρημα. Cic. pro Domo sua, Leges priuatis in hominib. irrogari: id est enim priuilegiū. Gell. lib. 10. cap. 20. Neq; de imperio Cn. Pompeii, neque de exitu Ciceronis, neq; de cæde P. Clodii quæstio, neq; alia id genus populi plebisue iussa leges uocari possunt: non sunt enim generalia iussa, neq; de uniuersis ciuib. sed de singulis concepta: quocirca priuilegia potius uocari debent: quia ueteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus.

Priuilegiarius, m. s. dicitur cui aliquod priuilegiū concessum est: uulgò ab indoctis priuilegiatus nuncupatur. Vnde Milites priuilegiarii dicti, qui uacabant officio. Vlpian. in l. Sed an hic. ff. Quod cū eo qui in alt. pot. Rectè inquit, dicetur occupātis meliorē esse cōditionē, nisi quis priuilegiatiꝰ ueniat

Pro, Præpositio est ablatiuo casui seruiens, uarios in oratione usus habens, uariasq; significationes. Aliquando enim significat antè, πρὸ: ut. pro curia, pro mœnibus. Salluſt. Qui ni maturassent pro curia sociis signū dare. Interdum ponitur loco in: ut, pro rostris, pro cēsu, pro tribunali. Plin. Epist. 101.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Postulauitq; ut cognoscerem pro tribunali. Interdũ pro iure ta siue secundum, κατὰ ut pro Platonis sententia, pro hominum iudicio. Seduló moneo quæ possum pro mea sapiẽtia. Pro meis uiribus, id est, iuxta uel secundas meas uires. Pro se quisq; uiri, id est, quisq; pro uirili. Interdũ pro causa, siue ꝓpter: ut quũ dicimus, Pro mutuo animo, Pro recõciliata gratia: id est, causa mutui animi, & causa recõciliatæ gratiæ. Plinius. Epistol. 189. Hæc tibi, admonitus immodicæ seueritatis exẽplo pro amore mutuo scripsi. Terent. in Eun. Ego pol te pro istis dictis & factis scelus ulciscar. Interdum pro loco: ut pecuniã ei dedi pro Prædio: & Sum pro Prætore, id est, loco prædii, loco Prætoris. Teren. in And. Pro illo te ducam. Plin. lib. 2. cap. 7. Pro diis habent obscœna, Item ponitur pro autoritate, ut Tribuni plebis pro potestate incesserunt. hoc est, autoritate potestatis suæ. Item pro defensione, ὑπὲρ. Terent. Nam nisi hæc ita essent, pro illo haud stares. Vergil. lib. 9. pro turribus adstant, id est, pro defensione turrium. Ponitur aliquando pro tanquã, siue perinde acsi Plaut. in Truc. Me quasi pro derelicta sis habiturus. Cæs. 7. bell. Gal. Quod nobis nihil constat, non uidetur pro certo esse ponendũ. Pro eo ac, uel Pro eo atq; legitur pro itaq; ut, uel perinde ut. Sulpit. ad Cic. Sanè quã ꝓ eo ac debui, grauiter molestèq; tuli. Vlp. Pro eo habendũ, atq; si nullo iure factum esset. Est & interiectio admirantis, ὦ. Terent. in Adel. Prô dii immortales, factiũs indignum q narras! Irẽ interiectio dolentis, seu indignantis. Terent. in Heaut. Prô deũ atq; hominum fidẽ. Plaut. Prô sancte Iuppiter, quid uideo? Sed his duobus modis circũflectitur, & nominatiuo, accusatiuo, uocatiuoq; iũgitur, ut patet ex superiorib. exẽplis. Composita uerò temporalẽ uim habent. ut, ꝓuideo, prospicio. Quandoq; priuatiua est, ut, profanus: id est, non sacer. Prohibeo, propudiũ. Negatur enim cum his sanctitas, potestas ac pudor. Quandoq; accipitur loco ẽ, uel super: ut Prominet, id est, eminet, uel supereminet. Nonnunquã significat porrò, siue in longũ: ut ꝓmissa barba Nonnunquã diu: ut protelo, ꝓpando. Interdũ procul: ut ꝓuincia quasi ꝓcul ab Italia deuicta: Profugus, ꝓcul fugiens: Procella, quæ ꝓcul ueniens percellit. Sæpe etiã ultrà ad locũ uel ad aliquẽ tẽdere: ut Progredior, prouecho. Interdũ palã & more solenni: ut Pronuntio, ꝓmulgo. Nonnunquã antè, ut procurro, ꝓpono. Quandoq; ualdè: ut Procuruus.

Proagogion, n. s. προαγωγεῖον, Latinè productio, uel prostitutio dici potest. Suet. in Neron. ca. 28. Super ingenuorũ ꝓpagogia, & nuptarum concubinatus, Vestali uirgini Rubriæ uim intulit. Dictum proagogiũ à uerbo Græco προαγογεύειν. quod est prostituere, uel lenocinium facere.

Proastia, sic enim scribendum & non proaustia, apud Iustinia. in Aut. quod & Alc. monuit, Græcis dicitur suburbana quæ pulcherrimè consita à domino, nõ tã utilitatis, quã uoluptatis causa habentur, lege CIIII. lib. II. parag.

Proautor, oris, Pro progenitore legitur apud Suet. in Claudio Appium Cœcum generis sui proautorem. id est, autorẽ, & principem, πρόγονον. Bud.

Proauus, ui, m. s. pen. co. Aui paterni, uel materni pater, πρὸ πάππου. Plau. in Mil. Pater, auos, ꝓauos, abauos, Cic. de Clar. Orat. Nã & de duobus auis iam diximus, Scipione & Crasso & de tribus proauis, &c. Huius relatiuũ est Pronepos, à quo fœmininum, Proneptis. A proauo fœmininũ proauia, auiæ mater, προμάμμη.

Probabilis, Vide Probus.

Probatica piscina, προβατικὴ κολυμβήθρα. Hierosolymis erat in qua sacerdotes oues immolandas abluebant. πρόβατον enim Græcis ouis est: & προβατικὸς, ouinus: unde Probatica piscina dicta, quasi ouina.

Problema, atis, n. t. & problematum, ti, n. t. πρόβλημα. Propositio est, interrogationẽ habens. Philosophi ꝓpriè problemata appellant, rerum abditarum perquisitiones & coniecturas, quibus magis animi quodã acumine, quã certa inda gine remotiora naturæ arcana explorentur: cuiusmodi sunt apud Aristot. & Plutarch.

Probo, Vide Probus.

Proboscís, dis, f. t. προβοσκὶς. Rostrum elephanti, uel muscæ ita dictũ quòd antè depascat. Latini in elephanto manũ appellant, quod ea ueluti manu utatur. Plin. lib. 8. ca. 12. Resoluunt elephanti nodos manu. Nonius Marcellus, Proboscis, inquit, Græcum nomẽ est, dictũ q antè depascat. Est autem porrecta corporis pars inhærens naribus, quæ excepto homine in aliis animalibus innenitur. Varro, Inuenisse se factum hericium cum proboscide.

Probrum, bri, n. s. Stuprũ adulterium, flagitiũ, ὕβρις Suet. in Cæsare, cap. 43. Qui digressam à marito post biduũ statim duxerat, quanuis sine probri suspitione peregrinarũ mercium portoria instituit. Vnde lex fuit apud Romanos, ut Probri uirginis Vestalis capite puniretur. Aliàs significat maledictũ contumeliã, siue infamiã, dedecus, quæ ex scelere sequi solẽt. αἰσχύνη, ὄνειδος: ut, Datũ est probro, id est, ignominiæ ascriptum. Liu. lib. 2. His freti occursant portis, igerunt ꝓbra, egrè abstinent quin castra oppugnent. Epistolæ plenæ probrorũ, apud Cic. ad Attic. lib. 4.

Probrosus, a, um, adiect. Ignominiosum, ἀνοσιώδης. Gell. lib. 1. Manusq; eius inter agendũ fórent argutæ admodum, & festiuosæ, maledictis, cõpellationibus probrosis iactatus est. Cic. 5. Verr. Vt simul illã quoq; eius uocem probrosam agnoscatis. Horat. 3. Carm. Ode 5. O pudor, ô magna Carthago probrosis altior Italiæ ruinis.

Probus, Bonus dicitur, quasi prohibus: quod se à delinquẽdo prohibeat, χρηστὸς, δόκιμος. Plau. in Trin. Qualiue amico cõmendaui bonæ? CA. Probo & fideli, & fido, &c. Cic. ꝓ Cluentio, Neq; enim hoc homine sanctior, neq; probior, neq; in omnibus officinis retinendis diligẽtior esse quisquã potest. Per metaphorã, argentum ꝓbum, non adulterorum. Liu. 1. bell. Macced. Carthaginenses eo anno argentum in stipendiũ impositum Romã aduexerunt: id quia probũ non esse Quæstores renuntiauerunt, experientibusq; pars quarta decocta erat: pecunia Romæ mutua sumpta, intertrimentũ argenti suppleuerunt. Color probus. Colum. li. 8. ca. 2. Sint matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ. Merx proba. Plaut. in Pœn. Proba merx facilè emptorẽ reperit, tametsi in abstruso sita est. Probi nũmi. Plaut. in Pers. nummi sexcenti hic erunt ꝓbi, numerari. Sapor probus. Colu. de Arborib. c. 3. Mõtibus, cliuisq; difficulter uineæ conualescunt: sed firmũ, probumq; saporẽ uini præbent. Ingeniũ probũ. Cic. 1. Offic. Sic in ipso ioco aliquod ꝓbi ingenii lumen eluceat. Probis contrarii sunt improbi & reprobi, ἀδόκιμοι. Improbi (ut inquit Auson.) contra leges sunt: sicut Inofficiosus, contra meritas Inhumanus, contra pietatẽ. A reprobus fit aliud cõpositum contrarium, scilicet irreprobus qui non est reprobus.

Probè, aduerb. Id est, benè, rectè, eleganter. Plaut. in Most. Profectò nos probè, ut uoluimus ita uiximus. Omnibus aũt ferè uerbis iungi potest: ut Probè curare, probè decipere, ꝓbè monere, ꝓbè memini, probè potus, probè ornatus: probè ꝓcutere dixit Plaut. in Amphit. id est, fortiter.

Probiter, aduerb. pro probè apud antiquos. Varro, Postquã aũida libido rapere ac concidere cœpit, seq; opifice, non probiter strepere.

Probitas, tis, f. t. εὐγνωμοσύνη, καλοκἀγαθία. Cic. de Amic. Quod si tanta uis probitatis est, ut eam, &c.

Probo, as, a. p. Laudo, cõmẽdo, approbo. δοκιμάζω, ἀποδέχομαι, ἀριστοποιοῦμαι. Cic. Attic. Audio à bonis uiris hanc cunctationem nostrã nõ probari. Ibidem, Meum factũ probari abste, gaudeo. Cic. in Catone Maiore, Mihi uerò & Flacco neutiquã probari potuit tã flagitiosa, tã ꝓdita libido. id est, nullo modo persuaderi mihi potuit, ut bonã iudicarẽ, & laudarem tantã libidinẽ. Hinc probari & ualere in uulgus, uel ad populum, ad uulgus: id est, populare & plausibile esse. Cic. in Parad. Cato aũt perfectus, mea sententia, Stoicus, & ea sentit quæ non probantur in uulgus. id est, quæ ne ipsum quidem uulgus probat, neq; laudat. Contrà, Frigere ad populũ, est improbari. Plus est autẽ probare quã laudare. Cic. ad Marcium, lib. 7. Teq; & istã rationẽ otii tui & laudo uehementer & probo. Quandoq; probare est argumentis demonstrare, ἐλέγχειν, κατασκευάζειν, ἀποδεικνύναι. Plaut. in Rud. Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur. Quint. lib. 1. ca. 10. Dialecticè probare. Lucret. lib. 2. Huic satis illud erat planum facere atq; probare. Ponitur aliquando pro persuadere aut fingere: ut probare se pro eunucho. est persuadere se esse eunuchũ, aut fingere se eunuchum esse. Terent. in Eun. Præterea forma, ætas ipsa est, facilè ut ꝓ eunucho probes, subaudi, te, inquit Donatus. Sic etiã dicimus, Homo sacrilegus ꝓbauit se pro innocente. Quandoq; experimẽtum facere, tentare, q Gallicè dicitur, Essayer, Esprouuer, ut quum dicimus Amicos probato: & apud Colu. Probare boues. Ouid. in Epistol. Phyllidis, Exitus acta probat. Aliquando probare est efficere ut probum rectumq; sit, rectumq; iudicetur id quod qs facit, uel dicit. Cic. 1. Verr. Vt si in hac causa nostrũ officium ac diligentiam probauerimus, hæc quæ, &c. Quandoq; peruenire non probante. Huius cõposita sunt, Approbo, Comprobo, ciuſ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bo eiusdem ferè significationis, συγκατατίθεμαι. Et contraria horum, Improbo, & Reprobo, pro damno, quæ habẽt penultimam corrept. ἐγκαλέω, ψέγω.

Probandus, a, um, Cæs. 5. bel. Gall. Quem locum probandæ uirtutis tuæ expectas.

Probatus, a, um, particip. modò nomẽ. Cic. in Top. Nam & in genioſos, & opulentos, & ætatis ſpatio probatos, dignos qui bus credatur putant. Ouid. 15. Metam. Crimenq; patens, ſine teſte probatum. Liu. 7. bell. Pun. Ita repentè exuit antiquos mores, ut nemo tota iuuentute haberetur prior, nec proba tior primoribus patrum, ſuis pariter alienisq; eſſet. Probatiſſimus homo, Cicer. 4. Verrin. Probatiſſima fœmina, Cicero pro Cecin.

Probator, oris, uerbale, Qui probat, δοκιμαστὴς. Cic. 2. Philipp. Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorẽ? Oui. 2. de Pont. Eleg. 2. Ingenii certè, quo nos malè ſenſimus uſos Artibus exceptis, ſæpe probator eras.

Probatio, onis, f. t. uerbale fœmininum, δοκιμασία. Cic. 3. Ver. Quid ita? ne uitioſum opus fieret? at erat probatio tua. Artificialis probatio, firma probatio, lineares probationes, inexpugnabiles probationes, potentiſſimæ probationes, leguntur apud Quintilianum.

Probabilis, le, om. t. dicitur quod licet fortaſſis nõ ſit uerũ, uidetur tamen rationibus probari poſſe, πιθανὸν. Plin. Epiſto. 27. Cur minus probabilis ſit cauſa recitãdi quæ dixeris, quã edendi? Cic. 1. de Inuent. Probabile aũt eſt id quod ferè fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hoc quandam ſimilitudinem, ſiue id falſum eſt, ſiue uerum. Idem in Parad. Nihil eſt etiam incredibile, quod nõ decendo fiat probabile.

Probabiliter, aduerb. Cicer. 1. de Diuin. Illa uerò cur eueniant quis probabiliter dixerit?

Probabilitas, atis, Cicer. 4. Acad. Certè tã multa non collegiſſet quæ non fallerent probabilitate magna, niſi uideret his, &c. Captioſa probabilitas, Cic. 3. de Fin.

Proca, dama: alii pro primogeniis carnis accipiunt.

Procampylon, abrotonon, apud Dioſc. lib. 3. cap. 27.

Procax, procacis, uide Proco, cas.

Procapis, pe. co. Progenies quæ ab uno capite ꝓcedit. Feſt.

Procardion, quod uberibus ſubeſt in receſſu quodã & cauitate. Eandẽ rationẽ habet q̃ dicitur, ὑποκάρδιον καὶ σφαγῶ.

Procatarchontes, cauſæ eędem quæ & Procatarcticæ.

Procedo, is, pen. prod. n. t. Progredior, προβαίνω, προάγω, προχωρίω. Cic. 1. de Diuin. In ſella aurea ſedit, & cum purpurea ueſte proceſſit. Cæſ. 1. bell. Ciuil. Tali dũ pugnatur modo, lẽtè, ac paulatim proceditur. Cic. pro Seſt. Huic ad urbem uenienti tota obuiã ciuitas cũ lachrymis gemituq; proceſſerat. Salluſt. in Iugurth. Sed ubi plerunq; noctis proceſſit, q̃ eſt, quaſi præteriit. Aliquando eſt bene, uel malè cadere, ſiue cedere. Terent. in And. Niſi id putas, quia ꝓceſſit parũ, Non eſſe hoc iã ad ſalutẽ conuerti malum. Plaut. in Capt. Neq; ieiuniorẽ, neq; magis effractũ fame uidi: nec cui minus ꝓcedat quicquid facere occœperit. Liu. 1. ab Vrb. Tanta res eſt, ſi primo impetu capi Ardea poſſet: Vbi id parũ ꝓceſſit, obſidione, munitionibusq; cœpti premi hoſtes. Procedere in pedes, & pedib. gigni. idẽ ſignificãt: hoc eſt, fœtũ ita naſci, ut pedes ex utero primores emergant. Plin. lib. 7. ca. 8. In pedes ꝓcedere naſcentẽ, cõtra naturã eſt. Procedere in philoſophia, eſt ꝓficere. Cic. 3. de Fin. Qui tũ in philoſophia, tũ in optimo genere philoſophiæ tantũ proceſſerit. Procedunt ſtipendia militibus, q̃ uulgò dicitur, currunt. Liu. 5. bell. Pun. Tribuni plebis, ſi iis uideretur, ad populũ ferrent, ut qui minores ſeptẽ & decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent ac ſi ſeptẽ & uiginti annorum, aut maiores milites facti eſſent.

Procendens, tis, particip. Cic. 3. Tuſc. Quod ita eſſe dies declarat: quæ procedens ita mitigat, ut iiſdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, ſed in pleriſq; tollatur. Tempore procedente, pro eo quòd dicimus Succeſſu temporis. Plin. lib. 21. ca. 16. Tempore procedente inſtillant cibos. Plin. Iun. Epiſt. 64. Sed uereor ne procedente tempore ex ipſo remedio uitia naſcantur.

Proceſſus, us, m. q. Idẽ quod progreſſus, πρόβασις, πρόκοπὴ, προχώρησις. Cic. pro Lege Manil. Vt ex iis locis à militibus noſtris reditus magis maturus quã proceſſus longior quæreretur. Nonnunquam accipitur pro promotione, ſiue profectu πρόκοπὴ. Suet. de Clar. Gramm. Ad ſummam, philologus ab ſemet nominatus ipſe, ad Læliũ Hermã ſcripſit, ſe in Græcis literis magnum proceſſum habere. Aliquando pro ſucceſſu, ſiue euentu. Seneca Epiſtola 116. Queruntur & de cõſiliis, & de proceſſibus ſuis: maluntq; ſemper quæ reliquerũt.

Proceleuſmaticus, m. ſ. προκελευσματικὸς, Pes eſt quatuor ſyllabis breuibus conſtans: ita dictus quod ob celeritatem, breuium q̃ ſyllabarum concurſum, celeuſmati, hoc eſt, nauticę cohortationi eſſet aptiſſimus: ſiue quod ſacris Mineruę carmen quoddã hoc pede cõſtans primo loco cani ſolebat.

Procello, is, a. t. Concutio, concurro, πτερίσσω. Plin. in Paneg. Erant ſub oculis naufragia multorum, quos inuidioſa tranquillitate prouectos, improuiſus turbo proculerat.

Procella, læ, f. p. Eſt uis uenti cum pluuia, nec durans, & in mari potius quã in terra, θύελλα. Dicta ab eo quod omnia procellet: id eſt, moueat, concutiat. Verg. Aen. creberq; procellis Aphricus. Ouid. 11. Metam. Hic iubet impediunt aduerſæ iuſſa procellæ: Nec ſinit audiri uocem fragor æquoris ullam. Horat. 3. Carm. Ode 27. age, te procellæ Crede ueloci. Idem 2. Carm. Ode 9. aut mare Caſpium Vexantinæ quales q̃ procellæ. Verg. 1. Aen. Talia iactanti ſtridens Aquilone procella Velum aduerſa ferit, fluctusq; ad ſidera tollit. Per translationem accipitur pro moleſtia, turba, ſiue inquietudine. Cic. pro Cluent. Et uitam illam tranquillam & quietam, remotam à procellis inuidiarum, & huiuſcemodi iudiciorũ anfractu, ſequi maluiſſe. Irarum procellæ, Silius lib. 11.

Procelloſus, a, ũ. Procellis plenus, θυελλώδης. Liu. 10. belli Macedonici, Ver. procelloſum eo anno fuit. Plin. lib. 18. cap. 35. Nubecula quanuis parua uentum procelloſum dabit.

Procerus, a, um. pen. prod. Prolixus, & in longitudinẽ productus, ὑψηλὸς, μέγας, ἔξοχος, προμήκης. Quod nomen quidam à cera deriuant, quaſi ad ſimilitudinem ceræ protenſum, propter facilitatem. Alii à creſcendo quaſi procretum. Horat. 2. Ser. ſat. 2. quò pertinet ergo Proceros odiſſe lupos? Verg. 7. Ecloga, atq; ſolo proceras erigit alnos. Horat. 3. Car. Ode 21. Proceras manibus uertere fraxinos. Huius compoſitum eſt Improcerus. Gellius lib. 4. Aduertimusq; hinc elici tarditatẽ, corporaq; eorũ improcera fieri, minusq; adoleſcere.

Procerè, aduerbium. Ci. 3. Orat. Brachium procerius proiectũ, quaſi quoddam telum orationis.

Proceritas, atis, f. t. Prolixitas, ſtaturæ altitudo, μῆκος. Plin. in Paneg. Tu ſola corporis proceritate clarior aliis. Cic. de Sen. Quum autem miraretur Lyſander & proceritates arborum & directos in quincuncem ordines.

Proceres, m. t. den. cór. Capita trabium, hoc eſt, mutuli quidam in parietibus extantes, πρόβολοι. Hinc principes ciuitatis, proceres appellati ſunt, q̃ ii ita in ciuitate eminẽt, ſicut illi in ædificiis, οἱ δυνασεύοντες. Ver. 2. Ae. Poſt alii proceres. Idẽ 3. Ae. Delectos populi ad ꝓceres primũq; parentẽ Mõſtra deũm refero, & quæ ſit ſententia poſco. Liu. 1 ab Vrbe. Quũ cõſenſum, deoſq; cõſociatos laudaret mirè Seruius inter proceres Latinorũ Caſtrorũ proceres, Luc. lib. 7. Rerũ proceres Paulus & Flaminius, Sil. lib. 11. Proceres gulæ, pro principib. helluorum, apud Plin. lib. 9. cap. 17. Huius nominis accuſatiuo ſingulari uſus eſt Iuuen. Sat. 8. Agnoſco procerem.

Proceritus, (inquit Calepinus) Id eſt, malo ſpiritu affla tus: citans locum Plauti ex Pœnulo. Neq; nos populus proceritis infectabit lapidibus. Quo tamen in loco qui uel primoribus labris literas deguſtarit, facilè deprehendet, Pro ceritis duabus dictionibus eſſe legendum, pro eo quod eſt, Tanquã ceritos, id eſt, furioſos.

Proceſtrium, ſtrii, n. ſ. Aedificium patulum putatur antè caſtra, æqualibus diſtinctum interuallis columnarum, ſupra quarum epiſtylia arcus curuabantur. Inde dictum quod pro caſtris, id eſt, antè caſtra ſitum eſſet, aditumq; ad ea præberet. Quidam proceſtrium interpretantur locũ ante cubicula magnatum, in quo quieſcente hero, corporis cuſtodes excubias agunt: decepti opinor deprauata lectione loci cuiuſdam Plinii Iunioris, ex epiſtola ad Gallum, ubi ſic legunt, Poſt hanc cubiculum cum proceſtrio, altitudine æſtiuum, munimento hybernũ: quũ tamen caſtigatiora exemplaria, cubiculum cum procœtone legendũ oſtendãt.

Prochemaſis, ſiue prochimaſis, προχείμασις, Præcedens tẽpeſtatum ſignificatio. Plin. libro 18. capit. 26. Accedit confeſſa rerum obſcuritas, nunc præcurrente, nec paucis dieb. tempeſtatum ſignificatione, quod Græci προχείμασιν uocant: nunc poſt uenientę, quod ἐπιχείμασιν.

Procheton, Tuſsilago uel Bechion. Dioſc. lib. 3. cap. 124.

Prochiros, uocant eos ſcribas, qui manu expediti ſunt. Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Meloprochiri exercitio & cura prompti annotat. Alc. ad L. peculiari C. de Prox. sacr. lib. XII.

Procido, is, cidi, procasum, n. t. pen. co. Pronus cado, humi me prosterno, ut uehementer inclinor, προσπίπτω, προσπιτνάω Gell. Nam quum multis annis postea scena quæ prociderat refecta esset. Liu. 7. bel. Maced. Saxum ingens siue imbribus, seu motu terræ leuiore quã ut aliquid sentiretur, labefactatum, in uicũ Iugarium ex Capitolio procidit, & multos oppressit. Ibidem lib. 1. Muri quoq; pars ariete incusso subruta multis iam locis prociderat.

Procidentia, æ, f. p. actus ipse procidendi. Plin. li. 34. ca. 17. Vsus enim ex eodẽ & in oculorum medicamentis, & maximè cõtra procidentiam eorum, & inanitatem, &c. Procidentia cedis, Plin. lib. 24. cap. 11.

Procidentia uuluæ, malũ fœminarũ graue, & quod magna naturæ iniuria sentitur. Fit autem ubi quæ debuerant intra fœmina latere, ad naturalia eorumq; ostia procidẽtia, graui periculo foras spectant. Patiuntur id mulieres aliquando ex alto lapsæ, ruptis quæ interaneum id continent membranis. Nonnunquam in difficili puerperio, extractas secundas ea pars sequitur. Fit ex uulnere etiam. Sepe quoque animi perturbatione. Habet item alias causas.

Prociduus, adiect. Quod procidit. Plin. lib. 20. cap. 20. Infantiũ cerebro imponitur, umbilicoq; prociduo. Idem lib. 16. ca. 12. Memoratur hoc idẽ factum & in Philippis, salice procidua atq; detruncata. Idem lib. 21. cap. 20. Testes uerò & sedem p. ciduam, quæq; illi sunt uitia.

Procieo, es, prociui, procitũ, a. f. pen. corr. Idem quod peto. Liu. Matrem procitum plurimi uenerũt. id est, petitum, ut interpretatur Festus.

Procingo, gis, a. t. Apparo, παρασκευάζω. Hinc procinctus, a, um, paratus, expeditus. Vnde p. cincta classis, teste Fest. dicebatur exercitus ad pugnam paratus, παράταξις, ἡ ἐς μάχην ἐπὶ πλησμονῇ, συγκεκροτημένη, ἡ ἐς προβολὴν, κατασκαφή, quod pugnaturi ritu prius cingerẽtur Gabino: & q classem uetustius fuerit hominũ dici, quã nauiũ multitudinẽ. Gell. lib. 1. c. 11. Quum procinctæ igitur classes erant, & instructa acies.

Procinctus, us, m. q. Dicitur apparatus bellicus, siue ipsa preparatio, quæ fit ab iis qui aut in expeditionẽ p. fecturi sunt, aut ad prælium exituri, προβολὴ, παρασκευὴ. Cic. 2. de Nat. deor. Ex quo in p. cinctu testamenta perierunt. Plin. lib. 23. ca. 1. Curas uigorẽq; animi impedit ad procinctũ pendentibus. In p. cinctu facere: expeditè, & celeriter. Ouid. 2. de Pont. Eleg. 9. Hæc in procinctu carmina facta puta. In p. cinctu stare, est accinctũ esse. Quint. lib. 12. cap. 9. Cui disciplina & studiũ, & exercitatio dederit uires etiã facilitatis: quemq; armatũ semper, ac uelut in procinctu stantẽ, non magis unquã in causis oratio, quã in rebus quotidianis ac domesticis sermo deficiet, in procinctu habere. Gell. li. 1. ca. 11. Atq; fœminas etiã tibicinas in exercitu atq; in procinctu habuit.

Procio, is, iui, itum, pen. pro. Idẽ quod rumpo, atq; irritũ facio. Hinc Iureconsultus, irritum & ruptum testamentum, procitum dicit Festus.

Procito, tas, pen. cor. Idem quod prouocito, προκαλοῦμαι. Citare enim uocitare est.

Proclamo, as, n. p. Palã & ualde clamo, uociferor, ἀναβοάω, ἐκκυνέω. Liu. li. 1. Moti homines sunt in eo iudicio, maximè Publico Horatii patre p. clamante, se filiã iure cæsam iudicare: ni ita esset, patrio iure in filiũ animaduersurum fuisse. Cicero 7. Verr. Adsunt, defendunt, proclamant: fidem tuã quæ nusquam erat, nec unquam fuit, proclamant.

Proclamator, oris, m. t. Cic. 1. de Orat. Non enim causidicũ nescio quẽ, nec proclamatorẽ, aut rabulã hoc sermone nostro conquirimus: sed eũ uirum qui primũ sit eius artis antistes.

Proclino, as, pen. pro. Idem quod inclino, ἐγκλίνω. Col. l. 7. ca. 10. Earũ notanda sunt capita, quã in partẽ proclinentur.

Proclinatus, a, um, particip. Ouid. 2. Trist. Quum cœpit quassata domus subsidere, partes In proclinatas omne recũbit onus.

Procliuis, ue, dm. t. pen. pro. Quod pronũ inclinatumq; est ut ait Donatus, ὑπόφορον, ἐπιρρεπὲς, εὐκατάφορον. Liu. 5. ab Vrb. Quo successerit magis in arduũ, eò pelli posse per procliue facilius rati. Col. lib. 9. cap. 5. de Apibus. Cum onere per procliuia non ægrè deuolent. Impetus procliuis undarũ. Lucr. lib. 6. Per translationẽ secundum Ciceronẽ lib. 4. Tusc. dicitur propriè in malis, de iis scilicet qui ad aliquod uitiũ p. ni, inclinatiq; sunt. Teren. in And. Ita ut ingentiũ est omniũ hominum ab labore procliue ad libidinẽ. Cic. in Partit. Adolescentiam procliuiorẽ esse ad libidinem. Silius lib. 13. sceleri p. cliuis egestas. Cic. 4. Tusc. Vt natura ad aliquem morbum p. cliuior, sic animus alius ad alia uitia propensior. Procliue etiam dicitur quod facilè factu est. Vnde in procliui esse, est facilè & in promptu esse. Plaut. in Cap. Tam hoc quidẽ tibi in procliui quàm imber est quando pluit. Cic. 2. Offic. Sed quum in hominibus iuuandis aut mores spectari, aut forma soleat, dictu quidẽm est procliue.

Procliuiter, procliuius, procliuissimè, aduerbium. Cicer. 1. de Finibus, Qui sperant, facilius, & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.

Procliuitas, atis, f. t. Est naturalis inclinatio in rẽ aliquã præsertim uitiosam, κατάφορον, ὑφόδιον. Nam in rebus bonis & laudabilibus, propriè facilitas dicitur. Cic. 4. Tusc. Atq; hęc aliorum ad alios morbos procliuitas latè patet. Ibidem, Procliuitas ad ægrotandũ: sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, ut significat lapsionem.

Proco, as, are, 2. p. teste Festo, Antiqui dicebant pro eò quod est poscere, seu impudenter petere: unde & Procacitas dicta est: quod & Nonius annotauit, citans illud Ciceronis ex libro quarto de Republica, A procando. id est, poscendo, procacitas nominata est.

Procax, acis, om, t. pen. prod. Lasciuus, petulans, improbus proteruus, ἀσελγὴς, quod nomen à procando, id est, poscendo, dictum esse, docet Nonius Marcellus, ex sentẽtia Ciceronis, lib. 4. de Repub. cuius hæc citat uerba, A procãdo, id est, poscendo, procacitas nominata est. Alii tamen à prociendo, id est, prouocando, siue lacessendo dictum malunt. Cic. pro Cælio, Temeraria & procax mulier. Ibidem, Vt non solũ meretrix sed etiã procax uideatur. Idem lib. 3. Epist. Scio te non esse procacem in lacessendo. Terent. in Hecyr. multò & magis procax illicò facta est. Trãsfertur etiam ad inanimata, quod & Nonius annotauit. Vergilius 1. Aeneidos, penitusq; procacibus Austris.

Procacitas, atis, Petulãtia, lasciuia, improbitas, proteruia, ἀσέλγεια. Cic. in Sallust. Non enim procacitate linguæ uitæ sordes eluuntur. Ibidem, Ne incidam in idem uitium procacitatis, quod huic obiicio.

Procaciter, aduerb. Proteruè, petulanter: unde procacius & p. caciissimè. Liu. 8. bell. Pun. Flagitatum quoq; stipendiũ procacius, quàm ex more & modestia militari erat.

Proci, m. f. Dicuntur qui uirginis, mulierisue nuptias ambiũt à procando, id est, poscẽdo dicti, μνηστῆρες. Ouid. Epist. 1. Turba ruunt in me luxuriosa proci. Cic. de Clar. Orat. Et hos ignotos, & impudẽtes procos repudiemus. Ouid. 4. Met. Multorumq; fuit spes inuidiosa procorũ. Verg. 4. Aen. En quid agam? rursus ne procos irrisa priores Experiar?

Procœton, onis, προκοιτὼν, Locus ante cubiculũ magnatũ in quo quiescente domino, corporis custodes excubant. Nã προκοιτοῦσι, Græcis est excubitor, & προκοιτᾶν, excubare. Vnde προκοιτὼν, quasi excubitorium. Plinius Epistola 14. Post hanc cubiculum cum procœtone, altitudine æstiuum, munimentis hybernum.

Proconnon, polenta ex hordeo recenti aut etiam ex hordeo nondum tosto.

Proconsul, lis, pen. cor. masc. gen. Qui cum potestate Consulari extraordinaria ad aliquam prouinciam administrandam mittitur, ἀνθύπατος. Cicer. 2. de Diuinat. Quãm multi sunt anni, quum bella à Procõsulibus, & Proprætoribus administrantur.

Proconsulatus, us, Dignitas Proconsulis. Plin. l. 14. c. 22. Ad Proconsulatũ, usq; è Prætura honorib. gestis. Plin. Iun. Epist. 12. Sũmotũ à Procõsulatu quia se in legatione turpiter gesserat

Proconsularis, re, Ad Proconsulem pertinens. Gel. lib. 5. ca. 14. Quum prouinciam Africam Proconsulari imperio meus dominus obineret.

Procrastino, as, a. p. pen. cor. Prolongo, diem de die traho, differo, ὑπερήμερος, εἰμὶ, ἀναβάσιμαι. Gell. libr. 16. Quæ reliquit perfecta expolitaq;, omni poëticę uenustatis laude floreret. Sed quæ procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur, nequaquã poëtæ nomine atq; iudicio digna sunt. Cic. p. Sexto Roscio Amerino, Ac primò rem differre quotidie, ac procrastinare isti cœperunt, deinde aliquando lentius agere atq; deludere.

Procrastinatio, f. t. uerbale. Dilatio. Cic. 6. Philipp. Nam quum plerisq; in rebus gerendis tarditas & p. crastinatio odiosa est tum hoc bellum indignet celeritatis.

Procreo, as, are, a, p. Liberos generare, γεννάω. Plaut. in Milite, Nam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lite, Nam procreare liberos lepidum est onus. Cic. 3. de Fin. Atq; ut è natura uiuat, uxorem adiungere, & uelle ex ea liberos procreare. Idem antequàm iret in exilium, Sic enim ab initio fui animatus, ut non magis me mea causa putarē esse natum, quàm Reipublicæ procreatum.

Procreator, Procreatrix, & Procreatio, uerbalia. Cicero de Vniuersitat. Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex sua mente, & uoluntate genuisset. Idem 1. de Oratore, Neque enim te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quādam, & quasi parentem esse eam quā φιλοσοφίαν Græci uocant. Idem 1. Tusc. Quid procreatio liberorū? quia propagatio nominis?

Procreatus, natus. Cicero de Finibus, ut natura diligi procreatos non curaret.

Procresco, is, idē quod simplex cresco, uel augeor, αὐξάνω. Lucret. lib. 2. Et res progigni, & genitas procrescere posse.

Procubo, as, procubui, procubitum, n. p. pen. cor. Propriè idem est quod procumbo, κατάκειμαι. Interdū idem quod uigilo, siue excubias ago, προκοιτέω. Nonnunquā idem quod demitti uel inclinari. Verg. 3. Geor. Muscus ubi, & uiridissima gramine ripa, Spelūca; tegāt, & saxea procubet umbra.

Procubitor, oris, m. t. Qui noctu custodiæ causa excubat, quū castra hostium in proximo sunt, φρουρὸς, πρόκοιτος. Festus.

Procudo, is, a. t. pen. prod. Significat prolato, cudendo extenuo, seu probè cudo, exacuoūe, παρατείνω, παρακροτέω. Ver. lib. 1. Georg. durum procudit arator Vomeris obtusi dentē. Ira procudit enses, Horatius 4. Carmin. Ode 15. Procudere dolos, Plautus Pseud. Linguam procudere, Cic. 3. de Orat. Non enim solùm acuenda nobis, neq; procudenda lingua est: sed onerandum complendumq; pectus maximarum rerum, & plurimarum suauitate, copia, uarietate.

Procul, aduerbium, Idem significans quod longè, quasi procul ab oculis, ἀποδήμῳ, πόρρω. Dicitur & de loco minus longinquo Vergilius 5. Aeneidos, Est procul in pelago saxum. Quod certè non nimis longè fuisse debet intelligi, ne periret uoluptas spectaculi. Idem in Sileno, Serta procul tantùm capiti delapsa iacebant. Vbi Seruius, Procul, modò prè: nam intulit, tantum capiti delapsa, ut ostenderet non lōgius prouolutam esse coronam. Dicimus aliquando, Procul hinc: id est, longè ab hoc loco. Terentius in Hecyra, Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc; stans accepi, uxor. Item procul, alicunde. Cicero 5. Verrin. Quia non posset negare ab illis pecuniam datam, non quæsiuit procul alicunde. Procul pro longè, habet aliquando sequentem à præpositionem cum ablatiuo. Terentius in Adelphis, Postremò quando ego conscia mihi sum, à me culpam esse hāc procul. Aliquando & procul & longè, simul in eadem oratione ponuntur. Plaut. in Curc. Hec noctu in somnis uisus sum uiderier procul cedere longè à me Aesculapium, Procul aliquando præpositio est, deseruiens quandoq; ablatiuo: ut Procul dubio, perinde est ac si dicas, certè. Suet. in Claud. Cæsare, Reliquit filium omnibus gentis suæ procul dubio præferendum. Ad eundem etiam modum dicimus procul uero, pro eoquod est à ueritate adhorrens. Columella in Præfatione libri primi, Nam illud procul uero est quòd plerique crediderunt, facillimam esse, &c.

Proculco, as, a. p. Conculco, protero, καταπατέω. Col. libr. 2. cap. 20. Nam à pecudibus legumina proculcantur: herbæ etiam atteruntur ungulis: atq; glabrescit, & fit idonea trituris area. Liu. 20. ab Vrbe, Et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcauit. Ouid. 8. Metam. Is modo crescentes segetes proculcat in herba.

Proculiunt, Promittunt, ait significare Antistius de iure pontificali libro 9. Festus.

Procumbo, is, n. t. Prosternor, humi iaceo κατάκειμαι. Liu. lib. 1. Ipsum fessum uia procubuisse. Col. libr. 1. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, uel ut minimum nouem. Quæ mensura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circūeundum laxa ministeria præbeat. Verg. 1. Aen. ne grauidis procumbat culmus aristis. Idem 8. Aeneid. & uiridi fœtam Mauortis in antro Procubuisse lupam. Significat interdū demitti. Plin. lib. 16. cap. 16. de arundinibus, Omnibus uerò folia à nodo orsæ, complexu tenues per ambitum inducūt tunicas, atq; à medio internodio quum plurimum desinūt uestire, procumbuntq;. Hoc est, in terram inclinantur. Lucan. libro tertio, Et procumbentes iterum cōsurgeret axos.

Procuro, as, a. p. pen. prod. Administrationem rerū alienarū gero, ἐπιτροπεύω, ἐπιμελοῦμαι. Ci. Cornifi. Is procurat rationes Dionysii. Aliquādo est studiosè curare, ἐπιμελέομαι. Apul. Hūc enim equulum suum curiosè nimis procurātem inueni. Aliquando sustentare, medicari, adiuuare, θεραπεύω. Cato de Re rust. Eodem modò cæteras arbores procurato. Plaut. in Curc. Tibi opus est hoc quo te procures. Proçurare aliquando est expiare. Gell. libro 4. cap. 9. Vt terram mouisse nuntiari solet, eaq; res procuratur.

Procurator, oris, m. t. Dispēsator, & negotiorum gestor, quem uulgò factorem dicunt, ἐπίτροπος, διοικητὴς. Vlpianus de Procuratoribus & defensor. l. 1. Procurator est qui aliena negotia mandato domini administrat. Actores uerò causarum, causidici dicuntur.

Procuratorius, a, um, Quod ad procuratorem pertinet, κηδεμονικὸς. ut procuratoriæ literæ, Procuratorium munus.

Procuratrix, icis, uerbale fœmininum. Cic. 4. de Finibus, sed quum sapientiam totius hominis custodem & procuratricem esse uellent, quæ esset naturæ comes.

Procuratio, f. t. Ipsa administratio, διοίκησις. Cic. lib. 1. de Nat. deorum. Sunt enim philosophi, & fuerunt qui omnino nullam habere senserunt rerum humanarum procurationem deos. Procuratio item expiatio est. Cic. 1. de Diuin. Atq; etiā scriptum à multis est, quū terræmotus factus esset, ut ne plena procuratio fieret.

Procurro, ris, procurri, procursum n. t. Velociter procedo, προάγω, προτρέχω. Colum. lib. 6. Ex domitis bubus ualentissimum, eundemq; placidissimum, cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Cæsar 7. belli Gall. Quoties quæq; cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. Verg. 9. Aeneid. Et cōferre manum, & procurrere longius audent.

Procurrens, tis, participiū. Verg. 5. Aeneid. Infelix saxis in procurrentibus hæsit. Hoc est, prominentibus, & uelut obuiam uenientibus, inquit Seruius.

Procursus, sus, Actus procurrēdi. Liuius 1. bel. Pun. Tumultuario prælio, ac procursu magis militum quàm ex præparato, aut iussu Imperatorum orto, haud quaquam par Pœnis dimicatio fuit. Verg. 12. Aeneid. Quem tota præcipitē, & procursu concitus axis Impulit, effuditq; solo.

Procursio, onis, uerbale fœmininum, Excursio, uel digressio à causa, παρέκβασις. Quintilianus lib. 4. cap. 3. Nō semper est necessaria post narrationem illa procursio.

Procurso, as, frequentatiuum. Liu. lib. 7. bel. pun. Ibi per dies aliquot quum ab stationibus procursaretur, missa equitū, peditumq; tumultuosa magis prælia, quàm magna. Idem 3. ab Vrbe, Modò procursantibus pauci, recurrentesq;.

Procursatio, onis, Liu. 8. bel. Pun. A quibus ubi per procursationem commissa pugna esset, &c.

Procuruus, Valde curuus, κάμπυλος, ἐπικαμπὴς. Verg. 2. Georg. Contrà nonnulla est oleis cultura, nec ille Procuruā expectant falcem. Littora procurua, Idem 5. Aeneid.

Procus, ci, Vide Proci.

Prodeambulo, as, Foras deambulo. Terētius in Adelphis, Prodeambulare huc libitum est.

Prodeo, dis, diui, uel prodii, proditum, n. q. ex pro & eo, d interposita, significat procedo, ultrà eo, siue foras exeo, quasi porrò eo, παρίημι, προέρχομαι. Cicero App. Pul. An ego obuiam tibi non prodirem, primùm Appio pulchro, deinde Imperatori? idem libro primo Officiorum, Scenicorum quidē mos tantam habet disciplinæ ueteris uerecūdiam, ut in scena fine subligaculo prodeat nemo. id est, exeat. Cæsar 5. belli Gallici, Suo more conclamauerunt, uti aliqui ex nostris ad colloquium prodirent.

Proditur, pen. prod. impersonale. Cicer. pro Murena Eccui autem non proditur reuerenti? Subaudi, obuiam.

Prodictator, oris, m. t. Qui extraordinariam Dictaturam gerit. Liuius 2. bel. Pun. Prodictatorē populus creauit Q. Fab. Max.

Prodigæ hostiæ, à ueteribus dicebātur quæ totæ consumebātur igni: unde & homines luxurioſi, prodigi dicti sunt ut ex Verannii sententia tradit Festus.

Prodigium, gii, n. s. Monstrum, portentum, ostentum: dictum quasi prodicium, quòd porrò dicat, porrò significet, & aliquid futurū esse portendat, τέρας. Festus, Prodigia, quòd prædicūt futura permutatione G literę: nam quę nūc C, appellatur, ab antiquis G, uocabatur. Nonius, Prodigia, deorū minæ, uel iræ. Vergilius 3. Aeneid. Sola nouum, dictuq; nefas Harpya Cæleno Prodigium canit. Cicero 6. Ver. Etenim multa sæpe prodigia uim eius numenq; declarant. Vergilius 6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aeneid. Prodigus acti cælestibus ossa præbunt. Ouid. 6. Metamorph. uidi præsens stagnum q locumq prodigijs notum.

Prodigiator, Qui ex prodigio futura prænũtiat, παρασκόπος. Festus, Prodigiatores, Aruspices, prodigiorum interpretes.

Prodigiosus, a, um, Monstrosus, portẽtosus, quod scilicet prodigium facit, uel quod præter naturam est, & consuetudinẽ, παράδοξος. Plinius lib. 10. cap. 63. Partus aliquando singuli: quod prodigiosum putant.

Prodigiosè, aduerb. Id est, præter morem, uel naturam. Plin. libro 21. cap. 37. Lien cum iecinore locum aliquando permutat, sed prodigiosè.

Prodigialis, prodigiale, om. t. Nonnunquã idem est quod prodigiosus, τεράστιος. Aliquando idem quod prodigium auertens: unde prodigialis Iuppiter dictus est, cui expiandorum prodigiorum gratia sacra fiebant, ἱλάσκος τεράστιος. Plaut. in Amphit. Sed mulier post quã experrecta es, prodigiali Ioui Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit.

Prodigaliter, aduerb. Idem quod prodigiosè. Columella libro 3. capite 33. Nam illa uidentur prodigialiter in nostris Cretanis accidisse. Horatius in Arte, Qui uariare cupit rem prodigialiter unam.

Prodigo, is, pen. corr. prodegi, a. t. supinum nõ legi: ex pro, & ago, d, euphoniæ causa interposita, Significat consumo, profundo, liberalitatis limites egredior, ultra modum erogo, διαφορέω, σπαθάω. Plautus in Aulul. Festo die si quid prodegeris, profesto egere licebat, nisi peperceris. Aliquando significat appellare, producere, quasi procul agere. Varro 2. de Re rustica, capite 4. de suibus, Admissuras quum faciũt, prodigunt in lutosos limites. Idem lib. 3. capite 9. Prodigendi in solem & sterquilinium, ut se uolutare, possint, quod ita albiores fiunt.

Prodigus, gi, m. s. Profusus, effusus, nepos, dissolutus, perditus, nimius, præter modum liberalis, ἄσωτος. Cicero lib. 2. Offic. Omnino duo sunt genera largorũ, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & uisceration ibus, & gladiatorum muneribus ludorum, uenationumq apparatu pecunias profundũt, in eas res quarum memoriã aut breuem, aut omnino nullam sunt relicturi: liberales, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt causa amicorum, aut in collocatione adiuuãt, aut opitulantur uel in re quærenda, uel augenda. Idem in Catill. Homo largior & prodigus. Auri prodigus. Claudianus 2. Paneg. Aëris prodigus, Horatius in Arte. Cicero ad Brutũ, Quod in honoribus decernendis essem nimis, & tanquàm prodigus. Prodigus animæ, & sanguinis, qui uitæ suæ non parcit. Horatius 1. Carmin. Ode. 12. Animæq magnæ Prodigum Paulum superãte Pœno Gratus insigni referam Camœna. Vbi Porphyrio, Aemilium Paulum dicit fuisse prodigũ, id est, contemptorem uitæ. Ouid. 3. Amor. Eleg. 8. Sanguinis atq animæ prodige Galle tuæ. Locus prodigus multę herbæ. Horatius 1. Epistolarum.

Prodigè, aduerbium, Profusè, abundanter, ἀσώτως. Cic. 11. Philippic. Sed non possunt non prodigè uiuere qui nostra bona sperant, quum effundunt sua.

Prodigitas, atis, f. t. Antiquis idem erat quod profusio, ἀσωτία. Lucil. lib. 6. Satyra, Nequitia occupat, hoc petulantia, prodigitasque.

Prodigentia, æ. à prodigo, is, Idem quod profusio, ἀσωτία. Tacitus libro. 13. Cuius abditis adhuc uitiis per auaritiam, ac prodigentiam mirè congruebat.

Prodinunt, Antiqui pro prodeũt dixere. Ennius Annal. lib. 3. Prodinunt famuli, quum candida lumina lucent.

Prodius, Antiqui dixerunt pro interius, longius (inquit Nonius) à prodeundo, quasi porrò eũdo. Varro in Virgula diuina, Primum uenit in urbem, atq intra muros, deinde accedit prodius, atq intro domum.

Prodicis scripto. Sic Cat. in Sacrificium, Quinder sibi galeastrum. Prodo ipsi mando his. ut Quinctium auert.

Prodo, dis, didi, a. t. id est, longè proiicio, defero, excludo, propello, προδίδομι, προΐημι. Vergilius 1. Aeneidos, Nauibus (infandum) amissis unius ob iram Prodimur, atque Italis longè disiungimur oris. Aliquando idem est quod deferre, ostendere, patefacere. ἐκφέρειν, ἐξαγορεύειν. Vergilius 3. Aeneidos, Prodere uoce sua quenquã, aut opponere morti. Item differre, protrahere, παρεκτείνειν. Terentius in Andria, Credo, impetrabo, ut aliquos saltem nuptiis prodat dies. Item propagare Vergil. libro 4. Aeneidos. Sed fortè qui grauidam imperiis, belloq frequentem Italiam regeret, genus alio à sanguine Teucri Proderet. Item tradere, dare προδίδωμι. Sallustius, Antequam arcem proderent hostibus. Prodere patriã, est clanculũ cum hoste aduersus patriam sentire, ut qui uel patriæ consilia hosti enuntiant, uel urbes, arces, aut propugnacula eidem tradũt. Cic. 3. de Finib. Nam ut peccatum est patriam prodere, parentes uiolare. Prodere posteris, est posteris tradere uel ad posteros trãsmittere. Cic. de Senectute, Non accipere modò hæc à maioribus uoluerunt, sed etiam posteris prodere. Prodere memoriæ, literis mandare. Δίδωμι τῷ λόγῳ, ἱστορίαν, διαλαμβάνειν. Cicero Appio, Quum tuum studium consumes in uirorum fortium factis memoriæ prodendis. Pro eodẽ etiam legitur, Prodere memoriæ. Cæsar 5. belli Gallici, Quos natos in insula, ipsi memoria proditum dicunt. Cicero de Oratore, Quia memoria sic esset proditum. Item prodere memoriam, id est propagare, & ad posteros transmittere. Cæsar 1. belli Gallici, Ne committerent ut is locus ubi cõstitissent, ex calamitate populi Romani, & exercitus internecione nomen caperet, aut memoriam proderet. Interdum supprimitur datiuus memoriæ. Plinius lib. 6. cap. 23. Regnabat ibi quum hæc proderem, Celebrotas. Cicero lib. 3. Officiorum, Vtile uidebatur Vlyssi, ut quidam Tragici poëtæ prodiderunt. Plinius lib. 2. cap. 7. D. Augustus læuum sibi prodidit calceum præposteræ inductum, quo die seditione militari propè afflictus est. id est, significauit, siue retulit, Sic dicimus, Fama prodit, id est, refert. Celsus, Quosdam fama prodidit in ipsis fuentibus reuixisse. Prodere, autore Donato, aliquando est decipere, deserere. Terent. in Adel. Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum. Prodere exemplum, est tradere, uel monstrare, uel aliquid designare unde alij sumant exemplum. Cicero pro Flacco. In reo ne quod pernitiosum exemplum prodatur. pertimesco. Ibidem Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterũ poderetis. Prodere fidẽ, est iureiurando non stare, Sallustius in Catilin. Sed ea sæpe ãtehac fidẽ prodiderat, creditũ abiurauerat. Prodere officiũ, est officiũ suũ non facere, aut contra officiũ facere. Cic 4. Academ. Qui statuit omnẽ cruciatũ perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quàm aut officiũ prodat, aut fidẽ. Prodere uitã, est se uitæ periculo exponere. Prodere legem, destituere. Vlpianus ad l. Iul. de Adult. Legem prodidisse dicitur ob hoc quod accusationẽ adulterij aggressus, accusare destitit. Prodere interregem, est nominare, renuntiare, ut ait Budæus. Liuius. 6. ab Vrbe, Sed nos quoq ipsi sine suffragio populi, auspicato interregẽ prodamus. Sic prodere flaminem, apud Ciceronem pro Milone.

Proditus, participium, Quod pro decepto, ac circumuento legitur apud Ciceronem ad Atticum libro 3. Quandoquidem inquit, ego proditus, indictus, coniectus in fraudem, &c. Ouidius. 3. Metamorph. Proditus à socio est, &c.

Proditor, oris, m. t. προδότης. Plaut. in Rud. Vrbis proditor. Cicero 3. de Finib. Nec magis uituperãdus est proditor patriæ, quam communis utilitatis aut salutis desertor.

Proditio, onis, f. t. προδοσία. Cic. 4. Acad. Amicitiarũ proditiones & Rerumpublicarũ. Ouid. 8. Metam. Nam pereãt potius sperata cubilia, quã sim proditione potens. Lucan. lib. 4. Nunquàm nostra salus pretiũ mercesq nefandę Proditionis erat.

Prõdromus, mi, m. s. pen. cor. πρόδρομος, Latinè præcursor. Cicero ad Atticũ libro 1. Nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant apertè Pompeium acturum, Vnde prodromi dicuntur à Græcis fici præcoces, quasi præcursoriæ, reliquarum q maturitatem præuertẽtes. Plin. lib. 16. cap. 26. Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos uocant. Prodromi itẽ dicuntur Aquilones, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt. Colum. lib. 11. cap. 2. Sexto Idus Iulias Prodromi flare incipiunt.

Produco, is, a, t. Profero, protraho, in longum duco, παρατείνω, ἐπεκτείνω, παρίημι. Verg. 2. Aen. Abnegat excisa uitam producere Troia. Cic. in Caro. Coniuiũ uicinorũ quotidie compleo, quod ad multã noctẽ quã maximè possumus uario sermone producimus. id est, protrahimus. Terent. in Andr. per translationem dixit, Nonnè tibi esse satis hoc soli dum uisum est gaudium, nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres: Id est, deluderes, detineres. Aliquãdo idem est, quod foras educere, corã, siue in medium adducere, uel præsentem sistere, παράγειν, παρίσάνω. Plaut. Capt. Vbi sunt isti quos antè ædes iussi huc produci foras? Sic producere testes dicimus, pro eo quod est, ad dicendũ testimonium in iudiciũ eos adducere. Cic. 6. Verr. Harũ omniũ rerum auctores, testesq produco. Producere copias in aciẽ, est extra castra ad pugnam eas educere. Galba Ciceroni, Repentè Antonius

Antonius in aciem ſuas copias de uico producit. Aliquãdo idem eſt quod uænum exponere. Terent. in Eunu. Pretium ſperans, illico producit, & uendit. Vbi Donatus, Propriè uenales produci dicuntur. Plautus pro proſtituere poſuit, Audietem dicto mater produxiſti filium, id eſt, proſtituiſti, προάγειν, πρωαγωγὸν εἶναι. Interdũ pro gignere, γεννᾶν, φύειν. Plaut. in Capt. Quid hoc eſt ſcelus? quaſi in orbitatem filios produxerint? Cic. pro Qu. Roſcio, Nihil ab hoc prauũ & peruerſum produci poſſe putant. Idem 2. Verr. Nihil à me audiet ex impura illa adoleſcẽtia ſua: quę qualis fuerit, aut memini ſtis, aut ex eo quem ſui ſimilem produxit, recognoſcere poteſtis. Terent. Adelph. Seni animã prius extinguerẽ ipſi qui illud produxit ſcelus. Producere morã rei alicui, eſt morã interponere, ſiue (ut Donatus ait) differre, protendere, protelare. Terent. in And. Dicam aliquid iam me inuenturum, ut huic malo aliquam producam moram. Interdũ proſequi. Verg. 9. Aen. nec tua funera mater Produxi. Interdum conſumere, terere. Terent. in Adelph. Et cyathos forbillans, paulatim hunc producam diem. Producere in iudiciũ, eſt uocare, uel cogere. Cic. 7. Verr. Grauiorem apud ſapientes iudices ſe fore ab inferis teſtem, quã ſi uiuus in iudicium produceretur. Ponitur aliquando pro detinere, & uerbis remorari. Cic. pro Quintio. Conditionibus hunc, quoad poteſt, producit. Producere aliquando eſt promouere hominẽ, & in mediũ honorificè proferre: cui opponitur Subducere. Cic. pro Domo ſua, de Catone in Syriam ablegato, Quem tu nõ pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras.

Prò ductus, a, um, quod modò participium eſt, uerbi ſui ſignificationem retinẽs. Cicero poſt reditum, Quum à Tribunis plebis Conſul in concionem productus eſſet. Modò nomẽ, idem ſignificans quod longus, μακρὸς. Cicero in Orat. 2. Inclytus dicimus breui media litera, inſanus, producta. Cicero 2. de Orat. Et principia tarda ſunt, & exitus tamen ſpiſſi & producti eſſe debent.

Productior, & productiſſimus. Colum. lib. 7. cap. 12. Quare ſtatus eius longior, productiorq; ad hos caſus magis habilis eſt, quam breuis, aut etiam quadratus. Idem lib. 3. cap. 10. Extrema pars eius, quod caput uitis appellant, id eſt, ultimum & productiſſimum flagellum.

Productè, aduerbiũ, cui opponitur breuiter. Cic. in Orat. Et ne multis, quib. in uerbis ex primæ literæ ſunt, quæ in ſapiente atq; felici productè dicũtur, in cæteris omnibus breuiter.

Productio, onis, f. t. prolongatio. Cic. 1. de Finibus, Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellamus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis: habẽt enim ſuum modum quæcunq; opportuna dicuntur.

Productile, penultima correpta. Quod tũſionibus malleorum productum eſt, ἐλατὸν.

Profanus, a, um, pen. prod. Dicitur irreligioſum, & à religione remotum: cuius antitheta ſunt ſacrũ, & religioſum, βέβηλον. Plaut. Sacrum, an profauũ habeas, parui pẽditur. Cic. pro Domo ſua. Si iſta conſecratio legitima eſt, quid eſt quod profanum, in tuis bonis eſſe poſſit? Interdum profanum accipimus pro ſcelerato, & impio. Statius in principio Theb. Fraternas acies, alternaq; bella profanis Decertata odijs. Profanum etiam dicitur quod ex religioſo, uel ſacro in hominum uſum conuerſum eſt. Verg. 2. Aeneid. Faune precor miſerere, (inquit) tuq; optima ferrũ Terra tene, colui ue ſtros ſi ſemper honores, Quos contra Aeneadę bello fecere profanos. Profani item dicebantur ſacris non initiati, qui à fano & ſacris arcebantur. Idem 6. Aeneid. procul ô procul eſte profani, Conclamat uates. Nunc Laicos uocamus, quaſi populares, teſte Budæo. Profanos etiam dicimus imperitos, qui Muſarum ſacris non ſunt initiati. Hor. lib. 2. Carm. Odi profanum uulgus. Profanus uſus, dicitur communis & uulgaris, non ſanctus. Plinius lib. 15. cap. 30. Adeoq; in profanis uſibus pollui laurum & oleum fas non eſt.

Profano, as, Id eſt, ex ſacro humanis uſibus promiſcuum facio, βεβηλόω, φθείρω. Liuius 1. belli Maced. Sacra, ſacerdotes quæ ipſius maiorumúe eius honoris cauſa inſtituta eſſent, omnia profanarent.

Profanatus, participium: ut Profanatum templũ, hoc eſt, ex ſacro profanũ factũ, uel flagitio aliquo pollutũ. Stat. 9. Theb. Ergo profanatum Menalippi funus acerbo Vulnere. Manus profanatæ. Ouid. 2. Meram. Terræ profanatæ, Stat. 3. Syl.

Profanatio, onis, uerbale. Plinius libro 16. capite 4. Poſtquam ciuilium bellorum profanatione meritum cœpit uideri, ciuem non occidere.

Profari, d. p. Eloqui, dicere, pronuntiare, ἐξαπᾶν. Verg. 1. Aeneid. Tum breuiter Dido uultum demiſſa profatur. Silius libro 11. magno clamore profatur. Propriè profari eſt quod Græci dicunt προφητεύειν, id eſt, futura prædicere. Vlp. De ædil. Aedict. lib. 1. parag. Exẽplũ, Si ſeruus inter fanaticos non ſemper caput iactaret, & aliqua profatus eſſet, an nihilo minus ſanus uideretur?

Profatus, tus, tui, nomen quartę inflexionis, Ipſe pfandi actus. Gell. lib. 17. cap. 11. Neque dictu, profatũue ipſo tetræ, aut inſuaues eſſe. Statius 7. Syl. ſeu uoce ſoluta Spargere, & effræno nimbos æquare profatu.

Profectò, aduerbium confirmantis eſt: dictum quaſi profacto, & ſignificat nimirum, ſanè, certè ὄντως γε, παντάπασι. Terent. in Andr. Profectò ſic eſt. Plerunq; autẽ ad reſponſionem adhibetur, νὴ Δία, Cicero, Quis hæc renuntiat? Is profectò qui interfuit. Quod etiam per certè efferimus. Idẽ, In quo meminimus? Certè in nullo. Eundem etiam uſum habent nimirũm & nempe.

Profero, pen. corr. a. inconſ. Palàm facio, prodo, pronuntio, ἐξαγορεύω, προφέρω. Cicero pro Cælio, Domus in qua nihil fiat quod foras proferendum ſit. Terent. in Hecyra, Ita me dij benè ament, haud propterea te rogo ut hoc proferam. Seneca, Antequam ſententiam proferam. Aliquando ſignificat protendo, prolato, παρατείνω. Plinius, Quum lineam protuliſſet longiſſimam, atq; rectiſſimam. Iuſtin. lib. 1. Arbitria principum pro legibus erant, fines Imperij tueri magis, quã proferre mos erat. Terent. in And. Saltem aliquot dies profer, dum proficiſcar aliquò, ne uideam. Quandoq; eſt depromere, ſiue in lucẽ afferre. Cic. pro Sexto Roſcio, Tu H S. I. III. ex arca proferas. Plaut. in Amph. Tu Theſſala intus pateram proferto foras. Proferre ſe (inquit Budæus) dicuntur qui ſine deductore innoteſcunt, & ipſi ſe producunt. Plinius iunior, Proferunt ſe ingenia, & oſtentant. Ponitur aliquando pro eo quod Plinius iunior allegare dixit, Cicero de Inuent. Deinde cæteros proferre oportebit quibus maiora delicta conceſſa ſunt.

Prolatus, a, um, participium à paſſiuo uerbo Proferor, Modò idem eſt quod dilatus: ut quum diem iudicij prolatum eſſe dicimus, ἀναβεβλημένον. Modò in conſpectum allatus, uel productus. Lucanus lib. 4. pro lucri pallida tabes. Non deeſt prolato ieiunus ueniditor auro. Aliquando idem eſt quod extenſus, uel ulterius translatus: ut quum terminum prolatum, uel fines imperii prolatos dicimus, παρατεταμένον.

Prolatio, onis. f. t. uerbale, Ipſe actus proferendi. Cic. in Orat. Cõmemoratio antiquitatis, exemplorumq; prolatio. Prolatio, protenſio. Liu. 1. bel. Maced. Lætaq; exta fuiſſe, & prolationem finium, uictoriamq; & triumphum portendi. Iudicii prolatio, ἀναβολή. Cic. pro Rabirio perduell. reo, Quum alteri ad prolationem iudicij biduum quæreretur.

Profeſſor, oris, Profeſſorius, a, um, & Profeſſio, uide Profiteor.

Profeſtus, a, um, Quod contrarium eſt feſto: unde dies profeſti dicuntur, teſte Nonio, qui uacui ſunt à feſtiuitate, ἀνέορτος. Plautus in Aulul. feſto die quid prodegeris, Profeſto egere liceat, niſi peperceris. Plinius libro 28. cap. 6. Peiorem qui profeſtis diebus ageret, quod feriatis deberet. Horatius 2. Serm. Satyra 3. Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla, uappamq; profeſtis. Idem 4. Carm. Ode. 15. Nosq; profeſtis lucibus, & ſacris. Inter iocoſi munera Liberi Cum Prole, matronisq; noſtris, Ritè deos prius apprecati.

Proficio, cis, a. t. Procedo, & promouco: quod & profectũ facere dicimus, ἐπιδίδωμι, προκόπτω μᾶλλον ποιῶ. Seneca. Sic enim audiendo, & legendo in dies magis proficimus. Plin. Nec minorem ſub eo præceptore profectũ fecit. Cic. ad Trebianum, lib. 6. Nunc uerò euerſis omnibus rebus, quum conſilio proſici nihil poſſit, una ratio uidetur, quicquid euenerit, moderatè ferre. Cæſ. 3. bel. Ciuil. Apud quos quum proficere nihil poſſet. Ponitur aliquando pro prodeſſe. Vlpian. de Iureiurando, Matris igitur iuſiurandum patri non proficiet: nec nocebit, ſi mater detulerit.

Profectus, us, m. q. Promotio, ſiue progreſſus in reliqua, ſiue fructus qui ex rei alicuius translatione prouenit, προκοπή. Quintilianus libro 10. capite 25. Vt terra altius effoſſa generandis, alendisq; ſeminibus fœcundior ſit: ſic profectus non à ſummo petitus, ſtudiorũ fructus effundit uberius, & fidelius continet. Idem lib. 1. cap. 2. Firmiores in literis profectus alit æmulatio.

Proficiſcor, eris, profectus, d. t. Eundi, ueniendi, aut diſcedendi ſignificationem habet, ſecũdum eos caſus cum quibus iungitur: ut ſi accuſatiuo iũgatur, proficiſcor Romam, hoc eſt, eo: ſi uerò ablatiuo, ut proficiſcor Roma, ſignificat uenio,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uenio, uel discedo, πορεύομαι, ὁρμῶμαι. Cic. de Senect. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam. Propertius lib. 1. Eleg. 21. Magnũ iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Cic. ad Q. Frat. lib. 3. Idus Octobris Saluius Ostiam uesperi naui profectus erat, cũ his rebus quas tibi domo mitti uolueras. Idem ad Atticum lib. 2. Calendis Maijs de Formiano proficiscemur. Proficisci in exiliũ, Cicero de Finibus. Proficisci obuiam, Cæsar 7. belli Gallici. Proficisci ad reliqua, pro pergere. Cic. 5. Verrin. Nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca antè erimus à uobis iudices deprecati. Proficisci, pro originem habere. Cicero 4. Acadẽ. Pythagoræi ex numeris, & Mathematicorum initijs proficisci uolunt omnia.

Profectus, a, um, participium. Verg. 1. Aeneid. Hunc lætum Tyrijs̃q; diem, Troiaq; profectis.

Profectio, onis, f. 3. uerbale. Actus proficiscendi, πορεία. Cicero 1. Philipp. Exponam uobis breuiter cõsilium & profectionis & reuersionis meæ. Idem pro Quintio, Inuenitur dies profectionis pridie Calendas Februarij.

Profectitius, a, um, ut Dos profectitia, quæ à patre uel parente proficiscitur.

Profindo, is, profidi, profusum, 3 t. Proscindo. Statius 10. Thebaidos, quanta pariter ceruice gementes Profindunt in arata diu Pasigæa iuuenci.

Profiteor, eris, com. 2. Apertè seu palàm polliceor, ἐπαγγέλλομαι. Cic. 1. Acad. Qui philosophiã iam professus sum populo nostro exhibiturum. Liuius, Palam professi nusquã inde nisi in patriam uestigium esse moturos. Aliquando est affirmare, siue cõfiteri uoluntariè, siue liberè. Cic. 5. Verr. Sed me omnium prouinciarum defensorem esse profitebor. Idẽ pro Rabirio Posthumo, Quamobrẽ fateor, atq; etiam T. Labiene profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, importuna, non Tribunitia actione, sed Regia, meo consilio, uirtute, authoritate esse depulsum. Ex quo Ciceronis loco constat plus esse profiteri, quã fateri. Fatemur enim coacti, teste Seruio: sponte autem publicè profitemur. Polliceri & Affirmare, Cic. 1. Acad. Hinc Professio, Confessio palàm facta. Cic. pro Plancio, Non me præteribat, in tàm perturbato statu ciuitatis, fructuosissimam esse professionem bonæ uoluntatis. Cicero Tir. lib. 16. Tu uerò confice professionem, si potes: etsi hæc pecunia ex eo genere est ut professione non egeat. Profiteri item accipitur pro eo quòd est artem aliquam, aut sciẽtiam publicè docere. Plin. Epist. 76. Audistine Valerium Lucinianum in Sicilia profiteri? Cic. de Amicit. Quamobrẽ quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis qui ista profitentur. Hinc professores artium liberalium uocamus, qui eas artes publicè docent. Plin. lib. 3. cap. 5. Diodorus dialecticæ sapientiæ professor. Suetonius de Clar Gramm. Reliquit filium Orbilium, & ipsum Grammaticum professorem. Magni nominis professores, Quintilian. lib. 2. cap. 11. Cõsummati professores, Idem lib. 1. cap. 9. Profiteri uerò apud Prætorem, est nomina, siue censum profiteri, siue, quod Liuius sæpe usurpat, nomen dare: aut ut uulgus loquitur, ponere nomen in scriptis, ἀπογράφεσθαι. Cic. pro Archia poẽta. Quum hic domicilium Romæ multos iam annos haberet, professus est apud prætorẽ Q. Metellũ familiarissimũ suum. Liu. 6. belli Pun. Primò expectauerant, ut qui se tanto Imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Idem 2. ab Vrbe, Hoc proposito edicto, & qui aderãt nexi, profiteri exemplo nomina, & undiq; &c. Ab hoc etiam fonte manauit illud quod in Euangelio legimus, Iosephum Mariæ coniugẽ, Bethlehem sese cõtulisse, ut profiteretur in ciuitate sua. Profiteri æs alienum, est sua debita testari. Gurtius lib. 10. Alexander priusquam secerneret quos erat retenturus, edixit ut omnes milites æs alienum profiterentur. Profiteri professiones suas, uel pecunias, est modum possessionum siue pecuniæ perscribendum curare. Cicero 5. Verr. Edixerat ut aratores iugera sationum suarũ profiterentur. Liuius ab Vrbe condita, Profiteri cogendo frumentum, & uendere quod usu menstruo supereſſet. Idem de bello Macedonico, Vt qui socij ciuibus Romanis credidissent, pecunias profiterentur.

Professorius, a, um, ut Lingua professoria, quæ meritoriã exercet eloquentiã. Tacitus li. 13. Audietur hinc Germanici filia, inde uilis Brutus, & exul Seneca, trunca scilicet manu, & professori.

Profligo, as, a. penult. prod. Deiicio, sterno, dissipo, prodigo, depello, deperdo, & ad perniciem deduco, καταῤῥάθομαι, καταπτύω. Plautus in Milite, Cõfidentia est nos inimicos profligare posse. Cicero pro Rabirio, Castris locum capere, exercitum instruere, expugnare urbes, aciem hostiũ profligare. Cæs. 2. bel. Ciuil. Quod classem hostium primo impetu aduersam profligauerim. Profligare bellum, accipitur pro absoluere, & uincendo perficere. Cornelius Tacitus, Profligauerat bellum cum Iudæis Vespasianus, id est, cõfecerat & pene ad exitum deduxerat.

Profligatus, a, um, participium, Afflictus, perditus. Cic. in Catilin. Quanto tandem illum mœrore afflictum esse, & profligatum putatis? Vnde Profligatũ exercitum dicimus, id est, prostratum deiectum, afflictum & perditum: & Profligatas res, hoc est, perditas, & ad perniciem redactas. Cic. pro Rosc. Amer. Et deniq; ad omnia ad pernitiem profligata, atq; perdita. Hinc profligatos homines uocamus perditos, & in quibus nihil est sani, nihil integri. ἀπορουμένους. Cic. pro Archia, Nunquã me pro salute uestra in tot ac tantas dimicationes, atq; in hos profligatorũ hominũ quotidianos impetus obiecissem. Idem 5. Verr. Profligatissimus omnium mortaliũ, ac perditissimus. Suet. in Tyber. Ex iuuentute utriusq; ordinis profligatissimus quisq;. Profligata dicũtur quæ propriè absoluta sunt. Cic. 5. Tusc. Atq; si ita est, profligata iam hæc & pene ad exitum adducta quæstio. Liuius 5. belli Macedon. Vtri qui profligatũ bellum haberet, ad comitia Romam rediret. Cic. ad Cornificium, lib. 12. Sic uehemẽtius nos laboramus, qui profligato bello, ac penè sublato, renouatũ bellum gerere conamur. Affectũ quoq; dixerunt qui Latinè locuti sunt, id quod profligatum appellatur in hac significatione. Cicero in Oratore, de Prouin. consul. Bellum affectum uidemus, & (uerè ut dicam) penè confectum. Idem in Oecon. Quum uerò iam affecta ætate uuas à sole miscere fas est.

Profligator, oris, uerbale, Tacitus, Habebaturq; non ganeo & profligator, ut pleriq; sua haurientium: seu erudito luxu.

Profligo, is, xi, ctum, a. t. (inquit Calepinus,) Idem quod multum certo: citatq; locum Columellæ, ex libro 1. capite, 5 Flagitiosum uidebatur quos hostis profligando agros desolasset, nouo more ciuem Romanum supra modum patrimonij possidendo deserere. Quo tamen in loco profugẽdo, legendum constat, non profligendo.

Proflo, as, u p. Idem quod f. ando resoluo, χωνεύω. Plin. lib. 34. cap. 9. Massa proflatur inprimis: mox in proflatum additur tertia, portio æris collectanei. Est etiam proflare idem ferè quod efflare. Valerius 6. Argon. Noctem tartaream proflantes pectore tauri. Hoc est ignem & fumum ingentem, tenebris & flammis tartareis non absimilem. Idem 7. Argon Taurus & immani proflauit turbine flãmas. Proflare pectore somnum, est inter dorminendum sonoro flatu uti. Vergil 9. Aeneid. qui fortè tapetibus altis Extructus toto proflabat pectore somnum. Proflare iras, est flatu iram testari, ut solent feræ. Plinius libro 8. cap. 4. Subsistere ab olfactu circumspectare, iras proflare.

Proflatus, us, pen. prod. Actus ipse proflandi. Columella libro 5. cap. 9. Aestiuo proflatu refrigerentur.

Profluo, is, n. t. Abundanter effluo, promano, prolabor: & propriè de liquidis dicitur, ἀποῤῥέω. Colũ. lib. 6. profluere lachrymas ab oculis dixit. Ci. 1. de Diuin. Si lacus emissus lasu, & cursu ad mare profluxisset. Verg. 4. Georg. In medium seu stabit iners, seu profluet humor. Plin. lib. 8. capite. 16. Profluit sanguis ex uulnere. Profluere ad hominum famam per translationem, pro delabi, & deuenire. Cicero Cælio, Equidem (ut ad me reuertar) ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forensis labor, uitæq; ratio dimanauit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac iudicio meorum. Græcia profluit ore Romano. Ouid. ad Pisonem, Quinetiã facilis Romano profluit ore Græcia, Cecropiæq; sonat Grauis æmulus Vrbi. Cuius ore sermo melle dulcior profluebat, ad Herennium libro 4.

Profluens, tis, om. t. modò participium, est, ῥέων. Liuius 1. Pueros in profluentem aquã mitti. Cicero ad Quint. Fratrẽ lib. 3. Ego locum ætate umbrosiorem uidi nunquam: permultis locis aquam profluentem, & eam uberem. Idem 2. de Orat. Genus orationis liquidum, fusum ac profluẽs. Cui opponitur exile aridum concisum, & munitum. Modò substantiuum, & generis masculini, ponitur̃q; pro flumine, seu fluento, ῥεῦμα, ῥεῖθρον. Author ad Herennium, libro 1. Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus culeo, deuehatur in profluentem, id est, fluminis procursum. Quintilianus libro 3. cap. 9. Quod obiectus in profluentem non poterit extingui.

Profluenter, aduerbium, Abundanter. Cic. 5. Tuscul. Ergo omnia profluenter, absolutè, prosperè: igitur beatè.

Profluentia, æ, f. p. Abundantia, copia, εὐπορία. Cic. in Partit. Et hanc oratoriam uim inanis quædam profluẽtia loquendi subaudi, imitatur.

Proflans,

Profluus, a, um, Quod profluit: ut profluus amnis, qui perpetuò fluit, ἀενάος. Plin. lib. 19. cap. 4. Hortos uillæ iungendos non est dubium, riguosq; maximè habendos, si contingat profluo amne. Colum. lib. 9. cap. 17. Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte littoris, quæ profluo, recessu nunquã destituitur. Ouid. 2. de Ponto, Elegia 1. Flaminaq; & mõtes, & in altas syluas, Armaq; cũ telis instrue mista suis.

Profluuiũ, uii, n. s. Fluxio, ῥύσις. ut profluuiũ sanguinis, αἱμορ ῥαγία. Plin. lib. 26. Sanguinis profluuium sistit herbæ pæoniæ semen rubrum. Colum. lib. 6. cap. 26. Sed minimè id permittẽdum, ne profluuio sanguinis intereat. Profluuiũ alui. διάῤῥοια. Idem lib. 9. cap. 13. Tali nocente cibo, quo quum se affatim repleuerint, profluuio alui, nisi celeriter succurritur, intereunt.

Profore, penult. corr. Compositum à fore, idem significans quod profuturum esse. Horat. lib. 1. Epist. Quæ nocuere, sequar: fugiam quæ profore credam. Verbum est defectiuum, sicut simplex fore.

Profugio, gis, n. s. Procul fugio, aufugio, ἀποφεύγω. Plaut. in Casi. Quid nunc agam nescio, nisi ut improbos famulos imiter, ac domo profugiam. Cicero in Lelio. Hac ita q; amentia perterritus in Asiam profugit. Terent. in Adelph. Quum hîc egens Profugit aliquo militatum. Profugio cum accusati uo pro eo quod est fugiendo relinquo. Curtius lib. 1. Quanto enim Regem Vniuersus exercitus deseruit? Nec serui quidem uno grege profugiunt dominos.

Profugus, a, um, pen. corr. Quia patria, domicilio, ijsue finibus in quibus antè agebat, profugerit αὐτόμολος. Sic Horat. profugos Scyhas appellat, Quòd crebrò domicilia murent. Sallust. Troiani qui Aenea duce profugi sedibus incertis uagabantur. Liu. 4. bel. Maced. Annibal patria profugus peruenerat ad Antiochum. Ouid. 13. Metam. profugaq; per æquora classe Fertur, ab Antandro.

Profugiũ, gii, n. s. Dicitur illud, ad qđ quis in periculis, uelut ad asylum & portum quendam confugit, καταφύγιον. Cicero libro 1. Tusculan. Portum potius paratũ nobis & profugium putemus, quò utinam uelis passis prouehi liceat. Idem pro Cecinna, Exilium non supplicium est, sed profugium portusq; supplicij.

Profundo, dis, a. t. Largè, & copiosè effundo, προχύω. Plautus in Aulul. Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere. Idem in Curc. Profundis uinum? quæ te res agitant? Vergil. 12. Aeneid: Vix ea, quum lachrymas oculis Iuturna profudit. Cic. pro Fõteio, Quem ut uidi, equidem uim lachrymarum profudi. Sanguinem pro patria profundere, Cic. 2. de Finib. Verba profundere uentis, Lucretius lib. 4. Vitam profundere. Cic. 1. Offic. Inuenti autem multi sunt qui non modò pecuniã, sed etiam uitam profundere pro patria parati essent. Profundere aliquãdo idem est quod prodigere, & inutiliter cõsumere, siue liberalitatis metas egredi: tractũ ab aqua quæ profunditur ex uasis, καταναλίσκειν. Terent. in Adelph. tibi si istuc placet, Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Cic. 5. Verrin. Ait, omnia pecunia effici posse: dare, profundere, opponere, si uelis uincere. Idem in Catilina. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas abligurierunt. Profundere uota & preces, est multum & instanter precari. Profundere uires animi, est omnes neruos intendere, & omnem ingenij uim applicare. Cicero ad Atticum libro 1. Vehemens fui, & omnes profudi uires animi, atq; ingenij mei.

Profusus, a, um, participium, Largè fusus, Plinius libro 11. capite 41. Mulieri antè septimum mensem profusum lac inutile. Ouidius 11. Metamorph. fletus super ora profusus. Plinius lib. 5. cap. 9. Ex hac lacu profusus, indignatur fluere per arenosa & squallentia.

Profusum, nomen, Supra modum, sumptuosus, Abundans, λαπαυηρὸς, ὑπερβάλλων. Sallust. in Catil. Alieni appetens, sui profusus, quasi profusor sui. Cic. pro Muræna, Odit pop. Roman. priuatam luxuriam publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas: sordes, & inhumanitatẽ multò minus, Idem 1. Officior. Ipsum q; genus iocandi non profusum, neq; immoderatum, sed ingenuum & facetum. Ponitur aliquando pro abiecto, & iacẽte. Plaut. profusus, squalens, sordidus, ab omnibus derelictus.

Profusè, aduerbium, Id est, effusè. Liu. 10. ab Vrbe, Hæc ipse minitans obstitit profusè tendentibus in castra.

Profundus, a, um, adiect. Quod deorsum magnam habet altitudinem: ita dictum quod porrò, id est, longè habeat fundum, βαθύς. Verg. 5 Aen. Amissum Anchisen flebant, cũctaq; profundũ Pontum spectabant. Ouid. ad Liuiam, Effugerẽt aliqua stagna profunda uia. Lucret. lib. 2. Corpora soluẽtes abeant per inane profundum. Quandoq; sumitur pro alto. Verg. 1. Aen. Ni faciat, maria ac terras cælumq; profundũ Quippe ferant secum, &c. Profundus sæpe per translationem capitur p ingenti, magno, siue immenso, hinc profũdum Quippe ferant secum, &c. Profundus sæpe per translationẽ capitur p ingenti, magno, siue immenso. hinc profunda auaritia dicitur à Sallust. in Iugur. Ibi fide data & accepta Iugurtha Bacchi animum oratione accendit, Romanos iniustos auaritia communes omnium hostes esse. Sic profunda cupido, apud eundem loco iam citato, Nanq; Romanis cum nationib. populis, Regibus cunctis una, & ea uetus cãusa bellandi est, cupido profunda imperii & diuitiarum. Profunda libido. Idem Sallust. de Repub. ordinanda, Vt ex alienis malis te dirimi mortales uentri atque profundæ libidini sumptus quærent. Nox profunda, Verg. 4. Aen.

Profundũ, n. s. substãtiuè acceptũ, Idẽ est Quod mare, τὸ βαθύ, Ouidius 17. Epist. Frigora ne possim gelidi sentire profundi. Rubrum profundum, apud Lucanum libro octauo, pro mari Erythræo. Indomito profundo iactari, Ouidius 1. Trist. Eleg. 10. Pater profundi, hoc est, Neptunus, Valer. Flac. 2. Arg.

Progemmo, as, n. p. Gemmas emitto, ἐφθαλμίζω. Colum. libro 4. cap. 27. Si palmis incipientibus, progemmantibusq; fossorem immisesis, magnam partem uindemiæ decusseris.

Progener, ri, in. s. pen. cor. Neptis meæ maritus, πρόγαμβρος. cuius correlatiuũ est prosocer, qui & socer magnus dicitur Suetonius progenerum uidetur accepisse, pro generi patre, in Auguste cap. 19. Lucilliq; Pauli progeneri sui, &c.

Progenero, as, a. p. pe co. Generationẽ ex me produco, γεννάω. Plin. lib. 11. cap. 16. Fœtus quonam modo progenerarent, magna inter eruditos, & subtilis fuit quæstio. Idem libr. 10. cap. 3. E quibus uultures progenerantur minores. Ho. 4. Car. Ode 4. Fortes creãtur fortib. & bonis. Est in iuuencis, est in equis patrũ Virtus: nec imbecillẽ feroces Progenerãt aqlę colũbã.

Progeneratio, onis, f. t. Progenerandi actus, γέννησις. Plin. lib. 8. capit. 43. de Asinis, Opera sine dubio geruli mirifica, arando quoq;, sed mularum maximè progeneratione.

Progenies, ei, f. q. Genus, stirps, familia: à progignendo, γένος. Cic. 9. Philipp. Reddita est ei tum à maioribus statua pro uirtute quæ multos per annos progeniem eius honestaret. Verg. 7. Aen. hinc progeniem uirtute futuram. Egregiam, & totũ quæ uiribus occupet orbem. Horat. 3. Carm. Ode 6. Aetas parentum peior auis, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem uitiosiorem.

Progermino, as, Germen produco, βλασάνω, βάλλω. Colum. lib. 4. cap. 10. Putandi autem duo sunt tempora: melius autem (ut ait Mago) uernũ antequàm surculus progerminet.

Progero, eris, progessi, progestum, Idem quod extra gero, effero, ἐκφέρω. Colum. lib. 12. cap. 50. Vrcei quibus oleum prõgeritur. Plin. lib. 11. cap. 18. Quum defunctas progerunt, funerantiumq; more comitantur exequias.

Progigno, gnis, progenui, progenitum, a. t. Generationem produco, γεννάω. Plaut. in Truc. Neq; natus est, neq; progignetur. Cic. 3. Offic. Sed hic quid illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Verg. 4. Aen. Illam terra parens ira irritata deorum Progenuit, &c.

Progenitor, oris, in. t. uerbale, Quòd propriè significat auum. Ouid. 11. Metam. Quid peperisse duos, & displacuisse duob. Et forti genitore, & progenitore Tonante esse satã prodest?

Proglossis, turbinatior linguæ pars.

Prognare, aduerbium, Id est, apertè, autore Festo.

Prognariter, Audacter, strenuè, γενναίως. Plaut. in Pœn. Age, indica prognariter. Ennius 6. Annal. audite parumper, Vt p Romano populo prognariter armis Certando, prudens animam de corpore mitto.

Prognatus. Idem quod natus, γεγονὼς. Terent. in Phorm. Bonam bonis prognatam. Liu. 1. ab Vrbe, Vt in eadem ciuitate post centesimum ferè annũ quàm Romulus Deo prognatus, Deus ipse tenuerit regnum. Horat. 2. Serm. satyra 1. ouõ prognatus eodem. Proprie tamen non filium à patre, sed nepotem ab auo, aut proauo, aut aliquo maiorum prognatum dicimus. Cicero 3. Tusculanarum, Thyestes Tantalo prognatus, Pelope natus. Prognati, substantiuè, hoc est, ipsi nati, uel liberi. Plau. in Amphit. Res, inquit, parentes, patria & prognati tutantur, seruantur.

Prognigenum, Vide Propnigeon.

Prognosis, pen. prod. πρόγνωσις, Præscientia, præuidentia, dicitur. Cic. 1. de Diuin. præsagitationem uocat.

Prognosticon,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prognoſticon, n. ſ. προγνωστικὸν, Rei futuræ ſignum: à Græco uerbo προγινώσκω, quod præſcio, ſiue præcognoſco ſignifi cat: unde & per g, ſcribi debet. Cic. lib. 1. de Diuin. Atque his rerum præſentionibus prognoſtica tua referta ſunt. Extat hoc nomine libellus Hippocratis, in quo ſigna ea perſequitur quibus medici ægrotorum cõualeſcentiam, mortemúe poſſint præſagire.

Progredior, deris, progreſſus, d. t. Vltra procedo, πρόειμι, ὑπάγω. Plautus in Pſeud Si hic quo progreditur, pariter pro grediamini. Idem in Caſin. Sed eccum progreditur cum corona & lampade Meus ſocer. Cæſar 4. belli Gallici, Quum il li aut ex arido, aut paululum in aquam progreſſi, omnibus membris expediti, & cætera. Cicero primo Officiorum. Atq; ut regredi, quàm progredi mallent. Cæſ. 2. belli Ciuilis, Ipſe cum equitibus ſexcentis magnis itineribus progreditur. Progreditur obuiã, Liuius 7. ab Vrbe, Romani alacres ab ſtatione obuiam militi ſuo progreſſi, laudantes gratulantesq; Dictatorem perducunt. Progredi longius, per translationem, eſt ſermonem extendere. Cicero 5. Verrin. Non dubito quin uobis ſatisfecerim, Iudices, ueruntamẽ progrediar lon gius. Digitum non progredi, prouerbialis quædam formula, pro ne minimum quidem Cicero 4. Academ. Non quæro ex his illa Mathematicorum, quibus conceſſis dignitum progredi non poſſunt.

Progreſſus, us. m. q. Id eſt proceſſus, progreſſio. Cic. Attic. lib. 1. Progreſſum præcipitem, incõſtantem reditum uider. Idem 6. Phil. Dolabellam irruentem in Aſiam à progreſſu arcuit, à reditu refrenauit. Accipitur & pro promotione, ſiue fructu quem rei alicui operam dantes facimus. Cicero 3. Tu ſcul. Philoſophi nunquam in ſtudijs ſuis tantos progreſſus facere potuiſſent.

Progymnaſmata, προγυμνάσματα. Latinè, dici poſſunt præexercitamenta: à uerbo Græco προγυμνάζιωθαι, quod eſt præexerceri.

Prohedri, dicebantur præſides, Magiſtratus quidam primi ſubſellij, quibus cæteri omnes ſedendi loco cedebant. Bud. in Annot. ad tit. de Offic. Præfect. Prætor.

Proh, Interiectio indignantis. Vide Pro.

Prohibeo, prohibes, a, ſ. pen. cor. ex pro & habeo, ſignificat ueto, arceo, auerto, impedio ne quid fiat, aut incipiatur, κωλύω, εἴργω, ἀνείργω. Vergilius 1. Aeneid. Oramus, prohibe infandos nauibus ignes. Plautus, Placidè ingredere, & ſonitũ prohibe forium, & crepitum cardinum, Ne quod hic agimus, herus præcipiat fieri. Inhibeo uerò idem eſt quod retineo, comprimo, ἀναπαύω, ἐπίχω. Hoc enim differt à prohibeo, quod prohibere generale ſit, etiã ante rem inceptam: Inhibere, re iam incepta. Illud uetat, ne quid facere incipias: hoc ne pergas, ſed potius deſiſtas. Ver. 1. Aeneid. Quod genus hoc hominũ, quæue hunc tam barbara morem Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ. Idem 11. Aeneidos, Parcite iam Rutuli, & uos tela inhibete Latini, ἀναχάλαν τὰ ἀκοντίσματα. Sed de hoc plura ſuo loco in uerbo Inhibeo.

Proiicio, is, pen. corr. Abiicio, quaſi porro iacio, ἀποῤῥίπτω. Verg. 6. Aen. Proiice tela manu. Ouid. Epiſt. 20. Proiicit ipſe ſuas deducta fronte coronas. Verg. 5. Aen. galeam ante pedes proiecit inanem. Cæſ. 3. bel. Ciuil. Ex ſuperiorib. locis in planitiem deſcendere, atq; arma proijcere iuſſit. Transfertur & ad incorporea. Cæſar 2. bell. Gall. Increpitare atq; incauſare reliquos Belgas qui ſeſe populo Romano dediſſent, & patriam uirtutem proieciſſent. Aliquando ponitur pro extendo, porrigo, προβάλλω, ἐκτάνω. Cicero in Top. Quoniam P. Scæuola id ſoldm eſſe ambitus ædium dixerit, quantũ parietis communis tegendi cauſa tectum proijceretur.

Proiectus, ctus, m, q. Pro extentione, πρόβολη Lucret. lib. 3. Quã libet immani proiecti corporis extet. Interdum proijcere, eſt eiicere, ἐκβάλλειν. Cicero. Quid ſi eum ex urbe proieceris? Proijcere ſe ad pedes, eſt ſe humi & ad pedes alicuius proſternere. Cæſ. 1. bel. Gal. Qui quum eum in itinere cõueniſſent, ſeſeq; ad pedes proiecíſſent, ſuppliciter locuti. Proijcere lachrimas, eſt effundere. Hircius 4. belli Alexand: Adeò contra Cæſarem bellum acriter agere cœpit, ut lachrymas quas in colloquio proiecerat, gaudio uideretur profudiſſe. Proiicere ſe, eſt deſpondere animum. Cic. Attic. lib. 9. Tuas nunc epiſtolas à primò lego: hæ me paulum recreant: primę mouẽt, & rogant, ne me proijciam. Hoc eſt, deſpondeam animum. Ibidem, Tum poterimus deliberare, non ſcilicet integra re, ſed certè minus infracta, quam ſi una proiiceris te.

Proiectus, a, um, participium. Cicero. 2. de Diuin. Semonidem ignotum quendam proiectum mortuum quum uidiſſet humauit. Verg. 11. Aeneid. Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Lucan. lib. 9. Ignauis manibus proiectos reddidit enſes. Proiectus, extenſus. Cicero primo de Orate Brachium procerius proiectum, quaſi quoddam telum orationis. Vergilius decimo Aeneidos, proiecto dum pede leuo Aptat ſe pugnæ. Idem tertio Aeneidos, Proiectaq; ſaxa Pachyni. Silenna, Vetus atq; ingens erat arbor ilex, quę circum proiectis ramis, maiorẽ partem loci ſummi tegebat. Vergilius prima Eclogæ, non ego uos poſthac uiridi proiectus in antro Damoſa pendêre procul de rupe uidebo. Proiectus, contemptus, & uilis. Tacitus libro primo, An ciues, quibus iam proiecta ſenatus autoritas? Proiectus puer, dicitur expoſitus. ἔκθετος, προεμένος. Plaut. in Ciſtel. Paruulam puellam, proiectam, ex angiportu ſuſtuli: Pro eodem etiam dicitur proiectitius. Plautus Ciſt. Lemniq; natam deſpõdit adoleſcentulo amore capto illius proiectitiæ. Proiecta, in ædificijs dicuntur quæ ita prouehuntur & extenduntur ex aliquo ædificio, ut nuſquam quieſcant. προβεβλημένα, qualia ſunt mœniana, & ſuggrundia, & podia penſilia. Immiſſa autem dicuntur quæ ex noſtro ædificio protenſa, in alieno recumbunt: cuiuſmodi ſunt tigna & trabes quæ ex noſtro pariete in parietem uicini immittimus. Dicta proiecta, à uerbo proijcio, quod inter cætera ſignificat porrigo ſiue extendo.

Proiectio, onis, uerbale, Extenſio, idem quod proiectus, us. Cicero. in Orat. Brachij proiectio in cõtentionibus, cõtractio in remiſſis.

Proiecto, as, frequentatiuum. Plaut. in Bacch. Etiamne ultrò tuis me proiectas probris? id eſt, iniurijs afficis.

Proiectura, ræ, f. p. Eſt promientia, & uelut ſupercilium quoddam parietis, arcendis ſtillicidiis inuentum, προβολὴ. Fabri Larmieros appellant, & Intabulamenta. Budæus.

Proin, aduer. Idem ſignificãs quod proinde, κοὐκέτι. Terẽt. in Eunucho, Proin tu dũ eſt tempus, etiam atq; etiã cogita.

Proindè, cum ācentu in antepenult. componitur ex pro & inde. ſignificatq; ideò, ideoq;, propterea, propter hoc, quapropter. Semper enim dependet ex ſuperiore ſententia. διὰ ταῦτα τοίνυν. Liu. li. 1. ab Vrbe. Satis ſciri origini Romanæ & deos affuiſſe, & non defuturam uirtutem, proinde ne gra uarentur, &c. Ponitur quandoq; pro aduerbio ſimilitudinis, eãdemq; ſignificationem habere uidetur cum Perinde. ὄντως. Ter. in Phor. Proinde expiſcare, quaſi nõ noſſes. Sall. At hi cõtra ignauiſſimi homines, per ſummũ ſcelus, omnia eius ſocijs adimere quæ fortiſſimi uiri uictores reliquerãt, proinde quaſi uictoria iniuriã facere, demũ id eſſet imperio uti.

Prolabor, pen. prod. prolaberis, prolapſus, d. t. Leuiter ſenſimq; prouehor, προάγομαι. Cic. 2. de Nat. deor. ex aliquo ueterum Poẽtarum, At Canis ad caudam ſerpens prolabitur Argo. Sic prolabi longius in oratione, per metaphorã dicimus, pro eo quod eſt longius prouehi, & modum egredi. Cic. pro Cecinna. Tametſi de hoc iudicio multa prætereo, tamẽ lõgius prolapſus ſũ quã ratio ueſtri iudicij poſtulabat. Prolabi ad orationẽ aliquam, eſt ſenſim ad eam accedere. Cic. 1. de Leg. Libenter ad iſtã orationem tecum prolaberer. Prolabi itẽ dicuntur qui ueſtigio in loco lubrico poſito labantur, procidunt q;, aut ægrè ſeſe ſuſtinent. Liu 1. ab Vrbe, Conuertentem ſe inter hãc uenerationem, traditur memoriæ prolapſum cecidiſſe, idq; omen pertimuiſſe.

Prolapſus, a, um, participium. Verg. 2. Aen. Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum Sorte tulit, Troiã incẽſam, & prolapſa uidentem Pergama, tot quõdã populis, terrisq; ſuperbum Regnatorẽ Aſiæ: iacet ingẽs littore truncus, Auulſúq; humeris caput, & ſine nomine corpus. Equus prolapſus, Propert. (li. 4. Eleg.

Prolapſio, onis. f. t. uerbale. Cic. pro Cæl. Et interdũ multas uias adoleſcẽtiæ lubricas oſtendit, quibus illa inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo, aut ꝓlapſione uix poſſet.

Prolatio, uide Profero.

Prolato, as, a. p. Amplio, dilato, extendo, παρατείνω. Col. in Præfat. lib. 3. Largius tamẽ condidere quam nos, quibus diuturna per mittente pace, prolatare licuit rem ruſticam, hoc eſt latiorem & ampliorem reddere. Interdum idẽ eſt quod differre, protrahere, ſiue prorogare, ἀναβάλλωθαι. Liu. 8. ab Vrbe, Prolatandis igitur comitijs, quum magiſtratu Dictator abijſſet, res ad interregnũ redijt. Vitam prolatare. Tacit. li. 11. Interim Meſſalina Lucullianis in hortis prolatare uitã. Idem lib. 5. Sed ubi diem ex die prolatabunt.

Prolatatus, tata, tatum, participium: ut bellum prolatatum. Tacit. lib. 13. Prolatatum inter Parthos, Romanosq; de obtinenda Armenia, bellum acriter ſumitur.

Prolatatio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prolatatio, onis, uerbale, ἀνάβλησις. Tacit. lib. 19. Sed omnem prolationem ut inimicam uictoriæ suspectabant.

Prolepsis, πρόληψις. Latinè dici potest præacceptio, uel præoccupatio, ἀπὸ τοῦ προλαμβάνειν, hoc est, à præsumendo. Fit autem quum id quod in aduersarij, aut Iudicis opinione esse, aut fore arbitramur contrarium nobis præoccupamus dicere, & ratione dissoluere.

Proles, huius prolis, fœminini generis, t. Soboles, progenies, neq; hominum solùm, uerumetiã brutorum, γονὰ. Col. lib. 8. de caprino pecore, Parit aũt, si est generosa proles frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Cic. de Nat. deor. Ferreatum uerò proles exorta repentè est. Vergil. 1. Aen. & pulchra faciat te prole parentẽ. Ouid. 8. Metamorph. Antè uolat, comitiq; timet: uelut ales ab alto, Quę teneram prolem produxit in aĕra nido. Duellica proles equorum. Lucret. lib. 2. Per translationẽ etiam de plantis dicitur: ut Oliuæ proles, apud Vergil. 2. Georgic.

Proletarij, m. s. Qui in plebe Rom. pauperrimi erant, neq; amplius quàm mille quingentum æris in censum deferebant: ita dicti quod rarò ad militiam conscriberentur, & ferè procreandæ prolis gratia in urbe relinquerentur, qui uerò nullo aut perquàm paruo ære censebantur: Capite censi uocabantur ut ait Gel. lib. 17. cap. 10. Augustꝰ. lib. 3. Ciuit. Tum uerò tam multa bella ubiq; crebruerunt, ut inopia militũ proletarij illi, qui eo quòd proli gignendæ uacabant, ob egestatem militare non ualentes, & hoc nomen acceperant ut militiæ cõscriberẽtur. Nonius, Proletarij dicti sunt plebeij, qui nihil Reipub. exhibeant, sed tantũ prolem sufficiant. Proletarius sermo, dictus est plebeius, & uilis. Plaut. in Mil. Nam proletario sermone nunc quidem hospes utere.

Prolibo, as, pen. prod. Antè libo, προλείβω. Plinius libro 28. cap. 4. Alij è tribus puteis pari mensura aquas miscẽt, & prolibant nouo fictili.

Prolicio, is, a. t. Inducо, allicio, ἐφέλκω, ἐπάγω. Plaut in Curculione. Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit, id est, inducit.

Prolecto, as, are, Illectare, ἐπάγειν. Cic. pro Flac. Egentes & leues spe largitionis, & uiatico publico, priuata etiam benignitate prolectat.

Prolectabile, Quod alliciendi, incitandiq; uim habet, ἑλκυστικὸν. Sidon. ad Vectionẽ, Nemo ita naturæ firmæ est, ut polectabilibus careat occultis.

Prolixus, a, um, Quod lõgum, latumq; est, & liberale, quasi portò laxum, ἐκ τοῦ, ἐπίμηκες. Terentius in Heaut. Capillus passus, prolixus, circum caput negligenter reiectus. Barba prolixa, Vergil. 8. Eclog. Comæ prolixę, Ouid. 4. Trist. Eleg. 1. Prolixas abietes dixit Varro de Re rust. li. 1. cap. 6. & cap. 9. Licet uidere fructuosas segetes ac restibiles, & arbores prolixas Prolixus aũt accipitur pro benuolo, & liberali. Cic. 1. Epist. Prolixa & benefica natura. Idẽ Attico, lib. 2. Ariobarzanes nõ in Pompeium prolixior per ipsum, quàm in Brutum. Idem ad Atticum, libro 16. Quod quum ita sit, tamen interest nostra, Plancum hoc animo libenti prolixo facere.

Prolixitas, tis, f. t. Longitudo, quæ & prolixitudo à ueteribus dicta est. μῆκος. Pacuuius, Oro, in me & flectas fandi prolixitudinem.

Prolixè, Id est, admodum liberaliter, largè. ἐπιεικῶς. Cic. ad Cæsarem lib. 7. Neq; mehercule minus ei prolixè de tua uoluntate promisi, quàm eram solitus de mea polliceri. Terent. in Eunu. Accipit hominem nemo melius prorsus, neq; prolixius. id est largius, lautius Aliquando significat longè, lateq;. Terent. in Adelphit. Age prolixè Mitio. id est, nimis multis uerbis rem agis.

Prolõgus, gi, m. s. πρόλογος. Proloquium, siue præfatio fabulæ, in qua aut poëta excusatur, aut fabula commendatur, aut aliquid lucis ei afferens præmittitur. Terent. in prolog. Phorm. Vetus si poëta non lacessisset prior, Nullũ inuenire prologum potuisset nouus, Quem diceret. Ponitur aliquando pro ipso homine prologum referente. Terent. ibidem, Orator ad uos uenio ornatu prologi.

Prologium, gii, n. s. προλόγιον. Principium, quasi proloquiũ à Græco λόγος. Plaut. examinauit me prologio suo.

Prolongo, gas, a, p. Protraho, profero, prorogo: quasi lõgius facio, ἀναβάσμομαι. Plinius libro 13. cap. 3. Vestes prolongant tempus. Seneca de Benefic. Vt prolõgetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad felicitatem.

Prolõquor, eris, d. t. Animi sensa claris apertisq; uerbis affero, ἀποφάσκω, ἀποφθέγγομαι. Varro lib. 6. de lingua Latina, Proloquitur is qui in animo qd̃ habet, loquẽdo efferat. Terent. in Andr. Censen'me ullum potuisse uerbum proloqui? Nonnunquam idem quod prologo utor, uel præfatiuncula quod dicturus sum præmollio, προλογίζω, προοιμιάζω. Plaut. Epid. Nam quid ego apud te parem proloqui? Ego illam hodie uolo facere libertam meam.

Proloquium, quij, n. s. Præfatio, exordium, principium orationis, προλόγιον. Accipitur item pro oratione ueri uel falsi significatiua, quã Cic. Enuntiationẽ, Græci ἀξίωμα, uocant. Gel. li. 5. cap. 11. Quod in proloquio disiunctiuo necessariũ est.

Prolũbium, bii, Cupiditas, & uoluptas, ἐπιθυμία. Gellius libro 16. capite 19. Feros & immanes nauitas prolubium tamẽ audiendi subit.

Prolũdo, dis, a. t. pen. prod. Futurum certamen meditor, & exercẽdarum uiriũ causa, confirmandiq; animi ueluti simulachrũ quoddã certaminis ineo, προαγωνίζομαι, προοιμιάζω. Verg. lib. 3. Georg. Et tentat sese, atq; irasci in cornua discit. Arboris obnixus trunco, nẽtosq; lacessit Ictibus & sparsa ad pugnã proludit arena. Iurgia proludere. Iuuen. Sat. 5. Iurgia proludunt, sed mox & pocula torques Saucius. Proludere, inquit Budæus, est aliquid agere quod ad iustum certamen pertineat, quasiq; exordiũ legitimi, pleniq; certaminis auspicari. Cic. 2. de Orat. Sed ut ipse sententiis quibus prælusérũt, uel pugnare possint. In armis leuibus proludit, Ouid. ad Pison, Seneca Medea, Dolor proludit per scelera.

Prolusio, f. t. uerbale, Ipse proludendi actus. Cic. 2. de Orat. Atq; eiusmodi illa prolusio debet esse: non ut Samnitum, qui uibrant hastas antè pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur. Prolusionis uocabulum etiam ad causas translatum est. Sic Cicero diuinationem suam, Proclusionem Verrinæ accusationis uocat, in ea enim de constituendo accusatore Verris agebatur. Verba Ciceronis sunt, Sin mecum in hac prolusione nihil fueris: quem te in ipsa pugna cum acerrimo aduersario fore putemus.

Proludiũ, dii, n. s. Propriè est iusti, legitimiq; certaminis quoddam ueluti exordium, cuiusmodi est illud quod à Citharœdis iusto carmine solet præcini, προαύλιον, προοίμιον. Per translationẽ accipitur pro leuiore rei cuiusuis initio, quod tamen ad alia grauiora non nihil afferat momenti. Gel lib. 5. cap. 10. Sed maius mihi in ista uictoria proludium est, quũ te non causa tantùm, sed argumento quoq; isto uinco.

Prolũgeõ, Solito diutius lugeo, ultra anni tempus luctum produco. Festus, Prolugere dicũtur qui solitò diutius lugẽt.

Proluo, luis, a. t. ex pro, & lauo, quod è prima in tertiam transit coniugationem, quemadmodum & reliqua eius uerbi cõposita: significat idem ferè quod abluo, purgo, humecto, ἀποκλύζω, βρέχω, δεύω. Perf. in Prologo. Nec fonte labra prolui Caballino. Ver. 1. Aeneid. & pleno se proluit auro. Stat. 8. Thebaid. Cruor saucia pluit pectora. Horat. 2. Serm. Sat. 4. leni præcordia mulso Prolueris melius. Proluere cloacam, est aquã in cloacã infundere quæ secum rapiat sordes. Plaut. in Curcul. ad anum ebriosam transtulit uinũ in uentrem non secus atq; in cloacam quãdam profundentẽ, Age (inquit) effunde hoc citò in barathrum. Proluе cloacam. Proluere terram dicuntur aquæ quum impetu suo terram abradunt, secumq; rapiunt. Colum. libro. 2. capite 18. Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisq; radicibus germina nõ patitur coalescere. Ver. 1. Georg. Proluit in sano contorquens uortice syluas Fluuiorum rex Eridanus.

Prolutus, a. um, participium. Hor. 1. Serm. saty. 5. absentem cantat amicũ Multa prolutꝰ uappa nauta, atq; uiator Certatim.

Proluuies, ei, f. q. Immũditia cuiuscũq; rei sordidæ, πρόϊψημα. Vergilius. 3. Aeneidos, fœdissima uentris Proluuies: id est, sordis effusio, inquit Seruius. Colum. libro. 12. cap. 38. Et ad alui proluuiem.

Proluuium, ij, n. s. Idem quod proluuies. Per translationem dicitur profusio, & prodigalitas, quũ quis more aquæ opes profundit, πρόϊσις. Ter. in Adel. Quæ res tam repẽtè mores mutauit tuos? quod proluuium? quæ ista subita est largitas.

Prolytæ, authore Iustin. in proœmio. ff. dicebãtur scholares qui in quintum iam annum Iuri ciuili operam dederunt: sicut Lytæ, qui quatuor.

Promanus, digitus, qui Græcis dicitur ἀντίχειρ.

Promellere, Verbum antiquum, quod litẽ promouere interpretatur Festus.

Promercalia, n. t. Mercimonia sũt uẽditioni exposita, ὤνια, Promercalia dicuntur (ait Budæus) quæ paterfamiliãs uænalia habet extra ea quæ usui suo seruat. Quidam aiunt promercalia propriè dici merces quæ primò minoris emuntur, ut po-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ut postea pluris distrahantur, quarum rerum negotiatores distrahantur: quarũ rerũ negotiateres Græco uocabulo προπῶλαι nuncupantur. Suetonius in Cæsare, aurum promercale uocat id, quod Cæsar uendidit superans sibi, reseruata tanta auri copia, quanta suo usui satis esset. Promercales uestes, quæ superuacant patrifamiliãs. Suetonius de Claritate Gram. Luxuriæ ita indulsit, ut sæpius in die lauaretur, ne sufficeret sumptibus, quanquam ex schola quadragena annua caperet, ac non multò minus ex re familiari, cuius diligentissimus erat, quum & officinas promercalium uestiũ exerceret. Colum. lib. 1. capite octauo, Pecuniamq; domini neq; in animalibus, aut alijs rebus promercalibus occupet.

Promereor, reris, deponens, & Promereo, es, Bene ago, beneficium præsto, adiuuo, prosum, προσάγομαι. Vergilius libro quarto Aeneidos, ego te quæ plurima fando Enumerare uales, nunquã regina negabo Promerita. Terent. Adelph. Ita uelim me ames promerentem pater. id est, bene merentẽ Plautus tamen in malã partem sumpsit. Quid mali sum, here, tanta ex re promeritus? Aliquando id simpliciter significat quod mereo. Plaut. in Trinum. Nam retineri nequeo quin dicam ea quæ promeres. Bene promereri de aliquo, est conferre in aliquem beneficium. Cic. 2. Offic.

Promeritum, ti, n. s. Cic. ad Quiritem post remedium, Quare hoc maius est in uos uestrum promeritum, quòd non, &c.

Promico, as, pen. corr. inquit Nonius, Est extendere, uel longè iacere. Næuius, Siquidem loqui uis, non perdocere, multa longè promicanda oratio est.

Promineo, promines, n. s. pen. corr. ex pro, & maneo, significat exto, emineo, propẽdeo, ἐξέχω. Plin. lib. 11. cap. 37. Simiæ dentes ut homini, elephanto intus ad mandẽdum quatuor, præterquam eos qui prominent. Hor. Epod. 5. Quum promineret ore, quantum extant aquam Suspensa mento pectora, Ouid. 13. Metamor. coma plurima toruos Prominet in uultus. Prominere in memoriam ac posteritatem, pro extendi. Liu. 8. bel. Pun. Tanquam non longius, quàm quantum uitæ humanæ spatium est, cupiditas gloriæ extenderetur: maximaq; pars eius in memoriam ac posteritatem promineat.

Prominens, tis, participium. Liu. 7. bel. Pun. Gallos prominẽs collis tegebat.

Prominens, nomen substantiuum. Tacit. lib. 1. Inuenerunt q; in littoris prominenti, nihil, &c.

Promiſceo, ἐπιμίγνυμι, uide Misceo.

Promiſcuus, a, um. Mistum, incertum, cõfusum, ἐπικοίνωτος. Sallust. Diuina atq; humana habere promiscua, &c. Vnde Grãmatici promiscuum genus appellarunt, quasi incertum, siue confusum: quod & Græco nomine epicœnũ appellamus. Quint. lib. 1. cap. 4. Nec statim diligentem putabo qui promiscua (quæ epicœna dicuntur) ostenderit. Connubia promiscua. Liu. 4. ab Vrbe, Quam enim aliam uim connubia promiscua habere, nisi ut ferarum propè ritu uulgentur cõcubitus plebis, patrũq; ? Idem 8. belli Maced. Nec unũ genus noxæ stupra promiscua ingenuorũ fœminarumq; erant. Operã promiscuã dare est mutuã operã tradere. Plaut. in Rud. Eamus intrò omnes quando operã promiscuam damus.

Promiscuè, aduerbium, Mistè, confusè, incertè, pro quo ueteres etiam promiscuã dixerunt, inquit Festus, συμμιγῶς. Liu. primo Vrbe, Eodemq; iure promiscuè omnibus datum est. Ibidem lib. 3. Placet pecudum, ferarumq; ritu promiscuè in concubitus ruere?

Promitto, tis, a. t. Polliceor, ὑπισχνέομαι. Cic. Iam totũ quod tibi promiseram, præstiti. Terent. in Adelph. Roga hunc tu: tu promitte huic. M. Promitto. Cic. 2. de Diuin. Quæ autem inconstantia deorum, ut primis minentur extis, promittãt secundis? Quandoque est producere, & in longitudinem demittere, quasi porrò mittere καθιέναι. Plaut. in Rud. Capillum promittam, optimum est, incipiamq; hariolari. Plinius libro decimosexto, capite uigesimosexto, Nec ulla arborum auidius se promittit. Promittere barbã. Liu. 6. ab Vrbe, Coniecto in carcere Manlio, satis constat magnam partẽ plebis uestem mutasse, multos mortales capillum ac barbã promisisse, obuersatamq; uestibulo carcereis mœstam turbã Tacit. lib. 2. Donec crimen barbamq; promitteret. Vergil. 8. Ecl. Hirsutũq; supercilij, promissaq; barba, id est, longa, prolixa, & depẽdens. Quandoq; minari, ἀπειλᾶν. Verg. 2. Aen. Promisi ultorem, & uerbis odia aspera moui. Promittere ad cœnã, est promittere se iturũ ad cœnã. Plaut. in Menæch. Sic promittere ad fratrẽ, est promittere se iturũ ad fratrẽ, Cic. 1. Orat. Quũ ille dubitaret, q; ad fratrẽ promiserat. Promittere, & in se recipere, pulchrè iunxit Cic. ad Brut. li. 13. Sed tamẽ, inquit, separatim promitto, in meq; recipio, forte cum tibi & uolptati, & usui. Huius composita sunt, Adpromitto, quod est, pro altero promitto. Compromitto, quod significat litẽ ad boni uiri arbitrium mitto ἐπιτρέπω. A quo Cõpromissum, ipsa facultas arbitro data, ἐπιτροπή. Tractũ ab eo quod uterq; litigans simul promittit se arbitri sententiæ paritũrũ. Repromitto, rursum uel uicissim promitto. Cicer. pro Q. Roscio, Repromittis tu ab hinc triennium Roscio: recita illam restipulationem clarius. Quandoq; idem est quod simplex promitto. Suetonius in Claudiano. Fucinum aggressus est non minus compendii spe, quàm gloriæ, quum quidam priuato sumptu emissuros se repromittererent, si sibi siccati agri concederentur.

Promissum, si, n. s. substantiuum, Quod promittitur. Vnde dicimus, Consequi promissa, Conficere promissum, Efficere promissum alicui, Exigere promissa, Expetere promissa, Flagitare promissum, Facere promissum alicui, Implere promissum, Stare promissis, Seruare promissa, Satisfacere promisso, Repetere promissum, Soluere promissa aliquibus, Manere promissis, quorum omnia testimonia legẽti receptos authores nusquam non occurrent.

Promissio, onis, f. t. uerbale. Cic. 8. Philip. scelerum enim promissio, & ijs qui expectant perniciosa est, & ijs qui promittũt.

Promneſtria, προμνήστρια, Mulier nuptiarum conciliatrix, quæ Latino nomine pronuba dicitur. Nam προμνᾶσθαι inter cætera significat Pronubæ, siue nuptiarum conglutinatricis officio fungi.

Promo, mis, psi, ptum, a. t. Profero, in medium affero, προχειρίζομαι, προβάλλω. Plaut. in Cist. Accipias claues, siquid tibi opus erit promptis, promito. Verg. 2. Aeneid. Latinique cuncti se robore præmunt, Thessandrus, Sibelenusq; duces, id est, educunt. Pecuniam ex ærario promere. Cic. 5. Verr. Quum tibi Senatus ex ærario pecuniam promp sisset, & singulos tibi denarios adnumerasset. Idem 3. de Finibus. Nam in Tusculano quũ essem, uellemq; è bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti, ueni in eius uillam, ut eos ipse, ut solebã, inde promerem. Plin. in Paneg. Iubes quæ sentimus promere in medium. Promere cõsilia, est aperire, palàm facere. Cic. ad Attic. lib. 9. Nunc certe promenda tibi sunt consilia. Huius composita sunt, Depromo, quod est alicũde profero, extraho, declaro. Vergil. 11. Aeneid. & ultricem pharetra depromit sagittam. Plaut. in Amph. Quid faciam nunc, si tres uiri me in carcerem compegerint? inde cras è promptaria cella depromar ad flagrũ? Expromo, proloquor, declaro, & in pectore recondita quasi in lucem profero, ἀποφαίνω. Terent. in Heaut. Nemo est meorum amicorum hodie, apud quem expromere omnia mea occulta audeam.

Prompto, as, frequentatiuum. Plaut. in Bacch. Quia malum si promptet, in dies faciat minus.

Promptus, a, um. Dicitur qui iam paratus est ad agendum, & in quo nulla mora est, quasi iam productus, expeditus, alacer, ardens, ἀπροφάσιστος, πρόχειρος, ἕτοιμος, ὀξύς. Sallustius, Natura ferox, uehemens, manu promptus erat, maximũ bonum in celeritate putabat. Sic dicimus, promptus ingenio, qui ingenium ad omnia paratum habet. Iungitur sæpius accusatiuo cum præpositione ad. Cic. 1. Offic. Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quã ad crimina, &c. Interdum iungitur genitiuo, Gel. lib. 10. cap. 22. Plato ueritatis homo amicissimus, eiusq; omnibus exhibendæ prõptissimus. Per translationem ponitur pro manifesto & aperto, quũ res à secretiore loco educitur ut parata nobis & ad manum sit. Vnde dicimus, Res est in promptu, hoc est, manifesta est, πάρεστι πρὸ ὀδοῦς. Cic. lib. 1. Offic. Quæ quanquam ita sint in prõptu, ut res disputatione non egeat. Sal. Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere. Promptum esse, aliquando legimus pro facile esse. Quintilianus, lib. 9. cap. 1. Neque enim me mouent nomina illa, quæ fingere utiq; Græcis promptissimum est, id est, facillimum. Hinc promptæ res dicuntur, inuentu faciles.

Promptè, aduerb. Alacriter, sine cunctatione. Vnde promptius & promptissimè, προθύμως, προθυμότατα. Plinius Epist. 82. Quare ego uerò Corelliæ adeò promptissimè, nec subire offensas recusabo.

Promptarius, a, um, uel promptuarius, Ex quo aliquid depromitur, ταμιευτικός. Plaut. in Amphit. Inde cras è promptaria cella depromar ad flagrũ. Nam ibi promptariã cellã pro carcere posuit, quia è carcere ad supplicium promũtur noxij.

Promptuarium, rij, n. s. Locus in quo res ad usum necessariæ ita repositæ sũt, ut statim promi ac proferri possint, ταμεῖον. Cato

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cato. cap. 11. Armarium, promptuarium unum, ſcamna lon ga ſex. Pro eodem etiam legitur promptuarium.

Promptitudo, inis, f. t. Eſt facilitas ingenij ad quæuis ex tempo re expromenda, *προόιμία*.

Promus condus, m. ſ. Apud ueteres pro cellario ſumebatur, *ταμίας*. Plaut. in Aſin. Ego ſum promus condus, procurator peni Promus dictus, quòd præeſſet penui promendo: cõdus, quod eum rem in cellam reconderet. Duo enim hæc officia ab eo rem fe. è adminiſtrabantur: licet in potentiorũ ędibus aliquando fuerint diſtincta: unde & nomina ipſa aliquando ſeparatim collocantur, promus, aliquando legimus ſine adiunctione condi. Plaut. Pœnu. Ae depol. feciſti prodigum promum tibi. Colum. lib. 12. cap. 3. Promis quoq; & cellariis aliquid attendentibus, aut metuentibus interuenire. Per translationem dixit Plau. in Trinum. ne admittam culpam, ego meo ſum promus pectori. Apuleius in Apolo Promum librorum appellat illum qui libris promendis præeſt.

Promontorium, rii, Significat montẽ in mari prominen tem unde & nomen accepit, *ἄκρα*. Plin. lib 36. Promonto ria aperiũtur mari, & rerũ natura agitur in planũ. Cæſ. 2. bel. Ciuil. Hic locus duob. eminẽtibus promõtorijs cõtinetur. Cic. 6. Ver. Ab eo oppido nõ longè in promõtorio fanũ eſt Iu

Promonſtra, Prodigia, inquit Feſtus. (nonis antiquũ.

Promoueo, es, a. ſ. Proueho, quaſi ulterius moueo, *προάγω*. Terent. in Eunuch. Moue uerò ocyus te nutrix. S. Moueo. C. uideo. at nihil promoues. Ponitur aliquando pro prolongare, producere tempus. Terent. in And. Quantum hic promoueo nuptias. Aliquando pro proficere. Terent. in Hecy. Abibo hinc, præſens quando promoueo parum.

Promotus, ta, tum, participium, Idem quod prouectus. Stat. 1. Achil. ſuaſq; hyemes claſſis, promota, ſuoſq; Attolit fluctus. Promotus ad dignitatem. Plin. Epiſt. 111. Poſtea promotus ad ampliſſimas procurationes, nulla occaſione corruptus, ab inſito abſtinentiæ amore deflexit.

Promulgo, gas, a. p. Publico, palam pronuntio, quaſi prouulgo. *ἐισφέρω*, *ἐξαγορεύω*. Feſtus, Leges promulgari dicũtur quum primum in uulgus eduntur, & legendæ proponũtur: ut ſicui uideatur, poſſit intercedere. Col. lib. 1. C. Licinius dã natus eſt, qui agri modum, quẽ in magiſtratu rogatione Tri bunitia promulgauerat, immodica poſſidẽdi libidine trãſcendiſſet. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Cato legem promulgauit de Imperio Lentuli abrogando. Idem pro Seſt. De meo reditu octo Tribuni promulgarunt.

Promulgatus, a, um, participium. Cic. pro Muræna, Etenim, ut ait ingenioſus poëta, & author ualde bonus, prælijs promul gatis, tollitur è medio non ſoldm iſta ueſtra uerboſa ſimula tio prudentiæ, ſed etiam ipſa illa domina rerum prudentia.

Promulgator, m. t. Promulgatrix, Promulgatio, Id eſt, diuulga tor, diuulgatrix, diuulgatio. Cicero ad Lent. lib. 1. Subito ex orta eſt neſaria Catonis promulgatio.

Promulſis, idis, f. t. Genus cibi dulcioris, mulſo conſdtum. Cic. Papy. Habuiſſes non hoſpitem, ſed contubernalem. At quem uirum? non eum quem tu es ſolitus promulſide cõficere. Integram famem ad ouum affero: itaq; uſq; ad aſſum ui tulinum opera perducitur.

Promulſidaria uaſa dicuntur quibus promulſis continetur. Scribit Pomponius Iureconſultus legatis uaſis, ſcutellas, & promulſidaria contineri.

Promurale, Murus circum ciuitatis murum ductus, qui & antemurale dicitur, *προβλήμα τείχος*.

Promuſcis. idis, fœ. gen. Manu, ſiue propoſcis elephantorũ dicitur, *προβοσκὶς*. Plin. li. 8. ca. 7. Promuſcidẽ elephantorũ facillimè amputari, Præliorum experimentis patuit.

Pronecto, tis, ere. Stat. 4. Syl. Vidi quam ſeriem morantis æui Pronectãt tibi candidæ ſorores, hoc eſt, in longum tem pus nectant, producant, protrahant.

Pronepos, pen. cor. & Pronepotis, Nepotis filius, & filia. Ci cero 5. Tuſcul. Iouis iſte quidem pronepos. Ouid. 15. Met. ſed enim quia retulit Aiax Eſſe Iouis pronepos: noſtri quoq; ſan guinis author Iuppiter eſt.

Pronomen, inis, n, t, Vna eſt ex octo orationis partibus: ita dicta, quod uice nominis fungatur, *ἀντωνυμία*.

Pronuba, æ, pe. cor. Dicitur quæ nuptiis præeſt celebrãdis, & ex ea parte uxoris, ſicut auſpex eſt ex parte uiri, *προμνήστρια*. Inde Iuno pronuba dicebatur, quia nuptiis præeſſet. Verg. 4. Aeneid. prima & Tellus, & pronuba Iuno Dant ſignum. Flamma pronuba. Claudianus 1. de raptu Proſerp. Iam uicina toro plenis adoleuerat annis Virginitas: tenerum iam pronuba flamma pudorem Sollicitat. hoc eſt, Ingenitus ardor quidã qui ætate matura ad uirgines nuptias prouocat. Pronubæ (inquit Donat.) dicũtur quę nubentes domũ mari ti deducũt, ac comitãtur, & quæ in obſequio nubẽtis ſunt.

Pronubo, Nuptiis præſum, *προμνῶμαι*, uide Nubo.

Pronuntio, as, a. t. Clara uoce, decentiq; corporis motu ali quid profero, *προφέρω*. *ἀποκρίνομαι*. Plin. Epiſt. 114. Nam pronuntiat acriter, ſapienter, aptè, decenter. Ponitur aliquan do, inquit Budæus, pro eo quod expreſſè, & nominatim præ dicere, præfariq; ex bona fide in rebus contrahendis. Vlpian. in lib. 2. de Aedil. edict. ſæpe in ea ſignificatione uſus eſt: & in l. Quod ſi nolit. Qui mancipia uendunt inquit, nationẽ cuiuſq; in uenditione pronunciare debent. Cic. 3. Offic. quũ in uendendo eam rem ſciſſet, & non pronuntiaſſet, emptori damnum præſtari oportere. Aliquando pro nominare. Liu. 4. bel. Pun. Poſtremò uicti confeſſu, & ſeditionẽ metuentes, pronuntiant eos Prætores. Aliquando pro decernere, iudica re, dicere. Plin. Epiſt. 5. At ego ne interrogare quidẽ fas puto, de quo pronuntiatum eſt. Ci. 2. de Pin. Aequam igitur pronũtiabit ſententiã ratio adhibita primũ humanarũ, diuinarũq; rerũ ſcientia, &c. Nonnunquã pro palã & claſſico nũtiare. Curtius, Imminẽsq; Dario iter ad Euphratẽ pronũtiauit Aliquãdo pro palã promittere. Liu. 2. ab Vrbe, Aedẽ Caſtori uouiſſe fertur, ac pronũtiaſſe militi præmia, qui primus, qui ſecundus caſtra hoſtium intraſſet.

Pronuntiatus, a, um, participium. Cic. in Part. Verſus pronuntiatus ſyllaba una breuior, aut longior.

Pronuntiatum, ti. n. ſ. ſubſtantiuum, Propoſitio ueri & falſi ſignificatiua, quæ Græcè *ἀξίωμα* dicitur, Cic. 1. Tuſcul. Omne pronuntiatum, ſic enim mihi in præſentia occurrit ut appel pellarem, *ἀξίωμα*, utar poſt alio, ſi inuenero melius, id ergo eſt pronuntiatum, quod eſt uerum aut falſum.

Pronuntiatus, us, ui, Idem quod pronuntiatio. Gell. lib. 2. cap. 17. Ratio in pronuntiatu maner.

Pronuntiatio, onis. f. t. uerbale eſt, Vocis, uultus, & geſtus moderatio cum uenuſtate, inquit autor ad Herennium lib. 1. Cic. de Inuent. Pronuntiatio eſt ex rerum & uerborum dignitate, uocis & corporis moderatio. Idem 1. de Orat. Quis enim cãtus moderatæ orationis pronũtiatione dulcior in-

Pronuntiator, oris, m. t. Qui pronuntiat. Ci- (ueniri poteſt cero. de claris Orat. Thucyd. enim rerum geſtarum pronun tiator ſyncerus, & grandis etiam fuit.

Pronuper, Valde nuper. *πάνυ ὀλίγος*. Plaut. in Trin. Qua ſpon ſione pronuper tu exactus es pro illo adoleſcente.

Pronurus, huius pronurus, pen. cor. Dicitur uxor nepotis. Ouid. Epiſt. 16. Pronurus & magni Laomedontis ero.

Pronus, ni, m. ſ. Propriè dicitur in anteriorem partem flexus, *πρόφορος*, *καταφορὰς*, *ἐπίρρυτος*. Ouid. lib. 2. Metam. Prona quum ſpectent animalia cætera terram, Os homini ſublime dedit. Per translationem uerò quis dicitur pronus, id eſt, inclinatus ad uirtutes, uel ad uitia, quanquam uſitatius in malam partem accipiatur, *ἐπίφορος*. Nam qui ad uirtutem, aliamũe rem laudabilem naturę inclinatione feruntur, faci les potius dicuntur, ut ex Ciceronis ſententia poſuimus ſuprà in dictione Procliuis. Plin. in Paneg. Nihil eſt tam pronũ ad ſimultates, quàm æmulatio, in fœminis præſertim. Pro nus & ſupinus contrarira. Plinius. lib. 7. cap. 17. & lib. 28. cap. 4. Supini cubitus oculis conducunt, ac proni tuſſibus. Pronũ mare, littori uicinũ dicitur, ſicut altũ quod lõgius abeſt à littore. Veril. 5. Aeneid. uentiſq; uocatis Prona petit maria. id eſt, littori uicina. Dicitur & Pronis in tertia declinatione ut apud Terentio in Phormione, Alia trabs pronis in humum accedens proximè frangit ramos cadẽtes. Et dicimus Pronus huic rei, Colum. lib. tertio, capite ſecũdo, Aquiloni prona. Et Pronus ad hanc rem. Idem lib. 2. cap. 9. Campo patente, & ad ſolem prono.

Pronitas, atis, Seneca in Præfat. Declam. Neſcio qua iniquitate et ad malum pronitate naturæ eloquentia ſe retro tulerit.

Procœconomía, miæ, *προοικονομία*. Figura poëtis familia ris de qua ſic Ser. in illũ uerſum Verg. 1. Aen. & Libyæ defixi lumina regnis. Pulchra procœconomia, id eſt, diſpoſitio car minis. Vituperabile enim fuerat, ſi ex abrupto tranſitum fa ceret. Inducit enim hic Iouem de rebus humanis cogitãtẽ, & Africam reſpicientem, ad quam uenere Troiani.

Procœmium, ii, n ſ. *προοίμιον*, Latinè initiũ, uel exordiũ, ſi ue præfatio dicitur: ex *πρὸ* & *οἶμη*, propterea quod præcipuũ, legitimumq; carmen ſoleat præcedere. Propriè enim procœ mium dicebatur quod à citharœdis certamen inituris præ cini ſolebat. Quanquam deinde etiam orationum exordia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hoc nomine dici cœperũt. Nam ſicut citharœdi pauca quędam antequam legitimum carmen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt: ſic oratores nonnulla priuſquam cauſam exordiantur, ad cõciliandos Indicũ animos præloquuntur: quæ illorum imitatione proœmia appellarunt. Cic. 2. de Legibus. Habes legis proœmium, ſic enim hoc appellat Plato. Cicero ad Atticum, lib. 16. De Gloria librum ad te miſi: & in eo proœmiũ, id eſt, quod in Academico tertio. Id euenit ob eam rem quod habeo uolumen proœmiorũ: ex eo eligere ſoleo, quum aliquod σύγγραμμα inſtitui. Quint. lib. 3. cap. 9. Inde monſtratiuis uerò proœmia eſſe maximè libera exiſtimat Ariſtot. Per translationẽ accipitur pro quouis principio. Iuuen. Sat. miſere cognoſcere proœmia rixæ.

Proœmior, aris, Quod eſt exordior, προοιμιάζω. Plin. Epiſt. 27. Proœmiatur aptè, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelsè: poſtremò docet, delectat, afficit.

Propago, ginis, f. t. & propages, gis, pen. prod. Vitis uetula & ſuppreſſa, ut ex una plures fiant: dicta quod porrò pangatur, id eſt, longè figatur, παραφυὰς. Verg. 2. Georg. preſſos propaginis arcus. Vbi prima producitur: unde & geminato p, quidam ibi ſcribendum exiſtimant more ueterum poëtarum, qui quoties primam dictionis huius ſyllabam producebant, duplicabant p, ut etiam annotauit Erythræus. Vſitatius corripitur, ut ex ſequentibus Poëtarum exemplis manifeſtum eſt. Cic. de Senect: Malleoli plantæ, ſarmẽta, uites traduces, ꝓpagines. Plin. lib. 14. cap. 1. Vis uitium omnis euocatur in palmites, aut deprimitur in propagines. Horatius 2. Epod. Ego adulta uitiũ ꝓpagine Altas maritat populos. Ali quando ſignificat genus, ſtirpẽ, progeniem. Verg. 12. Aen. Si Romana potens Itala uirtute propago. Ouid. 3. Faſtor. Non hæc ille deus, tãtæq; propaginis author Credidit officijs eſſe minora ſuis. Lucret. lib. 4. At conſueta domi catulorũ blanda propago. Propages (inquit Nonius) eſt ſeries & affixio cõtinua, uel longè ducta. Pages enim compactio: unde compages. Pacuuius, Saluere gemina mea propages ſanguinis. Propago liberorum. Plin. lib. 7. cap. 14. Qua de cauſa aliorũ eius liberorum propago Liciniani ſunt cognominati.

Propago, as, a. t. pen. prod. Vitem uetulam ſupprimo, ut ex ea una plures fiant, παραφύω. Cic. in Catone maiore, Propagatio uitium, ſarmentorumq; ea quam dixi, &c. Cato cap. 32. Vites propages in ſulcos. Per tranlationẽ ponitur pro extẽdo, dilato, protraho, profero, prolato, ἀναβάσσω, παρατείνω. Sueton. in Caligula, cap. 29. Prætorium uirum ex ſeceſſu Anticyræ, quam ualetudinis cauſa petierat, propagari ſibi commeatum ſæpius deſiderantem, quum mandaſſet interimi. Id eſt, produci, proferri ſibi commeatum. Cic. 7. Verrin. Quum ipſe ſui generis initium ac nominis ab ſe gigni & propagari uellet, hominum potentiſſimorũ ſuſcepit inimicitias. Idem pro Seſtio, Hæc monumentis Annalium mandantur, poſteritati propagãtur. Idem 2. Offic. Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur.

Propagatus, a, um, participiũ, Cic. 4. in Catil. Memoria Conſulatus mei propagata.

Propagatio, onis, uerbale. Cic. 1. Offic. Quæ propagatio & ſobolis origo eſt rerum publicarum. Idem Luceio, lib. 5. Vita in qua nihil inſit niſi propagatio miſerrimi temporis.

Propagator, oris, Cic. ad Attic. lib. 8. Ille riſtituendi mei, quàm retinendi ſtudioſior: ille prouinciæ propagator, ille abſentis in omnibus adiutor. De Pompeio.

Propālam, pen. cor. Id eſt clarè, apertè, & in propatulo, ἀπὸ τῆς φάσεως. Cic. lib. 1. Orat. Non explicata ueſte, neq; propoſito argento, neq; tabulis, & ſignis propalam collatis.

Propalo, as, pen. cor. Si apud idoneos ſcriptores inueniatur, idem erit quod aperire, manifeſtare, & palã facere, φανερόω. Nam quod Calepinus exiſtimauit idem etiam ſignificare q in lõgum creſcere, deceptus eſt corrupta Columellæ lectione ex lib. 13. cap. 7. ubi ſic legit, Deinde ex eo ſulco, quaſi ramos foſſarũ facies, per quos ut quæq; uirga poſtulauerit, propaletur, atq; in terra adoperies. Ibi enim propagetur legendum conſtat, non propaletur.

Propatruus, Frater proaui, qui & patruus magnus dicitur, προπατράδελφος.

Propatulus, a, um, adiectiuum, Latè patens, atq; apertum quaſi porrò patulum, προφανὴς. Cic. 6. Verr. Ante ædẽ Cereris in aperto ac propatulo loco ſigna duo ſunt, &c. In propatulo, aduerbialis formula eſt, pro palam, Salluſtius Viros muliebris pati mulieres pudicitiam in propatulo habere, id eſt, in publico.

Propè, præpoſitio eſt compoſitionem non admittẽs, Idem ualet q iuxta ἐγγὺς, Curtius, Quum propè id oppidũ copiæ conſtitiſſent. Sine caſu, aduerbium eſt eiuſdẽ ſignificationis cum præpoſitione. Terent. in And. Propè adeſt, quũ alieno more uiuendũ eſt tibi ſub tẽpus. Ponitur aliquando pro aduerbio ferè, ſeu quaſi. Plinius, Et in foribus templi propè collapſus expauet. Interdum, ex propinquo ἐγγύθεν. Mart. lib. 1. Hic ſydereus propius uider aſtra coloſſus.

Propior, propiõris, & hoc Propius, comparatiuum, Propinquior, ἐγγύτερος. Cic. pro Quint. Tibi me propior nemo eſt, Ouid. Epiſt. 3. Ille gradu propior ſanguinis, Ille comes. Plautus in Trin. Tunica propior pallio eſt. Cic. 1. Tuſc. Veniunt inde ad propiora. 3. Carm. Ode. 15. Maturo propior deſine funeri. Interludere uirgines, de ſene. Ouid. Epiſt. 15. Exemplo tangi non propiore potes. Cic. pro Seſt. Omnia ſua ſibi propiora eſſe pericula, quàm aliena. Verg. 9. Aen. mea quẽ ſpatijs propioribus ætas inſequitur. Propius uerò, id eſt, ueriſimilius. Liu. lib. 4. ab Vrbe, Capuamq; ab duce eorum Capye, uel (quæ propius uerò eſt) à campeſtri agro appellatum.

Propius, compaꝛatiuum aduerbium Plaut. Bacch. Cedo manum ac ſubſequere propius me ad fores. Liuius, Caſtra propius hoſtem mouit. Vt propius uentum eſt, Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 7. Nihil propius factum eſt, id eſt, parũ abfuit, quin hoc, aut illud factum fuerit. παρὰ πόδα, παρ' ὀλίγον, παρ' ὀλίγα. Cic. in Verrem, Nec quicquam factum eſt propius quàm ut uiuus comburereturr.

Proximus ſuperlatiuum, Propinquiſſimus, maximè uicinus, ἐγγύτατος. Ouid. 1. de Arte, Proximus ad dominam, nullo prohibente, ſedero. Ibidẽ, Proximus huic labor eſt, placidam exorare puellã Terent. Hecy. Deſpondent ei gnatã huius uicini proximi. Cic. Attic. lib. 2. Arrius proximus eſt uicinus: imò ille quidem iam contubernalis. Terent. in Eunu. Illum liquet mihi delerare his menſibus Sex uel ſeptem prorſum non uidiſſe proximis. Id eſt, præteritis, inquit Donatus. Ter. in Adelph. Proximus mihi genere. Veteres tamẽ non ſolùm propinquum, & nobis hærentem, proximũ dicebant, uerũ etiam longè remotum: ſi tamẽ inter duo diſcreta nihil medium extitiſſet. Vergil. 5. Aeneid. Proximus huic, longo ſed proximus interuallo. Aliquando ponitur pro maximè propitio. Varro. Gradiuum teſtor, qui Deus eſt nobis omniũ proximus. Interdum non habet uim ſuperlatiui, & propinquum ſignificat, quapropter comparatiũ facit, Pxoximior, quod propinquiorem ſignificat. Veget. Proximior & dextra ſit, quæ palam poſſet inferre. Vlpian. ad Edictum ædil. Siquis proximior naſceretur cognatus.

Proximè, aduerbiũ, ἐγγύς. Cic. Luceio 5. Literæ quas à te proximè accepit. Idẽ 11. de Nat. deor. Is quẽ proximè nominauit. Nõnunquam habet & accuſatiuum, quemadmodũ & cætera à Propè præpoſitione deiuuata. Idem Attico lib. 6. Habere exercitũ quã proximè hoſtem. Idem Attico lib. 5. Quare nihil eſſe neceſſe, quàm proximè Italiam eſſe. Eidem lib. 1. Proximus Pompeium ſedebam. Propius urbem mouent, ἐγγυτέρω, Salluſtius, proximè Hiſpaniam Mauri ſunt.

Proximitas, atis, f. t, ἀγχιστεία. Ouid. de Arte, Et lateat uitiũ proximitate boni. Idem de Nuce, Meq; ream nimiæ proximitatis agi. Quint. lib. 3. cap. 8. Sed eam plures petant, uel eodem iure, uel proximitatis, uel diuerſo: ut quum hic teſtamento, ille proximitate nitatur.

Propecto, is, xi, xum, In longum pecto: unde propexus, a, um, ut, Barba propexa. Ouid. 1. Faſt. Ille manu mulcẽs propexam ad pectoram barbẽ. Verg. 10. Aeneidos propexam in pectore barbam.

Propĕdĭẽm, aduerbium temporis, idem ualens quod breui, uel poſt paucos dies, ἐν βραχεῖ. Terent. in Heaut. Et illum tibi ſalutum affecturum eſſe hic confido. Cic. Attic. lib. 6. Ego ut ſpero, propediem te uidebo.

Propello, is, puli, pulſum, a. t. Longè pello, procul amoueo, ἀνέργω. Cæſar 5. bel. Gall. Varenus gladio cominus rem gerit: atq; uno interfecto, reliquos paulum propellit. Lucan. lib. 3. Propulit, ut claſſem uelis cedentibus Auſter incũbens, mediumq; rates tenuere profundum. Liuius 10. belli Maced. Periculum uitæ propellere à me potes, puniẽdos eos qui ad me interficiendum ferrum ſumpſerunt. Orationem remis propellere, per translationem. Cicero quarto Tuſc. Quærebam igitur utrum panderem uela orationis ſtatim, an eam antè paululum dialecticorum remis propellerem.

Propulſus, a, um, participium, Lucan. l. 7. cernit propulſa cruore Flumina.

Propulſo, as, frequentatiuum, Significat arceo, depello, quaſi procul pulſo, ἀπωθέω, ἀναπίμπλα, ἀποκρούω, ἀμύνομαι. Liu. lib. 1. Tamen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tamea quum mœnibus bellum propulsare posset, in aciem copias educit. Terent. And. Nã quod tu speras, propulsabo facilè. Cicero pro Cluent. Displiceatne mihi legum præsidio à capite periculum propulsare.

Propulsatio, onis. Cic. pro Sylla, Cum huius periculi propulsatione coniungam defensionem officij mei.

Propulsator, oris. Vale. Max. lib 7. cap. 9. Autorem harũ rerum beneuolentia, propulsatorem odio insecutus.

Propĕmŏdum, Id est, penè, ferè, fermè, quasi propè mensuram, ἀλίγου δεῖν. Plaut. in Truc. Propemodũ expertæ estis quàm ego sim tranquillus usq; homo.

Propempticon, προπεμπτικὸν, Latinè comitatiuũ, à προπέμπω, comitor, præmitto. Vnde est titulus apud Sidoniũ, Propempticon ad libellum.

Propendeo, es, n. s. Inclinor, deorsum uergo: propriè; dicitur de lance statera præponderante, ῥέπω. Cic. 5. Tusculan. Qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa: tantùm propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat. Propendere aliquã inclinatione uoluntatis. Cic. 2. de Orat. Necesse est ut inclinatione uoluntatis propendeat in nos. Propendere uerò pen. cor. est diu, siue multum aut diligenter ponderare, aut examinare. Quintilianus, Dabã his otiũ, refrigerato inuenti onis amore, diligentius repetitas tanquã propendere.

Propendẽs, tis, om. t. Demissus. Colu. li. 7. cap. 12. Probatur quadratus potius, quàm longus, aut breuis, capite tam magno ut corporis uideatur pars maxima, deiectis aut propẽdentibus auribus. De cane uillatico.

Propensus, a, um, Vehemẽter inclinatus, ὑπερῤῥέπων, προσπεπονθὼς. Cic. 3. de Finibus. Ita non solùm ad discendum propensi sumus, uerumetiam ad docendũ. Idem 1. Offic. A quo enim expeditior, & celerior remuneratio fore uidetur, in eũ ferè est uoluntas nostra propensior. Idem. Offic. Quinetiam si quis est paulò ad uoluptatem propensior. Aliquãdo idem est quod propendens, prominẽs, siue extensus, ἐκτείνων. Persius, quum tibi Calue Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. Vbi Cornut⁹ interpres, Quũ tu ô Calue Senator, abundantia ciborum pinguis sis, & uentrẽ habeas ultra sex pedes extensum. Inde propensa munera, id est, multa ac magna. Plaut. in Truc. Miles aduenit, natiq; causa dat propensa

Propensè, aduerbiũ, Id est, ex animo. Lentulus ad (munera. Senatũ, lib. 12. Vt hanc concordiam, & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem porpensè non crederent esse factam.

Propensio, onis, Animi inclinatio. Cic. 4. de Finib. Qui nulla in re nisi in uirtute, aut uitio propensionem, ne minimi quidẽ momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret.

Prŏpĕrŏ, as, n. p. pen. cor. Festino, accelero, celeritate utor: à propè, ut putatur, dictum, σπεύδω. Terent. And. Propera, accerse, hinc qui auferat eam. Cicero Cornificio, li. 10. Atque inde uentis, remisq; in patriã omni festinatione properaui. Ouid. 10. Metam. sedem properamus ad unam. Verg. 7. Aen. quem regia coniunx Adiungi generum miro properabat amore. Sallustius, Quà illi discessus erat in Galliam properanti. id est, celeriter euenti. Properare item dicitur qui festinanter aliquid agit, uel dicit. Vergil. 1. Georg Multa forent quæ mox cælo properanda sereno, Maturare datur. Nonius, Festinare & properare uetteres diuiserunt. Cato, Qui unum quid maturè trãsigit, properat: qui multa simul incipit, nec perficit, festinat. Verum utraq; uerborum ratio sub hac significantia proxima est ueritati, ut sit sæpe animi properare, studiosè ad res aliquas contendentis: festinare, corporis necessitati obsequentis. Verg. lib. 4. Aen. Et medijs Aquilonibus ire per altum. Et lib. 2. Festinate uiri: nã quæ tàm sera moratur Segnities? Hæc Nonius. Huius composita sunt, Appropero, quod est iuxta propero, κατασπεύδω. Cicero pro Milone. Quum hic insidiator qui iter illud ad cædem faciendam approperasset. Depropero, ualde seu celeriter ꝓpero, properanter facio. Horat. lib. 2. Carm. quis udo Deproperare apio coronas, Curatúe myrto? Impropero, intrò propero, festinanter ingredior. Plin. lib. 16. Intus labyrinthum inextricabilẽ, quò si quis improperet sine glomere lini, exitum inuenire nequeat, Aliquando est crimen uel aliquid aliud obijcere, ἐνεδίξαμι. Vnde improperium. Sed de hoc plura suo loco.

Properatio, onis, f. t. Idem quod festinatio, σπουδὴ. Cicero lib. 2. Epist. Sed ad properationem meam nõnihil inter est, non expectare donec ad locum uenias. Cicero Tironi libro 16. Epist. Nam quæ parcius frater præscripserat, uerecundia uidelicet & properatione.

Properatò, aduerbium, Festinãter, præpropere σπουδῇ. Tacit. lib. 13. Neque nimis properatò Narcissus Claudii libertus ad mortem agitur. Properatò opus est, pro Properare. Cic. pro Mil. Primum errat nihil cur præparatò opus esset.

Properantia, æ. f p, Festinatio, σπουδὴ. Sall. in Iug. Neq; ex tanta properãtia tam facilè tractũ bellum socordia magis quã dolo crederent.

Properatim, pen. prod. aduerbium. Celeriter, σπουδῇ. Cæcilius, Properatim in tenebris istuc confectum est opus. Nonius.

Properanter, aduerbium factum à participio properans. Idem quod festinanter, σὺν σπουδῇ. Accius Telepho, Remisq; nixi properanter nauim in fugam trahunt. Lucret. lib. 5. Vsque adeo properanter ab omnibus ignibus eius.

Properiter, κατὰ σπουδῆν. Catullus, Animula miserrima properiter abit. Pacuuius Teucro, ut citat Nonius, Mihi classem imperat Thessalũ, nostrãq; in altũ ut properiter deducerẽ.

Prŏpĕrŭs, a, um, pen. cor. Idem quod celer, σπουδαῖος. Plautus, Properam uideo ancillam ueniẽtem. Iræ properus. Tacit. li. 11. Si præuenirent Claudium, ut insidijs incautum, ita iræ properum. Cursus properus. Ouid. Epist. 16. Gressus properus. Valer. Flacc. 4. Argon. Pede propero sequũtur ducem, Catullus. Oblatæ occasionis propera, Tacitus libro 12. de Agrippina. Hinc fit Properior, properrimus, & compositum Præproperus.

Properè, aduerbium, Celeriter, σπουδαίως. Sallust. Tum properè Consul ducit exercitum. Verg. 6. Aenecid. His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ.

Propetron, as, n. p. pen. corr. Est mã dare ut aliquid perficiatur, teste Festo. Accius, Agè uerò, ꝓpterea quod cœpisti fieri.

Propexus, uide Propectο.

Profanus, uide Prophanus.

Propheta, æ, & Prophetes, æ, mas. gen. προφήτης, Qui futura prænuntiat à se primum intellecta. Nam qui spiritu pythonico, aut furore correpti, futura prædicunt, Prophetarũ nomen non merentur. Veteres (ut inquit Festus) antistites fanorũ, oraculorumq; interpretes, Prophetas dicebant. Huius fœminini est Prophetissa, mulier diuino instinctu futura prædicens, προφῆτις.

Prophetia, æ, προφητεία. Est inspiratio, uel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili ueritate denuntians.

Propĭno, nas, pen, prod. πρόπινω. Præbibo, poculũ prægusto, & deinde altari trado. Plaut. in Curc. Propino magnũ poculum, ille bibit. Quæ cõsuetudo inde initiũ habuit, quo Græci in solẽnioribus compotationibus quas philotesias appellabant, aurea argentea; pocula proferri, & uino impleri iubebant, eaq; prægustata, cui uisum esset, dono offerebãt, Πρὸ πίνειν, inquit Pindari interpres, ἐπὶ κυρίως, ἅμα τῷ πόματι καὶ τὴν φιάλην φαρίζεσθαι. Ci. 1. Tus. Quo sonitu reddito, arridẽs, Propino, inquit hoc pulchro Critiæ, qui in eum deterrimus fuerat. Græcis enim in cõuiuijs solebãt nominare cui poculum traditurì essent. Mart. li. 6. Nemo ꝓpinquabit Calliodore tibi Iuuen. Saty. 5. quando propinat Virro tibi? Propinare salutem. Plaut. Stich. Propino tibi salutẽ plenis faucibus. Demosthenes eos qui patriã produnt, προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς, hoc est, propinare hostibus dicebat. Interdum est simpliciter porrigere. Terent. in fine Eunuchi. Hunc comedẽdum uobis propino. Plinius libro 20. Quidam ad uuluæ dolorem radicem cum uino dulci propinant.

Propinatio, onis, uerbale, Actus ipse ꝓpinandi seu probibendi πρόποσις. Seneca de benefic. cap. 21. Ego ab eo beneficiũ accipiam, à quo propinationem accepturus non sim?

Propinator, oris. Ouid. 1. de Arte, Inde propinator nimiũ quoque multa propinet.

Propinquus, a, um. Quod propè est, πλησίος. cui opponitur lõginquus. Terẽt. in Eunu. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Nonnunquam idem est quod cõsanguineus, uel sanguine coniunctus, ὁ ἐγγὺς ἢ γένει, ὁ καθ' αἷμα προσήκων, Cicero Cæl. lib. 2. Epist. Virginius propinquus tuus familiarissimus noster.

Propinquitas, atis, f. t. modò sanguinis coniunctionem significat, ἀγχιστεία. Cic. de Amic. Addiscãtq; sibi quasi propinquitate coniunctos, atq; natura. Modo loci uicinitatem. Idem tertio Offic. Nimis enim eminebat propter propinquitatẽ Aegineta Piræo.

Propinquè aduerbiũ, πλησίον. Plaut. in Truc. Atat eccam ad est propinquè, &c.

Propinquo, as, n. p. Propinquus fio, aut propè accedo, ἐγγίζω.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Verg.1.Aen.Iamq; propinquabã portis, omnemq; uidebar Euasisse uiam.Ibidẽ,Nate exclamat,fuge nate,propinquant. 9.Aen.nã lux inimica propinquat.A quo fit Appropinquo, de quo suprà,παραβάλλω,προσπίλω.

Propior,uide Prope.

Propitius,a,um,Placidus,fauensq; à propè, & ito, itas, ut ut quidam aiunt,ἵλεως. Nam qui nobis fauent,propè nos ire corsueuerũt.Vel dicitur Propitius,quasi prorsus pius: aut porrò,id est ualde pius,authore Nonio.Plaut.in Mercur. Tã propitiam reddam, quàm quĩ propitia est Iuno Iouis. Idem Amph.Et tibi,& tuis omnibus propitius cæli cultor aduenit.Cic.pro Cælio.Huic homini ego fortasse, & pauci, deos propitios,plerique autem iratos putabãt. Idem in Epistola ad Octauium.perq; fortunam populi Romani,quę quanquam nobis infesta est,fuit aliquando propitia.

Propitio,as,siue Propitior,aris,Propitium reddo.placeo,ἱλάσκομαι.Plaut.in Pœn.Illud faciet, nisi te propitio. Suet. in Otho.cap.7.Per omnia piaculorum genera manes Galbæ, à quo deturbari, expelliq; se uiderat,propitiare tẽtasse. Propitiare,aliquid cõciliare,seu dare.Curt.lib.4. Ille capite uelato uerbenas manu præferẽs,precibat preces,Regis,Ioue Minerua{q;} uictoriam propitiante. Propitiare animi solicitudinem,est lenire. Pli.lib.28.ca.2.Alius saliua post aurem digito relata solicitudinem animi propitiat.

Propitiabilis,inquit Nonius, Id est,pronus ad propitiandum. Ennius,Animus huic est propitiabilis. Propitiabilis hostia id est,apta propitiationi.

Propitiatorium, rij.n.s.Quod nobis aliquẽ propitium reddit, placidum,& fauentem,ἱλαστήριον. Erat & tabula quædam, qua cooperiebatur arca Testamẽti:de qua in Exodo legitur Facies & propitiatorium de auro mundissimo.

Proplastice,ces,προπλαστική. Ars faciendi typos ex argilla, cretaúe quos in æneis, marmoreisq; operibus artifices sibi proponunt imitandos. Ponitur & figuratè pro ipsis typis. Plin.lib.15.cap.12.Arcesilai proplasticen pluris uenire solitã constat ab artificibus ipsis,quàm aliorum opera.

Propnigeon,προπνιγεῶν,Os furni,siue præfurniũ. Græcis enim πνιγεὺς,furnũ significat,siue caminum: ἀπὸ τῆς πνίγης, hoc est,à suffocando,quod ignis in eo suffocetur.Plinius.Epistola.41.Adiacet unctorium hypocaustõ, adiacet propnigeon balinei.

Propola,æ,pe.pro,μεταβολεύς,προπώλης Negotiator,qui merces præmit minoris,ut postea pluris uendat:πρὸ enim antè πωλέω uendo. Cicero contra Pisonem,Pistor domi nullus, nulla cella,panis,& uinum à propola,atque decuppa.

Propolis,huius propolis.pen. cor.πρόπολις.In apum operibus dicitur tertium ceræ fundamentum, ex crassiore,tenaciore{q;} constans materia frigoris,iniuriæq; omnes editus obstruens,fauos{q;} stabiliens.Plin.lib.11.ca.7.Prima fundamenta operis,comosin uocant periti:secunda,pissoceron:tertia, propolin inter ceria, corasq; magni ad medicamina usus.Nigra crusta est prima,saporis amari.Pissoceros super eam uenit,picantium modo,ceu dilutior Ceræ initium plerunq; è mitiore gũmi.Propolis crassioris iam materiæ,additis floribus nondũ tamen cera, sed fauorum stabilimentũ, quo omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruũtur, odore etiãnum graui,ut qua plerique pro galbano utantur.Idem lib.24. ca. 8. Populi ferunt in folijs guttã ex qua apes propolim faciunt.

Propomata, dulces prælibationes ex uino, & melle præparato.

Propono,nis,sui.situm,3.t.Interdum idem est quod ad eo medendum appono,προτίθημι.Plin.lib.10.cap.50. Cœnarũ interdictis inuenio exceptum,nequid uolucrum proponeretur,præter unam gallinam. Aliquando in publico ponere.Plin.lib.35.Idem perfecta opera {p}ponebat in pergula transeuntibus. Aliquando ante oculos ponere. Cic. de Inuent. Qui leges scribunt,utilitatẽ Reipublicæ,proponere sibi debent.Idem lib.1.Epist.Omnib. propositũ esse debet cũ dignitate otiũ.{I}nterdũ exponere,& obijcere.Cic.Titio,li.5.Epist. In animo habere debemus homines nos ut esse memineri-mus ea lege natos,ut omnibus telis fortunæ {p}posita sit uita nostra. Proponere prẽmiũ,est in medio ponere ut fiat uictoris,aut promerẽtis.Cic.Quis est qui tãtis propositis præmiis non excitetur? Proponere item Oratores dicũtur,quĩ ea de quibus dicturi sunt,paucis ante enumerãt.Cic. de Claris Orat.Curio quum tria proposuerat,aut quartum addebat,aut tertium quærebat. Idem pro Lege Man. De tribus enim quæ proposui,hoc extremum est. Proponere animo,est cõstituere,& deliberare,προαιρέμαι,Seneca,id in primis animo proponendum,ut rectè uiuamus.

Propositio,onis,f.t. A Rhetoribus appellatur ad cuius probationem omnia diriguntur argumenta. Solent enim oratores breuiter præponere id circa quod totius negotii cardo uersatur,idq; deinde argumentis confirmare.Autor ad Herennium libro secundo,Propositio dicitur per quam ostendimus summatim quid sit quòd probare uolumus. Cicer. de Inuent.Propositio est per quam breuiter locus is exponitur,quo omnis uis oportet emanet ratiocinationis.Recentiores Dialectici propositionem usurpãt,pro oratione significatiua ueri uel falsi,quam Cicer. Enuntiationem,siue Pronuntiatum,Græci ἀξίωμα appellant.

Propositum,ti,n.s.Dicitur quod mente statutum est,& intentio hominis,προαίρεσις,σκοπὸς,πρόθεσις,ὑπόθεσις. Plin.Hoc ei propositum erat, uel superare,uel cedere. Ouid.10.Metam. Propositiq; tenax quodcunq; est,orat ut ipsi indicet. Venustè autem dicimus,quempiam auerti à proposito:Declinare à proposito: Egredi à proposito:Nulla re à proposito deterreri posse:Permanere in proposito:Fugare aliquem à proposito alicuius rei:Aliquid ad propositum pertinere. Exempla passim occurrent studioso.

Proportio,onis,f.t. Est duarum rerum inuicem facta comparatio,λόγος,ἀναλογία Cic.de Vniu.Id optimè assequitur, quæ Græce ἀναλογία,Latinè (audendum est enim, quoniam hæc primum à nobis nouantur)comparatio,proportio dici potest.Idem 6.Verr.Vt hoc liceret suspicari fuisse alli quando apud Siculos perequa proportione cætera.

Propositio,uide Propono.

Proporro,Vlterius,uel præterea.Luc.lib.2.Et sibi proporro quæ sunt primordia quærunt.

Proprætor,oris,m.t.Qui Prætoria autoritate extra ordinem ad prouinciam administrandam mittebatur.Cic.2.de Diuin. Quàm multi anni sunt, quum bella à Proprætoribus, & Proconsulibus administrantur.

Proprius,a,um, A prope fit:& dicitur quod peculiare est uniuscuiusq;,ἴδιος.Hoc enim maximè propè est quod proprium est.Vergil.7. Aen.Hunc mihi da proprium uirgo sara Nocte laborem. Aliquando accipitur pro stabili,diuturno Sisen.At qui metu,& suspicione propriam habere quietem non poterat.Plautus , Atq; illum amatorem tibi proprium futurum uita.Id est,perpetuum.Verg.6.Aen. propria hæc si dona fuissent. Dicimus eleganter,aliquid proprium esse oratori,uel epistolæ:hoc est,quod maximè obseruari debet, & conuenit oratori aut epistolæ.Cic.ad Qu.Fr.Hoc est,epistolæ proprium,ut is ad quem scribitur,&c.Dicimus quoq; aliquid esse proprium alicuius:hoc est,illi ascribi,per translationem.Cic.pro Rosc.Amer. Quicquid maleficii, sceleris, cædis erit,proprium id Rosciorum esse debebit. Proprium & Commune contraria.Cic.in Cat. Maior, Ad id quidem non proprium senectutis est uitium,sed commune ualetudinis. Construitur cum genitiuo,ut patet ex superioribus exemplis:& cum datiuo,Quin.lib.1.Propria est nobis,mentis agitatio,atq; solertia.

Proprietas,atis,ἰδιοτισμὸς,ἰδιότης,Cic.in Acad.Singularum rerum singulæ proprietates sunt.

Propriè,Quod est peculiariter,ἰδίως, κυρίως.Ci.de Orat.Quã propriè de unoquoq; dixit.

Propririm,pe.pro.Antiqui dicebant pro porpriè,teste Nonio, ἰδίως.Luc.lib.2.Quid? genus humanum propritim de quibus auctum est.

Propter,Præpositio est causam significans:quæ nonnisi seq; parata legitur,διὰ.Cic.ante exilium,Non {p} turpidine uitæ non pro magnitudine scelerum, non propter reliquæ uitæ tis infamiam pœnas iure & lege persoluo.Ver.4.Aen.Te propter Libyæ gentes,Numidumq; tyránique Odere,id est,tui causa.Aliquando idem significat quod propè. Terent.in Adel. Nimium istoc abisti,hic propter hunc assiste.Ouidius,Propter humum uolitat,ponitq; in sepibus ouæ. Lucretius,tũ portam propter ahena Signa manus dextras ostendunt attenuari. Sine casu positum,migrat in aduerbium. Cicer.4. Verr.Etenim propter est spelunca quædam.

Propterea,Significat ob eam causam:sicut quapropter, {p}pter quã causam,διὰ τοῦτο,τοῦτο ἕνεκα.Tere.in And.Ego uitã deorum propterea sempiternã esse arbitror.Propterea q, idem ualet quod ideo,quia,ἀνθ' ὧν.Cic.1.Acad.Si notionem ueri & falsi,propterea qui nõ possint internosci nullã habemus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Propudium, n. ſ. Rem pudendam ſignificat, teſte Budæo: quaſi porrò, id eſt, ualde pudendum, uel à quo pudor, & pudicitia procul ſint, αἰσχρόν. propudia uirorũ, apud Plin. lib. 38. cap. 8. Plautus quoq; meretriculam propudium uocat.

Propudioſus, a, um. Cuius nos meritò pudeat. Sidonius, Igitur hic proximè abrupto contubernia ancillæ propudioſiſſimę, cui ſe totum conſuetudine obſcœna abdixerat. Id eſt, impudendiſſimæ. Gell. lib. 2. cap. 7. Sed enim ſi imperet uxorẽ duceret infamem, propudioſam, criminoſam.

Propugno, as, a. p. Pugnãdo defendo: protego, ὑπερασπίζω, προμάχομαι. Plin. lib. 12. cap. 19. Caſia circa paludes, propugnante unguibus diro ueſpertilionum genere, decutitur. Cic. 1. Offic. Propugnare pro æquitate. Idem pro Rabir. Teſtor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non ſecus ac pro patrijs fanis atq; delubris propugnandũ putare. Per tranſlationẽ accipitur pro eo quod eſt uerbis, uel oratione, commoda, uel dignitatem alicuius defendere. Cic. 1. de Inuent. Qui uerò ita ſe armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriæ, uerùm propugnare poſſit, &c.

Propugnator, m. t. πρόβολος, προβιβλιμαῖος. Liu. li. 4. Quid à uobis ſperetur, an honores, quos aduerſarijs ueſtris potius, quã Reipublicæ propugnatoribus datis? Cæſ. 7. bel. Gall. Nec illi prius eſt à propugnatoribus uacuus relictus locus.

Propugnatio, onis, fœ. t. uerbale. Cic. Licinio li. 5. Suſcepiq; mihi perpetuã propugnationẽ pro omnibus ornamentis tuis.

Propugnaculũ, culi, n. ſ. Eſt arx, uel moles, aut alius locus munitus, propugnandæ, hoc eſt, defendẽdæ urbi, uel caſtris idoneus, προβολή, ἔπαλξις. Verg. 4. Aen. propugnaculo bello Tuta parant. Cic. pro Font. Eſt in cadã prouincia Narbo Martius, colonia noſtrorũ ciuiũ, ſpecula populi Romani, ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum.

Propulſo, uide Propello.

Proquæſtor, oris, maſ. t. Qui quæſturam extraordinariam gerit, ſiue qui quæſtoris authoritate accepta mittitur in aliquam regionem, ἀντιλαμίας. Cic. in Acad. Nec uerò ineunte ætate ſolùm, ſed & proquæſtor aliquot annos. Idem 4. Acad. Quum Alexandriæ Proquæſtor eſſem.

Prora, ræ, f. p. πρῷρα, Anterior pars nauis. Liuius 4. belli Punici. Ferrea manus firmæ catenæ illigata, quum iniecta proræ eſſet, &c. Verg. 5. Aeneid. ſed cœca Menœtes Saxa timẽs, proram pelagi detorquet ad undas. Idem 5. Aeneid. illiſa prora pependit. Prora & puppis, prouerbiali metaphora dicitur de eo in quo negotij totius cardo uertitur. Cic. ad Tironem, lib. 16. hanc paræmiã refert his uerbis, Mihi prora & puppis (ut Græcorum prouerbiũ eſt) fuit à me tui dimittẽdi, ut rationes meas explicares. Vide Eraſmum in Chiliadibus.

Proreta, tæ, m. p. penult. prod. Dicitur qui cuſtos eſt, & gubernator in nauis prora, πρωρεύς. Plaut. in Rud. Si tu proreta iſti nauis es, ego gubernator ero.

Proreus, πρωρεύς, nomen duarum ſyllabarum. Idem ſignificat quod proreta: qui ſcilicet proram gubernat. Eſt etiam nomen propium nautæ, apud Ouid. 5. Metamorph.

Prorepo, pis, pen. prod. Vltrà repo, uel ſenſim in lucẽ prodeo, ἕρπω. Colum. lib. 3. cap 10. Illæ fertiles ac firmæ, quia è tenero prorépunt: & quicquid ad eas peruenerit alimenti, indiuiduum eſt. Horat. 1. Serm. Sat. 3. Quum prorepſerunt primis animalia terris.

Proreta, & **Proreus**, diſſyllabum, uide Prora.

Proripio, is, penult. cor. act. Subduco, uel ſubtraho, ἐκθορίω, ὁρμῶ, ὑπεξάγω ἐμαυτὸν, καὶ ὑπεξαρπάζομαι. Liuius 2. bell. Punic. E manibus ſacrificantium quum ſeſe proripuiſſent. Salluſtius in Catil. Deinde domum ſe ex curia proripuit. Vergil. 3. Ecloga, quò nunc ſe proripit ille? Idem 6. Aenicidos. Tandem proripuit ſeſe, atque inimica refugit, In nemus umbriferum. Ponitur aliquando pro rapere. Cicero 7. Verr. Deinde iubet undique hominem proripi, uehementiſſimeque uerberari.

Prorito, tas, pen. prod. Significat prouoco, παροξύνω. Col. libro 10. Vt Peluſiaci proritet pocula zythi. Ponitur aliquando pro allicere, inuitare. Colum. lib. 2. cap. 10. Lini ſemẽ, niſi magnus eſt in ea regione quam colis prouentus, & pretium proritat, ſerendum non eſt. Idem lib. 5. cap. 2. cum hoc iungit & inuitare.

Prorogo, as, a. p. pen. cor. Protraho, prolongo, παρατείνω, ἀναβάλλομαι. Cic. App. lib. 3. Illud pugna, & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. Plaut. Amph. Spes prorogatur mihi in aliũ diem. Claud. 3. Paneg. Prorogat æternam feritas tibi Punica famam. Imperium prorogare, eſt noua rogatione in longiora tempora proferre. Cicero ad Q. Fratrem lib. 1. Quòd ſi tibi bellum aliquod magnum & periculoſum adminiſtranti prorogatũ Imperiũ uiderẽ, tremerẽ animo, &c.

Prorogatio, onis, f. t. uerbale, ἀνάβλησις. Liuius lib. 8. ab Vrbe, Duo ſingularia hæc ciuiro primùm contigere: porogatio Imperij, non antè in ullo facta: & acta honore triumphus. Cicero. pro Muræna, Confuſionem ſuffragiorum flagitaſti, porogationem legis Manilię, æquitationem gratię, dignitatis ſuffragiorum.

Prorſus, & Prorſum, aduerbia, Idem ſignificantia quod omnino, πάντως, ἁπλῶς παντελῶς. Cic. in Tuſ. prorſus hæc diuina ſunt, Terent. Eun. Ego neſcio hercle neq; unde eam, neque quorſum eã: Ita prorſum oblitus ſum mei. Idem And. Prorſus à me opinionem hanc tuam ego eſſe amotam uolo. Interdũ ponitur pro rectè, & uerè, ut ait Donatus. Ter. in Adel. Eo pacto prorſus illic alligaueris filiũ. Quãdo uerò nonomen eſt ſignificat rectũ. Vnde prorſi limites dibuntur in agrorum menſuris, qui ad Orientem directi ſunt, ut ait Feſtus. Ponitur aliquando Prorſus aduerbiũ, pro eo quod uulgò generaliter dicitur. Cicero ad Marc. lib. 4. Venies enim, mihi crede, expectatus, neq; ſolũ nobis, id eſt, tuis, ſed prorſus omnibus. Ponitur aliquando pro eo quod eſt Rectà ad locum aliquẽ. Plaut. in Milite, Prorſum Athenas protinus abibo tecum. Idem in Pſeud. Non prorſus, uerùm in tranſuerſo cedit, quaſi cancer ſolet. Terent. in Hecy. Trepidari ſentio, curſari rurſum. Vbi Donatus, Rurſum propriè retrò, prorſum antè ſignificat.

Prorumpo, is, n. t. Idem quod rumpo, effringo, διαῤῥήγνυμι, διαῤῥήγνυμι. Cæſ. lib. 4. Celeriter ad eas munitiones peruenerunt, atque proruptis his, prius in hoſtiũ caſtrum cõſtiterunt. quàm planè ab his uideri aut quid rei gereretur, cognoſci poſſet. Ver. 1. Geor. Rurſus in obliquum uerſo prorumpit aratro. Ponitur & abſolutè, pro eo quod eſt proruere, hoc eſt, cum impetu progredi. Cicero pro Murę. Catilina prorumpet quà minatur: in agros ſuburbanos repentè ad uolabit. Idem pro Sext. Roſcio, Hoc cogitate, Iudices, eò prorumpere hominum audaciam, ut hîc ante pedes ueſtros cædes futuræ ſint. Quandoq; eſt emittere ſiue euomere. Vnde Proruptum, effuſum, fluens q. Verg. 1. Aen. Vnde per orã nouem uaſto cum murmure montis It mare proruptum, & pelago premit arua ſonanti. Et lib. 3. Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem. Quod Seruius exponit pro euomit, aſſerens nouam hanc eſſe locutionem. Non enim dicimus, inquit, Ego prorumpo hanc rẽ. Hoc modo Ter. in Eun uſus eſt uerbo Erũpo, Iãnè erũpere licet hoc mihi gaudium.

Proruo, is, n. t. Ruere facio, proiicio, facio ut aliquid cadat, καταράσσω, διαῤῥίπτω. Liu Mare fluminibus inuexit, montes lapſu ingentes proruit. Idẽ lib. 9. Excitati arma capiunt, dolabræ calonibus diuidũtur ad uallũ proruendũ foſſaſq; implẽdas. Ponitur & abſolutè pro eo quod eſt cum impetu decidere. Valer. Flac. 7. Argon. ille fatiſcens In caput inq; humeros ipſa ui molis, & iræ Proruit. Proruere ſe, prorumpere. Teren. Eun. Vix elocuta eſt hoc, foras ſimul omnes proruũt ſe, Abeunt lauatum, ita ut fit domini ubi abſunt.

Prorutus, a, um. pen. cor. participium. Liu. 4. ab Vrbe, Dictator proruto uallo, iam caſtra prælium intulerat.

Proſapia, æ, ſiue proſapies, ei. f. p. & q. Generis ſeries, ſiue progenies, γένος. ita dicta à proſupãdo, ut Nonio placet, id eſt à proſerendo. Feſtus à proſipando, hoc eſt, ſpargendo & diſſeminando deductum mauult, quod liberorum procreatione progenies propagetur. Plaut. in Curc. De Coclitũ pro ſapia te eſſe arbitror. Cicero de Vniuer. uetus uerbum eſſe dicit: quod & Quintilian. aſſerit, lib. 8. cap. 2. Vt obſoletæ (inquit) uenuſtatis uniuerſam eius proſapiã dicere, inſulſum.

Proſapodoſis, pen. prod. προσαπόδοσις. Figura eſt quã Aquila Romanus Redditionem interpretatur: quum ſcilicet duabus uel plurib⁹ ſententijs ſua cuiq; ſubiungitur. Exempla petito ex Rutilio.

Proſcenium, nii, n. ſ. προσκήνιον. Locus erat, teſte Budæo, ante ſcenam porrectus, ubi pulpitũ excitatũ erat quò actores fabularũ prodirent, ita ut ſcena altior eſſet pulpito: pulpitũ altius orcheſtra, qui locus erat ſaltantiũ. Plaut. in Amph. Etiam hiſtriones Nannico in proſcenio hîc Iouem inuocarunt. Liu. 10. belli Maced. Theatrũ & proſceniũ apud Apollinis ędem, Iouis in Capitolio, &c. Verg. 2. Georg. Caper omnibus aris Cæditur, & ueteres ineunt proſcenia ludi.

Proſcindo, dis, a. t. Idem quod ſcindo uel ſcindẽdo aperio, καταῤῥήγνυμι. unde dicimus terrã proſcindi (ut inquit Varro li 1. de Re ruſt. ca. 19.) quũ primũ aratur: quòd prima aratione

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

glebæ grandes ſoleant excitari. Quum iteratur, offringere no cant. Tertio quum arant iacto ſemine boues, lirare dicuntur id eſt, quum tabellis additis ad uomerem, ſimul & ſatum frumentum operiunt in porcis, & ſulcant in foſſas, quò pluuialis aqua dilabatur. Col. li. 2. cap. 17. Antiquiſſimi ferè omnes formâ huius operis conſcripſere, quâ uelut ſcita legẽtq; proſcindendis agris ſequátur agricolæ. Verg. 2. Georg. & ualidis terrâ proſcinde iuuencis. Lucan. lib. 3. Implicitas magno Cæſar torpore cohortes Vt uidit, primus raptam uibrare bipennem Auſus, & aëriam ferro proſcindere quercum. Proſcindere aliquẽ, per trãslationẽ pro infamare, cõtumelijs laceſſere, & lacerare, διασύρειν. Plin. lib. 16. cap. 6. Hic nãq; eſt Mamurra, Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus. Idẽ lib. 33. cap. 1. Vtinãq; poſſet è uita totum abdicari aurũ, ſacra fames, ut celeberrimi autores dixere, pro ſciſſũ cõtuticijs ab optimis quibuſq;, & ad pernicië uitæ repertũ. Ouid. 4. de Põto, Eleg. 16. Ergo ſummotũ patria proſcinderere liuor Deſine.

Proſciſſus, a, um, participiũ: ut, Proſciſſa terra. Vergil. 1. Georg. Et qui proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga. Id eſt, terra quã ſatã arauerat. Seruius.

Proſciſſũ, iſſi, ſubſtantiuũ, Pro terra proſciſſa. Colũ. lib. 2. ca. 2. Bubulcũ autẽ per proſciſſũ ingredi oportet.

Proſciſſio, onis, uerbale. Colũ. lib. 2. ca. 13. Seſami ſextarij ſex tribus iugis à proſciſſione coluntur. Idem lib. 6. cap. 2. Neúe ad huc tenera colla dura proſciſſione terræ contundant.

Proſcribo, is, a. t. Aliquid per ſcripturã uenale propono, & publico, ἀπογράφομαι, δημεύω. Vnde Proſcriptũ, uenale expoſitum: quia quæ erant uendẽda, publicè ſcribebantur. Proſcribi itaq; domus dicuntur, quando appoſita inſcriptione, uænales, uel locandæ ſignificãtur. Cic. lib. 3. Offic. Itaq; Calphurnius quũ cognouiſſet Claudiũ ẽdes poſtea proſcripſiſſe. Itẽ proſcribere, eſt relegare, uel in exiliũ mittere, φυγαδεύω. Tractum ab eo quòd hi propriè proſcribi dicuntur (ut Vlpiã teſtatur in l. Sed etſi, de inſtito. act.) quorum nomina claris literis, ut de plano rectè legi poſſint, ante tabernã, uel ante eum locũ in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, ſed euidenti ſcribuntur. Cicero pro domo ſua, Hanc uos igitur Pontifices, iudicio atq; autoritate ueſtro Tribuno plebis poteſtatem dabitis, ut proſcribere poſſit quos uelit? Quæro enim, quid ſit aliud proſcribere, Velitis iubeatis, ut M. Tullius in ciuitate ne ſit, bonaq; eius ut mea ſint. Ita enim fecit, etſi alijs uerbis tulit. Idem pro Roſcio Amerin. Quum proſcriberentur homines, atque ex omni regione caperentur qui aduerſarij fuiſſe putabantur. Macrobius in Satur. Non eſt facilè ſcribere aduerſus eum qui poteſt proſcribere.

Proſcriptus, a, um, participium. Cic. Attic. lib. 16. Iſte locare incipit non proſcripta, neq; edicta die. Idem ad eundem, libro 12. Horti quam in diem proſcripti ſint, uelim ad me ſcribas. Proſcriptus, relegatus. Cic. 3. Verr. Lex Cornelia proſcriptum iuuare uetat. Horat. 1. Serm. ſaty. 7. Proſcripti regis Rupulipus, atq; uenenum. Plin. de Sylla, Age, non excitus uitę eius omnium proſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit.

Proſcriptio, onis, f. t. publicatio, δήμευσις. Ci. pro Flac. emptiones falſas, prædiorum proſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti. Idẽ pro Roſc. Amer. Cauete prõ deos immortales, ne noua, & multo crudelior per uos proſcriptio inſtaurata eſſe uideatur.

Proſcriptor, oris, m. t. Plin. lib. 7. ca. 12. Adeoq; tẽpeſtiam admirationem intulit, ut ille proſcriptor animus, mero & contumelia furẽs, nõ aliud in cẽſu maius, & in fortuna ſua duceret ciuũ. Cice. Att. li. 9. Sed medius fidius turpe nobis puto eſſe de fuga cogitare. Hoc turpe Cneus noſter biennio antè cogitauit, ita Syllaturit animus eius, & proſcripturit iamdiu.

Proſcripturio, proſcripturis, pen. cor. uerbũ deſiderat. Cice. Att. li. 9.

Proſeco, proſecas, proſecui, proſectũ, a. p. Idem quod ſeco, διατέμνω. Liu. 5. ab Vrbe. Qui eius hoſtiæ exta proſecuiſſet. Valer. Flac. 3. Argon. Tunc piceę mactantur oues, proſectaq; partim Pectora, per medios partẽ gerit obuius Idmon. Plautus in Pœnulo. Quoniam litare nequeo, abij illinc illico Iratus: uetuit exta proſecarier.

Proſecta, orum. n. ſ. Dicta ſunt ab antiquis uiſcera quę in ſacrificiis proſecuiſſent, διάτμητα. Lucanus lib. 6. Si pectora plena Sæpe dedi, & laui calido proſecta cerebro. Ouidius 7. Metamorph. Inque uirum ſoliti uultus mutare ferinos Ambigui proſecta lupi. Nonius, Proſecta, exta quę aris datur ex fibris pecudum diſſecta. Inuenitur & in fœmin. gen. Lucil. Satyra 14. Cœnam inquit, nullam, neq; diuo prouectam ullam.

Proſedæ, pen. prod. Dicuntur meretrices, eò quòd ante ſtabula ſedeant, ἃι ἐπ' ἐργασηρίῳ καθήμεναι. Plaut. in Pœnul. an ibi uis inter iſtas uerſarier proſedas, piſtorũ amicas reliquias alicarias?

Proſedamum, proſedami, n. ſ. pen. corr. Tarditas in uehendo rem eſt, arietibus & hircis, aliiſq; pecudibus prouenies ex nimio labore. Huic morbo ruſtici medentur genere ſatyrij, quoad categonon appellant, quũ in cibũ porrigitur. Plin. lib. 26. cap. 10. Et à Sarmatis equis ob aſſiduum laborem pigrioribus in coitu, quod uitium proſedamum uocant.

Proſelenus, πρόσεληνος, pen. prod. Arcadum epitheton eſt, qui ſe πρὸ τῆς σελήνης, id eſt, ante Lunam fuiſſe gloriabantur, Statius 4. Theb. Arcades huic ueteres, aſtris Lunaq; priores Agmina fida datis.

Proſelytus, ti, m, ſ. προσήλυτος, Latinè aduena, uel peregrinus dici poteſt: à uerbo Græco προσηλύτω, quod eſt aduenio. Proſelyti Hebræis Gerim dicebantur, & propriè ij qui ex Ethnicis, legibus Moſis, & ceremoniis initiati, Iudaiſmum profitebãtur, non illi quidẽ gente, ſed adoptione Iudæi. Vnde eſt illud in Actis Apoſt. Iudæi quoq;, & proſelyti.

Proſemino. proſeminas, Quaſi propago, diſſemino, διαφέρω. Manil. lib. 1. Semper enim ex aliis alios proſeminat uſus. Cic. 3. de Orat. Nam quũ eſſent plures orti ferè à Socrate, qui ex illius uarijs & diuerſis, & in omnẽ partẽ diffuſis diſputationibus, alius aliud apprehẽderit, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentiẽtes inter ſe, & multùm diſiunctæ & diſpares.

Proſequor, eris, d. t. Idem ferè quod ſequor, uel à longe ſequor, ἀκολουθέω. Plaut. Ciſtel. Si is hàc, aut hàc: ſocci uideo ueſtigium in puluere: proſequar hàc. Interdum idem eſt quod in re inſtituta pergere. Cic. 2. Offic. Sequitur ut hæc officiorum genera proſequar. Idem in Catone, Quam palmam utinam dij immortales tibi reſeruent, ut tui aui reliquias proſequare. Id eſt, ab illo feliciter cœpta, ad finẽ perducas. Aliquando proſequi, eſt cum affectu animi ſequi, habetq; poſt ſe ablatiuũ: ut, proſequor te amore, odio, laude, honore, cõtumeliis, & huiuſcemodi, προσφέρεσθαι. Cicero in Verrẽ, actione quarta, Iſte iratus hominẽ uerbis uehementioribus proſequitur, id eſt, inſectatur. Idem Metello, Domus tua denique tota omnibus ſummis officiis proſequuta eſt. Interdum eſt quaſi deducere & comitari. Liu. 2. ab urbe, Decedentem domũ cum fauore ac laudibus proſecuti ſunt. Cic. pro Cluentio, Poſtremo etiam fortaſſis mater exequias illius funeris proſecuta, mortẽ ſe filij lugere ſimulaſſet. Diuerſis alijs modis uſurpatur. Plin. Epiſt. 8. Nam ſi medici, ſalubris ac ſoluptate carentes cibos blãdioribus alloquijs proſequuntur, id eſt, condiunt. Cic. lib. 1. Tuſc. Qui totum prope cælum ne plures proſequar, nonné humano genere cõpleum eſt? id eſt, ut alios taceam. Proſequi præmio, eſt præmio afficere. Col. lib. 1. cap. 8. Ac rurſus præmio proſequamur eos qui ſtrenuè, atq; induſtriè ſe geſſerunt.

Proſerpo, is, ere, n. t. Prorepo: & propriè dracones proſerpere dicuntur, ſiue ſerpentes, qui nullis pedibus innixi, per terram deuoluũtur, ἑρπύζειν. Plaut. in Aſin. Fac me proſerpentem beſtiam, duplicem ut habeam linguam. Idem Pœn. Qui huc adueniſti nos captatum Magdalia, Biſulci lingua, quaſi proſerpens beſtia.

Proſeuche, uel Proſeucha, προσευχή, Obſecratio, uel oratio quæ ad Deum funditur: quaſi προσοχή, propterea quòd in orationibus ſumma attentione opus ſit, προσέχω enim attendo, uel intendo ſignificat. Iuuenalis Satyra 3. uidetur ponere pro eo loco ubi precibus, uel obſecrationib. mendici à tranſeuntibus ſtipem mendicabant, uel uiſitabant: ait enim, Ede ubi conſiſtas, in qua te quæro proſeucha. Nam in ingreſſibus pontium mendici, tuguria habebant, ubi à prætereuntibus mendicabant ſtipem.

Proſferari, impetrari, inquit Nonius, uerbum antiquum. Lucretius lib. 26. Nec minimo proſferetur pax, quòd Caſſandram ſigno diripuit.

Proſilio, is, proſilui, proſultũ, n. q. Cum ſaltu & feſtinatione prodeo, ἁλλομαι, ἐκθορέω. Verg. 5. Aen. ſinib. omnes, Haud mora, proſiluere ſuis. Liu. 2. ab Vrbe, Propè attonitus miraculo Rex. quum à ſede proſiluiſſet. Horatius lib. 1. Epiſt. ad Mecoenatem, Ennius ipſe pater nunquã, niſi potus ad arma Proſiluit dicẽda. Vbi proſiluit, dixit pro eo quod eſt impetu & furore poẽtico incitatus ſe contulit.

Proſimurium. rii, Pontificale pomerium, ubi Põtifices auſpicabantur. Feſtus. (Feſtus.

Proſitum, Veteres dixerũt pro propoſitũ: quaſi antè ſitum.

Proſitũ. Dicitur in ſacris quod profectũ proiicitur. Feſtus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prosocer, pen. corr. prosoceri, masc. gen. qui & socer magnus dicitur, Est uxoris meæ auus: ego uerò illius sum proge ner, προσίκυρος. Ouid. Epist. 3. Digna nurus socero, Iouis, Aeginæq; nepote, Cuiq; senex Nereus prosocer esse uelit. Plin. Epist. 10. Eram cum prosocero meo, eram cum amica uxoris, eram cum amicis diu desideratis circuibam agellos, &c.

Prosodia, f p. penult. acuta, προσῳδία, Latinè accentus dicitur qui lex est, siue regula ad acuendam, deprimendam, circumflectendamue syllabam, uniuscuiusq; particulæ orationis accommodata & alio nomine apud Græcos τόνος dicitur. Fit autem prosodia à πρός Græca præpositione, quæ significat ad, & ᾠδὴ cantus. Gell. li. 3. cap. 6. Προσῳδίαν Græci, Latini accentus dicunt. Eas ueteres docti tũ notas uocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum uoculationes appellabant. Sunt qui contendant debere scribi eum œ diphthongo in secunda syllaba, ut Comœdia, Tragœdia, quia est eiusdem originis.

Prosonomasia, f. p. προσονομασία, Latinè annominatio dicitur: quæ fit similitudine aliqua uocũ, & uicinitate quadã uerborũ: ut, Quis locus aut lacus: Ex oratore arator: Deligere oportet quem uelis diligere, Amentiũ, haud amantium.

Prosopites, Arction. Dioscor. lib. 4. cap. 108.

Prosopopœia, f. p. προσωποποιία, Personæ confictio, quum reb. inanimatis personam orationemq; tribuimus: ueluti quũ Rempub. ipsam loquentem inducimus, aut eorum hominum qui in humanis esse desierunt, tanquam uiuorum & præsentium actionem, sermonemq; effingimus, defunctosq; quasi excitamus ab inferis, & in cõspectu iudicis collocamus. Exemplum insigne est illud Ciceronis in Catilinam quo patriam secum expostulantẽ inducit, quòd Vrbis, quantũ in ipso fuerat, euersorem, quem iampridem ad supplicium ductũ oportuerat, mœnibus incolumem emitteret.

Prospecto, Prospectas. & **Prospectus**, uide Prospicio.

Prosper, ra, rum. Secundus, qui dat felicitatem, & spem nostram implet, σωτήριος, εὐμήκης. Vnde prosperos deos dicimus, & prospera sydera, quasi felicitatem impertientia: hominem autẽ ipsum cui omnia ex uoto succedunt, felicem potius, quàm prosperũ dicimus. Contrà, fortunam prosperã rectius dixeris, quàm felicẽ: quemadmodũ & prosperã ualetudinem, & prosperos exitus, uel successus. Liu. 1. ab Vrbe. Cũ bonis potius omnibus, uotisq; ac precationibus deorũ, dearumq;, si (ut Poëtis) nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tanti operis successus prosperos darent. Cic. ad Att. lib. 9. Ego enim non iam id ago (mihi crede) ut prosperos exitus consequar. Ouid. 3. Trist. Eleg. 5. Prospera sic maneat uobis fortuna, nec unquam, &c. Cic. 3. de Nat. deorum Ad prosperam, aduersamue fortunã, qualis sis, aut quemadmodum uixeris, nihil interfit. Sic prospera ualetudo, apud Suetoniũ in Cæsare. Prospera fama, id est, integra, uel inuiolata. Tacit. lib. 17. Hist. Augustæ, & prospera de Pisone fama consilio eius fidẽ addiderat. Et felix aliquãdo ponitur pro prospero. Vergil. 1. Aeneidos. Sic felix nostrumq; leues quæcunque laborem.

Prosperus, a, ũ, Cic. lib. 6. de Republica, Deinde est hominum generi prosperus & salutaris.

Prosperè, aduerbium, Id est, feliciter, quasi pro spe, siue ad uotum. εὐτυχῶς Cic. 2. Nat. deo. Magna dii curant, parua negligunt, magnis autem uiris prosperè eueniunt semper omnes res. Cuius contrarium est improsperè, δυσχῶς. Colum. lib. 1. Nam ubi quid perperã administratum, cessit improsperè, uitatur quod fefellerit: illuminatq; rectam uiam docentis magisterium.

Prosperitas. atis, f. t. Felicitas, & ad uotũ successus, εὐμηρία, εὐτυχία. Cicer. 3. de Finib. Vt Aristoteles qui uirtutis usum cum uitæ perfectæ prosperitate coniunxit. Idem 3. de Nat. deor. Commoditatem, prosperitatemq; uitæ à dijs habemus: uirtutem acceptam nemo refert.

Prospero, as, a, p. Secundo prosperum efficio, εὐπορίζω, εὐδαίμονα ποιῶ, ποιῶ. Liu. 6. ab Vrb. Dii manes, uos precor, ueneror, ueniam peto, feroq;, uti pop. Rom. Quiritium uim, uictoriamq; prosperitis. Plaut. Persa, nunc & amico meo. Prosperabo & genio meo multa bona faciam. Tacit. libro. 3. Sed principio literarum ueneratus deos, ut consilia sua Reipub. prosperarent, modica de moribus adolescentis, &c. Legitur & prosperor deponens, pro feliciter cadere, ex uoto succedere, sed uix alibi quã apud Ecclesiasticos scriptores, εὐοδόω, εὐμηρῶ. Augustinus in Prologo operis de Ciuitate Dei, Qui res humanas ita prosperari uolũt, ut ad hoc multorũ deorũ cultum, quos Pagani colere consueuerunt, necessarium esse arbitrentur. Item Psalmo 1. Et omnia quæcunq; faciet, prosperabuntur.

Prospergo, is, a. t. Idem quod aspergo, ῥαντίζω, δίπτω. Tacit. lib. 15. Vnde hausta aqua, remplum & simulachrũ deæ prosperſum est: & lectisternia ac perunigilia celebrauere fœminæ quibus mariti erant.

Prospicio, is, a. t. Video è lõginquo, procul diſſitum intueor, προορῶ, προόπτομαι. Verg. 3. Aen. uastosq; ab rupe Cyclopas Prospicio. Transfertur & ad animum, pro eo quod est mente prœuideo prœcognosco. Cic. pro Muræna, Sapiens, ac multum in posterum prospiciens uir. Idem Attico, Eaq; tempestate euersam esse Rempublicam qua XIIII. annis antè prospexerim. Cum datiuo coniunctum significat prouideo, & cõmodis alicuius consulo. Terent. in Adelph. Ego iam prospiciam mihi, id est, consulam, siue prouidebo. Plin. Nam & rebus illius non minus quàm meis prospiciebam.

Prospectus, prospectus, mascul. quart. Ipse prospiciendi actus, πρόοψις. Verg lib. 2. Georg. Non animum modò uti pascat prospectus inanem. Docet Paulus Iurecõsultus prospectum ex inferioribus & ex superiorib. locis esse, lumen ex inferiore loco non esse. Liu. 10. ab Vrbe, Non prospectu modò extra uallum adempto, sed propinquo etiam inter se cõgredientium conspectu. Impedire prospectum, est quod uulgò dicunt Visum auferre. Cæsar 4. bell. Gall. Sepibusq; densissimis interiectis prospectus impediretur. In prospectum populi producere. Cic. 3. Verr. Quum eum quem uirgis iste ceciderat, in prospectum populi Romani produxit, Capere prospectum, pro considerando prospicere. Liu. 1. ab Vrbe, Inde ubi prospectu in urbem, agrumq; capto, deos precatus, regiones ab Oriente ad Occasum determinauit.

Prospecto, as, n. p. Frequentatiuum, προορῶμαι, προόπτομαι. Vergil. Aeneid. Turbaq; miratur matrum, & prospectat cũtem. Liuius 7. ab Vrbe, Stare omnium multitudinem ad portas, uiam hinc ferrentem prospectantes, certum habe. Idem 4. belli. Pun. Pars in ædium uestibulis stat, pars ex tectis fenestrisq; prospectat.

Prospicientia, Cura, prouidentia. πρόνοια, προμήθεια.

Prospicienter, aduerbium, Prouidè, circunspectè, ἐκ προνοίας. Gellius libro 2. capite 26. Res salubriter, ac prospicienter animaduersas, &c.

Prospectè, aduerbiũ, Cõsultè, cõsideratè, prouidè, ἐκ προνοίας.

Prospicuus. Intentus, ac uigil, inquit Sipontinus: sed nullum profert testimonium προμηθὴς.

Prospiro, as, pen. prod. Spiritũ lõgè lateq; diffũdo, διὰ πνέω. Cato, Nam uenæ corũ ubi sufflatæ sunt ex cibo, non possunt prospirare in toto corpore.

Prostasis, siue prostasia, πρόστασις, προστασία, Præfectura, uel præsidentia Latinè dicitur. Est item prostasia, quum quis pro altero liti se opponit, & eius defensionem suscipit, euentumq; præstat. Budæus in Comment.

Prostates, modò præsidem adiutoremue in bello, aut uicariũ aut defensorem significat, in lib. post. C. Modò ex Suida sacrificulum altaribus præsidentem. Nam & Prostasia nõ ut uulgò legitur protesia, & sacerdotia in eadem lege de muneribus patrimon. à Constantino. Haloander ueterem lectionem non commutat, sed emendatius sic legit: Nec protostasiæ uel sacerdotiæ &c.

Prosterno, nis, ã. t In terram deiicio, profligo, protero, κατὰ βάπτω, ἐδαφίζω. Col. lib. 11. cap. 1. Omnem uiridẽ superficiem intorquere, & in terrum prosternere conueniet. Apul. in Asino, Puellamq; reluctantem tandem prostrauit. Liu. 9. ab Vrbe, Circa uiam haud procul Capuã omnium egena corpora humi prostrauerunt. Sallustius, Prostratisq; militibus fugæ se dedit. Plin. lib. 8. cap. 9. de elephantis, Domiti militant, & turres armatorum in hostes ferunt, magnaq; ex parte Orientis bella conficiunt: prosternunt acies, proterunt armatos. Abijcere se, atq; prosternere, id est, animũ despondere, & sese nimis humiliter demittere, καταβάλλω. Cic. in Parad. Sic te abijcies, atq; prosternes, ut nihil interte, &c. Prostratæ regiones, à Cicerone 2. de legibus, dicuntur dirutæ, & euersæ.

Prosthesis, f. t. πρόθεσις, Figura contraria aphæresi, quam nos additionem, siue appositionem uertere possumus, qua scilicet litera aliqua principio dictionis adijcitur: ut Gnatus pro natus. A uerbo Græco προστιθήμι. quod est addere, siue apponere.

Prostituo, is, n. t. Pudicitiã uænalẽ habeo, corpus quæstui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

expono, προΐστημι, προαγωγεύω, proprieq; scortorum est, quæ mercede, sui copiam faciunt, & uirorum libidini obsequũtur. Ouid. 1. Amor. Eleg. 10. Turpe tori reditu census augere paternos, Et faciem lucro prostituisse suam. Prostituere pudicitiã, est pudicitiæ suæ nullo pacto parcere, nihilq; sibi turpe putare quod alterius libidini collibuerit. Suet. de Nerone, cap. 29. Suam pudicitiam usq; adeò prostituit, ut contaminatis penè omnib. mẽbris, ut uirorũ ac fœminarũ inguina inuaderet. Trãsfertur & ad alia: ut Prostituere uocẽ foro, id est, ex causarũ actione lucrũ aucupari. Oui. Ele. 1. Nõ me uerbosas leges ediscere: nõ me Ingrato uoces ꝓstituisse foro.

Prostitutus, a, um, participium. Plin. libro 30. capite secundo Vtinamq; inferos potius, & quosc ũq; de suspicionib. suis deos consuluisset Nero, quàm lupanaribus atq; prostitutis mãdasset inquisitiones eas.

Prostibulum, li, n. s. Modò locus est in quo prostrati pudoris meretrices corpore quæstum faciunt: inde dictum quòd in eo prostent scorta, πορνεῖον, ἐργαστήριον. Modò scorti abiectissimi genus, quod omni pudore posito pro stabulis, hoc est, ante diuersoria sedere solebat ut ex affluxu aduenarum, copiosiorem caperet quæstũ, καματώδη, ἢ ἐργαζομένη, ἢ πρὸ τῶν καθημένων πεσεῖται. Plau. in Aul. Bellũ & pudicũ uerò prostibulum populi. Dicitur & prostibula, læ, meretrix. Plaut. in Persa, nam hercle si absq; me Foret, & meo præsidio, hic facere te prostibulã propedieẽ. Festus, Alicariæ meretrices appellabãtur in cãpis solitæ ante pistrina alicariorũ uersari, quæstus gratia: sicut ex quæ ante stabula sedebant, prostibulæ dicebantur.

Prosto, stas, prostiti, prostatum, ãre. p. Pudicitiam uænalem habeo, corpore quæstum facio, προΐσαμαι. Plaut. in Cur. Hæ saltem in oculis locis prostant, uos in foro ipso. Iuu. Satyr. 1. Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira, Quum populum gregibus comitum premit hic spoliator Pupilli prostãtis? Idem, & ad circum iussas prostare puellas. Item ante stare. Quintilianus, Iubet prostare gladio cinctum. Anguli prostantes: hoc est, prominentes extantes. Lucret. lib. 2.

Prosubigo, is, Suffodio, ὑποῤῥύπτω. ut, Prosubigere terrã pedib. Ver. li. 3. Geo. Et pede ꝓsubigit terrã, fricat arbore costas.

Prosum, des, profui, Vtilitati sum, quasi pro aliquo sum, ὠφελέω. Terent. in Hecy. Quicquid est id quod reliquit profuit. Id est, pro nobis fuit, sicut exponit Donatus. Construitur aliquando cum accusatiuo cum præpositione Ad, Liui. 2. ab Vrbe, Id mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis, &c. Aliquando cum datiuo. Cicero 4. Acad. Sed etiam ut multis prosimus, enitimur.

Prosuma, æ, f. p. Genus nauigii leuis speculatorii: quod & geseoretam uocant, κατασκόπιον, Plaut. De nocte ad portũ profectus sum prosumia. Cæcilius, Qui pro gubernatore se gerens, propè uertit prosumiam.

Protasis, f. t. πρότασις, A Græcis dicitur quæ à Latinis enuntiatio: à quibusdam etiã propositio, & potissimùm ea quæ in disputationem uocatur. A uerbo προτείνω, quod inter cætera significat, disputandum propono, siue in dubium reuoco. Aristoteles in Topicis, Protasin esse ait quæstionem quæ in unam dũtaxat partem effertur: ut Sunt ne diuitiæ bonę? quam si in utranq; efferas partem, problema fiet: ut, Suntne diuitiæ bonæ, an non? In fabulis item protasis dicebatur prima pars dramatis, teste Donato in Prolegomenis in Terent. Vnde protaticam personam appellabant quæ in initio fabulæ introducta explicandi argumenti causa in tota deinde fabula nusquam apparebat. Eiusmodi est persona Sosiæ in Andria Terentiana.

Protego, is, pen. cor. protexi protectum. a. t. Tegendo defendo, προβάλλομαι, προαμύνω, Plin. lib. 12. cap. 1. Arbor se uasti protegens ramis. Idem libro 19. cap. 8. Primo anno stramento ab hyeme protegi. Cic. pro Sylla. Ego iacentem & spoliatum defendo & protego. Ouid. 8. Metam. Ipsa suis licet hũc Latonia protegat armis: Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana.

Protectus, a, um, particip. seu nomen ex participio. Ouid. 2. Metam. Ecce uenit rutilis humeros protecta capillis Filia Centauri. Hoc est, humeros habens tectos capillis. Cicer. 5. Phil. Quid sapientia? cautioribus utitur consiliis, in posterum prouidet, est omni ratione protectior.

Protectum, cti, n. s. quod & proiectum dicitur, Pars est domus prominens: qualia sunt meniana, & podia pensilia, unde ꝓspectus est nobis in uicos, γύαιον. Dicitur autem protectũ à protegendo, sicut à proiiciendo, proiectum. Nam quod alii protegere dicunt, Cicero in Topicis uocat, tectum projectum, γναιπόδισμα, Quoniam (inquit) Pontifex Scæuola id solum, ambitus ædium esse dixit, quantum parietis communis causa tectum proijceretur, &c.

Protelo, as, pen. prod. a. p. Longè arceo, abigo, propello, ἀπείργω. à Græco aduerbio τηλόθι, teste Festo, quod significat procul. Sisenna lib. 4. Histor. ut citat Nonius. Duæ cohortes de subsidio ꝓcedunt, atque equites protelãt. Turpilius Lemniis apud eundem, Propter peccatum pusillum indignissimè patria protelatum esse fœuitia patris. Protelare dictis, idem est quod perturbare. Terent. in Phorm. Neu te iratus suis sæuis dictis protelet.

Protelum, li. n. s. antiqui dixerunt pro iugi quippiam agendi tenore. Lucil. Saty. li. 6. ut citat Nonius. Quem neq; Lucanis oriundi montibus tauri, Ducere protelo ualidis ceruicibus possent. Idem lib. 11. Hunc iuga prótelo malorũ ducere centum Non possunt. Lucret. Vndiq; protelo plagarũ continuato, id est, tenore, inquit Donatus.

Pro tempore, aduerbialiter usurpamus pro eo quod est pro ratione temporis, ut tempus monet, κατὰ χρόνον.

Protendo, is, a. t. Vltra tendo, προβάλλομαι, προτείνω. Ouidius ad Pisonem, Tu nanti protende manum, tu Piso latentem. Exere. Plin. lib. 11. cap. 43. Inter digitos medius lõgissimè protẽditur. Verg. 12. Aen. Ille humilis, supplexq; oculos, dextrãq; precantem. Protendens, Equidem merui, nec deprecor inquit. Idem 5. Aen. alternaq; iactat Brachia protendens, & uerberat ictibus auras. Item profero, differo, ἀναβάλλω. Cic. ad Furn. lib. 10. Comitia tamẽ in Ianuariũ mẽsem protẽdimus.

Protentus, a, um, participiũ. Verg. 1. Georg. Hinc à stirpe pedes temo protentus in octo. Tacit. lib. 14. Et eques protentis hastis perfringit quod obuium & ualidum erat.

Proterus, aduerbium, Quasi porrò tenus, & lõgè à finibus, interprete Seruio, τηλόθι. Ver. Eclog. 1. en ipse capellas Protenus æger ago. Sic enim legit Caper, quãuis in uulgatis quibusdam codicibus Protinus, per i, legatur.

Protermino, as, Propago, fines promoueo: à termino promouendo ductum uerbum, τὰς ὅρους παρατείνω. Apul. lib. 9. Fines usque & usq; protermina ueris.

Protero, ris, pen. cor. protriui, protritum, a. t. Pedibus conculco, καταπατέω. Plautus, Ego hic te mulier, quasi sus catulos, pedibus proteram. Et in Amphyt. Fœdant & proterũt hostium copias iure iniustas. Cæs. 2. bel. Ciuil. Equitatus hostium ab utroq; cornu circuire aciem nostram, & auersos proterere incipit. Idem 8. bell. Gal. Partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur. Ouid. 1. Metam. Quacunq; ingreditur, florentia proterit arua.

Protritus, a, um, participiũ. Liuius 9. belli Maced. Quod maturuerat circà, demessum, & conuectum est uiride: ne hostes mox haberent protritum & corruptum.

Proterreo, res, a. f. A longè terreo, uel terrore incusso abigo, ἀποφοβέω. Stat. lib. 2. Theb. Protinus idem ultro iaculo parmaq; Menœten Proterrebat agens. Verg. 12. Aen. Aduerso proterret equo: ruit ille recedens.

Proteruia, æ, f. p. Petulãtia, lasciuia, ἀκολασία, ἀταθαλία. Lucretius, Capripedes agitat cum læta proteruia. Panas Quo etiam nomine significatur sacrificium quoddam (ut testatur Macrobius) in quo mos fuit, ut si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur: quemadmodum Moses de agno Paschali præcepit. Hinc est iocus ille Catonis in Albidiũ quẽdam, qui quum bona sua comedisset, & nouissimè domum quæ ei reliqua erat, incendio perdidisset, proteruiam eã fecisse dicebat. Quod enim comesse non potuerat, id combussisse.

Proteruus, a, um, Petulãs, procax, improbus, ἀσελγὴς, ἀκόλαστος. Includit enim hoc nomen lasciuiam quandã, & libidinem cum superbia cõiunctam, animiq; incontinentiã pronã ad quemuis lacessendũ. Cic. pro Cælio, Si uidua liberè, proterua petulanter, dies effusè, libidinosa meretricio more uiueret adulterũ ego putarẽ si quis hãc paulò liberius salutasset. Terẽt. in Heaut. Ne ineptus, ne proteruus uideãr. Cicero. 5. de Fin. Et flexi, fractiq; motus, quales proteruorum hominum aut mollium esse solent, contra naturam sunt. Ouidius ep. 6. Damnaret nati facta proterua pater. Iuuenes proterui, Horat. primo Carminum. Ode 25. Lingua proterua, Ouidius in Ibin. Oculi proterui, Ouidius Epistola 16. Manus proteruæ, Ouidius 12. Metamor. Venti proterui, Horat. Carminum Ode 16.

Proteruè, aduerbium, Petulanter, procatiter, immoderatè, & superbè. Plaut. in Rud. Quis est qui tam proteruè foribus face

facit iniuriã? Ouid.1.Amor.Eleg.4.Multa miser timeo, quia feci multa proteruè. Terent. Hecy. Ecce aũt tu quoq; proteruè iracundus es. Ouid.1.de Arte, Et quicquid dices, faciesúe proteruius æquo, Credatur nimium causa fuisse merum.

Proterulter, in eadem significatione. Ennius Pancratiaste, ut citat Nonius, Quis est qui nostris foribus tam proteruiter insultat?

Proteritas, atis, f.t. Idem quod proteruia, ἀσέλγεια. Terent. in Heaut. Quã penè tua me perdidit ꝓteritas. Cice. ꝓ Cęl. De corruptelis, de adulteriis, de proteritate, de sumptibus, im ꝓpensa oratio est. Horat. Carm. Ode 19. Vrit grata proteritas Et uultus nimium lubricus aspici.

Proteruio, is, lasciuio, proteruè & petulãter ago, ἀσελγαίνω ἀκολασταίνω.

Protestor, aris, d.p. Iurisconsultorũ uerbũ est quo illi utuntur pro eo quod est cauenda, & quæ fieri non debent manifestè denuntio.

Protestatio, uerbale, Hoc est, animi nostri declaratio, iuris acquirendi, uel conseruandi, uel damni depellẽdi causa facta.

Prothesis, πρόθεσις, Pars orationis apud Græcos, quã Latini præpositionem appellant. Est & figura contraria Aphæresi, qua litera uel syllaba principio dictionis adiicitur: ut Gnatus pro natus: tetulit, pro tulit. Hanc tamẽ figuram alii prothesin malunt appellare.

Prothyma, prothymatis, πρόθυμα, Dicitur uaporatio turis, siliginis, hordei aliarumúe primitiarum, quæ ante sacrificiũ fieri solebat.

Prothymia, æ, f.p προθυμία, Latinè promptitudo, alacritas, animi propensio, Plaut. in Stich. Vides benignitates hominum perire, & prothymias. Sic etiam πρόθυμον dicunt Græci pro prompto, alacri, & propenso. A nomine θυμὸς oxytono, quod animum, siue animositatẽ significat: nam θύμος paroxytonon, herbæ nomen est.

Prothyron, pen. cor. πρόθυρον, Vestibulum in priuatis ædibus, teste Vitruu. nam urbiũ, templorum, regiarumq; uestibula, propylæa potius dicuntur.

Prŏtĭnŭs, pen. cor, statim, sine mora, ἀυτίκα. Ver. 4. Aen. Protinus ad Regem cursum detorquet Iarbam. Quandoq; accipitur pro deinceps, deinde, ἐφεξῆς ἐυθέως. Verg. lib. 3. Geor. Protinus aërii mellis cælestia dona Exequar. Quandoq; iugiter, continuò. Verg. traiecto missa lacerato Protinus hasta fugit, seruatq; cruenta tenorem. Plin. lib. 5. cap. 9. Originem habet in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Occano, lacu protinus stagnante quem uocant Nilidem. Quandoque omnino, διηνεκὲς. Verg. quũ protinus utraq; tellus Vna foret, id est, omnino una, uel ut Seruius exponit, continua. Ponitur aliquando pro simul, siue etiã Verg. 6. Aen. quin protinus omnẽ Perlegerent oculis. Etenim quod statim fit, quasi simul fit, ait Valla. Aliquãdo pro eo q uulgò dicitur directè & immediatè, autore Bud. Vlp. Etenim parui refert protinus patrono libertus cogatur dare, an per interpositã fideiussoris uel rei personam. Aliquando pro primũ, siue à principio. Celsus, Aliquæ febres protinus à calore incipiunt. Aliquando pro uno, eodemq; tempore. Verg. 8. Aen. Nam nemini Hesiones uisentem regna sororis Laomedontiadam Priamum Salamina petentem Protinus Arcadiq; gelidos inuisere fines Seruius. Quum autem additur negatio, significat non ideò: sicut fit in continuò, & statim, Quint. Non autem ut quicquid præcipuum necessariò est, sic ad efficiendum oratorẽ maximi protinus erit momẽti. Protinam ueteres dicebant in eadem significatione: quod & Festus annotauit. Terent. in Phorm. Atq; hinc me coniicerem protinus in pedes. Vbi Donatus, Protinam fuit, & sic Nigidius legit. Protenus uerò per secundam uocalem in penultima, ex porrò & tenus cõpositum, idem ualet quod procul, siue usq; in locum longè dissitum. Vergil. 1. Eclog. en ipse capellas Protenus æger ago. Sic enim legit Caper: quamuis in uulgatis quibusdam exẽplaribus protinus per tertiam uocalem legatur.

Protion, Veratrum nigrum, Dioscor. lib. 4. cap. 152.

Prŏtŏcŏlŭm, n. s unico l. pen. prod. πρωτόκωλον, Propriè dicitur illud quod breuiter, & succinctè à rabellione notatur, ut postea per otiũ quoties opus sit, latius possit extendi. Dictum protocolum quasi primum membrum, uel potius prima membrana. Sunt qui gemino ll scribendum uelint, putentq; deduci à Græco nomine κόλλα, quod nobis gluten significat: siue quòd glutine, seu cera per tabulas extensa olim scriberetur. Vide ea quæ suprà annotauimus in dictione Macrocolon.

Protocoll

Protogonos, πρωτόγονος, Latinè primogenitus. Quo nomine ab Orpheo dictus est deus, qđ ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta creata.

Protogonon, Semperuiuum apud Dioscor. lib. 4. cap. 91.

Protollo, is, a. t. Differo, prolongo, ἀναβάλλω. Gell libr. 3. cap. 16. Neq; ultra decimum mensem fœtura mulierum protolli potest. Plaut. in Casin. Protollo mortem mihi. Ponitur & ꝓ profero, siue extendo, προτείνω. Plaut. in Pseud. Manũ si protollet & pariter proferto manum.

Protologia, πρωτολογία, prima locutio, anteloquium.

Protomysta, πρωτομύστης, Mystarum princeps, Mystæ autẽ sacerdotes appellantur qui mysteria, & Ecclesiæ secreta regũt, & administrant.

Protomartyr, πρωτομάρτυρ, primus testis.

Protonotarius, πρωτογραμματεύς, primus notarij. Notarij uerò à nota deducitur, sed primũ notarii barbarè dicuntur.

Protopages, πρωτοπαγὰς, protopagus nuper est primo fabricatus.

Protopathia, primarius affectus.

Proton, πρωτῶν, primum.

Protos, πρῶτος, primus.

Protopolastus, πρωτόπλαστος, Epit. Adami, communis humani generis parentis, quem hominum primum Deus creauit, & ex luto finxit.

Prototocos, pen. acuta, πρωτοτόκος, Quæ semel tantũ peperit, quã & Latini primiparam dicunt. Prototocos autem cũ accentu in antepen. πρωτότοκος, primogenitũ significat. Sed hæc quoniam ad institutum nostrum nihil pertinent, satius fuerit petere ex Græco Lexico.

Prototomus, pen. cor. πρωτότομος, adiect. est, id significans quod primũ & antè omnia secatur: unde accipitur pro cymis, tenerioribusúe caulibus, qui uerno tempore ex brassicis, aliisúe herbis solent succidi. Col. li. 10. Sed iam prototomos tempus decidere caules. Martialis lib. 10. Et faba fabrorum, prototomiq; rudes.

Prototypon, pen. cor. πρωτότυπον, Exemplar primitiuum quod ad alterius similitudinem effictum non est: quod & archetypon dicitur. Est & prototypus, adiect. πρωτότυπος, idẽ significans quod primitiuus.

Protraho, is, a. t. In lucem, seu in conspectũ traho, προσύρω. Liu. 8. bell. Pun. Nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicii expromebatur. Cice. 6. Verr. Hinc in conuiuium Sext. Cominium protrahi iussit. Protrahere ad iudicium, Liu. 5. bel. Maced. Verum protrahere alicunde, hoc est, elicere. Lucr. lib. 1. Protrahere, augere. Valerius lib. 1. cap. 5. de Caio Cassio, Vt rapacissimi uictoris insolentiã dicti tumore protraheret. Protrahere, differre, prolongare, ἀναβάλλειν. Suet. in Nerone, cap. 31. Vt stipendia quoq; militum, & commoda ueteranorum protrahi ac differre necesse esset. Seneca in Herc. fur. & longa fame Mors protrahatur lenta.

Protrepticus, m. s. προτρεπτικὸς. Instructiuus, & exhortatiuus. Symnachus in Epi. Indulge stylo, aliquid cudas calicũ, seu ꝓtrepticũ scribe. Auson. Libellũ (inquit) instar protrepticilusterã, Capitolinus ait librũ cui titulus est Hortensius, scriptum esse à Cic. ad exemplar protreptici.

Protrimenta, orum, n. s. Dicũtur edulia minutim trita, cõcisaq;, qualia hodieq; in pulmẽtariis plurima concinnant ex carnib. frustillatim cõcisis. A tritura dicta quasi à ꝓterendo.

Protropum, pi, n. s. pe. co. πρότροπον οἶνον. Mustum quod sponte profluit antequã uuæ calcentur. Plin. lib. 14. ca. 9. Sed inter genera potuum ponere debeo & protropum. Ita appellatur à quibusdam mustũ sponte defluens antequã calcentur uuæ. Colum. lib. 18. cap. 27. lixiuium mustum appellat, q in lacum musti profluit antequã uuæ calcentur: similitudine nimirum ducta à nostra lixiuia quæ per colum madente cinere paulatim distillat. Athæneus prodromon, & protropon appellatũ scribit à Mitylenæis, quod apud eos dulce nascebatur. Quin & Plinius protropon gnidium inter transmarina uina agnoscit.

Protrudo, is, a. t. Impello, prouoluo, quasi porrò trudo, προωθέω. Ci. de Fato, Vt igitur qui protrusit cylindrum, dedit ei principiũ motionis, uolubilitatem non dedit, sic, &c. Lucr. lib. 4. Paulatim moles protruditur, atq; mouetur.

Proturbo, as, Idẽ quod propello, abigo, arceo, ἀπείργω. Plin. libr. 11. c. 19. Apes pigras & ignauas proturbant. Colu. li. 6. ca. 17. Nisi ea prius marem cognouit, assilientem admissarium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

calcibus proturbat. Verg. 10. Aen. Telaq; coniiciunt, proturbantq; eminus hostem. Liu. 5. ab urbe, lamq; & alii congregati, telis, missilibusq; saxis proturbare hostes, ruinaq; tota prolapsa acies in præceps deferri.

Protypum, protypi. pen. cor. πρότυπον, Quod in typi uicē formatum est. Plin. libr. 35. ca. 12. Primusq; personas regularū extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia Protypa uocauit. Postea idem ectypa fecit.

Proueho, is, a. t. Vlterius ueho, à loco suo aliquantulū promoueo, προάγω. Plau. in Ru. Quid ego deliqui? TRA. Rogas? Qui arrhabonē à me accepisti ob mulierē, & eā hinc abduxisti. LAB. Non auexi. TRA. Cur negas? LAB. Quia pol proue xi: auehere non quiui miser. Liu. 10. bell. Pun. Naues productas in altū incendi iussit. Cic. 8. Phil. Atq; etiā homines agrestes inani spe ad aquas usq; Puteolanas prouehuntur. Verg. 7. Aen. Quum prouectus equo &c. Ratem prouehere per freta. Valer. 4. Arg. & Verg. 3. Aen. Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta. Prouehi longius in scribendo, uel orādo, id est, progredi, uel procedere. Cic. 3. de Fin. Sed iam sentio me esse longius prouectum, quā proposita ratio postularet: uerū ad mirabilis cōpositio disciplinæ, incredibilisq; rerū traxit ordo. Paulò longius oratio mea processit est, Cic. pro Rosc. Cō. Verg. 3. Aen. quid ultra Prouehor, & fando surgentes demoror Austros? Cic. ad Brut. Sed prouehor amore: nō enim id propositum est huic epistolæ, Messalam ut laudē. Id est, præ amore longius rapior ab instituto. Prouectꝰ natu, id est, uergens ad senium, προβεβηκὼς τῇ ἡλικίᾳ. Cicer. in Cat. Maiore, Quanquam eū colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen ætate prouectum. Prudētia prouecta ad extremū spiritum, id est, usq; ad uitę finem perducta.

Prouenio, n. q. Prodeo, προέρχομαι. Plau. in Pseud. Nam qui in scenam prouenit nouo modo, aliquod nouum inuentū afferre addecet. Interdum idem quod gigni, siue nasci, φύεσθαι. Plin. lib. 9. ca. 10. Neq; tibi aliud animal prouenit. Aliquando idem quod crescere, & felicitate cumulari. Plautus in Trucul. Quum tu rectè prouenisti, quumq; aucta liberis gratulor.

Prouentus, Dicuntur redditus, & non tantùm bonarum rerū sed etiam malarum, πρόσοδοι. Plaut. Calamitatum & miseriarum tot prouentus. Prouentus pro successu, Cæsar libro 2. bel. Ciuil. Multum ad hanc rem adiuuat adolescentia, magnitudo animi, superioris temporis prouentus, fiducia rei bene gerendæ.

Prouerbium, bii, n. s. Accomodatum rebus temporibusq; adagium, omniū in ore uersans, παροιμία. Et modò est simplex: ut Obsequiū amicos, ueritas odiū parit. Modò obscura & aliud significans quā uerba exprimere uideātur: ut Equus Scianus, Cice. 4. Acad. Videsne ut in prouerbio sit, quorum inter se similitudo. Idē de Senect. Pares enim cum paribus, ueteri prouerbio, facilimè congregantur. Inde prouerbialis, & hoc prouerbiale, παροιμιώδης.

Prouideō, des, a. f. secunda syllaba corr. Antè uel à longe, & & futurum aliquid uideo antequā sit factū, προορῶμαι, προγινώσκω. Plin. Hoc enim sapientis est, omnia quæ uēturа sunt prouidere. Cic. 2. de Diuin. Medicus morbum ingraescentem ratione prouidet, insidias Imperator, tēpestates gubernator: & tamen ipsi sæpe falluntur qui nihil sine certa ratione opinantur. Quoniā uerò ea quæ prouidemus, si mala sunt, aut uitamus, aut emendamus, factum est ut prouidere, modò uitare significet, siue cauere, ut apud Teren. in And. Quę si non astu prouidentur, me, aut herum pessundabunt. Modò proscribere, siue consulere, & rationē rei alicuius habere Cic. Satis iam omnibus quæ necessaria erant, prouisum putabāt. Prouidere rebus necessariis, est res necessarias cōparare. Cicero, Prouidere rei frumentariæ. Cæsar 5. belli Gallici, Prouidere rem frumentariam, Idem 6. belli Gallici, Prouidere in hyemes pabulum Plinius libr. 8. cap. 58. Prouisum hoc legibus. hoc est, cautū. Prouisum à diis immortalibus. Cicę. 2. de Nat. deor.

Prouisus, a, um, particip. Col. lib. 9. cap. 8. Hæc de pabulationibus, domiciliis, & sedibus eligendis abundè diximus: quib. prouisis sequitur ut examina desideremus.

Prouisus, us, pen. prod. uerbale. Tacit. libr. 18. Dispositu, prouisuq; ciuilium rerum peritus.

Prouisio, onis, Actus ipse prouidendi. Cicero 5. Tusculanarum Tamen quoniam multum potest prouisio animi, & præparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana meditata.

Prouisō, is, pen. prod. significat, inquit Donatus, Videre aut ad uidendum ire: & procedere. Terent. in And. Prouiso quid agat Pamphilus. Idem in Eunu. Huc prouiso, ut ubi tempus fiet, deducam.

Prouisor, oris, προνοητὴς. Horat. in Arte, Vtilium tardus prouisor, prodigus æris.

Prouidens, tis, prouidentior, prouidentissimus, Id est, prudens qui præuidet futura, & cauet, πρόνοος. Cic. 7. Ver. Iste in tabellas refert, obsignat signis amicorum, prouidens homo. Idem Appio Pulchro, lib. 5. Id enim mihi, & ad breuitatem est aptius, & ad reliquas res prouidentius. Plin. Epist. 28. Quod dū recordor, intelligo mihi laborandum, ne qua parte uideat hanc de me fiduciam prouidentissimi uiri destituisse.

Prouidentia, tiæ, f, p. Idem quod prudentię, πρόνοια. Cic. Idem sapientis est prouidere: ex quo sapientia appellata est & uidentia. Idem 2. de Nat. deor. Talis igitur mens mundi quū sit ob eamq; causam uel prudentia, uel prouidentia appellari recte possit. Quidam prudentiā à prouidentia distinguūt ut prudentiam definiunt, rerum bonarū, & malarū, & utrarunq; scientiam: prouidentiā uerò, per quā futurū aliquid uidetur antequàm factum sit. Cicę. libro primo de Leg. Sic ingenii aciem ad bona deligenda, reiicienda contraria: quæ uirtus, ex prouidendo est appellata prouidentia. Quintilianus, Nullam ego res humanas despicere prouidentiam reor.

Prouidenter, aduerb. ἐκ προνοίας. Ci. de Na. deo. Quę de quidē tia, deorū ab istis sanctissimè, & quidētissimè cōstitutta est.

Prouidus, a, um, prudens, diligens, solers, qui non modò præsentia, & quæ ante pedes sunt, sed etiam futura prospicit, πρόνοος, προμηθὴς. cuius contrariū improuidus, ἀπρονόητος. Plin. Iunior, Sed dispice ne sit parū prouidū, sperare ex aliis quod tnipse non præstes Cic. pro Roscio Amerin. Itaq; nūc illi homines honestissimi propterea istis insidias parū putā tur cauti, prouidiq; fuisse.

Prouidè, uen. cor. Cautè, circunspectè, prudenter, ἐκ προνοίας. Plin. lib. 10. cap. 33. Iam publicum quidem omnium, est tabulata ramorum sustinendo prouidè eligere.

Prouincia, ciæ, f. p. Propriè dicitur regio extra Italiam bello acquisita, ἐπαρχία. Scribit enim Hegesippus, Romanos quum in ius suum uincendo, redigerent procul positas regiones appellauisse prouincias. Primò omnium Sicilia prouincia est appellata, sicut docet Cic. 9. Ver. Primò, inquit qđ omnium nationū exterarum princeps Sicilia se ad amicitiā fidemq; pop. Rom. applicuit, id quod ornamentū imperii est, prouincia est appellata. Ouid. 1. Fast. Redditaq; est omnis populo prouincia nostro. Prouinciarum aliæ erant Consulares, aliæ Prætoriæ. Redigere autem regiones in prouinciæ formam, nihil aliud est quàm regionem subiicere Imperio Romano, & ad eam gubernandam mittere Præfectū. In hac significatione dicimus quempiā habere prouinciam. Cic. in Pison. Sed hæc omitto. Ille si non acerrimè fureret, auderet quam prouinciam P. Lentulus amicissimus huic ordini, quū & autoritate Senatus, & sorte haberet, inter posita religione sine ulla dubitatione depositisset, eā sibi rum adsciscere, quū etiā si religio non impediret, mos maiorū tamen, & exempla, & grauissimæ legum pœnæ uetarent. Obtinere prouinciam. Cic. pro Flac. Quum prouinciam Asiam Consulari imperio obtineres. Deponere prouinciam Cic. in Pison. Ego prouinciam Galliam Senatus autoritate, exercitu, & pecunia instructam & ornatam, quòd ita existimabam rēpora Reip. ferre, in concione deposui, reclamante populo Romano. Per trāslationem accipitur pro quouis munere, siue oncre. Ter. in Phor. O Geta prouinciam cepisti durā. Idē Heaut. Idcirco huic nostro tradita est prouincia. Ci. 6. Ter. Ferebat grauiter illā sibi ab isto prouincia datā, nec quid faceret habebat. Idē pro Sylla, Tunc tuus pater, Corneli, in q tandē aliquando consitetur, illā sibi officiosam prouinciā depopo scit, ut quū prima luce Consulē salutatū ueniret, intromissus meo more, & iure amicitiæ, me in meo lecto trucidaret. In hac uerò significatiōe dicimus, Capere quinciā. Suscipere quinciā, Dare quinciā alicui, Deposcere prouinciā alicui

Prouincialis, & hoc prouinciale, adiectiuum, om. t. Quod ad prouincias attinet: ut Scientia prouincialis, quæ de prouinciarum administratione est, ἐπαρχικὸς, Cic. ad Q. Frart. libro primo, In qua scientiæ præsertim prouincialis ratio ipsa expedita est. Negotia prouincialia. Cic. ad Att. libro secundo, Neq; enim ista negotia prouincialia esse putabam, neq; te in Decurionibus habebā sed scripsi ut debui diligenter. Viri prouinciales. Idem ad Quintum Fratrem, li. 1. Non quin posint multi esse prouinciales uiri boni, sed hoc sperare licet, iudicare

indicare periculosum est. Hospitia prouincialia, Cicer. 4. in Catil. Prouinciales dicti sunt qui ex prouinciis sunt, siue (ut Vlpian. inquit) qui in prouinciis domicilium habet, ἐπαρχιῶται Prouincialium nomine omnes populo Romano subditi, præter Italicos, appellabantur. Vnde Colum. libr. 1. cap. 4. caput facit de Agricultura prouincialium uinearum, quum alibi de agricultura Italicarum scribat. Plin. Iun. lib. 8. Epist. Italicus es, an prouincialis?

Prouinciatim, aduerb. Significat per singulas prouincias κατ' ἐπαρχίας. Suet. in Augusto, cap. 49. Ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatim distribuit.

Prouiuo, is, pen. prod. Vitam protraho. Tacit. lib. 5. Nondũ is dolor exoleuerat, quum de Agrippina auditum: quã interfecto Seiano spe Sustentatam prouixisse reor.

Prouŏco, as, pen. cor. Ex ædibus uel ex loco interiori foras uoco, ἐκκαλέω. Plaut. in Pseud. Herus si domi est tuus, quin prouocas? Aliquando prouocare, est in aliquod certamẽ uocare, siue ludendi, siue lædendi gratia, προκαλεῖσθαι. Hinc dicimus prouocare ad pugnam, prouocare ad certamen, prouocare in alea, prouocare minimo. Horat. 1. Serm. sat. 3. Crispinus minimo me prouocat, digito scilicet Solemus enim dicere nos tantum digito ualere, quantum alius brachio. Budæus. Liu. lib. 7. Gallus magnitudine atq; armis insignis prouocare per interpretem unum ex Romanis qui secum ferro decernat. Prouocare aliquẽ literis, est literas missitando alium ad rescribendum inuitare. Cicero Mario, Tuis amantissimis literis prouocatus. Prouocare aliquem iniuriis, id est, lacessere & irritare. Plin. iun. in Epist. Quamuis etiam multis prouocatus iniuriis, nunquam tamẽ ab amicitia recessi. Aliquãdo prouocare, est maioris iudicii, potestatis ue opem implorare, ἐπικαλεῖσθαι, quod & appellare dicimus habes; in ea significatione accusatiuum cum præpositione ad. Cic. Attico. Quum alter ad Senatũ prouocasset, alter uerò appellasset Tribunos. Aliquando sine ad, Liu. lib. 3. Quod si Tribuni eodem fœdere obligatos se fateantur tollendæ appellationis causa, in quẽ conspirasse Decemuiros criminati sunt, ait se prouocare populũ, implorare leges de prouocatione, & Cõsulares, & Tribunitias eo ipso anno latas. Quem enim prouocaturum, si hoc indemnato indicta causa, nõ liceat? Cui plebeio & humili præsidiũ in legibus fore, si Appio Claudio non fit? Sed documento futurũ, utrum nouis legis dominatio, an libertas firmata sit, & appellatio, prouocatioq; aduersus iniuriã magistratuum ostentata tantũ inanibus literis, an uera data sit. Prouocare autore Bud. uidetur aliquando poni pro uincere seu superare. Quint. li. 10. Elegia quoq; Græcos prouocamus. hoc est, quasi certi de uictoria, in contentionem uocamus. Prouocare in integrum dixit Cic. ad Brutum, De Cæsare ucrò quod fieri debuit, ac potuit, transactũ est: neq; iã prouocari in integrum potest. hoc est, integrũ iã non est illi ut prouocare possit iure.

Prouocator, oris, m. t. uerbale, Qui alterum ad pugnã, certamẽ ue prouocat. Plin. de Viris illustr. Aduersus ingentem Gallũ prouocatorem solus Valerius Tribunus militum, omnibus territis processit. Cic. pro Sestio, Quum uerò ne de uænalibus quidẽ homines electos, sed ex ergastulis emptos, nominibus gladiatoriis ornarit, & sortito alios Samnites, alios prouocatores fecerit, &c.

Prouocatorius, adiect. ut Prouocatoria dona militaria, quæ meruit prouocatus: quod humanius est quã prouocasse. Gell. lib. 2. ca. 11. Populi militaria bona habuit multiiuga, in his prouocatoria pleraque.

Prouocatio, onis, f. t. Id est, appellatio: quæ inuenta est pro remedio aduersus iniurias magistratuũ. Et causa in qua quis prouocat ad alium iudicem, ἐφεσίμ, siue ἔκκλητ δίκη. dicitur.

Prouŏlo, as, n. p. Auolo, ulterius uolo, ἀποπλέω Plin. libr. 10. Tunc uniuersæ prouolant, si dies mitis futurus est. Liu. li. 2. per translationem pro procurro posuit, Sic primũ infensis hastis prouolant duo Fabii: totamq; mouerunt secum aciẽ lib. 3. ab Vrb. Is dato negotio suis, ut corpus obregerent, ipse in locum, uicemq; Consulis prouolat.

Prouoluo, is, a. t. Voluendo protrudo, προκυλίω. Liu. Ingentia saxa in subeuntes prouoluentibus Barbaris. Ter. in And. iam ego hunc in mediã uiam prouoluã. Prouoluere se ad genua alicuius, est sese humi supplicẽ prosternere, & ueniæ impetrandæ gratia, genua eius amplecti, in quibus antiqui misericordiæ sedẽ esse uoluerunt, προκυλίω. Liu. 4. bel. Macced. Legati ubi hæc audierunt, flentes ad genua Consulis prouoluuntur.

Prout, aduerbium similitudinis, idem ualẽs quod perinde, ut, uel quemadmodum, ὡς. Cicero Attico, Tuas literas, prout res postulat, expecto. Idem in Verrem, prout Thermitani homines opes ferebant. Liuius libro 9. ab Vrbe, Raptim collatæ sarcinæ in medium, & prout tempus patiebatur instructa acies.

Proxenẽta, tæ, m. p. προξενήτης. Licitator, mediator, conciliator, siue interpres duorum inter se stipulantium, aut spõdentium, aliumue quemuis contractum, conuentumq; inuntium. A uerbo προξενέω, quod est conciliatorẽ contractũ ago. Mart. lib. 10. Quę sulphurato nollit empta ramento Vatiniorum proxeneta fractorum.

Proxemetria, æ, f. p. dicitur cõciliatrix nuptiarum, quæ & promnestria: quoniam id munus soleret per fœminas fieri quando scilicet arræ sponsalitiæ deponantur apud proxenetrias. Vide Alc. lib. 1. disputat. cap. 21.

Proxímus, uide Prope.

Prudens, tis, om. t. Sagax, prouidus, multarum rerum peritus, ἔμβλ, σωφρὼν, φρόνιμ. Cic. de Orat. Vir natura peracutus & prudens. Idẽ de Clas. Orat. Læl. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodũ prudens. Interdũ prudens idẽ est quod sciens, & data opera aliquid faciens, ὁ ἐκ προαιρέσεως ποιῶν. Plau. in Capt. Et iam multis in locis plus insciens quis fecit, quã prudens boni: Cice. Attic. Ne prudẽs & sciens eò te demittas, unde exitũ uides nullũ esse. Idẽ l. 10. Epist. Vt in fabulis Amphiaraus, sic ego prudẽs & sciens ad pestẽ ante oculos positã sum profectus. Differũt aũt hæc duo, prudens & sciens, secundũ Donat. quod prudens est qui intelligentia sua aliquid cognoscit: sciens, qui alterius indicio rem percipit. hoc est prudens per se, sciens per alios. Tere. in Eun. & prudens, sciens, uiuus, uidens; pereo. Omitto prudens, id est, sciens, & de industria. Plin. lib. 10. cap. 27. Multa præterea similia quæ prudens subinde omitto. Prudens pro sciens cum infinitiuo. Plin. lib. 8. ca. 31. de uitulo marino, Euomit fel suum ad multa medicamẽta utile: itẽ coagulũ ad comitiales morbos, ob ea se peti prudens. Interdũ prudens accipitur pro gnaro, perito seu docto, ἐπιστήμων. Vnde iuris prudentes dicimus, id est, consultos, & peritos iuris. Cic. de Amic. L. Acilius prudens esse in iure ciuili putabatur. Prudens adulandi. Iuu. Sat. 3. Quid q; adulandi gens prudẽtissima laudat Sermonẽ indocti, faciẽ deformis amici? Cicer. de Claris Oratoribus. Omnes ferè Stoici prudentissimi in differendo.

Prudentia, tię, f. p, Est rerum expetẽdarũ (ut inquit Cic. 1. Off.) fugiendarumue scientia, φρονήσις. Idem 5. de Fin. Vt medicina ualetudinis, sic uiuendi ars est prudẽtia. Idem de Senectute, Temeritas est uidelicet florentis ætatis, prudentia senectutis. Prudentia est (sicut docet Macrobius) ad rationis normam quæ quis cogitat, quæq; ait uniuersa dirigere, ac nihil præter rectum uel laudabile facere. Prudentiæ insunt ratio, intellectus, circunspectio, prouidentia, docilitas, cautio Græcè dicitur φρόνησις, qua uoce usus est & Plautus in Truculent. Quæ hic habet Phronesium, omnem ex pectore mouit meo Phronesin.

Prudenter, aduerb. Sapienter, prouidè, φρονίτως, Cic. 5. de Fin. Facit igitur L. noster pruden ter qui audire de summo bono potissimũ uelit. Plin. Epist. 23. Prudenter aũt constituis, interim nauibus, interim uehiculis uti.

Pruína, æ, f. p. à perurendo, quod fruges & uirgulta perurat, πάχνη. Et rore gelido nascitur, nec fit nisi immoto aëre, & sereno. Cic. 1. de Nat. deor. Pars obriguit niue, pruinaue, longinquo Solis accessu. Verg. 2. Geor. id uenti curant, gelidæq; pruinæ. Idem lib. 3. Georg. stant circunfusa pruinis Corpora magna boum. Cic. in Catil. Quo autem pacto illi Apenninũ atq; illas pruinas, ac niues perferent? nisi idcirco se facilius hyemem toleraturos putant: quod in conuiuiis nudi saltare didicerunt. Idem libro 1. de Natura deorum, Atq; aquæ eriam admixtum esse calorem, primùm ipse liquor, tum aquæ declarat effusio, quæ neq; cum glaciaret frigoribus neq; niue pruinaq; concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

Pruna, æ, f. p. A carbone ita distinguitur, quod illa ardens sit & uiua: carbo autem extinctus, ἀνθρακία. Dicta pruna à perurendo. Verg. 5. Aen. Subiiciũt ucrubus prunas, & uiscera torrent. Plin. lib. 19. ca. 6. Si radicem betæ in pruna tostam superfederint. Horat. 1. Serm. sat. 5. Prætextam, & latum clauũ prunæq; batillum.

Fruneoli,

Pruneoli, fũgi qui & Spineoli dicti sunt, ignoti prorsus ueteribus quod certè in tot gulæ irritamenta mirandum est.

Prunus, ni, n. s. Arbor quæ pruna producit, κοκκύμηλον. Colum. lib. 2. c. 2. Multa sunt quæ dulcẽ terrã, & frumentis habilem significent: ut iuncus, & calamus, ut gramen, & trifoliũ, ebulũ, rubi, pruni syluestres. Verg. 3. Georg. Et sæpe alteri us ramos impunè uidemus Vertete in alterius, mutatãq; insita mala Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.

Prunum, ni, n. s. Arboris fructus dicitur, κοκκύμηλον. Mart. li. 13. Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ Sume, solẽt duri sol uere uentris onus. Verg. 4. Geor. Eduráq; pyrũ, & spinos iam pruna ferentes. Idem 2. Eclog. Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo.

Prunetum, Locus prunis consitus, κοκκυμηλῶν.

Prurio, is, n. q. quasi peruror, κνάομαι, Est enim prurire propriè libidine scalpendi ardere, excrementis spirituosis, sibi poros exitum quærentibus. Plaut. Pœn. An dentes pruriũt? Idem Mil. Ita dorsum totum prurit. Prurire interdum fœdæ significationis uerbum est, idẽ significans q genitaliũ partium pruritum excitare, & rei uenereæ appetitũ gignere. Martial. lib. 14. de puella Gaditana, Tam tremulũ crissat, tã blandum prurit, ut ipsum Masturbatorẽ fecerit Hippolytũ. Martial. lib. 1. Lex hæc carminibus data est iocosis, Ne possint ni si pruriunt, iuuare. Catul. in Gell. Epigr. 81. Quid facit is Geli, qui cum matre, atque sorore Prurit, & abiectis peruigilat tunicis.

Pruritus, tus, m. q. pen. prod. Sensus leuis morsicationis, circa cutem ad scalpendũ nos inuitans, κνησμός. Fit aũt ab excrementis spirituosis, exitum sibi molientibus. Plin. li. 9. ca. 45. Vis pruritu mordax.

Prurigo, pen prod. f t. Idem quod pruritus, κνησμός. Col. li. 7. cap. 5. Nam subest aspera quædam prurigo. Plin. lib. 20. ca. 8. Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollunt.

Prymnesium, n. s. πρυμνήσιον, Funis quo nauis ad continẽtem religatur. Plin. rudentẽ uocat, nonnulli orã. Prymnesiũ aũt dictũ est ἀπὸ τῆς πρύμνης, eo quod è puppi solcat emitti.

Prytanis, πρύτανις, à uerbo Græco πρυτανεύω, quod est magistratum exerceo, uel guberno: summus Athenis magistratus erat, cui Reipublicæ administranda cura incumbebat. Erãt autem πρυτάνεις numero quinquaginta, decimam partẽ curiæ quingenariæ efficientes, in orbem πρυτανεύοντες, hoc est magistratum administrantes, singulisq; mẽsibus uices commutantes.

PS, In notis antiquorum, Posuit sibi. PS. Plebiscitũ. P. S. F. Publicæ sibi fecit P. S. F. publicæ saluti uel sibi fecit. P. S. F. C. publicæ saluti faciendũ curauit, uel publico uel proprio sumtum faciendum curauit. PSC. plebiscita.

Psaltes, Latinè cantor, ψαλτὴς.

Psaltria, æ, f. p, ψάλτρια, Cantatrix, quæ scilicet instrumento aliquo musico canit: à Latinis fidicina dicitur, quasi fidib. canens. Terent. in Adel. Istæc iam penes uos psaltria est? Cic. 3. Tusc. Qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur.

Psallocitharistæ, apud Tranquillũ in Domitiano, cap. 4. Certabant etiã & prosa oratione Græcè, Latineq;, ac præter citharœdos chorocitharistæ quoq; psallocitharistæ.

Psallo, is, n. t. ψάλλω, uerbũ est merè Græcũ, idẽ significãs quod cano, siue id ore fiat, siue instrumento musico. Vnde Budæus illud Gellii, lib. 19. cap. 9. Qui canerent uoce, & qui psallerent: interpretatur citharam pulsarent. Horatius 2. Epistol. 1. pingimus, atq; Psallimus, & luctamur Achiuis doctius unctis. Idem 4. Carm. Ode 13. ille uirẽtis, & Doctæ psallere Chiæ Pulchris excubat in genis. Cic. in Catil. Hi pueri tam lepidi, ac delicati, qui non solùm amare, & amari, neque cantare & psallere, sed etiam ficas uibrare, & spargere uenena didicerunt.

Psalma, n. t. ψάλμα, Quod psallitur Diapsalmas, διαψάλμα, silẽtium & quies quædam inter psallendum interposita. Nam ut sympsalma dicitur uocum copulatio in cãtando, ita diapsalma disiunctio, ubi quædam requies distinctæ continuationis ostenditur.

Psalmodia, pen. acuta, ψαλμῳδία, ex ψάλλω, & ᾠδὴ compositũ est. Cantus mistus ut quum aliquis ad musicum instrumentum uoce accinit.

Psalmus, mi, ψαλμὸς, Latinè canticum: à ψάλλω, canto, quod ad psalterium cantaretur.

Psalterium, rii, n. s, ψαλτήριον, Græca dictio est, quod Hebraicè nablon, Latinè organum laudatoriũ dicitur. Et est (ut Hieronymus scribit) in modũ quadrati clypei cũ decem chordis, sicut scriptum est, In psalterio decem chordarum psallite illi. Idem in expositione Psalmorum sic ait, Psalterium priè genus organi musici, melius sonans quàm cithara, similitudinem habet citharæ, sed non est cithara. Inter psalterium, & citharam hoc inter est, quod cithara deorsum percutitur: psalterium uerò sursum: quod uerbo uulgari polyphthongũ dicitur. Et alio in loco, Cithara deorsum habet caumen, & sex chordas habet: psalteriũ sursum habet caumen. Augustinus, Psalterium est organum quod quidem manib. portatur percutientis, & chordas distinctas habet, sed illum locum unde sonum accipiunt chordæ, illud concauum lignum quod pendet, & tactum resonat, quia accipit aẽrẽ, psalteriũ in superiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni cauũ & resonans in inferiore parte habet. Itaq; in psalterio chordæ sonum desuper accipiunt: in cithara chordæ sonum ex inferiore parte accipiunt. Cic. de Arusp. resp. P. Clodius à muliebribus soleis, purpureisq; fasceolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro factus est repentè popularis. Quin. lib. 1. cap. 10. Nec psalterio, aut spadice etiam unguibus probis recusanda

Psecas, cadis. f t. ψιχὰς, Gutta, siue stilla dici potest. Apul li. de Mũdo ex Aristotele, psecadas interpretatur stillicidia. Micæ quoq; auri inter arenas lucentes, psecades dicũtur. Quin etiam ancillæ quæ delicatarum matronarũ capillos medicãto fuco cõspergũt, à Græcis hoc nomine appellatæ sunt.

Psegma, atis, n. t. ψῆγμα, Idem ferè quod flos æris. Plin. libr. lib. 34. cap. 13. In ærariis officinis & psegma fit. Psegma quoq; pro ramento auri usurpatur. ut apud Herod. in Thalia, Indi (inquit) ut sunt multitudine multo numerosissima omniũ quos nouimus hominũ ita tributum conferebant aliorum comparatione maximum, trecenta scilicet & sexaginta psegmatis talenta, id est, aurei ramenti, Ramentũ auri arena est aurea ob id alio nomine ab eodẽ autore chrysitis dicta. Chrysammos etiam ad uerbũ aurea arena dicitur, libr. 11. Codicis Iustinan. Aurum autẽ ramentitium (inquit ille) inueniturr esse talentum Euboicorum quatuor milliũ sexcentorũ & octoginta, si ita ratio ineatur, ut psegma terdecies tanto argẽti rependatur. Strab. libr. 3. Ac ne aurũ quidẽ solũ effoditur, sed etiam trahitur. Deferunt enim aurũ amnes, & torrentes auream arenã, quæ etiam multis in locis aquarũ indigis reperitur, sed in his non apparet: in iis autem locis quæ flumi nib. alluntur, auri psegma, id est, scobs aurea desplendescit.

Ptemes, culices ficarios uocauit Arist. etiã si quidã corruptè legunt Pseras, dicũtur autem Pseres quasi galbæ. Nam & psenes poëtæ cũ dicũt caluos & glabros intelligũt, ut apud poëtã Symonidẽ, Nos tamẽ galbas, esculi uermiculos uocamus.

Psephysma, tis, ψήφισμα, Græca dictio est quæ Latinè interpretari potest decretum, uel plebiscitũ per suffragia factũ. Cicero pro Flacco, Sic sunt expressa ista præclara quæ recitãtur psephismata, non sententiis, nec autoritatib. declarata.

Psephopectæ, m. p. ψηφοπαίκται, Græco uocabulo dicuntur quos nos præstigiatores appellare possumus, seu saccularios, seu calcularios impostores, qui habili, fallaciq; manuum motu spectatoribus imponunt, ψῆφοι enim inter cætera calculos significant, quibus aut ratio subducitur, aut suffragia feruntur. Vnde qui calculis huiusmodi lusitans spectatorum oculos præstringit, psephopectes dicitur.

Psephos, phi, m. s. ψῆφος, lapis anuli, & numerus pecuniarius, sicut apud nos calculus.

Pseudos, m, s. ψεῦδος, Latinè sonat mendacium, siue falsum eoq; frequenter utimur in compositione Græcarum dictionum: ut Pseudographus, Pseudologus, & similia. Quoties autem propriis nominibus in compositione iungitur, non tã falsitatem significat, quam omnimodam similitudinem: ut Pseudophilippus, qui propter omnimodam similitudinẽ à quibusdam falsò habitus fuit pro Philippo.

Pseudanchusa, ψευδάγχουσα, Herba anchusæ simillima, sed latiginosior, & minus pinguis, à quibusdam enchusa, & doris appellata. Plinius lib. 22. cap. 20.

Pseudadelphus, ψευδάδελφος, falsus frater.

Pseudangelus, ψευδάγγελος, falsus uncius.

Pseudisodomon, inquit Plinius libro 36. capite 22. structuræ genus appellant, quum parietes ex inæqualis crassitudinis lapidibus constant.

Pseudobunion, ψευδοβούνιον, Genus herbæ in Creta, palmi altitudine fruticans, foliis napi, acribus. Plin. lib. 24. ca. 16. Dioscorid. lib. 4. cap. 126.

Pseudodictamum, ψευδοδίκταμνος, Falsum dictamnũ, genus herbæ

herbæ quæ in Creta ſimilis pulegio naſcitur. Plinius libro 20. capite 9.

Pſeudomenos ſyllogiſmus, ψευδόμενος, συλλογισμὸς, Argumenti ſeu ſophiſmatis genus fallaci ſtropha diſſerẽtes implicãs. Cic. 2. de Diuin. ratiocinationem mentiẽtem interpretatur Quomodò autem (inquit) mentientem, quem ψευδόμενον uocant, diſſoluas?

Pſeudoporticus, Falſa porticus, ψευδοστόα. Nã in ædificiis partes duæ fiunt ad imitationẽ, nec integrũ, nec precariũ aut temporariũ uſum præbent, quaſi alienũ opus mentientia, hoc nomine inſigniri ſolent: ut Pſeudothyrũ, & Pſeudoaulæ, ſimiliaq; his complura apud Vitruuium.

Pſeudoprophetæ, ψευδοπροφῆται. Falſi uates.

Pſeudothyron, n. ſ. ψευδόθυρον, Quaſi falſum oſtiũ. Vnde pro poſtico ſumitur. Oroſius, Veruntamen ſequenti anno tanta fames Romæ fuit, ut medio foro Imperator correptus à populo, conuitiis & fragminibus panis turpiſſimè infeſtatus, ægrè per pſeudothyrũ in palatiũ refugiens, furorẽ excitatæ plebis euaſerit. Cic. in Verr. Ea quemadmodũ ad iſtum poſtea per pſeudothyrũ reuertatur, tabulis uobis & teſtibus Iudices planum faciam.

Pſeudourbana ædificia, Dicuntur à Vitruuio ædificia ruſtica urbana elegantia extructa Budæus.

Pſeudulus, ψεύδολος, Falſus ſeruus. Vnde & Plautinæ fabulæ Pſeuduli nomen inditum eſt.

Pſeudographiæ, ψευδογραφίαι, fabulæ deformationes.

Pſeudographus, ψευδόγραφος, falſarius.

Pſeudologus, ψευδολόγος, falſidicus.

Pſeudonymus, ψευδώνυμος, falſi nominis.

Pſeudopathes. Staphiſagria, apud Dioſc. lib. 4. cap. 158.

Pſeudoprophetæ, m. p. ψευδοπροφῆται, falſi uates.

Pſichroluſia, frigida lauatio.

Pſilon, ψῦλον, Latinè tenuem dicimus.

Pſilothrum, n. ſ. ψίλωθρον, Vnguentũ depilatoriũ quo mulieres utriq; molliores utebantur ut corpus glabrum, & læue redderent: à ψιλόω nudo. Vnde apud Galen. legitur pſalamandras habere uim pſilothri. Martial. li. 6. Pſilothrũ nitet, aut arida latet oblita creta. Pſilothrũ præterea dicitur uitis alba, quod eius ſemen, & uua uitia cutis in facie detergat, & quaſi faciem depilet. Vide Plin. lib. 23. cap. 1.

Pſiloticum, pilos decutiens paſſio.

Pſimmythium, ψιμμύθιον, Dicitur quod nos ceruſſam nominamus, Eu ex plumbo, acri aceto reſoluto. Plin. lib. 22. ca. 18. Pſimmythiũ, hoc eſt, ceruſſam, plumbariæ dant officinæ.

Pſitta, ψίττα, Piſcis plani genus, quẽ nos paſſerẽ uocamus, ut uertit Theodorus ex Ariſtotele, de Natura animalium.

Pſittacus, m. ſ. ψιττακὸς, ψιττάκη. Auis ex India, aut Occidui Oceani inſulis, uocẽ humanã miro naturæ artificio exprimẽs. Mart. li. 14. Pſittacus à uobis aliorũ nomina diſco, Hoc p me didici dicere, Cęſar aue. De hac auc Apul. lib. 2. Color pſittaco uiridis, & intimis plumulis, & extimis palmulis, niſi q; ſola ceruice diſtinguitur. Enimuero ceruicula eius circulo minio, uelut aurea torque, pari fulgoris circũactu cingitur, & coronatur. Roſtri prima duritia. Quũ in petrã quãpiam concitus, altiſſimo uolatu præcipitat, roſtro ſe, uelut anchora, excipit. Sed & capitis eadẽ duritia, quã ruſticũ ſermonẽ noſtrũ cogitur ęmulari. Ferrea clauicula caput tundi tur, imperiũ magiſtri ut perſentiſcat: hæc ferula diſcenti eſt. Diſcit aũt ſtatim pullus uſq; ad duos ætatis ſuæ annos, dum facilè os, uti conformetur, quũ tenera lingua uti uelit, conuibretur. Senex aũt captus & indocilis eſt, & obliuioſus. Verũ ad diſciplinã humani ſermonis facilior eſt pſittacus glandę qui ueſcitur, & cuius in pedibus, ut hominis, quini digituli numerãtur. Non enim omnib. pſittacis id inſigne, ſed illud omnibus propriũ q; eis lingua latior quã cæteris auibus eo facilius uerba hominis articulãtur, patentiore plectro & palato. Id uerò q; dicit, ita ſimiliter nobis canit uel potius eloquitur, ut uocẽ ſi audias, hominẽ putes: nã quidẽ ſi uideas idẽ conari, non eloqui. Verũ enimuero & coruus & pſittacus nihil aliud quã q; didicerunt, pnuntiant. Si conuitia docueris, conuitiabitur, dieb. ac noctib. perſtrepens maledictis. Vide Plin. lib. 10. ca. 42. & Varr. 3. de Re ruſt. cap. 9.

Pſoles, f. t. ψωλὴ. Latinè mentula dicitur. Author Priap. pſolen ille uocat nos pſodolenta ceraunon.

Pſora, f. t. ψόρα. Cutis aſperitas ſquamoſa: & uidetur alia à ſcabie, quum Plin. lib. 20. ca. 1. dicat, Arida cũ reſina, impetiginem, & ſcabiẽ, quã ψόραν & λειχῆνας uocant, ſanat. Fit aũt à ψῶ, ſcalpo. Nam qui pſora laborãt, ulcera ſiue puſtulas ſupra modum contingere, palpare, & ſcalpere cupiunt.

Pſoriaſis, eſt durities ſeroti, cũ adiecto pruritu, aliquando etiã exulceratione. Pſoriaſis palpebrarũ, id eſt, Pſorophthalmia. De qua Paulus lib. 3. cap. 22.

Pſoricon, quomodo præparetur, uide apud Dioſcorid. lib. 5. capite 107.

Pſorophthalmia, æ, fœm. primæ, pruriginoſa palpebrarũ pſoriaſis, quã ſcabiem, uel ſcabrũ appellamus, ex ſalsò, nitroſoq; humore ducens originẽ. Paulus lib. 3. cap. 22.

Pſyche, Tripolium, apud Dioſc. lib. 4. cap 136.

Pſychium, paſſi uini genus, à colore appellatum nigro.

Pſychrolutres, ψυχρολούτρης. Dicitur qui frigida aqua corpus lauat, & balneo frigido lætatur. Vnde uerbũ ψυχρολουτρῶ, Græcis uſitatum, pro eo quod eſt frigida lauor. Seneca libr. 12. Epiſt. Ille tantus pſychrolutres qui Calendis Ianuariis Euriphum ſalutabat.

Pſychomanteum, n. ſ. pẽn. pród. ψυχομαντεῖον, locus cuiuſdam uaticinii, ubi fiebat diuinatio per Manium euocationem ψυχὴ enim animam, & μαντεία diuinationem ſignificat. Cic. 1. Tuſ. Ait enim Termaneum quendã Elyſium, quũ grauiter filii mortẽ mœreret, uenifſe in pſychomantiũ, quærentem quæ fuiſſet tantæ calamitatis cauſa.

Pſychotrophum, ψυχότροφον. Herba duorũ cubitorũ alti tudine, anguloſum habens caulẽ, à radice ſpargens folia ferè lapathi, ſerrata, ſemine purpureo: in Italia ſerratula dicitur, in Gallia Vettonica. Autor Plin. li. 25. ca. 8. Pſychotrophon in de dictũ q; lacis potiſſimũ gaudeat algoſis. Pſychotrophi itẽ piſces quidẽ appellantur quod umbroſos ſectentur receſſus ac humido frigidoq; delectentur elemento.

Pſychouacos, Helxine apud Dioſc. lib. 3. cap. 41.

Pſychrophobi, Medici timidi ad propinandam frigidã in febribus continentibus. Galen. 9. Methodi.

Pſychrola, qui frigida lauit. Sene. epiſt. 54. mitto me in mare quomodo pſychrolam decet gauſapatus.

Pſyctalia, ficuum genus, ſic dictũ ab algore. Sunt qui Pſyctalia interpretentur, quę recentes non ſunt quidem, nõ tamen ſiccatæ.

Pſydracion, ψυδράκιον. Genus puſtularum durarũ, & ſubalbidarum, acutarumq;, caput præcipuè infeſtantium. Vide Aeginetam.

Pſylla, ψύλλα. Græcè, Latinè pulex dicitur.

Pſylleris, Pſyllium apud Dioſc. lib. 4. cap. 73.

Pſyllion, ψύλλιον. Herba quam uulgus noſter pulicarem uocat, de qua uide Plin. lib. 25. cap. 11.

Pſythia, Vuæ genus eſt ex qua optimum fit paſſum. Verg. 2. Georg. Et paſſo pſythia utilior.

Ptarmica, æ, f. p. frutex eſt, ſuccos habens paruos multos & rotundos, abrotono non diſſimilis: & circa eos folia oleæ lõga, & in cacumine capitulũ uti Anthemidis paruũ rotundũ quod ſuo acri odore ſternutamentũ excitat, unde nomẽ accepit. Meminit eius Dioſc. lib. 4.

Ptarmon, ſternutamentum.

Pte, πτὶ, ſyllabica adiectio: quære in dictione Met.

Ptera, πτερὰ, ſiue (ut Vitruu. lib. 3. ca. 2. appellat) pteromata, πτερώματα, in tẽplis cæteris q; maioribus, ædificiis dicũtur muri duo in altitudinem conſurgentes, alarum inſtar: unde & nomen habent. Nam πτερὰ Græci alas uocant.

Pterion, Dryopteris, apud Dioſc. lib. 4. ca. 199. Pterion, Trichomanes, apud Dioſc. lib. 4. cap. 138.

Pterineon, filix apud Dioſc. lib. 4. cap. 196.

Pteris, πτέρις, Latinè dicitur filix: qua uoce uſus eſt Plin. lib. 27. cap. 9.

Pterygium, πτερύγιον, In oculis uocatur neruoſa quædam adnatæ membranæ excreſcentia, à maiori angulo ut plurimũ orta, ad oculi coronã ita procedens, ut interim & pupillam operiat. Plin. li. 34. c. 10. Cadmiæ effectus ſiccare, ſanare, ſiſtere fluxiones, pterygia, & ſordes oculorũ purgare. Pterygiõ in digitis apud Paul. Aeginet. eſt quũ caro excreſcit, partẽ illam contegens quæ in ungue pterygion appellatur: q; uitiũ ex paronychia ferè naſcitur. At Celſ. lib. 7. Pterygiũ dixit eſſe quum recedit ab ungue caruncula cum magno dolore. Videtur enim diminutiuũ eſſe à πτερὸν, id eſt, ala, quã tunc uidetur efficere caro ab unguib. diſcedens. Plin. lib. 23. ca. 1. Illinitur eadem cum fico, & pterygiis digitorum ex uino. Idem Cum oleo etiam paronychias, & pterygia tollit.

Pterna,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pterna, πτέρνα. Vocatur pars inferior nauali mali: circa mediam ferè trachelos, summa pars carchesium nominatur.

Pterotus, πτερωτὸς, dici potest alatu, spinnatusue.

Pteryx, splenium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 152.

Ptisana, pen. cor. πτισάνη, Hordeum decorticatum, uel hordei cremor, siue pultis genus ex farina hordeacea, in quo est maxima uis restaurandi uires, & nutriendi. De ptisana uide Plin. lib. 18. c. 7. & lib. 22. ca. 25. Latini uocis huius primã syllabam corripiũt altero s, ex Græca uoce abiecto. Mart. li. 12. Frumentum milium ptisanamque, fabamque solebas Vendere pragmaticus.

Ptisanariũ, n. s. πτισανεῖον, Pro uase in quo coquitur, uel tũditur ptisana. Horat. lib. 2. Serm. sat. 3. Tu cessas? agedũ sume hoc ptisanariũ oryzæ. Alii uolunt ptisanariũ oryza, esse oryzam coctam, uel pisanam ex oryza.

Prochodochium, chii, n. s. locus ubi recipiuntur mendici & inopes, πρόχος enim mendicus & inops dicitur. Vide Exeges. Hegendorf. in Rub. C. de Cler. & Episc.

Prochotrophia, pen. pro. πτωχοτροφεῖα, Diuersoria, siue domus in quibus mendici nutriuntur, πτωχὸν enim Græci mẽdicum dicunt, & πτίσσω, nutrio.

Ptosis, sis, f. t. πτῶσις, Latinè ruina & casus nominum.

Ptyas, dis, πτυὰς, Aspidis genus colore subuiridi, cinereo ꝙ, sed in aurũ tendente, quo Cleopatra sibi mortem creditur consciuisse. Dicta Ptyas, ἀπὸ τῆ πτύειν, hoc est, à spuendo, eo quod sputũ habeat maximè lethale quod in hominum oculos expuit. Vide de hoc Plin. lib. 28. cap. 7.

Ptynx, πτύγξ, Auis rapax, quã alii hybridem uocãt, noctu uolans. Venatur more aquilæ. Pugnat etiã cum aquila acriter, ita ut sæpe ambæ implexæ deferantur in terrã, & uiuæ à pastoribus capiantur.

Ptysis, Latinè sputum dicitur.

PV. In notis antiquorum, pupilla. PVB. publicus.

Pubes, f. t. Propriè lanugo quæ maribus decimoquarto anno, fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit, ἥβη. Quod quia maturitatis est signum, factũ est ut mas pubes, si ue puber uocetur, quum primũ ad generandum aptus est, & fœmina similiter ad concipiendũ. Ci. pro Rabirio, Nemo pubes tum fuit quin arma ceperit. Sallust. Puberes omnes interfici iubet. Cæs. 5. bell. Gall. Hoc more Gallorũ est initiũ belli quo legẽ communi omnes puberes armati conuenire coguntur. Cic. 1. Off. Nostro quidẽ more cũ parentibus puberes filii, cũ soceris generi nõ lauãtur. A quo Impubes, bis, uel impuberis qui nondũ lanuginẽ emisit, siue qui nondũ ad pubertatis annos peruenit, ἀνήβους, ἀγήνεως. Pubes etiã honestè p parte pudẽda ponitur. Ver. 3. Ae. Prima hominis facies, & pulchro corpore uirgo Pubetem. Inde Os pubis medici uocãt ostiũ ipsum muliebris pudẽdi, ꝙ pube ambitur. Interdum pubes, collectiuũ nomen est, ciuisdẽ ferè significationis cũ nomine iuuentus. Verg. lib. 1. Aenei. Haud aliter, puppesq; tuæ, pubesq; tuorũ. Liu. lib. 1. Quũ pubẽ Albanã in arcem præsidio, armisq; obtinendã auocasset. Cic. pro Milone Ea potestas, cui Senatus omnẽ Italiæ pubẽ commiserat. Interdum etiã accipitur pro populo. Vnde Pube præsente dicimus: hoc est, populo præsente, ab iis qui puberes sunt, omnẽ populum significantes. Transfertur etiã ad alia. Verg. lib. 12. Aen. Puberibus caulẽ foliis. id est, ut inquit Seru. adultis. Et lib. 4. Aen. Pubentes herbæ. Est aũt pubes pro lanugine, pro parte pudenda, & pro multitudine, substantiuum, & facit genitiuum pubis. At Impubes, bis, p eo qui adhuc inuestis est, adiectiuum est. Vnde Impubis Iuli, apud Vergilium. Et apud Horatium in Epod. Impube corpus. Ouid. lib. 3. Meta. Impubes genis.

Pubeo, bes, n. s. Pubes sum, ἥβάω. Propriè ꝙ de adulescentulis dicitur, qui primã circa pudenda lanuginẽ emiserunt: quãuis etiã ad alia transfertur: ut Pubentes herbæ, apud Verg. 4. Aen. Vbi Seruius, Pubentes, quia aliæ siccæ, aliæ uiridiores leguntur. Et sciendũ inter homines & herbas esse reciprocam trãslationem. Sic enim pubentem herbã dicimus, quemadmodum florem ætatis. Item 3. Georg. Pubentesq; secant herbas. Vbi rursus Seruius, Pubẽtes, adultos maturiores, quib. robur acquiritur.

Pubesco, scis, a. t. Lanuginẽ emitto. Verg. 3. Geor. Et nunc æquali tecũ pubesceret æuo. Cic. 1. Offic. Namq; Herculem Prodicus dicit, ut est apud Xenophontem, quũ primũ pubesceret (quod tempus à natura ad deligendũ quam quisq; uiam uirtutis sit ingressurus datum est) exisse in solitudinem, atq; ibi sedentem diu secum, multũq; dubitasse, quã duas cerneret uias, unam uoluptatis, alteram uirtutis, utram ingredi melius esset. Interdum Pubescere ponitur pro crescere, siue maturitatem adsequi. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Nam & fruges, & reliqua, quæ terra parit, & tempestates, ac temporum uarietates, cæliq; mutationes, quibus omnia quæ terra gignat, maturata pubescant. Verg. lib. 2. Georg. hinc omnis largo pubescit uinea fœtu, id est, exuberat.

Pubertas, atis, f. t. Aetas in pueris, puellisue qua pudenda prima lanugine obducuntur: qui est in maribus annus decimusquartus, in feminis duodecimus, ἡφηβία, ἥβη. Idem Pubertas est emissio ipsa pubis, à qua anni pubertatis dicti sunt. Col. li b. 4. At citra naturæ quandam pubertatem. Cic. 2. de Nat. deo. Vt si quis dentes, & pubertatem natura dicat existere. Pubertas autem plena annos octodecim complectitur. Modest. de Adop. l. Arrogatio, Non tantum inquit quũ quis adoptat, sed & quum arrogat, maior esse debet eo quẽ sibi per arrogationem, uel per adoptionem filium facit: sed utiq; plena pubertate: id est, octodecim annis cũ præcedere debet, Bud. uuæ pubertas. Pli. in Proœ. li. 23. Omphaciũ qua fieret ratione incipiẽtis uuæ pubertate, in unguent. loco do

Publicus, a, m, Quod nõ est priuatũ alicuius, sed (cuimus, populo commune, δημόσιος ꝙ. Plaut. in Rud. Istic ubi uis cõ dormisce, nemo prohibet, publicum est. Cic. 1. Inuen. Publicum est, quod ciuitas uniuersa aliqua de causa frequentat. Sic loca publica urbis, apud eundẽ contra Rullũ. Publica fides, est quã uulgus Gallicũ saluum conductũ appellat. Sall. in Iug. Comes eius qui Romã fide publica uenerat.

Publicum. n. s. substantiuè pro conspectu publico. Hinc dicimus Carere publico, pro eo quod est non prodire in publicum. Cic. p Mil. Caruit deinde foro Pomp. caruit publico. Idem in Ver. In publico esse nõ audet, incluſit se domi. Liu. de Pace Caudina loquens, ut postero die, ac sequẽtib. duob. nemo forũ publicũ aspicere uellet. Ponitur & publicũ aliquando p uectigali: unde & Publicani dicti. Ci. ad Q. F. Hic te ita uersari, ut & publicanis satisfacias, præsertim publicis malè redẽptis, ac socios perire nõ sinas, diuinæ eniusdã uirtutis esse uidetur, id est, tuæ. Publica sacra, quæ pro populo fiebant, δημόσια ἱερά. sicut priuata, quæ pro singulis hominibus familiisue. Publica uia, quæ uniuerso populis communis est πανφόρ ꝙ. qd genus Romani partim Cõsulares, partim Prætorias appellabãt. Sunt & uiæ priuatæ, sunt & uicinales, quæ in uicis sunt, uel quæ in uicos ducũt. Præterea aliæ rusticæ dicũtur, aliæ urbicæ. Militares uiæ, quæ inter publicas sunt latiores, ut capere possint milites agminatim iter faciẽtes. unde illis nomẽ. Sue. de Aug. Iuuenes primò modicis interuallis per militares uias, dehinc uehicula deposuit. Ci. 2. Phil. Et Curtius, Cũ hoc agmine Darius paulũ declinauit à uia militari. uiæ militares (ut Paulus inquit) exitum ad mare, aut in urbem, aut in flumina publica, aut ad aliam uiam militarem habent. Vehicularis autẽ uia dicitur quam Græci, ἁμαξιτὸν, ἁμαξήλατον, uocãt. Publica uectigalia, intelligere debemus ea ex quib. uectigal fiscus capit, uel ærariũ, δημόσια τέλη. quale est uectigal portus, uel uænaliũ rerũ, & piscinariũ & metallorũ. Vlp. de Verb. signif. l. Inter publica, Publica iudicia, nõ omnia sunt in quib. crimẽ uertitur, sed ea tantùm quæ ex legib. iudiciorum publicorum uertũtur, δημόσιαι κρίσεις. ut, Iulia maiestatis, Iulia de adulterii, Cornelia deficariis, & ueneficiis, Põpeia de parricidiis, Cornelia de testamẽtis. Publica uerba dicũtur quæ in communi sunt consuetudine, & usu, δημόσια ῥήματα. Sen. Magnã ex epistola tua percepi uoluptatẽ. Permitte enim mihi uti uerbis publicis, nec illa ad significationẽ Stoicã reuoca. Ci. 1. Aca. Dialecticorum uerò uerba nulla sunt publica, suis utũtur. Oui. 4. de Arte, Munda, sed è medio, consuetaq; uerba puellæ Scribite, sermonis publica uerba placent. Publicum concilium dictus est Senatus, σύνκλητος βουλή. Ci. li. de Orat. Pericles Athenis plurimos annos princeps concilii publici fuit.

Publico, as, a. t. Publicũ facio, manifesto, φανερῶ. Iust. lib. 1. Nõ contentus uoluptatũ suarũ tacita cõscientia, nisi etiã matrimonii reticenda publicaret. Publicare item est rem aliquã in Reipub. potestatem redigere, & preconi publico subiicere, δημεύειν. Cic. lib. 2. de Inuent. lex est apud Rhodios, ut si qua rostrata in portũ nauis deprehensa sit, publicetur. Quũ magna in ẽpestas esset, uis uentorũ inuitis nauis, Rhodiorũ in portũ nauim populi uocat: nauis dominus negat oportere publicari. Publicare librũ aliquẽ, est edere in publicũ, ἐκδιδόναι. Meretrix quoq; se publicare dicitur, quæ se publicè prostituit, nulli mercedem offerenti sui copiam denegans. Plautus. in Bachid. Tum illam quę

corpus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

corpus publicauit uulgò suum. id est, sui copiam palã fecit.

Publicatio, onis, uerbale, Bonorum alicuius in publicum redactio, δήμωσις. Cic. in Catil. Adiungit etiam publicationẽ bonorum.

Publicanus, ni, m. s. Qui uectigalia, & alios populi, Principum ue redditus exigendos, certo constituto pretio redimit, τελώνης, τελωνάριος, ὁ τελώνης. quod genꝰ hodie dotarios appellãt. Horum ordinem Romæ & numero ampliſſimum, & perſonarũ dignitate potentiſſimũ fuiſſe conſtat. Cic. pro Planco, Flos equitũ Romanorum, ornamentũ ciuitatis, firmamentum Reipub. publicanorũ ordine continetur. Vlp. de Publ. l. 1. Publicani ſunt qui publico fruuntur: nã inde nomen habent. Et omnes qui aliquid è fiſco conducunt, rectè uocantur publicani. Cic. ad Q. Frat. l. 1. Non eſſe aũt leniores in exigẽdis uectigalibus Græcos, quã noſtros publicanos, hinc intelligi poteſt, quòd, &c. Ibidẽ, Nomen autẽ publicani aſpernari nõ poſſunt, qui pendere ipſi uectigal ſine publicano nõ potuerunt. Mulier publicana. Cic. 5. Verr, Mulier culæ publicanæ noluit ex decumis lueri dare.

Publicè, & Publicitus aduerb. à publicus nomine deriuãtur: idemq; ſignificãt quod uulgò, ſeu palã, δημοσίᾳ. Cic. 5. Verr. Itaq; quum Plin. Herbitẽſis, homo diſertus & prudens, & domi nobilis, de calamitate aratorũ, & de fuga, & de reliquorũ paucitate publicè diceret. Terent. in Adelph. Haud citò mali quid ortũ ex hoc ſit publicè. Id eſt, nõ facilè aliquid detrimenti ab hoc capiet Reſpublica. Cic. pro Roſc. Amer. Anſeribus cibaria publicè locari, id eſt, palàm, coramq; omnib. qui interteſſe uoluerint, cõductori anſeres alẽdos addicere. Publicè dare ſumptus alicui, eſt illi ſumptus ſuppeditare ex ærario. Publicè aliquẽ deportare, hoc eſt, ex decreto publico. Terentius in Phorm. Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras? Vbi Donatus, Publicitus, publica cura & conſilio. Plaut. in Amphit. Hoſpitio publicitus accipias, Id eſt, carcere publico.

Publicola, læ, com. p. Qui populũ colit & obſeruat, δημοκηδὴς Plutarcho, quo cognomine dictus eſt P. Valerius, qui in locum Tarquinii Collatini ſuffectus eſt Conſul.

Publicus, a, um. ut, Iter publicum. Ouid. 5. Faſt. Vtile nunc iter eſt, publicumq; uocant. Publicii ædiles. Ibidẽ, Plebis ad Ædiles perducta licentia talis Publicos.

Pudet, puduit, uel puditũ eſt, Verbũ eſt impersonale, idem ſignificans quod erubeſcere, ſiue pudore affici, αἰδεῖσθαι. Haberiq; ferè accuſatiuũ cum genitiuo. Cic. 2. Verr. Sunt homines quos infamiæ ſuæ neq; pudeat neq; tædeat. Cic. pro Domo ſua, Me non ſolũ piget ſtultitiæ meæ, uerumetiã pudet. Differt aũt pudere à pigere: q pudere, uerecundiæ ſit: pigere pœnitentiæ. Salluſt. in Iugurt. Nã poſtea quæ fecerit incertũ habeo, pudeat an pigeat magis. Donat. Pudere eſt in his quæ turpiter fiunt: pigere in his quæ cũ damno ac malo. Pudere, ad dedecus, pigere ad doloré refertur. Terent. in Adel. Patris me quidẽ pudet, pigetq; Inuenitur aliquandò impersonaliter poſitũ cũ nominatiuo, uerũ id nõ aliter quã in tertiis pſonis. Lucan. ſemp metuet, quẽ ſæua pudebũt. Cõpoſita eiꝰ ſunt Depudet, Diſpudet, & Suppudet, de quibus ſuis locis.

Pudens, tis, om. t. Verecundus, αἰδήμων. Cic. 5. Verr. Metelli eſt filius in ꝓuincia, nõ puer, ſed adoleſcens bonus ac prudẽs. Terent. in Heaut. Animi eſt prudentis ſignũ, & non inſtrenui. Cic. pro Flac. Pudẽtiſſimus atq; optimus uir. Idẽ 3. Ver. Pudentiſſima, lectiſſimaq; fœmina. Cuius contrariũ eſt Impudens, de quo egemus ſuo loco, ἀναίσχυντος.

Pudenter, aduerb. Id eſt, uerecundè, αἰδημόνως, Cic. pro Quin. Eũ tũ pudenter appellare nolebas. Horat. 1. Epiſt. 18. diſtant faciasne pudenter, An rapias. Cic. in Vati. Viuere pudenter. Contrarium eſt Impudenter, de quo ſuo loco, ἀναισχύντως.

Pudendus, a, um, Quod pudore dignũ eſt: ſiue quod eiuſmodi eſt, ut illius nos pudere oporteat, αἰσχυντηλὸς. Plin. lib. 29. ca. 29. Quædã pudenda dictu tanta autorum aſſeueratione cõmendantur. Ouid. Epiſt. 5. Cauſa pudenda tua eſt. Idem lib. 3. de Arte, Perq; alitus tales lucra pudenda petunt. Vergil. 11. Aen. at non Euandre pudẽdis Vulneribus pulſum aſpicies. Cic. 5. Philip. Vt iam pudendum ſit, honeſtiora eſſe legionũ decreta, quàm Senatus.

Pudenda, orũ, n. ſ. ſubſtant. Naturales partes dicuntur, tã in uiro quã in muliere, quæ & uerenda dicũtur, q (ut ait Auguſtinus, lib. 15. Ciuit.) libidinis nos maximè pudeat, τὰ αἰδοῖα.

Pudibundus, a, um, Qui pudore ducitur, αἰδήμων. Plin. lib. 10. 20. Pudibundus, ac mœrẽs, quærit latebrã. Ouid. lib. 2. Faſt. Illa diu reticet, pudendaq; celat amictu Ora, fluunt lachrymæ more perennis aquæ. Plin. 10. c. 20. Idem cauda annuis uicibũs amiſſa, cũ foliis arborũ, donec renaſcatur iterũ cum flore, pudibundus, ac mœrens quærit latebrã. Dies pudibunda ꝓ purpurea, apud Stat. lib. 5. Theb. de aurora.

Pudibundè, cum pudore, αἰσχυντηλῶς.

Pudefio, fis, Erubeſco, pudore ſuffũdor, αἰσθήσομαι, αἰσχυνθήσομαι. Paſſiuũ eſt à pudefacio, quod eſt pudorẽ alicui iniicio. Gel. l. 15. cap. 17. Tibiam, pudefactus oris deformitate, abiecit.

Pudicus, pen. prod. Caſtus, ἁγνὸς, σεμνὸς. Pudicum ingenium Pãphili, apud Terent. in Hecyr. & Mores pudici, apud Plau. in Capt. Miles pudicus. Cic. Epiſt. ad Octau. Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui nẽ militem quidẽ habere uoluit niſi pudicũ? Mores pudici, Ouid. 3. Triſt. Mulier pudica. Horat. Epod. 2. Thalamos uiolare pudicos. Ouid. 1. Amo. 8. Eleg. Pudicior comparatiuum. Ouidius in Ibin, Nec tibi contingit matrona pudicior illa, Qui potuit Tydeus erubuiſſe nuru.

Pudicè, aduerb. Ouid. ad Liuiã, Quid tibi nũc mores proſunt actumq; pudicè Omne æuum? A quo fit pudicitia, caſtitas, ἁγνεία. Quorũ contraria, ſunt Impudicus, Impudicè, & Impudicitia: de quibus egimus ſuis locis.

Pudicitia, æ, f. p. modò pro caſtitate, ἁγνεία. Plin. lib. 17. ca. 15. A quo tempore pudicitiã ſubuerſam Piſo grauis autor tradidit. Ouid. Epiſt. 5. Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Ibidẽ nulla reparabilis arte Læſa pudicitia: deperit illa ſemel. Tac. lib. 4. Impenetrabilis Agrippinæ pudicitia. Modò pro religioſa munditia ac puritate ponitur, Verg. 2. Georg. Caſta pudicitiam ſeruat domus. Quandoq; dea quæ Romæ colebatur. Plinius lib. 2. cap. 7.

Pudor, oris, m. t. ut Stoici diffiniũt, eſt metus infamiæ qui animum reprimit ne procaciter, aut inordinatè, aut turpiter quid peragat, αἰδὼς. Quur autem erubeſcant quos puduit, cauſam tradũt Philoſophi quoniã pudefactis ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur ita ut ſuperficiem occupet. Pudor à uerecũdia ſic ſeparatur à quibuſdã, ut Pudor ſit rei turpiter actæ: uerecũdia etiã rectè factí, atq; honeſti: quæ tamen differentia uera non eſt. Cic. pro Cluent. Deinde ita flagrare cœpit amentia, ſic inflãmata ferri libidine, ut eã non pudor, non pudicitia, non pietas reuocaret. Plin. lib. 11. ca. 37. Pudoris in malis ſedes. Ouid. 1. de Arte, Eſſe proçul uittæ tenues, inſigne pudoris. Erat enim uitta matronarum ornatus. Horat. 1. Serm. ſat. 6. Infans nanq; pudor prohibebat plura profari. Ouid. Epiſt. 16. fines tranſire pudoris. Pudor etiã pro ſcelere, & ꝓbro, uel dedecore ſumitur quæ ſunt pudoris cauſæ. Ouid. Epiſt. 11. Irruit, & noſtrũ uulgat clamore pudorẽ. Idem Epiſt. 9. O pudor hirſuti, coctis exuta leonis Aſpera texerunt uellera molle latus.

Puer, ri, m. ſ. pen. prod. παῖς tribus modis dicitur, ut ait Paulus de Verb. ſignifi. l. Puer. Primò quũ ſeruũ ſignificamus. Terent. in And. Et iã puerũ inde abiens conueni Chremis. Cic. ad Q. Frat. lib. 1. Tune id ueritus es, ne ego iracundia aliqua adductus, pueros ad te ſine literis miſerim? Secundo, quum puerũ contrario nomine puellæ dicimus, marẽ denotantes Ouid. 9. Meta. Cultus erat pueri, facies, quã ſiue puellæ, Siue dares puero, fieret formoſus uterq;. Et paulò pòſt. Vota puer ſoluit quæ fœmina uouerat, Iphis. Tertiò, quũ ætatẽ puerilẽ intelligimus. Cic. Bruto. Cæſaris uerò pueri mirifica indoles uirtutis. Verg. 2. Eclog. O formoſe puer, nimiũ ne crede colori. Regii pueri, apud Macedonas uocabantur Principum liberi ad miniſteriũ Regis electi, ut eſt uidere apud Liu. libr. 5. Decad. 6. Interdum eſt ἐκ τῶν πρὸς τι, denotatq; reſpectũ erga patrem uel matrẽ: ut ſit idẽ q filius. Horat. 1. Epiſt. Quæritur argentũ, puerisq; beata creandis Vxor. Verg. 8. Eclog. Crudelis mater magis, an puer improbus ille. Apud antiquiſſimos erat cõmunis generis: q & Priſc. annotauit, citans illã ex Liuii Andronici Odyſſ. Sancta puer, Saturni filia. Declinatur & hic puerus, & hæc puera, ſicut puellus, & puella. Plau. in Merc. Tu puere abi hinc intrò ocyus. Varr. περὶ φιλονικίας, ut citat Nonius, Properate uiuere puere, quas finit ætatula ludere, & amare, & Veneris tenere leges. Suet. in Cal. c. 8. Qã antiq etiã puellas pueras, ſicut & pueros puellos dictitarãt.

Puerulus, li, diminut. παιδίον. Cic. ꝓ Roſ. Am. Vt inter ſuos omniũ delitiarũ atq; omniũ artiũ puerulos, ex tot elegãtiſſimis familiis lectos, uelit hos uerſari homines penè operarios.

Puerpera, peræ, f. p. Mulier quæ recens peperit, quæq; ex dolore partus decũbit, λεχὼ. Teren. in Adel. multò rectius eſt, Quã illam puerperã nunc duci huc per uiã ægrotã. Plin. lib. 7. ca. 4. Editis geminis ratam eſſe aut puerpere, aut puerperio, præter quam alteri uitam.

Puerperus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Puerperus, a, um, adiect. ut uerba puerpera, λεχώ. Ouid. 10. Metam. admouitq; manus. & uerba puerpera dixit.

Puerperium, rii, n. s. Nisus, & dolor parientis, uel etiã tẽpus ipsum quo parit mulier, quoue post partum ex dolore decũbit, λοχεία. Plin. lib. 28. cap. 8. Lingua adalligata, pericula puerperii tolli. Aliquando etiã, teste ipso. Cel. Diuo Augusto imperante, ancilla eius in Agro Laurente peperit quinq; pueros qui pauculos dies uixerunt. Mater quoq; non multò pòst mortua, monumentumq; ei factũ iussu Augusti, in uia Laurentina, in quo scriptum fuisse constat numerum puerperii. Suet. de Caligula, Quum Agrippina bis in ea regione filiam enixa sit, & qualiscunq; partus sine ullo sexus discrimine puerperium uocitetur, quod antiqui etiam puellas pueras, sicut pueros & puellos dictitarunt. Plin. libr. 18. cap. 29. Vt in lacte puerperium necat. Idem lib. 7. cap. 11. Vno abortu duodecim puerperia egesta.

Puerilis, le, om. t. pen. prod. Quod est pueri, uel quod puerorũ proprium esse solet, παιδαγωδης, νηπιαχῶν, ut Aetas puerilis apud Cic. pro Archia, Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet. Idem ad Attic. 14. Acta enim illa res est animo uirili, consilio puerili. Verg. 7. Aene. si iam puerile paratum Agmen habet secum. Idem 11. Aen. Tela manu iam tum tenera puerilia torsit.

Pueriliter, aduerb. More puerorum: ut pueriliter blãdiri, Liu. 1. bell. Pun. Cic. 1. de Fin. Quæ quum res tota ficta sit puerili ter, tum nec efficit quod uult.

Puerilitas, atis, f. t. Ineptia, uel inconsiderantia pueriis, παιδία εἰδώς, ἀσυνετοία. Senec. Qui pueritiã eius, siue potius puerilitatem ludibrio habuit. Ponitur aliquando pro ipsa pueritia παιδία. Varr. de Liberis educãdis, Velim me hercles, inquit ipse, usu magno puerilitatis formulam audire.

Puericia, æ, f. p. Aetas puerilis, νηπιέια, παιδία. Cic. pro lege Manil. Qui extrema puericia miles fuit summi Imperatoris. Idem Licin. lib. 5. Qui me à puericia sua semper obseruauit. Quandoq; etiã sumitur pro puritate, siue castitate: q & Nonius annotauit, citans illud Varronis ex lib. Rerũ humanarum, Quæ puericia est infrrquens polluta, Vide tamen num potius ibi puritia legendum sit.

Puerascere dicuntur qui exacta infantia puericiã inchoant, νηπιάζειν, νηπιῶδη, à quo repuerascere, quod est in puerilem ætatem reuerti, ἀνανηπιῶδη. Cice. in Catone, Ex hac ætate repuerascam, & in cunis uagiam. Per translationem accipitur p delirare, & ætatis uitio desipere. Plaut. in Merc. Senex quũ exemplo est, iam nec sentit, nec sapit, aiunt solere eum rursum repuerascere.

Puellus, li, diminutiuum à puer, Significat paruum puerum, siue filiolum, παιδίον. Lucil. Quumq; hic tam formosus tibi, ac te dignus puellus.

Puella, æ, f. p. à puera per diminutionem, παιδίσκη. Cic. ad At. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usu capi potest. Verg. 4. Geor. Immanem ante pedes hydrũ moritura puella Seruantẽ ripas alta non uidit in herba. Ouid. 2. Amo. Eleg. 17. Verba puellarũ foliis leuiora caducis. Ouid. 3. Amor. Eleg. 6. Aut non formosa est, aut non bene culta puella. Ver. 2. Aen. circum pueri, innuptæq; puellæ Sacra canunt.

Puellula, læ, diminut. à puella. Catullus in epith. Iuliæ, Flroidã ipse puellam Matris è gremio suæ Dedis. Idem in Mamurc. Socii puellularum.

Puellaris, re, om. t. Idem ferè quod iuuenilis: adiect. à puella deductum quemadmodũ à puero, puerilis. Quint. de uxore defuncta, Tum ætate ea puellari, præsertim meq; comparata, potest & ipsa inter uulnera orbitatis. Plin. libr. 10. cap. 55. Liuia Augusta prima sua iuuenta Tyberio Cæsare ex Nerone grauida, quũ parere uirilẽ sexum admodũ cuperet, hoc usa est puellari augurio, ouũ in sinũ fouendo, atq; quũ deponendũ haberet nutrici per sinũ tradendo, ne intermitteretur tepor nec falsò augurata ꝓditur. Ouid. 4. Fast. Præda puellares animos oblectat inanis.

Puellariter, aduerb. Plin. Epist. 103. Dum se prægnantem puellariter nescit, ac per hoc, &c.

Puellascere, Effœminari, θηλυθείαν. Pacuuius, Puellascunt lasciuia adolescentes. Aliquando reuirescere, & quasi ad puellarem ætatẽ redire, ἀνανεῶσθαι. Varr. apud Nonũ, Quod nõ solum innubæ fiunt cõmunes, uerumetiã ueteres puellascũt.

Pugil, lis, om. t. Qui pugilatu decertat: nomen à pugna, siue à pugnis deductũ, πύκτης. Cic. de Clar. Orat. Pugiles inexercitati etiã si pugnos, plagas Olympiorũ cupidè ferre possũt. Solẽ tamẽ ferre nõ possunt. Idẽ 2. Tusc. Pugiles cæstibus contusi, ne in gemiscũt quidẽ. Hor. li. 2. Epi. 1. medil nter carmina poscunt Aut ursum, aut pugiles: nam plebecula gaudet.

Pugilatus, us, m. q. Pugilum certamen, πυκτικὴ. Plau. in Capt. Hic homo pugilatim incipit. Plin. lib. 8. cap. 22. Bundem decimo anno refrituum athleticè, certasse in pugilatu.

Pugilatio, Idem. Cicero 2. de Legibus Sunt corporum certationes cursu, & pugilatione, luctatione, &c.

Pugilicè, aduer. Pugilum more, πυκτικῶς. Plaut. in Epid. Quid herilis noster filius? EPID. Valet pugilicè, atq; athletice. Vbi pugilicè & athleticè ualere dixit, pro eo quod est prosperrimã, summaq; ualetudine frui. Summam enim tam athletæ quàm pugiles corporis robori curam impendebãt: ita ut interdũ ex nimia repletione uenæ de ruptione periclitarẽtur.

Pugillaris, Pugillus. Vide Pugnus.

Pugio, onis, m. t. Breuioris gladii genus est, teste Nonio: in dictum ab eo quod pugno facilè apprehendatur, uel quod eo punctim pugnetur, ut inquit Festus, ἐγχειρίδιον. Front. li. 2. Stratag. Q. Sertorius, quum acie decertaret, barbarũ qui ei nuntiauerat Hirtulcium periisse, pugione traiecit. Pugionem plumbeum uocat Cic. inualidum argumentum, lib. 4. de Finib. O plumbeum pugionem.

Pugiunculus, li, m. s. Paruus pugio, ἐγχειρίδιον. Cic. Hispaniensem pugiunculum. Cn. Pisonem appellat. Idem in Oratore Nam in iis quibus ut pugiunculis uti oportet, breuitas facit ipsa liberiores pedes.

Pugio, Herba Xiphion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 23.

Pugna, æ, Prælium, dimicatio, certamen, quod nomen à pugno deductum existimat Donatus, μάχη. Nam ueteres, inquit, ante usum ferri, & armorũ, pugnis, & calcibus, & morsibus, corporumq; luctatione certabant. Vergilius 3. Georgicorum, Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas. Idem 8. Aen. quem si fortuna sequatur Euentum pugnæ cupiat. Idem 11. Aen. Isq; ubi se nullo iam cursu euadere pugna Posse, &c. Cic. pro Muræna, Ex omnibus pugnis, quæ, sunt innumerabiles, uel acerrima uidetur illa quæ cum Rege cõmissa est, & summa contentione pugnata. Cic. 3. in Catil. Tum interuentu Pontini atq; Flacci quæ erat commissa, sedatur. Dicimus pulchrè, Committere pugnam. Dare pugnam, Rem uenire ad pugnam. Quandoq; apud Poëtas pro stupro ponitur, Terent. Eunu. Dabit hic aliquam pugnam.

Pugno, as, n. s. Dimico, pugnã cõitto, μάχομαι, διαπυκτίζομαι, referturq; ad animata: ut, Pugno cum hoste. Plau. in Amph. Nam quum pugnabãt illi maximè, ego fugiebam maximè. Cic. pro Corn. Balbo, Qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnauit. Plin. lib. 32. cap. 1. Sed armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula, ut in mari quoq; pugnetur uelut è muris. Pugnare pugnam, id est, pugnam committere, manus conserere. Gell. lib. 2. Dum Pyrrhus rex in Italia esset, & unam atq; alteram pugnam prosperè pugnasset. Interdum Pugnare accipitur pro contendere, certare, litigare Cic. 2. de Nat. deor. Videtur Epicurus de diis immortalib. nõ magnopere pugnare, id est, de diis non ualde laborare, aut p eorum defensione non magnopere contendere. Gel. li. 14. ca 15. Pugnare de possessione hominis. Ter. in Prol. Hec. Tumultuantur, clamant, pugnãt de loco. Pugnare secũ, uel inter se, ea dicuntur quæ inter se sunt contraria: ut Pugnãtia studia, pugnantes sententiæ. Quint. lib. 3. cap. 10. Hæc autem quæ tum inter se pugnant, plerunq; nominibus deflecti solent. Hor. in Ser. quid mea quũ pugnant sententia secum? pugnare, pro conari. Ouid. de Remed. Pugnat in aduersas ire natator aquas. In qua significatione non inuenustè accusatiuũ admittit. Ci. App. Pulchro, Illud pugna, atq; enitere, ne quid mihi temporis prorogetur, Idem 1. de Nat. deor. Illud uideo pugnare te, species ut quædam sit deorum. Pugnaueris, uetere res dicebant pro eo quod est strenuè te gesseris. Ter. in Andelp. Et istam psaltriam unà illuc me cum hinc abstrahã. M. Pugnaueris. Vbi Donatus, Pugnaueris, id est, magnam rem gesseris. Habet autem hoc uerbũ ut cætera eiusdẽ significationis, uarias constructiones. Dicimus enim, pugno in hostẽ contra uel aduersus hostem, cum hoste. Et apud Poëtas, Pugno hosti. Exempla nusquã nõ occurrunt. Pugnatur, impersonale. Cæs. 4. bel. Hal. Quum ab hora ferè quarta usq; ad Solis occasum pugnaretur. Ouid. 3. de Arte, Ponite iam gladios heberes, pugnetur acutis: Nec dubito, telis quin petar ipse meis. Ci. Off. Quũ malè pugnatũ apud Clau esset. Itẽ pugnatur, passiuũ: ut, Hoc pugnatur, pro hoc cõtenditur. Cic. pro Ros. Am. Hoc solũ hoc tẽpore pugnatur, ut ad illã opimã prædã claraq; prædã dãnatio Sexti Roscii uelut cumulus accedat.

Pugnans, m. t. partic. Ouid. 13. Metam. ego Teleph. hasta pugnã tem do-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tem domui: uictũ, orantemq; refeci. Idẽ 1. de Ponto, Eleg. 2. Hic me pugnantẽ cũ frigore, cumq; sagittis, Cumq; meo fato. 4. fatigas hyems. Interdũ migrat in nomen, idemq; significat quod cõtrarius, siue repugnãs: ut, Pugnantes sententiæ, hoc est, inter se contrariæ. Plin. Epist. 167. Quæ distinctio pugnantiũ sententiarũ, &c. Pugnantia studia. Cic. 1. de Fin. Atqui pugnantibus & contrarijs studijs consilijsq; semper utens, nihil quieti uidere, nihil tranquilli potest. Cic. 1. Tusc. Pugnantia te loqui non uides?

Pugnatus, a, um, part. Sall. Iug. Quæ negotia multo magis. quã prælium malè pugnatũ à suis. Regem terrebant. Hor. 3. Car. Ode 19. Et pugnata sacro bella sub illo. Verg. 8. Aen. pugnataq; in ordine bella.

Pugnax, acis, p. t. Bellicosus, μάχιμος. Cic. in Anton. Saxa Centurio pugnax & lacertosus. Interdũ idem quod uehemẽs, & pertinax in pugnãdo, seu cõtendendo. Cic. 1. de Orat. Carneades dicere solebat, me sibi perfacilem in dicendo, te perpugnacẽ in disputando esse uisum. Idem in Pisonẽ, Græcus facilis, & ualde uenustus, nimis pugnax contra Senatorem populi Romani esse noluit.

Pugnacior, pugnacissimus, μαχιμώτατος. Plin. libr. 22. cap. 22. Perdices, & gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum eorũ additis. Cic. de Clar. Orat. Sed & huius orario in philosophiã translata, pugnacior (ut ita dicã) uidetur & illorum in iudicio pacatior. Pugnax exordiũ dicendi, id est, efficax & uehemẽns, apud Cic. 2. de Orat.

Pugnacitas, atis, f. t. Pugnãdi auiditas, & pertinacitas, Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices capiuntur quoq; pugnacitate eiusdem libidinis.

Pugnaciter, aduerbiũ. Vehemẽter, pertinaciter, instanter. Cic. 4. Acad. Ergo de omni statu, cõcilioq; totius uitæ aut certare cum alijs pugnaciter, aut frustrari cũ alios, tum etiã meipsum uelim. Quin. lib. 9. cap. 4. Vbicunq; acriter erit & instanter pugnaciterq; dicendũ, membratim. cæsimq; dicemus.

Pugnaculũ, li. n. s. Idẽ quod propugnaculũ, hoc est, locus munitus ex quo hostilis uis arcetur, προβολή. Plautus in Milite, Meus illic homo est, deturbabo ego iam illũ de pugnaculis.

Pugnus, m. s. Manus clausa, & in condylos contracta, ῥᾳξ, κόνδυλος. Ter. Adel. Ctesipho me pugnis miserũ, & istã psaltriã Vsq; occidit. Vbi Donat. Aut pugnus à pugna est dictus, aut ab illo pugna. Quidã à Græco πυγμὴ deductũ, quod & inter cætera pugnũ significar. Cic. in Orat. Nã quũ cõpresserat digitos, pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse. Cato cap. 82. Sphæras pugnũ altas facito. Hoc est, ad crassitudinẽ unius pugni. Cic. in Parad. Quoniam uerbis contendimus inter nos, non pugnis. Verg. lib. 11. Aen. Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora.

Pugillus, li, diminutiuũ, Significat paruum pugnũ, ῥάκιον.

Pugillares, riũ, m. t. uel Pugillaria, um, neut. gen. Tabellæ cereæ uel ligneæ, siue alterius materiæ, in quibus stylo scribimus. πινάκιον, πινακίδιον. dictæ quod pugno comprehendantur: uel à pungendo, quod stylo in his pungendo scribatur. Plin. lib. 13. cap. 11. Pugillariũ enim usum fuisse etiã ante Troiana tẽpora inuenimus apud Homerũ. Catul. de Acme, En negat mihi uestra redditurã Pugillaria, si pati potestis. Legitur & Pugillar, in singulari numero. Ausonius, Bipatens pugillar expedi. Variis autẽ nominibus dicebantur pugillares apud ueteres: alij duplices, alij triplices, alij quintuplices nominabantur. Erant & citrei, eborei, mẽbranei dicti, qui ex citro, ebore, membranis erant confecti.

Pugillaris, pugillare, adiectiuũ. Quod pugillum, siue pugnum implere potest, seu quantũ pugnus potest continere. Iuuenalis sat. 12. Nec pugillares defert in balnea raucus. Testiculos, nec uellendas iam præbuit alas.

Pugillatorius, a, um, adiectiuum, Quod pugno percutitur: ut Follis pugillatorius, maximũ pilæ genus quod spiritu inflatur, & pugno percutitur, non palma Plaut. in Rud. exemplò hercle eho te follem pugillatorium. Faciam, & pendentem incursabo pugnis, periuriissume.

Pulcher, chra, chrũ, Formosus, bellus, uenustus καλὸς περικαλὴς Cic. 5. Tusc. Itaq; nec pulchros illos administratores aspiciebat, nec plenũ artis argentũ, &c. Ibidẽ, Suũ cuiq; pulchrũ est. Verg. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus Laudibus Italiæ certent. Idem 3. Aen. Sic fatus, meritos aris mactabat honores, Taurũ Neptuno, taurũ tibi pulcher Apollo. Sunt qui pulchrũ à pollendo dictũ putent, quasi polchrũ, quòd forma polleant pulchri. Illud certè uel Cic. testimonio constat, nomen hoc antiquitus sine aspiratione scribi solere, quanuis perpetuò deinde usu effectũ sit ut eam receperit. Eius diminutiuũ est pulchellus, la, lum. Cic. Attic. lib. 10. Redeo adaltercationem: surgit pulchellus puer. Interdũ pulcher sumitur pro bono, sicut bonũ pro pulchro. Gell. lib. 19. cap. 8. Ni quid cõtra ea dicis Poetarum pulcherrime, quo & te purges, & nõ esse id uitiũ demõstres, id est, optimè. Econuerso bonam formam pro pulchra dicimus: quemadmodũ & malam, pro deformi. Teren. And. Forma. SOS. Bona fortassis. Interdũ pro forti. Verg. lib. 7. Aen. fatus Hercule pulchro. Pulcher Auentinus. Pulchrior, cõparatiuum: & superlatiuũm pulcherrimus. Vergil. 9. Aen. quo pulchrior alter. Non fuit Aeneadũm. Cicero de Senect. Vna quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius? Verg. lib. 1. Aen. Regina ad templũ forma pulcherrima Dido Incessit, magna iuuenum stipante caterua. Idem 6. Aen. Hic Genus antiquum. Teucri pulcherrima proles.

Pulchralis, Antiqui dixerunt pro pulchro, teste Festo. Ennius, Pulchralibus ludis.

Pulchrè, aduerbium. Id est, bellè, benè, preclarè, καλῶς. Plaut. Amph. Optumè optumo optumã operã das, datam pulchrè locas. Cic. lib. 10. Epist. Lepidũ pulchrè norã. Plaut. in Merc. Si tu uera dicis, & pulchrè, ædificatus arbitror. Ponitur ali quando pro sapienter, interprete Donato. Terent. in Eunu. Dixti pulchrè, nunquam uidi melius consilium dari. Aliquando pro ualde, fortiter, nimis, inquit Donatus. Terent. in Eunu. Ai dum accubabam, quàm uidebar mihi esse pulchrè sobrius.

Pulchritas, atis, Antiqui dixerunt pro pulchritudine ut annotauit Nonius, citãs illud Cæcilij, Dii boni, quid illud est pulchritatis? κάλλος, καλονή.

Pulchritudo, inis. f. p. Species, uenustas, decor, elegantia: & ut Cic. lib. 3. Tusc. Quæst. inquit, quædam apta figura membrorum, cum coloris quadã suauitate, κάλλος. Venustas autem est gratia quam affert pulchritudo. Cic. 1. Offic. Pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso quòd inter se omnes partes quodam lepore consentiunt. Idem lib. 3. de Orat. Tantam habet pulchritudinem, ut nulla species ne excogitari quidem possit ornatior. Idem lib. 1. Offic. Quis non admiretur splendorem, pulchritudinemq; uirtutis?

Pulegium, gii, n. s. Herba hortẽsis est nota, quã Galli sua lingua appellãt, du Poulieul πολύκρον. βληχρον. Col. li. 8. ca. 5. Pulegij surculis fumigẽtur: ea res uidetur prohibere pituitam, quæ celerrimè teneros inficit. Legitur etiã pro codẽ puleiũ. Cic. lib. 1. de Diuinat. Nã & musculorũ iecusculà bruma dicuntur augeri, & puleiũ aridũ floresc ere ipso bruma'i die. Accipitur etiam pulegiũ per translationẽ pro suauitate sermonis. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. Cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est.

Pulex, cis, m. t. Vermiculus notus, inde dictus quòd ex puluere generetur ψύλλα. Plin lib. 30 ca 10. Aliud est cuculo miraculum, quo quis loco primùm audiat alitẽ illam, si dexter pes circunscribatur ac uestigium id defodiatur, non gigni pulices ubicunq; spargatur.

Pulicosus, a, um, Pulicibus plenus, ψυλλώδης. Colum. lib. 7. ca. 13. Pulicosæ cani remedia sunt: Sume cyminũ tritum, pari pondere cũ ueratro, aquaq; mistũ, & illitũ, seu cucumeris anguinei succum, uel (si hæc non sunt) uetus amurca per totum corpus infusa.

Pulex araneus, exigui corpusculi, acuminatus assultim egrediens & ob id pulex uocatus.

Pulicaria psyllium apud Dioscor. lib. 4. cap. 73. Pulicaria Coniza, apud Dioscor. lege Conyza.

Pullarius, Pullaster, uide Pullus substantiuum.

Pullatus, uide Pullus adiectiuum.

Pullesco, Pullicenus, Pullities, uide Pullus substãtiuũ.

Pullulasco, Pullulo, uide Pullus substantiuum.

Pullus, pulli, m. s. à puellus (ut quidã putant) per syncopen deductum, πῶλος. Significantur autẽ hoc nomine quorum libet animalium fœtus: ut pullus equinus. Verg. li. 3. Geor. Cõtinuò pecoris generosi pullus in aruis. Altius ingreditur. Iuuen. Saty. 13. quia tu gallinæ filius albæ, Nos uilles pulli, nati infœlicibus ouis. De pullis gallinaceis est Epigrãma apud Martialem lib. 13. Plin. lib. 8. cap. 44. Pullis eorũ ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur. Pullus ranæ. Horat. lib. 2. Serm. sat. 3. Absentis ranæ pullis uituli pede pressis. Quin etiam prisci pullos dicebant suos catamitos. Vnde Qu. Fabius, cui Eburno cognomen fuit propter candorẽ, q eius naris icta esses fulmine, pullus Iouis appellatus est.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pullulli, m.f.n. Stolones sunt (ut quibusdam placet) ex arborum radicibus enascentes, βλάστοι, unde & pullulare dictũ putant, pro eo quod est, stolones, siue germen emittere. Plin. lib. 17. cap. 10. Nullis uerò tales pulluli proueniunt, nisi quarum radices, amore Solis, atq; imbris, in summa tellure spatiantur. In multis exemplaribus legitur pulli.

Pullulo, las, n.p. pen. cor. Fœtifico, quasi pullulos, hoc est, stolones emitto, παραφυάω, βλαστάνω. Nam pullulare dicimus arbores, quũ à radice nouæ plantæ surgunt. Verg. 2. Geor. Pullulat ab radice alijs densissima sylua. Plin. li. 7. ca. 10. Natura & plantaria demonstrauit, multarũ radicibus pullulante sobole densa, & parietẽ matre quos enecet. Eius quippe umbra turba in digesta premitur, ut in lauris, platanis, cerasis, prunis: paucorũ in hoc genere rami parcunt soboli, ut ulmorũ, palmarumq;. Nullis uerò tales pulli proueniunt, nisi quarũ radices, amore Solis atq; imbris, in summa tellure spatiantur. Ver. li. 7. Aen. Tam sæue facies: tot pullulat atra colubris. Huius compositũ est expullulo, quod significat extrà pullulo, uel enascor. Colum. lib. 3. Nec dubiũ quin gemmæ quæ ea cumini proximæ sunt, infœcundæ in eo relinquãtur, ex quibus pampinus expullulat.

Pullulasco, lascis, n.t. Pullulans fio, germen emitto, βλαστάνω. Collu. lib. 4. cap. 21. Ex nouello palmite uitis pullulascit.

Pullesco, lescis, n.t. Idem quod pullulasco, βλαστάνω. Colum. li. 4. cap. 21. Quicquid est supra uetusti brachij, amputatur, & ita ex nouello palmite uitis pullescit. Quo tamen in loco in emendatioribus Columellę exẽplaribus legitur, pullulascit. A pullesco nonnulli deducunt compositũ repullesco, citantes locum Columellæ eodẽ lib. cap. 22. Quũ ferè plurimarũ stirpium natura sic se cõmodet, ut iuxta cicatricẽ nouellis frondibus repullescant. Verũ & ibi emendatiores codices, Repullulascant legendum ostendunt.

Pullaster, & pullastra, Significant gallũ, siue gallinã adulescentem, ὀρνιθάριον. M. Varr. li. 3. de Re rust. cap. 9. Et ea quæ subijcias, potius uetulis, quàm pullastris, & quæ rostra, aut ungues nõ habeant acutos: quæ debent potius in cõcipiendo occupatæ esse quàm in cubando.

Pullicenus, à quibusdã, degenerante iam linguæ Latinæ puritate, usurpatum est pro pullo gallinaceo. Aelius Spartianus, de Alexandro Seuero, Et ne carum pastus grauaret annonam, seruos habuit uectigales, qui eos ex ouis, & pullicenis, & pipionibus alerent.

Pullinus, na, nũ, Quod est pulli, πόλιν&. Vnde pullini dẽtes, quos primum equi iaciunt. Plin. lib. 8. cap. 44. Quę nõ priusquam dentes quos pullinos appellant, iaciat, conceperit, sterilis intelligitur.

Pullarius. m.f. Qui è pastu pullorũ captat auspicia, ὀρνιθοσκόος. Liu. li. 10. Nam quũ pulli nõ pascerentur, pullarius auspiciũ mentiri ausus, tripudiũ solistimũ nuntiauit Consuli. Cic. 2. de Diu. Attulit in cauea pullos is qui ex eo nominatur pullarius. Liu. 8. ab urbe, Namq; Papyrius Dictator à pullario monitus, quũ ad auspiciũ repetendum Romam proficisceretur Cic. lib. 10. Epist. Fam. Literis recitatis, oblata est religio Cornuto pullariorũ admonitu, non satis diligenter eum auspicijs operam dedisse.

Pullatio, onis. f.t. Accipitur pro fœtura pullorũ quę & pullitio dicitur, τόκῳ& τῶν ὀρνίθων. Colum. lib. 8. ca. 5. Plerique tamen etiam ab æstiuo Solstitio non putant bonam pullationem.

Pullicies, ciei. f.q. Ipsa pullatio, τόκῳ& τῶν ὀρνίθων. Colum. lib. 8. ca. 10. de turture, Huius auis ætas ad saginã nõ tam uetus est idonea quàm nouella. Itaq; circa messem quũ iam confirmata est pullicies, eligitur. Idem lib. 9. cap. 11. de apibus, Quũ primo uere in eo uase nata est pullicies, nouus rex eligitur.

Pullus, a. um, Fuscus, in nigrũ uergens, cuiusmodi est color terræ, qui & Bæticus dicitur, siue Hispanus, φαιός. Verg. lib. 3. Geor. ne maculis infuscẽt uellera pullis, id est, nigris, inquit Seruius. Tibullus li. 1. Eleg. 2. Concidit ad magicos hostia pulla deos. Hoc colore olim in lucta utebantur. Cicer. in Vatin. Atq; etiã id à te scire cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, uti in epulo Q. Arrhij familiaris mei cum toga pulla accũberes. Idem 6. Verr. In hac officina maiorẽ partẽ diei cũ tunica pulla sedere solebat, & pallio Putere solũ, & pullum. Colum. in Præf. libr. 1. In alijs regionibus uigra terra, quam terram pullam uocant. Plinius lib. 17. cap. 4. Nec pulla, qualem habet Campania, ubiq; optima uitibus. Pullum olus, id est, olus atrum, ἱπποφαίνινον, Colum. lib. 10. Atq; oleris pulli radix, hoc est, oleris atri.

Pullula terra, coloris nigri quẽ pullum uocant idem quod puligo. de qua Plin. meminit & Colum. lib. 1. cap. 2.

Pullatus, Pulla uestẽ indutus: hoc est, lugubrẽ habitũ ferẽs ex parentũ morte, uel alia quauis ratione: qui & atratus dicitur, μελανείμων. Qui mos à Lydis cœptus est. Cic. in Vatin. Quis unquã cœnauit atratus, quũ ipse epuli dominus Quintus Arrhius albatus esses? Quando q; pullatus accipitur pro uiliori persona, siue rudi, & imperita: translatione sumpta à spectaculorũ consuetudine, in quibus latiores candidis togis spectabant: (ut nõ uno in loco indicat Martialis) tenuiores, quibus mutandæ togæ copia nõ erat, nigris. Suet. in Augusto, Militẽ secreuit à populo, multis ex plebe proprios ordines assignauit, prætextatis cuneũ suũ, & proximũ pedagogis: sanxitq; ne quis pullatorũ media cauea sederet. Quint. li. 2. cap. 13. Iam collidere manus, terræ pedẽ incutere, femur, pectus, frontẽ cædere, mirè ad pullatũ circulũ facit, hoc est, ad cumulum rudium, atq; imperitorum hominum.

Pulligo, ginis, f.t. Idẽ quod pullus color, μελανία. Plin. li. 8. ca. 48. Fuluas lanas Tarentum habet, & alias suæ pulliginis.

Pulmentum, ti, n.f. Ipsa puls, uel aliud cibarium ad modũ pultis factum, ἄρτυμα. Apuleius, Ius porcorũ, pullorum, piscium, & ius pulmentorũ largissimas epulas. Plaut. in Aulul. Pulmentũ pridem ei eripuit miluius. Hor. 1. Epist. 19. Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta.

Pulmentaris, pulmentare, Quod pertinet ad pulmentũ. Plin. lib 18. cap. 12. Quinetiam fabacea prisco ritu suæ religionis dijs in sacro est, prævalens pulmentari cibo.

Pulmentarium, rij, n.f. Propriè dicitur puls, uel cibus in modũ pultis factus: quanquã & generalius pro quouis obsonio sumitur, προσφάγιον. Autor enim est Plin. lib. 18. cap. 8. primũ in Latio cibum pultem fuisse, non panem argumentoq; id esse, quod pulmentaria pro cibis sua etiam ætate dicerẽtur. Colum. li. 11. cap. 5. Satureia uiridis esui est iucunda: nec ardua inutilis ad pulmentaria condienda. Horat. 2. Sermon. Satyra 2. tu pulmentaria quære Sudando. Vncta pulmentaria, Persius Satyra 5. In Euangelio quoq; legimus, Nunquid pulmentarium habetis.

Pulmo, onis, m.t. Viscus spongiosum, corporis totius secundum cor nobilissimũ, ad ungulæ bubulæ similitudinẽ dissectum, follis modo spiritũ attrahẽs, eundẽq; reddẽs, caloremq; natiuũ leniter refrigerãs, πνεύμων. Pers. sat. 1. Grandealiquid quod pulmo animæ prælargus anhelet. Oui. in Epist. Cernis ut è molli sanguis pulmone remissus, Ad Stygias certo limite ducat aquas. Apud ueteres sæpius pluraliter pulmones dicebantur, sicut & ceruices. Plaut. Curc. Pulmones distrahuntur, cruciatur cor. Cic. 1. Tusc. Lateri inhærens, morsu lacerant uiscera, urgensq; grauiter pulmonum haurit spiritus. Pulmo item piscis genus sensu carens, indubitata tamen nauris futuræ tempestatis signa præbẽs. Vide Plinũ lib. 9. ca. 47. & lib. 17. cap. ult.

Pulmonarius, a, um. Pulmonis inflãmatione laborans. quã & febris acutæ & difficultas anhelitus solent comitari, πλευμονικὸς, πνευματικὸς. Colum. lib. 7. cap. 5. Quẽ pulmonariam similiter ut suã curari oportet, inserta per auriculã, quã ueterinarij consiliginẽ uocant. Quin & morbũ ipsum pulmonariũ dicimus, quam Græci appellant περιπνευμονίαν. Pulmonaria item herba est quam nonnulli pepanum appellant, bugloſſi folio, sed promisso magis, atq; læuiore, colore quoq; dilutiore, albicantibus maculis notato, ad similitudinem pulmonis, unde & nomen accepit.

Pulmonea, n.f. Poma quædam pulmonis instar rubentia. Plin. lib. 15. cap. 14. Stolidè tumens pulmonea. Perottus ea esse existimat quæ Itali sua lingua Centum solida appellant.

Pulpa, æ. f.p. Pars carnosa in corpore animalis, quam & musculum appellant, μῦς. Mart. lib. 3. Et pulpã dubio de Petasone uoras. In arborũ quoq; carne pulpæ dicuntur, meatuum quidẽ discursus uenis similis, nisi quod uenæ altiores, candidioresq; sparguntur, pulpæ fistilibus insunt: unde fit ut aure ad caput trabis quãlibet lõgæ admota, ictus ab altero capite uel graphij sentiatur. Plin. li. 16. cap. 38. Quibusdã arboribus pulpa sine neruis, mero stamine & tenui constat, hecq; maximè fistilia. Alia frãgi celeriora quã findi quibus pulpa nõ est.

Pulpamentũ, ti, n.f. à pulpa deductũ: quo nomine significantur carnes delicatiores, aliaq; lautiora obsonia, προσφάγιον. Terent. Eun. Tute lepus es? & pulpamentũ quæris? δαύπος, ἀλλ' οὐ κρεῶν ἐπιθυμεῖς. Cuius prouerbij usum suprà explicuimus in dictione Lepus.

Pulpitum, n.f. Locus editior in orchestra, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, quo ad Comœdię chorũ habuerunt, cæteriq; personã nõ habentes, fabulæ subseruiebãt, histrionis-

hiſtrionibuſq; in ſcenam abditis populum geſticulatione re tinebant, θυμέλην, λογεῖον. Pliñ. Epiſt. 90. Inde iſta ludibria, ſce na & pulpito digna. Ponitur etiam pro ſuggeſto, id eſt, quo cunq; edito loco, ſiue cathedra: cuiuſmodi ſunt ex quibus docent diſciplinarũ profeſſores, aut qui concionem habent ad populum. Suetonius de Claris Grammat. Repeto quen dam principem nomine alternis diebus declamare, alternis diſputare, nonnullis manè differere, poſt meridiem remoto pulpito declamare ſolitum.

Puls, tis, f. t. Cibi antiquiſsimi genus, ex farina & aqua con ſtans, additis interdũ ouis, melle, uel caſeo κρίμνῳ, πόλτῳ, ἀλφίτοις. Aëtius πόλτων, hoc eſt, pultũ appellari ait, ſorbitionẽ omnẽ confectã ex cerealibus granis in ſuccum reſolutis. Pli nius lib. 18. cap. 8. Pulte autem non pane longo tempore ui xiſſe Romanos manifeſtũ eſt: quoniã inde pulmentaria ho die q; dicuntur. Porrò quod ad uocis huius etymon attinet, quidã à ſono dictũ exiſtimãt, quẽ edit dum coquitur. Feſtus tamen uidetur innuere, à pullis pultẽ appellari, quod pulla rij, ut tripudiũ ſoliſtimũ facerent, hoc potiſſimũ cibi gene re pullos paſcerẽt. Verba Feſti ſunt hæc, puls potiſſimũ daba tur pullis in auſpitijs, quia ex ea neceſſe erat aliquid decide re quod tripudiũ faceret, id eſt, terripauium. Pauire enim fe rire eſt. Bonũ enim auguriũ eſſe putabãt, ſi pulli per quos au ſpicabantur, comediſſent, præſertim ſi eis edentibus aliquid ex ore decidiſſet: ſi autẽ omnino nõ ediſſent, arbitrabantur periculũ imminere. Hæc ille. Πόλτον autẽ Græci recentiores imitatione Romanorũ uidentur appellaſſe, quũ à ueteſtiori bus κρίμνῳ uocaretur.

Pulticula, æ, diminutiuũ à pulte, πολτάριον. Colum. lib. 8. cap. 12. Nec minus quodlibet frumento cocta pulticula. Plin. lib. 26. cap. 8. de polypodio loquens, Coquitur in pulticula ad a luum uel in febri lenirer ſoluendam.

Pultiphagonides, πολτιφάγων, id eſt, pultis deuorator.

Pultarius, rij. m. ſ. Vaſculum culinariũ, in quo puls decoque batur, χυτρίδιον ἀθαρικόν. Cornelius Celſus, Si cætera defece rint, caliculus aut pultarius oris cõpreſſioris ei rei cõmodè aptatur. Plin. lib. 7. cap. 53. Edita cœna calidam potionem in pultario popoſcit. Columel. lib. 12. cap. 43. Sed uuæ dependentes à matre ſic in pultarios condi debebunt, ne quæ par tes uaſa contingant.

Pulſo, Pulſula, Pulſus, Pulto, Vide Pello.

Puluinar. n. t. pen. prod. Eſt quod capiti dormituri ſubiici mus: dictũ quaſi pluuinar, eo q; ex plumis ſoleat cõfici. Vte bantur autẽ puluinaribus potiſſimũ lautiſſimi quiq;, præſer tim in lecto cõiugali. Quo factũ eſt ut puluinar figuratè pro eiuſmodi toris accipiatur. Iuuen. Sat. 6. fumoq; lucernæ Fœ da lupanaris tulit ad puluinar odorẽ, Oui. li. 2. de Pont. Eleg. 2. Incolumis coniux ſua puluinaria ſeruat. Sed ẽtibus quo que, & rei alicui innitẽtibus puluinaria ſubijci ſolent. Oui. lib. 1. de Arte, fuit utile multis Puluinar facili cõpoſuiſſe ma nu. Loquitur autẽ de ijs officijs quæ in Circo ſpectantibus mulieribus ab amatoribus præſtari conſueuerãt. Puluina ria itẽ in tẽplis dicebantur lectuli dijs dicati, in quibus illo rum ſimulachra ſolebant reclinari. Cic. pro Domo ſua, Ea aram, & ædiculam, & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicauit. Oui. 14. Metam. & puluinaribus altis Dignior eſt. Sternebantur autẽ hi lectuli quoties decreta erat ſupplicatio: unde & lecti ſterniũ nuncupabatur, ſicut docet Aug. lib. 3. Ciuit. Liu. Cu ratũ lectiſterniũ, & per triduũ habitũ Decemuiris ſacrorum curantib. & puluinaria in cõſpectu fuere Ioui & Iunoni, alte rum Neptuno & Mineruæ, tertiũ Marti & Veneri, quartũ A pollini & Dianæ, quintũ Vulcano ac Veſtę, ſextũ Mercurio & Cereri. Abuſiuè tamen puluinaria pro tẽplis ipſis dicũtur. Inde apud Liuiũ legitur, ad omnia puluinaria ſacrificatũ fuiſ ſe. Cicero in Catil. Quoniam ad omnia puluinaria ſupplica tio decreta eſt, celebratote illos dies cum cõiugibus ac libe ris ueſtris.

Puluinariũ, rij, n. ſ. Idem quod puluinar: quod ſcilicet capiti ſubſterni, aut ſeſſuro ſubijci ſolet. Item lectus qui in tẽplis ſterni conſueuit. Liu. 1. Belli Punici, Et coruũ in ædem Iuno nis deuolaſſe, atq; in ipſo puluinario conſediſſe.

Puluinus, ni. pen. prod. Idẽ quod puluinar: hoc eſt, quo dor mientiũ capita fulciũtur: à plumis quibus farcitur, nomen habens, quaſi pluuinus, προσκεφάλαιον. Quandoq; accipitur pro lecto, Cic. in Ver. act. 7. Nam ut mos fuit Bithyniæ Regib. lectica hexaphoro ferebatur, in qua puluinus erat perluci dus, Melitenſi roſa farctus. Apul. Quatuor Eunuchi confe ſtim puluinis complurib. uento tumentib. pluma delicata, terreſtrẽ nobis cubitũ perſtruũt. Puluini itẽ dicuntur qui ſellis ſcãnisue imponũtur quo mollior ſit ſeſſio plumis, la na, uel tomento farcti. Cic. Trebat. Sella tibi erit in ludo: eã puluinus ſequetur. Idẽ de Oratore, Tum Craſſum puluinos, popoſciſſe, & omnes in ijs ſedibus quæ erant ſub platano, cõ ſediſſe dicebat. Iuuen. ſat. 3. exeat, inquit, Si pudor eſt, & de puluino ſurgat Equeſtri, Cuius res legi nõ ſufficit, & ſedeãt hic Lenonũ pueri quocunq; in fornice nati. Puluinus item in hortis dicitur terra eminẽs, ſeu ꝓtuberans inter duos ſul cos: quod genus in agris à porrigendo, porcã appellãt. Plin. lib. 19. cap. 14. Areis diſtingui, caſq; reſupinis puluinorũ toris ambiri ſingulis tramitũ ſulcis qua datur acceſſus homini, ſcatebriſq; decurſus. Colum. li. 11. cap. 3. Vlpicũ habet uelut allium, plures cohærentes ſpicas: hæq; quũ ſint diuiſæ, lira tim ſeri debebunt, ut in puluinis poſitæ, minus infeſtentur hyemis aquis. Idem lib. 5. cap. 10. Omnium autẽ generũ ra mos circa Calendas Martias in hortis per puluinos arearũ di ſponere conuenit.

Puluinatus, a, um, Quod eſt ad ſimilitudinẽ puluini, eminu lum, & protuberans, προσκεφαλωδής. Plin. li. 15. cap. 22. de iu glandibus loquẽs, Necnõ & honor his naturæ peculiaris, ge mino protectis operimento puluinati primũ calycis, mox li gnei putaminis. Idẽ lib. 17. cap. 22. Cliuoſa loca altiores po ſcunt ſcrobes, præterea puluinatis à deuexitate labris.

Puluinulus, li, m. ſ. diminutiuũ, à puluinus, uaria habens ſigni ficata quemadmodũ ſuũ primitiuũ, προσκεφαλαίδιον. Nam modò id ſignificat quo dormientiũ capita fulciũtur: modo id quod ſcãnis ſellisue imponitur, quo cõmodior ſit ſeſſio. Nonnunquã etiã ꝓ areola in hortis in medio duorũ ſulcorũ eminente. In qua ſignificatione uſus eſt Colum. lib. de Arbo ribus, cap. 10. Sed quæcunq; in cliuis erũt poſitæ, ita ablaque andę ſunt, ut à ſuperiore parte ſecundũ codicẽ lacuſculi fiãt, ab inferiori autẽ puluinuli altiores excitentur.

Puluillus, li, aliud diminutiuũ: ut Serici puluilli, ſerico pan no obducti. Hor. Epod. 8. Quid quod libelli Stoici inter ſeri cos lacere puluillos amant.

Puluis, huius puluꝛis, tam maſculini quã fœminini gene ris, tert. dec. Terra minuta & arida, κόνις, κονιορτός. Proper. li. 1. Eleg. 11. Sit mihi perpetuõ puluis Hetruſca dolos. Verg. li. 4. Geor. ceu puluere ab alto Quũ uenit, & terrã ſicco ſpuit ore uiator Aridus. Idẽ 1. Geor. Humida ſolſtitia, atq; hyemes ora te ſerenas Agricolæ, hyberno lætiſſima puluere farra, Lætus ager. Quin. li. 5. cap. 6. Sed nec omne iter puluerẽ mouet. Ho rat. 4. Carminũ, Ode 7. Puluis & umbra ſumus. Colum. li. 8. cap. 4. Siccus etiã puluis, & cinis, ubicũq; cohortẽ porticus, uel tectũ protegit iuxta parietes reponendus eſt, ut ſit quo aues ſe perfundant. Dicitur autẽ puluis (ut quidã exiſtimãt) à pellendo, quod uentorũ impetu pellatur. Accipitur ali quando pro loco certaminis, κονίστρα. Cic. 3. de Legib. Doctri nam ex umbraculis eruditorũ, otioq;, nõ modo in ſolẽ, atq; puluerẽ, ſed in ipſum diſcrimen, aciẽq; perduxit. Ver. 7. Aen. Ante urbẽ pueri, & primęuo flore iuuẽtus Exercẽtur equis, domitãtq; in puluere currus. In ſuo puluere currere, id eſt, in ea re uerſari in qua quis plurimũ ualeat. Oui. in Faſt. Inq; ſuo noſter puluere currat equus. Citra puluerẽ contingere dicitur, quo quis facilè, & citra negotiũ potitur: quæ trans latio ſumpta eſt à paleſtritis, qui certamen inituri ſe mutuo puluere ſolebant aſpergere, ut corpora ceromate, & ſudore lubrica, mutuas prehenſiones nõ fruſtrarentur, ἀκονιτί. Gel lius lib. 5. Ouandi, inquit, cauſa eſt, quũ deditione repentè fa cta, ſine puluere (ut dici ſolet) incruenta q; uictoria obuenit. Apud antiquos etiam puluer dicebatur. Sed ab eo quod eſt puluis genitiuus erat puluis: ut apud Catullum in Epithalamio Iuliæ, Ille puluis Erythræi, Syderumq; micantiũ Subducat numerũ prius. Puluer uerò, Puluꝛis. Verũ hodiè tan tum in uſu eſt puluis in recto, puluꝛis in obliquis.

Puluereus, a, um, & Puluerulentus, a, um, de quibus ſuprà.

Puluiſculus, li, m. ſ. diminutiuũ à puluis: quod quanuis gene raliter pro omni ſumatur puluere, propriè tamen de eo dici tur quo mulierculę utuntur ut uel cutis colorẽ cõmendẽt, uel dentibus candorẽ inducant: qui & cinis dicitur: à quo alium cinerẽ immundi epitheto ſecreuit Verg. 1. Georg. Et cinerẽ immundũ latos iactare per agros. Apuleius, Miſi, ut petiſti, munditias dentiũ, Nitelas oris, ex Arabicis frugibus Tenuẽ, candificũ, nobilẽ puluiſculũ, Complanatorẽ tumi dulæ gingiuulæ, Conuerritorẽ pridianæ relliquiæ. Ne qua ui ſatur tetra labes ſordiũ Reſtrictis forrẽ ſi labellis riſeris. Cum puluiuſculo aliquid conuerri dicimus, quoties omnia ſic tolluntur ut nihil ſit reliqui, ne puluis quidẽ. Plaut. in Rud. Conuerret iam hic me totum cum puluiſculo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Puluereus, a, um. Quod ex puluere eſt, κονιορτώδης. ut Nubes puluerea, id eſt, ex puluere moto excitata. Verg. 8. Aen. Stant pauidæ in muris matres, oculisq; ſequuntur Puluereã nubem. Nonnunquã idẽ quod puluerulentus, hoc eſt, puluere plenus, κονιορτώδης. Ouid. 7. Metam. Puluereamq; trahẽs per ſumma cacumina pallam. Verrit humum. Aequor puluereũ, pro arena in qua pugnatur, κονίσρα. Statius li. 11. Thebaid. Iamq; in puluereũ, furiis hortantibus æquor Proſiliũt.

Puluerulentus, a, um, Puluere plenus, κονιορτώδης. Cicero ad Atticum, lib. 5. Nunc iter conficiebamus æſtuoſa & puluerulenta uia. Verg. 12. Aen. uerſiq; uicißim Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros. Martialis, lib. 3. Eſt illic cõiunx, quæ te manibusq; ſinuq; Excipiet, uel ſi puluerulentus eas. Varro lib. 3. de Re ruſtica capite 16. Minus ualentium ſigna, ſi ſunt piloſæ & horridæ, aut puluerulentæ, niſi opificij eas urgeat tempus.

Puluero, as, n. p. Idem quod occo, hoc eſt, glebas maiores comminuo, & in puluerem reſoluo, βωλοκοπέω. Columell. libro 11. capite ſecundo. Priuſquam uineæ puluerentur, ſi perexilis eſt, uel rara ipſa uitis, lupini modij tres, uel quatuor in ſingula iugera ſparguntur. Puluereat, Plautus dixit, pro puluere plenum ſit. ait enim, Exi tu Dane, age, ſparge, mundum eſſe hoc ueſtibulum uolo: Venus uentura eſt noſtra, nolo hic puluereat.

Puluerario, f. t. Quæ eſt genus culturæ (ut inquit Seruius in li. 2. Georg.) quo imminutæ glebæ uitibus applicãtur. Colum. li. 11. ca. 2. Sed frigidioribus regionibus puluerationẽ faciũt, quam uocant ruſtici occationẽ, quũ omnis gleba in uineis refringitur, & reſoluitur in puluerem.

Pumex, pumicis, m. t. Lapis cauernoſus, aquis innatans, ad ſcabra læuiganda laudatiſsimus, κισηρίς. Verg. lib 12. Aen. Incluſas ut quum latebroſo in pumice paſtor Veſtigauit apes, fumoq; impleuit amaro. Idem 7. Aen. & dulces latebroſo in pumice nidi. Idem 4. Georgicon, Poſtquàm eſt in thalami pendentia pumice tecta Peruentum. Pumicibus cauis, Idem 4. Georg. Ouid. 8. Metamor. Pumice multicauo, nec leuibus atria tophis Structa ſubit, molli tellus erat humida muſco. Læuis pumice, pro molli, & effœminato. Iuuen. Sat. 6. Nam res mortifera eſt mimicus pumice læuis. Ouid. lib. 3. Triſt. Quod neq; ſic cedro flauus, nec pumice læuis. Plin. li. 36. cap. 21. Sed & ij pumices qui ſunt in uſu corporum læuigandorũ fœminis, iam quidem & uiris, atq; (ut ait Catullus) libris, laudatiſſimi ſunt Melo, Scyro, Aeolijs inſulis. Probatio eorum eſt in candore, ac minimo pondere, & ut maximè ſpongioſi, atq; aridi ſint, ac teri faciles, nec in fricando areno ſi. A Græcis dicitur κισηρίς, à ſimilitudine Vermiculi qui κὶς dicitur, qui in triticæ, hordeoq; quum referbuerunt, naſcẽs, ſemina illa cuſpide ſua multis foraminibus ſolet terebrare. Vis eius in medicina eſt extenuare, ſiccare, & abſtergere.

A pumice aquam quærere, à Plauto dictum, pro eo quod eſt fruſtrà ab alio petere, cuius ipſe à quo peras, maximè ſit indigus: nihil enim pumice lapide ſiccius, nihil ſiticuloſius. Plaut. Perſa. Qua confidentia rogare tu à me tantũ audes Argentũ impudens? quin ſi egomet totus uæneã, uix poteſt Recipi quod tu me rogas: nam tu aquã à pumice nunc poſtulas. Pumex etiam fœminino genere reperitur. Catullus ad Corneliũ, Cui dono lepidum nouum libellum Arida modò pumice expolitum.

Pumicoſus, a, um, Quod pumicis uel naturam, uel ſimilitudinem habet, hoc eſt, rarum, & cauernoſum, κρισηρώδης. Plin. lib. 17. cap. 5. Pumicoſa terra. Idem li. 32. cap. 8. Quartũ pumicoſius, ſpongiæq; putri ſimile, penè purpureũ. Pumicoſus locus, pumicibus plenus.

Pumiceus, adiectiuũ, Quod ex pumice eſt, uel quod aridũ eſt ad ſimilitudinẽ pumicis. Plaut. in Pſeud. Pumiceos oculos habeo, non queo lachrymas exorare.

Pumico, cas, a. p. pen. cor. Pumice polio, læuigo, πτύω τῇ κισηρίδι. Tibul. li. 3. Eleg 1 Pumicet, & canas tõdeat ante comas.

Pumicatus, a, um, Pumice politus, Martialis lib. 1. Mutare dominũ non poteſt liber notus, Sed pumicata frõte ſi quis eſt nondum, Nec umbilicis cultus atq; membrana.

Pumilio, onis, m. t. Propriè dicitur homo paruæ & humilis ſtaturæ, quem Græco uocabulo nanũ appellamus, νάνος. Gel. lib. 19. cap. 13. Quos pumiliones dicimus, Græci νάνους appellant. Mart. lib. 14. quæ uincere rarò, Prima tibi ſcutum pumilionis erit. transfertur etiã ad aues, aliaq; cuiuſuis generis animalia humilis ſtaturæ. Colum. lib. 8. cap. 1. Pumiliones aues, niſi quem humilitas earum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter alium reditum ullum probo. Pumilus, pen. cor νάνος. à Statio ponitur pro pumilione, lib. 1. Syl. Caſuræq; uagis grues rapinis Miratur pumilos ferociores. Legitur & Pumilio, onis, in eadem ſignificatione ut ibidem apud Statium, Hic audax ſubit ordo pumilionũ, Quos natura breui ſtatu peracto Nodoſum ſemel in globũ ligauit. Item Pumilius, lij, apud Suetoniũ in Auguſto, eadem ſignificatione legitur cap. 83. Nam pumilios, & diſtortos, & omnes generis eiuſdem, ut ludibria naturæ, maliq; ominis, abhorrebat.

Punctus, m. ſ & Punctum neu. gen. Dicitur minima indiuiduaq; lineæ pars, nullam neq; longitudinem habens, neq; latitudinem, neq; profunditatem, ἄτομος στιγμή. Seneca, Punctum & adhuc puncto minus, mundi quod incolimus. Plin. lib. 2. cap. 68. Non aliud eſt terra uniuerſa quàm mundi punctus. Tradunt Geometræ punctũ eſſe corpus indiuiduũ, in quo neq; longitudo, neq; altitudo deprehenditur, & obiecto prehenſibile breuitatẽ ſui, in partes diuidi nõ poſſe. Hoc protractũ lineam efficit: id eſt, corpus unius dimentionis: Longum enim eſt ſine lato. & duobus punctis ex utraq; parte ſolam longitudinẽ terminantibus continetur, hanc lineã ſi geminamus, alterũ corpus efficitur, quod duabus dimenſionibus extruitur ex longo, latoq;, ſed alto caret. Punctis autem quatuor continetur per ſingulas ſcilicet lineas binis, & hoc Græci ἐπίπεδον, noſtri planum, ſiue ſuperficiẽ uocãt. Quandoq; tamen punctum ſumitur pro temporis, uel horæ momento, ἄτομος. Cic. Cecinnæ, lib. 6. Itaq; ne punctum quidem temporis in ipſa fortuna fuiſſes. Idem pro Cluent. neq; poſtea Latini punctũ eſt temporis cõmoratus. Cæſar li. 2. bel. Ciuil. Ita multorũ menſiũ labor, hoſtiũ perfidia, & ui tempeſtatis, puncto temporis interiit, ἐν ἀτόμῳ. Puncta item pro calculis ſiue ſuffragiis accipitur. Græci uocant ψήφους. Cicer. Plancio, Nam quod queſtus es plures teſtes te habere, quàm ego in ea tribu puncta tuleris. Hor. in Arte, Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci: hoc eſt, ſolus ſuffragia iudici tulit, qui & utile, & dulce ſcripſit, quoniam prodeſſet, & delectaret. In ſcriptura item puncta dicuntur, quibus clauſæ interpunguntur, hoc eſt, diſtinguuntur.

Punctim, aduerb. idẽ ualens quod pungendo, ἐκ διαλείψεως, ſicut cæſim, cædendo, ἐκ καταφορᾶς. Liu. 5. bel. Pun. Hiſpano punctim magis quàm cæſim, aſſueto petere hoſtem. Cæſim & punctim aliquem petere, prouerbij ſpeciem habet, pro eo quod eſt totis uiribus, omniq; conatu aliquẽ aggredi: translatione ſumpta à gladiatoribus, qui modò cuſpidem imitantes, modò ictum deſuper, modò à latere inferentes, in aduerſarij necem incumbunt.

Pungo, gis, pupugi, uel punxi, punctũ, a. t. Cuſpide uel aculeo ictum infero, νύσσω, στίζω. Varro, Admota aſpis quum pupugerit, ſi non occidat, ſciat ex Pſyllorũ eſſe ſtirpe. Plaut. in Truc. Næ iſta ſtimulũ longè habet quæ uſq; illinc cor pungit meũ. Cic. pro Seſt. Gladius qui perſe pungere nõ poteſt. Per trãslationẽ etiã de animo dicitur, quũ is ægritudine aliqua afficitur. Cic. lib. 3. Tuſcul. Si ignominia pupugit ſi quid tenebrarũ offudit exilium. Idem ad Atticũ, lib. 13. Tu quid dicis unũ enim pungit, ne neglectiores eſſe uideamur. Idẽ ad Trebatiũ lib. 7. Pungit me rurſus, quod ſcribit eſſe te iſtic libenter. Huius cõpoſita, Compungo, Expungo, & Repungo. quorum ſignificata uide ſuis locis.

Pungens. tis, participium. Plinius libro 6. cap. 24. Pungentia folia pino.

Punctus, a, um, aliud particip. Cicero pro Milone, Vulnus acti punctum.

Punctio, onis, uerbale. Plin. lib. 15. cap. 13. Bibitur & contra ſerpentes, & ante ſectiones punctionesq;, ne ſentiantur.

Punctum, cti, n. t. Idem quod punctio. Plin. libro 8. capite 50. Oculos ſuffuſos capra iunci puncto ſanguine exonerat caper rubi.

Punctus, ctus. Idem, actus uidelicet pungendi. Plin. lib. 20. cap. 6. Muſtelæ etiã oculis punctu erutis, aiunt uiſum reuerti.

Punctiuncula, æ, diminutiuũ. Seneca 3. de Ira, Magis ignoſcet qui uulnus inimici, quàm qui punctiunculam concupiſcit.

Punicus, a, um, pen. cor Poſſeſſiuum eſt à Pœnus deductũs, quaſi Pœnicus, idem ualens quod Carthaginenſis, λιβυκός. Pœnorũ autẽ nomen à Pœnicibus deriuatũ eſt, detractu aſpi ratione. Punica mala, granata: quæ hoc cognomen ſibi ex ea Carthaginẽ uindicarũt, ubi & multa & inſignia naſci perhibẽtur, ῥοιαὶ. Granata dicuntur, à granis quibus ſunt infarta. Martialis lib. 2, Aut imitata breues Punica mala roſas.

Poma

Poma punica, Ouid. 4. Fastor. Rapta tribus dixit soluit ieiunia granis, Punica quæ in lento cortice poma tegunt. Punica grana. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 15. Punica sub lento cortice grana rubent. Punica fides, id est ~~ieuissima~~, & nullis sacramentis firmata. Pœnorũ enim perfidia in prouerbiũ abijt, quod ea gens peculiariter periurij, uanitatisq; notata sit, quẽ admodũ abundè testatur Liu. lib. 2. bel. Pun. ubi ait, Quæ Punica religione seruata fides ab Annibale est. Sal. in Iug. Cõperio Bocchũ magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat simul Romanos & Numidam spe pacis detinuisse. Vide Erasmum in Chiliad. Punicũ sagum, Hor. 9. Epod. Gloria Punica, Verg. 4. Aeneid.

Puniceus, a, um, Quod uiolæ flãmeæ colorẽ refert, φοινίκεος. quod genus coloris & rutilũ, & spadicẽ appellari, autor est Gel. lib. 3. cap. 9. Sunt enim hęc omnia, ut ille inquit, synonyma, quandã ruboris exuberantiã splendoremq; significãtia. Puniceum autẽ colorẽ Latini Græcorum imitatione uidentur appellasse: nam illi φοινίκεον nominãt. Ver. 5. Aen. Puniceis ibant euincti tẽpora tænis. Idem 5. Ecloga. Puniceis humilis quantũ saliunca rosetis. Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas: Idẽ 12. Aen. Puniceis inuecta rotis Aurora rubebat. Plaut. Rud. Fiet puniceũ coriũ, tibi postea atrũ denuò. Colore puniceo matura arbuta, Lucr. lib. 5.

Punicanus, a, um, Quod est Pœnorũ, uel quod ex regione Punica affertur: ut Lecti Punicani μιβυκὸς. Cic. pro Muræna, Atq; ille strauit pelliculis hedinis lectos Punicanos.

Punio, nis, niui, nitum. a. q. Pœna afficio, castigo, quod & pœnio dixerũt antiqui, τιμωρέομαι κολάζω. Cic. pro domo sua. Tu eum supplicio puniendũ putasti. Idẽ 1. Officiorũ. Prohibenda autẽ est maximè ira in puniẽdo. Plin. Epist. 167. Illi qui puniunt capite initio statim in alia discedunt.

Punior, iris, passiuũ, Ouid. 9. Metam. Quòd uidet hæc lucẽ, q nõ ego punior ipsa, Consiliũ, monitũq; tuũ est: miserere duarum. Inuenitur & punior deponẽs apud Cic. pro Domo sua, Tu me iratũ Sexte putas tibi, cuius tu inimicissimũ multò crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ postularet.

Puniendus, Cic. lib. 1. de Orat. Iracundia est cupiditas puniendi doloris.

Punitio, onis, Actus puniendi.

Punitor, oris, Qui punit. Cic. pro Milone, At ualuit odiũ, fecit ira tus, fecit inimicus, fuit ultor iniuriæ, punitor doloris sui.

Pupa, æ, f. p. Puella paruula & tenella, παιδίσκάριον. Martial. li. 4. Pupam se dicit Gellia, quũ sit anus. Ausonius, Barbara quæ Latias uincis alũna pupas. Pupas itẽ appellabãt imagũculas quasdã puellares quibus uirgines in prima pueritia ludere solebant, donec iã pubertati uicinæ, eas Veneri offerrent, ἀγαλμάτια. Varro in Orig. Itaq; breui tempore magna pars in desideriũ puparũ, & sigillorũ ueniebat. Pers. Sat. 2. Dicite pontifices, in sacris quid facit aurũ? Nempe hoc, quod Veneri donatæ à uirgine pupæ.

Pupilla, læ, f. p Niger in cornea tunica, atq; adeò in medio oculi circulus tunicæ, quæ ῥωγοειδὴς à Græcis dicitur, foramini respondens, κόρη. Plin. li. 11, cap. 37. Medio oculorũ cornea fenestrauit pupillas: cuius angustię nõ sinũt uagari incertam aciẽ, & ueluti canali dirigũt, obiterq; incidentia facile declinãt. alijs nigra, alijs atra, alijs rufa, alijs glauci coloris oribus circundatis: ut habili ministra accipiatur circũniecto candore lux, & tẽperato repercussu nõ obstrepat. Adeoq; ijs absoluta uis, ut tam parua illa pupilla totã imaginẽ reddat hominis. Ea causa est ut pleræq; alites è manib. hominũ oculos potissimũ appetãt, quod effigiem suã in ijs cernentes, uelut ad cognata desideria sua tendũt. Hactenus Plin. Cic. 1. de Nat. deor. Acies ipsa qua cernimus, quæ pupilla uocatur, ita parua est, ut ea quæ nocere possint, facilè uitet. Plin. li. 28. ca. 6. Auguriũ ex homine ipso est nõ timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorũ pupillæ imaginẽ reddant. Eadem & mox pupula dicitur.

Pupula, æ. f. p. Idem quod pupilla κόρη. Lucr. lib. 2. Et quoniã plagæ quod dã genus excipit in se Pupula, quũ sentire colorẽ dicitur albũ. Cic. 2. de Natu. deorũ, Palpebræ quæ sunt tegumenta oculorũ, mollissimę tactu, ne lęderent aciẽ, aptissimè factæ & ad claudendas pupulas, nequid incideret, & ad aperiendas. Manil. li. 4. Paruula sic totũ peruisit pupula cælum. Horat. Empod. 5. Interminato quum semel fixæ cibo Intabuissent pupulæ.

Pupillus, li. m. s. Impubes, qui in patris potestate esse desiit morte, uel emãcipatione: ut docet Pomponius, L. Pupillus. Digest. de Verb. significat, ὀρφανὸς. Huius fœmininũ est pupilla. Videntur autem hæ uoces à pupus & pupa, ueluti per diminutionẽ, deductæ, quamuis à primitiuorũ significatione nõnihil degenerẽt. Hieronymus, Pupillus dicitur qui nõ habet patrẽ: orphanus, qui nec patrẽ habet, nec matrẽ. Cic. 3. Verr. Is mortuus est, reliquit pupillũ paruum filiũ. Idem in Top. Non quẽadmodũ quod mulieri debes, rectè ipsi mulieri sine tutore soluas: ita quod aut pupillæ debeas, rectè possis eodem modo soluere. Horat. 1. Epist. 1. ut piger annus Pupillis quos dura premit custodia matrũ. Cic. 3. Verr. Illæ infanti pupillæ fortunas patrias ademit.

Pupillaris, re, om. t. Quod est pupilli: ut Pupillaris ætas, pupillare negotiũ. pupillaris pecunia ὀρφανικὸς. Liu. li. 4. belli Punici, Pecuniæ quoq; pupillares primò, deinde uiduarũ cœptæ conferri.

Puppis, huius puppis, fœm gen. t, Propriè posterior pars nauis est, πρύμνα. Liu. 2. belli Pun. Naues omnes, quæ non aut perfregerãt proras litori illisas, aut carinas fixerat uadis, religatas puppibus in altũ extraxere. Per synecdochen tamen accipitur pro tota naui Ouid. 4. de Ponto, Dum mea puppis erat ualida fundata carina, Verg. 10. Aen. Interea Aeneas socios de puppibus altis Pontibus exponit. Ouid. Epist. 12. Iussus inexpertam Colchos euertere puppim. Ponitur aliquando pro loco honoratissimo in repub. translatione sumpta à gubernatorib. qui in puppi sedentes clauũ tenent. Cic. ad Papyr. Petũ, lib. 9. Sedebamus enim in puppi, clauũq; tenebamus: nunc autẽ uix est in sentina locus.

Pupus, m. s. Puer paruulus, & tenellus, παιδάριον. Varro. Mãmam lactãtis sugentẽ pascere pupũ. Huius fœmininũ est pupa: de quo paulo antè.

Pupulus, παιδάριον, & Pupula, παιδίσκάριον, diminutiua à Pupus & pupa Catullus, Deprendi modò populum puellæ Trutantem.

Purgo, as, a. p. Mundo, sordibus libero, quasi purũ ago, περικαθαρῶ ῥύπτω. Col. lib. 2. Itaq; cauati foramen quũ purgauerimus undiq;, adrasos surculos inserimus, Cato cap. 65. Si in quinata erit, lauito: à foliis & stercore purgato. Oui. 1. de Põto, Eleg. 9. Nec dubitẽ lõgis purgare ligonib. arua. Idẽ 4. Fast. Omnia purgat edax ignis, uitiumq; metalli Excoquit: idcirco cũ duce purgat oues. Hor. 1. Epist. 7. Cultello ꝓprios purgantẽ leniter ungues. Purgare aluũ, est alui sordes medicamento expellere. Cic. 1. de Nat. deor. Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ dicũtur. Purgare cum genitiuo. Hor. 2. Serm. sat. 3. nouiEt mòrbi miror purgatum te illius. Purgare pisces. Terent. in Adel. Pisces cętera purga Dromo, congrum istũ maximũ in aqua finito ludere pauliſper. Per translationẽ, purgare significat excusare, ἀπομογέω. Idem in Eun. Sed heus tu, purgon' ego me de isthac Thaidi. Quod eã me amare suspicata est? Cic. Att. lib. 1. Qu. fr. purgat se mihi per literas. Idem. pro Sex Roscio, Seruos ipsos neq; arguo, neque purgo. Purgari rationes dicũtur, quando deciduntur superflua, aut obstantia, collatione facta accepti & expensi. Purgare fastidium, est curare, & remedium adhibere. Plin. li. 8. ca. 27 Palumbes, graculi, merulæ, perdices lauri folio annuũ fastidium purgant.

Purgatio, onis. f. t. uerbale, ipse purgandi actus, κάθαρσις. Ponitur aliquando pro excusatione, ἀπολόγημα, ἀπολογία. Ter. in Heaut. Nescio quid peccati portet hæc purgatio. Purgationes fœminarum, pro menstruis dixit Plin. lib. 20. cap. 4. Purgationib. inquit, fœminarũ, & uesicæ, & urinæ utile decoctũ.

Purgamen, minis, n. r. seu Purgamentum, ti, Sordes, uel immũditiæ quas rem aliquam purgantes, eiicimus, περίψημα. Colum. li. Sterquilinia quoq; duo sunt: Vnum quod noua purgamẽta recipiat & in annũ cõseruet: alterũ uerò ex quo uetera uehãtur. Liu. 1. ab Vrbe, cloacamq; maximam receptaculum omnium purgamentorum Vrbis, sub terram agendam.

Purgabilis, le. om. t. Quod facilè purgatur, εὐκάθαρτος. Plin. li. 15. cap. 25. Rotundior quæ Balantis uocatur, purgabilis maximè, & sponte profiliens,

Purifico, Puritas, uide PVRVS.

Purpura, ræ, f p. Piscis ex concharũ genere, in faucibus habens liquorẽ, tingẽdis lanis maximè expetitũ, πορφύρα. Pli. lib. 9. cap. 36. Purpuræ uiuũt annis plurimum septenis. Latẽt sicut murices, circa Canis ortũ tricenis diebus. Congregantur, uerno tẽpore, mutuoq; attritu lentorẽ cuiusdam ceræ saliuam. Simili modo & murices. Sed purpuræ florẽ illum tingendis expetitũ uestibus: in medijs habẽt faucibus. Liquoris hic est, minimi in candida uena, unde pretiosus ille bibi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur, nigrantis rosæ colore sublucens. Reliquũ corpus sterile, Vuas capere contendunt, quia cum uita sua succũ illũ euo munt. Vitru. autor est, purpuras pro soli proprietate aliũ atq; aliũ habere colorẽ: & apud Tyron quidẽ rubrũ, circa Aphri cam autẽ puniceũ succũ emittere, quo & purpura tingitur, quã uiolaceã appellãt. Corn. Nepos, Me iuuene uiolacea pur pura uigebat. Primùm autẽ tingendæ purpuræ initiũ ad Her culẽ referunt Phœnices, teste Iulio Polluce, qui quum Tyro puella comitatus, iuxta maris litus iter faceret, accidit ut ca nis purpurã è mari iectã nactus, carnẽ eius depasceretur: cu ius rictũ quũ Tyro gratissimo colore infectũ uideret, negauit sibi cũ Hercule deinde quippiã futurum, nisi ille coloris eiusmodi uestẽ sibi attulisset. Cui morẽ gerẽs Hercules, primus cruorem ex purpuris collegit, lanaq; eo infecta, amicæ, quam petierat uestem attulit. Accipitur quandoq; purpureus pro pulchro. Verg. 1. Georg. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Purpura, à pelago pelagia appellatur. Purpura antiquitus erat insigne Romanorũ magistratuum: quod Martialis affirmat, quũ ait, Diuisit nostras purpura uestra togas. Vnde aliquando ponitur pro ipsis magistratib. Idẽ, Purpura te felix, te colit omnis honos.

Purpureus, a, um, ut purpureus color, qui purpuræ succo tinctus est, aut certè qui succi eius colorẽ refert, hoc est, qui ex subnigro rubescit, πορφύρεος. Vergil. 12. Aen. Labitur exanguis; labuntur frigida letho Lumina: purpureus quondã color ora relinquit. Purpureæ uestes, aliàs Tyriæ dictæ, à loco ubi purpura optimè tingebatur. Plin. lib. 11. cap. 37. Cæsar Dictatori quo die primũ uestẽ purpurea processit, atq; in sella aurea sedit, sacrificanti bis in extis defuit cor. Quandoq; tamen purpureũ pro cæruleo positũ legimus, præsertim quũ de mari dicitur, ex nimia altitudine nigrescente. Verg. lib. 4. Georg. In mare purpureũ uiolentior influit amnis. Cic. 4. Academ. Mare illud quod nunc Fauonio nascente purpureũ uidetur, idẽ huic nostro uidebitur.

Purpuro, as, a. p. In purpurã uergo, πορφυρίζω. Colum. lib. 10. Tũ quæ pallet humi, quæ frondẽs purpurat auro, Ponatur uiola, & nimiũ rosa plena pudoris.

Purpurasco, scis, scere, n. t. In purpurã uergere, πορφυρίζω, μι. Cic. 1. Academ. Quid mare nonne cæruleũ? aut eius unda, quum pulsa est remis, purpurascit?

Purpuratus, a, ũ, Purpura ornatus, πορφυρίδι περιβεβλημένος. Vnde purpurati dicti sunt qui apud principes cæteris digni tate anteeuntes, purpurea ueste utebantur. Cic. libr. 1. Tusc. quæst. Istis quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. Liu. 1. bel. Pun. Cum duce Athenagora uno ex purpuratis. Purpuratus Gabinius, Cic. 4. Catil.

Purpurarius, a, um, Quod ad purpurã pertinet: ut Officina purpuraria, in qua purpura tingitur, πορφυρικὸς. Plin. lib. 35. cap. 6. Alterũ genus est in purpurarijs officinis.

Purpurissum, ssi, n. s. Coloris genus, ex creta argentaria, purpuræ succo inebriata: quo & pictores utuntur, & mulierculæ purpureũ generũ colorẽ sibi cõciliant, ἀνθρεικινον Aristotelis, & Polluci. Plin. lib. 35. cap. 6. Ex reliquis coloribus quos à dominis dari diximus, propter magnitudinẽ pretij, ante omnes est purpurissum, è creta argentaria cum purpuris pariter tingitur, bibitq; eum colorem calerius lanis.

Purpurisso, sas, a. p. Purpurisso inficio, ἀνθρεικίλαν χρίω. Plaut. in Truc. Istas boccas tam belle purpurissatas habes. Purpurisso enim utebantur mulieres ad labra & genas tingendas, quẽadmodũ etiã hodie plerunq; fieri uidemus.

Purus, a, um, Mundus, sine sorde, καθαρὸς, ἁγνὸς. Cic. pro Cecinna, Quicquid inde haurias, purũ liquidumq; te haurire sentias. Hor. 3. Carm. Ode 16. Puræ riuus aquæ, sylua q; iugerũ Paucorũ, & segetis certa fides meæ. Cic. 2. de Nat. deor. Etenim licet uidere acutiora ingenia, & ad intelligendũ aptiora eorũ qui terras incolant eas in quibus aër sit purus, ac tenuis, quàm illorũ qui utantur crasso cælo, atq; concreto. Hinc pura uestimẽta à ueteribus dicebãtur quæ Sacerdotes ad sacrificia sumebãt, id est, nõ obsita, nõ fucata nõ maculã habentia: & purũ aurũ, quod rectè expuratũ, coctumq; esset. Purus locus, id est, liber à religione. Vlpian. in l. Locũ. De rel. & sump. fun. purũ locũ esse definit, qui nec sanctus, nec sacer, nec religiosus est. Sic. pura oratio, à Teren. in Prol. Heau. dicitur, quæ nihil fæcis barbaræ habet admistũ. Pura hasta, à Verg. 6. Aen. appellatur quæ est sine ferro, quæ præmiũ fuit apud antiquos militũ eorũ qui ex memorabili aliquo prælio uictores euasissent. Pura uasa, à Paulo in l. Si in rem. De rei uend. dicuntur quæ sunt sine emblemate, sine cælatura, & incrustatione. Purũ iudiciũ, à Cicerone 2. de Inuent. ponitur pro simplici, & absoluto ab omni exceptione. Huius contrariũ est Impurus, quod modò sordidũ, cõtaminatumq; significat, ἀκάθαρτος. Ci. 4. Phil. Quàm multis illũ ingenuum, quã multis matribus familias in illa terra atq; impura legatione uim attulisse existimatis? Modo improbũ. Teren. Medi loci, atq; ordinis hominẽ haud impurũ.

Purè, aduerbiũ, καθαρῶς. Cic. 1. de Nat. deor. Hæc enim omnia purè ac castè tribuenda deorũ numini. Idẽ de Senect. Quietè, purè, & eleganter acta ætas. Loqui purè, & emendatè, Cic. de opt. gen. orat. Legitur & puriter, apud antiquos. Cato de Re rust. cap. 23. Succum puriter omnium dierũ pariter in dolia diuidito.

Purimè, dixerunt ueteres pro purissimè: ut annotauit Festus.

Purifico, as. a. p. Mundo, purum facio ἁγνίζω, καθαρῶ. Suet. in Octa. Aug. Paulo q; post egressum, Illamq; expergefactã, quasi à concubitu mariti purificasse se, & statim in corpore eius extitisse maculã depicti draconis. Plin. lib. 10. cap. 41. Villaribus gallinis & religio inest: inhorrescunt edito ouo, excutiuntq; sese, & circũ actæ purificant, ac festuca aliqua sese & oua lustrant. Idẽ lib. 8. cap. 1. de elephantis, Autores sunt, in Mauritaniæ saltibus ad quendã amnem cui nomen est Amilo, nitescente Luna noua, greges eorũ descendere: ibiq; se purificantes solenniter aquà circunspergi, atq; ita salutato syde re in syluas reuerti.

Purificatio, onis, s. t. uerbale, κάθαρσις, ἁγνισμὸς Plinius libr. 17. capite 30. de lauro loquens, Eadem & purificationibus adhibetur.

Puritas, atis, Munditia, castitas, ἁγνεία, καθαρότης. Cuius contrarium est, Impuritas, hoc est, turpitudo, seu improbitas.

Pus, puris, gen. neut. t. Sanies coacta, & ex maturitate crassa iam effecta, & albida πύον. Plin. lib. 28. cap. 12. Si grauitas sit audiendi, fel bubulũ cum urina capræ, uel hirci prodest, uel si pus sit. Pus à sanie distinguit Celsus, lib. 5. cap. 6. his uerbis. Sanguis omnibus notus: sanies est tenuior hoc, uariè crassa, & glutinosa, & colorata: pus crassissimũ, albidissimumq;, glutinosius & sanguine & sanie. Exit autẽ sanguis ex uulnere recenti, aut iam senescente: sanies est inter utrunq; rempus: pus ex ulcere iam ad sanitatẽ spectante. Mouere pus, est pus excitare, & euocare. Celsus, Aliud emplastrũ eodem nomine puri mouendo est.

Purulẽtus, ta, tum. Quod pure, siue sanie plenum est, πύωδες. Plin. lib. 22. cap. 11. Strœbe decocta in uino, præcipuè auribus purulentis medetur. Idem lib. 20. cap. 2. Purulenta autẽ expuentibus auxiliatur cum cumino, pari pondere.

Purulentè, aduerbiũ. Plin. in Proœm. lib. 23. Cicatricibus marcidis, ossibus purulentè limosis plurimum confert.

Purulentia, tiæ, Ipsa puris plenitudo, uel uulnus plenũ pure, πυῶδες.

Pus à Græco trahitur, πύς enim dicitur id crassissimũ & albissimũ cũ sit, glutinosius est Sanguine & sanie. Lege Sanguis.

Pusa, pro puella apud antiquos accipiebatur, παιδισκάριον. Festus.

Pusillanimis, nime, om. t. ἄνανδρος. Qui est pusilli animi, quẽ Græci μικρόψυχον dicunt: cui contrariũ est magnanimus. A quo pusillanimitas, μικροψυχία, ἀνανδρία. & Pusillanimiter, aduerbium, ἀνάνδρως.

Pusillus, a, um, Paruulus, exiguus, τυτθὸς. quod quidetur esse diminutiuũ à pusus, quo ueteres pro puerulo utebantur. A quo rursus fit aliud diminutiuũ pusillulus. Mart. lib. 1. Bellus homo, & magnus uis idẽ Cotta uideri: Sed qui bellus homo est Cotta, pusillus homo est. Trebonius Ciceroni, libr. 12. Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillũ laxamẽti. id est, paululũ recreationis, relaxationis. Hor. 1. Ser. sat. 4. Dibene fecerũt inopis me quòdq; pusilli Finxerũt animi, raro, & perpauca loquentis. Cic. ad Brutũ, uidelicet quũ illã pusillã epistolã tuã ad me dabas, nondũ erat tibi id norũ. Inuen. Sat. 5. Terra malos homines nũc educat, atq; pusillos. Cic. Art. li. 5. Habuimus in Tusculano quasi pusillã Romã. tanta erat in his locis multitudo. Vxor pusilla, Horat. 2. Serm. sat. 3. Testis pusillus, Cic. 2. de Orat.

Pusio, onis, m. t. Paruus puer, παιδάριον. Veteres enim pusũ & pusam pro puero & puella usurpabãt. Capitur tamen ferè semper pro scorto masculo. Cic. pro Cæl. Qui te amat plurimũ, qui propter nescio quã credo timiditatẽ, & nocturnos quosdã inanes metus, tecũ semper pusio cũ maiore sorore cubitauit. Iuuenal. Saty. 6. Nonne putas melius, quòd tecũ sem per pusio dormit, Pusio qui noctu non litigat.

Pustula,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pustula, læ, f. t. nomen generale est ad tubercula omnia, præter naturâ in cute efflorescentia: à pure (ut quidâ uolunt) quod in se cõtinet, deducta appellatione: quâquâ etiã latius pustularũ nomen ad ea extẽditur quæ pure carẽt. Martialis lib. 16. Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat, Exolnent docilẽ garrula plectra lyrã. Quo in loco pustulã appellare uidetur, ampullæ genus, in manibus pedibusue ex nimio labore prouenies. Celsus lib. 5. cap. 26. pustularũ nomen ad quatuor cõtraxit genera, in phlyctenas scilicet, hoc est, maiores pustulas, liquidas, aut pallidas aut nigras, humore distentas ex frigore, igni, uel medicamentis prouenientes, sub quibus quũ ruptæ fuerint, quasi exulcerata caro apparet. In exanthemata, quæ Plinius modò eruptiones pituitæ, modò papullas appellat. In psydracia paulò duriora, subalbida, & acuta. Et in epynictidas quæ sunt subliuidæ, modicè tumescentes, & plena sanguinis, tibias & pedes, noctu ferè, maximè infestantes: unde & nomen trahunt.

Pustulatũ argentũ, A pustulis dicitur quæ in argento cælato in aspredinem quandã excisæ uisuntur, sicut pustulæ in corpore exigni, frigore, uel labore nascẽtes, ἀργύριον φλυκταινῶδες. Martialis lib. 7. Sed causam scio, nulla uenit à me Argenti tibi libra pustulari. Tranquillus in Nerone, pustulatũ argentũ posuit pro purgatissimo, & excoctissimo: cuiusmodi aurũ obrizũ à Græcis appellatur, Exegitq; (inquit Suetonius) ingenti fastidio & acerbitate nummũ asperũ, argentum pustulatum, aurum obryzum, ut plerique omnem collationem palàm recusarent. Bud.

Pustulago, Tussilago apud Dioscor. lib. 3. cap. 124.

Pusula, æ, f. p pen. corr. Morbi genus à flaua bile, uel tenui sanguine, uel ab utroq; proficiscẽs. quẽ & ignẽ sacrũ appellant, ἐρυσίπελας. Colum. lib. 7. cap. 5. Est etiam insanabilis sacer ignis, quẽ pusulam uocant pastores.

Pusulosus, Qui eo morbo laborat. Idem ibidẽ, Viuam pecudẽ, quæ fuerit pusulosa, resupinã obruamus.

Putamen, uide Puto, putas.

Puteal, lis, quid sit, uideo uel inter primi nominis Grammaticos parũ constare. Acron locũ fuisse putat ad quẽ conuenire solebant fœneratores. Porphirio sedem fuisse tradit Prætoris, prope arcũ Fabianũ, in quo primũ triounal & subsellia à Libone quodam fuerint collocata: unde & Libonis puteal ab Horatio ait appellatũ, Forũ, putealiq; Libonis Mandabo siccis. P. Victor in regione Vrbis octaua puteal cõstituit Libonis, & Ionas duos, totumq; eum locũ mercatoribus frequentem fuisse ait. Verũ omissis horũ opinionib. illud certe constat, Puteal locũ fuisse in Comitio, in gradibus ipsis ad læuã Curiæ, in quo olim Accij Næuij statua posita fuit, q eo in loco is cotẽ nouacula diceretur dicidisse, subcutius statua locus erat subterraneus, quẽ Puteũ appellabant, arã habens & Accij nouaculã ibidẽ defossam. Supra autẽ umbella imposita erat, siue petasus, pureũ tegens: unde & locus nomen accepit. Putealia enim puteorũ opercula dicũtur. Cic. 1. de Diuin. Cotem autẽ illã & nouaculã defossam in Comitio, suprag; impositum puteal accepimus. Fuisse autem hunc locum iuri dicundo destinatum, satis apertè docet Horatius 2. Sermon. satyr. 6. ante secundam Roscius orabat, sibi adesses ad Puteal cras.

Puteo, putes, putui, n. s. prima syllaba prod. Fœteo, & mali odoris sum, μυδάω, βρωμῶμαι, δυσώδης εἰμί. Horat. 2. Serm. sat. Putet aper, rhombusq; recens. Pers. 3. sat. Nec inuideas, quod multa fidelia putet In locupletẽ penu. Quint. libro 6. capite 9. Aliquando desinet putere. Diurno mero putere. Horatius 1. Epist. 20.

Putesco, Mali odoris fio, δυσώδης γίνομαι.

Putidus, a, um. pen. cor. Quod est mali odoris, μυδαλέος, δυσώδης. Plaut. in Bach. Tanti est, quãti est fungus putidus. Cic. in Pisonẽ, Ego istius pecudis, & putidæ carnis cõsilio scilicet, aut præsidio niti uolebã? Transfertur & ad orationem, quę putidæ dicitur quũ est insuauis, rancida, humilis, & abiecta, auriũ iudicio nõ satis faciẽs, neq; uerborũ pondere rei dignitatẽ exæquãs. Nonius, Putidũ nõ solũ ab ore fœtido & graui quod naribus præbetur: sed etiã quod auribus triste, insuaue, austerũ, rancidum, putidũ dici posse autoritas uetustatis admisit. Ci. 1. Off. Sonus erat dulcis, literæ neq; expressæ, neq; oppressæ, ne aut obscurũ esset, aut nimis putidũ. Idẽ Atrico, Vereor putidum sit scribere ad te quàm sim occupatus. Idem in Oratore, Quonam igitur modo audiretur Mysius, aut Phryx Athenis, quum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus?

Putidiusculus, diminutiuum. Cic. Cæsari, libr. 7. Sumus enim putidiusculi, quàm per te uix licet: uerũ ut uideo, licebit.

Putidulus, dim. Martialis libro. 4. Altera ridicula est, altera putidula.

Putidè, aduerbium, Insuauiter, austerè, rancidè. Cic. de Claris Ora. Nam si quis eos, qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere, &c.

Putesco, is, n. t Putidus uel mali odoris fio. δυσωδιῶμαι. Cic. lib. 5. de Finib. Non inscitè illud dictũ uidetur, insuauem animum illi pecudi datum pro sale, ne putesceret.

Putor, m. t. Fœtor, graueolentia, δυσωδία. Cato cap. 157. Ea omnem putorẽ, adimet. Detergere putorẽ, Strat. 4. Syl. Lucret. li. 2. Intempestiuos quum putor cœpit ob imbres.

Puteus, tei, m. s. Qui perpetuas habet aquas ex terræ uenis manãtes, nõ tamen fontiũ more profũpentes, φρέαρ. Quin. lib. 7. cap. 3. Ille in puteo mortuus est inuentus. Dictus quod puteat ex alumine, & sulphure sæpe, dũ cauatus: aut certè, ut Varroni placet, lib. 4. de Ling. Lat. à Græco πότος, quod potũ significat. Ver. 3. Georg. Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto Currentẽ ilignis potare canalibus undã. Hor. 1. Epist. 15. Collectosne bibant imbres, puteosne perenneis Iugis aquæ: nam uina nihil moror illius oræ. Cic. de Prouin. Consul. Virgines se in puteos abiecerunt. Differt autem puteus à cisterna, quòd illa suas habeat aquas ex terræ uenis manantes: cisterna aduentitias & externas, hoc est, pluuias colo perpurgatas. Legitur & puteum neut. gen. ut annotauit Nonius, citans locum Varr. ad Gallum Pundaniũ, Primum de miris, secundo de statuis, deinde de aquis, ut sunt lacus, stagna, putea, & maria.

Putealis, puteale, om. t. Quod ex puteo est, φρεατίνος. Ouid. in Ibin, Vt quos dux Pœnus mersit putealib. undis. Colum. li. 11. cap. 3. Vel si nõ sit fluens aqua, fonte puteali possit illigari.

Puteanus, a. um. eiusdem significationis: ut Aqua puteana, φρέατινος. Plin. lib. 14. Deinde quantũ expressere, adiiciũt uinaceis aquæ puteanę, ut secundariũ passum faciant. Colum. lib. 12. ca. 16. Et aquæ dulcis puteanæ ex eodem agro partẽ decimam adijcias.

Putearius, rii, m. s. Qui puteos fodit, φρεατορύκτης, φρεώρυχος. Plin. lib. 31. cap. 3. Depressis puteis sulphurata, uel aluminosa occurrentia putearios necant.

Putículi, Vide in Propriis.

Putidus, Vide Puto, putes.

Putitus, pro stulto à Plauto usurpatur, teste Festo.

Puto, as, a. p Inutilia, & superflua ex arboribus fruticibusue reseco, διακαθαίρω. Colum. lib. 2. Neq; arẽt, neq; uitẽ aut arbores putent: Putare itẽ ad animũ transfertur, pro cogitare, cõsiderare, & animo reuoluere: cogitãdo enim rescamus mẽte, quę falsa, aut inutilia sunt: & quod uerũ ac bonũ est, huic cogitando hæremus. Ter. in Eun. Dum hæc puto, prætereij imprudẽs uillã. Aliquando pro æstimare, σταμᾶσθαι. Cic. in Ver. Si denarijs quadringentis Cupidinẽ illũ putasset. Ter. in Adel. Mitto maledicta omnia, rẽ ipsam putemus. Putare rationẽ, est calculũ subducere, λογίζεσθαι. Plaut. in Aulul. Putatur ratio cũ argentario. Aliquando tamen accipitur pro cogitare, seu cõsiderare. Plaut. in Casin. Verũ autẽ altrouersum quũ eã mecũ Rationẽ puto, eius esset mecũ postulatio. Interdũ aptare. Titin. Fullonib. ut citat Nonius, Da pensam lanã, qui nõ reddet tẽpore putatã, rectè facito ut multetur malo. Interdũ existimare, iudicare, νομίζειν, οἴεσθαι. Terent. in And. Rectè putat. Cic. de Amicit. Attilius prudens esse in iure ciuili putatur. id est, existimatur.

Putator, oris, m. t. hoc est, qui uites aliasue arbores, aut fruticẽs sarmẽtis, ramisue inutilibus repurgat. Plin. lib. 27. cap. 8. Curatũ ea scio, omnibus ferè ossibus cõfractis, prolapsum ex arbore alta putatorẽ circundata uniuerso corpori. Colum. li. 4. cap. 17. Putatoris officiũ est, pedali ferè spatio circa iugũ uitem cõpescere, Verg. 2. Georg. summũq; putator Haud dubitat terræ referens mandare cacumen. Cic. 1. de Orat. Vt quid sit sementis ac messis, quid arborũ putatio ac uitiũ, quo tẽpore anni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat.

Putamen, inis, n. s. Rerũ quarũlibet purgamentũ. à putando, κάθαρσις, ἄνυτρον, κάλυξ. Nam quicquid ex aliqua re Proiicitur, putamen appellatur. Plau. in Capt. Nucleũ amisi, reliqui pignoris putaminа. Cic. 5. Tus. Instituitq; ut candentibus in glandiũ putaminibus barbã sibi, & capillũ adurerẽt. Putamina uuarũ, Plin. li. 7. cap. 2. Testudinũ putamina secare in laminas, Plin. lib. 9. cap. 11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Putatio, onis, Cic. 1. de Orat. Nemo nescit quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac uitium.

Putor, putoris, Vide Puteo.

Putris, putre, om. t. Quod ad corruptū, ac in putredinem re solutū, σαπρός. Ter. 11. Aen. Quadrupedū putrē cursu quatit ungula campum. Idem 1. Georg. & Zephyro putris se gleba resoluit. Vbi Seruius, Putris gleba, id est, solubilis. Colum. li. 2. Idem pinguis ac putris, quia quum plurimum reddat minimum poscit: & quod postulat, exiguo labore, atq; impensa conficit.

Putridus, a, um, Idem quod putris, siue putrefactus, hoc est, corruptus à calore externo agente in humidū, σαπρός. Ci. in Pisonē, Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt.

Putredo, dinis, f. t. Corruptio orta ab actione caloris externi in humidum, cuius finis est siccitas, πυθὼ, συνιζῆσις, σῆψις. Ouid. 3. de Ponto, Estur, ut occulta uitiata putredine nauis.

Putreo, tres, m. s. Marceo, & in pus soluor, σήπομαι, πύθομαι. Pacuuius, Quanquā annis, & ætate hoc corpus putret. Plau. Mostel. Atq; ædepol, ita hæc tigna humida putrent.

Putresco, is, n. t. Putridus fio, καταπύθομαι. Col. lib. 2. Vt herbarum culmis, cæterisq; rebus immista putrescāt. Idē in eodē, Totū sterquilinīū rastris permiscere oportet, quò facilius putrescat, & sit aruis idoneū. Hor. 2. Ser. Saty. 3. Vestis putrescit in arca. Huius cōposita sunt, Computresco, Imputresco, quorū significata uide suis locis.

Putrefacio, a. t. In putredinē resoluo, corrūpo, putre aliquid facio, σήπω, πύθω. Colum. libr. 3. Per apertā uitis medullā nimis humor trahitur, idemq; truncū cauat, unde formicis, aliisq; animalibus quæ putrefaciunt crura uitiū, latebræ præbentur. Plaut. in Most. Venit imber, lauat parietes, perpluūt Tigna, putrefacitq; operam fabri, nequior iam factus est Vsus ædium. Liu. 1. belli Punici, Ardentiaq; saxa infuso aceto putrefaciunt.

Putus, ta, tum. idem quod purus, καθαρὸς. Vnde putū argentum, id est, purgatū. Iuuenal. Satyr. 10. Pauca licet portes argenti uascula puti. Interdū putus in oratione legitur coniunctū cum adiectiuo purus: unde Argentū purū putū dicitur, quod ita excoctū est, itaq; purgatū, ut nihil alterius materiæ habeat admistū. Gel lib. 6. cap. 5. Cautū fuisse, ut Carthaginenses quotannis pop. Rom. darent certū pondus argenti puri puti. Plaut. in Pseudulo ad hominē transtulit, quum ait, Polyma chæroplacides Purus putus est ipsus: noui. Qua si dicat, ipse omnino est, & non alius prorsus, aut adulterinus, aut suppositicius. Festus, Putū antiqui pro puro dicebāt: unde Putū aurū, putarū dici solet, id est, expurgatū. Orationes putissimæ. Cic. ad Att. lib. 2. Vt sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebē, quam bonā meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

Pychon, dimensio ab ancone ad digitos si ipsos cōtraxeris.

Pycnocomon, πυκνόκομον. Herba est à comæ densitate nomen habēs quam Plin. li. 26. cap. 8. describit his uerbis, Aluū soluit & pycnocomon, erucæ foliis, crassioribus, & acrioribus, radice rotunda lutei coloris, terram olente: caule quadrangulo, modico, tenui.

Pycnotica medicamenta, πυκνωτικὰ φάρμακα. A medicis appellantur quæ uim habent condensandi: quibus opponuntur manotica, μανωτικὰ, quæ rarefaciendi, habēt potestatē. Πυκνὸν, enim, densum: contrà μανὸν, rarum significat.

Pycnostylon, πυκνόστυλον. Aedificiū deambulationi aptū, cinctum columnis densioribus, modicoq; interuallo à se inuicem distantibus, πυκνὸς enim nobis significat densum & στύλος columnam.

Pycta, æ, m. p uel Pyctes, πύκτης. Latinè dicitur pugil. Lampridius in Heliog. Gladiatores ante conuiuiū pugnantes sibi, & pyctas frequenter exhibuit. Hinc Columella lib. 8. cap. 2. gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacem pycten uocat, Non rixosarum auium, inquit, laniſtæ, cuius plerunque totum patrimonium pignus aleæ uictor gallinaceus pyctes abstulit. Plin. libro 7. cap. 47. Euthymus pycta semper Olympiæ uictor.

Pyctacium, cii, n. s. πυκτάκιον. apud Lampridiūq; in Alexandri uita, dicitur album, hoc est, tabella dealbata, in qua nomina iudicum selectorū describebantur. sic enim inquit, De nicq; quū inter militares aliquid ageretur, multorū dicebat nomina. De promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat cuncta pyctacia; & sic faciebat diebus etiam pariter annotatis, & quis, & qualis esset, & quo insinuante promotus.

Pygargus, m. s. πύγαργος. Caprea quædam Syluestris, non dissimilis damis. Plin. lib. 8. cap. 53. Sunt & damæ, & pygargi, & strepsicerotes, multaq; alia haud dissimilia. Iuuen. Sat. 11. apud quē Sumine cū magno lepus, atq; aper, atq; pygargus, Et Scythicæ uolucres. Est itē pygargus, auis ex genere aquilarum, in oppidis habitās, & in campis caudā habens albicitem: unde & nomen accepit, quasi, πυγὰς ἔχων ἀργὰς. Idem Plin. lib. 10. cap. 3. Secundi generis pygargus, in oppidis manſitat, & in campis, albicante cauda. Sunt qui putant esse eorum genus: quæ ales adeò coitui infesta est, ut quū mas cū fœmina coire uelit, acri dolore oculorū utrinq; solnantur, ac morientium penè similes abeant.

Pygisma, tæ, m. p. πυγισμὸς, dicitur græco uocabulo quem alio nomine præditonē appellamus, qui scilicet masculis ad prosternā libidinē abutitur. Dicti πυγισταὶ, à contrectandis natibus, Nam πυγαὶ, à græcis nates dicuntur.

Pygmachia, πυγμαχία, cæstuum pugna, πύγμη, enim cæstus dicitur.

Pygmachus, πύγμαχος, pugil.

Pylæ, πύλαι. Græco nomine dicuntur quas nos portas dicimus: unde & pro angustis montiū faucibus accipiūtur, cuiusmodi in Amano mōte occurrere perhibētur, ex Cilicia Syriā petētibus quas & Latinè Cilicias portas appellamus. Cic. Att. lib. 5. Itaq; cōfestim iter in Ciliciā feci per Tauri pylas.

Pylæa, πυλαία. Conuentus Amphictyonū ad Thermopylas, ad quē quotannis è singulis ciuitatibus singuli mittebātur, quos uocabāt Pylagoras, ἀπὸ τῶν εἰς πυλαίαν ἀγομένων. hoc est, ab eo quòd ad pylæan conueniret.

Pylorus, ri, pen. prod. πυλωρὸς. A medicis appellatur inferius os uentriculi per quod primæ coctionis excrementa emittūtur in aliū, & inde in secessum. Ratio nominis inde ducta est, quòd, πυλωρὸν, Græci ianitorē uocant. Inferius autē os uentriculū in hoc uel optimi ianitoris officio fungitur, quod nihil emittat nisi probè concoctū: unde etiā meatus ille à natura factus est angustissimus.

Pympla, uide Pimpla.

Pynathes, lac igne densatum.

Pyos, & Pyon Græcis primū lac uocatur: alii sic uocant sanguinem concretum, quem nos Latini uocamus pus.

Pyr, πύρ, Latinè ignis à quo multa per compositionem fiunt.

Pyren, πυρὴν. oliuæ nucleus quod facilè iguem concipiat.

Pyra, πυρὰ, Lignorū congeries, cuiusmodi olim cremandorū corporū causa extrui solebat. Ver. Aen. 4. At regina pyra penetrali in sede sub auras, Erecta ingenti tædis atq; ille secta, &c. Idem 11. Aeneid. Innumeros struxere pyras.

Pyracantha, πυράκανθα, nomē est herbæ apud Dioscor. 3. ca. 25.

Pyræus. uide Piræum.

Pyralis, πυραλὶς Pennatū animalculū, magnitudine muscæ, ex igne proueniens. Vnde & nomen accepit. A quibusdā pyrausta, πυραύστης, appellatur. Quandiu est in igne, uiuit, quū euasit longiore paulum uolatu, tunc emoritur. Vide Plin. li. 11. cap. 36.

Pyrama. ut legit Sipontinus, uel potius Phyrama, ut hodie habent castigatiora Plinij exēplaria, lacrymæ genus ex Mōtopio arbore stillans, pingue & resinosum. Vide Plinium, li. 12. cap. 28.

Pyramis, pen. cor. Pyramidis, πυραμὶς. Moles maxima, quadrata, ita constructa ut è lato in acutū tendat in formā flāmę, quę ima sui parte latior, in acuminatū desinit fastigium. Maximæ huius generis in Aegypto fuisse memorantur circa Memphim structuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigiatæ ultra omnē excelsitatem quæ manu fieri posset, (ut scribit Solinus) sub quibus sepeliebantur Reges. Excogitatę primū à Regibus Aegypti, ne plebs esset otiosa, uel ne pecuniam succesforib. relinquerent. Vide Plin. lib. 36. cap. 12.

Pyramidatus, adiectiuū. πυραμοειδὴς. Quod in pyramidis formam factū est Cic. 1. de Natur. deor. Quædā pyramidata, cuiusmodi uata quædam, & quasi aduncā.

Pyramon, ex tritico panis.

Pyratum. ἀπιὸν, genus potionis, quod ex pyris factum creditur, & loco uini sumebatur. Hieron. contra Iouinianum Timothæo dolenti stomachum uinum suadet bibere non pyratum. Hanc tamen uocem apud probatos authores nō facilè inuenias.

Pyrausta,

Pyracmon Vulcani minister apud Virgil. Vide supra Acmon & Pyre incudem. Labor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pyrauſta, æ, πυρ αύστης, Animal pennatũ, magnitudine muſcæ, in igne & naſcens, & uiuẽs: à quo ſi paulò longius auolarit, ſtatim emoritur. Alio nomine Pyrali dicitur, teſte Pli. li. 11. cap. 36. Pyrauſta item apud Ariſtotelem, uermiculus eſt, quem & Cleron uocat, aranei ſpecie, nocens fauis.

Pyrenes, pen. prod. Sunt ceraſorũ oſſa, ſeu baccarũ: ut apud Ariſtot. lib. 2. Meteor. in fine, ubi ſic legitur, γίνεται τῶν ἐκθυμιωμένων οἷον οἱ πυρῆνες οἱ ἐν τοῖς δακτύλοις καπνώδεις: id eſt, fieri eliſionem, ut nuclei è digitis exilientes. Nominatiuus ſingularis eſt πυρὴν.

Pyrethrum, πύρεθρον, Nõ eſt herba eadẽ cum dracunculo, ut perperã credidit Calepinus, Perotti errorẽ ſecutus, ſed ea quam Romani Saliuarẽ, uulgus Gallorũ hodie pedẽ Alexandrinum appellat. Folia & caulem emittit, dauco ſylueſtri & fœniculo ſimilem, umbellamq; anethi circinatæ rotunditatis: radicem habet longam pollicis craſſitudine, guſtu feruidiſſimo. Ouid. 2. de Art. Tritaq; in annoſo flaua pyrethra mero. Macer, Eſt pyrethrum, calidũ, ſiccumq;, & quartus in illo Eſt gradus: excutiat dentes ſi frigidus humor, Maſticet hæc patiens, teneatq; diutius ore. Vide Plin. lib. 28. cap. 9. & Dioſc. libro 3. capite 48.

Pyretus, πυρετὸς, Febris, ab incendio appellata, quemadmodum apud nos febris à feruore.

Pyrgitis, idem quod Phyllitis, apud Dioſc. lib. 3. cap. 120. ſic dicta à Curibus, quia ab radicibus earum naſcitur.

Pyrgitæ, Paſſerculi.

Pyrgus, m. ſ. πύργος, Latinè turris dicitur, qđ fulgureis ignibus feriri turres conſueuerũt. A cuius ſimilitudine pyrgus etiam uaſis genus dicitur cauitate feſtili, quò cõiecti tali, agitantur anteq; in alueolũ emittantur. Horat. 2. Ser. Sat. 7. Mittet in pyrgũ talos, Mart. turriculã Latino uocabulo appellauit. Perſius orcam dixit, Scire erat in uoto damnoſa Canicula quantum Raderet, anguſtæ collo non fallier orcæ. Porphyrio pyrgũ idem eſſe docet cum fritillo, uaſculum ſcilicet, in quo coiectæ teſſeræ, agitatæq; mittuntur. Iuuen. Sat. 14. paruoq; cadẽ mouet arma fritillo. Quibus uerbis clarũ fit, fritillum turriculã eſſe, nõ tabulã luſoriã, quæ lata & ſpatioſa eſſe cõſueuit, & quæ alueus, ſiue alueolus, ſiue latrũcularia tabula dicitur. Pyrgus etiã militaris ordo dicitur, quadringẽtos uiros continens: & turma equeſtris: ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ut quidã exiſtimant, eò quòd in acutum deſinat more ignis.

Pyriatæria, Vaporaria lẽticulata, Vtitur his in paſſione uoluuli Aëtius lib. 9. cap. 28. (febrim.

Pyriaſis, πυρίασις, Fomentum contra pyretũ hoc eſt, cõtra

Pyrini, Paues triticei. Idẽ & Sicanii ex quodrimeſtro tritico

Pyrinon, Pyrethrum, apud Dioſc. lib. 3. cap. 84.

Pyrites, pen. pr. πυρίτης, m. t. Silicis genus, qđ in metallis & fluminib. q buſdam inuenitur, æris ſimilitudine cuius uaria ſunt genera, cognomẽ accipiẽtia à metallis, quæ in ſe continent. Nã in quo aurũ elucet, chryſodes: in quo argentũ, argyrodes: in quo æs, chalcodes, hoc eſt, æroſus cognominatur, Plin. lib. 36. cap. 19. Sed eſt alius etiamnũ pyrites ſimilitudine æris. In Cypro eũ reperiri uoluũt, & in metallis, quę ſunt circa Acarnaniã, unũ argenteo colore, & alterũ aureo. Dictus pyrites, qđ ægerrimè quidẽ ignẽ accipiat, ſemel tamẽ acceptum diutiſſimè cõſeruet. Vide Geor. Agricolã de Re metal. q multò plura enumerat pyritarũ genera. Pyrites itẽ dicitur ſilex ille, qui ferro illiſus, ignẽ emittit. Plin. lib. 36. cap. 19. Pyritarũ etiamnũ aliqui unũ genus faciũt, plurimũ habẽs ignis, quos uiuos appellamus, & ponderoſiſſimi ſunt. Hi exploratoribus caſtrorũ maximè neceſſarii, qui clauo, uel altero lapide percuſſi, ſcintillas edũt, quæ exceptæ ſulphuratis, aut fungis aridis, uel foliis, dicto celerius ignẽ trahunt. Hæc Plin. Quidam etiã molarẽ lapidẽ, pyritẽ appellauere, teſte eodẽ Plinio, lib. 36. cap. 19. propterea qđ plurimus illi ſit ignis.

Pyroboli, pen. corr. πυρόβολοι, Sunt tela ignita, & ardentia, quæ cum flamma mittuntur. Vnde Plutar. in Dione ſcribit pyrobolorum incendio complures extinctos.

Pyrocorax, πυροκόραξ, Auis luteo roſtro, nigra, præcipuo ſapore: nomen habet à colore roſtri igneo: quaſi ignitum coruum dicas. Vide Plin. lib. 10. cap. 48.

Pyrodes, uide Pyrides.

Pyrois, pen. corr. genitiui, pyroẽntis, πυρόεις, Martis ſidus, ab igneo colore dictũ. Eſt itẽ nomẽ unius ex equis Solis. Ouid. 2. Met. Interea uolucres Pyrois, & Eous, & Aethõ Solis equi, quartusq; Phlegon, hinnitib. auras Flammiferis implent. Dictus Pyrois, quaſi ignitus, uel igne plenus.

Pyromantia, pen. acuta, πυρομαντεία, Genus diuinationis, quæ fit per ignem. Vide in dictione Magia.

Pyrolabes, πυρολάβις, quòd ea, quæ ignita ſunt, capiat.

Pyropus, pi, pen. pro. πύρωπος, Gemma eſt flammæ colorem referens: unde & nomen accepit. Ouid. 2. Metam. Flammas imitante pyropo.

Pyros, Chamælea, apud Dioſc. lib. 4. cap. 183.

Pyrricha, æ, f. p. ſiue pyrrhiche, es, πυρρίχη, Genus fuit ſaltationis enopliq, hoc eſt, quã armati pagebãt, quæ Lacedæmoniorũ iuuẽtuti loco bellici gymnaſmatis erat teſte Ariſtoxeno, aqud quos à 5. ſtatim ætatis anno pueri incipiebant, πυρριχίζειν, accinẽte interim aliquo carmẽ hyporchematicũ ad cuius numeros motus cõponebãt. Erat aũt hoc laborioſum ſaltationis genus, pugnantiũ, iaculantiũq;: itẽ ictus, iactusq; declinantiũ: interdũ etiã ſubſilentiũ, & ſucciduo poplite ſe excipientiũ, motus geſtusq; exprimẽs: ut abundè docet Plat. li. 7. de leg. Plin. lib. 7. ca. 57. à Pyrrho quodã Cretenſi primũ inſtitutã tradit in Creta. Ariſtoxenus originẽ eius ad Pyrrhichũ quendã Laconẽ refert. Ariſtotel. cõtrà ad Pyrrhũ Achillis filiũ, quem primum omniũ pyrrhichã ait ſaltaſſe ad Patrocli rogum. Suet in Cęſare, Pyrrhichem ſaltauerũt Aſiæ. Bithyniæq; principum liberi.

Pyrrhicharii, ſiue Purrhicharii, m. ſ. (ut ſcribebãt ueteres, nullã peregrinã literã recipiẽtes) πυρριχισταὶ, Qui pyrrhichã ſaltabant armati, pugnantiũ, ictusq; inferentiũ uiciſſim, & declinantiũ geſtus motusq; ad rhythmum imitantes. Vtitur hac uoce Vlpia. l. At damnum. ff. de Pœnis.

Pyrrhiachus, pen. cor. adiect. Liu. 1. belli Maced. Quũ legib. cautum eſſet, ne de pace, bello ue, niſi in panætolico & pyrrhicho concilio ageretur. Vetus exemplar habet, pylaico.

Pyrrichius, m. ſ. πυρρίχιος, Pes metricus, cõſtans ex duabus ſyllabis breuibus: dictus à Pyrrho, qui primus uictoria potitus, frequentibus pyrrhiciis eſt laudatus.

Pyrropœcilus, πυρροποίκιλος, Marmoris genus, qđ & à Syene Thebaidis urbe, circa quã effodiebatur, Syeniticũ diceba tur, ſiue lapis Syenites. Ex hoc Aegyptiorũ reges obeliſcos faciebant, quos Solis numini dicabant, teſte Plin. lib. 36. cap. 8. Pyropœcilion aũt Græci à fuluarũ macularum uarietate uidentur appellaſſe. Nam πυρρὸν fuluum appellãt, & ποίκιλον uarium.

Pyrus, priore cor. Arbor nota, ἄπιος. Verg. 4. Georg. Eduraq; pyrum, & ſpinos iam pruna ferentes. Idẽ 1. Ecl. Infere nunc Melibœe pyros, pone ordine uites, &c. Pyrũ fructus, ἄπιον dictũ, quòd ad ſimilitudinẽ pyramidis è lato tendat in acutum, flammæ ſimilitudinẽ reddens. Autũnalia pyra, acidulo ſapore iucũda, Tiberiana appellantur, q maximè Tiberio principi placuere. Plin. lib. 15. cap. 15. Cucurbitina pyra, ob cucurbitę ſimilitudinẽ ſic dicta, Cato ca. 7. Decumana pyra, apud Col. lib. 12. cap. 10. Veſci pyris. Horat. 1. Epiſt. 7. Nõ quo more pyris ueſci Calaber iubet hoſpes. Idẽ Epod. 3. Vt gaudet inſitiua decerpens pyra. De pyris multa uide apud Plin. lib. 15. ca. 15. Hamoſa pyra, apud eundem ibidem.

Pythonion, id eſt, Hyoſchyamus, apud Dioſc. li. 4. cap. 72.

Pythonis oculus, id eſt, Stichas, apud Dioſc. lib. 3. cap. 27.

Pytiliſſare, Galen. interpretatur περὶ τῶν ὑγιεινῶν, ſummis pedib. ingredi, manu altera retrorſum, altera prorſus protenſa: exercitationis genus.

Pytiſma, atis, πύτισμα, Leuis ſputi irroratio, ἀπυτίζειν, quod eſt ſputo leuiter & crebrò irrorare. Iuuen. Sat. 11. Qui Lacedæmoniũ pytiſmate lubricat orbem. id eſt, qui lubricat anulũ ſputo. Sunt tamẽ qui hoc in loco legãt Pedemate: alii etiam Pityliſmate. Vide Politiani Miſcell. Centuria 1. cap. 38.

Pyulcos, πύελκος, Chirurgicũ inſtrumentũ, puri eximendo acõmodatum: ita dictũ, quaſi ἀπὸ πύου ἕλκον. Meminit huius inſtrumenti Galenus 5. Methodi.

Pyxacanthum, n. ſ. πυξάκανθον, Frutex eſt ſpinoſus, cubitalibus ramis, foliis buxi: unde & nomen accepit, quaſi buxea acanthus. Nam πῦξος nobis buxum ſonat. Præſtantiſsimũ naſcitur in Lycia: unde & medicamentũ, qđ ex eo conficitur, Lycium appellatur: de quo ſuprà egimus ſuo loco.

Pyxionix, Ariſtolochiæ ſpecies tertia, de qua uide Dioſc. libro 3. capite 6.

Pyxis, πυξὶς, Propriè uaſculũ è buxo, qđ Græci πύξον appellant: ex quo ligno primùm fieri cœpit: quanquã & alia materia fieri poſſit. Nam (ut docet Quintilianus lib. 8. cap. 6.) pyxide cuiuſcunq; materiæ ſunt, quarum uſus uariis rebus eſt accõmodatus. Cic. pro Cælio, Eodẽ Liciniũ eſſe uenturum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

atq; iis ueneni pyxidem traditurum. Martial.libr.9. Et lateas centum condita pyxidibus. Plin.lib.18.cap.11. Primori ineſt pyxis ferrea. Apul.de Aſin.li.3. Arcula quadā recluſa pyxides pluſculas inde depromit. Pyxides item in oſſibus per ſimilitudinē quandā appellantur acetabula, pyxidū more excauata, quæ rotunda oſſium capita excipiunt.

Pyxidicula, dimin. In qua aromata cōtinentur, πυξίδιον. Cor. Celſ.lib.6. Liquidum collyrium pyxidicula ſeruatur.

Pyxidatus, adiec. Quod pyxidis ſimilitudinē refert, πυξοειδὴς. Plin.lib.31.cap.6. Commiſſuris pyxidatis.



Litera, muta eſt, ꝓpemodū ſuperuacua, ſicut & K, quoniā C poteſt implere earum uicem: & propter nihil aliud ſcribenda uidetur, niſi ut uocalē ſemper poſt ſe ſequentē in eadē ſyllaba cum altera uocali cōiungat, quę alioqui in eadem ſyllaba cōiungi nō poſſet, obliquioremq; & pinguiorē efficiat ſonū. Quint.lib.12.ca.10. Duras & illa ſyllabas facit, quæ ad cōiungendas demū ſubiectas ſibi uocales eſt utilis, aliàs ſupuacua: ut quū Equū ac Equos ſcribimus, quū ipſe etiā uocales duæ efficiāt ſonū. q̄lis apud Græcos nullus eſt, ideoq; ſcribi illorū literis nō poteſt. Quod ſanè terminatio ipſius q. & neceſſaria cōſequentia alterius u, poſt illud, & ante alterā uocalē, indicare poteſt. Nunq̄ enim in eadē ſyllaba uocalē poſt q. ponere poſſumus, quin inter q, et uocalē, u interponamus. ut quālis, quæror, ſequitur, loquor, & quum. Mutatur autem q in c: ut Loquor, locutus, Sequor, ſecutus: in ſ, ut Torqueo, torſi: in x, ut Coquo coxi.

Q. In notis antiquorum Quintus, uel Quintius, Q. uel QV. Quartus. QM. Quomodo. QAM. uel AM. Quēadmodū. Q. S.S.S. quę ſuprà ſcripta ſunt. Q.R.F.E.V. Quod rectè factum eſſe uiderur. QVAES. Quæſtores. Q.L. Quinti Liberti. QVAES. Quæſtor. Q.N.A.N.N. Quando q; nec; ais, nec; negas. Q. B.F.q̄re bonū factū. QE.R.E. Quāti ea res exit. Q.F. Quinti filius. Q.L.F. Quīti Lucii filius. Q uel QVINT. Quintilius. Q. B.M.V. quę bene mecū uixit. Q E.R.E.IV.DA. Quāti ea res erit, iudiciū dabo. QVIR. Quirites. Q.L. Quinti libertus. QM. Quintus Mutius. Q.B.F. Quare bene factum.

Quà, aduèr. modò ſignificat ꝓ quēlocū, τῇ ἢ δι' ἧς. Autor Priapeæ, Ad fontē dic mihi quà ſit iter. Cic. ꝓ Cecin. Omnes introitus, quà adiri poterat in eū fundū. Idē 4. Phil. Ipſe in templum, neſcio quà, per cuniculū aſcendit. Modò inquātum, ſiue quatenus, καθόσον. Senec. Hominē quippe, quà animal eſt, moueri ſenſu oportet. Modò partim, uel tum. Pli. Epi. 49. lib.3. Mediū tempus diſtentū, impeditumq;, quà officiis maximis, quà amicia principum egiſſe. Cic. Q. Frat. Omnia cōueſtiuit hedera, quà baſim uillæ, quà intercolumnia ambulationis. Idē Att.lib.1. Quà domini, quà aduocati ſibilis conſciſſi ſunt. id eſt, tū aduocati. Idē alibi ad eundē, At q̄ honeſta, quàm expedita tua cōſilia, quàm euigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà nauigationis, quà cōgreſſus, ſermonisq; cum Cæſare? Vel (ut Bud. interꝓtatur) Qua in parte itineris, nauigationis, & cōgreſſus ſit mentio. Et rurſum lib.15. intelligo te diſtentiſſimum eſſe quà de Buthroniis, quà de Bruto. id eſt, partim ob Buthrotios, partim ob Bruti ludos. Interdū quà, idem ualet qd̄ qua ratione, uel quo modo. Ver. 1. Aen. Quà facere id poſſis, noſtrā nunc accipe mentē. Aliquādo idē qd̄ qua parte. Ouid.in Epiſt.Phill. Quà patet umbroſum Rhodope glacialis ad Hæmū. Eſt etiā qua, ablatiuus fœm. à nominatiuo quæ: nam qua nominatiuo non utimur in cōpoſitis. Qua gratia, pulchrè dicitur ꝓ quamobrē. Plaut. Amph. Amphitryo redire ad nauí melius eſt nos. AM. Qua gratia? Qua de re ſimiliter, aliquādo ꝓ quamobrē ponitur. Cic. Qua de re, Iudices, uobis magnopere ꝓuidendū eſt. Aliàs idē eſt qd̄ de qua re. Cic.2.de Rhet. Firmatur ſimilitudine ei rei, de qua agitur, &c. Qua cauſa, idē quod quamobrē Plaut. in Menæh. Quid de te merui, qua me cauſa perdetes? Similiter quà de cauſa. Plin.lib.18.ca.7. Qua de cauſa leuior illis, quàm cæteris, panis eſt.

Quacunq;, aduerb. eſt loci, ſignificans per quancunq; partem, uel per quēcunq; locū. Liu.1.ab Vrbe, Vbi èò uentū eſt, quacunq; incedit, armata multitudo pauorē ac tumultū facit. Eſt etiam quacunq; ablatiuus à quēcunq;. Ibidem, Is, Aſcanius, ubicunq;, & quacunq; matre genitus, &c.

Quadantenus, antep. acuta, Vſq; ad quandā partē, ſiue aliquantulū, ἕως ὡς μέχρι τινός. Plin.lib.26.cap.10. Tria aūt genera eius, latum, & alterum longius, quadantenus rubens.

Quadrā, æ, f.p. Inſtrumentū planū, aut modicè concauū ſu per quo cibos diſſecamus: ita dictū à figura quadrata, nā quę orbiculari fiunt figura, orbes potius nominātur, κύκλοι &c. dem & menſæ dicuntur: ſolentq; in iis cibi ſingulis cōuiuis apponi, neq; ſolùm ex ligno, ſtanno' ue, aut argēro, ut hodie uerumetiā ex pane fiebant. Vnde eſt illud apud Verg.7.Aen. Patulis nec parcere quadris. Et paulò pòſt, Heus etiam mensas cōſumimus. Aliena quadra uiuere, eſt alienis ſumptib. uiſti tare. Iuuenal. Sat.5. Vt bona ſumma putes aliena uiuere quadra. Quadra placentæ. Martial.lib.6. Quum mittis, turdum' ue mihi, quadram' ue placentæ, Siue femur leporis, ſiue quid his ſimile.

Quadragenarius, a, um, Quod in ſe cōtinet quadragiuta: ut Quadragenarius lapis. id eſt, 40. librarū. Quadragenarius homo, id eſt, 40. annorū, τεσσαρακονταέτης. Grex quadragenarius: id eſt, 40. capitum. Liu.7.ab Vrbe, Quadragenariæ octo cohortes, lecta robora uirorū ſcribuntur. Quadragenariæ cohortes, id eſt, quadraginta uiros continentes.

Quadrageni, æ, quāuis propriè ſit numerus diſtributiuus, ſicut bini, & terni, frequenter tamen accipitur ſimpliciter ꝓ quadraginta. Col.lib.5. ca.2. Centies uicies duceni quadrageni, ſicut uigintiocto millia & octingenti.

Quadrageſimus, a, um, Vnus ex numero quadragenario, τεσσαρακοστός. Pli.lib.14.ca.20. Cocti parte quadrageſima. Aliquādo ultimus ex quadraginta. Plin.lib.2.cap.8. Quadrageſima ſecunda Olympiade. Quadrageſima, abſolutè dicitur ꝓ quadrageſima parte, τεσσαρακοστή. Suet.in Cal.cap.4. Pro litibus, atq; iudiciis ubicunq; conceptis quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur, exigebatur. Sic dicimus, decimā, uigeſimā, quinquageſimam, centeſimam, Partis uocabulum uenuſtè ſubintelligentes, quod ruſticè exprimeretur.

Quadraginta, Quater decem, adiectiuū eſt numeri cardinalis, τεσσαράκοντα.

Quadragies, aduerbiū Numerandi, idem ſignificās qd̄ quater decies, τεσσαρακοντάκις. (Ipſ.)

Quadrangulus, adiect. Quod habet quatuor angulos, τε-

Quadrans, m.t. Quarta pars aſsis, hoc eſt, unciæ tres, τετρημόριον. Plin.libr.28. Ad tuſsim ueterē recens decoquitur quadrātis pondere, in uini ſextarii tribus. Quoties aūt dere numaria ſermo eſt, quadrās, æreus numulus eſt, teſte Pli. qui & triuncis, uel triunx uocatur, à tribus unciis. Vt enim Seſtertius quarta pars eſt denarii: ita quadrās, quarta pars aſsis. Iuuen. Sat.7. Nam ſi Pieria quadrās tibi nullus in arca Oſtendatur. Quadrans operæ, apud Col. lib.2.ca.4. eſt quarta pars operæ. Eſt etiam quadrans, quū de menſuris loqmur, quarta pars Romani ſextarii, hoc eſt, cyathi, uel unciæ tres. Quadrans pedis, eſt menſura quatuor digitorū, quam etiam palmum minorem uocamus, παλαιστήν.

Quadrantalis, le. Plin.lib.15.cap.19. Quatuor pedum & ſemipedis per medium ambitum, craſſitudine quadrantali. id eſt, pedis quartæ partis.

Quadrātal, n.t. Figura eſt ex omni parte quadrata, quales ſunt cubi, & teſſeræ, quib. in alueolo luditur, κύβοι. In quancunq; enim partē incubuerint, immotā habent ſtabilitatē. Eſt etiā quandrantal menſuræ genus, pedē quaquauerſum quadratum habens, cōtinens ſextarios quadraginta octo: uſitatione nomine amphorā appellamus, ἀμφορεύς. Plautus in Curcu. Anus hæc ſitit. P C. quantillum ſitit? PH. modica eſt, capit quadrantal.

Quadrantarius, a, um, adiect. eſt à quadrāte deductū, τετραμορῆιος. Cic. pro Cæl. Niſi fortaſſe mulier potens quadrantaria illa permutatione facta, familiaris erat balneatoriā. ccipitur pro uili, & contēnendo: unde quadrantaria meretrix, dicitur uiliſſimū ſcortū, qd̄ uix paucis quadrātib. noctes ſuas poſſet locare. Hinc etiā reſpexiſſe uidetur Cæcil. apud Quin. lib.8.cap.6. quū Clytæmneſtrā, quadrantariā uocat, impudicitiam nimirū illius notans. Soler enim proſtibulis aliquot quadrantum merces eſſe conſtituta.

Quadrarius, adiect. Idē quod quadratus, aut certē quadrā gulus: Vas quadrariū, τετράγωνος. Cato de Re ruſt.ca.18. Torcularium ſi ędificare uoles, quadrariis uaſis, uti contractiora ſient, ad modum uaſa componito.

Quadratarii, Quadratura, Quadratus, uide Quadrum.

Quadricorniū, dicimus qd̄ 4. cornua habet, τετράκερως.

Quadridens, omnis generis, t. Quod quatuor habet dentes. Cato capite decimo, Rura quinque raſtros, quadridentes duos.

Qua-

Quadrienniũ, nii, Spatiũ quatuor annorũ, τετραετία. Cic. ſem. &c.

Quadrifariã, aduer. Quadripertito, hoc eſt, in quatuor partes, τετραχῶς. Liu. 4. ab Vrb. Quadrifariã enim diuiſo erercitu. Idem lib. 1. Quadrifariam enim urbe diuiſa regionib. collibusq, quę habitabantur partes, tribus eas appellauit. Suet. in Vitel. ca. 13. Sed uel præcipuè luxuriæ ſæuitiæq, deditus, epulas trifariã ſemper. interdũ quadrifariã diſpertiebat, in ĩctacula, & prandia, & cœnas commeſſationesq,.

Quadrifidus, a, um, pen. cor. Quod in quatuor partes findi poteſt, aut fiſſum eſt, τετράχηλος. Ver. 2. Geor. Quadrifidasque ſudes, & acuto robore uallos. hoc eſt, ita robuſtas, ut in quatuor partes diuidi poſſint. Trabs quadrifida, Vale. 2. Arg. Liber quadrifidus, Claud. 5. Paneg.

Quadritoris, quadrifore, m. t. Quod quatuor fores, ſiue foramina habet, τετράθυρος. Plin. lib. 11. cap. 22. Veſpæ nidos Vere faciunt ferè quadrifores.

Quadriformæ, Qđ habet quatuor formas, τετράμορφα.

Quadriga, æ, pen. pr. f. p. Currus quatuor equis iuctus, quaſi quadriaga, τέθριππος. Gel. li. 19. ca. 7. Quadrigas Cæſar etiã ſi currus unus, equorũ quatuor iunctorũ agmẽ unum ſit, pluratiuo numero ſemp dicendas putat. Hor. 2. Car. Ode 26. tibi tollis hinnitũ apta quadrigis equa. Ci. de cla. Ora. Nec enim in quadrigis eum ſecundũ numerauerim, aut tertiũ, qui uix è carcerib. exierit. Idem 3. de Natu. deor. Mineruã quãdrigarũ inuentricẽ ferunt. Aliquando quadrigarũ nomine intelligũtur equi, qui quadrigas agũt. Col. li. 3. ca. 9. Vnde ſacrorũ certaminũ ſtudioſi perniciſſimarũ quadrigarũ ſemina dilgenti obſeruatione cuſtodiũt, & ſpẽ futurarũ uictoriarũ cõcipiũt, ppagata ſobole generoſi armẽti. Plau. Aſin. Nam ſi huic occaſioni tẽpus ſe ſubduxerit, Nunquã pol indipiſcet quadrigis albis poſtea. Vbi quadrigas albas uocat equos Veneris, q, albi erãt & citi: ut ſit ſenſus, Etiam ſi currũ Veneris ab alitib. uectũ, & per hoc ſummæ celeritatis, cõſcẽderet, & ſequi uel let iam amiſſam occaſionẽ, nunquã eam cõſequeretur. Ver. 8. Aen. Haud ꝑcul inde citę Metiũ in diuerſa quadriga Diſtulerant. Claud. 7. Paneg. uelut ordine rupto Quũ procul inſanæ traherent Phaëthontа quadrigæ.

Quadrigula dimin. Cic. de Fato, At Philippus haſce in capulo quadrigulas uitare monebatur.

Quadriiugi, ſiue Quadriiuges. m. f. & t. pen. cor. Equi quaterni ad unũ iugũ alligati, τετράζυγες, τετράοροι, ſicut Biiugi, Triiugi, & Seiugi, quũ duo, uel tres, uel ſex equi ad unũ iugũ adhibẽtur. Ouid. 2. Met. ritũq, relinquũt Quadriiuges ſpatiũ: nec quo prius ordine currũt. Ver. 10. Aen. quin ecce Nyphęi Quadriiuges in equos, adũerſaq, pectora tendit. Currus quadriiugi, τέθριππος, idẽ quod quadriga, id eſt, currus quatuor equos iunctos habens. Ver. Quadrigo uehitur curru.

Quadrigarius, rii, m. f. Qui quadrigas in Circenſib. agebat, inquit Aſcon. τεθρεππηλάτης. Varr. 2. de Re ruſt. ca. 7. Docet aliter quadrigarius, & deſultor. Fuit prętereа hoc cognomẽ Q. Claudii ſcriptoris uetuſtiſſimi, nõ ſemel ab A. Gellio citati.

Quadrigarius, Numus erat argẽteus, quadrigæ imaginẽ habẽs impreſſam: ſicut Bigatus, qui bigarũ notã habebat. Pli. lib. 33 ca. 13. Nota argẽti fuere bigæ, atq, quadrigæ: & inde Bigati, & Quadrigati dicti. Liu. 2. bel. Punic. Pacti uti arma, atq, equos traderent, in capita Romana tricenis numis quadrigatis, in ſocios ducenis, in ſeruos centenis.

Quadrigeminus, adiect. Plin. lib. 8. cap. 21. Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina, quorũ motu, &c. id eſt, quatuor cornicula.

Quadrilaterum, Quod habet quatuor latera, τετράπλευρον.

Quadrilibris, libre, pẽn. prod. Quod eſt põderis quatuor librarum. Plaut. in Aul. Quadrilibrẽ aulam auro onuſtã habeo, qui me eſt diuitior.

Quadrilinguis. Qui quatuor linguas habet: aut qui quatuor diuerſis loquitur linguis, τετράγλωσσος.

Quadrimẽbris, Quatuor mẽbrorũ, hoc eſt, partiũ, τετραμερής.

Quadrimus, a, um, pen. prod. Qđ habet quatuor annos, τετραετής. Plaut. Cap. Perdidi unum filiũ puerũ quadrimum. Plin. lib. 8. cap. 45. At tales partus equis neq, quadrimis minores, neq, decennibus maiores.

Quadrimulus, li. dimin. Plaut. Pœn. Altera quinquennis, altera autem quadrimula, cum nutrice una periere.

Quadrimatus, us, m. q. Aetas quatuor annorũ, τετραετία. Plin. lib. 8. ca. 45. Id cõſequutus eſt nõ ante quadrimatũ ad partus nocando. Idẽ li. 19. ca. 22, Sed ex his quæ ſunt fortiſſima, nullum extra quadrimatũ utile eſt. Agere quadrimatũ. Col. li. 7. cap. 8. Quã ſalaciſſimos oportet eſſe mares, qui & annicula ætate commodè progenerant, quadrimatum agant.

Quadringenti, æ, a, Quater centũ, numeri cardinalis eſt, τετρακόσιοι. Cic. in Piſ. Centum prope annos legem Aeliam & Fufiam tenueramus: quadringentos iudiciũ, rationemq, Cenſoriam. Idem de Diuin. Tali quadringenti acti.

Quadringenties, aduerb. Cic. pro Rab. Seſtertiũ bis millies & quadringenties, ne magnopere contemneret.

Quadrigenteſimus, a, um, Vnus, uel poſtremus ex quadringentis, τετρακοσιοστός. Plin. lib. 8. cap. 6. Anno urbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

Quadringenus, a, um, & (ut nõnulli legunt) quadrigenus, uel quadricenus. Liu. 8. ab Vr. Vectigal quoq, eis Cãpanus populus iuſſus pendere in ſingulos quotannis (fuere aũt mille & ſexcenti) denarios nummos quadringenos quinquagenos.

Quadrinoctium, Tempus quatuor noctiũ: ſicut Binoctiũ ſpatium duarum noctium, τετραέτιον.

Quadrinus, a, um, pen. pro. adiect. pro quatuor dicitur: ut Trinus, pro Tribus. Plin. lib. 11. cap. 10. Mutationes, & in alias figuras tranſitus trinis, aut quadrinis diebus.

Quadripertior, iris, d. q. in quatuor partes diuido, τετραχῶς, μερίζω. unde quadripertiũ, in quatuor partes diuiſum. Plin. libr. 25. cap. 22. Nucleorumq, illis, quadripertita diſtinctio. Cic. 3. Ver. Quare hæc eadem erit quadripertita diſtributio totius accuſationis meæ.

Quadripertitò, aduerb. Idem ſignificans qđ quadrupliciter, ſiue in quatuor partes, τετραχῶς.

Quadrireмis, huius quadriremis. o. t. pen. pro. Nauis, quæ quatuor remorũ ordines habet, τετρήρης. Liuius 4. bel. Punici, Prætermiſſa quadriremis, quã intraſſet fauces portus, capitur. Cicer. 7. Verrin. Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes è portu.

Quadriſyllabum, quod eſt quatuor ſyllabarum, τετρασύλλαβα.

Quadriuium, n. ſ. Dicitur locus publicus ubi quatuor uiæ cõcurrũt, τετράοδος. Catul. ad Cæl. de Lesbia, Nunc in quadriuiis & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes, Iuuen. Sat. 1. Non ſine libet medio ceras implere capaces Quadrio. (driuio.

Quadro, quadras, uide Quadrum.

Quadrum, ri, n. ſ. Idẽ quod quadratũ, qđ ſcilicet quatuor æquales lineas, quatuorq, angulos rectos habet, τετράγωνον. Col. li. 8. ca. 3. Perticæ dolãtur in quadrũ. In quadrũ ſentẽtias redigere. hoc eſt, æqualiter fundere, & ſuo numero ſeruato æqualiter diſponere. forma enim quadrata, inquit Quintil. nulla eſt ex parte neq, longior, neq, breuior. Cic. Orat. Quin redigeret omnes ferè in quadrũ, numerumq, ſententias.

Quadro, as, n. p. In quadrũ redigo, τετραγωνίζω. Hor. 1. Epiſt. 6. Et quæ pars quadret aceruũ. Col. li. 11. cap. 2. Abies atq, populus ſingulis operis ad unguẽ quadrãtur. Per translationẽ ponitur pro præſentire, & ex omni parte conuenire, ἁρμόζειν, σωφρονεῖν. Tractũ à lapidib. quadris, qui omniũ laterũ æquali ꝓportione inter ſe optimè cõueniunt. Verg. 2. Geor. nec ſecius omnis in unguẽ Arborib. poſitis ſecto uia limite cẽſdret. Apul. Vt omnia ad calamitatẽ quadrarẽt. Cic. 3. de Ora. Et tamen eam coniunctionẽ, ſicuti nerſum, numeroſè cadere & quadrare, & perfici uolumus. Idem de Clar. Orat. Quoniam tibi quadrat omnia illis fuiſſe paria. Quadrare ad. Cic. ad Atticum, libro 4. Viſum eſt hos mihi ad multa quadrare. Quadrare in. Cicero pro Cælio, Quod profectò nunquam nominum ſermo, atq, opinio comprobaſſet, niſi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam quadrare aptè uiderentur. Sũma rationũ quadrans dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla ſunt reliqua, id eſt, quum æqualis eſt ſumma accepti & expenſi, Budæus.

Quadratus, a, um, Qđ habet quatuor angulos rectos æquales τετράγωνος. Liu. 6. ab Vr. Capitoliũ quoq, ſaxo quadrato ſubſtructũ eſt. Plin. Epiſt. 24. Manent adhuc pauciſſimi arcus: poſſunt & erigi quidã lapide quadrato, qui ex ſuperiori opere detractus eſt. Quadratũ agmen. Cic. 2. Phil. Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites. Liu. 2. ab Vrbe, Valerius quadrato agmine peditem ducit. Turres quadratæ, id eſt, quadrilaterę, apud Lucret. lib. 4. Dimenſio quadrati. Cic. 8. Tuſcul, Mutare quadrata rotundis. Horat. 1. Epiſt. 1. Quadrat corpus, id eſt, mediocre, quod neq, nimis procerũ eſt, neq, nimium humile, ſed medio quodam temperamento decorum. Celſus Medicinæ libr. 2. Corpus habiliſſimum quadratum eſt, neque gracile, neque obeſum. Nam longa

ſtatura

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtatura, ut in iuuentute decora eſt, ſic natura ſenectute cõficitur. Col. de canibus, Probatur, inquit, quadratus potius, quàm longus aut breuis. Sic & Suetonius Veſpaſianũ ſcribit quadrata fuiſſe ſtatura. Quadrata cõpoſitio, id eſt, æqualiter fuſa. Quint. lib. 2. cap. 5. Quæ leuis & quadrata, ſed uirilis tamen compoſitio.

Quadrus, ra, rum, Idem quod quadratus, hoc eſt, quatuor angulos habens, & æquales, τετράγωνος. Colum. libr. 8. capit. 3. Perticæ dolantur in quadrum. Reliqua uide paulò antè in dictione Quadrum.

Quadratarii, m. ſ. Dicũtur Marmorarii, qui marmora ad amuſſim quadrãt. Qua uoce uſus eſt Sidon. Apollin. Vide, inquit, ut uitiũ non faciat in marmore lapicida: quod factũ ſiue de induſtria, ſiue per incuriam, mihi magis, quàm quadratario, liuidus lector adſcribat.

Quadratura, f. p. Ipſa quadratio: hoc eſt, alterius figuræ ad quadratã reductio, τετραγωνισμὸς. Vnde Archimedes ſcripſit de Quadratura circuli.

Quadrupes, edis, om. t. Propriè, adiect. eſt: quod de omni eo dicitur, quod quatuor habet pedes, τετράπους. Terent. in And. tu tamẽ Cura aſſeruandũ uinctũ: atq; audin'? quadrupedẽ cõſtringito. Ouid. 15. Met. Editus in lucẽ iacuit ſine uiribus infans, Mox quadrupes, rituq; tuilt ſua mẽbra ferarũ. Sæpe tamen accipitur ſubſtantiuè: idq; modò in maſc. gen. Ouid. 2. Metam. Nec tibi quadrupedes animoſos ignib. illis. Quos in pectore habent, quos ore, & naribus efflant. In prõptu tergere eſt. Verg. 11. Aen. Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat. Idem 7. Aen. Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. Modò in fœm. gen. Quint. lib. 2. cap. 10. Diſtentæ quadrupedes uiridi pabulo. Cic. in Par. Nihil inter te atq; inter quadrupedẽ intereſt. Plin. lib. 10. ca. 33. Vt nulla quadrupes poſſit accedere. Aliquando etiam in neutro. Col. libr. 11. cap. 2. Nec minus maiora quadrupedia charactere ſignari debent. Idem lib. 2. cap. 22. Quinetiã pecus, lanatũ, cunctaq; quadrupedia tempus idoneum eſt caſtrandi.

Quadrupedo, as, n. t. pen. cor. Quatuor pedibus gradior, τετραποδίζω, τετραποδιδὸν, βαδίζω. Vnde quadrupedantia animalia, quadrupedalia dicũtur. Verg. 11. Aen. de equis perfectaq; quadrupedantũ Pectora pectorib. rumpũt. Plin. 8. ca. 45. Teſſalorũ gentis inuentũ eſt, equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare. Quadrupedans ſonitus. Verg. 8. Aen. Quadrupedante putrẽ ſonitu quatit ungula campũ.

Quadruplatores, m. t. à Quadruplor, aris, dicũtur delatores, q̃ quartã partem bonorũ damnati indipiſcebãtur. συδίκαι, ἐσυκάσαι, φιλακήμψεις. Cic. 4. Verr. Petit Neuius Turpio quidã, iſtius excurſor, & miſſarius, homo omniũ ex illo conuentu quadruplatorũ deterrimus. Liu. 3. ab Vr. Clarũ hac fore imagine Scaptiũ nomẽ pop. Rõ. quadruplatoris & interceptoris litis alienę perſonã laturũ? Aſcon. Quadruplatores, delatores erant criminũ publicorũ, in qua re quartã partem de proſcriptorũ bonis, quos detulerant, conſequebantur.

Quadruplor, aris, d. p. Quadruplaturã exerceo, ſiue delator fio, & damnati partẽ accipio, φαίνω, ἐνδείκνυμι. Plaut. in Perſa, Neq; quadruplari me uolo: Neq; enim decet, ſine meo periculo abire aliena ereptum bona.

Quadruplex, icis, pen. cor. gen. om. dicitur quod aut quatuor eſt modorũ, aut quatuor ſpecierũ, aut ordinũ quatuor τετράπλους. Liu. 8. bell. Pun. Onerariũ quadruplicẽ ordinem pro muro aduerſus hoſtem oppoſuit. Cicer. in Arato, Præter quadruplices ſtellas in fronte locatas. Interdũ multiplicatiui numeri uim habet, idem ſignificãs quod quadruplus, τετραπάσιος. Plaut. Cur. Quam ego pecuniã quadruplicem abs te lenone aufero. Plin. lib. 12. ca. 11. Alia arbor floret, albæ uiolæ ſpecie, ſed magnitudine quadruplici.

Quadruplico, as, a. p. pen. cor. In quadruplũ augeo, τετραπλασιάζω. Plaut. Stich. Qui me in mercimoniis Iuuit, lucrisq; quadruplicauit rem meam.

Quadruplicatò, pen. prod. aduerb. Pli. li. 14. cap. 4. Emptis quadruplicatò uineis illis intra decimũ ferè curæ annũ. Idẽ li. 2. ca. 17. Veneris quindecim, & plurib. ſubit: rurſus Saturni & Iouis duplicatò digrediuntur, Martis etiam quadruplicatò.

Quadruplus, a, um, Numeri multiplicatiui eſt, idẽ ſignifi qd̃ quater tantundẽ, τετραπλάσιος. Plin. lib. 7. ca. 48 Cornici nouẽ noſtras attribuit ętates: quadruplũ eius ſeruis: id tripli catũ coruis. Plaut. Truc. Poſt id ego in te manũ iniiciã quadruplus uenefica, id eſt, ego quartus, ſeu à tribus adiutus. Quin. li. 7, ca. 5. Quũ duo fures pecuniã abſtulerũt, ſeparatim quadruplũ quiſq; an duplum debeat. Id eſt, quater, aut bis tantũ, quantũ abſtulit. Cato in Præfatione operis de Re ruſt. Maiores enim noſtri ſic habuere, & ita in legibus poſuere, furem duplici condemnari, fœneratorem quadrupli. Quadruplò, aduerb. Plin. lib. 11. ca. 37. de elephantis. Pulmo quadruplò maior bubulo.

Quæ, fœmininũ à Quis, τίς. Modò interrogatiuè accipitur, modò relatiuè, modò infinitè, & cum diphthongo ſcribitur cum omnibus cõpoſitis, ut differat à que coniunctione. ut Quænam, quædam, quæuis, quæcunque, quælibet, & cætera huiuſmodi.

Quæro, is, iui, itum, & ſtum, per ſyncopen, a. t. Idem qd̃ inueſtigo, uel inuenire laboro, ζητέω. Terent Adel. Te quærebã ipſum, ſalue Demea. Idem Eun. Vbi quæram? ubi inueſtigẽ? quem perconter? quam inſiſtam uiam? Donatus, Non reperitur, niſi quod quæritur: non quæritur, niſi quod præſto non ſit. Iuuen. Sat. 9. nec deerit qui te per compita quærat Nolentem. Verg. 9. Aen. huc turbidus, atq; huc Luſtrat equo muros, aditumq; per auia quærit. Item lucrari & acquirere, προσποιεῖν ἑαυτῷ, περιποιεῖσθαι. Plaut. in Curc. Qui homo maturè quæſiuit pecuniam, niſi eam maturè parcit, maturè eſurit. Idem in Trin. Quibus ærumnis deluctaui, filio cùm diuitias quæro. Cic. pro Quintio. Nec mirum ſi is, qui uocem ualem habuerat, ea quę uoce quæſiuerat, magno ſibi quæſtui fore putabat. Aliquando ponitur pro percontari, ſciſcitari, petere, interrogare, πυθάνεσθαι, ἐρωτᾶν. Plaut Amphit. Atq; ut ne, qui eſſem, familiares quærerent. Aliquando pro diſputare, cõfulere, diſcutere Plinius lib. uigeſimo primo, capite tertio, Quæritur inter medicos, cuius generis aquæ ſint utiliſſimæ? Aliquando quærere, id eſt quod ubiq; dicitur, Informationes facere. Cic. pro Mil. Tulit enim de cæde, quæ in Appia uia facta eſſet. in qua Publius Claud. occiſus fuit. Quid ergo tulit? Nempe ut quæreretur. Huius uerbi cõpoſita mutant æ in i productum, quæ ſunt, Acquiro, Inquiro, Circũquiro, Diſquiro, Exquiro, Inquiro, Perquiro, & Requiro: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Quærens, tis, parricip. Cic. de Orat. Mihi percontanti, aut aliquid quęrenti nunquam defuiſti. Quærendus. Senec. Here. Oeteo, Quoties genitor quærendus eras?

Quæſitus, a, um, paricip. ſiue nomẽ ex participio: ut artes quæſitæ. Ver. 3. Geor. Quæſitaq; nocent artes. Ouid. 14. Met. Vitę fuga quæſita ſalus comitiq; mihiq;. Tac. lib. Adulatio quæſtior fuit. Id eſt, exquiſitior. Idem lib. 2. Excepere Græci quæſtiſſimis honoribus. Hoc eſt, exquiſitiſſimis.

Quæſitum, ti, n. ſ. pen. prod. Pro re parua. Ouid. 6. Met. parcum genus eſt patiensq; laborũ, Quæſitiq; tenax. Cic. in Para. Cui quæſito aut opus ſit, quis unquã hunc uerè dixerit diuitem? Quęſitũ, pro eo, quod eſt rogatũ, ſiue interrogatum. Ouid. 4. Metam. Accipe quæſiti cauſam.

Quærito, as, frequẽt. Significat inſtanter quæro, ἐκζητέω. Ter. And. Ehem opportunè: te ipſum quærito. Propriè tamẽ quæritare dicũtur, qui quotidie inquirendo, uix uictũ inueniũt, ut inqt Donatus in illud Terentii in And. Lana ac tela uictũ quæritãs, πενιποιεῖσθαι. Plaut. Qui inops & ſordidus quæritando alit familiã. id eſt, oſtiatim quęrendo uictum. qd̃ mendici faciunt, qui & Rogatores dicuntur, πτωχοί.

Quæſito, as, pen. corr. frequentat. eſt exoletũ à uerbo Quæſo. Priſcianus Quæro quęrito differẽtiæ cauſa fecit? quia à quęſo quæſito fit.

Quæſtio, onis, f. t. Inueſtigatio, actus quærendi: à ſupino quæſtum, ζήτημα. Plaut. Ciſt. iube domi operirier, Ne quæſtione mihi ſit ſi qd eum uelim. id eſt, ne cogar eum quærere. Quãdoq; ſignificat dubitationẽ, ſiue interrogationẽ, πρόβλημα, ἐρώτημα. ut Quæſtio eſt, an mũdus æternus ſit. Plin. li. 7. ca. 18 Fortitudo in quo maximè extiterit, immenſæ quęſtionis eſt. Cic. 2. de Nat. deor. Diuidũt noſtri totã iſtã de diis immortalib. quæſtionẽ in partes quatuor. Primũ, docẽt eſſe deos: deinde quales ſint: tũ, mundũ ab iis adminiſtrari: poſtremò, cõſulere eos rebus humanis. Significat & quæſtio, id qd̃ uulgò Informationes dicimus. Cic. p Mil. Num quæ noua quęſtio decreta eſt? Quandoq; tortura corporis eruendæ ueritatis βάσανος Græci uocãt. Cic. p Cluẽr. Saſsia habere quæſtionẽ de uiri morte cõſtituit. Idẽ p Roſ. Am. Aliquoties duos ſeruos paternos in quæſtionẽ Sex. Roſc. poſtulauit. Iudex quæſtionis dicitur, qui iudicio capitali exercendo præeſt. Cic. Ibidem, Quũ huic quæſtioni iudex præeſſes. Exercere quæſtionem. Idem de Finib. Quũ præceptor quæſtionẽ interficarionem exercuiſſet, apertè cepit pecuniam ob rem iudicandam.

Quæ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quæſtiũcula,læ,f.p. Parua interrogatio, uel dubitatio, ἀπορημάτιον. Cic.2.de Orat. Quæſtiunculã, de qua meo arbitratu loquar, ponitis. Apud Rhetores itẽ quæſtio appellatur circa quæ cauſæ totius cardo uertitur, quæq; ex cõflictione in conſtiturione cauſarum gignit controuerſiam.

Quæſtor,ris,m.t. Prępolitus pecuniæ publicę, q curã ærarii habet, ταμίας, ταμίαν. Cic.lib.2.de Inuẽt. Rhodii quoſdã legarũt Athenas, legatis Quæſtores ſumptũ, quẽ oportebat dari, non dederũt. Quæſtorũ aũt officiũ primũ bellorũ cauſa intentũ eſt. Mittebãtur enim Quæſtores cum Conſulib. & Prętoribus in militiã ad adminiſtrandã rem pecuniariã, & prædã, ac manubias in rationes publicas referendas. Cic.de Sen. ex perſona Catonis, Sed tamẽ hoc queo dicere, nõ me quidem his eſſe uiribus, quibus aut miles Punico bello, aut Quæſtor in eodẽ bello, aut Cõſul in Hiſpania fuerim. Huiuſmodi quę ſtores hodie Theſaurarios bellicos uocamus. Quæſtores urbani, inqt Bud. ærariũ curabãt, eius pecunias expenſas, & acceptas referre in tabulas publicas cõſueuerãt. Pro iis nũc prę fectos ratiociniorũ habemus, quos Magiſtros cõputorũ uocamus. Pecunia publica Romæ in templo Saturni cõdita erat, qd ærariũ dicebatur, quã Tribuni ærarii, quũ opus erat, ꝓmebãt. Quęſtores ęrarios hodie uocare poſſumus eos, quos mulctarũ, & (ut uulgus loquitur) emendarũ receptores uocant. Quæſtor prętera dicitur, q pręeſt iudiciis exercendis, & maleficiis puniendis, quẽ maleficiorũ iudicẽ appellare ſolemus, ὁ ἀνακρίνων. Vſitatius tamẽ hũc Quæſitorẽ uocamus. Cic. ꝓ Fon. Quid mihi opus eſt ſapiẽte iudice, qd æquo Quęſitore? quid oratore nõ ſtulto? Idẽ ad Tatin. Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate poſt urbẽ conditã Tribunos plebis appellarit, ne cauſam diceret? num quis reus in tribunal ſui quęſitoris aſcenderit, cũq; ui deturbarit, ſubſellia diſſiparit, urnas deleuerit? Ad hãc aũt ſimilitudinẽ (inquit Aſcon. Pædia.) Vergilius Minoẽ iudicẽ apud inferos, tanquam Prætor ſit rerũ capitaliũ, Quæſitorẽ appellat. Dat ei ſortitionem, ubi urinã nominat: dat ei electionẽ iudicũ, quũ dicit, Cõciliumq; uocat: dat cognitionẽ facinorũ, quum dicit, Vitasq; & crimina diſcit. Verba Verg. hæc ſunt 6. Aen. Nec uerò hęc ſine ſorte datę, ſine iudice ſedes: Quæſitor Minos urnam mouet ille ſilentũ Cõciliumq; uocat, uitasq; & crimina diſcit. Clau. lib.3. de Rap. Prof. Quæſitor in alio. Cõſpicuus ſolio pertẽtat crimina Minos. Quæſtor aũt dictus à quęrendo q conquireret publicas pecunias, & maleficia, quæ Triumuiri capitales nunc conquirunt.

Quæſitor, oris, m.t. Iudex capitali quæſtioni præfectus, ὁ ἀνακρίνων. Ci. pro Fon. Quid mihi opus eſt ſapiẽte Iudice, quid æquo Quæſitore? quid oratore nõ ſtulto? Verg.6. Aen. Quæſitor Minos urnã mouet: ille ſilentũ Conciliumq; uocat, uitasq; & crimina diſcis. Verùm de hoc latius paulò antè.

Quæſtorius a,um, Quod ad Quæſtorẽ pertinet, ταμιαντικός. Cic. Canin. lib.2. Quod ego officio Quæſtorio te adductum feciſſe, &c. Idem 3. Ver. Tu iiſdem illis locis Legatus Quæſtorius oppida parata ſociorũ atq; amicorũ diripienda ac uexãda curaſti. Perſona Quæſtoria, Cic. T. pro Planc.

Quæſtorius, rii, m.ſ. Qui Quæſtura perfunctus eſt, ὁ ταμιεύσας Cic.13.Phil. Qui Aedilitii, Qui Tribunitii, qui Quęſtorii? Idẽ de Clar. Orat. Sicinius Quæſtorius mortuus eſt.

Quæſtorium, rii, n.g. ſubſtant. Quæſtoris erat tabernaculum, ταμίειον. ſicut Prætoriũ, domus uel tabernaculum Prętoris. Liu. lib.10. Itaq; captũ Quæſtoriũ, Quæſtor q ibi panſa occiſus. Cic. pro Plan. Theſſalonicã me, in Quæſtoriũ ꝓduxit.

Quæſtuarius. m.ſ. Qui quæſtus gratia artẽ aliquã exercet, χρηματιστικός, φιλοκερδής, & Quæſtuariæ artes, quæ lucri gratia exercentur.

Quæſtura, æ, f.p. Quæſtoris dignitas: ſicut Prætura Prætoris, ταμιευτική, ἐξουσία. Cic. Achil. li.13. Epiſt. Cuius cum parte magna mihi fuit amicitia, inde à Quæſtura mea Siciliẽſi. Idem 2. Verr. Quæſtura primus gradus honoris.

Quæſtus, us, m.q. Datiuũ & ablatiuũ plurales facit quæſtibus: ſignificatq; lucrũ numarium, πόρος, πορισμός, ἐργασία, κέρδος. Plaut. Pœn. Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus, Vt quæſtui habeãt malè loqui melioribus. Cic.5. Ver. Tantũ de quæſto ac lucro dicã unius agri, ac unius anni. Quin. Nam ut lingua primùm cœpit eſſe in queſtu, inſtitutũq; eloquẽtiæ bonis malè uti. Plaut. Rud. Omnib. modis qui pauperes ſunt, homines miſeri uiuũt. Prętertim quibus nec queſtus eſt, nec artem dicere ullam. Terent. in Eun. imperaui egomet mihi Omnia aſſentari, is quæſtus nunc eſt multò uberrimus. Antiqui declinabant quæſtus, ſti, per ſecundã inflexionẽ: ſicut ornatus, ti, apparatus, ti: & plerąq; alia apud Comicos paſſim obuia. Plaut. Aul. Apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus. Interdum ponitur pro actione ipſa, atq; artificio lucrandæ pecuniæ. Cic.1. Offic. Iam de artificiis, & quæſtibus, qui liberales habendi, qui ſordidi ſint.

Quæſtuoſus, a, um, Idẽ qd lucroſus, ἀνυσιμος, κερδαλέος, ut Quęſtuoſus homo, qui lucri quæſtuſq; auidior, undiq; lucellũ captat. Ars quæſtuoſa, quæ plurimũ quæſtus affert. Plaut. Mil. Dũmodo eam des, quæ ſit quæſtuoſa, quæ alat corpus corpore. Cic.4. Verr. Quàm illa res calamitoſa Heraclio, quæſtuoſa Verri, turpis Syracuſanis, miſerãda omnib. uidebatur? Cato de Reruſt. cap.1. Scito idem agrũ quod hominẽ: quãuis quæſtuoſus ſiet, ſi ſumptuoſus erit, relinqui nõ multũ. Col. lib.6. In ruſticatione uel antiquiſſima eſt ratio paſcẽdi pecoris eademq; quæſtuoſiſſima. Quæſtus cum genitiuo. Cic.2. Phil. Cuius domus quæſtuoſiſſima eſt falſorũ cõmentariorũ. Et cum ablatiuo. Curtius libr.4. Naſamones ſunt gens Syrtica nauigiorũ ſpoliis quæſtuoſa: quippe obſident litora, & æſtu deſtita nauigia nota ſibi uadis occupant.

Quæſticulus, li, dimin. Idem quod paruũ lucrum, κερδύριον. Cic.2. de Diuin. Aut fiſſum iecoris cũ lucello meo, aut meus quæſticulus cum cælo, terra, rerumq; natura?

Quæſo, primã perſonã indicatiui tantũ habet, in utroq; numero: in ſingulari quæſo, in plu. quæſumus: cætera exoleuerũt. Eſt aũt quæſo idẽ qd rogo, δέομαι. Cic.2. Verr. Quid eſt quæſo Metelle, iudiciũ corrũpere, ſi hoc nõ eſt? Plaut. in Amphit. Quæſo ædepol, num tu inſanis, quũ id me interrogas? Ter. Adel. Deos quæſo ut iſtæc ꝓhibeant. Idem in And. Deos quæſo ut ſit ſuperſtes, quandoquidẽ ipſe eſt ingenio bono. Cic. pro Arch. Quæſo à uobis ut in hac cauſa mihi detis hãc ueniã accõmodatã huic reo: uobis, quemadmodũ ſpero, nõ moleſtã. Brutus Ciceroni. li.11. Deos quæſumus conſilia tua Reip. ſalutaria ſint. Antiq declinabãt, quęſo, ſi, ſis, ſum: uel ſecundũ Prob. quæſiui, quæſitũ. Lucr. lib.1.3. perſona ſingulari præſentis uſus eſt, Ni diuũm pacẽ uoris adit, & prece quæſit. Apud Sall. quoq; lib.1. Hiſtor. lectũ eſt prętereà Quęſiuit, Curionẽ, inquit, quæſiuit uti adoleſcentior, & à populi ſuffragiis integer, ætati concederet Mamerci.

Quæſito, as, frequentatiuum eſt, de quo ſuprà.

Quæſſere, ab antiquis ponitur pro Quærere.

Quæſticulus, Quæſito, Quæſtor, Quæſtuoſus Quæſtura, Quæſtus, uide Quæro.

Qualibet, ſiue Qualubet, pen. cor. aduerb. Idẽ ſignificãs qd per quencunq; locũ. Quint. lib.5. cap.13. Si uel maxima flumina in riuos deducantur, qualibet tranſitum præbent.

Qualis, le, o.t. Relatiuũ qualitatis eſt, alicuius rei naturã declarãs, οἷος. Cic. de Amic. Nõ ſicut uulgus, ſed ut eruditi ſolent appellare ſapientẽ, qualẽ in reliqua Græcia neminẽ. Ponitur & interrogatiuè, ποῖος. Cic.2. Aca. Qualis eſt iſtorũ oratio, qui omnia nõ tam eſſe, quàm uideri uolunt? Interdũ etiam infinitè. Ter. Eun. Hoc metuò, qualẽ tu me eſſe hominũ exiſtimes. Cic.1. de Leg. Nulla gens eſt, quę nõ, etiã ſi ignoret qualẽ habere deũ deceat, tamen habendũ cenſeat. Qualis pro qualiter, cõparationibus apta particula, οἷον. Verg.4. Geor. Qualis populea mœrens Philomela ſub umbra, Amiſſos queritur fœtus. Et, Qualis ubi in lucẽ coluber mala grãmina paſtus. Ouid.3. Met. falcata nouiſſima cauda eſt, Qualia dimidiæ ſinuantur cornua Lunæ.

Qualiſqualis, geminatũ, Idem eſt quod qualiſcunq;, Iuriſcõ. in l. Reſcriptum. ff. de diſtract. pign. Ex cõtractu qualiquali obligatione interpoſita.

Qualitas, atis, f.t. Eſt ſecundũ quã quales dicimur, ποιότης. ut Albedo, nigredo, aduocatio, procuratio, legatio, paternitas, filiatio, quòd ſecundũ eas albos, nigros, aduocatos, procuratores, legatos, patres, aut filios dicimus. Cic.1. Acad. Qualitates igitur appellaui, quas ποιότητας Græci uocant, quod ipſum apud Græcos nõ eſt uulgi uerbum, ſed philoſophorum. Col. lib.8. cap.17. Qualitatem litoris noſtri contemplemur, ſi uitemus ſcopulos, an probemus.

Qualitèr, aduer. Idẽ quod quemadmodũ, οἷον. Plin. lib.8. cap. 48. Antiquis enim torus è ſtramẽto erat, qualiter nũc etiam in caſtris gauſapè.

Qualitercũq;, aduerb. Significat utcunq;, uel quomodocunq;. Col. lib.11. cap.3. Poteſt etiam circa hanc operã fieri criſpum qualitercunq; ſatum. Idem lib.2. cap.10. Et qualitercũq; obruas, ſuſtinet coloni negligentiam.

Qualus, li, m.ſ. Genus eſt uaſis uiminei, ꝓ qd uiuũ guttatim defluit quũ calcatur uua, reliq; uerò materia exire ꝓhibetur

κάλαθος.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

κάλαθος, ταρβός. Verg. 2. Geor. tu ſpiſſo uimine qualos, Colaq; florũ fumoſis diripe tectis. Ponitur etiã pro ciſtula, in qua mulieres ponebãt penſa lanæ. Hor. lib. 3. Car. Tibi qualũ Cytheręq; puer ales. Apud Apul. accipitur p caniſtro, quo panis ſeruatur. Eſt & qualus, in quo gallinæ oua edũt, apud Colu. lib. 8. cap. 3. Legitur & qualũ n. g. Cato de Re ruſt. ca. 11. Corbulas Amerinas uiginti, quala ſataria ſeptẽ, alueos quadraginta. Col. lib. 7. cap. 3. Sint mala mũdiſſima, ne qua earũ ualetudo, quæ præcipuè cuſtodienda eſt, infeſtatur uligine. Ibi tamen nonnulli legunt, & melius, mea quidem ſententia, Sit cauſa mundiſſima, &c.

Quaſillus, li, & Quaſillũ, dimin. ſignificãs ciſtulã, ſeu uaſculũ, in quo mulieres reponebãt ea, quæ ad lanificiũ pertinerent, καλαθίσκος. Feſtus, Calathos Græci dicũt, quos nos dicimus quaſillos. Cic. 1. Phil. An nõ inter quaſilla pendet aurũ? Corripit aũt hoc nomen primã ſyllabã, quanuis qualus illam producat. Tibul. 4. Eleg. Sit tibi curã togæ potior, preſſumq; quaſillum. Romani ueteres quaſillum Thalaſſionẽ appellarunt, ut autor eſt Varro: unde Thalaſſii nomen in nuptiis frequẽtabant, ad lanificium nouas nuptas inuitantes.

Quàm, Cõiunct. diſcretiua, uel electiua. Ci. li. 10. Epiſ. Tũ illè nihil ſibi fuiſſe lõgius, q̃ ut me uideret. Aliquãdo ponitur p poſtquã, ſiue ex quo. Liu. lib. 6. Iupiter, atq; dii omnes hæc de derũt, ut, T. Quintius Dictator oppida nouẽ caperet die 20. q̃ creatus erat. Aliquando pro antequã. Suet. in Cæſ. Et pridie quàm occideretur in ſermone nato ſuper cœnã, quiſnã eſſet finis uitæ cõmodiſſimus, repentinũ, inopinatũq; prætulerat. Aliquando pro quũ. Cic. Tiron. Menandrius poſtridie ad me uenit, quàm expectarã. De quo genere locutionũ non nihil etiam annotauimus in dictione Poſtridie. Aliquando ſumitur pro quantũ: & tam poſitiuo, quàm cõparatiuo & ſuperlatiuo iungitur, ὡς, ὅσον. ut Quàm bene marmorei directa eſt ſemita pontis. id eſt, quantũ bene. Cic. Quàm moroſi ſint qui amãt, ex hoc potes intelligere. Quin. lib. 1. Quàm in his quoq; libris erũt omnia cõpoſitiora, & q̃ nos poterimus elaboratiora. id eſt, quãto. Var. lib. 2. de Re ruſt. de canib. loquens, Quàm pauciſſimos relinques, tam opimi in alendo fient. id eſt, quãtò pauciores, tantò meliores. Cato de Re ruſ. cap. 65. Quàm acerbiſſima olea erit, dum oleum facies, tam oleum optimũ erit. Incuiuſmodi locutionib. loco tam, & q̃ ſæpiſſimè poſitũ inuenimus tantũ, & quantum. Cic. Niſi q tanta eſt inter eos, quãta maxima poteſt, morũ ſtudiorumq; diſtantia. Aliquãdo intenſiua particula eſt, ſuperlatiuũ exigẽs, quemadmodũ ὅσ, ὅσοι apud Græcos. Cic. Cum quo ſem per quàm familiariſſimè uixerat. Curt. Collemq; traiecto q̃ celerrimè flumine, occupat. Aliquãdo poſitiuo iungitur. Cæſar lib. 4. bel. Gal. Vt quàm celerẽ atq; inſtabilẽ morum habe rer. id eſt, ualde celerẽ. Cic. ad Luceiũ, lib. 5. Epiſt. Genus ſcriptorũ tuorum etſi erat ſemper à me expectatũ, tamen uicit opinionẽ meam, meq; ita uel cepit, uel incẽdit, ut cuperem q̃ celeriter rumores noſtros monumentis cõmendari tuis. Sed huiuſmodi locutiones ſunt rariores. Aliquãdo etiã iungitur cõparatiuo, niſi codices ſint mendoſi. Cic. 5. Tuſ. Abacoſq; quàm plures ornauit argẽto auroq; cælato. Laur. tamẽ negat Quàmplures latinè dici. putatq; ſicubi inueniatur, codices eſſe mendoſos, legendũq; eſſe Cõplures. Iungitur etiã in hac ſignificatione his dictionib. Per. Pli. Perquàm ſcire uelim. Teren. Per pol quàm paucos reperias mererricib. fideles euenire amatores, quod ſic reſoluitur. Pol perquàm paucos. Sanè. Gell. Sanè quàm utile eſt. Cic. Nam quod Põpeio Caninius ait, ſanè quàm refrixit. Admodũ. Gell. Voce admodũ quàm ſuaui. Oppidò. Idẽ, Oppidò quàm libens audiui. Aliquando Quàm cõparatiuè ponitur poſt poſitiuũ, ſed cõparatiuè acceptũ. Plau. in Rud. Tacita bona eſt mulier ſemper quàm loquẽs. id eſt, melior eſt tacita, q̃ loquẽs. De huius participiæ uſũ uide longè plura apud Vallam, lib. 1. cap. 18. Quãlibet, quantũuis, quantumlibet, idem ſignificant, ὅσον, βούλει. Plin. Impudica mulier quamlibet audax facinus audet. Cic. de Amic. Quantũuis licet excellas. Quàm mox, idẽ ferè ualet quod quàm cito. Plau. Rud. Sed quàm mox coctũ eſt prãdium? Cic. pro Q. Roſ. Quid expectas, quàm mox ego dicã eſſe ordine Senatores, ætate grãdes? nõ faciã. Liu. li. 1. ab Vrb. Intenti quàm mox ſignũ daretur. Quamobrẽ, quũ ponitur cauſatiuè, tam plurali reſpõdet, quàm ſingulari, ſignificatq; quapropter, uel quã ob cauſam, ἀνθ' ὅτε παρ' ὅ. Singulari ſic, Vnũ eſt quamobrẽ te admodũ putẽt, id eſt, propter quẽ unũ. Plurali ſic, Quatuor ſunt quamobrẽ Imperator maximè laudetur. id eſt, propter quatuor. Cic. App. Multaq; mihi nenie bant in mentẽ, quamobrẽ iſtum laborẽ tibi etiã honori putarem fore. Aliquando interrogantis eſt particula, & rationẽ alicus rei petentis. Cic. 2. de Finib. Quamobrẽ tandem non ſatisfacit. Vnã dictionẽ quidã eſſe dicunt, quibuſdã tres eſſe putãtur. Dicimus quas ob res. Cic. 3. Phil. Quas ob res quod Trib. Pleb. uerba fecerũt, ut Senatus Calen. Ian. &c. Quampridem, interrogantis particula eſt, idem ualens quod quanto tempore antè. Cic. pro Rabir. Quàm pridem nomen fani in aduerſaria retuliſti?

Quamprimum, Vna dictio, ſignificat ualde citò, ὅσον, ἀνύσας. Terent. in Adel. Obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum quamprimùm abſoluitote.

Quandiu, Quanto tempore, μέχρις, ἄν, ἕλκρις ἄν. Cic. 5. Verr. Quandiu uixit, domui ſuæ, non ſolũ poſt mortẽ, tota Sicilia clarus, & nobilis. Huic reſpõdet altera particula Tãdiu. Cic. Att. Ego tandiu requieſco, quãdiu ad te ſcribo. Idẽ lib. 14. Epiſtol. Qui ſe oppido tandiu tenuit, quãdiu in prouincia Parthi fuerũt. Ponitur aliquando interrogatiuè. Plaut. in Cap. Quandiu id factũ eſt? S T. hic annus incipit uiceſimus. Cic. in Catil. Quandiu nos iſte furor tuus illudet?

Quando, cum accentu in priore ſyllaba, ſi uerb. eſt Temporis, Idẽ ualens quod quo tempore: ponitur q; modò interrogatiuè, πότε, πυνίκα. Terẽ. Heaut. Quando iſtuc erit? Modò relatiuè, habetq; ferè particulã Tũc, ſeſe accedentẽ, ὅτε νυνίκα. Cic. 2. Off. Vtinã tunc natus eſſem, quãdo Romani dona cepiſſent? Quæ tamẽ particula aliquãdo nõ exprimitur. Plau. Amph. Ita ſe uerſipellẽ facit quãdolibet. Nonunquã & indefinitè. Cic. de Sen. Semp enim ex his ſtudiis uiuẽtis nõ intelligitur quando obrepat ſenectus. Ponitur interdũ p aliquãdo, ποτέ, præſertim quũ præcedit num. Nũquando me audiſti? μήποτε, id eſt, nõ aliquando. Interdũ pro ſiquidem, quoniã, uel quãdoquidẽ. & ſic eſt cõiunc. Cauſalis, habetq; accentũ in ult. ὅπου, ἐπειδή. Ver. 1. Aen. Hic tibi, fabor enim, quando hæc te cura remordet. Ter. in Adel. Poſtremò quando conſcia ſum, à me culpã hãc eſſe procul, &c. Quãdo gentium, id eſt, quando abſolutè: ea forma qua Nuſquã gentiũ, Vbi locorum. Plaut. Amph. quis te miſit? Furcifer es, qui me rogas. A. quando gentium? S. dudum.

Quandoq;, Aliquando, aliquo tempore, ποτέ, ἐάν ὅτε. Hor. in Arte. quandoq; bonus dormitat Homerus.

Quandoquidẽ, Cõiunc. Cauſalis, pro ſiquidẽ, ſeu quoniã, ὅπως ὁ νυνίκα. Ver. 5. Ecl. Dicite, quandoquidẽ in molli cõſedimus herba. Idẽ 10. Aen. Quandoquidẽ Auſonios cõiungi fœdere Teucris Haud licitum eſt. Colum. lib. 7. Nam niſi procedat, ſtare debet: quandoquidem paſtoris officiũ ſublime, celſiſſimamq; oculorum ueluti ſpeculam deſiderat.

Quandudũ, Interrogatiua particula de modico quærens tempore: cui reſpondetur per iamdudũ, πόσον, χρόνον. Plau. Quandudũ è foro adueniſti domũ? P. non ita dudum.

Quantus, a, um, refertur ad numerũ, ad pondus, & ad menſurã, πόσος, πηλίκος. Et modò interrogatiuũ eſt, modò relatiuum, ὅσος, ἡλίκος. modò indefinitũ, ποσός. Cic. Att li. 12. Videre mihi uideor tantã dimicationẽ, quanta nunquã fuit. Idẽ pro Milone, Scio quanta, & quàm ſolicita cupiditas ſit Conſulatus. Terent. in Heaut. Quanta de ſpe decidi. Eius compoſita ſunt, Aliquantus, Quantiſper, Quantuſcunq;, Quantuſquantus, & Quantuslibet.

Quantùm, aduerb. quantitatis.

Quantiſper, Significat quanto tempore, μέχρι οὗ, ſicut Tantiſper, tanto tempore.

Quantocyus, una dictio eſt Barbaris, inter quos & meri Canoniſtæ, ceu craſſæ Mineruæ referuntur ab eruditis, quod & uctus dictum probat.

Quantopere, Quàm uehemẽter, ἡλίκον, habetq; ferè antecedẽtem particulã Tãtopere, p ſertim quũ relatiuè accipitur. Cic. de Orat. Neq; enim tantopere deſiderabã, quantopere delector. Accipitur & indefinitè. Idẽ lib. 13. Epiſt. Fam. Quanto q; opere eius municipii cauſa laborarẽ, tibi oſtendi. Idem Att. Dici non poteſt quantopere gaudeant.

Quantuſcũq;, Id eſt, tantus quãtus eſt, ὁποσοσοῦν, ὁπηλικοσοῦν. Cic. 5. Philip. Quorum bona, quantacunq; erant, ſuis comitibus deſcripſit.

Quantuluſcunq;, diminut. Id eſt, quantumuis exiguus. Colu. libr. 2. capit. 11. Nam ſi nox inceſſit, quantulocunq; humore, priuſquàm obruatur, corrumpitur.

Quantuslibet, Quãtumuis magnus, ὁποσιοῦν. Plin. libr. 8. cap. 16. Vulneratus obſeruatione mira percuſſorem nouit, & in quantalibet multitudine appetit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quantuſquantus, Idē quod quantuſcunq; ὁσοσμεγάθους. Terēt. in Adel. Tu quantuſquantus es, nihil niſi ſapientia es.

Quantulus, & Quantillus. diminut. ſicut à tantus, tāntulus, & tantillus, ſignificant quàm exiguus. Cic. 4. Acad. Quantulus nobis uidetur? de Sole loquitur. Plaut. in Cap. Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.

Quanuis, & Quanquā, cōiunctiones aduerſatiuæ, Idem ſignificātes quod tametſi, καίτοι κἄν. In quibus hoc animad uertendū eſt, quanquā, indicatiuo: quanuis, ſubiunctiuo potiſſimū gaudere. Vergil. 2. Aen. Quanquā animus meminiſſe horret. Cic. 8. Phil. Quāuis intētus animus tuus ſit ad fortiſſimū uirum liberandū, tamen, &c. Interdū tamen quanuis ponitur pro quantūuis. ὅσον βούλα. Plau. in Trin. Quāuis malam rem quæras, illic reperias. id eſt, quantumuis malam.

Quapropter, aduerb. Significat propter quod, ſiue quāob rem, ἀνθ' ὅτου. Terent. in Adel. Quapropter quoquo pacto celato eſt opus.

Quaqua, aduerb. Plaut. Epid. Quaqua tangit, omne amburit. Hoc eſt, quancunq; partem attingit.

Quaquauerſus, ſiue Quaquauerſum, Significat in omnē partem, παντοχόσε. Cæſar in Cōm. Legatos quaquauerſum dimittere.

Quare, aduerbiū interrogandi, notæ ſignificationis, ἀνθ' ὅν. Cic. 1. de Orat. Nanq; illud quare Scæuola negaſti? Quare infinitè poſitū. Cic. pro Lege Manil. Quare quū & belliū neceſſarium ſit, ut negligi non poſſit. Idem 2. Offic. Vtendū eſt excuſatione, quare id quod feceris, neceſſe fuerit, nec aliter facere potueris. Quare, illatiua in principio orationis pro quā obrem. Cic. pro Quintio, Quare quòd ſocium tibi eum uel les adiungere, nihil erat.

Quartumuiri, creati erant, quibus deducendarū coloniarum, aut ſi quid nouum nunciatū, foret ut curarent, ne dāno Reſp. afficeretur, obq; uaria negotia munus mandatum erat. præter quos fuere Quinqueuiri, agris diuidundis, muris, turribusq; reficiendis, ſæpius ut plebem funebri pecunia leuiarunt: utq; æs alienum pro his, qui ſoluendo non eſſent, de publico ſoluerent, qui Menſarii nūcupati. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 16.

Quartus, a, um, adiect. Proximum à tertio ſignificat, τέταρτος. Liu. 4. bel. Pun. Eosq; ubi quartæ uigiliæ ſignum cecinit ſet, ad eum locum ſcalas iuſſit ferre. Verg. 4. Georg. Inde ubi quarta ſitim cæli collegerit hora. Quarta, claſſis, cōtinebat cenſum quinq; & uiginti millium, τέταρτον τίμημα. Liuius lib. 1. ab Vrb. In quarta claſſe cenſus quinq; & uiginti milliū, totidem centuriæ factæ, arma mutata, nihil præter haſtam & uerutum datum.

Quartò, & Quartùm, aduerbia, inter ſe differunt, τὸ τέταρτον. Nam quartò Conſul, ſignificat locū Cōſulum, uel ordinem, hoc modo: Marcus fuit quartò Conſul: id eſt, tres Conſules ab origine, & inſtitutione, & ordine Conſulatus ordine fuerunt, quàm Marcus fuiſſet Cōſul, qui quarto anno à primis Conſulib. factus eſt Conſul. Quartū aūt Conſul dicitur, qui tribus Conſularibus iam perfunctus, quartū gerit Conſulatum. Liu. 3. ab Vrb. T. Quin. quartùm Conſule.

Quartanus, a, um, adiect. τεταρταῖος. ut Quartana febris, quæ quarto quoq; die recurrit, ex humore melancholico originē trahens, quā & quartanā abſolutè, ſuppreſſo febris nomine, appellamus. Cic. Att. libr. 8. Modò etiā audiui quartanā à te diſceſſiſſe: moriar, ſi magis gauderē, ſi id mihi accidiſſet.

Quaternarius, m. ſ. Qui quartanā febrē patitur, ὁ τεταρταίζων. Sipontinus.

Quartarius, m. ſec. teſte Feſto, ab antiquis appellabatur Mulio mercenarius, q quartam partē quæſtus capiebat. Quartarius etiam apud Caton. cap. 95. Congii quartā partē ſignificat, ut Tertiarius tertiā, & Sextarius ſextam. Amurca, inquit, in uas æneū indito congios duos, poſtea igne leui coquito, rudicula agitato crebrò, uſq; adeò dū fiat tam craſſum, quàm mel. Quartariū, inquit Bud. in menſura pro quadrāte cōgii intelligo, ſicut in pōdere, p quadrāte libræ. Quartarium aūt dicit uulgus Gallicū, non quartā partē alicius maioris menſuræ, ut Latini uocauerūt, ſed uas quod quatuor menſuras caperet, id eſt, quaternas cheopinas: ſic tertiariū, quod tres.

Quaſi, aduerb. ſimilitudinis, ſignificās ita ut, καθάπερ, οἷονεί. Plaut. in Pſeud. Verū ex tranſuerſo cedit, quaſi cācer ſolet. Innuit aūt nō imaginis, ſed ſubſtantiæ ſimilitudinē, ut docet Vall. lib. 1. Elegā. Nam hæc oratio, Incedit quaſi leo, nō reſoluitur per uerbū repetitū, ad hūc modū, Incedit quaſi leo incedit: ſed per uerbū ſubſtant. Incedit quaſi eſſet leo. Quaſi tu dicas, pulchrè dicimus pro eo quod eſt, uerba tua eò tendūt, ut dicas, &c. Plaut. in Pſeud. Quaſi tu dicas, me te uelle argēto circunducere. Interdū idē ualet qđ perinde acſi. Cic. 1. Epi. Non poterā, credo, ante hyemē: (ſic enim ſcribis) quaſi uerò ad cognoſcendū ego ad illos, nō illi ad me uenire debuerit. Ponitur aliquādo p ferè, penè. Suet. in Cal. Nono Calē. Feb. hora quaſi ſeptima, cūctatus an ad prandiū ſurgeret. Teren. in Haut. Quaſi talenta ad quindecim coēgi.

Quaſillus, uide Quallus.

Quaſſo, quaſſas, Quatefacío, uide Quatio,

Quatenus, pe. cor. Propriè ſignificat inquantū, ſiue uſq; ad quē finē. παρ' ὅσον, καθ' ὅ τι ὅσον, ἕως τούτου. ſicut Ea tenus, intantum, aut ad eum uſq; finē. Cic. in Læl. Videndū eſt quatenus amicitiæ tribuendū ſit. Idem 1. Tuſc. Magna culpa Pelopis, q non erudierit, nec docuerit, quatenus eſſet quicquā curandum. Aliquando ſignificat qua fine: ut eatenus, hac fine, inquit Feſtus: ut Verberaui filiū quatenus ſit bonus: id eſt, ad hoc, uel ad hūc finē ut ſit bonus. Aliquando idē ualet quod quoniā, παρ' ὅσον. Pli. lib. 3 Epiſt. 51. Et quatenus negatur nobis diu uiuere, relinquamus aliqđ quo nos uixiſſe teſtemur. Negant tamē Feſtus, Caper, Vall. aliiq; docti uiri quatenus p quoniā accipi: atq; in omnib. exēplarib. in quibus quatenus pro quoniā poſitū putatur, mendū eſſe librariorū culpa affirmant. ſcribendūq; eſſe quatinus per i tertiā uocalē. Docet etiā Acron, quatenus eſſe aduerb. loci, ſignificās ad eum uſq; locum. Interdū ponitur quomodo. Lactāt. lib. 4. Quāto terrori ſit dæmonib. hōc ſignū, ſciet qui uiderit quatenus adiurati per Chriſtū de corpotib. quæ obſederint, fugient. Idem, Pleriq; uias ſibi deuias per præcipitia cōdiderūt, per quæ plebem incautā ad mortē deducerēt: qđ quatenus accidat, exponā. Cic. tamē, & quotquot eo ſeculo fuerūt, quatenus ſolūm uſurpauerūt pro inquantū, & eatenus pro intantum.

Quater, aduerbiū numerale. Plau. in Pſeud. Vtrum uis, uel quater quinis minis. Col. lib. 5. cq. 2. Hoc duco quater, fiunt LXXX. horū pars dimidia eſt XL. Quater, pro ſæpius. Verg. 2. Aen. quater ipſo in limine portæ Subſtitit, atq; utero ſonitum quater arma dedere.

Quaternus, Quanuis propriè numerū ſignificet diſtributiuū, tamē idem ualet qđ primitiuū ſuum quatuor. Horat. 1. Ser. Sat. 4. Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos.

Quaternio, m. t. Quater chartarū ſiue alterius cuiuſcunq; rei compoſitio, τετράδιον. ut Quatuor quaterniones militum.

Quatínus, cum i correpta, Cōiunct. eſt cauſalis, ſignificans quia, ὅτι. Iuuen. Sat. 12. Quatenus hic non ſunt nec uænales elephanti. Vide Quatenus.

Quatío, is, ſſi, ſſum, a. t. Moueo cum uiolētia, cōcutio, σείω, κραδαίνω. Liu. Carthaginis mœnia nūc quatit ariete. Aliquādo ponitur pro moleſtare. Verg. 9. Aen. Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello. Aliquando pro eiicio, ἀπωθέω, ἀπείργω. Terēt. Eun. Nimirū homo quatietur certè cum dono foras. Compoſita eius mutant q in c, & abiiciunt a: ut Concutio, Decutio, Diſcutio, Excutio, Incutio, Percutio, Recutio, & Succutio, quorū ſignificata uide ſuis locis. Recentio, iterum quatio. Succutio. ſubtus quatio, ὑποσείω.

Quaſſus, a, um, Idē eſt quod quaſſatus, fractus, κατεαγώς. Plin. libro 18. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, quaſſa ſarcire.

Quaſſus, us, m. q. uerbale. Cic. 2. Tuſc. Nam attrectatu & quaſſu fœuum amplificatis dolorem.

Quatefacio, is, Concutio, expello, κατασείω. Cic. ad Brut. Nullo q; præſidio quatefecit Antonium.

Quaſſo, as, frequent. Sepe quatio, κραδαίνω, σαλεύω. Plau. in Tri. Quid quaſſas caput? Aliquādo rūpo, διασείω. Ver. li. 1. Aen. Quaſſatā uentis liceat ſubducere claſſem. Hinc conquaſſo. Cic. lib. 4. Tuſcul. Ita illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius corporis quaſſatione, & perturbatione gignuntur.

Quatríduum, dui, n. ſ. Spatium quatuor dierum, τετραημερία. Lentulus Senatui, lib. 12. Nunciatum eſt eum quatridui iter à Laodicea abfuiſſe.

Quatriduò, aduer. Cic. ad Bru. Triduò uerò, aut quatriduò, ante hāc rem pulcherrimā timore quodā perculſa ciuitas, &c.

Quatuor, nomē numer. Binariū numerū in ſe bis cōtinēs, τέτταρες. Verg. 6. Ec. en quatuor aras. A quo quater, τετράκις, aduer. Numer. itē Quartus, τέταρτος. Quatérnus, Quaternarius, quaternio, quadruplus, quadruplū, quadrieniū, quadrinus, quadratū, quadrū, quadrātal, & multa huiuſmodi.

Quatuor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quatuordecim, pen.corr. ex quatuor & decem cõpositũ δεκατέσσαρα. Asinius Pollio ad Cicer. libro 10. Herennium Gallum histrionẽ summo ludorum die, anulo aurea donatum in quatuordecim sessum deduxit. Plin. libr. 8. capit. 16. Præter quatuordecim dies.

Quatuordecies, aduerb. Plin. lib. 3. cap. 7. Sardinia abest à Gadibus M. pass. quatuordecies centena.

Quatuoruiri, ut Triumuiri, ut apud Pompon. libro 2. de Origine iuris.

Quatuoruiratus, Ipsa quatuor uirorũ dignitas. Asinius ad Cic. Quatuoruiratum sibi prorogauit.

Que, Coniunctiq, subiunctiui ordinis, quæ modò est copulatiua, τε, καὶ. ut Arma, uirũq; cano. Modò causatiua, pro quoniam. Cic. 1. Off. Non solùm nobis nati sumus, ortus q; nostri partem patria uendicat, partẽ amici. Modò expletiua, quando scilicet ornatus tantùm causa ponitur. Proper. lib. 3. Deiphobumq;, Helenumq;, & Polydamantas in armis. Quandoq; ponitur expletiuè, pro id est. Plaut. Rudis est, nescitque quid expediat. Quandoq; pro Etiam, καὶ. Apul. Id ei serioq; loquanti non crederem, id est, etiam seriò loquenti. In cõpositione quoq; semper postponitur, ac cõiunctionis uim amittit, uim tantùm syllabicæ adiectionis obtinẽs, ut nanq;, quoq;, atq;, itaq;, undiq;, uterq;, pleriq;. Cõponitur etiã cum quis, qui, quæ, quod, uel quid: ut quisq;, quiq;, quæq;, quodq; quidq;. Et interposita particula Cum: ut Quicunq;, quæcũq; quodcunq;. Et cum præpositione Abs, ut Absq;: cum aduerbio, ut Neq;: cum cõiunctione, ut Atq;. Differunt aũt inter se, que, ac, atq;. Que enim postpositiua est, & enclitica: Ac semper præpositiua. Inuenitur aũt que, aliquãdo cõtra naturam suam produci. Verg. 1. Aen. Terrasq;, tractusq; maris, cœlumq; profundũ, Idẽ 3. Aen. Liminaq;, laurusq; dei, Cuius generis licẽtia cæsuræ ratione solet excusari. Ponitur quãdoq; pro An. Horat. 1. Serm. Quid refert uri uirgis, ferroq; necari? pro eo quod est, Quid refert uri uirgis, an ferro necari?

Quemadmodũ, dictio cõposita ex quẽ ad, & modũ, ponitur pro aduerb. similitudinis Sicut, ὥσπερ, καθάπερ. Cic. de Amic. Pergratũ mihi feceris, spero itẽ Sceuolę, si quẽadmodum solet de cæteris rebus, quũ ex te quærũtur, sic de amicitia disputaris quid sentias. Ponitur nõnunquã interrogatiuò, pro quomodo si, ue ad quẽ modũ, πῶς εἴνα τρόπον. Cic. 7. Ver. Quẽadmodũ est asseruatus? Aliquãdo Nã interponitur & dicimus, quẽ nam ad modũ: sed tũc, ut arbitror, tres sunt dictiones seperatim scribendæ. Plaut. in Bacc. Qui scire possum? C. nullus plus. P. Quemnã ad modum. (rottus.

Quinetiam, pro potentiam dixerunt ueteres, ut inquit Pe

Queo, is, iui, itũ, n.q. Valeo, possum, δύναμαι, ἔχω. Sall. in Cat. Sed neq; pretio, neq; gratia impelli quiuit. Cic. ad Terẽt. li. 14. Non queo reliqua scribere, tanta uis lachrymarũ est. Hor. 2. Sar. Sat. 7. liber sum, dic: age: non quis? Lucret. lib. 3. Mobilitate mali quit sentire dolorẽ. Idem lib. 3. Disperiisse, neq; in fructũ conuertere quisse. Queor passiuũ. Lucret. lib. 1. Dum ueniant aliæ, ac suppleri summa queatur. A queo deducitur cõpositũ Nequeo, hoc est, non queo, nõ ualeo, non possum. Verg. lib. 1. Aen. Expleri mẽte nequit, ardescitq; tuendo. Anti qui etiã, nequeo dixerũt, pro nõ, eo quod & Fest. annotauit.

Quitus, a, um. à Queor dixit Terent. in Hec. sed antiquè, ut ait Donat. Nam, inquit, quum compressa est gnata, forma tenebris nosci non quita est.

Quercus, us, in datiuo & ablatiuo plurali quercubus, Arbor est lignũ habens duriſſimũ, glandemq; ferẽs præstantissimã, quæ ante inuentas fruges populis plerisq; uictũ dicitur suppeditasse, δρύς. Plinius lib. 16. cap. 6. Glans optima in quercu, atq; grandissima, mox æsculo: nam roboris parua. Vergil. 3. Georg. magna Iouis antiquo robore quercus Ingẽtes tendat ramos. Festus, Quercus dicitur, q; id genus arboris graue sit ac durum: tum etiam in ingentẽ cuadat amplitudinẽ. Querquerum enim quidam graue & magnum dici uolunt. Olim etiam secundæ declinationis fuit: unde etiã apud Ciceronẽ legitur Quercorum in plurali genitiuo. Ibi (inquit) quercorum rami ad terram iacent.

Quernus, a, um, Quod ex quercu est, δρύϊνος. Verg. 1. Sed tamẽ & quernas frondes.

Querneus, a, um, Eiusdẽ significationis, δρύϊνος. ut Frons quernea, apud Columellã lib. 6. cap. 3. & Querneæ glandes, apud eundem lib. 9. cap. 1.

Quercęus, a, um, Idem cum superiori, δρύϊνος. Ser. Querceam coronam accipiebant, qui in bello ciuem seruassent.

Quercius, a, um, Idem cum superiori, δρύϊνος. Suet. in Cal. ca. 18. Primo die phalerato equo, insignisq; quercica corona, & Querculanus, a, um. Plí. lib. 16. cap. 10. Vbi lucus fageus fuit porta querculana. Legitur & querquetulana.

Quercetũ, ti, n. s. pen. pro. Locus ubi cõsitæ sunt quercus, δρυμῶν. Var. 1. de Re rust. ca. 16. Si enim ad liminẽ quercetũ habet, non possis rectè secundũ eam syluam ferere oleam.

Querceus, a, um, uel Querquerus, Quod est frigidum cum tremore, φρικώδης. ut Febris quercera. Lucil. Iactas me febris quercera. Idem, Querquera consequitur febris, capitisq; dolores. Gel. lib. ult. cap. 1. An tu fortè morbũ appellari hîc putas ægrotationem cum febri rabida, & quercera?

Querela, uide Queror.

Queror, is, questus sine diphthõgo, d. t. Lamẽtor, cõqueror μύμφομαι, ὀλοφύρομαι. Sall. Sæpe de luxuria & auaritia nostrorum ciuiũ questus sum. Admittit aũt hoc uerbũ uariã constructionẽ. In eadẽ enim significatione dicimus, Queror hãc rem, uel de hac re, Cæsari, cũ Cæsare, & apud Cæsarẽ. Cic. de Amic. Quarũ plerisq; aut querũtur semper aliquid, aut etiam exprobrãt. Idẽ Lẽt. lib. 1. Epist. Multa de mea sentẽtia questus est Cæsari. Ouid. 3. Met. Cũ Ioue uisa queri. Dicimus etiã queror apud illũ. Plin. de Viris illust. Quo cognito, apud populũ questus, q; de se tale aliquid timuissent. Aliquãdo absolutè, ut apud Cic. lib. 1. Epist. ad Lentulũ, Quid multa? questus est grauiter.

Queritor, aris, penul. cor. frequentat. Sæpe, multumq; queror, διαμύμφομαι. Liu. lib. 9. de bello Maced. Ne uox queritantis audiretur. Tacit. lib. 16. Igitur flentes, queritantesq; qui aderant, facessere properè iubet Thrasea.

Questus, us, m. q. sine diphthõgo: in datiuo, & ablatiuo plural. questubus, Idem quod lamentatio, siue querela, μυμφὴ. Cic. 5. de Fin. Quod eiulatu, questu, gemitu, &c. Verg. 4. Georg. & mœstis latè loca questubus implet. Idem 4. Aen. Tantos illa suo rumpebat pectore questus. Cic. pro Quintio, Qui denique questus, qui mœror dignus inueniri, &c.

Querela, æ, f. p. Idẽ qd querimonia, siue questus, μῦμφή, μύμφις Cic. de Sene. Sæpe interfui querelis meorũ æqualium. Idem ad Brutũ, lib. 11. Sed tamen prouidendũ est, ne qua iusta querela esse possit. Ouid. 4. de Pon. Eleg. 3. Nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est. Horat. 2. Carm. Ode 9. desine mollium Tandem querelarũ: & potius una Cantemus Augusti trophea. Verg. 4. Aen. Desine meq; tuis incendere, teq; querelis.

Querimonia, æ, f. p. Idẽ quod querela seu lamentatio, μῦμψις, μυμφὴ. Cic. Quin. Frat. li. 2. Eo metu iniecto repentè magna querimonia omniũ discessimus. Hora. in Arte, Versib. imparitur iunctis querimonia primùm, Pòst etiam inclusa est uoti sententia cõpos. Cic. 7. Ver. Vt si me in ea querimonia, quã sum habiturus de istius crudelitate, & de ciuiũ Romanorũ indignissima nõ modò uires, uerumetiã uita deficiet.

Querulus, a, um, pen. corr. Queribundus, uel querelis plenus, ἐλλιμαξικὸς, μυμψίμοιρος. Ouid. 3. Trist. Ele. 8. Et nunquã querulis causa doloris abest. Mart. lib. 4. Missa nec à querulo mappa cliẽte fuit. Oui. Epist. 1. Impleuiq; sacrã querulis ululatib. Idã. Quãdoq; à Poẽtis pro canoro ponitur. Verg. lib. 2. Geor. Et cantu querulæ rũpent arbusta cicadæ. Seru. Querulæ cicadæ, canoræ. Horat. lib. 3. Carm. Sub cantu querulæ despice tibiæ. Ouid. 5. Met. Calliope querulas prætentat pollice chor

Queribundus, Idẽ quod querulus, uel plenus que- (das.
relarum, μυμψίμοιρος. Cic pro P. Sylla, de supplicio P. Lentuli, de carcere, magna, & queribunda uoce dicebat. Senectus queribunda, Silius lib. 13.

Querquedula, æ, Auis ex genere natantiũ, siue aquaticarũ, tam in aqua, quàm interra uitã agens, quemadmodũ anseres & anates: qd genus animalia Græco uocabulo ἀμφίβια uocamus. Varr. 3. de Re rust. cap. 3. Altera species eorum, quæ non contenta terra solùm, sed etiam aquã requirũt: ut sunt anseres, querquedulæ, anates.

Querquerus, a, um, aliàs Quercerus, siud Quercus.

Querulus, uide Queror.

Qui, quæ, quod, Relatiuũ est substãtiæ, cuius significatio & usus nulli nõ est notus, ὅς, ἥ, ὅ, πῶς. Ponitur aliquãdo aduerbialiter, pro quo modo, πῶς, τῷ πρόπῳ. Cic. de Ami. Qui fieri poterat, ut eius dolore nõ augerer, q; mecũ semper familiſſimè uixisset? Aliquãdo pro ut, ἵνα. Terẽt. in And. Nũc si quid potes, aut tu, aut hic Birrhia, facite, fingite, inuenite, efficite q detur tibi. Ibidẽ in Prolog. Non qui argumentũ narret, sed qui ueteris poẽtæ maledictis respõdeat. Aliquãdo per utinã. ἴθε. Terẽt. in Phor. Qui illũ dii omnes perdant. Aliquando

pro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prõunde Terent. in Hecyr. Nec qui hoc mihi eueniat, ſcio, Et in And. Nam qui iſtæc, tibi incidit ſuſpitio. Aliquando pro cur, quamobrem, τί. Cic. 1. in Tuſcul. Qui enim beatior Epicurus quòd in patria uiuebat, quàm Metrodotus qui Athenis? Teren. in And. Non poteſt. PAM. Qui Donatus, Qui id eſt, quamobrem. Componitur aliquando cum dum, & dicimus qui dum, in eadem ſignificatione. Terent. in Eunu. At nunquid aliud? P. Quidum? Eſt & qui, à quis, abiecto ul timo elemento: quod aliquando interrogatiuè tenetur pro quis. Plaut in Amph. Qui me alter eſt audacior homo? aut qui confidentior? Ponitur aliquando pro nempe qui, uel utpote qui. Cic. Att. lib. 5. Actio maluimus iter facere pedib⁹, qui incõmodiſſimè nauigaſſemus. Aliquando pro qualis Cic. 2. de Diuin. Xenophon Socraticus, quiuis, & quantus. Cõpoſita à qui ſunt, Quidam, Quicunq;, Quiuis, Quilibet, à quo Vnuſquilibet. Quibus in extremis, eleganter dicitur pro quorum in extremo, ἐν οἷς ἐσχάτοις. Cic. Cæſari, Literæ dã tur mihi à te, quibus in extremis ſcriptum eſt.

Quía, coniunctio cauſalis, idem ualens quod quoniam, ὅτι. Cic. de Amicit. Sed quia natura mutari non poteſt, idcirco ueræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Interdũ bis repetitur, ſequente ſubiunctiuo, uel indicatiuo, Quin. lib. 12. cap. 1. Non quia prodeſſe nunquam ſatis ſit, ſed quia hoc proſpicere debet, ne quid peius quàm fecerit, faciat.

Quinam, aduerbium interrogandi, Significat quare, διὰ τί. Verg. lib. 5. Heu quianã tanti cinxerunt æthera nimbi? Feſtus. Quianæ, una particula eſt, & ſignificat certè, reuera, ὄντως. Vergil. lib. 4. Aeneid. Quiane auxilio iuuat antè leuatos.

Quiatis antiqui pro cuius dixere Accius: Qui neq; quiatis ſit unquam potuimus nulla rogantes ſcire.

Quicunque Idem quod quiſquis, ὅστις, πᾶς ὅστις, ὁστισοῦν. Cicero pro Seſtio, Ego uos in omni fortuna quæcunq; erit, obla ta, complectar. Aliquando accipitur pro qualiſcunq; Cic. de Orat. Easq; nos primi quicunq; eramus, & quãtulunclũq; dicebamus, conuertimus.

Quid, nomen ſubſtant. quod ferè interrogatiuè ſumitur τί. Cic. de Senect. Quid de pratorum utilitate dicã? Et paulo an tè, Quid de utilitate loquar ſtercorandi? Nonnunq; etiam in definitè. Verg. 10. Ecloga, Nunc ſcio quid ſit amor. Aliquã do eſt aduerbiũ interrogandi, pro cur, uel quare, τί. Terent. in And. Sed quidnam Pamphilum exanimatum uideo? Oui. in Epiſt. Oenones ad Paridem, quid arenæ ſemina mandas? Aliquando ponitur pro in quo. Cic. in Lælio, Quid enim indigens Africanus mei? Quintil. Quid tibi tantum malũ feci? quid offendi? Aliquando in oratione uacat. Cic. ad Seruium Trebatio mandaui ut ſi quia tu uoles eum ad me mittere, ne recuſaret. Cõpoſita ſunt quicquid, quicq̃, quiddam, quidq; quippiã, nequicquã, quidnam, nunquid, quidni, quidlibet. Vſus habet ut d, ſequente q, mutetur in c, ut quicq̃, quicqua & ſequente p, in p, ut quippiã Quidcunq; aũt, & unumquicquid, aut ununquicq̃, aut unumquidlibet nequaq̃ dixero, ſed quodcunque, unumquodq̃, quodlibet unũ, &c. Quid agimus, conſiliũ quærentis eſt, inquid Donatus, τί δρῶμεν. Terent, in Eunu. Quid nunc agimus? Quid hominis habes? cũ cõtemptu dicitur. Teren. in Hecyr. Sed quid mulieris uxorem habes? Quid iſtuc? aduerb. eſt ægrè concedentis, inquit Donatus, τί τοῦτο. Teren. in Eunu. Quid iſtuc? Si certum eſt facere, facias: uerùm ne poſt conferas culpam in me. Idem in And. Quid iſtuc? ſi ita in animum induxi eſſe utile, Nolo tibi ullum cõmodum in me claudier. Quid ita, ſignificat cur, πῶς δή. Plaut. in Aulul. Occidi. E. Quid ita? Donatus putat unam eſſe partem orationis. Quid quæris? clauſula eſt ſermonem in cõpendium redigentis, eandem uim habens quã quid plura, uel quid opus eſt uerbis? quid uis præterea? quid uis dicam? τί δεῖ λέγειν πρὸς τί πλείω. Cic. ad Attic. lib. 1. Quid quæris? num ad priuata redeam? Hora. lib. 1. Epiſt. Quid quæris? uino, & regno ſimul iſta reliqui. Quid tum, quid tum poſtea, & quid tum deniq;, idem ualent quod quid ergo? quid itaque? quid interea? quid demum? τίδ' ἐπὶ τούτῳ. quæ omnia ſignificant, quo pertinet iſtud de quo loqueris? ſiue, quid attinet hæc dicere? ſiue quid ſibi uult hic ſermo?

Quídam, cum ſuis perſonam certam dicit, & ſingulare potius ſignum eſt, quàm particulare, ὁ δεῖνα. Cic. pro Cluent. Quidam ex aduocatis, homo ſumma uirtute præditus.

Quidem, aduerb. affirmãdi, quo ſignificatur certè γέ τοι γε. Et tribus modis in oratione accipi ſolet. Vno ad diſtinguendas, res μέν. ut Ego quidem ſcribo, tu uerò legis, ille autem dormit. In quo modo duobus tantũ comitib. uti poteſt, ſicet uerò & autem. Altero, quaſi per exceptionem eius quod affirmos. Quintil. in Infam. Torquebis quidem filium, ſed fatebitur mater. Cic. lib. 3. Offic. Ab optimis illis quidẽ uiris ſed non ſatis eruditis, γε δή. Pluresq; in hoc modo comites habere poteſt: ut Verùm, uerumtamen, ſed, tamen, at, attamẽ cæterùm. Tertio, quũ nulla ſequitur ex prædictis coniunctionibus: ut apud eundem, Aut enim nemo (quod quidẽ magis credo) aut ſi quiſquã eſt, ille ſapiens fuit. Quidẽ & certè, ali quando ſimul iunguntur. Cic. ad Lentulum lib. 1. Illud quidem certè noſtrũ conſilium iure laudandum eſt. Terent. in Phor. quidẽ coniunxit cum hercle. Nã tua quidẽ hercle certò uita hæc expetenda, &c. Cic. aũt lib. 10. Epiſt. ad Att. poſt. quidem ſubiunxit profectò: Nunc quidem profectò Romæ es. Eius compoſita ſunt, Equidẽ, Siquidem de quibus alibi.

Quidnam, aliquando interrogatiuè accipitur, aliquando indefinite, τίποτε, Teren. in Phorm. Quidnã ille commotus uenerat? hoc eſt, quamobrem, uel propter quid. Idem in Eunuc. Reuiſo quidnam Chærea, hic rerum gerat.

Quidni, Significat certè uel certum eſt, uel cur nõ, πῶς γὰρ οὐ τί μήν. Et duæ partes ſunt ſecundũ Priſcianũ, ſicut, Cur nõ Teren. in Eunu. Habeſne hominem amabo? PH. Quidni habeam? Veteres enim ni pro ne ponebant, & ne pro non. Plautus, Ni ſtulta ſis Et ne uult. pro non uult.

Quídquid, ut quidã aiunt, mutat d in c, ne bis interrogare uideatur, ὅ, τι ὅ ἄν. Sed non eſt ratio ſatis ponderoſa, ut putem non reprehẽdendũ quid ſcripſerit quidquid & quidq̃. Quin. lib. 1. cap. de Orthographia, Frigidiora his alia, ut quidquid quartam e haberet, ne interrogare uideremur: & quotidie, nõ cotidie ut ſit quoto die. Eſt autem quidqd ſubſtantiuũ, ſicut & qd. Ideò genitiuũ ſubſtantiui, uel adiectiuũ exigit: ut Quicquid pecuniarũ, quicquid molle. Quodcunq; adiectiuũ eſt, & ideò ſubſtantiuum in eodem caſu patitur, ſicut & quod: ut Quodcunq; cælum: adiectiuum uerò reſpuit.

Quies, etis, f. t. Vacatio à labore, ſiue ceſſatio à quocunq; ope re, ἡσυχία. Cic. in Catil. Mors, laborum, aut miſericarũ quies eſt. Sæpiſſimè accipitur pro ſomno, eo quòd dormientes ab omni opere ferentur: cui opponitur uigilia. Quin. lib. 7. ca. 3. Labor, an otium, uigilia an quies? Horat. Epiſt. 27. Si te grata quies, & primus ſomnus in horã Delectat: ſi te puluis, ſtrepitusq; rotarũ. Si lædit caupona, Ferentinum ire iubebo. Cic. 1. de Diuin. Quæ quidẽ multò plura euenirent, ſi ad quietẽ inte gri iremus: nunc onuſti cibo & uino, perturbata & confuſa cernimus. Verg. 10. Aenei. neq; enim membris dat cura quietem. Olim per quintã declinationem inflectebatur, Quies, quiei: quæ, inflectio etiam hodie manet in cõpoſito requies requiei: quanq̃ & hoc nonnunq̃ faciat requietis. Cic. in Catone, Vt meæ ſenectutis requietẽ, delectamentaq; noſcatis. Differunt (ut quidã uolunt) quies & trãquillitas: quòd quies, corporis ſit: tranquillitas, animi. Cic. in Prol. lib. 1. de Orat. Nam qui locus quietis, & tranquillitatis pleniſſimus fore ui debatur, in eo maximæ moles moleſtiarũ, & turbulentiſſimę tempeſtates extiterunt. Salluſt. Nanq; animus impurus diis, hominibusq; infeſtus, neq; uigiliis neq; quietibus ſedari potuit: ita conſcientia mentem excitatam uexabat. Cic. 1. Offic. loco ut illo quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris. Verum hæc differentia non eſt perpetua. Accipitur enim ſæpiſſimè quies pro otio, & tranquillitate animi. Plin. lib. 18. cap. 28. Qui paupertatẽ, & quietem doctrinarum ei ſciebant in primis cordi eſſe. Quietes, in plurali pro cubilibus. Luc. lib. 1. Nanq; canes ut montinagæ perſæpe ferat naribus inuentum intectas fronde quietes. Accipitur aliquando quies pro tranquillitate, ſiue ſerenitate aëris. Verg. 2. Georg. Si non tanta quies iret, frigusq;, caloremq; Inter, & exciperet cæli in dulgentia terras.

Quieſco, quieſcis, eui, etum, n. t. Quietem ago, ferior à labore, ἡσυχάζω, ἡσυχίαν ἄγω. Vergil. 1 Aenei. nunc blanda cõpoſtus pace quieſcit. Accipitur & pro dormio. Cic. 6. Verr. Eò quũ uenio, Prætor quieſcebat. Modò ſto, non moueor, κατὰ χώραν μένω, ἠρεμέω. Verg. 6. Aeneid. Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit. Idem 7. Aen. poſtquã alta quierunt Aequora. Aliquando actiuè accipitur pro quieſcere facio, πάνω. Plaut. in Moſtel. Quieſce tumultum hanc qui eſt ante oſtiũ. Quieſcere etiam dicitur, qui ſolitam petulantiam remittit. Terent in Prolog. And. De hinc ut quieſcant porrò moueo, & deſinant maledicere. Aliquando abſtinere, ſen accipitur pro ſuperſedere. Gell. lib. 2. ca. 28. Statuere atq; edicere quieſcebant. Plaut. in Moſtel. Quin tu ſi ſapis, quieſce hanc rem modò petere. Aliquando pro permitto. Cic. ad Attic. lib. 7. Quieſcat rem adduci ad interregnum. Quieſci, impersonale.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Terentius in And. Quibus quidem quàm facilè poterat qui escl, si hic quiesset. Hinc componuntur acquiesco, conquiesco, & requiesco: quorum significata uide suis locis.

Quietus, a, um, pen. prod. adiect. est à nomine quies deductum aut potius nomen ex participio, idē ualens q̃ trãquillus, otiosus, placidus, ἥσυχος. Teren. in Phorm. Quietus esto, inquam ego curabo ne quid uerborũ duint. Vbi Donatus, Quietus, secutus: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Vergil. 5. Aeneid. mox aëre lapsa quieto Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas. Idem 1. Aeneid. in primis regina quietũ Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam. Reddere quietũ, est efficere ut quiete & securè quis uiuat. Teren. Eun. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, Ne sursum deorsum curſites, neue usq; ad lucem uigiles. Solutus & quietus animus. Cic. pro Rosc. Com. Hoc ego loco soluto & quieto sum animo: & quorsum recidat responsum tuum non magnopere laboro. Idem 2. Tuscul. Nam qui id quod uitari non potest metuit, is uiuere animo quieto nullo modo potest. Idem 6. Verg. primò mirum omnibus uideri, Diodorum rerum hominem quietissimum. Hor. Epod. 10. Quietiore non feratur æquore, Quàm Graia uictorũ manus, cùm Pallas usto uertit iram ab Ilio In impiam Aiacis ratem.

Quietè, pen. prod. aduerb. Tranquillè, placidè, ἡσυχῇ ἀτρεμά. Cic 1. de Finib. Qua qui utantur, beneuolentiam sibi conciliant: & (quod aptissimum est ad quiete uiuendum) charitatem. Cæsar bel. Ciuil. Nostri compluribus interfectis, quinq; omnino suorum amissis, quietissimè se receperunt.

Quilibet, Idem quòd quiuis, quasi quencunq; ex multis libet deligeret, ὁστις, ὁστισοῦν. Horat. in Arte, pictoribus atq; Poëtis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Ponitur etiam aliquando pro uili & obscuro, ὁτιχαῦν. Plin. lib. 7. Bis ab Hannibale captus, neq; cum quodlibet hoste res fuit. Ouidius 1. de Arte amãdi, Pollicitis diues quilibet esse potest. hoc est, uel tenuissimæ fortunæ homũculus. Cui locutionis generi non dissimile est illud Horatianũ. Non cuiuis homini cõtingit adire Corinthum.

Quimatus, m. q. Aetas quinq; annorum, πεντατηρία, sicut bimatus, & trimatus, æras duorum, & trium annorũ. Plin. li. 8. ca. 45. Fœminis uita quindecim annorum longissima, maribus uiginti: robur in quimatu. De bobus.

Quin, uariis modis dicitur. Nã aliquàndo ponitur pro quur non, τί μὴ. ut quum increpantes, uel interrogantes, uel exhortantes dicimus. Quin uenis? quin fugis? Verg. in Ecloga. Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus, Viminibus, mollíq; paras detexere iunco? Cic. pro Rabirio, Quin compescitis istam uocem indicem stultitiæ? Aliquando pro quòd, seu ut. Cic. Attic. Prorsus nihil abest quin sim miserrimus. Idem, Non dubitò quin eo sis animo quo ego essem, si quid tu me rogares. Teren. in And. Non dubiũ est quin uxorem nolit filius. Aliquando pro quinetiam, id est, insuper, præter id, siue atq; etiam, καὶ μὴν καὶ δή. Verg. 1. Aeneid. quinaspera Iuno, Quæ mare nunc, terrasq; metu, cælumq; fatigat, Consilia in melius referet, hoc est, quinimò, uel quod magis est. Aliquando idem ualet quod ut non, uel quod nõ μὴ δι᾽ ἀλλὰ μὴ δι. Cicero, Non idcirco causa, Isocrates non defendit, quin id utile esse, & honestum existimaret. Similiter quũ dicimus Non possum me continere quin gestiam: id est, ut non, uel quominus gestiam. Verg. lib. 5. Aeneid. Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti, Quin uatem infanã aspicias, id est, ut non. Aliquando ponitur pro qui non, ὅστις οὐ. Cic. lib. 9. Epist: Nemo est nostrorum quin nota uictoriæ suæ fecerit. Aliquãdo pro imò. Terent. in Heaut. Quid dicam? q̃ causam afferam? S. quin nolo mentiare. Aliquando pro etiam, Teren. in Heaut. Syre, pudet me. S. Credo neq; id iniuria, Quin mihi molestum est. Aliquando pro quamobrem Plaut. in Epid. hic non est locus, Quin tu alium quæras cui centones farcias. Aliquando pro certè, profectò. Plaut. in Amph. At pol quin certa res hanc est obiurgare.

Quíncentos, pro quingentis dixere ueteres, autore Festo.

Quincunx, cis, m. t. Pondus uel mensura quinq; unciarum πέντε ἐγκία. In arborum quoq; ordinibus quincunx dicitur, quum ita dispositæ sunt arbores, ut binæ cum tertia proximi ordinis æquali interuallo sibi opposita, quoquo te uertas, quincuncialem referunt. Quin. lib. 8. cap. 5. Nullusne ergo etiam fructiferis adhibendus decor? quis negat? nam & in ordinem, certaq; interualla redigam eas arbores. Quid enim quincunce speciosius, qui in quancunq; partem spectaueris, rectus est? Sed protinus in id quoq; prodest, ut teræ succum æqualiter trahant. Cic. in Catone Maiore. Quum autem mihi raretur Lysander & proceritatẽ arborum, & directos in quincuncem ordines, & c. Col. lib. 3. ca. 13. Nonnulli tamen omnẽ uitem per denos pedes in quincuncem disponunt. Arborum ordines (inquit Bayfius) dicuntur in quincuncem digesti, quando secundi ordinis arbores paribus interuallis sic disponuntur, ut figuram quincuncialem seruare ad inuicem uideantur. Est aũt figura quincuncialis ut suprà annotauimus in dictione decussis, dimidia pars literæ X, per medium sectæ, quæ decussis figuram refert. Eius dimidiũ figura est literæ V, qui quincunce repræsentat. Ratio quare huiusmodi figuræ quincuncis & decussis appellationẽ sunt sortitæ, non est obscura. Veteres enim, quemadmodũ etiam hodie fieri uidemus numerum denarium, & quinariũ huiusmodi notis X & V, pingere solebant. Arbores itaq; in quincuncẽ digestæ dicuntur, quũ ita sunt collocatæ, ut tertia duabus æquali interuallo opposita V literæ similitudinem faciat.

Quincuncialis, le, pen. prod. Quincuncialis herba dicitur quæ mensuram quincuncis unius pedis habet, hoc est, suprenos ferè digitos. Plin. lib. 27. cap. 11. de lichospermo, Herba, quincuncialis ferè foliis duplo maioribus q̃ rutæ. Quincũces etiã usurpe dicũtur, quoties ex centũ numis (ut exẽpli gratia) fit quinq; numos usurpe percipimus. Sic semisses usuræ, trientes, besses, & huiusmodi. Est & quincunx mensuræ genus, paulũ supra mediã heminã continens. Mart. lib. 1. Te continua leget misto quincunce, sed antè Incipiat positus quàm repuisse calix.

Quincupèdal, Mẽsura erat siue regula quinq; pedum, qua fabri murarii in demetiẽdis parietibus uti solent. Huius formam & usum sic depingit Martial. lib. 14.

Puncta notis ilex, & acuta cuspide clausa.
Sæpe redemptoris prodere furta solet.

Quincuplex, Numerus multiplicatiuus, πενταπλάσιος, ut duplex, & triplex Martial. lib. 14.

Cæde iuuencorum domini calet area felix.
Quincuplici cera quum datur alius honos.

Quindécim, penult. corr. Nomen numerale, indeclinabile, significans ter quinq; δεκαπέντε. Plautus in Pseud. Etiam quindecim habeo minas. Horat. in Carm. secul. Quindecim Diana preces uirorum.

Quindecies, aduerbium numerandi, Decem uicibus, δεκακαιπεντάκις. Martial. libro 7. Dicere quindecies poteram, Quid pertinet ad te.

Quindecim uiri, Magistratus erant Romæ quindecim numero soliius habẽtes Sybillinos libros adeũdi, πενταικαίδεκα πρῶτοι Horum dignitas Quindecimuiratus appellabatur,

Quindenus, a, um, adiectiuũ est numeri distributiui. Liu. 5. bel. Maced. Quindena iugera agri data in singulos pedites sunt.

Quīnĕtiam, coniunctio copulatiua qua nectimus quæ cõiuncta significare uolumus: idẽ ferè ualens quod insuper siue præterea, & ut uulgus loqui solet, q̃ magis est, καὶ μὴν, καὶ ἔτι. Cic. de Amic. Quinetiam necesse erit cupere, & optare, ut quàm sæpissimè faccet amicus. Vergil. 4. Aeneid. Quinetiam hyberno moliris sydere classem.

Quíngenti, æ, a, Quinquies cẽtum, πεντακόσιοι. Cic. ad Att. Nec mirum, quingentos denarios dat. Verg. 10. Aen. Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat. Quingenti itẽ hoc est, οἱ πεντακόσιοι, magistratus nomen erat apud Athenienses, à numero quingentorum uirorũ, quorum officium erat ciuilia munera, rerumq; actiones de quibus quotidie lis inter populares erat, iudicare. Dignitatẽ aũt hi maximam obtinebant, ac ab Areopagitis secundum locum obtinebant.

Quingẽtesimus, a, um, Numerus est ordinis, πεντακοσιοστός. Plin. lib. 15. cap. 1. Anno Vrbis quingentesimo quinto.

Quingenties, aduerbium numerandi, Quinquies centum, πεντακοσιάκις. Cic. 4. Ob eam rem HS, quingenties Venerẽ Erycinæ de Stenii bonis exacturum.

Quingeni, æ, a, numeri distributiui nomẽ est, idẽ ualens q̃ quingenti per singula ut quũ dicimus, Quingenos denarios militibus diuisos, id est, singulis quingentos. Sæpe tamen ita accipitur ut nihil amplius significet q̃ quingenti. Sueton. in Cæsare, Annuã etiam habitationem Romæ usq; ad bina millia numũm, in Italia non ultra quingenos sestertios permisit.

Quingenarius, a, um, nonnunq̃ ad numerũ refertur: ut Quingenarius grex, hoc est, pecudes cõtinens quingentas, apud Varr. lib. 2. de Re rust. Nonnunquã ad pondus: ut Lanx quingenaria, id est, quinquaginta pondo. Plin. lib. 33. cap. 11. Dispensator. Hispaniæ citerioris quingenariã lancem habuit, cui fabricãdæ officina exædificata fuerat. Potest & ad ætatem referri; ut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ferri: ut quingentarium ſit, quod eſt quinquaginta annorũ.

Quinimo, Quin potius, imò uerò, imò etiã, ἀλλὰ μὴν καὶ, μᾶλλον δὲ καὶ. Pli. Epiſt. 74. Prævaluis ſententia Cepionis: quinimò cõſurgenti ei ad cenſendũ, acclamatũ eſt: ꝙ ſolet reſidentib.

Quinquaginta, Numerus eſt notæ ſignificationis, πεντήκοντα. Inde quinquagines, aduerb. numerãdi, πεντηκοντάκις Plin. lib. 7. Quinquagies collatis ſignis dimicauit. Pro eodem etiã dicimus Quinquageſies: ut apud Plaut. in Mengech.

Quinquagenarius, a, um, Id eſt, annorum quinquaginta, quem admodum ſexagenarius, annorũ ſexaginta πεντηκονταέτης. Refertur & ad numerum. ut Quinquagenarius grex, id eſt, Quinquaginta capitum, Varro 2. de Re ruſt. Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines. Quinquagenaria urna, id eſt, quinquaginta capiens certigeneris menſuras. Cato de Re ruſt. cap. 13. Vruam quinquagenariam unam ſextarium olearum unum.

Quinquatria, orum, n. ſ. Feſta erant Romæ Palladi ſacra, nõ diſſimilia iis quæ ab Athenienſibus uocabantur, παναθηναῖα. Dicta quinquatria à numero quinq; dierum quibus celebrabantur: quorum primo fiebant ſacrificia: ſecundo, tertio, & quarto gladiatorum ſpectacula edebantur: quinto urbis fiebant luſtratio. Videtur autem primus, hoc eſt, ex hiſce diebus fuiſſe quintus Idus Mart. XIII. Calendas Apriles: quod non obſcurè colligi poteſt ex lib. 3. Faſt. Ouidii, ubi ſic habet.

Idibus eſt Annæ feſtum geniale perennæ:
Non procul à ripis aduena Tibri tuis. Deinde ſubdit:
Poſtera quum teneras Aurora refecerit herbas.
Scorpius à prima parte uidendus erit.
Tertia poſt Idus lux eſt celeberrima Baccho.
Bacche faue uati dum tua feſta cano. Et mox,
Stella Lycaoniam uergit decliuis ad Arcton
Miluius: hæc illa nocte uidenda uenit. Et rurſus,
Vna dies media eſt, poſt fiunt ſacra Mineruæ,
Nomina quæ à iunctis quinq; diebus habent.
Sanguine prima uacat, ne fas concurrere ferro.
Cauſa, quod eſt illo nata Minerua die.
Altera, tresq; ſuper ſtrata celebrantur arena.
Enſibus exertis, bellica læta Dea eſt.
Summa dies è quinq; tuba luſtrare canora.
Admonet, & forti ſacrificare deæ.

Varro lib. 5. de Lingua Latina autor eſt, antiquitus unum tã tũ modo feſti huius diem fuiſſe poſt quintum ſcilicet Idus Martias: eumq; quinquatrũ uocatũ fuiſſe, tracto uocabuli exemplo à *conſuetudine uicinorũ populorũ, qui dies poſt ſextum*, & ſeptimũ Iduum, ſexatrum, & ſeptimatrum appellauere: paulatim tamen nominis errore conſuetudinem irrepſiſſe ut quinq; dies crederentur. Varronis ſententiæ Feſtus quoq; ſubſcribit. Vnde apparet nonniſi mera eſſe ſomnia quæ à recentioribus. Grãmaticis de uocis huius etymo ſunt excogitata: qui quinquatria inde dicta tradiderunt, ꝙ celebrarentur quinq; diebus continuis poſt diem atrum, qui erat poſtridie Iduum, quum probatiſſimorũ (quos iam adduximus) autorum teſtimoniis ſatis conſtet, atrus, ſiue atria particulas, in hiſce uocibus nihil ſignificare, ſed ſolas eſſe nominũ productiones. Fuerũt et minora quinquatria, ſiue (ut Feſtꝰ appellat) quinquatrus minuſculæ, quæ Idibꝰ Iuniis à tibicinib. ꝓſonatis celebrabantur in honorem Mineruæ. Ouid. 6. Faſtorum.

Et iam quinquatrus iubeor narrare minores.
Nunc ades ô captis flaua Minerua meis.
Cur uagus incepit tota tibicen in urbe?
Quid ſibi perſonæ, quid toga longa uolunt?

Huc etiam ſpectare uidetur illud Plauti in Milite, Da quod dem quinquatribus, percantatrici, collectrici, &c. Sortitur aũt hoc nomen uarias declinationes. Nam modò per ſecundam modò per tertiã declinationem inflectitur: unde & duplex manſit ablatiuus, quinquatriis, & quinquatrib. Ci. Cęl. lib. 2. Ita tumultuoſæ conciones quinquatriis afferebantur. Iuuenalis ſatyr. 10. Incipit optare, & totis quinquatrib. optat.

Quinquatrus, per quartam declinationẽ, ſicut Idus, uum. Cic. Attic. lib. 9. Fuit enim pridie quinquatrus egregia tempeſtas qua ego illum uſum puto. Quin & Diomedes quinquatrias per primam inflectionem protulit.

Quinque, nomen numerale, & inuariabile, πέντε, Ouid. lib. 8. Metam. Quinq; ter implebat ulnas. A quo Quintus, a, um, πέμπτος. Quinus, a, um, Quinarius, a, um, Quinquies, πεντάκις, Quincũx, Quinquemeſtris, πενταμηνιαῖος, Quincupertitus, Quincuplex, πενταπλᾶς. Quindecim, Quinquaginta, Quingenti, Quinquageſimus: & huiuſmodi. Quinq; pedũ præſcriptio, interdicti genus eſt, ex Solonis legibus. XII. Tabulas translatum: quo cautum eſt ut qui arborem in agro ſuo ſereret quinque pedum interuallo à uicino abeſſet præter quàm in olea & ficu: in quibus, quod ſine inſigni nocumento aliis plantis admoueri non poſſint, ut quæ & latius ſpargant radices, & humorem abſumant, & ſuccum noxiũ affundant, nouem pedum requirit interuallum. Vide Caiũ, l. ult. Digeſt. Fin. regundi.

Quinquefolium, lii, n. ſ. Herba à numero foliorum nomen habens: unde etiam Græcis dicitur, πενταφύλλον, De qua Plin. lib. 25. cap. 6. & 9.

Quinquelibralis, quinquelibrale, quod eſt quinq; librarum: ut, Quinquelibrale pondus, apud Colum. lib. 3. cap. 15.

Quinquemeſtris, ſtre, Quod quinque menſium ætatem habet, πενταμηνιαῖος. Varro de Re ruſt. cap. 7, Quinquemeſtribus pullis factis.

Quinquẽnis, & hoc quinquẽne, Quinq; annos natus, πενταέτης. Plautus in Pœn. Duæ fuere filiæ, altera quinquennis, altera quadrimula.

Quinquennalis, quinquennale, om. t. Quod fit quinto quoq; anno, πενταετηρικός, ut Quinquennales ludi, apud Plin. lib. 4. cap. 5. Quinquennalis magiſtratus, qui quinq; annis continuis geritur. Liu. 4. ab urbe, Alios magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem Cenſuram grauem eſſe.

Quinquennium, nii, n. ſ. Spatium quinq; annorum πενταετία Cic. Legib. Bini ſunto, magiſtratum quinquenniũ habento.

Quinquepartitus, partita, partitum, penu. prod. Quod in quinque partes diuiſum eſt, πένταχα μεμερισμένον. Cicero 1. de Inuent. Quinque partitam igitur hoc pacto putant eſſe argumentationem.

Quinquepartitò, aduerb. πένταχα. Plin. lib. 25. cap. 6. Foliis per interualla quinquefolii, aut cannabis, per ambitum inciſis quinquepartitò, nigris & ipſis plumoſiſq;.

Quinqueremis, is, Nauis quinque remorum ordines habens, πεντήρης. Plin. de Vir. illuſt. Rhegium regreſſus, quinqueremẽ hoſtium copiis pedeſtribus cepit.

Quinqueuiri, Magiſtratus quinque capitum numerò conſtans: quorum officium ſiue dignitas Quinqueuiratus appellatur, πενταπρωτοί.

Quinquies, aduerbium, quinque uicibus, πεντάκις. Cic. 11. Philip. At hic me defendente quinquies abſolutus eſt. Quinquies millies, Plin. lib. 2. cap. 23.

Quinus, a, um, nomen diſtributiui numeri, à quinq; deductũ. Cicero 3. Verr. Nam quum à multis quaterna, etiam quina exigerentur, &c. Horat. lib. 1. Serm. ſatyr. 2. Quinas hic capiti mercedes exigit: atque Quanto perditior quiſque eſt, tanto acrius urget.

Quinquertium, rii, n. ſ. In ſacris certaminibus dicebatur quòd Græci ſua lingua πένταθλον, appellabãt: utroque nomine deducto à quinq; artium, ſeu certaminum generibus quibus, in ſacris Græcię ludis congrediebãtur ii quos à profeſſione Græci πενταθλητὰς, Latini quinquertiones appellabant: quòd ſcilicet, πορμῇ, δρόμῳ, ἅλματι, δίσκῳ, καὶ πάλῃ, hoc eſt, cæſtũ, curſu, ſaltu, diſco, & lucta certarent. Quibus omnib. ſiquis uicifſet, pancratiaſtes dicebatur. Periodo autem victores dicebantur qui quatuor Græciæ ludos obiiſſent, & ex iis omnibus victoriam reportaſſent. Vide de his plura in dictionibus Pancratium, & Pentathlon.

Quintana porra, **Quintanis**, uide Quintus.

Quintilis, lis, m. ſ. Menſis anni totius ſeptimus, olim Quintus, quum à Martio annum Romani auſpicarentur, unde & Quintilis primus dictus eſt, μεταγειτνιῶν, ἥλιος. Poſtea uerò in honorem Iulii Cæſaris Dictatoris, M. Antonio, M. filio Cõſule legẽ ferente, Iulius appellatus eſt, ut in uita Cæſaris refert Suetonius. Cicero Attico, li. 14. Si ergo eſt, uolo menſe Quintili in Græciam.

Quintus, a, um, Vltimus ex quinque, πέμπτος. Liu. 1. bel. Mace. Non quinto inde Menſe, quemadmodũ à Sagunto Annibal, ſed quinto inde die quàm ab Corintho ſoluerit naues, in Italiam perueniet. Quinta claſſis, in cenſu à Seruio Tullio deſcripto, ex triginta centuriis conſtabat nihil aliud quàm fundas, & lapides miſſiles ferentibus: ꝗbus adiuncti ſunt cornicines, tubicinesq; in tres cẽturias diſtributi, τὸ πέμπτον τίμημα. Cenſebatur autem hæc claſſis undecim millibus æris. Vide Liuium, lib. 1. ab Vrbe condita.

Quintò, & **Quintùm**, aduerbia, à nomine adiectiuo quintus deducta, quę eodẽ modo inter ſe differũt, ut ſuprà oſtendimus quartũ & quartò diſcrepare. Nam quintũ Cõſul eſſe dicitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui quatuor perfunctus Consulatibus, quintum iam gerit Consularum. Quintò autem Cõsul fuisse dicitur qui quinto anno post exactos Reges, institutumq; Cõsulatum, factus est Consul. Liu lib. 7. bel. Pun. Declarati Consules Quintus Fabius maximus quintum, & Quintus Fuluius quartum. Quintana porta, In castris dicebatur quæ post Prætorium erat ubi uænalium rerum forum solebat esse. Liu. lib. 1. Decade. 5. Prætorio deiecto, direptis quæ sibi fuerant, ad Quæstorium forum, Quintanamq; hostes peruenerunt.

Quintanis, aduerbum ea forma dictum qua alternis: ut Quintanis semitare, hoc est, post quintum quenq; palum semitã ducere. Pli. li. 17. cap. 22. Semper uerò quintanis semitari: hoc est, ut quinto quoq; palo singulæ iugo paginæ includãtur.

Quinus, uide Quinque.

Quipote, peault. correp. Id est, qui fieri potest, πῶς ἂν. Compositum à qui interrogatiuo, & adiectiuo potis, pote. Persius Satyr. 1. Et uerum, inquis amo, uerum mihi dicite de me, Quipote? uis dicamus, &c.

Quippe, Particula est qua rationem reddimus eius quod præcesserit, διὰ. Exponitur autem aliquando per utpote, præsertim subsequente relatiuo, siue id nomen sit, siue aduerbium. Cic. pro Roscio Amer. Conuiuia cum patre non inibat: quippe qui ne in oppidũ quidem nisi perraro ueniret. Verg. lib. 1. Georg. Iampridẽ nobis Cæsar te regia cæli Inuidet, atq; hominũ queritur curare triũphos, Quippe ubi fas uersum que nefas, &c. Interdum per etenim, siue nanque. Vergil. libro 2. Georg. Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras, Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt. Quippe solo natura subest. Interdum idem valet quod certè. Plaut. in Aul. Redi iã nũc intrò, atq; intus serua. S. Quippe nil egomus seruẽ

Quippini, Antiqui dicebãt p quidni, siue cur nõ πῶς δ' οὐ τί γάρ Menęch. Itan 'censes? Med. Quippinis.

Quis, qui, quæ, τίς, quod, uel quid, τί. quandoq; interrogatiuè ponitur. Cic. pro Marcel. Quis omnium doctior Aristotele? Verg. 1. Eclog. Sed quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi? Plaut. Quod facinus ausi tantum? Idem, Quid ad illas artes optes, si optio aduenîat tibi? Aliquando infinitè, τίς. Plin. Iunior in Epistol. Tum nescio quid mihi in aurem insusurrauit. Idem, Morbus nescio quis ante eam ætatem incognitus nostris. Cicero, Quum præcepta nescio quæ discipulis suis palàm tradidisset. Plaut. Nec mihi quod facinus conscirẽ, inueni. Sene. Paululũ nescio quid uisus est balbutire. Qui, quæ, quod, ὅς, ἥ, ὅ, relatiuè etiã ponuntur: quis uerò, & quid, nunquã. Qui, quæ, quod, relatiuè posita, quandoq; differentiunt à suo antecedente, & cũ sequẽti cõueniunt substantiuo Cic. Omnes tenues, sibi præsidiũ paratũ putant. Sallustius in Catil. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Verùm hæc quoniam uulgata sunt, & ad uocum significationem nihil attinent, pueris ex Syntaxi potius petenda relinquimus. Accipitur aliquando Quis, pro aliquis τίς. Sueto. In Claud. Si quem alium, & se liberum esse. Plin. Epist. 6. lib. 3. Nec uitia, si qua sunt, celant. Verùm hæc, aliaq; id genus composita potius censenda sunt, ut suis locis latius docebimus. Ponitur item quis, admirantis pro qualis, ποῖος. Verg. 6. Aeneid. Quis globus ô ciues. Olim tam fœmino, quàm masculino genere proferebatur. Plaut. in Aul. Dic mihi, si audes, quis ea est, quam uis ducere uxorẽ? Verg. 11. Aen. Qui cũ partiri curas, id est, cum qua. Loquitur enim de Acca, quæ erat una ex comitibus Camillæ. Quod autem adiectiuum est, ideò semper substantiuo iungitur: quid uerò substantiuum. Accipitur aliquando qui, quæ, quod, pro quantus, quanta, quantũ: sicut is, ea, id, pro tantus, tanta, tãtum. Quin. Hoc scisses pater, affirmo, promitto, (cuius pietatis es) nemo te anteceſſisset, id est, quantæ pietatis es, uel pro magnitudine tuæ pietatis. Huiusmodi autẽ orationes tribus efferimus modis: ut, Qua es humanitate, Cuius humanitatis es, & Quæ tua est humanitas. Idem cõtingit in p nomine Is: ut, Ea patris est lenitas: & Eius lenitatis, siue ea lenitate est pater. Inuenitur & quis, aut (ut nonnulli scribere malunt) queis in datiuo & ablatiuo pluralib. uerùm hoc à singulari nominatiuo tempore distinguitur: producitur enim, quum in nominatiuo corripiatur. Lucan. libro secundo Proh fata, quis ille, Quis fuit ille dies? Horat. in Serm. Queis humana sibi doluit natura negatis. Fit autem queis à singulari quo, sicut à domino dominis. Contrà ab ablatiuo qui, fit quibus, sicut à facili facilibus. Seruius in illud Vergilii 1. Aeneid. Queis ante ora patrum, &c. Quis, inquit, & Quibus secundũ artem dicimus. Ab eo enim quod est qui, in bus mittit: ab eo uerè quod est quo, in is. Sed à tertia declinatione in usu sunt datiuus & ablatiuus plurales: licet antiqui omnibus usi sint casibus. Deniq; Cato in Origin. Quesquium, declinauit: sicut puppes, puppium: Ques, inquines, sunt populi? Compposita à quis sunt, Siquis, Aliquis, Nequis, Quisquis, Quisq;, à quo, Vnusquisq;, Quisnam, Quispiam, Quisquam: de quibus partim iam egimus, partim suo loco dicturi sumus.

Quisnam, Interrogatiuum est, idem significans quod quis τίς ποτε. Nam enim syllabica est adiectio, nihil addens significationi. Terent. in And. Quisnam homo est? Aliquando infinitè ponitur. Plin. lib. 11. cap. 35. Delphini quonam modo audiant, mirum.

Quisquam & quispiam, idem quod aliquis, τίς. Quisquã olim tam masculino, quàm fœminino iungebatur. Terent. in Eunuch. Quandoquidem illarum neq; quisquam te nouit, neq; scit qui sies. Ibidem, hunc oculis suis Nostrarum nunquãm quisquam uidit. Verba sunt ancillæ Pythię Quisquam aliquando ponitur pro quiuis, siue quilibet, ὅστις. Cic. ad Terentiam, Nisi uos fortiores cognoscerem, quàm quenquàm uirum, hoc est, quemuis uirum.

Quisque, Vniuersale signum est, idem significans quod omnes: unoq; uerbo est contentum, ἕκας & ἕκαστος. Vergilius lib. 7. Aeneidos, Quisq; suos patimur manes. Iungitur autem eleganter cum superlatiuis, aut iis quæ superlatiui uim habẽt, qualia sunt numeralia ordinis, & eorum interrogatiuum quotus: uel cum positiuis, quæ superlatiua usitata non recipiũt. Cicero libro primo Academ. Quæst. Certè enim recentissima quæq; sunt correcta, & emendata maximè. Plautus in Pseud. Nam in foro uix est decimus quisq; qui seipsum nouerit. Cicero secundo Tusculanarum. Quo enim quæque euenîunt ut ab his sunt prædicta? Sic etiam dicimus, Eximius quisq;, Singularis quisq;. Vide de hoc Vallam libro primo Elegantiarum.

Quisquiliæ, liarum, f. p. purgamẽta terrarum, & quicquid ex arboribus surculorum, foliorumq; & florũ minutim decidit, περιψήματα, συρφετὸς. unde nomen uenit, uelut quicquid cadit, inquit Fest. Ob id Cæcilius Quisquilias uolantes, uenti spolia appellat. Cicero libro primo Epist. ad Att. homines nihili, & perditorum fæcẽ, per translationẽ quisquilias appellat. Idem pro Sestio, Omitto iam Numerium, Serranum, Aeliũ, quisquilias seditionis Clodianę. Antiqui hoc nomen etiam in numero singulari declinarunt, ut docet Fest. afferens testimonium ex Neuii Tegularia, Abi detur bate saxo, quisquilia, non homo.

Quisquilium, lii, κόκκος & Dios. Exiguus frutex ilicis, producens coccum, quod granum est ad tingendas uestes gratissimum, Plin. lib. 16. cap. 8. Omnes tamẽ has roboris dotes ilex solo prouocat cocco. Granum hoc, primoq; ceu scapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis, quisquilium uocant, pensionem alterum tributi Hispaniæ pauperibus donat. Hinc natum esse putat Ruellius, ut uestis coccina, literis per imperitiã interceptis, Scarlata uulgò hodie dicatur, p quisquiliata

Quisquis, Idem significat quod quicunq;, uel omnis qui: desyderatq; duo uerba, ὅστις. Plaut. in Stich. Quisquis præter eat, comesatum uolo uocari.

Quiuis, Idem est quod quilibet, quasi unus è multis. quem uelis, ὅστις, ὁστισοῦν. Cicero pro Quintio, Vtrunq; quiuis intelligere potuisset.

Quo, Accipitur pro quanto, habetq; sibi respondentem particulam hoc, uel eo, ᾗ, ὅσῳ. Cicero pro Roscio Comœd. Quo quisq; ingeniosior est, hoc docet laboriosius. Idem pro Quint. Quæ quo plura sunt, eo te meliore mente nostra audire oportet. Aliquando est aduerb. loci, ποῖ. Verg. libr. 1. Aen. Quoũe tenetis iter? id est, ad quem locum tenditis? Aliquando est coniunctio, idem uolens quod ut, ἵνα ὅστε. Plinius Iunior, Neq; id feci quo tibi molestus essem. Aliquando ponitur pro quare, inquit Donatus, διότι. Terentius in Andria, Quo æquior sum Pamphilo. Aliquando etiam accipitur quo, pro ad quid, uel in quem usum, εἰς τί. Horatius libro primo Epist. Quo mihi fortunam, si non conceditur uti? Id est, ad quid uultis mihi bona esse fortunæ? Hinc fiũt composita, usquequò, quoad, quo circa, quo usq;, quomodo: quoquomodo, quoquouersus, quoquam, quoque, aliquò, aliquoties.

Quoad, Idẽ quod donec, quãdiu, quousq;, μέχρι οὗ ἕως οὗ. Ex ad, & quo compositum, sed præpostero ordine, præpositione

tione postposita: quod & in hactenus & quatenus uidemus accidere: ut Quoad uiuam, eo tibi amicus. Sallust. Dummodo putetis uos tutos esse quoad reliqua multitudo aduenerit. id est, quousq; Cic. lib. 1. Offic. Tandiu autem uelle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit, id est, quàdiu. Nihil autem differunt hæc locutiones, quoad uiuam, & quoad moriar. Hæc enim quanuis contraria esse uideantur, idem tamen significant, quoniam duo tempora quum inter se opposita sunt, atq; ita cohærentia, ut alterius finis cum alterius initio misceatur, non refert utrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis, locus ipse confinis demonstretur. Potest etiam esse interrogatiuum, ἄχρι οὗ. Terent. in Phorm. Senem quoad expectatis uestrum? Item relatiuum: ut Quoad iussisti, parui. Cic. ad Treb. Itaq; ego quoad opinatus sum me in prouinciam exiturum, quæ tibi ultrò obtulerim meminisse te credo. Idem ad Attic. Quousq; inquies? quo ad erit integrum. Accipitur indefinitè. Cic. de Leg. Agrar. Videte quoad fecerit iter apertius quàm antea, id est, quanto apertius. Aliquando rei & ingenii facultatem, siue temporis commoditatem significat. ἐφ' ὅσον. ut apud Ciceronem in Lælio, Vt quoad possem, & liceret, ab eius latere nunquam discederem, id est, quantum, uel quatenus. Quoad eius, Vna dictio idem ualens quod quatenus, inquãtum, uel quo ad: nam particula eius, parcleon est, ἐκ τῶν προκειμένων. Cic. Appio, Si ad eam quoad eius facere possis, quã expeditissimã mihi trades. Idem, Elaboro quoad eius facere possum, ut consilia hostium intelligam, ὡς ἐδιήκεσθαι μάλιστα. Quoadusque, eiusdẽ significationis est cũ donec, uel quousq; κατ' ὅσον ἄν. Accius, Nihil te impedio quoadusq; rem peragas.

Quoaxare, uide Coaxare.

Quocirca, coniunctio rationalis est, idem ualens quod qua propter, quamobrem, ideò, uel igitur διὸ, παρὸ ὃ. Cic. in Cato ne maiore, Quocirca si sapientiam meam admirari soletis, quæ utinam digna esset, &c.

Quod, nomen adiectiuum est, quod potest capi relatiuè, interrogatiuè, & infinitè, ut satis fusè suprà ostendimus in dictione quis, & qui, ὅ. Ponitur aliquando in oratione, sine manifesta dictione regente, subaudita Præpositione ob, uel propter. Terent. in Hecyra, Nam (ita me ament dii) quod me accusat nunc uir, sum extra noxiam. Plaut. in Epidico, Animum aduorte, ut quod ego ad te uenio, intelligas. Ponitur aliquando pro quantum. Cic. pro Rosc. Amer. Qui omnes quod ad me attinet, uellem uiuerent. Aliquando in oratione pro quadam continuatione, siue connexione accipitur, quoties utinam adiunctum habet. Cic. Terentiæ, Quum ad nos scribo, aut uestra lego, conficior lacrymis sic ut ferre non possim: quod utinam minus uitæ cupidus fuissem, certè nihil, aut non multùm in uita mali uidissemus. Aliquando pro in quo. Idẽ, Sed si quid sit quod mea opera opus siet, &c. Aliquando pro quicquid. Cic. pro Domo sua, Ornamentorũ quod superfuit in fanis, & communibus locis, tota è Græcia fanè frugaliter, domum suam deportauit. Quod idem, sæpe ponitur pro id q, siue quod ipsum aut quod etiam. Cic. de Aruisp. respon. Quod idem in iudicio capitis durum, atq; iniquum est. Idem pro Domo sua, Senatus quoties de me consultus est, toties legem nullam esse iudicauit. Quod idem tu Lentule uidisti in ea lege quam de me tulisti. Aliquando uerò est coniunctio causalis, idem ualens quod quia, ὅτι. ut, Quòd scribas, lætor. Et, Non castigo te, quòd odio habeam, sed quòd meliorem efficiam. Vbi enim potest esse quòd, ibi etiam quia: & ubi potest esse ut, ibi potest esse quo, & econtrario: ut, Non te castigo quia odio habeam, sed ut meliorem efficiam. Quandoq; ponitur pro sed, & in principio clausulæ locari solet, καίτοι cum subiunctio. Cicero, Quod si quis à me huius consilii mei causam quærat, ira respondeo. Quũ autem quod pro sed ponitur, ferè cum si, nisi, quum, quia, aut quoniam iungitur: & dicimus Quòd si, Quòd nisi, Quod quum, Quòd quia, Quòd quoniam. Testimonia passim studioso obuia fient. Ponitur aliquando pro cur, siue quamobrem. Verg. 3. Ecloga. Si ad uitulam spectes, nihil est quod pocula laudes. Cic. ad Teren. In uiam quòd te des hoc tempore, nihil est. Aliquando præcedentis uerbi significationem determinat. Cicero in Sallust. Credo quod non omnes tui similes incolumes in urbe inuenissem. Ponitur aliquando pro ut, inquit Donatus. Terentius in Phorm. Vin' primũ hodie facere quod ego gaudeam Naufilitrata, quòd tuo uiro oculi doleant? Quo iure, quaque iniuria, Prouerbiale est quasi per fas, & nefas, uelis nolis, δικαίως καὶ ἀδίκως. Terentius in Andria. Quo iure, quaque iniuria, præcipitem me in pistrinum dabit.

Quodammodo, aduerbium est, Idem significans quod aliquo pacto: quod barbarè dicitur Aliqualiter. Cic. de Amic. Quippe quum propter uirtutem & probitatem, eos etiam, quos nunquam uidimus quodammodo diligamus.

Quodcunque, Idem ualet quod omne quod; duoq; exigit uerba, ὅ, τι. Cic. contra Rullum, Non omnia quæcunq; loquitur, ad artem sunt reuocanda. Aliquando accipitur pro quantumcunq;. Cicero Bruto. Quodcunq; militum contrahere poteris, contrahe.

Quominus, Significat ut non, μὴ ὄχι. Cic. lib. 1. Epist. Nemo est qui nesciat, quo minus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum.

Quomodo, Siue una sit dictio composita, siue duæ diuisæ dictiones, interrogatiua particula est, siue admiratiua, idem ualens quod Vt, quo pacto, qua uia, qua ratione, πῶς, τίνι τρόπῳ. Cicero ad Attic. libro 10. Tulliæ nostræ mirifica uirtus: quomodo fert publicam cladem? quomodo domesticas tricas? Accipitur & relatiuè. Idem de Aruisp. respon. Er sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis confixum Senatusconsultis. Aliquando & indefinite. Cicero Lentulo. Hæc negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem narrare audeo. Componitur nonnunquam quo modo cum nam, & dicimus, quomodonam. Cicero ad Q. Frat. libro secundo. Quomodonam mi frater, de nostris uersibus Cæsar?

Quomodocunque, id est, qualicunque ratione, utcunque, qualitercunque, quoquo pacto. Plautus in Pœnulo. Sed tamen quomodocunque, quanquam sumus pauperculi, est domi quod edimus.

Quonam, aduerb. ad locum, ποῖ. Plaut. Trin. eamus intrò, sequere. S. quò tu te agis? C. quonam, nisi domum? Cic. Att. lib. 8. Eum si nunc sequor, quonam?

Quonam ablatiuus à quinam, iungitur ablatiuo modo: estq; tanquam una dictio uicè aduerbii posita: & modò interrogatiuè accipitur. Cicero secundo de Finibus. Quonam (inquit) modo? quia, &c., Modò indefinitè. Idem libro 4. de Finib. Admirantes quæramus ab utraque, quonam modo uitam agere possimus.

Quondam, aduerbium temporis, idem ualens quod olim, πάλαι. Et modò præteritum tempus denotat. Cicero 2. Inuent. Crotoniatæ quondam, quum florerent omnibus copiis. Idem, Fuit ista quondam in hac Republica uirtus. Modò futurum, ἀσαῶθις, Verg. Quondam tua dicere facta Tempus erit. Modò præsens. Idem 2. Aeneidos. Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Ponitur quandoque pro semper. Idem, Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis.

Quoniam, Coniunctio causalis, πάρ' ὅ, ὅτι. Terentius in Andria Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me. Potest esse subcontinuatiua, ἐπεί. Cicero pro Planc. Quoniam tu ita uis, me nimium gratum esse concedam. Interdum autore Festo, significat postquàm. Plautus in Asin. Quid nũc quoniam ambo, ut est lubitum, nos delusistis, datisne argentum?

Quoquam, Significat aliquò, id est, ad aliquam partem locumue, ποῖ. Cic. 4. Verr. O Verrea preclara, quoquam si accessisti, quò non attuleris tecum istum diem.

Quoque, Coniunctio copulatiua, postpositiui ordinis, idẽ significans quod etiam, καί. Senec. Tu quoque simili modo exercere te debes. Aliquando pro similiter. ὁμοίως. Vergil. in Daph. damnabis tu quoq; uotis. Huic particulæ quoq; aliquando iungitur etiam, Terent. in Hecyr. Ego quoq; hoc etiam credidi aliquando. Plin. lib. 8. cap. 16. Sunt uerò & fortuita eorum quoq; clementiæ exempla.

Quoquouersus, uel quoquouersum, aduerb. ad locum, significans uersus omnes partes, siue uersus quemcunq; locũ, πάντη, πάντως. Cæsar in Comment. Eius imperio classem quoquouersum dimittit. Col. lib. 2. cap. 5. In plano pedes interualli quoquouersus octo.

Quoquo, aduerb. loci, significans ad quemcunq; locum, πρὸς ὅστις. Plaut. in Merc. Mensæ mihi illam quærere quoquo hinc abducta est gentium. Est etiam quoquo ablatiuus à quisquis. Cic. ad Att. lib. 9. Confido igitur aduentum nostrũ illi quoquo tempore fuerit, ut scribis, ἀσμένιστον fore. Hinc fit compositum quoquo modo, idem significans quod quali

tercunq;. Cic. ad Acil. 13. Epiſt. Quoquomodo autem ſe res habeat, peto à te ut eum expedias.

Quorſum, Verſus quem locum, quaſi quò uerſum, ποῖ. Et modò interrogatiuè accipitur: ut, Quorſum inſtituiſti iter? Modò relatiuè: ut, Meridiē uerſus curſum tenetis, quorſum & nos. Modò indefinitè: ut, Neſcio quorſum eam. Teren. in Eunuch Ego neſcio hercle neq; unde eam, neq; quorſum eā. Idem ibidem per translationem dixit, Neſciebam quorſum tu ires. hoc eſt, quid tuis uerbis uelles, quò tenderes. Idem in Adel. Quorſum iſtuc? id eſt quod uulgò dicitur, ad quod propoſitum? Dicimus & quorſus. Cic. de Clar. Orat. Quorſus inquam iſtuc? non enim intelligo.

Quot, nomen numerale, aut potius numeri cardinalis interrogatiuum: quod tam relatiuè & infinitè, quàm interrogatiuè accipi poteſt, πόσοι. ut Quod nūmi tibi ſunt? Scio quot numos habes. Habeo tot quot tu. Plaut. in Rud. quot ſunt? S. Totidem quot tu & ego ſumus.

Quotannis, Singulis annis, ὀϛέτησ. Plaut. in Epid. Quid iſtæ quæ quotannis inuenūt nomina nouæ? Ci. 4. Ver. Quod omnes Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt Sic. 2. de Fin. Col. lib. 5. cap. 9. Omnis deinde ſoboles quæ ex uno ſtirpe nata eſt, quotannis extirpanda eſt.

Quotennis, Aetatis interrogatiuum eſt, ſignificās quot annorum, ἀμφὶ πόσα ἔτη. Accipitur tamen & relatiuè. Habet autem antecedentia nomina numeralia, uel compoſita ex numeralibus & anno: ut anniculus, biennis, triennis: ut Tu es biennis, quotennis ille.

Quotenus, pen cor. interrogatiuum eſt numeri diſtributiui, teſte Priſciano, ποσᾶσος. ut Quotenis bobus arat? binis, ternis. Accipitur & indefinitè. Cic. Attic. In ripa neſcio quo tenorum iugerum.

Quotidie, Idem quod ſingulis diebus: à quotus & dies cō poſitum, ut nonnulli putant, ἑσπμέρα. Sunt qui ſcribant cotidie per ſecundam conſonantem: itaque olim ſcribi ſolitū eſſe oſtendit Quintil. libro 1. Inſtit. quum ait fuiſſe quoſdam qui quotidie ſcribendum præciperent, quòd compoſitum uideatur à quotus, uel quor, & dies: uerùm ratione in hanc frigidam eſſe dicit, & etiam ſuo tempore inter ineptias euanuiſſe.

Quotidianus, a, um, uel Cotidianus, Quod quotidie fit. Plaut. in Merc. Quæq; habeat quotidianum familiæ coctum cibū. Cic. 2. de Diuin. Quia ſunt hæc quotidiana, angues non itē, Per trāslationem quotidianus accipitur pro uulgari. Teren. Eunu. Tædet harum quotidianarum formarum.

Quoties, ſiue Quotiens (nam utroq; modo ſcribitur) interrogatiuum eſt numeri aduerbialis, ſignificans quot uicibus, ποσάκις. Plaut. Cur. Quotiens dicendum eſt? Cic. 4. Ver. Verùm quoties, et quot nominibus auferes? Idem in Catil. Quotiens iam, quotiens tibi exorta eſt ſica iſta de manibus? Accipitur & relatiuè habetq; antecedens toties. Ci. de Orat. Toties, quoties præſcribitur.

Quotieſcunq;, Quotcūq; uicibus, ὁσάκις. Cic pro Cluen. Quotieſcunq; dico, toties uideor mihi in iudicium uenire.

Quōtquot, quotcunq;, quotlibet, Quantūuis multi, ὅσοι. ὅτι Brutus Ciceroni, Peream, ſi te omnes, quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. Idem 2. de Inuent. Si duæ leges, ſi plures aut quotquot erunt.

Quotuplex, plicis, interrogatiuum ſignificans quot generum, quot ſpecierum, uel quot modorum, ποσαπλᾶς. ut ſiquis quærat quotuplex ſit animæ facultas.

Quotuplus, a, um, interrogatiuum eſt numeri multiplicatiui, ποσαπλάσιος. Quotuplum reddit ager? Accipitur & relatiuè, ut Centuplum Aegyptii reddunt agri, Quotuplum uix noſtri.

Quotus, a um, interrogatiuum eſt numeri ordinalis, πόσος. Horat. 2. Serm. Sat. 6. Hora quota eſt? Accipitur aliquando pro quot. Mart. Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec ullum Addideris uerbū, menſa parata tibi eſt, id eſt, quot eſtis? ſeu quot tecum habes? Eleganter autem adiunctam habet particulam quiſq;. Cic. 1. de Nat. deor. Quotus enim quiſq; formoſus eſt? id eſt, quot ſunt formoſi? quaſi dicat, pauciſſimi Quandoq; ſignificat continuam quantitatem, & ponitur pro quantus. Iuuen. Quota portio facit Achęę. hoc eſt, quantilla portio. quaſi dicat, minima.

Quotuſquiſq;. In ſingulari, idem ſignificat quod nomen numerale quot, πόσοι. ut quotuſquiſq; eſt qui aliter ſentiat? Et eſt uetus, elegans ſq; locutio per interrogationem, & ad pauci tatem refertur: ut, quotuſquiſq; ſtudet? id eſt, quot ſtudent hoc eſt, quàm pauci ſunt qui ſtudeant? Cic. pro Planc. Quotuſquiſq; iuriſperitus eſt? quotuſquiſq; diſertus eſt? Reſtius tamen quotuſquiſq; ſcribendum uidetur, diuiſis dictionib. Sæpe enim particulam inuenimus inter utranq; intercedentem Cic. 3. de Orat. Quotus enim quiſq; eſt qui teneat artem numerorum, ac modorum? Idem lib. 2. de Diuin. Quota enim quæq; res euenit prædicta ab his?

Quouis, aduerbium ad locum, idem quod quolibet: ut apud Teren. in Heaut. Imò potius abeat quouis gentiū, Quā hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.

Quouſque, Quādiu, ad quod uſq; tempus, μέχρι τίνος, μέχρι πού. Cic. Att. lib. 1 Quouſque, inquit, hunc regem feremus? Idem de Som. Scip. Quouſq; humi defixa erit tua mens? Interdum idem ualet quod ad quem uſq; locum: ut, Quouſq; Cæſari obuiam progreſſus es?

Quum, aduerb. temporis eſt, Idem ſignificans quod quādo πότε. Cic. de Inuent. Fuit quoddam tempus, quum in agris paſſim homines beſtiarum more uagabantur. Iocus in Som. Quum in Aphricam uenīſſem. Aliquando caſualis coniunctio, ualens quoniam. Salluſt. in Cic. Sed quum in te modeſtiam nullam animaduerto, reſpondebo tibi. Interdum aduerſatiua. Idem ualens quod quamuis. Cic. 15. lib. Epiſt. Ego quum antea ſtudioſè commendabam Marcilium, tum multò nunc ſtudioſius. De orthographia huius dictionis uariæ ſunt opiniones. Sunt enim qui perpetuò ſcribant per c, ſiue aduerbium ſit, ſiue coniunctio, aut etiam præpoſitio: ſolaſq; accērus nota ſuperpoſita, aduerbium, coniunctionemq; à præpoſitione diſtinguunt. Victorinus autem in orthographiæ præceptis, Quum temporis aduerbium, per q & u ſine unum, ſiue duo, ut uſum fuerit, ſcribendum aſſerit. Quint. lib. 1. ca. 15. de Orthographia autor eſt, à multis hanc differentiam fuiſſe obſeruatam, ut pro aduerbio temporis ſcriberent quom, per quartam uocalem: pro coniunctione autem cauſali, quum per q. & geminum u u: pro præpoſitione uerò, cum, per ſecundam conſonantem. Verba Quintiliani ſunt hæc: Illa quoque ſeruata eſt à multis differentia, ut Ad, quū eſſet præpoſitio, d literam: quum autem coniunctio, c acciperet. Item cum, ſi tempus ſignificaret, per quom: ſi comitem, per cum: ſi uerò cauſam, per q, ac duas ſequentes u u, ſcriberetur.

Quum primum, Duæ partes ſunt, duo exigentes uerba, ἅπαξ τάχιστα. Idē enim ualent quod Vbi primùm, uel Quando primū fieri potuerit. Ver. Eclog. 7. Quū primùm paſti repetent præſepia tauri. Siqua tui Corydonis habet te cura, uenito.



Litera ſemiuocalis eſt, & liquida, quæ poſt mutā in eadem ſyllaba poſita, præcedentem ſyllabam ſi natura breuis ſit, modò longā, modò breuem facit: ut Ouidius in dictione patrē, exemplū poſuit, Iam patrem, famulosq; patris, lucēq; timebam, ubi pa, ſyllaba & producitur, & corripitur. In Græcarum dictionum initio recipit aſpirationem: ut, Radamanthus, Rhea, & huiuſmodi. Conuertiturq; nonnunquā in l: ut, intelligo, pro interlego. Pelluceo, pro perluceo In ſimplicibus, ut niger nigellus: Vmbra, umbilla. In s, ut Arbos, pro arbor, Odos, pro odor. Aliquando in duo ſſ, ut Vro, uſſi: gero geſſi. In u, conſonantem: ut, Sero, ſeui: Tero, triui. In n, ut Aeneus, pro æreus. Perſius Literam caninam appellat, quod tremula linguę uibration, canum, quum ringuntur, ſonum imitari uideatur. Proferrur enim concitatius, lingua ad palatum iuxta dētes exerta, & ſumma ſui parte ſpiritum eliſum uibrante, ictu quodam tremulo, tamq; honorifico ſono auditū exaſperans, q̄ l, eundem ſoni dulcedine blandiens demulcet. Auget ſonū & minuit eadem ratione, ſicut de aliis ſui ſimilibus dictum eſt. In fine dictionis corripitur, præterq; in monoſyllabis quibuſdam, ut cur, fur, lar, nar, uer, par, cum compoſitis quę producuntur. Similiter quæ in er, ueniunt à Græco in ηρ aēr, crater, æther, character, producuntur præter pater & mater, licet à Græcis, in ηρ ueniant. R. C. In notis antiquorum Romana ciuitas. R. D. Regis domus.

Rabies, iei, A rapio, morbus canum, quū ueluti furore quodam acti, huc atq; illuc rapiuntur, nec ullum quietis locum inueniunt, λύσσα. Alii Rabiem, quaſi rauiem dici putant, à raucitate uocis, qua canes præ ardore infeſtantur. Plin. lib. 29. cap. 5. Multò tamen utiliſſimè ēois, qui in rabie momorderit, datur. Ouid. lib. 14. Metamor. Strataq; canum rabies, ſubiecta terga ferarum, &c. Ponitur & pro furore, & ad homines transfertur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

transfertur. Cic. in Salluſt. Neq; eos exiſtimet ſine rabie quic quàm fortiter facere poſſe. Idem 5. Tuſc. Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi in canem eſſe conuerſam. Horat. in Arte, Archilochum proprio rabies armauit iambo. Lucr. lib. 5. licet diſcedere Cæſar A rabie ſcelerum.

Rabia, æ, f. p. Antiqui dixerunt, quam nunc rabiem dicimus: ut annotauit Nonius, citans Cælium in Hypobolimæo, Aſt rabia rabere ſe ait.

Rabioſus, a, um, Propriè de canibus dicitur qui rabie laborant: & de aliis animalibus, qui ex canis morſu rabiem contraxerunt, λυσώδης, ὑδροφοβος. Plin lib. 29. Datur morſis à cane rabioſo, ne rabidi fiant. Per translationem item rabioſus dicitur, qui ira præceps fertur, ita ut rabie agitati uideatur. Cic. 4. Tuſc. Vide ne fortitudo minimè ſit rabioſa, ſitq; iracundia tota plena lenitatis.

Rabioſè, aduerbium, hoc eſt, iracundè, & in modũ rabie correpti. Cic. 4. Tuſc. Nihil ne in ipſa quidem pugna iracundè rabioſeũe fecerunt.

Rabioſulus, diminutiuum. Cic. Trebatio lib. 7. Epiſt. Primas illas rabioſulas fat fatuas dediſti.

Rabidus, da, dum, Propriè qui rabie laborat, λυσῶν. Plinius libro 29. capite 5. In canis rabidi morſu tuetur à pauore aquæ capitis canini cinis illitus uulneri. Per transiationem tamen rabidum accipimus pro eo qui ſupra modum ira incandeſcit quiue alia de cauſa furibundo potius quàm ſanæ mentis homini ſimili eſt. Autor ad Herennium libro primo Iſte aſpectu rabido circunſpectans huc atq; illuc. Idem in Arato, Vel toto ſpirans rabido de corpore flammam. Idem lib. 7. Metamorphoſ. Cerberum attraxit, rabida qui concitus ira Impleuit pariter ternis latratibus auras. Vergilius libro 6. Aeneidos. Vt primùm ceſſit furor, & rabida ora quierunt. Idem libro 2. Georgic. At rabidæ tigres abſunt, & ſæua leonum Semina.

Rabidè, aduerb. Cic. 5. Tuſc. Quid uerò illum quem libidinib⁹ inflammarum, ac furentem uidemus, omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate?

Rabio, bis, bire, n. q. Nimia ira, & quaſi rabie agitor, λυσάω. Varro, Quid eſt, quod latres? quid rabis? quid uis? Nonius tamẽ in loco Varronis iam citato, rabis eſſe exiſtimat à rabo, tertiæ coniugationis uerbo: quo & Cælium uſus oſtendit in Hypobolimæo, Aſt rabia rabere ſeſe ait.

Rabonem, pro arrabone dici quidam putauerũt, atq; adeò tanquam minimè negligendam, hunc in locum retulerunt: citantes locum Plauti ex Truc. tene hoc tibi: rabonem habeto, Vt mecum hac nocte ſies. Hi tamen ſi Plauti locum paulò diligentius expendiſſent, animaduertiſſent ſanè, Poëtam ſuo more iocari, uulgiq; barbariſmum irridere, qui πέζιν κολοβὸν καὶ ἀκέφαλον pro integra uſurpabant, Præneſtinos imitati, qui coniam dicebant pro ciconia. Sed hæc quo manifeſtiora ſint, uerba Poëtæ adſcribamus. STRA. tene hoc tibi, rabonem habeto, Vt mecum hac nocte ſies. ASTPH peri, rabonem quam eſſe dicam Hanc beluam? quin tu arrhabonem dicis? STR ita facio lucri, Vt Præneſtinis conia eſt ciconia.

Răbŭlă, æ, m. p. Is dicebatur (inquit Nonius) quem nunc aduocatum, uel patronum cauſarum dicimus: ſiue à rabie ut eidem Nonio placet: ſiue raui, id eſt, raucitate, ut is ſit rabula qui in negotiis agendis acer eſt, & rabioſus, quiq; (ut ait Feſtus) in multis intentus eſt negotiis, paratusq; ad radendum quid, Auferendumq;. Hæc Feſtus, δικόλογος. Alii rabulam dictum malunt à radendis auribus. Nam ut fando fabula, à nando nabula: ita, à radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto, quàm quòd radant, id eſt, offendant aures, (ut ait Quintilianus) nimia uerboſitate feriant, quaſi ab inſtrumento illo nuncupati quod rabula commodius quàm radula uocari poſſit. Cic. in Orat. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum et perfectiſſimum quærimus Oratorẽ. Idem. Quaſi rabulæ qui ſibi diſerti non uidentur, niſi omnia tumultu & uociferatione concuſſerint Idem 1. de Orat. Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus.

Racemaria, Cadmiæ ſpecies apud Dioſc. lib. 5. cap. 71.

Racemus, mi, pen. prod. Pars botryonis, ſiue potius ipſe botryon, qui & botrys more Græco, & botrus noſtris dicitur, hoc eſt, integra una ex multis conſtans acinis, βότρυς. Verg. lib. 2. Geor. tumidis bumaſte racemis. Hor. 2. Carm. Ode 5. iã nibi liuidos Diſtinguet autumnus racemos Purpureo uarius colore. Verg. tamen lib. 2. Georg aperè racemos diſtinguit ab uuis, quum ait, Et turpes auibus prædam fert uua racemos Quo tamen in loco Vuam nonnulli figuratè pro ipſa uite poſitam interpretantur. Dicitur item Racemus de aliis fructibus, qui uuæ in modum ex pluribus acinis ſunt conglobati. Plin. lib. 16. cap. 34. de hedera, Aliis denſus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis.

Racemifer, a, um, Quod racemos fert, βοτρυφόρος. ut, Vuæ racemiferæ. Ouid. 3. Metam. Ipſe racemiferis frontem circunda tus uuis, Pampineis agitat uelatam frondibus haſtam. Bacchus racemifer. Ouidius 15. Metamor. Victa racemifero lyncas dedit India Baccho.

Racemoſus, a, um, Quod eſt racemis plenum, βοτρυώδης Plinius, Hederæ modo racemoſa eſt.

Racematus, a, um. Quod acinos habet, ſiue baccas, aut etiam grana racemi modo diſpoſita, βοτρυοειδὴς. Plin. lib. 18. ca. 7. de Panico, Paruis racemato paniculis.

Racemarius, m. ſ. malleolus dicitur, ex quo pampini pullulant, uel ſteriles, uel certè minus feraces, ut inquit Columel. lib. 3. cap. 18. Nec dubium quin gemmæ cacumini proximæ, quæ ſunt infœcundæ, in eo relinquantur: ex quibus palmites pullulant uel ſteriles, uel certè minus feraces quos ruſtici uocãt racemarios.

Racematio, onis, f. t. Collectio racemorum qui à uindemiatoribus ſunt præteriti, βοτρυολογία. ſicut meſſibus peractis, quod ſupereſt, ſpecilegium dicitur.

Racha, ῥαχὰ, Nomen Hebræũ eſt (inquit Hieronymus) quod idem eſt quod κενὸς, id eſt, inanis, aut uacuus, quẽ nos poſſumus uulgata iniuria, abſq; cerebro nuncupare. Quidã etymologiã huius nominis de Græco trahere uoluerunt, putantes dici pannoſum, Græcè enim pannus ῥάκος dicitur. Sed nos huius uerbi proprietatem ſubtilius perſpicientes, nihil intelligimus aliud eſſe Racha, niſi uocem incognitã, irati animi commotionem ſignificantis: quales ſunt inrectiones apud Grammaticos: ſicut à dolente Heu, ab iraſcente Hem, & eiuſmodi. Auguſtinus in Matthæum, Racha uox indignantis animi motum ſignificans.

Racoſis, multa ſeroti extenſio.

Radicitus, Radico, Radicula, uide Radix.

Radiolus, id eſt, ſerpilla quo utuntur uulnerati. Eſt in tralatione Barbari apud Dioſc. lib. 1. cap. 105.

Radius, dii, Splendor à ſole emicans, ἀκτὶν. Varro, O ſumme ſol, qui totam hanc mundi compagem tuis radiis illuſtras. Cic. 5. de Finibus Ita enim parnæ & exiguæ iſtæ acceſſiones bonorum, ut quemadmodum ſtellæ in radio ſolis, ſic iſtæ in uirtutum ſplendore ne cernantur quidem. Ouid. lib. 2. Metamor. Tum primùm radiis gelidi caluere Triones. Transfertur & ad fulgorem oculorum. Plin. Cuius ex oculis radii nocte micantes cernuntur. Gel. lib. 5. cap. 16. Stoici cauſas eſſe uidendi dicunt radiorum ex oculis in ea quo uideri queunt, emiſſionem. Item radius dicitur uirga qua Geometræ lineas indicant. Verg. 3. Eclog. Deſcripſit ratio totum qui gentib. orbem. Inuenta autem eſt hæc ars, tempore quo Nilus plus quo creſcens, confudit terminos poſſeſſionum. Ad quos innouandos adhibiti ſunt philoſophi, qui lineis diuiſerunt agros. Inde Geometria à terræ potiſſimùm dimenſione dicta eſt: quanuis non tantùm terræ, ſed etiam maris, & cæli, & aëris ſpatia ea metiri conſueuerint. Item rectoris inſtrumentum quo ſubtegmen ſtamini inſeritur, radius appellatur, κερκὶς, πλοῖον Vergilius 9. Aeneid. Excuſi manibus radii, revolutaq; penſa. Radii quoq; in rotis dicuntur, qui hinc centro, illinc canthis inſeruntur. Græcè κνῆμαι dicuntur. Verg. 1. Geor. Hinc radios triuere roris. Inſtrumentum etiã quo raduntur menſuræ, radius uocatur, quod alio nomine hoſtorium nominant. Plaut. Dii deæq; omnes tanram nobis lætitiam, tot gaudia, ſine radio cumulent. Radii item dicuntur oliuæ oblongæ. Verg. lib. 2. Georg. Nec pingues unam in faciem naſcuntur oliuæ Orchites, & radii, & amara pauſia baccha. Hos & radiolos nominat Col. 12. cap. 47. Albam (inquit) pauſiam, uel orchitem, uel radiolum, &c. Eſt & radius paſtinacæ piſci pro telo. Plinius lib. 9. cap. 42. Paſtinaca latrocinatur ex occulto tranſeuntes radio (quod telum ei eſt) figens. Radius item à rei Anatomicæ peritis dicitur minus brachii os, inter cubiti curuaturam & carpum ſitum, maioriſq; oſſi quod cubitũ appellant, ſuperincumbens κερκὶς.

Radio, as, are, n. p. Radios emittere, fulgere, ἀκτινοβολέω, λάμπω. Ouid. lib. 2. Metam. Argenti bifores radiabant lumina

ualuæ. Col. lib. 10. Nec tam nubifugo Borea Latonia phœbe Purpureo radiat uultu. Mart. lib 8. Vera minus flauo radiant electra metallo. Propert. lib. 4. Eleg. 1. Nec rudis infestis miles radiabat in armis. Ouidius lib. 3. Amor. Eleg. 3. Argutos habuit: radiant ut sydus ocelli, Per quos mentira est perfida sæpe mihi.

Radior, aris. Ouid. lib. 4 de Pont. Eleg. 4. Scuta sed & galeæ gemmis radientur, & auro.

Radians, tis, participium. Verg. 6. Aen. Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.

Radiatus, adiectiuum, Quod radios habet, aut emittit. Cic. 4. Acad. Solis autem magnitudo, (ipse etiam hic radiatus me intueri uidetur) admonet, &c. Radiata rota. Varr. 3. de Re rust. ca. 5. In insula est columnella, in qua intus axis, qui pro mensa sustinet rotam radiatam, ita ut ad extremum ubi orbile solet esse acutum, tabula cauata sit.

Radiatio, onis, s. t. Radiorum eiaculatio, splendor, Verbale, ἀκτινοβολία. Plin. lib. 36. cap. 5. Hecate Ephesi in templo Dianæ post ædem, in cuius contemplatione admonent æditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio est.

Radiosus, adiect. Quod multos emittit radior. Plautus. in Stic. Post quàm missisti ad portum cum lucu simul, Commodũ radiosus ecce sol superabat ex mari.

Radix, cis, f. t. Ima pars plantæ, qua alimentum attrahit ῥίζα. Ci. 5. de Fin. Videm' ea quæ terra gignit, corticibus & radicib. ualde seruari. Verg. lib. 2. Georg. pullulant ab radice aliis densissima sylua, Vt cerasis, ulmisq;, &c. Idem lib. 3. Aen. Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos Vellitur, &c. Plinius, Quum pali defixi radices cepissent. Radices montis dicuntur imæ partes montis: similitudine sumpta à plantis quarũ radices infimæ sunt. Cæsar lib. 1. bel. Ciu. Ab infimis radicib. montis intermissis circiter passibus quadringentis, castra facere constituit. Idem 7. bel. Gal. Erat è regione oppidi collis sub ipsis radicibus montis egregiè munitus. In radice Palatii id est, in ima parte Palatii. Cicero antequàm iret in exil. Cuius templum à Romulo uictis Sabinis in Palatii radice cum uictoria, est collocatum. Agere radices, ῥιζοβολέω, est radices emittere. Et per translationem, pro stabilire, & firmitatem acquirere. Cicero libro 2. Offic. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Defixum radicibus. Cicero 4. Philip. Virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla ui labefactari potest.

Radicula, læ, f. p. Parua radix, ῥίζιον. Colum. lib. 5. cap. 15. Idq; Pœnus autor probat, uinacea permista stercori, depositis seminibus, in scrobem utes mouere, quòd illa prouocent, & alliciant nouas radiculas. Radicula etiam uocatur herba, succum habens lauandis lanis, & ab œsypo repurgandis accommodatissimum: quam ob id Lanariam Latini appellant. Dioscor. σμῆγμα dicitur. De hac Plinius libro 19. capite tertio.

Radicitus, pen. cor. aduerbium, Significans à radice, uel usq; ad radicem, uel unà cum radice, ῥιζόθεν, ἀπὸ βάθρων. Plinius libro 18. capite 26. Herbas malas radicitus erui. Per translationem accipitur pro penitus, siue omnino, πάντως. Plautus in Mostel. Nam omnia malefacta uestra reperi radicitus. Catul. Argon. Non acritas atq; ille tulit radicitus altas Fagos. Propertius libro tertio Eleg. 7. Huic fluctus uino radicitus absulit ungues. Cicero libro 1. de Finibus An potest cupiditas finiri? tollenda est, atque extrahenda radicitus. Idem pro domo sua, Videsne me nõ radicitus euellere omnes actiones tuas?

Radico, as, a. p. penult. prod. siue Radicor, caris, Radices ago, radices emitto, ῥιζόω. Plin. lib. 18. cap. 7. Frumenta multis radicantur fibris. Idem lib. 19. cap. 6 Scilla autem & bulbi, & cepe, & allium nonnisi in rectum radicantur. Hinc componitur eradico quod est usq; ad radices, uel unà cum radicibus euello.

Radicatus, a, um. participium, Quod iam radices egit. Colum. de Arboribus, capite 20. Arbores radicata semina Autumno serito.

Radicosus, adiect. Quod multas radices habet, πολυρρίζος. Plinius lib. 16. cap. 34. Omnium generi radicosa brachia.

Radifico radificas, ῥιζοφιῶ, similiter significat radico, radices facio.

Rado, is, si, sum, a t Cõplano, incido, extirpo, mundo, ξέω, ξύω Colum. lib. 8 Sic tamen nequid radatur. Iuuen. Satyr. 6. nam Sergiolus iam radere guttur Cœperat Sueton. in Calig. capite 5. Regulos quosdam barbam posuisse, & uxorem capita rasisse ad indicium maximi luctus. Vergilius libro 7. Aeneidos. Proxima Circeę raduntur littora terræ. Lucretius libro quinto & ripas radentia flumina rodunt. Radere aures, est re aliqua inamœna aures offendere. Quint. lib. 1. Ne ieiuna ac que arida traditio auerteret animos, & aures præsertim delicatas raderet, hoc est, offenderet, fatigaretq;. Ponitur aliquando pro scalpere. Plautus in Aulularia, Simul radebat pedibus terram, & uoce crocitabat sua. Huiusmodi composita sunt, abrado, adrado, circunrado, corrado, derado, erado, interrado, obrado, & prærado: quorum significata uide suis locis.

Rasus, a, um, participium. Vergil. lib. 2. Georg. Tum leues calamos, & rasæ hastilia uirgæ. Ouid. lib. 2. de Pont. Eleg. 4. Vtque meus lima rasus liber esset amici, &c.

Rasito, tas, pen. cor. Sæpe rado, ξυράω. Gel. lib. 1. cap. 4. Comperimus autem cæteros quoq; in temporib. nobiles uiros, barbam in eiusmodi ætate rasitauisse.

Rasores, m. t Id est, tonsores, à radendo dicti, κουρεῖς. Per translationem quoq; fidicines dicuntur rasores, teste Nonio, quòd uideantur chordas ictu radere.

Rasorius, a, um, Quod ad rādēdum pertinet, κουρικός. unde cultер rasorius dicitur quem alio nomine nouaculam appellamus κουρίς. Cicero etiam tonsorium cultrum uocat, lib. primo Officiorum.

Rasura, ræ, Ipse radendi actus, ξυσμός. Colum. lib. 4. cap. 29. Eaq; rasura ita diducitur, ut, &c.

Rasilis, & hoc rasile, pen. cor. Idem quod rasus, seu politus, & nihil ex tantis ac redundantis plenitudinis habens, inquit Valla, lib. 1. cap. 10. ξύσης. Ouid. 8. Metam. Rasilis huic summam mordebat fibula uestem. Foris rasilis. Catul. in Epithal. Trãsfertur omine bono Limen aureolos pedes, Rasilemq; subi forem. Interdum idem quod aptum radi. Verg. 2. Georg. Et torno rasile buxum.

Radula, æ. f. p. pen. cor. Instrumentum ferreum, à radendo dicti quo dolorum ueterum pix liquara primùm uel in sole, uel lampade ardenti educitur, ut deinde iterum picentur ad futuram uindemiam. ξύσπα. Columella libro 12. cap. 18. Sublata lampade rutabulo ligneo, & ferrea curuata radula ducitur, & cætera.

Ragades, uide Rhagades.

Raia, Genus piscis plani, & cartilaginei, in tergo & cauda spinas habens his similimas quæ in rubo uisuntur, βάτος. unde & βάτον Græci hoc est, rubum appellarunt. Vide Plin. lib. 9. cap. 42. & Hermolai castigationes ibidem.

Ralla, Genus uestis, è raritate dictum, teste Nonio. Nam Rarum facit diminutiuum rallum Plautus in Epid. Tunicam rallam, tunicam spissam.

Rallum. A radendum, ferrum illud quo uomeres identidem purgantur in arando, ξύστρα.

Ramale, uide Ramus.

Ramentum, ti, n. s. Tenuis cuiusq; rei particula: à radendo quasi rasura, ῥίνημα, πρίσμα, κόμμα. Vnde Ramenta auri, argenti, lignorum, & cæterarum rerum dicimus, quæ ex fectione earum rerum decidunt. Fluminum quoq; ramenta dicuntur, quæcunq; illa ex locis per quæ fluunt, abraduntur: minutulæ arenæ partes. Plin. lib. tricesimo tertio, capite quarto, Apud nos tribus modis aurum inuenitur: fluminum ramentis, ut in Tago Hispaniæ. Nec ullum absolutius aurum est, cursu ipso trituq; perpolitum.

Rameus, uide Ramus.

Ramex, micis, m. t. Genus Herniæ, continens sub se porocelam, quæ ex quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia induruit: sarcocelam, quum ipso scroto concreuit caro: cirsocelam, quum uenæ intumuerunt, ex quibus testiculi dependent: bubonocela, quum ipsi testiculi intumuerunt, & ex inflammatione dolorem afferũt, κήλη. Plautus in Mercat. Tua causa rupi ramices, iandudũ sputo sanguinem. Idem in Pœn. Tua causa nemo nostrum est suos rupturus ramices. Plinius libro 30. capite 15. Ramices infantium lacertæ uiridis admotæ dormientibus morsu emendantur. De ramice uide Celsum libro 7. capite 22. Columella lib. 9. aliter accipit ramices, quum de uiuario constituendo sic inquit, Deinde per transuersa laterum caua transmittuntur ramices, qui exitus ferarum obserent.

Ramicosus, Qui ramicibus laborat, κηλητὰς. Plin. lib. 30. ca. 15. Ramicosis, coclearum cinis cum thure ex oui albi succo illitus per dies triginta, medetur.

Ramich,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ramich, mixtura ſolida quarundam rerum aromaticarum, & pro magna parte ſtipticarũ. Vſus eiꝰ eſt in Emplaſtro de Gallia, deſcriptione Meſue. Ingreditur & trochiſcos de terra ſigillata.

Ramnus, uide Rhamnus.

Ramus, mi, m.ſ. Arborũ ueluti brachiũ, quod à caudice fuſum, & in latitudinẽ ſparſum, frõdes emittit, κλάδος, κλών. Vergilius lib. 2. Georgic. Tum fortes latè ramos, & brachia tendens. Cicero 3. de Orat. Quid in arboribus? in quibus nõ truncus, non rami? non folia ſunt deniq; niſi ad ſuam retinendam naturam nuſquam tamen eſt ulla pars, niſi uenuſta. Idem pro Cecinna, Qui prętereuntes ramum defringerent arboris. Vergilius lib. 3. Georg. qui me gelidis in uallibus Hæmi Siſtat, & ingenti ramorum proregat umbra. Columel. lib. 4. cap. 10. Truncum deinde ſuperpoſuit, uelut quãdam ſtaturam corporis, & habitus: mox ramis diffudit, quaſi brachiis. Vergil. lib. 2. Georg. neq; in uacuum poterunt ſe extendere rami.

Ramuſculus, dimin. κλαδίσκος. Plin. lib. 20. cap. 23. Euiridi ferula ramuſculus uilis eſt ad omnia ea uitia. Dicitur & **Ramulus**. Col. Et quum primũ germina tumebunt, de ramulis aniculis eos ligato. Cic. 1. de Diuin. Quũ aũt ille reſpondiſſet, in agro ambulanti ramulum adductũ, ut remiſſus eſſet, in oculum ſuum recidiſſe, &c.

Ramoſus, adiect. Quod multos ramos habet, κλαδώδης. Plin. li. 8. cap. 34. Cornua ramoſa, ungula biſida, &c.

Ramuloſus. adiect. à ramulus. Plin. lib. 16. cap. 24. Ramuloſa folia ulmo, & cytiſo.

Ramale, lis, n. t. pen. prod. Ramus inutilis, ex arbore deciſus, κλάδος, ξύλον. Ouidius lib. 4. Metam. Multifidasq; faces, ramaliaq; arida tecto. Perſius Sat. 1. Vt ramale uetus uegrandi ſubere coctum.

Rameus, a, um, Quod ex ramo eſt, κλάδινος. Verg. lib. 2. Georg. & ramea coſtis Subiiciunt fragmenta, thymum, caſiaſque recentes.

Rana, æ, f.p. Genus animalis paluſtris, tam in terra, præſertim humida, quam in aquis uitam habens, βάτραχος. Hæc ſolito uocalior pluniam denuntiat, unde eſt illud Vergilii 1. Georgic. Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam. Sunt & ranę terreſtres omnium maximę, quæ quòd inter uepres & rubos potiſſimùm uiuant, rubetæ à Latinis, à Græcis uerò φρυνοι appellantur, teſte Plinio libro 8. capite 32. Eſt & alia ranę ſpecies, quam Calamiten appellant, eò quòd inter arundines, fruticesq; uiuat. Eſt autem hæc omni ranarum genere minima & uiridiſſima, teſte eodem Plinio libro 32. cap. 10. Sunt item ranæ mutæ, præſertim in Seripho inſula, unde & Rana Seriphia in prouerbium ceſſit, pro homine muto & elingui. Eſt & Rana marina, quam à piſcandi actu, piſcatricem cognominant. totam enim ſe limo operit, ſola exerens cornua, quæ eminentia ſub oculis habet. Ea conſpicientes piſciculi, quum prædam ex iis captantes protinus accedunt, ipſi ranæ præda fiunt. Vide Plin. lib. 9. cap. 42. Preter hęc rana à medicis dicitur tumor ſub lingua cum inflammatione, quem & Græci βάτραχον, Auicenna ranulam appellat. Quod morbi genus etiam boues nonnunquam infeſtat. Columella libro 6. cap. 8. Solent etiam faſtidia cibo afferre uitioſa incrementa linguæ, quas ranas uocant ueterinarii.

Ranunculus, li, dimin. βατράχιον. Ranunculos per iocum uocat Vlubrenſes Cicero ad Treb. lib. 7. quòd ſibi obſtreperent tanquam ranæ, quæ præſertim inſtante ueſpere totas paludes coaxationibus implent. Eſt & ranunculus herbę genus, quatuor ſub ſe complectens ſpecies, quas uide apud Plinii libro 25. cap 13.

Ranceo, es, n.ſ. Putridus ſum, & rancidus, σαπρὸς εἰμι. Vnde Ranceſcere, quod eſt putreſcere & corrumpi, & ex uetuſtate grauem odorem contrahere, σήπεσθαι.

Rancidus, a, um, Putridum, & putidum, quod ſcilicet nimia uetuſtate corruptum fœtorem contraxit, & ingratum ſaporẽ, σαπρὸς. Horatius 2. Serm. Sat. 2. Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia naſus Illis nullus erat, ſed (credo) hac mente, quòd hoſpes Tardius aduenies uitiatum cõmodius quàm Integrum edax dominus conſumeret. Inrędum pro inſuani ponitur. Plin. lib. 22. cap. 22. Quorundam ex his facilè noſcuntur uenena, diluto robore, rancido aſpectu, liuido intus colore.

Rancidè, aduerb. Gell. lib. 18. cap. 8. In collocandis uerbis immodicè faciunt, & rancidè.

Rancidulus, dimin. Iuu. Sat. 11. Non tamen his illa unquã obſonia fiunt Rancidula.

Rancor, oris, m.t. Putor quidã, atq; odoris grauitas quæ ex uetuſtate & putredine ac corruptione naſcitur, à ranceo, nomen uerbale, σαπρότης, ſicut Acor, ab aceo, Albor, ab albeo. Pallad. de Re ruſt. Receptacula olei ſemper ſint munda, ne nouos ſapores ueteri rancore infeſta corrumpant.

Ranco. as, u.p. Verbum à tigridũ ſono effectum, quemadmodum rugire à uoce leonũ. Author Philomelę, Tigrides indomitę rancant, rugiuntq; leones.

Rantum, dixerunt ueteres quadrantem, quòd in eo & triente ratis fuerit effigies, quemadmodum nauis in aſſe.

Rapa, æ. f.p. Herba eſt nulli non nota, radicem habens quodã modo cartilaginoſam, craſſam, & in orbiculare fere formam conglobatam, γογγυλὶς. Ita dicta, ut nonnulli exiſtimant, quòd paſſim ex agro rapiatur. Quanquam non deſunt qui etymõ eius à Græcis petere malunt, qui uapi quoddam genus rapis ſimillimum, ῥάφυ & ῥάπον nominant. Palladius, Rapa mutatur in napos, in alio ſolo per biennium fata, alio uerò napus tranſit in rapam. Columell. lib. 11. cap. ult. Napus & rapa duas ſationes habent. Dicitur & Rapum, rapi, n.ſ. Mart. lib. 13. Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa? Quæ damus, in cælo Romulus eſſe ſolet. Var. lib. 1. cap. 11. Ex ſemine braſſicæ uetere fato naſci aiunt rapam, & contra ex raporum braſſicam. Colum. lib. 2. ab his leguminibus ratio eſt habenda naporum raporumq;, magis utilia rapa ſunt. De raporum natura uide plura apud Plin. lib. 18. cap. 13. Theop. lib. 7. ca. 4. Dioſc. lib. 2. cap. 121.

Rapulum, li, dimin. à rapum, γογγυλὶς. Hor. 2. Ser. Sat. 8. In primis Lucan. aper leni fuit Auſtro Captus, ut aiebat cœnę pater acria circũ Rapula. Idem Sat. 2. quum rapula plenus, Atq; acidas mauult inulas.

Rapunculus, li, m.ſ. A quibuſdam appellatur herba quã Dioſc. γογγυλοειδὲς κύμβαχος. Plin. rapum ſylueſtre, uulgus rapuntium nominat.

Rapacia, orum, n.t. Teneriores raporum frondes, & cauliculi quos in braſſica cymas appellamus, non ingratum ipſis etiã hominibus cibum prębentes, γογγυλίδων κύμβακα. Plinius libro 18. cap. 13. Quadrupedes & fronde raporum gaudent, & homini non minor rapaciorum gratia quàm cymarum. In antiquis codicibus manu ſcriptis rapiciorum legitur, non rapaciorum. Vnde & rapicios coles apud Catonem legimus, non rapacios, cap. 37. de Re ruſt. Rapinam & coles rapicii unde fiant, & raphanum in loco ſtercorato bene, aut in loco craſſo ſerito.

Rapina, prima ſyllaba producta, Locum ſignificat rapis conſitũ, aut certè rapa ipſa uno quouis in loco naſcentia. Cato de Re ruſt. cap. 31. Rapinam, coles rapicii unde fiant, & raphanum in loco ſtercorato bene, aut loco craſſo ſerito. Colum. lib. 11. cap. 2. Nam & napinæ, itemq; rapinæ, ſiccaneis locis per hos dies ſiunt.

Rapacitas, **Rapaciter**, **Rapax**, uide Rapio.

Raphanus, & **Raphanitis**, propterea quòd Græca ſint à ῥ aſpirato initium ſumentia, meritò hinc tanquã ex alienis ſedibus ſuſtulimus, & inter aſpirata, uelut in propriũ retulimus municipium.

Rapina. prim. prod. uide Rapa, & Rapio.

Rapio, pis, pui, ptum, a.t. Vi, impetu, & celeritate quippiam aufero, ἄγω, ἁρπάζω. Teren. in And. Sublimem hunc intrò rape quantum potes. Idem in Adelp. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem. Vergil. 4. Georg. Quid faceret? quò ſe rapta bis coniuge ferret? id eſt, ablata. Et libro 1. Georg. Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni. Cicero 3. Verr. Rapiunt eum ad ſupplicium d'i patricii. Aliquando in præterito rapſi fecit. Cic. 2. de Leg. ex XII. Tab. Sacrum, ſacróue cõmendatum qui clepſerit, rapſeritue, parricida eſto. Aliquãdo rapere, eſt uim afferre, uitiare, & propriè de uirginibus, atq; impuberibus pueris, etiã ſi loco non dimoucantur, βιάζομαι. Verg. 1. Aen. Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores. Liu. 6. bel. Pun. Nec dirui, incendiq; patriã uidebo, nec rapi ad ſtuprũ matres Cãpanas, uirgines q;, & ingenuos pueros. Sen. Rapta raptoris ant mortẽ, aut indotatas nuptias optet. Rapere aliquẽ in ius, eſt quouis modo aliquẽ cõpellere, ut ſe iudicio ſiſtat. Apud ueteres enim cõſuetudo erat, ſi quis in ius uocatus ire recuſaret, ut actor apprehenſis præſentium auriculis, eosq; anteſtatus reũ uel ui in iudiciũ adducere poſſet. Quod & ipſum non obſcurè docet Horat. lib. 1. Serm. Sat. 9. caſu uenit obuius illi Aduerſarius: & quò tu turpiſſime? magna

Exclamat uoce, Et licet antestari: ego uerò Oppono auricu lam: rapit in ius: Clamor utrinq; undiq; concursus, &c. Plautus in Pœn. Rapiamus in ius. Rapere ad pœnam, est puni re. Rapere ad disciplinam, est attrahere, & impellere ad disciplinę cognitionem. Rapore aliquem in inuidiam, est odium in aliquem concitare. Composita, Abripio, Corripio, Deripio, Diripio, Eripio, Irripio, Præripio, Proripio, & Surripio: quæ uide suis locis.

Raptum pti. n. s. Res rapta, λεία, λάφυρον, Liu. 7. ab Vrbe, Quòd rapto uiuere necessitas cogeret. Ouid. 1. Metam. Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus: Non socer à genero fratrum quoq; gratia rara est.

Raptura, æ, Rapiendi actus, ἁρπαγή. Plin. libro 11. capite 24. Quum uerò, raptura incidit, quàm uigilans, & paratus ad cursum?

Raptor, oris. m. t. Qui rapit, ἅρπαξ, ἁρπακτὴς. Plaut. in Epid. Raptor hostium gloriosus. Verg. 2. Aen. Sic animis iuuenum furor additus, inde lupi ceu Raptores atra in nebula, quos improba uentris Exegit cæcos rabies. Hor. 3. Carm. Ode 20. Dura pòst paulò fugies inaudax Prælia raptor.

Rapo, raponis. m. t. Idem quod raptor, ἅπαξ. Pompo. Ne uos conturbent auari, atq; rapones. Varro περὶ ἐγκωμίων, ut citat Nonius, Prætor noster eripuit mihi pecuniam: de ea que stum ad annum ueniam ad nouum magistratum: tum hic rapo umbram quoq; spei deuorasset.

Rapto, raptas. a p. Frequenter rapio, traho, προσαναρπάζω. Ver. primo Aeneidos Ter circum Iliacos raptauerat Hectora mu ros. Idem tertio Georgicorum, Sed me Parnassi deserta per auia dulcis Raptat amor. Tacit. libro 12. igitur raptare inter se, immittere latronum globos, &c. Cicero pro Sest. Fortunę uexatæ, dissipati liberi, raptata coniunx. Vergilius secundo Aeneid. Raptatus bigis.

Raptito, tas. frequent. à rapto, as. ἁρπαζάω,

Rapax, cis, o t. Auidus, & rapinis semper intentus, ἅρπαξ. Sueton. Inopia rapax, metu sæuus. Ouid. 8. Metam. Vtq; rapax ignis nonnunquam alimenta recusat. Plautus Pers. Procax, rapax, trahax. Sal. in Cic. Imò uerò homo leuissimus, supplex inimicis, amicis contumeliosus, modò harum, modò illarum partium, nemini fidus: leuissimus Senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis à turpitudine uacat. Lingua uana, manus rapacissimę, gula immensa, pedes fugaces, quæ honestè nominari non possunt, inhonestissima. Rapax procella, id est, uiolenta, quòd omnia secum rapiat, uertatq; per auras. Catul. Epigram. 22. Idemq; Thallo turbida rapacior procella. Rapax natura. id est, sui similium attractrix. Cic. de Amic. Nihil enim appetentius similiũ sui: nihil rapacius, quàm natura.

Rapacitas, atis f. t. ἡ ἁρπακτικὸν. Colum. lib. 1. cap. 7. Nisi maxima uel negligentia serui, uel rapacitas interuenit. Mart. libro 12. Dirę filius est rapacitatis. Cic. pro Cælio, Qui in rapacitate auarior.

Rapidus, a, um, Velox, celer: proprieq; de fluminibus, torrentibus, procellis, fulmine, aliisq; id genus, quæ celeritatis impetu obuia quæq; secum rapiunt: quanquàm & ad alia transfumitur, θὸς, ταχύ Cic de Nat deor. ex Arato, Has inter rapido ueluti cum gurgite flumen. Verg. 6. Aen. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon. Idem lib. 12. Aeneid. Rapidoq; uolans obit omnia curru. Idem lib. 4. Georg. Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis. Horat. de Arte, Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosq; leones. Oratio rapida, ideſt, concitata. Cic. 2. de Fin. Quum enim fertur quasi torrens oratio, quanuis multa cuiusq; modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coërceat.

Rapidè, aduerb. Citò, uelociter, ταχὺ. Ci. 2 de Legib. Rapidèq; dilapsus citò in unum confluit. Idem in Orat. Quod quũ rapidè fertur: sustineri nullo pacto potest.

Rapiditas, tatis, Velocitas, & ipse celeritatis impetus, ταχύτης. Cæs. lib. 1. bel. Ciuil. Tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur.

Raptim, Per raptum, siue celeriter rapiendo, ἁρπάγδην, ἁρπαγῶς. Plinius libro 18. capite 7. Semine raptim auium fame deuorato. Sæpe tamen accipitur pro celeriter, siue ueloci ter. Liuius tertio ab Vrbe, Fabius omissis omnibus, prædam ex castris raptim Antium uexit. Cicero Attico, libro primo Et raptim in eam sententiam Pedarij cucurrerunt. Cæsar primo belli Ciuilis, His de causis aguntur omnia raptim atq; turbatè. Cic. ad Att. lib. 2. Hæc raptim scripsi.

Raptio, Rapina, & Raptus, distinguuntur ab inuicem, quod raptio, ἁφαρπαγμὸς, ad personam, rapina, ἁρπαγὴ, ad rem, raptus, βία, ad stuprum referatur. Terentius in Adelph. Disperii, Ctesiphonẽ audiui filium unà in raptione fuisse cum Aeschino. Cicero 1. Verr. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere potuisset. Idem Act. 5. Cæcrosq; decumanus, procuratores istius quæstus, & ministris rapinarum fuisse dico. Cæsar 1. bel. Gal. Satis habebat in præsentia hostem rapinis populationibusq; prohibere. Ouidius 1. Amor. Eleg. 8. Certior è multis, nec tam inuidiosa rapina est. Cicero 4. Tusculan. Quis aũt de Ganymedis raptu dubitat quid Poëtę uelint? Claudius lib. 2. de Raptu Proser. Raptus meritur corde fururos. Idem, Matronarum cædes, uirginũ raptus. Cic. 6. Ver. Locus ut ipse raptum illum uirginis quem iam à pueris accepimus, declarare uideatur. In hac autem significatione, rapina primam syllabã habet correptã, quum à rapiendo deriuetur. Ouidius 1. Amor. Eleg. 8. Certior è multis, nec tam inuidiosa rapina est.

Raptnator, oris. t. Antiquis in usu erat pro eo quem hodie raptorem dicimus, ἁρπακτὴς. Quod & Nonius annotauit, citans Lucilium libro 2. Homo impudicus impunè est rapinator.

Rapum, rapi, uide Rapa.

Rarus, a. um, Laxum, spõgiosum, & denso contrarium, μανὸς, ἀραιὸς. Verg. 4. Aen. Retia rara, plagæ, & lato uenabula ferro. Ouid. 12. Metam. utríe liquor rari sub pondere cribri Manat. Verg. 7. Eclog. Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra In terdum rarus idem est quod infrequens, & non ubiq; obuius, σπάνιος & Cic. de Amic. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis ineſt causa cur diligantur. Rarum istud genus (& quidẽ omnia præclara rara) nec quicquam difficilius quàm reperire quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Idem Cæl. lib. 2. Raras tuas quidẽ, sed suaues accipio literas. Srat. 5. Syl. Laudari iuuenis rarissima coniunx. Hor. 1. Carm. Ode 15. Te spes, & albo rara fides colit Velata panno. Rarum & uulgare, contraria, Cic. in Top.

Rarè, aduer Infrequenter, non densè, non spissè, ἀραίως, μανῶς. Col. lib. 2. cap. 9. Nam nisi rarè conseritur, uanam & minutã spicam facit.

Rarò, aduer. Insolenter, infrequẽter, minus sæpe, σπανίως. Cic. pro Ros. Am. Hoc maleficiũ ita rarò extitit, ut si quando audi tum sit, portenti ac prodigii simile numeretur.

Rarius, com. & superl. rarissimè. Cicero Lent. lib. 1. Epist. Quod si rarius fiet quàm tu expectabis, id erit causæ quòd non eius generis literæ meæ sint, ut eas audeam temerè committere.

Raritas, atis Propriè est laxitas contraria densitati, μανότης. Cicero 2. de Nat. deor. In pulmonibus autem ineſt raritas quędã, id est. laxitas quædã spongiosa. Accipitur interdũ pro paucitate, & infrequentia, σπάνις, ὀλιγότης. Plin. lib. 15. cap. 1. Turpissima causa raritatis, quòd etiam qui sciunt, demonstrare nolunt.

Raritudo, dinis, idem quod raritas, hoc est, spongiosa quædam laxitas. contraria denſitati, μανότης. Columella, libro de Arb. cap. 3. Et mediocri raritudine optima est uitibus terra.

Rarenter, aduerb. idem quod rarò, σπανίως. Gel. lib 2. cap 25. A rarus non dicitur rarè, sed alii rarò dicunt, alii rarenter. Cato cap. 103. Dato rarenter bibere. Pomp. Ergast. Longè ab urbe uillicari, quò herus rarenter uenit, non uillicari est, sed dominari, mea sententia.

Raro, as n. p. uerbum inusitatum, idem ualens quod rarefacio, μανόω, cuius tamen in usu sunt compoſita. Disraro, & Interraro, quod est in medio rarum facio, διαμανόω, quo Colum. lib. 4. utitur.

Rarefacio, cis, a t rarum facio, ἀραιόω. Col. lib. 3. Hoc autem facilè cõtingit, si prius rarefeceris etiã eas partes supra quas ramũ secaturus es, fœno aut stramentis texeris. Luc. lib. 6. Et rarefecit calido miscente uapore.

Rarefio, is, pass. à rerefacio, ἀραιοῦμαι. Lucr lib. 1. Nil prodesset enim calidũ densarier ignẽ, Nec rarefieri, si partes ignis candẽ Naturam quam torus haber suus ignis haberent.

Rarefactum, Lucr. lib. 3. conquassatum ex aliqua re, Ac rarefactum.

Rarefco, scis, n. t. rarum fio, siue extenuor, ἀραιῶμαι, μανοῦμαι. Columella lib. 3. cap. 16. Negligentia cultorum magna pars & deperit, & interim seminũ cætera quæ uirent, rarescunt.

Vergil.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vergilius libro tertio Aeneid. & angusti rarescent claustra Peloti. Statius libro 1. Syl. Nubila rarescunt pluuiis. Colum. lib. 5. cap. 6. Sed ut densum arbustum commendabile fructu & decore est, sic ubi uetustate rarescit, pariter inutile & inuenustum est.

Raripilus. a, um, pen. cor. Quod habet raros pilos, ψιλόνους Columel. in Præfatione libri 1. Et idipsum aliter curatur mutilum & raripilum, aliter cornutum & setosum, quale est in Sicilia.

Rasis, teste Col. lib 12 ca. 20. Genus est crudæ picis, quæ ex uetustate dura effecta, cõtunditur, & in puluerẽ redacta, pharmacis admiscetur.

Rastelli, uide rastrum.

Rastrum, stri, n. s. & in plurali rastri, masculini gener. & Rastra, neut. Instrumentum dentatum, glebis confringendis idoneum. Plinius libro 18. cap. 20. A ratione per transuersum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate uel rastro, & sato semine iteratio. Terentius in Heautont. istos rastros interea tamen Depone. Vergil. 1. Georg. Multùm adeò rastris glebas qui frangit inerres, Vimineasq; trahit crates, iuuat arua. Rastris item agri à noxiis herbis purgabantur. Ibidem, Quod nisi & assiduis herbam insectabere rastris, Heu magnũ alterius frustra spectabis aceruum. Quo in loco Seruius rastros pro sarculis accipi tradit. Erant item rastri instrumenta quibus uites arboresq; ablaqueabantur. Vergilius 2. Georgic. Contià non ulla est oleis cultura, neq; illæ Procuruã expectant falcem, rastrosque tenaces, Quum semel hæserunt aruis.

Rastelli, m. s. per diminutionem, dicuntur quibus defecto fœno prata stipulis purgabantur. Var. 1. de Re rust. cap. 49. Quũ herba crescere desiit, & æstibus arescit, subsecari falcibus debet, & quoad perarescat, furcillis uersari, quum peruenerit, de ea manipulos fieri, ac uehi ad uillam. Tum de prius stipulam rastellis eradi, atq; addere fœnisectæ cumulum. Quo facto sicili enda prata, id est, falcibus cõsectanda, quæ fœnisectæ præterierunt, ac quasi barba tuberosum reliquerunt campum Rastellum item Sueton. in Neron. pro sarculo posuit, aut simili instrumento terræ effodiendæ idoneo. Tuba (inquit) signo dato, primus rastello humum effodit, & corbulæ congestam humeris extulit.

Ratiarius, rii, uide Ratis.

Ratifico, uide Reor.

Ratio, onis, f. t. Princeps, atq; nobilissima animæ facultas, qua una à cæteris animantibus homo secernitur, & à qua ratione rationalis appellatur, ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι. Nã sensitiuas animæ facultates cum brutis, naturales etiam cum stirpibus habemus cõmunes. Augustin. lib. 2. de Ordine, definit esse motionẽ mentis ad ea quæ discuntur, cõnectenda, aut distinguenda. Cicero 1. Offic. Quam similitudinẽ natura rationq; ab oculis ad animum transferens, &c. Idem, Duplex est enim uis animorum atq; natutæ, una pars in appetitu posita est, quæ est, ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum, fugiendumq; Ita fit ut ratio præsit, appetitus uerò obtemperet. Accipitur & pro ipsa ratiocinatione, hoc est, pro discursu animi ad inuestigandum uerum. Horat. Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. Rhetores rationem appellant probatiunculam propositioni subiectam. Author ad Heren. lib. 2. Ratio est causa quæ demonstrat uerum esse id quod intendimus, breui subiectione. Aliquando pro consilio & proposito ponitur. Cicero Ver. 2. Mea quidẽ ratio, quum in præteritis rebus est cognita, tum in reliquis explorata, atq; prouisa est, πρὸ ἐμοῦ, καὶ πρὸ ἐμοῦ. Ter. Ade. Vestram nequeo satis mirari rationem. Aliquando pro respectu & cura. Cicero pro Plan. Peto à te ut mei rationem habere uelis, & salutis & dignitatis meæ, λόγον ἔχειν, ἀπολογίζεσθαι. Sic dicimus, Habenda est ratio honoris, ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere, flagitiosum est. Si uero iungatur cum præpositione cum, significat negotiũ, πρᾶγμα, αἰτία. Vnde habere rationem cum aliquo, est habere quod cum illo agas. Cicero 4. Verrin. Nihil cum eo rationis habui. Idem Attico, Cum omnibus Musis rationem habere cogito. Idem pro Cælio, Cum hoc aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, num tibi turpe uideatur? Aliquando ponitur pro causa, ut apud eundem Ciceronem ad Catonem libro 15. Quum autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem moratus. Aliquando pro modo, uia, & forma, μέθοδος. Sallustius in Catilin. At ego uobis, si mò uultis esse uiri, rationem ostendam, qua tanta ista fugiatis. Ratio item quandoq; dicitur supputatio, uel calculus, siue expensa, λογισμὸς Plaut. in Aulul. Supputatur ratio, cum argentario. Idem in Amph. Et ut res rationesq; gestorũ omnium bene expedire uultis. Ratio etiã proportio dicitur, ut quum tria ad quatuor epitriti, quatuor uerò ad sex hemiolii rationẽ habere dicimus, ἀναλογία. Rationem sui ducere, est quod indocti dicunt, habere respectũ ad suum cõmodum. Cicero ad Trebat. lib. 7. Rationibus inferre aliquam summam, est eam in rationibus perscribere. Rationibus referre, inter recepta computare. Rationem inire, est modũ inuenire. Ad rationem nostrorum temporum, dixit Cic. in Brut. id est, cõparatione nostrorum temporum. Rationem capere oculis, est ex usu tantùm rationem concipere. Ponitur aliquando ratio pro eo quod recentiores quantitatem dicunt. Cato de Re rust. Vbi non erunt, scito pro ratione fructũ, id est, pro modo fructũ, aut quantitate. Ratio cõstare dicitur, quum iusta & legitima apparet. Plin. Iun. Mirum est quàm frugalis diebus in urbe ratio aut cõstet, aut cõstare uideatur in pluribus, cũ certis non constet. Pro eodem etiam dicimus, Ratio apparet, quum scilicet accepta cum datis collata, paria inueniuntur. Plaut. in Trin. Ratio quidem hercle apparet argentum, &c. οἴχεται.

Ratiuncula, culæ, diminutiuum à nomine Ratio deductum, quod modò accipitur pro leui & futili ratione, παραλογισμός. Cic. 2. Tusc. Concludunt ratiunculis Stoici, cur non sit malum. quasi de uerbo, non de re laboretur. Suggerere ratiunculas, Idem lib. 3. de Nat. deor. Modò pro supputatiuncula non magnæ pecuniæ. Ter. in Phorm. erat ei ad ratiuncula Iam pridem apud me reliquum pauxillulum Numorum, id ut conficerem, confeci, affero. Plaut. in Cap. Ibo intrò, atq; intus subducam ratiunculam, Quantillum argenti mihi apud trapeziam fiet.

Rationalis, le, om. t. Cui à natura insitum est, ut ratione uti possit, quod uni homini inter animantia est concessum, λογικὸς Quintil. lib. 7. cap. 4. Falsa est finitio, si dicas, Equus est animal rationale, nam equus animal, sed irrationale. Author ad Heren. lib. 1. In causa rationali primùm quæretur, ecquid, &c. Rationales, & procuratores Cæsaris, iidem erant, ut ait Lampridius in Alexandro, resse Bud.

Rationale, n. t. Apud Ecclesiasticos scriptores accipitur pro uestis sacerdotalis genere, quo usi sunt Hæbræorum Pontifices. λόγιον. Hieronymus ad Fabium, Rationale etiam dicitur genus uestis, apud Hebræos Soham, Græcè λόγιον, nos rationale possumus appellare: pannus est breuior ex auro, habens magnitudinem palmi per quadrum, & duplex, ne facilè iumpatur.

Rationarium, rii, Liber rationum, λογισμός, ἐφημερὶς. Sueton. in Augusto, Rursus tædio diuturnæ ualitudinis, magistratus ac Senatu domũ accitis, rationariũ Imperii tradidit.

Rationarius, a, um, ut Rationarius apparitor, λογιστικὸς. Marcel. Iureconsultus, Quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

Ratiocinor, aris, d p. pen. cor. Ratiocinatione quadam deprehendo, colligo, computo. συλλογίζομαι. Gell. lib 1. cap. 1. Plutarchus quem scribit, ὁ πόσον ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περίκειται φυὴ καὶ ἀρετὴ διαφορὰ, scitè, subtiliterq; ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit, in reperienda, modulandaq; statura, longitudinis q; Herculis præstantia. Cic. lib. 1. Tusculan. Quæst. At nos mentiendi, ratiocinandi q; utilitate inspecta, huius artis terminauimus modum. Idẽ 2. de Inuen. De pecunia ratiocinari sordidum est, quum de gratia referenda deliberetur.

Ratiocinatores, m. t. Dicitur qui subducẽdę rationis periti sunt quos & calculatores nominat Mart. συλλογιστὰς, λογιστὰς. Columella lib. 3. cap. 3. Vt diligens ratiocinator posito calculo uidet id genus agricolationis maximè rei familiari conducere. Cicero ad Attic. lib. 1. Libertum ego habeo sanè nequam hominem, hilarem dico ratiocinatorem, & clientem tuum. Idem 2. Offic. Hęc igitur & talia circunspicienda sunt in omni officio, & consuetudo, exercitatioq; cupienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & in addendo, de ducẽdoq; uidere quę reliqui summa fiat, ex quo quantũ cuiq; debeatur intelligas.

Ratiocinatio, onis, f. t. Principis animę portionis, hoc est, mentis functio est ex singularibus quibusdam uniuersalia inducens theoremata, communesq; rerum ac generum summas: ex iisq; deinde argumentatione plurima eliciens de quibus scientia habetur, uel opinio, λογισμὸς. Cic. 4. de Inuen. Ratiocinatio

cinatio est diligens, & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur tum interfuisse, quum aliquid faciendum aut non faciendum, certa de causa uitasse, aut secutus esse animus uidetur. Ratiocinatio (inquit Augustin. de Immortalitate animę) est diligens & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Accipitur aliquando ratiocinatio pro argumenti genere, ex duobus pronunciatis conclusionem inferente, quem συμπερασμὸν uocant Græci.

Ratiocinatiuus, adiectiuum, Quod ad ratiocinationem pertinet, συλλογιστικὸς, ut Ratiocinatiuum genus orationis, apud Ciceronem 1. de Inuent. Quintil. lib. 7. cap. 2. atq; collectiua quæstio orietur. Status ratiocinatiuus, Idem libro tertio capite 9.

Ratiocinium, nii, n. s. Supputatio, uel calculi subductio, λογισμὸς, συλλογισμὸς. Columel. lib. 5. ca. 2. Hæc non aliena, nec procul à ratiocinio, quia tradituri sumus, breuiter præfari oportuit. Et paulò pòst, Iugeri autem modus si semper quadratet, & in agendis mensuris in longitudinem haberet pedes C C X L. in latitudinem pedes C X X. expeditissimum esset eius ratiocinium.

Rationabilis, le, om. t. Idem quod rationalis, hoc est, cui rationẽ natura indidit. Cui opponitur Irrationabilis. Quintil. lib. 2. Sed quia carent sermone quę id faciunt, muta, atq; irrationabilia uocantur. Idem lib. 5. cap. 11. Nec si multis finis uoluptas rationabilibus quoq;.

Ratis, ratis, siue Rates, ratis, f. t. si Probo credimus, Connexarum trabium compages, quę antequã nauigia essent inuenta nauium usum præbebat, σχεδία. Plin. lib. 7. ca. 56. Nauem primus ex Aegypto in Græciã Danaus aduexit: antè ratibus nauigabatur, inuentis in mari rubro, inter insulas Erythra. Cic. 7. Verr. Quum aut nauibus aut ratibus conarentur accedere. καταχρηστικῶς tamen à Poëtis pro naui accipitur. Vergil. lib. 1. Aen. Dissecitq; rates, euerritq; æquora uentis. Ouid. lib. 14. Metam. Ferrq; rates pronas, medioq; sub æquore mergit. Verg. 10. Aen. Quę manus interea Tuscis comitetur ab oris Aeneam, armetq; rates, pelagoq; uehatur. Idem 5. Aen. Postquã altum tenuere rates, &c.

Ratiarius, rii, m. s. Dicitur ut Nauicularius, non opifex, sed negotiator. Paulus de pignor. act. l. Qui ratiario crediderat quum ad diem pecunia non solueretur, ratem in flumine sua authoritate detinuit, posteaq; flumen creuit, & ratem abstulit. Budęus.

Ratitus quadrans, & Ratitus triens, ab antiquis appellati sunt, quod in iis ratis fuerit effigies, quemadmodum nauis in asse. Author Nonius.

Rato, ueteres pro Ratifico dicebant, Vnde Irrito, as, contrarium.

Ratus, uide Reor.

Raucæ, uermes rerreni, radices arborum lædentes. Plin lib. 17. cap. 18. Olea ubi quercus effossa sit, malè ponitur, quando uermes, qui raucæ uocantur, in radice quercus nascuntur, & transeunt.

Raucus, a, um, Qui nimio calore uel frigore, aut etiã clamore, uel alia causa uocem obtusam habet, compressam aut impeditam, βραγχώδης. Verg. 11. Aen. Dant sonitum rauci per saxa silentia cygni. Vbi raucos cygnos uocat, non quidem canoros, aut optimã uocem habentes, sed alarum concussione inter uolandum, raucum per aëra sonum efficientes, qualis est clangor tubarum. Ponitur aliquando pro fesso, & defatigato: ut Rauca fama. Cic. ad Var. lib. 9. Te uerò uolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias uenire, id est, nisi ipse rumor defecerit. Budæus.

Rauciſonus, adiect. Lucr. lib. 2. Concaua rauciſonoq; minãtur cornua cantu.

Raucitas, atis, f. t. Vocis obtusitas, siue ex catharri defluxu, siue ex aëre frigido, siue ex febris calore, aliáue ex causa contracta. βράγχος, Plin. lib. 11. cap 51. Elephans per nares tubarum raucitati similem edit sonum. Legitur & Raucedo, dinis, in eadem significatione.

Rauceo, ces, cui, Raucus sum. βραγχιάω. A quo Rauceſco, raucus fio, & cõpositum Irrauceſco. Est & Raucio, cis, si, sum, q. coniug. à quo Irraucio, cis.

Raudus, uel rodus, uel etiam rudis, teste Festo, significat rem rudem, & imperfectam, ἀνέργασον. Nam & saxum quoque raudum appellant poëtæ. Accius Menalippe, Collocat sese in locum celsum. Hinc manibus capere rodus saxeum grãde & graue. Aes quoq; rude & impolitum, raudus, rodus, siue rudus dicebatur. Cincius de Priscis uocabulis, apud Festum, Quemadmodum omnis materia ferè non deformata, rudis appellatur: & uestimentum rude, non perpolitum: sic æs infectum, rauduſculum. Apud ædem Apollinis æs conflatum iacebat, id adrudus appellabant. In æstimatione Ceasoria tamen æs infectum rudus dicebatur.

Rauduſculum, li, siue ruduſculum diminutiuum à raudus, siue rudus. Propriè est æs rude & infectum: quanquam nonnunquam etiam pro ære signato accipiatur, ut ex Cincio annotauit Festus. Vnde in uenditionibus mancupi scriptum erat, Rauduſculo libram ferito.

Rauis, huius rauis, f. t. Idem quod raucedo, hoc est, uocis obtusitas, siue ex catarrho, siue ex aëris frigiditate, siue ex febris calore, aut etiam ex immoderato clamore contracta, βράγχος. Plautus in Aulularia. Huccine deduxisti me ad senem parcissimum, Vbi si quid poscamus, ad rauim poscamus prius, Quàm quicquam detur? id est, improbè (inquit Erasmus) sæpius, clamosè, adeò ut uox etiam toties uociferanti rauescat. Apul. libro secundo Floridorum. Claritudo arteriæ obsolescit: identidem boando purgant rauim. Hinc Rauio, uis, & Rauus, a, um.

Rauus, a, uum, Quod medium habet colorem inter flauum & cæsium, ut interpretatur Festus: siue quod ex fuluo definit in nigredinem, χαροπὸς. Cic. libro 4. Acad. Quia nobismetipsis tum cęruleum, tum rauum uidetur, quodq; nunc Sole collucet. Sic ab Horatio Raua lupa dicitur à colore oculorũ libro tertio, Carm. Ode 27. aut ab agro Raua decurrens lupa Lanuuino. Varro 2 de Re rust. cap. 2. Carnibus pronis ad rostrum, rauis oculis.

Rauidus, adiectiuum, Quòd ex fuluo colore nonnihil ad nigredinem declinat. ut Rauidi oculi. Columella libro octauo, capite secundo Sublimes sanguineæq;, nec obliquæ, rauidi, uel nigricantes oculi.

Rauiſcellus, diminutiuum, adiectiuum. Plaut. Quis (inquit) hæc mulier, & ille rauiſcellus qui uenit? Festus, Rauicoloris appellantur, qui sunt inter flauos & cæsios, quos Plaut. appellat rauiſcellos.

Rauiliæ, m. p. Dicũtur qui rauos oculos habẽt, χαροπόφθαλμοι. quemadmodum qui cætii, cæsiliæ. Festus.

REG. In notis antiquorum Regio, R E, I, M. rei militaris. R E T. P. X X. Retro pedum uiginti. R. F. E. D. rectè factum esse dicitur. R. F. E. V. rectè factum esse uidebitur. R. F E R R. A R I N. rorum ferrarinorum. RG. F. regis filius. R. G. rei gerũdæ causæ.

Re, Præpositio, per apocopen à retrò facta uidetur, ἀνὰ. Vnde Respicio, retrò aspicio, Reuertor, retrò uertor. Repono, rem datam retrò pono. Et nonnisi composita reperitur. Habet & alias significationes. Nam quandoq; perfectionem denotat, ut Recognosco, Quandoq; reciprocationem, ut Redamo. Quandoq; contra, siue aduersus, ut Reluctor, id est, repugno ἀντὶ. Quandoq; iterum atque iterum, seu sæpe: ut Reputo. Quandoq; reditum ad pristinum statum: ut, Repuerasco, ad pueritiam redeo: Renouo, ad nouitatem reduco. Quandoq; ualde, ut Redundo, ὑπέρ. Quandoq; longè. Verg. libro 3. Italiam petere, & terras tentare repostas. Vbi Seruius, Repostas, id est, longè positas. Sic Remoueo, longè moueo. Quandoq; denotat contrarietatem suorum simplicium: ut Retego, quod est tectum denudo. Resigno, quod signatum erat aperio. Recludo, clausum patefacio. Quandoq; habet diuersam, licet non contrariam à suis simplicibus significationem: ut Resciso. Nam quum scire, fit cognoscere: rescire tamen, siue resciscere, non est rursus cognoscere, sed factum aliquod occultius, & inopinatum, insperatum cognoscere: scire, aduertere. Aliquando nihil omnino addit significationi sui simplicis. Nã recaleo (ut mox docebimus) nihil aliud est quàm caleo. Componitur autem cum dictione ab a, incipiente: ut redamo, redarguo: b, ut rebello: c, ut recurro: d, ut reddo: e, ut redeo: f, ut refero: g, ut regredior: h, ut redhibeo: i, ut reiicio: l, ut relego: m, ut remigro: n, ut renitor: p, ut repugno: q, ut requiro: s, ut refarcio: t, ut retineo: ut, reuertor. Sed cum a, e, & h. interponitur d, causa euphoniæ.

Reædifico, as, Instauro, ædificium collapsum restituo, ἀνανεάζω. Reædificare meritum, pro refarcire. Cicero ad Atticum libro 6. Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore.

Realis actio dicitur quæ in bona tantùm, extenditur.

Reapse, Significat reipsa τῷ ὄντι Pacuuius. Si non est ingratum reapse quod feci. Cicero 2. de Diuinat. Formæ quæ reapse

reapſe nullæ ſunt, ſpeciē autem offerūt. Idem 5. de Fin. Quod idem reapſe primum eſt.

Reatus, tus, m. q. Status & conditio reorum, hoc eſt, habitus demiſſus, pannoſus, ſqualidus, & miſericordiæ aucupator. Vnde reorum ſordes, ſordidatiq; rei dicebantur. Iureconſultus, Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius ſubleuanda erit, id eſt, in eum mitius animaduertendum, qui diu ſordidatus fuerit, id quod euenire ſolet aut Iudicum conſilio in diem longiorē iudicium reiicientium, aut pro re nata, ſi (quia de cauſa planè non liquebat) reus ſæpius ampliatus eſt. Pars enim pœnæ eſſe uiſa eſt, longa temporis intercapedo in conſpicua calamitate, & miſeria. Hodie in reatu ſunt qui uel carcere detenti, ſqualore & illuuie conficiuntur, aut qui honoris cauſa cuſtodiæ ſuę, aut apparitorum commiſſi, aut uadimonio, aut uadibus obſtricti ſunt, aut expromiſſoribus. Iuſtin. lib. 4. Reuocato igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia ſecunda Niceas & Lamachus faciunt. ad reatum, id eſt, ad cauſam dicendam, inquit Budęus. Errore autem nimio (ut inquit idem Budæus) hæc opinio inter noſtræ ætatis iuriſperitos inualuit, ut reatus pro crimine exaudiatur. Eſt autem reatus uocabulum nouum, Ciceronis ætati incognitum: proximo tamen ſeculo imperante Auguſto à Meſſala primùm uſurpatum. Quintilian. lib. 8. cap. 3. Nam & quæ uetera nunc ſunt, fuerunt olim noua, & quædam in uſu perquā recentia. Meſſala primus reatum, munerarium Auguſtus primus dixerunt. Martialis libro 2. Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum, Squalidus hærebo, pallidiorq; reo.

Rebello, las, n. p. Repugno, bellum inſtauro, propriēq; de iis dicitur qui in fide quam principi, aut reipublicæ obligarunt non permanent, aut qui aliquando uicti, & in deditionem recepti, bellum redintegrant, ἀφίσαμαι, ἀφυιάλω. Cæſ. 8. bel. Gall. Si tali rationi diuerſis in locis plures rebellare cœpiſſēt. Liuius 8. ab Vrbe, Quia cum Latinis rebellare noluiſſent. Lucanus lib. 3. niſi qui uinci potuere rebellent. Rebellare dicuntur uulnera, ſeu alia uiria, quum ſemel curata repullulant. Plin. lib. 27. cap. 13. Noſtri herbarii ſtrumam uocant quoniam medetur ſtrumis & panis: creduntq; ea rurſus ſata rebellare quæ curauerit uitia. Rebellat humor. Plin. lib. 13. cap. 12. Minus ſorbet politura charta, magis ſplēdet, rebellat ſæpè humor incuriosè datus, primoq; malleo deprehenditur, aut etiā odore, quum fueris indiligentior.

Rebellator, oris, m. t. Qui ſemel uictus, & in deditionem receptus, bellum inſtaurat, quiſue alioqui in fide principi aut ciuitati obſtricta non permanet, ἀφυιαςὴς.

Rebellatrix, f. t. Liu. li. 10. bel. Mac. Dictu quàm re facilius ſit, pro uinciam ingenio ferocē, & rebellatricē confeciſſe. Ouid. 3. Eleg. 12. Tuq; rebellatrix, tandē Germania magni Triſte caput pedibus ſuppoſuiſſe ducis.

Rebellio, onis, f. t. Defectio, ſeu belli inſtauratio, ἀφυιασμὸς, ἀπόσασις. Cæſar 3. belli Gall. Rebellio facta poſt obſidionem. Tacitus lib. 3. Eodem anno Galliarum ciuitates rebellionem cœptauere.

Rebellis, le, om. t. adiect. Qui ſemel uictus, & in deditionem receptus, bellum inſtaurat, quiſue principis aut reipublicæ ſuæ imperium detractat, ἀποςατικὸς. Verg. 6. Aen. Sternet Pœnos Gallumq; rebellem.

Rebellium, lii, n. ſ. Idem quod Rebellio, ἀφυιασμὸς. Liu. 5. Dec. lib. 2. Qui deditis contra ius & fas bellum intuliſſet, & pacatos ad rebellium incitaſſet.

Rebito, as, Cōpoſitum à re, & Ito, as, freq. uerbi Eo, is, quō antiqui utebantur pro reuertor, redeo, ἐπανέκω. Interpoſitū autem eſt b, tantùm euphonię cauſa. Plaut. in Cap. ac ſi non rebitas huc, ut uiginti minas dem pro te.

Reboo, as, n. p. Ex re & Boo, remugio, & per translationē reſono, reſulto, ἀναπιβοάω ἀναμηκῶμαι. Verg. lib 3. Georg. reboant ſyluęq; & magnus Olympus. Vbi Seru. Reboo Græcum eſt: Nam apud Larinos nullum uerbum eſt quod ante o finalem, habeat o: excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter ſcribebant, aſpirationem interponentes duabus uocalibus, & dicebant Incoho.

Recalcitro, as, idē quod calcitro, hoc eſt, calce ferio. κακίζω. Propriè de equis dicitur, quamuis etiam ad homines transferatur. Horat. 2. Serm. Sat. 1. Cui malè ſit palpare, recalcitrat undiq; tutus.

Recalco, as, rurſus calco, ἀναπατέω. Colum. lib. 2. cap. 2. Si uelis ſcrobibus egeſtā humū recondere, & recalcare, quū aliquo quaſi frumento abundauerit.

Recaleo, recales. pen. cor. Idem quod ſimplex caleo. θέρομαι. Verg. lib. 12. Aen. uix urbe tuemur Spes Italas, recalent noſtro Tyberina fluenta Sanguine.

Recalfacio, cis, a. t pen. cor. Rurſus calidum facio, ἀναθερμαίνω. Ouid. 8. Met. calidumq; prioris Cæde recalfecit conſortu ſanguine telum.

Recaleſco, n. t. Rurſus caleſco, ἀναθερμαίνομαι. Cicero lib. 2. dē Nat. deor. Quod noſtris quoq; corporibus contingit. quū motu atq; exercitatione recaleſcunt. Ouid. 2. de Rem. Am. Quid iuuat admonitu tepidam recaleſcere mentem?

Recaluus, a, um, Cui non totum caput, ſed ſynciput caluū eſt, ἀναφαλαντίας. Plaut. in Rud ecquem Recaluum ac ſilonem ſenem.

Recalualter, ſtri, diminnutiuum eſt à recaluus, eumq; ſignificat qui fronte ſubcalua eſt, non toto capite, quaſi recaluatuius. Valla lib. 1. cap. 7. ἀναφαλαντίας.

Recandeſco, cis, n. t. A uerbo recandeo, Denuò candens, ſiue ignitus fio, ἀνακαυρῶμαι. Accipitur aliquando pro recaleſcere. Ouid. lib. 1. Metam. Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti, Solibus ætherei, alioq; recanduit æſtu. Per translationem quoq; ira recandeſcere dicitur. Ouidius libro 3. Metam. Audita clamore recanduit ira. Interdum idem eſt quod candidum fieri. Ouid. lib. 4. Metam. Seq; ſuper Pontum nullo tardata timore Mittit, onusq; ſuum: percuſſa recanduit unda. id eſt, alba & candida facta eſt ex ſpuma, quam mare cōcitatum ſolet emittere.

Recano, recanis, recinui, entū. n. t. Cantu reuoco, ἀνακαλέω. Plin. lib. 10. cap. 33. de perdice loquens, Adeoq; uincit libido etiam fœtus charitatē, ut illa furtim, & in occultò incubans quum ſenſit fœmina aucupe accedente ad marem recanat re uocetq;.

Recanto, tas, are, act. p. Idem eſt quod diuerſa ſuperioribus canere, & quod antè aſeruimus retractare, παλινῳδέω. Hinc:

Recantatus, a, um, particip. ut Opprobria recantata, id eſt, mutato carmine in laudem conuerſa. Horatius 1. Carm. Ode 26. nunc ego mitibus Mutare quæro triſtia, dum mihi Fias recantatis amica Opprobriis, animumq; reddas Curæ recantatæ. Ouid. 1. de Remed. Am. Nulla recantata deponent pectora curas. Interdum recantare, eſt ſonum cantati carminis reflectere. Mart. lib. 2. Nuſquā Græcula quod recantet Echo. Plinius libro 28. cap. 2. pro incantare uidetur uſurpaſſe. Nōn pauci (inquit) ſerpentes ipſos recantari credunt, & hunc unū eſſe ipſis intellectum, contrahiq; Marſorum cantu, etiā in nocturna quiete.

Recedo, dis, n. t. quaſi retro cedo, Abeo, ἀπέρχομαι. Cic. Attic. lib. 2. Aduola in Formianum, unde nos pridie Non. Maias recedere cogitamus. Plaut. in Capt. Proin tu ab iſtoc procul recedas. Ponitur aliquando, pro reuertor, ὑπανέκω. Sall. in Iug. Albinus Aulo fratre in caſtris pro Prætore relicto, Romam receſſit. Aliquando pro diminui. Plin. lib. 6. cap. 5. Receſſit uenter. Aliquando pro diſiungi. Celſus, Sed in aliis quidem oſſibus ex toto ſæpe fragmentū à fragmēto recedit, &c. Recedere ab officio, eſt deſerere officium. Cic. 3. Officior, Quam ſi ſequemur in comparatione rerum, ab officio recedemus. Recedere ab armis, eſt, ceſſare, deſiſtere. Cicero pro Roſ. Amer. Poſtquam ab armis receſſerunt, in ſummo otio, rediens à cœna Romæ occiſus eſt. Recedere à uita, eſt mori. Cic. 4. Tuſc. Quippe qui ob eam cauſſam à uita receſſerit. Recedere ab oculis, eſt è conſpectu abire, quod tamen ipſum accipitur pro mori, κατ' ὐφημισμὸν. Plin. Epiſt. 27. Viuit enim uiuetq; ſemper, atq; etiam latius in memoria hominum & ſermone uerſabitur, poſtquam ab oculis receſſit. Recedere à conditione perſona, ſtatu, eſt quod dicimus immutare perſonā, conditionem ſtatum. Cic. Att. lib. 1. Nam neq; de ſtatu noſtræ dignitatis eſt recedendū, &c. Idem pro Quintio, Quia ratione res ab uſitata conſuetudine recederet.

Receſſus, us, maſ. quar. Actus recedendi, deceſſus, abitus, ἀναχώρησις, ἄποδ@. Cui opponitur Acceſſus. Cicero 3. de Orat. Luna acceſſu, & receſſu ſuo, Solis lumen accipit. Interdum idem quod receſſus, id eſt, locus ſecretior, turba & tumultu uacuus, ἡσυχαία. Cicero Attic. lib. 12. Mihi ſolitudo & receſſus prouincia eſt. Receſſus oculi, eſt ipſa concauitas, in qua oculus reconditur. Plinius libro 8. cap. 33. Oculi in receſſu cauo, tenui diſcrimine, &c. Receſſus animi, per translationem dicuntur cogitationes recōditę, quæ difficilè poſſunt perueſtigari. Cic. pro M. Marcello, Quum in animis hominū tantæ latebræ ſint, tanti receſſus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Recellicluniæ, κινησιπρώκτοι, dicti sunt meritoriæ meretrices, quæ dissultura quadã, & de assultura mouent clunes, uti uenus concinnior incensori præstetur. Plaut. in Pœn. An ibi uis intei istas uersari profedas, pistorum amicas recellicluniias, aliàs reliquias, alicarias?

Recello, lis, a t. Apul. lib. 10. Meta. uidetur accipere pro eo quod est reducere, retrahere, ἀνέλκειν. Illa, inquit, quoties ei parcens, nares recellebam accedens, toties uisu rabido & spinam prehendens, &c. Liuius autem libro 4. bell. Pun. uidetur usurpasse pro reprimere: quod & Budæus annotauit, Verba Liuii sunt hæc, Ferrea manus quum iniecta proræ esset, grauique libramento plumbi recelleret ad solum, suspensa prora, nauim in puppi statuebat, id est, deprimeret, inquit Budæus.

Recens, entis, om. t. Nouus, nouitius, qui nuper fuit, cuius antitheton est uetus, siue uetustũ, παλαιὸς, πρόσφατος, παρὸς. Cic. Aul. Cecin. Commemorarem non solùm ueterum, sed horum etiam recentium, uel ducum uel comitum tuorum grauissimos casus. Terent. in Adelph. Vt iram hanc in eos euomam, omnem, dum ægritudo hæc est recens. Ver. 3. Geor. iubeo frondentia captis Arbuta sufficere, & fluuios præbere recentes. Recens & lassus contraria. Curtius lib. 3. Timere ne non uirtute hostium, sed lassitudine sua uincerentur. Persas recentes inde successuros, si laxius stare potuissent. Ouidius 2. Metam. Ardua prima uia est, & qua uix mane recens Enituntur equi.

Recens, aduerb. νεωστί. Plaut. Qui recens ex agro uenerat. Ver. 3. Georg. Sole recens orto, id est, recenter, uel paulò antè. Suet. in Tib. Cæs. cap. 1. Inde Romam recens conditam, cum magna clientum manu commigrauit. Plin. lib. 18. cap. 22. Quàm recentissimè stercorato solo.

Recenter, aliud aduer. cuius nullum nunc occurrit exẽplum.

Recenseo, es. a. s. Recognosco, & summam totius multitudinis per numeros colligo, καταλέγομαι, ἐξετάζω, ἀπαριθμῶ, ὑπὸ κοπῶ Liuius inter hæc recenset exercitum, militem instruit. Idem 6. bell. Pun. Deinde acceptis nominibus ciuitatum, recensuit captiuos, quot cuiusq; populi essent. Vergil. 4. Georg. Concedit scopulo medius, numerumq; recenset. Recensere, narrare, διηγεῖσθαι. Cic. ad Att. lib. 16. Ob ius enim recenses multa quæ uellem. Ouid. Epist. 9. I nunc, tolle animos, & fortia facta recense. Sat. 4. Syl. Dinumera fastos, nec parua exẽpla recense.

Recensus, a, um, partic. Id est, recognitus. Suet. in Vesp. cap. 9. Amplissimos ordines, & exhaustos cæde uaria, & conramina tos ueteri negligentia purgauit, suppleuitq; recenso Senatu, & equite, submotis indignissimis, & honestissimo quoq; Italicorum ac prouincialium allecto.

Recensus, us, m. q. Lustratio, siue recognitio exercitus, alterius ue multitudinis, ἐξέτασις. Suet. in Cæs. Dict. cap. 41. Recẽsum populi uicatim per dominos insularum egit.

Recensio, onis, f. t. Multitudinis cuiusuis lustratio, siue recognitio, ἐξέτασις, ut Recensio copiarũ, siue exercitus. Interdũ accipitur pro censu ciuiũ, eorumq; facultatũ qui Romę quinto quoq; anno à Censoribus fieri solebat, τίμημα. Cic. pro Mil. Qui Nympharum ædẽ incendit, ut memoriã publicę recensionis tabulis publicis inpressam extingueret.

Recensitus, a, um, particip. à uerbo antiquo Recensio, sis, quarte coniungat. ut ait Georgius Valla, Idem significans quod recensus. Suet. in Iul. Cæs. cap. 41. Instituit ut quotannis in demortuorum locum ex iis qui recensiti non essent, subsortitio à Prętore fieret. Claud. in Eutr. lib. 2. Prisca recensitis euoluire secula fastis.

Recentari, Renouari, & denuò recens fieri, ἀνανεοῦσθαι, νεάζεσθαι. Accius, Iamiam albicascit Phœbus, & recentatur cõmune lumen hominibus & uoluptas. Nonius.

Recepro, uide Recipio.

Receſſus, uide Recedo.

Recidipnum, pni, n. s. ὑ δεῖπνωτικὴ. uestis quam uocant senatoriam. Iuuen. Rusticus ille tuus sumit recidipna Quirine. Compositum nomen ex Latino & Græco, scilicet ex recinio & δεῖπνον, cœna, eadem etiam Triclinaria dicuntur, uide Trechedipnum.

Recido, dis, pen. cor. recidi, recasum, n. t. Retrorsum, siue iterum cado, ἀναπίπτω, περιέχω. Exigit autem accusatiuum cum prępositione ad uel in. Cicero ad Brut. Nónne hoc est in easdem tenebras recidisse? Plautus in Menęch. Omnes in te istæc recident contumelię. Terent. in Prol. Hec. Nolite sinere per uos artem musicam recidere ad paucos. Cic. Att. libr. 4. Id ego puto, ut multa eiusdem, ad nihil recasurum. Inuenitur aliquando apud poëtas reccido, c litera geminata, ut prima syllaba natura breuis producatur. Lucret. lib. 1. Atque recidere ad nihilum res posse, &c. Propert. libr. 4. Recidit in q; suos mensa supina pedes.

Recidiuus, ua, um, pen. prod. Quod est casum restitutum, denuò concidit, ἀναπτῶσις, ἀναπίπτω. A re præpositione actus iterationem significante, & nomine cadiuus: unde Cadiua mala legimus apud Plinium lib. 15. cap. 16. Propriè itaq; recidiuum quid dicitur, quod iteratò cecidit. Verg. lib. 4. Aeneid. Et recidiua manu posuissem Pergama uictis, id est, quæ reciderunt. Idem lib. 7. Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter Funestæq; iterum recidiua in Pergama tędę. Vbi Seruius interpretatur, Recidiua, post casum restituta: respiciẽs opinor, ad oppidulum illud quod Aeneas, quum primum nauibus egressus esset, non procul à Laurento condidit: quod & ipsum à nomine relictæ patriæ Troiam appellauit, ut autor est Liuius lib. 1. ab Vrbe. Melius tamen, mea quidem sententia, recidiua Pergama intelligere possumus, quæ iterum ceciderunt, hoc est, bis euersa sunt. Constat enim Troiã bis captam fuisse: semel ab Hercule tempore Laomedõtis regis, quum Hesionem scopulo alligatam, occiso marino mõstro, liberasset: quo nomine quũ pactam sibi mercedem Laomedon soluere recusasset, Hercules contracto exercitu urbem expugnauit, Laomedontem occidit, Hesionem q; & Priamũ captiuos in Græciam abduxit. Redemptus postea à uicinis priamus. Troiam instaurauit, multoq; splendidiorem reddidit: quæ à Græcis duce Agamemnone secundò fuit euersa. Febres recidiuæ dicuntur, in quas secundò recidimus, quũ scilicet morbo liberati, denuo in eundem relabimur, ἀνακομιζόμενοι. Sed hoc non propriè, neq; ex uocabuli significatione fit, sed ex appellatione tantùm, quasi recidiuorum febres, propter eos qui in eas incidunt, & post earum depulsionẽ relabuntur. Febres enim ipsę, recidiuiq; potius, quàm recidiuæ dici debent, quia tunc non recidunt, siue non depelluntur, sed reuiuiscunt, & integrantur.

Rĕcido, dis, di, pen. prod. a. t. Abscindo, reseco: ex re, & cædo, ἀποκόπτω. Cato capite secundo, Viam publicam muniri, uepres recidi. Martia. libro primo, Quam primùm longas Phœbe recide comas. Horatius de Arte poëtar. ambitiosa recidet Ornamenta. Ouidius primo, Metamorph. Cuncta prius tẽranda, sed immedicabile uulnus Ense recidendum est, ne pars syncera trahatur.

Recisus, a, um, pariticipium. Cic. de Pronin. consul. Nationes eas quę numero hominum ac multitudine ipsa poterant in prouincias nostras redundare, ita ab eodem esse partim recisas, partim repressas. Lucan. libr. 2. uidit fortuna colonos Prænestina suos cunctos simul ense recisos. Ouid. 5. Fast. Idq; an cile uocat quod ab omni parte recisum est, Quemq; notes òculis, angulus omnis abest. (ustione proficit.

Recisio, onis, f. t. Plin. lib. 21. cap. 4. Omnis autem recisione, atq;

Recisamentum, ti, Frustum exiguum, & ueluti ramẽtum à re quapiam recisum, ῥῆγμα, ἀπόκομμα. Plin. li. 34. cap. 11. Ocyssimè uerò æs coronarum æruginem contrahit, recisamentis in acetum additis.

Rĕcingo, recingis, a. t. Discingo, quod cinctum erat soluo, διαζώννυμι. Ouid. lib. 4. Metam. ad inania magni Regna redit Ditis, sumptumq; recingitur anguem. Id est, deponit anguem, quo se antea uelut cingulo prærinxerat. Vergilius 4. Aneid. Vnum exuta pedem uinclis in ueste recincta Testatur moritura deos. Ouidius 1. Amor. Ecce Corinna uenit tunica uelata recincta,

Recinium, recinii, n. s. Vestis quadratæ genus, inde dictæ: ut Seruio placet, quòd laciniam eius retrorsum reiiciebant. Recinium (inquit Festus) omne uestimentum quadratum. Hi qui XII. Tabulas interpretati sunt, esse dixerunt uirilem togam, (qua & mulieres utebantur) prætextam clauo purpureo. Vnde Nimi planipedes, reciniati dicuntur.

Rĕcinŏ, recinis, n. t. pen. cor. Iterum, uel frequenter cano. Cicero de Claris Orat. Illud est maius, quòd in uocibus nostrorum oratorum recinit quiddam & sonat urbanius. Horat. lib. 1. Hæc reciniunt iuuenes dictata, Senesq;.

Rĕcipĭo, recipis, pen. cor. a. t. Ex re & capio, Rem semel depositam traditamue, rursus assumo, ἀναλαμβάνω. Liu. libr. 9. Recipiant arma quæ per pactionem tradiderunt. Quandoq; ponitur pro admittere, accipere, & honoris, uel beneficii, uel humanitatis causa susćipere. ἐκδέχεσθαι, ὑποδέχεσθαι. Cic. libro 2. Officior. Cyrsillum quendam suadentem ut in urbe manent

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

manerent, Xerxemq; reciperent, lapidibus obtuerunt. Quandoq; pro reuocare, ἀναπαλεῖν. Verg. 2. Aen. Sic ore effatus recepit Ad sese. Quandoq; in tutũ reducere, liberare, ἀναγαγεῖν. Vergil. 6. Aeneid. Illum ego per flammas, & mille sequentia tela Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi. Recipere seruum, ut in l. 11. de Seru. corrupi. Vlpian. dicit, esse refugium abscondendi causa seruo præstare uel in suo agro, uel in alieno loco ædificiosie. Quandoq; simpliciter conterre se, & proficisci, κομίζεσθαι. Plaut. in Cap. Inde me continuò recipiã rursum domũ. Quandoq; recuperare, ἀναλαμβάνειν. Cic. in Catul. Tarentum uero qua uigilantia, quo consilio recepit? tum quidẽ me audiente, Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti atq; dicenti, Mea opera, Quinte Fabi, Tarentum recepisti. Et certè inquit ridens, nisi tu amisisses, nunquam recepissem. Quandoq; excipere ad usum suum, & reseruare, quod fit quum quis uenditis cæteris, sibi quippiã reseruat, ἐξαίρειν. Plaut. in Trin. Vbi nunc adolescens habet? C. posticulum Hoc recepit, quum ædes uenderet. Recipere ensem, est retrahere, & è uulnere educere. Sic enim interpretatur Seruius illud Vergilii 9. Aeneid. Totum cui cominus ensem Condidit assurgenti, & multa morte recepit. Accipitur interdum pro promittere, nisi quòd recipere amplius quiddam significat, quàm promittere: quasi rei eueniũ in se suscipere, ὑπισχνεῖσθαι. Cicero Crasso, Quæ tibi promitto, ac recipio sanctissimè esse obseruaturum. Cecinna ad Ciceronem, Sed tamen ego filio dixeram, librum legeret, & ea conditione daret, si reciperes te correcturum. In qua significatione dicimus, Recipere in se. Cic. ad Brut. lib. 13. In ipsa causa exponẽda satis etiam de probitate dixi, sed tamen separatim in me recipio, fore eum tibi & uoluptati & usui. Nam & modestum hominem cognosco, & prudentem, & à cupiditate omni remotissimum, præterea magni laboris, summæque industriæ. Neq; hæc polliceri debeo, quæ tibi ipsi (si bene cognoris) iudicanda sunt. Quo in loco Cicero morem suum seruat, ut difficilius uerbum recipio, per facilius polliceor declaret. Ponitur aliquando pro approbare, δοκιμάζειν. Plin. lib. 25. cap. 4. Quartum genus molle, lanuginosum, pinguius cæteris, candidi feminis, in maritimis nascẽs, hoc recepere medici. Quintilian. lib. 8. Vsus recepit, Bene moratas urbes, & poculum epotum, seculum felix. Aliquando pro nominatim cauere. Iureconsultus in l. Emptorem. de Act. empti, Quemadmodum recipitur ut numos uenditor accipiat, quamuis merx ad emptorem non perueniat. Budæus. Aliquando pro capere uel accipere. Plaut. in Rud. In custodiam nos ut tuam recipias, & tuêre. Recipere se, aliquando est, ad se redire, & animum, ac uires resumere. Cic. in Somn. Scip. Quæ quum intuerer stupens, ut me recepi, &c. Recipere mandatum, est totum mandati onus in se transferre. Cic. pro Sexto Roscio, Quid recipis mandatum si neglecturus es? Differunt autem recipere, & suscipere, ut ait Asconius in Diuin. quòd recipimus partem, suscipimus totum. Cic. de Orat. In quo est illa quidem magna offensio, uel negligentiæ susceptis rebus, uel perfidiæ receptis.

Receptus, a, um, part. à recipio: ut Receptus mos, quem sponte (ut inquit Non.) ciuitas alienum asciuit, τὸ καθιστικὸς Recepti in ciuitatem, dicuntur qui cum suffragio ciues sunt effecti ut apud Liu. sæpè legitur, ἀναγεγραμμένοι πολίται. Receptus cælo. Quint. lib. 3. Quòd ipsius quoq; cælo receptũ tempus eius homines non dubitauerint. Ouidius 3. de Ponto, Tunc me (si qua fides) cælesti sede receptum Cum fortunatis suspicor esse deis. Vergilius libro 1. Aeneid. Frugeśque receptas Et torrere parant flammis, & frangere saxo.

Receptum, pti, n. s. subst. Idem quod pollicitũ, siue promissum, ὑπόσχεσις, ἐγγύη. Cic. 2. Philip. Ille induxit ut peteret, promissum & receptum interuertit, ad seq; transtulit, tu eius perfidiæ uoluntarem tuam adscripsisti. Idem 7. Verr. Satis est factum Siculis, satis officio ac necessitudini Iudices, satis promisso nostro ac recepto.

Receptus, us, m. q. Ipse actus recipiendi, siue subducendi se è pugna, ἀναχώρησις, ὑπαγωγή. Liu. 8. ab Vrbe, Breuitate ipsa loci, faciliq; receptu in tàm propinqua castra, haud ægrè militem à multa cæde est tutatus. Receptui signũ dare, est rubæ signo copias à pugna reuocare, τὸ ἀναλητικὸν σημαίνειν, ἀναχωρεῖν. Liuius 2. ab Vrbe, Admirationem inde auxit, signo receptui dato, adeò tranquilla serenitas, &c. Canere receptui. Idem Cicero 12. Philipp. Quis enim reuocante, & receptui canente Senatu, properet dimicare? Nonnũquam tamen per translationem accipitur pro recedere. Cicero 5. Tusculan. Vetat igitur ratio intuĕri molestias, abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miserias contemplandas, à quibus quum cecinit receptui, impellit rursum, & incitat ad cõspiciendas, notaq; mente contractandas uarias uoluptates: quibus ille & præteritarum memoria, & spe consequentium, sapientis uitam cõfertam putat. Receptus præterea significat locum ipsum in quem tutò se recipit exercitus. Verg. 11. Aen. Planicies ignota facet, tutiq; receptus. Cic. ad Att. lib. 8. Neq; ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Plancus Ciceroni lib. 10. Animaduerti nullum alium receptum Antonium, reliquasq; quæ cum eo essent, habere, nisi in his partibus.

Receptor, m. t. Receptrix, & Receptator, uerbalia à Recepto, tas, quæ sæpè illos, aut ulas significant, qui uel quæ latrones, eorumq; furrepta recipiunt, occultantq;. Vulgus Receptatores appellat. Cic. 6. Verr. Receptrix furtorum, ac prædarum Messana. Melius Iureconsultus, utuio de receptat. Pessimũ, inquit, genus est receptatorum, sine quibus latêre nemo diu potest. Cicero pro Mil. Occultatorium, & receptatorium latronum locus.

Receptio, onis, aliud uerbale. Plautus in Asin. Quid tibi huc receptio ad te est meum uirum? id est, Quare recipis ad te uirum meum?

Receptitius, a, um, Idem quod exceptitius, hoc est, quicquid in uenditione aut quauis alia alienatione excipimus, & nobis reseruamus, ἐξαίρετος. Vnde receptitius seruus appellatus est, nuptæ mulieris proprius, quẽ reseruauit, quũ dotem marito daret. Quoties enim mulier, in danda uiro dote, aliquid ex suis bonis retinet, nec ea ad uirum transmittit, Recipere ea dicitur. Vide Cell. lib. 17. cap. 6.

Recepto, tas, Frequentatiuum à recipio, παραλαμβάνω. Terentius in Hecy. Meum receptas filium ad te Pamphilum. Idem in Heautont. Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho, Victus, uestitus, quò in tecto te receptes. Lucanus libro 7. tabesné cadauera soluat, An rogus, haud refert: placido natura receptat Cuncta sinu, finemque sui sibi corpora debent.

Receptaculum, li, n. s. Quicquid rem aliquam in se recipit; ἀποδοχεῖον, ὑποδοχή, ut quum lienem melancholiæ, uesicam urinæ, & aluum fœcis dicimus esse receptaculum. Cicero 2. de Natura deor. Aluus cibi potionisq; est receptaculum. Idem 1. Tusculan. Nam corpus quidem est quasi uas, aut aliquod animi receptaculum. Idem 7. Verr. Illud tibi oppidum receptaculum tibi prædæ fuit. Interdum idem est quod perfugium, hoc est, locus in quem quis se recipit, ut à ui, aut iniuria tutus sit, καταφυγή. Cæsar 7. bel. Gal. Præterea oppida incendi oportet, quæ non munitione & loci natura ab omni sint periculo tuta: neu suis sint ad detrectandam militiam receptacula. Cic. in Pis. Cui remplum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinæ militum, castellũ forensis latrocinii.

Reciprocus, a, um, pen. cor. Quod alicunde profectum, redit eò unde profectum est, à recipiendo dictum, ut docet Varro libro 6. de lingua Latina, ἀντίστροφος. Reciprocus amnis, id est, refluus. Plinius lib. 9. cap. 17. Caueruasq; facit sibi in terra, atq; in iis uiuat, etiam reciprocis amnibus sic cato littore.

Reciprocatio, onis, f. t. Eiusdem uiæ retrograda, repetitio, & accessus & recessus, παλινοδία. Plin. lib. 9. cap. 8. Iunumera uis mugilum stato tempore angustis faucibus stagni in mare erumpit, obseruata æstus reciprocatione.

Reciproco, reciprocas, a. p. In contrariam partem reflecto, alternis attraho, & remitto, ἀντιστρέφω, παλινδρομέω. Liuius libro 2. bell. Pun. Quum iam spiritum includerer uentus, nec reciprocare animam sineret, auersi à uentro paruumper consedêre. Gellius, In eam fistulam per quam spiritus reciprocatur. Interdum idem est, quod mutua quadam consequentia à se inuicem dependere. Cicero lib. 1. de Diuinat. Siquidem ista sic reciprocantur, ut si diuinatio sit, dii sint, & si dii sint, diuinatio sit.

Recisamentum, uide Recido.

Recito, tas, a. p. Clarè de scripto pronuncio, ut alii audiant, intelligantq;, unde Poëtæ, & alii scriptores recitabant publicè opera sua, & nonnulli aliena. Cic. ad Plan. lib. 10. Cane enim pures ullas literas unquã graniores, quàm tuas, in Senatu esse recitatas. Aliquando non legendo, sed memoriter referendo fit recitatio. Quint. Ariſta legem recitat. Loquens de muliere, quæ cæca erat.

Recitatio, onis, De scripto pronuntiatio, ἀνάγνωσις. Cicero pro Cluent.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cluent. Crassus tum ira Brutum ultus est, ut illum recitationis suę pœniteret.

Recitator, oris, m. t. Qui aliquid de scripto pronunciat, ἀναγνώστης. Cic. 2. de Inuen. Neq; enim uos scripti sui, recitatores, sed uoluntatis interpretes fore putauit.

Reclamo, as, n. p. pen prod. Clamore aduersor, non acquiesco, ἀντιβοῶ, ἀντιλέγω. Cicero pro Pomp. Propterea quòd istis reclamantibus, uos unum illum elegistis, quem bello prædonum præponeretis. Idem Lentulo, Eius orationi uehementer reclamatum est. Reclamo tibi pro reo, dixit Plinius Epistol. lib. 9. id est, cùm clamore reprobo quæ in reum dicis.

Reclamatio, onis, f. t. uerbale, Contradictio, & propriè cum clamore, ἀντιλογία. Cicero. 4. Philip. Præclara & luculenta reclamatione uestra factum pulcherrimum Martialium comprobauistis.

Reclamito, tas, freq. Cic. pro Ros. Am. Magna est enim uis humanitatis, multũ ualet cõmunio sanguinis, reclamitat istius modi suspicionibus ipsa natura.

Reclino, as, are, Verbum est actiuum, idem ferè ualens quod componere, uel inclinare se ad iacendum, uel quiescendum. ἀνακλίνω, κατακλίνω. Cæs. 6. bel. Gall. His sunt arbores pro cubilibus, ad eas se applicãt, atq; ita paulũ modò reclinatæ quietem capiunt.

Reclinatus, a, um, part. Horat. 2. Carm. Ode. 3. Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum bearis Interiore nota Falerni.

Recliuis, & hoc liue, om. t. Idem quod reclinatus, siue procumbens, ἀνάκλιτος, ἀνακλινόμενος, κατακλινὴς. Martial. lib. 9. Sic in gramine floreo recliuis, Quà gemmantibus hinc & inde riuis, &c. Ouid. 10. Metam. Intq; sinu iuuenis posita cernice reclinis.

Recludo, is, reclusi, reclusum, a. t. pen prod. Quod clausum erat aperio, retego, ἀνοίγω. Plaut. in Capt. Cellas refregit omnes intus, reclusitq; armarium. Verg. 8. Aen. Infernas reserat sedes, & regna recludat Pallida. Ouid. 7. Metam. stricto Medea recludit Ense senis iugulum. Verg. 1. Aen. ueteres tellure reclusa dit Thesauros, ignotum argenti pondus & auri. Horat. 3. Carm. Ode 3. Virtus recludens immeritis mori Cælum, negata tentat iter uia.

Reclusus, a, um, part. Apertus, ἀνοικτὸς. Ouid. 7. Metam. uenit Thelamon properus, foribusq; reclusis Speq;, fideq; pater dixit, maiora uidebis.

Recoctam uulgò dicunt, qui & secundarius caseus dicitur, διυφρῶν.

Recogito, Iterum atq; iterum cogito. Cicero ad Quint. Fratr. lib. 2. Sic tu mihi uideris in Sardinia, de forma Minutiana, & nominibus Pompeianis in otio recogitasse. Colum. lib. 1. in Præf. Quę quum animaduertam sæpe mecum retractans ac recogitans, quàm turpi consensu deserta exoleuerit disciplina ruris.

Recognosco, is, a. t. Agnosco, ad memoriam reuoco, & rem olim cognitam, denuo cognosco, ἀναγνωρίζω, ἐπιγινώσκω Cic. 2. Ver. Non uidetur hęc multitudo cognoscere ex me causam uoluisse, sed ea quæ scit, mecum recognoscere. Idem ad Brut. Verba tua recognosce, & aude negare seruientis aduersus regem istas esse preces. Interdum est curiosè aliquid inspicere quod uulgus uocat uisitare, ἐφοράω. Colum. lib. 1. cap. 8. Panis potionisq; bonitate gustu suo exploret, uestem, manicas, pedumq; regmina recognoscat. Interdum idem quod corrigo, emendo, διορθόω. Cic. in Vat. Is codicem non recitandi causa legit, sed recognoscendi. Idem 4. Verr. Hęc omnia summa cura & diligentia recognita & collata, & ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Recognoscere equitum turmas, pro recensere, ἐπιτάττω. Suet. in Oct. Aug. cap. 38. Equitum turmas frequenter recognouit.

Recognitio, onis, f. p. uerbale, idem significans quod agnitio, hoc est, eorum quæ aliàs nobis nota fuerunt, iterata exinteruallo cognitio. ἀναγνώρισις, idem quod commemoratio, uel recordatio, ἀνάμνησις. Cicero 6. Verr. Qui tandem istius animus est, nunc in recognitione scelerum suorum. Interdum idem quod inspectio, quam uulgus Visitationem uocat, ἐφορία. Colum. lib. 11. cap. 1. Quare tam uestem, seruitiorum, quàm ut dixi. ferramenta bis debebit singulis mensibus recensere, nam frequens recognitio, nec impunitatis spẽ, nec peccandi locum præbet.

Recõlõ, is, pen. cor. a. t. Denuo colo, iterum subigo, ἀναρρώννυμι, ἀναρρηγνύω. Ouid. 5. Metam. partimq; rudi data semina iussit Spargere humo, partim post tempora longa reculta. Per translationem autem accipitur pro polire, & exercere, quod & ex colere dicimus, ἐξεργάζεσθαι. Plinius Epist. 129. Vt enim terræ uariis, mutatisq; seminibus, ita ingenia nostra nunc hac, nunc illa meditatione recoluntur. Aliquando etiam idem ualet quod cultui suo, & nitori restituere, & priscum decus reparare. Liuius lib. 9. Decadis 4. Sed metalla etiam & uetera intermissa recoluit, & noua multis locis instituit. Tacit. lib. 3. Quorum exemplo Lepidus, quanquam penuriæ modicus, auitum decus recoluit. Idem libr. 17. Et recens ab exilio reuersos nobiles adulescẽtulos auitis ac paternis sacerdotiis in solatium recoluit. Interdum idem quod meditari, perpẽdere, mente tractare, in memoriam reuocare μνεμονεύω, ἀναλογίζομαι. Cic. 9. Philipp. Quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo, & maiore consolatione moriere Cic. pro Archia poëta, Quantum alii tribuunt tempestiuis conuiuiis, quantum deniq; aleæ, quantumq; pilæ: tantum egomet mihi ad hæc studia recolenda sumpsero. Plau. Trin. hæc ego quum ago cum Meo animo, & recolo, ubi qui eget, quàm pretii sit parui.

Recolligo, is, a. t. In unum colligo, ἀναλέγομαι. Colum. libr. 8. cap. 5. Confestim circumire oportebat cubilia, ut quæ mota sunt oua, recolligantur. Plin. Epist. 190. Actionem meam, utcunq; potui, recollegi. Lucan. lib. 1. Dat fragem latè, rursusq; recolligit ignes. Ouid. 7. Metam. Nunc opus est succis, per quos renouata senectus In florem redeat, primosq; recolligas annos. Recolligere animum alicuius, reuocare ab ira, mitigare. Cic. Attico lib. 1. Quòd scribis, etiam si cuius animus in te esset offensior, à me recolligi oportet, &c. Recolligere se ab ægritudine, est uires resumere, siue recipere, ἀναλαμβάνειν ἑαυτόν. Plin. lib. 23. cap. 7. Recolligentibus se à longa ualetudine utilissima. Idem lib. 20. cap. 5. Aegrisq; se recolligentibus, &c.

Recommĩniscor, eris, penult. corr. Idem quod Reminiscor, siue memor fio ἀναμνήσκομαι. Plautus Trinum. literis recommĩniscar.

Recompositus, pen. cor. Rursus cõpõsitus. Ouid. 1. Amor. Eleg. 7. Pone recompositas in statione comas.

Reconcilio, as, are, a. p. In concordiam reducere, & in gratiam restituere eos qui ob offensam quampiam fuerãt ab alienati, καταλλάττω. Cic. Attico lib. 6. Quintus filius piè cum patre animum patris sorori tuæ reconciliauit. Liuius 2. ab Vrbe, Vt alio munere sibi reconciliaret ciuium animos. Idem 5. bell. Maced. Non mouit modò talis oratio Regem, sed etiam reconciliauit Annibali. Reconciliare existimationẽ, est eam recuperare. Cic. secundo, Verr. In quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam posteris. Reconciliare filium, frequẽs est apud Plautum in Captiuis, pro eo quòd est efficere ut reducatur filius domum.

Reconciliatus, a, um, participium. Cic. Lentulo lib. 1. Videbatur enim reconciliata nobis uoluntas Senatus esse.

Reconciliatio, onis, καταλλαγὴ. Cic. lib. 9. Vt simul Romã uenerit, agat de reconciliatione gratiæ suæ & Pompeii.

Reconciliator, liatoris, Pacificator, dissidiorum compositor, διαλλάκτης. Liuius quinto, bel Maced. Phaneas reconciliatore pacis & disceptatore de iis quæ in controuersia cum populo Romano essent, utendum potius Antiocho censebat, quàm duce belli.

Reconcinnare, a. p. Id est, instaurare, reparare, expolire, ἀνασκευάζειν. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Tribus locis ædificio, reliqua concinno. Cæsar. lib. 2. bel. Ciuil. Diuturni laboris detrimentum solertia & uirtute militum bene reconcinnatur.

Recondo, dis, a. t. Occulto, tego, repono, καλύπτω, κρύπτω, ἀποτίθεμαι. Cic. 1. de Inuent, Gladium cruentum in uaginã recondidit. Horat. 2. Serm. Sat. 3. quid discrepat istis, Qui nummos aurumq; recondidit, nescius uti Compositis, metuẽsq; uelut contingere sacrum? Verg. 5. Aen. Multi præterea quos fama obscura recondit. Ouid. 11. Metam. Et rursus molli languore solutus, Deposuitq; caput, stratoq; recondidit alto:

Reconditus, a. um, participium, siue nomen ex participio. Occultus, abstrusus, κρυπτὸς, κρύφιος. Cic. 6. Verr. Statuerunt se se nihil tàm clausum, neq; tàm recõditũ posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumq; esset Idẽ pro Quint. Vixit enim semper incultè, atq; horridè: natura tristi ac recondita fuit: nõ ad solatiũ, nõ in cãpo, nõ in conuiuiis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eo nuiuiis uersatus est Plen q Acad A me enim ea, quæ in promptu erant, uicta fuit, à Lucullo autem reconditiora desidero. Brutus Ciceroni libro II Ad his literas statim mihi rescribe, tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit.

Reconflo, as, Denuo conflo, siue liquefacio, & per translationem regigno, restituo, resuscito, ἀναχωνεύω. Luc. li. 4. Vnde reconflari sensus per membra repentè Possit? Vbi reconflari dixit, pro eo quod ex renasci, regigni, ἀναφύειν.

Reconuenio, is, Verbū est Iurisperitis peculiare, pro eo quod est contrariā actionē intentare: ut si reus in iudicio cōuentus actorem conueniat, ἀντιγράφω.

Recoquo, pen. cor. 2. t. Id est rursus coquo, δὶς ἑψῶ. Mart. lib. 11. Altera non deerunt tenui uersata fauilla, Et Velabrensi massa recocta foco. Cic. de Sen. Quòd quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit, nec se tanquam Peliam recoxerit. Per translationem ponitur pro rursus polio, & formo, tanquam aurum, & similia quæ iterum coquuntur ut meliora fiant. Quint. lib. 12. cap. 6. Sed præcipuè tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoq; audierat, se reformandū, ac uelut recoquendum dedit. Lucan. lib. 7. Spiculaq; extenso Pæan pythone recoxit.

Recoctus, a, um, partic. ut Passum recoctum, δὶς ἑφθός. Stat. 4. Syl. Vel passum Pythiis suis recoctum. Senex recoctus. Catul. Epig. 10. Sed non omnia displicere uellem Tito & Suffecio seni recocto. Scriba recoctus, inquit Acron, dicitur qui sepius cum Proconsule ad pronunciam missus, exercitatior est factus ex ipsa frequentia, & usu. Horat. 2. Sermon. Sat. 1. plerumq; recoctus Scriba ex Quinqueuiro corum deludet hiantem.

Recordor, aris, d. t. In memoriam siue in mentem reuoco, quasi iterum cordi do, ἐνοῶ, ἐνθυμοῦμαι, ἀναμιμνήσκομαι. Veteres enim cor, pro mente dixerunt. Cic. 1. Tusc. Ex quo effici uult Socrates, ut discere nihil aliud sit, quàm recordari. Horat. 2. Epist. 2. Quocirca mecū loquor hęc, tacitusq; recordor. Ver. 3. Aen. si nil è audita recordor. Dicimus aūt recordor huius rei & hanc rem. Cic. in Caton. Vt pedestreis, nauales q; pugnas, ut bella à se gesta, triumphosq; recordentur. Idem pro Planc. huius meriti in me recordor.

Recordans, tis, part, Cic. Att. lib. 4. O nauigationem amandam, quam mehercle ego ualde timebā, recordans superioris tuæ transmissionis.

Recordatio, onis, Reminiscentia, ἀνάμνησις. Cic. de Sen, Conscientia bene actæ uitę, multorumq; benefactorū recordatio iucundissima est. Idem ad Att. lib. 12. Dum recordationes fugio, quę quasi morsu quodā dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.

Recrastíno, as, n. p. Idem quod procrastino, differo, protelo, prorogo, quasi in crastinum reiicio, ἀναβάλλομαι. Plinius lib. 17. cap. 14. Recrastinare minimè utile. Col. lib. 2. ca. 21. Propter quę recrastinari non debet, sed æqualiter flauentibus iam satis, anteq̄ ex toto grana indurescant, quum rubicundū colorem traxerunt, messis facienda est.

Recrementum, ti, n. s. Purgamentum, siue excrementū rei cuiuslibet, ἀποκάθαρμα. Celsi lib 5. Vlcera illinenda sunt, aut plumbi recremento, aut cerussa. Vbi plumbi recrementū pro scoria posuit.

Recreo, as, a. p. Refrico, instauro, refoneo, ἀναζωπυρῶ, ἀνακομίζομαι, ἀναλαμβάνω. Plin. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur. Idem lib. 12. cap. 1. Ex arboribus recreans membra oleiliquor, uiresq; potus uini. Cicero pro Roscio Amerin. Tum uerò in isto bello non recreatus, nec restitutus, sed subactus oppressusque populus Romanus est. Idem post reditum ad Quir. Sed tanquam bona ualetudo iucundior est iis qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis, quàm assiduè præcepta delectant. Verùm hæc significatio translata est, nam propriè recreare, idem est quod denuò creare. Qua uoce utitur & Cicero 2. de Nat. deor. Atqui inquiens, & nostrorum Augurum, & Hetruscorum, & Aruspicum disciplinam P. Scipione, C. Figulo Consulibus res ipsa probauit, quos quum T. Gracchus Consul iterum recrearet, primus rogatorum, ut eos retulit, ibidem est repentè mortuus.

Recrepo, as, pen. cor. Crepitum reddo, resono, ἀντάχω, ἀναψοφῶ. Catul. Epig. 58. Leue tympanū remugit, caua cymbala recrepant.

Recrescó, is, n. Renascor, rursus crescо, ἀναφύομαι, ἀναξαίνω. Plinius lib. 11. cap. 37. Cartilago rupta non solidescit, nec præcisa ossa recrescunt. Liuius lib. 6. belli Punici, Vos modò milites fauete nomini Scipionum soboli Imperatorum uestrorum, ueluti accisis recrescenti stirpibus. Ouid. 2. Epist. 2. Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit.

Recríminor, aris, Criminatori uicissim crimen obiicio, ἀνθυπάγω, ἀντικαλῶ.

Recrudescо, is, n. t. Ad pristinam cruditatem redeo, ἀνομῶμαι. Per translationem accipitur pro exasperari siue inualescere, παροξύνομαι. Tractum à uulneribus, quæ quum agitatione nimia, uel malè purgata interdū recrudescunt, id est, cruda & noua fiunt grauiorem excitant dolorem. Cicero ad Sulp. libro quarto, Nunc autem hoc tam graui uulnere etiam illa quæ consenuisse uidebantur, recrudescunt. Recrudescit seditio. Liuius sexto ab Vrbe, Recrudescente Manliana seditione. Recruduit pugna Liuius decimo ab Vrbe, Ibi interuentu Gellii, cohortiumque Sabellarum, paulisper recruduit pugna.

Recubo, bas, pen. cor. recubui, recubitum, u. p. Rursus, seu iterum cubo, denuò ad quiescēdum me cōpono, ἀνάκειμαι. Cicero 1. de Diuin. Eum primò perterritum somnio surrexisse: deinde quum se collegisset, idq; uisum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse. Interdum idem quod cubo, quiesco, iaceo. Ver g. 1. Eclog. Tityre tu patulæ recubās sub tegmine fagi. Ouid. 2. de Arte, Sub qua nunc recubas arbore, uirga fuit. Colum. libro 1. cap. 3. Neq; ab his longius recedat, aut ne recubet, aut consīdat. Ci. 3. de Orat. Sed in hortulis quiescet suis, ubi uult, ubi etiam recubans molliter, & delicatè nos auocat à Rostris. Plaut. Curc. Anus hic recubare solet custos ianitrix.

Recubitus, us. m. q. penultima correpta, Recūmbendi actus, discubitus, ἀνάκλισις. Plinius libro 24. cap. 13, uidetur accepisse pro subsultu illo quem faciunt corpora in solum durum incidentia. Baculum (inquit) ex aquifolia factum, in quoduis animal emissum, etiam si citra ceciderit defectu mittentis, ipsum per sese recubitu propius adlabi.

Recudo, pen. prod. Denuò cudo, ἀνακολάπτω. Varro, Vt solent ii qui uetera metalla recudunt.

Recula, uide Res.

Recumbo, is, n. t. Mensæ accumbo, ἀνακλίνομαι. Martial. li. 2. Debet Aricino conuiua recumbere cliuo, Quem tua felicem Zoile cœna facit. Plin. Epist. 200. Recumbebat mecū uir egregius Fidius Rufinus: super eum municeps ipsius Interdum idem quod procumbere. & exporrectū iacere. Cic. 2. de Orat. Marcus Lepidus quum cæteris in campo exercentibus, in herba ipse recucubuisset, Vellem hoc esset, inquit, laborare. Interdum idem quod inclinari. Ver. 9. Aeneid. pulchros q; per artus It cruor, inq; humeros ceruix collapsa recumbit. Ouid. 2. Trist. Quum cœpit quassata domus subsidere partes In proclinatas omne recumbit onus.

Recupero, ras, act. p. pen. cor. Rem amissam recipio, ἀναπομίζομαι, ἀναλαμβάνω, ἀναπτάομαι. Cic. ad Sulpitium li. 13. Ego si hominem per te recuperaro, summo me beneficio affectum arbitrabor. Veterem belli gloriam recuperare, Cæsar 7. belli Gallici. Cic. 4. Ver. Scipio qui hoc dignum pop. Romano arbitraretur, bello confecto socios sua per nostram uictoriam recuperare. Liu. lib. 5. Ferro, non auro recuperare patriam iubet.

Recuperatio, onis, f. t. Ipse recuperandi actus, ἀνακομιδή, Cicero 10. Phil. Ita præclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in reprehenda libertate fugienda. Festus, Recuperatio est, ut ait Gallus Aelius, quum inter populum & Regem, nationesq; & ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per recuperationem reddantur, recuperanturq;, res priuatas inter se persequantur.

Recuperatores, m. t. Dicebantur illi quibus Prætor iurisdictionem mandabat priuatarum causarum, qui Delegati iudices postea appellati cœpti sunt à recentioribus, ut ait Budæus. Plautus in Bacchid. Postquàm quidem Prætor recuperatores dedit. Cic. 5. Ver. De conuentu nullū unquā iudicem, neq; recuperatorem dedit. Idem 1. Ver. Iudiciū dat statim, si pateret eam se & sua Veneris esse dixisse. Iudicant recuperatores id quē necesse erat: neq; enim erat dubiū quin illa dixisset. De recuperatorio iudicio sic scribit Ci. in Frumētaria, Vtrum est æquius Decumanum petere, an aratorē repetere? iudicium integra re, an perdita fieri? cum qui manu quæsierit, an eum qui digito licitus sit possidere? Quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui in singulis iugis arat, qui ab opere ipso non recedunt, quid facient? quum dederint Apronio quod popoſcerit, relinquent arationes, larem familiarem? uenient Syracuſas, ut re Prætore uidelicet; equo iure Apronium delicias, ac uitam tuam iudicio recuperatorio perſequantur. Quibus ex uerbis apparet, iudicium recuperatorium dici per quod rem nobis per iniuriam ereptam repetimus, & Recuperatores iudices eſſe apud quos poſſeſſionem rei amiſſæ, & per iniuriam extortæ repoſcimus.

Recuperatorius, a, um, Quod ad recuperatorē pertinet, ut Iudicium recuperatorium, quo poſſeſſionē rei amiſſæ, & per uim extortæ repetimus. Cic. 2. de Inuent. Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficiis, de quo inter ſicarios quæritur, fieri præiudicium.

Recupio, is, ualde cupio, ἐπιθυμῶ. Plaut Cap. Quin ita faciã, ut recupias facere ſumptum, & ſi ego uetem.

Recuro, as, a. p. Accuratè interpolo, magna cura diligentiaq; reficio, ἀναστηνάζω Plin. lib. 13. cap. 12. de generibus chartarum, Proximum amphitheatricæ datum fuerat à confectoræ loco. Excepit hanc Romæ Fannii ſagax officina, tenuatamq; curioſa interpolatione, principalemq; fecit è Plebeia, & nomen ei dedit: quæ non eſſent ita recurata, in ſuo manſit amphitheatrica. Interdum idem quod ſimplex curare, hoc eſt, mederi, ab ægritudine recreare, & priſtinæ ualetudini reſtituere, ἰᾶσθαι, ἀλύσασθαι, ἀναλαμβάνειν, θεραπεύειν. Catul Epig. 41. Hic me grauedo frigida, & frequens tuſſis Quaſſauit, uſque dum in ſinum tuum fugi, Et me recurauit ocymoq; & uitica.

Recurro, is, n. t. Iterum uel retrorſum curro, ἀνατρέχω. Cicero ad Terent. lib. 14. Deſippo ita quoq; imperauit, ſtatim ut recurreret. Terent. in Adelph. Nunc ubi me illic non uidebit, iam huc recurret, ſarcio. Ouidius 2. Faſt. Et metuit nequa uiſa recurrat hyems. Cic. 2. de Nat. deor. Lunæ ſpecies mutatur tum creſcendo, tum defectionibus ad initia recurrendo. Verg. 7. Aen. qua ſol utrinq; recurrens Aſpicit Oceanum. Horat. 2. Epiſt. 1. Libertasq; recurrentes accepta per annos Luſit amabiliter.

Recurſus, us, m. q. Recurrendi actus. Liu. 6. bell. Pun. Vt ſubeũti ſæpe ad mœnia urbis recurſus pateret. Ver. 5. Aen. Inde alios ineũt curſus, aliosq; recurſus Aduerſis ſpatiis. Ouid. Epiſt. 6. Abſtrahor Hypſipyle, ſi dent modò fata recurſum, Vir tuus hinc abeo, uir tibi ſemper ero.

Recurſo, as, frequent. Plaut. Moſt. Quid ego huc recurſem, aut operam ſumã, aut conterã? Ver. 4. Aen. multusq; recurſat Gẽtis honos. Idem 1. Aen. Vrit atrox Iuno, & ſub noctem cura recurſat.

Recuruus, a, um, ualde curuus, καμψός, καμπύλος. Col. lib 9. cap. 13. Ad plauſum apertis, ad buccinam recuruis. Ouid. 1. de Rem. am. Vel quæ piſcis edax auido malè deuoret ore, Abdere ſuppoſitis ęra recurua cibis. Col. lib. 1. cap. 18 Quicquid recuruum, & ſurſum uerſus ſpectant, demerſum eſt, quum tempeſtiuum eximitur, in modum hami, repugnanti obluctanti foſſori. Ouid. 3. Am. Epig. 13. Duxq; gregis cornu per tempora dura recuruo.

Recuruo, as, Curuum facio, ἀνακάμπτω, καμπυλιάζω. Col. lib. 5. cap. 10. Quum ad ſcrobis ſolum radix peruenit, duritia humi coërcita recuruatur. Sat. 3. Theb. Horrentesq; ſitu gladios in ſæua recuruant Vulnera.

Recuruatus, a, um, participium, Quod factum eſt recuruũ. Celſus libro 7. Id ſpecillo protrahendum eſt, aut hamulo retuſo, parum recuruato. Vndis recuruatis ludit Meander. Ouid. 2. Met.

Recuſo, as, n. p. pen prod. renuo, reiicio, à Re & cuſo, Quod eſt frequentatiuum uerbi Cudo, ἀναδύομαι, ἀνώνομαι. Plinius de Viris illuſt. Imperatoris nomen à militibus, & à Senatu triumphum recuſauit oblatum. Vergilius 9. Aeneid. Cedo equidem nec nunc tibi comes ire recuſo. Cicero pro Flacco, Pop. Rom. diſcreparatorem non modò non recuſo, ſed etiam depoſco. Vergil. 1. Georg. Et quid quæq; ferat, regio, quid quæq; recuſet. Ponitur quoq; pro accuſationem depellere, ut annotauit Bud. Cicero in Brut. Tum igitur Galba recuſans pro ſeſe.

Recuſatio, onis, f. r. uerb. Ipſe recuſandi actus. Cicero 2. de Orat. Num hęc ipſa recuſatio diſputationis, diſputatio quædã fuit mihi quidem perjucunda. Ponitur quandoq; pro defenſione. Cic. 2. de Leg. Pœna uerò uiolatæ religionis iuſtam recuſationem non habet.

Recutio, is, Idem quod repercutio, ſiue reuerbero, ἀναπλήττω, ἀντικόπτω.

Recuſſus, part. Propriè idẽ ſignificans quod repercuſſus. Aliquando tamen idem ſignificat quod concuſſus. Ver. 2. Aen. Ut cæco recuſſo Inſonuere cauæ, gemitumq; dedere cauernæ. Vbi Seruius, Recuſſo, pro concuſſo, præpoſitio pro præpoſitione. Val. Flac. 6. Arg. penitusq; recuſſo Aequore Cyaneas Minyæ timuere relictas.

Recutitus, pen. prod Cui à glande relicta eſt cutis, ἀπεψιλωμένος, Quo nomine dicti ſunt Iudæi, qui ex Legis præſcripto præcidebant præputia. Sidon. Fert recutitorũ primordia Iudæorum. Mart. lib. 7. Nec recutitorũ fugis inguina Iudæorũ. Alii quando ruptus, & exulceratus, & cute nudatus, Idẽ lib. 9. Nec rupturæ recutita colla mulæ.

Redabſoluo, oluis, Idem quod ſoluo, uel abſoluo, ἀπολύω, Plautus in Curc. Sequere hac, te redabſoluam, qua aduenisti gratia.

Redambulo, as, are, pen. cor Reuertor, ἐπανέρχω. Plautus in Capt. Cura quàm optimè potes. E R. bene ambula, & redambula.

Redamo, as, pen. cor. Me amantẽ uicißim amo, ſiue in amore reſpondeo, ἀντιφιλῶ, ἀντιρῶ Cic. de Am. Quid enim tam abſurdum, quàm delectari multis in animis rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut ueſtitu, cultuq; corporis, animo autẽ uirtute prædito, eo qui amari, uel qui (ut ita dicam) redamari poſſit, non admodum delectari?

Redandruo, as, De priſcis dictionibus eſt, ex re, & andruo, compoſitum, quo antiqui utebantur pro redeo, teſte Nonio. Lucil. 9. Vt uulgus redandruet inde. Redandruare, inquit Feſtus, dicitur propriè in Saliorum exultationibus, quum Præſul ampiruauit, quod eſt, motus edidit, ei referuntur in unicẽ idem motus.

Redardeſco, ſcis, Iterum flammam emitto, recandeſco, proprieq; dicitur de igne ſemel ſopito, ἀνακαίομαι. Ouidius 2. de Remedio amoris, Flamma redarderit, quæ modò nulla fuit.

Redarguo, is, Accuſo cum reprehenſione, ἐλέγχω. Cic. 2. de Fin. Quos niſi redarguimus, omnis uitus, omne decus, omnis uera laus deferenda eſt. Cic. 2. de Fin. Porrò autẽ impunè quis enim redarguere? Verg. 11. Aen. Aduenit qui ueſtra dies muliebribus armis Verba redargueret.

Redauſpico, as, & Redauſpicor, aris, Significat incipere, & denuo auſpicium ſumere, uel auſpicari. Plaut in Cap. Exauſpicaui ex uinculis, nunc intelligo Redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuo, id eſt, cœpi ego illũ è catenis eximere, nunc uolo ut rurſus in catenas redeat.

Reddo, dis. didi, d, ditum, a t Propriè eſt acceptum, uel ablatum reſtituere. ἀναδίδωμι, ἀντιδίδωμι, ἀποδίδωμι. Terent. in Phorm. Si quis quid reddit, magna eſt habẽda gratia. Ponitur tamen aliquando pro ſuo ſimplici Dare. Celſus Iurecon. Reddendi uerbum quanquã ſignificationem habet retro dandi, accipit tamen & per ſe dandi ſignificationẽ, ut Reddo tibi literas, quas mihi Cicero ad te dedit. Cicero Ter. Omnes ſunt redditæ, diligentiſſimè à te perſcriptæ ſunt omnia. Item pro efficere, ἀποτελῶ, ἀπεργάζομαι. Plin lib. 16. cap. 31. Admotæ auribus leuem ſonum reddit. Item pro reponere. Plaut. in Moſt. Tempeſtas uenit, cõſtringit tegulas, imbricesq; ibi dominus indiligens reddere alias ne uolt. Item pro producere. Idẽ in Trin. id frumenti, quando alibi meſſis maxima eſt, Tribus tantis illis minus reddit quàm obſeueris. Terent. in Phorm. Fructum quem Lemni uxoris reddunt prædia. Item pro exponere. Plaut. in Aulul. Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges? Ponitur aliquando pro cõmemorare, ſiue recenſere. Plin. in Præfat. lib. 11. Tria, non amplius, ut opinor, abſolutè quæ traduntur inſcripta, ille fecit, quæ ſuis locis reddam. Aliquando pro referre, ſiue repreſentare. Plinius Epiſt. 139. Tantæ fœminæ matrem rurſus uideor amittere, quam hæc ut reddit, ac refert nobis. Reddere animã, reſpirare. Cic. 2. de Nat. deor. Excipiatq; animam ea qua eductus ſit ſpiritus, eamq; à pulmonibus reſpiceret, ac reddat. Reddere anhelitũ. Idem Plin. lib. 9 cap. 7. Nec piſcium branchias habentes anhelitum reddere, ac per uices recipere exiſtimant. Reddere animum, eſt recreare, reficere, & confirmare. Terent. in Andr. Nuptias effugere ego iſtas malo, quàm tu adipiſcier. C. Reddidiſti animum. Reddere beneficium, id eſt, referre. Plaut. in Perſ. Improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit. Gratiam reddere, eſt remereri, & reponere, χάριν προσθεῖναι. Colum lib 4. cap. 3. Experto mihi crede Syluine, bene poſitam uineã, boniq; generis, bono cultori nunquam non gratiã reddidiſſe. Latinè reddere eſt uertere. Cic. in de Orat.

de Orat. Vt ea quæ legerim Græcè, Latinè redderem, non ſolum, &c. Reddere nomen alicui, eſt eum proprio nomine nuncupare. Plin. lib. 27. cap. 24. Omnibus in exercitu militibus nomina reddidit.

Redditus, a, um, partic. Cic. 14. Phil. O fortunata mors quæ naturæ debita pro patria eſt potiſſimùm reddita. Vergil. 11. Aen. Patriis ut redditus oris. Idem 6. Aen. Redditus his primùm terris tibi Phœbe ſacrauit Remigium alarũ, poſuitq; immania templa.

Redditus, us, m. q. ſubſtant. Pro prouentu, uel obuentione, πρόσοδος. Plin. in Epiſt. Nec redditus incertus. Hoc tamen potius unico d ſcribendũ uidetur, ut ſit à uerbo tedeo, unde apud Poëtas prima ſyll. corripitur. Ouid. 2. de Ponto, At reditus iam quiſq; ſuos amat, &c.

Redditio, onis, uerb. Actus ipſe reddendi, ἀπόδοσις. Quint. lib. 8. cap. 3. Redditio illam rem utranq; comparat.

Redemptio, uide Redimo.

Redeo, dis. diui, & redii, ditum, n. q. Reuertor, quaſi retrò eo, ἀνέρχομαι, ὑπανύω. Terent. in And. Redeo inde iratus, atque ægrè ferens. Redire ad ingenium, dixit Terent. in Adelph. id eſt, redire ad ſuam naturam, ſiue priſtinos mores reſumere. In eadem ſignificatione dixit Cicero 1. Verr. Redire ad ſe, & ad mores ſuos. Quod tamen aliquando accipitur pro ſe recolligere, & ab ira (quem breuem furorem uocat Horatius) ad mentis ſanitatem redire. Terent. in Adelph. Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi. Redire in mores patrios, eſt in libertatem uenire. Liu. lib. 9. bel. Pun. Vt ab omni imperio externo ſoluta in perpetuum Hiſpania, in patrios rediret mores, ritusq;. Ponitur aliquando redire pro prouenire, unde fit reditus, id eſt, prouentus, de quo paulò pòſt. Plin. lib. 14. cap. 4. Ac ne quis uictam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit. Redire in orbem, eſt à fine ad principium reuolui, & reuocari, πυρικῶν ἀνακυκλῶσθαι. Vergil. 1. Georg. Redit agricolis labor actus in orbem. Redeamus ad rem, Cic. de Fin. id eſt, reuertamur ad inſtitutum, quod idem Cic. 1. Tuſc. dixit ad propoſitum redire.

Rediens, tis, part. Ouid. 10. Met. Perq; nouem errauit redeuntis cornua Lunæ. Horat. 3. Carm. Ode 8. Hic dies anno redeunte feſtus, &c.

Rediturus, a, um, part. Ouid. 4. de Pon. Eleg. 5. Fluminaq; in fontes curſu reditura ſupino.

Reditio, onis, f. t. uerbale, Redeundi actus. Cæſar 1. bel. Gall. Vt domum reditionis ſpe ſublata, paratiores ad pericula ſubeunda eſſent.

Reditus, us, m. q. pen. cor. Idem quod reuerſio, ἀναχωρισμὸς, κάθοδος, ὑπάνοδος. Cic. de Amic. Idem dicebat ſemper, animos hominum eſſe diuinos, iiſq; quum è corporibus exceſſiſſent, reditum ad cælum patere. Idem pro Cluent. Sic hominibus ignominia notatis, neq; aditus, neq; in curiam reditus eſſet. Horat. Epod. 16. Hæc & quæ poterunt reditus abſcindere dulces. Ouid. 1. Faſt. Vt pateant populo reditus ad bella profecto. Reditus etiam ſignificat prouentum, eò quòd quotannis redeat, πρόσοδος. Ouidius 2. de Pon. At reditus iam quiſq; ſuos amat, & ſibi quid ſit Vtile, ſollicitis ſupputat articulis. Plin. lib. 17. cap. 1. Maiore ſingularum reditu, quàm erat apud antiquos prędiorum.

Redito, tas, pen. cor. freq. à Redeo, Idẽ ualens quod ſtatim uel cõtinuò reuertor, ὑπανασρέφω. Plaut. Cap. Nunc ita cõuênit inter me atq; hunc, Tyndare, ut tæſtimatũ in Aulidẽ mittam ad patrem, ac ſi non reditas huc, ut uiginti minas dem pro te. Quo tamen in loco in caſtigationibus Plauti codicibus rebitas, legitur more antiquorum, non reditas.

Redhibeo, bes, a. ſ. ſecunda ſyllapa corr. ex Re & Habeo, d interpoſito cauſa melioris ſoni, ἀποδίδωμι. Eſt autem redhibere (ut Vlpianus inquit de Aedili. èdict. l. Redhibere.) facere ut rurſus habeat uenditor quod habuerat. Feſtus, Redbiberi id dicitur quod redditum eſſet, improbaturq;ue, & qui dedit, rurſus coactus eſt habere id quod antè habuit. Ponitur aliquando ſimpliciter pro reddo, reſtituo. Plau. in Men. Saluũ tibi, ut mihi dediſti, redhibeo marſupiũ.

Redhibitio, Actus ipſe reſtitutionis, ἐνδιαιτάσασις. Eſt & redhibitio, actionis nomen, quæ & actio redhibitoria uocatur, ἀντοφειλετικὴ ἀγωγὴ. Ea uerò actio cõtra eum intentatur, qui quid uitio corruptũ cõmutauerit, uendideritúe, ut cogatur & reſtituere preciũ, & retrò, quod tradiderat, accipere, hoc eſt enim redhibere.

Redigo, gis, act. t. er. penultima correp. ex re, & ago, a in i cõuerſa, & d interpoſita, Significat quadam ui, & induſtria reduco ad aliquid, uel aliquò, περιτρέπω περίσημι, καθίσῶ παρασκευάζω, περιάγω. Et ſemper accuſatiuum cum præpoſitione poſtulat, multisq; commodatur actibus, & in utrãq; partem ſumi ſolet. Plautus in Amphitryone, Deniq; Alcmenã rediget antiquam in concordiam coniugis. Idem in Aſinaria, Redigam te, unde orta es, ad egeſtatis terminos. Cicero 4. Philip. Potentiſſimos reges, bellicoſiſſimas gentes, in deditionem huius Imperii redegerunt. Terentius in Adelph. Tu homo rediges me ad inſaniã. Et in Phormione, Ego me nego: tu qui ais, redige in memoriam. Et iterum: In id redactus ſum loci, ut quid agam ex illo neſciam prorſus. Ponitur aliquando pro retrorſum agere, & ad redeundum cõpellere. Liuius ſexto belli Punici, Hi ſuprà L XX comprehẽſi, & cũ transfugis nouis multati uirgis, manibusq; præciſis Capuam rediguntur. Liuius primo belli Punici, Hoſtem qúe in ruinas muri expellunt: inde impeditum, trepidantémq; exturbant: poſtremò fuſum, fugatumq; in caſtra redigunt. Accipitur aliquando pro coaceruare, accumulare, & in unum redigere. Cic. 1. Ver. Deinde prædam uendit, pecuniã redigit. Idem 5. Philip. Quibus rebus tanta pecunia una in domo coaceruata eſtut ſi hoc genus in unum redigatur, non ſit pecunia Reipublicæ defutura.

Redimio, redimis, redimiui, redimitũ. a. q. Orno, corono, acu crines diſcerno, ἀναπλέκω, ταινιόω, ἀναλαμβάνω, ἀναδέω. Claud. lib. 2. de Rap. Proſerp. Nec ſi innumeros arcu mutante colores, Incipiens redimitur hyems, quum tramite flexo Semita diſcretis interuenit humida nimbis. Et lib. 3. Mediis inuenimus aruis Exanimem Cyanem: ceruix redimita iacebat. Cicero in Som. Scip. Cernis autem terram eandem quaſi quibuſdam redimitam & circũdatam cingulis. Stat. 1. Syl. Crinem redimire corymbis. Ver. 3. Aen. Vittis, & ſacra redimitus tempora lauro. Nã eius ſimplex Emio, orno, ſeu decoro ſignificat.

Redimiculum, culi. n. ſ. Ornamentum à mitra muliebri uel ſacerdotali dependens: quod genus etiam Graco uocabulo tænias appellamus, κάλυπτρον, ταινία. Iuue. Satyr. 2. accipient te Paulatim, qui longa domi redimicula ſumunt Frõtibus, & toto poſuere monilia collo. Verg. 9. Aen. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Ouid. 10. Metam. Aure leues baccæ, redimicula pectore pendent.

Redimo, mis. a. t. Seruum captiuumúe ab eo qui in poteſtate eum habebat, pretio libero, λυτρόω, ἐξωνέομαι. ut Redimere captiuos à prædonibus. Cic. 6. Ver. Terent. Eun. Quid agas? niſi ut te redimas captum quàm queas minimo: ſi ne queas paulo, at quanti queas. Item rem alienatam occupatamúe pretio recipio. Idem 10. Philip. Pompeio ſua domus patebit, eamq; non minoris, quàm emit Antonius, redimet redimet, inquam, Cn. Pompeii domum filius. Interdũ idem quod ſimplex emo. Cic. 5. Ver. Hæc uerò, quæ uel uitia redimi rectè poſſent, pecunia æſtimare non queo. Redimere lites, eſt iacturæ non nihil facere, & cum aduerſario paciſci, ut te lirium moleſtia explices. Cic. pro Q. Roſ. Suas Roſcius, non ſocietatis lites redemit. Ponitur & redimere pro aliquid certo pretio faciendum ſuſcipere, quod & conducere dicimus, ἐργολαβέω. Vlpian. Idemq; ſi ueſtimenta texẽda redemerit, uel inſulam, uel nauem fabricandam, &c. Cicero 3. Ver. Etenim qua ſtultitia fuiſſem, ſi quam diem qui iſtum eripiendum redemerunt, in cautione uiderent, &c. Redemerunt, inquit Bud. id eſt, qui ſuſceperũt procurationem corrumpendorum iudicum, & conduxerunt corrumpendum iudicium. Redimere hæreditatem, eſt quod uulgus retrahere dicit, quum aliquis uenditam hereditatem iterum recipit. Redimere uectigalia, uel portoria, uel pecuaria, dicuntur Publicani, quum annorum aliquot reditum certa emunt pecunia, ut ſibi ea interim liceat exigere, & in quæſtum ſuum conuertere. Ci. de Clar. Oratoribus, Qui pecuaria de P. Cornel. & L. Mummio Cenſorib. redemiſſet.

Redemptio, onis. f. t. Actus Ipſe redimendi, hoc eſt, pretio quẽpiam è uinculis aut ſeruitute liberandi, λύτρωσις. Plin. de Viris Illuſt. Impetrara redemptione marito adulterũ Centurionem interficiendum tradidit. Interdum idem quod emptio, ſiue corruptio. Cic. 2. Ver. Redemptio eſt huius iudicii facta grãdi pecunia. Redemptio uectigalium, id eſt, emptio: quum quis à Principe uel ciuitate uectigalium reditũ certa pecunia redemit, ut ex eo faciat quæſtũ. Cic. de Prouin. Cõſul. Publicanos temeritate redemptionis penè eſſe euerſos. Redemptio operis, eſt ſuſceptio operis certo pretio faciundi: de quo uide latius paulo antè in ipſo uerbo redimo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Redemptor, oris, m. t. Qui captiuum, seruumq; precio in libertatem uendicat, λυτρωτής. Redemptores item dicuntur qui certo precio opus aliquod faciundum suscipiunt. Cicero. 2. de Diuinat. Redemptos qui columnam illam de Cotta & Torquato conduxerat faciendam. Idem Quinto Fratri, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. Redemptores (inquit Festus) propriè atq; antiqua consuetudine dicebantur, qui quum ad faciendum, aut prębendum quid conduxerant, illudq; effecerant, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur redemptores qui quid conduxerunt præbendũ utendumue. Hęc Festus. Redemptores uectigalium dicebantur Publicani, qui certa pecuniæ summa totius anni reditum à fisco emebant, ut ex eo quæstum facerent. Sed de his plura in ipso uerbo Redimo.

Redempto, as, frequentatiuum est à uerbo Redimo: à quo rursus fit aliud frequentatiuum Redemptito, quod magis est in usu, λυτρόω. Plaut. Redemptitauere ad unum captos, Cato de Signis & tabulis, ut citat Pompeius, Facta benefactis non redemptitauere. id est, remunerauerunt, aut compensarunt.

Redinteger, gra, rum, idem quod renouatus, instauratus, quasi rursus integer. Liuius octauo ab Vrbe, Tum Papyrius redintegra ira spoliari Magistrum equitum, ac uirgas, & secures expediri iussit. Aliqua exemplaria habent, redintegrata ira.

Redintegro, as, a. p. idem quod instaurare, seu innouare, quasi in integrum restituere, ἀνανεῶμαι, ἀνασκευάζω. Plin. in Paneg. Hominisne istud ingenium est, hominis potestas, renouare gaudia, redintegrare lętitiam? Ad Heren. lib. 2. Vt renouetur, non redintegretur oratio. Redintegrare animum, id est, resumere. Cæsar 2. bel. Gal. Huius aduentu spe illata militibus, ac redintegrato animo, quum pro se quisq; in conspectu Imperatoris in extremis suis rebus operam nauare cuperet, paulum hostiũ impetus tardatus est. Bellũ redintegrare. Brutus ad Cic. lib. 11. Ne bellum nobis redintegrare possit, Antonio sibi coniuncto. Cæsar 3. bel. Gal. Nostri redintegratis uiribus, quod plerunq; in spe uictoriæ accidere solet, acrius impugnare cœperunt.

Redintegratio, onis, uerb. Renouatio, ἀνανέωσις. Teren. in And. Amantium iræ, amoris redintegratio est. Cicero antequã iret in exilium, Nam quid ego improborum facta renouem oratione, ut redintegratione illius coniurationis animos uulnerem uestros?

Redipiscor, eris, redeptus sum, Rem amissam recipio, rursus acquiro, ἀναπτάομαι. Plaut. in Trin. Inter eosné homines condalium te Redipisci postulas, &c.

Rediuia, æ, f. p. Abscessus circa radices unguium, παρωνυχία. Plinius libro 29. cap. 2. Lana succida rediuias sanat ex aqua frigida. Legitur & reduuia duplici u, apud Cic. pro Rosc. Am. uerba eius sunt hæc, Intelligo me ante tempus, Iudices, hæc scrutari, & propemodũ errare, qui quum capiti Sexti Roscii mederi debeam, reduuiam curem.

Rediuius, m. f. Vermiculus, seu bestiola quædam quæ infixo semper sanguini capite uiuit, cui uni ex omnibus animalibus cibi exitus non est, sed usqueadeo intumescit facietate, ut ipso alimento moriatur. Hoc Græci πρότωνα uocant Latini rediuium à rediuiendo, id est, soluendo, quòd carnem animalium suctu resoluat. Vernaculi nostri tecas appellant. Columella lib. 6. ca. 2. Ventri quoq;, & sub fœmina manum sub iicere conuenit, ne ad huiusmodi tactum postmodum pauescant, & ut rediuii (qui plerunq; fœminibus inhęrent) eximãtur. Sic enim legit Calepinus, sed corruptè, ut uidetur, Columellæ codice deceptus. Nam in emendationibus exemplaribus recini legitur, non rediuii.

Rediuiuus, a, um, quod ex uetusto renouatũ est, ἀνανεωτικός. Seneca libro 3. Declamat. Rediuiuum me senem meretrix uocat. Iuuenalis Sat. 6. Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum Ac uelut exhausta rediuiuus pullulet arca Numus, & è pleno semper tollatur aceruo, Non unquam reputat quanti sibi gaudia constent. Rediuiua in ædificiis dicimus materiam diruti ędificii, quæ rursus ad nouum ædificiũ applicatur, uel potest applicari. Cicero 3. Verr. Rediuiua fibi habeto. Quasi quicquam rediuiui ex illo opere tolleretur, ac non totum opus ex rediuiuis constitueretur, hoc est, ex ueteri materia. Ibidem, Vtrum, existimatis minus operis esse, unam columnã efficere ab integro nouã, nullo lapide rediuiuo an quatuor illas reponere? Bella rediuiua, Silius lib. 10. Gens rediuiua, Sil. lib. 11.

Redoleo, es, n. s. Multùm oleo, uel odorem alicuius rei refero, ὄζω. Verg. 4. Geor. Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella. Plin. lib. 12. cap. 12. Frutex est graui & crassa radice fi tum redolente. Per translationem accipitur simpliciter pro re ferre. Cic. de Clar. Orat. Sed nescio quo modo huius, quẽ constat eloquentia prędititisse, exiliores orationes sunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm aut Lelii, aut Scipionis, aut etiam ipsius Catonis. Col. lib. 12. ca. 18. Cella quoq; uinaria omni stercore liberanda, & bonis odoribus suffienda, ne quem re doleat fœtorem acoremúe. Cic. 2. Philip. Is uomens frustis esculentis uinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit. Ouid. 8. Metam. Prunaq; & in patulis redolẽtia mala canistris.

Redono, as, pen. prod. Reddo, ἀποδίδωμι, ἀναδίδωμι. Horat. 2. Carm. Ode 7. Quis te redonauit Quiritem Diis patriis, Italoq; cęlo? Idem 3. Carm. Ode 2. Inuisum nepotem Matri redonabo.

Redordior, iris, redorsus sum, Retexo, quod orsum erat soluo, ἀνυφαίνω. Plin. lib. 9. ca. 17. Vnde gemitus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursumq; texendi.

Redormio, is, Rursum dormio, ἀναπαύδω, ἀναπαύομαι. Plinius Epist. 213. Paulùm dormio, dein ambulo, mox orationem Græcã Latinamúe clarè & intentè, nõ tam uocis causa, quàm stomachi, lego.

Redormitio, onis, uerb. Plin. lib. 10. cap. 75. In dormitione uana esse uisa, propè conuenit.

Redostire, Est retribuere, teste Fest. uel gratiã referre, ἀμείβω. Nonius uerò ait, Redostit, id est, reddit. Acc. in Am. Quid hic redostit uiam?

Reduco, cis, pen. prod. a. t. Retroduco, retraho, ἀνάγω, καταγω. Iustinus libro 2. Reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. Suetonius de Caligula, Equitem Romanum obiectũ feris, quum se innocentem proclamasset, reduxit, abscissaque lingua, rursus induxit. Cicero pro Quint. Seruium domum reduci curauit ad Quintium. Idem 2. Offic. Hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum. Item replicare. Virgilius 4. Geor. Inq; sinus scindit, sese unda reductos, id est, replicatos. Item reconciliare, ut illud eiusdem 1. Aen. Numenque reducant. Huius uerbi quoq; prima producitur, d litera, Poëtica licentia duplicata, ut apud Horatium in Serm. Dii tibi dent capta classem reducere Troia. Alioqui corripitur, ut apud Vegilium libro 4. Aen. Eiectam classem socios à morte reduxi.

Reductus, a, um, participium. Horatius 1. Epist. 16. Virtus est medium uitiorum, utrinq; reductum. Vergilius 6. Aeneid. Interea uider Aeneas in ualle reducta Secluſum nemus. Hoc est, secreta.

Reductio, onis, ἀναγωγή. Cic. ad Lent. lib. 1. Quoniam Senatusconsultum nullum exstat quo reductio regis Alexandrini ubi adempta sit.

Reductor, oris, Liu. 2. ab Vrb. Reductori plebis Romanæ in urbem sumptus funeri defuit.

Redux, ucis, om. t. pen. cor. Qui è periculo in tutum, aut à captiuitate longaue peregrinatione in patriam reuertitur, ἀνασωθὲς, καταγόμενος, κατηρχόμενος. Cic. pro Mil. Quid me reducẽ esse uoluistis? an ut spectante me expellerentur ii per quos essem restitutus? Ver. 1. Aen. Nanq; tibi reduces socios, classemq; relatã Nuntio. Aliquando simpliciter ponitur pro participio rediens. Plin. lib. 8. ca. 5. Sexto die perfundũtur amne, non antè reduces ad agmen.

Redulcero, as. a p. Vlceroſum facio, ἀνελκόω, ut Cutis redulceratur putridis humoribus, id est, ulcerosa fit: uel etiam Plaga redulceratur, hoc est, redintegratur. Columella lib. 7. capite 5. Tepefactumq; medicamentum illinitur scabræ parti, quæ prius aspera testa, uel pumice deficata redulceratur.

Reduncus, a, um, Retrorsum inflexus. Plin. lib. 11. cap 56. de animalium cornibus loquens, Aliis aduncа, aliis reduncа. Ouid. lib. 12. Metam.

Viribus usus auis, pennis rostroq; reduncо,
Hamatisq; uri laniauerat unguibus ora.

Redundo, as, n. p. Propriè aquarum est, quum adeo augentur, ut se ripis littoribusue nõ possint cõtinere, ἀναπλημμύρω. Cic. 2. de Diuinat. Si lacus Albanus redundasset, isq; in mare fluxisset Romam perituram. Per translationem tamen accipitur pro abundo, affluo, πλεόνεμι, πλουτέω. Cic. 3. Verr. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inuestigamus, redundarũt. Ouidius 2. de Rem. Amor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Amor. Gutture fac pleno ſumpta redundet aqua. Cic. pro Lege Manil. Teſtis eſt Africa, quæ magis oppreſſa hoſtiũ copiis, eorum ipſorum ſanguine redundauit. Aliquando uerò ponitur pro recidere, περιέπτωμαι. Plaut. Hoc facinus in tuũ redundat caput. Aliquando etiam accuſatiuũ habet cum præpoſitione ad. Plin. in Pan. Non ad ipſos gaudiũ magis, quàm ad ſimiles redundat.

Redundantia, æ, f. p. Id eſt ſuperfluitas, περισσεία. Cicero in Orator. Ipſa enim illa pro Roſcio iuuenilis redundantia, multa habet attenuata, quædam etiam paulò hilariora.

Redundans, antis, Cicero de Fato, Inter locorum naturas quantum interſit uidemus: alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in aliis pituitoſos, & quaſi redundantes, in aliis exſiccatos & aridos.

Redundatus, a, um, Ouidius 6. Faſtor. Amne redundatis foſſa madebat aquis. Idem 3. Triſt. Eleg. 10. Siue igitur nimis Boreæ uis ſęua marinas, Siue redundatas flumine cogit aquas.

Refacio, is, Antiquum, apud Plautum legitur in Truc. Nam refacere ſi uelim, non eſt locus.

Refello, lis, a. t. ex re & fallo, Significat quod dictum eſt, arguendo falſum oſtendo, ἀποσκευάζομαι. Cicero 2. Tuſculan. Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia, parati ſumus. Vergil. 4. Aen. neq; te teneo, atq; dicta refello. Cicero 4. de Finib. Vt audias me quæ à te dicta ſunt refellentem. Differt à purgo, quòd refellere dicatur de eo qui factum negat: purgare uerò de eo qui fatetur quidem factum, ſed defendit.

Refercio, cis, ſi, 4. q. Ex re & farcio, repleo, quod alii quidem cum ablitiuo, alii uerò cum genitiuo cõſtruunt, ἀναπίμπλημι. Cic. pro Corn. Balb. Quòd iis rebus urbem, Italiamq; refercierunt. Idem 2. Tuſ. Eadem enim dicuntur à multis, ex quo libris omnia refercerunt.

Refertus, adiect. ex part. idem ſignificans quod plenus, πλήρης. Cicero ad Q. Fr. lib. 2. Accepi tuas literas datas Placentiæ, deinde alteras poſtridie datas Blandenouæ, cum Cęſaris literis refertis omni officio, diligentia, ſuauitate. Idem 5. Verr. Tum refertius erit ærarium pop. Rom. quàm unquam fuit. Idem ad Quint. Frat. Quare quoniam eiuſmodi theatrum totius Aſiæ uirtutibus eſt datum, celeritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, &c. Iungitur aliquando genitiuo. Cicero pro Font. Referta Gallia negociatorum eſt, Plena ciuium Romanorum. Gell. Is librum multæ uariq; refertum compoſuit.

Referio, referis. pen. cor. Repercutio, ἀντικόπτω. Terent. in Adelph. Quia miſerrm mulierẽ, & me ſeruolum, Quia referire non audebam, uicir, hui, perfortiter. Ouid. 4. Metam. Non aliter quàm quum puro nitidiſſimus orbe Oppoſita ſpeculi referitur imagine Phœbus.

Refero, refers, retuli, relatum, pen. cor. inconſ. Reporto, reduco, quaſi retrorſum fero, ἀνακομίζω, ἀνάγω Cicero Attic. Epiſtolam ad me referri uolo. Idem alibi ad eundem, Auſter me in Italiam retulit. Aliquando in conſultationem pono: & ſic conſtruitur cum accuſatiuo, mediante præpoſitione ad, idq; dupliciter. Dicimus enim, referre rem aliquam ad Senatum, & referre de re aliqua, ἀναφέρω, περὶ τοῦ πράγματος. Cicero 2. Catilin. Reliquis autem de rebus conſtituendis, maturandis, agendis, iam ad Senatum referemus, hoc eſt, in Senatu agitandas, decernendas, proponemus. Vergil. 3. Aen. Delectos populi ad proceres, primumq; parentem Monſtra deũm refero. Referre autem ad Senatum propriè erat Conſulum, aut eorum quibus eo gerendis Senatus erat poteſtas. Vnde relationes dictæ ſunt propoſitiones quæ de re aliqua in Senatu proponebantur diſceptandæ. Senatorumq; ſententiis determinandæ petmittebantur. Referre omnia ad unum, eſt omnia in unum conferre, & unius arbitrio omnia committere. Cic. pro Lege Man. Si ad omnia referenda ſunt, digniſſimum eſſe Pompeium, hoc eſt, ſi omnia adſcribenda ſunt, ſiue in unum omnia confetenda ſunt. Referre pedem, id eſt, regredi, ſiue retrorſum ſe recipere, ἀναποδίζω, ὀπίσω χωρέω. Vergil. 4 Georg Iamq; pedem referens caſus euaſerat omnes. Aliquando recenſeo, numero, ἐξετάζω, ἀριθμέω. Vergilius 6. Eclog. Cogere donec oues ſtabulis, numerumq; referre iuſsit. Aliquando ſignificat adſcribo, καταλέγω, καταρίθμω. Suetonius, Ea in deorum numerum retulit, ἀποθέωσε. Aliquando conuerto. Vergilius lib. 11. Multa dies, uariusq; labor mutabilis æui Retulit in melius. Aliquando renouo, & quaſi rurſus fero. Idem lib. 1. Hunc morem, hos curſus, atq; hæc certamina primus Aſcanius, lõgam muris quum cingeret Albam, retulit. Aliquando pro duco. Plin. lib. 21. Diximus & terram referre multum. Aliquando nuntio, renuntio, narro, indico, ἀναφέρω. Vergil. 2. Aen. Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori. Aliquando oſtendo. Lucret. Vnde refert nobis uictor, quid poſſet oriri, Quid nequeat. Aliquando dico, uel reſpondeo. Cic. pro Cecin. Ego enim tibi refero, ſi non ſum ex eo loco deiectus, quo prohibitus, &c. Aliquãdo exprimo, imitor, παραμφῶνω. Iuuenalis, Et multum referens de Mecœnate ſupino. Plin. Epiſt. 111. Amiſit enim filiam, quæ nõ minus mores eius quã os, uultumq; referebat, totumq; patrem mira ſimilitudine exſcripſerat. Aliquando reddo. Verg. lib. 9. O mihi præteritos referat ſi Iupiter annos. Referre gratiam, eſt ipſo facto beneficium acceptum remetiri, χάριν προσθίνω. Plaut. in Moſtel. Nũquam ego illi poſſem gratiam referre, ut meritus eſt de me. Aliquando etiam in malam partem accipitur pro eo quòd eſt, par pari reddere, & malum malo compenſare. Cic. in Salluſt. Nam quòd iſta inuſitata rabie petulauter in uxorem & filiam meam inuaſiſti, ſatis doctè & peritè feciſti. Nõ enim ſperaſti me tibi mutuam gratiam relaturum, ut tuos uiciſſim compellarem. Pro eodem etiam dicimus referre gratias. Plautus in Amph. Næ illi ædepol, ſi merito meo referre ſtudeant gratias, Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os oſcillet probè. Referre gratias, inquit Valla libro 5. eſt facto: ut ſi tu ſubleuatus à me aut patrocinio, aut pecunia, aut manu, aut aliquo ſimili ſubſidio, uiciſſim me aliquo modo ſubleuaueris, gratias retuliſti. Habere uerò gratiam, eſt animo: Agere autem gratias, eſt uerbis. De hac differentia uide plura in uerbo Ago. Refero acceptum, propriè eſt quod ab aliquo acceperis, in tabulas referre: cui opponitur Expenſum ferre, quod eſt in rationibus aſcribere quod alicui dederis, ἀντίθημι. Cic. lib. 1. de Orat. Quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quàm Verres illi expenſum tulerit. Per translationem autem accipitur pro eo quod eſt fateri nos aliquod beneficium ab altero accepiſſe, ἀνάληψις. Vel etiam in malam partem, pro eo quòd eſt alicuius mali cauſam alicui imputare. Cic. pro M. Marcello, Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. In malum, Idem, Omnia denique quæ poſtea uidimus (quid autem mali non uidimus?) ſi rectè rationabimur, uni accepta referemus Antonio. Habet autem hoc uerbum primam ſyllabam correptam. Componitur enim ex præpoſitione re, & uerbo fero. In præterito tamen & ſupino aliquando geminatur conſonans, ut ſyllaba alioqui breuis, producatur. Horat. li. 2. Epiſt. Rettulit acceptos regale numiſma Philippos. Lucan. libr. 9. Id rurſum cæli relatum in templa receptant. Inuenitur tamen etiam retulit priore ſyllaba correpta. Catullus, Si reditum retuliſſet is, aut in tempore longo. Relatum autem ferè ſemper primam corripit. Ouidius 15. Metamorphoſeon, Digitis ad frontem ſæpa relatis.

Refert, priore producta, compoſitum ex nomine res, & uerbo fero, impersonale uerbum eſt, aut certè per tertias tantùm perſonas ſingularis numeri declinatum: idemq; ſignificat quod inter eſt, ſiue utile aut commodũ eſt, uel alicuius momenti eſt, διαφέρει. Cic. Att. Tua iſtuc refert maximè, διαφέρει σοὶ τοῦτο μάλιστα. Cicero Publio Seruilio, Sperare tamen uideor Cæſari collegæ nos fore curæ & eſſe, ut habeamus aliquam Rempublicam, cuius conſilio magni referebat te intereſſe, id eſt, æſtimandum erat. Plinius libro decimo, capite triceſimo nono, Infinitum referr lunaris ratio: nec ſi à uiceſima in triceſimam cædi uolunt. Hoc eſt, plurimum interest quò in ſtatu ſit luna, quum ligna cæduntur. Idem, Quippe uictimas cædi ſine precatione non uidetur referre, nec deos ritè conſuli. Terent. in Phormione. Quid tua (malùm) id refert? G. Magni Demipho. Columella libro octauo, de canib. loquens, Non multum refert an uillatici corporibus graues & parum ueloces ſint. Id eſt, non magni eſt momenti, ſiue non magnopere pertinet ad rem. Plaut. in Ruden. Quomodo habeas, nihil id refert, iure an ne iniuriæ Liu. li. 2. Adeone eſt fundata leuiter fides, ut ubi ſim, quàm qui ſim, magis referat? id eſt, æſtimetur. ſiue exiſtimetur, cureturue. Aliquando ſumitur pro expedit, ſiue neceſſe eſt. Salluſt. Quare uanũ quidem hoc cõſilium eſt, ſi periculum ex illis timuit: ſin in tanto omniũ motu ſolus non timet, eo magis refert me mihi, atq; nobis timere. Verg. lib. 2. Geor. Neq; enim numero cõprehendere refert. Id eſt, non eſt neceſſe enumerare. Conſtruitur autem refert, cum his ablatiuis, mea tua, ſua, noſtra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& ueſtra, in reliquis autem omnibus genitiuum habet.

Relatum, relatu, ſupinum. Plinius lib. 32. cap. 11. Præterea hæc purgamenta aliqua relatu indigna, & algis potius annumeranda, quàm animalibus. Ouidius 15. Metam. res horrenda relatu.

Relatus, a, um, particip. Cic. 2. de Nat. deor. Sed duros & quaſi corneolos habent introitus, multisq; cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur ſonus. Ouid. 3. Faſt. Nomine mutato cauſa mea relata eſt.

Relatus, us, m. q. Id eſt, commemoratio, ἀνάμνησις. Tacit. lib. 17. Neq; enim relatu uirtutum in comparatione Othonis opus eſt.

Relatio, onis, Actus referendi. Cic. in Piſon. Nam relatio illa ſalutaris, & diligens fuerat Conſulis animaduerſio quidē & iudicium. Quintil. lib. 4. cap. 1. Nonnunquam contingit relatio meritotum.

Relator oris, m. t. Balbus ad Cic. Incipiam ſperare, etiam conſilio Senatus, authore te, illo relatore, Pompeium & Cæſarem coniungi poſſe.

Referueo, es. n. t. ualde ferueo, ἀναζέω, ὑπερθερμαίνομαι. Plin. lib. 16. cap. 11. Alii uilius putant ſine aqua coquere lento igne tota die, utiq; uaſe æris albi. Item terebinthinam in ſartagine referuenti. Aliquando contrariū ſignificat, ut idē ſit quod deferueo, hoc eſt, feruere deſino, ἀνίημι. Cic de clar. Orat Nā & cōtentio nimia uocis reciderat, & quaſi referbuerat oratio. hoc eſt, refrixerat.

Referuens crimen, à Cic. pro Roſ. Com. per translationē dicitur pro uehementi & atroci. Nónne (inquit) ut ignis in aquā conjectus cōtinuò reſtinguitur, & refrigeratur, ſic referuēs falſum crimen, in puriſſimā & caſtiſſimā uitam collatū, ſtatim cōcidit, & extinguitur?

Referueſco, ſcis, Recaleſco, denuò feruidus fio, ἀναθερμαίνομαι. Cic. 2. de Nat. deor. Ex his Mercurium ex patera, quam dextra manu teneret, ſanguinē uiſum eſſe fundere, qui cum terrā attigiſſet, referueſcere uidetur ſic ut tota domus ſanguine redundaret.

Refibulare, Fibulam peni inductam ſoluere. Mart. lib. 9. & cuius Refibulauit turgidum faber penem.

Reficio, cis, a t pen. cor. Inſtauro, renuo, quod corruptū erat, in ſtatum priſtinum reſtituo, ἐπισκευάζω, καταρτί . Cæſar 4. bel. Gal. Omnia deerant, quæ ad reficiendas naues uſui ſunt. Cic. 1. de Diuin. Quin etiam memoria noſtra templū Iunonis Soſpitę, L. Iulius, qui cum P. Rutilio Conſul fuit, de Senatus ſententia refecit. Idem 3. Ver. Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur. Vlp. de Riu. l. 1. Verbo reficiendi, tegere, ſubſtruere, farcire, ædificare, & aduehere, apportareq; ea quæ ad eā dem rem opus ſunt, continentur. Aliquando reficio accipitur pro recreo, delecto, ἀναλαμβάνω. Plin. in Pan. Ad hæc tam aſſiduus in tribunali, ut labore, refici ac reparari uideretur. Cæſar 7. bell. Gall. Summamq; ibi copiam frumenti & reliqui commeatus nactus, exercitum ex labore atq; inopia refecit. Cicero ad Gallum libro 7. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam, nam & uires, & corpus amiſi. id eſt, quoad ualetudinem reparem, & uires recipiam. Reficere uires cibo. Cicero de Senectute, Tantùm cibi ſumendum ut refici antur uires, non opprimantur. Liuius 7. bel. Maced. Quum in alto, ubi ſubſtiterant, cibo reficientes uires, contemplatus Eudamus hoſtes, &c.

Refectus, a. um, participium. Ouid. 4. Faſtor. Non ſecus indoluit, quàm ſi modò rapta fuiſſet, Mœſta parens, longa uixq; refecta mora eſt.

Refectus, us, m. q. Ipſa refectio. Plin. lib. 8. ca. 7. Panem ex hordeo antiquis uſitatum uita damnauit, quadrupedumq; tradidit refectibus.

Refectio, onis, uerbale, Actus reſtaurandi. Colum. lib. 12. cap. 3. Cæteraq; ſi refectionem deſiderant, fabris concinnanda tradantur.

Refector, oris, Suet. in Veſp. cap. 18. Item Coloſſi refectorem inſigni congiario, magnaq; mercede donauit.

Refigo, gis. xi, xum, a. t. pen. prod. Quod fixum erat auello, ἀνασπάω. Inde refigere tabulas, & leges, id eſt, reſcindere. Vergil. 6. Aeneid. Fixit leges pretio, atq; refixit. Cicero 15. Philip. Acta Antonii reſcidiſtis, leges refixiſtis per uim. Idem 12. Phil. Num figentur rurſus ex tabulæ quas uos decrero ueſtro refixiſtis? Ponitur aliquando pro rurſus ſiue ualde figere. Verg. 4. Geor. aulasq; & cerea regna refigunt. id eſt, figunt, inquit Seruius.

Reflagito, as, Inſtanter repoſco, iterū flagito, ἀπαιτῶ. Catul. in Epig. 59. Perſequamur eam, & reflagitemus.

Reflecto, is, xi, xum, a. t. Retrorſum flecto, ἀναπάλλω. Ver. in Aen. rurſuſq; Latini Clamorem tollunt, & mollia colla reuum reflectunt. Plin. lib. 11. cap. 50. Canum degeneres caudam ſub al flectunt. Per translationem pro reuocare, reprimere, ἀναχαλᾶν. Cic. pro Syll. Fero ego te Torquate iamdudum, fero: & nonnunquam animum incitatum ad ulciſcendi ora tionem tuam, reuoco ipſe & reflecto. Teren. in Adelp. Quem neq; fides, neq; iuſiurandum, neq; illum miſericordia repreſſit, neq; reflexit.

Reflexus, a, um, part. ut Ceruix reflexa. Stat. 1. Ach. Plin. lib. 11. cap. 37. Maſculis reflexi, fœminis recti atq; proni. De dentibus elephantorum.

Reflo, as, aui, atum, n. p. Spiro ex aduerſo, contra flo, ἀντιπνέω Cic. Att. lib. 6. Inde quamprimū Athenas, & ſi Eteſiæ ualde reflauerint. Idē 4. Tuſ. ſi enim reflantibus uentis reiiciemur, tamen eodē paulò tardius referemur. Venuſtè admodū transfertur ad fortunā, quæ tunc dicitur nobis reflare, quū omnia nobis præter animi ſententiā cadunt. Cic. 1. Offic. Quum fortuna reflarit, affligimur.

Reflatus, us, Flatus aduerſus, id eſt, uentus contrarius, ἀντιπνοή Cicero ad Atticum, libro 12. Naues relatas in Veticam reflatu hoc.

Refloreo, res, pen. prod. Rurſus floreo, unde Reflouеſco, denuo floreſco, ἀνανθῶ. Plin. lib. 18. cap. 26. Secatur incipiens, florere, & quoties refloruit, &c. Idem lib. 19. cap. 8. Cuius natura in carnariis refloreſcens, ſæpius dicta eſt.

Refluo, is, Curſu feror, retrogrado, ἀναῤῥέω, παλινδρομῶ. Plin. lib. 2. cap. 97. Nec unquam eodem tempore quo pridie refluit. Vergil. 9. Aeneid. Quum refluit campis, & iam ſe condidit alueo.

Refluus, a, um, Quod retrogrado fertur fluxu, παλινδρομῶν, παλιῤῥόθιος. Plin. lib. 2. cap. 97. Et Pontus ſemper extra meat in Propontidem, introrſus in Pontum nunquam refluo mari. Ouidius 7. Metamorph. Et quas Oceani refluum mare lauit arenas.

Refocillo, as, a. p. Recreo, reficio, refoueo, ἀναζωπυρέω, ἀναλαμβάνω. Plin. Epiſt. 18. Ipſe paucis diebus ægrè refocillatus, non ſine ultionis ſolatio deceſſit. Simplex uerbum ex focillo as, quod à nomine focillus deriuari putatur, quod eſt diminut. à nomine focus deductum.

Refodio, dis, di, ſum, a. t Effodio, fodiendo eruo, ἐξορύττω. Plinius libro 2. capite 63. Si ulli eſſent inferi, iam profectò illos auaritiæ cuniculi, atq; luxuriæ refodiſſent. Cætera uide in Fodio.

Reformido, as, a. p. pen. prod. Valde formido, περιφοβέομαι. Cic. in Orat. Tum illos exiſtimabo non deſperatione reformidauiſſe genus hoc, ſed iudicio refugiſſe. Cæſar 1. bel. Ciuil. Neq; ſe reformidare quod in Senatu paulò antè Pompeius dixiſſet. Ver. 4. Geor. Antè reformidant ferrum. Ouid. 3. de Pon. Vtq; reformidant inſuetum lumina ſolē, Sic ad lætitiā mens mea ſegnis erat.

Reformidatio, onis, f. p. uerbale. φόβος, δέος. Cicero in Partit. In ſuaſione autem aut ſpem, aut reformidationem deliberantis.

Reformo, as, In aliam, ſeu meliorē formam redigo, ἀναπλάσσω Quint. lib. 12. cap. 6. Apollonio Meloni Rhodi rurſus reformādum, ac uelut recoquendū ſe dedit. Ouid. 11. Met. Nec te deſiſtat centum mentita figuras: Sed preme quicquid erit, dum quod fuit antè reformet.

Reformator, oris, m. t. Plinius Epiſtola 16. Multorumq; qui aliqua componunt, portus, ſinus, præmium, omnium exemplum, ipſarum deniq; literarum iam ſenescentium reductor ac reformator.

Refoueo, es, ere, Alimento uel calore moderato refocillo, ἀναλαμβάνω, ἀναθάλπω. Col lib. 2. cap 1. Licet enim maiorem fructū percipere, ſi frequenti & tempeſtiua, & modica ſtercoratione terra refoueatur. Lucan. li. 8. quā pectore Magnus Arnbit, & adſtrictos refouet complexibus artus.

Refractarius, uide Refringo.

Refræno, as, a. p. Idē ferè quod frænare. hoc eſt, cohibere, & coērcere, ἀναχαιτίζω. Cic. pro Cæl. Etenim ſemper magno ingenio adoleſcentes refrænandi potius à gloria, quàm incitandi fuerunt. Ouid. Epiſt. 6. Illa refrænat aquas, obliquaq; flumina ſiſtit.

Refrænatus, part. Lucr. lib. 5. Relligione refrænatus, ne forte aris, &c.

Refragor, aris, d. p. pen. prod. Verbum deponens, ſignificans reſiſte

reſiſtere reprgnare, ἀντιλέγω, ἀντιπράττω. Homer. ἀντιπέρσαι. Plinius libro 19. capite 8. Quæ iam hæc maximè refragatur Veneri. Cicero 11. Phil. pp. Et ſi quis poteſt refragari non modò non petenti, uerùm etiam recuſanti. Legitur etiam Refrago, as, are, teſte Nonio, pro ſuffragari, apud antiquos. Siſenna libro 22. Hiſtoriarum, Multi populi pluri næ concionis Dictaturam omnibus animis, & ſtudiis refragauere, id eſt, Dictaturæ ſuffragati ſunt. Refragari ingenium alicui dicitur, quando ingenio aliquid alicui nequit. Quintilianus libro 10. capite 6. Vt is cui non refragetur ingenium, &c.

Refrico, as, are, n. p. pen. cor. Renouo, ἀνανεῶ, ἀνακνίζω. Tractum à uulneribus, quæ plerunq; fricando renouantur. Cicero ad Seſtium 5. Epiſtol. Sin autem omnia quę ſentio, perſcripſerim, ne refricem meis literis deſiderium, ac dolorem tuum. Propriè refricare, eſt rurſus uel ualde fricare. Cato cap. 87. Id omne ita facito, & refricando denuo. Cicero ad Attic. lib. 10. neutrum poſuit, Crebrò, inquit, refricat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamen quæ impediat ſcriptionem meam.

Refrigeo, ges, pen. prod. uel potius refrigeſco, is, Frigidum fieri, ἀναψύχομαι. Cato cap 105. Vbi iam uinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito. Colum. lib. 2. cap. 2. Et boues inhibeat, ut colla eorum refrigeſcant: quæ celeriter conflagrant, niſi aſſiduè refrigerentur. Ouidius 12. Metam. Paruo cor uulnere læſum Corpore cum toto poſt tela educta refrixit. Refrigeſcit res, per translationem. Quint. lib. 10. Calor ille cogitationis ſcribendi mora refrixit. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. Ego, cętera qui animo æquo fero, unum uereor, ne haſta Cęſaris refrixerit. Terent. in Adelph. Nihil eſt refrixit res.

Refrigero, as, a. p. pen. cor. Frigus induco, uel rem calidam frigidam facio, ἀναψύχω, καταψύχω. Cicero in Catone, Vbi enim poteſt illa ætas aut caleſcere, aut aprication̄e melius, uel igni, aut uiciſſim umbris, aquiſue refrigerari ſalubrius? Colum. lib. 2. Atq; ita rurſus in ſole ſiccata, & mox refrigerata reconditur. Refrigerari item rumor uel ſermo per translationem dicitur, quum paulatim euaneſcit, atq; minuitur, & in ore hominum eſſe deſinit. Cicero Appio Pulchro, Refrigeraro iam leuiſſimo ſermone hominum prouinciali. Sic etiã negotiũ aliquod refrigerari dicitur, quod iam minore cura ſtudioq; geritur. Accuſatio item refrigerata dicitur, cuius aculei iudicium animis infixi, temporis tractu elanguerunt. Idem 1. Verrin. Deoſſa, ac refrigerata accuſatione, &c.

Refrigeratus, a, um, part. Cic. 1. de Nat. deor. Quę ſi mundus eſt deus, quoniã mundi partes ſunt, dei membra partim ardẽtia, partim refrigerata dicenda ſunt.

Refrigeratio, onis, ἀνάψυξις. Cic. de Sen. Et refrigeratio, æſtate, & uiciſſim aut ſol aut ignis hybernus.

Refigerator, oris, & **Refrigeratrix**, icis. Plin. lib. 19. cap. 8. Eſt quidem natura omnibus refrigeratrix.

Refrigeratorius, a, um, Quod refrigerat, ἀναψυκτικός. Plin. li. 22. cap. 22. Refrigeratoriã tamen uim eſſe conuenit nigro, & hac cauſa imponendũ cum polenta. Idẽ lib. 25. cap. 13. Semini & foliis refrigeratoria uis.

Refrina, æ. f. p. pen. prod. Faba (ut inquit Feſtus ex Cincii ſententia) quæ ad ſacrificium referri ſolet domũ à ſegete, auſpicii cauſa. Aelius Gallus, teſte eodem Feſto, dubitat an ea ſit quæ prolata in ſegetẽ, domũ referatur, an quę refrigeratur, id eſt, teratur. Sed Cincii opinionem adiuuat, quod in ſacrificiis publicis, quum puls fabata diis præbetur, nominatur refrina. Hæc Feſtus.

Refringo, is, refregi, refractũ, a. t. rumpendo aperio, ἀνακλάω. Plautus in Capt. Cellas refregit omnes intus, recluſitq; armarium. Liuius 4. bell. Macedon. Comparauerat homines qui pluribus ſimul locis urbis nocte incendia facerent ut in conſternata nocturno tumultu ciuitate refringi carcer poſſet. Refringere uim fortunæ, per translationẽ. Liu. 5 ab Vrbe, Adeo occæcat animos fortuna, ubi uim ſuam ingruentem refringi non uult.

Refractus, a, um, participium, Plinius Epiſtol. 18. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ clauſtris omnia patent omnibus.

Refractarius, ria, rium, Dicitur qui contumax eſt, & nimis ſuæ ſententiæ tenax, ἀντίτυπος, à refringendo, quaſi nimium liber obſtantriaq; omnia refringens. nulliſq; rationum clauſtris ſe patiens coërceri. Seneca, Exiſtimant philoſophiæ fideliter deditos, contumaces eſſe, ac refractarios.

Refractariolus, adiectiuum diminutiuum, Cicero ad Attic. li. 2. Et quòd ſe ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit, &c.

Refugio, gis n. t. Idem quod aufugio, uel fuga me retrorſum recipio, ἀποφεύγω. Gellius, Poſtea quam prælio uictus, in ultimam regionem refugiſſet. Cicero pro Cælio, Cur illecebris cognitis non refugiſti? Per translationem ſumitur pro detrectare, recuſare, & tanquam à re pernitioſa reſilire. Cicero de Oratore, Semper ego à genero hoc toto ſermonis refugi. Idem o Ctauo, Phil. Refugit animus, eaq; reformidat dicere, &c.

Refuga, gæ, pen. cor. & communis gen. Fugitiuus uel fugitiua ἀντόμολος, Vlpia. in l. Aut damnum de Pœnis, Quiq; refugę ex opere metalli in metallum damnantur.

Refugus, ga, um, Pro eo quod eſt recliue, ac reiectum. Sidonius, Capitis apex rotundus, in paulum à planitie frontis uerticem cæſaries refuga criſpatur. id eſt, in frontem reiecta. Lucanus libro decimo, refugosq; gerens à fronte capillos. Mare refugum, id eſt, refluum, & quaſi refugiens, Statius 12. Thebaidos.

Refugium, gii. n. Aſylum, id eſt, locus, uel perſona ad quam refugimus, ut tuti ſimus, καταφυγή. Cic. libro ſecundo Offic. Regum, populorum, nationum portus erat, & refugium Senatus. Suetonius in Tiberio, Ne refugium in tali fraude cui quam eſſet.

Refundo, is, a. t. Fundendo regero, ἀναχύω. Ouid. 11. Metam. Egerit hic fluctus, æquoriq; refundit in æquor. Cic. 2. de Nat. deor. Quibus altæ, renouatæq; ſtellæ, atq; omnis æther refundunt eadem, & rurſum trahunt indidem.

Refuſus, a, um, adiectiuum, Id eſt, redundans. Plinius lib. 16. ca. 26. Non niſi refuſo mari arenas fatetur. Vergilius 2. Geor. Põto ſonat unda refuſo. Idem 1. Aeneid. Stagna refuſa uadis, id eſt, affuſa.

Refuſè, aduerb. Redundanter. Colum. libr. 4. cap. 1. Nam ſemper in plano refuſius egeſta humus tumidior eſt, &c.

Refuto, as. a. p pen. prod. à futo quod frequentatiuum eſt à Fuo fuis quod protulit Plaut. in Amphit. Ne quiſquam tam audax homo qui obuiam obſiſtat mihi. Præſertim quum dicat Feſt. Futare, arguere eſt Vnde & confutare & refutare, redarguere eſt, ſiue refellere, & ita non eſſe oſtendere, ἀποσκευάζομαι, ἀποκρύομαι, ἀνασκευάζω. Cicer. Dolabellæ, Non tam id laboro ut ſi qui mihi obtrectent, à te refutentur: quã intelligi cupio (quod certè intelligitur) me à te amari. Alio modo dixit Cicero de Aruſp. reſponſis, Et aut concedente, aut adiuuante Milone, eius conatum refutabo, id eſt, aut facto, aut uerbis reprimam.

Refutatio, onis, fit uerbale, Actus ipſe refutandi, ἀνασκευή. Cic. in Top. Refutatio autem accuſationis, quę eſt, depulſio criminis, quæ Græcis κάσεις dicitur, Latinè appellatur ſtatus in quo primum inſiſtit, quaſi ad repugnandum cõgreſſa defenſio. Firma refutatio, Quintil. lib. 5. cap. 10.

Refutatus, tus, tui, idem quod refutatio. Lucret. Ancipitiq; refutatu conuincere falſum.

Regaliolus, li, m. ſ. Auis eſt exigua, eadem (ut docti credũt) cum trochilo: quem Plin. lib. 8. cap. 24. & libr. 10. capite 47. In Italia auium regem ait appellari, eoq; nomine aquilæ eſſe inuiſum, quod regiam illi dignitatem præripere uideatur τρόχιλον. Sueton. in Iul Cæſarem, Pridie autem eaſdẽ Idus auem regaliolum cum laureo ramo Pompeianæ curiæ ſe inferentem, uolucres uarii generis è proximo nemore proſecutæ ibidem diſcerpſerunt.

Regalis, & hoc regale, uide Rego.

Regelo, las, pen. cor. Reſoluere gelu: cõtrarium eſt ſuo ſimplici ἀποκρυσταλῶ. Colum. libro 1. capit. 5. Quanto q; fuerit ædificii ſolum pronius Orienti, & æſtate liberius capere per flatus, & hyemis procellis minus infeſtari, & matutino rege lari ortu poterit, ut concreti rores liqueſcant. Idem libr. 10. Poſt ubi Siphææ torpentia frigora brumæ Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura.

Regenero, as, act. pr. Iterum, ſiue rurſum genero, ἀναγεννάω. Plinius libro 12. capite primo, Sed ea primum quæ eſt in Creta platani ſatæ regenerauere uitium. Per translationem accipitur pro repræſentare, & formæ, morum ingeniiue ſimilitudinem referre. Plinius libro decimo quarto, capit. 22. de Tiberii Imperatoris, & Druſii bibacitate uerba faciens, Nec alio magis Druſus Cæſar regenerаſſe patrem Tiberium ferebatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Regermino, as, are, pen. cor. Iterum germino, ἀναφύω, ἀνὰ βλαστάνω. Plinius lib. 16. cap. 33. Et in Aenaria succisa regerminat.

Regerminatio, onis, uerb. Plin. lib. 17. cap. 20. Regerminatione cædua, uel salice lętior.

Regero, ris, gessi, gestum, 2. t. Refero, reporto, reiicio, reddo, ἀνακομίζω, ἀναδίδωμι. Plinius lib. 1. cap. 9. In coitu qui dem non cerni, quoniam haustum omnem lucis auersa illò regerat unde acceperit. Cicero lib. 11. Epist. Pro quo tot tibi rusticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas. Interdum regerere, est scriptis mandare, quod quis legendo aut audiendo didicerit, ἀποσημειοῦμαι. Quintil. libro 3. cap. 8. Sunt enim uelut regestæ in hos commentarios quos puer deduxerat schola. Vnde regesta dicuntur, quæ iam in tabula librosúe redacta sunt, τὰ ἀποσεσημειωμένα τὰ ὑπομνήματα.

Regestus, a, um, partic. ut Regesta crapula, apud Apul. in Asin. id est, uomitu erecta. Regesta (inquit) crapula uestem iuquina uerat. Terra regesta, id est, eodē relata unde fuerat egesta. Ouid. 11. Metam. fecedit, humumq; Effodit, & domi quales conspexerat aures, Voce refert parua, terræq; immurmurat haustæ, Iudiciumq; suę uocis tellure regesta Obruit, & scrobibus tacitus discedit apertis.

Regestum, sti, n. t. Terra ex sulco egesta, & in aliquantulā altitudinem eleuata. Col. lib. 3. cap. 13. Quum à parte superiore in inferiorem derrahitur humus, uix iustū & pastinationi præbet regestum. Idē lib. 12. cap. 3. Potest etiā in siccissimis locis opus custodiri, si depressius pastinetur solum, eusq; abundè est gradum effodere tribus pedibus, ut in quatuor consurgat regestum. Regestum etiam dici potest (inquit Budæus) quod nos registrum appellamus. Vide suprà in uerbo Gero.

Regia, Regiè, Regificus, uide Rego.

Regifugium, n. s. Festum erat Romæ celebrare solitum, postridie Terminaliorum, hoc est, 6. Calend Martias, quo die Tarquinius Roma profugit. Inter Terminalia autem & Regifugium quarto quoq; anno interferebatur dies unus, quem ob id intercalarem uocabant. Vide Macrobium & Censorinum.

Regigno, is, Iterum gigno, ἀναγεννάω.

Regignor, passiuum. apud Lucretium libro 5. quapropter maxima mundi Quum uideam membra, ac partes consumpta regigni, ἀναχώνομαι.

Regilla, f. p. Vestis regia, quæ & basilica, & trabea dicitur quoniam ea reges uterentur, auro & purpura intexta, βασιλικὴ. Est & uestis muliebris genus, à superiori fortassis similitudine dictum Plaut. in Epid. Quid erat indutæ? an regillam induculam, an mendiculam?

Regimen, Regina, Regio, uide Rego.

Registrum, stri, n. s. Vocabulū est parum receptū apud idoneos scriptores, quo tamen usus est Vopisc. in Probo, usus (inquit) etiam ex registris scribarū porticus porphyreticæ. Bud. docet Latinè regestum posse appellari.

Regius, uide Rego.

Reglutino, as, a. p. Quod glutinatū erat dissoluo, ἀναπολάω. Plin. lib. 25. Purgant hulcera oculorū explentq;, & ad cicatricem perducunt, palpebras reglutinant. Catul. Remitte pallū mihi meum, quod inuolasti. Sudariumq; Setabum, catagraphosq; thynos Ineptè, quę palàm habere soles tanquā aurita. Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina & remitte.

Reglutinosus, a, um, ualde glutinosus, κολλώδης. Plin. lib. 11. ca. 14. Sequens probatio, ut sit odoratorum ex dulci, acie, reglutinosum, perlucidum.

Rego, is, xi, ctum, a. t Guberno administro, ἐπισατῶ, ἐφορύω, βραβεύω, διαχειρίζω, πολιτεύω Ver 4 Ecl. Pacatumq; reget patrīs uirtutibus orbē. Cic. in Som. Scip. Siquidē Deus est qui uiget, qui sentit, qui meminit qui præuidet, qui tam regit & moderatur, & mouet id corpus cui præpositus est, quàm hūc mundum princeps ille Deus, Verg. Per duodena regit mundi sol aureus astra. Teren. Eun. Here, quę res in se neq; consilū neq; modū Habet ullū. eam cōsilio regere non potes. Ouid. 1. de Arte Aman. Arte citę, uelocq; rates, remoq; reguntur. Arte leuis currus, arte regendus amor. Regere, est rectum tenere, ἰθύνειν. Cornu. Cels. Qui nimio dolore regere caput nō possę. Huius composita sunt, Arrigo, Corrigo, Erigo, Pergo, Porrigo, Surrigo, Surgo, quorum significata aperiuntur suis locis.

Rectus, a, um, Quod nullam in partem flectitur, cuius contrarium est Obliquum, ὀρθὸν, τὸ. Plinius libro 12. cap. 29. Hi recto cursu per sinus impellunt. Per translationem accipitur pro bono & laudabili, cui opponitur prauum. Cicero 5. Acad. Tertia de differendo, & quid uerum, & quid falsum, quid rectum in oratione, prauumue, quid consentiens, quid repugnet iudicando. Cicero Attic. Sauerum sine meis literis ad te uenire, uix rectum erat. Idem pro Mur. Negat Cato rectum esse, hoc est, æquum, iustum, & pro ratione officii. Conscientia recta. Cic. Att. lib. 13. In omni uita sua quenq; à recta conscientia transuersum unguem non oportet discedere. Consilium rectum. Terent. in Andr. Facilè omnes quū ualemus, recta consilia ægrotis damus. Via recta rem narrare, est narrare rem ut est, & nullo colorum uti circuitu. Terent. in Heaut. Imò ut recta uia rem narret ordine. Cicero de Orat. Ego me hercule, inquit, Antoni, semper is fui qui de re Oratore sic prędicarem, unum te in dicendo, uideri rectissimum. Recta cœna, uel recta absolutè, à ueteribus dicebatur cœna quam clientibus, & recto ordine discumbentibus iantè Principes dabant, ὀρθὰ & δόπτα. Sueton. de Aug. Cont inuabatur & assiduè, nec unquam nisi recta, non sine magno ordinum hominumq; delectu. Idem in Domit. Multa etiam in conuiuiorum usu notauit: sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Martialis lib. 8. Promissa est nobis sportula, recta data est. Liberaliores enim diuites, ciuiliores q; salutatoribus legitimum conuiuium exhibebant, quæ recta cœna uocabatur. Sordidi autem & maligniores, rectæ cœnæ loco sportulam tantùm præbebant. Sportula specimen erat pusilli, parciq; hominis. Sueton. in Nerone, Adhibitus sumptibus modus. publicę cœnæ ad sportulas redactæ. Interdum numi sportulæ loco cedebant Iuuenalis Satyra 1. Sed quum summus honos finito computet anno, Sportula quid referat, quantum rationibus addat. Quid faciant comites, quibus hinc toga, calceus hinc est. Budæus. Recta tunica dicebatur quæ ita contexta erat, ut uelluti rigens staret: uel quæ à stantibus ab imo in altum texebatur, ἰσόπλεκτος ὀρθή. Hac tyrones, & nouæ nuptæ induebantur. Hanc parentes liberis suis conficiendam curabant, ominis causa, ut tradit Festus. Rectum intestinum, ἀνευθυμένον ἔντερον, sextum est & postremum in ordine intestinorum, à crasso intestino, quod κόλον appellant, ad sedem usq; productum, nullis finibus inuolutum, unde & nomen accepit.

Rectum, cti. n. s. subst antiuum, Idem quod officium perfectum, omnes uirtutis numeros complectens, quod Græci κατόρθωμα appellant. Cic. 1. Offic. Perfectum autem officium, rectum opinor uocemus, quod Græci κατόρθωμα. Idē 2. de Fin. Quę aūt nos aut recta, aut rectè facta dicimus, si placet illi autem uocant κατορθώματα, omnes numeros uirtutis cōtinent. Ver. 1. Aen. & mens sibi conscia recti. Ouid. 1. Metam. quę uindice nullo Sponte sua sine lege fidem, rectumque colebat.

Rectè, aduerb. Per rectam uiam, ἰθὺ. Terent. in Eun Quid hîc stabas? cur non rectà introibas? Cic. ad Att. lib. 6. E naui rectà ad me uenit.

Rectangulus, a, um, Quod habet lineas in rectum productas, itaq; coëuntes, ut nulla sit quæ magis prominеat quàm altera, ὀρθογώνιος.

Rectè, aduerb. Significat bene, καλῶς. Cic. 4 Acad. Rectè conclusit, reneo: sin uitiosè, minam Diogenes reddet. Idem Att. li. 9. Rectè auguraris de me, bene enim tibi cognitus sum. Ali quando pro iustè, δικαίως. Ter. in And Pater non rectè uinctus est, id est. iniustè, Aliquādo pro non obliquè, ἰθὺ Cic. 1. de Fin. Siue aliæ declinabūt, aliæ suo nutu rectè ferentur. Ponitur aliquando in respōsione, quū sine iniuria interrogantis aliquid reticemus, aut Donat. Terent. in Hec. Quid tu interim lachrymas? aut quid es tam tristis? P. A. Rectè mater. Ter. in Adel. Quid fit? quid agitur? S. Rectè. Aliquando pro sic, uel etiam. Ibidē, Tu rus hinc abis? D. Rectè. Non rectè dicere alicui, est illi maledicere. Plaut. in Pseud. Nam quāti refert ei nec rectè dicere, qui rectè nihil faciat? Ponitur aliquando pro ut-tò, ἀσφαλῶς. Cic. ad Terent. lib. 14. Rectè in præsentia domi esse potestis. Cic. ad Lent. lib. 1. Quoties mihi eorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. id est, quibus turò, & citra periculum dare possim literas. Rectè esse alicui, est illum rectè ualere. Cic. ad Att. De Attica per gratum mihi fecisti, quòd curasti antè, scirem rectè esse, quàm nō bellè fuisse. Rectè esse alicubi, est illic sine reprehēsione

manere

manere. Cic. ad Attic. Qui minus autem ego istic rectè esse possim, quàm Marcellus? Ponitur aliquando pro patienter Terentius in Eunu. Neq; præterquam quas ipse amor molestias habet, addas: & illas quas habet, rectè feras. Rectè otia ponere, dixit Horatius 2. Serm. pro eo quod est utiliter dispẽsare. Rectè parere, est non monstrum parere, inquit Donatus. Terentius in Hecyr. Præsertim quum & rectè, & tempore suo peperit. Rectè dicere, est aptè, & Compositè loqui. Differunt autem rectè dicere, & uerè dicere: quod rectè dicere, ad uerba: uerè dicere, ad sententiam referatur Nam possumus rectè, & falsum dicere, dummodo nullo uitio uerborũ dicatur. Terentius in Adel. Et rectè & uerè dicit. Rectè atque ordine, hoc est, nihil præposterè agendo, τεταγμένως, ἐυ κοσμῶς. Cicero 6. Philipp. Rectè atq; ordine, exq; Repub. fecisse uideri. Idem 7. Philipp. Literas Bruti rectè atque ordine scriptas uideri.

Rectio, onis, f. t. Administratio, gubernatio, ἐπισασία. Cic. 3. de Fin. Omniumq; rerum publicarum rectiones præscripsimus Et paulò pòst, Ea quoque non solum ad priuatæ uitæ rationẽ sed etiam ad rerum publicarum rectionem relatum.

Rector, oris, m. t. Gubernator, ἐπισάτης. Cic. de Som. Ciuitatũ rectores & conseruatores. Idem de Orat. Rector reip. & publici consilii autor. Rector nauis, apud eundem 2. de Diuinatione, κυβερνήτης.

Rectrix, tricis, f. t. Gubernatrix, ἐπισάτις. Col. lib. 3. cap. 10. Videmus hominib. inspiratam, uelut aurigam, rectricemq; membrorum animam: sensusq; iniectos ad ea discernenda, quæ tactu, naribus, auribusq; & oculis indagantur: pedes ad gressum compositos, brachia ad complexum, &c. Plin. lib. 37. cap. 13. Italia rectrix, parensq; mundi altera.

Regimen, nis, u. t. Ipsa rectio, ἐπισάσια, Liu. 3. ab Vrbe, Regimẽ totius magistratus penes Appium erat fauore plebis. Plin. libro 7. capite 16. Vocis, sermonisq; regimen primores tenent dentes. Lucretius libro 3. In quo consilium uitæ, regimenq; locatum est.

Regula, æ, f. p. Norma qua lineæ reguntur, id est, diriguntur γνόμωρ, κανὼν. Col. lib. 3. cap. 13. Nam duas regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ χ decussauimus. Per translationem accipitur pro breui rerum præceptione. Cic. 4. Acad. Hanc enim esse regulam totius philosophiæ, constitutionem ueri, falsi, cogniti, incogniti. Ponitur aliquando regula pro baculo, quo aliquid rectum tenetur, Colum. lib. 6. cap. 19. Vt insserto capite descendẽtibus per foramina regulis, ceruix teneatur. Ponitur quoque pro instrumento eundem usum præbente quem fiscus in factura olei. Colum. lib. 12. cap. 52. Suspensa mola oleum frangito, eaq; uel in regulas, uel in nouos fiscos adicio, &c. Vide Fiscus.

Regularis, regulare, om. ter. Quod secundum regulam est, uel quod in regulam trahi potest, κανονικὸς. Vnde æs regulare dictum est quod à caldario, coronarioq; distinguitur. nam coronarium est quod tenuatur in laminas, taurorumq; fel le tinctum speciem auri præbet in histrionum coronis. Caldarium uerò quod funditur tantùm, malleis fragile. Regulare, quod obsequitur malleis, & ab aliis ductile appellatur. Sed in cæteris metallis regulare dicitur quod excoctum igni diligentius est, uitiisq; purgatum. Plinius libro 12. capite octauo. In Cypro coronarium æs, & regulare est, utrunque ductile.

Rex, regis, m. t. Qui regioni cuipiam legitimè imperat: idq; sibi licere existimat quod legibus permittitur: à qua norma si quis uel nimium deflexerit tam non regis, sed tyranni nomen meretur, βασιλεύς. Hinc regiones dictæ uidentur quod singulæ singulis parẽrent regibus, à quibus, & regna appellãtur. Dici tamẽ & reges possunt, qui unius tantùm urbis imperium habeant. Sic principio Reges Romanorum dicti sunt quibus imperium Vrbis permittebatur. Cicero 2. Offic. Mihi quidem non apud Medos solùm, ut ait Herodotus, sed etiam apud maiores nostros iustitiæ fruendæ causa uidentur olim bene morati reges constituti. Idem 3. de Finib. Rectius enim appellabitur rex quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit. Vergil. lib. 1. Aeneid. diuũm pater, atq; hominum rex. Horatius 2. Serm. Sat. 3. hæc magnos formula reges Excepto sapiente tenet. Ouid. 1. Amor. Eleg. 15. Cedant carminibus reges, regumq; triumphi. Hinc interrex, qui post prioris decessum, interea regis locum tenet, donec nouus præficiatur, μεσοβασιλεύς. Sed de hoc latius suo loco. Reges item à tenuioribus per assentationem appellabãtur potentiores, ditioresq;, quos illi cibi alterius usúe commodi gratia obseruabant. Martial. lib. 6. Qui rex est, regem Maxime non habeat. Colum. in Præfat. lib. 1. An honestius duxerim mercenarij salutatoris mendacissimum aucupium circumuolitantis limina potentiorum, somnumq; regis sui rumoribus aucurantis? Neq; enim roganti quid agatur intus, respondere dignantur serui.

Regina, æ, f. p. Regis uxor βασίλισσα, βασιλὶς. Cicero ad Attic. libro 14. Reginę fuga mihi molesta est. Vel quę regnum possidet, etiam si uirum nunquam habuerit, utpote ad quam regnum ex successione peruenit, ut Cleopatra in Aegypto, Dido apud Carthaginenses. Quandoque ponitur pro muliere diuite. Terent. in Eunucho, Quia solæ utuntur his reginæ. Aliquando pro domina. Plautus in Truc. Sed reginæ domi suæ fuere ambæ. Refertur & ad inanimata: ut regina pecunia. Horatius lib. 1. Epist. 6. Et genus & formam regina pecunia donat. Oratio regina omnium rerum Cicero 2. de Orat. Syderum regina bicornis Luna, Horatius in Carm. seculari.

Regulus, m. s. diminutiuum est à rege deductum, non staturæ, sed potentiæ diminutionem significans, βασιλίσκος. Sallust. in Iugur. Postquàm illi iusta more regio magnificè fecerant, Reguli in unum conuenere, ut inter se de cunctis negotiis disceptarent. Plinius libro 18. capite 3. Mageat tantum honoris Senatus noster habuit Carthagine capta, ut quum regulis Africæ bibliothecas donaret, unius eius duodetriginta uolumina censuerit in linguã Latinam transferenda. Reguli item uocabulum suum qui & basiliseo serpenti, & trochilo aut accomodent, uerùm eius loco Græcis nominibus receptius utemur.

Regius, gia, gium, Quod est regis, βασιλικός. Cic. lib. 3. Offic. Erat autem regius pastor. Idem 1. Tus. Codrum, qui se in medios immisit hostes famulari uelle, ne posset agnosci si esset ornatu regio. Verg. 5. Aeneid. intextusq; puer frondosa regius Ida. Regius morbus, dictus est quod mulso (quod genus potionis in regum deliciis erat) curaretur, inquit Varro, ἴκτερος. Vel quia (ut Celsus scribit) eo morbo affectos, apparatu regio hoc est, lecto & conclaui cultiore, & ludis, lasciuiaq; uti, peruile est, per quæ mens ægrotantis exhilaretur. Horatius in Arte, Aut mala quem scabies, aut morbus regius urget. Idem morbus aurigo antè dicebatur, à colore auri, quem bilis per totum corpus diffusa representat. Arquatus quoque morbus appellatur, quod cæli status arcui sit concolor: uel quod ita stringat humana corpora ut in arcum ducat.

Regia, giæ, f. p, Domicilium & aula regis, τὰ ἀρχεῖα, τὰ βασίλεια. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Eo tempore in regia prodigium uisu, euentuq; mirabile fuit omen. Iustinus lib. 1. In regiam se recipit. Ouid. 2. Metamorph. Regia Solis erat sublimibus alta columnis. Verg. 2. Georgicorum, Iampridem nobis cæli te regia Cæsar Inuidet.

Regiè, aduerbium, Regio more, & imperiosè, seuerè, crudeliter, βασιλικῶς, τυραννικῶς. Ci. in Catil. Si in hunc animaduertissem, crudeliter & regiè factum esse dicerent. Idem 5. Ver. Nisi ut hoc tempore ea quæ regiè, seu potius tyrannicè statuit Imperatores Apronius, prætermittam.

Regificus, a, um, idem quod regalis, βασιλικὸς. Valer. 2. Argo. Stant gemmis auroq; tori, mensæq; paratu Regifico.

Regificè, aduerb. Id est, splendidè, sumptuosè, & regio apparatu βασιλικῶς. Cic. 3. Tusc. Vidi ego re, astante ope Barbarica Tectis cælatis, laqueatis, Auro, ebore, instructum regificè. Ex Poëta quodam.

Regalis, & hoc regale, om. t. Ad claritudinẽ, eminentiam & excellentiã pertinet: & significat dignum Rege, βασιλικὸς. Cicero in Cat. Nihil ei tam regale uideri quàm studium agri colendi. Idem 1. de Diuin. Vt enim sapere, sic diuinare regale dicebant: ut testis est nostra ciuitas, in qua & Reges Augures, & postea priuati eodem sacerdotio præditi, Reipub. religionum autoritate rexerunt. Ouidius lib. 5. Metamorph. fremitu regalia turba Atria complentur. Vergil. 1. Aeneid. Regales inter mensas, laticemq; Lyæum. Ibidem, At domus interior regali splendida luxu.

Regaliter, seuerè, crudeliter, & Regum more, βασιλικῶς. Ouid. 2. Metam. precibusq; minas regaliter addit.

Regio, onis, f, t. Dicta à rego, quod priusquam prouinciæ fierẽt, regiones sub regibus erant, atque ab his regebantur, χώρα. Cicero pro Sestio, Quæ regio, oratio terrarum erat latior, in qua non regnum aliquod statueretur? Idem, Classem fugientem persecuti sumus usque in Sydam, quæ extrema regio

est prouinciæ meæ. Postea maiores in urbe partes, regiones appellari cœptæ, à similitudine carum regionum in quas orbis diuiditur. Quatuor autem fuerunt antiquitus urbis Romanæ regiones, è quibus prima regio Suburbana, secunda Exquilina, tertia Collina, quarta Pallatina. Ponitur aliquâ do regio, præsertim in plurali numero, pro fine siue termino: ut quum Cicero pro Archia dicit, Vitæ spatium exiguis regionibus circumscriptum esse: id est, ut ait Budæus, finibus & terminis. Idem contra Rullum, Vix facilè sese regionibus officii continet. id est, terminis. Regiones uineq; fines & limites. Cic. 2. de Nat. deor. An Actii Nauii lituus ille, quo ad inuestigandum suem regiones uineæ terminauit, contemnẽ dus est? Regiones cæli quatuor sunt, Ortus, Occasus, Meridies & Septentrio. Ortus & Occasus mobiles, ac uarii sunt: Meridies Septentrioq; perpetuo stata permanent. Oritur quippe sol non itidem semper, sed aut æquinoctialis oriens dicitur, aut solstitialis, aut brumalis. Itẽ non in eũdem semper occidit locũ: sed occasus eius similiter fit aut æquinoctialis, aut solstitialis, aut brumalis. Triplex igitur est occasus, quotuplex & ortus. Septẽtrio asit & Meridies simplices sunt, utpote fixi & immobiles. Erunt itaq; in uniuersum cæli regiones octo: pro quarum ratione & totidem nominantur uenti: ab ortu æquinoctiali Subsolanus, siue Apeliotes: à brumali Vulturnus, siue Eurus: à solstitiali Cæcias. A Meridie, Auster. Ab occasu brumali, Africus: ab æquinoctiali, Fauonius à Solstitiali, Corus A Septentrionibus, Septentrio. Cic. 2. de Nat. deor. Sed etiam regio quæ tum est Aquilonaris, tum Australis. Regio inquit Bud. Gallis uernaculo sermone, Quartier dicitur, in eaq; significatione accepit Cicero pro Planc. qui etiam tractum uocat. Totus, inquit, ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifranus: tota denique illa nostra aspera & montosa regio. Ponitur aliquando regio pro orbita & linea. Cic. in Verrem, De omnibus nobis siquis tantulum de regione deflexerit, &c. A regio, fit è regione, quod ex aduerso in conspectu, quasi rectis lineis tanquam aduerbium in oratione ponitur, ἀντικρύ. Cæsar. 4 bell Gall. Quum uterque utrique esset exercitui in conspectu, ferecq; è regione castra castris poneret.

Regionatim, aduerbium Per singulas regiones, κατὰ χάρας. Suetonius in Cæsare, Ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum histriones. Liuius libro decimo bell. Macedon. Mutarunt suffragia, regionatimq́ue generibus hominum causisq; & quæstibus tribus descripserunt.

Regnum, regni, n. s. Dicitur tam regio ipsa subiecta, quæ à rege possidetur, quàm ipse dominatus, βασιλεία. Cic. Cassio, Non regno, sed rege liberati uidemur. Vergil. 1. Aenеid. Vultis & hic mecum pariter considere regnis? Habere regna Tyri Germanus habebat Pygmalion. Regnum etiam dici potest quicquid possidetur. Cic. 1. de Orat. Quare negasti te fuisse laturum, nisi in regno meo esses? id est, in Tusculano. Regnum quoq; dicitur in quo quis eminet, ut in eo regnare uideatur. Cicero pro Sylla, Regnum credo Consulatus mei. Vnde interregnum, propriè appellatur id tempus quo regnũ uacat rege, μεσοβασιλεία. hoc est, antequàm in demortui locum nouus rex præficiatur: quanquàm & in libera ciuitate interregnum dici possit, medium illud tempus ex quo magistratu abierunt Consules, usque ad nouorum creationem. Liuius Quum sine Curuli magistratu Respubl. esset, patritii coiere, & interregem creauere. Contentio, Consules ne, an tribuni militum crearentur in interregno, rem complures dies tenuit.

Regno, as, a. p. Regnum possideo, & administro βασιλεύω. Priscianus, Rex solum quod à regendo nascitur, peperit ex se aliud uerbum, Regno Cic. pro lege Manil. Sed ab illo tempore annum iam tertium & uicesimum regnat, & ita regnat, &c. Idem 3. Offic. Nam si uiolandum est ius, regnandi gratia uiolandum est. Liu. 1. ab Vrbe, Mansit Syluius postea omnibus cognomen qui Albæ regnauerunt. Ponitur aliquâ do regnare pro autoritate ualere. Cicero ad Gallum lib. 7. Olim quum regnare existimabantur. Regnatur, impersonale. Vergil. Aeneidos Hic iam tercentum regnabitur annos Gente sub Hectorea. Regnor, aris, pass. Tacit. lib. 7. Neque enim hîc ut in Cæreris gentibus quæ regnantur, certa dominorum domus, &c. Ouidius lib. 4. de Pont. Eleg. 1. regnataq; terra Philippo.

Regnator, oris, m. t uerbale, Qui regnat. Vergil. libro 4. Aeneidos. Ipse deûm tibi me claro demittit olympo Regnator, cælum & terras qui minimè torquet. Aliquando pro possessore. Martialis libr. 10. Quisquis eris nostri post me regnator agelli.

Regnatrix, regnatricis, uerbale fœmininum: ut Domus regnatrix, Tacitus lib. 1.

Regrado, quasi retrò gradior, & per gradus retrò cedo, ἀναχάζομαι.

Regredior, d. t. Retrogradior, reuertor, ἀναχωρέω, ἐπανέρχομαι. Plaut. Aulul. Illuc regredere ab ostio, illuc sis: uide ut incedit. Cic. 1. Offic. Cum utrisq; seperatim locutum, ne cupidè quid agerent, nec apperterent, atq; ut regredi quàm progredi mallent. Liu. 10. ab Vrbe, Pars stare, incerti utrum progredi, an regredi in castra tutius foret.

Regressus, us, ui, Regrediendi actus, παλινδρία, ἀναπομπή. Liu. 4. bel. Pun. Neq; locus pœnitendi, aut regressus ab ira relictus esset. Cicero 2. de Natura deorum, Nihil enim errat quod in omni æternitate consueuerat progressus & regressus, reliquosq; motus constantes & ratos.

Regula, Regulus, uide Rego.

Regusto, n. p. Iterum gusto: & per translationem relego, & ad iudicium reuoco, ἀναγιγνώσκω. Cic lib. 4. ad Attic. Nã Vestorio dandi sunt dies, & ille Latinus ἀπλικισμὸς ex interuallo regustandus. Eidem lib. 13. Sed crebrò regusto tuas literas: in his acquiesco, tamen expecto nouas.

Reiicio, cis, a. t pen. cor. Retrorsum iacio, in tergum abiicio, ἀποτίθεμαι, ἀντίθεμαι, ἀναβάλλομαι. ut reiecto scuto fugere, apud Ciceronem de Orat. Vergilius 11. Aeneid. Reiiciunt parmas, & equos ad mœnia ducunt. Quandoq; est repellere, arcere, ἀποκωλύω, ἀποδιώκω. Verg. 3. Eclog. Tityre pascentes à flumine reiice capellas. Quandoq; respuo, contemno, nihili facio, ἀποβάλλομαι Cic. 1. de Finib. Quis Eunii Medeam spernat, aut reiiciat? Idem 2. de Diuin. Dicæarchus isdem rebus fidem tribuit: cætera diuinationis genera reiicit. Reiicere iudicem, uel arbitrum, idem est quod repudiare, siue recusare, ἀποψηφίζω, ἀναβάλλω. Cic. in Ver. Act 3. Sciebam in reiiciendis iudicibus nonnullos memoria, &c. Receptum enim erat apud Romanos, ut editis iudicibus reo liceret, siqui ex iis sibi suspecti essent, repudiare: in quorum locum alii subsorticbantur. Accipitur interdum pro differre, siue protrahere, ἀναβάλλω. Cicero Attico libro primo In mensem Quintilem reiecti sumus. Interdum pro remittere, ἀναπέμπομαι. Cicero pro Corn. Balbo, Quint. Scævola, quum de iure prædiatorio consuleretur, consultores suos nonnunquam ad Furium & Cesellium prædiatores reiiciebat. Cicero ad Atticum libro nono, Sed ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam reiicio. Reiicere causam ad Senatum, est ad Senatum referre, eiusq; iudicio rem permittere. ἀνάγειν πρὸς τὴν σύγκλητον. Cic ad Attic. libro secundo Ait se de Consulum sententia rem ad Senatum reiecisse. Idem ad Planc. lib. 10. Tu tanquam consilio non eges, uelabundes potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil hucre iicias, neúe in rebus tam subitis, tamq; angustis à Senatu cõsilium petendum putes. Quandoq; euomere, ἀναγωγή. Sueton. de Aug. Senos sextantes non excessit: aut si excessisset, reiiciebantur.

Reiectio. f t. & Reiectus, us, pro uomitu, ἀναγωγή. Plin. Et uernatio utilis erat, si postquam sorpta fuerat, statim reiectio sequebatur. Cesus, Et reiectus cibi non erit inutilis, si tarò fiat. Reiectio sanguinis, quum sanguis per os quouis modo eiicitur, siue id per tussim fiat, pulmone, thoracesue affecto, αἷματος ἀναγωγή. siue per uomitum ex uentriculo, quũ sanguis eò ex hepate liencue defluerit: siue per excreationẽ è faucibus, quum è capite ad interiores cerebrionis partes sanguis fuerit delatus. Contingit autem tribus potissimùm de causis: uase rupto quod ῥηγμοχασμὸν uocãt: erosione, quã διάβρωσιν Græci appellant: aut ore uenæ paulò latius patefacto, quæ uocatur ἀναστόμωσις. Plin. libr. 23. cap. 8. Item tussi & sanguinis reiectioni prodest.

Reiecto, as, frequentatiuum. Spartianus de Anton. Pio, Quũ caseum Alpinum in cœna edisset auidius, nocte reiectauit.

Reiectanea, siue Reiecta, A Cicerone appellantur, quæ Stoici uocant ἀποπροηγμένα, cuiusmodi sunt morbus, egestas, dolor, & id genus alia quæ uulgò mala dicuntur. Illi uerò quod ἀδιάφορα, hoc est, indifferentia esse uellent, malis non annumerabant, ἀποπροηγμένα tamen, id est, reiectanea uocabant, quòd ab omnibus tanquam mala reiicerentur, qualia sunt morbus, egestas, dolor. Cicero quarto de Finib. Illa autem, morbum

morbum, egestatem, dolorem non appello mala, sed, si libet, reiectanea. Idem lib. 3. de Finnib. Προηγμένα, & ἀποπροηγμένα, quorum hæc quidem, preposita rectè. illa reiecta dicere licebit

Reiiculus, a, um, Quod nullo est in pretio, quod ob uitium ali quod ab omnibus spernitur, & reiicitur, ἀπόβλητος. Hinc oues reiiculæ dicuntur, quæ propter ætatem, uel morbum reiiciuntur. Varr. 2. de Re rust. cap. 1. Scire oportet in grege, quòd reiiculæ sint alienandæ. Armenta reiicula. Cato capite secundo. Vendat boues uetulos, armenta reiicula, oues reiiculas, lanam & pelles.

Reitero, as, Idem quod repeto, ἀναλαμβάνω. unde Reiteratio, uerbale, idem quod repetitio, ἀνάληψις. Quint. lib. 11, cap. 2. Vt crebra reiteratione firmetur.

Rēlabor, d. t. pen. prod. eris, Recido, redeo, remeo, ἀναπίπτω, ἀναύπω. Ouidius in Epist. Sapphus ad Phaonem, Huc ades, inque sinus formose relabere nostros. Horat. 1. Epist. Nunc in Aristippi furtum præcepta relabor.

Relangueo, es. n. s. siue relanguesco, is, Denuo langueo, uel in languorem recido, ἀναυσία, ἀναχαλάω. Cic. ad Attic. lib. 13. Quod aũt ille relanguisse se dicit, ego ei tuis literis lectis, significaui me non fore, σχολιῶτ ἀπάτωτ. Refertur & ad animum pro eo quod est effœminari, χαλᾶν. Cæsar. 2. bell. Gall. Nihil pati uini, reliquarumq; rerũ ad luxuriam pertinentiũ ferri: quod iis rebus relanguescere animos, eorumq; remitti uirtutem existimarent.

Relatio, Relator, Relatus, uide Refero.

Relaxus, a, um, Idem quod laxus, rarus, uel solutus, χαῦνος, μανὸς. Colum. lib. 11. cap. 3. Relaxo humo plenioris crasitudinis fiat radix.

Relaxo, as, a. p. Remitto: quod tensum erat, laxum facio, uel soluo, χαυνόω. cui contrarium est astringo. Cic. ad Attic. lib. 10. Pater enim nimis indulgens, quicquid ego astrinxi, relaxat. Relaxare animum, est animum recreare, & curas intermittere. Cic. 1. Offic. Atq; etiam quum relaxare animos, & dare se iucunditati uolent, caueant intemperantiam, meminerintq; uerecundiæ.

Relaxatio, uerbale, Recreatio, solutio. Idem 2. de Orat. Verùm otii fructus est, non contentio animi, sed relaxatio.

Relego, gas, a. p. pen. prod. Ablego, amãdo, separo, remoueo, ἀποπέμπω, ἀποδιαπομπέω. Verg. 3. Georg. Atq; ideò tauros procul, atq; in sola relegant Pascua. Cic. 3. Offic. Criminabatur etiam quod Titum filium, qui postea torquatus est appellatus, ab hominibus relegasset, & ruri habitare iussisset. Aliquãdo remitto, ἀναπέμπω Plin. lib. 7. cap. 1. Nec tamen ego in pleriq; eorum obstringam fidem meam: potiusq; ad autores relegabo, qui de dubiis rogentur omnibus. Aliquando exulem facio, aut certè ad tempus ciuitate eiicio. ἐξοστρακίζω, φυγαδεύω. Plinius Epist. 35. Martianum in quinquennium relegant. Ouid. 2. Trist. Vnde precor supplex ut nos in tuta releges.

Relegati, m. s. Dicuntur in exilium remissi, οἱ φυγάδες, ἐξόριστοι, ἐξοστρακισθέντες. Cic. ad Att. lib. 2. Relegatus mihi uideor post quam in Formiano sum. Ouid. 5. Trist. Eleg. 12. Ipse relegati, non exulis utitur in me nomine: tuta suo iudice causa mea est. Differt autem relegatus ab exule, quod ille quum exilii causa solum uerterit, suis tamen perfruitur bonis: exulis autem bona uisco uendicantur. Ambitione relegata, id est, citra ambitionem, uel omissa omni ambitione. Horatius libro 1. Serm. Satyr. 10. Ambitione relegata te dicere possum Pollio.

Relegatio, onis, f. t. uerbale, est exterminatio, quum quis fines patriæ exire iubetur: quod Cicero, Sedibus expellere interpretatur, ἐξορία, φυγαδεία. Liuius 3. ab Vrbe, Exilio, & relegatione ciuium ulciscentes Tribunos. Cic. pro Rosc. Amer. Tamen ne hæc attenta uita & rusticana, relegatio, atq; amanda tio appellabitur?

Relego, gis, pen cor. a. t. Rursus lego, πάλιν ἀναγινώσκω. Ouid. 1. de Ponto, Quum relego, scripsisse puter. Cic. 2. de Nat. deor. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, dili genter pertractarent, & tanquam relegerunt, sunt dicti religiosi ex relegendo, ut elegantes ex eligendo, Relegere iter, est per eandem redire uiam, πάλιν δρομεῖν. Stat. 1. Achil. Plenaq; materni referens præsagia somni, Culpatum relegebat iter. Verg. 3. Aen. Talia mõstrabat, relegens errata retrorsum Littora Achæmenides. Relegere, recolligere: ἀναλέγομαι ut Relegere pecuniam. Horatius Epod. libro 2. Omnem re-

legit Idibus pecuniam.

Relenteſco, is, n. t. Propriè est ad lentorem pristinum redire ἀναγλιχαίνεσθαι. Per translationem tamen accipitur pro flaccescere, & uigorem amittere. Ouid. 1. Amor Eleg. 8. Neue relentescat sæpè repulsus amor.

Releuo, as, a. p pẽ. cor. Idem quod alleuo, ἐπαίρω. Ouidius 9. Metamorph. prensamq; ipsis dea sæua capillis Traxit, & à terra corpus releuare uolentem Arcuit. Per translationẽ accipitur pro recreare, reficere, ἀναλαμβάνειν. Terent. in Adel. Nam & illi animum iam releuabis, quę dolore, & miseria tabescit. Releuare labores, est minuere. Plinius in Panegy. Vt studium omnium, laboremq; & tanquam actor intendere res, & tanquam particeps, sociusque releuares. Releuare aliquem molestiis, cura, metu, est liberare. Cicero secundo de Diuin. Hæc studia renouare cœpimus, ut animus molestiis potissimũ releuaretur, & prodessemus ciuibus nostris. Ouidius 1. Tristium, Eleg. 4. Omnis ab hac cura mens releuata mea est.

Relicinus, capillus, Ab Apuleio dici uidetur recrispus, & uersus occiput quodammodo refugiens. Quod nomen quidam putant à recello deductum, quod significat retraho, reuibro, reclino, & cessim reduco. Et quoniam in recrispis ad cranium capillitium retorquetur, inde reiicimus, ueluti recellinus, crinis appellatus, euphoniæ causa. Verba Apuleii sunt hæc libro primo Floridorum, Laudauit sese, quod erat & coma relicinus, & barba squallidus, & pectore hirsutus. Idem paulo pòst, frontem relicinam laudat in Alexandro Magno, & tabulis, (inquit) & toreumatis idem uigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi bellatoris, eadem forma uiridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ formis cerneretur.

Religio, onis, f. t. Pietas in deorum cultu, & rerum diuinarum cæremoniis consistens, εὐσέβεια, θρησκεία, ἡ περὶ τὸ θεῖον εὐλάβεια. Religio, inquit Cicero lib. 2. de Inuent. est quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam uocant, curam, cæremoniamq; affert. Plutarchus in Vita Pauli Aemylii, religionem interpretatur, diuinarum rerum scientiam Mansu tius Sabinus scribit, Religiosum esse id, quod proprer sanctitatem aliquam rem tum, ac sepositum sit à nobis, à relinquẽdo dictum. Vnde Vergilius, Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem, Religione patrum latè sacer, undiq; colles Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingunt. Ostendit enim religiosum locum esse à populi communione separatum, difficultate adeundi. Cic. 1. de Nat. deor. à relegendo deducit Qui (inquit) omnia quæ ad cultum deorum pertinent, diligenter pertractarent. & quasi relegerent, sunt dicti religiosi à relegendo. Contrà Lactantius à religando religionem dictam lib. 4. asserit, Hac conditione (inquit) gignimur, ut generati nos Deo iusta, & debita obsequia præbeamus. Hunc solum nouerimus, hunc sequamur: hoc uinculo pietatis astricti Deo. & religati sumus: unde ipsa religio nomen accepisse, non (ut Cicero interpretatus est) à relegendo: Venire in religionẽ res aliqua dicitur, quum religiosa esse putatur, & sancta: hoc est, quæ religiosè tractanda est. Religio, Latinè loquentibus, est id quod uulgò debitum officii, hoc est, iustam muneris functionem appellant. Cic. 7. Verr. Ego quos adhuc magistratus mihi pop. Romanus mandauit. sic accepi, ut me omnium officiorum obstringi religione arbitrer. Ponitur aliquando pro anxia cura. Plinius Epist. libro 4. ad Tacitum, Sed parentibus solis ius præceptoris conducendi relinquatur. isdemq; religio rectè iudicandi necessitate collationis addatur. Id est, solicita, & anxia cura præceptores eligendi. Aliquando pro scrupulo conscientiæ. Cicero de Aruſp. Resp. Quæ tanta religio est qua non in nostris dubitationibus, atque in maximis superstitionibus unius P. Seruilii responso liberemur? Inijcere alicui religionem, est deorum metum, & conscientiæ scrupulum ei incutere. Cic. pro Cecinna, Quum Cotta Decemuiris religionem iniecisset, nõ posse sacramentum nostrum iustum iudicari pro eodem etiã dicimus, Offerre religionem. Idem in Epist. Oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse. Religioni habere, est conscientia & deorum metu à re aliqua impediri. Cicero lib. 2. de Diuin. Nec eam rem habuit religioni, obiecto signo ne committeret prælium. Est mihi religio, id est, conscientia prohibeor. Idem in Catil. Quæ religio C. Mario non fuerat, quo minus Glauciam prætorem occideret. In eadem etiam significatione dicimus, Religiosum est, hoc est, religioni repugnans

gnans. Liu. 2. ab Vrbe, Quem campi fructum, quia religiosum erat consumere, desectam cum stramento segetem magnis hominum simul immissa corbibus fudere in Tyberim. Soluere, seu liberare religione, est religionem omnem eximere, & à deorum metu securum reddere, & efficere nequid nos deorum iræ reddat obnoxios. Cicero pro Cecinna, ut ciuitas religione soluatur. Idem in Catil. Ea nos religione in P. Lentulo puniendo liberati sumus. Ponitur aliquando religio pro eo quod rectam conscientiam dicunt. Cic. pro Cecinna, Splendor ordinis Senatorii, decus atque ornamentum iudiciorum; exemplar antiquæ religionis. Religio in dicendis testimoniis, est deorum metus, ne peierantes, eos offendamus. Cicero pro Flacco, Itaq; uidete qua confidentia dicant, tum intelligetis qua religione dicant. Ibidem, Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. Quandoque religio accipitur pro metu. connexa enim sunt timor & religio, δεισιδαιμονία. Vergilius libro 8. Aenei. Iam tum religio pauidos terrebat agrestes Dira loci. Vbi Seruius, Religio, id est, metus, uel solicitudo, ab eo quòd mentẽ religet.

Religiosus, a, um, Metuens deorũ, pius, integer, ὅσιος, εὐλαβὴς Cic. in Verrem, Orat. 6. Homines integri, innocentes, religiosi. Idem pro Cecinna, Huic ego testi gratias agam, quòd & in rem misericordem se præbuit, & in testimonio religiosum. Interdum tamen religiosum in deteriorem partem dicimus, pro superstitioso, timido, & hæsitabundo. Terent. Heaut. Vt stultæ, & miserè omnes sumus religiosæ. Loca religiosa dicuntur quæ sine religione, id est, sine piaculo uiolari non possunt. Vlp. l. 2. Digest. de Relig. & sumptib. funerum, Non totus qui sepulturę destinatus est, locus religiosus fit, sed qua tenus corpus humatum est. Religiosi dies (ut lib. 4. cap. 9. docet Gellius) dicuntur tristi omine infames, impeditiq;, in quibus res diuinas facere, & rem quampiam exordiri tempe randum est, quos multitudo imperitorum prauè, & perperam nefastos appellant, quum potius atri dicendi sint, uel religiosi. Hinc Cic. ad Att. diem Alliensis pugnæ religiosum esse dicit. Macrobius lib. 3. Saturn. Religiosi sunt dies qui faciendа, & uitanda discernunt.

Religiosè, aduerb. id est, integrè, piè, & cum deorum metu. Ci. pro Cælio, Vt sapiens, moderatusq; uir religiosè testimonium dixisse uideatur. Interdum idem quod subtimidè, & uerecundè. Cic. lib. 1. Epist. Faciamq; id quod facere debent ii qui religiosè, & sine ambitione commendãt. Aliquando solicitè, & accuratè. Colum. lib. 3. cap. 10. Nihil curiosè, nihil religiosè administrat.

Religo, as, a. p. Idem quod ligo, uincio, ἀναδέω, ἀναδεσμεύω. Verg. 7. Aen. Gramineo ripæ religauit ab aggere classem. Cic. Ante auxilium, Manus ad demonstrandam religantur iniuriam. Religare religione bona alicuius, pro consecrare alicui deo. Cic. pro domo sua, Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Censori Tribunum plebis facere: nunquid igitur is bona Lẽtuli religionibus religauit?

Religatus, a, um, participium Horat. 4. Carm. Ode. 11. est hęderæ uis Multa, qua crines religata fulges.

Religatio, onis, uerbale, Religãdi actus, ἀνάδεσις. Cic. de Senec. Et ipsa natura delectat, administrorum ordines, capitum cõiugatio, religatio, propagatio, uitium, sarmentorumq;.

Relino, is, penult. corr. releui, relitum, Quod oblitum obturatumq; erat aperio, ἀναχρίω, ἀνοίγω. Terentius in Heaut. Releui omnia dolia, omnes serias. Solebant enim dolia, nequid uaporis exhalaret, quàm curatissimè oblini: unde quum aperirentur, dicebantur relini, soluta, nimirum argilla qua erant oblita.

Relinquo, quis, a. t. Idem quod simplex linquo, desero, omitto, ἀνίημι, καταλείπω, ἀπολείω. Plaut. in Mostel. Reliquit, deseruitq; me. Cæs. 5. bel. Gal. In litore molli, atq; aperto deligatas ad anchoras relinquebat. Relinqui item hæredibus dicuntur quæ ad eos parentis, propinquisue morte deuoluũtur. Plaut. in Aul. Agri reliquit ei non magnũ modũ, Quo cũ labore magno, & miserè uiueret Terent. in Phor. At si talentũm rem reliquisset decem, primus esses, memoriter Progeniem uestram usq; ab auo, atq; atauo proferens. Relinquere aliquem, est ipsum nolle iuuare. Cic. ad Silium lib. 13. Tantùm à te petimus ut agas eam rem, ne relinquas hominem innocentem ad alicuius tui dissimilis quæstum. Relinquere animam, est mori. Terent. in Adelph. Animam relinquam potius quàm illas deseram. Reliquisse æs alienum dicitur qui mortuus est non persoluto ære alieno. Cic. de Orat. Quum æris alieni aliquantulum esset relictum.

Relinquitur pro restat, siue reliquum est, καταλείπεται. Cic. ad Att. Relinquitur, ut si in Hispania uincuntur, quiescamus.

Relictus, a, um, participium, κατεσπαμένος. Cicero Attic. Tironem ab altera quartana relictum audio. Relictus ab omni honestate, id est, modis omnibus inhonestus. Cicero pro Rabir. Nemo, est, inquam, inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ac omni non modò honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnio fateretur. Horat. Serm. Sat. 3. Inuidiam placare paras uirtute relicta.

Relictio, onis, uerbale, id est, defectio, ἀπόλειψις. Cic. 6. Ver. Quibus illam relictionem, proditionemq; consulis, &c. Huius compositum est Derelinquo.

Reliquiæ, reliquarũ, f. p. Quæ quacunq; ex re relicta sunt λείψανα. Vergilius primo Aeneidos. His accensa super iactas æquora toto Troas reliquias Danaum. Cicero 2. de Natura deorum. Cibi reliquiæ depelluntur tum astringentibus se intestinis, tùm relaxantibus. Idem in Parad. Et reliquiæ coniurationis à Catilinæ furiis ad tuum scelus furoremq; conuersæ. Celsus libro 3. capite quarto. Etiam manentibus reliquiis febrium. Cicero ad Cassium libro duodecimo Vellem Idibus Martiis me ad cœnam inuitasses: reliquiarum nihil fuisset.

Reliquus, qua, quum, pen. cor. Idem quod residuum, quodue ex re quapiam supereſt, λοιπὸς, ὑπόλοιπος. Cæsar. 1. Comment. Demonstrant sibi præter agri solum nihil esse reliqui. Reliquum est, id est, supereſt. restat, καταλείπεται. Cicero. Curio Reliquum est ut certemus officiis inter nos. Terent. in Andria Vt pernoscatis quid spei sit reliquum. De reliquo, id est, quantum ad reliqua attinet. Cicero ad Cornif. libro 12. De reliquo uelim tibi persuadeas &c. Reliquum feci, eleganter dicimus pro reliqui: sicut Missum feci, pro dimisi, καταλέλοιπα. Cicero in Verrem Quos belli calamitas reliquos fecerat.

Reliquum, qui, substantiuum, Pars debiti, quę adhuc restat soluenda, ὄφειλμα. Cic. Attico lib. 16. Maximè autem angit ratio reliquorum meorum, &c. Plautus Ciste. Huic quod reliquũ restat uolo persoluere: Vt expungatur nomen ne quid debeant.

Reliquor, pen. cor. reliquaris, deponens, Est æs alienùm ex reliquis rationem cõtrahere, λείπω. Vlpian de Muner. & honor. Rescripto, Eos demũ debitores Reip. accipere debemus, qui ex administratione Reip. reliquantur, Gallicè dicimus, Qui demeurent en reſte.

Reliquator, ris, uerbale, Qui integrum non soluit, aliquid uel ad huc reliqui debet. Scæuol. de solut. & libera. l. Creditor, Accepit à Mario Marino ex summa maiore tot aureos. Quæro an hæc summa in proximum annũ ei accepta ferri debeat, quũ superioris anni sit reliquator. Budæus.

Reluceo, ces, n. s. pen prod. Resplendeo, lucẽ diffundo, λαμπάμω. Cic. 2. de Nat. deo. Huic non unà modò caput ornatus stella relucet. Liu. 10. bel. Pun. Relucentẽ flammã primò uigiles carthaginensiũ, deinde excitati alii nocturno tumultu quum conspexissent, &c. Verg. 12. Aeneid. illi ingens barba reluxit. Ouid. 11. Metam. nectis fulgore reluxit.

Reluctor, ctaris, d. p. Repugno, obnitor, siue renitor, ἀντιμάχομαι. Ouid. 3. Amor. Eleg. 4. Vidi nuper equum contra sua fræna tenacem, Ore reluctanti fulminis ire modo.

Reluctatus, particip. Claud. de rap. Proserp. Penè reluctatis itẽm pugnantia rebus Rupissent elementa fidem.

Reluo, is, Quando q; compositum est à Lauo, lotionis iterationem importans, ἀναπίπτω. Aliquando à Luo, idem significans quod soluo seu repignero. Plaut. Repignerat, reluit, uendit.

Remancipo, as, Est rem sibi mancipatam, in mancipiũ eius à quo eam accepimus. restituere. Boëtius in Tropica Ciceronis, Fiduciã accepisse dicitur, cuicunq; res aliqua ea lege mãcipatur, ut mancipanti aliquando remancipet.

Remandere, a, t. Ruminare, rursus mandere, ἀναμασᾶσθαι. Plinius libro 10. cap. 73. Pontici mures simili modo remandunt. Quintilianus libro 11. cap. 2. Deuoret initio tædium illud, & scripta, & lecta sæpius reuoluendi, & quasi eundem cibum remandendi.

Remaneo, remanes, pen. cor. n. s. Persisto, persenero, supersum, relinquor, διαμένω. Cicero libro 1. Tuscul. Expone igitur, nisi molestum est, primũ si potes, animos remanere post mortem. Cæsar libro 3. belli Ciuil. Annon audistis ex iis qui per cau-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

per cauſam ualetudinis remanſerunt, cohortes eſſe Brunduſii factas?

Remano, as, n. p. n. ſ. Reſtillo, refluo, ἀναταλάω. Lucret. lib. 5. Percolatur enim uirus, retroq; remanat. Aliquando accipitur pro repetere: ut annotauit Feſtus, citans locum Ennii ex lib. 7. Deſerunt riuos, camposq; remanant.

Remanſio, à Remaneo, ſicut à maneo manſio, διαμονή. Cic. ad Quint. Frat. lib. 3. Primum tuam remanſionem etiam atq; etiam probo.

Remedium, dii, n. ſ. à medeor, mederis, ſignificat id quod medendi cauſa alicui morbo adhibetur, ἄκος φάρμακον, ἀντιφάρμακον. Cic. Octauio, Nulla remedia, quæ uulneribus adhibentur tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſaluraria. Tranſumitur & ad alia. Cæſar. 3. bel. Ciuil. Quibus rebus noſtri uſu docti hæc reperiebant remedia, ut alio loco ignes facerent. Cicero pro Cluent. Acrioribus ſaluti ſuæ remediis ſubueniendum putauit. Sequentibus uerbis eleganter apponi ſolet, Adhibere remediũ, Comparare remediũ. Habere remedium, Vti remedio. Inuenire remedium, Pati remedium. Quærere remedium. Exempla legendo authores inuẽtu facilia.

Remeligo, inis, f. t. Quod remoratur. Plaut. in Patina, ut citat Feſt. Quid nunc illæ tandiu remorantur remeligines?

Remendo, d. s. a. p. Idem quod corrigo, ut nonnulli uolunt uel mendum denuò tollo, ἀνορθόω, citantq; Columellam, libro 2. capite 17. ubi ſic legunt Quidam flagellum totum, ſicut erat matri detractum, crediderunt ſationi conuenire: idq; per gemmas quinas, uel etiam ſenas partiti, complures tale oleaſter remendauerunt. Quo tamen in loco caſtigatiora exemplaria legendum oſtendunt, Taleolas terræ mandauerunt.

Rĕmĕō, remeas, n. p. Retrò meo, redeo, πανέρχομαι. Vergilius lib. 2. Aen. Si patrios unquam remeaſſem uictor ad agros. Martial. lib. 1. Gaudia non remeant, ſed fugitiua uolant. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. Idemq; faciunt quum ex Italia trans mare remeant. Tacit lib. 1. Caium remeantem Armenia, & uulnere inualidum, mors fato propera, uel nouercæ Liuiæ dolus abſtulit.

Remetior, iris, remenſus ſum, d. p. Iterum metior, ad menſuram, reddo, ἀναμετρέω. Martial lib. 6. Ille fide ſumma teſtæ ſua uina remenſus. Aliquando idem quod reddo. Plinius Epiſtol. 164. Iam mihi reddita incipit refici, tranſmiſſumq; diſcrimen connaleſcendo remetiri. Remetiri æquor eſt renauigare, ἀναπλεῖν. Vergil. lib. 2. Aen. pelagoq; remenſo improuiſi aderunt.

Remex, uide Remus.

Remigero, as, Antiquũ uerbum eſt, pro remigro, reuertor, ἀνοικίζομαι. Plaut. in Perſ. Crumenam hanc emere, aut fare ut remigeret domum. Sic enim legit quidam: quum tamẽ emendatiores codices remigret legendum oſtendant.

Remigium, gii, Remigatio, uide Remus.

Remigro, as, Reuertor in domicilium unde emigraui, ἀνοικίζομαι. Cicero 1. Tuſcul. In noſtram domum remigremus. Liuius 8. bel. Pun. Magna tamen pars autoritate COSS. compulſa in agros remigrauit. Plautus Epid. Remigret animus nunc domum mihi.

Remillum, Repandum dicitur, à remi ſimilitudine. Feſtus,

Reminiſcor, ceris, o. t. Recordor: quod fit quum ea quæ mens tenuit, repetuntur, inquit Varro, quaſi iterum rem in mentem reuoco, ἀναπιμπάζομαι, ἀναμιμνήσκομαι. Iungiturq; modo accuſatiuo modò genitiuo. Cæſar. 1. bel. Gal. Si bello perſequi perſeuerares, reminiſceretur, & ueteris incommodi Romanorum priſtinæq; uirtutis Helueticorum. S. Sulpitius Ciceroni Ea potius reminiſcere quæ digna tua perſona ſunt. Ouid. 1. de Pont. Eleg. 9. Nam modò uos animo dulces reminiſcor amici.

Reminiſcentia, æ, f. p. uerbale, Quæ eſt reuocatio rei alicuius in mentem, ἀνάμνησις. differtq; à memoria: quòd reminiſcẽtia communis eſt omnium animantium: memoria, ad homines tantùm, quum ſit diſcurſus rerum cum ratione ab uniuerſali ad particularia, & à remotis à ſenſu.

Remitto, tis, a. t. Rurſus eò mitto unde quid accepi, ἀναπέμπω, ἀνιέμαι. Plaut. Munera accipit frequens remittit nũquã. Conſtruitur quandoq; cum ablatiuo pretii, ut apud Curtium libro. 2. Captiuos ſi placet reddi, honeſtius dono donabimus quàm pretio remittemus. Aliquando pro ſuo ſimplici mitto, πέμπω. Lucilius libro. 29. ut citat Feſtus, Continet domi ſe mœſtus Albinus, quod filiæ repudium remiſit. Interdum idem quod relaxare: cui opponitur intendere. Plin. lib. 26. cap. 10. Superioris radix in lacte ouis coloricę data neruos intendit. Aliquando pro relaxo, recreo, delectationis gratia, ἀνίημι. Vnde animum remittere dicimur quum deponimus curas. Cuius contrarium eſt intendo, ſumpta translatione ab arcu. Cic. in Horten. Quæro nõ quibus intendam animum rebus, ſed quibus remittam. Sic remittere diſciplinam uel cuſtodiam, dicimus pro eo quod eſt negligentius diſciplinam, uel cuſtodiam obſeruare. Col. libr. 1. cap. 8. de Re ruſt. Nunquid abſentia ſua de diſciplina & cuſtodia remiſerit: num aliqua uitis, num arbor, nũ fruges abſint concedo. Aliquando remitto accipitur pro concedo, καταχαρίζομαι. Cic. Vatinio lib. 5. Meam animaduerſionem & ſupplicium quo uſurus eram in eũ quem cepiſſem, remitto tibi & condono. Iuſtinus, Igitur Magi ad furorem populi conciliandum, tridura, & rulitiæ uocationẽ in triẽnium remittunt, id eſt, concedunt. Aliquando pro dimittere cui contrarium eſt erigere, καθίημι Plin. lib. 8. cap. 32. Quum erexere aures acerrimi auditus: quum remiſere, ſurdi. Aliquando pro intermitto, hoc eſt, ad tempus ceſſo, ἀναπάυομαι. Terent. in Heaut. Nullum remittis tempus neq; te reſpicis. Idem in Hecyra, Nam ſi remittent quippiã Philumenæ doloris, omnem rem narrabit, ſcio. Aliquando ædes uenditori remittere quas emerit, eſt petente uenditore contractum reſcindere & permittere ut ędes emptæ redeant ad uenditorem. Plaut. in Moſtel. Mœſtus eſt has uendidiſſe ſe. T E. Quid tandem? TR. Orat ut ſuadeam Philolacheti ut iſtis remittat ſibi. Remittere frænos dolori, eſt dolori habenas laxare: cui opponitur Adducere habenas. Remittere librum dicitur arbor, quando ſua ſponte corticem relinquit. Remittere nuntium uxori, eſt uxorem repudiare. Cic. ad Att. lib. 1. Vxori Cęſarem nuntium remiſiſſe. Idem in Topicis, Si mulier, quum fuiſſet nupta cum eo cui connubii ius nõ eſſet: nuntium remiſit, quoniam qui nati ſunt patrem non ſequuntur, &c.

Remiſſus, ſa, ſum, Languidus, lenis, negligens cui opponũtur uehemens & intenſus, πάρεσις. Cic. 2. de Diuin. Hæc ſcilicet in imbecillo, remiſſoq; animo multa omnibus modis confuſa & uariata uerſantur. Cicero tertio de Finibus Itaq; quanquam in eo ſermone, qui cum Torquato eſt habitus, non remiſſi fuimus, tamen hæc acrior eſt cum Stoicis parata cõtentio. Idem pro Seſtio Facir enim, Iudices, ueſter iſte in me animorum, oculorumq; contuitus, ut mihi iam licere putem remiſſiore uti genere dicendi. Cæſar quinto, belli Gallici. Loca ſunt temperatoria, quàm in Gallia, remiſſioribus frigoribus.

Remiſſa, remiſſæ, f. p. Id eſt, uenia errati: Vox eſt Eccleſiaſticis ſcriptoribus, quàm Claſſicis linguæ Latinæ authoribus familiarior, συγγνώμη. Cyprian. lib. 5. Epiſt. 14. Omnia peccata remittentur filiis hominum, & blaſphemiæ: qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſam, ſed reus eſt æterni ſupplicii:

Remiſſio, onis, f. t. uerbale eſt à remitto, inter cætera idem ſignificans quod laxatio, ἄνεσις. Cic. pro Cæl. Quẽ nõ quies, non remiſſio, non æqualium ſtudia, non ludi, non conuiuia delectarent. Idem ad Gallum libro ſeptimo, Sed uiſa eſt mihi uel loci mutatio, uel animi etiã relaxatio, uel ipſa fortaſſe iam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe. Interdum idem quod uenia, ſeu gratia delicti, uel pœnæ, συγγνώμη ut Remiſſio pœnæ, apud Cicero. 7. Inuect. in Catil. Propriè tamen remiſſio eſt ipſe remittendi actus. Cic. 1. Offic. Ex oculorum obtutus, ex eleuatione, ex remiſſione ſuperciliorum aut ex contractione.

Remiſsè, Leniter, placidè, πράως, ἀπίως 3. cui opponuntur Grauiter, ſeuerè, uehementer. Salluſt. Iugur. Pauca timidè, remiſſeq; locutus, abſceſſit. Cicero tertio de Orat. Quis unquam res, præter hunc tragicas penè comicè, triſtes remiſsè, ſeueras hilarè, forenſes ſcenica propè uenuſtate tractauit? Idem 6. Ver. Iſte nihilo remiſſius, atque etiam uehementius inſtabat.

Remiſſarius, a, um, Quod remittitur, quodue eum in uſum factum eſt ut poſſit remitti, ut Remiſſarius uectis in torculari. Ca. de Re ruſt. ca. 16. Vectes lõgiſſimos pedum pedum decem & octo, ſecundos pedum ſexdecim, tertios pedũ quindecim, remiſſarios pedum duodecim.

Remo, as, a. n. p. ut poſt Perottum annotarunt quidã, antiqui dicebant pro repeto. Ennius lib. 1. Riuos deſerũt, campoſq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

poſq; remant. Apud Feſtum tamen, unde hæc deſcripſit Perotus, Remant legitur, non Remanāt: quod etiam in uerbo Remano annotauimus.

Remolior, iris, d. q. Multa ui loco moueo, ἀποκινέω. Ouid. li. 5. Metam. Sæpe remoliri luctatur podera terræ, Oppidaq; & magnos deuoluere corpore montes. Nōnunquam magno labore quippiam reparo. Silius lib. 1. Iterum inſtaurata capeſſens Arma, remolitur dux agmina. Aliquando à conatu reuoco. Sueronius in Auguſto, Vultu erat uel in ſermone, uel tacitus adeò placido, ſereno q;, ut quidam ex primoribus Gallarum confeſſus ſit, ſe eo inhibitum ac remolitum, quo minus, ut deſtinarat, in præcipitium impelleret. Legitur & remollitum. Vide Remollio.

Remolitus, participium. Seneca Herc. fur. nec orbe ſi remolito queat ad ſupera uictor numina Alcides uehi.

Remollio, a. q. Idem quod mollio, καταλάττω. Ouid. 4. Metamorph. unde fit infamis, quare malè fortibus undis Salmacis eneruet tactoſq; remolliat artus, Diſcite. Colum. lib. 2. capite 12. Nihil itaq; amplius in iteratione, quàm remolliri terra debet æqualiter.

Remollitus, a, um, pen. prod. Sueton. in Auguſto cap. 79. Vultu erat uel ſermone, uel tacitus, adeò tranquillo, ſereno q;, ut quidam è primoribus Galliarum confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitū ac remollitū, quo minus ut deſtinarat, in tranſitu Alpium per ſimulationem colloquii propius admiſſus, in præcipitium propelleret. Quo tamen in loco quidam legunt remolitum, unico l, à uerbo remolior, pro eo quod eſt à molimine & conatu reuocatum.

Remolleſco, cis, n. t. Mollis fio, καταμαλάττομαι. Cæſar. 4. Belli Gal. Vinum ad ſe importari non ſinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines, atq; effœminari arbitrantur. Ouid. 10. Meta. ut Hymmettia ſole Cera remolleſcit, tractataq; pollice multas Flectitur in facies. Per translationem accipitur pro mitigari, ſiue leniri, καταπράυνεσθαι. Ouid. 1. Meta. precibus ſi numina iuſtis Victa remolleſcunt ſi flecti tur ira deorum.

Remora, uide remoror. (Feſtus, ἀνανόσιον.

Remorbeſco, beſcis, Significat in morbum recido, inquit

Remordeo, des, a ſ. Viciſſim mordeo eū à quo fuerim morſus, ἀντιδάκνω. Horatius Epod. 6. Quin hunc inanes, ſi potes uertis minas, Et me remorſurum petis? Per translationem accipitur pro cruciо, ſolicito. Verg. lib. 1. Aen. Quando hęc te cura remordet. Lucretius lib. 3. Præteritis admiſſa malis peccata remordent.

Remores, pen. cor. Aues in Auſpicio dicuntur quæ acturū aliquid remorari compellunt. Feſtus.

Remoror, aris, om. p pen cor. Retardo, retineo, ἀναβάλλω, ἀφίσσω, ἐπέχω. Teren. in And. ſed ſi quid eſt quod mea opera opus ſit uocis aut tu plus uides, Manebo: ne quod ueſtrum remorer commodum. Apul. Sic me abire oppido uolentem, ſuaui remoratur illecebra. Teren. in Eun. Vt illum dii, deęq; ſenium perdant. qui me hodie remoratus eſt. Ouid. 11. Meta. Littus habet ſolidum, quod nec ueſtigia ſeruet. Nec remoretur iter, nec opertum pendeat alga.

Remora, ræ, f. p. Retardatio dicitur ὑποχή. Lucil. apud Feſtum Quænam uox ex te reſonās meo gradu remoram fecit? Plaut. in Trinum. Quæ in rebus multis obſtant, odioſæq; ſunt, remoramq; faciunt rei priuatæ & publicæ.

Remora, ræ, penult. corr. Piſcis exiguus, qui à Græci ἐχενηίς. dicitur, ſpinis & cruſtis tectus: à remorando dictus, quod nauem cui annixus fuerit remoretur. Plinius libro 32. capite 1. Tamen omnia hæc pariterq; eodem impellentia unus & paruus admodū piſciculus, echeneis appellatus, in ſe tenet. Ruant uenti licet, & ſæuiant procellæ, imperat furori, uires tantas compeſcit, & cogit ſtare nauigia, quod non ulla poſſunt uincula, non anchoræ irreuocabili pondere iactæ. Idem libro nono, Eſt paruus admodum piſcis, aſſuetus petris, echeneis appellatus. hoc catinis adhærente, naues tardius ire creduntur. Inde nomine impoſito, remora à remorando dicitur.

Remoueo, ui, tum, a. ſ. Amoueo, aufero, ἀποκινέω. Cicero ad Tironem, lib. 16. Epiſt. Accepimus conditiones, ſed ita ut remoueat præſidia ex his locis quæ occupauit. Idem lib. 11. Officiorum. Quæ enim natura occultauit, eadem omnes qui ſana mente ſunt, remouent ab oculis. Idem pro Cornelio Bal. Fuiſſe iudicem ex illis equitibus Roman. grauiſſimis uiris neminem quin remoueret oculos, & ſe totū auerteret **Remouere** ſe ab aliquo, id eſt, diſiūgere, alienare, ἀποχειῶν, ἀναλυγνύω. Cic. ad Attic. lib. 4. Quid ſit quod ſe à me remouit, ſi modò remouit ignoro.

Remotus, a, um, particip. Idem quod amotus. Ver. 1. Aen. Poſt quàm exempta fames epulis, menſęq; remotæ. Interdum migrat in nomen, idemq; ſignificat quod longinquus, ſeu procul diſſitus. Cic. 1. Verg. Etiamne hæc tam parua ciuitas tam procul à manibus tuis, atq; à conſpectu remota? Ouid. 3. Triſt. longa regione remotus. Cic. 4. Verr. Homines quietiſſimi, qui maximè ab iniuriis noſtrorum magiſtratuum remotiſſimi conſueuerant eſſe præſidio fœderis. Colum. libro 12. cap. 1. Nam in primis conſiderandum erit an à uino, ab eſcis, à ſuperſtitionibus, à ſomno, à uiris remotiſſima ſit.

Remotio, onis, uerbale, Actus remouendi, ut Remotio criminis. quæ & translatio à Rhetoribus appellatur, ἀναφορά. Cic. lib. 2. de Inuent. Remotio criminis eſt quū eius intētio facti qđ ab aduerſario infertur, in aliū, aut in aliud dimouetur.

Remugio, is, n. q. Mugitū reddo, cōtra mugio, ἀναμυκάομαι. Vergil. 12. Aeneidos. Quum duo conuerſis inimica in prælia tauri Frontibus incurrunt, pauidi ceſſere magiſtri: Illi inter ſeſe multa ui uulnera miſcent, Colla armosq; lauant: gemitu nemus omne remugit. Per translationem tamen accipitur ſimpliciter pro reſonare. Verg. 3. Georgicorum, Et uox aſſenſu nemorum ingeminata remugit. Idem 9. Aeneid. Sequitur clamor, cęlumq; remugit.

Remulceo, ces. Paulatim, & quietè retraho. Verg. 11. Aeneidos. Caudaq́ue remulcens Subiecit pauitantem utero, ſyluasq; petiuit.

Remulco, trahere nauem, Polybio, & Dioꝺoro, ſignificat è ſcapha maiorem nauē remigando trahere, ῥυμουλκέω quod aliquando neceſſitatis gratia fit, ut quum maior nauis quæ remis non agitur, uento deſtituta eſt, aliquando non aliam ob cauſam quàm ut quietius nauigetur. Cæſar lib. 2. bel. Ciuilis, Ad Oricum uenit, ſubmerſamq; nauem remulco multisq; cōtendens funibus eduxit. Quo in loco remulco uidetur eſſe ablatiuus à remulcus, quanuis ille nominatiuus nō admodum ſit in uſu: quō nomine ſignificatur actus remigādi, & maiora nauigia trahendi. non autem ipſa ſcapha qua maior nauis trahitur, ut quidam non ſatis perite ſunt interpretati. Vide Bayfium de Re nauali.

Remulco, as, are, n. p. Propriē eſt remigando è ſcapha grandiorem nauim trahere, ῥυμουλκέω. Quod aliquādo neceſſitatis gratia fit, quū maior nauis uento deſtituta alia ratione moueri non poteſt: aliquādo non aliā ob cauſam quàm ut nauis quietius agatur. Remulcare (inquit Nonius) dictum eſt quaſi molli ac leni tractu ad progreſſum mulcere. Siſen. li. 2 Siqua celeriter ſolui poterat. in alrū remulcando trahitur.

Remunero, as. & Remuneror, aris, Retribuo, compēſo, beneficium reddo, & mutuam gratiam refero, hoc eſt, munere aliquo munus aliud compenſo, ἀντιμισθόω. Cic. Att. lib. 8. Te, ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerare ſanè uelim. Cęſar 1. bel. Gal. Quòd ſi diſceſſiſſet, ac liberam poſſeſſionem Galliæ ſibi tradidiſſet, magno ſe illum præmio remuneraturum. Ci. poſt reditum in Senatu, Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabor?

Remuneratio, onis, uerbale, ἀντίδωρον, ἀντιμισθία, ἀντίδοσις. Cic. de Amic. Nihil enim remuneratione beneuolentiæ nihil uicißitudine ſtudiorum, officiorumq; iucundius.

Remuria, Olim dicta fuerunt feſta quibus mortuorum ſepulchris epulæ inferebantur, quæ deinde literæ unius mutatione dicta ſunt Lemuria. Dicta autem Remuria putātur à Remo Romuli fratre. in cuius honorem primùm fuerūt inſtituta. Ouid. lib. 5. Faſt.

Romulus obſequitur, lucemq; Remuria dixit
Illam, qua poſitis iuſta feruntur auis.
Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit.

Remurmuro, as, Contra murmuro, ἀντιμορμυρίζω. Stat. 5. Syl. & nulli ſpoliata remurmurat auræ.

Remus, remi. m. ſ. priore prod. Eſt inſtrumentum quo naues aguntur. κώπη, ἐρετμόν, Verg. 5. Aen. quam deinde Cloāthus Conſequitur, melior remis, ſed pondere pinus Tarda tenet. Cicero 7. Ver. Quā multos eſſe oporteret, ex ipſo nauigio, quod erat factum ſex remorum numero, coniiciebant. Ver. 3. Aen. Venimus, & proni certantibus æquora remis. Vētis remiſq́ue, prouerbialis locutio eſt, qua utimur quotiēs ſummam rei alicuius feſtinationem uolumus ſignificare. Cic. ad Cornific. Atq; inde uentis remiſq; in patriam omni feſtinatione properaui. Accipitur etiā remus, pro loro qđ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

continet tubam, ut inquit Seruius in illud Vergilii. 6. Aen.

At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum
Imponi, suaq; arma uiro, remumq;, tubamq;

Remigo, gas. neut. primæ. penultima correpta, Remis nauigo, quasi remis ago, ἐρέσσω, πωπηλατέω. Cicero 4. Tusculan. Vtrum igitur nauis, nos statim uela facere, an quasi è portu egredientes paululum remigrare? Huius composita sunt eremigo, pro enauigo, remigio emetior. Plinius libro 2. cap. 67. Circa Caspium quoque multa Oceani littora explorata, paruoq; breuius, quam totius hinc aut illinc Septentrio eremigratus. Subremigo, sub uelo remigo, & cursum nauis, quæ uento fertur, remis adiuuo, ὑπερέσσω. Plinius libro 9. cap. 29. Cæteris subremigans brachiis, media cauda, ut gubernaculo dirigit.

Remigatio, onis, f. t uerbale, ἐρετσία. Cic. Attic. lib. 13. Inhibitio autem remigum motum habet, & uehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

Remex, remigis, m. t. pen. cor. Qui remos agit, & remigandi ministerio mancipatus est, πρόσκοπος, ἐρέτης. Cic. 2. de Diuin. Quid, inquies, remex ille de classe Coponii, nonne ea prædixit quæ facta sunt? Curtius, Remex militis officia turbabat. Cæsar. 3. bell. Gall. Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Occanum: remiges ex prouincia iussit: nautas, gubernatoresq; comparari iubet. Ouid. 13. Meta. tu tantùm corpore prodes, Nos animo quantoq; ratem qui temperat, anteit Remigis officium, quanto dux milite maior: Tantum ego te supero.

Remigium. gii, n. f Ipsa remorum agitatio, ἐρετσία. Verg Georg. 1. Non aliter quàm qui aduerso uix flumine lembum Remigiis subigit. Idem 8. Aen. geminasq; legit de classe biremis, Remigioq; aptat, socios simul instruit armis. Ouid. 3. Fast. Findite remigio (nauita dixit) aquas. Verg. 1. Aen. transtulit ad aues: uolat ille per aëra magnum remigio alarum. Lucret. li. 6. Remigii oblitæ pennarum, uela remittunt. Aues enim alis uelut remis quibusdam, ad diffundendum aërem utuntur. Aliquando ponitur pro remigum multitudine. Idem lib. 3. Remigium supplet, socios simul instruit armis. Cic. 5. Tuscularum quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, &c.

Renarro, as, n. p Idem quod narro, uel narrando repeto, ἀφηγέομαι, ἐξηγέομαι. Verg. 3. Aen. Sic pater Aeneas intentis omnibus unus Fata renarrabat diuûm, cursusq; docebat.

Renascor, eris, d. t. Iterum nascor, ἀναφύομαι. Pli. lib. 11. cap. 29. Deinde ad Canis ortum obire, & alias renasci.

Renascens, annus, Pro Vere. Plin. lib. 16. cap. 25. Flos est pleni ueris indicium, & anni renascentis.

Renauigo, renauigas, Nauigando reuertor, retrorsum nauigo, ἀναπλέω. Cic. Attic. Perpaucis diebus in Pompeianũ, pòst in Puteolana & Cumana regna renauigare cogitabam.

Renes, m. t. Viscera duo utrinq;, non procul à uena cauasita sanguinis serum, hoc est, urinam per uenas emulgentes attrahentia, & per longos quosdam meatus, quos ἐρητῆρας Græci nominant, ad uesicam transmittentia, νεφροί. Dicti renes, ut quidam existimant, à uerbo Græco, ῥέειν fluere, quòd per eos, tanquam per colum quoddam fluat urina. Plautus in Curcul. Lien necat, renes dolent. Cicero libro 2. Tuscul. Nam quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat, falsa esse illa quæ antea de dolore ipse sensisset, Horatius libro 2. Sem. Satyr. 3. Quòd latus aut renes morbo tententur acuto.

Renideo, renides, secunda syllaba producta, Idem quod reluceo, splendorem reddo, ἀποσήλβω Horatius libro 2. Carm. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Plinius libro 37. Neque in recessu gemmæ, aut in deiectu renident. Statius libro 10. Thebaid. Emicat effigies, & sparsa orichalca renident.

Renones, m. t. Saga exigua ex pellibus confecta, ita dicta (ut quibusdam uidetur) quod partes corporis renibus obiectas tegant, διφθέρα. Nobis potius ἀπὸ τῶν ῥίνων, hoc est, ab oribus dici persuasum est: unde & Rhenones scribendum putamus prima syllaba aspirata: ut latius infrà docebimus suo loco.

Rĕnŏuŏ, as, Instauro, interpolo, redintegro, refrico, ἀνανεόω. Cic. pro Deiotaro, Tu uerus hospitium renouare noluisti. Idem de Orat. Acerba sanè recordatio ueterem animi curam molestiamq; renouauit.

Renouatio, onis, Instauratio, interpolatio, ad pristinum nouum q; statum reductio, ἀνακαίνισις. Ci. 2 de Nat deor. A quo rursum renouatio mundi fieret.

Rentifolia, rosa dicitur à foliorum multitudine, quæ nec odore, nec specie probabilis habetur, nec coronis à ueteribus adhibebatur præterquã ad extremos cardines ueluti. Hic omnino legendum est Lentifolia ut constat ex Plinio lib 21. cap. 4. unde hæc ad uerbum sunt excerpta.

Renuntio, tias, are, a. p. Propriè nuntiorum est, aut exploratorum, aut legatorum, quum reuersi, quid egerint referunt, ἀπαγγέλλειν. Cic. 8. Philippica, Quum legati renuntiarint (quod certè renuntiabunt) Antonium non esse in uestra potestate. Cæsar. 1. Comment. bel. Gal. Qualis esset natura mõtis, & qualis esset in circuitu ascensus, qui cognoscerent, misit: renuntiatum est facilem esse. Aliquando est enuntiare significare, declarare. Terentius in Andria, Quasi non renuntiata sint sic fore. Et iterum, Id ego iam nunc tibi here renuntio futurum, ut sis sciens, Ne tu hoc mihi posterius dicas, Daui factum consilio, aut dolis. Donatus, Renuntiare, est quasi secretum consilium, uel malum nuntiare. Re enim syllaba, apud ueteres interdum abundat. Renuntiare consules, renuntiare Prætorem, uel Sacerdotem, id est, declarare, ἀναγορεύειν τὸς ὑπατὸς. Cicero pro Pompeio, Prætor primus cunctis centuriis renuntiatus. Idem libro 9. Epist. Eo modo Climachias sacerdos renuntiatus est. Renuntiare alicui hospitium, uel familiaritatem, est significare se eius hospitio uel familiaritae amplius nõ usurum, ἀποτάσσεσθαι. Cic. 3. Ver. Atq; iste Sthenio uehementer infensus, hospitium ei renuntiat, domo emigrat. Sic renuntiare conductionem apud eundem, Epist. ad Attic. 1.

Renuntiatio, onis, f. t. Nuntii, uel legati, uel alterius cuiuspiã relatio, ἀπαγγελία. Cic. 5. Verrin Cæsio renunriat se dedisse: cognoscite renuntiationem ex literis. Idem 2. Verr. Renuntiatio nemq; eius quæ erat in publicas literas illata illorum legibus, tolli iusserat. Renuntiationẽ quoq; rectè uocare possumus relationem architectorum, & magistrorum uniuscuiusq; opificii, quum inspecto opere, Iudici referunt quæ comperierint. Renuntiatio item dici potest quem processum uerbalem uulgus appellat: cuiusmodi est uatorum, & eorum qui edicta aut sententias exequuntur.

Renuntius, tii, Qui aliquid iterum nuntiat. Plaut. in Trin. Cãtrices, cistelliatrices, nuntii, renuntii.

Renuo, nuis, re, n. t. Est motu capitis, alioue signo ostendere sibi aliquid displicere, ἀνανεύω. Accipitur tamen pro quouis modo recusare, uel negare. Martial. lib. 2. Omnia quum fecit, sed renuente Deo.

Renutus, us, pen. prod. Capitis signum quo repulsam, uel negationem significamus, ἀνάνευσις. Plin. Epist. 7. Nam ego quoq; simili nutu ac renutu respondere uoto tuo possum.

Reor, reris, ratus, d. f. Existimo, opinor, νομίζω. Cic, 1. Offic. Quod si qui simulatione, & inani ostentatione, & ficto non modò sermone sed etiam uultu stabilem se gloriam consequi posse rentur, uehementer errant. Verg. 6. Aeneid. Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum.

Ratus, a, um. Nomẽ adiectiuum, idem significans quod firmus fixus, constans, immobilis, κύριος, βέβαιος, ἀκίνητος. Terent. in Hecy. Ne quod egissem, esset ratum. Cicero 2. de Nat. deor. Qui quum tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines, tamq; inter se omnia connexa & apta uideret. Ibidem, astrorum in omni æternitate rati, & immutabiles cursus. Huic contrarium est irritus. Cic. de Prouinciis Consul. Cuius Tribunatus si ratus est, nihil est quod irritum ex actis Cæsaris possint esse. Idem pro Cecin. Si populus iusserit me tuũ, aut te meum seruum esse, id iussum ratũ, atq; firmum futurum? Rato item opponitur ruptum. Cic. de Orat. Testamentum ratum, aut ruptum. Ratum habere aliquid, est approbare, confirmare. Cic. pro Roscio Com. Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, ut quodcunq; retulisset, id ratum haberet? Ratum facere, est quod uulgus dicit ratificare. Cicero 1. de Diuin. Quid enim habet aruspex, cur pulmo, incisus etiam in bouis extis dirimat rempus, & proferat diem? Quid augur cur à dextra coruus, à sinistra cornix facias ratum? Subaudi augurium. Ratum mihi est, id est, approbo, confirmo. Cicero ad Gallum. lib. 5. Attamen ista ipsa quæ te emisse scribis, non solùm rata mihi erunt, sed etiam grata. Pro rata, siue Pro rata parte, id est, habita ratione proportionis: quod uulgus dicit ad æquipollentiam, ἀναλογάδην. Cæsar. libro primo belli Gall. Quadraginta iugera in singulos proponit, & pro rata parte centurionibus euocatis, Liuius libro quinto. Decad. lib.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cad.lib.5. Tantùm peditidatorum fuiſſe credunt, & pro rata aliis, &c. Cic.1. Tuſc. Omnia iſta perinde ut cuiq; data ſunt Pro rata parte, à uita, longa aut breuia dicuntur. Pro rata portione, Plinius libro 11. capite 15. Aeſtiua mellatione decimam partem Thaſio Dionyſio apibus reſinqui placet, ſi pleni aluei: ſin minus, pro rata portione: aut ſi inanes, omnino non attingi. Ratæ preces, id eſt, exauditæ, Ouidius lib. 1. Faſt. Badæus.

Ratifico, as. a. p. pen. cor. ratificate, Approbare, quod actum eſt confirmare. Veteres Ratare pro ratificare dicebant: unde eſt Irritare contrarium. Sipontinus.

Repagulum, li, n. ſ. obex ſiue uectis, qui oſtio aduerſus uim opponitur, μοχλὸς. à re & pango, propterea quod nõ uno in loco pangatur, hoc eſt, figatur, ſed ad utrunq; poſtem. Repagula ſunt (inquit Feſtus ex Verrii ſententia) quæ patefaciundi gratia ita figuntur, ut ex contrario quoque oppangantur. Ouidius libro 5. Metamorph. Raptaq; de dextro robuſta repagula poſte, Oſſibus illiſit. Cicer. de Diuin. Herculis ualuæ clauſæ repagulis, ſubitò ſeipſæ aperuerunt. Plinius libro 16. cap. 42. Firmiſſima in rectum abies, earum ualuarum repagulis, & ad quælibet inteſtina aptiſſima. Repagula item in ludis equeſtribus dicuntur quæ equis obiiciuntur, ne ante tempus procurrant, Græci νύσσαν, ἀφετηρίαν, & κάμπτηρα nominant. In ſtabulis quoque, & paſcuis obices, quibus armenta coërcentur, repagula dicuntur. Ouidius libro 2. Metamorph. Interea uolucres Pyroeis, Eous, & Aethon, Solis equi, quartus Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent, pedibusq; repagula pulſant. Per translationem accipitur pro quouis obſtaculo, ſiue impedimento: unde perfringere repagula iuris, pudoris, & officii, ait Cicero libro 7. Ver. pro eo quod eſt nullo neque iure, neque pudore, neque officio, à re aliqua impediri.

Repandus, da, dum, Recuruus, reflexus, latus, ἀνάκυρτος. Pli. li. 14. cap. 22. de ebrietate. Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & uolatatio in cœno, & pectoroſa cerucis repandæ oſtentatio. Cic. 1. de Nat. deor. Quam tu nunquam, ne in ſomnis quidem uides, niſi cum pelle caprina, cum haſta cum ſcutulo, cũ calceolis repandi. Ouid 3. Meram. truncoq; repandus in undas Corpore deſiluit.

Repango, ls, n. t Idem quod pango, ſiue planto, φυτεύω. Col. lib. de Arboribus, cap. 22. In quo ſcrobe deſtinaueris nucem ferre, terram minutam in modum ſemipedis ponito, ibiq; ſemen ferulæ repangito.

Reparco, is, Idem quod parco, φείδομαι. Plaut. Truc. utinam à principio Rei item parciſſem meæ, ut reparcis ſauiis.

Reparo, reparas, a. p. pen. cor. Reſtauro, & in priſtinum ſtatũ redigo, ἐπισκευάζω, ἀνακαινίζω. Curtius, Ille non ignarus & principes amicorum, & exercitum offendi, gratiam liberalitate, doniſq; reparare tentabat. Plin. Epiſt. 29. Sed quæ ſunt uetuſtate ſublapſa, reparentur in melius. Horat. lib. 2. Satyr. 5. Hoc quoque Tireſia præter narrata petenti Reſponde: quibus amiſſas reparare queam res Artibus atque modis. Ouidius Epiſt. 4.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt:
Hæc reparat uires, feſſaq; membra leuat.

Reparator, oris, Inſtaurator. Stat. 4. Syl. Ipſe etiam immenſi reparator maximus æui Attollit uultus.

Reparatio, onis, Inſtauratio, renouatio. Salluſt. in Iugur. Sed ſanè fuerit regni reparatio, plebi ſua iura reſtituere.

Reparabilis, reparabile, Quod reparari poteſt, ſiue reſarciri Oui. Epiſt. 5. Tu quoq; clamabis, nulla reparabilis arte Læſa pudi dicitia eſt: deperit illa ſemel.

Reparame 1, Idem quod reparatio, ἐπισκευασία. Sipont.

Repaſtino, nas, pen. cor. Refodio, ex re, & paſtino, fodio, ἀναβωλοτροφέω Columella libro tertio cap. 18. Paſtinum uocant agricolæ ferramentum bifurcum quo ſemina panguntur: unde etiam Repaſtinatæ dictæ fuere uineæ ueteres, quæ refodiebantur.

Repaſtinatio, onis, uerbale, ἀναβωλοτροφία. Ci. de Senect. Quid agri foſſiones repaſtinationesq; proferam?

Repecto, is, a. t. Rurſum pecto, ἀναχτενίζω. Vnde repexus, participp. Ouid. 3. de Arte aman. Et neglecta decet multas coma, ſæpe iacere Heſternam credas, illa repexa modò eſt.

Repedo, das, Pedem retraho, redeo, ἀναποδίζω. Lucil. apud Non. Sancto ego à Metelli Romam repedabam munere.

Repello, repellis, repuli, repulſum, a. t Arceo, reiicio, ἀποκρούω ἀπολῶ, ἀνακόπτω, ἀποσείω. Cicero poſt reditum in Senatu, Tumeum generum propinquum tuum, tu affinem tuam filiam ſuperbiſſimis & crudeliſſimis uerbis a genibus tuis repulisti. Ouid. lib. 3. de Arte amandi, Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem: Armaq; armatos ſumere iura ſinunt. Ouid. lib. 1. Am. Eleg. 8. Ne te relentеſcat ſæpe repulſus amor. Prima præteriti ſyllaba aliquando producitur, p litera carmine cogente duplicata. Lucan. Reppulit à Libycis immẽſum Syrtibus ~~æquor. Alioqui~~ corripitur, quemadmodum & præſens. Ouid. in Epiſt. Medeæ ad Iaſonem, Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes.

Repulſus, us. Actus repellendi. Plin. lib. 37. Vipera prægnans uenenо impreſſo dentiũ repulſu uirus fundit in morſus. Cic. 1. de Diuin. Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu.

Repulſo, as, frequent. Lucret. lib. 9. ita colles collibus ipſis Verba repulſantes iterabant dicta referre.

Repulſa, æ, Reiectio ab honore, ſeu magiſtratu, ἀποδοκιμασία. Dicimus autem accipere repulſam, & ferre repulſam. Cicero pro Plancio C. Martius duas ædilitias accepit repulſas. Idem Attico libro 5. Quod ſcribit libenter repulſam tuliſſe eum qui cum ſororis tuæ filii patruo certaret: hoc magni amoris ſignum.

Rependo, pendis, a. t. Retribuo, recompenſo, ἀντισταθμίζω, ἀντεμβάπτω, ἀντιμετρέω, ἀντιταλαντεύω, Tractum ab ære grani quod ante pecuniam ſignatam appendi ſolebat, non numerari. Verg. lib. 1. Aen. fatis contraria fata rependens. Ouid. 11. Epiſt. Ingenio formę damna rependo meæ. Plin. lib. 11 cap. 25. Quum duplo rependebatur argento.

Repenſus, a, um, particip. Cic lib. 2. de Orat. Vt noſter Scęuola Septimuleio illi Anagnino, cui pro C. Gracchi capite erat repenſum, &c.

Repenſo, as, frequentatiuum, de quo infrà.

Repens, pentis, o. t. Subitus, & repentinus, αἰφνίδιος. Cicero tertio Tuſcul. Quanquam hoſtium repens aduentus magis aliquando conturbat, quàm expectatus: & maris ſubita tempeſtas, quàm antè prouiſa, terret nauigantes uehementius. Liuius lib. 10. ab Vrbe, Si quod repens bellum oriatur. Idem libro 6. ab Vrbe, Fama repens belli Gallici allata perpulit ciuitatem, ut M. Furius Dictator quintùm diceretur. Idem libro 9. bell. Pun. Ciuitatem eo tempore repens religio inuaſerat.

Repentè aduerbium, Significans, ſubitò, ſtatim, ἐξάφνης, αἰφνίδιον. Cicero Epiſt. lib. 4. ad S. Sulp. Nam & ipſe Cæſar accuſata acerbitate Marcelli (ſic enim appellabat) laudataq; honorificentiſſimè & æquitate tua, & prudentia, repentè præter ſpem dixit, ſe Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem cauſa negaturum. Quidam à repo, repis deriuant per antiphraſim. Sed non uidetur uerum, quod repentè primam correptam habeat, ſed magis à repens cuius prima ſimiliter corripitur. Ouidius in Faſtis, Bina repens oculis occulit ora meis.

Repentinus, a, um, pen. prod. Subitus, ſiue ſubitarius: ut Mors repentina, bellum repentinum, αἰφνίδιος. Cic. ad Dolabellã li. 9. Oppreſſus eſt enim bello repentino. Idem 1. Offic. Leuiora ſunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quã ea quæ meditata, & præparata inferuntur.

Repentinò, aduerbium, Idem quod repentè, ἀπροσδοκήτως, ἐξάφνης Cic. pro Quintio, Moritur in Gallia Quintius, quum adeſſet Mæuius, & repentinò.

Repenſo, as, n. p. Repondero, retribuo, compenſo, frequentatiuum uerbi rependo, ἀντισταθμίζω, ἀντεμβάπτω. Lactan. Ni qui uiolauerit impiè humilem, ſentiet in poteſtate ultorem, eaq; omnia quæ legunt, & non intelligunt, repenſante Deo, patienter. Colum. lib. 3. cap. 2. Id tamen incommodum repenſant uuarum multitudine.

Repercutio, repercutis, a. t. pen. cor. Percutientem niciſſim ferio: & per translationem reflecto, ἀντικόπτω, ἀνακάμπτω. Plinius Epiſt. 97. Ita eſt aliquid quod huius fontis excurſum per momenta repercutiat. Repercuſſum lumen, quod reuerberatum uulgò uocant. Verg. 8. Aen. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumẽ ahenis Sole repercuſſo, &c. Repercutere alicuius dicta, eſt refellere. Repercutere faſcinationes, eſt diſcutere. Ouid. 2. Metamor. poſitæq; ex ordine gemmæ Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo. Liuius 1. bell. Pun. Equi maximè inteſtum agmen faciebant, qui & clamoribus diſſonis quos nemora etiam, repercuſſæq; ualles augebant, territi trepidabant.

Repercuſſio, ſ. t. Repercuſſus, huius repercuſſus, Actus ipſe reperсutiendi. Repercuſſus Solis, quæ uulgò reuerberatio dicitur. Plin. lib. 6. cap. 15. Aut Solis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes. Plinius Epiſtol. lib. 282. Nec in flumen, ſed in ipſum

in ipsum mare remittere, repercussus maris seruabit & reprimet quicquid è lacu ceciet.

Reperto, ris, pen cor reperi, uel repperi, a, q. apud Poëtas, per duplex pp ex re & pario ἐυρίσκω. Vnde repertum, quasi repartum, & denuò in lucem proditum. Et propriè reperire fortunæ est: inuenire consilii. Ouidius libro primo Metamorph. Tu non inuenta reperta es. Ausonius uno disticho primam istius præteriti & productam & correptam protulit, At qui condiderat, postquam non reperit aurum, Aptauit collo, quem reperit laqueum. Aliquando tamen reperire consilii est, non fortunæ. Plaut. Cistell. Requirens seruus reperit, &c. Terentius in Phorm. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quærere insistam uia? Repetire item dicitur id quod palam, & aperrè deprehendimus. Plaut. in Persa, Repertus es ingratus. Id est, palam compertus es esse ingratus. Sic Cic. in Cat. Reperio cum fuisse Tarentum, id est, compertũ habeo. Dicimus autem Latinè, Reperire auxilium alicui rei, reperire consilium. Reperire causam, id est, inuenire rationẽ quapropter aliquid fieri, aut minus fieri debeat. Reperire occasionem, rationes, uiam, exitum, aliquid noui, medicinam alicui rei, malefacta alicuius negotium in aliqua re, parentes, gloriam, armis.

Repertitius, a, um, adiectiuum. Quod repertum est. Sallust. in Ciceronem Repertitius, ascitus, & paulo antè insitus huic urbi ciuis. Quo tamen in loco emendatiores codices scripti iterum reptirius legendum ostendunt.

Repertorium, rii, n. s. Index, seu cõmentarius, particulatim rerum recensitarum descriptionem continẽs, Vulgus inuentarium uocat, ἀπογραφὴ. Vlpian. lib. 6. ff. de Administr. & perc. tutu. Tutor, qui repertorium nõ fecit, quod uulgò inuẽtarium appellatur, dolo feciſſe uidetur.

Rĕpeto, tis, a. t. pen. cor Peto quid mihi restituatur, ἀπαιτῶ. Lib. 2. ad Herennium. Id quod argentario obtulerit expensum à socio eius rectè repetere possis Terentius in Eunucho Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam preti. Interdum repetere, est sæpius, uel instanter petere. Cicero Cæsari, Reperenti negare non potui. Interdum rei terare resumere, ἀναλαμβάνειν. Cicero de Orat. Repetam ab incunabulis nostræ ueteris, puerilisq; doctrinæ quendam ordinem præceptorum. Idem lib. 1. de Natura deorum. Quamobrem Vellei, nisi molestum est, repetere quæ cœperas. Repetere pœnas ab aliquo, est debitum, meritumq; supplicium de eo sumere. Cicero pro Sext. Roscio, Furiæ, quæ parentum pœnas à conscelerati filius repetant. Cæsar. Comment. lib. 1. Bello Heluetiorum confecto, totius ferè Galliæ legati principes ciuitatum ad Cæsarem congratulatum uenerunt, intelligere sese tametsi pro ueteribus Heluetiorum iniuriis populus Romanus ab his pœnas repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terræ Galliæ, quàm populi Romani aceidisse. Interdum reuoluere, siue uolutare, siue recordari: idq; interdum cum ablatiuo memoria, ἀναλογίζεσθαι. Cicero in Orat. Cogitanti mihi sæpenumerò, & memoria uetera repetẽti. Nõ nunquam & sine illo, saltem expresso. Liuius libro 6. bell. Pun. Agè, contrà, quæ illi infestè in nos fecerint repetite. Interdum significat redire, ἐπανέρχομαι. Vergil. Eclog. 7. Quum primùm pasti repetent præsepia tauri. Liuius libro 1. ab Vrbe, Quippe uera fuga, qui simulantes paulo antè secuti erant oppidum repetebant.

Repetitus, pen. prod. participium ut Repetita altè oratio, Cic. lib. 3. de Orat. Ouid Epist. 15. Tot prius abductis, ecquę est repetita per arma? Cic. Att. lib. 13. Deinde cum somno repetito simul cum sole experrectus essem, datur mihi epistola sororis tuæ filio.

Repetitor, pen. prod. Ouid. Epist. 8. Sit socer exemplo nuptę repetitor adempræ, Cui pia militiæ causa puella fuit.

Repetitio, onis, Rei, meæ uel à me profecta reflagitatio, ἀπαίτησις. Aliquando idem quod resumptio, ἀνάληψις. Cic. 3. de Orat. Et eiusdem uerbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuersio.

Repetundarum lex, Primum à L. Pisone, cognomento Frugi, lata fuit: deinde quum temporis tractu propemodum exoleuisset, à D. Iulio relata. Hac cauebatur, ne quis cum potestate in prouitiam missus, pecuniam ullam à prouincialibus alisue acciperet, præterquàm à personis sanguine sibi coniunctis. Item ut urbani magistratus ab omni sorde se abstinerent neue plus doni munerisue in anno acciperent, quàm quod esset aureorum centum. Martianus l. 1. ad Legem Iuliam repetundarum, Lex Iulia repetundarum, pertinet ad eas pecunias quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, uel quocũq; alio officio, munere, ministerioue publico cepit. Hac item lege plectebantur qui ob rem iudicandam, aut nõ iudicandum, ob denuntiandum, uel non denuntiandum testimonium pecuniam accepissent. Præcipuè tamen (ut docet Cicero in Verrem) tota lex repetundarum, sociorum causa lata fuit. nam siquid eius generis in urbe accidisset, priuatis magis iudiciis repetebatur. Porrò quod ad nominis rationem attinet, à repetendo, siue (ut paulò antiquiores loquebantur) à repetundo deductum constat: quòd hac uia pecuniæ contra leges ablatæ repetcrentur. Huius autem nominis soli genitiuus & datiuus plurales sunt in usu. Dicimus enim Accusare quempiam repetundarum, uel de pecuniis repetundis: quod Plutarchus ita effert, κρίνειν τινα κακώσεως ἐπαρχίας. Cic. pro Cluent Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri. Exercere iudicium de pecuniis repetundis, apud eundem de Clar. Orat.

Rĕpignĕro, repigneras, Pignus recipio soluto pretio, ἀνυποθηκεύω, ἀνυποφορῶ. Iureconsultus titulo Cõmodati. l. Nunc uidendum. Non repignueras ut mihi reddas.

Replaudo, is. Plausum reddo, siue repercutio, ἀντικροτῶ.

Repleo, ples, a s. Idem quod impleo, ἀναπίθημι, ἀναπλήρω. Vergilius libro 2 Aeneidos. Talia uociferans gemitu tectum omne replebat. Ouid. 1. Metam. Littora nocte replet sub utroq; iacentia Phœbo.

Repletus, a, um, Participium Ouid. 9. Metam. Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum Sacrarũr, diuesq; meo bona Copia cornu est.

Rĕplico, cas, a. t. Quod plicatum erat explico, & plicas resoluo ἀναλύω, ἀναπλώω. Plaut. Replica plicam & extende. Interdum idem quod plico. Pli. lib 17. cap. 14. Ne luxetur, dum deprimitur, neue cortex replicetur in rugas. Interdum retrorsum plico. Plin. lib. 34. cap. 8. Menæchmi uitulus genu premitur, replicata ceruice. Sic etiam ferri aciem replicari dicimus, quum ob temperaturæ mollitiem reflectitur. Seneca de benefic. lib. 1. cap. 4. Cuius cacumen nimis tenue retunditur, & in se replicatur. Interdum idem quod reuoluo. Cicero pro Sylla, Si quæris, qui sint Romę regnum occupare conati: ut ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus inuenies. Idem 3. de Leg. Nam licet uidere si uelis replicare memoriam temporum, qualescunq; summi ciuitatis uiri fuerint, talem ciuitatem fuisse. Non nunquam eadem sæpius inculco. Plinius in Epist. Quæ quum ille sæpius replicasset, tandem persuasit.

Replictus, Pro replicatus Stat. 4. Syl. 9. non ellychnia ficca, non replictæ Bulborum tunicæ.

Replicatio, onis, pro conuersione. Cic. de Nat. deor. Modo aliũ quendam præficit mundo: eiq; eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat. Replicatio item uox Iureconsultis frequens, ad eas allegationes pertinens quæ intentionem sustentãt aduersum exceptionis iniquitatem: de quibus tractatus est lib. 4. Instit. Iustiniani.

Replumbo, as, a. p. Quod plumbo ferruminatũ erat dissoluo, & reuello: uel à plumbo separo, ἀναμολυβδόω. Vlpian. l. Quum aurum, ff. de auro & argento. legato. Si centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, ut appendãtur? Proculus & Celsus aiunt exempto plumbo appendi debere. Nam & emptoribus replumbatæ assignantur. Aliquando tamen & generalius accipitur pro eo quod est quauis ferruminationẽ dissoluere, etiamsi plumbo glutinata nõ sit, sed aut chrysocolla, aut alio quouis genere ferruminis. Paul. l. Pediculis. cod. tit. Aurea emblemata, quæ in lapidib. absidibusq; argenteis essent, & replumbari possent, deberi Gellius ait.

Rĕpo, repis, psi, n. t. ἕρπω. Propriè dicitur de animalibus quæ pedibus carent, & uentre gradiuntur, ut sunt uermes, quæ inde reptilia dicuntur, ἑρπετὰ. Quanuis & ea quæ paruos pedes habent, repere dicuntur, ut sunt lacertæ, & similia. Plautus in Amph. Cum Veneris filia angueis repsisse rellus Epirotica uidit. Lucanus libro 3. Sed per irer longum causa repsere latenti. Transfertur etiam ad radices quæ & ipsæ repere dicuntur quum sese propagant, & diffundunt. Columella libro 8. Spatium autem radicibus quà repant, lapides præbent. Idem de Arboribus, Ne unrequam inualuerit, in altitudinem repat. A repo fiunt composita, arrepo, correpo, erepo, irrepo, obrepo, perrepo, prærepo, prorepo, & subrepo: quæ omnia producunt penultimam. Significata explicantur suis locis.

Repens, participium. Plin. lib. 16. cap 34. Repens humi. Est & Repens, nomen, idem significans quod repẽtinus, seu subita

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rius, ἀφνίδιος. Verùm hoc priorem syllabam corripit, quum repens participium eandem producat. Sed de hoc suprà satis multa suo loco.

Reptitius, a, um, Quod clanculum irrepit. Sallust. in Ciceronem, Vbi M. Tullius leges, iudicia populi Romani defendit, atq; in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquꝰ ex familia uiri clarissimi Scipionis Africani, ac non reptitius, ascitus, ac paulò antè insitus huic urbi ciuis. Sic enim habẽt uulgata exemplaria. In aliis tamen scriptis codicibus irreptitius legitur: in quibusdã etiam, repertitius: quorũ utriũuis malim quàm reptitius: quod doctæ aures omnino respuunt.

Repto, ptas, n. p. frequentatiuum à repo, Sæpe, seu continuò repo, ἑρπύζω. Claud. in Eutrop. cunctantia pronus Per uada serpebat cœno subnixa tenaci Lucret. lib. 2. Nam sæpe in colli tondentes papula læta. Lanigeræ reptant pecudes. Reptare item dicimus eum qui segniter, & quasi testudineo passu incedit: quales sunt qui in hortis, aut uineis spatiantur. Horat. 1. Epist. 4. An tacitum syluas inter reptare salubres. Plin. Epist. ultima, lib. 1. Scholasticis porrò dominis, ut hic est, sufficit abundè tantùm soli, ut releuare caput, reficere oculos, reptare per limitẽ, una semina terras, omnesq; uiticulas suas nosse & numerare arbusculas possint.

Reptatus, particip. Stat. 5. Theb. Et Nemees reptatus ager.

Reptatus, us, ui. m. q. Ipse reptandi actus. Plin. lib. 14. cap. 1. Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ fudibus hærent, uineamq; faciunt: & aliæ improbo reptatu, pampinorumq; superfluitate pentia domini amplo discursu atria media complentes.

Reptile, lis, pen, cor. Quicquid repit, hoc est, sine pedibus progreditur, aut quod pedes habet adeò exiguos, ut eis carere uideatur, ἑρπετόν.

Repolio, is, re, Rursus polio, interpolo, repurgo, ἀναξίω, ἀναστιλβόω Colum. lib. 2. cap. 21. Plura deinde fictamenta, si in annos recondantur, repurgari debent. Nam quanto sunt expolitiora, minus à curculionibus exeduntur: sin protinus usui destinantur, nihil attinet repoliri, satisq; est in umbra refrigerari, & ita granario inferri.

Repono, nis, pen. prod. a t. Rursus pono, ἀνατίθημι. Cic. pro Sestio, Hanc Pompeius erexit, atque insigne regium quod de capite suo abiecerat, reposuit. Verg. 3. Aeneid. arisq; reponimꝰ ignem. Id est, instauramus ignem. Martial. lib. 2. Vllus si pudor est, repone cœnam. Id est, rursus appone, Vnde reponere fabulas & scripta Poëtæ dicuntur, quum secundo eam cœnam afferunt. Solebant enim (ut inquit Porphirio) qui ludis apud ueteres præerant, scriptores quum primùm in scenã prodirent, benignè excipere: ut si forte non rectè egissent, iterum ad scribẽdum audientium benignitate allicerentur. Vnde Horat. in Arte, Fabula quæ posci uult, & spectata reponi, id est, semel, atque iterum spectari, & denuò agi. Quandoque reponere, est recondere, ἀποτιθέναι, ταμιεύειν. Colum. li. 12. cap. 45. Vnumquodq; genus separatim propriis arculis reponatur. Cic. 2. de Nat. deor. Scientia condendi ac reponendi fructus. Animo uel mente reponere, est memoriæ imprimere. & ueluti in intimo pectore recondere. Verg. lib. 1. Aeneid. manet alta mente repostum Iudicium Paridis. Quandoque idẽ quod ponere seu collocare. Cicero pro Sest. Quos equidem in deum immortalium numero ac cœtu repono. Idem 1. de Natura deorum. Quo quid absurdius, quàm aut res sordidas, atque deformes deorum honore afficere, aut homines iam morte defectos, reponere in deos? Idem de Opt. gen. Orat. Tamen hunc in numero non repono. Idẽ Quint. Frat. Virtutes tuas in numero deorum repositas uides. Lucr. lib. 4. Et bona sæpe ualetudo quum dicitur esse Corporis, & non est tamen hæc pars ulla ualentis. Sic animi sensum non certa parte reponunt. Quandoque reddo, uel restituo, ἀποκαταστίθημι, ἀποδίδωμι. Plaut. in Perf. Des mihi numos sexcentos, quos pro capite illius pendam, quos continuò tibi reponam in hoc triduo, aut quatriduo. Reponi (inquit Seneca ad Lucil.) dicitur illud, quod creditori debemus. Verg. 2. Georg. Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Id est, instaurabit, refarciet restituet. Reponere gratiam, id est, referre, & beneficium beneficio, cõpensare, ἀντιχαρίζεσθαι, Reponere poma in uentre statem, est ad eum finem reponere, ut diu incorrupta seruentur. Col. lib. 12. cap. 44. Omne autem pomum, quod in uentre statem reponitur, cum pediculis suis legendum est. Reponere in coronamenta, est in eum usum reponere, ut quum opus sit, coronamentis addatur. Plin. lib. 22. cap. 21. de anthemide herba, In macro solo, aut iuxta semitas colligitur Vere, & in coronamenta reponitur. Reponere item aliquid, dicuntur scriptores, quum argumentum ab aliis tractatum retractant. Horat. in Arte, Scriptor honoratum si forte reponis Achillem. Id est, si de Achille aliquid scribendum susceperis post Homerum, qui primus mores eius depinxit gestaq; celebrauit. Reponere aliquid alicui, est uicissim illud obiicere replicare, recrimĩnari. Cic. ad Lentul. Ne tibi idem reponam, quum ueneris.

Repositus, a, um, Iterũ positus: ut Repositi & frigidi cibi. Quintilianus libro 2. Necesse est iis, quum eadem pluribus iudiciis dicunt, fastidium ut moueant, ut repositi & frigidi cibi. Id est, rursum appositi mensæ. Legitur & repostus, per syncopen. Verg. 3. Georg. atqui non Massica Bacchi Munera, non illis epulæ nocuere repostæ. Idem 3. Aeneid. & cunctis suasere runt numine diui Italiam petere, & terras tentare repostas. Id est, longè positas, inquit Seruius.

Repositorium, rii, n. s. Vas in quo reliquiæ ciborũ, & mensæ instrumenta reconduntur, siue ex corio sit, siue ex alia materia θήκη, Plin. lib. 28. cap. 2. Bibente conuiua, mensam uel repositorium tolli, inauspicatissimum habetur. Idem lib. 9. cap. 11. Testudinum putamina secare in laminas, lectosq; & repositoria his uestire, Carbilius Pollio instituit.

Reporto, tas, a. p. Refero, cueho, ἀνακομίζω. Vergil. lib. 1 Georgic. aut atræ massam picis urbe reportat. Columella libro 7. capite 1. Qui pleraque utensilia & uehere in urbem, & reportare dorso uel collo potest commodè. Reportare aliquid ad aures alicuius. Vergilius libro 7. Aeneidos Quum prouectus equo, longæui regis ad aures Nuntius ingentes ignota in uestre reportat Aduenisse uiros. Reportare laudem ex hostibus. Cicero 3. de Legib. Nihil enim præter laudẽ bonis atque innocentibus, neque ex hostibus, neque à sociis reportandum.

Reposco, cis, Repeto, hoc est, peto ab aliquo quod mihi debet, uel quod à me accepit, ἀναπράττομαι, ἀπαιτέω. Plautus in Aul. Aulam auri, inquam, te reposco, quam tu confessus mihi Te abstulisse. Ver. 7. Aen. Parthosq; reposcere signa. Teren. in Adelph. nam ambos curare, proinde modum Reposcere illum est quem dedisti. Reposcere ad supplicium, & ad pœnas. Verg. lib. 8. Aen. Rege ad supplicium præsenti Martte reposcunt. Idem. 2. Aeneidos.

Quos ille fors ad pœnas ob nostras reposcent.
Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.

Repositorium, uide Repono.

Repotia, orum, n. s. Dicta sunt quum postridie nuptiarum apud nouum maritum cœnatur: quod quasi reficiatur potatio, τὰ ἐπαύλια, μετὰ τὸ ποτος, ἡμέρα. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. Ille repotia, natales, aliosue diem in Festos albatus celebret. Vbi Porphyrio. Repotia, inquit, dicebantur dies ille, qui nuptias statim sequitur. Acron contrà, repotia interpretatur septimũ diem, quo noua nupta redire solet ad parentes suos.

Repræsento, as, a. p. Præsentem sisto, παρίστημι. Colum. lib. 11. cap. 1. Itaq; uillicus curabit, ut iusta reddantur: istaq; non ægrè consequetur, si semper se repræsentauerit. Aliquando tertibuo, soluo. Sueton. in Claud. Repræsentaturus pro opera dignam cuiq; mercedem. Aliquando reddo, restituo. Cicero lib. 5. Philipp. Ego corpus libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertatis ciuitas posset. Nonnunquã refero. Colum. Repræsentat uiridem saporem olivarum. Cicero pro Sest. Erat eo tempore Senatus in æde Concordiæ quod templum repræsentabat memoriam Consulatus mei. Repræsentare diem promissi, est quod in diem promissum est, præsens exoluere, & solutionis tempus anticipare. Cicero Tironi, Dies promissorum adest quem etiam repræsentabo, si aduenerit.

Repræsentatio, uerbale. Plin. lib. 9. cap. 6. Cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ dẽtibus truculentæ.

Reprehendo, is, a. t. uel per syncopam reprendo, Retracho, quasi retrò prehendo, ἀναλαμβάνω, Liu. Adeò turbati erant dextræ alæ equites, peditesq; ut quosdam Consul Cato, manu ipse reprehenderit, uerteritq; in hostem. Propert. Quã possit nostros quisquam reprehendere cursus. Aliàs significat arguo, increpo, ἐπιπλήττω, ἐπιλέγω. Cicero libro quarto Acad. Licet enim hæc quiuis arbitratu suo reprehendat. Idem ad Brut. Nihil ut in Cæsare reprehenderes, nonnulla in Hirtio. Horat. 1. Epist. 18. Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes. Ouidius Epist. 19. Non sum qui soleam Paridis reprendere factum.

Reprehensio,

Reprehenſio, onis, uerbale, ἐπίπληξις, ἔλεγμός. Cic. 1. de Finibus, Quamobrem differentium inter ſe reprehenſiones non ſunt uituperandæ.

Reprehenſor, oris, m. t. Qui reprehendit redarguitue. Cic. 2. de Nat. deor. Nam ut profluens amnis aut uix, aut nullo modo, cõcluſa autem aqua, facilè corrumpitur: ſic orationis flumine reprehenſoris uitia diluuntur. Reprehenſor, pro emendatore, & correctore. Cicero pro Plancio, Nam ſi ita eſſet, quod Patres apud maiores noſtros tenere non potuerunt, ut reprehenſores eſſent Comitiorum, id haberent Iudices, & cętera.

Reprehenſo, as, frequentat. Liu. 2. ab Vrbe, Reprehenſans ſingulos, obſiſtẽs, obteſtansq; deũm hominumq; fidem teſtabatur, nequicquam deſerto præſidio eos fugere.

Reprimo, mis, pen. cor. repreſi, repreſſum, act. 3. Contineo, cohibeo, ἴσχνμι, πίλω, κατασίνω. Cicero primo de Legibus Reprimam iam me, nec inſequar longius, eoq; minus, quo plus pœnarum habeo, quàm petiui. Idem 1. de Finibus, Difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo quod ſemel iam miſſum coërceri, reprimiq; non poteſt. Plautus Caſin. ita me dii bene ament, ut ego uix reprimo Labra ob iſtam rem, quin te deoſculer uoluptas mea. Terentius Adelphis Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. D. Repreſſi, redii: mitto maledicta omnia. Vergilius libro duodecimo Aeneidos, ſtetit acer in armis Aeneas uoluens oculos, dextramq; repreſſit.

Reperſſus, a, um, particip. Cic. pro Lege Manil. Tamen impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt ac retardatos.

Repreſſor, oris, Qui reprimit. Cic. pro Seſtio, Extinctorem domeſtici latrocinii, repreſſorem cędis quotidianę, defenſorem templorum atque tectorum, &c.

Reprobo, act. p. Improbo, reiicio, ἀποδοκιμάζω. Cic. 4. Academic. Qui quũ Zenonis fuiſſet auditor, reprobauit ea, &c. Idẽ lib. 2. de Fin. Cõfirmat aũt illud uel maximè, q ipſa natura, ut ait ille, aſciſcat & reprobet: id eſt, uoluptatẽ & dolorem.

Reprobatus, non probus, inutilis: quod tamen apud ueteres non facilè inuenias, ἀδόκιμος.

Reproces, pro aſperis & difficilibus uſurpatur. Pli. lib. 8. In reprocib. ac ſupinis lateribus procũbere, quaſdã occæcari, & in alias dirigi. Omitte hoc adulterinũ uocabulũ. Nam Pli. exemplaria lib. 18. cap. 6. paſſim habent non in reproeibus, ſed imbricibus ac ſupinis lateribus. Item maximè quum hîc nulla fiat mentio aſperorum & difficilium locorum.

Rẽprõmitto, is, n. t. Spondeo ſtipulanti, ἐγγυῶμαι. Plautus in Aſin. Verùm iſtuc argentum tamen mihi ſi uis denumerare. Repromittã iſtoc nomine ſolutam rem futuram. Cicer. poſt reditum ad Quirites, In referenda autem gratia hoc uobis repromitto, ſempeiq; præſtabo, &c. Repromitto, pro ſimplici promitto. Sueton. in Claudio Cæſare, cap. 20. Fucinum aggreſſus eſt, nõ minus cõpendii ſpe quàm gloriæ: quũ quidam priuato ſumptu emiſſuros ſe repromitterent, ſi ſibi ſiccati agri concederentur.

Repromiſſionis, f. t. Ipſe repromittendi actus, ἐγγύησις. Cic. pro Roſcio Com. Roſcius qui ex Iuriſperitorum conſilio & autoritate reſtipularetur à Fannio diligenter, ut quod is exegiſſet à Flauio, dimidiam partem ſibi diſſolueret, ſi quidem ſine cautione, & repromiſſione, nihilominus id Fannius ſocietati, hoc eſt, Roſcio debebat.

Reptile, Reptitius, Repto, uide Repo.

Repubeſco, is, n. t. Rurſum pubeſco, ad pubertatem redeo, ἀνηβάω. Columel. lib. 2. cap. 1. Nec reuireſcere nec repubeſcere poteſt.

Repudium, dii, n. ſ. propriè dicitur recuſatio ea qua uir uxorem à ſe reiicit, ob rem aliquam pudendam, ἀποπομβή. Pli. libro 7. capiq; 16. M. Lepidus Apuleiæ uxoris charitate poſt repudium obiit. Caius I Diuorrium. Digeſt. de Diuor. In repudiis; id eſt, renuntiationibus, comprobata ſunt hæc uerba, Res tuas tibi habeto. Item hæc, Tuas res tibi agito. Repudium renuntiare. Plautus in Aulul. Is me nunc renuntiare repudium iuſſit tibi. E. Repudium, rebus paratis, atq; exornatis nuptiis? Terentius in Phorm. Iam accipiet, illis repudium renuntiet. Repudium remittere. Terentius in Phorm. Quũ ego ueſtri honoris cauſa repudium alteri Remiſerim quæ tantundem dotis dabat.

Repudio, as, act. p. Matrimonium dirimo, & quaſi ob rem pudẽdam uxorem repello, ἀποβάλλω, ἀποπέμπομαι τὴν γυναῖκα. Sueton. in Cæſare, Neq; ut repudiaret illam, cõpelli à Dictatore Sylla ullo modo potuit. Dicitur etiam uxor repudiata maritum. Quintilianus libro ſeptimo, capite nono, Sæpe ſe cubanti amatorium dedit, Vlpianus de Diuortiis, Iulianus lib. 9. Digeſtorum, quærit an furioſa repudium mittere, uel repudiari poſſit: & furioſum repudiari poſſe. Interdum ponitur ſimpliciter pro non accipio, recuſo, reſpuo, aſpernor, ἀπολέγομαι, ἀποδοκιμάζω. Terentius in Andria, Repudio conſilium quod primùm intenderam. Repudiare & recipere ſunt contraria. Vatinius ad Ciceronem libro quinto, Non repudiabis in honore quem in periculo recepiſti. Dicimus autem Latinè uenuſtèq; Repudiare beneficium, gratiam, conditionem, obſecrationem, periculum, uoluntatẽ alicuius autoritatem. Ille etiam repudiatus dicitur, qui in comitiis repulſus eſt, Cicero pro Plancio, Nunquam enim nobilitas, præſertim integra atq; innocens populi Romani ſupplex repudiata fuit.

Repudiatio, onis. Cic. ad Att. lib. 12. Sed mihi ſimulatio pro repudiatione fuit.

Repudioſus, adiect. Plaut. in Perſ. Verùm uideto, me ubi uoles nuptum dare, ne hæc fama faciat repudioſas nuptias. Id eſt, ut hanc ob cauſam nuptiæ meæ repudientur.

Repueraſco, ſcis, n, t. In puerilem ætatem reuertor, ἀνανηπιάζομαι. Cicero in Catone, Ex hac ętate repueraſcam, & in cunis uagiam. Interdum ad pueriles nugas & deliramenta. Cicero 2. de Orat. Quum is diceret, ſocerum ſuum Lælium ſemper ferè cum Scipione ſotum ruſticari, eosq; incredibili ter repueraſcere eſſe ſolitos, quum rus ex urbe tanquam ex uinculis euolauiſſent.

Repugno, as, n. t, Reſiſto, contradico, obſiſto, refragor, ἀντιμάχομαι. Cic. de Amicitia, Quum autem omnium rerum ſimulatio eſt uitioſa, tollit enim iudicium ueri, idq; adulterat, tum amicitiæ repugnat maximè.

Repugnantia, æ, contrarietas. Cic. 2. Philip. Sed qui tantarum rerum repugnantiam non uideas, nihil profectò ſapis.

Repugnax, acis, Contumax, qui obſiſtit, & reluctatur. Cic. 1. de Orat. Te repugnacem in diſputando eſſe uiſum.

Repugnanter, aduerb. Cic. in Cat. maiore, Alterum patienter accipere, non repugnanter.

Repullulo, as, Iterum pullulo, ἀναβλαστάνω. Plin. libr 17. capite decimo, Larix uſtis radicibus non repullulat, picea pullulat.

Repullulaſco, is, Rurſus pullulaſco, & nouos pullos, hoc eſt, noua germina emitto. Colum. lib. 4. cap. 22. Vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulaſcant.

Repumico, as, Rurſum pumico.

Repumicatio, uerbale, Quod de arboribus dicitur, quando gemmæ hirſutæ propter frigus expoliuntur ipſo uere. Plin. li. 17. cap. 26. Gemmas ſi frigus retorridas, hirſutasq; fecerit, remedio eſt repumicatio, & quædam politura.

Repungo, is, a. t. Quando de ratione, uel calendario loquimur, facit ꝓteritum repunxi, ψαλάφω. Quando uerò uicẽ redditam oſtendimus, repupugi, ἀντινύσσω. Cicero Lentulo; Darent mihi ipſi alium Publium, in quo poſſem illorum animos mediocriter laceſſitus repungere.

Repurgo, as, act p. idem quod purgo, uel diligenter emundo, ἀναναθαίρομαι. Plin. lib. 19, cap. 10. Enecant cyminum ab imo dorſo, niſi repurgetur. Ouid. de Nuce, Dumq; repurgat humum, collectaq; ſaxa remittit. Idem 7. Metam. uictoq; Aquilonibus Auſtro Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo.

Reputo, as, n. p Mente reuolno, animo expendo, ἀναλογίζομαι, ἀναπολῶ. Salluſt. in Catil. Quum ſententias quorundã mecum reputo. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Qui ſis, non unde natus ſis reputa. Ci. poſt red. Quibus ego rebus obiectis multa me cũ ipſe reputaui. Nonnunquam reſeco, ſiue minorem ſummam à maiori deduco, ἀποτίμνω. Vlp. de Adminiſt. & pericul. tutorum, Item ſumptus litis tutor reputabis, ſi ex officio neceſſario habuerit aliquò exire, uel proficiſci.

Reputatio, onis, Actus reputandi, & cõſideratio, ἀναλογισμός. Plin. lib. 10 cap. 37. Harum uolatus in reputationem cæterarum quoq; uolucrum nos impellit. Gell. lib. 12. cap. 5. Per incrementa ætatis exorta è ſeminibus ſuis ratio eſt, & utendi conſilii reputatio, & honeſti contemplatio.

Requies, f. q. Ceſſatio à labore, ἀνάπαυσις. Ouidius Epiſt. 4. Quod caret alterna requie, durabile non eſt. Vergilius 4. Aeneidos, Tempus inane peto, requiem ſpatiumq; furori. Cicero in Catone maiore, Vt meæ ſenectutis requiem, oblectamentaque noſcatis. Legitur & genitiuus re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quietis. Cicerō 1. de Fin. Et ad dolores ita paratus est, ut meminerit maximos morte finire, paruulos multa habere interualla requietis.

Requiesco, cis, n. t. Cesso à labore, quietem ago, ἀναπαύομαι. ut Requiescere à Repub. muneribus, apud Ciceronē. 2. Officior. Verg. 1. Eclog. Hic tamen hac mecum poteras requiescere nocte fronde super uiridi. Cic. in Ver. Quum diutius in eo negotio, curaq; fueram, ut requiescerem, curamq; animi leuarē ad Carpinatium reuertebar. Requiescere in spe cuiuspiam est spem omnem in illo repositā habere. Cic. pro Cælio, Qui hoc unico filio nititur, in huius spe requiescit. Legitur & actiuè positum, pro eo quod est sistere, & quietem reddere, ἀναπαύειν. Verg. Pharmeceutria, Et mutata suos requierunt flumina cursus.

Requiro, is, pen. prod. a t. Multum & diligenter quæro, ἐπιζητέω. Terentius in Phorm. Abi Phædria, eum require, atq; adduc huc. Ponitur aliquando pro interrogare, πυνθάνεσθαι. Plin. Epist. 137. A quibus libenter requisierim, cur concedant, &c. id est, quos libenter interrogauerim. Aliquando pro eo q̄ est quippiā in homine, aliaue re desiderare. Cicero in Parad. In quo equidem continentissimorum hominum maiorum nostrorum prudentiam requiro. Nonnunquam pro opus habere. Cicero primo de Finibus. Virtutem autem unam hoc honesto, nullam requirere uoluptatem. Idem pro Legib. Manil. In hoc bello Asiatico non solùm militaris illa uirtus, quæ est Cneio Pompeio singularis, sed aliæ quoque uirtutes animi multæ, & magnæ requiruntur, id est, necessariæ sunt.

Requirito, as, frequentatiuum. Plautus in Most. Quid tu otiosus res nouas requiritas?

Res, rei, f. t Generalem habet significationem, πρᾶγμα. Nam (ut Paulus Iureconsultus inquit) tam corpòralia, quàm incorporalia comprehendit. Corporales res sunt quæ uerè tangi possunt, ut homo, uestis. Incorporales, quæ tangi non possunt. qualia sunt ista quæ in iure consistunt, sicut hæreditas, usus fructus, obligationes. Aliquando ita accipitur ut uerbo opponatur, hoc est, pro re per uoces significata. Cic. 3. de Orat. Sine re, nulla uis uerbi est. Idem 4. Tusc. Rem opinor spectari oportere, non uerba. Horatius in Arte, Verbaq; prouisam rem non inuita sequentur. Nonnunquam ita ut opponatur personę. Vnde loci argumentorum partim à rebus, partim à personis summi dicuntur. Sunt item & pro cōtentione & lite: negotio, siue cōmertio. Cic. pro Sext. Ros. Tecum mihi res est Rosci. Terentius. Quid huic rei est? id est negotii. Cicero pro Mur. Nondum potuisse statuere. Iurecōsultos, utrum rem, an litem dici oporteret. Item pro imperio ἀρχή. Vergilius libro 3. Aeneid. Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gē. em Immeritam uisum superis. Item pro actu uenereo, ὁμιλία. Terentius in Eunucho Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tum hospite. Donat. Rem habere, honestè res impura dicitur. De tribus hisce postremis significationibus Ausonii uersus est in Monosyllabis, Imperium litem, uenerem, cur una notet res? Item pro experientia siue effectu, ἔργον. Terentius in Adelph. Reipsa reperi, facilitate nihil esse melius, neque clementia. Cicero in Cat. Habui hæc de senectute quæ dicerem uobis, ad quam utinam perueniatis, ut ea quæ ex me audistis, re ex patre probare possitis. Item pro periculo: ut apud Terentius in Phorm. Verùm pone esse uictum eum: At tandem tamen non captis eius res agitur, sed pecuniæ. Dicere uel cogitare quod res est, hoc est, ueritatem dicere, uel cogitare. Terent. Adelp. Verum cogita quod res est. Res item pro bonis, siue substantia accipitur, οὐσία. Terent. in Phorm. At si talentūm rē reliquisset decem, primus esset &c. Vnde dicimus rom habere, pro eo quod est diuitē esse. Ci. 2. Offic. Non esse duo hominum millia qui rem habeant. Rem augere, id est. locupletari Idem pro Rab. Posthumo, Rem bonis & honestis rationib⁹ auxit. Rem facere, Idem 1. Epist. Isnē tibi melius suadet qui ut rem facias, rem, Si possis rectè: si non quocunque modo rem, &c. Auidus ad rem, id est, auarus. Terentius Eunucho. Eius frater aliquantulum est ad rem auidior. Interdum res accipitur pro utilitate, τὸ σύμφορον. Terentius Hecyra, Si id rem est Bacchidis. Et rursum, Neq; in rem nostram est ut quisquam amator nuptiis lætetur. Ex re ipsa natum dicitur quod extemporale est. E re nata, id est, ex occasione. Pro re nata, id est, pro euentu rei, & occasione. Ab re, aliquando ponitur pro ab euentu. Ad rem uerba conferre is dicitur qui aggreditur agere quod dixit. Terentius in Eunuch. Tā diu eius magnifica uerba pati possumus, quàm diu uerba sunt. Cæterùm si ad rem conferatur, uapulabit. Res Romana à Liuio sæpe ponitur pro acie: res Romana, inquit, erat superior. Ponitur aliquando pro modo, seu ratione. Plautus in Rud. Iam reperi rem quo pacto nec fur, nec socius fies. Re uera, duæ dictiones sunt idem significantes quod reipsa, uel uti ueritas se habet. Cicero pro Cluent. Verbo ille reus erat, re quidem uera, & periculo, & tota accusatione Oppianicus. Horat. lib. 2. Serm Satyr. 7. uelut si Re uera pugnent, feriant, &c. Alias res agere dicitur qui non attendit ad id quod aut dicit, au facit. Cic. ad Cassium. libro 1. Itaque facio me, alias res agere, ne conuitium Platonis audiam. Huius diminutiuum est, recula, πραγμάτιον. ut à spes specula. Res comperendinata, dicitur quum iudicium in diem tertium dilatum est, ὑπερθέσεως δίκη. Res iudicata, dicitur quæ finem controuersiarum pronuntiatione accipit, quod uel cō demnatione, uel absolutione contingit, ut autor est Vlpian. Digest. de Re iudicata, τὸ κεκριμένον. Res forensis, dicitur causa quæ agitur in foro, & ad causidicos pertinens. ἀγοραῖον πρᾶγμα.

Recula, læ, f. p. pen. cor. diminutiuum, κτησίδιον, quemadmodum specula à spes: quod quanuis generale sit suæ naturæ uocabulum, rebusq; omnibus exiguis commune: uenustissimè tamen accipitur pro tenui re familiari. quæ ab Horatio curta supellex appellatur.

Resaluto, resalutas, Salutantem saluto, ἀντασπάζομαι. Mart. libro 4. Securus nullum resaluras, despicis omnes. Cic. 2. Philippic. Sed tum nimis inter omnes constabat, neminem esse resalutatum.

Resarcio, cis, resarsi, resartum, a. q. Quod dissutum, aut scissum erat denuò sarcio, ἀναῤῥάπτω. Teren. in Adelph. Fores ef fregit? restituentur. discidit uestē? resarcietur. Suet. in Claud. capite 6. Quod decretum abolitum est excusante Tiberio imbecillitatem eius, ac damnum liberalitate sua resarturum pollicente.

Resarrio, Rursus sarrio, ἀναβοτανίζω. Plinius lib. 18. cap. 10. quum hyeme pregelida captæ segetes essent, resecuerunt, resarrientes campos.

Rescindo, is, a. t. Cædo, tollo, aufero, destruo, reuello, ἀναιρέω, ἀποτίμνω, ἐκκόπτω. Cæsar. lib. 1. bel. Gal. Pontem quæ erat ad Geneuam, iubet rescindi. Propriè tamen ad ea pertinet quæ scinduntur, resecāntur ferro, aut alio quouis instrumēto. Colum. lib. 2. Et quę falx reliquerit, priusquàm inarescat, uomis rescindat, atque obruat. Id enim cedit pro stercore. Vergil. lib. 3. Georg. Non tamen ulla magis præsens fortuna laborum est, Quàm si quis ferro potuit rescindere summum Vlceris os, alitur uitium, uiuitq; tegendo. Id est, aperire. Idē lib. 1. Georg. cælum rescindere fratres Ter sunt conati. id est, oppugnare. Aliquando non ratum habere, irritum facere abrogare, abolere, ἀναιρῶ. Sallust. in Iugur. Ingurtha inter alias res, ait oportere quinquennii consulta & decreta omnia rescindi. Id est, tolli, & destrui. Teren. in Phorm. Mihi nō uidetur quod sit factum legibus, Rescindi posse.

Rescissus, participium Lucanus lib. 4. Rescissoq; nocent suspiria dura palato.

Rescisco, scis, n. t. siue Rescio, is, Est factum aliquod occultius aut inopinatum, insperatumq; cognosco, μανθάνω, πυνθάνομαι. Terentius in Adelph. En tibi, rescisti omnē rem, id est, quod occultum putabamus, præter nostram opinionem cognouit. Aliquando significat rem, postquam gesta est, scio, quam nesciebam quūm gereretur. Terentius. Hecyr. Omnia omnes ubi rescisscunt, hi, quos par fuerat rescisscere, Sciunt.

Rescribo, is, a. t. Scripto respondeo, ἀντιγράφω. Ouid. 2. Epist. Nil mihi rescribas, attamen ipse ueni. Rescribere argentum, est renumerare, siue per mensæ scripturam reddere. Terentius in Phormione, atque illud mihi argentum rursum iube rescribi. Vbi Donatus, Rescribi (inquit) id est, reddi, seu per mensæ scripturam dari. Quoniam enim ad pecuniæ renumerationem antecedit scriptura, quam hodie chirographum uocamus, ideò rescribere dicebat pro renumerare. Seruius, Scribi est dari. Horatius libro secundo Serm. Sat. 3. Scribe decem Nerio: non est satis, adde Sicutæ Nodosi tabulas centum. Rescribi uerò reddi. Idem paulò pòst, Putidius multo est cerebrum (mihi crede) Perilli, Dictantis quod tu nunquam rescribere possis. Ponitur aliquando rescribo, pro eo quod est scribere contraria iis quæ alii scripserunt,

runt. Quintil. lib. 10. cap. 5. Melius hoc quàm rescribere ueteribus oratoribus.

Rescriptum, pti, quod significare uidetur id genus epistolę, quę Imperatores, aut summi pontifices consulentibus sese respondent: cuiusmodi sunt quas Decretales uocant. Vlpian. in l. 1. ff. de Appell. Quæsitũ est an aduersus rescriptum principis prouocari possit.

Resĕco, cas, pen. cor. resecui, ctum, Amputo, abscindo, ἀποτέμνω. Ouidius 11. Metamorph. Sed solitus longos ferro resecare capillos, Viderat hoc famulus. Cicero 2. de Diuinat. Aut quorum linguæ sic inhærerent, ut loqui non possent, hæ scalpello resectæ liberarentur. Idem in Pisonem. Quem Carthaginenses resectis palpebris illigatum in machina uigilando necauerunt. Resecare ad uiuum, est aliquid nimium stricte, & quod dicitur, ad regulam reuocare: translatione sumpta ab iis qui uel ungues usque ad uiuum, uel arbores usq; ad radicem resecant. Cicero de amicitia, Nec id ad uiuum reseco, ut ii qui hæc subtilius disserunt. Resecare libidinem. Cicero ad Attic. libro 1. In qua ego nactus (ut mihi uidebar) locum resecandæ libidinis, & coërcendæ iuuentutis, uehemens fui. Resecare audacias & libidines, apud eundem 5. Verg.

Resectus, a, um, particip. Ouid. 4. Trist. Eleg. 10. Barba resecta mihi bisue semelue fuit.

Resectio, onis, actus resecandi. Col. de Arborib. Quæ ex resectione enata fuerit, uim inutilem habebit.

Resegmen, inis, n. t. Quod à re quapiam resecatur, ἀπόκομμα. ut Resegmen unguium quod ex unguibus amputatur, ἀπονύχισμα. Pli. 28. cap. 15. Nec pauci apud Græcos singulorum uiscerum membrorumq; etiam sapores dixere, omnia persecuti usq; ad resegmina unguium.

Resex, ecis, m, t. pen. cor. Sarmentum annotinũ, quod puratur ut fructum ferat Col. lib. 3. cap. 10. Nam confiteor pampinarios quoq; cum è duro prorepserint, tempore anni sequentis acquirere fœcũditatem, & ideò in resecem summitti, ut progenerare possit. Verum eiusmodi partum comperimus, non tam ipsius resecis, quàm materni esse muneris.

Resĕcro, as. act. p. Iterum obsecro, itero obsecrationem, ἀναπαρῶ Plaut. in Aululari a, Resecro mater quod dudum obsecraueram. Item religione soluo, Vri quum reus populum comitiis orauerat per deos, ut eo periculo liberaretur, iubebat magistratus eum resecrare, ἀφοσιῶμαι, Hæc Festus.

Resĕda, dæ, f. p. Herba quæ apud Ariminum copiosè prouenit, sedandis collectionibus inflammationibusq; utilis. Plin. lib. 27. cap. 12. Circa Ariminum nora est herba, quam resedam uocant. Discutit collectiones inflammationesq; omnes Qui curant ea, addunt hæc uerba, Reseda morbos resedo scis ne, scisne, quis hic pullos egerit? radices, nec pedes, nec caput habeant. Hæc ter dicunt, totiesq; despuunt.

Resĕgmen, uide Reseco.

Resĕro, ras, penultima correpta, act. a, p. Aperio: à sera deductum, ἀνοίγω. Cicero libro 2. Officiorum, Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire nõ possit: nec ita reseranda ut pateat omnibus. Vergilius lib. 12. Aene. dos. Vrbem alii reserare iubent, & pandere portas Dardanidis. Lucanus libro secundo. Vt referet pelagus, sparsaq; per æquora bellum. Valer. Flac. lib. 2. Argon. Hospitibus reserans secreta Thyotes.

Reseratus, particip. Ouid. 2. Fast. & sex reserata diebus Carceris Aeolii ianua latè patet.

Resĕro, ris, pen. cor. reseui, resatum, Rursus semino, seu rursus planto, ἀναφυτεύω. Plin. lib. 18. cap. 20. Nam quum hyeme prægelida captæ segetes essent, reseuerunt, resarrientes eã pos meuse Martio.

Reserŭo, as, act ap. In aliud tẽpus, uel in futurum seruo κατα μενύω. Cic. ad Quin. fi at. lib. 2. Præsenti sermoni reseruentur cætera. Idem in Orat. Vsum loquendi populo concessi: scientiam mihi reseruaui. Vergil. 4. Aeneid. Nam quid dissimulo? aut quæ me ad maiora reseruo?

Reses, uide Resideo.

Resex, uide Reseco.

Resĭdeo, es, n. s pen. cor. Quiesco, sedeo, firmiter sto, καθίζάνω. Vergil. libro 7. Aeneid. omnisq; repentè resedit Flatus. Residere esuriales ferias, est otiari, agereq; ferias esuritione plenas. Plautus in Capt. Ita uenter, gutturq; resident esuriales ferias.

Reses, idis, om. t. Segnis, otiosus, & à solito labore seu opere desuetus, ῥᾳθῡμος, νωθής. Liu. lib. 2. Timuere Patres residem in urbe plebem incerti, manere eam, an abire mallent. Verg. 6. Aen. Oria qui rumper parriæ, residesq; mouebit Tullus in arma uiros. & iam desueta triumphis Agmina. Idem. 1. & uiuo rentat præuertere amore Iam pridem resides animos, desuetaq; corda. Id est, pigros. Reses aqua à Varrone 3. de Re rust. cap. 17. dicitur quę non fluit.

Resĭduus, a, um, adiectiuum, idem quod reliquus, λοιπὸς, ὑπόλοιπος. Plancus Ciceroni lib. 10. Epist. Cupio nullam residuã solicitudinem esse. Liu. 9. belli Punici, Et siue ex residua & uetere simultate, siue intempestiua iactatione feuentatis inflatus. Residuus pro relictus. Sueton. in Augusto, ca. 73. Instrumenti eius & supellectilis parsimonia apparet etiam nunc residuis lectis atq; mensis: quorum pleraque uix priuata elegantia sunt.

Resĭdo, is, penultima producta, idem ferè quod resideo, nisi quod motum quendam importat: quasi ad residendum descendo, ἀνακαθίζω. Plinius Iunior libro 9. Epist. Nouissime Consul, Secunde, sententiæ loco dices, siquid uolueris. Permiseris inquam, quod usque adhuc omnibus permisisti: resido, aguntur alia interea. Verg. 6. Aeneid. tumida ex ira tum corda residunt.

Resĭgno, as, a. p. Quod signatũ erat aperio, relaxo, patefacio, παραλύω, ἀποσφραγίζω. ut Resignare literas. Est enim contrarium simplici signo, quod est anulo signum imprimo. Plautus in Trinum. Iam si obsignatas non feret, dici hoc potest, apud portitorem eas res resignatas tibi, inspectasq; esse. Cic. Attico lib. 12. Quas si putabis illi ipsi utile esse reddi, reddet: nihil me lædet. Nam quod resignatæ sunt, habet opinor, eius signum Pomponia. Hinc resignatio testamentorum appellata. Horat. 1. Epist. 7. & opella forensis Adducit febres, & testamenta resignat. Idem resignare, est perfectè signare, κατασκευάζω. Col. lib. 3. Priusquam arbusculas transferas, rubrica resignato, ut iisdem quibus antè steterunt, constituas eas. Antiqui etiam resignare pro rescribere dicebant: sicut subsignare pro subscribere, ἀντιγράφειν. Item resignare, reddere: quod fit quum in libris datorum & acceptorum pecuniam, quam acceptam signauimus, reddimus demonstramus. Horatius libro 3. Carm. Ode 19. de Fortuna, Si celeres quatit Pennas, resigno quæ dedit. Idem lib. 1. Epist. 7. Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno. Ponitur aliquando pro perimo, abrogo, dissoluo., Cicero pro Archia, Nam quum Appii tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur, Gabinii, quandiu incolumis fuit, leuitas: post damnationem, calamitas omnem tabularum fidem resignasset, & cætera. Budæus.

Resignatum æs dicebatur militi, quum ob delictum iussu Tribuni militum, ne stipendium ei daretur, in tabulas referebatur. Autor Festus.

Resĭliare, ueteres dicebant, pro eo quo est sæpe resilire,

Resĭlio, resilis, n q. secunda syllaba cor. Saltu retrocedo, subitò pedem refero, ἀναπηδάω, ἀναθρώσκω. Quadrigarius lib. 6. Sertorius cautè dextrum humerum sauciat, atq; resilit. Resilire item dicitur mamma, quum sterilescit, lactis materia deorsum reuocata. Pli. lib. 11. cap. 40. Detracto mamma alumno suo sterilescit illico, ac resilit. Resilire item dicitur quod corpori duro illisum, repellitur atque repercutitur: unde per translationem, crimẽ ab aliquo resilire dicimus, pro eo quod est non hærere, aut non quadrare in illum cui obiicitur. Cicero pro Roscio Amer. Vbi scopulum offendis eiusmodi, ut non modo ab hoc crimen resilire uideas, uerùm omnem suspicionem in uosmetipsos recidere intelligas.

Resulto, as, n. p. frequentat. est uerbi resilio, idem significans quod repercutior, siue reflector: ut quum pila pauimento illisa sursum resilit, ἀναθρώσκω, ἀναπηδάω. Transfertur tamen sæpe ad uocis repercussionem, qua montes & nemora quodammodo notari uidentur, & subsilire. Vergilius libro 5. Aeneidos. Pulsati colles clamore resultant. Idem libro 8. Consonat omne nemus strepitu, collesq; resultant. Plin. lib. 11. cap. 19. Inimica apibus echo est, resultanti sono, qui pauidas æterno pulsat ictu.

Resĭmus, a, um, pen. prod. Ex re, & simus, idem est quod simus, hoc est, qui nares habet depressas, extremitate sursum reflexa, ἀνάσιμος. Vnde à Vergilio capellæ dicuntur simæ, 10. Eclog. Dum tenera attondent simæ uirgulta capellæ. Seruius, simæ Græcum est nomen: id est, pressis naribus: unde & simias dicimus. Resimus, utitur Colum. lib. 6. cap. 1. loquens

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de bonum indole, Parandi (inquit) sunt boues naribus resimis patulis. Varr. 2. de Re rust. cap. 9.

Resina, æ, pen. cor f. p. Humor tenax ex arboribus defluens, in iisdemq; residens, ῥητίνη. Eius duæ præcipuæ sunt species arida una, humida altera. Et prorsus omnis stomacho conducit, & sanguinis reiectioni: in primisq; probatur quæ à terebintho terebinthina est appellata. Nascitur in Arabia, in Iudæa, in Syria, in Cypro, in Lycia, & in Cycladibus. Quæ alba, præstantior est, nitri colorem habens, & nonnihil cærulei.

Resinaceus, adiect. Quod resinam refert. Plin. lib. 24. cap. 11. Alterum sterile, alterum cui & caulis, & semen resinaceum, quod canchrys uocatur.

Resinatus, a, um, Quod est resina illitum, sicut à pice, picatum, ῥητινωτός. Iuuenalis Satyr. 8. Quid enim resinata iuuentus? Resinatum, cui resina admista est. Vinum resinatum, resina condîtum, ῥητινίτης οἶνος. Martial. lib. 3. Resinatà bibis uina, Falerna fugis. Plinius libro 23. capite 1. Nouitium resinatum nulli conducit.

Resinosus, adiect. Quod resina abundat, ῥητινώδης. Plin. lib. 17. cap. 7. Est enim pinguissima, & resinosissima.

Resipio, is, resipui, & resipiui, resipere, n. t. Ex re, & sapio cõpositum: idem significat quod saporem rei alicuius refero: ut quum dicimus, Vinum resipit picem, hoc est, saporem picis refert. Plinius libro 14. capite 1. Iam inuenta uiris per se in uino picem resipiens. Resipere item dicitur is, qui ad mentis sanitatem rediit quiete ex prodigo, & ex inutili factus est frugi, ἀναφρονῶν. Terentius in Heaut. Multò omnium nunc me fortunatissimum Factum puto esse gnate, quum te intelligo resipuisse. Cicero ad Attic. lib. 4. Vix aliquando te autore resipui.

Resipisco, scis, Ad mentis sanitatem redeo, ἀνανήφω. Liuius lib. 6. bell. Maced. Vt nunc saltem regiam uanitatem experti, resipiscerent.

Resisto, is, n. t. Gradum sisto, resisto, ἵσταμαι, ἐνίσχομαι. Liuius libro ab Vrbe, Restitere Romani, tamquam cælesti uoce insti. Ouidius libro quinto Fast. Restitit ad nostras fessa labore fores. Vergilius libro 4. Aeneidos. Incipit affari, mediaq; in uoce resistit. Accipitur aliquando Resistere pro aduersari seu repugnare, ἀντιστῆναι, ἀνταρχῆν. Cicero Attic. Sero restitimus ei quem aluimus contra nos. Idem de Legib. agrar. contra Rullum. Vis tribunitia nonnunquam libidini restitit Consulari.

Resoluo, is, a. t. Dissoluo quod ligatum erat, ἀναλύω. Ouidius 1. Metamorph. Et uelatę caput, cinctasq; resoluite uestes. Ponitur & pro mollire, siue subigere. Columella libro 2. cap. 2. Ex his nihil non melius resoluta humo, quàm densa prouenit. Item pro destruere, amouere, κατανύειν. Vergilius libro 1. Georgic. Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit. id est amouet. Nonnunquam etiam pronumerare pecunias creditoribus, aut aliis quibus promissimus. Plaut. in Epid. Nã leno omne argentum abstulit pro fidicina, ego resolui. Item pro refellere. Quint. libro 5. Resoluere ex parte diuersa dicta difficile erit.

Resolutus, a, um, participium. Tibul. lib. 1. Eleg. 3. comas resoluta puella. Columella libro primo capite 1. Nam sic iuuenum corpora fluxa & resoluta sunt, ut nihil mors muratura uideatur. Ouidius 5. Metam. resolutaq; tellus In liquidas rarescit aquas.

Resono, as, n. p. pen. cor. Sonũ refero, ἀναβρύχω, ἀνιάχω. Verg. 1. Ecloga, Formosam resonare doces Amaryllida syluas. Idem lib. 5. Aen. Resonat clamoribus æther. Idem 2. Ecloga, Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. Accipitur & pro simplici sonare, siue sonum edere. Cic. 1. Tusculanarum, Qui quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum uenenum, ut sitiens, obbibisset, reliquum sic à poculo eiecit ut id resonaret. Quo sonitu reddito arridens, Propino, inquit, Hoc pulchro Critiæ.

Resonans, tis, Particip. Verg. 1. Geor. aut resonantia longè Litora misceri, & nemorum increbrescere murmur.

Resonus, a, um, Ouid. 3. Meta. hęc resonis iterabat uocibus ebeu. Val. Flac. 1. Argon. Excussi manibus remi, conuersaq; frontem Puppis in obliquum resonos latus accipit ictus.

Resorbeo, bes, resorbui, & resorpsi, resorptũ, a. s. Priprię est iterum sorbere quod quis euomuit, ἀναῤῥοφῶ, ἀναβρόξω. Ouidius 12. Epist. Quæq; uomit totidem fluctus, totidemq; resorbet Plin. lib. 6. cap. 23. Hamo deuorato, omnia interanea euomunt, donec hamum egerant: deinde resorbent. Vergil. 11. Aen. Nunc rapidus retrò, atq; æstu reuoluta resorbet Saxa fugit, littusq; uado labente relinquit.

Respecto, Respectus, uide Respicio.

Respergo, gis, respersi, respersum, a. t. Est re aliqua liquida perfundo, uel irroro, ῥαντίζω. Liuius 2. ab Vrbe, Hinc patres, hinc uiros orantes, ne se sanguine nefando soceri, generiq; respergerent. Columella libro 1. Deinde quum prædictum tectorium inaruit, rursus amurca respergitur. Cicero 7. Verrin. Quum Prætoris nequissimi inertissimiq; oculos prædonum remi respergerent.

Respersus, a, um, participium. Liu. 2. bel. Pun. Respersæ matris cruore uirgines, Manus respersæ sanguine, Cicero pro Roscio Amerino.

Respersus, us, ui, Ipsæ respergendi actus, ῥαντισμός. Plinius lib. 10. cap. 3. Hæc causa est gregatim auibus natandi: quia plures simul non infestantur, Respersu pennarum hostem obcæcantes.

Respersio, onis, Idem. Cic. 2. de Diuin. Habes & respersionem pigmentorum, & rostrum suis, & alia permulta.

Respicio, is, a. t. Retrò aspicio, oculos reflecto, ἀνοβλέπω. Plautus in Aul. Tu si ex hoc loco digitum transuersum, aut unguem latum excesseris, aut si respexis donec ego iussero. Interdum refertur ad animum, pro eo quod est, præterita mente reuoluo, ἀναλογίζομαι. Cic. pro Archia, Nam quoad lõgissimè potest mens mea respicere spacium præteriti temporis, & pueritiam recordari, &c. Respicere se, est habere rationem sui, prospicere sibi, & rebus suis consulere. Planeus Ciceroni, Quod si aut Cæsar respexerit se, aut Africanæ legiones celeriter uenerint, securos uos ex hac parte redderemus. Terentius in Phormione. Respice ætatem tuam, id est, prospice ætati tuæ. Idem in Heauton. Deniq; nullum remittis tempus, neque te respicis, Id est, non parcis ætati tuæ, neque ullam salutis tuæ rationem habes. Nonnunquam faneo, misereor, adiuuo, opem fero. Terentius in Andria. Charine, me & re imprudentes, nisi qui dii respiciunt, perdidi. Et in Phormione, Dii nos respiciunt, gnatam inuenit nuptam cum tuo filio, id est, diligunt. Terentius in Andria, Age, me in tuis secundis respice.

Respectus, us, Modo ipsam respectionem significat. ἀνοβλεψις. Plaut. Et me respectu terruit. Modò rationẽ qua ad aliquid agendum mouetur, λόγον. Plin. Nanq; eo respectu commotus, abscesserat. Aliquando id quod respicitur. Cic. 1. de Diuin. Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore, Id est, horrendum spectaculum.

Respecto, as, n. p. frequentatiuum est à respicio. idem significãs quod identidem oculos deorsum flecto, uel oculis reflexis quempiam aspicio, ἀνοβλέπω. Vergil. 11. Aen. Bis reiectis armis, respectant, torga tegentes. Cic. pro Sest. Verum hæc ita prætereamus, ut tamẽ intuentes, & respectantes intueamur. Per translationem, nonnunquã significat misereri, seu propitium esse. Verg. 1. Aen. Siqua pios respectant numina.

Respiro, as, n. p. penultima producta, Anhelitum recipio, spiritum duco animam attraho & emitto, ἀναπνέω. Plautus in Epid. Mane. sine respirem quæso. P. Imò acquiesce. A. Animo malè est, Recipiam anhelitum. Cic. pro Roscio Amer. Quum tot tãtisq; negotiis differtus sit, ut respirare liberè nõ possit. Interdum efflo, exhalo, odorem emitto, ἐκπνέω Statius 2. Syl. Inde malignum Aëra respirat pelago circunflua Nesis. Per translationem accipitur pro recreari, refici ἀνακομίζεσθαι, ἀναλαμβάνειν ἑαυτόν. Cicero Aulo Torquato, Si armis, aut conditione positis, aut fatigatione abiectis, aut uictoria detractis, ciuitas respirauerit: & dignitate tua tibi, & fortunæ uti licebit.

Respiratio, onis, f. t. uerbale, Anhelitus receptio, attractio, & emissio anhelitus, à pulmone per asperam arteriam, ἀναπνοή. Plinius libro 9. capite 7. Quis enim fine aspiratione somno locus? Nonnunquam idem quod euaporatio, ἀναφύσημα. Cicero 2. de Nat. deor. Ipse enim oritur ex respiratione aquarum, earum enim quasi uapor quidam ad habendus est.

Respiratus, tus, tui, idem quod respiratio. Cicero 2. de Natura deorum. In pulmonibus autem ineſt ratitas quędam, & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima: qui tum se contrahunt aspirantes, tum respiratu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè alitur animantes.

Respiramen, minis, pro halitu seu meatu spiritus. Ouidius lib. 4. Metamorph. Vitalesq; uias & respiramina clausit. Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidē, Elidunt fauces, & reſpiramen, iterq; Eripiunt animæ.

Reſplendeo, des, n. ſ. Idem quod ſimplex ſplēdeo, ἀποσίλβω, σίλβω. Cic. 2 de Finib. Adſint etiam formoſi pueri qui miniſtrent: reſplendeat iis ueſtis.

Reſpondeo, des, reſpondi, reſponſum, n. ſ. Poſteriore loco dico, ἀποκρίνομαι, ὑποκρίνομαι. Plau. in Pſeud. Reſpōde quod rogo. Dicimus autem, reſpondeo tibi, & ad te. Quum ad eos breuiſſimè reſpondiſſem. Marius ad Cic. lib. 11. Epiſt. Reſpondebo criminibus quibus tu pro me, &c. Aliquando ſignificat euentu & exitu conuenire, conſentire, & congruere, ἀπαντᾶν. Verg. lib. 1. Aeneid. Dictis reſpondent cætera matris Id eſt, conſentiunt, & conformia ſunt. Pli. lib. 36. cap. 22. Structuram ad normam, & libellum, & ad perpendiculum reſpōdere oportet. Cic. 1. Tuſc. Nec tamen ſiqui magnis ingeniis in eo genere extiterunt, non ſatis Græcorum gloriæ reſponderunt. id eſt, pares fuerūt. Idem Trebon. Cui quidem amori, utinam cæteris rebus poſſem, amore certè reſpondebo, id eſt, ſatisfaciam, uel parero. Verg. 1. Georg. Illa ſeges demum uotis reſpondet auari Agricolæ. Aliquando obiici, ſeu contrà poſitum eſſe, ἀντικεῖσθαι. Verg. lib. 6. Contrà elata mari res ſpondet Gnoſia tellus,

Reſpōſo, as, frequentatiuum à reſpondeo, ἀντικρίνομαι, ἀπουρίνομαι. Plautus Menæch. Reſponſa, aut loquere, Idem Moſtel. Neu quiſquam reſponſet, quando haſce ædes pultabit ſenex. Reſponſare palato cibus dicitur qui minus tener eſt, duritiaq; ſua palato reſiſtit. Horatius in præceptis Catianis. Si uc ſperrinus ſubitò te oppreſſerit hoſpes, Ne gallina malum reſponſet dura palato, Doctus eris uiuam miſto merſare Falerno, Hoc teneram faciet.

Reſponſito, as, are, De re dubiā conſultus, reſpōſum edo: proprieq; ad iuris prudentes, antiſtites, cæremoniarumq; condi tores pertinet, & Romæ olim ad Pontifices, χρηᾶσθαι. Gell. libro 13. capite 10. Conſulentibus de iure publicè reſponſitauit. Cicero libro primo de Legibus, Summos fuiſſe in ciuitate noſtra uiros, qui id interpretari populo, & reſpōſitare ſoliti ſint.

Reſponſum, ſi, n. ſ. Ipſa reſpōſio, ἀπόκρισις, ἀντίκρισις. Terentius in Prolog Phorm. Is ſibi reſponſum hoc habeat: in medio omnibus Palmam eſſe poſitam. Dicimus autem Dare reſpōſum, & Reddere reſponſum, pro reſpondere. Cicero 6. Verr. Senatus Sopatro reſponſum nullum dat: ſed commotus pertubatusq; diſcedit. Idem pro Plancio, Quum ſenatus impediretur, quo minus id quod hoſtibus ſemper erat tributū reſponſum, Equitibus Romanis redderetur. Ponitur quoq; Reſponſum pro oraculo, χρησμὸς, λόγιον. Plinius lib. 15. cap. 30. Lauriferam tellurem illam oſculatus ex reſponſo. Cic. 2. de Natura deorum, Multa ex aruſpicum reſponſis commemorare poſſum. Vergil. 9. Aenecid. Siqua Phryges præ ſe iactant reſponſa deorum. Idem 3. Georg. Nec reſponſa poteſt conſul tus reddere uates.

Reſponſus, us, m. q. Conuenientia conſenſus, ἁρμονή. Vitruuius, Symmetria eſt ex ipſius operis membris conueniens cō ſenſus: ex partibusq; ſeparatis ad uniuerſæ figuræ ſpeciem rata partis reſponſus. Idem lib. 3. cap. 1. Similiter uerò ſacrarū ædium membra ad uniuerſam totius magnitudinis ſummā ex partibus ſingulis conuenientiſſimum debent habere cō menſuum reſponſum. Ibidem. Et ex membris ſeparatis ad uniuerſam corporis ſpeciem ratæ partis commenſus fieri reſponſum.

Reſponſio, onis, ipſe reſpondendi actus, ἀντίκρισις. Ci. 3. de Orat. Et quod continuatum, & interruptum, & imago, & ſibiipſi reſponſio, & immutatio, & diſiunctio. Idem pro Corn. Balbo, Accuſatoris interpretatio indigna reſponſione.

Reſponſor, oris. Fideiuſſor, qui pro aliquo ſpondet Horat. 1. Epiſt. 17. Quo reſponſore, & quo cauſæ reſte tenentur.

Reſpuo, is, reſpui, reſputum, act. t. Eſt repudiare, & contemptim ueluti cum ſputo reiicere, ἀποπτύω. Cæſar 1. bel Gallici, Non reſpuit conditionem Ceſar, Iamq; ad ſanitatem redire eum arbitrabatur. Liu. 2. ab Vrbe. Munera eius in animis hominum reſpuebantur. Cic. 3. de Orat. Quinetiam guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maximè uoluptarius: quiq; dulcedine præter cæteros ſenſus commouetur. quàm citò id quod ualde dulce eſt aſpernatur, ac reſpuit? Reſpuereq; aurib. per translationem, pro eo quod eſt loquentem nolle audire. Ci. in Piſonem, Quis uos oculis non fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur? Reſpuere item aures dicuntur, quod earū iudicio deprehendimus non rectè ſonare. Idē de Partit. Quod aures reſpuunt, immurandum eſt. Reſpuere ictus, eſt ictibus non lædi, & duritia ſua ictum quodammodo repellere. Plin. lib. 7. cap. 15. Ea eſt caro informis, inanima ferri ictum & actum reſpuens. Lucr. lib. 3. Præterea quæcunq; manent æterna, neceſſe eſt, Aut quia ſunt ſolido cum corpore reſpuere ictus. Reſpuere ſecures dicitur lignum, quod ſecuribus nō poteſt findi. Plinius libro 17. capite 10. Quid ſimile originis ſuæ habent malorum pyrorumq; ſemina. his enim principiis reſpuentem ſecures materiem naſci, indomita ponderibus immenſis præla, arbores uelis, turribus, murisq; impellendis arietes. Imperium reſpuere. Colum. lib. 6. cap. 8. Vbi piger iuuencus medius inter duos ueteranos iungitur aratroq; iniecto terram moliri cogitur, nulla eſt imperii reſpuendi facultas.

Reſpuor, eris, paſſiuum. Lucret. lib. 2. Præterea lumen per cornua tranſit, at imber Reſpuitur.

Reſpuens, entis, particip. Seu nomen ex participio. Gel. li. 6. ca. 15. Communium uocum reſpuens minus.

Reſtagno, as, are, n. p. Extra redundare, ſeu aquam non continere, ἀναπλημμυρίω. Col. lib. 2. cap. 17. Itaq; ſiqua palus in aliqua parte ſubſidens reſtagnat, ſulcis deriuanda eſt: quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus æquè eſt exitio. Cæſar 2. bel. Ciu. Sed hoc itinere eſt fons, quo mare ſuccedit longius, lareq; is locus reſtagnat. Ouid. 12. Metam. Quā reſtagnantis fecit maris unda paludem.

Reſtagnatio, onis, Inundatio, πλημμύρα. Plin. lib. 11. cap. 37. Ne reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat. Idem libro 6. capite 28. Quod abeſſe à Petra decem dierum nauigatione noſtri negotiatores dicunt: Characenorumq; regi paēre: & Apamiam ſitam ubi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluat.

Reſtauro, as, act. p. Idem quod inſtauro, hoc eſt, reſtituo, redintegro, renouo, ἀνασκευάζω, ἐπισκευάζω. Iuſtinus libro 2. Interea & Darius quum bellum reſtauraret, in ipſo apparatu decidit. Tacitus libro 3. At Pompeii theatrum igne fortuitò hauſtum Cæſar extructurum pollicitus eſt: eo quod nemo è familia reſtaurando ſufficeret.

Reſtibilis, le, Quod quotannis reſtituitur, & quodammodo renouatur, παλίμβλαστος, παλίμφυτος. ut, Ager reſtibilis, qui quotannis ſeritur. Colum. lib. 2. cap. 10. Phaſeolus terræ mandabitur, uel inueterato, uel melius pingui & reſtibili agro. Feſtus, Reſtibilis ager ſit, qui continuo biennio ſeritur farreo ſpico, id eſt, ariſtato: quod ne fiat, ſolent qui prædia locant, excipere. Reſtibilis ſeges, eſt quæ regerminat, quaſi cuius fœcunditas in ſequentem quoq; annū reſtet. Plin. li. 18. ca. 17. Vberratis tamen tantæ ſunt, ut ſequente anno ſponte reſtibilis fiat ſeges. Reſtibile uinetū, dixit. Col. lib. 3. cap. 18. pro eo quod ſingulis annis repaſtinatur. Reſtibilis fœcunditas, eſt continua & non intermiſſa fœcunditas. Plin. 28. cap. 19. Conceptum leporem utero exemptum, his quæ parere deſierint, reſtibilem fœcunditatem afferre putant.

Reſtingo, ſtinguis, xi, ctum, 2. t. A ſtinguo compoſitum eſt, ἀποσβέννυμι. unde & diſtinguo, & Extinguo, Stinguo uerò (ut opinor) ſignificat obſcuro: quod quanuis rarò in uſu ſit, legitur tamen apud Cicer. ut in Arati Phænomenis. Quem neque tempeſtas perimet, neque longa uetuſtas Interimet, ſtinguens præclara inſignia cælum. Item in Prognoſt. Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi, Stinguuntur radii cęca caligine tecti. Reſtinguere autem, idem eſt quod extinguere. Plautus in Caſ. Ignem reſtinguunt aqua. Vergilius Eclog. 5. quale per æſtum Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo. Per translationem ponitur pro ſedare, lenire. Terent. in Eunu. Hæc uerba una me hercule falſa lacrymula, Quam oculos terendo miſerè uix ui expreſſerit, Reſtinguet.

Reſtinctus, reſtincta, reſtinctum, participium. Cicero ad Brutum, libro undecimo. Ex tuis literis, & ex Græceii oratione, non modò reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum uidetur.

Reſtinctio, onis, uerbale Cic. lib. 2. de Fin. Illa autem uoluptas ipſius reſtinctionis in motu eſt.

Reſtio, ſtionis, maſc. ter. Qui reſtes, id eſt, funes torquet. χοινόστροφος. Quo etiam nomine dictus fuit proauus Auguſti. Accipitur apud Plautum pro eo qui ſe penſilem facit laqueo, reſti ſtrangulatus. ait enim, Illi erunt buccedæ potius quàm ego ſim reſtio. Id eſt, Illi potius cædentur bubulis loris, quàm ego me ſuſpendam.

Reſtípulor, laris, lari, ut Lactant. inquit, Eſt contra ſponſionem factam, pecuniam obligare, ἀντιπροκαλεῖσθαι. Valerius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

libro 2. Nec dubitauit reſtipulari. Reſtipulari dicitur is qui cum eo certat, à quo ſpõſione eſt prouocatus. Budæus. Reſtipulari, eſt ſtipulari, ſiue uiciſſim ſtipulari, uel poſt rem actam ſtipulari.

Reſtipulatio, onis, uerbale. Cic. pro Roſc. Com. Quis eſt huius reſtipulationis, ſcriptor, teſtis, arbiter?

Reſtis, huius reſtis, f. t. Funis, à reſto (ut quidam aiunt) quòd quæcunq; ligata ſunt, ſtare faciat, χοῖνος, κάλως. Apuleius, Reſtim qua grabatulus erat intextus, aggredior expedire. Ad reſtim res rediit, dixit Teren. in Phor. pro eo quod eſt, Res eum in ſtatum adducta eſt, ut de ſuſpendio ſit cogitandum. Reſtim ducere, dicuntur in ſaltatione chori puerorum, puellarumq; manu conſerti. Terentius in Adelph. Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis. Liuius libro 27. Per manus reſte data, uirgines ſono uocis' pulſis pedum modulantes inceſſerunt. A qua ſimilitudine alliorum connexa capita reſtes dicuntur. Plinius lib. 20. cap. 6. Allium ad ſerpentium ictus potum, cũ reſtibus ſuis.

Reſticula, æ, diminut. Var. lib. 1. de Re ruſt. cap. 41. Tum enim reſticulas perficus quas edimus, maturas perferũt: & eas quũ inaruerint complicant, ac quò uolunt mittunt.

Reſtito, uide Reſto.

Reſtituo, is, a. t. Modò ſignificat reddo, ἀποδίδωμι. Terent. in Eunuch. Primùm quod ſoror eſt dicta: præterea ut ſuis Reſtituam, ac reddam. Modò in ſtatum priſtinum reduco, ἀποκαθίστημι, ἐπανορθοῦμαι, μεθαρμόττω. Iuſtinus, Hunc regno à patre priuatum filius reſtituerat. Et propriè reſtituũtur uolentes, cupientesq; ut ciuis patriæ, & filius patri, Terent. in Heaut. Somnum hercule ego hac nocte oculis non uidi meis Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem. Reſtituere aliquem natalibus, ut ſuprà docuimus in dictione Natalis, idẽ eſt quod hodie dicimus nobilitare: & reſtitutio natalium, quam uocamus nobilitatem. Aliquando reſtituere ſignificat inſtaurare, ac reficere, ἀνασκευάζειν. Cic. in Topic. Ei cui domus uſus fructus legatus ſit, non reſtituturum hæredem, ſi corruerit. Cæſ. 1. bel. Gall. Ipſos oppida, uicosq; quos incenderant, reſtituere iuſſit. In integrum reſtituere, eſt integrũ facere ut prius erat, inſtaurare, reparare. Cæſ. 3. bel. Ciu. Quæ iudicia, aliis audientibus Iudicibus, aliis ſententiam ferentibus, ſingulis diebus erant perfecta, in integrum reſtituit. Liuius libro 1. bel. Maced. Quum præcipitata raptim conſilia neque reuocari, neque in integrum reſtitui poſſet. Reſtituti ſibi dicuntur uina quæ mutata fuerunt. Plinius lib. 14. capite 17. Vina in Apotheciis Canis ortu murantur quædam, poſteaq; reſtituuntur ſibi.

Reſtitutio, onis, uerbale, Repoſitio, ἀποκατάστασις. Caius l. Plus eſt. Digeſt. de Verbor. ſignificat. Plus eſt, inquit, in reſtitutione quàm in exhibitione, nam exhibere eſt præſentiã corporis præbere: reſtituere uerò eſt etiam poſſeſſorem facere fructusq; reddere. Quint. lib. 7. cap. 2. Præmii nomine impetrauit reſtituționem patris, Cic. in Piſ. Nemini eſt triumphus honorificentius quàm mihi ſalus, reſtitutioq; perſcripta.

Reſtitutor, oris, Qui reſtituit. Cic. pro Mil. P. Lentulus ultor ſceleris illius, propugnator Senatus, defenſor ueſtræ uoluntatis, patronus illius publici conſenſus, reſtitutor ſalutis meæ.

Reſto, as, n. p. Supereſſe, reliquum eſſe, περιεῖναι, ἐπιβιοῦν, περιγίνεσθαι. Cic. in Cat. Nec cũ æqualibus ſolùm, qui pauci ad modum reſtãt. Idem 3. Offic. Qui è diuiſione tripartita duas partes abſoluerit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam. Ouid. lib. 5. Metam. Et mihi, dum reſto, iuuenili guttura pugno Rupit & excuſſum miſiſſet in æquora, ſi non Hæſiſſem, quanuis amens in fune retentus. Idem lib. 2. Faſtor. Iamq; duæ reſtant noctes de menſe ſecundo. Cicero pro Roſ. Amer. Cauſam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria cæde reſtat. Terentius in Phorm. Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere. Item remotum eſſe, uel diſtare, διέχειν. Ennius apud Feſt. Magnis regionibus reſtat. Item in loco aliquando ſubſiſtere, ſiue remanere, ἐφίσασθαι, ἐνιζάνειν. Terentius in And. Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam Portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia. Cic. pro Ligario, Tertium eſt tempus, poſt aduentum Vari in Africa reſtitit: quod ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non uoluntatis. Idem 4. in Catil. Sed tenentur ii, qui ad urbis incendium, ad ueſtrum omnium cædem ad Catilinam accipiendum Romæ reſtiterunt. Terent. in Eunuch. Vtinam illum dii, deæq; omnes ſenem perdant, qui me hodie remoratus eſt, Meq; adeò, qui reſtiterim. Item reſiſtere, repugnare, ἀντιμάχεσθαι. Terent. in Heaut. In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? Item Reſtare, pro relinqui, ſiue reliquum eſſe, ὑπολείπεσθαι. Vergil. lib. 7. Aen. Hoc Latio reſtare canunt, qui ſanguine noſtrum Nomen in aſtra ferãt. Terent. in Hecyr. Quod quum ita eſſe inuenero, quid reſtat porrò, niſi ut fiam miſer? Cic. 2. de Nat. deor. Nec uerò dici poteſt ut quadam maiore fieri, ut contra naturam aſtra moueantur: quæ enim poteſt maior eſſe? Reſtat igitur ut motus aſtrorum ſit uoluntarius.

Reſtito, reſtitas, Identidem ſubſiſto, & moram traho, ἐφίσομαι, ἐνίσχομαι. Terent. in Eunuch. Exi foras ſceleſte. at etiam reſtitas? Fugitiue prodi.

Reſtringo, is, a. t. Religo, reuincio, κατασείω. Plinius lib. 35. Item belli imaginem pinxit reſtrictis à tergo manibus, Alexandro in curru triumphante. Aliquando coërceo, cohibeo ἐπέχω, περισείω. Plinius Epiſt. 105. Nam ſumptus candidatorum fedos illos & infames ambitus lege reſtrinxit. Plinius libro 8. cap. 27. Draco uernam nauſeam ſylueſtris lactucæ ſucco reſtringit. Aliquando ſoluo, ἀπολύω. Apuleius, Iumentum reſtringit, abireq; ſtabulo liberum ſinit: quod ſtabularius inuentum, mox domum reducit. Aliquando rurſus ſtringo. Apuleius. Et duplici, ne ſolui facilè queat, nodo reſtringit.

Reſtrictus, aliquando participi. & aliquãdo nomen: ſignificatq; parcum, tenacem. Cic. ad Attic. An exiſtimas illum in hoc genere lentulum, an reſtrictum? nemo eſt minus. Appio Pulchro lib. 3. Quum natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior.

Reſtrictè aduerbium, Parcè, tenaciter. Cic. de Amic. Nec obſeruare reſtrictè, ne plus reddat, quàm acceperit.

Reſtrictim, Idem Afranius Thaide, ut citat Non. Ea quæ fermè cedere melius conſultoribus, quàm reſtrictim cogitata, &c.

Reſulto, reſultas, uide Reſilio.

Reſumo, pen. pro. act. a. t. Rurſus ſumo, repeto, ἀναλαμβάνω, Plinius, Reſumptis poſt longam ægritudinem uiribus. Ouid. 9. Meta. Inſtat anhelanti, prohibetq; reſumere uires. Ibidem, Inq; uicem ſumptas ponit poſitasq; reſumit.

Reſuo, reſuis, reſui, reſutum, act. t. Iterum ſuo: uel quod diſſutum erat, reſtituo, ἀναῤῥάπτω. Aliquando tamen legitur pro diſſuere. Sueton. in Aug. cap. 94. Sumenti uirilem togam tunica laticlaui reſuta ex utraq; parte, ad pedes decidit.

Reſupino, as. act. p. Eſt aliquem ita uertere, uel collocare, ut iaceat ſupinus, ἐξυπτιάζω. Fit enim reſupino à nomine reſupinus, quod eſt eiuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici ſupinus: cui opponitur pronus. Terent. in Phorm. Ponè, apprehendit pallio, reſupinat, &c. Ponitur aliquando pro per uertere. Iuuenal. Satyr. 12. aulam reſupinat amici. Aliquando pro perturbare, uel rem cœptam reuocare. Accius Antigone ut citat Non. Quid agis? perturbas rem omnem, ac reſupinas ſorori.

Reſupinus, a, um, pen. prod. Idem quod ſupinus, hoc eſt, ita procumbens ut pars corporis anterior ſurſum, poſterior deorſũ ſpectet: habetq; antitheton pronus, ὕπτιος. Plin. lib. 7. cap. 2. Eosq; Sciopadas uocari, qui in maiore æſtu humi iacentes reſupini umbra ſe pedum protegunt. Ouid. 15. Et modò cantabam ueteres reſupinus amores.

Reſurgo, is, Iterum ſurgo, ἀνίσταμαι. Ouidius libro 1. Faſt. Victa tamen uinces, eueniſq; Troia reſurges, id eſt, reſtitueris. Sic etiam reſurgere dicitur herba, uel arbor, quæ iterum creſcit, ἀναφύεσθαι. Pliuius libro 13. capite 9. Sed præcipua utilitas quòd cæſa anno tertio reſurgit: Ouidius libro 2. Amor. Eleg. lib. 16. Perq; reſurgentes riuis labentibus herbas Gramineus madidam cæſpes obumbrat humum. Vergilius libro 4. Aeneidos rurſusq; reſurgens Sæuit amor, magnoq; irarum fluctuat æſtu. Plinius libro 16. capite 12. A quo deinde tempore maieſtas populi Romani reſurrexit, quæ uaſtata cladibus fuerat.

Reſuſcito, as, a p. Ad uitam reuoco: quodq; ſopitum uel extinctum erat, uigori ſuo reſtituo, ἀναβιώσκω. Ouid. 8. Meta. poſtiramq; reſuſcitat iram.

Retæ, f. p. Sunt arbores quæ ex ripis fluminum eminent, aut in alueis ipſorum exrant. à retibus dictæ, quod prætereuntes naues retinerent inſtar retium & quaſi irretirent. Vnde ex edicto Prætorum, retanda flumina locari ſolebant: hoc eſt, purganda, ne quid moræ, ſiue periculi nauibus in ea uirgulta incidentibus fieret. Hæc ferè Gellius libro undecimo capite 17.

Retardo, as, a. p. Remoror uel detineo, uel moram affero, ἐνίσχω, βραδύνω. Plin. Epiſt. 123. Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo? Cicero 10. Philip. Quem niſi in uia caduca

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Caducæ hæreditates retardassent, uolasse eum, nõ itei feciſſe diceres. Idem 2. de Nat. deor. Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, ſæpe etiã inſiſtũt. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 7. Sed uereor ne nunc mea te fortuna retardet.

Retardatus, a, um, part. Suet. in Othone cap. 8. Et primo egreſſu inundationibus Tyberis retardatus. Claud. 1. in Eutr. Seruatoq; diu puerili flore, coëgit Arte retardatam Veneri ſeruire iuuentam.

Retardatio, onis, Cic. 5. Phil. Vnde eſt adhuc bellum, niſi ex retardatione & mora?

Retaxo, as, a. p. Propriè eſt, cum à quo taxatus fueris, uiciſſim reprehendere, ἀντιτιμᾶν. Aliquando tamen ſumitur pro ſuo ſimplici taxare, τιμᾶσθαι. Suet. in Veſp. cap. 13. Licinium Mutianum notæ impudicitię, ſed meritorum fiducia minus ſui reuerentem, nunquã niſi clàm, & hactenus retaxare ſuſtinuit, ut apud cõmunem aliquem amicum querens, adderet clauſulæ, Ego tamen uir ſum.

Rete, retis, n. t. A rapiendo uel à raritate dictũ, ut Varroni placet, eſt inſtrumentũ quo feræ uel piſces capiuntur, δίκτυον. Verg. 3. Ecl. Si dum tu ſectaris apros, ego retia ſeruo. Apud antiquos etiã legitur nominatiuus Retis, tam maſc. quàm fœ. gen. Plaut. in Rud. Non uides me referre uuidum retem ſine ſquamoſo pecu? Hodie tamen hoc in loco legitur neut. gen. Varro 3. de Re ruſt. Intra retem aues ſunt omne genus. Plaut. in Rud. Neq; piſcium ullam unciam pondo hodie Cepi, niſi hoc quod nunc fero in rete. Quibus in locis retem accuſatiuus, & rete ablatiuus, proculdubiò ſunt à nominatiuo retis.

Reticulum, li, n. ſ. dimin. ἄρκυον. Plin. lib. 31. cap. 6. Item demiſſæ reticulis in mari concauæ è cetaria pilæ, uel uaſa inania obturata, dulcem intra ſe colligunt humorem. Capitur & pro tegmine muliebris capitis, quod capillos continet, κεκρύφαλος. Iuuenal. Satyr. 2. Reticulumq; comis auratum ingentibus implet. Eſt & reticulum, faſculus in modũ retis, quo uiatoras pecuniam & panem geſtabant. Horatius lib. 1. Serm. Sat. 1. ut ſi reticulum panis uenales inter onuſto Fortè uehas humero. Alio nomine dicitur funda, qua nocte utitur Macrob. in Sat. Eſt & reticulum, faſcia quædam lanea, uel linea ad formam retis facta, quã faciei admouemus, ne agnoſcamur. Cic. 7. Ver. Reticulumq; ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo filo, minutiſſimis maculis, plenum roſæ. Accipitur præterea reticulum pro inſtrumento luſorio quo pilam remittimus. Ouid. lib. 3. de Arte, Reticuloq; pilæ læues fundantur aperto.

Reticulus, li, aliud dimin. ab antiquo nomine retis, ἄρκυον. Plinius libro 12. capite 14. Perſona adiicitur capiti, denſuſque reticulus. Varro libro 3. capite 5. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli è neruis ſunt, ut perſpici in ſyluam poſſit.

Reticulatus, a, um, adiect. Quod eſt factum in modum retis, δικτυωτὸς, ut Structura reticulata, quæ figuram plagarum quæ in retibus ſunt, imitatur. Plinius lib. 36. cap. 12. Dictiotheton uocant reticulatam ſtructuram quam frequentiſſimè Romæ ſtruũt, rimis opportunã. Feneſtræ reticulatæ, reticulis obiectia munitæ. Var. 3. de Re ruſt. cap. 7. Περιστερεὼν fit ut teſtudo, magna camera tectus, uno oſtio anguſto, feneſtris punicanis, aut latioribus, reticulatis utrinq;, ut locus omnis ſit illuſtris, neue ſerpens, aliudue aliquod animal introire queat.

Reticularius, rii, m. ſ. Alter ex gladiatoribus dicebatur in arenam depugnantibus, quòd rete ſubſcuto geſtaret, quo aduerſarium ſuum inuolueret, quem Mirmillonem & Gallum appellant, à Gallicæ armaturæ genere, δικτυοφόρος. Hic in ſummo galeæ cono piſcis effigiem geſtabat, & in primo cõgreſſu ceſſim ibat, retiario ſemper inſequente, carmenq; illud occinente, Non te peto, piſcem peto, quid me fugis galle? Huius autem certaminis primum initium à Pittaco profectum exiſtimatur, qui aduerſus Phrinonem dimicaturus propter finium controuerſias, reti occultè ſub ſcuto allato, impediuit aduerſarũ. Quint. lib. 6. cap. 4. Et Pedo de mirmillone qui retiarium conſequebatur, nec feriebat, Viuum, inquit, capere uult.

Retego, gis, xi, ctum, pen. cor. a. t. Quod tectum erat denuo aperio, ἀνακαλύπτω. Verg. 1. Aeneid. cæcumq; domus ſcelus omne retexit. Iuuenalis Sat. 6. Si tibi zelotypæ retegantur ſerinia mœchæ. Horatius lib. 3. Carm. Ode 21. tu ſapientum Curas, & arcanum iocoſo Conſilium retegis Lyæo. Ver. lib. 4. Aen. ubi primos craſtinus ortus Extulerit Titan, radiisq; retexerit orbem.

Rectus, a, um, particip. Vergil. lib. 9. Aeneid. Iam ſole infuſo, iam rebus luce retectis. Catul. Nudantes retecta ueſte papillas.

Retendo, is, Quod tenſum eſt laxo, χαυνόω. Ouid. 3. Metam. nympharum tradidit uni Armigerę iaculũ, pharetramq; arcusq; retentos. Idem 2. Metam. Exuit hic humero pharetram, lentosq; tetendit Arcus.

Retento, uide Retineo.

Retexo, xis, xi, xtum, a. t. Contrarium eſt ſuo ſimplici, ſignificat enim quod textum erat, reddo non textum, ἀναλύω, ἀνυφαίνω. Ouid. 3. Amor. Eleg. 8. Tardaq; nocturno tela retexta dolo. Penelopes telam retexere, prouerbio dicuntur qui magno uel labore, uel ſumptu rem quampiam conficiunt, quam poſtea cogantur deſtruere. Tractum à Penelope Vlyſſis uxore, quę quum tantùm temporis impetraſſet à procis, qui ſuæ pudicitiæ inſidiabantur, donec telam quam tum forte præ manibus habebat, abſoluiſſet, quicquid interdiu texuiſſet, noctu retexebat. Eſt etiam retexere, in contrarium mutare, expolire, emendare, uel potius rurſus texere & redordiri, quaſi aliam telam. Cic. 2. Philip. Itaq; iam retexo orationem illam. Martius Cicer. An quod adulescens præſtiti, quũ etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc tarde præcipitata commutem, ac me ipſe retexam? Item ſignificat diſſoluere, reuocare, irritum facere. Cic. 4. Varr. Omnia erant tũ Metelli eiuſmodi, ut totam ſuam præturam retexere uiderentur. Suprà dixerat, Vt omnes iſtas iniurias quas poſſet, retexeret, Budęus.

Retiarius, Reticulum, Reticulus, uide Rete.

Reticeo, ces, icui, n. ſ. Idem quod ſubticeo, uel ſupprimo, ἀποστωπάω. Cic. 2. de Leg. Quoniã mihi ſermo eſt apud deos, nihil reticebo. Ter. in Heau. Ne lacruma atq; iſtud quicquid eſt, fac me ut ſciã. Nec retice. Cic. 3. Off. Neq; enim id eſt celare, quicquid reticeas, ſed quũ, quod tu ſcias, id ignorare emolumenti tui cauſa uelis eos, quorũ interſit id ſcire. Ouid. 18. Epiſt. Multaq; præterea lingua reticenda moleſta, Quæ feciſſe iuuat facta referre pudet.

Reticentia, æ, f. p. Quum id non dicitur quod dici debuit, ut nimium ædium, uel rei uænalis uerbale, ἀποσιώπησις. Cic. lib. 3. Offic. A Iureconſultis etiam reticentiæ pœna conſtituta eſt. Plaut. in Merc. Dic, enecas me miſerum tua reticentia. Cic. 4. Phil. Actam igitur præclarè uobiſcum fortiſſimi, dum uixiſtis, nũc uerò etiã ſanctiſſimi milites, quòd ueſtra uirtus nec obliuione eorũ qui ſunt, nec reticentia poſteriorũ inſepulta eſſe poterit.

Retineo, es, a. ſ. ſecunda ſyll cor. Remoror, detineo, ἀναλαμβάνω, ἰσχω. Ter. in Eun. Id faciebat retinẽdi illius cauſa Cic. ad Att. lib. 13. Quare niſi iam profecti ſunt, retinebis homines Ouid. 1. de Arte amand. Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo, Aliquando pro cohibeo, coërceo, ἴσχνμι. Ter. in Adel, Pudore, ac liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo, quàm metu. Aliquando pro ſuo ſimplici tenere. Cic. 6. Verr. Sagittæ pendebant ab humero, ſiniſtra manu arcum retinebat. Retinere officiũ, eſt in officio manere. Cic pro Cluen. Neq; in omnibus officiis retinendis diligẽtior eſſe quiſquã poteſt. Aliquando retinere, eſt retrahere aliquẽ, ne cadat. Terent. in Heaut. Ah retine me obſecro.

Retinens, entis, om. t. participium, ſeu nomen ex participio. Cicero ad Quint. Frat. lib. 1. Fert enim grauiter homo, & mei obſeruatiſſimus, & ſui iuris dignitatisq; retinens. Gellius lib. 10. cap. 20. Salluſtius quoq; proprietatum in uerbis retinentiſſimus.

Retentus, a, um, partic. Detentus, remoratus. Cic. 1. Verr. Potamonem Scribam, & familiarem tuum retentũ eſſe à Verre in prouincia, quum tu decederes. Ouid. 10. Met. uerbisq; dolore retentis.

Retentio, onis, uerb. Ipſe retinendi actus. Cic. ad Attic. lib. 13. Semperq; Carneades προβολὴν pugilis, & retentionem auriga ſimilem facit. Idem 4. Acad. Illud certè opinatione, & perceptione ſublata ſequitur, omniũ aſſenſionum retentio, ut ſi offendero, nihil poſſe percipi, tu concedas, nunquã aſſenſurum eſſe.

Ritinacula, quibus aliquid retinetur, uel remoratur, ἐχμαλὰ ut Retinacula uitiũ, id eſt. uimina quibus uites religantur. Vergilius 1. Georg. Atq; Amerina parant lentæ retinacula uiti. Retinacula nauium, id eſt, funes, quibus naues alligantur continenti. Vergil. 4. Aen. Vaginaq; eripit enſem Fulmineum, ſtrictoq; ferit retinacula ferro. Retinacula equorũ, id eſt, lora, ſeu habenæ, quibus equi reguntur. Idem 1. Georgic. Vt quum carceribus ſeſe effudere quadrigæ, Addunt ſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in ſpatia, & fruſtra retinacula tẽdẽs Fertur equis auriga: nec audit currus habenas. Salluſt. in Catil. Nam imperium facile his artibus retinetur, quibus initio partum eſt.

Retento, as, a p. Frequentatiuum. Sæpè retineo, ἐπέχω, Plaut. in Aſinaria, Quur me retentas? Interdum iterum tento id eſt, denuò experior, uel periculum facio, ἀναπειρῶμαι. Ouidius lib. 1. Metamor. Erigitur, metuitq; loqui, ne more iuuencæ Mugiat, & timidè uerba intermiſſa retentat, id eſt, iterũ tentat proferre.

Retondeo, æs, a. ſ. Iteratò tondeo, ἀναπάρω. quanquam non nunquam etiam accipiatur pro tondeo, ſiue detondeo, ut apud Plin. lib. 18. cap. 17. Retonſarum uerò etiam ſemel, omnino certum eſt granum longius fieri. De ſegetibus.

Retono, nas, pen. cor. Contra tono, reſono, ἀντιβροντάω, ἀνιάχω, ἀντιχέω. Catullus, Face cuncta mugienti fremitu loca retonent.

Retorqueo, es, a. ſ. Ictu uel iactu reciproco: ut quum quis ſaxum, telumúe aduerſus ſe proiectum reiicit in aduerſarium, ἀντιστρέφω. Cato Maior, Quòd quidem me proficiſcentẽ haud ſanè quis facilè retraxerit, nec tanquam pilam retorſerit. Alii legunt, Neúe tanquam Peliam recoxerit. Nonnunquam auerto, ſiue reflecto, id eſt, retrorſum flecto. Cicer. in Cati. Oculos ſæpius ad hanc urbem retorquens. Ouid. 3. Metam. Ille dolore ferox caput in ſua terga retorſit. Verg. 12. Aeneid. Auerſos toties currus Iuturna retorſit.

Retortus, a, um, particip. Horat. 2. Epiſt. 1. Mox trahitur manibus regum fortuna retortis. Plinius in Paneg. Quum delatorum ſupina ora, retortasq; ceruices agnoſcebamus & fruebamur.

Retorreo, rui, retoſtum, Aduro, arefacio, καταφύχω, ἀναξηραίνω, Plinius libro 13. capite octauo, Marceſcitq; non retoſtus furnis.

Retorreſcere, n. t. Idem eſt quod retorridum fieri, ἀναξηραίνεσθαι, καταφρύγεσθαι. Colum. libro tertio, capite 3. Deinde ſata non ita enutriunt, ut antè conualeſcãt, ac proſiliant, quàm retorreſcant.

Retorridus, à, um, Solis calore exuſtus, καταπεπαυμένος, ut, Retorrida zona, hoc eſt, nimio ſolis calore ægrè habitabilis. Ramus retorridus, id eſt, arefactus deficiente alimento. Colu. libro tertio. Si in olea unus ramus aliquanto cæteris lætior eſt, niſi eum recideris, arbor tota fiet retorrida. Idem libro 11. cap. 2. Et ſi ſunt parum fructuoſæ, uel cacuminibus retorrida frondis, magnis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circunſpergere.

Retorridè, aduerbium. Plin. lib. 17. cap. 1. Terram amaram ſiue macram ſiquis probare uelit, demonſtrant atræ herbæ, frigidam autem retorridè nata.

Retracto, as, a. p. Denuò ſiue diligentius tracto, in manus reſumo, recognoſco, ἀναπραγματεύομαι, ἀναλαμβάνω. Cic. pro Mur. Nunc tertius ille locus de criminibus ambitus à me retractandus, id eſt, rurſus tractandus poſt alios qui ante me dixerunt. Columella libro quarto, cap. 27. Hæc eorumq; ſimilia poſt putationem retractanda ſunt, id eſt, denuò, & diligẽtius adminiſtranda. Aliquando Retractare, accipitur p refricare, ſiue renouare, ἀνανεόω. Cicero Attico libro octauo, Sed omittamus hæcne augeamus dolorem retractando. Nonnunquam pro retractare, tergiuerſari, ſeu ſubterfugere, ἀναδύεσθαι. Vnde Iuuencum retractantem uocat Columel. libro ſecundo, capite ſecundo, qui iugum ſubterfugit, & in uitus paret bubulo.

Retractatus, a, um, participium, Denuo tractatus. Quint. li. 2. cap. 4. Quoties eandem materiam rurſus à me retractatam ſcribere de integro iuberem. Retractatius opus, id eſt, diligẽtius emendatum, multis locis immutatis, ſecuſq; atq; antea tractatis. Cicero Attico, libr. 16. Sed tamen idem σύνταγμα miſi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipſum, crebris locis inculcatum & refectum.

Retractatio, uerbale, id eſt, Detrectatio, recuſatio, tergiuerſatio ſubterfugium. Cic. Attic. lib. 2. Conficies igitur, & quidem ſine ulla dubitatione, aut retractatione.

Retraho, is, retraxi, retractum, a. t. Retrò, ſiue in contrariã partem traho, ἀνθέλκω. Cic. de Senect. Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit.

Retractus, a, ũ, par. Ci. 6. Phil. Ita mœſtus rediit, ut retractus, nõ reuerſus uideretur. Retracti ꝓpriè dicũtur, qui inter fugiendũ capti, reducũtur eò unde fugerãt. Sall. Cat. Ceparius (nãque is paulò antè ex fuga retractus erat) Cnco Ter. traditur.

Retribuo, is, a. t. Recompenſo, remunero, ἀμείβω, ἀποδίδωμι, Cic. pro Quin. Roſc. Com. Nihil mihi detrahatur, quum illis exactæ ætatis ſeueriſſimè fructum quẽ meruerunt, retribuã. Idem antequam iret in exiliũ, Fidei conducit, ut loco deliũ retribuere. Inde retributio, ἀντάμειψις.

Retrimentum, ti, n. ſ. Cuiuslibet rei excrementũ, ἐκπρίμα. ut Retrimenta olei id eſt, amurca, ſiue humor aqueus. Var. lib. 1. de Re ruſt. ca. 64. Amurca quum ex olea eſt expreſſa, qui eſt humor aquatilis, ac retrimentum conditũ in uas fictile. In animalibus quoq; excrementa omnia, tam humida quàm ſicca, retrimenta uocantur, quæ à Celſo appellantur recrementa. Macrob. lib. 7. In uentre fit prima digeſtio, cuius ſex retrimenta ſunt quæ per inteſtina inferiora, orificio trudente, labuntur. Idem, Aridiora retrimenta in aluũ conuenire refert, humidiora in ueſicam trahi.

Retro, aduerbium, Pone, à tergo, ὄπιθεν, ὀπίσω. cui opponitur antè. Terentius in Heaut. Eſt mihi ultimis conclaue in ædibus quoddam retro. Cicero 2. de Diuin. Tum ei Deus præcepit ut pergeret protinus, quod retro, atq; à tergo fieret, ne laboraret. Interdum motum importat, idem planè ſignificans quod retrorſum. Cic. lib. 5. Epiſt. Retro mihi ad Alpes iter incidit. Verg. 9. Geor. En iterum crudelia retro Fata uocant.

Retroago, retroagis, retroegi, retroactũ, Repellò, retrorſum ago. ἀνασείω, ἀνωθέω, ἀναποδίζω. Plin. lib. 7. cap. 44. Aut quos non honores, currusq; illa ſua uiolentia fortuna retroegit, per mediam urbem Cenſore tracto? Quintil. lib. 11. cap. 1. Capillos à fronte contra naturam retroagere, ut ſit horror ille terribilis.

Retroeo, is, ire, Retrorſum eo, ἀναποδίζω. Plin. lib. 2. cap. 16. Retroire incipiunt ſtellæ.

Retrogradior, eris, d. p. Retrorsũ gradior, ἀναποδίζω, ἀναχάζω, Plin. lib. 2. cap. 15. Ab his retrogradiuntur ad Solem, & occaſu ueſpertino deliteſcunt. Idem lib. 8. cap. 15. Ob id retrograditur in paſcendo.

Retrogradus, a, um, Qui retrorſum graditur, παλίνδρομος. Vt Retrogradus exortus, apud Plin. lib. 2. cap. 17. Retrogradum Tauro & Geminus non fieri.

Retrocedo, & Retrogradior, quaſi retrorſum eo, ἀναποδίζω, ἀναχάζω, ἀναχάζομαι.

Retrorſus, uel Retrorſum, Retro uerſum, ἐπισπόδα, Horat. lib. 1. Carm. num retrorſum Vela dare, atq; iterare curſus. Plin. lib. 7. cap. 15. Ab ea gente retrorſus ad Cyrum amnem produntur ducenta uiginti millia.

Retrorſus, a, um, Quod eſt à tergo, ὀπίσω. Plin. lib. 16. cap. 9. Negat Apollo peſtem poſſe creſcere, quam nuda uirgo reſtringat, atq; ita retrorſa manu terdicat, totiesq; ambo deſpuant. Apul. lib. 2 de Aſino, Deniq; ſæpe retrorſa reſpiciens ſubſtitit. id eſt, reflexa, obliquata, retro conuerſa.

Retrudo, is, pen. prod. a. t. Repello, quaſi retrorſum trudo, ἀνασείω, ἀνωθέω. Plaut. in Epid. Cœpi rurſum uorſum ad illa pauxillatim accedere, quaſi retruderet hominum meis inuitum.

Retundo, is, n. t. Repercutio, cuſpidem uel aciem alicuius rei uſu nimio, uel alio caſu perſtringo, atq; hebeto, ἀμβλύνω. Plin. lib. 16. cap. 4. Molliſſima tilia, eadem uidetur & calidiſſima: argumentum afferũt, quod ſcitiſſimè aſcias retundat. Gladios rerundere, per translationem, pro eo quod eſt uſum eorum uanum & irritum reddere. Cic. 3. in Catilin. Iidemque gladios in Rempublicam diſtrictos retudimus, mucronesq; eorum à iugulis ueſtris reiecimus. Mucronem ſtyli retundere. Cic. pro Cluen. Improbitatem alicuius retundere, Quint. lib. 6. cap. 4.

Retuſus, a, um. particip. Colum. lib. 4. Quod euenit in retuſo & craſſo ferramento. Plin. lib. 37. cap. 15. Tantaq; differentia eſt, ut aliæ ferro ſcalpi non poſſint: aliæ, non niſi retuſo, uerùm omnes adamante. Retuſum ingenium, cui contrariũ eſt acutum. Cic. 1. de Diuin. Et ſunt partes agrorũ aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres, aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa. Ouid. 12. Metam. Tela retuſa cadunt, manet imperfoſſus, &c.

Reualeſco, icis, n. t. Ad ſanitatem redeo, ῥᾴω, ἀναῤῥώννυμαι, ἀναλαμβάνομαι. Gellius lib. 16. cap. 13. Quod in eorum finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo reualuiſſet. Ouidius Epiſt. 20. Ne tamen ignores ope qua reualeſcere poſſis.

Reuaneſco,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Reuanesco, is, Iterum euanisco, ἀφανίζομαι. Ouid 2 Amor. Eleg. 9. Quum bene pertęsum est, animiq; reuanuit ardor, Ne scio quo miserę turbine mentis agor.

Reueho, is, a t. Naui, plaustro, uel iumẽto refero, ἀναπομίζω. Plin. lib. 12. cap. 17. Ex Syria reuehunt styracem. Stat. 2. Theb. Pgamq; superbis Arma tholis, quæq; ipse meo quæsita reuexi Sanguine. Liu. 7. ab Vrbe, Iamq; omissa cunctando uictoria erat, quum Consul uulnere alligato reuectus ad prima signa, Quid stas miles? inquit. Ibidem 3. Conficerent equos uirosq;, ne quis reueheretur inde ad prælium, aut integraret pugnam. Cic. de clar. Orat. Sed ad paulò superiorem ætatem reuecti sumus: nunc ad eam, de qua aliquantum loquuti sumus, reuertamur.

Reuello lis, a. t. Abstraho, auello, aufero, refigo, ἀναστάω, ἀποσκοπάω, ἀποῤῥήγνυμι. Cic. Epist. lib. 15. Tabulam, in qua ciuium nomina incisa erant, reuelli iussit. Col. lib. 2. cap. 3. Boues quum ab opere disiunxerit, subtrictos confricet, manibusq; comprimat dorsum, & pellem reuellat, nec patiatur corpori adhærere. Cic. 6. Verr. Nec prius illam crucem, quę etiamnũ ciuis Romani sanguine redundat, quę fixa est ad portum, urbemq; uestram reuellistis, neq; in profundum abiecistis, locumq; illum omnem expiastis, quam Romam, atq; in horũ conuentum adiretis.

Reuulsus, a, um, part. Ver. 9. Georg. caput à ceruice reuulsum. Ouid. 12. Met. Vtor adest Phareus, saxumq; è mõte reuulsum Mittere conatur.

Reuulsio, onis, f. t. ἀπόσπασμα. Plin. lib. 13. cap. 12. Sed ratio prehendit uitium unius schedæ reuulsione plures infestantes paginas.

Reuelo, as, n. p. pen. prod. Contrarium est, suo simplici uelo, quod tego significat, ἀπαφαίνω, ἀνακαλύπτω. Os reuelatum. Ouidius lib. 6. Fastor. Ore reuelato quum primùm luce parebit.

Reuenio, is, n. q. secunda cor. Redeo, reuertor ἐπανήκω. Plaut. in Amp. Victis hostibus legiones reueniunt domũ. Cic. 1. de Orat. Quum miles domum reueniisset, egisseq; lege in hæreditatem paternã. Tac. lib. 2. Vt quisq; ex longinquo reuenerat miracula narrabant.

Reuera, diuisis dictionibus, uel reuera, unica dictio cõposita, Idem quod reipsa, certè, & quod uulgò dicimus in ueritate, τῷ ὄντι. Cic. pro Quintio, Deinde habet aduersarium P. Quintius uerbo Sext. Mæuiũ, reuera huius ætatis homines disertissimos.

Reuereor, eris, com. s. Aetate, sapientia, uel dignitate antecedenti honorem refero, ciuiq; respectum in re quapiam agenda, aut non agenda habeo, αἰδέομαι. Teren. in Eec. Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile, scio reuereri uitas. Idem in Phorm. age, mitto imperii, non simultarẽ meã Reuereri? saltem non pudere? Cic. Att. 8. Domi nihil est molestius, quã Statii mansuetissimum, nec mõi imperiũ, omitto imperiũ, nõ simultarẽ reuereri tiã meã. id est, iim. ultarẽ meã nihili facere, eiusq; respectu non c õmoueri. Cic. 2. de Inuen. Obseruantiã, per quam ętate, aut sapientia, t honore, aut aliqua dignitate antecedens reueremur & colimus. Ouid. 4. Epist. I nunc, & meriti lectum reuerere parentis.

Referens, Qui alteri defert honorẽ. Plin. Epist. 107. Probũ, industrium, atq; inter ista reuerentissimũ mei. Ouid. 1. Met. Non illo melior quisquã, nec amantior æqui Vidit, aut illa reuerentior ulla deorum.

Reuerendus, Dignus reuerentia, αἰδέσιμος.

Reuerentia, æ, f. p. Hoc est, ingenuus quidã pudor, cum obseruãtia quadã coniunctus, qualis est, minorũ erga maiores, & plebeiorũ erga magistratus, & discipulorũ erga præceptores αἰδώς. Cic. 1. Off. Adhibenda est igitur quædam reuerentia, aduersus homines. Colum. lib. 11. cap. 1. Nulla mansuetudo rei peperit reuerentiam uel discendi, uel profitendi penè immẽ sam scientiam.

Reuerenter, Cum reuerentia, siue honorificè, σεμνῶς. Plin. Ep. 111. Idem quàm reuerenter, quàm fideliter amicos colat, multorum supremis iudiciis, &c.

Reuertor, eris, d. t. & Reuerto, Redeo, quasi retrò uerto, ἀναστρέφω, ομαι, ἐπαναστρέφω, ἐπανακάμπτω. Cic pro Mur. Vnde cum honore discesseris, eodẽ cum ignominia reuerti. Idem App. Ephęso Laodiceam reuertor. Et lib. 3. Off. Factus est alter eius sistendi uas, ut si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Plautus in Aul. Iam ad te reuertor. Aliquando reuerti ponitur simpliciter pro uenire, diuertere Cic. de Fato, Ad Chrysippi laqueos reuertamur. quum nihil de Chrysippo antea dixisset. Sciendum apud Cic. sæpe inueniri reuertõ, actiuè, uix aliter quàm in præterito, aut in temporibus ab eo formatis. Exemplum habes paulò antè.

Reuertendi. Ouidius Epistol. 1. Nesse reuertendi liber abesse uelis.

Reuersurus, part. Ouid. 1. de Arte am. Pœna reuersura est in caput ista meum.

Reuersio, onis, Ipse reuertendi actus, ἀπαντοδία. Cic. 1. Phil. Exponam uobis breuiter consilium & profectionis, & reuersionis meæ.

Reuincio, cis, xi, ctum, a. q. Religo, retrò uincio, uel uehemẽter & arctè ligo, ἀναδίσομένω. Ver. 2. Aen. Ecce manus iuuenẽ interea post terga reuinctum. Cæs. 7. bell. Gall. Reuinciuntur retrorsus, & multo aggere uestiuntur. Ibidẽ, Anchoræ pro funibus ferreis catenis reuinctæ. Proper. lib. 3. Eleg. 14. Latus ense reuincit.

Reuínco, cis, uici, ctum, a. t. Conuinco, confuto, ἀνασκινάζω. Cic. pro Arch. Nunquã enim hic neq; suo, neq; amicorũ iudicio reuinceretur. Gel. lib. 6. cap. 2. Quum in culpa & maleficio reuicti sunt, perfugiunt ad fati necessitatem.

Reuiresco, is, n. t. Ad pristinam uiriditatẽ reuertor, ἀναθάλλω Columel. lib. 2. cap. 1. Non est ergo exiguarũ frugum causa terræ uetustas, si modò quũ semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuirescere, nec repubescere potest. Ouidius 2. Metamor. Læsasq; iubet reuirescere syluas. Per translationem accipitur pro renascor, & reuiuisco, & uires resumo. Cicero ad Att. lib. 15. Epist. Ille enim nunquam reuiuisset, si nos timor confirmare eius acta non coëgisset. Idem de Prouinc. cons. Impolitæ uerò res & acerbæ, si erunt relictæ, quam quam sunt absciss æ, tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescent.

Reuíso, is, a. t. Redeo ut uideam, ἀνασκοπέω ἐπομαι. Terent. in And. Reuiso quid agant, aut quid captent consilii. Plaut. in Truc. Num quidnam me uis aliud? P. Vt quando otium tibi sit, me reuisas. id est, ad uidendum me reuenias. Dicimus etiam, reuisere ad aliquẽ. Gell. lib. 13. cap. 29. Quum ualebo ab oculis reuise ad me.

Reuisito, as, pen. cor. freq. est à uiso. Plin. lib. 18. cap. 3. Nundinis urbem reuisitabant.

Reuiuisco, is, xi, ctũ, n. t Ad uitã redeo, ἀναβιῶ ἀναβιώσκομαι. Cicero 4. de Finib. Quid si reuiuiscant Platonici illi, & deinceps illi qui auditores eorum fuerunt, & tecum ita loquantur? Cic. in Pison. Is ubi galli cantum audiuit, suum suum reuixisse putat. Ponitur aliquando reuiuiscere, pro recreari, respirare, & uires resumere. Cicero Att. Ciuitates suis legibus suetæ, ἀυτονομίαν adeptæ, reuixerunt. Cic. ad Octauiũ, In quibus reuiuiscente iam libertate, deinde rursus oppressa, senatus nihil consulitur. Idem in Philip. Senatus ad authoritatis pristinę spem reuiuiscit. Idem de Arusp. resp. Reuiuiscere, respirare à metu cædis, emergere è fluctibus seruitutis. Ouid. 1. de Pon. Eleg. 4. En iam deficiens sic ad tua uerba reuixi, Vt solet, &c.

Reunctor, oris, m. t. Dicitur is cuius ministerio utuntur medici qui iatrolepticen, hoc est, unctoriam medicinam exercent, ἀναλήπτης, ἰατραλείπτης. Plin. lib. 29. cap. 1. Prodicus Selymbriæ natus, discipulus eius instituens quem uocant iatrolepticen, reunctoribus quoq; medicorum, ac mediastinis uectigal inuenit.

Reuoco, as, à. p. pen cor. Retrorsum uoco, redire iubeo, ἀνακαλύμαι. Teren. in Phor. Reuocemus hominem. Sall. Sæpius uindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnauerãt, quiq; tardius reuocati prælio excesserant, quàm qui signa reliquerant, aut pulsi loco cedere aussi erant. Plaut. in Curcul. Postquam hæc mihi narrauit, abii ab illo, reuocat me illico. Ponitur aliquando pro retraho. Cic. 2. de Leg. Quàm multos diuini supplicii metus à scelere renocauit? Aliquando pro rursus uocare. Cicero de Leg. Agrar. contra Rull. Quò prouocati à me uenire noluerunt, reuocati saltem reuertantur. Reuocare pedem, idem quod referre pedẽ, hoc est, retrorsum redire, ἀναστρέφω. neq; solùm de iis quæ pedes habent, uerumetiã de inanimatis dicitur, ut de fluminibus. Vergil. 9. Aeneid. cunctatur & amnis Rauca sonans, reuocatq; pedem Tyberinus ab alto. Reuocari item dicebãtur anagnostæ, quum aliquid parum intellectum, perperamúe recitatum, inbebantur repetere, ἀναποδίζω. Plin. Iun. Cęcilio. Memini quendã ex amicis quũ lector quædã pronunciasset, perperã reuocasse, & repeti coëgisse. Huic annunculũ meum dixisse, Intellexeras nempe. Cui quum ille annuisset, Cur ergo reuocabas? decem amplius uersus hac tua interpellatione

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tione perdidimus. Ponitur aliquando reuocare pro reducere. Cic, pro Cluent. Tribunus pleb. populo concitato rem penè ad manus reuocasset. Aliquando pro instaura re. Suet. in Claudio Nero. Reuocauit & præmia coronarum quæ unquam sibi in certaminibus ciuitates detulissent. Reuocare se, est recantare, & superiorem sententiam reuocare, παλινῳδῆμ. Cic. 4. Acad. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, hisq. Reuocare ad uitam, resuscitare, ἀναβιώσκω Cicero ad Att. lib. 7. C. Cassium Tribunum plebis Philotimi literæ ad uitam reuocarunt. Huius compositum est Adreuoco. Cic. lib. 1. Off. Danda igitur opera est, ut si etiam aberrare ad alia cœperit, adreuocetur oratio.

Reuocatio, onis, Reuocandi actus, ἀνάκλησις. Cic. 13. Philipp. Receptui signum, aut reuocationem à bello audire nõ possumus. Idem 3. Tusc. Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit: uocatione à cogitanda molestia, & reuocatione ad contemplandas uoluptates.

Reuocamen, nis, Idem quod reuocatio. Ouid. 1. Fast. Accipio reuocamen, ait: uocemq. secutus Impia per syluas uictor ad antra uenit.

Reuocabilis, le, Quod potest reuocari. Ouid. ad Liuiam, Supri me iam lachrymas, non est reuocabilis istis, Quẽ semel umbrifera nauita lintre tulit. Idem 1. Metam. Motus erat, quũ iam reuocabile telum Non fuit arcitenens,

Reuolo, as, n p. pen. cor. Retrò uolo, ἀναπέτομαι. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Exq. grues in tergo præuolantium colla, & capita reponunt: quod quia ipse dux facere non potest, quia nõ habet unde nitatur, reuolat, ut ipse quoq. quiescat: in eius locum succedit ex iis quæ assequuntur, eaq. uicissitudo in omni cursu conseruatur. Varro 3. de Re rust. cap. 5. De illo genere sunt turdi aduentitio, ac quotannis trans mare in Italiã aduolant circiter æquinoctium autumnale, & eodem reuolant ad æquinoctium uernum. Ver. 1. Georg. Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi.

Reuoluo, is, ere, a t iterum siue retrorsum uoluo, ἀναπυλίω. ut, Reuoluere saxum, ide est, eõdem uolutare unde ad nos est uolutum. Reuoluere libros, est iterum atq. iterum euoluere. Liu. 4. bel. Macedd. Tuas aduersus te Origines reuoluã. Libros Originum Catonis intelligit. Mart. libr. 11. Sunt illic duo, tresúe qui reuoluant Nostrarum tineas ineptiarum. Verg. 10. A n. iterumq. reuoluere casus Da pater Iliacos Teucris. Ci. ad Att. li. 13. Itaq. reuoluor identidem in Tusculanũ. Idem 4. Acad. Ita imprudens eò, quò minime uult, reuoluitur, id est, recidit.

Reuolutus, a, um, particip. Redactus. Liuius 4. ab Vrbe, & reuolutus ad dispensationem inopiæ, profiteri cogendo frumentum, & uendere quod usui menstruo superasset: fraudando que parte diurni cibi seruitia, &c. Reuolutus, apertus Vergilius decimo Aeneidos & interca reuoluta ruebat Matura iam luce dies.

Reuolubilis, ile. Ouid. in Ibin, Sisyphe, cui tradas reuolubile pondus habebis.

Reuomo, mis, a. t. pen. cor Idem quod euomo, ἀνάγω. Verg. 5. Aen. & salsos rident reuomentem pectore fluctus. Silius lib. 10. Ac miseri fluitant reuomentes æquora nautæ. Plin. libro 10. cap. 72. Dracones auibus deuoratis solidis, contentione plumas & ossa reuomunt.

Reus, rei, m. s Dicitur quicunq. in litem adducitur, etiamsi nihil admiserit, ὁ φεύγων, ὁ διωκόμενος. Huic opponitur Actor, qui reum in iudicium uocat. Ci. li. 2. de Or. Reos appello nõ modò eos qui arguuntur, sed omnes dequorũ re disceptatur. Vnde à re dicitur reus, quòd rei alicui obnoxius sit, uel à re quam promisit. Reum fieri (ut Ascon. inquit) nihil aliud est nisi apud Prætorem legib interrogari, ἐς ἀγῶνα, ἐς κίνδυνον καθίσαι. Quũ enim in ius uctũ esset, dicebat apud Prętorẽ accusator reo, Aio te (uerbi gratia) Siculos spoliasse: Si ra cuisset, lis ei æstimabatur, ut uicto: si negasset, petebat à magistratu diem accusator, inquirendorum criminum, & instruebatur accusatio. Hactenus Asconius. Reus agitur, qui accusatur, κρίνεται, διώκεται, ἐνδύεται. Reus peragitur, qui damnatur, καταδικάζεται, κατακρίνεται. Plinius Iunior, Dum ille peragitur reus, sedimus. Iureconsultus, Peregisse reum non aliàs quis uidetur, nisi condemnauerit. Reus stipulandi, dicitur is qui stipulatur: quemadmodum reus promittendi, qui promittit. Autor utriusq. est Modest. l. 1. Digest. de duob. reis constit. Reus uoti, dicitur is qui susceptо uoto se numinibus obligat. Verg. 5. Aen. Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum Constituam ante aras uoti reus. Vide de hoc plura in uerbo Damno

Rhabduchi, ῥαβδοῦχοι, Græco nomine dicebantur quos Romani lictores appellãt, tracta appellatione à uirgis & fascibus, quæ magistratibus anteferebant. Virgas enim ῥάβδους Græci nominant.

Rhacinus, ni, Pisces pulli coloris, à nemine eorum qui Halieutica scripserunt, prętereq. ab Ouidio, cõmemoratus, obid fortassis, quòd non alibi, quàm in Ponto nascatur, ubi supremis suis tẽporibus opus hoc Ouidius inchoauit. Vide Plin. lib. 32. cap. ult.

Rhacoma, Herba de qua Plin. lib. 27. cap. 12. Rhacoma (inquit) affertur ex his quæ supra pontũ sunt, regionibus. Radix costo nigro similis, minor & rufior paulò, sine odore, calefaciens gustu, & astringens. Ruell. eandẽ putat cum ea quã suprà Rha Ponticũ uocari diximus, suspicatur tamen apud Plin. uocem esse corruptam.

Rhagades, ῥαγάδες, & Rhagadia, neut. gen. Vocantur scissuræ quæ in sede & pedibus proueniunt. Dictæ Rhagades à uerbo Græco ῥαγίζω, quod significat abrumpo. Plinius lib. 23. cap. 4. Attrita sanat & furfures rhagadas, condylomata, articulos luxatos. Idem cap. 7. eiusdẽ libri, Arboris ipsius cinis ex melle sedat rhagadia.

Rhagion, ῥάγιον, Asanei genus acino nigro simile, pedes breuissimos habens, osq. quàm minimũ, idq. sub aluo, ita dictum, ab acini parui similitudine, quod Græci ῥάγιον appellant. Vide Plin. lib. 29. cap. 4.

Rhagoides tunica, ῥαγοειδὴς χιτὼν. Tertia oculi tunica est, inter κερατοειδῆ καὶ ἀραχνοειδῆ sita, nigræ uuæ acini similitudinem referens: unde & nomen accepit. Ducit originem ex tenui meninge, unde & χοροειδὴς appellatur. Parte sui anteriore, & media, foramẽ habet, quod pupillã uocam⁹. Cels. lib. 7. ca. 7. de natura oculorum loquens, Oculus, inquit, summas habet duas tunicas ex quibus superiorà Græcis κερατοειδὴς uocatur. Ea qua parte alba est, satis crassa pupillę loco extenuatur. Huic inferior adiuncta est, media parte qua pupilla est, modico foramine cõcaua, circa tenuis, ulteriorib. partibus ipsa quoq. plenior, quæ ῥαγοειδὴς à Græcis nominatur. Hæ duæ tunicę quũ interiora oculi cingant, rursus sub his coëunt, extenuataq., & in unum coactæ, per foramen, quod inter ossa est, ad membranam cerebri perueniunt, eiq. inhærescunt. Sub his autem, qua parte pupilla est, locus uacuus est.

Rhamnus, rhamni, ῥάμνος, Rubi genus est candidius & fruticosius, ramos spargens rectis aculeis, non, ut cæteri, aduncis, foliis maioribus. Sunt & alia Rhamni genera quæ uide apud Plinium libro 24. cap. 14. & Ruellium lib. 1. cap. 123.

Rhaphanus, ni, m. s Dioscorida Herba est notissima, quam Romani radicem uocant, in assarum carniũ cõdimentis præcipuam habens gratiam.

Rhaphanus agria, Plinio, ῥαφανὶς ἀγρία, Dioscoridi, Herba est, ad rhaphani similitudinem accedens, quam Romani & rhaphanum syluestrem, & armoraciam uocant. Vulgus reponticam appellat.

Rhaphius, m. s animal est, effigie lupi, pardorũ maculis, qđ ante lupos Pompeii magni Roma non uiderat. Alio nomine dicitur Chaus. Vide Plin. l. b. 8. cap. 19.

Rheda, æ, f. p Genus leuiculi currus, in quo gestabantur nobiliores in uillas suas, cuiusmodi sunt hodie, quos itali Cochos uocant ῥοῦς. Quint. Gallicum uocabulũ esse docet, eiusdem ferè significationis est apud Latinos Carruca. Cicero Att. lib. 5. Hanc epistolam dictaui sedens in rheda, quũ in castra proficiscerer.

Rhedarius, Dictus est auriga, rectorq. ipsius rhedæ, ἡνιοχήσας. Cic. pro Mil. Aduersũ rhedarium occidunt.

Rhedarius, adiectiuum, ut Rhedarius mulus, qui rhedam ducit. Varro 3. de Re rustic. cap. 17. Celerius uoluntare Hortensii ex equili educeres rhedarios, ut tibi haberes mulos, quàm è piscina barbatum mulum. Inde Epirrhedium de quo suprà.

Rhenones, Vestes pellicęæ, ex ouiũ præcipuè, & caprarũ pellibus confectæ, διφθέραι, σίσυραι. quæ uox à Grecis fluxisse putatur, qui oues ῥῆνας appellant. Quanquam non desunt qui à Rheno fluuio nomen sumpsisse existiment, propterea quòd Rhenani populi hisce peculiariter utebãtur. Cæsar enim Cõmentar. lib. 6. scribit Germanos uti paruis rhenonum regmentis.

Rheon,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Rheon, ῥεῶν, A Græcis appellatur radix nobilis, quam Romani Rha Ponticum, Arabes Rha barbarũ uocant. De hac uide suprà in dictione Rha.

Rhetor, m. r. ῥήτωρ, Qui artem oratoriam docet, differtq; ab oratore, quòd orator sit qui in iudiciis, & concionibus causas agit, rhetoricen profiterur: declamator, qui aut docendi alios, aut exercendi se gratia fictam causam agit, ut ueris postea causis sit exercitatior. Cic. Quint. Frat. Pæonius rhetor, homo, ὀρνιθοκόπος, ualde exercitatus. Idem 4. Philip. Quasi rhetor ille te disertum facere potuisset. Apud Græcos tamen rhetores etiam dicuntur qui apud Latinos oratores, nec mirum, quum ab eloquendo rhetores dicti sunt, teste Cicerone 3. de Oratore.

Rhetorica, æ, f. p. ῥητορικὴ, siue Rhetorice, ces, Ipsa rectè dicendi ars, siue exercitatio. Cic. 2. de Fin. Zeno omnem uim loquẽdi in duas partes tributam esse dicebat, rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. Quin. lib. 2. cap. 15. Huic eius substantiæ maximè conuenit finitio, rhetoricen esse benedicendi scientiam.

Rhetorica, orum, n. s. ῥητορικὰ, τὰ, Libri de rhetorica conscripti, siue ipsæ præceptiones rhetoricæ. Cic. de Fato, Mihi uestra rhetorica satis nota sunt.

Rhetorici, orum, m. s. substant. Libri de rhetorica conscripti. Quintilianus libro 3. cap. 1. Post quem tacere modestissimum foret, nisi & rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret. De Cicerone. Idem numero quoque singulari usus est lib. 3. cap. 5. Sicut & Ciceronis quoq; rhetorico primo manifestum est. Et rursus capite 8. Nec me fallis, in primo Ciceronis rhetorico aliam esse loci negotialis interpretationem.

Rhetoricus, a, ũ, ῥητορικὸς, Quod ad rhetorẽ, siue rhtoricẽ pertinet. Cic. 2. de Orat. Rhetoricis quibusdã libris quos tu agrestes putas. More rhetorico loqui, Cic. 1. de Ora. Ars rhetorica, Idem 4. de Finib.

Rhetoricè, aduerb. ῥητορικῶς. Cicero de Clar. Orator. Hanc enim mortem rhetoricè, & tragicè ornare potuerunt. Idem 2. de Finib. Rhetoricè igitur, inquam, nos mauis, quàm dialecticè disputare.

Rhetoricor, aris, Rhetorum more loquor, ῥητορεύω. Hieron. cõtra Heluid. Rhetoricati sumus, & in morem declamatorum paululum lasimus.

Rhetorisso, as, Rhetoricè loquor, ῥητορίσσω. Nonius,

Rheuma, atis, n. r. ῥεῦμα. Fluxio humoris à cerebro in partẽ aliquam decumbens, ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo.

Rheumaticus, a, ũm, Qui rheumate, siue fluxione laborat. Plinius lib. 29. cap. 6. Aristas clysteribus infundendas orthopnoicis, aut reumaticis.

Rheumatismus, mi, ὁ ῥευματισμὸς. Fluxio humoris, à cerebro manans, odoratus instrumentum obstruens, & grauedinẽ afferens, à uerbo ῥευματίζομαι, quod est fluxione noxii humoris infestor, & grauedine laboro. Plin. lib. 22. cap. 18. Decoquunturq; in cibo contra fluxiones quas Græci rheumatismos uocant.

Rhibis, fruticis genus quod & Sisamon σισάμου appellant, folio uitium caule ferulaceo semine ad similitudinem ricini.

Rhinoceros, otis, ῥινόκερως, Animal quadrupes, habens in nare unum cornu, unde hominẽ sagacẽ & prudentẽ, nasum Rhinocerotis habere dicimus. Martial. lib. 1. Iuuenesq; senesq; Et pueri nasum rhinocerotis habent Rhinoceros (inquit Plin. lib. 8. cap. 20.) genitus hostis elephanto, cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione aluum maximè petens, quam scit suis ictibus peruiam esse. Solinus dicit repandum esse, id est, recurũ eius cornu, & attritũ cauribus in mucronem ex iari pugnareq; cum elephantibus, longitudine parem, breuiorẽ cruribus. Pausanias affirmat rhinocerota duo habere cornua, alterũ insigni magnitudine ex naribus extans, alterũ quod supernè erumpit, exiguũ quidẽ, sed ualidissimum. Festus, Rhinocerota, quidã putant esse bouem Aegyptium. Compositum nomen à ῥὶς, ῥινὸς, quod nasum significat, & κέρας cornu. Martial. lib. 14. rhinocerotem figuratè posuit pro gutto ex rhinocerotis cornu cõfecto, quo oleum in balneis lotorũ corporibus gutarim solebat instillari. Verba eius sunt hæc, Gestauit modò fronte me iuuencus. Verùm rhinocerota me putabis.

Rhinoclisia, Alterum callæ herbæ genus, de quo Plin. lib. 2. cap. 8.

Rhizias, ῥιζίας, Succus est è radice laserpitii profluens, nam qui è caulibus exprimitur, caulias appellatur. Plinius lib. 19. capite 3.

Rhodinum oleum, ῥόδινον ἔλαιον, E rosis, quod rosaceum nostri nuncuparunt. Est enim ῥόδιον & adiect. à ῥόδον, quod Latinè rosam significat. Olei huius meminit Plinius lib. 15. capite 7.

Rhodinum unguentum, ῥόδινον μύρον, Quod fit oleo rosaceo; de quo Plin. lib. 15. cap. 7.

Rhodites, ῥοδίτης, Gemma à rosæ rubore nomen sortita. Plinius lib. ult. cap. 11.

Rhododaphne, ῥοδοδάφνη Frutex est, quem alio nomine uocant rhododendron, florẽ habens similẽ rosæ, folium aũt in deciduũ simile lauri foliis, unde rhododaphne appellatur, nomine ex rosa & lauro compositio. ῥόδον enim Græci appellant, quam nos rosam, & quam nos laurum dicimus, illi uocant, δάφνην.

Rhododendros, siue Rhodendron, ῥοδόδενδρον, Dioscoridi frutex est florem ferens rosæ similem, foliumq; indeciduum, non dissimile lauri foliis, unde & rhododaphnen appellarunt. Rhododendron autem idcirco uocant, quod in arbusculæ altitudine excrescat, δένδρον enim arborem uocant, quasi dicas arborem rosas ferentẽ, uel rosam arborescentem. Efferur autẽ tam fœminino genere, quàm neutro. Plin. lib. 16. cap. 20. Et quanuis herba Sabina dicatur rhododendron. Idem lib. 24. cap. 11. Rhododendros ne nomen quidẽ apud nos inuenit Latinum.

Rhodonia, ῥοδωνία, rosariũ, id est, locus rosis consitus, Rosetum idem. Est item nomen herbæ, quam μυοσωτίδα uocant de qua superius.

Rhodora, ῥοδόρα, Herba quæ caulem habet uirgæ ficulneæ modo geniculatum, folia uiticæ, in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florẽ argenteũ ad similitudinem rosæ. Plin. lib. 24. cap 19.

Rhœas, adis, ῥοιὰς, Erosio caruncularum quæ est in maiore angulo oculi.

Rhoicæ, ῥοϊκαὶ, Mulieres quarũ uuluæ rheumatismo, id est, fluxionibus laborant.

Rhoites, ῥοΐτης. Uinũ ex malis punicis expressum, quæ Græci ῥοΐτας appellant Dioscor. lib. 5. cap. 25.

Rhombus, bi, m. s. ῥόμβος. Græco uox est, significans figuram tetrapleuron, id est, quadrilateram, cuius latera omnia sunt æqualia, anguli uerò obliqui. Utebantur eo maleficæ mulieres ad deducendam Lunam, rotis filis confecto. Ouid. 1. Amor quid torto concita rhombo Licia? Mart. lib. 9. Quæ nunc Thessalico Lunam deducere rhombo. Propert. lib. 2. Deficiunt magico forti sub carmine rhombi. Item rhombus est machinula illa quam uertendo mulieres tramam ad lanificium nent. Est item rhombus, piscis plani genus, à figura dictum. Iuuen. Sat. 4. Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi Ante domum Veneris,

Proverb. Nihil ad Rhombum.

Rhomphæa, ῥομφαία, Framea, seu teli longioris genus. Val. Flacc. lib. 6. Argon. penultimam syllabam corripuit, abiecta uocali præpositiua, aut certè diphthongo, Græca licẽtia, correpta. Aequaq; (inquit) nec ferro breuior, nec rhomphæa ligno.

Rhonchus, m. s. ῥόγχος, Sonus quem edunt stertentes, à uerbo Græco, ῥόγχω, quod est, sterto. Per translationem accipitur pro irrisione. Martial. lib. 1. Maiores nusquam rhonchi, &c.

Rhonchisso, as, Sterto. ῥογχάζω. Plaut. Cyathissat dum cœnat, dum dormit rhonchissat.

Rhonchisonus, adiect. Quod rhonchorum sonum imitatur, & ad irrisionem spectat. Sidon. Nec nos rhonchisono rhinocerore notas.

Rhopalon, ῥόπαλον, Herba quæ notiore nomine nymphæa appellatur. Rhophalon autem appellatum existimant ab eo quod radicem habeat ῥοπάνης, hoc est, clauæ similitudinem referentem.

Rhus, ῥοῦς, Frutex in petris nascẽs, binũm cubitorum altitudine, foliis oblongis, subrubentibus, in ambitu serratis. acino uuarum gracilium denso, magnitudine terebinthi. Quidam coriarium fruticem appellant, quòd coriarii eo utantur ad inspissandas pelles. Galli Viurnam uocant. Rhus item Plinio herba est syluestris, breuibus coliculis, foliis myrthi, tineas & uenena pellens.

Rhypa,

Rhyparographus, ῥυπαρογράφος, Sordidarum rerum, humiliumq; pictor. Sic enim cognominatus fuit Pyreicus, pictor excellens quidem, sed qui tonstrinas, ac sutrinas asellos, obsonia, aliaq; huiusmodi humilia secutus est. nã ῥαπαρὸν. Græci sordidum dicunt.

Rhytion, ῥυτὶς. Vasis genus, lunari specie. Mart. lib. 2. Quum sint crura tibi, similent quæ cornua lunæ, In rhytio poteris Phœbe lauare pedes.

Rhythmus, mi, ῥυθμός. Latinè numerus, harmonia. Quin. lib. 9. de Instit. cap. 4. Sunt numeri rhythmi, qui neq; finem habent certum, nec ullam in contextu uarietatem, sed quæ cœperunt sublatione, ac positione, ad finẽ usq; decurrũt. Dio medes, Ryhthmus est uersus, imago modulata, seruans numerum syllabarũ, positionẽ sæpe sublationemq; continens. Differt à metro, quia temporũ, syllabarũ, pedumq; congruẽtia in infinitum multiplicatur, ac profluit. Hinc Ryhthmicus, rhythmorum concinnator, ῥυθμοποιὸς. Cic. 3. de Oratore, Nec sunt hæc rhythmicorum ac musicorũ acerrima norma dirigenda.

R I

Rica, cæ, f. p. Veli genus erat, à ritu dictum teste Var. lib. 4. de ling. Lat. quòd eo mulieres Romano ritu sacrificantes, caput uelabant, μίτρα. Ricæ (inquit Festus) palliola erant, ad usum capitis facta, Idem paulò pòst ex Granij sententia, cingulum capitis interpretatur, quo procincta Flaminica solet redimiri. Et alibi, Rica est quadratum uestimẽtum, fimbriatum, & purpureum, quo pro palliolo, seu uitta utebantur Flaminicæ. Alii dicunt quod ex lana fiat succida alba, quod conficiunt uirgines ingenuæ, patrimæ, matrimæ, ciues, & inficiunt cæruleo colore. Hæc Fest. Plaut. in Epid. Supparum, aut subminiam, ricam, basilicum, aut exoticum. Nonius Ricam sudarium interpretatur. huius diminutiuum est Ricula, quod legitur apud Fest.

Ricinus, & ricinum. s. uel (ut quidam malunt) recinum, dicitur à reiiciendo, uestis antiquissima quadrata, ut inquit Var. cuius partem mediam retrorsum iaciebant, τρυβώνιον. Vnde Riciniati mimi. Seru. lib. 1. Aen. Ricinius dicitur ab eo quòd post tergum reiicitur. Fest. ricinium est omne uestimẽtum quadratum. Apud Cicer. 2. de Leg. legitur ricinium per quatuor syllabas: extenuato (inquit) sumptu tribus riciniis & uinculis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. Est & ricinus, genus uermis canum boũq; aures accerrimè infestans, κρότων. Varr. 2. de Re rust. cap. 9. Quidnam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt catulorum aures, quòd ricini soleant (si hoc unguine non sis usus) eas exulcerare. Ab huius animalis similitudine ricinus dicitur frutex, aut herba instar arboris, grana ferens ricinis animalibus similia: quam Dioscorides arborosum fruticẽ esse dicit, similem ficui, sed minorem, folia habẽtem similia platano, sed maiora, læuia, & nigriora ex qua exprimitur oleũ ricininum, κρότωνον. Vulgus Palmam Christi appellat.

Rictus, uide Ringo.

Rideo, des, risi, risum. n. s. Modò absolutè ponitur sine casu, γελάω, μειδιάω: Gel. li. 1. Rex, quasi anus ætate desiperet, risit. Cic. 2. de Finib. M. Crassus, quem semel ait in uita risisse Lucilius. & ea re ἀγέλαστον uocatum. Modo datiuum admittit pro arrideo. Rideo tibi. Verg. 5. Aen. risit pater optimus olli. Quũ autẽ accusatiuũ habet, significat derideo, καταγελάω. Plaut. in Stich. Aecastor, risi te hodie multùm. Terent. in Adelp. Rideo hunc: primùm ait se scire: is solus nescit omnia Cicero de Arusp. resp. Quum riseritis impudentiam hominis, &c. Ouid. 2. Fast. Ridet amatorem Lyda puella suum. Transfertur & ad plantas, quæ ridere dicuntur, quum coloris amœnitate spectantium oculos oblectãt. Verg. 4. Ecloga, Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho.

Ridens, tis, participium: Horat. in Arte, Vt ridentibus arridentur flentibus adsunt Humani uultus.

Ridendus, id est, deridendus. Horat. 3. Epist. 1. Solue senescentẽ maturè sanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus.

Ridibundus, adiectiuum. Plaut. in Epid. Illam ridibundam, atque hilaram hùc adduxit simul.

Ridiculum, li, n. s. substantiuum. Dictum factumúe risum excitans, τὸ γελοῖον, τὸ γελοῖον. Cicero lib. 2. de Orat. Sæpe etiã sententiosè ridicula dicuntur. Plaut. in Sticho, Me meum obtenturum ridiculis meis. Hinc Gellius lib. 17. cap. 1. formauit compositũ. Deridiculũ, Vt uel ipsa re quòd ita dicebat, opprobraret aduersariis, & per facetias ostentaret, facere eos deridiculũ, quòd perinde Cælio formã habet crimini darent, quasi arbitriũ eius fuisset, quali forma nasceretur. Plaut. in Amph. Et quidẽ ioco illa dixerã dudũ tibi ridiculi causa. Ter. in Heaut. Ridiculũ est istuc me admonere Clitipho. Idẽ in Eun. Ridiculum enim non cogitaras.

Ridiculus, a, um, Qui alii risui est, καταγέλαστος. Iuuenalis, Nihil habet infelix paupertas durius in se, Quàm quòd ridiculos homines facit. Interdum accipitur pro scurra, hoc est, risus concitatore, quem Græci γελωτοποιὸν nominant. Cicero Attic. Facie magis, quàm facetiis ridiculus. Idem alibi, C. Sicinius homo impurus, sed admodum ridiculus. Sic dicimus locos ridiculos. Plaut. in Stich. Iocos ridiculos uendo, agite licemini.

Ridiculè, aduerb. Cic. 1. de Orat. Non modò acutè, sed etiã ridiculè, ac facetè.

Ridicularius, adiect. Idem quod ridiculũ, καταγέλαστος. Plaut. in Asin. Mitte ridicularia, id est, ineptias, dignas quæ risu excipiantur. Gel. lib. 4. ca. 20. Qui iurabat, cauillator quidã, & canicula, & nimis ridicularius fuit, id est, risum excitandi studiosior quàm conueniret.

Risio, onis, uerb. Plaut. Quot risiones, quot iocos.

Risor, oris, m. t. Id est, irrisor, καταγελαστὴς. Horatius in Arte, Verùm ita risores, ita commendare dicaces Conueniet Satyros.

Risus, us, m. q. Ridendi actus, γέλως. Plaut. in Mil. Neq; hercle quidem risu meo moderarier. Tenere risum. Cic. de Clar. Orat. Equidẽ in quibusdã uix risum tenebã. Concitare risum Idem 2. de Ora. Atq; illud primùm quid sit ipse risus, quo pacto conciterur, ubi sit, quomodo existat, atq; ita repentè eũpat, uiderit Democritus. Captare risum. Idem 4. Tusc. Mouere risum, Idem Attic. In quo ille mihi risum magis quàm stomachum mouere solebat. Edere risus, Idem Q. frat. Memini miros nos risus edere.

Ridicæ, pen. cor. Pedamenta uinearum quæ è quærcu, & iunipero solent fieri optima, μύσχοι. Varr. lib. 1. de Re rust. cap. Vnum robustum, quod optimũ solet afferri in uineã è quercu ac iunipero, & uocatur ridica. Colum. libr. 11. cap. 2. Palos una opera cædere, & exputatos acuere centum numero potest: ridicas aũt quermeas, siue oleaginas findere, & dedolatas utraq; parte exacuere numero sexaginta. Idem libr. 4. cap. 12. Hic annus nondum uehementem palum, aut ridicam desiderat. Pedamentum uinearum (inquit Bud.) aut est fissile, ut ridica: aut est teres, ut palus.

Ridículus, uide Rideo.

Rígeo, Rigídus, uide Rigor.

Rígo, as, 2. p. Madefacio, humorẽ aspergo, ad aquo, ἀρδεύω, βρέχω. Plin lib. 22. cap. 11. Rigatur ardor gelidis fontibus. Ouid. 2. de Pont. Eleg. 1. Iupiter utilibus quoties rigat imbribus agros. Verg. 11. Aen. Congeminat uulnus, calido rigat ora cerebro. Idem 12. Aen. & sparso latè rigat arma cruore. Ouid. 1. Fastorum, Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris: Aura fouet, liquidæ fonte rigatur aquæ. Verg. 9. Aen. & uultum lachrymis, atq; ora rigabat.

Rigatio, onis, f. t ἄρδυμα. Columella lib. 11 cap. 3. Sin autem fico loco seri debuerint, quod rigationem ministrari non expediat, mense Februario sesquipedali altitudine sulci faciendi sunt. Huius compositum est Irrigo, irrigas, de quo alibi.

Riguus, a, um, Idem quod irriguus, hoc est, aquę affluxu humectus, seu quod rigari facilè potest, καταρρύτος. Colum. l. 2. c. 17. de prato loquens, Eius (inquit) animaduertimus duo genera, quorũ alterum est siccaneum, alterum riguum. siccaneum, quod rigari nunquã, aut non facilè potest, intelligo: riguum q; facilè. Ouid. 8. Metam. Quotq; suus coniunx riguo collegerat horto. Aliquando & actiuè accipitur, pro eo q; irrigandi uim habet. Verg. 2. Georg. Rura mihi, & rigui placeant in uallibus amnes.

Rígor, oris, m. t. ῥίγος. Modò sumitur pro frigore uehementi. Plin. Epist. 161. Rigor aquæ certauerit niuibus nec color cedit. Columella libro 9. capite 14. Quàm recentissimi rigoris aqua infusa. Plinius libro 7. capite 50. Certis pestifer color remeat horis, aut rigor. Modò pro duritie, & inflexibilitate. Vergil. 1. Georgic. Tum ferri rigor, atq; argutæ lamina serræ. Transumitur & ad alia: ut Rigor naturæ, hoc est, seueritas, & implacabilitas, Plinius libro 7. capite 19. Exit hic animi tenor aliquando, in rigorem quendam, toruitatemq; naturæ durã & inflexibilem, affectusq; humanos admit. Rigor orationis, id est tenor quidã perpetuò sui similis. Quint. li. 9. c. 4.

Oratio

Oratio habeat rectam quandá uelut faciem, quæ ſtupere immobili rigore non debeat.

Rigidus, da, dum, Idem quod frigidus uel durus præ frigore, πηκτός, κρυερός. Vergil. 2. Georg. Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat author, Tellurem Borea rigidam ſpirante moueri. Aliquando accipitur pro duro & inflexibili. Vergil. 6. Ecl. Tum rigidas motare cacumina quercus. Per translationem etiam pro aſpero, ſecuro, & crudeli. Plinius Epiſt. 74. Sententiam Macri ut rigidam, duramque reprehenderunt. Martialis lib. 10. Nec dorcas rigido fugax leoni. Rigida caligo. Cicero 1. Tuſc. Per ſpeculas ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus Maximis, ibi rigida conſtat caligo inferûm. Rigida innocentia. Liuius 9. bell. Maced. Inuicti à cupiditatibus animi, rigidæ innocentiæ, contemptor gloria diuitiarum.

Rigeo, es, ui, n. ſ. Frigeo, uel durus & inflexibilis ſum præ frigore, ῥιγόω, πηκτός εἰμι. Cicero 1. Tuſc. Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut urantur calore. Plin. maior lib. 6. cap. 13. Verùm Aſiæ quoq; magna proportio oppoſita Septentrioni, iniuria ſyderis rigentis, uaſtas ſolitudines habet Rigere gelu. Liuius lib. 1. bel. Pun. Homines intonſi, & inculti, animalia, inanimaq; omnia rigentia gelu, cætera uiſu quâ dicta fœdiora, terrorem innouarunt. Martial. lib. 1. Quæ dum miratur pingui ſe rore teneri, Concreto riguit uincta repentè gelu. Rigentes oculi apud Plin. qui non circumaguntur, ut ait Budæus. Rigens corpus, nullo modo flexum. Quintil. Aduerſa facies, demiſſa hrachia, & iuncti pedes, & à ſummo ad imum rigens corpus. Huius cõpoſita ſunt, Dirigeo, à quo Dirigeſco, Obrigeo, à quo Obrigeſco, quorum ſignificata uide ſuis locis.

Rigeſco, Frigeſco. Per translationẽ Rigeſcere capitur pro indurari, uel erectum, ſeu contractũ eſſe, quoniã quæ frigent horrent, & indurcſcunt. Verg. 2. Geor. Aeraq; diſſiliunt uulgo, ueſtesq; rigeſcunt. Vbi Serv. Durantur ut frangi potius, quàm ſcindi poſſe uideantur.

Riguus, a, um, uide Rigo.

Rima, æ, f. p. Propriè fiſſura dicitur in tabulis malè iunctis, aut æſtu fiſſis, quæ uiſui aditum præbet, πλεθρία. Quanquam etiam generaliùs accipitur, ut fiſſuræ omnes, rimæ dicantur, & rimas agere quęcunq; fiunduntur. Plin. lib. 15. cap. 8. Amurca ſubigi aream terendis meſſibus, ut formicæ, rimæq; abſint. Cic. Att. lib. 14. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Verg. 1. Aen. laxis laterũ cõpagibus omnes Accipiũt inimicum imbrem, rimiſq; fatiſcunt. Terent. in Eunuc. Plenus rimarum ſum, hac atq; illac perfluo. Inuenire rimam, dicitur in rerum naturæ ſcrutatoribus, inquit Eraſmus, qui nulla in cauſa tot fidei uinculis poſſit aſtringi, quin quo elabantur, aliquid inueniant. Plautus in Caſin. Iis præſtigiis dux fuit uxor, ea hanc inuenit rimam. Rimas explere dicuntur oratores, per translationem, quum uerba inferiunt, ut pleniorem orationem faciant. Cicero in Orat. Neq; inferciens uerba quaſi rimas expleat, nec minutos numeros ſequens, concidat, delumbetq; ſententias. Carminũ item rimas explere dicuntur uerſificatores, qui tibicinibus paſſim inſertis, carminis hiatum ſupplẽt. Huius diminutiuum eſt Rimula.

Rimoſus, a, um, Quod eſt rimis plenum, πλεθρώδης. Col. lib 1, cap. 5. Quicquid ab inferiore mox appoſueris, fiſſum erit, rimoſumq;. Ver. 6. Aen. gemit ſub pondere cymba Subtilis, & multam accepit rimoſa paludem.

Rimor, aris, d. p. Diligenter quæro, ſcrutor, quaſi rimulas quaſq; perquiro, ἰχνεύω. Tractum ab auibus, quæ eſcã inquirunt in terræ rimis. Verg. lib. 1. Georg. Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. Id eſt, paſcuntur in praris, & cibum per omnes rimas perquirunt. Cic. 1. de Diuin. Sed tamen id quoq; rimatur, quantum poteſt. Sil. lib. 8. Quę natura loci, quod ſit rimabere ſolers Armorum genus. Rimari iecur epulis. Verg. 6. Aen. de Tityo, roſtroq; immanis uultur obunco Immortale iecur tundens, fœcundaq; pœnis Viſcera rimaturq; epulis, habitatq; ſub alto Pectore. Interdum rimari eſt ſcindere, & qua ſi in rimas agere, διασχίζειν. Idem 3. Georg. Ergo ægrè raſtris terra rimantur.

Ringo, is, xi, rictum, n t. Ringor deponens, Os torqueo, quod canes faciunt quum latraturi ſunt, uel quum exira in rugas diducunt os. ῥίνα συείνω. Hinc ſtringi pro iraſci, indignari, allatrare, pulſare, conuitiari, murmurare ponitur. Terentius in Phor. Quũ ille & cura, & ſumptu abſumitur, dum ibi ſit quod placeat, ille ringitur, tu rides. Dicitur autem ringi à narium tortura, nam ῥὶς naris dicitur, ut ſit ringi quaſi narem agi, id eſt, torqueri.

Rictus, us, m. q. Non ſolùm hiatum ſignificat unde uerba exeũt ſed totam illam partem circa ipſum hiatum, quæ in homine ridente, uel alio modo os torquente, lineis quibuſdã terminatur, ut maximè ſunt labia, σάρξ. Bud. Rictus eſt oris diſtẽtio, qualis eſſe ſolet in ridentibus. Mart. lib. 3. Quũ comparata rictibus tuis ora Niliacus habeat crocodilus anguſta. Contrahere rictum, eorum eſt, qui mœſti, aut meditabundi ſunt, συνόμως διακεῖσθαι. Plut. & Rictus eſſe figura in ore ad tempus aliquo modo cõtracta, uel producta, uel inuerſa, uel extenſa, quæ paulò pòſt reditura ſit in naturalem formã. Eſt & cõmunis tam beluis, quàm hominibus. Diducere rictum, eſt ad hilaritatem impellere. Horat. Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum. Aliquando diducere rictũ, eſt os aperire. Iuu. Sat. 10. Ipſe ad conſpectũ cœnæ diducere rictũ Contentus. Ponitur aliquando rictus, pro minaci hiatu oris. Cic. 6. Verrin. de Heraclis ſtatua: uſq; eo iudices, ut rictus eius, ac mentum paulò ſit atrocius. Dicimus & rictum in neutro genere. Lucr. lib. 5. Irritata canũ quũ primùm magna moloſſûm Mollia ricta fremũt duros nudantia dentes. Aliquando accipitur pro roſtro, unde nonnulli à Græcis deductum uolunt, apud quos ῥὶς roſtrum dicitur. Veriſimilius tamen eſt à Latino uerbo ringo deriuari.

Ripa, æ, f. p. Crepido, ſiue labrum amnis, hoc eſt, terræ extrema ora, quæ utrinque flumine alluitur, πλαταμὼν, ὄχθη. Propriè enim fluminum & torrentium ripæ dicuntur, ut littora maris. Ouidius 1. Metamor. campoq; recepti Liberioris aquæ pro ripis littora pulſant. Cęſar 6. bell. Gall. Erat inter Labienum atq; hoſtem difficili tranſitu flumen, ripiſque præruptis, &c. Inuenitur tamen Ripa etiam de mari dici. Plin. lib. 9. cap. 15. de mari Pontico, Thinni dextra ripa intrãt læua exeunt.

Ripula, dimin. Cic. ad Att. lib. 3 Et tamen hæc τοπογραφία ripulæ uidetur habitura celerem facietatem.

Riparius, adiectiuum, Quod in ripis habitat. Plinius lib. 34. cap. 4. Ripariæ uolucres. Idem libro 3. Multò tamen efficaciſſimè ripariarum pulli, ita uocant in riparum cauis nidificantes.

Riparenſes, m. t. dicebantur milites qui in imperii limitibus ex cubabãt pro Republica aduerſus Barberos, ut putat qui citeriores Rheni, & Danubii ripas, ad cõpeſcendas Germanoũ, uel Sarmatarum excurſiones inſidebant. Horũ meminit Iuſt. C. de Re milit.

Riſcus, ſci, Ciſtula eſt, interpr. Donato, pelle cõtecta, ῥίσκος. Seruius uerò ait eſſe feneſtrã paruã in pariete. Ter. Eunu. Abi ciſtellã domo effer cum monumẽtis P. ubi ſita eſt? T. in riſco.

Riſus, us, m. q. uide Rideo.

Ritus, tus, m. q. Mos & approbata cõſuetudo, quam omnes ratam habent, ἔθος, θεσμοθεσία. Feſtus, Ritus, mos eſt cõprobatus in adminiſtrandis ſacrificiis. Ouid. 2. Faſt. Hinc populi ritus, edidicere nouos. Tacit. lib. 2. Niſi certam ante diẽ profanos ritus exuiſſent. Accipitur tamen etiã generaliùs (quod & Feſtus fatetur) pro quouis more, & quauis conſuetudine. Cicero de Amic. De his qui pecudum ritu omnia ad uoluptatem referunt. Legitur & ablatiuus rite, tanquã à nominatiuo rites, ſiue ritis. Stat. lib. 11. Theb. Hei mihi primitiis armorum & rite nefaſto Libatus.

Ritè, Idem quod rectè & bene, teſte Pompeio, καλῶς. Varro à ritu deductum putat, propterea quòd quæ ſecundum ritum fiant, recta & rata ſint. Cicero 2. de Fin. Quę poteſt appellari ritè ſapientia. Liuius libro 4. Decad. 5. In monte ſacrificio ritè perpetrato.

Rituales libri, Hetruſcoũ libri erant, teſte Feſto, in quibus ſcriptum erat quo ritu urbes cõdantur, arę, ædes q; ſacrentur, curiæ, tribus, & centuriæ diſtribuantur θεσμοθετικὰ βιβλία. Cic. 1. de Diuin. Quod Hetruſcoũ declarant & aruſpicini, & fulgurales, & rituales libri noſtri etiam augurales.

Riuales, m. t. Qui eiuſdẽ mulieris amore tenẽtur, ἀντεραστά. Plaut. Stich. Eadem eſt amica ambobus, riuales ſumus. Ter. in Eun. Militem ego riualẽ recipiendũ cenſeo. Trãslatio ſumpta eſt uel à beſtiis quæ ſitiẽtes, quũ ex eodẽ riuulo hauſtũ petunt, prælii cõtra ſemuicẽ cõcitant, uel à re ruſticanã riuales dicuntur ii quorũ agros riuus aliquis diſterminat, qui incertitudine, & mutatione crebra curſus, lites ſæpe inter eos ſuſcitat. Vlp. de aqua quotid. & æſtu l. 1. Riuales qui per eundẽ riuũ aquã ducunt, inter quos ſæpe cõtentio eſt de aquę uſu. Sine riuali diligere dicuntur ii qui ſtultè mirãtur quod nemo alius concupiſcat, ſumpta alegoria ab amantibus, quibus eſt amica deformis, & quã alius nemo uelit. Cic. ad Q. fr. lib. 1. O dii quàm ineptus, quàm ſe ipſe amans ſine riuali.

Riualitas,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Riualitas, atis, f.t. Aemulatio illa inter eos qui eandem amant, ἀντιζηλία. Cic. in Tuscul. quæst. Obtrectare uerò alteri, aut illa uitiosa æmulatione quæ riualitati similis est.

Riualis, & hoc riuale, uide Riuus.

Riuinus, m. f. Idem quod riualis, ἀντίζηλος. Plaut. in Asin. Cedit noctem filius riuinus, amans ad raptam mulierem.

Riuus, m. s. Aqua fluens, à fonte uel flumine ducta, ῥύαξ. Cicero in Top. Tanquam riuorum à fonte deductio. Verg. 8. Eclog. Propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua. Horatius 3. Carm. 16. Puræ riuus aquæ, syluaq; iugerum Paucorum. Idem 2. Carm. Ode 3. & obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo. Lapidosus riuus. Ouidius 3. Fast. Sanguinis riuos uomens. Verg. 11. Aeneid. Lachrymarum riuus, Ouid. 9. Metam. Hinc Corriuo, as, & Deriuo, as, de quibus suprà suis locis.

Riuulus, li, m. s. dimin. Paruus riuus. Cic. pro Cælio, Vt riuulus accersitus, & ductus ab ipso capite. Idē 1. Acad. Sed meos amicos, in quibus est studium, in Græciā mitto, id est, ad Græcos ire iubeo, ut ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos cōsectentur.

Riualis, le, om. t. Quod ex riuo est, siue quod in riuo nascitur, ποταμηγὸς. Columel. lib. 8. cap. 15. Datur cammarus, & riualis alecula, uel si qua sunt incrementi parui fluuiorū animalia.

Rixa, æ. f. t. Lis, contentio, pugna à rigendo, ut quidam uolūt, quod propriè est canum, quando irritantur, ἔρις. Cic. in Ver. Ecce autem noua turba, atq; rixa. Ouid. 3. de Arte, Nec tua frā getur nocturna ianua rixa. Cic. ad Petū lib. 9. Etsi academię nostræ cum eo magna rixa est. Liu. 2. ab Vrbe, Consulū intercursu rixa sedata est.

Rixosus, a, um, Contentiosus, ἐριστικὸς, δύσερις. Festus, Rictus, rixæ, rixosè, ringitur, dici uidentur quia in diuersum rumpantur, contrariaq; sunt recto. Colu. lib. 8. cap. 2. Non rixosarum auium laniatæ, cuius plerunq;, &c.

Rixor, aris, d. p. Iurgor, contendo, ἐρίζω. Cic. de Orat. Quum esset cum eo Tarracinæ de amicula rixatus. Plin. lib. 16. ca. 2. Et ipsos inter se rixantes, &c. Rixantur herbæ aridæ. Varr. 2. de Re rust. cap. 47. Aridæ factæ herbæ rixantur, ac celerius rumpuntur quàm sequuntur. Rixari de lana caprina. Horat. 1. Epist. 19. Alter rixatur de lana sæpe caprina. Prouerbiū est in eos qui de re nihili discrepant.

Robigo, ginis, siue Rubigo, f. t. Segetū morbus est, quē Nuyl lam uocant Galli, quo spicę torrentur, friatilesq; redduntur. ἐρυσίβη. Verg. 1. Geor. ut mala culmos Esset robigo Fuit & Robigo, dea quædam apud Romanos, quæ auertendæ rubiginis causa colebatur. Ouid. 4. Fast. Flamen in antiquę lucum Robiginis ibat.

Robur, siue Robor, oris, pen. cor. n. t. Propriè species arboris glandiferæ durissimæ, ἀγρία δρῦς, ἀλίφλοιος. Plin. lib. 16. cap. 2. Roborum uastitas intacta, & congenita mundo. Cic. 2. de Diuin. Itaq; perfracto saxo sortes eripuisse in robore, insculpris priscarum literarum notis. Ibidē paulò pòst, Quis robur illud cecidit, dolauit, inscripsit? Ver. 1. Geor. graue robur aratri. Per translationē sumitur pro animi fortitudine qua quis durat aduersus pericula. Cic. pro Font. Equites tantùm habuere animi tantùm roboris, &c. Idem de Orat. Virtutes quæ in animi magnitudine & robore positæ sunt. Capitur & pro corporis firmitate, quæ aduersus omnes difficultates firmiter obnititur, ἰσχύς, παράσκμα. Cic. pro Ros. Amer. Messala, qui si iam satis ætatis, ac roboris haberet, ipso pro Sexto Roscio diceret. Demum omnium rerum firmitatem, duritiamq; robur dicimus. Col. lib. 2. Quod protinus exile natum sit, nunquam robor accipere manifestum est. Vnde Seru. dicit, Omne quod forte est, robur uocamus. Verg. 7. Aen. eternaq; ferri robora. Robur item, teste Festo, in carcere dicitur is locus quo præcipitatur malefactorum genus, quod antea arcis robustei is includebatur. De hoc robore meminit Plautus in Curc. Ar ego uos ambo in robusto carcere, ut pereatis, &c. Erat enim genus supplicii, quod idem Plaut. in Pœn. Codicem robustum uocat.

Roboreus, a, um, Quod est ex materia roboris, δρύϊνος. Columella libro undecimo, capite 2. Materies si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguem debet. Ouidius 5. Fastorum, Tūc quoque priscorum uirgo simulachra uirorum Mittere roboreo scirpea ponte solet.

Roburneus, adiectiuum. Quod ex robore nascitur. Colum. li. 9. cap. 1. Nam ut graminibus, ita frugibus roburneis opus habent. Id est, glandibus.

Robusteus, denominatiuum à robur, δρύϊνος. ut Robustea materies, quæ ex robore facta erat, ut esset durior. Varr. 1. de Re rust. cap. 38. In eo si in medio robustea aliqua materies sit depacta, negant serpentem nasci.

Robustus, a, um, quod est multi roboris, ῥωμαλέος, ἔννομος Col. lib. 2. Neq; dubium est ex robusto semine posse fieri non robustum. Vergil. 4. Ecloga, Robustis quoq; iam tauris iuga solue t arator. Cic. 2. in Catil. Tertium genus est, ætate iam confectum, exercitatione robustum. Idem 5. Philipp. Omne malum nascens facilè opprimitur: inueteratum fit plerunq; robustum. Idem 2. Philipp. Sed hæc quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus.

Roboro, ras, penult. corrept. 2. p. Fortifico, firmo, robur adoo, κραταιόω, ἐπισχυρίζω. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines nidos luto construunt, stramento roborant. Cic. 1. Offic. Catoni aūt quum incredibilem tribuisset natura grauitatē, eamq; ipse perpetua constantia roborauisset, temperq; in proposito, susceptoq; consilio permansisset, moriendū potius, quàm Tyranni uultus aspiciendus erat. Idem lib. 11. cap. 31. Vox roboratur XIII. annis: eadem in senecta exilior. Hinc componitur Corroboro, de quo suprà suo loco.

Roboraria. Antiqui appellauerunt omnia ædificia, septa, uillas, quę inclusa habent animalia: à tabulis roboreis, quibus septa erant antè quàm mœnibus cingerentur, δρυφὸν. Vide Gellium lib. 2. cap. 20.

Robus, robi, apud ueteres dicebatur rubeus: & Bouem robum idcirco rustici uocabant. Vnde & materia, quæ plurimas huius coloris uenas habet, dicta est robus: & homines ualentes, ac boni coloris, robusti, hæc Festus. Robus etiam genus tritici, maximè laudabile (ut inquit Colum. lib. c p. 6) quum & pondere, & nitore præstet.

Robusteus, Robustus, uide Robur.

Rōdo, is, rosi, rosum, a. t. Propriè murium est, & si ii dentibus ferè semper aliquid demoliuntur, κείρω. C le uin. Quasi uerò quicquam interfit, mures noctem n aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. Horat. 1. S Sat. 10. & in uersu faciendo Sępe caput scaberet, uiuos & deret ungues. Per translationē quandoq; pro detrahor tur, siue obtrecto. Cic. pro Corn. Balbo, More hominum uident, in conuiuiis rodunt, in circulis uellicant. Flumi a rodunt ripas. Luc. lib. 5. Ferrum roditur scabra rubigine, Ouid. 1. de Pon. Eleg. 1. Amicum absentem rodere. Horat. 1. Ser. Saty. 4. Dentem dente rodere, prouerbium in illos qui carpunt eos qui pari sunt præditi mordacitate: aut qui lædi nō possunt, neq; sentiunt. Martial. lib. 13. quid dentem dente iuuabit Rodere? carne opus est, si satur esse uelis.

Rosio, onis, Plin. lib. 10. cap. 21. Succus decoctæ neruis prodest, & uesicæ, & intestinorum rosionibus.

Rōgo, as, a p. Posco, αἰτέω. Gell. lib. 13. ca. 20. Crepidariū cultellum rogauit à crepidario sutore. Plau. Rud. Intelligo: hāc quæ proxima est, illam pulsare iussisti, Atque aquam rogare. Quandoq; oro, precor, δέομαι. Vergil. lib. 7. Aeneid. litusq; rogamus Innocuum, & cunctis undamq;, auramq; patentē. Cic. 1. Ver. Rogare, & orare, ne illos supplices aspernarer quos me incolumi nemini supplices esse oporteret. Ponitur ali quando pro utendum petere. Cic. in Verr. profectò hinc natum est, Malo emere quàm rogare. Cato cap. 5. Duas aut tres familias habeat, unde utenda roget, & quibus det. Aliquā do interrogare, quærere, ἐρωτᾶν. Cic. Att. Roga ipsum, quem admodum Arimini ipsum acceperim, Terent. in Adel. Nūc ubi me illic non uidebit, iam huc recurret, sat scio, Rogabit me ubi fuerim. Idem And. accedo ad pedisequas, Quę sit, rogo: sororem esse aiunt Chrysidis. Roget quis, elegans loquendi formula, pro eo quod minus ornatè dicitur, Posset, me alii quis interrogare: qua utimur quoties per antipophorā tacitæ obiectioni uolumus occurrere. Ter. in Eun. Roget quis, quid tibi cum illa? Rogare sacramento milites, hoc est, iureiurando eos astringere. Liuius 5. bell. Maced. Ex Sicilia Hispaniam petentem, tempestate in Africam delatum, scribit uagos milites de exercitu P. Africani sacramento rogasse. Rogare aliquem sententiam. Quin. lib. 6. cap. 3. Post acceptam hæ riditatem primus sententiam rogabatur. Rogare legem, id est, statuere, νόμον, ἀσφίρειν. Solebat enim populus rogari, id est, interrogari. num iam legem ratam uellet. Gellius libro primo, Lex deinde Il. cinia rogata est. Cicer. secundo Philip. Ego ad eum belli ciuilis causam attuli: ego leges pernitiosas rogaui. Composita sunt. abrogo, arrogo, corrogo, derogo, erogo, irrogo, prorogo, & subrogo, quorum significata uide suis locis.

Rogamen

Rogamen, ἐρώτημα, Rogationem, ſeu precem ſignificat.

Rogans, tis, particip. Ouid. 2. Amor. Ele. 3. Mollis in obſequiũ, faciliſq; rogantibus eſſes. Idem in Epiſt. Medeæ, En iterũ ſcribo, mittoq; rogantia uerba. Idem 1. de Arte, Flectitur iratus uoce rogante Deus.

Rogandus, a, um. Ouid. 3. Triſt. Tunc quoq; ſollicita mente rogandus erit.

Rogatus, a, um. Plin. lib. 7. cap. 46. Rogatus ſententiam in Conſulatu. Ouid. 1. de Arte, Quæ dant, quæq; negant, gaudent tamen eſſe rogatæ.

Rogatus, us, ui, m. q. Actus rogandi. Cicer. 1. de Nat. deor. Nam quum feriis Latinis ad eum ipſius rogatu, accerſituq; ueniſſem, offendi eum ſedentem in exedra.

Rogatio, onis, f. t. uerbale. Legis quoq; rogatio dicitur, quoniã rogare populum Magiſtratus ſolebant, an id placeret quod ſtatuerant, νομοθεσία. Hinc etiam derogare legi, & abrogare legem dicimus: de quibus abundè ſuprà dictũ eſt. Rogationis autem nomine cõtinetur lex, plebiſcitũ, & priuilegium: eſtq; quaſi caput & fons totius iuris popularis. Nam rogare populum, eſt agere cum populo, ſiue de re quauis ad populum referre, ſiue populũ cõſulere, χρηματίζειν. Qua in re hæc erant uebra ſolẽnia, Velitis ne, iubeatis ne, Quirites ut hoc, uel illud fiat. Vnde rogatio, quaſi quædã interrogatio. Suet. in Cæſ. Reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit. id eſt, lege à Plotio lata. Feſtus rogationem uidetur accipere pro priuilegio: eamq; ita diſtinguit à lege, quòd hæc in omnibus & rebus, & perſonis locũ habeat: rogatio, de uno, aut certè paucis feratur, neq; ad res omnes pertineat. Verba eius ſunt hæc: Rogatio ea dicitur, quum populus conſulitur de uno, pluribus ue hominibus, quod nõ ad omnes pertineat: & de una, pluribus ue rebus, de quibus non omnib. ſanciatur. Nam quod in omnes homines, res ue populus ſciuit, lex appellatur. Itaq; Gallus Aelius ait, Inter legẽ, & rogationem hoc intereſt, Rogatio eſt genus legis: quæ lex non continuò eſt, ea rogatio eſt: non poteſt nõ eſſe lex, ſi modò iuſtis comitiis rogata eſt. Ferre rogationem ad populum. Cæſ. 3. bel. Ciu. Item Prætoribus, Tribunisq; plebis rogationes ad populum ferentibus, &c. Perferre rogationem, eſt per interrogationẽ populi legem perferre. Cic. ad Quint. Frat. libr. 2. Sed tamen ſuſpicor per uim rogationem Caninium perlaturum. Accipere rogationem, eſt legem accipere. Cic. ad Atticum, lib. primo, Vt Conſules populum cohortarẽtur ad rogationem accipiendam.

Rogatiuncula, diminut. Cic. pro domo ſua, Eaq; te ex una rogatiuncula feciſſe.

Rogator, oris, m. t. uerbale, Qui rogat, ἐρώτης. Cic. ad Att. libr. 16. Quanquã hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris, Rogatores. Poſtulatores, & mendici, qui eleemoſinã poſtulant, αἰτήται. Plaut. Vt rogator oſtiatim petã panem. Rogator comitiorũ, qui populum de comitiis cõſulit. Cic. 1. de Diuin. Qui recentibus comitiis in Senatum introducti, negauerũt iuſtum comitiorum rogatorem fuiſſe.

Rogito, as, a. p. Frequentat. à rogo, Modò idem ſignificãs quod identidem oro, δέομαι. Plin. Patrem adit, rogitat ut ſui miſereatur. Modò iterum atq; iterum interrogo, ἐνίρομαι. Ver. 1. Aen. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Hinc cõponitur Erogito, quod eſt interrogando extorqueo. Plau. in Cap. Ex hac ſtatua uenuecea uolo erogitare, meo minori quid factum ſit filio.

Rogitatio, uerbale, Lex, plebiſcitum. Plaut. Curc. Rogitationes plurimas propter uos populus ſciuit.

Rŏgus, gi, m. ſ. Strues lignorũ ad cremanda cadauera: ita dictus, quòd in eo dii manes rogentur, πυρά. Plaut. in Men. Age ſanè igitur, quãdo equũ oras, quàm mox incendo rogũ? Cic. 3. de Fin. Ne ſi beatus unquam fuiſſet, beatã uitam uſq; ad illum à Cyro extructum rogum protuliſſet. Idem 1. de Diuin. Siquidẽ ad mortem proficiſcens Calanus Indus, quum aſcenderet in rogum ardentem, O præclarum diſceſſum, inquit, è uita: quum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus exceſſerit. Ver. 4. Aen. Hoc rogus iſte mihi, hoc ignes, araq; parabant. Idem 4. Georg. Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum.

Rogalis, le, ut Ignis rogalis. Stat. 1. Thebaid. hæc igne rogali Fulgurat. Ouidius 3. Amor. Eleg. 8. Te ne facer uates flammæ rapuere rogales?

Ronchus, uide Rhonchus.

Ros, roris, m. t. Humor qui ſereno tempore de cælo fluit, ſerena nocte, non gelu, neq; ardoribus, neq; uentis exiſtentibus, δρόσος. Ariſtoteles lib. 1. Meteor. ſcribit rorem fieri ex uapore ratione, quum pluuia ex largo uapore progeneretur. Apul. lib. de Mundo, Ros nocturnus humor, quẽ ſerenitatis tenuitas ſpargit: à Græcis dicitur δρόσος. Vergil. 2. Georg. Exigua tantùm gelidus ros nocte reponet. Cicero de Diuinatione. Quum primùm gelidos rores Aurora remittit. Ouidius 5. Metam. Verg. 8. Eclog. Quũ ros in tenera pecudi gratiſſimus herba eſt.

Rorifer, a, um, δροσοβόλος. ut Aurora rorifera. Seneca Hippol. Quã rorifera mulcens aura Zephyrus uernas euocat herbas. Biga Lunæ rorifera. Stat. 1. Thebaid. Rorifera gelidum tenua uerat aëra biga. Lucret. lib. 6. Hinc tibi roriferis terram nox obruit umbris.

Rorulentus, a, um, Quod eſt plẽnũ rore, δροσερός, πολύδροσος. Col. lib. 5. Cauendum ne aut Septentrionalibus uentis, aut rorulentæ, ſed ſiccæ ſerantur uites. Idem 12. cap. 38. Rorulentæ baccæ ne legantur cauendum.

Roſcidus, a, um, Quod eſt rore perfuſum: unde Nox roſcida dicitur, quæ rore humecta eſt, δροσερός. Plin. lib. 18. Quidã pridie rigant prata: ubi ſunt rigua, noctibus roſcidis ſiccari melius. Similiter Mala roſcida, quæ matutino rore humecta ſunt. Verg. 8. Eclo. Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala (Dux ego ueſter eram) uidi cum matre legentẽ. Aurora roſcida, Ouid. ad Liuiam. Gramina roſcida, Claud. 2. de Raptu Proſerpinæ. Mella roſcida, Verg. 4. Eclo. Pruina roſcida foliis excuſſa, Ouid. 5. Faſt.

Rorarii, m. ſ. Leuis armaturæ milites dicebãtur, qui antequàm acies congrederẽtur, fundis & lapidibus pugnę præludebãt, γυμνῆται, ἀκροβολισταί, Rorarii dicti, teſte Non. quòd illi prælium, ut ros pluuiam antecederent. Iidem & Ferentarii dicuntur, teſte Feſto. Liu. Nam & rorarii procurrebãt inter antepilanos. Hinc Rorarium uinum dicebatur, teſte eodẽ Feſto, quod rorariis militibus dabatur.

Rorat, uerbum eſt ex eorum genere, quæ Grammatici uocant exceptæ actionis, quemadmodum Pluit, & ningit, per ſe ſine nominatiui adminiculo ſenſum explens: eſt enim rorat, idem quod ros decidit, δροσίζει. Col. lib. 11. cap. 3. Idibus Octobris, & ſequenti biduo interdum tempeſtas, nonnunquã rorat, per translationem accipitur pro guttatim deſtillare. Ver. 8. Aen. Raptabatq; uiri mendacis uiſcera Tullus Per ſyluam, & ſparſi rorabant ſanguine uepres. Ouid. 3. Met. Vndiq; dant ſaltus, multaq; aſpergine rorant: Emergunt q; iterũ, redeuntq; ſub æquora rurſus: Inq; chori ludunt ſpeciem, &c. Aliquando admittit poſt ſe accuſatiuum: ut, Rorare imbrẽ. Plin. lib. 17. cap. 10. Periculum tantùm eo die eſt, ſi rorauerit quantulumcunq; imbrem. Roror paſſiuũ, pro irroror, ſiue irrigor, aut madefio. Ouid. Epiſt. 21. Scribimus, & lachrymis oculi rorantur obortis.

Rorans, tis, particip. Verg. 3. Aen. Ter ſpumam eliſam, & rorantia uidimus aſtra. Cic. de Senect. Pocula, ut in Sympoſio Xenophontis, minuta, atq; rorantia.

Roratus, a, um. Ouid. 3. Faſtorũ. Mollis erat tellus, rorata manè pruina.

Roratio, onis, f. t. Morbus eſt uitium, quum illæ defloreſcentes rore lædũtur: priusq; corrũpuntur, quàm in acinos trãſformentur, δροσισμός. Cui uitio affine eſt illud, quod Galli Colaturam uocant, quum acini iam nati aut indureſcũt in callũ. Vtriuſq; meminit Plin. lib. 17. cap. 24. Syderationis (inquit) genus in uitibus defloreſcentibus roratio: aut quũ acini, priuſquã creſcant, decoquuntur in callũ. Theophr. libr. 4. de Plantis, Roratio, inquit, fit, quũ uitis defloreſcens irroratur. Propter hoc uitiũ Floralia ab antiquis inſtituta ſunt, autore Plin. lib. 18. cap. 19. Floralia quarto Calendas Maii inſtituerunt anno Vrbis quingenteſimo ſextodecimo ex oraculis Sibyllæ: ut omnia bene defloreſcerẽt. Et paulò poſt, Aliud hoc quatriduũ eſt, quo neq; rore ſordere uelint: exhorrent enim frigidũ ſydus Arcturi poſtridie occidens: & multò minus plenilunium incidere, &c.

Roreſco, is, Roſcidus fio, rore aſpergor: ab inuſitato uerbo Roreo, δροσίζομαι. Plin. lib. 18. cap. 33. Aquilonẽ prænunciat terra ſiccеſcens: ſed roreſcens repentè Auſtrum immiſcet.

Roſa, æ, f. p. Flos è ſpina naſcens, ῥόδον, qui propter pulchritudinem, & ſuauem odorem Veneri ſacer eſt: & fortaſſe non abſurdè: quia ſicut roſa breui uiget, ita & uenerea uoluptas. Quo pacto aũt roſa, quæ prius candida fuit, cruore Veneris infecta, purpureum colorem traxerit, ex Aphthonii fabella cognoſces. Dẽq; roſis plura apud Plin. lib. 21. inuenies: & Theophraſtum, lib. 6. cap. 6. & Dioſcoridem, lib. 3. cap. 132. Cicer. 5. Tuſc. An tu me in uiola putas, aut in roſa dicere? Idem tertio Tuſculanarum, Sertis redimiti & roſa. Vergilius 4. Geor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Primus Vete roſam, atque Autũno carpere poma. Horatius 2. Carminum, Ode tertia, Huc uina, & unguenta, & nimium breuis Flores amœnæ ferre iube roſæ. Roſa, pro oleo roſaceo, apud Celſum, libro octauo, capite quarto, Quòd ſi mẽbrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit roſa tepida.

Roſeus, a, um, Qui roſæ colorẽ imitatur, ῥοδωνὸς, ῥοδόεις. ut, Pãnus roſeus, roſea ueſtis. Plin. Aſini à coitu ſpuma collecta roſeo panno, & incluſa argento, uenerẽ ſtimulat. Verg. 12. Aen. Et roſeas laniata genas. Idem ſexto Aeneid. Hac uice ſermonum roſeis aurora quadrigis Iam medium ætherio curſu traiecerat axem. Idem 2. Aeneidos, roſeoque hæc inſuper addidit ore.

Roſaceus, a, um, Quod ex roſa factum eſt, ῥόδινος, unde Roſaceum oleũ, ex roſis. Plin. lib. 20. cap. 3. Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo & aceto, febrium ardores refrigerat.

Roſalia, coronæ à roſis factæ, ῥοδιακὰ.

Roſarium, rii, n. ſ. Copiam fruticũ ſignificat, uno loco roſas gignentiũ, ῥοδωνιά. Plin. libr. 31. cap. 11. Roſaria à Fauonio foſſa oportet eſſe, iterumq; Solſtitio.

Roſetum, n. ſ. Significat locum roſis conſitum, ῥοδωνιά. Verg. 5. Ecloga, Puniceis humilis quantũ ſaliunca roſeris, Iudicio noſtro tantùm tibi cedit Amyntas.

Ro'cidus, uide Ros.

Roſeus, uide Roſa.

Roſio, uide Rodo.

Roſmarinus, ſiue (ut apud Plin. legitur) Roſmarinum in quadruplici eſt differentia, λιβανωτὶς. Sunt enim duo eius genera fœcunda, quorum alterum folia habet fœniculi craſſiora, & latiora, in roſæ ſpeciem, humi ſparſa; iucundè olentia, caulẽ cubiti altitudine, multis concauũ alis: in cacumine umbellam, in qua ſemen naſcitur copioſum, candidum, ſphondylo ſimile, rotundũ, angulоſum, reſinaceũ, quod in mandendo linguã exurit. radicẽ autem prægrandẽ, candidã, thus redolentem: unde & ruſtici incenſoriã appellant. Alterum ſuperiori omnino conſimile eſt, ſemen ferens latum, nigrum uti ſpondylion, ſed minimè exurẽs, radice foris nigra, ſed intus ſi frangatur, alba. Tertium, quod ad ſuperiorũ differentiã ſterile dicitur, ſuperioribus non diſſimile: ſed neq; caulem, neq; floremẽ, neq; ſemen emittit: naſcitur in ſaxoſis & aſperis. Quartũ, quod Græci non abſolutè λιβανωτίδα, ſed cum adiectione quadã, λιβανωτὶς στεφανωματικὴ appellãt, frutex eſt noriſſimus, nuſquã nõ apud nos in hortis obuius: in agro aũt Narbonenſi ſponte tanta prouenientis copia, ut non temere alio ligno ad ignem utantur. λιβανωτὶς autẽ uocant Græci eadem ratione, qua ſuperiora genera, quòd ſcilicet thuris odorem referat. στεφανωματικὴ autem, hoc eſt, Coronariam, quòd coronamẽtis ſoleat intexi. Plin. li. 19. ca. 12. Libanotis locis putridis, & macris ac roſcidis ſeritur ſemine. Radicẽ habet oluſatri, nihil à thure differentẽ. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam eam nomine alio Roſmarinũ appellant. Idem libr. 17. cap. 13. Sabina herba propagine ſeritur, & anulſione tradunt fæce uini, aut è parietibus latere tuſo mirè ali iiſdem modis roſmarinũ ſerunt, & ramo: quoniam neutri ſemen. Sic lib. 24. cap. 11. & Colum. libro 9. capite 4.

Roſmaris, Frutex odoriferus, qui & Roſmarinus dicitur, λιβανωτὶς. Ouid. 3. de Arte, tegit arbutus herbam, Roſmaris & laurus, nigraq; myrtus olent.

Roſtellum, uide Roſtrum.

Roſtrum, ſtri, n. ſ. Quo aues cibum capiũt, ῥύγχος. Cic. 1. de Nat. deor. Procero corneoq; roſtro aues. Ouid. 6. Faſt. Grande caput, ſtantes oculi, roſtri apta rapinæ, Canities pẽnis, unguib. hamus ineſt. Ver. 6. Aen. roſtraq; immanis uultur obuncо Immortale iecur tundens, &c. Nec ſolùm de auibus, ſed de reliquis quoq; animalibus, & de ipſo homine dicitur. Plautus Menæch. Apud menſam plenam homini roſtrũ deliges. Plinius Et mugilis roſtrum. Caprarum roſtra. Varro 2. de Re ruſt. ca. 3. Duo enim genera earum, ſub roſtra duas, ut mammillas penſiles habeant, quòd hæ fœcundiores ſint. Canum. Plin. lib. 8. cap. 4. Quum ſignificans demonſtratio eſt, cauda primùm, deinde roſtro. Ibidem, Ventos & odorẽ captantes, prodentesq; roſtro cubilia. Suum. Cic. 1. de Diuin. Sus roſtro ſi humi A literam impreſſerit, num propterea ſuſpicari poteris Andromacham Annii ab ea poſſe deſcribi? A ſimilitudine autem roſtri auium, pars nauis exporrecta, & acuminata ex ære ferroue in prora eminens, roſtrum appellatur, ἔμβολον. A. Hircius de bello Alexand. Nauib. actuariis, quarũ numerus erat ſatis magnus, roſtra impoſuit. Roſtra, orum, Polybio templũ erat Romæ in foro, ante curiam Hoſtiliam pulpitum habens nauium Antiatiũ roſtris adornatum: ex quo ad populũ concio haberi ſolebat, οἱ ἔμβολοι. Liuius libr. 8. Decad. 1. Naues Antiatium partim in nauali Romæ ſubductæ, partim incenſæ: è roſtriſq; corũ ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit, Roſtraq; id templum appellatum.

Roſtratus, a, um, Roſtro armatus: ut, Naues roſtratæ, Quæ in prora æneo munitæ erant roſtro, quo in hoſtium naues cum impetu impacto, ſæpe eas diſſoluebant, ἀκροστόμβολοι. Liu. 4. Decad. lib. 6. Vna & octoginta roſtratis nauib. multis præterea minoribus, quæ aut apertæ, roſtratæ: aut ſine roſtris ſpeculatoriæ erant, Delum traiecit. Idem lib. 8. bal. Punici, Prouinciæ ita decretæ: alteri Conſuli Sicilia, & triginta roſtratæ naues, quas C. Seruilius ſuperiori anno habuiſſet. eædem & æratæ dicebantur. Cæſ. 2. bel. Ciu. Interim L. Naſidius ab Cn. Pompeio cum claſſe nauium ſedecim, in quibus paucæ erãt æratæ. Corona roſtrata, id eſt, naualis, quod exiguis quibuſdam ueluti nauium roſtris exornaretur. Plin. lib. 16. capite 4. Ciuicis cedunt murales uallaresq; & aureæ, quanquam præſio antecedentes: cedunt & roſtratæ, quanuis in duobus ad hoc æui maximè celebres, M. Varron. è piraticis bellis, dante Cn. Pompeio: itemq; L. Agrippa, tribuente Cæſare è Siculis. Tempora roſtrata, id eſt, nauali, ſiue roſtrata corona exornata? Verg. 8. Aen. Cui belli inſigne ſuperbum Tempora nauali fulgent roſtrata corona. Roſtratus impetus, qui fit roſtro impacto, apud Plin. lib. 10. cap. 12.

Roſtro, as, n. p. Roſtrũ impingo, roſtro penetro. Plin. lib. 10. cap. 19. Omne aruum rectis ſulcis, mox & obliquis ſubigi debet. in collibus tranſuerſo tantùm mõte aratur, ſed modò in ſuperiora, modò in inferiora roſtrante uomere. id eſt, roſtrum impingente, ait Budæus.

Roſtellum, li, n. ſ. Paruum roſtrum, ῥύγχιον. Plin. lib. 30. capite 11. Murii roſtellum. Colum. lib. 8. ca. 5. Animaduertat an pulli roſtellis oua percuderint.

Rŏta, æ, f. p. Cuius conuerſione currus procedit: à rotunditate, ſeu à ruendo: ruit enim facilè in ſuos orbes, τροχός. Plaut. in Capt. Pro rota me uti licet: Vel ego huc, uel illuc uortar, quò imperabitis. Plin. libr. 16. cap. 40. Sed lignũ non alio penè, quàm ad radios rotarũ utile. Hora. 1. Epiſt. 18. Si te puluis, ſtrepitusq; rotarum, Si lędit caupona, Ferentinũ ire iubebo. Ouid. 2. Meram. Hàc ſit iter, manifeſta rotæ ueſtigia cernes. Figuratè tamen rota accipitur pro toto curru. Vergilius 12. Aeneidos, Eque rotis magnam reſpexit ad urbem. Cicero in Piſonem, In quo ne tum quidẽ Fortunæ rotam exumeſcebat. Rota, tormenti genus. Cic. 5. Tuſc. In eo etiam putatur dicere, In rotã beatã uitam non aſcendere. Rotæ etiam à Latinis dicuntur caprę quædã feræ, quarũ magna eſt copia in Samothrace inſula. Varro libr. 2. ca. 1. Etiamnũc multis in locis pecudũ, ferarũ ſunt genera aliquot: ut in Phrygia ex ouibus, ubi greges uidẽtur cõplures: ut in Samothrace caprarum, quas Latinè rotas appellant. Eſt rota piſcis, ſiue bellug marinę genus, à rotæ, quæ in curru uoluitur, ſimilitudine dictum. Plinius libro 9. capite 4. Apparent & rotæ appellatæ à ſimilitudine, quaternis diſtinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus utrinq; claudentibus. Rota item in figlinis dicitur, qua fictilia tornantur: cuius primum inuentorem fuiſſe tradunt Anacharſin Scytham, aut (ut alii malunt) Hyperbion Corinthiũ. Horat. de Arte, amphora cœpit Inſtituit currente rota cur urceus exit?

Rotula, dimin. τροχίσκος. Plin. lib. 18. cap. 18. Galliæ uerò duas addiderunt rotulas.

Roto, tas, a. p. Verto, in modum rotæ uerſo, circumago, γυρόω, κυκλόω. Martial. lib. 1. Præceps ſanguinea dum ſe rotat urſus arena, Implicitã uiſco perdidit ille fugam. Ouid. 4. Meram. Deq; ſinu matris ridentẽ, & parua Learchũ Brachia tendentem rapit, & bis terque per auras More rotat fundæ, rigidoſq; infantia ſaxo Diſcutit ora ferox. Lucret. libr. 6. rotantq; cauis flammam fornacibus intus. Rorare item ſe pauones dicuntur, quum ueluti pulchritudinem ſuam admirantes, gemmantes caudæ pinnas in orbem explicãt, rotæq; orbem imitantur, ὡραΐσκω.

Rotans, tis. Hor. 4. Car. Ode 11. Sordidũ flammæ trepidã rotantes Vertice fumum.

Rotatus, a, um. Ouid. ad Piſon. & nunc ceruice rotata Incipit effuſos in gyrum carpere curſus. Iuuen. Satyr. 6. aut curtum ſermonę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sermone rotato torqueat enthymema.

Rotundus, a, um, Idem quod globosum, hoc est, quod globi, siue sphæræ figuram habet, unica superficie contentũ, & in medio sui punctum habens, à quo omnes lineæ ad circunrentiam ductæ, sunt æquales, περιφερὴς, στρόγγυλον, περίτροχον, σφαιροειδές. Dictum rotundum (ut quidam uolunt) à retundendo, quòd omnis undiq; retusa sit angulorũ asperitas. Plin. lib. 10. ca. 52. Aquatilium oua rotunda. Ibidem, Oua exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur. Cic. 1. de Nat. deo. Nunc autẽ hactenus admirabor eorum tarditatẽ, qui mundum animantẽ, immortalem, & eundem beatum & rotundum esse uelint, quòd ea forma neget ullam pulchriorẽ esse Plato. Hora. 8. Epod. Nec sit marita, quæ rotundioribus Onusta baccis ambulet. Cic. de Vniuer. Idq; ita tornauit, ut nihil effici possit rotundius, nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis, &c. Col. lib. 8. cap. 8. Quũ deinde quis uolet quàm plurimos mares excludi, longissima quæq; & acutissima oua subiiciet: & rursus quum fœminas, rotundissima. Ore rotundo loqui, est uolubili, & concinno orationis genere uti. Hor. in Arte, Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Musa loqui. Gell. Crispum sanè agmen orationis, rotundumq; ac modulo ipso numerorum uenustum. Cic. in Orat. Thucydides autem præfractior, nec satis (ut ita dicam) rotundus primus instituit dilatare uerbis. Rotundæ clausulæ dicũtur, intra quas sententiæ clauduntur, cum sequentibus non hærentes. Budæus.

Rotunditas, atis. Plin. lib. 1. cap. 3. Cornibus, quæ sunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis. Ibidem, capite 36. Rotunditate oris.

Rotundè, aduerbiũ, Cic. 4. de Fin. Ista ipsa, quæ tu breuiter, Regem, Dictatorem, diuitem solùm esse sapiẽtem, à te quidem aptè, ac rotundè, &c.

Rotundo, as, a. p. Rotundum facio, σφαίρωμα. Cic. de Vniuers. Quumq; similem uniuersitatis natura efficere uellet, ad uolubilitatem rotundauit. Vitru. lib. 10. cap. 11. Id ad circinum rotundatur. Per translationem accipitur pro explere, siue perficere, eò quòd rotunda forma nulla sit perfectior. Horat. 1. Epist. Mille talenta rotundẽtur: totidem altera: porrò Tertia succedant.

Rotundatio, uerbale, σφαίρωμα. Vitruu. lib. 10. cap. 11. Sic & in rotundatione & in longitudine æqualia spatia fient.

Rubedo, Rubefacio, uide Rubeus.

Rubellianæ uites, siue Rubellæ, quæ dicantur, uide Rubellus.

Rubellio, onis, f. t. Piscis est prægrãdi capite, ex genere mullorum (quem ἐρυθρικὸν uocat Aristot. ut Gaza arbitratur) à coloris rubedine nomẽ habens. Vnde & Galli Rougeretum appellant. Hic in uino necatus, in posterum uini tædium inducit. Plin. libr. 32. cap. 10. Mullus in uino necatus, uel piscis rubellio, iis, qui inde biberint, uini tædium affert.

Rubeta, æ, f. p. Ranæ genus uenenosum, in ficco semper uiuens, & à rubis nomen trahens, in quibus plerunq; uictitat, φρῦνος. Iuue. Sat. 1. quæ molle Calenum Porrectura uiro miscet sitiente rubetam. Plinius libro 8. cap. 31. Auxiliantur contra ranam rubetam. Idem libr. 32. cap. 5. Sunt quę in ueprib. tantùm uiuunt, & ob id rubetarũ nomine, ut diximus, quas Græci phrynas uocant, grandissimæ cunctarum, geminis ueluti cornibus, plenæ ueneficiorum. Mira de his certatim tradunt autores.

Rubeus, a, um, & Rufus generalia nomina sunt, ad omnia, quæ quomodolibet rubent, ἐρυθρὸς. Etenim sanguineus, croceus, aureus, ostrinus, fuluus, flauus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, spadiceus, rubei seu rufei coloris sunt, aut acuẽtes eum & quasi incendentes, aut cum colore uiridi miscentes, aut nigro infuscantes. Gel. lib. 2. ca. 26. Sed quũ aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocum: has singulas rufi uarietates Latina oratio singulis, propriisq; uocabulis non demõstrat: omniaq; ista significat una ruboris appellatione: quũ tamen ex ipsis rebus uocabula mutuatur, & igneum aliquid dicit, & flammeum, & croceum, & ostrinũ, & aureum. Sunt tamen qui negent rubeum Latinã uocem esse: illud certè constat rubentem, seu rubrum colorẽ usitatius dici, quàm rubeum.

Rubeo, bes, bui, n. s. Rubens sum, ἐρυθραίνομαι, ἐρυθριῶ. Verg. 2. Geor. Sanguineisq; inculta rubẽt auiaria baccis. Idẽ 4. Geor. Antè nouis rubeant quàm prata coloribus, &c. Cic. ad Atti. lib. 15. Rubeo, mihi crede: sed iam scripseram, delere uolui, id est, præ pudore rubore suffundor. Idem 4. Verrinar. Hærere homo, atersari, rubere. Martial. lib. 1. Præstanis rubeant æmula labra rosis. Ouidius 2. Fastor. Diffugiunt hostes, inhonestaque uulnera tergo Accipiunt: Tusco sanguine terra rubet.

Rubens, tis, participium, siue nomen ex participio, Idem quod rubrum. ἐρυθρὸν. Vergi. 1. Georg Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni. Ouidius 3. Fast. tremula dat uina rubẽtia dextra.

Rubesco, is, neut. ter. Rubens fio, ἐρυθραίνομαι. Vergil. 2. Aenei. Iamq; rubescebat stellis Aurora fugatis. Ouid. Metam. Tum pater ut terras, mundumq; rubescere uidit. Plin. lib. 9. ca. 35. Miror ipso tantùm eas cælo gaudere, sole rubescere, colorẽq; perdere ut corpus humanum. Hinc componitur Erubesco, de quo suo loco.

Rubefacio, rubefacis, a. t. pen. cor. Rubro colore tingo, φοινίσσω, ἐρυθαίνω, cuius passiuum est rubefio. Silius lib. 16. Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora suorum.

Rubefactus, a, um, particip. Ouid. 13. Met. Expulit ipse cruor, rubefactaq; sanguine tellus.

Ruber, bra, brũ, Idem quod rubeus, ἐρυθρὸς, ἐρυθρίας. sed Latinũ est ruber, uix rubeus. Horat. in Serm. Obscœnoq; ruber porrectus ab inguine palus. Ouid. 1. Fast. At ruber hortorũ deus, & tutela Priapus, &c. Mar. li. 1. Flauaq; de rubro ponere mella cado. Oui. 11. Met. Fulmineus rubra suffusus lumina flãma Hor. 3. Car. Ode 13. nam gelidos inficiet tibi Rubro sanguine riuos. Rubrum mare. Cic. 1. de Nat. deor. An quicquam tam puerile dici potest, quàm si ea genera belluarum, quæ in Rubro mari, Indiaue gignantur, nulla esse dicamus? Rubrior, comparatiuus. Plin. lib. 10. cap. 63. Colorem illico mutant rubriore pilo.

Rubor, oris, m. t. Ipse color rubeus, qui & rubedo dicitur, ἐρύθρημα, ἐρυθρότης. Plin. lib. 11. cap. 37. In malis maximè ostendi tur rubor. Ouid. 3. Met. Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem. Luc. lib. 7. rubor igneus inficit ora. Tyrii rubores, pro purpura. Ver. 3. Geor. Tyrios incocta rubores. Virgineus rubor, pro pudore. Vergil. At si uirgineum suffuderit ore ruborem.

Rubicundus, a, um, rubore plenus, siue abundè rubens, ἐρυθρίας, ἐρυθρὸς. In quo alternitatis causa (ut inquit Priscian.) c loco b ponitur, ne sit absonũ si rubicundus dicatur. Terẽ. in Hec. Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Plautus Pseud. Magno capite, acutis oculis, ore rubicũdo admodũ. Plin. lib. 18. cap. 35. de luna loquẽs, Si rubicunda, uentos portendere creditur. Mart. lib. 14. Hanc tibi Cumano rubicundam puluere testam Municipem misit casta Sibylla suam.

Rubicundus, diminut. Idem quod subrubens, ὑπέρυθρος. Iuue. Satyr. 6. tandem illa uenit rubicunda, torum Oenophorum sitiens.

Rubidus, a, um, Quod est colore rufo, atrore multo mistũ: cuiusmodi ferè est color ferri multa rubigine obducti. A. Gell. lib. 2. cap. 26. Non enim hæc sunt sola uocabula rufum colorem demonstratiua, quæ tu modò dixisti, rufus & ruber, sed alia quoq; hactenus plura, quàm quę dicta abs te Græca sunt. Fuluus enim & flauus, & rubidus, & phœniceus, & rutilus, & luteus, & spadix, appellationes sunt rufi coloris. Hæc ille. Aliquando tamen rubidus pro scabro, & aspero accipitur. Plautus in Sticho, Rubiginosam strigilem, ampullamq; rubidã. Hinc & panis bis coctus, à scabritie rubidus dicitur: qui & à nautarũ usu, nauticus etiam appellatur. Plaut. Exiguam buccellam rubidi panis. Quo tamen in loco Festus (si modò emendati sunt codices) rubidum panem, interpretatur panem parum coctum.

Rubellus, a, um, Id est subrubrum, ὑπέρυθρον. ut, ut Vinũ rubellum, siue rubellum absolutè dicitur, quod modicè & dilutè rubet. Mart. li. 1. Et Veientani bibitur fæx crassa rubelli. Rubellæ uites, id est, Nomentanæ, à materię rubedine cognominatę. Plin. lib. 14. cap. 2. Proxima dignitas Nomentanis, rubente materia: quapropter quidã rubellas appellauere. Easdem & rubellianas uocat Colu. lib. 3. cap. 2. Nomentanæ, inquiens uini nobilitate subsequuntur Ammineas, fœcunditate uerò etiam præueniunt: quippe quum frequenter impleant, & id quod ediderunt, optimè tueantur. Sed earum quoque feracior est minor, cuius & folium parcius scinditur, & materia non ita rubet, ut Ammineis: à quo colore rubellianæ nuncupantur.

Rubia, æ, f. p. Herba radicem habens rubram, tingendis lanis, ac coriis idoneam, ἐρυθρόδανον. De qua Plin. lib. 24. capite 11. Erythrodanus quem aliqui ereuthrodanum uocant,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nos rubiam qua tinguntur lanę, pelles ꝙ perficiuntur: in me dicina urinam ciet. Idem libro 33. cap. 6. & libro 19. capit. 3. Pharmacopolæ rubiam tinctorum, Galli sua lingua Garenciam nominant.

Rubicundus, Rubidus, uide Rubeus.

Rubigo, pen. prod. inis. f. t. Vitiũ metalli, & propriè id quod in ferro contrahi uidemus, aridum & rubrum metallũ paulatim erodens. Dicta rubigo à rubro, siue rubido colore: unde & antiquis robigo dicebatur: nam illi robum dicebant, teste Festo, quod nos rubrũ. Aerugo uerò propriè fit in ære: sicut ferrugo in ferro: & cõtrahitur ex humore: neꝙ rusa est, & sicca, qualem diximus rubiginem esse, sed uiridis, atꝙ humida. Plin. lib. 17. cap. 4. Ferroꝙ argilla omnis rubiginem ob ducit. Verg. 1. Georg. Exesa inueniet scabra rubigine tela. Catul. Argon. Squallida desertis rubigo infertur aratris. Ouid. 2 Met. liuent rubigine dentes. Rubigo uel Aerugo in segetibus, inquit Budæus, est quam Nuyllam, hoc est, nebulã, nostrates agricolę uocant: spicę enim marcidæ fiunt hoc uitio, & in puluerem fœtidum confratiles, ἐρυσίβη. Hor. lib. 1. Car. Nec pestilentem sentiet Africũ Fœcunda uitis, nec sterilem seges rubiginẽ. A Rubigine Rubigalia dicta, id est, festi dies, amoliendæ rubigini instituti ab antiquis: quales sunt suppli cationes amburbiæ, aut amburuales, quæ hodie propter eiusmodi causas factitantur. Plinius libro 18. capite 29. Rubigalia Numa constituit, quę nunc aguntur ad septimum Calendas Maii: quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Hatenus Budæus.

Rubiginosus, a, um, ut apud Mart. lib. 5. Rubiginosi dentes. Cætera uide in dictione Robigo.

Rubiginor, penult. correp. ris, Rubiginem contraho, ἰόω. Apuleius libr. 3. Floridorum, Profectò ut gladius usu splendescit, situ rubiginatur: ita uox in uagina silentii condita, diutino torpore hebetatur.

Rubor, uide Rubeus.

Rubrica, æ, pen. pro. Terra rubri coloris, qua fabri materarii lineas ducũt, μίλτος. Col. lib. 2. Omnes arbusculas priusquam trensferas, rubrica notare conuenit: ut quum ferentur, eadem cæli partes aspiciant, quas etiã in seminariis cõspexerunt. Hac legum tituli & capita notabantur. Pers. Sat. 5. Præsertim si quid Masuri rubrica notauit. Hinc

Rubricatus, ta, tum, Quod est rubrica intinctũ, μιλτωτός. Hieronym. in Exodum, Pelles arietum rubricatas.

Rubriceta, Color est, quo mulieres ruborẽ inducunt, ἀνθέρικος. Plautus in Truc. Buccas rubriceta & omne corpus intinxit tibi. Alio nomine purpuriſſum dicitur: unde Plautus ibidem, Buccas purpuriſſas & rubriceta tinctas, in eadẽ effert significatione.

Rubricosus, a, um, adiect. Rubrica abundas, uel rubricæ similis, μιλτώδης. ut Terra rubricosa, ex qua rubrica effoditur: aut quæ rubra est ad similitudinẽ rubricæ. Col. lib. 4. cap. 33. Spissum solum & rubricosum reformidat.

Rubus, rubi, f. sec. Frutex notissimus, passim in dumis proueniens, flagellis lentis, & nisi quid occurrat quod aduncis spinis comprehendat, humi sparsis, capitibusꝙ nonnunquã in terram defixis, & radicem denuò ex se agentibus: quæ res agricolas primùm propagandarũ uitium rationem uidetur docuisse βάτος. Florẽ habet candidum, & fructũ moris non absimilem. Hor. 1. Carm. seu uirides rubum Dimouere lacertæ. Verg. 5. Ecl. Mella fluant illi: ferat & rubus asper amomũ. Quintil. lib. 9. cap. 4. Rubos aruis excidimus. Rubus Idæus, frutex est superiori non dissimilis, tenerior tamen, & minoribus horrens spinis: quanquã & sine spinis inueniatur. Copiosissimè prouenit in Ida monte: unde & nomen habet. Rubus caninus, frutex est arbusculæ instar, rubo longè maior, folia ferens multò latiora myrto, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ simili, qui per maturitatem fuluescit, & flocculos intus continet, lanę quandã speciem præ se ferentes, κυνόσβατος. Galli Englenteriam nominant.

Rubetum, beti, neut. s. Locus in quo rubi copiosè prouenĩt, ipsa ruborum copia, βατών. Ouid. 2. Met. Cornaꝙ & in duris hærentia mora rubetis.

Ructus, us, ui, mas. q. Est propriè cibi & potus in stomacho malè concocti, uentosa per os efflatio, ἐρυγή. Mart. libr. 1. Ista linunt dentes ientacula, sed nihil obstant, Extremo ructus quum uenit à barathro. Cic. Peto, libr. 9. Stoici crepitus aiũt æquè liberos ac ructus esse oportere. Columella libro 6. cap. sexto, Cruditatis signa sunt crebri ructus ac uentris sonitus, fastidia cibi, neruorũ intentio, hebetes oculi. Plin. lib. 21. ca. 18. Anethum quoꝙ ructus mouet, & tormina sedat.

Ructo, as, n. p. Est ructus emittere, ἐρεύγω. Iuuenalis Sat. 3. laudare paratus, Si bene ructauit, si rectùm minxit amicus. Cic. ad Cornificium lib. 12. Quem ego ructantem, & nauseantem conieci in Cæsaris Octauiani plagas. Plautus Pseud. Pergin' ructare tu mihi.

Ructor, aris, d. p. Idem quod ructo, ἐρεύγω. Varro 3. de Re rusti ca, capite 2. Ego, inquit, te præsertim, cuius aues hospitales etiamnunc ructor, quas mihi appositi paucis antè diebus. Horat. in Arte, Hic dum sublimeis uersus ructatur & errat.

Ructatus, tata, tatum, pro eructatus, uel ructando iectus. ut, Ructati cruore. Silu. libro 15. Permisceꝙ mero ructatos ore cruores.

Ructator, oris, & Ructatrix, uerbalia. Mart. lib. 10. Nec deest ructatrix mentha, nec herba salax.

Ructuosus, a, um: ut Spiritus ructuosi, apud Quintilianum libro 4. capite 2.

Rudatum, pro Rudimento posuit Apuleius.

Rudens, uide Rudo.

Rudero, Rudetum, uide Rudus.

Rudiarius, Rudicula, uide Rudis substant.

Rudimentum, uide Rudis, adiect.

Rudis, subst. f. g. t. Virga rudis & impolita, siue ea ligneа sit, siue ferrea, quæ uariis olim usibus accõmodabatur, σπάθη. Nam & rudibus agitabantur ea, quæ ad ignẽ coquebantur, aut alia ratione miscebãtur. Plin. lib. 34. Vritur in patinis per laminas minutas cum sulphure, uersatum rudib. ferreis, aut ferulaceis. Cato de Re rust. cap. 104. Hæc rude misceto, ter in die, quinꝙ dies continuos. Rudibus item depugnabant gladiatores, teste Lamprid. qui refert Cõmodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnasse. Hinc ad rudẽ cõpellere, idem est quod cogere depugnare. Cicer. Octauio, Qui ueteres gladiatores reliquias ludi Cęsaris ad rudem cõpulisti. Iidem quoties aut emeriti, aut multis iam relatis palmis, libertate digni uidebantur, rude à Prętore donabantur. Cic. 5. Phil. Tam bonus gladiator tam citò rudem accepisti? Horat. 1. Epist. Spectatũ satis, & donatũ iam rude, quęris Mecœnas iterum antiquo me includere ludo. Vbi Donatũ rude per translationẽ dixit, pro eo quod est, etate emeritũ. Gladiatores enim accepta rude, ab omni depugnãdi necessitate eximebantur. Quo fit, ut Rudem pro libertate & optato rei cuiusuis fine accipiamus. Iuuen. Ergo sibi dabit ipse rudem.

Rudicula, læ, diminutiuũ, Parua uirga, impolita, ad multa utilis, potissimũ autem ad mouenda & agitanda ea, quæ super ignem decoquũtur, σπάθη. Cato, cap. 9. Igni bene coquito, rudicula agitato crebrò, usqueadeò dum fiat tam crassum, quàm mel. Plin. libro 20. Non est opus in hoc usu lanas rudiculis esse curatas.

Rudiarii, m. s. Dicti sunt, qui impetrarunt missionem artis gladiatoriæ, donati rude, οἱ ἀπολελυμένοι. Suet. in Tyber cap. 7. Rudiariis quoꝙ quibusdã reuocatis autoramẽto centũ milium dedit. Item Rudiarii dicuntur, qui saga rudia, & noua poliunt, ut ait Hermolaus ex Festo.

Rudio, is, iui, itum, a. q. ἐπιδρύω, Rudẽ doceo. Vnde Erudio, quod est perfectè qui rudes sunt, doceo.

Rudis, & hoc rude, adiect. o. t. Idem est quod impolitus, αὐτὸ σκιδές, ἄξεστος, ἄγναφος. ut Rude marmor, ebur rude, cui artificiosa forma nulla adhuc est inducta. Rude argentũ, id est, infectum, quod neꝙ signatum est, neque alium in usum laboratũ. Liber rudis, id est, non satis diligenter excultus. Cic. de Orat. Quæ pueris nobis inchoata & rudia exciderunt. Transfertur inde ad animum, rudesꝙ illi dicuntur, qui adhuc animũ non expoliuere disciplinis, & doctrina, rerumꝙ usu, ἀμαθεῖς, ἄπειροι. Cic. 2. de Nat. deorũ, Rudem me discipulum, integrũꝙ accipe. Plin. lib. 2. cap. 7. Sedere cœpit sententia hæc, pariterꝙ & eruditum uulgus, & rude in eam curſu uadit. Rudis, genitiuo aliquando iungitur. Cic. pro Flacco, Homines imperiti, rerum omniũ rudes ignariꝙ. Idem 1. Off. Rudes Græcarũ literarum. Aliquando accusatiuo cum præpositione Ad. Liuius 4. bel. Pun. Rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse, equis tantùm habilem. Aliquando ablatiuo cum præpositione In. Cicero libro 1. de Oratore, Rudem in iure ciuili. Ponitur aliquando rudis pro rustico. Iuuen. Saty. 11. Tunc rudis & Graias mirari nescius artes, Magnorum artificum frangebebat pocula miles. Interdum pro duro & inclementi. Terentius in Phormione,

Adeon'

Adeon' te esse ingenio rudi, & inexorabili?

Ruditas, tis, fœm. ter. Id est, disciplinarum, rerumq; imperitia, ἀμαθία, ἀπειρία.

Rudimentum, ti, n. s. Primum artis cuiusuis tyrocinium, seu prima disciplina, qua rudes imbuuntur, προπαιδεία. Vnde Ponere rudimenta dicimus, pro eo quod est artis alicuius principiis operam dare: quanquam figuratè simpliciter accipiatur pro rem quamlibet incipere. Cic. in Sall. Verùm eo magis odisse debetis hominẽ, qui ne incipiẽs quidem peccare, minimis rebus imposuit rudimentum: sed ita ingressus est, ut neq; ab alio uinci possit, &c. Liu. 1. bel. Maced. Respõsum, & patrem eius Syphacẽ sine causa ex socio & amico hostem repentè populi Romani factum: & cum ipsum rudimenta adolescentiæ bello lacessentẽ Romanos posuisse. Iustin. lib. 9 Alexandrũ filium XVII. annos natum, ut sub militia patris tyrocinii rudimenta deponeret, ad se accersit. Rudimenta uirtutis, id est, initia. Cic. in Sall. An ulla alia putas esse rudimenta & incunabula uirtutis? Rudimentum lucis, pro uitę initio, apud Plin. in Proœmio lib. 8.

Rŭdo, dis, di, n. t. Propriè ad asinos pertiner, qui rudere dicuntur, quum uocem emittunt, ὀγκάομαι. Ouid. 3. de Arte, Vt rudit à scabra turpis asella mola. Abusiuè & de leonibus, & de hominib. dicitur. Verg. 7. Aen. Hinc exaudiri gemitus, iræq; leonum Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentũ. Idem 8. Aen. de Caco, Inclusumq; cauo saxo, atq; insueta rudentem. Persius primâ uerbi huius syllabâ produxit, quum in exemplis iam citatis corripiatur.

Rudens, tis, particip. Ouid. 1. Fast. Ecce rudens rauco Sileni uector asellus Intempestiuos edidit ore sonos. Rudens, substantiuum, uide sequentia.

Rudens, tis, substant. tam masc. quàm fœm. gen. Funem nauticum maiorẽ significans, à malo ad puppim religatũ, πρότονος. quanquã etiam pro eo Plin. accepisse uidetur, quo naues continenti alligantur, quẽ Græci appellãt πρυμνήσιον. Verg. 1. Aen. excussosq; iubet laxare rudentes. Plaut. Ruden. Dum hanc rudentem complico. Catull. Candidaq; intorti sustollant uela rudentes. Cicero 5. Tusc. Vt mihi illud Laconis dictum in hos cadere uideatur, qui glorianti cuidã mercatori, quòd multas naues in omnem oram maritimam dimisisset: Non sanè optabilis est quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. Idẽ 1. de Diui. Sed est quasi rudẽtis explicatio.

Rudus, eris, n. t. Lapidum frusta, & ruinarũ materies. Est aũt duplex, nouum scilicet & uetus, ἐρείπιον. Nouum rudus, est materia pauimẽti, hoc est, saxa recens contusa, seu testæ confractæ cum calce ad pauimentũ faciendum. Vitruuius lib. 7. Deinde ruderi nouo tertia pars tusæ admisceatur, calcisq; duæ partes ad quinq; mortarii misti, omnibus præstent responsum. Vetus rudus, est materia ueterũ pauimentorũ, & dirutorũ ædificiorũ, quæ lapidib. & testis confractis, calceq; arena cõmista constat. Plin. Complanatæ uetteri rudere erãt uiæ. Antiqui Rudus dicebant, teste Festo: coq; non solùm lapidũ fragmenta, uerùm tamen rem omnem rudem, & imperitam significabat. Qua de re uide plura paulò antè in dictione Raudus.

Rudero, as, n. p. Est rudus induco, κατερρηπίω. Vitru. lib. 7. cap. 1. Ne minori saxo, quàm quòd possit manus implere, crustumination ib. inductis ruderetur. Eruderare uerò, est rudus eiicere, ἐξερειπιοῦν. Var. de Re rust. lib. 2. cap. 2. Solum oportet esse eruderatum, & procliuum, ut euerti facilè queat.

Ruderatus ager dicitur, qui ueterũ ædificiorũ materia scatet. Plinius libro 21. capite 4. Rosam siccis locis quàm humidis odoratiorẽ constat nasci: ferendã nec pinguib. nec argillosis locis, cõtentam; raris, propriéq; ruderatum agrum amare.

Ruderatio, onis, uerbale. Vitr. lib. 7. cap. 1. Primumq; incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expolitionum.

Ruderarium cribrum, ab Apuleio appellatur cribri genus maius, ex membrana minutis foraminibus pertusa, quo rudera, hoc est, lapilli, consimilesq; sordes, è frumento expurgantur. Pollinarium autem, siue excussorium cribrum dicitur, quod ex setis equinis, aut linteo rariore confici solet, ad pollinem à furfuribus secernendum.

Rudetum, ti, n. s. Locus plenus rudere, hoc est, lapidũ fragmentis, & materie ruinæ. ῥαπιάδης τόπος. Cato, Lentem in rudeto, & rubricoso loco, qui herbosus non siet, serito.

Rŭfus, a, um, Color nõ planè rubẽs, sed ad flauũ nõnihil declinans, ξανθὸς, πυῤῥός. Martialis lib. 14. Roma magis fuscis uestitur, Gallia rufis. Terentius in Heautõt. Rufam ne illam uirginem, &c. Plin. lib. 12. cap. 12. Syncerum quidem leuitate deprehenditur & colore rufo. Rufior, Compatatiuus. Plin. libro 16. capite 14. Nanque & materies maris dura, rufiorque ac nodosa.

Rufulus, diminutiuum. Plaut. in Amph. Vt primùm coiuit ei catrix rufula.

Rufuli, Appellati sunt Tribuni militũ, nõ à populo, sed à Cõsule facti, quòd de eorum iure Rutilius Rufus legem tulerit. Hi postea mutatione unius literæ Rutili sunt appellati. Fest.

Rufeo, es, n. s. Rufus sum, ξανθὸς εἰμί. unde Rufesco, rufus fio. ξανθίζομαι. Plin. lib. 10. cap. 29. Grues senectute nigrescũt; merula ex nigra rufescit.

Rufo, as, a. s. Rufum facio. ξανθίζω, πυῤῥόω. Plinius libro 15. cap. 22. Rufatur capillus primùm prodeuntibus nucleis. Et libro 23. capite 2. Tunc addito lentiscino oleo illita una nocte rufat capillum.

Ruga, æ, f. p. Cõtractio cutis in plicas, & quosdã quasi sulcos: cuiusmodi in senibus conspici solent, ῥυτίς. Cic. de Senect. Non cani, nõ rugę repẽtè autoritatẽ arripere possunt, sed honestè acta superior ętas. Ouid. 14. Met. & rugis parauit anilib. ora. Idem 2. de Arte, Iam uenient rugæ, quæ tibi corpus arẽt. Plicæ quoque in uestibus eminentes, rugę dicuntur: quemadmodum contrà cauitates inter plicas, sinus appellamus. Plinius libro 35. capite 8. Præter quæ in ueste rugas & sinus inuenit. In arborum quoque fructibus, qui ante maturitatem sunt decerpti, asperitates quædam, & corticis contractiones oriuntur, quæ à similitudine rugarum anilium, ueniunt & ipsæ in nominis huius cõmunionem. Plin. libr. 12. cap. 7. Semina piperis distant à iunipero paruis siliquis, quales in phaseolis uidemus. Hæ priusquã dehiscant, decerptæ, tostæq; sole, faciunt quod uocatur piper longum. Paulatim uerò dehiscentes per maturitatẽ, ostendunt candidũ piper: quod deinde tostum solibus, rugis colore'q; mutatur. Et paulò pòst, Deest tota illa maturitas, ideoq; & rugarum coloris'q; similitudo.

Rugosus, a, um, adiect. rugis plenum, ῥυτιδώδης. Col. libro 12. cap. 43. Sed hæc ratio facit rugosa acina, & penè tam dulcia, &c. Idem lib. 16. cap. 31. Cortex omnib. in senectute rugosior. Facies rugosior uua passa, Claud. 1. in Eutrop. Mart. lib. 3. Rugosiorem stola quum geras frontem, Et aranearum cassibus paret mammas.

Rugo, as, a. p. Rugas cõtraho, ῥυτιδοῦμαι. Plau. in Cas. Vide paliolum, ut rugat. Rugata testa, apud Plin. lib. 9. capit. 35. Vnde Corrugo, in rugas contraho, συνίσταμαι εἰς ῥυτίδας, ῥυτιδόω. Horat. 1. Epist. 5. Ne turpe toral, ne sordida mappa Corrugat nares. Hinc contrarium est Erugare, id est, rugas explicare, & extendere, ἐκρυτίζειν Plin. lib. 21. Furfures in facie commendat, erugant corpora.

Rugio, gis, giui, &, gii, n. q. βρυχάομαι. unde Rugitus, qui propriè leonis est, quum uocẽ emittit, βρυχηθμός. Hiero. Amos 3. Leo rugiet, quis non timebit? Autor Philomelæ, Tigrides indomitæ rancant, rugiuntq; leones. Hinc componitur Irrugio, gis: de quo suprà suo loco.

Rugio, gis, xi, ctum, ructum emitto, ἐρυγγάνω, cuius cõpositum est Erugio, à quibusRucto & Eructo, frequentat. & Ructio & Ructuo, de quibus in Eructo.

Ruĭdus, a, um, adiect. à ruendo, hoc est, à cadendo, ut quidã uolunt deductum: ut Pilum ruidum, cuius crebro casu frumenta pinsuntur, siue eualuantur. Plin. lib. 18. cap. 10. Pistura non omnium facilis. Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo pręforato, fistula ferrata, & stella intus denticulata: ut nisi intenti pinsant, concidantur grana, ferroq; frangantur. Maior pars Italiæ ruido utitur pilo, rotis etiam, quas aqua uerset obiter, & molat. Quem tamen Plinii locum explicans Hermol. Ruidum pilum dictum innuit, non à ruendo, sed ab asperitate, quasi ruuidũ, siue (ut alii scribunt) rubidum: quod nomen antiquis asperum & impolitũ significabat. Verba Hermolai sunt hæc. Præferratum pilum in molendo propterea uocatur Plin. ut à pilo ruido (sic enim ipse uocat) distinguatur, ad molas uidelicet, quas aqua uersat, utili: nec tam quòd sine ferro est, id nomen habet, quàm quòd asperum impolitumq;.

Ruína, uide Ruo.

Rulla, læ, Instrumentum ferreum, stimulo rusticorum addi tum ad uomerẽ detergendum. Plinius libro decimo octauo, capite decimo nono, Purget uomerẽ subinde stimulus cuspidatus Rulla. Est autem diminutiuum à Runa, quod est teli genus, latiorem habens cuspidem. Vnde Runatum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dixit Ennius, pro runa armato, siue (ut Festus interpretatur) pro pilato, hoc est, pilo instructo.

Ruma, æ, f p. A ueteribus dicebatur mamma, ut annotauit Nonius, citans locum Catonis, ex opere De liberis educandis, μαστὸς, θηλή. Rumam (inquit Cato) prisco uocabulo mammam appellarunt: à qua Subrumi etiam nunc dicuntur agni. Hinc etiam Irrumare dicebant antiqui pro lactare, quasi rumam in os inserere: quod tamen uerbum postea ad fœdæ libidinis significationem est translatum, ut latius uidere licet suo loco. Rumam præterea Seruius interpretatur eminentiorem colli partem, ad quam demissus cibus à certis reuocatur animalibus. Quod & ipsum Festus innuere uidetur, quum rumare antiquos dixisse ait, pro ruminare.

Rumen, inis, n. t. Propriè in animalibus quibusdam dicitur quidam quasi uentriculus, quò illa pabulum ad tempus demittūt, indeq; rursus ad os reuocant: unde & ruminatio nomen accepit. Rumē (inquit Nonius) locus est in uentre, quò cibus demittitur, & unde redditur. Per translationem tamen pro ipso etiam sumitur uentriculo, cibi & potus receptaculo. Pomponius Prostibulo, ut citat Nonius, Ego rumorem parui facio, dum sit rumen qui impleam. Festus rumen interpretatur partem colli, qua esca deuoratur. Rumen item antiqui pro ruma accipiebant, hoc est, pro ubere, siue mamma. Plin. libro decimo quinto, capite decimo octauo, Colitur ficus arbor in foro ipso, ac Comitio Romæ nata, sacra fulguribus ibi conditis: magisq; ob memoriam eius, quę nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata, quoniam sub ea inuenta est lupa infantibus præbens rumen: ita enim uocabant mammam.

Rumino, as, a. penul cor. & Ruminor, aris, deponens, Idem quod remandere, & cibum à rumine ad os reuocare: propriéq; de iis dicitur animantibus, quę in superiore mandibula dentes primores non habent, ἀναμηρύομαι, ἀναμασῶμαι. Col. libr. 7. Propter quæ bos neq; ruminat, neq; lingua se detergit. Vergil. 6. Eclog. Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas. Plin. lib. 10. cap. 63. Ruminant præter iam dicta syluestriū cerui, quum à nobis aluntur. Per translationem ponitur pro in memoriam reuoco, & diligenter perpendo, ἀναπαμπάζομαι. Varro Bimargo, ut citat Nonius, Odisseam enim Homeri ruminari incipies Idem Tanaquile, apud eundem Nonium. Varro, Nō modò absens de te cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem tuam.

Ruminatio, onis, f. t. uerbale, μηρυκισμὸς. Plin. libr. 11. capit. 37. Quibus neque dentes utrinq;, neque ruminatio. Ruminatio, rei cuiuspiam in memoriam reuocatio. Cicero ad Attic. libro 2. Quantò magis uidi ex tuis literis, quàm ex illius sermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione, &c.

Ruminalis ficus, Romæ fuit in Comitio, fulgurib. sub ea conditis sacra, à ruminando (ut quidam uolunt) dicta quòd sub ea pecudes æstatis tempore frigora captantes, herbas rumināre consueuerint. Aut certè (ut Plin. libr. 15. cap. 18. placēre uideo) ab eo quòd sub ea inuenta sit lupa Romulo & Remo rumen, id est, mammam præbens. Liuius 1. ab Vrbe, primùm Romularem ficum à Romulo dictam putat, quæ deinde uoce paulatim deprauata, Ruminalis cœpit appellari. Verba Liuii sunt hęc, Ita uelut defuncti regis imperio, in proxima alluuie, ubi nunc ficus ruminalis est (Romularem uocatam ferunt) pueros exponunt. Ruminales hostiæ, eorum animalium, quæ ruminant. Plinius libro octauo, capite quinquagesimo primo, Coruncanus ruminales hostias, donec tridentes fierent, puras negauit.

Rumentum, inquit Festus, Idem quod abruptio.

Rumex, icis, m. t. Herba est syluestris ex lāpathi generibus, à quibusdā Oxalis appellata, satiuo proxima, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima, λάπαθον. Quidam etiam Lapathum cantherinū appellant, ad strumas cum axungia efficaciſſimū. Ver. in Mor. Fœcūdusq; rumex, maluæ, uiolæq; tuebant. Sed ex recentioribus, qui rumicis appellationem latius accipiant: ut ad omnia lapathi genera extendantur. Plinius tamen speciem iam depictam à cæteris generibus, rumicis nomine distinguit. Vide ipsum libro 20. capit. 22. & libro 19. capite 12.

Rumifero, Rumigero, uide Rumor.

Rumigare, Apuleius usus est pro ruminare, & quod Quintilianus ac Plinus aiunt, remandere, & commanducare, μηρυκάομαι. Verba Apulei sunt hæc, libr. 4. de Asin. Iam fessa tertium palam rumigabam.

Rumino, Ruminor, uide Rumen.

Rumis, Idem quod ruma, id est, mamma. Rumis (inquit Festus) māma dicitur: unde & rustici appellant hœdos subrumos, qui adhuc sub mammis habentur, μαστὸς, θηλή. Varro 2. de Re rust. cap. 11. Mamma rumis, siue ruma, ut antè dicebāt: inde dicuntur subrumi agni lactentes.

Rumo, as, Antiquis idem erat quod lacto, quasi rumā in os insero, θηλάζω. Vnde deducitur cōpositum, Irrumare, quod olim nihil aliud erat quàm rumā, hoc est, māmam, in os pueri inserere. Rumare item antiqui dixerunt pro ruminare, teste Festo. Nam & rumam, si Seruio credimus, iidem pro rumine dixerunt, hoc est, pro eminente sub collo parte, ad quā cibus demissus, à certis reuocatur animalibus.

Rumor, oris, m. t. Sermo in populo sine certo autore, in bonum, uel in malū de recēti dispersus re, φήμη. Cic. in Phil. Improbissimis rumoribus dissipatis. Terent. in And Meum gnatum rumor est amare. Cic. ad Cassium, lib. 12. Epist. Nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella: fatis illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. Idem Attic. lib. 16. Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat. Horat. 2. Sermon. Satyra 6. Frigidus à nostris manat per compita rumor. Vergilius 12. Aedeid. Rumoresq; serit uarios, ac talia fatur. Aliquando ponitur pro fauore, seu studio, σπουδὴ. Vergilius 8. Aeneidos, Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo.

Rumuſculus, diminut. Paruus rumor. Cic. ad Att. lib. 2. Quas quidem ego multò magis uereor, quàm eorum hominum, qui hodie uiuunt, rumuſculos.

Rumifero, as, pen. cor. Rumorē fero, hoc est, famā spargo: qđ & **Rumigero**, as dicitur, διαφημίζω. Plau. in Amph. Quamq; adeò ciues Romani non rumiferant probam.

Rumigerulus, Qui rumorem gerit, ὁ διατρυπᾶν.

Rumpo, pis, pi, ptum, Frango, reuello, scindo, ῥήγνυμι, κλάω, καταράσσω. Verg. 5. Aen. Nodos, & linea uincula rupit. Idem 9. Aen. Rumpere clauſtra manu, socios; immittere portis. Rumpere uincula, est effracto carcere, uel ruptis compedib. aliáue quauis ui, sese, aliúe custodia eximere. Cic. in Catil. Adiungit grauem pœnam municipib. si quis eum uincula ruperit. Idem 4. Tusc. Nec tamen illa uincula carceris ruperit. Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Terēt. in Hec. Vt me ambulando rumperet. Rumpere silentium, & rumpere uocem, est in uocem prorumpere, & rem silentio aliquādiu suppressam, eloqui, ῥῆξαι φωνήν. Ver. 10. Aen. Quid me alta silentia cogis Rumpere? Idē 2. Aen. Cōpositò rūpit uocem, & me destinat aræ. Rūpere moras, est auferre moras, siue festinare. Verg. lib. 3. Geor. en age, segnes rumpe moras. Rumpere fidem, est fidē uiolare. Ouid. Epist. 23. Rupi, quam ruptam sum mihi questa fidem. Rumpi item dicuntur, quæ nimia tensione dissiliunt, διαῤῥήγνυσθαι. Cic. in Vatin. Vt aliquando ista quæ sunt inflata, rumpantur. Inflatas rumpere uesiculas, apud eundem. 2. de Diuin. Hor. Ser. 2. Sat. 3. quum magis, atq; Se magis inflaret, Non si te ruperis, inquit, Pares. Hinc sumpta translatione, rumpi inuidia, & rumpi malis dicimus, pro eo quod est grauiter discruciari, & uix ferre posse. Verg. 7. Eclog. inuidia rumpantur ut ilia Codro. Cic. Quint. Frat. lib. 3. Vt his malis Reipub. licentiaq; audacium, quibus antea rumpebar, nunc ne mouear quidem. Rumpo, pro rumpi facio. Mart. lib. 10. Grandis ut exiguam bos rana ruperat olim. Sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium. Huius uerbi cōposita sunt, Abrumpo, corrumpo, dirumpo, erumpo, irrumpo, interrumpo, perrumpo, & prorumpo de quibus suis locis.

Ruptus, a, um, particip. Vergilius 1. Georgic. Vicinæ ruptis inter legibus urbes Arma ferunt, sæuit toto Mars impius orbe. Idem libro 2. Aen. Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis Exiit.

Ruptor, m. t. Liu. 4. ab Vrbe Hiceine est, inquit, ruptor fœderis humani, uiolatorq; gentium iuris?

Ruptus, a, um, Idem quod fractus, ῥαγείς. Verg. 2. Geor. Quà uia maria alta tumescant Obiicibus ruptis. Testamentum ruptum, id est, cancellatum, & irritum: cui opponitur ratum. Cic. de Orat. Testamentum ruptum, aut ratum. Aliquando ruptum dicimus delassatū, & membris fractum ex diutino labore. Apul. Quousq; ruptum istum asellum, nunc etiam claudū frustra pascemus? Aliquando ruptus pro eo sumitur qui uestibus est laceris, & pannosus, ῥωγαλέος. Martial. Qui sanec

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſanet ruptos, dic mihi Galle quis eſt?

Rumpi, orum, m. ſ. Qui & traduces dicuntur, brachia ſunt uitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & ſibi mutuò connectuntur. Var. lib. 1. de Re ruſt. cap. 8. Quartum pedamentũ eſt natiuum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis uitib. uinea fit: quos traduces, quidam Rumpos appellant. Quibus ex uerbis Varron. quoniã manifeſtũ eſt, eoſdem rumpos, qui alio nomine traduces dicũtur, reliquũ eſt ut doceamus, hiſce nominib. nõ arbores ipſas ſignificari, (ut quidam putauerunt) neq; rurſus uites ipſas, ſed quædam uitiũ ueluti brachia, à ſua utrinq; matre porrecta, & circa medium arborũ interuallum ſibi occurrentia, ibidemq; connexa. Id aũt planum fiet Columellæ teſtimonio, lib. 5. cap. 6. ubi ſic habet, Cætera ſimili ratione atq; in arbuſto Italico adminiſtrantur, ut uites longis ſcrobibus deponantur, ut eadẽ diligentia curentur, atq; in ramos diducantur, ut noui traduces omnibus annis inter ſe ex arborib. proximis connectantur, & ueteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media uirga inter eas deligetur. Quum deinde fructus pondere urgebit, ſubiectis adminiculis ſuſtineatur.

Rumpotinum arbuſtum, Genus arbuſti Gallici eſt, à rumpis, id eſt, traducib. nomen habẽs, qui utrinq; à matre exporrecti, & crura medium arborũ duarum interuallum ſibi occurrentes, cõnectuntur. Col. libr. 5. cap. 6. Eſt & alterũ genus arbuſti Gallici, quod uocatur rumpotinũ. Id deſiderat arborem humilem, nec frondoſam. Cui rei maximè uidetur idonea populus: ea eſt arbor cerno ſimilis. Quinetiã cornus, & carpinus, & ornus: nonnunquam & ſalix. Hoc genus arbuſti frequens eſt in agro Mediolanenſi, ubi etiam hodie nomen ſeruat. Arbores rumpotinæ, quibus uites rumpotinę inniruntur. Vites aũt rumpotinas (ut ex prædictis facilè intelligi poteſt) eas uocamus, ex quibus rumpi, id eſt, traduces ducũtur. Col. loco iam citato, Arboribus rumpotinis ſi frumentũ non ſubſcritur inter utranq; partem, uiginti pedum ſpatia interueniunt. At ſi ſegetibus indulgetur, in alteram partem quadraginta pedes, in alteram uiginti relinquuntur.

Rumpotinetũ, Locus rumpotino arbuſto conſitus, uel ipſum arbuſtum rumpotinum. Columell. libro 5. capite 6. Nam ita ferè conſtituitur rumpotinetum animaduerti, ut ad octo pedes locis ſiccis, & cliuoſis, ad duodecim pedes planis & uliginoſis tabulata diſponantur. Reliqua uide in dictione præcedenti.

Rumuſculus, uide Rumor.

Runa, Teli genus, latiorem habens cuſpidem: à quo deducitur adiectiuum Runatus, id eſt, runa armatus. Ennius, Runata recedit. id eſt, pilata, ut inquit Feſtus. Huius diminut. eſt Rulla: de quo paulò antè.

Runcina, æ, f. p. Fabrile inſtrumentũ eſſe conſtat, id tamen quale ſit, uideo non ſatis cõuenire inter eruditos: aliis aſſerentibus genus eſſe ferræ maioris, qua fabri materiarii ſecẽt arborum moles, ſubiectis cantheriis: aliis ruſtici ferramenti genus eſſe exiſtimantibus ad dumeta excidenda accõmodatum. Nos contrà, runcinã eandem putamus, quam uulgus hodie planulam uocant, qua fabri aſſamenta radunt & læuigant. Idq; ut ita ſentiamus, facilè adducimur Plinii teſtimonio lib. 16. cap. 42. ubi ſic habet, Firmiſſima ad tectum abies. Eadem ualuatum repagulis, & ad inteſtina opera aptiſſima, ſiue Græco, ſiue Campano, ſiue Siculo fabræ artis genere ſpectabilis ramentorum crinibus pampinato ſemper orbe ſeſe uoluens ad incitatos runcinarum raptus.

Runco, as, n. p. Herbas inutiles, frutices ue noxios euello, ſiue extirpo, *βοτανίζω*. ut Runcare ſpinas, apud Caton. de Re ruſt. cap. 2. Runcare ſegetẽ, eſt herbis noxiis expurgare. Plin. lib. 18. cap. 21. Siliginem, far, triticũ, ſemen, hordeum occato, ſarrito, runcato, quibus dictum erit diebus. Hinc cõpnitur Erunco, de quo ſuprà ſuo loco.

Runcatio, f. t. uerbale, *βοτανισμὸς*. Columella lib. 2. cap. 9. Frequentem tamen exigunt ſarritionem & runcationẽ, ut herbis liberentur.

Runcator, oris. Col. lib. 11. cap. 1. Quæcũq; præteriero, intelligi oportebit, nullam operam poſtulare runcatoris.

Ruo, ruis, rui, rutum, & ruitum, n. t Cado, concido, *ῥέπω, καταφέρομαι*. Verg. 2. Aen. ruit alto à culmine Troia. Terent. in Heaut. Quid ſi nunc cælum ruat? Ouid. 4. de Pont. Eleg. 3. Et ſubito caſu quæ ualuere ruunt. Per translationẽ quandoq; ponitur pro effundi. Ver. lib. 6. Vnde ruunt totidẽ uoces reſponſa Sibyllæ. Quandoq; pro decipi. Cicero lib. 3. Offic. Si hoc non eſt emptorem pati ruere, & per errorẽ in maximam fraudem incurrere. Quandoq; pro euertere, ſeu diſſicere, *διαῤῥίπτειν*. Et ſic habet accuſatiuũ, quum alibi abſolutum ſit. Vergilius libro 1. Georg. Quid dicam, iacto qui ſemine comminus arua Inſequitur, cumulosq; ruit malè pinguis arenę? Idem 1. Aenei. Spumas ſalis ære ruebant. Quandoq; pro feſtinanter ire, ſeu in præceps ferri, & ſine cautela in aliquem impetũ facere, *ὁρμᾶν*. Vergilius lib. 10. Quò moliture ruis, maiora q; uiribus audes? Quandoq; pro impellere, *ἐλαύνειν*. Terentius in Adelphis. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem. Quandoq; pro eruo, ſiue eximo, *ἐξαίρω*. Vergilius libro 11. confuſa ruebant Oſſa focis. Quandoque pro crepare, & graui ſonitu quodammodo ruinam minari. Vergilius libro 1. Georg. ruit arduus æther. id eſt, tonitru percrepat. Ad eundem modum cæli ruinam Idem libro 1. Aeneidos poſuit. Fluctibus (inquit) oppreſſos Troas, cæliq; ruina. Ver ruit, id eſt, præcipitatur, & ad finem properat. Idem libro 1. Georg. Vel quum ruit imbriferum uer. Nox ruit. Idem 6. Aen. Nox ruit Aenea, nos flendo ducimus horas. Ruere nubẽ, eſt egerere, emittere. Verg. 2. Georg. Et ruit atram Ad cælum picea craſſus caligine nubem. Huius cõpoſita ſunt, Adobruo, corruo, diruo, eruo, irruo, obruo, & ſubruo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Ruina, æ, f. p. Caſus, excidium q; dicitur. Nam (ut inquit Hieronymus) ruina eſt, quum parietes domorum diruuntur. Cic. 3. Tuſc. Magis me mouerunt Corinthi ſubitò aſpectæ parietum ruinæ, quàm ipſos Corinthios. Ponitur aliquando pro morte. Plin. libro 17. cap. 25. Prodigium in noſtro æuo Neronis principis ruina factum. Cęli ruina, pro tonitru. Vergil. 1. Aeneid. Fluctib. oppreſſos Troas cæliq; ruina. Vbi Seruius, Cæli ruina, id eſt, tonitribus, quorum ſonus ſimilis eſt ruinis. Transfertur & longius, ut pro quauis pernicie, ſeu calamitate accipiatur. Cicero 1. Inuect. in Catil. Prætermitto ruinas fortunarum mearum. Idem Attico, Magna proximis Idibus ruina impender. Subducere caput ruinæ, eſt exponere ſe periculo. Curtius libro 5. Hinc ſpe, hinc metu militares animos uerſant: ruinę rerum illos ſubdere capita, in perniciem trahi, quum Bactra pateant exceptura eos donis & opulentia.

Ruinoſus, a, um, Id eſt, caducus, ſeu ruinam minans, *πῶσιμος*. ut Aedes malè materiatæ, ruinoſæ, apud Cic. 3. Officiorum, Ignoretur in omnibus cubiculis apparere ſerpentes, malè materiatæ, ruinoſæ.

Rupes, pis, f. t. Petra, ſiue mons præruptus: à rũpendo, *ἀπόῤῥοξ, πέτρα*. Cæſar 2. belli Gallici, Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes, aſpectuſq; haberet una ex parte, &c.

Rupicapra, æ, f. p. Capra ſylueſtris, quaſi rupium capra, *αἴξ ἀγρία*. Plin. lib. 11. cap. 37. Rupicapris in dorſum adunca cornua, damis in aduerſum. Idem lib. 8. cap. 53. Capræ tamen in plurimas ſimilitudines transfigurantur. Sunt capræ, ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ.

Rureſtris, **Ruricola**, **Ruro**, uide Rus.

Rurſus, & **Rurſum**, Iterum, denuò, *αὖ, αὖθις*. Cic. pro Muræna, Facis ut rurſus plebs in Auentinum ſeuocanda uideatur. Terent. in Eunuch. Inimicitiæ, inducię, bellum, pax rurſum.. Inueniuntur interdũ Rurſus & denuò cõiuncta. Plautus in Pœn. Reuertor rurſus denuò Carthaginem. Rurſum prorſum. Terentius in Hec. Tace, trepidari ſentio, & curſari rurſum prorſum. Donatus, Rurſum, propriè retro: Prorſum. ante ſignificat, & eſt prouerbiale, ſicut dicimus, Surſum, deorſum, Intrò foras, Hàc illac. Quandoque ponitur rurſus pro Econtrario. Vergilius, Haud rurſum enodes trunci reſecantur.

Rus, ruris, n. t, Prædium ruſticũ: ita dictum, teſte Varrone libro 4. de Ling. Lat. quòd in eò quotãnis rurſus eadem fiant, ut capiatur fructus, *χωρίον, ἄγρος, ἀγροικία*. Plautus in Capt. Rus iit. Horat. 1. Epiſt. 10. Ruris amatores in hac re ſcilicet una Multùm diſſimiles. Cicero pro Roſc. Amer. Habet animi relaxandi cauſa rus amœnum & ſuburbanum. Idem 3. Offi. Ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare iuſſiſſet. Vergilius tertio Georgic. Luciferi primo cum ſydere frigida rura Carpamus.

Ruralis, rale, om. ter. Quod ad rus pertinet *ἀγροικὸς*. Vnde rurales dii, Mercurius, Pan q; quibus ſacrificabant placentas, & uinum: qua de re extat non inuenuſtum Leonidæ Græci poëtæ Epigramma.

Αὐλία καὶ νυμφίων ἱερὸς πάγος, ἄιβ ὑπὸ πέτρῃ
Πίδακος ἀθόλωσεν γαργαρέα ῥίτυς.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Καὶ σὺ τετράγλωχιν μυχόστομα δ' ἱρμᾶ,
Οὗς τινὲς αἰγιβότῳ πᾶρ, κεκτήσεις σκόπελον,
Γ'ηαοιτὰ ψαισά, τό, τι σκύφῳ ἴμπλοον οἴνῳ,
Δέξασθ' ,αἰακίδῳ δῶρα νεοπτολέμῳ.

Id eſt, Stabula & Nympharũ ſacer pagus, uos ſub ſaxo fontes, tuq; aquis uicina pinus, & quadrate ouiũ ſeruator Maię Mercuri, quiq; capris depaſtum Pan occupas ſcopulũ: propitii hæc liba, poculumq; plenũ uino ſuſcipite, Aeacidæ do na Neoptolemi.

Rureſtris, ſtre, Quod eſt ruris, uel eorum proprium, qui ruri de gunt, ἀγροῖκος. Apul. Rureſtri uocabulo uulgus indoctum Roſas laureas appellat.

Ruricola, æ, comp. Qui rus colit, γεωργός. Col. lib. 10. ca. 31. hæc ne ruricolæ paterentur monſtra? Ouid. 1. Met. Ruricolasq; boues letho dedit. Aratrum ruricola. Ouid. 4. Triſt. Tempore ruricolæ patiens ſit taurus aratri.

Rurigena, Qui ruri natus eſt, ἀγρογενής.

Ruro, ras, Ruſticor, Ruri ago, ἀγραυλέω. Plau. in Cap. Dum ruri rurant homines. Dicitur & Ruror rurari, deponens. Varro, Serrano, ut annotauit Nonius, Dum in agro, ſtudioſus ruror.

Ruſticus, a, um, pen. cor. Quod ruris, uel ruſtici eſt, uel ruri degit, ἐπάρσιος. ut Domus ruſtica. Cic. pro Quint. Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica, ſanè bene culta, & fructuoſa. Liu. 3. bel. Pun. Quæ uox in ruſticum inde prouerbiũ poſita. Cic. pro Roſ. Amer. Vita aũt hæc ruſtica, quam tu agreſtẽ uocas, parſimoniæ, diligentiæ, iuſtitiæ magiſtra eſt. Quandoq; ruſticus dicitur moribus & uita incultus, quaſi ſemibarbarus, ἄγροικος. Verg. 2. Eclog. Ruſticus es Corydon. Quint. libr. 2. cap. 11. Manus indoctæ ac ruſticæ.

Ruſticus, ci, m. ſubſtant, Idem quod agricola, ſiue ruri habitãs, ἀγροῖκος. Plautus in Mercatore, Vrbani fiunt ruſtici. Vergilius 2. Georgicorum, Iam tum acer curas uenientem extendit in annum Ruſticus. Cic. in Orat. Sermo non modò urbanorũ, ſed etiam ruſticorum. Ruſtica uinalia, quartodecimo Calendas Septembres celebrabãtur, quo die primùm in urbem uinum deferebant, τὰ λήναια. Feſtus autor eſt, à Latinis primum diem hunc fuiſſe inſtitutum, qui aduerſus Mezentium pugnaturi uinum Ioui eo die libarunt.

Ruſticè, ueteres pro barbarè uſurpabant, ſiue imperitè, ut ſolet ruſticus. Cicero 3. Offic. Vrgent ſanè ruſticè: negant enim poſſe, & in eo perſtant.

Ruſticitas, atis, f. ter. Morum inciuilitas, urbanitati contraria ἀγροτης. Martialis libro 7. Quære aliquem Curios ſemper, Fabiosq; loquentem, Hirſutum, & dura ruſticitate trucem. Ponitur quandoq; pro inepta, & timida uerecundia, quam δυσωπίαν uocant Græci. Ouid. in Arte, Et ſi ruſticitas non uetat, ipſa rogat. Ibidem, Hei mihi ruſticitas, non pudor ille fuit.

Ruſticulus, a, um, diminutiuum, Idem quod ſubruſticus, id eſt, qui moribus nonnihil ruſticis eſt præditus, ὑπάγροικος. Cic. pro Seſt. Senſit ruſticulus nõ incautus (neq; enim homines nequam tacere potuerunt) ſuum ſanguinem, quæri ad reſtinguendam inuidiam facinoris Clodiani. Martia. lib. 10. Nec doctum ſatis, & parum ſeuerum, Sed non ruſticulum nimis libellum Facundo mea Plinio Thalia, id eſt, perſer. Ruſticula, auis perdici ſimilis, niſi quòd roſtrum longius habet. Plinius libr. 10. capite 38. Ambulant aues aliquot ut paſſeres, merulæ: currunt ut perdices, ruſticulæ: ante ſe pedes iaciunt, ut ciconiæ & grues. Extat de hac aue diſtichon apud Martialem, libro 13.

Ruſtica ſum perdix, quid refert, ſi ſapor idem?
Carior eſt perdix, ſic ſapit illa magis.

Ruſticanus, a, um, Idem quod ruſticus, ἄγροικος. Cic. 3. de Orat. Et illud quod loquitur, priſcum iri putat, ſi planè fuerit ruſticanum. Idem pro Roſcio Amerino, Tamen ne hæc attenta uita & ruſticana, relegatio, atque amandatio appellabitur?

Ruſticarius, a, um, Quod ad rus, aut ruſticum pertinet, ἐπάρσιος. Vnde Falces ruſticarias dixit Varro, primo de Re ruſtica, capite 22.

Ruſticor, aris, Ruri dego, ἀγραυλῶ. Plin. Quum ſemel æſtate ruſticaremur. Cic. Tironi, Liceat modò ruſticari. Idem 1. de Legib Vt dum conſiſto in Tuſ. Sciam quid garriat: ſin ruſticatur, quid ſcribat ad te.

Ruſticatio, onis, f. t. Actus ipſe ruſticãdi, ἀγρ... ία. Cic. de Am. Neque ſolũm militia, ſed etiam peregrinationes, ruſticationesq; communes. Colum. lib. 11. cap. 1. Et hoc undecimũ præceptum ruſticationis memoriæ tradidi.

Ruſticatim, aduerb. pro ruſticè, ἀγρόικως. Pompon. Ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.

Ruscum, ruſci, uel ruſcus, Humilis frutex eſt, foliis myrti, ſed latioribus, cuſpidis ſpecie, mucronato cacumine, baccis per maturitatẽ rubeſcentib. quæ à mediis foliis dependent, nucleo intus oſſea duritia. Græci χαμαιμυρσίνῃ, ὀξυμυρσίνῃ καὶ μυρσίνῃ ἀγρίᾳ, hoc eſt, humilem, acutã, & agreſtẽ myrtum appellant. Vergilius 7. Ecloga, Horridior ruſco, proiecta uilior alga. Idem libro 2. Georgic. necnon etiam aſpera ruſci Vimina per ſyluam. Ruſco etiam ſepes muniebantur antiquis. Columella libro 10. hirſuto ſepes nunc horrida ruſco Prodit.

Ruſpor, aris, Antiquis in uſu fuit pro ſcrutari, ſeu diligenter inquirere, μιταμάω, ἐρευνάω. Accius Nyctereſia, ut citat Non. Vagent ruſpantes ſyluas. Sic ruſpari latebras, apud Feſtum. Translatio ſumpta eſt à gallinis, quæ ruſpari propriè dicuntur, quum eſcam quærentes, terram ſcalpunt. Hinc componitur Corruſpor, pro conquiro. Plautus, Corruſpare tua conſilia in pectore.

Ruſſus, & Ruſſeus, Nomina ſunt coloris, ad rufum inclinãtis, dilutius tamẽ rubentis. Vnde in factionib. aurigantium ruſſati dicebantur, qui hoc colore erant exornati. Vide Theſium in libello de Coloribus.

Rũta, orum, n. ſ. Apud Iuriſconſultos, quaſi eruta dicuntur: ut arena, creta, & his ſimilia, nondum in opus conuerſa. Feſtus, Ruta cæſa dicuntur, quæ uenditor poſſeſſionis, ſui uſus gratia conciderat, eruendaq; contraxerat. Vlpian. in l. Fundi, de Act. empt. & uend. Si ruta cæſa excipiantur in uenditione, ea placuit eſſe ruta, quæ eruta ſunt: ut arena, creta, & ſimilia. Cæſa ea eſſe, ut arbores cæſas, & carbones, & his ſimilia. Mutius l. In rutis, de Verb. ſignif. In rutis & cæſis ea ſunt, quę terra non tenentur, quæq; opere ſtructili, tectorio ue nõ cõtinentur. Nec in rutis quidem & cæſis, prouerbialis locutio eſt, qua uſus eſt Cic. 2. de Orat. pro eo quod eſt, nulla in parte. Sed dicet te (inquit Cic.) quũ ędes uenderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolam tibi paternum recepiſſe. Vide de hoc plura in Adag. Eraſmi.

Rũta, æ, f. p. Herba eſt nulli non nota, etiam hodie nomẽ uel apud uulgum retinens, luminibus claritatẽ afferens, ſed uenerem coërceus, πήγανον. Dictam aũt uolunt rutam, quòd una ex omnibus herbis, propter multiplicẽ eius uſum maximè eruatur. Ouid. 2. de Rem. am. Vtilius ſumas acuentes lumina ruras, Et quicquid Veneri corpora noſtra negat. Ruta muſtellæ contra ſerpentes dimicaturæ ſe muniunt: habet enim præſentaneum aduerſus uenena omnia remedium. Vide Plin. lib. 10. cap. 13.

Rutaceus, a, um, Quod ex ruta confectũ eſt: ut Aqua rutacea.

Rutatus, a, um, Quod ruta cõditum eſt: ut Muſtum rutatum. Plinius, Inuenio muſtum rutatum populo datum. Rutata certi, ruta condĩti. Martialis libro 10. Secta coronabunt rutatos oua lacertos.

Rutabulum, li, n. ſ. autore Feſto, Propriè dicitur inſtrumẽtum, quo ruſtici utuntur in proruendo igne, panis coquendi gratia. Col. lib. 12. ca. 18. Sublato lampade rutabulo ligneo. Hodieq; id nomen ſeruatur apud Italos.

Rutilo, las, Aliquando actiuũ eſt, idem ſignificans quod rutilum facio, ξανθίζω. Plinius libro 28. capite 1. Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis & cinere & ſeuo. Comæ promiſſæ, & rutilatæ, Plin. libro 28. capite 12. Crinis propexus ac rutilatus, Tacitus lib. 20. Interdum neutrum eſt abſolutũ, ſignificans idem quod rutilo colore reſplendere. Vergilius 8. Aeneid. Arma inter nubem cæli in regione ferena, Per ſudum rutilare uident.

Rutileſco, is, Rutilus fio, ξανθίζομαι. Plinius libro 8. capite 55. In Alpibus candidi lepores, quibus hybernis menſibus procibatu niuem credunt eſſe: certè liqueſcente ea rutileſcunt annis omnibus.

Rutilus, a, um, Color eſt ex flauo rubeſcens cum quadã ſplendoris exuberantia, πυρόεις, πυῤῥός. Plin. lib. 8. cap. 18. Albis maculis colorẽ rutilũ diſtinguentib. Cic. in Som. Scip. Tum rutilus fulgor horribilis & terris, quem Martem dicitis.

Rutrum, rutri, n. ſ. Quo quid eruitur: à ruendo, σκαφεῖον. Nam ſicut aratum, aratrum: ſic rutum rutrum facit. Feſtus, Rutrum tenentis iuuenis effigies in Capitolio ephebi fuit, more Græcorũ arenam tenentis, exercitationis gratia: quod ſignum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lignum deportauit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus. Plin. lib. 16. cap. 23. Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat. Cato cap. 11. Oportet habere uillicum palas sex rutra quatuor, rastros quadridentes duos.

Rutellum, diminutiuum. Lucil. libro nono. Sat. ut citat Nonius, Frumentarius est, modium hic secum, atque rutellum Vnum affert.

Rutubam, Veteres turbationem appellabant, teste Nonio, *ῥόμβον*. Varro Saxagest. Id postea uiderimus, nunc sumus in rutuba. Est etiã Rutuba Liguriæ fluuius, ex Apennino fluens. Plin. lib. 3. cap. 5.



Litera est semiuocalis, ut quæ sonum suũ à uocali auspicetur, & in seipsam terminet. Hæc si antecedat m, uel p, uel t, in simplicibus dictionib. ad subsequentem pertinet syllabam: ut in cosmus, prosper, testis. In compositis uerò aliud est: nam in aruspex (teste Quintiliano) quia pars eius posterior à spectando est, s tertiæ dabimus: in abstemius uerò, quia ex abstinentia temeti cõposita uox est, primæ relinquitur. Transit quandoq; s in m, ut rursum pro rursus: in n, ut sanguis, sanguinis: in r, ut flos floris.

Sabaoth, uide Sebaoth.

Sabbatum, sabbati, n. s. *σάββατον*. Hebræi septimũ quenque hebdomadæ uniuscuiusq; diem appellabant, quẽ Ethnici Saturni diem nominant: quo die Iudæi ab opere omni feriabantur, Deum mundi architectum imitati, quẽ sacrę litęrę tradunt, confecta sex diebus mundi machina, eaq; exornata, septimo die quieuisse: unde & sabbatum uocauerunt: quæ uox Hebræis diẽ quieris significat. Apud Hebrẽos quoque teste Iosepho pro septimana accipitur, Vnde est illud in Euangelio, Ieiuno bis in sabbato.

Sabbatarij dicti sunt Iudæi à Romanis, quòd Sabbata superstitiosẽ colerent, *οἱ σαββατίζοντες*. Martialis lib. 4. Quòd ieiunia Sabbatariorum, &c.

Sabbatismus, *σαββατισμός*. Celebratio Sabbati.

Sabbatizare, n. p. Est sabbatum obseruare, *σαββατίζειν*. Hier. in Leuitico, Quando fuerit in terra hostili, sabbatizabit, & requiescet in sabbatis solitudinis suæ.

Sabe, Sabín, uide in Propriis.

Sabina, æ, herba est, duorum generum, quarum altera cupressi, altera tamaricis folia refert, *βάλλει*. Plinius libro 24. capite 11. Herba sabina bathre appellata à Grẽcis, duorum generum est: altera tamarici similis folio est, altera cupresso. Colum. lib. 6. capite 4. Alij sabinã herbam, rutamq; cum mero diluunt.

Sabínam, penultima correpta Illyrii appellabant telum uenabuli simile. Ennius, Illyrij restant scis, sabinisq; fodentes. Hæc Festus.

Sãbūcus, ut Ruellio scribendum uidetur: siue Sambucus, ut alij malunt: frutex duorum generum: quorũ alter ad iustæ propemodum arboris roburaffurgens, à Græcis *ἀκτὴ* appellatur. Alter humilis, flore tamen & folio superiori nõ dissimilis, à Latinis ebulum, à Græcis *χαμαιάκτη* nominatur. Vtrunq; genus baccas fert in umbella, per maturitatem nigrescentes, succumq; atri sanguinis colore reddentes. Verùm de his plura in dictione Sambucus.

Sabulum, uli, n. s. & Sabulo, onis, Arena crassior, ponderosiorq;, *ἄμμος*, *ψάμαθος*. Plin. lib. 17. cap. 43. Inuicẽ sabulũ album in Ticinensi, multisq; in locis nigrum, itemq; rubrũ, etiam pingui terræ permistum, infœcundum est. Columel. lib. 4. cap. 33. Pullam terram, & resolutam desiderat, sabulonem humidum, uel refractum tophum non respuit. Varr. 1. de Re rust. ca. 9. In queis lapis, marmor, rudus, arena, sabulo, argilla. &c.

Sabulosus, sa, sum, Plenum sabulo, *ἀμμώδης*. Plin. lib. 13. ca. 4. Palma gignitur leui, sabulosaq; terra.

Sabuletum, buleti, n. s. Dicitur locus in quo sabulũ abundat. *ψαμαθών* Plinius libro 27. capite 8. Crocodilion nascitur in sabuletis.

Saburra, æ, f. p. propriè sabulum uilius, & crassius, quo naues onerari solent usq; ad certam mensuram, quod stabiliores sint, *ἔρμα*. Plin. lib. 10. cap. 23. Certum est, Pontũ transuolaturas, primum omnium angustias petere, inter duo promontoria, Criumetopon, & Carambin, mox saburra stabiliri. Liu. 7. bel. Pun. Se in animo habuisse, tota classe Ephesum petere, & onerarias ducere multa saburra grauatas, atq; eas in fauci bus portus supprimere. Priscianus præcepit in hac uoce b, literam esse geminandam, quod an uerum sit, ipse uiderit: Vergilius certè primam syllabam *corripit*, lib. 4. Georg. & sæpe lapillos, Vt cymbæ instabilis fluctu iactante saburram Tollunt.

Saburrare, a. p. Est saburra onerare, & se stabilire aduersus uim uentorum, *ἐρμάζειν*. Plininus libro decimooctauo, capite trigesimotertio. Echini affigentes sese, aut arenas saburrantes, tempestatis signa sunt. Solinus, Grues uolaturæ arenas deuorant, sublatisque lapillis ad moderatam grauitatem saburrantur.

Saburratus, a, um, Saburra oneratus: & per translationem quouis modo expletus. Plaut. Cistel. quæ ubi saburratæ sumus, Largiloquæ exempla sumus.

Sacal, Aegyptiorum lingua electrum significare existimauit Nicias, & in Aegypto ex radijs Solis nasci: ut refert Plinius libro 37. cap. 2.

Saccharum, ri, n. s. pen. cor. *σάκχαρον*. Dicitur mel in arundinibus collectum gummi modo candidum, ac fragile. Nascitur in Arabis, India, Creta, Italia, & Sicilia. Vnde oxysaccharon, potionis genus ex saccharo & aceto. Plin. lib. 12. cap. 8. Saccharum & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum, gummi modo candidũ, dentibus fragile: amplissimũ nucis rantũ auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantùm usum. Hæc Plin. Hodie præstantissimũ aduehitur saccharũ ex Fortunatis insulis, quas Canarias uocant, in metæ formã redactũ. Nascitur & in Aegypto, Cypro, & Rhodo. Galeni seculo saccharũ uix notum erat, hodie tam uulgatũ, ut ne quotidianus quidem cibus placeat sine saccharo.

Saccíperium, rii, n. s. Maior crumena, & minoris marsupii receptaculum, *σακκοπήρα* Plaut. in Ruden. Meũ marsupiũ, quod plerum argenti fuit in sacciperio. Dictio composita ex sacco & pera,

Sacconía, æ, f. p. quidam pro territorio accipiunt, seu pro panniculo tersorio. Vitruu. lib. 9. Aurum ad sacconiam appendit. Nam sacconia hoc est, tela tegebantur ut posset inhęrere pictura. Vide saccoma infrà. in iam citato loco Vitruuij saccoma legitur nequaquam sacconiam.

Saccus, ci, *σάκκος*. Notæ significationis est: quippe quod nõ modò apud Græcos & Latinos, uerũ etiam apud Italos, Hispanos, Flandros, Germanos, Gallos, multarumq; aliarũ linguarum homines eodem nomine dicatur. Horat. 1. Sermon. congestis undiq; saccis Indormis inhians. Cic. 3. Verrin. Quũ iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret, neque ea *sumere, pro ijs rebus pecuniam exigere. Saccus* frumentarius, quo frumentum gerirur. Saccus niuarius, id est, colum ex lapide spongioso, ad colandas aquas ex niuibus resolutas.

Sacculus, & Sacellus, diminutiua, Quibus significantur marsupia, *σακκίον*. Cic. 2. de Finib. Ius, & sacculos abstulerit. Asconius, Sacci, unde sacculi & saccelli.

Saccaria, æ, Saccorum mercatura, *σακτοποιική*. Apul. libr. 1. de Asino aureo, Saccariam faciens merebam.

Saccarius, m. s. Dicitur baiulus, uel gerulus, qui saccis gestandis uictum quæritat, *νωτοφόρος* Paul. l. Qui fundum. de Cõtrahen. empt. Siquid ex sacco saccarij cecidisset.

Saccularij, orum, m. s. Apud Iureconsultos accipiuntur pro fraudulentis impostoribus, qui uetitas artes exercent, & in sacculos partem subducunt, partem subtrahunt, quos Vlpianus ait, plus quam fures puniendos, de Extraord. crimin. l. Saccularii, *ῥαδιούργοι*.

Sacellum, uide Sacer, adiectiuum.

Sãcĕr, cra, crum, Idem quod uenerabile, & consẽcratũ, *ἱερός*. Vergilius libro 8. Aeneid. Extulit os sacrum cælo, tenebrasq; resoluit. Plaut. Menæch. At ego te sacram coronam surripuisse Ioui scio. Plinius Epist. 177. Reuerere gloriam uererem, & hanc ipsam senectutem quæ in homine uenerabilis, in urbibus sacra est. Miscere sacra profanis, Horatius libro 1. Epist. 17. Aedes sacra, Cic. Bruto libro 13. Arces sacræ, Vergilius tertio Georg. Capitur nonnunquam pro execrando, scelesto, *κατάρατος*. Vergil. libro 3. Aeneid, quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Antiquitus homo sacer dicebatur, qui post diras execrationes, pestis, alteriusue calamitatis expiandæ gratia, alicui deorum immolabatur, quanuis per translationẽ etiã latius accipiatur pro quouis homine

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcelerato,& deteſtabili,κάθαρμα.Horat.lib.2.Serm.Sat.3.Inteſtabilis & ſacer eſto. Vide plura de hoc apud Macrobium. lib.3. Saturn. Sacer ignis,morbus cuius multa ſunt genera quæ apud Plinium habentur libro 26. capite duodecimo,ἐρυσιπέλας.Celſus lib.5.Sacer quoq; ignis malis ulceribus annumerare debet.Eius duę ſunt ſpecies,Alterũ eſt ſubrubicundũ aut miſtum rubore, atq; pallore, exaſperatum q; per puſtulas continuas,quarũ nulla altera maior eſt. In his ſemper ferè pus,& ſæpè rubor cum calore eſt.Fit maximè in pectore,aut lateribus,aut eminentibus partibus,præcipueq; in plantis.Alterum autem eſt in ſumma cutis exulceratione,ſed ſine altitudine latũ,& ſubliuidum.Hæc Celſus. In pecudibus (nam & eas infeſtat) puſula appellatur.Colum.li. 7.cap.5.Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis,quam puſulam uocant paſtores.Ea niſi compeſcitur intra primam pecudem, quæ tali modo correpta eſt,uniuerſum gregem contagione proſternit.Si quidem nec medicamentorum,nec ferri remedia patitur.Nam penè ad omnẽ tactum excandeſcit.Inter ſacri ignis ſpecies numeratur quẽ uulgus ignem S.Antonij uocat,A Plinio,ni fallor,Zoſter appellatur,medium hominem cingens,& ubi cinxerit,enecans. Sacer morbus,idẽ qui comitialis,quòd comitia diſſolueret : & Herculeus,propterea quod Hercules eo laboraſſe dicatur,ἱερὰ νόσος,ἐπιληψία. Sacer autem idcirco dici putatur,quòd ſanctiſſimam hominis partem,hoc eſt,animæ rationalis domicilium præcipuè infeſtet. Sacer ſerpens,ſerpentis genus admodum exiguũ, adeò tamen peſtilens,ut uel maximi angues uenenum eius reformident,eoq; adueniente diffugiant, ἱρά. Magnitudo huic ad cubitum, ſpecies hirſuta. Quicquid momorderit, continuò putreſcit.

Sacrum,ſacri,n.ſ.ſubſtantiuũ, Idem quod ſacrificium, θυσία, λατρεία.Verg 3.Aen.Sacra Dionææ matri,diuisq; ferebant. Idem 5.Aeneid.Sacra Ioui Stygio,quæ ritè incœpta paraui. Ouid.2.Faſt.Ecce anus in medijs reſidens annoſa puellis,Sacra facit tacitè,nec tamen ipſa tacet. Nonnunquam idem quod templum,ἱερὸν.Paulus Iureconſultus,Sunt autem ſacrilegi,qui publica ſacra compilarint. At qui priuata ſacra, uel ædiculas incuſtoditas,tentauerint,amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi merentur. Inter ſacrum & ſaxum, prouerbialis locutio eſt,qua utimur,quoties nos in ſummo diſcrimine conſtitutos uolumus ſignificare.Vide Eraſmi Adagia. Strata ſacra quæ dicantur,uide ſuprà *in dictione* Feriæ,& infra in dictione Strata.

Sacellum,li.n.ſ.diminutiuũ à ſacrũ : & ſignificat locum paruum Deo ſacratum cũ ara ἱερὸν. Cic. de Lege Agrar. Sunt enim loca publica urbis,ſunt ſacella,&c.Trebatius Iureconſultus ſcribit,Sacellum compoſitum eſſe uerbum,quaſi ſacra cella.Sed hoc neq; uerum eſt,neq; ueriſimile.

Sacro,cras,a.p.Deo dedico,& ſacrum facio, τιμιτεργῶ, ἱερόω, καθιερόω Plinius libro 36. Eiuſdem remanet & alius centũ cubitorum,quem poſt cæcitatem,uiſu reddito, ex oraculo Soli ſacrauit. Sacrare uotum dijs,eſt uoto ſeſe aſtringere.Vergilius 8.Aeneidos.*Dijs* Italis uotum immortale ſacrabat. Ponitur aliquando Sacrare pro deuouere,& deteſtabile decernere,& ita morti addicere, ut impunè occidi, & uiolari poſſit.Liuius 2.ab Vrbe,Ante omnes de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum,ſacrando q; cum bonis capite eius,qui regni occupandi conſilia iniſſet,gratæ in uulgus leges fuere. Huius compoſita ſunt Conſecro, Deſecro,Obſecro,Proſecro,& Reſecro : quorum ſignificata uide ſuis locis.

Sacror,aris.paſſiuũ.Ouid.1.Faſt.Vtq; ego perpetuis olim ſacrabor in aris,Sic Auguſta nouum Liuia numen erit.

Sacratus,a,um,participium : ut Caput ſacratum Verg.3. Aen. Exorat pacem diuũm,uittasq; reſoluit Sacrati capitis. Idem 2.Aeneidos.Fas mihi Graiorum ſacra reſoluere iura. Sacratæ leges,uide ſuprà. Opus alicui ſacratum. Ouidius 2. Triſt. Idq; tuo nuper ſcriptum ſub nomine Cęſar.Et tibi ſacratum ſors mea rupit opus. Sacratę leges,Quibus ſancitum erat ut *ſi quis* aduerſus eas feciſſet,ſacer alicui deorum cum familia,pecuniaq; eſſet,ὅσιοι νόμοι.Liuius ſecundo ab Vrbe, Præcipuus pauor Tribunos inuaſerat,quàm nihil auxilij haberent ſacratæ leges, morte collegæ monitos.Idem, Sub idẽ fermè tempus Ligures lege ſacrata: coacto exercitu,nocte caſtra Proconſulis aggreſſi ſunt. Sacratior,& hoc ſacratius, Sacratiſſimus.Plinius libro 16.capite 44.Nihil habent.Druidæ (ita ſuos appellant Magos) uiſco,& arbore in qua gignatur,ſacratius.Idem libro 33.capite 4. Numine illis gentibus ſacratiſsimo.

Sacrarium,rij.n.ſ.Locus ſacer in templo, in quo ſacra reponuntur,ἱεροφυλακεῖον,ἄδυτον. Vnde à Cicerone Sacrarium Bonæ Deæ nominatur.Seneca libro quinto, Quæſt. Arcana illa rerum naturæ ſacra non promiſcuè & omnibus patentia reducta,& in interiori ſunt clauſa ſacrario.Aegeſippus libro quinto, ſcribit ſacrarium templi Hieroſolymorum fuiſſe profanatum à Gentibus,quòd ſolus ſemel in anno princeps ſacerdotum ſolebat intrare,non ſine ſanguine Quid interſit inter ſacrum locum & ſacrarium, oſtendit Vlpian. in l.Sacra,de Diuiſ.re.inquiens,Sacer locus,eſt conſecratus: Sacrarium,in quo ſacra reponuntur.Sueton.tamen de Auguſt. non tam pro ſacrorum repoſitorio, quàm pro ſacello,locoque ſacrato ſumpſit : Natus eſt (inquit) Auguſtus ad capita bubula, ubi nunc ſacrarium habet, aliquantò poſt quàm exceſſit,conſtitutum. Ponitur & ſacrarium pro larario in ædibus priuatis.Cicero ad Memmium, libro 15.Caio Auiano Euandro,qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multum utor, & patrono eius M. Aemylio familiariſsimè.

Sacres porci,appellabantur qui puri eſſent ad ſacrificium, ut immolarentur,quum primùm depulſi eſſent ab ubere: id autem contingebat die circiter decimo à partu : & ob id appellabantur ab antiquis ſacres,quòd tum ad ſacrificia idonei primum eſſent,ἱεροὶ ἁγνοί.Plaut in Menæch.Quanti hi porci ſunt ſacres?

Sacramentum,n.t.quid proprièfuerit ueteribus,explicat doctiſſimus rogatorum Var.lib.4.de Ling.Lat.his uerbis,Sacramentum à ſacro : & qui petebat,& qui inficiabatur,uterq; quingenta æris ad Pontificem deponebat.De alijs item rebus alio certo numero.Qui iudicio uicerat,ſuum ſacramentum à ſacro auferebat : uicti,ad ærarium redibant. id eſt, uictus ea pecunia,quam depoſuerat,multabatur in pœnam iniuſtæ litigationis,quæ ærario cedebat. Ex quibus uerbis conſtat,Sacramentum antiquis aliud non fuiſſe,quàm pecuniam ipſam à duobus contendentibus apud Pontificem ea lege depoſitam,ut qui ſponſione uiciſſet, ſuam integram auferret,victi pecunia ærario uendicaretur.Cicero libro nono Epiſt.Pugna,ſi me amas.niſi aruſpices apparebunt, ut ſacramento contendas mea non eſſe.Idem de Orat. Agerent enim tecum Pythagorei, quibuſcum tibi iuſto ſacramento contendere non liceret. Iniuſtis uindicijs & ſacramentis fundos alienos petere,Cic.pro Mil. Sacramentum item, interprete Feſto, dicitur quicquid iurisiurandi ſacratione interpoſita geritur. Hinc ſacramentum militare dicebatur,quo milites in uerba Imperatoris ſui iurabant: quod niſi præſtitiſſent,iuſti milites non uidebantur, eoq; abſoluti, in hoſtem legitimè pugnare non poterant. Legitima (inquit Seruius) militia erat eorum qui ſinguli iurabant pro Repub. ſe eſſe facturos, nec diſcedebant niſi completis ſtipendijs : & Sacramentum uocabatur.Vegetius de Re militari libro 2.Milites iurare ſolent,& ideò militiæ ſacramenta dicuntur. Iurant autem ſe omnia ſtrenuè facturos,quæ præceperit Imperator,nunquam deſerturos militiam pro Romana Repub. Iuuenalis Satyr.16. Sacramenta figuratè pro ipſis militibus poſuit : Præmia nunc alia atq; emolumenta notemus Sacramentorum.Id eſt, militum iuratorum, & ſacramento rogatorum. Suetonius in Cæſare,Sanxit nequis ciuis maior uiginti annis, minorúe decem, qui ſacramento uoq; teneretur,plus triennio continuo Italia abeſſet. Teneri ſacramento,eſt obligari per ſacramentum. Sacramento contendere,quid ſit, iam ex Varrone docuimus. Sacramento rogari,eſt iureiurando adigi.Quintilianus lib. 12.cap.2.Sed hæc inter ipſos, qui uelut ſacramento rogati, uel etiam ſuperſtitione conſtricti,nefas ducunt à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere.

Sacroſanctũ,n.ſ.Dicebatur,teſte Budæo,quod iureiurando interpoſito erat inſtitutum,ut qui uiolaſſet,morte pœnas penderet,ἐπιτεθασμένον.Cicero pro Corn Balbo.Quid fuit rogatione,ea quæ de Pompeio, Gellio & Lentulo COSS. lata eſt,in qua aliquid ſacroſanctum uideretur? Idem ibidem,Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod per populum, plebemúe ſancitum uideretur. Sacroſanctus Trib.Plebis dicebatur,quem uiolari nefas erat,qui ſine capitali piaculo attingi uiolenter non poterat. Ideò principes Romanos legimus Tribunitiam poteſtatem aſſumere ſibi ſolitos, ut auguſtiores,& ſacroſanctos facerent : id quod in numiſmatis quoq; eorum extat.Tranquillus in Auguſto,capite 27. Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit.Tacit.libro 12. Accurrunt Panes,decernitur Othoni Tribunitia poteſtas; & nomen Auguſti,& omnes principum honores.Hinc Sacroſancta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

crosancta templa in quibus est ius asyli: è quibus quempiã per uim extrahi nefas putatur.

Sacrifico, aȝ, a. p. Sacrum facio, θύω καταγιάζω, ἱερουργῶ. Plaut. in Capt. Quinetiam ut magis noscas, Genio ubi suo quando sacrificat, ad rem diuinam, quibus est opus, Samijs uasis utitur. Interdum per sacrificia ueniam peto: lito uerò, ueniam impetro. Plaut. in Pœn. Si hercle istuc unquam factũ est, tum me Iuppiter faciat ut semper sacrificem neq; unquã litem. Confunduntur tamen quandoq;.

Sacrificatio, onis, uerbale. Cic. 1. de Nat. deor. Itaq; in ea dea, quòd est rerum custos intimarum, omnes & precatio, & sacrificatio externa est.

Sacrificalis, le adiectiuum, ἱερουργικός. ut Apparatus sacrificalis. Tacitus lib. 2. Sacrificalem apparatum, festam Antiochensium plebem per lictores proturbat.

Sacrificus, m. s. substantiuum. Qui sacra facit, ἱεροποιός. Ouid. 6. Fast. Martia sacrifico deductum nomen ab Anco.

Sacrificus, adiectiuum, Quod ad sacra attinet, ἱερουργικός. ut Sacrificæ tibiæ, quibus utebãtur in sacrificijs. Plinius libro 16. ca. 36. Nunc sacrificæ Tuscorum è buxo tibiæ. Dies sacrifici. Ouidius 15. Metam. diesq; Des mihi sacrificos, caliturasq; ignibus aras. Ritus sacrifici, Ouid. 15. Metam. Vestis sacrifica, Silius lib. 3.

Sacrificulus, l, m. s. Idem quod sacerdos: à sacris faciendis. ἱεροποιὸς, ἱερεύς. Sueton. In Domit. cap. 1. Ardente tẽplo, apud Aedituum clam pernoctauit: ac manè Isiaci celatus habitu, interq; sacrificulos uanæ superstitionis, &c. Rex sacrificulus (quem & Athenienses βασιλέα appellant) Romæ post exactos Reges primum creatus est, quòd quædam sacra ita instituta essent ut necesse esset ea per Regem obiri. Vide Liu. lib. 2. ab Vrbe. Gell. lib. 10. cap. 15. Super Flaminem Dialem in cõuiuio, nisi Rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit Liu. lib. 7. bel. Pun. Vulgò ergo pontifices, augures, sacrificuli Reges, creentur, cuilibet apicem Dialem, dummodo homo sit, imponamus.

Sacrificium, cii, n. s Sacrum, seu res diuina, θυσία. Cic. ad Att. Cuius Laurentiæ uos Pontifices ad aram in Velabro sacrificium facere soletis. Idem de Arusp. resp. De illo ipso sacrificio quod fit pro salute populi Romani. Liu. lib. 4. Decad. 5. In monte sacrificio ritè perpetrato.

Sacricola, com. p. pen. cor. Minister sacrorum, uel ipse sacrificus, quasi sacra colens, ἱερόδουλος, ἱεροφάντης. Tacitus lib. 19. Domitianus prima irruptione apud Aedituum occultatus, solertia liberti lineo amictu turbæ sacricolarum immistus, ignoratus apud Cornelium Primum, paternum clientem, iuxta Velabrum delituit.

Sacrifer, ra, rum, Sacra ferens, ἱεροφόρος. Ouid. 4. Fast. Quum Troiam Aeneas Italos portaret in agros, Est dea sacriferas penè secuta rates.

Sacrilegus, legi, m. s. pen. corr. Qui rem sacram, aut rem profanam de loco sacro legit, ideſt, furatur, ἱερόσυλος. Terent. in Adelph. Vbi est ille sacrilegus? Cic. 1. de Leg. Sacrilego pœna est: neq; ei soli qui è sacro abstulerit, sed etiam qui sacro cõmendatum: quod & nunc multis fit in fanis. Iuuen. Sat. 13. Hæc tibi si non sunt, minor extat sacrilegus, qui Radat inaurata femur Herculis.

Sacrilegus, ga, gum, adiectiuum: ut Artes sacrilegæ, Manus sacrilegæ. Ouid. 1. de Arte aman. Non mihi, sacrilegas meretricum ut persequar artes, Cum totidem linguis, sint satis ora decem. Cic. 7. Ver. Cæteros item deos, deasq; omnes imploro, atq; obtestor: quorum templis & religionibus iste nefario quodam furore & audacia instinctus, bellum sacrilegũ semper, impiumq; habuit indictum. Ignes sacrilegos admouere templis, Tibul. lib. 3. Eleg. 5.

Sacrilegium, n. s Ipsum sacrarũ rerum furtũ, ἱεροσυλία. Quin. lib. 5. cap. 10. Si quis sacrilegium faciet, faciet & furtum. Cic. in Sallust. Non ita est, sed abijt in sodalitium sacrilegij Nigidiani. Reum esse sacrilegij, Quintil. lib. 4. cap. 2. Admittere sacrilegium, Idem ibidem.

Sacerdos, tis, com. gen. t. Qui Deo dicatus est ad sacrificia faciẽda, à sacris dictus, ἱερεύς. Cic. 4 Acad. Sed quum sacerdotes deorum uacationẽ habeant, &c. Apud Romanos uaria erãt sacerdotum genera, Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salij, Pontifices minores, Pontifices maximi, Reges sacrorum, Sacrificuli, & Galli, qui Cybeles sacra faciebant. Ouidius 3. Amorum, eleg. 7. Ille ego Musarum purus, Phœbiq; sacerdos, Ad rigidas canto carmen inane fores. Vergilius 6. Aeneidos. Quiq; sacerdotes casti dum uita manebat, Quiq; pij uates, &c.

Sacerdos, otis, gen. fœm. Vergil. 6. Aeneid. Deiphobus contra, ne sequi magna sacerdos: Discedam, explebo numerũ, &c. Idẽ 3. Aeneid. cursusq; dabit uenerata sacerdos.

Sacerdotissa, sæ, fœm. gen. dixit Gellius, quãuis Sacerdos cõmunis generis sit, lib. 10. cap. 15. Eædem fermè ceremoniæ sunt, quas Flaminicas sacerdotissas Diales seorsum aiunt obseruitasse, ἱερεῖα.

Sacerdotalis, le, om. t. Quod ad sacerdotem pertinet, ἱεροφαντικός. Liuius libro quinto ab Vrbe, Virgines, sacraq; in plaustrum imposuit: & Cæro, quò iter sacerdotalibus erat, peruexit.

Sacerdotium, tii, n. s. Modò sacerdotis dignitatem significat: ut est illud, Fungi sacerdotio, ἱερωσύνη. Cic. pro Domo sua, Quum Licinia uirgo Vestalis, summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prædita, &c. Modò sacerdotis prouentũ. Nam apud Gentiles sacerdotia fuerunt, qualia nos Christiani minus Latino in hac significatione uocabulo Beneficia appellamus. Vnde Liu. li. 9. Gens Potitia, cuius ad aram Hercules familiare sacerdotium erat. Sacerdotiorum autẽ, sicut & beneficiorum duo fuerunt genera. Vnum, quod sacris esset addictum locis, quæ Reipublic. aut Principum, aut Pontificum collegij collationis essent: alterum quod ædis aut sacelli iuris esset, à patrefamilijs ea ratione erecti, dedicatique, ut & sacrorum cura, & fructum ipsius sacerdotij perceptio, ad solam gentem, familiamq; suam perpetuis successionibus deuolueretur, Quod sacerdotiorum genus à priscis Gentilia sacerdotia, à nostris Beneficia iuris patronarus appellata sunt. Corn. Tacit. de Othone, At recens ab exilio reuersos adulescentes auitis, & paternis sacerdotijs in solatium reposuit. Liu. 10. bel. Pun. In eiusdem locum Pontifex (nam duo sacerdotia habuit) Seruius Sulpitius Galba inauguratus.

Sacodios, σακόδιος. Gemma est hyacinthini coloris: unde nomen habet. Nam Indi hyacinthinũ colorẽ Sacon uocant. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

Sãcõma, pen. pro d. genitiuo, sacomatis, n. t. σάκωμα. Est aequipondium: hoc est quod in libra apponitur, ad æquilibrium faciendum. Vitruu. lib. 9. cap. 3. de Archimede, Quum aurea coronam uotiuã dijs immortalibus in quodam fano constituisset ponendam, immani pretio locauit faciendam, & aurũ ad sacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum subtiliter regi approbauit, & ad sacoma pondus coronæ uisus est præstitisse. Bud.

Sacon, Indi uocant colorem hyacinthicũ: unde sacodios dicta est gemma ex genere amethystorum, in hyacinthi colorem declinans. Autor Plin. lib. ultimo cap. 9.

Sacramentum, uide Sacer.

Sacra: us, Sacrifico, Sacrilegus, Sacro, Sacrum, uide Sacer.

Sacrima, (inquit Festus) antiqui appellabant mustũ quod Libero patri sacrificabant, pro uinea, & uasis & ipso uino conseruandis: ἀπαρχαὶ τῦ γλεύκους: quemadmodum præmissum, de spicis quas primùm messuisset, Cereri sacrificabant.

Sacriscrinius, ii, m. s. dictio composita ex recto & obliquo, sacræ enim dicuntur epistolæ imperiales: & is dicitur qui præest regalib. epistolis, uel custos librorũ qui etiam à commentarijs dicitur.

Sæculum, uide Seculum.

Sacrium, Scytharum lingua succinum dici credidit Xenocrates, referente Plin. lib. 37. cap. 2.

Sæpe, aduerbium, significat frequenter: recipitq; diphthongum ut differat à sepe ablatiuo nominis sepes, πολλάκις. Terentius in Heaut. Non licet hominem esse sæpe ut uult si res non sinit. Aliquando ornatus causa iungitur nomen Numero, & fit una dictio, Sæpenumero. Cic. Filius ad Tironem libro 16. Epist. Sum totos dies cum eo, noctisq; sæpenumero partem. Huius compositum est Persæpe, de quo suprà suo loco.

Sæpicule, diminutiuũ à sæpe: sicut à sæpius, sæpiuscule, θαμινά. Apul. Nam ut lacrymę sæpicule de gaudio prodeunt. Plaut. in Casin. Sæpiuscule peccas.

Sæuus, ua, uum, Durus, horridus, crudelis, χαλεπὸς, ἀπηνής. Verg. 1. Aeneid. Quũ sęuo è scopulo multa uix arte reuulsus. Idem 1. Aen. sæua memorem Iunonis ob iram. Quandoque pro forti: apud Vergilium 1. Aeneidos, Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector. Quandoq; pro irato. Verg. 1. Aeneidos &

Sæuus

ſæuus amboibus Achillem Quandoq; pro magno. Vergil. de Aenei pid. 12. Aen. maternis ſæuus in armis. Quandoq; potenti. Verg. lib. 1. Aen. Non illi imperium pelagi, ſæuumq; tridentem, Sed mihi ſorte datum. Sæuior. Ouid. 13. Metam. tua fulmine ſæuior ira eſt. Verg. 5. Aeneid. Triſtius haud illis monſtrum nec ſæuior ulla Peſtis, & ira deûm Stygijs ſe ſe extulit undis. Sæuiſſimus, Ouid. 12. Metam. Nam tibi ſæuorum ſæuiſſime Centaurorum. Euryte, &c. Liu. 4. bell. Maced. Sæuiſſimo & uiolentiſſimo in ſuos tyranno. Vergilius 2. Aeneidos hic Iuno Scæas ſæuiſſima portas Prima tenet.

Sæuiter, aduerbium, Crudeliter, χαλεπῶς. Plaut. in Pſeud. Magis cogito ſæuiter blanditer ne alloquar.

Sæuitia, æ, f. p. & Sæuitudo, inis, Crudelitas, ἀπάνθρωπος, χαλεπότης. Cic. 1. Offic. Sed horis ſanè adhibenda ſæuitia in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. Plinius libro ſexto, capite 17. Proxima inculta, ſæuitia gentium. Ouidius ſexto. Metam. quid enim mea tela reliqui, Sæuitiam, & uires, iramq; animosq; minaces? Idem Epiſt. 7. Da breue ſæuitiæ ſpatium, pelagiq;, tuæque. Tacit. libro quinto. Quantumq; ſæuitia gliſceret, miſeratio arcebatur. Idem libro 13. Italiam luxuria, ſæuitiaq; afflicta uiſſet.

Sæuio, ſæuis, ſæuiui, & ſæuij, ſæuitum, n. q. Crudeliter in aliquẽ agere, καλασκήπτω, ἀγριαίνω, χαλεπαίνω. Pacuu. Quid cõmerui? quid in me ſæuis pater? Liu. 7. ab Vrbe, In Tarquinienſes acerbè ſæuitum, multis mortalibus in acie cæſis. Idem alibi, Quum poſt uictoriã quoq; in hoſtem ſæuiret. Aliquando ſæuire eſt fortiter, & ſtrenuè ſeſe gerere. Martialis, Belliger inuictis quòd Mars tibi ſæuit in armis. Sæuire animis, pro uehementer iraſci. Verg. lib. 5. Aen. Tum pater Aeneas procedere longius iras, Et ſæuire animis Entellum haud paſſus acerbis. Huius compoſita ſunt, Conſæuio, Deſæuio, & Obſæuio: de quibus ſuis locis.

Saga, æ, f. p. Anus ſuperſtitioſa, uel mulier incantatrix, uenefica, quæ malis uetitisq; artibus cuiquã boni aliquid uel mali conciliat: ita dicta à ſagiendo, propterea quod multa ſcire uelit: ut ait Cic. 2. de Diuinat. φαρμακεύτρια. Horat. 1. Car. Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis Magus uenenis, quis poterit deus? Vbi Acron, Saga dicta eſt uenefica, q; ſatis agat, & ea eſt quæ carminibus, & herbis mala hominibus dicebatur uel arcere uel impellere.

Sagana, pen. cor. Vas in quo aliquid teritur. Eſt & nomen ueneficæ, apud Horatium in Epod. At expedita Sagana per totam domum Spargens Auernales aquas, Horret capillis, ut marinus aſperis Echinus, aut currens aper.

Sagaria, Sagarius, uide Sagum.

Sagapenum, pen. prod. σαγάπηνον. Succus eſt herbæ ferulaceæ, quæ in Media naſcitur, guſtu acri, odore medium quiddam inter laſer & galbanum referens. Officinæ uocant Serapinum.

Sagatus, uide Sagum.

Sagax, cis, om. t. à ſagiendo. Id eſt, ab acutè ſentiendo dictũ eſt, ῥινηλάτης. Propriè enim canes ſagaces dicuntur qui odoris ductu uenatores ad ferarum cubilia perducunt. Cicero ſecundo, de Diuin. Sagire, acutè ſentire eſt: ex quo ſagaces dicti canes. Per translationem tamen accipitur pro calliido & ſolerti, ἀρίνους. Cic. 3. de Legib. Homo animal prouidũ, ſagax, multiplex. Martial. lib. 12. Excogitauit homo ſagax, & acutus.

Sagacitas, tatis, f. t. Id eſt, acuta illa ſentiendi uis in canibus, & odoratu aliquid deprehendi, ῥινηλασία. Cicero tertio Tuſc. Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium. Per translationem tamen ſumitur pro aſtutia, ſeu calliditate, ἀγχίνοια. Cicero quarto Verr. Qua eſt iſte ſagacitate in his rebus.

Sagaciter, aduerbium, Pro aſtutè, prudenter, callidè. Liu. 7. belli. Pun. Ibi duo duces ſagaciter moti ſunt: alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem.

Saga, Gemma porracei coloris, quam Chaldæi adhærentẽ nauibus habent. Inuenitur & in Samothracia eiuſdem nominis gemma, nigra, aut ſine pondere, ligno ſimilis. Plin. lib. ult. cap. 10.

Sãgena, æ, f. p. pen. prod. σαγήνη. Genus retis piſcatorii: Latini uerriculum appellant. Manilius lib. 5. Excipitur uaſta circunuallata ſagena.

Sãgina, næ, pen. prod. f. p. Cibus quo quis pinguis efficitur. σίτισμός. Iuuen. Sat. 4. genialis agatur iſte dies, propera ſtomachum laxare ſaginis. Sagina dicendi, apud Quintilianum lib. 10. cap. 5. eſt dicendi ubertas. Quandoq; etiam dicitur pinguedo ſuperuacua, cuiuſmooi auibus quibuſdã artẽ, & tartura inducitur, & in hominibus quibuſdam nimio otio contrahitur. Iuſtinus lib. 20. Sublatis deinde æmulis, in ſegnitiam lapſus, ſaginam corporis ex nimia luxuria, oculorumq; ualetudinem contraxit.

Saginariũ, rii, u. ſ. Locus ubi ſaginantur altilia, σιτιστήριον. Varro. lib. 3. cap. 10. de Re ruſt. Pullos anſerum includunt in ſaginario, ibiq; polentam, & pollinem aqua madefactum dant cibum. ita ut perinde ſe ſaturent.

Sagino, as, a. p. pen. prod. Pingue facio, σιτίζω. Colum. libro ſexto, capite trigeſimo octauo. Eaherba uiridis, nec tardè tamen arida fœni uice ſaginat iumenta, uerùm modicè data, ne nimio ſanguine ſtrangulentur pecora. Interdum ablatiuo iungitur: quum res qua quid ſaginatur, exprimitur: ut apud eundem libro quinto. Formantur offæ quibus auis ſaginatur. Et rurſus libro ſexto capite uigeſimo ſeptimo. Hordeo ſaginandus equus.

Saginatus, a, um, participium: ut porcus ſaginatus. Propert. libro quarto. Eleg. primo. Parua ſaginati luſtrabant compita porci.

Saginatio, onis, f. t. uerbale, σιτισμός. Plinius lib. 8. cap 51. Pingueſcunt ſaxaginta diebus, ſed magis tridui inedia ſaginatione nem orſa.

Sãgio, is, iui, tum, Propriè de canibus dicitur, qui odoris ductu ferarum ueſtigia perueſtigant: quanuis etiam per translationem accipiatur pro eo quod eſt aliquid acutè & callidè præſentiſcere, μαντεύω. Cic. 1. de Diuinat. Sagire enim, ſentire acutè eſt: ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire uolunt: & ſagaces dicti canes. Is igitur qui antè ſagit, dicitur præſagire, id eſt, futura antè ſentire.

Sãgitta, æ, f. p. Gen⁹ teli quod arcu emittitur, τόξευμα, ὀϊστός. Verg. 12. Aen. Non ſecus ac neruo per nubem impulſa ſagitta. Tacitus de Germanis, Sola in ſagittis ſpes, quas inopia ferri aſſibus aſperant. Vergilius 11. Aeneid. Dixit, & aurata uolucrem Threiſſa ſagittam Depromſit pharetra. Ouidius tertio. Triſt. Eleg. 10. longeq; uolante ſagitta. Horat. 3. Carm. Ode 10. Interim dum tu celeres ſagittas Promis, hæc dentes acuit timendos. Sagitta etiam à rei ruſticæ ſcriptoribus ſumitur pro nouiſſima ſurculi parte: ſiue quia longius receſſit à matre, & qua ſi emicuit, atque proſiliuit: ſeu quia cacumine attenuata, prædicti teli ſpeciem gerit, Vide Colum. libro tertio, capite 17. Eſt & ſagitta, herba, ex uluæ generibus, de qua Plinius libro 21. cap. 17. Eſt & ſignum cæleſte, ſtellas habens quinq;, quæ ferè in fine Capricorni cernuntur. Plin. lib. 18. cap. 26.

Sagittarius, a, um, Quod ad ſagittas pertinet, ſiue idoneum eſt ut ex eo fiant ſagitta τοξωτικός. Plin. lib. 16. cap. 36. Suum genus ſagittario calamo eſt.

Sagittarius, rii, m. ſ. Qui ſagittas ex arcu emittit, τοξότης. Cic. ad Attic. lib. 5. Magna tormentorum copia, multis ſagittarijs, magno labore, apparatu, multis ſaucijs ex noſtris, incolumi exercitu negotium confecimus. Eſt & Sagittarius, ſignum cæleſte, quem alij Centaurum Chironem arbitrantur, alij Crocum filium Euphemes nutricis Muſarum, & habitaſſe in Parnaſſo cum Muſis, & uenationi incubuiſſe, & uſum eſſe ſagittis, & equo inſediſſe. Poſt mortem precibus Muſarum à Ioue inter aſtra relatum, & uaria forma conſcriptum. Idibus Februarij ueſpere occidit, ac uehementer hyemat, inquit Colum.

Sagittifer, ra, rum, Qui fert ſagittas, ὀϊστοφόρος, ut Celoni ſagittiferi. Ver. 8. Aen. Hic Lelegas, Curasq; ſagittiferdoq; Gelonos Finxerat. Sagittiferq; pharetræ, Stat. 1. Achil, Pecus ſagittifera, Claudianus de hiſtrice.

Sagittipotens, penultima correpta, Pro ſigno cæleſti quem & Sagittarium dicimus. Cicero in Arato, Menſe Sagittipotens Solis quum ſuſtinet orbem.

Sagitto, tas, n p. Sagittas ex arcu emitto, τοξεύω.

Sagma, atis, n. t. σάγμα, Græcis ſcuti thecam ſignificat: nam σάγην illi dicunt quem nos clypeum, aut ſcutum appellamus. Sunt & qui pro iumenti ſella, ſiue ſtrato accipi tradãt, in qua ſignificatione & Veteris inſtrumenti interpres ſumpſiſſe uidetur, Leuitici cap. 15. ubi ſic legitur, Segma ſuper quod ſederint, immundum erit.

Sagmina, Romani herbam appellauere, quam Græci ἱερροβοτάνην, & περιστερεῶνα nominant, noſtri etiam uerbenam, ſiue uerbenacam; qua Pater patratus & Feciales, tam fœdera per-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dera percussuri, quàm bellum denuntiaturi, solebant coronari. Festus, Sagmina uocantur uerbenæ, id est, herbæ puræ, quia ex loco sancto secabantur à Consule. Prætoreue, legatis ad indicendum bellum aut fœdus faciendum proficiscentibus. Plin. lib. 22. cap. 2. Quoniam non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere, & in sacris legationib. quàm uerbenę, Certè utroq; nomine idem significatur, hoc est, gramen ex ara cum sua terra euulsum. Hac semper & legati, quum ad hostes, clarigatum q; mitterentur, usi sunt. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe, & lib. 10. bel. Pun.

Sagum, sagi. n. s. σάγος, ἰωδὲς, στρατιωτικὴ Plutarcho, Genus erat uestis breuioris, qua tempore belli omnes Romani utebantur, exceptis uiris Consularibus: quemadmodum contrà, quũ urbs nullo bello premebatur, utebantur togis. Vt enim togas pacis, ita sagum erat index belli: ut non obscurè colligi potest ex Cicerone 7. Philip. Est & Sagum uestis stragulę genus, non dissimilis cilicio. Sueton. in Othone, Ferebatur & uagari noctibus solitus, atq; inualidum quenq; obuiorũ uel potulentum corripere, ac distento sago impositũ in sublime iactare.

Sagulum, diminutiuum. n. s. Hoc est, uestis genus, quod armis superindui solet, περιβραχίδιον. Verg. lib. 8. Virgatis lucent sagulis. Liuius libr. 1. bel. Pun. Multi sæpe militari sagulo opertum, humi iacentem inter custodias, stationes q; militũ conspexerunt.

Sagaria, æ. n. s. Exercitium uendendi saga, ἱματιοκαπηλία. quẽ admodum Lintearia, linteorum mercatura. Vlpian. de Trib. act. Duas negotiationes exercebat puer, sagariam, & lintearium.

Sagarius, rij. m. s. Qui ex sagorum negotiatione quæstum facit, ἱματιοκάπηλος.

Sagatus, Qui sago indutus est, χλανιδωτὸς. Suet. in Cæs. Duob. triclinijs, uno quo sagati, palliatiue, altero quo togati cum il lustrioribus prouinciarum discumberent. Martial. lib. 6. Vis te purpureum Marce sagatus amem?

Sal, salis, per meratheſin à Græco deducitur, quod est ἅλς: est q; illud quo utimur in cõdiendis cibis. Declinatur utroq; numero. In plurali tamen tantùm masculini est generis, quũ in singulari etiam neutrum admittat. Cato, ex sale qui apud Carthaginenses fit. Sallustius in Iugurth. Neq; salem, neq; alia gulæ irritamenta. Columel. Carnem salibus aspersam. Paulus Iureconsultus, Cotẽ ferro subigendam, necessaria quoq; hostibus uenundari, ut ferrum, & frumentum, & sales, non sine capitis periculo licet. Colum. lib. 12. cap. 55. Deinde in seriam substernitur sal coctum, sed modicè infractum. Dicitur etiam Sale neutro genere, secundum Priscianum pro mari. Ennius libro 14. Annalium, Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum. Aliquando sal ponitur pro sapientia, in qua significatione masc. tantùm genere proferri consueuit. Terentius in Eun. Qui habet salem, qui in te est. Vbi Donat. Sal neutraliter, condimentum: masculinum, pro sapientia. Aliquando pro urbanitate, ioco, & ridiculo, & dictis ad risum, uel delectationem compositis, id q; tam singulari, quam plurali numero, τὸ τραπεζικὸν, ἀστεισμὸς. Catullus Epig. 81. de Quintia, Nulla est in toto corpore mica salis. Hoc est, nihil uenustum, nihil argutum, nihil facetum. Cicero de Clar. Orat. Publius Scipio omnes sale & facetijs superabat. Lucan. Non soliti lusere sales. Quintil. libro sexto. Salsum (inquit) in consuetudine pro ridiculo tantùm accipimus: natura non utiq; hoc est, quanquam & ridicula oporteat esse salsa. Nam sicut sal suauitatem quandam cum mordacitate habet, ita etiam urbanorum ioca. Sales enim pro Ciceronis sententia, sunt ipsa ridicula, quæ necessariò salsa oportet esse. Nã salsum erit quod non erit insulsum, uelut quod dam oris condimentum, quod sentitur latente iudicio, & ueluti palatum excitat. Quandoque sal pro mari ponitur, quemadmodum & ἅλς fœmininũ apud Græcos: quia salsum est, & ex ipsius aqua sal elicitur. Ver. 1. Aen. Et spumas salis ære ruebant.

Salarius, rij, m. s. substantiuum, Qui sal, uel salsamenta uendit, ταριχοπώλης. Martialis libro primo. Quod uiles pueri salariorum.

Salarius, a, um, adiectiuum, Quod ad sal pertinet, τὰ ἁλὸς. Liuius lib. 9. belli Pun. Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt.

Salarium, rij, n. s. substantiuũ. Dicitur stipendium, uel merces quam quis pro opera persoluit, μισθὸς. Plin. lib. 34. cap. 7. Sal honoribus etiam militiaq; interponitur, salarijs inde dictis, magna apud antiquos autoritate. Dictum salarium, quòd ita necessarium sit, ut homini sal.

Salsus, a, um, Quod salis saporem habet, siue quod sale conditum est, ἁλμυρὸς. Plautus in Rud. Itaque aluum prodi spera uit nobis salsis poculis. Horatius Epod. 10. Ametq; salsa leuis hircus æquora. Lucret. lib. 1. Et lachrymis salsis humectant ora, genasq;. Vergilius libro secundo Aeneidos, salsusq; per artus Sudor ijt. Idem 5. Aeneidos. Et salsos rident reuomentẽ pectore fluctus. Quint. li. 6. cap. 3. Ridiculũ dictũ plerunq; salsum est. Cic. ad Papyrium lib. 9. Accedunt non Attici, sed sal siores, quàm illi Atticorũ Romani ueteres atq; urbani sales.

Salsè, aduerbium, Idem quod facetè & urbanè, & cum quadã salium mordacitate. Cic. 2. de Orat. Valde hæc ridẽtur, & hercle omnia quæ à prudentibus quasi per dissimulationẽ non intelligendi subabsurdè salsèq; dicuntur. Idem eodem libr. Quod est hominibus facetis & dicacibus difficillimũ, habere hominum rationem, & temporum: & ea quæ occurrant, quum salsissimè dici possent, tenere. Quin. lib. 6. cap. 4. Sed reperam necesse est infinitas esse species tam salsè dicendi quàm seuerè, quas præstat persona, locus, tempus, casus denique, qui est maximè uarius.

Salsamentum, ti, n. s. Quod est ex sale compositum, siue quod est sale conditum ad diuturnum usum ciborum, τάριχος. ut pisces salsi, & lardum: quæ & per syncopen salmenta dici possunt. Teren. in Adelph. salsamenta hæc Stephano Facma cerentur pulchrè.

Salsamentarius, m. s. Qui salsamenta uel facit, uel uendit, qui & salarius, ταριχοπώλης. Autor ad Heren. lib. 4. Vt si salsamentarij filio dicas, Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

Salsamentarius, a, um, Quod ad salsamenta pertinet, ταριχευτικὸς. Plin. lib. 32. Quin & testis cadi salsamentarii tussis cum axungia uetere, mirum in modum prodest. Col. lib. 2. cap. 10. Ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata recõdatur, si maior est modus, in horreo: si minor, in uasis olearijs, & salsamentarijs.

Salsura, æ, f p. Idem quod salsamentum, τάριχος. Colum. lib. 8. cap. 17. Nulla tamen æquè, quàm prædictæ salsuræ pabula, commodè dantur.

Salsedo, dinis, Ipse salis sapor, ἅλμη.

Salina, f. p. Locus in quo sal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. Plin. lib. 31. Fit sal uulgaris, plurimusq; in salinis effuso mari, non sine aquæ dulcis riuis, sed imbre maximè, iuuante. Cic. ad Attic. lib. 5. De structe salinarum planè rogo. Idẽ pro lege Man. Quum publicani familias maximas, quas in salinis habẽt, quas in agris, quas in portubus, atq; custodijs, magno periculo se habere arbitrentur.

Salinum, ni, n. s. Vasculum in quo sal reponitur tùm ad mensæ usum, tum ad sacrificia paratum, ἁλόδυλος. In eo enim cum sale dijs primitiæ offerebantur. Persius Sat. 3. purum & sine labe salinum. Idem Satyr. 5. Vare reguſtatum digito terebrare salinum Contentus perages. Ponitur tamen pro quocunque uase fictili mensæ pauperis. Horat. libr. 2. Carm. Viuitur paruo bene, cui paternum Splendet in mensa tenui salinum.

Salillum, li, diminutiuum, Paruum salinum. Plaut. in Trin. uerum nos homunculi, Salillum animæ, quæ quum exemplo amissimus, æquè mẽdicus, Atq; ille opulentissimus consetur ad Acherontem mortuus.

Salio, lis, n. Quartæ coniugationis, & prima correpta, Sale condio, ἁλίζω. Tibul. Farre pio placet, & saliente sale. Huius præteritum Saliui, supinum salitum. Vndè salitus, & saliturus. Celsus libro secundo, capite 18. Item pisces omnes qui salem non patiuntur, solidiũe saliuntur. Legitur etiam pro eodem sallio duplici l. Cornel. Scuerus, Ad quem salliti pomiliones afferebantur.

Sallo, lis, per duplex l, Tertiæ coniugationis, salli, salsum, Sale condere, ἁλίζω. Lucil. li. 4. Sallere murænas, & frigidaria terræ. Participio passiuæ significationis in dus, usus est Columel. lib. 5. cap. 7. quum inquit, Quòd si ea res ægritudinem non depellit, uendenda sunt pecora: uel si neq; id contingere potest, ferro necanda sallendaq;.

Salitor, toris, m. t. Qui salis tributum colligit. Cic. ad Attic. li. 4. Confecta Britannia, obsidibus acceptis, multa præda, imperata tamen pecunia data salitoribus Britanniæ. Vbi interpres, Salitoribus, præfectis, quos Iurisperti Murilegulos appellant, relictis à Cæsare in Britannia, qui salum scrutarentur, margaritasq; Britannicas. Quidam codices habent, non salitoribus, sed data à littoribus.

Salitura,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Salitura, turæ, Actus saliendi, hoc est, sale condiendi, ἅλισις. Col. libro 12. capite 21. Post saliturā musti cochlear cumulatum.

Salsilago, laginis, f. t. Idē significat quod salsugo, ἅλμη. Plin. li. 20. cap. 12. Natura ciceris est gigni cum salsilagine, Ideò solū urit. Idem lib. 31. cap. 7. Præter hoc etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago.

Salsitudo, dinis, Humor saporem salis referens. Plinius libr. 20. capite decimoquatto. Salsitudines corporis, si cum uino tradatur, minuit.

Salsugo, inis, m. t. quiuis humor salsus: cuiusmodi in salinis est aqua salsa, ex qua sal conficitur, ἅλμη. Plinius libro trigesimoprimo cap. 7. Præter hoc etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab alijs salsilago, tota liquida, marina aqua salsior, ui distans.

Salaconía, pen. prod. σαλακωνεία. Vox Græca est iactantiam significans cum uanitate, & superbia coniunctam. Quidam & molliciem interpretantur.

Salacones, σαλάκωνες, Dicuntur homines iactabundi, qui quū Iro pauperiores sint, Crœsos tamen quosdam se esse simulāt, quūq; Sardanapalo sint effœminatiores, fortitudinis tamen opinionem captant. Cic. M. Fabio Gallo, Cognosti meā cautam & istius salaconis iniquitatem. Suidas hanc significationem fluxisse existimat à Salacone quodam, eiusmodi, quales iam depinximus, moribus prædito.

Salamandra, f. p. σαλάμανδρα. Animal lacerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis imbribus proueniens, & æstate deficiens: cui tantus rigor est, ut ignem nulla sui læsione tactu extinguat, non aliter quam glacies. Autor Plinius libro 10. ca. 67. Et licet uenenatissimum sit, (nam si arbori irrepserit, omnia poma ueneno inficit, & eos, qui ederint, interimit: idem facit si in puteū cadat) à suibus tamen sine nocumento manditur.

Salapusius, à sale, & pusio compositū nomen. Pusius enim siue pusio, apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus est Caluus, Catuli familiaris, tanquam puer, ob staturam pueriem, plenus salis, & oratoriæ mordacitatis.

Salarium, uide Sal.

Sălax, cis, om. t. Propensus in Venerem, multa libidine pruriens: à saliendo (ut quidam uolunt) hoc est, ab arrigendo. Aut certè ab eo q̄ ex humore salso citatur libido. Vnde Venus fingitur è mari orta, ἀφροδισιαστικὸς. Colum. libr. 7. cap. 9. Maximeq; quod ad rem pertinet, quàm salacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate commodè progerant. Galli salaces, Varro 3. de Re rust. Nymphę salaces, Oui. 4. Fast. Aries salax, ibidem. Salaces cibi, Venerem citantes: ut erucæ, & bulbi. Ouidius secundo de Rem. amo. Nec minus erucas aptum est uitare salaces, Et quicquid Veneri corpora nostra parat.

Salacitas, atis, Id est, lasciuia, & propensio in Venerem. Plinius libro decimo, capite 36. Passeri minimum uitæ, cui salacitas par.

Sălĕbræ, f. p. Sunt loca inæqualia, & aspera, & prærupta: ita dicta quòd uix sine saltu præteriri possint, ἐκρήγματα, ῥαγμαί, ῥήγματα γῆς. Propert. li. 3. Eleg. 10. Luna ministrat iter: de monstrant astra salebras. Per translationem accipitur pro quauis asperitate, siue difficultate. Mart. lib. 11. Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt, Sed quæ per salebras altaq; saxa cadunt. Cic. de Orat. Alter enim, quasi sedatus amnis, sine ullis salebris fluit. Cicero secundo de Fin. Hic si definire, si diuidere potuisset, si loquendi uim, si denique consuetudinem uerborum teneret, nunquam in tantas salebras incidisset. Tristitiæ salebra, singulari numero dixit Valer. Max. libro sexto. Legitur & apud Ciceronem 5. de Fin. Salebra, numero etiam singulari, ubi sic ait, Hęret in salebra: cupit enim dicere, nihil posse ad uitam beatam deesse sapienti, &c.

Salebrosus, sa, sum, Quod multas habet salebras, κατερρωγώς, ut, Iter salebrosum, hoc est, crebris salebris interruptum. Salebrosa oratio, id est, abrupta, intercisa, & quibusdam ueluti salebris remorans impetū auditoris. Quin. libr. 11. cap. 11. Interruptus actionis impetus, & resistens, ac salebrosa oratio. Salebrosus scriptor, id est, difficilis, inamœnus, & in cuius lectione sæpius sit restitendum. Mart. lib. 11. Scriptores tetrici salebrosum edisce Sanctram.

Sal Ammoniacus, Terræ salsugo est, in Libyæ arenis crescente luna effluescens, alumini sciffili non dissimilis, glebis oblongis, uenisq; in longitudinē rectis, ἀμμωνιακὸν. Dioscor. Inuenitur potissimùm in tractu Cyrenaico, iuxta Iouis Ammonis templū: unde & nomen accepit. Qui salem Ammoniacum metopij arboris lacrymā sunt interpretati, in errorem sanè quàm puerilem inciderunt, lacrymam Ammoniacā à sale Ammoniaco nō distinguentes: quū tamen sint res diuersissimæ, ut latius annotauimus suprà in dictione Ammoniacum.

Salgama, n. t. pen. cor. Appellabantur à priscis quæcunq; cōditanea ad uictum nostrum in uasis seruabantur, ut puta mala, pira, fici, uuæ, rapæ, τὰ τάριχα. Colum. lib. 10. Tempore nō alio uili quoq; salgama merce, Capparis, & tristes inulæ, seu læ minaces Plantantur. Idem libro duodecimo, capite 4. Post hoc præceptum locum & uasa idonea salgamis præparari iubent.

Salgamarii, m. s. Qui salgama uendunt, ἁλμυραὶ. Colum. lib. 12. cap. 44. Libros tres edidit, quos inscripsit nominibus Coci, & Cerarij, & Salgamarij. Ibidem capite quinquagesimoquarto, Raporum quàm rotundissima sumito, eaq; si sint lotosa, detergito, & summam cutem nouacula decerpito: deinde, sicut consueuerunt salgamarij, decussatim ferramento lunato incidito.

Sali, per simplexi, auiculæ sunt, quas Aristoteles ἀηδόνας, & ἀηδόνους appellat, fœcūditatis magnæ, ut perdices, gallinæq;. Plin. lib. 10. cap. 52. Plurima oua pariunt struthiocameli, gallinæ, perdices, sali.

Salica lex, uide Salii, Germaniæ populi. In Propriis.

Salicastum, Genus labruscæ in salictis nascens, ἄμπελος ἀγρία. Plin. lib. 23. cap. 10. Est labruscæ similis, sed in salictis nascens, ideò distinguitur nomine, quū eosdem usus habeat, & salicastrum uocatur.

Salicetum, Salictum, Salignеus, Vide Salix.

Salientes, uide Salio.

Salina, Salinum, uide Sal.

Salinator, uide in propriis.

Salio, lis, saliui, uel salii, uel salui, diuisis syllabis, supinū saltum, n. q. Idem quod salto, ἅλλομαι, πηδάω. Vergil. 2. Georgicorum Mollibus in pratis unctos saliere per utres. Horatius primo, Epist. 14. Nec meretrix tibicina, cuius ad strepitum salias terræ grauis. Plau. Bacc. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila, Saliendo se exercebant magis quàm scorto, aut suauijs. Salire è terra, pro prodire, emitti. Lucre. lib. 1. E terraq; exorta repentè arbusta salirent. Verg. 1. Georg. Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando. Salit mihi cor, per translationem Plaut. Mil. Dicito doctè, & cordatè, ut ei corsaliat. Subaudi. præ gaudio. Salire dicuntur animalia carentia ratione, quando mares ineunt fœminas: nam saliendo ascendunt. Ouid. 2. de Arte, Læta sălitur ouis, tauro quoq; læta iuuenca est. Var. 2. de Re rust. cap. 7. Quum equus matrem ut saliret, adduci non posset, & eum capite obuoluto peroriga adduxisset, & coëgisset matrem inire, quum descendenti uelum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Idem 3. de Re rust. cap. 10. Saliunt ferè in aqua. de anseribus. Composita sunt, assilio, absilio, consilio, desilio, dissilio, exilio, insilio, prosilio præsilio, resilio, & transilio: quæ omnia mutant a, sui simplicis in i, faciuntq; præteritū usitatius per ui, diuisas syllabas. In supino autem mutant a, sui simplicis in u: ut Assilio, assilui, assultum, Dissilio, dissiliui, dissultum. Significata uide suis locis.

Salientes, m. t. A Latinis dicuntur fistularum capita, atq; etiam ipsæ tubulorum, fistularumq; scaturigines, quæ & siphuncu li dicuntur, & sipunculi, ab aquæ expressione, tanquàm ex siphone salientis, κρουνοί. Vitruu. lib. 8. Hæc maximè considerantur Athenis. Ibi enim ex eiusmodi locis, & fontibus, & in asty, & ad portum Piræum ducti sunt salientes, è quibus bibit nemo, sed lauationibus, & reliquis rebus utuntur. Bibunt autem ex puteis. Cicero ad Q. Frat. lib. 3. Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica te suauitate te uillā habiturum, piscina & salientibus additis, palæstra & sylua uiridicata,

Salto, as, n. p. Significat tripudio, ὀρχέομαι. Sallust. in Catil. Sed in his Sempronia, multa uirilis audaciæ commiserat. Hæc mulier genere atq; forma, præterea uiro, liberisq; satis fortunata fuit literis Græcis atque Latinis docta, psallere & saltare, & cantare elegantius quàm necesse est probæ, multaq; alia quæ luxuriæ instrumenta sunt. Cicero in Catilinæ. Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non solùm amare, & amari, neque cantare & saltare, sed etiam ficas uibrare, & spargere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uenena dicerunt. Idem pro Muræna, Nemo ferè saltat sobrius. Carmina saltantur theatro. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. Saltata pœmata populo. Idem 2. Trist. Saltare laudes alicuius, est saltationibus immiscere, ait Budæus. Plin. in Paneg. Quã laudes Imperatorũ, ludit etiã, & cõmessationibus celebrarentur, saltarenturq́, &c. Huius cõposita mutant a in u: ut assulto, consulto, desulto, exulto, prosulto, præsulto, resulto, & subsulto, Plaut. in Casina, Vt festinabat miser, ut subsultabat postquã uicit uillicus? Transulto. Idem in Capt. Tu trãsultas, ego miser uix adsto præ formidine.

Saltatio, onis, s. t. illa hominũ iactatio, quam uulgus tripudiũ uocat, χορέα ὄρχησις. Cic. pro Muræna, Multarum deliciarũ comes est extrema saltatio. Quint. lib. 1. cap. 11. Nam Lacedæmonios quidem etiã saltationẽ quandam, tanquam ad bella quoq́ utilem, habuisse inter exercitationes accepimus. Cicero de Clar. Orat. Quos Sextus Tityus consecutus, homo loquax sanè, & satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationis Tityus nomen esset.

Saltatores, m. t. Qui tripudijs, staticulisq́ dandis sunt elegantiores, ἀλτικοί, ὀρχησταί. Cic. lib. 1. Offic. Adde huc si placet, unguentarios, saltatores, totumq́ ludum talariũ. Quin. li. 1. ca. 12. Non Comœdum in pronuntiando, nec saltatorẽ in gestu facio. Cic. pro Muræna, Saltatorẽ appellat L. Muræná Cato: maledictum est, si uerè obijcitur, uehemẽtis accusatoris: sin falsò, maledici conuitiatoris.

Saltatrix, uerbale fœmininum, ὀρχήστρια. Cicero in Pisonem, Tu ex tenebricosa popina Consul extractus, cum illa saltatrice tonsa, Senatũ Reip. occasum atq́ interitũ lugere uetuisti.

Saltatricula, diminutiuũ. Gel. lib. 1. Dionysiamq́ eam notissima saltatriculæ nomine appellaret.

Saltatorius, ria, rium, Quod ad saltatorẽ pertinet, ὀρχηστικός. ut Ludus Saltatorius, in quo saltare docetur. Macrobius libr. 3. Saturn. Filij Senatorũ in ludum saltatoriũ cõmeabant, & illic crotala gestantes, saltare discebant. Cic. in Pison. Quũq́ ipse nudus in cõuiuio saltaret, in quo ne tum quidem, quũ illum suum saltatoriũ uersaret orbem, Fortunæ rotam pertimescebat.

Saltatus, us. m. q Idem quod saltatio, ὄρχησις. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Per urbem ire cantantes carmina cum tripudijs, solennique saltatu iussit.

Saltura, turæ, Idem quod saltatio, πήδησις, πήδημα. Plautus in Curc. Nunc dum saltura sat bona est, si id feceris, Vænire poteris intestinis uilius.

Saltus, m. q. Ipse saltandi actus, πήδησις. Verg. 9. Aeneid. Tum demum saltu præceps sese omnibus armis. In fluuiũ dedit. Saltus autem præuia cædua, uide suo loco.

Saltim, apud antiquos, siue saltuatim, Significat per saltus, πηδητικῶς. Gel. libr. 9. cap. 4. Atq́ item esse alia apud ultimas Orientis terras miracula: homines, qui monomeri appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes, uiuacissimæ pernicitatis. Saltuatim scribere, est carptim scribere, non suo ordine, sed ut sese offert. Sisenna lib. 3. Histor. Nos una æstate in Asia, & Græcia gesta, literis idcirco concinentia mandauimus, ne uellicatim, aut saltuatim scribendo, lictorũ animos impediremus.

Saliunca, Herba est eadem, ut Ruellius putauit, cum nardo Celtico. Plinius libro uigesimoprimo capite 7. Saliunca folioſa quidem est, sed breuis, & quæ necti non possit. Radici numerosæ cohæret herba uerius quàm flos, densa ueluti manu pressa: breuiterq́ue cæspes sui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, Alpiumq́ue aprica urbium Eporrhedia, tanæ suauitatis, ut metallum esse cœperit, Vestibus interponi eam gratissimum. Vergilius Eclog. quinta. Puniceis humilis quantum saliunca rosetis, Iudicio nostro tantùm tibi cedit Amyntas.

Saliuum, ui, & Saliua, æ, Sputum, quòd ferè salis saporẽ habeat: uel à saliendo, quòd in ore saliat, & crescat, πτύελον, σίαλον. Plin. lib. 7. cap. 2. Feruntq́ ictas saliua, ut feruentis aquæ contactu fugere. Idem li. 23. cap. 27. Sua cuiq́ uino saliua innocentissima, sua cuiq́ ætas gratissima. hoc est, media. Ponitur aliquando saliua pro gustu. Pers. Sat. 6. Nec tenuẽ solers turdorum nosse saliuam.

Saliuosus, adiectiuũ, Quod saliuæ similitudinẽ habet. Plin. lib. 16. cap. 38. Humor ulmis saliuosus.

Saliuo, uas, a, p. Saliuam facio. Plin. lib. 6. cap. 36. Congregantur uerno tempore purpuræ, mutuoq́ attritu lentorũ cũ iusdam ceræ saliuant. Aliquando illino, siue perungo. Columel. lib. 6. cap. 5. Tunc panacis, & eryngij radices fœniculi seminibus nisi scendæ, & cum defruti ac moliti tritici farina, candentiq́ aqua conspergendæ, eoq́ medicamine saliuandum ægrotum pecus.

Saliuarius, a, um, adiectiuum, Quod ad saliuam pertinet, σιαλικός. Plin. libr. 6. cap. quinquagesimoprimo. Quæ duriores testæ sunt, ut murices, purpuræ: saliuario lentore pariunt. In est, uiscositate saliuæ.

Salix, salicis, Arbor nota, à saliẽdi, hoc est, crescendi celeritate dicta, ἰτέα. Nam siue sata, siue casu terræ impacta, statim surgit. Verg lib. 10. Eclog. Mecum inter salices lenta sub uita iaceret. Ouid. 10. Metam. Amnicolæq́ simul salices, & aquatica lotos. Vergil. 2. Ecloga, Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.

Salignus, a, um, Quod ex salice materiatum est. ἰτέινος. Vergilius. Est tuguri custos armatus falce saligna. Vergilius quarto Georgicorum, Et custos furum, atque auium, cum falcẽ saligna Hellespontiaci seruet tutela Priapi. Columel. libro septimo, capite primo, Quippe uel folijs, spinisq́, uel pertricis salignis alitur. Horatius 1. Serm. Satyr. 3. donec cerebrosus prosilit unus, Ac mulæ, nautæq́ caput, lumbosq́ saligno Fuste dolat.

Saligneus, a, um. Idem. Colum. lib. 7. cap. 10. Deinde ab ictu uirgæ oportet tumentẽ uenã ferro rescindi, detractoq́ sanguine colligari saligneo libro, uel etiam ulmeo. Salignea claua, apud eundem lib. 6. cap. 2.

Salicetum, ti, n. s. & per syncopen salictum, Locus salicibus consitus, ἰτιών. Varro, Idoneus locus eligendus ubi facias salictum, & arundinetũ. Cic. 2. De Diuin. ex Ennio, Nam me uisus homo pulcher per amœna salicta, Et ripas raptare. Idẽ pro Leg. Agr. Accedet eò mons Gaurus, accedent salicta ad Minturnas. Verg. 1. Eclog. Hyblæis apibus florem depasta salicti. Iuuen. Sat. 11. Necdum ausus, uirgas humilis mordere salicti.

Sallio, Sallo, uide Sal.

Salmo, Piscis marinus, qui & fluuios subit, semelq́ gustata aqua dulci uix unquam in mare regreditur. *Plinius libr 9. capite 18.* In Aquitania Salmo fluuiatilis marinis omnibus præfertur.

Salnitrum, n. s. Vt modò consuetudine uulgi dicitur, factitium est & ad tormenta ignium missilia repertum, ueteribus autem fuisse uidetur incognitum, ἀλόνιτρον. Corrupta tamen dictio est. Nam legitur apud Plinij, Sal, & nitrũ sulphuri concoctũ in lapidẽ uertitur. Vide in dictione Nitrũ.

Salpa, σάλπη. Genus piscis, circa Ebusum Hispaniæ insulam, obscœnus alibi, & qui coqui non possit, nisi ferula percussus, ut ait Plin. lib. 6. cap. 18.

Sĕlpygă, penul. prod. genus formicarum uenenatarum. Luc. lib. 10. Quis calcare tuas metuat Salpyga latebras? Cic. appellat salifugas.

Salsamentum, Salso, Salledo, uide Sal.

Salsicortex, ricis, A nonnullis appellatur arbor ex genere glandiferarũ, quã Græci ἁλίφλοιον nominant. Est autẽ hæc arbor cortice, atq́ caudice crassissimo: & plerunq́ cauato, fungosoq́. Sola corde caret, etiam quũ uiuit putrescens. Fulmine frequenter icitur, etiamsi altitudine nõ excellat: ideò ad sacrificia uri, nefas erat apud Aeoles. Eadẽ ferè sterilis est: & siquando glandẽ tulerit, ea adeò est amara, ut præter sues, à nullo attingatur animali: ac ne ab ijs quidem, quũ aliud pabulum possunt nancisci.

Salsilago, Salsitudo, Salsura, uide Sal.

Saltator, Saltatrix, Saltatricula, uide, Salto, in Salio, Salis.

Saltem, coniunctio per defectionem dicta, quasi, si aliter nõ potest. Vel (ut inquit Gellius) u litera abiecta, χάρ, ἀπὸ χάρ, τὸ λάχιστον. Nam à principio salutem dicebant, quod nos saltem dicimus. Nam quum alia quædam petita: & non impetrata sunt, hic solemus, quasi ad extremum aliquid petituri, quod negari minimè debeat, dicere, hoc saltẽ fieri, aut dari oportere: tanquam salutem postremò petentes, quam impetrari sit æquissimum. Seruius, saltem tractum à captiuis qui quum tenerentur ab hostibus, dicebant sublatis manibus, Salutem concede. Hinc per synerefin natus est sermo, ut in conceptu rerum multarũ petituri aliquid, saltẽ dicamus. Verg. libr. 1. Aeneid. Sin absumpta salus, & te pater optime

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

optimè Teucrũ Pontus habet Libyæ, nec ſpes iam reſtat Iuli: At freta Sicaniæ Saltem, ſedesq; paratas, Vnde huc aduecti, regemq; petamus Aceſten. Idem lib. 6. Aen. Da dextram miſero, & tecum me tolle per undas, Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. Cic. Att. lib. 9. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem.

Salto, uide Salio.

Saltus, tus, Locus incultus, crebris ſyluis paſsim oppletus, in quo paſci etiã & æſtiuare pecora poſſunt, ὑλη̃ες, δρυμὰι, δρυμώδης τόπος. Ver. li. 3. Georg. Saltibus in uacuis paſcuntur plena ſecundum Flumina. Feſtus, Saltũ Caius Aelius li. 2. Significationũ, quæ ad ius ciuile pertinẽt, ita definiuit, Saltus eſt ubi ſyluæ & paſtiones ſunt quarum cauſa caſę quoq; ſiquæ particula in eo ſaltu paſtorũ, aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non permittit nomen ſaltui, nõ magis quàm fundi, qui eſt in agro culto, & eius cauſa habet ædificium, ſiqua particula in eo habet ſyluam. Cæſar 6. bel. Gal. Atq; ille latebris, aut ſyluis, aut ſaltibus ſe eriperet, & noctu occultaret. Idem 1. bel. Ciu. Celeriterq; Pyrenæos ſaltus occupari iubet. Verg. 1. Georg. & magnos canibus circundare ſaltus. Ouid. Epiſt. 5. Quis tibi monſtrabat ſaltus uenatibus aptos? Vide plura de hac uoce apud Vallam. Elegant. lib. 5. cap. 106. & lib. 6. cap. 57.

Saltuarius, rii, m. ſ. Syluarũ, ſeu ſaltus cuſtos, δρυμοφύλαξ. Pomponius l. Si ita. ff. de Vſu & habitat. Dominus proprietatis, etiam inuito uſufructuario, fundum, uel ædes per ſaltuariũ, uel inſularium cuſtodire poterit.

Saltuoſus, ſa, ſum. Saltibus paſsim obſitus, & impeditus, δρυμώδης. Liu. 7. bel. Pun. Aperta erat regio, ſine ullis ad inſidias latebris: itaq; in loca ſaltuoſa cedere inde cœpit.

Saluber, Salue, uide Salus.

Saluia, æ, Frutex eſt nulli non notus, uirgas habens quadrãgulas, foliaq; aſpera, craſſa, & incana, odore graui quidem, cęterùm non ingrato, ἀλαίσφακον. Dicta ſaluia (ut putatur) quòd multis incommodis medeatur, ægrosq; ſaluos præſtet. Prodeſt enim paraliticis, & contra ſerpentium morſus remedium exhibet. Plin. lib. 22. cap. 25. Dioſc. lib. 3. cap. 38. Fuit & Saluia mater Apuleij. Eſt & Saluia Triacenſium oppidum, in quinta regione Italiæ: de quo Plinius libro tertio, capite 13.

Saluiatum, n. ſ. Genus medicamenti eſt, quo ueterinarij, & mulomedici utuntur in ægrotantium animalium curatione. Col. lib. 6. cap. 9. Recens tuſſis optimè ſaluiato ferinæ ordeaceæ diſcutitur. Idem lib. 6. cap. 24 Lupini ſemicrudi conteruntur, & offæ ſaluiati more faucibus ingeruntur. Et paulò pòſt, Poteſt etiam cum arido fico & eruo conteri herba ſantonica, & formata in offam, ſicut ſaluiatum demitti. Quibus tamen in locis ſaliuatum, potius legendum credimus quod & eruditioribus placere uideo: qui ſaliuatum interpretantur medicamenti genus quod pecori ægroto datur deglutiendum.

Saluio, as, a. p. Saluiato medeor, uel ſaluiatum deglutiendum præbeo. Colum. lib. 6. cap. 24. Vel tenero olere commiſto, torrido, molitoq; milio, & per unam noctem lacte macerato ſaluiatur. Quo tamen in loco doctioribus quibuſdam ſaliuatur, legendum uidetur: quorum iudicio nos quoq; libenter ſubſcribimus, alio Columellæ loco adducti, qui eſt eiuſdem libri capite 5. ubi ſic habet, Euincendi ſunt quanuis peſtiferi morbi, & exquiſitis remedijs propulſandi. Tunc panacis & eringij radices, fœniculi ſeminibus miſcendæ, & cum defruti, ac moliti tritici farina, candentiq; aqua conſpergendæ: eoq; medicamine ſaliuandum ægrotum pecus. Vbi ſaliuandum pecus dixit, pro eo quod eſt, ſaliuato per os immiſſo curandum.

Salum, li, n. ſ. Mare, ἅλς, à ſapore ſalis: uel à uerbo Græco, σαλεύω, quod ſignificat mouere, fluctuare. Verg. 1. Aen. Percq; undas ſuperante ſalo. Cicero pro Cecin. Vt à quo loco depulſus eſſet, in eum ſe fortuna reſtitueret, non in ſalum, ſed in ipſam urbem quam petebat. Idem tertio. Tuſcul. Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo. Verg. 2. Aeneid. Fit ſonitus ſpumante ſalo.

Salus, lutis, f. t. Incolumitas, σωτηρία. Cic. Attico, Saluti ſi me amas, conſule. Terentius. in Adelph. Quod cum ſalute eius fiat, Cicero libro 3. de Leg. Cui ne reditus quidem ad bonos, ſalutem à bonis potuit afferre. Plaut. in Merc. Spem teneo ſalutem amiſi redeat, an non, neſcio, Ouid. libro 3. Met. te ſcilicet omnis in uno Noſtra ſalus poſita eſt. Salutem dicere alicui rei, id eſt, uale dicere. & iubere ualere, relinquere, Cic. ad Volum. li. 6. Quas ſi ut uolumus, exceperimus, ego uerò multã ſalutem, & foro dicã, & curiæ: uiuamq; tecũ, & cũ cõmunibus noſtris amatorib. Hoc eſt, iubebo ualere curiã, nihil mihi amplius cum curia erit cõmune. Accipitur aliquando ſalus pro remedio. Ver. 2. Aen. Vna ſalus uictis, nullã ſperare ſalutẽ. Salus itẽ dea ſalutis credita eſt: unde Saluta ris porta Romæ appellata, ab eius deæ æde, quæ ei proxima fuit. Ter. in Adelph. Ipſa ſi cupiat Salus ſeruare prorſus non poteſt hunc familiã. Dicimus Latinè Nuntiare ſalutẽ, Aſcribere ſalutem, Dicere ſalutem, id eſt, ſalutare. Cic. Att. lib. 4. Miſit ad me ſtatim, qui ſalutẽ nũtiaret. Et lib. 6. Filiola tua gratũ mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit ut mihi ſalutem adſcriberes. Plaut. in Capt. Omniũ primùm ſalutẽ dicito patri & matri. Mittere ſalutẽ, Remittere ſalutẽ: id eſt, ſalutare, & reſalutare. Ouid Epiſt. 15. Hanc tibi Priamides nutto Ledæa ſalutẽ. Cic. ad Att. lib. 16. Atticã noſtrã cupio ſuauiari: ita mihi dulcis ſalus uiſa eſt Per te ab illa: referes igitur ei plurimam ſalutem.

Saluber, pen. prod. Maſculini generis: ſalubris fœminini: ſalubre neutri: & hic & hæc, ſalubris, & hoc ſalubre, Quod præbet ſanitatem. ὑγιεινὸς, σωτήριος, Vnde aër, cibus, locus, ſalubres dicuntur. Colum. lib. 1. cap. 4. Fundum ſicuti ne fœcundiſſimi quidem ſoli, quũ ſit inſalubris: ita ne ſterili, ſi uel ſaluberrimus ſit, parandum. Cic. 1. de Diuin. Vti enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quotannis ſolere ſeruare coniecturamq; capere, ut ſcribit Ponticus Heraclides ſalubris ne, an peſtilens annus futurus ſit. Nam ſi obſcurior, quaſi caliginoſa ſtella extulerit, pingue, & concretũ eſſe cælum, ut eius aſpiratio grauis & peſtilens futura ſit. Sin illuſtris & pellucida ſtella apparuit, ſignificari cęlum eſſe tenue, purũ, & propterea ſalubre. Aquæ ſalubres, Horat. in Carm. ſæcul. Fluuius ſaluber, Ver. 1. Georg. Salubre alicui rei. Plin. li. 8. cap. 27. Chelidoniã uiſui ſaluberrimã hirundines monſtrauere. Conſiliũ ſalubre. Cic. ad Attic. lib. 8. Aliquando ſalubris accipitur pro ſano. Salluſtius in deſcriptione Africæ, Genus hominum ſalubri corpore. Liu. 3. ab Vrbe, Grauiore tempore anni circumacto, defuncta morbis corpora, ſalubriora eſſe cœpere.

Salubritas, atis, f. t. Sanitas, ὑγίεια. Plin. lib. 37. cap. 13. Iam ſitu ac ſalubritate cæli, atq; tẽperie, &c. Cæſ. lib. 8. bel. Gal. Ipſe tantum irinerũ faciebat, quantũ ſatis eſſe ad mutationẽ locorũ propter ſalubritatem exiſtimabat.

Salubriter, aduerbiũ. Liu. 3. ab Vrbe, Et trahi bellũ ſalubriter, & maturè perfici poteſt. Cic. de Sen. Vbi enim poteſt illa æstas aut æquè caleſcere, uel aprication melius, uel igni: aut uiciſſim umbris, aquiſq; refrigerari ſalubrius?

Salutaris, tare, om. t. Idem quod ſalubre, hoc eſt, ſanitatem præbens, uel ad ſanitatem præbendam idoneum, σωτήριος. Cic. ad Octauianum, Nulla enim remedia, quæ uulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria. Salutares literæ dicuntur quæ conſolationem afferunt. Cic. ad Attic. lib. 7. Sic ergo habeo, ſalutares te mihi literas miſiſſe, &c. Salutaris litera à Cicerone dicitur A, quæ abſolutionis nota erat: ut triſtis C, quæ condemnationis. Cic. pro Milone. Nec nobis tam ſalutarem hanc in iudicando literam, quam illam triſtem dediſſet. Budæus. Inuenitur & Salutare ſubſtantiuum. Plin. lib. 12. cap. 5. In præſentia externa proſequemur, à ſalutari maximè orſi. Salutaris digitus, qui pollici eſt proximus, qui & index dicitur λιχανὸς. Sueton. de Auguſto cap. 80. Dextræq; manus digitum ſalutarem tam imbecillum interdum ſentiebat, ut torpentem, cõtractumq; frigore, uix cornei circuli ſupplemento ſcripturæ admoueret. Martianus de Nupt. Verùm quidam redimitus puer ad os compreſſo digito ſalutari, ſilentium commonebat. Dicitur autem ſalutaris, uel quia non ſalutamus niſi uiſa & indicata. Verg. 5. Aen. Italiam læto ſocij clamore ſalutãt. Vel quia eo cõprimimus os ad ſilentium, quod ſalutare eſt præceptum.

Salutariter, aduerbiũ, Salutis ergò. ſine diſcrimine ſalutis, tuendæ ſalutis gratia, σωτήρίως. Plancus Ciceroni, Quadraginta milium paſſuũ ſpatio relicto, confedi, eo conſilio ut uel celeriter accedere, uel ſalutariter recipere me poſſem. Cicero de Clar. Orat. Tum arma ſunt ea ſumpta, quibus illi ipſi qui dicerant eis uti gloriosè, quemadmodum ſalutariter uterentur, non reperiebant.

Saluto, tas, a. p. Salutem dico, inuiſo, προσαγορεύω, ἀσπάζομαι. Cicero Attico. Quum Philogenes libertus tuus ad me ſalutandi cauſa ueniſſet. Terentius in Adelph. Opperiar hominem hîc, ut ſalutem & colloquar. Neq; uerò accedentes

tantum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tantum salutare dicimur, Verumetiam recedentes, Statius 4. Theb. Stant tamen, & nota puppim de rupe salutant. Salutare item est uenerari. Terent. in Phor. At ego deos Pœnates hinc salutatum domum diuortar. Martial. lib. 12. Multis dum precibus Iouem salutat. Ouid. 15. Met. lætoq; Deum clamore salutant. Composita, consaluto, & resaluto, de quibus suis locis.

Salutator, oris, m. t. Qui salutat. ἀσπαστής. Q. Cicero de Petit. Consul. Deductorum officium, quod maius est, quàm salutatorum.

Salutatio, onis, Salutandi actus, ἀσπασμός. Cic. in Pisonem, Quis enim te aditu, quis ullo honore, quis deniq; communi saluratione dignum putet?

Salutatorius, ria, rium, adiectiuum. Plin. lib. 15. cap. 11. Omnia iam & uirorum salutatorijs cubilibus inclusa.

Salutifer, a, um, Idem quod salutaris, σωτήριος. Ouid. 2. Metam. Aspicit infantem, totoq; salutifer orbi, Crescе puer dixit, tibi se mortalia sæpe Corpora debebunt. Martial. libro quinto. Seu placet Aeneę nutrix, seu filia Solis, Siue salutiferis candidus Anxur aquis. Ouidius 15. Metam. Vtque salutifera miseris succurrere rebus Sorte uelit, tantaq; urbis mala finiat, orans.

Salutiger, ri. m. s. Quo nomine utitur Apuleius, uidetur esse non qui tuo nomine alicui dicit salutem, sed qui nuntiat, tanquam interpres & administer eius à quo mittitur, ἀσπασμοφόρος.

Saluti-erulus, Idem. Vnde Plaut. Aul. Salutigerulos pueros uocat seruos, qui iussu dominæ hunc, illũ salutant, suntq; nuntij & renuntij.

Salue, uerbum salutantis, idem ualens quod saluus sis: solumq; declinatur per secundas personas imperatiui utriusq; numeri, & præsens infinitiui, χαῖρε. Terent. in Phor. Here salue, saluum te aduenisse gaudeo. D. Oh bone custos, salue. Iubeo te saluere, id est, precor tibi salutem. Horat. lib. 1. Epist. 10. Vrbis amatorẽ Fuscum saluere iubemus, Ruris amatores: hac in re scilicet una Multũ dissimiles, ad cætera penè gemelli. Cic. Attic. lib. 4. Dionysiũ uelim saluere iubeas. Verg. 5. Aen. Salue sancte parens, iterum saluete recepti, Nequicquã cineres, animæq; umbræq; paternæ. Saluco dixit Plaut. Truc. pro saluus & sanus sum. Saluebis in futuro dixit Cic. Att. lib. 6. Saluebis à Cicerone meo, id est, Cicero meus te salutat. Vide in dictione Valeo.

Saluus, a, um, Sanus, incolumis, σῶος. Terentius in Phor. Saluum te aduenisse gaudeo. idem in Andria, Saluus sum, si hæc uera sunt, hoc est in tuto, & sine periculo sum. Transfertur & ad inanimata. Plautus in Rud. Heu heu, sceleſtus galeam in naui perdidi: Nunc mihi opportuna hic esset, salua si foret. Cicero secundo de Fini. Simulatque ipse graui uulnere exanimati uideret se, ut primum dispexit, quę siuit, saluúsne esset clypeus, &c. Teren. Adelph. Salua res est, id est, rectè se habet.

Saluo, uas, a. p. Saluum facio, seruo, σάω. Cic. in Pis. Me posse iterum Rempub. saluare, si cessissem, infinitam cædem fore, si restitissem.

Saluator, oris, m. t. Vox in sacris literis nusquã non occurrens, σωτήρ. quam tamen eruditiores, tanquã parum probam, religiosè fugiunt, quemadmodũ & uerbũ Saluo: quod nec ipsum satis Latinũ iudicant: putantq; locũ Ciceronis, quẽ iam citauimus, menda non uacare: præsertim quũ id uerbũ non temerè apud quempiã ueterũ, apud Ciceronem certè alibi nusquã liceat inuenire.

Sambuca, æ. f. p. siue Sambyca, siue Sambyx, ycis, σαμβύκη, ἡ σάμβυξ. Instrumenti musici genus, trianguli, teste Porphyrio in Ptolemæi Harmonica, quod ex neruis tum longitudine, tum crassitudine inæqualibus constabat: solebatq; leuiori carminum generi adhiberi. Vnde sambucã cothurno aptare, prouerbij schema habet, pro eo quod est, res leuissimas, planeq; nugatorias, negotijs grauibus serijsq; admiscere. Persius Satyr. 5. Sambucam citius caloni aptaueris alto. Nomen habet, ut Diomedes existimat, à Sambyce inuentore, quanquam Athenæus ab Ibycum Rhegynum Poëtam eius originem referre malit. Est & genus machinæ militaris, qua urbes expugnare consueuerunt: in qua sic funes intendebantur, sicut in organo musico chordæ.

Sambucina, pen. corr. Quæ sambuca canit, σαμβυκίστρια. sicut fidicina, quę fidibus. Plaut. in Stich, Fidicinas, tibicinas, sambucinas aduexit secum forma eximia.

Sambuciſtria, æ, σαμβυκίστρια. Mulier sambuca canens, quę sambucina dicitur. Liu. 9. belli Maced. Tunc psaltriæ, sambuciſtriæq;, & conuiualia ludionum oblectamẽta addita epulis.

Sambucus, ci, f. s. Arbor nota, furculos spargens arundinaceos, teretes, cauos, candicantes, fungosa medulla plenos, folia iuglandis terna quaternáue, ex interuallis circa ramos exeuntia, graui odore, minutim in ambitu secta, & in ramulorum cacuminib. cauliculisque circinatas habens umbellas, quæ florẽ candidũ pariunt, mox acinũ terebintho similẽ, in nigredine purpureũ, racemosum, acri sanguinis succo madentẽ, ἀκτὴ. Est & alterũ sambuci genus, quod ob humilitatem χαμαιάκτλω uocant Græci, herbaceo magis generi assignandum, caule quadrangulo, geniculato, folijs amygdalæ, ex interuallo longioribus, geniculatim expansis, pinnatisq; in ambitu, serratis, muscario flore, & acino superioris sambuci. Latini ebulum uocant. Vide Plinium.

Samera, ræ, Semen est ulmi. Col. libro 5. cap. 6. Atineam ulmum Tremellius Scrofa non ferre sameram (quod est semen eius arboris) falsò est opinatus. Apud Plinium libro 17. capite 11. legitur samara, per primam uocalem in media syllaba. Vlmorum (inquit) priusquàm folio uestiantur, samara colligenda est, Circa Martias Cal. quũ flauere incipit. Et rursum libro 16. capite 17. Atineæ non ferunt samaram: ita uocatur ulmi semen.

Samniones, um, m. t. σαμνίονες à somniis dicũtur qui sunt in dictis fatui, & in moribus obscœni. Cic. lib. de Orat. Quid porro tam ridiculum quàm samnio est? qui ore uultu imitandis moribus, uoce, deniq; corpore ridetur ipso? Quidam tamen samniones, à sanna deductum nomen arbitrantur, & rectius nn gemino scribi debet.

Sampsa, siue Sansa, (ut ex Gregorii Tiferni sententia tradit Georgius Alexandrinus in suis ad Columellam Annotationibus) nucleus est oliuæ, quem Græci πύρηνα uocant. Quorum sententiæ subscribit & Cælius Rhodiginus, & Ruellius, alijq; nonnulli, eruditione non contemnenda uiri. Locus autem cui qui primi sententię huius autores sunt, innituntur, est apud Columell. lib. 12. cap. 50. ubi sic habet, Quum primum baccæ uariare cœperint, & iam quędam nigrę fuerint, plures tamen albæ, sereno cælo manibus destringi oliuam oportebit, & subtractis tegetibus, aut cannis cribrari & purgari. Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscinis nouis includi, prælisque subijci, ut quantum possit, paulatim exprimatur. Postea resolutis corticulis, emolliri debebunt, adiectis binis sextarijs integri salis in singulos modios: & aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certè nouis fiscinis sampsæ exprimi. Quo in loco Columellæ, Sampsas exprimere, idem esse putant quod sampsas, hoc est, ossa, ex oliuis premere, siue oliuas ossibus liberare. Quorum sententiæ quo minus subscribam, facit alter eiusdem Columellæ locus, qui est, libro eodem, capite 49. ubi sic legitur: Oliua nigra maturissima sereno cælo legitur, eáque sub umbra uno die in cannis porrigitur, & quæcunq; est uitiosa bacca separatur. Item siqui adhærerant pediculi, adimuntur, foliaq; & surculi, quicunq; sunt intermisti, eximũtur. Postero die diligenter cribratur, ut si quid inest stercoris separetur. Deinde intrita oliua nouo fisco includitur, & prælo subijcitur, ut tota nocte exprimatur. Postero die inijcitur quàm mundissimis molis suspensis, ne nucleus frangatur. Et quum est in sampsam redacta, tunc sal coctus tritusq; manu permiscetur cum cæteris aridis condimentis. Quo certè in in loco sampsas nulla ratione pro oliuarum ossibus accipere possumus. Neque enim ullo pacto fieri potest ut oliua in nucleos suos redigatur. Quinetiam is ipse locus, quo illi præcipuè nituntur, interpretationi quã adducunt prorsus reclamat: ut non magno negotio deprehendet qui locum eum paulò pensiculatius examinarit. Quid autem ea uoce significetur, non facilè fuerit pronuntiare: præsertim quum præter unã Columellam (quod quidem sciam) nemo ea fuerit usus. Si tamen coniecturę locus sit, quantum partim ex iam citatis Columellæ locis, partim ex uariis Catonis, Varronis, & Palladii locis colligere licuit, crediderim sampsas dici ipsas oliuarum carnes, mola suspensa leuiter comminutas, & ossibus liberatas: quæ deinde exprimuntur, oleumque fundunt: aut aridis quibusdam herbis seminibúsue conditæ, in usum cibarii condimentúe reponuntur.

Sampsuchum, siue Sampsychum, σάμψυχον, Herba quam nunc Maioranã appellant, alioq; nomine amaracus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 22. Sampsuchum siue amaracũ in Cypro laudatissimum, & odoratissimum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sampſuchinus, adiectiuũ, σαμψύχινος. Idem quod amaracinus. Plin. ibidem, Fit ex eo oleum, quod ſampſuchinum uocatur, aut amaracinum. Vide Amaracus.

Sanabilis, Sanatio, uide Sano.

Sancio, cis, ciui, citum, uel xi, ctũ, 4. q. Statuo, ſtabilio, ratũ facio, firmo, κυρόω, κυρῶμαι. à ſanguine, ut putatur dictum, eò quòd mactatæ hoſtiæ ſanguine fœdera ſolerent confirmari: ut eſt uidere apud Liuium libro 1. ab Vrbe condita, ubi uetuſtiſſimum fœdus inter Romanos Albanoſq; initum, porcæ immolatione docet ſancirum fuiſſe. Hinc etiam Seruius, explicans illud Verg. 12. Aen. Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit: Sanctum, inquit, dicitur quaſi ſanguine cõſecratum. Vnde & Sanctio uocatur lex cum terrore pœnæ. Sed de hoc ſuo loco. Eſt itaq; ſancire, ſanctè aliquid & inuiolabiliter conſtituere. Cic. de Amic. Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, ut neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Idem 1. de Leg. Populariter interdum loqui neceſſe erit, & eam legem quæ ſcripto ſanciat quod uult, aut iubendo, aut uetando, ut uulgus appellat. Cæſar 1. belli Ciuil. Hæc quo facilius certisq; conditionibus ſanciantur, aut, &c. Horat. 1. Sermon. Satyr. 3. cheu. Quàm temere in noſmet legem ſancimus iniquam. Cic. ad Att. lib. 10. Ego uerò Solonis popularis tui, ut puto etiam mei, legem negligam, qui capite ſanxit, ſi quis in ſeditione nõ alterutrius partis fuiſſet? Id eſt, legibus ſuis capitis pœnam ſtatuit. Idem de Aruſp. reſpon. Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ, communi iure gentium ſancitum eſt, id eſt, receptũ, & corroboratum.

Sanctus, a, um, participium à ſupino ſanctum. Liu. 10. ab. Vrbe. De prouocatione legem diligentius ſanctam. Hinc deducitur & Sanctus, a, um, nomen: & Sanctio, ſanctionis, de quibus paulò pòſt ſuo loco. Sanctus, Interdum idem quod pius & religioſus, auguſtus: propriéq; de dijs rebúſue diuinis dicitur, iſſíe qui quadam maieſtate, uitæq; innocentia ad deorum immortalium uirtutẽ quàm proximè accedunt, ὅσιος. Cic. poſt reditum, Numenq; ueſtrum æquè mihi graue & ſanctum ac deorum immortalium, erit. Cic. 1. de Natu deo. Aſty palæa inſula Achillem ſanctiſſimum colit. Idem de Aruſp. reſponſi. Id omnibus ſemper ſanctum, auguſtum & religioſum eſſe uiſum eſt. Sancta loca, dicuntur quæ aduerſus iniuriam & uim religione quadam muniuntur, & (ut inquit Donatus) quæ omni obſeruatione inuiolata ſunt. Sanctum (inquit Martianus de rerum diuiſione) propriè dicitur quod ab iniuria hominum defenſum atq; munitum eſt. Interdum ſanctum idem eſt, quod ſanctione ſubnixum: ut Sanctæ leges, quibus pœna ſtatuitur in uiolatores. Sanctum (inquit Vlpianus de Verb. ſign.) dicitur quod neq; ſacrum eſt, neq; prophanum, ſed ſanctione aliqua firmatum. Interdum idem quod purũ & impollutũ. Verg. 12. Aen. Sancta ad uos anima, atq; iſtius inſcia culpæ, Deſcendam. Idem 11. Aen. Tuq; ô ſanctiſſima coniux, Felix morte tua. Id eſt, caſtiſſima coniux.

Sanctulus, a, um, diminutiuum à ſanctus, per contemptum dictum. Hieronymus in Rufinum, Tibi quaſi religioſus, & ſanctulus perſonam humiliratis imponis.

Sanctè, aduerbiũ, Idem quod religioſè, ὁσίως. Cic. pro Fonte. Ab his quidquã ſanctũ, aut moderatè dictũ putabitis? Plaut. Captiuis, An tu dubium habebis, etiam ſanctè quũ ego iurẽ tibi? Aliquando idem quod firmiter, & conſtanter, βεβαίως. Cicero Licinio, lib. 7. Epiſt. Meq; ea quæ tibi promitto, ac recipio, ſanctiſſimè eſſe obſeruaturũ, diligentiſſimeq; eſſe facturum. Hinc compoſitum perſanctè. Terent. in Hecyra, Thais perſanctè deierat. Plaut. Perſanctè iurauit ſe facturum.

Sanctor, oris, m. t. Idem quod ſancitor: ut Sanctor legis, idem quod legislator, νομοθέτης. Tacitus lib. 3. Sed præcipuus Seruius Tullius ſanctor legum fuit.

Sanctio, onis, f. t. Modò idem quod cõfirmatio, ſeu ratificatio, βεβαίωσις, ut Sanctio fœderis, apud Ciceronem pro Cn. Balbo. Modò idem quod conſtitutio, promulgatio, decretum. Idem ibidem, Sanctiones ſacratæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis, aut pœna, quum caput eius qui contrà facit, conſecratur. Sanctio (inquit Seruius) latio legis eſt, cum terrore pœnæ. Cic. 6. Verr. Niſi uehementius homini minatus eſſem, niſi legum ſanctionẽ, pœnamq; recitaſſem, tabularum mihi poteſtas facta non eſſet. Idem ad Att. lib. 3. Sed uides nunquam eſſe obſeruatas ſanctiones earum legum quæ abrogarentur.

Sanctitas, atis, f. t. Eſt quædam (ut ita dicam) uenerabilitas, quæ propriè eſt deorum immortalium, eorúmue qui uitæ continentia quàm proximè ad deos immortales accedunt. Cic. 1. Offic. Deos placatos pietas efficiet, & ſanctitas. Idem præ Cælio, Si matrem familiàs ſecus quàm matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus. Idem ſecundo de Finibus. Iam ſi pudor, ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi uno uerbo temperantia, pœnæ, aut infamiæ metu coërcebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur.

Sanctitudo, dinis, f. t. Idem quod ſanctitas, ἁγιότης. Cic. 4. de Repub. ut citat Nonius, Eoſdem terminos hominum curæ atq; uitæ ſic Pontificio iure ſanctitudo ſepulturæ. Accius Tereo, apud eundẽ, Alia hic ſanctitudo eſt, aliud nomen, & numen Iouis.

Sanctimonia, æ, f. p. Idem quod ſanctitas, ἁγιότης. Cicero pro Quintio, Quid mihi inquit, cum iſta ſanctimonia ſumma ac diligentia? Idem pro Rabirio, Mentes quæ ex hominum uita ad deorum immortalium religionem, ſanctimoniamq; demigrarunt.

Sanctimoniales dicũtur monachæ, ἀσκήτριαι. Aug. Super pſal. Iubilate: Iuuenes ſanctimoniales indiſciplinatas nunquid ideò ſanctimonium reprehendendum eſt?

Sanctimonium, ἁγισεία uocatur ſanctimonialium profeſſio.

Sanctuarium, rii, n. ſ. Abditiſsimus tẽpli locus, ſacrariũ, ἁγιαστήριον, ἄδυτον. Sanctuaria quoq; Mithridatis appellauit Plinius. lib. 25. capite 8. quæ alio loco uocat arcana: Plutarchus ἀπόῤῥητα. In ſanctuariis, inquit, Mithridatis maximi Regis deuicti Cn. Pompeius inuenit in peculiari cõmentario ipſius manu compoſitionem antidoti.

Sandalium, lii, n. ſ. σανδάλιον, ἡ σάνδαλος Luciano, Muliebris calceamenti genus. Teren. in Eunuc. Vtinam tibi commitigari uideam ſandalio caput: Hinc Sandalarius Apollo dictus eſt, à uico, cuius meminit Gellius libro 10. In Sandalario fortè apud librarios fuimus. Item Sandaligerula, σανδαλιοφόρος ἡ, quæ ſandaliis utitur. Plaut. in Trinum. dicitur familia tota, Veſtiſpicij unctor, auri cuſtos, flabelliferæ, ſandaligerulæ, Cantrices, ciſtellatrices, nuntij, renuntij, raptores panis & peni.

Sandalum, li, n. ſ. Farris Gallici genus plus alio quouis farre panis reddens. Plinius libero 18. capite 7. Galliæ quoq; ſuum genus farris dedêre, quod illic Brance uocant, apud nos ſandalũ, nitidiſsimi grani. Eſt & alia differentia, quòd quaternis libris plus reddat panis, quã far aliud. Ruellius autor eſt, etiã hodie Gallis unius literæ immutatione Blance appellari.

Sandalides σανδαλίδες. Palmæ genus, à ſimilitudine ſandalij dictum. Plin. lib. 13. cap. 4. Quarta autoritas ſandalidum, à ſimilitudine appellatarum.

Sàndapila, læ, pen. corr. Genus feretri, quo tenuiorum cadauera efferebantur. Mar. lib. 8. Grandis in anguſta ſarcina ſandapila.

Sandapilarij dicebantur ueſpillones, qui pauperum cadauera in ſandapila efferebant.

Sandaracha, æ, f. p. σανδαράκη. Coloris rubri genus eſt quod in aurarijs & argentarijs fodinis inuenitur, eo melius, quo magis rufum, quoque magis uirus redolet, quoq; purius eſt magisq; friabile. Eſt & ſandaracha factitia, quæ ex cocta ceruſſa confici ſolet. Plin. lib. 35. cap. 6. Sandaracha quo modo fieret diximus. Fit & adulterina ex ceruſſa, non in fornace cocta. Colos eſſe debet flammeus. Pretiũ in libras aſſes quini. Hæc ſi torreatur, æqua parte rubrica admiſta, ſandycem facit. Sandaracha, item herbæ nomen apibus gratiſſimæ, quam alio nomine cerinthum appellant. Vide Plinium lib. 11. cap. 7.

Sandarachinus, a, um, pen. corr. σανδαράχινος. Quod colorem ſandarachæ refert. hoc eſt, quod flammæ colorem imitatur. Næuius apud Nonium, Merulo ſandarachino colore.

Sandarachatus, adiect. Cui ſandaracha admiſta eſt. Plin. lib. 35. cap. 11. Itæm lentes tollit cum ſquammis aris, aceto ſandarachato admiſto.

Sandaſtros, Gemma eſt ex genere ardentium, quam aliqui garamanticen uocant. Habes uelut in tãslucido ſtellantes intus aureas guttas, & ferè Hyadum numero. Hanc nonnulli eandem putauerunt cum ſandaſere, quam Nicanor ſandaſerion & ſandaſeron appellat: ſed falſò, ut inquit Plinius, ui cinitate nominum decepti: quum ſint gemmæ prorſus diuerſæ. Vide Plinium libro 37. cap. 7.

Sandyx, ycis, m. t σάνδυξ. Coloris rubri genus, quod fieri ſolet ex ceruſſa uehementius aduſta, teſte Galeno ad finẽ libri 9. Simpli-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

9. Simplicium. Plinius & ex ſandaracha fieri tradit, æqua parte rubricæ admiſta. Quo in loco & Vergiliũ tacitè imperitiæ uidetur reprehendere, quòd ſandycem herbam eſſe credidit, quum ait, Sponte ſua ſandyx paſcentes ueſtiet agnos. Verùm (quod uiri totius memoriæ doctiſſimi bona cum uenia dictum uelim) eo ex uerſu colligi non poteſt, Vergilium ſandycem pro herbæ genere poſuiſſe: quod & ante nos annotauit Vergilius Marcellus eo capite quo de ſandaracha agit Dioſcorides. Illud enim ſolum uidetur ſpectaſſe Maro, eam fore rerum omniũ felicitatem, ut ſponte ſua colores in ouiũ uelleribus naſcerentur, & inter paſcendum lanæ colorarentur: neq; id paſtu ſandycis futurũ ſignificaſſe, ſed id tantùm uoluiſſe, fore ut ſponte ſua lanæ ſandycis colorẽ contra herent, non detonſæ ſed in ipſis agnorũ tergoribus, quũ interim illi paſcerentur.

Sanè, aduerbium, Quandoq; affirmatiuè ponitur, pro eo quod eſt certè: ut Ita ſanè, Sanè uerò, μέντοι, ὄντως. Cicero ad Lentulum libro primo. Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat. Quandoq; permiſſiuè, quando aliquid aduerſario tribuimus, ut, Sit ſanè ut uis, pro eſto ut uis. Cicero, Quid enim habet commodi? quid non potius laboris? ſed habeat ſanè. Quintil. Tulerit ſanè filius noſter meritò pœnas, dederit ſpiritum ſupplicio, nihil de præteritis loquimur, quaſi dicat, Eſto ita, ſit ut tu uis. Quandoque ponitur pro ualde: quoniam qui ſanus eſt, ualidus eſt, μάλα. Suetonius, Bellum ſanè difficile geſsit. Iungitur nonnunquam cum &, affirmatiuaq; eſt. Quintil. Et ſanè quis concipiat uel declamantis habitum, uel orantis uocẽ, inceſſum, pronuntiationem, illum denique animi & corporis motum? Item cum quàm. Gellius, Sauè quàm utile eſt. Non ſanè, pro non admodum. Cicero ſecundo de Finibus, Poſt enim Chryſippum non ſanè eſt diſputatum. Budæus. Sanè bene, id eſt, benè quidem. Cicero pro Quinti. Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica: ſanè bene culta & fructuoſa. Ponitur aliquando in principio ſententiæ. Cicero ſecundo de Natur. deorum, Sanè reſtat ut qualis eorum natura ſit, conſideremus. Ponitur aliquando pro ſatis. Cicero, Sopater, quum hoc illi improuiſum accidiſſet, commotus eſt ſanè. Aliquando pro multum. Terentius in Andria, Sanè pol illa temulenta eſt mulier.

Saneſco, uide Sanus.

Sangenos, Gemma eſt ex opali generibus, quam ob eximiã gratiam, παιδίφιλα quidam appellarunt, Plinius libro ultimo, cap. 6.

Sanguis, inis, m. t. quod & ſanguen, neutri generis ab antiquis dicebatur, αἷμα. Lucret. Viſceribus uiſcus gigni, ſanguenq; creari. Dicitur autem propriè ſanguis, qui eſt intra uenas: cruor uerò, qui iam extra uaſa eſt effuſus. Cic. 2. de Natur. deorum. In quam ſanguis à iecore per uenam illam cauã influit, eoq; modo ex his partibus & ſanguis per uenas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias. Idẽ 2. de Orat. Reliquæ duæ, ſicut ſanguis in corporibus, ſic ille in perpetuis orationibus fuſæ eſſe debent. Vergil. 5. Aen. nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri. Idem Eclog. 8. Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem Commaculare manus.

Detractio ſanguinis, & Sanguinis miſsio, φλεβοτομία. & Sanguinem mittere, & Sanguinem detrahere, φλεβοτομεῖν, apud Celſum libro 2. capite 8. & 9. ſæpius leguntur. Quintil. libro 1. capite 10. Impleat ſe declamator aliquando dum ſciat, ut quadrupedes, quum uiridi pabulo diſtentæ ſunt, ſanguinis detractione curantur &c. Sanguis ærarij, pro ſubſtantia in ærario contenta, metaphoricè. Cic. quinto Verr. Quæ quum de pop. Roma. uictu, de uectigalium neruis, de ſanguine detraxiſſet ærarij, Tertiæ mimæ condonauit. Plenus ſanguinis, pro ſanguinario. Plautus in Bacch. Magiſtrón' quenquam diſcipulum minitarier? Nil moror diſcipulos mihi eſſe tam plenos ſanguinis. Sanguis, pro uigore ac ui. Cic. ad Atticum li. 4. Amiſimus, mi Pomponi, omnem ſuccum & ſanguinem ſed etiam colorem & ſpeciem priſtinam ciuitatis: nulla eſt Reſp. quæ delecter, in qua acquieſcã. Sanguis, pro Progenie. Verg. 1. Aeneid. Troiano à ſanguine duci Audierat. Idem 4. Aen. Sed fore, qui grauidam imperijs, bellóq; frementem. Italiam regeneret: genus alto à ſanguine Teucri Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbẽ. Idẽ 2. Aeneid. hortamur fari quo ſanguine cretus. Quidúe ferat memoret: quæ ſit fiducia capto. Cicero pro Roſc. Amer. Magnam uim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternusq; ſanguis. Quintil. lib. 8. cap. 3. Ut medici ab alienata morbis membra præcidunt: ita turpes ac pernicioſos, etiam ſi nobis ſanguine cohæreant, amputandos. A Sanguis fit compoſitum Exanguis. Item denominatiuum Sanguineus: eiusq; compoſitum Conſanguineus: de quibus ſuo loco.

Sanguiculus, Sanguis hœdi, ſiue ſuis, in cibũ formatus, αἱματίον. Plin. lib. 28. cap. 14. Vtuntur ad utrunq; uitium & coagulo hœdi in uino myrteo magnitudine fabæ poto, & ſanguine eiuſdem in cibum formato, quem ſanguiculũ uocãt.

Sanguinolentus, a, um, Plenus ſanguine, & ſanguine coaſperſus, αἱματόδης. Varro de Vita pop. Rom. Ita propter amorem Imperij, magiſtratus gradatim ſeditionibus ſanguinolentis urbem perturbauere. Oui. Epiſt. 3. Vidi quantus erat, fuſum tellure cruenta Pectora iactantem ſanguinolenta uirum. Idẽ 1. Amor. eleg. 12. Ille color uerè ſangninolentus erat. Litera ſanguinolenta, pro inuectiua, ſeu famoſo. Idem in Ibin, Nullaq; quę poſſit, tot ſcriptis millibus, extat Litera Naſonis ſanguinolenta legi.

Sanguinarius, ria, rium, adiectiuum, Sæuus & crudelis, φιλαίματος, αἱμοχαρής. Cic Itaq; grauem illam, ac ſanguinariam uocem audiuimus. Sic ſanguinarius homo dicitur à Seneca, qui gaudet humano ſanguine, & crudelis eſt. Cic. Art. li. 2. Megabrotus, & hæc ſanguinaria iuuẽtus inimiciſſima eſt. Plin. lib. 19. cap. 4. Tarquinius nuntium illum ſæuũ atq; ſanguinarium filio remiſit ex horto. Sanguinaria, herba eſt quam Græci à multitudine geniculorum πολύγονον appellant. Sanguinaria dicta, propterea quòd ſuccus eius infuſus naribus, ſupprimit ſanguinem. Colum. lib. 7. cap. 5. Eſt etiam grauis pernicies herbæ ſanguinariæ, quam ſi paſta eſt ouis, toto uentre diſtenditur, contrahiturq; & ſpumam quandam tenuem tetri odoris expuit. Vocatur & ſanguinalis herba Columellæ, lib. 6. ca. 12. cuius hæc ſunt uerba, Poſſunt etiam, ut Cornelius præcipit, lilij radix, aut ſcylla cum ſale, uel ſanguinalis herba quam πολύγονον Græci appellant, uel marrubiũ, ferro recluſa ſanare. Vulgus corrigiolam uocat, & centinodiam.

Sanguineus, a, um, Modò ad corporis temperamentum refertur, αἱματώδης, αἱματικός. Medicis enim ſanguineus dicitur, cui plurimum inſit boni ſanguinis, hoc eſt, qui temperamẽto calido ſit & humido, Modò de eo dicitur quod ex ſanguine conſtat: ut imber ſanguineus, apud Ciceronem 3. de Diuinat. Plinius libro 11. cap. 37. Coſtæ nulli, niſi ſanguineũ pulmonem habenti. Ouid. 2. Metamor. at inde Sanguineæ manant tanquam de uulnere guttæ. Interdum idem quod ſanguinolentus, αἱματώδης. Ouid. 3 Triſt. Eleg. 9. Pallentesq; manus, ſanguineumq; caput. Modò ad animum refertur, & ſignificat crudelem, cruentumq;. Oui. 13. Metam. Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem Eminus ingenti reſupinum pondere fudi. Horat. 1. Carm. Ode 27. Tollite barbarum morem, uerecundumq; Bacchum Sanguineis prohibete rixis. Sanguineus frutex, à corticis ſanguineo colore nomen accepit, uimina ferens lenta, uitibus uincula ſuppeditantia, teſte Plinio libro decimoſexto capite 37. Virgæ ſanguineæ, ex ſanguineo frutice detractæ. Idem libro 19. cap. 10. Sunt qui uirgis ſanguineis tangant ea quæ erucis nolint eſſe obnoxia. Idem lib. 24. cap. 10 Nec uirga ſanguinea felicior habetur. Cortex eius interior cicatrices quæ præſana uere aperit.

Sanguino, as, are, n. p. Eſt ſanguine manare, αἱμάσσω. Quintil. in Declam. 10, Tum repetitis ſanguinauere plantibus iam cõ ualeſcentes lacerti. Et iterum: Mulier quæ ſanguinantes porrigit ad iudicem lacertos. Tacitus in Dialo. de Orat. Nam lucroſa huius & ſanguinantis eloquentiæ uſus recens, & malis moribus natus.

Sanguiſuga, æ, pen, prod. m. p. Vermis in aqua degens, ſanguinemq; ſeſe lauantiũ exugens: qui & hirudo dicitur, βδέλλα. Plin. lib. 32. cap. 7. Idem præſtare ſanguiſugarum cinis ex aceto illitus putatur.

Saníes, huius ſanies, f. q. Sanguis corruptus, necdum ad puris albedinem craſſitudinemq; coctus, ἰχῶρ, βρόχθος. Vergil. 8. Aen. Et ſanie, taboq; fluentes. Celſus lib. 5. Sanguis omnibus notus eſt: ſanies eſt tenuior hoc, uariè craſſa, & glutinoſa, & colorata: pus craſſiſſimum, albidiſſimumq;, glutinoſius & ſanguine & ſanie. Exit autem ſanguis è uulnere recẽti, aut iam ſaneſcente: ſanies inter utrunq; tempus eſt: pus ex ulcere iam ad ſanitatem ſpectante. Ponitur aliquando ſanies pro lanæ infectura. Plin. li. 9. cap. 18. Rurſusq; carminata mergitur, donec omnem ebibat ſaniem. Sanies oleæ, eſt ipſa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

amurca, hoc est, fæx olei. Plin. libro 15. capite 3. Oliuę constat nucleo, oleo, carne, amurca sanies est hæc eius amara.

Saniosus, adiect. Sanie, & impuro sanguine cõspersus, βροτόεις. Plin. lib. 7. cap. 15. Aut non uitales partus eduntur, aut saniosi, ut autor est Nigidius.

Sanitas, uide Sanus.

Sanna, æ, per duplex n, Irrisio, quæ (ut inquit Hieronymus) ab occipitio distorto ore, & labris contractis fit, anteriorum dentium ostentatione, γλύκα. Quo uocabulo usus est Iuuenalis. Satyr. 6. nunc, & dubita qua sorbeat aëra sanna Tullia. Et Persius Sat. 1. Vos ô Patritius sanguis, quos uiuere fas est, Occipiti cœco, posticæ occurrite sannæ. Hinc Sanniones. & sannij, ut inquit Probus: de quibus paulò post. Item Desanno, nas, quod est, per fastidiũ derideo. Subsanno, de quo alibi, γλυάζω. Similiter sannatores, qui eo modo irridենt, γλύκω.

Sannio, onis, m. t. Qui soluto risu, & contortis corporis totius partibus quempiam irridet, moresq; aliorum tam inepto gestu exprimit, ut quum alios irrideat, ipse omnibus sit ridiculus, γλυκύς Aristoteli. Cicero secundo de Orat. Quid enim potest esse tam ridiculum, quàm sannio est, qui ore, uultu, imitandis moribus, uoce, denique corpore ridetur ipse? Idẽ ad Papyrium, libro nono, Salis enim satis est, sannionum parum.

Sano, sanas, uide Sanus.

Sanqualis, Auis, quã quidam Ossifragam appellant, φλώξ. de qua uide Plinium, lib. 10. cap. 7. Sanqualem autem atque immussulum, Augures Romani in magna quæstione habẽt. Immussulum aliqui uulturis pullum arbitrabantur esse, & Sanqualem ossifragæ. Massurius Sanqualem ossifragam dicit esse, immussulum autem pullum aquilæ, priusquàm albi cet cauda. Quidam post Mutium Augurem non esse uisos Romæ affirmauere.

Sansucus, uide Sampsuchum.

Sansa, uide Sampsa.

Santalum, li. n. s. σάνταλον. Aëtio, quod uulgus sandalũ uocat, Lignum est quod India mittit: cuius tria sunt genera, candidum, rubrum, luteum: quibus simul commistis, fit compositio uulgaris quæ trisantalum appellatur. Vide Ruellium.

Santerna, næ. f. p. Chrysocollæ genus est, quo aurifices utuntur ad auri ferruminationem. Temperatur Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. Vide Plinium libro 33. capite 5.

Santonica, Tertia absinthii species est, minore folio quàm Ponticum: alijs nominibus absinthium marinum & absinthium seriphium appellatũ, ἀψίνθιον θαλάσσιον. Dicta santonica, siue (ut apud Plinium lib. 17. cap. 7. legitur) Absinthiũ Santonicũ, à Santonibus Galliæ Aquitanicæ populis, apud quos copiosissimè prouenit.

Sanus, a, um, Integer, incorruptus, bene habens, prosperã utens ualitudine, cuiusq; partes omnes probè suas obeũt functiones, ὑγιής Cicero in Philipp. Quasi medicus ille te sanũ fecisset. Cato capite 157. Quum plurimum ederit, tum citissimè sanus fiet ex eo morbo. Proper. libro secundo, eleg. decimatertia. Nec quisquam ex illo uulnere sanus abit. Cicero tertio, Offic. Si quis medicamentũ cuipiam dederit ad aquã intercutem, & eo medicamento sanus factus fuerit. Transfertur & ad animum. Vnde dicimus hominem sana mente, sanoq; consilio. Terentius in Heaut. Satin' sanus es, aut sobrius? Plautus Trinum. Satin' tu sanus mentis, aut animi tui, qui conditionem Hanc repudies? Cicero secundo de Natur. deorum, Esse igitur deos, ita perspicuum est, ut id qui neget, eum sanæ mentis non existimem. Hinc Insanus dicitur, cui mentis sanitas deest, hoc est, qui instrumentum principium animæ facultatum habet uitiatũ, ἄνους, ἀνόητος. Vnde insania, pro dementia: & Insanio, pro deliro, desipio, mentis compos non sum: de quibus copiosius egimus suis locis.

Sanitas tatis, f. t. Bona ualetudo, hoc est, status corporis actiones omnes suas probè obeuntis ὑγεία. Quint. lib. 5. cap. 10. Si robur corporibus bonum nõ est, minus sanitas. Cic. 5. Tusc. Corporis temperatio, quum ea congruunt inter se, è quibus constamus, sanitas est. Per translationem quoq; de animo dicitur, quum ille functiones suas probè obit. Vnde redire ad sanitatem dicimus, pro eo quod est resipiscere. Cic. Cassio. lib. 11. Epist. Quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Calen. Septemb. potestas facta est.

Sano, nas, a. p. Sanum facio, redintegro, & incolumitati restituo, ἰάομαι, ἀλθαίνω. Cic. 4. Tusc. Citiusq; oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Idem 3. de Natur. deorũ, Nec enim Herculi nocere Deianira uoluit, quum ei tunicam sanguine Centauri tinctam dedit: nec prodesse Pheræo Iasoni is, qui gladio uomicam eius aperuit, quam sanare medici non potuerunt. Ouid. 10. Metam. Habeo quod carmine sanet, & herbis. Vulnera Reipub. sanare, per translationem. Cic. 4. de Finib. Quæ hic Reipub. uulnera imponebat, eadem ille sanabat. Idem 2. in Catil. Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, non tam ulcisci studeo, quàm sanare, & ipsos placare Reipub. Tibul. lib. 2. eleg. 3. Nec potuit curas sanare salubribus herbis. Hinc fiunt Consano, & Resano, composita: quorum significationes suprà explicantur suis locis.

Sanatio, onis, Valetudinis restitutio, ἴασις. Cic. 3. Tusc. Quumque ad corporum sanationem multum ipsa corpora, & natura ualeant, & c. Et paulò pòst: Eorum igitur malorum in una uirtute posita sanatio est.

Sanabilis, le, om. t Qui sanari potest, ἰάσιμος. Plin. lib. 29. cap. 4. Aspides percussos corpore, & somni necant, omnium serpentum minimè sanabiles. Ouid. 1. de Remed. amor. Vidi ego, quod primò fuerat sanabile uulnus, Dilatum longæ damnatuliſſe moræ. Cic. 4. Tusc. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut immisericordes, aut inuidi, aut tale quid ij sunt eiusmodi constituti, quasi mala ualetudine animi, sanabiles tamen.

Sanesco, is, n. t. Sanus fio, ὑγιάζομαι. Columella libro sexto, capite 7. Sed uulnera facta igne, dum sanescunt, defricare bubula urina conuenit: at ferro rescissa, melius pice & oleo curantur. Huius compositum est Consanesco. Colum. libro quarto, Tum etiam uitem minus cicatricosam reddit, quoniam id ex quo uiride, & tenerum decerptum est, celeriter consanescit.

Sapa, æ. f. p. à sapiditate. Vinum ex musto ad tertias decocto confectum σίραιον Græcè & ἕψημα, ab ἕψω, quod decoquere dicitur. Plinius libro 23. capite 2. Vino cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars superfit. Idem libro 14. capite nono, Stræum, quod alij hepsema, nostri sapam appellant, ingenij, non naturæ opus est, musto usque ad tertiam partem mensuræ decocto. Martialis, Et Lalætanæ nigra lagena sapæ. Ouid. 4. Fast. Lac niueum potes, purpureamq; sapã.

Saperda, æ, f. p. σαπέρδης. Pontici genus, teste Athenæo, lib. 3. qui in Mæotide optimus capiebatur. Pers. sat. 5. Ecquid asã rogitas? en saperdam aduecho Ponto. Festus saperdam uilissimum piscem interpretatur. Quinetiam Phocion, referente Cælio Rhodigino, saperdam pro aqua accepit arundini inserta. Nonius per translationem pro sapiente, & uenusto accipi annotauit, citans locum Varronis in Modio. Omnes uidemur nobis esse belli, festiui, saperdæ, quum simus, κάπροι.

Sapidus, Sapiens, Sapientia, uide Sapio.

Sapinus, penult. prod. Pars est abietis inferior, quæ enodis est, πλάτη: sicut superior, quæ nodosa est, susterna Hodie tamen uulgus Gallorum totam arborem sua lingua sapinum uocat. Vide Plinium lib. 6. cap. 39.

Sapineus, a, um, Quod ex sapino est, πάϊνος. Columella libro duodecimo, capite 5. Alij nucibus ardentibus sapineis idem efficiunt.

Sapinos, Genus gemmæ est, ex amethysti generibus, colore hyacinthi sed paulò dilutiore, quæ & paranites dicitur. Autor Plin. lib. ultimo, cap. 9.

Sapio, pis, piui, uel sapii, sapitũ, pen. prod. uel sapui, sapitũ, pen. corr. n. t. Propriè pertinet ad sensum gustus: propriéq; res ipsa sapere dicitur quæ habet in se aliquẽ saporẽ, χυμόν. Iuuen. satyr. undecima, Qui meminit, calidę sapiat quid unda popinæ. Cicero secundo de Finib. Nec enim sequitur ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Colum. lib. 7. cap. 8. Nec dubium quin ficiramulis glaciatus cæsus iucundissimè sapiat. Hinc sapor, & sapidus: quorum significationes uide suis locis. Transfertur & ad animum, pro sapientem esse, seu rectam sententiam, uel opinionem habere, φρονεῖν. Teren. in Eunu. Si sapis, neq; præterquam quas ipse amor molestias habet: addas: & illas quas habet, rectè feras. Martialis, Nubere uis Prisco? non miror, Paula: sapisti. Cic. 2. Off. Quem qui audiunt, intelligere etiam & sapere plusquam cæteros, arbitrantur. Quandoq; datiuo iungitur.

Plautus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plautus in Trinum. Haben'tu amicum, aut familiarem cui pectus ſapiat? Hic ſapit rem ſuam, id eſt, ſcit quid ſibi agendum ſit. Sapit ad genium: id eſt, nouit curare cuticulam, & indulgere genio. Accipitur etiam ſapio pro refero: ut illud apud Perſium, Quum ſapimus patruos, hoc eſt, quũ ſapientiam patruorum referimus. Ad hunc modum dicimus, Liber hic ſapit hæreſim: Phraſis ſapit Græcaniſmum: hoc eſt, refert hæreſim, uel Græcaniſmum. Huius compoſita ſunt deſipio, & reſipio, quorum ſignificata explicantur in uerbo deſipio.

Sapiens, tis, om. t. Qui ſapit, *σοφός*. Cic. 4. in Catil. Miſera mors ſapienti non poteſt accidere. Horat. 1. Epiſt. 7. Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratũ. Idem 2. Epiſt. 1. Sed tuus hic populus ſapiens. Tacit. lib. 3. Cæteri ad ſapientiora conuertere. Sapiens tribus modis dicitur: Primò, qui ſcientiam aliquam optimè tenet: ut, Ariſtoteles in philoſophia, Acilium in iure ciuili. Secundò, qui per longam ætatem, rerum multarũ cognitionem adeptus eſt: ut Cato. Tertiò, qui circa præcepta bene uiuendi, & cognitionem uerſatur: qualis fuit Lælius. Cic. de ami. Vnum accepimus Apollinis oraculo ſapientiſſimum iudicatum.

Sapientia, æ, f. p. Eſt (ut ait Cicero 4. Tuſc.) rerum diuinarum, atque humanarum ſcientia, cognitioq́, quæ cuiuſq́ rei cauſa ſit, *σοφία*. Idem 2. Offic. Sapientia eſt (ut à ueteribus Philoſophis definitum eſt) rerum diuinarum & humanarum, cauſarumq́, quibus hæ res continentur, ſcientia. Idem 1. Off. Princepsq́ omnium uirtutum eſt illa ſapientia, quam *σοφίαν* Græci uocant: & qui eam profitetur, ſapiens, *σοφὸς*, appellatur. Vnde qui nunc Philoſophi dicuntur, primùm *σοφοὶ* à Græcis, à noſtris ſapientes dicebantur. Neq́ quemlibet eo nomine olim dignabantur. Vix enim ſeptem eodem tempore inuenit Græcia: quibus id nominis deferret: quorum nomina & patria ſic ſe habent: Tales Mileſius: Solon Salaminius, ſeu Athenienſis: Chilon Lacædemonius: Pittacus Mitylæneus: Bias Pryenæus: Cleobulus Lyndius: Periander Corinthius. Sed poſtea Pythagoras primus non ſophum ſe, ſed Philoſophum appellauit: hoc eſt, non ſapientem, ſed ſapientiæ amatorem: & ſcientiam ipſam, non Sophiam, ſed Philoſophiam nuncupandam exiſtimauit, quòd hominum neminem, ſed ſolũm Deum ſapientem iudicaret.

Sapientipotens, tis, om. t. pen. corr. Qui ſapientia multũm ualet, quemadmodum Bellipotens, qui plurimum poteſt bello. Eſt autem uox Enniana, ſatis durè compoſita. Cic. 2. de Diuin. Poſtremo quanquam ſemper fuit, ut apud Ennium eſt, ſtolidum genus Accidarum, bellipotens magis, quàm ſapientipotens, tamen hanc uerſus amphibologiam intelligere potuiſſet.

Sapienter, aduerbium, *σοφῶς*. Terent. in And. Sapienter uitam inſtituit. Cicero pro domo ſua, Quia ius à maiorib. noſtris, qui non fictè & fallaciter populares ſed uerè & ſapienter fuerunt, ita comparatũ eſt, &c. Idem Curioni libro 2. Nemo eſt qui tibi ſuadere ſapientius poſſit teipſo. Ouidius 13. Metam. Perq́ deos oro, quos hoſti nuper ademi, Per ſi quid ſupereſt quod ſit ſapienter agendum, &c.

Sapor, oris, m. t. Eſt qualitas illa quam guſtu dignoſcimus, *χυμὸς*, *χυμός*. Saporum uerò decem ſunt genera (ut docet Plinius libro 15. capite 27.) ſcilicet dulcis, ſuauis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerb. acidus, & ſalſus. Cicero 3. de Finib. Vt enim mel etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum alijs dulce eſſe ſentitur. Plinius libro 15. capite 28. Quæ odorata, non eadem in guſtu tenera: quia non ſunt pariter odor & ſapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus, quadamtenus & coroneis: nullusq́ odor ficis. Vergilius libro 4. Geor. Aſper in ore ſapor. Quintil. libro 1. capite decimo. Et muta animalia meliis illum inimitabilem humanæ rationi ſaporem uario florum ac ſuccorum genere perficiunt. Idem lib. 1. capite 1. Vt ſapor, quo noua imbuas, durat, &c. Ponitur ali quando ſapor per translationem pro iucunditate ſermonis. Cic. de Clar. Orat. Grauius obruebat neſcio quo ſapore uernaculo.

Sapidus, a, um, Quod gratum ſaporẽ habet, *ἡδύς*. Cuius cõtrarium eſt Inſipidus, ſine ſapore. ut Caſeus ſapidus, Vinum inſipidum.

Sapor, uide Sapio.

Sapphirus, pen. prod. *σάπφειρος*. Lapis pretioſus, colotis aërij, aureis punctis collucens: de quo uide plura apud Plinium libro 37. cap. 9.

Sapphiratus, *σαπφειρατός*. Sapphiris intertextis uariegatus. Sidonius. Ac ſi ſub uerſicoloribus figuris uernans herbida cruſta ſapphiratos.

Saprum, *σαπρὸν*. Plin. lib. 28. cap. 9. appellat caſei quoddam genus putridum, quod cum ſale & ſorbis ſiccis è uino tritum eporumq́ medetur cœliacis, Græci *σαπρὸν* uocant putridum: unde & *σαπροφάγοι* dicuntur, qui putridis ueſcuntur: & uerbum *σαπροφάγειν*, quod eſt putridis ueſci. Quo quidem uerbo etiam Martialis utitur lib. 3. Neſcio quod ſto machi uitium ſecretius eſſe Suſpicer: ut quid enim Brætice *σαπροφάγες*?

Sapſa, A ueteribus dictum eſt pro ipſa, uel ſeipſa. Ennius, Quæ res ſapſam loco ſeſe oſtendat.

Sarabala, *σαραβάλα*. Chaldaicum, neut. gen. & num. plural. ſunt brachæ ut apud Danielem prophetam. Quidam dicũt eſſe fluxas ueſtes, & ſinuoſas, quæ à Germanis Rhenones dicuntur, ueſtes pellicæ quibus in caſtris utuntur.

Sarcaſmos, *σαρκασμός*. Latinè dicitur iocus cum amaritudine, uel hoſtilis inſultatio: ut apud Vergilium 2. Aeneidos Referes ergo hæc, & nuntius ibis, Pelidæ genitori, illa mea triſtia facta, Degeneremq́ Neoptolemum narrare memento.

Sarcina, ſarcinæ, uide Sarcio.

Sarcio, cis, ſarſi, ſartum, a q. Veſtes conſuo, *ῥάπτω*. Vnde Sartores dicti, qui ueſtes ſarciunt, uel reſarciunt. Accipitur & pro reſtituere, inſtaurare, *ἀνακτίζειν*. Per translationem ponitur pro damnum ſoluere, reparare, *ἀνταμείβεσθαι*. Pacuius. Tu damni noſtri cauſa fuiſti, tu nobis ſarcito, ut debes. Colum. lib. 9. cap. 15. Quæ cum fuci aliquam partem cibariorum abſumunt, ſarciendo damna, fiunt agiliores. Dicimus quoq́ Sarcire detrimentum, pro reparare. Cæſar primo belli Ciui. Dum ſarcire acceptum detrimentum uolunt, temerè inſecuti fugientes in locum iniquùm progrediuntur. Sarcire infamiam. Idem 3. belli Ciui. Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantumq́ ſtudium infamiæ ſarciendæ, ut nemo aut Tribuni, aut Centurionis imperium deſideraret Generis lapſi ſarcire ruinas. Vergilius 4. Georg. de Apibus, Quo magis exhauſtæ fuerint, hoc acrius omnes Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas. Hinc componitur Reſarcio pro inſtauro, & quaſi nouam formam induco.

Sartus, a, um, participiũ, Horatius 1. Epiſt. 3. an malè ſarta Gratia nequicquam coit, & reſcinditur?

Sartor, oris, Qui ueſtes facit, aut reſarcit: de quo uide plura in Sarrio, ſarris.

Sarta tecta, Opera publica quæ locãtur ut integræ præſtentur, *ἐπισκευὴ καὶ κατασκευή*. Dicimus autem exigere ſarta tecta, locare ſarta tecta, conducere ſarta tecta. Locabant ſarta tecta Cenſores, exigebant ipſi quoque Cenſores, interdum Aediles, aliquando etiam Prætores, nec niſi quum Senatus decreuerat, tradebant, habebant, præſtabant, conducebant ſarta tecta redemptores. Dicimus interdum cum coniunctione, ſarta, tecta q́, & ſartum & tectum. Vtuntur antiqui hac locutione per translationem. Cicero ad Ariſtium, libro decimotertio. Hoc mihi da, atq́ largire, ut M. Curium ſartum & tectum, ut aiunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſyncerum, integrumq́ conſerues. Plautus in Trin. Sarta tecta tua præcepta pater uſque habui mea modeſtia, hoc eſt exacta, & conſtante undique obedientia, præceptis tuis parui.

Sarcimen, inis, n. t. Sutura, *ῥαφή*. Apuleius, Tũc tenui ſarcimine ſummas oras eius adæquauimus, & iuncturæ rimam ſetæ denſitate depſimus.

Sarcina, æ. f. pen. corr. Propriè utenſilium eſt, & eorum quæ ad cultum, & ad ſimilẽ uſum pertinent: ueluti faſcis, quẽ quis in itinere faciendo cõportare poſſit, *σκεύος*, *ἐπίσαγμα*, *ἀποσκεύη*. Plaut. in Moſtel. hinc ſpeculabor procul, Vnde aduenienti ſarcinam imponam ſeni. Hinc milites quum caſtra mouere uolunt, ſarcinas colligere dicuntur: & qui in aliam domum immigrant, ſarcinas ſuas componere ſolent. Cæſar. 2. belli Gall. Quum prima legio in caſtra ueniſſet, reliquæq́ legiones magnum ſpatium abeſſent, hanc ſub ſarcinis adoriri. Ouidius Epiſtol. tertia. Non ego ſum claſſi ſarcina magna tuæ. Res etiam noſtras domi ciſtis, capſiſq́ compoſitas, ſarcinas uocamus. Quintil. lacent relictæ ſine hærede ſarcinæ. Per translationem quandoque ſarcina ponitur pro inutili onere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sarcinula, læ, diminutiuũ. Iuuen. saty. 3. Quis gener hic placuit censu minor, atq; puellæ Sarcinulis impar. Idem saty. 6. Collige sarcinulas dicet libertus, & exi:
Iam grauis es nobis, & sæpe emungeris, exi Ocyus.

Sarcino, as, a. p. Sarcinas conficio, σκευάζω. Interdum sarcinare capitur pro fuere, ῥάπτειν. Huius compositum est consarcino, quod est sarcinas colligo. Gell. libr. 1. Versus hi sunt Cæcilij, trunca quædam ex Menandro dicentis, & consarcinantis uerba tragici tumoris.

Sarcinatus, a, um, adiect. Sarcinis onustus. Plaut. in Pœnul. Vidén' homines sarcinatos consequi?

Sarcinarius, a, um, adiectiuum, Quod ad sarcinas pertinet: ut Sarcinarium iumentũ, quo sarcinæ uehuntur. Cæsar 1. belli Ciuilis, Illi & inopia pabuli adducti, & quo essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria iumenta interfici iubent.

Sarcinator, oris, m. t. Qui suit, & uestes reficit. Lucilius, Sarcinatorem esse summum, fuere centonem optimè. Plautus in Aulul. Petunt fullones, sarcinatores petunt. Paulus in leg. Fullo. ff. de furtis, Fullo, uel sarcinator, qui polienda & sarcienda uestimenta accepit, ex contrectatione eorum furtum facit.

Sarcinatrix, cis, Mulier quæ uestes suit, & reficit, ῥάπτις. Caius in l. Et ancillarum, de Pecul. Maximè siqua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium uulgare exerceat.

Sarcion, σάρκιον. Est ueluti carnosa quædam uenæ gemmarum, uitiumq; charchedonijs smaragdis admodum peculiare. Vide Plinium lib. ultimo, cap. 7.

Sarcocolla, σαρκοκόλλα. Lachryma arboris in Perside nascentis, similis thuris pollini, inquit Dioscorides: ita dicta à glutinandis uulneribus. Vide Plin. libro 24. capite 14. & libro 13. capite 11.

Sarcophagus, m. f. pen. corr. σαρκοφάγος. Lapidis siue marmoris genus, quod circa Assum Troiadis excinditur: in quo corpora defunctorum condita, absumi intra quadragesimum diem constat, exceptis dentibus: ut tradit Plinius libro trigesimosexto, capite 17. Vnde & nomen habet à carne edenda: σάρξ, σαρκός enim caro est, φάγω comedo. Vnde conuenienter pro sepulchro poni consueuit. Iuuen. Satyr. decima, Sarcophago contentus erit. August. li. 18. de Ciuit. Quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes iam sarco phagum uocant, σορὸς Græcè dicitur, nostris pro sepulchro usurpatur.

Sarculum, li, n. s. Genus rastri, hoc est, cratis illa dẽtata qua segetes herbis purgãtur: à sarriẽdo, ut inquit Varro, σκαλίς. Cato cap. 10. Sarcula octo, palas quatuor. Alij putant esse ligonem, aut simile aliquod instrumentũ ferratũ, quo terra foditur. Horat. lib. 1. Carm. Gaudentem patrios findere sarculo Agros. Ouid. 1. Fast. Sarcula cessabant, uersiq; in pila ligones. Idem 11. Metam. uacuosq; iacent dispersa per agros. Sarculaque, rastriq; graues, longiq; ligones. Plin. lib. 18. cap. 19. Certè sine hoc animali (bouem intelligit) montani gentes sarculis arant.

Sarculo, sarculas, Sarculo abscindo, σκαλίζω. Colum. lib. 5. Primò plantæ sarculari debent, ita ut simplex stylus altitudinẽ maximæ scrobis excedat.

Sarculatio, sarculationis, uerbale, Idẽquod sarritio, σκαλισμός. Plin. lib. 18. cap. 1. Sarculatio induratam hyberno rigore soli tristitiam laxat temporibus uernis.

Sarda, dæ, f. p. σάρδιον. Gemma est uulgaris non pellucida, rubedine diluta carnis colorem referens: unde & apud uulgum Carnaliũ nomẽ obtinuit. Facilè scalprũ admittit: unde in literis obsignandis plurimus eius est usus, Sarda dicta est, quòd Sardibus primùm fuerit inuenta. Vide Plin. lib. cap. 7. Est & Sarda, piscis ex genere pelamidum, teste Plin. libro 32. cap. ultimo.

Sardachates, pen. prod. σαρδαχάτης. Gemma est ex Acharæ generibus, ad sardæ colorẽ nonnihil declinans. Huius gemmæ meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

Sardianus, adiectiuum, uide Sardis.

Sardo, as, Verbum est obsoletum, quo antiqui utebãtur pro intelligere, δάημι. Næuius apud Festum, Quod bruti nec satis sardare queunt.

Sardoa, Herba apiastro similis, quæ nascitur in Sardinia, & in fontium defluuiis largius prouenit, σαρδώνιος πόα. Ea si quis uescatur, neruos contrahit, & rictu diducit ora, ut qui moriuntur, ueluti ridentiũ facie intereant. Indè Sardonius risus, prouerbio celebratur pro risu ficto, aut amarulento aut insano. Vide Chiliad. Erasmi.

Sardonyx, pen. corr, σαρδόνυξ, genitiuo sardonychis, tam masculino, quàm fœmin. gene. quemadmodũ & onyx, Gemma est in summa sui parte unguis humani candorem, interiore autem dilutum sardæ ruborẽ referens: ita ut cuipiam uideri posset non simplex esse gemma (ut tamen est reuera,) sed ex onyche & sarda composita. Plin. libro 37. capite 6. Sardonyches olim (ut ex nomine ipso apparet) intelligebantur ex candore, hoc est, ueluti carnibus unguc hominis imposito, & utroque translucido. Sardonychem insignem habuit Polycrates Samniorum tyrannus: quem ut fortunæ nimium blandientis insidias alicuius rei charæ iacturaredimeret, in mare abiecit: qui tamen in uentre piscis paulò pòst inuentus, ad eum relatus est. Iuuen. satyra sexta, In manibus densi radiant testudine tota Sardonyches. Persius fœminino genere usus est, Et natalitia tandem cum sardonyche albus.

Sardonychatus, σαρδονυχωτός. Sardonice ornatus, Martialis libro 5. Cuius & hinc licet sardonychata manus.

Sargus, σάργος. Piscis genus qui in Aegyptio mari copiosissimè capitur. Hic piscem lutariũ perpetuò comitatur, ipsoq; lutum fodiente, excitatum deuorat pabulum. Plinius lib. 9. cap. 17. & 51.

Sari, σάρι, neutri generis, Genus fruticis proueniẽs in aqua, radice dura, intortaq;, ferrarijs officinis utile: de quo Plinius libro decimotertio, capite uigesimotertio, Fruticosi est generis & sari, circa Nilum nascens, duorum cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri: similiq; manditur modo: radice ferrarijs officinis præcipua, carbonis usu propter duritiam.

Sarissa, σάρισσα. Hasta prælonga qua Macedones in bello utebantur. Liuius libro 7. bel. Maced. Prælongas hastas Macedones sarissas uocant. Aelianus docet sarissam esse lanceam qua utebatur phalanx Macedonica, longitudine quatuordecim cubitorum, quorum duo manus continent, reliqua duodecim prominent. Inde σαρισσοφόροι, qui sarissas gestãt. Ouidius duodecimo Metam. Qui clypeo, gladioq;, Macedonicaque sarissa. Lucanus lib. 7. Primi Pelleas arcu fregere sarissas.

Sarmenta, orum, n. s. Virgulæ superuacuæ (inquit Festus) à uite abscissæ κλιματόδεις, ὀινοπρίδεις, φρύγανα. Verg. 2. Georgic. Primus humum fodito, primus deuecta cremato Sarmenta, & uallos primus sub tecta referto. Cicero tertio Verr. Ligna & sarmenta circundare, ignem subijcere cœperunt. Frequentissimè tamen etiam sarmentum accipitur pro flagello adhuc in uite hærente, siue id frugiferum sit, siue sterile. Colum. lib. 3. cap. 10. Numerus uuarum, qui plerunq; conspicitur in productissimo sarmento. Idem libro 4. capite 24. At ubi spissa internodia, frequentesq; oculi sunt, quamuis breue sarmẽtum multis palmitibus uirescit. Varro Rei rust. lib. 1. cap. 31. Emucidum enim sarmentum propter infirmitatem sterilescit.

Sarmentitius, a, um, Quod est ex materia sarmentorũ. Col. libro sexto, capite 26. Verum uulnera eius sarmentitio cinere linienda sunt.

Sarmentosus, a diectiuum, Quod plurimum habet sarmenti, φρυγανώδης. Plin. lib. 25. cap. 11. Radice tenui, superuacua, sarmentosum.

Saropoda, qui latos habet pedes, cuiusmodi ferunt fuisse Pittacum.

Sarpa, Vinea putata, id est, pura facta, ut interpretatur Festus, ἄμπελος τμηθεῖσα. unde & uirgulæ abscissæ sarmenta dicuntur. Nam sarpere antiqui pro purgare usurpabant. Vnde fortassis deductum uulgare nostrum, hoc est, Gallicum uocabulum ut Sarpam pro falce putatoria accipiamus.

Sarracum, pen prod. Plaustrum, siue uehiculi genus, quo ligna & lapides uehi consueuerunt. ἅμαξα. Iuuen. Satyr. 3. longa corusçat Sarraco ueniente abies. Idem Satyra quinta, Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ. Quint. libro 8. capite tertio, An quum dicit in Pisonem Cicero, Quum tibi tota cognitio in sarraco aduehatur: incidisse uidetur in sordidũ nomen?

Sarrio, ris, riui, ritum, n. q Significat sarculis fodio, purgo, quod fit quum segetes leuiter scalpendo rastris, à noxis herbis purgamus, σκαλεύω. Plaut. in Capt. Semper occant, priusquàm sarriunt rustici. Plinius libro decimo octauo, Qui sarriet ca-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

riet, caueat ne frumenti radices effodiat Hinc componitur Resarrio, quod est rursus sarrio. Plinius Quum hyeme prægelida capta segetes essent, resecuerunt, resarrientes campos.

Sarritor, pen. prod. Qui sarrit, σκαλευτής. Colu. lib. 2. cap. 13. Trici modij quatuor, uel quinq, bubuculorũ operas occupãt quatuor, occatoris unam sarritoris duas.

Sarritura. æ, Purgatura siue ipse sarriendi actus, σκάλισις. Col. libro 11. capite 2. Sarritura quoq frumentorum iteratur egregiè, &c.

Sartor, oris, m. t. à sarrio. Idem quod sarritor, id est, purgator, σκαλευτής. Plautus in Capt. Sator sartorq scelerum, & messor maximè. TYN. Non occatorem dicere debebas prius? Nam semper occant, priusquàm sarriunt rustici. Est & sartor à sarcio: de quo suprà egimus. Sartor, inquit Nonius Marcellus, non solùm à sarciendo, sed etiam à sarriendo deducitur: & tam eum qui sarcit, quàm qui sartit significat.

Sartura, ræ. Idem quod sarritura, hoc est, frugum, uineárúmue à noxiis herbis purgatio, σκάλισις. Plinius libro decimooctaua, capite uigesimoseptimo, Sartura nocere & uineæ, & segeti existimatur.

Sartago, inis. f. t. Patella in qua caro frigitur, ἀπὸ τῆς σαρκὸς. hoc est, à carne nomen habens, τήγανον. Plinius lib. 16. ca. 11. Item terebinthinam in sartagine referuenti. Sartago loquendi. Persius satyr. 1. Hos pueris monitus patres infundere lippos. Quũ uideas, quæris ne unde hæc sartago loquendi Venerit in buccas?

Sas, Veteres pro suas dixere: & Sam, pro eam. Ennius lib. 1. Virgines nam sibi quisq domi Romanus habet sas. Idem lib. 4. Nec quisquam philosophiam in somnis uidit, priusquàm sam dicere cœpit.

Sat, aduerbium est per apocopen à satis deductum: cuius etiam retinet significationem, ἱκανῶς, ἄλις. Cic. 2. de Natura deorum, Qui non sat habuit coniugẽ illexisse in stuprũ, &c. Idem de Senect. Tantum quantum sat est.

Satago, is, pen. cor. ex sat, & ago compositum uidetur: unde sategi præteritum satactum supinum facit, n. t. Est autem satagere, anxium esse, & distorqueri difficultate alicuius rei conficiendæ, πολυπραγμονῶ, διακονοῦμαι, ἐνεργῶ, ἐκπονοῦμαι. Terentius in Heaut. Nam hic Clinia, etsi is quoque rerum suarum satagit, attamen Habet bene & pudicè eductã, ignaram artis meretriciæ. Aliquando significat diligentem esse, seu festinare, σκευωροῦμαι. Plautus in Asin. Nunc satagit, adducit domum etiam ultro, & scribit nummos. Quintilianus libro sexto capite 4. Afer uenustè Manlium Seram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deijcientem, & imponentem, non agere dixit, sed satagere.

Satanas, m. p. σατανᾶς. Interpretatur aduersarius. Quo nomine appellatus est diabolus, quòd Christi aduersarius sit. Quicquid enim animæ ad Deũ tendenti resistit, & aduersatur, & quicquid paci contrariũ est, hoc satanas esse dicitur: sicut legitur in Regũ libris. Quia suscitauit Deus Salomoni satanam, aduersus eum qui erat pacificus. Et, Filij Saruiæ cur estis mini mihi hodie in satan?

Satelles, satellitis, m. t. Miles mercede conductus, ut ab Imperatoris latere non discedat, δορυφόρος. Liu. 2. ab Vrb. Quũ concursu ad clamorem facto, comprehensum regij satellites retraxissent ad tribunal regis. Ouid. 5. Fast. ille deæ custos, ille satelles erat. Cic. contra Rullum, Ianitores ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, eosdem ministris & satellites potestatis. Satelles Iouis, aquila. Cic. 2. Tusc. Ministri & satellites cupiditatum alicuius. Cic. 5. Vert. Qui primus certos instituerit, nomine decumanos, re uera ministros ac satellites cupiditatum suarum. Satelles item dicitur, qui fontibus capiẽdis præest, qui & apparitor & uiator dicitur.

Satellitium, tii, n. f. δορυφόρος. τὸ δορυφορικὸν. Luciano, Collectiuum nomen est, ipsos significans satellites, tuendi corporis causa adhibitos: quemadmodum seruitiũ accipitur pro ipsis seruis: sodalitium, pro ipsis sodalibus.

Saterona, animal ambiguum in humore pariter & sicco uiuens, σαθέρων apud Aristot. Nam apud Latinos nondum legi.

Satin, uide Satis.

Satio, as, a. p. A sat, deduci uidetur, & saturo seu expleo significat: pertinetq ad omnes sensus, & frequenter ad animũ. κορέω, κορέννυμι, χορτάζω. Cic. in Catone, Satiari delectatione non possum. ut meæ senectuti requietem, oblectamentũq nosca tis. Cic. in Paradoxis, Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Idem lib. 1. de Finib. bonorum & malorum, Veniebat enim ad cœnã, ut satiaret animo quieto desideria naturæ. Ouid. 3. Trist. Eleg. 8. Forsitan hoc olim, quum iam satiauerit iram. Verum hæc translatitia sunt: propriè enim ad famis sitisq expletionem pertinet. Colum. lib. 9. Satiatq semodius cibi in diebus singulis, uicenos & centenos turtures. Ouid. 8. Metam. Vtq fretum recipit de tota flumina terra, Nec satiatur aquis, peregrinosq ebibit amnes: Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani. Accipiunt, poscuntq simul: cibus omnis in illo Causa cibi est, semperq locus fit inanis edendo.

Satiatus, a, um, participium. Liu. 2. ab Vrbe, Vbi illuxit, Romanus integer, satiatusq somno, productus in aciem, fessum stando & uigilijs primo impetu Volscum perculit. Iuuen. Sat. 6. Et lassata uiris, nondum satiata recessit.

Satietas, atis, f. t. Propriè idem est quod saturitas, κόρος. licet frequentius accipiatur pro fastidio quod ex rei alicuius assiduo usu nobis ingignitur. Cic. in Catone, Omnino quidem, ut mihi uidetur, studiorum omniũ satietas facit uitã satietatem. Idẽ 1. de Inuent. Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Quint. lib. 5. cap. 14. Et odium ex quadam seruitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium tulerit. Liu. libro 4. bel. Pun. Pluribus uos milites hortarer, si cũ amaris dimicatio futura esset: inermes, incautos ad satietatem trucidabitis.

Satias, atis, Idem quod satietas. Terent. in Eunu. Ex meo propinquo rure hoc rapio commodi: Neq agri, neq urbis odiũ me unquam percipit: Vbi satias cœpit fieri, commuto locũ. Salustius, Hi saltibus occupatis externorũ agros inuasere, frumentiq ex inopia graui satias facta.

Saties, ei, Idem Silius lib. 4. Nec finis, satieſue, noui sed sanguinis ardor Gliscere.

Satiabilis, le, om. t. Qui satiari potest facilè, κορεσός, cuius contrariũ est Insatiabilis, inexplebilis, ἀκόρεστος. Salustius, Auaritia insatiabilis est, neq copia, neq inopia minuitur.

Satío, onis, uide Sero, seris.

Satis, Quantitatis aduerbiũ, idem ferè significans quod abũdè, uel quantum opus est, ἄλις, ἱκανῶς. Cic. de Inuent. Longum est, quod pluribus sententiis ultra quàm satis est, μᾶλλον δίωνται, producitur. Aliquando ponitur loco nominis: ut, satis eloquentiæ habeo. Hinc satius, comparatiuum, id est melius. Nam quamuis satis significet quantitatem, satius tamen comparatiuũ qualitatem denotat, quia deriuatiuum non semper seruat sensum primitiui. Vergilius 2. Eclo Nónne fuit satius tristeis Amaryllidis iras Atq superba pati fastidia? Dicimus pulchrè, Non satis est æstimare, pro eo quod est, Non posset quis satis æstimare. Plin. li. 7. in præf. Vt non sit satis æstimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. Non satis habeas semel circuire, dixit Cato cap. 1. id est, Non saris sit tibi, non sufficiat tibi, siue non sis contentus semel circuire. Iungitur Satis cum super, & dicimus Satis superq, id est, satis, & plus quàm satis. Cic. 2. de Natura deorum. Nam contra Epicurum satis superq dictum est. Satin' pro satis ne. Terent. in And. Satin' sanus es?

Satis accipere, Est accepto fideiussore sibi cauere, μισγγυᾶσθαι. Cic. pro Roscio Com. Qua de causa Flauius, quum de tota lite faceret pactionem, neq satisacciperet à Roscio, neq absolueretur à Fannio, &c. Nam satisaccipere dicitur creditor, quum accipit fideiussorẽ à debitore: contrà debitor satisdare dicitur, quum interposito fideiussore securum reddit creditorem. Cic. pro Quintio, Si ueretur ut res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satisaccipiat: quibus à me uerbis satisaccipiet, ijsdem, ego, quod peto, satisdet.

Satisacceptio, quæ est (ut Pomponius inquit) stipulatio, quæ ita obligat promissorem, ut expromissores quoq ab eo accipiantur, id est, qui idem promittant.

Satisdo, das, dare. n. p. Est dato fideiussore creditorem securum reddere, ἐγγυτὰ κατασῶσαι. Cic. Sulpitio, Primum ut siquid satisdandum erit amplius eo nomine non peti cures ut satisdetur fide mea. Caius, Satisdatio eodẽ modo appellata est quo satisfactio. Nã ut satisfacere dicimur ei cuius desideriũ implemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, quũ aliquẽ damus qui pro eo quod à nobis petitur, ita caueat, ut eum hoc nomine securum faciamus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Satisdatio, onis, ἱκανοδοσία. Cic. ad Attic. De satisdando uerò te rogo, quoad eris Romæ, tu ut satisdes: & sunt aliquot satisdationes secundum mancipium in his & Menianorũ prædiorum uel Atilianorum.

Satisdatum, ti, pen. cor. ut Satisdato aliquid debere. Cic. Attic. lib. 16. Sed & illi turpe arbitror, eo nomine quod satisdato debeat, procuratores eius non dissoluere.

Satisfacio, is, n. t. Interdum idem est quod exoluo, ἐκτίνω. Cic. pro Flacco, Hermippus Fusijs satisfacit, & fidem suam liberat. Interdum idem quod placeo, & efficio nequid habeat quod de me queratur. Cicero ad Attic. lib. 7. Cui nos ualde satisfacere multi ad me scripserunt. Aliquando idem ferè quod purgo me, siue excuso. Cicero Philip. 2. Acceperam iam enim antè Cæsaris literas, ut mihi satisfieri pateret à te. id est, ut acciperem tuam purgationem & excusationem. Satisfacio, præter datiuum, aliquando ablatiuũ habet cum præpositione De. Cæsar 5. belli Gallici, Seseq; paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de iniurijs satisfacere. Satisfieri. Cicero Acilio libro 13. Quanquàm à te quidem cumulatè satisfit, & mihi & omnibus.

Satisfactio, pro purgatione & excusatione. Cicero ad Treb. libro 7. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis.

Satispræstare, idem quod satisdare, hoc est, pro re quæ petitur, fideiussorem dare, ἐγγυητὴν, κατάστασαι.

Satius, comparat. uidetur esse ab aduerb. satis, licet à positiui significatione nonnihil recedat, βελτίονος. idem enim significat quod melius siue potius. Vergil. secunda, Eclog. Nonne fuit satius, tristes Amaryllidos iras, Atque superba pati fastidia?

Satiuus, Sator, uide Sero, seris.

Satrapa, uel Satrapes, pæ, m p. pen. correp. σατράπης. Dictio Persica, apud nos significans præfectum prouinciæ. Terent. Heaut. Satrapes si fiet Amator, nunquàm sufferre eius sumptus queat.

Satrapia, piæ, fœm. p. σατραπεία. Idem quod præfectura, quam Græci νόμον appellant, hoc est, regio quæ ab uno administretur præfecto. Suidas, Σατραμία, ἐπαρχία. Σατράπης δὲ σατράπου ἀδελφὸς ἐξώμαι φ. Plin. li 6. cap. 20. Etenim plerique ab Occidente, non Indo determinant, sed adijciunt quatuor Satrapias, Gedrosos, &c.

Sătur, ra, rum. Quod est cibo plenum, ἔμπλεως, κορεσθείς. Terentius in Hecyra, Sed tu quum satura atque ebria eris, puer ut sit satur facito. Cicero 1. de Diuin. Præclara uerò auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit. saturis nihil geritur. Terentius in Adelph. Sed postquàm intus sum omnium rerũ satur, Prodeambulare huc lubitum est. Vergilius, Eclog. decima. Ite domum saturæ, uenit Hesperus, ite capellæ. Horatius primo Sermon. Satyr. 1. Inde fit ut rarò qui se uixisse beatum Dicat, & exacto contentus tempore uitæ, Cedat, uti cõuiua satur, reperire queamus. Sumitur interdum pro fœcundo & abundante, εὔφορος. Persius Satyra prima Nec rus saturum laudare. Vergilius libro 2. Georg. Salsus & saturi petito longinqua Tarenti. Vbi Seruius, Saturi, aut fœcundi, aut quòd iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim, & Saturum uicinæ sunt Calabriæ ciuitates. Satur color, id est plenus, uehemens, cui opponitur dilutus. Plin. libro 37. cap. 10. Ion apud Indos uiolacea est, sed rarò saturo colore lucet.

Saturitas, atis. f. t. Cibi potusq; plenitudo, πλησμονὴ κόρος. Plautus Captiuis, Proinde tu Deum hunc saturitate tranquillũ facias tibi. Aliquando accipitur pro fœcunditate, seu fertilitate, εὐφορία. Cic. in Catone, Neq; solum officio hominum generi uniuerso cultura agrorum est salutaris, sed etiã delectatione quam dixi, & saturitate, copiaq; rerum omniũ quæ ad uictum hominum, & ad cultum etiam deorum pertinent.

Saturo, as, act. p. Saturum reddo, satio, cibo potuq; expleo, κορέννυμι, χορτάζω. Cic. 2 de Natura deorum, Nuper nati mammas appetunt, earumq; ubertate saturantur. Transfertur & ad animi cupiditates: ut Saturare odium, apud Cicer. in Vatinium, Saturare se sanguine, apud eundem 4. Philip. Habet autem saturandi uerbum uim maiorẽ quàm explendi. Cic. pro Domo sua, Expleui animos inuidorum: placaui odia imperitorum: saturaui etiam perfidiam, & scelus ciuiũ. Expleri (inquit Nonius) & Saturari hanc habent differentiam. Expleri est tantũmodo plenũ esse, saturari, supra modum. Cic. li. 6. de Repub. Graues enim dominæ cognitionum libidines, infinita quædam cogunt, atq; in pectore expleri atq; saturari nullo modo possunt. Cõposita sunt Esaturo & Obsaturo: de quib. alibi. Satullo, las, antiqui dicebãt pro saturo, κορέννυμι, χορτάζω. Varro, Neque in puluere mihi coquam carnes, quibus satullem corpora & famem uentris. Nonius.

Satureia, Herba fragrantis odoris, quæ & cunila dicitur, & origanum Heracleoticum, θύμβρα. Plin. lib. 19. cap 8. Thymbra quæ & cunila. Hæc apud nos habet & aliud uocabulum, satureia dicta in condimentario genere. Venerem enim tuam suscitat in cibis sumpta. Vnde ex Græco (ut quidam uolunt) nomen sibi uendicauit, quasi satyrea, à Satyris, qui sunt in Venerem proni & salaces: uel à uirili membro, quod σάθλον Græci uocant, Dioscorides libro primo, capite quadragesimotertio.

Saturnalia, Saturnalitius, uide in Propriis.

Saturo, as, uide Satur.

Satus, a, um, uide Sero.

Sătyra, æ, f. p. pen. corr. σατύρα. Quasi satura dici uidetur ob carminis uarietatem, seu propter copiam rerum quæ ibi tractantur. Est enim Satyra carmen maledicum, & ad carpenda uitia compositum, quale scripserunt Lucius, Horatius, Iuuenalis, Persius. Accepit & id carminis hunc titulum, quòd personis factis q; satiatum abundare uideatur. Quidã à satyra lance, quæ referta multis uarijsq; primitijs in sacrificijs dijs offerebatur. Alij à lege satyra dictam existimant, quæ uno rogatu multa simul comprobat. De qua lege Sallustius in Iugurth. Deinde quasi per satyram sententijs exquisitis in deditionem accipitur. Varro à quodam farciminis genere, quod multis rebus referciebatur, dictam satyram esse scribit. Vnde in secundo libro Platinarum quæstionum habetur, Satyra est uua passa, & polenta, & nuclei pinei, ex musto consperfi. Sunt qui à Satyris deriuent, quòd in hoc genere carminis res ridiculæ pudendæq; scribuntur: quemadmodum proferri à Satyris solent. Donatus in Teren. Deinde aliud genus fabulæ, id est, Satyra, sumpsit exordium: quæ à satyris quos illorum semper ac petulantes esse legimus, nocitata est. Potest etiam dici, Satyram ideò uocatam, quòd in antiqua satyra introducebantur Satyrorum personæ, aut si quæ erant ridiculæ similes satyris. Duo quippe Satyrarum genera fuisse constat: alterum antiquius, quod sola carminum uarietate constabat: alterum recentius, apertam hominum reprehensionem continens, & acrem uitiorum obiurgationem.

Satyricus, σατιρικὸς. Quod ad satyram pertinet, aut Poeta ipse qui satyram scripsit.

Satyricè, aduerb. Acriter, cum conuitio.

Satyra auis, uel ut alij legunt, satyria, à L. Floro pro coruo accipitur. Verba eius sunt hæc, Quũ singulari certamine Manlius aureũ torquẽ Barbaro detraxisset, inde Torquati. Iterũ in Pontino agro, quũ in simili pugna L. Valerius infidẽte galeæ satyra alite adiutus, Galliũ uicisset, inde Coruini. Quo in loco illud quidem constat, satyrã auem pro coruo accipi: curtamen ita dicatur, uideo à plerisque omnibus ignorari. Quidam ad naturã eius auis id referunt, quòd sola sit Satyrorum more, ad libidinem proclinior. Quinetiam Anaxagoras ore coire credidit quod tamen negat Aristot. Olim tamen uulgò ita persuasum fuisse satis constat ex hoc Martialis distícho, Corue salutator, quare fellator haberis? In caput intrauit mentula nulla tuum. Verisimilius tamen est, satyram auem dictam à loco in quo res gesta est. Constat enim nõ modò Flori, uerumetiã Liuij & Gellij testimonio, singularem hanc Valerij cum Gallo pugnam in agro Pontino factam fuisse: quem agrũ palus alluebat, quam Plin. Pontinã, Verg. Saturæ, siue Satyræ paludem appellat. Satyra itaq; auis dicta uidetur, quasi auis Satyræ paludis. Coruos enim locis aquosis delectari, autor est Theo. apud Aratũ, propterea quòd corpora eorũ uehementius inaruerint. Vide Cæl. Rhodig. li. 19. cap. 21.

Satyria, riæ, σατυρία. Cibus ex uariis compositus herbis.

Satyriasis, f. t. uel Satyrismus, σατυρίασις, σατυρισμὸς Pulsus testium, & uelut singultus quidam inguinis, sequens inflammatam quandam passionẽ seminalis receptaculi, cum intentione & tentigine. Quòd si non cessauerit pulsus ille, solent seminis receptacula intendi, uel spasmus nasci. Satyrismus, inquit Galen. lib. 2. Methodi, est uirilis membri præter naturam arrectio, σατυριᾷν enim Græcis arrigere est, & rei uenereæ pruritu extimulari. Idem & Priapismus dicitur, ab obscœ-

ab obſcœno hortorum cuſtode ducto nomine, qui ueretro prægrandi ſculpi ſolet, & erecto.

Satyrion, σατύριον, Herba foliis lilii rubri, aliquantò minoribus non amplius à terra exeuntibus, caule læui, cubitalimodo, radice gemina. Vulgus teſticulũ ſacerdotis appellat. Eſt & alterum Satyrii genus, quod ἐρυθρόν cognominant, ſiue ἐρυθρόκοκκον, Venerem etiam ſi manu tangatur, extimulans. Semen habet lini, eoq; maius, durius, & læuius. Eſt & tertium, cognomento Βασιλικὸν, foliis nigra plumbagine maculoſis, reliqua ſuperficie cynoſorchi ſimilibus, radix eſt lutea, crebriſq; ramis ad manus effigiem accedens. Officinæ palmam Chriſti appellant. Deniq; herbas propemodum omnes libidinis deſiderium extimulantes, Græci Satyrii nomine ſunt complexi.

Saucio, as, are, a. p, Vulnero, κατατραυματίζω. Cicero 3. Verrin. Serui nonnulli uulnerantur: ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Col. libro 8. capit. 14. Ferro palatum opus eſt ſauciare, ut ſanguis profluat. Idem lib. 4. cap. 24. Saucianda ferro eſt, atq; exulceranda uitis in ea parte, qua pampinum ſtudemus elicere. Ouid. 3. de Arte, tenues à pectore ueſtes Rumpit, & indignas ſauciat ungue genas.

Sauciatus, a, um, partic. Col. lib. 11. cap. 1. Siue quis (quod plerunq; accidit) ſauciatus in opere noxam ceperit, &c.

Sauciatio, onis, uerbale, Vulneratio. Cic. pro Cecin. Et ſauciatio quæretur, quum fugam factam eſſe conſtabit?

Saucius, a, um, Idẽ quod uulneratus, τραυματίας. unde Sauciaure, id eſt, uulnerare. Vergil. 2. Aen. Quales mugitus, fugit quũ ſaucius aram Taurus. Cæſ. 3. bel. Ciu. Sauciorũ modò, & ægrorũ habita ratione. Cic. pro Cecin. Nemo, inquit, occiſus eſt, neq; ſaucius. Tranſumitur & ad animum: ut, Amore ſaucius. Cic. pro Cœlio, ex uetuſto quopiam Poëta, Medea amore ſuo ſaucia. Saucius fatigationis, id eſt, feſſus, ſeu fatigatus. Apul. lib. 2. de Aſin. Mihi uerò fatigationis heſternę etiãnunc ſaucio da ueniam.

Sauior, Sauium, uide Suauium.

Saura, σαῦρα, Lacerta, quæ in maceriis & in ſepibus delitescit. Eſt & piſcis nomen, quem & Latini Lacertam nominant.

Saurites, æ, σαυρίτης, Gemmæ ſpecies, quæ in uentre uiridis lacertæ traditur inueniri. Plin. lib. 37. cap. 10.

Saxum, ſaxi, n. ſ. Maius, aſperius, duriusq; quàm lapis: licet quandoq; ſaxum pro lapide ponatur, λίθος. Cic. pro Cecinna, Qui ſaxa iacerent. Ouid. de Nuce, A populo ſaxis præterreunte petor. Verg. 1. Aen. Iamq; faces & ſaxa uolant, furor arma miniſtrat. Idem 2. Georgic. Adde tot egregias urbes, operumq; laborem, Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis. Voluere ſaxum dicuntur, qui inexhauſto quopiam, atq; inutili labore fatigantur. Terentius in Eunucho, Satis diu iam hoc ſaxum uoluo. Donatus admonet prouerbium fuiſſe dictum in eos, qui inextricabili ſudore affligerẽtur: tractumq; putat à notiſſima Siſyphi fabula, ſaxũ apud inferos ſurſum ac deorſum uoluentis. Ad quem reſpexit & Verg. 6. Aeneid. Saxum ingens uoluunt alii, radiisq; rotarum Diſtricti pendent, &c. Ponitur aliquando pro ſcopulo, ſeu monte ſaxoſo, πέτρα. Plautus in Moſtell. Iterum iam ad unum ſaxum me fluctus efferunt. Vergilius 1. Aeneidos, Perq; undas ſuperante ſalo, perq; inuia ſaxa Diſpulit. Ouidius 3. Metam. Per rupes, ſcopulosq; aditusq; carentia ſaxa. Verg. 2. Aeneidos, ſtuper inſcius alto Accipiens ſonitũ ſaxi de uertice paſtor. Idem 2. Georgicorum. Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis.

Saxulum, li, dimin. λιθίσκος. Cic. 1. de Orat. Vt Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam.

Saxetum, ti, u. ſ. Locus ſaxoſus & petricoſus, πετρώδης τόπος. Cicer. pro Leg. Agrar. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, q; aratro perſtringi non poſſit? aut quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

Saxeus, a, um, Quod è ſaxo eſt, λίθινος. Lucre lib. 1, Strataq; iam uulgi pedibus detrita uiarum Saxea cõſpicimus. Luc. lib. 4. Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu. Ouid. 12. Met. ſocium quoq; ſaxea moles Oppreſſit ſpatio ſtantem propiore Cometem Pons ſaxeus, Lucan. lib. 4.

Saxoſus, a, um, Saxorum copiam habens: ut, Saxoſa uia, quæ ſaxis abundat, πετρώδης. Colum. lib. 5. cap. 10. Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat. Saxoſus frutex in ſatis creſcens, uel ſaxoſis locis. Plinius libro decimoquinto, capite ſeptimo, Simillimum huic ineſt & chamæleæ frutici ſaxoſo. Vergilius 5. Ecloga. nec quæ Saxoſas inter decurrunt flumina ualles. Idem 2. Geor. Fluminibus ſalices, craſſiſq; paludibus alni Naſcuntur, ſteriles ſaxoſis montib. orni.

Saxatilis, le, om. t. pen. cor. Quod ſaxa incolit, πετρῶδης. ut, Piſcis ſaxatilis. Col. li. 8. ca. 16. Rurſus optimè ſaxoſum mare nõ minis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet, quòd in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt: ut merulæ turdiq;, nec minus melanuri. Saxatiles aues, quæ ſaxa incolunt. Var. 3. de Re ruſt. cap. 7. Vnum agreſte, ut alii dicunt, ſaxatile, quod habetur in turribus ac columinibus uillę, à quo appellatę columbę. Piſcatus ſaxatilis, qui fit inter ſaxa. Plaut. in Rud. Piſcatũ hamatilem ſaxatilemq; aggredimur.

Saxíficus, ca, cum. ut, Os ſaxificum: id eſt, uultus aſpicientes in ſaxa uertens. Seneca in Hercul. Furen. Tete laborum ſocia, & adiutrix, precor Belligera Pallas, cuius in læua cier Aegis feroces ore ſaxifico minas. Ouidius 5. Metam. Vincis, ait, Perſeu: remoue tua monſtra: tuaq; Saxificos uultus, quæcunq; ea, tolle Meduſæ.

Saxifragum, gi, n. ſ. uel Saxifragia, æ, σαξίφραγον Dioſc. Herba à frangendis in corpore calculis appellatâ: uel quòd in locis ſaxoſis quum enaſcatur, ſaxa ipſa frangat. Vulgus Saluiam uitam appellat.

Scabellum, uide Scamnum.

Scaber, a, um, Propriè idem quod ſcabroſus, ψωραλέος. Cato Rei ruſt. ca. 96. Si hæc ſic feceris, nõ ſcabræ fient, & lanę plus, & meliorem habebũt. Col. lib. 7. cap. 4. Hoc modo curatum pecus, toto anno ſcabrum fieri non poteſt. Var. 2. de Re ruſt. cap. 2. Non enim ſolùm ea uligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam ungulas ac ſcabras fieri cogit. Quonia uerò quæ ſcabioſa ſunt, cutem aſperã habent, factum eſt ut ſcabrũ pro aſpero ponamus & impolito, τραχύς. Verg 1. Geor. Exeſa inuenies ſcabra rubigine pila. Cic. 4. Tuſc. Pectus illuuie ſcabrũ. Celſus lib. 7. At ubi ſcabri ungues ſunt, circũ aperiri debent, quà corpus contingunt.

Scabroſus, a, um, Plenus ſcabritia. Plin. lib. 20. cap. 21. Hippolapathi radices priuatim ungues ſcabroſos detrahunt.

Scabrum, bri, n. ſ. ſubſtant. Idem quod ſcabrities. Plin. libr. 27. cap. 2. Infeſtantur plurimis uitiis, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, &c. De cryſtallis.

Scabratus, a, um, adiect. Col. libr. 4. cap. 24. Quo plerunq; fit, ut quod præcidi debeat, perfringatur, ut ſic uitis laniata, ſcabrataq; putreſcat humoribus.

Scabredo, inis, Idem quod ſcabrities, hoc eſt, aſperitas & inæqualitas, τραχύτης. Quo uocabulo uſus eſt Hieroymus in diui Hilarionis uita.

Scabritia, tiæ, & **Scabrities**, ei, Aſperitas, τραχύτης. unde Plin. Vnguium ſcabritiã dixit. Nonnunquã accipitur pro ſcabie. Columella lib. 7. capite 5. Poteſt etiam ſcabritiẽ tollere ſuccus uiridis cicutæ.

Scabies, bici, f. p. Aſperitas cutis cum pruritu, natura corporis interiora expurgante, noxioſq; humores foras expellente, ψώρα Iuuen. Sat. 2. ſicut grex totus in agris Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci, Vuaq; conſpecta liuorẽ ducit ab uua. Verg. 3. Geor. Turpis oues tentat ſcabies, ubi frigidus imber Altius ad uiuũ perſedit, &c. Hor. de Arte, Vt mala quem ſcabies, aut morbus regius urget. Quoniam uerò ſcabiem comitatur pruritus, pruritũ aũt ſcabendi cupiditas, & ex fricatione quædam uoluptas: factũ eſt ut ſcabies pro uoluptatis illecebris accipiatur. Cic. 3. de Leg. Nos uoluptatis blanditiis corrupti, quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, non cernimus ſatis.

Scabioſus, a, um, Qui ſcabie laborat, ψωραλέος. Perſius Saty. 2. nanq; eſt ſcabioſus, & acri Bile tumet. Colum. libr. 11. cap. 2. Nam ſi pauciorib. diebus detur, ut ait Higinius, per uer ſcabioſi boues ſunt.

Scabo, bis, bi, tum, a. t. Frico, ſcalpo, κνάω, κνίζω. Plin. lib. 8. cap. 27. Si uerò ſquamę obtorpuere, ſpinis iuniperi ſe ſcabit. Hor. 1. Ser. Sat. 10. & in uerſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungues.

Scabro, Vermis qui naſcitur de carnibus equorũ putridis, legendum opinor Crabro, de quo ſuprà.

Scæua, σκαιός, Dicitur qui ſiniſtra manu utitur pro dextra. Quo nomine dictus fuit fortiſſimus quidam Cæſaris miles, qui apud Dyrrhachium magna Pompeianorum ui oppugnatus, multisq; uulneribus acceptis, adduci tamen non potuit ut caſtelli ſibi cõmiſſi cuſtodiam deſereret. Suetonius in Cæſarem, Scæua excuſſo oculo, tranxfixus femore, & humero, centum & uiginti ictibus ſcuto perforato,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

custodiam commissi castelli obtinuit.

Scala, læ, f. p. Scalæ, arũ, utroq; modo dicitur à scandendo, quòd his altiora scandamus, κλίμαξ, κατάβασις. Nam propriè scalæ sunt, quæ ex pluribus gradibus constant. Distinguunt quidam sic, Scala est, quæ ex teretibus lignis, aut funibus, alia'ue materia simili huc atq; illuc transferri potest: scalæ uerò, quę latiores habent gradus, & immobiles permanent. De hac Plin. lib. 14. cap. 1. Etiamnum scalis tectum Ephesię Dianæ scanditur. De illa Caius Iurisconsultus, Vel scalam sciens accommodauerit ad ascendendum. Sed sæpe confundũtur: & ita scalas magis in usu esse, quàm scalam dicimus. Sallustius in Iugurt. Vnæ atque alterę scalæ communitæ sunt: qui superstiterant, afflicti sunt. Non dixit, Vna atque altera, singularem numerum, tanquam parum usitatum refugiens. Cicero pro Milone, Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. Scalæ quibus per gyrum ascendimus, à cochleæ forma Cochlides, & Cochleæ dicuntur: quæ uerò ex lignis terretibus constant, siue canabinis funibus, à Capaneo inuentæ primùm fuerunt, ut est apud Vegetium de Re militari.

Scalmus, m. s. σκαλμὸς, Lignum teres, cui nautæ remos loro quodam alligant: siue lignum crenatum, ac fenestratum in aspidem, capiens remum, ut facilius & solidius impellatur. Cic. de clar. Orat. At uerò contrà, Crassus ab adolescente delicato, qui quũ in littore ambulans scalmũ reperisset, eamq; ob rem ædificare nauim cõcupiuisset, exorsus est. Idem 1. de Orat. Nauicula duorum scalmorũ. Idem 3. Offic. Venit ipse maturè: scalmũ nullum uidet, hoc est, nullam non modò uidit scapham, sed ne scaphę quidem scalmum. Hinc Interscalmium, & Decemscalmus: de quibus suis locis.

Scalpellum, Scalper, uide Scalpo.

Scalpo, is, psi, ptum, act. t. Idem quod scabo, siue frico, κνάω, κνίζω. Plin. lib. 9. Attritu; petræ scalpentes *pisces pruritus* inuadit. Iuuen. Sat. 9. undiq; ad illos Conueniunt, & carpentis, & nauibus omnes, Qui digito scalpunt uno caput. Col. lib. 7. capit. 5. Vitiosum locum pecudes aut morsu scalpunt, aut cornu, aut ungula tundunt.

Scalpere item gallinæ, cæteræq; id genus aues dicuntur, quum escam humi quærentes, pedibus dissipant quisquilias. Scalpere item gemmam, aut aliquid aliud, inquit Diomedes, dicimus, non sculpere: quod si uerum est, innumeri ferè libri mendosi erunt, in quibus sculpo, sculptor, sæpissimè occurrunt, κολάπτειν.

Scalptor, oris, m. t. Qui scalpit. ut Scalptor gemmarum, κολάπτης. Plin. lib. 37. Expetuntur à scalptoribus, ferroq; includũtur, nullam non duritiam ex facili cauantes.

Scalptura, æ, f. p. Scalpendi actio, γλυφὴ. Plin. lib. 37. cap. 7. Omnia autem hæc genera scalpturę cõtumaciter resistunt. Diomedes Grammaticus Scalpturam dici probat, non sculpturam: Scalpta, inquit, gemma dicendũ est, non sculpta: quoniam adiecta præpositione, facit insculpta.

Sculpturatus, adiect. ut, Pauimentũ sculpturatũ, Genus pauimenti, quod & uermiculatũ dicitur, quod Romæ primùm fieri cœpit post tertiũ Punicũ bellum, ex tessulis minutis, di uerficoloribus, ut in templis antiquis, διαπoίκιλον. Nos Musaicũ opus dicere solemus. In his pauimentis picturæ radendo fiebant, quomodo nunc scalpturata albaria in exteriore parte parietũ ac murorũ fiunt. Alii uolunt Scalpturatũ pauimentũ esse, quod scalpturis uariorũ lapidũ, & quibusdam ueluti imbricibus cõpositum est ad ornatum. Plin. lib. 37. capite 25. Romæ scalpturatũ pauimentum, in Iouis capitolini æde primùm factum est.

Sculpturio, is, iui, itum, n. q. Propriè desideratiuũ uerbum est, idem ferè significans quod prurio, uel ob pruritũ scalpendi desiderio teneor, κνήθομαι, κατακνήθομαι. Plautus tamẽ in Aul. pro simplici scalpo posuit, Vbi erat hæc defossa, occœpit ibi scalpturire unguibus.

Scalper, pri, Idem qđ scalprũ, hoc est, chirurgicũ instrumentum, quo caro putrefacta, aut os uitiosum exciditur, ὐποκοπεὺς. unde & Exciforius scalper dicitur. Celsus libr. 8. cap. 3. Tũc exciforius scalper ab altero foramine ad alterũ malleolo adactus, id quod inter utrunq; medium est, excidit.

Scalprum, pri. n. s. Ferramentũ, quo quid inciditur, aliis atque aliis artificibus alios atq; alios præbens usus, κολαπτὴρ. Interdum enim Chirurgorũ est instrumentũ, quo illi carnem putrefactam, uel ossa uitiosa excidunt. Celsus lib. 8. cap. 7. Tum demum ad manum scalprum q; ueniendum. Scalprum librariũ, quo ii uruntur, qui libros describunt, ad eradendas lituras. Sueto. de Vitellio, Scalpro librario uenas sibi incidit. Scalpra sutoria. Hor. 2. Serm. Satyra 3. Si scalpra, & formas nõ sutor, nautica uela Auersas mercaturis, delirus, & amẽs Vudi q; dicatur. Fabrile scalprũ Liuius appellat, quo magistri elephantos interimebant, inter aures beluæ adacto, in ipsa cõpage, qua coniungitur ceruix. In falce quoque putatoria scalprum dicitur ea pars, quæ à flexu procurrit. Columella libro 4. capite 25. Quæ pars uinitoriæ falcis à flexu procurrit, scalprum: quod deinde aduncum est, rostrum appellatur. Cato de Re rustica, Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficum, aut oleam esse uoles: deinde librum scalpro eximito.

Scalptus, a, um, adiect. Col. lib. 9. cap. 15. ferramentũ scalptum dixit ad similitudinẽ scalpri formatũ, quo ait opus esse ad castrandos apum alueos.

Scalpellum, li, diminut Significans instrumentũ Chirurgorũ, quo uenam aperiũt, φλεβότομον. Cels. lib. 2. capite 9. Postero die auerso medio digito, nõ autem scalpello uena ferienda, ut recens coitus eius resoluatur. Accipitur & pro alio ferramento, quo putridam carnem excindunt. Colum. libro 6. Ferro cęsa scabies perluatur urina. Etiam sæpe scalpello usq; ad imum resecare, & amputare scabiem, sæpe profuit. Cic. in Orat. pro Sest. Non est, inquit, ea medicina, quũ sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atq; integrę: carnificina est ista, & crudelitas.

Scammonia, æ, f. p. σκαμμονία, Herba est à radice ramosa, pinguibus foliis, triangulis, albis, radice crassa, madida, nauseosa: quę excauata, succum emittit, quem Scammoniũ appellant. Vide Plin. lib. 2. cap. 14.

Scamnum, ni, n. s. Est quod lecto ueluti gradus apponitur, ut per id in lectũ facilius ascendatur, βάθρον. Varro scribit scamnũ esse, quo duplici gradu in lectum altiorẽ conscendebant. scabellum, quo simplici scansione in lectum non altum scandebant. Interdum tamen & scamna dicuntur, quę pedibus sedentium subiici solent, quæ Græci ὑποπόδια uocant. Ouid. in Arte, Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem. Item scamnũ dicitur terra illa altior, quæ inter duos sulcos cruda relinquitur. Col. lib. 2. cap. 2. uocat scamnũ crudum, solum immotũ, minimeq; aratro proscissum. Idẽ lib. 3. Duabus gemmis supra terrã eminere passi reposita humo, cæteraq; coæquãt: quæ faciunt in eadẽ linea, interuallis totidem pedum scamnis, dum peragant ordinẽ. Quandoq; etiã scamna accipiuntur pro ipsis sedib. in quibus sedere consueuimus. Ouid. lib. 1. Fast. Ante focos olim scãnis considere longis Mos erat. Scamna etiam in arboribus dicuntur rami, & brachia sediliũ usum prębentia. Plin. lib. 12. cap. 1. Aliud exẽplum Caii principis in Veliterno rure mirati platani unius tabulata, laxisq; ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulari, & c.

Scabellum, n. s. Scamnũ exiguum, quod sedentiũ pedib. subiicitur, ὑποπόδιον. Cic. pro Cæl. Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Scabellum item, teste Varrone, dicitur illud, quo simplici scansione in lectum conscendimus. Quòd si duos habeat gradus, iam non scabellum, sed scamnum dicitur, à scandendo. Vide paulò antè in dictione Scamnum.

Scabile, lcabilis, ueutri generis, Idem quod scabellum, ὑποπόδιον, Cato cap. 10. Scamnũ in cubiculo unum, scabilia tria, sellas quatuor.

Scandalides palmæ, uide Sandalides.

Scandalum, li, n. s. σκάνδαλον, πρόσκομμα, Græca uox est, quã nos Offendiculum, uel ruinã, uel impactionẽ possumus dicere. Quando ergo legimus, Quicunq; de minimis scandalizauerit quempiam: intelligimus, quil dicto facto'ue occasionem ruinæ, siue cadendi cuiquam dederit.

Scandalizo, as, σκανδαλίζω. Quod est alicui scandalũ præbeo, aliquem offendo.

Scandiana mala, uide Scantiana poma.

Scandix, σκάνδιξ, Oleris syluestris genus, gingidio simile, amarum & subacre, quo tenuiores in cibo utebantur. Athenis olim notissima erat Aristophanis Poëtæ in Euripidẽ dicteriis: quibus illi obiecit, matrem eius ne legitimũ quidem olus, sed scandicem uenditasse. Vide Plin. lib. 21. cap. 17.

Scando, dis, di, sum, Idẽ quod ascendo, βαίνω. Cic. in Caton. Vt si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, quum alii scandant malos, alii per foros currant. Vergilius 2. Aeneid. Scandit fatalis machina muros. Ibidem, pars ingentem formidine turpi Scandunt rursus equum, & nora

condun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

conduntur in aluo. Liuius 5. ab Vrbe, Exquilias quidē ab hoſte propè capras: & ſcandentem in aggerem Volſcum hoſtem nemo ſubmouit. Scandor, ſcanderis, paſſiuum. Plin. lib. 14. cap. 1. Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur uite uua Cypria. Hinc ſcalæ dictæ ſunt, per quas in altum aſcendimus. Scandere in ſubrectum, dixit Plinius libro 10. capite 18. pro eo quod eſt feliū modo aſcendere. Huius compoſita ſunt, Aſcendo, Conſcendo, Inſcendo, Superſcando, & Tranſcendo: quorum ſignificata uideſuis locis.

Scanſilis, le, o. t. pen. cor. Ad quod facilè aſcenditur, ἀναβατὸν. Plin. lib. 17. cap. 11. Ficū̃ſ̃ ſic etiam ſcanſilē fieri. Scanſilis annorum lex à Plin. lib. 7. cap. 49. dicitur, per quā ad ætatē uelu ti quibuſdam annorum gradibus aſcendimus.

Scandulaca, inquit Feſtus, Herba eſt frugib. inimica, quòd eas ueluti hedera implicans necat. Creditur eſſe ſecunda ſpecies clematidis, quam Latini Conuoluulum uocant.

Scandulæ, arum. f. p. Paruæ tabellæ, è ligno in tenues lamināas ſciſſæ, quibus ante inuentas tegulas ædes tegebātur. Cōſtat enim Romā ad bellū uſq; Pyrrhi, hoc eſt, annos C C C C. LXX. ſcandulis tectam fuiſſe. Fiunt aūt ex robore, abiete, & picea fiſſis, uel aſſulatim deſectis. Dictæ ſcandulæ à ſcindendo, quaſi ſcindulæ: uel à ſcandendo, quoniam in culminib. tectorum ad tegulas, imbricesq; ſuſtinendos collocantur, quòd ſcandentes peruenire ſolemus. Inde Tectum ſcandulare, quod ex ſcandulis conſtat.

Scantiana poma, à Scantio inuentore dicta, quæ Cato tradit in doliis optimè condi, referente Plin. lib. 15. cap. 15. Col. lib. 5. cap. 10. Scantiana uua à Varrone dicta eſt, quæ alio nomine Amminea maior appellatur: ut refert idem Plinius libro 14. capite 4.

Scapha, æ, f. p. Nauicula parua, quæ in maiori naui circūuehitur, uel eam ponè aſſequitur, σκάφη, ἐφόλκιον. Cic. 2. de Inuent. Poſtea aliquantò ipſos quoq; tempeſtas uehementius iactare cœpit uſqueadeò, ut dominus nauis, quum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret. Iuſtinus lib. 2. Scaphā pro piſcatoria nauicula poſuit: Vbi, inquit, ſolutū pontem hybernis tempeſtatibus offendiſſet, piſcatoria ſcapha traiecit trepidus. Liuius bel. Pun. Quum merſiſſent eas in alto, exceptis in præparatas ſcaphas nautis, multiplices fuiſſe merces ementiebantur. Dicta eſt aūt ſcapha ἀπὸ τῆ σκαπτειν, ab excauādo, propterea quòd primùm ex prægrandi arbore cœpta ſint excauari.

Scaphium, phii, n. ſ. σκαφίον, Vaſis genus, quo excrementa tam liquida, quàm ſicca excipiuntur: à quadam ſcaphę ſimilitudine nomen habens. Propriè aūt mulierum erat, quemadmodum laſanū uirorum: ut annotauit Iulius Pollux Onomaſtici ſui libro 10. capite 9. Vlpianus l. Qu. Mutius: Digeſt. de Auro & arg. leg. Legato argento, puto habita uentris cauſa ſcaphia non contineri. Erat item ſcaphium ferramenti genus, quo athletæ exercendarum uitium gratia terram effodiebant: ἀπὸ τῆ σκάπτειν, hoc eſt, à fodiendo dictum. Latini Ligonem uocant. Vnde Plutarchus in Arato, athleticam ei ſpeciem fuiſſe tradit, à pugilum uictu & ſcaphio non abhorrentem. In qua item ſignificatione à Iuuenale poſitum exiſtimant Satyra 6. ubi uiriles mulierum exercitationes inſectatur, ne à pugilum quidem & palæſtritarum armis abſtinentium.

Aſpice, inquit, quo fremitu mōſtratos perferat ictus,
Et quanto galeæ curuentur pondere, quanta
Poplitibus ſedeat, quàm denſo faſcia libro:
Et ride ſcaphium poſitis quum ſumpſerit armis.

Erat & ſcaphium uas æneum, in quo ſtyli in medio ſiti proceritas horarum ductus diſcriminabat. Vitru. Scaphen & hemiſphærium appellat. Plutar. in Numa, Scaphium appellat, quo ignis ſacer extinctus, Solis tantùm radiis accēdebatur. Suid. præterea Scaphion, τὸν τῆς κειρᾶς, hoc eſt, tonſuræ quod dam genus interpretatur: citatq; Ariſtophanem in Veſpis, οὐ γ' ἀποψίχω τοιαυτ, σκάφιον ἀποτετριμμένῳ, hoc eſt, Tu uerò Copſicho ſimilis es, cui reuulſum eſt ſcaphium. Athenæus quoque libro 4. Scaphium inter uaſa potaria enumerat. In qua ſignificatione uidetur & Plautus accepiſſe in Sticho, Quibus diuitiæ domi ſunt, ſcaphio, cantharis, batiocis utuntur.

Scapilium, lii, Veteres pro tergo uſurparunt, & aliquando pro ipſa ſcapula, νῶτον. Vnde & ſpatium, quod inter ſcapulas quaſi uallecula eſt, Interſcapilium dicitur.

Scapulæ, arum, f. p. Propriè dicūtur oſſa duo in poſteriore corporis parte, figura triquetra, externa facie tumeſcente, interiore reducta, extrema ſui parte in acetabula quædam deſinentia, quæ humerorum capita excipiunt, ὠμοπλάται. Celſus etiā Scopula operta nominat lib. 8. cap. 1. Paſſim tamē apud ſcriptores ſcapulas acceptas inuenies pro tota illa regione, quæ ponè pectori obiecta eſt. Plau. Aſin. Mirabar quid dudum ſcapulæ geſtibant mihi, Hariolariq; occeperūt ubi eſſe in mundo malum. Var. 2. de Re ruſt. cap. 7. Lumbis deorſum uerſum preſſis, ſcapulis latis, ſpina maximè duplici. Clau. 1. in Eutrop. qua miſeri ſcapulas tutabimus arte?

Scapularis, lare, adiect., ut Scapularis ſeruus, cuius ſcapulæ ad flagra denudantur, quiq; tergum habet aſſiduis uerberib. liuidum. Scapularis ueſti:, qua ſcapulæ teguntur.

Scapus, pi, m. ſ. Ab architecturæ peritis dicitur ipſum colūnæ corpus, quod eſt inter baſim & epiſtylium, σῶμα. Scapus (inquit Bud.) corpus colūnæ: nam qđ ſuper columnā imponitur, Capitellū uel Epiſtyliū uocatur: intrà ſcapū, ſpira, quę Baſis ſæpe appellari ſolet: infra ſpiram, ſtylobates. Vitru. li. 3. ca. 3. Scapis columnarū ſtatutis, capitulorū ratio, &c. Et paulò pòſt, In ſummis columnarū ſcapis. Et cap. 4. Qua craſſitudine fecerunt baſim ſcapi. Scapus item in herbis dicitur caulis ſimplex in ſtyli modum ſurrectus. Ruell. lib. 1. capit. 2. Radix, eſt id quo alimentum allicitur, & terræ cohærer: caulis uerò, in quod idem defertur nutrimentū, ſimplexq; ſuper terram aſſurgit: is ſi in ſtyli modum ſurſum prorepat, aut in altū feratur, Scapus Latinis nominari conſueuit. Dicta à columnaribus ſcapis ſimilitudine. Var. de Re ruſt. lib. 1. cap. 31. ad finem, Vicia dicta à uinciendo, quod item capreolos habet ut uitis, quibus quum ſurſum uorſum ſerpit, ad ſcapum lupini, alium ue, quem ut hæreat ſolet uinciri. Plinius libro 18. capite 10. Inuentus eſt iam & ſcapus unus centum fabis onuſtus. His conſtat claſſicis autoribus ſcapum pro caule frequenter uſurpatum. Idem quoque, quod in uirgulæ modum uel teli rectitudine cōſurgat, Thyrſi nomen ſibi uēdicat. Hactenus Ruellius. Scapus cardinalis, rectum illud, & paulò craſſius lignum in ualuis, quo fores ipſæ ſuſtinentur, & reguntur præcipuè: & cuius capitibus, ſeu ambabus extremitatibus in ſuperiori & inferiori cardine inſertis, ualuæ ipſæ uoluuntur, aut aperiundæ, aut claudendæ. Vitruu. libro 4. cap. 6. Fores ita compingātur, ut ſcapi cardinales ſint liminis totius duodecima parte: inter duos ſcapos tympana ex duodecim partibus, &c. Scapos item nonnulli appellant tenues illos lignoſoſq; ramuſculos, è quibus uuarum acini dependent. Varro libro primo Rei ruſticæ, capite 54. Quæ calcatæ uuæ erunt, eorum ſcapi cum folliculis ſubiiciendi ſunt ſub prælum. Quo tamen in loco, alii ſcopi legendum exiſtimant.

Scarabeus, m. ſ. pen. pro. Inſecti genus, teneras habens pennas & ob id cruſta ſuperueniēte tectas, ſtercore potiſſimū ſe ſe alens, κάνθαρος. Varia eius ſunt genera. Sunt enim grandiores, cornua prælonga habentes, biſulcis denticulata forcipibus, in cacumine quum libet ad morſum cocuntia, quę infantibus remedii uice ex collo ſuſpenduntur. Hos Nigidius Lucanos appellat. Alli fimo ingentes pilas auerſis pedibus uolutantes, paruoſq; in iis contra rigorem hyemis uermiculos fœtus ſui nidulantes. Hos Aegyptii ſacerdotes ſummo uenerabantur cultu, animatam Solis imaginem eſſe putantes, ut ſcribit Euſebius de Præp. Euang. Volitant alii magno cum murmure, & quodam quaſi mugitu. Alii focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno ſtridore uocales. Scarabeorū generi adſcribuntur & Lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc uerò compreſſu obumbratæ, non ante matura pabula, aut poſt defecta conſpicuę. Sunt & alia ſcarabeorum genera, quæ uide apud Plinium, libro 11. capite 28.

Scarifico, as, a. p. Scalpello aperio, leuiter uulnero, quò aliquid facilius exeat, ἐπιῤῥάφω, ἐπιξέω Plin. lib 32. cap. 7. Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gingiuis. Scarificare dolorem, id eſt, ſcarificādo dolorem expellere. Idem libr. 2. cap. 11. Præterea in corde equorum inuenitur os dentibus canis maximè ſimile, hoc ſcarificari dolorem putant. Hinc Scarificatio, dicitur leuis uulneratio, quum aut arborum cortex, aut animalis cutis leui inciſione aperitur. Plin. libr. 17. capite 27. Interim eſt & ſacrificatio quædam in remediis, quum macie corpore ex ægritudine aſtringente ſe, iuſtoq; plus uitalia arborum comprimente exactam falcis aciem utraque manu imprimentes, perpetuis inciſuris diducunt, ac ueluti cutem laxant. Columella libro 6. capite 2. Si ſanguis adhuc ſupra ungulas in crurib. eſt, aſſidua ſcarificatione diſcutitur.

Scarites,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Scārites, σκαρίτης, Gemma eſt, quæ ſcari piſcis colorē refert, ut ait Plin. lib. 37. cap. 11.

Scarus, ri, σκάρος, Piſcis nobiliſsimi genus, mari Carpathio maximè frequens, qui ſolus piſciū ruminare dicitur, & herbis, non aliis piſcibus ueſci. Lecton Troadis promontorium ſponte nō excedit. Hūc Optatus Elipertius claſſis ſub Claudio præfectus, à mari uſq; Carpathio petitū, nauibusq; aduectum, inter Oſtienſem & Campaniæ oram diſſeminauit: adhibita etiam cura, ut proximo quinquennio capti, mari redderentur: ut refert Plin. lib. 9. cap. 17. Oppianus, Hic ſcarus ſaxa frequentat, Qui mites inter piſces clamore tremendo Intonat, & ſolus pallentes ruminat herbas. Horat. 2. Saty. 2. pinguem uitiis, album q; nec oſtrea, Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.

Scateo, et, ere, n. ſ. Emanare, erūpere, ebullire, & ita plenum eſſe, ut exiliat quod continetur: propriēq; de fontibus dicitur, quum uena aquæ copiā non capiens, foras eam expellit, βύλλειν, ἀναβλύζειν, ἀναβυσσάειν. Cic. 1. Tuſc. Fontes ſcatere, prata herbis cōueſtirier. Ablatiuo aliquando iungitur. Plau. Aul. Quæ mihi inter bibere ſola, ſi uino ſcateat, Corinthienſem fontem Pyrenē poteſt. Per translationē accipitur pro abundare. Hor. 3. Car. Ode 18. Scatentem belluis pontū. Col. lib. 6. cap. 16. Solent etiam neglecta ulcera ſcatere uermibus. Aliquando etiam pro exagitari, ſiue æſtuare: idq; aliquando cum genitiuo. Gellius lib. 1. capite 17. Irarumq; & moleſtiarum muliebrium per diem, perq; noctem ſcatebat. Nonnunquam etiā cum accuſatiuo, dependente à præpoſitione Ob, uel Propter ſubaudita. Plaut. Perſ. Potin' ne me moneas me mini & ſcio, Et calleo, & cōmemini: amas pol miſera: id tuus ſcatet animus.

Scatebra, bræ, pen. cor. Ebullitio aquæ è terra exilientis, βυσσμὸς. Ver. lib. 1. Geor. Scatebrisq; arentia temperat arua. Plin. libro 13. capite 10. Mirum eſt & illud, ſcatebra fonticuli ſemper emicante, lacum nec augeri, nec effluere. Idem libro 5. capite 1. Eundem opacum nemoroſumq;, & ſcatebris fontium riguum, quà ſpectat Africam, fructibus omnium generum ſponte ita ſubnaſcentibus, ut nunquam ſatietas uoluptatibus deſit.

Scaturigo, pen, prod. genitiuo ſcaturiginis, f. p. Idem quod ſcatebra, ἀνάβλυσις, Col. lib. 3. cap. 13. Nam præſtat non conſerere, quàm in ſumma terra ſuſpendere, niſi tamē ſcaturigo paluſtris obuia, ſicut in agro Rauēnate, plus quàm ſeſquipedā prohibeat infodere. Plin. lib. 31. capit. 3. In nigra ſcaturigines non ferē ſunt perennes.

Scaturiginoſus, adiect. In quo abundant ſcaturigines. Col. lib. cap. 8. Creta ex toto repudianda eſt, magis etiam ſcaturiginoſa, & in aqua ſemper uligo conſiſtit.

Scaturio, is, n. q. Pro ſuo primitiuo Scateo ponitur, quod propriè fontium eſt: quanuis etiam per translationē accipiatur pro quouis modo abundare, βύσσω. Col. lib. 3. cap 1. Modicè tamen roſcidum ſolum, quod fontibus non in ſummo, non in profundo terræ ſcaturiat: ſed ut uicinū radicibus humorem ſubminiſtret.

Scatinia lex, Qua præpoſteræ Veneris uſus coërcebatur, ita dicta à Scatinio latore. Iuuen. Sat. 2. Quòd ſi uexantur leges, ac iura citari, Ante omnes debet Scatinia.

Scauri, m. ſ. σκαῦροι, Dicti ſunt, qui talos pedum tumētes, ac porrectos habent, uel quibus pedes inflexo talo tardigradi ſunt. Hor. lib. 1. Ser. illum Balbutit Scaurū prauis fultū malè talis. Ab huiuſmodi pedum uitio cognomen traxit, qui primus in Aemilia gente Scaurus dictus eſt.

Scazon, ontis, σκάζον, Carminis Iambici trimetri genus, in quinta ſede Iambum, in ſexta habens ſpondeum, in cæteris nihil differens à recto Iambico. Nos delumbes, ſiue claudos Iambicos nominare poſſumus, Σκάζειν enim claudicare eſt. Huius generis ſunt illi in Præfatione Satyrarum Perſii, Nec fonte labra prolui Caballino, Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo, &c.

Scelotyrbe, es, σκελοτύρβη, Morbi genus, quo compages in genibus reſoluuntur. Plinius lib. 25. ca. 3. In Germania trans Rhenū caſtris à Germanico Cæſare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis, qua pota, intra bienniū dentes decíderent, cōpagesq; in genibus ſoluerentur: ſtomacacen medici uocant, & ſcelotyrben. Hoc mali genere Aelii Galli exercitum laboraſſe ex Arabicorū fructuum eſu, autor eſt Strab. libr. 17. Fit etiam malih uius mentio in medicis definitionibus Galeno attributis.

Scelus, huius ſceleris, n. t. Graue aliquod peccatū, ſeu atrox facinus, μοχθηρία, μιαρία. Plaut. in Stich. Aduorſari ſine dedecore, & ſcelere ſummo haud poſſumus. Quintilian. lib. 6. capite 1. Veſtis tamen illa ſanguine madens, ita repræſentauit imaginem ſceleris, ut non occiſus eſſet Cæſar, ſed tum maximè occidi uideretur. Verg. 6. Aen. Quid mororē rūpunt thalamos, comes additur unà Hortator ſcelerum Aeolides. Dicimus aūt, Facere ſcelus, edere ſcelus in aliquem, aſtringi ſcelere, perficere ſcelus, ſuſcipere ſcelus, quorū exempla nuſquā non occurruut. Ponitur aliquando ſcelus pro ſceleratо. Plautus in Amphit. Ego tibi iſtam ſceleſtam ſcelus linguam abſcindam.

Sceleſtus, ta, tum, Sceleratus, impius, flagitioſus, ἀνόσιος, μοχθηρός. Cic. pro Sext. Roſc. Res ſceleſta, atrox, nepharia. Plau. Mil. Atqui improbi & ſceleſti, iis animā adimerent citò. Liu. libro 5. ab Vrbe condita, Ibi ſceleſto facinori ſceleſtiorem ſectionem addidit.

Sceleſtè, aduerb. id eſt, ſceleratè, flagitioſè, impiè. Cic. Att. libr. 15. Clodium nihil arbitror malitioſè, quanquam ſceleſtè quidem egerit. Liu. lib. 4. bel. Pun. Quæcunq; poſt Hieronis mortem ſceleſtè, atq; impiè facta eſſent, Andronodorū atq; Themiſtium arguit feciſſe.

Sceleroſus, ſa, ſum, Idem quod ſceleratus, μοχθηρός, κατάρατος. Terēt. Eun. Vbi ego illum ſceleroſum, miſera atq; impiū inueniam? Facta ſceleroſa atq; impia, Lucret. 1.

Scelero, as, a. p. Polluo, ſcelere coinquino, μιαίνω. Ver. Aeneid. Parce pias ſcelerare manus.

Sceleratus, a, um, Sceleſtus & nepharius, κατάρατος, μιαρός. Cicer. ad Att. Ego aūt illum malè ſanum ſemper putaui: nunc etiam impium & ſceleratum puto. Ouid. lib. 3. Metam. facto pius, & ſceleratus eodem. Lucan. libr. 2. Quenq; ſuæ rapiunt ſceleratæ in prælia cauſæ. Ouid. 11. Metam. A me cauſa data eſt, ego ſum ſceleratior illo. Veteres etiam ſceleratum accipiebant pro contaminato, & ſcelere aliquo polluto. Vnde ſceleratam portam dixerunt, quà egreſſi Fabii, ad Cremeram amnem ad unum omnes à Veiētibus ſunt interempti: & ſceleratum campum, proximè portam Collinam, in qua uirgines Veſtales, quæ inceſtum fecerant, defodiebantur. Et Sceleratum uicum, in quo quum Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Seruium regem ſocerum ſuum, corpus eius iacens humi, filia carpento ſuperuecta eſt, properans in poſſeſſionem domus paternæ. Transfertur & ad inanimata, ut idem ſit quod noxius. Vergil. 2. Georgic. at ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt. Hoc eſt, nocens, omnia exurens.

Scēna, æ, ſine diphthongo, f. p. σκηνὴ, Propriè ſignificat tabernaculum ex frondibus inumbrationis cauſa compoſitum: ἀπὸ τῆς σκιᾶς, hoc eſt, ab umbra, deducto nomine. Vnde & Scenopegia, dicta ſunt feſta quædam Hebræorum, quibus agentes ſub huiuſmodi tabernaclis, ex ramis frondibusq; cōpoſitis, memoriam renouabant eius temporis, quo Aegyptiorum ſeruitute liberati, in ſolitudine ſub tentoriis agitauerant. Ad hanc uocis huius originem reſexit Vergilius lib. 1. Aeneidos, Africæ portum quendam ui erſibus deſcribens, Hinc atq; hinc uaſtæ rupes, geminiq; minantur In cælum ſcopuli: quorum ſub uertice latè Aequora tuta ſilent: tum ſyluis ſcena coruſcis Deſuper, horrentiſque atrum nemus imminet umbra. Quanquam ibi ſcenæ uocabulū, non pro taberuaculo arte, manu'ue facto acceperit, ſed pro loco ſitu, naturaque umbroſo. Et quoniam in eiuſmodi tabernaculis Attica iuuentus, quum adhuc uicatim ageret, carmina quædam incondita decantabat, fabulasque quaſdam ſuo more agebat: factum eſt ut poſtea in urbem redactis Athenienſibus, nomen idem illi manſerit cotabulationi, quæ inter'utrunq; theatri cornu erat protenſa, in qua ab hiſtrionibus fabulæ agebantur: quod etiam nomen Romani unà cum re ipſa ab Athenienſibus acceptum, aſſiduo uſu ueluti ſuum effecerunt. Latius tamen ſcenæ uocabulum interpretatur Labeo, referente Vlpiano, libro 11. Dig. de his qui not. infam. cuius uerba ſunt hæc, Schena eſt (ut Labeo definit) quæ ludorū faciendorū cauſa, quolibet loco, ubi quis conſtat, moueaturq;, ſpectaculū ſui præbiturus, poſita ſit in pulico priuato'ue, uel in uico, quo tamē loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittebantur. Scenarum olim uaria fuerunt genera: ex quibus quę Tragica dicebatur, columnis, faſtigiis, palatiis & ſignis, cæteroq; apparatu prorſus regali inſtruebatur. Comica, priuatorum ædificiorū, & Menianorū, mediocriſq; cultus ſpeciem habebat. Satyrica, arborib. montibus, ſpeluncis, opereq; topiario exornabatur. Erat & ſcena uerſatilis, quę ſubitò tota machinis quibuſdam uertebatur, & aliam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& aliam picturæ ſpeciem oſtendebat. Item alia ductilis, quæ contractis tabulatis hac atque illac interiorem picturæ ſpeciem denudabat. Produci in ſcenam dicebantur hiſtriones, mimi ue, quum ab eo qui ludos edebat, mercede, autoritate, aut gratia adducebantur, ut in ſcenam ad agendum prodirent. Reduci autem in ſcenam dicebantur, qui aliquanto interuallo, poſtquàm primum ſui ſpectaculum præbuerunt, ad agendum reuertebantur. Plinius libro ſeptimo, capite 48. Valeria Copiola Emboliaria reducta eſt in ſcenam à Pompeio magno, quæ producta fuerat à M. Pomp. Aedili plebis. Seruire ſcenæ, id eſt, ſeruire tempori, & rebus præſentibus ſeſe acõmodare. Cicero ad Brutum, Tibi nunc populo & ſcenæ, ut dicitur, ſeruiendum eſt. Scena totius rei hæc eſt, dixit Cælius ad Ciceronem, libro 8. pro eo quod eſt, hæc eſt totius rei actio, in hoc rei totius cardo uertitur. Scena minore aliquid agere, id eſt, minore apparatu & oſtẽtatione.

Scenalis, le, adiect. Idem quod ſcenicus, σκηνικὸς. ut, Species ſcenalis. Lucretius libr. 4. Nanque ibi confeſſum cauea ſubter, & omnem ſcenalem ſpeciem patrum, matrumque, deorumq; Inficiunt.

Scenicus, a, um, σκηνικὸς, Quod ad ſcenam pertinet, ut Sceni ci ludi. Cic. de Orat. Quis unquam res præter hunc tragicas penè comicè, triſtes remiſsè, ſeueras hilarè, forenſes ſcenica propè uenuſtate tractauit? Cic. pro Archia poëta, Quod ſcenis artificibus largiri ſolebat, id huic ſumma ingenii prædito gloria noluiſſet? Scenicus uero abſoluto uocabulo, hiſtrio dicitur, qui in ſcena agit, ὑποκριτὴς Suet. de Neron. Ac ſpectaculis theatri clàm illatus cuidam ſcenico placẽti nuntium miſit.

Scenicè, aduerbium: ut, Facere aliquid ſcenicè. Quintilianus libro 6. capite 1.

Scenofactorius, a, um, σκηνοποιητικὸς. ut, Ars ſcenofactoria, qua fiunt umbracula, uel tabernacula quacumque re fiant, uel funes.

Scenoma, ſcenomatis, σκήνωμα, Tabernaculum, tentorium ſiue habitaculum: à uerbo σκηνόω, quod eſt caſtra metari, ſiue tabernacula figere.

Scenographia, σκηνογραφία, In pictura dicitur frontis & laterum abſcedentium adumbratio.

Scenopegia, uide Scena.

Sceparnon, σκήπαρνον, Aſcia tegmen etiam dicitur.

Sceptrum, tri, n. ſ. σκῆπτρον, Baculus regni inſigne, quo Reges maieſtatis gratia utebantur. Propriè aũt ſceptrum Iouis erat, ab eo ad Reges, & principes, & Magiſtratus translatum. Ouid lib. 3. Amor. Elegia 1. Læua manus ſceptrum latè regale tenebat. Hinc ad fœdera faciẽda ſemper adhiberi ſceptrum conſueuit: quando ueteres in hoc Iouis ſimulachrum adhibere ſolebant cum ſceptro. Quod quum difficile eſſet aliquando, præſertim quando fœdera cũ remotiſſimis fiebant, inuentum eſt, ut ſceptrum: quaſi imaginem Iouis tenentes, fœdus percuterent.

Sceptrifer, ra, rũ, σκηπτοῦχος, σκηπτροφόρος. Ouid. 6. Faſt. Sceptriferas ſerui templa dediſſe manus.

Scheda, σχίδη, Tabella, ſiue pagella philyracea, hoc eſt, tiliacea, qua pro chartis priſcos uti ſolitos Euſtathius & Aelianus aſſerunt, hodieq; Græcum uulgus σχίδας uocant tabulas eas, quibus ſupputatores numeris ſcribendis utuntur, ut mox litu ſpongiæ leuiter aboleri poſſint. Accipitur aliquando ſcheda pro charta, ſeu libello extemporaneo, non ſatis expolito, cuiuſmodi ſunt, quas tanquam relecturi reponimus. Quintilian. Nam qui omnes etiam indignas lectiones ſchedas excutit, anilibus quoq; fabulis accommodare ſe ſe poteſt. Martialis libro 4. Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle, Tu procedere adhuc, & ire quæris, Nec ſumma poteſt in ſcheda teneri.

Schedula, læ, diminut. à ſcheda, σχίδιον. Cic. ad Caſsium, libro 15. Hæc te tertia iam epiſtola antè oppreſſit, quàm tu ſchedulam, aut literam.

Schedicus, a, um, σχέδιος, Extemporarius, ſubitarius, tumultuarius, inelaboratus: qua uoce uſus eſt Apuleius de Dæmonio Socratis, In iſto, inquit, ſchedico, & incondito experimini an idem ſim repentinus, qui præparatus. Græci in eadem ſignificatione dicunt σχέδιον, quum ſubitarium quiddam ſignificare uolunt, neq; magna cura elaboratũ. Vnde & σχεδιάζειν, dicunt, pro eo quod eſt celeriter, & extempore aliquid conficere: & σχεδίαν pro ſubitario nauis genere, quam ratem Latini appellant: ſiue etiam pro ponte tumultuario, quales aut ex funibus, aut ex connexis nauiculis extemporè ſolent confici.

Schema, atis, n. t. σχῆμα. Vox Græca eſt, idem ſignificãs quod figura, ornatus, habitus, modus. Næuius Lycurgo, ut citat Nonius, Pergite thyrſigerę Bacche modo Bacchico cũ ſchemate. Lucil. lib. 29. apud eundẽ, In gymnaſio, ut ſchema antiquo eſt ſpectatores retinere. Schemata item dicuntur, quędam tam uerborum, quàm ſententiarum lumina: quibus tanquam inſigniori ornatu, tota oratio diſtinguitur. Cic. de Clar. Orat. Schemata enim quæ uocãt Græci, ea maximè ornant oratorem, eaq; non tam uerbis pingendis habent pondus, quàm in illuminandis ſententiis. Quin. lib. 9. ca. 1. Schema propriè dicitur, quod eſt à ſimplici, ac in promptu poſito dicendi modo, poëticè uel oratoriè mutatum. Legitur & ſchema fœm. genere apud antiquos. Plaut. in Prol. Amph. Quòd ego huc proceſſi ſic cum ſerui ſchema, id eſt, ſeruili habitu.

Scheſis, σχέσις, ſ. t. Vox Græca eſt habitudinẽ ſignificans, uel affectionẽ. Accipitur aũt pro figura, non abſimili antiphorę, qua aduerſariorũ affectũ quemlibet fingimus, cui mox reſpondeamus. Exemplum uide apud Rufinianum.

Schidia, n. ſ. σχίδια, Sunt aſſulæ, ſiue fragmẽta, quæ fabri materiarii ex ligno deiiciunt: à uerbo Græco σχίζω, quod eſt findo, ſiue ſeco. Vnde σχίδος, ſiue σχίδαξ, & per diminutionẽ σχίδιον, ſiue σχιδάκιον, pro minutioribus illis fragmentis, quæ à lignis dum finduntur, donantur ue, diſſiliunt. Vitruuius libro 3. capite 1. Interuallaq; quæ relinquuntur propter craſſitudinem materiæ, ſchidiis & luto obſtruunt. Hinc ipſi etiã cunei, quibus ligna finduntur, à Græcis ἐπισχίδια appellantur. Cælius lib. 4. cap. 13.

Schinos, σχῖνος, Arbor eadem eſt cum lentiſco, maſticheri exudans. ex cuius ligno cuſpides fiunt purgandis dentibus accõmodæ. Vnde σχινοτρῶγες à Græcis dicti ſunt homines delicatiores, qui, ut dentibus candorem concilient, perpetuò lentiſcum arrodunt.

Schiſma, tis, σχίσμα, Latinè ſciſſura, à Græco σχίζω, quod eſt ſcindo. Hinc diuiſionẽ Eccleſię ſchiſma dicimus, quum eius membra diuiſa diuerſa ſequuntur capita.

Schiſton lac, γάλα σχιστὸν, In quo pars caſeoſa quodam coãturę genere à ſero eſt ſeparata. Plin. lib. 28. cap. 9. Medici ſpeciem unam addiderũt lactis generibus, quod ſchiſton appellauere. Id fit hoc modo, Fictili nouo feruet maximè caprinũ, ramiſq; ficulneis recẽtibus miſcetur, additis toridẽ cyathis mulſi, quot ſint heminæ lactis. Deinde igne demptum refrigeratione diuiditur, & diſcedit ſerum à lacte.

Schiſtus, ſiue Schiſtos, σχιστὸς, Lapis eſt crocei coloris, in tenuiſsimas bracteas fiſſilis: unde & nomen habet, ἀπὸ τοῦ σχίζεσθαι, idq; κατὰ ἐξοχήν. Multi enim præterea ſunt lapides fiſſiles, quos hoc nomine nõ dignamur. Effoditur in quibuſdã Hiſpanię locis, circa Iberum fluuiũ, morſus omnino expers: unde & ophthalmicis medicamentis in primis idoneus eſt. Hodie ſeplaſiarii eius loco utuntur creta alba.

Schœniſmos, σχοινισμὸς, Menſura quædam terræ eſt, & torturæ genus, quod fit per funes.

Schœnos, σχῖνος, Latinè funis & iuncus eſt. Plaut. in Rud. Hi ſchœni enim, atq; hæ arundines ſunt nobis quæſtu & cultu. Quo nomine etiã dicta fuit urbs in ora Bœotię, infrà Thebas: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 7. Schœnos quoq; menſura terræ, apud Aegyptios, ſexaginta ſtadia cõtinens, ut inquit Herod. lib. 2. Contrà Plin. lib. 5. ca. 10. ſchœno quadraginta tantùm tribuit ſtadia. Nec mirũ eſt de menſura eius longitudine non ſatis cõuenire inter ſcriptores, quum Strabonis teſtimonio conſtet apud ipſos etiam Aegyptios uariè & inconſtanter obſeruatã fuiſſe ſchœni longitudinẽ, quũ quibuſdã in locis ſchœni ſinguli centũ uiginti conſtent ſtadiis, in aliis ſexaginta, in aliis tantùm triginta.

Schœnobates, penult. correp. σχοινοβάτης, Qui per funes ludẽdendo graditur, σχῖνος funis dicitur, & βαίνω, aſcendo. Iuuenalis Sat. 3. Augur, ſchœnobates, medicus, magus, omnia nouit. Hi à Firmico dicuntur Neurobatæ, Funerepi ab Apul. Funambuli ab omnibus.

Schœnobatica, σχοινοβατικὴ, Ars ipſa, ſiue exercitium funambulorum. Cælius ad Cic. libro 8. Ego qui ſcirem Quint. Pompeium Bauli ſchœnabaticam facere, & uſque eo, ut ego miſerer eius eſuricij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Schœnoplocos, σχοινοπλόκος, Qui funes torquet, quem Latini Reſtionem appellant.

Schola, æ, f.p. γυμνάσιον, παιδευτήριον, τὸ παιδότριβον, literariũ ludũ ſignificat: à uerbo Græco σχολάζω, quod eſt uaco, quia cæteris rebus omiſſis, uacare liberius ſtudiis pueri debent. Auſonius tamen ἀπὸ τῆς σχολῆς deduci mauult: id eſt, ab uacatione & laxamento, quod pueris interdũ dandum eſſe præſcribit. Sic enim ait, Graio ſchola nomine dicta eſt, Iuſta laboriferis tribuãtur ut oria Muſis. Plurali num. ſcholæ, apud Feſtum. Cic. 2. Offi. Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, cõmodius à quibuſdam optimis uiris ad Ianum medium ſedentibus, quàm ab ullis philoſophis ulla in ſchola diſputatur. Quint. lib. 3. cap. 8. Hæc uel ad ſcholarum exercitationes pertinere credũtur. Idem in Proœm. lib. 2. Qui fuiſſet aliquando perfectus, non à philoſophorum ſcholis uirtutis præcepta peterentur. Eligere ſcholas. Quint. lib. 1. cap. 2. Sed ut fugiendę ſunt magnæ ſcholæ, cui ne ipſe quidem rei aſſentior, (ſi ad aliquẽ meritò concurritur) non tamen ho eòc ualet, ut fugiendæ ſint omnino ſcholæ: aliud eſt enim uitare eas, aliud eligere. Explicare ſcholam, eſt præcepta doctrinæ exponere. Cic. 2. de Finib. Primùm, inquam, deprecor, ne me tanquam philoſophum putetis ſcholam uobis aliquam explicaturum: quod ne ipſis quidem philoſophis magnopere unquam probaui. Erat & in balneis ſchola apud Vitruuium, hoc eſt, pars labri, ſiue aluei, à præſtolando (ut quidam arbitrantur) dicta ut occupato ab his, qui priores ueniſſent, labro, in ſchola cæteri circunſpectãtes rectè ſtare poſſent. Erat & in porticibus, autore Plinio. Alexandrum, inquit, & Philippum cum Minerua, qui ſunt in ſchola in Octauiæ porticibus & Philippi. Cicero 1. Tuſculan. poſuit ſcholas pro diſputationibus & controuerſiis, quæ in ſcholis inter doctorem & diſcipulos otioſè agitari ſolent, quum inquit, Hanc perfectam philoſophiam ſemper iudicaui, quæ de maximis quæſtionibus copioſè poſſet, ornateque dicere, in quam exercitationem ita nos ſtudioſè operam dedimus, ut iam etiam ſcholas Græcorum more habere auderemus.

Scholaris, lare, om. t. Quod ad ſcholam pertinet, σχολαστικός. Hieron. ad Damaſ. Nec aures Quintiliani floſculis, & ſcholari declamatione mulcendæ.

Scholaſticus, a, um, σχολαστικός, Quod ad ſcholam pertinet. Vnde Scholaſtica diſciplina, & ſcholaſticos uocamus diſcipulos, qui diſcendi gratia ſcholas frequentant. Plinius Epiſt. 24. Scholaſticis porrò dominis, ut hic eſt, ſufficit abundè tantũ ſoli, ut releuare caput, reficere oculos, reptare per limitẽ, unamque ſemitam terere, &c. Ponitur quandoque Scholaſticus pro declamatore ſolùm in fictis cauſis, & otioſis uerſato, nõ in ueris litibus. Plin. Epiſt. libr. 2. Scholaſticus tantũ eſt, quo genere hominũ nihil aut ſimplicius, aut ſyncerius, aut melius: nos enim qui in foro, ueriſque litibus terimur, multũ malitiæ, quamuis nolimus, addiſcimus.

Scholium, lii, n. ſ. σχόλιον, Interpretatio breuior, breue ſcriptum, excuſatio, ſiue purgatio. Cic. Att. lib. 16. Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuiſſe te id facere.

Sciagraphia, σκιαγραφία, Prima illa rudis picturæ delineatio, quæ & Ichnographia dicitur: quum ſcilicet futuri operis lineamenta carbone, creta, aut rubrica ducuntur.

Sciamachia, ſiue Sciomachia, σκιαμαχία, ἢ σκιομαχία. Pugna umbratilis, teſte Gellio, & armorũ meditatio, quæ fieri ſolet roboris agilitatisque exercendæ gratia.

Sciathericum horologiũ, Quo horas ex umbra Solis colligimus, ὡρολογεῖον σκιαθηρικόν. Cicero 1. de Natura deorum, Solarium appellat.

Sciatheras, ræ, ſiue Sciotheron, σκιαθήρας, ἢ σκιόθηρον, Inſtrumentũ gnomicũ, quo umbras indagamus. Hoc architecti in metandis urbibus utebantur, octoque cæli regiones exactè colligentes, uentorum uim moleſtam urbibus, oppoſitis platearum angiportorũque angulis fragebant, aut amoliebantur: aureasque corporibus ſalubres platearũ directionibus admittebant. Vide Vitruuium, lib. 1. cap. 6.

Sciens, Scienter, Scientia, uide Scio.

Scilicet, Idem quod uidelicet, nempe, nimirum, certè, profectò, δήπου, δηλαδή, ἀμέλει. Cic. 6. Ver. Reſpondit id quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe Prætoris. Idem pro Cælio, Quum ſcires, quantum ad ſcelus aurum hoc quæreretur, ad necem ſcilicet legati. Cic. lib. 9. Epiſt. Quid eos interpretari putas, quũ hoc faciunt, ad hoſtẽ ſcilicet portari? Ouid. in Epiſt. Canaces, Scilicet eſt aliquid, cum ſæuis uiuere uentis. id eſt, multum profectò ad rem facit. Venuſtiſſimè aũt ponitur ironicõs, præſertim quum rem aliquã abſurdã eſſe, & minimè credibilem uolumus ſignificare. Terentius in Andria, Meum gnatum rumor eſt amare. DAVId populus curat ſcilicet. Vergilius 4. Aeneidos, Scilicet is ſuperis labor eſt.

Scilla, f. p. σκίλλα, ſiue, ut apud Varr. legitur, Squilla, Herba eſt ex genere bulborũ, radicẽ habẽs cæparũ modò multipliciter tunicatã. Officinæ cum Varrone ſquillã nominãt. Ariſt. libr. 1. de plantis, Quædã unam tantùm radicẽ, ut ſcilla: quia illa naſcitur ex ſolo raro, procediteque inferne dilatando ſe. Colu. libr. 10. Sed etiam remedio cum dulci uino tritum ſerpyllũ, & conciſa, & in aqua macerata ſcilla.

Scilliticus, a, um, adiect. Quod ex ſcilla factum eſt. Plin. lib. 24. cap. 8. At cum aceto acri, magisque ſcillitico, &c.

Scillinus, aliud adiect. Idem Plin. lib. 23. cap. 2. Acetum ſcillinũ inueteratum magis probatur, &c.

Scillites acetũ dicitur, In quo ſcillarũ bulbi ad medicamẽtum macerati ſunt, ὄξος σκιλλιτικόν. Plin. li. 32. ca. 10. Vrtica marina trita cum aceto ſcillite, &c.

Scimpodion, dii, σκιμπόδιον, Grabatum, ſiue humilior lectulus, diurnæ quieti accõmodatus. Gell. lib. 8. Offendimus eum cubantem in ſcimpodio Græcienſi. Eſt autem diminutiuum à Græco σκίμπους, quod eſt eiuſdem ferè ſignificationis.

Scincos, σκίγκος, Genus crocodili terreſtris, ab aquatico diſtans tum candore & tenuitate uitis, tum ſquãmarum ſitu, quas habet ad caput uerſas. Affertur ex India & Arabia. Roſtrũ eius & pedes in uino albo poti, cupiditates Veneris accendunt. Vide Plin. lib. 28. cap. 8.

Scindo, dis, di, ſſum, per duplex ſſ, a. t. Significat findo, frango, diuido, τέμνω, σχίζω. Vergi. 7. Aeneidos, Procumbunt piceæ, ſonat icta ſecuribus ilex, Fraxineæque trabes, cuneis & fiſſile robur Scinditur. Ouidius 3. Triſt. Elegia 10. Nec poterit rigidas ſcindere remus aquas. Cicero 1. Tuſc. Scindens dolore identidem intonſam comam. Vergil. 12. Aeneid. Infelix crines ſcindit luturna ſolutos. Scindere dolorem ſuum, eſt pateface re commemorando. Cic. ad Atticum, lib. 3. Nolo commemorare quibus rebus ſim ſpoliatus: non ſolùm quia non ignoras, ſed etiam ne ſcindam ipſe dolorem meum. Penulam ſcindere, pro impenſius retinere hoſpitem, atque inuitare prolixius, hodie tritiſſimum eſt. Quod qui faciunt, manu in penulam iniecta, quaſi ui conantur remorari. Cic. ad Atticum, libr. 13. Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet: ſed ego ita egi, ut non ſcinderem penulam. Et paulò pòſt, Horum ego uix attigi penulam, tamen remanſerunt. Scindere ſententiam, eſt mutare. Cic. ad Attic. lib. 13. Non licet ſcindere ſententiam ſuam: ſed tamen quæ tunc acta ſunt, non poſſum non probare, & tamen non curare pulchrè poſſum, ſicuti facio. Verg. 2. Aeneid. Scinditur incertũ ſtudia in cõtraria uulgus. Id eſt, diuiditur, & in diuerſas ſententias, ueluti partes quaſdam it. Scindo, ſcindidi, olim in præterito habuit. Plaut. in Pſeud. Nam ego cicilendrũ, quando in patina ſcindidi. Huius uerbi compoſita ſunt, Abſcindo, Conſcindo, Diſcindo, Interſcindo, Proſcindo, & Reſcindo: de quibus ſuo loco.

Sciſſus, a, um, particip. Verg. 12. Aen. it ſciſſa ueſte Latinus Cõiugis attonitus fatis urbisque ruina. Ouid. Epiſt. 11. Quum ſuper incumbẽs, ſciſſa, tunicaque, comaque, Preſſa refouiſti pectora noſtra ſuis.

Sciſſus, us, ui, Pro ipſa ſciſſura. Varro, Sciſſu materiæ fatigatus, quieſcebat lectulo.

Sciſſilis, le, o. t. pen. cor. Quod ſcindi poteſt, uel quod ſciſſum eſt. σχιστὸς. ut Sciſſile alumen, apud Celſum lib. 6. Inſpergique ulcera debent aluminę ſciſſili.

Sciſſura, æ. f. p. Ipſa ſciſſio. Plin. lib. 11. cap. 28. Pennæ inſectis omnibus ſine ſciſſura. Idẽ lib. 7. cap. 9. Vnde & Ammonis oraculum 12. dierum iter eſt: ad ſciſſurã autem Pili, quod appellauimus Delta, quindecim MP.

Scintilla, ſcintillæ, f. p. Propriè eſt, quæ è ſilice, quum cæditur, exilire ſolet: σπινθήρ. Verg 1. Aeneid. At primùm ſcilicis ſcintillam excudit Achates. Ouid. 4. Faſt. Pars quoque quũ ſaxis paſtores ſaxa feribant, Scintillam ſubitò proſiluiſſe ferũt. Per translationem accipitur pro minima lucis, alterius ue rei portiũcula. Cic. 4. Aca. Iſti aũt, quos tu probas, tantis offuſis tenebris, ne ſcintillã quidẽ ullam nobis ad aſpiciedũ reliquerunt. Scintilla belli, pro reliquiis. Cic. ad Plancũ, lib. 10. In

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

10. In illam igitur curam incũbe, mi Plance, ut ne qua ſcintilla teterrimi belli relinquatur.

Scintillula, diminu. Cic. lib. 5. de Finibus, Virtutum quaſi ſcintillulas uidemus, &c.

Scintillo, as, n. p. Splendeo, mico, & ueluti ſcintillas quaſdam emitto, σπινθηρίζω. Plaut. in Men. Vt oculi ſcintillant uide. Verg. 1. Georg. Ne nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſciuere hyemem, teſta quum ardente uiderent Scintillare oleum, & putres cõcreſcere fungos. Plin. lib. 20. cap. 1. Hoc enim ueri experimentũ eſt, ſi admotum prius quàm extinguat, ſcintillare ſurſum ac deorſum cogat.

Scintillatio, onis, Actus ſcintillandi, σπινθηρισμός. Plin. lib. 20. cap. 9. Prodeſſe tradit capitis doloribus, oculorum caligini, ſcintillationibusq;

Scio, ſcis, ſciui, ſcitum: futuro ſciam & ſcibo, n. q. οἶδα, γινώσκω, ἐπίσταμαι. Terent. in Adelph. Hinc ſcibo iam ubi ſiet. Et propriè ſcire, eſt rem per cauſam cognoſcere. Plaut. Epi. quia ego hanc quæ ſiet, Neq; ſcio, neq; noui. Cic. 1. de Orat. Nihil certum ſciri, nihil planè recognoſci, & percipi poſſit. Liu. 5. bel. Pun. Iam tumultus erat, clamorq;, qualis eſſe in capta urbe ſolet: ſed qd rei eſſet, nemo ſatis pro certo ſcire. Scire linguas, hoc eſt, noſſe, ſiue callere. Plaut. Pœn. Et is omnes linguas ſcit: ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. Scire fidibus. Terent. Eun. Is ubi hanc forma honeſta uidet uirginẽ, Et fidibus ſcire, precium ſperans ilico producit. Scire Latinè uel Græcè. Cic. de clar. Orat. Non enim tam præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpè neſcire. Idem 2. de Fin. Quũ Græcè ut uideor, luculenter, ſciam. Sciri paſſ. Cic. 5. Verr. Id adeò ſciri facillimè poteſt ex literis publicis. Idem 2. de Orat. Ars enim earũ rerum eſt quæ ſciũtur: oratoris aũt omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur. Huius cõpoſita ſunt, Aſcio, Abſcio, Conſcio, Deſcio, Neſcio, Præſcio, & Reſcio: à quibus Aſciſco, Conſciſco, Deſciſco, & Reſciſco, de quibus ſuis locis.

Sciens, tis, om. 1. particip. à ſcio: ſiue nomen ex participio, aliquando idem eſt quod non neſcius, εἰδώς. Terent. Andr. Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, ut ſis ſciẽs. Aliquando idem quod prudens, & data opera. Terent. Heaut. Sciens non faciã. Cic. 7. Verrin. Nam mihi uideor de omnibus iam rebus eius geſtis dixiſſe, quę quidem ad belli fugitiuorum pertinerent ſuſpicionem: certè nihil ſciens prætermiſi. Idem pro Sylla, Nullum à me ſciente facinus occultatur. Sciens cum genitiuo, pro gnarus, ſiue peritus. Gellius libro 18. ca. 5. Lucilius adeò uir adprimè linguę Latinæ ſciẽs, equum equitare dicit. Horatius 3. Car. Ode 9. Me nunc Treſſa Chloe regit Dulceis docta modos, & citharæ ſciens. Scientior, Comparatiuus. Cicero pro Lege Manilia, Quis igitur hoc homine ſcientior unquam aut fuit, aut eſſe debuit? Scientiſſimus, Superlatiuus. Cicero de Inuentione, Nam nauis optimè curſum conficit ea, quæ ſcientiſſimo gubernatore utitur.

Scienter, aduerbium, Id eſt, prudenter, & data opera. Plinius in Panegyrico, Explanauitq; uerba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, deorum iræ conſecraret. Aliquando ſcitè, peritè. Cic. in Bruto. Quàm omnino multa de iure ciuili, quæ quidem peritè & ſcienter, tum ita breuiter & preſsè, & ſatis ornatè, & pereleganter diceret. Scientius, ſcientiſſimè. Cic. in Orat. Nam neminem in eo genere ſcientius uerſatum Iſocrate confitendum eſt. Idem lib. 1. de Diuin. Hetruria autem cælo tacta ſcientiſſimè animaduertit, eademq; interpretatur, quid, quibus oſtẽdatur monſtris atq; portentis.

Scientia, ſcientiæ, fœm. primæ, Certa rei alicuius per cauſam cognitio, ἐπιστήμη. Philoſophi definiunt eſſe habitum, una uel pluribus demonſtrationibus acquiſitum, quo certò ſcimus rem aliter ſe non poſſe habere. Cicero de Nat. deor. Vt magno argumento eſſe debeat, cauſam, id eſt, principiũ philoſophiæ eſſe ſcientiam. Idem de Officiis, Modeſtia, eſt ſcientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Ibidem, Prudentia, eſt rerum expetendarum fugiendarumq; ſcientia. Idem 2. de Nat. deorum, Futurorum malorum ignoratio utilior eſt, quàm ſcientia. Idem 3. de Ora. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & ſcientię cupiditatẽ. Dicimus autem, Conſequi ſcientiam, dare ſcientiam, habere ſcientiam, profiteri ſcientiam, tenere ſcientiã alicuius rei: quæ locutiones uiris doctis familiares ſunt. Contrariũ eſt Inſcientia, ἀνεπιστημοσύνη. Columella libro tertio, Queruntúrque non reſpondere ſibi uineta, quæ uel per auaritiam, uel inſcitiam, uel negligentiam perdiderunt. Hæc etiam inſcitia dicitur, ut apud eundem, Nam plurimos per hanc inſcitiam uaſtare uineta cõperti.

Scitus, a, um, Venuſtus, elegãs, argutus, ornatus, σοφός, χαρίεις. Terent. in Eun. Scitum hercle hominem, hic prorſus ex ſtultis inſanos facit. Cic. in Læl. Scitum eſt illud Catonis, Multò melius de quibuſdã acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos, qui dulces uideantur. Interdum accipitur pro formoſo, ὡραῖος. Terẽt. And. Scitus puer natus eſt Pamphilo Plaut. in Amph. Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto, conducto malè. Huic contrariũ eſt Inſcitus, penultima producta: de quo ſuprà ſuo loco.

Scitum, pro iuſſu, uide paulò pòſt.

Scitè, aduerb Doctè, pulchrè, bene, ἐπισταμένως. Cic. ad Brutũ, lib. 11. Satis ſcitè, & commodè tempus ad te cœpit adeundi. Gel. libr. 1. cap. 1. Scitè, ſubtiliterq; ratiocinatũ Pythagoram philoſophum dicit. Huius contrarium eſt Inſcitè, id eſt, indoctè, imperitè, ineleganter. Col. libr. 4. Nam id primum refert inſcitè non facere.

Scitulus, diminutiuum. Plautus in Rud. Atq; ambas forma ſcitula atque ætatula.

Sciſco, is, n. t. Intelligo, uel operã do ut ſciam, μανθάνω. Plaut. in Amph. Ocyus accurro, ut ſciſcam quid uelit. Aliquando etiam ponitur pro ſtatuere, decernere, ſancire, edicere, χειροτονέω, ψηφίζω. Idem in Curcul. Rogationes plurimas propter uos populus ſciuit, quas uos rogatas rumpitis. Cic. pro Flac. Quæ ſciſceret plebs, aut quę populus iuberet ſummota cõcione, diſtributis partib. Idẽ 3. Off. Durius etiam Athenienſes, qui ſciuerunt ut Aeginetis, qui claſſe ualebant, pollices præciderẽtur. Idẽ pro Plan. Plancus primus legẽ ſciuit de publicanis.

Scitor, aris, depon. Interrogo, ſeu inueſtigo quæ occulta magis ac ſecretiora ſunt, πυνθάνομαι, ἐρωτάω. Verg. libr. 2. Aeneid. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Ouid. lib. 10. Metam. at Cinyras, quem copia digna procorum Quid faciat, dubitare facit, ſcitatur ab ipſa Nominibus dictis cuius uelit eſſe mariti. Cicero de Orat. Sentiebam non te id ſcrutari, qualem, & c.

Sciſcitor, aris, dep. p. Idem quod ſcitor, ſiue inquiro. πυνθάνομαι. Plaut. Amph. Ibo aduerſum, ut ſi quid habent, ſciſciter. Cic. 1. de Nat. deor. Epicuri ex Velleio ſciſcitabar ſententiam. Plaut. Cap. Secede huc: nam ſunt quæ ex te ſolo ſciſcitari uolo. Legitur & Sciſcito, in eadẽ ſignificatione. Idem in Mer, Imò mane, paucula etiam prius ſciſcitari uolo.

Scitamẽta, orũ, n. ſ. Sunt edulia, ex eo dicta, quòd ſciti ſaporis ſint: hoc eſt, egregii & præcellentis, ἡδύσματα. Mabrobius libro ultimo Saturnaliũ, Apud popinatores pleraq; ſcitamẽtorum cernimus, propoſita ampliora ſpecie, quàm corpore, id eſt, iucundiora pulmenta. Gellius libro 18. capite 8. per translationem poſuit pro exornationibus orationis, quæ in collocandis uerbis (ſi incommodè uſurpentur) non carent reprehenſione, κακοζηλίαι. Cæteraq;, inquit, huiuſmodi ſcitamenta. id eſt, ſcitè, & argutulè, ut ipſis uidetur, excogitata orationis ornamenta,

Scitum, ti, n. ſ. ſubſtant. Significat decretum, ſiue iuſſum, ψήφισμα. Liu. lib. 1. Cætera quoq; omnia publica, priuataq; ſacra Põtificis ſcitis ſubiecit. Hinc plebiſcitum, plebis ſtatutum. Autor ad Heren. lib. 1. In rem cõfertur, ut ſi quis ex teſtamento, quod facere iuſſus eſt, ex plebiſcito utetur.

Sciolus, pen. cor. Id eſt, ſemidoctus, literis leuiter tinctus: qui quum in Muſarum ædem uix à limine inſpexit, nihil tamen non audet, falſaq; eruditionis opinione intumeſcit.

Scius, a, um, ἐπιστήμων, Qui ſcit: à quo Cõſcius, inſcius, neſcius & præſcius.

Sciomantia, σκιομαντία, Diuinatio quæ fit per umbram.

Scipio, onis, m. t. Propriè dicitur baculus ille, cui ſenes innitentes, gradum ſtabiliunt, σκῆπτρον. Liu. 6. ab Vrbe, Scipione eburneo in caput incuſſo, irã mouiſſe. Scipio in uineis, quo ipſa uua ueluti baculo ſuſtinetur: ſcapum Varro, noſtri caudam appellant, alii pedem uuæ. Col. lib. 12. cap. 39. Vbi ſatis erunt corrugata acina, demito, & ſine ſcipionibus in dolium coniicito, pedibusq; bene calcato.

Scirpi, m. ſ. Iunci fragiles, paluſtresq; ſunt, non in fruticum ueprium ue, non in cauliũ, ſiue herbarũ genere numerati, βρύα. Ex his teguntur domus, & tegetes fiunt, quibus uelificant in Pado nautici, & in mari Africo piſcatores. Donatus, Scirpus ſine nodo, eſt leuis iunci ſpecies, paluſtris res. Hinc factum eſt prouerbium, Nodum in ſcirpo quæris, de his, qui in rebus claris atq; apertis ſcrupulum quærunt.

Hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hoc adagium refertur apud Plautũ in Menæch. & uerbis iisdem apud Terentiũ in And. Hieronymus ad Pamp. Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quærit. Quidam etiam scirpos accipi putarunt pro nodosis & implicatis ænigmatibus: citantes locum Gell. libro 11. ubi sic legunt, Quæ Græci αἰνίγματα, Latini scirpos appellarunt: tales etiam Græcis iidem γρίφοι uocitantur. Quo tamen in loco scrupos legendum est, non scirpos.

Scirpeus, a, um, Quod ex scirpis cõfectum est: ut scirpea ratis. Plaut. in Asin. Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea inducitur ratis. Scirpea simulachra, Ouid. 5. Fast.

Scirpea, æ, f. p. Cratis ex scirpis contexta, quæ plaustro imponitur, ut cõmodius stercora in agros uehantur, φορμύς. Ouid. 6. Fast. In plaustro scirpea lata fuit. Cato cap. 10. Crates stercorarias quatuor, scirpeas stercorarias tres.

Scirpiculæ, f. p. Falces, quibus in scirpandis, hoc est, in præcidendis uineis utimur, ad amputanda superflua ligamentorum. Var. lib. 1. ca. 22. Falces dicuntur uineaticę opus esse sex, scirpiculæ quinq. Hæ etiam dicuntur scirpariæ falces.

Scirpiculum, li, n. s. Canistrũ: uel quod de scirpis, seu lento uimine confectum est: uel quod uerius uidetur, à scirpando, hoc est, à ligando, siue uinciendo. Columella Rei rusticę lib. 10. cano iam uimine textum Scirpiculũ ferrugineis cumulate hyacinthis.

Scirrophorion, σκιῤῥοφοριῶν, Mensis, qui à Latinis dicitur Maius.

Scirrhus, rhi, n. s. σκίῤῥος, Tumor induratus, quum nullo, aut modico dolore, originem trahens ab atra bile, aut à pituita. Vide Galen. lib. 14. Methodi.

Sciscitor, Scisco, Scitum, uide Scio.

Scissile, Scissio, Scissura, Scissus, uide Scindo.

Sciurus, m. s. σκίουρος, Animal quod caudam pro tecto, atq; umbra, quum est sub dio, habet, ἀπὸ σκιᾶς, καὶ τῆς οὐρᾶς, id est, ab umbra caudæ. Vide Plin. lib. 8. cap. 38.

Scloppus, pi, Sonus est, qui ex inflatione buccarum erumpit. Persius Satyra 5. Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas.

Scnipes, qui & ipes, σκνῖπες, ἶπες. Vermiculi sunt culicib. similes, uitium oculos erodentes: quos rustici ampelitide terra enecabant. Vide Galen. lib. 9. Simp.

Scobs, scobis, fœmin. generis secundum Priscianũ, uel hic scobs, secundum Phocam, quod ab aliqua materia minutissimum decidit, dum uel per serram secatur, uel terebrã perforatur, uel lima politur, ῥύνημα, περίψημα. Horat. 2. Ser. Sat. 4. Vilibus in scobis, in mappis, in scobe quantus Consistit sumptus? neglectis, flagitium ingens. Ten' lapides uarios lutulenta radere palma, &c. Plin. lib. 34. Alii elimatam scobem in fictili cado coquunt, in caminis, donec percoquatur figlinum. Iuuen. Sat. 14. & tamen uno Semodio scobis hęc emendat seruulus unus.

Scobina, æ, pen. corr. f. p. Limatura, quæ etiam scobs dicitur, ῥύνημα, Plin. libr. 11. cap. 37. Nouissima asperitas, ut scobina ferri. Vnde Descobinatus, teste Non. id est, defunctus, saucius, abrasus. Var. Meleagro, ut citat idẽ Non. Sin aũt delectationis causa uenamini, quantò satius est saluis crurib. in circo expectare, quàm his descobinatis in sylua curare?

Scolecia, Aerugo. A uermiculorũ specie nomen accepit, ἰὸς σκωληκοειδής. Fit ex Cyprio ære, trito alumine & sale, aut nitro pari pondere, cum aceto albo quàm acerrimo, trito (inquam) donec uiride fiat, contrahatq; se in uermiculorũ speciem. Vide Plin. lib. 34. cap. 12.

Scolecium, n. s. σκολήκιον, Genus est cocci, in Attica & Asia nascentis, quod celerrimè in uermiculũ cõmutatur: unde nomen habet. Vide Plin. lib. 24. cap. 4.

Scolopax, σκολόπαξ, Auis est rostro oblongo, quam nõnulli gallinaginem appellant. Vnc beccasse.

Scolopendra, f. p. σκολοπένδρα, Animal è uermibus terræ, pilosum, multis pedibus: unde & millipedam, centipedam, & multipedã uocant. Diuersa tamen est ab ea multipede specie, quã Græci uocant oniscon, arcuatim serpentẽ, tactuq; se se contrahentem. Vide Plin. lib. 29. cap. ult. Est & piscis eiusdem nominis, à terrestris animalculi similitudine dictus, de quo Plin. lib. 9. cap. 43. Scolopendræ, inquit, terrestrib. similes, quas centipedes uocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant: deinde resorbent.

Scolopendrion, σκολοπένδριον, Herba est, quã alio nomine Asplenum uocant, sine caule, sine flore, sine semine, pediculo nigro. Folia filiculæ modo diuidũtur, subter flauescentia, hirsutaq;, superne uirentia. Vulgus pharmacopolarũ Ceteracum uocat.

Scolymos, σκόλυμος, Herba est ex genere aculeatarũ, quam & Strobilum uocant, propterea quod capita ferat pinea nucis similitudinẽ referentia, mensis hodie gratissima: quæ uulgus Articocala uocat. Vide Plin. 22. cap. 22.

Scombrus, σκόμβρος, Genus piscis marini, cui in aquis subphureus color est: extra aquam, qui cæteris. Horum est tanta multitudo in mari Hispanico, circa Carthaginem nouam, ut uicina Herculis insula ab ea dicta sit Scõbraria, teste Strabone lib. 3. Laudabantur autem potissimùm scombri ad gari confectionem, quod Sociorum cognominabant: cuius bini congii singulis milibus numũm permutabantur. Autor Plinius lib. 31 cap. 8.

Scomma, n. t. σκῶμμα, Latinè cauillũ uerti potest. Nam (ut Macrobius inquit lib. 7. Satur. cap. 3.) est morsus figuratus, qui sæpe fraude, uel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intelligatur, nec tamen semper ad amaritudinẽ pergit. Eiusmodi est illud in salsamentarii filium, Tace tu, cuius pater se cubito solet emũgere. Item illud Ciceronis in Caninium unius diei Consulẽ, Olim flamines, nunc Cõsules sunt Dialis. Lædoria uerò, eodem Macrobio teste, apertum est conuitium, manifesta contumelia, nullo festiuitatis ambiguitatis uelamento adumbrata.

Scopæ, arum, f. p. pluraliter, Instrumentum quo pauimenta uerruntur, σάρωθρον, κόρημα. Plau. in Sticho, Mundities uolo fieri hîc: ferte huc scopas, simulq; arundinẽ, Vt operã omnẽ aranearum perdam, & texturam improbam, Deiiciamq; earum telas. Dictæ scopæ, quasi scobæ, quòd his purgamenta ueluti scopem educimus. Hoc instrumento plectuntur sontes ob noxam, quũ cæduntur scoparũ fasciculo manuali, circunducti per fora, ut uibices rubentes existant in tergo. Scopæ dissolutæ, prouerbiali metaphora dicuntur homines nihili, nullius q; prorsus cõsilii. Cic. Att. lib. 7. Cæsarẽ uidi Minturnis ad VIII. Cal. Feb. manè quũ absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, ut idipsum mihi illic uideatur irridendi causa fecisse. Idem in Orat. Scopas dissolucre dixit, pro eo quod est, rem prorsus inutilem facere. Isti (inquit) quum dissoluũt orationẽ, in qua nec res, nec uerbum ullum est nisi abiectũ, non clypeũ, sed (ut in prouerbio est) scopas mihi uidẽtur dissoluere. Vide de hoc plura apud Eras. in Adagiis. Scopæ manuales herbarum, σιράγματα dicuntur, quas medici uocant manipulos, hoc est, fasciculi, quos una manu possumus apprehẽdere. Plin. li. 24. ca. 15. Incipienti bus hydropicis efficax, manualibus scopis eius in tribus heminis, atq; decoctis usq; ad tertias.

Scopula, dimiuutiuum. Col. lib. 12. cap. 38. Scopulis aridæ myrti seria suffriatur.

Scoparii, orum, m. s. Dicuntur serui, quorum ministerium est, ut scopis deuerrant pauimenta sordentia, οἱ σαρῆται. Vlpian. tit. de Fund. instructo, Si uilla cultior sit, accedere instrumẽto fundi atrienses, scoparios.

Scopa regia, teste Dioscoride, à Latinis appellata est herba, quam Græci βόνιον nominant, caule quadrangulo, apii folio, flore anethi, semine odoraro. Plin. uerò Sidererim eam, quæ latissimo est folio, eo nomine intelligi uoluit, uulneribus præcipuam, ut quæ uel præcisos neruos glutinare possit. Idem alibi Scopam regiam uiolæ genus esse affirmat, uiolentum spirans odorem, sed hoc foliis, non floribus.

Scopei, Homunculi parui, qui ab aliquibus Stilpones uocantur. Vide infrà.

Scopes, σκῶπες, Aues sunt nocturnæ ex genere noctuarum, eædẽ cum iis, quos Bubones Latini appellant. Dictæ scopes, quasi σκαὰρ ὄπα ἔχουσαι. Sũt enim raucæ & minimè canoræ,

Scoptula operta, quæ à medicis dicantur, docet his uerbis Celsus lib. 8. cap. 1. A ceruice duo lata ossa utrinq; ad scapulas tendunt, nostri scoptula operta, ὠμοπλάτας Græci nominãt. Ea in summis uerbis sinuata, ab his triangula, paulatim q; latescẽtia ad spinã tendũt: & quò latiora quaq; parte sunt, hòc hebetiora. Hęc Celsus. Latos humeros quidã uocant, alii ossa humeraria.

Scopulus, uide Scopus.

Scopus, scopi, m. s. σκοπὸς, Est illud, ad quod sagittas dirigimus. Inde manarunt prouerbiales locutiones, Attingere scopum, Aberrare à scopo, & similes. Per metaphoram scopus accipitur pro fine illo, quo mentem & propositum nostrum dirigimus. Cic. Attic. lib. 15. Scopus enim hic est huic nostro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

noſtro, nihil præbere. Scopus etiam in uua dicitur ramoſum illud, ex quo dependent acini. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 54. Quæ calcatæ uuæ erunt, earũ ſcopi cum folliculis ſubicien di ſub prælum, ut ſi quid reliqui habeant muſti, exprimatur in eundem lacum.

Scopulus, li, m. ſ. Eſt ſaxum eminens, σπιλὰς, σκόπελος. à uerbo Græco σκοπεῖν, ut Seruio placet, hoc eſt, à ſpeculando, quod inde in mare pateat proſpectus: uel ab eo, qđ Græci pro eodem dicunt σκόπελον: quanuis etiam ab hoc ἀπὸ τ̃ σκοπεῖν dictum ſit. Plin. lib. 12. cap. 14. Saba, regio à dextra maris, ſcopulis inacceſſa. Eſt etiam ſcopulus interdum paruus ſcopus, hoc eſt, illud, ad quod ſagittas dirigimus. Suet. in Domit. capite 19. Nonnunquam in pueri procul ſtantis, prębentisque pro ſcopulo diſpanſam dextrę manus palmam, ſagittas tanta arte direxerit, ut omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent.

Scopuloſus, adiect. Scopulis plenus. Plinius libro 6. cap. 18. Deiectumq; per ſcopuloſa, & abrupta, &c. Per translationem ponitur pro difficili. Cicer. 1. Ver. Intelligo quàm ſcopuloſo, difficiliq; loco uerſer.

Scordium, dii, n. ſ. σκόρδιον, Herba eſt, teſte Dioſcoride, tam in montibus, quàm in paluſtribus locis naſcens, foliis triſſa ginis, maioribus tamen, & in ambitu nõ uſqueadeò diuiſis, caule quadrangulo, floreſubrubro. Dictũ ſcordion, ἀπὸ τ̃ σκορόδου, hoc eſt, ab allio, cuius odorẽ refert, & acrimoniã, teſte Galeno, lib. 8. Simp. facult.

Scoria, riæ, f. p. σκωρία, Spurcitia, ſiue ſordes, quæ ex metallo inter coquendũ, ueluti ſpuma quædam expurgatur. Celſ. re crementũ nominat. Sic enim habet medicinę ſuæ lib. 5. cap. 18. Plumbi recrementũ σκωρίαν μολύβδου Græci uocant. Plinius lib. 33. ca. 4. Spurcitia in omni metallo Scoria uocatur. Ponitur interdum pro cura & paſſione: propterea quòd qui in luctu conſtituti ſunt, omni prorſus cultu neglecto, ſordidati conſpiciantur. Verg. ad Meſſal. Et ſcoria patiar tabeſcere tali.

Scorodon, σκόροδον, Herba eſt nulli non nota, quam Latini Alliũ appellant. Eſt & ſylueſtris allii genus, qđ Græco nomine ὀφιοσκόροδον, quaſi Allium anguinum appellatur.

Scorodopraſum, σκοροδόπρασον, Herba eſt magnitudine porrum æquans, qualitatum porri & allii particeps.

Scorpæna, Genus piſcis, apud Plinium libro 32. capit. ult. Meminit eius & Ambroſius, Scorpæna, inquiens, quoq; caſtitatem immaculati connubii generi ſuo ſeruat, non percutit, ſed reficit.

Scorpites, σκορπῖτης, Gemma eſt ſcorpionis colore. Plinius libro 37. capite 11.

Scorpius, pii, m. ſ. & Scorpio, onis, σκορπίος Animal neneno ſum, cauda feriens, de cuius natura uide Plin. lib. 11. cap. 25. Scorpius etiam, ſiue Scorpio, cæleſte ſignum. Col. Sol ingreditur Scorpium XIII. Calend. Nouembris. Item militare inſtrumentum, ita dictum, quòd paruis, ac ſubtilibus ſpiculis inferat mortem, ſiue quòd ſcorpionis ſimilitudinẽ habeat, quum arcus hinc atq; hinc chelarum ſimilitudine præ ſe ferant ſpiculum caudæ. Vulgus Arcubaliſtam appellat. Quidam etiam accipiunt Scorpiũ pro genere tormenti, ut ſunt rubi aculeati, nel flagellum uirgarũ, ut ſcutica habẽs in ſummitate glandes plumbeas. Quo quidẽ tormenti genere ſępe legimus martyres afflictos fuiſſe. Plin. lib. 7. cap. 56. Et in tormentis ſcorpionem Cretas inueniſſe ferunt. Præterea Scorpius herba eſt, ſemen habens ad ſimilitudinem ſcorpionis, quæ ualet aduerſus animal ſui nominis: de qua Plinius libr. 22. cap. 17. Eſt & Scorpius piſcis, apud eundem Plinium libro 32. capite 11.

Scorpionarii, orũm, m. ſ. σκορπιοφόροι, Qui ſcorpiis, id eſt, arcubus utuntur, ut ſagittis feriant.

Scorpiuros, σκορπιοῦρος, Herba, quæ Scorpius dicitur, ſemẽ habens ſimile ſcorpionis caudæ, unde & nomen habet. Plinius lib. 22. cap. 21.

Scortum, ti, n. ſ. Id eſt, meretrix: inde dicta eſt, teſte Feſto, q tanquam pellicula ſubigatur, πόρνη. Omnia nanque pellibus facta, antiqui Scortea appellant. Cicero pro Milone, Clodius ſemper ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. Idem de Aruſpic. reſpon. Quis unquam nepos tam liberè eſt cum ſcortis, quàm hic cum ſororibus uolutatus? Dicitur aliquando & de maribus, præpoſteræ uirorum libidini obſequentibus. Cicero pro Seſtio, Nec mihi res erat cum Saturnino, ſed cum ſcortorum locupletũ ſcorto, cum ſororis adultero, &c. Quo in loco Clodium intelligit.

Scortillum, dimin. Catul. Scortillũ mihi quũ repentè uiſum eſt Non ſanè illepidum, nec inuenuſtum.

Scortes, Teſtium arietinorum pelles, σκύτη. Hinc

Scorteus, a, um, Coriaceus, pelliceus, σκύτινος. Oui. 1. Faſt. Scortea non illi fas eſt inferre ſacello. Sortei numi, σκύτινα νομίσματα, qui fiebãt ex corio. Donat. quoq; in Cõm. Vergilii, pecuniã autumat ex corio bubulo priſcis temporib. fuiſſe, & inde dictam pecuniam, quòd ex pecore fieret.

Scortor, aris, d. p. Meretricor, πορνεύω. Terent. Heaut. Scortari crebrò uolunt. Idem Adelph. Non eſt flagitiũ (mihi crede) adoleſcentulum ſcortari.

Scortator, oris, m. t. uerbale, Meretricũ ſectator. Cic. 2. in Catil. O bellũ magnopere pertimeſcendũ, quũ hanc ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem prætoriam.

Scotoma, n. t | σκότωμα, Vertigo capitis, quum omnia, quæ foris occurrunt, in gyrum circumagi uidentur: quam & uiſus obtenebratio, nonnunquã & caſus ſoler comitari. Dictum ſcotoma, quaſi obſcuratio, σκότος enim Græcis tenebras ſignificat: unde σκοτόω, obtenebro, obſcuro. A cuius præterito paſſiuo deducitur uerbale σκότωμα. Latini hoc mali genus uertiginem appellant.

Scranteum, tei, n. ſ. Pellem uocant, in qua ſagittæ reponuntur, & à ſcroto deductum exiſtimant.

Scraptia, æ, Vermiculus in frondibus habitans, unde Scraptiæ, & Scrupeæ, meretrices ſordidæ, & deformes dicuntur, uel ab excreando, quod uitium eſt in uetula. Scrupeæ uerò, à duritia moleſtiaq; lapillorũ, qui ſcrupi, & per diminutionem Scrupuli dicuntur. Plaut. Scruptiæ, ſcrupeæ, de ſtrato uuluæ ſordidæ.

Screo, as, n. p. Cum conatu quodã de pectore ſputum eiicio πτύω. Plin. libr 23. cap. 1. Eadem in iumento, hominęq; phlegma, aut ſanguinẽ qui ſcreatur, talo circũligata ſanat.

Screator, oris, Qui ſcreat. Plaut. in Milit. Screator ſum itidem minimè ſuccidus.

Screabile, Quod ſcreari poteſt, πτυτόν. Vnre compoſitũ Excreabilis. Plin. lib. 10. Pulmonum uitia excreabilia facit.

Screatus, us, m q. Ipſa ſcreatio, πτύσις. Terent. Heaut. Gemitus, ſcreatus, tuſſis.

Scriba, uide Scribo.

Scribello, Veteres uſi ſunt pro ſcribo, à quo cõpoſitum fit Cõſcribello, ἐγγράφω, ἐπιγράφω, ἐπιξέω. Var. Aſtrologi nõ ſunt, qui conſcibellauerunt pingentes cælum.

Scribligo, ſcribendum potius Stribligo, uide ſuo loco.

Scriblita, pen. pro. Genus cibi appellatũ, quod in circuitu ad reſtis modum torqueretur, Hoc ſolùm differens à placenta, quòd ſine melle coquebatur, & feruẽtiſſima edi ſolebat. Mart. lib. 3. Circunlata diu menſis ſcriblita ſecundis Vrebat nimio ſæua calore manus. Plaut. Pœn. Dum ludi fiunt, in popinam pediſequi irruptionẽ facite: nunc dum occaſio eſt, nunc dum ſcribilitæ æſtuant, occurrite.

Scribo, is, pſi, ptum, act. ter. Eorum propriè eſt, qui operis aliquid componũt, σλωτάπλομαι, λογογραφέω. Cic. Cornif. Sed proximè ſcripſi de optimo genere dicendi, in quo, &c. Idem Lentulo, lib. 1. Scripſi etiam uerſibus treis libros de temporibus meis. Plinius lib. 12. cap. 14. Iuba rex iis uoluminib. quę ſcripſit ad C. Cæſarem Auguſti filium. Horatius 2. Epiſtol. 2. Præter cætera Romæ me ne poemata cenſes Scribere poſſe, inter tot curas, totq; labores? Interdum tamen ſcribere accipitur pro manu propria literas fingere, γράφειν. Plaut. in Pſeud. Quaſi in libro quum ſcribuntur literæ calamo. Ad uertendum tamen apud bonos autores non reperiri, Scripſi propria manu: ſed mea, aut ſua manu. Cicero Attic. Neque ſemper mea manu literas expectabis. Sic alibi perſæpe. Quandoq; pingere. Plinius de Nicomacho pictore, Scripſit & Apollinem, & Dianam, Deumq; Martem in leone ſedentem, Vnde & picturas legere dicimus. Vergil. 6. Aeneid. quin protinus omnia Perlegerent oculis. Scribere notis, eſt celeriter excipere, & dictionib. decurtatis aliquid ſcribere, quẽadmodum olim faciebant notarii, quibus etiam nomen à notis huiuſmodi remanſit. Quintil. lib. 1. cap. 2. Habeamus ſanè, ut qui notis ſcribunt, certas imagines omnium, &c.

Scribere leges, quod & condere, & dicere, & facere dicitur. Cicero pro Roſcio Amer. Eius porrò ciuitatis ſapientiſſimum Solonem dicunt fuiſſe eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, ſcripſerit. Scribere hæredem, eſt inſtituere, facere. Mart. libr. 10. Hæredem ſcripſit me Numa, conualuit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Scriptum, ti, n. ſ. Idem quod ſcriptura, hoc eſt, idipſum, quod literis mandatum eſt, σύγγραμμα. Lib. 2. ad Heren. Ex ſcripto ſententiæ controuerſia naſcitur hoc modo, Quum uidebitur ſcriptoris uoluntas cum ſcripto ipſo diſſentire. Cic. Lucceio, Ardeo cupiditate incredibili, neque ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur, & celebretur tuis. Scriptum facere, eſt ſcribendo uictum quærere. Gellius libro 6. capit. 9. Cn. Plaut. patre libertino natus ſcriptum faciebat.

Scriptus, tus, tui, Idem quod ſcriptum, ſiue ſcriptura, γραφή. Gell. lib. 6. cap. 9. Dicitur tabulas poſuiſſe, ſcripturæ ſeſe abdicaſſe. De Cn. Flauio.

Scriptito, as, frequentatiuũ eſt à uerbo minus uſitato Scripto, as, quod & ipſum frequentatiuũ eſt à uerbo Scribo. Cic. Attic. lib. 7. Et hęc, & ſi quid aliud, ad me ſcribas uelim, uel potius ſcriptites.

Scriptio, onis, f. t. Actus quidpiam literis mandandi, ſiue idipſum opus, quod conſcribitur, συγγραφή. Cic. 5. Tuſcu. A quo non modò impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, uerùm etiam laceſſiti. Idem Dolabellæ, Oratiunculã pro Deiotario, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaq; eum tibi miſi, quã uelim ſic legas, ut rem tenuem & inopem, nec ſcriptione magnopere dignã. id eſt, non magnopere dignã ut literis mandetur. Ponitur etiam pro quacunq; ſcriptura, aut ipſo ſcribendi actu. Cic. Attic. lib. 10. Crebrò refricat lippitudo, non illa quidẽ prodigioſa, ſed tamen quæ impediat ſcriptionẽ meam. Varr. Auarus fœnerator ſpe lucri rem ſcriptione duplicarat.

Scriba, æ, m. p. Cuius munus eſt literas, uel acta, aliud'ue quiduis Principis, uel ciuitatis, uel etiam magiſtratus cuiuſpiam nomine, ſeu mandato ſcribere, γραμματεύς. Liu. lib. 2. de Cn. Mutio loquẽs, Ibi quum militib. ſtipendiũ fortè daretur, & ſcriba cum Rege ſedẽs, pari ferè ornatu multa ageret. Et paulò pòſt, Scribam pro Rege obtruncat. Cicero Rufino, Ad ea quæ ſcripſiſti, cõmodius equidem poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi Marcus Tullius ſcriba meus adeſſet.

Scriptor, oris, m. t. Operis alicuius autor, qui quippiam literis mandat, συγγραφεύς. Horat. in Arte, Scriptor honoratum ſi fortè reponis Achillem. Liu. libr. 1. Etſi in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro eſt. Donatus in Prologo Terentii, Indifferẽter, inquit, omnis qui aliquid ſcripſiſſet, ſcriptor à ueterib. dicebatur Scriptor legum, legũ lator, νομοθέτης. Cicero ad Brutum, Neque ſolùm in Solonis dictum uſurpem, qui & ſapiens unus fuit ex ſeptem, & legũ ſcriptor ſolus ex ſeptem.

Scriptorius, ria, rium, Quod aptum eſt ut ex eo ſcribatur, ſeu quod ad ſcriptorem pertinet, γραφικός. ut Atramentum ſcriptorium, μέλαν γραφικόν, apud Celſum libro ſexto, capite quarto, Id autem, quod ſubinde raditur, illini atramento ſcriptorio ſatis eſt. Idem libro quinto, Sed eadem medicamenta in calamum ſcriptorium coniicienda ſunt, iſque ori fiſtulæ aptandus, inſpirandumq; ut ea medicamenta intus compellantur.

Scriptura, æ, f. p. Idem qđ ſcriptio, ſtylus, uel ipſe actus aliquid literis mandandi, γραφή. Autor ad Herennium libro 3. Non ſum neſcius quantum ſuſceperim negotii, qui motus corporis exprimere uerbis, & imitari ſcriptura conatus ſim uoces. Scriptura, inquit, id eſt, ſcribendo, uel (ut Cicero loquitur) ſcriptione. Libro 4. Reliquum ſcripturę conſumetur in exẽplis. id eſt, reliquum eius quod ſcribendum eſt. Aliquando capitur pro ſtylo, quo quis utitur in ſcribendo. Cic. Trebat. libro 1. Quũ uerò ea, quæ ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris. Cecinna Ciceroni, Genus autem hoc ſcripturæ non modò liberum, ſed incitatum atq; latum eſſe quis ignorat? Scriptura ponitur aliquando pro uectigali, quod percipitur è portoriis, ſeu paſcuis: uel ipſa ratio corũ, qui præſunt huiuſmodi uectigalibus: & ii, qui portus, aut portoria curabant, uectigalia deſcribentes, aut colligentes, Magiſtri ſcripturæ, & portus dicebantur. Scriptura huiuſmodi hodie eſt eorum mancipum, qui glandiarios, & paſcuos ſaltus redimunt. Plautus in Truculento, Nam aduerſum legem à me ob meam ſcripturam pecudem accipi. Fieriq́ue. A. Idem quod tu facis, faciunt rem malè gerentes: ubi non Eſt ſcriptura, unde dent, incuſant publicanos.

Scripturæ magiſter, Qui uectigalia deſcribebat in portu, eorumq́ue rationes conficiebat, διαγραφεύς. Cicero ad Atticum, Magiſter ſcripturæ, & portus, quidam Lucius Carpinatus.

Scripturarii, m. ſ. Olim dicebantur, teſte Nonio, qui poſtea tabularii dicti ſunt, quòd ſcripturis & cõmentariis omnes aut ciuitatum, aut prouinciarũ res complecterẽtur, διαγραφεῖς. Lucil. lib. 26. Publicarũ rerum aſſuetiam, ut ſcripturarius. Scripturarius ager, teſte Feſt. is dicitur, qui publicus, in quo ut pecora paſcantur, neceſſe eſt ut certum æs paſtor pendat publicano.

Scrinium, n. ſ. A ſecernendo, arca dicitur, quã ſeruãtur pretioſa ac ſecreta, κιβώτιον. Plinius lib. 13 cap. 1. Alexander cepit ſcrinium unguentorũ. Horat. 2. Epiſt. 1. Et prius orto Sole uigil calamum, & chartas, & ſcrinia poſco. Idem 1. Serm. Sat. 1. Iam ſatis eſt, ne me Criſpini ſcrinia Lippi Compilaſſe putes, uerbum non amplius addam. Huius diminutiuũ eſt Scriniolum.

Scriniarius, Scriniorum cuſtos, id eſt, rerum ſecretarum, ταμιεῖος γραφῶν, ἀρχιγραμματεύς, ὑπομνηματογράφος, ἐπὶ τῶν βιβλίων.

Scrobs, obis, ὄρυγμα, generis tam maſc. quàm fœm. ſecundum Priſcianum. Seruius tamen ait magis maſculinũ eſſe, quàm fœmininũ, & citat Plautum, qui dixit, Sexagenos ſcrobes. Quod uerò Lucan. ait, Exigua poſuit ſcrobe: id uult eſſe cõtra artem. Sunt aũt Scrobes, foſſiones, ut putei, uel foueæ intra terram manu factæ, ad uineas, uel arbores cõſerendas, uel ad metalla, & quæcunq; alia fodienda. Colu. libr. 4. cap. 1. Cõtenti bipedanea ſcrobe. Idem, Ante annum quàm poma diſponere uoles, ſcrobes fodito.

Scrobiculus: dimin. Plin. lib. 21. cap. 1. Atq; ita in ſcrobiculis ſerũtur, heminis fæcis circunfuſis. Col. lib. 11. Et id quod à matre abſciſſum receſſit, cõteſtim à latere circũfoditur, & ſcrobiculo facto ad imum ſolum præciditur.

Scrofa, æ, f. p. Sus fœmina, quæ fœtus cauſa alitur, ὗς. Varro, Propterea matrẽ ſacrofam ſua quæq; hara ſuos alat oportet, quæ alios aſpernatur. Plaut. Cap. Eorum ſi cuiuſquam ſcrofam in publico conſpexero, Ex ipſis dominis, meis pugnis ex culcabo furfures. Colu. libr. 7. cap. 9. Scrofæ probantur longiſſimi ſtatus, & ut ſint reliquis membris ſimiles deſcriptis uerribus.

Scrofipaſcus, Qui paſcit ſcrofas. Plautus in Cap. Tum paſtores ſcrofipaſci, qui alunt furfure ſues.

Scrofulæ, f. p. Propriè dicuntur indurati adenes, in collo præſuè, in alis, in inguinibus conſiſtentes: ita dictę à ſuibus, qui peculiariter hoc morbo infeſtãtur, χοιράδες. Latini Strumas appellant. Vide Celſum libro 5. cap. 28. & infrà in dictione Struma.

Scrotum, n. ſ. Rugoſus ille teſticulorũ ſacculus, quẽ nonnulli etiam ſcortũ appellant, quòd quandã coriacei ſaculi ſimilitudinẽ referat, δορίον. Scortea enim ueteres appellabant quæcunq; ex aluta, aut pelle conſtabant.

Scrupus, pi, m. ſ. Calculus, ſeu lapillus exiguus, pedes ambulantiũ offendens, λίθος, ψῆφος. Feſtus, Scrupi dicuntur aſpera ſaxa, & difficilia attrectatu.

Scrupeus, a, um, Quod eſt lapilloſum, λιθώδης. Vergilius lib. 6 Spelunca alta fuit, uaſtoq; immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro. Scrupoſus, idem. Lucan. Scrupoſiſq; anguſta uacant, ubi littora ſaxis Impoſuit terræ. Scrupus etiam accipitur pro ænigmate, ſeu nodoſo aliquo argumento. Gell. lib. 11. Quæ Græci αἰνίγματα, Latini Scrupos appellauerunt: tales etiam Græcis itidem γρῖφοι appellantur. Ea enim eſt genuina lectio: quanquam in uulgaris exemplaribus Scirpos perperam legamus.

Scrupulus, li, m. ſ. diminutiuũ à ſcrupus, Propriè lapillus breuis & aſper, qui in calceo latens, plerunq; nos lædit, preſſuque dolorem creat, ψῆφος. Vnde pro ſolicitudine & difficultate ponitur. Cicero pro Sexto Roſcio, Hunc mihi ex animo ſcrupulum euelle, qui me dies noctesq; ſtimulat, ac pungit. Idem pro Cluentio, Hic tum iniectus eſt homini ſcrupulus, ac dubitatio. Scrupulus etiam, uel ſcrupulum, genus eſt exigui ponderis pendentis tertiam partem drachmæ, hoc eſt, obulos duos. A Græcis dicitur γράμμα, hoc eſt, litera, quòd alphabetum apud Græcos quatuor & uiginti literas habet, in quot ſcrupula diuiditur uncia. Fannius apud Priſcian. In ſcrupulis trinis drachmam. Valer. Max. li. 4. de Paup. Eadem gens nullum antè ſcrupulum auri habuit. Ouid. de Remed. Quinq; parant marathri, ſcrupula myrrha nouem. Cic. Att. Illud cognitum eſt, nullum eſſe argẽti ſcrupulum in illa inſula. Scrupulus etiam menſura eſt in metiendis terris, cõtinens pedes quadratos centum. Columella lib. 5. cap. 1 Igitur iugerum, ut diximus, habet quadratorũ pedum millia XXVIII. & DCCC: qui pedes, efficiunt ſcrupula CCLXXXVIII.

Scru-

Scrupulosus, a, um, Quod scrupulis abundat. Plautus in Cap. Nam meus scrupulosus uictus commeatuiam. Cic. 4. Tusc. E quibus, tanquam ex scrupulosis cotibus, enauigauit oratio. Per translationem tamen frequentius pro anxio, tristi, & solicito accipitur. Valerius Maxim. li. 1. Qui tam scrupulosa cura paruula quæq; momenta religionis examinare uidentur.

Scrupulosè, aduerb. Id est, anxiè, difficulter, religiosè. Col. libr. 8. cap. 8. At quæ dono, uel aucupio contingunt, minus scrupulosè probantur. id est, difficulter.

Scrupulositas, Anxietas, difficultas. Columella libr. 11. capite 1. In hac autē ruris disciplina non desideratur eiusmodi scrupulositas.

Scrupularis, are. Quod ad scrupulum pertinet. Plin. lib. 33. cap. 8. Protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argēti, uel æris scrupulari differentia.

Scrupulatim, Per scrupula, κατὰ γράμματα. Plin. lib. 22. ca. 24. Scrupulatim quidem colligere, ac miscere uires, non cōiecturæ humanæ opus, sed impudentiæ est.

Scruta, orum, n. s. χρυτάεια, Attritæ usu uestes, dimidiatæ striges, & iumentorū soleæ, refixi claui, idq; genus alia, quę uilissimi proxinetæ uænalia habent, quos antiqui scrutarios χρυταπώλας appellabant. Horat. lib. 1. Epist. Vulteium manè Philippus Vilia uendentem tunicato scruta popello Occupat. Lucillius apud Gel. Noct. At. lib. 3. Quidnl? scruta quidē ut uendat scrutarius, laudat. Cælius lib. Antiq. 10. cap. 16. Verbo scruta, ueteramenta significari puto omnifaria, quæ quū usu iam detrita sint, pretio item diminuta censentur.

Scrutaria, æ, Scrutorū uenditio, χρυταπωλία. ut Sagaria, cœnacularia, lintearia. Apul. lib. 4. Scrutariam facitis.

Scrutellus, dicitur uenter fuillus condito farre expletus.

Scrutor, aris, cō, p. Inquiro, inuestigo, ἐρευνάω, μετανάω. Cic. pro Rosc. Amer. Non excutio te, si quid fortè ferri habuisti, non scrutor, nihil ad me pertinere arbitror. Plin. lib. 5. cap. 1. Polybius annalium conditor ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circunuectus prodidit, &c. Hor. 1. Epist. 18. Arcanum neque tu scrutaberis ulliusunquam, Cōmissumq; teges, & uino tortus, & ira. Plin. lib. 8. cap. 40. de canibus. Sed in uenatu solertia & sagacitas præcipua est, scrutatur uestigia, atq; persequitur, &c. Legitur & Scruto apud antiquos actiua uoce. quod & Nonius annotauit. Vnde compositum Perscruto, quo usus est Plautus in Aul. Postremò hunc iam perscrutaui.

Scrutator, oris, Inuestigator: ut Pallidus scrutator auri. Lucanus libro 4. Statius 3. Syl. Quodq; legit mersus pelagi scrutator Eoi.

Scrutinium, nii, Inuestigatio, inquisitio, à scrutor, ἐξερεύνησις. Apul. lib. 9. Postremùm magistratibus placuit, obstinatè denegantem scrutinio detegere.

Sculnam, Veteres pro sequestro usurparunt, quasi sequlnam, quo usus est Varro.

Sculpo, is, psi, ptum, a, t. Cædendo imaginē aliquam efficio, seu formam materiæ induco, γλύφω. Et propriè in marmore & aliis lapidib. sculptura fieri dicitur: cōflatura uerò in metallis, quæ solui possunt, atq; conflari, ut auro, & argento, & cæteris. Plin. lib. 36. cap. 4. Marmore sculpendo primum omnium inclaruerūt Dipœnus, & Scyllis. Ouid. 10. Met. Interea niueum mira feliciter arte Sculpsit ebur. Diomedes tamen contendit Sculpo Latinū non esse, eiusq; loco Scalpo dicendum. Quod si uerum est, codices ferè omnes mendosos esse oportet, in quibus Sculpere frequenter occurrit.

Sculptor, oris, uerbale, Qui sculpit. Plin. lib. 20. cap. 13. Sculptores, & pictores utuntur. Idem lib. 36. ca. 5. Iam fuerat in Chio insula Malas sculptor, dein filius eius Miciades, &c.

Sculptura, æ, Quæ auro, argēto, ære, ferro, ligno, ebore, marmore, uitro, gemma, nostra opera efficit, γλυφή. Plin. lib. 16. cap. 40. Habent in sculpturis facilitatem.

Sculptile, n. t. Quod sculptū est. ut Sculptile simulacrum, γλυπτὸν. Ouid. 4. de Pon. Signa quoq; in sella nossem formata curuli, Et totum Numidæ sculptile dentis opus. Numidam uocat ebur è dente elephanti Numidici.

Sculponeæ, arum, f. p. Calcei ex lana confecti. Plaut. Casin. Qui quæso potius q̄ sculponeas, Quibus batuatur tibi os? Næuius, Sculponeis batuenda sunt latera. Hinc Sculponeatus dicitur, qui est sculponeis indutus. Varro, Aspicio sculponeatam, bigis sequi cornutas. Scribit Cato sculponeas bonas alternis annis dari oportere familiæ rusticanæ.

Scurra, æ, m. p. Qui risum ab audientib. captat, non habita ratione uerecūdiæ, aut dignitatis, γελωτοποιὸς, βωμολόχος. Dictus scurra, ut quidam uolunt, à sequendo: q̄ id genus homines sequi soleant opulentiores aliquid promerēdi causa. Cicer. pro Quintio, Memini, uetus est, de scurra multò facilius diuitē, quàm patrēfamiliàs fieri posse. Idem 5. Verrin. Albam habebo iudicem, cum hominē, qui se ipse scurram improbissimū existimari uult, qui à scurris potius semper gladiator, quàm scurra appellatus sit. Iuuenalis Sat. 13. Vrbani fugitiuus scurra Catulli.

Scurrilitas, Turpis, & procax dicacitas, neq; temporis, neq; loci, neq; personarū respectum habens, βωμολοχία, γελωτοποιΐα.

Scurrile, pen. prod. Ridiculū cum turpitudine. Cic. 2. de Orat. Ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Scurriliter, aduerb. Procaciter, Plin. Epist. 90. Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam serio tēpore, tam scurriliter laudat?

Scurror, aris, Scurrā ago, βωμολοχεύω, γελωτοποιῶ. Hor. 1. Epist. 18. Scurror ego ipse mihi, populo tu. Idem primo Epist. 19. Scurrantis speciem præbere professus amicum. Hoc est, turpiter adulantis.

Scurto, Idem quod Scurra.

Scuta, uel potius scutra, Vasis genus, uide scutula & scutella.

Scutella, uide Scutum.

Scutica, æ, f. p. pen. cor. Genus uerberis è loris facti: à Græco σκύτος, quod coriū significat, uel pellem, σκυτάλη. Mart. lib. 10. Scuticaque loris horridis Scythiæ pellis, Qua uapulauit Marsyas Celenæus. Rubere scutica. Iuuen. Sat. 6. hic frangit ferulas, rubet ille flagellis, Hic scutica. Hor. 1. Ser. Sat. 3. adsit Regula peccatis, qua pœnas irroges æquas. Ne scutica dignū horribili sectere flagello.

Scutriscum, n. s. Vasis genus apud Cat. de Re rust. cap. 10. & uidetur ex figura Græca deriuari à scutra. Est enim scutra uasis genus, quod & scutula dicitur.

Scutum, ti, n. s. Armorū genus, quo pugnātes corpus tegūt, ἀπὸ τῆς σύτους, hoc est, à corio, siue pelle, qua obtegebatur, θυρεὸς, ὅπλον, uel à sectura, ut inquit Var. quod è minutis, cōfectum sit tabulis. Plin. lib. 35. cap. 3. Scutis enim, qualib. apud Troiā pugnatū est, cōtinebantur imagines. Cæs. 5. bell. Gall. Quo percusso, & animato, hunc scutis pregunt hostes, & in illum uniuersi tela cōiiciunt. Cic. 1. Tusc. Ignauus miles ac timidus simul ac uiderit hostē, abiecto scuto fugiat quātum possit. Ver. 8. Aen. scutis protecti corpora lōgis. Ouid. 6. Fast. Iacta super galeas, scutaq; longa sonant.

Scutulum, li, n. s. Paruū scutum, ὁπλάριον. Cicer. lib. 2. de Nat. deor. Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.

Scutarius, Qui scuta facit, ἀσπιδοποιὸς. Plaut. in Epid. Id modò uidendum, ut materia suppetat scutariis.

Scutarius, ria, riū, Quod ad scuta pertinet, ἀσπιδικὸς. unde Veget. li. 2. In Romana militia habebāt fabricas scutarias, & loricarias, quibus armorum genera formabantur.

Scutatus, a, um, scuto armatus, ἀσπιδώτης. Cic. 2. Phil Agmine quadrato cū gladiis sequūtur scutati milites, &c. Ver. 9. Aen. Ter centum scutati omnes Volscente magistro.

Scutula, læ, f. p. Forma rotunda, qualis aranea cōtexit. Inde scutulata figura dicitur, quæ telæ araneaū similitudinē habet. Plin. lib. 11. cap. 15. Quanta arte cælant pedicas scutulato rete grassantes. Est & scutula uasculi genus. unde diminutiuum deducimus Scutella. Mart. lib. 2. Bellatem ad scutulam sexto peruenimus anno. Idem libro 11.

Sic implet gabatas, paropsidesq;,
Et leues scutulas, cauasq; lances.

Scutella, æ, f. p. Vasis genus rotundi, cō caui, quo minutal ex carne, uel oleribus in, mensam exhibetur, πινάκιον. Est diminutiuū à scutra, sicut à mitra mitella: aut certè scutula. Cic. 5. Tusc. Eripiamus huic ægritudinem. Quomodo? Collocemus in sulcitra plumea, psaltriā adducamus, hydychrū incendamus, demus scutellam dulciculę potionis, aliquid prouideamus & cibi.

Scutulata uestis dicitur, Quæ quibusdam orbibus, seu circulis, quasi scutulis est distincta, ad aranearum similitudinē accedentib. Iuuen. Sat. 2. Cærulea indutus, scutulata, & galbana rasa. Hoc autem texturæ genere, olim præcipuè commendabatur Lusitania. id autem ferè erat eiusmodi, quale cernimus in araneorum telis, quorum retia etiam scutulata dicuntur à Plin. lib. 11. capite 23. Est & scutulatus color in equis præcipuè cōmendatus, quem uulgus ab exiguorum pō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

morum ſpecie Pomulatũ appellat. Meminit eius coloris & Palladius in Menſe Martio, cap. 13.

Scutigerulus, à Plauto ſumitur pro armigero, qui ſcutum domini gerit, qui & ſcutifer dicitur, ἀσπιδοφόρος.

Scylax, σκύλαξ, Catulus Latinè dicitur, Eſt præterea ſcylax, apud Suidam, nomen inſignis Mathematici, qui ad Polybii hiſtoriam ſcripſit Antigraphen.

Scylleta, Loca, in quibus ſcyllæ piſces capiuntur. Cicer. de Lege Agr. contr Rull. Hac lege Tribunitia, Decemuiri uendent agrum Campanum, accedat ei mons Caurus, accedent ſcylleta ad Minturnas.

Scymnus, m ſ. σκύμνος, Significat leonis catulũ, ut aliarũ ferarum ſcylacia, Iulio Polluce autore. Lucret. libr. 5. Ac catuli pantherarum, ſcymnique leonum.

Scynipes, σκνῖπες, Genus animalis, qđ pẽnis ſuſpenditur per aëra uolitans, ſed adeò ſubtile eſt & minutũ, ut oculi uiſum, niſi acutè cernentis, eludat. Corpus tamen cum inſederit, acerbiſſimo terit ſtimulo ita, ut quẽ uolantẽ quis uidere non ualet, ſentiat ſtimulantem. uide Cynipes.

Scyphus, ſcyphi, m. ſ. σκύφος, Vaſis potorii genus, quod prope Herculi attribuitur, teſte Macrob. Satur. lib. 5. cap. 21. ſicut cantharus Libero patri. Hoc uereres in ſacris uſi ſunt, & in cõuiuiis. Ver. 8. Aen. Et ſacer impleuit dextrã ſcyphus. Horat. Epod. 9. Capaciores adfert huc puer ſcyphos.

Scyricum, Coloris genus apud Plin. libro triceſimo tertio, capite ſeptimo.

Scytala, æ, uel Scytale, es, σκυτάλη, Mus araneus Latinè dicitur. Col. lib. 6. cap. 17. Musq; araneus, quem Græci σκυθάλην appellant: quanuis eximius, dentibus non exiguam peſtem molitur. Plin. lib. 32. cap. 5. Eadem uis contra uenenatorum omnium morſus, priuatim ſcytalen, & angues. Eſt etiam ſcytale, genus ſecretioris epiſtolæ, quo ad res arcaniores utebantur Lacedæmonii: unde & Scytale Laconica appellata eſt. Id autem erat huiuſmodi, Imperatori ad bellum proficiſcenti Lacedæmonii ſurculum dabant teretem, alterumque omnino ſimilem penes ſe retinebant. Deinde ſi quid ſecretioris rei incidiſſet, in loro tenui prius ad ſurculum adaptato, quod uiſum eſſet præſcribebant. Illudq; minutim cõciſum ad Imperatorem mittebant, qui loro illo per ſurculum ſuum circumplicato, literisque coëuntibus, commodè quod ſcriptum erat, perlegebat. Vide de hoc plura apud Gellium, lib. 17. cap. 9.

Scythis, idis, genus lapilli, Martian. Vt quarum ſmaragdus una, ſcythis altera, laſpis teria notabat.

Se, præpoſitio eſt, ex earum numero, quæ quòd extra compoſitionem non inueniantur, inſeparabiles à Grammaticis dicuntur διὰ. Compoſita uerò diuiſionẽ, ſiue ſeparationẽ ferè ſignificat, quemadmodũ διὰ apud Græcos: ut, Separo, Seduco. Nonnunquã & priuationẽ, ſeu negationẽ: ut Securus quaſi ſine cura. Cõponitur autem cum dictione incipiente à c, ut Secedo: d, ut Seduco: g, ut Segrego: i, ut Seiungo: l, ut Seligo: p, ut Separo: u, ut Seuoco. Eſt & Se, pronomẽ recipro cum accuſatiui caſus, à genitiuo ſui, ἑαυτοῦ. quod etiã cum ſeipſo componitur. Vergil. 5. Eclog. At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas.

Sebum, bi, n, ſ. Idem quod ſeuũ, σέαρ. Vnde Sebaceus, a, um, quod ex ſebo, ſiue ſeuo confectum eſt, σεάτινος. ut, Candela ſebacea.

Sebare, uerbũ, Id eſt, ſebo obducere, σεατίζω. Col. lib. 2. cap. 22. Feriis aũt ritus maiorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſebare. Quid aũt propriè ſit ſebum, ſiue ſeuum, & quomodo differat ab Adipe, & pingui, abundè ſuprà explicauimus in dictione Adeps.

Sĕcale, neut. gen. pen. prod Frugis genues, tantùm ad arcendam famẽ tenuiorũ utile, fœcunda, ſed gracili ſtipula. Huic milium in Italia miſcetur, paniſq; fit melior. Galli, inquit Ruell. una litera detrita, Seclam uocant: de quo uide Plin. libro 18. capite 16.

Secamentum, uide Seco.

Secedo, is, pen prod. ſſi, ſſum, n t. Seorſum ab hominum frequentia recedo, ἀναχωρέω, μαθίσημι. Plaut. in Amph. Secede huc tu Soſia. Idem in Curc. Fugite omnes, abite, & de uia ſecedite. Liu. 10. bel. Maced. Poſtea quàm ueniſſe eos nuntiatũ eſt, ſeceſſit in partem interiorem cum duobus amicis, totidem cuſtodib. corporis. Ouid. lib. 4. Triſt. Eleg. 8. Sed modò, quos habui, uacuos ſecedere in hortos.

Seceſſio, onis, f. t. Idem quod ſeceſſus, id eſt, ſeceſſio in locum ſecretiorẽ, aut minus frequentẽ, ἀναχώρησις. Hinc Secceſsionem ſubſcriptorũ dixit Cic. pro Mur. Pro ſecreta colloquutione, quæ fit ſine arbitris, non ſine ſuſpicione conſpirationis. Etenim, inquit, ſeductiones teſtiũ, ſeceſſiones ſcriptorũ animaduerti. In ciuitate item ſeceſſio dicitur, populi diuiſio in duas, plures ue partes. Cic. pro Ligario, Seceſſionẽ tu illam exiſtimaſti Cæſar, non bellum.

Seceſſus, us, ui, m. q. Diſceſſus in locum ſolitariũ, minus ue frequentem, ἀναχώρησις. Ouid. Carmina ſeceſſum ſcribẽtis, & otia quærunt. Nonnunquam locus ipſe ſecretior, & ab hominum turba, aſpectuq; remotus, ἡσυχία. Verg. 1. Aen Eſt in ſeceſſu longo locus. Plin. Epiſt. 13. lib. 2. Ille meus in urbe, ille in ſeceſſu contubernalis, id eſt, in uilla. Idem Epiſt. 15. libr. 5. Petis ut libellos tuos in ſeceſſu legam. Seceſſus auium. Plin. lib. 10. cap. 29. Sed in ſeceſſu auium, & noctuæ paucis diebus latẽre creduntur.

Secerno, is, eui, etum, a. t. ἀποτάσσω, ἀφορίζω, διακρίνω, ἀποκρίνω. Cic. Luceio, Si à continentib. tuis ſcriptis ſecernas hãc quaſi fabulam rerum, euentorumq; noſtrorũ. Cic. in Catil. Secernant ſe mali à bonis. Idem de Amic. Secerni autem blandus à uero, & internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quàm omnia fucata, & ſimulata à ſynceris, atq; ueris. Horatius in Arte. fuit hæc ſapientia quondam, Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis.

Secretus, ta, tum, particip. Seiunctus, ſeparatus, ἀφωρισμένος. Cic. 1. de Nat. deor. Habent igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab ætherea coniunctione ſecretam, & liberam. Ver. 9. Aen. Secretosq; pios, id eſt, ab impiis ſeparatos. Interdum idem eſt quod ſelectos. Quintilian. libro 9. capite 3. Secreta, & extra uulgarem uſum poſitæ, ideoq; magis nobiles, ut nouitate aurem excitant, ita copia faciant. Migrat interdum in nomen, & admittit comparationem. Columella lib. 9. capite 4. Probatis apibus, deſtinari debent papulationes, eſque ſint ſecretiſſimæ, ut noſter Maro præcipit, uidue pecudibus, aprico, & minimè procelloſo cæli ſtatu. Secretum locum dicimus, ſolum, & quaſi à cæteris ſeparatum. Cicero ſecundo de Legibus, Loco publico, priuato'ne: celebri, an ſecreto: aliena ciuitate, an tua: in caſtris, an foro dicas, intereſt plurimùm.

Secretum, ti, n. ſ. Pro ſeceſſu. Plin. Epiſt. 1. lib. 3. Quàm pulchrũ illud, quàm dulce ſecretũ, quantũ ibi antiquitatis? Aliquãdo ſecretũ accipitur pro re arcana, quã nulli temerè cõmunicamus, ſed apud nos tacitam ſeruamus, ἀπόῤῥητον ut Secreta animi. Quint. lib. 11. cap. 1. Profert enim mores plerunque oratio, & animi ſecreta detegit. Ouid. 2. Met. Et legem derat ſua ne ſecreta uiderent.

Secretio, onis, uerbale, Separatio, diuiſio. Cic. 1. Tuſc. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio, ac diremptus earũ partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Seceſpita, ſ. p. interprete Feſto, Culter eſt ferreus, oblõgus, manubrio eburneo, rotundo, ſolido, iuncto ad capulum argento, auroq; fixo clauis æneis, ære Cyprio: quo Flamines, Flaminis uirgines, Pontifices q; ad ſacrificia utebantur: à ſecando dicta τομὶς. Suetonius in Tiber. Nam & inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita plumbeum cultrum ſubiiciendum curauit. Idem alibi, Seceſpitã, alii ſecurim, alii dolabram æneam, alii cultellum putant.

Seciuium, inquit Feſtus, à ueteribus dicebatur Libũ quod in ſacrificio ſeceſpita ſecabatur.

Secius, aduerb. Quidam à Secus deriuant, quidam à Serò unde quandoq; ſumitur pro poſitiuo, quandoq; pro minus, uel tardius. Vergilius 2. Georgicor. nec ſecius omnis in unguem, Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret. Apul. Nec eo ſecius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei, Accius Amphytrione, ut citat Feſt. Si fortè paulò quàm dixi ueniam ſecius.

Seclũdo, is, pen, prod. a. t, Seorſum claudo, ἀποκλέω. Cic. 1. Tuſ. Nam qui ſe humanis uitiis contaminaſſent, & ſe totos libidinibus dediſſent, iis deuiũ quoddam iter eſſe, ſecluſum à conſilio deorum. Quandoq; excludo. Verg. 1. Aen. Soluite corde metum Teucri, ſecludite curas. Secludere uitã corpore, dixit Plautus, pro occidere.

Secluſa ſacra, A priſcis dicebantur, quæ Græci μυστήρια appellãt, ab eo quod ſeparata, ac deorſum clauſa à nobis propter ſanctitatem aliquam eſſe debeant. Id genus ſacra Plin. appellat Opertanea, quòd in operto occulta ſint, ne oculis profanorum obuia polluantur.

Seclu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Secluſorium,rii,n.ſ.In quo aliquid ſeorſum cõcluditur,ἀποκλεισμα. Var.3.de Re ruſt.cap. 5. Quum opus ſunt ex hoc auiario, ut ſumantur idoneæ,excludũtur in minuſculũ auiarium,quod eſt coniunctum cum maiori oſtio, & limine illuſtriore,quod Secluſorium appellant.

Seco,as,ſecui,ſectum,a.p. Propriè excido, τέμνω,πρίω. Colũ. lib.2. Quum ſecueris autem herbam medicam, ſæpius eam rigato. Plaut.Merc. Vel ut ſcias me amare, capeo cultrum,ſeca Digitũ, uel aurem. Cic. de Orat. Atq; iſti quidem cauſas in plura genera ſecuere. Verg.1. Aen. Pars in fruſta ſecant, ueruſq; trementia figunt. Idem 3. Geor. Florentesq; ſecant herbas,fluuiosq; miniſtrant. Secare uiam, eſt celeriter proficiſci,translatione ſumpta ab auibus, quæ aërem inter uolandum diuidũt. Verg.lib.9. Ille uiam ſecat ad naues. Ser. exponit,id eſt, tenet. Accipitur item Secare pro ſequi. Verg.10. Quæcunq; eſt fortuna hodie,quam quiſq; ſecat ſpem.id eſt, ſequitur, tenet, habet.

Sectus,a,um, particip. Cic.2.Tuſ. At uerò C. Marius ruſticanus uir,ſed planè uir, quũ ſecaretur,principiò uetuit ſe alligari: nec quiſquam ante Marium ſolutus dicitur ſectus. Legitur tamen participiũ futuri temporis Secaturus, pro Sectorius, apud Colum.lib.1.cap.9.

Secamentum,ti,n.ſ. Lignum ſectile, aut quippiam ex ligno ſectili confectũ. Plin.lib.16.ca.10. E diuerſo materiarij abieti pulcherrima, piceæ ad fiſſiles ſcandulas, cupaſq;, & pauca alia ſecamenta.

Sectio,onis,f.t. Actus ipſe ſecandi, τομὴ. Plin.lib.25.cap.13. Bibitur & contra ſerpentes, & ante ſectiones,punctionesq;, ne ſentiantur. Aliquando accipitur pro bonis damnatorũ, aut etiam pro præda hoſtiũ, quæ ſub haſta uenditur. Cæſ. Cõm. 3. Poſtridie eius diei retractis portis, quũ iam defenderet nemo, atq; intromiſſis militibus noſtris, ſectionem eius oppidi uniuerſam Cæſar uendidit. id eſt, bona oppidi uendidit ſub haſta. Tacit. Reliquias ſectionum Neronianarũ nondum in fiſcum conuerſas reuocatis ab exilio cõceſſit. Hoc eſt, reliquias eorum bonorũ, quę Nero, dominis in exilium actis, fiſco uendicauerat.

Sector, oris, m.t. Verbale eſt à ſecando deductũ, eum ſignificãs, qui aliquid incidit, aut diuidit, πρίστης. ut, Sector zonarius, qui alterius zonam, aut marſupiũ incidit, βαλαντιοτόμος. Plau. Tri. Mira ſunt, ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector zonarius. Sectores item dicuntur, qui ſpem ſui lucri ſecuti, bona damnatorũ emebãt in actionib. ac poſtea pro cõpendio bona uenditabant: quòd empta ſua proſequantur, dicti. Inde à Cic.2.Phil. M. Antonius ſector Pompeii appellatur, quoniã ſub haſtione bona Cn. Pompeii redemerat. Cic. pro Roſ. Neſcimus per iſta tempora eoſdẽ ferè ſectores fuiſſe bonorum, & collorum? Item Sectores, teſte Valla lib.1. Elegan. ſunt accuſatores, qui ex damnatione accuſati, dimidiũ bonorum expectant, aut certam aliquam partem, & id perſequuntur. Budæus eos propriè dicit Sectores appellari poſſe, qui delationibus faciendis confiſcationes à principibus impetrant, ut homines interdum inſontes fortunis omnibus euertant.

Sectrix,uerbale,fœm.g. eiuſdem ſignificationis. Plin.lib.36.ca. 17. Vnde enim Vitricus Sylla, & Metella mater, proſcriptionum ſectrix?

Sectura,æ,f.p. Ipſa ſectio,ſiue ſecandi actio, τομὴ. Plin.lib.37.cã. 8. Et uenatus quidem Callaidis tales ſectura formãtur, aliàs fragiles. Secturæ item dicuntur fodinæ, ſiue cuniculi ſubterranei, in quibus metalla exiduntur. Cæſar Cõm.4. Quibus fortiter reſiſtentib. uineas, turresq; ſubegit, illi aliàs eruptione tentata, aliàs cuniculis ad aggerem uineasq; actis, cuius rei ſunt longè peritiſſimi Aquitani, propterea quòd multis locis ærariæ ſecturæ ſunt.

Sectile, pen. cor. Quod ſectum eſt, ſiue ſecari ſolet, aut ſectu facile eſt, πριστὸν. Sectile porrum, idem quod ſectiuum, cuius folia identidem ſolo tenus ſecantur, πράσον, πριστὸν. Iuuen. Sat.3. quis tecum ſectile porrũ Sutor, & elixi uerueeis labra comedit? Medulla ſectilis. Plin.lib.16.cap.39. Ebur ſectile, Ouid. de Medic. faciei.

Sectiuus,a,um, pen.prod. Quod ſectũ eſt, aut ſecari ſolet, πριστὸς. ut Porrum ſectiuũ, quòd folia eius ſæpius ſecantur, ut profundius creſcat. Duo enim ſunt potri genera: unum capitatũ, alterum ſectiuũ. Col.lib.11.cap.3. Porrum ſi ſectiuum facere uelis, denſius ſatum præceperunt priores relinqui, & ita quum increuerit, ſecari.

Segmen, ſegminis, n. ſ. Idem quod ſegmentum. id eſt, quod à re aliqua reſecatur: à quo fiunt Præſegmen, & Reſegmen, τομὴ. Plin.lib.13.cap.12. Segminib. utrinq; amputatis. Gell. lib.10.cap.15. Vnguiũ Dialis & capilli ſegmina ſubter arborem felicem operiuntur. Compoſita uide ſuis locis.

Segmenta,n.ſ. Propriè ſegmina & ramenta, quæ à re quapiam reſecantur. à ſecando, quaſi ſecamẽta, ex in g mutata, ἀποκόμματα. Plin.li.36.de ratione ſecandi marmoris loquẽs. Craſſior arena laxiorib. ſegmentis terit, & plus erodit marmoris. Hinc etiam partes, & (ut ita dicam) membra mundi, in quæ uniuerſa terra digeritur (quæ noſtri circulos, Græci parallelos appellãt, & climata) ſegmenta dicũtur. Plin.lib.6.cap.33. Plura autem ſunt ſegmẽta mundi. Principium habet Indiæ pars uerſa ad Auſtrũ, paretq; uſq; ad Arabiam, & Rubri maris accolas. Idem. Quod ſupereſt terrarum, tribus aſſignatur ſegmentis. Segmenta item dicebantur minuta auri, & purpuræ, alterius ue materiæ ſegmina, ex quibus uermiculatim cõpoſitis, pretioſiſſimæ cõficiebantur ueſtes, quæ ſegmentatæ dicebantur: quanquã non rarò pro ipſis etiam ueſtibus ſegmenta poſita legamus. Ouid.3. de Ar. Quid de ueſte loquar? non iam ſegmẽta requiro, Nec quæ de Tyrio murice lana rubet. Val. Max. Datum eſt mulierib. ut ſegmenta aurea geſtarent. Iuuen. Sat.2. ſegmenta enumerat inter nubentiũ ornamenta. Segmenta, inquit, & longos habitus, & flammea ſumit Arcano qui ſacra ferens nutantia loco, Sudauit clypeis ancilibus. Non deſunt tamen qui Segmenta interpretentur monilia ex auro & gemmis confecta.

Segmentatus, a, um, Segmentis uariegatus: ut Veſtes ſegmentatæ, de quibus iam egimus. Segmentatæ cunæ, quæ cõfectæ ſunt ex tenuiſſimis ſegmentis diuerſorũ colorũ, & quodam quaſi uermiculato emblemate pictæ. Iuuenalis Satyra ſexta, Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis. Quanquam non deſunt qui cunas ſegmentatas ibi intelligant, ueſte ſegmentata tinctas.

Secors,& Socors, Ignauus, ſegnis, tardus, uel negligẽs in cõſulendo, meditãdo, proſpiciẽdo ue quid opus ſit facto, quaſi ſine corde, ῥᾳθυμος, ἀνεμελὴς, ἀμελεμάνος. Terent. in Adelph. Nolim cæterarũ rerum te ſocordẽ eodem modo. Cic. 1. de Nat. deor. Cõtra quos Carneades ita multa diſſeruit, ut excitaret homines non ſocordes ad ueri inueſtigandi cupiditatem. Col. lib.1.cap.1. Itaq; iſtam uitam ſocordem perſequitur ualetudo.

Secordia,& Socordia, Ignauia, inertia, ſegnities, ἀσωτεία, ῥᾳθυμία. Secordiam, inquit Feſtus, quidã pro ignauia poſuerũt. Cato pro ſtultitia. Plaut. in Pœn. Nimia nos ſecordia hodie tenuit. Ter. in And. Enimuerò Daue nihil loci eſt ſegnitiei, neq; ſocordiæ. Liu.2. bel. Punic. Sed Pœnus aduena ab extremis orbis terrarum terminis noſtra cunctatione & ſocordia iam huc progreſſus.

Secorditer, ſiue Socorditer, Ignauiter, negligẽter, ῥᾳθύμως. Inde Socordius, Comparat. Liu.1. ab Vrbe, Ab Albanis ſocordius res acta.

Secreto, Secretus, uide Secernò.

Secta, Sectarius, Sectator, uide Sequor.

Sĕcŭbo,as,pen.cor. Seorſum, ſiue ſolus cubo, ἀποκοιτῶ. Liu. 4. Decad. lib.9. Per iocum adoleſcens uetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet religionis cauſa, ut uoto pro ualetudine ſua facto liberaretur.

Secubitus,us, Ipſe ſecubandi actus. Ouid.3. Amor. Eleg.9. Qui tibi ſecubitus triſtes dea flaua fuiſſent, Has cogor ſacris nũc ego ferre tuis. Catullus in Argonautis, Anxia nec mater diſcordis mœſta puellæ Secubitu, chatos mittet ſperare nepotes.

Secula, penult. correpta, Falx à ſecando dicta, ut ait Varr. libro 5. de Lingua Latina, δρεπάνη. Hac utuntur, qui in pratis herbas ſecant.

Seculum, ſeculi, n.ſ. ſiue à ſecando, ut quibuſdã placet: ſiue ut alii malunt, à ſequendo deducatur, abſq; diphthõgo melius ſcribitur: producitq; antepenultimam contra primitiui rationẽ, αἰὼν, γενεὰ. Eſt autem ſeculum, idem ferè quod hominis unius ætas. Feſtus interpretatur ſpatium centũ annorum. Vnde carmen Horatii Seculare dicitur, quo deſcribuntur ſacrificia, quæ centeſimo quoq; anno fiebant. Id etiã colligi poteſt ex libro 2. Ciceronis de Orat. quũ ait, Numam Pompilium duobus ſeculis Pythagoram præceſſiſſe: quẽ ex Liuii autoritate conſtat ducentis annis fuiſſe ante Pythagoram. Sunt qui ſpatium triginta annorum, Seculum putent: alii uerò mille annos Seculum habere exiſtimant. Cic. Bru. libr. 11. In multa ſecula uidebamus Rempublicã liberatam, hoc eſt, in multũ tẽpus, ſiue in multas ætates. Idẽ 2. de Ora.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Seculis multis ante Gymnasia inuenta sunt, q̃ in his philosophi garrire cœperunt. Id est, multis retro ætatibus. Idem 6. Verr. Parietes, quorũ ornatus tot secula manserat. Idem 4. Acad. Nihil' ne tot seculis summis ingeniis, maximis studiis explicatum putamus? Seculum, siue seclum, per syncopen, Lucretius pro genere usurpat: ut Serpentia secla, li. 6. Narib. alipedes ut cerui sæpe putantur Ducere de latebris serpẽtia secla ferarum. Idem lib. 3. Desiperent homines, saperent fera secla ferarum. Et lib. 1. Efficit ut cupidè generatim secla propagent. Sæpe etiam Seculum accipitur pro tempore. Cic. in Parad. Etiam ipse fortassis in huius seculi errore uersor. Id est, in errore nostri temporis, uel nostræ ætatis. Aurea secula. Verg. 6. Aen. Augustus Cæsar diuûm genus aurea condet Secula. Aspera secula. Ver. 1. Aen. Aspera tum positis mitescent secula bellis. Impia secula. Verg. 1. Georgic. Impiaq; æternam timuerunt secula noctem.

Secularis, are, om. t. Quod centesimo quoq; anno instauratur: ut Ludi seculares, qui ita instituti erant, ut non nisi centesimo quoq; anno fierent: quanquam postea principsum ambitione, minore spatio interiecto, sæpius fuerint instaurati. In his ludis præco pronuntiare solebat, Populum Romanũ eos uisurũ esse ludos, quos nemo eius ætatis unquam uidisset, aut uisurus esset posthac. Plin. lib. 7. ca. 48. Minus miror Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit, utriusq; secularibus ludis saltasse.

Secum, Dictio composita ex ablatiuo Se, & præpositione Cum: notæ est significationis, σὺν ἑαυτῷ. Cic. Att. lib. 8. Quis autem est tanta quidem de re, quin uariè secum ipse disputet? Vergilius 4. Aeneidos.

Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit. ille habeat secum, seruetq; sepulchro.

Secundo, as, uide Secundus.

Secundus, a, um, Qui immediatè sequitur primum: & tam numeri, q̃ dignitatis ordinẽ denotat, δεύτερος. Cic. in Orat. Quoniã id secundũ erat de tribus. Ver. 11. Aen. Turnus ego, haud uili ueterũ uirtute secundus. Hirtius 4. bel. Alexã. Bellonæ templum, qd tanta religione colitur, ut sacerdos eius deæ maiestate, imperio, & potentia secundus à rege cõsensu gentis illius habeatur. Per translationẽ ponitur pro prospero, εὐμενὴς. ut Secunda fortuna, id est, prospera, quòd uel conatus nostros sequatur, uel quod nobis obsequatur, ἀγαθὴ τύχη. Verg 9. Aen. tantùm fortuna secunda Aut diuersa cadat. Sic res secundæ, quæ pro nostro desiderio sequũtur. Ver. 10. Aen. Nescia mens hominũ fati, sortisq; futuræ, Et seruare modũ rebus sublata secundis. Ventus secundus, qui à puppe sequitur, οὖριος. Ver. 4. Aen. Nec Zephyros audis spirare secundos? Secundo flumine nare, siue nauigare, hoc est, in eam partem, in quam flumen decurrit. Ouid. 4. de Pont. sed flumine sæpe secundo Augetur remis cursus euntis aquæ. Verg. 3. Georg. missusq; secundo defluit amni. Secundis auribus aliquid accipere, id est, beneuolis, clementibus. Liuius, Omnia' ne semper quæ magistratus ille dicet, secundis auribus: quæ ab nostrûm aliquo dicitur, aduersis accipietis? Secundo populo philosophiam uituperare, dixit Cicero 2. Tuscul. id est, fauente, & non repugnante. Secundo lumine, pro secundo die, posuit Cicero ad Att. lib. 7. Epist. 14. Secunda classis, In censu Seruii Tullii Romanorũ regis, dicebatur ea pars populi, quæ æris LXXV. M. aut eo amplius, intra tamen centum millia, in censum deferebat: iisdemq; armis utebatur, quibus prima classis, præter loricam & clypeũ, cuius loco scuto utebatur, δεύτερον τίμωμα. Vide Liuiũ lib. 1. ab Vrbe cond. Secundæ mensæ, dicuntur fructus, cæteraq; bellaria, quæ sublatis carnibus, secundo loco apponuntur, τρώγματα. Quæ nominis ratio inde ducta est, q̃ antiqui mensas appellabãt ipsos discos, siue quadras, quibus epulæ in cõuiuium inferebantur. Verg. 2. Georg. Non ego te diis & mensis accepta secundis Transierim Rhodia. Horat. 2. Serm. Sat. 2. tum pensilis uua secundas Et nux ornabat mensas cũ duplici ficu. Legitur secunda mensa, in singulari numero. Cic. Attic. libr. 14. Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Plinius libro nono, capite tricesimoquinto. Inferri mensam secundam iussit.

Secundum, præpositio accusatiuo casui seruiens, idemq; significans quod iuxta, κατὰ. Cic. 6. Verr. Secundum arbitrium tuum testes dabo. Idem de Senect. Quid aũt tam secundum naturam est, quàm senibus emori? Interdũ idem ualet quod post, μετὰ. Seruius Sulpitius ad Cic. lib. 4. Duo uulnera accepisse, unũ in stomacho, alterum in capite secundum aurem. Quint. Nam quod unum mihi secundum patrem fortunæ uideatur parasse præsidium: id ego sperare in alia sorte nõ poterã. Cic. 1. Off. Proximè aũt & secundum deos, homines maximè utiles esse possunt. Interdũ idem ualet qd pro, ut Prætor secundum me decreuit. id est, pro me. Cic. pro Q. Rosc. Secundum nos iudicari uolumus. Idem Attic. Quisq; eorum secundum causam nostrã iudicauit. Aliquando ut: ut Secundum quietem: id est, in quiete. Suet. in Augusto, Affirmabat ipsum esse, cuius imago secundum quietem sibi obuersata sit. Aliquando super, περί. Sallust. in Iugurt. Secundum ea ut deliberetis, &c.

Secundò, aduer. Secundo loco, secunda uice, iterum, rursus, δεύτερον. Cic. Att. Semel hominẽ allocutus fueram: an secundò mihi redeundum esset, ignorabam.

Secundæ, arum, f. p. Membrana illa, qua partus obuolutus ex utero prodit: dictæ quòd nascentẽ infantẽ sequantur, τὰ χόρια, ὕστερα. Plin. Brassicæ succus contra ardorẽ febriũ facit, & stomachi uitia, & ad secundas.

Secundani, m. f. Dicebantur secundæ legionis milites, sicut Primani, primæ legionis, οἱ ἐκ τῆς δευτέρας τάξεως στρατιῶται. Liu. 6. bel. Maced. Dum repetunt enixè signũ, priores secundani se porta eiecere. Et paulò pòst, Secundani terga hostium cædunt, cæteri castra diripiunt. Plin. libro 3. capite 4. In Medio colonia Arelate sextanorum, Bliteræ septumanorum, Arausio secundanorum.

Secundarius, a, um, Quasi secundi ordinis, δευτερᾶς. ut Panis secundarius, id est, uulgaris & sordidus, ut qui confectus sit ex farina, ex qua pollinis pars antè sit excussa, ῥυπαρὸς ἄρτος. Suet. in Augusto, Cibi minimi erat, atq; uulgaris ferè: secundarium panem, & piscículos minutos maximè appetebat. Hic etiam secundus dicitur. Horat. Pasti siliquis, & pane secundo. Legimus & Secundariũ neut. gen, pro ea parte farinæ, ex qua conficitur panis secundarius. Plin. lib. 18. cap. 9. Iustum est è grano Campanæ, quam uocant Castratã è modio redire sextarios quatuor siliginis, uel è gregali sine castratura sextarios quinq;. Præterea floris semodiũ, & cibarii (qd secundariũ uocant) sextarios quatuor, furfuris sextarios totidem. Ponitur aliquando pro proximo, & secundo. Cic. 2. de Inuent. In hoc autem loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit alii nemini causam fuisse faciendi secundarium, si tantam, si tam idoneam nemini. Cicero de Claris Oratorib. Qu. Arrium M. Crassi secundarium appellat, hoc est, secundum à M. Crasso eloquentiæ locum obtinentem. Idẽ, inquit, faciebat Qu. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius.

Secundo, as. Prospero, prosperũ reddo, εὐοδίζω. Proper. Iam liquidum nautis aura secundat iter. Vergil. 7. Aen. dii nostra incepta secundent. Ouidius Epistol. 13. Blandaq; compositas aura secundet aquas. Hinc Obsecundo, obsecundas, de quo alibi.

Securis, huius securis, f. p. Instrumentum ad secanda ligna: quasi semiquiris, ut inquit Ser, ut uerisimilus uideatur à secando, πέλεκυς. Verg. libr. 11. æratam quatiens Tarpeia securim. Cic. 3. Verr. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuiũ Romanorum, quos partim securi percussit, partim in uinculis necauit. Idem in Pisonem, Quum miser ille sceribus hospitis sui ceruices subiicere gestiret. Vergil. 6. Aen. Consulis imperium hic primus sæuasq; secures Accipiet. Lucanus libro 7. Pacificas sæuus tremuit Catilina secures. Huius instrumenti inuentrix fuit Penthesilea Amazon, teste Plin. lib. 7. ca. 56. Vnde Amazones securigeræ à Poëtis dictæ sunt. Secures item magistratuum insignia erant, uirgarum fasciculo loro illigatæ. Cicero 6. Verr. Quamobrem fasces Prætoribus præferantur, cur secures datæ? Infligere Reipblicæ securim, per translationem dixit Cicero pro Plancio, pro eo quod est uehementer lædere, uel grauiter ei officere. Idem pro Muræna, Quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ? Id est, quantum detrimenti putas te attulisse tuæ petitioni? quasi dicat, Omnem petitionis tuæ spem quadam quasi securi præcidisti.

Securicula, læ, Exigua securis, πελεκύδιον. Pli. li. 18. cap. 19. Securiculam insitiuam pendere, qua intercidantur radices.

Securifer, ra, rum, Qui fert securim. πελεκυφόρος. Ouidius 12. Metamorph. Quinq; neci Cæneus dederat, Stipholumque, Bromumq;, Antimachumq;, Helimumq;, securiferumq; Pyracmon.

Securiger, a, um, Idem quod securifer, πελεκυφόρος. Ouid. Epistol. 4. Prima securigeras inter uirtute puellas Te peperit, nati

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nati digna fauore parens. Silius li. 16. hic fera gentis More ſecurigera miſcebat prælia dextra.

Securicla, clæ, Ligneũ retinaculũ, quod ſuſcus, ſine ſubſcus dicitur: quo duo ligna inter ſe tenaciſſimè uinciũtur. Vnde ſecuriclati cardines, apud Vitruu. lib. 10. Noſtri, inquit Bud. ut arbitror, hirundinum caudas appellant.

Seturidaca, Herba eſt ciceris foliis, puſilla, folliculos habẽs corniculorũ modo aduncos, & in iis ſemen rufum, ſecuriculæ ancipitis figura, à quo argumentũ & nomen inuenit, πελέκιον. Naſcitur in hordeo, & tritico, quæ & amplexu ſuo non rarò enecat. Alio nomine Hedyſarũ dicitur. Apud Gallos uaria ſortitur nomina, aliis Fabam lupinã, aliis Erbum, aliis Granum appellantibus.

Securus, a, um, Tranquillus, cura, & anxietate uacans, quaſi ſine cura, ἀφροντὶς, ἄνθυμος, ἀσφαλὴς. Et differt à Tutus, quòd ſecurus dicatur is, qui non timet, etiam ſi immineat periculum: tutus autem is, qui eſt extra periculum, quanuis etiam timeat. Cic. Planco lib. 10. Si Africanæ legiones celeriter uenerint, ſecuros uos ab hac parte reddimus. Ouid. 1. Metam. Mollia ſecuræ per agebãt otia gentes. Ibidẽ, Ne' uetus foret terris ſecurior arduus æther, Affectaſſe ferunt regnum cæleſte Gigantas, &c. Aliquando Securus capitur pro contemptore, incurioſo, & negligente: tunc & regit genitiuũ, ὀλίγωρος. Vergil. 1. Aeneid. ſecurus amorum Germanæ. Quintilianus libr. 8. In quo ſæpe etiam incidit Cicero, ſecurus tam paruæ obſeruationis. Lucan. lib. 1. Per ferrum tanti ſecurus uulneris exit. De leone.

Securitas, atis, f. t. Tranquillitas curæ, anxietatis & periculi expers, ἄδεια, ἀσφάλεια, εὐθυμία. Cic. de Amic. Caput eſſe ad beatè uiuendum ſecuritatẽ, qua frui non poſſit animus, ſi tanquam parturiat unus pro pluribus. Idem 5. de Finib. Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, cò ſeparanda fuit ab hac diſputatione, quia iſta animi tranquillitas ea ipſa eſt beata uita. Plinius Epiſtol. 32. Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita uidendum, ne multorum ſecuritas ſubruatur. Philoſophi definiunt Securitatem, rectam eſſe placidamq; animi conſtitutionem, malorum impendentium cura uacantem.

Secus, cum accuſatiuo aliquando præpoſitio eſt, idẽ ſignificans quod iuxta, παρὰ. ut Secus decurſus aquarũ ſerũtur ſalices. Aliquãdo eſt aduerb. & ſignificat aliter, præſertim quãdo no, uel haud, ſecũ comites habet, ἄπως. Ver. 2. Aen. Haud ſecus Androgeos uiſu tremefactus abibat.

Sed, Coniunctio eſt diſcretiua, ſiue aduerſatiua, ἀλλὰ. Cic. de Orat. Non de præſtanti quadã & eximia, ſed propriè de uulgari, & communi prudentia diſputato. Aliquando incipientis particula eſt, aut certè ad diuerſa tranſeũtis. Teren. And. Sed Pamphilum uideo. Iungitur aliquando cum Autem. Plautus in Rudent. Sed autem quid ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam ſacra m urnam Veneris? Aliquando pro uerò. Cicero 7. Verr. O præclarum Imperatorem, nec iam cum M. Aquilio torriſſimo uiro, ſed uerò cum Paulis, Scipionib. &c.. Ponitur aliquando pro ſed etiam. Cic. pro Milone, Obliti eſtis non modò inimicorum Milonis ſermones, ſed nonnullorum imperitorum.

Sedenim, Aduerſatiua particula, quandã etiã probationis uim habens adiunctam, ἀλλὰ γὰρ. Vergil 1. Aen. Hoc regnum dea gentib. eſſe, Si qua fata ſinant, iam tum tenditq; fouetq; Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ uerteret arces. Accipitur & pro autem, ſiue uerò. Cic. pro Archia Poeta, Statim Luculli, quum prætextatus etiam tum Archias eſſet, eum domum ſuam receperunt. Sed enim hoc non ſolùm ingenii ac literarum, uerùm etiam naturæ atq; uirtutis, ut domus, quæ huius adoleſcentiæ prima fuerit eadem eſſet familiariſſima ſenectuti. Aliquando pro etenim, ſiue certè. Plautus Curcul. Sed enim neque durare, quin herum accuſem meum.

Sedaté, Sedatío, Sedatus, uide Sedo, ſepas.

Sedeo, des, di, ſſum, n. ſ. Notę ſignificationis uerbũ eſt, cuius antitheta ſunt ſto, & ambulo, κάθημαι, καθίζομαι, καθίζω. Cic. 2. de Diuin. Quũ uirgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet. Plaut. Sticho, Si non ubi ſedeas, locus eſt: at eſt ubi ambules. Dicimus aũt, Sedeo ſuper equum, Sedeo equo, & Sedeo in equo. Quintil. An ſit credibile, ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe coruum? Cic. de Orat. In ſolio ſedens domi. Idem 2. de Finibus. Sedere in ſolio ornatu regali. Idem Attic. lib. 2. Maloq; in illa tua ſedecula ſedere, quàm in iſtorum ſella curuli. Martialis lib. 5. Epig. Vno credis equo poſſe ſedere duos? Liuius 9. belli Pun. Notati ſeptem, nemo tamen qui ſella Curuli ſederit. Sedere in ouis, pro incubare. Plin. lib. 9. capite 51. Polypus fœmina modò in ouis ſedet, modò cauernam cancellato brachiorum implexu claudit. Aues quoque ſedere dicuntur, quum arbori, tecto, alii' ue rei inſiſtentes, non moueantur. Vergil. 12. Aeneid. Alitis in paruę ſubitò collecta figuram, Quæ quondam in buſtis, aut culminibus deſertis Nocte ſedens, ſerum canit importuna per umbras. Aliquando ignauiam, ceſſationemq; denotat. Cic. Arti. Quid enim? ſedere totos dies in uilla iſta? Ver. 11. Aen. Sedeant, ſpectentq; Latini. Terent. in Adel. An ſedere oportuit domi uirginem tam grandem? Aliquando ſedere ponitur pro placere: & tunc datiuo conſtruitur. Vergil. 5. Aeneid. Idq; pio ſedet Aeneæ, probat autor Aceſtes. Hieronymus in Deuter. Si autem poſte nõſed & animo tuo, dimittes eam liberam. Aliquando pro manere, immorari. Cic. li. 9. Epiſt. Si uenti eſſent, nos hîc Corcyrę non ſederemus. Liu. lib. 3. bell. Pun. Id horreum fuit præſidium Pœnis ſedentibus ad Trebiam. Aliquando ſedere, eſt conſilium capere, conſiderare, ut apud Vergilium lib. 1. Aeneid. celſa ſedet Aeolus arce. Et 9. Aeneid. Turnus ſecreta ualle ſedebat. Plautus, Sine iuxta aram ſedeam, & dabo meliora conſilia. Item ſecundum Augures, Sedere, eſt augurium capere. Nam poſt deſignatas cæli partes, à ſedentib. captabantur auguria. Veſtis item ſedere dicitur, quæ apta eſt. Quintilan. Nam & ita ſedet melius toga, & continetur. A qua loquendi conſuetudine ſumpta translatione, Imperium humeris alicuius bene ſedere dicimus, quod illi proconuenit, & ab illo pro dignitate ſuſtinetur. Plin. in Paneg. Quum abundè expertus eſſet, qãm bene humeris tuis ſederet imperium.

Sedens, particip. apud Martial lib. 10. Sedens lactuca, pro ſeſſili. Martial. libro 10. Epigr. 48. In quibus eſt lactuca ſedens, & ſectile porrum.

Sedes, huius ſedis. f. t. Sella, in qua ſedemus, ἕδρα θῶκος. Plin. in Paneg. Iandudum illi radiatum caput, & media inter ſedes auro ſtaret, aut ebore. Interdum ponitur pro habitatione, uel domicilio, Idq; tam in ſingulari, quàm in plurali numero. Cic. de Prouin. Conſul. Nam ſi ille aditus Gallis patuiſſet, nunquã hæc urbs ſummo imperio domiciliũ ac ſedem præbuiſſet. Idem pro Cluent. Sceleratorum ſedes atq; regio. Vergilius 1. Aeneidos, Hîc ille urbem Pauui, ſedesq; locauit Teucrorũ. Cæſar, Creſcente enim populi multitudine, mutare ſedes ſtatuerunt. Interdum ponitur pro ſepulchro. Vergil. 6. Aeneid. Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. Interdum pro podice, & ani circulo. Plin. lib. 23. Cinis ſarmentorum, uitiumq;, & uinaceorum condylomatis, & ſedis uitiis medetur. Sedes luxuriæ, per translationem, pro loco, in quo maximè uiget luxuria. Cicero contra Rullum, Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ, atque in ſedib. luxuriæ collocati.

Sedicula, Parua ſedes, ἑδράνιον: ſicut Aedicula, paruæ ædes: quanquã non deſunt, qui Sedecula ſcribendũ contendant: quo pacto etiam legitur apud Cic. Epiſt. ad Att. lib. 4. Maloq; in illã tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, &c. Valla tamen putat omnino Sedecula eſſe ſcribendum per tertiam uocalem.

Sedile, is, n. t. pen. prod. Sedes, ſubſelliũ, ſcamnũ ad ſedendum aptũ, ἕδρα, ἐξέδρα. Plin. Epiſt. 101. Sunt locis pluribus diſpoſita ſedilia è marmore. Vergil. 1. Aeneid. Intus aquæ dulces, uiuoq; ſedilia ſaxo.

Sedentarius, a, um, Quod ſedendo fit, ἑδρᾶιος. ut Ars ſedentaria, quæ ſedendo exercetur: quã & Sellulariã uocant. Opera ſedentaria, quæ fit à ſedentibus, Col. libr. 12. cap. 3. Neq; enim ſedentaria eius opera, ſed modò ad telam debebit accedere: modò eos, qui cibum familiæ conficiunt.

Sedentarii, Qui ſedendo opus faciunt: ſicut ſutores, ſartores, & id genus alii. Plaut. Aul. Calceolarii, ſedentarii, ſutores.

Seſsio, onis, n. ſ. Mudò ipſum ſedendi actũ ſignificat, ἕδρωσις. Cicero de Nat. deor. Accubatio, inclinatio, ſeſſio. Modò ipſum ſedile. Cicero 2. de Oratore, Num tandem aut loci hic non idoneus uidetur, in quo porticus hæc ipſa, ubi inambulamus, & palæſtra, & tot locis ſeſſiones, gymnaſiorũ & Græcarum diſputationum memoriam quodammodo commoueant, Id eſt, tot ſedilia.

Seſsito, as, frequentatiuum. Cicero de Clar. Oratorib. Quam deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſsitauiſſe. id eſt, ſæpius ſediſſe.

Seſsibulũ, li, Super quod ſedemus, & quieſcimus. Plautus in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pœnulo, Quæ tibi olcant ſtabulũ, ſtatum, ſellam, & ſeſſibulum merum.

Seſſilis, ſeſsile, penul. correp. Quod ſedet, uel ſedere uidetur, ἑδρῶδες. Plinius lib. 15. capit. 15. Incerta nominum cauſa eſt barbaricis, uenereisq́, quæ colorata dicunt, regiisque, quæ minimo pediculo ſeſſilia, &cæt. Hinc Seſſiles lactucæ dicuntur, quaſi ſedentes, hoc eſt, quæ ita humi proiectæ ſunt, ut ſedere uideantur, neq́ ſurſum uectæ eſſe, aut in ſublime aſcendere. Martialis lib. 5. Illic uideres frutice nobili caules, Et utrunq́ porrum, ſeſſiles lactucas. Tergum ſeſſile, in quo quis poſſit ſedere. Ouid. 11. Metam. ſic tergũ ſeſſile, ſic ſunt pectora celſa toris.

Sedimentum, uide Sido.

Seditio, itionis, f. t. à Se, hoc eſt, ſeorſum, & Itio componitur, στάσις. Cicero lib. 6. de Rep. docet ſeditionis proprietatẽ à diſſenſione ciuium dictam eſſe, quòd ſeorſum eant alii ad alium: eſt enim propriè, quũ populo diſcordante itur ad manus: qualem deſcribit Vergilius lib. 1. Aeneid. Ac ueluti magno in populo quum ſæpe coorta eſt Seditio, ſæuitq́ animis ignobile uulgus, Iamq́ faces, & ſaxa uolant, furor arma miniſtrat. Similiter Seditio in exercitu dicitur, in claſſe, in campo, & ubicunq́ eſt multitudo hominũ aduerſus Duces, Magiſtratus ue arma capientium, uel imperium detrectantiũ. Ouid. 11. Metamor. Seditioq́ recens, dubioq́ autore ſuſurri. Idem 9. Metam. creſcitq́ fauore Turbida ſeditio. Cæſar 7. bel li Gall. Veritus nequa in caſtris ex eorum concurſu & miſericordia uulgi ſeditio oriretur. Pollio Ciceroni, libro 10. Singulæ quædam cohortes ſeditionem fecerunt. Dicimus autẽ Latinè, eleganterq́, Concitare ſeditionem, Facere ſeditionem, Commouere ſeditionem, Oriri ſeditionem, Sedare ſeditionem.

Seditioſus, a, um, Procliuis ad ſeditionem, στασιώδης. Cicer. 3. Verrinar. Malus ciuis, improbus Cõſul, ſeditioſus homo Cn. Carbo fuit.

Seditioſè, aduerbiũ, Per ſeditionem, aut more ſeditioſorum, στασιαστικῶς. Cic. pro Cluent. Quæ concionib. ſeditioſè cõcitatis accõmodatior eſt, quàm tranquillis, moderatisq́ iudiciis. Idem ad At. lib. 2. Multa quidem ſeditioſiſſimè diceret, uocem exprimere non potuit.

Sēdo, as, a. p. Mitigo, placo, lenio, remoueo, frango, extingo, πάνω, καταστέλλω, πραΰνω. Salluſt. in Catil. Nanq́ animus impurus, diis, hominibusq́ infeſtus, neq́ uigiliis, neq́ quietib. ſedari potuit, ita conſcientia mentem excitatam uexabat. id eſt, pacari. Libro 4. ad Heren. Et hic ſitiens quàm maximè loquatur, neque habeat qui ſitim ſuam ſedet. id eſt, extinguat. Dicimus præterea, Sedare arrogantiam, bellum, controuerſiam, diſcordias, infamiam, iram, laſſitudinem, lites, mentes commotas, motus animi, miſerias, pauorem, tempeſtatem, tumultum: quorum omniũ exempla in probatiſſimis quibuſq́ autorib. nuſquã nõ ſunt obuia. Cic. 2. in Cat. Atq́ hæc omnia ſic agentur Quirites, ut res maximæ minimo motu, pericula ſumma nullo tumultu, bellum inteſtinũ ac domeſticum, poſt hominũ memoriam crudeliſſimũ & maximũ, me uno rogato duce & Imperatore ſedetur. Sedare & incendere cõtraria. Cic. 3. de Leg. At aliquando incenditur, & quidem ſæpe ſedatur.

Sedatus, a, um, nomen ex participio, Tranquillus, quietus, minimè præceps, ἥσυχος, καθεστηκὼς, πρᾶος. Ver. 2. Aen. Olli ſedato reſpondit corde Latinus. Cicero Attico libro 8. Hæc ſcripſi ſedatiore animo, quàm proximè ſcripſeram. Horatius in Epiſtolis, Oderunt hilarem triſtes, triſtemq́ iocoſi, Sedatũ celeres.

Sedatè, placidè, quietè, tranquillè, & citra cõmotionem, καθεστηκότως, ἡσύχως, πράως. Cic. in Orat. Cuius oratio, quũ ſedatè, placidè loquitur, &c. Placidè, & ſedatè ferre dolorem, Idem 4. Tuſculanarum.

Sedatio, onis, Moderatio, placatio, κατάστασις, πρᾴνωσις. Cicero 1. Offic. Temperantia, & modeſtia, omnisq́ ſedatio perturbationum animi.

Seduco, is, a. t. pen. prod. Propriè ſeorſum duco ab aliis, quaſi de rebus aliquibus loquuturus, ἀπάγομαι. Terent. in Hecyr. Poſt Pamphilus me ſolum ſeduxit foras. Cicero Attico libro 2. Quum hæc diſſeruiſſem, ſeducit me Scaplius, ait ſe nihil contrà dicere. Plautus in Aulular. Eò nunc ſecretò te huc foras ſeduxi. Cicero 1. Tuſcul. Quæſt. ad animum tranſtulit, in quiens, Quum à negotio omni ſeuocamus animum, quid inquam, tum agimus, niſi animum ad ſeipſum aduocamus, ſecum eſſe cogimus, maximeq́ue à corpore ſeducimus. Accipitur & in malam partem pro decipio, & in fraudem induco. Terẽtius in Andria, Etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas.

Seductilis, penult. cort. Qui facilè ſeduci, id eſt, decipi poteſt, εὐξαπάτητος.

Seductio, onis. f. t. uerbale, Significat abductionẽ à turba. Cic. pro Muræna, Mœſtos amicos, obſeruationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animaduertebant.

Seduculum, li, n. f. Quaſi ſudaculũ dictũ, Genus eſt flagelli, quod uapulantes ſudare faciat. Feſtus.

Sedulus, a, um, penultima correpta, Diligens, officioſus, intentus, ἐπιμελὴς, ἀκριβὴς. Cic. de Clar. Orat. Eloquens uidebare, non ſedulos uelle cõquirere. Tib. lib. 1. Eleg. 1. At tu caſta precor maneas, ſanctiq́ pudoris, Aſſideat cuſtos ſedula ſemper anus. Ouidius 1. de Remed. Amor. Nec deſunt comites ſedula turba canes.

Sedulitas, f t. Pro inſtanti & fideli officio, ac diligentia, ἐπιμέλεια. Cic. Att. lib. 11. Quæ ſi nõ eſſent ſedulitate effectæ, & beneuolẽtia tua, liceret mihi abire in ſolitudines aliquas. Ouid. 10. Met. Senſimus, inquit, amas: & in hoc mea (pone timorẽ) Sedulitas erit apta tibi. Hor. 1. Epiſt. 7. Officioſaq́ ſedulitas, & opella forenſis adducit febres.

Sedulè, aduerbium, Idem quod ſedulò, ἐπιμελῶς. Columella libro 9. capite 9. Semper quidem cuſtos ſedulè circumire debet aluearia.

Sedulò, aduerbium, Inſtanter, diligenter, & ſimpliciter, quaſi ſine dolo, ut inquit Nonius, ἐπιμελῶς, ἀτεχνῶς. Plautus in Aulular. Nam nunc quum celo ſedulò, ut omnes neſciant, Omnes uidentur ſcire. Terentius in Phormion. Ego ſedulò hũc dixiſſe credo. Id eſt, ſimpliciter, inquit Donatus. Idem in Hecyra, Nam clàm me eſt, mi gnate, tibi me eſſe ſuſpectam Vxorem tuam Propter meos mores hinc abiiſſe, etſi ea diſſimulas ſedulò.

Sedum, di, n. f. Herba perpetuò uirens: unde etiã Semperuiuum appellatur, ἀείζωον. Plin. lib. 18. cap. 17. Democritus ſuco herbæ, quæ appellatur Aizoon, in tegulis naſcens, tabulis ue, Latinè uerò Sedum, aut digitellũ, medicata ſeri iubet omnia ſemina. Col. lib. 2. cap. 9. Id ne fiat, remedio eſt miſtus ſuccus herbæ, quam ruſtici Sedum appellant. Duo autẽ ſedi ſunt genera, quorũ alterum in tectis ferè & ſuggrundiis naſcens, quod folia habet latiora, Sedum maius appellant. Vulgus Iouis barbam nominat. Alterum in petris & parietinis prouenit, à Latinis Sedum, ſiue Semperuiuũ minus dictum. Græci, quia quotannis ter floreat, τρίβακες cognominarũt. Vulgus à foliis uermiculorũ ſimilitudinem referentib. Vermicularem nominat.

Seges, huius ſegetis, f. t. Propriè fruges eorum ſeminũ, ex quib. conficitur panis, nondum demeſſa, ut ait Valla lib. 4. cap. 14. ἀρούρης Plin. lib. 18. cap. 17. Si in articulũ ſeges ire cœperit, runcare remedium eſt, ne herbæ uincant. Et paulò pòſt, Luxuriẽ ſegetum caſtigatur dente pecoris, in herba dũtaxat. Verg. 1. Georg. Quid, qui, ne grauis procumbat culmus ariſtis, Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Ouid. 1. de Arte, Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. Horat. 2. Epiſt. 1. & uillicus Orbi Quum ſegetes occat, tibi mox frumenta daturus, Te dominum ſentit. Seges per translationem: ut Seges ſtimulorum, apud Plautum in Aul. Tibi ego rationẽ reddam, ſtimulorum ſeges? Ferrea ſeges telorum. Vergil. 3. Aen. Nam Polydorus ego: hîc confixum ferrea texit Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis. Clypeata ſeges uirorum, Ouid. 2. Metam. Seges ac materia gloriæ. Cic. pro Milone, Quid etiam odiſſet Clodium Milo, ſegetem, atq́ materiam ſuæ gloriæ? Quandoq́ accipitur pro ipſa humo iam ſubacta, & ſata, ἀρηρασμένη γῆ. Varro lib 1. de Re ruſt. ca. 29. Seges dicitur, quod aratum & ſatum eſt: aruum, quod aratum, nec ſatum eſt? nouales: ubi ſatum fuit antè, quàm ſecunda aratione renouetur. Verg 2. Georg. Illa ſeges demum uotis reſpondet auari Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora ſenſit. Plinius libro 18. Segeres quæ interquieuere, fundunt roſam odoratiorem, ſatiua adeò terra non ceſſat parere. Seges quoque aliquando de leguminibus dicitur. Columella libro ſecundo, capite decimoquarto, Quod prædictorum leguminum ſegeribus fatiſcit,

Segmen, Segmentarius, Segmentum, uide Seco.

Segnis, & hoc ſegne, huius ſegnis, o, t. Tardus, ignauus, quaſi ſine igne, ſicut contrà, Ardens pro ſolerti, diligenti, & mox omnis impatienti, ἀργὸς, ῥᾳθυμία, νωθὴς. Vergil. 3. Aeneid.

Haud

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes Explorat uentos. Cic. ad Attic. lib. 8. Ego ſicui adhuc uideor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi uidear, non laboro. Cic. pro Fonteio, Segniores ad imperandum poſthac cæteri ſint, quum uideant eos oppugnari quibus oppreſſis populi Romani imperium incolume eſſe non poſſit. Tacitus lib. duodecimo. Neq; enim ſegnem ei fuiſſe indolem ferunt. Interdum ponitur pro inuerecundo, & inutili. Verg. lib. 1. Georg. ſenisq; horreret in aruis Carduus.

Segnipes, dis, penul. corr. Qui tardè incedit, βραδύπους. Iuuenalis Sat. 8. tritoq; trahunt epirhedia collo Segnipedes.

Segnities, tiei, f. q. ſiue Segnitia, æ, Tarditas, negligentia ad agẽdum, νωθρεία, ῥᾳθυμία. Socordia autem eſt negligentia in conſulendo, meditando, proſpiciendo quid opus ſit facto. Ter. in And. Enimuerò Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſocordiæ. Quandoq; ſegnities dicitur inuerecunditas, ἀφορία. Plinius, Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum ſegnities. Legitur & ſegnitas, pro ſegnitia: quod & Nonius annotauit. Cic. de Orat. Et quando de prudentia diximus, caſtigemus etiam ſegnitatem.

Segniter, aduerbium, Negligenter, ῥᾳθύμως. Liu. 2. ab Vrbe, Segniter, otioſè, negligenter, cõtumaciter omnia agere: nec pudor, nec metus coërcebat. Verg. 9. Aen. inſtat non ſegnius, ac rotat enſem Fulmineũ. Ouidius 10. Metamorph. Quæ quanquam Scythica non ſegnius ire ſagitta Aonio uiſa eſt iuueni, tamen, &c.

Segrego, gas, a. p. pen. cor Ab aliorũ numero, uel ſocietate, uel grege ſeparo, ἀκκρίνω, ἀφορίζω. Teren. in Hecy. Nam ſi ita eſt ut hæc nunc Pamphilũ uerè à ſe ſegregarit. Plaut. in Mil. ille illas ſpernit, Segregat ab ſeſe omnes, extra te unum. Cic. pro Archia, Quod ſi mihi à uobis tribui, concediq; ſentiã: perficiam profectò ut hunc A. Licinium non modò non ſegregandum, quum ſit ciuis à numero ciuium, uerumetiam, ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe.

Segullum, li, n. f. Eſt terræ genus in ſummo ſolo, ex quo metallarij cognoſcunt ſubeſſe uenam auri. Plin. lib. 33. cap. 4. Aurum qui quærunt, ante omnia ſegullum tollunt: ita uocatur indicium, &c.

Seiugi, & Seiuges, penult. correp. Dicuntur equi ſeni ad unum currum adhibiti. Apuleius in Flor. Vni cui omnes prouinciæ quadrijuges, & ſeiuges currus ubiq; gentium ponere gratulantur.

Seiugo, as, Idem quod ſeiungo, ἀποζυγνυμι. Cic. de Diuin. Humani autem animi eam partem quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non eſſe ab actione corporis ſeiugatam.

Seiungo, gis, Iunctos ſeparo, auello, ἀφίσημι, ἀποζυγνύμι. Cicero Lentulo, Tibi autem multò notior, atq; illuſtrior meus in te animus eſſet, ſi hoc tempore omni quo ſeiuncti fuimus, & unà, & Romæ fuiſſemus. Cicero 1. de Nat. deor. Fortunam nemo ab inconſtantia & temeritate ſeiunget. Idem in Catilin. Dummodo tua calamitas à Reipub. periculo ſeiungatur.

Selago, ginis, Herba eſt ſabinæ ſimilis, quam Druidæ certa ſuperſtitione lectam, ſolo fumo omnibus oculorũ uitijs mederi tradiderunt. Vide Plin. lib. 24. cap. 11.

Selẽnites, σελήνιτης. Gemma in Arabia naſcens, ex candido translucens melleo fulgore, imaginem Lunæ continens, reddensq; eam in dies ſingulos creſcentis, minuentisq; numero. Autor Plinius lib. 37. cap. 10.

Selibra, Dimidia libra, ἡμίλιτρον. Liu. 7. ab Vrbe, Selibra farris. Gel. libro 7. cap. 18. Darent argenti pondo libram ſcilicet & ſelibram.

Seligo, gis, a. t. pen. cor. Seorſum colligo, ſeuerno, ἀπολέγω, ἀποκρίνω. Cicero de optimo gen. Quæ exempla ſelegiſſem, niſi uel nota eſſe arbitrarer, uel poſſe eligere qui quærerent. Ouidius 3. Amor. Eleg. 10. Quicquid eris, mea ſemper eris: tu ſelige tantum, Me quoq; uelle, uelis, an ne coactus amem. Cicero in Orat. Nec uerò utetur imprudẽter hac copia, ſed omnia expendet, ac ſeliget.

Selectio, onis. f. t. uerbale, Actus ſeligendi. Cic. 2. de Finib. Dum etiam in una uirtute ſic eſſe omnia uoluerunt, ut eam rerum ſelectione expoliarent, nec ei quicquam aut unde oriretur darent, aut ubi niteretur. Idem tertia, de Legib. Selectio uitiorum.

Selectus, a, um, participium. Cicero 1. de Nat. deorum, Itaq; in illis ſelectis eius breuibusq; ſentẽtiis, quas appellatis, κυρίας δόξας hæc, ut opinor, prior ſentẽtia eſt. Quod beatum & immortale eſt, id ne habet, nec exhibet cuiquam negotiũ. Ouid. 1. Faſtor. Romulus hoc uidit, ſelectaq; corpora patres Dixit: ad hos urbis ſumma relata nõ uæ eſt. Hinc ſelecti Iudices. Equites dicti ſunt. Cic. pro Cluentio. Deinde Prætores tantùm urbani, qui iurati debent optimum quenq; in ſelectos iudices referre. nunquam ſibi ad eam rem Cenſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere duxerunt. Horatius 1. Serm. Sat. 4. & ſiue iubebat Vt facerem quid: habes autorẽ quo facias hoc, Vnum ex iudicibus ſelectis obijciebat. Id eſt, ex Equeſtri ordine.

Selinon, σέλινον. à Græcis appellatur herba notiſſima, quam Latini apium nominant. Inde fiunt compoſita petroſelinum, hippoſelinum, & eleoſelinum: de quibus egimus ſuis locis.

Seliquaſtra, (inquit Feſtus) ſedilia appellantur antiqui generis, d litera in l, conuerſa, ſicut & in ſella, & ſolia factũ eſt, quæ omnia à ſedendo dicta ſunt.

Sella, æ, f. p. Idem quod ſedes, ἵδρα, καθίδρα, θρόνος. à ſedendo dicta, quaſi ſedda, κατ' ἀντίσοιχον. Plinius de Vir. illuſt. P. Decium Prætorem tranſeunte ipſo ſedentem iuſſit aſſurgere eiq; ueſtem ſcidit, ſellam cõcidit: nequis ad eum in ius iret, edixit.

Sellaria, n. f. Dicta ſunt loca, in quibus ſedes diſponi ſolebant, ἑδώλια. Plin. lib. 34. cap. 8. Atq; ex omnibus quæ ueluti clariſſima quæq; in urbe, iam ſunt dicata à Veſpaſiano principe in templo Pacis, alijsq; eius operibus, uiolentia Neronis in urbem conuecta, & in ſellarijs domus aureæ diſpoſita. Suet. in Tybe. Seceſſu uerò caprenſi, etiam ſellariam excogitauit, ſedem arcanarum libidinum.

Sellariola, diminutiuum. Martial. libro 1. In ſellariolis uagus popinis.

Sellularij, n. f. Opifices, qui ſedendo opus faciunt, quo Liu. lib. 8. ſcribit militiæ minimè aptos, ἑδρᾶοι. Quia (inquit) opiũ cum quoq; uulgus, & ſellularij, minimè militiæ idoneum genus exciti dicuntur. Idem & ſedentarij à quibuſdam appellantur, ut ſuprà docuimus ſuo loco.

Sembella, Libræ dimidium, quaſi ſemibella, ἡμίλιτρον. Var. lib. 4. de Lingua Latina.

Semel, aduerbium, Idem ſignificans quod unica uice, ἅπαξ. Plaut. in Capt. Satis ſum ſemel deceptus. Aliquando accipitur pro ſummatim, aut in ſumma, κεφαλαιωδῶς. Quintil. Deniq; (ut ſemel finiam) ſic ferè componendum quũ pronuntiabis, erit. Idem, Vt ſemel omnia complectar. Nonnũ quam & pro omnino, penitus, immutabiliter, ſiue irreuocabiliter poni conſueuit: quia quod ſemel tantùm fit, non habet regreſſum, ut rurſus fiat. Verg. 11. Aeneid. Qui nequid tale uideret, Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit. Ouid. Epiſt. 5. nulla reparabilis arte Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel. Id eſt, omnino, prorſus.

Semen, inis, n. t. Notæ ſignificationis eſt: quaſi ſerimen, à ſero, ris, σπέρμα. Colum. lib. 1. cap. 7. Et maximè uexant ſerui qui boues elocant, eoſdemq; & cætera pecora malè paſcunt, nec induſtriè terram uertunt, longeq; plus imputant ſeminis iacti, quàm quod ſeuerint, &c. Verg. 1. Georg. Debita quæ ſulcis committas ſemina, &c. Horat. Epod. 16. Pinguia nec ſicis utantur ſemina glebis. Nonnunquam etiam de uirgultis, & ſurculis dicitur. Verg. 2. Geor. Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Sæpius. Colum. li. 3. Si compluribus uinidemijs eundem tenorem ſeruauerint, ex eiuſmodi uitibus lecta ſemina multum bonumq; uinum præbebunt.

Eſt & ſemen frumenti genus quod zeam ζειὰν appellant, ſimile farri. lib. 18. cap. 11. Alica fit ex zea, quam ſemen appellamus. Per translationem ſignificat autorem alicuius rei, & eum à quo quid ortum eſt. Cic. Philip. 2. Vt igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum, & ſtirpium, ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. Ponitur aliquando pro genere. Suet. in Calig. cap. 25. Nec ullo infirmiore indicio ſui ſe minus eſſe credebat, quàm feritatis, quæ illi quoq; tanta iam tunc erat, ut infeſtis digitis, ora & oculos ſimul ludentium infantium inceſſeret. Verg. 7. Aen. geminosq; iugales Semine ab ætherio, &c. Ouid. 10. Metam. coëuntq; animalia nullo Cætera delicto: nec habetur turpe iuuencæ Ferre patrẽ tergo: fit equo ſua filia conjux, Quasq; creauit init pecudes cã per: ipſaq; cuius Semine concepta eſt ex illo concipit ales. Lucretius li. 2. Deniq; celeſti ſumus omnes ſemine oriunde, Omnibus ille idem pater eſt. Ouid. 9. Metam. Implerat q; uterum generoſo ſemine.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Seminium, nij, n. s. Idem quod semen, uel planta, aliudue quid uis, quod de se aliquid potest producere, σπέρμα. Col. lib. 2. Nonnunquam superfusa terra latentibus seminijs. Varr. 2. de Re rust. cap. 6. Ego, inquit, de asinis potissimũ dicam, quòd sim Reatinus, ubi optimi, & maximi fiunt: è quo seminio ego hic procreaui pullos. Plautus in Amph. anguineo Repentè hostes peperit seminio, Lucretius libro 3. Deniq; cur acris uiolentia triste leonum Seminium sequitur? uulpes dolus? & fuga ceruis A patribus datur? Quandoq; accipitur prò seminis lucro. Plaut. in Rud. Vnundanturmerces non hoc suo seminio.

Seminarium, rij, n. s. Est locus ex quo transferuntur plantæ in aliam terram, φυτωτήριον. Col. lib. de Arboribus, capite primo, Qui uineam, uel arbustum constituere uolet, seminaria prius facere debet: sic enim sciet cuius generis uitem positurus sit. Idem libro 5. capite 6. Operam dabit ne emortuis arboribus rarescat, ac primam quanq; senio, aut tempestate afflictam summoueat, & inuicem nouellam sobolem substituat. Id autẽ facilè consequi poterit, si ulmorum seminarium paratum habuerit. Idem, Satoris officium est, de seminario transferre plantam. Ponitur & seminarium per trãslationem pro rei alicuius fonte & origine: idq; tam in bonam partem quàm in malam. Cic. in Catilinam, Qui nisi exeunt, nisi pereũt, etiamsi Catilina perierit, scitote hoc in Republica seminarium Catilinarium futurum. Cic. 1. Offic. Id autem est principium urbis, & quasi seminarium Reipublicæ. Idem in Pisonem, Ex illo fonte, & seminario triumphorũ quum arida folia laurea retulisses, quũ ea abiecta ad portam reliquisti, tum tuipse de te sententiam tulisse uideris, tumiu dicium pronuntiauisti.

Seminarius, a, um, Quod ad seminarium pertinet, φυτωτικός. Ambrosius, Inest nascentibus aut singulis aut semen, aut uirtus aliqua seminaria.

Sementis, huius sementis, fœn. gen. t. significat ipsam sationẽ, seu seminationem, σπορά. Plinius libro 18. Sunt qui properent, atq; ita pronuntient. Festinatam sementem fæpe decipere, serotinam semper. Colum. libro 13. Quibus magna sementis præparatur. Liu. Vt Campani sementem facere possent. Ouidius libro 1. Fast. Villice da requiem terræ, semente peracta. Nonnunquam pro seminandi tempore. Colum. libro 2. Prima sementis rarius serere permittit, nouissima spissius postulat. Id est, primum tempus sationis. Idem, Seminari debet post æquinoctium media ferè sementi, læto solo. Ponitur aliquando pro segete. Gell. libro 2. capite 29. In sementes fortè concesserat tempestiuiores. Facit sementis aliquando in ablatiuo sementi, & in accusatiuo sementim. Cato cap. 67. Sementim facito ita. Col. lib. 2. cap. 12. Peracta sementi. *Sementem alii faciunt, alii metunt.*

Seminalis, seminale, om. t. Quod ad sementẽ faciendam pertinet. Col. libr. 11. cap. 2. Viciæ pabularis modios septem, uel octo, uiciæ seminalis modios quinq;, uel sex.

Sementicus, ca, cũ, pen. cor. Quod seminari potest σπόριμος. Plin. lib. 18. Sementica autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam.

Sementinus, a, um, adiectiuum: ut Sementina pyra, uel à semium multitudine, uel quod usq; ad sementis tempus durẽt, dicta. Cato cap. 7. Pyra, uolema, aniciana, & sementina. Feriæ sementinæ. Festus, Sementinæ feriæ fuerant institutæ, quasi ex ijs fruges grandescere possent. Dies sementina, festum fuit antiquis celebratum, postquàm terræ mandassent semina agricolæ. Ouidius primo Fast. Nec sementina est ulla reperta dies.

Semento, tas, Semen produco, σπερματίζω. Plin. lib. 18. cap. 28. Est inprimis inutile nasci herbas sementaturas.

Semino, nas, a. p. Notæ significationis, σπάρω, φυτεύω. Dicimus autem, Seminatur hordeum, & Seminatur ager hordeo: sicut spargitur humor, & Spargitur uestis humore. Columel. libro 2. cãp. 9. Seminari debet hordeum post æquinoctium. Idem libro 2. cap. 8. Ne seminarentur agri. Semino, progigno. Verg. 6. Aeneid. Quale solet syluis brumali fi igore uiscũ Fronde uirere noua, quod nõ sua seminat arbos. Col. lib. 6. capite 24. de tauris, Vnumq; marem quindecim uaccis sufficere abundè est, qui ubi iuuencam superuenit, certis signis comprehendere licet, quem sexum generauerit: quoniam si parte dextra desiliuit, marem seminasse manifestum est: si læua, fœminam. Plautus in Amphit. Alter decumo post mense nascetur puer, Quàm seminatus. Per translationem significat spargo, diuulgo, διασπάρω. Lactantius libro 4. Et cultum Dei per totam terram seminaret.

Huius composita sunt, Dissemino, & Insemino, de quibus suprà suis locis.

Seminatio, onis, uerbale, Satio, σπορά. Var. 2. de Re rust. cap 6. Ad seminationẽ onagrus idoneus, quod è fero fit mansuetus facilè, & è mansueto ferus nunquam.

Seminator, is, m. t. Qui serit seminatúe, σπορεύς. Cic. 1. de Nat. deor. Omnium autẽ rerũ, quæ natura administrantur, seminator, & sator, & parens, ut ita dicam, atq; educator, & altor est mundus: omniaq;, sicut membra sua, & partes suas, nutricatur, & continet.

Semestris, stre, om. t. Quod est sex mensium: ut Semestris Tribunatus, ἑξαμηνιαῖος. Plin. Epist. 69. Hunc rogo semestri Tribunatu splendidiorẽ & sibi, & auunculo suo facias. Plin. lib. 10. cap. 25. Temporum magna differentia auibus: perennes, ut columbæ: semestres, ut hirundines: trimestres, ut turdi: & turtures: & quæ quum fœtum eduxere abeunt, ut galguli, upupæ. Semestre regnum. Cic. Att. lib. 10. Sed tamen ea pone ante oculos, iam intelliges id regnũ uix semestre esse posse.

Semigro, as, Ad seorsum habitandũ me cõfero, ἀποικέω. Cic. pro Cælio, Reprehẽditis, à patre quod semigrarit: quodquidem in hac ætate minimè reprehendendum est.

Semianimis, & cætera à semis composita, uide Semis.

Semis, isis, Pondus siue mensura sex unciarũ, quasi semias. ἡμίτεταρτον. Semi autem pars est indeclinabilis, qua extra cõpositionẽ non utimur, idemq; ualet quod dimidiatum.

Semesus, a. um, pen prod. Semicomestũ, ἡμίβρωτον. Eadẽ enim forma dicitur qua ambesum, & comesum. Sueton. in Tyb. Solennibus ipse cœnis pridiana sæpe, ac semesa obsonia apposuit. Verg. 8. Aen. Ossa super recubans antro semesa cruento. Horat. 2. Serm. Sat. 6. Semesaq; lardi Frusta dedit. Silius libro 6. nunc fractis ossibus atram Absorbet saniem, & tabo manante per ora Mutat hians hostem, semesaq; membra relinquit.

Semianimis, me, uel Semianimus, a, um. Semiuiuus, siue semimortuus, ἡμιθνὴς. Plin. de uiris illust. Ipse cum trecentis pugnans cecidit, & postea ab Attilio semianimis inuentus, & sanatus, magno postea terrori hostibus fuit. Ouidius primo Trist. eleg. 3. Illa dolore amens tenebris narratur obortis Semianimis media procubuisse domo. Vergilius 11. Aeneid. Semianimes uoluuntur equi, pugna aspera surgit. Lucret. libro sexto. Languida semianimo cum corpore membra uidere Horrida pædore, & pannis cooperta, perire Corporis illuuie.

Semiapertus, a, um, Dimidiata sui parte apertum, ὑπάνοιξις. Liu. 9. bell. Pun. Paucos ex multis trepida fuga incedentes, semiapertis portarum foribus in urbem compulit.

Semiassus, a, um. Cic. 1. Tusc. Heu reliquias semiassi Regis denudatis ossibus, Per terram sanie delibutas fœdè diu uexarier. Ex Poëta quoppiam uetusto.

Semibos, pen. cor. huius semibouis, Epithetum est Minotauri, quẽ Poëtæ fingũt, dimidiata sui parte bouẽ fuisse, ἡμίβους. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. Centimanumq; Gygen, semibouemq; uirum.

Semicaper, pen. cor. huius semicapri. Faunorum & Satyrorũ epitheton est, qui inferiore sui parte capris similes pinguntur, ἡμίτραγος. Ouid. 5. Fast. Semicaper coloris succinctis Faune Lupercis. Deus semicaper, Ouid. 4. Fast. Pan semicaper, Ouid. 14. Metamorph.

Semicirculus, Medius circulus, ἡμίκυκλος. Colum. libro 5. capite secundo. Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus, aut rotundus, aut etiam semicirculi, uel arcus, nonnunquam etiam plurium angulorum formã exhibet. Cicero 6. de Finib. Quumq; non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, & semicirculos consectari.

Semicircularis, re, Mediam circuli formam habens. Col. lib. 5. cap. 2. Semicircularis agri forma.

Semicinctium, cij, n. s. Succinctorium, quòd medium hominem cingat, id est, uestiat, ὑπόζωμα. Est enim genus uestis brevissimæ, quo uenter, & uelanda reguntur. Apud Martialem libro 14. de semicinctio tale est epigramma. Det tunicam dives, ego te præcingere possum: Essem si locuples, munus utrunq; darem.

Semicoctus, cta, ctum, Idem quod semicrudus, ἡμίεφθος. Col. lib. 8. cap. 5. Semicoctum hordeum. Et apud Plinium libr. 22 cap. 25. Semicocta aqua.

Semicrematus, a, um, Ouid. in Ibin, Membra feras Stygiæ semicremata

micremata neci. Martial. lib. 11. Thuraq́ de medio ſemicremata rogo.

Semicrudus, a, um, pen. prod. Col. li. 6. cap. 26. Se iam tali uitio laborant, lupini ſemicrudi conteruntur, & offæ ſaluiati more faucibus ingeruntur. Statius 4. Syl. Quid ſi cum bene mane ſemicrudus Illaram tibi dixero ſalutem?

Semideus, adiectiuum, ἡμίθεος. Lucan. libr. 8. Nos in templa tuam Romana accepimus Iſin, Semideosq́ canes. Ouid. in Ibin, Vos quoq́ plebs ſuperûm Fauni, Satyræq́, Lareſq́, Fluminaq́, & Nymphæ, ſemideumq́ genus. Reges ſemidei, Statius 2. Achill.

Semidoctus, Id eſt, mediocris eruditionis, ἡμιμαθής. Cic. 2. de Orat. Hæc ut properans & apud doctos, & ſemidoctus ipſe percurro, ut aliquando ad illa maiora ueniamus.

Semiermis, me. Liu. 2. bel. Pun. Binis in caſtris quum multitudo ſemiermis, ſine ducibus eſſet, nuntium qui in maioribus erant, mittunt.

Semifactus, a, um, ἡμιτελής. Tacit. lib. 15. Semifacta opera fuga perrupit.

Semifer, a, um, uel Semiferus, Ex dimidia parte ferus. Ouid. 2. Metam. de Chirone Centauro, Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno, Lætus erat. Plinius libro octauo, capite 57. Semiferum & ipſum animal, cui uiuaria in dolijs idem qui apris inſtituit.

Semiferus, penultima corr. Non prorſus ferus, ἡμίθηρ. ut Centaurus, quaſi medius equus, ut inquit Seruius in ſecundum Aeneid. Nam Centaurus anteriore parte homo eſt; poſteriore equus.

Semiformis, me, om. t. Columellæ libro 8. capite 5. Pulliq́ ſemiformes interimuntur antequàm toris partibus ſuis conſummentur.

Semifultus, a, um, Martial. libro 5. Subſellioq́ ſemifultus extremo. Et malè receptus altero genu, iactat Equiti ſedere, Lectioque ſe ſtare.

Semigermanus, penultima producta. Liuius 1. bell. Pun. Vtiq́ quum quæ ad Apenninum ferunt, obſepta gentibus ſemigermanis fuiſſent.

Semigræcus. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 1. Vt ſemigrecis paſtoribus dicam Græcè.

Semigrauis, ue, penultima corr. Liu. 5. belli Pun. Quia magna pars in turribus epulati, aut ſopiti uino erant, aut ſemigraues potabant.

Semihomo, m. t. pen. cor. ἡμιάνθρωπος. Col. lib. 10. Quanuis ſemihomini uenoſano gramine fœta Mandragoræ pariat flores, mœſtamq́ cicutam. Verg. 8. Aen. Hic ſpelunca fuit ſæuo ſub mota receſſu Semihominis Caci.

Semihora, æ, pen. prod. Horæ unius ſpatiũ dimidiũ, ἡμιώριον. Cic. pro Rabir. perd. reo. Nunc quoniã Tite Labiene diligentiæ meæ temporis anguſtijs obſtitiſti, meq́ ex comparato & cõſtituto ſpatio defenſionis in ſemihoræ circulũ coẽgiſti, parebitur, & quod iniquiſſimũ eſt accuſatoris conditioni, & quod miſerrimũ inimici poteſtati. Plin. lib. 22. cap. 9. Omne autem curatur recẽs præligato ore, lino craſſo demiſſum in feruentem aquam ſemihora.

Semijugerum, geri, n. ſ. pen. cor. Colum libro quinto, cap. 1. At Galli candetum appellant in aureis urbanis ſpatium centũ pedum: in agreſtibus autem pedum CL. quod aratores candetum nominant: ſemijugerum quoq́ arepennem uocãt. Idem libro quarto cap. 18. Vel in ſemijugera omnibus modis dirimatur.

Semilacer, penult. correp. ἡμιῤῥαγής. Ouid. 7. Met. Ille cruore fluens, ſubitò tamen alleuat artus, Semilacerq́ toro tentat conſurgere.

Semiliber, penult. prod. Cic. Attico lib. 13. Obſecro abijciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus: quod aſſequemur & tacendo & latendo.

Semilixa, æ, maſcul. gen. p. Liu. 8. belli Pun. Sed illi primum non Annium Vmbrum ſemilixam, nominis etiam abominandi ducem, ſed Decium Iubellium Tribunum militũ ſecuti ſunt. Vide Lixa.

Semimadidus, pen. cor. adiectiuũ. Col lib. 2. cap. 4. Sed quando cunq́ arabitur, obſeruabimus ne lutoſus ager tractetur: neue exiguis nimbis ſemimadidus.

Semimarinus, pen. prod. adiectiuum, ἡμιθαλασσικός. Lucretius lib. 5. Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis Corporibus Scyllas.

Semimas, penultima corr. huius ſemimaris, pen. corr. maſcul. gen. Caſtratus, euiratus, ἡμίανδρος. Varro 3. de Re ruſtica capite nono, Et queis tribus generibus proprio nomine fœminæ, quæ ſunt uillaticę gallinæ, mares galli, capi ſemimares, quòd ſunt caſtrati. Liu. 1. bel. Mace. Ante omnia abominati ſemimares, iuſſiq́ in mare extemplo deportari. Ouid. 1. Faſt. Semimaris flammis uiſcera libat ouis. Semimares itẽ dicuntur androgyni, utrunq́ habentes ſexum. Ouid. 4. Met. de Hermaphrodyto, Ergo ubi ſe liquidas, quò uir deſcenderet undas Semimarem feciſſe uidet.

Semimetrum, pen. cor. media menſura, ἡμίμετρον.

Semimortuus, a, um, ἡμιθανής. Catullus ad Liciniũ, Epig. 47. At deſeſſa labore membra, poſtquam Semimortua lectulo iacebant. Hoc lucunde tibi poẽma feci, Ex quo perſpiceres meum dolorem.

Semineces, Semimortui: proprieq́ de ijs dicitur qui graui uulnere accepto, morti ſunt uicini, ἡμιθανεῖς. Liuius 9. bell. Pun. Tandem poſtquàm ij qui circa regem ſeminecẽ reſtantem, deinde pilo terræ affixum pugnabant, obruti telis occubuerunt. Ibidem lib. 3. Seminecem eum ad Cannas in aceruo cæſorum corporũ inuentũ, curatumq́ benignè etiam cũ donis Annibal domũ remiſerat. Ouid. 1. Metam. Atq́ ita ſemineces partim feruentibus artus Mollit aquis: partim ſubiecto torruit igni.

Seminudus, pen. prod. adiectiuum, ἡμίγυμνος. Liu. 9 ab. Vrbe, Primi Conſules propè ſeminudi ſub iugum miſſi: tum ut quiſq́ gradu proximus erat, ita ignominiæ obiectus.

Semiobolus, Oboli dimidium: & per translationẽ quæuis res utiliſsima, ἡμιοβόλιον.

Semipaganus, ni, pen. prod. adiectiuũ. Perſius in prologo, ipſe ſemipaganus Ad ſacra uatum carmen affero noſtrum.

Semipater, (quod hic corruptè legebatur) uide Semicaper.

Semipes, pen. cor. ſemipedis, pen. cor. maſc. gen. Menſura dimidiati pedis, hoc eſt, digitorum octo, ἡμίπους. Plinius libro 12. capite 19. Caſiæ colos triplex. Quum primum emicat, candidus, pedali menſura, deinde rubeſcit addito ſemipede: ultra nigricans.

Semipedalis, le, om. t. pen. prod. Quod dimidij pedis longitudinem habet, ἡμιποδιαῖος. Plinius libro 13. capite 4. Semipedales ramorum relinquentes truncos. Idem libro 36. capite 25. Materia craſſitudine ſemipedali ad regulam & libellam exigitur.

Semiplacentinus. Cic. in Piſ. Quũ eſſes interrogatus quid ſentires de Conſulatu meo, grauis autor, Calatinus credo aliquis, Aut Africanus, aut Maximus, & non Ceſonius ſemiplacentinus Caluentius, reſpondes, altero ad frontem, &c.

Semiplagium, gii, n. ſ. Paruum rete, ἡμιδίκτυον.

Semiplenus, a, um, ἡμίπλεως. Liu. 5. bell. Pun. Qui improuiſo adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores portæ, quà paulò ante excurrerant armati, haud magno certamine Naſſum cepere. Semiplenæ nares, Cic. 7. Ver. Semiplenę ſcrobes, Columel. lib. 5. cap. 5.

Semiputatus, a, tum. Verg. 2. Ecloga, Semiputata tibi frondoſa uitis in ulmo eſt.

Semiplotia, Soleæ quibus utebantur in uenando, quò planius pedem ponerent.

Semiquinaria diuiſio, Cæſuræ genus, quum poſt duos pedes relinquitur ſyllaba, partẽ orationis terminans, πενθημιμερής, ut arma ui-rumq́ ca-no. Dicta Semiquinaria, quod cõſtet ex duobus pedibus & ſemiſſe: quod eſt dimidiũ quinq́ pedum. Semiſeptenaria autem diuiſio, dicitur quũ poſt tres pedes ſimiliter relinquitur ſyllaba, partem orationis terminans, ἑφθημιμερής. ut arma ui-rumq́ ca-no Troiæ.

Semiraſus, a, um, Catullus epig. 55. Quum deuolutum ex igne proſequens panem, A ſemiraſo tonderetur uſtore.

Semireductus, adiectiuũ. Ouid. 2. de Arte, Ipſa Venus pubẽ, quoties uelamina ponit, Protegitur leuaſemireducta manu.

Semirefectus, adiectiuum. Ouid. Epiſt. 7. Et ſocij requiem poſcunt: laniataq́ claſſis Poſtulat exiguas ſemirefecta moras.

Semirutus, a, um, pen. cor. Quaſi ſemidirutus. Liu. libr. 2. bell. Maced. Purgato loco, qui ſtragi ſemiruti muri cumulatus erat, turrim ingentis altitudinis, magnã uim armatorũ multiplici tabulato portantẽ, promouit. Idem 6. bell. Pun. Quin ubi ſemirutam, ac ſpoliatam patriam reſpexerit, ingrediens Romam, &c. Luc. lib. 1. At nũc ſemirutis pendent quod mœnia tectis.

Semiſenex, pen. cor. uel Semiſeneus, antiquè. Plaut. in Mil. O Lepidum ſemiſeneum, næ ſi quas memorat uirtutes habet, Atq́ equidem planè eductum in nutricatu Venereo. Alij legunt ſemiſenem.

Semiſe-

Semiſeptenaria diuiſio, uide ſuprà Semiquinaria.

Semiſepultus, a, um, adiect. Ouid. Epiſt. 1. Semiſepulta uirũ cur uis feriuntur aratris Oſſa: ruinoſas occulit herba domos.

Semiſomnus, a, um, Vixdum experrectus. Cic. ad Marium libr. 7. Quum illi interea, qui te iſtic reliquerunt, ſpectarent communes mimos ſemiſomni. Liu. 9. ab Vrbe, Fuga cuncta complentur, portæq; à ſemiſomnis, ac maxima parte inermibus refringuntur. Tacitus li. 1. Sine uulnere milites qui ſemiſomnos, inermes, aut palantes ceciderant.

Semiſomnis, mne, om. t. Idem Cic. 7. Verr. confirmant ipſi ſe, quum is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet: arma capiunt: totum forũ atq; inſulam, quæ eſt urbis magna pars, complent. Liu. 7. bel. Maced. Pedites uerò ordinati, & præparati, ſparſos per negligentiam, & ſemiſomnes propè adorti ſunt: cædes paſſim fugaq; per campos facta eſt.

Semiſonarius, lege Semizonarius.

Semiſopitus, a, um, pen. prod. Idem quod ſemiſomnis. Liu. 5. bel. Pun. Pars ſemiſopitos hoſtes cædunt, pars ignis eſcas ſtramento arido tectis injiciunt. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. Purpureo iaculi ſemiſopita toro.

Semiſpathium, thii, n. ſ. ἡμισπάθιον. Breuior enſis, quaſi dimidiata ſpatha.

Semiſupinus, a, um. Mar. li. 6. At tu multa diu dicis, uitreiſq; te pentem Ampullis potas ſemiſupinus aquam. Ouid. 3. de Arte, Quum iacet in dextrum ſemiſupina latus.

Semitogium, gij, n, ſ. Breuis, & quaſi dimidiata toga: à quo Semitogatus, ἡμιτήβεννος.

Semitritus, ta, tum, pen. prod. Colum. lib. 1. cap. 6. Huic autem nubilarium applacari debet, maximeq; in Italia propter inconſtantiã cæli, quo collocata ſemitrita frumenta protegantur, ſi ſubitaneus imber inceſſerit.

Semiuietus, a, um. pen. prod. Mollis, flaccidus. Colum. li. 12. capite 16. Alij ſolis uitigineis, nonnulli plataninis ſemiuietas uuas contegunt, & ita in amphoras recondunt.

Semiuir, ri. m. ſ. Mollis, effœminatus, ſpado, eunuchus, ἡμίανδρος. Liuius 1. bel. Maced. Errare ait homines qui tam atrocem cædem pertinere ad illos ſemiuiros credederent. Plin. lib. 11. cap. 49. Teſtes homini tantùm iniuria, aut ſponte naturæ franguntur: idq; tertium ab hermaphroditis, & ſpadonibus ſemiuiri genus habent. Vergilius 9. Aeneid. Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu. Ouid. 4. Met. Quiſquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde Semiuir, & tactis ſubito molleſcat in undis. Eſt etiam hoc Centaurorum epitheton, quos Poëtæ fabulentur anteriore ſui parte homines, cætera equos fuiſſe. Idem de Centauro Neſſo, Epiſt. nona, Semiuir occubuit ui, Lerniferoq; ueneno Neſſus, & infecit ſanguis equinus aquas.

Semiuiuus, a, um, penultima producta. Idem quod ſemimortuus, ἡμίζωος. Cicero 3. Ver. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani ſocium atq; amicum, fumo excruciatum, ſemiuiuum reliquit. Idem pro Seſtio, Et quum erat reclamatum ſemiuiuis mercenariorũ uocibus, Pop. Rom. negare dicebat.

Semiũcia, æ, f. p. aut potius ſemũcia, Dimidia uncia, ἡμιούγιον. Perſius, ſed nullo thure litabis, Hæreat in ſtultis breuis ut ſemuncia recti. Liuius 4. bell. Maced. Nequa mulier plus ſemuncia auri haberet: neu ueſtimento uerſicolori uteretur. Cicero pro Cecin. Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam.

Semuncialis, le, Quod menſuram, pondus, uel ualorẽ ſemunciæ exæquat. Plin. lib. 33. cap. 3. Mox lege Papyriana ſemuncia les aſſes facti.

Semunciarius, a, um, Idem quod Semuncialis. Liu. 7. ab Vrbe, Idem otium domi, foriſq; manſit, T. Manilio Torquato, C. Plautio ſecundùm Conſulibus: ſemunciariũ tantum ex unciario fœnus factum.

Semiuocales, f. t. Dictæ ſunt ſex numero conſonantium, quaſi dimidium uocalium ſonum habentes, ἡμίφωνα.

Semiuſtus, a, um, Dimidia parte uſtus, ἡμίφλεκτος. Et Semuſtus, pro Semiuſtus. Ouid. 4. Faſt. Semuſtamq; facem uigilata nocte uiator Ponet, & ad ſolitum ruſticus ibit opus. Verg. 3. Aen. Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus Vrgeri mole hac. Robora ſemuſta, Lucan. libr. 8. Membra ſemuſta, Idem lib. 9.

Semiuſtulatus, a, um, Idẽ quod Semiuſtus. Cic. pro Milone, Tu P. Clodij cruentum cadauer eieciſti domo, tu in publicum eieciſti, tu ſpoliatum imaginibus, exequijs, pompa, laudatione, infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

Semiuſtulandus, a, um. Suetonius in Tiberio cap. 75. Corpus ut moueri à Miſeno cœpit, conclamantibus plerisq; Atel lam potius deferendum, & in amphitheatro ſemiuſtulandum, Romam per milites deportatum eſt, crematumque publico funere.

Semizonarius, m. ſ. Qui ſemizonia, ſiue ſemicinctia conficit. Plaut. Aul. Strophiarij aſtant, ſemizonarij.

Semiſsis, m. t. Eſt dimidia pars aſsis, hoc eſt, unciæ ſex. Cic. ad Atticum lib. 15. Sed ſicubi inciderit de Tulliano ſemiſſe, Maximum adhibebitis, ut ſcribis. Ad monetam quoq; refertur, ut ait Budæus quemadmodum triens, & quadrans. Cic. pro P. Seſtio, Sed ab uno gladiatore innumerabilis alia noua conſcriberentur: ut remiſſis ſemiſſibus & trientib. quinta quoq; pars uectigaliũ tolleretur. Semiſſis homo, id eſt, nullius pretij, & uix ſemiſſe exiſtimandus, ἡμιοβολιαῖος. Varin. Cic. lib. 5. Simul uerò ſemiſſis homo contra me arma tulit. Semiſſis uſura, dicitur quoties de centum numis ſenos numos uſuræ nomine quotánis percipimus. Capitol. in Alex. Trientarium fœnus ait eũ, ut æquiſſimũ exercuiſſe, ad uſum Reip. Plin. lib. 14. cap. 4. Ex his tamen uſuræ multiplicatæ ſemiſſibus.

Semita, æ, f. p. pen. corr. Via arcta, & anguſtior, diuerſa à uia plauſtrorum, ἀτραπός. Cæſ. 7. bel. Gal. Ac ne ſingulari quidẽ homini unquam eo tempore anni ſemitæ patuerant. Vergilius nono Aeneidos Rara per occultos ducebat ſemita calles. Semitam pro uia dixit Cicero 4. Verr. Attendite, iam intelligetis, hãc pecuniam qua uia modò uiſa eſt exire ab iſto, eadem ſemita reuertiſſe. Horatius Epiſt. primo, & fallentis ſemita uitæ.

Semitarius, Qui ſemitas percurrit. Catul. ad cõtubernales, Omnes puſilli, & ſemitarij mœchi.

Semito, as, are, n. p. Eo modo dictum, quo Limito. as. Plinius libro decimoſeptimo, capite 22. Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis ad contrarios uehiculorum tractus, alijsq; tranſuerſis limitibus denũm pedum diſtingui per media iugera. Aut ſi maior ſit modus, totidẽ pedum cardine, quot decumano limitari. Semper uerò quintanis ſemitari, hoc eſt, ut quinto quoque palo ſingulæ iugo paginæ includantur.

Semiuiuus, Semiuſtus, & cætera à ſemis compoſita, uide in Semis.

Semodius, dii, Quaſi ſemis modius, ἡμιμέδιμνος. Iuuenal. Sat. 14. & tamen uno Semodio ſcobis hæc mundat ſeruulus unus, Martial. lib. 7. Semodiusq; fabę cum uimine Picenarũ. Columel. lib. 2. ca. 11. Quòd eadem quatuor modijs, nonnunquam & tribus, interdum etiam duobus, ac ſemodio iugerũ occupat.

Semoueo, ues, pen. cor. Seorſum moueo, ἀποκινέω. Plaut. in Aſinar. Culpa tua iſtæc, quæ diſcipulum ſemodoctũ abs te ſe moues. Cic. de Aruſp. reſp. Itaq; qui antea uoce præconis à liberis ſemouebantur, ruis ludis, non uoce, ſed manu liberos à ſe ſegregabant. Ter. in And. iam fermè moriens me uocat. Acceſſi, uos ſemotæ, nos ſoli.

Semper, aduerbium temporis, ἀεί. Teren. in And. Rectè ego ſemper fugi has nuptias.

Semperlenitas, atis, Vnica dictio eſt apud Teren. in And. aut certe duæ per ſubunionẽ coniunctæ. Verba Terentij ſunt hæc, Et heri ſemperlenitas uerebar quorſum euaderet.

Sempiternus, a, um, Quaſi ſemper æternum, perpetuũ, & ſemper durans, ἀτελεύτητος. Plau. in Merc. Homo me miſerior nullus eſt æque, opinor: neq; aduerſa cui plura ſint ſempiterna. Teren. in And. Ego uitã deorũ propterea ſempiternã eſſe arbitror, Quòd uoluptates eorũ propriæ ſunt. Cicer. Lucceio lib. 5. Neq; autẽ ego ſum ita demens, ut me ſempiternæ gloriæ per eum commendari uelim.

Semperuiuum, ui, n. ſ. Herba quæ Græcè ἀείζωον dicitur, utroq; nomine à perpetua uiriditate deducto. Herba hæc folio eſt carnoſo, leni, atq; oblongo. Duo eius genera ſunt: unius in fictilibus uaſculis ſeritur, quod aliqui Buphthalmon, à ſimilitudine, hoc eſt, bouis oculum uocãt, βοῦς enim bos, ὀφθαλμός oculus. Alij ſωόφθαλμον, hoc eſt, animalis oculum. Alij Hypogeſon, quoniam ferè in ſuggrundijs naſcitur. Alterum genus eſt minuſculum quod Erithales uocatur, quaſi amor floreſcens: θάλλω enim floreſco ſignificat. Item Trithales, quod ter floreat. Item Chryſotales, quod aureum florem producat. Naſcitur in parietinis & petris, Latini utrunque genus Sedum appellant. Vide Plinium libro uigeſimoquinto, cap. 13.

Senacu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Senaculum, li, n. f. Vbi Senatores consultandi gratia consistebant, βουλευτήριον. Valerius Maximus scribit, Senatū apud senaculum habitare consueuisse, ut quum ad Curiam uocaretur, præsto adesset. Fuerunt autē tria Senacula Romæ. Vnū ubi nunc est ædes Concordiæ, inter Capitolium & forū, in quo sedebāt magistratus, de Republica cum senioribus deliberantes, alterum ad portā Capenam: tertium intra ædem Bellonę. Autor Nicostratus libro de Senatu habendo. Festus, Senaculum, locus Senatorum.

Senarius, a dies tiuum, uide Sex.

Senatores, m. t. inquit Plutarch. in Problematis, Alios Patres uocant, alios Patres conscriptos, quia primis à Romulo lectis alij additi, & conscripti: uel quia qui sententiam dicunt, conscripti sunt: qui non solùm patres uocati sunt, sed cum additione Patres conscripti, βουλευταί. Vlp. de Senat. l. Nuptæ, dicit Senatores esse, qui a Patritijs, & Consularibus usq; ad omnes illustres uiros descendunt, quia hi soli in Senatu dicere sententiam possunt: appellatiq; sunt ab ætate prouecta, quòd tales in principio in Senatū electi fuere. Sed & à sinendo dici possunt Senatores: quoniam ipsi agendi facultatem dabant.

Senatorius, a, um, Quod est Senatoris, βουλευτικός. ut Senatoria dignitas, Senatorium consilium. Cic. 3. Verr. Respub. senatorio consilio maximè posse defendi Tacit. li. 15. Et Viuianus Annius gener Corbulionis nondū Senatoria ætate, sed pro legato quiatæ legioni impositus. Cic. pro Flacco, Lisanias adeptus est ordinem Senatorium.

Senatus, tus, & tui, m. q. Asenectute, uel à sinēdo, quia magistratibus nō plus licebat quā Senatus permitteret, βουλή, γερουσία. Et significat tam locū in quē Senatores cōueniunt, quā ipsos Senatores. Cic. pro Sestio, Senatus princeps salutis, mentisq; publicæ. Idem alibi, Nec antè in Senatū accederem, quā rem confeciſſem. Cogere Senatū, est Consules, & Senatores in cōsilium conuocare. Conuocare, uel uocare Senatum, idem. Efficere frequentē Senatū, est ferè omnes Senatores cogere. Senatum haberi, est cogi, Senatus erit, id est, conuocabitur, cogetur. Senatus mittit, aut dimitti, dicitur quū datur facultas Senatoribus abeundi domum. Senatus discedit, quum Senatores à Consule missi facti, domum abeunt. Senatum cooptare, est Senatum constituere. In Senatum legere aliquem, est ipsum Senatorem facere. In Senatum uenire, aliquando est Senatorē fieri. Mouere Senatu, & ex Senatu reijcere, idem Senatum extinguere, est Senatus authoritatē deprimere, uel tollere. Senatū consilij in cor conuocare, dixit Plautus in Amph. quod est cōsulere apud se quid agendum sit. Huc (inquit) conceſſero, dum mihi Senatū consilij in cor conuoco. Idem in Epid. Iam Senatum conuocabo in corde consiliarium.

Senatusconsultum, ti, Id est Senatus sententia, βούλευμα, τὸ δόξαν βουλευομένου. Quod fiebat aut per rogationem, quum rogabatur uniuscuiusq; sententiam quā uerbis efferebat: aut per discessionem, quando plerique idem sentientes, in unam partem pedibus ibant, sicut testatur Gellius li. 3. cap. 18. Flauius Vopiscus de Aureliano, Deinde alijs manum porrigentib. alijs pedibus in sententiam euntibus, plerisq; uerbo consentientibus, conditum est Senatusconsultum.

Senecio, onis, Herba est, cauliculo cubitali, subrubro, foliis continuis, diuisura erucæ, sed multò minoribus, floribus luteis, qui celeriter in pappos uanescunt capillorū modo cane scentes, idq; potissimū Vere: unde & erigeron à Græcis appellatur, ἠριγέρων. Fuit item hoc Oratoris cuiusdam cognomen Neronis tempore, qui quod omnia grandia affectaret, per iocum pro Senecione Grandio dicebatur. Vide Senecā Suasoriarum lib. 1.

Senecta, Senectus, Senesco, uide Senex.

Senex, huius senis, om. t. Dictus uidetur quasi seminex, quòd acta maiori suæ ætatis parte, iam morti propinquior sit, γέρων, πρεσβύτης Et est generis cōmunis secundū Priscianum. Tibull. lib. Eleg. 6. Cōmemorant merito tot mala ferre senem. Loquitur de meretrice uetula. Huius genitiuus est senis, olim etiam senicis secundū analogiā. Plaut. in Cistel. Vos negotiosi senicis soletis esse. Comparatiuus est senior, quod ualde senem significat. Ouid. lib. 12. Metam. Tum senior, quanuis obstet mihi longa uetustas. Quintil. de Isocrate, Eo nanq; seniore (octauū enim & nonagesimum complebat annū) præcipere Aristoteles meridianis scholis cœpit. Capitur quandoq; etiā senior p magis sene, Seneca epist. 77. Quemadmodum ex duobus sapientibus, qui senior decessit, nō est beatior eo, cuius inter panciores annos terminata est uirtus. Est & senior generis cōmunis; in obliquis uerò, cōmune trium generū. Senes uocantur quantū ad priuatā ipsorū uitā, quod usq; ad senilem ætatē uixerūt: Veteres, quantū ad publicū tempus, qualia ætate uixerunt, etiamsi ad senium non peruenerunt, utriq; Antiqui dicuntur sed magis ueteres quam senes. Seniores, pro Senatu aliquando dicuntur, quoniam ex prouexioris ætatis hominibus legi soler Senatus. Liu. 4. bell. Maced. Scriptum erat, Aristotelē priuatum ad neminē, publicè ad seniores (ita Senatum uocabant) mandata habuisse.

Senectus, senectutis, f. t. & Senecta, æ, In eodem sensu accipiuntur pro senum ætate, γῆρας. Terent. in Phorm. Senectus ipsa est morbus. Est autem senectus, sexta hominum ætas: unde & senes à senario numero quidam dictos existimant. Aetas enim prima incipit ab infantia, nomen à non fando accipiens, In ea enim ætate non fatur homo: aut si fatur, imperfectus est ejus sermo: Secunda, puericia: cuius pars est puberras, usq; ad XIIII. annū. Tertia adolescentia. Quarta, iuuenta. Quinta uirilis ætas. Sexta, senectus, cuius pars est ætas decrepita. Alij tamen senes à segnitie dictos malūt, quòd tardi sint, & ad res gerendas inutiles. Alij rursus à mortis uicinitate appellatos contendūt, quasi semineces. Cic. in Topicis, Senectus est occasus uitæ. Idē de Senectute. Hoc enim onerē (quod mihi tecum cōmune est) aut iā urgentis, aut certè aduentantis senectutis, & te, & meipsum leuari uolo. Iuuen. Sat. 9. obrepit non intellecta senectus. Cic. de Senect. Acedpol senectus si nihil quicquā aliud uitij apportet secū, quū aduenerit, unum id satis est, quòd diu uiuendo, multa quæ non uult, uidet. Ibidem, Tum etiā in senecta hoc reputo miserrimū, sentire ea ætate se esse odiosum alteri. Verg. 1. Georg. populatq; ingentē farris aceruū Curculio, atq; inopi metuens formica senectę. Ouidius 5. de Arte, Venturę memores iam nunc estote senectæ. Propertius libro quarto, Eleg. 12. Discite uenturam iam nunc sentire senectam. Senectus præterea dicitur pellis quam uerno tempore serpentes exuunt, quæ & à Græcis γῆρας, à nobis etiam uernatio dicitur: unde & senectutem exuere dicuntur. Plinius libro 8. capite 30. Angues eodem modo & stelliones senectutem exuere, eamque protinus deuorare, præripientes comitiali morbo remedia.

Senectus, a, um, Idē quod senilis: ut Mēbra senecta, γηραλέος. Lucret. libro 5. Quidue foras sibi uult membris exire senectis. Aetas senecta. Plautus, Aulul. Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominem idoneum, Quem senecta ætate ludos facias haud merito meo. Senectum corpus. Sallust. libro quarto Histor. Omnes quibus senecto corpore animus militaris erat.

Senium, senii, n. s. Idem quod senectus, γῆρας. ut Confectus senio, apud Plin. lib. 7. cap. 15. Mens senio fluxa, Tacit. lib. 5. Terentius Eunucho, pro improbo & moroso posuit, quum ait, Vt illum dij, deæque senium perdant, qui me bodie remoratus est. Senium Lunæ, pro decursu. Plinius libro septimo, capite 48. Quidam lunæ senio annum terminabant, ut Aegyptij. Quandoq; etiam dicitur tædium, tristitia, & molestia: quod senes omnibus odio sint. Cic. pro Milon. Tota ciuitas confecta senio est: squalēt municipia. Turpilius, Quia odio, ac senio mihi nuptiæ sunt. Næuius seniū sonticum appellat, quasi nocēs, quia senectus naturalis morbus est, ut inquit Aristoteles.

Seneo, nes, nui. n. f. & Senesco, cis, Senex fio, γηράσκω. Catul. Nunc placida senet quiete. Plin. lib. 6, cap. 4. Fœminas gigni celerius, quàm mares, sicut celerius senescere. Vnde & Consenesco, de quo suprà suo loco. Senescit ciuitas otio, id est, otio torpescis. Senescunt consilia, quum nimia diuturnitate & mora uana fiunt. Senescere fama dicitur quum tēpore minuitur. Senescit hyems, declinat. Senescit laus, id est, deflorescit. Senescit morbus, id est, remittitur, relaxatur. Senescunt uitia, abolentur.

Senilis, senile, om. ter. Quod ad senem pertinet, γηραλέος γεροντικός. Cic. 1. de Diuin. Is autē Tages, ut est in libris Hetrusco rum, puerili specie dicitur uisus, sed senili fuisse prudentia. Ouid. 1. de Pont. Iamq; meos uultus ruga senilis arat. Cic. pro Sest. Te fororis filius Posthumius, adolescens grauis, senili iudicio notauit. Ouid. 5. Metam. Hyems senilis tremulo uenit horrida passu.

Seniliter, aduerbium: ut Tremere seniliter, Quintilian. libro 1. capite 11.

Seni, senæ, sena, uide Sex.

Senio,

Senio, onis, Latus tali ſex puncta continens, & à ſenario numero dici uidetur: eiuſq; iactus perutilis erat, ἕξιτης. Perſ. Sat. 3. Iure etenim id ſummum, quid dexter ſenio ferret, Scire erat in uoto. Nonnunquã & damnoſus, quemadmodum & canis. Erat enim quædam ludi ratio, qua quicunq; aut canem ieciſſet, aut ſenionẽ, numũ unum in medium conferre cogebatur: ut eſt uidere in epiſtola quadam Auguſti apud Suetoniũ. Mar. lib. 13. Non mea magnanimo depugnat teſſera talo, Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur.

Senium, uide Senex.

Senſile, Senſim, Senſus, uide Sentio.

Sententia, Sententioſus, uide Sentio.

Senticetum, uide Sentis.

Sentina, æ, f. p. pen. prod. Pars nauis inferior, in quam quicquid inſtillat aquarum, defluit, quibus corruptis tetrum ὀdorem emittit: à ſentio, tis, quòd eius fœtor ſentiatur: nam ὀdorem fœtidum emittit, ἄντλον. Iuuenalis Saty. 6. Si iubeat coniux durum eſt conſcendere nauem, Tunc ſentina grauis, tunc ſummus uertitur aër. Per translationem ſentina dicitur omnis locus qui ſceleratorum hominũ receptaculum ſit. Cic. in Catil. O fortunatam Rempublicã, ſi quidem hanc ſentinam huius urbis eiecerit. Vno me hercule Catilina exhauſto, releuata mihi, & recreata Reſpublica uidetur.

Sentino, nas. n. p. Satago, ac ſubtiliter periculum euito: à ſentina nauis quã quiſq; ut aqua liberet, euacuare cõtendit. Cæcil. Capit conſilium poſtquam ſentinat ſatis, Feſtus.

Sentio, tis, ſi, ſum, n. q. Senſu percipio, αἰσθάνομαι. Plautus in Curcul. Sentio ſonitum. Vnde quinq; corporis ſenſus appellati ſunt, uiſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Lucretius lib. 1. Quin porrò uarios rerum ſentimus odores. Nec tamen ad nares uenientes cernimus unquam. Interdum ſentire ponitur pro intelligere, νοεῖν. Cic. pro Archia, Nam & ipſe animus ſentit, neſcio quid in ſe eſſe diuinum. Interdũ iudicare, opinari, φρονεῖν, γνώμην ἔχειν. Plinius Iunior, Cupio abs te intelligere quid ſentias. Cic. de Amicitia, Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. Interdum aduertere. Plautus in Amph. Nec noſtrum quiſquã ſenſimus, quum peperit. Sentire pro aliquo, ſiue ab aliquo, eſt ſententia ſua alicui fauere. Sentire grauiter de aliquo, eſt malam (ut uulgus loquitur) de eo opinionem habere: ſiue grauiter de aliquo iudicare, ſtatuere, Budæus. Sentire medicinam, apud Celſum, eſt melius habere poſt medicinam. Sic Plinius lib. 22. capite 25. atropha dixit, quæ cibum non ſentiunt, hoc eſt, quæ ob debilitatem alimentum attrahere non poſſunt, aut in ſubſtantiam ſui conuertere. Sentire cariem, ſentire uetuſtatem. Plinius libro 12. capite 7. Celeriter ea cariem ſentit. Hoc eſt, efficitur cariоſa. Idem libro undecimo, capite 42. Tradunt Zoroaſtrem in deſertis caſeo uixiſſe annis XX. ita temperato ut uetuſtatem non ſentiret. Id eſt non ſeneſceret. Budæus. Huius compoſita ſunt, aſſentio, conſentio, diſſentio, præſentio, ſubſentio, quæ uide ſuis locis.

Sentiſco, is, idem ferè quod ſentio, αἰσθάνομαι. Lucretius lib. 3. Vſqueadeò prius in nobis ſunt multa cienda Semina, corporibus noſtris immiſta per artus, Quàm primordia ſentiſcũt concuſſa animai.

Senſus, us, ui, m. q. Facultas animo, qua obiecta ſenſilia apprehenduntur, αἴσθησις. Senſuum autem alii ſunt exteriores, uiſus, auditus, guſtus, tactus, olfactus. Alij interiores, ſenſus communis, imaginatrix & memoria. Plinius libr. 10. cap. 69. Ex ſenſibus ante cætera homini tactus, deinde guſtus: reliquis ſuperatur à multis. Aquilæ clarius cernunt: uultures ſagacius odorantur: liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denſo, atq; ſurdo naturæ elemento. Cic. 2. de Nat deorũ. Guſtatus præclarè ſeptus eſt: ore enim continetur, & ad uſum aptè, & ad incolumitatis cuſtodiam: omnisq; ſenſus hominum multò antecedit ſenſibus beſtiarum. Differunt autem ſenſus & ſenſa: nam ſenſus ſunt facultates ipſæ quibus ſentimus: ſenſa uerò quæ ſentiuntur. Senſus humanitatis. Cic. 5. Verr. Non dubito quin tametſi nullus in te ſenſus humanitatis, nulla ratio unquàm fuit religionis: nunc tamen in meta periculoq; tuo, tuorum tibi ſcelerum ueniat in mentem. Idem 7. Ver. An uos quoq; hic acerbiſſimus innocentium cruciatus & mœror pari ſenſu doloris afficit? Senſus uitalis. Lucret. lib. 3. Deniq; ſæpe hominem paulatim cernis obire, Et membratim uitalem deperdere ſenſum: In pedibus primum digitos liueſcere, & ungues: Inde pedes & crura mori: poſt inde per artus Ire alios tractim gelidi veſtigia lethi. Mentis conceptus etiam ſenſa dicuntur, ἐνθυμήματα, νοήματα, διαλογισμοί. Quintil. libr. 8. cap. 5. Sententiam ueteres quod animo ſenſiſſent, uocauerunt: id quũ eſt apud Oratores frequentiſſimum, tum etiam in uſu quotidiano quaſdam reliquias habet. Nam & iuraturi ex animi noſtri ſententia, & gratulantes ex ſententia dicimus. Non rò tamen & ſic loquuti ſunt, ut Senſa ſua dicerent: nam ſenſus corporis uidebantur. Sed cõſuetudo iam tenuit, ut mente concepta, ſenſus uocaremus: lumina autem, præcipueq; in clauſulis poſita, ſententias. Cic. 1. Acad. Quod autem erat ſenſu comprehenſum, idipſum ſenſum appellabat. Idem 1. de Orat. Hoc uno præſtamus feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Senſus communis. Quintil. lib. 1. cap. 3. Senſum ipſum qui dicitur communis, ubi diſcet, quum ſe à congreſſu, qui non hominibus ſolùm, ſed mutis quoq; animalibus naturalis eſt, ſegregarit? Vbi interpres, Communis ſenſus accipitur pro rerum peritia, ex multorum hominum congreſſu comparata, non pro ſenſu communi, qui in anteriori cerebri uentriculo à Phyſicis collocatur. Horatius 1. Serm. Saty. 3. Communi ſenſu planè caret.

Senſiculus, li, diminut. ἐνθυμημάτιον. Quint. lib. 8. cap. 5. Indeminuti, corruptiq; ſenſiculi, & extra rem petiti.

Senſim, aduerbiũ, Idẽ quod paulatim, ſeu pedetentim, ἠρέμα. Plaut. in Caſin. Senſim ſuper attolle limen pedes noua nupta. Cic. 5. Ver. Quibus rebus non ſenſim atq; moderatè, ad illius amicitiam arrepſerat: ſed breui tempore totum hominem, totamq; eius Præturam poſſederat. Senſim & repentè contraria. Cic. libro 1. Offic. Magis decere cenſent ſapientes amicitiam ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere.

Senſibilis, ſenſibile, om. t. Ferè paſſiuè accipitur, pro eo quod ſentiri poteſt, hoc eſt, quod uel auditu, uel uiſu, uel olfactu, uel guſtu, uel tactu poteſt deprehẽdi, αἰσθητός. Nonnunquã & actiuè, pro eo quod ſenſus facultate præditũ eſt, αἰσθητικόν. Huius contrarium eſt Inſenſibilis: quo utitur A. Gel. Noct. Attic. lib. 17. cap. 10.

Senſifer, ra, rum, Senſum ferens. Lucret. lib. 3. Ideò cõcluſa mouebũt Senſiferos motus. Ibidem, Longè ab ſenſiferis primordia motibus errant.

Senſificus, ca, cum, adiect. Quod ſenſus cauſam præſtat, αἰσθητικός. Macrobius, Spiramentum ſenſificum, ad ſua quæq; loca naturali lege ducentes.

Senſile, pen. cor. Idem quod ſenſibile, hoc eſt, quod ſenſui ſubiectum eſt, αἰσθητόν. Inſenſile, quod ſentiri non poteſt. Lucr. lib. 2. Ex inſenſilibus ne credas ſenſile gigni.

Sententia, æ, f. p. Iudicium, animi ſenſa, conceptus mentis, & quicquid animo ſentimus, γνώμη, νῦς. Salluſt. At M. Porcius Cato rogatus ſententiam, huiuſmodi orationẽ habuit. Plautus in Pſeud. Hæc mea ſententia eſt, ut hinc porrò quid agas conſulas. Terentius in Phorm. Alere nolunt hominem edacem, & ſapiunt, mea quidem ſententia. Sic ſententia eſt, id eſt, ita ſtatui in animo. Res poſita in ſententijs dicitur, de qua uariæ ſunt hominum ſententiæ. In ea ſum ſententia, id eſt, ita ſentio. Omnibus ſententijs abſolutus eſt, dixit Cicero ad Quint. Frat. lib. 2. Id eſt omnium conſenſu & calculo. Modò dicitur iudicatum: hoc eſt, quũ ex lege, uel ex æquo & bono ſententia dicitur: ut Iudex in cauſa mea ſententiã dixit: id eſt, ſanciuit quod ius exigebat. Et ut. ff. de Arbit. ſcribit Paulus, Dicere ſententiam æſtimatur is qui ea mente id pronuntiat, ut ſecundum hoc diſcedere eos qui litigant, à tota controuerſia uelit. Sententias etiam uocamus, inquit, Quintil. lib. 8. cap. 5. lumina orationis, præſertim quę in clauſulis ſunt breuiter collecta, quas γνωμάς uocant Græci: cuiuſmodi eſt illa apud Terent. Obſequiũ amicos, ueritas odium parit.

Sententioſus, ſa. ſum, Quod ſententijs abundat, & dictis quibuſdam breuiter collectis, γνωμολογικός. Cic. de Clar. Orat. Genera autem Aſiaticæ dictionis duo ſunt. Vnum ſententioſum, & argutũ: ſententijs non eam grauibus & ſeueris, quã concinnis & uenuſtis.

Sententioſè, aduerb. Cic. 2. de Orat. Sæpe enim ſententioſè ridicula dicuntur. Autor ad Heren. deſinit ſentẽtiam hoc modo, Sententia eſt oratio ſumpta de uita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in uita, breuiter oſtendit.

Sententiola, æ, diminut. γνωμίδιον. Cic. 3, Philip, Sententiolas edicti cuiuſdam memoriæ mandaui.

Sentis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sentis, tis, f. p. Spina, quòd à tangentibus quàm primũ sentiatur, ἄκανθα. Colum. lib. 6. cap. 3. Liberantur arua sentib. qui æstiuo tempore per Caniculæ ortum recisi, plerunq; intereunt radicitus. Verg. 2. Aeneid. Improuisum aspris uelut qui sentibus anguem Pressit humi nitens. Sentis canis, frutex est arbusculæ instar, rubo multo maior, folia ferens multo latiora myrto, firmis circa ramos spinis, flore cãdido, fructu oblongo, nucleo oliuæ simili, qui per maturitatem fulue scit, & flocculos intus continet, κυνόσβατος. Alio nomine rubus caninus, & Gallorũ uocabulo Englẽteria nominatur. Colum. lib. 11. cap. 3. Et eius quam Græci uocant κυνόσβατον, nos sentem canis appellamus.

Sentricosus, sa, sum, Spinosus & asper, ἀκανθώδης. Lucilius, Quàm senticosa uerba pertorquet.

Senticetũ, ti, n. s. Locus in quo sentes abundãt, ἀκανθών. Plautus in Capt. Non enim es in senticeto, eo non sentis.

Sentus, a, um, horridus, pilosus, situ & squallore obsitus, αὐστηρός, δασύς, αὐχμηρὸς, ἐρυθρώδης. Terentius in Eunuch. Video sentum, squallidum, ægrum, annis pannisq; obsitum. Vergilius 6. Aeneid. Sed me iussa Deũm, quæ nunc has ire per umbras Per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam, Impe rijs egẽre suis.

Seorsum, aduerb. idem significans quod separatim, χωρίς. Cicero libro septimo Epist. Seorsum à collega puto mihi omnia paranda. Autor ad Heren. lib. 1. Seorsum hoc ab illo tractandum est. Plautus in Epid. In ędiculam seorsum isthęc ea iube.

Seorsus, a, um. adiect. idem significans quòd separatus. Vergil. in eo opusculo cuius est initium, Est & Non: pariter nonnunquàm, sæpe seorsis Obsistunt dubijs.

Sẽpãro, as, act. p. penult. corr. Diuido, distraho. Asc, & paro, ἀφορίζω ἀποκρίνω, χωρίζω. Plinius lib. 13. cap. 17. Mox separant lauando, & siccata tundunt. Cicero quarto Acad. Quoniam uera à falsis nullo discrimine separantur. Idem contra Rullum, Quum illa duo maria pertenui discrimine separentur. Idem 1. Offic. Quod cogitatione magis à uirtute potest, quã reseparari. Ouid. 11. Amor. Eleg. 4. Separor à domina nocte iubente mea.

Separatus, a, um, particip. Cicero quarto Tusc. Quando igitur uirtus est affectio animi: & uirtus ipsa per se sua sponte separata etiam utilitate laudabilis. Idem Attico libro 14. Ista uerò quæ tu contexi uis, aliud quoddam separatum uolumen expectant.

Separabilis, le, pen. cor. Quod separari potest. Cic. 1. Tusc. Nec separabilem à corpore esse.

Separatim, aduerb. Id est, diuisim, seorsum, χωρίς. Sallust. Omnia uirtutis præmia ambitio possidet: neq; mirum ubi uos separatim quisq; consilium capitis. Separatim de probitate alicuius dicere, dixit Cic. ad Brutum, pro eo quod est figillatim: cui opponitur Aceruatim. Legitur & Separatè, à quo fit comparat. Separatius Cic. 2. de Inuen. Quædam separatius ad finem quò referri ad omnem orationem oportet, adiungentur.

Sẽpẽlio, lis, pen. cor. Iiui, sepultũ, act. q. quod uerbum à sepio quidam deducunt, quia cadauer terra, uel alio materiæ genere circunsepitur, θάπτω. Est autẽ sepelire, humo iniecta cõtegere, in sepulchrum inferre, tumulo mandare mortuũ. Cic. 2. de Legibus, Mortuum in urbe ne sepelito, neue urito. Seruius Cic. lib. 4. Vt in quo uellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. Sepelire dolorem per translationẽ, est deponere, tegere. Cic. 2. Tusc. Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor.

Sepultus, a, um, ταφείς. Plin lib. 7. cap. 54. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: humatus uerò, humo tectus. Sepultus, pro sopitus. Vergil. 3. Aen. Nam simul expletus dapib. uinoq; sepultus Ceruicem inflexam posuit. Idem 2. Aen. Inuadunt urbem somno, uinoq; sepultam. Idem 6. Aeneid. Occupat Aeneas aditum custode sepulto. Cic pro Lege Manil. Quod bellum expectatione Pompeij attenuatum, atque imminutum est: aduentu sublatum & sepultum. Sepultus sum, id est, perij. Et plus est, quàm Nullus sum, autore Donato in Phorm. Terent. Phorm. Lemni habuit aliam. C. nullus sum. P. ex quo filiam Suscepit, & eam clam educat. C. sepultus sum.

Sepultura, ræ, f. p. Quandoq; p ipso sepulchro dicitur. τάφος. Sulp. ad Cic. lib. 4. ab Atheniensibus locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui. Quandoq; pro funeratione, atq; ipso sepeliendi actu, ἐνταφιασμός. Plinius Post sepulturam aliæ manium ambages sunt. Cic. 1. Tuscul. Cuius hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

Sepulchrum, chri, n. s. Locus in quo corpus, ossaúe hominis sepulta sunt: à sepeliendo dictum, τάφος. sicut Simulachrũ à simulando, & Lauacrum à lauando. Vnde etiam ars exigit ut sine aspiratione scribatur: consuetudo tamen (ut inquit Gellius) obtinuit ut uegetioris soni causa aspirationem recipiat. Verg. 1. Georg. Grandia q; effossis mirabitur ossa sepulchris. Idem 3. Georg. animamq; sepulchro Condimus. Cicero pro Achaia, Ennius in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus. Idem pro Sext. Rosc. Cui de tanto patrimonio, ne iter quidem ad sepulchrum patrium relictum est. Idem de Senectute, Nec sepulchra legens uereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. Ouid. nono. Metam. Néue merere meo subscribi causa sepulchro. Horat. 1. Sermon. Satyra 8. post magna latẽre sepulchra. Sepulchri autem appellatione, omnis sepulturæ locus continetur, ut ait Vlp. de Sepul. uiolan. leg. Prætor ait.

Sepulchralis, le, quod ad sepulchrum pertinet, ἐπιταφικός. ut Ceremoniæ sepulchrales, quæ pertinent ad funerationem, impensam, structuramq; sepulchrorum. Ouid. 8. Meram. Ante sepulchrales infelix astitit aras. Idem Epist. 12. Fax sepulchralis.

Sepulchretum, ti, pen. prod. Locus ubi sepulchrorum est frequentia. Catul. Epig. 55. Vxor Meneni sæpe quam in sepulchretis Vidistis ipso capere è rogo cœnam.

Sepelibilis, sepelibile, Quod sepelri debet, aut potest. Plautus Cistel. facito, ut facias stultitiam sepelibilem. S. Quid faciam? G in latebras abscondas pectore penitissimo Tuam stultitiam.

Sẽpẽs, pis, fœminini generis, Quæ obiecta introitum prohibet in agrum, aut hortum, φραγμός. Colum. lib. 10. Talis humus uel parietibus, uel sepibus hirtis Claudatur, neu sit pecori, neu peruia furi. Verg. 8. Eclog. Sepibus in nostris paruã te roscida mala (Dux ego uester eram) uidi cum matre legentem. Idem. 1. Georg. Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas & iura sinunt: riuos deducere nulla Religio uetuit, segeti prętendere sepem, Insidias auibus moliri, incendere uepres.

Sepio, pis, piui, pitum, uel sepsi, septũ, Circumuallo, impedio, circundo, περιβάλλομαι, φράττω. Dictum à sepibus, quæ obiectæ intercludunt iter. Cic. 2. de Nat. deorum, Latent præterea utiliter, & excelsis undiq; partibus sepiuntur. Idem Epistol. 15. Vallo & fossa circundedi, sex castellis castrisq; maximis sepsi. Tacitus li. 1. Acribus nanq; custodijs domũ & uias sepserat Liuia. Verg. 1. Aeneid. At Venus obscuro gradientes aëre sepsit.

Septus, a, um, participium. Liu. 1. ab Vrbe, Ad hæc Albana puber inermis ab armatis septa in uarijs uoluntatibus, comuni tamen metu cogente silentium tenuit. Vergilius primo Aeneidos.

Infert se, septus nebula, mirabile d'ctu,
Per medios, miscetq; uiris, neq; cernitur ulli.

Septa, orum, n. s. Generali uocabulo dicuntur omnia loca munita, & quodam sepimento uallata, φράγματα, περίβολοι, ἕρκη. ut Septa uillæ, quibus uilla circunsepitur. Varro lib. 1. de Re rustica, cap. 14. Nunc de septis, quæ tutandi fundi causa, aut partis fiant, uideamus. Hinc etiam pecorum stabula, ut stabula ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua septa nuncupantur. Verg. 1. Eclog. Quanuis multa meis exiret uictima septis. E conuerso Lucanus, Ouilia pro septis posuit: & miserę maculauit ouilia Romæ. Inde in Martio campo loca incluſa tabulatis, in quibus stans populus Romanus suffragia ferre consueuerat, Septa dici meruerunt, ad similitudinem ouilium De quibus Mart. li. 9. In septis Mamurra diu multumq; uagatus. Varro libr. 3. de Re rustic. appellat Septa, omnia quæ habent inclusa animalia quæ pascuntur. Iurisconsulti accipiunt Septa pro obicibus & claustris, quibus utimur ad impetus fluuiorum coërcendos. Vlp. de riuis, lege 1. Septum transuersum à Medicis, reiq; anatomicæ peritis appellatur, quod Græci uocant διάφραγμα, quo partes uitales, hoc est, cor & pulmo, à naturalibus discluduntur: de cuius substantia, figura & usu uide plura suprà in dictione Diaphragma.

Septuosẽ, aduerb. à sepio, Id est, obscurè, ἀσαφῶς. Liu. in Antipa. Ita septuosẽ dictio abs te datur quod consecutura sapiẽs ægrè contulit.

Sepimentũ, ti, n. s. Id dicitur quo aliquid sepitur, φράγμα. Varro 1. de

ro 1. de Re ruſt. capite decimoquarto. Primum naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet uirgultis, aut ſpinis, quod habet radices uiuæ ſepis. Cic. 1. de Legib. Atq; hæc omnia quaſi ſepimento aliquo uallabit, differendi ratione, ueri & falſi iudicã di ſcientia.

Sepio, uide Sepes.

Sepía, æ, σηπία. Genus piſcis, atrum cruorem, dum ſe petiani maduerit, per aquam effundens, atq; ita piſcatoribus iter ueluti præſepiens. Plinius libro nono, capite 29. Sepiarũ generis mares uarij & nigriores conſtantiæq; maioris. Percuſſæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina icto mare fugit. Ambo autem ubi ſenſere ſe apprehendi, effuſo atramento, quod pro ſanguine ijs eſt, infuſcata aqua abſconduntur. Perſius Satyra tertia Sepiam pro atramento ſcriptorio poſuit, reſpiciens nimirum ad piſcis eius ſanguinem, atramenti nigrorẽ referentem. Verba eius ſunt hæc, Tum querimur, craſſus calamo quòd pendeat humor, Nigra quòd infuſa uaneſcat ſepia lympha.

Sepiola, diminut. Plaut. in Caſ. Emitto ſepiolas lepidas, &c.

Sẽpõno, nis, act. t. pen. prod. Seorſum pono, ſeparo, ταμιεύω, ἀποτίθημι. Cic. in Orat. Vt ii qui docerent, nullum ſibi ad eã rem tempus ipſi ſeponerent. Idem 3. de Orat. Vt alius aliam ſibi partẽ in qua elaboret, ſeponeret. Horat. in Arte, Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto. Quint. libr. 12. In conſilijs uerò, quæ ratio ſuadẽdi eſt ab honeſti quæſtione ſepoſita eſt. id eſt, diuiſa, ſeparata. Liu. libr. 1. ab Vrbe, Captiuam pecuniã in ædificationem eius templi ſepoſuit.

Sepoſitus, pro remoto, qui in longinquis habitat finib. Marr. lib. 1. Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara Cæſar, Ex qua ſpectator non ſit in urbe tua?

Seps, ſepis, m. gen. t. σήψ. Paruus ſerpens, ex cuius ictu membra percuſſa putreſcunt: à σήπω, uerbo Græco, quod eſt putrefacio. Nam quicquid momorderit, reſoluitur in putredinem. Lucan. libro nono, Oſſaq; diſſoluens cum corpore tabificus ſeps. Plinius libro 29. Lacerta quam hi Sepa, alij Chalcidem uocant. Auſon. An Libyæ ferale malum ſit Romula uox, ſeps?

Septa, orum, uide Sepio in Sepes.

Septem, Numerale nomen eſt, notæ ſignificationis, à Græco ἑπτὰ deductum, ſpiritu aſpirato in s mutato, & uocali ultima in em, ἑπτὰ. Vergilius 6. Aen. Necnon Threicius longa cum ueſte ſacerdos Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum.

Septangulus, Dicitur quod ſeptem angulos habet, ἑπτάγωνος.

September, Menſis ſeptimus à Martio, à quo Romani olim annum ſuum auſpicabantur, μαιμακτηριὼν, σεπτεμβρίος. Aliquando ſumitur adiectiuè. Horatius 1. Epiſtol. 17. Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis) amœnæ, Incolumem tibi me præſtant ſeptembribus horis.

Septemfluus, a, um, Quod ſeptẽ alueis, riuis aut fontib. fluit, ἑπτάῤῥοος. Ouid. 15. Metam. Perq; papyriferi ſemptemflua flumina Nili Victrices egiſſe rates.

Septemgeminus, a, um. Quod ſeptem habet partes, ſiue membra, ἑπτάκλης. Verg. 6. Aeneid. Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.

Septempedalis, le, om. t. Quod ſeptem pedes eſt longum, ἑπτὰ ποδιαῖος. Plautus Curcul. ibi nunc ſtatuam uult dare auream Solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ ſiet ſeptẽpedalis.

Septemplex, icis, Quod in ſeptẽ partes diuiſum eſt, ἑπτάκλης. Vergilius 12. Aeneidos & clypei extremos ſeptemplicis orbes Per medium ſtridens tranſit femur. Ouidius 2. Triſt. Solus ad ingreſſus miſſus ſeptemplicis Iſti Parrhaſiæ gelido uirginis axe premor.

Septemuir, ri. m. ſ. ſicut Triumuir, Magiſtratus nomen apud Romanos: à numero uirorũ qui eo Magiſtratu fungebantur dictum Cic. 5. Philipp. Iudicandumq; nullos Septemuiros fuiſſe, nihil placere ratũ eſſe quod egiſſent, aut quod ab iis actum diceretur.

Septemuiralis, le, Ad ſeptemuiros pertinens. Liu. 4. bel. Pun. Vt proditio pro Septemuirali iudicio eſſet, ſemperq; aliud ſentiret, infidus ſocius, unus hoſtis, &c.

Septemuiratus, us, penult producta, Septemuirorum dignitas. Cic 1. Philipp. Eundem in Septemuiratus non ne deſtituiſti? Interuenit enim.

Septenarius, a, um, ut Septenarius numerus, ἑπτάς. Septenarius uerſus, ἑπτάμετρος. Cic. 1. Tuſc. Non intelligo quid metuas, quum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.

Septendecim, penult. corr. Numeri nomen indeclinabile, notæ ſignificationis, δεκαπτά. Cic. 7. Verrin. En quod Tyndaritani libenter prædicens, nos in ſeptendecim populis Siciliæ non eramus.

Septenus, na, num. Idem quod ſeptem. Cic. 4. Verr. Et pueri annorum ſenũm, ſeptenumq; denũm, Senatorij nomen nundinari ſunt. Verg. 5. Aenecid. Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, ſeptena uolumina traxit. Propertius lib. 2. Eleg. 17. Non quia ſeptenas noctes ſeiuncta cubaris.

Septennis, ne, om. t. id eſt, ſeptẽ annorum, ἑπταετὴς. pro quo legitur & Septuennis, & hoc ſeptuenne. Plaut. in Menach. Poſtquam iam pueri ſeptuennes ſunt.

Septentriones, ſunt ſeptem ſtellæ ex quibus quaſi iuncti Triones figurantur, ἄρκτος. Scribit Varro triones ruſticorum uocabulo boues uocari, quaſi teriones. hoc eſt, arandæ terræ ac colendæ idoneos. Alij triones à ſitu dictos maluat, quoniam ita ſitæ ſunt ut ternæ quæq; ſtellæ proximæ inter ſe trigonon, id eſt, triquetram figuram conſtituant, quam recentiores uocant triangulum. Hoc ſydus à figura, quia ſimile plauſtro uidetur, antiqui Græcorum ἅμαξαν, id eſt, plauſtrum dixerunt: noſtri à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. Ab his etiam uentus ſpirat, qui Auſtro obiectus eſt: & Latinè Septentrio, & Septentrionalis uentus, & Septentrionarius: Græcè uerò, quòd ab Arcto fiat, Aparctias appellatur. Cicero ad Atticum lib. 9. Ex ea die fuere Septentriones uenti.

Septies, aduerb. Septem uicibus, ἑπτάκις. Cicero ſecundo Philip. Vbi eſt, ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, patebat. Plin. libr. 16. cap. 40. Septies reſtituto templo.

Septifariam, Septem modis, ea forma qua multifariã, ἑπταχῶς. Satra de Verborum antiquitate, In quod uolumen unum eos ſectauimus, & poſtea inuenimus ſeptifariam diuiſum. Nonius.

Septimus, a, um, Vltimus, ſiue unus ex ſeptem, ἕβδομος. Plin. lib. 7. cap. 52. Vt tamen in ſeptimum & quinquageſimũ, atq; centeſimum uitæ duraret annum. Plaut. Pſeud. Aedes eſſe ſeptimas à porta.

Septimùm, aduerb. ut Septimùm Conſul: ſicut & Secundùm Conſul. Cic. 5. de Nat. deorũ, Cur enim Marius tam feliciter ſeptimùm Conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

Septingenarius, a, um, Quod ſeptingentorum numerum complectitur: ut Septingenarius grex. Varro ſecundo de Re ruſt. capite decimo, Septingenarij enim mei, tu octingenarios habuiſti.

Septingenti, tæ, ta, pluraliter tantũ, ἑπτακόσιοι. Plin. lib. 35. cap. 2. Et M. Varro beniginſſimo inuento infertis uoluminum ſuorum fœcunditati nõ nominibus tantùm ſeptingentorũ illuſtrium. Liu. 3. bel. Pun. Caſilinũ oppidum redditum Campanis eſt, firmatis ſeptingentorũ militum de exercitu Annibalis præſidio.

Septingenteſimus, a, um, pen. cor. Vltimus, ſiue unus ex ſeptingentis, ἑπτακοσιοστός. Liu. 1. ab. Vrbe, in Proœm. Res eſt, prætea rea & immenſi operis, ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur.

Septicollis, Vrbis Romæ epitheton, à ſeptem collium numero impoſitum, ἑπτάλοφος. quorũ nomina erant, Capitolinus, Palatinus, Quirinalis, Auentinus, Cælius, Viminalis, & Exquilinus.

Septuaginta, Decies ſeptem, ἑβδομήκοντα. Cic. 5. Verrin. Vnus ager Agyrinenſis centum ſeptuaginta aratoribus inanior quum ſit.

Septuagenus, a, um, Quanuis propriè ad diſtributiuũ numerũ pertineat, ſæpe tamen idẽ ferè ualet quod ſeptuaginta. Plin. lib. 16. cap. 10. Septuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cuiuſdam.

Septiana mala, σεπτιανὰ μῆλα. Dicuntur à Septio Libertino, corũ primo inſitore, inſigni rotunditate prædita. Apud Columellam tamen libro quinto, capite 10. unde Calepinus hæc ſe ſumpſiſſe profitetur, Sextiana poma legimus, non Septiana.

Septicus, a, um, σηπτικὸς. idem quod putrefactiuus, ἀπὸ τῆ σήπειν, quod eſt putrefacere. Vnde & σήπτικα dicuntur medicamenta quæ putrefaciendi uim habent. Plin. libr. 28. cap. 9. Quin & ſanguis eorum ſepticam uim habet.

Septunx,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Septunx, cis, m. t. Mensura, uel pondus septem unciarum, hoc est, assis partes septem, ἑπτάγιον. Vnde & in agri mensuris septunx dicitur qui continet semiiugerum, & iugeri partem duodecimam. Colum. lib. 5. cap. 1. Pars dimidia, & una duodecima, pedes sexdecim millia & octingentos: hoc est, septunx, in quo sunt scrupula CLXVIII. Accipitur etiam septunx pro septem cyathis uini. Solebant enim uetares, quando se paulò liberius inuitabant, tot uini cyathos ebibere, quot erant literæ in amasiorum amicarumúe nominibus: singulosq; cyathos appellabant uncias. Martialis lib. 8. Si Telethusa uenit, promissaq; gaudia portat, Seruabor dominæ Rutæ triente tuo. Si dubia est, septunce trahar: si fallit amantem. Vt iugulem curas, nomen utrunq; bibam. Tale est illud eiusdem Poëtæ lib. 11. Quincunces, & sex cyathos, bessemq; bibamus, Caius ut fiat Iulius & Proculus. Quincunces ait, id est, quinq; cyathos: bessem, id est, cyathos octo. In Caium enim quinque sunt literæ, in Iulius sex, in Proculus octo. Idem libro 1. Næuia sex cyathis, septem Iustina bibatur, Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus: Omnis ab infuso numeretur amica falerno. Et quia nulla uenit, tu mihi Somne ueni.

Septuncialis, ciale, Quod est, unciarum seu partium septem, ἑπτάγιαῖος. ut Septuncialis satio, qua seritur semiiugerum, & duodecima iugeri pars. Colum. libro 2. cap. 10. Media sementi pars seri, & pars ultima debet, quæ septuncialis satio dicitur.

Septuosè, uide Sepes.

Sepulchrum, Sepultura, uide Sepelio.

Sepum, uide Seuum & Sebum, σίαρ.

Sequax, Sequela, uide Sequor.

Sequester, stris, stre: & hic & hæc Sequestris, & hoc sequestre, & Sequester, stra, strum, Apud quem plures rem aliquam, de qua controuersia est, deposuerunt, ut inquit Modestinus de Verb. signif. προσαγωγεύς μισέγγυος. Dictus (ut docet Gell. lib. 20. cap. 10.) quòd eius qui electus sit, utraq; pars fidem sequatur. est enim medius inter duos altercantes, apud quem aliquid seponitur. Quapropter Vergilius libro 11. Pacem sequestram inducias appellauit, quòd mediæ sint inter bellũ præteritum & futurum. Bis senos (inquit) pepigere dies, & pace sequestra Per syluas Teucri, mistiq; impunè Latini Errauere iugis. Sequester (inquit Asconius) apud quem pecunia deponitur. Tribuum quoq; corrumpendarum conductor, Sequester dicebatur: quod etiam annotauit Budæus, Sequestri, inquiens, uerbo Oratores pro ijs interpretibus utuntur qui iudicijs corrumpendis, aut eiusmodi male ficijs suscipiendis operam suam locant. Cicer. secundo Verr. Moneo, prædico, antè denuntio, qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse: quiq; ad hanc rem aut potentiam, aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc iudicio manus, animosq; ab hoc scelere nefario. Idem pro Cluẽtio, Quo sequestre in illo iudice corrumpendo dicebatur esse usus. Sequester apud Quintil. est, qui à litigatore doctus, docet patronum. Is enim ait libro 12. capite 8. Quomodo autem sequester ille, & media litium manus.

Sequestrò, aduerbium, id est, apud sequestrem: ut Pecuniam sequestrò deponere, hoc est, in manibus sequestris, donec sententia decisum fuerit cuius esse debeat. Se sequestrò se ponere, dixit Cato, pro eo quod est sese separare ab eo cum quo antea fueris coniunctus. Nolite (inquit) per Deum immortalẽ, uos sequestrò ponere.

Sequestro, sequestras, apud sequestrum depono. unde Sequestrata res dicitur. Interdum sequestrare est separare, ἀποχωρίζειν.

Sĕquor, sequeris, sequutus, d. t. à Seco deductum, est uerbũ commune, secundum Priscianum, ἕπομαι, ἀκολουθέω. Plaut. in Amph. Sequere hac igitur me. Terentius And. tunus interim Procedit, sequimur, ad sepulchrum uenimus. Cicero primo Officiorũ, Neq; enim attinet repugnare naturæ, nec quicquam sequi quod assequi non queas. Vergilius 1. Aen. hos tota armenta sequuntur A tergo, & longum per ualles pascitur agmen. Sequi amicum, est facere quod amico placet, & obtemperare illi. Cic. de Amic. Vt requis concessum putet, amicum bellum patriæ inferentem sequi. Sequi consuetudinem, est facere secundum consuetudinem. Plinius Epist. 30 Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris Sequi fidem alicuius populi, aut principis, est illi fidem esse, fidem seruare, non discedere à fide. Cic. 2. de Diuin. Quòd fidem secutus, amicitiamq; populi Romani functus sit officio. Sequi suam fortunã, est successu & occasione fortunæ uti. Sequi naturã ducem, facere quemadmodum natura nos inclinat. Sequi uerbum aliquod, est summæ dictionis cui insistere, omissa interim sententia. Huius composita sunt, assequor, cõsequor, exequor, insequor, obsequor, persequor, subsequor, pedisequus & pedisequa: de quibus suis locis.

Sequutor, oris, Qui præeuntem sequitur, ὁ ἀκολουθῶν. Sequutores item inter gladiatores dicuntur, qui aduersus retiarios pugnabant, alio nomine mirmilliones dicti. Vtitur hac uoce Suetonius in Caligula.

Sector, ctaris, d. p. Multùm & continuè sequor, παρακολουθέω. Plaut. in Cistel. Anum sectatus sum clamore per uias. Cic. 4. Ver. Prætorem per omnia fora sectabatur. Idem pro Sexto Roscio, Ij serui ubi sunt? Chrysogonum, Iudices, sectantur. Propriè autem hoc uerbum (quod & Donatus annotauit) ad Philosophorũ discipulos pertinet, qui præceptorẽ assiduè comitantur, ut colloquio eius, & usu eruditiores, eiq; per omnia similes euadant. Huc respexit Guato ille Terentianus in Eunucho, Ibi homo cœpit me obsecrare, Vt sibi liceret discere id de me: sectari iussi, Tanquàm philosophorum habent disciplinæ ex ipsis Vocabula, parasiti ita ut Gnatonici uocentur. Sectari beluas, apros, ceruos, est uenando consectari, persequi, inuestigare, perquirere, sequi, διώκειν. Vergil. in Buc. 3. Ecloga, Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo. Horatius 2. Sermon. Satyra secunda, leporem sectatus, equoúe Lassus ac indomito.

Sectator, oris, m. t. uerbale, qui assiduè aliquem assectatur. Cicero pro Muræna, Quid opus est sectatoribus? Idẽ pro Rab. Posthumo, Num Gabinij comes est, uel sectator. Sectatores philosophorum, id est, discipuli qui ut aliquid ab ijs addiscant, ab eorum latere nunquàm discedunt. Gel. li. 2. ca. Tanius sectatoribus commodum dimissis sedebat pro cubiculi sui foribus.

Secta, æ, f. p. Propriè est ratio illa dogmatum, quam quis sibi in philosophia imitandam proposuit, & tuendam suscepit: à sectando (ut uolunt) dicta, quòd plures primum opinionis cuiuspiam autorem sequantur: uel à sectione (ut alijs placet) quòd quum omnes Philosophi dicantur, scitorum tamen diuersitate à se inuicẽ sint diuisi. Aliud enim de summo bono sentiunt Stoici, aliud Academici, aliud Peripatetici, aliud Epicurei. Cicero primo de Orat. Est autem secta, disciplina, seu certa quædam disciplinæ formula, factio, studium, ratio uitæ. Colum. lib. 6. Quare antiquissimum est formam huius operis conscribere, quam uelut sectam legemq; in proscindendis agris sequantur agricolæ. Cicer. pro Cælio, Qui hanc sectam, rationemq; uitæ, re magis quàm uerbis secuti sumus. Idem 2. de Nat. deorum, Omnis natura artificio sa est, quòd habet quasi uiam quãdam & sectam quam sequatur. Idem ad Brutum, Reliquias hostium Brutus persequitur & Cæsar: hostes autem omnes iudicari, qui M. Antonij sectam secuti sunt. Hinc Consectaneus, qui eiusdem sectæ est, ὁμόδοξος. August. libro decimo, Ciuit. Quanto humanius & tolerabilius consectaneus tuus Platonicus Apuleius errauit.

Sectarius uerux, Qui gregem ouium præcedens, ducem se illis præbet. Plautus in Capt. Qui Petroni nomen indunt uerueci uectario.

Sequax, cis, om. t. Facilis, siue aptus ad sequendũ quocunq; tractatur, ἀκολουθητικός, ut Lanæ sequaces, quæ nentis manum sequuntur. Martial. libro 13. Niliacum ridebis olus, lanasq; sequaces, Improba quum morsu fila, manuq; trahes. Cornuũ natura sequax, id est, flexilis, & ductilis. Plin. libro 22. cap. 37. Adeò sequax natura est, ut in ipsis uiuentiũ corporibus ferueuti cera flectantur. Aliquando significat id quod se spargendo dilatat. Persius in Proœmio, Quorum imagines lambunt Hederæ sequaces. Sequacem uerò materiam dixit Plinius libro 11. capite 2. pro tractabili & facili. Idem Bitumen sequax, libro 7. capite 15. id est, lentum, & quod attactũ digitos sequitur, picis uel uisci more. Sequaces capreæ, hoc est, aliæ aliam sequentes. Verg. 2. Georg. Capreæq; sequaces Illudunt, pascuntur oues, auidæq; iuuencæ. Aliquando sequax, idem est quod sectator. Seneca, Cæterique Aristippi sequaces.

Sequela, læ. pen. prod. Ipse sequendi actus, ἀκολουθία.

Sera, æ, fœ. p per simplex r, instrumentum est quo clauduntur ostia, σφῆνες, κλεῖθρον. Iuuenalis Satyra 6. Adde seram cohibe: sed quis custodiet ipsos Custodes? Ouidius 1. Amo. Eleg. 6. Quid facies hosti, qui sic excludis amantem? Tem-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pora noctis eunt, excute poſte ſeram. Dictæ ſeræ, teſte Feſto, quòd foribus admotæ opponuntur, defixæ poſtibus, quemadmodum ea quæ terræ inſeruntur. Varro lib. 3. de Ling. Lat. à ſarire deriuat quod eſt aperire.

Seraphim, uox eſt Hebraica, pluralis numeri, idem ſignificans quod igniti, candentes: à uerbo ſaraph, ſuccendo, uro, exuro, comburo, Numeri 21. Miſit Dominus in populum hannehaſim haſeraphim, id eſt, ignitos ſerpentes. Significat & certum ordinem angelorũ cæleſtis hierarchiæ: eſtq; generis tam maſculini quàm neutri. Eſaiæ 6. Seraphim ſtabãt ſubter illud. Ibidem, Et uolauit ad me unus de ſeraphim. Diuus Hieronymus ad Fuſiam, Hæc ſunt duo ſeraphim ter glorificantia Trinitatem.

Serapias, σεραπιὰς. Herba quæ & orchis dicitur, eo quòd habeat radicem geminis teſticulis ſimilem: unde qua Plinius lib. 26. cap. 10.

Sĕrēnus, a, um, pen. prod Significat tranquillum, ſine nubibus, ſine imbre: à ſerendo, ut quidam uolunt, quòd id maximè tempus ſationi aptum ſit, εὐδίαν, ἀίθριον. Verg. 6. Aen. Ac ueluti in pratis, ubi apes æſtate ſerena Floribus inſidunt uarijs. Idem 1. Georgic. Humida ſolſtitia, atq; hyemes orate ſerenas Agricolæ. Ad Herennium libro 4. Ita ut hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt, frigore pulſæ recedunt: ita falſi amici ſereno uitæ tempore præſto ſunt, ſimulatq; hyemem fortunæ uiderint, deuolant omnes. Martial. lib. 1. Cælo perfruitur ſereniore. Serena frons, per translationem pro nitens pro læta. Idem libro 2. Sic me fronte legat Dominus Fauſtine ſerena. Serenus color, lucidus. Plin. lib. 9. capite 35. Serenum colorem margaritæ pro claritate matutina contuahunt. Serenum ſubſtantiuè, idem quod ſerenitas, εὐδία, ἀίθρια. Verg. 1. Georg. Nec minus ex imbri ſoles, & aperta ſerena Proſpicere. Sereno caſus ablatiui, pro ſereno tempore: cui opponitur nubilo. Plinius libro 11. capite 24. Aranei ſereno non texunt: nubilo texunt. Quandoq; ponitur ſerenus pro ſicco: quod Nonius annotauit. Vergil. 3. Georg. unde ſerenas Ventus agat nubes. id eſt, ſiccas nubes, quas alibi Arida nubila appellauit. Atq; arida nubila differt.

Serenitas, ſerenitatis. f p. Puritas & tranquillitas aëris, ἀίθρια, εὐδία Plin. lib. 10, cap. 67. Salamandra animal lacerti figura, ſtellatum, nunquàm niſi magnis proueniẽs imbribus, & ſerenitate deficiens. Cic. 2. de Diuin. Hæc igitur quum ſint, tum ſerenitas, tum perturbatio cæli: eſt ne ſanorum hominum hoc ad naſcentium ortus pertinere, non dicere? Liu. li. 6. bel. Pun. ſecundi, Vbi recẽpiſſent ſe in caſtra, mira ſerenitas cum tranquillitate oriebatur.

Sereno, nas, act p. Clarifico, tranquillo, ἀθρίω. Verg. 1. Aeneid. Olli ſubridens hominum ſator, atq; deorum, Vultu quo cælum, tempeſtatesq; ſerenat. Idem 4. Aen. Conſiliũ uultu tegit: ac ſpem fronte ſerenat. Plin. lib. 2. cap. 6. Atq; etiam nubila humani animi ſerenat.

Serenatus Phœbus, Silius lib. 5. Dona ſerenato referat ſolennia Phœbo.

Sereſco, ſcis, Siccus fio, quaſi ſereneſco, & ſerenus fio, quoniam ſerenitas ſicca eſt, ξηραίνομαι. Lucretius lib. 4. Deniq; fluctiuago ſuſpenſæ littore ueſtes Vueſcunt, eædem candenti Sole ſereſcunt. Hæc Nonius. Aliquando ſereſcere eſt in ſerum abire, ἀποῤῥοῦσθαι Plin. lib. 11. cap. 41. Omne autem lac igne ſpiſſatur, frigore ſereſcit.

Sergia, Oliuæ genus apud Colum. lib. 5. cap. 8.

Seria, riæ, f p. Vas uinarium fictile, oblongum, πίθος. Liu. lib. 4. bel. Pun. Et in uico Iſtrico fontem ſub terra tanta ui aquarum fluxiſſe, ut ſerias doliaq; quæ in eo loco erant prouoluta, uelut impetus torrentis tulerit. Teren. in Heau. ſodes uide Releui dolia omnia, omnes ſerias. Perſius Satyra 4. & ô ſi Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule. Colu. libro duodecimo capite 18. Dolia quoq; & ſeriæ, cæteraq; uaſa ante quadrageſimum uindemiæ diem picanda ſunt. Seriæ olearię. Vatro 3. de Re ruſt. cap. 2. Nec tamen ibi ſe uidiſſe tabulam pictam, neq; ſignum æneum, aut marmoreum ullum: nihilò magis torcular, uaſa uindemiatoria, aut ſerias olearias, aut trapetas.

Seriola, læ, Doliolum fictile in quo uinum ſolet aſſeruari, πιθίδιον. Perſ. Satyra quarta. Seriolæ ueterem metuens deradere limum.

Sericus, a, um, σηρικὸς. Quod ex ſerico confectum eſt. Eſt autem ſericum, lanæ pretioſiſſimæ genus, quod apud Seras Scythiæ Aſiaticæ, aut (ut alij malunt) Indiæ populos ex arborum frondibus dicitur depecti. Quanquam non deſunt qui uermiculi lanificium eſſe putẽt, qui gentis illius lingua Ser, σὴρ appelletur. Quam ſententiam ne Iulius quidem Pollux diſſimulauit, ſic ſcribẽs Onomaſtici ſui lib. 7. Ἔνιοι δὲ καὶ τὰς σῆρας ἀπὸ τούτων ἐτύμως ἴσως ἀθροίζειν φάσκουσι τὰ ὑφάσματα. Priorem opinionem ſequitur Verg. 1. Georg. Velleraq; ut foliijs depectant mollia Seres. Hinc ſerica ueſtimẽta dicta ſunt, quæ ex ſerico conficiebantur. Vlpian. l. Veſtis. de Auro & argento leg. Veſtimentorum ſunt omnia lanea, lineaque, uel ſerica, uel bombycina, quæ induendi. præcingendi, injiciendi, incubandiue cauſa parata ſunt. Plinius libro uigeſimoprimo, capite tertio. Lautiſſimum quippe habetur è nardi foliis eas dari, aut ueſte ſerica, uerſicolores, unguentis madidas. Puluilli ſerici. Horatius Epod. 8. Quid, quòd libelli Stoici inter ſericos lacere puluillos amant. Pallia ſerica, apud Statium 3. Syl. 4. Legimus & ſerica abſolutè pro ueſtibus ſericis. Martial. libro ſexto, Non aliter dentes quàm ſerica, nocte reponis. Serici olim tanta erat caritas ut auro penderetur: ut eſt uidere apud Flauium Vopiſc. in Aurel. ubi ſic habet, Veſtem ſericam neq; ipſe in ueſtiario ſuo habuit, neq; alteri utendam dedit. Et quum ab eo uxor ſua peteret, ut unico pallio blatteo ſerico uteretur, ille reſpondit, Abſit ut auro fila penſentur. Libra enim auri tunc libra ſerici fuit. Hæc ille.

Sericarius textor, Qui ueſtes ſericas texit, σηρικοπλόκος. Iul. Firmicus libro octauo Matheſeos refert, ſericarium textorem naſci qui habuerit horoſcopum in uigeſimooctaua parte Arietis.

Sericatus, Qui eſt indutus ſerico, σηρικοφόρος. Suetonius in Caligula, cap. 52. Armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus, & cycladatus.

Sĕries, ei. q Ordo, & quaſi quædam rerum continuata progreſſio, τάξις, εἰρμός. A ſerendo, id eſt, ordinando dicta: ut Series orationis, id eſt, contextus. Quintil. Quod non niſi incõtextu orationis ſeriei; con ingit. Cic. 1 de Diuin. Tatum autẽ id appello quod Græci ἀμαρμένην, id eſt, ordinem ſeriem; cauſarum. Idem 1. de Nat. deorum, Eſt enim admitabilis quędam continuatio, ſeries; rerũ, ut alia ex alijs annexa, & omnes inter ſe aptæ colligatæq; uideantur. Verg. 1. Aen. cælataq; in auro Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum. Ouidius 15. Metam. trepidosq; obitum; timentes Sic exhortari, ſeriem; euoluere fati. Valerius Max. Quis compos mentis, domeſticæ, peregrinæq; hiſtoriæ ſeriem felici ſuperiorũ ſtylo conditam, uel attentiore cura, uel præſtantiore facundia traditurũ ſe ſperauerit?

Serilla, n. ſ. inquit Feſtus, Verrius appellari putat Iſtrica nauigia, Liburnica, quæ lino ac ſparto condenſantur, à conſerendo, hoc eſt, contexendo dicta. Qua tamen in re à Verrio uidetur diſſentire Feſtus. Vide ipſum de Verb. ueter. ſignif. libro 17.

Seris, hniux ſeris, σέρις. Herba eſt, quam alio nomine intubum uocamus. Varias ſub ſe continet ſpecies, quas uide ſuprà in dictione Intubus. Var. 3. de Re ruſt. c. 10. Seruntq; his herbam quæ uocatur ſeris, quòd ea aqua tecta, etiã cum eſt arida, fit uiridis.

Serita, eſt orcarum ordo directus.

Sĕrĭus, a, um, Graue, & minimè iocoſum, σπουδαῖος. Terent. in Eunuch. Ait rem diuinam feciſſe, & rem ſeriam uelle agere mecum. Cicero primo, Offic. Ludo autem & ioco uti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris, tum quũ grauibus ſerijsq; rebus ſatisfecerimus. Quintilian. lib. 6. capite 4. Dictorum urbanorum alia ſeria, alia iocoſa, alia media Serium (inquit Nonius) id eſt, triſte, & quaſi ſine riſu, uel ſine ridiculo.

Seria, orũ, n. ſ. Res graues, ſeueræ, & minimè iocoſæ, σπουδαῖα. Mart. Parce precor ſocero, ſeria forſan amat. Ouidius 5. Faſt. Nulla coronata peraguntur ſeria fronte. Horat. 1 Serm. 1. Satyra, Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo. Quoties omnia noſtra cum aliquo communicamus, cum eo ioca ſeriaq; conferre dicimur. Cicero 1. de Fin. At quicum ioca & ſeria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optimè, deinde etiam cum mediocri amico. Vide Adagia Eraſmi.

Seriò, aduerb. Sine ioco: quod uulgus barbarorum dicit Pro bono. Plaut. in Amph. An id ioco dixiſti? equidem ſeriò ac uerò ratus. Idem Caſ. Ego eo quò me ipſa miſit. S. Vero ne A. ſeriò. Terent. Miſit porrò orare ut uenirem ſeriò. Cicero Attico

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Att.lib.5. Inde ad Taurum cogitabam, ut cum Mophragine ſignis collatis, ſi poſſem, ſerió decernerem.

Sermo, onis, m.t. Locutio, uerba, colloquiũ, mentio, λόγος, ὁμιλία. Cicero 1. Offic. Sermone uti debemus qui notus eſt nobis, ne, ut quidam, Græca uerba inculcantes, iure optimo rideamur. Dictum autem putant ſermonem, à uerbis ſerendis, hoc eſt, conferendis ſiue cõnectendis. Seruius, Sermo eſt conſertio orationis, & confabulatio duorum, uel plurium. Vergilius 1. Aeneid. Amiſſos longo ſocios ſermone requirũt. Idem 6. Aeneid. Nec magis incœpto uultum ſermone mouetur, Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes. Idẽ 4. Geor. His medium dictis ſermonem abrumpit. Tractare aliquid Græco uel Latino ſermone. Cicero libr. 1. de Fin. Non eram neſcius, Brute, quum quæ ſummis ingenijs, exquiſitaq; doctrina philoſophi Græco ſermone tractauiſſent, ea Latinis literis mandaremus, fore ut hic noſter labor in uarias reprehenſiones incurreret. Inſtituere ſermonem cum aliquo, eſt cum illo uerba facere, uel incipere colloqui. Cicero de Ora. Quum mihi ſermo cum hoc ipſo Craſſo multis audientibus eſſet de te inſtitutus. Diſſipare ſermonem, eſt euulgare & diſpergere, διαθρυπτῶσαι τὸν λόγον. Cicero pro Flacco, Sermo eſt tota Aſia diſſipatus. Ordiri ſermonem, id eſt, excogitare, comminiſci. Idem de Orat. Craſſus princeps eius ſermonis ordiendi fuit. Habere ſermonẽ, eſt uerba facere. Cic. de Senect. Cyrus in eo ſermone quem moriens habuit. Tribuere alicui ſermonem, eſt inducere eum loquentẽ. Cic. de Sect. Omnem autem ſermonem tribuimus Catoni ſeni. Incidere in ſermonẽ alicuius, idem de Amicitia. Conferre ſermonem cum aliquo, hoc eſt, cum altero colloqui. Cicero ſecundo de Inuent. Sermo capite carẽs, & pede, hoc eſt, cuius neq; initium facilè fuerit inuenire, neq; exitum.

Sermunculus, diminut. λογόδριον. Plin. Epiſt. 103. Vt ſermunculis etiam & fabellis ducantur. Cic. ad Attic. lib. 13. Sermunculum enim omnem aut reſtrinxerit, aut ſedarit. Idem pro Deiotaro, Non ne intelligis Cæſar, ex urbanis maleuolorum ſermunculis hæc ab iſtis eſſe collecta?

Sermocinor, aris, pen. cor. d. p. Sermonẽ facio, loquor, ὁμιλέω. Plin. lib. 10. Super omnia humanas uoces reddunt pſittaci, & quidem ſermocinantes. Cic. 2. de Inuent. Et quibus in rebus homines in conſuetudine ſcribendi, aut ſermocinandi eo uerbo uti ſoleant, conſiderabitur. Idem 5. Verr. Reſpondit illa ut meretrix, nõ inhumanè, libenter ſe ait eſſe facturam, & ſe cum iſto diligenter ſermocinaturam.

Sermocinatrix, icis. Quint. lib. 3. cap. 4. Quam ſanè permittamus dicere ſermocinatricem.

Sero, ras, Claudo, κλείω. Colum. lib. 6. de mulæ feminibus loquens, Femina (inquit) ſerari, & interdum inuri ſolent. Huius compoſita ſunt Obſero, pro occludo, καλακλείω. Terent. in Eunuch. Tu abi, atq; obſera oſtium intus. Et Reſero, aperio, ἀνοίγω. Vergilius 7. Aeneid. Reſerat ſtridentia limina Conſul.

Sĕro, ſeris, ſeui, ſatum, n.t. Significat ſemino, σπείρω. Cæſar 5. belli Gallici. Frumenta non ſerunt, ſed lacte & carnibus uiuunt. Idem libro 1. Geor. Nudus ara, ſere nudus, hyems ignaua colono. Ibidem, Exercete uiri tauros, ſerite hordea campis. Aliquando ſignificat planto, φυτεύω. Cicero 2. Tuſc. Serit arbores quæ alteri ſeculo proſint. Colum. libro 5. capite 10 Si unum genus ſeuerimus, quũ id acciderit quod ei noxium eſt, tota uindemia priuabimur. Per tranſlationem ſerere, quandoq; capitur pro generare. Vnde ſatus id eſt, generatus. Vergil. 7. Aeneidos, Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus. Per translationem quoq; dicimus Serere bella, & ſerere certamina: id eſt, mouere lites & pugnas. Liuius 7. bel. Pun. Annibal turmatim per equites, peditumq; iaculatores leuia certamina ſerens, caſum uniuerſæ pugnæ non neceſſarium ducebat. Liuius 2. ab Vrbe, Et in alienа urbe cum patribus ſerere certamina, priuſquàm pignora coniugum, ac liberorum, charitasq; ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, animos eorum conſociaſſet. Serere bella ex bellis, eſt bello uno extincto, alterum aggredi. Liu. 1. bel li Maced. Tum Qu. Bebius Tribu. plebis uiam antiquam criminandi Patres aggreſſus, incuſauerat bella ex bellis ſeri, ne pace unquam plebs frui poſſet. Huius compoſita ſunt, aſſero, circunſero, conſero, deſero, differo, exſero, interſero, inſero, obſero, reſero & ſubſero, quæ habent penultimã correptam: de quibus ſuis locis. Fuit etiam antiquis in uſu ſero, ſerui, ſertum: à quo manſerunt Aſſero, rui, aſſertũ, Conſero, rui, conſertum, aliaq; complura: de quibus egimus ſuis locis.

Satus, a, um, particip. idem quod ſeminatus. Verg. 3. Georg. Sed frumenta manu carpes ſata. Idem 8. Ecloga, Ante ſatas aliò uidi traducere meſſes. Per translationẽ etiam accipitur pro participio natus, ſiue genitus. Verg. 2. Aen. At non ille ſatum quo te mentiris Achilles Talis in hoſte fuit Priamo. Liu. 8. bel. Maced. Vt fidem fecerit, non ſanguine humano, ſed ſtirpe diuina ſatum ſe eſſe.

Sătus, ut, m. q. Ipſum ſerendi actum, ſiue plantationem denotat, σπορά: Plin. lib. 17. cap. 17. Quapropter de talearum ſatu hunc dicendum. id eſt, plantatione. Cic. de Senect. Quid ego uitiũ ortus ſatus, incrementa commemorẽ? Idem 1. de Diuinat. Ob eandem cauſam multa inuſitata partim è cœlo, alia ex terra oriebantur: quædam etiam hominum, pecudumue conceptu & ſatu. Quandoq; etiam ſatus pro ipſo accipitur ſemine, ſiue ſementi, σπέρμα. Cic. 2. Tuſc. Cultura autem animi philoſophia eſt, quæ extrahit uitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos.

Sator, oris, m.t. uerbale, Qui ſerit, aut plantat, σπορεύς, φυτεύς. Colum. libro tertio, capite 15. Satoris officium eſt, primum quàm recentiſſimam, & ſi fieri poſſet, eodem momento quo ſerere uelit, de ſeminario transferri plantam diligenter exemptam & integram: deinde, &c. Plinius libro decimoquinto, cap. 1. Heſiodus negauit ſatorem oleę fructum ex ea percepiſſe quenquam. Sator cæleſtium Cic. 2. Tuſc. Id eſt, creator & genitor.

Satorius, ria rium, adiect. Quod ad ſatorem pertinet. Colum. libro ſecundo. cap. 9. Nonnulli pelle hyenæ ſatoriam trimodiam ueſtiunt, &c.

Satio, onis, f.t. Idem quod ſatus, σπορά. Cicer. de Vniuerſ. Poſt eam autem ſationem dijs (ut ita dicam) iunioribus permiſit ut corpora mortalia effingerent. Idem quinta Ver. Ne ſi tempus ſationis præteriſſet, granum in prouincia Sicilia nullum haberemus. Vergilius 2. Georgic. Optima uineris ſatio eſt, quum uere rubenti Candida uenit auis, longis inuiſa colubris.

Satiuus, a, um, Quod ſeminatur, uel quod idoneũ eſt ut ſeminetur, ἥμερος, σπόριμος, cui contrarium eſt agreſtis. Plin. lib. 15. cap. 7. Eadem ratio & in ſatiua myrto. Gellius, Sed hi plerasq; naues loris ſuebant. Græci magis cannabe, & ſtuppa, cæteriſq; ſatiuis rebus.

Sero, aduerb. **Serotinus**, uide Serus.

Serpens, tis, uide Serpo.

Serperaſtra, Varro uocat inſtrumenta quæ geniculis puerorum ambulare diſcentium alligantur, ne uari fiant, aut cõpernes. Dicta à ſerpendo: ſerpunt enim magis pueri quàm gradiuntur.

Serpo, pis, pſi, ptum, n.t. Repo, uentre ingredior, more ſerpentis incedo, ἕρπω. Cicero 5. de Finibus, Deinde ſuo quæq; appetitu mouentur: ſerpere anguiculos, nare anaticulas, cuolare merulas, cornibus uti uidemus boues, ueſpas aculeis: ſuam denique cuique naturam eſſe ad uiuendum ducem. Plinius libro 9. capite 15. Pinnis quibus in mari utuntur, humi quoq; uice pedum ſerpunt. Ouidius 3. de Ponto, Eleg. 3. Liuor iners uitium mores non exit in iſtos: Vrb; latẽs ima uipera ſerpit humo. Serpere quoq; dicuntur plantæ, quæ quum ob caulis infirmitatem ſtare non poſſint, humi procumbunt. Plin. lib. 21. cap. 16. Aculeatarum caules aliquatum per terram ſerpunt, ut eius quam coronopum uocant. Verg. 8. Ecloga, atq; hanc ſine tempora circum Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauros. Serpere item humi dicuntur ſcriptores, qui nimis humili utuntur genere dicẽdi. Horat. de Arte, Serpit humi, tutus nimium, timidusq; procellæ. Transfertur & ad inanimata, ut idem ſit quod ſpargi, creſcere, ſeu dilatari. Cicero in Lælio, Serpit enim neſcio quomodo per omnium uitas amicitia. Idem pro Rabirio Poſthumo, Serpet hoc malũ, mihi credite, longius quàm putatis. Compoſita ſunt, Inſerpo, & Proſerpo: de quibus egimus ſuis locis.

Serpens, tis, m.t. modò participium, Quod longius ac latius ſerpit, & diuagatur, ἕρπων. Cic. de Senect. Vitis quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, ad terram fertur: tandem ut ſe erigat, clauiculis ſuis quaſi manibus, quicquid eſt nacta, cõplectitur, quam ſerpentem multiplici lapſu, & erratico, ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmentis. Modò nomen, tàm maſculini, quàm fœminini generis, generale eſt ad omnia quæ ſerpunt citra uſum pedum: uel quæ tam exiguos habent pedes, ut repere potius quàm pedibus incedere uideantur, ἑρπετὸν, ὄφις. Plin. libro 8. cap. 23. Nec

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pedibus pauendas tantũ ſerpentes, ſed & miſſili uolare tormento. Idem lib. 8. cap. 14. Nota eſt in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo Imperatore, balliſtis tormentisque ut oppidum aliquod, expugnata ſerpens C X X, pedum longitudinis. Vergilius 1. Georg. Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris. Ouidius 3. Meram. longo caput extulit antro Ceruleus ſerpens, horrendaq; ſibila miſit. Serpentia ſecla ferarum, pro ſerpentum genere. Lucret. libr. 6. Naribus alipedes ut cerui ſæpe putantur Ducere de latebris ſerpentia ſecla ferarum.

Serpentinus, a, um, ut, Vox ſexpentina, ὀφικός.

Serpentiger, a, um, ὀφιοῦχος. Ouid. 4. Triſt. Eleg. 6. Sphyngaq; & Harpyias, ſerpentigerosq; Gigantes.

Serpentigenæ, ex ſerpentibus nati, ὀφιογενεῖς. Ouid. 7. Metam. Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis.

Serpula, læ, A uetentibus dicebatur, quam nos ſerpentem dicimus. Feſtus, ἑρπετὸν, ὄφις.

Serpyllum, ἕρπυλλον. Herbæ nomen nulli non notæ, παρὰ τὸ ἕρπειν. hoc eſt, à ſerpendo dictum, mutatione aſpirationis in ſ literã. Habet enim ramuſculos tenues humi ſerpentes: & quacunq; terram attigerint, radicem agentes, & ſeſe propagantes. Officinæ etiam hodie Latinum nomen retinent. Vulgus Gallorum Serpoletum appellat. Verg. 2. Ecloga, Aſſia ſerpyllumq; herbas contundit olentes. Idem 4. Georg. & olentia latè Serpylla

Serra, ræ, f. p. per duplex r, Inſtrumentum dentatum, quo ligna & lapides ſecantur: à Dædalo primùm inuentum, teſte Plinio lib. 7. cap. 56. πρίων. Colum. libr. 5. Vno ictu arborem præcidi: ſi minus, ſerra deſecari. Martialis, Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt. Eſt & genus piſcis marini apud Plinium lib. 32. cap. 11

Serrula, læ, diminutiuum, Parua ſerra, πριόνιον. Columella libro de Arboribus, cap. 6. Et ſi fieri poteſt, iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato.

Serro, ras, act. p. Serra per medium ſeco, πριονίζω. Silius libro ſexto, Qualisq; comantes Auro ſerrauit ramos Iunonius anguis. Sic enim legit Calepinus, ſed inemendatis deceptus exemplaribus, culpamq; librariorum ſuam, ut ſolet, faciens. Nam qui uel leuiſſimè in Poëtarum fabulis fuerit uerſatus, facilè deprehendat, ſeruauit, ibi legendum eſſe, non ſerrauit: quod uix putauerim eſſe Latinum, ſenſui certè nullo modo congruit.

Serratus, ta, tum, Quod ſerræ in modum eſt denticulatũ, πριονοειδής. unde ſerrati dentes dicuntur, qui ad ſimilitudinem dentium ſerræ pectinatim ſunt ſtipati. Plin. li. 11. cap. 37. Dentium tria genera, ſerrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coëuntes, ne contrario occurſu atterantur, ut ſerpentibus, piſcibus, canibus: continui, ut homini, equo: exerti, ut apro, elephanto. Serrati item numi quidam dicebantur apud Romanos, ab impreſſa ſerræ nota. Tacitus de moribus Germanorũ, Pecuniam probant ueterẽ & diu notam, ſerratos bigatosq;.

Serrata, Frutex eſt dodrantalis, in petroſis & aſperis naſcẽs, folia habens exigua, amara, effigie & diuiſura quercus, flore paruo, penè purpureo, χαμαιδρύος. Alio nomine triſſago dicitur. Vide Plin. lib. 24. cap. 17.

Serratula, Herba eſt, caulem habens quadrangulum, tenuem, cubiti altitudine, folia mollia, quernis ſimilia, per ambitũ in ciſuris diuiſa, odorata, propè radicem maiora, ſemen in ſummo caule thymbræ modo ſpicatum: radicem tenuem ut ellebori. πίτυρον. Naſcitur in pratis, montoſis, frigidis & opacis locis: unde & ψυχότροφον Græci appellarunt. Latini etiam Vetonicam appellant, nomine à Vetonibus Hiſpaniæ populis, qui eam primi inuenerunt, indito: qua appellatione etiam hodie utuntur officinæ. Plinius libro uigeſimooctauo, capite octauo. Verones in Hiſpania eam inuenerunt, quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, à Græcis ceſtron, aut pſychotrophon, ante cũctas laudatiſſima.

Sertula, campana, Herba incana, croci odorem referens, folia habens breuiſſima atq; pinguiſſima, in coronamentorũ uſu cõmendata: unde & ſertulæ nomen inuenit, μιλίωσις. Cato ſertam Campanicam uocat, propterea quòd circa Nolam Campaniæ urbem laudatiſſima proueniat: quanquam & in agro Attico, & circa Cyzicum & Chalcedonem naſcatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 9.

Sertus, a, um, idem quod conſertus, uel compoſitus, συμπλεκόμενος. Lucanus lib. 10. Accipiunt ſertas narcẽo florente coronas, Et nunquam fugiente roſa.

Sertum, ſerti, ſerta, corollæ ex herbarum frondibus floribusq; conſertæ, hoc eſt, connexæ, unde & nomen acceperunt, στέφανοι, στεφανία. Vergilius libro 1. Aeneidos, Sertisq; recentibus halant. Idem Ecloga 6. Serta procul tantum capitũ delapſa iacebant.

Serua, uide Seruus.

Seruia, uiæ, Sertum quod ex floribus fiebat, στέφανος, στεφάνου. Plin. lib. 21. cap. 2. Quũ uerò ex floribus fierent ſerta, à ſerendo ſeruiæ appellabantur.

Seruilis, Seruiliter, Seruio, Seruitium, Seruitudo, Seruitus, uide Seruus in Seruo, ſeruas.

Serum, ſeri, uide Serus aduerbium.

Seruo, as, n. p. Libero, incolumen præſto, σώζω. Vergil. 3. Aen. Seruatũ ex undis Strophadum me littora primũ Accipiunt. Item cuſtodio, tueor, φυλάττω, προΐσαμαι. Verg. 2. Aen. Dii patrij ſeruate domũ, ſeruate nepotẽ. Item ſolicitè ac diligenter obſeruo. Plaut. Aſi. Tuus ſeruus ſeruet, Veneri ne cas det, an uiro. Item inhabito, poſſideo. Verg. lib. 4. Georg. Centum quæ ſyluas, centum quæ flumina ſeruant. Item neo. Verg. lib. 7. Curuam ſeruans ſub imagine falcem. Ponitur aliquando p. recuperare. Iulianus, Si mandaro meo decem Titio crediderit, ſi cum Titio egeris, ego non liberabor: ſed in id duntaxat tibi obligatus ero quod à Titio ſeruare non potueris. Cic. ad Qu. Frat. Caluus aiebat, aqua dempta, & ſeruitute fundo impoſita, tamen nos pretium ſeruare poſſe, ſi uendere uellemus. Qui modus loquendi frequẽs eſt apud Iuriſconſ. Budæus. Seruare de cælo, eſt nuntiare aut pluiſſe, aut intonuiſſe, & ideò diruptum eſſe auſpicium: qua obnuntiatione facta, ſiquis tamen in re cœpta perſiſteret, id contra auſpicia fieri dicebatur. Cicero pro Domo ſua. Negant fas eſſe agi cum populo, quum de cælo ſeruatum ſit. Seruare fidem, eſt præſtare promiſſum. Terent. Hecy. Pollicitus ſum, & ſeruare in eo certum eſt, quod dixi, fidem. Seruare in uetuſtatem, eſt aliquo in loco reponere, ut diu, ſine in aliquot annos integrũ incorruptumq; duret. Colu. lib. 12. cap. 28. Si in uetuſtatẽ ſeruare uoles, in cado duarum urnarũ quàm optimi uini ſextarium, aut facis generoſæ recentis ſextarios tres addito. Dicimus quoq; Seruare modum, ordinem, officiũ, inſtituũ, promiſſum, temperamentũ & gloriam. Exempla ſtudioſis paſſim occurrent.

Seruans, uantis, partic. Seu nomẽ exparticipio, Vergilius 1. Aeneid. cadit & Ripheus iuſtiſſimus unus Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui.

Seruatus, a, um, Ouid. 3. Triſt. Eleg. 1. Cauſa ſuperpoſitæ ſcripto teſtata coronæ, Seruatos ciues indicat huius ope.

Seruator, oris, m. 1. Qui ſeruat & liberat, σωτήρ. Liuius libro quarto, bel. Macedon. Quorũ agmen Imperator ſequutus, perſequentibus cunctis, ſeruatorem liberatoremque acclamantibus, ſalutaris, dimiſſisq; eis, eadem qua uenerat, uia Elatiam redijt. Ouidius quarto de Ponto, Eleg. decimaquinta. Teq; meæ cauſam ſeruatoremq; ſalutis, Meq; tuum libra norit & ære magis.

Seruatrix, tricis, f. t. Cicero 5. de Finib. Non dubitemque dicere, omnem naturam eſſe ſeruatricem ſui: idq; habere propoſitum quaſi finem & extremum, ſe ut cuſtodiat quã in optimo ſui generis ſtatu. Terent. Hecy. O Bacchis, ô mea Bacchis, ſeruatrix mea.

Seruabilis, le, Quod ſeruari poteſt. Ouid. 4. Triſt. Eleg. 5. Et tutare caput nulli ſeruabile.

Seruus, ſerui, m. ſ. Propriè is dicitur, qui ſui iuris nõ eſt, ſed alieni dominio ſubiicitur, δοῦλος. cui opponitur liber. Cicero pro Corn. Balbo, Serui quorum ius & fortunæ conditio infima eſt. Ibidem, Seruos de Repub. bene meritos perſæpe libertate, id eſt, ciuitate publicè donari uidimus. Idem 6. Ver. Negotium ſerui illi dominorum, quàm tu libidinum. Idem 1. Offic. Vlyſſes contumelias ſeruorũ ancillarũq; pertulit. Aug. lib. 10. Ciuit. Origo uocabuli ſeruorũ inde creditur ducta, quòd iij qui iure belli poſſent occidi, à uictoribus, conſeruabãtur, & ſerui fiebant, à ſeruando appellati.

Seruulus, diminut. δουλάριον. Terent. in And. Obſeruabam manè illorum ſeruulos uenientes, &c.

Seruus, a, um, adiectiũ. A ſeruo deductum, δουλικός, ut Serua prædia, quæ ſeruituti alicui obſtricta ſunt. Cicero contra Legem Agra. Libera prædia meliore iure ſunt, quàm ſerua. Lucan. lib. 6. O famuli turpes ſeruũ pecus. Ouid. 1. Am. Eleg. 6. Nec tibi perpetuò ſerua bibatur aqua. Idem 1. de Rem. am.

Vtile

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vtile propositum est ſęuas extinguere flammas. Nec ſeruum uirijs pectus habere tuum.

Serua, æ. f. p. Id est, ancilla, quæ ſeruitutem ſeruit, δούλη, δουλὶς. cui opponitur Libera. Verg. 5. Aen. Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ.

Seruula diminutiuum, Id est, ancillula, δουλάριον. Cicero Attic. libro decimo, Eumq; per manum ancillulæ ſeruatũ, atq; eductum.

Seruilis, le, o. m. t. Quod ſeruorum est, uel quod ad ſeruos pertinet, δουλικὸς. ut, Seruilis conditio, & ſeruile officium. Indoles ſeruilis. Liuius 1. ab Vrbe, Comparando eorum ætatẽ, & ipſam minimè ſeruilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum. Iugum ſeruile. Cicero 1. Philipp. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum ſeruile dejecerant.

Seruiliter, a duerbium, Seruorum more, δουλικῶς. Cic. 2. Tuſc. Nequid ſeruiliter, muliebriter ue faciamus.

Seruitus, tutis. f. t. ſecunda ſyllaba corr. Ipſa ſeruiendi neceſſitas, aut ſeruorum conditio, δουλεία. Cic. Philip. Pax est tranquilla libertas: ſeruitur poſtremum malorum omnium, nõ modo bello, ſed morte etiam repellendum. Taci. libr. 17. Sed imperaturus es hominibus, qui nec totam ſeruitutem pati poſſint, nec toram libertatem. Teren. in And. Vt ſemper tibi apud me iuſta & clemẽs fuerit ſeruitus, Scis, id est, quàm iuſta & clementi dominatione in te fuerim uſus.

Seruitium, tii, n. ſ. Idem quod ſeruitus, δουλεία. Teren. in And. Ego Pamphile, hoc tibi pro ſeruitio debeo. Conari manibus, pedibúſq; noctesq; & dies. Capitis periculum adire, dum proſim tibi. Vergilius 1. Ecloga, Quid faceremus? neq; ſeruitio me exire licebat: Nec tam præſentes alibi cognoſcere deuos. Idem 1. Aeneidos, Quum domus Aſſaraci Phthiam, clarasque Mycenas Seruitio premet, ac uictis dominabitur Argis. In plurali uerò Seruitia, non rarò pro ipſis ſeruis accipimus. Salluſt. Catil. Interea ſeruitia repudiabat, quorum in initio magnæ copiæ ad eum concurrebant. Cic. 4. in Catil. Hic ad euertenda fundamenta reipublicæ Gallos accerſiuit, ſeruitia concitauit, Catilinam euocauit. In qua ſignificatione aliquando etiam legimus Seruitium ſingulari numero. Cicero de Aruſp. reſp. Omne ſeruitium in alteram ſcenam immiſſum.

Seruio, uis, uiui, uitum, n. q. In ſeruitute ſum, domino miniſterium exhibeo, δουλεύω. Plautus in Menæch. Propterea heri imperium exequor bene, & ſedulò ſeruio. Prop. libro 3. Eleg. 24. Quinque tibi potui ſeruire fideliter annos Horat. 1. Epiſt. 10. Sic qui pauperiem ueritus, potiore metallis. Libertate caret: dominum uehet improbus, atq; Seruiet æternum: quia paruo neſciet uti. Ouid. 2. Amor. Eleg. 17. Siquis erit, qui turpe putet ſeruire puellæ, &c. Interdum idem quod obtẽperare, ſeu morem gerere. Cic. in Catil. Qui aliorum amori flagitioſiſſimè ſeruiebat. Seruire rei, est rei augendæ incumbere. Teren. Hecy. Rus habitatum abij, concedens uobis, & rei ſeruiens. Cic. pro Sexto Roſcio, Rei familiari maximè ſeruire, & in prædijs colendis operæ plurimum ſtudijq; conſumere. Seruire item prædia dicuntur, in quibus uenditor aliquam ſibi ſeruitutem reſeruauit. Cic. de Lege Agrar. contra Rullũ, Capite hoc prædia omnia quæ ſeruiebant, nõ ſeruient. Idem de Orat. Quũ Marius ædes Auratæ uendidiſſet, neq; ſeruire quandam partẽ ędium in mancipij lege dixiſſet. Seruire poſteritati, ualetudini, honori, dignitati uel commodis, est eorum rationem habere. Cic. 3. Tuſc. Optimus quiſq; poſteritati ſeruit. Idem Tironi lib. 16. Epiſt. Sed indulge ualetudini tuæ, cui quidem tu, dum mihi deſeruis, ſeruiſti non ſatis. Idem Qu. Fratri, Conſulere populi commodis, & utilitati eius ſalutiq; ſeruire. Seruire tempori est ſeſe tempori accommodare. Cic. pro Seſtio, Sed agã moderatè, & huic tẽpori ſeruiã potius quàm dolori meo. Seruire ſcenæ, idẽ quod ſeruire tempori, & ſe præſentibus hominũ moribus accommodare: quę metaph. tracta est ab ijs qui in orcheſtra cantu, uel geſtu, hiſtrionibus in ſcena fabulam agentibus ſubſeruiebant. Cic. T. Bruto, Ac mihi tum, Brute, officio ſolum erat, & naturæ, tibi nunc Populo, & (ut dicitur) ſcenæ ſeruiendũ est. Seruitur, impersonale. Cic. 1. Offic. Primum, ut ne cui noceatur: deinde ut communi utilitati ſeruiatur. Mart. lib. 2. Non benè (crede mihi) ſeruo ſeruitur amico. Seruibo, in futuro. Plaut. Menæch. Tanquã ſi emeris me argento, liber ſeruibo tibi. Huius compoſita ſunt Aſſeruio, Deſeruio, Inſeruio, Reſeruio, Subſeruio: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Sērum, ri, n. ſ. pen. corr. Pars lactis aquea à caſeoſa parte ſeparata, ὀρρός, Vergilius 3. Georgic. acremq; moloſſum Paſce ſero pingui. Ouidius 4. Faſt. Dentq; uiam liquido uimina rara ſero.

Sērus, a, um, Modò tardum ſignificat, χρόνιος. Mart. lib. 1. Sèra nimis uita est craſtina, uiue hodie. Hinc Columella libr. 1. comparatiuum formauit, Sationes (inquit) eius duas ſeruamus, alteram maturam per mediam ſementem, ſeriorem alteram menſe Februario. Plin. li. 17. cap. 17. Patriæ cognomina habent ſeriſſima omnium Amerina. Modò ſignificat grauem, magnum, triſtem. Salluſtius, Serum bellum in anguſtijs futurum. Vergilius 7. Aeneid. Seraq; terrifici cecinerunt omnia uates. Serus conuiua Tonantis, qui ſerò moritur. Martial. lib. 8. Eſſe uelis oro, ſerus conuiua Tonantis. Serum lumen, est nocti uicinum. Verg. 1. Georg. Illic ſera rubens accendit lumina Veſper. Seræ frondes, dicuntur ſerò cadentes. Idem 2. Georg. Et iam olim ſeras poſuit quum uinea frondes.

Serò, aduerbium, Significans tardè, ὀψέ. Cicer. de Claris Orat. Eloquentia ſerò prodijt in lucem. Idem lib. 1. Epiſt. Longè abſum, audio ſerò. Aliquãdo significat ueſperè, hoc est, poſt occaſum: atq; hæc est eius uera ſignificatio, inquit Valla lib. 4. Cicero Attico, Eo die alter Conſul uenit ſerò. Aliquando poſt tẽpus: quæ ſignificatio tracta est ex ſuperiori, quod enim poſt Solis lucem est, id uerè poſt tempus dici poteſt. Ouid. 1. de Remed. amo. Principijs obſta, ſerò medicina paratur, Quum mala per longas inualuere moras. Auror ad Herenniũ lib. 1. Serò atq; acto negotio ueniſti. Sic etiam Cicero, quum accuſator Miloni identidem interrogaret, quo tempore Clodius eſſet occiſus, Serò, reſpondit: ludens nimirũ in uocis ambiguitate. Nam quum illud uideretur dicere. Veſperi Clodium fuiſſe occiſum: illud potius uoluit ſignificare, ſerius quàm oportuerat, fuiſſe interemptum. Hinc ſerius à me factum est. Et Seriſſimè, tardiſſimè. Plin. lib. 17. cap. 17. Tarentina ſeriſſimè legi.

Serotinus, a, um, pen. cor. à ſerò, pro ueſpere fit, ὄψιμος. Horã ſerotina, tempus ſerotinum. Nonnunquàm etiam à ſerò, pro tardè: ut Poma ſerotina, quæ poſt legitimum tempus, uel tardius cæteris matureſcunt. Colum. libro 3. Locis frigidis, & autumni temporibus aquoſis, præcoces ſerito: locis hybernis ſerotinas ſerito. Idem libro octauo, capite 7. Itẽ ſerotini pulli, quia ab ſolſtitio nati capere iuſtum incrementum non potuerunt.

Serum, ſeri, n. ſ. pen. prod. ſubſtantiuum, ſignificat extremam partem diei, δείλη, ὄψια, ἑσπέρα. Liuius, Erat iam diei ſerum, ὀψὲ λῶ τῆς ἡμέρας. Suetonius in Auguſto, Nec multò poſt naual prælio apud Actium uicit, in ſerum dimicatione protracta, ut in naui uictor pernoctauerit. id est, in horã ueſpertinam. Liuius lib. 10. ab Vrbe. Extrahebaturq; in quàm maximè ſerum diei certamen.

Seruus, uide Seruo.

Sēſămă, mæ, ſiue Seſamum, mi, σήσαμον. Frugis genus, à Plinio frumenti, à Columella leguminum generibus annumeratum. Culinum habet ferulaceũ folijs ſanguineis, ſemine candido, infra magnitudine lini, quod uaſculis, ut papauer, continetur, radice ſimplici & alba. Officinæ Siſamum, Itali hodie iugiolinam appellant. Plin. lib. 18. cap. 10. Aeſtiua frumenta diximus ſeſamam, milium, panicum. Col. li. 2. ca. 10. Seſama, quæ rigantur maturius, &c.

Seſaminus, adiectiuum, ut Seſaminum oleum, de quo Plin. li. 23. cap. 4.

Seſamis, idis, σησαμὶς, placentæ genus, ex ſeſamo & crudo melle confectum, quod & σησαμοῦντα Græci appellant. Vide Galenum lib. 1. de Aliment. facult.

Seſamoides, dis, σησαμοειδὴς. Herba est, ex ellebori generibus, ſimilis ſenecioni, aut rutæ, longo folio, flore candido, radice gracili, ignauo ſemine, guſtu amaro, cætera ſeſamo ſimili, unde & nomen accepit. Naſcitur in Anticyra inſula, purgationibus utiliſſimum Vide Plinium libr. uigeſimo ſecundo, cap. 15.

Seſcunx, cis, m. t. & Seſcuncia, ciæ, Vnciam ſignificat, & unciæ dimidium, ut ait Budæus, τριημιούγιον Col. lib. 2. capite 17. Laſeris radicis, quod σίλφιον. Græci uocant, ſeſcunciam.

Seſcuncialis, ſeſcunciale, Quod pondus aut menſuram habet ſeſcunciæ. Idem libro 13. capite 15. Tota craſſitudine ſeſcunciali.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Seſcuplum, ſiue Seſquiplum, Quod numerũ, pondus, aut menſuram totam in ſe continet, & præterea eius dimidiũ. ἡμιόλιον, Sic Senarium dicimus eſſe ſeſcuplum quaternarii, & ſemiſſem quadrantis.

Seſelis, fœm. gen. ſiue Seſeli, neutro, σέσελι. Herba eſt folio fœniculi, ſed craſſiore, ſemine quoq; non abſimili, ſed callo-ſiore & habitiore, capite anethi: in quo granum habet oblongum & anguloſum: & quum eſtur, acre: radice autem longa, & odore non ingrato. Vulgus herbariorum Saxifragiam maiorem appellat. Cicero ſecundo de Natu. deorum, Paulò ante partum ceruæ ſe purgant quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur. Dioſcorides quatuor facit ſeſelis genera, Maſſilioticum, Aethiopicum, Peloponneſiacum, & Creticum.

Seſquí, Idem quod tantundem, & eius dimidium: qua uoce modò in compoſitione utimur, ut ſeſquialtera, ſeſquimodius: uerumetiam extra compoſitionẽ, τρίμετ Cic. de Perf. Orat. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut neceſſe ſit partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe maiorem: ita fit æqualis dactylus, duplus iambus, ſeſquiplex pæon.

Seſquialtera proportio, Quæ quantitatem aliquam in ſe continet, & eius dimidium, ἡμιόλι&. Cicero de Vniu. Seſquialteris autem interuallis, & ſeſquitertijs, & ſeſquioctauis ſumptis ex his, &c.

Seſquiculeare dolium, Quod culei menſuram continet, & dimidij. Colum. lib. 12. cap. 18. Sunt autem ſatis ſeſquiculearibus dolijs picis duræ pondo uicenaquina.

Seſquihora, Vna hora cum dimidia, τρικμιώριον. Plinius Epiſtol. 74. Egeram horis tribus & dimidia, ſupererat ſeſquihora.

Seſquilibra, Vna libra cum dimidia alterius, τρεμίλιτρον. Col. lib. 12. cap. 30. Sat erit autem roriſmarini ſeſquilibram in duas urnas muſti adijcere.

Seſquimenſis, Vnus menſis cum dimidia parte alterius, τρικμήνιον. Varr. libro primo, de Re ruſt. capite 27. Annus eſt diuiſus in quatuor partes, & idem ſubtilius ſeſquimenſibus in octo.

Seſquimodius, Qui cõtinet unum modium cum dimidia parte alterius, τρικμιμόδιμν&. Varr. libro primo, de Re ruſtic. capite 42. Vt nuces integras, quas uno modo comprehendere poſſis, quòd putamina ſuo quæque habent loco natura compoſita, quum eaſdem ſi fregeris, uix ſeſquimodio concipere poſſis.

Seſquiobolus, Obolus cum dimidio, τρικμιοβόλιον. Pli. li. 26. cap. 8. Deiecto q; quod ſupernatat reliquus ſuccus purgat utraq; parte ſeſquioboli in aqua mulſa.

Seſquioctauus, Octauam rei alicuius partem in ſe continens & eius dimidium. Cic. de Vniu. In primis interuallis ſeſquioctaui interuallo ſeſquitertia omnia explebat.

Seſquiope a Id eſt, opera diei unius, & dimidiati. Colum lib. ſecundo, cap. 13. Fabæ occantur ſeſquiopera, ſarriuntur ſeſquiopera.

Seſquipes, penult corr. Menſura unius pedis, & ſemiſsis, τρικμιπόδιον. Colum, libro 3. cap. 13 Niſi tamen ſi ſcaturigo paluſtris obuia (ſicut in agro Rauennate) plus quàm ſeſquipedem prohibeat infodere. Mart. libro 8. Summa Palatini potet as æquare Coloſſi.

Seſquipedalis, ſeſquipedale, om. t. Cato cap. 10. Seſquipedalis paries. Plin. lib. 7. cap. 16. Seſquipedales quoſdam gigni longiores in trimatu implentes uitæ curſum, haud ignotũ eſt. Seſquipedalia uerba, Id eſt, grauia & turgida, qualia Tragicis poëtis ſolent eſſe familiaria. Horat. de Arte, Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia uerba.

Seſquiplum, ſiue ſeſquiplex. Idẽ ſignificat quod ſeſquialterũ. ἡμιόλιον. Vt quum dicimus ſenarium eſſe ſeſquiplum quaternarij: continet enim eum totum, & inſuper dimidiam eius partem. Budæus. Cicero in Oratore, Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, ſeſquiplex pæon. Et paulò poſt, Modus aut duplex, aut ſeſquiplex, aut par.

Seſquitertius, uide paulò antè in ſeſquioctauus.

Seſsílis, Seſsio, uide Sedeo.

Seſtans, tis, ſiue Sextans, m, t. Sexta pars aſsis, hoc eſt, unciæ duæ. ἑκτημόριον. Plin. lib. 26. cap. 11. Prodèſt & uino myrteo fouere: menthæ ſeſtans, uiui ſulphuris uncia. Eſt item ſeſtans numulus æreus, tertia parte minor quadrante. Liuius libro 2. ab Vrbe, Extulit eum plebs, ſextantibus collatis in capita. Nonnunquam etiam menſura continet ſextam partem iugeri. Varro 1. de Re ruſt. capite decimo. Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt in ſucceſſuum eſſe unciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt, id habet ſcrupula ducenta octoginta octo.

Seſtantarius, a, um, Quod habet pondus aut menſuram ſeſtantis. Plin. lib. 33. cap. 3. Conſtitutũ quæ ut aſſes ſeſtantario ponderi ferirentur.

Seſtertius, ſeſtertii, maſcul. gen. σεσέρτι&. apud Romanos moneta erat argentea, ualens quartam partem denarij argentei, hoc eſt, (ut ad Gallicæ pecuniæ æſtimationẽ rediga-mus) decem denariolos turonicos & ſemiſſem. Hic alio nomine numus dicebatur. Interdum utrunq; coniungentes, nummum ſeſtertium uocabant. Dictus eſt autem ſeſtertius, quaſi ſemis tertius, eo quòd in ſe continebat aſſes duos, & tertium dimidiatum. Notabaturq; apud ueteres per gemi-nũ II, & literam S, quæ prima eſt in dictione Semis. interuenien-te linea tranſuerſa, tres eæ literæ coniungebantur ad hunc modum, HS. Veteris conſuetudinis fuit, ut Semis in compoſitione antè poneretur: ut Semiſquartus, Semiſquintus, Semiſſertius: unde ſublatis duabus literis, dictus eſt ſeſtertius. Eſt autem compoſitio Attico more facta. Illi enim ἡμισυτάλαντα. hoc eſt, ſeptem ſemitalenta dicebant.

Seſtertium autem in neutro genere, & in plurali numero ſeſtertia, ſingula ualebant mille numos ſeſtertios. Habetq; ſeſtertium in neutro genere eandem proportionem ad libram Romanam, quæ & mina, & pondo dicitur, quam numus ſeſtertius ad aſſem, hoc eſt, ad librum æris grauis. Continent enim ſingula ſeſtertia in ſe duas libras Romanas & ſemiſſem. Singulæ autem libræ drachmas, uel denarios centum, hoc eſt, ſeſtertios quadringentos. Duæ itaq; libræ & dimidia, ut clarum eſt, ualebant ſeſtertios numos mille: idq; uno nomine ſeſtertium dicebant in neutro genere. Decem ergo ſeſtertia, ualebant decem millia numorum ſeſtertiorum. Quòd ſi hunc numerum per aduerbium extuleris ad hunc modum, Decies ſeſtertium, iam reddideris hanc ſummam centuplo maiorem. Idem enim eſt dicere Decies ſeſtertium, quod Decies centena millia numorum ſeſtertiorum. Vide Budæum de Aſſe, diffuſius hac de re tractantem. Eſt etiam ſeſtertium genus uel triplici licio texti, ut tertium filum duobus inpar ſit. Sueton. in Auguſto, Ita ut in extremis ſpatijs ſubſultim diſcurreret, ſeſtertio uel lodicula inuolutus.

Seſtertiolus, diminutiuum, uel Seſtertiolum, Cum accentu in antepenul. Martial. lib. 1. Sed ſeſtertiolum donauit mentula Phœbo Bis decies, &c.

Setæ, arum, f. p. Dicuntur pili craſsiores, rigidiq;, atq; erecti, quales ſues habent, τρίχες. Vnde dictæ ſunt ſetæ, quaſi ſuetæ. A quo & ſuo ſuis deducitur. Dicitur tamen & de durioribus aliorum animalium pilis. Cic. 5. Tuſc. In hoc medio apparatu fulgẽtem gradium è lacunari ſera equina appenſum demitti iuſſit, ut impendẽret illius beati ceruicibus. Ouid. 8. Metam. Protinus exuuias rigidis horrentia ſetis. Tergadat. Setæ leonis. Cic. 3. de Orat. Oculos autem natura nobis, ut equo, & leoni ſetas, caudam, aures ad motus animorũ declarandos dedit.

Setiger, ſetigera, ſetigerum, Quod ſetas gerit. Martialis libro 12. Qui Diomedeis metuendus ſetiger agris, Aetola cecidit cuſpide, talis erat. Ouidius libro 8. Metam. Vulnera feciſſent, niſi ſetiger inter opacas, Nec iaculis iſſet, nec equo loca peruia ſyluas. Verg. 12. Aen. Setigeræ fœtum ſuis, intonſamq; tridentem Attulit.

Setoſus, ſa, ſum, Quod eſt ſetis plenũ, λάσι&. ut, Setoſum animal. Plin. lib. 8. cap. 45. Torua fronte, auribus ſetoſis Vergil. 7. Eclog. Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus, Et ramoſa, Mycon uiuacis cornua cerui. Propertius lib. 4. eleg. 1. Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator.

Setanum, Setanium, uide Sitanion.

Seu, diſiunctiua particula, qua iungimus ea quorum alterũ, non utrunq;, affirmamus, ἤ. Plaut. in Trin. Hæc ſunt: ſeu rectè, ſeu peruerſè facta ſunt, egomet feciſſe confiteor.

Seueriana pyra, à Seuero inſitore dicta: quorum meminit Plin. lib. 15. cap. 15.

Sẽuẽrus, ra, rum, pen. prod. Modò idem eſt quod grauis, tetricus, triſtis, ἀπότιμ&, σεμνός. ut, Seueri agricolæ, apud Lucret. lib. 5 Seuerus autore Plin. lib. 11. cap. 5 pro graui, & cui maximè ſit fidendum. Verg. 8. Aen. Romulid. s, Tatioq; ſeui, Curibu-q;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Curibus q̃ seuerus. Terent. Heaut. Sed ipse egreditur, quàm seuerus, rem quum uideas, censeas. Cic. 2. Verr. L. Cassius ex familia tum ad cæteras res, tum ad iudicãdum seueriſſima. Modò crudelis, & asper. Cic. 3. Off. Magnus uir in primis & qui perindulgens in patrem, idem acerbè seuerus in filium. Modò actiuè accipitur pro eo quod horrorem aspectu incutit. Verg. 3. Georg. Inuidia infelix Furias, amnemq̃ seuerum. Cocyti metuet.

Seuerè, aduerbium, Grauiter, asperè, Cic. 2. de Finib. Ita grauiter & seuerè uoluptatem secernit à bono. Idem pro Roscio Comœ. Nihil mihi detraham, quum illis exactæ ætatis seueriſſimè fructum, quem meruerunt, retribuam.

Seueriter, pen. corr. Idem quod Seuerè. Trittinnius, Seueriter hodie sermonem amica meum contulit.

Seueritas, tatis, f. t. Grauitas, facilitati & misericordiæ contraria, est pars iustitiæ qua iudex nihil omnino de supplicio remittit, neque à uero discedit, ἀποτομία. Cicero septimo, Verrin. Quum iste uestra seueritate promotus multa signa dederat quamobrem is responsurus non uideretur. Ibidem, Summæ diligentiæ summam imperij seueritatem addidit. Quinetiam extra iudicium dicitur de morum grauitate & quadam naturæ torpitare, quæ & seueritudo dicitur. Plautus in Epid. Quid illud est, quòd illi caperat frons seueritudine?

Sẽuŏco, cas, a. p. penul. cor. Seorsum seu in alteram partem uoco, duco ũe, ἀποκαλῶ, Cicero 2. Philipp. Et ob eius consilij societatem quum interficeretur Cæsar, tum re à Trebonio uidimus seuocari. Ouidius 2. Metam. Seuocat hunc genitor, &c. Seuocare ad se de communi, est de eo quod multis commune est furari. Cic. pro Quint. Itaque hercule, haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat. Seuocare animum ab omni negotio, est animum laxare, & nulli rei intendere. Cicero 1. Tuscul. Quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à Republica, quum à negotio omni seuocamus animum.

Seuum, ui, quod & sebum, & sepũ dicitur, n. s. Vnctuosum illud, quod in animalibus quibusdam musculorum extremitatibus membranis ũe adcrescit, ex frigida portione sanguinis, quæ è uenis excidens, exanguibus, ideoq̃ frigidis membranis adhæret, ibidemq̃ non secus atque oleum frigore concrescit, σίαρ. Differt autem ab adipe, quòd seuum prior est cornigerorum duntaxat, quæ in una parte dentata sunt, & quæ in pedibus talos habent. Bisulca uerò, & quæ pedes scissos in digitos habent, & carent cornibus, nõ seuum, sed adipem habent. Vterq̃ autem concretus est, & quum refrixit, facilè frangitur, semperq̃ est in fine carnis, sine sensu, quia nec arterias habet, nec uenas. Contrà pingue inter carnem, cutemque est, succo liquidum, quod etiam in aliquibus sine sensu esse manifestum est. Vnde sues uiuentes à muribus legimus aliquando fuisse erosas, nido etiam in ijs constructo.

Seuosus, sa, sum, Quod instar seui unctuosum est, στατώδης. Plin. lib. 11. cap. 37. Seuosa cornigeris medulla.

Seuo, uas, seu Sepo, pas, Quod est seuum impono, seu candelas ex seuo facio. Colum. lib. 1. capite uigesimosecundo. Ferijs autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinsere, faces incidere, candelas seuare, seu ut quidam legunt, sebare, aut separe.

Sex, Numeri nomen, notæ significationis, à Græco deductum mutatione aspirationis in s, literam, ἕξ. Hinc multa deducuntur tum composita, tum deriuata, quæ suo ordine explicabimus.

Sexagenus, a, um, Quamuis propriè sit numeri distributiui nomen, sæpe tamen idem est, quod sexaginta, ἑξηκοστός. Liu. 8. ab Vrbe, Ordo sexagenos milites, duo centuriones, uexillarium unum habebat. Sexagena millia modiorum. Cicero septimo, Verr.

Sexagies, aduerbium, ἑξηκοντάκις. Cic. 2. Phil. Orabat ut te cõtra suum patrem, si sestertium sexagies peteret, defenderem.

Sexaginta. Decies sex, ἑξήκοντα. Cicero tertio Verr. Possum sexaginta decreta proferre, in quibus ut ego pecuniam non dicam interceſſiſſe, ipsa decretorum nouitas, iniquitasq̃ue declarat.

Sexangulus, a, um, Quod habet sexangulos, ἑξάγωνος. Plin. lib. 17. cap. 2. Quare sexangulis nascatur lateribus, non facilè ratio inueniri potest. Idem lib. 11. cap. 11. Apum sexangulæ omnes cellę. Ouid. 5. Metam. Nónne uides quos cera tegit sexangula fœtus. Melliferarum apium sine membris corpora nasci.

Sexcenus, a, um, Numeri distributiui nomen, idem significatis quod sexcentenus. Cicero 7. Verr. Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere, certo pretio sexcenos nummos nautarum missione constituere. Col. libro 3. capite 3. Quibus & antè iam M. Cato, & mox Terentius Varro pridiдit singula iugera uinearum sexcenas urnas uini præbuiſſe.

Sexcentenus, a, um, numeri distributiui nomen. Colu. lib. 3. ca. 3. Qui ducentos quadragenos pedes obtinẽt, sexcenteni malleoli pangendi sunt. Id est, sexcenti unicuiq̃.

Sexcenti, tæ, ta, plurali tantum, ἑξακόσιοι. Cic. 2. de Diuin. Sexcenta licet eiusmodi proferre, ut distantium rerũ cognitio naturalis appareat. Terent. in Phorm. Sexcentas proinde potius scribito dicas. Vbi Donatus, Apud nos sexcenta dicere pro infinito numero ferè usitatum est. Cicero pro Rosc. Amer. Sexcenti sunt qui inter sicarios, & de ueneficijs accusabant.

Sexcentesimus, a, um, pen. corr. Vltimus, siue unus ex sexcẽtis. ἑξακοσιοστός. Plin. lib. 8. cap. 7. Anno Vrbis sencentesimo quinquagesimoquinto.

Sexcenties, aduerbium numeri, significans sexcentis uicibus. Cic. Attic. lib. 4. Vt forum laxaremus, & usq̃ad atrium Libertatis explicaremus, contempsimus sexcenties H S. Plinius Epist. ultima, lib. 2. Quàm citò sestertium sexcentos impleturus esset.

Sexcentoplagus, Fictum à Plauto nomen est in Capt. pro eo qui sexcentas plagas accepit.

Sexcuplus, uide Sescuplus.

Sexdecies, aduerbium, Sedecim uicibus. Plinius libr. 6. cap. 29. Sebusus ab Aegypti extremis sexdecies centena LXXV M. passuum.

Sexies, aduerbium, Sex uicibus, ἑξάκις. Liuius quarto, ab Vrbe, Veientem hostem sexies uictum pertimescant. Colum. libro quinto, capite 2. Hoc sexies ducendum est, quoniam sex latera sunt.

Sextans, tis, uide Sestans.

Sextus, a, um, Vltimus, siue unus ex sex, ἕκτος, ut Sexta ætas.

Sextarius, m. s. Dicitur quòd sit sexta pars congij: quæ mensura apud antiquos tam liquidis, quàm aridis seruiebat. Capit autem sextarius cotulas binas, quæ & heminæ dicũtur. Sextarius uini. Liuius 7. ab Vrbe, Iisdem militibus legiones libras farris, & sextarios uini contulerunt. Ducere sextariũ, est ebibere. Iuuen. saty. 7. de quo sextarius alter. Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim. Sextarius aquæ. Cic. 2. Off. Si emere sextarium aquę mina cogeretur. Sextarius olearius, Cato cap. 13.

Sextilis, m. t. Mensis qui nunc Augustus. Sic autem dicebatur, quòd sextus esset in ordine mensium à Martio: à quo Romani annum auspicabantur. Horat. 1. Epist. 11. Per brumam Tyberis, Sextili mense camino.

Sextula, æ, Vnciæ pars sexta, quatuor continens scrupula, hoc est assis partem LXXII. Cicero pro Cecinna, Facit hæredem ex deunce, & semuncia Cecinnam: ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris uiri, Ebutio sextulam aspergit, hoc est, hæreditatis totius partem LXXXII. Col. libr. 5. cap. 1. Pars LXXI. pedes CCCC, hoc est, sextula, in qua sunt scrupula quatuor.

Seni, senæ, sena, à sex. Cicero quarto Verr. ab isto & præco qui uoluit istum ordinem pretio mercatus est, & pueri annorum senũm, septenumq̃ denũm Senatorium nomen nundinati sunt. Anni decies seni, id est, sexaginta. Ouidius quinto Fast.

Senarius, asum, Quod constat sex rebus: ut Senarius numerus, ἕκτως. Hinc senarii uersus, qui & senarioli dicti sunt, à sex pedibus. Cic. lib. 5. Tuscul. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperã, qui declarabant in summo sepulchro sphæram esse positam cum cyliudro.

Sexus, ut mascul. pen. q. φύσις. Discretio uiri à fœmina: à Græco ἕξις. ut Festus existimat, quod habitum significat. Plinius de Viris illustrib. Ad quos quum utriusq̃ sexus multitudo ueniſſet, dato suis signo, uirgines raptæ sunt. Colum. lib. 6. cap. 24. Certis signis comprehendere licet quem sexum generauerit. Cicero 1. de Inuent. Hominum genus in sexu consideratur, an uirile, an muliebre sit. Mentiri sexũ. Columella in Præf. libro 1. Attonitique miramur æstus effœminatorum, quòd à natura sexum uiris denegatum muliebri motu mentiantur, decipiantq̃ oculos spectantium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Antiqui Sexus, neutro genere efferebant: quod poſt Nonium etiam Priſcianus annotauit. Plaut. Rud. Virile ſexus nunquam habui ullum. Varro libro primo, de Analog. Sexus utrum uirile, an muliebre an neutrum ſit. Salluſt. libro ſecundo. Hiſt. ut citat Nonius, At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus, magna gloria concurrentiũ undiq; uirile ac muliebre ſexus per uias & tecta omnium uiſebantur.

S I.

Si, Coniunctio eſt conditionalis, εἰ ἐάν, ἤν. Cic. Att. lib. 6. Moriar ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. Ponitur interdum pro utinam. Verg. lib. 6. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus. Oſtendat. Interdum pro poſtquam. Terent. in Phorm. Herus ſi redierit, molendum uſq; in piſtrino. Nonnunquam pro quia, ſeu ſiquidem: ut ſit confirmantis. Plaut. in Amph. Si ſimilem rem ipſe in legem iuſſit eſſe Iupiter. Vergil. libro 1. Georg. ueſtro ſi munere tellus Chaoniã pingui glandem mutauit ariſta. Idem alibi, Si conceſſa peto. Et rurſum, Siqua eſt cælo pietas. Vbi Seruius Si, exponit pro ſiquidem, in qua ſignificatione ferè indicatiuum exigit, quum alioqui ſubiunctiuo ſæpius iungatur: quem tamen modum etiam tunc inuenitur habere quum meram conditionem importat. Teren. in And. Si illum relinquo, eius uitæ timeo. Ibidem, Si id facis, hodie poſtremum me uides. Ponitur ſi, aliquando pro quanuis, etſi, ſiue etiamſi: id q; indifferenter cum indicatiuo, aut ſubiunctiuo. Terent. in Eunu. Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maximè, ac tu indignus qui faceres tamen. Plaut. in Mercat. Decem uocaſſet ſi ad cœnam ſummos uiros, nimium obſonauit. Aliquando pro an. Terent. in Heaut. Viſum ſi domi eſt. Cic. de Diuin. Dicito ſi paſcuntur aues. Aliquando ſubauditur ſi. Plinius iunior, Dediſſes huic animo par corpus feciſſet quod optabas. Cic. 1. de Nat. deo. Roges me, quid ſentiam, nihil reſpondeam, id eſt, ſi roges. Si eſt ut admiſerit: id eſt, ſi admiſit, apud Terentium.

Sialochi, σιαλόχοι. Dicũtur qui inter loquendum unà cum uerbis ſaliuã expuunt, σίαλος enim Græcis dicitur ſpuma, uel ſaliua ex ore emiſſa.

Sibaris, uide Sybaris.

Sibilus, li, m. ſ. pen. cor. Sonus exilis qui fit ore, compreſſis dentibus, & parũ diductis labris, συριγμός, ῥοιζμός. Colum. libro 2. Sibilo q; allectari, quo libentius bibant. Liuius 5. belli Pun. Vbi iam eò conſuetudinis adducta res eſt, ut quocunq; noctis tempore ſibilo dediſſet ſignum, porta aperiretur. Cic. pro Roſcio Com. Qui poſtquam è ſcena non modò ſibilis, ſed etiam conuicio explodebatur. Transfertur & ad ſonitum uenti leniter flantis. Verg. 1. Ecloga, Nam neq; me tantum uenientis ſibilus Auſtri, Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora &c. Sibilus & Plauſus contraria. Cicero pro Seſtio, Qui rumore, & fauore populi tenetur, & ducitur, ei plauſum immortalitatem, ſibilum mortem uideri ne ceſſe eſt.

Sibilus, ſibila, ſibilum, a dictiuum: ut, Ora ſibila, pro ſibilantia, inquit Seruius. Vergilius libro 2. Aeneidos. Sibilelambebant linguis uibrantibus ora. Sibila colla. Idem 3. Georg. capere robora paſtor, Tollentemq; minas, & ſibila collatumentem Deijce.

Sibilo, as, n. p. Sibilum edo, συρίζω, σιφλόω. Cic. ad Att. libr. 2. Populares iſti iam etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt. Ouid. 4. Met. quotieſq; aliquot parat edere queſtus, Sibilat. Vergil. 11. Aen. Arrectiſq; horret ſquamis, & ſibilat ore. Horat. 1. Serm. ſat. 1. populus me ſibilat: at mihi plaudo. Ipſe domi, ſimulac nummos contemplor in arca. Huius compoſita ſunt. Aſſibilo, & Exibilo, quorum ſignificata ſuis locis expleuimus.

Sibus, Veteribus erat calidus, & acutus, πανοῦργος. Feſtus,

Sic, aduerbium eſt, ſimilitudinis idem ualẽs quod ita, οὕτως, οὕτω. Verg. 2. Aen. Non ſic aggeribus ruptis quum ſpumeus amnis Exijt. Cic. lib. 16. Epiſt. Apud eum ſic fui, tanquam domi meæ. Aliquando reſponſiua eſt particula, affirmandi uim habens, quemadmodum & etiam ναί. Cic. 4. Philip. Vis ne igitur te inſpiciamus à puero? Sic opinor. Quando q; optandi. Verg. lib. 10. Aen. Sic parer ille deũm faciat, ſic magnus Apollo. Eſt & coniunctio illatiua, idem ualens quod igitur. Cic. 4. Tuſc. Sic tot ſimul uirtutes continẽtiæ, grauitatis, iuſtitiæ, fidei defecerunt. Nonnunquã capitur pro ualde. Apuleius, Nec ego rebar ſic multorũ idopus dierum eſſe. Duplicatur etiam maioris expreſſionis cauſa. Vergil. 4. Aeneid. Sic ſe iuuat ire ſub umbras. Aliquando demonſtratiuum eſt. Terentius in Eunucho. Egoli mis aſpecto ſic per flabellum clanculum, &c. Ponitur aliquando pro tam. Plautus in Trinum. Nihil ſic celere eſt, neque uolat.

Siccine, aduerbium interrogantis eſt pro an ſic. τοῦτο. Plaut. Siccine tu illam? Siccine nos habes ludibrio omnes?

Sica, cæ, f. p. Genus gladii breuioris, quaſi ſeca, à ſecando, ſiφος. Cic. 3. in Catilinam, E quibus ille maximum ſicarũ numerum, & gladiorum extulit. Ibidem, Non enim iam inter latera noſtra ſica illa uerſabitur: non in campo, non in foro, non curia deniq; inter domeſticos parietes pertimeſcemus. Idem 3. de natura deorum, Tum hæc quotidiana, ſicæ, uenena, peculatus, &c.

Sicula, diminutiuum. Plautus in Rud. Poſt eſt ſicula argentea, & duæ connexæ maniculæ.

Sicarius, ſicarij, m. ſ. Qui ſica, id eſt, gladio hominem interfecit: uel ſicam maleficii alicuius gratia gerit, φονεύς, ſιφοφόρος, παλαμναῖος, κατασφακτής. cædem telo quicunque commiſerit. Cicero pro Roſcio Amer. Vetus uidelicet ſicarius, homo audax, & ſæpe in cæde uerſatus. Horat. 1. Sermon. ſatyra 4. Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui Famoſus,

Siccine, uide Sic.

Siccus, ſicca, cum. Quod eſt aridum, & ſine humore, ξηρός. Vergilius libro 5. Aeneidos, Summa petit ſcopuli, ſiccaq; in rupe reſedit. Idem 1. Georg. Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena. Ouidius libro tertio. Amo. Eleg. 5. At tibi pro meritis opto non candide torrens, Sint rapidi ſoles, ſiccaq; ſemper hyems. Tibullus libro 3. Eleg. 6. ſed poſcite Bacchi Munera: quem ueſtrum pocula ſicca iuuant? Per translationem ponitur pro exercitio, quod etiam Nonius annotauit. Nam exercitii uehemẽtia ſudantes, corpus ſiccamus. Lucil. libro 26. Quum ſtudio in gymnaſio duplici corpus ſiccaſſem pila. Item pro continente, ſobrio: cuius contrarium eſt madidum, quod ſignificat ebrium. Plaut. Aſin. Siccum, ſru gi, continentem, amantem uxoris maximè. Idem in Pſeud. uini modò cupidæ Eſtis, eo uos pantices adeò madefacitis, quum ſim ego hic ſiccus. In ſicco, id eſt, extra aquam. Plinius libro 8. Non reuerſum in maria, atq; in ſicco expiraſſe. Vergil. 1. Georgic. cumq; marinæ. In ſicco ludunt fulicæ.

Siccè, aduerb. Colu. libr. 6. cap. 12. Vt ſiccè ſtabuletur. Dicimus per translationẽ Siccè dicere, ut ieiunè dicere. Cic. in Orat. Id uerò definant dicere, qui ſubtiliter dicunt, eos ſolos Atticcè dicere, id eſt, quaſi ſiccè & integrè, & amplè, & ornatè, & copioſè.

Siccitas, atis. f. t. & **Siccitudo**, inis, Qualitas humiditati contraria, ξηρότης. Col. lib 2 Si uerò torpor cæli, ſiccitaſq; regionis ſuadebit, Februario ſtatim proſcindendi ſunt. Cæſar 4. belli Gallici, Qui quum propter ſiccitates paludum, quò ſe reciperent non haberent, &c. Cic. 1. de Nat. deo. Neq; enim flumine conturbor inanium uerborum, nec ſubtilitate ſententiarum, ſi orationis eſt ſiccitas. Ponitur aliquando pro firmitate, interprete Nonio. Cic. in Catone Maiore, Summam eſſe in eo corporis ſiccitatem.

Sicco, cas, a p. Quod humidum erat ſiccum reddo, ξηράινω. Columel. lib. 2. Si humidus erit, abundantiæ uliginis antè ſiccetur foſſis. Plin. lib. 8. cap. 24. Mergitq; limo ſæpius, ſiccatq; ſole. Horat. 2. Sermon. ſary. 6. Siccat inæquales calices cõuiua, ſolutus Legibus inſanis. Vergil. 4. Aeneid. atq; atros ſiccabat ueſte cruores. Idem lib. 10. Aeneid. Interea genitor Tyberini ad fluminis undam Vulnera ſiccabat lymphis, corpusq; leuabat, Arboris accliuis trunco. Ouidius octauo Metam. lachrymas ſiccauerat ardor. Huius compoſita ſunt, Aſſicco, quod eſt ualde ſicco. Plinius libro octauo, capite 24. Ea quum ſpicas ediderint, prius quàm ſemina hient æſtibus, manu carpuntur, & ſuſpenſa in ſole quum aſſicauerint, reconduntur, atq; ita repoſita perennant æuo diutius, quàm cætera. Abſicco, Idem quod exicco, ἀποξηράινω. Plin. Plurimùm refert, non abſiccato ſucco ſimum uires continere, & aſſiduo macerari liquore. Deſicco, & Exicco, uide ſuprà ſuis locis.

Siccefco, ſcis, n. t. à Siccco, ces. Siccus fio, ξηράινομαι. Plin. lib. 18. cap. 14. Aquilonem prætuliat terra ſiccefcens repentè. Auſtrum humeſcens rore occulto. Colum. lib. ult. Fœnum Græcum uetere uino maceraro, deinde in ſole exponito, aut in furno, ut ſiccefcat. Hinc aſſiccefco, ſiccus, & aridus fio. Idẽ ibidem, In muria luere oportet, & expreſſus in cratibus pandere, dum aſſiccefcant.

Siccoculus,

Siccoculus, adiectiuum, *ξηρόφθαλμος*. Plautus in Pseud. Genus nostrum semper siccoculum fuit. Nomen uidetur à Plauto fictum, pro eo quod est siccis oculis, id est, nec lippis, nec lachrymosis.

Siccaneus, nea, neum, Quod est naturaliter siccum, uel quod nullo humore irriguum, uel aspersum est, *κατάξυρος*. Columella lib. 2. cap. 17. Eius prati animaduertimus duo genera, quorum alterum est siccaneum, alterum riguum. Idem capit. 2. De siccaneis, & irriguis non comperimus utrę numero uincant.

Sicelion, *ψύλλιον*, Dioscoridi herba est, quæ alio nomine Pulicaris dicitur, à semine pulicis similitudinem referente. Vide Plin. 25. cap. 11.

Sicera, ræ, f. p pen. cor. *σίκερα*, Omnis potio apud Hebræos, quæ inebriare potest (ut scribit Hieronym, ad Nepotianum) siue illa fermento conficiatur, siue pomorum succo: siue faui decoquantur in dulcem, & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimantur in liquorem, coctis è frugibus aqua pinguior coloretur.

Sicileo, les, ficilui, uel Sicilio, lis, liui, litũ, Verbũ est propriè ad prata pertinẽs, quæ tunc ficiliri dicuntur, quũ ea quæ prima sectione relicta sunt à fœnisecis, iterata sectione demetũtur. Plin, lib. 18. cap. 28. Prata quoties secta sunt, ficilire oportet: hoc est, quod fœniseces præterierunt secare. Var. lib. 1. de Re rust. ca. 9. Quo facto ficilienda prata. id est, falcibus consectanda, quæ fœnisecæ præterierunt, ac quasi barba tuberosum reliquerunt campum: à qua sectione arbitror dictum, ficilire pratum.

Sicilimentum, ti, Herba ficilitione resecta, id est, ea quę à fœnisecis prima sectione relicta, iterata sectione demetitur Cato cap. 1. Item fœnum, cordum, ficilimenta de prato demito, eaq; arida condito.

Sicilices, Hastarum spicula lata, inquit Festus. Ennius, Incedit ueles uulgò ficilicibus latis.

Sicilicum, ci, n. s. pen. corr Pars assis quadragesima octaua, hoc est, scrupula sex, siue (quod in idem recidit) drachmas duas continens, *δίδραχμον*. Dictum ficilicum, à ficiliendo, id est, secando, quòd semunciam per medium secet. Neq; solùm de ponderibus dicitur, uerùm etiam de mensuris. Plin. lib. 15. ca. 17. Qua in re non omittendũ uidetur, Tiberio principi mensam quatuor pedes sextante, & ficilico excedentẽ, tota uerò crassitudine sescunciali, operimento laminæ uestitam fuisse.

Sicimina, inquit Hieronymus, quidam interpretantur genus arborũ, quæ Palæstinæ nascuntur in campestribus, quæ si non uelliceantur, amarissimas caryculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur. Nobis autem (inquit) quia solitudo, in qua morabatur Amos, nullam huiusmodi gignit arborẽ, magis uidetur rubos dicere, qui afferunt mora & pastorum famem ac penuriam consolantur.

Sicinnus, *σίκιννις*, Saltationis Satyricæ genus, teste Athenæo, à Sicinno inuẽtore (siue is Barbarus fuit, siue Cretẽsis) ita dictum: à quo & Satyri ipsi Sicinistę appellantur.

Siclus, n. s. *σίκλος*, Apud Hebræos dicitur uncia: apud Græcos Latinosq; quarta pars unciæ est, & stateris medietas, drachmas duas appendens. Iosephus ait Hebræoũ numisma esse, quatuor drachmas Atticas ualens.

Sicubi, ten. cor. Idem quod alicubi, *ἔπου*. Liu. ab Vrb. 3. Consul prouidere omnia, laudare, fortes, increpare, sicubi segnior pugna fuisset. Cic. 7. Ver. Atq; hæc sicubi facta sunt, &c.

Sicunde, aduerbium de loco, Idem ualẽs quod si ex aliquo loco, *ἀποθέν*. Cicer. ad Atticum libro 13. Sicunde potes erue re, qui, &c.

Sicut, & Sicuti. aduerbia similitudinis sunt, *ὡς, ὥσπερ*. Plaut. in Rud. Quibuscum parua periit Athenis, sicut dixi. Interdum tamen non res similes, sed diuersas, & planè contrarias denotant, & ita in priore membro ponuntur. Quint. lib. 10. cap. 1. Sed hæc eloquẽdi præcepta, sicuti cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad uim dicendi ualent, nisi illis firma quædam faciliras, quæ apud Græcos *ἕξις* nominatur, accesserit. Habent etiam uenustatẽ, atq; utilitatem magnã, quoties antecedentem sententiã annectunt cum sequenti. Plin. lib. 7. cap. cap. 19. Feruut Crassum auum Crassi, in Parthis intempti, nunquam risisse, ob id Agelastum uocatum, sicuti nec flesse multos.

Sideratio, Siderari, Siderius, uide Sydus.

Siderion Heracleum, *σιδήριον ἡρακλεῶν*, Herba est ab Hercule inuenta, cauda tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes & lacus nascens, & omnia uulnera ferro illata sanans. Autor Plinius libro 25. capite quarto.

Sideritis, *σιδηρῖτις*. Herba est, foliis marrubii, sed longioribus, cauliculis quadratis, palmi longitudinẽ non multùm excedentib. gustus non iniucundi, & subastringẽtis, In quibus per interstitia obriculatæ uertebrę, ut in marrubio, spectantur, & semen in iis nigrum. Vulgus Tetrahil, siue Iudaicam herbam appellat. Est & Sideritis altera, binũm cubitorum, ramulis exilibus, folio filicis numeroso, urrinque per oras diuiso, pediculo longo, prodeuntibus è summo alarum sinu surculis longis, tenuibus, capitulo in cacumine orbicu lato, aspero, in quo semen cõtinetur, quàm betæ rotundius aliquantò & durius. Hodie chymici & herbarii nonnulli Lunariam maiorem appellant. Sunt & alia sideritis genera, quæ ex Dioscoride & Plinio tibi petenda relinquimus.

Sideritis, *σιδηρῖτις*, Lapis occulta naturæ ui ferrum ad se trahens: unde & nomen accepit. Nam *σίδηρον* Græci ferrum appellant. Idem & Magnes dicitur, & Heracleus lapis, eò quòd primùm inuentus fuerit in Magnesia Asiæ, circa Heracleam urbem. Plinius tamen in Ida monte primum repertum arbitratur à Magnete quodam pastore, & ab eo nomen accepisse.

Siderites, *σιδηρίτης*, Gemma est ex genere adamantum à ferri splendore nomen habens, pondere cæteris præstans, sed ictibus fragilis, & ab alio adamante perforabilis. Autor Plin. libro 37. capite 4.

Sido, dis, sedi, sessum, n. t. Deorsum feror, subsido, ad sedendum me demitto, *καταφέρομαι, δύομαι, ἰσάνω*. Ver. lib. 6. Sedibus optatis gemina super arbore sidunt. Plin. lib. 9. ca. 22. Mare interest uadosum, senis non amplius altitudinis passibus, sed certis canalibus adeò profundũ, ut nullæ anchoræ sidãt, Huius composita sunt, Assido, Consido, Circunsido, Desido, Insido, Obsido, Resido, & Subsido: quorum significata uide suis locis.

Sedimentum, ti, n. s. Quod in re aliqua subsidit, *ἱπόστασις*. Vnde crassiorem urinæ partem, in fundo matulę subsidentem, Medici Sedimentum appellant. In ædificiis quoq; sedimentum dicitur ipsa subsessio, quũ scilicet ob fundamenti infirmitatem ædificiũ subsidit. Plin. libr. 36. cap. 10. Siue mundationibus Tyberis sedimento molis facto: quanquam ad altitudinem impositæ rei, in terram quoque dicantur iacta fundamenta.

Sidus, *ἄστρον*, n. t Licet quidam Græcum esse uelint, *ἀπὸ τοῦ σύρω*, quod est simul, *ἰδεῖν*, uidere, quòd plures stellæ simul conspiciãtur: aut, *παρὰ τὸ ὁλοσδεύω*, quod est, cõmeo & cõuenio, ut si plurium stellarum conuentus: rectius tamen Latinum esse putatur, & à sido deduci, propterea qd occidẽtia in mare subsidere uideantur. Est autem sidus signum, ex pluribus stellis compositum, ut Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, Corona, & quæcunque uariarum genera formarum feruntur in cælum recepta: stella uerò singularis est. Sic etiam apud Græcos, *ἀστήρ*, & *ἄστρον* diuersa sunt, teste Suida. Nam *ἀστὴρ* est stella una: *ἄστρον* uerò, signum stellis coactum, quod nos Sidus uocamus, Quandoq; tamen sidus pro stella ponitur: Cicero, Itaque nesciunt hos siderum errores. Quintilian. Quid hæc fulgentium siderum uenerauda facies, quæ quadam ueluti infixa ac cohærẽtia perpetua semel capta luce collucent, alia toto sparsa cælo, uagos cursus, certis emetiuntur erroribus.

Sideralis, le, Quod ad sidus pertinet. Plin. lib. 7. cap. 49. Poscere uidetur locus ipse sideralis scientiæ sententiam.

Sidereus, a, um, Idẽ quod stellatus, *ἀστρώδης*. ut, Siderea sedes, apud Vergilium 10. Aeneidos, id est, sphæra stellata. Cælum sidereum. Ouidius 10. Meram. Aliquando ponitur pro alto. Mart. lib. 1. Hic ubi sidereus propius uidit astra colossus. Aliquando pro fulgenti, & lucido. ut, Ignes siderei, apud Ouid. 1. Metam. Vergil. 3. Aeneidos, nec lucidus æthra Siderea polus.

Siderari, pass p. Est sidere pestifero afflari, *ἀστροβοπλήσθαι*. & propriè de arboribus dicitur, quum per sideris cuiuspiam, & præcipuè Caniculæ exortum, æstu uehementer inualescente, aut alia quauis ratione, humor consumitur, totæque uel aliqua sui parte subitò inarescunt. Transfertur ad animalia, quæ & ipsa siderata appellantur *ἀστρόβλητα*. quum simili sideris afflatu aliqua sui parte sphacelisimon,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hoc eſt, oſſium cariē patiuntur, ita ut ſubitò ea pars cum ipſis etiam oſſibus inareſcat, omnemq; prorſus ſenſum amittat. Plin. libr. 28. cap. 16. Sideratis urina pulli aſini nardo admiſto perunctione prodeſſe dicitur. Idē lib. 9. cap. 16. Fluuiatilium ſilurus Caniculæ exortu ſideratur, & aliàs fulgore ſepitur. Plaut. Sideratus eſt, moueri non poteſt.

Sideratio, onis, f. t. Propriè plantarum morbus eſt, quum nimiò æſtu humore aſſumpto, uel totæ, uel aliqua ſui parte in areſcunt, ἀστροβολία, ἀστροβολισμὸς. Quod quoniam ſyderis alicuius afflatu fieri putatur, & præſertim Caniculæ (quam Theophraſtus peculiariter ἄστρον uocat) factum eſt ut hoc plantarum uitium Græci ἀστροβολισμὸν, nos Siderationem dicamus. Plin. lib. 17. cap. 24. Sideratio tota è cælo conſtat. Et paulò pòſt, Proprium tamen ſiderationis eſt, ſub ortum Canis ſic citatum uapor, quum inſitæ ac nouellæ arbores moriuntur, præcipuè ficus ac uites. Quin & in animalibus ſideratio dicitur, quum pars aliqua corporis peſtifero ſidere percuſſa, ſubitò inareſcit, ipſaque etiam oſſa carie conſumuntur. Quod morbi genus Galenus σφακελισμὸν appellat.

Sifilatores, A ueteribus dicebantur Sibilatores: & Sifilare, quod nos Sibilare dicimus, σιφλῶσαι. Nonius.

Sigala, Genus frumēti, qđ alio nomine Siligo dicitur. Hier. in Ezech. Quā nos Viciā interpretati ſumus, alii Auenā, alii Sigalam putant, Secale Latinius pro eodem dici puto.

Sigillum, Sigillare, uide Signum.

Sigillatim, uide Singulus, adiect.

Sigma, σίγμα, Diætæ, ſiue ſtibadii, aut cœnationis genuſerat, à Græcis (ut quidā uolunt) elementi ſimilitudine dictū. Lam pridius in Heliogabalo, Primus inuenit ſigma in terras ſternere. Idem, Vt de croco ſigma ſtrauerit, quum ſummos uiros uocaret ad prandium.

Signium opus, Quod fractis teſtis, addita calce cōficiebatur. Col. lib. 16. Cuius ſolum terrenū prius quàm conſternatur, perfoſſum, & amurca recenti non ſalſa madefactū, uelut ſignium opus, pānniculis condenſatur.

Signum, ni, n. ſ. Propriè eſt parua quædam nota, indicans totius rei qualitatem, inquit Donat. σημᾶον. Terent. Andr. Vide num eius color pudoris ſignum uſquam indicat? Ouidius 2. Meram. Sed ſiler, & læſā dat ſigna rubore pudoris. Signa ad ſalutem, ſalutis prognoſtica. Terēt. And. Adhuc Archillis quæ adſolent, quæq; oportet. Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe uideo. Vergil. 3. Georgic. Morborum quoque te cauſas & ſigna docebo. Dare ſignum militibus, eſt pugnam ineundam ſignificare. Terent. Eunucho, Tu hoſce inſtrue: hīc ego ero poſt principia, inde omnibus ſignū dabo. Liuius 2. ab Vrbe, Senſere nigiles, excitatus exercitus, ſigno dato concurſum eſt ad arma. Vergil. 5. Aen. Intenti ſignum expectant. Item notæ quæ pecudibus inuruntur, ſigna dicuntur. Verg. 1. Georgic. Aut pecori ſignū, aut numeros impreſſit aceruis. Hinc duodecim illa ſydera, quæ in Zodiaco animalium figuris imaginamur, ſigna dicuntur. Sunt enim notæ quædam, quæ ad naturā Solis referuntur. Eorum nomina ſunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra. Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. Item Signum, Vexillum dicitur, ab effigie animalium, quæ in uexillis fieri conſueuerunt, σίμβολον, σιώθημα. Lucan. lib. 1. Infeſtiſq; obuia ſignis. Signa, pares aquilas, ac pila minantia pilis. Plin. lib. 7. cap. 25. Signis collatis quinquagies dimicauit. Liu. 3. bel. Maced. In eo prælio ſupra quadraginta millia hominū cæſa. Valerius Antias ſcribit, & quinginta ſeptē ſignata militaria capta. Hor. 1. Epiſt. 19. Cantabrica bella tuliſti Subduce, qui templum Parthorū ſigna refixit. Hinc Auteſignani dicuntur, qui in acie ante ſigna conſtituuntur: de quibus legimus ſuprà ſuo loco. Signa quoq; dicuntur ſculptilia, ſiue fuſilia, ad imaginē animaliū fabricata, ἀγάλματα. quemadmodū contrà, tabulæ, opera pictorum. Vnde Signa & tabulas dicimus pro cælatis operibus, atq; depictis. Siquidem in tabulis antiqui pingebant, non in parietib. Tabulæ igitur, picturæ ſunt: ſigna uerò, ſtatuæ. Vnde apud Salluſt. Signa & tabulas pictas, uaſa cælata mirari, ea priuatim & publicè rapere, delubra ſpoliare. Cic. 3. Verr. Delum uenit, ibi ex fano Apollinis religioſiſſimo, noctu clàm ſuſtulit ſigna pulcherrima, atq; antiquiſſima, eaq; in onerariā ſuam nauē cōii cienda curauit. Pocula aſpera ſignis: quæ etiam dicebantur ſigillata, id eſt, ſignis decorata & ornata, qui mos fuit apud antiquos. Verg. 9. Aen. Bina dabo argento perfecta, atq; aſpera ſignis Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba. Idem 5. Aen. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas, Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis. Signum etiam dicitur, quo quid cōſignamus, uel obſignamus, & notamus: qđ & Sigillum dicitur, σφραγὶς. Cic. pro Quint. Tabulæ maximè nobilium hominum ſignis conſignantur. Dicitur & ſignum id, quod pro Tabernis ſuſpendi ſolet. Quint. lib. 6. capite 4. Tabernę autem erāt circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum. Signum etiam dicitur miraculū, inſolitum, prodigiū, oſtentū, uel auguriū, & tanquā boni aliquid, malíue prænuncians. Cic. lib. 1. de Diuin. Equus eius repentè concidit, nec eam rem habuit religioni, obiecto ſigno, ut peritis uidebatur, ne committeret prælium.

Sgillum, li, n. ſ. diminutiuum eſt à Signum, quod modò imagunculam, ſiue paruam ſtatuam ſignificat, ἀγαλμάτιον. Cic. 6. Verr. Appoſuit patellam, in qua erant ſigilla egregia. Modò imaginem, qua ceræ impreſſæ literas obſignamus. Idem 1. Academ. Si in eiuſmodi cera centum ſigilla hoc anulo impreſſero?

Sigillatus, a, um, Quod modò participiū eſt, idem ſignificans quod obſignatus: ut, Literæ ſigillatæ. Modò nomen, idem ualens quod ſigillis ornatus. Cic. 8. Verr. Iubet me ſcyphos ſigillatos ad Prætorem afferre.

Sigillo, as, a. p. Signum imprimo, ſigillum alicui rei appono, σφραγίζω. Hinc Sigillatæ dicuntur literæ: id eſt, clauſæ, & anulo impreſſæ. Propter quod ueteres ſigillare ſimpliciter pro claudere uſurpabant. Varro, Contrà, lex nimis impia eſt, Ne filii patribus luce ſugillent oculos.

Sigillaris, re, o. t. adiect. à ſigilla deductum, ἀγαλματοποιϊκὸς ut, Ars ſigillaris, Sigillaria opera. id eſt, parua ſigna, ſiue imagunculæ ex metallo confectæ, ἀγαλμάτια.

Signifer, ri, m. ſ. Qui ſigna fert: hoc eſt, uelifer, ζωδιακὸς Cicer. 4. Ver. Sit in eius exercitu ſignifer, &c. Idem 1. de Diuin. Quo tempore quum ſignifer primi haſtati ſignū non poſſet mouere loco, &c. Ouid. 1. Faſtor. Romanæq; aquilæ ſignifer hoſtis erat. Signifer item dicitur circulus ille obliquus, in quo duodecim ſigna ſunt, qui Græcè ἄστρον appellatur, ab effigie animalium, quæ in eo Aſtrologi imaginantur. Cic. 2. de Nat. deor. Infra autē hanc, ſtella Mercurii eſt, quæ anno ferè uertente ſigniferum luſtrat. Plinius libr. 2. capite 4. Adiuuat rerum ordo: deſcripto circulo, qui Signifer uocatur, in duodecim animalium effigies, & per illas Solis curſus congruens tot ſeculis ratio.

Signifex, Qui facit ſigna, hoc eſt, ſtatuas, ἀγαλματοποιὸς. Apul. lib. 2. Egregius ille ſignifex.

Signo, as, a. p. Signo imprimo, σημεῖμαι, σφραγίζω. Verg. 3. Geor. & ſummo ueſtigia puluere ſignent. Vnde Signare epiſtolam anulo ſignum imprimere. Huius cōtrarium eſt Reſigno, qđ eſt deleto ſigno aperio. Sic Signatam pecuniam dicimus, & ſignata pecora, quæ ſignis notata ſunt, & quæ notam inuſtam habent. Interdum ſignare ſignificar oſtendere, indicare ſigno, σημαίνειν. Plaut. in Ciſtel. cui hæc excidit ciſtellam ſignare? Eccam locum ſignat, ubi ea excidit. Idem, Hic meretricem deperit, ſignat tamen ſe eam non amare. Interdū ſcribere. Colum. lib. 1. cap. 3. Huc pertinet præclara noſtri Poetæ ſententia, laudato ingentia rura, Exiguum colito: quod uir eruditiſſimus (ut mea fert opinio) traditū uetus præceptum numeris ſignauit. Vnde & Subſignare, ſubſcribere dicimus, ὑποσημαίνειν, Accipitur etiam Signare, pro deſignare. Vergilius libro 1. Georgicor. Quinetiam cæli regionem in certe ſignat. Huius compoſita ſunt, Aſſigno, Conſigno, Circūſigno, Deſigno, Obſigno, Reſigno, & Subſigno: quorū ſignificata uide ſuis locis.

Signatus, a, um, aliquādo particip. eſt, Idē ſignificās qđ inſignitus: hoc eſt qđ ſignū habet impreſſum: ut, Pecunia ſignata. Cic. 6. Ver. Argentū factū, atq; ſignatū. Ver. 2. Geor. & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. Ouid. 2. de Arte, Aſpice, ſignatū ſanguine pectus habet. Aliquando nomē, & cūc pro inſigni aliquando captū à ueterib. legitur, ὑπόσημον &c. Lucil. libr. 29. ut citat Nonius, Primū Chryſidem negat ſignatam reddere.

Signatores, m. t. Dicebantur qui aut teſtamentis, aut cauſis ſeſe ſubſignabant, ὑποσφραγιστὰ. Sall. Multis modis mala facinora docebat. Ex illis teſtes, ſignatoresq; falſos cōmodare fidem, fortunas, pericula uilia habere. Suet. in Tiberio, ca. 25. Iliatum deinde Auguſti teſtamentum, nō admiſſis ſignatoribus, niſi Senatorii ordinis. Iuuen. Sat. 10. ueniet cum ſignatoribus auſpex. Idem Sat. 1. Et multum referens de Mecœnate ſupino Signator.

Signatorius, tia, rium, Quod ſignat, ſeu quo ad ſignandum utimur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

utimur, σφοδγιστικὸς. ut, Senatorius anulus. Valerius Maximus, Vt anulo quo signatorio utebatur. Paulus Iureconsultus, Anulus signatorius ornamenti appellatione non continetur.

Significo, as, a. p. pen. corr. Indico, notum facio, demonstro, ostendo, σημαίνω. Plaut. in Truc. Etenim sic istic uolo, ne inter uos significetis, &c. pro Roscio Amer. Quid hæc tanta celeritas, festinatio q; significat. Idem ad Attic. lib. 1. Ac ne illud mirere, cur quum ego antea tibi significarem per literas, me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idem uidear diffidere.

Significans, tis, Nomẽ ex participio, idem significans quod apertus, & euidens, ἐμφαντικὸς. Quintil lib. 4. cap. 2. Verbis propriis, & significantibus. Idem lib. 8. cap. 2. Quo nihil inueniri potest significantius.

Significanter, ἐμφατικῶς, & Significantius ἐμφατικώτερον, Id est, expressè, & expressius, & quod uulgus dicit intelligibiliter, notabiliter. Quintil. libro 6. cap. 3. Non parum significanter etiam illa in schola ἤθη dixerimus. Quintil. lib. 3. cap. 6. Colligere tantùm eadem, ac disponere paulò significantius conor.

Significatio, tionis, Verbale, Indicatio, indicium, ἐνσημασία. Cicero, Heu quæ significatio doloris? Idem de Amicitia, Quum autem contrahat uirtus amicitiam, ut suprà dixi, si qua significatio uirtutis eluceat, ad quã se similis animus applicet, & adiungat id quum contigerit, amor exoriatur necesse est. Ibidem, Ipsi autem intelligamus à natura gigni sensum diligendi, & beneuolentiæ charitatem facta significatione probitatis. Cæsar libro 6. belli Gallici, Monet ut ignes fieri in castris prohibeat, ne qua eius aduentus procul significatio fiat.

Significatus, us. ui, m. q. Idem quod significatio. Plin. lib. 18. ca. 15. Ipsi dies rarò non aliquos tempestatum significatus habent. Idem libro 2. capite 25. Acontiæ iaculi modo uibrantur ocyssimo significatu.

Sil, silis, Genus pigmenti luteum colorem, quemadmodum ochra, reddens: inuenitur q; seu limus quidam in argenti, & auri fodinis, quemadmodum etiam id aliud pigmentum quod Cæruleũ à colore dicitur. Vide Plinium lib. 34. cap. 12. Ausonius in Monosyllab. Sit'ne peregrini uox nominis, aut Latii sil?

Silaceus color, Luteus ex sile compositus. Vide Plinium libro 37. capite 7.

Silatum, Antiqui, inquit Festus, dicebant quod nunc lentaculum dicimus, eò quòd tum ieiuni uinum sili herba conditum absorbebant.

Silaus, ut nonnulli legunt apud Plin. lib. 26. ca. 8. Herba est in perennib. & glareosis riuis nascens, apii similitudine. Hermolaus tamẽ in Castigatinoib. Plinianis exẽplaria corrupta asserit, contendit q; Lauer esse legendum: sumit q; Lauer pro ea herba, quam uulgus Crescionem uocat.

Sile, silis, Herba, quam alio nomine Seselim, σέσελι, uocant cuius uel radice, uel semine uinum condiebant, quod ante meridiem sumere mos erat. Propterea Silatum antiqui dixere, quod nunc lentaculum dicimus. Festus. Dioscorides libro 3. capite 58.

Sileo, les, lui, n. s. Significat taceo, σιγάω quanuis hæc ita inter se differre uelit Seruius, ut Silere dicatur, qui nondum cœpit loqui, tacere qui iam cœpit. Quæ differentia si uera est, falsi sunt, qui dicunt Silere factitium uerbum esse, ab S litera, quæ silentii nota est, quoniam in ludis literariis, publicis q; conuentibus, dum uolunt silentium indicere, S literam, quasi sibilando pronuntiant. Iungitur aliquando accusatiuo. Cicero Attico libr. 2. Hæc tu silebis. Frequentius ablatiuo cum præpositione De. Cicero 6. Ver. Me non solùm de uestris monumentis silere oportebit, sed etiam lætari, P. Africani eiusmodi esse fortunas mortui, ut eius honore, &c. Passiuum habet. Plinius libro 12. capite 1. Nullum sileatur rerum naturæ opus. Idem libr. 6. capite 21. Id q; mirum est, Græcis autoribus proditum, apud nos postea sileri. Silent Musæ Varronis, dixit Cicero 4. Academ. id est. Varro nihil scribit, nihil edit.

Silens, participium, Quod aliquando fit nomen ex participio. Vnde Silens cælum, pro tempore sereno. Plinius lib. 18. capite 28. Alia sunt illa, quę silente cælo, serenis q; noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi quum facta sunt. Silens flos, qui non amplius crescit, & quodam modo declinat. Silens luna dicitur, quando fit coniunctio eius cum Sole, quod contingit ipso die nouilunii. Plin. lib. 16. cap. 39. Inter omnes uerò cõuenit utilissimè in coitu eius sterni, quẽ diẽ alii Interluniũ, alii silentis lunæ appellant. Col. lib. 2. cap. 10. Silente luna fabam uellito ante lucẽ. Silentes furculi, silentes uineæ: id est, nondũ germinantes. Col. lib. 11. cap. 2. Surculi quoq; silentes ad insitionẽ nunc præcipuè, utiliter q; leguntur. Col. li. 4. ca. 27. Fossor protinus, adhuc silentib. uineis inducendus est: Id est, nondũ germinantibus. Silentes pro mortuis. Ouid. 5. Fast. Mox etiam Lemures an mas dixere silentum. id est, mortuorũ. Verg. lib. 9. Aen. Quæsitor Minos urnam mouet: ille silentũ Consilium q; uocat, uitas q; & crimina discit.

Silentium, tii, n. s. Taciturnitas, σιγὴ, σιωπὴ. Plin. lib. 10. ca. 69. Silentiũ in mari piscantibus ostrea. Silentiũ agere de re aliqua, est illam tacere. Quint. lib. 10. ca. 1. Quippe quũ Tul. tot millibus uersũ de Romanis tantũ Oratorib. loquatur, & tamen de omnib. ætatis suæ, quibuscũ cõuiuebat, exceptis Cæsare & Marcello, silentium egerit: quis erit modus, si & illos qui postea fuerunt, & Græcos omnes, & Philosophos, & Poëtas persequi uelim. Silentium est de aliqua re: id est, de re illa nihil dicitur. Cic. ad Atti. lib. 5. De Partho silentium est: sed tamen concisos equites nostros à Barbaris nuntiabant ii qui ueniebant. Silentio aliquid ferre, est dissimulare, & de re illa nil conqueri. Descendere in silentium, incipere taciturum esse. Quint. lib. 10 cap. 3. Accidit etiam ingeniosis adolescentibus frequenter, ut labore consumantur, & in silentium usq; descendant, primia bene dicendi cupiditate. Silentium dicimus in auspiciis, quod omni uitio caret, ut ait Ci. lib. 2. de Diuin. Silentiũ noctis, pro intempesta nocte ponitur, quam alii Concubium, alii Conticinium uocant. Liu. 5. ab Vrbe, Supra ædem Vestæ uocem noctis silentio audisse clariorem humana.

Silentiarii, m. s. Dicti sunt, quorũ ministerio Imperator utebatur ad ea, quæ ad quietem pallatii pertinebant. Accursius Silentiarios dici putat, quos uulgò Secretarios appellamus. Sic enim ait Iustinianus C. de Silentiariis, Viros clarissimos sacri nostri palatii silentiarios circa latus nostrum militantes, de tutelis & excusationib. excusari sancimus. Procop. li. 2. bel. Pers. Romani, inquit, ad ea quę quietis sunt in Palatio, ministrum silentiarium uocant.

Silesco, is, Tacitus, seu quietus fio, σιγηρὸς γίνομαι. Terẽtius in Adelph. Quid ego nunc agam, nisi dum hæ silescunt turbæ, interea in angulum aliquò abeam, atq; edormiscam hoc uilli. Verg. 10. Aen. Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Infit: eo dicẽte Deũm domus alta silescit: Et tremefacta solo tellus: silet arduus æther. Furor cæli silescit, Catull. Epigramm. 43.

Siler, gen. neut. Frutex nonnunquam arboreſcens, adeò ut baculos rustici ex eo faciant: aquosis locis crescit, quasi pumila salix, cuius etiam generibus annumerari creditur, inquit Ruellius: contendit q; non esse id, quod seseli Massiliense officinæ, & Siler montanum appellant. Vergil. libro 2. Georg. Nanq; aliæ nullis hominum cogentibus ipsæ Sponte sua ueniunt, camposq; & flumina latè Curua tenent, ut molle siler, lentæq; genistæ.

Silerus, uide Silarus.

Silex, silicis. m. t. Lapis durus, ex quo ignis excuti solet: unde & nomen habet, quòd ignis ex eo saliat: uel quòd silentem intra se ignem habeat, qui attritu, aut percussu excitetur, πυρίτης. Verg. 1. Aen. Ac primùm silicis scintillam excudit Achates, Suscepit q; ignem foliis. Idem 1. Georgic. Et silicis uenis abstrusum excuderet ignem. Ouid. 7. Metam. Aut ubi terrena silices fornace soluti, &c. Accipitur nonnunquam latius silicis appellatio, ut etiam de petris, & marmoribus dicatur. Plinius libr. 36. cap. 18. Idem Varro Lunensem silicem serra secari tradit. Verg. libro 7. Aen. Stabat acuta silex, præcisis undiq; saxis. Est autem hoc nomen tam masc. quàm fœmin. generis. Lucr. lib. 1. Vnde queant ualidi silices, ferrumq; creari. Vergilius prima Ecloga, Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit. Lapidem silicem manu tenebant fœdera ferientes, itaque precabantur, Si sciens fallo, qui me despicit, salua urbe, arcaque, iis me eiiciat, ut hunc ego lapidem.

Siliceus, a, um, Quod est ex silice. Cato cap. 18. Inibi lapides siliceos in totum forum statuito, &c.

Silicernium, nii, n. s. Variè exponi solet, Scribit Nonius esse funebre conuiuium, quod senibus exhibetur. Festus docet esse farciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur: quia cuius nomine instituebatur ea res, is iam silentium cerneret. Cæcilius, Credidi me silicernium eius esse esurum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

esurum. Donatus inquit esse cœnã, quæ infertur diis manibus: uel ꝙ eam silentes cernant umbræ. id est, umbræ possideant: uel ꝙ qui hæc inferunt, cernant, neꝙ degustent. Nam de iis quæ libantur inferis, quisquis ederit, aut biberit, funestatur. Terent. Adel. appellat senem Silicernii, qui iamiam silentibus cernendus sit. Alii Silicernii nomen fictum à Terentio existimarunt pro sene, quòd incuruitate silices spectet. Qui rectè sentiunt, affirmant Silicernium funebre conuiuium esse, quod apud ueteres senibus exhiberi solebat: dictum quòd cum silentio edentes cernerentur, uel quòd cogitarent se mox illum sequuturos. Quapropter abeuntes à conuiuio, ueluti se amplius non uisuri, mutuò se salutabãt. Varro, Funus executi, lautè ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus. Id est, conuiuium, in quo pransi discedentes dicimus aliis alii, Vale. Silicernium ergo Terentius senem uocat, atque decrepitum: id est, dignum uel cui silicernium fiat, uel qui ad silicernium uocetur, τομβοχάρον.

Silícia, siue Silicula, τῆλις, Dioscoridi Herba, quæ alio nomine Fœnũ Græcum, à Theophrasto Buceras uocatur, ab aliis Aegoceras nuncupatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 19.

Silígo, inis, f. t. Frumenti species est, quæ Gallis olim Arinca dicebatur, ex qua laudatissimus conficitur panis, ὄνυρα. Plin. lib. 18. cap. 10. Siligo nunquã maturescit pariter: nec ulla segetum minus dilationem patitur, propter teneritatem iis quæ maturuere, protinus granum dimittentibus: sed minus quàm cætera frumenta in stipula periclitatur, quoniam semper habet rectam spicam, nec rorem continet, qui rubiginem faciat. Idem lib. 18. cap. 8. E siligine laudatissimus panis, pistrinarumꝙ opera laudatissima: præcellit in Italia. Columella libro 2. Omne triticum solo uliginoso post tertiam arationem conuertitur in siliginem. Plinius eodem libro, cap. 8. Siliginem propriè dixerim tritici delicias: candor est, & sine uirtute, & sine pondere, conueniens humidis tractib. quales Italiæ sunt, & Galliæ comatæ Sed & trans Alpes in Allobrogum tantùm, Auernorumꝙ agro pertinax: in cæteris uerò partibus biennio in triticũ transit. Ex his omnibus satis constat siliginem tritici genus esse, quod iam aliquot sationibus in aliam speciem degenerauit, minus quidem potentem ad nutriendum, cæterùm gustui non iniucundiorẽ.

Siligíneus, ea, eum, Quod est materiatum ex siligine: ut, Panis siligineus, σιτιγενίτης, quem Seneca cõmendat his uerbis, Malum panem inquis: Expecta, bonus fies & iam, illum tenerum tibi & siligineum fames reddet.

Síliqua, æ, f. p. pen. corr. Folliculus, seu integumentum, cui grana leguminum includuntur, & si quid leguminibus est simile. λόβος, κεράτιον. Vergilius libro 1. Georgicorum, Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset. Plinius libro 18. de fabis loquens, ait: Nam siliquæ caulesꝙ gratissimi sunt pabulo pecori. Item Siliqua, κεράτιον, siue siliqua Græca, Fructus est arboris, quæ à Galeno κερατώνια appellatur, siliquis rectus falcatis humani digiti longitudine, iisꝙ prædulcibus, & ob id in cibis expetitis, quum semen propter amaritudinem negligatur. Vide Plinium libro 15. capite 24. Horatius 2. Epistol. 1. Viuit siliquis, & pane secundo. Colum. libr. 5. capite 10. Siliquam Græcam, quam quidam Ceration uocant, & persicum ante brumam per autumnum serito. Est & alia arbor, Siliqua dicta, in Syria nascens, quam Iones Ceraniam appellant, omnino diuersa à siliqua Græca, de qua uide Plinium libro 13. capite 8. Est etiam Siliqua, minimi ponderis apud Romanos nomen, quod & à Græcis Ceration appellatur, scrupuli sextam partem, drachmæ uerò decimamoctauam conficiens. Sex itaque siliquæ conficiunt scrupulum. Scrupula autem tria, siue octodecim siliquæ explent drachmam. Sextula autem, sexta pars unciæ est, unde & nomen habet: continetque scrupula IIII. siue siliquas XXIIII. Continet itaque sextula drachmam unam, & tertiam eius partem. Drachma Græcum nomen est, Latinoꝙue uocabulo Denarius dicitur, ut Budæus non uno loco prodidit: quanuis Agricola hoc putet interesse inter denarium, & drachmã, ut septem denarii octo drachmas, siue unciam expleant. Supra sextulam, semunciam legimus, dimidium unciæ continentem. Uncia ab uno denominatur, quod ex duodecim ea una est pars assis, & ex octo drachmis conficiebatur, aut ex totidem denariis, ut putauit Budeus: quanuis, ut suprà diximus, Agricola ex septẽ denariis, qui octo drachmis respondebant, unciam constare asserat. Unciæ duæ, Sextans, quasi sexta pars assis, nuncupatur ἑκταμόριον. Quadrans, quarta pars: Triens, tertia pars: Semis, unciæ sex, quasi semias: Sertunx, unciæ septem: Bes, unciæ octo: Dodrans, unciæ nouem: Dextans, unciæ decem: Deunx, unciæ undecim. Inde As, ex duodecim unciis constans, quę & Libra dicatur: minorꝙ est quàm mina Attica quatuor drachmis. Habet enim Romana libra nonaginta sex non amplius drachmas, quum Attica mina ex centum drachmis cõstet. Ex duobus assibus conficitur Dupondius: ita dictus, quòd sit duorum pondo. Vltra dupondium est Sestertius, qui ex duabus libris & semisse constat, quasi semistertius: de quo uide suo loco. Quod enim fiebat ex duobus assibus, & tertio semisse, Sestertium ueteres uocauerunt. Supra sestertium, Tressis, à tribus assibus. Octussis quoꝙ, ac Nonussis, Decussisꝙ reperitur, octo, nouem, ac decem asses. Decussem uerò denarium à decem assibus nominauerunt. A duobus deinde decussibus, uicessis, id est, uiginti asses. A tribus tricessis, triginta asses. A centum, Centussis, centum asses, qui erant breues ex ære numi. Supra centussem maius æris uocabulũ nõ habemus.

Siliquor, aris, Siliquas facio: hoc est, siliquis tegor, quod de leguminibus siliquis tectis dicitur, ἐπιβίβω. Plin. li. 17. ca 9. Inter omnes aũt constat, nihil esse utilius lupini segete, prius quàm siliquetur, aratro uel bidentibus uersa. Idem libro 18. cap. 7. Siliquãtur uerò omnia diuersis diebus, & ab ima primùm parte paulatim flore subeunte.

Siliquastrum, Herba hortensis, quæ alio nomine κυκρίτης nominatur, cuius meminit Plin. lib. 19. cap. 12.

Sillographus, σιλλογράφος, Sillorum scriptor: qualis fuit Timon ille Philiasius, qui librum quendam conuitiorum, & irrisionis plenum, quem in Philosophos edidit Sillos inscripsit: quo nomine Græci maledicta, & irrisiones intelligunt.

Silo, m. t. Qui prominentia habet supercilia, à Sileno, quem hirsutis superciliis fuisse tradunt, ἔξοφρυς. Autor Nonius, citans locum Varronis, ex Satyra, cui titulum fecit, Γνῶθι σαυτὸν. Non ne unum scribunt esse grandibus superciliis silonem quadratum? Plinius tamen libro 11. cap. 37. non obscurè innuit silones dictos fuisse homines repando naso. Altior (inquit) homini tantùm, quem noui mores subdolæ irrisioni dicauere, nasus. Non alii animalium nares eminent. Anibus, serpentibus, piscibus foramina tantùm ad olfactus, sine naribus. Et hinc cognomina Simorum, Silonum. Hæc Plinius.

Sílphion, σίλφιον, Idem quod laserpitium, cuius succum laser appellari, suprà suo loco ostendimus. Vide Plin. lib. 19. ca. 3. & lib. 21. cap. 23.

Silurus, m. ſ. pen. prod. σίλλος. (si credimus Theodoro) piscis prægrandis, fluuiatilis pariter ac marinus, præcipua autem magnitudine in Nilo, & Gange, carne prædulci, nullis ossibus, aut spinis intersitis, rostro autem, caudaque delphino similis. Paulus Iouius in eo libello, quem de piscibus Romanis conscripsit, eum coniicit esse, quem hodie Sturionem uocamus.

Silus, m. ſ. Nasum habẽs sursum uersus aduncum. Vnde galeæ quoque à similitudine, Silæ appellatæ sunt. Cicero primo de Natura deorum, Ecquos Silos, Flaccos, Frõrones, Capitones, &c.

Símbella, læ, f. p. Quasi semilibella, hoc est, dimidia libella. Est præterea Simbella, instrumentum paruum, quo singuli numi ponderantur. Sipont.

Símiæ, & Simii, Hominũ figuris proxima animalia, quæ cauda carent, & in Libya nascũtur: dictæ, ꝙ simæ sint, id est, nasibus depressis, uel quasi mimæ, hoc est, imitatrices, πίθηκοι. Mart. lib. 14. Callidus emissas eludere simius hastas. Vide Pli. lib. 8. cap. 54. Simia per translationem dicitur, qui aliũ imitatur. Plin. Epist. 3. In quo rusticũ infectatur, atqꝙ etiam Stoicorum simiam appellat.

Simiolus, diminutiuũ, Qui uteunꝙ alterum imitatur, πιθήκιον. Cic. ad Marium lib. 7. Hic simiolus animi causa me, in quem inueheretur, delegerat.

Símila, læ, f. p. penul. cor. Medulla farinæ triticeæ, hoc est, ea pars quæ media est inter pollinẽ, & secundariũ, potissimam nutriendi uim habens, σεμίδαλις. Sunt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollẽ simila, secundariũ, siue cibariũ, & furfures. Eadem & similago dicitur. Pli. li. 8. ca. 10. Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo iustum est è modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinꝙ enim appellant in tritico, ꝙ florem in siligine. Præterea secundarii in sextarios quatuor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quatuor furfurumq; tantundem. Mart. lib. 13. Nec dotes poteris similæ numerare, nec usus.

Similago, pen. prod. Idem quod simila. Plin. lib. 18. cap. 10. Similago ex tritico fit laudatissima.

Símílis, le, o. t. Notæ significationis, ὁμοιὸς, ἐμφερὴς, construiturq; indifferenter cum genitiuo, aut datiuo. Solet autē ita distingui, ut quoties ad morum, uel doctrinæ, uel huiusmodi imitationem refertur, genitiuo iungeretur: ut, Versus Lucani non sunt similes uersuum Vergilii. Horat. libro 2. Serm. Satyra 1. similesq; meorum Mille die uersus describi posse. Trebatius Ciceroni, Vt aliquorum similes in dicendo ualeamus esse. Quando uerò uel in forma, uel in ætate, uel in fortunis, aut aliis huiusmodi rebus similitudo est, cum datiuo. Verg. libro 1. Aeneidos, Os humerosq; deo similis. Plinius, Effigie ac lineamentis corporis patri similis. Sed confunditur apud classicos autores hæc differentia: nam utrunque indifferenter reperitur. Cicero Verr. 4. Si aliqua in re Verri similis fuero. Idem libro 5. de Finibus, Non uideo cur non potuerit patri similis esse filius. Liuius libro 1. ab Vrbe, Fratri similior quàm patri. Quibus in locis de moribus, non de figura sermo est. Hinc Similior, & Simillimus. Cicero pro M. Marcello, Hæc qui faciat, non ego eum cum summis uiris comparo, sed simillimum Deo iudico. Plaut. Asin. Hic noster quæstus aucupii simillimus est. Vergil. 6. Aen. Pressitq; iacentem Dulcis & alta quies, placidæq; simillima morti. Ouid. li. 4. Metam. uiolæq; simillimus ora Flos tegit. Plin. lib. 12. cap. 17. Mastiche tertia in Ponto bituminis similior.

Similiter, aduerb. ὁμοίως. Ad Herenn. lib. 4. Similiter cadens exornatio dicitur, &c. Simillimè, superlatiuū. Cic. 2. Tusc. Simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut nequeat extollere. Idem pro Leg. Agrar. Hic tamen excipit Pompeium simillimè, ut mihi uidetur, atq; in illa lege, qua peregrini Roma eiiciūtur. Glaucippus excipitur. Simili-, & Similiter nō nunquam in prima orationis parte ponuntur pro ita, sequente in secunda ut, uel ac, aut atq; pro ut. Colum. libro 5. Cętera simili ratione atq; in arbusto Italico administrantur. Liuius, Similem pauorem inde, fugamq; fore, ac bello Gallico fuerat. Cicero de Senectute, Similes sunt, ut si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant. Idem de Natura deorum, Similiter facis ac si me roges, &c. Idem Philip. 1. Neque uerò illum similiter atque ipse eram, cōmotum esse uidi. Idem de Off. Similiter eos facere qui inter se contenderent, uter Rempulic. potius administraret, ut si nautæ inter se certarent, quis eorum potissimùm gubernaret. Similes inter se, id est, sibi inuicem similes. Cic. pro Cluent. Homines inter se quum forma, tum moribus similes.

Similitudo, iuis, fœm. tert. Notæ significationis est, ὁμοιότης. Cicero libr. 1. Offic. Nihil autem amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum: in quibus enim eadem studia sunt, eædem uoluntates: in iis fit, ut æque quisq; altero delectetur, ac seipso. Liuius libro 5. belli Punici, Gracchus fraudem & sermoni, & rei abesse ratus, ac similitudine ueri captus, cum lictoribus, ac turma equitum è castris profectus, duce hospite in insidias præcipitatus. Eius contrarium est dissimilitudo. Cicero in Lælio, Dispares mores, disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat amicitias.

Similitas, atis, Antiquis in usu erat pro similitudine, ὁμοιότης. Cælius apud Non. Vide quid ferat morum similitas.

Similo, las, a. p. Refero, repræsento: exigitq; accusatiuū, ὁμοιόω. Mart. Quū sint crura tibi: similent quæ cornua Lunæ. Hinc componitur Assimilo, de quo suprà suo loco.

Símitu, Antiqui utebantur pro simul: quod & Nonius annotauit, ἅμα. Plautus in Mercator. Ita tres simitu res agendæ sunt. Idem Amphit. Non ego cum uino simitu ebibi imperium tuum.

Símones, σίμωνες, Idem qui simi. hoc est, qui nares habent pressas.

Simoníam, Vulgò dicunt à Simone mago, quā Latini Ambitum uocant, quū quis Ecclesiasticas functiones, quæ mera Dei dona sunt, pecunia nundinatur.

Símplex, cis, om. t. A Philosophis propriè appellatur, quod nullo modo compositū est: quemadmodum elementa quatuor, quæ sola si rationē consulamus, sunt simplicia, ἁπλᾶ. Aliquando tamen in simplicibus discernendis à compositis, sensum, non rationem iudicem adhibemus. Et ita partes corporis, partes similares: item plantas omnes simplices dicimus, propterea quòd sensus in iis compositionem nullam possit deprehendere. Argumentum simplex, quod in plures partes non est diuisum. Terent. Prol. Heaut. Duplex, quæ ex argumento facta est simplici. Aliquando ponitur pro uero, & syncero, sicut ècontraio, duplex, pro fallaci, & uatro, ἁπλοικὸς, ἀπλοϊκὸς. Marius Cic. lib. 2. Trebatio nostro magnas ago gratias, quòd tuum erga me animum simplicem, atque amicum aperuit. Horat. Et cursus duplicis per mare Vlyssei. Simplex homo, purus, apertus, nihil tectum, nihil simulatum habeus. Cic. 4. Acad. Cum simplici homine simpliciter agerem, nec magnopere contenderem. Animi simplices, id est, rudes, & doli nondum capaces, cuiusmodi sunt in pueritia, aut in prima adolescentia, quibus etiam simplex toga, & pura, quæ Prætexta dicebatur, sumi solebat. Martialis libro uigesimo: Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis, Et prætexta cultus amicitia. Simplex cibus, Purus, non affectatus, aut aliquo condimēto corruptus, uel compositus, ἀυτόσκευον ὄψων. Plinius libro 11. capite 37. Homini cibus utilissimus simplex. Condimentum orationis simplex, Quint. libro 6. capite 3.

Simplicitas, atis, f. t. ἁπλότης, ἀφέλεια. Mart. li. 10. Vitam quæ faciunt beatiorem, Iucundissime Marrialis hæc sunt: Res non parta labore, sed relicta: Non ingratus ager, focus perennis: Prudens simplicitas, pares amici. Ouidius 3. de Arte, Simplicitas rudis antè fuit: nunc aurea Roma est, Et magnas domiti possidet orbis opes. Quint. libr. 5. cap. 7. In paucis atq; humilibus accusator simplicitate gloriari potest.

Simpliciter aduerb. Purè, aperté, ἁπλῶς. Plin. Epist. 98. Amicè & simpliciter reprehenderunt. Simpliciter oberrare, est imprudenter ab itinere deflectere. Plin. libr. 8. cap. 4. Elephas homine obuio fortè in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens, placidusq; etiā demōstrare uiam traditur. Quint. lib. 2. cap. 12. Præterea secundum aliam ætatis illius facilitatem, uelut simplicius docentes sequuntur.

Simplicitus, ueteres pro simpliciter utebantur. Plaut. Mercat. Vt simplicitus dicam. Sic enim legit Nonius: ne quis fortè sciolus librariorum incuria Simplicitus, pro Simplicius irrepsisse suspicetur.

Simplus, Nomen numerale, significans unicū, & minimè multiplex, ἁπλᾶς. Plau. in Most. Simpla est habitatio. Idem Pœn. Liceat simplum soluere. Sic duplus, bis tantùm, Triplus ter tantum, & huiusmodi.

Simplicius, adiect. à simplo, siue simplici deductū, cuius etiam propemodū habet significationē, ἁπλοϊκὸς. Simplariæ uenditiones (inquit Budæus) sunt pro quibus uenditor necesse non habet de dupla emptori re promittere: quarū meminit Vlpian. in l. Emptoria, de Euiction. Ita enim simplariæ uenditiones à Pomponio dicuntur, ut simplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in simplum, duplū, quadruplum dabantur. Eadem ratione armaturę simplares, duplaresq; à Vegerio dicūtur, libr. 2. de Re militari, quas qui gestabant singulas, & duplas consequebantur annonas. Et à Modestino de uocabulis rei militaris, Torquarii simplares, duplaresq;, quòd qui illa præmia uirtutis, & decora militiæ meruissent, singulas, & binas præter alios consequebantur annonas. Sic hodie in sacerdotalibus collegiis simplaria dici possunt, & quædam duplaria: à simplici, & duplici stipe in cōcessu Ecclesiastico accipienda. Vide plura de hisce in dictione Duplarius.

Símpulum, li, n. s. Calix fictilis, quo uinū in sacrificiis libabatur, à sumendo, quòd eo uinū sumebant minuatim. Plin. li. 35. ca. 12. Sed fictilib. prolibatur simpulis innocētius. Apul. catilū, & simpulū sacrificiis adhiberi solita ostendit his uerbis, Paupertas populo Rom. imperium à primordio fundauit, proq; eo hodiernū diis immortailbus simpulo, & catino fictili sacrificat. Fest. Simpulū, uas paruū, non dissimile cyatho: unde mulieres diuinis rebus deditæ, simpulatrices uocantur. Varro scribit uas esse minutim fundeus, in cuius locum successerit epichysis: unde ueteres res minutas, nullius que pretii, simpularias appellabant. Sunt qui pro simpulo, simpuuium legunt: cuius meminit Iuuen. Satyr. 6. Aut quis simpuuiū ridere Numæ. &c. Sunt etiam qui uelint simpullū gemino ll, scribendū, ea forma qua ampullā dicimus. In simpulo aliquid facere, prouerbii speciē habet: de quo uide Chiliades Erasmi.

Simul, aduerb. cōgregandi, Idem significās quod unà, pariter, ἅμα, ὁμοῦ. Ter. Eun. Simul cōsilium cū re amisisti. Aliquā do ponitur pro deinde, uel etiam, uel præterea. Vatin. Cicer. Ciues Roman. occidit, abripuit, disperdidit, regiones uastauit: simul uerò semissis homo contra me arma tulit.

Sall.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Salluſt. His amicis, ſociiſq; conſiſus Catilina, ſimul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat. Inuenitur quandoq; geminatũ, & habet quaſi eandem uim, quam cum & tum, ſiue partim. Quintil. Simul ut pleniori obſequio demirer amãtiſſimos mei, ſimul ne uulgarem uiam ingreſſus, alienis ueſtigiis inſiſterem. Ponitur aliquando ſimul, pro eadem opera. Plaut. in Merc. Duas res ſimul nunc agere decretum eſt mihi. Dicimus uenuſtè, Simul tecum, nobiſcum, & ſimul cum aliquo. Cicer. pro Domo ſua. Optimi ciues fruuntur nobiſcum ſimul hac ciuitate. Cicero de Amic. Differere cœperunt cum corporibus ſimul animas interire, &c. Accipitur aliquãdo Simul, pro poſtquã, ſimulac, ſiue ſimulatque. Cicero 4. Acad. Et ſimul inflauit tibicen, à perito carmen agnoſcitur.

Simulac, & Simulatq;, Quum primũ, uel ſtatim quũ, ſiue poſtquàm, ἅμα δὲ, τάχις, ὡς τάχιςα. Sall. Iam primũ iuuẽtus, ſimul ac belli patiens erat. Col. lib. 7. Semper conueniet, ſimulatq; folia agera cœperint, ficus rubricã amurca diluere. Cic. App. Gratiſſimũ mihi feceris, ſi ad me, ſimulatq; adeptus eris, miſeris. In eadem etiam ſignificatione dicimus, Simul ac primum, Simul primũ, & Simul ut. Cic. 5. Ver. Simulac primũ occaſio uiſa eſt, auerſa pecunia publica Quæſtor Conſule, exercitũ, prouinciamq; deſeruit. Ibidẽ, Simulac poteſtas primũ data eſt, adeũt hi quos dixi. Liu. 6. ab Vrb. Interim Q. Fabio, ſimul primũ magiſtratu abiit. ab C. Martio Tribuno dies dicta eſt. Plin. libr. 11. capit. 49. Vrſo quoq; ſimul ut expirauerit, corneſcere aiunt genitalia. Ponuntur aliquando Simulac, Simul &, Simulq;, pro Atq; etiam, uel Præterea: ut quum dicimus, Vir fortis, ſimul & prudens. Plinius Epiſtola 7. libro ſecundo, Sordidum ſimul & ſumptuoſum. Plinius libro 9. capite 55. Super ſimul ac procaci faſtu. Quintilian. libro 10. capite primo, Qualis terri fulgor, quo mens ſimul uiſusq; perſtringatur.

Simulachrum, n. ſ. pen. prod. Imago ad ſimilitudinẽ rei alicuius efficta. εἴδωλον, ἄγαλμα, ἀνάθημα, ὁμοίωμα. Cicer. pro domo ſua. Mulieris ſimulachrum è marmore. Ouid. 10. Metam. quòd multa ſacerdos Lignea contulerat ueterum ſimulachra deorum. Verg. 2. Aeneid. Hîc Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum Condenſæ, & diuũm amplexæ ſimulachra tenebant. Simulachrum ciuitatis, per translationem, pro ſigno, & nota. Cicero ad Planc. libro 10. In qua nec Senatus, nec populus uim habet ullam, nec leges ullæ ſunt, nec iudicia, nec omnino ſimulachrum aliquod ac ueſtigium ciuitatis.

Simulo, as, a. p. Præ me fero quod non eſt, & fictam rei alicuius ſimilitudinẽ refero, & pro uero falſum oſtendo, προσποιῆμαι, ὑποκρίνομαι. Cic. Att. Simulabat ſe Romam rediturum, quum in Africã nauigaturus eſſet. Verg. 1. Aen. Spem uultu ſimulat, premit altũ corde dolorẽ. Ouid. 1. de Arte, Vt ſimulet uultu gaudia, triſtis erit. Eius antitheton eſt Diſſimulo. Cic. libr. 7. Epiſt. Multa & ſimulaui inuitus, & diſſimulaui cum dolore. Simulo non ſentire, id eſt, diſſimulo. Plin. Epiſt. 14. lib. 3. Ille ſiue quia non ſentiebat, ſiue quia nõ ſentire ſimulabat immobilis, & extentus fidem peractæ mortis impleuit. Eſt & Similo, as, per tertiam uocalem in ſecunda ſyllaba, quod ſignificat ſimilitudinem rei alicuius repræſentare, ἐξομοιῶ. Horat. 2. Epiſt. 1. æra Fortis Alexandri uultũ ſimilantia. Sed de hoc ſuprà ſuo loco.

Simulatio, onis, f. t. uerbale, Fictio, & ſimulata, fictaq; alicuius rei internæ per uultũ repræſentatio, προσποίησις. unde pro deceptione & circunuẽtione ponitur: quòd animo, uel uultu, aut uoluntate ſimulata fiat. Cic. ad Lent. libr. 1. A quibus tuendus fuerat, derelictus: idq; non ſolùm frõte, atq; uultu, quibus ſimulatio facilè ſuſtinetur. Idem 3. Verr. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ, quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine.

Simulator, oris, Qui ſimulat. Cic. 1. Offic. De Græcis aũt dulcẽ & facetũ, feſtiuiq; ſermonis, atq; in omni ratione ſimulatorem, quem Græci εἴρωνα nominauerũt, Socratẽ accepimus. Ouidius 2. de Arte aman. Tantùm ne pateas urbis ſimulator in illis.

Simulatè, aduerb. Fictè. Cic. de Nat. deor. Mala enim & impia conſuetudo eſt, cõtra deos diſputandi, ſiue ex animo id fit, ſiue ſimulatè.

Simulamẽ, inis, n. t. uel Similamẽ, Idẽ qd repræſentatio, aſſimilatio, ſiue imitatio, ἐξομοίωσις, μίμησις. Ouid. de Adonide lib. 10. Met. Annua plangoris peraget ſimulãtia noſtri. Id eſt, repræſentationẽ noſtri doloris. Loquitur enim de ſacris annuis, quæ Adonia dicebantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

Simultas, atis, f. t. Inimicitia, à ſimulando, ut quidam uolunt, q propriè latens & diſſimulatũ odium nomine hoc ſignificari exiſtimẽt: quanquã re uera etiam de apertis inimicitiis dicatur, ἔχθρα. Cic. pro Leg. Man. Vt multas etiam ſimultates partim obſcuras, partim aperras intelligam mihi nõ eſſe neceſſarias, uobis non inutiles, ſuſcepiſſe. Iuuen. Sat. 15. Inter finitimos uetus atq; antiqua ſimultas. Plaut. Pſeud. Nam hæc id meruit, ne illam uendas ob ſimultatem ſuam.

Simulter, aduer. dixerũt antiqui pro ſimiliter, ὁμοίως. Plaut. Exoſſabo ego eum, ſimulter ut Murænam coquus.

Simus, a, um. σιμός. Qui preſsis eſt naribus: unde propriũ ca prarũ eſt epitheton. Verg. 10. Ecl. Dum tenera attondẽt ſimæ uirgulta capellæ. Hieron. de Socratis uxorib. Quæ quũ crebrò inter ſe iurgarentur, & ille eas irridere eſſet ſolitus, quod propter ſe fœdiſſimũ hominẽ, ſimis narib. recalua fronte, pilloſis humeris, & repandis cruribus diſceptarent. Mart. lib. 6. Atq; illa ſima nare, turgidis labris.

Simulus, diminut. Mart. lib. 6. Simulus iſte quid eſt, uxori ſcrupulus? Exemplo quid eſt? Simulus per adhæret Qui Menedore tuæ?

Siu, ἐμὲ δ' ἢ κ' ἄλλ', cum ſubiunctiuo, Ex Si, & Ne cõponitur, abiecta E, ſignificatq; Si uerò, & nunquã in prima parte collocatur, ſed in ſecunda, ubi duorũ eſt oppoſitio: & ferè ſemper Si in priore parte præcedit. Terent. Andr. Si illum relinquo, eius uitæ timeo, ſin opitulor, huius minas. Habet enim quãdam uim negationis, perinde ac ſi diceretur, Si aũt nõ relinquo, ſed opitulor. Aliquãdo Sin ſolum reperitur, ita tamen ut conditio aliqua intelligatur præceſſiſſe. Sall. in Iugur. Imperat ut pretio, ſicuti multa cõfecerat, inſidiatores maximè paret, ac maximè occultè: ſin id parũ procedat, quouis modo Numidam interficiat. Id eſt, ſi poteſt, occultè: ſi non poteſt, utcunq; queat.

Sinapi, pen. pr. n. g. & indeclinabile, σίναπι: uel Sinapis, pis, f. gen. Herba eſt ſemen ferens tanta acrimonia, ut cieat lachrymas comedenti, in hybernis condimentis, uſitatiſſimũ. Pli. lib. 19. cap. 8. Acerrimũ ſapore, igniq; effectus ac ſalubertimũ corpori, ſinapi. Plaut. Pſeud. f. g. uſus eſt: Teritur, inquit, ſcelerata ſinapis cum illis. Item Colum. lib. 12. Se laceſſenti ſectum factura ſinapis.

Sinciput, pitis, n. t. Pars interior capitis, aures, tempora q cõplectens, βλέγμα. Sinciput, inquit Cornutus in Perſ. ante rior pars capitis: Occiput. poſterior. Plaut. Men. Non eſt tibi ſanũ ſinciput, adoleſcens. Iuuẽ. Sat. 13. Si uerò & pater eſt, comedam, inquit, Flebile nati Sinciput elixi, Phariq; madentis aceto. Apollinaris ad Valer. Maioranũ: partemq; cerebri Hic galeæ cum parte rapit, fortiq; lacerto Diſſicit ancipiti miſerabile ſinciput enſe. Neq; ſolùm in homine ſinciput dicitur, uerùm etiã in brutis animantibus: & præcipuè in genere ſuillo. Erãt enim olim in deliciis ſincipitia uerrina, ſiue aprugna, aceto condîta, & ad eſum præparata. Plin. lib. 8. capite 51. Interdicta quoq; abdomina, glandia, teſticuli, uulua, ſincipitia uerrina.

Sindon, σινδών, onis, pen. cor. Amictus ex lino Aegyptiaco: inde, ut creditur, nomen habens, quòd primũ in Sidone urbe fuerit inuentus: ob id Tyria Sindon à Martiale dicta, lib. 4. Ridebis uẽtos hoc munere tectus, & imbres, Nec ſic in Tyria ſidone rutus eris.

Sinceraſtum, uide Synceraſtum.

Sine, præpoſitio ſeparatiua, Idem ſignificans quod abſq;, ἄνευ, ut Sine Cerere & Baccho friget Venus, Terẽt. Eun. Ver. 1. Aeneid. Imperium ſine fine dedi. Ouid. 2. Met. Immotosq; oculos in ſe ſine fine tenentem Neſcius extimuit.

Singuli, la, nõ niſi in plurali numero, Vnuſquiſq; per ſe, hoc eſt, ſeparatim ab aliis, ἕκαστοι, οἱ κατ' ἕνα. Cic. 7. Ver. Vt nõ modò plures, ſed ne ſinguli quidem poſſint acedere. Verg. 1. Aeneid. Nanq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo, &c. Idẽ 6. Aen. Suſcipit Anchiſes, atq; ordine ſingula pãdit. Dicimus aũt Latinè, Aliquid fieri ſingulis diebus, uel in ſingulis dieb. cum præpoſitione In: uel cum accuſatiuo, in ſingulos dies, pro eo qd eſt quotidie. Cic. pro Mur. Qui ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuit. Idem 2. de Nat. deor. Solbinas in ſingulis annis reuerſiones facit. Idem ad Att. Quotidie, uel potius in ſingulos dies, breuiores literas ad re mitto. In dies tamen, ſiue in dies ſingulos, licet idem ſignificẽt qd quotidie, uix unquã tamen in oratione ponuntur ſine comparatiuo, aut uerbo incrementi. Cic. in Catil. Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. Antiqui etiam Singulus dicebant, pro unico & ſingulari. Plautus in Ciſtel. Atat ſingulum uideo ueſtigium.

Singu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Singularis, re, o.t. Quod eſt unicum, ἑνικὸν, διάφορον. Plin. lib. 28. ca. 10. Democritus etiamnum effectus auget eius, qui ſingularis natus ſit. Verbis ſingularib. gratias agere: hoc eſt, quę unum tantùm, non etiam plures complecterentur. Cice. in Catil. Primùm, quòd mihi gratias egiſtis ſingularibus uerbis, &c. Dicitur aliquando ſingulare, quod eſt excellens: & tam in malum, quàm in bonũ ſumitur, ἔξοχον. Cic. pro Sylla, Me ſingulari immanitate & crudelitate prædituin. Plin. Epiſt. 45. Mox uehiculum aſcendit, aſſumit uxorem ſingularis exempli, &c. Pro eodem antiqui dicebant Singularius: quod & Nonius annotauit, citatus locum Turpilii in Demetrio, Homini natura unica eſt & ſingularia. Plautus in Capt. His indito catenas ſingularias. hoc eſt, ſingulis catenam unam.

Singulariter, aduerb. Vnicè, excellenter, magnopere, mirum in modum, ἐξαιρέτως, ἐξόχως. Cic. 1. Verr. Quem ego ſingulariter in prætura mea dilexiſſem.

Singulatim, alind aduerb. Significat unũquodq; ſeorſum, uel per ſe, κατ' ἕκαστον. Cic. 1. Ver. Si tantulum offenſum titubatumq; ſit, ut ea, quæ ſingulatim ac diu collecta ſint, uno tempore uniuerſa perdamus. Idẽ 1. de Inuẽ. Singulatim de unoquoq; genere ſecundo libro dicemus. Pro eodem eriam dicimus Sigillatim. Cæſar lib. 7. bel. Gal. Centuriones ſigillatim, Tribunosq; militũ appellat, quorum egregiam fuiſſe uirtutem teſtimonio Ciceronis cognouerat.

Singillatim, Idem quod ſingulatim, hoc eſt, unũquodq; per ſe, κατ' ἕκαστον. Cicero 4. Phil. Ciuitas non ſingillatim, ſed prouinciis totis dabatur. Luci. Singillatim unuſquiſq; noſtrũm mouetur. Sueton. in Auguſto, Atq; etiam ſingillatim è certo genere hominum libenter, ac pro facultate quiſq; pecunias contulerunt.

Singultus, us, ui. m. q. λύγξ, Species eſt cõuulſionis, quæ fit uel nimia ſpirituũ ſuppreſſione, uel propter inanitionẽ, uel repreſſionem immoderatam, uel ob eroſionem ab acriorib. in uentriculo humoribus, quas quũ facultas expultrix per ſe expellere non poſſit, morticem in auxilium accerſit: ſpiritumq;, aut humores noxios ui quadam, & non ſine ſonitu expellit: atq; ita cietur conuulſionis quoddam genus in uentriculo, quod Singultum appellamus. Cicer. pro Planc. Non modò lachrymulam, ſed multas lachrymas, & ſingultũ cum fletu uidere potuiſti. Neq; ſolius hominis eſt ſingultus, uerùm etiam brutorum animantiũ, ut equorum. Verg. 3. Geor. imaq; longo ilia ſingultu tendunt. Idem 9. Aen. & longis ſingultibus ilia pulſat. Ouidius 3. Amor. Eleg. 8. Oraq; ſingultu concutiente ſonant. Item gallinarum. Colum. libr. 8. capite 5. Aſſiduus autem debet eſſe cuſtos, & ſpeculari parietes: quod per ſe facere gallinæ teſtantur crebris ſingultibus interiecta uoce acuta.

Singultio, n. q. hoc eſt, Singultus emitto, λύσσω. Plinius libr. uigeſimo tertio, capite primo, Nec ſingultientibus, nec ſi cum febre dyſpnœa ſit, &c.

Singulto, as, frequentatiuum, Quod eſt frequenter ſingultio. Verg. 9. Aen. Tum caput ipſi aufert domino, truncumq; relinquit Sanguine ſingultantem. id eſt, cum ſingultu animam efflantem.

Singultim, aduerbium. Horatius lib. 1. Sermon. Satyr. ſexta, Vt ueni coràm, ſingultim pauca locutus. Id eſt, uerbis interruptis. Budæus.

Siniſtra, æ, f. p. Manus læua, à ſino, is, ut placet Feſt. eò quòd aues quæ ad læuam apparent, rem inſtitutã nos agere ſinãt. σκαιὰ, ἀριστερὰ. Verg. 10 Aen. clypeũ tum deinde ſiniſtra Extulit ardentem. Idẽ 5. Aen. Nunc dextra ingeminans ictus, nũc ille ſiniſtra. Ouid. 3. de Pont. Dicitur infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra. Siniſtra ponitur aliquando pro ea parte, quæ ſiniſtram manũ uerſus eſt. Cic. de Diuin. Cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix faciat ratum. Ponitur aliquando aduerbialiter, pro à parte ſiniſtra. Cic. 4. Acad. Et quũ in uno mundo ornatus hic ſit tam mirabilis, innumerabilis, ſuprà, infrà, dextrà, ſiniſtrà, antè, pòſt.

Siniſter, a, um, Quod ad ſiniſtrũ eſt, λαιὸς σκαιὸς, καὶ ἀριστερὸς, καὶ τὰ ἐμφερισμόν. ut, Siniſtra manus Siniſtrũ cornu. Liu. 3 ab Vrb. Nam quũ æquaſſet aciẽ, duo extra ordinẽ millia, quæ in ſiniſtrum cornu Romanorum in ipſo certamine impreſſionem facerent, remiſit. Verg. 10. Aen. Pallasq; ſiniſtro Affixus lateri. Idem 7. Aeneid. ueſtigia nuda ſiniſtri Inſtituêre pedis. Ouidius 9. Metam. In latus erigitur, cubitoq; innixa ſiniſtro. Siniſterior, & Siniſterius. Var. 2. de Re ruſtica, capite quinto, Siquidem ſi mas eſt, in dexteriorem partem abit: ſi fœmina, in ſiniſteriorem. Cicero, Cornu ſiniſterius, quod erat infirmius. Siniſtrum autem, quantum ad auguria pertinet, ſignificat proſperũ, teſte Feſto, propterea quòd nos agere aliquid ſinat. Cicero tertio de Legib. Is aue ſiniſtra dictus populi magiſter eſt. Aliam tamen eius rei rationem affert. Varro, libro quinto, Epiſtol. quæſtionum, his uerbis, A deorum ſede quum in Meridiem ſpectes, ad ſiniſtrã ſunt partẽ mundi exorientes, ad dextram occidentes: quo factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quàm dextera, eſſe exiſtimentur. Aliquando accipitur pro aduerſo, noxio, ominoſo: quòd quæ ſiniſtra manu fiunt, minus rectè fieri uideantur. Vergilius libro 1. Georgicorum, Arboribusq;, ſatisq; Noxus, pecoriq; ſiniſter. Plinius Epiſt. 9. Nemo me apud quenquam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehendo, niſi unum me. Vergilius 9. Ecloga, Antè ſiniſtra cauã monuiſſet ab ilice cornix. Ouidius Epiſt. 20. Et tuus ad cœptas hora ſiniſtra uias. Idem Epiſtol. 13. Dii precor à nobis omen remouete ſiniſtrum.

Siniſtrè. aduerb. Tacit. lib. 17. Cæterùm utraq; cædes ſiniſtrè accepta. Exceptus ſiniſtrè, Hor. in Arte.

Siniſtrorſum, aduerb. ſignificans uerſus ſiniſtram partem, ἐπ' ἀριστερὰ, ἐπὶ τὰ λαιὰ. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit. Legitur & Siniſtrorſus: quod & Feſtus annotauit, citans locum Cæſaris 6. bel. Gal. Hinc ſe flectit iniſtrorſus, diuerſis à flumine regionibus.

Siniſteritas, ãtis, f. t. Peruerſitas, improbitas, σκαιότης. Plin. Epiſtol. 182. Plerisq; autem dum uerentur, ne gratiæ potentiũ nimiùm impartire uideãtur, ſiniſteritatis, atq; etiam malignitatis famam conſequuntur.

Siniſtimũ, inquit Feſtus, Antiqui dixerunt pro ſiniſtro: ut, Siniſtimum auſpicium, quum aues à ſiniſtra conſpiciuntur. Id aũt dextro felicius habebatur. Cuius rationẽ hanc reddit Feſtus, ex ſententia Varron. quòd ueteres deorũ ſedem ad Septentrionẽ eſſe uoluerint, atq; inde eos in Meridiem ſpectare. Quo fit ut Ortum ad dexterum, Occaſum habeant ad ſiniſtram.

Sino, is, ſiui, ſitũ, 3. t Permitto. Var. Sine is ad pubertatem annos peruenire. Terent. And. Sine meo me uiuere modo. Ibidẽ, Sine te hoc exorem. S. ſino. Cæſ. 4. bell. Gal. Vinum ad ſe importari omnino non ſinunt.

Situs, & Siturus, part. q. Id eſt, permiſſus, & permiſſurus Cic. pro Sest. Accuſare eum moneratè, à quo ipſe nefariè accuſatur, per Senatus autoritatẽ non eſt ſitus. Idem ad Qu. fratr. 2. Caro cõcionatus eſt, ſe militia haberi non ſiturum. Huius compoſitum eſt Deſino: de quo ſuo loco.

Sinopis, pen pr genit. ſinopidis, f. t σινωπὶς, Rubricæ genus præſtantiſſimũ, quod circa Sinopen Ponti urbem effodiebatur: unde & nomen habet. Plin. lib. 35. cap. 6. Naſcuntur ſinopis, rubrica, perætonium, melinũ, eretria, auripigmentũ, cæteri finguntur. Et paulò pòſt, Sinopis inuenta eſt primùm in Ponto: inde nomen à Sinope urbe. Species eius ſunt tres, rubens, minus rubens, & media. Hæc ille. Vitru. lib. 7. eam rubricã ſinopã appellauit. Strabonẽ arbitror ſecutus, qui li. 12. μίλτον σινωπικὴν eam nominat, & in Cappadocia eam naſci aſſerit, idcirco aũt ſinopicã uocari, q; à mercatorib. Sinopen ſoleret ad mercatũ deferri, priuſquã Epheſiorũ emporium tam celebre eſſet.

Sinuo, as, Sinuoſus, uide Sinus.

Sinus, us, m. q. prior. cor. Curuitas illa, quæ eſt inter pectoris brachiorũq; cõplexum, κόλπος. Ter. Adel. Hic nõ amandus? hiccine nõ geſtandus in ſinu? Ouid. Epiſt. 3. Te tenet in tepido mollis amica ſinu. Senec. Troiad. Blando ſinu fouens nepotem. Fouere dextrũ ſinu, Ouid. 1. Amor. Eleg. 4. Hinc ſinus ueſtiũ appellati ſunt, lacunates inter plicas, intermediç. Verg. 1. Aen. Nuda genu, nodoſq; ſinus collecta fluentes. Per tranſlationẽ quoq; ſinus uocãtur littora curua, duobus quaſi brachiis longius in mare ꝓcurrentib. incluſa, Græci κόλπους appellant. Hinc Plinius totam Europã, quã Mediterraneo mari alluitur, in quatuor præcipuos diuiſit ſinus, quorũ primus Calpæ Hiſpaniç, & Lacinio extremo Italiç ꝓmontorio includitur: ſecundus à Lacinio initiũ ſumens, Acroceraunijs mõtibus terminatur: tertius ab Acroceraũniis ad Helleſponti angustias extenditur: quicquid reliquũ eſt Europæ uſq; ad Tanaim fluuiũ, quarto ſinu includitur. In oculis itẽ ſinus dicuntur cõcauitates illæ, quib. lachrymç erũpentes, primùm excipiũtur. Sic enim interpretatur Seru. illud Ver. 4. Aen. Sic effata ſinũ lachrymis expleuit obortis. Accipitur itẽ Sinus ꝓ gremio, ſiue ea parte ueſtis, qua uerẽda tegũtur. Iuuẽ. Sat. 9. Fata regũt homines: farũ eſt in partib. illis, Quas ſinus abſcondit: nam ſi tibi ſydera ceſſant, Nil faciet longi menſura incogniq;

incognita nerui. Nonnunquam etiam pro caſſibus uenatoriis. Martial. lib. 14. Pulcher adeſt onager, mitti uenatio debet Dentis Erythei, iam remouete ſinus. Aliquando pro uelo, quod uentis flantibus curuatur, & ſinuoſum redditur. Verg. 7. Aen. Colligere arma iubet, uelidisq; incũbere remis, Obliquatq; ſinus in uentum, &c. Iuuen. Sat. 1. Totos pande ſinus. Sinum ex toga facere, eſt extremas togæ oras ita contrahere, ut in medio ſinus, hoc eſt, capacitas quædam relinquatur. Liu. 1. bel. Pun. Tũ Romanus ſinu ex toga facto, Hîc (inquit) uobis bellum atq; pacẽ ponamus: utrum placet ſumite. E ſinu alicuius eſſe dicimus: quod ex intima familiaritate eius eſſe uolumus intelligi. Cic. 3. Verr. Terras ſimulac tetigit prouinciam, ſtatim Meſſanam literas dedit: Diqnem euocauit: calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit: qui, &c. In ſinu ſuo habere, pro eo quod eſt habere in poteſtate ſua. Caius Iureconſultus, Titio centũ do lego, quæ mihi pertulit, quæ ideò ei non caui, quòd omnem fortunã & ſubſtantiã, ſi quã à matre acceperat, in ſinu meo habui ſine cautione. Sinus itẽ pro copia ponitur: quo modo accipitur à Sẽn. Non recipit ſordidũ uirum amatorẽ: ſoluto ad eam ſinu ueniendũ eſt. id eſt, plena liberalitate, & copia effuſa, ut interpretatur Budæus. Sinus, us, pen. pr. Genus uaſis ſinuoſi, interprete Nonio, quemadmodũ & galeola. Plaut. Curc. Hic cum uino ſinus fertur. Varr. de uita populi Rom. ut idem Nonius citat, Vbi erat uinum poſitũ in menſa, aut galeola, aut ſinu. Verg. Eclog. 7. Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis Expectare ſat eſt, &c.

Sinuo, as, a. p. Curuo, in ſinus flecto, κυρτόω. Ver. lib 2. Aen. Sinuatq; immenſa uolumine terga. id eſt, in ſinus flectit. Oui. 2. Metam. tremulæ ſinuãtur flumine ueſtes, id eſt, rugantur, & in ſinus colligũtur. Hinc cõponitur Inſinuare: de quo ſatis multa dicta ſunt ſuo loco.

Sinuoſus, a, um, Quod habet multos ſinus, κολπώδης. ut Mare ſinuoſum, Vela ſinuoſa, quæ uẽto inflata, in ſinus turgeſcũt. Claud. lib. 1. de Rap. Proſer. ſinuoſa draconum Membra tegens, uolucri per auia nubila, &c. Plinius libro 11. capite 37. Cor prima domicilia intra ſe animo & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Vergilius 11. Aeneid. Saucius at ſerpens ſinuoſa uolumina uerſat. Ouidius 5. Metamorphoſeos, tamen ſinuoſa ueſte pependit.

Sion, ſii, σίον, Herba eſt in locis aquoſis naſcens, frutice pingui, recto, foliis latis, oluſatro ſimilibus, ſed minoribus, & odoratis. Alio nomine Lauer dicitur, & uulgò Berula. Plinius libro 22. capite uigeſimo ſecundo. His adnumerant Sion, latius apio, in aqua naſcẽs, pinguius, nigriusq;, copioſum ſemine, ſapore naſturtii.

Siparium, rii, Veli genus, quo utebantur mimi, ſcenicíq; artifices ad ſcenã uelandam, περιπέτασμα Cic. de Prouin. Conſul. Itaque ille alter (ut ipſe eſt homo doctus, & à ſuis Græcis ſubtilius eruditus) quibuſcum iam in orcheſtra helluatur, antea poſt ſiparium ſolebat.

Siphones, pen. pr. σίφωνες, Canales tubi, ſiue fiſtulæ in fontibus, per quas urgente ſpiritu, aqua uel alius liquor emittitur: à ſono dicti, quẽ edit aqua per os erumpens. Iuuẽ. Sat. 6. Effigiemq; deæ longis ſiphonib. implent. Plin. lib. 2. de aqua in ſumma iuga erumpente, Quo ſpiritu acta, & pondere terræ expreſſa, ſiphonum modo emicat.

Siphunculus, li, dimin. eſt à ſiphone, ſignificãs exiguã fiſtulam ex ære, uel marmore, aliaue materia, ex qua aqua exilit è fonte. Plin. ad Apollin. In hoc fonte crater, circa ſiphunculi plures miſcent iucundiſſimum murmur.

Sipo, as, are, Antiquiſin uſu erat pro ſpargere, σκιδάζαι, πάσσειν. A quo manſerunt compoſita Diſſipo, Inſipo, & Obſipo: quorum ſignificationem explicuimus ſuis locis.

Siquando, aduerb. Temporis, Id eſt, aliquãdo, uel ſi aliquo tempore: primam productam, & acutam habet, ἔποτε. Cic. de Amic. Non erunt ergo homines diuitiis affluẽtes audiendi, ſiquando de amicitia, quam nec uſu, nec ratione habent cognitam, diſputabunt.

Siquidem, antep. nult. acuta, cõponitur ex Si, & quidem: quahuis Si, per ſe producatur, ibiq; correpta ſit, nec ſignificationem partiũ habeat, ex quibus cõponitur. Significat enim nam, ſeu quoniam, ὅτι. Cic. Dolab. Gratulor Baiis noſtris, ſiquidem, ut ſcribis, ſalubres repentè factæ ſunt. Ponitur & pro Si certè, dubitatiua coniunctione. Aſinius Ciceroni, Nam & robur, & ſobo les militum interlit, ſiquidem quæ auuntiãtur uera ſunt. Columel. in Præfat. lib. 1. Accedit huc, quòd ille, quem nos perfectum eſſe uolumus agricolam, ſi quidem artis conſummatæ non ſit, nec in uniuerſa rerum natura ſagacitatem Democriti, uel Pythagoræ non fuit conſecutus: multùm tamen profecerit, ſi uſu Tremelios, Saternaſq;, & Stolonos noſtros æquauerit. Terent. Eun. Biduum ſaltem ut concedas ſolùm. PH. Si quidem biduum: & nõ ita fiant illi uiginti dies. Verùm in hac ſignificatione duæ diuiſę dictiones eſſe uidentur: unde Si, producendum eſt, quum in compoſita dictione corripiatur. Profertur tamen teſtimonium ex Ouidio, in quo Si, corripi uolunt, etiam extra compoſitionem. id autem eſt huiuſmodi, Quę mihi uentura eſt, ſiquidem eſt uentura ſenectus, Quum deſit numeris ipſa inuenta ſuis? Sic enim legit Laurent. Valla, quum tamen emendatiores codices genuinam lectionem hanc eſſe oſtendant, Si qua eſt uentura Senectus.

Siquis, ſiqua, ſiquod, uel ſiquid, cõpoſitũ à Quis: idem ſignificans quod ſi aliquis, εἴτις. Plinius Epiſtola 6. libr. 3. Nec uitia, ſiqua ſunt, celant. Siquis alius, εἴτις ἄλλος. clauſula eſt in primis elegans, qua utimur, quũ ſignificare uolumus quempiam in re aliqua uehementer excellere: ut, Varro totius antiquitatis, ſiquis alius, peritiſſimus. id eſt, Aut Varro peritiſſimus eſt antiquitatis, aut nemo. Sueto. in Claudio, Siquem alium & ſe liberum eſſe.

Sirempſ, Vox antiqua, & prorſus obſoleta, qua tamen Catonẽ uſum tradit Feſtus pro eo, quod omnimodam rei alicuius ſimilitudinem refert: quaſi ſimilis res ipſa.

Siriaſis, ſ. g. σιρίασις, Inflammatio eſt partiũ earum, quæ circa cerebrũ, aut eius membranas ſunt, ἀφ' ἡ σειριᾷ, quod eſt capitis inflammatione laborare. Plin. lib. 30. cap. 10. Oſſibus in canino fimo inuentis, aduſtio infantium, quę uocatur ſiriaſis adalligatis emendatur, Idem libro uiceſimo ſecundo, capite 21. Folia infantium uſtulationem, quod ſiriaſim uocant, illita medentur.

Sirrhus, σίῤῥος Suidæ, Cuniculus, ſiue foſſa ſubterranea, in qua frumentũ quàm diutiſſimè incorruptũ aſſeruatur. Vide infrà in dictione Sirus.

Sirus, σῖρος, ſiue Sirrhus, duplicato r, σίῤῥος Suidæ, Spelunca ſubterranea, condendo ſeruandoq; frumento accõmodata. Var. lib. 1. de Re ruſt. cap. 57. Item huius generis granaria, alia quidam habent ſub terra, uti ſpeluncas, quas uocant ſiros, ut in Cappadotia, ac Thracia: alii, ut in Hiſpania Citeriore, puteos, ut in agro Carthaginenſi, & Oſcienſi. Horum ſolum paleis ſubſternunt, & curant ne humor, aut aër tangere poſſit, niſi quum promitur ad uſum.

Sis, pro ſi uis dixere ueteres. Ad uerba enim imperatiua, quia uidebãtur cõtumelioſa, addebant ſis, pro, ſi uis: ut Face ſis, Vide ſis. Plaut. in Amph. Modò ſis ueni huc, inuenies infortunium. Cic. pro Sexto Roſc. Age nunc, refer animum ſis ad ueritatem.

Siſamus, (quod hîc pro Paphlagoniæ urbe corruptè legebatur) uide Seſamum.

Siſaron, σίσαρον, Herba eſt paſtinacæ non diſſimilis, quæ Latinè Siſer appellatur. Vide paulò pòſt in dictione Siſer.

Siſer, eris. n. t. σίσαρ. Dioſc. Herba eſt paſtinacæ non diſſimilis, quæ hodie uulgò Seruilla, ſiue Cheruilla appellatur. Eius duo ſunt genera, ſatiuum, & erraticum. Satiuũ, caulem habet anguloſum, folia oblonga, & in extremitatibus inciſa, ſemen latum, & foliaceum, radices candidas, iucundi guſtus, eſuiq; gratiſſimas. Satiui rurſus duo ſunt genera, floris colore diſtincta. Nam quod ex iis maius eſt, flores habet luteos, minus candidos. Erraticum uerò caule eſt bicubitali, foliis biximellæ, ſed maioribus, flore luteo, & umbella anethi, ſemine lato & rotundo, ut ſatiuum radice tenui & longa, Plinius libro 19. capite quinto, Inter medica dicendum ſiſer: quòd ipſum Tiberius princeps nobilitauit: flagitans omnibus annis à Germania. Gelduba appellatur caſtellum Rheno impoſitum, ubi generoſitas præcipua. Ineſt longitudine neruus, qui in decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quę mulſo in cibis temperata, etiam in gratiam uertitur.

Siſon, σίσων, Semen eſt exiguũ in Syria naſcens, apio ſimile, nigrũ, feruens, & oblongum. Vide Dioſc. lib. 3.

Siſto, is, ſtiti, ſine ſupino, a. t. Stare facio, coërceo, reprimo, ſeu retineo, ἱστάνω, ἀφίστημι, ἀποστῶ. ut Siſte lachrymas. Plinius, Sanguinis profluuium ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum. Aluum ſiſtere, id eſt, reprimere. Plin. lib. 20. capite 6. Capita bis aqua mutata cocta, aluum ſiſtunt, &c. Fugam ſiſtere. Liuius 10. belli Punic. Ibi Syphax dum obequitat hoſtium turmis, ſi pu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſi pudore, ſi periculo ſuo fugam ſiſtere poſſet, equo &c. Profluuium genitale uel ſanguinem ſiſtere. Plin. lib. 7. ca. 4. Mulier poſt quinquageſimum annum non giguit, maiorq; pars profluuium ſiſtit. Quandoq; ſignificat præſentare, & quaſi præſentiam corporis exhibere, ἐφιστάναι, παρίστανα. Cic. ad Attic. Des operam id quod mihi affirmaſti, ut te ante Calendas Ianuarias ubicunq; erimus, ſiſtas. Idem, Vas factus eſt alter eius ſiſtendi, ut ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi. Siſtere etiam pro conſiſtere & ſtare, ἱστάναι. Cic. 5. Ver. Qui Rempublicam ſiſtere negat poſſe, ni ad Equeſtrem ordinem iudicia referantur. Quandoq; eſt confirmare, corroborare, & quaſi nutantem fulcire, ἐμπίζειν, ἐρείδειν. Vergil. 6. Aen. Hinc rem Romanam magno turbante tumultu Siſtet eques. Huius uerbi præteritum eſt Stiti, non ut quidam exiſtimarunt, ſteti: ſupinum autem nullum habet. Nam ſtatum, à ſto, non à ſiſto deducitur. Vnde & Stator Iupiter à ſtãdo, nõ à ſiſtendo, cognominatus eſt. Priſcian. præteritum huius uerbi ſtatui eſſe exiſtimauit: quod certè à uerbo ſtatuo eſſe conſtat, quemadmodum ſupinum ſtatutum. Stiti autẽ uerum uerbi huius præteritum eſſe, in Noctib. ſuis Atticis docet Gel. cuius hæc ſunt uerba, In libro uetere M. Catonis qui inſcribitur Contra Tyberium exulem, ſcriptum ſiquidem ſic erat, Quod ſi uadimoniũ capite obuoluto ſtitiſſes? Rectè ille ſtitiſſes ſcripſit, ſed falſi, & audaces emendatores exſcriptos per libros ſteriſſes fecerunt, tanquàm ſtitiſſes uanum & nihili uerbum eſſet. Quin potius ipſi nequam & nihili ſunt qui ignorant ſtitiſſes dictum à Catone, quoniam ſi ſteretur uadimonium, nõ ſtaretur. Quibus ex Gellii uerbis quum ſatis conſtet, ſtiti à ſiſto præteritum eſſe, non ſteti, illud quoq; obſcurum eſſe non poteſt, ſupinum ſtitum eſſe non ſtatum: ſtatoriſq; appellationem non à ſiſtendo eſſe deductam. Verùm quoniam hoc ad præſens negotium non multum pertinet, omnem hanc diſputationem ſuum in locum reſeruabimus, quo ex profeſſo de uocis eius ſignificatione ſumus acturi. Verbi huius compoſita ſunt abſiſto, aſſiſto, conſiſto, circunſiſto, deſiſto, exiſto, inſiſto, perſiſto, & reſiſto: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Stator, oris, m. t. uerbale, Apparitor, uiator, qui magiſtratui præſto eſt, ut illius iuſſu quemlibet accerſat, & coram illo ſiſtat: à iugi aſtandi munere dictus, παντὸς. Cic. lib 2. Epiſt. Vt ad te ſtatores meos, & lictores cum literis mitterem. Idem libro 9. Præſto mihi fuit ſtator eius cum literis, quibus ne uenirem denuntiabat. Stator item Iouis cognomen fuit apud Romanos, Graeci στάσιον uertunt, nõnunquã etiã ἱστάσιον: inde dictum quòd Romanos à Sabinis in fugam uerſos ſtare fecerit: qua de re ſic ſcribit Liu. lib. 1. ab Vrbe, Vt Hoſtius cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies fuſaq; eſt ad ueterem portam Palatii. Romulus & ipſe turba fugientium actus, arma ad cælum tollẽs, Iupiter tuis (inquit) auib. iuſſus hic in Palatio prima urbi fundamenta iecit: arcem iã ſcelere emptam Sabini habent: inde huc armati ſuperata ualle media tendunt. At tu pater deũm, hominumq; hinc ſaltem arce hoſtes, deme terrorẽ Romanis, fugamq; fœdã ſiſte: hic ego tibi templum Statori Ioui, qd monumentũ ſit poſteris tua præſenti ope ſeruatã urbem eſſe, uouco. Hæc precatus, ueluti ſi ſenſiſſet auditas preces, Hinc, inquit, Romani Iupiter opt. max. reſiſtere, atq; iterare pugnam iubet. Hæc ille. Ciantequã iret in exilium, Iupiter Stator, quẽ uerè huius urbis ſtatorẽ maiores noſtri nominauere: cuius templũ à Romulo uictis Sabinis in Palatii radice cũ uictoria eſt collocatũ.

Siſtrum, ſiſtri, n. ſ. σεῖστρον, Crepitaculum æneum, quo Aegytii ſacerdotes in Iſidis ſacris uti ſolent: ita dictũ, ἀπὸ τῦ σείειν hoc eſt, à quatiendo, propterea quòd concuſſum, argutum, ſonorumq; ederet tinnitum. Ouid. 2. Amor. Per tua ſiſtra precor per Anubidis ora uerendi. Apul. Aereis, & argenteis, & aureis ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes. Mart. lib. 14. Si quis plorator collo tibi uernula pendet, Hæc quatiet tenera garrula ſiſtra manu. Hoc inſtrumentum apud Aegyptios uicem tubæ exhibebat. Verg. 8. Aen. patrio uocat agmina ſiſtro. Ouid. 3. Amor. Eleg. 8. Quid nos ſacra iuuant? quid nũc Aegyptia proſũt Siſtra? quid in uacuo ſecubuiſſe toro?

Siſtratus, ta, tum, Id eſt, ſiſtrum tenens: quod eſt propriũ epitheton ſacerdotum Iſidis. Mart. lib. 12. Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataq; turba.

Siſymbrium, σισύμβριον, Herbæ genus eſt, teſte Dioſcoride, quod alio nomine ſerpyllum ſylueſtre uocatur. Naſcitur in ſolo inculto, mẽthæ hortenſi ſimile, odoratius tamẽ, & latiore folio. Officinæ balſamitã uocant. Solet autem hæc herba una cum myrto coronis adhiberi. Ouid. 4. Faſtorum. Cumq; ſua dominæ data grata ſiſymbria myrtò. Eſt præterea aliud Siſymbrii genus, locis riguis gaudens, quod alii Cardaminam, alii ſion, uulgus autem Naſturtium aquaticũ uocat. Veriuſq; meminit Dioſcor. lib. 2. cap. 110.

Siſyrinchion, σισυρίγχιον, Bulbi genus, cuius imæ radices hyeme creſcũt, uerno autem tempore, quum apparuit uiola, minuuntur ac contrahuntur, bulbo interim pingueſcente. Autor Plinius lib. 19. cap. 6.

Sitanion, nii, σιτάνιον, Frumenti genus, quod quoniam tertio à ſatu menſe metitur, à Græcis τρίμηνον, à Latinis etiã trimeſtre dicitur, toti Alpino tractui, atq; adò frigidioribus omnibus regionibus notiſſimum, certiſſimumq; agricolis famis leuamen, quoties aut niues altiores, aut aquæ aſſiduentiores maturam ſationem prohibuerunt. Hinc Sitanius panis ex ſitanio frumento confectus. Plin. lib. 22. cap. 25. de panis generibus loqueus, Sitanius, hoc eſt, trimeſtris incuſſa in facie, aut deſquamata cum melle aptiſſimè curat.

Sitarchia, ſitarchiæ, σιταρχία, Annonæ, uel commeatus præfectura.

Sitarchus annonæ, uel commeatus præfectus. A Græco σῖτος, ſiue σῖτος, quorum illud cibum, hoc frumentum ſignificat & ἀρχὴ, quod magiſtratum denotat, ſiue præfecturam.

Sitella, uide Situla.

Siticines, pen cor. Dicti ſunt, teſte Gellio, qui apud ſitos canere ſoliti eſſent, hoc eſt, uita functos, & ſepulchro ad tempus conditos. Plura Gellius libro 20. capite ſecundo ex ſententia Attei Capitonis.

Sitis, huius ſitis, fœm. gen. t. Eſt appetitus bibendi, δίψος. Cicer. 1. de Finib. Quum cibo, & potione fames, ſitisq; depulſa eſſet. Idem 2. de Fin. Eſtne quæſo, inquam, ſitienti in bibẽdo uoluptas? Quis iſtud, inquit, poſſet negare: Eademne, inquã quæ reſtincta ſiti? Imò alio genere: nam reſtincta ſitis ſtabilitatem uoluptatis habet, inquit, illa autem uoluptas ipſius reſtinctionis in motu eſt. Verg. 5. Eclog. Tale tuũ carmen nobis diuine poëta, Quale ſopor feſſis in gramine: quale per æſtum Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo. Luc. lib. 4. Sic igitur tibi anhela ſitis de corpore noſtro Abluitur, ſic expletur ieiuna cupido. Ouid. 7. Metam. Nec ſitis eſt extincta prius, quam uita, bibendo. Per translationem etiam ſitis, dicitur nimia rei alicuius auiditas. Cic. in Parad. Neq; enim unquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. Horat. 1. Epiſt. 18. Quem tenet argenti ſitis importuna, famesq;.

Sitio, is, ire, n. q. Appero bibere, ſiti laboro, διψάω Cic. in Piſo. Ipſe cum paucis ad portam ſitiens perueni. Transfertur etiã ad plantas, quæ tunc ſitire dicuntur, quum æquo ſicciores ſunt, humoremq; deſiderant. Cic. in Orat. Translatione fortaſſe crebrior, qua frequentiſſimè ſermo omnis utitur non modò urbanorum, ſed etiam ruſticorum: ſi quidem eſt eorum, gemmare uites, ſitire agros, lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta. Vergil. 4. Georg. Quum ſitiunt herbæ, pecori iam gratior umbra eſt. Aliquando etiam Sitire accipitur pro uehementer cupere, ſicut ſitis pro uehementi rei alicuius auiditate. Iuſtinus, Satiare ſanguine, quem ſemper ſitiſti. Cic. ad Q. frat. lib. 3. Nec ſitio honores, nec deſidero gloriam. Idẽ 5. Phil. Etenim aderat L. Frater gladiator Aſiaticus qui mirmillo Trallibus depugnaret, qui ſanguinem noſtrum ſitiebat. Paſſiuo ſitior, uſus eſt Ouid. lib. 1. Faſtor. Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Sitiens, particip. Seu nomen ex participio: ut, Sitiens hortus. Ouid. 1. de Pont. Eleg. 9. Nec dubitem longis purgare ligonibus aruã, Et dare, iam ſitiens quas bibat hortus, aquas. Verg. 4. Georg. Iam rapidus terrens ſitientes Sirius Indos Ardebat cælo, & medium Sol igneus orbem Hauſerat, &c. Idem 1. Eclog. At nos hinc alii ſitientes ibimus Afros.

Sitienter, aduerbium, Ardenter. Cicer. 2. Tuſcul. Nec ſitienter quid appetens.

Siticuloſus, a, um, Modò id ſignificat quod ſitim affert, augetue, δίψιος. Plin. lib. 23. cap. 6 Melimela, & reliqua dulcia ſtomachum & uentrem ſoluunt, ſiticuloſa, æſtuoſa, ſed neruos non lædunt. Modò idem quod ſiccus, aridus, & uehementer ſitiens, διψαλέος. Loca ſiticuloſa. Colum. lib. 23. cap. 6. Sed ſi aſpera & ſiticuloſa loca arboribus obſerenda ſint, neq; populus, neq; ulmus tam idoneæ ſunt, quàm orni. Horat. 3. Epod. Nec tantus unquam ſyderum inſedit uapor Siticuloſæ Apuliæ.

Sitibundus, Vehemẽter ſitiens: & per translationẽ idẽ quod ſiccus & humoris omnis expers, διψαλέος.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sitonomía, σιτωνομία, Dignitas eorum qui frumentum & annonam curabant. Qui uerò magiſtratu hoc fungebantur, σιτωνόμοι dicebantur, quaſi τὸ σίτου κόσμοι, id eſt, præfecti ſeu curatores annonæ. Arcad. L. Munerum, de Muneribus & honoribus, Perſonale munus eſt, cura emẽdi frumẽti & olei, nam harum ſpecierum curatores, quos σιτώνας Græci uocant, creari moris eſt.

Situla æ, f p. Vas eſt ad hauriendam aquam accommodum, à ſitiendo dictum, quòd aquam ſitiat, κάλπη ὑδρία. Nonnũ quam etiam è qua ſortes ducuntur. Plaut. Caſ. Et ſitulã huc tecum afferto cum aqua, & ſortes. Plaut. in Caſin. Sortiar il la in ſitula.

Sitella, æ, f p. dimin. eſt à Situla, κάλπιδιον, quemadmodum. Marella à matula. Accipitur frequenter pro fiſtula, ſiue urna è qua ſortes duci conſueuerunt. Liu. 5. bel. Pun. Tribuni populum ſummouerunt, ſitellaq; allata eſt ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent. Plaut. Caſ. Coniiciam ſortes in ſitellam, & ſortiar tibi & Chalino.

Sítus, a, um, Idem quod poſitus, κείμενος. Plaut. in Mil. Scio crucem Futuram mihi ſepulchrũ, ibi enim mei maiores ſunt ſiti. Liu. 10. bel. Pun. Ea ſinum ab alto claudit, in quo ſita eſt Carthago. Teren. in Adelp. In te ſpes omnis Hegio nobis ſita eſt. Cic. 1. de Finib. Eſt autem ſitum in nobis ut aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus, & ſecundè iucunda ac ſuauiter meminerimus. Accipitur aliquando ſitus, pro conditi 8. Tacitus lib. 3. Vrbemq; Philippolim à Macedone Philippo ſitam. Situs præterea dicitur defunctus, qui ad tempus in aliquo conditus eſt, donec aliò tranſferatur, uel iuſtum ei fiat ſepulchrum.

Sítus, us, m. q. Lanugo ex humóre creata, præſertim in locis Sole carentibus, αὐχμὸς, ῥύπος. Valla lib. 6. Situs, ſordes, & illuuies illa, qualis naſcitur inter opaca domus quę diu non repurgatur. Verg. 6. Aen. Sed me iuſſa deſum, quæ nunc has ire per umbras, Per loca ſenta ſitu cogunt noctemq; pro fundam, Imperiis inuenere ſuis. Solet autem in locis ſitulentis odor quidam teter & fœdus olfactantium nares offendere qui & ipſe ſitus dicitur. Plin. li. 21. Peſſimum eſſe crocũ quod ſitum redolet. Accipitur & ſitus pro ſqualore quodá corporis quum ſcilicet cultu omni neglecto, corpus horriditatẽ quandam, & ingratum contrahit odorem, quem etiam pędorem dicimus, cuiuſmodi lib. 6. deſcribit Luer. Fœda ſitu macies, &c. Quineriam uitibus ipſis. Colu. lib. 5. ſitum aſſignat. Iam uerò (inquit) muſcus qui in more compedis crura uitiũ, & uineta comprimit, ſituq; & æterno macerat, ferro diſtringendus, & eradendus eſt. Accipitur aliquando ſitus pro torpore & inertia ex diutino otio. Vergil. 7. Aen. Sed te uicta ſitu, uerique effœta ſenectus, O mater, curisné quicquam exercet. Quem locum explicans Donatus, Situs, inquit, eſt corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fiunt ſpecies, uno in loco prolixo tempore conſtitutæ. Vnde Senectus uicta ſitu, quaſi otio, nihil agẽdo corrupta. Huic non diſſimile eſt illud apud Verg. 1. Georg. Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. id eſt, quiete & intermiſſione arandi. Situs præterea dicitur qualitas, & poſitio loci. τοποθεσία Cæſ. 5. bel Gal. Sub caſtris eius uagabatur, aliàs ut ſitum caſtrorum cognoſceret, aliàs collocandi, aut territandi cauſa.

Síue, coniunctio, quum ex ſi & ue compoſita ſit, duorum generum uim, ſimul obtinere uidetur, κἄν. Itaq; quum orationem inchoat, minimè mirum eſt ſi præter morẽ aliarũ cõiunctionum tres minimũ ſenſus poſtulat, quum & ſi cõtinuatiua ſuam apodoſin, & ue, alterã diſiunctiuã exigat ut Sine me amas, ſiue odiſti, non magni æſtimo. Aliquando quatuor. Ouid. in Epiſt. Penelopes, Siue quis Antilochũ narrabat ab Hectore uictum, Antilochus noſtri cauſa timoris erat, Siue Menœtiadẽ falſis ceciditſe ſub armis, Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos. Aliquando ſimpliciter pro uel ponitur. Cic. ad Q. Fr. Quapropter hoc te primùm rogo ne contrahas, aut demittas animum, neue te obrui, tanquàm fluctu, ita magnitudine negotiis ſinas, contraq; te erigas, & reſiſtas, ſiue etiam ultrò occurras negotiis.

S M

Smaragdítes, σμαραγδίτης, Gemma uiridis coloris, quam alio nomine carchedoniam uocant, quod circa Carchedonem, hoc eſt, iuxta Carthaginem legebatur. Vide Plin. lib. 37. cap. 5.

Smaragdus, σμάραγδος, Gemma uiridis & translucida, tertiam in ordine geminarum nobilitatem obtinens. Plin. lib. 37. ca. 5. Tertia authoritas ſmaragdis perhibetur pluribus de cauſis. Nullius coloris aſpectus iucundior eſt. Nam herbas quoq; uirentes & frondentes auidè ſpectamus, ſmaragdos uerò tantò libentius, quoniam nihil omnino uiridius comparatum illis uiret. Præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent, nec ſatiant. Martial. lib. 5. Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, iaſpidas uno portat in articulo. Ouid. 2. Amor. Eleg. 6. Tu poteras uirides pennis hebetare Smaragdos. Eſt autem ſmaragdus ferè generis maſculini, ut ſæpius apud Plinium lib. ult. cap. 5. Apud Suidam tamen inuenitur articulo fœm. iunctum.

Smaris, idis, σμαρίς, Piſcis exigui genus, mari peculiare, quod Theodorus ex Ariſtotele cernum uertit. Plinius lib. 32. cap. 2. Mulieribus lactis copiam facit glauciſcus è iure ſumptus, & ſmarides cum priſana ſumptæ, uel cum fœnicu lo decoctæ.

Smegma, atis, n. t. σμῆγμα, Sapo aliudſie quid, abſtergendi habens facultatem, ἀπὸ τοῦ σμήχειν, quod eſt, abſtergere, ſiue purgare. Plinius libro 22. cap. 25. Si uerò cæleſti aqua decoquantur, ſuccus ille ſmegma fit, quo ſolent fouere gangrenas.

Smegmaticus, a, um, adiectiu. σμηκτικὸς, σμηγματικὸς, Idem quod abſterſiuus. Plinius libro 31. capite 7. Sudorem cit, aluum ſoluit in uino & aqua, acopicis & ſmegmaticis utilis, hoc eſt, medicamentis quæ laſſitudinem tollunt, & deterſoriis.

Smectícus, a, um, σμηκτικὸς, Quod habet uim abſtergendi, unde ſmecta uis dicitur, quæ & ſmegmatica, id eſt, abſterſiua. Plin. lib. 30. cap. 4. Omnium autem cochlearum cinis ſpiſſat, calfacit ſmectica ui.

Smílax, acis, pen. genit. cor. σμίλαξ. Arbor eſt abietem magnitudine & foliis referens, in Italia & Narbonenſi Gallia, Hiſpaniæ contermina, abundans, quam Latini Dioſcoride teſte Taxum appellãt. Baccas habet letales, in Hiſpania præcipuè, Ligno quoq; exitialis eſt, adeo ut compertũ ſit, lagœnas uiatorias ex eo confectas, ex iis bibentibus exitio fuiſſe. In Arcadia uerò etiam umbram letiferã eſſe traditũ, ſub ea autdormientibus aut cibum ſumentibus. Calli Iſum uocant, punicęam arcubus materiam ſuppeditans. Smilax hortenſis, σμίλαξ κηπαία, frutex eſt hederæ foliis, ſed mollioribus, caulibus tenuibus, & capreolis uicinis fruticibus circumuolutis qui in tantã altitudinem excreſcũt, ut topiarias ſcenas repræſentare uideantur. Siliquas habet fœnograeci, ſed longiores, & toroſiores, in quibus ſemina includuntur, renibus ſimilia inæqualiter ſuluescẽtia. Actius unà cum rectioribus eandẽ hanc plantã eſſe exiſtimat, quam alio nomine phaſiolũ appellant, non illum quidẽ candidũ, ſed rubentẽ, qui & lobos & dolichos dicatur. Eſt & ſmilax aſpera, σμίλαξ τραχεῖα, frutex herbæ ſimilis, denſis geniculatus caulibus, ſpinoſus, fruticoſis ramis, folio hederaceo, flore candido, olente liliũ, infauſta omnibus ſacris & coronis, eò quòd lugubris ſit, puella eiuſdẽ nominis ob amorẽ Croci iuuenis in hũc fruticẽ, aut in florẽ cõmutata. Ouid. libr. 4. Metam. Et Crocon in paruos ueſtum cum Smilace flores. Eſt & ſmilax læuis, σμίλαξ λεία, foliis hederæ non diſſimilibus, ſed mollioribus, læuioribus, & tenuioribus, nullis horrens ſpinis. Circumuoluitur arboribus, fructumq; parit lupini modo nigrũ, exiguum, floribus in cacumine perpetuis, multis, & rotundis.

Smyrnium, σμύρνιον, Herba eſt ex dauci generibus, myrrhæ odorem referens, unde & nomen accepit. Vulgus Leuiſticũ appellat. Deſcriptionẽ eius uide apud Plin. lib. 12. cap. 14. Theophraſt. lib. 9. cap. 5. & Dioſc. lib. 1. cap. 77.

S O

Soboles, f. t Id eſt, proles, ab oleſcendo, id eſt, creſcendo dicta, γωνιὰ. Plinius lib. 20. cap 34. Amor utriq; ſobolis æqualis. Cic. 1. Off. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui, quæ propagatio & ſoboles, origo eſt rerum publicarum. Ver. 4. Ec. Chara deſum ſoboles, magnũ ſpes incrementũ. Idem 4. Aen. Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet Ante fugam ſoboles. Cic. 3. de Leg. Cenſores populi æuitates. ſoboles, familias, pecuniasq; cenſento. Colu. lib. 9. cap. 14. Ne nouę ſoboles diffugiant.

Soboleſco, ſcis, ſcere, n. t. Subnaſcor, ſuccreſco, ὑποφύομαι, Liu. 9. bel. Pun. Illis Romanã plebem, illis Latium iuuentutẽ præbuiſſe maiorem ſemper, frequentioremq; pro tot cæſis exercitibus ſoboleſcentẽ. Quo tamen loco ſuboleſcentẽ potius legendum uidetur.

Sobrini, Duarum pluriumue ſororum filii, quaſi ſororini, ἀνεψιοὶ

ἀνυψιοί. Terentius in Andr. Quem uideo? eſtnè hic Crito ſobrinus Chryſidis? Idem in Phorm. Eho tu ſobriuũ tuum non noras?

Sobrius, a, um, Non ebrius, ſanæ mentis, νήφων, νηφάλιος, Terentius in Andr. Tu pol non es ſobrius. Cicero 4. Acad. Ne uinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua ſobrii. Pocula ſobria. Tibul. lib. 1. Eleg. 6. at ipſe bibebam Sobria ſuppoſita pocula uictor aqua. Rura ſobria, id eſt, in quibus antea uinum non naſcebatur. Statius 4. Syl. ſic uitifero ſub palmite nudos Vmbrauit colles, & ſobria rura Lyæus.

Sobriè, aduerb. Temperanter. Cic. 1. Off. Intelligamus quàm ſit turpè diffluere luxuria, & delicatè ac molliter uiuere, quamq; honeſtum parcè, continenter, ſeuerè, ſobriè.

Soccus, ci, m. ſ. per duplex c, Genus calceamenti, humilius cothurno, quod non tantùm comœdorum erat (ut apud Horatium, Hunc ſocci cepere pedem) ſed etiam mulierum, ἐμβάς. Suet. de Cal. Sæpe gẽmatas, depictasq; penulas induitus, manuleatus & armillatus in publicũ proceſſit, aliquãdo ſericatus & cycladatus, ac modò in crepidis & cothurnis, modò in ſpeculatoria caliga, nonnunquam ſocco muliebri.

Socculus, li, dimin. Paruus ſoccus, ἐμβαδίον. Suet. in Vit. Pro maximo munere à Meſſalina petiit ut ſibi pedes præberet excalciandos: detractumq; ſocculum dextrum, inter togam, tunicasq; geſtauit. Plin. lib. 9. cap. 35. Quum & pedibus margaritas, nec crepidarum tantùm obſtragulis, ſed tõtis ſocculis addunt.

Socer, eri, m. ſ. pen. cor. Vxoris meæ pater, πενθερός, à quo fit fœmin. Socrus, uxoris meæ mater, πενθερά. Cic. 1. Off. Noſtro quidẽ more cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generi non lauantur. Socer magnus, uxoris meæ auus, qui & Proſocer dicitur, cuius relatiuũ eſt Progener. Sic etiam auus meus, ſocer magnus eſt uxoris meæ, illa illi pronurus. Socer aũt & ſocrus dicuntur, quia ſibi generum aſſocient. Cõſoceros uocant, quorum filii inter ſe matrimonio copulati ſunt. Verbi gratia, Ego illi conſocer ſum, & ille mihi conſocer eſt, cuius filio filia mea nupſit.

Socerus, ri, Idem qui & ſocer. Plautus in Menæh. Abiit ſocerus, abiit medicus, nunc ſolus.

Socialis, Sociabilis, Socio, uide Socius.

Socius, ſocii, m. ſ. Qui pari conſilio, ſpe, & periculo rem aliquam cum altero aggreditur, ἑταῖρος, κοινωνός. Cic. 5. Verrin. Nam ſocii putandi ſunt, quos inter res cõmunicata eſt. Idem ad Att. lib. 11. Item præter Lælium neminem habeo culpæ ſocium. Lucan. lib. 1. Nulla fides regni ſociis. Vergil. 2. Aen. Addunt ſe ſocios Rhipheus, & maximus armis Iphitus. Idem 5. Aen. Hunc cape conſilii ſocium, & coniunge uolentẽ. Hinc Romani ſocios ſuos appellabant, quos ita fœdere cõiunctos habebant, ut & belli & pacis eſſent participes, συμμάχους. Inter negotiatores quoq; ſocii dicuntur qui lucri damniq; cõmunionem inierunt. Cic. pro Q. Roſc. Qui ſocium fallit, in uirorum bonorum numero non eſt habendus. Societatis itaq; coniũctio, fortunarum, & periculi cõmunionem importat, fitq; propemodum inter pares. Comitum uerò appellatio propriè ad eos pertinet qui non tam ſui cauſa, quàm ut alium proſequatur, iter, aut expeditionem arripuit. Cæſar de Labieno, Quum ſe uictoriæ Pompeii comitem eſſe mallet, quàm ſocium Cæſaris. Sodales uerò (ut Caio Iureconſ. placet) propriè dicuntur qui eiuſdem ſunt collegii, aut certè qui rerum leuiorum iucundiorũq; inter ſe ſunt participes. Hinc deducitur, fœmininum Socia, ἑταίρη, ut Tori ſocia, id eſt, quæ cum marito non proſperæ ſolùm fortunæ, ſed & aduerſæ ſocietatem iniit. Ouidius 10. Metamorp. Appellatq; tori ſociam.

Socius, a, um, Ouid. 13. Met. Dii maris exceptũ ſocio dignantur honore. id eſt, honoris ſocietate dignantur. Ouid. 5. Triſt. El. 11. Exercent illi ſociæ cõmercia linguæ. Ver. 2. Aen. Primus ſe Danaũm magna comitante caterua Androgeos offert nobis, ſocia agmina credens Inſcius. Socia nox, quæ alicuius facinoris perpetrationem iuuat. Cic. 2. Philip. Quum tamen tu nocte ſocia, hortante libidine.

Socialis, le, om. t. Quod eſt ſociorũ, ut Amor ſocialis, qualis eſſe ſolet inter ſocios, συμμαχικὸς, ἑταιρικὸς. Ouid. 7. Met. Mutua cura duos, & amor ſocialis habebat. Anni ſociales. Idẽ 2. Triſt. Lucia ſic tecum ſociales impleat annos. Sociale bellũ quod cum ſociis geſtum eſt, alio nomine Marſicum appellatum, quoniã à Marſis rebellandi ſuſcitatũ fuerat initiũ. Sociale aũt, quia omne Latiũ, Picenũ, & Hetruria omnis, atq; Campania, poſtremò Italia tota in pernicie Romanorũ coiit. Fœdus ſociale. Liu. 9. bel. Mac. Quũ qui hoſtes nunquã fuerint, ad amiciciam ſociali fœdere inter ſe iungendam coẽant.

Socialiter, aduerb. quo uſus eſt Horat. de Arte, non ut de fecunda Surgeret, aut quarta ſocialiter.

Sociabilis, le, om. t. Quod facilè coniungitur alteri. Plin. lib. 16. cap. 42. Eadẽ & curribus maximè ſociabilis glutino, in tantũ ut findatur antequam ſolida eſt. Liu. 1. bel. Macedon. Meliora quoq; exempla parte altera poſui, ſociabilem conſortionem inter binos Lacedæmoniorum reges, ſalutarem per multa fecit ipſis, patriq;.

Socialitas, atis, pro ſocietate ſeu ſodalitio, Vox eſt ſatis infrequens claſſicis ſcriptoribus, qua tamen uſus eſt Plin. Iun. in Paneg. ἑταιρία. Non remiſſionibus tuis eadem frequentia, eademq; illa ſocialitas intereſſet.

Societas, f. t. Fortunæ, & periculi participatio, quæ fit quũ ſociũ ad aliquod negotiũ gerendũ nobis adiungimus, κοινωνία. Cicero 1. Verrin. Video enim permulta eſſe crimina, quorũ tibi ſocietas cum Vetre eiuſmodi eſt, ut ea in accuſando attingere non audeas. Idem pro Quintio, Cum eo tu uoluntariã ſocietatẽ coibas, qui te in hæreditaria ſocietate fraudarat. Liu. 8. bel. Maced. Decreuerunt renunciandã ſocietatem Achæis. Liu. 1. ab. Vrb. Infida regni ſocietas.

Socio, as, a. p. Iungo, quaſi ſocium ſocio appono, συμμίγνυμι, συναγκάζω. Colum lib. 4. At ſi qui cum ſcientia ſociauerint diligentiam. Ver. 1. Aen. terræq;, marisq; Omnibus exhauſtos in caſibus, omniũ egenos, Vrbe, domo ſocias. Ouid. 10. Met. quod ſi felicior eſſem, Nec mihi coniugium fata importuna negarent, Vnus eras cum quo ſociare cubilia uellẽ. Eius cõpoſita ſunt, Aſſocio, Conſocio, diſſocio, quorum ſignificata uide ſuis locis.

Socians, antis, part. Ouid. 11. Met. tumuli de uertice cernũt Orphea percuſſis ſocietatem carmina neruis.

Sociandus, a, um, Horat. 4. Carm. Ode 9. Verba loquor ſocianda chordis.

Sociatus, a. um, Ouid. 2. Am. Eleg. 8. Quis fuit inter nos ſociati corporis index? Idem in Ibin, Perpetuoq; mihi ſociatã fœdere lecti.

Sociatrix, icis, uerb. Valerius Flacc. 5. Arg. Sed ne nuda fides, ſanctiq; potentia iuſti Huc tulit, ac medii ſociatrix gratia Phryxi.

Socienus, Antiquis in uſu fuit pro ſocio, quod & Nonius anno tauit. Plaut. in Aul. Ibo intrò, atq; illi ſocieno tuo iam inter ſtringam gulam.

Socors, Socordia, uide Secors.

Socrus, us, f. q. Vxoris mater, aut mariti. Nam & ad generũ, & ad nurum refertur, πενθερά. Cic. pro Cluen. Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis authoribus, funeſtis omnibus omniũ. Claud. in Eutr. qualis uenit arida ſocrus Longin quam uiſura nurum.

Sodalis, alis, m. t. Rerum lætiorum, leuiorumq; cum altero particeps, σύσσιτος, ἑταῖρος, Quint. in Glad. Et tempeſtiua cõuiuia, & peruigiles iocos, aduocata ſodaliũ turba, ſolutus atq; affluens agerẽ. Cic. pro Plan. Quos tu ſi ſodales uocas, officioſam amicitiã nomine inquinas crimino ſo. Ver. 10. Aen. nam Pallas antè ruentẽ, Dum fuerit incautũ crudeli morte ſodalis, Excipit, atq; enſem tumido in pulmone recondit. Hor. 1. Car. Ode 36. Caris multa ſodalibus, &c. Ouid. 1. de Arte, Heu facinus, non eſt hoſtis mouendus amanti, Quos credis fidos effuge, tutus eris. Cognatũ fratremq; caue, fidumq; ſodalem, Præbebit ueros hæc tibi turba metus. Caius Iurec. Sodales interpretatur, qui ſunt eiuſdem collegii.

Sodalitas, atis, Collegiũ ſeu familiaritas, & conuictus multorũ, συσσιτία. Cic. de Sen. Sodalitates aũt me Quæſtore cõſtitutæ ſunt. Idẽ pro Cęl. Fera quædã ſodalitas, & planè paſtoritia atq; agreſtis germanorum Lupercorum.

Sodalitium, tii, n. ſ. Idẽ quod ſodalitas. Ad Heren. 4. Venit in ędes quaſdã, in quibus ſodalitiũ erat eodẽ die futurũ. Cic. pro Plan. Sed aliquando ueniamus ad cauſam, in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ eſt de ſodalitiis, omnes ambitus legis cõplexus es. Idẽ in Sall. Non ita eſt, ſed abiit in ſodalitiũ ſacrilegii Nigiani. Dulce ſodalitium, Catul. Epig. 91.

Sodes, Quidã aduerb. precationẽ uel exhortationẽ denotãs arbitrantur, ἄγε. Priſcia. putat eſſe uerbũ defectiuũ, quũ ait, quædã uerba eſſe, quę in uſu deficiũt pſonis ut Cedo, Sodes, Salue, Aue, Furis, Infit, Inquã, Foret, Fio. Dictũ ſodes, pro ſi audes, ut Sis pro ſi uis: Illico, pro in loco. Cic. in Or. Libẽter etiã copulãdo uerba iũgebãt, ut Sodes, pro ſi audes, Sis pro ſi uis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sol, huius solis, m.t Planetarum omnium medius, & temporum dispensator, ut qui aduentu suo diem, recessu noctẽ efficiat, ἥλιος. Dictus Sol quasi solus, quòd unus sit & non plures, ut sentit Cicero 2. de Nat. deor. quodq; tantam claritatẽ solus obtineat, ut solus quũ est exortus, obscuratis omnibus aliis, appareat. Cic. de Nat. deor. Sol qui astrorũ obtinet principatum. Idẽ 1. Tusc. Sol moderator & dux temporũ. Idem de Som. Scip. Deinde subtermediã ferè regionem Sol obtinet, dux & princeps, & moderator luminũ reliquorũ, mens mundi & temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret, & compleat. Vergil. 3. Georg. Diffugiunt, non Eure tuos neq; solis adorrus. Ibidẽ, & pascere rursus Solis ad occasum, quum frigidus aëra Vesperi Temperat, & saltus reficit iam roscida Luna. Idem 1. Georg. quid cogitet humidus Auster, Sol tibi signa dabit, solem quis dicere falsum Audeat? A primo Sole. hoc est, statim post Solis ortũ. Iuuen. Sat. 2. officiũ cras Primo à sole mihi peragendũ in ualle Quirini. Niger Sol, hoc est, infaustus. Horat. 1. Serm. Sat. 9. hũccine solem Tam nigrum surrexe mihi? Sole nouo. Vergil. 1. Georg. At quum sole nouo terras irrorat Eous id est, oriente die & sole adhuc recenti, necdum feruenti, ut interpretatur Seruius. Soles tamen plurali numero, pro diebus legimus. Verg. 3. Aene. Tres adeo incertos cæca caligine soles Erramus pelago. Et solis splendores uel radii dicuntur. Martial. Hyberinis obiecta Noti specularia puros Admittunt soles, & sine fœce dies. Item Soles, æstus uel ardores solis. Horat. lib. 1. Epist. 21. Corporis exigui, præcanum, solibus aptum. Hinc Insolo, as, de quo suprà, ἡλιάζω.

Solifer, a, um, ἡλιοφόρος. Seneca Herc. Oeræo, Aut quo soliferæ suppositus plagæ Vicino Nabathæ uulnera dirigit.

Soligena, æ, f. p. pen. corr. ἡλιογενὴς, Valerius Flacc. 5. Argon. neq; fama fefellit Soligenam Aceten media regnare sub Arcto.

Solaris, & hoc re, om. t. Quod est Solis, ἡλιακὸς, ut Radii solares, Annus solaris, quũ sol expleto per omnia signa circuitu, ad id unde digressus fuerat rediit, quod fit ferè CCCLXV. diebus & quadrante. Solaris herba, teste Celso, quæ Græcè ἡλιοτρόπιον dicitur, quod se cum sole circumagat, etiam nubilo die tantus est eius sideris amor. Lumen solare, Ouid. 5. Trist. Eleg. 10.

Solanus, a, um, pen. prod Idem quod solaris, ἡλιακὸς. Hinc Subsolanus uentus, qui sub sole oriente nasci uidetur, ἀπηλιώτης.

Solarium, rii, n.s. Instrumentum in quo horæ ad solem conspiciuntur, ueruto umbra faciente, uel pinnula, ὡρολογεῖον ἡλιακὸν. Cic. pro Quint Non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis uersatus est. Id est, in foro Romano, ubi erat solarium. Primus Romanis, hoc statuisse dicitur Lucius Papyrius Cursor ad ędem Quirini, duodecim annis antequam cum Pyrrho bellatum est. Nam prius ortum tantùm & occasus Solis nominabantur, post aliquod annos adiecto meridie. Est item solarium, uasorarium quoddam, in aprico loco situm ad calorem Solis excipiendum, idem cum eo, aut certè simillimum illi quod Græci ἡλιοκάμινον appellant. Vlpian. l. Si arborem ff. de Seruitut. urbanor. præd. Si arbor in heliocamino, uel solario, solem adimat, dicendum erit, quia umbram fecit in loco cui Sol fuit necessarius, contra seruitutẽ impositam fieri. Plaut. in Milit. Nam certò neq; solarium apud nos est, neq; hortus ullus, neq; Fenestra, nisi clatrata. Solariũ pro uectigali. Vide Solum, soli.

Solati, dicuntur qui sole correpti sunt, quemadmodum Siderati, qui sidere, ἡλιασθέντες. Plin. lib. 29. cap. 6. Sic & solatis prosunt.

Solstitium, tii, n.s. Solis statio, quum sol ultrà non progreditur, sed retrocedere incipit, ἡλίου τροπὴ. Singulis autem annis duo solstitia sunt, unum æstiuum, alterũ hyemale. Sunt enim duo tropici: hybernus & æstiuus. Hybernus est per quem Sol transmittens octauam Capricorni partem solstitium hybernum facit, quo tempore Sol altiores incipit circulos petere: Aestiuus uerò, per quem sol octauam partẽ Cancri transmittens, solstitium æstiuum facit, quo tempore remeare Sol ad inferiores incipit circulos. Hoc autem Cæsaris ætate fiebat octauo Calend. Ianuar. quemadmodũ Aestiuum solstitium, octauo Calend. Iulii. Verùm ea ratio hodie nonnihil est mutata propter minuta supra CCCLXV. dies, & quadrantem exuperantia. Hodie enim solstitium æstiuum incidit in ipsas Idus Iunii, quemadmodum hybernum in Idus Decembris. Solstitii tamen nomine ueteres, si nihil adiiceretur, æstiuum ferè intelligebant. Ver. 1. Geor. Humida solstitia, atq; hyemes optare serenas Agricolæ. Nam quũ hybernum solstitium intelligi uolebant, id non absolutè Solstitium, sed cum adiectione, brumale solstitium nominabãt. Colum. XVI. Calend. Ianu. quum sol in Capricornũ transitum facit, brumale solstitium.

Solstitialis, le, om t Ad solstitium pertinens, τροπικὸς, ut Circulus solstitialis, id est, Tropicus Cancri. Plin. lib. 2. cap. 11. Itẽ quia circa solstitialem circulum habitantium meridie ad Septentrionem umbræ cadunt, ortu uerò ad Occasum. Tempus solstitiale, Ouid. 6. Fastor. Solstitialis dies, Cic. 1. Tusc. id est, dies anni totius longissimus, quo Sol altissimum in nostro hemisphærio locum obtinet: cui imponitur dies brumalis, anni totius breuissimus. Solstitialis herba, quæ Græcè dicitur ἡλιοτρόπιον, & ἡλιότροπος, quòd τρέπος, id est, solstitia spectet. Plinius lib. 26. cap. 5. Condurdon herba est solstitialis, flore rubro, suspensa in colle, comprimere dicitur strumas.

Solipunga, uide Solifuga.

Solis gemma, Quæ ad speciem Solis fulgentes in orbẽ radios habet, ἡλίου λίθος. Plin. lib. 37. cap. 10.

Solamen, inis, uide Solor.

Solanum, σέρυχνος, Herba est quatuor generũ, quorũ unum quod solanũ satiuũ, siue hortense dicitur, σέρυχνον κηπαῖον, esui aptũ est, haud magno frutice, sed aliàs frequentibus, nigro folio, maiore quàm ocimi, acinis rotundis, quũ maturuerint nigricantibus, aut rufescentibus. Officinæ solatrum uocant uulgus morellã. Alterũ, halicacobon cognominant, foliis supradicto similibus, sed latioribus caulibus quum increuere, in terram inclinatis. Semẽ fert in folliculis rotundis ad speciem uesicarũ, orbiculatum, rubens, & læue, acinorũ unæ figura. Mauritani Alcaquengi nominant, rustici in Gallia coretum. Tertium solani genus, ὑπνωτικὸν, hoc est, somniferum dicitur, ab effectu. Est enim naturæ frigidissimæ, ita ut & uelocius quàm opium necem afferre credatur. Vulgus solatrum manium uocitat. Quartum solani genus peculariter dicitur à ui insaniã gignendi, μανικὸν. Nam dragmæ põdere datur, ut sibi quis placeat, pulcherrimũq; existimet, duplicato pondere, uana spectra animo offert, triplicato legitimus, perpetuusq; subit furor, si quid adiicitur, præsentanea mors rapit. Vulgus Solatrum mortale nominat. Vide plura de his generibus apud Plin. lib. 27. cap. 13.

Solaris, Solarium, uide Sol, & Solum, soli.

Solatium, uide Solor.

Soldum, pro Solidum. Mart. lib. 1. Ex insulis fundisq; tricies soldum.

Soldurii, Gallicum est uocabulum, arctissimum amicorum genus significans, quos Latinè deuotos dicere possumus, eorumq; eiusmodi erat conditio, ut omnibus in uita cõmodis unà cum his frueretur quorũ se amicitię addixisset, aut eũdem casum subirent, aut sibi mortẽ cõscisserent. Author Cæsar bel. Gal. lib. 3.

Solea, æ, f p. Calceamenti genus, quo solæ obteguntur plantę, cæteris pedis partibus nudis relictis, ansulis tantùm quibusdã in superiore parte coëuntibus reuinctũ, quòd solo pedis subiiciuntur, ὑπόδημα κρηπὶς. Plaut. in Truc. Date iam soleas, atq; intrò me actutum ducite. In equis quoq; & mulis solæ dicuntur ferramenta illa quæ pedibus illorũ subiiciũtur. Catul. Et supinã animam graui delinquere cœno, Ferreã ut soleam tenaci in uoragine mula. Est etiã solea instrumentũ quò oleum ex oliuis exprimebatur. Col. lib. 10. ca. 50. Oleo autem conficiendo molę utiliores sunt, quàm trapedum, quàm canalis & solea. Item solea genus piscis plani, à similitudine soleæ. Plin. lib. 11. Rhombi, soleæ, passeres, habent formam plana. Solea itẽ dicitur materia roborea, super quã paries cratitius extruitur, ut ex Verrii sententia annotauit Festus.

Solearii, m.f. Solearum sutores, ὑποδηματοποιοί. Plaut. in Aul. Solearii astant, astant molochinarii.

Soleatus, Qui soleis indutus est, κρηπιδωτὸς. Gel. lib. 13. cap. 20. Quur soleatos dixissent, qui Gallicas non haberent soleas. Cic. 7. Ver. Sterit soleatus Prętor pop. Rom. cum pallio purpureo tunicaq; talari, muliercula nixus, in littore. Mart. lib. 12. Etsi iam lotus, iam soleatus erit.

Solenes, σωλῆνες, Genus concharũ, quod & onychas & digitos uocamus, itęq; donacas & aulos. Solenes, ut arbitror, dicta canaliculata lõgitudine, σωλῆνας enim Græci canales uocãt.

Soleni-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Soleniſtæ, σωληνιστάι. Dicuntur qui id genus concharum piſcâ tur. Quo cognomine Philoxenum quendam dictum legimus, quòd primùm σωληνοθήρας fuiſset, deinde Demagogus, & poſtremò tyrannus effectus. Vide Cælium lib, 13. cap. 5.

Solennis, ne, om. t. Quod quotannis fieri ſolet, ἐτήσιος. Valerius Max. Maiores ſtatas ſolennesq; ceremonias Pontificum ſcientia bene gerendarum rerum authoritate, &c. Ver. 2. Aen. Solennes taurum ingentẽ mactabant ad aras. Hor. 4. Carm. Ode 11. Qui diem menſem Veneris marinæ Fundit Aprilem, Iure ſolennes mihi, ſanctiq; Penè natali proprio. Ouid. 5. Faſtor. Solennes ludos circi celebrate Quirites. Salluſt. in Catilin. Sicut in ſolennibus ſacris fieri conſueuerit. Ver. 3. Geor. iam nunc ſolennes ducere pompas Ad delubra iuuat, cęſosq; uidere iuuencos. Accipitur aliquando ſolenne pro ſolito, recepto, & conſueto. Sueton. de Auguſt. Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiſcuè ſpectari ſolenne olim erat, niſi ex ſuperiori loco ſpectari conceſſit. Cic. ad Att. lib. 7. Tantum igitur noſtrum illud ſolemus, ut ne quẽ iſtuc euntẽ ſine literis dimittamus.

Solenne, nis, & Solennia, ium, ſubſtant. Feſta quę ſingulis annis certo tempore fiunt, ἑορτή. Iuuen. Sat. 10. Incolumi Troia Priamus ueniſſet ad umbras Aſſaraci magnis ſolennibus. Tacitus lib. 12. Et funeris ſolenne perinde ac D. Auguſto celebratur. Idem lib. 11. Cuncta nuptiarũ ſolennia celebrat. Verg. 6. Aen. Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolennia mittent.

Solennitas, atis, Quæ quotãnis celebratur, ἑορτή. Gell. lib. 3. ca. 24. Per dierum uarias ſolennitates.

Solenniter, aduerb. Liuius 5. ab Vrbe, Ibiq; omnibus ſolenniter peractis, eadẽ reuertens. Plin. lib. 8. cap. 1. Ibiq; ſe purificantes ſolenniter aqua circumſpergi, atq; ita ſalutato fidere in ſyluas reuerti, &c.

Solennitus, Veteres pro ſolenniter uſurparunt, quod annotauit Nonius, citans Lucilium in Aegiſtho, Solennitusq; eum lauder lubens.

Soleo, les, ſolitus, neut. paſs. Idem ferè quod conſueui, ἔωθα, φιλέω. Vergil. unde omnis Troia uideri Et Danaũm ſolitæ naues & Arbaica caſtra. Terentius in Andr. Quod uulgus ſeruorum ſolet, dolis ut me deluderes. Vergil. 10. Eclog. ſolet eſſe grauis cantantibus umbra. Cicero de Amicitia, Si prius, quod maximè reprehendere ſolitus ſit, edixero. Solere cum uiro, aut muliere, eſt rem ſiue conſuetudinem habere, συμπλέκεσθαι. Plaut. in Ciſtel. Frigidam ſubdolè ſuffundunt, uiris cum ſuis nos ſolere prædicant. Apud antiquos legitur præteritum ſoluí, quod & Feſtus annotauit, citans locum Cælii ex Annalium lib. 7. Duos & ſeptuaginta lictores domum depoſtauiſſe, qui ductoribus hoſtium antea ſoluerint ferri. Salluſt. lib. 2. Hiſt. Neq; ſubſidiis, uti ſoluetat, cõpoſitis. Solet, aliquando imperſonaliter ponitur, & cũ particula ut, uel ſimili, non inuenuſtè longiori orationis cõtextui interiicitur, ἔωθε, φιλεῖ. Cic. pro Cluen. Quum quædã in collibus, ut ſolet, cõtrouerſia paſtorum eſſet orta. Hoc eſt, ut ferè fit Eunde uſum habere eius cõpoſitum Adſolet. Cic. in Lel. Quum in hortos D. B uti auguris cõmentandi cauſa, ut adſolet, uenìſſemus, tu non affuiſti.

Solens, entis, partic. Plaut. in Epid. ego abſceſſi ſolens Paulum ab illis. id eſt, ut ſoleo. Idem in Amp. Si dixero mendaciũ, ſolens meo more fecero.

Solitus, a, um, aliud partic. idem ſignificans quod conſuetus, ἐθισμός. Cic. de Ora. Quod cuiq; Athenis accidere ſolitum eſt. Legitur & ſolitus, pro Solus, apud antiquos. Plaut. Amph. Qui ſoliti in uiti cubant.

Solitus, a, um, nomen ex partic. Ouid. 6. Met. ut ſolito finem impoſuere labori.

Solito, ablatiuus, Qui ſolis comparatiuis nominibus aut aduerbiis iungitur. Liuius 5. bel. Pun. Reate ſaxum ingens uiſum uolitare, ſol rubere ſolito magis, ſanguineoq; ſimilis. Ouid. 24. Metam. Ille fugit, ſed ne ſolito uelocius ipſe Currere miratus. Idem 2. de Arte, Tu neq; ſubiectus, ſolito neq; blandior eſto.

Solito, as, Frequenter ſoleo, ἔωθα. Gel. lib. 7. cap. 1. Scipionem Africanum ſolitauiſſe noctis extremo, priuſquã dilucularet, in Capitolium uenitare.

Solers, ertis, om. t. Induſtrius, ingenioſus, acutus, dexter, ἀγχίνους, ἰδέξιος, πανοῦργος. Terentius in Eunuc. fac periculum in literis, Fac in palæſtra, in Muſicis, quæ liberum Scire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo. Cic. pro Roſc. Com. Iam quo quiſq; eſt ſolertior, & ingenioſior, hoc docet iracundius, & laborioſius. Colum. lib. 6. cap. 13. de auſere, Solertiorem cuſtodiam præbet, quàm canis. Vergil. 4. Georgic. Quem mihi uix frugum & pecudum cuſtodia ſolers Omnia tentanti extruderat. Cicero de Senectute, Nec conciſiones modò delectant, ſed etiam inciſiones, quibus nihil inuenit agricultura ſolertius.

Solertia, æ, ſ. p. Ingenii acumen, & dexteritas ad rem aliquam agendam & tam in bonam partem accipitur quàm in malam, ἀγχινοία, δεξιότης. Cic. in Catilinam, Tum eum dixiſſe, mirari ſe non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius à quo eſſent illa dimenſa atq; deſcripta. Idem lib. 1. Offic. Itaq; eorum fines, ſicut ipſi dixerant, terminauit, & in medio relictum quod erat, populo Rom. adiudicauit. Decipere hoc quidem eſt, non iudicare, Quocirca in omni re fugienda eſt talis ſolertia. Claudianus libro tertio de Republica Proſerpinæ, rerumq; remotas Ingenioſa uias paulatim explorat egeſtas.

Vtq; artes pariat ſolertia, nutriat uſus.

Solerter, aduerbiũ Ingenioſè, perſpicaciter, ſubtiliter, δεξίως. Cic. 1. de Legib. Artes uerò innumerabiles q; repertæ ſunt docente natura: quam imitata ratio, res ad uitam neceſſarias ſolerter conſequuta eſt. Idem 6. Verr. Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſolertiſſimè perſpicis? Ouid. lib. 11. Metam. Non illo iuſſos ſolertius alter Exprimit inceſſus, uultumq; ſonumq; loquendi.

Solicitudo, inis, Cura, anxietas, & mentis inquietudo, μέριμνα, ἀγωνία. Terent in And. Quantas hic confecit ſolicitudines. Cic. 4. Tuſcul. Solicitudo, eſt ægritudo cum cogitatione. Idem 1. de Finib. Easq; ipſas ſolicitudines, quibus corũ animi noctes, dieſq; exeuntur, à diis immortalibus ſupplicii cauſa importari putant. Idem ad Att lib. 6. Solicitudine prouinciæ tamen uel maximè urgebamur.

Solicitus, a, ũ, Inquietus, anxius, & curis affectus, πολυμέριμνος Cicer. Cælio, Mirificè ſum ſolicitus quidnam de prouinciis decernatur. Solicitus ex aliqua re, in eadem ſignificatione dicimus qua Solicitus propter rem aliquam. Teren. in And. Laborat è dolore, atq; ex hoc miſera ſolicita eſt, ne ſe deſeras. Cic. 2. de Finib. Num igitur eum poſtea cenſes anxio animo aut ſolicito fuiſſe? Interdum actiuè accipitur pro eo quod ſolicitudinem & curas affert, φροντιστικός. Verg. 10. Eclog. Incipe, ſollicitos Galli dicamus amores.

Solicitè, pen. cor. aduerbium. Anxiè, aum cura & ſolicitudine. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. ueſtri non immemor unquã, Qui mala ſollicitè noſtra leuatis, ero.

Solicitior, comparat. Id eſt magis ſolicitus, φροντιστικώτερος. Seneca de Benefic. libro tertio, Multò tardiores futuros ad accipienda beneficia, ſi periculum cauſæ dicendæ adituri erunt, & innocentiam ſolicitiore habituri loco. Plancus Ciceroni lib. 10. Solicitiorem certè hominem non ſuis contra ſtis, neminem puto fuiſſe.

Solicito, as, a. p. pen. cor. Inquieto, & curam iniicio, ſeu contriſto, ἀνιάω. Teren. in And. Cur meam ſenectutem ſolicito huius amentia. Plin. Epiſt. lib. 9. Nulla ſpe, nullo timore ſolicitor, nullis rumoribus inquietor. Aliquando inſto, aut ſpem, metumue oſtendo, allicio, παράω. ut Solicitare pudicitiam mulieris, hoc eſt, attentare, & conari labefactare. Solicitare animos militum, eſt ad ſeditionem, defectionem, perditionemue conari impellere, διαφθείρειν. Curt. lib. 2. Verumenimuero quum modò milites meos literis ad proditionem, modò amicos ad perniciem pecunia ſolicitet, ad interneciõẽ mihi perſequẽdus eſt, non ut iniuſtus hoſtis, ſed ut percuſſor ueneficus. Dictum ſolicitare, quaſi ſolo citare, id eſt, ſuo loco mouere, propriè enim ſignificat terram uertere: ideoq; unico l, ſcribendum uidetur. In carmine tamen aſſumit alterum, quia alioqui tot concurrentibus breuibus ſyllabis, carmen ingredi non poſſet. Tibullus, Et tenerã ferro ſollicitauit humum. Verg. 2. Geor. Sollicitanda tamen tellus, pulnisq; mouendus. Sed quia Solum etiam de mari dicitur, ponitur quandoq; pro nauigare, & mare uertere. Claud. in præfat. lib. 1. de Rap. Proſerp. Et rudibus remis ſollicitauit aquas. Sollicitare forem, pro eo quod eſt aperire ianuam. Ouid. 3. Amor. Eleg. 1. Per me decepto didicit cuſtode Corinna Liminis adſtricti ſollicitare forem.

Solicitatio, f. t. Triſtitiæ illatio, afflictio, quæ fit ab alio, ut ait Donatus, ἐνίασις. Terentius in Andria, Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt, Amor miſericordia huius, nuptiarum ſolicitatio. Sumitur pro tentatione, ſeu pro conatu aliquem labefactandi, παρασμός. Cic. in Catil. Iam uerò illa Allobrogum ſolicitatio, à Lentulo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cæterisq; domeſticis hoſtibus, tanta res, tam dementer credita & ignotis & barbaris. &c.

Solicitator, oris, m. t. uerbale, Id eſt, tentator, πειρασὴς, ut Solicitator alieni lecti, hoc eſt, qui pudicitiam matronæ conatur labefactare. Paulus de Extraordin. criminum. Solicitatores alienarum nuptiarum, item matrimoniorum interpellatores.

Solidus, a, um, Propriè de eo dicitur quod habet tres dimẽſiones, longitudinis, latitudinis, & profunditatis, στερεὸς. Linea enim ſola longitudine contenta eſt, ſuperficies præter longitudinem habet & latitudinẽ, quibus ſi profunditas acceſſerit, tum demũ ſolidũ quiddã intelligimus. Cic. 1. de Nat. deor. Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ex planis circulus, aut orbis. Accipitur aliquando ſolidũ, pro integro, quod neq; concauũ eſt, neq; ex partibus cõpoſitum, ſed quod ex uno eoq; iugi conſtat corpore. Sic columnas dicimus eſſe ex ſolido marmore, nõ quæ marmoreis tectę ſunt cruſtis, ſed quæ ex uno confectæ ſunt lapide. Vergil. 6. Aen. Tum Phœbo & Triuiæ ſolido de marmore templa Inſtituam. Ibidẽ, ſolidoq; adamante columnæ. Idem 3. Georg. In foribus pugnã ex auro ſolidoq; elephanto, Gangaridũm faciam. id eſt, ex integro ebore, non ſectili, inquit Seruius. Cic. 1. de Diuin. Annibalem Cælius ſcribit, quum columnam auream, quæ eſſet in fano Iunonis Laciniæ, auferre uelle, dubitaretq; utrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus deaurata, perterebrauiſſe. Transfertur & ad alia accipiturq; pro toto, ſiue perfecto, quod ſcilicet omnibus ſuis partibus conſtat, cuiq; nihil eſt detractum, ὁλόκληρος, ὁλόμυρος. Sic ſolidam hereditatem, accepiſſe dicimus eum qui ex aſſe inſtitutus eſt hæres. Solidus annus, id eſt, integer, & non interruptus. Plautus, Decem annos ſolidos erraui puer. Solidum beneficium, id eſt, plenum, & ad cuius perfectionem nihil deſideratur. Terent. in Eun. Vt ſolidum parerem hoc mihi beneficium. Solida lætitia, Solida felicitas, hoc eſt, nulla ægritudine aut infortunio contaminato. Plin. lib. 7. cap. 44. Nulla eſt profectò ſolida felicitas quam contumelia ulla uitæ rumpit, nedum tanta. Ter. in And. nónne tibi ſatis eſſe hoc uiſum ſolidũ eſt gaudium, Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? Vbi Don. Solidum plenũ idoneum, integrũ. In ſolidũ aliquid promittere dicuntur plures debitores, fideiuſſoresúe, quorum unuſquiſq; ſe rei totius debitorem, fideiuſſoremúe conſtituit, quod locutionis genus frequens eſt apud Iurecon.

Solidus, in. ſ. ſubſtant. quo Romani utebantur pro genere quodam numi aurei, ita dicti, quod iuſto pondere erat percuſſus, non dimidiato, aut triennali, quemadmodum ſemiſſes, aut tremiſſes. Lamprid. in Alexand. Vectigalia publica in id contraxit, ut qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem aurei præſtarent, tunc q; primùm ſemiſſes aureorum formati ſunt, tum etiam quum ad tertiam partem aurei nectigal deciduſſet, tremiſſes dicente Alexandro, etiam quartarios futuros. Sed quum non potuiſſet per publicas neceſſitates, conflari eos iuſſit, & tremiſſes tantùm, ſolidosque formari. Ex his uerbis Lampridii facilè intelligimus ſolidos primùm dictos eſſe aureos numos cuiuſdã, ſuiq; ponderis, quaſi integros. Bud.

Solidè, aduerb. Integrè, omnibus modis, ὅλως. Teren. And. Nã hunc ſcio mea ſolidè ſolum gauiſurum gaudia. Plaut. Trin. Hic homo ſolidè ſycophanta eſt.

Soliditas, atis, ſ. t. Firmitas, στερρότης Cic. de Nat deor Vt manu doceat nos, eam eſſe uim & naturam deorũ, ut primùm non ſenſu, ſed mente cernatur, nec ſoliditate quadã, nec ad numerum. Idem de uniuerſ. Sed quum ſoliditas mundo quæreretur, ſolida autem omnia uno medio, nunquã duobus, ſemper copulentur, &c.

Solidipes, edis, pen. cor, om. t. Quod ſolidos habet pedes, non bifurcatos, στερεόπους. Plin. lib. 10. Contrà natura ſolidipedũ, aut biſulcorum ſupra cuncta eſt murium fœtus.

Solido, as, a, p. Solidum & firmum reddo, στερεόω. Verg. 1. Geor. Area tum primùm ingenti eſt æquanda cylindro, Et uerterda manu, & creta ſolidanda tenaci. Nonnunquam quod ruptum fractumúe erat conglutino, συγκολλάω Plin. lib. 24. cap. 16. Boum neruos abſciſos uomere, ſolidari ea, rurſusq; iungi, addita axungia, affirmans.

Solideſco, ſcis, Conſolidor, conglutinor, coëo, ſolidus fio, συγκολλῶμαι, στερεοῦμαι. Plin. lib 11. cap. 37. Veſica membrana, conſtat uulnerata cicatrice non ſolideſcit.

Soliferreum, Genus teli appellatum, quaſi totum ferreum Tractum ex Oſcorum lingua, teſte Feſto, qui ſolon dicebant, quod nos totum. Liuius 4. bel. Macedon. Vt emiſſis ſoliferreis falaricisq; gladios ſtrinxerunt, tum uelut redintegrata eſt pugna.

Solifuga, Genus formicæ uenenatæ, à fugiendo ſole dicta. Plin. lib. 22. cap. 25. Et leguminibus innaſcuntur beſtiolæ uenenatæ quæ manus pungunt, & periculum uiræ afferunt ſolifugarum generis. Idem lib. 29. cap. 4. Eſt & formicarum genus uenenatũ, non eas nouere in Italia. Solifugas Cicero appellat, ſalifugas Bętica. Feſtus, Solipungã uocat, indeq; nomẽ ſortitum exiſtimat, quòd fiat acrius, concitatiusq; feruore ſolis. A Lucano dicitur Solipuga, lib. 9. Quis calcare tuas metuat ſolipuga latebras.

Soliloquium, n ſ. Quod per nos contemplando loqui ſolemus, μονολογία.

Soliloquus, pen. cor. qui ſolus loquitur, μονολόγος.

Soliſtimum tripudium, Dicebatur quum, in auſpicando eſca ex ore pulli decidens, ſolum pauiebat, hoc eſt, terram feriebat. unde & Tripudium dictum, quaſi terræ pauium. Soliſtimum autem à ſolo dictum eſt, ſicut à medio mediaſtinum Vide latius infrà in dictione Tripudium.

Solitanæ cochleæ, Ab Africæ loco dictæ, quibus Plinius libro 30. ca. 6, principatum tribuit. Laudatiſſimæ (inqu.) ſunt cochleę Africanę, ex his ſolitanę. Var. lib. 3. cap. 14. Num & uel de amplę ſunt quædam ex Africa cochleæ, quæ uocantur Solitanæ, ita ut earum calices quadrantes octoginta capere poſſint.

Solitarius, uide Solus.

Solitaurilia, orum, n. ſ. plur. num. Solennia apud Romanos ſacrificia erant diuerſi generis tauri, arietis & uerris, quibus Cenſores quinto quoq; anno urbam luſtrabant, teſte Aſconio. Dicta Solitaurilia, ut placet Feſto, ab integris genitalibus hoſtiarũ quæ immolabantur. Solum enim Oſci integrũ dicebant, taurũ autẽ Græci eam pudendorũ partẽ quæ à caſtratore eximebatur, unde & Laſtauri dicti ſunt, quigregiè ſunt mentulati. Liu. 8. ab Vrbe, Si potiatur, Marti Solitaurilibus piaculum fieri.

Solito, as, uide Soleo.

Solitudo, Soliuagus, uide Solus.

Solium, lii. n. ſ. Sella regia in qua Reges ius dicentes ſedebant, θρόνος. Dictum ſolium (ut quidam uolunt) quaſi ſolidum, propterea quòd olim Reges in thronis ligneis, & quibuſdam quaſi armariis ob corporis ſui tutelam ſedebant. Alii inde dictum malunt, quòd ſoli in eo Reges ſederent. Aſper κατ' ἀντίφρασιν appellatum putat, quaſi ſedium, quem admodum & ſella dicta eſt, quaſi ſedda. Vergilius, Præfatus diuos, ſolio Rex inſit ab alto. Quandoq; pro uaſe ſligneo, uel abiegno ponitur, quo utimur ad uinum, plurimosq; liquores transferendos, & ad pannos lineos cum lixiuio calido, & cinere emaculandos. Eſt & ſolium uas quo in balneis utebantur, & in quo ſedentes lauabantur. Celſus, Interpoſitis duabus horis, in ſolio is aquæ calidæ reſupinus demittendus eſt, ſic ut à gẽibus ad umbilicum aqua pertingat. Martialis, Non uis in ſolio, prius lauari. Sueton. de Auguſto, At quotiens neruorũ cauſa, marinis, albuliſq; calidis utẽdum eſſet, contentus hoc erat, ut inſidens ligneo ſolio, quod ipſe Hiſpanico uerbo duretam uocabat, manus ac pedes alternis iactaret. Nonnunquã etiam ſolium dicitur loculamentum ſepulchrale, in quod conduntur defuncti. Plin. lib. 35. Quoniam & defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere. Curt. lib. 10. Septimus dies erat ex quo corpus Regis iacebat in ſolio.

Solo, as, uide Solus.

Soloecíſmus, m. ſ. σολοικισμὸς, eſt impar, & inconuenięs cõpoſitura partiũ orationis, à noſtris imparilitas, à ueruſtioribus Latinis ſtribligo dicebatur, quaſi ſtrobligo, hoc eſt inuerſura & prauitas tortuoſa orationis. Siquidẽ στρέφω, torqueo ac deprauo ſignificat. Iuu. Sat. 6. Soloecíſmus liceat feciſſe marito. Mart. in Calliod. Vnus quum ſitis, duo, Calliodore, ſedetis: Surge ſoloecíſmũ Calliodore facis. Dictus ſoloecíſmus, ut in uita Solonis annotauit Laërtius, à colonis quibuſdã Athenienſib. quos Salaminus in Solos Ciliciæ urbeẽ trãſtulit, qui quum non multo interiecto tempore, patrii ſermonis nitorem corripuiſſent, & parũ conueniẽti partiũ ſtructura uti cœpiſſent, factum eſt, ut qui ea in parte peccarent σολοικίζειν, dicerentur. Per translationẽ tamen latius ſoloecíſmi nomẽ accipitur, ut quicquid perperã fiat nec rectè nec ordine peragatur ſoloecíſmum uocemus.

Soloecõ,

Solœcophanes, σολοικοφανὴς, Quicquid ſpeciem habet ſolœciſmi, qui ratione aliqua poteſt excuſari: ut quum genus ſuperioris iungitur inferiori diuerſi generis: ut Eunuchus Terentiana, reſpiciendo ad genus ſuperioris Comœdia.

Solor, aris, om. p. Verbum eſt commune, ſignificãs conſolationem do, uel cõſolationem accipio, παραμυθέω, παρηγορέω. Cic. in Vatinium, C. Antonius hac una re miſeriam ſuam ſolatur. Vergil. 5. Aeneid. Quos bonus Aeneas dictis ſolatur amicis. Ouid. 2. Faſt. Hinc pater, hinc coniux lachrymas ſolantur, & orant, Iudicet. &c. Solari laborem, uel famem idẽ eſt quod ſubleuare. Ver. 1. Georg. Interea longum cantu ſolata laborem, Arguto coniux percurrit pectine telas. Ibidẽ Concuſſaq; famem in ſyluis ſolabere quercu. Idem 10. Aenei dos. Et mœſtum Muſa ſolatur amorem. Hinc fit compoſitum Conſolor: item uerbalia Solator, Solamen, & Solatiũ: quorum ſignificata uide in ſequentibus.

Solatium, n. ſ. Ipſa conſolatio: & propriè rebus fit: παραμυθία. Quintil. in Pariete palmato, Cœcitatis miſeriæ ſolatium eſt, habere rem uidentium. Cic. Mario lib. 7. Vacare culpa magnum eſt ſolatium. Verg. 9. Eclog. heu tua nobis Penè ſimul tecum ſolatia rapta Menalca. Quintil. in Proœm. lib. 6. Credendumq; doctiſſimis hominibus, qui unicum aduerſorũ ſolatium literas putauerunt. Ouid. 8. Metam. ſed uincite fratres, Dũmodo quæ dedero uobis ſolatia, uosq; Ipſa ſequar. Cic. de Clar. Orat. Vos uerò, inquam, Attice, & præſentẽ me cura leuatis, & abſenti magna ſolatia dediſtis.

Solatiolum, li, pe. co. diminutiuum. Catul. ad paſſerem Leſbię epigram. 2. Vt ſolatiolum ſui doloris.

Solamen, inis, n, ſ. Idem quod ſolatium, παραμύθιον, Cicer. in Læl. Etſi illis planè orbatus eſſem, magnum tamen ferret mihi ætas ipſa ſolamen. Vergilius 3. Aeneid. Solamenq; mali de collo fiſtula pendet.

Solox, m. t (inquit Feſtus) eſt lana craſſa, & pecus, quod paſſim paſcitur non tectum. Titinnius Barathro, Lana ſolo ci ad puram data. Lucil. Montano hirco, atq; ſoloce. Hæc Feſtus, ſed ſuccinctius, quàm ut à quouis poſſint intelligi. Fient autem notiora, ſi ſciamus, duo ueteribus in uſu fuiſſe ouilli pecoris genera, quorum quod uulgatiſſimum erat & robuſtiſſimum, à ulleris hirſutie hirtum dicebatur: alterũ è lanæ mollitie molle nominabant, hirto pecore multo infirmius, ſed uelleris nobilitate longè præſtantius. Vnde & pellibus quibuſdam tectum paſci ſolebat, ne aut ſpinis adhærẽs lana minueretur, aut luto ſordidaretur. Hoc genus è Magna Græcia, & præcipuè è Tarẽto peti ſolet: unde & Græcũ pecus, & Tarentinum ſolet appellari: nonnunquã etiã ex agro Gallico quod Altinum uocitabãt. Ex hiſce igitur ſatis conſtat quid ſolocis nomine intellexit Feſtus, nimirũ uulgatum illud pecudis genus, quod ab hirſutiore uellere hirtũ appellat Columella. Id enim nullis pellib. tectum paſcebatur, cuius etiam lanam eodem nomine appellabant.

Solpuga, æ, Genus eſt uenenatæ formicæ, quod etiam à fugiendo ſole, ſolifuga nominatur. Cõcitatur enim acrius feruore ſolis, ideoq; eum fugit, quantum poteſt. Lucan. libr. 9. Qui calcare tuas metuat ſolpuga latebras? Plin. lib. 8. cap. 29. Latè deſerta regio eſt, à ſcorpionibus & ſolpugis gente ſubla ta. A Feſto dicitur Solipunga. niſi codex mendoſus ſit. Vide ſuprà in dictionibus Soli punga, & Solifuga.

Solſtitium, uide Sol.

Solum, li, priore corr. Dicitur omne quod quid ſuſtinet, & rei cuipiam uelut fundamentum ſubiicitur, πέδον, ἔδαφος. Vnde aquæ ſuperficies dicitur ſolum, quia nauium fundamentum eſt. Verg. lib. 5. Subtrahiturq; ſolum. Cœlum ſtellarum ſolum eſt. Ouid. lib. 1. Metam. Aſtra tenent cæleſte ſolũ Ennius uerò ſola terrarum, plurali numero dixit: Sed ſola terrarum poſtquam permenſa parumper. Sic etiã Cicer. in Orat. pro Corn. Balbo, Vos mutæ regiones imploro, & ſola terrarum ultima. Aër etiam ſolum dicitur, quia eſt auiũ ſuſtentaculum. Item terra ipſa quòd hominum & animaliũ fundamentũ ſit. Col. lib. 2 Nam quod ſicco ſolo ingeſtũ eſt, & iam inoccatũ perinde aeſi repoſitum in horreo, non corrumpitur. Ouid 2. Met. in q; ſolo quod texeras herba iacebat Quin. li. 2. ca. 19 At in ſolo fœcundo plus cultor, quam ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet. Verg. lib 7. etiam menſam appellatit ſolum, Et cerealem ſolum pomis agreſtibus augent. Rurſus ſolum, miſſior pedis pars, quam uulgò ſoleam uocant, quæ calloſa ſit & dura diſcalciatis. Cicero 5. Tuſc. Mihi amictui eſt Scythici tegmẽ, calciamentum ſolorum callum, cubile terra Et ſolum dictum eſt pro ſolea calciamenti, & corio, ὑπόδημα. Martialis, Sordidus antiquat ſolitus produ cere pelles, Et mordere luto putre, uetusq; ſolum. Propriè tamen ſolum terra dicitur: unde Natale ſolum dicimus, & patria in qua nati ſumus: quemadmodũ exulem, qui extra ſolum, hoc eſt, extra patriam iectus eſt. Vertere ſolum, eſt ſedem & habitationem mutare. Cic. pro Cecin. Nam qui uolunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum uertunt, hoc eſt, ſedem ac locum mutant. Solum foſſæ, pro ima foſſæ parte. Cæſar 7. bell. Gal. Foſſam pedum uiginti latam directis lateribus duxit, ut eius ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant.

Solarium, rii, n. ſ. à nomine ſolum, ſoli, ſignificatq; uectigal quæ pro ſolo penditur. Qua uoce utitur Vlp. 1. ff. Nequid in loco uel itinere, publ. fiat. Si quis nemine prohibente in publico ædificauerit, ſi tamen obſtet ædificium id puolico uſui: utiq; is qui operibus publicis præeſt, debebit id deponere: aut ſi non obſtet, ſolarium ei imponere. Sic enim uectigal hoc appellatur, ex eo quòd pro ſolo pendatur.

Soluo, is, ui, ſolutum, a. t. Diſſoluo quod erat ligatum, λύω. Verg. lib. 7. Soluite crinales uittas, capite Orgia mecum. Terent. in And. Iube ſolui obſecro. Soluere item dicuntur qui naui uehuntur, quum ſoluto fune quo nauis retinetur recedunt. Et dicimus ſoluere ſimpliciter, nullo adiecto, & ſoluere nauem. Cic. ad Tironem lib. 16. Nos eo die canati ſoluimus. Cæſ. 1. bel. Ciu. Pomp. ſub noctem naues ſoluit. Cic. 3. Offic. Si idẽ ſciat cõplures mercatores Alexandria ſoluiſſe, &c. Et quoniam qui debent, quodammodo obligati ſunt creditori, ſoluere etiam pro debitum reddere ponitur. Cic. 4. Ver. Pro quo frumento pecunia ſoluta non eſt. Soluere ab aliquo, eſt à quoquam acceptam pecuniam creditori numerare, ἐκτίσαι παρά τινος. Cicer. Att. Frater laborat ut tibi quod debet, ab Egnatio ſoluat. Et alibi, Sed etiam dixit ſe à me quodammodo ſoluere. Hinc per translationem ſolutionis uocabulũ ad omnẽ liberationẽ quoquo modo factam transfertur, magisq; ad ſubiectum obligationis, quàm ad numorum ſolutionem. Vnde ſoluo pro ſatisfacio, ἐκτίω. Ter. in Adelph. Neq; tu uerbis unquam ſolues, quod mihi remalefeceris. Quandoq; pro dimitto, ἀπολύω Verg. lib. 2. Georg. Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus. Soluere ebrietatem, pro diſcutere. Celſus, Niſi febris acceſſit eo tẽpore quo ebrietas ſolui debet. Soluere aliquem legibus, eſt eum legum uinculo eximere, & efficere ne legib. teneatur. Soluere iuſta funeri. Cic. pro Roſc. Amer. Hunc miſerum luctu perditum qui nondum etiam paterno funeri iuſta ſoluiſſet. Quandoq; pro liberare. Verg. 1. Aen. Soluite corda metu Teucri. Vnde ſolutus riſus, dicitur magnus, & à curis liber. Idem Riſuq; ſoluto. Sic etiam dicimus, ſoluere religione, id eſt, religione liberare, & efficere ne quis religionis ſeruulus relinquatur. Cic. pro Cecin. Vt religione ciuitas ſoluatur. Solui cera igni, uel Sole dicitur, hoc eſt, molleſcere, ſiue liquefieri, Sic etiam hyemem ſolui dicimus, hoc eſt, miteſcere, & molliorem fieri. Hor. libr. 1. Carm. Soluitur acris hyems. Soluere fidem, eſt rumpere, uel non ſeruare fidem, καταλύειν πίστιν. Teren. in And. Soluiſti fidem. Soluere uenam, eſt uenã aperire, φλεβοτομεῖν. Col. lib. 7. Ea porrò uena quæ in aure uidetur eſſe ampliſſima, ſarmento prius uberatur, deinde quũ ad ictũ intumuit, cultello ſoluitur. Cõpoſita huius uerbi ſunt, Abſoluo, Diſſoluo, Exoluo, Perſoluo & Reſoluo, de quibus ſuis locis. Soluendo non ſum, hoc eſt, ſatis facere non poſſum id pro quo obligatus ſum, ſiue pecunia, ſiue remuneratione, ἀξιόχρεως ὄν τις ἔμοι Cic 2. Phil Tu nec ſoluendo eras, id eſt, ſoluere debita nõ poteras. Idem 2. Officiorum, Nam cui res erepta eſt, eſt inimicus: cui data eſt, etiam diſſimulat ſe accipere noluiſſe, & maximè in pecuniis creditis occultat ſuũ gaudiũ, ne uideatur nõ fuiſſe ſoluẽdo.

Solutus, a, um, nomen ex participio, Securus, liber. cura & ſolicitudine uacuus, ἀμέριμνος. Cicero Attico, Quæ ſoluto animo ſcribi ſolẽt ea his tẽporibus excludũtur. Terra, ſoluta id eſt, rara & laxa, cui opponitur denſa, μανὸς. Columella libr. primo, Soli pinguis uel macri, ſoluti uel ſpiſſi, humidi uel ſicci.

Solutè, aduerbium, ſine cura aut ſolicitudine, ἀμερίμνως. Cic. de Clar. Orat. Tam ſolutè egit, tam leniter, tam oſcitanter. Cic. 2. de Diuin. Si aut furore diuino incitatus animus, aut ſomnio relaxus ſolutè moueatur ac liberè.

Solutio, nis, ſ. t. uerbale, Diſſolutio eius q̃ compactũ fuit, ut cũ mortem animæ & corporis ſolutionem dicimus, λύσις. Cicero quarto Tuſculanar. λύπη, quaſi λύσις, id eſt ſolutio totius hominis, Solutio ſtomachi, quã & diſſolutionẽ dicimus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quum naturales eius facultates aut amissæ sunt, aut pitiatæ, aut certè imbecilliores redditę. Plin. l.b. 20. Cum melle, aut adipe, aut cera, stomachi solutiones inspersum polentæ modo. Solutio omnem liberationem quoquo modo factam transfertur, magisq; ad subiectum obligationis, quàm ad numerorum solutionem. Vlpian. de uerb. sig. Solutionis no mine satisfactionem quoq; omnem accipiendam placet. Cicero 1. Off. Nec enim ulla res uehementius Remp. continet, quàm fides: quæ nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerũ creditarum.

Solutilis, le, pen. cor. Quod ita cõpactum est, ut quoties opus sit, solui possit νόσιμος. Suet. in Nero. cap. 34. Solutilẽ nauẽ, cuius uel naufragio, uel camerę ruina perierit, cõmentus est.

Solus, la, lum, Incomitatus, unus, quam uocem Festus ex Oscorum lingua ductã putat, qui solum dicunt, quod nos totum, nam qui unus est, totus est, μόνος. Cic. 3. Offic. Cui quum usum esset utilius, solum'se, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. Solus, & Vnus pro solus, more superlatiuorum genitiuum regunt, uel ablatiuum mediante præpositione ex, uel accusatiuũ mediãte præpositione inter. Plin. lib. 9. Solus omniũ accipenser squammis ad os uersis contra aquas natando meat. Cic. de Or. Gorgias solus ex omnibus. Idem de Prouinciis Consularibus, Gracchus solus ex toto illo collẽgio. Et quum singularitatẽ significet, inuenitur tamen pluraliter. Ter. in Adel. Solę sumus. Ponitur aliquando solus pro solitario, & deserto, μόνος. Verg. lib 3. Geor. Heu ma lẽ rum Libyæ solis erratur in aruis. Ter. in And. Venit meditata alicunde ex solo loco. Idem, Nónne hic abiici oportet in solas terras? Sallust. in Iug. Marius interea exercitu in hybernis composito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiscitur in loca sola, obsessum turrim regiam. Genitiuum facit solius, olim etiam soli, læ, li. Terent. in Eun. mihi solæ ridiculo fuit.

Solùm, aduerbium, id est, tantùm, μόνον. Cicero 4. Philipp. Nos nuntiationem solùm habemus, Consules etiam inspectionem. Idem 2. de Leg. De re una solùm diffident, de cæteris mirificè congruũt.

Solitarius, a, um, Solus agens, soliuagus, frequentiam uitans, μονήρης, μονάζων, Cic. 1. Offi. Solitarius homo, atq; in agro uitam agens. Vita solitaria, quæ agitur in secessu, & procul ab hominum frequentia, μοναστικὸς βίος. Locus solitarius, id est locus desertus, nullisq; incolis frequentatus, ἔρημος. Res solitaria, id est, sola, & sine alterius consortio. Cic. de Am. Sic natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquid, tanquã adminiculum, adnititur.

Solitudo, dinis, f. t Plaga inhabitata, locus desertus, ἔρημος, ἐρημία. Cæsar 6. bell. Gall. Ciuitatibus maxima laus est, quàm latissimis circum se uastatis finibus solitudines habere.

Soliuagus, a, um, pen. cor. Qui solus uagatur, μονάζων, μονήτης, μονόσωλος Plin. lib. 8. Nec nisi lacessiti uocant, ideoq; gregatim semper ambulent, minimè ex omnibus soliuagi. Cic. 5. Tusc. Alias uolucres cælo frui semper libero, serpentes quasdam, quasdã esse gradientes, earũ ipsarum partim soliuagas, partim congregatas.

Solo, as, a. p. Locum aliquem desertum & solum reddo, depopulor, ἐρημόω. Statius 5. Theb. furor omnibus idem, Idem animus solare domus, iuuenumq; senumque Præcipitare colos, plenisque adfringere paruos Vberibus, ferroq; omnes exire per annos.

Somatophylaces, σωματοφύλακες, Custodes corporis, quos Latini prisco uocabulo Latrones dixerunt, quasi latrones, quòd principum latera cingerent aduersus uim insidiatorum.

Somatopœia, σωματοποιΐα, Figura affinis Prosopopœiæ, qua rei incorporeæ corpus tribuimus.

Somnus, ni. m. s. Sopor, quies, quæ fit ab humoribus à corde ad cerebrũ sublatis, qui quum ibi fuerint refrigerati, recidentes ad cor, calorem eius refrigerant, ὕπνος. Dictũ autem uolunt Somnum à Græco ὕπνος, unde mutata aspiratione in s literam, primùm sypnũ, sine supnũ, mox sopnũ, postremò somnum uolunt appellatũ. Ver. 1. Geor. Nec somnos abrumpit cura quietos. Cic. de Diuin. Animus per somnũ curis uacuus. Somnũ deum finxit antiquitas, cuius sedẽ apud Cimmerios collocat Ouid. 11. Met. Est prope Cimmerios longo spelunca recessu Mons cauus, ignaui domus, & penetralia somni, Quò nunquã radiis Oriens, mediusue Phœbus adire potest Hinc fit compositum Insomnis, ἄϋπνος. de quo egimus suo loco.

Somnium, nii, n. s. Idem quod Insomniũ, hoc est, quod uidere nobis uidemur dormientes, ἐνύπνιον. Ver 8. Ecl. An qui amãt, ipsi sibi somnia fingunt? Cic. de Leg. Agrar. cõtra Rullũ Hęc per deos immortales, utrũ esse nobis confita ficariorũ, an uolentorum somnia, & utrũ cogitata sapientũ, an optata furiosorum uidentur? Macrob. lib. 1. Som. Scip eorũ quæ dormientes uidere nobis uidemur, quinque tradit esse genera. Somnium scilicet, quod Græcè est, ὄνειρος, Visio, id est, ὅραμα, Insomnium, id est, ἐνύπνιον. Oraculũ, id est, χρηματισμὸς, & Visus qui Græcis φάντασμα dicitur. Ex his insomnium & & phantasma quũ falsa sint, interpretatione non indigent, tria reliqua uates interpretantur. Et oraculũ quidẽ est, cuum quis in in somniis aliquid nobis denũciat: Visio, quũ id quis uidet quod eodẽ modo quo apparuerat euenit: Somnium uerò propriè uocatur quod regitur figuris, & uelatur ambagibus non nisi interpretatione intelligendis.

Somnio, n p. Per quietẽ aliquid quasi uigilãs uideo, ὀνειρόω. Cic. de Diuin. Nec mihi magis usquã uideor, quàm quũ in Curia Senatũ uideo sumniare. Et paulò antè, Defert ad cõlectorem somniasse se ouũ pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Plaut. in Curc. Quos tu mihi luscos libertos, quos sumanos somnias: id est, somniando loqueris. Ter. in And. num ille somniat Ea quę uigilans uoluit? Col. lib. 1. cap. 8. Nunquã non easdẽ ineptias somniat. Cic. 2. de Diuin. Quòd si ita natura paratum esset, ut ea dormientes agerent quæ somniarẽt alligandi essent omnes qui cubitũ irent, maiores enim quàm ulli insani, efficerent motus somniantes.

Somniatur, imperf. Plin. lib. 28. Arist. & Fabian. plurimùm somniari circa uer & autumnũ tradunt, magisq; supino cubitu, at prono nihil.

Somniosus, a, um, Qui crebris somniis uexatur, ὀνειρώδης Plinius lib. 28. Somniosos fieri, lepore sumpto in cibis, Cato arbitratur.

Somnifer, a, um, Quod affert somnum, ὑπνωτικὸς. Plin lib. 19. Visq; somnifera etiã satiuo papaueri. Ouid. 9. Metam. Plenaq; somniferis serpens peregrina uenenis.

Somnificus, a, um, Quod somnium inducit, ὑπνοποιὸς. Plin. li. 37. Et uiso dracone spargere somnifera medicamenta, atq; ita præcipere. Idẽ lib. 29. ca. 4. Quoniam uinctatur aspidum somnifica uis.

Somniculosus, a, um, à somniculo magis fit, quàm à somno, & is dicitur qui somno plenus est, & ignauiæ, ὑπνηλὸς. Cic. de Senect. Quæ uitia sunt nõ senectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ senectutis. Col. lib. 11. cap. 1. Nam & ebrioso cura officii pariter cũ memoria subtrahitur, & somniculoso plurima effugiunt. Interdũ somniculosum dicimus, nõ quod somno indulget, sed quod somnum inducit, habetq; uim somnificã. ὑπνωτικὸν. Vnde Sise. aspidẽ uocat somniculosam, nõ qđ ipsa dormiat, sed quòd ui somnifica homines percussos enecet

Somniculosè, aduerb. Negligenter. Plaut. in Capt. Haud somniculosè hoc agendum est.

Somnolentus, a, um, Idẽ quod somniculosus, & per translationem tardus, ignauus, ὑπνηλὸς.

Somnorinus, a, um, Apud antiquos dicebatur id quod in somnis uidetur. Varro in Promet. ut citatur à Nonio, Hic somnorinas imagines affatur.

Sonabilis, uide Sonus.

Somphos, σομφὸς, Cucurbitæ syluestris genus, digitali crassitudine, nõ nisi in locis saxosis nascens, intus inane, unde & nomen inuenit. Nam Græci σομφὸν, uocant inane. Quidam Cucurbitam marinam appellant. Vide Plin. lib. 20. cap. 3.

Sonchos, σόγχος, Herba est ex genere aculeatarũ, cuius duæ sunt species, una syluestrior & spinosior, altera teuerior, olim etiam esculẽta, caule cubitali, angulosо, intus cauo, interim rubescente, sed qui fractus copioso lacte manet, solus per oras ex interuallo scissis, quũ perfectè adoleuerit, aculeis quibusdam aspera. Galli à lactis copia lacteronẽ appellant. Plin. li. 22. cap. 22. Estur & sonchos, ut quẽ Theseo apud Callimachũ apponat Hecale, uterq; albus & niger, lactucæ similes ambo nisi spinosi essent, caule cubitali, angulosо, intus cauo, sed qui fractus copioso lacte manat.

Sonipes, **Sonitus**, **Sono**, **Sonor**, oris, **Sonorus**, uide Sonus.

Sons, ontis, om. t. Nocens, noxius, criminis alicuius conuictus, ὑπαίτιος, ἔνοχος. Cicero 5. de Legib. Vincula sontium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſontium ſeruanto, capitalia uindicanto. Idem 1. Offic. Idq; eſt uiri magnanimi rebus agitatis punire ſontes, multitudinem conſeruare, in omni fortuna recta atq; honeſta retinere. Verg. 10. Aened. Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſe. Ouid. 15. Meta. Immergitq; manus, fœdataq; ſanguine ſonti. Non lumen (neq; enim ſupereſt) loca luminis haurit. Vuius contrarium eſt Inſons, de quo ſuprà ſuo loco.

Sonticus, a, um, Idem quod grauis, noxius, uehemens. Nœuius apud Feſtum, Sonticâ cauſam eſſe oportet, quamobrem per das mulierem. Vnde Sonticum morbum ueteres appellarũt qui ita grauis eſſet, ut ſolitas functiones impediret: quem qui pateretur, iuſtam excuſationem habere putabatur, qui minus in iudicium uocatus, ſe ſiſtere cogeretur. Quæſitum eſt (inquit Iuriſconſultus) quũ alter ex litigatoribus febricitans deceſſiſſet, & iudex abſente eo pronuntiaſſet, an iure uideretur pronuntiaſſe. Reſpondi, quod ſonticus morbus, etiam inuitis litigatoribus ac iudice, differret diem. Sonticus autẽ morbus exiſtimandus eſt, qui cuiq; rei agendæ impedimento eſt. Porrò quid magis impedimento eſt, quàm morbus corporis contra naturam, quam febrim appellant. Poteſt tamẽ dici eſſe aliquam etiam febrium differentiam. Nam ſiquis ſanus aliàs ac robuſtus, tempore iudicandi leuiſſima febri correptus fuit, aut ſi quis tam ueterem quartanam habet, ut in ea omnibus negotiis ſuis ſupereſſe ſoleat, poterit dici, morbum ſonticum non habere. Plinius libro 36. capite 19 de gagate lapide, Deprehendit ſonticum morbum, & uirginitatem ſuffitus.

Sonus, ſoni, m. ſ. Quicquid auribus percipitur, ſiue id ab ore animalis proficiſcatur (quam uocem appellamus) ſiue ex aliorum corporum colliſione, ἦχος Cic. de Diuin. Qui ſono quodam uocum & Phrygiis cantibus incitantur. Idem in Som. Scip. Quis eſt qui complet aures meas tantus & tam dulcis ſonus? Idem 2. de Nat. deor. Aures quũ ſonum recipere debeant qui natura in ſublime fertur, rectè in altis corporũ partibus collocatæ ſunt. Ibidem, Iraq; ad pingendum, fingendum, ad ſcalpendum, ad neruorum eliciendos ſonos, ad tibiarum, apta manus eſt, Verg. 9. Georg. Tũ ſonus additur grauior, tractimq; ſuſurrant. Sonum fundere. Cic. in Acad. Ac mihi uiderur dignifſimum rebus his, de quibus loquirur, ſonum fundere. A ſonus fiunt Abſonus, Altiſonus, Armiſonus, Conſonus, Diſſonus, Dulciſonus, aliaq; nonnulla quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Sonor, oris, n. t. Vehementior ſonus, βρόμος. Vergil. 7. Aeneid. Magno ueluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni. Idem 9. Aeneid. Et crines albos, & ſæua ſonoribus arma.

Sonorus, a, um, pen. prod. Quod graue ſonat, ἠχώδης, ἠχητικός. Verg. 2. Aeneid. Luctantes uentos, tempeſtatesq; ſonoras. Flumina ſonora, Idem 12. Aeneid.

Sono, as, n. p. ſonitum, & aliquando ſonaui, ſonatum. Horat. 1. Serm. Sat. 4. Magna ſonaturum des nominis huius honorem. Eſt autem Sono, ſonum edo, ἠχέω. Verg. 4 Aeneidos pharetramq; fuga ſenſere ſonantem. Aliquando actiuè accipiatur pro eo quod eſt ſono referre, ſiue repræſentare. Vergilius libro primo Aeneidos. Nec uox hominem ſonat. Sonant hæc uerba, id eſt, ſignificant. Cicero libro tertio Offic. Honeſtate igitur diligenda utilitas eſt: & quidem ſic ut hæc duo uerba inter ſe diſerepare, re unum ſonare uideantur. Huius cõpoſita ſunt, Aſſono, Conſono, Circunſono, Diſſono, Inſono, Interſono, Perſono, Reſono de quibus ſuis locis.

Sonans, tis, participium. Ouid. 12. Metam. Nocte dieq; patet: tota eſt ex ære ſonanti. Verg. 3. Aeneid. Turba ſonans prædæ pedibus circunuolat unctis.

Sonandus, a, um. Ouid. 2. de Arte, Et magno nobis ore ſonandus erit, id eſt, graui carminis genere celebrandus.

Sonabilis, le, om. t. Idẽ quod ſonorũ: ut Siſtrum ſonabile, Ouid. 9. Metam. crepuitq; ſonabile ſiſtrum.

Sono, nis, ſonere, tertiæ coniugationis. Lucret. lib. 3. Caligare oculos, ſonere aures, ſuccidere artus.

Sonitus, us, m. q. penult corr. Idem quod crepitus, uel ſonus, ἦχος, Verg. 6. Aen. Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur Olympi. Idem 8. Aen. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum. Idem lib. 2. Georg. Ingentem cælo ſonitũ dedit. Ci. de Som. Scip. Hoc ſonitu completæ aures obſurduerunt, Idem 1. Tuſcul. Quo ſonitu reddito, ridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ.

Sonipes, pedis, m. t. pen. cor. Significat celerem equum, quod pedibus ſonet. ναναχήπους Verg. 4. Aenei. Stat ſonipes: ac fræna ferox ſpumantia mandit

Sŏphia, æ, f. p. σοφία, Latinè ſapientia dicitur, & qui eam profitentur Sophi, σοφοὶ appellantur. Martial libro 1. Quum tibi ſit ſophiæ par fama, & cura deorum Cicero 1. Offic. Principeſq; omnium uirtutum eſt illa ſapiẽtia, quam σοφίαν Græci uocant.

Sophos, phi, m. ſ. σοφὸς, Latinè ſapiens. Cic. 5. Tuſc. Itaq; & illos ſeptem qui à Græcis σοφοὶ, ſapientes à noſtris & habebantur, & nominabantur. Mart. lib. 7. Tepia Cecropiæ comitatur turba Mineruæ: Te ſecreta quies, te ſophos omnis amat. Grande ſophos. Mart. lib. 1. Audieris quum grande ſophos, dum baſia capras, Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago. Vbi Sipontinus, Mos eſt Græcorum, dum ſcripta alicuius uel legerint, uel audierint, aſſentando dicere, Σοφὸς, hoc eſt, ſapiens doctus. Neutro autem genere dixit poëta, Grande ſophos: id eſt, grandem illam & adulatoriam uocem tot nominum clamantium, Sophos, Sic alibi, Quod tam grade ſophos clamet tibi turba togata, &c. Hoc autem nomine primum appellati ſunt qui poſtea dicti ſunt Philoſophi. Pythagoras enim primus modeſtiæ gratia, non Sophum ſed Philoſophum uoluit ſe appellari, ut Cic. teſtatur 2. de Finib.

Sophiſta, ſiue ſophiſtes, ſophiſtæ, m. p. σοφιστὴς, Olim honeſta appellatio erat communis iis omnibus qui in arte aliqua excellerent: unde & rhetores, & ſapientiæ profeſſores olim ſophiſtæ dicebantur, quanquam ad eos poſtea hoc nomen tranſierit qui fallacib. cõcluſiunculis inanẽ quandã ſapientiæ ſpeciem oſtentarent. Suidas, σοφιστὴς πᾶς τεχνίτης, καὶ ὁ τὴν τεχνικὴν ἀσκητὴς, καὶ ὁ ὑπηρέτων ἡδὺν ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἀπατῶν, id eſt, Sophiſta omnis artifex, & qui eloquentiam profitetur, & qui uerbis calumniatur, atq; fallaciis. Platò ait ſophiſtas eſſe rhetores, qui ueluti uenatores parati ſunt ad capiendos iuuenum animos. Ariſtoteles lib. 10. Ethic. Scientiam gubernandarum rerum publicarum ſophiſtæ profitentur, quorum nullus rempublicam gerit. Olim autem ſophiſtæ dicebantur Philoſophi, & ſapientiæ profeſſores: deinde uerò rhetores: poſtremò abiit nomen in inuidiam, ut ſophiſtæ dicerentur qui fictam quandam ſapientiæ ſpeciem iactitarent. Cic. lib 1. de Nat. deor. Abderites quidam Protagoras, cuius à te modò facta eſt mentio, ſophiſtes temporibus illis uel maximus. Idẽ 4. Acad. At quis eſt nunc hic ſophiſtes? ſic enim appellantur hi qui oſtẽrationis, aut quæſtus cauſa philoſophantur. Idem lib 2. de Finib. Eorum erat iſte mos qui tunc ſophiſtæ nominabantur. Hinc antiſophiſtæ à Suetonio in Tiberio dicuntur, inter ſe pugnantes ſophiſtæ.

Sophiſtica, σοφιστικὴ, Pars dialecticæ plus oſtentationis habens quàm utilitatis, qua docemur fallacibus concluſiunculis ad uerſutum irretire, atq; argumenta ita acutè inuenire, ut quæ falſiſſima ſunt uera eſſe uideantur.

Sophiſma, atis. n. t. σόφισμα, Græcis fraudem ſignificat, deceptionem, ſiue cautelam: unde pro fallaci argumenti genere accipitur, ita ingeniosè excogitato, ut quum mendoſiſſimũ ſit, incauto tamen rectè concluſum uidearur. Cicero libro 4. Acad. Atqui habebam moleſtos uobis, ſed minutos, Stilbonem, Diodorum, Alexinum, quorum ſunt cõtorta, & acuta quædam ſophiſmata: ſic enim appellantur fallaces concluſiunculæ.

Sophroniſteres, σωφρονιστῆρες, Dentes duo, qui omnium extremi naſcuntur, circa annum ætatis uigeſimum, κατὰ τὴν τοῦ φρονεῖν ὥραν, hoc eſt, circa id tempus, quo iam ſapere incipimus.

Sophroſyne, nes, f. t. Temperantia, modeſtia, caſtitas. Hieron. contra Iouin. Non enim (ut malè habetur in Latinis codicibus) ſobrietas eſt legenda, ſed caſtitas: id eſt, σωφροσύνη. Fit autem à Græco σώφρων, quod Latinè temperantem, ſeu caſtum ſignificat, ſeu moderatum. Cic. 3. Tuſcul. Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamq; uirtutem σωφροσύνην uocant, quã ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nõ nunquam etiam modeſtiam, &c.

Sopor, oris, m. t. Idem quod ſomnus, ὕπνος. Cic. 1. de Diuin. Quum iam quieti corporis nocturno impetu dedi ſopore plácas artus languidos. Idem in Salluſtium, Noli nobis languorem ac ſoporem nimium exprobrare. Vergil. 6. Aeneid. Tum conſanguineus lethi ſopor, & mala mentis Gaudia. Horat. 5. Epod. Formidoloſis dum latent ſyluis feræ dulci ſopore languidæ. Ouidius 11. Metamorph. Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporem. Idem lib. 1. Metamor. Et quanuis ſopor eſt oculorum parte receptus, Parte tamen uigilat. Idem lib. 9.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Meram. & ignes Ipſe ſuos nutrit, cura remouente ſoporem.

Soporifer, fera, ferum, Quod ſoporem inducit, ὑπνωτικὸς. Plin. lib. 9. Præterea dextræ pennæ uim ſoporiferã ineſſe, ſomnoſq; allicere ſubditam capiti, tradunt. Vergil. lib. 4. Aeneid. Spargens humida mella, ſoporiferumq; papauer. Ouid. 11. Meta. Viſe ſoporiferam ſomni uelociter aulam.

Soporo, as, a. p. pen. pro. Soporem induco, ſtupefacio, καταχοι μάζω. Plin. lib 28. Cauda flumina & aquarum impetus ſiſti, ſerpentes ſoporari. Idem lib. 21. ca. 31. Nec illud prætereo, aſpidum naturæ halicacabum in tantum aduerſam, ut radice eius propius admota ſoporentur.

Soporatus, a, um, partic. Id eſt, ſopore oborutus: ut Artus ſoporatos premit quies. Plin lib. 10. cap. 75. Aquatilia ipſa quiete cernuntur placida, ceu ſoporata. Dolor ſoporatus, id eſt, lenitus. Curt. lib. 7. Recruduit ſoporatus dolor Oſſa ſoporata melle, apud Vergilium 6. Aen. id eſt, ſoporifero melle imbuta. Ramus ſoporatus ui Stygia, Ibidem.

Soporus, a, um, Somnũ inducẽs: ut nox ſopora, id eſt, nox intẽpeſta, quæ placida rigat mẽbra quiete, ὑπνωτικὸς. Luc. lib. 2 ſed nocte ſopora Atria cognati pulſat non ampla Catonis. Stat. 1. Theb. eadem ſub nocte ſopora Luſtra terit.

Sopio, pis, piui, pitum, a. q. Soporo, ſoporem induco. καταχοιμάζω. Liu. 9. ab Vrbe, Die feſto alii alios per ſpeciem cãtus epularũ cauſa imputant, & uino, cuius auidum ferme genus, oneratos ſopiũt. Idem 4. belli Pun. Lenior deniq; æqualiorq; accedens auribus, magnã partem hominum ſopiuit. Ouid. 7. Meta. cuſtodemq; rudem ſomno ſopiſtis. Vnde ſopitũ dicimus, qui iam cœpit dormire. Liu. 5. bel. Pun. Nico ex improuiſo ad portas ſopitos uigiles cubilibus ſuis obtruncat, portãſq; aperit. Vergil. tamen ſopito ſomno dixit, quaſi irrigatum. Verg. 1. Aeneid. Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta Cythera, Aut ſuper Idaliũ ſacrata ſede recondam. Aras ſopitas excitat ignibus, Verg. 8. Aen. Brachia ſopita, Ouid. Epiſt. 14. Ignis ſopitus, id eſt, propemodum extinctus, aut cineribus occultatus. Vergil. 8. Aeneid. Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. Manus Sopitæ, Ouid. 3. Faſt. Sopitus ictu, id eſt, ſtupefactus. Liu. lib. 1. Iubet bono animo eſſe, ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu, ferrum haud altè in corpus deſcendiſſe: iam ad ſe redi. ſſe, inſpectum uulnus, abſterſo cruore, omnia ſalubria eſſe: confidere propediem ipſum eos uiſuros. Huius compoſitum eſt Conſopio, quod eſt totum ſopore obruo. Cicero lib. 1. Tuſc. Quæſt. Num igitur eum curare cenſes quum Luna laborat, à qua conſopitus putatur, ut eum dormientem oſcularetur?

Sorbeo, es, ui, itum, uel ſorpſi, ſorptum, a. ſ. Liquidũ aliquid deglutio, ῥοφέω. Factitium uerbum à ſono quem edunt qui ſorbent. Plautus in Milite, Sorbet dorminens. PA. Quid ſorbet? LV. Illud ſtertit, uolui dicere, Sed quia conſimile eſt q ſtertas, quaſi ſorbeas. Plin. lib. 7. cap. 53. Ap. Sauſeius quum à balneo reuerſus mulſum bibiſſet, ouum q; ſorberet, &c. Transfertur & ad alia. Ouid. 2. de Arte, Terraq; cæleſtes arida ſorbet aquas. Vergil. 3. Aeneid. Dextrum Scylla latus, læuũ implacata Charybdis obſidet, atq; imo baratri ter gurgite uaſtos Sorbet in abruptum fluctus. Lucan lib. 4. Sordidus exhauſto ſorbetur ab ubere ſanguis. Sorbere odia alicuius, pro ferre. Cicero ad Q. Fratrem, Sed me ab eo ita obſeruari ſcio, ut eius iſta odia non ſorbeam ſolùm, ſed etiam concoquam. Sorbere animo pro eo quod eſt præpropera ſpe deuorare. Cicero 2. Philipp. Quem gurgitem, quam uoraginem, quid eum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſetis? Huius compoſita ſunt, abſorbeo, exorbeo, obſorbeo, & reſorbeo: de quibus ſuis locis.

Sorbitio, onis, f. t. Ipſe ſorbendi actus, uel potio ad ſorbendum apta. ῥόφημα. Perſius Satyr. 4. Barbatum hæc crede magiſtrũ Dicere, ſorbitio tollit quem dira cicutæ. Socratem intelligit. Plin. lib. 20. cap. 6. Pulmonis & arteriæ ſanat uitia datum in ſorbitione piſanæ.

Sorbitiuncula, læ, diminut. Sumitur pro potiuncula, uel cibo liquido, qui facilè ſorbetur. ῥοφημάτιον.

Sorbillo, las, diminut. à ſorbeo, Propriè idem eſt quod minutim & paulatim ſorbeo, κατὰ μικρὸν καταῤῥοφέω. Terent. in Adelph. Et cyathos ſorbillans paulatim hũc producã diem.

Sorbillum, li, n. ſ. Potiũcula ſorbitioni apta, ῥοφημάτιον. Plaut. in Pœn. Hem, mihi iã uideo propter te uictitãdum ſorbillo.

Sorbilis, ſorbile, om. t. penultima corr. Quod facilè ſorbetur, ῥοφητὸν. ut Ouum ſorbile, apud Celſum lib. 2. cap. 19. & 25. Columel. lib. 8. ca. 17. Quiq; ſunt cibi ſorbilibus proximi, ut mulctra, recens caſeus.

Sorbities, idem quod ſorbitio.

Sorbus, ſorbi, fœm. gen. Arbor eſt procera, quam Græci ὄρυα, & ὄυνη, fructumq; eius ὄα & οὖα uocant: cuius longiorem deſcriptionem uidebis apud Theophraſtum libro tertio, capite 21. Cornier.

Sorbum, ſorbi, Sorbi arboris fructus, ſimilis pyro, οὖον. quod malum ſorbum etiam Columella appellat libr. 5. cap. 10. Et mala ſorba, pruna, poſt mediam meſſem uſq; ad Idus Febr. ſerito. Hæc mala, ut docet Mart. lib. 3. aluum ſiſtunt, Sorba ſumus molles nimium durantia uentres, Aptius hæc puero q̃ tibi, poma dabis. Columella, Sorba manu lecta, in urceolos picatos adiicito. Plin. lib. 15. cap. 21. Sorbis quadruplex eſt differentia: aliis enim corũ rotunditas mali, alus turbinatio pyri: aliis ouata ſpecies, ceu malorũ aliquibus. Hæc obnoxia: acoli odore & ſuauitate rotunda præcellunt: cæteris unus ſapor ſæ neroſiſſima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantùm probabile, aſſiduum prouentu, minimumq; pomo, arbore diſſimili, foliis penè platani. Non ferunt ante trimatum ex ullo genere. Cato cap. 7. Sorba in ſapa quum uis condire, uel ſiccare, uiridia facias. Des cormes, ou des ſorbes.

Sordes, ſordis, fœm. gen. t. Immunditia, ἕαν ῥύπος. Plaut. in Pœn. Viden' tu? pleni oculi ſordium qui erant, iam ſplendẽt mihi. N. Imò etiam in medio oculo parum ſordis eſt. Hor. 1. Epiſt. 2. iuuat illum ſic domus, aut res, Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram, Auriculas citharæ collecta ſorde dolẽtes. Iacere in ſordibus, eſt nimio animi dolore ſqualere. Cic. ad Terentiam, Te nunc mea Terentia uexari, & iacere in lachrymis & ſordibus. Sordem urbis uocat Cicero fœcem plebis, Attico ſic ſcribens. Apud bonos iidem ſumus, quos reliquiſti: apud ſordem urbis & fœcem, multo melius nunc, quã reliquiſti. Sordes item accipimus pro immoderata paſſionia, & auaritia, ex minimis etiam rebus lucrum captante, ῥυπαρία, σμικρολογία. Quint. lib. 6. Incuſans eius ſordes calceos eum ueteres dicebat uendere ſolere. Hor. 1. Serm. Sat. 6. Si neq; auaritiam, neq; ſordes, ac mala luſtra obiiciet uere quiſquã mihi. Luxuriæ ſordes. Iuuen. Satyr. 1. ſed quis ferret iſtas Luxuriæ ſordes? Id eſt ſummam prodigalitatem cum inſigni auaritia coniunctam: loquitur enim de illis qui quum uentribus ſuis indulgerent omnia, in aliorum egeſtate ſubleuanda parciſſimi eſſent. Gaudet aũt Iuuenalis antitheta hoc pacto coniungere, ut alibi, Socraticos cinædos, triſtia obſcœna, lacernatam amicam.

Sorditudo, inis, Idem quod ſordes ῥύπος. Plaut. in Pœn. Vt mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem.

Sordidus, a, um, quod eſt ſordibus infectum, ῥυπαρὸς. Ci. 3. Tuſ. Sæpe etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. Verg. 6. Aen. Sordidus ex humeris nodo dependet amictus. Ouidius 3. de Arte Quas geritis ueſtes, ſordida lana fuit. Sordibus homo tenax, auarus, & ex rebus uiliſſimis quæſtum captans, ῥυπόδης, σμικρολόγος, Cic. 1. Offic. Sordidi etiam putantur, qui mercantur à mercatoribus quod ſtatim uendant. Sordido loco natus, id eſt, ignobili. Liu. 2. bel. Pun. Vnus inuentus eſt ſuaſor legis. C. Terentius Varro, qui priore anno Prætor fuerat, loco non humili ſolùm, ſed etiam ſordido ortus: patrem lanium fuiſſe ferunt, ipſum inſtitorem mercis, filioq; hoc ipſo in ſeruili eius artis miniſterio uſum. Sordida lingua, impura, mendax. Tibullus lib. 3. Eleg. 7. aut fallat blanda ſordida lingua fide.

Sordidè, aduerb. Id eſt, auarè, σμικρολόγως, Plin. Epiſt. 9. Procũ ſulatum, ſed ſordidè geſſerat. Cic. 2. de Orat. Si aſperè, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordidè, ſi quoq; animi uitio dictũ eſſe aliquid uideatur.

Sordidulus, adiectiuum, diminutiuum. Plautus in Pœnulo. Seruulorum ſordidulorum ſcorta dioboloria. Iuuen. Sat. 3. Sit toga ſordidula eſt.

Sordeo, ſordes, ſordui, n. ſ. Sordidus ſum, ῥυπῶ. Martial. lib. 1. Dum nulla teneri ſordens lanugine uultus. Sordere alicui res aliqua dicitur, quum contemnitur, & nilis æſtimatur. Plin. lib. 35. cap. 10. Sordebat ille ſuis, ut plerunq; domeſtica. Cic. ad Octauium, Cui ſordebat Macedonia prouincia, quã uictor ſibi ſumpſerat. Cæſar. Liu. 4. ab Vrbe, Adeò ſe ſuis etiã ſordere, nec plebe minus, quàm à patribus contemni. Plinius libro 25. Vitam iuuare non fortaſſe credet aliquis, quum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quum hæc quoq; cura friuola existimetur, adeò deliciis sordent & quæ ad salutem pertinent?

Sordesco, n t. Sordidus fio, σπιλοῦμαι, ῥυπαίνομαι. Hor. 1. Epist. 20. Contrectatus ubi manibus sordescere uulgi Cœperis. Pli. lib. 11. ca. 12. Nunc uerò è tanta cadens altitudine, multumq; dum uenit, sordescens. Hinc exordescere, quod est ualde sordidum fieri, & per translationem ulcescere. Gellius, Cur ergo nos patimur nomen Philosophi illustrissimum in hominibus deterrimis exordescere?

Sordidatus, a, um, Pannosus, sordidis uestibus indutus, ῥακώδης, ῥωγαλέος. Plautus in Asin Quanquam ego sum sordidatus, Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari, id est, sordidè indutus. Cicero 6. Verr. Diodorus Romæ sordidatus circum patronos atque hospites cursare, rem omnibus narrare.

Sorex, soricis, pen. cor. mas. gen. t. Animal est notissimum, maius mure, clariusq; strepens, domos nostras frequentans, omniaq; arrodens, ἀρσρᾶιος μῦς. Col. lib. 12. cap. 31. Si serpens, aut mus, sorexue in mustum ceciderit. Idem lib. de Arborib. Vites quæ secundum ædificia sunt, à soricibus, aut muribus infestantur. Sorex suo indicio perit, prouerbialis metapho ra est, qua utimur quoties significare uolumus quempiam à seipsum proditum esse, cui uel in primis expediebat cautissimè latere. Teren. in Eunu. Egomet meo indicio miser, quasi sorex, hodie perii. Vide Adagia. Erasmi.

Soriceus, a, um, Ad soricem pertinens.

Soricinus, a, um. μύειος, unde soricinos dentes dixit Plautus.

Soriculata uestis, Quæ uariis conserta coloribus erat, διαποίκιλος. Varro, Vermiculatam, ac soriculatam uestem. Plin. lib. 8. cap. 48. Vndulata uestis primò lautissimis fuit: unde soricula data defluxit.

Sorilla, Nauigia Istrica uocantur, quod lino & sparto consertantur, & condensentur.

Sorites, m. t σορείτης, à Græcis uocatur captiosum & multiplex argumentandi genus, in quo ex uno concesso, ad multas cõclusiones connexas assurgitur. Dictus sorites, ἀπὸ τοῦ σωροῦ quod Græcis aceruum significat, quoniam semper ascenditur in cumulũ hæc argumenta. Cic. de Diuin. Quemadmodũ sorites resistamus, quem si necesse sit, Latino uerbo liceat acerualem appellare. Sed nihil opus ut enim ipsa philosophia, & multa uerba Græcorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est. Idem 1. Acad. Posthac potius differemus de obscuritate naturæ, q̃ de oculorũ sensuum q; reliquorum mendaciis, & de sorite, aut pseudomeno, quas plagas ipsi contrasse Stoici texuerunt. Idem 4. Acad. Captiosissimum genus interrogationis, quod genus maximè in Philosophia probari solet, quũ aliquid minutatim, & gradatim additur aut demitur. Soritas hoc uocant, qui aceruum efficiunt uno addito grano: uitiosum sanè, & captiosum genus.

Soror, oris, f t. Dicta est quod quasi seorsum à sua stirpe nascatur, separaturq; ab ea domo in qua oritur, & in aliam familiam transgrediatur, ut docet Gel. lib. 3. cap. 10. ex sententia Antistii Labeonis. ἀπὸ τοῦ ἀφὴ. Cic pro Milone, Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Verg 2. Georg. Panaq; Syluanumq; senem, nymphasq; sorores. Ouidius 5. Meram. Constitit, & doctas sic est affata sorores. Sorores palmulæ, id est, similimæ, & quasi gemellæ. Plin. lib. 13. cap. 4. Minus speciosæ, sed sapore caryotarum sorores, ob hoc adelphides dictæ.

Sororicida, dæ, pen. prod. Qui sororem occidit. Cic. pro domo sua, Quid de me quod tuliste te dicis, patricida, fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti?

Sororiari, Puellarum mammæ dicuntur, quũ iam intumescunt quod non singulæ, sed ueluti geminæ sorores simul nascantur. Vide Etimitum, & quę suprà annotauimus statim post dictionem Frater.

Sororius, a, um, ut Cœna sororia. Plaut. in Curcul. Nobis omnibus tu, ut hodie aduenies, cœnam des sororiam: Hic nuptialem cras dabit. Cicero pro Sestio, Qui enim in eiusmodi uita nerui esse potuerunt, hominis fraternis flagitiis, sororiis stupris, omni inaudita libidine infamis? Sororium tigillum, appellabatur locus sacer in honorem Iunonis, quem Horatius ille, unus ex fratribus trigeminis statuerat causa sororis à se interfectæ, ob suam expiationem. Festus.

Sorracus, ci, quo portantur instrumenta scenicorũ. Plaut. Pers. Librorũ enim ecce plenum illum sorracũ habeo. Festus, σόραξ, Græci dicunt uas aut instrumentum pro ficabus. De Sarranco autem uehiculi genere suprà dictum est.

Sors, sortis, fœm gen. t. à serie secũdum Varronem, Ponitur pro fortuito alicuius rei euentu, κλῆρος. Cic. lib. 2. de Diuin. Dicendum igitur putas de sortibus? Quid enim sors est? Idẽ propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio, nec consilio uatet. Tota res est inuenta fallaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionẽ, aut ad errorem. Idem 1. Ver. Accusaui eũ qui cum Quæstor fueram, qui cum me sors, consuetudoq; maiorum, qui cum me deorum, hominũq; iudiciũ coniunxerat. Accipitur etiam sors pro munere, uel officio. Liuius, Si ita uidetur Patribus, mitterent ad collegam, ut is qui profligatũ bellum haberet, ad Comitia Romam rediret: si id facere grauarentur, quod non suæ sortis id negotium esset, se quidem id facturum q; Senatus censuisset. Aliquando etiam pro patrimonio, siue hæreditate accipitur. Vnde cõsortes dicuntur q aliquod patrimoniũ, uel hereditarẽ unà habent: & consortiũ eiusdẽ hereditatis communio. Est præterea sors, summa, sive caput, & prima pecunia quæ confertur in societatem, ut inde lucrum fiat, ἀρχαῖον, δάνεισμα, κεφάλαιον. Teren. in Adelph. Hei mihi, etiam de sorte nunc uenio in dubium. Hoc est de pretio quo empta erat fidicina. Inde consortes qui tantundẽ sortis attulerant ad societatẽ, quantũ ille cum quo est societas. Itẽ sors est fatalis necessitas, siue parcæ, q ita unicuiq; sortitum sit ut ipsę uoluerunt. Verg. 3. Aen. hic exitus illum sorte tulit. Itẽ dicitur iudicium. Verg. 6. Aen. Nec uerò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes. Tractũ ex Romano more. non enim audiebantur causæ, nisi per sortem ordinatæ. Nã quo tempore causæ agebãtur cõueniebant omnes, & ex sorte dierum ordinẽ accipiebant, puta q post triginta dies causas suas exequerentur. Sortes etiã oracula, seu responsa dicebantur, quæ à diis, eorumue sacerdotib. consultoribus edebantur, χρησμοί. Valerius lib. 1. Cuius rei explorãdæ gratia, legati ad Delphicum oraculum missi, retulerunt præcipi sortibus, ut aquã eius lacus emissam per agros diffunderent. Accipitur etiã sors pro progenie. Ouid. lib. 6. Fast. Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem Feci, Saturni sors ego prima fui.

Sorticula, læ, diminutiuum à sors. Sueton. in Nerone, ca. 21. Ac sine mora nomen suum in albo professũ cithaœdorum iussit adscribi, sorticulaq; in urnam cum cæteris demissa, intrauit ordine suo.

Sortior, ris. d. p. Sortes duco, λαγχάνω. Plaut. Casin. Nam si sic nihil imperare potero, saltem sortiar. Ibidem, ego sic agam, Coniiciam sortes in sitellam, & sortiar tibi & Chalino. Sortiri remos. Vergilius 5. Aeneidos. Sternimur optatæ gremio telluris ad undam, Sortiti remos. Vbi Seruius, Sortiri remos, per sortẽ diuisi ab officio remigandi, quis esset proreta, quis pedem teneret. Idem 8. Aeneidos. Ocyus incubuere omnes, pariterq; laborem Sortiti. Id est, diuiserunt inter se laboris officium.

Sortiri Iudices, per sortem eligere, Ci. ad Qu. Fratrem, lib. 1. Sententiam dixit, ut ipse Iudices per Prætorem urbanum sortiretur. Sortior, pro sortito capio, & sorte consequor. Cicero 7. Philipp. Est enim patronus triginta quinque Tribuum, quarum sua lege qua cum C. Cæsare magistratum sortitus est, suffragium sustulit. Suet. in August. Ex Prætura Macedoniam sortitus. Sortiri prouinciam, est sorti committere, cuius prouincia futura sit. Cicero Attico libro 1. Senatus decreuit ut Consules Galliam sortirentur. Idem Lentulo lib. 1. Epist. Si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam. Sortiri prouincias, est sorte prouincias diuidere. Idem Attico libro 1. Prætores nondum sortiti sunt prouincias. Aliquando sortiri, significat disponere, κληροδοτεῖν. Vergilius 3. Aeneid. sic fata deûm rex Sortitur, uoluitq; uices, sic uertitur ordo. Sortiri pro substituere & Subministrare. Vergilius libro 3. Georgic. Semper enim refice, ac ne post amissa requiras Anteuenì, & sobolem armento sortire quotannis. Vbi Seruius, Sortire, substitue, subministra.

Sortitio, f. t. uerbale, Ipse sortiendi actus, κλήρωσις. Cicero pro Cluentio, Ecce tibi eiusmodi sortitio, ut in primis Bulbo & Staleno & Guttæ esset iudicandum. Ibidem, Statuerũt enim ita maiores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur. ut metus uidelicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. His uerbis Cicero morem illum antiquum significat, quo in decimum aut centesimum quenque militem sortirò animaduertebatur capitaliter: unde & legiones decimatas & centesimatas legimus.

Sortitus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sortitus, tus, masc. gen. q. Pro sortitione, κλήρωσις. Cicero pro Domo sua, Quid, si etiam pluribus de rebus uno sortitu retulisti? Vergilius 3. Aeneid.

O felix una alias Priameia uirgo.
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori, quæ sortitus non pertulit ullos.
Nec uictoris heri tetigit captiua cubile.

Sortilegus, gi, m. s. pen. cor. Qui per sortes futura prænuntiat, & qui per sortem aliquid eligit, χρησμῳδός. Cic. de Diuin. Hæc habui, inquit, de diuinatione quæ dicerem: nunc illa testabor, non me sortilegos, nec eos, qui quæstus causa ariolantur, nec psychomantiam, quidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat, agnoscere. Horatius de Arte, & diuina futuri Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

Sortilegium, gii, n. s. Quanuis propriè significet rei futuræ per sortes explorationem, χρησμῳδία: Plin. tamen sortilegia accepit pro magicis quibusdam superstitionibus, lib. 28. cap. 4. ubi titulus capitis sic habet, De sortilegiis quibusdam, & salua hominis. Quid autem ibi sortilegiorum nomine intelligat, satis declarat capitis totius tenor, quo non nisi uanissimas Magorum persuasiones exequitur.

Sorti, aduerb. Verg. 4. Georg. Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti. Vbi Seru. Sorti. id est, ex sorte, uel in sortem. Nam aduerbium est, quod traxit à militia.

Sortitò, pen. prod. aduerbiū. Significat ex sorte, uel per sortem, κληρωτῶς. Ci. 4. Ver. Lex Iouis sacerdotem sortitò capi iubet. Idem li. 6. Epist. Eos sortitò in prouintias mitti placere. Aliter accipitur apud Horatiū 4. Epod. Lupis & agnis quanta sortitò obtigit, Tecum mihi discordia est, hoc est, naturaliter uel occulta quadam fati ratione.

Sory, σῶρυ. Corpus metallicum, similitudinem melanteriæ, nisi quod hæc densior est & solidior, illud farius & fistulosius. Facultates habet eadem cum chalciti, & misy, astrictoriã uidelicet & causticam: crassioris tamen est essentiæ: unde & in metallis infimo loco nascitur, sub chalciti nimirum, quẽ admodũ & chalcitis sub misy. Est aũt Sory tantùm fossile, quod & temporis progressu, in chalcitin commutatur, quẽadmodum chalcitis in misy. Vulgus hodie, ut cæteta ferè omnia eius generis, Vitriolum appellat.

Sos, Pro Eos antiqui dicebant, teste Festo.

Sospes, tis, gen com. Saluus, incolumis, σῶος Liu. 5. ab Vrbe, Sospitesq; omnes Romam ad propinquos restituit. Verg. 11. Aeneid. at non Euandre pudendis Vulneribus pulsum aspicies, nec sospite dirum Optabis nato funus pater. Idem 8. Aeneid. Maximè Teucrorum ductor, quo sospite nunquã Res equidem Troiæ uictas, aut regna fatebor. Horatius 1. Carm. Ode 36. Vix una sospes nauis ab ignibus. Antiqui item sospitem accipiebant pro sospitatore, siue seruatore: unde Iouem sospitem dixit Ennius, quem alii Iouem seruatorem appellant.

Sospita, æ, f. p. penultima correpta, Id est, seruatrix, σώτειρα. quo cognomine Iuno colebatur apud Lanuuinos. Cic. pro Mur. Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ, cuius omnes Consules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimùm auellere. Idem 1. de Diuinatione, Quin etiam memoria nostra templum Iunonis sospitæ L. Iulius qui cum P. Rutilio Consul fuit, de Senatus sententia refecit ex Ceciliæ Baleerici filiæ somnio.

Sospitalis, & hoc sospitale, o. t. Salutifer, salutaris, σωτήριος. Plautus in Pseud. Quis est qui moram occupato molestiam obtulit P. qui tibi sospitalis fuit.

Sospito, as, pen. prod Incolumen seruo, σῴζω. Liu lib. 1. Pacem precibus exposcunt, uti uolens propitius suam semper sospitet progeniem.

Sotadeum carmen, σωτάδειον μέτρον, Pedes habet septem. Primus spondeus, secundus periambus, tertius spondeus, quartus periambus, quintus & sextus tribrachys, & ultimus spondens. Et (quod magis mirum est) totus soradeus numerus è trochæis potest cõstare pedibus. Hæc Fortunatianus Atilius. Alii de hoc uocabulo sic, Sotadeum carmen constat è quinque pedibus: primis duobus Ionicis à maiore, & tribus uel quis trochæis. Et quia Ionicus à maiore constat è duobus primis longis, & reliquis duabus breuibus, primus pes inter Ionicum soluta prima Ionici in duas breues, fit mesomacros, constans è media longa, & duabus utrinque breuibus: Soluta secunda. fit paropæon, constans è prima longa, & quatuor breuibus.

Soter, soteris, σωτήρ, Latinè seruator. Cic. in Verr. Act. 4. Itaq; non solùm patronum istius insulæ, sed etiam sotera inscriptum uidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita magnum ut Latino uno uerbo exprimi non possit. Is est nimirũ soter qui salutem dedit.

Soteria, orum, σωτήρια, Dicuntur munera quæ pro conualescentia diis uouentur. Solebant autem huiusmodi munera ab amicis corrogari. Vnde non inuenustè Martialis iocatur in Sosibianum qui quoties uisum esset, se ægrotum simulabat, ut munuscula ab amicis prætextu soteriorum extorqueret. Verba Martialis sunt hæc, Aegrotas quoties sotera poscis amicos, Iam precor ægrota Sosibiane semel.

Spadix, icis, m. t. pen. prod σπάδιξ, teste Gel. lib. 2. est auulsus à palma termes cum fructu: qui quoniam puniceum refert colorem, hoc est, rubrum cum exhuberãtia quadã splendoris, factum est ut spadicem pro puniceo colore accipiamus, qui potissimùm in equis commendatur. Verg. li. 3. Georgic. Luxuriatq; toris animosum pectus: honesti Spadices, glauciq;. Est etiam spadix, genus instrumenti musici, cuius meminit Iulius Pollux lib. 4. & Cælius libr. 9. cap. 4. Quintilianus lib. 1. cap. 17. de Musica, Psalteria, & spadices etiam uirginibus probis recusanda.

Spadiceus, a, um, Idem quod puniceus siue baius, quod coloris genus in equis potissimùm commendatur, φοινίκεος. Significatur autẽ hac uoce exhubentia quædam ruboris, splẽdorisq; qualis cernitur in termitibus palmarum, qui spadices appellantur, Vide Thylesium in libello de Coloribus,

Spado, onis. m. t. σπάδων, Propriè is dicitur cui aut testes euulsi sunt, aut ipsi cremasteres, hoc est, nerui, è quibus testes dependẽt. A uerbo Græco σπάω, quod est euello. Eunuchus aũt etiam natura quis esse potest, ut quũ frigidior temperatura ueneris usum cuiquam pernegat. Plin. lib. 11. ca. 37. Defluuium capillorum in spadonibus non uisum. Spadones item dicuntur surculi infrugiferi. Colum. lib. de Arbor. Eiusmodi surculos, qui nihil afferunt, spadones appellant.

Sparganion, σπαργάνιον, Herba, est folia habens similia gladioli, sed angustiora, magisq; in terram procumbentia, circa summum autem caulem semen capitulis quibusdam inclusum. Autor Dioscorides lib. 4.

Spargo, gis, si, sum. a. t. Huc illuc proiicio, dissemino, latè diffundo, σκεδάζω, πάσσω. Verg. 3, Eclog. Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Spargere aquam, est aquam affundere. Plaut. Trucul. Sparsisti aquam: rediit animus. Insulæ sparsæ per æquor, id est, latè diffusæ. Verg. 3. Aen. Niueæq; Paron, sparsasq; per æquor Cycladas. Colum. lib. 2. cap. 16. Si tamen aliqua causa tempestiuam stercorationem facere prohibuerit: secunda ratio est, antè quàm sarrias, more seminantis ex auiariis puluerem stercoris per segetem spargere. Spargere humum foliis, id est, sternere uel operire. Vergil. 7. Aen. Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras. Spargere se in aristas, uel brachia, dicitur herba, quando in aristas uel in brachia dilatatur. Plin. lib. 12. cap. 12. Cacumina in aristas se spargunt. Composita sunt Aspergo, Conspergo, Dispergo, Inspergo. & Respergo: quorum significata explicantur suis locis.

Sparsos, participium, Longè lateq; diffusus, ἐσπαρμένος. Cic. in Arat. Stellæ sparsæ fusæq; uidentur. Os sparsum, id est, latũ & plus satis diffusum. Teren. in Heaut. Rufamne illam uirginem, cæsiam, sparso ore, adunco naso? Aliquãdo idem quod Conspersus. Ouid. 8. Meta. raris iam sparsus tempora canis. Corpus senatus sparsum. id est, dissectum. Lucan. lib. 7. Catosq; simul reges, sparsumq; senatus Corpus, & immensa populos in cæde natantes.

Sparsim, aduer. Multis, uariisq; in locis, hic & illic, σποράδην. Gell. lib. 11. Præterea ex eodem li. Catonis hæc etiam sparsim & intercisè commeminimus.

Spartopolios, uide in propriis.

Spartum, sparti, siue spartium, n. s. σπάρτιον, Dioscor. lib. 4. Id est quod nostri genistum appellant, fortassis quia genu modò flexilis adnexus sit, uel quia genibus medeatur dolẽtibus. Est aliud sparti genus quod in Hispania nascitur de quo Plinius libro 19. Sparti quidem usus multa post secula cœptus est: nec ante Pœnorum arma, quæ primùm Hispaniæ intulerunt. Herba & hæc spõte nascens, & quæ non queat seri, iuncusq; propriè aridi soli, uni terræ dato uitio: nanq; id malum telluris est, nec aliud ibi seri aut nasci potest. Idem lib. 24. Genista quoq; uinculi usum præstat: flores apibus gratissimi. Dubito an hæc sit quam Græci autores Sparton appellauere, quum ex ea lina piscatoria, apud eos factitati

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

factitari docuerim Et nunquid hanc designauerit Homerus quum dixit, Nauium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum, uel Hispanum spartum in usu, certum est: & quum sutiles fierent naues, lino tamen non sparto unquam sutas. Semen eius quod Græci eodem nomine appellant, in folliculis phaseolorum modo nascens, purgat hellebori uice, drachma & dimidia pota in aquæ mulsæ cyathis quatuor, iciunis.

Spartarium, rii, n. s. Locus sparto abundans. Plin. lib. 11. Falsò excipiunt spartum: quippe in Hispania multa in spartariis mella eam herbam sapiunt.

Sparteus, a, um, adiect. E sparto compactum & compositum. Cato de Re rust. cap. 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ sparteis funibus ducantur.

Spartea, σπάρτια, sunt utensilia ad maioris summæ pecunias capiendas. Numorum enim receptacula, uariis nominib⁹ appellata fuere, Nam ut sacci, sacculi, sacelli, crumenæ, manticæ, & marsupia, Ita fiscinæ & fiscellæ.

Sparus, seu sparum, Telum rusticum, in modum pedis recuruum. Vergilius libro 5. Agrestisq; manus armat sparus. Sallust. Sed ex omni copia circiter quarta pars militaribus armis instructa: cæteri ut quosq; casus armauerat, sparis aut lanceis, alii præacutas sudes portabant. Festus, Spara, minimi generis sunt iacula: à spargendo dicta, quod passim pugnãdos pargerentur. Lucil. Tum spara, tum murices, portantur tragula porrò. Est & sparus, σπάρος piscis marini nomen circa uernum æquinoctium parientis: ut tradit Plinius lib. 9. capite 51.

Spasmus, mi, siue spasma, atis, σπασμὸς, σπάσμα, Cõtractione uorum, rigor, siue distensio, cõuulsio. A uerbo Græco σπάω, quod est conuello. Plin. lib. 22. cap. 8. Item ex mulsa auxiliatur renibus, stranguriæ, opisthotonicis, spasmis, lumbis.

Spastici, σπαστικοί, Dicũtur quibus aliquid intus conuulsum est. Pli. lib. 21. cap. 19. Radicem decoctam bibere spasticis, euersis, conuulsis, suspiriosis salutare.

Spatha, æ, σπάθη, Gladii genus, ἀπὸ τ῀ σπόσθαι, hoc est, à scindendo, siue diuellendo: aut certè ἀπὸ τ῀ σπᾶν, quod inter cætera significat stringere. Apul. Et militaris sacramenti geniũ ab amissam spatham uerebatur. Veget. gladios maiores spatas uocari docet: minores uerò semispathas. Hæc etiam autore Augustino, dicitur framea, & alio nomine romphæa.

Est etiam spatha, rudicula qua utimur in uersandis rebus quæ coquuntur. Columella lib. 12. cap. 22. Deinde permisceto spatha lignea. Spatham præterea uocamus instrumentum illud culinarium quo spumam detrahimus. In palmis item spathæ dicuntur, ramuli ex quibus palmulæ dependẽt: à frondis, ut uidetur, figura nomen habentes, quæ ad gladioli folium satis accedit, licet duplex sit, minor, & tenuior. Pli. lib. 16. cap. 26. Palma sola in spathis habet fructum, racemis propendentem.

Spathalion, σπαθάλιον. diminutiuum à spatha, significans ramulum palmæ cum dactylis inde pendentibus. Vnde apud Mart. lib 13. Spatharion caryotarum numeratur inter munera tenuiorum quæ Calend. Ianuariis solent missitari. Aurea (inquit) porrigitur Iani caryota Calendis: Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. Est etiam ornamentum mulebre, inter delicias fœminarum annumeratũ. A uerbo Græco σπαθαλάω, quod significat delicias ago, & lasciuio. Plin. libro 13. cap. 15. Iuba tradit circa Troglooditarum insulas fruticem in alto uocari isidos plocamon, corallio similem, sine foliis: præcisum mutato colore in nigrum durescere, quum cadat, frangi. Item alium qui uocatur charitoblepharon, efficacem in amatoriis: spathalia eo facere, & monilia fœminas. Plaut. Menæch. Amabo Menæchme inaureis da mihi faciendas, pondo duũm numũm spathalia, ut te libenter uideam, quum ad nos ueneris.

Spathe, es, σπάθη, Inuolucrum est, siue operimentum fructus palmarum adhuc florentium, quo in spissandis unguentis utuntur unguentarii, ut docet Dioscor. lib. 1. cui ea in re optimè conuenit cum Theophrasto, qui libro 5. de Plantarum historia, de palmis agens, in eo masculam à fœmina differre scribit, quod mascula prior florem ferat in spathe. Plinius libro 23. capite 6. spathes, siue elates nomine proprium quoddam palmæ genus uidetur intellexisse, quod medicinæ conferret germina folia, & corticem. Vide Marcell. in Dioscoridem.

Spathula, læ, diminut. à spathe, siue spatha, quo Cels. li. 8. ca. 15. usus pro instrumento chirurgico, ad humeri laxati curationem accommodato. At (inquit) si uastius corpus, neruisue robustiores sunt, necessaria est spathula lignea, & quæ crassitudinem duorum digitorum habeat.

Spatium, spatii, n. s. Capedo, interuallum, ἀπόσασις, διάστημα. & non solùm de loco dicitur, sed etiam de tempore. De loco: Cic. lib. 1. de Nat. deor. Sydus spatiis immutabilibus ab Ortu ad occasum commeans. Verg. 1. Georg. Hic uel ad Elei metas, & maxima campi Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas. Ouidius lib. 2. Metam. tritumq; relinquunt Quadrupedes spatium, nec quo prius ordine currunt. De tempore. Cic. pro Archia, Quoad longissimè potest mea mens respicere spatium præteriti temporis. Autor ad Heren. lib. 2. Spatiũ ita considerato, satisne longum fuerit ad eam rem transigendam: scierit ne, satis ad perficiendum spatii futurũ. Spatium, pro mensura & temporibus pedum in carmine. Cic. in Orat. Trochæus qui in eodem spatio est, quo choreus. Spatium pro dilatione. Liuius lib. 8. Orabant ut rem in posterum diem differret, & iræ suæ spatium, & consilio tempus daretur. Budæus.

Spatior, aris, d. p. Deambulo, περιπατῶ. Vergilius libro 12. Georg. Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce, Et sola in sicca secum spaciatur arena. Idem libro 4. Aeneidos aut antea ora deũm pingues spaciatur ad aras. Ouidius lib. 2. Metamorph. nam quum per littora lentis passibus, ut soleo, summa spatiatur arena.

Spatians, tis. Ouidius 14. Metam. & spatiantia passim brachia compescit.

Spatiacus, a, um, Ouid. 3. Fast Flebat amans coniunx, spatiataq; littore curuo Edidit in cultis talia uerba comis.

Spatiatorem pro erratore posuit Cato. Festus.

Spatiosus, sa, sum, Amplus, capax, uastus, ἐυρύχωρος. Colum. lib. 6. cap. 2. Primùm omnium spatiosum stabulũ præparetur, ubi domitor facilè uersari, & digredi sine periculo possit. Idẽ 2. de Arte, Omnibus Andromache uisa est spatiosior æquo. Interdum non loci, sed temporis spatium importat. Ouid. lib. 1. Amor. Eleg. 8.

Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram?
Sæpe simulatus ira moratafacit.

Spatiosè, aduerb. Id est, latè, diffusè, ἐυρύ. Pli. lib. 19. cap. 5. Quoniam spatiosè fruticat. Spatiosius, & spatiosissimè. Pli. li. 12. Bono ciui conueniens simum credidit, eadem illa spatiosius & uberius uolumine amplecti.

Species, speciei, f. q. Effigies, facies uel imago, ὄψις, εἶδος. Cicero lib. 1. Offic. Quæ autem specie quadam mutilitatis, hãc Græci ἀδηΐαν uocant. Et in Topicis, In diuisione formarum, quas Græci εἴδη uocant, nostri (siqui hæc fortè tractant) species appellant. Cæsar Comment. 4. Auxiliaresq; quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, lapidibus, telisq; submministrandis, & ad aggerem cæspitibus comportandum, speciem atq; oppugnationem pugnantium præberent. Id est, demonstrationem, siue simulationem, prætexrum, & quasi uelamentum, πρόφασις. Cicero de amicitia, Quæ est enim ista securitas, specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. Quandoq; sumitur pro aspectu, & re uisa. Vergil. 2. Aeneid. Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus. Quãdoque pro pulchritudine, seu deformitate: à speciendo. Plautus in Bacchid. Bellán' uidetur specie mulier? In de speciosus pro pulchro & formoso accipitur, de quo infrà. Species item (ut definitur à Dialecticis) est quæ dicitur de pluribus differentibus numero: ut Homo est species, quoniã de Socrate, Plarone, & aliis non specie sed numero differentibus prædicatur. Ob eam rationem ita appellata quòd multorum collectio una quasi uisione comprehendatur. Genus autem est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie: ut animal, de homine, equo, asino, & huiusmodi dicitur quæ specie differunt. Quandoque species in plurali numero sumitur pro aromatibus, Macrobius libro ultimo. Saturn. Species, & acres, & calidæ, superficiem, quum opponuntur, exulcerant. Martianus Iureconsultus, Species pertinentes ad uectigal, cinnamomum, piper longum, piper album. Sic dicitur Vicus specianus. à speciebus Arabicis peregrinisq;. In speciem, simulatè. Liuius libro 4. ab Vrbe, de Sempronio reo, Aegrè Hortensius pati, tentationem eam credere esse perseuerantiæ suæ: nec precibus tribunorum, quæ in speciem modò iactentur, se in auxilio confidere reum.

Specialis, speciale, o. r. Significat nõ tam particulare, quàm proprium, & ueluti peculiare. ἀδικὸς, ἴδιος. In qua significatione utitur hoc nomine Iulius Capitolinus, quum ait, Maçrinorum familiam id speciale semper habuisse, ut Alexãdrum Magnum

Magnum in auro & argento exculptum ſemper haberet.

Speciatim, aduerbium ſignificans particulariter, ἀφ' ἑ. Cic. poſt Reditum in Senatu, Multa de me C. Meſſinius & amicitiæ & Reipublicæ cauſa dixit, legem ſpeciatim initio de ſalute mea promulgauit.

Specialiter, aduerb. Idem quod ſpeciatim, ἀφ' ἑ. Colum. lib. 3. Atque de cura eligendi malleoli generatim præcepimus: nunc illud propriè ſpecialiter, ut non ſolùm ex feraciſſima uite, ſed etiam è uitis parte feraciſſima ſemina eligantur.

Specificus, a, um, ἀφ' οἱοίος. quod eſt peculiare.

Specioſus, ſa, ſum, Pulcher: ſemper enim in bonum accipitur, quamuis ſpecies medium uocabulũ ſit, εὐειδής. Verg. 4. Aen. neque enim ſpecie famaue mouetur, hoc eſt, nec præſenti deformitate, nec rumore mox futuro. Sic & formoſus, licet forma indifferenter ponatur, ſemper tamen in meliorem partẽ accipitur. Plinius lib. 13. cap. 4. Minus ſpecioſæ, ſed ſapore cæryotarum ſorores. Celſ. lib. 2. cap. 2. Si plenior aliquis, & ſpecioſior, & coloratior factus eſt, ſuſpecta habere bona ſua debet. Horatius de Arte, Interdum ſpecioſa iocis, moratáq; rectè Fabula, &c. Ouidius lib. 7. Metam. ſpecioſáq; nomina culpæ Imponis Medea tuæ quin aſpice quantum Aggrediare nephas.

Speciosè, ſpecioſius, ſpecioſiſsimè, pulchrè, ornatè. Liu. 4. belli Maced. Et quum tibi uiro liceat purpura in ueſte ſtragula uti matremfamiliàs tuam purpureum amiculum habere non fines? & equus tuus ſpecioſius inſtratus erit, quàm uxor ueſtita? Speciosè ingredi, id eſt, cum ornatu. Columella libro 2. capite ſecundo. Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quo ſpecioſius ingrediantur ſublimes & elatis capitibus.

Specimen, nis, n. t. pen. cor. Propriè in quauis mercede dicitur exiguum quiddam quod à uenditore ſpectandum profertur, ut ex eo emptor rem notam æſtimet, ὑπόδειγμα Frequentiſsimè tamen per translationem accipitur pro quouis documẽto, experimento, ſiue exẽplo, ex quo rei totius capimus coniecturam. Cic. in Tuſc. Quid illud? non dubitas quin ſpecimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura? Apul. in Flor. Sed Marſyas (ęq ſtultitiæ maximũ ſpecimen) non intelligẽs ſe deridiculo haberi, quædam deliramenta effutuit. Dare ſpecimen ſui, eſt re aliqua inſigni declarare quid de ſe ſit ſperandum. Cicero in Diuin. in Verr. Tu uerò Cæcili quid potes? quo tempore, aut quà in re non modò ſpecimen cæteris aliquod dediſti, ſed tute tui periculum feciſti? Specimen innocentiæ, prudentiæ, uirtutis, id eſt, exemplar. Cicero 3. de Natura deorum. Cur temperantiæ, prudentiæq; ſpecimẽ ante ſimulachrum Veſtæ pontifex maximus eſt Q. Scæuola trucidatus?

Specio, cis, xi, ctum, Apud antiquos in uſu fuit pro uidere, σκοπῶ. Vnde Augures ſpecere, hoc eſt, inſpicere aues dicebãtur. Ennius apud Varr. Vos epulo poſtquam ſpexit. Hodie abiit in deſuetudinem: utimurq; tantùm eius compoſitis, aſpicio, conſpicio, circunſpicio, deſpicio, diſpicio, inſpicio, perſpicio, proſpicio, præſpicio, reſpicio, introſpicio, ſuſpicio, & tranſpicio: de quibus ſuis locis.

Specito, as, are, frequentatiuum antiquum. Plaut. in Ciſtel. per Dionyſia Mater Pompam me ſpecitatum duxit.

Specto, as, a. p. Aliud frequentatiuum à ſpecio antiquo uerbo, idem ualens quod multum & fixè intueor, ὁράω, θεάομαι. Ci. de Aruſ. reſpon. Quod ni tu Megaleſia eo die ſpectare uoluiſſes, haud ſcio, &c. Teren. in Eunu. Here ne me ſpectes: me impulſore hæc non facit. Accipitur non tantùm pro iudicare, probare, ſiue æſtimare, ἐξετάζειν, τιμᾶν. Ci. pro Roſc. Com. nemo, enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio. Ibidem, Quem ſi tu ex cenſu ſpectas, eques Romanus eſt: ſi ex uita, homo clariſſimus eſt: ſi ex ueritate, id quod ſcire potuit & debuit, dixit. Idem libro 5. Tuſcul. Non igitur ex ſingulis uocibus philoſophi ſpectãdi ſunt. Aurum ſpectatur in ignibus. Ouidius 1. Triſt. Eleg. 4. Scilicet ut fuluum ſpectatur in ignibus aurum. Id eſt, probatur. Vnde ſpectatores pecuniæ, dicuntur qui ualorem eius explorant. Huc etiam pertinet illud Vergilii 3. Eclog. Si ad uitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes, hoc eſt, ſi uitulæ pretium tecum reputes, uel (ut Seruius interpretatur) ſi pocula cum uitula compares. Interdum ſpectare, idem eſt quod attendere, cauere, diſpicere, & ut Cicero loquitur, etiã atque etiam uidere. Plautus, Spectandum ne tibi anulum det neque roget. Eleganter item accipitur ſpectare pro eo quod eſt ad rem aliquam pertinere, tendere, ſeu referri, quod & Græci dicunt, ἀποβλέπειν, ἀνήκειν, πρὸς τέλος τείνειν. Cicero tertio de Finibus. Hæc ſtudia adolescentium ſummos uiros ſpectant. Idem libro ſecundo Officiorum, Ad extremũ ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris.

Spectatur, impersonale. Plin. lib. 10. cap. 70. Plauſu congregari feros ad cibum conſuetudine ſpectatur.

Spectatu, ſupinum. Cic. 2. Offic. Maximeq; admirantur eũ qui pecunia non mouetur: quod in quo uiro perſpectum ſit, hunc dignum ſpectatu arbitrantur.

Spectandus, adiect. θεατὸς Pli. lin. 10. ca. 42. Nec uulgaris pulchritaci forma, quanuis non ſpectanda.

Spectatus, Probatus, cognitus, cuius ſcilicet perfecta iam uirtus eſt, δοκιμασθείς. Vergil. 8. Aen. ſunt nobis fortia bello Pectora, ſunt animi & rebus ſpectata iuuentus. Plaut. Perſ. Vitam equidem iam ſatis tibi ſpectatam eſſe cenſueram, Et meos mores. Spectatæ integritatis uir. Liuius 6. belli Punici Spectatiſſima fœmina. Cicero pro Sex. Roſ. Quaſi uerò nescias hunc & ali, & ueſtiri à Cæcilia Balearici filia, Nepotis ſorore, ſpectatiſſima fœmina: quæ quum patrem clariſſimum ampliſſimos patruos, ornatiſſimum fratrem haberet, tamen &c.

Spectat, ὲ aduerb. Feliciter: egregiè. Plin. lib. 21. Flores uerò odores in diem gignit, magna (ut palàm eſt) admonitione hominum, quæ ſpectatiſſimè floreãt, celerrimè marceſcere.

Spectatio, onis, uerbale, Ipſe ſpectandi actus, θέα. Cicero ad Atticum, eſt quiddam etiam animum leuari tum ſpectatione, tum religione opinionis & fama. Spectatio pro probatione pecuniæ. Cic. in Verrem. act. 4. Ex omni pecunia, quã aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant: primùm pro ſpectatione & collybo: deinde ꝓ neſcio quo Cerario. Budæus.

Spectatores. m. t. Qui ad ludos ſpectandi cauſa conueniunt, θεαταὶ. Plaut. Amphit. Nunc ſpectatores Iouis ſummi cauſa clarè plaudito. Spectatores rerum cæleſtium. id eſt, contemplatores. Cic. 1. de Nat. deo. Homo rerũ ſuperarum, atq; cæleſtium ſpectator. Spectator pugnæ, qui ſe pugnæ non admiſcet, ſed ſecurus eius exitum expectat. Tractum à ludorum ſpectatoribus, qui hiſtrionibus in ſcena fabulam agentibus, otioſi interim deſident. Cicero ſecundo Officiorum, Spectatoresq; ſe otioſos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. Spectator formarum, id eſt, iudex, æſtimator, probator, ἐξεταστής. Terent. in Eunuch. Quum me ipſum noris quàm elegans formarum ſpectator ſiem. Vbi Donatus Spectator elegans eſt, qui ſit cunctantis & faſtidioſi iudicii, cui non quiduis facilè placet. Spectator, probator: ut ſpectatores pecuniæ dicuntur.

Spectatrix, icis, uerbale, fœm. à ſpectando deductum, θεάτρια. Plaut. Merc. Diuũm atq; hominum quæ ſpectatrix, atq; hera eadem es hominib. Lucan. lib. 3. Detege iam ferrum: neq; enim tibi turba uerenda eſt Spectatrix ſcelerum, &c.

Spectatiuus, adiect. Idem quod ſpeculatiuus ſiue contemplatiuus, θεωρηματικὸς. Quintil. libr. 3. cap. 5. Vt illa ſit ſpectatiuæ partis, hæc actiuæ.

Spectabilis, le, om. t. Spectatu dignus, clarus, illuſtris, θεατὸς ἀξιοθέατος. Plin. lib. 11. cap. 14. Aliubi enim faui cera ſpectabiles gignuntur. Ouid. 2. de Ponto, Eleg. 2. Ipſe ſuper currum placido ſpectabilis ore. Idem 7. Metam. ſpectabilis heros, Et ueteris retinens etiam nunc pignora formæ Ingreditur. Iuuen. Sat. 8. Ipſe deinde Lares, ſiquod ſpectabile ſignum, &c. Tacit. in uita Agricolę, Et extremo metu corpora defixêre in his ueſtigiis, in quib. pulchrã & ſpectabilẽ uictoriã ederetis.

Spectaculum, li, n. ſ. Dicitur id quod ſpectandum exhiberur, θέα, θέαμα. Verg. in quodam Epigram. Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula manè. Liu. lib. 1. Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet. Aliquando dicitur ipſa ſpectatio, θέα. Cic. 7. Ver. O ſpectaculum miſerum, atq; acerbum ludibrio eſſe urbis gloriam. Aliquãdo locus unde ſpectatur, θέατρον. Sueton. De ſpectaculo excitatus deſcendit. Liu. Tum primùm circo, qui maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca Patribus, Equitibusq;, ubi ſpectacula ſibi quiſq; faceret, Fori appellati.

Spectamen, inis. n. t. Idem quod ſpecimen. Plaut. in Menæch. Spectamen bono ſeruo, id eſt, qui rem herilem procurat, uidet, collocat.

Spectatio, onis, Verbum eſt propriè ad Augurum diſciplinam pertinens, in qua officia ita diſtributa erant, ut qui ſpectionem habebãt, nuntiationẽ non haberẽt, οἰωνοσκοπία

Vide

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vide Varr. lib. 5. de Ling. Lat. & Pompeium Festum lib. 17.

Specium, cii, n. s. Instrumentum teres & paruum, quo medici ad tentandum uulnerum ac fistularum uiam & profunditatem utuntur, μηλωτίς. Pacuuius, Vt medici faciunt, qui prius specio uulnus tentãt. Fit autem à uerbo specio.

Spectabilis, Spectaculum, Spectator, Spectatus, Specto, uide Specio.

Spectrum, tri, n. s. Simulachrum, seu imago oculis sese offerens φάσμα, εἴδωλον. Cic. lib. 6. Epist. Qui putant διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari Ibidem, Quæ ille Gargatius εἴδωλα, hic spectra nominat. Et rursus, His spectris etiam si oculis feriri possint, animus qui possit non uideo.

Specula, læ, f. p. Locus editus & eminens, unde aliquid eminus uideri & prospici potest siue sit mons, siue turris, siue lapis, siue arbor, siue quid aliud eminens, σκοπιὰ, περιωπή. Valla in Raudensem, specula, locum unde fiunt excubiæ an hostes ueniant, transeantne, an maneant, quot sint, & quæ sunt id genus. Verg. 8. Ecloga, Præceps aërii specula de montis in altũ Deferar. Ouid. in Epist. Leandri. In speculis omnis Abydos erat. Liuius 8. belli Punici, Ipsi in Cisseo (mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi) speculam posuit, ut ignibus procul sublatis, signum ubi quid moliretur hostes momento temporis acciperet. Vergil. 3. Aeneid. Dat signum specula Misenus ab alta.

Specula. læ, diminutiuum à spe, uide Spes.

Specular, specularis, d. p. Exploro, contemplor, quasi è specula prospecto, κατασκοπέω, σκοπεύω. Plaut. in Mil Sed speculabor nequis aut hinc ab læua, aut ab dextra Nostro consilio uenator adsit cum auritis plagis. Cæsar. 8. belli Gallici, Qui speculandi gratia essent remissi. Per translationem specular ponitur pro scrutari, & exactè considerare, θεωρῶ. Tacit. lib. 13. Satis patuit iis, qui principum offensas aeriter speculantur. Cic. in Catilin. Multi te etiam oculi & aures nõ sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atq; custodient. A quo fit compositum Præspeculor, quod est antè speculor, uel præmissis speculatoribus exploro. Suetonius de Cæs. Exercitum neq; per insidiosa itinera duxit unquam, nisi præspeculatus locorum situs.

Speculatores, Id est, exploratores qui è specula aspiciunt, uel in bello ante exercitum explorandi gratia mitti solent, κατάσκοποι. Cæs. 2. bel. Gal. Hæc re Cæsar statim per speculatores cognita, insidias ueritus.

Speculatrix, tis, uerbale. Cic. 3. de Nat. deor. Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & uindices & facinorum, & sceleris.

Speculatorius, a, um, adiect. Quod speculationi est accommodatum, κατασκοπικὸς. ut speculatoria nauigia quibus in mari speculamur quid fiat. Cæs. 4. bell. Gall. Ità speculatoria nauigia militibus compleri iussit.

Speculatus, huius speculatus. Ipse speculandi actus, κατασκοπὴ Plinius lib. 10. cap. 73. Feles quàm occulto speculatis in musculos exiliunt?

Specularis, speculare, om. t. adiectiuum, à specula deductum: ut speculatis significatio, quæ fit igne è specula ostenso. Plinius libro 7. cap. 56. Specularem significationem Troiano bello Sinon inuenit.

Speculum, li, n. s. Instrumentũ ex uitro, chalybe, stanno, argentoue, intuentium imaginem repræsentans: cuius inuentionem Aesculapio assiguat Cic. 1. de Nat. deo. κάτοπτρον. Terent. Adelp. Inspicere tanquam in speculum uitas hominum iubeo. Ouid. 3. de Arte, quid quanq; decebit, Eligat, & speculum consulat ipsa suum. Cic. 2. de Fin. Nec tamen argumentum hoc Epicurus à pueris petiuit, aut etiam à bestiis quæ putat esse specula naturæ.

Specillum, li, n. s. Instrumentum quo utuntur chirurgi ad scrutationem uulnerum, & fistularum, μηλωτής. Est autem diminutiuum à specium, quo antiqui usi sunt in eadem significatione. Corn. Cels. lib. 5. de fistulis & earum curationibus. Ante omnia autem specillum demitti in fistulam conuenit, ut quò tendat, & quàm latè perueniat, scire possimus. Hinc auricularium specillum dicitur, quod curandis auribus adhibetur. Est & specillum instrumentum quo oculos inungimus. Plin. lib. 7 cap. 53. Super omnes Caius Iulius medicus dum inungit, per oculum specillum trahens, expirauit. Cels. lib. 6. Specillo super oculum inducatur. Quidam etiam specilla appellant uitreos illos orbiculos, quos quo clarius cernamus, oculis admouemus, quo facilius spectemus aliquid. Varro de Lingua Latina, lib. 5. Hinc quo oculos inungimus, quibus specimus, specillum.

Specular, ris, siue specular, aris, siue specularium, rii, Fenestræ genus, admittendæ in ædificium lucis, & excludendæ pluuiæ uentiq; gratia excogitatum: quod primùm ex speculari lapide fieri cœpit, hodie magis ex uitreis orbibus, uel tessellis pluribus iunctis. Martial. lib. 8. Hybernis obiecta Notis specularia puros admittunt Soles, & sine luce diem. Vlp Specularia & uela quæ frigoris causa, uel imbrium in domo sunt, instrumento domus non contineri Cassius existimauit. In hortis quoque ambulationes specularibus claudi solere docet Budæus citans illud Iuuenalis Satyra 4. Quæ uehitur clauso latis specularibus auro.

Specularius, rii, Specularium artifex qua uoce utitur Vlpian. l. Quæsitum ff. de Fund. instruct.

Specularis lapis, λίθος. Lapidis pellucidi genus, in tenuissimas crustas sectile, ex quo olim specularia conficere solebant, hoc est fenestras admittendæ luci, & excludendo uento imbriq; idoneas: quod genus hodie ex orbibus, tessellisue uitreis magis conficimus. Dictus specularis, siue quod specularia ex eo fierent, siue quod speculi modo luceret. Plin. lib. 21. cap. 13. Multi alueatia ex speculari lapide fecerunt ut operantes intus spectarent. Vidę plura de hoc lapide apud eundem, libro 36. capite 22.

Specus, cus, tam masc. quàm fœm. gen. & Specus, oris, neu. Idem quod spelunca, σπήλαιον, σπέος. Gell. lib. 6. Sole in edio & arido ac flagranti specum quandam nactus remotam, late brosam penetro. Horat. lib. 3. Carm. Quæ numera, aut quos agor in specus. Ouid. 4. Met. Et specus in medio syluis & uimine densus. Verg. 7. Aen. Hic specus horrendum, & sæui miracula ditis Monstrantur.

Spelæum, σπήλαιον, Nomen Græcũ, quod à nostris dicitur spelunca. Verg 10. Eclog. Certum est in syluis inter spelæa ferarum Malle pati.

Spelunca, cæ, f. p. Antrum, specus subterraneus, uel montis cauitas, σπήλαιον. Vergilius libro 6. Aeneidos, Spelunca alta fuit, uastoq; immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris. Cicero 2. de Finib. At iam decimum annum in spelunca iacet.

Spermologos, σπερμολόγος, Auiculæ nomen apud Aristotelem, quam frugilegam interpretatur Gaza, utroque nomine à semine legendo originem sumente. Alioqui, σπερμολόγον appellant Græci, quem nos loquutulcium dicimus, hoc est, hominem magnam uerborum uim inaniter profundentem.

Sperno, nis, spreui, spretum, 3. t. Fastidio, despicio, ὑπερφυλῶ, ὑβρίζω. Cic. de Senect. Tum quod spernerentur ab iis à quibus essent coli soliti. Terent. in Eunu. Ob hæc facta abs te spernor. Verg 3 Eclog. Quid prodest, quòd me ipse animo non spernis Amyntas? Cic. 2. de Nat. deo. Veritas auspiciorum spreta est, species tantùm retenta. Catul. Epig. 20. Hæc tu commoda tam beata Furi Noli spernere, nec putare parui. Horatius 1. Epist. 2. Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas. Ouid. in 6. Metamorph. pars huius erat qui numina diuûm Sperneret, & nullos aris adoleret odores. Antiqui spernere dicebant pro segregare: quod & Nonius annotauit, citans Ennium in Hectoris Lytris, Ius atque æquum se à malis spernit procul.

Spernax, Id est, contemptor, Silius lib. 8. Ductor Piso uiros spernaces mortis agebat.

Spretor, oris, m. t. Eiusdem significationis. Ouid. 2. Metam. utq; deorum Spretor erat, mentisq; ferox Ixione natus.

Spero, speras, uide Spes.

Spes, ei, f. q. Est opinio futuri boni, ἐλπίς. Cic 4. Tusc. Spes est expectatio boni. Cæsar. bel. Ciu. lib. 2. Plenus spei bonæ, atque animi aduersus eos proficiscitur. Spes pro lætitia. Vergilius lib. 1. Aeneidos, Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. Vbi Seruius, Spem, lætitiam interpretatur. Est & crebra apud Vergil. figura, quæ fit quoties significatur ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Nam spem lætitia sequitur spes ueiò in uultu non uidetur, sed lætitia. In numero plur. habet nominatiuũ, accusatiuũ, & uocatiuum. Hor. 1. Epist. 5. Quid non ebrietas designat? operta recludit, Spes iubet esse ratas, ad prælia audit inermen. Liuius 1. ab Vrbe, Has spes, cogitationesq; secum portantes, urbem ingressi sunt. Sperũ autem nusquam, quod sciam, reperitur. Spebus rarissimè. Spem pretio emere, prouerbialiter dicitur pro eo quod est certum & præsens detrimentum facere spe incerti lucri. Terentius in Adelphis. Spem pretio non emo. Antiqui autore Festo declinabant, Hæc speres, huius speris. Varro,

Quibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quibus ſuam delectet ipſe amicam, & ſeſe ſperibus iactet ſuis. Hinc dictum putat Aſperè, quaſi ſine ſpere: & Proſpere, quaſi pro ſpere.

Specula, diminut. ſicut à Res, recula, ὑπίδιον. Cic. Cæl. Hac tamen oblectabar ſpecula, ſcilicet Tullia. Idem pro A. Cluent. Qui aliquid ex eius ſermone ſpeculæ deguſtarat. Plaut. Perſ. Ecquid, quod mandaui tibi, eſt mihi in te ſpeculæ?

Spero, as, a. p. Fiduciam habeo aliquid ex uoto ſucceſſum. ὑπίζω Plinius libro 11 Speratur largior prouentus Horatius lib. 1. Epiſt. 4. Grata ſuperuenier, quæ non ſperabitur, hora. Cicero Attic. lib. 1. A quo nihil ſperes boni Reipub. quia &c. Idem de amic. Amicitiæ noſtræ memoriam ſpero ſempiternã fore. Idem pro Deiot. Iubeo te ſperare, & bono animo eſſe. Aliquando ſperare eſt exiſtimare, ſeu confidere: & tam de præſenti, quàm de præterito dicitur. De præſenti, Quint. Facilis (ut animaduertere nos ſpero) defenſionis meę curſus eſt. De præterito, Idem, Et innocentiam quidem puellæ ſatis, ut ſpero, defendimus. Accipitur item ſperare pro timere. Verg. 1. Aeneidos. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma At ſperare deos memores fandi, atque nefandi. Vbi Seruius, Sperare, abuſiuè, timere: ut libro 4. Hunc ego ſi potui tantũ ſperare dolorem, Et perferre ſoror potero. Quum alioqui pro priè ſperemus bona, timeamus aduerſa. Accipitur & ſperare, pro gaudere. Terentius in Adelphis. Sperabam iam de feruiſſe adoleſcentiam. Vbi Donatus, Rectè Sperabam, pro Gaudebam. Sic enim dicimus quum erraſſe nos cernimus. Speratum, teſte Nonio, ueteres dicebant eum qui uxorem petit: & ſperatã uirginem, quæ petitur. Afranius, Curre, & nuntia uenire, & mecum ſperatã adducere, ut uideat puellam. poſtquàm uerò ſponſio facta erat, non Sperata, ſed uel Dicta, uel Pacta, uel Sponſa uocabatur.

Speratus, participium, Plaut. in Merc. Spem ſperatam quum hanc obtuliſti mihi, grates ago.

Sperabilis, le, Quod ſperari poteſt. Plaut. in Cap. Hic ille dies, quum nulla uitæ ſalus ſperabilis eſt mecum.

Speuſtici, panes, σπευστικοὶ, Dicti ſunt à feſtinatione, σπεύδω enim Græcè ſignificat feſtino. Plin. lib. 18. cap. 11. Panis ipſius uaria genera proſequi ſuperuacuũ uidetur, aliàs ab obſoniis appellati, ut Oſtrearii, aliàs à deliciis, ut Artolagani: aliàs à feſtinatione, ut Speuſtici.

Sphacelus, m. ſ. pen. cor. σφάκελος. Propriè oſſium eſt affectus. teſtus Galeno, quum tota illorum ſubſtantia corrumpitur. Latini oſſium cariem appellant.

Sphaceliſmus, σφακελισμὸς, Morbi genus, ipſis etiam plantis cum animalibus commune: de quo abundè multa ſuprà diximus in uocibus Aſtrologiſmus, & Sideratio.

Sphæra, f. p. σφῶρα, Græca uox eſt idem ſignificans quod Latinis globus. Geometræ definiunt eſſe corpus ſolidum, unica ſuperficie contentũ, in medio ſui punctum habens, à quo omnes lineæ ad ſuperficiẽ ductæ, ſunt æquales. Cic. 2. de Nat. deor. Quumq; duæ formæ præſtãtes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari libet:) ex planis autem circulus, aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur: his duabus formis cõtigit ſolis ut omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimæ, à medioq; tantum abſit extremum, quantum idem à ſummo: quo nihil fieri poteſt aptius.

Sphærula, diminutiuum. Id eſt, parua ſphæra, globulus, σφαιρίδιον.

Sphærica, cæ, f. p. Placentæ genus, quod ex multis globulis in Sphæram, & rotundam formam coactis, ac deinde ſimul cõpactis fiebat. Cato. cap. 82. Sphæricam ſic facito, ita ut ſpiram niſi ſic effingito, detractis caſeo, melle: ſphæras pugnum altas facito, eas in ſolo componito denſas eodem modo componito atq; ſpiram, itemq; coquito.

Sphæriſterium, n. ſ. σφαιριστήριον, Locus balnei, ſpecie rotunda, cum aliis pleriſq; exercitationum generibus, tum pilæ ludo præcipuè deſtinatus, quem Græci σφαῖρον uocant. Vnde σφαιρίζω, pila ludo, & σφαιριστὴς, pilæ ſtudioſi. Plinius in Epiſtol. Apodyterio ſuppoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluſcſquè circulos capit. Lampridius in Alexandro, Poſt lectionem, operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, curſui, aut luctaminibus molioribus dabat.

Sphæromachia, σφαιρομαχία, Pilæ luſoriæ certamen, quæ à ſphærica, circulari q; figura, σφῶρα dicta eſt.

Sphagitides σφαγῖτιδες. Venæ duæ inſignes, utrinq; ad iugulũ apparẽtes, omne. tum colli, tũ capitis partes nutrientes. Latini iugulares uenas interpretãtur, σφαγὴν enim illi iugulum appellant. Agit de his Galen. lib. 6. de Vſu partium.

Sphenida, inquit Petottus, Pilæ genus, maius paganica, & tenuius quam follis, ex panno ferè conſtans, nonnunquam etiam ex pelle. Alio nomine dicitur barbaſtum. Hæc ille ſed non rectè. conſtat enim hoc pilæ genus phennida, φεννὰς, non ſphenidam appellari. Vide Cælium Rhodig. libro uigeſimo, cap. 14.

Sphinx, gis, uel ſphingos, f. t. σφίγξ, Monſtrum apud Thebas, cuius caput & manus puellæ, corpus canis, alæ auis, uox hominis, ungues leonis, cauda draconis ſimilitudinem referebant. Dicta autem eſt ſphinx ἀπὸ τοῦ σφίγγειν, hoc eſt, à conſtringendo, uel uinciendo, quod prætereuntes ſuis quæſtionibus ita ſtringeret, ut ſe expedire non poſſent, ſcribit Lactant. Papinianæ Thebaidos interpres, Sphingã monſtrum fuiſſe, alas & ungues habens ſimilitudinem Harpyarum, quod inſidens ſcopulo uię immineti, inſolubilia ænigmata tranſeuntibus proponebat: & quotquot diſſolue re nõ poterãt, unguib. & alis interficiebat. Aenigma aũt erat eiuſmodi, Quod nam animal manè quadrupes, meridie bipes, ueſperi tripes eſſet. Cuius ænigmatis nodum Oedipus ita diſſoluit, ut hominẽ eſſe diceret: qui in infantia manibus & pedibus repens uerius quàm incedens, quadrupes eſt: factus uir, ut qui nullo alio quàm pedum adminiculo nitatur, bipes: ingraueſcentibus autem annis aſſumpto ſcipione, tripes. Quam ſolutionem illa tam ægrè tulit, ut ſe ſtatim deſaxo præcipitarit. Hinc ſumpſit originem adagium in Terentiana Andria, Dauus ſum, nũ Oedipus. Sed hęc fabuloſa ſunt Conſtat enim aliorum multorum, tum Alberti magni teſtimonio, ſphingem animal eſſe ex genere ſimiarũ, inſigne duabus in maxilla macularis nigricantibus, cauda coloris ſubnigri oblonga. Solin. Inter ſimias, habentur & ſphinges illoſæ comis, mammis prominentibus, dociles ad feritatis oblitionem. De ſphingibus ſic Diodorus Siculus lib. 4. Sphinges & apud Troglodytas, Aethiopesq; naſcũtur, forma haud ex diſſimili qua pinguntur, ſed paulò pingniores. Naturam habent manſueram, pluribus exercitus, diſciplinisq; aptam. De his & Plin. lib. 8. cap. 21.

Sphragis, idis, σφραγὶς. Species eſt oprimæ rubricæ, teſte Plinio libro. 36. cap. 6. quæ in Lẽno inſula effodiebatur: ita dicta quod ſignata uenderentur, σφραγίζειν enim Græci dicunt, quod nos ſignare. Quo autem in loco, quibuſq; cæremoniis hæc terra colligatur, docuimus ſuprà ſtatim poſt dictionem Lemnos. Eſt item ſphragis, gemma uiridis, & non tranſfluens, ita dicta quòd optimè ſignet: ut apud eundem Plin. lib. ult. cap. 8.

Sphygmos, σφυγμὸς Eſt motus arteriæ, celerius, tardiusue ſalientis, pro ratione dilatationis, & contractionis ipſius cordis. Dictus σφυγμὸς, ἀπὸ τοῦ σφύζειν, quod inter cætera ſignificat ſalire.

Sphyræna, σφυραίνα. Græcis animal marinum, quod Latinis ſudis dicitur, ut ait Plin. lib. 32. cap. 11. Sunt præterea à nullo autore nominati, ſudis Latinè appellata, à Græcis ſphyræna, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos rarus, ſed tamen non degener: & pernæ concharum generis, circa Pontias inſulas frequentiſſimæ. Stant uelut ſuillo crure longo arena defixæ, hiantesq; qua limpitudo eſt, pedali non minus ſpatio, cibum uenantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatos. Intus pro ſpondylo grãdis eſt caro.

Spica, cæ, f. p. In frumento dicitur totum illud, quo granum continetur: cuius partes ſunt glumæ & ariſtæ, ἄχυρα Ci. 5. de Fin. Ne ſeges quidem igitur, ſpicis uberibus & crebris flauenam uſpiam uideris. Dicta ſpica, quaſi ſpeca à ſpe, ut inquit Varr. de Re ruſt. lib. 1. Nam quum fruges in ſpicam exit, ſpem præbet hominibus Seru. Spicam dictam putat à figura ſpiculi, quàm refert, ubi primùm è folliculo erumpit. Tunc enim ſolùm propriè ſpicam dici arbitratur: ſed hoc non eſſe uſquequaq; uerum ſatis docet Varr. lib. 1. cap. 48. quum granum ſpicæ partem facit: quod certè de ſpica iam primùm erumpente intelligi non poteſt, quæ quũ nondum floruerit, granum habere non poteſt. Verba Varronis ſunt hæc, Spica in hordeo & tritico tria habet continentia, granum glumã, ariſtam, & etiam primitus ſpica quum oritur, uaginam. Ouid. 9. Metam. inerant lunaria fronti Cornua, cum ſpicis nitido flauentibus auro, Cererem inſpicis inter cipere Ouid. 8. Metam. de Apro Calydonio. Is modò creſcentes ſegetes proculcat in herba: Nunc matura metit fleruri uota coloni, Et Cererem in ſpicis intercipit. Quid ſit Cererem in ſpicis inter cipere iam ipſe expoſuit, quum inquit, Matura uota coloni.

Primũ

proculcat in herba: & in Epistolis, adhuc tua messis in herba est. Deinde uerò, ubi maturuit in spica esse dicitur. Spicę alii Ruellius libro 1. capite 2. Cohærentes bulbi, in quos allii caput extumuit, qui scorsim consiti nouam creant sobolem, & nuclei, & spicæ Latinis autoribus appellantur. Columella libro 11. capite 3. Habet enim allium plures cohærentes spicas exęq; quum sint diuisæ, lirarim seri debent. Antiquis etiam in usu erat spicus masc. gen. & spicum neutro, quod & Nonius annotauit. De neutro genere exemplum est apud Ciceronem in Arato, Spicum illustre ferens insigni corpore uirgo. Item apud Varronem de Lege Manœnia, Neque in bona segete nullum est spicum nequam. Neq; in mala nō aliquod bonum. De masculino genere citatur uersus uetustus à Festo sed sine autoris nomine: Quasi messor permessum unumquenq; spicum collegit. Est & spica signum cæleste, oriēs in Virginis parte decima. Iul. Firmicus, Quicunq; in ortu spicæ natus fuerit, erit ruralibus officiis semper applicatus, & multas fruges horreis condet. Spica mutica, quæ non habet aristam, quasi mutila. Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum, Varro de Re rustica libro primo, capite quadragesimo octauo.

Spiceus, a, um, Quod ex spicis est, σαχύινος. Tibul. Flaua Ceres tibi sit nostr ode rure corona Spicea. Messis spicea, Vergil. 1. Georg. Spicea iam campis quum messis inhorruit, & quum Frumenta in uiridi stipula lactentia turgent. Ouid. 2. Metam. Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat.

Spicifer, a, um, pen. cor. Quod fert spicas, σαχνοφόρος. ut Ceres spicifera à poëtis dicitur. Senec. Hercul. Oetæo, Et spiciferæ concessa deæ Attica Mystas claudit Eleusis. Mart. lib. 10. Non bybla non me spicifer capit Nilus.

Spicilegium, n. s. Collectio spicarum, uel spicæ ipsæ in agro à messoribus præteritæ, σαχνολογία. Varro 1. de Re rustica ca. 53. Messe facta spicilegium uenire oportet, aut domi legere stipulam. Hinc spicilegium facere dicuntur, qui messorum terga insequentes, spicas ab iis præteritas colligunt, σαχνολογέω.

Spico, as, Spicas emitto, σαχνοφύω. Plin. lib. 18. cap. 7. Grana in stipula crinito textu spicantur.

Spicatus, ta, tum, nomen adiectiuum, Quod habet spicas. Plin. lib. 12. Aliud rursum spicatarum genus herbarum. Et lib. 24. cap. 17. Chamæciſſos spicata est tritici modo, ramis quinis ferè foliosa. Spicatum, nobile unguentum Romæ dici solitum Galenus prodidit, & fœminis, præsertim diuitibus, familiare. Idem & Nardinum dictum, ut refert Hermolaus in Coroll. Dictum spicatum, quod ex spicanardi conficiatur, ut docet Marcellus interpres Dioscoridis.

Spicio, is, spicere, Verbum est obsoletum, quo antiqui utebantur pro aspicere seu intueri, ὁράω θεάομαι, quod & Fest. annotauit, citans locum Plauti in Milit. Flagitium est, si nil mittetur quo supercilio spicit.

Spiculum, li, n. s. Lancea breuis, seu (ut Vegetius ait) telum missile, cuius ferrum est triangulatū, unciarum nouem, hastile pedum quinq; & semissis, πάλτη, ξυσὸς. Antiqui pilū neutro genere uocauerunt. Ad huius iactus exercebantur milites ita ut arte & uirtute directa, scutatos pedites, & loricatos equites sæpe transuerberarent. Plaut. in Casin. Si nos impetrauit, spicula etiam insortita sunt mihi. Cicero in Pis. L. Crassus homo sapientissimus nostræ ciuitatis, spiculis propè scrutatus est Alpes ut ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quæreret. Vergilius 5. Aeneidos Gnossia bina dabo læuato lucida ferro Spicula, cælatamq; argento ferre bipennem. Idem lib. 7. Aeneidos Aut acris tendunt arcus, aut lenta lacertis Spicula contorquent cursuq; ictuq; lacessunt. Accipitur & pro sagitta. Vergilius 11. Aeneid. Spicula conuerso fugientia dirigit arcu. Aliquando sagittæ ferrum, seu cuspis ipsa, & aculeus, ut sunt spicula sagittarum, & aculei apū. Curcius, Alexander sagitta ictus est, quæ in medio crure reliquerat spiculum. Vergilius libro 4. Georgic. de apibus, & spicula cæca relinquunt affixæ uenis. Dictum spiculum, à spica rum specie.

Spiculo, as, Cuspidem acuo, ἀκονάω. Plin. lib. 11. Telū uerò perfodiendo tergori quo spiculauit ingenio.

Spiculatores, m. t. Dicti sunt satellites principum, à spiculis quę gestant, δορυφόροι. Cornelius Tacit. Dilapsis spiculatoribus, cætera cohors non aspernata concionantem.

Spilumenen (σπιλωμένην) Græci dicunt inquinatam & sordidam mulierem. Psilumenen uerò ψιλωμένην glabram & pilem, unde nomen etiam Psilothro.

Spina, æ, f p. Propriè est aculeus sentis, uel rubi, quo pungimur, ἄκανθα. Verg. 5. Eclog. Carduus & spinis surgit paliurus acutis. Columel. lib. 11. cap. 3. Ea sint uastissimarum spinarum maximeq; rubi, & paliuri, & eius quam Græci uocant, κυνόσβατον, nos sentem canis appellamus. Spinam facere dicitur asparagus, quum percreuit, & spinosus fit. Colum. li. 11. ca. 3. Deinde quum spinā fecerit, collectis seminibus ipsis, scorpiones, ita uti sunt, in suo loco perurendi sunt. Spina etiam dicitur, uertebrarum in quocunq; animali contextus inter se, (quam & Græci ἄκανθαν nominant) qui est à collo ad extremum usq; os, quod sacrum dicitur: sic autem appellata est, quod ipsæ uertebrę in suo contextu processus utrinque ostendant spinis haud absimiles. Plin. 11. cap. 37. Spina lū bis ossea, sed tereti structura, per media foramina à cerebro medulla descendente. Eandem esse ei naturam quam cerebro colligunt: quoniam prætenui eius membrana modò incisa statim expiretur. Spina etiam pro aculeo, qualis serpentibus, & hystricibus, & plerisq; piscibus ineſt. Plin. lib. 8. cap. 37. Hystrices generat & Africa, spina contectas. Spinæ per trāslationem pro difficultatibus. Cic. 2. Tusc. Peripatetici autem ad placandos animos multa adferunt, spinas patiendi, & desinendi prætermittunt.

Spineoli, ex spinis fructus sunt, qui dicuntur & pruneoli ignoti prorsus uentribus.

Spineus, a, um, Quod ex spinis factum est, ἀκάνθινος, ut Corona spinea, Vincula spinea. Ouid. 2. Meram. baculumq; capit quem spinea tortum Vincula cingebant.

Spinosus, a, um, Spinis abundans, ἀκανθώδης. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 3. Quod usu sæpe uenirhis quod inter se cornib. pugnant, atque in spinosis locis pascuntur. Spinosa oratio per translationem, pro dura & aspera. Cic. lib. 1. de Orat. Sed hæc erat spinosa quædam, & exilis oratio, lōgeq; à nostris sensibus abhorrebat.

Spinetum, ti, n. s. pen. prod. Locus spinis abundans, ἀκανθών. Plin. lib. 10. cap. 74. Asinus spinetis se scabendi causa atterens, nidos ægithi dissipat. Verg. 2. Eclog. Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos.

Spinter, n. t. Armillæ genus erat, teste Festo, quo mulieres utebantur in summo brachio sinistro, βραχιονιστήρ. Plaut. Mœnæch. Iubeas spinter nouum reconcinnarier.

Spintriæ, m. p. Dicti sunt repertores mōstrosæ libidinis, nouiq; concubitus. Suet. in Tiber. cap. 43. Monstrosiq; concubitus repertores, quos spintrias appellabat.

Spinturnix, cis, f. t. Inauspicata auis, quæ & incendiaria dicitur, πυραλίς. Plin. lib. 10. cap. 13 Inauspicata est, & incendiaria auis, propter quam sæpenumero lustratam urbem in Annalibus muenimus, L. Crasso, C. Mario Cos. quo anno & bubone uiso lustrata est. Quæ sit auis ea nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, Incendiariam esse quæcūque apparuerit carbonem ferens ex aris & altaribus. Alii spinturnicem eam uocant.

Spinus, Agrestium prunorum arbor, quod spinis referta sit, Vergilius lib. 2. Georg. Eduramq; pirum, & spinos iam pruna ferentes.

Spionia, Vitis Rauennati agro peculiaris, æstum, imbres, & nebulas facilè ferens, quæ & spinea quibusdam dicitur. Col. libro 3. capite 2. Ac spionia dapsilis musto, & amplitudine magis uuarum quàm numero fertilis. Vide Plinium libro 14. capite 2.

Spionicus, a, um, adiect. ut Spionicus gustus, id est, gustus uuæ Spioniæ. Colum. libro 3. cap. 21. Iam & illud magnæ dotis est, posse gustum cuiusq; generis non mustum, sed uerè merum condere ac separatim reponere, siue est ille bituricus, seu basilicus, seu spionicus.

Spirabilis, Spirabulum, Vide Spiro.

Spiræ, spirarum, f p. σπεῖραι. Sunt reuolutiones, siue circuli qui in se ipsos non recurrunt: unde in matronarum ornamētis spiræ dicuntur quidam quasi circuli caput aliquoties ambientes. Plin. lib. 9. cap. 35. Lolliam Paulinam, quæ fuit Caii principis matrona, nec seriò quidem, aut solennibus cęremoniarum aliquo apparatu, sed mediorium etiam sponsalium cœna, uidi smaragdis, margaritisq; opertam, alterno textu fulgentibus toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, monilibus, digitisq;. In serpentibus quoq; spiræ dicuntur, quū in orbem contracti quosdam quasi circulos imitantur. Verg. li. 2. Georg. Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto Squammeus in spiram tractu se colligit anguis. Et li. 2. Aeneid. spirisq; ligant ingentibus, & iam Bis medium amplexi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Funes item nautici in orbem conuoluti, propriè ſpiræ dicuntur. Item, Spira dicitur funiculus, qui à pileo ad fauces extenditur, & ſub mento alligatur. Iuuen. Satyr. 8. de faucibus aurea quum ſe Porrigat, & longo iactetur ſpira galero. Baſis item columnæ unius tóti aut duorum, ſpira dicitur. Plinius lib. 16. cap. 23. In Epheſiæ Dianæ ædè primùm columnis ſpiræ ſubditæ, & capitella addita. Item Spira genus operis piſtorii, ut ait Feſtus. Cato, Spiram ſic facito: quantum noles pro ratione, ita uti placenta ſit, eadem omnia facito, & cætera. Ennius etiam ſpiram hominum multitudinem uocauit. Feſtus.

Spiro, ras, n. p. ~~Spiritum duco, animam emitto~~ & attraho, πνέω, Plin. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent. Idem lib. 9. cap. 7. Spirant autem confeſſione omnium & pauciſſima alia in mari. Spirare, flare: ut, Valentius ſpirat Eurus, id eſt, flat. Ouid. 11. Metam. Quum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit fluctibus, & præceps ſpirare ualentius Eurus, &c. Clementius ſpirant Auſtri, Stat. 2. Syl. ~~Aliquando Spirare, eſt odorem aliquem emittere, siue~~ exhalare: & ſic conſtruitur cum accuſatiuo. Verg. 1. Aen. Ambroſiaq; comæ diuinum à uertice odorem Spirauere. Colum. lib. 1. Reliquiſq; immunditiis tetrum odorem ſpirantibus. Extra ſpirantia, hoc eſt, Palpitantia. Verg. 4. Aen. Spirantia cõſulit extra. Spirantia ſigna, hoc eſt, tam artificioſè facta, ut uiuere, atque adeò ſpirare uideantur. Verg. 3. Georg. Stabunt & Parii lapides ſpirantia ſigna. Huius uerbi compoſita ſunt Aſpiro, Conſpiro, Expiro, Inſpiro, Interſpiro, Proſpiro, Reſpiro, & Suſpiro.

Spiritus, m. q. Halitus, & Anima, πνοὴ, πνεῦμα. Cicero 2. de Natura deorum Tribus rebus animantium uita tenetur, cibo, potione, ſpiritu. Idem de Senect. Quorum uſq; ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. Auferre ſpiritum ſine ſenſu doloris, Cicero in Verr. Accipitur aliquando ſpiritus pro uento. Vergil. 12. Aeneid. Ac uelut Edoni Boreæ quum ſpiritus alto Intonat Aegæo. Nonnunquam pro animi elatione. Cicero pro Syl. Res enim geſtæ, credo meæ, me nimis extulerunt, ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt. Cæſar. libro 3. bel. Ciu. His rebus tantum fiduciæ ac ſpiritus Pompeta uis acceſſit, ut non de ratione belli cogitarent, ſed uicciſſe iã ſibi uiderentur.

Spiritualis, & hoc le, per ſyncopem ſpiritalis, & le, Quod halitum emittit, πνευματικὸς. Vnde Spiritales auras dicimus, id eſt uitales: & Spiritalem fiſtulam, pro aſpera arteria.

Spirabilis, le, Vitale, quo ſpiramus, ἔμπνευσον. Ver. 2. Aen. per ſidera reſtor, Per ſuperos, atq; hoc cæli ſpirabile lumen. Spirabilis animus, Cicero 2. de Natura deorum, Quin & humorẽ, & calorem, qui eſt fuſus in corpore, & terrenam ipſam uiſcerum ſoliditatem, animum denique ipſum ſpirabilem, ſi quis quærat unde habemus, apparet: quod aliud à rerna ſumpſimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aëre eo, quẽ ſpiritum dicimus.

Spirameu, minis, n. t. Per quod exit ſpiritus, φυσητὴς. ut, Naris ſpiramina. Lucan. li. 2. alius ſpiramina naris aduncæ. Stat. 12. Theb. reficit ſpiramina foſſa gnis.

Spiramentũ, ti, n. ſ. Eſt per quod exit ſpiritus, φυσητήριον. Ver. lib. 4. Georg. Nequicquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. Spiramenta, pro poris, Plin. lib. 31. cap. 6. Spiramentum cauernæ. Iuſtin. Vbi acrior per ſpiramenta cauernum uentus incubuit. Verg. 1. Georg. Seu plures calor ille uias, & cæca relaxat Spiramenta.

Spiraculum, li, n. ſ. per quod odor, aër ue expiratur, aut exhalat, φυσητήριον. Verg. 7. Aen. Hic ſpecus horrendum, & ſæui ſpiracula Ditis Monſtrantur. Id eſt, aditus: ait Seruius. Plin. li. 2. cap. 93. Vt tu Sinueſſano agro & Puteolano ſunt, quæ ſpiracula uocant, mortiferum ſpiritum exhalantes.

Spirarchus, σπείραρχος, Quaſi primipilaris, aut cohortis præfectus. Nam, σπεῖρα inter cætera cohortem ſignificat.

Spirillum, Antiqui dicebant barbam capræ. Feſtus ex ſententia Opilii Aurelii.

Spiſſus, a, um, Idem quod denſus: cui opponitur Rarus, πυκνὸς. Verg. 2. Georg. ſcrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager. Ouid. 1. Metam. Et liquidum ſpiſſa ſecreuit ab aëre cælum. Idem. lib. 1. Amor. Eleg. 13. Aut caderet ſpiſſa nube retentus equus. Plin. lib. 12. cap. 24. Aſpalathi probatio eſt in colore ruſſo, uel igneo, tactuq; ſpiſſo. Corona ſpiſſa uiris. Verg. 9. Aeneid. Quã rara eſt acies, interlucetq; corona Non tam ſpiſſa uiris. Quandoque ſignificat tardum. Plaut. in Ciſtel. Spiſſũ hoc eſt, amanti dicere, uenit. Cic. Art. lib. 10. Sed hoc quoq; rimidè ſcribo, ita omnia adhuc tarda & ſpiſſa. Idẽ ad Q. Frat. lib. 2. Scribebam illa quæ dixerant πολιτικὰ, ſpiſſum ſanè opus & operoſum. Cecilius Daidano, Nihil ego ſperi credo omnes res ſpiſſas facit. Hinc etiam Spiſſius legimus pro tardius. Varr. Myſteriis, ut citat. Non Naſcimur enim ſpiſſius, quàm emorimur. Vix duo homines decem menſibus edolatum unum reddunt puerum: contrà una peſtilentia totas acies puncto temporis immanes aceruos facit. A Spiſſus fiunt Spiſſior & Spiſſiſſimus. hoc eſt, denſior, & denſiſſimus Plinius lib. 12. cap. 21. Ediuerſo Arabica glans uiridis ac renuior, & quoniam montoſa ſit ſpiſſior. Idem libro 16. capite 40. Spiſſiſſima ex omni materia, ideò & gratiſſima indicatur ebenus.

Spiſsè, aduerb. Densè, ſiue ad multam ſpiſsitudinem, συχνῶς, πυκνῶς. Plin lib. 36. cap. 25. Dein ſpiſsè calcatis carbonibus inducitur, ſabulo calce ac fauilla miſtus. Cic. de Clar. Orat. Quandiu in eorum enumeratione uerſamur, quum tamen ſpiſsè atque uix, ut dudum ad Demoſthenem & Hyperidem, ſic nunc ad Antonium Craſſumq; peruenimus.

Spiſſo, as, a p. Spiſſum facio, πυκνόω, πήγνυμι. Pli lib. 11. cap. 41. Omne lac igne ſpiſſatur. Spiſſari in panẽ farinæ modo. Pli. li. 13. cap. 4. Dentes pectinarim ſpiſſati. Idem lib. 31. cap. 11. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatos. Ouid. 15. Metam. Ignis enim denſum ſpiſſatus in aëra tranſit. Nubes ſpiſſatæ, Lucan. lib. 4. Spiſſataq; fluunt, nec ſeruant fulmina flammas. Huius compoſita ſunt, Inſpiſſo & conſpiſſo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

Spiſſeſco, ſcis, ſcere, n. t. Spiſſum fieri, πυγνοῦσθαι, πήγνυσθαι. Celſ. lib. 5. de Curatione aduerſus ictum aſpidis. Eadem ergo uerisimile eſt ſpiſcentem quoq; intus humorem hominis ab eo diſcuti, & ſic dari ſanitatem. Lucr. lib. 6. Fecit ut ante cauam docui ſpiſſeſcere nubem.

Spiſſamenta, n. ſ. uocantur, quæ à Græcis σύμματα dicuntur, quæ in unguentorum confectionibus, & oliuarum, aliorúq; id genus fructuum condituris, extrema adduntur, ne fluitet quod conditum fuerit. Columella lib. 12. cap. 46. de conditura inulæ, Poſt hæc in umbra triduo ſiccentur, & ita in fidelia picata recondantur adiecto paſſo, uel defruto, quod ſupernatet: ſpiſſa mentoq; cunilæ impoſito, contectumus pelliculetur.

Spiſſigradus, Qui tardo paſſuum motu in ambulando utitur, βραδύπους. Antiqui enim ſpiſſum dicebant pro tardo, ut paulo pòſt latius docebimus ſuo loco. Hinc ſpiſſigradior, et ſpiſſigradiſſimus Plaut in Pœn. homines ſpiſſigradiſſimos Tardiores multò quàm corbitæ ſunt in tranquillo mari.

Spiſsitas, atis, Idem quod ſpiſsitudo, πυκνότης. Plin. lib. 18. cap. 30. Quoniam ſpiſſitate ſua concaleſcit.

Spithama, σπιθαμὴ, Palmus, conſtans ex duodecim digitis, quem Latini dodrantem appellant. Plin. lib. 7. cap. 2. Supra hos extrema in parte montium ſpithamæi Pygmæi narrãtur, ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt, ternos dodrantes non excedentes.

Splen, huius ſplenis, maſc. gent. t. σπλὴν. Viſcus eſt in ſiniſtra animalis parte ſitum, ſuccos craſſos & melancholicos in hepate genitos ad ſe attrahens, quorum parte ſubtiliſſima quſi ſe alluerit, quod ſupereſt, proprio quodam meatu ad uentriculum remittit. Latini Lienem appellant. Celſ. lib. 4. Splen in ſiniſtra parte eſt inteſtino innexus, natura mollis & ratus, longitudinis & craſſitudinis modicæ. Plin. lib. 8. cap. 21. Sanguis in corde, & circa oculos tantùm: uiſcera ſine ſplene Perſius Satyra prima. Quid faciam? ſeò ſum petulanti ſplene cachinno.

Spleneticus, adiect. σπληνικὸς. Id eſt, lienoſus, cui poſt inflammationem lien in priſtinum non reſtituitur habitum, ſed tumor permanet, ac durities. Plin. lib. 20. cap. 9. Item ſplenetica in uino albo per dies quadraginta.

Splenium, ii. ſ. σπλήνιον. Emplaſtri genus oblongum quod ferè fronti ad ſedandos capitis dolores ſolet adhiberi, quanquã & aliis partibus interdum accommodetur: nomen habens ab oblonga ſplenis figura. Martialis, Splenia tolle leges. Plin. lib. 29. de oculis cruore ſuffuſis loquens, Superimponi oportet ſplenium è melle decoctum.

Spleniatus, a, um, σπληνιώτης, Splenio obuolutus. Mart. lib. 10. Cur ſpleniato ſæpe prodeam mento, Albaſe pictus ſana labra ceruſſa, Philæni quæris: baſiare te nolo.

Splendeo, des, ui, n. q. Luceo, λάμπω. Martialis libro 4. Et facies multo ſplendeat alba pilo. Vergil. 7. Aen. Splendet tremulo ſub lumine pontus. Cicero pro Seſtio, Quid denique uirtus ualeret, quæ in tempeſtate ſæua quieta eſt, & lucet in tenebris,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tenebris, & pulsa loco manet tamẽ, atq; hæret in patria, splẽ detq; per se semper, neq; alienis unquã sordibus obsoleſcit. Horat. 1. Carm. Ode 14. Vrit me Glycerę nitor Splendẽtis Pario marmore purius.

Splendeſco, is, n. t. Splendidus fio, nitorẽ acquiro, λαμπρύνω. Apuleius, Quum iam aurora splendeſceret. Mar. lib. 8. Deflu at & lento splendeſcat turbida limo Amphora, centeno Cõ sule facta minor. Cic. in Parad. Nihil tam horridum, tam in cultum, quod non splendeſcat oratione, & tanquam exco latur. Idem de Senect. Omnino canorum illud in uoce, splẽ deſcit etiam neſcio quo pacto in ſeneſtute. Verg. 1. Georg.

Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus ararro
Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere uomer.

Splendor, oris. m. t. Lux nitor, claritas, αὐγὴ, λαμπρότης. Plaut. in Merc. Cælum ut ſplendore eſt plenum, nonne ex aduerſo uides? Horat. 1. Serm. Satyr. 4. Hunc capit argenti ſplendor, ſtupet Albius ære. Per translationem ponitur pro de core, dignitate, gloria εὐδοξία. Vnde ſplendor nominis, splẽ dor familiæ, ſplendor uirtutum: hoc eſt, claritas. Cicero pro Pompeio, Nunc imperii noſtri ſplendor illis gẽtibus lucet, Idem pro Cluent. Honeſti homines & ſummo ſplendore præditi.

Splendidus, a, um, Clarus, lucidus, nitidus, λαμπρὸς. Cicer. in Parad. Reuiuiſcat M. Curtius, aut eorum aliquis quorum in uilla ac domo, nihil Splendidum, nihil ornatum fuit, præ ter ipſos. Verg. 1. Aen. At domus interior regali ſplendida lu xu. Horat. lib. 3. Carm. Ode 13. O fons Blanduſiæ ſplendidior uitro, Dulci digne mero. Ci. 1. Offic. In maximis animis, splẽ didiſſimisq; ingeniis plerunq; exiſtunt honoris, imperii, po tentiæ, gloriæ, cupiditates. Splendidus homo, id eſt, magniſi cus, diues, lautus, liberalis: cui opponitur ſordidus. Cic. 1. de Fin. C. Plotius eques Romanus ſplendidus.

Splendidè, aduerb. Lautè, magnificè, λαμπρῶς. Cic. 1. Tuſ. Et a cta ætas honeſtè ac ſplendidè, tantam adfert conſolationem, ut eos qui ita uixerunt, aut non tangat ægritudo, aut perle uiter tangat animi dolor.

Spleneticus, Splenium, uide Splen.

Spodos, ſiue Spodium, σποδὸς, σωδίον, Cineris genus eſt quod ex fornacibus ærariis ſurſum euolat, atq; inde recidit in pauimentum. Nam quod teſtudini fornacis adhæret, põ pholyx dicitur. Vide Galenum lib. 4. Simp.

Spolium, lii, n. ſ. Quicquid detrahitur, ut ait Seru. σκύλον. Verg. 8. Aen. nam maximus ultor Tergemini nece Geryonis ſpoliisq; ſuperbus Alcides aderat. Spolia opima, quæ dux du ci detrahit: qualia fuerunt ea, quæ primus omnium Ioui Fe retrio obtulit Romulus, rege Ceninenſium manibus ſuis in acie occiſo: ut eſt uidere apud Liu. lib. 1. ab Vrbe.

Spolio, as, a. p. Exuo, nudo, orbo, priuo, ſpolia detraho, σκυλεύω Liu. li. 1. ab Vrbe, Exercitum fundit fugatq;, fuſum perſequitur, regem in prælio obtruncat, & ſpoliat. Cic. 6. Ver. Apollo nium omni argento ſpoliaſti, & depeculatus es. Terent. in Hecyr. Quum ſpolies, mutiles, laceres. Ver. 5. Aen. Pars ſpoli ant aras. Luc. lib. 3. triſti ſpoliantur templa rapina. Ci. 3. Ver. Neſciebas ab eo Cn. Carbonem Conſulẽ, cuius re uera Quæ ſtor fuit, non modò relictum, ſed etiam ſpoliatum auxiliis, pecunia nefariè oppugnatum, & proditum? Idẽ pro Quin. Neceſſe eſt, iſte qui amicum ſocium, affinem, fama & fortu nis ſpoliare conatus eſt, uanum ſe, & perfidioſum, & impiũ eſſe fateatur. Verg. 5. Aen. cedit, quonam ſpoliata magiſtro eſt. Huius compoſita ſunt Deſpolio, Diſpolio, de quibus ſuis locis.

Spolior, inquit Non. Antiqui dicebant pro ſpolio: unde De ſpolior, & Expolior, in actiua ſignificatione leguntur. Afra nius, Quos impunè depopulatur & diſpoliatur dedecus. Quadrigarius, Agrum Campanum expoliabatur.

Spoliatio, onis. f. t. uerbale, Spoliorum detractio, depopulatio, σκύλωσις. Cic. 4. Ver. Quum in legatione oppidorum, fano rumq; ſpoliationes cogitaret.

Spoliator, toris, uerbale, Qui alterum ſpoliat, λαφυροπώλης. Ci. 6. Ver. Neq; ſolùm ſpoliata illa patiere, ſed etiam ſpoliatorẽ uexatoremq; eorum defendas? Spoliatrix. Mart. lib 1. Sic ſpo liatricem commendat Fauſtus amicam.

Spoliarium, rii, n. ſ. Propriè locus ante balneum, in quo lotu ri ſeſe ſpoliabant, ἀποδυτήριον. Accipitur tamen & pro quo uis alio loco, in quo quis ueſtibus, pecunia, aliaue re à latro nibus exuitur. Plin. in Pan. Quàm iuuat cernere ærarium ſi lens & quietum, & quale ante delatores erat; nunc templũ illud nunc uerè Deus, non ſpoliarium ciuium, cruentarũq; prædarum ſæuum receptaculum.

Spónda, dæ, f. p. Latus lecti: nam ſpõdæ ſunt tabulæ quæ u trinque lectum ſuſtinent. Mart. lib. 1. Sed ſi nec focus eſt, nec nudi ſponda grabati. Verg. 1. Aen. Quum uenit aulæis iam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit ſponda, mediamq; locauit. Horat. 3. Epod. 3. precor Manum puella ſuauio opponat tuo, Extrema & ſponda cubet.

Spondeo, des, ſpopõndi, ſponſum, a. ſ. Idem quod ſpõte prõ mitto, ἀναδέχομαι, ἐγγυῶμαι. Cic. 14. Phil. Panſa aut morte, aut uictoria ſe ſatis facturum Reipublicę ſpopondit. Idem ad Atticum lib. 16. Egit autem pater & filius, ut tibi ſponderẽ: ſed ita, ut tum crederes, quum cognoſces. Idem Lentulo lib. 1. De pendendum tibi eſt quod mihi pro illo ſpopondiſti. Idem ad Trebonium lib. 15. Quod ego non modò de me tibi ſponde re poſſum ſed de te etiam mihi. Vergil. 12. Aen. Nam quid a go, aut quæ iam ſpondet fortuna ſalutem? Ouid. in Ibin. Te ſera nec quicquã placidum ſpondentia Martis Sydera preſſe runt. Spondere puellam dicitur pater alicui, quum polli cetur futurum eſſe ut eam uxorem ducat. Plaut. Trin. ſpon den' ergo Tuam gnatam uxorem mihi? CH. ſpondeo, & mil le auri Philippum dotis. Eius compoſita ſunt Conſpondeo: unde ueteres Conſponſos dicebant, teſte Feſt. fide mutua ob ligatos. Et conſponſores duo, pluresſie eandem rem promit tens. Cic. Leptæ, De negotio tuo, quòd ſponſor es pro Pom peio, ſi Galba conſponſor tuus redierit. Deſpondeo, & Reſpõ deo, de quibus alibi.

Sponſus, a, um, particip. Promiſſus, μνηστευθὲις, ἐγγυητὸς. Terent. in Eunu. Scis ſpõſam mihi? Subaudi, Eſſe. Idẽ Phor. etiãnunc ſi uult Demipho Dare, quantũ ab hac accipio, quæ ſponſa eſt mihi, Nullam mihi malim, quam iſtanc uxorem dari.

Sponſus, ſponſi, maſ. gen. ſ. Cui ſpõdetur puella, ſiue qui ſpopõ dit eam ſe ducturum, μνηστὴρ.

Sponſa, æ, f p. Puella quæ ſpondetur μνηστὴ. Plaut. Caſi: Huc ue niſti ſponſam prereptum meam? Iuuen. Sat. 1. Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ? Quem ſponſæ turpes, & pre textatus adulter?

Sponſus, ſus, Sponſio, ἐγγύη. Seruius Sulpitius, Si poſt eas ſti pulationes uxor non dabatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu a gebat, iudices coguoſcebant.

Spõſor, oris, m. t Id eſt, fideiuſſor, qui pro altero ſpõdet, ἐγγυητὴς Cic. Att. lib. 1. Tulliola, noſtræ deliciæ, tuum munuſculum flagitat, & me, ut ſponſorem, appellat. Sponſor item dici tur is qui puellam uiro promittit. Ouid. Epiſt. 2. Qui mihi coniugii ſponſor & obſes erat.

Sponſio, onis, f. t. uerbale, Idẽ ſignificans quod promiſsio, ἐγγύη Paulus de Verb. ſign. Sponſio appellatur non ſolùm quæ per ſponſi interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio, promiſſioq; Erat etiam Sponſio genus actionis apud antiquos, quod fie bat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is qui ſponſione uinceretur, & coram recuperatoribus, aut alio iudice diſceptabatur, παραστάβολή. Erat autem decima pars controuerſæ rei in cauſſis priuatis: in publicis autem quinta apud Græcos, aurore Polluce, pœna ſcilicet temerè li tigantium. Cicero libro 5. Fimbriam Conſularem audiebam de patre, iudicem M. Luctatio fuiſſe equiti Romano, ſanè ho neſto, quum is ſponſionem feciſſet, ni uir bonus eſſet. Fiebat ſponſio plerunque interdictis, id quod oſtendit Quintilianus in ſeptimo, Quoties autem, inquit, poterimus, efficien dum eſt ut de re quacunq; bene ſentiat iudex: ſic enim iuri noſtro libentius indulgebit, ut in ſponſionibus quę ex interdictis fiunt, etiam ſi non proprietatis eſt quæſtio, ſed tantum poſſeſſionis: tamen non tantum poſſediſſe nos, ſed etiam rẽ noſtram poſſediſſe dicere oportebit. Cicero pro Cecinna, de fundo ui armata delectus, propterea Prætor interdixerat, ut unde deieciſſet, reſtitueret: reſtituiſſe ſe dicit. Sponſio facta eſt hac de ſponſione uobis iudicandum eſt. Sponſio uoti. Ci cero 2. de Legibus, Diligentia uotorum ſ[illegible] lege dicta eſt, ac uoti ſponſio, qua obligamur Deo: pœna ſiquid uiolatæ reli gionis iuſtam recuſationem non habet.

Sponſalis, ſponſale, Quod ad ſponſionem pertinet, μνηστήριος. Vnde Sponſalis dies dicitur quo puella ſperato pro mittitur.

Sponſalia, orum, n. ſ. Promiſſio, ſiue ſtipulatio futurarum nu ptiarum, μνηστεία. Sponſalia hoc modo fiebant, Qui uxorem ducturus erat, ab eo unde deducenda erat, ſtipulabatur eam ſibi in matrimonium ductum iri. Qui daturus erat, itidem ſtipulabatur eam traditum iri. Is contractus ſtipulationum, ſponſionumq; dicebatur ſponſalia. Vide Gellium libro 4. ca pite 4. Vlpian. l. 2. de Sponſal. Sponſalia dicta ſunt à ſpon-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dendo Nam moris fuit ueteribus ſtipulari, & ſpondere ſibi futuras uxores. Iuuen. Sat. 6. Conuentum tamen & pactum, & ſponſalia noſtra Tempeſtate paras.

Sponſo, as, a. p. frequentatiuum à ſpondeo, quod ſignificat uxorem ſibi ſtipulari, μνηστεύω. Paulus de Ritu nupt. l. Siquis officium aliqua in prouincia adminiſtrat, inde oriundam, uel ibi domicilium habentem, uxorem ducere non poteſt, quanuis ſponſare non prohibeatur, ita ſcilicet, ut ſi poſt officium depoſitum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arbitris tantummodo redditis quas acceperit. Budæus.

Spondeus, m. ſ. pen pro. σπονδεῖος pes duabus ſyllabis lõgis conſtans, qui in Heroico uerſu omnem ſibi uendicat locum, licet rarò quinto loco reperiatur. Dictus q in ſacrificiis & libamentis eo maximè uterentur. Nam σπονδὴ libamentum, fœdusq;, ac ſponſionem ſignificat.

Spondium, uide Spodos.

Spondylium, lii, ſiue Sphondyliõ, n. ſ. σφονδύλιον Dioſcoridi, Herba eſt in locis paluſtribus naſcens, foliis propemodũ platani caulibus cubitalibus, uel etiam amplioribus, fœniculi caulibus non diſſimilibus, qui ſemen afferunt in cacumine filis ſimilitudine, ſed duplex & latius, candidũ, paleoſum, graue olens, flore candido, uel pallente, radice alba, raphano ſimili. Romani teſte Dioſcoride, herbam rutinalem appellarunt. Plí lib. 12. cap. 26. inter fetulæ genera annumerat, pánaciq; ſimilem facit, niſi quod minora habeat folia, & platani diuiſura.

Spondylis, dylis, fœminini generis, Ariſtoteli, Serpentis genus, quod Gaza ex Ariſtotele uerticellam uertit. Plin. lib. 17. cap. 13. Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta ſpondyli, quæ omnes perſequitur. genus id ſerpentis eſt.

Spondylus, li, ſiue Sphondylus, maſc. gen. σπόνδυλος ἢ σφόνδυλος nodus, ſeu uertebra ſpinæ dicitur. Sunt autẽ in ipſa ſpina ſpondyli quatuor & uiginti quorũ ſeptẽ collum conſtituunt, duodecim thoracem, quinq; alii lumbos. Spondylus in mari animal apud Plin. lib. 32. cap. 11. Spondylus calculus æneus, quo ſuffragia ſua Iudices Athenis dabant, ut eſt apud Iulium Pollucẽ. Spondylus uerticulum quod apponitur fuſis, ut nendo melius uertantur. Spondylus, callus ſiue caro interior oſtreorũ. Plin. lib. 23. cap. 6. Neq; in luto capta, neq; in arenoſis. ſed ſolido uado, ſpondylo breui, arq; nõ carnoſo, nec fibris lacinioſo, ac tota in aluo. -Spondylo utitur Martialis pro animalium oſſiculis, lib. 7. Roſos tepenti ſpondylos ſinu condit.

Spongya, æ, f. p. σπόγγος. Quiddam eſt in natura tertium ordinem habẽs, ut neq; animal, neque frutex, ſed tertium quiddam ac medium inter utrunq; genus dici poſsit, quod Græci ζωόφυτον appellãt. Plurimis locis in ſaxis marinis naſcuntur ſpongiæ, diuerſis nominibus ab antiquis diſtinctæ, quoniam non una eſt earum bonitas & uſus. Senſum iis ineſſe apparet, quia ubi auulſorem ſenſere, contractæ multò difficilius abſtrahuntur: auulſæ relinquunt in petris ueluti cruoris ueſtigiũ, atq; ex his quaſi molliores peniculi recreſcunt. Spõgias antiqui in deliciis habuerũt, ſtrigilum uice, litterumq; illis utentes ad diſtringenda & mundanda corpora. Qua propter purpura tingebant eas, alias cura candidas faciebant, tinctas per æſtatem ſalis ſpuma ad lunam & pruinas ſternentes inuerſas, ut candorem biberent. Apud antiquos in uſu erat tergẽdarum mẽſarum, adhibebanturq; ad obſcœna emũdanda. Mart. lib. 14. Hæc tibi fortè datur tergendis ſpongia mẽſis Vtilis, expreſſo quam leuis imbre tumet. Seneca libro 10. Epiſt. Vnus è Germanis lignum id quod ad emundanda obſcœna, adhærente ſpongia totum in gulam farſit, & in præcluſis faucibus ſpiritum emiſit. Accipitur & Spongia pro aſparagi ſatiui radice, apud Plinium apud Columellam lib. 11. cap. 3.

Spongiola, læ, f. p. diminut. à ſpongia, quo nomine etiam ſignificatur quiddam ſquamatim compactum è cynorodi ramis paruæ ſpongiæ modo dependens, σπογγίδιον. Plin lib. 25. ca. 2. Aliàs apud autores cynorrhodi una medicina erat ſpongiolæ, quæ in mediis ſpinis eius naſcitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. Spongiolæ radiculæ aſparagorum inter ſe implicitæ. Colum. lib. 11. cap. 3. Sulci autem inter ſe pedali menſura diſtantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita ſpongiolæ deprimuntur, ut facilè interpoſita terra germinent.

Spongioſus, adiectiuum, Quod ſimilitudinem ſpongiæ habet, σπογγώδης. Plin. lib. 11. cap. 37. Idcirco pulmo ſpongioſus.

Spongiare, Significat ſpongia extergere, quo frequenter utitur Apitius, ἀποσπογγίζειν.

Spongiatores, m. t. Qui ſpongias captant, σπογγοθῆραι, ea forma dicti, qua purpuratores appellantur, qui purpuras piſcantur. Vide Cælium Rhodig. lib. 8. cap. 11.

Spongites, σπογγίτης, Gemma eſt à ſpongiæ ſimilitudine dicta. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sponſa, Sponſalis, Sponſio, Sponſo, Sponſus, uide Spondeo.

Sponte, Nomen ablatiui caſus, idem ualens quod aduerbiũ ultrò, hoc eſt, propria uoluntate, ἀυτομάτως. Cic Attic Gaudeo id te mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram. Verg. 4. Eclo. Spõte ſua ſandix paſcentes ueſtiet agnos. Sunt qui putent ſponte aduerbium eſſe quod certè uerum eſſe nõ poteſt, tum quod admittat ſecum adiectũ quemadmodum alia nomina ſubſtantiua: ut mea, tua, uel ſua ſponte: tum quod non rarò legatur eius genitiuus ſpontis. Celſus lib. 1. Sanus: qui & bene ualet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet. Varro lib. 2. de Re ruſtica. Spontis ſuæ ſtatuerat finem.

Spontaneus, nea, neum, Quod adeſt uoluntarium, aut naturale.

Spõtalis, le, om. t. Idem ſignificat quod ſpontaneus, ultroneus, αὐτόματος, ἀυτοφυτος. Apul. lib. 4. Quumq; nulli noſtrũ ſpõtale parricidium ſuadens perſuadere poſſet, gladium per medium pectus ictu fortiſſimo tranſadigit.

Sporos, σπόρος, Latinè ſemen dicitur.

Sporta, æ, f. p. aut à ſparto herba, quæ frequens apud Hiſpanos naſcitur, aut ab aſportando: erat uaſis genus, ex uimine, iuncis, aut ſparto, aut ſimili leuiore materia, σπυρὶς. Salluſt. lib. 2. Hiſt. E muris canes ſportis dimittebant. Col. lib. 8. ca. 7. Locus ad hanc rem deſideratur calidus maximè, & minimi luminis, in quo ſingulæ cauſis includantur anguſtioribus, uel ſportis incluſæ pendeant aues.

Sportula, læ, diminutiuũ, σπυρίδιον. Plaut. in Curc Quiincedunt ſuffarcinati cum libris, cum ſportulis. Idem in Menæh.

Sportulam cape atq; argentum: ecce numos tres habes. C. Habe. E. abi, atq; obſonium affer. Et quoniam in ſportulis pecunia, quandoq; etiam cibus in quotidianum uſum deferri ſolebat, factum eſt ut ſportula pro iis cibis, & pro ea pecunia acciperetur quæ à magnatibus iis quotidie dabatur, qui ipſos officii gratia eſſent comitati, aut domi ſaluraniſſent togati. Iuuen. Sat. 1. nunc ſportula primo Limine prima ſedet turbæ rapienda togatæ. Idem Sat. 3. Nonne uides, quanto celebretur ſportula fumo?

Sportella, diminutiuum, genus quoddam bellariorum ſignificans, Cic. ad Papyrium Pætum, Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ, & artolagani tui.

Spudaſtes, æ, m. ſ. σπουδαστὴς Fautor, ſtudioſus. Hiero. lib. de ſcrip. Eccleſ. ubi de diuo Luca agit, Sed & Tertullianus uicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Aſia σπουδαστὴν, id eſt, amatorem Pauli, conuictum apud Ioannẽ quod autor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, loco excidiſſe.

Spuma, æ, f. p. Rara quædam fæx, quæ per ebullitionem, aut uehementem agitationem rebus liquidis ſupernatat, ἀφρὸς. Verg. 1. Aen. ſpumas ſalis ære ruebant. Ouid. 3. Met. Spumaq; peſtifero circunfluit albida rictus. Verg. 3. Aen. Terſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere, Ter ſpumam eliſam, & rorantia uidimus aſtra.

Spumeus, a, um, Spuma abundans, ἀφρώδης. Verg. 10. Aen. Spumea ſemifero ſub pectore murmurat unda.

Spumoſus, a, um, Idem, ἀφρώδης. Plin. lib. 12. cap. 7. Lyciũ aptiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum. Verg. 6. Aen. Inter ſaxa uirum ſpumoſa immerſerat unda.

Spumatus, a diect. Spuma aſperſus, ἀφριόεις. Cic. 1, de Diuin. Saxaq; cana ſalis niueo ſpumata liquore, Triſtificas certant Neptuno reddere uoces.

Spumifer, a, um, Idem quod ſpumoſus, ἀφρώδης. ut, Fluctus ſpumiferi. Stat. lib. 1. Achil. Illi ſpumiferos glomerant à pectore fluctus.

Spumiger, a, um, Eiuſdẽ ſignificationis cum ſuperiore: ut, Fons ſpumiger. Ouid. lib. 11. Metamor. Spumigeroq; tuum fonti qua plurimus exit, Subde caput. Lucretius lib. 5. Eiectiq; domo fugiebãt ſaxea tecta Spumigeri ſuis aductu ualidiq; leonis

Spumo, mas, a p. Spumam emitto, ἀφρίζω. Pli. lib. 32. cap. 7. Sub inde ſpuma pannis deterſa: & poſtquam deſierit ſpumare, tepidum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tepidum infundere. Verg. 2. Georg. ſpumat plenis uindemia labris. Idem lib. 7. Aeneid. ferit æthera clamor Nauticus, addu ctis ſpumant freta uerſa lacertis.

Spumans, tis, participium. Vergil. Aeneid. Aut ſpumãtis apri curſum clamore prementem. Idem 4. Aeneid. Srat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit. Colum. lib. 10. Sordidus & muſto ſpumantes exprimit uuas.

Spumatus, us, ui, ſubſtantiuum. Srat. 1. Syl. Dictamni florentis opem quoque anguis abundat Spumatu.

Spumeſco, is, ere, Spumoſus fio. Ouidius. 1. Epiſt. 2. At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo.

Spuo, is, ui, utum, Saliuam eiicio, πτύω. Vergil. 4. Georg. Nan que allæ turpes horrent, ceu puluere ab alto Quum uenit, & terram ſicco ſpuit ore uiator Aridus. *Huius compoſita* ſunt, conſpuo, deſpuo, expuo, inſpuo, & reſpuo: de quibus ſuis locis.

Sputo, as, à ſpuo frequentatiuum, ἀναπτύω. Plau. Nam illic iſti qui ſputatur, interdum morbus uenit. Id eſt, morbus comi tialis quem nominantes ſolemus deſpuere.

Sputator, oris, Qui frequenter ſpuit. Plaurus in Milite, Minimè ſpurator, ſcreator ſum.

Sputum, ti, n. ſ. Saliua à ſpuendo dicta, πτύελον. Dicitur & ſpu tus. tus. Lactant. lib. 4. Dabant autem Deo alapas manibus in ceſtis, & impurato ore expuebant uenenatos ſputus.

Sputatilicus, adiectiuum, Eſt inuſitatum à uerbo ſpuo quo quũ uteretur Siſenna in defenſione cuiuſdãm Chritilii, meritò à C. Ruſcio eſt irriſus, ut refert Cicero de Claris Orat. Fuit ac cuſator, inquit, uetus, quo accuſante Chritilium, Siſenna defendens, dixit quædam eius ſputatilica eſſe crimina. Tum C. Ruſcius, Circunuenior, inquit, Iudices, niſi ſubuenitis. Si ſenna quid dicas neſcio, metuo inſidias. Sputatilica, quid eſt hoc? Sputa quid ſit, ſcio, tilica neſcio. Maximi riſus: ſed ille tamen familiaris meus rectè loqui putabat eſſet, inuſitata loqui.

Spurcus, a, um, Quod eſt impurum, obſcœnum lutulentũ μιαρὸς, ῥυπαρὸς. A ſpuendo dictum, quod tale ſit quot deſpuentes aduerſemur. Plautus, Tot noctes reddet ſpurcas, quot puras habuit. Cic. 2. Tuſc. ex poëta quodam, Samnis ſpurcus homo, uita illa dignus, locoq;. Idem pro Domo ſua, Spurciſſi mus homo præguſtator libidinum. Aliquãdo pro fœtido. Apuleius, Tam multæres ſpurcæ & graues nares infeſtant. Aliquando pro uehementi, aſpero, δεινὸς. Cicero, Iactati tem peſtate ſpurciſſima. Colum. in præfat lib. 1. Atq; in his ipſis ha bere cognitum quid recuſaret collis, quid campeſtris poſitio quid humidus & graminoſus, quid ſiccus & ſpurcus ager. Aliquando pro ſæuo, & ſanguinario. Varro, Spurcus gladiator & carnifex.

Spurcè, aduerbium, αἰσχρῶς. Cic Attic. lib. 7. An bene conue niat, inquit Carneades: ſpurcè, ſed tamen prudentius quàm Lucius noſter, & Patron. Eidem lib. 11. Deinde ſcribit ſpur ciſſimè quas ob cauſas fecerit.

Spurcitia, & Spurcities, f p. Immunditia, ἡ καθαρσία. Lucr. lib. 6. At contra nobis cœni teterrima quum ſit Spurcities, eadẽ porcis hæc munda uidetur. Colum. lib. 12. cap. 22. Cinis autẽ odorem aufert, & eluit ſpurçitiam. Idem lib. 1. cap. 5. Nulla alia uis poteſt nocturnas pruinas & quodcunque rubiginis, aut ſpurcitiæ reſedit, ſiccare atq; detergere.

Spurco, as, a. p. Fœdo uitio, ῥυπαίνω. Celſus Iuriſcon. Cum eo qui poſſe Aquilia, qui uinum ſpurcauit, uel effudit, uel acetũ fecit, uel alio modo uitiauit. Plaut. in Mœnech. Spurcatu na ſum odore illutibili. Antiqui ſpurcum uinum dicebant, cũ aqua miſtum, tanquam non amplius purum foret, aut igne calefactum, aut muſtum antequàm deferueſcat. Catul. Epig. 105. ad Siconium, Siconi arbitrio populi tua cana ſenectus Spurcata impuris moribus intereat. Hinc conſpurco, de quo ſuo loco.

Spurcificus, Qui ſpurca & fœda facit, αἰσχροποιὸς. Plautus in Trin. Spurcificum, immanem, intolerandum, uefanũ. Spur cidicus, qui ſpurca loquitur, αἰσχρολόγος. Plaut. in Capt. Ne que ſpurcidici inſunt uerſus.

Spurius, adiectiuum, Incerto patre natus, ἀπὸ ἀδήλου πατρὸς, hoc eſt, à ſemine: propterea quod nihil habeat à patre niſi ſemen, νόθος. Vnde Spurios uerſus dicimus, quaſi adulterinos, ſup poſitios uel irreptitios, Auſonius. Quoq; notas ſpuriis uerſi bus appoſuit. Seruius, Spurius dicitur, qui ex muliere non or tus eſt. Modeſtinus Iureconſultus ſpurios eos dici affirmat, quos & uulgò cõceptos appellamus, eos ſcilicet, q incerto pa trenati ſint, uel qui eum habeant patrem, quem habere non liceat. Plutarch. in Problem. de hoc uerbo loquens, ita inqt, Spurius primum nomen eſt apud Romanos, ut Sextus, & De cimus. & Caius. Prima aũt nomina non tota ſcribũt ſed aut una litera, ut T. Titum: aut duabus, ut Cn. Cneum: aut tri bus, ut Sex. Sextum. Sic Spurius, Sp. ſcribebatur. Eos autem qui ſine patre erant, qui ἀπάτορες. Græcè dicuntur, S & P. de ſignabant, quaſi ſine patre. Hoc errore factum, ut Spurii, qui ſine patre ſunt, dicerentur.

Squaleo, les, lui, n. ſ. A ſquamarum crebritate & aſperitate dictum eſt, teſte Macrobio lib 6. Saturn. ἀυχμέω. Olim enim hoc uerbum de omnibus iis dicebatur, quæ dura eſſent, dẽ ſa & rigida, & ſquamarum ſimilitudinem imitantia. Hinc Verg. lius libro 10. Aeneid. Tunicam auro ſqualentem dixit, hoc eſt, rigentem & denſam, & in ſquamarum modum con textam. Vergil. 2. Aen. Ipſe de hinc auro qualentem, alboq; o richalco Circundat loricam humeris. Poſtea tamen aſſiduo uſu effectum eſt ut hoc uerbum de iis tantùm dicatur quæ inculta ſunt, horrida, deformia, & multarum ſordium con gerie contaminata. Verg. 2. Aen. Squalentem barbam, & con cretos ſanguine crines. Quintil. lib. 10. cap. 1. Neq; ego ſquale re arma ſitu & rubigine uelim. Cic pro Seſt. Erat igitur in lu ctu ſenatus: ſqualebat ciuitas publico conſilio uetrem tata. Verg. 1. Georg. non ullius aratio Dignus honos: ſqualent ad ductis arua colonis.

Squalidus, a, um, Sordidus, incultus, ἀυχμηρὸς. Terent. Eunu. Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis annisq; obſitum. Liu. 1. bel. Pun. Orium etenim ex labore, copia ex inopia, cul tus ex illuuie, tabesq; ſqualida, & propè efferata corpora ua riè efferebant. Ouid. 1. Faſt. Ora ſuper poſtes, affixaq; brachia pendent. ſqualidaq; humanis oſſibus alber humus. Ci. in O rat. Sed quia ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

Squaldam ueſtem, Pro ſqualida ueſte dixere uereres: ut annota uit Nonius, citãs locum Ennii ex Telamone, Elauere lachry mis ueſtem ſqualdam & ſordidam.

Squalidè, aduerb. Horridè, incultè. Cic. 2. de Finib. primũ enim ipſa illa quæ ſubtiliter differenda erant, politè, aperteq; dixe runt, cum definientes, tum partientes, ut ueſtri etiam: ſed uos ſquali dicitis, illorum uides quàm niteat oratio.

Squalor, oris, m. t. Inquinatio, ſordes, ἀυχμὸς. Gellius in corpo ribus incultis, & ſquamoſis alta congerie ſordium ſqualor ap pellabatur. Liu. 2. ab Vrbe, Obſita erat ſqualore ueſtis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. Cic. ad Terent. Nã mihi ante oculos dies noctesq; uerſatur ſqualor ueſter. & mœror, &c. Verg. 6. Aen. Portitor has horrendas aquas, & flu mina ſeruat Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento Canities inculta iacet.

Squalus, li, m. ſ. Piſcis marinus, ex genere cartilaginoſorum qui parit circa equinoctium uernum: teſte Plinio lib. 9. cap. 51. Varro 3. de Re ruſt. cap. 3. Et in ea duntaxat ſqualos ac mu giles piſces.

Squamæ, arum, f p. Quibus corium piſcis aut ſerpentis te gitur, λεπίδες. Plin. lib 9, cap. 10. Aquatilium tegmenta plu ra ſunt: alia corio & pilis teguntur, ut tituli, alia ſquamis, ut piſces. Verg. 11. Aen. Saucius at ſerpens ſinuoſa uolumina uerſat, Arrectiſq; horret ſquamis, & ſibilat ore. Hinc de ſquamo, mas, de quo ſuo loco. Ab harum ſimilitudine lo ricarum quoq; catenulæ ſquamæ dicuntur. Verg. 11. Aen. quẽ pellis athenis In plumam ſquamis auro conſorta tegebat. Eſt & ſquama æris, de qua Plin. lib. 34. cap. 11. Et ſcoria æris ſimi li modo lauatur, minor effectu quam æs ipſum. Sed æris flos medicinæ utilis eſt: fit ære fuſo, & in alias fornaces translato, ibi flatu crebriore excutiuntur uelut milii ſquamæ, quas uo cant florem.

Squameus, a, um, adiect. Plenum ſquamis, λεπιδωτὸς. Vergil. 2. Georg. Nec rapit immenſos orbes per humũ: neq; tanto Squa meus in ſpiram tractu ſed colligit anguis.

Squamoſus, Idem. Plin. li. 9. cap. 16. Vagantur gregatim ferè cu iuſq; generis ſquamoſi. Verg. 4. Georg. Squamoſuſq; draco, & fulua ceruice leæna.

Squamiger, a, um, Quod habet ſquamas. Lucr. li. 1. & terra poſ ſet oriri Squamigerum genus, id eſt, piſces. Plin. lib. 11. cap. 37. Simili modo ſquamigeris atq; ſerpentibus.

Squamatim, aduerb. Ad ſimilitudinem ſquamarum. Plin. lib. 16. cap. 10. Nucamenta ſquamatim cõpacta dependent. Id eſt, uelut ſquamæ compacta, & colligata.

Squaroſus, A ſquamarum ſimilitudine dicitur, cuius cutis exturget ob aſſiduam illuuiem. Lucil. apud Feſtum, Varonũ ac rupicum ſquaroſa incondita roſtra.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Squatina, Ex planorum piſcium genere, quò propter ſqualorem, hoc eſt, aſperitatem cutis, ligna & ebora poliuntur, *ῥίνη*. Plin. lib 9. cap. 12. Aſpera cute, ut ſquatina, qua lignum & ebora poliuntur.

Squilla, æ, f. p. Varroni, reliquis ſcilla, *σκίλλα* Dioſcoridi, bulbus nobiliſſimus, cæpę modo multipliciter tunicatus, qui etiam hodie in officinis nomen retinet. Eſt præterea ſquilla paruus piſcis, qui cum pinna piſce comparandi cibi initi ſocietatem. Cic. 2. de Nat. deor. Pinna uerò (ſic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. Alio nomine pinnotherem, ſiue pinnophylacem, appellant. Plin. lib. 9. capit. 42. Concharum generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſis ſubtracta ſemper nec unquam ſine comite, quem pinnotherē uocant, alii pinnophilacem, id eſt, ſquilla parua: alibi cancer dapis affectator. Iuuenal. Sat. 5. Aſpice quàm longo diſtēdat pectore lancem, Quæ fertur domino ſquilla.

S T 625

St, Vox eſt ſilentium indicentis. Terent. in Phorm. Quid? nō is obſecro es, Quem ſemper te eſſe dictitaſti? C. St. S. quid has metuis fores? C. Concluſam hic habeo uxorem ſæuam.

Stabilimen, Stabilio, Stabilis, Stabilitas, uide Sto.

Stabulum, li, n. ſ. à ſtando, Locus dicitur in quem longo itinere feſſi ſuccedere ſolent, quood & diuerſorium & hoſpitium dici ſolet, *ξένιον, σκηνὸς, σταθμὸς*. Vnde & proſtibulæ meretrices dictæ, quod quæſtus copioſioris gratia, concurrē tibus illúc aduenis, manſiones ante ſtabula habuere. Plaut. in Aul. Neutrobi habeam ſtabulum ſtabile. Stabula quoq; dicuntur loca generaliter omnia in quibus armenta greges que conſiſtunt, ueluti quædam ſtationes animalium. Nam ubi equi tenētur ſpecialiter equile: ubi oues, ouile: ubi ſues, haram dixere: bouile quoq; à bobus: caprile, à capris nomen traxerunt. Verg 8. Aen. Quatuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros Auertit. Poteſt etiam præſepe in diuerſoriis ſtabulum dici. Apuleius, Duriſſimo caſui meo ſeruiēs, ad equū illum uectorem meum probiſſimum in ſtabulum cōcedo. Stabulum etiam ſumitur pro quacunq; ſtatione ſeu habitatione & loco ubi quis ſtare conſueuit. Verg 7. Aen. Ardua tecta petit ſtabuli, & de culmine ſummo Paſtorale canit ſignū. ſtabulum confidentiæ, flagitii, nequitię. Plau. in Moſt. Nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ. Idem Truc. Tune ais impudentem me eſſe, ipſa quæ ſis ſtabulum flagitii.

Stabulo, as, a. p. In ſtabulū recipio, in ſtabulo guberno, *σκηνάζω*. Varro li. 1. de Re ruſt. Si prata ſint, & in fundo neq; pecus dominus habet, danda opera ut pabulo uendito, alienum pecus in ſuo fundo paſcat & ſtabulet. Statius libr. 1. Theb. Getico pecus ſtabulare ſub Hemo.

Stabulor, aris, uerbum deponens, In ſtabulo ago, ſtationem aliquo in loco habeo, *ἐνηῤῥομαι, ἱπποσταθμεύω*. Colum. lib 7. Si idoneis temporibus ad præſepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curæq; fuerit ut ſtabulentur in loco ſicco, ne humore madeſcant ungulæ. Ouid. 13. Metam. Hoc pecus omne meum, multæ ſtabulantur in antris.

Stabulatio, onis, Manſio in ſtabulo, *ἱπποσάτμευσις*. Col. lib 7. Cadore boues ſub dio, frigoribus intra tectum manere oportet itaq; ſtabulatio eorum præparanda eſt.

Stabularius, rii, m. ſ. Caupo uiatores pretio recipiēs, *πανδοκεύς* Vlpianus, Caupones & ſtabularios eos æquè accipiemus, qui cauponam & ſtabulum exercent. Stabularius item dicitur, qui ſtabuli, hoc eſt, loci ubi animalia ſtant, curam gerit. Col. lib. 2. Hic enim re cognoſci grex poterit, numeruſq; cōſtare, ſi uelut ex militari diſciplina intra ſtabularii, caſtra māſerint. Varr. 2. de Re ruſt. capit. 10. In quibus ſtabulatii ſolent equas abigere. Stabulariæ mulieres, inquit Auguſtinus lib. 8. de Ciuitate Dei, dicuntur quæ exercent ſtabulum, & uiatores mercede paſcunt, *καπηλίδες*.

Stachys, huius ſtachyos, *στάχυς*, Frutex eſt marrubio ſimilis, ſed longior, folia ferens numeroſa, hirſuta, rara, prædura, cana, odoris iucundi, & complures uirgas ab radice exeuntes, marrubio candidiores. Naſcitur in montanis & aſperis. Dicta ſtachys, quaſi ſpicata ob caulem quem ex ſe mittit floribus & ſemine ſpicatum. Nam *στάχυν* Græci ſpicam uocant. Plin. lib. 24. cap. 17. Ea quoq; quæ ſtachys uocatur, porri ſimilitudinem habet, longioribus foliis, pluribusq; & odoris iucundi, coloriſq; in luteum inclinati, pellit menſtrua.

Stacte, actes, fœm. gen. *σταχτὴ*, reſte Dioſcoride, uocatur pinguitudo recentis myrrhę, cū exigua aqua tuſæ, & origano expreſſæ: à diſtillando dicta, quod Græci *στάζειν*, dicunt: quia è ſtillatitia duntaxat myrrha fiat. Lucret. lib. 2. Sicut amaracini blandum ſtactæq; liquorem.

Stacteus, a, um, adiectiuum: ut, Myrrha ſtactea, id eſt, ſtillatitia è qua ſtacte exprimitur, quam Theophraſtus factitiæ oppotica, ſylueſtrium prima, Erythræa ſequens, & Minæa in qua Stactea & Atramittica eſt, &c.

Stadium, dii, n. ſ. *στάδιον*, Latinè curriculum, ſiue locus in quo equi: homines ue currunt, & certant athletæ. Dictum ſtadium *ἀπὸ τῆ στάσεως*. hoc eſt, à ſtatione, quòd Hercules eo ſpatio uno ſpiritu confecto, conſtituiſſet. Nam clariſſimum fuit curriculum ſtadii Olympici, quod Hercules ſuis pedibus meratus fertur, continetq; octauum mille paſſuum partem, quod centum uiginti quinq; (inquit Plinius loco ſecūdo, capit. 21.) noſtros efficit paſſus: hoc eſt, pedes ſex centos uiginti quinq. Quæ meſura octies ſumpta, efficit mille paſſus. Dicimus autem Curro ſtadium, in ſtadio, & per ſtadiū. Cic. 2. Offic. Qui ſtadium currit, eniti & contendere debet, quàm maximè poſſit, ut uincat. Idem de Senect. Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe dicitur Milo, quum humeris bouem ſuſtineret uiuum.

Stadiodromi, orum, m. ſ. *σταδιοδρόμοι*, Dicti ſunt qui in ſtadio curſu certant. Iul. Firmicus, Si mars reſpexerit Leporem cæleſtem in horoſcopo, faciet ſtadiodromos. Stadiodromos etiam locus in quo ludi & curſus exercentur. Plin. libr. 34. capit. 8. Eundem uicit & Leontus, qui fecit ſtadiodromū aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur.

Stagnum, ni, n. ſ. A ſtando, dicitur aqua ſtans, *λίμνη*. Plin. libro 10. cap. 55. Poſtremò lamenta circa piſcinæ ſtagna, mergētibus ſe pullis natura duce. Verg. 4. Georg. At liquit fontes, & ſtagna uirentia muſco Adſint. Idem 1. Aen. Stagnum pro parte maris profundiſſima poſuit, quòd ea minimè mouea tur, ſemperq; ſtet, id eſt, quieſcat: Emiſſamq; hyemem ſenſit Neptunus, & imis Stagna refuſa uadis.

Stagno, gnas, act, p. Stagnum facio, proprieq; de mari aut fumine dicitur quum littora aut ripas prætergreſſum, aliquo in loco ſtagnum efficit, *λιμνάζω* Verg lib. 4. Geor. Nam quà Pellæi gens fortunata Canopi Accolit, effuſo ſtagnante fumine Nilum. Aliquando actiuè accipitur pro inundare. Tacitus libr. 1. Tyberis plana urbis ſtagnauerat, id eſt, plana loca inundauerat. Stagnari item agri dicuntur, qui non abſorbent, ſed continent aquam. Idem, Agris humidis atq; ſtagnantibus. Huius compoſitum eſt Reſtagno, quod eſt rurſū do: ut apud Tacit. libr. 9. Idem tradit in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos, altis ſcrobibus, in his locis ubi nullæ reſtagnent aquæ.

Stagnantior, cōparatiuus. Claudianus de Nilo, Effluit Aegæo ſtagnantior.

Stagnatus, adiectiuum, Aqua ſtagnante humidus. Colum. lib. 10. Nam neq; ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude
Perpetitur querulæ ſemper conuitia ranæ.

Stalagmus, m. ſ. *σταλαγμὸς*, Puriſsimum gneus calchāti, ita dictum quòd è guttis, ſiue ſtiriis fieret, hyberno tempore in ſcrobes effoſſos decidentibus, Nam *σταλάσσειν* Græci dicunt ſtillare. Vide Plinium lib. 34. ca. 13. Stalagmum item antiqui appellarunt genus inauris, guttæ figuram imitantis, quam *σταλαγμὸν* uocant Græci. Cæcilius apud Nonium, Ex auro eius ſtalagmum domi habeo. Quo in loco Perottus, & Perottum ſecutus Calepinus corruptè legunt Stalagnium.

Stamen, inis, n. t. Dicitur lana, linum, cannabis, uel aliud ſimile, in colu poſitum, unde fila ducuntur: à ſtādo, eo quòd non moueatur, *στάμων*. Plin. lib 8. ca. 48. Inde factum ut nubentes uirgines comitaretur colus compta, & fuſus cum ſtamine. Ouid. 1. de Arte amam. Reiice ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos. Stamina (inquit Sipontinus) etiam dicuntur fila recta in opere textorio & ſtabilia, per pectinē tranſmiſſa, quibus alia, quæ ſubtegmina uocāt, intertexuntur. Idem 6. Metam. Tela iugo iuncta eſt: ſtamen ſecernit arundo: Inſeritur mediæ radiis ſubtegmen acutis. Dicuntur præterea ſtamina in ligno uel herbis quædam quaſi filamenta. Plinius lib. 21. cap. 5. Ita odor, colorq; duplex: alius calycis, alius ſtaminis, differentia anguſta.

Stamineus, a, um, adiectiuum, ut, Vena ſtaminea. Plin. li. 16. capite 43. Stamineam hæc uſu probant uenam, & uocant ferri ſem argumento ſimilitudinis, quoniam lachrymosè criſpa. Prop. lib. 3. Staminea rhombi ducitur ille rota.

Stannum, ni, n. ſ. Metalli genus, qđ in fodinis inuenitur cū argento,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

argento, & in fornace primum liquefcit, καττιτέρος, Plin. multis in locis plumbum album uocat, ad differentiam plumbi nigri, quod uelut argenti ſtanniq; quoddam purgamentum in fornace remanet. Verba eius ſunt hæc ex lib. 34. cap. 16. Plũbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua puenit uena, nec quicquam aliud ex ſe parit, aut cum argento naſcitur, miſtisq; uenis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor ſtãnum appellatur: qui ſecundus, argentum: quod remanſit in fornacibus, galena: quæ portio eſt tertia addita uenæ. Hæc rurſus conflata dat nigrum plumbum, deductis partib. duabus. Ibidem cap. 17. Stannum illitum æneis uaſis, ſaporem gratiorem facit, & compeſcit æruginis uirus: mirumq́ue, pondus non auget.

Stanneus, a, um, Factum eſt ex ſtanno. Plin. lib. 29. cap. 2. Tum in ſtannea pyxide conditur.

Stãpēdēs, pen. cor. machinulæ ferreæ in quibus pedes habere ſolemus quum equitamus.

Staphyle, σταφυλή, Vitis alba, quam alii Ampeloleucen uocant, alii Melothron.

Staphis, huius ſtaphidis, fœm. gen. σταφίς, quæ etiam ſtaphis agria, & Latinis pituitaria, & pedicularis dicitur. Vitis eſt cauliculis nigris, rectis, foliis labruſcæ, folliculos uerius quã acinos ferens, uirides, ſimiles ciceri. Vide Plinium libro 23. capite primo.

Staphylinus, σταφυλῖνος, Quam paſtinacam uocant Latini, duorum generum eſt, hortenſis, quem σταφυλῖνον κηπευτὸν nominat Dioſcorides: & agreſtis, quem idem σταφυλῖνον ἄγριον appellat: Romani etiam paſtinacam erraticam. Hæc folia habet gingidii, ſed latiora, ſubamara, caulem rectũ, ſcabrũ, umbellam ſimilitudinẽ anethi, in qua flores inſunt candidi, & medio purpureum quiddam fermè croceum, radicem digiti craſſitudine, & dodrantalem odoratam, quæ cocta manditur. Galli peculiari nomine paſtinacam appellant. Staphylinorum aũt nomine, ſi nihil addatur, ſatiuos potius intelligimus, quas iidem carotas ſua lingua nominant. Sic. Colum. lib. 10. Lætetur mollemq; ſinũ ſtaphylinus inumbret. Loquitur enim de iis quæ in hortis ſeruntur. Idem lib. 11. ca. 4. Tũc agreſtis paſtinaca, & eiuſdem nominis edomita, quam Græci ſtaphylinum uocant.

Staphylodendros, σταφυλόδενδρος, Arbor trãs Alpes ſimillima aceri, alba materia, ſiliquas ferens, & in eis nucleos nucis auellanæ. Quidam eandem exiſtimant cum Theophraſti colicea. Vide Plinium lib. 16. cap. 16.

Stataríus, uide Sto.

Stater, eris, m. t. penultima prod. στατὴρ, Genus numiſmatis, duo didrachma, hoc eſt, quatuor ualens drachmas, ſiue ſolidos Turonenſes quatuordecim. Dictus ſtater à uerbo Græco ἱστάνω, quod inter cætera ſignificat ponderare. Erat autem hæc appellatio Perſis cum Macedonibus communis. Vnde & Philippeos, & Daricos, & Alexandreos ſtateras paſſim legimus.

Statera, æ, f. p. Inſtrumentum quo res ſine lancibus ponderantur, σταθμὸς, ζυγὸς. Nam quod lances habet, propriè libram dicimus. Dicta ſtatera à uerbo Græco ἱστάνω. Cicero libro 2. de Orat. Hæc enim noſtra oratio multitudinis eſt auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda quæ non aurificis ſtatera ſed quadam populari trutina examinantur. Erat item ſtatera uaſis genus in argentea ſupellectili quod & tympanum & magida appellãt. Plinius libro 33. capite undecimo, Tympana uerò ſe inuene appellata ſtateras & lances, quas antiqui magidias appellauerant.

Stathmus, mi, m. ſ. σταθμὸς, Græca uox eſt, nobis ſtabulum, diuerſorium, uel ſtationem ſignificans. Item menſuræ geometricæ genus apud Perſas maximè uſitatum, quorum regnũ uniuerſum in ſtathmos regios diuiſum erat, diſpoſitis certo interuallo diuerſoriis, quò quę uel in extremis regni angulis gerentur, celerius ad Regẽ poſſent perferri. Fuit autẽ ſtathmorum menſura non ubiq; eadem, ut eſt uidere apud Herodotum lib. 5. Ferè tamen eò res redibat, ut ſinguli ſtathmi ſeſquiſtadium ſupra centena uicena continerent, eodem Herodoto teſte, qui CXI. ſtatmos, XIII. MD. ſtadiis exequat. Sunt & aliæ uocis huius ſignificationes, quæ quoniam ad Latinæ linguæ inſtructionem nihil pertinent, ex Græcorum Lexicis petendas relinquimus.

Statice, ces, Herbæ genus, ſeptem caulis ueluti roſæ capita ſuſtinens. Vide Plinium lib. 26. cap. 8.

Staticulum, n, ſ. Genus uehiculi, ſeu geſtorii, ſicut eſſedum & petoritum. Plin. lib. ultimo cap. 10. de achatæ generibus loquens, Reddunt ſpecies fluminum, nemorum, & iumentorum, & eſſeda & ſtaticula & equorum ornamenta. Apud Plautum in Perſa. ſtaticuli ſunt motus ex arte ſaltatoria & geſticuli in quibus ad numeros, modulosq; muſicos nunc ſubſiſtendum erat, nunc ſubſiliendum, σκιρτήματα, ὑποχρήματα. Cato quoq; (referente Gellio) Cæcilium Senatorem, & feſcennium uocare ſolet, quod elegantius ſaltaret, & ſtaticulos daret quàm deceret uirum probum.

Statim, aduerbium, Conſtanter, perſeueranter, continuè, quaſi inſiſtendo, & uno ſtatu: à ſtando, βεβαίως. Plautus in Amph. Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat. Terentius in Phorm. Binã talenta capiebant ſtatim. Aliquando mox, illico: quod ea quæ mox fiunt, continenter fieri uideantur, ἀντίκα ἐνθύς. Cicero in Verrem, Statim Meſſanam literas dedit. Idem ad Atticum, Has literas ſcripſi ſtatim ut tuas legerem.

Statio, Statiua, uide Sto.

Stator, ſtatoris, uide Siſto.

Statua, Statuárius, Statumen, Statumíno, uide Statuo.

Statuo, tuis, tui, tutum, a. t. Pono, colloco, erigo, τίθημι. Cic. 2. de Inuent. Thebani in finibus æneum Tropheum ſtatuerunt. Idem 3. Verr. Syracuſanis ſtatuam poſtea ſtatuerunt. Nonnunquam accipitur pro cõſtituo, delibero, decerno, certum mihi eſt, προαιροῦμαι. Liuius 1. ab Vrbe, Ferro igitur eã arcere contumeliam ſtatuunt. Cic. 5. Verr. Iſte certè ſtatuerat, ac deliberat non adeſſe. Aliquando ad iudicia pertinet, ut idem ſit quod decernere, & pro poteſtate iudicare, διαγινώσκειν, ψηφίζεσθαι. Idem 5. Verr. Statuit Senatus hoc ne illi quidem licitum, cui conceſſerat omnia, à populo factarum quæſitarumq; rerum ſummas imminuere. Idem 2. de Orat. Sine ulla dubitatione ſic ſtatuo & iudico, neminem omnium tot & tanta, quanta ſunt in Craſſo habuiſſe ornamenta dicendi. Statuo, dedico. Vergil. lib. 5. Ecloga, Crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui. id eſt, dedicabo. Terentius pro concutere poſuit, quum ait: ſublimem illum arriperem, & caput primum in terram ſtatuerem, Vt cerebro diſpergat uiam. Statuere, prouidere, exiſtimare, uel expectare, & prorſus ita opinari. Cicero ultimo. Verr. Statuerat cauſam ſibi eſſe dicendam, etiam antè quàm hoc uſu uenit. Exemplum ſtatuere in homine, idem quod edere exemplum Cic. 9. Verr. Sed ut illi quoque qui in ea prouincia non fuerunt, intelligere poſſint in quo homine tu ſtatueris exemplũ eiuſmodi, &c. Budæus.

Statutus, particípium, Idem ſignificans quod conſtitutus, τεταγμένος, ἀποτεταγμένος. ut Statuta die, hoc eſt, conſtituta, ac decreta ex conuentione. Liuius lib. 1. bell. Maced. Concilium Aetolorum ſtatuta die, quod Panætolium uocant, futurum erat.

Statua, æ, f. p. Simulachrum ex ære alioue metallo, quod alicui uel mortuo, uel etiam uiuẽti antiquitus decernebatur, & in foro, aut aliquo loco conſpicuo collocabatur, ad alicuius rei bene geſtæ memoriam, ἄγαλμα ἀνδριὰς. Generalius autem eſt imaginum nomen quàm ſtatuarum, quum pictas etiam tabellas imagines uocemus: ad quas certè ſtatuarum appellatio non extenditur. Sueron. in Tiber. Etiam ſtatuas atque imagines, niſi permittente ſe, poni prohibuit. Cicero 9. Philipp. Maiores quidem noſtri ſtatuas multis decreuerunt, ſepulchra paucis: ſed ſtatuæ intereunt tempeſtate, ui, uetuſtate: ſepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla ui moueri, neque deleri poteſt. Catullus, aurata ſtatua pallidior.

Statuaria, æ, f. p. Ars ſtatuas ex ære, alioue metallo conficiendi, ἀγαλματοποιΐα, ἀνδριαντοποιΐα. Plin. lib. 36. cap. 5. de marmoris ſculptura loquens, Non omittendum, hanc artem tantò uetuſtiorem fuiſſe, quàm picturam, aut ſtatuariam, quarum utraq; cum Phidia cœpit LXXXIII. Olympiade. Quo in loco Plinius manifeſtè ſtatuariam diſtinguit à ſculptura, ſtatuariæ nomine intelligens fuſoriam, qua ex ære potiſſimùm, nõ nunquam etiam ex alio metallo, ſtatuæ conficiebantur: ſculpturam autem, qua ex marmore, lignoue, aut alia materia ſimulachra ſcalpro exculpebantur. Idem quoque non temerè ſtatuam appellat, niſi ex metallo confectam: nam quæ ex marmore exculpitur, ſimulachrum potius, uel imaginẽ, uel ſignum appellat.

Statuarius, rii, m. ſ. Propriè dicitur qui ex ære alioue metallo fuſoria arte ſigna cõficit, ἀγαλματοποιὸς, ἀνδριαντοποιὸς, quo in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

genere maximè clarnerunt, Lysippus, Phidias, Praxitcles, Polycletus, & Alcamenes, quorum meminit Plin. lib. 34. cap. 7. quod de statuariis antiquis inscribitur.

Statuarius, a, um, Quod ad statuarum conficiendarum rationem pertinet, ἀγαλματοποιϊκὸς ἀνδριαντοποιϊκὸς. ut, Ars statuaria, ἀγαλματοποιϊκὴ. Plin. lib. 34. cap. 7. Fuisse aũt statuariam artem familiarem Italiæ indicat Hercules ab Euandro sacratus.

Statura, æ, f. p. Modus corporis, siue is procerus sit, siue humilis μήκυθος. Suetonius, Statura fuit eminenti, corpore pallido. Cic. 2. Philip. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turserius qua facie fuerit, qua statura. Statura, de uitibus. Columel. lib. 5. cap. 5. Producas in tantam staturam, quantam permittit agricola.

Statumen, n. t. pen. prod. Pedamentum, ridica, uel palus, quo uitis fulcitur, κάραξ Colum. lib. 4. cap. 30. Quum mensem trigesimum excesserit posita uinea, id est, tertio autumno, uehementioribus staturninibus statim impedanda est. Ibidẽ capite 33. Spatia huiusce sationis capite castanearum recipiunt MM. DCCCLXXX. cuius summa ex facili iugera singula præbebunt staturninum duodena millia. Non tamen de solis uitium pedamentis staturnina dicuntur, uerumetiam de quibusuis fulcimentis. unde etiam Colum. lib. 6. cap. 18. in descriptione machinę cuiusdam, qua iumenta clauduntur, staturnina accipit pro stipitibus erectis, quibus lignũ quoddam transuersum, quod iugum uocat superincumbit. Primis (inquit) duobus staturninibus imponitur firmum iugũ ad quod iumenta capistrantur.

Statumino, nas, Fulcio, firmo, & quasi staturninibus quibusdã sustineo, ἐρείδω, στηρίζω. Plin. lib. 18. cap. 6. In solutione terra sepibus firmari, ora utrinque lapidibus staturminari, & alio superintegi.

Status, a, um, & Status, huius status, uide sto.

Steatites, στεατίτης. Gemma similitudinem seui ostentans, quod Græci στέαρ uocant. Autor Plin. lib. ultimo cap. 11.

Steatoma, στεάτωμα, Tumor est foris in corpore apparens, pinguem intus materiam continens seuo simillimam: unde & nomen accepit. Nam στέαρ, ατος, seuum significat.

Stega, στέγα, Locus in naui contectus, ἀπὸ τῆ στέγασθαι, quod est tegere. Plaut. in Bacch. Fortè ut adsedi in stega, Hinc tristega, τρίστεγα, dicitur pro triplici tabulato.

Stelæ, f. p. unico l, στήλη, Vox est Græcis quã Latinis usitatior, qua significantur pilæ cum inscriptione ad rei alicuius memoriam propagandam erectæ. Plin. lib. 6. cap. 29. Stelæ lapideæ literis incognitis. Latini cippos uocant. His fœdera & proscriptorum nomina insculpebantur, quò facilius omnibus innotescerent: ut est uidere in Paneg. Isocratis, & plerisque in locis apud Demosthenem. Hodie stelas uocare possumus cruces lapideas, quæ passim ad uiam militarem erectæ conspiciuntur cum inscriptione alicuius memoriam propagandam.

Stella, æ, f. p. A stando, quod stare stellæ uideantur ἀστὴρ Cic. 2. de Diuinat. Ita te nec terræ fremitus, nec cæli discessus, nec lapideus, aut sanguineus imber, nec traiectio stellæ, nec facis uisæ terrebunt. Verg. 5. Aeneid. Postera cum primo stellas oriente fugarat Clara dies. Idem 4. Aeneid. ubi maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Horatius lib. 3. Carm. Ode 15. Et stellis nebulam spargere candidis. Lucan. libro 9. Stellasq; uagas mutatur & astra. Differunt autem stellæ à sideribus, quod illæ singulæ sint: sidera uerò ex pluribus stellis composita, quę & signa cœlestia uocamus: cuiusmodi sunt Aries, Taurus, &c. Est & stella piscis marinus, à stellæ effigie nomen habens. Plinius libro 9. capite 60. Præter hæc claros sapientia autores uideo mirari stellam in mari. Ea figura est, parua admodum caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum feruorem esse tradunt, ut omnia in mari contracta adurat, omnem cibum statim peragat.

Stellatus, adiectiuum, Stellis plenus: proprium cæli epitheton, quum est clarum & serenum, quanquam ad alia etiam transfertur, ἀστέρωτος. Plinius libro 10. capite 67. Salamandra animal lacerti figura stellatum. Cicero 5. Tusc. Nec uerò Atlas sustinere cælum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cephus cum uxore, genero, filia, traderetur, nisi cælestium diuina cognitio, nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset. Ouidius 1. Metamorph. Talia dicenti stellatus summouet Argus. Vergil. 4. Aeneid. atque illi stellatus iaspide fulua Ensis erat.

Stelliger, a, um, Quod stellas fert: proprium cæli epitheton, ἀστροφόρος. Cicero in Somnio Scipionis, Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est concitatior, acuto & excitato mouetur sono: grauissimo autem hic lunaris, atque infimus.

Stelliger, a, um, Eiusdem significationis cum superiori, ἀστροφόρος. Stat 12. Theb. radios declinat, & horret Stelligeri iubar omne poli. Idem 3. Sylu. Nondum stelligerum semitor demissus in axem.

Stello, las, n. p. Luceo, & quasi stellas imitor, ἀστρίζω. Mart lib. 2. Et numerosa linunt stellantem splenia frontem. Plinius lib. 37. Quoniam stellarum Hyadum & numero, & dispositione stellantur. Claud. lib. 2. Ducitur in thalamum uirgo, stat pronuba iuxta Stellantes nox picta sinus.

Stellio, onis, m. t. Animal non dissimile lacertæ, multò tamen minus, tergum habens lucentibus quibusdam guttis depictum, ad modum stellarum, γαλεώτης. Vescitur rore & araneis. Exuit quotannis cutem, exutamq; deuorat, inuidẽs nimirum homini comitialis morbi remedium. Vnde & stellionum nomen in maledictum abiit. Morsus eius perraro interimit hominem, tamẽ semistupidum facit, & uariè afficit. Est & alius Stellio, ex phalangiorum genere, lentiginosus, acerbi stridoris, in cauernulis debiscentis per æstum terræ habitans. Olim Italiæ incognitus, nunc in Apulia frequens uisitur, & similiter tarantula dicitur, scorpionibus ita contrarius, ut uisus ab eis pauorem, ipsis afferat & torporem. Plin. lib. 30. cap. 10. stellionem transmarinum appellat: eundemq; à Græcis ἀσκαλαφώτην uocari tradit: ab eo opinor, quod circulatim progrediatur. ἄσκωλος enim Græcis circulus est, & βῶ, ἀντὶ τῦ βαίνω, incedo.

Stellionatus, crimen, A Iurisconsultis dicitur, quando quis alterum calida quapiam impostura defraudat: ut siquis rem alii obligatam, dissimulata obligatione, per calliditatem alii distraxerit: aut siquis merces corruperit, aut impostura fecerit, cuius nulla ordinaria pœna est, sed extra ordinariè plectitur, & ad præsidem spectat cognitio. Dictus stellionatus à stellionis natura, quo nullum animal homini fraudulentius inuidet, ut inquit Plinius lib. 30. cap. 10. Cutem enim, quam quotannis ponit, protinus deuorat, ut præripiat homini præsentissimum comitialis morbi remedium. Inde est (inquit Plinius) quod stellionum nomen in maledictum est translatum.

Stellatura, ræ, f. p. Idem quod stellionatus, hoc est, fraus, deceptio, impostura. Lampridius in Alexandro, Annonas (inquit) militum diligenter inspexit: Tribunos, qui per stellaturas militibus aliquid abstuliissent, capitali pœna affecit.

Stemma, matis, n. t. στέμμα, Græca uox est idem significans quod cõrona, à uerbo στέφω, quod significat coronare. Iulius Firmicus lib. 2. Magnos uiros faciet Mercurius, qui sacris glorioſis stemmatibus coronentur. Stemmata item dicebantur maiorum imagines, quæ in atriis magnatum ad nobilitatis ostentationem solent collocari, quanquam nonnũ quam etiam pro ipsa stirpe, siue generis nobilitate accipitur. Martialis, Atria Pisonum stabant cum stemmate toto. Iuuẽ. Sat. 8. Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo Sanguine censeri? Suet. in Nerone, Quod in uetere gentilitio stemmate, C. Cassii percussoris Cæsaris imagines retinuisset. Quoniam uerò mos erat apud antiquos, ut uiri ob res bene gestas coronis donarentur, & eædem statuarum capitibus imponerentur, inualuit consuetudo ut stemma aliquando pro facinore accipiatur. Martialis lib. 1. Cæsaris atque Iouis nunc confer nunc stemma iuuentus: Par onus ut tulerint, altius iste tulit. Plinius libro 35. cap. 2. stemmata accepisse uidetur pro ipsa generis serie, gradibusq; descendentium, qui ramis quibusdam & uelut intercurrentibus lineis interim ducebantur. Stemmata uerò lineis discurrebant ad imagines pictas. Legimus præterea stemmata aliquando accipi pro inscriptionibus saxorum. Martial. Tristia saxorũ stemmata dele tuorum.

Stĕphănŭs, m. s. στέφανος, Latinè corona, à quo stephanium, & stephaniscus diminutiuum: à quorum posteriore fit rursus aliud diminutiuum stephaniscidium.

Stephanoma, n. t pen. prod. στέφανωμα, Idem quod coronamẽtum, hoc est, materia coronarum, id est, flores frõdesue, quæ odoris coloriſue gratia coronis solent intexi.

Stephanoplocus, στεφανοπλόκος, Dicitur coronarius, id est, qui coronas cõficit, στέφανος enim coronam significat, & πλέκω texo. Apud Græcos & cõmunis generis: unde Plinius lib. 11. cap. 11.

cap. 11. Glyceram quandam à Pausia Sicyonio adamatam, corollarum confectricem stephanoplocon appellatam scribit.

Stephanitæ uites, Hoc est coronariæ, nempe quæ per statumina calamorũ materiis ligatis in orbiculos gyroscꝫ flectuntur, & materiis submissis earundẽ statuminibus per orbẽ, & in coronã cõnectuntur. Col. lib. 3. cap. 2. Nec solùm quæ iucunditate saporis, uerumetiã quæ specie cõmendari possint, cõseri debent, ut stephanitæ, ut trepidaneæ.

Stephanopolis, f. t. pen. prod. στεφανόπωλις, Corollarum uenditrix. Plin. lib. 35. cap. 11. Amauit in iuuenta Glycerã municipẽ suam, inuentricem coronarum, certandoꝫ imitatione eius, ad numerosissimam florum uarietatem perduxit artem illã. Postremò pinxit illam sedentem cum corona, quæ nobilissima tabula aepellata est stephanoplocos, ab aliis stephanopolis, quoniam Glycera coronas uenditando sustinuerat paupertatem.

Stercus, oris, pen. cor. om. t. Ab extergendo deduci uidetur, quòd undiqꝫ extergi soleat, ἀφόδυμα, κόπρος. Plaut. in Asin. Iussin' sceleste ab ianua hoc stercus hinc auferri? Col. lib. 2. cap. 6. Vineis emaciatis, & aruis, optimũ stercus lupinũ præbet. Cic. 1. de Diuin. Tum & dormienti eundẽ illũ uisum esse rogare, ut quoniã sibi uino non subueniisset, mortẽ suam ne inultam esse pateretur, se interfectum in plaustrum à caupone esse coniectũ, &c. Iuu. Sat. 14. Ergo miser trepidas, ne stercore fœda canino Atria dispiceant oculis uenientis amici. Horat. in Epod. 12. Colorꝫ stercore fucãs crocodili.

Stercoreus, a, um, ut Stercoreus miles, id est, uilis, & nõ pluris quàm sterquilinũ faciendus. Plaut. in Mil. miles meus est herus, Qui hinc ad forũ abiit, glorioſus, impudens, Stercoreus, plenus periurii, atqꝫ adulterii.

Stercoro, as, a. p. Fimum agris fœcunditatis gratia adhibeo, κοπρίζω. Plin. 18. Ager si non stercoratur, alget: si nimiũ stercoratus est, aduritur. Colum. Lupinum ubi in florem uerterit, nihil agrum stercoraueris. Idem lib. 2. cap. 16. Nec ignorare colonos oportet, sicut refrigescere agrum; qui non stercoretur, ita peruri si nimium stercoretur: magisꝫ conducere agricolæ, frequenter id potius quàm immodicè facere. Stercorati item ager dicitur, quum quouis modo pinguescit, etiam nullo adhibito simo, sed alia quauis re quæ simi uicem supplet. Colum. lib. 12. Vicia & faba stercorare agrum dicuntur.

Sercoratus, a, um, participium, uel nomen ex participio, Stercore infectum, uel fœcundatum, κεκοπρισμένον. Colum. libro 1. Pomaria quoque & hortos oportet septo circundari, & esse in propinquo atqꝫ in ea parte qua possit omnis stercorata colluuies cohortis, balneariorumꝫ & oleis expressa amurcæ sanies influere. Et apud Caton. lib. 2. Locus stercoratissimus.

Stercoratio, onis, f. t. Ipse stercorandi actus, κοπρισμός. Columella lib. 2. cap. 16. Si tamen aliqua causa tempestiuam stercorationem facere prohibuerit, secunda ratio est, antequã sarias, more seminantis, ex auiariis puluerem stercoris per segetem spargere.

Stercorarius, a, um, Quod ad stercora pertinet, κοπρικός. Varro libro 1. de Re ruſt. Sic è ligno & ferro ut plaustra maiora tria, aratra cum uomeribus sex, crates stercoratias quatuor.

Stercorosus, a, um, Plenus stercore, κοπρώδης. Columel. lib. 9. cap. 4. Villaticum quod nascitur in oleribus & stercorosis herbis. Idem lib. 8. cap. 3. Nam plurimùm refert aquam non esse in ea, nisi uno loco, quam bibant, eamꝫ mundissimam, nam stercorosa, pituitam concitant. Cato cap. 72. Locus stercorosissimus.

Sterquilinium, nii, n. s. Locus stercoribus plenus, seu stercoris receptaculum, κοπρία, κάθαρμα. Col. lib. 1. Sterquilinia duo sint: unũ quod noua purgamenta recipiat & in annũ cõseruet, alterũ ex quo uetera uehantur, sed utrumqꝫ more piscinarum deuexum leni cliuo, & extructũ, paulumqꝫ solũ habeat, ne humorem transmittat.

Stereſis, στέρησις, Græcè, à Latinis arbiter dicitur.

Sterilis, le, om. t. Infœcundus, & fructum non ferens, ἀπὸ τοῦ στερεῖν, quod inter cætera significat carere, ἄκαρπος, ἄφορος, ἄγονος, στέρος. Plin. lib 11. cap. 39. Pubescit homo solus, quod nisi contingat, sterilis in gignendo est, seu masculus seu fœmina. Vergil. 6. Aeneid. sterilemꝫ tibi Proserpina uaccam. Idem 3. Aeneid. tum steriles exuere Sirius agros. Quid. 5. Fastor. sterilem quoqꝫ tãge iuuencã. Sterilis ueri, qui ueriũ nescit. Persius Sat. 5.

Sterilitas, atis, f. t. Infertilitas, infœcunditas, στέρωσις. Cic. pro Lege Agrar. Alterum genus agrorum propter sterilitatem incultum. Cicero 1. de Diuinat. Quorum ex habitu, atqꝫ ex colore cùm salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi, nonnunquam etiam quæ sit uel sterilitas agrorum, uel fertilitas futura. Plin. lib. 31. cap. 2. In eadem Campaniæ regione, Sinuessanæ aquæ sterilitatem fœminarum, & uirorum insaniam abolere produntur.

Sterilesco, scis, n. t. Significat sterilem fieri, στερῶ. Palladius de gallinis loquens, Vinaciæ (inquit) cibo sterilescunt, hordeo semicocto, & parere sæpe coguntur, & reddunt ouа maiora. Plin. lib. 8. cap. 50. Capuæ pinguedine sterilescunt. Idem eodem lib. ca. 16. Is ergo tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus: ad uno sterilescere.

Sterno, nis, strauí, stratum, a. t. Humi deiicio, & quasi in terram extendo, καταβάλλω. Liu. 7. bell. Pun. Ita desertum à dui cibus agmẽ, primo per agros palatur, fessiqꝫ aliquot somno ac uigiliis sternunt corpora passim. Idẽ 2. ab Vrb. Stratis ariete muris. Hor. 4. Car. Od. 14. Primosqꝫ & extremos metẽdo Strauit humi sine clade uictor. Ouid. 2. Met. Dixit, & arreptã prensis à fronte capillis Strauit humi pronã. Vnde etiã pro occidere ponitur. Ver. 10. Aen. Sternitur infelix alieno uulnere, cæsuqꝫ Aspicit, & dulceis moriẽs reminiscitur Argos. Liu. 1. bel. Mac. Et cornua equitibus, & mediis à pedite pulsi, ac repentè quum omni parte cædẽ ingenti sternerẽtur, Galli terga uertunt. Hinc cæsum exercitũ, stratum dicimus. Item stragẽ pro ingenti clade. Per translationẽ sterno pro extendo, quandoqꝫ ponitur, στρώννυμι, καταστρώω. Vnde sternere humi tapetas, frondes, & huiusmodi dicimus. Vall. Sternimus quidẽ uestes humi, ramos arborũ, flores & multa eiusmodi. Tamẽ frequẽtius dicimus, Serno humũ floribus, ramis, uestib. Et quoniã sternendo fit ut id supra quod sternimus, hoc est, extẽdimus aliquid, tegamus: sternere etiã pro tegere sumitur. Vnde sternere equos, cooperire. Liu. 8. bell. Pun. Tesseram uestri per castra dedit, ut ante lucẽ uiri equiqꝫ prãsi essent, armatus eques frænatos stratosqꝫ teneret equos. Sternere mensam, uel lectũ, id est, adornare, instruere, apparare. Ter. in Heaut. Video alios festinare, lectos sternere, cœnã apparare, &c. Cic. 2. de Leg. Credoqꝫ quod erat factitatũ, ut uni plura fierẽt, lectiqꝫ plures sternerentur. Triclinia sternere. Cic. 2. Verr. Publicè sibi cõuiuia parari, stetni triclinia etiam in foro iubebat. Item quoniam sternendo, id est, extendendo, & id quod extendimus, cõplanamus atqꝫ cõponim⁹: fit ut sternere quoqꝫ pro cõponere ac complanare usurpemus: & stratũ dicamus, cõplanatum atqꝫ compositum. Vnde stratum mare dicimus, quando nullo urgente in fluctu uento, æquatum manet, ἐστρωμένον. Ver. Ec. 9. Et nunc omne tibi stratum silet æquor. Et stratus uias dicimus, siue quòd cõplanatæ sint, siue quòd lapidibus tectæ. Liuius 8. ab Vrbe, Facto iudicio, uiua sub terrã ad portã Collinam dextra uia strata defossa scelerato campo. Item quia iacendo quodã modo extendimur, fit ut eos etiã se sternere dicamus qui se ad iacendum collocant, ut quiescãt. Idẽ 4. Geo. Sternũtque se summo diuerso in littore Phocæ. Huius uerbi cõposita sunt, Asterno, Consterno, Externo, à quo Supersterno, Desterno, Insterno, Prosterno, & Substerno, quorũ significata uide suis locis.

Stratus, a, um, part. Prostratus, humi extensus, στρωτός. Vergi. 7. Eel. Strata iacent passim sua quæqꝫ sub arbore poma. Idem 1. Aeneid. Stratoqꝫ semper discumbitur ostro. Cicero ad Attic. li. 10. Alter is, qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublevauit quidem. Stratum uerò nomen ponitur pro lecto, στρωμνὴ. Liuius 1. bell. Puni. Id quod gerendis rebus superesset, quieri datũ, ea neqꝫ molli strato, neqꝫ silẽtia accersita. Ouidius, Strataqꝫ quæ mẽbris intepuere tuis. Vergil. 3. Aen. Haud signis strato surgit Palinurus, & omnes Explorat uentos. Strata item dicũtur quæ & stragula, hoc est, quælibet uestes, quæ homini aliisqꝫ animalibus insternuntur. Vnde strata seu instrata, generaliter dicuntur omnia quæ equis mulisue insternũtur, & dicimus equos stratos, instratosqꝫ, hoc est, stratis ornatos. Liu. lib. 7. Strata detrahi iubet. Idẽ de secũdo bel. Pun. Armatos deinde, instratisqꝫ equis signũ expectare. Seneca ad Lucil. Stultus est qui equũ empturus, nõ ipsum inspicit, sed stratum eius & frenos.

Strator, m. t. Qui equũ domini sella insternit, ipsumqꝫ in equũ sustollit, ἀναβολεύς. Spart. in Carac. Quum illum in equum strator luus leuaret, pugione latus confodit. Vlpia. de offic.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

I conſulis, Proconſul ſtratores ſuos habere nõ poteſt, ſed orum uice in prouincia milites funguntur.

Sternax equus, Dicitur qui ſeſſorem excutit, ac in terram deiicit, καταβλητικὸς. Vergil. 12. Aen. Et ſternacis equi lapſum ceruice Thymœten. Seruius.

Sternuo, nuis, nui, tum, n. t. Flatum è pectore exurgentem cum capitis concuſsione emitto, πίπτυμι. Plin. libr. 7. cap. 6. Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt: ſicut ſternuiſſe à coitu, abortiuum. Idem lib. 28. cap. 6. Theophraſtus ſenes laborioſius ſternuere dicit. Propert. lib. 2. Eleg. 3. Num tibi naſcẽdi primis mea uita diebus Aridus argutum ſternuit omẽ amor? Colum. lib. 8. Atſi moleſta pituita eſt, cunilæ bubulæ, uel ſurculi nepte ſylueſtris lana inuoluti, naribus inſeruntur, uerſanturq́, donec ſternuat ouis.

Sternuto, as, are, Frequentatiuum. Plinius libro 28. capite octauo, Proboſcidis tactu capitis dolor leuatur: efficacius ſi & ſternutet.

Sternutatio, onis, uerbale, Ipſe ſternutandi actus, πταρμὸς.

Sternutamentum, ti, n. ſ. Idem quod ſternutatio, πταρμὸς. Plinius li. 24. cap. 12. Semen tritum, & hauſtum, naribus ſternutamẽtum mouet.

Sterrogonía, στερρογονία, Genus thuris, quod Latini maſculum dicunt, à ſoliditate, στερρὸν enim Græci ſolidum dicunt.

Sterquilínium, uide Sterno.

Sterto, tis, tui, n. t. Dormio, ſiue dormiendo rhonchos emitto, ῥέγχω. Terent. in Eun. Fatuus, inſulſus, tardus, ſtertit noctes diesq́. Plaut. in Mil. ſorbet dormiens. P A. Quid ſorbet? LV. illud, ſtertit uolui dicere: Sed quia conſimile eſt quod ſtertas, quaſi ſorbeas. Cicer. 2. de Diuin. Et quum ſterrentem aliquem uiderint, &c. Iuuen. Satyr. 1. Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo. Horat. Ser. Sat. 3. noctes uigilabat ad ipſum Mane diem totum ſtertebat, nil fuit unquam Sic impar ſibi. Hinc fit compoſitum Diſterto, pro euigilo, ſeu expergiſcor. Perſius, Cor iubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe Mæonides quintus pauone ex Pytagorẽo.

Steſichorites, στησιχορίτης, In talis numerus eſt octonarius ita dictus teſte Polluce, à Steſichori Poëtæ ſepulchro, quod omnibus ſui partibus octonis conſtaret, angulis uidelicet, columnis, & gradibus.

Stíbadium, ii, n. ſ. στιβάδιον, Propriè eſt ſedile, ſiue lectulus ex herba, ſiue frondibus, quo ſulti conuiuæ menſæ accumbere ſolebant. Dicta ſtibadia à ſtibadibus herbis ad diſcumbendum idoneis. Latini à tortis herbis tortum appellãt. Plinius lib. 5. Epiſt. Ex ſtibadio aqua uelut expreſſa cubantium pondere ſiphunculis effluit. Seruius in primum librum Aeneid. Stibadia (inquit) antiqui non habebant, ſed ſtratis tribus lectis epulabantur. Vnde & triclinium ſterni dicitur. Mart. lib. 14. de ſtibadio, Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigmum, Octo capit, ueniat quiſquis amicus erit. Fiebant etiam ſtibadia è tabulis quæ ebore atq́ auro ornabantur, transferebanturq́ de loco ad locum, prout libido animi ferebat. De hoc locutus eſt Martialis; quum inquit, Et teſtudineũ menſis quater hexaclinon Ingemuit atrio non ſatis eſſe ſuo. Hexaclinon uocat ſtibadium ſex capiens lectos.

Stíbium, ii, n. ſ. quod Stibi, & Stimmi, στίμμι, Metalli genus eſt ſimile galenæ, ſed magis radians, quod uulgò antimonium dicitur. Plin. lib. 33. cap. 6. In argenti enim metallis inuenitur lapis ſpumæ candidæ, atq́ nitentis, quem alii ſtibium, alii alabaſtrum, alii larbaſon appellant. Duo eius genera, mas & fœmina. Magis probant fœminam: horridior eſt mas, ſcabrior q́, & minus ponderoſus, minusq́ radians, & arenoſior. Fœmina contrà nitet, friabilis, ſiſſurisq́, non globis dehiſcens. Cuius uis principalis eſt circa oculos quos dilatat, quorumq́ fluitiones, exulcerationesq́ inhibet. Ideò id Græci πλατυόφθαλμον dixere, ab oculorum dilatatione. Vnde in Hieremia propheta, Quum pinxeris ſtibio oculos tuos, fruſtrà componeris. Hieronymus ad Furiam, Non habuit criſpantes mitras, nec ſtridentes calceolos, nec orbes ſtibio fuliginatos.

Stibinus, na, num, penult. produ. Quod ſtibii colorem habet, στιμμιώδης.

Stichos, στίχος, Latinè uerſus ſiue ordo dicitur unde diſtichon.

Stígma, atis, n. t. στίγμα, Nota, ſiue ſignũ quod inuritur, στίζω pungo. Martialis libro 12. Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt. Plinius lib. uigeſimo quinto, cap. 13. Ideò ad lepras & pſoras utũtur, & ad tollẽda ſtigmata. Iuu. ſat. 10. Mitius id ſanctè quod non & ſtigmate dignũ Credidit. Per translationẽ quandoq́ ponitur pro ſuggillatione, & infamia. Suet. in Cæſ. Dict. Valer. Catullum à quo ſibi uerſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ſatisfacientẽ ea die adhibuit cœnę, hoſpitioq́ patris eius, ſicut cõſueuerat, uti perſeuerauit.

Stigmatici, m. ſ. στιγματικοὶ, Dicuntur famoſi & nocentes, quibus ſtigmata, hoc eſt, nota aliqua ita inuſta eſt, ut ſemper appareat. Cic. ſcribit Alexãdrũ Pherẽũ, quũ ad uxorẽ in cubiculum ueniret, ſolitũ præmittere ſeruũ ſtigmaticũ, cõpunctum notis Thereiciis, diſtricto gladio, ob metum. Eius uerba ſunt hęc lib. 2. Off. O miſerum, qui fideliorẽ & barbarũ, & ſtigmaticum putaret, quàm coniugem.

Stigmoſus, a, um, Idẽ. Plin. Epi. 5. In quo ruſticũ inſectatur, atq́ etiam Stoicorũ ſimiã appellat, adiicit Vitellina cicatrice ſtigmoſum.

Stígo, as, a. p. Stimulo, irrito, ὀρίζω, à quo inſtigo, conſtigo, fuſtigo, quanuis quidam ab ago compoſita eſſe uelint.

Stílla, æ, f. p. diminut. à Stria (ut inquit Feſtus) & accipitur pro gutta, σωρὸν, σταλαγμὸς, ut ſtilla olei, ſtilla aquæ. Plin lib. 29. cap. 4. Exco, quum opus ſit, ternis ſtillis additis in oleum, perunguntur, ut omnes beſtiæ fugiant eos. Apul. Et ſanguinis eruptionẽ uentriculo admoto excipit diligenter, ut nulla ſtilla compareat uſquã. Vitru. lib. 2. Faſtigia faciẽtes, luto inducto, proclinatis tectis, ſtillicidia deducebant, per id ſtillæ decidunt in impluuium, Martial. Atq́ olei ſtillam donaret Opellicus unctor.

Stillatitia reſina, Quæ rufo colorę lenteſcit, dicta quòd guttatim ſtillaret, κατάσακτος. Plin. lib. 17. cap. 11. Eadem reſina ſic cum aqua leuius decoquatur, coleturq́, rufo colore lenteſcit, ac ſtillatitia uocatur.

Stillicidium, dii, n. ſ. Locus in quem è tecto guttæ decidunt: quaſi ſtillarum cadium, σταλαγμὸς. Cic. 1. de Leg. Quamobrẽ quòd me uocas? aut quid horraris? ut libellos conficiã, de ſtillicidiorũ, ac parietũ iure? Idẽ in Orat. Quam enim indecorũ eſt, de ſtillicidiis, quũ apud unũ iudicẽ dicas, ampliſſimis uerbis, & locis uti cõmunibus, de maieſtate pop. Rom. ſubmiſsè & ſubtiliter?

Stillo, as, a. p. Guttatim fluo, ſiue emitto. σάλλω, νάβω. Plin. lib. 28. cap. 7. Et contra morſum eiuſdẽ bibitur, ſtillaturq́. Hor. de Arte, Palleſcet ſuper his, etiam ſtillabit amicis Ex oculis rorem. Luc. li. 7. Omne nemus miſit uolucres, omnisq́ cruenta Alite ſanguineis ſtillauit roribus arbor. Iuu. Sat. 3. nam quum facilem ſtillauit in aurẽ Exiguũ de naturę, patriq́ ueneno, Lumine ſubmoueor. Huius compoſita ſunt, Deſtillo, diſtillo, extillo, & inſtillo, quorum ſignificata ſuprà explicuimus ſuis locis.

Stillans, antis, participium. Cicero 2. Phil. Ille qui ſtillantem præſe pugionem tulit. is à te honoris cauſa nominatur. Ouidius 1. Amor. Eleg. 8.

Sanguine (ſi qua fides) ſtillantia ſydera uidi.

Stillatus, a, um, partic. Ouid. 2. Metam. Inde fluunt lachrymæ, ſtillataq́ ſole rigeſcunt. De ramis electra nouis.

Stillatio, onis, uerbale, Actus ſtillandi.

Stípones, νάνοι, dicuntur ab aliquibus, homines parui qui nani uocitantur.

Stímmi, ios, στίμμι, Metalli genus, quod & ſtibium à Latinis & uulgo antimonium appellatur, Vide paulò antè in dictione Stibium.

Stímulus, li, m. ſ. ἀπὸ τοῦ στίζω. Propriè dicitur fuſtis acutæ cuſpidis quo ruſtici boues ſuppingunt, κέντρον. Plaut. in Aſin. Vtinam nunc ſtimulus in manu mihi ſit. Per translationem dicitur omne illud à quo uexamur. Cic. 2. Tuſ. Nam ſi omnia fugienda turpitudinis, adipiſcendęq́ honeſtatis cauſa faciamus, non modo ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunæ contemnamus, licebit. Stimulum carnis, & uitiorum dicimus. Plaut. in Truc. Næ iſta ſtimulum longè habet, quæ uſq́ illinc Cor pungit meum. Vergil. 3. Georg. Sed non ulla magis uires induſtria firmat, Quàm uenerem, & cæci ſtimulos auertere amoris. Idẽ 11. Aen. Et ſtimulis haud mollibus incitat iras. Ouid. 2. Met. Parce puer ſtimulis, & fortius utere loris.

Stimulo, as, a p. Pungo, cõmoueo, ago, concito, incito, παροξύνω, παροτρύνω, διεγείρω, κινέω. Terent. in Heau. Magis me nũc amicæ dicta ſtimulãt. Cic. pro Sex. Roſ. Hunc mihi ex animo ſcrupulũ euelle, q́ me dies noctesq́ ſtimulat ac pũgit. Idẽ Ar. lib. 9. Me congreſſus Cęſaris ſtimulat, &c. Idem in Paradox. Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorũ tuorũ. Liu. 2. ab Vrbe,

Hæc ira,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hæc ira indignatioq; ferocẽ animũ ad uexandũ ſeuo imperio exercitum ſtimulat. Plaut. in Ciſt. Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, uerſor in amoris rota. Ver. 4. Aen. Ecce iterũ ſtimulat, &c. Hinc Extimulo, quod eſt ualde ſtimulo. Col. lib. 7. Libidinis extimulatur furiis.

Stimulatio, onis, uerb. Ipſe ſtimulandi actus, κνιτισμὸς, παροξισμὸς. Plin. lib. 35. cap. 2 Eratq; hæc ſtimulatio ſumma & ingẽs exprobrãtibus tectis, quotidie imbellẽ dominũ intrare in alienum triumphum.

Stimulator, oris, m. t. uerb. κέντωρ. Cic. pro Domo ſua, Sin in cauſa fuit annona, ſeditionis quidẽ ſtimulator & concitator tu fuiſti.

Stimulatrix, icis, f. t. κέντρια. Plautus in Moſtel. ut ueneficæ illi Fauces præhendam, atq; enecem ſceleſtam ſtimulatricem.

Stimuleus, a, um, pen. co. ut Suppliciũ ſtimuleũ, quod ſtimulis infligitur. Plaut. in Mil. Niſi tibi ſuppliciũ ſtimuleũ deditur, Dedecoris pleniorem herum faciam tuum.

Stimulatus, a, um, partic. ut Rabie furẽti ſtimulatus animus. Catul. Epig. 58. Ouid. 1. de Arte, Iurgia præcipuè uino ſtimulata cauето.

Stíngo, ſiue Stinguo, gis, xi, ctum, Eiuſdẽ ſignificationis eſt cum Extinguo, σβέννυμι. Cic. in Prog. Vt quũ luna meas Hyperionis officit orbi, Stinguntur radii cæca caligine tecti. Lucret. lib. 2. ut cernere poſſis, Euaneſcere paulatim, ſtinguiq; colorẽ. Huius compoſita ſunt, Diſtinguo, extinguo, interſtinguo, & reſtinguo.

Stípatio, Stípator, uide Stipo.

Stípendium, dii, n. ſ. Aes militare, ſeu præmium quod militibus datur, ἀποφορὰ. Compoſitum nomen ex ſtipe, & pendo, quòd ante numũ ſignatum Quæſtores ſtipũ militibus appendere ſolebant, non annumerare. Stips autẽ dicebatur ab antiquis à ſtipando, quòd eo tempore quo pop. Rom. ære grauи utebatur, in cellulis ęs ſolebat ſtipari. Nam etiam exiguæ ęris grauis ſummæ maiorem faciebant cumulum, quàm ut crumenis, uel loculis poſſent includi. Paulò aliter Vlpian. de Verb. ſignifi. l. Ager, Stipendium (inquit) à ſtipe appellatum, quòd per ſtipes, id eſt, modica ęra colligatur. Emeritis ſtipendiis, & Confectis ſtipendiis in eadem dicuntur ſignificatione. Dicebantur enim ſtipendia confecta, uel emerita, quum elapſo tempore iuſtæ militiæ, milites iureiurando ſoluebantur. Cic. pro Pompeio, Partem militum qui iam ſtipendiis confectis erant, dimiſit. Emerita ſtipendia ambitionis. Cic. de Senect. At illa quanti ſunt, animum tanquam emeritis ſtipendiis libidinis ambitionis, conuentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium ſecum eſſe, ſecumq; (ut dicitur) uiuere? Explere ſtipendia. Tacit. lib. 3. Quanquam ipſe plures per prouincias quadraginta ſtipendia expleuiſſet. Facere ſtipendia pedibus. Liu. Sed qui tum ſtipendia pedibus propter paupertatem feciſſet. Stipendium etiam dicitur tributi genus quod quis tenetur ſoluere principi, aut Reipub. ad ſuſtentationem militum, τέλος. Liu lib. 2. Vt diuites conferrent qui oneri ferendo eſſent, pauperes ſatis ſtipendii pendere ſi liberos educent.

Stipendialis, le, om. t. Idẽ quod ſtipẽdiarius, ὑποτελὴς, unde Fœdus ſtipendiale, apud Sidon. Apollin.

Stipendiarium, rii, n. ſ. Certum uectigal ἀποφορὰ. Cic. in Verr. Act. 5. Inter Siciliam, cæterasq; prouincias, Iudices, in agrorũ uectigalium rationibus hoc intereſt, quòd cæteris aut impoſitum uectigal eſt certũ quod ſtipendiarium dicitur, aut cenſoria locatio conſtituta.

Stipendiarius, a, um, Tributarius, qui ſoluendo ſtipendio obnoxius eſt, ὑποτελὴς, ut Ciuitates ſtipendiariæ, quibus certum ſingulos in annos imperatum erat tributum. Cæſar Comment. 1. Reliquasq; ciuitates ſtipendiarias haberent, id eſt, tributarias.

Stipendiarii, m. ſ. ſubſt. Stipẽdiariæ ciuitatis incolæ. Cic. 1. Ver. Socii, ſtipendiariiq; populi Romani afflicti, miſeri, &c. Idem pro Cornelio Balbo, Quę pareant ſtipendiariis, pareant hoſtibus.

Stipendior, aris, d. p. Stipendia facio, uel mereo, μισθοφορέω. Plinius lib. 6. Regi eorum peditum ſexcenta millia, elephantorum nouem, per omnes dies ſtipendiantur, id eſt, ſtipẽdia faciunt, & merent.

Stípes, itis, m. t. Truncus, aut ualidus fuſtis humi defixus, κορμὸς. Cæſar 1. bell. Ciuil. Foſſas tranſuerſas uiis perducit, atq; ibi ſudes ſtipitesq; præacutos defigit. Ouid. 4. Faſtor. Querno religant in ſtipite funem. Idem 3. Faſt. Conſtitit ipſe ſuper ramoſo ſtipite nixus. Per translationem accipitur pro ſtulto, inſulſo, & fatuo. Terent. in Heaut. In me quidquis harum rerum conuenit, Quæ ſunt dicta in ſtultum, cau dex, ſtipes, plumbeus. Cic. in Piſ. Sed qui tanqnam truncus, atq; ſtipes, ſi ſtetiſſet modò, poſſet ſuſtinere tamen titulum Conſulatus.

Stípo, as, a. p. Rimas obturo, condenſo, in unum cogo, claudendo coarcto, ἐπάγω, πυκνόω. ἀπὸ τῦ σύφαρ, quod ſignificat condenſare: unde & ſtypare, ſiue ſtupare, quidam ſcribendum exiſtimant. Aut certè à ſtupa, hoc eſt, lini purgamento, quod in ſtipandis nauium rimis ſolet adhiberi. Columella lib. 7. cap. 8. Deinde quò tenerior permaneat, clauſo, neq; uentis obnoxio loco ſtipatur per plura tabulata. Ver. de apibus, aut quum liquentia mella Stipant, & dulci ſuſtendunt nectare cellas. Idem 3. Aeneid. ſtipatq; carinis Ingens argentum. Stipari item dicuntur principes, qui cuſtodiæ cauſa ſatellitio cinguntur, δορυφορέομαι. Item qui amicorum, clientum, comitumũe turba ſepiuntur. Liu. lib. 1. Stipatus agmine armatorum, in forum irrumpit. Cic. ad Attic. lib. 1. Quum ad forum ſtipati gregibus amicorũ deſcendimus, reperire ex magna turba neminem poſſumus, qui cum aut iocari liberè, aut ſuſpirare familiariter poſſimus. Ver. 1. Aen. Regina ad templum forma pulcherrima Dido Inceſſit, magna iuuenum ſtipante caterua. Idem 4. Geor. ad apes tranſtulit, quę & ipſe regis ſui latera tanquam de eius ſalute ſolicitę, cingunt ſepiuntq;.

Stipatus, a, um, Vergil. lib. 11. Aeneid. Tum ſocios (namq; omnis eum ſtipata tegebat Turba ducum) ſic incipiens hortatur ouanteis.

Stipatio, onis, f. t. uerb. Ipſe ſtipãdi actus. Cic. pro Syl. Eius aſpectus, concurſatio, ſtipatio, greges hominũ peditorũ, metũ nobis ſeditionesq; afferebant. Plin. lib. 10. cap. 22. Ira cæteri ſtipatione naturali propellunt eos.

Stipatores, m. t. Qui in nauibus onera componunt, ὑπαχταί. Item ſatellites, quos principes corporis cuſtodiæ cauſa ſibi adhibent, à ſtipe quam accipiebant: uel quod reges ſtipent, & undiq; circundent, ac claudant, penè conſtringentes, inſtar apum circa ipſarum regem: aut quòd ipſi ferro ſtipari ſunt, δορυφόροι. Cic. lib. 2. Offic. Præmittebatq; de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in ueſtimentis telum occultaretur, exquirerent. Hos antiqui à latere latrones uocabant. Horatius primo Sermonum, Satyra tertia. dum tu quadrante lauatum Rex ibis, neque te quiſquam ſtipator, ineptum Præter Criſpinum ſectabitur.

Stipticus, a, um, ſiue potius Stypticus, στυπτικὸς, Quod uim habet ſtipandi, hoc eſt, denſandi, ἀπὸ τῦ σύφαρ, quod eſt denſare. Plin. lib. 21. cap. 25. Quæ ex his phœniceum colorem habet, radice contrita, cuicunq; animaliũ impoſita, ulcerũ habet ſtypticam uim.

Stips, ſtipis, & Stipis, ſtipis, f. t. Pecuniæ genus, quod per capita colligi ſolet, quod ἀγορμὸς dicitur à Græcis. Cic. 2. de Legib. ex XII. Tab. Præter Idææ Matris famulos eosq; iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. Et rurſum, Stipem ſuſtulimus, niſi eam quam ad paucos dies propriam Idææ Matris excepimus. Implet enim ſuperſtitione animos, & exhaurit domos. Pecunia quoq;, quam uel in ærarium reponebant, uel diis offerebant, uel mendaciis porrigebant ad ſuſtentationem uitæ, ſtips dicebatur, à ſtipando: propterea quòd in cella ſtipabatur, id eſt, cõponebatur. Plin. Epiſt. 161. Eluctatusq; facit gurgitẽ, qui lato gremio poſcit, purus uitreus, aut numerare iactas ſtipes & relucentes calculos poſſis. Stipem magnam confert hæc res, id eſt, fructum. Col. lib. 8. cap. 1. Quippe uillaticæ paſtiones, ſicut pecuniariæ, non minimam colono ſtipem conferant. Conferre ſtipem, Vlp. de Col. illic. Sed tenuioribus permittitur ſtipem menſtruã conferre, dum tamen ſemel in menſe coëant. Spargere ſtipẽ. Plin. lib. 33. ca. 10. Pop. Rom. ſtipẽ ſpargere cœpit Sp. Poſthumo, Quint. Martio COSS. tanta pecunia erat, ut eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit.

Stípula, æ, f. p. à ſtipa, ſiue ſtupa deducitur; ſiue quòd ſtupæ inſtar uratur, ſiue quòd ea quoq; ſtipari tectorum rimæ conſueuerunt, καλάμη. Eſt autem ſtipula calamus frumenti, puta tritici, hordei, & ſimiliũ, quòd ſcilicet cõtinet ſpicã, cuius internodia genicula dicuntur, & aliquando genua, à ſimilitudine gennũ animalis. Ouid. 4. Faſt. Moxq; per ardẽtes ſtipulæ crepitãtis acerũos Traiicias celebri ſtrenua membra pede. Ibidem, Captiuam ſtipula fœnoq; inuoluit, & ignes

Admo-

Admouet: urentes effugit illa manus. Verg. 1. Georg. Culmũ que leuem, ſtipulasq; uolantes. Stipula etiam dicitur, quę remanet in campo, demeſſo frumento. Vergil. 1. Georg. Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros, Atq; leuem ſtipulam crepitantibus urere flammis. Spicæ prꝛterea, quę poſt meſſorum terga à tenuoribus legi ſolent Stipulæ appellantur. Terent. in Adel. prꝛter hæc.

Meridie ipſa faciam ut ſtipulam colligat.

Stípulor, aris, com. p. ſecunda ſyllaba corr. Eſt certa & ſolennia quædam uerba concipere, quibus is qui interrogatur, aliquid ſe daturum, facturumue promittit, *συγγράφω, διομολογοῦμαι, προξενῶ, μυστύομαι*. Et quamuis propriè de iis interrogationibus dicatur, in quibus de pecunia, agitur, eò quòd à ſtipe dictum putetur: transfertur tamen ad omnes rogationes quæ de quauis re interponuntur. Cicer. 2. de Legibus Scis cui legatum eſt, ſtipulatus eſt idipſum, quod legatum eſt, ut ea pecunia ex ſtipulatione debeatur. Col. in Prefat. li. 10. Fœneris tui Slyuine, quod ſtipulanti ſpopondêrã tibi, reliquam penſiunculam percipe. Eſt aũt Stipulor (ſecundum Priſc.) uerbum cõmune q; tã in actiua, quàm paſſiua ſignificatione, ablatiuo iungitur. Dicimus enim, Stipulor abs te: pro rogo te: peto abs te & Stipulor abs te, ꝓ rogor abs te. Iuu. Quantumuis, ſtipulare, & protinus accipe quod do. Vt totiens illum pater audiat. Quo in loco eſt actiuæ ſignificationis. Suet. uerò paſſiuè protulit, Prętorum lectoria, quæ uetat minorem annis uiginti quinq; ſtipulari, id eſt, interrogari. Plaq; paſſiuè dixit, Niſi dolo malo inſtipulatus ſis. Idem in Curcul. Ibidem erunt ſcorta exoleta, quę ſtipulari ſolent. Huius uerba compoſita ſunt. Aſtipulor, quod eſt conſentio. Ci. lib. Acad. Falſum eſſe Stoici dicunt, & eorum aſtipulator Antiochus. Inſtipulor. Plaut. in Pſeud. Minæ uiginti ſaluæ & ſanę ſunt tibi. Hodie, quas abs te eſt inſtipulatus etiam Pſeudolus. Reſtipulor, de quo ſuprà ſuo loco.

Stipulatores, m. t. dicuntur qui per interrogationem obligant promiſſorem. Cicero pro Quint. Literæ P. Quintii, teſtes tot quib. omnibus cauſa iuſtiſſima eſt, cur ſcire potuerint: nulla cur mentiantur, quum à ſtipulatore tuo comparabuntur. Hæc enim duo ſtipulator & promiſſor, opponuntur. Quod docet Iureconſultus titul. de Verb. oblig.

Stipulatio, tionis, f. t. (ut inquit Pomponius) Eſt uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturumue ſe id quod interrogatus eſt, reſpondet, *συγγραφή*. Cicero ad Atticum libro decimoſexto. Etſi nondum ſtipulationes legeram (nec enim Eros uenerat) tamen rem pridie Iduum uellim conficias. Seneca de benefic. libro tertio, capite decimo quinto, Vtinam nulla ſtipulatio emptorem uenditori obligaret, nec pacta, conuenta q; ue, impreſſis ſignis cuſtodirentur, fides potius illa ſeruaret, & æquum colẽs animus.

Stipulatiuncula, æ, diminutiuum. Cicer. 1. de Orat. Tu mihi quum in circulo decipiare aduerſarii ſtipulatiuncula, & quum obſignes tabellas clientis tui, quib. id ſcriptum quo ille capiatur, ego tibi ullam cauſam maiorem committendam putem.

Stipulatus, tus, m. q. Idem quod ſtipulatio. *ὁμολογία*. Plin. Iouis deorum ſummi ſtipulatu.

Stíria, æ, f. p. Propriè eſt aqua frigore concreta, pendens, gutta tim q; ſtillans, *κατακτὸς*. Verg. 3. Georg. Stiriaq; impexis in duruit horrida barbis. Mart. libro ſeptimo, Turpis ab inuiſo pendebat ſtiria naſo. Plinius. Diſtillantes hyberno gelu ſtirias.

Stirps, huius ſtirpis, Modò fœm. ge. eſt, Idẽ ſignificans quod origo, progenies, ſoboles, *γενεά*. Verg. 1. Aen. Heu ſtirpem inuiſam. Idem 3. Aen. quæ uos à ſtirpe parentum. Prima tulit tellus. Ouid. 2. Metam. Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno. Lętus erat, myſtoq; oneri gaudebat honore. Modò maſculini generis & ſignificat imam, firmiſſimam q; arboris partẽ quam & truncum appellamus. Idem Meta. lib. 12. Quum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. In qua ſignificatione inuenitur etiam fœmininum. Hor. Stirpes q; raptas, & pecus & domos. Stirps quæſtionis, origo, fundamentum, per trãslationem Cic. 4. de finibus Differo etiam partem quæ quaſi ſtirps eſt quæſtionis.

Stirpeſco, is, ere, In ſtirpem conuerti. Plin. libr. 9. cap. 8. Nam ſi defringatur, ſtirpeſcere & intermori.

Stirpitus, pen. cor. aduerbium, Idem ſignificans quod funditus, ſeu radicitus, *ἐκβάθρων*. Cic. 4. Tuſc. Hunc errorem qua ſi radicem omnium malorum, ſtirpitus philoſophia ſe extra ſturam pollicetur.

Stiua, æ. Aratri manica, quæ tenetur manibus quum aratur *ἐγκόλπιον*. Verg. 1. Georg. Stiuaq; quæ currus à tergo torqueat imos. Ouid. 8. Metam. Hos aliquis, tremula dum captat arundine piſces, Aut paſtor baculo, ſtiuæue innixus arator Vidit, &c. Idem 4. Faſt. Inde premẽs Stiuam deſignat mœnia ſulco. Dicta ſtiua à ſtando, quia ſuper eam regula ſtat, & eſt quaſi temo inter boues.

Stlata, æ, f. p. Genus nauigii (inquit Feſtus) latum magis quàm altum, à latitudine ſic appellatum, ſed ea conſuetudine qua ſtlotum pro locum, ſtlitem pro litem dicebant antiqui qui dictionibus ab l incipientibus, ſt literas proponere ſolebant.

Stlatarius, Dicitur qui ſtlata uehit, ſicut à ſchapha ſcapharius.

Stlatarius, a, um, Dicitur quod mari portatum eſt, quaſi ſtlata aduectum. Iuuen. Sat. 7. Spondet enim Tyro ſtlataria purpura filo.

Stlembus, Grauis & tardus. Lucius, Atq; equũ pedidus ſtlẽbum. Feſtus.

Stlitibus iudicandis, Dicebant ueteres, pro litibus iudicandis. Feſtus.

Stlopus, ſonus qui ex inflatione buccarũ erumpit. Perſ. ſat. 5. Nec ſtlopo tumidas intendit rumpere buccas. Alii ſcribũt ſclopus.

Sto, as, are, ſteti, ſtatum, n. p. Propriè ſignificat erectum eſſe, & ſua mole conſiſtere, cui opponitur ſedere. Plaut. in Capt. Hi ſtant hîc ambo, non ſedent. Terent. in Eunuc. Interim Dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obuiam uenit. Et nõ tantùm de animatis, ſed de inanimatis q; dicitur, ut Nauis ſtat, Flumen ſtat, Currus ſtat. Sol item ſtare dicitur quum ad alterum Tropicorum perueniens, ulterius progredi non poteſt, ſed curſum incipit reflectere. Vnde dicimus eſſe Solſtitia, alterum æſtiuum, alterum hybernum. Item permanere, durare, *ἐμμένειν*. Cicero 1. Offic. Facere promiſſa ſtare conuentis, reddere depoſitum. Ver. 4. Aen. Et bene apud memores ueteres ſtat gratia facti. Item Horrere, ut annotauit Nonius, citans locum ex Tritinnio, Atq; illud ante pattum comederet: fundi ſtabunt ſentibus. Item alterũ ex Cæcilio, Hic amet: familiæ fame pereant: ager autem ſtet ſentibus. Item plenum eſſe. Vergil. 12. Aen. iam puluere cælum Stare uident. Item prominere, ut annotauit idem Nonius, citans illud Lucii ex lib. 29. Hic corpus ſolidum inuenies, hic ſtare papillas Pectore marmoreo. Item præſtitutum eſſe, & immobilem. Veig. 10. Aeneid. Stat ſua cuiq; dies, breue & irreuocabile tempus, Omnibus eſt uitæ. Ouid. 1. Metam. Sic ſtat ſententia, id eſt, immobilis & fixa eſt, *δέδοκται*. Item in animo eſſe, & conſtitutum habere. Verg. 12. Aen. Stat conferre manum Aeneæ, ſtat quicquid acerbi eſt Morte pati. Item poſitum eſſe, *πάσθαι*. Vergil. 1. Aen. Omnis in Aſconio chari ſtat cura parentis. Item quieſcere. Apuleius, Dum forte ſtarent in taberna ludentes. Item in priſtino ſtatu manere. Verg. 2. Aen. Troiaq; nunc ſtares, Priamiq; arx alta maneres. Item conſtare, & magno precio emptum eſſe. Liu. lib. 23. Multoq; ſanguine ac uulneribus ea Pœnis uictoriæ ſtetit. Gellius, Magno ei ſtet, ea nocte abſentem fuiſſe. Quintil. Neq; ipſe hoc periculum ignoro, experrus non leui documento, quanti ſteterit mihi, quod ſemel imperata nõ feci. Stare firmum, eſt non moueri, ſed conſtantem eſſe, *ἐν χώρᾳ μένειν*. Liu. Reſiſtere autem aduerſus famã, rumoresq; hominum, ſi ſatis firmus ſteteris. Stare per me, per te, per illum, aliquid dicitur, quum ego, tu, aut ille impedimento eſt, ne quid fiat. Plin. li. 18. Non ſtat per me, quo minus cælum intelligas, & cæleſtia ſcias. Quintil. Non per me ſtetit ſed per illam. Stare à Senatu, uel ab optimatibus, eſt Senatus, uel optimatum cauſam tueri. Cicero de Clar. Orat. Nemo à Senatu, & à bonorum cauſa ſtetit conſtantius. Stare à mendacio contra uerum Cicero 2. de Inuent. pro eo quod eſt tueri falſum, & uerum oppugnare Stare extrema fortuna, eſt ſummo in periculo ſitum eſſe. Cic. in Sall. Bis ad ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit. Cõpoſita huius uerbi ſunt, Abſto, adſto, uel aſto, conſto, circunſto, anteſto, cõtraſto, pro aduerſor. Næuius, cõtraſtat ſemper, nec me ſinit loquier. Exto, à quo ſuperexto, inſto, interſto, diſto, obſto, perſto, præſto, proſto, reſto, ſubſto, ſuperſto. Vide ſuis locis.

Statur, imperſonale, Plaut. in Pſeud. Quid agitur? ſtatur hîc ad hunc modum?

Status, a, um, Idem quod firmus, fixus, immobilis, certus, *τεταγμένος*,

ἵστημι. Plin. lib. 18. Iam primùm hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse, propter statos siderum cursus. Cic. de Aruſp. Reſp. Statas ſolennesq; cęremonias Pontificũ continęri. Sic ſtaris uicibus aliquid fieri dicitur, quod certis fixisq; temporibus iteratur, ὁμοταξία ποιεῖσθαι. Status dies cum hoſte, eſt dies conſtitutus controuerſiæ cum peregrino iudicio finiendæ. Plaut. in Curc. Status conductus cum hoſte, intercedite dies. Cic. 1. Off. Si ſtatus dies ſit cum hoſte uenito. Stata ſacra, quę certis ac ſtatutis diebus fiebant, & non mutabantur, ſed firma & ſtabilia erant, diuerſa ab illis quę in dicta uocantur, quæ nimirum uel in alia tempora reiici poſſunt, uel etiam omitti penitus, τακτὰ θυσία. Catul. Sacra ſtata, ſolennia ſancta ſeruaſti. Ouid. 1. Faſt. Ter, quater cuolui ſignantes tempora Faſtos, Nec Sementinæ eſt ulla reperta dies, Tum mihi (ſenſit enim) lux hæc indicitur inquit Muſa, quid à Faſtis non ſtata ſacra petis? Ennius modicam & modeſtam fortunam mulieris ſtatam uocauit, quam Phauorinus apud Gell. non inuenuſtè uxoriam formam nominat. Vide Gell. lib. 5. cap. 11.

Status, us. m. q. Conditio, habitus, κατάσασις. Colum. lib. 8. Quare ſtatus eius longior productiorq; ad hos caſus magis habilis eſt. Cicero Lent. lib. 1. Epiſt. Ex eodem de toto ſtatu rerum omnium cognoſces. Idem de Aruſp. reſ. Hunc ſtatum, qui nunc eſt, nulla alia re, niſi concordia retinere poſſumus. Deducere aliquem de ſtatu uitæ, eſt eum à ſolito uitę tenore abducere. Cicero 3. Verrin. Me de ſtatu lachrymis ſuis deduxerunt. Apud Rhetores autem Status, στάσις dicitur, ſumma cauſæ conſtitutio, ad quam totius orationis argumenta referuntur, hoc eſt, id quod naſcitur ex conſtitutione petitionis actoris & defenſionis rei. Id autem dilucidius fiet huiuſmodi exemplo: Deiotarius inſidias ſtruxit Cæſari, intentio eſt actoris. Non ſtruxit; depulſio rei. Hinc oritur conſtitutio, ſiue ſtatus, Struxeritné inſidias Cæſari Deiotarus. Et quoniam in omni diſceptatione quęritur an ſit, quid ſit, uel quale ſit, tres inde oriuntur ſtatuum differentiæ, Coniecturalis, Legitima, & Iudicialis. Cicero in Top. Refutatio accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, Græcè στάσις, Latinè ſtatus uocetur.

Statio, onis, f. t. Locus in littore ſinuoſus, in quo naues ad rempus poſſunt conſiſtere, minus tamen tutò quam in portu, καθμὸς. Vergil. 2. Aen. Nunc tantùm ſinus & ſtatio malè fida carinis. Item 10. Aen. Frangere nec tali puppim ſtatione recuſo. Stationes item dicuntur loca in quibus milites conſederunt, quæ & ſtatiua dicuntur, & præſidia. Curtius. Cognitum id per exploratores, qui ſtationes hoſtium fuerant ingreſſi. Locum item uigilibus ad excubias agendas aſſignatum, ſtationem uocamus, quòd in eo ſubſiſtere cogantur, neq; eum ſine graui noxa poſſint relinquere. Verg. 9. Aen. Vigiles ſimul excitat, illi Succedunt, ſeruantq; uices, ſtatione relicta, Ipſe comes Niſo graditur. Item officina, in quam multi conueniunt, ut de aliqua re decernatur, & ius dicatur, ſtatio appellatur. Gell. lib. 13. cap. 13. Quæſitũ eſſe meminit, in pleriſq; Romæ ſtationibus, ius publicè docentium. Iuuen. Sat. 1. Stationes omne theatrum. Similiter errantium ſtellarũ matutinæ (quas primas uocãt) & ueſpertinæ (quas ſecundas) quum ſtare ſpectantibus uideantur in Oriente, & Occidente ſtationes uocantur. Per metaphoram etiam Statio pro temporaria habitatione accipitur. Cic. ad Attic. lib. 6. Athenis ſtatio mea nunc placet. Sumpta translatio à loco literali, ubi naues ad tempus ſubſiſtunt, quanuis non æquè tutò, atq; in portu. Propriè autem ſtatio dicitur ipſe ſtandi actus, unde cæteræ omnes ſignificationes fluxerunt.

Statiuncula, æ, f. p. diminut. Parua ſtatio, ſicut à ratione ratiuncula.

Stationalis, & le, om. t. φυλακτικὸς, ut Stationales milites, qui & ſtationarii, quibus certa ad excubias agendas aſſignata eſt ſtatio. Stationales ſtellæ, quæ matutino tempore omniũ nouiſſimæ, & ueſpertino omniũ primæ in cælo apparẽtes, quaſdam quaſi excubias facere uidentur. Plin. de ſideribus loquẽs lib. 2. cap. 21. Eadẽ ſtationalis ſenis menſibus cõmoratur in ſignis, alioqui bimeſtris quum cęteræ utraq; ſtatione quaternos menſes non impleant.

Stationarii milites, Dicũtur quibus cuſtodiæ aut præſidii gratia ſtatio aſſignata eſt. ut qui in caſtris, urbibusue ad excubias agẽdas certo loco diſponũtur, quiúe in prouinciis diſtribuuntur partim ad externã uim, ſi qua fortè ingruat, propulſandã, partim ad prouinciales in fide continendos, φυλακικὰ.

Statiua, orum, n. f. Caſtra, ſiue munitions militares, à ſtando dicta, quod in iis milites ſubſiſtunt, καθμὸς, ἵδρυμα. Liu. lib. 1. ad Vrbe, In his ſtatiuis (ut fit) longo magis quàm acri bello ſatis liberali commeatus eant. Et lib. 9. Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt. Cic. pro Lege Ag. Num quid cauſę eſt quin omnes agros, urbes, ſtatiua, portus, totam deniq; Bithyniam Decemuiri uenditurі ſint?

Statiuus, a, um, pen. prod. Idem quod ſtationalis, ut Præſidium ſtatiuum, quod certis locis cuſtodiæ & ſecuritatis gratia diſponitur. Caſtratina, quę & ſtatiua abſolutè, munitiones ſunt militares, quibus copiæ ſepiuntur, ut aduerſus repentinum hoſtium incurſum tutę ſint, neq; inuitę in præliũ deſcendere cogantur.

Statarius, a, um, Fixus, firmus, immobilis, μόνιμος, καθηρὸς. Vt de ſtatarię fabulę dicęſunt quæ motoriis opponuntur, hiſtrionibus minimè laborioſæ, quippe quę à ſtantibus non diſcurſantibus, tumultuantibusue peragerentur. Terent. in Heautont. Adeſt æquo animo, date poteſtatem mihi Statariam agere ut liceat per ſilentium. Statarius orator. Cicero declaris Orator. C. Piſo, ſtatarius & plenus ſermonis orator. Et paulò antè, Si quos ſtatarios appellant, quorum eſt illa ſimplex in agendo ueritas. Pugna ſtataria, in qua non furtis non excurſionibus, non leuibus præliis, ſed collatis utrinq; ſignis decertatur. Statarii ordines, ad ſtatariam pugnam inſtructi. Liuius libro 9. Statarios uterque miles ordines ſeruans.

Stabilis, le, om. t. Firmus, & fixus, βέβαιος, σάσιμος, καθηρὸς, ut apud Terentium in Adelph. Errant longè, mea quidẽ ſententia, Qui imperiũ credant grauius eſſe, aut ſtabilius, Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Cic. 1. de Orat. Nihil eſt enim tam inſigne, nec tam ad diuturnitatem memorię ſtabile, quàm id in quo aliquid offenderis. Ouid. 5. Triſt. Eleg. 14. Rara quidem uirtus, quam non fortuna gubernet, Quę maneat ſtabili, quum fugit illa pede. Stabile eſt, id eſt, certum & ſtatutum. Plaut. in Bacch. Profectò ſtabile eſt me fratri aurum reddere. Mala ſtabilia, hoc eſt, poma non decidua, & quæ diutius in arbore ſtant, uel diu maturitatem retinent, neq; citò corrumpuntur. Cato cap. 7. Eo lotium, aut ſtercus ad radicem eorum addere oportet, ut ſtabilia mala fiant.

Stabilio, lis, a. q. Stabilem facio, βεβαιόω, ἀσφαλίζομαι, μεθαρμόζω, κατασκευάζω, καθίσημι. Plaut. in Amph. Regiq; Thebano Creonti regnum ſtabiliuit ſuum. Cic. 4. de Finib. Niſi forte cenſeres T. Gracchum patrem beatiorẽ fuiſſe quàm filium quum aliter ſtabilire Rempublicam ſtuduerit, aliter euertere. Hinc Conſtabilio, quod eſt omnibus modis ſtabile & ſecũrum reddo. Plaut. in Capt. ædepol rem meam conſtabiliui, quum illum emi.

Sabilimen, inis, & Stabilimentum, ti, Idem quod firmamentũ, ſiue corroboratio, ἔρεισμα, βεβαίωσις Plautus in Curc. Hæc ſunt ueſtri ſtabiliamenta panis, & aſſa bubula, Poculum grande. Cicero de Natura deor. Addo, inquit, huc, quod mihi portento cæleſtium Pater prodigium miſit, regni ſtabilimen eius.

Stabilitas, atis, f. t. Firmitas, καθηρότης. Cæſ. 4 bel. Gal Ita nobilitatem equitũ, ſtabilitatẽ peditũ in præliis præſtant. Cic. 1. de Fin. Quo loco uidetur quibuſdam ſtabilitas amicitiæ uacillare. Plin. lib. 23. cap. 3. Gingiuis, & oris ulceribus, dentiũ ſtabilitati, efficaciſſimè ſubuenit.

Stœbe, ſtœbes, f. p ſοιβὴ, Frutex aculearus, tum caule tum folio, ſemine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratiſſima, non alibi quàm in aquaticis naſcens. Plin. lib. 21. cap. 15. Quædam ſpinam habent in folio, & in caule, ut phleos, quod aliqui ſtœben appellauere. Idẽ lib. 22. cap. 11. Stœbe, quam aliqui phleon uocant, decocta in uino, præcipuè auribus purulentis medetur, item oculis ictu cruentatis, hæmorrhagię quoq; & dyſenteriæ infuſa.

Stœchas, adis, f. t. ſτοιχὰς, Herba à Stœchadibus inſulis ex aduerſo Maſſiliæ, in quibus ſolis naſcitur, nomen accepit. Tenues habet circulos, comam hyſſopi, amaram guſtu. Hanc hodie uocant imperiti ſticados citrinum. Namq; frutex oſtenditur ſurculoſus, odoratus, capitibus luteolis ex concoloribus floſculis compactis, inde citrinum uocatur. Plin. lib. 27. cap. Stœchas in inſulis tantùm eiuſdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyſſopi, amara guſtu. Menſes cit potu, pectoris dolores leuat, antidotis quoq; miſcetur.

Stola, æ, f. p. Græcorum uocabulum eſt, quo illi quodlibet ueſtis genus ſignificant, ἀπὸ τοῦ ἵστημι, hoc eſt, ab inducendo. Vnde Plutarchus ſcribit ab Alexandro cuidam eſſe permiſſum ut ſtola Perſica uteretur, hoc eſt, cultu Perſico.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem in Dione, Dionysium maiorem ait eo diffidentiæ processisse, ut ne fratrem quidem aut filium in cubiculum admitteret, nisi prius illi suam stolam posuissent, & aliam sumpsissent. Apud Latinos tamen ad honestæ tantum matronæ uestem hoc nomen tralatum est, quæ usq; ad imos pedes demissa erat, & cuius extremã partem ambibat instita assuta, quæ erat fasciola quædam siue limbus. Vlpianus l. Vestis. Digest. de Auro & arg. leg. Muliebria sunt (inquit) quæ matrisfamiliãs causa parata sunt, quibus uir non facilè uti potest sine uituperatione: ueluti stolæ, pallia, tunicæ, &c. Cic. 2. Philip. Sumpsisti uirilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Ouid. 2. Trist. Ecquid ab hac omnes rigida summouimus arte, Quas stola contingi, sumptaq; uitta uetat? Valer. Max. lib. 2. Sed quo matronale decus uerecundiæ munimento tutius esset, in ius uocanti matronam, corpus eius attingere non permiserunt, ut inuiolata manus alienæ tactu stolæ relinqueretur. Hinc Stola nonnũquam pro ipsa matrona, siue honesta muliere figuratè accipitur. Papinius in Syluis, Omnis plebeio teritur matrona tumultu: Hinc eques, hinc iuuenum cœtu stola mista laborat. Stola etiam accipitur pro ueste sacerdotali apud Apuleium lib. ult. Metam. Processi duodecim sacratus stolis:

Stolatus, a, um, Stola ornatus *στολιδωτὸς*, Verum quoniam (ut iam docuimus) stola honestarum tantummodo matronarum uestis erat, factũ est ut stolatum accipiamus pro matronali & honesto. Vnde stolatam mulierem pro locuplete & primaria dicimus. sicut cõtrà, togatam, pro plebeia, & minoris dignitatis: ut non obscurè innuit Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 2. Stolatus pudor, hoc est, matronalis uerecundia. Martial. lib. 1. Quis Floralia uestit, & stolatum

Permittit meretricibus pudorem?

Stolídus, a, ũ, Excors, stupidus, stultus, *ἀβέλτερος, αὐτιόητος νήπιος*. Terent. in Heaut. Nonne ad senem aliquam fabricã fingit? S. stolidus est. Plaut. Epid. Ego illic me autem assimulabam quasi stolidum. Liu. 4. belli Maced. Consul ex templo arma capere milites iussit: armatos inde pauliſper cõtinuit, ut & stolidam fiduciam hosti augeret, & disponeret copias, quibus quæq; portis erumperent. Ouid. 11. Metam. Pingue sed ingenium mansit: nocituraq; ut ante, Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis. Plaut. in Milit. Nullum est hoc stolidius saxum.

Stolidè, aduerbium. Liu. 1. belli Pun. Id non promissum magis stolidè, quàm stolidè creditum, tanquam eædem militares & imperatoriæ artes essent.

Stolo, onis, m. t. Inutilis, & quasi stolida fruticatio, ex arborum radicibus, *πάραφυας*. Plin. lib. 17. cap. 1. Fuerunt ab arboribus cognomina antiquis: ut Frouditio militi illi, qui præclara facinora, Vulturnum transnatans, fronde capiti impositã, aduersus Annibalem edidit: Stolonum Liciniæ genti: ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis. Varro libro 1. de Re rust. capite 2. Nam Stolonis illa lex, quæ uetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum, & qui propter diligentiã culturæ Stolonũ cõfirmauit cognomẽ, q nullus in eius fundo repeririri poterat stolo, quòd effodiebat circum arbores radices, quæ nascerentur è solo, quos stolones appellabant.

Stomacace, ſt. Gingiuarum morbus, quum illis uitiatis dẽtes excidunt. Plin. lib. 25. cap. 2. In Germania trans Rhenum castris à Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis solus, qua pota intra biennium dentes decíderent, compagesq; in genibus soluerentur. Stomacacen medici uocabant, & sceleryben ea mala.

Stomachus, chi, m. ſ. *στόμαχος*, Fistula per quam cibus descendit. Plin. lib. 11. cap. 37. Summum gulæ fauces uocantur, postremum stomachus. Cic. 2. de Nat. deor. Linguam autem ad radices eius hærens stomachus excipit, quò primum illa buntur ea quæ recepta sunt, & oris utraq; ex parte tonsillas attingens, palato terminatur. Celsus lib. 4. cap. 1. Deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant, alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem, stomachus interior ad uentriculum fertur: illa spiritum, hic cibũ recipit. Et paulò: pòst, Stomachus uerò, qui intestinorũ principiũ est, neruosus, septus, à septima spinæ uertebra incipit, ac circa præcordia cũ uẽtriculo cõmittitur. Vẽtriculus aũt dicitur, qui receptaculũ cibi est. Hactenus Cels. Impropriè tamẽ stomachus accipirur p uẽtriculo qui cibũ cõcoquit. Iuuẽ. sat. 5. Si stomachus domini feruet uinoq;, ciboq;. Cels. lib. 1. ca. 2. Secunda mẽsa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Hor. 2. Ser. sat. 2. Iciunus stomachus rarò uulgaria temnit. Et paulò pòst, Latrantẽ stomachum bene lenit cũ sale panis. Dictus stomachus, *ἀπὸ τοῦ στόματος, κοιλία*, quod cibum inferiore orificio ad intestina transfundat Stomachi resolutio. Cels. lib. 4. cap. 5. Vulgatissimum uerò, pessũmq; stomachi uitium est resolutio, id est, quum cibi non tenax est, soletq; desinere ali corpus, ac sic tabe consumi. Plin. lib. 9. cap. 48. Vomitum dissolutionemq; stomachi protinus creat. Interdũ stomachus ponitur pro indignatione, siue iracũdia, *ἀγανάκτησις, ὀργιότης*. Cic. 4. Tusc. Tractata definitione fortitudinis, intelliges eam stomacho non egere. Sic dicimus Possum sine stomacho hoc dicere, hoc est, sine fastidio & indignatione Cic. ad Q. Fr. lib. 6. Superiori epistolæ quid respõdeam nihil est, quę plena stomachi & querelarũ est. Idẽ ad Att. li. 6. In quo tamen ille mihi risum magis quàm stomachum mouere solet. Stomachus pro animo, quia quemadmodũ stomachus facilè eo cibo mouetur, à quo natura abhorret, sic animus eas res maximè auersatur & abhorret, quas suæ naturę contrarias esse sentit. Cic. ad Cæl. lib. 2. Nosti enim non modò stomachi mei, cuius tu similẽ quondã habebas, sed etiam oculorum in hominũ insolentiũ indignitate fastidium. hoc est, Nosti animũ meum præ fastidio id ferre non posse. Interdum in bonã partẽ capitur pro facilitate. Plin. in Prol. Argumentũ huius stomachi mei habebis. id est, huius mei facilitatis, & mansuetudinis, & benignitatis.

Stomachor, aris, d. p. Indignari ac turbari, *διαῤῥήγνυσθαι, δάκνεσθαι, ἀποπνίγεσθαι, πίμπρασθαι, ἀγανακτεῖν*. Cic. Cassio, Si enim stomachabere, & molestè feres, plura dicemus. Teren. in Eunuch. id quidẽ aduenienſ mecum stomachabar modò. Cic. 4. Tusc. An uerò uir fortis, nisi stomachari cœperit, non potest fortis esse? Idẽ Capitoni in Epist. ad Att. lib. 16. Non dubito quin mirere, atq; etiã stomachere, quòd tecum de eadẽ re agam sæpius.

Stomachans, antis, partic. Cic. de clar. Orat. Videre quempiam irascentem, & stomachantem. Hinc stomachor, de quo suo loco.

Stomachicus, *στομαχικὸς*, Propriè is dicitur, teste Aegineta, cuius stomachus, siue uentriculus cibum assumptum non retinet. Plinius lib. 25. cap. 5. scribit Helleborum medẽri stomachicis.

Somachosus, a, um, Iracundus, qui facilè indignatur, ac cuncta fastidit, *ὀργίλος*. Cic. 2. de Orat. Me quidẽ hercule ualde illa mouent stomachosa, & quasi submorosa ridicula, non quum à morosis dicuntur, tum enim non sal, sed natura ridetur. Literæ stomachosæ, quæ indignationẽ, itacundiamq; scriptoris præ se ferunt. Stomachosiores meas literas, quas dicas, non intelligo.

Stomatícus, *στοματικὸς*, Oris uitio laborans, cui os est exulceratum. Plin. lib. 24. cap. 14. Huius flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus sacris, stomaticisq; ex aqua bibendus datur. Stomatica item dicuntur quæ oris ulceribus medentur. Plin. lib. 22. cap. 9. Idem & commanducata, stomaticeest ulceribus oris inspersa. Stomatica tamen. Celsus lib. 5. cap. 18. interpretatur quę aperiendi uim habent. Sunt (inquit) quædam malagmata, quæ *στοματικὰ*, Græci uocant, quoniam aperiendi uim habent.

Stomoma, atis, *στόμωμα*, Squamma subtilissima, ex æris summa lanugine decussa. Plin. li. 34. ca. 11. de squamma æris, Squamæ est alterũ genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod uocant stomoma.

Storea, æ, f p *στορία*, Teges uilior, ex iuncis aut stramẽtis, quæ humi sternitur. Plin. lib. 17. cap. 16. Colligi mala post æquinoctium autumnale, neq; ante sextam decimã Lunam, neq; ante primam horam, cadiua separari stramẽtis, storeis, palciſue substerni. Dicta storea, *ἀπὸ τοῦ στορέννυσθαι*, quod significat sternere.

Strabo, dnis, m. t. *στραβὼν*, Qui oculos habet distortos. Cicero 1. de Nat. deor. Redeo ad deos, ecquos si non tam strabones, ac pœtulos esse arbitramur? Plin. lib. 11. cap. 37. Vni animali homini oculi deprauantur, unde cognomina Strabonum & Pætorum.

Strages, gis, f. t. Clades, occisio, uel (ut Valla interpretatur) cadauerum interfectorum multitudo, *ὄλεθρος, φόνος*. Cic. ad Att. lib. 1. Quas ego pugnas, & quantas strages edidi? Idẽ 3. de Legib. Sed ille quas strages edidit? Liuius lib. 8. Per arma, per uiros latè stragem dedẽre. Verg. 9. Aen. Quas tibi tum ferro strages, quæ funera Turnus Ediderit, quem quisq; uirum demiserit orco, &c. Idem 6. Aen. Procubuisse super confusæ stragis aceruum.

Stragu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Stragulum, li, n. ſ. uel Stragula, læ, Genus ueſtis, inquit Aſconius, ἐπίβλημα σρῶμα. Varro lib. 4. de ling Lat. Quicquid inſternebant, à ſternendo ſtragulum appellabant.. Vlpianus accipit pro ueſte exteriore, quæ reliquis iniicitur, quale eſt Græcorum pallium. In ſtragulis item dormiebant: unde pro uerbio monemur, ut ſtragula ſemper cōuolura habebamus, hoc eſt, ut pudoris uerecundiæq; limites non trāſgrediamur. Item quę equis iniiciūntur, Stragula dicūntur. Stragulas item ueſtes, ſiue ſtragula pro aulæis, ſiue peripetaſmatibus accipiebant ueteres, quòd iis aulæ & triclinia, nonnunquā etiam lecti inſternebantur. Tibul. lib. 1. Eleg. 2. Nam neque tunc plumæ nec ſtragula picta ſoporem, &c. Cic. 4. Verr. Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam ueſtem Melitenſem, plurimā ſtragulam, multam Deliacam ſupellectilem, &c.

Stramen, inis, ſiue Stramentum, ti, n. t. & ſ. Culmi frumēta cei, inde dicti quòd pecori ſubſternantur, κάρφη. Varr. de re Ruſt. lib. 1. cap. 50. Tertio modo metitur, ut ſtramentum medium ſubſecent, quod manu ſiniſtra ſummum prehendunt à quo mediomeſſem dictam puto. Infra manum ſtramentū, quod terrę hæret, poſtea ſubſecatur. Colum. lib. 6. cap. 3. Hybernę ſtabulationi boum pręparanda ſunt ſtramenta. Cęſ. li. 6. bel. Gal. Et feruefacta iacula in caſas, quæ more Gallico ſtramentis erat tectæ, iacere cœperunt. Hor. 1. Ser. ſat. 10. Si & ſtramentis incubet, &c.

Stramentitius, a, um, Quod ex ſtramento fit, κάρφινος, ut Tectum ſtramentitium, Tegetes ſtramentitiæ.

Stramineus, a, um, Quod eſt ex ſtramine, κάρφινος. Prope lib. 2. Eleg. 17. Straminea poſſet dux habitare caſa. Ouid. 2. Am. El. 9.

Roma, niſi immenſum uires promouſſet in orbem,
Stramineis eſſet nunc quoq; denſa caſis.

Strangulo, as, a. p. Stringendo gulam neco, ἄγχω, σραγγαλίω. Plin. lib. 7. Fabius Senator Prætor in lactis hauſtu uno pilo ſtrangulatus eſt. Cic. ad Pætum lib. 9. Nos autē ridiculè, ſi dicimus, Ille patrem ſtrangulauit, honorem non prefamur. Transfertur & ad alia, ut quum hominem cura ſtrangulari dicimus. Iuuenalis Sat. 10. Sed plures nimia congeſta pecunia cura Stragulat. Stragulare diuitias in arca, eſt concluſas ſeruare, & perpetuis quaſi tenebris damnare, nec quicquam inde aut ad ſuum, aut ad amicorum uſum depromere. Statius 2. Sylu. Non tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca, Diuitias. Strangulare ſegetes dicitur nimia terræ lætitia. Quintil. lib. 8. in Proœm. Et uelut læto gramine ſata ſtrangulant.

Strangulatus, us, m. q. uerbale. Idem quod ſtrangulatio. σραγγάλησις. Vnde ſtrangulatus uuluæ, pro cōpreſſione & anguſtia uteri. Plin. lib. 20. cap. 18. Datur & olfactandū exaceto in ſtrangulatu uuluæ.

Stranguria, æ, f. p. σραγγυρία, Vrinæ ſtillicidium, quum urina per interualla, & guttatim defluit. Vnde definitiones Galeno aſſignatæ σραγγυρίαν eſſe aiunt κατὰ σράγγας τὸ ὄρθ ἐκκρισιν, hoc eſt, urinæ per guttas excretionem. Dyſuria autem dicitur, quum ægrè it lotium (ut Cato loquitur) nec ſine dolore excernitur. Cic. 2. Tuſc. Quamuis idem forticulum ſe in torminibus, & in ſtranguria ſua præbet. Plin. li. 20. cap. 7. Philiſtion in lacte coquit, & ad ſtranguriam dat radicis uncias quatuor.

Strategus, gi, m. ſ. pen. prod. σρατηγός. Dux exercitus. Plautus in Curc. Nec ſtrategus, nec tyrannus quiſquam, nec agoranomus.

Strategemata, n. t. σρατηγήματα, Aſtutiæ rei militaris, facinus egregium, conſilio potius quàm uiribus geſtum. Cicero 3. de Natura deor. Conſilium illud Imperatorum fuit, quod Græcè σρατήγημα appellant, ſed eorum Imperatorum qui patriæ conſulerent, uitæ non parcerent. Idem ad Atticum libro 7. Quum interim Ruſio noſter, quòd ſe à Veſtorio obſeruari uidebat, ſtrategemate hominum percuſſit. Dictum eſt autem ſtrategema à Græco uerbo σρατηγέω, quod eſt exercitum duco.

Strategia, æ, σρατηγία, Præfectura, militatio, prætura, imperiū rei militaris, & gubernatio. Plin. lib. 6. cap. 9. A Tigranocerta ad Iberiam diuiditur (quod certum eſt) in præfecturas, quas ii ſtrategias appellant. Idem lib. 4. cap. 11. Thracia ſequitur per ualidiſſimas Europæ gentes in quinquaginta ſtrategias diuiſa.

Stratia, σρατιὰ, militia, exercitus.

Stratiotes, Millefolium, frutex exiguus palmi altitudine, foliis auicularum pennas imitantibus, breui admodum diſſectoque foliorum exortu, σρατιώτης, χιλιόφυλλον. Latini & militarem herbam appellaut, propterea quòd uulnera omnia ferro facta inira dies quinque ſanare dicatur ex oleo impoſita. Eſt & ſtratiotes aquaticus, ſine radice uiuens, aquis tantùm ſupernatans, folia habens ſemperuiuo ſimilia. ſed maiora. Huius meminit & Plin. lib. 24. cap. 18. Celebratur (inquit) & à Græcis ſtratiotes, ſed ea in Aegypto tantùm, ex inundatione Nili naſcitur, aizoo ſimilis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mirè, & uulnera ſanat ex aceto illita, &c.

Stratioticus, σρατιωτικός, Militaris Plaut. in. Pſeud. Stratioticum nuntium aduenientem percutiam probè.

Stratos, qui dominum in equum ſuſtollit, ἀναβολεύς.

Stratumino, uide ſatumino.

Strebula, Lingua Vmbrorū appellabantur partes carniū ſacrificatarum. Feſtus.

Strena, æ, f. p. Munus quod datur die feſto, ominis boni gratia, qualia ſunt quæ paſſim dantur quotannis circiter Calendas Ianuarias, ξένιον. Dicta à numero quo ſignificatur alterum tertiumq; uenturum ſimilis commodi, ueluti trena, quę præpoſita ſ litera, dicitur ſtrena, ut in lite ſolebant antiqui dicentes ſtilitem. Hæc ex Feſto. Contrà Nonius, Strena, inquit dicta eſt, à ſtrenuitate. Pomponius, pictoribus: Aſſiduè, ſi qua uentura eſt alia ſtrena ſtrenæ. Sueto. in Calig. cap. 42. Edixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum, ſtetitque in ueſtibulo ædium Calendis Ianuariis ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis generis turba ferebat.

Strenuus, a, um, Fortis, celer, uigilans, & ad res gerendas promptus, ἀρασήιος. Salluſt. in Catilinam, Nam ſi strenuus quiſq; aut occiderat in prælio, aut grauiter uulneratus diſceſſerat. Cicero ad Att. lib. 15. Noli me tam ſtrenuum putare ut ante Nonas recurram. Idem 2. Philip. Vt cognoſceret te, ſi minus fortem, attamen ſtrenuum. Ouid. 9. Metam. Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis, Flaua camas, aderat faciendis ſtrenua iuſſis. Colum. lib. 8. Magiſter pecoris acer, durus, ſtrenuus, laboris patientiſſimus, alacer, atq; audax eſſe debet.

Strenuitas, atis, f. t. ἀνδραγαθία. Ouid. 4. Metam. Strenuitas antiqua manet, nec terga colorem Amiſere ſuum, forma eſt diuerſa priori. Hinc ſtrenuior, compatiuum, pro magis ſtrenuus, & ſuperlatiuum ſtrenuiſſimus. Plaut. in Epid. Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicet ſuas pugnas, de illius ore fiunt fordidæ. Plin. lib. 18. ca. 3. Fortiſſimi uiri, & milites ſtrenuiſſimi. Cat. in Præf. At ex agricolis & uiri fortiſſimi & milites ſtrenuiſſimi gignuntur.

Strenuè, aduerb. Fortiter, diligenter. Cic. ad Q. Fr. Domus utriuſq; noſtrum ædificatur ſtrenuè.

Strepo, pis, pui, pitum, n. t. Pedibus, aut alio quocunq; modo ſtrepitum facio, ſuſurro, murmuro, ψοφέω, κλυπέω. Plin. lib. 11. de apibus, Quum adueſperaſcit, in alueo ſtrepunt. Vergil. 6. Aen. ſtrepit omnis murmure cantus. Idē 8. Aen. & rauco ſtrepuerunt cornua cantu. Strepere aliquid, pro ſubmurmurare. Liu. 2. ab Vrb. Hæc quū ſub ipſo uallo, portiſq; ſtreperent, haud ęgrè Conſules pati. Idē 2. bell. Pun. Strepunt aures clamoribus plorantium ſociorum, ſæpius nos quàm deorū inuocantium. Compoſita ſunt, adſtrepo, conſtrepo, circunſtrepo, inſtrepo, obſtrepo, & perſtrepo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

Strepito, as, n. p. pen. cor. Frequentē exilemq; ſtrepitum edo. κροταλίζω. Verg. 1. Georg. Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti inter ſe foliis ſtrepitant. Arma ſtrepitantia, Tibul. lib. 2. Eleg. 6.

Strepitus, us, m. q. pen. cor. Lenior ſonitus, murmur, ſuſurrus, cuiuſmodi pedibus ambulantium edi ſolet, aut uoce admurmurantium, ψόφος, κλύπος. Cic. 2. Verrin. Tum uerò non ſtrepitu, ſed maximo clamore ſuam populi Romani ſignificauit uoluntatem. Accipitur etiam pro faſtu diuitum, & comitum pompa, ut apud Quintilianum, Declamat. 13. Hic quū me euocaſſet ſubitò tripudium, totoq; fortunę ſuæ ſtrepitu circunſtetiſſet.

Striæ, arum, & Striaturæ, ſunt quidam quaſi canaliculi, & ſulci, cuiuſmodi in columnarum ſcapis quibuſdam, item in herbarum quibuſdam caulibus uidemus æquali interuallo excauatos. Vitru. lib. 3. Columnarum ſtriæ faciendæ ſunt XXIIII. ita excauatæ, ut norma in cauo ſtriæ quum fuerit conjecta, circumacta anconibus ſtriarum, dextra ac ſiniſtra tangat acumen.

Striatus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Striatus, a, um, Vnde ſtriatas columnas dicimus, quæ ſtriis diſtinctæ ſunt: & folia ſtriata, & conchas ſtriatas. Plin. libr. 21. Candor eius eximius, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus, effigie calathi. Idem libro 37. capite 10. Eureos nucleo oliuæ ſimilis eſt, ſtriata concharum modo, non adeò candida. Apuleius frontem ſtriatam uocat contractam, caperatamq́, & quaſi ſulcos facientem præ triſtitia.

Strio, as, are, a. p. Strias facere. Vitru. libr. 4. Columnas autem ſtriari uiginti ſtriis oportet. Striare etiam dicuntur boues, quum peracto, aut nõ peracto priore uerſu, alius ſuper alium innititur. Hoc autem fieri, dum boues adhuc in priore uerſu anhelant, non conuenit. Plin. lib. 18. cap. 19. In arando uerſum peragi, nec ſtriari in actu ſæpius.

Stribligo, A uetuſtioribus Latinis dicebatur ſolæciſmus, σολοικισμὸς, tortuoſæ orationis prauitate ac uerſura. Ab Aſinio Capitone definitur impar & inconueniens compoſitura partium orationis. Vide Gellium libro quinto, capite uigeſimo.

Strictè, Strictim, Strictura, Strictiuus, uide Stringo.

Strideo, es, dui, n. ſ. Stridorem aut ſtrepidum edo. Plinius Epiſt. 103. Ar quum ſtridunt funes, curuatur arbor, guberna cula gemunt. Quamuis etiam ad alia transferatur. Horatius ſecundo Serm. Satyr. 8. Stridere ſecreta diuerſos aure ſurſurros. Vergilius primo Aeneidos foribus cardo ſtridebat ahenis, Idem quarto Georgicorum, Vt mare ſollicitum ſtridet refluentibus undis. Lucan. lib. 6. ſtridet oculis ardenti bus ignes. Legitur & Strido, dis. Ver. 8. Aen. ſtridunt q́ cauernis Stricturæ chalybum.

Stridens, tis. Vergil. 6. Aen. ac belua Lernæ Horrendũ ſtridens, flammisq́ armata Chimæra. Idem 3. Georg. montesq́ per altos Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.

Stridor, oris. m. l. Strepidus, ingratus ſonus: qualis in ſorium cardinibus, & anguium ſibilis, & in curruum rotis, malè inunctis intelligitur. Vergil. 1. Aeneidos, Stridorq́ rudentum. Cicero quinto Tuſc. At uocem citharædi non audiunt, ne ſtridorem quidem ferri tum quum acuitur. Verg. 7. Aeneid. Stridore ingenti liquidum trans æthera uectæ Obſedere apicem. Ouid. 8. Meta. Feruida quum rauco latos ſtridore per armos Spuma fluit.

Stridulus, pen. cor. Adiectiuum, ut plauſtra ſtridula, Ouid. 3 Triſt. Eleg. 12. Fax ſtridula lachrymoſo fumo, Ouid. Metam. 2. Conuitia ſtridula, Ouid. ad Piſonem.

Strigæ, f. p. Ordines rerum inter ſe continuatè collocatarũ ut ait Feſtus, ita dictæ, quòd unà ſint conſtrictæ. Columella libro ſecundo, cap. 19. Vtrunq́ coarctabimus in ſtrigam, atq́ ita manipulos uinciemus. Altera lectio habet ſtriam. Item longitudo maior latudine dicitur ſtriga: à quo ſtrigatus ager uocatur, qui per ſtrigas creſcit à ſeptentrione in meridiem.

Strigilis, huius ſtrigilis, f. t. Inſtrumentum proprie è ferro dentatũ, quo equos & id genus iumenta expolire ſolent equiſones, è corpore ſordes abradendo, σκαπτὶς. ξύστρα. Strigilibus itẽ utebantur ueteres in balneis ad abradendas ſordes corporis, ſudoremq́ tergendum, præcipuè in frictionib. ante cibum. Fiebat autem hæc ex auro, argento, ferro, interdũ etiam ex pumicib. Perſius Saty. 5. I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. Indi etiã ex hebeno ſtrigiles cõficiebant, teſte Strabone lib. 15. Strigiles etiam ſunt uelaria quibus athletæ poſt laborem ſtringuntur. Plinius de ſpongia, Cinis eius plurimum proficit contra ſcabrities genarum, & quicquid opus eſt diſtringere: præſtat & ſtrigilum uicẽ, lintcorũ que affectis corporibus. Alii ſtrigilem accipiunt pro quodam uaſis genere, Plaut. in Perſa, Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium ſoccus, pallium. Marſupium habeat. Cic. lib. 4. de Finibus, Si ad illam uitam, quę cum uirtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat. Et hinc Hiſpani (ut inquit Plin. libr. 33. cap. 3.) ſtrigiles etiam uocabant auri paruulas maſſas. Item ſtrigil aluminis genus pumicoſum & foraminoſum, fiſtulis ſpongiæ ſimile, rotundumq́ natura. Corn. Celſus, medicamentum in aurem per ſtrigilem inſtillari iubet. Strigiles etiamnum ſermone uernaculo piſciculi quidam dicuntur, quorum frequens ſit captura per hyemes. Hanc dictionem Priſcianus à ſtringo, uel à Græco σκαπτὶς deduci exiſtimat. Budeus, Strigiles in antiquis libris Vitruuii impreſſis bene legebatur, ubi nunc ſtriges, legitur & ſtrigium libr. 4. ca. 4. & lib. 5. cap. 7. Nam id uerbum apud Celſum legitur lib. 6 cap. 7. Strigilis, inquit Nonius, certum eſt eſſe fœminini generis: antiqui & neutro protulerunt.

Strigilecula, diminut. Inſtrumentũ quo ſudores, ſordesq́ à corpore in balneis abraduntur, σκαπτίδιον Apul. Qui magna a cepra prædicauit, fabricatũ ſemet ſibi ampullã quoq́ oleariã, quam geſtabat lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotũditate, iuxtaq́ honeſtã ſtrigileculam recta faſtigiatione clauſulę, flexa tribulo linguæ, ut & ipſa in manu capula moraretur, & ſudor ex caſtaneo laberetur.

Strigillo, as, a. p. Verbum eſt à ſtringendo deductum, eiuſdem cum illo ſignificationis. A quo Fit compoſitum Oſtrigillo, quod eſt obſto, impedio. Varro, Quid Curio? quum id feciſſet, dicebat amicis ut illi nunciaretur ſe obſtrigillatorum, ne aut triumphus decerneretur, aut iterum Conſul fieret.

Strigmentum, ti, n. ſ. Sordes quæ ex corporibus raduntur, ἰῶμα, ῥύπος, & χλοιὸς. Hermolao. Celſ. lib. 2. cap. 6. Aluus quoq́ uaria peſtifera eſt, quę ſtrigmentũ, ſanguinẽ, bilẽ uirideq́, aliquid modò diuerſis temporibus, modò ſimul & miſtura quadam, diſcreta tamen, repreſentat. Vnde ſtrigmenta olei dicimus cęremata, id eſt, ſordes olei, quæ ex unctorũ athletarum corporibus raduntur, κηρώματα, πάττος. Plin. lib 15. ca 4. Notum eſt magiſtratus honoris eius octogenis feſtertiis ſtrigmenta olei uendidiſſe.

Strigium, n. ſ. Veſtis Hiſpanica. Plaut. Nudus eſt, iurat ſe ſtrigium oppigneraſſe.

Strigones, m. t. Denſarum uirium homines, quòd in ſe conſtricti, atq́ arctati ſunt. Apud Feſtum legitur ſtrigores.

Strigoſus, a, um, Quod eſt exhauſtum & macilentũ, quaſi ſtringoſum, unde iumenta ſtrigoſa dicta ſunt, quorum corpora reſtricta ſunt famæ, aut alia uitii cauſa, κακεξὶς. Colum lib. 6. cap. 37. Quanquam poſſit huic aliquatenus cõparari quod progenerat onager, niſi indomitum, & ſeruire cõtumax ſylueſtris more ſtrigoſum patris præfert habitũ. Et lib. 7. cap. 6. Placidè, ac lentè pabuletur, ut & largi ſit uberis, & non ſtrigoſiſſimi corporis. Hic etiam malè habitus dicitur. Gellius, quum ſtrigoſum, & malè habitũ, ſed equitem eius uberrimũ, & habitiſſimum uiderunt. Strigoſus Orator, per translationem iciunus, ineptus. Cicero de Clar. Orat. Habet eum certos ſui ſtudioſos, qui nõ tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur, quos ualetudo modò bona ſit, tenuitas ipſa delectat, quanquàm in Lyſia ſunt ſæpe etiã laudati, ſic ut & fieri nihil poſſit ualentius, uerũm eſt certè genere toto ſtrigoſior, ſed habet tamen ſuos laudatores, qui hac ipſa eius ſubtilitate admodum gaudeant. id eſt, gracilior & tenuior, ut ipſe ibidem: cui opponit habitum corporis opimum.

Stringo, gis, xi, ctum. a. t. Arcto, σφίγγω, πλέω, σύφω. Plin. Apprehenſamq́ manu ſtringit. Per translationem ſtringere, quandoq́ pro percutere ponitur. Vergil. 10. Aen. atq́ animum patriæ ſtrinxit pietatis imago. Quandoq́ pro decerpere, colligere. Idem in Bucol. hîc ubi denſas Agricolæ ſtringunt frondeis. Idem lib 2. Geor. Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus, Et lauri baccas. Quandoq́ pro tado, προσψαύω, παρεφάπτομαι. Vergil. lib. 8. Ego ſum, pleno quem flumine cernit Stringentem ripas. Quandoq́ pro uulnerare, ἐπιξαίνω, ἐπιγράφω. Vergil. lib. 8. hunc primùm leuis haſta Themille Srinxerat. Quandoq́ pro attenuare, quod ſtringendo fieri ſolet, ut ſtringere remos. Stringere enſem, eſt nudare, γυμνοῦν. Verg 11. Aen. ſtrictum rotat acer Lucagus enſem. Huius compoſita ſunt, Aſtringo, conſtringo, diſtringo, deſtringo, obſtringo, perſtringo, præſtringo, reſtringo, & ſubſtringo: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Strictus, a, um, partic. à uerbo ſtringor, ut Strictus gladius, euaginatus. Cic. 2. Phil. Quidã homines putarent, ſi tum occiſus eſſet, quũ tu illum in foro ſpectante pop. Rom. ſtricto gladio inſecutus es? Liu. 1. ab Vrb. Stricto itaq́ gladio, ſimul uerbis increpans transfigit puellam.

Strictè, aduer. Significat arctè, σφιγκτῶς. à quo formãtur Strictius, & Strictiſſimè. Cic. de Am. Nec obſeruare ſtrictè, ne plus reddat quàm acceperit.

Strictim, aliud aduerb. Significat compreſſius & breuiter, ſingula ſtringendo, ἐπιψαύσθαι, κεφαλαιωδῶς, πλάτει, ἀκριβῶς. Vnde ſtrictim referri dicimus ea quæ quum ſparſa ac diffuſa eſſent breuiter, & quaſi ſummatim colliguntur. Cicero pro Cluentio, Auditis quum ea quæ copioſiſſimè dici poſſunt, breuiter à me, ſtrictimq́ dicuntur. Idem ad Attic. lib. 2. Quem tu Corcyræ, ut mihi aliis literis ſignificas, ſtrictim artigiſti. Idem de Natura deorum, Quibus de quæſtionibus tu quidem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quidem ſtrictim, noſtri autem multa ſolent dicere. Plaut. in Capt. Sed utrum ſtrictim mè tonſurum dicam eſſe, an per pectinem, Neſcio.

Strictiuus, a, um, Quòd ſtringitur, ut ſtrictiuæ oleæ, quæ manu colliguntur, ad differentiam caducarum. Cato cap. 146. Oleæ caducæ modii quinquaginta, ſtrictiuæ modii decem.

Strictura, arum, f. p. teſte Nonio, Propriè dicuntur ſcintillæ quæ de ferro candenti micant, quum maſſa malleis tunditur: ſiue quòd ſtrictè emittuntur, id eſt, celeriter: ſiue quòd oculos ſuo fulgore perſtringant, σπινθῆρες. Vergil. 8. Aen. ſtrinquntq; caueruis Strictura chalybū, & fornacibus ignis anhelat.

Strio, as, uide Stria.

Strix, gis, f. t. Auis quædam nocturna & importuna, à ſtringendo dicta. σίαρ, &. Lucan. lib. 6. quòd trepidus bubo, quòd ſtrix nocturna queruntur. Plin. lib. 11. cap. 39. Fabuloſum enim arbitror de ſtrigibus, ubera eas infantiū labris immulgere. Eſſe in maledictis iam antiquis ſtrigem conuenit ſed quæ ſit auium conſtare non arbitror. Hęc Plin. Ouid. autem infantes ſiue nutricū cuſtodia relictos, à ſtrigibus è cunis rapi tradit, ſanguinemq; omnem illis exorberi. Sic enim habet 6. Faſtor.

Sunt auidæ uolucres, non quæ Phineia menſis
Guttura fraudabant: ſed genus inde trahunt.
Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ:
Canities pennis, unguibus hamus ineſt.
Nocte uolant, queroſq; petunt nutricis egentes,
Et uiciant cunis corpora rapta ſuis.
Carpere dicuntur lactentia uiſcera roſtro:
Et plenum poto ſanguine guttur habent.
Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis huius
Cauſa, quòd horrenda nocte ſtridere ſolent.

Ab huius auis nocumento ſtriges appellamus mulieres puellulos faſcinantes ſuo contactu, & lactis mammarumq; oblatione. Serenus, Præterea ſi fortè premis ſtrix atra puellos, Viroſa immulgens exertis ubera labris. Striges etiam dicuntur onera uilia, ut apud Plaut. in Pſeud. Hei homines cæcas ſibi coquunt: quum condiunt, Non condimentis condiunt, ſed ſtrigibus. Strix frumenti genus apud Hippocratem.

Strobilus, m. ſ. pen. co. στρόβιλος, Nux pinea, quæ & cocalus & à forma conus appellatur ut nō nunq; in loco teſtatur Gal. ab huius ſimilitudine & carduū ſatiuū capitula à Rom. fuiſſe appellatū, author eſt Dioſc. uocequiaē ꝯ ſa, ſed tunc fortè quotidiana, & in uſum populi recepta. Habet enim cardnus in ſummo caule capitula quędam pineæ nuci nō abſimilia. Quin & pinū ipſam ſtrobilion aliquando legimus appellari. Plin. quoq; arboiē quandā expinaſtrioū genere hoc nomine appellat: cuius uerba ſunt hæc lib. 16. ca. 10. Eaſdē arbores alio nomine eſſe per orā Italiæ, quas ſtrobilos uocari pleriq; arbitrantur, ſed graciles ſuccinctioresq;, & nodes, l. burnicatū ad uſus, penè ſine reſina. Eſt & ſtrobilus, ſaltationis genus, apud Pollucē. Eodē etiā nomine ab Ariſtot. uocantur flatus ex inferiore loco ſurſum reuoluti.

Strobus, bi, f. ſ. Arbor odorifera, de qua ſic Plin. lib. 12. cap. 17. Petūt & in Carmanos arborē ſtrobū ad ſuffitus, perfuſam uinō palmeo accendentes. Huius odor redit à cameris ad ſolum iucundus, ſed aggrauans capita, citra dolorem tamen.

Stroma, is, n. t. στρῶμα, Vox Græca eſt, qua illi quoduis ſtragu li genus ſignificant. Vnde & pro aulęis accipitur, quæ & peri ſtromata dicuntur multa colorū uarietate picturata. Clemēs Alexandrinus quoq; libros quoſdā miſcellaneos uario argumento conſtantes, Stromata inſcripſit.

Strombus, στρόμβος, Concha eſt tortilis in mari, nomen habens à figura. Meminit eius Plin. lib. 32. cap. 11.

Strombites, pen. prod. στρομβίτης, Lapis eſt ſtrombi marini figuram omni ex parte referens.

Stropha, f. p. στροφή, Subtilitas, impoſtura, ſ. dificatio, à uerbo Græco στρέφω, quod eſt uerto: unde & à noſtris uerſutia dicitur. Hieron. cōtra Rufin. Vis ſcire toras argutiarū tuarū ſtrophas, uel ſpecularū inſidias? Mart. li. 3. Regis ſuperbi ſportulę receſſerunt: Nihil ſtropharum eſt, iam ſalarium dandum eſt.

Strophium, ii, n. ſ. στρόφιον, Faſcia pectoralis quæ tumorem cohibet palliarum uirginalium. Turpilius, Me miſerā, quòd inter uias epiſtola excidit mihi, infelix inter tunicula ac ſtrophium collocaram. Strophia etiam coronæ dicebantur, ab inſigni quod imponebatur capitibus ſacerdotum. Pliu. lib. 21. cap. 2. Tenuioribus utebantur antiqui coronis, ſtrophia appellantes.

Strophiolum, n. ſ. diminutiuum. Suidas, Στρόφιον, τὸ στρόφυνον ἰωνάριον: id eſt, ſtrophium zonula eſt rotunda, & ſubdit, Στρόφιον, ὃ οἱ ἱερεῖς φέρουσιν: id eſt, ſtrophium eſt quod ſacerdotes geſtāt. Cicero de Aruſp. reſpon. Publius Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus ſoleis, purpureisq; faſciolis, à ſtrophio, à pſaltrio, à flagitio, à ſtupro eſt factus repentè popularis.

Strophiarius, arii, m. ſ. Qui ſtrophia facit. Plaut. in Aul. ſtrophiarii adſtant, ſemizonarii.

Strophos, m. ſ. στρόφος, Dolor inteſtinorum, quod tormen Latini uocant. Celſus libr. 6. cap. 2. Eiuſdem morbi nota eſt, quum circa umbilicum inteſtina torquentur, στρόφος Græci nominant, coxæq; dolores manent. Significat & funiculum perę apud Græcos, & cincinnos tortos, aliaq; nonnulla: quæ ſignificationes quoniam Latinis uſitatæ non ſunt, ex Græcorum Lexicis eas petendas relinquimus.

Structilis, Structor, Structura, Strues, uide Struo.

Strufectarii, m. ſ. Dicebantur, qui ſtrictum, aut ut Sipontinus legit ſartum, libi genus, cum ſtrue altero libi genere ad ſacra ferebant. Feſtus.

Struferrarios, Dicebant, inquit Feſtus, qui quædam ſacrificia ad arbores fulgurias faciebant: à ferro ſcilicet quodam ſacrificii genere.

Struices, f. t. inquit Feſtus, ab antiquis dicebātur omnium rerum extructiones, κατασκεύαι. Plautus in Menæch. Cereales cœnas dat, menſas extruit, Tantas ſtruices concinnat patinarias.

Struma, æ, f. p. Tumor ceruicem præcipuè infeſtans, qui à ſcrophis quæ id morbi patiuntur, ſcrophula dicitur, quum ſcilicet circa guttur glandulæ quædam ex pure & ſanguine plenæ oriuntur, κραῦρα, χοιράς. quanuis & in aliis interdum corporis partibus gignātur, utputa in alis, inguinibus, & lateribus. Vide Celſum lib. 5. cap. 28. Plin. libr. 11. cap. 37. Guttur homini tantūm & ſuibus intumeſcit, aquarum quæ portātur plerunq; uitio: propter quòd quædam tubera ſpongioſa per corpus aliquando inſperſa ſcrophulæ dicuntur quæ etiam ſub ſtrumæ appellatione continentur, ut rectius ſtrumulæ, quaſi paruæ ſtrumæ, quam ſcrophulæ nominentur. Struma ciuitatis, Ci. pro Seſtio, Hi medentur. Reip. qui eſſe cant peſtem aliquam, tanquam ſtrumam ciuitatis. Struma etiam Nonii cuiuſdam Ro. Senatoris nomē fuit, in quē ueluti ſella curuli indiguum, ſtomachatur Catullus poēta, Epigr. 49. Sella, inquit, in curuli Struma Nonius ſedet.

Strumoſus, ſa, ſum, Qui hoc uitio laborat. Iuuenalis, ſatyra 10.

Nec prætextatum rapuit, Nero loripedem, uel
Strumoſum, atq; utero pariter gibboq; tumentem.

Strumea herba, Quarta ranunculi ſpecies, à reliquis lacteo flore diſtincta: ita dicta, teſte Plinio, lib. 25. cap. 13. quòd medeatur ſtrumis, & panis, parte in fumo ſuſpenſa: uel (ut addit Ruellius) quòd ſtrumoſam radicem habeat. Hæc herba eſt qua ualidi mendicantes ſibi crura & lacertos dilaniāt, quo poſſint impudentius ſtipem extorquere. Hinc nonnullis herbariis ulcerata uulgò dicitur, aliis ſcelerata.

Struo, is, xi, ctum, a. t. Extruo, ædifico, ordino, ſeu ordinatè apto, κατασκευάζω, συντίθημι, παρασκευάζω. Cæſar 8. bel. Gal. Ex regione eius uineas agere aduerſus montem, & aggeres ſtruere cœpit magno cum labore, & continua dimicatione. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Poſtquam ſtructi utrinq; ſtabāt cum paucis procerum in medium duces prodeunt. Ouid. 1. Meram. Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes, Altaq; congeſtas ſtruxiſſe ad ſydera montes. Struere aliquid, eſt machinari, moliri, μηχανᾶσθαι. Tereut. Heaut. Num me fefellit hoſce id ſtruere? Struere aciem, τάττειν. Cic. ad Octauium, A quib. exercitum abducis, & aduerſus quos aciem ſtruis? Struere dolos, uel inſidias, eſt parare. Liu. 5. bell. Pun. Ibi quum dies aliquot ſuſpecti Campanis, timentesq; cauendis ac ſtruēdis inuicē inſidiis traduxiſſent, &c. Cōpoſita huius uerbi ſunt aſtruo, extruo, inſtruo, obſtruo, præſtruo, & ſuperſtruo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

Structor, is, m. t. Faber qui aliquid ſtruit, κατασκευαστής, τέκτων Cic. ad Quin. Fratrem lib. 2. A puero ut diſceſſi, in aream tuam ueniebas agebatur multis ſtructorib. Structores annonæ. Cic. Attico libro 14. Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentum profecti quum inanes rediiſſent, rumorem afferūt magnum Romę, domum ad Antoniū frumentū omne portari.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Structores item dicuntur qui instruendæ mensæ, ciborũq; apponendorum curam habent. Item ii qui decoro manuũ gestu cibos discerpunt, quos Græci χειροῦσθαι appellãt. Mart. lib. 10. Et quæ non egeant ferro structoris Ofellæ.

Structura, æ, f p. Aedificium, siue cõpositio, & ordinatio, κατασκευὴ, οἰκοδομὴ. Col. lib. 1. Igitur ad structuram quũ primùm statim fundamenta iaciuntur, enitendũ est, &c. Surgẽs operũ structura. Lucan. lib. 6. Prima quidẽ surgens operum structura fefellit Pompeiũ. Cic. de opt. gen. Or. Sed & uerborũ & structura quædã duas res efficiens, numerũ, & lenitatẽ, &c. Ouid. 4. Fastorum,

Vnde saluteris, color hic tibi protinus index,
Et structura mei carminis esse potest.

Structilis, & hoc structile, om. t. pen. cor. Quod structum est, κατασκευασὸς, ut Structiles columnæ, quæ non sunt ex uno lapide, sed ex multis, quibus opponuntur solidæ columnæ, quæ ex uno, solidoq; constant lapide. Sepes structiles, id est, manu factæ, quibus opponuntur uiuæ. Columel. lib. 11. cap. 3. Vetustissimi authores uiuam spem structili prætulerunt.

Strues, is, f. t. Propriè lignorum congeries est, ὄγκος. Liuius 1. belli Punici, Struem ingentem lignorum faciunt. Strues item dicebatur genus libi, quod addebatur in sacris. Ouidius lib. 1. Fastorum, Hæc adolet flammis cum strue farra suis.

Struppi, inquit Festus, uocabantur in puluinaribus fascicu li de uerbenis facti, qui pro corona deorum capitibus imponebantur.

Strutheus, m. s. membrum uirile à priscis dicebatur, à salacitate passeris qui στρουθὸς Græcè dicitur.

Struthia mala, Quæ & struthiomela unica uoce dicuntur, στρουθόμηλα, Ex genere sunt cotoneorum, cæteris odoratoria, sed maiora, serotinisq; prouentus. Author Plinius libro 15. cap. 11.

Struthium, n. s. στρούθιον, Herba est uulgò nota, qua ad eluendas lanas utuntur fullones. Plin. lib. 19. cap. 3. in fine, ut quæ uocatur radicula, lauandis, demum lanis succum habet, mirum quantum conferens candori mollitiæq; . Et paulò pòst, Struthion Græci uocant, flores æstate, &c. Vulgus, Seplasiari orum Saponariam appellat.

Strothiocamelus, m. s. στρουθοκάμηλος, Maxima auium est, si tamen auis est dicenda, quum pennas duntaxat habeat, ut adiuuent ad currendum, cætero uolucris non sit, nec à terra tollatur, Vngulas habet ceruinis similes bisulcas, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra insequentes pedibus ingerit. Concoquit quæcunq; deuorat, sine aliquo delectu. Mira in eo stoliditas, etenim in tanti corporis altitudine, si colla frutice occultauerit, latère se putat. Oua eius in precio sunt propter amplitudinẽ: & pennæ, quia galeas uariis coloribus infectæ adornant. Vide Plinium libro 10. capite 1.

Struthos, στρουθὸς, A Græcis dicitur, quem nos passerem uocamus. Ab antiquis etiam Mimorum scriptoribus, struthos usurpabatur pro uirili membro, à passeris salacitate sumpta nominis ratione.

Strychnus, στρυχνὸς, Herba est quam Latinè solanum, uulgò solatrum uocamus, multas sub se continens species, quas uide suprà in dictione Solanum.

Studium, dii, n. s. Est uehemens applicatio ad aliquid perag endum, σπουδὴ. Cic. de Inuent. lib. 1. Studium autem est animi assiduus & uehemens ad aliquam rem applicata, magna cum uoluptate occupatio, ut philosophiæ, poëticę. Plaut. in Asin. Vbi quid dederam, quasi columbæ pulli ore ambæ meo usq; eratis, meo de studio studia erant uestra omnia: Vsq; ad hærebatis, quod ego iusseram, quod uolueram, Faciebatis. Terent. in Hec. Viris esse aduersas, eque studium est, similis pertinacia est. Cęsar 4. bel. Gall. Quibus rebus nostri perterriti, atq; huius omnino generis pugnę imperiti, non omnes eadem alacritate ac studio, quo in pedestribus uti præliis consueuerunt. Accipitur aliquando pro exercitatione, ἄσκησις, σπούδασμα. Col Et ut singula persequar, ei studio, quod quisq; agere uelit, consultissimum rectè adhibeat, id est, exercitio, uel operi uel arti. Terent. in And. Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli, Vt animum ad aliquod studiũ adiungant, aut equos alere, &c. Quandoq; pro fauore seu amore. Sall. in Catil. C. Syllanũ certè scio quæ dixerit, studio Reipubl. dixisse. Quandoq; pro uoluntate Verg. 2. Aen. Scinditur incertum studia in contraria uulgus. Studio habere aliquid. Terentius in Adelphis, Dii uestram fidem, Vtrum studióne id sibi habeat, an laudi putat Fore, si perdiderit gnatum?

Studiosus, a, um, Modò assiduum ac perseuerantem significat. σπουδαῖος, Cicero 4. Acad. Homo & acutus, ut Pœnus, & ualde studiosus & diligens. Idem 4. Verr. Videre quid potuerit, qui quatuor in prouincia Quęstores, studiosissimos defensores, propugnatoresq; habuerit. Author ad Herennium, Ideoq; bonis uiris & studiosis amicus erat. Modò cupidum, & alicui rei deditum atq; addictum, fautorẽ, uel amicum, quem & Græci σπουδαστὴν appellant. Cicero de Clar. Orat. Habet enim certos sui studiosos. Idem ad Atticum, Ego mei studiosos habeo Dyrrhachinos. Idem Cecinnæ, Viri sunt optimi, & tui similium studiosi, & mei necessarii. Idem de Amicitia, Nec si qui ineunte ætate uenandi aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos rum eodem studio præditos dilexerunt. Accipitur etiam studiosus pro literarum cupido. Cic. de opt. gen. Orat. Suscepi laborem utilem studiosis. Plin Epist. 1. lib. 3. Itaq; soleo ridere, quũ me quidam studiosum uocant. Hinc fit perstudiosus. Cicero in Catone, Literis Græcis constat eum perstudiosum fuisse in senectute.

Studosè, aduerbium, diligenter, σπουδῇ. Terent. in Heauton. Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Cicero de Senectute, Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite quæso studiosè. Libenter, studioseq; audire, apud eundem 2. Verrin. Studiosè diligenterq; aliquid curare, idem Attico.

Studeo, des, dui, ditum, n. s. Studium adhibeo, do operam alicui rei, σπουδάζω, προσέχω. Teren. in Eun. Quas matres studẽt demissis humeris esse. Cicero 5. de Finib. Studet enim mens audire. Cic. Quænam sit istius ueteris, quã cõmemoras Academiæ de finibus bonorum, Peripatericorumq; sentẽtia. Iuuatur hoc uerbum aliquando datiuo. Cæsar Comment. 1. Cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat. Nonnunquã etiam cum ablatiuo mediante in. Gellius, Si quis in ea re studebat. Interdum & cum accusatiuo, & tunc significat cupere & uelle. Cicero lib. 5. Epist. Qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit. Accipitur aliquando studere, pro amare, sine fauere, cum datiuo, σπουδάζειν, συμπράττειν. Ouid lib. 9. Meram. Cui studeat, deus omnis habet. Item eniti. Cic. lib. 1. Offic. Quorum uerò partes aut maiores, aliqua gloria præstiterunt, ii studeant, plerunq; in eodem genere laudis excellere. Lactant. lib. 3. duo eodem exemplo significata eius comprehendit, Qui sapientię studet, utiq; nondum sapit, sed ut sapere possit studet. Studere cum genitiuo. Cicero de Nat. deor. Parentem habere auarum, illepidum in libetos, difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. Construitur etiam cum accusatiuo cum præpositione In. Fabius lib. 10. cap. 2. Poëtæ & pictores in id solùm studeant, ut describere tabulas mensuris ac lineis sciant. Ponitur etiam absolutè, pro amare, fiue fauere. Sallustius, neq; studere, neq; odisse, sed minimè ira sci decet.

Studebatur, Impersonale. Plinius lib. 35. cap. 12. Hic & similitudinem reddere instituit, ante eum quã pulcherrimas facere studebatur.

Sultus, a, um, Impudens, improuidus, incautus, ineptus, μωρὸς, ἀνόητος, ἀφρων. Cic. 4. Philipp. Vt hominem stultum magis etiam infatuet. Leuius est enim stultum esse quàm fatuum, Fatuus enim dicitur qui omnino desipit. Afranius, Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor. Insanus uerò qui abiecta ratione, cum furore & impetu omnia facit. Terentius in Eunuc. Scitum hercle hominem, hic homines prorsus ex stultis insanos facit. Cicero ad Curionem, lib. 7. Quanquam me non ratio solùm consolatur, quę plurimùm debet ualere, sed etiam dies quę stultis quoq; mederi solet. Horatius 1. Ser. Sat. 5. Hic ego mendacem stultissimus usq; puellam Ad mediam noctem expecto. Cic. Pæto lib. 9. Stultorum plena sunt omnia. Dies stulti, pro adolescentia. Tibul. lib. 1. Eleg. 4. Vidi iam iuuenem premeret quum serior ætas, Mœrentem stultos præteriisse dies. Consilium stultum capere, Cic. 7. Verr.

Stultitia, æ, f. p. Impudentia, ἀναίδεια, μωρία. Cic. 2. de Diuin. O delirationem incredibilem non enim omnis error stultitia est. Idem 3. Tusc. Est enim proprium stultitię, aliorum uitia cernere, obliuisci suorum. Idem 3. de Orat. Malo indifferam prudentiam quàm stultitiam loquacem. Plin. lib. 11. cap. 51. Auricularum magnitudo, loquacitatis & stultitiæ nota est. Horatius 2. Serm. Sat. 3. Stultitiáne erret, nihilum distabit an ira.

Stultè,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Stultè aduerb. Imprudenter, ἀφρόνως, ἀπαιδεύτως. Plaut. in Men. Quæ ignoscas si quid stultè dixi, atq; imprudens tibi. Ter. in Heaut. Factum à nobis stultè. Cic. de Nat deor. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summæq; leuitatis.

Stultiloquium, quii, n. s. Imprudens sermo, μωρολογία. Plautus in Milite, Paratum est dupliciter, ni reprimas stultiloquium.

Stultiloquentia, æ, f. p. Idem quod Stultiloquium. Plaut. in Trin. Paucissimi faxim qui sciant quod nescium, occlusioremq; habeant stultiloquentiam.

Stupa, æ, f. p. uel Stypa, ut quibusdam placet, Linum uile, quod lini cortici proximum est, ut inquit Plinius, à Græco στυππον, quod stupam significat: uel à stipando, quod ea stipentur, hoc est, obturentur nauium rimæ. Liu. 1. bel. Pun. Id sicut in pilo, quadratum stupa circumligabant, liniebãtq; pice. Idem lib. 8. bel. Maced. Alii cum ardentibus facibus, alii stupam, picemq;, & malleolos ferentes, tota collucente flammis acie, aduenêre. Verg. 5. Aen. udo sub robore uiuit Stupa uomens tardum fumum.

Stupeus, a, um, Verg. 2. Aeneid. Subiiciunt lapsus, & stupea uincula collo Intendunt. Idem 8. Aeneid. Stupea flamma manu, telisq; uolatile ferrum Spargitur: arua nouæ Neptunia cæ de rubescunt. Ouid. 14. Metam. Stupea prærupit Phrygiæ retinacula classis.

Stuparius, a, um, aliud adiect. ut Stuparius malleus, quo lina tũduntur. Plin. lib. 19. cap. 1. Mox arctaq; tunduntur in saxo stuparioq; malleo.

Stupeo, pes, pui, n. s. Significat quodam modo sensum rerum non habere, ἀναισθητῶς ἔχω, ἐξίσταμαι, ἐκπλήττομαι. Terent. in Andr. Ita postquam adempta spes est, lassus, cura confectus, stupet. Cicero. 7. Verrin. Confirmant ipsi se, quum is etiam tum semisomnis stuperet. Ouidius 5. Metam. Mater ad auditas stupuit, ceu saxea, uoces. Persius Saty. 3. Sed stupet hic uitio, id est, insanus factus est uitiis. Iungitur & cum accusatiuo, significatq; cum stupore quodam admiror. Verg. 2. Aeneid. Pars stupet innuptæ donũ exitiale Mineruæ. Cic. 2. de Fin. Hęc quum loqueris, nos Varrones stupemus: tu uidelicet tecum ipse rides.

Stupens, part Plin. lib. 14. cap. 21. Vini natura non gelascit, aliàs ad frigus stupens tantùm.

Stupefacio, cis, a. t. Stupentẽ reddo. Liu. 5. ab Vrbe, Priuatos deinde luctus stupefecit publicus pauor, postquam hostes adesse nunciatum est.

Stupefio, is, neut. pass. Seneca in Thyest. Fratris aspectu stupefactus hæsit. Verg. 4. Aeneid. arrectæ mentes, stupefactaq; corda Iliadum.

Stupesco, scis, idẽ quod stupefio, hoc est, stupidus fio. Cic. 3. de Orat. Incidat, aspiciat, admiretur, stupescat.

Stupidus, a, um, Quandoq; pro stupefacto, quandoq; pro stulto accipitur ἀναίσθητος, ἔκπληκτος, ἀπόπληκτος. Plaut. in Epid. Quid stas stupida? quid taces? Terentius in Prolog. Hecyr. ita populus studio stupidus in funambulo animum occupauerat. Cicero de Fato, Zopyrus physiognomon stupidum esse Socratẽ dixit, & bardum. Idem in Paradox. Actæonis tabula te stupidum detinet. Ad Herennium libro 4. Omnes stupidi timore obmutuerunt. Plautus in Pœnulo, Misera timeo quid hoc negotii sit mea soror: Ita stupida sine animo asto.

Stupiditas, atis, f. t. Idem quod stupor, ἀναισθησία. Cicero 2. Phil. In quo primùm incredibilem stupiditatẽ hominis cognoscite.

Stupor, oris, m. t. Est alienatio quædam sensuum, quòd scilicet sensus constipentur, ἔκστασις, ἔκπληξις, πλῆσις. Cicero in Pis. Pauci ista tua lutulenta uitia noueramus, tarditatem ingenii, stuporem, debilitatemq; linguæ. Idem pro Domo sua, Eamq; animi duritiam, sic ut corporis (quod quum uritur, non sentit) stuporem potius quàm uirtutem putarem. Vergilius 3. Georg. oculos stupor urget inertes. Est & admirationis species, ex magnitudine miraculi prouenientis, ita ut etiam impediatur sensus ab inuestigatione causæ miraculi apparentis.

Stuprum, pri, n. s. Est coitus lege uetitus, siue fiat cum nupta, quod ad iterum dicitur: siue cum puero, quod pædicationem uel præposteram libidinem uocamus: siue cum sanguine coniunctis, aut sacris uirginibus, quod incestum dicimus: siue etiam cum alia quauis muliere soluta, siue libera sit siue ancilla, μοιχεία Cic. in Tusc Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denicq. Idem pro Milone, Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Ouid. 2. de Arte, quid blanda uoce moraris Autorem stupri Deidamia tui? Cic. pro Domo sua, Qui non solũ aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit ceremonias. Aliquando stuprum ponitur pro turpitudine, ignominia, seu dedecore, quam ὕβριν Græci uocant. Næuius apud Festum, Seq; perire ii malunt ibidem, quàm cum stupro redire ad suos populares.

Stupro, as, act p. Vitio, stuprum infero, μοιχεύω. Plaut. in Aul. Is adolescentis illius est auunculus, Qui illam stuprauit noctu Cereris uigiliis. Cic. 2. de Finib. Stuprata per uim Lucretia à regis filio, testata ciues & ipsa interemit. Vatinius ad Ciceronem lib. 5. Hominem unum omnium crudelissimum, qui tot ingenuas matresfamilias stuprauit. Cicero 5. de Fin. Qui interficeret filiam ne stupraretur. Huius compositum Constupro, de quo suprà suo loco.

Stuprator, oris. m. t. uerbale, Quintilian. li. 7. Stuprator an decem millia dare debeat, quæ pœna huic crimini constituta est. Seneca Hippol. Hic dicet ensis, quem tumultu territus Liqui stuprator.

Stuprè, aduerb. Antiquissimi dixerũt pro turpiter: ut in Nelei carmine apud Festum, Fœdè, stuprè; castigor, αἰσχρῶς.

Sturnus, ni. n. s. Auis genus satis notum: de quo sic scribit Plin. lib. 10. cap. 24. Sturnorum generi proprium cateruatim uolare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in mediũ agmen tendentibus. Mart. lib. 9. Nunc sturnos inopes, fringillarumq; querelas Audit, & arguto passere uetat ager.

Stygius, uide Styx.

Stylobates, tæ, m. p. συνοβάτης, Lapis, & quædam ueluti basis suppositæ columnæ, cui innititur scapus. Parietes autem siue fundamenta, quibus stylobatæ sustinentur, stereobatæ appellantur. Varro libro primo de Re rust. capite 13. Cohortes in fundo magno duæ aptiores: una ut interdiu complu uium habeat lacum, ubi aqua saliat: qui intra stylobatas quum uenit, sit semipiscina. Boues enim ex aratro æstate reducti, hîc bibunt, hîc perfunduntur. Idem libro tertio, capite 5. Subter columnarum stylobatem est lapis à falere pedẽ & dodrantem altus.

Stylus, m. s. στύλος, Græca uox est, columnam significans: unde Epistylium, ἐπιστύλιον, capitellũ quod super columnæ scapum locatur. Accipitur item stylus pro graphio quo in albo, id est, in ceratis tabulis antiquitus scribebatur, ut nũc in libellis ligneis, uel codicillis mercatores scribunt. Plin. li. 34. cap. 14. Et stylo scribere intutum est, ut uetustissimi autores prodiderunt. Stylus etiam dicitur structura orationis, ac modus dicendi, χαρακτὴρ. Terent in Prol. And. Sed tamen dissimili oratione sunt factæ, ac stylo. Vbi Donatus, Oratio in sensu, stylus in uerbis: oratio ad res, stylus ad uerba. Accipitur item stylus pro ipsa scribẽdi exercitatione, & meditatione. Cic. 1. de Orat. Stylus optimus & præstantissimus dicendi effector ac magister. Stylus præterea dicitur quicquid uel ligneum, uel ferreum, aut alterius materiæ acuminatum est ad columnæ similitudinem. Colum. libr. 11. cap. ult. Deinde eas confecto æquinoctio infra terram secare ligneo stylo laxatis, uel rubi, uel ferulæ medullis, stercus immittere, atq; ita semina cucumeris inserere. Stylus præterea pro uellicatione ac reprehensione aliquando accipitur, quæ scriptis & inuectiuis libellis fieri solet. Plin. in Præfat. operis, Quod si hoc Lucilius, qui primus condidit styli nasum, dicendum sibi putauit. Censorius stylus, apud Cic. pro Cluent. Accipitur etiam stylus pro radice recta, & oblõga ad styli, hoc est, columnæ similitudinem. Col. libr. 5. cap. 9. Omnis autem nux unam tantum radicem mittit, & simplici stylo prorepit.

Stymma, n. t. στύμμα, Est spissamentum, & domitura unguẽtis ex odoramentis constans. Plin. lib. 13. cap. 1. Ratio unguenti faciendi duplex, succus, & corpus: ille olei generibus ferè constat, hoc odorum: hæc stymmate uocant, illa hedysmata. Dicta stymmata ἀπὸ τῦ στύφειν, quod est stringere, seu condensare.

Stypticus, στυπτικὸς, Idem quòd astrictiuus, hoc est, densandi, seu astringendi uim habens, ἀπὸ τῦ στύφειν, quod est astringere, seu densare. Plin. lib. 14. cap. 15. Inter medicamenta quæ stiptica uocant, nihil efficacius rubi mora ferẽtis radice decocta in uino ad tertias partes.

Styrax, acis, masculi generis, στύραξ, Arbor est cotoneæ malo similis, fructu maiore quàm auellana, specie candidi pruni: ex qua manat liquor eiusdem nominis, coloris flaui, sordidi, resinosi, albicantibus fragmentis, odoris perseue-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rantis. Hodie officinę ſtoracem appellant. Plin. lib. 12. Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri odore eius in focis abigentes ſuorum faſtidium.

S V

Suadeo, des, ſi, ſum, n. ſ. Secundum naturam triſyllabũ eſt, quod ſi inueniatur tetraſyllabum, ſolutio dicenda eſt, quam Græci diæreſin uocant, πείθω, ἀσυνθεσία. Fit autem ſuadere accommodatis & ſuauibus uerbis aliquem in opinionem noſtram inducere conari, hoc eſt, hortari aliquem ad id quod in rem nostrum. Plaut. in Milit. Nam ſi honeſtè cenſeam te facere poſſe, ſuadeam. Cic. Val. lib. 13. Hæc eò ſpectant, ut te horter & suadeam: reliqua ſunt quæ pertinent ad rogandum. Suadere legem, eſt populum ad accipiendam legem adhortari. Cic. de Senect. Quum legem Voconiam magna uoce, & bonis lateribus ſuaſiſſem. Transfertur & ad res inanimatas, quę tum ſuadere dicuntur, quũ rei alicuius faciendæ nobis præbent occaſionem. Ouid. lib. 1. Amo. Eleg. 6. Nox & amor, uinumq; nihil moderabile ſuadent. Verg. 2. Aen. ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos. Ouid. 2. Faſt. Iamq; ubi ſuadebit placidos nox humida ſomnos.

Suada, æ, f. p. A Romanis dicta eſt quædã perſuaſionis dea, quã Græci uocant πειθὼ. Cic. de clar. Orat. Πειθὼ quam Græci uocant, cuius effector eſt Orator, hanc Suadam appellauit Ennius. Cuius autem Cethegum medullam fuiſſe uult, ut quã deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitauiſſe, huius hic medullam noſtrum Oratorem fuiſſe dixerit. Et paulò pòſt, Cethegum illi homines florem populi eſſe dixerunt, Suadæq; medullam. Idem de Senect. M. Cethegus, quẽ rectè Suadæ medullam dixit Ennius.

Suadela, æ, f. p. pen. prod. Dicitur ſuaſio. Plautus in Ciſt. Iam perducebam illam ad me mea ſuadela. Horatius 1. Epiſt. uidetur Suadelam accepiſſe pro dea perſuaſionis, quæ & Suada dicitur. At bene numatum decorat Suadela Venusq;.

Suadibila, quod ſuaderi facilè poteſt, πιθανὸν. Inde ſuadibiliter aduerbium, πιθανῶς.

Suaſor, oris, n. t. uerb. Qui ſuadet, ἀσυνετὴς. Cic. 3. Offic. Atq; huius deditionis Poſthumius ipſe, qui debebatur, ſuaſor & author fuit.

Suaſio, onis, f. t. uerb. Actus ipſe ſuadendi, adhortatio, παραμύθησις. Cic. in Orat. Tales ſuaſiones, qualem Iſocrates fecit Panegyricum.

Suaſorius, a, um, Quod ad ſuadendum pertinet, ut Suaſorium munus id eſt, officium ſuadendi, συμβουλευτικὸς. Suaſoriũ genus erat fæ, rhetoribus idem eſt quod deliberatiuũ quo ſcilicet aliquid ſuademus, uel diſſuademus. Quin. in Proœm. l. 8. Suaſoriis accedere tertiam partem ex coniectura, poſſetne fieri, an eſſet futurum quod deliberaretur.

Suaſternicum, Philæmon electrum fuluũ appellauit, creditq; apud Scythas è tellure effodi, referente Plinio lib. 37. cap. 2. Quod tamen falſum eſſe ſatis conſtat ex iis quæ ſuprà annotauimus in dictione Electrum.

Suamet, Vox compoſita ex ablatiuo ſua, cum ſyllabica adiectione met: idem ualens quod ſuapſius. Plin. lib. 20. ca. 19. An feres ſuamet ut colla ſua abrumpunt.

Suapte, & Suopte, uoces ſunt compoſitæ ex ablatiuis ſua & ſuo, cum ſyllabica adiectione pte, idemq; ſignificant quod ſuamet, & ſuomet, ut ſuapte ſponte, id eſt, ſuo ipſius ſponte, ſuopte nutu, id eſt, ſuo ipſius nutu. αὐτομάτως. Cic. 1. Tuſ. Terrena & humida ſuopte nutu, & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur.

Suarius, uide Sus.

Suaſus color, Idem qui pullus dicitur & impluuiatus. Legitur & ſuaſum, ſubſtant. neut. ſ. φαιὸς. Plaut. in Truc. Quia tibi ſuoſo infeciſti propudioſa pallium. Suaſum (inquit Feſtus) color appellatur qui fit ex ſtillicidio fumoſo in teſtimento albo.

Suatim, uide Sus.

Suauior, aris, uide Suauium.

Suauis, & ſuaue, om. t. Dulcis, iucundus, guſtui ſiue odoratui gratus, nam ad hos duos ſenſus propriè pertinet, ἡδὺς. Sapores enim & odores ſuaues dicimus, qui blanda quadam uoluptate guſtandi odorãdiue ſenſum afficiunt. Ver. 4. Geo. Verùm ipſæ foliis natos, & ſuauibus herbis Ore legunt. Idem Ecl. Sic poſitæ quoniã ſuaues miſceri odores. Per translationẽ tamen & aliis rebus accõmodatur, ut idẽ ferè ſit quod iucundum & amœnũ. Cic. ad Cæl. lib. 2. Nam & honorificus in me Conſul fuit, & ſuauis amicus. Idẽ ad Sulp. lib. 13. Tum pro & miliari cõſuetudine ſæpe ex me audierat quam ſuauis eſſet inter nos, & quanta coniunctio. Hor. 1. Serm. ſat. 10. at ſermo lingua concinnus utraq; Suauior. Cic. pro Corn. Bal. Comes, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur.

Suauitas, atis, f. t. Pro dulcedine & iucunditate, ἡδύτης. Plin. lib. 10. cap. 19. Vt non ſit dubium hanc ſuauitatem præmonſtratam efficaci auſpicio. Cic. ad Attic. lib. 6. Miram in eo pietatem, ſuauitatem, humanitatemq; perſpexi. Idẽ Appio Pulchro lib. 3. Sic enim tibi perſuade, chariſſimum te mihi eſſe, quum propter multas ſuauitates ingenii, officii, humanitatis tuæ. Idem 2. Phil. Quidam morbo aliquo, & ſenſus ſtupore, ſuauitatem cibi non ſentiunt.

Suauitudo, dinis, f. t. Idem quod ſuauitas. Author ad Herennium lib. 3. Quoniam igitur res cædem noeis firmitudini, & pronunciationis ſuauitudini profunt. Plautus in Sticho, Age mulſa mea, ſuauitudo ſalta. Horum contraria ſunt, inſuauis, id eſt, auſterus, aſper, iniucundus, inamœnus, & inſuauitas, & inſuauitudo, iniucunditas, inamœnitas, uoluptati contraria.

Suauiter, aduerbium, idem quod iucundè. Cicero 4. Acad. Veruntamẽ uideo quàm ſuauiter uoluptas ſenſibus noſtris blãdiatur. Horat. 1. Serm. Sat. 9. Accurrit quidã notus mihi nomine tantùm, Arreptaq; manu, Quid agis dulciſſime rerum? Suauiter, ut nunc eſt, inquam. Idem 2. Serm. ſat. 8. & leporum auulſos, ut multò ſuauius armos, Quàm ſi cum lumbis quis edat. Suauè, pro ſuauiter. Ver. 3. Ecl. Et ſuauè rubens hyacinthus.

Suauiloquens, entis, om. t. Qui ſuauiter loquitur, ἡδυλόγος. Cic. de clar. Orat. ex Ennio, Additur orator Cornelius ſuauiloquenti Ore Cethegus.

Suauiloquentia, æ, Pro loquendi ſuauitate, ἡδυλογία. Cicero de Claris Oratorib. Et oratorem appellas, & ſuauiloquentiã tribuit.

Suauiloquus, a, um, Idem quod ſuauiloquens, ἡδυλόγος. Lucretius libro 2.

Quod quoniam docui, nunc ſuauiloquis age paucis
Verſibus oſtendam corpuſcula materiei,
Ex infinito ſummam rerum uſq; tenere.

Suauium, uii, n. ſ. Quod, & ſauium dicitur per detractionem literæ u, oſculũ, ſiue baſium uoluptatis, uel gaudii cauſa datum, φίλημα. Hor. Epod. 3. Manum puella ſuauio opponit tuo. Cic. Attico lib. 16 Atticæ, quoniam hilarula eſt meis uerbis ſuauium des. Meum ſuauium, amantium blandimentũ eſt, quemadmodũ Mea uita, Mea uoluptas. Teren. in Eunuc. Thais, meum ſuauium.

Suauiolum, li, n. ſ. diminut. Catul. Suauiolum dulci dulcius ambroſia.

Suauiatio, uerbale. Gel. lib. 18. cap. 2. Suauiationes puerorum & puellarum.

Suauior, aris, & Sauior, Significat cum uoluptate, aut præ gaudio oſculor, φιλέω. Catullus ad Verannium, Lucidum os oculoſq; ſuauiabor. Cicero ad Attic. lib. 16. Atticam noſtram cupio ſuauiari, ita mihi dulcis ſalus uiſa eſt per te miſſa ab illa.

Sub, cum ablatiuo, ſiue accuſat. Ppæpoſitio idem ſignificans quod ſubter, qua tam in cõpoſitione utimur, quàm in appoſitione, ὑπὸ. Extra cõpoſitionem modò accuſatiuo iungitur modò ablatiuo, pro ratione motus, aut quietis ſignificatę per uerbũ, cui adhęret. Ver. 8. Aen. Arma ſub aduerſa poſuit radia quercu. Idem 2. Geor. Sarmenta & uallos primus ſub tecta referro. Aliquando ponitur pro in. Verg. 1. Aeneid. Namq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula tẽplo, hoc eſt, in tẽplo. Idem 1. Geor. ſæpe exiguus mus Sub terris poſuitq; domos, atq; horrea fecit. Idem 3. Geor. de ceruis, Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta Otia agunt terra. Aliquando tempus importat, & accipitur pro circiter, ſiue per, uel paulò antè. Verg. lib. 3. Georg. Sub lucem exportant calathis. Liuius lib. 1. ab Vrbe. Vrrinq; legati ferè ſub idem tempus ad res repetendas miſſi. Suetonius in Auguſt. Sub horam pugnæ tam arcto repentè ſomno deuictus, ut ad dandum ſignum ab amicis excitaretur. Aliquando ſumitur pro antè. Verg. 2. Aen. poſtesq; ſub ipſos Nituntur gradibus. Aliquando pro iuxta. Idem 3. Aen. claſſemq; ſub ipſa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idę. Nonnunquam ordinẽ importat idemq; ualet quod poſt. Vergil. 1. Aeneid. quo deinde ſub ipſo Ecce uolat, calcemq; terit iam calce Diores. Compoſita plerumq; localem ſignificationem retinent, quæ illi propria eſt: ut ſubeo, ſubiicio. ſupponò, quę idem ualent quod ſubter iacio, eo, ſiue pono.

Verg.

Vergilius 11. Aen. caudamq; remulcens, Subiecit pauitantẽ utero ſyluasq; petiuit. Interdum diminutionẽ: ut ſubdubito, ſubiraſcor, id eſt, aliquantulum, ſiue nonnihil iraſcor, ſeu dubito. Eſt enim (ut Donatus inquit) temperamentum plenæ pronuntiationis. Interdum ſignificat ſuper: ut Corpora ſaltu ſubiiciunt in equos, id eſt, ſuperiaciũt. Interdum proſperè: ut Succedit. Interdum poſt: ut Subſequor. Interdum latenter: ut Suppilo. Interdum ſenſim: ut Subrepo. Interdum adhuc, Liu. 1. ab Vrbe, Tanquam ſpes ſubeſſet. Habet & alia ſignificata quæ ſuis locis explicabuntur. Componitur autem ferè cum omnibus literis: a, ut Subaro: b, ut Subbibo: c, ut Succido: d, ut Subdo: e, ut Subeo: f, ut Suffero: g, ut Suggero: h, ut Subhaſto: i, ut Subiungo: l, ut Subleuo: m, ut Submoueo: n, ut Subnecto: o, ut Suborior: p, ut Suppono: r, ut Surripio: ſ, ut Subſanno: t, ut Subtraho: u, ut Subuenio. Sed quoties ſubiungitur uocalib. b, d, h, l, n, ſ, t, remanet b integra: in aliis mutatur b, in literam ſequentem, niſi in ſubrideo, ſubrogo, ſubruo: ſuſtineo uerò, ſuſpiro, ſuſpicor, ſuſpicio, ſuſtuli, ſuſtollo, & huiuſmodi ſine b ſcribenda ſunt, quia non à ſub, ſed à ſus, ſiue ſurſum compoſita ſunt. Sub corona uænundari captiui dicebantur, quia coronati uendebantur, ὑπὸ στεφάνῳ. Liu. 8. ab Vrbe, Polliæ ſententia fuit puberes uerberatos necari, coniuges liberoſq; ſub corona lege belli uænire. Sub dio, id eſt, ſub ipſo cælo, & ſine tecto, ὑπαίθρω. Locutio eſt à Græcis tracta, qui Iouem Δία nominant. Varr. de Re ruſt. cap. 14. Nam & idoneus ſub Dio ſumendus eſt locus cochleariis, quem totum circum aqua claudas. Legitur & ſub diuo, in eadem ſignificatione. Colum. lib. 1. cap. 8. Nullus dies tam intollerabilis eſt quo nõ moliri ſub diuo aliquid poſſit. Nonnunquã etiam ſub Ioue, Hor. 1. Carm. Manet ſub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor. Sub iugum mitti dicebãtur milites qui ab hoſtib. uicti, eam ignominiam ſubire cogebãtur, ut poſitis armis per iugum tranſirent, ὑπὸ ζύγον ἄγεσθαι. Iugi autem forma erat huiuſmodi, ut duobus tignis erectis, tertium ſupernè incumberet. Qua de re uide plura ſuprà in dictione Iugum. Sub manu, extempore, ſtatim, ſine mora, παραχρῆμα, προχείρως. Sen. lib. 10. Epiſt. ad Luc. Conſilium naſci ſub die debet, & hoc quoq; tardum eſt nimis: ſub manu quoq;, quod aiunt, conſiliũ naſcatur. Suet. in Aug. Et quo celerius. ac ſub manu annuntiari, cognoſciq; poſſet, quid in quaq; prouincia quaq; gereretur, iuuenes primò modicis interuallis per militareis uias, dehinc uehicula diſpoſuit. Sub uinea iacere dicuntur milites, qui ſub militari machina, quam uineam uocant, latitantes, in propugnatores haſtas pilaue iaculabantur. Qua de re uide plura infrà in dictione Vinea. Sub umbra, id eſt, ſub prætextu, uel quæſito colore, ὑπὸ προσχήματι, ὑπὸ προφάσει. Liu. 8. ab Vrb. Nam ſi etiam nũc ſub umbra fœderis æqui ſeruitutem pati poſſumus, quid abeſt, quin proditis Sidicinis, non Romanorum ſolùm, ſed Sãnitium quoq; dicto pareamus?

Subabſurdus, a, um, Adiect. Aliquantulum abſurdus, ὑπάτοπος. Cic. 1. de Orat. Sunt enim illa ſubabſurda, ſed ex ipſo nomine ſæpe ridicula, non ſolùm mimis perappoſita, ſed etiam quodam modo nobis.

Subabſurdè, aduerb. Cic. 2. de Orat. Valde hæc ridentur, & hercule omnia, quæ à prudentibus, quaſi per diſſimulatiõnem non intelligendi, ſubabſurdè falſeq; dicuntur.

Subacidus, a, um, adiect. Aliquantulum acidus, ὑποξύς. Plinius lib. 12. cap. 25. Eſſe enim debet lenis, non ſubacidus.

Subacidulus, adiectiuum, diminutiuum. Cato de Re ruſtica, ca. 108. Vinũ ponito ſub dio, poſtridie manè guſtato: ſi id ſapi et q in dolio eſt, ſcito id duruturũ: ſubacidulũ, nõ durabit.

Subaccuſo, as, are, a. p. Pro nonnihil & leuiter accuſare. Cic. pro Planc. Sed ſunt hæc leuiora: illa uerò grauiora & magna quòd meum diſceſſum, quem ſæpe defleras, nunc quaſi reprehendere & ſubaccuſare uoluiſti.

Subactus, a, um, uide Subigo.

Subæratum aurum, Quod foris quidem aurum oſtendit, intus autem æs occultat, ὑπόχαλκον χρυσίον. Perſ. Saty. 5. tibi recto uiuere talo Ars dedit, & ueri ſpeciem dignoſcere calles, Nequa ſubærato mendoſum tinniat auro. Hinc prouerbiali metaphora hominem uirtutum prætextu uitia occultantem, aurum ſubæratum uocamus.

Subagito, as, a. p. uerbũ actiuũ eſt, Idẽ ſignificans quod ſubtus fodiendo arare, ὀχεύω. Vnde per translationẽ ſubagitare dictis aliquẽ, eſt multis uerborũ lenociniis allectare & commouere. Plau. in Ciſt. Subagito blandis & benedicis Dictis.

Subagreſtis, ſte, om. t. aliquantulum agreſtis, ὑπάγροικος. Cicero de Clar. Orat. Cotta, quia ſe ualde dilatandis literis à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat, ſonabatq; contrarium Catulo, ſubagreſte quiddam, planeq; ſubruſticum, alia quidem quaſi inculta & ſyluestri uia ad eandem laudem peruenerat.

Subalbeſco, as, ſubalbidus ſum, ὑπόλευκος ἐμί. Var. 3. de Re ruſt. cap. 9. Roſtro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra, ſubalbicanti.

Subalbidus, a, um, Aliquantulum albidus, ὑπόλευκος. Plin. lib. 21. cap. 25. Ramulos habet candidos, folia ſubalbida, abrotano ſimilia.

Subalaris, & ſubalare, om. t. Quod ſub alis eſt, ὑπομάλιος. Vnde ſcribit Lampridius, Heliogabalum ſolitum fuiſſe ia accubitis habere plumas ſubalares, & ſubalares culcitras.

Subalpinus, a, um, Quod eſt ſub Alpibus, ὑπάλπιος. Plin. lib. 29. cap. 7. Radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſa, mõtibus ſubalpinis plurima. Italia ſubalpina, quã hodie Pedemõtanam regionẽ appellant. Idẽ lib. 16. cap. 11. Nec niſi in paucis locis Subalpinæ Italiæ.

Subamarus, a, um, in amaritudinem nonnihil declinans, ὑπόπικρος. Cicero de Fato, At quoniam in naturis hominum diſſimilitudines ſunt, ut alios dulcia, alios ſubamara delectent.

Subaqueus, a, um, Quod ſub aqua latet, ὑφυδρος, ut Scopulus ſubaqueus.

Subaquilus, a, um, Subfuſcus, ὑπόφαιος. Plau. in Ruden. Eia corpus eiuſmodi Subuolturium? Illud quidẽ ſubaquilũ uolui dicere.

Subargutus, a, um, Aliquantulũ argutus, à quo diminut. Subargutulus apud Gel. lib. 15. cap. 30.

Subaro, as, n. p. pen. co. Subtus arando terrã moueo, ὑπαρόω. Plin. lib. 16. cap. 27. Item quę ſubarantur, aut quę ablaqueantur, celeriora neglectis.

Subaratio & Subarator, uerbalia. Plin. li. 17. cap. 24. Vel etiã ſubarator imprudens luxauit radices.

Subarrogans, antis, om. t. Aliquantulum arrogans.

Subarroganter, aduer. Cic. 4. Acad. Vereor ne ſubarroganter facias ſi tuam dixeris.

Subauſculto, as, Leuiter, & quaſi prætereundo auſcultare, ὑπακροάομαι. Plaut. in Mil. Tace, ſubauſcultemus ecqua de me fiat mentio. Cic. 2. de Orat. Subauſcultando tamen excipere uoces eorum, & procul quid narrarent attendere. Idẽ Attico lib. 10. Omnes enim κωφονκαῖοι uidentur ſubauſcultare quæ loquor.

Subbaſilicanus, a, um, Qui libenter & frequenter ſub baſilica ſpaciatur, ita enim interpretatur Priſcianus. In baſilica namq; negotiationes & publica cõſilia tractabantur, & iudicia quoq; in baſilicis fiebant. Plaut. in Cap. Quorũ odos ſub baſilicanos omnes ambigit in forum.

Subbibo, ibis, n. t. pen. cor. Aliquanto liberalius bibere, & ſubinebriari, ὑπομεθύσκεσθαι. Plautus in Trucul. Qui improbus eſt, ſiue ſubbibit, ſiue adeo caret temeto, Tamen ab ingenio eſt improbus. Sueton. in Neron. cap. 30. Si paulùm ſubbibiſſet.

Subblandior, iris, d. q. Paululũ & leuiter blandiri, ὑποκορίζεσθαι. Plaut. in Caſ. Non matronarum eſt officiũ, ſed meretricum, uitis alienis, Mi uir, ſubblandirier.

Subcęruleus, a, um, In cæruleum colorem declinans, ὑποκύανος. Celſus libro 6. cap. 5. In ea pares portiones ſunt myrobalani, magmatis, cretæ cimoliæ ſubcęrulæ, nucum amaracum, &c.

Subcandidus, a, um, Ad colorem candidum nonnihil accedens, ὑπόλευκος. Plin. lib. 27. cap. 8. Folia bouis linguæ ſimilia, minora, ſubcandida.

Subcenturio, onis, m. t. Qui Centurionis uices gerit, ὑφεκατόνταρχος. Liuius 8. ab Vrbe cond. Romano haud ſatis fidenti uiribus permiſſum erat ab Conſulibus ut ſubcenturionem ſibi quem uellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno deſtinato hoſte.

Subcerniculum, li, n. ſ. Farinarium cribrum, quod fit è ſetis equorum, κόσκινον, quemadmodum excuſſorium, & polinarium fit è lino.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Subcineritius panis, Qui ſub cinere coquitur, ὑπὸ τῆς σποδιᾶς ἄρτος.

Subciſma, uide Succido, pen. prod.

Subcingulum, li. n. ſ. idem quod baltheus, ζωστὴρ. Plaut. in Menæch. nimio ego hanc periculo Surripui hodie, meo animo ab Hippolyta ſubcingulum Haud Hercules æquè magno unquam abſtulit periculo.

Subcontumelioſus, a, um, Aliquantulum contumelioſus, ὑφυβριστικὸς, à quo cõtumelioſè, aduerb. Cic. ad Att. Hercule, uerum ut loquamur, ſubcontumelioſè tractatur noſter Publius, qui quum in domo Cæſaris quondam unus uir fuerit, nunc ne in uigini quidem eſſe potuerit.

Subcriſpus, a, um, Qui crines habet aliquantulum criſpos. Cicero in Verrem, Videtis illum ſubcriſpo capillo nigrum?

Subcrudus, a, um, Quod non omnino coctum eſt. Cato 156. Sumito braſſicam, conicito in aquam feruentem, coquito pauliſper, uti ſubcruda ſiet. Celſus lib. 6. cap. 13. Subcrudum incidendum, ne ſi diutius ibi pus permanſerit, os lædat.

Subcruentus, a, um, Aliquantulum cruentus. Celſus lib. 4. cap. 28. Deſcendunt autem pituitæ, nucisq; ſimilia, interdum etiam leuiter ſubcruenta, id eſt, cruentum aliquid miſtum habentia.

Subcurator, oris, m. t. Qui curatoris locum tenet. Iulianus in l. Ex facto. De neg. geſt. Quendam ad filiginem emendũ decreto ordinis conſtitutum, eidemq; alium ſubcuratorem conſtitutum.

Subcutaneus, ſiue Subtercutaneus morbus, Dicitur qui inter cutem, ſiue ſub cute eſt, ſiue ſubter cutem, ὑποδερματικὸς.

Subcuſtos, odis, m. t. Qui alio cuſtode ſubſtitutus eſt, ὑποφύλαξ. Plautus in Milite, Quia Sceledrus dormit, hunc ſub cuſtodem ſuum Foris ablegauit, dum capſe tranſire huc placet.

Subdebilitatus, a, um, Aliquantulum debilitatus, ὑπεξασθενὴς. Cic. ad Att. lib. 11. Equidem ex tuis literis intellexi, & iis quas cõmuniter cum aliis ſcripſiſti, & iis quas tuo nomine (quod etiam mea ſponte uidebam) te ſubdebilitatum, nouas rationes tuendi mei, quæ &c.

Subdialis, & le, om. t. Quod ſub dio eſt, hoc eſt, ſub ipſo aëre. & ſine tecto, ὑπαίθριος. Plinius lib. 34. cap. 12. Diſtat à cadmia, quòd illa ſuper terram ex ſubdialibus petris cẽditur, hęc ex obruris. Subdialia à Græcis primò habita, quibus quũ tegerentur domus, pedali craſſitudine ex contuſa teſta fiſtucata. Hinc ſubdialia pauimenta, & ſubdiales deambulationes quas Vitruuius Græco uocabulo uocat ὑπαίθρας. Terraciũ nunc appellatur.

Subdifficilis, le, om. t. pen. cor. Aliquantulum difficile, ὑποδύσκολος. Cic. de Am. Exiſtit autem hoc loco quæſtio quædã ſubdifficilis.

Subditicius, a, um, Suppoſitus, ὑποβολιμαῖος, ὑπόβλητος. Vnde à Plauto in Amph. Iupiter dictus eſt ſubditicius, amphitruo ſubditicius, eccum exit foras Cum Alcumena uxore uſitaria. Cic. 7. Verr. Quòd eodẽ cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, ſi hunc ſubditicium archipiratã in eandẽ cuſtodiam dediſſet, fore ut, &c. Suet. de clar. Gram. Non modò uerſus cenſoria quadã uirgula notare, & libros qui falsò uiderentur inſcripti, tanquã ſubditicios ſummouere familia, per miſerint ſibi.

Subditiuus, a, um, Qui ſubditus eſt, & in alterius locum poſitus, ὑποβολιμαῖος. Plaut. in Am. Namq; de illo ſubditiuo Soſia nimirum nimis eſt.

Subdiu, idẽ quod die, ſiue interdiu, καθ' ἡμέραν. Plau. in Mo ſtel. Nam ſubdiu ſol agit hîc perpetuum diem.

Subdo, is, a. t. Suppono, ſubiicio, ὑποτάττω. Cato de Re ruſt. ignem ſubdito: ubi bullabit uinum, ignem ſubducito. Alii quando accipitur pro ſubiungere, ſiue adiicere, ὑπολαμβάνω. Quintil. His dictis & alia ſubdidit. Interdum pro ſufficere, ſiue ſubſtituere. Cic. 3 Verr. Videat quid de illis reſpondeat, quos in eorum locum ſubditos domi ſuæ reſeruauit. Idẽ pro Domo ſua, Quis in meum iudicem ſubdidit? Subdere equo calcaria, eſt uentrem equi calcaribus, pungendo, ad curſum incitare. Quanquam & per translationem accipitur pro quouis modo urgere. Ouidius 2. de Arte, Quum mora non tuta eſt, totis incumbere remis Vtile, & admiſſo ſubdere calcar equo. Subdere ignem, ac materiam ſeditioni, per translationem pro augere & fouere ſeditionem, animosq; iam ſatis incitatos uehementius inflammare, & oleũ (quod dici ſolet) camino adiicere. Liu. 8. ab Vrbe, Ita irritatis multitum animis ſubdere ignem ac materiam ſeditioni, non eſſe ætatis, non prudentiæ eius.

Subditus, a, um, particip. Subtus immiſsus, ὑπιστάμενος. Cicero 2. de Nat. deor. Quę efferueſcant ſubditis ignibus. Subditum etiam partum, dicimus ſuppoſitum, hoc eſt, ſublatũ ab ea muliere quæ peperit, & alteri appoſitum, ὑποβεβλημένον. Item apud Iureconſ. ſubditum teſtamentum dicitur, quum uero teſtamento occultato, aliud clàm fuit appoſitum. Subditus iudex, hoc eſt, in locum alterius ſuffectus. Accipitur interdũ ſubditus pro ſubiecto, eoq; qui alterius paret imperio. ἀπὸ χόμης, ὑπήκοος.

Subdoceo, es, a. ſ. Vicem præceptoris occupo, uel horis ſuccisiuis doceo, ὑποδιδάσκω. Cic. ad Att. lib 8 Ciceronesq; noſtros meo potius labore ſubdoceri, quam me alium uis magiſtrum quærere.

Subdolus, a, um, pen. cor. Fraudulentus, aſtutus, doloſus, ἀπατηλὸς. Plaut. Strobile ſubdole Hecine detruſiſti me adhuc nem parciſſimum? Idem Epid. atq; ei pręmonſtrabitur Quo pacto fiat ſubdola aduerſus ſenẽ. Ouid. 1. de Arte, Fac tituret blæſo ſubdola lingua ſono. Mart. lib. 5. Sed tendit auidis rete ſubdolum turdis.

Subdolè, Cautè, & fraudulenter. Plautus in Trinummo, Eos conſectatur, ſubdolè blanditur, ab re Conſulit. Cicero de Clar. Orat. Nihil acutè inueniri potuit in eis cauſis quas ſcripſit: nihil (ut ita dicam) ſubdolè, nihil uerſutè, quod ille non uiderit.

Subdubito, as, n. p Nonnihil addubito ὑπαπορῶ. Cic. Cælio lib. 2. Hæc eò pluribus ſcripſi, quòd nonnihil ſignificabãt tuæ literæ, te ſubdubitare qua eſſem erga illum uoluntate. Idem Attico lib. 14. Iam enim dico meum: antea, crede mihi, ſubdubitabam.

Subduco, is, a. t. pen. prod. Subtraho, ὑπεξάγω, ὑπεξαίρω. Cato, Ignem ſubdito: ubi bullabit uinum, ignẽ ſubducito. Sunt enim contraria, Subdo, & Subduco. Iuuen. Sat. 1. Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. Interdum ſurſum duco, eleuo, extollo, ὑπάγω. Vergilius 9. Ecl qua ſe ſubducere colles Incipiunt. Subducere naues, dicimus pro eo quod eſt, in terram trahere, quòd terra altior mari ſit: ſicut econtrariò Deducere, in mare è terra ducere. Vergil. 1. Aeneid. Quaſſatam uentis liceat ſubducere claſſem. Plaut. in Caſin. Ibo intrò, ut ſubducam nauim rurſum in puluinarium. Subducere rationem, uel calculum, eſt computare, ſiue calculare, λογίζομαι. Cicero Lent. Rationibus ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum. Plaut. in Capt. Subducã ratiunculam. Quantillum argentũ mihi apud trapezitã fiet. Subducere item eſt furtim ſubtrahere, ὑφαιρέω, βλάπτω. Plautus in Curcul. Propino magnum poculum, ille bibit, Caput ponit: quum dormiſcit, ego ei ſubduco annulum. Vergil. 3. Eclog. Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. Subducere ſe ex aliqua ſocietate, uel de aliquo loco, eſt ſenſim & clanculum diſcedere, ita ut nullus uideat, ὑπεκδιδράσκω. Cicero ad Quintum fratrem libro 3. De circulo ſe ſubduxit. Terent. in Eunuc Vbi primùm poterit, ſe illinc ſubducet, ſcio. Idẽ, Et cum eo clàm ſubduxit te mihi. Salluſt. Præterea ex greganis militibus quemq; armatum in prima acie ſubducit, id eſt, extrahit, & alibi locat. Subducere aliquem dictis, circumuenire. Terent. in Andr. Etiam nunc me ſubducere iſtis dictis poſtulas?

Subductarius, a, um, ut Funis ſubductarius, ex quo quid leuatur. Cato de Re ruſt. cap 12. Funes loreos quinque, ſubductarios quinque, mediponros quinque.

Subductio, onis, f. t. uerb. Ratio, & quod uulgus Computũ uocat, λογισμὸς. Cic. 2. de Orat. Quo perſpecto ſtatim occurrit naturali quadã prudentia, non his ſubductionibus, quas iſti docent, quid faciat cauſam. Subductio, Ipſe extollendi ſiue leuandi actus. Cæſ. 5. bell. Gal. Ad celeritatẽ onerandi ſubductiones paulò facit humiliores, quàm quibus in noſtro mari uti conſueuimus.

Subdulcis, & ce, om. t. Nonnihil habens dulcedinis, ὑπόγλυκυς. Plin. lib. 26. cap 8. Radix ſubdulcis, in petris naſcens, aut ſub arboribus uetuſtis.

Subeo, bis, biui, uel ſubii, bitum, n. q. Ingredior, ὑποδύομαι. Cæſar Commen. 1. Qui intra annos quatuordecim tectum non

non ſubiiſſent. Paſſiuum protulit. Iuuē. Saty. 16. Nam ſi ſubeantur proſpera caſtra. Et Cicer. 7. Verr. Inimicitiæ ſunt? ſubeantur labores? ſuſcipiantur. Subire item aliquando eſt ſuſcipere, aut patiſci, Subeo periculum, Subeo crucem, mortem. Cic. lib. 3. Offic. Qui retinendi officii cauſa crucia tus ſubierit ultro. Item ſuccreſcere, ὑποφύομαι. Vergil. 1. Georg. Ne ſubeāt herbæ, neu puluere uicta fatiſcat. Interdū inuadere, corripere, in mentem uenire, idq; tam cum datiuo, quam cum accuſatiuo, ὑπαίνω, ὑποσιμαίνω, ὑποτίθημι. Dicimus enim, ſubiit mihi cura, & ſubiit me pœnitentia. De da tiuo nuſquam non occurrunt exempla. Accuſatiuo autem iunxit Ver. 12. Aen. Et mentem patriæ ſubiit pietatis imago. Item Curt. libr. 3. Sera pœnitentia ſubiit regem. Item ſubde re, ſupponere. Ver. Aen. 10. Aeneas ſubiit mucronem, ipſum que morando Suſtinuit. Subire onus dorſo, eſt ſuſcipere, ſi ue ferre. Hora. lib. 1. Ser. Sat. 9. Demitto auriculas, ut iniquæ ſortis aſellus, Quum grauius dorſo ſubiit onus. Accipitur item ſubire pro ſubleuari, & in altum extolli. Plin. Sed hi ra tionem afferunt, quòd leuiſſima ſit imbrium ciſternarum aqua, ut quæ ſubire potuerit, & pendēre in aēre. Idem, Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum eſt ſubiiſſe eam in cæ lum, quum etiam lapides ſubiiſſe appareat. Item pro ſucce dere. Varro, In quarum locum ſubierunt inquilinæ, impie tas, perfidia, impudicitia. Item reſpondere, ſeu reſiſtere. Cic. de Diu. Poteriſne orationem eius ſubire? Item ſcandere. Pli. lib. 4. cap. 11. Hemi exceſſitas ſex millia paſſuum ſubitur. Su bire iudicem, eſt iudici quodammodo obrepere, & latenter eum inducere ut pro nobis ſentiat. Quin. lib. 4. cap. 5. Fallen dus eſt iudex, & uariis actibus ſubeundus, ut aliud agi, quā quod nos petimus, putet. Subire ad hoſtes, id eſt, uerſus hoſtes aſcendere. Liu. 2. ab Vrbe, Cum Aequis pòſt aliquāto pugnatum eſt, inuito quidem Conſule, quia loco iniquo ſu beundum erat ad hoſtes. Subire aleam. eſt periclitari, & obiectare ſeſe fortunæ dubiæ, παρακινδυνεύειν. Tractum eſt ab aleatorib. qui in foro aleatorio uariè agitantur, & repē tè uictores, repentè uicti dubio euentu examinātur. Liu. Du biam ſeruitii imperiiq; aleam ſubimus.

Subitus, a, um, idem quod repentinus, αἰφνίδιος. Cic. Planco lib. 10. Neue in rebus tam ſubitis, tamq; anguſtis à Senatu conſilium petendum putes. Plaut. Perſ. Si tibi ſubiti nihil eſt, tantundem eſt mihi. Cic. Memmio libr. 13. Nam propter opera inſtituta, multa multorū, ſubitum eſt ei remigrare. Ver. 11. Aen. Sterneret ut ſubita turbatam morte Camillam. Ouid. 6. Met. ſubitusq; inuita notauit Ora rubor. Ve. 6. Aen. Quum ſubitò aſſurgens fluctu nimboſus Orion.

Subitò, aduerb. Repentè, confeſtim, extempore, ἐξαίφνης, ἐξαπινάως. Cic. pro Fonteio, Quū tot bella aut à nobis neceſſa riò ſuſcipiantur, aut ſubitò atq; improuiſò naſcantur. Verg. 4. Georg. Dixit, & ex oculis ſubitò, ceu fumus in auras Commiſtus tenues, fugit diuerſa.

Subitaneus, a, um, idem quod ſubitus, ἀφνίδιος. Colu. lib. 1. ca pite 6. Hinc autem nubilarium applicari debet, maximeq; in Italia, propter inconſtantiam cæli, quo collata ſemirrita fru menta protegantur, ſi ſubitaneus imber inceſſerit.

Subitarius, a, um, Repentinus: licet quandoq; pro extemporali ſumatur, ἐξαπίνας. Celſus, Quid ſibi uellet ſubitaria dictio. Subitarii milites, pro repentino auxilio. Liuius ter tio ab Vrbe Ad eum explendum Latini, Hercinii q; & colo nia Antium dare Quintio ſubitarios milites (ita tum repen tina auxilia appellabant) iuſſi.

Suber, eris, gen. neut. t. Arbuſcula eſt glandifera, corticem habens præcraſſum, cui inniti ſolent qui natare diſcunt, φελλός. Plin. lib. 16. cap. 8. Suberi minima arbor glans peſsi ma, rara, cortex tantum in fructu præcraſſus ac renaſcens, at que etiam in denos pedes undiq; explanatus. Columella lib. 4. capite 26. Nam eſt præcipua cuneis fiſſa olea, quer us & ſu ber, & ſiqua ſunt ſimilia robora. Perſ. Saty. 1. Vt ramale uetus uegrandi ſubere coctum. Sunt qui hoc nomen etiam maſcul. & fœmin. efferri putant. De fœminino nullum pro ferunt teſtimonium: præſertim quum in Columellæ loco paulo antè citato genus perſpici non poſſit. De maſculino proferunt exemplum ex Plin. lib. 16. cap. 25. ubi ſic legit, Tar diſſimus ſuber. Sed perperam: quum uera Plinii lectio ſic ha beat, Serotino autem germine malus, tardiſſimo ſuber, ſub audi ex ſuperioribus, Germinat.

Subereus, adiect. à ſubere, apud Columellam.

Suberro, as, are, n. p. Sub re aliqua errare: ut Seberrare mon tibus, hoc eſt, errare ſub montibus. Claud. 5. Paneg. Indige nas fluuios Italis quicunq; ſuberrant Montib. alpinasq; bi bunt de more pruinas.

Subferuefactus, participium à ſubferuefacacio, paulum feruefactus, ὑπόθερμος. Plin. lib. 29. cap. 9. Contra ſcabiē ue rò quouis admiſto iumentorū ſeuo pro parte tertia, & pice, pariter ſubferuefactis.

Subfibulum, li, n. ſ. ſiue Suffibulum, Veſtimentum album prętextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Veſta les uirgines ſacrificantes habebant, idq; fibula comprehende batur. Author Feſtus.

Subfrigidus, adiect. Nonnihil frigidus, ὑπόψυχρος.

Subfrigidè, aduer. Gell. lib. 2. cap. 9. Nimis minutè, ac propè etiā ſubfrigidè.

Subgrandis, de, om. t. idem quod grandiuſculus, hoc eſt, aliquantulū grandis. Cic. ad Att. lib. 3. Subgrande cubiculū autem, & hybernum altum, ualde probaui.

Subgrauis, & hoc ſubgraue, om. t. Aliquantulum grauis, ὑπόβαρυς. Plinius lib. 27. cap. 9. Radice tenui, nigra, ſubgraui odore.

Subgrunda, æ, f. p. ſiue Suggrunda, pars tecti prominens, qua ſtillicidia à parietibus arcentur (inquit Budæus) qualia fe rè ſunt Lugdunenſium tecta, quæ à Græcis γάσοι, καὶ γᾶσα di cuntur. Varro. 3. de Re ruſt. cap. 3. Apes enim ſubter ſubgrun das ab initio uillatico uſæ tecto.

Subgrundatio, nis, f. t. uerb. huiuſmodi prominentiū partium conſtructio, γεισιπόδισμα. Vitru. lib. 4. cap. 2. Sub tectis (in quit) ſi maiora ſpacia ſunt, columen in ſummo faſtigio cul minis (unde & columnæ dicuntur) & tranſtra, & capreoli, ſi commoda, columen & canterii prominentes ad extrema ſug grundationem.

Subgrundia, orum, n. ſ. idem quod ſubgrundæ, γάσοι, καὶ γᾶσα. Plinius libro 25. cap. 13. Alii ſtergetthron uocant, quòd ama toriis conueniat, alii hypogeſon, quoniā in ſubgrundiis ferè naſcitur.

Subhaſtare, Eſt ſub haſtam mittere, hoc eſt, per auctio nem uendere, ἁφυροπωλεῖν. Solet enim haſta figi in pu blicis actionib. in quib. aliquid ueluti belli iure uēdebatur.

Subhorridus, a, um, Aliquantulum horridus. Cic. pro Se ſtio, Quia eum triſtē ſemper, qui taciturnū, quia ſubhorridū atq; incultum uidebant.

Subiaceo, es, ui, ectum, n. ſ. Sub re aliqua iaceo, ὑπόκειμαι. Plin. Epiſt. 101. li. 5. Sed hi procul à mari receſſerunt: quinetiā Apennino ſaluberrimo montiū ſubiacent. Col. li. 10. Et ma ter facili molliſſima ſubiacet aruo.

Subiacto, as, in altum iacto, ut quum in areis frumenta uā no à paleis ſecernuntur, ἀναῤῥίπτω. Var. lib. 1. de re Ruſt. cap. 52. His tritis oportet è terra ſubiactari uallis aut uentilabris, quum uentus ſpirat lenis. Ita fit, ut quod leuiſſimum eſt in ea, atq; appellatur acus, euannetur foras extra aream. ac frumentum, quod eſt ponderoſum, purum ueniat ad corbem.

Subiculum, uide Subiicio.

Subigo, gis, a. t pen. cor. βιάζομαι. Sall. Ambitio multos mor tales falſos fieri ſubegit. Quandoq; ſubigere, eſt ſubiicere, domare, καταρτάζομαι, κατασκίφομαι, χειρόω. Salluſt. Poſtea ue rò quàm in Aſia Cyrus, in Græcia Lacedæmonii & Athenien ſes cœpere urbes atq; nationes ſubigere. Quandoq; acue re. Vergilius lib. 7. Pars leues clypeos & ſpicula lucida rer gunt Aruina pingui, ſubiiciuntq; in cote ſecures. Quan doq; attrecto, agito, ἀναμάττω, ἀναφέρω. Cato, Farinam in mortarium indito: aquam paulatim addito, ſubigitoq; pul chrè. Quandoq; bene arare, bene colere, καταρτάζομαι. Verg. 1. Georgic. Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni. Col. lib. 2. Sequitur ut tempora quoq; ſubigendi arui præcipia mus. Cicero per translationem libro 2. de Orator. pro ex ercere poſuit, Subacto mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel atato, ſed nouato & iterato. Quandoq; ſuffodere. Vergilius 2. Geor. tamen hæc quoq; ſi quis Inſerat, aut ſcrobi bus madet mutata ſubactis. Quandoq; ſubagitare, ὀχεύειν. Cic. Pæto, Galliā ſubigo. Quandoq; ſurſum agere, ὑπάγειν, Sed tunc à ſus, quod ſignificat ſurſum, componitur. Verg. 1. Georg. Non aliter quàm qui aduerſo uix flumine lembū Remigiis ſubigit. A Subigo fit aliud compoſitum, Proſubigo, de quo ſuprà.

Subactus, a, um, partic. modò idem ſignificans quod cultus, ἀργασμένος. Cicero in Catone, Terra gremio mollito, & ſub acto ſemen ſparſum excipit. Et paulò pòſt, Humus ſubacta, atq; pura. Ingenium ſubactum, per translationem pro exerci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tato, atq; exculto, Cic. de Orat. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed nouato, & iterato. Aliquando idē quod uictus & domitus, κατεργασμένος. Ci. pro Fonteio, Galli ab imperatoribus nostris subacti & bello domiti. Lucan. li. 1. gentesq; subactas Vix impunè feres Interdum idē quod coactus, βεβιασμένος. Tacitus lib. 5. Annal. Multitudine periclitantium subactus. Idem li. 15. Donec ui amoris subactus.

Subactus, us, m. q. idem quod subactio. Plin. lib. 28. cap. 7. Quod in subactu congium aquæ capiat.

Subiicio, cis, a t. secunda syllaba cor. Suppono, ὑποβάλλω, Vergil. 4. Georg. & ramea costis Subiiciunt fragmenta. Aliquando subiungo, καταγράφομαι. Cicero, Tot sibi populis repentè subiectis. Subiicere, pro subdere, siue addere. Cicero 7. Verrin. At quæ causa tum subiiciebatur ab ipso, Iudices huius tam nefariæ crudelitatis? Aliquando sursum iacio. Vergil. 11. Aeneid. & corpora saltu Subiiciunt in equos. Subiicere calumniæ, per translationē. Liu. lib. 8. bell. Mac. Sed si ego in ea ciuitate quę ideò omnibus rebus incipiendis gerendisq; deos adhibet, quia nullius calumniæ subiicit ea quæ dii comprobauerunt.

Subiectus, a, um, id est, subditus, & alterius imperio parens, ὑπήκοος, ἀρχόμενος. Ver. 9. Aen. Parcere subiectis, & debellare superbos. Aliquando idem est quod expositus, sine obnoxius. Cic. 5. Tusc. Si autem uirtus subiecta sub narios incertosq; casus, famula fortunæ est, nec tantarum uirtū est, ut seipsa tueatur. Idem 2. de Nat. deor. Nulli naturę est obediens, aut subiectus Deus. Idē, Omnes res subiectæ sunt naturæ sentienti. Hor. 2. Ser. Sat 6. Per totum hoc tempus subiectior in diem & horam Inuidię.

Subiectio, onis, f. t. uerb. Est repræsentatio, delineatio siue descriptio, ὑποτύπωσις. Cic. 3. de Orat. Rerumq; quasi gerantur sub aspectum penè subiectio, quæ & in exponenda re plurimùm ualet, & ad illustrandum id quod exponitur. Interdum accipitur pro suppositione rei adulterinæ pro uera, ὑποβολή. Liu. 9. bel. Maced. Qui falsis testimoniis signis adulterinis, subiectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali pœna afficiebant.

Subiices, pen. cor dicuntur subiecti, ὑπαύκοοι Eun in Ach. referente Festo, Ergo Desim sublimes subiices, humidus Vnde oritur imber sonitu sæuo & strepitu. Vide Gellium libro 5. capite 7.

Subiecto, as, a. p in altum iaculor, ἀναβάλλω. Vergilius 5. Aeneid. Nigramq; altè subiectat arenam. Aliquando idem ualet quod identidem subiicio: unde subiectare manum dicuntur, qui sub uentrem manum mittunt ad partes pudendas, ut solent pastores, qui sub equuleorum uentrem manum solent subiicere, ne postea adulti ad tactus huiusmodi expauescant.

Subiicito, as, aliud frequent. Plautus in Casin. Nunc tu si uenis subiicitare me, proba est occasio, Periisti hercle, age, accede huc.

Subiculum, li, Quod semper flagris subiicitur. Plaut. in Pers.

Vir summe populi stabulum seruitutium,
Scortorum liberator, subiculum flagri,
Compedum contritor, pistrinorum ciuitas.

Subimpetrandus, part. à uerbo Subimpetro. Tac. lib. 4. Nam priores duces subimpetrando triumphalū insigni sufficere res suas crediderant.

Subimpudens, om. t pen. cor. Nonnihil impudens. ὑπαναίσχυντος. Cic. ad Treb. lib. 7. Interdum timidus in labore militari, sępe autem etiam (quod à te alienissimū est) subimpudens uidebare.

Subinanis, & ne, om. t. Nonnihil uacui habens, aut inanitatis, ὑπόκενος. Cic. ad Att. lib. 2. Quinetiam quod est subinane in nobis, & nō ἀφιλόδοξον (bellū est enim sua uitia nosse) is afficitur quadam delectatione.

Subinde, cum accētu in antepen. deinde, statim, pòst, εἶτα. Horat. 1. Epist. 8 Si dicet rectè, primùm gaudere, subinde Præceptū auriculis hoc instillare memento. Liu. 7. ab Vrb. Vno altero q; subinde ictu uentrē, atq; inguina hausit. Interdū significat frequenter, siue (ut propriè dicā) identidē hoc est, crebrò, cum exiguo quodā interuallo, ἄμοτε, καὶ ἄμοτε, Suet. in Tib. cap. 57. Læua natura ne in puero quidē latuit, quā Theodorus Gadareus & prospexisse primus sagaciter, & assimulasse aptissimè uisus est, subinde in obiurgando appellans eum lutum à sanguine maceratum. Dicitur & subin, sicut proin, & dein.

Subingerere arietem, (inquit Festus) Antistius esse ait, dare arietem qui pro se agatur cædaturue.

Subinsulsus, a, ū, Aliquantulū insulsus, ὑπεπαφόκαλος. Cic. in Orat. Est enim uitiosum in sententia, si quid absurdū, aut alienum, aut non acutum, aut subinsulsum est.

Subinuisus, a. um, Aliquantulū inuisus. Cic. pro Rab Post. Ille puteolanus sermo illius temporis, uectorum cursus atq; ostentatio, tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen.

Subinuito, as, pen prod. Aliquantulū inuito, & prouoco, Cic. ad Marium lib. 7. Epist. Hæc ad te pluribus uerbis scripsi quàm soleo non otii abundātia, sed amoris erga te, quod me quadam epistola subinuitaras.

Subiraſcor, d. t Nonnihil iraſcor, ὑποοργίζομαι Cic ad Att. c. lib. 9. in Epeirum quòd me nō inuitas comitē non molestus subiraſcor, sed ualde.

Subiugis, & ge, om. t. pen. cor. Idē quod subiugalis ὑποζυγιάδιος. Plin. lib. 11. cap. 49. Nero ostentabat hermaphroditas subiuges carpento sub equas

Subiugia lora, Dicebantur quibus iugum collis boum, uel iumentorum aptabatur. Cato de Re ruſt. cap. 15. Subiugia in lustrium lora pedum XIX.

Subiugo, as, a p. pen. cor De bello, & imperio meo subiicio, quasi sub iugo pono, ὑποτάσσω Claud nulla est uictoria maior, Quàm quæ confessos animo quoq; subiugat hostes.

Subiungo, gis, a t. Subiicio, de bello, ὑποτάσσω, ὑποζεύγνυμι. Ver. 8. Aen. Nulli fas Italo tanquā subiungere gentē. Cic. pro Leg. Agr. Vt sub uestrū ius iuridictionē, potestatē, terrarū orbem subiungeris? Vnde subiunctiuus modus dictus est, quia subiungitur alteri uerbo, sine quo sententiā explere non potest, ὑποτακτικός.

Sublabor, eris, d t pen prod. Prætereo, siue latenter decurro, aut fugio, ὑπολισθαίνω. Vergilius 1. Georg sic omnia fatis In peius ruere, ac retrò sublapsa referri Spes Danaūm.

Sublabro, bras, pen cor. Cibum intra labra mitto, ut interpretatur Nonius citans illud Nęuii ex Decuma, Iam ego illis subiens sublabrabo esui illud syncipat.

Sublatè, aduerb. Magnificè, splendidè, elatè, ὑψηλοφώνως, μεγαλοπρεπῶς. Cic. de Clar. Orat. Quoniā ergo bonorum oratorum duo genera sunt: unum attenuatè, præsēq; alterum sublatè, ampleq; dicentium. Sublatè de se dicere, est magnificè de se prędicare Cic. pro Domo sua, Nihil enim unquam sublatius dixi aſcisendæ laudis causa, potius quàm criminis depellendi.

Sublateo, es, n f. pen. corr. Sub re aliqua lateo, ὑπὸ τινὶ λανθάνω. Var. 2. de Re ruſt. ca. 49. Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum, quę primitus quū oriuntur, neq; planè appārēr in qua sublatent, herba ea uocatur, uagina, ut qua latet cōditus gladius.

Sublatio, Sublatus, uide Sustollo.

Sublego, as, a. p pen. prod. Substituo, ὑποκαθίημι. Iustin libro tertio, Senatui custodiam legum, populo subiugandi Senatum, uel creandi, quos uellet magistratus, potestatem permisit.

Sublego, is, a t. pen. cor. Furto aliquid surripio, ὑφαιρέομαι. Ver. 9. Ecl. Vel quæ sublegit tacitus tibi crimina nuper. Non nunquā idē quod cursim, siue obiter aliquid legere. Gel. li. 13. cap. 12. Quū hoc in ea Capitonis epistola sublegissemus. Sublegere colligere. Col. li. 12. cap. 17. Propter imbres in terrā decidit, quæ quū sublecta est, &c. Hor. 2. Ser. Sa. 8. puer altè cinctus aceruā Gausape purpureo mensam perterſit: & alter Sublegit quodcunq; iaceret inutile. Sublegere in locū alicuius est legēdo substituere, ὑποκαθίημι. Liu. 3. bel. Pun. Et ita in demortuorū locū sublecturū, ut ordo ordini, nō homo homini prælatus uideretur. Sublegere sermonē, est clàm excipere. Plau. in Mil. Clàm nostrum hunc illæ sublegerunt sermonem.

Subleſtus, a, um, Infirmus, leuis, friuolus, debilis, ἐσθενής. Plaut. in Pers. Nam ubi ad paupertatē accessit infima, Grauior paupertas fit, fides subleſtior. Idē in Bacc. Lingua factiosi, inertes opera subleſta fide. Vnum subleſtissimū, quod maximam debilitandi uim habet, ut exponit Festus, citans Plaut. in Neruolaria.

Subleuo

Subleuo, as, a. p. Sursum leuo, κατεξανίστημι. Sueton. in Vespasiano, Aluo repentè usq; ad defectionem solutæ: Imperatorem ait stantem mori oportere, dumq; surgit ac nititur, inter manus subleuantium extinctus est. Per translationem sumitur pro fauere, defendere, & quodammodo labascentẽ erigere. Cic. 4. Tus. Quum multa in conuentu collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cuiusq; ex forma perspicere profitebatur, derisus à cæteris est, qui illa in Socrate uitia non agnoscebant, quæ ipse ex illius aspectu multa collegerat. Ab ipso autem Socrate est subleuatus, quum illa sibi ingenita, sed ratione à se deuicta diceret. Plancus Ciceroni lib. 10. Hoc omne assignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori uidebam, si aut hominem offensum mihi, aut coniunctum cum Republica non subleuassem. Idem 5. Verr. Sed eadẽ ista æstimatione alter subleuarat aratores, alter euerterat. Idem pro Cecinna, Etenim non minus nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas. Subleuare testimonio aliquem, id est, causam eius leuiorẽ reddere. Cic. pro Cluen. Pater adolescenti, quem propter animi dolorẽ perennis suspitio potuisset ex illo loco restem in Aul. Cluent. constituere, is hunc suo testimonio subleuati.

Sublica, æ, f. p. pen. cor Palus seu pertica, quæ in aqua defigebatur ad pontis, alicuius constructionem. Cæs. in descriptione Rhenani pontis, Non sublicæ modo (inquit) directæ ad perpendiculum, sed pronæ ac fastigiatæ, ut secundum naturam fluminis procumberent.

Sublicium, licii, n. s. Idem quod sublica. Liu. 3. bell. Pun. Quia muro satis per se alto, subiectis ualidis subliciis pro solo usus erat.

Sublicius pons, Ad candẽ partem Tiberis fuit, qua Ianiculum ab urbe dirimitur, ea arte constructus, ut trabes sine fulturis eximi possent. Id enim religiosum esse cœpit, ex quo defendente Coclite ægrè reuulsus est. Dictus est autem sublicius, quod ligneus esset, & sublicis fulciretur. Ita enim uocant palos ad pontis sustentationem in aqua defixos.

Subligo, as, a. p. penultima correpta. Subtus ligo, ὑποδέω. Plinius lib. 17. cap. 22. Vbi una uaria cœperit fieri, uites subligato. Vergil. 8. Aeneid. Tum alteri atq; humeris Tegæum subligat ensem. Idem 11. Aeneidos, clypeumq; ex ære sinistræ Subligat.

Subligar, aris, n. t. Idem quod subligaculum, hoc est, illud quo partes pudendæ teguntur, περίζωμα, ἐπίβασις. Martial. lib. 3. Tecta tamen non hac, qua debes parte lauaris, Si pudor est, transfer subligar in faciem. Iuuen. Satyr. 6. Personam, thyrsumq; tenent, & subligar Acci.

Subligaculum, li, n. s. Amiculi genus, quo femora, & partes pudendæ teguntur, περίζωμα. Cic. 1. Offic. Scenicorum mos tã tam habet uerere disciplina uerecundiam, ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo.

Sublimis, me, om. t. pen. prod. In altum eleuatus compositum est à limus, quemadmodum & illimis, quasi supra limũ μετέωρος. Verg. 1. Aeneid. Ipsa Paphum sublimis abit. Colu. lib. 3. Igitur in opere boues ardẽ iunctos habere conuenit, quò speciosius ingrediantur sublimes, & elatis capitibus. Terentius in Adelph. Sublimen medium arripere, & capite primum in terram statuere. Vt cerebro dispergat uiam. Ouidius lib. 14. Metam. pulchro sedet illa recessu Sublimis solio, pallamq; induta nitentem. Vergil. lib. 7. Aeneid Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis. Horat. de Arte, Hic dum sublimes uersus ructatur, & errat. Sublimem abire, pro in cælum ire. Liuius 1. ab Vrbe, Hæc locutus, sublimis abiit. Sublimem rapere, est raptum sublimem in aërem ferre. Vergil. 5. Aeneidos, Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis.

Sublimitas, atis, f. t. Altitudo eleuatio à terra, ὕψος. Plin. lib. 19. cap. 5. Natura sublimitatis auida. Col. lib. 8. cap. 3. Exq; longitudinis & altitudinis, duodenos pedes habeant: nec plus latitudinis quàm media sublimitas.

Sublimiter, aduerbium, Idem quod altè. Colum. lib. 8. cap. 11. Quoniam nec sublimiter potest, nec per longa sparia uolitare. De pauone. Cato cap. 70. Hæc omnia sublimiter legi, teri, dariq; oportet.

Sublimè, pro Sublimiter: cui opponitur Humi. Cic. 2. de Diuinat. Eaq; scuta quæ fuerant sublimè fixa, sunt humi inuenta. Vetg. 9 Ecloga, Cantantes sublimè ferent ad sydera cygni. Cic. 1. Tusc. Perspicuum debet esse, animos quum è corpore excesserint, siue illi sint animales, id est, spirabiles siue ignei, sublime ferri.

Sublimo, mas, actiuum p. penult. prod. Exalto, in altum subleuo, μετεωρίζω. Ennius, Si qui candentem in cælo sublimat facem Nonius.

Sublino, nis, pen. co. act. t. Leuiter perungo ὑπαλείφω, ὑπαχρίω. Cornelius Celsus, Idẽ quoq; umbilico sublitum facit. Sub linereos, est illudere, & pro ridiculo habere. Tractum à genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur. Plaut. in Aul. Ah subleuit mihi os pessimè.

Sublitio, uerbale, Quæ est quasi primum tectorium & fundamentum coloris, quem reddi uolumus inductione manus ultima, ὑπάλειμμα.

Subliuidus, a, um, Aliquantulum liuidus, ὑπόχρους. Celsus lib. 5. cap. 28. Pustulæ eminent subliuidæ, aut pallidæ.

Sublucanus, adiectiuum idem quod antelucanus, hoc est quod lucem antecedit, ἀμφίνυκος. Plin. lib. 11. cap. 12. Venit mel ex aëre, nec omninò prius Vergiliarum exortu, sublucanis temporibus.

Subluceo, es, ere, neut. s. Aliquantulũ lucere, ὑπαμφαίνεσθαι. Ouid. 1. Amor. Eleg. 5. Qualia sublucent fugiente crepusculo Phœbo: Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies. Vergil. 4. Georg. Aureus ipse, sed in foliis, quæ plurima circum funduntur, uiolæ sublucet purpura nigræ. Ouid. Epist. 20. Candida nec misto sublucent ora rubore.

Subluco, as, pen. prod. Ramus arborum supputo, & ueluti luci transitum aperio, ὑπεκκαθαίρω Cõlucare autem, est succisis passim arboribus lucum luce implere. Ex Festo.

Subluo, is, a. t. Lauo, purgo, κατακλύω Col. lib. 6. cap. 32. Intertrigo bis in die subluitur aqua calida: mox decocto ac trito sale, cum adipe defricatur, dum saniei uis emanet. Mart. lib. 6. Iratus tanquam populo Charideme lauaris, Inguina sic toto subluis in solio.

Sublurídus, a, um, pen. cor. Subpallidus, ὑπόχρους. Plaut. in Amphit. eodem in loco, Signo eodem apparet propè, ut primùm coiuit cicatrix rufula, Sublucida.

Subluſtris, subluſtre, om. t. Idem quod subilluſtris, hoc est, obscurus quidem, sed tamen lumine nonnullo illustratus, ὑπολαμπρος. Vnde subluſtria uerba dicuntur, non ex toto luminosa, sed aliquid luminis habentia. A. Gellius lib. 13. ca. 25, de Catonis oratione, Quam quoniam sunt eloquentiæ Latinæ tunc primùm exorientis lumina, uerba quædam subluſtria libitum est ἀπομνημονεύειν. Subluſtris nox, & subluſtris umbra, quæ habet aliquid luminis, ἀμφιλύκη νύξ, ἀμφιλύκη σκιά. Liuius libro 5. ab Vrbe, Nocte subluſtri, quum primò inermem qui tentaret uiam, præmiſissent, &c. Vergil. 9. Aeneidos. Et galea Euryalum subluſtri noctis in umbra Prodidit immemorem.

Subluuies, uiei. f. q. Sordes & immunditiæ quas & illuuiẽ & proluuium uocamus ῥύπος. Apud Columellã genus morbi in discrimine unguiæ ouium nascens. Aiit enim lib. 7. ca. 5. Claui quoq; dupliciter infestant ouem: siue quum subluuies atq; intertrigo in ipso discrimine unguiæ nascitur, seu quum idem locus tuberculum habet, cuius media ferè parte canino similis extat pilus, eiq; subest uermiculus. Subluuies & intertrigo pice per se liquida, uel alumine & sulphure atq; aceto mistis ritè eruentur.

Submergo, gis, si, sum, ere, act. t. Sub aquas mergere, κατακλύω, καταποντίζω. Cæs. 3. bel. Ciuil. Faucibusq; portus nauem onerariam submersam obiecit. Vergil. 1. Aeneid. Pallas ne exurere classem Argiuũm, atq; ipsos potuit submergere ponto, Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei? Cic. 2. de Nat. deor. Quot genera, quamq; disparia partim submersarum, partim fluitantium, & innantium beluarum, partim ad saxa natinis testis inhærentium? Liu. 1. ab Vrbe, Quin in traiectu Albulæ amnis submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. Vergilius 1. Aeneid. Incute uim uentis, submersasq; obrue puppes, Aut age diuersas, & disiice corpora ponto.
Virtus submersa tenebris. Claudian. 7. Panegy. Innatare, & Submersum esse, contraria. Col. lib. 11. cap. Quum ea res innoxia penora conseruet, ubi non innatent, sed semper sint iure submersa.

Submerum, ri, id est, ferè merum, ὑπάκρατον. Plaut. in Sticho, Næ iste ædepol uinum poculo pauxillulo Sæpe exultauit submerum scitissimè.

Submínia, æ, f. p. Vestis genus à subrubro colore (ut uidetur) nomen habens. Plaut. in Epid. crocotulam, Supparum, aut subminiam, ricam, basiliscum, aut exoticum.

Subminístro, as, are, act. pr. Porrigo, suppedito, ὑπαρόω.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cæsar lib. 1. belli Gallici Hæc sibi esse curæ, frumentũ Sequanos Leucos, Lingones subministrare, iãq; esse in agris frumenta matura, Cicero pro Cælio, Palàm in eum tela iaciuntur, clàm subministrantur. Idem 1. de Inuent. Aristoteles autem qui huic arti plurima adiumenta, atq; ornamenta subministrauit, tribus in generibus rerum uersari rhetoris officium putauit. Columella libro primo, cap. decimo, Quum semina depones, dextra, sinistraq;, usq; ad imum scrobem fasciculos sarmentorum demittito, ita ut per fasciculos sarmentorum æstate paruo labore aquam radicibus subministrare possit.

Submitto, tis, tere, act. t. siue summitto, misi, missum, idem quod subdo, subiicio, uel subiugo, ὑποτάσσω. Verg. 1. Ecloga, Pascite ut ante, boues pueri, submittite tauros. Horat. lib. 1. Epist. 1. Et mihi res, non me rebus submittere conor. Summittere fasces ianuæ, dicebantur magistratus, quum ædes ingredientes, inclinari eos & deprimi iubebant, & non surrectos teneri. Plin. li. 7. cap. 30. Fasces lictoris ianuæ submisit is cui se Oriens Occidẽsq; submiserat. Submittere genua, pro flectere, & in curuare. Plin. lib. 11. ca. 49. Solidipedes inter initia pasci, nisi submissis genibus non possunt. Idem lib. 8. ca. 1. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua subnittunt, coronas porrigunt. De elephantis, Submittere animos, per translationem, id est, dimittere, & propemodum despondere animum. Liu. 3. bel. Pun. Tum T. Sempronius Senatum habuit, consulatusq; Patres est, & adhortatus ne, qui Cannensi ruinæ nõ succubuissent, ad minores calamitates animos submitterent. Submitto, clanculum allego, subouno, ὑποπέμπω. Cic. 5. Ver. Submittebat iste Timarchidem, qui moneret eos: qui saperent, ut transigerent. Submittere pretia, est imminuere. Plin. li. 29. cap. Neq; enim pudor, sed æmuli pretia submittunt.

Submissus, participium, siue nomen ex participio. Liu. 1. ab Vrbe, Lupam sitientem ex montibus qui circa sunt, ad puerilem uagitum cursum flexisse: eam submissis infantibus adeò mitem præbuisse mammas. Submissus & abiectus: cui contrarium, Efferens se. Cicero libro primo, Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere: neq; submissum & abiectum, neq; se efferentem: tum in Repub. neq; quæ tranquilla & honesta sint. Submissa oratione, uel uoce loqui, id est, humili, non elata, aut clara. Cæsa 5. bel. Ciu. Submissa oratione loqui de pace, atq; altercari cum Vatinio incipit. Cicero pro Plancio, Submissa uoce agam, tantùm ut iudices audiant Martialis libro octauo. Hoc comes inualidus submissa uoce precatur, Vt quocunq; uelint, corpus inane ferant.

Submissè, aduerbium, Humiliter, demissè, ὑφειμένως. Cic. pro Plãcio, Meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum qui mihi non nimis submisse supplicarat. Cicero 1. Officiorum, Vt quantò superiores simus, tantò nos submissius geramus.

Submissim, aduerb. idem quod submissè. Suetonius in Augusto, Nam & ad communionem sermonis tacentes, iam submissim fabulantes prouocabat.

Submissio, onis, f. t. uerbale, Idem quod remissio: ut Submissio uocis, cui opponitur contentio. Cic. 1. Offic. Ex locutione, ex reticentia, ex contentione uocis & submissione, & cæteris similib. facilè iudicabimus quid coràm aptè fiat. Submissio, aliquando accipitur pro eleuatione siue depressione cui opponitur Elatio, siue Amplificatio. Cic. in Topicis, Parium autem comparatio nec elationem habet nec submissionem: est enim æqualis.

Submolestus, a, um, Nonnihil molestus, ὑποδυσχερής. Cic. ad Atticum lib. 16. Illud est mihi submolestum, quod parũ properare Brutus uidetur.

Submolestè, aduerbium. Cic. ad Atticum lib 5. Te in Epirum saluum uenisse, & ut scribis, ex sententia nauigasse, uehemẽter gaudeo, non esse Romæ meo tempore perneccessario, submolestè fero.

Submoneo, submones, pen. breui, a. s. Leuiter uel paucis moneo, ὑπομιμνήσκω. Ter. in Eunu. submonuit me Parmeno Ibi seruus, quod ego arripui. Plin. Epist. 1. libr 2. Quoties paulùm itinere decedere non intempestiuis amœnitatibus submouebamur.

Submorosus, adiectiuum. Nõnihil morosus, ὑποδύσκολος. Cic. lib. 2. de Orat. Me quidẽ hercule ualde illa mouent stomachosa & quasi submorosa ridicula, non quum à moroso dicuntur tunc enim non sal, sed natura ridetur.

Submoueo, submoues, submoui, submotum, 2. s. Arceo, depello, remoueo, abire facio, ἀπωθέω. Liu. 2. ab Vrbe, I, inquit, lictor, submoue turbam, & da uiam domino ad prehendendum mancipium. Cic. pro Roscio, Vt quos natura ipsa retinere in officio potuisset, ii magnitudine pœnæ maleficio submouerentur. Ouidius libro 3. Amorum. eleg. 13. Ignoto meretrix corpus iunctura Quirini, Oppositа populum submouet ante sera. Submouere, seperare. Plinius libro tertio capite 16. de Apibus, Germaniam ab Italia submouet.

Subnascor, ceris, d. t. Succresco, ὑποφύομαι. Plin. lib. 12. cap. 23. Atq; ita subnasci sui generis palmas. Idem lib. 12. ca. 3. Malus assyria omnibus horis promifer est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis uerò subnascentibus.

Subnecto, is, a. t. Subligo, appendo, ὑποδέω. Verg. 1. Aen. Aurea subnectens exertæ cingula mammæ. Idem 5. Aen. lato circum amplectitur auro Baltheus, & roreti subnectit fibula gemma. Plin. lib. 28. cap. 1. M. Seruianus Nouianus, princeps ciuitatis, non pridem in metu lippitudinis, priusquam in se eam nominaret, aliusue ei prædiceret duabus literis Græcis P. & A, chartam inscriptam, circunligatam lino, subnectebat collo. Id est, appendebat.

Subnego, as, n. p. pen. corr. Ferè, uel quodam modo nego. Cicero Trebatio, Verumetiam quod præsenti tibi propè subnegaram, &c.

Subniger, ra, rum, pen. cor. Nonnihil habens nigredinis, ὑπομέλας. Plaut. Mercubucculentum, breuiculum, Subnigris oculis, oblongis malis. Var. 2. de Re rust. cap. 5. Subnigris labris pecudes.

Subnitor, pen. prod. subniteris, subnixus, d. t. Suffulcior, sustineor, ὑποστηρίζομαι. Vergil. 1. Aeneid. Solio subnixa resedit. Cic. de Somn. Scipion. Duo quasi cinguli tenẽ uentibus ex utraq; parte subnixi. Accipitur interdum subnixus pro elato, siue arroganti. Cic. 1. de Oratore, Hæc quàm sit facilis, illi uiderint, qui eius artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant. Liuius 5. bel. Puni. Enimuero indignum ratus Marcellũs se. qui Annibalem subnixum uictoria Canensi ab Nola repulisset, his terra mariq; dictis ab hostibus cedere.

Subnoto, as, pen. cor. Subscribo, ὑπογράφω. Martial. lib. 4. Et non subtria uerba subnotasti.

Subnubilus, adiect. subobscurus, ὑποσκιάδης. Cæsar 3. belli Ciuil. Et quinque intermissis diebus alteram noctem subnubilam nactus, extructibus castrorum portis, & ad impediendum obiectis, tertia inita uigilia silentio exercitum educit. Ouidius 2. de Remed. Am. Limes erat tenuis longa subnubilus umbra.

Quà tulit ipsa suos ad mare sæpe pedes.

Subo, bas, bare, n. p. Dicũtur sues, quum libidinem exercẽt, aut appetunt: quanuis & ad alia animalia, atq; adeò ad ipsos etiam homines transferatur, καπρίζειν. Plin. lib. 10. cap 65. Verres subantis audita uoce, nisi admittatur, cibum non capit. Hor. lib. 1. Carm. ad homines transtulit, Iamq; (inquit) subando tanta cubilia, tectaq; rumpit.

Subatio, Appetitus suum in uenerem. Plin. lib. 8. cap. 51. Remedium, ne prima subatione, neq; ante flaccidas aures coitus incipiat, de suibus.

Subobscœnus, adiectiuum, Non omnino uacans obscœnitate, ὑπαισχρός. Cic. in Orat. Illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, nec scurrile sit, nec subobscœno, ne inimicum.

Subobscurus, adiectiuum, Nonnihil obscurus, & per translationem intellectu subdifficilis, ὑποσκοτεινός. Cic. de Clar. Orat. Grandes erant uerbis, crebris sententiis, comprehensione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

Subodiosus, penultima producta. Aliquantum odiosus. Cicero ad Atticum lib. 1. Non mihi graue duxi scribere ad te de illius querimoniis, quum eas audire (quod erat subodiosum) leue putassem.

Suboffendo, dis, a. t Aliquantulũ offendo. Cic. ad Q. Fratrem, Nam apud illam perditissimam, atq; infimam facem populi Pompeius propter Milonẽ suboffendit: & boni multa ab eo desiderant, multa reprehendunt.

Suboleo, suboles, pen cor. n. s. Leuiter oleo, siue odoratus sensu leuiter percipio, ὑπόζω Plaut. in Pseu. Corrumpitur iã cœna, hem subolet, sis uide. Subolere per translationem, præsentiscere, αἰσθάνεσθαι. Plautus in Casin. Tu ecastor tibi homo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

homo malam rem quæris: subolet, sentio. Ibidem, Subolet iã uxori quod ego machinor. Terentius in Phormione. Nunquid patri subolet?

Suborior, iris, d. q. Subnascor, & exurgo: ut Subortus est rumor, ὑποφύομαι. Plin. lib. 2. cap 93. Metallorum opulentia tam uaria, tam diues, tam fœcunda, tot sęculis suboriens. Lucretius lib. 1. Ex infinito suboriri copia posset.

Suborno, as, a. p. Idem quod orno, hoc est, honoro, siue laudo, ὑποτιμάω. Plancus Ciceroni, Tu Cicero quod adhuc feci sti, idem præsta, ut uigilanter, neuosęq; nos qui stamus in acie, subornes. Subornare item accipitur pro clam submittere, ὑποστέμπαρ. Plinius in Paneg. ad Traian. Grata tamen sint recordantibus, principem illum in capita dominorum seruos subornantem. Cicero pro Roscio, Falsum subornauit testem Roscius Cluuium: cur tam sero? Idem pro Cecinna, Quum quæritur aliquid nactum nec ne sit, uerum an falsum proferatur, & fictis testis subornari solet, & imponi falsæ tabulæ.

Subpallidus, a, um, Ad pallorem accedens, uel aliquantulum pallidus, ὑπωχρος. Celsus lib. 1 Alterum est minus super corpus eminens, durum, latum, subuiride, subpallidum, magis exulceratum.

Subpinguis, gue, m. t. Nonnihil pinguis, ὑποπίων. Celsus lib. 6. cap. 4. Peius est quod densam cutem, & subpinguem, & ex toto glabram fecit.

Subrancidus, adiect. Aliquantulum rancidus ὑπόσαπρος. Cic. in Pisonem, Extructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida.

Subraucus, a, um, Aliquantulum raucus, ὑποβραγχάδης. Cic. de Cla. Orat. Omniq; motus cum uerbis sententiisq; cõsentiens, uox permanens, uerùm subrauca natura.

Subremigo, gas, n. p. pen. cor. Sub uelo remigo, hoc est, cursum nauis quæ uento fertur, remis adiuuo, ὑποφιάω. Plin. li. 9. cap. 29. Cæteris subremigans brachiis, media cauda, ut gubernaculo se regit. Vergil. 10. Aene. dextra puppim tenet, ipsaq; dorso

Eminet, ac læua tacitis subremigat undis.

Subrepo, pis, pen. prod. n t. Lateuter repo, ὑφέρπω. Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & puberem Apollinem subrepenti: lacertæ cominus sęgitta insidiantem. Col. lib. 9. ca. 1. Hęc porrò animalia, uel similia his, facilè intelligitur, quàm non expediat cõferre in id uiuarium quod uacerris circundarum est: siquidem propter exiguitatem corporis facilè clathris subrepunt, & liberos nacta egressus fugam moliuntur. Subrepere animo, per metaphoram, pro eo quod est clàm se in animum alicuius insinuare. Quin. lib. 4. cap. 1. Exordium quidam in duas diuidunt partes, principium, & insinuationem: ut sit principiis recta beneuolentiæ & attentionis postulatio: quæ quia esse in turpi genere causæ non possit, insinuario subrepat animis, ubi frons causæ non satis honesta est. Idem, Ita subrepit animo iudicis. Obliuio subrepit. Plin. lib. 8. cap. 22. Hic quanuis in fame mandendi, si respexit, obliuionem cibi subrepere aiunt, digressumq; quærere alium. Aetas iners subrepit. Tibullus lib. 1 eleg. 1. interea dum fata sinunt, iungamus amores: Iam ueniet tenebris mors adoperta caput. Iam subrepet iners ætas, nec amare decebit, Dicere nec cano blanditias capiti.

Subreptitiæ literæ, Dicuntur quæ ad falsam alicuius suggestionem concessę sunt: quod tam à subrepo esse potest, quam à subripio, κλοπικὰ γράμματα.

Subrideo, Leuiter arrideo, ὑπομειδιάω. Verg. 1. Aeneid. Olli subridens hominum sator atq; deorum. Ci. pro Rosc. Com. Qua de causa? subridet Saturius ueterator, ut sibi uidetur. Ouid. 3. Amo eleg. 1 limis subrisit ocellis. Claudian. 2. in Eutrop. Subrisit crudele pater. Verg. 10. Aeneid. Ad quem subridens missa Mezentius ira,

Subridiculè, aduerbiũ. Cic. 2. de Orat. Quid hoc Nænio ignauius? Seuerè Scipio At in malè olentem, Video me à te circũuenirì Subridiculè Philippus.

Subrigo, is, pen. cor. siue Surrigo, a. t. a, in b, mutata. Erigo, in altum eleuo, ἐξανίσημι. Plinius lib. 9. cap. 29. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, ut emissa omni per fistulam aqua, uelut exoneratus sentina, facilè nauiget. Idem lib. 10. cap. 29. Vpupa crista uisenda plicatili, contrahens eam subrigensq; per longitudinem capitis. Vergilius 4. Aeneid. Tot linguæ totidem ora sonant, tot subrigit aures,

Subrectus siue, **Surrectus**. Silius lib. 10. connixus in hastam, Ilia cõripedis subrecta cuspide transit.

Subriguus, adiectiuum, Aliqua ex parte irriguus, subaquosus, ὑποδιάβρυτος. Plin. lib. 17. cap. 18. In crasso aut humido aut subriguo, à messe ad brumam.

Subripio, is, a. t. Furor, clam aufero, ὑφαρπάζω. Plau. Menæch. Hanc modò uxori intus palam subripui. Cic. in Parad. Quãti est æstimanda uirtus, nec eripi, nec surripi potest unquam, nec naufragio, neq; incendio amittitur, nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur?

Subreptio, f. t. Ipse surripiendi actus, κλοπή. Surreptio item dicitur, impetratio quæ fit à principe, siue magistratu per falsam rei enarrationem.

Subreptitius, adiectiuum: Subreptitia postulatio, subreptitiæ literæ, quæ ad falsam alicuius suggestionem concessę sunt. Subreptitius puer, furtim sublatus. Plaut. in Menęch. Atq; illic habitat geminus subreptitius.

Subrogo, as, a p pen cor. Substituo, ὑπικαθίσημι. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Consul antequam collegam subrogasset, negabat passurum agi de lege. Subrogare collegam Consul dicebatur, qui in demortui locum Consulis alterum suffiriebat. Cicero ad Brutum. Epist. 1. Omnino Pansa unus celeriora omnia putabamus. Statim enim collegam sibi subrogasset, deinde ante Prætoria sacerdotum comitia fuissent. Liuius 2. ab urbe, Regnum eum affectare fama ferebat, quia nec collegam subrogauerat in locum Bruti, & ædificabat in summa Velia.

Subrostrarii, Homines otiosi dicebãtur, quibus quũ nihil esset quod domi agerent, subrostris frequenter desidebant, rumores nouos aut captantes, aut ipsi confingentes. Cælius ad Ciceronem lib. 8. Te ad nonum Calendas Iunii subrostrarii (quod illorum capiti sit) dissiparant periisse.

Subrubeo, es, Nonnihil rubeo, ὑπερυθὸς εἰμι. Ouid. lib. 2. Amor. Quale coloratum Tithoni coniuge cælum Subrubet, aut sponso uisa puella nouo.

Subrubicundus, adiect. Id est, rubicundus, siue aliquantulum rubicundus, ὑπερύθρος. Plin. lib. 25. ca. 13. Herba est tri xaginis specie & mollitia, cauliculis subrubicundis.

Subrufus, adiect. Aliquantulum rufus, ὑποπυρρός. Plin. lib. 37. cap. 10. Indica gentiũ suarum habet nomen, subrufo colore, in atritu sudorem purpureum emanat. Plaut. in Capt. Subrufus, aliquantum crispus, cirratus.

Subrumi, Dicti sunt agni, qui adhuc sunt sub mãma, quæ ruma à ueteribus dicebatur, ὑπομάσται Varro 2. de Re rust. cap. 1. Et si parum habet lactis mater, ut subiiciat sub alterius mammam, qui appellantur subrumi, id est, sub mamma. Antiquo enim uocabulo, mamma ruma, ut opinor, dicebatur. Hæc Varro.

Subrumari, d. p. Est sub ruma, id est, mamma sumittere. Col. lib. 7. ca. 4. Diligenti cura seruandum est, ut & suis quotidie matribus & alienis, non amantibus, agni subrumentur.

Subruo, is, n. t. Suffodio, uel suffosso fundamento diruo, ὑπορύσσω. Cæs. 2. bel. Gal. Murusq; defensoribus nudatus est testudine facta portis succedunt, murumq; subruunt. Liu. 5. belli Pun. Sub ultimum illum diem agere nihil minus timẽtes, q̃ subrutis cuniculo mœnibus, arcem iam plenã hostiũ, &c. Aliquando effodio, καταρυάττω, Seneca, Subruunt terram thesauros quæritans.

Subrutilus, adiectiuum, In rutilum uergens colorem, ὑποφοινίκεος. Plin. lib. 10. cap. 3. Media magnitudine, colore subrutilo, rarum conspectu.

Subrusticus, a, um, ὑπάγροικος. Cic. de Clar. Orat. Quum etiam ipso sono, quasi subrustico, prosequebatur, atque imitabatur antiquitatem.

Subsalsus, a, um, adiect. Quod salis saporem nonnihil refert, ὑφάλμυρος. Plin. lib. 12. cap. 29. Subsalsa gustanti herba.

Subsanno, as, a. p. Verbũ est actiuũ, idem significans quod irrideo, χλευάζω. Nam sanna, ut suo loco docuimus, irrisionem significat, quæ & subsannatio dicitur, χλευασμός.

Subscribo, is, a. t. Subnoto, subsigno: sicut solent principes qui subscribunt ea, quæ rata habent, ὑπογράφω. Cic. ad Att. lib. 6. Literas ribi à L. Domitio ad 13. Calend. Martii allatas esse, earumq; exemplum subscripseras. Alias subscribere significat fauere, siue approbare. Columella libro 1. cap. 2. Quod si uoto fortuna subscripserit, agrum habebimus salubri cœlo, uberi gleba. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. Nesse precor magni subscribite Cæsaris iræ: Sæpe premente deo, fert deus alter opem. Est etiam subscribo, aliquando uerbum iudiciis & foro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& foro accommodatum, & significat iudicium dictare, quæ ſic̃ ſcribere. Plin. lib. 5. Epiſt. Scis te non ſubſcripſiſſe mecum & iam biennium tranſiiſſe, omniaq; me uſu cepiſſe. Id eſt, mecum querelam nun eſſe expertum, ut interpretatur Budæus. Vnde ſubſcriptores, qui accuſatori ſubſcribunt, hoc eſt, qui ſecundas accuſationis partes ſuſtinent. Cic. 2. Verr. Venit paratus cũ ſubſcriptoribus exercitatis, & diſertis. Vbi Aſconius, Subſcriptores dicuntur qui adiuuate accuſatorẽ ſolent: quos oportebat ſubmiſſius agere, quàm eum, quem ſequebantur. Budæus in prioribus Pand. Annot. Subſcribere dicebant ueteres Iureconſulti, quod nunc adiungere ſe, dicunt. Subſcribendi igitur facta poteſtas, dicendum, quod Leguleiorum uulgus hodie barbarè effert: Dictum eſt quod adiungere ſe poterit. Cic. in Diuina. Non modò deferendi nominis, ſed ne ſubſcribendi quidem, quum id poſtularet, fecerunt poteſtatem.

Subſcriptio, nis, ſ. t. Idem quod ſubſignatio, ὑπογραφὴ, ὑποσημείωσις. Cic. pro Cluentio, Quare quicquid de ſubſcriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, &c. Subſcriptio cenſoria, eadem cum ipſa cenſura. Cic. pro Cluentio. Ne ſubſcriptio cenſoria non minus calamitatis ciuibus q̃ proſcriptio acerbiſſima poſſint afferre. Budæus. Accipitur præterea ſubſcriptio, pro adiũctione, ut hodie loquũtur noſtri Iuriſconſulti, quum accuſatori aliquis ad agendũ adiungitur. Cic. 1. Verrin. Quartum quem ſit habiturus, nõ uideo: niſi quem forte ex illo grege oratorũ qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt.

Subſcus, udis, ſ. t. pen. prod. Tabella exigua, inquit Feſtus, quę tabulę duę inter ſe configuntur: ita dicta à ſuccidendo, q̃ qua immittitur, ſuccidatur. Pacuuius, Nec ulla ſubſcus cohibet compagem. Subſcudes (inquit Budæus) quæ & ſubcudes, & ſuſcudes appellantur, ſunt lignea retinacula, quæ etiam ſecuriclæ à forma uocantur, quaſi ſecuriculæ quibus duo tigna tenaciſſimè inter ſe uinciuntur: unde Securiclari cardinales apud Vitruuium lib. 10. licet uulgò ſecuridat, legatur. Galli hirundinum caudas appellant. Solent etiã interdum ſubſcudes ex ferro fieri. Vitruuius lib. 10. cap. 10. loquẽs de tympano ad molendã farinam faciẽdo, Secundũ id tympanum (inquit) maius itẽ dentatũ planum eſt collocatũ, quo continetur axis, habens in capite ſummo ſubſcudem ferreã qua mola continetur. Quod Vitruuius ſubſcudem hic appellat, inquit Budæus, noſtri ferrum molendini, ex quo forma ſubſcudis intelligi poteſt.

Subſeco, as, a. p. pen. cor. Ab ima parte reſeco, ſuccido, abſcindo, ὑφαιρέω, ὑποκόπτω, Colum. lib 2 Quædam ſubterraneæ peſtes adultas ſegetes radicibus ſubſectis enecant. Ouid. 4. Faſtor. Illa papaueream ſubſecat ungue comas. Idem 6. Faſt. non ungues ferro ſubſecuiſſe licet.

Subſecundarius, adiect. Idem quod ſucciſiuus, & quod quaſi ſecundo tempore aduenit. Gell. lib. 20. cap. ult. Quantum autem uitæ deinceps mihi deum uolũtate erit, quantũ à cura publica, & à re familiari, procurando q̃ cultu liberorũ meorum dabitur otium, ea omnia ſucciſiua, & ſubſecunda ria tempora, ad colligendas huiuſmodi memoriam delectatiunculas conferam.

Subſequor, eris, pen. cor. Statim ſequor, ἐφέπομαι. Cæſar de bello Gallico, lib. 4. Agmen ſubſequi iuſſit. Plautus Bacch. Cedo manum, ac ſubſequere propius me ad fores. Liu. 7. bel ii Punici. Raptimq; cum equitatu profectus, iuſſit ſe ſubſequi peditibus, palato paſſim per agros, &c. Subſequi & imitari aliquem. Plinius in Paneg. Te enim imitari, te ſubſequi ſtudent.

Subſero, ris, pen. cor Subtus ſemino, uel planto, ὑποφυτεύω. Colum. lib. 4. cap. 15. Nam plurimum intereſt ab huc noua conſitione pedamen omne ueſtri, nec mox uineam tum ſubſeri, quum fructus capiendus eſt.

Subſeruio, uis, u. q. Diligenter ſeruio, uel obtempero, ὑπηρετέω. Plaut. in Menæch. ita iſtæ ſolent quæ uiros ſubſeruire ſibi poſtulant fretæ dote feroces. Subſeruire orationi alicuius, eſt ea dicere quæ pertinent ad corfirmandã alterius orationem. Terent. in Andria, ego quoque hinc ab dextra Venire me aſſimulabo: tu ut ſubſeruias Orationi utcunq; opus ſit uerbis, uide.

Subſideo, des, n. ſ. Subſiſto, ſedeo, ὑποκαθίζω, ὑφίσαμαι. Cicero Attic. lib. 2 Itaque ſubſedi in ipſa uia, dum me ſummatim tibi perſcriberem. Cæſar 6. bel. Gal. Magna præterea multitudo calonum, magna uis iumentorum quæ in caſtris ſubſederat, facta poteſtate ſubſequitur. In aquis quoque, cæteriſq; liquoribus ſubſidere dicuntur, quæ imum petierunt fundũ, ibiq; ſubſiſtunt. Colum. lib. 11 cap. 1. Villica debet curam adhibere, ut ſi quæ faces aut amurcæ in fundis, uaſorum ſubſederint ſemel, ſtatim emundentur. Eſt & ſubſidere, inſidiari, ἐφεδρεύειν. Cicero pro Mil. Cur neque antè occurrit, ne in uilla reſideret? nec in eo loco ſubſedit quo noctu uenturus eſſet? Budæus. Inde ſubſeſſor, & ſubſeſſæ: de quibus paulò pòſt, ἐφεδροι.

Subſellia, liorum, n. ſ. Sedes & pulpita, ut (ut ita dicam) ſcẽna in quibus audientes poẽtas recitantes ſedere conſueuerãt uel in quibus ab equitib. ſpectabãtur ludi: à ſubſedẽdo, quaſi ſubſedita, per murationem d, in l, ut, ſella pro ſedda, ἕδρα. Nam Senatores in ſellis altioribus conſidebant. Perſ. Satyr. 1. Troſſulus exultat tibi per ſubſellia læuis. Scribit Aſconius, Subſellia eſſe Tribunorum, Triumuirorum, Quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis cõſidebant. Vn de Varro Subſellium dictum exiſtimat, quod non ſit planè ſella. Erant præterea ſubſellia ſedes in foro, ſub dio, ubi iudicia publica exercebantur. Cic. in Vatinium: Quæro ex te, poſt uibem conditam nunquis reus in tribunal ſui quæſitoris aſcenderit, cumq; ui deiurbarit, ſubſellia diſſiparit, urnas deleuerit? &c. Quo in loco Cicero. Prætori tribunal aſſignauit, qui iudiciis præerat, & Quæſitor uocabatur. Subſellia uero Iudicibus, qui reos ſententiis ſuis tabellariibus iudicabant. Quintil. lib. 10. cap. 5. Quod accidiſſe Portio Latroni traditur, ut quum ei ſummam in ſcholis opinionem obtinẽti cauſa in foro eſſet oranda, impenſè petierit uti ſubſellia in baſilicam transferrentur: ita ei cælum nonum fuit, ut omnis eius eloquentia contineri tecto & parietibus uideretur. Erãt & ſubſellia in Curia, in quibus Senatores ſedebãt, ut oſtendit. Cic. 1. Inuect. in Catil. Item ſedes in theatro. Sueton. in Auguſt. Facto igitur decreto patrum, ut quoties quid ſpectandi uſquam publicè ederetur, primus ſubſelliorum ordo uacaret Senatoribus. Item ſedes, in quibus ſedebant rei, & accuſatores, & teſtes. Cicero pro Roſc. Amer. Erant ei ueteres inimicitiæ cum duobus Roſciis Amerinis quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſelliis uideo, alterum tria huiuſce prædia poſſidere audio. Subſellia pro ipſis Iudicibus aliquando accipiuntur: quod & Budæus annotauit, Martialis libro 2. Sextiliane bibis, quantum ſubſellia quinque.

Subſeſſæ, Dicuntur à Vegetio inſidiæ, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale ſuſpicans opprimi ſolet, ἐφέδρα. Subſidere enim ſignificat delitescere: unde ſubſeſſores dicti, qui delitescentes inſidiantur, & inſidiis circunuentos interiunt. Contrà Subſeſſos uocamus hoſtilibus inſidiis circunuentos.

Suſeſſor alieni matrimonii, à Valerio dictus eſt qui pudicitiæ alienæ coniugis inſidiatur.

Subſidium, n. ſ. Auxilium enim in uſum cõparatum, uel laborantibus opem ferat. Cic. Quint. frat. Seſtius multis uulneribus acceptis, ſubſidio beſtiæ ſeruatus. Vnde ſubſidio uenire dicimus, pro eo quod eſt laboranti auxilium ferre. Cicero 6. Philipp. C. Cæſar Galliæ prouinciæ cum exercitu ſubſidio profectus eſt Subſidium ſenectutis, id eſt, perfugium. Cicero ad Atticum libro quinto. Res Hiſpanienſes ualdè bonæ, modò Balbirium incolumem uideam, ſubſidiũ noſtræ ſenectutis.

Subſidiarius, a, um, adiectiuum. Quod in ſubſidium paratur, βοηθητικὸς. Liu. 5. ab Vrbe, Paulũ erat ab dextra editi loci, quẽ ſubſidiariis repleri placuit. Idem 9. ab Vrbe, Qui ſubſidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ caſus reſeruabantur, in primam aciem exemplo emiſit. Subſidiarius palmes, qui & præſidiarius & reſex à Colum. in Catone cuſtos, & uinarius appellatur palmes.

Subſido, is, pen. prod. Ad ſedendum deſcendo, peſſum eo, ὑποκαθίζω. Verg. 5. Aeneid. Subſidunt undæ. tumidumq; ſub axe tonanti Sternitur æquor aquis. Ouid. lib. 1. Metamorph. Iam mare littus habet, plenos capit alueus amnes, Flumina ſubſidunt, colles exire uidentur. Et paulò antè Iuſſit & extendit campos, ſubſidere ualles. Liuius lib. 8. belli Pun. Subſidunt Hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte, inde ad emittenda ipſi conſurgunt. Subſidere in loco aliquo pro commorari: cui opponitur Proficiſci. Cicer. ad Cecinnam li. 6. Quid ſim tibi autor, in Siciliane ſubſidias, an ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare. Subſidere, ſignificat aliquando inuadere. Lucanus lib. 5. Iure ſed incerto mundi ſubſidere regnum.

Subſigno, ſignas, ſignare, a. p. Subſcribo, ſubnoto, ὑποσημαίνω

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

μάω. Cic. pro Flacco, Illud quæro, ſunt ne iſta prædia cenſui cenſendo: habeant ius ciuile, ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem poſſint?

Subſilio, ſubſilis, pen. cor ſubſilui, ſubſultũ, Surſum ſalio, ἐφάλλομαι. Plautus in Curc. Subſilite obſecro, & mittite iſtanc foras. Lucretius libro 2. Nec quum ſubſiliunt ignes & tecta domorum.

Et celeri flamma deguſtant tigna, trabeſq;
Sponte ſua facere id ſine ui ſubiecta putandum eſt.

Subſulto, frequentatiuum. Plaut. in Caſ. ut ſubſultabat poſtquam uicit uillicus. Idem, Tu ſubſultas ego miſer uix aſto præ formidine.

Subſultim, aduerbium. Suetonius in Auguſto, cap. 83. Nox nihil aliud quàm uectabatur, & deambulabat, ita ut in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret.

Subſilles, (inquit Feſtus) Dicebantur quædam lamellæ ſacrificiis neceſſariæ.

Subſimus, a, um, pen. prod. Aliquantulum ſimus, ὑπόσιμος Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 5. Vt ſint bene compoſitæ, & integris membris, &c. piloſis auribus, cõpreſſis malis, ſubſimisue gibberibus demiſſis, &c.

Subſiſto, is, n. t. Contrà ſiſto, ὑφίσταμαι. Cæſar. 1. bell. Gallici, Quo prælio ſublati Heluetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius ſubſiſtere: nonnunquam ex nouiſſimo agmine prælio noſtros laceſcere cœperunt. Verg. 9. Aen. Ergo nec clypea inuenis ſubſiſtere tantum, Nec dextra ualet. Subſiſtere feras, eſt excipere, nec cedere irruentibus, ut ait Budæus. Liu. 1. ab Vrbe, Hinc robore corporibus, animiſq; ſumpto, iam non feras tantũ ſubſiſtere ſed in latrones præda onuſtos impetum facere, paſtoribuſq; rapta diuidere. Subſiſtere in aliquo loco, eſt aliquandiu commorari. Verg. 2. Aen. quater ipſo in limine portæ Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere. Plinius Epiſt. lib. 2. 4. Grauiſſimis æſtibus, atque etiam febriculis uexatus, Pergami ſubſtiti, id eſt, reſtiti, remanſi, commoratus ſum. Lingua ſubſtitit timore, Ouidius Epiſtol. 13. Subſtitit unda, hoc eſt, ſterit, ſiue conſtitit. Vergilius 8. Aeneidos. Tybris ea fluuium, quàm longa eſt, nocte tumentem Leniit, & tacita refluens ita ſubſtitit unda, Mitis ut in morem ſtagni, &c.

Subſolanus, ni, m. ſ. Ventus ſpirans ab ortu æquinoctiali, aduerſus Fauonium: ita dictus quòd ſub ſole naſci uideatur, unde & Græci Apelioten appellarunt. Plinius libro 2. capite 47. Ab oriente æquinoctiali Subſolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Illum Apelioten, hunc Græci Eurum appellant.

Subſortior, iris, d. p. Eſt ſorte aliquem in reiectorum Iudicum locũ ſubſtituere, ὑποκαθίσημι. Vnde Subſortitos Iudices dicimus qui in aliorum locum ſunt ſubſtituti. Ci. 3. Ver. Cur ea quàm diu alium Prætorem cum iis Iudicibus quos in horum locum ſubſortitus es, dere in contilium iturum putaſti, tam diu domi fuerunt?

Subſortitio, onis, f. t. Eſt ſuffectio quæ ſorte fieri ſolet à prætore ad ſupplendum numerum Iudicum qui ab accuſatore, aut reo erant reiecti, ὑποκαθίσημι. Cicero li. 3. Verr. Nam de ſubſortitione illa Iuniana Iudicum, nihil dico. Suet. in Iulio Cæſare, capite 41. Ac nequi noui cœtus recenſionis cauſa moueri quãdoque poſſent, inſtituit quotannis & demortuorum locum, ex his qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio à Prætore fieret. Cicero pro Cluentio, Et quod C. Verres Prætor urbanus homo ſanctus & diligens ſubſortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.

Subſtantia, uide Subſto.

Subſterno, is, aui, atum, a. t. Subtus ſterno, ὑποστρώννυμι, ὑπὸ κατάσασις. Terent. in Andr. Ex ara hinc ſume uerbenas tibi, atque eas ſubſterne. Ouid. 15. Metamor. Quaſſaq; eum fulua ſubſtrauit cinnama myrrha. Cic. 2. de Nat. deor. Iam gallinæ, auesq; reliquæ quietum requirunt ad pariendum locum, & cubilia ſibi, nidoſq; conſtruunt, eoſq; quàm poſſunt molliſſimè ſubſternũt, ut quàm facillimè oua ſeruentur. Subſternere animo omnia, id eſt, ſubiicere, ſupponere. Cicero de Vniuerſ. Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex ſua mente & uoluntate genuiſſet: tum deniq; omne quod erat concretum atque corporeum ſubſternebat animo interiusq; faciebat.

Subſtratus, huius ſubſtratus, Ipſe ſubſternendi actus. Plin. lib. 24. cap. 9. Suffitu quoq; aut ſubſtratu fugant uenenata.

Subſtramen, inis, n. t. Quod animalibus ſubſternitur, Varro libro 3. de Re ruſt. capite 10. Easq; cellas prouideant, ne habeant in ſolo humorem, ſed habeant molle ſubſtramen è palea aliaue qua re.

Subſtillum, li, n. ſ. Tempus dicitur quod ante pluuiam, uel poſt pluuiam eſt, non ſiccum, ſed humidum, quòd aut iam ſtillet aut nondum ſtillare deſiciit. Hæc Feſtus. Apud Catonem libro de Re ruſtica, ponitur pro ægritudine, quando ſtillatim urina emittitur, quam Græci uocãt, στραγγουρίαν. Nunc (inquit) de iis quibus ægrè lotium it, qui busq; ſubſtillum eſt.

Subſtituo, is, a. t. In locum alterius ſurrogo, ſufficio, ὑποκαθίσημι. Cic. 7. Verr. Tum iſte in eorum locum alios ſubſtituere & ſupponere cœpit. Idem 2. de Diuin. In libris enim ſententiam dicebamus, concionabantur, philoſophiam nobis pro curatione ſubſtitutam putabamus.

Subſtitutio, onis, Surrogatio, ſuffectiõ, ὑποκατάσασις. Paul. Iureconſul. In uulgari ſubſtitutione qua ei qui ſupremus mórietur, hæres ſubſtituitur, rectè hærer ſubſtitutus etiam unico intelligitur.

Subſto, ſtas, Suſtineo, & conſtans ſum, non uacillo, aut labaſco, ὑφίσταμαι. Terentius in Andria, Periij metuo ne ſubſtet hoſpes.

Subſtantia, æ, f. p. Eſt quæ per ſe ſubſtat & fundamentum præbet accidentibus, quæ ſine illa ſubſiſtere non poſſunt, ὑπόσασις, οὐσία, ὕπαρξις, Quandoque etiam ſubſtantia ponitur pro materia & argumento, circa quæ uerſatur cardo totius rei. Plinius Nouocomenſis in Epiſt. Subſtantia omnis orationis fuit cohorratus eius adpacem. Quintil. in Proœm. libro 2. Prima apud Rhetorem elementa, & quæ de ipſa Rhetoricæ ſubſtantia quæruntur, tractabimus. Quandoque pro facultatibus Quintilian. Vt plus ſubſtantiæ filio relinquerem.

Subſtantiuus, a, um, idem quod ſubſtantialis, hoc eſt, per ſeſtare poteſt, ὑπαρκτικὸς. cuius contrarium eſt Inſubſtantiuus. Rufinus in expoſitione Symboli, Sed fortè dicas, iſta quam memoras, inſubſtantiua eſt generatio. Neque enim lux ſubſtantiuum facit ſplendorem, aut cor ſubſtantiuum generat uerbum.

Subſtringo, is, a. t. Contraho, coarcto, complico συνάγω, Quintil. lib. 10. Omiſſa ſupplere, & effuſa ſubſtringere. Mart. lib. 12. Feſtinant crepidi ſubſtringere carbaſa nautæ. Lucan. lib. 3. Hinc & Sidoniæ gentes, auroq; ligatas Subſtringens Arimaſpe comas, &c.

Subſtrictus, a, um, participium, Colum. lib. 2. cap. 3. Bones quũ ab opere diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibusq; comprimat dorſum. Eſt & ſubſtrictus, nomen ex participio, idẽ ſignificans quod arctus, & contractus: cui contrariũ eſt Prominens, & effuſus. Colum. lib. 6. cap. 20. de tauri forma loquens, Vt ſit magna portio corporis, ventre paulò ſubſtrictiore qui magis rectus, & ad inundas fœminas habilis ſit. Subſtricti teſtes. Plinius libro 12. cap. 3. Quinimò paruos eſſe ſubſtrictoſq; & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine uita animalis poſſe.

Subſtruo, is, a t. Fundamentum iacio, ab imo extruo, à fundamentis erigo, καταβάλλομαι, καταχώσω Plaut. Moſt. Primùm dum parentes fabri liberũm ſunt, & fundamentum liberorum ſubſtruunt, extollunt, &c. Liu. 6. ab Vrce, Capitolium quoq; ſaxo quadrato ſubſtructum eſt, opus uel in hac magnificentia urbis conſpiciendum.

Subſtructio, onis, f. t. uerbale, Actus ſubſtruendi, καταβολὴ, Columella lib. 2. cap. 2. Quibuſdam ſubſtructionibus partes agri ſunt occupandæ. Cæſar lib. 2. belli Ciuil. Altera theatro, quod eſt ante oppidum ſubſtructionibus eius operis maximus, aditu ad caſtra difficili & anguſto. Columella libro 1. Quum ex depreſſiore loco fuerint oriſa fundamenta, non ſolùm ſuperficiem ſuam ſuſtinebunt facilè, ſed & pro ſultura & ſubſtructione fungentur aduerſus ea quæ mox, ſi forte uillam prolatare libuerit, ad ſuperiorem partem applicabuntur.

Subſum, Sub re aliqua ſitus ſum, ὕπαρχω. Plinius, Suberant tecto abiegnę trabes. Subeſt cauſa. Cic. 5. de Finibus. Intelligitur aliquam ſubeſſe eiuſmodi cauſam. Idem 2. Offic. Quũ uerò de imperio decertatur, belloq; gloria quæritur, cauſas omnino ſubeſſe tamen oportet eaſdem, quas dixi paulò antè, &c. Aliquando ſubeſſe ſignificat latenter ineſſe. Verg. 2. Georg. Quippe ſolo natura ſubeſſe. Subeſſe, pro adiuua re aliquando ponitur. Plautus in Trin. Quod ago, Aſſequitur, ſubeſt, ſubſequitur.

Subſuo,

Subſuo, is, penult. correpta, Ad imam rei cuiuſpiã partem aliquid aſſuo, ὑποῤῥάπτω. Horatius 2. Serm. ſatyr. 2. ſunt qui nolint tetigiſſe niſi illas, Quarum ſubſuta talos tegat inſtita ueſte. Subſutam ueſtem, limbum intelligit, qui inſtitæ ſubſuebatur.

Subtal; Ex ſub & talo componitur ſignificatq; cauũ pedis, quanuis & pro uola quandoq; accipitur, Sipontinus.

Subtegmen, minis, n. t. Dicitur filum quod ſub ſtamine texitur, κρόκη. Ter in Heaut. Anus ſubtegmen nebat: præterea una ancilla erat. Ouid. 6. Metamor. Inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis. Catul. Argo. Currite ducentes ſubtegmina currite fuſi. Vergil. 3. Aeneid. Fert picturatas auri ſubtegmine ueſtes.

Subtegulanea pauimenta, Quæ & Barbarica dicebantur, ex teſtis tuſis, rudere & calce conſtantia ὑποστέγια. Pli. lib. 36. cap. 25. Pauimenta credo primùm facta, quæ nunc uocamus Barbarica atque ſubtegulanea.

Subtendo, dis, Subtus extendo, ὑποτείνυμι. Cato de Re ruſt. cap. 10. Lectum in cubiculo unum, lectos loris ſubtentos quatuor, & lectos communes tres.

Subtentare, Idem quod tentare, παράξαι. Plaut. in Trucul. Aduenisti huc ſubtentatum exornatis oſſibus.

Subtenuis, tenue, Aliquantum tenue, ὑπόλεπτος. Varro 2. de Re ruſtica capite 7. Non anguſta iuba, crebra, fuſca, ſubcriſpa, ſubtenuibus ſetis implicata in dexteriorem partem ceruicis.

Subter, Præpoſitio locum denotans inferiorem, ſicut Super ſuperiorem ὑπένερθε. Iungitur autem ferè accuſatiuo. Ci. in Arat. Spuniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit. Idem 3. Tuſc. Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. Nonnunquã etiam ablatiuo. Verg. 9. Aen. Ferre iuuat denſa ſubter teſtudine caſus. Ponitur & ſine caſu, aduerbialiter. Cic. de Somn. Scipionis, Deinde ſubter mediam ferè regionem ſol occupat.

Subterduco, cis, Verbum Plautinũ, pro ſubterfugere, & clã eſſe ſubducere ex aliqua ſocietate uel loco, ὑπεκφύγω. Plau. in Mil. ſeruas iſtas fores, Ne tibi clam ſe ſubterducat iſt hinc, id eſt, ne hinc abeat, te inſcio.

Subterfluo, is, ere, Notæ eſt ſignificationis, ὑποῤῥέω. Plinius lib. 8. cap. 50. Torrente rapido minaciter ſubterfluente.

Subterfugio, ſubterfugis, penultima correpta. Clam aufugio, ὑπαλινομαι, ὑπεκδιδράσκω, ὑπεκφύγω. Plaut. in Bacch. Subterfugiſſe mihi ſic hodie Chryſalum? Aliquando uito, uel detrecto. Plautus in Merc. Nequicquam ego mare ſubterfugi ſæuis tempeſtatibus. Sic dicimus, Subterfugere militiam, Subterfugere laborem, periculum, hoc eſt, detrectare.

Subterlabor, pen. prod. ſubterlaberis, pen. cor. Elabor, & effugio, ὑπαλινόμαι, ὑπεκφύγω. Liu. 10. belli Pun. Sed neq; roſtro ferire celeritate ſubterlabentem poterant: neq; tranſilire armati ex humilioribus in altiorem nauem.

Subterlino, is, penultima correpta. Imam rei alicuius partem perlino, ὑποχρίω, ὑπαλείφω. Plinius lib. 28. ca. 7 Sotira obſtetrix, tertianis, quartanisq; efficaciſſimum dixit Plantas ægri ſubterlini.

Subtero, is, a. t comminuo, συντρίβω. Columella lib. 12. cap. 5. Salis ſextarium ſubterito, & ſubtritum cum quarto mellis aceto diluito. Cato cap. 72. Boues ne pedes ſubterant, priuſ quàm in uiam quoquam agas, picem liquida cornua infima ungito.

Subtritus, a, um, Id eſt, attritus. Plaut. Aſin. Sed tamẽ tu ineptè eos aſinos prædicas. Vetulus claudos quibus ſubtritæ ad femina iam erant ungulæ.

Subterraneus, a, um, Quod eſt ſub terra, ὑπόγαιος. Col. lib. 1. cap. 6. Vinctis quam ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum plurimis, ſitq; id anguſtis illuſtratũ feneſtris. Idem, Nã ferè cum his partibus ædificia rimas egerunt, caua præbent, & latebras ſubterraneis animalibus.

Subtexo, is, xi, xum, a. t. Idem quod ſubiungo, ὑποζώννυμι. Plin. lib. 35. cap. 11. Verùm & generatim, membratumq; ſingulis corporum morbis remedia ſubtexere.

Subtilis, & hoc ſubtile, om. t. Quod eſt tenuium partium, λεπτὸς, λεπτομερὴς, ut Subtilis ſuccus. Plin. lib. 11. cap. 5. Apes ſuccum ſubtiliſſimum contrahunt. Subtile conſilium, id eſt, implicatius, nec cuiuis obuium, λεπτὸν νόημα. Concluſio ſubtilis. Quintil. lib. 7. cap. 4. Concluſio ſubtilis, & ad morem Dialectorum formata. Cic. libr. 1. de Finib. Stoicorũ autem non ignoras quàm ſit ſubtile, uel ſpinoſum potius differendi genus. Subtile iudicium, id eſt, acutum, & perſpicax, ὀξὺ. C. c. ad Cat. lib. 15 Nam ad meum ſenſum, & ad illud ſyncerum ac ſubtile iudicium, nihil poteſt eſſe laudabilius quàm eſt tua oratio Subtile palatum, & ſubtilis gula, quæ ſapores acutè diiudicat. Hor. 2. Ser. ſat. 8. Feruida quæ ſubtile exudant uina palatum. Col. libr. 8. cap. 10. Hoc igitur periurium multorum ſubtiliorem fecit gulã, doctaq; & erudita palata faſtidire docuit fluuialem lupum.

Subtilitas, atis, Tenuitas. gracilitas, acumen. Ci. lib. 1. Acad. Apud noſtros enim ignoras quæ ſit, & quanta ſubtilitas.

Subtiliter, aduerb. Acutè, acriter, tenuiter. Cicero primo Tuſculanarum, Sed Zeno quum Arceſilam anteiret ætate, ualdeq; ſubtiliter differeret, & peracutè moueretur, corrigere conatus eſt diſciplinam.

Subtímeo, ſubtimes, pen cor. Aliquantum timeo, ſubuereor, ſubformido, ὑποφοβοῦμαι. Cic. 4. Philip. Num quid ſubtimes ne ad te hoc crimen pertinere uideatur.

Subtraho, is, a. t. De medio aufero, ὑπαφαιρέω. Plin. lib. 11. cap. 18. Subtrahitur itaq; deducta multitudine. Oui. in Ibin, Subtrahitur preſſa mollis arena pede. Cic. ad Q. Fratrem lib. 2. Quò ego me libentius à curia, & ab omni parte Reipub. ſubtraho. Ouid. 1. Triſt. Subtrahis & fracto tu quoq; colla iugo. Verg. 6. Aen. Siſte gradũ, teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro Subtrahere etiam accipitur pro ſurripere, ſiue furari. Plau. in Caſin. nam peculi probam nihil habere addecet Clam uiro & quæ habet partum, ei haud commodi eſt quin uiro aut ſubtrahat, Aut ſtupro inuenerit.

Subtríſtis, ſte, o. t. Aliquantum triſtis, ὑποσύκηρος. Terent. in Andr. Subtriſtis uiſus eſt eſſe aliquantulum mihi.

Subtundo, is, a. t Idem quod tundo, κόπτω Tibullib. 1 eleg. 10. Flet teneras ſubtuſo genas: ſed uictor & ipſe Flet ſibi dementes tam ualuiſſe manus.

Subturpe, Quod turpidinis nonnihil habet coniunctum, ὕπαισχρον. Cicero de Clar. Orat. Exprimenda enim ſunt, & ponenda ante oculos ea quæ uideantur & ueriſimilia, quod eſt proprium narrationis: & quæ ſunt, quod ridiculi proprium eſt, ſubturpia.

Subturpiculus, diminutiuum. Cic. ad Atticum, lib. 4. Subturpicula mihi uidebatur eſſe παλινῳδία.

Subtus, aduerb. Idem quod ſub ὑπένερθε. Varro 2. de re Ruſt. cap. 9. Labris ſubnigris aut rubicundis, neq; reſimis ſuperioribus neq; pendulis ſubtus, mento ſuppreſſo.

Subuculæ, f p Intima ueſtis quæ ferè ex lino fit, ita dicta quòd ea ſubtus induamur, ὑποχίτων, χιτωνίσκος, ὑποδύτης. Varro de Vita pop. Rom. Poſtquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt uocare ſubuculam, & induſium. Eſt & ſubucula libum quod diis dabatur ex lica, oleo, & melle cõpoſitum, Feſtus.

Subuculatus, a, um, Subucula indutus. Quin. lib. 8. cap. 3. Nec à uerbis modò, ſed à nominib. quoq; deriuata ſunt quędam ut à Ciceronę ſubuculatum, & ab Aſinio fimbriatum.

Subueho, is, a. t. Aduecho, uehiculis, nauibusue affero, ὑποκομίζω. Plin. lib. 31. cap. 1. Sæpe etiam lapides ſubuehunt portãtes aliena pondera. Liuiu. 9. ab Vrbe, Nam infeſſis omnibus uiis per quas cõmeatus ex Samnio ſubuehebatur, fame domiti Samnites qui Luceriæ in præſidio erant, legatos miſere ad Conſulem Romanum. Ouid. lib. 8. Metam. illa daro ſubuecta per aëra curru Deuenit in Scythiam.

Subuectare, frequentatiuum. Plaut. in Aſinar. Ipſos qui tibi ſubuectabant rure huc uirgas ulmeas. Verg. lib. 6. Aen. ferruginea ſubuectat corpora cymba.

Subuectio, onis, Subuehendi actus, κομιδή, Cæſar 8. bell. Gall. Sin maturius ex hibernis educeret, ne ab re frumentaria duris ſubuectionibus laboraret.

Subuectus, us, ui, Idem. Tacit. 15. Et prouiſi ante commeatus quorum ſubuectu, &c.

Subuenio, nis, n. q. Subſidio uenio, ſuppetias fero, auxilior ἐπικουρῶ, βοηθῶ, Plaut. Qui toties tibi miſero ſubueni. Cæſar 1. belli Gall. Succurrit inimicus illi Varenus, & laboranti ſubuenit. Terent. Eunuc. Sed neceſſe eſt, huic ſubueniat. Cicero ad Catonem lib. 15. Quumq; eo animo ueniſſem, ut utilitq; prouinciæ ſi ita tempus ferret, ſubuenirem.

Subuenitur, impersonale. Cic. de Aruſp. reſp. Idemq; earum tẽplum inflammauit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis ſubuenitur.

Subuen

Subuentare, frequentatiuum. Plaut. Rud. Spes bona obsecro subuenta mihi.

Subuerbusta, stæ, Id est, uerubus usta, inquit Festus. Plaut. Visceroſam, compeditam, ſubuerbuſtam, ſordidam.

Subuereor, eris, Aliquantulũ uereor, ὑποδέδω. Cic. ad Marcellum, Venit enim mihi in mẽtem ſubuereri interdum, ne te delectat tarda deceſſio.

Subuerto, is, a. t. Deſtruo, ſiue demolior, tollo, deleo, καθαιρῶ Salluſt. in Iugurtha, Probarentúe tantum flagitium, an decretum Conſulis ſubuerterent parum conſtabat. Subuertere, perdere calumniis, Tacit. lib. 3. Quum omnis domus delatorum interpretationibus ſubuerteretur. Subuerti etiã dicuntur fruges & legumina, cum impinguandi agri cauſa inarantur. Colum. lib. 11. cap. 2. Item qui lupinum ſtercorandi agri cauſa ſerit, nunc demum aratro ſubuertit.

Subuerſo, as, are, frequentatiuum. Plaut. Curc. Vel qui ipſi uortant, uel qui alios ſubuerſandos præbeant.

Subuexus, adiectiuum, ut Conuexus. Liu. 5. bell. Pun. Omnia faſtigio leui ſubuexa.

Subuiridis, de, pen. cor. Aliquantum uiride, ὑπόχλωρος. Pli. lib. 37. cap. 10. Balanitę genera duo habent ſubuirides, & Corinthii æris ſimilitudine. Idem lib. 25. cap. 9. Therionarca fruticoſa, foliis ſubuiridibus, flore roſeo.

Subula, f. p. Inſtrumentum ſutorum, quo illi calceos ſuentes, corium perforant, ὀπήτιον. Martial. lib. 1. Quodq; tibi tribuit ſubula, ſica rapit. Colum. lib. 6. cap. 5. Aenea ſubula pars auriculæ latiſſima circunſcribitur.

Subulcus, ci, cui porcorum nutriẽdorum cura commiſſa eſt, ὑοφορβός. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 4. Altitudinis hæ modus ſit, ut ſubulcus facilè circunſpicere poſſit, ne quis porcellus à matre opprimatur. Columella in Præfat. libro primo, Porculatoris uerò & ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſæ paſtiones.

Subulo, onis, m. t. pen. cor. Lingua Hetruſca dicitur tibicẽ αὐλητὴς. Ennius apud Feſtum Subulo uicinas propter adſtabat aquas. in alio ſignificatu ſubulones dicuntur cerui quibus ſunt cornua ſimplicia, minimeq; ramoſa, ad ſubularum ſimilitudinem. Plinius lib. 11. cap. 37. Aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis. Idem libro 28. capite 17. Sunt & qui ſuum fimi cinerem profuiſſe ſcripſerint in paſſo: & cerui pulmonem, maximè ſubulonis.

Subuolo, as, are, Surſum euolo, ἀποπέταμαι. Plin. lib. 10. ca. 8. Item & columbæ nouere ex iis pericula, uiſoq; conſidunt aut ſubuolant. Cic. 1. Tuſc. Sic hæ ſurſum rectis lineis in cæleſtem locum ſubuolent. Ouid. 14. Meta. numerusq; exordine maior Subuolat, & remos plauſis circunuolat alis.

Subuoluo, is, ere, act. t. Surſum uoluo, ἀνακυλίω. Verr. 1. Aen. Inſtent ardentes Tyrii, pars ducere muros, Molirique arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa.

Suburbia, plurali numero tantùm, ſunt frequentes extra urbẽ domus inſtar uici urbani, quaſi uiæ ſub urbe, προάστεια

Suburbanum, ni, n. ſ. ſubſtant. Prædium urbi uicinum, τὸ πρὸ τοῦ προαστείου χωρίον. Sueto. in Aug. Nutrimentorum eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta Velitras permodicus.

Suburbanus, a, um, Quod urbi eſt uicinum: ut Regio ſuburbana. Colum. lib. 7. cap. 9. Hoc autem fit longinquis regionib. ubi nihil niſi ſubmittere expedit. Nam ſuburbanis lactens porcus ære murandus eſt. Cic. 2. de Diuin. Ita aqua Albana deducta ad utilitatem agri ſuburbani, nõ ad arcem, urbemq; retinendam Rus amœnum & ſuburbanum, Cic. pro Roſc. Amer. Hortulus ſuburbanus, Plin. lib. 35. cap. 10.

Suburbanitas, atis, urbis uicinitas. Cic. 4. Ver. de Sicilia loquẽs, Sic pop. Ro. iucunda ſuburbanitas eſt huiuſce prouinciæ.

Subuulturius, a, um, uox eſt à Plauto riſus mouendi gratia conficta, qui Ampeliſcæ puellæ corpus ſubuulturium tribuit, quòd uulturis ritu raperet aſpicientes. Verba eius ſunt hæc in Rudente, Proh dii immortales, Veneris effigia hæc quidẽ eſt Vt in ocellis hilaritudo? eia, corpus cuiuſmodi Subuulturium? illud quidem ſubaquilum uolui dicere.

Succedo, is, n. t. Subeo, ingredior, ὑποδύομαι. Ci. pro Domo ſua, Is tectum quod imbris uitandi cauſa ſuccederet, nullũ habebat. Verg. 3. Geor. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ, Peſtis acerba boum, pecoriq; aſpergere uirus. Idẽ lib. 7. Et noſtris ſuccede penatibus hoſpes. Idem 4. Aen. Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? Cæſar. 2. bel. Gal. Murusq; defenſoribus nudatus eſt: teſtudine facta portis ſuccedunt, murumq; ſubruunt. Item in alterius locum uenire, διαδέχομαι, ὑφίσταμαι. Cæſar. 5. bel. Gal. Stationesq; diſpoſitas haberent, atq; alios alii deinceps exciperent, integriq; & recẽtes; defatigatis ſuccederent. Cic. 3. Offic. Quid ergo? hic nõ nocear qui quondam quaſi ueneno perficiat ut ueros hæredes moueat in eorum locum ipſe ſuccedat. Inde Succeſſor, διάδοχος, & Succeſſiq, διαδοχή, de quibus infrà. Accipitur aliquando ſuccedere, pro proſperè cedere, ſeu feliciter euenire, προχωρεῖν. Terent. in Andr. Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur uia. Liuius octauo ab Vrbe, ut ſi ſucceſſiſſet inceptũ cogitaret pop. Rom. potius cum quanto ſtudio periculoq; reditum in amicitiam ſuã eſſet, quàm qua ſtultitia & temeritate de officio deceſſum. Cic. ad Brutum Nos te, tuumq; exercitum expectamus ſine quo (ut reliqua ex ſententia ſuccedant) uix ſatis liberi uidemur fore. Succeſſit, accipitur pro accidit. Plin. lib. 28. cap 8. Quòd ſi ſucceſſit alienari mente, uel ex equo hominem decidere. Succeſſum eſt imperſonaliter. Cic. ad Planc. lib. 13. Qui quũ fortè Quæſtor Macedoniam obtineret, neq; ei ſucceſſum eſſet, Põpeius in eam prouinciam cum exercitu uenit.

Succeſſus, a, um, participium paſſiuum ſine uerbi origine, id ſignificans, quod proſperè ceſſit. Cic. ad Tironem, libro decimo ſexto. Nam quum omnia mea cauſa uelles mihi ſucceſſa, tum tua: ſocium enim te meorum commodorum ſemper eſſe uolui.

Succeſſus, us, m q. Pro euentu accipitur tam bono quàm malo τύχη. Vnde bonum ſucceſſum, & próſperos ſucceſſus, & infelices ſucceſſus legimus. Vergil. lib. 2. Aeneid. Atque hoc ſucceſſu exultans animisq; Chorœbus. Liuius 1. ab Vrbe in Præfat. Cum bonis potius omnibus uotisq; ac precationibꝰ deorum, dearumq; ſi (ut Poëtis) nobis quoque mos eſſet libentius inciperemus: ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. Ouid. 8. Metam, Nec tamen illa ſui ſucceſſu poſſe carere dolos.

Succeſſa, orum, pluralis numeri Ouid. 2. Meta. Murmura parua dedit: ſucceſſorumq; Mineruæ Indoluit.

Succeſſor, oris, m. t. Qui alteri ſuccedit, διάδοχος. Cic. ad Canium, lib. 2. Marium quidem ſucceſſorem tardè uideo eſſe uenturum. Martialis lib. 9. Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor & hæres.

Succeſsio, onis, f. t. Ipſe ſuccedendi actus, διαδοχή. Cœlius ad Cic. lib. 8. Epiſt. Præterea Marcellus quod adhuc nihil retulit de ſucceſſione prouinciarum Gallicarum. Idem eidem, Placitum eſt ut quum primùm ad urbem reuerteretur Pompeius, ut coram eo de ſucceſſione prouinciarum ageretur. Cicero 1. de Finib. Vt enim quum cibo, potioneq; fames, ſitisq; depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem effert uoluntatis: ſic in omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit uoluptatis.

Succedaneus, a, um, Quod alteri ſuccedit, ſeu quod pro alio ſubiicitur, ὑποβολιμαῖος. Plaut. in Epid. Men' piacularem oportet fieri ſtultitiam tuam, Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum? Legitur & ſuccedaneum à ſucciden do: ut paulo pòſt docebimus ſuo loco.

Succendo, dis, act. t. Ignẽ ſubiicio, ὑποκαίω, ὑποτόφω, ὑφάπτω. Liu. 8. bel. Pun. Quum turbam fœminarũ, puerorumq; imbellem, inermemq; ciues ſui cæderent, & in ſuccenſum rogũ ſemianima pleraq; inicerent corpora.

Succenſus, particip. Cic. in Piſonem, Sapiens etiam ſi in Phalaridis tauro incluſus ſuccenſis ignibus torreatur, &c.

Succenſeo, ſes, n. ſ. In re graui & iuſta ex cauſa iraſcor, ut ait Donatus, ἀγανακτίω. Cic. 4. Acad. Cur mihi magis ſuccenſetis, qui iſta non aſpernor: quàm eis qui quum audiunt, deſipere nos arbitrantur? Ouid. Epiſt. 16. Nec tamen iraſcor: quis enim ſuccenſet amanti? Cic. pro Deiotaro, Non enim iam metuo, ne tu illi ſuccenſeas: illud uereor, ne tibi illum ſuccẽſere aliquid ſuſpicere.

Succenturio, as, Explendæ centuriæ gratia ſubſtituo, ἐπιλαγχάνω. Vnde ſuccenturiati milites dicuntur, non primæ, ſed ſecundæ centuriæ, ubi ad inſidiandum maximè collocabãtur. Ex quo in ſuccenturiis, hoc eſt, inſidiis quempiã collocatum dicimus. Terent. in Phorm. Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hic ero Succenturiatus.

Succerda, æ, Stercus ſuillum, interprete Feſto, ὑόκοπρος. Titinnius. Quid habes niſi unam aream ſine claue? eò condis ſuccerdas. Rectius uidetur unico c ſcribi poſſe. Nam

apud

apud Lucilium corripit primam ſyllabam: ex quo uerſiculum citat Nonius, Hic in ſtercore humi fabuliſq; ſimo, atque ſucerdis.

Succerno, is, ere, Separo, ſecerno, κρίνω. Plin. lib. 18. cap. 11. Farinario cribro ſuccernunt. Cato cap. 18. Eo calcem cribro ſuccretam indito altè digitos duos.

Succeſsio, Succeſſor, Succeſſus, uide Succedo.

Succido, is, pen. prod. Subſeco, abſcindo: à ſub, & cædo, ὑποτέμνω, ὑποκόπτω. Verg. 1. Geor. At rubicũda Ceres medio ſuc ciditur æſtu. Plin. lib. 16. cap. 12. Poſtea tota arbor ſuciditur, & medulla eius uritur. Cæſ. 4. bel. Gal. omnibus eorum agris uaſtatis, frumentis ſucciſis.

Succidaneæ hoſtiæ, Dicebantur quæ ſecundo loco cædebantur ὑποβαλλόμεναι θυσίαι. Apud ueteres enim ſi primis hoſtiis litatum non fuiſſet, aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebãtur duæ, quæ prioribus iam cæſis luendi piaculi gratia ſubdebantur. Feſtus.

Succidia, æ, f. p. ~~Tergum ſiue maſſa carnis porcinæ ſalita, &~~ in neceſſariũ uſum ſeruata: ita dicta q; quoties opus eſt, ſuccidi tur, ταρίχεια. Nonius ſuccidiam pro lardo exponit. Continet autem perunam, petaſonem, & lardum. Cic. in Cat. Iam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant. Varro lib. 4. de ling. Lat. non à ſuccidendo, ſed à ſuibus cædendis dictam exiſtimat. nam id pecus primum occidere cœperunt & ut id ſeruarent, ſalire. Idem de Re ruſt. lib 2. cap. 4. Quis enim noſtrum fundum colit, quin ſues habeat: & qui non audierit patres noſtros dicere, ignauum & ſumptuoſum eſſe qui ſuccidiam ſuſpenderit in camario potius ab laniario, quàm ex domeſtico fundo? Cato Oratio,

Succiſiuus, a, um, adiect. ut ſucciſiuum tempus, quod ſubtrahitur rebus magis ſeriis, ut ad aliquem uſum accommodemus, τὸ παρεργον. Gel lib. 20. cap. 11. Quantum autem uitæ mihi deinceps deũm uoluntate erit, quantumq; à cura & re familiari, procurandoq; cultu liberorum meorum dabitur otii, ea omnia ſucciſiua, & ſubſecundaria tempora, ad colligendas huiuſmodi memoriam delectatiunculas conferam. Cic. 1. de Leg. Succiſiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior: ut ii qui dies ad ruſticandum dati ſint, ad numerum accommodentur, quæ ſcribimus. Succiſiuæ operæ, quæ poſt neceſſarias fiunt, & quaſi intermiſſariæ. Cic. 2. Philipp. Nec uerò tibi de uerſibus reſpondebo. tantum dicam breuiter, neque illos, neque ullas te omninò literas noſſe: me nec Reipublicæ nec amicis unquam defuiſſe: & tamẽ omni genere monimentorum meorum perfeciſſe operis ſucciſiuis, ut meæ uigiliæ, meæq; literæ, & iuuenturi utilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferent. Menſores etiã terræ nonnunquam dicunt In ſucciſiuum eſſe unciam agri aut ſextantem, quum ad iugerum interdum peruenerant & aliquid præter id quod demetiendum erat, ſupereſſe uideba tur. Sunt hodie ex eruditioribus, qui ſubceſiuum ſcribere malunt: qua de re uide ſuprà ſuo loco. Succiſiuus in agrorum diuiſionibus dicuntur aſſignatorum agrorũ reliquiæ quæ à normali linea ſuperabant. Succiſiuum, inquit Frõtinus, à ſubſecante linea nomen accepit. Succiſiuorum duo genera, unum quod in extremis aſſignatorum finium centuria expleri non potuit. Alterum genus quod in mediis aſſignationibus & integris centuriis interuenit: quicquid enim inter quatuor limites minus quàm intercluſum eſt, eſt, fuerit aſſignatũ, in hac remanet appellatione, ideò quòd is modus qui aſſignationi ſupereſt, linea claudatur, & ſubſecetur. Nam & reliquarum mẽſuratum actus, quicquid inter normalem lineã, & extremitatẽ intereſt, ſucciſiuum appellatur. Hæc aũt (ut ſcribit Hyginus) diuiſionũ atq; aſſignationũ autores ſibi reſeruabant. Ab hac ſimilitudine operæ, horæ, dies, & tempora, quæ amicorum, fori, Reipub. ſuperſunt, atq; ex iis quaſi ſubſecantur, quæ nobis reſeruamus, & perire non ſinimus, ſed aut legẽdo, aut ſcribendo, aut cõmentando conſumimus, ſubceſiua nominãtur. Eam enim ſcripturam à doctioribus magis probari uideo, quàm ut ſcribi ſolet, ſucciſiua. Cic. 1. de Legib. Succiſiua quædam tẽpora incurrunt, quæ ego perire non patior.

Succido, dis, pen. corr. Sub onere uel præ laſſitudine ſuccumbo: à ſub & cado. ὑποπίπτω. Gellius, Iam continuo labore gra uia genua ſuccideranr. Plaut. in Curcul. Genua media ſuccidunt laſſitudine.

Succiduus, a, um, Pronus ad cadendum, ſiue fermè cadens, κατάπτωτος. Claud. lib. 3. Succidui titubant greſſus. Oui. Epiſt. 16. Succiduo dicor procubuiſſe genu, Idẽ 10. Meta. at illi Poplite ſucciduo genua intremuere: fugitq;

Et color & ſanguis, animusq; reliquit euntem.

Succidus, uide Succus.

Succingo, gis, act. 1. Veſtis lacinias cingulo coẽrceo, ut ſolemus, quò expeditiores ſimus ad aliquod opus faciendum ὑποζώννυμι. Horatius 2. Serm. Sat. 6. Veluti ſuccinctus curſitat hoſpes. Nonnunquam idem quod circuncingo, ſue ambio. Ouid. 11. Meta. Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum, Vergiuis orta gerens. De Scylla. Vrbs ſuccincta portub. hoc eſt, circunſepta, ac munita. Cic. de lege Agra. Delera Carthago eſt, quod cum hominum copiis, tum ipſa natura ac loco ſuccincta portubus armata muris, &c. Pectora ſuccincta curis, Stat. 5. Syl.

Succinctus, nomen ex participio. Plinius lib. 16. cap. 10. Easdem arbores alio nomine eſſe per oram Italiæ, quos tribulos uocant plerique arbitrantur, ſed graciles, ſuccinctioresq; & enodes. Hoc eſt, ima ſui parte minus ramoſas.

Succingulum, li, n. ſ. ſiue Subcingulum, Idem cum baltheo, teſte Feſto, ζωνάριον.

Succino, nis, n t. Canendo ſubſequor, poſteriore loco cano cui opponitur Præcino, ὑπᾴδω. Horat. lib 1. Epiſt. clamat. Victum dare. ſuccinit alter, Et mihi diuiduo findatur munere quadra. Accipitur etiam ſuccinere pro eo quod eſt, ſubmiſſa uoce canere.

Succentores dicuntur, quos uulgus Baſſos appellat. Contrà cãtores, qui uocem maximè acuunt. Occentores autem, qui medium inter utrumq; ſeruant tenorem.

Succinum, ſuccini, pen. cor. Idem quod electrum, ἤλεκτρον. ~~Veteres putauerunt eſſe lachrymam ex arboribus pinei generis. Verũm hodie deprehenſum eſt à uiris doctis qui Prucciam totam peragrarunt, nihil aliud eſſe quàm bituminis genus ex ſaxis profluens: primò liquidum, ſed poſtea maris frigiditate condenſatum. Succinum (inquit Ruellius) uulgus medicorum ambram citrinam uocat,~~ Mauritani Karabe Geſtatur à noſtris mulierculis decoris gratia quædam monilium uice, aliæ in orbiculis quibus preculas ſuas numerant. ~~Dictum ſuccinum, quod ſuccus eſſe crederetur~~ profluens ~~ex arboribus pinei generis.~~ Plinius libro 17. capite tertio. Arboris ſuccum eſſe priſci noſtri credidere, ob id ſuccinum appellantes.

Succinus, a, um, adiectiuum, Quo id ſignificatur quod ex ſuccino conſtat. Mart lib. 6. Quà Phaëthontea formica uagatur in umbra Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.

Succiſiuum tempus, uide Succido, ſuccidis.

Succlamo, as, Idem acclamo, ſiue alterius orationem clamore excipio, ἐπιφωνέω. Ci. lib. 8. Epiſt. Succlamatum eſt frequenter à militibus. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Hæc Virginio uocitanti ſuccla mabat multitudo, nec illius dolori, nec ſuæ libertati ſe defuturos.

Succlamatio, onis, Idem quod acclamatio, ἐπιφώνημα. Liu. 10. bell. Maced. Si ex eo quod aut inter ſe loquantur, aut ſucclamationibus apud concionantem Imperatorem ſignificent, quid ſentiant, &c.

Succollo, as, Collum ſuppono, ceruicibus ſubiectis porro, quod propriè eorum eſt qui aliquem in lectica geſtant, κατὰ κεφαλὴν ἄιρομαι. Suet. in Claudio Cæſare. ca 10. Ab his lecticæ impoſitus & quia ſerui diffugerant, uicißim ſuccolantibus in caſtra delatus eſt.

Succortrilla, Dictio eſt prorſus obſoleta, quæ apud antiquiſſimos ſignificabat uocem tenuem & claram: quod annotauit Feſtus, citans illud Titinnii. fœmina fabula ſuccortrilla uocabula.

Succreſco, is, n t Subnaſcor, in ſubſidium uel in locũ alterius creſco, uel ſub re aliqua altiore gignor, ὑποφύομαι. Columella libro 4. capite 14. Frequenter ſolum exercendum eſt, quum id incremento ſuo uites inumbrent, nec patiantur herbam ſuccreſcere. Ouid. 9. Metam. ſuccreſcit ab imo, Tortaq; paulatim lentus premit inguina cortex. Idem 8. hauſũ eratera repleri Sponte ſua, per ſeq; uident ſuccreſcere uina. Plaut. Trinum. Interim mores mali, quaſi herba irrigua, Succreuerent hubertimè. Per translationem Succreſcere gloriæ ſeniorum, & ſuccreſcere ætati alicuius. Cicero libro tertio de Oratore. Non enim ille mediocris orator noſtræ quaſi ſuccreſcit ætati, ſed ingenio peracri, & ſtudio flagranti

Succuba, & Succubi, Qui dicantur, uide in uerbo Succubo.

Succubo, as, are, n. p. Viro ſe ſubiicere, iniri, ὑπίεσθαι, ὑπτιάσθαι, unde & Succuba dicitur adultera, quæ alieno ſuccubat uiro.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uiro. Item dæmones quidam dicti ſunt Succubi qui aſſumpta mulieri ſpecie, uiris ſe creduntur ſubiicere: quemadmodum Incubi appellantur, qui uirorum ſpecie aſſumpta, mulieres inire exiſtimantur.

Succuba, bę. fœm. p. Adultera quæ ſe alieno marito ſubicit, *μοιχαλὶς, μοιχεύτρια*. Oui. Epiſt 6. lecti quoq; ſuccuba noſtri Mœreat, & leges ſentiat ipſa ſuas.

Succumbo, bis, bui, bitum, n.t Vincor, defatigor, oneri impar ſum, *ἐπαγορεύω, ἀποκάμνω, ὑποκείμαι*. Liuius 6. ab Vrbe, Cui ſuccumbere oneri coacta plebes. Ouid. 4. Faſt. eleg. 2. Iã fera Cæſaribus Germania, totus ut orbis, Victa poteſt flexo ſuccubuiſſe genu. Succumbere ad animum relatum, pro frangi, & ita debili animo eſſe, ut ferre aduerſa nequeamus. Cicero 2. de Finibus, Potius ergo illa dicãtur, turpe eſſe uiro debilitari dolore, frangi, ſuccumbere. Idem 2. Tuſcul. Pugiles uerò etiam quum feriant aduerſarium, in iactandis teſtibus ingemiſcunt: non quod doleant, animoue ſuccumbant, ſed quia profundenda uoce omne corpus intenditur, uenitq; plaga uehementior. Vergilius 4. Aeneid. Huic forſan potui ſuccumbere culpæ. Lucan. lib. 8. prohibet ſuccumbere fatis.

Magnos, & immodicos caſtigat uoce dolores.

Succurro, curris, n.t. Axilium præſto, ſuppetias fero, *βοηθέω ὑπηρετῶ*. Verg. 1. Aen. Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco. Cic. pro Sexto Roſc. Licet omnia in me pericula impendeant ſuccurram, atque ſubibo. Idem pro Rabirio, Ferre opẽ patriæ ſuccurrere ſaluti, fortunisq; communibus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4. rebus ſuccurrite læſis. Item in mentem uenire *ὑπέρχεσθαι*. Cic. Neq; enim mihi ſuccurrebant uerba, quæ ante diſceſſum à Dolabella audieramus. Cic. filius ad Tironem lib. 16. Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat graue eſſe, me de iudicio patris iudicare. Verg. 11. Aen. Pulchrumq; mori ſuccurrit in armis.

Succurſum, impersonale. Plin. lib. 23. cap. 1. intellectum ibi remedium eſt, potuq; ſuccurſum. Liu. 3. ab Vrbe, Se quoq; id genĕri ac nomini dare: nec cum eo in gratiam rediſſe, cuius aduerſæ fortunæ uelis ſuccurſum.

Succus, ci, n. ſ Humor tam in animalium, quàm in plantarum corporibus, quo illa aluntur: ita dictus à ſugendo, ut quidam uolunt, quòd ſingula membra, quãtum cuiq; opus eſt, ex eo exugant, attrahantq; *χυλὸς, χυμὸς*. Cic. 2. de Natura deorum. Principio eorum, quæ gignuntur è terra, ſtirpes & ſtabilitatem, dant ii quæ ſuſtinentur, & ex terra ſuccum trahunt quo alantur ea quæ radicibus continentur. Ver. 3. Eclo. Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. Succus pomorũ, pro ſapore, *χυμὸς*. Verg. 3. Georg. Pomaq; degenerant, ſuccos oblita priores. Qui rem herbariam ex profeſſo tractandam ſuſceperunt ſuccum diſtingunt à lachryma, & liquore: ut lachryma ſit, quæ ſponte profluit: liquor, qui ſcarificato cortice emanat: ſuccus, qui ex planta contuſa exprimitur. Quæ differentia ut cognitu digna eſt, ita à ſcriptoribus nullo pacto obſeruatur. Nam & Plinius ſuccum accipit pro reſina ſiue pice ex arboribus ſponte profluente. Ita enim habet libro 16. Arborum ex quibus manat ſuccus, aliæ picem, aliæ reſinam mittunt. Succus ciuitatis, per translationem. Cicero ad Attic. lib. 4. Amiſimus, mi Pomponi, non omnem modò ſuccum & ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem priſtinam ciuitatis.

Succoſus, Plenus ſucco, quod & ſucculẽtũ dicimus, *χυλώδης*. Plin. lib. 12. cap. 25. Exit & in Pamphylia, ſed acrior, minuſq; ſuccoſus. Locus ſuccoſus, id eſt, natura humectus, & irriguus. Colum lib. 2. ca. 17. Meliuſq; habetur fœnum quod natura ſuccoſo gignitur cælo, quàm quod irrigatum aquis elicitur. Succoſior comparatiuum, Colum. lib. 4. cap. 19. Id porrò in aliis ſtirpium generibus quæ firmioris, & ſuccoſioris libri ſunt, poſſe fieri ſanè conceſſerim.

Succidus, a, um, pen. cor. A ſuccidẽdo, aut à ſucco, aut ut Varro putauit, à ſudore dictum eſt: ut lana ſuccida, hoc eſt, pinguis, ſordida, nondum lota, hoc eſt, tais qualis ſucciditur. Græci, *οἰσυπον* uocant. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 11. Tonſuræ tempus inter æquinoctium uernum & ſolſtitium, quũ ſudare inceperunt oues: à quo ſudore recens lana tonſa ſuccida eſt appellata. Iuuen. Satyr. 5. Qualis cœna tamen? uinum quod ſuccida nolit Lana pati.

Succutio, cutis, ſecunda ſyllaba correpta, Compoſitum ex præpoſitione ſub, & uerbo quatio, cuius ſignificationem explicuimus in ſimplici quatio, *σείω*.

Succuſſo, ſas, frequentatiuum, Proprieq; dicitur de equis qui duriore gradu incedentes, ſeſſorem concutiunt, quod genus equorum & ſuccuſſores, & ſuccuſſarios, & ſuccuſſatores appellamus. Accius, Agite, ac nullus ne ſuccuſſet greſſus, cautè ingredimini. Lucilius Succuſſatoris tardi, ranq; caballi. Talis quoq; greſſus ſuccuſſus, & ſuccuſſura appellatur. Cic. 2. Tuſc. Pedetentim, inquit, ite, & ſedato niſu, ne ſuccuſſu arripiat maior dolor.

Suctus, uide Sugo.

Sucula, pro parua ſue, uide Sus.

Suculæ, f. p. Dicuntur ſtellæ, quæ alio nomine Hyades uocãtur, à pluuia, *ὑάδες*. Nam & orientes, & occidentes, tempeſtates & pluuias cient. Vnde etiam à Latinis Suculę appellantur, quod ſuum ritu luto delectari uideantur. Exoriuntur 12. Cal. Iunii. Plin. lib. 16. cap. 26. Aegypte ſuculæ occidunt ueſperi. Eſt & ſucula genus intimæ ueſtis Plautus in Ruden. Duæ connexæ maniculæ ſucula. Sucula, inquit Budæus, machina eſt tractorii generis. conſtat autem tereti ligno, aut pluribus uectibus traiecto, utrinque aqua exantibus longitudine: hæc dum uerſatur funis, qui dictarius dicitur circa obuoluitur. Huiuſmodi machina hodie uietores, id eſt, cuparii uina ex hypogeis ſubuehunt, turnum eum appellantes. Budæus.

Sudes, huius ſudis, Pertica, ſeu genus teli ruſtici, hoc eſt, paxillus igni torridus, *κάμαξ*. Vergil. 7. Aenei. Sudibusue præuſtis. Idem lib. 1. Georg. Quadrifidaſue ſudes, & acuto robore uallos. Vbi Seruius, Vallus, & ſudes idem eſt. Sudibus inter ſe concurrere. Liu. 6. belli Pun. Tertio die ſudibus inter ſe, in modum iuſtæ pugnæ concurrerunt, præpilatiſq; miſſilibus iaculati ſunt.

Sudis, huius ſudis, Piſcis inſigni magnitudine, & ſapore nõ ingrato, quem Græci *σφυραίνα* appellant. Plinius libro 32. capite undecimo, Sunt præterea à nullo autore nominati, ſudis Latinè appellata, è Græcis ſphyræna, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed tamen non degener.

Sudo, as, n p. *παρὰ τὸ ὕδωρ*, quod aquam, undamq; ſignificat, deriuatum exiſtimatur, aſpiratione in ſ literam conuerſa, *ὑδρόω*. Et modò abſolutè ponitur, Hor. de Arte. Sudauit, & alſit, Idem 2. Serm. ſatyr. 2. tu pulmentaria quære Sudando. Cic. 1. de Diuin. Nuntiatum eſt alii ubi deorum ſudaſſe ſimu lachra. Idem 2. de Orat. Quum ille diceret, ſe ſine cauſa ſudare Minimè mirum, inquit, Modò enim exiſti de balneis. Modò cum ablatiuo iungitur. Liu, Et ſcuta duo ſanguine ſudaſſe. Verg. 1. Georg. Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ, Modò cum accuſatiuo, pro exudare, ſiue ſudando producere. Vergilius lib. 4. Eclo. Et duræ quercus ſudabũt roſida mella. Idem Eclog. 8. Pingula corticibus ſudent electra myricæ. Sudare metaphoricẽs pro uehementer laborare: nam magnos labores ſolet & ſudor comitari. Terentius in Phorm. ea ſudabis ſatis, Si cum illo incœptas homine: ea eloquentia eſt. ſatis erit tibi negotii, ſatis laborabis. Cicero pro Sextio, Sudandum eſt his pro communibus commodis.

Sudatus, participium. Sat. 5. Theb. labor gelido ſudatis in Hæmo. Claudian. 2. de Rep. Proſerp. Fibula ſudata marito.

Sudator, oris, unrbale, Qui ſudat. Plin. lib. 23. cap. 1. Diſentericis ſudatoribus, in longa tuſſi, in epiphoris, meracum.

Sudatrix, cis, uerbale, fœm. Mart. lib. 12 Dum per limina te potentiorum Sudatrix toga uentilat, uagumq; maior Cælius & minor fatigant.

Sudabundus, a, um, Ouid. ad Piſonem, totaq; ludos
Turba repentè ſuos iam ſudabunda relinquit.

Sudor, oris, m. t. Excrementũ aqueũ, per cutẽ exundans, *ἱδρὼς* Plin. lib. 10. cap 72. Serpẽtes neq; ſanguinis, neq; ſudoris uim habent, quæ auiditatem naturalem ſale augent. Cic. 1. de Diuinat. Nec enim ſanguis, nec ſudor, niſi è corpore fluit. Vergilius 3. Georg. Ardentes papulæ, atq; immundus olentia ſudor Membra ſequebatur. Idem 2 Aen. ſalſusq; per artus Sudor iit. Idem 3. Aeneid. Tum gelidus tota manabat corpore ſudor. Sudor pro labore, Cicero pro Font. de Gallis, Qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt, multoq; eius ſudore ac labore pop. Rom. imperium, ditionemq; cecideruntt. Cicero lib. 1. de Orat. Ac ſtylus ille tuus quem tu uerè dixiſti perfectorem dicendi eſſe, ac magiſtrum, multi ſudoris eſt.

Sudatorius, a, um, adiect. *ἱδρωτικὸς*. Plautus in Sticho, Nullos meliores eſſe paraſitos ſinam, uel unctiones Græcas, ſudatorias, uel alias malis.

Sudarium, rii, n. ſ. Linteum quo ſudor faciei detergitur, & na-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

res purgantur, καθαίρτιον, ἡμιτύβιον. Sueton. in Nerone, capite 48. Adoperto capite & ante faciem obtẽto ſudario, equũ aſcendit, quatuor ſolis comitantibus. Et mox, Ligato circa collum ſudario, prodierat in publicum. Huius diminutiuum eſt ſudarium. Martial. lib. 11. Iam mihi nigreſcunt ronſa ſudaria barba, Et queritur labris pũcta puella meis Quin. lib. 6. cap. 3. Quum reus agente in eum caluo candido frontem ſudario tergeret, &c.

Sūdum, ſudi, n. ſ. Quaſi ſine udo: eſt enim propriè pars ſerena inter nubes, ἄιθριον. Vergil 8. Aen. Arma inter nubes cæli in regione ſerena Per ſudum rutilare uident. Accipitur tamen ſudum pro ſicco, ſiue ſereno, quum ſcilicet nulla eſt pluuia. Cicero ad Tironem, Horologium mittam & libros, ſi erit ſudum. Plaut. in Mil. Curate ut ſplendor meo clypeo ſit clarior, Quàm ſolis radii eſſe olim, quum ſudum eſt, ſolent. Verg. 4. Georg. Ergo ubi uer nactæ ſudum, camposq; parentes, Erumpunt portis.

Sueo, ſues, Antiquum uerbum idem ſignificãs, quod ſoleo: unde ſueſco, ἴθω. Lucr. lib. 1. & ſemina rerum Appellare ſuemus, id eſt, ſolemus. Liuius 5. ab Vrbe. Nec ſecus quàm diuino ſpiritu tactus, quum ſe in mediam concionem intuliſſet, abſtinere ſuetus antè talibus conſiliis. Cicero 2. de Natura deorum. Has Græci ſtellas hyadas uocitare ſueuerunt. Lucret lib. 1. nec frigora quimus Vſurpare oculis, nec uoces cernere ſuemus.

Sueſco, is, ſueui, ſuetum, n. t. Conſuetudinem capio, ἐθίζομαι. Cic. Metello, A te id quod ſueuiſti, peto me abſentem diligas atq; defendas. Clau. lib. 3. poſt hæc cunabula dulci Ferre ſinu ſummoq; Ioui deducere paruam Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis.

Suetus, a, um, partic. Verg. 5. Aeneid. geminos immani pondere cęſtus Protecit, quibus acer Eryx in prælia ſuetus Ferre manũ Cic. ad Attic. lib. 6. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ multæ ualde leuatæ ſunt, omnes ſuis legibus & iudiciis ſuetæ, αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt. Lucan. lib. 1. Bella nefanda parat, ſuetus ciuilibus armis.

Suefacio, is, à quo aſſuefacio, & conſuefacio, & paſſiua ſuefio, aſſuefio, conſuefio, ἐθίζω. Liuius lib. 1. Sed initium turbandi omnia à fœmina ortum eſt: ea ſecretis uiri alieni aſſuefacta, &c. Terentius in Adelphis, Ea ne me celet, conſuefeci filium.

Suffarcinatus, Sarcina quapiam oneratus, συσκευασμένος. Teren. in Andr. uerum uidi Cantharam Suffarcinatã. Plar. Curcul. Tum iſti Græci palliati, capite operto qui ambulãt, Qui incedunt ſuffarcinati cum libris.

Suffarraneus, à farre, quemadmodum confarratio, deduci uidetur: & ſignificat eum qui far in caſtra conuehit, ſed modicum alienumue: non iuſto commeatu aliquo, ſed crebris, & uilibus inſtrorum uecturis. Pli. lib. 7. cap. 43. Cic. mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe, &c.

Suffero pen. cor. Suſtineo, patior, ὑποφέρω, ὑφίσαμαι. Vergil. 2 Aeneid. nec claustra, nec ipſi Cuſtodes ſufferre ualent. Terentius in Heaut. ſatrapes ſi ſiet Amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat. Cicero pro Roſc. Amer. Plus oneris ſuſtuli, quàm ferre poſſum. Sufferre, pati. Cicero pro Cecin. Quam mulctam ſi ſufferre uoluiſſent, tamen manere in ciuitate potuiſſent. Idem pro Flacco, Nimiæ pietatis, & ſummi amoris in patriam uicissim nos pœnas, ſi ita diis placet, ſufferamus. Terent. in And. Pro huius peccatis ego ſuppliciũ ut ſufferam?

Suffertus, a, um, Deductum uidetur à ſuffercio, ſicut Refertus à Refercio. Sueton. in Nerone cap. 20. Mediaq; in orcheſtra frequente populo epulatus, ſi paulum ſubbibiſſet, aliqd ſe ſufferri tinniturum Græco ſermone promiſit. Hoc eſt, cantaturum ſe clarius aliquid: aut quod Græci dicunt πυκνόν, id eſt, denſum quippiam, ac ſucci plenum.

Sufferueo, es, ere, Aliquãtulum feruere, ὑποθερμαίνομαι. Pli. lib. 18. cap. 11. Vulgò uerò nec ſufferuere faciunt.

Sufferuefacio, is, ere, Subferuidum reddo, ὑποθερμαίνω. Pli. lib. 12. cap. 26 Odor uerò in uino ſufferuefacti ante cedit alios. Idem lib. 22 cap. 21. In ueſicæ uerò dolore femuncia amyli cũ ouo & paſſis tribus ſufferuefacta à balneo.

Sufferuefio, ueſis, eri, Aliquantulum feruidum fieri, ὑποθερμαίνεσθαι. Pli. lib 27 ca 9. Qui fidem promiſſo huic quærunt, affirmant lapillos, qui ſufferuefiant, unà rumpi.

Suffes, etis, Summi magiſtratus nomen erat apud Carthaginenſes, non diſſimilis Romanorum Conſulatui. Liuius libro 10. belli Punici Senatum itaque Suffetes (quod uelut Conſulare imperium apud Carthaginenſes erat) uocauerunt. Idem lib. 8. belli Punici Infeſtus ob directa quædam ab conſcendentibus naues militibus ad colloquium Suffetes eorum, qui ſummus Pœnis eſt magiſtratus, cum Quæſtore elicuit.

Suffibulum, li, pen. cor. ſiue ſubfibulum, Veſtimentum album erat, teſte Feſto, prætextum, quadrangulum, oblongũ, quod in capite Veſtales uirgines ſacrificantes habebant, idq; fibula comprehendebatur.

Suffic, is, ex ſub, & facio, n. t. Significat ſatis eſſe: conſtruituŕq; cum datiuo, ἐξαρκῶ, ἱκανοῖω. Stat. lib. 5. Sylu. Vade puer tantiſq; enixus ſuffice donis. Id eſt, ſatis eſto. Cic. in Salluſt. Poſteaquam immenſæ gulę impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non poruit. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2. Suffecitq; malis animus. Verg. 11. Aen. nec ſufficit umbo Ictibus. hoc eſt, ſatis eſſe non poteſt ſuſtinendis ictibus. Nonnunquam ſine dativo collocatur eius loco habens infinitiuum. Verg. 5. Aen. Nec nos obniti contrà, nec tẽdere tantum Sufficimus. Ali quando ſubminiſtrare, ὑπαρκῶ. Verg. 2. Aen Ipſe pater Danais animos, uireſq; ſecundas Sufficit. Idem lib. 2. Georg Ipſa ſatis tellus, quum dente recluditur unco, Sufficit humorem. Aliquando ſubſtituere, ἀντικαθιστάνω. Vergil. 2. Geor. Atq; aliam ex alia generando ſuffice prolem. Vnde ſuffecti magiſtratus dicũtur, qui in loco mortuorum, eorumue qui munere ſuo perfuncti ſunt ſurrogantur. Cic. lib. 4. Epiſt. Si Appii os haberem, in cuius locum ſuffectus ſum, tamen, &c. Aliquando inficere, maculare. Cicero in Hortenſ. Vtriqui in conuiuiis purpuram ſufficiunt, poſt ſanant medicamentis quibuſdam.

Suffigo, is, xi, xum, act. t. Idem quod affigo, προσηλόω, προσπαλόω. Cic in Piſonẽ, An ego ſi te & Gabinium cruci ſuffixos uiderem, maiore afficere lætitia ex corporis noſtri laceratione, q̃ afficior ex infamia. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. Si quis in ſeruum, patinam qui tollere iuſſus Semeſos piſces, tepidiq; ligurierit ius, In cruce ſuffigat, Labeone inſanior inter Samos dicatur? Hircius de bello Africo lib. 5. Poſteo die ſuba Numidas eos qui loco amiſſo fuga ſe receperant in caſtra in cruce omnes ſuffixit.

Suffio, fis, fiui, uel fii, fitum, act. q. idem ſignificat quod ſuffumigo, ὑποθυμιάω. Pli. Hippocrates tuta unluarum cauſa naturam ſuffire iubet. Vergil. lib. 4. Georg. At ſuffire thymo, ceraſq; recidere inanes Quis dubitet? Columella libro 12. capite 18. Cella quoque uinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffienda. Lucretius lib. 2. Ignibus ætheris terras ſuffire feraces.

Suffitus, ta, tum, pen. prod. Suffumigatus, τεθυμιαμένος, Plinius libro 20. capite 17. Aniſum dolores capitis leuat, ſuffitum naribus.

Suffitus, tus, m. q. Suffumigatio, θυμίασις. Plin. lib 24. cap. 11. A multis in ſuffitus pro thure aſſumitur. Ide alibi, & ualuarum conuerſionem ſuffitu excitant.

Suffitio, onis, idem quod ſuffitus, ὑποθυμίασις. Plin lib. 11. cap. 22. Orpheus & Heſiodus ſuffitiones commendauere. Col. li. 1. cap. 6. Ne rurſus nimia ſuffitione medicata ſint.

Suffitor, oris uerbale à ſuffiendo deductum, ὑποθυμιατής. Pli. lib. 34. cap. 8. Lycus & ipſe puerum ſuffitorem.

Suffimen, inis. idem quod ſuffitio, θυμίαμα. Ouid. Sanguis & qui ſuffimen erit.

Suffimentum, ſuffimenti, n. ſ idem quod ſuffitus & ſuffitio, ὑποθυμία, θυμίαμα. Plinius, Quod & ſuffimentis quibuſdam facere conſueuerunt. Cic. 1. de Leg. Nam & in iis ſine illius ſuffimentis expiati ſumus. Suffimenta, inquit, Feſtus, à ueteribus dicta ſunt, quæ fieri ſolebant ex faba milioq; molito, mulſo aſperſo. Ea diis eo tempore dabantur, quo uuæ calcatæ prælo premebantur.

Suffiſcus, ſci, Folliculus teſtium arietinorum quo utebantur antiqui pro marſupio: à fiſci ſimilitudine dictus. Sectus.

Sufflo, flas, a. p. Verbum eſt actiuum, idem ſignificans quod inflare, ſiue flatu excitare, φυσάω, ῥιπίζω. Plin. lib. 34. cap. 8. Buthyreus Lycius Myronis diſcipulus fuit, qui fecit dignũ præceptore puerum ſufflantem languidos ignes. Sufflare buccas, id eſt, inflare, ſiue flatu extendere. Plaut. in Sticho. Age tibicen quando bibiſti, refer ad labia tibias, ſuffla Celeriter tibi buccas, quaſi proſerpens beſtia.

Sufflatio, onis, uerbale, Idem ualens quod inflatio, ἐμφύσημα Plin. lib. 9. cap. 7. Præterea bullantium aquarum ſufflatio, lunæq; effectu concharum quoq; corpora augeſcentia.

Sufflamen, minis, n. t. Machinæ genus eſt, teſte Budæo, quo in deſcenſu,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

descensu, uel procursu nimio rota solet retineri. Iuuen. sat. 8. Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul.

Sufflamino, nas, Sufflamine comprimo, & retineo. Seneca 4. Declam. Tanta illi erat uelocitas orationis, ut uitium fieret. Itaq; D. Augustus optimè dixit, Aterius nostra sufflaminandus est: adeò nedum currere, sed decurrere uidebatur: nec uerborum tantùm illi copia, sed etiam rerum erat.

Suffoco, cas, pen. prod. ex sub & faux, in o productam conuersa, significat spiritum præcludo, ueluti obstrictis faucib. πνίγω, ἄγχω. Quanquam etiam latius accipitur pro quouis modo enecare: ut Suffocare fame, Suffocare ueneno. Cic. ad Atticum, lib. 9. Consilium primum est, suffocare urbem, & Italiam fame: deinde agros uastare, urere, pecuniis locupletum non abstinere. Idem pro Muræna. Qui gallum gallinaceum suffocauerit. Oui. in Ibin, Suffocent animam dira uenena tuam.

Suffocatio, onis, uerbale, Suffocandi actus. Plin. libr. 20. cap. 5. Eius semen contritum, & in uino potum, tumentem aluũ, & suffocationes mulierum, dolores q; lenit.

Suffodio, is, Subtus effodio. Col. lib. 2. cap. 18. Neque suem uelimus impasci, quoniam rostro suffodiat, & cespites excitet. Suffodere equum, est eum confodere, & propriè sub ipso sessore occidere. Cæsar 4. belli Gallici, Rursus his resistentibus, consuetudine sua ad pedes desilierunt: suffossique equis, compluribusque nostris deiectis, reliquos in fugam coniecerunt. Vergilius 11. Aeneidos Suffossis reuo lutus equo.

Suffrænatio, onis, f. t. Colligatio, & arcta structura, quæ lapides ueluti fræno retineat. Plin. libr. 36. cap. 22. de quodam lapidis genere, Globosus, contra iniurias fortis, sed ad structuram infidelis, nisi multa suffrænatione deuinctus.

Suffrago, suffraginis. f. t. penul. prod. Flexura est in posterioribus quadrupedum cruribus, retrorsum incuruata, quę in prioribus contrario modo inflexa genu dicitur, καμπή. Dictæ suffragines, quòd ibi cruris continuitas diuisa, & quodammodo fracta appareat. Plinius libro octauo, capite 45. Victimarum probatio in uitulo, ut cauda articulum suffragines in posteriora. Suffragines etiam dicuntur uitis soboles, radicibus adhærentes. Columella libro quinto, Et si soboles (quam rustici suffraginem uocant) radicibus adhęret, diligenter explantanda, ferroq; euellenda est, ut hybernas aquas respuat.

Suffragines equi, Quorum suffragines morbo uitiatæ sunt. Colu. lib. 9. cap. 38. Suffraginosæ hordeaca farina imponitur.

Suffragor, aris, d. p. pen. prod. Suffragium fero, ὑφοφορέω. Cic. pro Muræna. Quorum suffragium tenue est, si ut fugantur nihil ualent gratia. Per translationem accipitur pro fauere, auxilio esse, sententiæ aut uoluntati cuiuspiam subscribere, ἐπιψηφίζομαι. Cuius contrarium est Refragor, pro repugno, aduersor. Autor Priapeiæ, Copia me perdit, tu suffragare rogatus. Cic. 7. Verr. Cui legi uestra dignitas uehementer aduersatur, ei insignis istius impudentia maximè suffragatur. Idem ad Atticum. Nec deqiti accusare eius necessarios, qui eius cupiditati suffragari uidebantur. Idem Planco, libro decimo, Fortuna suffragante uideris res maximas consecutus.

Suffragatio, onis, Ipse suffragandis, ψῆφοφορία. Cic. pro Muræna. Multum autoritatis habet suffragatio militaris.

Suffragator, oris, m. t. Qui in creandis magistratibus suffragium fert, ψηφηκής. Plin. Epist. 64. Addebat quosdam ex suffragatoribus, illi grauiter paucis loquebantur. Cicer. pro Mur. Tua uerò nobilitas Serui Sulpiti tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior: populo uerò & suffragatoribus obscurior.

Suffragium, gii, n. s. Significatio uoluntatis, iudicii ue nostri in creandis magistratibus, aut reo iudicando, siue ea calculis, siue tabellis, aut etiam uoce fieret. ψῆφος, χειροτονία. Cic. 3. de Legib. Suffragia magistratu mandando, aut etiam de reo iudicando palàm ferri melius esset. Iuuen. Sat. 8. Libera si dentur populo suffragia, quis tam Perditus, ut Senecam dubiret præferre Neroni? Cicer. 1. de Legib. Si hęc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur.

Suffrico, as, pen. corr. Læuiter frico, ψάχω, ψήχω. Col. libr. 12. cap. 21. Nam oportebit post hunc numerum dierum confestim uinum emundare, & si quid fæcis, aut labris uasorum, aut lateribus inhæsit, eradi, ac suffricari, & protinus operculis impositis oblini.

Suffringo, gis, gere, a. t. Idem ferè quod frango, καταῤῥάσσω. Plau. in Rud. Homini isti talos suffringi uolo. Cic. pro Ros. Amer. Quòd si luce quoq; canes latrent quum deos salutatũ aliqui uenerint, opinor iis crura suffringantur, quod acres sint etiam tum quum suspicio nulla sit.

Suffrio, as, pen. cor. idem quod infrio, hoc est, friatum siue comminutum inspergo, ἐπιτρίβω. Col. lib. 2. cap. 38. Scopulis aridæ myrti seria suffriatur, operculumq; superimponitur, ne quid eò decidat.

Suffutrat, Pro sub eodem tecto fuerat: scripsere ueteres, inquit Festus.

Suffugio, Idem quod confugio, καταφεύγω. Liu. 4. bel. Pun. Imber à nocte media coortus, custodes, uigilesq; dilapsos à stationibus, suffugere in tecta coẽgit.

Suffugium, suffugii, n. s. Quo quis suffugit, hoc est, securitatis causa se recipit, καταφυγή. Oui. de Nuce, Quid nisi suffugiũ nimbos uitantibus essem?

Suffulcio, is, a. q. Sustento, ὑπερείδω. Varro 1. de Re rust. Vt maioribus perticis suffultæ uites, auras non pertimescant. Plaut. Mil. Ecce autem ędificat columnam mento suffulcit suo. Lucret. lib. 4. Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus Et recreet uires.

Suffumigo, gas, gare, Idem quod suffio, uel subtus fumum excito, ὑποθυμιάζω. Celsus li. 6. cap. 7. de suffusione oculorum Suffumigare oculos acribus medicamentis.

Suffundo, is, dere, a. t. Affundo, inspergo, infundo, ὑποχύω, ἐπιχέω. Plautus in Curcu. Mane suffundam aquulam Columella lib. 7. Lassæ & æstuãti mulæ ados in fauces demittitur utrunque in os suffunditur. Suffundi rubore faciem dicimus, quum sanguis subter cutem sese dispergens, faciem inficit rubore. Quod Vergilius ad Auroram transtulit, libro primo Georg. Ac si uirgineum suffuderit ore ruborem, Ventus erit.

Suffusio, onis, f. t. Morbus oculorum, qui fit ex concreto humore inter κερατοειδῆ, καὶ ἀραχνοειδῆ, tunicas ante ipsam pupillã collecto, quo uisus usq; adeò impeditur, ut discretas rerum species & colores apprehendere non possit, ὑπόχυσις. Cel. li. 6. cap. 6. Suffusio quoq; quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi porenriæ quacernit, se opponit. Quod si inueterauerit, manu curandum est.

Suffundo, as, are, act. p. Pro fundamento subiicio, καταβάλλομαι. Varro ἐν ταφῇ μενίπ]ῳ, ut citatur à Nonio, Antiqui no stri domibus latericiis, paululum modò lapidibus suffundatis ut humorem suffugerent, habitabant.

Suffuror, aris, penultima producta, Clã furari, κλέπτω. Plau. Trucul. Hæc tum uideo fieri, suffuror, suppilo, de præda præ dam capio.

Suggero, is, gessi, gestum, act. t. Subministro, suppedito, ὑπαρκῶ. Terentius Adelph. Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? Cur porat? cur tu his rebus sumptum suggeris? Cicero 2. de Orat. Singulis generibus argumentorum copiã suggerunt. Interdum idem est quod in memoria redigere, ἀναμιμνήσκειν. Cic. 2. de Finib. Si memoria defecerit, tum erit ut suggeras.

Suggestus uel Suggestum, m. uel n. s. Locus editior, puta pulpitũ, unde oratio ad populum solet haberi, βῆμα. Dictũ suggestum siue quòd cõstet ex suggesta, hoc est, congesta materia, siue quòd inde populo suggeratur, quod in rem eius esse possit. Plinius lib. 34. cap. 1. Eodemq; in Consulatu in suggestu rostra deuictis Antiatibus defixerat. Cic. 5. Tus. Idemq; quum in communibus suggestis consistere non auderet, cõcionari ex turri alta solebat. Liuius 8. ab Vrbe. Naues Antiatium partim in naualia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit. Cicero lib. 1. de Diuinat. Neque illud in suggestum, in quo causam dixerat, descendenti, signum sibi ullum, quod consuesset à deo, quasi mali alicuius imprudentis, datum. Varro libro tertio, capite 5. suggestum posuit pro loco in ornithone paulò eminentiore, quàm sit ipsum falere. Ex suggesto (inquit) faleris, ubi solent esse περιπετάσματα prodeũt anates in stagnũ, & nant. Suggestus comæ. Statius li. 1. Sylua rũ, celsæ procul aspice frontis honorem Suggestumq; comæ.

Suggredior, eris, Latenter gradior, ὑποφαίνω. Tacit lib. 2. Suggressiq; propius speculatores. Habet nonnunquam ad iunctum accusatiuum: ut Suggredi hostes, id est, latenter aggredi. Idem Tacitus Anna. lib. 4. Quos dux Romanus acie suggressus.

Suggrundia, orũ, uel Suggrundæ, Sunt partes tecti promi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nentes, quibus ſtillicidia à parietibus arcentur: qualia ferè ſunt tecta Lugdunēſium, γάσοι, γάσα. Varro lib 3. de Re ruſt. Aues ſubtus ſuggrundas, ab initio uillatico uſæ tecto. Plin. lib. 25. cap. 13. de ſedo herba, Alii hypogeſum uocant, quoniam in ſuggrundiis naſcitur.

Suggrundatio, onis, Suggrundiorum, hoc eſt, prominentium tectorum ſtructura, γάσωμα, γαστοδόμημα. Vitruuius lib. 4. cap. 2. Sub tectis ſi maiora ſpatia ſint, columen in ſummo faſtigio culminis: unde & columnæ dicuntur, & tranſtra, & capreoli Si commoda, columen & cantherii prominentes ad extremam ſuggrundationem.

Suggrundaria, Veteres dicebant ſepulchra infantium, qui nec dum quadraginta dies impleſſent (ut inquit Fulgentius) quū nec buſta dici potuerunt, quia oſſa quæ cōburerentur non erant, nec tanta magnitudo cadaueris qua locus tumeſceret unde neque tumuli appellari merebantur.

Suggillo, as, a. p. Liuido colore partem aliquam corporis commaculo, quod accidere ſolet uenis exilibus ictu fuſtis, alteriuſue corporis duri colliſis, ſanguineq; ſeſe ſubter cutem diffundente, ὑπωπιάζω. Suggillata dicuntur quæ maculis huiuſmodi ſunt deformata. Plin. lib. 11. cap. 9. loquens de ſale, Ex ictu ſuffuſis cruore oculis, ſuggillatisq; cum myrrhæ pari pondere. Idem lib. 27. Caſeus recēs cum melle ſuggillata emendat. Et lib. 20. Cinis allii ex oleo, & garo illitus, ſuggillata ac liuentia ad colorem reducit. Per translationem accipitur pro detrahere, reprehendere, uili pendere, cōtumelia afficere, ſiue exiſtimationē alicuius lædere. Liu. lib. 1. bell. Mac. Legati grauiter ferentes ſe ſuggillatos eſſe. Vlpian. Si famoſa actio non ſit, uel pudorem non ſuggiller.

Suggillatio, onis, ſ. t. Liuida cutis commaculatio, ὑπώπισμός. Et per translationem contumelia, ſiue ignominia, ὕβρισμός, Plin. lib. 7. cap. 45. Iuxta hęc Variana clades, & maieſtatis eius fœda ſuggillatio.

Sugo, gi, xi, ctum, n. t. Succum labris elicio, θηλάζω, μυζάω. Cicero 1. Tuſc. Nunc aūt ſimulatq; editi in lucem, & ſuſcepti ſumus in omni continuò prauitate, in ſumma opinionū peruerſitate uerſamur: ut penè cū lacte nutricis errores ſuxiſſe uideamur. Idem 2. de Nat deor. Alia fugunt, alia carpunt, alia uorant, alia mandunt. Apud antiquos etiam per ſecundā coniugationem inflectebatur fugeo, es, unde & exugeo, es. Plautus in Epid. Ego me uertam in hirundinem, atq; eorum exugebo ſanguinem.

Suctus, huius ſuctus, m. q. Ipſe ſugendi actus. Plinius libro 8. capite 36. Aliis diebus reſidunt, ac priorum pedum ſuctu uiuunt.

Suí, ἑαυτῆ, οὗ, & eius deriuatiuum Suus, ſua, ſuum, σφέτερος, Sunt pronomina reciproca, propterea ſic dicta, quod ſicut reciprocatur ſpiritus, quum uicißim efflatur, & attrahitur: ita hæc pronomina ad id unde prodierant, reuerruntur. Vnde non rectè dicimus, Ego dixi ſibi, Non eſt ſibi curæ Reſpublica, Tu fuiſti ſecum: quia nulla in his eſt reciprocatio. Sed dicendum, Ego dixi ei, Non eſt ei curæ Reſpublica, Tu fuiſti cum eo. Similiter non dicimus, Vidi Ciceronem & fratrem ſuum, ſed fratrem eius. Econtrariò non rectè dicitur, Omnia à te expectant, ut des illis cibum in eo tempore, quum ſibi dicendum ſit. Sicut enim rectè dicimus Omnes expectamus ut des nobis eſcam, omnes expectatis ut det uobis eſcam: ita dicendum eſt omnes expectant ut det ſibi eſcā. Eſt tamen quando indifferenter uti licet reciproco, aut non reciproco, prout ad illius de quo loquimur, uel ad noſtram perſonā ſermonem referimus: ut Omnes optant quod ſibi utile eſt: & omnes optant quod ipſis utile eſt. Illud ad perſonam eius de quo loquimur refertur, & manifeſtam habet reciprocationem: hoc ad perſonam noſtram, ideoq; nulla eſt in eo reciprocatio. Cicero, Multi dubitant quid optimum eſſet, multi quid ſibi expediret. Idē, Legatus in pace profectus in prouincia pacatiſſima ita ſe geſſit, ut ei Pacem eſſe expediret. Non nunquam etiam amphibologiæ uitandæ cauſa pro ſui, ſiue ſuus, ponitur is, aut ipſe, aut ille. Cicero in Bruto, Is ſoceri inſtituto, quē, quia cooptarus in Augurum collegium nō erat, non admodum diligebat, præſertim quum ille Quin. Scæuolam ſibi minorem natu generum prætuliſſet. Accipitur aliquando ſuus pro proprius ἴδιος. ut Velle ſuum cuique eſt. Accipitur autem ſui paſſiuè, quemadmodum mei, & tui. Cicero ad Attic. lib. 10. Nicias uehementer tua ſui memoria delectatur. Idem de Vniuerſitate, Imitantes genitorem & effectorem ſui. Inuenitur interdum ſibi, datiuus, ſolius uenuſtatis gratia, nullaq; neceſſitate in oratione poſitus. Cic. Suo ſibi uictitant ſucco. Columel. Suo ſibi iure abſunt. Dicimus etiam Suus eſt illius mos, Sua eſt illius natura. Suus eſt Ariſtoteliis modus, Suum Platonis genus Habetq; hoc pronomen ſuus uocatiuum: ut ſi dicam, Defendite Cæſarem ò amici ſui. Inter, præpoſitio id habet peculiare, uti ſi antecеſſerit genitiuus, datiuus, aut ablatiuus, indifferenter uti liceat reciproco pronomine, aut non reciproco. Si præceſſerit accuſatiuus, aut nominatiuus, reciprocum poſtulat. Cicero, Nec mihi cæterorum iudicio uidetur ſolſtm, ſed etiam ipſorum inter ipſos conſenſu id de genitiuo exemplum eſt. Nunc de datiuo. Quintilianus, Circa quē inexplicabilis, & Grammaticis inter ipſos & philoſophis pugna eſt. De ablatiuo idem, Nam à magnis quoque autoribus incidunt uitioſa aliqua & à doctis inter ipſos etiam mutuò reprehenſa. Vide hac de re plura apud Vallam eo in opuſculo, quo duorum horum pronominum naturā exproſeſſo exequitur.

Suille, Suillus, Suinus, uide SVS

Sulcus, ci, m. Foſſa illa oblonga, quæ inter arandum fit uomere, αὖλαξ, ὠλασία. Cic. de Diuin. Quum terra aratur, & ſulcus alius eſſe impreſſus. Non ratò tamen accipitur ipſa aratione, ſiue terræ prociſſione. Verg. 1. Georg. At ſi non fuerit tellus fœcunda, ſub ipſum Arcturum ſat erit tenuiſ ſuſpendere ſulco. Hinc fit, ut Tertio, quarto, quinto ſulco ferre dicamus pro eo quod eſt tertia, quarta, aut quinta aratione. Plin. lib. 18. cap. 20. Quarto ſeri ſulco, Vergilius exiſtimatur uoluiſſe, quum ait, Illa ſeges demum uotis reſpondet aurī Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit. Hoc eſt, quæ bis per æſtatem, bis per hyemem aratur. Ibidem. Spiſſius ſolum (ſicut plerunque in Italia) quinto ſulco ferri melius eſt. In uetium quoq; cæterarumq; arborum plātationibus ſulcum appellamus foſſam in longum ductam, in qua plantantur ſemina. Verg. lib. 2. Georg. Auſim uel tenui uitem committere ſulco. Hinc Biſulcus, biſulca, biſulcum, δίχηλος. unde Biſulcī animal, q̄ non ſolidas, ſed fiſſas ungulas habet. Ītē Triſculus, triſulca, triſulcum, id eſt, trifidus: ut Telum trifidum, quod tres habet cuſpides.]

Sulculus, diminutiuum, αὐλάκιον. Colum. de Arbor, capite 30. Roſam fruticibus ac furculis diſponi per furculos pedales conuenit.

Sulco, cas, a. p. Sulcos facio, proſcindo, ὠλακίζω. Colum. lib 11. cap. 6. In ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur. Plin. lib. 1. cap. 6. Satianſq; ſe per complures dies, alueum in uado ſulcauerat, accumulata fluctibus in tantum ut circumagi nullo modo poſſet. Ouid. 1. Pont. Nos fragili ligno uaſtum ſulcamus æquor. Vergilius 10. Aeneidos. Sulcat mariā alta carina.

Sulcatus, a, um, particip. Lucan. lib. 1. & quondam duro ſulcata Camilli uomere.

Sulcator, oris, uerbale. Silius lib. 7. Sulcator nauita ponti. Stat. 11. Theb. Nigri ſulcator Auerni.

Sulcatim, aduerb. Per ſulcos, κατ' αὔλακας. Pomponius, Cerēs præterea ſulcatim conciſam faciem.

Sullanus dies, & Sullaturire, uide in propriis.

Sulphur, ſiue ſulfur, n. t. A Plinio 35. cap 15. terræ generibus aſſignatur, ab aliis quibuſdam inter metallica corpora enumeratur, θεῖον. Effoditur enim cuniculis Aetoliis præcipuè inſulis, inter Italiam & Siciliam ſitis, nobilius tamen in Melo. Inuenitur & in Italia Neapolitano Campanoq; agro, in collibus, qui uocantur Leucogæi. Dioſcorides duo eius enumerat genera, Natiuum ſiue foſſile, quod quoniam ignem non eſt expertum, ἄπυρον appellat: Vergilius uiuum cognominat. Alterum factitium, quod quoniam olei incoctu ad ignem perficitur, πιπυρωμένον nominant. Plinius loco iam citato quatuor eius enumerat genera, factitium nimirum in tres ſecans differentias, quas hic breuitatis cauſa omittimus, ab eo ſi uideatur, petendas. Ouidius 1. de Arte. Quid referam Baias, prætextaq; littora uelis, Et quæ de calido ſulphure fumat aquam? Vergil. 3. Georg. Et ſpumas miſcent argenti, ac ſulphura uina. Idem 2. Aeneid. & latè circum loca ſulphure fumant.

Sulphureus, a, um, Quod ex ſulphure eſt, ſiue ſulphuris naturam refert, θεώδης. Pli. lib. 36. cap. 19. Quum uritur, odorem ſulphureum reddit. Vergil. lib. 7. Aen. audiit amnis Sulphurea Nar albus aqua. Ouid. 15. Metam. Nec quæ ſulphureis arbes fornacibus Aetna, Sulphuraria, rię, Locus ubi ſulphur coquitur, aut effoditur, θεῖα.

Sulphuratus, a, um, Quod ſulphur habet admiſtū, θεώδης. Vnde ſulphurata dicuntur ligna exilia, ſulphure ex utraque parte intincta, ad accendendas lucernas. Martialis libro primo

Qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Qui pallentia ſulphurata fractis Permutat uitreis.

Sultis, Veteres dixerunt, pro ſi uultis, ἐὰν βούλησθε. Plaut. in Aſin. Hoc agite ſultis, ſpectatores nunc iam.

Sum, es, eſt, Verbum ſubſtantiuum à Grammaticis appellatum, ſiue quod perſeſe ſubſtet, ſolumq; nullius alterius uerbi egeat adminiculo, εἰμί, ὑπάρχω, quum contrà cætera omnia in hoc reſoluantur, pleraque etiam ſine eius ope declinari non poſſint: ſiue quòd quū cætera omnia uerba aut actionem imporrent, aut paſſionem, ſolum hoc ſit uerbum quod ſubſtantiam rei denotet. Variam autem in oratione obtinet conſtructionem. Aliquando enim ſimiles coniungit caſus. Cic. de Diuin. Quum ſolutus eſt animus, nihil planè ei eſt cum corpore. Idem Trebatio, Audio Treuiros capitales eſſe. Aliquando non inuenuſtè ſubauditur. Verg. 1. Aen. Tunc ille Aeneas quem Dardanio Anchiſæ Edidit alma Venus, &c. Idem lib. 3. Nam Polydorus ego. Nonnunquam prætum importat, idem ferè ſignificans quod ualeo, ſiue æſtimor, in qua ſignificatione genitiuum exigit. Salluſt. in Iugurt. Nunc uos æſtimate facta, an dicta pluris ſint. Terentius in Adelph. Argenti quanti eſt, ſumito, id eſt, quanto pretio ualet. Cic. li. 2. Offic. Vt commodius putarent numerari ſibi quod tanti eſſet, quàm ſuum recuperare. Eſſet (inquit) id eſt, æſtimaretur. Idem 2. Offic. Emere denario quod ſit mille denariorum. Idem in Frumentaria, Quum in Sicilia ſeſtertiorum duorū tritici modius eſſet. Eundem etiam caſum exigit, quum dominium, ſeu poſſeſſionem importat: ut Pecus eſt Meliboei. Item quando munus ſignificat, ſiue officium: idq; in tertia duntaxat perſona ſingularis numeri. Cicero lib. de Oratore. Clamare contrà quā decet, hominis eſt impudentis. Et paulò pòſt, Quorum alterum diuinitatis mihi cuiuſdam uidetur, alterum humanitatis. Quandoq; iungitur datiuo, & tunc ſignificat habeo. Vergilius 3. Aeneid. Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ. Iungimus interdum & alterum datiuum. Cic. ad Atticum, Poſtrema tua pagina magnæ mihi moleſtiæ fuit. Idem 1. Offic. Ampla domus dedecori domino ſæpe fuit. Cuius generis orationes ferè exponi ſolent per uerbum Afficio, hoc modo: Poſtrema tua pagina affecit me magna moleſtia. Ampla domus ſæpe affecit dominum dedecore. Cum datiuo & ablatiuo. Plautus in Mil. Nihil me pœnitet in quanto ſumptu fuerim tibi. Eſt mihi minus cū illo, id eſt, minus ſum ei familiaris. Cic. pro M. lib. 15. Si mihi tecum minus eſſet q̄ eſt cum tuis omnib. allegarem ad te illos à quibus intelligis me præcipuè diligi. Ponitur & pro conuenit, ſiue contingit, ſed in tertia tantum perſona ſingularis numeri. Val. Max. lib. 1. Non eſt inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri, præſertim diuinitatis faſtidio iuncto. Verg. 6. Aeneid. Nec non & Tyrion terræ omni parētis alumnū Cernere erat, id eſt, licebat. Ap ponitur quandoq; huic uerbo ablatiuus, ſine præpoſitione: ut Vno beneficio liber ſum: & Tu es magna ui animi & corporis. Aliquando etiam cum præpoſitione: ut Hæc res eſt in poteſtate mea. Vis eſt in armis. Eſt in bonis, pro in poſſeſſione bonorum, bona poſſidet. Cic. Acilio lib. 13. Nullā omninò arbitror de ea hæreditate controuerſiam eum habiturū & eſt hodie in bonis. Eſſe in aliquo numero atq; honore, Cæſar. 6. bell. Gall. In omni Gallia eorum hominū qui in aliquo ſunt numero atq; honore, duo ſunt genera. Interdum adiunctum habet accuſat. mediante præpoſitione ad: & tūc Eſt ſignificat expoſitum eſt, uel uergit. Cæſar 1. bel. Gal. Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem quæ eſt ad Heſperiam. Ponitur nonnunq̄ ſine caſu à parte poſteriori. Luc. Quæ ſunt, quæ fuerunt, & quæ poſt facta ſe quētur. Item iungitur infinitiuo alterius uerbi: ut Magnæ laudis eſt uacare ſapientiæ: & Animi fortitudo eſt, aduerſa cō tinere. Eſt, pro poſſibile eſt. Celſus, Non tam facile iis opitulari eſt qui in cibo uenenum, uel in potione ſumpſerunt. Bud. Es, pro ſoles. Cic. Cornific. li. 17. Quod ſi, ut es. ceſſabis, laceſſam. Huius uerbi compoſita ſint, Abſum, adſum, deſum, exſum, inſum, interſum, obſum, poſſum, præſum, proſum, ſubſum & ſuperſum: quorum ſignificata explicantur ſuis locis. Eſto, ἔστω, ἴσω futuri tēporis imperatiui. Interdum concedentis aduerb. eſt. Vergil. 4. Aen. Eſto, ægrā nulli quondam flexere mariti. Idem 7. Aen. Non dabitur regnis eſto, prohibere Latinis.

Sumanalia, dicuntur liba farinacea in modum rotæ facta. Feſtus. Hęc. Cęl. li. 9. ca. 16. ſumenalia uocat, putatq; à ſumine eſſe dicta, eademq; eſſe cum iis quæ Græci πίτρια appellant.

Sumen, nis, n. t. Venter ſuillus, infra umbilicū, cum ipſis uberibus, ſummis olim Romæ in deliciis habitus, præcipuè ſi ex primipara exciſus eſſet ſiue uno die poſt fœtum æditum οὖθαρ. πτερύγ. Antiqui abdomen appellarunt Suminis autē uocabulum à Publico Mimorum Poëta initium ſumpſit. Plin. lib. 8. cap. 51. Hinc Cenſoriarū legū paginæ, interdictaq; cœnis abdomina grandia, teſticuli, uuluæ, ſyncipitia uerrina: ut iam Publii Mimorum Poëtæ cœna, poſtq̄ ſeruitutem exuerat, nulla memoretur ſine abdomine, etiam uocabulo ſuminis ab eo impoſito. Idem lib. 11. cap. 37. Proxima electiuę uuluæ eſt, occiſæ uno die poſt partum. Huius & ſumen optimum, ſi modò fœtus non hauſerit, cicatriuæ deterrimum. Antiqui Abdomen uocabant, prius callere id ſinentes, occidere non aſſueti. Hæc Plinius. Martial. lib. 13. Eſſe putes nondum ſumēſic ubere largo Effluit, & uiuo lacte papilla tumet. Plaut. in Capt. Quanto labes larido, quanta ſumini abſumedo? Dictum ſumen (ut quibuſdam placet) quaſi ſuis abdomen: aut ut alii putant, à ſugendo: quanquam non deſunt qui ſumen dictum putent, quaſi Rumen, à mammis, quas antiqui Rumas appellabant.

Summa, æ, ſ. p. Caput ſententiæ alicuius, aut rerū de quib. uerba fiunt, aut etiā quæ numerantur, κεφάλαιον, τὸ σύμπαν. Vergil. lib. 4. Nauiget, hæc ſumma eſt. In ſummam proficere. Quint. lib. 1. Maiora tamen aliqua diſcet puer eo ipſo anno, quo minora didiciſſet. Hoc per ſingulos annos prorogatum in ſummam proficit. Id eſt, in cumulū excreſcere. & ad eam dicendi facultatem, q̄ adoleſcenti aut iuueni comparare uolumus, & ad eum finem quem deſtinauimus. Summa uictoriæ. Cæſar. 7. bel. Gal. Nec ſolis Bituriginibus communē ſalutem committendam cenſet, quod penè in eo, ſi oppidum retinuiſſent, ſummam uictoriæ conſtare intelligebāt. Summa rerum. Teren. in Phorm. Ad te ſumma ſolum Phormio rerū redit. Cicero de Legib. Leges autem à me edentur non perfectè, nam hoc eſſet infinitum: ſed ipſæ ſummæ rerum ac ſententiæ. Idem pro Quintio, In hoc ſumma iudicii cauſaq; tota conſiſtit. Idem ad Titum lib. 13. Summa eſt, in quo mihi gratiſſimum facere poſſis, ſi curaueris ut Auianus, quando ſe à me amari putat, me à te amari ſciat: erit id mihi pergratum. Summa pecuniæ. Idem 1. Offic. Addendo deducendoq; uidere, quæ reliqui ſumma fiat. Quintil. libro 5. capite decimo. Creditor totius ſummæ. Cicero de Lege Agra. Quum ſummam tantæ pecuniæ nullo teſte ſibi ipſe ex ſua uoluntate confeciſſet. Huius diminutiuum eſt Summula id eſt, parua ſumma.

Summatim, Per ſingulas ſummas, uel in ſumma, & breuiter, & omnibus quaſi ſimul comprehenſis, κεφαλαιώδως ὁμαδόν. Apuleius, Omnia ſummatim tetigerat. Plin. Sed ut hac de re ſummatim dicam. Huius ſignificantiæ ſunt, In ſumma, & ad ſummam, quæ ita ſignificant, ac ſi diceremus, Quod ut ſummatim comprehendam. Quintil. In ſumma, nō recedo: fas eſt mihi, inuitis etiam parentibus, piè facere. Cic. 3. Offi. Ad ſummam ne agam de ſingulis, communem totius generis humani ſocietatem, congregationem & concilationem, colere, tueri, conſeruare debemus. Ad ſummum uerò ſiue Summum, ſine Ad, τὸ μέγιστον, idem eſt ac ſi diceremus, Vt ſummum uel maximum dicam. Cic. pro Mil. Vnus aut ad ſummum duo inuenti ſunt, qui Milonis cauſam non probarent. Id eſt, non plures quàm unus, aut duo ex omnibus. Pro eo quod nos dicimus ſummatim, uel in ſumma, frequēter uti ſolet Quintil. aduerbio Semel, Et ut ſemel omnia cōplectar, id eſt, in ſumma. In eundem ſenſum etiam quandoque ſumitur Breuiter. Quintilianus, Breuiter tamen longæ crudelitatis explicanda ſcientia eſt: ex omnibus quæ proruli, leuiſſimum fuit, quòd occiſus eſt. Plinius libro 15. capite 4. A reliqua uerò Gallia cultu uirorum, morum dignatione, amplitudine opum præferenda, breuiterq; Italia uerius quā prouincia.

Summatim à **Summus**, uide Summus.

Summariū, ſummarii, n. ſ. idem quod breuiarium, ἐπιτομή. Seneca, Vide ne plus præfectura ſit ordinaria oratio quàm quæ uulgò breuiarium dicitur: olim quum Latinè loquebamur, Summarium dicebatur.

Summatim, Summatus, Summè, uide Summus.

Summitto, is, act. t. Suborno, clanculum & furtim immitto, ὑποπέμπω, κατασκώπτω, ἐπιβάπτω, ὑπάγω. Sueton. in Cæſ. Sū miſſis nonnunquam lictoribus, atq; militibus Cic. 5. Verr. Sū mittebat iſte Timarchidem, qui moneret eos ſi ſaperent, ut tranſigerent. Item permittere, creſcere, καθίνω. Suet. in Augu. Audita clade Tiruriana barbam capillumq; ſummiſerit. Nanque ſummittere barbam & capillum dicitur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quando neq; tondemus, neq; radimus, permittentes ad enor mitatem adoleſcere, quod ſpecimen eſt maximi coloris. Sic etiam promittere & demittere dicitur. Aliquando ſubdu cere & ſucceſſorem in alterius locum mittere. Ci. de Prouin. Conſul. Huic uiro nõ ſummittetis? hunc diutius in prouin ciam manere patiemini? Loquitur de Piſone, Macedoniã cõ ſulari imperio obtinente, cui ſententia ſua ſucceſſorem di ſcernit. Lucil. Sũmitas, alios, ſi quos poſſe cenſeat. Aliquan do ſub iugũ mittere. Verg. 1. Eclog. Paſcite ut antè boues pue ri, ſummittite tauros.

Summiſſus, a, um, ſiue ſubmiſſus, Interdum idem quod incur uatus, ſiue inclinatus, ὑφαμένος: Vergilius 3. Aeneidos Summiſſi ſi petimus terram. Plinius libro 11. capite 49. Solipedes inter initia paſci niſi ſummiſſis genibus non poſſunt. Interdum idem quod humilis, abiectus, ταπεινὸς. Cicero lib. 1. Offic. Neque ſummiſſum nimis, neque ſe nimium efferentem. Summiſſa uox, id eſt, preſſa, cui opponitur Clara & ela ta, ὑφαμένη φωνὴ. Cicero de Orat. Oratio placida, ſummiſ ſa, lenis.

Summiſsè, ſiue ſubmiſsè, Demiſsè, abiectè, humiliter, ὑποχα. Cic. pro Plancio, ſi meum beneficium potius ad eum deruli, qui à me contenderat, quã ad eum qui mihi non nimis ſum miſsè ſupplicarat.

Sũmiſsim, idẽ quod ſummiſsè, ſiue uoce ſummiſſa, ὑφειμένως. Suet. in Aug. Nam ad cõmunionem ſermones tacentes, etiã & ſummiſſim fabulantes pronocabat.

Summo, aſ, n. p. ſummam facio, κεφαλαιόω. Hinc conſummo, as, de qua alibi.

Summœnion, nii, n. ſ. Locus ſub mœnib. in quo meretri ces proſtabant, χαμαιτυπεῖον.

Summœnianus, a, um, Mart. li. 12. Summœnianæ ubi pilantur uxores. Item alibi, Conuiua quiſquis Zoili poteſt eſſe, Summœnianas cœnet inter uxores. Quibus in locis ſummœnia nas uxores appellat uiliſſimum meretricum genus, quæ terè in fornicibus ſub mœnibus cellas habebant.

Summoneo, uide Submoneo.

Summoueo, uide Submoueo.

Summus, a, um, Quod eſt omnium altiſsimum, ὕψιστος, κυρι φαῖος, ἄκρος. Vergil. 4. Aeneidos, Summoq; ululârunt uertice Nymphæ. Aliquando extremum, ἔσχατον. Cic. in Hor tenſ. Vixit ad ſummam ſenectutem ualetudine optima. Ver. 2. Aeneid. Venit ſumma dies, & meluctabile tempus Dardaniæ Aliquando maximum, quo nihil ſit maius, μέγιστον. Sic Iupiter ſummus dicitur: & à Vergilio, Summe deũm, pro maxime deorum. Aliquando laudabile, glorioſum. Vergil. 9. Aeneid. Mé ne igitur ſocium ſummis adiungere rebus Niſe fugis? Summum, & ad ſummum, hoc eſt, pro eo quod dicimus, Vt ſummum uel maximum dicam. Cicero 5. Ver. Duo millia numũm, aut ſumma tria dediſſet. Nonnun quam etiam pro optimè. Cicero ad Tironem lib. 13. Fac planè ut ualeas, nos ad ſummum ſcilicet ualemus, id eſt, ita ut uix melius poſſimus.

Summè, aduerb. ſignificat maximè excellenterq;, ὡς τὰ μάλι ſτα, ἐξόχως, ἐν τοῖς μάλιστα, ὡς ὑπερβολὴν, ὡς τὰ ἔσχατα. Plin. Epiſt. 243. Habui enim illum Quęſtorem in conſulatu, mei ſummè obſeruantiſſimum. Cic. ad Sulp. lib. 3. Tale enim tuum iu dicium de homine eo quem ego unicè diligo, non poteſt mi hi non ſummè eſſe iucundum.

Summoperè, aduerb. id eſt, maximè, uehementiſsimè, μάλιστα ἐξόχως. Cic. lib. 2. de Inuentione, Vitia uerò hæc ſunt certiſsi ma exordiorum quæ ſummoperè uitare oportebit.

Summitas, atis, idem quod uertex, ſiue faſtigium, ἄκρα.

Summates, m. t. Principes in ciuitate, qui & Optimates, & Pri mates appellantur, μυριᾶνδρις ἄριστοι. Plaut. in Pſeud, Nunc ti bi hæc ego loquor delitiæ ſummatum uirũm. Idem in Ciſt. ubi iſtas uideas ſummo genere natas Summates marronas.

Summatus, us, ui, imperium & rerum ſumma, πρωτεῖον ἀρχὴ. Lucretius libro 5. Imperium ſibi quum, ac ſummatum quiſque petebat.

Summatim, aduerb. ſignificat per ſumma, ἄκρως. Colum. lib. 5. Sin autem conſq; exaruit, ſcilicet uineæ truncus) ut curua ri non poſſit, primo anno ſummatim, ita ne radices eruas, aut lædas ablaqueato.

Summuto, tas, pen. prod. Aliud pro alio muto, ἐναλλάττω. Cic. in Orat. Hanc hypallagen rhetores, quia quaſi ſummu tantur uerba pro uerbis, metonymiam Grammatici uo cant, quòd nomina transferantur.

Sumo, is, pſi, ptum, act. t. Capio aſſumo, accipio, λαμβάνω, ἀ ναιροῦμαι αἴρω. Cic. de Clar. Orat. Tu qui à Nœuio ſumpſiſti multa, ſi fateris: uel ſi negas, ſurripuiſti. Salluſt. in Iugur. Epi ſtolam ſuper caput temerè poſitam ſumit. Nonnunquam arrogo mihi, ſiue attribuo, aut plus iuſto mihi uendico, ἀπο νέμω, ἰμαντῷ. Cic. pro Plancio, Quanquã non tantum mihi ſumo, Iudices, neque arrogo. Idem Attico, Tantum mihi nõ ſumo, ut meum conſilium ualere debuerit. Item eligo. Ci cero in Diuin. Sumat aliquem ex populo officii ſui. Item cõ duco. Cicero, Quoad enim peruentum quò ſumpta nauis eſt, non domini eſt nauis, ſed nauigantium. Item conſu mo. Terentius in Adelphis, Ergo intrò, & cui rei opus eſt, hilarem hunc ſumamus diem. Item impendo. Te rentius in Phorm. Opportunè adeò nunc argentum attuli Fru ctum, quem Lemni uxoris reddunt prædia, id ſumam, id eſt, impendam, ut Donatus exponit. Vnde Sumptus, de quo in frà. Sumere obſequium animo, eſt animo obſequi. Plaut. in Bacchid. ego dare me ludum meo gnato Inſtirui, ut obſe quium animo ſumere poſſit. Sumere operam, fruſtrà labo rare. Plaut. Moſt. Qui ego huc recurſem? aut operam ſumã, aut conteram? Sumere ſupplicium punire. Plaut. Merc. Sup plicii ſumat quid ualt ipſe ob hanc iniuriã. Cic. 6. Verr. Quã obrem ſupplicium nõ ſumpſiſti? Et paulò pòſt: Dixit ſe, q ſcilicet ſibi crimini datum iri, pecuniam accepiſſe, neque de uero archipirata ſumpſiſſe ſupplicium ideo ſecuri non per cuſſiſſe. Huius compoſita ſunt, Abſumo, aſſumo, con ſumo, inſumo, præſumo, reſumo, tranſumo, quæ habent penultimam productam. Significata eorum explicantur ſuis locis.

Sumptus, a, um, particip. paſſiuum. Idem ſignificans quod ac ceptus, uel electus, ἀπημιμένος πρὸς. ut, Sumpta uirili toga. Cic. de Amic. Idem pro Rab. Vide hos quaſi ſumptos dies ad labefactandum illius dignitatem.

Sumptus, ptus, m. q. Impenſa, δαπάνη, ἀνάλωμα. Plinius, Qui eam domo magno ſumptu ædificauerat. Terent. in Phorm. Opus eſt ſumptu ad nuptias: Cicero in Parad. Non modò ad fructum ille eſt ſumptus, ſed etiam ad fœnus, exiguus. Idẽ 6. Ver. Mamertini magnum ſumptum in Timarchidis pran dium fecerunt.

Sumptuarius, a, um, Quod ad ſumptum pertinet, δαπανηρα τικὸς. ut lex ſumptuaria, quæ de moderãdis ſumpribus lata eſt, quam Cato Cibariam appellat. Cicero Pœto, Ad fungos me tuos conferam domum, ſi habebo in denos dies ſingulos ſumptuariæ legis dies conferam. Tertullianus in Apologeti co, Leges (inquit) ſumptum comprimente, centum æra non amplius in cœnam ſubſcribi iubebant, non amplius quàm unam inferre gallinam, & eam non ſaginatam. Hinc cente narias appellauere antiqui cœnas, ab impenſa centum ſeſter tiorum ſumptuaria lege præſcripta.

Sumptuoſus, a, um, Qui immoderatum ſumptum facit, μεγα λωστὴς, δαπανηρὸς. Cic. in Parad. Venio enim iam ad ſump tuoſos, relinquo iſtum quæſtuoſum. Teren. in Adelph. Do mus ſumptuoſa adoleſcẽs luxu perditus. Idem in Heau. Mea eſt poteſtas, procax, magnifica, ſumptuoſa nobilis. Sumptuo ſa cœna, in quam magnus factus eſt ſumptus, πολυτελὴς. Ci Pæto, Expecta igitur hoſpitem tum minimè edacem, cum in imicum cœnis ſumptuoſis.

Sumptuosè, Plin. Epiſt 189. Quod paulò ſumptuoſius equos & canes emeret. Cat. Epig. 44. Vos conuiuia lauta ſumptuosè De dicefacitis.

Sumptifacio, cis, Facio ſumptum, καταναλίσκω, δαπανάω. Plau. Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim, Vt præter o peram reſtim ſumptifecerim.

Sumptito, as, are, ſecundum frequentatiuum à ſumo. Plin. lib. 25. cap. 5. Candidum autem uomitione, cauſaſq; morborum extrahit, quondam terribile, poſtea tam promiſcuum, ut ple riq; ſtudiorum gratia, ad prouidenda acrius quæ commenta bantur, ſæpius ſumptitauerint.

Sumptio, onis, uerbale, idem quod aſſumptio. λῆμμα. Cicero libro 2. de Diuinat. Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ Lemmata appellant Dialectici, ſed nos Latinè lo qui malumus.

Suo, is, ſui, tum, act. t. Sartio, concinno, compingo, ῥάπτω. Ci cero 2. de Natura deorum, Cultus dico agrorum, extructio nesq; tectorum, tegumenta corporum, uel rexta, uel ſuta, omnemq; frabricam æris & ferri Vnde ſutores, qui calceos

ſuunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſunt. Quidã à ſue uerbũ hoc deduci exiſtimat, eo quòd huius animalis ſetis in ſuendo ſutores utantur. Sumitur tamen generalius pro eo quod eſt rem quamuis coniungere, connectere, ſiue colligare. Gellius, Sed hi pleraſq; naues loris ſuebant.

Sutores. m. t. Qui calceos ſuunt, ῥάπται. Propriè enim artifex calceorum ſutor appellatur, quum ille qui pannos, potius ſarcinator dicatur. Plin. lib. 35. cap. 10. de Appelle, Ferunt q; à ſutore reprehenſum, quod in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas: eodem poſtero die ſuperba emendatione priſtinæ admonitionis cauillante circa crus indignatum proſpexiſſe denuntiantem, ne ſupra crepidam ſutor iudicaret: quod & ipſum in prouerbium uenit.

Sutorius, a, um, adiectiuum, Quod ad ſutorem pertinet. Sutorium atramentum, corpus metallicum, quo aqua diſſoluto corium denigratur, χάλκανθος. Duo eius ſunt genera, Foſſitium quod aliquando eſt cæruleum, aliquando pallidum, aliàs candidum & pellucidum in morem uitri: unde & Vitriolum unlgò appellatur. Factitium uerò ex aqua pluuiali fit per metalla defluente in lacunam, quæ inde ab iis qui in metalla ſunt damnari, in uaſa ampla fictilia perfertur, in quibus æſtiuis diebus concreſcit. Vide plura de hoc apud Plin. lib. 34. cap. 12. & Dioſcoridem lib. 5.

Sutura, ræ, f. p. pro Commiſſura partium conſutarum, ῥαφή, ῥαφία. Cornel. Celſus lib 8. Sutura oras iungit, quæ ne ipſa quidem contingere ex toto debent. In cranio quoq; ſuturæ dicuntur, commiſſuræ ille quibus oſſa coniunguntur. Celſ. libro ſeptimo, Raro caluaria ſolida ſine ſuturis eſt, & id caput firmiſſimum, atq; à dolore tutiſſimum eſt: ex cæteris quò pauciore ſunt ſuturæ, eò capitis ualetudo commodior eſt.

Sutilis & hoc ſutile, om. x. pen. cor. Quod conſutũ eſt ῥαπτός, ut, Corona ſutilis quæ opponitur pactili. Plin. lib. 22. cap. 3. Summaq; autoritas pactili coronæ: ſutiles Saliorum ſacris inuenimus & ſolennibus cœnis. Balteus ſutilis. Vergil. libro 12. Aeneidos, teritur quã ſutilis aluo Balteus Cymba ſutilis, qua Charon inferorum portitor animas per Stygiam paludem traiicit. Idem libro 6. Aeneidos, gemuit ſub pondere cymba Sutilis.

Sutrina, ſutrinæ, pen. prod. Officina ſutoris ῥαφεῖον. Plin. libr. 10. cap. 45. Tiberio principe ex fœtu ſupra Caſtorum ædem genitus pullus, in oppoſitam ſutrinam deuolauit, etiam religione commendatus officinæ domino.

Supellex, ctilis, fœminini generis, uel hæc ſupellectilis, & apud antiquos hoc Supellectile: unde putatur manſiſſe pluralis neutri generis Supellectilia. Ablatiuum ſingularem facit ſupellectile, uel ſupellectili. Eſt autem Supellex domeſticum inſtrumentum, quod neq; argẽto, auroue facto, uel ueſti annumeretur, id eſt, res mobiles, ut uocant Iureconſulti apud quos titulus eſt, de Supellectile legata, κατασκευή, σκεύη, περισσία, ἐπίπλεον. Cuius nomine, ut inquit Paulus, continetur menſa, trapezophora, delphicæ, ſubſellia, ſcamna, lecti inargentati, culcitræ, toralia, mappæ, uilloſæ, uaſa aquaria pelues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ, uaſa ænea uulgaria, id eſt, quæ non proprio ſunt loco attributa: præterea capſæ, armaria, uitrea, eſcaria & potoria. Hęc Sipontinus ex 33. Digeſt. de Supellectile legata l. i, & l. ſupellectile, Plin. li. 21. cap. 8. Totam ſupellectilem ligneam Horat. 1. Serm. ſatyr. 6. Cœna miniſtratur pueris tribus: & lapis albus Pocula cũ cyatho duo ſuſtinet: aſtat echinus Vilis, cum patera guttus, Campana ſupellex. Cicero quarto Verr. Supellex ex ære elegantior Deliaca, & Corinthia. Ibidem, Tu P. Cacurii, promptiſſimi hominis & experientis, & in primis gratioſi, ſupellectilem omnem auferre non dubitaſti. Vergilius ſecundo Georgicorum, uilisq; ue ſupellex Arbuteæ crates, & myſtica uanno Iacchi.

Super, ὑπέρ, Præpoſitio eſt modò accuſatiuo, modò ablatiuo caſui ſeruiens, deducta à Græca præpoſitione eiuſdem ſignificationis, aſpiratione in s, & υ in u, commutata. Eius antitheton eſt Subter. Quidam hoc diſcriminis eſſe uoluerũt inter ſuper & ſupra, quòd illud contiguitatem, hoc ſpatium quoddam interiectum importaret. Quæ tamen differentia perpetua non eſſe ſatis conſtat uno Liuii teſtimonio lib. 44. ab Vrbe, ubi ſic habet, Vbi citra muros ſupra, ſubterq; terrã per dies uiginti quinq; pugnatum eſt. Accipitur aliquando Super pro De, cum genitiuo περί Vergilius ſecundo Aeneid. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectora multa. Aliquando idem ualet quod Pro: ut apud eũdem 4. Aen. Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem. Iuncta uerò accuſatiuo ſignificat Vltra, Vergil. 6. Aen. ſuper Garamantas & Indos Proferet imperium. Apuleius, Iam enim ſuper oppidum profectus, nos citra reliquerat. In qua ſignificatione aliquando etiam ablatiuo iuncta inuenitur. Vergil 9. Aen. Nocte ſuper media, Id eſt, ultra mediam noctem. Ponitur aliquando aduerbialiter ſine caſu, Plaut. Hinc atq; hinc ſuperſubterq; premor auguſtiis. Accipitur aliquando pro uehementer. Vergil. 1. Aen. His accenſa ſuper, iactatos æquore toto, &c. Nonnunquam pro deſuper. Tergilius 9. Aeneid. Et ſuper è uallo proſpectant Troës. Super ſumnum, id eſt, ſeruus à cubili, interprete Budæo. Curtius, Sed per diſpoſitos quos ſuper ſomnũ habebat, omnes procul relegatos, ne fremitu murmurantium inter ſe excitaretur. Quandoque pro inſuper, & amplius, Vergil. 2. Aenei. Cui neque apud Danaos uſquam locus, & ſuper ipſi Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. Componitur cum dictione recipiente ab a, ut ſuperaddo: c, ut ſupercido: d, ut ſuperdoceo: e, ut ſuperemineo: f, ut ſuperfluo: i, ut ſuperincido: m, ut ſupermeo: p, ut ſuperpono: ſ, ut ſuperſedeo: u, ut ſuperuacuus. Componitur & cum præpoſitionibus de & in, ex quibus fiunt deſuper, & inſuper: de quibus egimus ſuprà ſuis locis.

Superabundo, as, Redundo, ſuperfluo, περισσεύω. Vlpian. Digeſt. de Regulis iuris, Non ſolent quæ ſuperabundant, uitiare ſcripturas.

Superagnata tunica, Omnium oculis tunicarum extima, corneæ extrinſecus adhærens: unde & nomen accepit, ἐπιπεφυκὼς χιτὼν.

Superalligare, Supernè alligare, ἐπιδεῖν. Plin. lib. 36. cap. 6. Caninus lienſi uiuenti exprimatur, & in cibo ſumatur, liberat eo uitio. Quidam recentem ſuperalligant.

Superbibo, Poſt cibum, potumue aſſumptum, alium potum ſuperingero, ἐπινίνω. Plin. lib. 23. cap. 1 Aquæ potum interponere utiliſſimum, itemq; iugi ſuperbibere ebrietati: q̃ quidem frigidæ potus extemplo diſcutit.

Superbio, bis, n. q. Faſtu quodam extollor: à præpoſitione ſuper, & uerbo eò, ut uolunt, compoſitum, b litera euphoniæ cauſa interſerta, ὑπερηφανεύομαι, ἀλαζονεύομαι. Plin. lib. 10. cap. 62. Equæ comantes ſeſe ſuperbiunt. Ouid. de Medic. fac. Laudatas homini uolucris Iunonia pennas Explicat, & forma mutata ſuperbit auis. Idem. 11. Metamor. nam coniuge Peleus Clarus erat diua: nec aui magis ille ſuperbit Nomine, quã ſoceri: ſiquidem Iouis eſſe neporem Contigit haud uni: coniux dea cõtigit uni. Accipitur aliquando ſuperbire, pro excellere, ὑπερέχειν. Plinius libro 17. Hinc geminæ certè apud Menandrum & Philomenem fabulæ ſuperbiunt. Claud. libro quarto de Raptu, Phlegræis ſylua ſuperbit Exuuiis, totumq; ſe nemus uictoria ueſtit, hoc eſt, nobilitatur, celebratur, illuſtratur.

Superbus, a, ũ, Elatus, arrogans, ὑπέραγλος, ὀγκηματίας, ὑπερήφανος Vergil. 5. Aen. Surgis Achilleæ faſtus, inuenemq; ſuperbum Seruitio enixæ tulimus. Idem 10. Aenei. te Turne ſuperbum Cæde noua quærens. Catul. Epig. 27. Et ille nunc ſuperbus, & ſuperfluens Perambulabit omnium cubilia. Horat. Epod. 4. Licet ſuperbus ambules pecunia, Fortuna non mutat genus Ouid. 2. Met. Ecce ſuo comitata choro Dictynna per altũ Menalon ingrediens, & cæde ſuperba feratum. Aliquando nobilis magnificus, excellens, ἀγέρωχος. Idem 1. Aen. Hinc populo latè Regem, belloq; ſuperbum Vẽturum excidio Libyę Aliquando altus, ſublimis ὑψηλός, Vergil. 7. Aen. Tela nouãt Atina potens, Tyburq; ſuperbum. Aliquando ornatus. Idẽ 2. Aen. Barbarico poteſt auro, ſpoliiſq; ſuperbi. Aliquando opulentus: ut apud Vergil. 9. Aeneid. ſimul enſe ſuperbum Rhamnetem aggreditur. Aliquando iniquus: ut apud Ver. 8. Aenei. Quos illi bello profugos egere ſuperbo. Antiqui etiam ſuperbos (propter pompam funeris) mortuos dixere. Plaut. in Amph. Faciam ego hodie te ſuperbum, niſi tu hinc abis. Id eſt, occidam.

Superbia, æ, f. p. Elatio mentis, arrogantia, inſolentia, ὑπερηφανία, ἀλαζονία, ἀγκυρία. Cic. 6. Ver. Illa tua ſingularis inſolentia, ſuperbia, contumacia. Horat. 3. Ode. 10. Ingratam Veneri pone ſuperbiam, Ne currente retro funis eat rota. Quintil. lib. 3. cap. 6. An diuitiæ pariant ſuperbiam. Cic. contra Rull. Coloni capuæ in domicilio ſuperbiæ, & in ſedibus luxuriæ collocati. Idem 1. de Orat. Quod ego non ſuperbia, neque inhumanitate faciebam: ſed me hercule iſtius diſputationis inſolentia, & earum rerum inſcitia.

Superbè, aduerb, Elatè, faſtuoſe, ὑπερηφάνως. Teren. in Phorm

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Satin' ſuperbè illuditis me? Liu. 4. ab Vrbe, Superbè à Samnitibus qui Capuam habebant, Cumasq; legati prohibiti commercio ſunt. Cic. pro lege Manilia, Legati quòd erant appellati ſuperbius, Corinthum patres ueſtri, totius Græciæ lumen, extinctum eſſe noluerunt.

Superbificus, pen. cor. adiect. Seneca Herc. furente, & ſuperbifica manu Atrum per urbes ducit Argolicas canem.

Superbiloquentia, tiæ, Elatus atque arrogans ſermo, ὑψηγορία γαυριολογία. Cicero quarto Tuſcul. Quam uim mali ſignificantes Poëtæ, impendêre apud inferos ſaxum Tantalo faciunt ob ſcelera, animiq; impotẽtiam, & ſuperbiloquentiã.

Superbiter, Antiquis in uſu fuit, pro eo quod hodie uſitatius dicimus Superbè. ὑπερφόμβως, γαυριχῶς. Afranius apud Nonium, Ille ſuperbiter imperat. Næuius libro 6. bell. Pun. ut citatur ab eodem Nonio, Superbiter, contemptim conterit legiones.

Supercalco, as, are, Idẽ quod conculco, ὑποπατέω. Colum. lib. 12. cap. 39. Vbi unum tabulatum feceris, unum uetus conſpergito: poſtea alterum ſupercalcato, & item unum conſpergito: eodem modo tertiũ calcato, & infuſo uino ſuperponito, ut ſupernatet: & finito dies quinq;, poſtea pedibus proculcato.

Supercernere, eſt terram cribro purgatam iniicere, ἐπικρίνω. Plinius lib. 17. cap. 10. Terraq; cribris ſupercernitur pollicis craſſitudine.

Supercido, dis, pen. cor. Super rem aliquam cado, ἐπιπίπτω Colum. lib. 5. Ne ſi tranſuerſa fuerit cicatrix, cæleſtem ſupercidentem aquam contineat.

Supercilium, neu. ſ. ~~Pars extrema frontis, quæ ſuper oculos prominens, breuibus ueſtitur pilis, ad oculis protectionem aduciſus ea quæ~~ ſupernè incidere poſſent, uelut uallũ quoddam à natura conceſſa, ἐπισκώλιον, προβολὴ ὄμματος, σκέπασμα, ὀφρύς. Plin. lib. 11. cap. 37. Supercilia homini, & pariter, & alternè mobilia: in his pars animi. Ci. pro Roſ. Com Nonne ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatem uidentur? Idem 1. Offic. ex oculorum obtutu ſuperciliorum aut remiſſione aut contractione, ex mœſtitia & hilaritate, ex riſu, ex loquutione, ex reticentia, ex contractione uocis, ex ſummiſſione, & cæteris ſimilibus facilè iudicabim is quid aptè eorum fiat, quid ab officio naturaq; diſcreper. Quintilianus lib. 1. cap. 11. Vidi multos quorũ ſupercilia ad ſingulos uocis conatus alleuarentur: aliorum coaſtricta, aliorum etiam diſſidentia. ~~Sed quoniam his annumus, his negamus, ideò ſupercilium quandoque pro faſtu & ſuperbia ponitur.~~ Iouenal. Satyr. 6. ſi cum magnis uirtutibus affers Grande ſupercilium, & numeras in dote triſphos. Grande, inquit, ſupercilium, hoc eſt, faſtum, grauitatem, & ſeuer'tarem. Autor obſcœni carminis, Conueniens Latio pone ſupercilium, id eſt, grauitatem. ~~Supercilium cenſorium, apud Valerium Maximum, id eſt, grauitas, ſeueritasq;~~ Cenſore digna. Cicero pro lege Agraria. Hunc Capuę Campano ſupercilio ac regio ſtrepitu quum uideremus, Magios Bloſſios mihi uidebar illos uidere, ac Iubellios. ~~Supercilium ſalit. Quoties bona quædam ſpes titillat animum noſtrum, dicere licebit nobis ſalire ſupercilium.~~ Vide Adagia Eraſmi. Is uerò cui ſupercilia multum extrorſum porriguntur & prominent, Silio dicitur. ~~Accipitur etiam ſupercilium pro rei alicuius ſummitate, & loco eminentiori.~~ Vergilius 1. Georg. Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam elicit. ~~Sic dicimus Supercilium montis, pro~~ uertice. Liuius 7. bell. Pun. Ipſe expeditos, qui pridie ſtationes hoſtium pepulerant, ad leuem armaturam infimo ſtantem ſupercilio ducit.

Superclaudo, Liuius lib. 7. bel. Maced. A continente arctæ ſemitæ aditum habet, à mari rupes exeſæ fluctibus ſuperclaudunt.

Supercreſco, innaſcor, ἐπιφύομαι. ut, Vlcera ſupercreſcentia, apud Celſum lib. 6 cap. 6.

Supercubo, as. pen. cor. Superiaceo, ſuperdormio, ὑπέρκαμαι, ἐπίκαμμι. Col. lib. 8. Perforatis tabulis quibus ouilia conſternuntur, ut grex ſupercubet.

Superdico, is, pen. prod. act. t. Subiũgo dictis, dico aliquid præter id quod dictum eſt, ἐπιλέγω. Cicero 2. de Legibus Admouet Iuriſconſultus hic quidem ipſe Mutius pontifex, idem ut minus capiat quàm omnibus hæredibus relinquatur: ſuperdicebãt quicquid cœpiſſet aſtringi, rurſus ſacris liberantur.

Sŭperdo, as, Superimpono, ἐπιτίθημι, Celſ. lib. 7. cap. 7. Superdandum emplaſtrum quo id glutinetur.

Superduco, cis, Præter iam adducta alia adduco, ἐπάγω, ἐπισάγω. Plautus in Trucul. Iam quinetiã ſuperducas, quæ mihi commendant cibum.

Superedo, edis, pen. cor. Poſt cibum aſſumptum alium ſuperingero, ἐπιφάγω, ἐπιτρώγω. Pli. lib. 19. ca. 6. Menander è Græcis autor eſt allium edentibus, betę radicem in pruna toſtam ſi ſuperederint, odorem extingui.

Superemineo, es, n. ſ pẽ. cor, Supra alios emineo, ὑπερέχω. Colum. lib. 12. cap. 47. Tum faſciculum uiridis fœniculi ſuperpoſitum mergæ, ut oliuæ premantur, & ius ſupereminear Verg. 6. Aen. Victorq; uiros ſupereminet omnes. Oui. 3. Met. Colloq; tenus ſupereminet omnes.

Supererogo, Iam antea erogatis addo, ἐπιδίδωμι.

Superexto, tas, Supereminco. præ cæteris exto, ὑπερέχω.

Superfero pen. cor. Supra aliquid fero, ἐπιφέρω, ὑπεριδίδωμι. Plin. lib. 28. cap. 8. Siniſtrum pede n ſuperlatum parturienti, lethalem eſſe: dextro illato, facile enitu.

Superlatus, a, um, partic. ut Superlata nomina. ſuperlata uerba quæ augendi cauſa in oratione proferebantur. Cic. in Part. Illuſtris autem oratio eſt, ſi & uerba grauitate delecta ponũtur, ac translata ac ſuperlata, & ad nomen adiuncta & duplicata.

Superlatio, onis, f. t. Exceſſus, oratio fidem ſuperans, ὑπερβολή Ad Heren. lib. 4. Superlatio, eſt oratio ſuperans ueritatem, alicuius augendi minuendiue cauſa.

Superficies, ciei, f. q. Superior pars cuiuſq; rei, & facie exterius oculis cernitur, ἐπιπολή, ἐπιφάνεια. Conſtat a longitudine & latitudine ſine profunditate. Plin. lib 11 cap. 48. Quia longitudo ſuperficiem corporum ſolam amplitat. Superficies pro area ædificio nuda. Cic. ad Attic. lib. 4. Nobis ſuperficiem ædium COSS. de conſilii ſententia æſtimarunt. HS uicies.

Superficiarius, rii. maſ. ſ. Qui in alieno ſolo ſuperficiem habet, ita ut certam penſionem præſtet, ἐπιπολαῖος. Autor Vlpian. Superficiariæ ædes, inquit Caius Iuriſcon. de Superfic. l. Superficiarius, ſunt quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas & ciuili, & naturali iure eius eſt, cuius eſt ſolum, ἐπιπόλαιοι οἶκοι.

Superfit, pro ſupereſt, περίεστι. Col. lib. 12. Tum ſeparare quæ conſumenda ſunt: & quæ ſuperfieri poſſunt, cuſtodire, ne ſumptus annuus menſtruus fiat.

Superforaneum, Pro ſuperuacaneo Sidonius Apollinarius uſurpat, περιττόν.

Superfloreſco, is, Poſt alium floreſco, ἀνθέω. Plinius libro 19. capite quinto. Particulatim cucumis floret, ſibiipſe ſuperfloreſcens.

Superfluo, is, Abundo, ὑπερπλύω, πλεονάζω. Plin. lib. 13. ca. 34. Apolloniæ in Ponto fons iuxta mare, eſtate tantiſm ſuper fluit, & maximè Canis ortus: parcius ſi frigidior ſit æſtas. Ci. de Clar. Orat: Is dedit operam, ſi modò id cõſequi potuit, ut nimis redundantes nos, & ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia repiimeret: & quaſi extra ripas diffluentes coërceret.

Superfluus, a, um, idem quod redundans, abundans, περισσὸς

Superfluitas, atis, Abundantia, περιωσία. Plin. lib. 34. capite 2. Aliæ improbo reptatu, pampinorumq; ſuperfluitate aëra media complentes.

Superfœto, as, n. p. Superiori fœtationi alteram addo, ὑπερτίκτω, ἐπικυΐσκω. quod accidere ſolet quibuſdam animalibus quæ poſt unum fœtum ex coitu conceptum, rurſus alium concipiunt à priore, unoq; aut altero die, uel etiam plurib⁹ poſt primum emiſſum, ſuo tempore enituntur: quę emiſſio ſecunda, & ueluti nouus quidam partus, ſuperfœtatio dicta eſt. Plinius libro 10. capite 63. Daſypodes ſuperfœtant, ſicut lepores. Idem lib. 8. cap. 55. Lepus omnium prædæ naſcẽs, ſolus præter daſypodem ſuperfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis ueſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.

Superfulgeo, ges, n. ſ. Deſuper affulgeo, ὑπερλάμπω. Stat. 1. Syluarum, ipſe aut puro celſum caput ære ſeptus, Templa ſuperfulgens, & proſpectare uideris.

Sŭperfundo, is, De liquoribus dicitur, quum alicui rei ſuperiiciuntur, ἐπιρρέω. Colum lib. 12. cap 57. Hanc miſturam quum in carillo cõpoſueris, oleum ſuperfundito. Liu. 5 ab Vrbe, Tum uerò iam ſuperfundenti ſe lætitiæ uix temperat i-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est: per translationem pro ubertim sese ostendenti. Superfusus Tyberis, inundans. Liu. 7. ab Vrbe. Quinetiam quũ medos fortè ludos Circus Tyberi superfuso irrigatus impedisset, Superfusi hostes, Liuius 6. bell. Maced. Gens superfusa montibus Caucasijs, hoc est, consperśim fusa. Plin. lib. 6. cap. 13.

Supergero, is, ere, Superiacere, & quasi aggeratim superimponere, nam propriè de terra dicitur, ἐπιχωννύω. Columel. lib. 11. cap. 3. Prædicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, & in longitudinem per utrumq; sulcum porrecti obruuntur, sed ita ut non nimium supergressa terra semina spinarum quæ inhærent tortis funiculorum, enasci possint.

Superiacio, is, a.t. pen. cor. Superpono, uel superextendo, ἐπιβάλλω. Columella lib. 2. cap. 1. Quæ temporibus autumni frutetis, & arboribus delapsa folia superiaciebantur, mox cõuersa uomeribus, &c. Idem lib. 2. Seminibusq; de tabulato superiectis.

Superiacto, as, frequent. Plin. lib. 9. cap. 15. Quod & alias faciunt, aliorum uim timentes, mugiles maximè, tam præcipuæ uelocitatis, ut transuersa nauigia interim superiactent. id est, transiliant.

Superiectus, us, m. q. Colum. lib. 6. cap. 36. Ita enim efficitur, ut eius obiectu, quum mas etiam superiectu eblanditus est, uelut incensus & obcæcatus cupidine subtracta quam petierat, fastiditæ imponatur equæ.

Superilligo, as, Idem quod superligo, ὑπερδέω. Plin. li. 26. cap. 3. Eadem cum oleo trita ignes sacros leniunt, betæ foliis superilligatis.

Superillino, is, pen. cor. ἐπιχρίω. Plin. lib. 30. cap. 22. Reduuias, & quæ in digitis nascuntur pterygia, tollunt canini capitis cinis, & uulua decocta in oleo, superillito butyro ouillo cum melle.

Superimpendens, part Catul. Argon. Confestim Peneos adit uiridantia Tempe, Tempe quæ syluæ cingunt superimpendentes.

Superimpono, is, ere, Idem quod impono, ἐπιτιθημι. Liuius 1. bell. Punici, Et Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum stipendio etiam superimposito interceptam.

Superincido, is, pen cor. Desuper in rem aliquam incido, ὑπερμπίπτω Liuius libro 2. Multisq; superincidentibus telis, incolumis ad suos tranauit. Columellla ib. 4. cap. 9. Ne si transuersa fuerit cicatrix, cęlestem superincidentem aquam contineat.

Superinduco, Superiniicio, ἐπαράσσω. Plin. li. 15. ca. 17. Duũ pedum tetra superinducta.

Superinduo, is, Super cætera uestimenta induo, ἐπενδύω. Suet. in Ner. cap. 48. Vt erat nudo pede, atq; tunicatus, penulam obsoleti coloris superinduit.

Superingero, is, act. t. Aggregatim superimpono, ἐπασσωρεύω. Plinius lib. 18. cap. 30. Sunt qui leguminum aceruos superingerant.

Superiniicio, is, pen. cor. Desuper iniicio, ἐπιμβάλλω. Ver. 4. Georg. Raras superiniice frondes. Ouid. 5. Fast. Tum superiecta texêre madentia terra. Plin. lib. 18. cap. 9. Farinæ uice cribris superiniici.

Superintego, is pen. co. Supernè intego, ἐπικαλύπτω. Plin. lib. 18. cap. 6. Ora utriq; lapidibus statuminari, & alio superintegi.

Superintono, as, pen. cor. Desuper tono, ἐπιβροντάω. Verg. 9. Aenеid. Dat tellus gemitum, & clypeum superintonat ingens.

Superinungo, is, a.t. ἐπαλείφω. Celsus li. 7. Dein superinungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superinunguntur.

Superior, Superius, uide Supra.

Superlachrymo, Lachrymando irrigo, ἐπιδακρύω. Columella lib. 5. Optimum est igitur, medio ferè internodio subsidiarium tondere palmitem, deuexaq; refectionem facere post gemmam, ne superlachrymet, & germinantem cæcet oculum.

Superliminare, aris, n. t. Limen ostii superius, hoc est, lignum, siue lapis qui postibus superincumbens iugi formam efficit, ὑπέρθυρον. Plin. lib. 29. cap. 4. Priuatim q; ouilibus circumlatum toties, & pedibus suspensum sursum in superliminari.

Supermando, is, post rem aliquam mansam, aliam mandẽdo superingero, ἐπιμασάομαι. Plin lib 31. cap. 6. Qui puram dedêre, raphanos supermãdi ex mulso aceto iubent, ut ad uo mitiones reuocent.

Supermeo, as, Superfruo, siue superlabor, ὑπερρέω. Plin. lib. 2. cap. 103. Quædam uerò etiam dulces inter se supermeãt alias. Vt in Fucino lacu, &c.

Supernas, uide Supernus.

Supernato, as, In aquæ alterius ue liquoris superficie fluito, ἐπιπολάζω. Col. lib. 11. cap. 9. Deinde arido spissamento fœniculi sic comprimi ut ius supernatet. Plin. lib. 26. Postea supernatans aqua tollitur spongiis.

Supernatus, a, um, Post alios natus, ἐπιπεφυκὼς. Plin. li. 20. cap. 3. Hoc inciso, profluere solitum succũ ceu lactis, superna to caule, quem magydarim uocarunt.

Supernus, a, um, Quod est supra, ὁ ἄνω. Plin. li. 11. ca 37. Dentes similes aspici & serpentibus, sed duo in superna parte dextra lævaq; longissimi. Stat. 8. Thebaid. Crines à fronte superni. Ouid. 15. Met. Supernum numen.

Supernas, atis, com. t. Quod ex loco superiore ortũ traxit, ὁ ἄνωθεν, sicut Infernas, quod natum est in loco inferiori. Sunt autem hæc duo cõmunis generis, sicut Nostras, & Vestras, ut Abies supernas, quæ ad mare superũ, hoc est Adriaticũ, nata est, & contra Infernas, quæ nata est ad mare inferũ, siue Tyrrhenum. Plin. lib. 16. cap. 39. Ideo Romæ infernas abies supernati prefertur.

Supernè, aduerb. Idem quod desuper, ἄνωθεν. Ver. 6. Aen. unde supernè Plurimus Eridani per syluam labitur amnis. Liu. li. 1. ab Vrbe, Malè sustinenti arma, gladiũ supernè iugulo defigit, iacẽtem spoliat. Idem quod supra, ἄνω. Plin. Argentũ supernè innatat, ut oleum in aquis.

Supero, as, a. p. pen. cor. Transcendo, subeo, ὑπερβαίνω. Verg. 3. Georg. Superant montes, & flumina tranant. Plinius lib. 7. Arbores quidem tantæ procerit atis traduntur, ut sagittis ne queant. Per translationem ponitur pro uincere, ἐπιβραττῶ. Vergil. 5. Eclog. Quid si idem certet Phœbum superare canendo? Item abundo, περιγίνομαι. Verg. 1. Georg. Si superent fœtus, pariter frumenta sequentur. Item superuiuere, & quasi superstitem esse, quod & ipsum dicunt Græci περιγίνωθαι. Verg 3. Aen. Quid puer Ascanius? superatne & uescitur aura Aetherea? Item restare, siue superfluere, περιαιρῶ. Cicero, Deq; eo quod ipsis superat, aliis gratificari uolunt. Item occidere, ἀναιρῶ. Verg. 1. Aen. Clam ferro incautum superat.

Superabilis, & le, om. t. Quod facilè superari potest. Liu. 5. bel. Pun. Simul altitudinẽ muri, quantũ proximè coniectura poterat, permensus, humilioremq; aliquanto pristina opinione sua, & cæterorũ omniũ ratus esse, & uel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellũ defert. Ouid. 5. Trist. Eleg. 8. Scilicet ut per uim non est, superabilis ulli, Molle cor ad timidas sic habet ille preces.

Superobruo, Re aliqua iniecta operio, καταχόω, καταβάλλω. Propert. lib. 4. Eleg. 4. Dixit, & ingestis comitum superobruit armis.

Superpendeo, es, Suprà pendeo, ὑπερκρέμαμαι. Liuius 7. bel. Macedon. Ita ut quibusdam locis superpendentia saxa, plus in altum quàm quæ in statione sunt naues, promineant.

Superpingo, is, Operi iam picto addo, ὑπεργράφω. Plin lib. 15. cap. 11. Nealces Venerem, solers hic arte ingenioso operi superpinxit.

Superpono, is, a. t. Super aliquid colloco, ὑπερτίθημι. Plin. lib. 20. cap. 2. Tantumq; pollent, ut medicamentis quoq; superponantur. Col. lib. 1. cap. 5. Sin summotus longius à collibus erit amnis, & loci salubritas, editiotq; situs ripæ permittet superponere uillam profluenti. Ouid Epist. 20. Aegra superposita membra fouere manu.

Superrado, is, si, sum, a. t. pen. pro. Superficiem rei alicuius rado, uel leuiter incido, ὑπερξέω, ut Superradere clauos pedum. Plin. lib. 22. ca. 23. Perniones ex uino fouet, & ex oleo coctum imponitur, sic & callo Clauis pedum superrasis præcipuæ utilitatis.

Superscando, is, a. t. Sursum ascendo, ὑπερβαίνω. Col. lib. 11. cap. 3. Oportebit autem uirgeam sepem interponere, quàm superscandant scntes utriusq; sulci.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Superpondium, dii, Auctarium ponderis, quod legitimæ farcinæ adiicitur, ὑπίσωτρον. Est autem nomen à pondere deductum, ea forma qua Centumpondium & Assipondiũ. Apul. libro septimo, Exiguum scilicet & illud tantæ molis superpondium.

Supersedeo, des, n. f. Rem institutam omitto: exigitq; ferè ablatiuum, ὑπίσχω, ὑπίσχομαι, διαλείπω. Cæsar lib. 1. Com. Et pro prer multitudinem hostium, & propter eximiam opinionem uirtutis, prælio supersedere statuit. Autor ad Herennium libro tertio Commodè poterimus principio supersedere. Cicero Sulpitio libro 4. Epist. Tu si uidebitur, ita censeo facias, ut si habes iam statutum quid tibi agendum putes, in quo non sit consilium tuum coniunctum cum meo, supersedeas hoc labore itineris. Id est, omittas ad me uenire. Gellius lib. 2. cum accusatiuo construxit, quum ait. Alia luce auis in pastum profecta est: cognati & affines operã quã dare rogari sunt, supersedent. Hieronymus contra Iouin. cum infinitiuo iunxit. Cicero (inquit) rogatus ac Hircio, ut post repudium Terentiæ sororem eius duceret, omninò facere supersedit, dicens non posse se uxori & philosophiæ pariter operam dare.

Supersilio, filis, pen. corr. Super re aliqua salio, ὑπεράλλομαι ὑπερπηδάω. Colum. lib. 8. cap. 5. Ea pernicies ut euitetur, per ticæ dolantur in quadrum, ne teres læuitas earum supersilientem uolucrem non recipiat.

Superspargo, gis, Inspergo, aspergo, ἐπιπάσσω. Cato capite 54. Quum stramenta condes, quæ herbosissima erunt, in tecto condito, & sale superspargito.

Supersterno, nis, Super extendo, ὑπερστρώννυμι. Liuius 10. ab Vrbe, Consulis corpus eo die, quia obrutũ superstratis Gallorum cumulis, inueniri non potuit, &c.

Superstо, stas, n. p. Supra aliquid sto, ἐφίστημι, ὑπεράνιστημι. Gellius, Quum sedenti aquila superstaret. Liu. 10. belli Maced. Signa alia in circo maximo cum columnis quibus superstabant, euertit: fastigia aliquot templorum à culminib. abrupta fœdè dissipauit. Verg. 10. Aen. Quem congressus agit campo, lapsumq; superstans Immolat. Suet. de Galba, capite ult. Senatus ut primum licitum fuit statuam ei decreuerat rostratæ columnæ superstantem. Quandoq; superstare, est supereſſe, περιγίνεσθαι.

Superstito, as, frequentat. idem ualens quod superstes, & incolumis sum, παραγίνομαι. Plaut. Perſ. Vt mihi supersit, superet, superstitet. Antiqui hoc uerbo usi sunt pro seruare, siue incolumem præstare, σώζειν. Ennius apud Nonium, Regnumq; uestrum ut sospitent superstitentq;.

Superstes, stitis. pen. cor. omnis generis, t. Qui suis iam fato fũctis superuiuit: quasi mortuis suis superstans, περιγινόμενος. Quintilianus, Defuncta uxore, liberis autem superstitibus. Ouid. 3. Metam. Marte cadunt subiti per mutua uulnera fratres, Quinq; superstitibus. Ver. 11. Aen. tuq; ô sanctissima coniux Felix morte tua, neq; in hunc seruata dolorem. Contrà ego uiuẽdo uici mea fata: superstes Restarem ut genitor. Superstes Reipu. Cic. Torquato li. 6. Quum superstitem te esse Reip. ne si liceat quidem, uelis. Fama superstes. Ouid. 3. Trist. Eleg. 7. Me tamen extincto fama superstes erit. Idem 3. Amo. Eleg. 14. Post mea mansurum fata superstes opus. Superstes quoq; dicitur qui saluus est, & uiuit inter uiuos, etiam sine morte suorum omnium. Terent. in And. Deos quæso, ut sit superstes. Superstes gloriæ alicuius. Liu. 2. ab Vrbe, Se superstitem gloriæ suæ ad crimen atq; inuidiam supereſſe. Accipitur interdum superstes, pro præsenti. Plautus, Superstitem utrunq; monui, ne iniussi abeant. Quin & testes antiqui superstites appellabant.

Superstitio, onis, f. t. Falsus Dei cultus, error insanus, δεισιδαιμονία. Lucretius superstitionem inde dictam putat, quòd sit superstantiũ rerum, hoc est, cælestium & diuinarum quæ supra nos stant, inanis & superfluus timor. Aulus Gellius li. 10. Noctium Atticarum, Superstitionem interpretatur importunam & ineptam religionem, δεισιδαιμονίαν. Cicer. 3. Tusc. Accedit superstitio muliebris quædam. Idem 1. de Natura deorum, Horum enim sententiæ omnium non modò superstitionem tollunt, in qua inest inanis timor deorum: sed etiam religionem quæ deorum cultu pio cõtinetur. Vergil. 12. Aeneid. Vana superstitio superis quæ reddita diuis. Seruius, A superstite superstitio dicta, quæ anicularum propria est, quæ multis per ætatem superstites sunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dum uolunt uideri nimis religiosæ superstitiosæ fiunt, & ita delirant.

Superstitiosi, m. f. Anili superstitione imbuti, quiq; Deum timent in rebus etiam non timendis, δεισιδαίμονες. De uocis huius origine sic scribit Cic. 2. de Nat. deor. Non solùm (inquit) philosophi, uerumetiã maiores nostri superstitionẽ à religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati. Lactantius eos potissimùm superstitiosos dictos esti stimat, qui superstitem memoriam mortuorũ colerent, aut qui parentibus suis superstites imagines eorũ domi tanquam deos uenerarentur.

Superstitiosè, aduerb. Cic. 3. de Nat. deor. Neq; id dicitis superstitiosè, atq; aniliter, sed physica constantiq; ratione.

Superstruo, is, Superædifico, ἐποικοδομέω. Lact. lib. 6 Manentibus enim præceptis eorum, quę solent ad probitatẽ rectè dari, ignota illis superstruemus ad perficiendam consummandamq; iustitiam, quam non tenent.

Supersum, es, est, fui, Affluo, abundo, περίειμι, περιγίνομαι, Vergil. 11. Aeneid. Auxilioq; urbes Italiæ populiq; supersunt. Interdum supereſse significat reliquum esse, περιεῖναι. Ennius libro 3. Annal. Inde sibi memorat unum supereſse laborem. Interdum superstitem esse, ἐπιβιῶναι. Plautus in Asin. Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ Supereſſe uitæ sospitem & superstitem. Interdum uincere, superiorem esse, ἐπικρατεῖν. Vergilius 3. Georg. Ne blando nequeant supereſſe labori. id est, uincere laborem. Interdum superfluum esse, περιεῖναι. Gellius lib. 1. cap. 22. Memini ego Prætoris docti tribunali me fortè assistere, atq; ibi aduocatũ reum non habere. Et quũ is qui uerba faciebat, reclamasset, Ego illi supersum: respondisse Prætorẽ festinanter, Tu planè superes, nõ ades. hoc est, superfluus, superuacaneus es. Ex quibus Gellii uerbis colligi potest, fuisse nonnullos ea ætate, qui supereſse usurparent pro eo quod est, in iudicio adesse quos tamen, ut ineptè loquentes, irridet. Vsus tamen est etiã hoc uerbo in hac significatione. Suet. in Aug. cap. 56. Quũ Aspre nas Nonius arctius ei coniunctus, Causam ueneficii accusante Cassio Seuero diceret, consuluit Senatũ quid officii sui putaret. Cũctari enim se, ne si supereſset, eriperet legibus reũ, ũa deeſſet, destituere ac prædamnare amicum existimaret. Interdum durare. Verg. 3. Geor. Primus ego in patriã mecũ, modò uita supersit.

Superuacuus, a, um, Quod non est necessarium, neq; alicuius usus, περιττὸς, ἀργὸς. Coll. lib. 5. Itaq; superuacuum est hoc repetere. iam tradita ratione terebrationis. Ouid. 1. de Põto, Eleg. 7. sed me timor ipse malorũ Sæpe superuacuos cogit habere metus.

Superuacaneus, a, um, idem quod superuacuus, περιαὴς. Cic. Appio, Confirmata amicitia & perspecta fide, cõmemoratio officiorum superuacanea est. Idem 1. de Nat. deor. Quid dere liqua descriptione omniũ corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacaneum est? Pro superuacaneo habere. Liu. 10. ab Vrbe, Cui autẽ dubiũ esse, ut unũ bellum sit asperum, ac difficile, quum id alteri extra sortẽ mandetur, qui alter Consul pro superuacaneo, atq; inutili habeatur?

Superuado, is, Transcendo, ὑπερβαίνω. Liu. 1 ball. Macedon. Quum omnes uicti, metuq; perculsi ex prælio intra uallum protinus inde superuadentem munimenta uictorẽ hostem fugerent.

Superuagor, aris, d. p. pen. cor. Præter iustum & æquum uagari, superfluere, uel superfluos ramos habere. Columella lib. 4. cap. 21. Quinquennis uineæ non est putatio, quàm ut figuretur, quemadmodum suprà instituimus, ne ue superuagetur.

Superuaganeus, a, um, à uerbo Vagor, unde Auis superuaganea dicebatur ab auguribus, quum ex summo cacumine uocem emisisset. Festus.

Superueho, is, Super aliquid ueho, ὑπερφέρω. Catul. Epig. 64

Ille quoq; euersus mons est, quem maxima in oris
Progenies Phthiæ clara superuehitur.

Superuenio, is, n. q. Ex inopinato uenire, ὑπέρχομαι. Horat. 2. Epist. 4. Grata superueniet quæ non sperabitur hora. Verg. 6. Ecl. Addit se sociam, timidisq; superuenit Aegle, Liu. 4. bel. Pun. Munientibus superuenit Macellus. Superuenire cum accusatiuo, succedere, ascendere. Ouid. 10. Met. nam crura locuentis Terra superuenit. Stat. 1. Ach. Nescio quid magnum (nec me parua omnia fellunt) Vis festina parat, teneroscq; superuenit annos.

Superuentus, tus, m. q. Ipse superueniendi actus, ἐπιφοίτησις Plinius

Plin.lib.7.cap.15. Sed nihil facilè reperiatur mulierũ profluuio magis monſtrificum. Aceſcunt ſuperuentu muſta, ſterileſcunt tactæ fruges, &c.

Superueſtio, ſtis, Veſte ſuperintego, περιβάλλω. Plin.lib.16. cap.35. Imagines rerũ tenui filo, breuiqi, & uirẽte ſuperueſtiẽs.

Superuiuere, Is dicitur qui quum iam mortuus uideretur refocillatus reſipuit, ac ueluti reuixit, ἀναβιῶ.

Superuolo, las, ſupra aliquid uolatu feror. ὑπερπέταμαι, ἐπιπλάω. Plin.lib 7.cap.14. Superuolantes, quamuis altè, perniciterqi, alites hauſtu raptas abſorbebant. Ouid.4.Met. Deſpectat terras, totumqi ſuperuolat orbem. Plin.lib.10.cap.33. Perdices concipiũt ſuperuolantiũ afflatu, ſæpe uoce tantùm audita maſculi.

Superuolito, as, Frequent. Verg.6.Ecl. & quibus ante infelix ſua tecta ſuperuolauerit ales.

Superuoluo, is, a.t. Supra uoluo, ἐπανελίσσω. Colum.lib. 11.cap.3. Poteſt etiam citra hanc operam fieri criſpum qualitercunqi ſatum, ſi quum eſt natum, incrementũ eius ſuperuoluto cylindro coërceat.

Superungo, is, Superillinio, ἐπαλείφω. Gel.lib.7.cap.7. Deinde ſuperungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi ſuperunguntur.

Superus, a, um, pen.cor. A ſuper fit, cui contrarium eſt Inferus, ὁ ἄνω, ut Mare ſuperum, Sedes ſuperæ, & Aura ſupera. Verg.6.Aen. facilis deſcenſus Auerni: Noctes atq; dies patet atrianua Ditis: Sed reuocare gradum, ſuperasq; euadere ad auras, Hoc opus, hic labor eſt. Idem 11. Aeneid. Velocem in terea ſuperis in ſedibus Opim Compellebat, &c. Idem lib.6. Aeneid. talis ſeſe habitus atris Faucibus effundens ſupera ad conuexa ferebat. Idem 10. Aeneid. Tum breuiter ſupera aſpectans conuexa precatur. Cic.2.de Nat.deor. Homo ſpectator ſuperarum rerum atq; cæleſtium. Idem 4. Acad. Nicetas Syracuſius, ut ait Theophraſtus, cælum, ſolem, lunam, ſtellas, ſupera deniq; omnia ſtare cenſet, neq; præter terram, rem ullam in mundo moueri. Supera, orum, pro cælo, ſubſtantiuè. Verg.6.Aen. Omnes cælicolas, omnes ſupera alta tenentes. Cic.1. Tuſc. Nihil enim habent hęc duo genera proni, & ſupera ſemper petunt. Verg. 7. Aen. de Iunone, Cocytiq; petit ſedem, ſupera ardua linquens. Supremum mare, Idem eſt cum Adriatico, ita dictum, quòd Italiam ſupra, hoc eſt, ab ortu alluat, ἀδριατικὸν, πέλαγος, quemadmodum mare Tyrrhenum ab occaſu, quod ideò inferũ appellatur. Plaut. in Menæch. Iſtros, Hiſpanos, Maſſilienſes, Illyricos, Mare ſupremũ omne, Græciamq; exoticam, Orasq; Italicas omnes quas aggreditur mare, Sumus circumuecti.

Superi, orum, m.ſ. Pluraliter, & ſubſtantiuè, Cæleſtes, ſiue uiui & qui aliis ſuperiores ſunt, qui inferi dicuntur. Verg.5. Aen. Attonitis hæſere animis, ſuperosq; precati Trinacrii, Teucriq; uiri. Ouid.1.Metam. Talia quærentes (ſibi enim fore cætera curę) Rex ſuperũm trepidare uetat. Idẽ 1.de Ponto, Eleg. 1. Ipſa mouent animos ſuperorum numina noſtros. Contrà Inferi, orum, pro Manibus ſiue mortuis accipi ſolẽt. Plin.lib. 12.cap. 28. Felix appellatur Arabia falſi & ingrati cognominis, quæ hoc acceptum ſuperis ferebat, quum plus ex eo inferis debebat.

Supinus, a, um, pen.prod. Qui dorſo incumbit, ita ut faciem, uentremq; habeat cælum uerſus ſpectãtem, ὕπτιος νύμβαχος. Iuuen. Sat.3. Cubat in faciem, mox deinde ſupinus. Cic.de Diuin. Nam ſi omne animal (ut uult) ita utitur motu ſui corporis prono, obliquo, ſupino: membraq; quò uult flectit, contorquet, porrigit, contrahit: eaq; ante efficit penè quàm cogitat, quanto id Deo eſt facilius, cuius numini parent omnia? Manus ſupinæ. Liu.6.bel.Pun. Vndiq; matronæ in publicũ effuſæ, circa deũm delubra diſcurrunt, crinibus paſſis aras uerrentes, nixę genubus, ſupinas manus ad cælum ac deos tendentes. Verg.3. Aeneid. tendoq; ſupinas Ad cęlum cum uoce manus. Et quoniam ſupinus ille recubitus indicium eſt hominis ſoluti, & otioſi, factum eſt ut ſupinum pro molli, delicato, otioſo, & negligenti ponamus, ῥᾴθυμος. Seneca ad Lucil. Eſt quidẽ, mi Lucili, ſupinus & negligens, qui in amici memoriam ab aliqua religione admonitus, reducitur. Iuu. Sat.1. Et multũ referens de Mœcenate ſupino. Supinus item accipitur pro accliui, ſiue montoſo. Hor.lib.1.Car. Seu mihi frigidum Præneſte, ſeu Tybur ſupinum. Fuit enim Tybur ciuitas in aſcenſu poſita, cuius etiam hodie ruinæ cõſpiciuntur.

Supinum, A quibuſdam dicitur uerbum participiale, ſicut Gerundia, participialia nomina appellantur. Habet autem duas terminationes, um, & u, ut Lectum, lectu. Quod in um finitur, habet ſignificationem actiuam. Sall. Legatos ad Iugurtham de iuuenis queſtum miſit. id eſt, qui quererentur, uel queſturos, μεμψομένους. Idem, Nõ mea culpa ſæpe ad uos oratũ mitto P.C. Hoc eſt, qui orent, ſiue oraturos, παρακαλέσοντας. Do filiam nuptum dicimus, hoc eſt, quæ nubat. Do uenum, uendo. Spectatũ admiſſi ſumus, id eſt, ut ſpectemus. Quod uerò in u finitur, ſignificationis paſſiuæ eſt, ſi gituiq; nominibus adiectiuis. Verg.3. Aen. Nec uiſu facilis, nec dictu effabilis ulli, hoc eſt, qui nec uideri, nec dici facilè poſſit. Pli. Accipenſer, piſcis rarus inuentu, hoc eſt, qui raro inuenitur. Dicimus præterea, Dignũ, ſiue indignũ relatu, hoc eſt, quod referatur. Impium factu, ſi fiat. Horrendum aſpectu, ſi aſpiciatur. Iucundum cogitatu, ſi cogitetur. Obſcœnum uiſu, ſi uideatur, & ſic de reliquis.

Supino, as, pen. prod Supinum colloco, ὑπτιάζω. Stat.li.6. Thebaid. Præcipitatq; retrò inuenem, atq; in terga ſupinat.

Supinor, aris, paſsiuum eſt uerbi Supino, idẽ ſignificãs quod ſupinus fio, ὑπάζομαι. Horatius 1. Sermon. Sat.7. Naſum nidore ſupinor. Vbi Acron interpres, Naſum (inquit) nidore ſupinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur, odoribus pulmentariorum. Supinari igitur eſt erigi, & ſupinum fieri. Accuſariuum uerbo addit paſſiuo, quemadmodũ & Ver. 7. Aen. Loricam induitur, fidoq; accingitur enſe. Stat.lib.12. Thebaid. Iamq; ſupinantur feſſis, lateq; fatiſcunt Penthei deuexa iugi.

Supinarus, a, um, part. Verg. 2. Georg. Ante eo ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas, Quàm lætũ infodias uitis genus. Stat. lib.5. Thebaid. Incertusq; ſui liquidum nunc aëra lambit Ore ſupinato, nunc arua gementia radens, Pronus adhęret humo.

Suppar, aris, ex ſub & par, Propemodum æqualis, πάρισος. Cicero de Clar. Orat. Huic ætati ſupparem Alcibiades, Criſias Theramnes.

Supparaſitor, aris, pen prod. Subſeruio, obſequor, tanquã paraſitus, ὑποπαρασιτέομαι. Plau. in Amp. Accedã, atq; hanc appellabo, & ſupparaſitabor patri.

Supparus, maſc. uel Supparum, neut. pen.cor. Genus togæ leuis & anguſtæ, inde dictũ, teſte Varr.lib.4.de Lin.Lat. quod ſupra induatur, περιώμιον. quemadmodũ ſubucula, quod ſubtus induatur. Lucan.1. Phaſſal. Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos. Feſtus, Supparum ueſtem puellarẽ lineã interpretatur, landemq; eſſe exiſtimat cum ea, quæ & ſubucula & camiſia dicitur. Quam ſententiã hoc Afranii teſtimonio fulcit: Puella non ſum ſupparo ſi indura ſum. Eſt & Supparum nauium inſigne, teſte Seneca li.11. Epiſt. Sunt enim Suppara ſumma uela, quæ cæteris annectuntur, & quæ ſuper antennas explicantur. De quibus Lucan.lib.5. imaq; pandens Suppara uelorum perituras colligit auras. Sta.3. Syl. Vos ſummis annectite ſuppara uelis.

Suppedaneum, Dicitur id quod pedibus ſubiicitur, dum ſedemus, ὑποπόδιον.

Suppedito, as, a.p. pen cor. Suggero, miniſtro, ὑπηρετέω, χορηγέω, ἐπαρκέω. Varro lib.2.de Re ruſt. Largiore cibatu ſuſtentare debet, quo facilius lac ſuppeditare poſſit. Cic. ad Treb. lib. 7. Epiſt. An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi ſuppeditari? id eſt, chartam tibi deeſſe. Idem ad Atticum libro 11. Et uelim, quoad poteris, conſideres, ut ſit, unde nobis ſuppeditentur ſumptus neceſſarii. Quintilianus lib. 2. cap. 2. Licet enim ſatis exemplorum ad imitandum ex lectione ſuppeditet: tamen uiua illa, ut dicitur, uox alit plenius. Suppeditare, neutrum abſolutum, pro ſufficere, ſatis eſſe, ἐπαρκῶ. Cicero 1. Offic. Ob easq; cauſas ſtudeat parare ea quæ ſuppeditãt & ad cultum, & ad uictum. Plaut. Aſin. Clamore ac ſtomacho non queo labori ſuppeditare. Suppeditare, pro ſuppetere, περιγίνομαι. Liu.8.bel.Pun. Apud uos quemadmodũ loquar, nec cõſilium, nec oratio ſuppeditat. Eſt & Suppeditare, opprimere, ſiue ſupplantare. ὑποσκελίζω. Cicero, Nunc uideo, in iudicio mecum contendere non uis, ubi ſuppeditari turpiſſimum, ſuperare pulcherrimum eſt.

Suppeditor, aris. d.p. Cic.ad Att.lib.14. De Patulciano nomine quòd mihi ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt, & ſimile tuorũ omnium.

Suppeditatio, onis, f. t. uerbale. Cicero 1. de Nat. deor. Quæ ergo uita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interuentu.

Suppello,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Suppello, is, puli, sum, Verbum modò honestum, modò turpe. Cic. ad Pætum, lib. 9. Quid ipsa res modò honesta, modò turpis? suppellere, flagitium est: iā erit nudus in balneo, non reprehendes.

Suppeto, tis, a. t. pen. cor. Latenter, seu per fraudem peto ὑποκρίνω, παρατίω. Vlpianus de furtis, Apud Labeonem, relatum est, si siliginario quis dixerit, ut si quis nomine eius siliginem petisset, ei daret. Et quidam ex trāseuntibus quum audisset, petiit eius nomine & accepit, furti actionē aduersus eum qui suppetiit siliginario competere, non mihi negotium, sed sibi siliginarius gessit. Suppetit uerò, in tertia persona, & suppetunt, significat in promptu est, adest, παρεῖναι. cui opponuntur Deficit, & Deest. Horat. 1. Epist. 12. Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus. Colum. li. 9. cap. 1. Suppetunt in hanc rem feliciter cætera. Nonnunquam sufficit, siue satis est, ἀπαρκεῖ Plin. Iunior in Epist. Cui abundè suppetunt facultates. Liu. 2. ab Vrbe, Rudis in militari homine lingua, non suppetebat libertati, animoq; Suppetat superstes uitæ tuæ. Plau. in Tri. Bene hercle denūcias, deosq; oro, ut uitæ tuæ superstes suppetat, hoc est, uiuat.

Suppetiæ, f. p. & in accusatiuo Suppetias, sine aliis casibus, Idē quod subsidium quod fertur laboranti, ὑπουργία. Valla auxiliū interpretatur. Plin. tamē in Epist. diuersa esse ostendit, quum ait, Auxilia mihi & suppetitæ sunt domi. Si enim eadem essent suppetitæ & auxilium, alterum uacaret. Rectius itaq; auxilii nomine intelligimus quod augendarum uiriū causa alicui summittitur. Suppetias uerò eas dicimus, quæ iam laboranti & periclitanti feruntur: quod & subsidium dicimus. Suppetias uenire, id est, in subsidium, Cæs. 2. Comment. Et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias uenire.

Suppetior, aris, Auxilior, succurro, ἀμύνω. Apul. lib. 8. At uobis facile est suppetiari miserrimo seni.

Suppilo, las, pen. prod. Suffuror, clàm & paulatim surripio ὑπεξαρπάζω. Plaut. in Truc. Hæc quum uideo fieri suffuror, suppilo, & de præda prædam facio.

Supplanto, as, a. p. Pede suppositio in terram deiicio, ὑποσκελίζω. Cic. 3. Offic. Contendere debet quàm maximè possit, ut uincat: supplantare eum quicum certat, aut manu depellere nullo modo debet. Et quoniam qui in lucta hac ratione superiores euadunt, fraude magis quàm uiribus uidētur uicisse, factum est ut supplantare accipiatur pro decipere. Est & supplantare, compositum à uerbo Planto, idem significās quod sub re aliqua quippiā plantare, ὑποφυτεύειν. Colu. li. 3. Et uitem ita supplantato, ne radicem abrumpas.

Suppleo, ples, a. f. In deficientis locum aliquid substituo, πληρόω. Verg. lib. 3. Aen. Remigium supplet, socios simul instruit armis. Accipitur interdum Supplere pro æquare. Vergil. 7. Ecloga, Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto, id est, Si tot agnos habuero, quot oues, interprete Seruio. Aliquando pro impellere. Cato cap. 88. Ibi fiscellam cum sale populari suspendito & quassato, suppletoq; identidem. Idē cap. 69. Facito ut amurcam quotidie suppleas.

Supplementum, ti. n. f. Quod ad supplēdum rei alicuius numerum submittitur: unde militū & remigum propriè supplemeta dicimus, quæ ad iustum numerum explendum succenturiantur, πλήρωμα. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. Censebāt omnes ferè, ut in Italia supplementum meis, & Bibuli legionibus scriberetur.

Supplex, Supplicium, uide Supplico.

Supplico, as, pen. cor. Humiliter & demissè precor, ἱκετεύω. Cic. in Lælio, Quàm multa enim, quæ nostra causa nunquā faceremus, facimus causa amicorum? precari amicis ab indigno, supplicare, eum acerbius in aliquem inuehi. Plautus Curcul. Volo in hoc phano supplicare.

Supplicare, impersonale, Pro supplicationes fieri. Plin. libr. 15. cap. 1. Iliacis remporibus non supplicabatur thure.

Supplicassis, pro supplicaueris, legitur apud Plaut. in Asin. Hercle istum dii omnes perduint. Verbo caue supplicassis.

Supplicatio, onis, f. t. Ipse supplicandi actus, ἱκεσία. Supplicationes item πρόοδοι dicebantur, quando re feliciter gesta, ex Senatusconsulto templa aperiebantur, diuorumq; simulachra in lectulis collacabantur, populo certatim ac puluinaria confluente, diis suis pro eorum in Rempublicam meritis supplicante, gratiasq; agente. Cic. in Cat. Atq; etiā supplicatio diis immortalib. p singulari eorū merito, meo nomine decreta est Quirites. Cæs. li. bel. Gal. His reb. gestis, ex literis Cæsaris dierū uiginti supplicatio à Senatu decreta est.

Supplex, supplicis. o. t. Qui alteri abiectè, demissè, & humiliter supplicat, ad pedes sese eius prosternens, aut genua flectēs, ἱκέτης, ἱκέσιος &, unde & supplicem dictum putant à supplicandis genibus. Cic. 3. Tusc. Quum se Alcibiades afflictaret, lachrymansq; Socrati supplex esset, ut sibi, &c. Liu. 7. ab Vrbe, Veniamq; supplex popposci. Stat. 1. Achil. Supplex miserāda rogabo, &c. Lachrymæ supplices. Propertius libr. 1. Eleg. 15. Libelli supplices, quos uulgus requestas uocat. Martial. lib. 8. Sed iam supplicibus dominum lassare libellis Desine, & in patriam ferus ab urbe redi. Vota supplicia. Vergil. lib. 4. Aen. Iunoni fer ritè preces: iramq; minasq; Supplicibus supera uotis.

Suppliciter, aduerb. Humiliter, demissè, abiectè, ἱκετικῶς. Cæs. 1. bel. Gal. Qui quum eum in itinere conuenissent, sicq; ad pedes proiecissent, suppliciterq; locuti, flentes pacem petissent, &c. Ouid. lib. 1. de Ponto, Eleg. 11. Suppliciter uestibus quisq; rogate deos Verg. 12. Aen. & aram Suppliciter uenerans, demisso lumine Turnus, &c.

Supplicium, ii, n. f. Idem quod supplicatio, ἱκεσία, ἱκετεία. Sallust. in Cat. Non uotis, neq; suppliciis muliebribus deorum auxilia parantur: sed uigilando, agendo, bene consulendo prosperè omnia cedunt. Tacit. lib. 3. Sed tum supplicia diis, ludiq; magni ab Senatu decernuntur. Supplicia quoq;, teste Festo, certa quædā erant sacrificia, à supplicando dicta. Var. Boues ad uictimas faciunt: atq; ad deorum supplicia. Hodie uerò usitatius supplicium accipitur p pœna, τίμημα, τιμωρία, Verg. lib. 4. Aen. Spero equidem mediis (si quid pia numina possunt) Supplicii hausurum scopulis. Horat. Serm. Saty. 1. cur non Ponderibus, modulisq; suis ratio utitur? ac res Vt quæq; est, ita suppliciis delicta coërcet? Cic. 7. Ver. Includuntur in carcerem condemnati: supplicium constituitur in illos. Idem lib. 1. de Natur. deor. Summo cruciatu, supplicioq; Q. Varius homo importunissimus periit.

Supplodo, dis, pen. prod. Pedibus terræ illisis sonitum facio, κατακροτέω, ὑποκροτέω. Cic. 1. de Orat. Pedem nemo in illo iudicio supplosit: credo ne Stoicis renuntiaretur.

Supplosio, onis, uerbale, Ipse actus supplodendi. Cicero, de Oratore, Supplosio pedis in contentionib. aut incipientis aut finiēdis. Ibidem, Ex quo uereor ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis, imitatus, & pauca quædam uerba, & aliquem fortè sonum.

Suppœnitere. Est aliquantulum, uel propemodum, pœnitere, ὑπομεταγνῶναι. Cic. Att. Iam & illum furoris suppœnitet.

Suppono, a. t. Subtus pono, ὑποτίθημι. Cic. 2. de Nat. deor. Quinetiam anatum ouа gallinis sæpe supponimus, è quib. pulli orti primò aluntur ab iis ut à matribus à quibus excusi, foriq; sunt. Supponere falcem aristis. Verg. 1. Georg. neq; antè Falcem maturis quisq; supponat aristis. Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu Det motus incompositos & carmina dicat. Supponere colla iugo, id est, submittere. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. Prima Ceres docuit turgescere semen in agris, Falce coloratas subsecuitq; comas. Prima iugis tauros supponere colla coēgit, Et ueterem curuo dente reuellit humum. Supponere aliquid iudicio alicuius. Ouid. Epist. 15. Quum Venus & Iuno, & Pallas in uallibus Idæ Corpora iudicio supposuere meo. Supponere, adulterinum loco ueri subiicere, ὑποβάλλειν, ut Supponere testamēta, est falsa testamenta suppositia persona obsignare, autore Cic. pro Cluent. Qui suppositia persona falsum testamētum obsignare curarit. Idem Parad. Si socios spolias, ærarium expilas, si testamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, at ipse supponis. Idem libr. 1. de Legib. Ius esset latrocinari, ius adulterare, ius testamenta falsa supponere, si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur.

Suppositus, & **Suppostus**, participium, Id est, pro alio fraudulenter positus, ὑποβλητός &. Cic. 7. Ver. Et ut quiuis facilè perspiceret, id ab isto actum esse, ut ille suppositus, facilè & ibenter se illum, qui non erat, simularet. Verg. 6. Aen. Hic crudelis amor tauri, suppostaq; furto Pasiphaē, mistumq; genus proles biformis, Minotaurus inest, ueneris monimenta nefandæ.

Suppositio, nis, uerbale, Supponendi actus, ὑπόθεσις. Col. li. 8. cap. 5. Semper autem quū supponuntur ouа, considerari debet, ut luna crescente, à decima usq; ad quintam decimā id fiat, nam & ipsa suppositio per hos ferè dies cōmodissima.

Suppostor, & **Suppostrix**, Qui falsum aliquid seu adulteriū p uerò supponit. Plaut. in Truc. Venefica, suppostrix puerūm-

Suppositi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Suppoſititius, a, um, Quod ſuppoſitum eſt, & alterius loco pro uero & natiuo poſitum, ὑποβλητος, καταβολιμαῖος. Martial. lib. 5. Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi. Var. 2. de Re ruſt. cap. 8. Marti ſuppoſititiæ, quoq; inſeruiunt quò equa ad miniſterium lactis cibum pullo præbere poſſit.

Supporto, as, Subuecho, ſuggero, ἐπεισκομίζω. Cæſ. 1. bel. Gall. Aut rem frumentariã, ut ſatis commodè ſupportari poſſet, timere dicebant.

Supprimo, is, a. t. pen. cor. Reprimo, cohibeo, compeſco, ἐπέχω, κατασκήπτω. Ouid. 1. lib. Metam. Supprimit extemplo uocem. Cic. 5. Tuſc. Hæc ſunt igitur officia conſolantium, tollere ægritudinem funditus, aut ſupprimere, & non pati manare latius. Supprimere, pro occultare, ἀποκρύπτειν. Plin. lib. 25. cap. 1. At nos elaborata ab iis abſcondere atq; ſupprimere cupimus, & fraudare uitam etiam alienis bonis. Supprimere iter, retrahere ſe ab itinere. Cæſ. lib. 1. bel. Ciu. Veriti ne noctu impediti ſub onere congligere cogerentur, aut ne ab equitatu Cæſaris in anguſtiis tenerentur, iter ſupprimunt, copiasq; in caſtris continent. Nummos, uel pecuniã ſupprimere, id eſt, celare, occultare, diſſimulare ſe habere, uel dolo malo retinere. Cic. pro Cluent. Sexcentis millibus numũm ſe iudicium corrupturum eſſe dixerat, quæ quum accepiſſet à pupillo, ſuppreſſit, iudicioq;. &c. Et paulò pòſt, Capit hoc conſilium, ut pecuniam quibuſdam iudicibus leuiſſimis polliceatur, deinde eam poſtea ſupprimant.

Suppreſſus, a, um, part. ut Nauis ſuppreſſa, hoc eſt, depreſſa, ſiue ſubmerſa. Iuſtin. Victi Perſæ in naues confugerunt, ex quibus multæ ſuppreſſæ, multæ captæ. Fuga ſuppreſſa, id eſt, retẽta, cohibita. Ouid. lib. 11. Met. Cum uita ſuppreſſa fuga eſt. Mentum ſuppreſſum, hoc eſt, contractum, non oblongũ ſed breue potius. Var. lib. 2. de Re ruſt. cap. 9. de canibus loquens qua forma eſſe debeant, Mento, inquit, ſuppreſſo, & ex eo enatis duobus dentibus, dextra & ſiniſtra. Voce ſuppreſſa dicere idem quod ſubmiſſa, ὑφειμένῃ φωνῇ. Cic. pro Syll. Qui quum ſuppreſſa uoce de ſcelere P. Lentuli, de audacia, coniuratorũ omnium diſſiſſet, &c.

Suppreſſio, onis, f. t. Ipſe actus ſupprimendi. Cic. pro Cluen. Statuit ad eaſdem ſibi prædas ac ſuppreſſiones iudiciales reuertẽdum. Suppreſſiones nocturnæ dicuntur, quoties per ſomnũ ſpiritus ſupprimitur, aut etiam ipſa uox, ut incerta, indiſcretaq; edatur, quemadmodũ in eo morbo accidere ſolet, qui Latinis Incubus, Græcis Ephialtes dicitur. Plin. li. 26. ca. 10. Grana nigra auxiliãtur & ſuppreſſionibus nocturnis, in uino pota, quo dictum eſt numero.

Suppromo, is, pen. prod. Idem ferè quod promo, προκαρίζομαι. Plaut. in Mil. Eho tu ſceleſte, qui illi ſuppromis eho tu.

Suppromus, mi, m. ſ. Cui uinum promendi cura incumbit, ταμίας. Plaut. in Mil. Bono cella ſuppromo credita.

Suppudet, pen. cor Aliquanrulum pudet, ὑπαιδύνομαι. Cic. Caſſio, Puto te iam ſuppudere, quum hæc tertia iam epiſtola antè oppreſſit, quàm tu ſchedam, aut literam: ſed non urgeo.

Suppullulo, as, Nouos pullos, hoc eſt, noua germina è radice emitto, ἐκβλαστάνω.

Suppuro, as, a. p pen prod. in pus conuerto, ἐμπύομαι. Col. lib. 6. cap. 12. Hic idem ſanguis niſi emiſſus fuerit, ſaniẽ creabit: qui ſi ſuppurauerit, tardè procuratur.

Suppuratio, onis, Generatio puris, ἐμπόησις. Col lib. 7. Et quũ maturuerit ſuppuratio, reſcinditur ferro.

Suppuratus, a, um, Quod ſuppurauit, ἔμπυος. Plin. lib. 20. ca. 4. Strumiſq; uel ſuppuratis allegant.

Suppuratorius, a, um, Quod ad ſupperationẽ pertinet, uel quod ſuppurare facit, ἐμποιητικός. Plin. lib 18. cap. 4. Efficatiora ad eadem ſtrigmẽta à balneis, & ideo miſcentur ſuppuratoriis medicamentis.

Suppuro, as, pen. cor. Sarmenta, uel ramos inutiles ſubſeco ὑποκαθαίρω. Plin lib 17. cap 10. Præterea ſemina ipſa fruticãtia ſupputare. Aliquando computare, uel calculum ſubducere, λογίζεσθαι, ut Supptare rationem, apud Plautum in Aulul.

Supra, Modò præpoſitio eſt accuſatiuo caſui ſeruiens, ὑπὲρ. Verg. 3. Aen. Olli cæruleus ſuprà caput aſtitit imber. Modò aduerbium, ἄνω. Sall in Iugur. Pauca ſuprà repetam. Quando præpoſitio eſt, aliquãdo pro ualde, ſeu plus ſatis, ponitur, πέρα ut Supra morem, Supra modum, Supra iuſtum. Vergilius 2. Geor. Rara ſit, an ſupra morẽ ſit denſa, requiras. Antiquitus etiam Supera protuleruut, ſicut Infia & Infera Cicero in Arato, Huc ſupera duplices humeros affixa uidetur Stella micans. Supra quàm credibile eſt, id eſt, plus quàm quis facilè crediderit πέρα πίστεως Salluſtius in Catil. Corpus patiens inediq;, algoris, & uigiliæ ſuprà quàm cuiquam credibile eſt.

Superior, oris, compararium à Supra, aut ab antiquo nomine ſuperus, idem ualens quod altior ſiue ſublimior, ἀνώτερος. Cic. Att. lib. 12. Tota domus ſuperior uacat, uti ſcis. Interdũ idem quod maior, potior, ſiue excellentior, ὑπέρτερος, φέρτερος. Cic. 2. Off. Quantò ſuperiores ſumus, tantò nos ſubmiſſius geramus. Idẽ 1. Ver. Tu quũ omnibus rebus inferior ſis, hoc una in re te mihi anteferri putas oportere, quòd Quæſtor illius fueris: ego, ſi ſuperior cæteris rebus eſſes, re hãc unã ob cauſam accuſatorẽ repudiari putare oportere. Vita ſuperior, id eſt, uita antè acta. Cic. de Sen. Senes ſemper agunt aliquid, tale ſcilicet quale cuiuſq; ſtudiũ in ſuperiore uita fuit. Superior Dionyſius, id eſt, ſuperior, uel ſenior, πρεσβύτερος, ſicut inferior, pro iuniore aut poſteriore. Sic enim ferè loqui ſolemus, quotiens de malis ſermo eſt. Nam ſi de bonis laudabilibusq; loquamur, maiorẽ & minorẽ dicimus. Sic duos Africanos, & duos Cyros maioris & minoris cognominibus diſtinguimus. In conſanguinitatis quoq; & affinitatis gradibus Superiores eos intelligimus qui quartum aſcendentium gradum excedunt: quemadmodum Inferiores qui ſunt infra quartum deſcendentium gradum. Var. lib. 2. de Re ruſt. Itaq; proauus ac ſuperiores, de Tremelliis nemo appellatus Scropha. Superiores, pro iis qui ante nos uixerunt, qui & maiores dicuntur. Cicero 4. Acad. Non modò opinionẽ uicit omnium, quę de uirtute eius erat, ſed etiã gloriam ſuperiorũ. Cic. 4. Verr. Vt ab inſtitutis ſuperiorũ, ab authoritate Senatus ab iure omnium Siculorum ſic recedatur. Superiores dicuntur etiam, qui alios uincunt. Cæſar 5. bel. Gal. Atq; una ex parte Hiſpanis equitibus emiſſis, quum equeſtri prælio ſuperiores eſſent. Ibidem, Ita tamen ut noſtri omnibus ex partibus ſuperiores fuerint, atq; eos in ſyluas colles q; compulerint.

Supremus, a, um. Extremus, ultimus, ἔσχατος. Verg. 11. Aen. qui ſupremum comitentur honorem. Plin. lib. 23 cap. 1. M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatur graui morbo pedũ. Ouid. 2. Faſt. Dies regnis illa ſuprema fuit. Honores ſupremi, funeralia. Ouid. ad Liu. Nec inuenis poſiti ſupremos deſtruere honores. Officia ſuprema, quæ morienti exhibentur. Tac. lib. 5. Quòd ſupremis in matrem officiis defuiſſet. Sole ſupremo, id eſt, occultãte. Hor. 1. Epiſt. 5. Supremo te ſole domi Tor quate manebo. Aliquando ſummus, maximus, altiſſimus, ἀνώτατος. Suet. Verùm ſupremũ cælũ intuentẽ ſtupidũ cubuiſſe. Ter. Proh ſupreme Iupiter. Verg. 4. Geor. At chorus æqualis Dryadũ clamore ſupremos Implerunt montes. Supremũ ſuppliciũ, id eſt, extremũ, nempe mortis. Cic. li. 2. de Leg. Inceſtum Pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto. Suprema multa, pro maxima, uide in dictione Multa. Suprema alicuius, ſubintelligе facta: hoc eſt, ſupremum uiræ rempus. Plin. lib. 16. cap. 44. Circa ſuprema Neronis principis. Suprema pro morte. Tacit. lib. 3. Poſt celebre carmen, quo Germanici ſuprema defleuerant. Soluere alicui ſuprema, pro parentare. Tacit. lib. 1. Igitur cupido Cęſarẽ inuadit ſoluendi ſupremа militibus, duciq;.

Supremò, aduerb. id eſt, nouiſſimè, ἐσχάτως. Plin lib. 11. cap. 53. Idem commeabat ab eo recens aſſiduè, exitura ſupremò.

Supum, Antiqui dicebãt quod nũc ſupinũ dicimus, ὕπτιον. Lucil. apud Feſt. Si uerò dat quod rogas, & ſi ſuggerit ſupus Deducitur aũt hoc nomen à Græco ὕπτιος, teſte eodẽ Feſto, aſpiratione mutata literam commutata.

Sura, æ, f. p. Poſterior pars cruris carnoſa, quæ tantùm homini eſt, reliqua enim omnia animalia habent crura ſine ſuris, γαστροκνημία. Plaut. in Pſeud. ſuram ubi Aſpicias, ſcias eum poſſe gerere craſſas compedes. Horatius 2. Carm. Ode 4. Brachia & uultum teretesq; ſuras Integer laudo. Quandoq; pro toto crure ſumitur. Vergilius 1. Aeneid. Purpureoq; altè ſuras uincire cothurno. Suræ pro ocreis quibus muniuntur ſuræ. Iuuen. Sat. 15. Calceus & grandes magna ad ſubſellia ſuræ.

Surculus, li, m. ſ. Quod in ramis ſimplex oritur, & frondes gerit, detrahiturq; interdum, & reſecatur ex arbore, ad alias rurſus producendas, κλαδίσκος. χρύλανον. Varro de Re ruſt. capite 49. Eſt altera ſpecies ex arbore in arborem inſerendi, nuper animaduerſa in arboribus propinquis. Ex arbore c-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bore enim è qua quis uult habere ſurculum, in eã quã inſerere uult, ramulum traducit, & in eius ramo præciſo, ac diffuſo implicat, &c. Cic. 2. de Orat. Amabo te (inquit) da mihi ex iſta arbore quos feram ſurculos. Verg. Georg. nec ſurculis idẽ Cruſtumiis, Syriiſq; pyris, grauibusq; uolemis. Quintilianus libro 4. cap. 7. Rogo des mihi ſurculum ex illa arbore, ut inſeram.

Surculoſus, ſa, ſum, Quod ſurculis abundat, φρυγανώδης. Plin. Ramis hyſſopi ſurculoſam.

Surculo, as, are, n. p. Surculos ramis adimere, ut altius creſcãt, & uberius à terra nutrimentum accipiant, φρυγανίζειν. Columella libro 5. capit. 9. Atque etiam rigandæ ſunt plantæ, quum ſiccitates inceſſerunt, nec niſi poſt biennium ferro tangendæ, ac primò ſurculari debent: ita ut, &c. Alii hic legunt Sarculari.

Surculaceus, cea, ceũ, Quod eſt ſimile ſurculo, φρυγανοειδὴς. Colum. Surculacea in folliculo ſunt.

Surcularis, ſurculare, ut Terra ſurcularis, quæ ſurculos generat, φρυγανοτόκος. Colum libr. 3. cap. 11. Conſiderandum eſt, antequam paſtinemus, ſurcularis nec ne ſit terra.

Surcularius, a, um: ut, Surcularia cicada, quæ in ſurculis uiuit uel quæ eo tempore apparet quo arbores ſurculos emittũt. Plinius libro 11. capite 26. de cicadis loquens, Quidam duo alia genera faciunt earum: ſurculariam, quæ ſit grandior: frumentariam, quam alii auenarium uocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus. Surcularius ager, qui ſurculis conſitus eſt. Varro 1. de Re ruſt. cap. 2. Colonus in agro ſurculario ne capra natum paſcat.

Surdus, a, um, Senſu auditus omnino ſpoliatus: quod ferè ſolet accidere ex læſione nerui auditorii, uel eius partis cerebri, ex qua oritur, nunquam etiam intemperie, aut tumore contra naturam, uel ex obſtructione, uel continui ſolutione, κωφὸς. Terent. And. Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit. Cic. 1. Tuſ. Surdus uarietates uocum, aut modos noſcere non poteſt. Ibidem, In illis linguis quas non intelligimus, quæ ſunt innumerabiles, ſurdi profectò ſumus. Surda buccina, paſſiuè, quæ non auditur. Iuuen. Satyr. 7. Surda nihil gemeret graue buccina. Sic etiam Vota ſurda dicimus quæ non exaudiuntur. Perſ. libro 6. trabe rupta Brutia ſaxa Prendit, amicus inops, remq; omnem, ſurdaq; uota Condidit Ionio. Surdum item dicitur, cuius odor non ſentitur. Perſ. Saty. 6. Nec ſpirent cinnama ſurdum. Item ea quæ guſtum amiſerunt, Ex urdata dicũtur. Horat. in Serm. Feruida quod ſubtile exurdant uina palatum. Refertur etiam ad uiſum. Plin. libr. 36. Surdusq; color fit. Locus etiã ſurdus dicitur, in quo non facilè auditur. Vitru. libr. 5. Diligenter eſt animaduertendum, ne ſit locus ſurdus. Surdus cum genitiuo. Colum. lib. 3. capite 10. Idq; nobis Poëta uelut ſurdis ueritatis, indulget dicendo: id eſt, qui ueritatem non facilè admittimus.

Surdaſter, a, um: Diminutionem ſurditatis ſignificat: hoc eſt, non planè ſurdus, ſed (ut ſic dicam) ſurdulus, qui parum ſurdus eſt, ὑπόκωφος, δυσάκουστος, βαρύκοος.

Surditas, atis, f. t. Cicer. 5. Tuſc. In ſurditate uerò quidnam eſt mali? Erat ſurdaſter M. Craſſus, ſed aliud moleſtius, quòd malè audiebat, etiam ſi, ut mihi uidebatur, iniuria.

Surgo, is, rexi, ctum, act. t. Erigo me: à ſurſum & rego, ἀνίστημι, ἐγείρομαι. Cic. 3. Offic. Surrexit è lectulo, remotis q; arbitris ad ſe adoleſcentem iuſſit uenire. Idem 2. de Inuent. Ille multò antè lucem ſurrexit. Verg. 3. Aeneid. Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus. Idem 8. Aeneid. Haud ſecus Ignipotens, nec tempore ſegnior illo Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Terent. Adelph. Vt triduo hoc perpetuo è lecto nequeat ſurgere. Hinc Surgere uenti dicuntur, quum ueluti ſe erigentes ſtare incipiunt. Vergil. 3. Aeneid. Et fando ſurgentes demoror Auſtros. Aliquando ſurgere ponitur pro creſcere, ſeu naſci: unde arbores cæteræq; plantæ ſurgere dicuntur, quum ſeſe ab humo in altum paulatim attollunt. Surgere item dicuntur ea quæ quouis modo augentur. Verg. 4. Aen. Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli. Surgere etiam dicuntur ædificia, quum paulatim à fundamento ad tecti faſtigium attolluntur. Quæ nunc animo ſententia ſurgit? id eſt, oritur, Verg. 1. Aeneid. Translatio eſt à corpore ad animum. Seruius.

Surpiculus. uide Scirpiculus.

Surrego pro Surgo, & Surregit pro Surgit ſcripſere ueteres: unde manſerunt Surrexi, & Surrectum, Ex Feſto.

Surrepõ, pis, pen prod. Senſim ingredior, latenter me inſinuo, ὑπεισέρχομαι, ὑποδύομαι. uide Subrepo.

Surrigo, gis, xi, ctum, pen. cor Surſum erigo, ἀνίστημι. Verg. 4. Aen. Tot linguæ, totidem ora ſonãt, tot ſurrigit aures. Liu. 7. ab Vrbe, Romanus mucrone ſurrecto, quum ſcuto ſcutũ imum perculiſſet, &c. Col. lib. 7. 3. Intorta potius, quam ſurrecta & patula cornua.

Surripio, pis, pen. cor a. q. Latenter rapio, ſen furor, ὑφαιρέω, ὑραρπάζω. Plaut. in Aſin. Surripiam in deliciis palàm quã habet. Cic. 3. Off. In uita ſibi quenquã petere quod pertineat ad uſum non iniquũ eſt: alteri ſurripere ius nõ eſt. Ouid. Epiſt. 11. Crimina ſunt oculis ſurripienda patris. Id eſt, cauendum eſt ne pater hoc reſciſcat. Surripere ſe alicui, eſt ſubducere ſe ab eius conſpectu. Plaut. in Men. Vt ſurripuiſti te mihi dudũ de foro?

Surreptitius, a, um, Idem quod furtiuus, ſiue clancularius, κλοπιμαῖος. Plaut in Caſin. Inter nos amore utimur ſemper ſurreptitio.

Surſum, Quid ſignificet, notum eſt, ἄνω, cuius contrarium eſt Deorſum. Capiuntur tamen interdum ambo pro utroq; ἄνω, κὴ κάτω. Tere. in Eun. Ne ſurſum deorſum ſis cur ſites. Tractũ ab Athenis, cuius portus in imo, urbs uerò in editiore loco ſita erat. Surſum uerſum, id eſt, uerſus ſuperiorẽ locum, aut partem. Cic. de Orat. Quur gradatim ſurſum uerſum reditur.

Sus, ſuis, generis comm. ſecundum Priſcianum, Porcum ſignificat, uel porcam: & dicitur tam de feris, quàm de domeſticis, ὗς, σῦς. Plinius libro 8. cap. 51. Sues feræ ſemel in anno gignunt. Cicero 2. de Nat. deor. Sus uerò quid habet præter eſcam? cui quidem ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus. Idem lib. 1. de Finib. Sunt autem beſtiæ quædam in quibus ineſt aliquid ſimile uirtutis: ut in leonibus, ut in canibus, ut in equis in quibus non corporum ſolùm, ut in ſuibus ſed etiam in animoũ aliqua ex parte motus aliquos uidemus. Verg. lib. 3. Georg. Ipſe ruit, dentesq; Sabellicus exacuit ſus. Idem 3. Aeneid. Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus Triginta capitum fœtus enixa iacebit. Idem 7. Aeneid. Setigerique ſues. Idem lib. 3. Georgic. Et quatit ægros Tuſſiſq; anhela ſues. Iuuenalis Satyra 11.

Sicci terga ſuis rara pendentia crate.

Ouidius 8. Mitamorph.

In iuuenes certo ſic impete uulnificus ſus
Fertur.

Sucula, æ, f. p pen corr dimin. χοιρίδιον. Plaut. in Rud. Quia tui directa cum ſicula, & cum porculis.

Suinus, a, um, Quod ex ſue eſt, ὕϊνος. Var. li. 2. cap. 4. Hic enim conciliato ſuinę carnis datur populo.

Suillus, a, um, dimunutiuum eſt à Suinus deductum, eiuſdẽ tamen cum illo ſignificationis, ὕϊνος. Plin. lib. 8 cap. 51. At in Arabia ſuillum genus non uiuit in ullo genere. Ibidẽ cap. 51. Suilli pecoris admiſſura à Faunio ad æquinoctiũ uernũ, ætatis octauo menſe. Liu. 2. bel. Pun. ex ſuillo, ouillo, caprino grege.

Suille, lis, n. t. pen. prod. Septum in quo nutriuntur porci, ὑσσία Differtq; ab hara, quòd eo nomine ſignificetur ſcropharum cubile, cui ſingulæ ſcrophę ſeparatim cum ſuis ſuculis includuntur. Col. lib. 7. cap. 9. Diligens autem porcator, frequenter ſuille conuerrat, & ſæpius haras.

Suatim, Ad ſimilitudinem ſuis, inquit Nonius, ὕϊκῶς. Nigidius Com. Gram. Sunt etiam adſimulanter dicta hæc, canatim ſuatim, bouatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

Suſcio, ſcis, ſui, itum, Verbum antiquum eſt, idem ſignificans quod ſcio, ſiue cognoſco, ἴσημι. Plaut. in Menæch. Eho Meſſenio accede huc. M E S S. quid negotii eſt? ſuſciri Quid eo opus eſt?

Suſcipio, is, a. t. pen. cor. Sumo, capio, recipio, παραλαμβάνομαι, ἀναφέρομαι, ὑποδύομαι. Cicero libro 2. de Finib. Sed ut omittam pericula, labores, dolorem etiam quem optimus quiſque pro patria & pro ſuis ſuſcipit, ut non modò nullam capret, ſed eriam prætereat omnes uoluptates: dolores denique quoſuis ſuſcipere malit quàm deſerere ullam officii partem. Idem pro Cluentio, Neque mihi quicquam oneris ſuſcepi quum iſta dixi, quò minus honeſtè hanc cauſam & liberè poſſem defendere. Cicero 7. Verrin Tantumne igitur laborem, tantas inimicitias, tot hominum ſuſce-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſuſceptuꝰus es? Teren. in Hec. Cum puella animum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet? Suſcipere liberos, eſt gignere, ἀναρρᾶσθαι παῖδας. Plaut. Qui geminos ex ancilla ſuſcepit liberos. Cic. 5. Ver. Suſceperas enim liberos, non ſolũ tibi, ſed etiã patriæ. Tac. li. 2. Ducere uxorẽ, ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia extingueretur. Suſcipi in lucẽ, pro naſci. Cic. de Aru. reſ. Eodẽ enim tempore & ſuſcipimur in lucẽ, & hoc cæleſti ſpiritu agimur. Accipitur itẽ Suſcipere pro eo quod eſt, ſermonem excipere, & uicem reſpondendi ſuccedere, ὑποδαμβάνειν. Ver. 6. Aen. Suſcipit Anchiſes, atq; ordine ſingula pandit.

Suſceptus, a, um, part. Cic. pro Quint. Tranſigere ſuſceptũ negotium. Ver. 4. Aen. Saltẽ ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet. An te fugam ſoboles.

Suſceptum, pti, n. ſ ſubſt. Ouid. 11. Metam. ſuſceptaq; magno labore Creſcere difficili.

Suſceptio, onis, f. t. uer. Ipſe ſuſcipiendi actus, ut Suſceptio cauſæ, ὑποδοχή, ὑποδοχὴ. Cic pro Mur. Et quoniã in hoc officio ſtudiũ meæ defenſionis ab accuſatoribus, atq; ipſa ſuſceptio cauſæ reprehenſa eſt, antè quàm L. Muræn. dicere inſtituto, pro meipſo pauca dicam.

Suſcito, as, a. p. pen. cor Excito, ἐγείρω. Plaut. in Moſt. Quis iſtic dormit? PHIL. Callidates. T. ſuſcita iſtum. Cicero 4. Tuſcul. Noctu ambulabat in publico Themiſtocles, quod ſomnum capere non poſſet quærentibus reſpondebat, Miltiadis trophæis ſe è ſomno ſuſcitari. Ignis item ſuſcitari dicitur, quum iam ſemiſopitus uigori ſuo reſtituitur, ἀνάπτεσθαι, ἀναζωπυρεῖσθαι. Verg. 8. Aen. Hæc memorans, cinerẽ & ſopiros ſuſcitat ignes. Trãſfertur & ad alia: ut quum iram quæ iam elanguerat, ſuſcitari dicimus, hoc eſt, renouari, ſeu remiſcere. Ouid. 3. de Arte, Quoslibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes. Suſcitare mortuum, id eſt, ad uitam reuocare. Seneca, Nec tam ſanare languentẽ uiſus eſt, quàm mortuum ſuſcitare.

Suſcitabulum, Incitamentum dicitur, ὑπόκαυμα, ἐμπόρευμα, ὁρμητήριον. Ver in Sat. quam ὄνον πρὸς λύραν inſcripſit, Symphonia uocis ſuſcitabulum. Nonius.

Suſcus, uide Subſcus.

Suſpecto, as, uide Suſpicio.

Suſpendeo, es, (aiunt quidam) Idem quod ſuprà pendere. Colum. lib. 4. cap. 26. Sæpe enim notaui per imprudentiam ruſticos ſubiicere iugo palmam, & ita colligare, ut ſolo uimine ſuſpendeat. Sic enim legunt illi: ſed non rectè: quum emendatiora Columellę exemplaria Suppendeat, legendum oſtendant.

Suſpendo, dis, a. t. Appendo, alligo, ἀναρτῶ, ἀνάπτω, ἀνηρτημένη μι. Plinius lib. 20. cap. 20. Quem ſcio propter impatibiles uuæ morbos radicẽ eius folio ſuſpenſam in collo gerere præterquam in balneis. Horatius lib. 1. Carm. Ode 5. me tabula ſacer Votiua paries indicat humida Suſpendiſſe ponti Veſti menta maris deo. Vergilius 4. Georg. Ante nouis rubeant quàm prata coloribus, antè Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo. Quandoq; eſt ſubleuare, ſuſtollere. Apul. Quum deberet manum porrigere, capiſtro ſuſpendere, cauda ſubleuare, nullum mihi ferebat auxilium. Quandoq; pendendo interimere, πρεμᾶν. Cicero 5. Verrin. Centuripinum Dioclem hominem locupletum ſuſpendiſſe conſtat. Idem 1. de Orator. Quum familiaris quidam quereretur quòd diceret, uxorẽ ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore, quos ferã, ſurculos. Suſpendere rem aliquam, id eſt, differre, prorogare, ἀναβάλλειν. Liuius lib. 9. bell. Maced. Mouit aliquantulum oratio regis legatos: itaq; medio reſponſorem ſuſpenderunt. Ouidius 4. Faſtor. Dat tamen exiguas nec iam ſuſpendere flexum Suſtinet. Suſpendere aliquem, pro incertum reddere. Plin. Epiſt. ult. lib. 2. Diu miſeram expectatione ſuſpendit. Plaut. Vix compos mentis ſum, ita mihi ſuſpendit animum. Curt. lib. 9. Ea ipſa res omnium animos expectatione ſuſpẽderat, quippe armato congredi nudum, dementia, non temeritas uidebatur. Suſpendere ſpiritum, pro eo quod eſt, paululũ quieſcere, inter legendum, & ſuſtinere. Quint. Sciat puer ubi ſuſpendere ſpiritum debeat: quo loco uerſum diſtinguere, ubi claudatur ſenſus, ubi incipiat. Aedificium ſuſpendere. Cic. in Top. non enim eius uitio qui demolitus eſt, dãnum factum eſt, ſed potius operis uitio, quod ita ædificatum eſt, ut ſuſpendi non poſſit.

Suſpenſus, a, um, Cic. de Leg. Agr. Roma cœnaculis ſublata atq; ſuſpenſa. Liu. lib. 8. ab Vrbe, Suſpenſus teſte manibus ſe dimiſit. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 8. Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas In patinas facere. Suſpenſus, pro incerto, ac dubio, μετέωρος, ἀπηρτημένος. Seneca, Suſpenſus animo quid ageret cogitabat. Verg. 6. Aen. Dicam equidem, nec te ſuſpenſum nate tenebo. Idem 2. Aen. Suſpẽſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Suſpenſus ſomnus, pro inquieto, intranquillo, in quo mens curis eſt fatigata, cui contrarius eſt Profundus ſomnus. Cicero 1. Tuſc. ex Poëta quopiam uerſus, Mater te appello, tu quæ curam ſomno ſuſpenſo leuas. Suſpenſus gradus, pro placido ac ſilenti. Terent. in Phor. Hæc ubi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu, placidè ire perrexi. ἀκροποδητί.

Suſpenſio, onis, f. t. uerb. Incertitudo. Hircius li. 5. bel. Africi, Erat in caſtris Scipionis ſuperiore tempore magnus terror, & expectatione regiarum copiarum exercitus eius magis ſuſpenſione animi ante aduentum Iubæ commouebatur.

Suſpendium, dii, n. t. Pro ſuſpenſione, ἀναπαύσεις. Gell. Suſpendio uitam finiuit. Cicero 5. Verr. Non, inquam, perpeterere, ut homines iniuriæ tuæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent. Mart. lib. 1. Iam ſuſpendia ſæua cogitabas. Ouidius 1. Amor. Eleg. 12. Præbuit illa arbor miſero ſuſpendia collo.

Suſpendioſus, a, um, Qui laqueo nexili ſtrãgulatus eſt, ἀναπαρωμένος. Plinius ſcribit laqueum ſuſpendioſi circundatum temporibus, dolorem capitis ſedare. Idem pœnam laquei præ poſteram appellat, ex eo quòd includatur ſpiritus, cui exitus quærendus erat.

Suſpicio, is, ſecunda ſyllaba cor. a. t. Surſum aſpicio, ἀναβλέπω, ἀποβλέπω. Verg 1. Aen. O fortunati, quorum iam mœnia ſurgunt, Aeneas ait: & faſtigia ſuſcipit urbis. Cic. 1. Tuſc. Et aſtra ſuſpeximus, tum ea quæ ſunt infixa certis locis: tum illa non re ſed uocabulo erranti a. Idẽ de Som. Scip. Aliquantoq; pòſt ſuſpexit in cœlum. Ver. 1. Geo. aut bucula cælũ Suſpiciẽs, patulis captauit naribus aurã. Suſpicere aliquẽ, admirari, & uenari, quaſi ſuprà nos aſpiciamus illũ eſſe collocatũ, quẽ admiramur, ἀποβλέπειν, θαυμάζειν. Cic 2. Off. Itaq; eos uiros ſuſpiciunt, maximisq; efferunt laudibus. Idem in Orat. Eloquẽtia, quã ſuſpirent omnes, quam admirentur, quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. Suſpicere, etiam ſignificat ſuſpectum habere, ὑποπτεύειν, ut apud Sall. in Iug. Per idem tempus Bomilcar, cuius impulſu Iugurtha deditionẽ quam metu deſeruit, incœperat) ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens, nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quærere.

Suſpectus, a, um, nomen ex participio, De quo habetur rei alicuius ſuſpicio, ὕποπτος. Cic. in Catil. Si me meis ciuibus tam grauit r ſuſpectum atq; infenſum uiderẽ carere me aſpectu ciuium, quàm infeſtis oculis omniũ mallẽ. Idẽ 3. Off. Quum filius patri ſuſpectus eſſet de nouerca. Verg. 4. Aeneid. Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ. Idem 3. Aen. Graiugenumq; domos, ſuſpectaq; linquimus arua. Cic. de Am. Hæc eſt enim Tyrannorum uita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilis beneuolẽtiæ poteſt eſſe fiducia: omnia ſemper ſuſpecta atq; ſolicita ſunt. Verg. 2. Aen. ſuſpectaq; dona Præcipitare iubent, ſubiectisq; urere flammis.

Suſpectior, oris, comparat. Cicero 2. Offic. Quo enim quis uerſutior & callidior eſt, hoc inuiſior & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. Liu. 7. bel. Pu. Is omnia ſuſpectiora quã antè fuerant, in Senatu fecit.

Suſpectus. us, m. q. Actus ſuſpiciendi, id eſt, ſurſum aſpiciendi, ὑπόβλεψις, ἀνάβλεψις. Plin. lib. 9. cap. 38. Laus ei ſumma, color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu refulgens. Hoc eſt, ſi ſurſum conſpiciatur in aërem, quod dicitur. Suſpectus, pro altitudine. Ver. 6. Aen. tum Tardatus ipſe Bis paret in præceps tãtùm, tenditq; ſub umbras, Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum. Suſpectus, pro admiratione. Sen. de Benefic. lib. 2. cap. 25. Videndum eſt quid maximè faciat ingratos: aut nimius ſui ſuſpectus, & inſitum mortalitati uitium, ſe ſuaq; mirandi: aut auiditas, aut inuidia.

Suſpectio, onis, f. t. uerb. Idem quod ſuſpicio, ὑποψία. Terent. in Andr. Nam qui iſthæc tibi incidit ſuſpectio?

Suſpecto, as, a. p. frequentat. Modò ſurſum ſpecto, ὑποβλέπω, ἀναβλέπω. Martialis, Oculisq; ſuſpectans ſidera. Modò ſuſpectum habeo. Tacitus libro 1. Et quidam ſcelus uxoris ſuſpectabant. Idem libro 4. Pellit domo Seianus uxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ne pellici ſuſpectaretur.

Suſpicor,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Suſpicor,aris,d.p. Suſpitionem habeo, ὑποίομαι, ὑπολογίζω, ὑπόνοέω, ὑποπτεύω. Terent. in Heauton. Nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt, Quod malim, quàm quæ me hoc falſo ſuſpicarier. Cæſ. 8. bel. Gal. Cæſar etſi diſceſſum hoſtiũ animaduertere non poterat, incendiis oppoſitis: tamen id conſilium quum fugæ cauſã initium ſuſpicaretur, legiones promouit. Cic. 3. Verr. Hoſpites, ianitor, qui nihil ſuſpicaretur, ueritus ne quid in ipſo ſe offenderit, hominẽ ſumma ui retinere cœpit. Ouid. Epiſt. 1. Quęcunq; æquor habet, quæcunq; pericula tellus, Tam longæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ. Attic. lib. 7. Scribe non modò ſi quid ſcies, aut audieris: ſed etiam ſi quid ſuſpicabere.

Suſpicans, antis, part. Ter. in And. Egomet quoq; eius cauſa in funus prodeo, Nihil ſuſpicans mali.

Suſpicio, onis, f. t. uerb. Ipſe ſuſpicandi actus, ὑπόνοια, ὑποψία. Cic. 1. de Fin. Plerunq; improborũ facta primò ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo, atq; fama, tum accuſator, tum Iudex, multi etiã, ut te Conſule, ipſi ſe iudicauerunt. Idem ad Lent. lib. 1. Gratiam autẽ noſtrã extinguit hominum ſuſpitio. Ter. in Eun. Imò magis auge ſuſpitionem. Plaut. in Pſeud. Suſpitio mihi hunc eſt, uos ſuſpicarier, Me hæc ideo tanta facinora promittere, Qui uos oblectem. Ter. in Eun. nam tum erat ſuſpicio Dolo malo hæc fieri omnia.

Suſpicioſus, a, um, Qui pronus eſt ad ſuſpicionẽ, ὑποληπτικὸς. Terent. in Apelph. Omnes quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quomodo Suſpicioſi, ad contumeliã omnia accipiunt magis: Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. Cic. 7. Ver. Te conſcientia timidũ, ſuſpicioſumq; faciebat. Idẽ ad Q. Fr. lib. 11. Eſſe nimis ſuſpicioſum & durum in ſuos. Accipitur etiam quandoq; pro eo qui ſuſpectus eſt. Cic. pro Roſ. Ame. Verùm id quod adhuc eſt ſuſpicioſum, niſi perſpicuũ res ipſa fecerit, hũc affinem culpæ iudicatote. Idem pro Flac. Et is eſt reus auaritiæ, qui in uberrima re turpe compendium, in maledicentiſſima ciuitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio, maledictũ omne, non modò crimen effugit.

Suſpicioſè, ſuſpicioſius, aduerb. Cic. pro Roſc. Amer. Quum enim aliquid habeat quod poſſit criminoſè ac ſuſpicioſè dicere, apertè ludificari & calumniari ſciens non uideatur. Idẽ de Clar. Orat. Qui ſuſpicioſius, aut criminoſius diceret, audiui neminem.

Suſpicax, acis, om. t. Idem quod ſuſpicioſus, ὑποληπτικὸς. Tac. lib. 3. Is haud aliàs intentior populus, plus ſibi in principem occultę uocis, aut ſuſpicacis ſilentii permiſit. Idem lib. 1. Etiã Q. Hatterius & Mamercus Scaurus ſuſpicacem animũ perſtrinxere.

Suſpiro, as, n p. pen. prod. Spiritum ab imo pectore traho quod ſollicitudinis, aut doloris argumentũ eſt, στένω, στενάζω. Plaut. in Men. Quin ſuſpirabo ſexcentum dies. Cicero Attic. lib. 1. Reperire ex magna turba neminẽ poſſumus, qui cũ aut iocari liberè aut ſuſpirare poſſimus. Oui. Epiſt. 20. Ingemit, & tacito ſuſpirat pectore. Per translationẽ accipitur pro deſiderare, & ſic ferè accuſatiuo iungitur. Iuu. Sat. 11. Suſpirant longo non uiſam tempore matrem. Tibul. li. 4. Eleg 5. Quòd ſi forrè alios iam nunc ſuſpirat amores. Suſpirare in aliquam. Ouid. 1. Faſtor. Hanc cupit, hanc optat, ſolam ſuſpirat in illam.

Suſpiratus, us, m. q. Actus ipſe ſuſpirandi, συναχὴ. Ouidius 14. Metam. Reſpicit hunc uates, & ſuſpiratibus hauſtis, Nec dea ſum, dixit.

Suſpirium, rii, n. ſ. Ipſa ſuſpiratio, hoc eſt, ab imo pectore ſpiratio, συναγμὸς, συναχὴ, Cic. ad Attic. lic. 13. Conſul eſt impoſitus is nobis, quem nemo, præter nos philoſophos, aſpicere ſine ſuſpirio poſſet. Ouidius 2. Metamorp. præfagaq; luctus Pectore ſollicito repetens ſuſpiria, &c. Idem 10. Metamor. Myrrha patre audito, ſuſpiria duxit ab imo Pectore. Colum. lib. 6. cap. 14. Interdum tumore palati cibos reſpuit, cerebrũ ſuſpirium facit. Mart. lib. 1. Collo nexa cubat, cupitq; ſomnos, Vt ſuſpiria nulla ſentiantur. Accipitur aliquando Suſpirium pro ipſa ſpirandi difficultate. Græci ἄσθμα uocant. Plin. lib. 10. ca. 9. Ad tormina, regios morbos, tuſſim ueterem cum ſuſpirio.

Suſpirioſi, Qui ſpirandi difficultatẽ patiũtur, uel quibus uitioſa eſt reſpiratio, quos Græci ἀσθματικὸς uocant. Colum. lib. 6. cap. 37. Febrienti mulæ cruda braſſica datur, ſuſpirioſæ ſanguis detrahitur.

Suſque, deque fero, Quod & ſuſque deque habeo dicimus, Significat æquo animo ſum, & quod accidit, non magni facio, ἀδιαφορῶ. Interdum negligo, atque contemno, hoc eſt, ſurſum an deorſum feratur, res, parui facio. Plaut. in Amphit. Atq; id me ſus deq; eſſe habiturã putat? Vide Gellium lib. 16. cap. 9.

Suſsilio, ſuſsilis uide Subſilio.

Suſtineo, nes, ſecunda ſyllaba cor. a. p. Fero, ſulcio, labentẽ excipio, alioqui ruiturum retineo, ἀνέχω, βαστάζω. Plautus in Menæh. ſuſtine has Penicule exuuias. Idem Pœn. Quantum hominum terra ſuſtinet. Cic. 2. de Nat. deor. Ex quo concluditur quum omnes mundi partes ſuſtineantur calore, &c. Plin. lib. 12. cap. 25. Vineæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinent. Suſtinere, pati, tolerare, ἀνέχεσθαι, ὑπομένειν, φέρειν. Ci. 6. Phil. O dii immortales, quis huiũs potentiam poterit ſuſtinere? Terent. in Phor. prima coitio eſt acerrima: Si eam ſuſtinueris, poſt illam, ut lubet, ludas licet. Plin. Epiſt. 12. Et cur inquit, me putas hos tantos dolores tandiu ſuſt. nere? Al' quando alo, reficio, egeſtatem ſubleuo, nutrico, τρέφω, ἀνατρέφω. Liu. Milites fluuiali piſce & herbis ſuſtinebãtur, Id eſt, ciebantur. Verg. lib. 2. Georg. hinc patriã paruoſq; nepotes. Suſtinere ſe à reſpondendo, id eſt, cohibere. Cic. 4. Acad. Quum ſe à reſpondendo, ut aut approbet aut reprobet quid ſuſtineat, ut neq; neget aliquid, neq; aiat. Non ſuſtineo, pro non poſſum, nequeo, non audeo. Quint. lib. 2. ca. 4. Nec enim huius rei iudicium differre ſuſtineo. Ouid. 4. Faſt. nec iam ſuſpendere fletum Suſtinet. Idem 6. Met. ſed non attollere cõtrà Suſtinet hæc oculos. Suſtineo, defendo, tueor. Cicer. 4. Acad. Philo autem dũ noua quædam commouet, quòd ea ſuſtinere uix poterat, quæ contra Academicorum pertinacia dicebantur, & apertè mentitur. Brutus Ciceroni, Apulium autoritate tua ſuſtinere debes. perſonam, expectationẽ cauſam, dignitatem imperii, id eſt, tueri, itaq; ſeſe gerere ut in iis rebus non impar uideatur. Cicero pro domo ſua, Hi tales uiri, qui non ſolùm conſiliis ſuis, ſed ſpecie ipſa dignitatem Reipublicæ ſuſtinent. Idem poſt reditum, Quorum mẽtes anguſtæ, & humiles magnitudinem tanti imperii ſuſtinere non poſſunt. Accipitur aliquando Suſtinere pro cõpeſcere, reſiſtere. Att. Cic. Cum iſta copia tanem multitudinem ſuſtinere non poteris. Suſtinere differre, ἀναβάλλω. Liu. li. 5. ab Vrbe, Compreſſiq; à Centurione, quem ſibimet ipſi præfecerant, rem in noctem ſuſtinuere. Suſt. neo gradum, reprimo. Oui. 6. Faſt. Obſtupui tacitus, ſuſtinuiq; gradum. Suſtinere dicitur Deus manum ſuam, quando retrahit. Ouid. lib. 5. Faſt. Sæpe Iouem uidi, quum iam ſua mittere uellet fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.

Suſtento, tas, a. t. p. Frequentatiuum eſt à Suſtineo, idem ſignificans quod fulcio, & alioqui ruiturũ retineo, ἀνέχω, βαστάζω. Vergil. 10. Aen. Huic frater ſubit Alcanor, fratremq; ruentẽ Suſtentat dextra. Nonnunquam idem quod tollero, ſeu patienter fero, ἀνέχομαι, ὑπομένω, φέρω. Sall. ad Cæſ. de Republica ordin. Poſtremò ſapientes pacis cauſa bellum gerunt, laborem ſpe otii ſuſtentant. Cic. pro Flacco, Hominum mentes, cogitationesq; ſpes ſuſtentat, Idem Mario lib. 7. Tu modò iſtam imbecillitatem ualetudinis tuæ ſuſtenta & tuere. Cæſ. 7. bel. Gall. Vſq; eò, ut complures dies milites frumento caruerint, & pecore è longinquioribus uicis adacto, extremam famem ſuſtentarent. Idem 3. belli Ciu. Iamq; frumenta matureſcere incipiebant, atq; ipſa ſpes inopiam ſuſtentabat, quòd celeriter ſe habituros copiam confidebant. Suſtẽtare ſe, id eſt, fortem animum in rebus diuerſis gerere, & fortunæ non ſuccumbere. Cic. Terent. lib. 14. Quod reliquũ eſt, ſuſtenta te mea Terentia, ut potes. Idem Torquato lib. 6. Tu uelim te, ut debes & ſoles, tua uirtute ſuſtentes. Idem Attic. lib. 3. Me uix, miſereq; ſuſtento. Suſtentare, pro alere, ſeu reficere, & egeſtatem alicui ſubleuare, τρέφειν, ἀνατρέφειν. Cic. Att. P. Valerium negat habere quicquam Deiotarus Rex, cũque ait à ſe ſuſtentari. Terent. in Adelp. alit illas: ſolus omnẽ familiam Suſtentat. Suſtentatum eſt, impersonale. Cæſar 2. bell. Gall. Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt: ægrè eo die ſuſtentatum eſt.

Suſtentatio, onis, Idem quod expectatio, ſiue dilatio, ὑπόμονη. 2. Ci. 2. de Inuent. Deinde utrum ſtatim fieri neceſſe ſit, ut cũ habeat aliquam moram & ſuſtentationem.

Suſtẽtaculũ, Id eſt, fulcimẽtũ quo aliquid ſuſtinetur, ἔρεισμα.

Suſtollo, lis, a. t. inconſ. nerbum eſt obſoletum, Idẽ ſignificans qd' attollo, ſiue ſurſum ſubleuo, ἀναφέρω ἀωρίω, ἐπαίρω. A quo manſit præteritum ſuſtuli, & tempora ab eo formata Verg. lib. 2. Aen. Suſtulit exutas uinclis ad ſidera palmas. Significat autem Suſtuli, idem quod ſurſum tuli, in altum erexi, ſubleuaui, ἐπῆρκα. Cic. pro Deio. Quum eum in equum plures ſuſtuliſſent, uix in eo hærere ſenex potuit. Idem libr. 2. de

2. de Nat. deor. Phaëthontẽ Sol in currũ ſuſtulit. Idem Att. Salaminii nos decretis ſuis in cælum ſuſtulerũt. Aliquando idem quod ſuſcepi: ut, quũ dicimus quempiã ex uxore liberos ſuſtuliſſe, id eſt, ſuſcepiſſe, ἀνήρημαι. Nam quemadmodũ mater dicitur peperiſſe, ita pater ſuſtuliſſe. Cicero in Antonium, Qui ex libertina ſuſtulerit liberos. Nonnunquam pro educaui, τέτροφα. Ver. lib. 9. Aen. Mæonio Regi quẽ ſerua Lycymnia furtim Suſtulerat. Nonnunquam item occidi, necaui, abſtuli de medio, abrogaui, perdidi, defluxi, ſubuerti, ἀνήρηκα. Vnde eſt diſtichon illud apud Suetonium in Nerone,

Quis neget Aeneæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. Cic. de Diuin. Xenophanes diuinationẽ funditus ſuſtulit. Idẽ li. 1. Off. Maiores noſtri Carthaginem funditus extulerũt.

Sublatio, onis uerbale, Idem ferè ſignificans quod ablatio, ſiue deſtructio, ἀφαίρεσις. Quint. libr. 7. cap. 2. An reſtitutio pro ſublatione iudicii ſit.

Suſtuli, præteritum, uide Suffero, ſuſtollo, & tollo.

Suſum, Pro ſurſum, apud antiquos. Cato cap. 157. ita ſubducito ſuſum animam quàm plurimum poteris: in triduo polypus excidet.

Suſurrus, ri, m. f. Paruũ, & ſummiſſum murmur. ψιθυρισμὸς. Cic. 4. Tuſcul. Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari dicebat, aquam ferẽtis mulierculæ (ut mos in Græcia eſt) inſuſurrantis q; alteri. &c. Horat. libro 1. Car. Leuesq; ſub noctem ſuſurri. Verg. 1. Ecloga, Sæpe leui ſonum ſuadebit inire ſuſurro. Declinatur etiam hoc Suſurrum. Ouidius libro 7. Metam. Procris adit, linguaq; refert audita ſuſurra.

Suſurro, as, n. p. Summiſſa uoce loquor, leuem & ſummiſſum ſtrepitũ edo: quale eſt aut apum murmur, aut aquæ molliter defluentis. aut uenti leniter ſpirantis, ψιθυρίζω. Verg. in Cul. Ima ſuſurrantis repetebãt ad uada Nymphæ. Et paulò pòſt, quos leniter afflans Aura ſuſurrantis poſſit confundere uenti. Sumitur aliquando pro clanculum. Terent. in Andria, Iam ſuſurrari audio, ciuem Atticam eſſe hanc. Martial. libro 2. Ne quid fortè petam, timet, cauetq; Et ſecum ſic, ut audiam, ſuſurrat. Ouidius Epiſt. 18. Aut ego cum chara de te nutrice ſuſurro.

Suſurratio, onis, f. t. uerbale, ψιθυρισμὸς. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. Ad Cæſarem crebri, & non belli de eo rumores, ſed ſuſurrationes duntaxat ueniunt.

Suſurro, onis, Detractor, maledicus: qui non apertè loquitur, ſed uoce demiſſa auribus hominum obſtrepit, ψίθυρος.

Sutates, m. t. A Plauto (modò emendata ſit lectio) dici uidentur iidem qui ſutores, aut ſaltem certum quoddam ſutorum genus. Sic enim legitur apud ipſum in Aulular. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius, Cinifiones, patagiarii, induſiarii, &c. Propolæ, linteones, calceolarii, Sedentarii, ſutates, diabathrarii.

Sucẽla, telæ, f. p. Doloſa aſtutia, ut inquit Feſtus, ſiue techna callidè conſura, κακοῤῥαφία. Plaut. in Capt. Quando edo te exemplis peſſimis excruciauero, Atq; ob ſutelas tuas te morti miſero, Vel te interiiſſe prædicent.

Suterna, Ipſa ſutura, ſiue opus ſutorium, ῥάφη. Varr. Quod ſuternas facere inſcius, nihil homo agis.

Sutilis, & **Sutor**, uide Suo.

Sutura, uide Suo.

Suus, Relatiuum reciprocũ, à Sui genitiuo deductũ, de quo ſuprà egimus in ſuo primitiuo, σφέτερος, σφός, ἴδιος. Hîc paucula tantùm annotanda ſunt, quæ illic ſunt omiſſa. Suus aliquando idem ualet quod ſui iuris. Cicer. 4. de Fin. Semperq; erit in diſputando ſuus. id eſt non utetur alienis inuentis argumentorum. Aliquando idem quod proprius, ἴδιος. Cic. pro Roſc. Am. Sua quenq; fraus, & ſuus error maximè uexat, ſuum quenq; ſcelus agitat. Idem 1. Off. Expendere oportebit quid quiſq; habeat ſui: id enim maximè decet, quod eſt cuiuſq; ſuum maximè. Cic. ad Attic. lib. 14. Plura nobiſcum hic perhonorificè & amicè Octauius, quem ſui Cęſarẽ ſalutant. Plaut. Trin. Neu ſuum adimerem alteri. Idem Cur. Quibus ſui mihi eſt niſi una lingua. A Suus deducuntur cõpoſita Suapte & Suopte, quæ idem ualent quod Suamet, & Suomet, ut ſuapte culpa, id eſt, ſuamet uel ſua ipſius culpa. Plautus Merc. Suapte culpa ex genere capiunt genus. Suopte ingenio. Liu. 1. ab Vrb. Suopte igitur ingenio temperatum animum uirtutibus fuiſſe opinor magis, inſtructumq;. Suopte nutu. Cic. 1. Tuſ. Vt terrena humida ſuopte nutu, & ſuo põdere ad pares angulos in terrã, & in mare ferãtur. Suuſmet. Tac. libr. 14. Pulſus cum fauciis integri ſuomet ipſi metu, & anguſtiis uiarum conflictabantur. Sall. in Iugurt. Neceſſe eſt ſuomet ipſi more præcipites eant.

Syagros, Latinè aper, uide in propriis.

Sycites, συκίτης, Gemma à fici colore dicta: de qua Plin. lib. 37. cap. 11. Eſt item Sycites, uini factitii genus ex fico, quẽ alii Palmiprimum, alii Catorchiten appellant, ſingulis modiis in aquæ congiis tribus maceratis: ut docet idem Plin. libro 14. capite 16.

Sycõmõrus, f. f. pen. cor. συκόμορος Dioſcoridi, Arbor eſt, mediam inter morũ & ficum ſimilitudinẽ habens: unde & nomen ei impoſitũ eſt. συκῆ enim Græcis ficus eſt, & μορέα arbor, quã & Latini Morũ appellant. Hanc nõnulli Ficum Aegyptiam: Theophraſtus Aegyptiã morũ: Celſus inuerſa cõpoſitione Moroſycon: Dioſc. & Galenus Sycomorũ appellarunt. Dioſcorides ſcribit ſycomorũ eſſe arborẽ magnam, ſimilem ficui, foliis moro quàm proximis, magna lactis copia abundantem. Fructum fert ter, quater ue quotannis, nõ ramis, ut ficus, ſed caudice ipſo, caprificis ſimilẽ, ficorũ groſſulis dulciorem, & qui in interiore farcto, nulla, qualia in fico ſunt, frumẽta habeat: nec, niſi ferro, unguibus ue ſcalpatur, matureſcentẽ. Naſcitur præcipuè in Rhodo, & Caria, aliiſq; locis frumẽti non admodũ feraçib. Prouenit & in Aegypto, maximè in Nili aggeribus, quos radicibus ſuis colligat, & ad uerſus Nili inundationes munit: unde, teſte Vlpiano, grauiter in eos ſolet animaduerti, qui in Nili ripis ſycomorum excinderet.

Sycophanta, æ, com. p. συκοφάντης, Idem quod calumniator, ſiue delator. Cuius ſignificationis ratio ab aliis alia traditur. τῷ συκοφάντῃ (inquit Plutar.) τὸ νόμα ἐκ φιλοπραγμοσύνης γεγενῆσθαι φασίν. κεκωλυμένου γὰρ ἀθήνησιν ἐκφέρειν τὰ σῦκα μηνύοντες καὶ φαίνοντες τοὺς ἐξάγοντας ἐκολάζοσαν. Hoc eſt, Sycophantæ ex cupiditate aliis faceſſendi negotii nomen factum aiunt. Nam quũ Athenis uetitũ eſſet efferre ficus, qui eos deferebant, accuſabantq; ſycophantæ ſunt appellati. Alii tradũt, quũ Attici iuuenes in hortos alienos irrũperent, ficosq; ſublegerent, pœnã capitis in eos, qui id facerẽt, fuiſſe conſtitutam: quam pœnã qui perſequeretur ob paruula detrimenta, ſycophantas appellatos. Dictq; itaq; uidentur ſycophantæ, παρὰ τὰ σῦκα φαίνειν. hoc eſt, à ficuum dilutione. Alii nominis huius etymon ad huiuſmodi referũt fabulam, quam & Maximus Planudes in uita Aeſopi refert. Quũ Xanthi philoſophi ſeruus ficus domino ex agro allatos aſſumpſiſſet, eius rei culpam in Aeſopũ conſeruũ ſuum reiecit. Qui ut domino innocentiã ſuam probaret, aquã repidam ebibit, eandemq; puram, ut hauſerat, euomuit. Quod quũ iubente hero, alter quoq; feciſſet, unà cũ aqua ficuũ quoq; fruſta eiecit: eaq; ratione prodito calumniatore, factũ eſt ut ſycophantam dicamus, qui inſontem falſo crimine calumniatur. Plautus in Amphit. Nimis hic ſcitus eſt ſycophanta, qui quidem ſit meus pater.

Sycophantia, æ, f. p. συκοφαντία, Mendaciũ, calumnia, fallacia. Plaut. in Aſin. Per fallaciam, quam amabam, abduxit à leno ne mulierẽ, Neq; puduit id ætatis ſycophãtias ſtruere. Idem in Aſin. Perfidiæ laudes, gratiasq; habemus meritò diis magnas, Cum noſtris ſycophantiis, dolis, aſtutiisq;, Scapularũ confidentia, &c.

Sycophantor, aris, ari, Sycophantias ſtruere, συκοφαντέω. Suid. Plautus in Trinum. Quanquam hoc meæ ætatis Sycophantari pudet.

Sycophantiosè, aduerbiũ antiquũ, hoc eſt, doloſè, ſiue per calumniam, συκοφαντικῶς. Plaut. in Pſeud. Ego nec ſycophantiosè quicquam ago, nec maleficè.

Sycoſis, pen. pro. σύκωσις, Vitiũ eſt palpebræ aſperæ, & granorũ exiguorũ, quæ in ficis frumenta à Plin. appellantur, ſimilitudinem ficus referentis: unde & nomen accepit.

Sydus, & **Syderatio**. uide Sidus.

Syllaba, æ, f. p. συλλαβή, Eſt cõprehenſio literarum, uel unius uocalis enũtiatio, unius, aut duorũ temporũ capax. Omnis enim ſyllaba aut breuis eſt, & unum tempus recipit, qd' atomum metrici uocant: ut, Vir. Aut longa, & duo recipit tempora: ut, Res. Dicta eſt aũt ſyllaba ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν, quod eſt comprehendere. Propriè enim illa eſt ſyllaba, quæ ex pluribus literis conſtat. Quæ autẽ una uocali perficitur, abuſiuè Syllaba uocatur, & Monogramma appellatur. Aliæ dicuntur Digrammæ, ut Næ: uſq; ad hexagrammam, ut Stirps.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Accidunt ſyllabę quatuor, tenor, ſpiritus, tempus, & numerus literarum. Tenores tres ſunt, acutus, grauis, & circunflexus. Spiritus duo, Aſper, & lenis. Tempora tria, breue, longum, & cõmune. Numerus, quia unica litera contenta eſſe poteſt, aut plures admittit: ſenarium tamen numerum non egreditur.

Syllabatim, aduerbium, Per ſyllabas, κατὰ συλλαβάς. Cic. Attic. lib. 13. Ergo ego nec Tironi quidẽ dictaui, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet, ſed Spintheri ſyllabatim. Dicere ſyllabatim. Cic. 4. Acad. Quum enim tuus iſte Stoicus ſapiens ſyllabatim tibi iſta dixerit.

Syllaturio, uide Sullaturio.

Syllepſis, σύληψις, Figura eſt orationis, teſte Rufiniano, quũ duabus diuerſis & ſententiis uerbũ accõmodatur alteri non conueniens. Beda definit eſſe diſſimiliũ clauſularũ per unũ uerbum cõglutinatam conceptionẽ: ut quum ſubſtãtiuis, nominatiuis ue diuerſorũ generũ iungitur adiectiuum, uerbum ue alteri tantũm reſpondens. Verg. 1. Aen. Sociis & rege recepto. Idem 1. Ecloga, ſunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Aut quũ pro multis unus ponitur: ut, uterum armato milite complent. Aut pro uno multi: ut, Vos ô Calliope, precor aſpirate canenti. Viſitatius enim diciſſet, O uos Muſę. Dicta ſyllepſis, ἀπὸ τοῦ συναμβάνειν, quod eſt concipere: unde Latinè Conceptionẽ, ſiue Cõprehenſionem uertere poſſumus.

Syllogiſmus, m. ſ. συλλογισμὸς, Argumenti mitiſsimi genus, ex duobus pronũtiatis concluſionẽ neceſſariò inferens. Latinè ratiocinationẽ uertere poſſumus, ἀπὸ τοῦ συλλογίζεσθαι, quod eſt ratiocinari. Quint. lib. 5. ca. 7. In ſyllogiſmo tota ratiocinatio ab eo eſt, qui intendit.

Sylua, æ, f. p. Nomen generale eſt non ſoldm arborũ, ſed etiã herbarũ, δρυμὸς, ὕλη. Verg. lib. 1. Georg. ſubit aſpera ſylua, Lappæ, tribuliq. Propriè tamen arborũ, & quæ cædua eſt, hoc eſt, quæ habetur in eum uſum, ut ex materia cędatur. Quòd ſi ſuccisa ſit, nihilominus dicitur ſylua, quoniã rurſus ex ſtirpibus, aut radicibus renaſcitur. Cic. Att. libr. 12. Mane me in ſyluam, abſtrudo denſam, atq; aſperã: non exeo inde ante ueſperam. Quint. lib. 1. cap. 10. de Orpheo, Non feras modò, ſed ſaxa etiã, ſyluasq; duxiſſe poſteritatis memoriæ proditũ eſt. Verg. 6. Aen. Itur in antiquã ſyluam ſtabula alta ferarũ. Idem 3. Georg. Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca. Dicta ſylua ab eo quod Græcis, ὕλη, id eſt, materia dicitur. Et ut illi ὕλην pro materia, ſic noſtri ſyluam poſuerũt. Sylua aũt uel glandifera eſt, cuius arbores non cæduntur, ſed ad eſcã quadrupedibus præbendam ſeruantur: aut cædua, q̃ in ea arbores, quum ad iuſtam proceritatẽ creuerũt, cæduntur, ut uel ædificationi b. uel aliis uſibus materiã præbeant. Lucus non eſt cędnus, ſed manu conſitus, religioſusq; deo, uel hominis alicuius cineri dedicatus, circa delubrũ dei, uel ſepulchri. Saltus eſt ſylua inuia, ubi paſci & æſtiuare, uel hyemare pecudes ſolent. Nemora uoluptatis cauſa cõparata, & plena amœnitatis. Quandoq; ſyluam accipimus pro tumultuario, & extemporaneo ſcripto, quod Græci σχεδίασμα appellant: cuiuſmodi ſunt Syluę Papinii, quas ſibi ſubito calore, & quadam feſtinandi uoluptate excidiſſe teſtatur. Quin. lib. 10. ca. 3. Diuerſum eſt huic eorũ uitium, qui primo decurrere per materiam ſtylo quàm uelociſſimo uolunt, & ſequentes calorem, atq; impetũ ex tempore ſcribũt: hanc ſyluam uocãt.

Syluula, diminutiuum, ὑλάειον. Colum. libr. 8. cap. 15. Sunt enim quibus cordi eſt uel in ſyluulis tamaricum, aut ſcripto rum frutetis immorari, nec ob hanc tamen cauſam totus locus ſyluulis occupetur.

Syluęſter, is, e, om. t. uel hic & hæc Syluęſtris, & hoc ſyluęſtre, Idem quod ſyluoſus, ὑλόεις, ὑλήεις. Liu lib. 7. bel. Pun. Tumulus erat ſyluęſtris inter Punica, & Romana caſtra. Cic. in Lælio, Quum locis ipſis delectentur montoſis, & ſyluęſtribus, in quibus diutius cõmorati ſumus: hoc eſt, locis qui in mõtibus ſunt, & ſyluis. Interdum idem qđ agreſtis, ſiue ruſticus, ἄγριος. Ouid. 2. Faſt. Tranſtulit Euander ſyluęſtria numina ſecum. Verg. 1. Eclog. Syluęſtrem tenui muſam meditaris auena. Hinc Syluęſtrior, comparatiuus. Plin. lib. 16. cap. 27. Syluęſtriora omnia tardiora.

Syluaticus, a, um, Quod eſt ſyluæ, ſeu quod ad ſyluã pertinet, ὑλικὸς, Var. lib. de Re ruſt. Vt falces dicuntur ab eodem ſcriptore uineaticæ opus eſſe ſex, ſerpiculæ quinque, ſyluaticæ quinq;, arboriariæ tres, ruſticariæ decem. Syluatica laurus, creſcens in ſyluis, Cato ca. 8. Syluaticus mus, id eſt, agreſtis, ſiue in ſyluis habitans. Plin. lib. 30. cap. 9.

Syluicola, læ, com. p. pen. cor. Qui ſyluam incolit, ὑλίκουρος. Propert. lib. 3. Eleg. 13. His tum blanditiis furtiua per antra puellæ Oſcula ſyluicolis empta dedere tuis.

Syluicultrix, icis, Syluæ habitatrix. Catul. Epigram. 58. Vbi cerua ſyluicultrix, ubi aper nemoriuagus?

Syluifragus, a, um, pẽ. cor. Vẽti epitheto eſt, quo arbores in ſyluis & frangũtur, & eruũtur. Lucr. li. 1. mõtesq; ſupremos Syluifragis uexat flabris. De ui & impetu uentorum loquitur.

Syluiger, ra, rum, Idem quod ſyluoſus: ὑλώδης. ut Montes ſyluigeri. Plinius libro 31. cap. 3. Ideo ſyluigeri ab Aquilonis tantũm parte ſunt.

Syluoſus, a, um, Sylua obſitus, arborũ denſitate ſyluæ imaginẽ referens, ὑλώδης, ὑλόεις. Liuius 9. ab Vrbe, Saltus duo alti, ſyluoſiq; ſunt, montibus circa ſe perpetuis inter ſe coniuncti. Plin. lib. 12. ca. 1. Superiores eiuſdem rami in excelſum emicant ſyluoſa multitudine.

Syluęſco, is, ere, n. t. In nimiã ramorũ, ſarmentorum ue uberta tem luxuriare, ὑπερμανῶ. Cic. in Catone, Quã multiplici ſerpentem lapſu, & erratico, ferro amputans, coërcet ars agricolarum, ne ſyluęſcat frumentis, & in omnes partes nimia fundatur. Col. lib. 4. cap. 11. Nec pali uirem ſuperuacuis tron dibus luxuriantem ſyluęſcere.

Symbaltota, penult. prod. συμβαλωτὰ, ἀπὸ τοῦ συμβάλλω, Veſtes quædam coacti per ſe uelleris implexu potius, quàm textu confectæ.

Symbole, es, f. t. συμβολὴ, Latinè Commiſſura.

Symbolum, li. n. ſ penultimi. correpta, Nota, ſignum, collatio: σύμβολον, ἀπὸ τοῦ συμβάλλω, confero. Hinc fit ut Symbolum accipiatur pro eo quod in cœnam cõparandam plures conferunt. Terent. in And. Symbolum dedit, cœnauit. Dicitur etiam Symbolum, ſignũ bellicũ, quod à Latinis Teſſera appellatur, quo ſocii ab hoſtibus, & exploratorib. dignoſcuntur, ut in Marii exercitu, Lar deus: in caſtris ſyllæ, Apollo Delphicus: inter Cæſarianos, Venus genitrix. Ab huius ſimilitudine Symbolum Apoſtolorũ dictum eſt, quoddam quaſi totius noſtræ fidei breuiariũ: quo ueluti quadam teſſera, pſeudapoſtoli à ueris diſcernerentur. Erant enim eo tempore Iudæi quidam, qui ſimulabãt ſe eſſe Apoſtolos Chriſti, & lucri alicuius, uel uentris gratia ad prædicandũ proficiſcebantur: nominantes quidem Chriſtũ, ſed non integris traditionum lineis annuntiantes. Hoc etiam nomine dicebãtur teſſeræ quædã, quę dabantur publicè à ciuitatib. quibuſdam hominib. ſibi amicis, ut hoſpitaliter, & amicè acciperentur in oppidis fœderatis. Sic etiam hodie uocari poſſumus teſſeræ collybiſticæ, ad permutandã pecuniã ſine uecturæ periculo inſtitutæ. Iulius Pollux interpretatur Symbolum paruum numiſma. Ariſtoteles originem, id eſt, etymologiam uocabulorũ Symbolũ appellat, per quam uis uerbi, uel nominis per interpretationem cognoſcitur. Symbola item dicuntur notæ arcanioris cuiuſpiam myſterii ſignificatiuæ: ut quum Ciconiam dicimus eſſe ſymbolum pietatis, & papaueris fertilitatis. Item breues quædã & inuolutæ ſententiæ, & quædam quaſi ænigmata, rem aliquã occultam & reconditam ſignificantia: quæ & σωθήματα, & ἀπομνημόνευτα à Græcis appellantur: cuius generis ſunt ſymbola Pythagorica.

Symbolus, pen. cor. σύμβολος, Idem quod ſymbolum, anulus, teſſera, chirographum. Plaut. Bacch. Eo præſente homini extemplò oſtendit ſymbolum. Quem tute dederas ad eum ut ferret filio. N. Quid, ut ei oſtendit ſymbolum? C. infit dicere, adulterinũ, & non eum eſſe ſymbolum. Idem Pſeud. Date eum ſymbolũ illi. Iuſtin. lib. 1. Solicitare inquietos in partes ſuas ſtatuit: & quum colloquendi copiam non haberet, quò applicaturi erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat. Quo in loco Symbolos uidetur appellare literas, ſiue notas, quibus militibus indicabatur locus, quò eſſent conuenturi.

Symbola, fœm. gener. Apud antiquos in eadem legitur ſignificatione, in qua ſymbolum. Plaut. in Sticho, Iam hercle ego per hortum ad amicã tranſibo meam, Mi hanc occuparum noctem: eadem ſymbolam dabo, & iubebo apud Sangarium cœnam coqui.

Symbolus, li, m. ſ. à Græcis dicitur homo prudens, probusque conſilio, σύμβουλος, cuius contrarium eſt ἄβουλος, hoc eſt, cõſilio carens, in conſilio Symmachia auxilium, concertatio, ſocietas.

Symmetria, συμμετρία, Apta membrorum, partium ue omnium proportio: quæ quibus adeſt ſymmetria, σύμμετρα dicuntur. Plinius libro 14. capite 8. Primus hic multiplicaſſe uarieta-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uarietatem uidetur, numerosior in arte quàm Polycletus, & Symmetria diligentior. Idem, Nondum habet Latinum nomen Symmetria.

Symonianum trifolium, uel (ut Ruellio placet) Symonia cum, Herba quam in hæc uerba describit Columella libro 6. ca. 17. Symonianum trifolium, quod inuenitur confragosis locis, efficacissimũ traditur, odoris grauis, neq; absimilis bitumini, & idcirco Græci eam ἀσφάλτου appellant. nostri autem propter figuram uocant Acutum trifolium: nam longis & hirsutis foliis uiret, caulemq; robustiorem facit quàm pratense.

Sympathia, συμπάθεια, Condolentia, naturalis cõsensus, & cõuenientia: qualis est maris cum Lunæ natura, & heliotropii cum natura Solis. Cic. 3. de Nat. deor. Illa uerò cohæret & permanet naturæ uiribus, non deorum: estq; in ea ista quasi consensus, quam συμπάθειαν Græci uocant.

Symphonesis, συμφώνησις, Passio quæ metris accidit, cùm duæ scilicet syllabæ, scandendo, in unam coëunt. Hoc autem fit, cùm in diuersis actionib. una parte orationis uocali, uel m, litera terminata, sequens item à uocali incipit, ut Atque iterum ad Troiã magnus mittetur Achilles. Fit etiam Symphonesis in eadẽ dictione quatuor modis. Vel cùm duæ syllabæ longæ pro una longa ponuntur: ut, Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei. Vel cùm duæ breues pro breui: ut Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Vel cùm longa & breuis, pro una longa: ut, fixerat acripedẽ ceruum. Vel cùm breuis & longa pro una longa: ut, Dependẽt Lychni laquearibus aureis. Hæc etiam synalæphe dicitur.

Symphonia, æ, f. p. συμφωνία, Consonantia, & musicus concentus, ἀπὸ τοῦ συμφωνεῖν quod est consonare, siue concinere. Cic. pro Cælio, Accusatores quidem libidines, amores, adulteria, Baiis acta conuiuia, comessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. Cic. ad Tiron. lib. 15. Symphoniã Lysonis uelim uitasses. Symphonia herba, quæ & Cumphena dicitur, Plin. lib. 26. ca. 7. Symphonia, uel Gumphena alternis uiridibus roseisq; par caulem foliis, in posca sanguinẽ reii cientibus medetur.

Symphoniaci, m. s. συμφωνιακοὶ παῖδες, Serui qui ad modulationes musicas, concentusq; conficiendos cõparantur. Cic. pro Milone, Milo tum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat. Pædianus autor est, cani remigibus celeusma per symphoniacos seruos solitũ olim fuisse, interdum per assam uocem, id est, ore prolatam, interdum per cytharam.

Symphoniaca herba, Eandẽ cum Apollinari, siue hyoscyamo, teste Apuleio. Palladius, Si cerasus æstu canicularium fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam iubet, uel ex ea iuxta unum caudicem cubile fieri.

Symphonum, σύμφωνον, consonans pactum.

Symphreatides, Qui iisdem utuntur puteis. Cic. libr. de Legib. Ego me hercule & illi & omnibus municipibus duas esse censeo statuas: unam statuæ, alterã ciuitatis: ut, Ille Cato quum esset Tusculi natus, in populi Romani ciuitatẽ susceptus est. Itaq; quum ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris: ut uestri Attici, priusquàm Theseus eosdem migrare ex agris, & in Astu, quod appellatur, omneis conferre se iussit, & symphreatidas ex Atticis: sic nos & patriam dicimus, ubi nati, & illam qua excepti sumus. Quo in loco tamẽ nõnulli **συμφράμονες** legere malunt, quasi ὁμοφρόνας, hoc est, eiusdem animi & sententiæ.

Symphyton petræon, συμφύτων πετραῖον, herba in saxis nascẽs ramis tenuibus, paruis, origani similibus, capitulis thymi, furculosa tota, odorata, gustu dulcis, saliuã ciens, longa radice, subrusa, digiti crassitudine. Latini Alũ, rustici in Gallia Buglum appellant. Symphyton alterum, caule nascitur cubitorum binũm, aut maiore, angulosõ, inani, ut sonchus, & crasso, qui per breuia interualla circundatur foliis lanugi nosis, oblongis, &c. Officinæ nomen Symphyti retinuerunt. Herbariis & uulgò Consolida maior uocatur.

Sympinium, n. s. συμπίνιον, Vas uinariũ, non dissimile cyatho, quo in sacrificiis utebãtur: ἀπὸ τοῦ συμπίνειν, quod est cõpotare. Iuuen. Sat. 6. Et quis tunc hominũ contemptor numinis, aut quis Sympinius ridere Numæ, nigrumq; catinũ? Quo tamen in loco non desunt qui Sympullum legere malint: quæ uox & apud Plinium, & apud Varronẽ legitur. Verba Plinii sunt hæc, lib. 35. cap. 12. In sacris quidem, etiam inter has opes, non murrhinis, crystallisue, sed fictilibus proli-

batur sympullis. Varro autẽ sic habet, lib. 4. de Lin. Latina, Quod uinum dabant, ut minutatim funderẽt, à guttis Gutiæ appellarũt. Quòd sumebant minutatim, à sumendo sympullum nominauere. In huiusce locum in conuiuiis è Græcia succesit epichysis, & cyathus: in sacrificiis remansit guttus & sympullum.

Spmplator, symplatoris, m. ter. Amicus sponsi, qui cum eo per conuiuia ambulat.

Symplega, σύμπλοκα, Videtur esse opus, in quo luctantes, qui omnino concertatores spectantur.

Symplegas, adis, f. t. Complexio.

Symplegma, atis, n. t. σύμπλεγμα, Latinè complexus cõcursus dicitur Mart. lib. 12.

Symposium, sii, n. s. συμπόσιον, Idem quod conuiuiũ. Cic. lib. 9. Epist. ad Pætũ, Sapientius nos quàm Græci, illi Symposia, aut Sydæpna, id est, compotationes, aut concœnationes nos conuiuia, quia tum maximè simul uiuitur.

Symposiastes, συμποσιαστὴς, Dicitur ipse cõuiuator, seu cõuiuii domini. Ipsi aũt cõpotores, sympotæ, συμπόται. Cuius fœminum est sympotria, συμπότρια, compotrix.

Sympsalma, n. t. σύμψαλμα, Voeũ in cantando copulatio. Diapsalma, disiunctio earũ, ubi quædã requies distinctæ continuationis ostenditur. Psalma, quod psallitur.

Symmysta, m. p. συμμύστης, Secretarius, seu secretorũ conscius, ut apud interpretẽ Originis. Sicut Ioannes Symmysta pronuntiat, dicens, Quia si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud Deum Iesum Christum.

Syn, σύν, præpositio Græca, quæ in cõpositione significat simul, quemadmodum apud nos Con.

Synæresis, f. t. συναίρεσις, Cõtractio, figura, qua duæ syllabæ in unã contrahuntur, nullo sublato elemento: ut, Aerea dissyllabum pro ærei. Ver. lib. 6. Aen. Centũ ærei claudũt uectes, &c. Item ferrea, per duas syllabas, pro ferrei. Ibidem, Ferreique Eumenidum thalami. Dicta synæresis, ἀπὸ τῆ συναιρεῖν, quod est contrahere. Huic figuræ contraria est diæresis, quum una syllaba in duas resoluitur.

Synagoga, pen. pro. f. p. συναγωγὴ, Idem quod cõgregatio. uel cœtus, ἀπὸ τῆ συνάγειν, quod est congregare.

Synalœphe, συναλοιφὴ, Absumptio uocalis dictionẽ finientis, à sequenti dictione incipiente à uocali. Dicta synalœpha, ἀπὸ τῆ συναλείφειν, hoc est, à conglutinando, propterea quòd per eam duæ syllabæ in unam coalescant.

Synanche, f. t. συνάγχη, Angina, morbus in faucibus, & propriè ex musculorũ, interiorum inflammatione, teste Aegineta. Nam quũ malum guttur ipsum inuaserit, potius Cynanche, κυνάγχη appellatur. Quæ tamẽ differẽtia non rirò confunditur. Cels. lib. 4. cap. 4. Vt hoc aũt morbi genus circa totam ceruicẽ, sic alterum æquè pestiferũ, acutumq; in faucibus esse cõsueuit: nostri Anginam uocant: apud Græcos nomen, prout species est. Interdũ enim neq; rubor, neq; tumor ullus apparet, sed corpus aridũ est, uix spiritus trahitur, mẽbra soluuntur, id κυνάγχειν uocant. Interdũ lingua faucesq; cum rubore intumescunt: uox nihil significat, oculi uertuntur, facies pallet, singultusq; est. Id συνάγχη uocatur. Illa cõmunia sunt, Aeger non cibum deuorare, non potionem potest: spiritus eius includitur. Leuius est, ubi tumor tantummodo & rubor est, cætera non sequuntur, id παρὰ συνάγχην appellant. Hæc Celsus.

Synatrœsmus, m. s. συναθροισμὸς, Figura est, quam nos congeriem uertere possumus: ἀπὸ τοῦ συναθροίζειν, quod est cõgerere, seu cõgregare. Potest aũt & singulis uerbis, & pluriũ uerborum cõiunctione fieri. Singulis hoc modo, Sed quum ad supplicium sumendum se cõfirmaret, multa simul eum reuocabant, officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio. Plurium uerborũ coniunctione sic apud Lycurgum, Nemo enim nocens sine summo mœrore est, Iudices, sed multa simul eum perturbant: quod adest, solicitudinis plenum: quod futurũ est, formidolosum: lex paratũ supplicium ostentans, uitia ex uitiis coacta, occasionem arguendi maleficii captans inimicus, quæ quotidie eius animũ uehementer excruciãt. Vide Rutil. (uide Assentio.

Syncatathesis, συγκατάθεσις, Latinè Assentio, approbatio,

Syncategorema, tis, n. t. συγκατηγόρημα, Latinè dici potest uox significatiua. Sunt enim syncategoremata particulæ per se ipsas nihil significantes: quæ tamen orationem ingressæ, aliarum compositioni nonnihil addunt. Huiusmodi sunt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ à Dialecticis uocantur Signa uniuerſalia, & particularia: ut, Omnis, Nullus, Quidam.

Syncategorematicus, matica, maticũ, *συγκατηγορηματικὸς*, Id eſt, conſignificatiuus.

Syceraſtum, n. ſ. inquit Var. lib. 6. de Ling. Lat. dicitur omne edulium antiquo uocabulo Græco. Pacuu. in Pharagone, Honos ſyceraſto perit, pernis, gladio.

Syncerus, a, um, pen. pr. Propriè idẽ quod integer, illæſus, non mutilatus, *ἄθραυστος*, *ἀμείωτος*. Tractũ ab eo quòd qui dividere fructum cõmunem alueorũ cum ſocio uolunt, ſimul cum cera mel partiũtur: quòd ſi mel tantùm ſine cera cõgnent, fraudent ſociũ, nec agunt integrè. Syncerũ itaq́, quaſi ſimul cum cera. Ouid. 12. Metam. rurſus ſine uulnere corpus Syncerũq́ fecit. Lucr. lib. 3. Sin ita ſynceris membris ablata pfugit, Vt nullas partes in corpore liquerit ex ſe, &c. Cic. lib. 13. Epiſt. Hoc mihi da, ut M. Curium integrũ, ſyncerumq́ conſerues. Accipitur item ſyncerus pro puro, & incorrupto, *καθαρὸς*. Horat. libr. 1. Epiſt. Syncerum eſt niſi uas, quodcunq́ infundis, aceſcit. Aliquando pro uero, & minimè fucato, *ἀνυπόκριτος*, *εἰλικρινὴς*. Cic. li. 2. de Diuin. Quod licet exiſtimare, in aliis quoq́ oraculis Delphicis aliquid nõ ſynceri fuiſſe. Idem libro 2. Officior. Perſpicere quid in qua cunq́ re uerum, ſyncerumq́ ſit. Liuius libro 9. belli Punici, Si ſparium ad ſua, ut uelit, componenda detur, nihil ſyncera fide cum Romanis acturum. Syncerus, inquit Donatus, id eſt, purus, ſine fuco, & ſimplex: ut mel ſine cera. quod etymon ſi admittamus, Syncerus i, Latino ſcribendum erit.

Syncerè, aduerbium, Purè & integrè. Cæſar 7. belli Gallci, Hæc ut intelligatis, inquit, ſyncerè à me pronũtiari, audite Romanos milites. Cicero ad Atticum libro 5. Craſſi liberum mihi puto ſyncerè loquutum. Hinc contrarium eſt Inſyncerus, pro uitiato & corrupto. Vergilius, Inſyncerus apes tulit cruor.

Synceriter, aliud aduerb. eiuſdẽ ſignificationis. Gel. lib. 13. cap. 15. Quas qui ſynceriter capiunt.

Synceritas, atis, f. t. Puritas, integritas. Plin. lib. 11. cap. 7. Salinarum ſynceritas ſummam ſuam fecit differentiam. Colum. libro 4. capite 26. Atque alia conuertenda, quæ ſynceritatem habent: alia ſummouenda, quæ uel carioſa, uel iuſto breuiora ſunt.

Synchronos, *σύγχρονος*, Contẽporaneus. Vnde ſcribit Hieron. Oſeam prophetam fuiſſe ſynchronon Eſaiæ. Et Varr. ait, non eſſe dubium quin aliquo tempore eodem uixerint Homerus & Heſiodus, eosq́ ſynchronos fuiſſe teſtatur.

Synchyſis, *σύγχυσις*, Cũfuſio, turbatio ordinis: unde accipitur pro figura, ſeu uitio orationis, quum ordo perturbatus eſt: quod & Hyperbaton appellãt, cuiuſmodi eſt illud Verg. Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet: Saxa uocãt Itali mediis quæ in fluctib. aras. Dicta Synchiſis, *ἀπὸ τοῦ συγχύνειν*, quod eſt confundere, ſeu perturbare.

Syncíput, uide ſuprà Sinciput.

Syncopa, pæ, f. p *συγκοπὴ*, Conciſio, figura quum litera uel ſyllaba è medio dictionis abſcinditur: ut Cõpoſtus pro Compoſitus: Virũm pro Virorũ. Dicta Syncope, *ἀπὸ τοῦ συγκόπτειν*, quod eſt concidere.

Syncriſis pen. corr. *σύγκρισις*, Figura eadem cum antitheſi, hoc eſt, cõparatio rerũ atq́ perſonarũ inter ſe cõtrariarum: ut: Tu delinquis, ego arguor pro malefactis. Cic. pro Mur. Vigilas tu de nocte, ut cõſultoribus tuis reſpondeas: ille ut matutinè, quò intendit, cum exercitu perueniat: te gallorũ cantus, illum buccinarum ſtrepitus excitat.

Syndereſis, uide Syntereſis, infrà.

Syndicus, ci, m. ſ. pen, cor. *σύνδικος*, Patronus, qui cum alio cauſam aliquã tuendam accipit, quíue ſecundis actionib. cauſam defendit: ut in cauſa Cornelii Balbi Cicero. Syndici item ſunt ciuiũ aduocati & defenſores iuris publici: quaſi in cauſam publicã incumbẽtes. Vnde apud Plutar. legimus, Ariſtidem ab Athenienſibus creatũ fuiſſe Syndicum, ut cõmunem cauſam Græcorũ, ciuium ſuorum nomine defenderet. Demoſthenes quoq́ *πρὸς Ἀριστογείτονα*, refert lege ſancitũ fuiſſe Athenis, ne cui iterum Syndicũ fieri liceret, crearíq́ à populo: idq́ ideo, ne *συνδικία*, id eſt, Syndici munus ob publicam utilitatẽ inuentum, uerteretur in quæſtum, compendiumq́ priuatum. Hoc nomine uocari poſſunt, quos hodie Deputatos noſtri uocant. Budæus.

Syndipnum, *σύνδειπνον*, Dicitur Latinè concœnatio.

Syndulus, *σύνδουλος*, Conſeruus Latinè dicitur.

Synecdoche, f. t. *συνεκδοχὴ*, Figura locutionis, qua à parte totum, uel à toto pars intelligitur: ut Puppis pro naui. & Annus pro hyeme. Verg. Quàm multæ glomerãtur aues, & tot gidus annus Trans pontum fugat. id eſt, frigida hyems.

Synechon, *συνεχὲς*, A Latinis Rhetorib. continens, uel firmamentum dicitur: *ἀπὸ τῆς συνέχειν*, quod eſt continere.

Synedrus, edri, m. ſ. *συνέδρος*, Latinis conſeſſor, aſſeſſor, ſine conſiliarius dicitur. Liu. 5. Decad. lib. 5. His rerũ externarum cognitionibus interpoſitis, Macedonum rurſus aduocatum conſilium, pronuntiatũ quod ad ſtatum Macedoniæ pertinebat, Senatores, quos Synedros uocant, legendos eſſe, quorum conſilio Reſpub. adminiſtraretur.

Synephebi, m. ſ. pen. prod. *συνέφηβοι*, Dicuntur adoleſcentes ſimul pubeſcẽtes. Quod nomen inditũ eſt comœdiæ Statii Cæcilii. Cic. 1. de Fin. Synephebos ego, inquit, potius Cæcilii, aut Andriam Terentii, quàm utranq́ Menandri legam? Idem de Senect. Ait Statius in Synephebis.

Synephítes, *συνεφίτης*, Gemma eſt lactei coloris, alio nomine Galactites. Plin. lib. ult. ca. 10. Galactites ex uno colore lactis eſt. Eandem dicunt leucogeã & leucographiã. Appellant & Synephiten, lactis ſucco & ſapore notabilem.

Syngrapha, æ, f p. Syngraphus & Syngraphũ, phi, pen. cor. *συγγραφὴ*, Scriptura, ſiue ſchedula, quæ fit propria manu cõtrahentium, ad pactorũ fidem. Plaut. in Aſi. Age, iſtam oſtende, quem conſcripſi ſyngraphum Inter me, & amicum, & lenam. Cic. Trebat. lib. 7. Tanquam enim ſyngraphã ad Imperatorem, non epiſtolam attuliſſet: ſic pecunia ablata, domum redire properabat. Idem de Aruſp. reſp. alterum parabo Regem, ſi habuerit unde tibi ſoluat, quod ei per ſyngraphã credidiſti. Suetonius, Cuius partis non dubitauit à quibuſdam iuſiurandum, atque etiam ſyngraphum exigere. Dictæ ſyngraphæ, *ἀπὸ τοῦ συγγράφειν*, quod inter cætera ſignificat ſcripto cauere.

Synochitis, *συνοχῖτις*, Gemma eſt, qua Magi aſſerunt umbras inferorum euocatas teneri. Plin. lib. 37. cap. 11.

Synodía, orum, n ſ *συνόδιον*, Congreſſus, colloquium: *σὺν*, & *ὁδὸς*. Cic. ad Attic. lib. 10. Iniecta autẽ mihi ſpes quædam eſt, uelle mecum Seruiũ Sulp. colloqui: ad eum miſ. Philoſophum libertũ cum literis, ſi uir eſſe uolet, det clara ſynodia: ſin autem, erimus quales ſolemus.

Synodontites, *συνοδοντίτης*, Gemma ex cerebro ſynodontis piſcis. Plin. lib. ult. cap. 10.

Synodus, odntis, m. ſ. *συνόδους*, Piſcis genus, in cuius cerebro ſynodontides gemma inuenitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Synodus, di, pen. cor. & fœm. gen, *σύνοδος*, Idem quod conuentus, ſiue cœtus. A *σὺν* præpoſitione, & *ὁδὸς*.

Synodicus a, um, *συνοδικὸς*, Quod ad ſynodũ pertinet. Hieron. Ante annos plurimos, quum iuuarẽ Damaſum Romanæ urbis epiſcopum, & Orientis atq́ Occidentis ſynodicis conſultationibus reſponderem.

Synœceoſis, f. t. pen. prod. *συνοικείωσις*, Figura quæ docet diuerſas res coniungere, & cõmuni opinioni cum ratione aduerſari, & habet magnam uim, uel ex laude uitium, uel ex uitio laudem exprimẽdi. Cuiuſmodi eſt illud Hyperidis, Nam hominis auari atq́ aſoti, unum atq́ idem uitium eſt. Vterq́ enim neſcit uti, atq́ utriq́ pecunia dedecori eſt: quare meritò utriq́ pari pœna afficiuntur, quos pariter non decet habere. Ex Rutilio.

Synœceſis, pen. prod. *συνοίκησις*, Dici poteſt cohabitatio, & ſcribitur cum œ diphthongo.

Synonyma, n. ſ. *συνώνυμα*, Dicuntur quæ ſub diuerſis uocabulis idem ſignificant: ut, Enſis, mucro, gladius.

Synonymía, f p. *συνωνυμία*, Figura, quæ Cõmunio nominis interpretatur. Vtimur aũt eo genere elocutionis, quoties uno uerbo non ſatisuidemur dignitatẽ, aut magnitudinem rei demonſtrare. Ideoq́ eadem ſignificatione plura cõferuntur: ut ſi dicamus, Proſtrauit, afflixit, perculit.

Syntagma, atis, n. t. *σύνταγμα*, Tractatus, ordinatio, rerum conſtitutio, documentum: *ἀπὸ τοῦ συντάσσειν*, quod eſt componere, ordinare.

Syntaxis, f. ter. *συντάξις*, Dici poteſt conſtructio & ſeries à *συντάσσω*, ordino.

Syntexis, f. t. *σύντηξις*, Colliquatio, & tabes corporis ex diuturno morbo: *παρὰ τὸ συντήκεσθαι*, quod eſt liquefieri. Plin. li. 22. cap.

22.cap.27. Tali ſorbitionis genere emendãtur ſyntexes, id eſt, defectiones ex longis morbis ſumptæ. Idem, A qua mulſa præclaram utilitatem habet uiribus recreandis. Inde Syntectiσωτηκτικοί, dicti ſunt quorum corpus longo morbo exhauſtum eſt, & colliquefactũ. Idem lib.22.cap.23. Præcordiorum uitiis ſyntecticis, comitialib. in uino, in aqua mulſa linguæ paralyſi.

Syntērēſis, f.t.penul.prod. σωτήρησις. Dici poteſt attentio ſeu conſeruatio. Nam ἀ σωτηρέω, quod eſt conſeruo, deriuatur. Vnde ea pars animę, quę uitiis aduerſatur, & ſeſe ſemper immaculatam cupit à uitio conſeruare, & perpetrata malè continuò arguit, Syntereſis dicitur.

Synthema, n.t.pen. prod. genitiuo ſynthematis, pen. corr. σύνθημα, Signũ bellicum, quod datur inſtructæ aciei. Item teſſera uigiliarum, quæ erat tabella ſcripta à Tribuno data. Item nota & teſſera quędam epiſtolaris commendatrix eius qui eam reddebat. In pandectis item Græcis Synthemata uocantur Diplomata, quæ iis dabantur, qui curſu publico utebantur. Synthemata item dicuntur breues quędam & obſcuræ ſententiæ, & quædã quaſi ænigmata, altiorẽ quendam & reconditum ſenſum occultãtia: cuiuſmodi ſunt Pythagoræ ſymbola. Habet & alia ſignificata apud Græcos: quæ quoniam ad linguæ Latinæ inſtructionem nihil pertinent, ex Græcorum Lexicis petenda relinquimus.

Syntheſis, f.p.penultima corr. σύνθεσις, Idem quod cõpoſitio, ἀπὸ τ σωτίθημι, quod eſt cõponere. Quintus Serenus pro commiſtione accepit, uilem, inquit, deprehendit in illis Syntheſin, & uulgata ſatis medicamina riſit. Eſt item Syntheſis, figura contraria ἀνάλυσει, à quibuſdam confeſsis exordiens, & deſinens in id, quod in quæſtione eſt. Analyſis autem quaſi retextio eſt complexionis. Significatur item hoc nomine apta & concinna orationis & uerborum ſtructura & collocatio: in qua ita cõponuntur & ſtruuntur uerba, ut non aſper eorum concurſus non hiulcus ſit, ſed leniter conuigmentatus, & molliter fluens. De qua ratione ſatis multa diſſeruerunt Cicero 3. de Orat. & Quintilianus lib.9. Eſt etiam Syntheſis genus ueſtis breuis, qua Romani peculiariter in Saturnalibus utebantur. Illis enim diebus omnes exuebant togam, & ſyntheſin induebant. Dicta Syntheſis ab eo quòd confuta contextaq; eſſet cõpoſitione quadam uerſicolori. Martial. libro decimoquarto, Syntheſibus dum gaudet eques, dominusq; Senatus, Dumq; decent noſtrum pilea ſumpta Iouem. Suetonius in Nerone, capite 51. Ac plerunq; ſyntheſin indutus, ligato circa collum ſudario prodierit in publicum ſine cinctu, & diſcalciatus. Syntheſis præterea aliquando accipitur pro tota ueſte in ueſtiario cõpoſita. Scæuola in l. Titia. de Auro & arg. leg. Quæro an ex uniuerſa ueſte, id eſt, ſyntheſi, tunicas ſingulas & palliola Sempronia eligere poſſit.

Syntomía, σωτομία, Quã Latinè Conciſionẽ uertere poſſumus, figura eſt, qua res quantũuis magnæ, breui & cõpendioſo uerborũ ambitu redduntur. Quam eandem nonnulli Græcorum ἐνάργειαν appellant à luce, quam rebus addit. Nonnulli etiam ἐνέργειαν, à mouendi efficacia. Dicta Syntomia, ἀπὸ τ σωτέμνειν, quod eſt concidere, abbreuiare.

Sypharium, rii, n.f. uelum fuit (inquit Probus) ſub quo latebãt paradoxi cũ in ſcenam prodibant, aut hoſtium mimi. Alii dicunt eſſe omne quod contantem mimũ prętium ſuſpenditur, uide Giparium & ſupparium.

Syræum, pro ſapa, huc non pertinet: quũ prima eius ſyllaba apud Græcos per α, ſcribatur, quod & ipſum etymi ratio exigit. Nam παρὰ τὸ σηραίνειν dictũ putatur, eò quod ad tertiam partem ad ignem exiccetur.

Syriacon, Raphani genus, uide in propriis.

Syricum, n.ſ. συρικόν, Color factitius ex ſinopide, & ſandyce miſtis, quo miniũ adulteratur. Plin. lib.35.cap.6. Sublini autem ſyrico minium, compendii ratio demonſtrat. Et paulò antè, Præterea è uirilioribus ochra, ceruſſa uſta, ſandaracha, ſandyx, ſyricum atramentum.

Syringítes, συριγγίτης, Gemma, quæ ſtipulæ internodio ſimilis eſt, ac perpetua fiſtula cauatur. Plin. lib.36.cap.10.

Syrínx, gis, σύριγξ, Idem quod fiſtula, ſiue ea ſimplex ſit, quã Græci uocant μονοκάλαμον, ſiue ex pluribus calamis contexta, quam illi πολυκάλαμον appellant. Fabulantur Poëtæ Syringa nymphã fuiſſe Arcadiæ, quæ quũ Panos uim effugere non poſſet, miſeratione deorũ mutata eſt in paluſtres calamos. Ouid. 1. Met. Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas Naias una fuit, Nymphæ Syringa uocabant.

Syríſcus, συρίσκος, Vas uimineũ, in quo ficus ſolent aſſeruari. Cæl. Rodig. lib.9.cap.3.

Syrites, σύριτης, Lapis, qui in lupi ueſica naſcitur. Plin. lib.11. cap.37. In ueſica lupi lapillus, qui Syrites appellatur.

Syrma, atis, n.t. Genus ueſtis Tragicorũ, uel caudæ, ſiue tractus ueſtis feminarũ. Mart. lib.12. Aptaſti longum tu quoq; ſyrma tibi. Idẽ lib.1. Muſa nec inſano ſyrmate noſtra tumet. Seneca de Bacc. Qui habitu muliebri nõnunquam ſe ornabat, auro decorũ ſyrma barbaricum. Sumitur interdum pro longa tragicæ orationis ſerie, tenorẽ ſuum uſq; in ultimum protrahente: ἀ σύρω, traho.

Syrmæa, f.p. συρμαία, Cibi genus ex adipe & melle confectũ, purgationibus in primis aptum. Item certaminis genus, apud Spartanos, in quo uictor huiuſmodi ſyrmæa donabatur. Item rhaphani genus, apud Herodotũ. Vide Cęliũ Rho. lib.27.apite 23.

Syrupus, pi.ſ. σύρων, Succus qui trahit, ab σύρω, traho.

Syrus, maſcul. generis, ſe cundæ decl. ſiue potius Sirus, per i, noſtrũ, Foſſa ſeu cuniculus ſubterraneus, in quo frumentum conditur, & diutiſſimè conſeruatur, λάκκ@. Syros, inquit Curtius lib.6. uocant Barbari circa Caucaſum, quos ita ſolerter abſcondunt, ut niſi qui defoderint, inuenire non poſſint: in iis conditæ fruges erant. Plin. lib.18.cap.30. Vtiliſſimè ſeruantur in ſcrobibus, quos Siros uocant, ut in Cappadocia & Thracia, Hiſpania, & Africa. Colum. lib.1. cap.9. Vbi puteorum in modum, quos appellant Siros, exhauſta humus à ſe fructus recipit. Vide plura de hoc ſuprà in dictione Siri.

Syſſítia, συσσιτία, Græca uox eſt, ſodalitatem ſignificans, ſiue conuictũ. Vnde σύσσιτοι dicuntur ſodales, quiq; eadẽ utuntur menſa. Cato Iuriſconſultus de Verb. ſignif. Sodales ſunt, qui eiuſdem collegii ſunt, quos Græci συσσίτους uocant.

Syſtole, f.t. συστολή, Figura qua longa ſyllaba cõtra naturam corripitur, ut apud Ver. Cõnubio iungam ſtabili, propriãq; dicabo. Vbi nu, ſyllabã corripuit, quæ naturaliter longa eſt, quum à Nubo deducatur, cuius prima ſyllaba producitur. Quare & in nomine Connubium erat producenda: quo pacto etiã idem uſus eſt 3. Aen. Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſeruas?

Syzygía, æ, f.p. συζυγία, Idem quod coniugium, ſiue coniugatio. Vnde Galenus lib.8.9.& 10. de uſu partiũ, ſeptem illas partium neruorũ productiones, quibus ſenſus à cerebro in uniuerſum corpus diſtribuuntur, Syzygias appellat. Harũ prima eſt neruorũ ὀπτικῶν, hoc eſt, uiſoriorũ, qui circa medium ſui cõeuntes χ, Græcæ literæ imaginẽ referũt, rurſusq; ſeparati, in oculos recipiuntur, quibus ſpiritũ uiſorium ſub miniſtrant. Secundæ ſyzygiæ nerui in oculorum muſculos inſerti, motum iis ſuppeditant. Tertia guſtus ſenſum in linguã, reliquasq; oris partes defert. Quarta toti palati tunicæ inſeritur. Quinta ad aures fertur, iisq; ſenſum auditus ſuppeditat. Sexta ad inteſtina, uiſceraq; omnia ſenſum trãſmittit, neruosq; recurrẽtes producit. Septima dat motum linguæ, & rectis laryngis muſculis. Eſt & alia præter has, quæ uerſus nares odoratus gratia defertur: quæ idcirco non annumeratur inter neruorũ ſyzygias, quòd extra cranium nõ prodeat. Vide plura de his apud Galen. de diſſect. neruorum, & lib. 8. 9. & 10. de uſu partium.



T A

Litera, ut cæteræ mutæ, ori nõnihil inter pronuntiandum exhibet negotii. Quod & Lucian. ſignificat, qui in iudicio uocalium ludens, σ inducit τ literæ obiiciẽtem, quòd uinculis quibuſdam uocem humanam intorqueat, ac dilacerare conetur. Apud Atticos & Dores frequenter σ ſede ſua eiicit. Rurſus apud Latinos nõ pauca per t, ſcribi ſolebant, quæ nunc per ſ, ſcribimus. Nam mertare & pultare antiqui dicebant, nos merſare & pulſare, dicimus. Habet præterea t, litera cognationem quandam cum d, ut ait Quintilianus lib.1. ca.4. Veteres nanq; Alexanter & Caſſantra ſcribebãt, ubi nos Alexander & Caſſandra.

Tabanus, tabani, m.ſ. pen. cor. Muſcę genus, quod & Aſilũ Latini nominant, in ore aculeũ habens, quo armenta maximè infeſtat, οἶστρος. Vnde Poëtæ fingunt Io puellam, tabano à Iunone immiſſo, uerſam fuiſſe in inſaniam. Pli. lib.11. cap.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

28. Reliquorum quibuſdam aculeus in ore ut aſilo, ſiue Tabanum dici placet: item culicibus & quibuſdã muſcis. Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. Itaq; quòd eas æſtate tabani concitare ſolent &c.

Tabefacio, uide Tabes.

Tabella, Tabellarius, uide Tabula.

Tabeo, tabes, uide Tabes.

Taberna, æ, f. p. Quoduis ædificium habitationi aptum: à tabulis quibus claudebatur, aut operiebatur, ut putat Vlpianus de Verb. ſignif. aut à trabibus ualidioribus, quibus ſuperiora ſuſpendebãtur, quaſi trabena, ut placet Donat. οἴκημα. Cic. Attic. lib. 14. Tabernæ mihi duæ corruerũt. Idem ad Qu. Frat. lib. 3. Craſſipedis ambulatio ablata, horti, taberna plurimæ, magna uis aquæ uſq; ad piſcinam publicam. Taberna diuerſoria, καπηλεῖον. Plaut. in Men. quantum potes abducere iſtos in tabernã actutũ diuerſoriam. Taberna item dicitur in qua merces uenditantur, officina in qua fiunt opera. Et tabernarũ quædam lanaria, quædã uinaria, quædam olearia, & huiuſmodi. Nonius ſcribit tabernas non tantùm uinarias eſſe, ſed & omnes quæ ſunt popularis uſus. Plin. lib. 10. ca. 43. Poſtea ad tabernam remeans plurium annorum aſsiduo officio mirus. Hor. 1. Serm. Sat. 4. Nulla taberna meos habeat, neq; pila libellos.

Tabernarius, a, um, adiectiuum. καπηλικὸς ut Comœdiæ tabernariæ, in quibus humiles perſonæ introducebantur: cuiuſmodi ſunt inſtitores qui in tabernis merces uenditãt.

Tabernarius, rii, m. ſ. Inſtitor, qui in tabenna merces ſuas uænales habet. κάπηλος. Cic. L. Flac. Opifices & tabernarios atq; illam omnem fæcem ciuitatum quid eſt negocii concitari? Idem pro Domo ſua, Clodius concitator tabernariorum. Cælius ad Ciceronem lib. 8. Sed dici non poteſt quomodo hic omnia iaceant: niſi ego cum tabernariis, & aquariis pugnarem, ueternus ciuitatem occupaſſet.

Tabernaculum, n. ſ. Subitarium quoddam tectum frondibus, aut ſtragulis opertũ aduerſus ſolis, tempeſtatisq; iniuriam: cuiuſmodi ſunt, qui in caſtris excitantur, & modò huc modò illuc transferuntur, σκήνωμα. Cæſar 6. bel. Gall. Hic diffiſus ſuæ ac omnium ſaluti, inermis ex tabernaculis prodit.

Tabes, is, f. t. Colliquatio ex morbi diuturnitate, ſeu nimia corporis extenuatio ex cura, animiue ægritudine procedẽs. μαρασμὸς σώτηξις. Huius tres ſunt ſpecies. Vna quũ corpus non alitur, & ita ſumma oritur macies, & niſi occurratur, occidit: quæ ἀτροφία à Græcis: & qui hoc morbo laborãt, ἄτροφοι. Altera, ubi malus corporis habitus eſt, ideoq; omnia alimenta corrumpuntur. Hanc Græci καχεξίαν nominant. Tertia, quam Græci φθίσιν uocãt, ἀπὸ τ̃ φθίνειν, quod eſt conſumi, & tabeſcere, quum in pulmonem deſcendit à capite pituita, & frequens tuſſis oritur cum exulceratione. Ex hac febricula leuis fit, quæ etiam quum quieuit, tamẽ & repetit: frequens tuſsis eſt, pus excreatur. Hæc Sipontinus ex Celſo lib. 3. cap. 2. Tabem (inquit Feſtus) antiqui uſurparunt pro eo quod quid faceret tabeſcere. Salluſt. Cat. Vti tabes pleroſq; ciuium animos inuaſerat. Cic. 3. Tuſc. Habet ardorẽ libido, leuitatẽ lætitia geſtiens, humilitatẽ metus: ſed ægritudo maiora quædã, tabem, cruciatum, afflictionẽ, &c. Verg. 6. Aen. Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. Vbi Seruius, Tabe, corpore defluente paulatim. Oui. 9. Met. Am buſtiq; ſonant nerui, cæcaq; medullis Tabe liquefactis. Arborum tabes, qua arbores alimentum non ſentientes elangueſcunt, & tandem arefiunt. σώτηξις, ἀτροφία. Interdum aliquid cruentum, & purulentum ſignificat, quod Græci πύος, ſeu λύτρον nominant. Ouid. 3. de Pon. Tinctaq; mortifera tabe ſagitta madet. Seruius in illud Vergilii 3. Aen. Et terram tabo maculant. Tabo, inquit, nomen eſt ſeptimi caſus tantùm: quod ſi uelis declinare, hæc tabes, huius tabis dices. In hac tamen ſignificatione uſitatius utimur nomine tabo. Idem lib. 8. Aeneid. Et ſanie taboq; fluentes. Vbi idem Seruius. Sanies mortui eſt: tabo, uiuentis, ſcilicet ſanguinis. Ouid. 2. Metam. Protinus inuidiæ nigro ſqualentia tabo Tecta petit. Vbi interpres, Diptoton nomen eſt, & duorum caſuum: nam tabi, & tabo ſolùm inueniuntur. Verg. 3. Georg. Turpi dilapſa cadauera tabo.

Tabitudo, Idem quod tabes, σώτηξις Pli. li. 22. ca. 25. Peculiariter tamèn ad tabitudinem longo morbo redactis ſubuenit. de halica.

Tabidus, a, um, pen. corr. Propriè de eo dicitur qui morbo, uel animi ægritudine extabeſcit, & colliquatur, σωτηκτικὸς, μαρασμώδης. Accipitur tamen generalius pro omni eo quod quouis modo corrumpitur. Ouid. 1. de Pontò eleg. 1. Nec id tur, mirum eſt, ſi mens mea tabida facta, De niue mana s more liqueſcit aquæ. Tabida lues, id eſt, tabifica. Ver. 3. Aen. Subitò quum tabida membris Corrupto cæli tractu, miſerandaq; uenit Arboribuſque, ſatisq; lues. Sic etiã tabidã uetuſtatem appellat Ouidius quarto. de Ponto. eleg. 8. Tabida conſumit ferrum lapidemq; uetuſtas, Nullaque res manus tempore robur habet. Nix tabida, quæ iam remittente frigore ſoluitur. Liuius 1. belli Pun. Itaq; in leui tantùm glacie tabidaq; niue uolutabantur iumenta. Aliquando etiam tabidum dicimus, quod tabo diffluit, & ſanioſum eſt. Martial. lib. 1. Indignas premeret peſtis quum tabida fauces, Inque ipſos uultus ſerperet atra lues. Loquitur de lichenibus.

Tabificus, a, um, Quod tabem inducit. φθίσικος, φθοροποιὸς. Vergil. in Epigr. Liuor tabificum malis uenenum. Vnde & à Cicerone li. 4. Tuſcul. ægritudo & metus tabificæ perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatũ, & afflictionem inferunt. Plin. lib. 29. ca. 4. Non enim eſt tabifica uis: itaq; occiſa morſu earũ animalia cibis innoxia ſunt. Lucan li. 5. reſoluit Aera tabificum. Antiqui tabificabile in eadem ſignificatione uſurparunt: ut annotauit Nonius, citans illud Accii ex Med. Par neci obificor liberorũ lethorũ & tabificabili.

Tabeo, es, n. ſ. Colliquefio, tabe conſumor. τήκομαι. Oui. 7. Met. tam. Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros Sponte ſua lanæq; cadunt, & corpora tabent. Nõnunquam idem quod tabo, ſiue ſanie diffluo. Vergil. 2. Aeneid. Et ſale tabentes artus in littore ponunt.

Tabeſco, cis, n. t. Tabe conſumor, morbo uel animi ægritudine colliquefio, ἀτροφῶ, τήκομαι, μαραίνομαι. Plaut. Capt. Tuo me rore macero, marceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer. Terentius Adelph. Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miſeria tabeſcit. Cic. Attico li. 1. Ego autẽ uſq; eo ſum euertuatus, ut hoc otio, quo nũc tabeſcimus, malim ἀληθανιᾶν, quàm optima ſpe dimicare. Tabeſcere ſal dicitur, quum in humorem diffunditur. Cato de Re ruſt. Id aliquoties faciundum in die, donec ſal deſinat tabeſcere. Compoſita ſunt Contabeſco, diſtabeſco, extabeſco, & intabeſco: quæ omnia ſunt ferè eiuſdem ſignificationis: ut eſt uidere ſuis locis.

Tabefacio, Corrumpo, colliquo, quaſi tabe conficio, μαραίνω. Hinc contabefacio, & extabefacio, compoſita: de quibus ſuprà ſuis locis.

Tablinum, ni, n. ſ. Locus in quo tabulæ inſtrumenta publica, monumentaq; rerum geſtarum aſſeruabãtur, γραμματοφυλάκιον, χαρτοφυλάκιον. Plin. lib. 35. cap. 2. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Apul. li. ult. Flori. Medici quũ intrauerint ad ægrũ, uti uiſant, nemo eorum quòd perpulchra tablina in ædibus uiſant & lacunaria auro oblita, &c. Dicitur autẽ tablinũ, non tabulinum quemadmodũ & figlinum, nõ figulinum. Differtq; à pinacotheca, quod in ea tabulæ pictæ, aliaq; id genus ornamenta, in tablino rerum in magiſtratu geſtarum monumenta continebantur.

Tabula, æ, f. p. Aſſer in uſum aliquem concinnatus: cuiuſmodi ſunt in quib. aut pingimus aliquid, aut ſcribimus, πίναξ. Plautus in Menæc. Dic mihi, nunquid uidiſti tabulam pictam in pariete, Vbi aquila catamitum raperet? Horat. 1. Epiſt. 2. Qui cupit, aut metuit, iuuat illũ ſic domus, aut res, Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram. Cic. pro Roſcio Amer. Quid præterea cælati argenti? quid ſtragulæ ueſtis? quid pictarum tabularum? quid ſignorum? quid marmoris apud illum putatis eſſe? Tabulæ item dicebantur codicilli ex ligno, cera obducti, in quib. olim teſtamenta, actaq; publica ſcribebantur: unde etiam hodie, quanuis mutata re, tabulas accipimus pro teſtamẽto, aliis ue publicis ſcripturis, ex quauis materia confectis. διαθῆκαι, γράμματα. Cic. pro Cælio, Cælius tabulas nullas confecit. Quintil. li. 5. cap. 7. Teſtimonia dicũtur aut per tabulas, aut à præſentibus. Et tabula dicebatur in quam mittebãt teſſeras, quæ luſoria, & quandoq; latrũcularia, & pyrgus, ſiue alueus, alueolis ue dicebatur. Tabulæ nouæ appellantur quãdo debitores creditas pecunias cũ uſuris perſoluere non cogũtur ipſis creditoribus, & abolitis prioribus debitis, nouæ tabulæ conficiuntur. σεισαχθεία, χρεωκοπία, χρεῶν, ὑποκοπαί. Cic. 2. Offic. tabulæ nouæ q̃d habent argumẽti, niſi ut emas mea pecunia fundũ, & eũ tu habeas: ego non habeam pecuniã? Sall. in Catil. Tunc Catilina polliceri cœpit tabulas nouas, proſcriptionẽ locupletum. Tabula item liber eſt quẽ ſibi quiſq; noſtrũm p[u]tim f[a]cere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

facere consueuit, quasi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus, id est, diarium & ephemeris actionum nostrarum. Liuius lib. 4. de Censura loquens, Constitutum est eam domũ unicuiq; nostrũm debere existimari, ubi quiesedes & tabulas haberet suarumq; rerum constituionem fecisset. Budæus. Tabulæ accepti & expensi, rationes in quas acceptæ & expensæ pecuniæ referebantur. Cic. 3. Ver. Habeo & istius, & patris eius accepti tabulas omnes quas diligentissimè legi, & digessi. Idẽ pro Rosc. Com. Si tabulas C. Pannius accepti & expensi profert suas: Tuis tabulis causam dicis, hoc est, priuatis tuis & domesticis rationibus. Cicero in Verrem, An tuis solis tabulis causam te dicturũ existimasti? Budæus. Tabulæ pro auctione, Cic. pro Cecinna, Adest ad tabulam, licetur Ebutius, &c. Cic. Terentiæ, Quemadmodũ à Vestæ ad tabulam Valeriam deducta esses ex quibus nauis compingitur. Cic. 2. Offic. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit.

Tabella, æ, f. p. diminutiuum. πινάκιον, σανακίδιον, συξίον. Cic. 2. de Nat. deo. Non' ne animaduertis ex tot tabellis pictis quàm multi uotis uim tempestatis effugerint? Quo in loco intelligit exiguam tabulam uotiuam, in qua periculo liberati casum suum solebant depingere, & alicui deorum suspendere. Tabellæ item dicebantur in quibus populus suffragium, aut Iudices sententiam perscribebãt. Cic. 3. de Leg. Non fuit latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus quid quisq; sentiret, tabella uitiosum occultaret suffragiũ. Idem in Pisonẽ, Me uniuersa ciuitas nõ prius tabella quàm uoce, priorem consulem declarauit. Idem pro Flacco, Quũ tabella uobis dabitur, Iudices, nõ de Flacco dabitur solùm, dabitur de bonis omnibus. Accipitur item tabella pro literis, seu codicillis: quæ appellatio inde mansit, quòd olim scribi solcat in tabulis buxeis ceratis. Cic. in Catil. Introductus Statilius, cognouit manum & signum suum: recitatæ sunt tabellæ. Tabellis obsignatis cum aliquo agere, est suo illo scripto conuincere. Cic. 5. Tusc. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris quid aliquando dixerim aut scripserim.

Tabellarius, rii, m. s. Qui tabellas, id est, literas perfert, γραμματοφόρος. Cicero ad Brut. Statim extrusi tabellarios, literasq; ad Ciceronem, ut etiamsi in Italiam uenisset, ad te re diret. Idem ad Terentiam, ii. 4. Nos quotidie tabellarios nostros expectamus. Idẽ ad Petum lib. 9. Duabus tuis epistolis respondebo: uni, quam triduo ante acceperam à Zetho: alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. Accipitur item tabellarius pro eo qui rationes conficit, & data acceptaq; in tabulas refert. λογισὰς. Sidonius ad Petreium, Sed & ille suscipiebat hunc granditer, habens eum consiliarium in iudiciis, uicarium in Ecclesiis, procuratorem in negotiis, uillicum in prædiis, tabellarium in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem.

Tabellarius, a, um, adiectiuum: ut Lex tabellaria, quæ lata fuit à L. Cassio, ut suffragia tabellis, non uoce proferrentur. Cic. 3. de Legibus, Quis autem non sentit omnem autoritatem optimatum tabellarium legem abstuliſſe?

Tabularis, tabulare, om. t. ut Temperatura æris tabularis, quæ accommodatissima erat conficiendis æreis tabulis, quibus ea incidebantur quorum memoriam posteritati traditam uolebant. Plin. lib. 34. ca. 9. Aes omne frigore magno melius fundi, sequensq; temperatura statuaria est, eademq; tabularis, hoc modo, massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei, &c.

Tabularium. n. s. Seruio autore, Locus est in quo tabulæ, hoc est instrumẽta, & literæ, & acta publica reponuntur. γραμματοφυλάκιον. Cic. pro Arch. poëta, Hic tu tabulas desideras Heraclensium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interiisse scimus omnes?

Tabulatius, ii, m. s. Qui ad testamenti tabulas obsignandas adhibetur. Tacit. lib. 14. Igitur Fabianus tabulariis, quos modò memoraui, & aliis minus illustribus obsignat.

Tabulo, as, Tabulis aliquid construo. σανιδόω.

Tabulatio, onis, f. t. Tabularum compositio & textura: sicut asserum coassatio, σανίδωσις. Cæsar 2. belli Ciuil. Cotonesq; insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringererent, aut saxa ex catapultis lateritium excuterent. Hinc & Contabulo. Sueton. in Calig. Qui non fine admiratione Hellespontum contabulauerit.

Tabulata, orum, n. s. Dicuntur planæ in ædibus superficies, tabulis uel etiam lapidibus constratæ; uulgus Solaria uocat. σανιδώματα. Cæsar 6. belli Gall. In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit. Rursus tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in plana tendentes, non in altiora crescentes. Colum. lib. 6. Quum deinde adolescere incipiẽt ulmi, falce formandæ sunt, & tabulata instituẽda. Hoc enim nomine usurpant agricolæ, ramos, truncosq; prominentes: eos uel propius ferro compescunt, uel longius promittunt, ut uites laxius diffundantur.

Taceo, ces, cui, citum, n. f Nihil loquor: notæ est significationis. σιγάω, σιαπάω. Teren. Eunu. Nunquid habes quod cõtemnas? quid tu autem Thraso? Tacent, satis laudant. Tacere aliquid, est reticere. Teren. Eunu. Quæ uera audiui, taceo, & conticeo optimè. Quandoq; etiã dicitur de iis quæ sine uoce sunt. Sic agrum & mare tacere dicimus, in quo nullus auditur strepitus. Virgil. 3. Eclog. Quum tacet omnis ager. Quoniam uerò quum aliquid laude dignum est, laudamus: & è contrario malè facta non laudamus, factum est ut tacenda, non laudanda: & non tacenda, laudanda dicantur. Ouid. 2. de Arte, Eximia est uirtus, præstare silentia rebus: Et contrà grauis est culpa, tacenda loqui. Quandoq; significat securum esse: quoniam qui securi sunt, nullam querendi causam habent, ἀτρέμα ἴεναι. Teren. in Adel. Tace, egomet conueniam Pamphilum.

Tacitum est, impersonale, Terent. in Adelph. Ignotum est, tacitum est, creditum est.

Tacitus, Modò actiuè accipitur pro eo qui tacet. σιωπῶν, ἡσύμυθος. Cic. in Cat. Quid expectas autoritatem loquentium, quorum uoluntatem tacitorum perspicis? Aliquando passiuè pro eo quod tacetur, σιωπώμενος. Vergil, 6. Aenei. Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat? Tacitum mel, quod per se fluit, & est optimum, πρόπροπον. Tacitum os alicui præbere, est nihil prorsus respondere. Cic. 1. Verr. Qui testes priore actione interrogari nolueris, & iis tacitum os præbere malueris.

Tacitè aduerbium, Secretè, & submissè. Cice. pro Quintio, Huic ne perire quidem tacitè obscureq; permittitur. Idem pro Pompeio, Hi uos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant. Plaut. Pœn. Matronæ tacitè spectent, tacitè rideant. Habere aliquid tacitè. Liuius lib. 2. Dec. 5, Et quanquam dissimulare, & tacitè habere id, pariq; statuerat.

Taciturnus, a, um, Qui paucorum est uerborum, & minimè garrulus, σιγηλὸς, σιωπηλὸς. Ouid. 2. de Arte, Qui sermone placet, taciturna silentia uitet. Qui canit arte, canat: qui bibit arte, bibat. Ripa taciturna, id est quieta, in qua nullus auditur strepitus. Horat. 2. Carm. Ode 20. caretq; Ripa uagis taciturna uentis.

Taciturnulus, diminutiuum. Apuleius, Blanda mulier & taciturnula. Taciturnissimum ostium apud Plautum in Curc. ualeat' ne ostium? PH. Bellissimum hercle uidi & taciturnissimum.

Taciturnitas, f. t Idem quod silentium. ἡσυχία Cic. de Inuent. Taciturnitas imitatur confessionem. Ter. in Andr. Sed his, quas semper intellexi in te sitas, fide, & taciturnitate. Cic. Attico lib. 7. Suspicionem mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. Horat. 4. Carm. Ode 8. quid foret Iliæ, Mauortisq; puer, si taciturnitas
Obstaret meritis inuida Romuli?

Tactici, τακτικοὶ, A Vegetio appellãtur quibus cura incumbit instruendæ aciei. Nam τάττειν. instruere est, & ordinare.

Tactus, uide tango,

Tæda, æ, uide Teda.

Tædet, tæduit, uel tæsum est, uerbum impersonale, Idem significat quod tædium, hoc est, satietas & fastidium capit. Teren. in Eunuc. Et tædet, & amore ardeo. Tædeo uerbum personale in usu non est: quamuis compositum eius pertædeo legatur apud Gellium lib. 1. Has ille inanes: quum flaret glorias, iamq; omnes finem cuperent, uerbisq; eius fatigati pertæduissent. Tædet autem impersonale uerbũ habet ferè post se accusatiuum cum genitiuo. Cic. 2. Verrina, Sunt homines quos infamiæ suæ neq; pudeat, neq; tædeat. Nonnun quam accusatiuum sine genitiuo. Cic. Attico lib. 2. Tædet ipsum uehementerq; pœnitet. Nonnunquam cum solo genitiuo, accusatiuo tamen tacitè subaudito, Teren. in Eunu. Tædet harum quotidianarum formarum. Cic. ad Attic. lib. 2. Prorsus uitæ tædet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. Nonnunquam cum infinitiuo. Ter. in Phorm. At enim tædet audire eadem millies.

Tædium, tædii. n. s. Fastidium, facietas. βδέλυγμα, κόρος. Quin.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.2. Et ipſius lectionis tædium uicibus leuatur. Iuuen. ſaty. 7. Tædia tunc ſubeũt animos. Oui. 9. Met. nec tædia cœpti Vlla mei capiam, dum ſpiritus iſte manebit.

Tædulus, pen. cor. Faſtidioſus, qui omnibus tædio eſt, *προσκορὴς*. Feſtus.

Tæniæ, f p. *ταινίαια*, Vittarum extremitates, ut quæ ab infulis pendent. Verg. 7. Aeneid. fit tortile collo Aurum ingens coluber fit longæ tænia uittæ. Quandoq; accipitur pro tota uitta. Virgil. lib. 5. Punicæis ibant euincti tempora tęnis. Vbi Seruius, Tænis, à tæna, non tænia: nam & tæna, & tænia dicitur. Tænia (inquit Feſtus) propriè dicitur faſcia. Græca enim dictio eſt *ταινία*, quam ſic interpretatur Verrius, ut dicat eſſe laneum ornamentum capitis honorati. Ennius in Alexandro, Volans de cælo cum corona & tæniis. Hactenus ille. Plin. lib. 13. cap. 12. Deprehenditur & lentigo oculis, ſed incerta mediis glutinamẽtis tænia, fungo papyri bibula uix niſi litera fundente ſe: tantum ineſt fraudis. Tænias præterea dicimus lapides ſub aquis candicantes in longum porrectos, à faſciarum ſimilitudine. Plin. in Præfatione li. 3. Nec profunda altitudo meraculum minuit. Frequentes quippe teniæ candicantis uadi carinas territant. Eſt & tænia piſciculi genus apud Ariſtotelem, à gracilitate & longitudine dictum. Vide Plin. lib. 32. ca. 7.

Tæniola, diminutiuum. Colum. lib. 11. ca. 3. Braſsica, quum ſex folliorum erit, transferri debet: ita ut radix eius liquido fimo illita, & inuoluta tribus algæ tęniolis pangatur. Hoc eſt quibuſdam quaſi faſciolis.

Tages, *θύγτθων* (inquit Feſtus) Idem quod furunculus: à tangendo dictus. Antiqui enim Tagere dicebant pro tangere. Vnde Tagacem manum, dixit Lucilius, Mutonisq; manum perſcribere poſſe tagacem.

Tago, gis, Apud ueteres in uſu fuit pro tango. Tagit (inquit Feſtus) pro tangit, proculdubio antiqua conſuetudo uſurpauit. Pacuuius in Teucro, Vt ego, ſiquis me tagat, & tagã. Idem in Hermione, Non cernam, niſi tagam. Hinc etiam Attigo, legitur pro attingo, Plaut. in Bacch. Ne attigas puerum iſta cauſa, quando fecit ſtrenuè.

Talaria, Talaris, Talarius, uide Talus.

Talea, æ, f. p. *ταλία*, *ξυλάριον*, Surculus præciſus ex utraq; parte, ut in terra inſeratur. Plin. lib. 16. Myrtus & taleis ſeritur: morus talem tantum: quoniam ramo eam ſeri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum eſt. Seruandum in eo ante omnia, ut taleæ ex feracibus fiant arboribus, nec curuæ, ne' ue ſcabræ, aut bifurcæ: ne' ue tenuiores quàm ut manum impleant, ne minores' pedalibus, ut illibato cortice atq; ut ſectura inferior ponatur ſemper. Cato de Re ruſt. cap. 45. Taleas oleaginas, quas in ſcrobe ſaturus eris, tripedaneas facito. Quemadmodũ uerò furculus, qui in terra ſeritur, Talea dicitur? ita quod inſeritur ramo, calamus uocatur. Plin. li. 17. cap. 14. Quòd ſi longius afferantur pomorum calami, rapo infixos, optimè cuſtodire ſuccum arbirrantur. Eſt autem hæc uox Græca, ſed quã Latini ita in uſum ſuum conuerterunt, ut Taleare pro incidere ruſtica uſurpet ſimplicitas. Taleas (inquit Nonius) ſciſsiones lignorum, uel præſegmina Varro appellat de Re ruſt. lib. 1. Vnde etiam nunc ruſtica uoce Intertaleare dicitur diuide re, uel incidere ramum ex utraq; parte æqualiter præciſum: quas alii clauulas, alii taleas appellant.

Taleola, læ, diminutiuum, Parua talea. *ξυλάριον*. Colume. li. 3. cap. 17. Idq; per gemmas quinas, uel etiam ſenas partiti, complures taleolas terræ mandauerunt.

Talẽtum, ti, n. ſ. *τάλαντον*, Multiplex fuiſſe Budæus in eo opere quod de Aſſe conſcripſit, latiſsimè docet. Quoties tamen apud ſcriptores talenti mentio occurris, ſi nihil aliud addatur, de minore talento Attico ferrè intelligimus, quod fuit minarum ſexaginta: ſingulæ autem minæ drachmas Atticas centum continebant. Valebat itaq; talentum, ſex millia drachmarum, hoc eſt, ſi ad Gallicæ pecuniæ æſtimationẽ redigas, coronatos ſexcentos, ſingulis coronatis ſolidis Turonenſibus triginta quinq; æſtimatis. Decem aũt talenta, coronatorum ſex millia conficiunt. Quindecim talenta nouem millia aureorũ. Viginti talenta, duodecim millia. Sed hoc, ut iam diximus de talento Attico minore intelligendũ eſt, quod apud ſcriptores plurimùm celebratur. Eſt enim & alterum talenti Attici genus, quod Talentum magnũ uocãt, quod ad minus talentum epitriti, hoc eſt, ſeſquitertii habet proportionem. Nam quum talentũ minus ſexaginta tantũ haberet minas, magnum talentũ minas habebat octoginta. Vtrunq; aũt talenti genus Atticum erat. Neq; mirum uideri debet Athenienſes duplici talento fuiſſe uſos, quum etiã duplex apud eos fuerit mina, maior & minor, quæ eandem inter ſe proportionem habebant, quã talentum maius & minus. Erat enim mina Attica maior, centum drachmarum, quũ minor ſeptuaginta quinq; tantùm haberet drachmas. Erant præterea pleraq; alia talentorum nomina, Euboicum, Ptolemaicum, Syrium, Tyrium, Antiochenum, Babyloniũ, pondere & pretio omnia ferè diſtantia, ſed in hoc uno conuenientia, quod omnia ex ſexaginta ſui generis minis conſtarent, ſed quæ in quibuſdã ciuitatib. maiores eſſent quàm in aliis: unde etiam nata eſt talentorum diuerſitas. Nam, ut ſcribit Africanus, talentum omne minarum fuit ſexaginta. Verùm quoniam minæ apud alios maiores erãt, apud alios minores, factum eſt ut talenta quoq; eſſent inæqualia. Minarum etiam diuerſitas, ex uarietate drachmarum nata eſt, quæ in quibuſdam ciuitatibus maioris erant pretii & ponderis quàm in aliis. Quod & ipſum apertiſsimè teſtatur Iulius Pollux lib. 9. Hoc (inquit) utiq; dicere nõ intempeſtiuũ erit, quod Atticum talentũ ſex milia drachmarum ualebat Atticarum: Babylonium uerò ſeptẽ milia, Aeginæum decẽ millia, Syrium mille & quingẽtas iuxta Atticæ drachmæ rationem. Quemadmodum ſanè & Atticas minas Atticũ talentum habuit ſexaginta, Babyloniũ ſeptuaginta, Aeginæũ centum iuxta proportionẽ. Sed mina ipſa ut apud Athenienſes habuit centũ drachmas Atticas, ſic apud alios quoq; ipſis conſuetas, quæ pro ratione cuiuſque talenti ſecundum augmentum uel decrementum ualerent. Hæc ille.

Talia, f. p. folliculum cæparum, uide Thali.

Talio, onis, f. t. Aequalis retributio: idq; in malam partem: ut ſi cui quis oculum eruerit, idem patiatur. *ἀμοιβή*. Hinc Retaliare, Gellius formauit quod ſignificat *talione hominẽ repercutere*. *ἀμείβεσθαι*. Plinius lib 7. cap. 54. Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam Dictatorẽ fertur crematus. Idq; uoluiſſe, ueritum talionem, eruto C. Marii cadauere.

Talipedo, as, n. p. pen. corr. Pedibus uacillo, & quaſi ſupra talos inſiſto *παραφέρομαι*. Feſtus.

Talis, & hoc tale, om. t. Eiuſmodi, eius generis. *τοιοῦτος*. Plautus, Cui in re, tali ſubueniſti antehac. Teren. Heaut. Tũ præterea talem niſi tu, nulla pareret filiũ. Ver. 1. Aen. Haud equidẽ tali me dignor honore. Ibidẽ, Qui tanti talẽ genuere parentes. Cic. 2. Offic. Quales ſumus, tales eſſe uideamur.

Taliter, a duerbium, Tali modo. *τοιούτως*. Idem ad Atticum lib. 10. Etenim audieram nemini taliter licere. Plin. lib. 33. cap. 11. Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit.

Talitrum, tri, n. ſ. Percuſsio quæ ungue fronti puerorũ infringitur. Suetonius in Tiberio Cæſare. ca. 68. Articulis tam firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, uel etiam adoleſcentis talitro uulneraret.

Talpa, æ, generis maſculini, & fœminini, Animal captum oculis, muri ſimile, quod arua & hortos ſuffodit. *ἀσπάλαξ*. Verg. 1. Georg. Aut oculis capti fodẽre cubilia talpæ.

Talus, tali, m. ſ. Os in articulo pedis animalium biſulcorũ, uentre extuberans, concaua uertebra ligatum, quadratum forma, altera parte concauum, altera ferè planũ. *ἀστράγαλος*. Tali aũt homini non ſunt, neq; animalibus digitos aut ſolidas habentibus ungulas, ſed tantùm (ut diximus) biſulcis. Plin. lib. 11. ca. 46. Talos aſinus Indicus unus ſolidipedum habet. Et paulò pòſt, Hominem qui exiſtimarunt talos habere, facilè ſunt conuicti. *καταχρησικῶς* tamen talos quoq; in homine dicimus, pro ima parte pedis, ſiue pro oſſe quod iuxta calcaneũ extuberat. Horat. 1. Ser. ſaty. 3. Ad talos ſtola demiſſa, & cireũdata palla. Tali itẽ dicebãtur oſsicula quędã quadrilatera, quib. olim luſitabãt: quorũ latus quo unitas ſignificabatur, canis, ſiue canicula dicebatur: in quã cõuerſo talo, deponebatur ab eo q iactauerat, numus unus ſine lucro. Vnde damnoſa canicula à Perſio dicitur. Eius oppoſitum latus, Venus, ſiue Cous dicebatur, ſeptenariũ numerũ ſignificans, quẽ numerũ qui repræſentaſſet, ſex numos lucrifaciebat, & quicquid caniculæ iactu corraſum eſſet. Alia duo latera Chius & Senio dicebãtur, ternarium ille, hic quaternariũ ſignificans. Chius lucri nummos tres, Senio quatuor afferebat: ideò dexter dictus. Perſius, quid dexter ſenio ferret Scire erat in uoto. Erat tamẽ & ludi quædam ratio, in qua ſenio æquè dãnoſus erat, atq; canis. Suet. de Auguſt. Talis utis, ut quiſq; canẽ aut ſenionẽ miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios cẽferebat a mediũ, quos tollebat uniuerſos. Q Venerẽ iecerat. Aliæ quoq; in hoc ludi genere differẽtiæ fuerũt. Nã & Vulturios habebãt, & Herculẽ baſilicum. Plaut. Ta

los

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

los poſcit ſibi in manum: prouocat me in aleam, iacit uulturios quatuor: Talos arripio Herculem iacto baſilicum.

Talaris, talare, om. t. Quod ad talos pertinet: ut Veſtis talaris, quæ ad talos uſq; deſcendit, ποδήρης Cic. 7. Verr. Stetit ſoleatus Prætor populi Romani cũ pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus in littore. Ibidẽ, Ac per eos dies quũ iſte cum pallio purpureo, talariq; tunica uerſaretur in conuiuijs, muliebribusq;, &c.

Talarius, talaria, talarium. Quod pertinet ad talos, κυβευτικός. ut Lex talaria, aduerſus eos qui talis luſitant. Talarius ludus, id eſt, ludus talorum, κυβεία. Cic. libr. 1. Offic. Adde his, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumq; ludum talarium.

Talaria, plural. num. gener. neut. Calceamenta alata Mercurij πέδιλα. Verg. lib. 4. Aen. pedibus talaria nectit Aurea. Talaria inducere, prouerbialis allegoria, pro eo quod eſt, fugam adornare, quaſiq; uelle quopiam auolare. Cic. ad Attic. li. 14. Nemo eſt iſtorũ qui otiũ non timeat: quare talaria induamus. Eraſmus.

Taxillus, diminutiuum eſt à talus κύβος, πτῶσις.

Tam & Quàm, Priſciani ſententia aduerbia ſunt, quæ poſitiuo, comparatiuo, & ſuperlatiuo adijciuntur, quum duo uel plures comparatiui & ſuperlatiui diuerſæ ſignificationis poſiti inter ſe æquantur, uel iidem geminantur, τόσον, καὶ ὅσον. Cic. pro Deiot. Iſtam, inquam dexteram nõ tam in bellis, neq; in prælijs, quàm in promiſsis, & fide infirmiorẽ. Bis infirmiorẽ intelligendum eſt. Superlatiui exemplũ, Salluſtius, Quàm quaiſq; peſſimè fecit, tam maximè tutus eſt. Frequentiſſimè autẽ poſitiuo. Cic. 1. Tam ſum amicus Reipublicæ, quàm qui maximè, ſcilicet eſt amicus. Hoc eſt, Tam amo Rempublicã, quàm ille qui plurimũ amat. Componitur tam cum etſi, & ſignificat quanuis. Plinius iunior de Martiale, Dedit quantũ maximũ potuit, daturus amplius, ſi potuiſſet: tametſi quid homini dari poteſt maius, quã gloria, laus, æternitas? Tam aduerbijs iunctum. Terent. in Heaut. Nunquam tam manè egredior, neq; tam ueſperi Domũ reuertor quin, &c. Tam diminutiuis additum. Teren. in Adel. tam ob paruulã Rem penè ex patria: turpe dictu. Tam modò, inquit Feſtus, ueteres pro modò accipiebant: quod Græci dicunt ὅτως ἄγαν.

Tãmã, f. p. Dicitur (inquit Feſtus) quũ labore uiæ ſanguis in crura deſcendit, & tumorẽ facit. Lucilius, Igneum ne exiſtat, papulæ, tama, ne boa noxit.

Tãmărix, cis, f. t. Humilis frutex eſt amerinæ ramis, folio anguſto, carnoſo, & ferè pinnato, μυρίκη. Duo eius ſunt genera: ſylueſtre, omnino ſterile, unde & Infelix lignũ appellatur: Gallis Briaria. Alterum fructiferum, quod in Aegypto altiſſimas æquat arbores, ramis ex herbaceo, fuluoq; uariegatis, ligneſo fructu, galla maiore, in quo ſemen guſtu aſperũ, eiuſdem effectus cum galla. Vide Plinium lib. 24. cap. 9.

Tămĕn, Aduerſatiua coniunctio eſt, idem ſignificans quod attamen, ueruntamẽ, nihilominus, ὅμως μέντοι: quæ ubi præcedit quanquam, quanuis, & alia huiuſmodi, dat principiũ cõſtructionis, ipſa dictione tamen excuſſa: quæ ideò in ligatura & quaſi iunctura orationis fuerat inſerta, quia oratio unde non debuerat, inceperat. Idcirco in ordine Grammatico tamen abijcitur, tanquã functũ officio ſuo. Aliquando particula inceptiua eſt. Cic. Præto, Tamẽ à militia nõ diſcedit. Aliquando ponitur pro ſtatim. Verg. 9. Eclog. Hic hœdos depone, tamen ueniemus in urbem. Aliquando pro tandẽ. Salluſt. lib. 3. Hiſtor. Nam qui enare conati ſunt, icti ſæpe ferramentis nauiũ, tamen aut uulnerati à ſuis, aut afflicti undarum ui, multato fœdè corpore, &c. Plaut. Ita faciam, ita placet, quid tum tamen. Aliquando pro duntaxat, Terent. in Hec. Quod potero faciã, tamen ut pietatẽ colam. Vbi Donatus, Tamen, id eſt, duntaxat, uel ita tamen ut pietatẽ colam. Hinc componuntur Attamen & Veruntamen, eiuſdẽ ferè ſignificationis.

Tămĕtſi, aduerſatiua particula, idẽ ualens, quod quanquã, uel etſi, κἄν, καίτοι: Cic. pro Sext. Roſc. Tametſi uiciſſe debeo, tamen de meo iure decedã. Hæc in principio orationis poſita, indicatiuo gaudet: ſecũdo loco, ſubiũctiuo. Tametſi, pro tamen. Teren. in And. rape. D. Si quicquam mentitum inuenies, occidito. SI nihil audio, Ego iam te commotũ reddam. D. tametſi hoc uerum eſt.

Tamĭnia, f. p. Vuæ genus, acinos habens rubentes, quæ à qui buſdã falſò aſtaphis agria credita eſt. Plin. libr. 13. cap. 1. Aſtaphis agria, ſiue ſtaphis, quã uuã taminiã aliqui uocant falſò (ſuũ enim genus habet) coliculis nigris, rectis, folijs labruſcæ, fert folliculos uerius quàm acinos, uirides, ſimiles ciceri: in his nucleũ triangulũ. Matureſcit cũ uindemia, nigreſcitq;, quũ taminiæ rubentes norimus acinos: ſciamusq; illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis.

Tămĭno, nas. a. p. corrumpo, licet nõ ſit in uſu. Cuius eom poſita ſunt, Attamino, contamino & intamino. Vnde & intamĭnatus.

Tandem, Poſtremò, deniq;, ad extremũ, πολὺ, τελευταῖον τέως, ὀψίποτε. Vergilius, Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Per interrogationem habet urgens quiddam, & accelerans. Cicero, Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? Aliquando eſt coniunctio expletiua, Terent. in Phorm. Ita ne tandẽ uxorẽ duxit Antipho iniuſſu meo? Interdum ponitur pro aliquando, ut apud eundem, Itáne tandem ſororem duxit? Nonnunquã pro uix, Cicero, Tandem aliquando Quirites. Item pro ſaltẽ. Terent. in Eunucho, perfice hoc Precibus, aut pretio, ut hæream parte aliqua tandem apud Thaidem. Item pro tamen. Teren. in Adel. In qua ciuitate tandẽ te arbitrare uiuere? Tandẽ, totidẽ reticentia quædam cũ abrupto ſermone, nonnihil ornatus habens. Plaut. in Curcul. At tandem tandem. PH. tandem es odioſus mihi.

Tandiu, Tanto tempore, ἐπὶ τοσοῦτον, ὅσον χρόνον. Cic. 7. Verr. Nam tandiu fuit in carcere Apollonius. Tandiu & quandiu. Cic. 9. Verr. Ignominia autem grauis tandiu in illo homine fuit, quamdiu iſte in prouincia manſit.

Tango, is, tetigi, tactũ, a. t. Tactus ſenſu deprehendo, ἅπτομαι, καθάπτομαι, ψαύω. Lucret. lib. 1. Tangere enim & taugi, niſi corpus nulla poteſt res. Sed quoniã tangendo, quodãmodo moueri uidentur ea quæ tanguntur, tangere quandoq; pro cõmouere, capitur. Lucret. lib. 1. Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. Nonnunquã pro fulmine percutere, ſiue afflare. Ver. 1. Eclo. De cælo tactas memini prædicere quercus. Quãdoq; pro circũuenire. Turpil. At etiã ineptius meus eſt mihi pater iratus, quia eum talento argenti terigi ueteri exemplo amantis. Aliquando pro peruenire. Idẽ, Verres ſimul ac tetigit prouinciã. Tangere aliquid, pro deſcribere, mentionẽ facere, obiter attingere. Cic. 4. Acad. Sed ubi Socrates, ubi Ariſtoteles iſta tetigit? Hæc modicè me tangunt, id eſt, mediocriter me cõmouent. Cic. ad Atticũ li. 2. Cætera in magnis rebus, minæ Clodij, contentioneſq; quæ mihi proponũtur, modicè me tangunt. Tangere conſilia alicuius, intellige re. Cicero, Poſtquã autẽ conſilia eius omnia tetigi. Compoſita à tango ſunt, Attingo, contingo, obtingo, pertingo, quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Tactus, a, um, participiũ paſsiuũ à tãgo, ἁπτός. Cuius cõtrariũ eſt intactus. Accipitur aliquando pro afflato ſiue fulmine percuſſo. Cic. de Aruſp. reſp. Tactus etiã ille qui hãc urbẽ cõdidit. Pro eodẽ etiã dicimus De, uel è cælo tactus. Cicer. 2. de Diuin. Nattæ uerò ſtatua, aut æra legũ de cælo tacta, quid habent obſeruatum ac ueruſtum?

Tactus, us, ui, nomen, m. q. Ipſe Tangẽdi actus, ἁφή. Plin. li. 8. cap. 55. Necnõ & ueſtes leporino pilo facere tentatũ eſt, tactu nõ perinde molli, ut in cute. Ver. 2. Aen. tactuq; innoxia mollia Lambere flãma comas. Tactus itẽ eſt unus ex quinq; corporis ſenſib. à cerebro per neruos in totũ corpus diffuſus. Plin. lib. 10. ca. 69. Ex ſenſibus ante cætera homini tactus, deniq; guſtus: reliquis ſuperatur à multis. Hic & tactio dicitur. Cic. 4. Tuſc. Qualis eſt hæc auriũ, tales ſunt oculorũ, & tactionũ, & odorationũ, & ſaporũ, quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ uoluptates.

Tactĭo, onis, f. t, idem quod tactus.

Tanos, Gemma inter ſmaragdos ingratè uiridis & intus ſordida. Plin. lib. 17. cap. 5.

Tanquam, aduerbium eſt ſimilitudinis, uerbis ſubiunctiuis gaudens, ὥσανεὶ, οἷα οἷα δή. Plin. Nat. hiſt. lib. 2. Tanquam neſciamus hanc eſſe ſolam, quæ nunquam iraſcatur. Id eſt, quaſi neſciamus. Tanquã cum ſic pro quemadmodũ. Cicero ad Caſſium libro duodecimo. Tanquã enim ſi clauſa ſit Aſia, ſic nihil perfertur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolabella.

Tantus, a, um, A tam deduci uidetur, quantitatẽq; ſignificat, quaſi tã multus, uel tã magnus: habetq; ferè particulã Quantũ, ſibi reſpondentẽ, τοσοῦτος, τηλικοῦτος. Cic. 6. Philip. Multas habui conciones: nunquã tantã uidi quanta nunc eſt ueſtra. Idem 2. de Diuin. Sol maior ne terra ſit, an tantus quantus uidetur. Aliquando nõ habet particulam hanc expreſſè ſubſequentẽ, ſed quę tamen facilè poſſit intelligi. Ver.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

1. Aen. Tantæ molis erat Romanã condere gentem. Subaudi quanta ex iam dictis potest intelligi. Cic. pro Pompeio, Quis unquam tam breui tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit? Subaudi quantos hic confecit. Tanti genitiuus, uerbis iungitur ad pretium pertinentibus. Ouid. in Epist. Penelopes, Non Priamus tanti, totaq; Troia fuit.

Eius tamen loco aliquando legitur ablatiuus tanto. Plin. li. 12. cap. 18. Tanto nobis deliciæ & fœminæ constant. Tanti, πηλίκου τοσούτου, & quanti, πηλίκου ὄσου, cum eorum compositis, tantidem, quantilibet, quanticunq; iungũtur uerbis pretiũ significantibus, qualia sunt, Emo, uendo, uæneo, mercor, cõparo, æstimo, constat, conduco, loco, fœneror, paciscor, pango pepigi, condemno, postulo, & si qua sint alia: quæ tamen in alijs à prædictis ablatiuum postulant. Terent. in Eunuch. Quid agas? nisi ut te redimas captũ quàm queas Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas, id est, tanti te redimas quanti queas. Liuius. lib. 48. Mancipia minora annis uiginti, quæ post proximum lustrum decem milibus æris aut pluris uæniissent, ea quoq; tantò pluris, quàm quanti essent, æstimarentur. Dicimus quoque aliquid non esse tanti, id est, non satis dignum, ob quod quicquam fiat, οὐ πηλίκου τοσούτου. Ouid. in Epist. Penelopes. Tix Priamus tanti, totaque Troia fuit. Cælius ad Ciceronem lib. 8. Tanti non fuit Arsacem capere, Seleuciam expugnare, ut earũ rerũ quæ hîc gestæ sunt, spectaculo careret.

Tantidem, id est, æquè magno pretio, Terent. in Adelphis,
Domo me eripuit, uerberauit, me inuito abduxit meam:
Ob malefacta hæc tantidem postulat emptam sibi tradier.

Tantisper, aduerbiũ, Tandiu: pustulatq; post se, dum, donec, siue quãdiu, uel quoad, ἄχρις, ἕως. Cic. 2. de Inuẽt. Deinde est in carcerem deductus, ut ibi esset tantisper dum cultus in quẽ deiectus in profluentẽ deferretur, cõpararetur. Tere. in Heaut. Ego te meũ esse dici tantisper uolo, Dum quod te dignũ est, facies. Sic cætera eiusdem terminationis, temporis breuitatẽ significant: ut Quantisper, parũper, paulisper. Ponitur etiã tantisper, sine dum, & significat tantũmodo, siue interea, ἐν τοσούτῳ. Liu. lib. 1. Tamen id imperiũ ei ad puberẽ ætatem incolume mansit. Tantisper tutela muliebri res Latina, & regnũ auitũ, paternumq; puero stetit. Cic. 5. Tusc. sed uidero quid efficiat, tantisper hoc ipsum magni æstimo quod pollicetur.

Tantò, aduerbiũ comparatiuis gaudẽs, ut, Tantò magis, τόσῳ μᾶλλον. Tantò minoris. Cic. 5. Verr. Tantò ne minoris decumæ uænierũt quã fuerũt? Tantò ante. Cic. in Catil. Neq; tãtò ante exitiũ & fati diẽ Reip. denũtiasset. Sic Tantò post apud eundem pro Flac.

Tantopere, Vsq; adeò, tam uehemẽter, τηλικοῦτον, τοσοῦτον. Ter. in Adelph. Ego hac in re nihil reperio quamobrẽ lauder tantopere.

Tantùm, aduerbium, Solũ. quod & tantummodo dicitur: & iungitur positiuo, μόνον, μόνως Plin. lib. 12. cap. 1. Sed quis nõ iure miretur arborẽ umbræ gratia tantũ ex alieno orbe petitam? Aliquando significat usq; adeò, τοσοῦτον. Cic. Att. De fano, illo tantũ quantũ me amas, uelim cogites. Tantũ nõ, id est fermè rei nõ planè peractæ, aduerbiũ, ὅσον οὔπω, μόνον οὔ. Sueton. in Tibe. Cæsare, Tantũ non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit. Tantum abest, non solùm non est, τοσοῦτο δ' ἔστιν. Cic. lib. 1. Offic. Tantum abest ab officio, ut nihil officio magis possit esse contrariũ. Hoc est, non modò officium non est, uerumetiã nihil magis officio potest esse cõtrarium: uel tantũ abest ut officiũ sit, ut nihil officio, &c.

Tantũ quantũ, τοσοῦτον ὅσον. Plaut. in Most. Tu ut occepisti, tantũ quantũ quis fuge. Tantummodo, aduerbium, idẽ quod tantùm, μόνον. Teren. in Phorm. Post hac si quicquã, nisi precor: tantummodo nõ addat, &c. Tantundem, genitiuo tantidem, sine alijs casibus, æquè multum, quasi tantũ idem, τοσοῦτον. Colum. li. 7. Tum paribus casiæ, myrrhæq; & thuris ponderibus, ac tantundem sanguinis marinæ testudinis miscetur. Ter. in Phorm. Num tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. nihil. PHAED. tantundem ego. hoc est nihil plusquàm tu.

Tantulus, diminutiuũ, Pro tam paruus, τηλικοῦτος. Plaut. in Trucul. Tum tantuli doni causa

Tantillus, alterũ diminutiuũ Terent. in Adelph. Quẽ ego modò puerum tantillum in manibus gestaui meis.

Tantulum, & Tantillum, aduerbia. Cicer. 7. Verr. Si tantulum oculos deiecerimus, &c. Plaut. in Rud. Si hercule tantillum peccassis.

Taos, Gemma pauoni similis, qui Græcè ταὼς dicitur. Autor Plin. lib. 37. cap. 11.

Tăpētum, ti, pen. prod. uel Tapetium, tii, uel Tapes, petis, masc. gene. Idem quod aulæũ, hoc est, uestis stragula, uarijs coloribus intexta, quo aularũ parietes, mensæ, lecti, nonnunquam etiã equi insternuntur, τάπης, πῆρίσωμα, πηρίστρωμα. Verg. li. 10. qui fortè tapetibus altis Extructus, toto persidebat pectore somnũ. Idem libr. 1. Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis. Statius lib. 1. Thebaid. Aliosq; inferre tapetas. Accusatiuus Græcus est à Tapes, etis. Plaut. Pseud. Vt ne peristromata quidem æquè sint Campanica,
Neq; Alexandrina belluata, consutaq; tapetia.

Taphos, sepulchrum, uide in Propriis.

Tăpinōsis, penul. prod. ταπείνωσις. Figura est orationis, seu potius uitium, quum rei dignitas uerbi humilitate deprimitur. ταπεινὸς enim humile significat, & ταπεινόω, humilio, extenuo. Exemplum potest esse illud Verg. 1. Aen. Apparent rari nantes in gurgite uasto. Vbi Seruius, In gurgite uasto, Tapinosis est, id est, rei magnæ humilis expositio. Prudenter tamẽ Vergilius humilitatẽ sermonis epitheto plerunq; subleuat, ut hoc loco, Vasto addidit.

Tarandus, ταράνδ&Ω;. Aristoteli, Animal apud Scythas bouis magnitudine, capite ceruino non absimili, sed maiore, cornibus ramosis, ungula bifida, uilla magnitudine ursorũ. Solum ex ijs quæ pilis uestiuntur, animalibus, colorem mutat: sed quũ sui coloris esse libuit, asini simile est. Autor Plin. lib. 8. cap. 14.

Taratantara, Vox tubæ ab Ennio ficta. Seruius in 9. Aen. in eum uersum, At tuba terribilem sonitũ procul ære sonoro: Hemistichium, inquit, Ennij: nam sequentia ista mutauit. Ille enim ad exprimendũ tubæ sonũ ait Taratantara. & multa huiusmodi Vergilius quum aspera inuenerit, mutat.

Tardus, a, um, βραδύς, ὀκνός, ἀργός, νωχελής. Verg. 1. Georg. Sæpe oleis tardi costas agitator aselli Vilibus aut onerat pomis. Plautus Pœnulo, Sciebam ætate tardiores: metui meo amori morã. Nequicquã hoc patronos mihi elegi, loripedes tardissimos. Cic. 1. de Inuent. Formosus an deformis, uelox an tardus sit. Noctes tardæ, tardè uenientes, ut sunt æstiuæ, ὀψὲ μαί. Verg. 2. Geor. Vel quæ tardis mora noctibus obstet. Per translationẽ quoq; de animi, uel ingenij tarditate dicitur. & accipitur pro hebeti, cui ingeniũ non est expromptũ. Verg. 10. Ecloga, Tarde uenere subulci. Ter. in Eunuc. Fatuus est, insulsus, tardus. Cic. 3. de Lege Agrar. Seo quem uestrũm tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules Syllam Dictatorem fuisse in mentem uenire non posset? Cicer. de Senect. At memoria minuitur: credo, nisi exerceas eam, aut etiam si sis natura tardior. Quandoq; pro perseuerandi, & diuturno. Verg. 2. Geor. Media fert tristeis succos, tardum q; saporẽ. Sic Nonius. Seruius uerò interpretatur saporem tardum, uix intelligibilem. Quandoq; pro denso ac crasso. Verg. 5. Aen. udo sub robore uiuit Stupa uomens tardum fumum.

Tardiusculus, diminutiuũ. Id est, subtardus. Terent. in Heaut. Est ille Cliniæ seruus tardiusculus.

Tardè, aduerbiũ, Lentè, pigrè, cunctanter, βραδέως. Cic. Ter. Pridie Idus Octobris Athenas uenimus, quum sanè aduersis uentis usi essemus, tardeq; & incõmodè nauigassemus. Hinc Tardius comparatiuũ, & superlatiuũ tardissimè. Ci. 4. Acad. Quin etiam quum uictor à Mithridatico bello reuertisset, inimicorũ calumnia triennio tardius quàm debuerat, triũphauit. Plin. li. 10. cap. 7. Quatuor, aut quinq; tardissimè diebus florere incipiunt: totidemq; aut paulò pluribus deflorescunt: hordea uerò, quum tardissimè, septem. Accipitur & quando pro sero, hoc est, uespertino, uel nocturno tempore, ὀψὲ. Cic. pro Mil. Egreditur è uilla subitò, cur uesperi? quid necesse est tardè?

Tarditas, atis. f. t. Cunctatio, mora, pigritia, celeritati cõtraria, βραδύτης. Cic. ad Qu. Fratrẽ, lib. 2. Sic ego quoniam in isto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatẽ cum equis, cum uelis. Idẽ. 6. Philip. Plerisq; in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est. Idem in Piso. Tarditas ingenij, stupor, debilitasq; linguæ. Plin. lib. 10. cap. 9. Idq; etiam tarditati audientiũ prodesse asseuerat. Antiqui in eadem significatione & Tarditudinem dicebant, & Tarditiem. Plautus in Pœn. Podagrosi estis, ac uicistis cochleas tarditudine. Accius, Multa mittuntur tarditie & socordia.

Tardigradus, pen. correp. Qui tardè graditur, βραδύπους Cicer. 2. de Di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

a. de Diuinit. Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera. Ex poëta.

Tardiloquus, Qui tardè loquitur, βραδύγλωσσος.

Tardo, as, a. p. Remoror, moram inijcio, tarditatē affero, reprimo, ἀναβάλλω, ἐπέχω. Cæsar 5. belli Gall. Sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret, atq; ut eorum auxilia tardaret, &c. Idem lib. 1. belli Ciuil. Sed exercitum Cęsaris uiarum difficultates tardabant. Cicero ad Cæsarem lib. 7. Mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meā uidebatur, aut certè tardare. Cæsar 1. belli Ciuil. Quō facilius impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent. A quo Retardo, morari facio, retineo, ἀναβάλλω. Cic. in Catone, Ad quem fruendū nō modò se nō retardat, uerumetiā inuitat. Tardare, absolutū, mōram trahere, βραδύνειν, διατρύβειν. Cic. ad Brutū Epist. 18. Accerseremus ne te, atq; tibi id conducere putaremus: an tardare & commorari te, melius esset tibi. Tardare etiā, tardum reddere. Plin. lib. 8. Ac præacuta bipenni hoc crure tardato, id est, debilitato.

Tardans, tis, participium. Vergil. 5. Aeneidos, sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore uires.

Tardatus, data, datum, aliud participium, Vergilius 5. Aeneid. At non tardatus casu, neque territus heros, Acrior ad pugnam redit.

Tardesco, is, n. t. Tardus fio. Lucret. lib. 3. Consequitur grauitas membrorum, præpediuntur Crura uacillanti, tardescit lingua, madet mens.

Tartarinum, n. s. pen. corr. Veteres dixerunt horrendū atq; terribile, ταρταρῶδες. Festus. Varro lib. 6. de Ling. Lat. à Tartaro deducit, citans uersiculum ex uetusto quopiam Poëta, Corpore Tartarino prognata palude uirago.

Tasconium, n. s. Est terra alba, similis argillæ, ex qua catini fiunt, in quibus coquitur aurum. Plin. lib. 33. ca. 4. Carini fiūt ex tasconio. Hęc est terra alba similis argillæ. Neq; enim alia afflatum, & ignem, & ardentem materiam tolerat.

Tasiæ uites, & Tasium uinum, uide infra Thasius.

Tatam, Pueri patrem uocant, quemadmodum Mammam, matrem. Martial. lib. 1. Mammas atq; tatas habet Afra: sed ipsa tatarum
Dici, & mammarum maxima mamma potest.

Tatæ, Cantio est sibi inuicem respondentium. Plaut. in Sticho, Factu hoc modo. ST. At tu hoc modo. SA. babæ. ST. tatæ. SA. papæ. ST. euax. Nonnunquā & admirantis particula. Idem in Truc. Tatæ ecquis est illa?

Tattæus uide in Proprijs.

Taurus, ri, m. s. ταῦρος. Mas in genere bubulo, & uaccarum admissarius. Verg. 6. Aen. Hic crudelis amor tauri, suppostaq; furto Pasiphaē. Idem 3. Geor. Atq; ideò tauros procul atq; in sola relegant Pascua. Accipitur & pro quocunq; forti boue. Verg. lib. 1. Georg. ergo age terræ Pingue solū primis exēplo à mensibus anni Fortes inuerterant tauri. Idem Eclo. 7. Quū primùm pasti repetent præsepia tauri. Ouid. 1. Fast. Bella diu tenuere unus erat aptior ensis Vomere: cedebat taurus arator equo. Est & Taurus secundum Zodiaci signum. Plin. lib. 17. cap. 34. Quum sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro. Verg. 1. Geor. Candidus auratis aperit quū cornibus annū Taurus. Ideò autē trāslatus fuisse Taurus existimatur, q Europam in Cretam insulā transuexerit incolumen. Lege fabulam apud Hyginū. Taurus etiā accipitur pro radice arboris. Quint. lib. 8. cap. 2. Sicut in his, quæ homonyma dicūtur: ut Taurus animal ne sit, an mons, an signum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum, non intelligitur. Taurus item auicula est, ex genere carduelium, ita dicta quod taurorum mugitus imitetur, præsertim in agro Arelatensi, referente Plinio libro 10. cap. 42. Tauri itē, dicuntur scarabæi terrestres, ricinis similes, καράβοι Aristote li. quibus cornicula nomina dederūt: ut docet Plinius libro 30. cap. 30.

Taura, f. p. βῶς στεῖρα. Vacca sterilis: ita dicta teste Festo, quòd nihilo magis pariat quàm tauri. Columel. libro sexto capite 22. Et utique tauræ, quæ locum occupant fœcundarum ablegandæ. Varro 2. de Re rust. cap. 5. Quæ sterilis est uacca, taura appellatur.

Taurinus, a, um, ταύρειος. Quod est ex tauro: ut Tergū taurinū, id est, coriū tauro detractū. Ver. 1. Aen. Taurino possent quantum circūdare tergo. Habet autē penul. prod. quemadmodū omnia huius terminationis adiectiua à nominibus animalium formata: ut Leporinus, caprinus, formicinus, hirundinus, uerueccinus, porcinus, ouinus, suinus & huiusmodi.

Taurea, f. p. ῥινός. Scutica est ex taurino corio facta, quod & à Græcis ταυρία appellatur. Iuuenal. Saty. 6, taurea punit Continuo flexi crimen facinusq; capilli.

Taurifer, ra, rum, Quod magnū taurorū habet prouentū: ut Campi tauriferi, in quibus magna taurorum pascitur copia. Lucan. lib. 1. tauriferis ubi se Meuania campis Explicat.

Tauriformis, m, om. t. Formā habens tauri, ταυροειδής. Horat. 4. Carm. Ode 14. Sic tauriformis uoluitur Aufidus.
Qui regna Dauni præfluit Appuli.

Tautologia, ταυτολογία. Eiusdem sententiæ per alia atq; alia uerba repetitio: cuiusmodi & illa apud Ouidiū, cinis ipse sepulti In genus hoc pugnat tumulo quaq; sensimus hostē; Aeacidæ fœcunda fui. Itē illa apud Verg. 1. Aen. Quem si fata uirū seruant, si uescitur aura Aetherea, neq; adhuc crudelibus occubat umbris.

Tax, Vox est fictitia, quam Plaut. in Persa pro ictu siue uerbere usurpauit. Tax tax (inquit) erit tergo meo.

Taxim, aduerbiū obsoletū, quo antiqui utebantur pro sensim, siue paulatim: ut annotauit Nonius, citāsPomponij locum ex Buccone, Adoptatu clandestino racitus taxim perspectaui percautum.

Taxo, as, a, p. Reprehēdo, mordeo, noto, incesso, καθάπτομαι, à tangendo (ut Festo placet) inclinarū, quòd sit taxare, ueluti conuitijs tangere. Sueto. in Augusto. Sed etiā ut nūmularij nepotē, sic taxat Augustū. Plin. lib. 15. cap. 15. Eadem causa in pyris taxatur superbiæ cognomine. Taxare etiam pro prerio æstimare ponitur, τιμᾶν. Plin. libr. 17. cap. 1. Illos qui frugifera tantis taxauerant.

Taxatores, Dicti, teste eodem Festo, quorum alter alterum conuitiis tangit.

Taxatio, onis, f. t. Idē quod æstimatio, τίμησις. Taxatio, inquit Fest. dicitur quæ sit certæ summæ. Plin. libr. 13. cap. 15. Quam Cethegus decedent libris XIIII. permutauerat latifundij taxatione. Idē li. 9. cap. 35. At illa corollariū id esse, consumptuamq; se in ea cœna taxationem confirmans.

Taxus, xi, f. s. Arbor abieti similis, baccasq; ferens, quibus lethale uenenū inest, præcipuè in Hispania, & Arcadia, σμίλαξ. Plin. lib. 16. cap. 10. Similis his (abieti scilicet & piceæ) est taxus, minus uirens, gracilisq; & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis in Hispania præcipuè, uenenū inest. Vasa etiam uiatoria ex ea uinis in Gallia facta mortifera fuisse compertū est. Hanc Sestius smilacem à Græcis uocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis ueneni, ut siqui dormiant sub ea, cibumue capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata putent uenena, quæ nunc toxica dicimus. Hæc Plin. Vergil. 9. Ecloga, Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

T S.

Te, Syllabica adiectio quæ pronominibus tu & te adiungitur: ut Tute, tete, pro eo quod est tuipse, & teipsum. Cic. libr. 1. Epist. Vt tute mihi præcepisti.

Techna, æ, τέχνη. f. p. Græca uox est, quam Latinè artem seu artificiū interpretari possumus. Vtuntur hac uoce & Latini, sed ferè in deteriorē partē, pro dolo, astutia, impostura, fraude, siue offucia. Terent. Eunu. Tam scio hanc techna à Parmenone profectā, quàm me uiuere. Idem in Heaut. Falli te si nas technis per seruulum. Plaut. in Cap. de artuatus sum miser Scelesti huius technis.

Technophyon, τεχνόφυον. Græca dictio quam nos artium officinam uertere possumus: παρὰ τὸ φύειν τοὺς τεχνίτας. hoc est, à producendis artib. Suetonius in Aug. Erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas & technophyon uocabat.

Tector, Tectoriolum, Tectorium, uide Tego.

Tecum, aduerbium compositū ex ablatiuo tē, & præpositione cū, μετά σοῦ. Plaut. in Milit. Quid nūc taces? tecū loquor.

Teda, æ, f. p. Arbor est ex earum genere quæ resinam ferunt, abundantior succo quàm reliquū similis generis, parcior tamen liquidiorq; quàm picea, flammis & lumini sacrorū etiā grata, δάς, δαδίον. Impropriè tamen tedas appellamus piceæ sationes partes imas tū alia quoq; ligna, quę uel naturali pingue dine, uel oleo piceo illita, faculę modo lucēt. Hinc Cererē deā redierāpoetæ uocāt, quod tedas dicitur inflāmasse, quū inuestigare uellet filiam Proserpinam à Plutone abreptam, δαδοφόρον. Ouid. Epist. 2. Et per rediferæ mystica sacra deæ. Teda etiam accipitur pro nuptijs sine pro ipso cōiugio. Mos enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

enim antiquorum erat, ut in nuptijs (inquit Varro) faces & tedæ semper prærirent, quòd olim non nisi per nóctẽ nubentes ducebantur à sponsis. Verg. 4. Aen. Si non pertæsum thalami, tedæq; fuissent.

Teges, Tegeticula, uide Tego.

Tegillum, Tegmen, uide Tego.

Tĕgŏ, gis, xi, ctum, a. t. Operio, καλύπτω, σκεπάζω, ὀροφόω, ἐρίφω. Plin. lib. 13. cap. 18. Radicem lotos hæc habet pertã nigro cortice: qualis & castaneas tegit. Propert. lib. 4. eleg. 3. Et texit galea barbara molle caput. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. Pugnabat tunica se tamen illa tegi. Idem 1. de Arte, Aequore quot pisces, fronde tegunur aues. Per translationem tegere, accipitur pro κρύπτειν. Martial. Quod tegitur, maius creditur esse malum. Cic. pro Quint. Id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. Itẽ defendere, conseruare, ἀσφαλίζω, προβάλλομαι. Sall. in Catill. At Romani domi militiæq; intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostib. obuiã ire, libertatẽ, patriam, parentes q; armis tegere. A tego fiunt composita Contego, detego, intego, obtego, pertego, prætego, protego, retego, supertego: quorum significata suprà explicuimus suis locis.

Tectus, a, um, Participiũ passiuũ à Tego, Idem significãs quod opertus, κεκαλυμμένος. Ouid. 12. Metam. Arboribus tecto discumbere iusserat antro. Interdum migrat in nomen, & accipitur pro obscuro, secreto, occulto, nõ manifesto, ἀσαφὴς, κρύφιος. Idẽ 1. de Arte, Hic tibi multa licet sermone latentia tecto Dicere. Ci. ad Pætũ lib. 9. Itaq; tectis uerbis ea ad te scripsi, quæ acutissimis agunt Stoici. Idem pro Rosc. Am. Huc accedit, quod paulò tamen occultior, atq; tectior uestra ista cupiditas esset. Idem 1. de Orat. Ego me hercule, inquit, Antoni semper is fui, qui de te oratore sic prædicarẽ, unũ te in dicendo uideri tectissimum. * Tectæ oues, eædem quæ à patria Tarentinæ, siue Græcę dicebantur, quæ quod mollissimam ferrent lanam, pellibus insutæ pascebantur, ne uellera aut conspurcarentur, aut dumis adhærescerent: qua de re uide Colum. lib. 7. cap. 6. Plin. lib. 8. cap. 47. Ouium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuis delicatius.

Tectè, aduerbium, Latenter, occultè: cuius contrariũ est Aperte, κρυφῇ Cic. Att. lib. 1. Hic dies me ualde Crasso adiunxit: & tamen ab illo apertè, tectè quicquid est datũ, libenter accepi. Idem Pæto li. 9. Quod tu in Epist. appellas suo nomine, ille tectius penem.

Tectum, cti, n. s. substantiuum, Summa pars domus, qua cæteræ teguntur, ὄροφος, στέγος, σίγος, σίγη. Ouid. 12. Metam. Non secus hæc resilit, quã tecti à culmine grándo. Cic. de Clar. Orat. Sed Athenienſium quoq; plus interfuit, firma tecta in domicilijs habere quàm Mineruæ signum ex ebore pulcherrimum: tamen ego me Phidiam esse mallem, quàm uel optimum fabrum tignarium. Quare non quantum quisq; profit, sed quanti quisq; sit, ponderandum est. Tectum itẽ figuratè pro tota accipitur domo, οἴκημα. Cicer. ad Leptam libro 6. Eius Falernum mihi semper idoneum usum est diuersorio, si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Verg. 1. Aeneid. Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.

Tectorium, rij, n. s. illinimentum parietum, à tegendo dictum, κονίαμα, ut quũ calce, aut gypso ad maiorẽ spectantium gratiam & decorẽ parietẽ inalbamus, quæ ideò etiam albatio appellatur, siue albarium: quanquã albarium (inquit Budæus) ex pura calce fiat. ut hodie est in usu. Tectoriũ autẽ continet arenatum, hoc est, quod fit ex calce & arena: & marmoratum, quod ex calce & marmore tuso, triplici uarietate comminuto, pro ut trium coriorũ exigebat usus: cõtinet & trullatione, quæ ex gypso, ut hodie quoq;, antiquis fiebat. Plin. lib. 36. Ideoq; nulla tectoria eorum rimæ fœdauere. Cicero ad Att. lib. 1. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atriolo possim includere: & putealia figillata duo. Iuuenalis Sat. 9. tectorium accipit pro fuco quo mulieres faciem illinunt. Tandem (inquit) aperit uultum, & tectoria prima reponit. Tectorium linguæ. pro sermone simulato. Persius sat. 5. pulsu dignoscere cantus, Quid solidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.

Tectorius, ria, rium, adiectiuũ: ut, Opus tectorium quo parietes integuntur, κονία, κονίαμα. Columella, Sed ea tota macries opere tectorio læuigatur ex utraq; parte, ne felis, aut uipera prorepat. Cic. 2. de Legib. Neq; id opere tectorio exornari, nec hemas hos, quas uocant, licebant imponi.

Tector, ōris, m. t. Qui opus tectoriũ parieti inducit, κονιατής Var. 2. de Re rust. cap. 2. Non minus uilla tua erit ad angu[stum] Velini, quã nec pictor, nec tector uidit unquã, quã in Reatina quæ est polita opere tectorio eleganter, &c.

Tectoriolum, rioli, n. s. Paruum tectorium. Cicero ad Patrum libro 9. Bella tectoriola: dic ergo etiam pauimenta isto modo, non potes.

Tegmen, nis. n. t. quod & Tegimen, inis: & Tegmentũ, tĩ, Quod aliquid tegit, προβολὴ, σκέπασμα, κάλυμμα. Cicer. 3. Tusc. Mi amictui Scythicum tegmen, calceamentum solorum cubile terra. Liu. 5. ab Vrbe. Magna strages facta est, multi imperitos nandi, aut inualidos graues loricis, alijsq; tegminibus hausere gurgites. Verg. 1. Ecloga, Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Lucr. li. 1. Nec res ulla geri sub cæli tegmine posset.

Tegimen, inis. Idem Ouidius 3. Metamorph. tegimen direptæ leoni Pellis erat. Idem 1. Meta. Desilit in terras, illic tegimenque remouit.

Tegumen, inis, Idem Liu. 1. ab Vrbe, Et super tunicam æneum pectori tegumen, cæleſtiaq; arma, quæ ancilia, appellantur, ferre.

Tegumentũ, ti, n. s. Idem Cic. 2. de Nat. deor. Palpebræq;, quæ sunt tegumenta oculorũ, molliſſimæ tactu ne læderentur acri aptiſſimè factæ. Cæs. 2. belli Gal. Vt non modò ad insignia accommodanda, sed etiã ad galeas induendas, scutisq; tegumenta detrahenda tempus deſuerit.

Tegulum, li, n, s pen. cor. Idem quod tegmen. σκέπασμα, σίγος. Plin. lib. 10. cap. 36. Tegulo enim aquaticarum arundinũ domos suas Septentrionales populi operiunt.

Tegillum, li, Paruum tegmen, καλυμμάτιον. Varro in Sesquiſyſſe. Ob aquã è nubibus tortã, indicat fore ut tegillũ pastor sibi sumat. Est & Tegillum cuculli uinculũ è scirpo. Plaut. Tegillum mihi aret, di si uis, dabo. At Tigillum diminutiuũ à tigno est.

Tegula, læ, f. p. Dicta est quod domus tegat, κέραμος. Ter. Eun. Deũ esse in hominẽ cõuertisse, atq; per alienas tegulas Venisse, clanculũ per impluuiũ fucũ factũ mulieri. Plau. in Milite, Quod meas cõfregisti imbrices & tegulas. Cic. ad Att. libr. 9. De isto licet bene speres: promitto tibi, si ualebit, tegulã illũ in Italia nullam relicturũ. Cato cap. 14. In testũ sic numerabitur tegula integra quæ erit. Tegulæ autẽ quæ ad balneas adhibentur, à laxitate dicũtur mammatæ. Colliciæ autẽ uocantur, teste Festo, quibus aqua, ueluti quibusdam canalibus, in uas aliquod, uel puteum deriuatur.

Teges, etis, f. t. Straguli genus, quã & storeã appellant, ex ulua siue scirpo, aut sparto in lodicis similitudinem, quo uilliores utuntur, φορμὸς, φορμίς. Varro de Re rust. Sicq; fiunt de cannabi, lino, iunco, palmo, scirpo: ut funes, restes, tegetes. Iuuen. Saty. 6. Aula Palatino tegetem præferre cubili. Col. lib. 1. cap. 5. Sub ortu canículæ palmeis tegetibus uineas adumbrabat. Idẽ ii. 12. cap. 50. Canneæ tegetes, quibus oliua excipitur. Huiusmodi simile quiddam apud nos, è straminibus concinnatur: uulgus mattas uocat.

Tegeticula, æ, f. p. dimin. Parua teges, φορμίδιον. Var. 3. de Re rust. 8. Sed pro columbarijs in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ. Idẽ lib. 2. cap. 11. Diligentiores, tegeticulis subiectis, oues tondere solent, ne flocci intereant.

Tela, telæ. f. p. Quod texendo conficitur, ἱστός. Ter. in Heau. Mulier telam deserit continuò. Ver. 1. Aen. Percurrere pectine telas. Ouid. Epist. 1. Lassaret uiduas pendula tela manus. Telam exordiri, prouerb. dictum, pro eo quod est technã aliquã incipere & aggredi. Plaut. in Bacch. Exorsa hæc tela nõ malè est omnino mihi.

Telamones, m. t. In ædificiis dicebantur hominum simulachra, quæ gibbosa ferè figura effingebantur, ut columnas, mutulos dorso sustinere & sub ipso pondere propemodum succũbere uiderentur, ἄτλαντες. Græci Atlantas uocant, similitudine sumpta ab Atlante Mercurij auo: quòd quemadmodũ ille cœlũ suis humeris, ita hi ædificiũ fulcire uideãtur. Vide de hoc plura in dictione Atlas.

Telicardios, Gemma colore cordis existẽs, Persis maximè grata, quam & Muculam appellant. Plinius lib. trigesimo septimo cap. 10.

Telinum unguentũ, τήλινον μύρον. Menandri Poetæ ætate summo erat in pretio. Constabat autẽ ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, melle, melino, maro, amaraco, & fœnugræco: à quorũ postremo nomẽ accepit, Græci. n. fœnugræcum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cum τηλιν appellant. Alii tamen à Telo insula, in qua optimum conficiebatur dictum putant. Vide Plinium libro decimoquinto cap. 1.

Tellus, f. t. Vide in Propriis.

Telo, onis, m. t. A rusticis dicitur instrumentum longum ex ligno, quo utuntur ad aquã è puteis hauriendã. Hispani Ciconiã uocant, à similitudine rostri ciconiarũ. Hęc Sipont.

Telonium, n. ſ pen. cor. τελώνιον. Mensa publicanorũ, ubi uectigal exigitur, à Græco nomine τέλος, quod inter cætera uectigal significat. Vnde τέλονης, siue τελῶναι dicuntur, qui uectigal exigunt.

Telos, τέλος. Latinè finis, honor, legio, tributũ, uectigal, pensio. Cic. 3. de Fin. Sentis enim credo me iamdiu quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremũ, tum ultimũ, tum summum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere.

Telum, teli, n. ſ. Dicitur omne quod manu iaci potest: quo nomine lapis, lignũ, plumbũ, & ferrũ continetur, βιλος, τὸ βέλεμνα. Dictum ab eo quod in longinquũ mittatur. Nã apud Græcos, τῆλε, siue, τῆλοι. longè significat. Festus, Tela propriè dici uidentur ea quæ missilia sunt: ex Græco uidelicet translato eo nomine, quia illi τηλόθεν missa dicunt, quæ nos emimus: sicut arma, ea quæ ab humeris dependentia retinẽtur manib. Oui. 8. Met. Ex humero pendens resonabat eburnea læuo Telorũ custos: arcũ quoq; læua tenebat. Ver. 10. Aen. At puer Ascanius muro, fossisq; tenetur Tela inter media, atque horrentes Marte Latinos. Non rarò tamen tela pro quibuslibet armis accipimus, etiã iis quibus cominus aut salutẽ tuemur aut alium oppugnamus. Cic. in Carone, Qui ex ædibus Cethegi, si quid telorũ esset, efferret. Idem 6. Ver. Edictum ne quis cum telo seruus esset. Intendere telum in iugulum nocentis, est caput alicuius per accusationẽ petere, Plin. Epist. 9. lib. 3. Si quam haberem in dicendo facultatem, in iugulũ nocentis quasi telum aliquod intenderem. Tela ad manum subministrare, apud Quintilianum. Telum reuellere. Cic. in Pison. In me de corpore Reipub. tuorum scelerum tela reuellentem.

Temerarius. Dicitur, non qui plus audet quàm oportet, sed qui facilè nullo adhibito consilio credit, ἄβουλος, ἀπερίσκεπτος, παράβουλος, θρασύς. Oui. Epist. 6. utinã temeraria dicar Criminibus falsis insimulasse uirũ. Haud temerariũ est. Plau. in Asin. Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? haud temerariũ est. Certè hercle ego quantũ ex augurio auspicij intelligo, Aut mihi in mundo sunt uirgæ aut atrienſi Sauriæ. Plin. lib. 17. cap. 22. Temerariũ est ante crassitudinẽ pollicarẽ uiti imperare. Liu. 6. belli. Pun. Ad consilium prima specie temeraium magis, quàm audax, animum adiecit. Ouid. 8. Metam. licet eminus esse

Fortibus: Antæo nocuit temeraria uirtus.

Temeritas, & Temeritudo f. t. περιπετία, ἀβουλία. Pacu. Egon' tyranni nõ noui temeritudinẽ? Cic. pro M. Mar. Nunquã enim temeritas cũ sapientia cõmiscetur, nec ad consilium casus admittitur. Idem. 2. Offic. Temeritate enim remota gratissima est liberalitas.

Temerè, aduerbium, Inconsideratè, stultè, inconsultè, ἀκῆ, ἀπερισκέπτως, παραλόγως Ter. in Hecyra, Vide ne quid temerè agas. Idem in Phorm. quàm sæpe fortè temerè Eueniunt, quæ non audeas optare? Ver. 9. Aen. Temerè inter tela iacentes. Cic. de Inuen. Domus ea quæ ratione regitur, omnibus instructior est rebus & apparatior, quàm ea quæ temerè & nullo cõsilio administratur. Quidam etiã usurpant pro ferè, ſacilius, Liu. Nõ temerè incerta casuũ reputat, quẽ fortuna nunquã decepit. Quint. lib. 1. Instit. Illud ingeniorũ uelut præcox genus, nõ temerè unquã peruenit ad frugem. Nonnunquã sine causa: ut Temerè nõ est, pro nõ abs re, ἀλόγως Ter. in Phor. Non Pol temerè est, quòd tu tã times. Cic. ad Fulgiũ libr. 4. Non scribo hoc temerè. Ad Heren. li. 2. Non temerè fama nasci solet. Idem de Nat. deor. Idq; euenit nõ temerè, nec casu. Temerè. sine periculo. Plaut. in Bacch. Rapidus fluuius est, non hac temerè transiri potest.

Temeriter, aliud aduerbiũ, Idem q; temerè. Accius in Amph. Hoc in re est, quòd tu tam temeriter meã beneuolentiã iam interijsse es ratus.

Temero, ras, a. pen. cor. Scelero, corrũpo, cõtamino, καλαμαίω, βεβηλόω. Ouid. 15. Metam. Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora. Idẽ 7. Met. Atq; suis fluuios temerasse uenenis. Idẽ 1. de Arte. At nõ Actorides lectũ temerauit Achillis. Temerare pro uiolare, stuprare. Tacit. lib. 20. Eandẽ Iuliã in matrimonio M. Agrippæ temerauerat.

Temeratus, a, um. part. Ouid. 16. Epist. Ausus es hospitij temeratis aduena sacris Legitimã nuptæ solicitare fidẽ? Liu. 6. bel. Pun. Sepulchra maiorum uulsa, temerata, ac uiolata. Hinc Intemeratus, integer, incorruptus, inuiolatus, ἀμίαντος. Ver. 2. Aen. Per, si qua est, quæ restat adhuc mortalibus usquam Intemerata fides, oro: miserere laborum Tantorum, miserere animi non digna ferentis.

Temerator, uerb. Pro faliario in l. Si quis obrepserit, ad legem Corneliam de Fals.

Temetum, ti, Idem quòd uinum: ita dictum quòd tenet, hoc est, labefactet mentẽ, μέθυ. Plau. in Aulul. Cereri ne Strobile has facturi nuptias? STL. Qui? STA. quia temeti nihil aliarũ intelligo. Liu. 10. ab Vrbe, Vouerat Ioui uictori, si legiones hostiũ fudisset, pocillũ mulsi, priusquã temetũ biberet, sese facturũ. Hor. 2. Epist. 2. pen. dictionis huius syllabã producit, quũ apud Iuuenalẽ corripiatur. Te (inquit) dominum sentit: das nummos, accipis uuas, Pullos, oua, casũ temeti: nempe modo isto Paulatim mercaris agrum.

Temulentus, lenta, um, Vinolentus, ebrius, οἰνόφλυξ. Terentius in Eunucho, Temulenta es, P. utinam sic sint, qui mihi malè uolunt.

Temulentia, æ, f. p. Ebrietas, οἰνοφλυγία. Plin. libro 14. cap. 2. Si quidem temulentia sola non facit. Idem libro 14. Cato ideò propinquos fœminis oscnlũ dare iussit, ut scirẽt an temetũ olerent: hoc tum uino nomen erat. Vnde & Temulentia appellata. Per contrarium Abstemius, sobrius, quasi sine temeto.

Temulenter, aduerb. Colum. libr. 8. cap. 8. Iam nũc Gangeticas & Aegyptias aues temulenter eructant.

Temno, nis, psi, ptũ, a, t. Sperno: à τέμνω, quod incido resecoq; significat: quoniã quæ spernimus, amputare & resecare consueuimus, καταφρονέω. Verg. 6. Aen. Discite iustitiam moniti & nõ temnere diuos. Idẽ 1. Aen. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma. Horat. 2. Serm. saty. 2. Iciunus stomachus rarò uulgaria temnit. Hinc Contemno, compositũ, de quo suo loco.

Temo, onis, m. t. Lignũ in curru, inter equos intermediũ cõtinet iugũ in curru uel plaustro, ῥυμὸς. Ouid. lib. 2. Met. Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curuatura rotæ. Liu. lib. 7. bel. Maced. Cuspides circa temonẽ ab iugo decem cubita extantes, uelut cornua habebant, quibus quicquid obuiũ daretur, transfigerent. Temonem pro stipite Col. posuit, siue pro lignis transuersarijs & longurijs, libr. 10. cap. 18. Huic solo septenum pedum stipites recti ab utroque latere quaterni applicantur. Ii autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnesq; trãsuersis sex temonib. quasi uacerræ inter se ligantur. Budæus.

Tempero, ras, a. p. Rem suo ordine ac mensura administro, moderor, συγκιρνᾶς, ἁρμάζω, κυβέρνημι. Ci. 1. Tusc. Rempublicam uerò nostri maiores certè melioribus tẽperauerunt & institutis & legibus. Sic dicimus tẽperare uinũ aqua, tẽperare iram sedato animo, tẽperare ferrũ flãmis & fluctibus. Temperamus item stylum, calamum, & huiusmodi id est, cõcinnamus. Temperare datiuo iunctum significat abstinere: ut Temperare alicui, pro abstinere ab iniuria inferenda. Cic 3. Ver. Te putes quisquã quum ab Italia freto disiunctus esses, socijs temperasse, qui ædem Castoris testẽ futurorum tuorum esse uolueris? Sibi temperare. Cicer. pro Flacco, Vt qui antedictum testimonium sibi temperarit, quum tamen aliquid, &c. Temperare uino, temperare ab iniuria, temperare in amore. & multa alia, id est, abstinere. Temperatum est, impersonale, pro abstinuerunt, Liu. libr. 1. ab Vrbe, Vnaq; hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit: templis tamen deũm temperatum est. Huius composita sunt, Attempero, & obtempero, de quibus suis locis.

Temperans, antis, Moderatus, continẽs, σώφρων. Cic. pro Fonteigo, Vir frugi, & in omnibus uitæ partibus moderatus, ac temperans, plenus pudoris, plenus officij, plenus religionis. Idẽ in Parad. An temperantẽ dices qui in aliqua libidine se continuerit: in alia se effuderit?

Temperanter, aduerb. Idẽ quòd tẽperatè, seu moderatè, σωφρόνως, μετρίως. Cic. ad Att. lib. 9. Nam quod ait, si hic tẽperantius egerit, cõsideratius te consiliũ darurũ. Temperanter haberi. Tacit lib. 4. Vel quũ patres pollerẽt poscenda uulgi natura, & quibus modis tẽperanter haberetur.

Temperan-

Temperantia, æ, f. p. ut Cic. lib. 2. de Inuen. ait, Est rationis in libidinem, atq; in alios nõ rectos impetus animi, firma & moderata dominatio, σωφροσύνη. Huius partes sunt cõtinentia, clementia, modestia. Tẽperantia (inquit Seneca) uoluptatibus imperat: alias odit atq; abigit, alias dispensat, & ad sanum modũ redigit. Ci. ad Leu. li. 1. Epist. Nouienim tẽperantiam & moderationẽ naturæ meæ. Idẽ 5. Tusculan. Tẽperantia est moderatrix omniũ commotionũ. Idẽ 5. de Finib. Temperantia in prætermittendis uoluptatibus cernitur. Plin. li. 28. cap. 5. Multò utilissima est temperantia in cibis.

Temperatus, partic. siue nomen ex participio. Idẽ quod moderatus, mediocris, modestus, μέτριος. Plin. lib. 11. cap. 37. Lux temperato repercussu non obstrepat. Cic. 1. de Diuin. Si modò temperatis escis, modicisq; potationibus est affectus. Horat. 2. Carm. Ode 5. Aequam memento rebus in arduis Seruare mentem, non secus in bonis Ab insolenti temperatam Lætitia, moriture Deli. Cicero ad Atticum libro quarto. Hominem in summa magnitudine animi multa humanitate tẽperatum, perdidimus. Idem ad Cornific. lib. 12. Est autem ita tẽperatis moderatisq; moribus, ut summa seueritas summa cũ humanitate iungatur. Idem pro Fonteio. Ille igitur ipse homo sanctissimus & temperatissimus multa audiuit in sua causa, quæ ad suspitionẽ stuprorũ, ac libidinẽ pertinerẽt. Tẽperatior oratio. Cic. 2. de Orat. Neq; est ulla temperatior oratio, quàm illa in qua asperitas contentionis, orationis ipsius humanitate conditur.

Temperatè, aduerb. Moderatè, mediocriter, & quodã cum tẽperamento, μετρίως. Cato cap. 69. Vbi tẽperatè tepebit, tum cuminũ indito, postea linito. De dolio loquitur. Cic. ad. Att. lib. 11. Ages ut scribis, temperatè.

Temperatio, onis, f. t. Idem quod temperamentũ, κρᾶσις. Cic. 4. Tusc. corporis temperatio, quum ea congruunt inter se, quibus constamus. Idem. 1. Tuscul. Nec sit quicquã, nisi corpus unum, & simplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ uigeat. & sentiat. Tẽperatio æris, id est, mistura, σύμμιξις. Cic. 6. Ver. Tu uidelicet solus uasis Corinthijs delectaris? tu illius æris temperationem, tu operum liniamẽta solertissimè perspicis? Aliquando idem ualet quod moderatio, siue gubernatio. Cic. secundo, de Diuin. Hoc temperatio lunæ cæliq; moderatio efficit. Idem de Som. Scip. Sol mens mundi, & temperatio.

Temperator, oris, uerb. Moderator, gubernator, ἁρμοστὴς. Mar. lib. 1. sed inquieto Armorũ fato temperator ambit. Cicero in Orat. Et quasi temperator huius tripartitæ uarietatis.

Temperamentum, ti, n. s. Idem quod mortificatio, siue moderatio, modus, mediocritas, μετρίότης. Cic. de Leg. Inuentum est temperamẽtũ quo tenuiores cum principibus se æquari putarint. Plin. Tali adhibito temperamento, ut nec laxet nimis, nec arctum esse partiatur. Temperamentum linguæ, id est, linguę continentia. Liu. 2. belli Pun. Et si nulla alia re, modestia certè & tẽperamento linguæ adulescens senẽ uicero. A medicis tẽperamentũ appellatur, ꝓportio quatuor primarũ qualitatũ in corpore misto, eiusq; nouẽ cõstituunt differentias, κρᾶσις. Nam aut æqualis est omniũ qualitatũ proportio: calq; constituit iustum legitimumq; temperamentũ, quod est ueluti canon & norma reliquorũ. Aut inæqualis: idq; rursus duobus modis. Nam aut unica est qualitas reliquis excellens, tribus se moderatè habentibus: indeq; emergunt quatuor simplicia temperamenta. Aut ad summũ duæ reliquis prævalent duabus: unde rursus oriuntur quatuor alia tẽperamenti genera, quæ cõposita dicuntur.

Temperatura, æ, f. p. idem quod temperamentũ, id est, ꝓportio partiũ simpliciũ, quæ constituũt corpus mistũ, κρᾶσις. ut quũ quempiã calidæ, frigidæ, humidæ, aut siccæ tẽperaturæ esse dicimus. Nonnunquã accipitur pro ipsa mistura, ut quũ æris temperaturã statuariã, formalem, uel tabularẽ dicimus. Plin. lib. 34. cap. 9. Sequens æris temperatura statuaria est, eademq; tabularis, hoc modo: Massa proflatur in primis: mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. Et paulò pòst, Appellatur etiã nunc formalis temperatura æris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarij uigesima. Tẽperatura ferri. Plin. Ferrum à rubigine uindicatur cerussa & gypso & liquida pice. Hæc est temperatura à Græcis antipathia dicta. Temperatura cæli, idem quod temperies. Varro, Quæro, utrũ hoc adduxerit cæli temperatura, an terræ bonitas.

Temperies, riei, f. q. Temperamentũ, seu status cæli, εὐκρασία. Plin. Iunior, In quo saluberrima est aëris tẽperies. Ouid. 2. de Pont. eleg. 7. Temperie cæli corpusq; animusq; iuuatur. Plin. Epist. 101. Atq; adeò ut omnẽ pro me metum ponas, accipe temperiem cæli, regionis situ, uillæ amœnitatẽ. Quandoq; temperies accipitur pro temperantia. Statius libro 2. Sylu. tranquillaq; morum Temperies, teneroq; animus matuuior æuo. Quandoq; pro temporis cõmoditate ad aliquid agendum, εὐκαιρία. Plin. Sic iudicatur anni temperies, alibi tardius alibi maturius.

Tempestas, & Tempestiuus, uide Tempus.

Templum, pli, n. s. propriè locus uel in cælo notatus ab augure, uel in terra: à tuendo, id est, cõspiciendo dictũ, quer omni parte, uel q ex eo omnis pars aspici possit, ut ait Donatus. Primò autẽ cælum ipsum dictũ est templũ, quia ipsum primò tuemur. Ennius: Contremuit templũ magnũ Iouis altonantis. Eius partes quatuor esse dicũtur. Sinistra ab Oriente, dextra ab Occasu, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionẽ. In terris autem dictũ est tẽplum, quod quibusdã conceptis uerbis ab augure finiebatur, unde tueri quancunq; eę li partẽ cõmodè posset, ναὸς, νεὼς, ἀκάτερον. Hinc Contẽplo siue contẽplor, pro diligenter intueor. In hoc templo per augures constituto senatusconsultũ fiebat: & nisi in eo fieret, non erat iustũ. Ab hoc templũ non solùm ædes sacræ, sed & alia loca septa, & unum tantùm introitum habentia, dicitẽpla cœpere. Quippe Curia Hostilia templũ erat, licet sacra nõ esset. Cic. pro Domo sua, Curia est sedes ac templum publici consilij. Idem pro Milone, Curia est templum sanctitatis.

Templum, ædis sacræ, Cic. 6. Ver. Herculis templum est apud Agrigentinos non longè à foro, sanè sanctum apud illos, & religiosum. Vergil. 6. Aeneid. Teucros uocat alta in templa sacerdos. Ouid. 1. de Arte, Nec fuge Niligenæ Memphitica tẽpla iuuencæ, Ibidem, facto de marmore templo. Templa linguæ, id est, partes, loca, apud Lucretium lib. 4. Mentis templa, item apud Lucretiũ, lib. 5. pro interioris animi secretis. Itẽ templum uocatur tignũ, quod in sacro ædificio trãsuersum supra canterios ponitur, ut inquit Festus. Vitru. li. 5. Et canterij prominentes ad extremã suggrundationẽ, supra canterios templa. Item sepulchrũ dicitur templũ. Vergil. 5. Aeneid. Præterea fuit in tectis de marmore templum Conionis antiqui. Hæc Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina, Festo & Nonio. A templũ fit aduerbium Ex templo de quo suprà suo loco.

Temporalis, uide Tempus.

Tempus, temporis, n. t. ut Varro scribit. Est interuallũ mũdi & motus, diuisum in partes aliquot, à Solis & Lunæ cursu: à quorum tenore temperato tempus dictũ est, χρόνος. Tria uerò sunt tempora, Præsens, præteritũ, & futurũ. Cic. 1. de Inuent. Tempus autem est id quo nunc utimur, (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menstrui, diurni, nocturni ue spatij certa significatione, &c. Aliquando tempus ponitur pro tẽporis conditione. Cic. O mores, ô tempora! Tẽpus, pro authoritate & potentia. Cic. in Bruto, Is exemplo debet esse, quantũ in hac urbe polleat multorũ obedire tempori, multorumq; uel honori, uel periculo seruire. Tempus pro cõmodo temporario. Cic. pro Cluent. Omnes illæ orationes temporũ sunt & causarũ, non hominũ ipsorũ, aut patronorũ. Budæus. Tempus pro necessitate. Cic. pro Planco, Sed ego id ponderibus meis examinabo, non solùm quid cuiq; debeam, sed etiam quid à me cuiusq; tempus poscat, Budæus. Tempus, pro constituto tempore. Teren. in And. Pòst ubi tempus ꝓmissa iam perfici, Tum necessariò se aperiunt, & timent. Tempus ætatis pro uigore, Terent. in Heaut. Dum ætatis tempus tulit perfuncta satis sum. Cæcũ tempus. Cic. lib. 22. Epist. Fuit enim cæcũ tempus seruitutis, Vt temporibus illis, id est, prout tunc erant tempora. Cic. in Bruto. Fuit (ut temporibus illis) iuris ualde peritus. Pro tempore. id est, pro ratione tẽporis. Cum tempore, cum mora & spatio temporis. In tempore, ꝙportunè, ἐν καιρῷ. Ex tẽpore, subitò, quasi extra tẽporis commoditatẽ, αὐτοσχεδίως. Tempus item pars capitis est, πρόσωπον. Habet enim caput duo tempora. unum à dextra, alterũ à sinistra, sic dicta, quia anni in eis cognoscantur. Ver. libro 5. Aeneid. Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Nam primò tempora canescunt, cauanturq; magna diuturnitate temporis. Columella libro septimo. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere.

Tempori, aduerbium, Tempestiuè, uel suo tempore, ἐν καιρῷ, ἐυκαίρως. Plaut. in Amph. tu uapula. S. Qua de re anum satis tempori?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tempori? non ocyus quiui, &c. Cato de Re ruſt. cap. 2. Poſtridie eius diei uillicum uoce roget quid operis ſiet factum: ſatis ne tempori opera ſient confecta. Tempore pro tempori. Cic. 4. Verr. Satis putabat ſe ad comitia tempore uenturũ, ſi pridie ueniſſet.

Temperior, oris, com. t. ὡρικάτερος, à tempore fit, id eſt, celerior & quaſi tempeſtiuior.

Temporius, Comparatiuum, deductum à tempori aduerbio, idem ſignificans quod citius, aut tempeſtiuius, ὠκαιότερον. Colum. libro 9. Eſca bis diuidenda, ut manè non protinus à cubili latius euagentur, & ante crepuſculũ propter cibi ſpẽ, tẽporius ad officinam recedant, Ouid. libr. 4. Metam. modò ſurgis Eoo

Temporius cælo: modò ſerius incidit undis.

Temporatius, a, um, Quod non eſt perpetuum, ſed ad tempus durãs, πρόσκαιρος. Vnde legimus, Scaurũ olim feciſſe inædilitate theatrũ temporariũ: id eſt, tandiu duraturũ, donec ſpectacula peragerẽtur. Plin. lib. 16. cap. 15. Nec terræ tantum natura circa has fert, aut perpetua cæli, uerũ & quædam tẽporaria uis imbrium.

Temporariè, Significans ad tempus, χρονικῶς.

Temporalis, porale, om. t. Quod ad tempus durat, πρόσκαιρος. Quintil. lib. cap. 3. Adiiciunt quidam peritorum πάθος temporale eſſe: opponitur etiam æterno. Interdum quod ad tempus fit, χρονικός, ut, Temporale theatrum, Apud Plin. lib. 36. cap. 15.

Temporaneus, a, um, Quod ad tempus pertinet, ſiue quod ſubitò & in tempore fit πρόσκαιρος. Vnde extemporaneũ, pro ſubitario, ac impræmeditato. Contemporaneũ, quod eſt, eiuſdem temporis, & Græcè σύγχρονον dicitur.

Tempeſtas, is, f. t. Modò id ſignificat quod tẽpus, χρόνος. Plau. in Caſina, Ea tempeſtate filios poſtarũ fuit. Sall. in Iugurtha, Ea tẽpeſtate in exercitu noſtro fuere cõplures noui & ignobiles. Modò tranquillum & ſerenũ tempus, εὐδία. Cæſar 4. belli Gall. Nactus idoneam ad nauigandum tempeſtatẽ, tertia ferè uigilia ſoluit. Cic. ad Quin. frat. li. 2. Primam nauigationem (dummodo idonea tẽpeſtas ſit) ne omiſeris. Ver. 9. Aen. unde hæc tam clara repente Tempeſtas? Modò in malam partem accipitur, ut idem ſit quod procella, turbo, grando & generaliter quiuis cæli inquietior ſtatus, χειμών, ζάλη. Plaut. in Moſtel. tempeſtas uenit. Confringit tegulas, imbricesq; Verg. 3. Aen. hic pelagi tot tempeſtatibus actus Heu genitorẽ, omnis curę, caſuſq; leuamen Amitto Anchiſen. Ibidem, Dij maris, & terrę, tempeſtatumq; potentes Ferte uiam uento facilem. Plinius, Hunc diem feſtum tempeſtatibus leniendis ferunt inſtitutum. Idem, Tempeſtates uocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq; ſimilia intelliguntur: quæ cum acciderint, uis maior appellatur. Tempeſtates alicuius ſubire, id eſt, pericula. Cic. ad Catonem libro 15. Mitto, quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tẽpeſtates & ſubieris: & multò etiam magis, ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſſimus fueris. Inuidiæ tempeſtas, Cicero in Catilinam, Tametſi uideo, ſi mea uoce ire inexilium animum induxeris, quanta tempeſtas inuidiæ nobis, ſi minus in præſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſtremum impendes.

Tempeſtiuus, a, um. Opportunus, & qui ſuo tempore fit, καίρος, εὔκαιρος. Verg. 1. Georg. Aut tempeſtiuam ſyluis euertere pinum.

Tempeſtiuitas. Pro opportunitate, εὐκαιρία. Plinius libro decimo, capite 34. Columbæ præparantes tempeſtiuitatem cibo. Cicero de Senect. Sua cuique parti ætatis tempeſtiuitatis eſt data.

Tempeſtiuè, Opportunè, & ſuo tempore, εὐκαίρως. Plin. lib. 16. cap. 36. Cædi ſolebant tempeſtiuè uſq; ad Antigenem tibicinem. Cic. 2. de Nat deor. Neq; enim ſerendi, neq; colendi, neque tempeſtiuè demerendi, percipiendiq; fructus, neq; condendi ac reponendi nulla pecudum ſcientia eſt. Horũ contraria ſunt, intempeſtiuus, & intempeſtiuè: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Tempeſtuoſus, Procelloſus, tempeſtate turbatus, θυελώδης. Gellius, Mare ſæuum ac tempeſtuoſum erat.

Tempeſtus, a, um, Antiqui dicebãt p tempeſtiuus: unde intẽpeſtus, pro intempeſtiuus: ut, Nox intempeſta, quòd minimè tempeſtiua ſit rebus agendis.

Temulenter, Temulentia, Temulentus, uide Temetum.

Tenaſimus, Græcè τεναισμός. Frequens ſed irrita deiiciendæ alui cupiditas, cum inflammatione ac tumore ſedis mucoſa & ſanguinolenta quædam egerentis, quod morbi genus naſci ſolet ex biliioſis, acribuſq; humoribus, rectum inteſtinum mordicantibus, Plin. lib. 19. cap. 14. Tenaſmos, id eſt, crebra & inanis uoluntas egerendi: tollitur lacte aſinino.

Tenax, Tenacitas, uide Teneo.

Tendo, dis, tetendi, tenſum, & tentum, 3. t Eiuſdem ferè ſignificationis cum compoſito Extendo, τείνω, σωρεύω. Verg. 5. Aen. Tendunt uela Noti. Sall. Manus ſupplices ad cælum tendere. Verg. 7. Aeneid. Antè urbem pueri, & primæuo flore iuuentus Exercentur equis, domitãq; in puluere currus: Aut acreis tendunt arcus, aut lenta lacertis Spicula contorquent, curſuq; ictuque laceſſunt. Ouid. 9. Metam. Tendebat grauitas uterum mihi, &c. Tendere rete, eſt explicare, & auibus feriſtę eo inſidiari. Ouid. 1. de Arte, Scit bene uenator, ceruis ubi retia tendat. Ter. in Phor. Quia nec rete accipitri tenditur, nec miluio. Tendere inſidias, id eſt, parare, uel ſtruere inſidias hoc eſt, inſidiari, ἐνεδρεύειν. Saluſt. in Catil. Interea Romæ multa ſimul moliri, Cõſuli inſidias tendere. Cic. pro Roſc. Comœdo, Ex perfidia & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, dij immortales hominibus iraſci, & ſuccendere conſueuerunt. Interdum pro conari, Vergil. 2. Aen. Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos. Liuius. 4. ab Vrbe, ipſe (ut eſt animus humanus inſatiabilis eo quòd fortuna ſpondet) paulatim ad altiora, & non conceſſa, tendere. Id eſt, aſpirabat ad altiora. Quint. lib. 2. cap. 4. Paulatim ad maiora tendere incipiet. Tendere ad eloquiũ, eſt ſtudere eloquentiæ, uel ſcopum eloquentiæ nobis præfigere. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. Frater ad eloquiũ uiridi tendebat ab æuo. Accipitur aliquando tendere, pro eo quod eſt tentoria, ſeu tabernacula figere, σκηνῶν. Valer. Maxim. li. 2. Nequis eorum intra caſtra tenderet. Verg. 2. Aeneid. Hîc Dolopum manus hîc ſæuus tendebat Achilles. Extendũtur enim tentoria, dum ponuntur. Interdum pro offerre, porrigere, quod porrigendo manus fieri ſolet, ὀρέγειν. Verg. li 1. Aeneid. Paruumq; patri tendebat Iulum. interdum pro iter inſtituere, proficiſci πέμπειν. Cic. ad Atticum lib. 19. Itaq; dubito, an Venuſiam tendam, & ibi expectem. Idem 2. de Diuinat. Ad reliqua acri tendebamus animo: ſic parati, ut niſi quæ cauſa grauior obſtitiſſet, nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui Latinis literis illuſtratus pateret. Vergil. 1. Aen. per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium. Tendere alicui metum aut ſpem. Cic. pro Font. Nolunt iſti aut quieſcere, id quod uicti ac ſubacti ſolent: aut quum minantur, intelligere ſe populi Romani, non metum belli ſed ſpẽ triũphi tendere. Tendit res eò, hoc eſt, res eò ſpectat. Cic. ad Brutum, Atqui eò tendit, id agit, ad eum exitum properat uir optimus, ut ſit illi Octauius propitius. Huius compoſita ſunt. Attendo, contendo, circuntendo, diſtendo, intendo, extendo, obtendo, oſtendo, pertendo, prætendo, portendo. de quibus ſuprà ſuis locis: & ſuſtendo, quod eſt decipiendi gratia ſubdo aliquid, aut machinor, ὑποτείνομαι. Sall. Dum ſuſtendit inſidias militi.

Tenſus, uel tentus, participium, id eſt, diſtentus, τεταμένος. Horatius 2. Serm. ſat. 3. ſeu pingui tentus omaſo Furius. &c. Statius tertio, Syl. 1. Tenſoq; modos imitabitur arcu. Horat. 10. Epod.

Illic iniuſſæ ueniunt ad mulctra capellæ.
Refertq; tenta grex amicus ubera.

Tentorium, rij, n. ſ. Tabernaculum extenſis uelis contra cœlũe iniuriam excitatum, σκήνωμα, Luca. lib. 1. Deſeruere cauo tentoria fixa Lemano. Ouid. 3. Faſt. Sub Ioue pars durat: pauci tentoria ponunt: Sunt quibus ramis frondea facta caſa eſt.

Tentoriolũ, diminutiuũ, σκηνωμάτιον Hircius li. 5. bel. Africi, Reliqui ex ueſtimentis tentoriolis factis ex arundinibus corijs intextis permanebant.

Tendicula, læ, f. p. Laqueus eſt, quem auib. ſiue feris tendimus, παγίς. tendiculæ literarum. id eſt, captiones ex literis & ſyllabis, quum non rei æqualitati, ſed ſummo iuri inſiſtimus, ipſiſq; uoculis aduerſarium irretire conamur. Cic. pro Cecinna, Tum aucupia uerborum & literarum tendiculas in inuidiam uocant.

Tendones, τένοντες. A recentioribus medicis appellantur quædam motus inſtrumenta, in capite muſculorũ ex neruis & ligamentis conflata, eoſq; oſſibus annectenti. Græcorum nonnulli, quòd ex neruis oriantur, ἀπονευρώσεις appellant. Vide Galenum in tractatu de Motibus muſculorum.

Tenebræ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tenebræ, penultima correpta. f. p. Priuatio lucis, quod teneant, id est, impediant oculos, & uisum prohibeãt, σκότος. Cic. de Nat. deor. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur. Verg. lib. 9. Aeneid. Hic subi tam nigro glomerari puluere nubem Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis. Idem lib. 11. Aeneid. tenebris nigrescunt omnia circum. Ouid. libr. 2. Metam. Talia dicentẽ circunstant omnia solem Numina, ne ue uelit tenebras inducere rebus Supplice uoce rogant. Tenebræ metaphoricè, pro cuiuscunq; rei obscuritate. Cic. pro Archia poëta, Quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lux accederet. Vergil. lib. 2. Aeneid. Afflictus uitã in tenebris, luctuq; trahebam. Cicero, Post reditum in Senatum, Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Republica Calend. Ianuarij despirare cœpistis.

Tenebrosus, a, um, Quod tenebris plenum est, σκοτεινός. Varr. 3. de Re rust. cap. 9. de Gallinis. Eas includunt in locum tepidum & angustum, & tenebrosum. Vergil. 6. Aeneid. quando hic inferenti ianua regis Dicitur, & tenebrosa palus Acherõ te refuso: Ouid. Metam. Hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus Exierat.

Tenebricor, aris, d. p. tenebras facio, σκοτίζομαι. Contenebro & Obtenebro, composita.

Tenebricus, a, um, pen. cor. Offusus tenebris. Ci. 2. Tusc. Hæc à Tartarea tenebrica abstractum plaga,
Tricipitem eduxit hydra generatum canem.

Tenebricosus, sa, sum. Idẽ quod obscurus, σκοτώδης. Tenebricosæ libidines. Cic. de Prouincijs Consul. Lateant libidines eius illæ tenebricosæ: quas fronte & supercilio, non pudore & temperantia contegebat. Idem in Vatinium, illud tenebricosissimum tempus ætatis tuæ patiar latére. Idem in Pisonẽ, Tu ex tenebricosa popina Consul extractus.

Tenebriones, m. t. Mendaces & dolosi, qui mendacijs & astutiis suis quasdam quasi tenebras obiiciunt, ἀπατεῶνες. Alii tenebriones interpretantur lucifugos, quasi in tenebris delitescentes. Afram. Si accusator & reus erũt tenebriones, uterq; utrunq; uituperato. Ex Nonio.

Tenebresco, scis, Obscurus fio, σκοτοῦμαι. unde Contenebresco. Augustinus, Aër contenebrescat inquit, id est, tenebrosus fiat, σκοτίζω.

Tenellus, uide Tener.

Teneo, nes, nui, tentũ, a. f. Apprehẽdo, detineo, λαμβάνομαι, ἔχω, κρατέω. Vergil. 4. Aeneid. Neq; te teneo, neq; dicta refello. Cic. 1. Tusc. Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est. Ouid. Epist. 15. Quum tenet arctius ille. Idem 1. Fast. Ille tenens baculum dextra clauumq; sinistra. Per translationem teneri capitur pro habitare, possidere, νέμεσθαι. Verg lib. 4. Geor. quæ gurgitis huius Ima tenes. Plin. Epistol. 76. Tenet se trans Tyberim in hortis. Teneri, possideri. Cic. 2. Offic. Propter ea quòd iam longo spatio multa hæreditatibus, multa emptionib. multa dotibus tenebantur. Tenere pro habere, retinere. Cicero Terentiæ, Tulliam adhuc mecum teneo. Tenere pro reminisci, seu meminisse, ἀναμιμνήσκεσθαι. Verg Ecloga 9. Numeros memini, si uerba tenerem. Martial. lib. 1. Et teneo melius ista quàm meum nomen. Aliquando pro constringere, includere, continere, κατασχίειν. Verg. 2. Georg. Texendæ sæpes etiam & pecus omne tenendũ. Aliquando pro tegere, σκιπάζειν, καλύπτειν. Idem 2. Geor. Et obducto latè tenet omnia limo. Teneri etiã pro cõuinci, & coargui, ἐλέγχεσθαι. Cic. 4. Acad. Si rectè concluserit, teneo: sin uitiosè, minam Diogenes reddet. Idem 7. Verrin. Neq; soùm argumentis, sed etiam certis testibus illius audacia tenebatur. Tenere iter est iter dirigere, quod & iter habere dicimus, ἔχεσθαι τοῦ ὁδοῦ. Verg. 1. Aeneid. Sed uos qui tandem? quibus aut uenistis ab oris? Quo ue teneris iter? Aliquãdo pro intelligere, συνιέναι. Terent. Rẽ tenes. Aliquãdo pro remorari, ἀναβάλλειν, ἀνέχειν. Verg. 1. Aen. Hunc Phœnissa tenet Dido. Item tenere, seruare, tueri σώζειν. Verg. 8. Aeneid. Stabat pro templo, & Capitolia alta tenebat. Id est, defendebat. Tenere se castris, est salutem suam castrorum uallo tueri. Cæsar. 4. Comment. Sabinus inferior omnibus rebus, loco se & castris tenebat. Tenere cursum, proprie naues dicuntur, quarum cursus clauo regitur. Verg. 5. Aeneid. Inter utranq; uia læti discrimine paruo Ni teneant cursus. Teneri furti, & furto obnoxium esse ἐνέχεσθαι τῇ κλοπῇ. Item Tenere, est possidere, occupare, corripere, inuadere. Sallust. in Iugur. Fortè apud illum, quæ inhonesta & pernicioſa libido tenet, potentiæ pauc orum decus atq; libertatem suam gratificari. Tenere pro durare. διαρκεῖν, παρατείνεσθαι. Cæs. 4. belli Gal. Romæ fœdum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit. Tenere, pro constare. Cic. ad Plancum. Non his modò causis, quæ pecuniam habent magnæ coniunctionis, sed ijs etiam quæ familiaritate & consuetudine tenentur. Tenere, pro sapere & inniti. Cic. ad Atticum libr. 12. Occidimus, occidimus, Attice, iam pridem nos quidem: sed nunc tatemur, postea quam unum, quo tenebamur, amisimus. Huius composita sunt Abstineo, attineo, contineo, detineo, distineo, obtineo, pertineo, retineo, & sustineo: quæ habent ti, syllabam correptam.

Tenax, cis, om. t. id est, uiscosus, & quicquid attingit facilè retinens, ἰξώδης, πλοκός. ut Glutinum tenax dictũ est, quod dum attrectatur, digitos tenere uideatur. Verg. 4. Georg. Excludunt ceras, & mella tenacia figunt. Ouid. 10. Met. Vtue tenax granida manat tellure bitumen. Memoria tenax, id est, stabilis, constans, firma, quid uis optimè tenens. Plin. Epist. 97. Mira utiq; probitas, constantia salua, decorus habitus, os Latinũ, uox uirilis, tenax memoria, magnum ingeniũ. Quia til. lib. 1. cap. 1. Et natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus. Morbus tenax, contumax, molestus, quiq; difficulter propulsatur. Sueton. in Claud. Cæs. ca 2. Infans autẽ relictus à patre, ac per omne ferè pueritiæ, atq; adolescentiæ tempus uarijs ac tenacibus morbis cõflictatus est. Homo tenax, id est, auarus, parcus, sordidus, φειδωλός, ξυνετὸς, ὀμικρολόγος. Apuleius, Homo diues, sed nimium tenax. Terent. in Adel. Ego ille agrestis sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax. Cicero pro Cælio, Illum filium familiãs patre parco ac tenaci habere tuis copijs deuinctum non potes. Aliquando durus, constans, perseuerans, ἰσχυρογνώμων, ἀμετάπτωτος. Horat. 3. Carm. Ode 3. Iustum & tenacem propositi uirum. Vergil. 4. Aen. Tam ficti, prauiq; tenax, quàm uentis uerique. Hoc est, in omnibus perseuerans, inquit Seruius. Lucan. Sat. 8. Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi, Iustitiæq; tenax factis dictisq; mereris.

Tĕnācior, & tenacissimus. Col l. 1. Potest etiam illiteratus, dummodo tenacissimæ memoriæ, rem satis cõmodè administrare, μνημονικός.

Tĕnācĭter, aduerbium. Id est, firmiter, constanter, pertinaciter. Ouidius Epist. tertia. An miseros tristis fortunæ tenaciter urget?

Tenacitas, atis, f. t. Sordes, parsimonia, auaritia, σμικρολογία. Liuius 4. bel. Mac. Sed in purpura quæ teritur, adsumitur q non iniustam quidem, sed aliquam tamen cursam tenacitatis uideo, &c. Aliquando firmitas, & perseuerantia aliquid retinendi. Cic. 2. de Nat. deor. 4. Cibũq; partim oris hiatu, & dentibus ipsis capessunt, partim inguiũ tenacitate arripiũt, partim aduncitate rostrorum, &c.

Tenor, Idẽ quos accentus: à Græco nomine τόνος, teste Quintiliano lib. 1. cap. 5. Adhuc (inquit) difficilior obseruatio est per tenores (quos quidem ab antiquis dictos tenoros comperi, uidelicet declinato à Græcis uerbo, qui τόνους dicunt) uel accentus, quos Græci προσῳδίας uocant. Interdũ idẽ est quod ordo, uel forma, seu continuatio. Valerius Max. lib. 1. Quo minus religionibus suus tenor suaq; obseruatio rederetur. Ver. 2. Geor. Non alios prima crescẽtis origine mundi Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem Crediderim. Liu. 3. belli Pun. Hi mores eaq; charitas patriæ per omnes ordines uelut tenore uno pertinebat. Ouid. 3. Metamor. Cætera pars latim, placidoq; educto tenore. Erasmus tenorem rei progressum uocat. Vnde quæ sui similia sibiq; ueluti perpetua quadam succedunt serie, horum eundem esse tenorem dicimus. Cic. de Orat. perf. is q; uno tenore, ut aiunt in dicendo fluit, nihil afferens præter æqualitatem & æquabilitatem. Loquitur de æqualitate dictionis, nulla uarietate reficientis auditorum aures. Tenor pugnæ. Liu. 8. ab Vrbe, Fremitus æqualis, tenorq; idem pugnæ in defatigationem ultimã, aut noctem spectabat.

Tĕnĕr, ra, rũ, mollis, delicatus, minimè robustus, ἁπαλός, τέρην, ψαθάρ, à Græco τέρην. teste Festo, tribus postremis literis conuersis. Cic. 3. de Finibus, Tener puer. Liu. 9. bell. Maced. Quum uinum animos, & nox, & misti fœminis mares, ætatis teneræ maioribus, discrimen omne pudoris extinxissent, corruptelę primum omnis generis fieri cœptæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 10. Cœpimus, & teneræ primos ætatis honores.

Ant. Cic.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ant. Ciceroni, Me deinde ſine ad hanc opinionem iam nũc dirigere puerum, & tenero animo eius perſuadere, non eſſe tradendas poſteris inimicitias. Cic. ad Ami. Neq; enim ſunt iſti audiendi qui uirtutem duram & quaſi ferream eſſe uolunt: quæ quidem eſt tum multis in rebus, tum in amicitia tenera & tractabilis, ut ex bonis amicis quaſi diffundatur, & incommodis contrahatur. Ouid. Epiſt. 4. Ars fit, ubi à teneris crimen condiſcitur annis. Verg. 1. Ecloga, quo ſæpe ſolemus Paſtores, ouium teneros depellere fœtus. Oratio mollis tenera, & flexibilis. Cic. in Orat. Tenerior, tenerrimus. Plin. lib. 10. cap. 72. Si tenerior eſt catuli adhuc ætas. Idem li. 13. ca. 4. Et ab radice auulſæ uitalis eſt ſatus, & ramorum tenerrimus. Ouid. 1. de Arte, Ipſa nouas frondes, & prata tenerrima tauro Fertur in aſſueta ſubſecuiſſe manu.

Tenellus, a, um, diminutiuum, ἁπαλὸς τέρην. Plautus in Caſin. Bellam & tenellam Caſinam. Varro 1. de Re ruſt. capite 14. Aqua recenti inſito inimica: tenellum enim citò facit putre. Stat. lib. 5. Syl. 5.

Cui nomen uox prima meum, ludusq; tenello
Riſus, & è noſtro ueniebant gaudia uultu.

Tenellulus, Aliud diminutiuum. Catul. Epigram. 17. Vt puella tenellulo delicatior hœdo.

Teneritas, atis, & Teneritudo, inis, Ipſa mollities, robori contraria, ἁπαλότης. Cic. 5. de Fin. In primo enim ortu ineſt & teneritas, & mollities quædã, ut nec res uidere optimas, nec agere poſſint. Var. de Re ruſt. ca. 39. de ſegetib. Si qua eſt aqua, deduci: ſin ſiccitates ſunt, & terra teneritudinẽ habet, ſarrire uineas, arbuſtaq; putare.

Tenerè, pen. cor. & Teneriter, aduerbia. Plin. lib. 23. cap. 3. E radice oleæ quàm tenerrimè cortex deraſus, in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem reijcientibus.

Teneraſco, is, ſiue Tenereſco, Tener fio, miteſco, miſericordia ducor, ἁπαλύμαι. Lucret. lib. 3. Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem. Plinius libro 17. capite undecimo, In tantum tenereſcere acinos, ut rumpantur. Idem li. 18. cap. 12. Cũ in facie erugati, & tenereſcere, & candorem cuſtodire lacte aſinino putant.

Tenontes, τένοντες. A Græcis dicuntur quos recentiores medici nouitio quidem uocabulo, attamen inter ipſos melioris penuria recepto, Tendones appellant: quidam etiam Græci ex neruis naſcentes, ἀπονευρώσεις. Sunt autem quædã motus inſtrumenta, in capite muſculorum ex neruis & ligamentis conflata coſq; oſſibus (quorum motui præcipuè ſeruiunt) annectentia. Habent autẽ mediam quandam naturam inter neruos & uincula: illis quidem duriores, horum, tamen duritiem non exequantes. Vide Galenum in tractatu de Motibus muſculorum.

Teneo, Vide Teno.

Tento, as, a. p. Idem quod experior, ſiue periculũ facio, inquiro, πειράζω, πειρῶμαι, πειρατίζω. Col. lib. 9. Sæpius digitis loca fœminarũ tentanda ſunt: nã in prõptu gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. Cic. in Parad. Tentare uolui, poſſent ne ita dici ut probarentur. Ver. 2. Aen. uix primi prælia tentant Portarum uigilis. Ter. in Phorm. Viſum eſt mihi ut eius tentarem ſententiã. Oui. Sed quid tentare nocebit? Idem 1. Metam. Cuncta prius tentanda: ſed immedicabile uulnus Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur. Cic. 1. Tuſc. Tentaui quid in eo genere poſſem. Tentari mobo, id eſt, dolore, affligi morbo. Ci. 4. Tuſ. Illud animorũ corporũque diſſimile eſt, q animi ualentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. Tentare pudicitiam alicuius, & tentare iudicium pecunia, eſt pudicitiam, uel iudicium conari labefactare, & corrumpere. Cic. pro Cluent. Iudicium pecunia eſſe tentatum, nõ à Cluentio, ſed contra Cluentiũ. Tentare ſenectutem, uel ſolitudinẽ alicuius, eſt aggredi, & conari ſubuertere aliquem ſenectute & neceſſariorũ inopia infirmum, & iniuriæ facilè obnoxiũ. Cic. pro Rabirio, Idcirco in omnibus ijs euertendis, unius hominis ſenectus, infirmitas ſolitudoq; tentata eſt.

Tentatus, à, um, participiũ. Ouid. 1. de Arte, Opprime tentatã nec niſi uictor abi. Cic. lib. 1. Offic. Tentata res eſt ab omni genere hominum.

Tentaturus, a, um, aliud participium. Verg. lib. 2. Aen. Tentatu rum aditus, & quæ molliſſima fandi Tempora.

Tentatio, onis, f. t. uerbale, Experimentũ, conatus, πεῖρασμός. Liu. 4. ab Vrbe. Aegrè Hortenſius patí, tentationẽ eam credẽs eſſe perſeuerantiæ ſuæ. Cic. ad Att. lib. 10. Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe & à uetere morbo, & à nouis tentationibus, gaudeo.

Tentator, oris, πειρατής. Horatius, notus & integræ Tentator Orion Dianæ.

Tentabundus, adiect. Nunc hoc, nunc illud tentans. Liu. 1. bel. Pun. Ventum deinde ad multò anguſtiorem rupem, atque ita rectis ſaxis, ut ægrè expeditus miles tentabundus, manibuſq; retinens uirgulta, ac ſtirpes circa eminẽtes demittere ſeſe poſſet.

Tentamentum, ti, n. ſ. Idem quod tentatio, πείρασμός. Verg. 7. Aen. nec prima per artem Tentamenta tui pepigi. Ouid. 7. Metam. meditataq; penè reliqui Tentamenta fide. Fide pro fidei. Idem 15. Metamor. poſtquam morta lia cernunt Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentum, Auxilium cæleſte petunt.

Tentipellium, lii, n. ſ. Genus calciamenti ferratũ, quo pelles extenduntur, ut ex Ariorij ſententia tradit Feſtus. Alij putant medicamentũ eſſe quo rugæ abiguntur, cutisq; extenditur. Titinnius apud Feſtũ, Tentipelliũ inducis: rugæ in ore extenduntur. Vide plura apud Feſtum.

Tentorium, Vide Tendo.

Tenuis, tenue, om. t. Exilis, gracilis, exiguus, cuius antitheton eſt Craſſus, λεπτὸς, νιτὸς, ψιλός, ἀραιός. Cic. pro Fato, Athenis tenue cælum ex quo etiã acutiores putãtur Attici, craſſum Thebis, itaq; pingues Thebani ac ualentes. Idẽ in Hortenſio, Fundũ nõ modò mediocri pecunia, ſed etiã tenui percipere poſſumus. Col. lib. 2. Quo tenue linũ prouenit. Cic. pro Flacco. Hæc enim ratio, ac magnitudo animorum in maioribus fuit, ut quũ in priuatis rebus, ſuisq; ſumptibus minimo contenti tenuiſſimo cultu uiuerẽt, &c. Ver. 4. Aen. & tenui telas diſcreuerat auro. Cic. 5. Tuſc. Negat ullam in ſapiente uimeſſe fortunæ: tenuẽ uictũ antefert copioſo. Ouid. 1. de Arte, Blandiriaſq; leues tenui perſcribere uino. Tenuior, & tenuiſſimus. Stat. 1. Syl. 4. Hæc tu ſperne coli tenuiora lyra. Cic. ad Att. lib. 6. Spes mea ſemper fuit tenuior quã litęræ tuæ. Idem 2. de Fin. Negat enim tenuiſſimo uictu, hoc eſt, contemptiſſimis eſcis & potionibus, minorẽ uoluptatẽ percipi, quàm rebus exquiſitiſſimis ad epulandũ. Tenuiſſima mẽbrana. Cic. 1. de Nat. deor. In minimis tenuiſſimisq; rebus labi. Cic. 1. de Orat. In tenui labor. Vergil. quarto Georgicorum, ac tenuis non gloria, ſi quẽ Numina læua ſinũt, auditq; uocatus Apollo. Per translationẽ nonnunquã tenuis ponitur pro pauper, πένης. Cic. pro Muræna, Pœna grauior in plebem tua uoce efflagitata eſt: commoti animi tenuium in ordinẽ noſtrũ. Ibidem, Tenuiorũ, & non occupatorũ amicorũ eſt iſta aſſiduitas. Idem 3. de Legibus, Conceſſa plebi à patribus iſta poteſtate arma ceciderunt, reſtincta ſeditio eſt: inuentum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint. Idem 3. Verrin. Veteres tenuiſſimum quenque contempſit.

Teniculus, diminutiuum, λιτός, λεπτὸς, ἰσχνόλης. Cic. Pæto, Teniculo apparatu ſignificans Balbum fuiſſe contentum.

Tenuitas, tis, f. t. Gracilitas, ſublimitas, λιτότης, λεπτομέρεια. Plin. li. 8. cap. 21. Cauda prælonga in tenuitatẽ deſinens, & implicant ſe uiperinis orbibus. Idem lib. 10. cap. 29. Linguis luſcinarũ tenuitas illa primo non eſt quæ cæteris animalibus.

Tenuitas pro paupertate, πενία. Ci. 2. Offic. Danda etiã opera eſt, ne quod apud maiores noſtros ſæpe fiebat, propter æra rij tenuitatem, aſſiduitatemq; bellorum, tributum ſit conferendum. Idem Tironi, Vt poſſum, ex meis anguſtijs illius ſuſtento tenuitatem.

Tenuiter, ius, ſimè, aduer, λεπτῶς Cæſ. li. 3. bel. Gall. Pelles pro uelis, alutæq; tenuiter confectæ. Cic. lib. 2. de Inuent. Sed illæ tenuius & acutius, & ſubtilius tractantur: hi autẽ grauius & ornatius. Idem 9. Verrin. Iuſſit Timachidem æſtimare argentum, quomodo? quo qui unquam tenuiſſimè in donatione hiſtrionem æſtimauit.

Tenuo, as, a, p. Tenue reddo, extenuo, macero, λεπτύνω. Quin. lib. 2. ca. 10. Ita ſibi quoq; tenuandos adipes, & quicquid humoris corrupti cõtraxerit, emittendum, ſi eſſe ſanus ac robuſtus uolet. Properrius li. 3. eleg. 1. Dicite quoq; pariter carmẽ tenuaſtis in antro. Ouid. 3. Metam. Et tenuant uigiles corpus miſerabile curæ. Idem 2. de Ponto, eleg. 7. Nec magis aſſiduè nomen tenuatur abuſu, Pectora quàm mea ſunt ſerie cal cata malorum. Compoſita ſunt, Attenuo, & extenuo: de quibus ſuis locis.

Tenuatus, a, um, participium. Horat. 2. Serm. ſat. 2. Seu recreare uolet tenuatum corpus, ubiq; Accedent anni, &c. Ouid. lib. 2. Met. Quum uox eſt tenuata uiro, canæq; capillos Diſſimulant plumæ.

Tenus, huius tenus, Idem quod laqueus, teſte Nonio, à tenu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dendo dictus παχὺς, Plaut. in Bacchide, Pendebit hodie: ita pulchrè intendi tenus.

Tenus, μέχρι. Præpositio, idem significans quod usq; ad: exigitq; aut ablatiuũ singulariter, cui tamen postponitur: ut, Pube tenus. Mento tenus, Capulo tenus. Verg. li. 3. Aen. Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo Pube tenus. Aut genitiuũ pluralem. Verg. lib. 3. Geor. Et crurum tenus à mento palearia pendent. Sic Cumarum tenus: id est, usq; ad Cumas. Cic. in Epist. Illi rumores de comitijs Transpadanorum Cumanum tenus caluerunt. Nonnunquam admittit & accusatiuum. Flaccus in Argon. Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro. Quodam tenus prodire, est qualemqualẽ in re quapiam progressum facere Hor. 2. Epist. 1. Est quoddã prodire tenus, si non datur ultrà, Titulo tenus Consul, hoc est, solo titulo, & non re.

Tepeo, tepes. Vide Tepidus.

Tephritis, τεφρίτις. Gemma, quæ nouæ Lunæ speciẽ habet, in cornua curuatæ, cinericei tamen coloris: unde & nomẽ habet. Autor Plin. lib. ultimo, cap. 10.

Tepidus, a, um, Quod est medium inter calidũ & frigidũ, χλιαρὸς, ἀλιτὸς. Plin. lib. 12. ca. 25. Præterea synceri densantur in tepida aqua. Interdum pro calido ponitur. Lucret. Tepidisq; caminis. Verg. 1. Georg. Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. Tepidosq; refouerat ignes. Interdum pro frigido, præsertim quando transfertur ad hominẽ. Plaut. Hic homo factus est tepidior, id est, frigidior, segnior.

Tepidulus, diminutiuum. Id est, subtepidus, ὑποχλιαρὸς.

Tepidarium, n. s. Locus in balneis in quo tepida aqua lauabantur, χλιαρὸν, λοῦτρον. quemadmodũ Caldariũ, in quo calida uabantur: Frigidarium, in quo frigida.

Tepido, as. are, a. p. Tepida aqua irrigere, χλιαίνω. Plinius libr. 16. ca. 36. In eodem agro Bruma, tantò magis si niues scateãt, geletúe, ne frigus uites adurat, circunfundunt riguis, quod ibi tepidare uocant, memorabili natura in amne solo. Sed idem æstate intolerandi rigoris.

Tepefio, Idem quod tepefco, fitq; à Tepefacio.

Tepeo, pes, pui, n. s. Tepidus sum χλιαρός εἰμι. Plin. li. 29. ca. 4. Carnib. gallinaceorũ, ita ut tepeant auulsæ, appositis, uenena serpentiũ domantur. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. Illa recens pota est, nostra tepebit aqua. Verg. 3. Georgic. Parturit almus ager, Zephiriq; tepentibus auris Laxãt arua sinus. Oui. 3. Fast. Et pereunt uictæ sole tepente niues. Cato de Re rust. cap. 69. Leuibus lignis facito calescat: ubi temperatè tepebit, tum cuminum indito.

Tepesco, cis, n. t. Tepidus fio, χλιαίνομαι. Cic. 2. Nat deor. Atq; etiam maria agitata uentis ita tepescunt, ut intelligi facilè possit in tantis illis honoribus esse inclusum calorẽ. Verg. 9. Aen. Et fixo ferrũ in pulmone tepescit. Lucan. libr. 4. Paulatim cadit ira ferox, mentesq; tepescunt. Huius compositum est, Intepesco, quod est ualdè tepesco. Col. Nunc mitigato iã & intepescente frigore, largissimis oliuitatibus, Liberiq; uindemijs exuberent.

Tepor, oris, & Tepiditas, atis, media qualitas inter calorẽ & frigus. χλιαρότης, ἀλίτα. Col lib. 2. Si uerò tepor cæli, siccitasq; regionis suadebit, Februario statim proscindendi sunt. Cic. 1. de Nat. deor. Nec enim ille externus & aduẽtitius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus, quod nostris quoq; corporibus contingit, quum motu atq; exercitatione recalescunt. Ouid. 2. Metam. Quæ neque dant flammas, leniq; tepore cremantur.

Teporo, as, pen. prod. Idẽ quod tepefacio, χλιαίνω. Plin. lib. 36. ca. 26. Fragmenta teporata agglutinantur tantùm, rursus tota fundi non queunt, præter quàm abrupta sibi.

Ter, τρὶς. Aduerbiũ numerale, idẽ ualẽs quod tribus uicib. Cic. de Diuin. Cædunt de cælo ter quatuor corpora sancta. Ver. li. 1. Geor. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam: Ter Pater extructos disiecit fulmine montes. Hor. 3. Carm. Ode 3. Ter si resurgat murus aheneus, Autore Phœbo: ter pereat meis Excisus Argiuis: ter uxor Capta uirum, puerosq; ploret. Aliquando non tam numerũ significat quàm augmentũ. ut, Ter maximus, τρισμέγιστος. Ter beati, τρισμάκαρες. Oui. 8. Met. O ego ter felix. Ver. 1. Aen. O terq; quaterq; beati.

Tercentum, n. s. Id est, trecenti, τριακόσιοι. Verg. 8. Aen. Maxima tercentũ totã delubra per urbẽ Lætitia ludisq; uiæ, plausuq; fremebãt. Idẽ 1. Geor. Tercentũ uinci tondẽt dumeta iuuenci. Idẽ 4. Aen. Stant aræ circùm, & crines effusa sacerdos. Tercentũ tonat ore deos.

Tercenti, tæ, ta. Id est, trecenti, seu ter centũ, τριακόσιοι. Cic. 2. de Fin. Tercentosq; eos, quos eduxerat Sparta, quũ esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Plaut. in Persa, Ter centis uersibus tuas impuritates loqui nemo potest. Cic. 3. Phil. Et Brundusij tercentos fortissimos uiros, ciuesq; optimos trucidauit.

Tercenties, aduerb. Catul. in Iul. Cæs. Ducenties comesset, aut tercenties? Nõ desunt tamen qui hisce omnibus in locis Trecenti, & Trecenties legendum contendant.

Tercenteni, id est, trecenti, τριακόσιοι. Mart. lib. 2. Tercentena quidem poteras epigrammata ferre.

Terdeni, æ, a, Triginta, τριάκοντα. Mar. 12. Terdenos uigil auerã per annos. Ver. li. 8. Aen. Ex quo terdenis urbem reeuntibus annis, Ascanius clari condet cognominis Albam.

Tergeminus, a, um, adiect. Id est, triplex, τρίπλοῦς, τρίμορφος. Li. 6. ab Vrbe, Modò tergeminæ uictoriæ triplicẽ triumphũ et his ipsis Volscis & Æquis, & ex Hetruria egistis. Oui. 4. Trist. eleg. 6. Tergeminumq; uirum tergeminumq; canem. Stat. 4. Syl. 1. Non hoc imbri feras hyemes opus, aut Iouis ignẽ Tergeminum Aeolij non agmina carceris horret. Id est, fulmen trisulcum. Ius tergeminæ prolis, id est, ius trium liberorum. Stat. 4. Syl. 8.

Ergo quod Ausoniæ pater augustissimus urbis,
Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis, Omen erat.

Tergemini, Dicuntur qui tres eodem partu editi sunt. Plinius libr. septimo, capite 3. Tergeminos nasci certum est, Horatiorum Curiatiorumq; exemplo. Tergemini fratres, apud Liu. 1. ab Vrbe.

Ternus, a, um, Distributiui numeri nomẽ est: quod tamẽ sæpe accipitur pro primitiuo. Horat. 3. Carm. Ode 19. Ternos ter cyathos attonitus petet Vates. Ver. 5. Aen. Terno consurgit ordine remi. Cic. ad Pæt. li. 4. Quũ loquimur terni, nihil flagitij dicimus: at quũ bini, obscœnũ est.

Ternarius, ria, riũ: ut, Ternarij scrobes, id est, scrobes quadrati, quaquauersum pedes habentes ternos. Col. li. 11. cap. 2. Scrobes omnis generis, quos ẽris autumo constituras, hoc tempore præparare oportebit, eorũ quaternarij, hoc est, quaquauersum pedum quatuor, si est cõmodum terrenũ, XIIII. ab uno fiunt, ternarij autem XVIII.

Tertius, a, um, Vltimus, siue unus ex tribus, τρίτος. Plin. Epist. 92. Tertius dies est, quod audiui recitantem Sentium Augurinum. Ci. pro Rabirio Posthumo, Modò uobis inspectantibus in Gabinij iudicio, tertio quoq; uerbo excitabatur. Pli. lib. 8. cap. 48. Tertiũ locum Milesiæ oues obtinent. Tertiæ notæ herbæ, id est, tertio loco ascribendæ, uel tertiam dignitatem post alias fortitæ. Colum. li. 9. cap. 4. Tertiæ notæ, sed ad hucusq; generosæ, marinus ros, & nostras cunila, quam dixi saturciam.

Tertianus, adiectiuũ: ut, Tertiana febris: quæ tertio quoq; die recurrit, τριταῖος. quemadmodũ Quartana, quæ quarto. Ci. 3. de Nat. deor. Vide quæso si omnis motus, omniq; quæ certis temporibus ordinẽ suũ conseruant, diuina dicimus, ne tertianas quidẽ febres, & quartanas diuinas esse dicendum sit. Tertiana etiã absolutè idẽ significat. Plin. lib. 10. cap. 19. Xenocrates pulegij ramũ lana inuolutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari, &c.

Tertiani, orum, Tertiæ legionis milites, οἱ ἀπὸ τρίτης τάξεως στρατιῶται. Tacit. li. 21. Tradidit & Syria duo & uicesimanos tertianosq;.

Tertiò, aduerb. Tertia uice, τριτωδὶ, τριταῖος. Ter. in Eun. Non hercle ueniã tertiò. Col. li. 3. cap. 23. Sarriuntur sesqui opera, iterum sarriuntur una opera, & tertiò una.

Tertiùm, aduerb. Turtia uice, τρίτον, τριαχῆ. Cic. 2. de Diuin. Quid est tam incertũ, quàm telorũ iactus? tamen nemo est quin sæpe iactans, Venerẽ iaciat aliquando, nonnunquã etiã iterũ ac tertiùm. Tertiùm Consul esse dicitur, qui duobus iã perfunctus Consularib. tertiũ gerit. Tertiò autẽ Consul quis factus esse dicitur, qui tertio post exactos reges anno gessit Consulatum.

Tertio, as, a. p. Verbũ est rei rusticæ scriptoribus familiare, pro eo quod est opus aliquod tertiò repeto: ut Tertiare agrũ, est tertiò possidere, τριπολᾶν. Colum. lib. 2. Sed iugerũ talis agri quatuor operis expeditur: nam cõmodè proscinditur duabus, una iteratur, tertiatur dodrante, in liram statim redigitur quadrante operæ. Idẽ lib. 2. cap. 11. Iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septembris Calend. tertiatos.

Tertiatio, onis, uerbale, Pro tertia operis repetitione: quo nomine Colum. lib. 11. cap. 50. usus est pro tertia olei præsura. Sint au-

Sint autem (inquit) in cella olearia tres labrorũ ordines, ut unus primæ notæ. id est, primæ pressuræ oleum recipiat, alter secundæ, tertius tertiæ. Nam plurimùm refert non misce re iterationem, multoq; minus tertiationem.

Tertiata uerba, appellantur imperfecta, lapsantia, & cum pauore nutabunda, quando quis examinatus non profert uerba integra, sed uix tertia quæq; enuntiat, medijs ex perturbatione suppressis, ἡγκκομμένα ῥήματα. Apul. lib. 3. Tremens & exangui colore lurida, tertiata uerba substrepens.

Tertiarius, a, um, adiect. Quod tertiã rei alicuius partẽ recipit: unde Tertiarium stannũ appellatur à Plin. li. 3. cap. 17. Adulterini & factitij stanni genus, quũ figulis stanni libris singulæ plumbi albi, & singulæ nigri libræ admiscentur.

Tertiarium, tiarij, subst. Idem quod triens, hoc est, unciæ quatuor: & tam de pondere quàm de mensura dicitur, τριτιμόριον. In ponderibus enim (teste Budæo) libræ tertiam partem significat: in mensuris autem tertiam partem congij. Cato Rei rust. cap. 91. Postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium.

Terapne, uide Therapne.

Terebellum, uide Terebra.

Terebinthus, thi, f. f. τέρμινθος Arbor est circa Idam Macedoniamq; breuis, fruticosa, & contorta: in Syria uerò magna & copiosa, materie lenta & nigra, lauri penè folio, oleq; flore, sed puniceo, baccis primum herbaceis, mox rubris: & quũ maturuerint, nigrantibus, magnitudine fabæ, resinosis, & sulphurosis, radice ualida, in profundum acta. Duo terebinthi sunt genera, sexu distincta, ex quibus mas sterilis est, teste Theophr. Ex hac arbore distillat laudatissimum resinæ genus, quam terebinthinam Latini uocant. Plinius lib. 25. cap. 6. de resinæ generibus loquens, In arborum differentia placet terebinthina odoratissima atq; leuissima: nationum Cypria atq; Syriaca, utraq; mellis Attici colore, sed Cypria carnosior, sicciorq;.

Terebra, æ, f. p. pen. corr. Instrumentum quo ligna perforantur: à terendo dictum, τέρετρον, τρύπανον Col. lib. 4. cap. 29. Nam antiqua terebra quã solam ueteres agricolæ nouerant, foramen faciebat, perurebatq; eam partem quam perforauerat.

Terebellum, n. s. diminut. Instrumentũ chirurgorũ, quo fracta cranii ossa eximuntur, τρήτριον.

Terebro, bras, a. p. Terebra perforo, τρυπάω. Verg. 2. Aen. Aut terebrare cauas uteri & tentare latebras. Col. lib. 3. cap. 9. Eas terebrari Gallica terebra conuenit. Ouid. 6. Fast. Prima terebrato per rara foramina buxo, Vt daret effici tibia longa sonos. Huius compositũ est, Exterebro, quod est extorqueo, & exculpo: ut Exterebrare ueritatem. Plaut. Exterebra prorsus, atq; excute.

Terebratio, onis, uerb. Ipse terebrandi actus, τρύπησις. Col. lib. 4. cap. 29. In illa autem, quæ fit per terebrationem.

Teredo, inis. f. t. pen. prod. Vermis in ligno nascens, eaq; ero dens. Est autem hæc uox Græca, sed quam Latini & usu, & inflexione suam fecerunt. Græci enim τερηδῶνα appellant, quam nos teredinem. Quanquam nihil prohibet Latinam uocem esse à terendo dictam. Eadem & Tinea dicitur. Licet sint qui distinguant, ut teredines tantùm dicantur in mari, hoc est, in nauibus: tineæ, terrestres sint. Plin. libr. 16. cap. 41. Infestantium quatuor genera. Teredines capite ad portionẽ grauissimo, rodunt dentibus: hæ tantùm in mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem propriè dici: terrestres, tineas uocant. Teredo pro uerme uestes terente &c. rodente. Plin. libr. 8. cap. 48. de prætextis Seruij Tullij, Mirumque fuit, nec defluxisse eas, nec teredinũ iniurias annis quingentis sexaginta.

Teres, tis. penul. correp. om. t. Longum & rotundum, cuius modi est figura cylindri: ita dictum quod anguli circunquaque quasi torno uideantur esse detriti, κυλινδροειδής. Vergilius octaua Eclo. Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Ouidius libro decimo Metamorph. Pendebant tereti gemmata monilia collo. Idem primo de Arte, Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos, Et teretes digitos, exiguumq; pedem. Ver. 5. Aeneid. Et tereti subnectit fibula gemma. Oratio teres. Cicero 3. de Orat. Sed si habitum etiam orationis, & quasi colorem aliquem requiritis, est plena quædam, & tamen teres & tenuis, & non sine neruis & uiribus. Totus teres atq; rotundus. Hor. 2. Serm. sat. 1. Hoc est, æqualis & cõstans in se, interprete Acrone. Nam teretes (ut inquit ille) dicuntur, qui ab alio non quærunt quid faciundum, sed ipsi per se inueniunt. Tale & illud Vergilij de uiro bono, mundi instar habens, teres atq; rotundus.

Tergemini, uide Ter.

Terginus, Tergiuersor, uide Tergus.

Tergo, gis, a. t & Tergeo, ges, si, sum, & secundum antiquos tertum, Mundo, nitidum facio, ὑμόργνυμι, ἰκμάσω, σμίχω. Iuuen. Satyr. 14. Vasa aspera tergeat alter. Plaut. Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur. Liuius 6. belli Pun. Secundo die arma curare, & tergere ante tentoria iussit. Cicero in Parad. Vt in familia qui tractant ista, quí tergunt, qui ungunt, qui uerrunt, qui aspergunt, non honestissimum locum seruitutis tenent. Ouidius secundo Metamorph. Vt tersis niteant talaria plantis. Idem 13. Metam. manuq; simul ueluti lachrymantia tersit Lumina. Huius composita sunt Abstergo, attergo, detergo, extergo: quorum significata explicata sunt suis locis.

Tergum, gi, n. s. Dorsum, νῶτον. Vergilius 2. Aeneid. Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. Idem ibidem, Vinxerat & post terga manus. Inambulare manibus ad tergum reiectis, Asinius Ciceroni libro 10. Ouid. 2. Metam. Ossaq; post tergum magnæ iactata parentis. Dicitur & de auibus. Cic. 2. de Natura deorum, Grues in tergo præuolantiũ colla & capita reponunt. Neque solum de animalibus, uerumetiam de rebus inanimatis dicitur. Vnde librum à tergo scriptum dicimus, id est, à posteriori parte chartæ, uel membranæ, ὄπισθεν. Iuuenalis Satyra 1. Scriptus & à tergo necdũ finitus Orestes. Glacialia terga fluuiorum. Claudius de bell. Get. Aerea terga loricæ, Statius 9. Thebaid. Aliquando tamen Tergum pro tergore ponitur, σκῦτος. Vergilius 1. Aeneid. Mercatiq; solum fami de nomine byrsam, Taurino quãtum possent circundare tergo. Item pro scuto, quoniam scuta corio tegi solent, ῥινὸς, ἀσπὶς. Idem lib. 10. Aen. Et tergo excutit hastas. Et tam Tergus, quàm Tergum, à terendo dici uidentur, quoniam uehẽdis oneribus teruntur. Terga uertere, fugere, νῶτα δοῦναι. Cæsar 3. belli Gal. Vt ne unum quidem nostrorum impetũm ferrent, ac statim terga uerterent. Dare terga, idem. Quint. lib. 2. cap. 13. Nonnunquã & terga etiam dedisse simul fuga proderit. Vergilius 4. Geor. Aut hos uersa fuga uictor dare terga coëgit, Præbere terga fugæ. Ouid. 10. Metam.

Tergiuersor, aris, d. p. Falso, & dicta muto, inquit Non. propriè est eorum qui terga uertentes adhuc tamen pugnant, nec se se uictos fateri uolunt. Vnde etiam ad alias res transfertur, ut disputationes, controuersias, &c. Nam uertere terga, fugere est, quod & terga dare dicimus, στρέφεσθαι, αὐχὴν ἀναπλώσαι, μεταβάλλειν τὰ νῶτα. Plautus, Quid expectas? quid tergiuersaris? Cicer. libro 3. Tusc. Quid tergiuersamur Epicure? nec fatemur eam non dicere uoluptatem quam tu idem, quum os perfricuisti soles dicere? Idest, dissimulamus & subterfugimus. Iureconsulti accipiunt tergiuersari, pro in uniuersum ab accusatione desistere, teste Martiano ad Sena tusconsul. Turp. lib. 1.

Tergiuersatio, onis, uerb. Id est, subterfugium, detrectatio. Cic. pro Milo. Quid erat moræ & tergiuersationis?

Tergus, oris, n. t. p. cor. Corium, & propriè crassior illa pars qua tergum id est, dorsum tegitur, σκῦτος. Ver. li. 1. Aeneid. Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant. Plin. libr. 8. cap. 10. Durissimũ dorso tergus, uentres molles, setarum nullum tegumentum. Silius lib. 3. Squalenti tergore serpens.

Terginus, a, um, possess. ut Terginum lorum, id est, scutica è tergore animalis, νωτιῶος. Plaut. in Pseud. Aedepol nostrũ durius tergum erit quàm terginum hoc meum.

Terma, atis, n. t. extremum, terminus, finis, meta, planta pedis, τέρμα.

Termentarium, inquit Varro lib. 4. de Lingua Latina, Linteum quod teritur corpore.

Termentum, apud Plaut. Pro detrimento, teste Festo.

Termes, etis, m. t. pen. cor. Ramus ex arbore decerptus cum fructu, κλάδος ἴγκαρπος. qui quoniam in diuisione agrorũ antequàm metę ponerentur figi solebat, termino nomen dedit. Propriè termes (aut Porphyrio) est oliuæ, sicut palmes uitis. Hor. Epod. 16. Germinat, & nunquàm fallentis termes oliuæ. Gell. tamen etiam termitem appellat palmæ ramum cum fructu auulsum, quem Græci σπάδικα nominant.

Terminus, ni, m. f. Propriè dicitur limes qui agrum ab agro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diuidit: à terendo, (ut Varroni placet lib. 4. de Lingua Latina) quòd hæ partes maximè terantur propter iter limitare, aut certè à Græco nomine τέρμα, quod est eiusdem significationis, ὅρος, πέρας, τέρμα, Cic. 4. Acad. Est enim inter ipsos, non de terminis, sed de tota possessione contentio. Per translationem terminus pro quouis fine accipitur. Cic. 1. de Orat. Nullis terminis circunscribere, aut definire ius suum. Idem de Senect. Omnium ætatum certus est terminus, senectutis autē nullus certus est terminus. Ver. li. 4. Georg. Quanuis angustus terminus æui. Apud antiquos Terminus Deus putabatur, in cuius tutela fineis agrorum esse existimabant: unde etiam sub aperto colebatur, propter quod nefas putabant Terminum sub tecto cōsistere, ut autor est Festus. Liu. 1. ab Vrbe, Nam quum omniū sacellorū exauguratione aues admitterent, in Termini fano non addixere. Huius composita sunt Anterminus, & conterminus: quorum significata ui de suis locis.

Terminalia, orū n. s. τερμινάλια. Varro ideò appellata esse existimat, quòd is dies anni extremus erat constitutus. Ego à Termino Deo nomen sumpsisse existimo. Fuerunt enim Terminalia festa, quæ in honorem termini Dei celebrabantur mense Februario, ad octauum Calend. Mart. Nam inter Terminalia & Regifugium, teste Censorino, interferebatur dies intercalaris. Liu. 5. Dec. lib. 3. Tertio die post Terminalia Calendæ intercalares fuere.

Termino, as, a. p. Terminos constituo, certis finibus circunscribo, finio, πέρατόω, ὁρίζω. Cic. 1. Off Illorum fines, sicut ipsi dixerunt, terminauit in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Idem in Catil. Quorum alter fines uestri imperij, nō terræ, sed cęli regionibus terminaret. Idē de Fin. Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari summam uoluptatē, hoc est, Epicurus putat summā esse uoluptatē priuari doloribus. Idem lib. de Senect. An censes (ut de meipso more senum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnosq́, domi militiaq́ suscepturum fuisse, si ijsdem finibus gloriā meam, quibus uitam essem terminaturus? Terminare sententiā, absoluere. Cic. ad Att. lib. 4. Sed ut sententiam aliquando terminemus.

Terminatus, a, um, participiū: ut, Terminatus ager, id est, limitatus. Terminatæ diuitiæ. Cic. 1. de Fin. Ne naturales quidem multa desiderant, propterea quòd ipsa natura diuitias, quibus contenta sit, parabiles, & terminatas habet.

Terminatio, onis, f. t. uerbale, Finitio, ὁρισμός. Terminatio autium, distinctio, discretio. Cic. in Orat. Vt igitur poëtica, & uersus inuctus est terminatione auriū, obseruatione prudentium: sic in oratione animaduersum. &c.

Termonem (τέρμονα) ueteres græca consuetudine pro termino posuerunt. Ennius apud Festum: Ingenti uadit cursu quo redditus termo est.

Ternus, uide Ter.

Tero, teris, triui, tritum, a. t. Frico, cōtero, attero, consumo, τρίβω, συντρίβω. Plau. in Asin. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit. Oui. 1. de Arte, Frænaq́ magnanimi dente terūtur equi. Vergil. 4. Georgic. Ipse labore manum duro terat. Plinius, Dein refrigeratum teritur in farinam, id est, commi nuitur. Terere iter, est iter agere. Verg. 1. Georg. Sæpius ę te ctis penetralibus exulit oua Anguſtum formica terens iter. Terere tēpus, est cōsumere: similiter terere otiū, χρονοτριβέω. Liu. lib. 1. Quas in conuiuijs, luxuq́ cum æqualibus uiderāt tempus terentes. Idem in eodem, Regij quidam iuuenes interim otium conuiuijs, comessationibusq́ue inter se terebant. Huius composita sunt, Attero, contero, detero, distero, extero, intero, obtero, ptero, pertero, subtero, quæ suis uide locis. Retero, rursus tero, purgo, excerno, ἀνατρίβω. Columel. libro 7. Pura deinde frumenta, si in annos recondantur, reteri debēt: nam quantò sunt expolitiora, minus à curculionibus exeduntur.

Tritus, a, um, participium. Id est, attritus, & usu consumptus κατατετριμμένος. Mart. li 2 Certa si pendet lumbis, & trita lacerna, Dimidiasq́ nates Gallica palla tegit. Trita uia, seu Tritum iter, id est, sæpius calcatum, & à multis frequentatum. Ouid. 2. de Arte, Trita frequensq́ uia est, per amici fallere nomen: Tuta frequensq́ licet fit ui, crimen habet. Cic. 1. Phil. Quum Brundusium, iterq́ illud, quod tritum in Græciam est, non sine causa uitauissem. Tritum prouerbium, hoc est, multorum sermone celebratum, θρυλούμενον. Cic. 2. Offic. Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbiū. Idem, 1. Acad. Faciamus enim tractando usitatius hoc uerbum, & tritius.

Tritus, us, ui. m. q. Ipse actus terendi, πρῖσις. Plinius lib. 18. c. 6. motertio, capite 4. Nec ullum absolutius aurū est cursu, nec tritiq́ perpolitum.

Tritor, oris, m. t. Qui aliquid cōterit: ut, Tritor colorū. Plin. li. 35. cap. 11. Nanq́ Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipse profecit. Tritor stimulorum, qui assiduè uapulando stimulos tergo suo cōterit. Plau. Perſ. Quid ais tu crux stimulorum tritor?

Terpsicerotes, τερψιχόρωτες. pen. prod. nomen à modulatis & quasi ad lyram compositis cornibus. Fortè legendum Suepticerotes, uide Addax.

Terra, ræ, f. p. Elementum frigidū & siccū, quod quoniā reliqua omnia grauitate exuperat, infimū sibi inter ea locū uendicauit, γῆ, χθών. Dicta terra (ut quidam uolūt) quòd pedibus teratur. Cic. de Nat. deo. Terra locata in media mundi sede, solida & globosa, & undiq́ in sese nutibus suis conglobata, uestita floribus, &c. Sunt qui uelint hoc nomine in singulari numero totū elementū significari, in plurali aliquot eius regiones. Vergil. 1. Aen. Multū ille & terris iactatus & alto. id est, per multas regiones, ut illi exponūt. Quæ differentia aut falsa est, aut certè non perpetua. Nam & terram frequentissimè pro una qualibet regione legimus, & terras pro toto orbe. Cicero de Amic. Eorū qui in hac terra fuerunt, Magnamq́ue Græciā, quæ tum florebat, &c. Verg. 4. Aen. Et nunc magna mei sub terras ibit imago. Terræ filii, γηγενεῖς olim, obscuro ignotoq́ genere prognati dicebantur, propterea quòd terra sit omnium communis parens: uel quòd iuxta quorundam etiā historias, primitus mortales ex terra nascebantur: quod etiam de gigantibus Poëtarum fabulæ prodiderunt. quorum quòd obscura essent, & incognita stirpe prognati, ad Terram, communē omniū matrē, origo referebatur. Ad quod alludens Iuuenalis, hominem obscurū, gigantū fraterculum appellat. Cic. Att. lib. 1. Et huic terræ filio, nescio cui, cōmittere epistolā tantis de rebus non audebam. Vide Erasmi adagia. Terram pro terra, eodem Erasmo teste prouerbialis est figura in hominem exulem, erronem, & incertis uagā tem sedibus. M. Tullius in epistolis ad Atticum, lib. 10. Hæc & alia ferre non possum: itaq́ γῆν πρὸ γῆς cogito, significat se de fugiendo cogitare. Terra defossum aliquid habere dicitur, qui non impertit, neq́ profert suas dotes: sumptum ab auris aurum humo defodientibus: quod apud Plautum facit Euclio. Terram uidere, dicuntur qui ad molesti, prolixiq́ laboris finem propemodū peruenerunt, γῆν ἰδεῖν. Sumptum à nauigantib. Varro li. 1. de Re ruſt. scribit terrā tribus modis dici: communi, proprio, & misto. Communi, ut quum dicimus, orbem terræ, & terram Italiā, quū & lapis, & arena, & cętera eius generis sint in nominando cōprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio uocabulo neq́ cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra quæ est mista, in qua seri quid potest & nasci, ut argillosa, aut lapidosa. Terra etiam uocatur Vesta, siue quòd rebus omnibus uestiatur, seu quia ui sua stet. Oui. li. 6. Fastor. Stanti terra sua, uistando Vesta uocatur. Dicitur & mater. Col. lib. 10. Tu penitus clathris eradere uiscera matris Ne dubita, Plinius lib. 2. Sequitur terra, cui uni rerum naturæ partium eximia, propter merita cognomen indidimus maternæ uenerationis. Nos nascentes excipit, natos alit, semel editos sustinet, & semper nouissimè complexa gremio iam ab reliqua natura abdicatos, tum maximè ut mater operiens. Et paulo pòst, Terra serpentem, homine percusso, amplius non recipit.

Territorium, rii. n. s. Est (ut inquit Pomponius) uniuersitas agrorum intra fines cuiusq́ ciuitatis, ὁ ἀγρός. Quod ab eo dictum est quòd maximè teratur, uel quòd magistratus eius loci intra omnes fines terrendi, id est, summouendi ius habet. Hactenus Pomponius. Plin. lib. 29. cap. 2. Extra territorium id abire. Cic. 6. Philipp. Vt florentis coloniæ territorium minueretur.

Terreus, a, um, Quod est ex terra. γήϊνος. ut Vas terreum. Col. lib. 1. Horreum camera contectum, cuius solum terreū, priusquam consternatur, perfossum.

Terrenus, a, um, Quod uel in terra natū est, uel in terra uiuit, uel aliquid cum terra commune habet, ut terrenum animal, χερσαῖος. Verg. 6. Aeneid. Terreniq́ hebetant artus, moribundaq́ membra, Ouid. 15. Metamor. Sic ubi terreno Lycus est eporus hiatu, Exiſtit procul hinc, aliosq́ renascitur orbe. Idem 1. Metamor. Nec quicquam terrenæ fœcis habentē. Ci. 1. Tuscul. Corpora nostra terreno principiorum genere cōsta, ardo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſta, ardore animi concaleſcunt. Plin. li. 9. cap. 29. Terreni màiores quàm pelagici. Terrenus, pro terreus, χθόδιος, χθονικός. Columella, Area quoq; ſi terrena erit, ut ſit ad tecturam ſatis habilis.

Terrenum, ni, ſubſtantiuum neutri generis, Terra cultui idonea, χῶ. Columel. libro ſecundo. Callidiſsimi ruſticarum rerum genera terreni tria eſſe dixerunt: campeſtre, collinum, montanum. Idem lib. 1. Agrum habebimus ſalubri cælo, ubere gleba, parte campeſtri, parte alia collibus, uel ad Orientẽ, uel ad Meridiem molliter deflexis, terrenisq; alijs atque alijs ſylueſtribus & aſperis.

Terreſtris, & hoc terreſtre, o. t. Idẽ quod terrenus, χερσαῖος, χθόνιος. ut Terreſtre animal, quod in terra uitam agit. Plin. li. 10. cap. 61. Rurſus in terreſtribus pariunt ſerpentes. Ouid. lib. 14. Metam. tantosq; per alta labores Aequora ſuſtinuit, tãtos terreſtribus armis. Cic. 6. Verr. Illud Flamminius ita ex æde ſua ſuſtulit, ut in Capitolio, hoc eſt, in terreſtri domicilio Iouis poneret. Liu. 3. belli. Pun. Conſul literis Philippi atq; Annibalis perlectis, conſignata omnia ad Senatum itinere terreſtri miſit: nauibus deuehi legatos iuſſit. Liu. 1. ab Vrbe, Audi Iupiter, & tu Iuno, Quirine, dijq; omnes cæleſtes, uosq; terreſtres, uosq; inferni audite.

Terrigena, penult. correp. communis generis, p. Ex terra genitus, γηγενὴς. Cicero ſecundo de Diuin. Terrigenam, tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam potius quàm homiuũ more cochleam dicere. Lucan. lib. 3. Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra gigantes. Ouidius Epiſt. 12. Donec terrigenæ (facinus miſerabile) fratres

In ſe conſtrictas conſeruêre manus.

Terricola, com. p. Qui terram habitat, ἐπιχθόνιος. Eſt autẽ hominum epitheton apud Poetas, à terræ inhabitatione deductum, quo mortales diſtinguntur à ſuperis, qui à cæleſti habitatione cælicolæ dicuntur.

Terricrepus, a, um, pen. cor. Iouis, uel fulminis epitheton, qua ſi terribiliter, ſeu cum terrore increpans. Vox eſt poetica. βαρύβρομος.

Terræmotus, huius us, m. q. Terræ concuſſio, quæ à ſpiritibus, terræ incluſis, & exitum ſibi molientibus fit, σεισμός. Plin. ius. libro ſecundo, cap. 84. Fiunt cum terræmotus & inundationes maris, eodem uidelicet ſpiritu infuſi, aut reſidentis ſinu recepti. Maximus terræ memoria mortaliũ extitit motus Tiberij Cæſaris principatu XII. urbibus Aſiæ una nocte proſtratis. Cic. 2. de Offic. Si tecta aut ui tempeſtatis, aut terræmotu, aut uetuſtate cecidiſſent. Idem 1. de Diuin. Conquaſſari maximis terræmotibus.

Terraneola, læ, f. p. cum accentu in antepenultima, Auis alaudæ ſimilis, præter quàm quòd in capite apicem non habet, ſicut alauda, χερσαῖος κορυδαλὸς. Dicta terraneola, quòd non in arboribus, ſed in terra uerſetur, atq; nidificet, Siponti nus.

Terror, oris, m. t. Timoris incuſsio, φόβος, δέος, φόβητρον. Cic. 4. Tuſc. Quæ aũt ſubiecta ſunt ſub metu, ea ſic definiunt, Pigritiã metũ cõſequentis laboris, terrorẽ metũ concutientẽ. Ex quo fit ut pudorẽ rubor, terrorẽ pallor & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Seruius inter terrorẽ & metũ ſic diſtinguit? q; terror propriè ſit qui alijs infertur: undè & terribilis dicitur: metus, quem habent timentes. Licet aliquando terror pro metu ponatur. Verg. 11. Aen. Quod ſi tantus habet mentes & pectora terror.

Terripauium, uii, n. ſ. σαρμός, deinde terripudiũ, & tandẽ tripudium dictum eſt.

Terreo, res, rui, a. ſ. Timorem alicui incutio, ἐκπλήττω, φοβέω. Ver. li. 1. Geor. Et ſonitu terrebis aues. Cæſ. li. 3. belli Ciu. Et legionarij interioris munitionis defenſores, ſcalis admotis, tormentiſq; cuiuſq; generis, telisq; terrebant. Ver. li. 8. Aen. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Idẽ li 6. Aen. licet ingens ianitor antro Aeternũ latrans exangues terreat umbras. Idẽ 8. Aen. Neu belli terrere minis. Ouid. 14. Metam. Tonitruq; & fulgure terruit orbem. Huius cõpoſita ſunt, Abſterreo, deterreo, exterreo, & perterreo: quorũ ſignificata explicantur ſuis locis.

Territus, a, um, participiũ, ſeu nomen ex participio: ut, Territus animi: hoc eſt, cõturbatus animo. Liu. 7. ab Vrbe, Itaq; Cõſule territo animi, uides ne tu, inquit, A. Corneli, cacumen illud ſuprà hoſtẽ? Ouid. 2. Metam. Venatrixq; metu uenantũ territa fugit.

Térrito, as, a. p. pen. corr. Frequentatiuum à Terreo, ἐκπλαγλάω. Terent. in And. Dii te eradicent, ita me miſerã territas, Ver: 4. Aen. Et magnas territat urbes. Idẽ 12. Aen. quos improbus aduena bello Territat. Liu. 8. ab Vrbe, Deinde poſtquã aſperè nabantur flagitium aures, minis territare, atq; identidem admonere fortunæ. Plau. in Amph. Larua umbratilis tu me minis territas?

Terrefacio, cis, pen. corr. Terrore afficio, ἐκπλαγίζω, δειλόω. Hinc Perterrefacio, ut Perterrefacias Dauum, apud Terent. in And.

Terrifico, as, a. p. Terrorem incutio, ἐκπλήττω, φοβέω. Lucret. lib. 1. & quæ res obuia mentes Terrificet morbo affectis. Vergilius libro quarto. Aeneid. cæciq; in nubibus ignes Terrificãt animos.

Terrificus, a, um, pen. corr, Terribilis, formidabilis, terrorem incutiens, φοβερός. Vergilius 5. Aeneid. Seraq; terrifici cecinerunt omnia uates. Idem 8. Aenecidos. Fulgores nunc terrificos, ſonitumq; Miſcebant operi. Nos terrifica, apud Valerium Flaccum libro 5. Argonaut. Stridores terrifici, apud Silium lib. 5.

Terribilis, ribile, om. t. Formidabilis, atq; horrendus, φοβερός, ἐκπληκτικός. Verg. 6. Aen. Terribilis ſqualore Charon. Cicero pro Seſtio. Alter ô dij boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu. Idem in Parad. Mors terribilis eſt illis, quorũ cum uita omnia extinguuntur. Verg. 6. Aen. Terribiles uiſu formæ, lethumq;, laborq;.

Terriculum, li, n. ſ. Quod iniicit terrorem, φόβητρον. Liu. 5. ab Vrbe, Quum omnium aſſenſu comprobata oratio eſſet, gauderentq; patres ſine Tribunitiæ poteſtatis terriculis inuentã eſſe aliàm uim maiorem ad coërcendos magiſtratus. uicti cõſenſu omnium, comitia tribunorum militum habuere. Accius, Proinde iſta hæc tua aufer terricula, atq; animum iratum comprime.

Terriculamenta, Phantaſmata, ſiue ſpectra terrorem incutiẽtia, φόβητρα.

Tertus, a, um, a dict. Ideſt, deterſus. Var. Terta nitet galea. Cato de Liberis educandis, ut citatur à Nonio, Aliti ſunt, circũtonſi, terti atq; unctuli, ut uideãtur eſſe mãgonis ſeruuli.

Tertianus, Tertiarius, Tertio, tertias, Tertius, uide Ter.

Teruncius, m. ſ. Numus perexiguus, à tribus unciis, hoc eſt, quarta libellæ parte dictus, teſte Varrone lib. 4. de ling. Lat. τριημόριον, τριήγιον. Plau. in Capt. Neq; ridiculos iam terũ cij faciunt. Cic. Caninio. De prẽda mea teruncium non attigit quiſquam. Idem Att. lib. 5. Caue putes quicquam homines magis unquam eſſe miratos, quàm nullum teruncium, me obtinente prouincia, ſumptus factum eſſe nec in Rempublicã, nec in quenquam meorum.

Teſqua, ſ. p. Loca edita, aſpera & inculta, ipſo ſitu atq; ſilentio religionẽ quandam & horrorẽ incutiẽtia. Horat. 1. Epiſt. 14. nam quæ deſerta & inhoſpita teſqua Credis, amœna uocat, mecũ qui ſentit: & odit Quæ ſit pulchra uocas. Nemoroſa teſqua, apud Lucanum lib. 16. Teſqua (inquit Feſtus) loco augurio deſignata, Ciccro aſpera eſſe ait, & difficilia. Hæc illẽ. Varro lib. 6. de Lingua Latina, Teſca ſcribit per c literã: putatq; teſca dicta, quaſi tueſca, à tuendis ſacris: locaq; quæ nam agreſtia interpretatur, deo cuipiã conſecrata, Accij teſtimonio idipſum confirmãs ex Tragœdia, cui Philoctetæ nomen eſt, in hunc modũ citato, Quis tu es mortalis qui in deſerta & teſca te apportes loca? Quid autẽ teſcorũ nomine ibi dem intelligere debeamus, explicat idem Accius, paulò pòſt ſubiungens, Celſa Cabyrum delubra tenes, myſteriaq; priſtina caſtis concepta ſacris. Hæc ferè Varro.

Teſſaracoſton, τεσσαρακοστόν. Tempus dierum quadraginta ante partum, & totidem poſt partum, quibus mulieres à ſacris arcebantur, propterea, quòd id ferè temporis tam ipſæ quàm earum fœtus plurimis infeſtentur incommodis. Quo dierum numero exacto feſtum celebrabant, quod & ipſum teſſaracoſton appellabant. Vide Cenſorinum de Die natali, & Cælium Rhodig. lib. 16. cap. 21.

Teſſaradecas, is, ſ. t. τεσσαρακάς quaterna, à τέσσαρα quatuor, & δέκα decem. Quidam interponunt ſyllabam teſſara decas dicentes. Teſſeres cæderatitæ uide infrà.

Teſſella, uide Teſſera.

Teſſera, æ, f. p. κύβος. Figura omni ex parte quadrata, teſte Macrobio, li. 2. in Somniũ Scip. hoc eſt, cõſtans ſex laterib. æqualibus: qualem eſt uidere in ijs officulis quibus in alueolo ludimus, pũctis quibuſdã diſtinctis, & in quancunq; incubuerint partẽ, immotã ſtabilitatẽ habentibus: quæ & ipſa à La-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tinis tesseræ, à Græcis κύβοι appellantur. Cic. de Diuin. Quid est enim fors? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio & consilium ualet. Idem in Catone. Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. Tali autē si ue taxilli omnino diuersi erant à tesseris: ut qui quatuor tantùm haberent latera ad similitudinē eorū officulorū quæ in articulo pedis animaliū bisulcorū uentre proturberant, concaua uertebra ligata, altera parte concaua, altera in conuexitatē nonnihil assurgēte. Sed de his abundē multa dicta sunt suo loco. In multis item tessera dicebatur symbolum quo socii ab hostibus & exploratoribus dignoscebantur, σύμβολον, σύνθημα. Ea autē erat tabella, teste Polybio, quam Tribuni militares sub noctē ab Imperatore acceptā ad Centuriones perferebant: Centuriones autē ad Decuriones, & ii rursus ad unūquemq; suæ decuriæ militē: à quibus rursus, ante quā se intenderent tenebræ, redibat ad Imperatorē. Verg. lib. 7. Aen. It bello tessera signū. Liuius li. 7. Cæteris omnibus tessera dari iubet. Itē tessera est belli & pacis futuræ signū. Pomponius. Qu. Mutius missus ad Carthaginienses legatus, quū essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato utrā uellet deferre, utranq; sustulit, & ait, Carthaginienses petere debere, utrā mallēt accipere. Ponitur nonnunquā pro signo frumentario quo exhibito, unusquisq; frumentū pro portione accipiebat à Præfecto annonæ: sicut ex more uetusto in patria nostra fieri solitū est ab his qui pauperum curam habent. Nam erogantur signa quædam plumbea quibus exhibitis sigillatim accipiunt certā mensurā farinæ, uel panis, uiuiūe. Suetonius in Augusto. Ac ne plebs frumentationū causa frequentius à negocijs auocaretur, ter in annū quaternorū mensiū tesseras dare destinauit. Iuuenal. Saty. 7. Summula ne pereat, qua uilis tessera uexit Frumenti. Sic etiā dicuntur tesseræ numariæ, quibus exhibitis summa numùm præscripta repensari solet. Item tesseræ collybistæ, quas uulgus literas cambij uocat, cùm in usum excogitatæ, ut pecunia argentarijs tradita, uel in locis remotissimis citra ullum uecturæ periculum recipi possit. Item Tessera est lignum utrinque complanatum, in quo numeri inciduntur. Vulgus Taleam appellat. Plaut. ut, Suam uterq; tesseram habet, ratio constat. Tessera hospitalis. Fuit anti qui moris tesseram dari hospitibus dimidiatam, quam quicunq; attulisset ad hospitē, continno agnosci posse se hospitio accipi, tanquam amicus & uerus hospes. Hinc autē ius necessitudinis ad posteros transibat: propterea tesserā hospitalē diligenter asseruabant, Plaut. in Pœn. Ego sum ipsus quē tu quæris. P. hem quid audio? A. Antidamæ me gnatum esse. P. si ita est, iam tesseram Confer, si uis, hospitalem: A. eccā attulit. Tesseram hospitalem confregisse dicebatur, qui ius hospitij uiolarat: hoc est, ut ait Erasmus, qui sibi reditum in domum aliquā præcluserat. Plaut. in Ciste. Hic apud nos iā Alcesimarche confregisti tesseram. In uestibus item figuræ quædam quadratæ. Tesseræ dicebantur: unde & uestes ipsæ dictæ sunt Tessellatæ. Plin. lib. 35. cap. 9. de Zeuxide pictore. Opes quoq; tantas acquisiuit, ut in ostentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentarit.

Tessella, læ, f. p. diminutiuū à tessera, Rem quamuis significat formam habentem quadratam, cuiusmodi sunt latercu li, siue lapides quadrati, quibus pauimenta sternuntur. τετράγωνόν τι Plin. lib. 17. cap. 10. Androdomas argenti nitō habet, ut adamas, figura quadrata, & semper tessellis similis.

Tessellatus, a, um, Quod tessellis, id est, paruis quadratis lapillis est compositum: ut. Pauimentum tessellatum. Suet. de Cæs. Munditiarum lautitiarumq; studiosissimū multi prodiderunt: quamuis tenuem adhuc, & obæratum, in expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circumtulisse. Vitru. li. 7. præcipit pauimenta tessellata angulos omnes æquales: eademq; sectilia dici, quoniam in particulas secta sunt, ut quocunq; uelis possint circumferri. Erant & tessellatæ quædam tunicæ, tesseris quibusdam distinctæ. Vnde palliorum tesseras dixit Plin. lib. 35. Zeuxis aureis literis in palliorū tesseris intextum nomen suum ostentabat.

Tesserula, rulę, f. p. Symbolum siue signum frumentariū, quod qui ad præfectum annonæ referebant, certam frumenti accipiebant mensuram: quemadmodum etiam hodie in quibusdam sacerdotum collegijs æneos plumbeósue quadrantes uidemus distribui, quos penoris præfectus, ab ijsdem certa uini mensura, certoque panis pondere solet redimere, συνθημάτιον. Persius Satyr. 5. Scabiosum tesserula fas Possidet, Plin. Frumenti rationem tesserulis ostendebat. Tesserulæ itē dicebantur exigui quidam & quadrati lapilli ex quibus elegantiora pauimenta sternebātur: quę ab antiquis Tessellata dicebantur. Cic. lib. 3. de Orat. ex Lucilio.

Quam lepidè lexeis compostæ, ut tesserulæ omnes
Arte pauimento atq; emblemate uermiculato.

Tesserarius, rij, n. s. Qui tesseram, hoc est, signum bellicum per contubernia militum nuntiat, ὁ τὸ σύνθημα σημαίνων.

Tesserarius, à, um, Quod ad tesseras pertinet, κυβικός. ut Ludus tesserarius κυβεία.

Tessereſcæ decatitæ, τεσσερεσκαιδεκατίται, hinc appellati sunt, quod non nisi quartadecima Luna, mense Martio pascha celebrant. Melius secunda syllaba scribetur per α.

Testa, stæ, f. p. Vas fictile, quod ex argilla tornatum, mox ad ignem coquitur, unde & testa dicta, quasi tosta, κεράμιον. Horat. 1. Epist. 2. Quo semel est imbuta recens seruabit odorē Testa diu. Ouid. 2. Trist. Alter humū, de qua fingantur pocula monstrat: Quæq; docet liquido testa fir apta mero. Horat. 1. Carm. Ode 20. Vile potabis modicis Sabinū Cătharis Græca quod ego testa Conditū leui. Ad Herennīū lib. 4. Prometheus, quū mortalibus ignem diuidere uellet, ipse si à uicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret, nō ridiculum uideretur? Quin & ipsa fragmenta fictiliū uasorū, testæ dicuntur. Plin. lib. 36. cap. 15. Nec essariū binas per diuersum coassationes substerni, capita carū prefigi, retorqueantur, et ruderi nouo tertiā partē teste tusa addi. Testa itē dicitur tegmen cuiuslibet rei durum & fragile, quod Græci ὄστρακον uocant: ut in piscibus omnibus, qui duriore uestiuntur cortice, qui à Græcis ἀσπαιόδερμοι appellantur. Cic. 2. de Nat. deor. Quot genera, quamq; disparia partim submersarum, partim fluitantiū, & innatantiū beluarū, partim ad sara natiuis testis inhærentiū: Testas quoq; figuratè positas legimus pro ostreis, alijsúe id genus piscibus, duriore cortice contectis. Horat. 1. Serm. sat. 4. Sed nō omne mare generosæ fertile testæ. Testas itē pro ouorū puraminibus dicimus: itē pro cochis cochlearū. Plaut. Pœn. Srin. quid est? cochleæ? testa ut sustolli solent, &c.

Testula, testulæ, f. p. diminutiuum. Columella libr. 11. capite 1. de portis capitatis loquens, Tum testulæ, uel conchæ quasi sedes in singulis subiectæ feminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. Testulis ferebātur suffragia. Liu. 5. bel. Pun. Testulis datis, tribuni populū summouerūt, fitellaq; allata est ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent.

Testaceus, a, um, Quod ex testa est, siue quod testæ duritiē imitatur, ὀστράκινος, ὀστρακώδης. Plin Insectorū omniū, & quibus testacea operimenta, oculi mouentur. Plin. Epistol. 16. Quia sunt cæmento medij farti, nec testaceo opere præcincti. Idē Epist. 24. ad Traianum de aquæductu Nicomedensium. Aliqua pars, ut mihi uidetur, testaceo opere agenda erat. Testacia pyra, quæ etiā Signina dicebantur. Plin. lib. 15. cap. 15. Signina, quę alij à colore testacea appellant.

Testiuus, a, um, idem quod testaceus.

Testamentum, uide Testo in Testis.

Testiculus, li, m. s. diminutiuum à testis, quum pro coleo accipitur, ὀρχίδιον. Autor ad Herennium lib. 1 Medicus testiculos arietinos renēt. Arietini testiculi qui sint, uide apud Polit. Misc. cap. 62.

Testículor, quod & testillator significat iumentis manibus fœminas, uel fœminis mares admoueo.

Testis, is, gen. com t. Qui, quæue testimonium dicit, μάρτυς. Testibus præsentibus facere aliquid: cui contrarium est, Clam, furtim, & sine arbitris aliquid facere. Plaut. in Curcul. Quod amas, ama testibus præsentibus. Martial. lib. 1. Ille dolet uerè qui sine teste dolet. Ouid. Epist. 6. Vix mihi, teste deo, credita uita tua est. Cicero 3. Offic. Quum uerò iurato sententia dicenda sit, meminerit deum se habere testem. Verg. 8. Ecloga, quanquam nil testibus illis Profeci. Idem 5. Aenei. Ipse mihi nuper Libycis ut testis in undis Quam molem subitò excierit. Iuue. Sat. 14. Falsus erit testis uendet periuria summa Exigua, Cereris tangēs aramq;, pedemq;. Testis uerò pro testiculo, masculini generis est, dictus quod uirilitatis testis sit, ὄρχις. Plin lib. 11. cap. 49. Testes pecori armentoq; ad crura decidui.

Testimoniū, nii, n. s. Testiū depositio, μαρτυρία. quæ & Testatio dicitur: quanquam testimonium ꝓpriè absentium sit, quū dicta testium, quæ alibi deposuerunt, apud Iudicēin scriptis proferuntur: quod genus Græci ὑπομαρτυρίας uocant. Vnde Diuus Adrianus (referente Callistrato Digest. de probat. & præsum.) Rufino proconsuli Macedoniæ rescripsit, testibus se, non

ſe, nõ teſtimoniis creditur ũ Gabinio quoq; in hęc uerba reſcripſit, Alia eſt autoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum quæ recitari ſolent. Accipitur aliquando latius teſtimonii uocabulum, pro omni eo quod ab aliqua re externa ſumitur ad faciendum finem. Cic. in Top. Teſtimoniorũ duo ſunt genera, diuinum, & humanum. Diuinum, ut oracula, auſpicia, uaticinationes. & reſponſa ſacerdotum, aruſpicum, coniectatorũ. Humanum, quod ſpectatur ex autoritate, & ex uoluntate, & ex oratione, aut libera, aut expreſſa: in quo in ſunt ſcripta, pacta, promiſſa, iurata, quæſita. Sumitur aliquando teſtimonium pro elogio quo ſententiam noſtram de re quapiam declaramus. Cic. pro Domo ſua, Senatus mihi teſtimonium huius urbis conſeruatæ dedit. Idem 3. de Legibus, Quandoquidem tam præclarum mihi dediſti iudicii tui teſtimonium.

Teſtor, ris, d. p. Teſtimoniũ perhibeo, teſtimonio ſum, affirmo profiteor, μαρτυρέω. Cier. 2. de Nat. deo. Venæ & arteriæ crebræ, multæq; toto corpore intextæ, uim quandam incredibilem artificioſi operis diuiniq; teſtantur. Idem pro Muræna, Ego quod facio, omnium ueſtrũm cauſa me facere clamo atque teſtor. Tranquillus in Claudio, Teſtatus quondam per edictum, tanto impẽſius petere ſe ut natalem patris ſui Drũſi celebrarent. Ouid. 8. Meta. Et plauſit pennis teſtataq; gaudia cantu eſt. Aliquando teſtem aduoco, uel in teſtimoniũ adduco, & alterius implorato teſtimonio aſſero, μαρτύρομαι Vergilius ſecundo Aeneid. Vos æterni ignes, & non uiolabile ueſtrum Teſtor numen, ait. Cic 5. Philip. Is me potiſſimùm teſtatus eſt ſe æmulum extitiſſe mearum laudum. Idem pro Cornelio Balbo, Teſtantur & mortuos Imperatores noſtros ſe hoc ius eſſe uelle. Cic. pro Flacco. Vociferarer quantum maximè poſſem contenderem, teſtarer publicanos, excitarem negotiatores: ueſtram etiam ſcientiam implorarẽ, Hoc eſt, teſtes aduocarem publicanos, totamq; rem eorum iudicio permitterem, ut interpretatur Budæus. Teſtari pro obteſtari, hoc eſt, ſuppliciter aliquid petere, numinum etiam inuocationem adhibita, ἱκετεύω, ἱκετεύομαι. Plautus. Ipſus tete per ſuperos omnes precatur. Accipitur item teſtari. pro teſtamentum condere, διατίθεμαι. Cicero primo de Inuent. Poſſit quiſquam de filii pupillire teſtari. Huius uerbi compoſita ſunt, Anteſtor, attẽſtor, conteſtor, detẽſtor, & pteſtor: quorũ ſignificata explicata ſunt ſuis locis.

Teſtatus, Qui teſtamentum condidit, διαθέμενος. cuius contrarius eſt inteſtatus, qui teſtamentũ nõ codidit, ἀδιάθετος. Vnde & ab inteſtato dicimus, aliquem hęredem factum, hoc eſt, non ex teſtamento quod nullum erat, ſed iure propinquitatis. In ſignificatione autem paſſiua teſtatus dicitur apertus, uulgatus, ab omnibus cognitus, quòd id quaſi omnes teſtentur, μεμαρτυρημένος. Cic. 4 Verr. Vt res quàm maximè clara atq; teſtata eſſe poſſet, in ius ad Metellum Carpinarium uoco, tabulasq; ſocietatis in forum defero. Ouid. 3. de Ponto. eleg. 1. Nota tua eſt probitas, teſtataq; tempus in omne. Cic. Curioni. Aut certè teſtatum apud animum tuũ relinquam, quid ſenſerim. Hinc Teſtatior, & Teſtatiſſimus. Cæſar 8. bell. Gall. Itaq; omnibus qui arma tulerant, manus præcidit, uitamq; conceſſit, quo teſtatior eſſet pœna improbrum. Cic. pro Cælio, Nam neceſſe eſt fuiſſe non paucos, ut & comprehendi Licinius facilè poſſet, & res multorum oculis eſſet teſtatior.

Teſtatio, onis, Idem quod teſtimonium, μαρτυρία. Liuius octauo ab Vrbe, Sicut fœderum ruptorum teſtationem, ingenti fragore cælum procellam effuſam. Quintilianus libro quinto, capite decimo tertio, Siquid ab aduerſario teſtationibus comprehenſum.

Teſtator, oris, Teſtamenti conditor, uox in primis frequens apud Iuriſconſultos, ὁ διατιθέμενος.

Teſtamentum, ti, n. ſ. Inſtrumentum extremæ noſtræ uoluntatis cootinens teſtimonium, διαθήκη, aut διαθῆκαι, plurali numero. Vlpian. lib. 1. Qui teſt. facere poſſ. Teſtamentum eſt (inquit) uoluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod poſt mortem fieri uoluerimus, Et propriè quod perfectum eſt, teſtamẽtũ dicitur. Sed abuſiuè quoq; teſtamẽta uocamus ea quæ falſa, uel iniuſta, uel irrita, uel rupta, itemq; imperfecta ſunt. Ci. 2. de Fin. Sic eiuſdẽ teſtamentũ nõ ſolũ philſoſophi grauitate, ſed etiã ab ipſius ſententia iudico diſcrepare. Idem pro Milone, Vna ſui, teſtamentum ſimul obſignaui cum Clodio Horatius 1. Epiſt. 7. & opella Forenſis.

Adducit febres, & teſtamenta reſignat.

Teſtamentarius, a, um, Quod ad Teſtamentum pertinet. Vnde Teſtamentariæ tabellæ, & Teſtamentaria lex, quæ Cornelia dicitur: quę irrogat pœnã ei qui falſum teſtamentũ uel aliud inſtrumentũ ſignauerit, ſcripſerit, recitauerit. Adoptio teſtamẽtaria, qua quis per teſtamentũ ſibi filium adoptat. Plin. li. 15. cap. 2. Quum Scipionis Africani tranſiſſet atriũ, uidiſſet ęque adoptione teſtamẽtaria Salutionis (hoc enim rei fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.

Teſtamentarius, rii, m. ſ. Qui teſtamenta falſa conficit, ῥαδιουργὸς γραμματογράφος. Ci. 3. Of. Non de ſiccariis, ueneficis, teſtamẽtariis, furibus, peculatoribus hoc loco differendum eſt. Teſtamentarius, notarius, confector, & ſcriptor teſtamentorum, διαθηκογράφος. Paulus ad legem de Cornif. Falſis l. Impubẽrem, ſi teſtamentarius ſeruo fideicommiſſariam libertatẽ dederit, uideamus ne id extra pœnam ſit. Budæus.

Teſtificor, aris, ări, d. p. Teſtimonium dico, notum facio, teſtibus firmo, μαρτυρέω. Cicero 2. de Orat. Quod eo ſæpius teſtificor, ut autoribus laudandis ineptiarum nomen effugiam. Ouid. 2. de Arte, Te memorem dominæ teſtificere tuæ. Cic. ad Att. lib. 8. Teſtificor me experte belli fuiſſe. Teſtificari deũ pro teſtari, & in teſtimoniũ inuocare. Cic. ad Att. lib. 10. Nã deos hominesq; amicitiamq; noſtram teſtificor, me tibi prædixiſſe, neq; temerè monuiſſe.

Teſtificatus, a, um, part. Cic. Att. lib. 1. Illud ineſt tamen cõmodi, quod & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando teſtificata tua uoluntas omittendæ prouinciæ. Oui. Epiſt. 10. Linguaq; præſentem teſtificata deam.

Teſtificatio, onis, Probatio per teſtes, μαρτυρία. Cic 6. Verr. Si eius rei teſtificatio tolleretur, cautumq; eſſet eos teſtimoniũ non eſſe dicturos. Idem de Clar. Or. Chirographa, teſtificationes, iudicia, quæſtiones, rem manifeſtam facere. Interdũ idẽ quod declaratio, aſſertio, profeſſio. Cic. Lent. lib. 1. Epiſt. Sic egit cauſam tuam, ut neq; eloquentia maiore quiſquam, nec grauitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit, cũ ſumma teſtificatione tuorũ in ſe meritorũ. Idẽ 9. Phil. His honoribus habitis Seru. Sulp. repudiatæ legationis ab Antonio manebit teſtificatio ſempiterna.

Teſtiuilicium, n. ſ. Res minimi precii, ſumptum à filorum fragmentis, quę de tela decidũt, quæ propriè Teſtiuilicia uocari uolunt. Plaut. in Caſin. Non ego hoc uerbũ emptitẽ teſtiuilicio. Quo tamen in loco Feſtus legit Titiuilicio.

Teſtu, indeclinabile pro Teſta poſuit Varro.

Teſtuaceum, uide Teſtus.

Teſtudo, inis, f. t. Animal tardigradum, à Teſta qua tegitur nomen habet, χελώνη. Earum genera ſunt marinæ, paluſtres, terreſtres & lutarię, quæ in dulci aqua diuerſantur. Ex his marinæ in Indico mari in tantam euadunt magnitudinẽ, ut ſin gularum ſuperficies habitabiles caſas integant, atq; inter inſulas Rubri præcipuè maris non aliis ferè nauigant cymbis. Vniuerſo autem generi teſtudinum dentes nulli ſunt, ſed roſtri margines acuti, ſuperiori parte inferiorem claudente, pyxidum modo. Oua pariunt in terra auiũ oua ſimilia, fœtusq; educant anni ſpatio. Reliquã earum naturam, uide apud Plin. lib. 9. cap. 10. Eſt item Teſtudo machina bellica, tabulatis contexta, & crudo corio, aut cilicinis centonibus contecta, aliaue materia quę difficulter poſſit exuri. Hęc intũ habebat trabẽ funibus ſuſpenſam, quæ ſi unco præmuniretur ferreo, falx dicebatur eò quòd incuruata eſſet eum in uſum, ut lapides è muro euelleret. Si uero ferro bifurco caput haberet munitum, aries dicebatur, ſiue quòd arietis in morem retrorſum cederet, ut maiori cũ impetu feriret, ſiue quòd gemi nis cornib. capitis arietini ſimilitudinẽ referret. Teſtudo aũt dicebatur, q modò caput exereret, modò ſubduceret, uiuę teſtudinis ritu. Silius lib. 1. Tandẽ cũ denſis arctæ teſtudinis armis, Subacto Pœni uallo, cæcaq; latebra Pandunt prolapſam ſuffoſſis mœnibus urbem. Cæſ. 4. bel. Gal. Reliquisq; diebus turres ad altitudinem ualli, falces teſtudinesq; parare, ac facere cœperunt. Teſtudo itẽ dicebatur, cõgregata militũ multitudo cõſertis ſcutis tecta aduerſus impetũ lapidũ, alioriũque telorum deſuper incidentium, ὁλωσπισμὸς. Liu. 10. ab Vrbe, Galli teſtudine facta conferti ſtabant. Cæſ. 5. bel. Gal. Ac milites legionis ſeptima teſtudine facta, & aggere ad munitiones adiecto, locum ceperunt. Rurſus teſtudines in ædificiis dicuntur fornices, ſiue cameræ, teſtudinei tegminis inſtar cõnexæ, καμάρα. Ver. 1. Aen. Tum foribus diuæ media teſtudine templi, Septa armis, folioq; altè ſubnixa reſedit. Eſt item teſtudo Muſicum inſtrumentũ, uiuæ teſtudinis figuræ nõ admodũ diſſimile, quod & Græci ab animalis nomine χέλυν appellãt. Huius inuentionem Mercurio aſſignat Hyginus, qui quũ aliquando in teſtudinẽ incidiſſet, cuius caro longa uetuſtate

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erat excesa, solis relictis nervis, qui digitis percussi non inamœnũ edebãt sonũ, ex illius similitudine lyrã excogitauit: unde & testudinis illi nomen mansisse quidã existimant. Hor. li. 1. Carm. O decus Phœbi, & dapibus supremi Grata testudo Iouis, ô laborum Dulce lenimen. Ver. 4. Geor. Ipse caua solans ægrum testudine amorem. Cic. 2. de Nat. deo. Quo circa & in fidibus testudine resonatur.

Testudineus, a, ũ, Quod est testudinis, ut Testudineus gradus. Plaut. in Am. siue grallatorius, siue Testudineus fuerit (subaudi gradus) certum est mihi hunc scelestum perdere.

Testudineatus, a, um, Fornicatus, concameratus, siue quod cõuexum & incuruum est, testudinis more, καμαρωτὸς. Plin. li. 35. cap. 11. Sed & testudineatum in usum uenisse. Col. lib. 11. c. 1. Et interse acclines testudineato tecto more tuguriorum inarescentẽ ficum à rore, & interdũ à pluuia defendant. Verg. lib. 2. Tecta recidentes ad extrema transtra traiiciunt, gradatim contrahentes, & ita ex quatuor partibus ad altitudinem educunt in medio metas, quas luto & fronde tegentes, efficiunt testudineata tecta.

Testus, us. m. q. Instrumentum plerumq; fictile, nonnunquã etiã ex ære, aliaue materia in quo placẽtæ, aliaq; id genus coquebantur, κλίβανος. Cato de Re rust. cap. 75. In foco calido lub testo coquito leniter. Legitur & testum in eadẽ significatione, ut Aereum testum, apud Plin. lib. 30.

Testuaceum libum, & Panem testuaceum dicimus, quem Grẽci uocant κλιβανίτην. Var. lib. 4. de Lin. Lat. Libum dictum, quòd libaretur, prius quàm esset coctum: testuaceum, quòd in testo calido coquebatur: ut etiam nunc Martialibus id faciunt matronæ.

Tetanothra, τετάνοθρα Medicamenta sunt eiusdem formæ cuius & psilothra, ψίλωθρα. Sed psilothris ad pilos uellendos tetanothris ad erugandam, extendendamq; in facie cutem utimur.

Tetanici, τετανικοὶ, A tetano morbo dicti sunt. quum musculi, qui secundum spinam sunt, ita rigent, ut se inflectere non possint. Idq; quũ anterior pars afficitur, ut si mentum pectori annectatur, ἐμπροσθότονος, quum posterior, ut si caput scapulis adhæreat, ὀπισθότονος, quum uerò ambæ rigent ex æquo, tetanos uocatur, ut si ceruix recta & immobilis interdatur, etiam si (ut ait Celsus) quidam minus subtiliter, & minus discretè his nominibus utuntur.

Tetartæus, a, um, τεταρτᾶος, Quartanus. Col. lib. 3. ca. 10. Tetartæum pro tetarde, siue quaternario numero posuisse uidetur, quum ait, Nec tamen ea causa compellere nos debet ad multas uitium uarietates, sed quod iudicauerimus eximiũ genus, id quantę multitudinis possimus, efficiamus. Quod deinde proximũ à primo, tum quod est tertiæ notæ, uel quartæ, quodq; eatenus uelut lectarũ quoddã cõtenti simus tetartæo. satis est enim per quatuor, uel summũ quinq; genera uindemię fortunam operiri.

Tetartemorion, τεταρτημόριον, Græca dictio quadrantem significans. Plin. lib. 7. ca. 49. Durat & ea ratio quã Petosiris, ac Necepsos tradiderunt, & retartemoriõ appellant, à triũ signorũ portione qua possit in Italiæ tactu CXXVI. annos uitæ cõtingere apparet. Quo in loco tetartemorion accipitur pro spacio trium signorum, quæ est pars quarta Zodiaci.

Teter, a, um, Fœdus, crudelis, dirus: & tam ad animũ quàm ad sensus exteriores pertinet, ut Tetra bellua, tetra uox, teter odor, teter aspectus, teterrima mens, δύσουρος. Plaut in Mos. Ego uerò te neq; tetriorem belluam Vidisse me unquam, neq; peiorem, censeo. Ibidem, Nullum ædepol hodie genus est hominum tetrius. Cic. 4. Tusc. Ipsam ægritudinem quam nos ut tetram & immanem belluam fugiendã esse diximus, nõ sine, &c. Claud. 2. Eutr. nec bellua tetrior nulla est. Quam seui rabies in libera colla furentis. Sulpit. ad Cic. lib. 4. Ira uir clarissimus ab homine teterrimo, acerbissima morte est affectus. Col. lib. 7. cap. 5. Toto uentre distenditur, contrahiturq; & summam quandã tenuem tetri odoris expuit. Ver. 3. Aen.

Tum uox tetrum dira inter odorem. Horat. Serm. Sat. 4.

postquam discordia tetra
Belli ferratos postes, portasq; refregit.

Tetrè, tetrus, teterrimè, aduerbia. Cic. 1. de Diuin. Multaq; facere impunè, ac tetrè, cum temeritate & impudentia. Idem pro Domo sua, Quòd seuerè de religione decerneret, impurissimè teterrimeq; uiolasti.

Tetro, tetras, Fœdo, conspurco, ἀμαυρόω. Pacuu. Belluarum ac ferarum aduentus loca tetrat.

Tetrachordum, τετράχορδον, Musicum instrumẽtum, quatuor instructum chordis.

Tetracolon, pen. prod. τετράκωλον, Quod quatuor constat membris. Vnde odarum quædam genera, quatuor constãta carminum generibus Tetracola appellamus.

Tetradoron, pen. prod. τετράδωρον. Lateris genus, à quatuor palmorum maiorum, hoc est, pedum trium longitudine dictum. Prisci enim Græci δῶρον palmum uocabant. unde & δῶρα, munera dicta, quòd manu darentur. Author Plin. lib. 15. cap. 14.

Tetradrachma, æ, uel Tetradrachmum, mi, τετράδραχμον, Numus quaternas ualens drachmas. Liu. 4. bel. Mac. Ad hæc clypei argentei decẽ, signati argentei octoginta quatuor millia fuere. Attici tetradrachma uocãt, trium ferè denariorum in singulis argenti est pondus.

Tetragnathii, τετραγνάθιοι, Aranei quidam, à maxillarum multitudine ita dicti, quas Græci γνάθους dicunt. Plinius lib. 29. cap. 4. Tetragnatii duo genera habent: prior, medium caput distinguente linea alba, & transuersa altera hic oris tumorẽ facit. Ac cinereus posteriore parte candicans, lentior.

Tetragonismus, τετραγωνισμὸς, Quadratio, alterius figuræ ad quadratam reductio.

Tetragonus, pen. cor. τετράγωνος, Quadrãgularis, siue quadratus.

Tetragrãmaton, τετραγράμματον, Quod quatuor constat literis. Vnde Dei nomen dictum est tetragrammatõ, quod nõ modò apud hebræos, uerùm etiam apud Græcos, Latinos, Aegyptios, Chaldæos, Arabes, Gallos, multosq; alios populos quatuor elementis scribatur.

Tetrametron, pẽ. pro. τετράμετρον, Carminis genus Comicis familiare, quatuor cõstans mensuris maioris, hoc est, pedibus octo. unde & Octonarium uocant Latini.

Tetrapharmacum, n. s. τετραφάρμακον. Emplastri genus apud Cels. lib. 5. cap. 19. puri mouendo in primis utile, ita dictum quòd ex quatuor constaret simplicibus, cera, pice, resina & seuo tauino, pari potione cõmistis. A gulę quoq; procerioribus Tetrapharmaca dicebantur ut epulę quędam delicatiores, quæ ex quatuor pręciosis obsoniis cõstabant, scilicet: phasiano, sumine, perna, & crustulo, quod genus primùm ab Aelio Vero fuisse excogitatum, author est in Vita eius Spartianus.

Tetraplasius, τετραπλάσιος, quadruplus.

Tetraptotum, pen. pro. τετράπτωτον, Per quatuor casus uariatum.

Tetrarcha, æ, m. p. τετράρχης, Qui quartam regni partem obtinet. Cic. ad Att. lib. 2. Qui regna, qui prædia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. Lucan. li. 7. Sicci sed plurima campi Tetrarchæ, regesq; tenent. magnique tyranni. Hor. 1. Serm. satyr. 5. habebat sepę ducẽtos, Sæpe decem seruos: modò reges atq; tetrarchas.

Tetrarchia, æ, f. p. τετραρχία, Quartæ partis regionis cuiuspiam imperium. Cic. 1. de Diuin. Cuius quidem hoc preclarissimũ est, quod postea quàm à Cæsare tetrarcha, regno pecuniaque multatus est, negat se tamen eorum, quæ sibi ad Pompeiũ proficiscenti, secunda euenerint pœnitere.

Tetrastichon, pen. cor. τετράστιχον, Carmẽ, quatuor tantùm uersibus sententiam concludẽs quemadmodum Distichon, quod duobus uersibus rem absoluit, στίχον enim Græci uersum appellant.

Tetrasyllabum, τετρασύλλαβον, Quod est quatuor syllabarum, ut Imperator.

Tetrici, m. s pen. cor. Tristes ac seueri, à Sabinorum monte Tetrico dicti, qui asperrimus est, σωτρωνοὶ, teste Seruio in illud Verg. 10. Aen. Qui Tetricæ horrentis rupes montemq; superum: Casperiamq; colunt: Forulosq; & flumen Himellæ. Mart. lib. 6. At quàm non tetricus, quàm nulla nubilus ira Quàm placido nostras legerat ore preces. Colum. lib. 8. ca. 11. Pauonum educatio magis urbani patrisfamiliæ, quàm tetrici rustici curam poscit. Ouid. 1. de Ar. Hoc aditu uidi tetricæ dare uerba puellæ.

Trtricitas, atis, f. t. Grauitas uel seueritas, σωτρωπασμὸς. Ouid. aut quisquis is fuit, qui Carmen ad Pisonem scripsit.

Talis inest habitus, qualem nec dicere mœstum,
Nec fluidum, læta sed tetricitate deorum Possumus.

Tetro, tetras, uide Teter.

Tettigometra,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tettigometra, pen. prod. τεττιγομήτρα, Cicadarum matrix, hoc est inuolucrum ex quo cicadæ oriuntur. Plin. lib. 11. cap. 16. de cicadarum ortu loquens, Fit primò uermiculus: deinde ex eo quæ uocatur tettigometra cuius cortice rupto circa solstitia euolant cicadæ.

Tettigoniæ, τεττιγονίαι, Minores cicadæ. minusq; uocales quàm achetæ. Autor Plinius. lib. 11. cap. 26.

Teuchites, pen. prod. & masc. gen. τευχίτης. Iunci odorati species laudatissima, à loco in quo nascitur, nomen habens. Plin. lib. 21. ca. 28. Laudatissimus ex Nabathæa iuncus, cognomine Teuchites. Dioscorides τευχῖτιν appellat fœminino genere, respiciens nimirum ad nomẽ generalius ὀρίνην, quod etiam in fœminino genere ab eodem usurpantur.

Teuchos, τεῦχος, latinè uas, instrumentum, uolumen. Hinc pentateuchus, πενταteuchus.

Teucrion, τεύκριον, Herba est quam quidam splenion, alii hermiõ, appellant, tenues spargens iuncos, & folia curua asperis locis nascẽs, austero sapore, nunq; florẽs, aut semen gignẽs Hãc Teucer inuenisse existimatur, quũ animaduertisset extis superẽ proiectis spleni illã adhæsisse, eumq; exinaniisse. Vide Plin. lib. 25. ca. 5. Quidam putant eandem esse cũ Dioscoridis hemionitide, quę hodie à plerisq; Lingua ceruina appellatur

Teuthalis, dos, τευθαλίς, Herba quã alii à frequẽtia geniculorũ polygomatõ appellant, alii polygonon. Plin. lib. 27. cap. 12.

Teuthis, idis, τευθίς, Piscis est osse oblongo, atq; exerto munitus, sed corde carẽs. Theodorus ex Aristotele loliginẽ uertit. Hinc Themistocles Ererrien sib. ignauiã obiiciens, dictitabat eos teuthidi persimiles, μάχαιραν ἔχειν, καρδίαν δὲ μὴ ἔχειν, hoc est, gladios quidem eos habere, cor autem non habẽre.

Teuthrion, τεύθριον Dioscoridi, Herbæ nomen quæ aliàs polion dicitur. Plinius lib. 21. cap. 7. Polion quidem teuthrion uocant, &c.

Texitechnos, τεξίτεχνος dicitur labefactor artis suæ, ἀπὸ τοῦ τήκειν τὴν τέχνην. Hoc idem significat & cacizotechnos (κακιζότεχνος) ἀπὸ τοῦ κακίζειν τὴν τέχνην, quod improbare artem suam significat.

Texo, xis, xi, xui, xtum, n. t. Telam conficio, ὑφαίνω, ἱστάω. Tetent. Heaut. Texentem telam studiosè ipsam offendimus, Tibul. li. 2. eleg. 3. Illa gerat uestes tenues, quas fœmina Coa Texuit. Verg. 10. Ecloga. Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco. Per translationem texere ponitur pro componere, fabricare, scribere, colligere, compingere, concinnare, συμπλέκειν, συγγράφειν, κατασκευάζειν ut Texere historiam, texere corollã Cic. ad Att. lib. 4. Paulus in medio foro basilicã iam penè texuit iisdem antiquis columnis. Plinius lib. 13. cap. 11. Ex ipso quidem papyro nauigia texunt. Verg. 12. Aen. Bis denas Italo texamus robore naueis. Ouid. Epist. 15. Texitur & costis panda carina suis. Texere nidos, apud Quintil. lib. 2. cap. 16. Texere epist. Cic. ad Pætum lib. 9. Epistolas uerò quotidianis uerbis texere solemus. Idem ad Quint. fratr. lib. 3. Sane texebatur opus luculenti: hominumq; dignitas aliquantum orationi põderis afferebat.

Textus, a, um, participium. Verg. 2. Aenei. Hanc tamen immensam Calchas attollere molem Roboribus textis, cæloq; educere iussit.

Textus, huius xtus, m. q. Textura cõplicatio, ὕφανσις, συμπλοκή. Plinius lib 9. cap. 35. Alterno textu fulgentibus toto corpore crinibus. Idem libro 18. cap. 7. Grana in stipula crinito textu spicantur.

Textum, ti, n. s. Quicquid ex quauis materia contexitur aut cõponitur, ὕφασμα. Mart. li. 5. Et Dona matrum uimineo ferũt texto. Oui. Epist. 16. Purpura nempe mihi, pretiosaq; texta dabuntur. Vergil. 8. Aen. Tum læueis ocreas electro, auroq; recocto, Hastamq; & clypei non enarrabile textum. Pinea texta carinæ. Catul. Argon. Textum orationis, pro stylo. Quint. li. 9. Neq; illud in Lysia dicendi textum tenue, atq; rasum lætioribus numeris erat corrumpẽdum.

Textilis, t extile, om. t. penpultima correpta Quod texendo factum est, ὑφαντὸς, πλεκτός. ut Textilis corona, & textilis uestis, ante cuius usum fuit nexilis uestitus, ut docet Lucretius lib. 5. quum ait, Nexilis antè fuit uestis, q̃ textile tegmen. Primi aũt Aegyptii inuenerunt textilia, teste Plinio lib. 7. ca. 76. Cic. 5. Tusc. Collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimè textili stragulo, magnificis operib. picto. Ver. 8. Aen. Textilibusq; onerat donis, ac talia fatur. Textilis pictura, quæ in tapetibus fieri, aut tela solet. Cic. 6. Ver. Nego ullam picturã, neq; in tabulis, neq; textilẽ fuisse, quin quæsierit inspexeris, &c. Textilis umbra palmitis, quæ multis palmitibus interrextis fit. Mart. lib. 12. Hoc nemus, hi fontes, Hæc textilis umbra supini Palmitis.

Textor, oris, m. t. Qui uestes, aut telam texit, πλοκεύς, ἱματοργός, ὑφάντης, Cic. pro Plancio, Si pro fabro aut textore emimus. Iuuen. Satyr. 9. pingues aliquãdo lacernas Munimenta togę duri crassiq; coloris, Et malè percussa textoris pectine Galli.

Textrix, cis, Mulier textoriæ aris perita, ὑφάντρια. Tibul, lib. 2. cap. 1. Atq; aliqua assiduè textrix operata Mineruam Cantat.

Textrina, næ, f. p. pen. prod. Officina textoris, ἱστουργεῖον. Cic. 5. Ver. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste textrinam non instituerit. In eadem significatione legitur & textrinũ Cic. 5. Verr. Quod tamen oppidum isti per triennium textrinum ad muliebrem uestem faciendam fuit. Textrinæ itẽ uocabulum existimant nonnulli pro ipsa arte textoria aliquãdo accipi, citantes locum Plinii ex lib. 11. cap. 24. ubi sic legitur, Quàm non ad hoc uidetur pertinere cribrata pexitas, & quadam politura arte ipsa per se tenax ratio textrinæ. Emendatiora tamen Plinii exemplaria, tramæ, hoc in loco, non textrinæ, legendum ostendunt.

Textura, ræ, f. p. Ratio ipsa texendi, ὕφασμα, πλοκὴ, πλέγμα. Lucr. libro 5. Quàm tenui constet textura, quamq; loco se Continet at paruo.

Thalamegus, pen. prod. θαλαμηγὸς. Nauis genus. Athenæus Aedificauit Ptolemæus Philopater nauem etiam fluuialem, quæ thalamegos uocabatur. Longitudo eius semistadium: latitudo quæ esset amplissima, triginta cubitis: altitudo cum suggestu tabernaculi paulò minor quadraginta cubitis: figura eius neq; longis nauibus, neq; rotundis assimilis.

Thalamos, m. s. pen. cor. θάλαμος, Commune coniugis utri usq; cubiculum. Verg. 9. Aen. Ferriq; Eumenidum thalami, & discordia demens. Per translationem pro ipsis nuptiis atque adeò pro ipso connubii iure accipitur. Idem 6. Aen. Hinc thalamum inuasit natę, uetitosq; hymenæos. Idẽ Aenei. 4. Non licuit thalami expertem sine crimine uitam Degere more feræ? Oui. 10. Meta. sine coniuge celebs Viuebat, thalamiq; diu consorte carebat. Idem 1. Amor. eleg. 8. Hęc sibi proposuit thalamos uiolare pudicos. Thalamus, pro alueolis apium. Verg. 4. Georg. Post ubi iam thalamis se cõposuere, siletur In noctem. Hinc Epithalamium, carmen nuptiale.

Thalassicus color, θαλασσικὸν χρῶμα, Qui similis est fluctib. marinis. Græci enim θάλασσαν mare dicũt. Plaut. Nescio quis tecum incedit ornatu quidem thalassico. Idem Mil. Palliolũ habeas ferrugineum: nam is color thalassicus.

Thalassinus, a, um, pen. cor. Eiusdem significationis. Lucr. li. 4. teriturq; thalassina uestis. Hoc est, cærulei coloris. & marini.

Thalasio, uide Thalasio.

Thalassomeli, θαλασσόμελι, Medicamentum quod fit æquis portionibus, maris, mellis, imbris, fictiliq; uase depicato, conditur. Pli. li. 13. cap. 6. Inueteratur q uocatur thalassomeli æquis portionib. maris, mellis, imbris, &c. Accuratiorẽ huius medicamenti confectionem uide apud Dioscoridem lib. 5. cap. 17.

Thalassometra, θαλασσομήτρης, Maris mensor.

Thalictrum, θάλικτρον Dioscoridi, Herba folia coriandri habens, pinguiora paulò, caulem papaueris. Pli. lib. 27. cap. 13.

Thalli, m. s. θαλλοί, In porris, & cæpis, & allio, medii stipites dicuntur, à θάλλειν, id est, uirescere. Col. lib. 11. cap. 2. Thalli cæparum uentis posternentur, totumq; semẽ excutietur. Thalli item dicuntur rami lauri, uel oliuæ, semper uirentes.

Thallaphori, θαλλαφόροι, dicti q Athenis in Panathenæis olęæ ramos gestabant. Erant ii ut plurimum senes. Vnde per iocũ thallaphori dicuntur, qui ad munera obeunda sunt inutiles

Thamnos, θάμνος, Latinè arbustum significat.

Thanatos, θάνατος, latinè mors, à quo ἀθάνατος immortalis. Vide etiam in Propriis.

Thauma, θαῦμα apud Græcos miraculũ & admirationem significat.

Thapsia, f. p. θαψία, Fxtex est tota specie ferulæ similis. graciliore tamen caule, folio fœniculo simili: umbellas habens in singulis germinibus anetho similes, & in iis florem luteũ: semen autem modicè latum, minus quàm ferulæ: radix est prægrandis, intus candida, foris nigra, crassiore cortice uestita, & acris, colligitur ex ea liquor eiusdem nominis, effossa circa eam terra, uulneratóque cortice. Dicta Thapsia à Thapso insula, in qua primùm creditur inuenta. Vide Plin. li. 13. cap. 22. & Dioscoridem lib. 4.

Theamedes, θεαμήδης, Lapis contrariam magneti habens

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

naturam. Nam ut ille ferrum occulta quadam naturæ ui ad se attrahit, ita theamedis respuit, repellitq; Pli. lib. 36. cap. 15.

Theatrum, tri. n. s. θέατρον, A edificium in hemicycli speciẽ factum, ad uidenda spectacula idoneum: ἀπὸ τ῀ θεᾶσθαι, hoc est à spectando dictum. Verg. 1. Aen. hic alta theatris Fundamenta, locant alii, Ouid. 2. Amo. eleg. 7. Siue ego marmoreis respexi summa theatri. Plin. lib. 11. cap. 51. In theatrorum orchestris scobe, aut arena superiecta deuoratur uox. Aliquando tamen ponitur pro spectaculo. Mart. li. 1. Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro Dicitur, exhibuit. Cæsar. Arena tibi. Aliquando pro multitudine spectante: ut, Magno theatro hæc acta sunt: id est multis spectantib. Cic. 3. de Orat. Si in his paulum modò offensum est, theatra tota reclamant. Versari in theatro, per translationem, pro esse in aliquo loco conspicuo ante omnium oculos. Cic. in Verg. act. ult. Sic obtinui Quæsturam in prouincia Sicilia, ut omniũ oculos in me unum coniectos arbitrarer: ut me, Quæsturamq; meam, quasi in aliquo orbis terræ theatro uersari existimarem.

Theatridium, n. s. θεατρίδιον, dimin. forma Græca è theatro deductum. Varr. lib. 3. de Re rust. Inter has & exteriores gradatũ substructum, ut theatridium auium: mutuli crebri in omnibus columnis impositi, sed alia auium.

Theatralis, le, om. t. Idem quod theatricus, seu quod ad theatrũ pertinet, θεατρικὸς. Vnde dicimus theatralia spectacula, Cic. pro Sestio, Theatrales gladiatoriiq; consessus dicuntur omnino solere leuitate nonnullorum eruptos plausus exiles & raros excitare. Tacit. l. b. Erat in castris Percennius quidã, dux olim theatralium operarum. Humanitas indecora, & theatralis, Quin. lib. 2. cap. 2.

Theatricus, a, ũ, θεατρικὸς. Quod ad theatrũ pertinet: ut Plausus theatrici, Spectacula theatrica.

Thebaides, siue Thebaicæ, f. p. θηβαΐδες, Palmulæ sunt aridiores quemadmodũ & Arabicæ, macro corpore, exiles, & uapore assiduo, crusta uenus q̃ cute obductæ, Iudaicis (ut inquit Strabo) suauiores, etiam si duriores. Gignuntur in Thebaide Aegypti regione. Aethiopiæ contermina: unde & nomen acceperunt. lib. 13. cap. 4.

Theca, f. p. θήκη, Vagina, loculus in quo aliquid recondimus ut, Theca calamaria, theca numaria, theca uasorum. Varr. 1. de Re rust. cap. 48. Proinde ut grani theca sit gluma, & apex Arista. Mart. lib. 13. Sortitus thecam calamis armare memento: Cætera nos dedimus, tu leuiora para. Cic. ad Attic. lib. 4. Quare in hoc thecam nummariam ne retexeris, in aliis eris cautor. Idem. 6. Verrin. Qui uideret equum Troianũ introductum, urbem captam esse diceret: efferri sine thecis uasa: ex torqueri alia de manibus mulierum.

Thelygonum, n. s. θηλύγονον, Herba habens uuas florib. oleæ similes, sed aliquanto pallidiores. Plin. lib. 26. cap. 8. Est & alia cratægonos, quæ thelygonos uocatur, differentia in teligitur lenirate gustus. Vide Arsenogonon.

Theliphonon, θηλίφονον, Herba: ab aliis scorpion uocatur propter similitudinem radicis, cuius tactu moriuntur scorpiones lib. 25. cap. 10.

Thelypteris, θηλύπτερις, Filicis species. Plin. lib. 27. cap. 9. Alterum genus filicis thelypterum Græci uocant: alii nymphæ amptetum.

Thema, matis, n. t. θέμα, Latinè positum, seu positio dicitur. Sunt etiam themata mathematicorum apud Firmicum, affectiones natalitiæ, & quasi posturæ cæli, ἀποτελέσματα. Thema, controuersiæ declamandæ argumentum. Quin. lib. 7. capite 2. Erat mihi curæ in controuersiis forensib. nosse omnia quæ in causa uersarentur. Nam in scola certa sunt & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci uocant. Cicero proposita.

Thensæ, f. p. (ut docet Ascanius) Sunt sacra uehicula, cum pompa ordinum & officiorum: sic dictæ quod ante eas lintea tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas deducant, ἱερὰ ἕνεκα. Vel ἀπὸ τ῀ θέσθαι, hoc est à re diuina, & sic per th. scribitur. Cic. de Aruspicũ responsis, Te appello Lẽtule, cuius sacerdotii sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi libationes. Li. li. 5. Quæ augustissima uestis est, tensas ducẽtib. trũpbantibusue, ea uestiti medio ædiũ eburneis sellis sedere.

Theogonia, θεογονία, Deorum origo: quo nomine extat opus Hesiodi deorũ genealogias explicans. Cic. 1. de Nat. deor. Quum uerò Hesiodi Thegoniam, id est, originem deorum interpretatur, tollite omnino.

Theoleptus, θεολήπτος, minimè afflatus.

Theologus, gi, θεολόγος, Philosophus circa rerum diuinarũ cognitionem uersans. Cic. 3. de Nat. deor. Principio Iones tres numerant ii qui theologi nominantur.

Theologia, θεολογία. Prima philosophiæ pars, quæ uersatur circa Dei & rerum diuinarum contemplationem.

Theomachus, chi, m. s. Deo repugnans. Latinè.

Theombrotios, θεομβρότιος, Herba magica, qua Persarum Reges aduersus omnia cum animi, tum corporis incõmoda utebantur. Plin. lib. 24. cap. 17. Theombrotion triginta scœnis à Choaspe nasci, pauonis picturis similẽ, odore eximio. Hanc aũt à Regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatemq; mentis eandem deniq; semnion à potentiæ maiestate appellari.

Theorema, ris, n. t. Latinè speculatio, cõmentatio, θεώρημα. Cic. de Fato. Etenim si est diuinatio, qualibusnã à præceptis artis p̃ficiscitur p̃cepta appello, quæ dicũtur Græcè θεωρήματα Theoretice, θεωρητικὴ, ars quæ nullum exigens actũ, ipso rei cuius studiũ habet intellectu contenta est. Quin. lib. 2. ca. 18.

Theoria, f. p. pen. acuta, θεωρία, Speculatio meditatio, contemplatio, ἀπὸ τ῀ θεωρεῖν, quod est animo contemplari.

Theoresis, θεώρησις, comtemplatio.

Theotocos, cum accentu in penult. θεοτόκος. Virginis matris epitheton est, q̃ Latinè Deiparam uertere possumus. Cõtrà Theototocos accẽtu in antep. translato, θεοτόκος, passiuã habet significationem, idem ualens quod ex deo natus. Verũ huiusmodi dictiones merè Græcas, quæ nostris literis scribi non consueuerunt, satius fuerit è Græcolatino Lexico petere: quum huc nihilo magis pertineant q̃ Latinarum uocũ significationes ad Græcorum Lexica.

Ther, θήρ. Græcè, fera Latinè. Vnde Therodamas θηροδάμας.

Theos, θεὸς Deus, à quo multa per compositionem fiunt.

Theosebes, θεοσεβὴς, pius, religiosus.

Theosebia, θεοσέβια, pietas, cultus Dei.

Theotimus, θεότιμος, θεὸς Deus, τιμάω honoro, sic

Thimotheus, τιμόθεος, quasi honorans Deum.

Theriace, es, siue theriaca, cæ, f. p. θηριακὴ ἢ θηριακὰ τὰ, Medicamentum præstantissimum, multis ex simplicibus conflatum singulare aduersus uenena omnia remedium. Dicta Theriaca, ἀπὸ τῶν θηρίων, hoc est, à uenenatis bestiis, siue quod illarum carnes recipiat hæc compositio (fit enim ex uipenna carne) siue q̃ earum uenenis aduersetur. Plin. certè Theriacã ab effectu non à materia uidetur appellasse, non unam eius conficiendæ rationẽ præscribens, cui tamen nulla admisceat uenena. Quin & uitis quoddã genus in Thasso nascens, Theriacen appellat. non aliã ob causam, quã q̃ uenenatis omnibus uideatur resistere. Vide ipsum lib. 12. cap. 24. & li. 14. ca. 18.

Theriotrophion, pen. prod θηριοτροφεῖον, Viuariũ, in quo feræ aluntur. Varr. lib. 3. de Re rust. Sylua erat (ut dicebat) supra quinquaginta iugerum, maceria septa, quod non leporarium sed theriotrophium appellabat.

Therioma, n. t. pen. prod. θηρίωμα. Vlcus uiriliũ, interim & sedis, & partium aliarũ, multo & nigro sanguine malodoris, atra fit caro, & corroditur. Ex quo nasci quandoq; solet herpes esthiomenos. Ita uocatur ulceris genus, quod serpendo corpus ossa usq; deuorat, inæquale, ac cœno simile.

Therionarca, f. p. θηριονάρκη, Frutex est subherbaceus, resecto flore: inde nomen habens quod torporem afferat serpẽtib. quasi θηρίων ναρκὴ. Vide Plinium lib. 25. cap. 9.

Theristrum, n. s. θέρισρον, Velamen, uel uestis tenuis, qua utebantur mulieres Palestinæ. Dictum Theristrum: siue q̃ eo οἱ θερισταὶ, hoc est, messores, uterentur: siue quod ἐν θέρει, hoc est æstate maximè usui esset.

Thermæ, f. p. θερμαὶ, Loca aquas habentia aut sponte naturæ calentes, aut fornace calefactas, sudandi lauãdiue usib. deputata. ἀπὸ τ῀ θέρμης, hoc est à calore. Propriè tamẽ Thermas uocam⁹, quas sudãdi gratia ingredimur, quæ Seneca Sudatoria uocat. Quid (inquit) cũ sudatoriis? Omnis sudor p̃ laborẽ exeat. In quę uerò descendim⁹, ut lauemur, Balneas uocam⁹. & Balneatia. Græci βαλανεῖον. Quæ tamẽ differẽtia ꝑpetua nõ est. Nã & thermas p̃ balneis legim⁹ in quib. aqua calida lauamur Vide Vallã in Raudẽsẽ, & ea quę suprà annotauim⁹ in dictione Balneę. Mart. li. 1. Hic ubi miramur uolocia munera ther-

Thermulæ, arum, dimin. Mart. lib. 2. Hetrusci nisi thermulis laueris Illotus morieris Oppiane.

Thermefacio, θερμαίνω, significat esculẽtis atq; poculẽtis in gurgiatis, & exhaustis in Termopolio calefacio, Plaut. in St.

Thermopolium, n. s. θερμοπώλιον, Taberna in qua potiones ca

nes calidę uendebãtur. Plaut. in Curc. Tũ iſti Græci palliati, capite operto q ambulãt, ſemper uideas bibentes in thermopolio. Idem in Trin. in thermopolio Condalium es oblitus.

Thermopotæ, m. p. θερμοπότας, Qui calidã bibunt. Vnde Thermopotare uerbum effinxit Plaut. in Trin. Poſtquã (inquit) thermopotaſti gutturẽ recipe te & recurre, pede recenti. id eſt, poſtquam guttur calida potione oblectaſti.

Therodamas, θηροδάμας, quaſi ferarum domitor.

Theſaurus, ri, m. ſ. θησαυρός, Eſt ut Paulus Iurecõſultus, de Acquirendo rer. do. l. Nunquam inquit, tam uetus depoſitio pecuniæ ut eius nõ extet memoria, & iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit, quòd non alterius ſit. Alioquin ſi quis aliquid lucri cauſa, uel metus, uel cuſtodiæ condiderit ſub terra, non eſt theſaurus, utpote cuius etiã furtum ſit. Cic. 6. Philipp. Seruus domini patrimonium circumplexus, quaſi theſaurum draco. Idẽ 1. de Diuin. Reſpõdit coniector, theſaurũ defoſſum eſſe ſub lecto. Ver. 1. Aen. ueteres tellure recludit Theſauros, ignotũ argenti põdus, & auri. Accipitur tamen theſaurus pro quibuſuis diuitiis repoſitis. Ci. in Epiſt. Nã ſi Varronis theſauros haberẽ, tantos ſumptus ſuſtinere poſſem. Suppeditare alicui aliquid de ſuis theſauris. Ci. 2. de Finibus. Per translationẽ accipitur ꝑ quodã quaſi penu quarũuis rerũ repoſitarũ. Quintil. li. 2. ca. 7. Abundabunt aũt copia uerborũ optimorũ, & cõpoſitione, ac figuris iam non quæſitis, ſed ſponte, & ex repoſito uelut theſauro ſe offerẽtib. Cic. 1. de Oratore, Theſaurus rerũ omniũ, memoria. Nonnunquam & in malã partẽ accipitur: ut Theſaurus ſtupri, theſaurus mali. Plau. Amph. Teneo theſaurũ ſtupri. Idem Merc. Tu quidem theſaurũ huc apportaſti, mali. Theſaurus carbones facti ſunt, θησαυρὸς ἄνθρακες πέφυκεν, prouerbio in eos dici conuenit, q magnificis reb. expectaris, nil niſi fumum reperiunt.

Theſaurarius, adiectiuum ut Theſaurarii fures, apud Plaut. in Aulul.

Theſaurizo, zas, n. p. θησαυρίζω, Theſaurũ colligo, repono. Quod uerbũ frequẽter apud Eccleſiaſticos ſcriptores occurrit, alioqui claſsicis linguæ Latiuæ autoribus non receptum.

Theſis, ſis, f. t. θέσις. Quæſtio, ſiue argumentum quod nobis tractandum diſputandumúe proponimus. Cice. in Top. Propoſitũ interpretatur. proprie aũt Theſis (ut Rhetores utuntur) eſt quæſtio generalis & infinita, nullius perſonæ, loci, aut temporis circunſtantiis limitata. In quo differt ab hypotheſi, quòd ea ſit quæſtio definita, certis q perſonis, temporibus, & locis propria. Vt ſi hoc modo ꝓponamus, Sitne omnino ducenda uxor, theſis erit. Sin id de uno quopiam peculiariter quæramus, aut loci, tẽporisue circunſtãtiis reſtringamus, hoc modo, Sitne Catoni ducenda uxor Martia, eo tempore quo omnia flagrant ciuili bello: iam dicenda erit hypotheſis. Cic. de Orat. Orator à propriis perſonis, & tẽporibus ſemper, ſi poteſt, auocat cõtrouerſiã. Latius enim de genere, quàm de parte diſputare licet: ut quod in uniuerſo ſit probatũ, id in parte ſit probari neceſſe. Hæc igitur quæſtio à propriis perſonis ad uniuerſi generis rationem traducta, appellatur theſis.

Theta, θῆτα, Nomẽ eſt literæ Græcæ quæ apud nos ualet th aſpiratũ. Hæc in Græcorũ iudiciis nota erat cõdemnationis, quemadmodũ apud Latinos C. quòd ea ſit prima litera in dictione θάνατος, quæ illis mortẽ ſignificat. Huc alluſit Perſius ſatyra 4. Et potis es uitio nigrum præfigere theta.

Theumeſſus uide Teumeſſus. Theuthoni, uide Teutoni.

Theutras uide Teutras.

Thlaſpi, ſiue Thlaſpidion ſiue Thlaſpe, es. θλάσπι, τὸ θλασπίδιον. Diſcoridi: θλάσπη Galeno. Herba eſt quam uulgus herba riorũ naſturtiũ tectorũ uocat. Dictũ thlaſpi ἀπὸ τῦ θλᾶν, quod eſt cõtundere, ſiue cõfringere: eò q ſemẽ lenticulæ ſit ſimile, ſed infractum. Eſt & thlaſpi alterum, quod nonnulli ſinapi Perſicum appellant. Vide Plinium lib. 27. cap. 13.

Thoës, oïs, θῶης, Lupi genus, cæteris procerius curtumq leuitate diſſimile, uelox ſaltu, uenatu uiuens, iunocuũ homini, per hyemes hirtũ, æſtate nudum, Autor Plinius lib. 8. ca. 34.

Tholos, θόλος, m. ſ. Proprie erat umbilicus teſtudinis in templis, ex quo donaria ſuſpendi ſolebant. Vergil. lib. 9. ſi qua ipſe meis uenatib. auxi, Suſpẽdiue tholo, aut alta ad faſtigia uexi. Ouid. lib. 6. Faſt. Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.

Thorax, m, t. θώραξ, A medicis, & rei anatomicæ peritis, dicitur pars corporis ab ipſis clauibus uſq ad diaphragma, coſtis undiq circunſcripta, partesq uitales continens. Vnde quum apud Plinium Celſumúe legimus, medicamentũ aliquod uitia pectoris purgare, intelligere debemus concauitatẽ illã quę intra ſeptum pectoris continetur. Accipitur itẽ pro quouis munimento pectus tegente, ſiue illud laneũ ſit, ſiue ferreũ. ſiue ex alia materia confectum. Verg. 10. Aen. ¶ Thoraca ſimul cum pectore rupit. Idem 11. Aene. Thoraca indutus aheneis. Horrebat ſquamuis. Plin. lib. 7. cap. 20. Nos quoq uidimus Athanatum nomine, prodigioſæ oſtentationis quingenario thorace plumbeo indutum, cothurniſque quingentorũ pondo calciatu per ſcenam ingredi. Laneus thorax. Suetonius de Auguſto, Hyeme quarernis cum pingui toga tunicis, & ſubucula, thorace laneo, & femoralibus muniebatur.

Thoracatus, θωρακοφόρος, Qui thorace indutus eſt. Plin. li. 35. Parrhaſius pinxit Nauarchum thoracatum.

Thracias, θρακίας, Diſcordi, uel Thracius lapis, Silex eſt tã admirabilis naturæ, ut aqua madefactus accẽdatur, oleo aũt affuſo reſtinguatur. Ita dictus (ut Nicandro placet) eo quòd in Ponto Thraciæ flumine inueniatur. Vide Galenum 9. Simpl. & Dioſcorid. lib. 5.

Threnodia, f. p. θρηνῳδία, Cantus lugubris: quo genere primus omnium Simnoides uſus fertur apud Græcos.

Thridacias, θριδακίας. Mandragora fœmina à lactucarum ſimilitudine, quas θριδάκας, uocãt Græci, nomine impoſito Autor Dioſcorides lib. 4. cap. 17.

Thrips, θρίψ, Teredinis genus lignum erodens, culici non diſſimile. Autor Plinius lib. 16. cap. 41.

Thronus, m. ſ. θρόνος, A noſtris ſedes, ſiue ſolium dicitur. Quamuis in Scripturis ſacris throni quandoq non pro cathedris, ſed pro uirtutibus aliquibus cæleſtibus, in quibus Deus ſemper ſedeat, quaſi in quadriga ſua ponatur.

Thrulla, & Thruliſſas, uide Trulla.

Thryallis, f. t. θρυαλλίς, Genus herbæ, quæ alias Lychnitis dicitur, folia habens terna, aut quũ plurima, quaterna, craſſa, pinguia q, ad lucernarũ lumina apta. Vide Pli. li. 25. cap. 10.

Thryps, uide ſuprà Trips.

Thunus, (ſic enim antiqui ſcribebant, qui nullam recipiebant literam peregrinam) uide Thyannus.

Thurianus, Genus eſt piſcis marini, quem alii xiphiam uocant. Plin. lib. 32. cap. 11.

Thus, thuris, n. t. λίβανος. Lachryma eſt exiguæ arbuſculæ, uni rerrarũ Arabiæ cõceſſæ, gratiſsimũ in ſacrificiis deorum ſuffitũ præbens: unde etiã nõnulli nomẽ accepiſſe exiſtimãt. ἀπὸ τῦ θύειν, quod eſt ſignificare. Alii Latinã uocẽ eſſe putant à tundendo dictã: unde & citra aſpirationem ſcribere malunt, Sed de hoc latius infrà ſuo loco.

Thya, θύα, Arbor odorifera, quæ notiore nomine cedrus, & ab Homero trogete dicitur: teſte Plinio lib. 24. cap. 16.

Thyaſus, θύασος, Saltatio, ſiue chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur: à uerbo θυάζειν, quod eſt Orgia celebrare. Vergil. 5. Eclog. Inſtituit Daphnys thyaſos inducere Baccho.

Thyites, penul. prod θυίτης, Genus eſt lapidis duriſsimi, ex quo mortaria fieri cõſueuerunt: unde & à Plinio lapis mortariorum uocatur: & à Græcis θυίτης, quibus θυία mortariũ eſt.

Thymallus, m. ſ. Genus piſcis pretioſi, de quo Ambroſius li. Hexa. Neq te inhonoratũ noſtra perſecutione thymalle dimittã, cui à flore nomen inoleuit, ſeu Ticini unda te fluminis, ſeu amœni Atheſis umbra nutrierit, flos es. Quid ſpecie tua gratius? quid ſuauite iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo ſpiras.

Thymbra, ræ, f. p. θύμβρα. Diſcorid. Herba eſt ſatis nota, quam Latini cunilam appellant, apibus gratiſsima: unde etiam ſcriptores rei ruſticæ circa aluearia ſerendam præcipiunt. Vergilius 4. Georg. Et grauiter ſpirantis copia thymbræ. Duæ autem ſunt thymbræ ſpecies, ſatiua, & agreſtis: illa condimentis gratior, quæ & Satureia dicitur: hæc medicinæ utilior.

Thymele, f. peultima corr. θυμέλη. Pulpitum erat in orcheſtra altum pedes quinq, in quo chorus Tragœdiarũ, & Comœdiarum, quoad Comœdiæ chorum habuerunt, cæteriq perſonam non habentes, fabulæ ſubſeruiebant: hiſtrionibusq in ſcenam abditis, populum geſticulatione retinebant. Eſt præterea Thymele nomen notiſsimæ ſaltatriculæ, cuius geſticulatione Domitianus impenſè fertur delectatus. Matt. lib. 1. Qua Thymelen ſpectas, deriſoremq Latinum, Illa fronte, precor, carmina noſtra legas. Vide de hoc plura in Annotationibus Viuis in Auguſtinum de Ciuitate Dei.

Thy-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Thymelici, m. ſ. θυμελικοί, Dicũtur geſticulatores, qui in pulpito orcheſte &, q thymelẽ uocabãt, fabulæ ſubſeruiebant, & hiſtrionib. in ſcenã abditis populũ geſticulatione retinebãt. Meminit horũ Vitruuius, diuerſosq eos facit à ſcenicis. Scenici enim dicebãtur hiſtriones, qui in ſcena fabulã agebãt: thymelici uerò qui perſonam ex fabula non habentes, ante ſcenam in orcheſtra ſaltabant, & ſcenæ ſubſeruiebant.

Thymiama, atis, n. t. θυμίαμα, Suffitus, uaporatio, ſuffimentum, ἀπὸ τῦ θυμιᾶν, quod eſt uaporare, ſuffire.

Thymiaterium, Thuribulum, uel etiam locus in quo ſuffitus ſolet adoleri.

Thymus, uel **Thymũ**, m. uel n. ſ. θύμον, Frutex humilis. odoratus, apibusq gratiſsimus. Verg. 3. Ecog. Dumq thymo paſcentur apes, dũ rore cicadæ. Hor. 2. Carm. ut apis Matinæ Grata carpẽtis thyma per laborẽ. Sunt aũt thymi duo genera: albũ ſcilicet, & nigrũ. Vnde Bithymũ mel, quod ex utroq thymo collectũ eſt. Plin. li. 11. ca. 16. Thymus item (ut inquit Iulius Pollux) uerrucula eſt Aegyptiæ fabæ magnitudine, ſcabra, & ſubrubens ſanguine, cuius ſumma pars (ut Celſus inquit) florem thymi repræſentat, in genitalibus, ſeu fœminibus, palmis, & inferioribus pedum partibus naſcens. Vide Plinium lib. 21. cap. 10.

Thymites. pen. prod. θυμίτης, Vinũ thymo conditũ, ea forma dictũ qua abſinthites, & Abrotonites. de quo Col. li. 12 ca. 36.

Thyminus, adiect. Quod ex thymo factũ. Col. li 6 ca. 33. Cũ mel le Attico, uel ſi id nõ eſt, utiq thymino, celeriter leuatur.

Thymoſus, aliud adiectiuũ, Plí. libr. 11. cap. 15. Thymoſum mel non coit.

Thynnus, θύννος, Piſcis marinus eſt notiſsimus, qui menſe Maio copiſsimè capitur in freto Gaditano. Nam id tẽporis ex Oceano Atlantico in mare Mediterraneum irrumpit nõ paruo Gadltanorũ quæſtu, qui infinitã eorum multitudinẽ retibus extrahũt cetariisq infertur, ſaliuntq membratimq diſſectos, & in cadis aſſeruatos celebri mercimonio per omnem Europam diffundunt. Gallicè de la Thonyne. Hæc ferè ex libello Pauli Iouii de Romanorum piſcibus.

Thynneũ, penul. prod. θυννῖον, Sacrũ erat quo piſcatores Neptuno thynnum immolabant, ſpe impetrandæ ab illo felicioris capturæ. Vide Cælium Rhodiginum lib. 7. cap. 6.

Thyrſus, m. ſ. θύρσος, Propriè dicitur illud in herbis quod uirgulæ in modũ uel teli rectitudinẽ cõſurgit. Plí. li. 19. ca. 8. Inuentũ omnes thyrſos, uel folia lactucarũ prorogare urceis cõditos, acrocentos in patinis coquere. Idẽ Folia lactucæ toſta, thyrſusq ex aceto bibũtur. Lucretius accipit thyrſum p furore, ardore, ſtimulo uel inſtinctu, quũ ait, Percuſsit thyrſo laudis ſpes magna meũ cor. Eſt præterea thyrſus haſta aculeata, hedere obtecta, quã in Orgiis Bacchę quatiebãt. Tacitus, Meſſalina crine fluxo thyrſum quatiens, Scribit Diodorus, Dionyſium in exercitu habuiſſe mulieres thyrſis armatas. Et Macrobius ait, Liberũ patrẽ tenere thyrſum. quod eſt latens telum, cuius mucro hædera lambente protegitur.

Thyrſiger. Dictus eſt Bacchus, θυρσοφόρος. Seneca in Medea, Candida Thyrſigeri proles.

Tiara, pen. prod. gen. f. p. τιάρα καυσία, Ornamentum capitis Perſicarũ prius mulierũ, quo poſtea uſi ſunt reges, & ſacerdotes, Iuuen. ſatyr. 6. Et Phrygia ueſtitur bucca tiara. Vergil. per uſurpationẽ dixit. Sceptrumq, ſacerq tiaras. Alioq enim Tiara dicimus. teſte Seruio. Hiero. ad Fabiolã, Quartũ eſt genus ueſtimẽti rotundũ pileolum, quaſi ſphęra media ſit diuiſa, & pars altera ponatur in capite, Hoc Græci & noſtri τιάραν, nõ nulli galerũ uocãt. Nõ habet acumẽ in ſummo, nec totũ uſq ad comas tegit, ſed tertiã partẽ, à frõte inopertã relinqt, atq ita in occipitio uitta conſtrictũ eſt, ut uix labatur ex capite.

Tibia f. p. Propriè eſt os cruris oppoſitũ ſuræ. κνήμη. Celſus li. 8. ca. 1. Ipſum aũt crus eſt ex oſsib. duobus, &c. Verũ alterum os ab exteriore parte, &c. alrerũ à priore parte poſitum, cui tibiæ nomẽ, eſt lõgius, & in ſuperiore parte plenius ſolũ cũ femoris inferiore capite cõmittitur, ſic cũ humero cubitus. Tibia itẽ uocatur inſtrumentũ muſicũ oblongũ, teres, & foramiuoſũ, q inflatũ, & digitis modò adductis, modò reductis tẽperatũ nõ iniucũdã reddit ſymphoniã, αὐλὸς Has primũ ex gruũ tibiis cõfectas exiſtimãt, & inde nomẽ accepiſſe. Hor. de Arte, Tibia nõ, ut nũc, orichalco uincta tubęq Aemula: ſed tenuis, ſimplexq foramine pauco. Oui. ſ. Triſt. eleg. 1. Tibia funerib. cõuenit iſta meis. Ci. 1. Tuſ. Nõ intelligo quis metuat, quũ tã bonos ſeptenarios fundat ad tibiã. Ver. 8. Eclog. Incipe Menalios mecũ mea tibia uerſus. Cic. de Clar. Orat. Si tibiæ inflanxon referant ſonum, abiiciendas eas tibi tibicen putet.

Tibialia, lium, n. t. uelamenum tibiarum, περισκελίδες. Suet de Auguſto, Hyeme quaternis eum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus munieba tur. Tibialia pro ocreis quibus tibiæ militum muniuntur Paulus Iureconſultus, Si tibiale uel humerale miles alienauit, caſtigari uerberibus debet.

Tibialis, le, o. t. Quod eſt idoneũ ad tibias faciẽdas. αὐλητικός. Plí. ca. 37. Tertia arũdo eſt tibialis calami, quẽ auleticõ uocãt.

Tibicen, inis, m. t. ſecũda ſyllaba prod. Qui tibia canit. αὐλητης. Plaut. in Pſeud. Tibicen uos interea hic delectauerit. Cic. ad Gallũ li. 7. Ille aũt qui ſciret ſe nepotem bellũ ticicinẽ habere & ſat bonũ unctorem, diſceſsit à me. Horat. 2. Epiſt. 1. Nunc tibicinibus, nũc eſt gauiſa Tragœdis. Tibicines itẽ, ἀντηρίδες, pilæ dicuntur ſiue tigna, quibus ædificia inclinata & alioqui ruitura ſuſtinẽtur. Iuuen. ſatyr. 3. Nos urbẽ colimus tenui tibicine fultã Magna parte ſui. Tibicẽ, p ſuſtẽtaculo telæ. Oui. 6. Faſt. Hæc modò uerſabat ſtantem tibicine telã. Verg. quoq hemeſtichia ſua, quę in Aeneide aliquot reliquit imperfecta, tibicines appellabat, eo quòd ad fulciendã ſupplẽdamq ſententiã, ad tempus eſſent inſerta. Ipſæ quoq particulæ quibus uerſuũ hiatus replentur, alioqui nihil faciẽtes ad ſententiã, tibicines à Grammaticis appellãtur. Quale eſt hoc apud Vergilium, Sic fortè precatur. Nam ſi fortè uacat.

Tibicina, næ, f. p. pen. cor. Mulier tibia canens: quemadmodi Fidicina, quæ canit fidibus. αὐλητρίς. Martial. lib. 14. Ebria non madidis rumpit tibicina buccis.

Tibín, inquit Origenes ſuper Exodum, eſſe genus tegminis ex uirgis aut papyro contextum, uel etiam ex arborum cortice formatum intra quod Moſes expoſitus fuit.

Tignus, ni, maſculini generis: & Tignum, neut. Trabs, qua uariè diſpoſita domus extruitur: & propriè, cui ſuperponitur tectũ: à tegendo nomẽ deductũ, δοκὸς, δοκὸς, ἱερεῖον. Lucr. li. 1. Nec quũ ſubſiliunt ignes ad tecta domorũ, Et celeri flamma deguſtant tigna, trabesq. Horatius de Arte poẽt. Et modicis inſtrauit pulpita tignis. Ouid. 8. Metamorp. ſordida terga tuis nigro pendentia tigno. Iuue. Satyr. 3. ferit aſſere duro Later: at hic tignũ capiti incutit, ille meretã. Cæſar. 4. bel. Gal. Tigna bina ſeſquipedalia ab imo præacutã, dimenſa adaltitudinem fluminis. Tigni nomine omne genus materiei, ex qua ædificia conſtant, continetur inquit Vlp. de tigno iunctol. & Ad exhib. l. Tigni & Baius de Verb. ſignif. l. Tigni. Sed & uineis tigni appellatione omnia uineis neceſſaria continẽtur, utputa perticæ, pedamẽta, ut ait ibid. Vlp. Hinc Cõtigno, gnus tigna ædificio cõiungo, συνηρτάω Pli. lib. 9. Alexandri Magni claſſiũ præfecti, p didere in domibus fores maxillis beluarum, ſcilicet balænarũ facere, oſsib. tecta cõtignare, ex quibus multa quadrageſimũm cubitorũ lõgitudinis reperta. Cõtignatio, textura ipſa trabium, ac tignorum Coaſſatio uerò aſsium dicitur, hoc eſt tabularum.

Tigillus, & Tigillum, diminutiua. δοκίδιον. Liu. lib 1. ab Vibe, Tranſmiſſo per uiam tigillo, capite adoperto, uelut ſub iugã miſit iuuenem. Tibul. lib. 2. Eleg. 1. Illi compoſitis primum docuere tigillis, Exiguam uiridi fronde operire domũ, Catul. Ianua ſuffixa tigillo.

Tignarius, a, um, adiect. Tignarius faber, Qui tigna dolat, aut ædificio adaptat. λαξευτοίος. in qua ſignificatione legitur, & Tignarius abſolutè. Cic. de claris Orat. Ego me philidiam eſſe mallem quàm uel optimum tignarium.

Tigris, huius tigris, & tigridis, f. t. τίγρις, Fera ſæuiſsima, & ue locisſima in Hyrcania maximè abundans: ita dicta, quod ſagittæ uelocitatem, quam tigrim Medi appellant, curſu uideatur adæquare. Verg. 4. Aen. Hyrcanæq admorunt ubera tigres. Arrianus, qui res geſtas Alexandri condidit, tigrim feram Indicam, non eam eſſe uoluit quam uulgus Tigrim nominat, ſed hanc eſſe thoa: tigrim uerò equi magnitudine eſſe, à ſuperiori longè diuerſam.

Tigrinus, na, num: ut, Tigrinæ menſæ, hoc eſt uenarum diſcurſu tigridum maculas referentes. Plí. li. 13. ca. 15. Menſis præcipuados in uena criſpis, uel in uertice uariis. Illud oblongo euenit diſcurſu, ideoq tigrinæ appellatur.

Tília, æ, f. p. Arbor eſt apud Gallos nomẽ retinens, folio hederaceo, molliore, & in angulum acutiorẽ rotũdiore, & prolixiore, in orbẽ lentè criſpo, atq ſerrato flore tantiſper dũ calyculo cõtinetur, herbaceo: dũ emerſit, flauo: fructus magnitudine fabæ, ſimilis acinis hederę: in quo ſemẽ prætenue, quantũ atripli ci, omnib. animalibus ingratũ, quã foliorum pabulo maximè ducantur φίνυρα. Vergilius lib. 2. Georg. Nec tiliæ leues

nec

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nec torno rasile, buxum. Ouid. 10. Met. Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus. Tiliæ item dicuntur uincula ex arboris huius membranis tenuissimis, inter corticem & lignum sitis. Plin. lib. 16. cap. 14. Inter cortices & lignum tenues tunicas multiplici membrana: è quibus uincula tiliæ uocãtur. Tenuissimę earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquoruḿ honore.

Tiliaceus, a, um, Quod ex tilia confectum est, φιλύρινος, Iulius Capitolinus de Antonio Pio, Quum senex & longus esset, incuruaretuŕ, tiliaceis tabulis in pectore fasciabatur. Col. lib. 12. cap. 41. Arculæ fagineę, uel etiã tiliaceæ, quales sunt in quibus uestimenta forensia conduntur, huic rei paulò ampliores præparari debent.

Tilicia, iocularis dictio. Cic. de Clar. Orat.

Timeo, es, ui, n. s. Metuo, horreo, reformido, uereor, φοβέομαι ἀποδειλιάω. Cic. pro Flacco, Nihil magis quàm perfidiam timemus. Variis modis construitur. Dicimus enim, Timeo te, tanquam inimicum: Timeo tibi, tãquam amico, ne quid in ali tibi accidat. Ter. And. Pamphili uitæ timeo. Timeo mihi abs te, Cic. pro Sylla, A quo quidem genere, Iudices, ego nunquam timui malum. id est, non timui ne malum mihi inferrent. Inuenitur etiam cum ablatiuo, mediante de. Ouid. lib. 4. Fast. Nec timui de, morte: tamen metus obstitit. Item dicimus Timeo furem tauro: id est, ne fur taurum furetur. Iuuen. Saty. 6. quum furem nemo timeret Caulibus, aut pomis. Dicimus etiam timeo pro amico, Gel. lib. 29. cap. 1. Illum autem pro Aristippi anima timere. Timeo quẽ admodum hæc explicari possint, Cic. lib. 15. Epist. Nunc istic quid agatur, magnopere timeo, Idem ad Atticum lib. 2. Speciale est autem in hoc uerbo, & in cæteris eiusdẽ significationis, ut siue sequatur negatio, siue nõ, nihil addat, detrahatus sententię. Nihil enim refert num ita dicas, Timeo ut possit: an sic, Timeo ne possis. Cõposita huius uerbi sunt Extimeo, pertimeo, & prætimeo: quorum significata uide suis locis.

Timidus, a. um, Pauidus, meticulosus, δειλός. Cice 1. Offic Ne imbelles, atq́ timidi uideamur. Cic. pro Marc. Si in alterutro peccatũ sit, mali uideri nimis timidus, quã parũ prudẽs.

Timidè, aduerb. Pauidè, minus audacter. Cice. 2. Tusc. Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendũ, ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignauè, ne quid seruiliter, muliebri terue faciamus.

Timiditas, atis, f. t. Procliuitas ad timorem, δειλία. Cicer. 4. de Finib. Ex rebus enim timiditas, non ex uocabulis nascitur. Idem 3. Tusc. Quæ qui recipit, recipiat necesse est timiditatẽ & ignauiã. Idem in Partit. Verecundiam timiditas imitatur.

Timor, is, m. t. Est (ut Ci. 4. Tusc. quæst: inquit) metus mali ap propinquãtis, φόβος, δέος. Facere alicui timorẽ. Ci. li. 10. Epist. Quę res mihi facit timorẽ. Affici timore de aliquo. Idẽ li. 11. Epist. Amic. de nobis magno timore afficiũtur. Inijceretimorẽ. Idẽ Art. Nostris animus accessit: hostib. timor iniectus est. Perculsus timore, Idẽ ibidẽ, Ciuitas perculsa magno timore.

Timiopolæ, com. p. τιμιοπῶλαι. A Græcis dicuntur, qui præmercantur ut rerũ pretia accendãt, annonamq́ flagellent: id est, duriorem, carioreḿq faciant, pretio non parcentes.

Timor, uide Timeo.

Tin, Antiqui pro eum dixerunt.

Tina, f. p. Vasis uinarii genus, q́ à Festo tiniõ appellatur, Var. lib. 1. de Vita pop. Rom. ut citat Nonius. Antiqui in cõuiuijs utres uini primo, postea tinas ponebant. Tina item Ptolemæo li. 2. ca. 3, fluuius in tractu orientali Britanniæ insulæ.

Tinctilis, Tinctura, uide Tingo.

Tinea, æ, f. p. Vermiculus est qui aut situ, aut puluere: ac putredine interdum nascẽs, uestes, aut libros abrodit, σής. Hor. 1. Epist. 21. ad librũ suum: aut tineas pasces taciturnus inertes. Aut fugies Vticam, aut uinctus mitteris Ilerdam. Itẽ tineę uentris uermes sunt, in intestini recti extremo nascẽtes. ἕλμινθες. Celsus Lumbricos appellat. Pli. li. 11. ca. 33. Sic intra hominem tineæ tricenũ pedum, aliquando & plurium longitudine. Itẽ tineę sunt uermes in aluearibus apibus noxij. Col. lib. 9. cap. 14. Præterea ut tineæ, si apparuerint, eneruantur, papilionesq́ enecentur, qui plerumq́ inter alueos morantes, apibus exitio sunt, Nam & ceras erodunt, & stercore suo uermes progenerant, quod alueorũ tineas appellamus.

Tineosus, sa, sum, ἑλμινθώδης, ut Aluei tineosi, apud Col. lib. 9. capite 14.

Tingo, gis, xi, tũ, a. t. uel tinguo, Inficio, madefacio, immergo, colore uel humore imbuo, βάπτω. Mart. lib. 5. Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis. hoc est, unctis, & coloratis. Ver. 1. Aen. Quid tantùm. Oceano properent se tingere Soles, id est, immergere. Martial. libr. 1. tingit cutẽ Carinus, & tamẽ pallet, Ver. 3. Geo. Ac uix suppositi tingũtur sanguine cultri.

Tingens, tis, participiũ. Plin. lib. 6. ca. 38. Sed id tingentium officinæ ignorant, quum summa uertatur in eo.

Tinctus, a, um, participiũ passiuũ. Idem, quod immersus, uel infectus: ut, Spicula tincta uenenis, Oui. 9. de Pont. Idem 1. de Arte, Consule de gemmis, de tincta murice lana, Consule de facie corporibusq́, diẽ. Per translationẽ accipitur pro lẽuiter imbutus, Cic. 1. de Orar. Sit enim mihi tinctus. Idẽ de Claris Orat. Ergo illam patris elegantia tinctam.

Tinctus, ũs, m. q. ipse tingendi actus. Pli. li. 10. ca. 48. Et alia eodem nomine croceo tinctu.

Tinctura, æ, f. p. Infectio, imburio coloris, βαφή. Pli. li. 37. ca 9. Adulteratur maximè tinctura, idq́ in gloria regis Aegypti ascribitur qui primus eam tinxit.

Tinctilis, le, pen. cor. Quod intinctũ est, βαπτόν. Oui. de Trist. lib. 3. Nam uolucri ferro tinctile uicus inest.

Tinia, Vasa uinaria apud antiquos fuere, ut inquit Festus, πτίνα. Nonius Titus appellauit, Erãt autẽ hæc uasa minora, & omnino diuersa ab ijs quæ apud nos sub hoc uocabulo habentur, nec ad eos usus parata. His nanq́ è ligno fabricatis, musta cum uinaceis nostri ebulliunt. Apud ueteres autem inter ἐπιτραπέζια numerantur.

Tinno, nis, niui, itum, n. q. Propriè de metallis dicitur, quę ex eorum pulsatione sonus efficitur, κωδωνίζω, ἠχέω. Tinnit enim aurum, argentũ, æs, ferrũ, stannũ, orichalcum, & huius modi. Hinc Circuntinnio compositũ. Varro 3. de Re rust. ca. 16. Quũ à mellario id fecisse sunt animaduersæ, iaciendo in eas puluerẽ, & circuntinniendo ære perterritas, quò uoluerit perducet. Tinnire quoq́ dicitur auris, quum inclusi subtiles uapores interdum per membranã illam quę in auribus est emergunt, & sonũ illum fictitiũ edunt. Catul. ad Lesbiã, epigr. 48. Aures tinniunt suopte sonitu.

Tinnimentũ, ti, n. s. Ipse tinniendi actus, κωδώνισμα. Plaut. in Rud. Illud quidem ædepol tinnimentũ est auribus.

Tinnitus, tus, m. q. Metalli sonitus, κωδώνισις. Pli. li. 11. ca. 10 Apes gaudent plausu, atq́ tinnitu æris. Verg. 4. Geor. Tinnitusq́ cie, & Martis quate cymbala circum. Aurium tinnitu præsentire. Plin. lib. 28. cap. 2.

Tinnulus, a, um, Quod acutum edit sonũ cuiusmodi est sonus metallorum, λιγυρός, ἠχώ. Oui. Tinnulaq́ æra sonant, & olet myrrhaq́, crociq́. Quin. lib. 2. cap. 3. Nam & tumidos, & coruptos, & tinnulos, & quocunq́ alio cacozeliæ genere peccãtes, certum habeo non uiriũ, sed infirmitatis uitio laborare.

Tintino, as, n. p. pen. cor. Pro resono, ἀλαλάζω. Catullus ad Lesbiam. sonitu canoro Tintimant aures. Dicitur & Tintinio, is, niui, Afrannius, Tintiniui, ianitoris impedimenta audio.

Tintinnabulum, li, n. s. Instrumentum æneum, quo populus lauandi ora ad balneas conuocari solebat, κρόταλον, κώδων. Nomen factitium à sono quem edit. Iuuen. sat. 6. Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas Pulsari. Pli. li. 36. ca. 15. Vt in summo orbis æneus, & petasus unus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula: quæ uento agitata longè sonitus referant, ut Dodonæ olim factum.

Tintinnaculi, m. s. Qui flagris cędũt fontes ob noxã, & loris bubulis, castigant, κροταλίζοντες. Ficto uocabulo à sonitu, quẽ uerbera efficiunt. Nam dum uerberant, & cædunt flagris tinnitum reddere uidentur ex crepitu plagarum: quæ percussio à Plauto dicitur rax, per Onomatopœiam, à sonitu quem reddit. Id genus homines flagratore, dicebantur, & lorarii: nam cædendo loris, & flagris hunc sonum faciunt. Plaut. in Truc. Nisi ad tintinnaculos nultis uos educi uiros.

Tinnunculus, Auis est, teste. Plin. lib. 10. cap. 37. columbas defendens, & accipitres territant occulta naturæ ui, in tantum ut uisum uocemq́ eius fugiant.

Tipula, æ, f p. pen. cor. Vermis sex pedes habens, sed tantæ leuitatis, ut super aquam currens non desidat. Plaut. in Persa, Neq́ tipulæ leuius pondus est, quàm fides lenonia.

Tis, genitiuus, est antiquus à Tu pronomine, σοῦ. Plaut. in Milit. Tis egeat, quia te careat, ob eam rẽ huc ad me missa est.

Tithymalus, m. s. τιθύμαλος, herba est lacteum emittens, succum: cuius septem enumerantur genera. Choracias, myrsinites, paralios siue tithymalis, helioscopios, cyparissias, dendroides, & platyphyllos. Col. libr. 9. Tithymalus maiorũ quoq́ animalium uentrem soluit. Idem paulò suprà, Maximusq́

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

musq; uel minimus annus carũ labor est initio ueris quo thymali floret frutex. Plin. li. 26. ca. 10. Dioscorides li. 4. ca. 198.

Titillo, titillas, a. p. Leui attrectatione alarum, aliarumue molliũ corporis partiũ risum cuipiã moueo. γαργαλίζω, κνάω. Per translationẽ tamẽ accipitur pro quouis modo blãdiri, & uoluptate afficere. Cic. 1. de Finib. Nam si ea sola uoluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ita dicam, &c. Lucret. li. 2. & quæ Titillare, magis sensus quàm lædere possunt. Horatius. 2. Serm. saty. 3. Præterea ne uos titillet gloria.

Titillatio, onis, f. t. uerbale, Ipse titillãdi actus. γάργαλος. Cic. in Cat. At nõ est uoluptatum tanta quasi titillatio in senibus.

Titillatus, us, m. q. Idẽ. Pli. li. 11. ca. 37. In eadẽ præcipua hilaritatis sedes, q; titillatu maximè intelligitur alarum, quas subit.

Titio, onis, m. t. Lignum adustum, quod ab igne extrahitur, δαλός. Celsus lib. 3 cap. 12 Fomentisq; protinus ualidioribus totum corpus circumdare conuenit, maximeq; inuolutis restis, & extinctis titionibus.

Titiuilitium, tii, n. s. Dici uoluerunt (inquit Nonius) fila putrida, quæ de telis cadũt. Plautus in Cat. Nõ ego istud uerbum empsitem titiuilitio. id est, re admodum uili.

Titubo, as, n. p. pen. cor. propriè pedibus insistere nequeo: quod accidere solet ebriis, aut longo iã morbo languidis. παραφέρομαι, συγκλόνεμαι, ὑποφέρεμαι. Ouid. 3. Metam. Ille mero, somnoq; grauis titubare uidetur. Quintil. Sed iugulasti uulneratum, titubãtem strauisti. Transfertur ad animum, quoties ab animo uerba dissentiunt, quod inconstantiæ signum esse dicitur: ut apud eundem, Neq; ulla unquã tanta fuerit dicendi facultas, quæ non titubet, aut hæreat, quoties ab animo uerba dissentiunt. Plaut. in Mil. cogitare Nequid ubi miles uenerit, titubetur. Teren. in Heaut. Verùm illa ne quid titubet. Cic. ad Att. li. 8. uidebis breui tempore magnos, nòn modo eos qui nihil titubarent, sed etiam illũ ipsum qui peccauit, Catonem. Horat. 2. Epist. 13. Caue ne titubes, mandataq; frangas. Titubare quóq; lingua & dentes dicuntur. τραυλίζω. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. Hæc ubi sum furtim lingua titubante locutus, &c. Idem 6. Fast. Nec mora, conuiuæ ualido titubantia uino Membra mouent.

Titubatus, participij sine uerbo, ut inq; Ser. nã titubor nõ legitur. Verg. 5. Aen. uestigia presso Haud tenuit titubata solo.

Titubantia, æ, f. p. & Titubatio, onis, uerbalia, Id est ipse titubandi actus, τραυλισμός. Sueton. in Vitel. Ac de hac quoq; liberos utriusq; sexus tulit. sed marem titubantia oris propè mutum, & elinguem. ad Herennium li. 2. Vt ne paruula quidem titubatione aut offensione impediremur.

Titubanter, aduerbium, Inconstanter. Cic. pro Cælio. Posuisti enim. atque id tamen titubanter & strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse.

Titulus, m. s. Inscriptio cuiuscunq; operis: quod scilicet libro, operi, uel statuæ superscribitur, ut statim primo aspectu argumentũ noscamus, aut artificem, ἐπιγραφὴ, τίτλος. Sueto. in Domit. ca. 5. Plurima & amplissima opera incẽdio consumpta restituit, sed omnia sub titulo tantũ suo, ac sine ulla pristini authoris memoria. Martialis. lib. 2. Vnum de titulo tollere iota potes. Ouid. li. 1. de Remed. Amo. Legerat huius amor titulũ, nomenq; libelli. Dictus titulus à tuendo, quasi tutulus, quod tueatur factum autoris, si quis alterius opus esse contẽdat, ueri opificis indicet nomẽ. Per translationẽ quandoq; ponitur pro laude & dignitate. Ouid. lib. 1. Fast. At tua prosequimur studioso pectore, Cæsar, Nomina, per titulos ingredimurq; tuos. Aliquando p monumento. Apulcius, Auorũ, & proauorum titulis clarus. Tituli etiam dicti sunt milites, quasi tutuli, quòd patriam tuerẽtur. Vnde & Titi prænomen ortũ est, inquit Festus. Persius, Hic nec more probo uideas, nec uoce serena Ingẽtes trepidare titos. Titulo tenus, id est, solo titulo, & non reipsa.

Tityrus, τίτυρος. Vox Græca maiorẽ gregis arietẽ denotans.

Tmesis, sis, fœm. gen. τμῆσις. Est unius uerbi compositi, uel simplicis sectio, una dictione, uel pluribus interiectis. Ver. 3. Georg. Septem subiecta trioni. Idem 1. Aen. Et multo nebulæ circum dea fudit amictu, pro circunfudit. Hoc aũt tolerabile est, inquit Seruius, in sermone compositio: cæterum in simplici nimis est asperum, quod tamen aliquando fecit antiquitas: ut, Saxo cerebrũ minuit. Vtũtur & hac figura non nunquã oratores Cicero pro Sestio, Quisquis erat q; aliquã partẽ in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quod iudiciũ cunque subierat, damnabatur. Id est, quodcunq; iudicium.

Toga, æ, f. p. Vestis communis omnium Romanorum, tam fœminarum quàm mariũ: sicut palliũ Græcorũ. τρίβων, Plutarcho, τήβεννα, Athenæo. Dicta toga à tegendo, quod corpus tegat. Superimponebatur aũt tunicæ, uel potius tunicis. Hæc laxa erat, & in sinum multis crispulis subtracta succingebatur. Tibullus. li. 1. eleg. 7. Et fluit effuso cui toga laxa sinu. Hin Romani togati dicuntur quemadmodum & Græci palliati. Verg. 1. Aen. Romanos rerum dominos, gentemq; togatã. Quoniam uerò in pace tantum togæ usus erat (nam in bello deposita toga saga sumebant) factum est ut toga pro pace, seu artibus pacis accipiatur: sicut arma, pro bello, seu re militari. Cassius Ciceroni, Etenim tua toga omnium armis felicior. Cicero in Pisonem, Non dixi hanc togam, quæ sum amictus, nec arma scutum & gladium unius Imperatoris: sed quod pacis est insigne & ocii, toga: contrà autem arma, tumultus atq; belli. Toga olim etiam utebantur tenuiores, qui reges suos, hoc est, potentiores, officii gratia per urbem deducebant, ut sportulam consequerentur. Martialis, Si marutinos facile est tibi rumpere somnos, Attrita ueniet sportula sæpe toga. Idem, Heu quàm perfatuæ sunt tibi Roma togæ. Huic turbam togatã uocat Iuuenalis saty. 1. clientem illam comitum, qui toga induti potẽtiores amicos per urbem ducebant, & reducebant, sportula (inquit) primo Limine parua sedet turbæ rapiendo togatæ. Item opera togata dicitur idipsum togatorum officium. Martialis, Exigis à nobis operam sine fine togatam. Toga candida, erat quam petiores magistratuũ induebant. unde Candidati dicebantur. Plin. li. 7. de Nasica, In toga candida bis repulsa notatus à populo. Pura toga, quam tyrunculi forenses assumebant tyrocinii die, Luca. li. 7. pura uenerabilis æq; Quàm currus ornante toga. id est, nec picta, nec triumphali, nec prætexta, inquit Budæus. Pura enim ideò dicebatur, quòd nullo purpuræ prætextu distincta esset. Toga prætexta dicebatur, cuius & circuitus purpura erat prætextus περιπόρφυρος Plutarcho, quod ipsum satis indicat. Liuius. 4. Decad. li. 4. Purpura uiri utimur prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura togis utuntur. Toga palmata, uestis erat triumphalis, à palma, id est, à uictoria ita appellata. Mart. lib. 7. Comes, & magnos illæsa merere triumphos, Palmataq; ducem, sed citò: redde togæ. Toga picta, uestis publica fuit, summiq; magistratus. Capitol. de Gordi. Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum priuatus suam & propriã habuit: quum antè Imperatores uel de Capitolio acciperẽt, uel de palatio. Lampridius de Alexandro, Prætextam & togam pictam nunquam, nisi consul, accipit & eam quidem quam de Iouis templo sumptam alii quoq; accipiebant aut prætores, aut consules. Budæus. Toga pulla qua in funeribus utebantur, ut nunc, atra uestem utimur. Alba autem uel in epulo publico, uel in epulo parentali, uel in spectaculis, uel in comitio. Toga rasa, ut inquit Plinius. li. 8. cap. 48. Diui Augustini nouissimis temporibus cœpit. Toga puerilis, quæ & prætexta appellatur. Gel. lib. 18. ca. 4. Quum iam adolescentuli Romæ prætextam & puerilem togã mutassemus. Toga uirilis, puerili distincta erat: ea decimoseptimo anno sumebatur. Cic. in Lælio, Ego aũt à patre ita eram deductus ad Scæuolam sumpta uirili toga, &c. Per translationẽ ponitur quãdoq; Toga p officio d. ducẽdi & reducẽdi potẽtiores. Martialis, Lis nunquã, toga rara, mens quieta. Plin. ad Appolinarẽ, Alrius tibi orium, & pinguius, eoq; secunus nulla necessitas togæ, nemo accersitur ex proximo. Quod ideò inualuit, qa ad officia præstanda togati conueniebant id est, ad deducendos, comitandosq; amicos honoris gratia.

Togula, dim. Mart. li. 1. Ignosces, togulã Posthume pluris emo.

Togati, m. s. Togis induti: unde Romani togati dicti sunt, quoniã toga Romanorũ propria erat. τηβεννοφόροι. Sicii qui principes ciuitatis officii gratia in forũ deducebant, ac deinde domum reducebant, quoniam togis amicti erant Togati uocabantur. Iuuenalis, Turbæ rapienda togatæ. Hi etiã per diminutionem Togatuli dicebantur, quod diminutiuum est ioco formatũ. Marria. lib. 10. Quàm diu saluator, anream bulones, et togatulos inter Centũ merebor plũbeo: die toto.

Togatæ Comædiæ, quæ scriptæ sunt secundũ ritus Romanorum. sicut Græcas fabulas ab illorũ habitu Palliatas appellamus: nam Græci supra tunicã pallium ferebãt. Togatæ tabernariæ, dicuntur Comœdiæ, in quibus non magistratus. sed humiles personæ inducuntur, teste Donato, quales ferè sunt qui in tabernis uendunt merces suas.

Tolero, as, a. p. unico l. Fero, patior, perfero, sustineo, φέρω, ὑπομένω. Teren. Phorm. Vnà tecũ bona, malaq; tolerabimus. Idem in Hec. Sed quando sese indignã deputat matri mea, Cui

Cui concedat, cuiusq; mores toleret sua modestia. Tolerare se, est modicè, & summa parsimonia se alere. Cornel. Nepos in uita Pomp. At. Ex quib. agris paterfamiliâs fructus caperet, quibus se tolleraret. Cæsar, Erat summa inopia, adeò ut foliis ex arboribus strictis, & teneris arborum radicibus contusis, equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. In qua significatione etiam dicimus, Tolerare uitam, id est uiuere, nutriri. Tacitus, Multos militia, quosdam exercendo agros tolerare uitam. Cæsar 7. bel. Gal. Qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus qui ætate ad bellum inutiles uidebantur, uitâ tolerauerũt. Accipitur aliquando tolerare pro portare seu gestare. κομίζειν. Plau. in Merca. Tolerat hæc nauis metretas trecentas, id est, ferre potest. Tolerare milites sua pecunia, id est, sustinere, & stipendiũ, aut certè necessaria submini strare. Plin. li. 33. cap. 10. Octona milia equitũ sua pecunia tolerauisse, &c.

Tolerans, nomen ex participio, Id est patiens: ut, Tolerantissimus penuriæ, id est patientissimus, apud Columellã li. 7. ca. 3.

Toleranter, aduerbium, Patienter, tolerabiliter. Plin. li. 8. ca. 45. At nunc anniculæ ad fœcunditatem poscuntur, tolerantius tamen binæ. De bobus. Quintil. lib. 8. cap. 6. Qui toleranter uidere Septentriones uidemur.

Toleratio, onis, uerbale, Ipse tolerandi actus. Cic. 2. de Fin. Quædam alia toleratio est uerior, qua uti uos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis.

Tolerabilis, om. t. Quod tolerari potest. Plin. in Paneg. Tolerabile tributum. Cic. de amic. Quæ tamẽ si tolerabiles erunt, ferendæ sunt.

Tolerabiliter, aduerbium, Facilè, sine discrimine. Colum. li. 11. cap. 2. Adhuc tolerabiliter efficies. Cic. Cælio. li. 2. Quò tolerabilius igniculum desiderii tui feramus.

Tolerantia, tiæ, f. p. Cic. in Parad. Tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ. Quintil. lib. 1. cap. 2. Tolerantia tamen doloris laude sua non carebit.

Tollenon, onis, m t. Genus machinæ, ut ait Festus, quo hauritur aqua in alteram partem prægrauante pondere. Plin. li. 19. ca. 4. Vel tollenonum hausta rigandos. Liui. 8. bel. Macedo. Deinde ut præter spẽ stare muros uiderunt, collectis rursus animis in aries tollenonibus libramẽta plumbi, aut saxorum, stipitesue robustos incutiebant.

Tolles, f. t. Tumor faucium, teste Festo, quas & tonsillas uocant. παρίσθμια.

Tollon, lonis, A Plauto in Rudente uidetur positum pro eo q ex puteo aquã haurit, Heus (inquit) sic tolloni gratia?

Tollo, lis, sustuli, & secundũ antiquos retuli, sublatum, a. t Eleuo, attollo, sursum erigo, αἴρω, ὑψῶ, ἐπαίρω. Plautus, Tolle caput. Cic. 4. Aca. Hortensius aũt uehemẽter admirans quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, ut etiã manus sæpe tolleret. Ouid. Epi. 14. ter acutũ sustulit ensem, Ter malè sublato decidit ense manus. Liu. 4. bell. Maced. Sublatis deinde supra capita scutis, cõtinuatisq;, &c. Vlp. Ius uicino non esse altius ædes tollere. Aliquando tollere est capere. καμβάνειν. Vergil. 4. Georg. & sæpe lapillos, Vt Cymbæ instabiles fluctu iactãte saburram, Tollunt his sese per inania nubila librant. Aliquando suscipere, ἀναιρεῖσθαι. Suet. de Neronis parente, Decessitq; Pyrgis morbo aquæ intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita. Aliquando nutrire, τρέφειν, ἀναιρέφειν. Teren. in And. Quicquid peperisset, decreuerunt tollere. Aliquando aufero, ἀφανίζω, ἀφαιρῶ. Cicero in Læl, Solem enim de mundo tollere uideri, qui amicitiam è uita tollunt. Tollere de medio, id est interimere. ἀναιρεῖν, ἀναστάσις, ποιεῖν, ὑπεξαίρειν. Cicero pro Rosc. Ame. Perfacilè hunc hominem incautum & rusticum, & Romæ ignotum de medio tolli posse. Aliquando differre. ἀναβάλλεσθαι. Plautus, Omnes tollo ex hoc die in aliũ diẽ. Aliquando inferre. Verg. 3. Georg. Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem. Nam tollere minas, est minari, timorẽ incutere, inferre. Tollere gradum, ambulare. Plautus Bacc. Is est adibo contrà, & tollam gradum. Tollere se altius à terra, est crescere: ac de herbis, & arboribus dicitur. Tollere animos, est superbire, audaciorem esse. Propertius li. 3. eleg. 18. I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos. Teren. in Hec. Quia paululum nobis accessit pecuniæ. Sublati animi sunt. Tollere animos dictis, est magnitatẽ suam dictis comprobare. Verg. 9. Aene. Vltro animos tollit dictis, atq; increpat ultrò. Tollere cachinnum, est in clarum, & immoderatũ risum solui. Tollere clamorẽ, est clara & magna uoce clamare. Cic. 7. Verr. Clamor à fani custodib. tollitur. Tollere aliquẽ in cælũ humeris, est illum laudibus celebrare, & quàm fieri potest, diis immortalibus æqualẽ facere. In qua significatione etiã dicimus, Tollere in cælũ fama aliquẽ, & Tollere laudes alicuius in astra. Cic. ad Atti. li. 2. At hercule alter tuus familiaris Hortensius, quã plena manu, quã ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra tulit? Verg. 5. Ecloga, Daphnimq; tuũ tollemus ad astra. Tollere manus, lætitiæ signum est, & gratias agentis. Cic. ad Cæsarem li. 7. Sustulimus manus & ego, & Balbus. Tollere aliquem ab officio, est priuare. Tollere aliquem de oratione sua, est eũ nõ amplius nominare. Tollere aliquẽ è numero, est eum excipere, Tollere aliquẽ de medio, è medio, uel ex rerũ natura, idẽ. Tollere legem, abrogare, antiquare. Tollere moram, festinare. Tollere metũ, timore adimere. Tollere spẽ, auferre. Tollere aliquem testimonio, testimoniis ita conuincere ut condemnetur & puniatur, Tollere aliquem ferro, aut ueneno, est interficere.

Sublatus, sublata, sublatum, participium, Id est eleuatus, ablatus &c, secundũ significationẽ sui uerbi, Verg. 2. Aen. Et sublatus ad æthera clamor. Ponitur aliquãdo pro superbiente, & ferociẽte. Cæsar. 3. belli Gall. Quo prælio sublati Heluetii, quòd quingentis equitibus tantã multitudinẽ equitũ propulerant, audacius subsistere. Composita huius uerbi sunt, Attollo, contollo, extollo, protollo, & sustollo, quorum signi ficata explicantur suis locis.

Sublatio, uerbale: ut, Sublatio animi, id est, elatio, superbia. Cic. 2. de Finib. Voluptatem Stoici sic definiunt: Sublationem animi siue ratione opinantis se magno bono frui, &c.

Sublatè, aduerbium. Cicero de cla. Orat. Sublatè, ampleq; dicere. Idem pro Domo sua, Nihil unquam de me dixi sublatius ascisc endæ laudis causa.

Tollutarii, m. s. siue Tollutares equi, Dicuntur qui alio nomine ab Austria Hispaniæ regione asturcones dicũtur, à non nullis etiã gradarii, propterea quòd gradu nõ uulgari incedãt, sed alternis crura molliter explicãtes, cõmodã sessori præbẽt uectationẽ, citra ullã succussationis molestiã ἱππορορεῖς, ἰνδρομια. Tollutares dicti, siue à tollẽdis altero glomeratu pedibus, sine (ut alii malunt) à pedum uolubilitate, quasi uolutarii. Seneca in Epist. Mannos tollutares appellat.

Tolutim, Id est uolubiliter, & molliter: proprieq; ad asturconũ, siue gradariorũ incessum attinet, qui alternis crura molliter explicantes, cõmodissimam sessori præbẽt uectationẽ: quod genus equorum à Polluce ἰνδρομια appellatur. ἱππορραφάλιον. Tolutim, (inquit Nonius) quasi uolutim, uel uolubiliter. Plaut. Asin. Demam hercule iam de hordeo, tolutim ni badizas. Varro, Vt equus qui ad uehendum est natus, tamen traditur magistro, ut equiso doceat tolutim incedere. Plin. li. 8. 42. In eadem Hispania. Callaica gens, & Asturica, equini generis, quos thieldones uocamus, minori forma appellatos asturcones gignunt: quibus non uulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equus tolutim carpere incursus traditur arte.

Tolutiloquentia. Id est uolubilis sermo, ut interpretatur Nonius, citans locum Næuii uetusti Poëtæ ex Gallinaria, O pestifera, Pontica, sera, trux tolutiloquentia ἱππίρροχθε νόμε.

Tomacula, n. s. uel per syncopẽ tomacla, Edulia sunt quæ ferè ex iecore porcino minutatim conciso, & iã semicocto, infusi: ouis crudis, & caseo optimo, & liquamine, pipere, anis o, zingibere fieri consueuerunt tegunturq; omento suillo ἀγλάνται. Dicta tomacula, ἀπὸ τοῦ τομοῖν, quod est incidere, Iuuen. Saty. 10. Candiduli diuina tomacula porci.

Tomacinæ, Edulia ex iecore porcino minutim conciso, quę & tomacula dicuntur, ἀλάντες. Varro li. 2. ca. 4. Quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ tomacinæ, & petasones. Plinius, Tomacinæ appellantur quæ tomacula Insubres uocant, Galli nostris temporibus tamacellas.

Tomentum, ti. n. s. Lana breuis ac concisa, quæ ex uestib. à fullone poliẽdo detrahitur: & quicquid farciminis ex qua cunq; re, siue ex fœno, aut palea, siue ex pluma fuerit quo culcitræ farciuntur, γνάφαλον. Varro de Lingua Latina li. 4. Postquã trãsierunt ad culcitras, quòd in eas sagos, aut tomẽtum, aliudue quid calcabant: ab inculcando culcitra dicta. Videtur aũt tomentum deduci à τίμνω, quod significat incido. Suet. in Tib. Adeò alimenta Druso subducta, ut tomentum ex culcitra tentauerit mandere. Tomentorũ aũt aliud leuconiũ dicebatur, quod fiebat ex lana alba concisa. Aliud Circense, ex arundinib. cõcisis factũ: idq; stramentũ habebatur plebeiorum. Dictũ Circẽse, quod in Circo Romano sternebatur, illicq; egeni quiescebant. Seneca lib. de Beata uita,

Nihilò

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nihilò miſerius ero ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat ſi ſuper Circenſe tomentum per ſarcinas ueteris linei effluens incubabo. Martialis lib. 14.
Tomentum conciſo palus Circenſe uocatur:
Hæc pro leuconio ſtramine pauper emit.

Tomice, ces, ſiue (ut quibuſdam placet) Tomix, cis, τομικὴ, Græco nomine appellatur ex cannabi impolita, & ſparto leuiter torta reſtis, ex qua funes fiunt. Plin. lib. 17. cap. 10. Tomice moris ſpinarum circumlita. Pallad. lib. 1. cap. 15. Tunc eos catenis ligneis ex iunipero, aut oliua, aut buxo, aut cupreſſo factis, ad contignationem ſuſpẽdemus, & binas inter eas petticas erigemus, tomicibus alligatis. Vitruui. li. 7. docet aſſeres tomice religandos. Puluilli quoq; quos in collo animalia, ne reſte lædantur, tomices uocantur.

Tomus, mi, maſcul. gen. τόμος, Fragmentum, uel pars operis, quam Latinè ſectionem uocamus. Martial. li. 1. Scriptura quanti conſtet, & tomus uilis. Vnde Orig. tertiũ librorũ ſuorum genus tomos inſcripſit, quos (ut ait Hieronymus) non poſſumus appellare uolumina. Idẽ alibi de eodẽ, Edidit innumerabiles commentarios, quos ipſe appellat tomos.

Tomus thurianus, θόμος θύριος, canis marinus dicitur ab Athenæo.

Tondeo, des, totondi, tonſum, a. ſ. Lanam ſiue capillos, & huiuſmodi incido. κείρω. Plin. lib 8. ca. 48. Oues non ubiq; tondentur. Cic. 5. Tuſculan. quæſt. Regiæ uirgines, ut tonſtriculæ, tondebant barbam, & capillum patris. Martialis lib. 2. Non tondet, inquam: quid ergo facit? radit. Verg. li. 3. Georg. Nec minus interea barbas, incanaq; menta Ciniphii tondent hirci, ſetasq; comantes. Interdum depaſcere uel paſcendo abſumere. νέμεσθαι. Verg. lib. 1. Georgicorum, ter centum niuei tondent dumeta iuuenci. Aliquando reſecare, uel demetere. Idem li. 1. Georgicorum, Nocte arida parta tondentur, id eſt ſecantur. Tondere aliquem auro, id eſt emungere, techna aliqua ſpoliare. Plautus in Bacchid. Tondebo auro, uſq; ad uiuã cutem. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Attõdeo, & detõdeo: quorũ ſignificata explicãtur ſuis locis.

Tonſo. as, frequentatiuum: unde & detonſo. ἀποκείρω. Gellius, Capillos dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet.

Tonſito, as, aliud frequentatiuum. Plautus in Bacch. Ter. in anno tu has tonſitas?

Tonſus, ſa, ſum, participium Lana, crineũe ſpoliatus κεκαί. Cicero in Piſonem, Cum illa ſaltatrice tonſa. Mart. lib. 11. Et tonſo pura miniſtro. Ibidem, Iam nihil nigreſcunt tonſa ſudaria barba. Tonſæ ualles, quæ arboribus & ſyluis ueluti comis ſuis uiduatæ ſunt. Vergil. 4. Georgicorum, tonſis in uallibus illum Paſtores, &c. Contra Intonſi montes, id eſt, ſyluoſi. Varro, Intonſi montes, & feris pleni. Villi tonſi. Verg. 1. Aeneid. Tonſiſq; ferunt manilia uillis. Tonſa oliua. Verg. 5. Aeneidos, Ipſe caput tonſæ foliis euinctus oliuæ.

Tonſæ, Dicuntur remi, à diuerberandis fluctibus. ἐρετμοί. Verg. lib. 7. Et in lento luctantur marmore tonſæ.

Tonſor, oris, m. r. Qui barbã tondet, aut aliud quippiã. κουρεύς. Varro lib. 2. de Re ruſt. ca. 11. Omnino tonſores in Italia primũm ueniſſe ex Sicilia dicuntur, poſt Romani conditam anno quadringenteſimo quinquageſimoquarto, ut ſcriptũ in publico Ardeæ in literis extat: eosq; adduxiſſe P. Ticiniũ Menam. Ibidẽ, Olim tonſores nõ fuiſſe adſignificãt antiquorũ ſtatuæ, quod pleræq; habent capillũ, & barbã magnã. Hor. lib. 1. Serm. ſat. 7. Omnibus & lippis notũ, & tonſoribus eſſe. Cic. 5. Tuſc. Dionyſius ne tonſori collum cõmitteret, tondere filias ſuas docuit. Plaut. in Aſin. Ad tonſorem ire dixit.

Tonſorius, a, um, Quod ad tondendum pertinet, κουρικὸς. ut, Culter tonſorius, hoc eſt, nouacula. Cic. 3. Offic. Qui cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillũ. Apud Martialem, lib. 14. titulus eſt de tonſoriis ferramentis.

Tonſura, æ, f. p. Eſt ipſe tondendi actus. κουρά. Col. lib. 7. cap. 4. Tonſuræ certum anni tempus per omnes regiones ſeruari non poteſt. Idem lib. 12. cap. 2. Oues tarentinæ radice lanaria lauari debent, ut tonſuræ præparentur.

Tonſtrix, cis, Mulier tonſoris officio fungens. κουρίστρια. Plaut. Truc. Tonſtricem Syram nouiſti noſtram.

Tonſtricula, diminutiuum. Cic. 5. Tuſc. Regiæ uirgines, ut tonſtriculæ, tondebant barbam.

Tonſilis, le, om. t. pen. cor. Quod tonſum eſt, ac in orbem comam putatũ. κεκαρ. ένον. ut, Tonſiles oleæ, Tonſilis buxus. Plin. lib. 12. cap. 2. Primus Cn. Marius nemora tonſilia inuenit. Idem. lib. 18. cap. 50. Villo tonſilli ueſtiuntur.

Tonſillæ, f. p. Extremæ faucium partes circa radicem linguæ, gulam utranq; attingentes. παρίσθμια. Cic. 2. de Natura deorum. Linguæ autem ad radices eius hærens excipit ſtomachus, quò primũ illabuntur ea quę accepta ſunt oris utraq; ex parte tonſillas attingens, palato extremo atq; intimo terminatur. Tonſillas item medici uocant faucium inflammationes cum tumore, quas & Græci παρίσθμια appellãt.

Tonſtrina, æ, f. p. pen. prod. Officina tonſoris, κειρεῖον. Plaut. in Aſin. Libanũ in tonſtrinã ut ſuſſerã uenire, is nullus uenit. Terent. Phorm. Ex aduerſum ei loco tonſtrina erat quædã.

Tonimus, Veteres pro ſonamus uſurparunt. Varro Eudæmonibus, ut citatur à Nonio, Tibi tympana non inaneis ſonitus matris deũm tonimus.

Tonitrus, Tonitruum, uide Tono.

Tono, tonas, tonaui, tonatum, m. p. & aliquando tonui, tonitum. pen. cor. tonare. Notæ ſignificationis. Cic. 2. de Diui. Quum tonuit læuum bene tempeſtate ſerena. Idem ibidẽ, Ioue tonante, fulgurante, comitia haberi nefas. Apud uetuſtiſsimos legitur Tono, tonis, per tertiã coniugationem. Var. in Eudæmonibus, ut citatur à Nonio, Tympana tibi, non inaneis ſonitus matris deũm tonimus tibi ſemiu. Tonare laudes alicuius, id eſt, magnopere efferre. Plin. in Præfat. lib. 5. Quanto tu ore patris laudes tonas? Tonare murmure, & uerberibus eſt reſonare Mart. lib. 9. Murmure iam ſæuo, uerberibusq; tonas. Huius compoſita, Attono, contono, circumtono, detono, intono, pertono: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Toneſcit, idem quod tonat. βροντᾶ, Varro Bimargo, ut citatur à Nonio, Tũc repẽte cælitũ altrũ tonitribus templũ toneſcit.

Tonitus. us, maſcul. gen. & tonitru, neutrum indeclinabile in ſingulari, in plurali Tonitrua, Fragor nubis qui fit eorum pente fulmine, βροντή. Ouid 2. Met. Vnde ſolet tonitrus, & fulmina mittere terris. Iuuen. ſatyra 5. Et facient optata tonitrua cœnas. Ci. 2. de Diuin. Nonne perſpicuũ eſt ex prima admiratione hominũ, quod tonitrua, ictuſq; fulminum extimuiſſent, credidiſſe ea efficere rerũ omniũ autorẽ Iouẽ?

Tonitruum, tonitrui, Idem. Cælius Ciceroni li. 8. Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor tonitruum.

Tonſilla, Tonſor, Tonſtrix, Tonſus, Vide Tondeo.

Tonus, m. ſ. τόνος, Idem quod uoculatio, ſiue accentus: à uerbo τείνω, quod eſt intendere, quaſi ? φωνῆς τάσις. Toni item dicuntur nerui in ſtomachi lateribus. Præterea tonũ appellant ſpacium interiectum inter terram & citimum cæli circulum, hoc eſt lunarem, quod eſt, centum uigintiocto millium ſtadiorum, ut inquit Martianus, quoniam utia ſonis interuallum cum legitima quantitate minimum et duobus ſonis inter ſe diuerſis, ita in cælo minimum à terra ſpatium ad Lunam, Tonum appellare placuit. Huius menſuræ dimidium hemitoniũ, dicitur, ἡμιτόνιον. Tonus uerò quum hemitonio proportionem facit, ſeſquipiam, hoc eſt, ſeſquialteram. In picturis item ſplendor intermedius inter lumen & umbram, Tonus dicitur. Plin. lib. 35. ca. 5. Deinde adiectus eſt ſplendor alius hic quãm lumen: quem quia inter hoc & umbram eſſet, appellauerunt tonon: commiſſuras uerò colorem & tranſitus, armogen.

Topazius, topazii, fœm. gen. τοπάζιος, Gemma eſt uiridis coloris, ἀπὸ τοῦ τοπάζειν, hoc eſt à quærẽdo dicta, ſiue quod Troglodytæ prædones quum diutius fame, & tempeſtate preſsi, herbas, radicesq; effoderent, hanc gemmam primi eruerunt: ſiue à Topazio inſula maris rubri, in qua hic lapis mirè pellucidus inuenitur. Inſulæ aũt huic idcirco Topazio nomẽ factũ putãt, eo quòd nebuloſa ſit, ſæpeq; à nauigãtibus fuerit quæſita anteq; inueniretur Vtranq; nominis cauſam refert. Plin. li. 37. ca. 8. & lib. 6. ca. 29. & Strabo lib. 6.

Tophus, maſ. gen. Genus lapidis aſperi, qui facilè in arenã reſoluitur. πῶρος. Plin. li. 17. ca 4. Nã tophus ſcaber natura. Verg. 2. Georg. Et tophus ſcaber, & nigris exeſa chelydris.

Tophinus, et Topaceus, adiectiua, quod ex tophо eſt πώρινος. Suet. Quę tophina, ac lignea antea erant. Plin. li. 17. cap. 7. Eſt albæ rufa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea.

Topiarium, rii. n. ſ. τόπιον, Opus ex arbore, aut frutice, aut herba ornatus, aut uitandi æſtus cauſa factum: ut ſunt teſtudines, camerę, naues, auiculæ, & huiuſmodi quę ex buxo, uel hedera & huiuſmodi, quantũ natura ſequax eſt, & flexibilis, fieri cõſueuerũt. Dictũ topiariũ ἀπὸ τῶν τόπων: hoc eſt à locis quę in his uaria cõſtituũtur: quę & topia. ab idoneis ſcriptoribus nuncupãtur τοπεῖα. Vitr. l. 7. Habentem deo. ũ ſimulachra ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, nõ minus

Troianas

Troianas pugnas, seu Vlyssis errationes per topia, cęteraq; quę sunt eorum similibus rationibus ab rerum natura procreata. Quidam inde Topiarii appellationem deductam existimant, quod plantæ funium modò flexibiles & sequaces, in quaslibet formas ducantur. Græci enim funes in nauibus τοπία, καὶ τοπίκα, appellant. Opus topiarium. Plinius lib. 15. cap. 30. Accedit in topiario opere lauri genus, quæ taxa dicitur, ramos spargit à radice topiarii ac coronarii operis. Hinc Topiarii, dicuntur qui topiaria faciunt, sicut Coronarii, qui faciunt coronas. Idem lib. 17. cap. 29. Satiuæ myrti genera topiarii faciunt. Plin. Iun. Epist. 63. Ineſt huic cōputationi sumptus suppellectilis, sumptus atrienſiū topiariorū. Ars ipsa Topiaria dicitur, ut argentaria. Cic. ad Q. Fr. lib. 3. Vt deniq; illi palliati topiariam facere uideantur, id est, artem exercere topiarii operis.

Topos, τόπος, Latinè locus.

Topicus, τοπικὸς, Localis. Vnde Aristoteles, & Cicero libros suos quos de Inuentione argumentorum conscripserunt, Topica appellarunt, quod in iis doceatur quemadmodū ex certis locis argumenta eruantur. Cic. Trebatio lib. 7. Institui Topica Aristotelica conscribere.

Topice, es, f. p. τοπικὴ, Ars ipsa inueniendorum argumentorū. Cic. in Top. Inueniendi uerò artem, quæ topice dicitur, quæ ad usum potior erat, & ordine naturę certè prior, totam reliquerunt.

Toparcha, m. p. τοπάρχης, Qui alicuius regionis, uel loci curam administrat.

Toparchia, Territorium.

Topographia, f. p. τοπογραφία, Loci descriptio. Topographia ripulæ. Cic. ad Att. lib. Itaq; me referunt pedes in Tusculanum, & tamen hæc topographia ripulę uidetur habitura celerem satietatem.

Topothesia, τοποθεσία, Situs loci uel descriptio.

Topper, Obsoleta dictio, qua antiquissimi utebantur pro celeriter, seu confestim, statim, αὐτίκα. Næu. apud Festū, Capesse flammam Vulcani topper.

Toral, alis, n. t. Quoduis lectuli stragulum, ἐπίβλημα, στρῶμα, Horatius lib. 1. Epist. ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares. Idem in Serm. Et Tyrias dare circum illota toralia uestes.

Torcular, aris, uel Torcular, per apocopen, n. t. Machina est premendis uuis, oliuisq; accommodata, à torquendo dicta. Colum. lib. 12. cap. 50. de olei loquens factura, Tum diligenter mundatam, protinus in torculare deferri, & integram in fiscinis nouit includi, preloq; subiici, ut quantam possit, paulatim exprimatur. Quo in loco Columella apertè distinguit torcular à prelo. Est enim torcular (ut diximus) tota illa machina, uino oleóue exprimendo inuenta. Prælum aũt ipsa trabs qua uuę oleaśe præmuntur. Lacus aũt in quem defluit mustum, ex uinaccis expressum. Priscianus secundā dictionis huius syllabā præcipit esse producendam, alii tamen contrà corripiendam cōtendunt, analogiā sequentes quòd in dictione Specular, quæ huic per omnia similis uidetur, mediā syllabam constet corripi.

Torcularium, rii, n. s. Idem quod torcular. Cato cap. 18. Torcularium si ædificare uelis.

Torculum, li, n. s. pen. cor. Idem quod torcular. Cato cap. 1. Ad uillam quum uenias, uideto uasa, torcula, dolia multane sint. Plinius 18. cap. 31. Viginti iugeribus sufficit unum torculum.

Torcularius, a. um, Quod ad torcular pertinet, ὁπολήνιος. Var. de Re rust. lib. 1. cap. 22. Si sit centum iugerū, habere oportet uasa torcularia instructa trina. Col. lib. 12. cap. 18. Tum lacus uinarii torcularii, & fora, omniaq; uasa, &c. Torcularia cella, Colum. lib. 1. cap. 6.

Torcularius, rii, m. s. subst. Qui torculari premit uuas. Colum. lib. 12. cap. 50. Quia interdum multitudo baccæ torcularium uincit laborem.

Torculus, a, um, Quod ad torculam pertinet: ut, Torculus funis. Cato capite 135. Funum torculum si quis faciet, &c.

Toreuma, atis, n. t. & Toreumatum, ti, n. s. τόρευμα, Vas aliudśe opus torno factum, aut alioqui artificiosè cęlatum. Est enim τορεύειν, tornare, siue sculpere, unde & ars ipsa Toreutice, τορευτικὴ dicitur, quam Plinius lib. 34. cap. 8. primùm à Phidia inuentam scribit, sed à Polycleto Sicyonio consummatam. Mart. lib. 3. Artis Phidiacę toreuma clarū. Sall. in Iug. Tabulas, signa, toreumata emunt.

Tormentum, ti, n. s. Cruciatus qui aut eruendæ ueritatis, aut criminis puniendi causa fieri solet, βάσανος. A torqueo quod inter cætera significat crucio, βασανίζω. Cic. 3. de Fin. Vtq; in omnibus tormentis conseruetur uita beata. Hora. 1. Epist. 2. Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum. Cic. 5. de Nat. deor. Anaxarchū Democritum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus, Zenonem Eleatem in tormentis enecatum. Præterea tormentum, generale uocabulum est omnium machinarum, saxa, tela, & id genus uaria, torquentium, μηχανή. Cæsar 2. Commen. Ad extremas fossas castella constituit, ibiq; tormenta collocauit. Verg. 11. Aen. Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti.

Tormina, n. t. morbus intestinorum, quem δυσεντερίαν Græci uocant, ῥόον, Cels. li. 4. ca. 15. Proxima his inter intestinorū mala tormina esse consueuerunt, δυσεντερία Græcè uocantur. Intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat: isq; modò cum stercore aliquo semper liquido, modò cū quibusdam quasi muscosis excernitur. Interdum simul quædam carnosa, desecēdunt. Frequens deiiciendi cupiditas, dolorq; in ano est. Hæc Celsus. Plin. lib. 20. cap. 14. Mentastrū torminibus, cholericis efficacissimum. Cic. 2. Tusc. Quanuis idem forticulum se in torminibus, & in stranguria sua præbeat. Colum, libr. 12. cap. 7. Sequitur torminum uitium, quorum signū est cruenta & muscosa uentris proluuies. Hinc Torminosi, qui eum morbum patiuntur, quos & dysentericos Græco uocabulo appellant, σφοδρύμενοι. Cicer. 4. Itaq; dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos non quia semper sint, sed quia sæpe sint.

Torminalis, le, Quod tormina infert. Plin. libro decimo quinto, capite 21. de sorbis agens, Quartum genus torminale appellant.

Tornatilis, Torno, as, uide Tornus.

Torniamen, ludus erat, qui à Troia dicebatur, quasi pro Troiano agmine dicatur Troiamen.

Tornus, m. s. τόρνος, Instrumentum fabrile, quo ligna, ebur, & reliqua huiusmodi polita redduntur. Verg. in Buco. Eclog. 3. Lenta quibus torno facili superaddita uitis. Idem 2. Georg. Aut torno rasile buxum. Plin. libr. 7. cap. 56. Normā autem & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius inuenit. Idem lib. 16. cap. 40. Calices ex therebyntho solitus facere torno.

Tornatilis, le, pe. co. Quod torno factū est, τορευτὸς, τορνευτὸς.

Torno, as, n. p. Torno conficio, uel polio, τορνέυω, τορεύω. Plin. lib. 36. Lapis est qui cauatur, tornaturq; in uasa coquendis cibis utilia. Cicero de Vniuers. Idq; ita tornauit, ut nihil effici possit rotundius. Versus male tornati, pro malè elaboratis, μεταφορικῶς. Horat. de Arte, Bis, terq; expertum frustrà, delere iubebat. Et malè tornatos incudi reddere uersus. Hinc Detorno, quod est ex materia quapiam torno aliquid efficio, ἀποτορνέυω. Plin. li. 13. Lignum grande intus, firmæq; duritiæ, ex quo uelares detornant annulos.

Toropatron herbæ genus, quam & doryperon, Ilithonon uocant, caulibus ueluti rosæ capita sustinens, nascitur in campestri & gracili solo.

Torosus, a, um, uide Torus.

Torpedo, pro pisce, uide Torpeo.

Torpeo, es, torpui, n. s. Stupeo, piger sum, & segnis, languidus sum & remissus, ἀνυσθήτως ἔχω, ναρκέω. Vergilius libro tertio Georgicorum, consertoq; agmine cerui Torpent mole noua, & summis uix cornibus extant. Cicero 1. de Natura deorum, Deum sic feriatum uolumus, cessatione torpore, ut si se commouerit, uereamur ne beatus esse possit. Liu. 7. belli Pun. Deligatum ad palum, uirgisq; cæsi, & securi percussi, adeò torpentibus metu qui aderant ut non modò ferocior uox aduersus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur. Verg. 2. Georgicorum, Nec torpore graui passus sua regna ueterno.

Torpesco, n. t. Piger siue torpidus fio, ναρκώδης γίνομαι. Sallust. in Iugurtha, Cæterum ingenium quo neq; melius, neq; amplius in natura mortalium est, incultu, ntq; socordia torpescere sinunt. Plin. libr. 9. cap. 35. Flauescunt tamen illæ senecta, rugisq; torpescunt. De margaritis.

Torpor, oris, m. t. Animi & corporis stupor, à torpedine pisce cuius contactu corpus stupescit, νάρκη, νάρκησις. Cic. libr. 1. de Nat. deor. Aliæ fuga se, aliæ occultatione tutantur, atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines. Verg. libr. 12. Aen. Illi membra nouus soluit formidine torpor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Torporo, as, a. p. pen. prod. Torporem induco, ναρκόω. Turpil. in Heteriis, ut citat Non. Stupidus astat, ita eius aspectus repens cor torpauit hominis amore, id est, torpefecit.

Torpidus, a, um, Segnis, stupēs, piger, ναρκώδης, Liu. 5. bel. Pun. Tum inter torpidos somno pauentesq; ad nec opinatum tumultum & inermes in cubilibus suis oppressos illa cædes edatur, à qua uos hesterno die reuocatos ægrè ferebatis.

Torpedo, inis, f. t. Piscis genus, qui limo mersus occultat se, & pisces supra natantes torpentes facit, postquam obtorpuere, deuorat, ναρκὴς. Plin. lib. 9. cap. 42. Nouit torpedo uim suam ipsa non torpens, mersaq; in limo se occultat. Quo in loco apertissimè est fœminini generis, quod est contra eos qui masculini generis esse putant. Idem Plinius lib 32. cap. 1. Ex eodē mari torpedo, etiam procul à longinquo, uel si hasta, uirgaue attingatur, quamuis prævalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum ueloces alligari pedes tradunt. Cic. 2. de Nat. deor. Atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines se tutantur. Accipitur & pro segnitie, torpore, siue stupore, νάρκη. Sallust. lib. 4. Hist. Hæc si placent, si tanta torpedo animos obrepsit, &c.

Torquatus, a, um, uide Torques.

Torqueo, es, si, sum, & tortū, a. s. Curuo, inflecto, στρέφω, κάμπτω, λυγίζω. Plin. lib. 36. cap. 25. Necessarium binas per diuersas coassationes susterni, capita earum prefigi clauis, ne torqueantur. Verg. 2. Georg. Ityreos taxi torquentur in arcus. Aliquando torquere ponitur pro gyro celeri rotare, πράγεα κυκλῶν, γυροῦν. Verg 1. Aen. at illum ter fluctus ibidem Torquet agens circum, & rapidus uorat æquore uortex. Aliquando pro torquendo iacere, ῥίπτειν βάλλειν. Idem 5 Aen. In medios telum torsisti primus Achiuos. Horat. 2. Epist. 2. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Verg. 4. Aen. an te genitor quum fulmina torques Ne quicquam horremus. Aliquando pro gubernare. Ver. 4. Aen. Cœlum & terras qui numine torquet. Aliquando pro sustinere. Verg. 6. Aen. ubi maximus Atlas Axem humero torquet. Accipitur quandoq; torquere, pro eo quod est tormentis in quempiā seuire, siue id fiat eruendæ ueritatis, siue delicti puniendi causa, βασανίζειν. Torquemus (inquit Donatus) hominem, extorquemus ueritatem. Cicero Att. Apud Rhodios liberi ciuesq; torquentur. Transfertur & ad animū, pro eo quod est angere, siue molestia afficere. Idem Att. Equidē dies, noctesq; torqueor. Plin. Epist. 198. Remitte aliquid adolescentiæ ipsius, remitte chrymis, remitte indulgentiæ, ne torseris illū, ne torseris etiā te. Aliquando pro Nere, ξαίνειν, ut est illud Iuuen. Penelope melius, melius torques Arachne. Aliquando pro trahere. Ver. 6. Aen. Torquetq; sonantia saxa. Cic. in Orat. Oratio ita flexibilis, ut sequatur quocunq; torqueas. Torquere funē, est torquendo ex funiculis pluribus funiculū unū efficere, κοίνειν, πλέκειν Propert Dignior obliquo, funē tibi torqueat, Ocno: Aeternumq; tuam pascat aselle famē. Torquere ius per translationē, est peruertere, aut auertere. Cic. pro Cecin. An uerbo ac litera ius omne torqueri, &c. Huius cōposita sunt, Abstorqueo, cōtorqueo, detorqueo, distorqueo, extorqueo, intertorqueo, obtorqueo, prætorqueor, & retorqueo, quorum significata explicantur suis locis.

Tortus, a, um, particip. id est, cruciatus. Cic. in Top. Nam & uerberibus torti, & igne fatigati, quæ dicunt ea ueritas uide tur ipsa dicere. Tortus uino, uel ira dicitur, qui aut per ebrietatem, aut iræ impotentiam quæ tacenda erant, nequit continere. Horat. 3. Epist. 16. Arcanum neq; tu scrutaberis ullius unquam, Commissumq; teges & uino tortus & ira. Tortus, flexuosus, obliquus, διάστροφος. Ouid. 2. Metam. Neu te dexterior tortum declinet ad Anguem. Torta supercilia, apud Plaut. in Rud. Habet & alia significata, quæ quoniam supra explicuimus in uerbo torqueo, superuacaneum foret ea hic denuo inculcare.

Tortus, us, m. q. Ipse torquendi actus, παμπυλότης. Cicero 2. de Diuin. Vidimus immani specie, tortuq; draconem Terribilem. Verg. 5. Aeneid. Ne quicquam longos fugiens dat corpore tortus.

Tortum, Vox obsoleta qua antiqui utebantur pro tormento. Pacuuius, Dulo reste, ut citat Nonius, Nam te in tenebras sæpe lacerabo fame clausum, & fatigans artus torto distraham.

Tortuosus, a, um, Obliquus, & multis flexibus sinuosus, ἐλιγματώδης, ἑλικοειδής. Cic. in Lælio, Neq; enim fidum potest esse multiplex ingenium, & tortuosum. Idem de Nat. deor. Est autem aluus multiplex & tortuosa. Tortuosum disputandi genus, apud eundē 1. Acad. Tortuosa urina, apud Plin. lib. 11. cap. 27. quæ tortuosè defluit.

Torsio, onis, f. t. uerb. στρόφος, Torsio stomachi, id est, tormina, siue erosiones ab humoribus acribus. Plin. lib. 20. ca. 17. Primum eius usus contra torsiones stomachi in tepida aqua, & cruditates.

Tortilis, & le, pen. cor. Quod retortum est, & replicatum est, στρεπτόν. Ouid. in Epist. Paridis ad Helenam, Tortilis à digitis excidit ansa meis. Lucan. lib. 6. Hunc aut tortilibus uibrata phalarica neruis Obruat. Ouid. Metam. caua buccina sumitur illi Tortilis in latum quę turbine crescit ab imo.

Torto, as, Iterum atq; iterum torqueo, βασανίζω. Vetus est frequentatiuum à uerbo Torqueo. Pomponius in Decoma fullonis, ut citatur à Nonio, Vbi infilut in cochlearum equuleum, ubi tolutim tortor, &c.

Tortor, oris, m. t. Qui ueritatis eruendæ causa tormenta admouet, quod quoniam hodie carnificum officium est, factū est ut tortorem accipiamus pro carnifice, βασανίστης. Cic. pro Cluent. Quum iam tortor, atq; essent tormenta ipsa detesta, neq; tamen illa finem facere uellet, &c. Liu. 10. bel. Maced. Conspectum tortoris, uerberumq; sustinuit, ordinemq; omnem facinoris legatorum, ministeriisq; sui exposuit. Horat. 3. Car. Ode 5. Atqui sciebat quę sibi barbarus Tortor pararet. Tortores item ab Ammiano dicuntur, qui saxa, aliaue machina eiaculantur.

Tortiuum mustum, quod dicatur, docet his uerbis Col. lib. 12. cap. 36. Tortiuum mustum, dicitur quod post primam pressuram uinaceorū circuncisso pede exprimitur. Cato de Re rust. cap. 23. Circuncidantē apppellat, non quod exprimatur pede uinaceorū antè circuncisso. Tortiuū (inquit) mustum circūcidaneum suo cuiq; dolio diuidito.

Torques, & Torquis, modò masculini, modò fœm. t Colli & summi pectoris ornamentum, ex auro, argento, gemmis, aliāq; materia, στρεπτός. Cic. 3. Offic. Atq; hic T. Manlius is est qui ad Anienem, Gallī quem ab eo prouocatus occidit, torque detracto cognomen inuenit. Propert. lib. 4. Eleg. Torquis ab incisa decidit unca gula. Gel. lib. 4. cap. 13. Caput Galli præcidit, torquem detraxit, eamq; sanguinolentā in collum posuit.

Torquatus, a, um, Torque insignitus, ut Palumbus torquatus, cinctus, colum circulo quodam, ueluti torque cingitur, στρόφος. Arist. φάγγαν appellat. Mart. lib. 13. Inguina torquati tardant, hebetantq; palumbi, Non edit hanc uolucrē qui cupit esse salax. Torques aurei militibus ob rem strenuè gestā donari ab Imperatoribus solebant, unde torquati milites dicti, qui hoc honoris genus uirtute erant consecuti. Horū duo erant genera: simplares duplaresq;. Veget. lib. 2. Torquati (inquit) duplares, & torquati simplares erant quibus torquis aureus solidus uirtutis præmiū fuit, quem qui meruisset, præter laudem interdum duas cōsequebatur annonas, duplares duas, simplares unā. Author tamen est Plin. lib. 33. cap. 1. Priscis Romanorū tēporibus auxiliares tantùm & externos aureis torquibus donari solitos, ac ciues non nisi argēteis. Torquatos hodie equites (inquit Bud.) uocare possumus, qui Cochleati dicuntur, quos ex Gallorum gestamine suo, regioq; insigniuit.

Torrens, tis, m. t. Riuus, fluuiusq; temporarius non è fonte sed è pluuio nascens, æstate siccus, hyeme magno fluens impetu. χείμαρρος. Ver. 2. Aen. Aut rapidus mōtano flumine torrens, Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores.

Torrens, partic. siue nomen ex participio, id est, rapidus, uehemens, concitatus. Ver. 7. Ecl. Hic tantū Boreæ curamus frigora quantū Aut numerū lupus, aut torrentia flumina ripas. Verg. 2. Geor. Nec non & torrentē undā leuis innatat alnus. Hinc Torrentior, & Torrentissimus. Plin. lib. 3. cap. 9. de Pado flumine, Agris quàm nauigiis torrentior, &c. Iuu. Sat. 3. Ingenium uelox, audacia perdita, sermo promptus, & Isæo torrentior, hoc est, uehementior & cōcitatior. Stat. 3. Syl. Tēpus erat coli quum torrentissimus axis Incumbit. Campi torrentes sanguine, apud eundē 1. Syl. hoc est, undantes, & torrentū fluxum imitantes. Ripæ torrentes pice. Ver. 9. Aen.

Dixerat, idq; ratum Stygii per flumina fratris.
Per picem torrentes, atraq; uoragine ripas Annuit.

Torris, is, m. t. Idem quod fax interprete Non. hoc est, stipes semiustus, & adhuc ardens, aut saltē ignitus, quū titio sit torris extinctus, δαλός. Lact. Titionē uulgus appellat extractum foco, torrem semiustum extinctum. Ver. 12. Aen. Obuius amb-

ustum

bustum torrem Cherineus ab ara corripit, & uenienti Ebuso plagamq; ferenti Occupat os flammis. Ouid. 8. Met. Fune re um torrem medios coniecit in ignes.

Torreo, res, rui, tostum, a, f. Ad ignem solemne ficco, arefacio, ξηραίνω. Plin. lib. 11. cap. 20. Deinde sole uerno torreantur. Nonnunquã idẽ quod nimio calore exurere. Cic. de So. Scip. Medium aũt illum circulũ Solis calore torreri. Verg. 4. Geor. Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat cælo. Ndq; solùm torreri calore dicimus, uerùm etiam frigore: ut annotauit Marcellus, citãs locũ Varronis ex Eumenidib. Capite operto esse iubet ante lucem susci tat: frigore torret, uenatũ eiicit. Torreri item dicuntur carnes quæ sine aqua ad ignem coquuntur, ὀπτάομαι. Verg. 5. Aen. Subiiciunt uerubus prũnas, & uiscera torrẽt. Cic. in Pis. Sapientem in Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torreri. Accipitur aliquando pro uertere. Lucan. lib. 7. Ingentes fato torrente ruinas.

Tostus, a, um, partic. Ouid. 12. Metam. & corpora tosta Carne replent. Ver. 1. Geor. Et medio tostas æstu terit area fruges.

Torridus, a, um, Nonnunquã actiuè accipitur pro præteruido, quodque siccandi, aut exurẽdi uim habet, καυστικός, ut, quũ æstatem torridã dicimus, aut Solem torridum. Verg. 7. Eclo. Iam uenit æstas Torrida, iam læto tortenti in palmite gẽmę. Nonnunquã passiuè pro exusto, siue sicco, & sole igniue torrefacto. unde zonam torridã uocamus, quæ inter duos tropicos sita, assiduo æstu torreretur. Vergil. 1. Georg. Quinq; tenẽt cælum zonæ: quarum una coruscо Semper sole rubeus, & torrida semper ab æstu. Torridus macie, id est, siccus, σκληρός. Cic. pro leg. Agr. Quem hominem ut grandi macie torridũ Romæ, contemptum, abiectũ uidebamus, &c. Torridus frigore. Liu. 1. bel. Lun. Ad hæc perusti artus, niue rigẽtes nerui, mẽbra torrida gelu, quassata, fractaq; arma. Hinc Retorridus eiusdem significationis. Col. lib. 7. Nisi eum reciderit, arbor tota fiet torrida.

Torresco, n. t. Torridus fio, exuror, ἐκκαίομαι. Lucr. lib. 3. non in uenio qui non sic acerbum Ignibus impositũ calidis torrescere flammis. A quo Retorresco, retorridus fio. Colum. lib. 3. Deinde fata non ita nutriunt, ut antè conualescant quàm retorrescant.

Torrefacio, cis, Torridum reddo, arefacio, ad ignem solemne ficco, καταφρύγω, ξηραίνω. Colum. lib. 2. cap. 11. Et subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. Idem lib. 6. cap. 7. Quidam uinaceorum duas libras torrefaciunt, & ita conterunt.

Tortor, Tortum, Tortuosus, Tortus, uide Torqueo.

Toruè, uide Toruus.

Torus, ri, m. s. στιβάς, Lectus, ab intortis herbis dictus. Ver 2. Aen. Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto. Plin. lib. 8. cap. 46. Antiquis enim torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape. Consors tori, coniunx. Ouid. 1. Meta. Cum cõsorte tori parua rate uectus adhæsit. Socia tori, uxor. Ouid. 10. Met. Appellatq; tori sociam. Tori itẽ dicuntur eminentiæ musculorũ, quales in robustioribus cõpactioribusq; corporibus cernuntur quodãmodo nodosę, & colliculorũ ritu inter quosdã quasi ualeculas nonnihil assurgentes. Verg. 3. Georg. Luxuriatq; toris animosum pectus. Inde torosi dicũtur, qui tororum amplitudine corporis robur præ se ferunt. Hinc apud Colum. legimus, parandos esse boues nouellos, ceruice longa & torosa. Quod & de uenis dicitur, quum uaricum in morẽ quibusdã in locis turgescunt. Corn. Cels. li. 7. ac per ipsos uenarũ toros inæquale est. In herbis itẽ, cæterisq; plantis, prominentes partiũ calli, & in se pulparũ modo colle cti, tori nominantur. Plin. lib. 19. cap. 5. Breuior is est, sed toro sior amariorq; inula.

Torulus, li, m. s. dimin. id est, paruus lectus, στιβάδιον. Plaut. in Amp. Tum meo patri torulus inerit aureus sub petaso. Vbi interpres Trochulus legendum esse contendit, & rectè.

Toruus, a, um, Specie ipsa fœrociam præ se ferens, ἀγριωπὸς, γοργωπός. Quam uocem à tauris declinatam putat Seruius, quorum propriam uult esse toruitatem. Alii à terrore deducunt, nonnulli etiã à torto aspectu. Verg. Georg. optima toruę Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. Plin. li. 7. cap. 19. Erit hic animi tenor aliquando in rigorem quendã toruitatemq; naturæ, &c. Torua uina, dicuntur aspera, & indomita, siue immitia. Plin. lib. 23. Cultura quoq; torua fiunt uina.

Toruè, toruum, & torua, aduerbia. Plaut. Quid me toruè aspectas? Apuleius, Quum toruum in eos intueretur. Vergilius 4. Aeneidos Talibus Aeneas ardentem, & torua tuentem Lenibat dictis.

Tot, pluralis tantùm numeri, & indeclinabile, Tam multi τοσοῦτοι. Habetq; ferè adiunctam particulam Quot. Cicero de Aruisp. Resp. De nullo opere publico tot Senatus extant consulta, quot de mea domo. Idem de Oratore, Quot homines, tot causæ.

Totidem, Aequè multi, nec plures, nec pauciores, τοσοῦτοι. Cic. 2. de Diuin. Proclus, & Eurysthenes gemini fratres fuerunt, at hi nec totidem annos uixerunt, &c.

Toties, aduerbium, Tam sæpe, τοσακῖς. Cicero Attic. libro septimo Interim uelim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tã multa toties. Huic respondet relatiuum Quoties. Cicero libro 1. Epistol. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, toties ad te scribam.

Totus, a, um, adiectiuum. Integer, uniuersus, solidus, ὅλος. Totum & omne sic differunt, quòd totum ad quantitatem refertur, omne ad numerum: totum partium, omne numeri denotat plenitudinem. Poëtæ tamen ista confundunt. Fit autem totus à tot, quamuis Tot breue sit, Totus uerò priorẽ producat: quum tamẽ Quotus eandem habeat breuem. Totæ ædes, id est, integræ. Plaut. in Most. Aedificãtur ædes totæ denuò. Totus in amore, uel in studiis esse dicitur, qui ita amat, uel studet ut nullã tẽporis portionẽ alteri rei decidat.

Toxicum, ci, n. s. pen. cor. Idem quod uenenum, quasi taxicum quoniam taxos arbor est ueneni præsentissimi, adeò ut si iumenta eius folia comederint, emoriantur, τόξικον, ἀντὶ τοῦ φάρμακον Plin. lib. 16. ca. 10. de taxo agens, Hanc Sestius similacem uocari dixit & esse in Arcadia tam præsentis ueneni, ut si quis sub ea dormiat, cibumúe capiat moriatur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicunt uenena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur, Hæc ille. Ouid. 4. de Pont. ele. 7. Aspicis & mitti sub adũco toxica ferro, Ertelũ causas mortis habere duas. Idẽ 2. Amor eleg. 2. Non scelus aggredimur, nõ admiscenda coimus Toxica. Plaut. In Merc. Ibo ad medicum, atq; ibi me toixco morti dabo.

Trabea, uestis genus, uide in Propriis.

Trabs, trabis, & Trabes, bis, f. t. Lignum duplex (inquit Festus) ex duobus compactum rignis ædificii gratia, δοκὸς. Vergil. 2. Aen. Quum iam hic trabibus contextus aceruis Staret equus. Et paulum pòst, Auratasq; trabes, ueterum decora alta parentum Deuoluunt. Interdum trabes legimus pro ipsis arboribus. Verg. 9. Aen. Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant Nigranti picea, trabibusq; obscurus acernis. Autor ad Heren. lib. 1. Nisi enim cecidissent ad terram abiegnæ trabes, Argo illa facta non esse. Nonnunquam etiam pro naui ex trabibus contexta. Hor. Car. ut trabe Cypria Myrtorũ pauidus nauta secet mare. Verg. libr. 5. Aen. Vastamq; caua trabe currimus æquor.

Trabica (inquit Festus) Dicta est nauis, quòd fit trabibus confecta. Pacuuius, Labitur trabica in alueos.

Trabalis, trabale, om. t. Id est, magnus, siue ingens, instar trabis δοκώδης. ut Telum trabale. Ver. 12. Aen. at feruidus aduolat hasta Messapus, teloq; orantem multa trabali Desuper altus equo graiter ferit hasta trabalis. Stat. Théb. dextraq; trabalẽ Hastã intorsit agẽs: liquido quæ stridula cælo Fugit, & aduerso celsæ stetit agmine Dirces. Clauus trabalis, δοκώδης ἧλος. Cic. 7. Ver. Vt hoc beneficium quemadmodum dicitur, ut trabali clauo figeret, cum consilio causam Mamertinorũ cognoscit. Vbi Trabali clauo figere beneficium, prouerbialiter dictum eq;, in eodẽ ferè sensu quo dicimus Herculano nodo aliquid ligare, uel immortali, & inextinguibili memoriæ commendare. Tractũ à consuetudine ueterũ, qui ad clauũ figendum Dictatorẽ solent creare: & ex clauis fixis quòd rarę apud eos essent literæ, numerũ annorũ obseruare. Vide Liu. lib. 7. ab Vrbe Apud Hor. lib. 3. Car. Trabalis clauus accipi uidetur pro tormenti quodam genere, quum ait, Te semper anteit sęua necessitas, Clauos trabales, & cuneos manu Gestãs ahena: nec seuerus Vncus abest, liquidũue plũbũ.

Trachali, Appellantur muricum, ac purpuræ superiores partes. Vnde Ariminenses maritimi cognomen taxerunt. Festus.

Trachea, siue Trachia, pen. producta τραχεῖα, Fistula qua spiritus ab ore fertur ad pulmonem. Latini Græcorum imitatione asperam arteriam uocant. Vide Gellium libro 17. capite secundo.

Trachelus, pen. prod. τράχηλος, A Græcis appellatur collũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

atq; adeo tota ſpina uertice uſq; ad os ſacrum, παρὰ τὴς τραχύτητ, hoc eſt, ab aſperitate.

Trachoma, n. t. pen. prod. τράχωμα, Dicitur ſcabrities palpebrarum interior, ſicut in eadem parte glabritas, hoc eſt, defluuium pilorum, madaroſis, & milphoſis.

Tractatus, Tractim, Tracto, as, Tractus, uide Traho.

Trado, dis, didi, ditum, a. t. In poteſtatem do, à Trans & Do, duabus poſtremis præpoſitionis literis abiectis, παραδίδωμι, μεταδίδωμι. Plaut. in Merc. Præſto ipſi facito coram ut tradas in manũ. Ter. in Phor. Verùm ſcientẽ, tacitũ, cauſam tradere aduerſariis, etiamné id lex coegit? Tradere etiã eſt docere, διδάσκειν. Cæſ. 6. bel. Gal. De deorũ immortaliũ ui, ac poteſtate, diſputãt, & iuuentuti tradunt. Hinc Traditio pro doctrina, δίδαγμα. Gell. lib. 13. cap. 21. Sed eam quoq; traditionem fuiſſe, ut Nerio, &c. Interdum referre, ſcribere, ſcriptis ſeu poſteritati manu dare. Gell. lib. 1. cap. 5. Dem oſthenẽ tradunt & ueſtitu, cæteroq; cultu corporis nitido, uenuſto, nimisq; accurato fuiſſe. Nonnunquam additur datiuus Memoriæ. Liu. 1. ab Vrbe, Qui captus omnibus membris delatus in curiam eſſet, eum functũ officio pedibus ſuis domũ rediſſe, memoriæ traditum. Aliquando tamen Tradere memoriæ, eſt rem ita in animo figere, ut eius nunquam nobis obrepat oblinio. Cic. in Som. Scip. Et quæ dicã, trade memoriæ. Itẽ fidei alicuius cõmitto, ἐπιτρέπω. Ver. Ecl. 1. Nuper mihi tradidit Aegon. Ponitur aliquando pro dare, porrigere. Cæſ. 2. bel. Ciu. Pecunia ex publico tradunt Præter ſuum accuſatiuũ aliquã do alterũ habet cum præpoſitione ad, ſine in: ut Tradere aliquẽ ad ſuppliciũ, Tradere ſe ad ſcientiã rei militaris. Cic. pro Pomp. Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris, non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis eſt tradita. Tradere ſe in ſtudium aliquod quietũ, apud eundẽ de Inuent. Tradere ſe in ſeruitutẽ alicui, apud eundẽ de Prouin. Conſ. Non rarò tamen poſterior accuſatiuus cõmutatur in datiuũ, ut Tradere ſe lachrymis, & triſtitiæ, apud Cic. lib. 4. Epiſt. Tradere ſe quieti, 2. de Diuin. Tradere per manus, id eſt, de manu in manũ tradere. Cæſ. 1. bel. Ciu. Saxa multis locis præcipita iter impediebãt, ut arma per manus neceſſariò traderentur. Sic & morbos per ſucceſſiones tradi dicimus. Plin. Epiſt. 12. Nam plerumq; morbi quoq; per ſucceſſiones quaſdã, ut alia traduntur. Tales enim ſunt, quos hæreditarios morbos uocamus. Traditur, uel Traditum eſt, hoc eſt, dicitur, uel memoriæ mandatũ eſt. Plin. lib. 8. cap. 36. Quum pro catulis dimicat fœta, oculorũ aciem traditur defigere in terrã, ne uenabula expaueſcat. Cic. 5. Tuſ. Traditum eſt etiam Homerum cæcum fuiſſe.

Traduco, cis, xi, ctum, pen. prod. a. t. Per locum aliquem duco, uel de loco in locũ duco, à Trans & Duco, abiectis duobus poſtremis præpoſitionis elementis, μεταγω, διάγω, μεταφέρω, ἀναβιβάζω, διαβιβάζω. Cæſ. 1. Comm. Heluetii per anguſtias, & fines Sequanorũ ſuas copias traduxerant, & in Heduorũ fines peruenerant. Interdum idem quod traiicio, hoc eſt, in littus uel ripa ulteriorem tranſucho, περαόω. Cic. 2. de Inuen. Fluuius erat ita magnus, ut eo uiſtimẽ traduci non poſſent. Aliquando extendo, produco, παρεκτείνω, παρατείνω. Plaut. Traduce adhuc lineã pluſculam. Aliquando transferre, interpretari & ex una lingua in aliam conuertere, μεταφράζω. Traducere uitam, uel Traducere tempus, eſt conſumere, terere, tranſigere. Cic. de Sen. Vt uitam ociosam & quietam, ſine ullo labore, & contentione traducamus. Idem Seru. Sulp. Qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus. Aliquando ſiniſtrã famam de aliquo ſpargere ludibrio exponere, ac deridendum omnibus per uicos & theatra ducere. Mart. li. 9. Multoſq; magis traduceris Apher. Liu. 2. ab Vrbe, de Volſcis loquens publico conſilio, ac uoce præconis à ſpectaculis, Vos, inquit, omnibus ciuibus, peregrinis populis ſpectaculo abeuntes fuiſſe, ueſtras coniuges, ueſtros liberos traductos per ora hominũ. Aliquando traduces facere. Paul. in l. fi duo. Digeſt. Vti poſſid. Si uicinus uites exfundo tuo in ſuas arbores traduxit. Aliquando accipitur pro transmittere, & de loco in quo quid natum eſt, aliò mittere. Iuu. Sat. 7. Quanquã & Capadoces faciant requitesq; Bithyni. Altera quas nudo traducit Gallia talo, hoc eſt, quos mittit Galatia nudo pede.

Traduces. pen. prod. qui & Rumpi dicuntur, Sunt brachia uitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & ſibi mutuò connectuntur, Var. 1. de Re ruſt. cap. 8. Quartũ pedamentum eſt natiuum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis uinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. Col. lib. 5. ca. 6. Cætera ſimili ratione atq; in arbuſto Italico adminiſtrantur, ut uites longis ſcrobibus deponantur ut eadem diligentia curentur, atq; in ramos diducantur, ut noui traduces omnibus annis inter ſe ex arboribus proximis connectantur, & ueteres decidantur. Si tradux traducem nõ contingit, media uirga inter eas deligetur. Quũ deinde fructus pondere urgebit, ſubiectis adminiculis ſuſtineatur. Per translationẽ accipitur pro omni eo quod de re aliqua in alteram transfunditur, atq; ita ueluti in infinitũ propagatur. Sic hominis genituram, humani generis traducẽ nonnulli appellarunt. Famam quoq; Tertullianus in auriſi & linguaſi traduces ait proſerpere, quòd auium linguarumq; inſtrumẽtis propagetur, & breui temporis ſpacio infinitũ propemodũ capiat incrementum.

Tragacantha, τραγάκανθα, Frutex eſt ſpinæ candidæ non diſſimilis, ſurculis humilibus, robuſtis, late ſe diffundentibus, inter quos frequens coma, ſed breuis, cæcis ſpinis intercurrentibus, horrida, quæ ſua fronde conteguntur, radice lata, ſurculoſa, ſupra terram emergente: qua d. ſſa diſſi at è uulnere ſuccus, qui coaleſcit in lachrymam: quæ & ipſa Tragacantha appellatur. Officinæ uulgò Dragacanthũ gummi nominant.

Tragelaphus, phi, m. ſ. pen. cor. τραγέλαφ, Animal eſt ad Phaſim amnẽ naſcens, barbam & armorũ uillos hirci habẽs, reliqua cerno ſimile, unde & cõmiſtum ex cerno & hirco nomen inuenit. nos Hircoceruum uertere poſſumus. Vide Plin. lib. 8. cap. 32.

Tragemata, neu. t. τραγήματα, Quæ Latini bellaria uocant, ſiue ſecundas menſas. A Græco uerbo τρώγω, quod eſt comedo, cuius aoriſtus ſecundus eſt ἔτραγον.

Tragion, τράγιον, ſiue Tragonis, Frutex non niſi in Creta naſcens, iunipero ſimilis, ita dicta quod autumni tempore eius folia hircinum uirus oleant. Plin. lib. 27. cap. 13. Eſt & alterũ tragii genus, quod & tragocerota nonnulli appellarunt, multis in locis naſcens: folia habens ſcolopendrii, & radi. cyſtine ſtris raphani, tenuẽ, & candidã, deniq; cum ſuperiore nihil præter nomen & hircinum uirus habens commune.

Tragœdia, f. p. pen. cor. quamuis apud Græcos accentũ habeat in penultima, τραγῳδία, Poëmatis grauiſſimi genus, quo regum, principumue, aut eorum qui in aulis regum uerſantur, calamitates depinguntur, triſtiſſimũ ferè habens exitum. Dicta Tragœdia (ut quidã uolunt) ab eo quod primum eius poëmatis præmia hircus fuerit, aut certè uter hircinus uino plenus. Quod & ipſum non obſcurè indicat Horat. de Arte, Carmine qui Tragico uilem certauit ob hircum. Alii fæce putant, quam Græci τρυγίαν uocant, Tragœdiam appellatam, quòd ora ſua fæcibus perliniebant ſcenici, antequam perſonarum ab Aeſchylo repertũ. Quam ſententiã etiam ingens Horat. dicit Tragœdiã à Theſpide repertã. Ibidem, hoc tum Tragicæ genus inuenuiſſe camœna Dicitur, & plauſtris uexiſſe poëmata Theſpis, Quę canerent, agerentq; perũcti fæcibus ora. Differt aũt Tragœdia à Comœdia, quod in hac humiles & priuatæ perſonę introducuntur, in Tragœdia reges & principes. nonnunquã etiam heroës & dii. Ad hæc Comœdia à turbulentioribus ferè rebus initium ſumens, tranquillũ ſtatumq; ſortitur exitũ. Tragœdiæ autem totũ quidẽ argumentum habent luctuoſum, exitum autẽ triſtiſſimum. Triſtitia namq; Tragœdiæ propria eſt. Propter quod Euripedes Archelao rege petente ut de ſe Tragœdiã ſcriberet, abnuit, ac precatus eſt ne illi accideret aliquid Tragœdiæ propriũ. Ouid. 3. Amor. Eleg. 1. Venit & ingenti uiolenta tragœdia paſſu. Hor. 2. Carm. Ode 1. Paulum ſeueræ muſa Tragœdiæ Deſit theatris. Tragœdiis perturbari. Cic. 1. de Orat. Neq; uerò iſtis Tragœdiis tuis, quibus uti philoſophi maximè ſolent, Craſſe per turbor. Tragœdias agere, & tragœdias excitare, proueibii ſpeciem habet, pro eo quod eſt, tumultũ mouere. Cic. 2. de Orat. Ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi aut Tragœdias agamus in nugis, &c. Quintil. lib. 6. cap. de peroratione, nam in paruis litibus has Tragœdias mouere, tale eſt quaſi perſonam Herculis, cothurnos aptare infantibus uelis. Vide Chiliad. Eraſmi.

Tragicus, m. ſ. ſubſtantiuum, τραγικὸς, Qui Tragœdiam ſcribit. Horatius de Arte, Et Tragicus plerumq; dolet ſermone pedeſtri.

Tragicus, a, um, τραγικὸς, Quod ad Tragœdiam ſpectat, ut Cothurni tragici, Poëta tragicus. Horat. 1. Serm. Sat. 5. Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis. Cic. 1. de Nat. deor. Quod quia quemadmodum natura efficere ſine aliqua mente poſſit, non uidetis, ut tragici poëtæ, quum explicare argumenti exitum non poteſtis, confugitis ad Deum. Aliquando accipitur pro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pitur pro trifti, crudeli & ſcelerato, qualia ferè ſolent eſſe Tragœdiarũ argumenta. Liu. 1. ab Vrbe, Tulit enim & Romana regia ſceleris tragici exemplum, ut tædio regum maturior ueniret libertas.

Tragicè, aduerb. τραγικῶς, Mœſtè, grauiter, ſublimiter, crudeliter, & more tragico. Cic. de Clar. Orat. Hanc enim mortẽ rhetoricè & tragicè ornare potuerunt.

Tragœdus, τραγῳδός, Actor Tragœdiæ. Cic. 1. de Orat. Vox tragœdorum geſtus penè ſummorum actorum eſt requirendus. Horat. 2. Epiſt. 2. Qui credebat miros audire tragœdos.

Tragomaſchali, τραγομάχαλοι, A Græcis dicũtur, quorum alæ hircorum uirus olent, quos & Hircoſos Latini uocant.

Tragonia, τραγονία, Herbæ nomẽ, quam Democritus tradidit corpori adalligatam lienes triduo abſumere, referente Plin. lib. 27. cap. ult.

Tragonis, uide Tragion.

Tragopanades, τραγοπανάδες, Aues quædã in Aethiopia, teſte Pompon. lib. 3. aquilis maiores, corpora in temporibus curuata habẽtes ferruginei coloris, capite tantùm Phœniceo. Has Plin. fabuloſas eſſe putat, quemadmodũ & Gryphas. Vide ipſum lib. 10. cap. 49.

Tragopogon, pen. pro. τραγοπώγων, Herba in acetariis laudata, quæ à quibuſdã barbula hircina, ab aliis comæ dicitur, quia folia habet inſtar eroci in rotundum ſparſa. Vulgò barba petræ dicitur in Gallia Tranſpadana, Componitur autẽ ἐκ τράγος, quod ſignificat hircum, καὶ πώγων, barba, ut iure hirci barba nominari à Latinis poſſit.

Tragoriganon, τραγορίγανον, Herba ſimilis ſerpyllo ſylueſtri.

Tragos, τράγος. Præter uulgatam illam ſignificationẽ qua apud Græcos hircũ ſignificat, etiã frugis genus eſt alicæ non diſſimile, minus nutrit quã zeta, & concoctu difficilius. Vide Dioſc. lib. 2. Item ſpongiæ genus, ſpiſſum, prędurũ & aſperum, de quo Plin. lib. 9. Eſt etiã Tragos, herbæ genus in maritimis maximè naſcens, ſimilitudine iunci marini, nonnulli Scorpium uocant. Vide Plin. lib. 28. cap. 13.

Tragula, æ, f. p. Genus teli ſimilitudine haſtæ, ita dictũ quod ſcuto infixum trahatur, ἀκόντισμα. Sall. 4. Hiſt. ut citat Non. Auidiſſimis, atq; pręparatis ducibus, ut Metellus ictu tragulę fauciaretur. Plaut. in Epid. Tragulam in te iniicere adornat, neſcio quam fabricam facit, id eſt, dolum aliquẽ in te ſtruit. Tragula item, retis genus eſt quod uulgò nunc Tractam uocant, ἀμφίβληστρον. Plin. lib. 16. cap. 8. Vſus ſuberit anchoralibus maximè nauium, piſcantiumq; tragulis, & cadorum obturamentis. Dicta tragula, quòd ex undis ut plurimùm trahatur.

Traha, æ, f. p. Genus uehiculi ſine rotis, quo coloni utuntur à traheudo dictum, ἕλκηθρον. Ver. 1 Geor. per epentheſin traheã uocat, ſicut nauita dicimus pro nauta Tribulaq; trahæq; & iniquo pondere caſtri.

Trahax, acis, om. t. Auidus, rapax, omnia ad ſe trahens, ἁρπακτικός. Plaut. in Perſ. Eho lutum lenonium, eho ſterquiliniũ publicum, Impure, inhoneſte, iniure, illex, labes populi, Pecuniæ accipiter, auide, atq; inuide, Procax, rapax, trahax. trecentis uerſibus Tuas impuritates loqui nemo poteſt.

Traho, is, xi, ctum, a. t. Per uim duco, σύρω, ἕλκω. Trahimur in uiti, ducimur uolentes. Ver. 2. Aen. altaria ad ipſa trementem Traxit. Aliquando ſimpliciter ducere, ἄγειν. Plin. lib. 6. cap. 28. A rege Cretę Minoẽ, ut exiſtimant, originẽ trahentes. Cic. pro Arc. Trahimur omnes laudis ſtudio. Et paulò pòſt. Optimus quiſq; maximè gloria ducitur. Aliquando haurire, ἀντλεῖν, ἀντλεῖσθαι, ἀρύεσθαι. Cic. 2. de Nat. deo. Ex puteis iugibus aquam calidam trahi. Aliquando protrahere, παρέλκειν, ἀναβάλλεσθαι. Salluſt. in Adherbal. ubi intelligit omnes fortunas ſuas in extremo ſitas, hoſtẽ infeſtũ, auxilii ſpem eſſe nullam, penuria rerum neceſſariarũ, bellum trahi non poſſe. Aliquando remouere, auocare, ἀφιστάναι. Sall. Niſi ea res longius uos ab incœpto traheret. Trahere noctem ſermone, id eſt, terere, ſeu conſumere. Verg. 1. Aen. Nec non & uario noctem ſermone trahebant. Trahi item dicitur, quod ita geſtatur, ut tamen homo non attollatur: quod Galli dicunt Trainer. Plat. in Ciſtel. Amiculum hoc ſuſtolle ſaltem. S. ſine trahi, quum egomet trahor Huic non diſſimile eſt illud Verg. 4. Georgic. Iamq; trahens inglorius aiunt, hoc eſt ægrè, & uix ferens aluum præ magnitudine. Trahi puer dicitur, qui uix ambulare poteſt. Vergilius 1. Aeneidos, Et auo puerum Aſtianacta trahebat. Trahere ſe cum aliquo, eſt cum eo morari. Plautus in Trin. Atq; egomet me adeò cum illis Vnà ibidem traho. Trahere, interdum eſt cum feſtinatione abducere. Vergil. 2. Aen. Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum Paſtores magno ad regem clamore trahebant. Trahere ad ſe partem diei, eſt diei partem occupare. Plin. Epiſt. 3. Interueniũt amici ex proximis oppidis, partemq; diei ad ſe trahunt, Trahere ad defectionem, eſt impellere, incitare, cogere ad defectionem. Trahere aliquem ſecũ in calamitatem, eſt eum calamitatis ſuæ participem facere. Cic. pro Pomp. Non poſſunt unà in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, ut non plures ſecum in eandem trahant calamitatem. Trahere candorem, acquirere. Plin. libr. 7. cap. 16. Candorem trahunt quodam medicamine. Huic ſimillimum eſt illud apud Cic. 6. Phil. Aliquid enim ſalis ab uxore mima trahere poteras. Trahere dictum aliquod in uoluntatem, eſt dictum aliquod ſecundum ſuam interpretari. Plin. de Viris illuſt. Hoc dicto in uoluntatem tracto, &c. Trahere tutam fortunam, eſt feliciter agere. Trahere tutam pacem, eſt in tuta pace agere, Cic. ante exilium, Nos hic tutam, tranquillamq; pacem trahimus. Diuerſum, ſiue in diuerſum trahere, eſt ancipitem & ambiguum reddere, Terent. in And. Tot me curæ in diuerſa trahunt. Huius uerbi compoſita ſunt Abſtraho, attraho, protraho, retraho, & ſubtraho: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Tractus, us, m. q. Regio, plaga, χώρα, κλίμα. Cic. pro Planc. Totus ille tractus celeberrimus. Venafranus, ſe huius honore ornari arbitratur. Plin. lib. 11. cap. 53. In tractu piſce uiuentium Theophraſtus prodit, boues quoque piſce ueſci, ſed nõ niſi uiuente. Vergil. 2. Georgicorum, Indicio eſt tractu ſurgẽs oleaſter eodem. Tractus item dicuntur, circulati ſerpentum progreſſus, quos σπειρὰς uocant Græci, Verg. Geor. Nec rapit immenſos orbes per humum, neq; tanto Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

Tracto, as, a. p. Frequentat. Attrecto, in manu habeo, προσφέρομαι, χράομαι, ἅπτομαι, Iuuen. Satyr. 6. Per puppim & duros gaudet tractare rudentes. Verg. 3. Georg. aret Pellis, & ad tactum tractanti dura reſiſtit. Columella libro 6. Talis notæ uitulos oportet, dum adhuc teneri ſunt, cõſueſcere manu tractare. Arte aliqua tractare hominem. Terent. in Heaut. hoc arte tractabat uirum, Vt illius animum cupidum inopia incenderet. Tractare item. eſt conuiuio accipere, ὑποδέχεσθαι Cic. 4. Verr. Hi porrò qui ſucceſſerunt, uehementer iſtius cupidi, liberaliter ex iſtius cibariis tractati, non minus, &c. Horat. 2. Serm. ſatyr. 2. tractari mollius ætas Imbecilla uolet. Itẽ differere, & deſcribere, uel ſcribẽdo, aut narrãdo cõmemorare, quòd talia frequenter tangere uideamur, πραγματεύεσθαι, διαλαμβάνειν. Cic. 1. Acad. Dabitis enim profectò, ut in rebus inuſitatis, quod Græci ipſi faciunt, à quibus hæc iandiu tractantur utamur uerbis, interdum non auditis. Plin. li. 11. ca. 22. Quoniam tamen hic unguentorũ materia tractatur. Item exerceo, πραγματεύομαι, μεταχειρίζω. Horatius, quod me dicorum eſt Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Ter. in Prol. Phor. in medio omnib. Palmam eſſe poſitam qui artem tractant muſicam. Idem gubernare, διοικεῖν. Cic. Bruto lib. 3. Fuit in Cilicia mecum Tribunus militum, quo in munere ita ſe tractauit, ut accepiſſe ab eo beneficiũ uiderer non dediſſe. Hoc eſt, ita ſe geſſit, &c. Aliquando tractare eſt adminiſtrare. Cic. 1. Ver. Eras enim tu Queſtor, pecuniam publicã tu tractabas, id eſt, adminiſtrabas, & pecuniæ curam habebas. Tractare bibliothecam alterius, eſt curare, ſiue illius curam habere. Cic. ad Sulpitium libr. 13. Dionyſius ſeruus meus qui meam bibliothecã multorũ numorũ tractauit, &c.

Tractatus, participium. Cic. 2 de Legit. Aliquoties iam iſte locus à te tractatus eſt enarratus. Idẽ pro Cluent. Ab nullo ille liberalius, quàm à Cluentio tractatus eſt, id eſt acceptus. Aliquando uerbale eſt quartæ declinationis, idẽ aliquando ſignificans quod deſcriptio. Quintil. in Proœm libri 8. Aſperiorum tractu rerum atterũtur ingenia. Aliquando libri pars eſt in qua aliquid deſcribitur. Plin libr. 14. cap. 5. Toto ſeparatim tractu teſtatus ſententiam.

Tractatio, f. t. Alterum uerbale: ut Tractatio armorũ, tibiarum. Philoſophiæ. Cic. 3. de Orat. Sic uerbis quidem ad aptã cõpoſitionẽ & condecentiã, ſententiis uerò ad grauitatem oratio nis utatur, ut ii qui in armorum tractatione uerſantur. Idẽ 2. de Diu. Nec uerò qui tibiis aut fidib. uti uolunt, ab auruſpicib. accipiũt earũ tractationẽ, ſed à muſicis. Idẽ 6. Aca. Etenim ſi quidẽ eo in libro uerè eſt à nobis philoſophia lauda

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ta, profectò eius tractatio optimo atq; ampliſſimo, quoq; dignißima eſt.

Tractabilis, & le, om. t. Quod tractari poteſt, ut Tractabile pelagus, idem ferè quod nauigabile. Tractabilis homo, manſuetus. pacatus, facilis. Non tractabile cælum. Verg. 5. Aen. id eſt, procelloſum, inquietum, impacatum. Huius contrarium eſt intractabilis, ut Intractabile ingeniũ, apud Gell. li. 1. ca. 17.

Tractim, aduerb. Trahendo in longũ, ſine intermiſſione, longo tractu, diutinè, ἐκ προσαγωγῆς. Plaut in Amph. Quid ſi ego tractim tangam ut dormiat? Ver. 4. Geor. Tum ſonus auditur grauior, tractimq; ſuſurrant.

Tractoria organa, à Vitruuio appellantur machinę quibus onera maiora ſurſum trahuntur, ἑλκυστικαὶ μηχαναί.

Traiicio, cis, eci, ctum, Modò actiuum uerbum eſt, idem ſignificans quod transucho, tranſporto: & propriè nautarũ eſt, quum quippiam in littus ripamue ulteriorem tranſuehunt, διαπορεύω, διάγω, διαπορθμεύω, διαβιβάζω. In qua ſignificatione duos ferè habet accuſatiuos, alterũ præpoſitionis, alterum cõmunem uerbis omnibus actiuis. Plancus Cic. Exercitũ ad Calend. Maias Rhodanũ traiecit. Idem alibi, Quum copias traiecißem. Modò neutrum, idem ſignificans quod transfretare, tranſmittere, ſiue tranſuehi, περαιοῦμαι, περαιοῦσθαι. In qua ſignificatione unico ablatiuo cõtentum eſt, quem habet ui præpoſitionis incluſæ. Liu. 2. bel. Pun. Amnem uado traiecit. Aliquando eſt transfigo, & tranſuerbero, διαπείρω. Liu. 1. ab Vrbe, Contra quem & ille concitat equũ. tantaq; uis infeſtis uenientium haſtis fuit, ut brachiũ Ebutio traiectũ, Manilio percuſſum pectus. Traicere in alia uaſa, pro fundere in alia uaſa dixit Varro 1. de Re ruſt. cap. 64. Traiicere in aliã culpam aut quippiam, eſt trãsferre. Cic. 1. Ver. Quid quũ cõmiſerari, conqueri, & ex illius inuidia deriuari aliquid, & in te traiicere cœperit, &c. Traiicere rem (id eſt negotiũ) ad magiſtratus, pro reiicere. Liu. 2. ab Vrbe.

Traiectus, a, um, part. Tranſuectus, διαπορευθείς. Cic. ad Quirites, poſt reditum, Traiectus nauicula in Africam. Aliquando idem quod confoſſus, ſiue transfixus, διαπεπαρμένος. Plin. lib. 11. cap. 37. Ob hoc in prælijs, gladiatorũq; ſpectaculis, mortem cum riſu traiecta præcordia attulerunt. Ouid. 5. Met. Traiecti ſummouit uulnere cruris.

Traiectio, is, f. t. Transfretatio, tranſuectio, πόρθμευσις, πόρθμιον Cicero Attico, Cautior certè eſt manſio, honeſtior exiſtimatur traiectio. Traiectio uerborum, per translatione μεταφορὰ, apud authorem ad Herennium libro 1. Traiectio ſtellarum. Cicero 2. de Diuinat. Aſſyrii traiectiones motuſq; ſtellarum obſeruauerunt.

Traiectus, us, Idẽ quod traiectio, ſiue trãsferatio, διαπόρθμησις. Liu. 1. ab Vrbe. Qui in Traiectu Albulæ amnis ſubmerſus, celebre ad poſteros nomen flumini dedit. Ibidem lib. 4. Niſi in Traiectu forte fluminis prohibendo.

Tralatio, Tralatitius, Tralatus, uide Transfero.

Traluceo, traluces, n. ſ penult. prod. Translucco, διαφαίνω. Lucret. libro quarto, Vſqueadeò è ſpeculo in ſpeculum tralucet imago.

Tralucidum, di, n. ſ. Idem quod pellucidum, hoc eſt, uiſui peruium, διαφανὲς. Plin lib. 21. Suauiores albæ uiolæ, quoniam à tralucido facilius accipitur aër.

Trama, æ, f. p. Idem quod ſubtegmen, teſte Seruio, hoc eſt, filum quod ſtamini ex tranſuerſo intertexitur: ita dictum à trameando, hoc eſt, tranſeundo: propterea quod ſtamen iterum tranſeat, κρόκη, ῥοδάνη. Plin. lib. 11. cap. 24. de araneorum telis agẽs, Quanta arte celat pedicas, ſcrutulato arte regraſſantes quam non ad hoc uidetur pertinere cribratæ pexitas telæ: & quadam politurę arte ipſa per ſe tenax tratio ramæ. Trama figuræ, à Perſio dicitur pro extenuatiſſimo corporis habitu, umbram potius hominis quàm hominẽ præferente. Verba eius ſunt Sat. 6. mihi trama figuræ Sit reliqua: aſt illi tramat omento popa uenter.

Trames, is, gen. maſc. Semita tranſuerſa, τρίμμος. Liu. libr. 5. Obliquis tramitibus egreſſi. Cic. 12. Philip. Num idem in Apennini tramitibus potero facere?

Tramitto, a. t. Idem quod trãſinitto, ſiue traiicio, περαῖωμα. Cicero ad Atticum lib. 16. Duo ſinus fuerunt, quos tramitti oportet, &c.

Tranare, natando traiicere, à trans & nato, duobus poſtremis præpoſitionis elementis abiectis, διανήχεσθαι. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Multisq; ſuper incidẽtibus, telis incolumis ad ſuos tranauit. Verg. 1. Geor. Superant montes & flumina tranãt. Ver. 6. Aen. illius ergo Venimus & magnos Erebi tranauimus amnes. Tranare pro tranſuolare. Verg. 4. Aen. Illa fretus agit uentos, & turbida tranat Nubila. Tranare pro penetrare, ſeu tranſire. Cic. 1. de Nat. deor. Atq; id facilius cernemus, toto genere hoc igneo, quod omnia tranat, ſubtilius explicato. Haſta tranauit uiri pectus. Silius lib. 13. cap. 48.

Tranor, aris, paſſiuè. Ouidius 2. de Arte, Obſequio tranantur aquæ, nec uincere poſſis Flumina, ſi contra quam rapit unda nates.

Tranquillus, a, um, Quietus, placidus, propriè de maridicitur & aère, quando nulla exagitantur tempeſtate, γαλήνη, νήνεμος, ἄκλυστος, εὔδιος, ἀκύμαντος. Cic. pro Cluen. Mare quod ſua natura tranquillum eſt, uentis cõcitatur. lib. 9. cap. 17. Subit in ſumma maria piſcis, ex argumento appellatus lucerna linguaq; ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. Per translationem tamen accipitur pro quieto, miti, ſeu pacato. Plaut. in Ciſt. Si poſſum tranquillũ facere ex irato mihi. Cic. 3. Tuſ. Nec uerò ea frons erat quæ M. Craſſi illius ueteris, quę ſemel ait in omni uita riſiſſe Lucilius: ſed trãquilla & ſerena. Lucan. lib. 2. melius trãquilla ſine armis Otia ſolus ages. Idẽ lib. 1. alter urgentibus annis In ſenũ longoq; togæ tranquillior uſu Dedidicit iam pace ducem, &c. Claud. de bel. Gal. Se curas iam Roma leuat tranquillior arces. Teren. in And. Oh, tibi ut credam furcifer Qui me hodie ex tranquilliſſima re conieciſti in nuptias. Tranquilla res eſt, inquit Ter. in Phor. id eſt, Integra res eſt.

Tranquillum, li, ſubſtantiuum ex adiectiuo, Idem quod tranquillitas, γαλωσύνη, γαλωσύνης. Plaut in Caſin. Tranquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum.

Tranquillè, aduerbium, Quietè, citra motum, & perturbationem, γαλωσῶς. Cic. Att. Velim tranquillè à Parthis. Plaut. in Ciſtel. Sed tranquillè amabo, ne quid quod illi doleat dixerit. Tranquillè & placidè traducere uitam, apud Ciceronem 4. Tuſc.

Tranquillo, abſolutè. Pro tranquillo tempore, quo neq; cælum neq; mare tempeſtate exagitatur, γαλωσύνη, ἔφεσις, γλωμία ἔσις. Plinius libro 9. capite 7. Sæpe annorata piſcium æſtuo calore quædam anhelatio, & alia quædam tranquillo inductoſciratio.

Tranquillo, a. p. Tranquillum, & quietum facio, γαληνίω, γαλωσυνῶ Cicero 1. de Finib. Semper alit aliquid, quod tum ui ſua atq; natura tranquillet animos. Horatius 1. Epiſt. 18. Qui purè tranquillet, honos, an dulce lucellum? Huic opponitur Perturbare. Cicero in Top. Vt aut perturbentur animi aut tranquillentur.

Tranquillitas, atis, f. t. Quies maris & cæli, & tempeſtatis expers, γαλήνη, γαλωσύνης, εὐδία, γλωμία, Cic. Att lib. 4. Nos longis nauibus, quietem aucupaturi eramus. Per translationẽ accipitur pro quauis quiete, ut Trãquillitas uitę, Tranquillitas animi, hoc eſt, ſecuritas motuũ omniũ & perturbationũ expers. Cic. pro Muræn Qui remoti à ſtudiis ambitionis, otiũ & trãquillitatẽ uitæ ſequuti ſunt. Plin. Epiſt. 25. Annũ tertiũ & octogeſimũ exceſſit in altiſſima tranquillitate. Ci. 1. Offic. Vt tranquillitas animi adſit, quę adfert cum conſtantiã, tum etiam dignitatem.

Trans, Præpoſitio, idem ferè ſignificans quod ultra, πέρην, πέρα, Polybio, ut Trans fluuium, πέρα τοῦ ποτάμου, hoc eſt, ad ulteriorẽ, uel ulteriori fluminis parte. Iũgitur enim tam motus uerbis quàm quietis. Huic opponitur Cis uel circa, ἐντεῦθεν. Cic. Att. Cogito trans Tyberim hortos aliquot parare. Idem de Diuin. Si ſciſſet ſibi trans Euphratẽ eſſe pereundũ. Horat. lib. 1. Epiſt. 11. Cælum non animũ mutãt, qui trans mare currunt. Plaut. in Mil. nimis beat, Quod cõmeatus eſt trãs parietem. In cõpoſitione quoq; eandẽ retinet ſignificationẽ, cõponiturq; ferè cum dictionibus ab hiſce incipientibus literis: ab a, ut Tranſalpinus: c, ut tranſcurro: d, ut traduco: e ut tranſeo: f, ut transfero: g, ut trãſgredior: i, ut traiicio: l, ut trãſlego: m, ut tranſmigro: n, ut trano: p, ut tranſpono: r, ut tranſrhenanus: ſ, ut tranſcribo: t, ut trãſtigritanus, qui habitat trãs Tigrim: u, ut tranſueho. Ex quibus quę à d, uel n, uel in cõſonante initiũ ſumunt, poſtremas duas præpoſitionis literas abiiciunt: ut traduco, traiicio, trano. In reliquis præpoſitio manet integra: præter quã quod ſecunda cõpoſitionis parte ab ſ incipiente: ex præpoſitione ſ, abiicitur, ut tranſcribo.

Tranſabeo, is, Idem quod tranſeo, διαπορεύω, διαβαίνω. Stat. 2. Theb. capulo nam largius illi, tranſabiit coſtas cognatis ilibus enſis. Val. Flac. 4. Argon. Turbine ſic rabido populos, atq; æquora longè Tranſabiit.

Tranſactor,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Transactor, Transactus, uide Transigo.

Transadigo, gis, egi, actum, pen cor. Traiicio, transuerbero, διατιτράω, διαλαύνω. Vergil. 9. Aen. sed uiribus ensis adactus Transadigit costas, & candida pectora rupit. Sta. 5. The. Quatuor hos unà, decus & solatia patris Transadigam ferro.

Transalpinus, a, um, Quod est trãs Alpes sitũ, ὑπεράλπιος. unde Galliam Comatam Romani Transalpinã uocant: quæ diducitur in Belgicam, Celticam, Lugdunensem, & Braccha tam, siue Narbonensem. Contrà Cisalpinã Galliam cam uocabant, quæ ab Alpium radicibus extenditur usq; ab Rubicone, antiquũ Italiæ limitem. Cic. Pap. Pæto, Nunc uerò etiã Bracchatis, & Transalpinis nationibus, &c. Idem 2. Off. Portari in triumpho Massiliam uidimus, & ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri Imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt.

Transcendo, is, n. t. Supero, ascendendo transgredior, à trãs & scando, ultima præpositionis litera abiecta, ὑπερβαίνω. Ci. in Catil. Hoc malum manauit non solũ per Italiã, sed etiã trãscendit alpes. Idẽ de Som. Scip. Ex his ipsis cultis, notisq; terris, num cuiusquã nostrum nomen uel Caucasum hunc quẽ cernis, transcendere potuit, uel illum Gangem transnare? Lucan. lib. 4. audet transcendere uallum Miles.

Transcindo, is, Conscindo, lacero, κατακόπτω. Plau. in Per. Transcidi omneis aduenicns domi.

Transcribo, is, a. t. Idem quod ascribo, siue ab exemplari describo, ἀπογράφω. Cic. 2. de Nat. deor. Q. Sosius qui transcripsit tabulas publicas. Author ad Heren. lib. 1. Si uestra manu fabulas, aut orationes totas trãscripsisseris. Interdum trãscribere, est per scripturã, aut instrumentũ rem nostrã in alterius dominium transferre, μεταγράφειν. Agret. in l. si uxori, Dige. de præscr. uerb. Vt eos fundos, si ipse uellet, eodem precio mulier transcriberet uiro, id est, iure cesso tradere, ut interpretatur Bud. Huic persimile est illud Ver. 7. Aen. Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis. hoc est, ius regni tibi debiti in Troiam trãsferri. Et in l. si uir uxori. Digest. de præsc. uerb. Vt eos fundos si ipse uellet, eodẽ precio mulier transcriberet uiro. id est, iure cesso traderet. Sic transcribi nomina dicuntur in rationibus, quum id quod expensum latũ est, in aliud nomen transfertur, & nomen meũ ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur in l. ul. C. de Præd. nauic. ut annotauit idẽ Bud. Transcribere aliquẽ authorẽ, est desumere ex eo, quod ad nostrũ opus facere uidetur, & scriptis eius tãquã nostris uti. Pli. lib. 4. ca. Græcinus, qui alioqui Corn. Celsum trãscripsit, &c.

Transcurro, is, a. t. Cursu me aliquò confero, μεταρρίπτω, διὰ δρόμου. Terent. in Eun. Tu abi, atq; obsera ostium intus, ego dum hinc transcurro ad forum. Aliquãdo cursum conficio, διατρέχω. Cic. de Clar. Orat. Alexander & Cyrus, qui cursum suum transcurrerant. Aliquando excurrere, euagari, παρεκβάινω. Author ad Heren. lib. 13. Ne sine delectu temerè in rẽ dissimilem uideatur transcurrisse. Plin. lib. 9. cap. 36. Quod si hactenus transcurrat expositio, fraudatã se protinus luxuria credat. Nonnunquã perstringere, cursim & breuiter exequi. Quint. In narratione transcurrã subtiles nimium diuisiones quorundam.

Transcursus, us, m. q. Ipse transcurrẽdi actus. Vnde in transcursu aliquid factum dicimus, pro obiter & inter percurrendũ, μεταδρομάδην. Plin. lib. 18. cap. 13. Quanquam prius dixisse conueniat de rapis: in transcursu eas attingere nostri, paulò diligentius Græci.

Transdo, is, Veteres dixerũt, sonantius inquit Donat. quod nos lenius tradere nunc dicimus, μεταδίδωμι. ut Tralatũ illi, nos contra Translatum. Ter. in Prol. Phor. Retrahere à studio & transdere hominem in otium.

Transduco, is, Traduco, transfero, μετάγω, μεταφέρω. Cic. 6. Ver. Vt conarere clientelã tam illustrẽ, tam splendidq; prouinciæ, transducere ad te, &c. Transducere arbores, pro transplantare, apud Colum. lib. 3. cap. 9.

Transenna, æ. f. t. Cancelli lignei, ferrei, siue uiminei, qui fenestris, aut etiã mercibus oppositi, uisui peruii sunt, κιγκλὶς. Cic. lib. 1. Orat. Nunc petas à Crasso, ut illam copiã ornamentorum suorum, quam constructã uno in loco quasi per transennã prætereuntes strictim aspeximus, in lucẽ proferat. Quo in loco, per trãsennã aspicere prouerbiali metaphora dixit Cicero, pro eo quod est, non propius neq; sigillatim, sed procul, obiter, & summatim inspicere. Translatum à negotiatoribus qui mercibus quas cõtrectari nolũt, cãcellos obiiciũt, quidã etiam uitrum pellucidũ opponunt, ut prætercuntibus pro cul modò contemplari liceat: nec explicant eas, nisi licitatori idoneo. Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 7. ex libr. 2. Histor. Sallustii, præterea quum sedenti in transenna demissum Victoriæ simulachrum cum machinato strepitu tonitruũ, coronam ei imponebat. Quo in loco Nonius fenestram interpretatur: Sipontinus extra domum protensam pergulam, per quam transitur. Quandoq; ponitur pro decipula, laqueo, & funiculo ad decipiendum cõcinnato, παγὶς. Plautus in Baceh. Nunc è transenna hic turdus lumbricum petit. Et in Ruden. In ætate agenda hominum, plurimæ Fiunt transennæ, ubi decipiuntur dolis, Atq; ædepol in eas plerũque esca imponitur, Quam siquis auidus pascit escam auariter, Decipitur, ut transenna, sua auaritia.

Transeo, is, iui, & transii, situm, n. q. Traiicio, trãsmitto, trãsgredior, μεταβαίνω, διοδεύω, διαβαίνω. Cicer. 1. de Nat. deor. Quum Gracchus pomœrium transierit, auspicari est oblitus. Cic. 5. de Fin. Rectius diues quã Crassus, qui nisi eguisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transire uoluisset. Aliquando transire nihil aliud est quàm ire, aut sese recipere. Plau. in Stich. Deos salutabo modò, postea ad te cõtinuò transeo. Idẽ in Mil. Philocomasio dic, si hîc est, domũ ut trãseat. Sic Brutus ad Ci. li. 11. Trãsire in Apenninũ, dixit. Ci. pro Deiotaro, Transire in cubiculum. Accipitur aliquando Trãsire, pro eo quod est cursim attingere, paucis explicare, ἀρομαίως διηγεῖσθαι. Ci. pro Rosc. Amer. Sed in animo est leuiter trãsire, ac tantũmodo pertingere nunamquãq; rẽ. Transire silentio aliquid, est silere illud. Cic. pro L. Sylla, Ac ne hoc quidem mihi uidetur silentio transeundum. Et sine ullo ablatiuo. Plin. lib. 2. cap. 68. Vt publicos gentium furores transeam. Id est, taceam, sileam. Transire quædam in legendo, est, præterire, omittere. Plin. Epist. 98. Transeo enim Neronẽ, id est, sileo de Nerone: siue de Nerone nihil dico. Transiit dies, id est, præteriit, elapsa est. Cic. ad Att. lib. 7. Legis dies transiit Sic. Transiit mensis, apud Plaut. in Cur. Transeamus ad partitionem, apud Cic. 2. de Inuen. hoc est, hisce relictis, conferamus nos ad partitionem. Transire ad hostes, est ad illos deficere. Liu. 4. Mace. Si ad Romanos trãsire uelint. Transire ad uitam, est reuiuiscere, ἀναβιῶναι, Transire in multos colores: est per interualla modò in hunc, modò in illũ colorẽ mutari: quod & polypo, & chamæleonti fertur accidere. Transilire legem, est legẽ soluere, eiq; non parere. Trãsire lineas est se intra præscriptũ terminũ non continere, Cicer. in Parad.

Transitio, uerbale, transgressio, traiectio, διάβασις, μετάβασις. Cic. lib. 9. Epist. Qui spem sæpe transitionis præbuit. Ponitur aliquando pro defectione, ἀπόστασις, Liu. 4. bell. Pun. Numidas, qui intra portas seu præsidia Carthaginensium essent ad transitionem pellicerent.

Transitus, tus, m. q. alterum uerbale, Idem quod transitio, siue traiectio, διάβασις, διαπόρθμησις. Pli. li. 12. ca. 17. Petunt myrrham à Troglodytis Sabæi transitu maris, In transitu, id est, cursum percurrendo, ἀρομαίως, μεταδρομάδην. Quin. li. 6. cap. 5. Eorum non simplex natura, nec in transitu tractanda.

Transfero, eris, Transplanto, hoc est, plantam de loco uno in alium transfero, μεταφυτεύω. Stat. 2. Syl. Vidi ego transfertos alieno in corpore ramos Altius ire suis.

Transfero, transtuli, translatum, a inconseq. De loco in locum transporto, μεταφέρω, μετατοπίζω. Cic. 5. Phil. Ad se omnia ex hortis ornamenta transtulit. Cæs. 5. bel. Ciu. Cæsar paulo ultra eum locum castra transtulit. Cic. de Orat. Alii à regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt. Transferri itẽ dicũtur nomina aut uerba, quũ à significatione propria propter aliquam similitudinem ad minus propriam transumuntur, μεταφέρω. Cic. de Orat. Trãslata ea dico quæ per similitudinem ad alia transferuntur. Et paulo antè, Quum uerbũ aliquod altius transfertur, & quasi alieno loco collocatur. Idem de Opt. gen. dicendi. Sed Phalereus Demet. meo iudicio, præstat cæteris, cuius oratio, cũ sedatè placideq; loquitur, tum illustrant eã quasi stellæ quædam, translata uerba, atq; immutata. Translata dico, ut sæpe iam, quę per similitudinẽ ad aliam rẽ aut suauitatis, aut inopiæ causa transferuntur. Hęc Cic. Quæ autem dicantur uerba propria, quæq; translata, quomodo transferantur, quæ sit uitiosa translatio, & cur reperta sit translatio, diffusè tradit Quin. lib. 1. Instit dicens, Propria sunt uerba κύρια, quum id significant in quo denominata sunt: trãslata, quũ aliũ natura intellectũ, & aliũ locũ præbent. Vsitatis tutius utimur: noua non sine periculo quodã fingimus. Idẽ li. 8. Trãsfertur igitur nomen aut uerbũ ex eo loco in quo propriũ erat, in eũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in quo aut proprium deeſt, aut translatū prōprio melius eſt. Id facimus aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificātius eſt, aut (ut dixi) decentius. Vbi nihil horū præſtabit, quod trāsfertur impropriū. Transferre iudicia, inquit Bud. eſt ab uno ordine ad alterū transferre, hoc eſt, à Senatu ad Equites. Transferre itē, eſt interpretari, hoc eſt, ex lingua una in alterā cōuertere, μεταφράζειν, ἑρμηνεύειν. Quin. lib. 10. cap. 5. Ad uerbū transl atū non inuenio. Plin. lib. 18. cap. 3. Magone Pæno, rei ruſticæ ſcriptore. Cui quidē tantū honorē Senatus noſter habuit capta Carthagine, ut quū regulis Africæ bibliothecas donaret, unius eius duodetriginta uolumina cenſeret in linguā Latinam transferenda.

Tralatio, onis, quę & Trāslatio, f. t. Nominis, uerbiue in minus propria ſignificatione augendę, minuendæue rei gratia, uſurpatio, μεταφορά. Cic. lib. 6. Epiſt. Vt ſit quo modo Theophraſto placet, uerecunda tralatio.

Tralatitius, a, um, ſiue Translatitius, aut Trāslatiuus, Quod alicunde eſt translatū, μεταφορικός. ut Vox tralatitia, quæ à propria ſignificatione ad minus propriā, augendi minuendiue gratia eſt trāslata. Cælius Cic. lib. 8. Noſti enim hæc tralatitia. Idem 1. de Inuen. Translatitia dicitur conſtitutio. Vetus codex habet translatiua. Translatiua item, ſiue (ut alii malunt) Translatitia dicūtur teſte Aſconio, quæ noua non ſunt, nec nuper inuenta ſed aliunde trāslata. Cic. 4. Ver. Hoc uetus edictum, translatitiumq; eſt. Aliquando tamen translatiuū ueteres, teſte Bud. uſurparunt pro uulgari, quotidiano, & minimè exquiſito. Plin. in Epiſt. Nec tuę naturæ eſt, trāslatiua hæc & quaſi publica officia à familiaribus amicis contra ipſorum cōmodum exigere. ubi translatiua officia interpretatur Bud. uulgaria, & omnibus paſſim uſurpata, necdū ab iis qui exquiſitè amicitiā colunt. Plin. maior lib. 7. cap. 5. Translatiuū eſſe ait in Aegypto octauo menſe parere. Hoc eſt, uſitatū & minimè nouum.

Translatiuè, aduerb. Id eſt, perfunctoriè, remiſsè, languidè, negligenter, πρὸς ἀφοσίωσιν. Vlp. lib. 1. de Iure patron. Patronorum querelas aduerſus libertos Præſides audire, & non translatiuè exequi debent. Martian. Prævaricatorē eſſe eum oſtendimus, qui colludit cum reo, & translatiuè munere accuſandi fungitur.

Transfigo, is, xi, xum, pen. prod. Transfodio, ſeu transuerbero, traiicio, διαλακάνω, διαπαράω. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Stricto itaque gladio, ſimul uerbis increpans, transfigit puellam. Dicimus autem transfigo pectus gladio, uel transfigo aliquem gladio per pectus. Liu. 1. ab Vrbe, Ex his Q. Fabium principē in confertos Veientes euntem, ferox uiribus, & armorū arte Tuſcus inter multas uerſantem hoſtium manus gladio per pectus transfigit.

Transfixus, a, um, part. Id eſt, traiectus, διαπεπαρμένος. Vergi. 1. Aen. Illum expirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit.

Transfiguro, as, a. p. In aliam figuram uerto, μεταχηματίζω, μεταμορφόω. Suet. in Claud. Neron. Puerum Sporum exectis teſtibus in muliebrem naturam trausfigurare conatus eſt. Plin. lib. 17. cap. 24. Transfigurantur amygdalæ ex dulcibus in amaras.

Transfiguratio, onis, uerb. Id eſt, transformatio, μεταμόρφωσις. Plin. lib. 7. cap. 55. Eadem enim uanitas in futurum etiam ſe propagat, & in mortis quoq; tempore ipſi ſibi uitam mentitur, aliàs immortalitatē animæ, aliàs transfigurationē, aliàs ſenſum inferis dando.

Transfodio, dis, a. t. Perfodio, traiicio, transfigo, διορύττω, διακάω, διαπαράω. Ouid. 12. Metam. Gemino transfodit uulnere pectus, Val. Flacc. Argon. lib. 6. cadit impiger unà Inguine transfoſſo clari Taulantis alumnus. Liu. 9. bel. Maced. Deinde fugienti, fidemq; populi Romani atq; eorum qui aderant, imploranti latus transfodiſſe.

Transformo, ās, a. p. in aliam formam muto, μεταμορφόω. Verg. 4. Geor. Omnia transformat ſeſe in miracula rerū. Oui. 3. Amor. Eleg. 11. Iupiter aut in aues, aut ſe ſe transformat in aurum.

Transformis, & me, om. t. Quod quācunq; formā recipit. Oui. 8. Met. Aſt ubi habere ſuam transformia corpora ſenſit.
Sepe pater dominis Triopeida tradit: at illa
Nunc equa, nunc ales, modò bos, modò ceruus abibat.

Transfreto, as. pen. cor. Fretum traiicio, διαπορθμέω. Plin. in Paneg. Remisq; transfretare obſtantia freta.

Transfugio, is, n. t. Ad hoſtes deficio, αὐτομολέω, ἀφίσταμαι. Liuius lib. 2. Magna clientium comitatus manu transfugit. Cicero pro Quintio. Fatetur ſe non bellè dicere, non ad uoluntatem loqui poſſe, non ab afflicta amicitia transfugere, atq; ad florentem aliam deuolare.

Transfuga, com. p. pen. corr. Qui transfugit, & hoſtes deficit, ἀποστάτης, αὐτόμολος. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Deinde metuens neſi Conſulum iniuſſu, & ignaris omnibus iret, deprehenſus foret à cuſtodibus Romanis, retraheretur ut transfuga, fortuna tum uerbis crimen affirmante, Senatum adit. Nec ſolum ut Paul. de Capt. l. Poſtliminium, inquit) Transfuga is accipiendus eſt, qui ad hoſtes, aut à bello transfugit, ſed & qui per induciarum tempus ad eos cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſpecta transfugit.

Transfugium, gii, n. ſ. Defectio ad hoſtes, αὐτομολία, ἀπόστασις. Hieron. de illuſt. Gabios per Sextum filium, ſimulato transfugio, in poteſtatem redegit. Tacit. lib. 18. Nihil eorum Vitellianus fallebat crebris, ut in ciuili bello transfugiis.

Transfumo, as, pen. prod. Fumi modo tranſeo, διαξαπίζομαι, Stat. Thebaid. Clauſtraq; compreſsæ transfumat anheli tus iræ.

Transfundo, is, a. t. De uaſe in uas fundo, μεταχέω. Col. lib. 12. cap. 12. Deinde quum ſæpius eam in alia uaſa transfuderunt. Suas laudes transfundere ad alterum, per translationē. Cicero Dolab lib. 9. Libentius omnes meas ſi modò ſint aliquę meæ laudes, ad te transfuderim. Idem. 1. Philip. Omnē ſe amorem abieciſſe illinc, atq; in hanc transfudiſſe.

Transfuſio, onis, f. t. uerb. Actus transferendi, μετάχυσις. Plin. lib. 34. cap. 18. Lauatur in linteis raris in aqua cæleſti, ſeparatumq; terrenum transfuſione, cribratumq; teritur.

Tranſgredior, eris, d. t. Tranſeo, & propriè de pedum greſſu dicitur, ὑπερβαίνω, μεταβαίνω. Liuius 2. ab Vrbe, Inde in Latinam uiam tranſuerſis tramitibus tranſgreſſus. Cic. 1. de Diuin. Qui quum tabernaculum uitio cepiſſet imprudens, quòd inauſpicato pomœrium tranſgreſſus eſſet, comitia Cōſulibus rogandis habuit. Aliquando tamen generaliter accipitur, ut etiam tranſgredi dicantur, qui equo aut naui præteruehuntur: quod & Nonius annotauit, citans locum Sall. ex lib. 1. Hiſt. Nactus noctem obſcuram æſtu ſecundo, tranſgreſſus omnes recipit montem præruptum à Luſitanis. Ponitur aliquando pro ſuperare, ὑπερβαίνειν, ὑπερίχειν. Plinius libro 7. cap. 27. Idem ſignis collatis quinquagies dimicauit, ſolus Marcellum tranſgreſſus, qui undequadragies dimicauerat.

Transgreſsio, onis, f. t. Ipſe tranſgrediendi actus, διάβασις, μετάβασις. Cic. in Piſ. Cuius ego imperio non Alpium uallū contra aſcenſum tranſgreſſionemq; Gallorum, & c. id eſt, tranſitum. Apud Rhetores Tranſgreſſio dicitur, quum ab ea ſciētia quam propoſuimus, cōuertimus ſermonē ad aliquā perſonam, aut rem, aut formam, & tanquam perſonā appellamus, uel quum ad id quod demonſtrare inſtituimus, ab alia reactionem noſtram, & orationē reuocamus. Exempla pete ex Ruſiniano & Rutilio Lupo.

Tranſigo, is, egi, actum, a. t. Perago, perficio, διαπράττομαι, διατελέω. Cic. 4. Phil. Quidnam homines putarent, ſi tum occiſus eſſet, quum tu illum gladio ſtricto es inſecutus? negotiumq; tranſegiſſet, niſi ille ſe ſubter ſcalas abdidiſſet. Idem 5. Ver. Prima actio à nobis octo diebus transacta eſt. Tranſigere res multas uno tempore, apud Cic. 1. de Inuen. Sic Tranſigere uitam dicimus, pro peragere, διάγειν. Sall. in Proœm. Cat. Sed multi mortales dediti uentri atq; ſomno, indocti, inculti; uitam ſicuti peregrinantes tranſegerunt. Accipitur aliquando Tranſigere, pro eo quod eſt, controuerſiam decidere, & negotium iudiciale mutuo conſenſu dirimere, διαλύω. Cic. pro. Roſ. Qui pro ſociis tranſigit, ſatisdat nemi nem poſtea eorum periturum. Idem in Verrē, Orat. 5. Quod erat uix H S. quadringentorum millium, tranſigunt H S. duobus millibus.

Tranſactus, part. Idē eſt quod præteritus, παρελήλυθώς. Author ad Heren. lib. 1. In cōſequenti tempore ſpectabitur nunquid re tranſacta relictum ſit, quod indicet aut factum eſſe maleficium, aut à quo ſit factum. Aliquando idem quod peractus ſi ue perfectus, διαπεπραγμένος. Ter. in And. Ego iam tranſacta re conuertam me domum cum obſonio. Facta, tranſacta omnia, prouerbiale eſt, inquit Donat. in And. Ter, quo utimur, quum uolumus ſignificare, nihil diligentiæ prętermiſſum, nihil reliquum eſſe ad agendum. Verba Terētii ſunt hæc, Cōtemptus, ſpretus, facta, tranſacta omnia.

Tranſactor, oris, m. t. Cuius miniſterio ad rei alicuius tranſactionem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctionem utimur, προξενητὴς. Ci. 4. Verg. Qui est (id quod ex priore actione didicistis) rerum omnium transactor & administer.

Transiectio, onis, f. t. Quæ & Traiectio, id est, transpositio: ut, Transiectio uerborum, ὑπέρβαρρ. Autor ad Heren lib. 4. Huiusmodi transiectio, quæ rem non reddit obscuram, multum proderit ad continuationes. Ad eundē etiam modū legitur Transiectus apud Ciceronē de Vni. Iam uerò (inqt) terram, altricem nostram quæ transiecto axe sustinetur diei noctisq; effectricem.

Transilio, is, secunda syllaba corr. n. q. Vltra salio: à Trans, & Salio, abiecta postrema præpositionis litera, ὑπεράλλομαι, ὑπερπηδάω. Col. lib. 6. cap. 26. Si fossam sine cunctatione trā silit. Per translationem accipitur pro silentio præterire, & omittere, παράλειψις. Ci. 3. de Fin. Quū aūt ad summum bonum uolunt peruenire, transiliunt omnia. Idem 4. Philipp. Sed ne rem unam pulcherrimam transiliat oratio, &c. Idem 3. Offic. Ingenii specimen quoddam est, transilire, ante pedes posita, & alia longè reperita sumere.

Transilis palmes, Qui inter traduces alios trāsilit, ὑπερβατικὸν κλῆμα. Plin. lib. 17. cap. 13. Traducem bimum præcidere solebant. Oneratis enim uetustate melius donare tempus, ut trā silem faciant si largiatur crassitudo.

Transiungo, gis, a. t. Iugalium loca muto, μεταζεύγνυμι. Vlpian. in l. Aediles. de Aedil. edict. Si multa talis sit ut trāsiungi non possit, &c. Transiungere (inquit Budæus) est in quadriga locum uectoris mutare; ut mulam temonariam facere, quæ præcedere solita sit: uel dexteram facere, quę sinistra esse solebat.

Translabor, eris, Labēdo transeo. Claud. 1. in Eut. rapit cæli per mœnia cursum Diua potens, unoq; Pudum translapsa uolatu Castra sui rectoris adit.

Translabor, Translatitius, uide Transfero.

Translego, translegis, pen. cor. Idem quod perlego, siue legendo transcurro, διαναγινώσκω. Plau. in Asin. Age quæso mi hercle translege.

Transluceo, trāslucens, pen. pro. Idē q; pelluceo, διαφαίνω. Ouid. 4. Metam. In liquidis translucet aquis. Plin. lib. 37. ca. 12. Quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi, aliæq; translucentes.

Translucidus, pen. cor. Idem quod pellucidus, quod uisui per medium sui transitum præbet, διαφανὴς. Plin. lib. 36. cap. 8. Probatur quàm maximè mellei coloris, in uertice maculosi, atque non translucidi.

Transmarinus, Quod transmare est, siue quod trans mare nascitur, ὑπερθαλάσσιος. Plaut. in Mostel. Ego transmarinꝰ hospes sum Diapontius. Cic. 7. Verr. Nec accersere res transmarinas ex iis locis, &c. Idem 11. Philipp. Non ut ex ea acie auxilium haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiā transmarinum.

Transmeo, meas, are, n. p. Transeo, μεταβαίνω. Plin. lib. 30. capite 11. Præcipueq; febrium medicina placitis eorum renunciat. Nanque & in duodecim signa digessere eam sole transmeante. Idem libro 10. capite 29. Ad quem Ciconiæ non transmeant.

Transmigro, gras, n. p. pen. cor. Domicilio, habitationēq; commuto, μετοικίω. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Hanc eandem rem actam esse ut Veios transmigraremus. Suet. in Tiberio, cap. 15. Romam reuersus deducto in forum filio Druso, statim è Carinis, ac Pompeiana domo, Equilias in hortos Mecenatianos transmigrauit, totumq; se in quietem contulit.

Transmitto, tis, a. t. Transitum præbeo διἵημι. Plin. lib. 18. 11. Item cribraria quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, & tantum arenas transmittente, Pli. lib. 9. ca. 22. Lacus est Italiæ Benacus in Veronensi agro, Mincium amnem transmittens. Hoc est, per medium sui emittens, uel trā situm ei præbens. Aliquando idē est quod traiicere, siue trāsfretare, περαιῶ, περαιόω. Plin. Epist. 173. Ad quæ noscēda iter ingressi, transmittere mare solemus. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Grues quū loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli efficere formam. Suet. in Iulio Cęsare, A Brundusio Dyrrachium inter oppositas classes hyeme transmisit. Transmittere campos, est celeriter percurrere. Verg. lib. 4. Aen. alia de parte patentes Transmittunt campos. Transmittere aliquē est cum festinatione mittere. Plaut. in Epid. Continuo orabit ultrò, ut illam transmittas sibi. Transmittere tectum lapide, est lapidē ultra tectum coniicere. Transmittere bellū, uel aliquod onus alicui, est dare prouinciam belli administrandi. Transmittere in formas coactam materiam dixit Col. li. 7. cap. 8. pro formare, & in formas redigere. Transmittere mē ses, transigere, διάγω. Transmittere tempus, ducere, consumere. Transmittere discrimen, euadere. Transmittere hæreditatem fratri, id est, transferre.

Transmissio, onis, Id est, traiectio διαπόρθμευσις. Cic. ad Art. lib. 4. O nauigationem amandam, quam me hercle ego ualde timebam recordans superioris tuę transmissionis! Idem 1. Philip. Calēdis Sextilibus ueni Syracusas, quod ab urbe ea transmissio in Græciam laudabatur.

Transmontanus, Qui ultra mōtes habitat, ὑπερόρειος. Liu. 9. bel. Maced. Tum transmontanos adortus, quos non audierat C. Flaminius, omnes Aemylius subegit.

Transmoueo, transmoues, a. s. pen. cor. De loco in alium locum moueo, μεταλιπίω. Teren. Eunu. Labore alieno magnam partam gloriam Verbis sæpe in se transmouet qui habet salem Qui in te est.

Transmotus, a, um, participium. Tacit. lib. 3. Quippe Syria trāsmotæ legiones.

Transmuto, tas, a. p. pen. prod. Idē ferè quod muto, μεταλλάττω. Lucr. lib. 2. Summa atq; ima locans, transmutans dextera lęuis. Hor. 3. Carm. Ode 29. Fortuna sæuo lęta negotio, & ludum insolentem ludere pertinax, Transmurat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii benigna.

Transnato, as, Vltra nato, natando transeo, διανήχομαι. Liu. 1. bel. Pun. Ipsis certis superpositis incubantes, flumen transnatauere. Plin. lib. 6. cap. 27. Vnum genus ei piscium est, idq; transcurrentis non miscetur alueo sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant.

Transno, as, Idem cum superiori. Cic. in Som. Scip. Vel illū Gangem transnare. Hor. 2. Serm. 1. ter uncti
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto.

Transnomino, nas, a. p. Nomen commuto, uel inuerto, uel immuto, μετονομάζω. Suet. de Clar. Gramm. Lucius Crasitius genere Tarentinꝰ ordinis libertini, cognomine Pasides, mox Pansam se transnominauit.

Transnumero, as, Vltra numero autor ad Heren. lib. 4. Puer qui iam bene hominis naturam nouit, Tu illo plures mittas oportet, inquit, si hodie uis transnumerari.

Transpadanus, Trans Padum habitans, ὁ ὑπεραρ ἠριδανὸν. Ci. ad Cass. lib. 12. Tuos clientes Transpadanos etiam mirificè coniunctos cum causa habebamus.

Transpicio, is, a. t. Per cācellos aut per corpus pellucidum aspicio, διακύπτω. Lactant. de Opific. Per eas igitur membranas sensus ille qui dicitur mens, ea quæ sunt foris, transpicit. Lucr. libro 4. Quod genus illa foris qua uerè transpiciūtur.

Transpectus, us. Lucr. lib. 4. Ianua quum per se transpectū præbet apertum.

Transpono, is, De uno loco in alium transfero, μετατίθημι. Gell. lib. 22. cap. 1. Arborem in locum alium transpositam.

Transporto, as, a. p. De loco in locum porto, διακομίζω. Cic. ad Art. li. 14. Quid eas, quas Annius transportauit? Transportare copias, uel exercitum, est nauibus traiicere. Liu. 3. bel. Pun. Eum exercitum Putcolis in naues impositum Nero in Hispaniam transportauit. Transportare pro Transmittere. Verg. 6. Aeneidos.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.

Transquietus, adiect. ualde quietus. Plaut.

Transrhenanus, Qui trans Rhenum incolit, ὁ πέραν ῥῆνος. Cæs. 5. bel. Gal. Germanosq; transrhenanos solicitare dicebantur. Transrhenani hostes, apud Plin. lib. 29. cap. 1.

Transtiberinus, a. pen. prod. Trans Tiberim incolens, ὑπερθύμβρινος. Mart. lib. 1. Vrbanus tibi Cæcili uideris. Non es, crede mihi: quid ergo? uernaes, Hoc quod Transtiberinus ambulator.

Transtra, orum, gen. neut. nume. plur. s. Remigū sedilia in nauibus, ζυγὰ, Vergil. 5. Aen. furit immissis Vulcanus habenis Transtra per & remos, & pictas abiete puppes. Idem 4. Aen. Præcipites uigilate uiri, & confidite transtris. Ouid. 14. Meta. Et incuruæ fumabunt transtra carinæ. Cæsar. 3. bel. Gal. Trāstra ex pedalib. in altitudinē confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Hæc etiam Iuga dici solent. Verg. 6. Aen. Ini de alias animas quæ per iuga longa sedebant, Deturbat laxatq; foros. Transtra item tigna dicuntur, quæ transuersa à pariete in parietem porriguntur. Vitruuius libro 4. capite 2. Trabes etiam supra columnas, & parastratas, & antes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ponũtur in contignationibus, tigna, & axes ſub tectis ſi maiora ſpatia ſunt, & tranſtra, & capreoli: ſi commoda, columen, & cauterii.

Tranſuador & tranſuado, das, n. pen. cor. per uadum traiicio διασπορμίνω.

Tranſueho, is, a. t. Ex uno loco in alium ueho, ſiue id naui fiat, ſiue plauſtro, aut etiam iumentis, διακομίζω. Salluſt. in Iug. ex eo numero Medi, & Perſę, & Armenii cum nauibus in Africam tranſuecti, proximos noſtro mari locos occupauere. Tempus tranſuectum. Tacit. lib. 18. Abiit iam, & tranſuectũ eſt tempus, quo poſſes uideri concepiſſe.

Tranſuectio, uectionis, f. t. uerbale, Tranſportatio, traiectio, διακομιδή. Cic. 1. Tuſc. Dic quæſo, num te illa terrẽt, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſuectio Acherõtis, mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tãtalus? Tranſuectio, item dicebatur equitum recenſio, qua ante cõſpectum Cenſorũ uel Priucipis equites præteruehebãtur. Liuius li. 9. ab Vrb. Idẽ Fabius inſtituit, ut equites Idib. Quintilib. tranſucherẽtur. Tranquil. in Auguſt. capit. 38. Equitum turma frequenter recognouit, poſt longã intercapedinẽ reducto more tranſuectionis. Sed neque quempiam detrahi in prẽteruehẽdo ab accuſatore paſſus eſt, quod antea fieri ſolebat.

Tranſuerbero, as, a. p. Transfigo, traiicio, διαπλάνω, διαπείρω. Cicero Mario, Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, quum aut homo imbecillus à ualentiſſima belua laniatur, aut præclara beſtia uenabulo tranſuerberatur? Vergil. 1. Aen. cuius apertum

Aduerſi longa tranſuerberat abiete pectus.

Tranſuerſus, a, um, Obliquus, lateralis, πλάγιος, ut Linea tranſuerſa, quæ rectam lineam decuſſat: ut ſi linea recta, uerbi gratia, ab ortu ducatur in occaſum, tranſuerſa dicetur, quæ à Septentrione ducta eandem mediam diſſecat. Colum. lib. 2. Sed in arando maximè obſeruandum eſt, ut trãſuerſus mõs ſulcetur. Autor ad Herennium li. 4. Ecce ibi iſte de tranſuerſo, Heus, inquit, adoleſcens, pueri tui modò me pulſarunt, ſatisfacias oportet Tranſuerſum digitũ uel unguẽ diſcedere prouerbialis hyperbole eſt, pro eo quod eſt quã minimo ſpatio. Cicero. 2. Tuſculan. Ab hac regula mihi non licet trãſuerſum, quod aiunt, unguem diſcedere. Idem Attic. li. 13. Curandum eſt hoc omni in uita, à ſua quenq; conſcientia trãſuerſum unguem non oportere diſcedere. Plautus Aul. Si tu hercle iſtoc loco digitum trãſuerſum, aut unguẽ latũ exceſſeris. Tranſuerſus agi dicitur, qui ui & impetu quodam ab inſtituto depellitur. Metaph. ducta à nauigãtib. qui ſecũdo uento recto curſu feruntur, flatu aduerſo tranſuerſi agũtur.

Tranſuerſa, accuſatiuus pluralis, neutri generis, Aliquando ad uerbialiter ponitur pro tranſuersè, & obliquè. Verg. 5. Eclog. Nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hirquis.

Tranſuerſarius, adiect. Quod in tranſuerſum ponitur. Cæſar 2. belli Ciuil. Tranſuerſaria tigna iniiciuntur, quæ firmamento eſſe poſſint.

Tranſulto, tas, Idem quod tranſilio, μεταπηδάω. Liuius 3. belli Punici, Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed qui bus deſultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat.

Tranſumo, is, a, t. Ex alio ſumo, μεταλαμβάνω. Stat 3. Thebai. lachrymas non pertulit ultra, Bellipotens haſtam læua tranſumit, & alto (Haud mora) diſſiluit, &c. Vnde quæ ex primis tabulis tranſcripta ſunt, ſolennitate iuris adhibita, dicũtur tranſumpta: & actus ipſe tranſumptio.

Tranſumptio, f. t. Figura eſt quam Græci μετάληψιν uocant, quum ab eo quod præcedit, id quod ſequitur paulatim inſinuatur. Verg. 1. Aen. Speluncis abdidit atris. Nam ex atris intelligimus nigras, ex nigris tenebroſas, ac per hoc in præceps profundas.

Tranſuo, is, Ex trans & ſuo, abiecta ultima præpoſitionis litera διαῤῥάπτω Col lib. 7. crp. 5. Media pars deſcripti orbiculi eadem ſubula tranſuitur, & facto foramine prædicta radicula inſeritur. Corn. Celſus lib. 7. cap. 24. Cutis acu filum ducente tranſuitur.

Tranſuolo, as. n. p. pen. cor. Volando prætereo, διαπέτομαι. Plinius lib. 10. cap. 29. Perdices non tranſuolant Bœotiæ fines in Attica. Per translationem ponitur pro tranſcurro, uel pro repentè accedo, celeriter eo, διατρέχω Liuius 3. ab Vrbe, Eques inter ordines peditum tectus ſe ad equos recipit: tranſoluat inde in alteram partẽ ſuis uictoriæ nuncius. Plaut. in Epid. pro tranſfugio poſuit, tranſuolauerunt ad hoſtes.

Trapes, etis, maſculini gen. & penul. genitiui prod Mola olearia, à τρίπω, uoluo, ſeu uerto, ἀπὸ τοῦ τρίβω. Varro à terẽdo deducit. Cato cap. 18. Trapetibus locum dextra, & ſiniſtra.

Trapetum, ti, pen. prod. Idẽ cum ſuperiore, hoc eſt, ipſa mola olearia. Verg. lib. 2. Georg. Teritur Sicyonia bacca trapetis.

Trapetus, ti, maſculini generis. Idem: ſed antiquè. Cato ca. 22. Trapetus emptus eſt in Sueſſano numis quadringentis.

Trapezitæ. m. p. pen. prod. τραπεζίται. Numularii, menſarii, τράπεζαν enim uocãt Græci quam nos menſam. Plaut. in Cap. ſubducam ratiunculam, Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.

Trapezophoros, m. ſ. τραπεζόφορος. Menſam ferens. Ci. ad Gallum, lib. 7. Quod tibi deſtinaras trapezophorõ ſi te delectat, habebis. Vbi interpres, Trapezophoros ſignum erat ſacerdotis cuiuſdam huius nominis, quæ cum alia Coſmo nomine omnia ſacra Mineruæ adminiſtrabat. Hæc ille ad uerbum ex Suida. Iulius Pollux Onomaſtici ſui lib. 10. Trapezophoron menſam interpretatur pocula ſuſtinentẽ. Vnde Cælius conieſturam capit apud Ciceron. hoc nomine ſtatuam ſignificari, in eum uſum factam ut abacum ſuſtineret, in quo pocula reponebantur. Vide ipſum lib. 7. cap. 12.

Trauio, as, Antiquum uerbum eſt, quo uſus eſt Lucretius li. 4. pro tranſeo, διαβάινω, Qualia ſunt (inquit) uiri ſpecies quæ trauiat omnis.

Trauli, m. f. τραυλός, A Græcis dicũtur, quos nos balbos & blæſos dicimus. Vnde uerbum τραυλίζειν, quod eſt balbutire: & τραυλισμὸς, ipſa balbuties. Lucretius lib. 4. Magna atq; immanis cataplexis, plenaq; honoris Balba loqui non quit, τραυλίζει, muta, pudens, eſt.

Trebellicum uinum, à Plin. lib. 14. cap. 6. inter generoſa Italiæ uina commemoratur. Naſcebatur autẽ in Campania quarto lapide à Neapoli.

Trecenti, tæ, ta, Nomen numerale idem ualens quod ter centũ τριακόσιοι. 1. Vergil. 7. Aeneid, Sexcentos illi dederat Populonia mater

Expertos belli iuuenes: aſt Ilua trecentos,
Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis.

Treceni, pen prod. Idem quod ter centum, τριακόσιοι. Liu. 1. bell. Mac. Attalus trecenos tantum milites in præſidium. Rhodii quadriremem unam, quum ad Tenedum ſtaret, miſerunt. Idem 8. ab Vrbe. Scribebantur autem quatuor ferèle giones, quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legiones trecenis.

Trechedipni, m. ſ. τρεχέδειπνοι, A Græcis dicebantur, qui tardius ad cœnam conueniebant, ut ex Apollodoro annotauit Cælius lib. 27. cap. 24. Quæ uox κατὰ ἀντίφρασιν, (ut uidetur) eſt impoſita: quum ad cœnam currentes uideatur ſignificare. Hinc ueſtes quaſdam cœnatorias nonnulli trechedipna à Iuuenale putant appellari Sat. 3. Ruſticus ille tuus ſumit trechedipna Quirine.

Tredecies, aduerb. Pro ter decies, τρισκαιδεκάκις. Cic. 5. Ver. Tu ex pecunia publica HS tredecies ſcribã ruum permiſſu tuo quum abſtulit fateare, reliquam tibi ullam defenſionem putas eſſe?

Tremo, is n. t τρέμω, τρομέω, Tremore concutior. Plaut. in Aſin. Non placet, pro monſtro eſt: quoniam qui ſudat, tremit, Ter. Eunu. totus Parmeno Tremo, horreoq;, poſtquã aſpexi hanc. Verg. 1. Geor. Tremit, fugere feræ: & mortalia corda Per gentes humilis ſtrauit pauor. Cic. 2. Acad. Vt ſi qui tremerẽt, & exalbeſcerẽt, uel ipſi per ſe motu mẽtis aliquo, uel, &c. Interdum ponitur pro timere, φοβοῦσθαι. Ver. lib. 2. Aen. Hic aliud maius miſeris, multoq; tremendum Obiicitur magis, atque improuida pectora turbat.

Tremens, is, particip. Cic. 4. Tuſc. Vt ipſum Hectorem, quemadmodum eſt apud Homerum toto, pectore trementem prono caſſe ad pugnam pœniteret.

Tremendus, a, um, Terribilis, timendus φόβερος. Verg. 4. Aen. Manesq; adiit, regemq; tremendum. Idem 8. Aen. matrisq; egere tremenda Carmentis nymphæ monita. Huius compoſita ſunt, Contremo, intremo, & pertremo: quorum ſignificata uide ſuprà ſuis locis. Tremebundus, a, um, Abundè tremens, πολύτρομος. Autor ad Heren. lib. 3. Sin erit ſermo, in iocatione leuiter, & tremebunda uoce. cũ parua ſignificatione riſus. Ouid. 4. Meram. Dum dubitat, tremebunda uidet pulſare cruentum Membra ſolum. Hinc tremebundior cõparatiuum. Col. li. 10. Cãdidus effœtæ tremebſidior ubere porcæ.

Tremefacio, is, a. t Tremorem incutio, ἐκπλήττω. Verg. 2 Aeneid.

Tum uerò

Tu netò tremefacta nouus per pectora cunctis insinuat panor. Tremefacta libertas: id est, concussa, dixit Cic. 2. Offic. Idem 1. de Diuin. ex Poëta quopiam uetusto: Aut quum se grauida tremefecit corpore tellus. Vergil. 6. Aen. Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

Tremisco, is, n. t. Tremore concutior, τρέμω. Ver. lib. 3. Aen. uastosq; ab rupe Cyclopas Prospicio: sonitumq; pedũ, uocemq; tremisco. Idem 7. Aen. tonitruq; tremiscunt Ardua terrarũ, & campi. Ouid. 14. Met. Perq; dies multos latitans, omnemq; tremiscens Ad strepitum, mortẽq; timens, cupidusq; moriri Hinc Contremisco & pertremisco, composita: quorũ significata explicata sunt suprà suis locis.

Tremor, oris, m. t. Concussio corporis, qualis in febrientibus, frigentibus, aut timentibus cernitur, τρόμος, παλμὸς. Quin. & terra tremere dicitur, quum terræmotu concutitur. Ver. lib. 2. Geor. Vnde tremor terris, qua ui maria alta tumescant Obicibus ruptis. Cic. 4. Tuscul. Ex quo fit, ut pudorem rubor, sic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. Idem pro Flacco, Tamen id q̃ dixit quanto cum pudore, quo tremore, & pallore dixit? Ouid. 3. Metam. Attonitus subitus tremor occupat artus.

Tremulus, a, um, Qui ualde tremit, τρομώδης, τρομικὸς. Teren. Eunu. Incuruus, tremulus, labiis demissis. Mart. lib 9. Nunc anus, & tremulo uix accipiẽda tribuli. Ci. 1. de Diuin. Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. Hor. 4. Carm. Ode 13. Fis anus, & tamen Vis formosa uideri: Ludisq;, & bibis impudens: Et cantu tremulo pota Cupidinem Lentum sollicitas dextra. Vergil. 8. bel. Aspice, corripuit tremulis altaria flammis Sponte sua.

Trepidus, a, um, Idem quod pauidus, timens, πτρίφοβος. Liu. 2. ab Vrbe, At uerò curia mœsta, ac trepida ancipi metu. Trepida res dubia, & ob hoc timorem inducens. Liu. 1. ab Vrbe, Tullius in re trepida duodecim uouit Salios. Verg. 12. Aen. Ille intus trepidæ rerum, per cerea castra discurrunt. Vbi Seruius, Trepidæ rerum, nescientes quid agant, ignarę auxilii, incertæ, dubiæ. Trepidus, festinus, quòd qui timent, festinent gressus. Vergil. lib. 3. Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt, Immemores socii uasto Cyclopis in antro Deseruere Seru trepidi, festini, ut per timorem, non per contemptum relictus fuisse uideatur: qui enim timent, festinant gressus. Lucan. lib. 8. Rapitur trepida fugiente carina. Vbi carinã trepidam uocat, aut propter timorem illorum qui in ea uehebantur: aut trepidam, id est, celerem. Hæc Seruius.

Trepidulus, dimin. τρομώδης. Gel. lib. 2. cap. 29. Atq; ubi rediit cassita, pulli trepiduli circunstrepere, orareq; matrẽ, &c.

Trepidè, aduerb. Celeriter, & quasi per timorẽ. Liu. lib. 10. ab Vrbe, Nam & statiua trepidè deserta fuerant.

Trepidanter, Timidè. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 49. Quod ut sensit, trepidanter effatus. &c.

Trepido, as, n. p. pen. cor. Vehementer timeo, præ timore loco subsistere non possũ, τρέμω, φοβοῦμαι, σπεύδω. Teren. in Hecyr. Trepidari sentio, cursari susum prorsum. Teren. in Eunu. Quid est quod trepidas? satisne saluæ? dic mihi. Cic. 3. de Orat. ex Poëta quopiam antiquo, At Romanus homo, tamen etsi res bene gesta est, Corde suo trepidat. Cæsar. 5. bell. Gall. Tum demũ Titurius, uti qui nihil antè prouidisset, trepidare & concursare. Ver. 6. Aen. Vt uidere uirũ, fulgentiaq; arma per umbras Ingenti trepidare metu: pars uertere terga, &c. Pro trepidabant. Et quoniam à timentibus omnia præproperè aguntur, factum est ut trepidare accipiatur pro festinare, σπεύδω. Ver. 4. Aen. Dũ trepidant alæ, saltusq; indagine

Trepidatio, onis, uerbale, Trepidandi actus, φόβος, (cingũt. τρόμος. Cic. pro Deiot. Num quæ trepidatio? num qui tumultus? Liuius 2. ab Vrbe, Pilis inter primam trepidationem abiectis.

Trepondo, Trium librarum pondus, τρίλιτρον. Quin. li. 1. ca. 9. Nam dua & tre, & pondo diuersorum generum sunt barbarismi: at duapondo, & trepondo usq; ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, & rectè dici Messala confirmat.

Tres, & hæc tria, pluralis numeri tantũ, τρεῖς, καὶ τρία, Nomen numerale est notæ significationis. Vergilius 7. Aeneid. Tres equitum numero turmæ, terniq; uagantur Ductores. Idem lib. 8. Aenei. Treis imbris torti radios, treis nubis aquosę Addiderant: rutili treis ignis, & alitis Austri. Trium literarum homo, id est, fur: quod tres in ea dictione tantùm sint literæ. Plaut. in Aulul. tu trium literarum homo Vituperas me? Tribus uerbis, id est, breuiter. Plaut. Trinũ. Pax, re tribus uerbis uolo, uel trecentis. Idem in Milite, Breuin'an longius quo sermone? M. tribus uerbis.

Tresuiri, orũ, Idẽ qui triumuiri: de quib. suo loco, τρεῖς πρῶτοι, Plautus in Amph. Quid faciam nunc si tresuiri me in carcerem compegerint?

Tressis, & hoc tresse, Vilis, minimi pretii, quasi trium assiũ, τρεῖς ὀβολοῦς. Persius Sat. 5. Non tressi, agazo.

Triambi, inquit Fest. Dicebantur qui terni ex proscenio loquebantur.

Triangulus, m. s. pen. cor. Figura est tres angulos habens, quã Græci τρίγωνον uocant. Cic. 2. de Nat. deo. Grues quum loca calidiora petentes, maria transmittunt, trianguli efficere formam.

Triangulus, a, um, Quod triãgularem figuram habet. Colum. lib. 5. cap. 2. Esto ager triangulus, pedum quoquouersus trecẽ

Triarchus. uide Trierarchus. (torum.

Triarii, orum, n. s. οἱ ἐπιτεταγμένοι, οἱ ἐφεδρεύοντες, ἐπίτακτοι, τριάριοι, Dicebantur milites ueterani, spectatæ uirtutis, qui tertio loco prælii inibant, post profligatos hastatos, qui primo loco: & principes, qui secundo loco pugnam capessebant. Ita enim apud Romanos, teste Liu. lib. 1. ab Vrbe, acies instruebatur, ut primo loco hostes aggrederentur manipuli hastatorum ex flore iuuenum pubescentium collecti: qui si hostem propulsare non possent, sensim retrocedentes à principibus scutatis, quos antepilanos uocabant, in interualla ordinum recipiebantur, principesq; in eorum locum succedebant: hastati aũt post eos sequebãtur. Si à principibus quoq; nõ satis feliciter esset pugnarũ, à prima acie ad triarios paulatim referebantur, unoq; agmine facto, iam nulla spe post se relicta, unà omnes in hostem procedebant. Hinc factus est locus prouerbio, ut quum in re aliqua laboratur, eoq; res adducta est ut extremo conatu, summisq; uiribus sit enitendum, rẽ ad triarios rediisse dicamus. Triarii (inquit Varro) dicti sunt, quòd in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Plaut. Agite nunc, subsidete omnes, quasi solent triarii. De his uide plura apud Liu. 1. Decad. lib. 8. & apud Erasmum in Adagiis.

Tribrachus, m. s. pẽ. cor siue Tribrachys, τρίβραχυς. Pes metricus ex tribus syllabis breuibus cõstans: unde & nomẽ habet: quasi τρεῖς βραχεῖς ἔχων συλλαβάς, ut Dominus, Loqueris, Agimus.

Tribŭla, æ. f. p. & Tribulum, li, τρίβολον, Genus uehiculi quo frumenta in area reruntur. à tribus lateribus sic appellatum Verg. 1. 3. Georg. Tribulaq;, trahæq;, & iniquo pondere rastri. Varro lib 1. cap. 52. Et spicis in area excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, & tribula. Col. li. 2. ca. 12. Et si pauca iuga sunt, adiicere tribula & traham possis, quæ res utraq; culmos facillimè comminuit.

Tribulo, a. p. Verbum est Ecclesiasticis scriptoribus familiare, pro affligere, seu opprimere, θλίβομαι. & Tribulatio, pro oppressione, angustia, anxietate, θλῖψις. Quæ significationes tractæ uidentur à tribulo instrumento rustico, quo frumenta olim terebantur: aut certè à tribulo herba acutissimis spinis infesta: aut (ut alii malunt) à stimulo ferreo, formæ tetragonæ, qui quacunq; in parte incubuerit aculeum semper infestum protendit. Aliter hoc uerbo utitur Cato de Re rust. cap. 23. de musti medicatione loquens, Si (inquit) indideris defrutum, aut marmor, aut resinam dies uiginti permisceto crebro tribulatoq; quotidie. Quo tamen in loco non desunt qui turbato, rectius legi posse existiment.

Tribulis, uide Tribus.

Tribulus, li, m. s pen. cor. τρίβολος. Herba est foliis ad portulacæ effigiem accedentibus tenuiorib. uiticulis in terra stratis, spinis secundum foliæ rigidis & præduris. Nascitur secundum flumina, & in locis ruderosis Ouid. lib. 5. Met. Iolium tribuliq; fatigant Triticeas messes. Verg. 1. Georg. Lappæq;, tribuliq; interq; nitentia culta Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Est & alterũ tribuli genus aquaticum, nõ nisi in amnibus nascens, coma duntaxat aquis extante, folio ulmi effigiæ, pediculo longo, caule cacuminibus crassiore q̃ partibus in humore contentis. Tribulos item uocat Veget lib. 3. stimulos illos ferreos, formæ quadrangulæ, qui in bello aduersus equitatum spargi solent, in quocunq; latus incubuerint infestum semper aculeum protendentes. Latini Murices appellant. Vide suprà in dictione Murex.

Tribunal, lis, n. t. pen. pro. Locus excelsus acuata figura, in quo residebat qui ius tribubus redderet, δικαστήριον, βῆμα. Ci. ad Q. fra. li. 1. Nullius inopiã ac solitudinẽ nõ modò ullo populari accessu ac tribunali, sed ne domo q̃dẽ tua, & cubiculo

culo esse exclusam. Formam aũt tribunalis uide apud Vitruuium lib. 5. cap. 1.

Tribuni, m. s. Magistratus Romæ, non dissimiles iis qui apud Lacedæmonios Ephoti dicebantur: quorum officiũ erat iniuriã omnẽ intercessione sua prohibere, & cõmoda plebis aduersus patritios tueri, δημαγωγοί, δήμαρχοι. unde & Tribuni plebis dicti sunt, anno XVII. post exactos Reges primum creati quum plebs secessione facta à Patriciis. in sacrũ montẽ sese cõtulisset. Fuerunt & alii Tribuni, hisce multò uetustiores atq; adeò orbis origini æquales, qui quod Equitib. præerant, Tribuni celerum sunt appellati. Tribunorũ aũt nomen accepisse existimantur ab eo, q̃ id tẽporis populi tres rãtum erant partes, & ex singulis singuli creabantur tribuni. Alii à centuriarũ equestriũ numero dictos malunt, quas ab initio tres tantũ fuisse cõstat, Rãnensiũ, Tatiensiũ, & Lucerũ. Nec desunt q̃ à tribuum suffragiis quibus creabantur, dictos existimant. Tribuni celerũ, inquit Põponius de Origitur. l. necessariũ, Equitib. præerant, & ueluti secundũ locũ à Regib. obtinebant, quemadmodũ Magistri equitũ apud Dictatores: quo in numero fuit Iunius Brutus. Postea facti sunt Tribuni militares siue Tribuni militũ in castris, qui parẽ cum consulibus haberent potestatẽ, πολέμαρχοι. Tribunorũ militarium (sicut docet Asconius) duo fuerunt genera. Alii Rufuli dicebantur, qui in exercitu creari solẽt. Alii Comitiati, qui Romę comitiis designabantur. Tribuni militaris officiũ erat ut miles uestę indutus, armis bene munitus, exercitationis usu, & disciplina eruditus incederet. Olim tribuni militũ Cõsulari potestate promiscuè ex patrib. ac plebe creati sunt, uario quidẽ numero: interdũ enim uiginti, interdũ plures, nonnun q̃ pauciores fuerunt: ut inquit Pomponius loco iam citato. Tribuni militũ, inquit Bud. fortasse dici hodie possunt quos Marescalos uocamus, qui præfecti sunt militũ. Alii Tribuni ærarii, dicti ab eo q̃ his attributa erat pecunia, q̃ militi reddebãt. Tribuni ærarii, inquit Budæus, hodie dicuntur quos generales receptores uocant.

Tribunitius substantiuũ. Qui Tribunatũ gessit, ὁ δημαρχήσας. quemadmodũ Aedilitius, qui Aedilitate perfunctus est.

Tribunitius, a, ũ, Quod ad tribunos pertinet, δημαρχικὸς. Sallust. Nam postquam Cn. Pompeio, & M. Crasso Consulibus Tribunitia potestas restituta est. Lucanus libro 2. truncos lacerauit Fimbria Crassos: Sæua Tribunitio maduerunt robora tabo. Cicer. 1. de Oratore, Quum Tribunitia potestas esset constituta.

Tribunatus, us, m. q. Ipsa Tribunorum dignitas, δημαρχία. Cic. in Læl. De Caii autẽ Gracchi Tribunatu quid expectem nõ libet augurari.

Tribuo, buis, bui, butum, a. t. Do, largior, impertio, δίδωμι. Plin. in Pan. Tribuas ei successorem. Ouid. 2. de Arte, Hæc bona non primę tribuit natura iuuentæ. Ponitur aliquando pro attribuo, imputo, ἀνατίθημι, περιτίθημι. Cic. Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendum est. Aliquando capitur pro æstimo, νέμω. ut, Tu tibi multum tribuis Cic. 4 Acad. Quibus illesecũndum fratrem plurimum tribuebat. Aliquando pro faueo, & in aliquẽ propensus sum, ἀναπίθημι. Cic. Crasipedi, Quũ uniuerso ordini publicanorũ semper libentissimè tribuerim. Ponitur interdum pro distribuere, διαιρῶ, μερίζω. Cic. 2. de Fin. Omnem uim loquendi, ut iam antè Aristoteles, in duas tributã esse partes dixere. Tribuere misericordiã, est misereri. Cic. pro Milon. Quid restat nisi ut orem, obtesterq; uos Iudices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo uiro, quam ipse non implorat? Sic etiam dicimus, Tribuere alicui honorem, gratiam, operam, palmã, præmia, primas, priores partes, tempus rei, neniam. Legenti bonos autores exempla passim occurrent. Tribuere aliquid ualetudini, est ualetudinis causa nonnihil ab instituti nostri curriculò deflectere, aliquid eius causa facere, quod alioqui facturi nõ eramus. Tributum est, impersonaliter. Cicero 1. Offic. Generi animantium omni à natura tributum est, ut se, uitã, corpusq; tueatur.

Tributio, onis, uerbale, Actus tribuẽdi. Cic. 1. de Nat. deor. Hãc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem.

Tribus, us, f. q. φυλὴ, A tributo dando, uel quod ager Romanus, primo diuisus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ: una Tatiensium, à Tatio Sabinorum duce iam amico post fœdera, & in partem regni à Romulo susceptо: alia Ramnium, siue Ramnensium, à Romulo: tertia Lucerum, à Lucumone. Varro enim scribit Romulum dimicantem contra Tatiũ à Lucumonibus, hoc est, Tuscis auxilia postulasse: uniq; ex iis qui sibi cum exercitu suppetias tulisset, recepto id in regni portionem Tatio, partem urbis assignasse, indeq; regioni in qua ille cum Tuscis consedisset, Tusco uico nomẽ esse factum. Et quia in tres partes populus diuisus erat, factũ est ut hæ populi partes tribus dicerentur: & qui singulis tribubus præerant, Tribuni: & pecuniæ quæ tributim, hoc est, p̃ tribus imperabãtur, uocarẽtur tributa. Sed postea aliæ quoque partes urbis factę, quæ similiter tribus appellatæ sunt. Nã in sex partes fuit distributa ciuitas, in primos, secundosq; Tatienses, Ramnes, Luceres. Quælibet ex tribubus decem curias continebant, quæ de nominibus Sabinorum appellatæ sunt. Hæc Varro, Festus, Plutarchus, & Asconius. Differunt paulum ab his lib. 1. Liuius scribens, à Romulo centurias conquitum tres fuisse conscriptas, Ramnenses, Tatienses, & Luceres: nec uidetur existimare totum populum in hos fuisse distributum, sed solos Equites. Tribus autem statim ab initio quatuor esse factas asserit, urbe quadrifariam secundum colles & regiones diuisa: tribusq; non à numero ternario, sed à conferendo tributo appellatas existimat. Qua in re optimè cum Liuio conuenit Plinio, qui quatuor ab initio urbanas fuisse tribus affirmat, Suburranam, Palatinam, Collinam, & Exquilinam, ita appellatas à partib. ui bis in quibus habitabant. Ciceronis uerò ætate urbs in XXXV. tribus erat diuisa: quod ipse quum plerisq; aliis in locis, tũ apertissimè ostẽdit in orationibus contra Rullum de Lege agraria, Harũ nomina erant, Aemilia, Anienfis, Cornelia, Claudia, Collina, Cruſtumina, Exquilina, Falerina, Fabia, Galeria, Lemonia, Metia, Narnienfis, Otriculana, Vſentina, Palatina, Papyria, Pollia, Popilia, Põtina, Publica, Pupinia, Quirina, Romulia, Sergia, Suburrana, Scaptia, Stellatina, Sabatina, Terentina, Tormentina, Velina, Velientina, Veturia, & Volitina.

Tributarius, a, um, adiect. Quod ad tribus pertinet: ut Tributarium crimen, tributaria res. Cic. Plan. Itaque hæsitantem te in hoc sodaliciorum crimine tributario ad communem ambitus causam te contulisti.

Tribulis, m. s. pen. prod. Qui ex eadem est tribu, φυλέτης. Hor. 2. Epist. 13. Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis. Cicero Seruio. libro 13. Lucio Cossinio amico, & tribuli tuo ualde familiariter utor. Liuius 2. ab Vrbe, Vetus Claudia tribus, additis postea nouis tribulibus, qui ex eo uiuerent agro, appellata. Martial. libro 9. Nunc anus & tremulo non accipienda tribuli.

Tributim, aduerb. Per singulas tribus, κατὰ φυλὰς. Cic. Att. li. lib. 4. Populo tributim domi suæ sapiẽs fecerat.

Tributum, ti, n. s. A tribubus Varro dictum ostendit, quod ea pecunia quæ populo imperata erat, tributim à singulis p portione census soluebatur, εἰσφορά, τίνεσθαι, φόρος. Festus à tribuendo deriuarè uidetur, Tributũ (inquit) dictum, quia ex priuato in publicum tribuitur Cic. 2. Offic. Danda etiã est opera, ne q̃ apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærari tenuitatem, assiduitatemq; bellorũm, tributũ fit conferendũ. Ouid. de Nuce, Felix secreto quæ nata est arbor in agro, Et soli domino ferre tributa potest. Sta. 4. Sy. 1. Restat Bactra nouis, restat Babylona tributis Frænari. Dicitur & Tributus Plaut. in Epist. Tributus maior penditur.

Tributarius, m. s. Qui soluendo tributo obnoxius est, ὑποφορολογούμενος. Iustin. lib. 1. Sed ciuitates, quæ Medorum tributariæ fuerant. Plin. lib. 12. cap. 1. Et iam ad Morinos usq; peruecta, ad tributarium etiam pertinẽs solum, ut gentes uectigal & prædia pendant.

Tricæ, f. p. Capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti, ita dicti quasi τρίχες, teste Nonio: quum quoniã gressum illorum impediunt, factum est ut omnia impedimenta Tricæ uocentur, τριχώματα. Turpilius Demiurgo, ut citatur à Nonio, Iudicia, lites, turbas, tricas, contentiones maximas. Varro, μέρουλι δὲ λαχαίνω, apud eundẽ Nonium: Putas eos non citius tricas Attellanas, q̃ id extricaturos? Hinc intricare dicũ est, pro eo q̃ est inuoluere, implicare, ut annotauit idẽ Nonius, citans Afraniũ in Epist. Ita intricauit huius hanc rẽ temeritas. Itẽ, Extricare pro explicare. Plau. in Epid. Aliqua ope exoluam. extricabor, aliqua inde ex impedimentis liberabor. Tricas itẽ accipimus pro nugis, & rebus nihili. Plau. in Rud. Eloquere properè celeriter, L. numos trecentos. G. Tricas. In qua significatione etiam Tricas & Apinas dicimus, prouerb. nimirum metaphora res utilissimas significantes. Mart. lib. 14. Sunt Apinæ, Tricæq;, & si quid uilius istis. Ortũ creditur prouerbium à duobus Apuliæ oppidis hisce nominibus dictis, quæ Diomedes nullo negotio euertit. Plinius lib. 3. cap. 11. Diomedes ibi deleuit gẽtes Monadorum, Dardorumq;, & urbes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

urbes duas, quæ in prouerbii ludicrum uertêre, Apinam & Tricam. Vide Erasmi Adagia.

Triceni, æ, a, plu. num. Idem quod triginta, τριάκοντα. quasi Trigeni g, in c mutata, ea forma, qua uicenos dicim⁹ p uigenis. Plin. lib. 9. cap. 36. Latent sicut murices circa canis exortũ tricenis diebus. Tricenæ amphoræ. Colum. lib. 3. cap. 3. At si qui cum scientia sociauerint diligentiam, non ut ego existimo tricenas uel quadragenas certè: sed ut Græcin⁹ multum computans licet, inquit, amphoras uicenas percipient ex singulis iugeribus.

Tricenarius, a, um, ut Vites tricenariæ. Varro lib. 1. cap. 2. Nonne item in agro Fauentino, à quo tibi tricenarię appellantur uites, quod iugerum tricenas amphoras reddat?

Tricenteni, pen. prod. Item quod Triceni. Colum. lib. 5. cap. 2. Quoniam sex latera sunt, quæ consummata fiunt duo millia tricenti & quadraginta.

Tricephalus, pen. cor. τρικέφαλος. Idem quod triceps, hoc est, tria habens capita: unde Cerberus à pœtis græcis hoc epitetho insignitur.

Triceps, om. t. Trium capitum, τρικέφαλος. Seneca in Hercule furente, Tricipitem secum beluam manibus trahens. Cic. in Orat. Quid in uerbis iunctis? quàm scitè insipientem, nõ insapientem: iniquum, non inæquum: tricipitem, non tricapitem? Idem 1. Tuscul. Dic quæso, num te ista terrent, triceps apud inferos Cerberus? Ouid. 8. Metamorph. Tuq; triceps Hecate.

Tricesimus a, um, pen. cor. Vltimus ex triginta, τριακοστὸς. Cic. ad Attic. lib. 6. tricesimo quoq; die. Plin. 17. cap. 25. Ante tricesimum sextum mensem attingi falce uetantur. Hor. 1. Serm. sat. 9. Hodie tricesima sabbata.

Trichaptum, pti, n. s. τρίχαπτον, uestis genus est, tantæ subtilitatis ut ex pilis seu capillis composita esse credatur.

Trichias, τριχίας, Piscis est ex genere saxatilium bis quotannis pariens. Quidam Sardam interpretantur. Plin. lib. 9. cap. 51. Piscium autem lupus & trichias bis anno parit, & saxatiles omnes. Idem lib. 9. cap. 15. Intrantium Pontum soli non remeant trichiæ.

Trichiasis, f. p. τρίχίασις, Morbus mãmarum, qui in lactantibus mulierib. prouenit ex pili haustu. Hoc itẽ nomine dicitur rima circa spinam, in longum producta, sed adeo exilis, ut uisum fugiat: quæ non raro mortem affert.

Trichila, orum, τρίχηλα. Nonnulli interpretantur uasa, tria habentia labra, è quibus liquor effluere possit. Quod si uerũ est, penul. debebit produci, utpote quæ ex diphthõgo scribatur. Col. tamen corripit lib. 10. sic scribens, Tu modo dependens trichili, modò more chelydi Sole æstiuo gelidas per graminis umbras Intortus cucuminis, prægnansq; cucurbita serpit. Aut igitur. Colum. uocalem præpositiuam è diphthongo abiecit, aut aliud quærendum est uocis huius etymon. Apud Cęsarem de bello Pompeiano, Trichilon accipi uidetur pro uestis stragulæ genere tenuissimo: quod & annotauit Cęlius Rhodiginus, libro 18. capite 11. qui uocis eius originem ἀπὸ τῶν τρίχων repetit. Verùm hoc Columellæ loco iam citato nullo modo conuenit.

Trichitis, tis, τριχῖτις, Aluminis genus quod alio nomine schistho à quibusdam appellatur, in capillamenta quædam tenuia dehiscens: unde trichitidis nomen accepit. Vide Plin. lib. 35. cap. 15.

Trichomanes, τριχομανὲς, herba est, filici similis sed minor q̃ capillarum herbam Romani luxuria capillitii, officinæ Polytrichon appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. 12.

Trichrus, τρίχρους, Gemmæ nomen, à tribus coloribus impositum quos reddit coti attrita. Plin. 37. cap. 10. Trichrus ex Africa est: sed tres succos reddit: à radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum.

Tricies, aduerb. Triginta uicibus, τριακοντάκις, Liu. 8. bell. Pun. Pecuniæ in ærarium tulerunt sestertium tricies octoginta millia æris. Cic. 3. Ver. His nominibus solis Cn. Dolabellæ HS. ad tricies litem esse æstimarant.

Triclinium, nii, n. s. τρικλίνιον. Latinè discubitorium conclaue dici potest. Erat enim locus in quo discũbebant, & cœnabãt, à tribus lectis quos in eo sternebãt, nomen habẽs. Nã tres menses in cõuiuio apponere ueteres solebant, & cubãtes cœnare. Hinc Horat. 1. Ser. sat. 4. Sæpe tribus uidebas cœnare quaternos E quib. unus auet aspergere cunctos, Præter eum qui præber aquã. Iuuen. Sat. 5. ergo duos post Si libuit menses neglectũ adhibere clientem, Tertia ne uacuo cessaret cul citra lecto. Vnà simus, ait, Ex quibus Iuuenalis uerbis apertissimum est, triclinium discubitorium tribus fuisse instructũ lectis atq; inde nomen accepisse Et quanuis τρικλίνιον, sit dictio merè Græca, ita tamen recepta est in Latinam coloniam ut ea utamur tanquam Latina. Quintil. Vix eo limẽ egresso, triclinium illud supra conuiuas corruit. In eadem significatione Cicero Cõclauis uocabulo usus est, eandẽ cum Fabio referens historiam, lib. 3. de Orat. Hoc interim (inquit) spatio conclaue illud ubi epulabatur Scopas, concidit. Quinetiam Vitruuius lib. 4. manifestè triclinia inter conclauium genera annumerat. in triclinis, inquiens, cæterisq; conclauibus, maximus est usus luminum. Aliquando triclinium accipitur pro ipsis lectis, & reliquo discubitus apparatu. Cic. 4. Ver. In foro sibi triclinium strauerat. Quod explicãs paulò post subdit, Imperauit ut in foro sibi medio lecti sternerẽtur. A triclinio dictus est architriclinus, triclinii præfectus, cui instruendi, ornandiq; triclinii cura incumbit. Legitur & bicliniũ apud Plautũ in Bacch. pro cœnaculo duobus tantùm lectis instrato, Græci δικλίνιον appellant Aduertite (inquit) Menesiloche, & tu Pistoclere, iam facite in biclinio cum sua uterq; amica cubitum eatis.

Tricliniaria, orũ, n. s. Aulæa siue uestes stragulę quib⁹ triclinia ornantur, τὰ δὲ τρικλίνια περιρράμματα. Plin. lib. 29. cap 39. Qua purpura quis non iam triclinaria facit? Varr. 1. de Re rust. ca. 13. Qui elaborant ut spectent sua æstiua tricliniaria ad frigus Orientis.

Tricliniarius, a, um, & Triclinaris, triclinare, τρικλινικὸς, Quod ad triclinium pertinet: ut Mappæ tricliniares, & lecti tricliniares. Plin. lib. 37. cap. 2. Lectos triclinares tres.

Tricolon, pen. prod. τρίκολον, A Græcis dicitur, quod nos trimembre uertere possumus. Vnde certa quædam Odarum genera quę triplici carminis genere ueluti tribus cõstant mẽbris, tricola dicuntur: cuius generis non pauca sunt apud Horatium.

Tricones, n. t. Contentiosi, & rixarũ peramantes, δυσέριδες Vnde Iul. Capitol. in Aelio Vero, Fertur & nocte perpete alea lusisse quum in Syria concepisset ad uitium: atq; in tantum: nitiorum Gratianorum, & Neronianorum, ac Vitellianorũ fuisse æmulũ, ut uagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite cuncullione uulgari uiatorio, & cõmisceretur cum triconib. & cõmitteret rixas, dissimulans quis esset: sæpeq; afflictum liuida facie rediisse, ac in tabernis agnitum quum sese absconderet.

Tricoccus, ci, τρίκοκκος, Genus Heliotropoli quod alio nomine scorpiuron appellant, eo quod semen ferat scorpionis caudæ non dissimile. Autor Plin. lib. 22. & Dioscor. lib. 1. genus est mespili, buxeæ spinæ similitudine, pomum ferens exigui mali magnitudine, in quo tria sunt ossicula: à quibus tricoccus dicta, quasi trigrania, siue triossia.

Tricor, ris, Nugas ago, inepto, inepte, λῆρῶ, φλυαρῶ, βωμολοχῶ Cic. ad Attic. Brutus Vectenum accusat: tricatur scilicet. Nõ nunquam accipitur pro rixari, ἐρίζειν, Idem eidem, Publius tecum tricatus est.

Tricornis, ne, Quod tria cornua habet, τρίκερως. Plin. lib. 8. cap. 11. Indicos bones unicornesq;.

Tricorpor, oris, pen. cor. adiectiuum, Habent tria corpora τρίσωμος. Verg. 6. Aen. Et forma tricorporis umbræ, Silius li. 3. Geryonis peteret quum longa tricorporis arua.

Tricuspis, dis, pen. cor. adiectiuum, Quod tres habet cuspides, τρίσομος. Ouid. 1. Metam. posito q; tricuspide telo, Mulcet aqua rector pelagi.

Tridacna, n. s. τρίδακνα, Ostrea tantæ magnitudinis, ut ter mordenda essent: à nomenclatore nepotis cuiusdam ita primum appellata: ut refert Plin. lib. 32. cap. 6.

Tridens, m. t. Ferramentum tres habens dentes, siue cuspides, τρίαινα, unde Neptuni sceptrum Pœtæ ab hac forma peculiariter Tridentem appellarunt. Vergil. 1. Georgic. Magno tellus percussa tridenti. Plin. lib. 9. cap. 15. Thynni à gubernaculis separentur, ne tridente quidem in eos sæpius iacto territi.

Tridentifer, a, um, pro Neptuno, Ouid. 8. Meta. ô proxima terræ Regna uagæ dixi sortite tridentifer undæ.

Tridentiger, pen. cor. Idem Ouid. 11. Metam. Quumq; tridentifero tumidi genitore profundi.

Triduum, dui, p. s Spatium trium dierum, τριημερία. à quo Triduanus, a, um, τριήμερος. ut Triduanæ inducię, in tres tũtum dies pactæ. Pli. Epist. 62. Et qui audire triduo uelint, inueniũtur. Cic. 2. de Legibus, Cotta censet habendas triduum feriarum,

ferias, & porco fœmina triaculum pati. Idē pro Mil. Clodius respondit, triduo, illum ad summum quatriduo periturū.

Triennis, ne, Quod est trium annorum, τριετὴς.

Triennium, nii, n. s. Spatium trium annorum, τριετία. Cicero quarto Verrin.

Triennium, prouinciam obtinuit. Idem ad Quint. frat. libro 1. Præclarum est enim summo cum imperio fuisse in Asia triennium. Ouid. 9. Metam. Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.

Triens, tis, m. t. Tertia pars assis, hoc est, unciæ quatuor, τρίτημόριον. Cic. Att. Dolabellam uideo Liuiæ testamēto cum duobus cohæredib. esse in triēte, hoc est, in tertia parte totius hæreditatis. Erat item Triens numuli genus, ualens tertiam assis partem. Iuuen. Sat. 3. Nec habet infelix, quem porrigat ore trientem. Item sumitur pro calice quatuor continente cyathos. Proper. li. 3. Quum fueris multis exacta triēnibus hora. Persius Sat. 3. calidumq; triētem Excutit manib. Triens ite n apud Vitruuium accipitur pro tertia pedis parte, Vnde Trientalis materia dicitur, quę est crassitudine quatuor unciarum, siue quatuor pollicum. Nam in mensuris, teste Budæo, unciæ accipiuntur pro pollicibus. Duodecim siquidem pollices constituunt pedem.

Triental, lis, neutri gen. Vasis genus, tertiam partem sextarii capiens, Persius Sat. 3. calidumq; triētal Excutit è manib. Quo tamen in loco alii legunt Trientem, ut iam dictum est.

Trientalis herba, Quæ altitudine æquat tertiam pedis partem hoc est, pollices quatuor, τριτημοριαῖος βότανη.

Trierarchus, chi, mas. gen. τριηράρχης. Præfectus triremis Nam à Græcis τρήρης dicitur, quam nos triemen uocamus. Cic. 3. Ver. Qua de re Charidemum Chium testimoniū prio re actione dicere audistis sese quum esset trierarchus, &c.

Trieres, huius trieris, gen. fœm. pen. prod. τριήρης, Nauis ob longæ genus est, quam Latini à tribus remotum ordinibus Triemen uocant.

Trietericus, a, um, τριετηρικὸς, Triennalis, siue quod tertio quoq; anno fit. Hinc Trieterica appellata sunt sacra Bacchi, quæ tertio quoq; anno sumptuosiora annuis eius Orgiis agitabantur. Instituta enim sunt, quum ex India uictor Liber pater rediisset, à triennio quo peregrinatus est. Vergil. 6. Aen. ubi audito celebrant Trieterica Baccho Orgia, nocturnusq; uocat clamore Cithæreo. Ouid. 6. Met. Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi Sithoniæ celebrare nurus. Nox trieterica, Sta. 2. Theb. nō hæc Trieterica uobis, Nō patrio de more uenit,

Trieteris, pen. prod. genitiuo trieteridis. f. t. τριετηρὶς, Spatium trium annorum. Statius lib. 4. Theb. Ludus & atra sacrū recolet trieteris Ophelien. Mart. lib. 6. Aspicis ut paruus, nec adhuc trieteri de plena Regulus, auditum laudet & ipse patrem. Cic. 3. de Nat. deor. Quintum Niso natum, & Thione, à quo trieterides constitutæ putantur.

Trifariam, aduerb. Tripertitò, tribus modis, τριχῶς. Liu. 5. ab Vrbe, Trifariam Romam muniebant.

Trifarius, a, um, Triplex, τριφάριος, τριπλάσιος. Liu. lib. 3. Ita trifariam adortus castra circunuenit.

Trifaux, cis, omnis gen. Tres fauces habens, τρίγναθος. unde peculiari epitheto uocant Poëtæ Cerberū trifaucē. Ver. li. 6. Ae. Cerberus hęc ingens latratu regna trifauci Personat.

Triferus, fera, rum, τριφόρος. Quòd ter quotannis fructus producit. Col. libr. 5. cap. 10. Omnes etiam biferæ & triferæ. Plin. lib. 16. cap. 17. Vites quidem & triferæ sunt, quas ob id insanas dicunt, quoniam in iis alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent.

Trifidus, da, dum, pen. cor. Quod in tres partes diuidi potest, τρίχα. Vnde proprium orbis terræ, epitheton est, qui in tres diuisus est partes. Flamma trifida, id est, fulmen trisulcum. Ouid. 2. Metam. Naiades Hesperæ trifida fumantia flamma Corpora dant tumulo. Hasta trifida, Valer. Flac. 1. Argon. Cuspis trifida, Neptuni tridens, Claud. libro primo de rap. Proserp.

Trifinium. Dicitur ubi trium agrorū terminus est, τριορία.

Trifolium, n. s. Herba est à tribus foliis, quæ in singulis habet germinationib. appellata, τρίφυλλον. Eius tria sunt genera: ex quibus menyanthes uocant Græci, quod maiore est folio: cui adulto bituminis inest odor: unde asphaltiō nonnulli appellarunt, in coronarum usum commendatum. Alterū à folii acumine oxytriphylon cognominant. Tertium omniū minimū, in pratis passim prouenit. Vide Plī. lib. 21. ca. 21.

Triformis, me, om. t Tres habens formas, τρίμορφος. ut Canis triformis: Cerberus, Sene. Herc. Oethæo. Diua triformis Hecate. Hor. 3. Carm. Ode 22. Montium custos, nemorumq; uirgo, Quæ laborantes utero puellas Ter uocata audis, adimisq; letho diua triformis.

Trifur, Idē quod furacissimus siue eximius fur, κλεπτίστατος, τρίφωρ. Nam particula τρὶς in compositione augendi uim habet. Plau. Non fur, sed trifur. Sic trifurcifer dicitur, id est, insignis furcifer Plaut. in Rud. Tum trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

Trifurcus, adiectiuum, Quod tres furcas habet. Col. lib. 5. cap. 10. Trifurcam maximè ponito, ea exeat minimè tribus pedibus. Trifurca semina, quæ in tres partes furcata sunt. Colum. de Arb. cap. 20. Semina trifurca maximè poniro: ea exeant supra terram tribus pedibus.

Triga, gæ, f. p. Vehiculi genus quod tribus trahitur equis: quasi triaga à tribus equis iunctis, τρίππα, τρίωρον. In Pandectis lib. 21. Et si triga uenierit, retinenda erit rota: sed & si qua drigæ, adhibeatur.

Trigarius, ii, m. s. Trigarū agitator, τρεππαλάτης. Pli. lib. 28. ca. 12. Feruntq; & Neronem principem hac potione recreari solitum, quum sic quoq; se trigario, approbare uellet.

Trigamus, m. s. pen. cor. τρίγαμος, Qui tres duxit uxores: γάμος, nuptias significat.

Trigemini, n. s. tantū pluraliter, Tres uno partu editi, τρίδυμοι. Pli de uiris illust. Bellū Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuir. Colum. lib. 7. cap. 6. de capellis. Parit autem si est generosa proles frequenter duos, nonnunquā trigeminos.

Trigemmis, me, m. t Quod tres habet gēmas, τριόφθαλμος. Col. lib. 3. ca. 19. Vallis, & uliginosi campi situ serimus: etiam trigemmem (scilicet malleolum) qui est paulò minor dodrā te, longior utiq; semipede: isq; non ab eo trigēmis dictus est, quòd omnino trium oculorum est, quum ferè circa plagam qua matri abscissus est, plenus sit gemmarū: sed quòd his exceptis, quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemq; gemmas habet.

Trigesimus, a, um, pen. cor. Vltimus ex triginta, τριακοστὸς, Cicero de Senect. Cuius à morte iam tertius & trigesimus est annus.

Triginta indeclinabile nomē numerale, Ter decē, τριάκοντα Vergil. 3. Aen. inuenta sub ilicibus sus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Trigla, τρίγλα, Genus piscis qui à uenereibus mullus nocabatur, in præcipuis olim cœnarum deliciis habitus, adeoq; ganeonum mensis expetitus, ut sæpius argenti puri pondere à priuatis etiam Quiritibus emeretur. Apud Romanos etiam hodie Græco nomine tringla appellatur, amissa mulli appellatione. Vide Iouium in libello de Romanis piscibus.

Triglites, pen. prod. τριγλίτης, Gemma mulli piscis colorem habens. Autor Plin. lib. 37. cap. 11.

Trigon, onis, m. t. τρίγωνον, Locus erat in thermis, pilæ ludo destinatus: à trigona, hoc est, triquetra figura nomen habens Vnde & minimum pilę genus trigonem, & trigonalem pilā appellarunt, quòd eo in trigone lusitare solebant. Mart. lib. 1. Qui lentum ceroma teris, tepidumq; trigona. De pila trigonali extat epigramma apud eundem lib. 14. Si me mobilibus scis expulsare sinistris,
Sum tua: si nescis, rustice redde pilam. Idem lib. 12
Captabit tepidum dextra, lęuaq; trigonem.

Trigonus, ni, m. s. pen. prod. τρίγωνος. Trigulus: unde Trigonus, a, um, triangularis.

Trilinguis, gen. m. t. Qui tres linguas habet: uel tribus loquitur linguis, τρίγλωσσος. Hor. 3. Carm. Ode 11. quannis furiale centum Muniant angues caput eius atque
Spiritus cele r sanies q; manet Ore trilingui.

Trilix, cis, f. t. pen. genitiui prod. adiectiuum, Quod ex tribus constat liciis, τρίμιτος. Vnde trilices uestes dicūtur, quæ ex tribus liciis uersicoloribus constant. Interdū tamen Trilix accipitur pro triplici, τρίπλοῦς. Verg. 3. Aen. Loricam consertam hamis, auroq; trilicem. Valer. Flac. 2. Argon. Per dypedi cædentis opus, partemq; trilicem.

Trimacrus, τρίμακρος. Pes metricus, contrarius tribracho constans ex tribus longis ut Virtuti.

Trimestris, stre, om. t. Trium mensium, Plinius libro 7. ca. 25. Et hoc tale, tantumq; omnibus triceuis diebus malum in mulie-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in muliere exiſtit, & trimeſtri ſpacio largius.

Trimetron, τρίμετρον, Carminis genus ex tribus conſtans menſuris maioribus, hoc eſt, pedibus ſex, unde ſenarios iambicos, trimetros appellamus.

Trimma, τρίμμα, A Græcis dicitur is qui à Latinis appellatur ueterator, qui ſcilicet in re aliqua tritus eſt, & exercitatus, quaſi ἐμπράγμασι τετριμένος: idq; ea forma qua Latini Scelus dicunt pro ſceleſto. Sic Quintilianus attrita uſu forẽ ſi ingenia dixit.

Trimodium, trimodii, n. ſ. Quod tres modios continet, τρίψυκτον, τριμόδιμνον. Plin. lib 18. cap. 11. Neq; enim aliter potuiſſent trimodia illa anulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Plaut. Menech. Nunc argumentum uobis demenſum dabo, Non modio, neq; trimodio, uerùm ipſo horreo.

Trimodia, æ, f. p. Nomẽ uaſis tres cõtinentis modios. Col. Satoriam trimodiam appellat, quod ex ea ſatores iaciant ſemina, lib. 2. cap. 9. ubi ſic ait, Nonnulli pelle hyæne ſatoriam trimodiam ueſtiunt, atq; ita ex ea quum paulum immorata ſunt ſemina iaciunt: non dubitantes prouectura quæ ſic ſata ſint. Idem libro 12. cap. 50. Tum ſcalæ, corbulæ, decemmodiæ ſatoriæ, &c.

Trimorion, τριμόριον, Idem quod dodrans, quod tres contineat aſſis partes.

Trimus, ma, mum, Quod eſt trium annorũ, τρίτος, τριτὴς Plaut. in Rud. Trima quæ petiit mihi, iam tanta eſſet, ſi uiuit ſcio. Pli. Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima, transferri quidam præcipiunt.

Trimulus, diminutiuum, Quo in iis duntaxat utimur, teſte Valla, quæ adhuc incrementum, capere poſſunt. Vnde puerum trimulum rectè dixeris: equum autem aut canem trimum, non trimulum. Sueton. in Veſpaſiano, Trimulus partem amiſit.

Trimyxos, τρίμυξος, Lucerna eſt tribus lucens ellychniis. Nam μύξα à Græcis & nares dicuntur, & canaliculi quibus ellychnia inferuntur.

Trinepos, pen. cor. genitiuo Trinepotis, filius tertius à nepote τριτέκγονος cuius correlatiui, eſt Tritauus, hoc eſt ataui pater. Vide Inſtitutiones Iuſtiniani.

Trinoctium, ctii, n. ſ. τρινύκτιον, Trium noctium ſpatium. Gell. 3. cap. 2. Non enim poſſe impleri trinoctiũ, quod abeſſe à uiro uſurpandi cauſa ex XII. tabulis deberet.

Trinoctialis, le, pen. prod. Martial. lib. 12. ſed ipſe diuum Offenſus genitor, trinoctiali affecit domicœnio clientem.

Trinodis, de penul prod. Tres nodos habens, τρίκομβος. ut Claua trinodis. Ouid. Epiſt. 9. Oſſa mei fratris claua perfracta trinodi.

Trinundinum, ni, Idẽ quod tres nundinæ unde Trinũdino pro uulgari dicebatur, quod tribus continuis nundinis promulgabatur. Erant aũt nũdinæ apud Romanos feriæ ſtatæ, nono quoq; die celebrari ſolitæ, eo conſilio inſtitutæ ut octo diebus ruſtici in agris eſſent, nono aũt die in urbem cõmearent, partim ut res ſibi neceſſarias compararent, partim ut plebiſcita, & ſenatuſconſulta frequentiore populo referrẽtur: quæ ideò trinundino, hoc eſt, tribus nundinis proponebantur, ne in tanta hominum frequentia promulgata quem plã latere poſſent. Quamobrem lex, teſte Cicerone iure lata non putabatur, niſi quæ trinũdino antè eſſet ꝓmulgata. Magiſtratuũ quoq; candidati, trinundino plebem circuibant. unumquenq; manu prehenſantes, ſuamq; illi dignitatem cõmendantes. Cic. in Epiſt. de Cęſare, Neq; iam uelle abſente ſe rationem haberi ſui: ſe preſentem trinundinum petiturum.

Trinus, a, um, Idem quod tres ſignificat, τρεῖς. Cæſar. 7. bell. Gal. Milites ſignodato celeriter ad munitionẽ pueniunt eãq; tranſgreſſi, trinis caſtris potiuntur. Trini ꝓ terni, diſtributiũe Sueton. in Neron. cap. 56. Detecta confeſtim coniuratione, pro ſummo numine, trinisq; in die ſacrificiis colore perſeuerant. Cic. ad Attic. Tullia mea reddidit trinas.

Triobolus, pen. cor. τριόβολος, Tres obolos ualet, alio nomine Hemidrachmium dicitur: ſenos enim obolos drachma efficit, ut aiunt Plinius, Pollux, & alii. Trioboli nota ab altera parte effigiem Iouis, eb altera noctuam habebat. Plaut. in Bacch. Negare ſe debere tibi triobolum. Trioboli homo, nequam, & nullius pretii. Plaut. in Pœn. Non ego homo trioboli ſum.

Triobolaris, τριοβολιαῖος, Vilis, & pretii trium obolorum.

Triones, m. t. Ab antiquis dicebãtur boues aratores: quaſi teriones, à terendo, βοῦς ἀρόσιμοι, aut ut alii malunt, à terra, quaſi terriones. Triones (inquit Varr. lib. 6. de Ling. Lat.) etiã nunc boues appellantur à bubulcis maximè quũ terrã arant è quibus ualentiores dicti glebarii, ꝙ facilè glebas proſcindãt Sic omnes qui terram arabant, à terra Terriones unde Triones ut dicerentur, detritum. Hactenus Varro. Triones item dicuntur ſeptem ſtellæ, uerſus Aquilonem circulumq; hyemalẽ ſitæ, ſydus illud cõficientes quod Græci Arcton, noſtri Vrſam & Plauſtrum appellant. Mart. lib. 6. Cernere Parrhaſios dum te iuuat Aule Triones, Cõminus & Scythici ſydera ferre poli. Cic. 2. de Nat. deor. Altera dicitur eſſe Helice, Cuius quidem clariſſimas ſtellas totis noctib. cernimus. Quas noſtri Septem ſoliti uocitare triones. Vergil. 1. Aen. Arcturũ pluuiumq; Hiadas, geminosq; Triones. Ouid. 2. Meta. Tũ primum radiis gelidi caluere Triones.

Triophthalmus, Τριόφθαλμος, Lapillus qui in Sicyonia naſcitur, trium oculorum effigiem præ ſe ferens. Plinius libro 37. cap. 11.

Triorches, chis, τριόρχης, Auis ex accipitrum genere, quam Latini appellant buteonem: ita dicta à teſticulorum numero. Ab huius auis nomine putat Plin. Theoph. ſecutus, trior chi herbæ nomen factum eò ꝙ eruentes hanc herbam, infeſtiſſimum habeant hoc genus accipitris, raroq; ſine uulnere diſcedant. Vide Plin. lib. 10. cap. 8.

Triparcus, ca, cum, Valde parcus, τρισφεδωλὸς. Plau. in Perſ. Nam id demum lepidum eſt, triparcos homines, uetulos, auidos, aridos Bene admordere.

Tripectores, a, um, Tria habens pectora, τρίστερνος, τρίσωμος. Lucretius libro quinto, quidũe tripectora tergemini uis Gerionai?

Tripedalis, Tripedaneus, uide Tripes.

Tripertior, iris in tres partes diuido, τριχῆς μερίζω.

Tripertitus, adiect. Quod eſt in tres partes diuiſum. Ci. 1. de Inuen. Prætoris ars, & facultas in hac materia tripertita uerſari exiſtimanda eſt. Ci. ad Quir. poſt red. Cuius oratio fuit, quẽ admodum accepi, tripertita.

Tripertitò, aduer. In tres partes, τριχῶς, τριπῶς, Liu. 1. bel. Pun. Annibal infeſto exercitu ingreſſus fines, peruaſtatis paſſim agris, urbem tripertitò aggreditur. Cic. 5. Tuſc. At diffidat ne ceſſeeſt, qui bona diuidit tripertitò.

Tripatinum, ni, n. ſ. pen. cor. Quid ſit declarat Plin. lib. 31. cap. 12. his uerbis: Tripatinum, inquit Feneſtel. appellatur ſumma cœnarum lautitia: una erat muræna rũ, altera luporum, tertia myxonis piſcis: inclinatis iam, ſcilicet moribus ut tamen eos præferre Græciæ etiam philoſophis poſſimus.

Tripes, tripedis, o. t. pen. cor. Habens tres pedes, τρίπους, Mart. lib. 12. Ibat tripes grabatus, & bipes menſa. Liu. 10. bel. Maced. Simul procuratum eſt, quod tripedem multum Reate natu, nuntiatum erat. Horat. 1. Serm. ſat. 3. modò ſit mihi mensa tripes, & Condita ſalis puri, & toga, quæ defendere frigus, quamuis craſſa queat.

Tripedalis, le, τριποδιαῖος, Quod menſuram habet trium pedum. Plin. lib. 17. cap. 12. Medio folia habet iridis ſatiuæ, caulem tripedalẽ.

Tripedaneus, a, um, Idem quod tripedalis, τριποδιαῖος. Cat. de Re ruſt. cap. 45. Taleas oleagines, quas in ſcrobe ſaturus es, tripedaneas decidito.

Triphyllon, τρίφυλλον, à Græcis dicitur herba, quam noſtri uocãt Trifolium. Eius tres ſunt ſpecies, ut ſuprà docuimus in dictione trifolium.

Triplex, cis, pen. cor. o. gen. t. Tergeminus, τριπλᾶς. Hor. 1. Car. Illi robor, & æs triplex Circa pectus erat. Ouid. 6. nec me paſtoris Iberi Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere mouit. Vergil. 10. Aen. Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni. Idem 8. Aen. At Cæſar triplici inuectus Romana triumpho Mœnia. Vnde Triplico, cas, τριπλόω. Plinius lib. 7. cap. 48. Cornici nouem noſtras attribuit ætates Heſiodus: quadruplum eius cerui: id triplicatum coruis.

Triplices, plurali tantum numero, & maſcul. gen. Tabellæ erãt ceratæ, à numero foliorum dictæ, in quibus res leuiores ſcribi ſolebant. quemadmodum in quintuplicibus graueres. Mart. lib. 14. Tunc non triplices noſtros uilia dona putabis, Quum ſe uenturam ſcribet amica tibi. Idem lib. 10. Et uani triplices, breuesq; mappæ.

Triplus, a, um, Ter tantum, τριπλάσιος. Cic. de Vniuerſ. Deinde tertiam quæ eſſet ſecundæ ſeſquialtera, primæ tripla, deinde quartam, quæ ſecundæ dupla eſſet: quintam inde, quæ tertia tripla.

Tripoliũ, lii, n. ſ. τριπόλιον herba eſt in locis marinis naſcẽs quæ

quæ unda alliduntur, folio glasti, sed crassiore, palmeo caule, in mucronem diuiso: floribus colorem quotidie ter mutãtib. mane candidis, meridie purpureis, uesperi puniceis: radice alba, odorata, & gustu acri, officinæ hodie Mauritanorum uocabulo Turbit, appellant.

Triptota, pen. prod. τρίπτωτα. Nomina sunt, quæ tribus tãtum casibus declinantur: ut Scamnum.

Tripudium, dii, n. s. chorea: quasi terripauium, à terra pauienda, id est, ferienda, χορεία, Liu. lib. 1. ab Vrbe, Per urbem ire canentes carmina cum tripudiis, solenniq; saltatu iussit. Catullus Epig. 58. Quo nos decet citatis celerare tripudiis. Tripudia solistima in auspiciis dicebantur, quum pulli tam auidè uescebãtur ut aliqua offę particula illis exore excidens solum pauiret, hoc est, terram feriret. Vnde primũ terripauiũ dictum est, quod postea uoce paularim immutata, tripudiũ. Solistimũ aũt ita à solo dicitur, ut à medio Mediastimũ. Cic. 1. de Diuin. Sed quia, quum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primo, pòst terripudium dictum est: hoc quidem iam tripudium dicitur. Quũ igitur offa cecidit ex ore pulli, cum auspicandi tripudiũ solistimum nuntiatur. Liu. 10. ab Vrb. Nã quũ pulli non pascerẽtur, pullarius, auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum Consuli nuntiauit.

Tripudio, as, n. p. Idem quod salto, χορεύω, ὀρχοῦμαι. Liu. 3. bell. Pun. 2. Erumpuntur igitur agmine è castris, tripudiantes more suo. Cic. pro Sest. Sed illum tot iam in funeribus Reipub. exultantem, ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis con-

Tripundium, Pondus trium librarũ, τρίπιτρον. (stringeret

Tripus, podis, m t. pen. cor. τρίπους, Olla ærea, tribus fulta pedibus. Erant aũt tripodũ duo genera, quorũ alii, ἀναθηματικοὶ dicebantur qui ornatus tantũ gratia dicati erant in domib. uel templis, ignib. prorsus intacti: quos Homerus ἀπύρους appellat. Qui uerò ad ignis usum comparati erant, ἐμπυριβοῦντας, aut ἄθυτους, Tripodum item nomine intelligũtur mensæ, sellæ, aliaq; omnia quæ tribus pedibus sustinentur. Tripodes, ut ait Seruius, erat mensę in templo. Apollinis Delphici, quibus superpositæ Phœbades, uaticinabantur. Alio nomine dicitur Cortina. Plin. lib. 34 cap. 3. Ex ære factitauerunt & cortinas tripodũ nomine Delphicas, quoniã donis maximè Apollinis Delphici dicebantur. Cic. 3. de Nat. deor. Ex eo igitur & Lysitio est is Hercules, quem concertauisse cum Apolline de Tripode accepimus.

Triquetrus, a, um, Quod triãguli formam habet, τρίγονος. Colum. lib. 5. cap. 2. Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus. Cęs. 5. bell. Gal. Insula natura triquetra, cuius unũ latus est contra Galliam. Interdum Triquetrus, idẽ est quod Siculus, a, um, τριάκριος. Nam (ut paulò antè docuimus) Sicilia inter cætera nomina olim dicta fuit Triquetra, à figura triangulari. Silius lib. 5. Nunc Aetnæa cohors triquetris quam miserat oris. Hoc est, Siculus Hor. 2. ser. sat. 6. quid? mitib. promissa Triquetra Prædia Cæsar. an Italia tellure daturus. Hoc est, quos Cæsar militib. agros promisit, est ne in Sicilia, an potius in Italia daturus?

Triquetrum. tri, substantiuè, Idem quod triangulus, τρίγωνος. Plinius lib. 2. cap. 15. Postea radiorum eius contactu teguntur, & in triquetro à partibus centum uiginti stationes matutinas faciunt.

Triremis, huius triremis, pen. prod. gen. fœm. t. Nauis oblõga est tres habens remorum ordines, τριήρης. quemadmodũ biremis, quæ duos remorum ordines: quadriremis quæ quatuor. Liuius 1. bel. Pun. Quinquaginta quinq; remes, quadriremes duæ, triremes quinq;. Ci. 7. Ver. Nauem uerò Cybeam maximam, triremis instar pulcherrimam, atq; ornatissimã. Lucan. lib. 3. Cornua Romanæ classis, ualidæq; triremes. Horatius 3. Carm. Ode 1. neque Decidit ærata triremi. Bellatrix triremis. Claud. 4. Paneg. Triremes ab Aminocle Corinthio primum fuisse inuentas, post Thucydidem refert Plinius libro 7. cap. 56.

Tris, τρεῖς, Veteres in plurali accusatiuo scribebãt, quod nũc uulgò Tres scribimus. Vergil. 1. Aen. Tris notus abreptas in saxa latentia torquent. Ci. 4. Acad. Testatus sæpe Chrysippus tris solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus Priscianus ait, Nominum quorum genitiuus pluralis antepenultimam syllabam, i literam habuerit, accusatiuũ in is terminari. Nostra tamen ætate passim ab eruditis receptũ est, ut eiusmodi accusatiuus per e diphthongũ scribatur: quũ tamẽ Velii Lõgi sententia sit, ut p i solã notetur. Nã & aliquando Quin. incõmodum per ei scribere usum est. Vide Gell. lib. 13. cap. 18.

Triscurria, Vocantur à Iuuenale ludi admodum scurriles, liberoq; homine indigni. Locus Iuuenalis est Sat. 8. populi frons durior huius Qui sedet, & spectat triscurria patritiorũ. Hanc uocem alibi non temerè inuenias. Videtur enim ab ipso Iuuenale excogitata ea forma qua hominem infigniter furacem trifurem appellamus.

Trisago, nis, herba est quæ ab aliis teutriõ, ab aliis chamædrys à quibusdam etiã chamædrops appellatur, χαμαιδρὺς. Nascitur in locis petrosis & asperis: folia habet exigua, amara, effigie & diuisura quercus. Vnde & querculã uulgus Gallorum appellat: nonnulli etiam serratulam: De hac uide Pli. lib. 24. cap. 15.

Tristega, pen. cor. τρίστεγα, Triplicia tabulata, siue ædificia trium contignationũ, ἀπὸ τῆς στέγης, quod inter cætera significat contignationem: unde δίστεγα, & τρίστεγα dicuntur ædificia quæ duas, uel tres habent contignationes.

Tristis, & hoc triste, o t. Idẽ quod mœstus σκύθρωπος λυπηρός. Verg. Eclog. 19. Tristis at ille, tamen cantabitis Arcades, inquit. Cic. 1. de Diuin. Quærerem ex te quid tristis esset, &c. Sed quia tristitia in fronte hominis crudelitatis, grauitatis, iracundiarum difficultatis indicium est, fit ut tristis aliquando pro sæuo accipiatur, ὠμός. Vergil. 2. Aen illi mea tristia facta, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. Idem 2. Aeneid. quò tristis Erynnis. Quò fremitus uocat. Aliquando pro graui, ut annotauit Nonius, citans illud Ciceronis lib. 6. de Repub. Grauitatis suæ liquit illum tristem, & plenũ dignitatis sonum, σεμνὸς. Aliquando pro irato. Lucil. Timeo certè ne mihi sit tristior. Aliquando pro minaci. Verg. 1. Aen. Isq; adytis hæc tristia dicta reportat. Aliquando pro amaro πικρός. Vergil. 1. Geor. tristisq; lupini Sustuleris fragiles calamos. Sic tristis succus, pro amaro, Vergil. 1. Georg. Media fert tristes succos, tardumq; saporem Felicis mali. Aliquando pro difficili, δύσκολος. Cic. in Catone, Facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius agrotant, tristius curantur. Tristius (inquit) id est, difficilius. Est enim comparatiui gradus aduerbium. Aliquando pro horrido. Mart. Amator ille tristium lacernarum. Tristis aliquando dicitur qui inuitus aliquid facit, nec libenter. Teren. in Eunu. Inuitat tristis, manesit ibi. Tempus triste. Ci. Figul. lib. 4. Tuorumq; tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conuersabo. Tristia uerba. Cic. 2. de Fin. Sic enim maiores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen uerbo ærumnas etiam in Deo nominauerunt.

Tristiculus, diminutiuũ, Id est, subtristis. Cic. de Diuin. Filiolã suam Terentiam, quę tum erat admodum parua, animaduertit tristiculam.

Tristitia æ, Mœstitia, cui opponitur Lætitia, λύπη. Ci. de Orat. Index tum ad tristitiã, tum ad lętitiam est contorquendus. Mitigare tristitiam. Cic. 2. Offic. Lenitate uerbi tristitiam rei mitigante. Tradere se tristitiæ. Luceius Tullio M. F. lib 5. Lachrimis, ac tristitiæ te tradidisti.

Tristificus, adiectiuum, Quod tristitiam adfert, λυπηρός. Cic. 1. de Diuin. Tristificas certam Neptuno reddere uoces.

Tristo, stas, a. p. Antiquis in usu erat, pro tristem facio: unde mãsit compositum Contristo, λυπέω. Verg. 3. Georg. Et pluuio contristat frigore cælum. Est & tristor deponens, idem quod tristis sum, λυπέομαι.

Trisulcus, a, um, Quod tres habet acies, τριγλῶχιν. Vergil. 5. Georg. Linguis micat ore trisulcis. Ouid. 2. Met. Ille pater rectorq; deũm, cui dextra trisulcis Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem.

Tritauus, m l. Atiui pater, quasi Tetertauus ut quidam uolunt. τρίπαππος. Est enim quartus ab auo. Plaut. in Persa, Pater, auos, proauos, abauos, atauos. Sic Tritauia, atauiæ mater, τριμάμμη.

Tritales, τριθάλης, Sedum siue semperuiuum minus: ita dictũ q ter floreat, θάλλειν enim florere est. Plin. lib. 25. cap. 13.

Triticum, ci, Optimi frumenti genus est: ita dictum quod tritum est ex spicis, πυρός. Pli. lib. 18. cap. 7. Tritici genera plura quæ fecere gẽtes. Italico nullum equidem comparauerim candore ac pondere, quo maximè discernitur: montanismo dò cõparetur Italiæ aquis externum, in quo principatũ tenuit Bœotica, deinde Sicilia, mox Africa: tertiũ põdus erat Thracia Syriosq; deinde Aegyptio, Ci. de Diuin. Midæ illi Phrygio, quum puer esset, dormienti, formicæ in os tritici grana cõgesserunt ditissimum fore prædictum est; quod euenit.

Triticeus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Triticeus, a, um, πύρινος. ut messis triticea. Vergil. 1. Geor. At si triticeam in messem, robustaq; farra exercebis humum. Fœtus triticei. Ouidius 2. Fast. Triticeos fœtus, passuraq; farra bis ignem,
Hordeaq; ingenti fœnore reddet ager.

Tritura, Trituratio, uide Tero.

Triuenefica, cæ, Insignis uenefica, τριφαρμακύτρια qua uoce utitur Plaut. in Aulul. Mirũ quin tua nunc me causa faciat Iuppiter Philippum regem, aut Darium, triuenefica.

Triuiritim, id est, per tres uiros, (ut quidam uolunt) hoc est, quibusq; trib. partem unã citantq; Col. li. 1. cap. 3. ubi sic legunt, Ideoq; post reges exactos Liciniana illa septena iugera, quæ plebi triuiritim diuiserat. Quo tamen in loco ex emẽdatiorum codicum fide sic legendũ constat, Quæ plebi Tribunus uiritim diuiserat.

Triuium, triui, n. s. Quadriuium, Locus in quem tres uel quatuor cõueniũt uiæ, τρίοδος. Cic. 1. de Leg. agr. Vt in atriis auctionariis potius q̃ in triuiis, aut in cõpitis auctionentur. Catullus, Omnib. in triuiis uulgetur fabula passim. Iuuen. Sat. 1. Nonne libet medio ceras implere capaces Quadriuio? Erant aũt triuia, & quadriuia rusticorum sacris attributa. Nã illic oues cędebantur, & serta appendebantur. Tibullus li. 1. Nam uenero, seu stipes habet desertus in agris, Seu uetus in triuio florida serta tapis.

Triuialis, le, om. t. Quod in triuio fit, uel quo in triuiis utebatur, ἐγχώριος. unde accipitur pro uulgari, & minimè exquisito: ut Verba triuialia, id est, inculta, & parũ elegantia. Suet. de Clar. Rhetor. Tantũmodo uerbis triualib⁹ egit. Vnde triuialis scientiæ magistri à Quintiliano dicuntur qui in triuiis docent. Quinetiã Grãmatica dicta est scientia triuialis, quia in triuiis docebatur.

Triualiter, aduerb. Id est, uulgariter, & minimè exquisitè.

Triumphus, phi, m. s. Quidã Græcũ putãt, nam τρίαμβον. appellant Græci. Nos aspiratione ex prima in nouissimam syllabam translata, & b in p mutata, dicimus Triumphum. Varro à Baccho huius rei inuentore tractum nomẽ putat. Tranquillus dici existimat triumphũ, quia qui triũpharet, triplici iudicio honoraretur. Primò enim exercitus de triũpho duci decernẽdo iudicabat, secũdò Senatus, tertiò populus. Erat aũt triũphus omniũ honorũ qui à populo Romano dari solebant, maximus. Nam illa Põpa solennis erat, quę fiebat redeuntib. in urbem cũ uictoria. Ci. in Pis. Differes de triũpho quid tandẽ habet iste currus: quid uicti ante currũ duces? quid simulachra oppidorũ? quid aurũ? quid argentũ? quid Legati in equis, & Tribuni? quid clamor militũ? quid tota illa pompa? quid uehi per urbem?

Triumpho, phas, n. p. Triumphum ago τριαμβεύω. Cic. in Cat. M. Curius quũ de Samnitib. triũphasset. Idẽ 2. de Fin. Bella magna gesserat: is bis Consul fuerat, triumpharat. Idem. 7. Ac etiam qui triumphãt, eoq; diutius, &c. Constituitur tripliciter: Aliquando cum accusatiuo: ut triũphauit Mũmius Achæos. id est, uictis Achæis triumphauit. Plin. de Viris illust. Achæos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Deinde cum ablatiuo cum præpositione De. Pli. Ibidem Consul de Ligurib. triũphauit. Tertio cum præpositione Ex Plin. lib. 7. cap. 43. Qui solus eodem anno, quo fuerat hostis, Romæ triũphauit ex his, quorũ Consul fuerat. Qui aũt triũphabant apud Romanos, quatuor equis albis uehebantur, curru in aurato, capite coronato lauro, & ante ipsum triumphantem uictus hostis, oneratus colla catenis, & præeunte Senatu, Capitolium ascendebant ad templum Iouis Opt. Max. ubi mactato tauro albo domum redibant, ut non uno in loco docent Plutarchus & Plinius. Aliquando tamen triumphare ponitur pro exultare, & sibi placere. Cæsar Ciceroni, Meum factum probari abs te triumpho, & gaudeo. Ci. 7. Verr. Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. Dicim⁹ quoq; triumpho gaudio. Cic. pro Cluent. Exultare, ac triumphare gaudio cœpit. Inuenitur etiam triumphatur uerbũ impersonale. Cic. 2. Offic. Massiliam portari in triumpho uidemus, & ex ea urbe triumphari, sine qua nunq̃ nostri Imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. Liuius lib. 3. ab Vrbe, Tum primum sine autoritate Senatus, populi iussu triumphatum est.

Triumphatus, a, um, De quo triumphatũ est, τριαμβευθείς. Ver. 3. Georg. Bisq; triumphatas utroq; ab littore gentes. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. Roma triumphati dum caput orbis erit.

Triumphatus, us, m. q. Ipsa triumphatio, τριαμβεία. Plin. Ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius.

Triumphator, ris Qui uictis hostibus triumphum reportauit. τριαμβευτὴς.

Triumphalis, le, o. t. adiect. Quod ad triumphũ pertinet, τριαμβευτικόν. Vnde triumphales coronæ, quibus Imperatores in triumphis coronabantur. Hæ primũ ex lauro fieri solebãt postea ex purissimo auro confectæ sunt, quod inde Coronarium appellabatur. Vide suprà in dictione Corona. Triũphalis porta, Romæ dicta est, q̃ per eam triũphi agerẽtur: hoc est triũphantes uictores in urbẽ deducerẽtur, τριαμβευτικὴ πύλη. Hæc alio nomine Capena porta appellatur, & Appia, quòd ad uiam Appiam sita sit. Hodie D. Sebastiani porta dicitur. Triumphale territorium, Romæ, quod nunc Vaticanum dicitur, τριαμβευτικὸς ἀγρός. Vnde Damasus Papa scribit beatũ Petrum sepultũ fuisse in Vaticano iuxta triumphale territoriũ. Triumphalis uir, qui triumphauit sicut Consularis, qui Consul fuit. Suet. de Augusto, Solo triũphales, quanq̃ & socios expeditionũ, & participes uictoriarũ suarum nunq̃ donis impediendos putauit, q̃ ipsi quoq; ius habuissent tribuẽ di ea quib⁹ uellent. Triumphalis currus, quo uehebantur triumphantes. Plin. lib. 7. cap. 25. Curru triũphali reuersus est. Triũphalis ꝓuincia propter q̃ deniq̃ Imperator triumphũ reportauit. Cic. in Pison. Ex ea prouincia, quæ fuerit ex omnibus una maximè triũphalis, &c. Triumphales uestes quæ triumphantiũ erant: quẽadmodum & Aurũ triumphale, & Habitus triũphalis. Plin. li. 8. ca. 48. Pictas uestes iam apud Homerum fuisse: unde triũphales natæ. Triũphales cœnæ. Pli. li. 9. ca. 35. Cœnis triumphalib. Cęsaris Dictatoris sex millia numero murenatũ mutuo appẽdit. Triumphalis statua. Pli. Epist. 3. lib. 2. Heri à Senatu Vestritio Spurinæ, principe autore, triumphalis statua est: in habitu triumphantis.

Triumphalia, lium, pluraliter, Ipsa triumphatio. Tacitus lib. 4. Dolabellę petenti abnuit triumphalia, Seiano tribuens, ne Blæsi auunculi eius laus obsolesceret.

Triumuir, triumuiri, pen. cor. masc. gen. Nomen magistratus, quem tres collegæ administrãt. Triumuiri triplices fuere Capitales, Mensarii, Nocturni. De capitalibus sic habet Põponius de origine iuris. l. necessariũ, triumuiri capitales constituti sunt, qui carceris custodiam haberẽt, ut Athenis undecimuiri, οἱ ἕνδεκα: & quum animaduerti oporteret, interuentũ eorũ fieret. De mensariis Liu. cõmemorat. Triumuiri mensarii creati sunt: hiq; numulariis, & monetæ omnis generis, & formæ cursotib. præerãt. De nocturnis meminit Cornelius Tacit. Triũuiri nocturni, q̃ ad incendiũ in sacra uia ortum tardè uenerant, à Tribuno plebis die dicta damnati sunt. Triumuirorũ itẽ nomen assumpserunt Octauius, Antonius, & Lepidus, qui oppressa iam republica, ut tyrãnidem honesto aliquo uelarent nomine, Triumuiros reipublicæ cõstituendæ causa, se dici uoluerunt.

Triumuiratus, Ipsa triumuirorum dignitas. Cic. de Clar. Orat. Qui quidem in triumuiratu iudicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium.

Triumuiralis, le, Horat. Epod. 4. Sectus flagellis hic triumuiralibus Præconis ad fastidium.

Triuncis, m. t. Numulus æreus, quẽ postea quadrãte appellarunt, τριὸγκιον, τετάρτημόριον. Plin. lib. 33. ca. 3. Quadrans antea Triuncis uocatis, à tribus unciis.

Trochæus, m. s. τροχαῖος. Pes metricus syllabis duabus, prior longa, altera breui constans. Dictus Trochæus (ut quidã existimãt) q̃ celeritate sua imitetur uolubilitatẽ rotę q̃ Græci τρόχον appellãt uel (ut alii malunt) διὰ τὸ τοὺς περιτρέχοντας τὸν βωμὸν τοιούτῳ μέτρῳ ᾄδειν. hoc est, ab eo quòd circum aras currentes carmen decantabant hoc pedis genere compositũ. Cic. 3. de Orat. Iambum & trochæum, frequentem segregat ab oratore Aristoteles.

Trochillos, pen. prod. τροχίλος. Auicula exigua, quam ideò aquilæ inuisam esse quidam tradiderunt, quod rex auium appelletur. Vide Plin. lib. 10. cap. 7. lib. 8. cap. 25.

Trochiscus, uide Trochus.

Trochea, æ, f. p. pen. cor. Instrumentum cum orbiculis ad subleuanda & emittẽda onera. Vel rotula striata è ligno, uel ære, qua aquã hautimus funę ductario; & hydria. Lucretius Multaq; per trochleas & tympana põdere magno Cõmouet atq; leui sustollit machina nixu. Budęus ait Trochleã signi ficare totam illam machinam quæ continet rotulam & axiculum per rotulam traiectum, circa quem rotula uersatur, & præterea ductarium funẽ, qui circa orbiculũ æneum currit: quales in puteis uidem⁹, quas Polias uocamus. Trochleam meminit Cato de Re rust. In instrumento torcularis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in quo ſuculas quinq; funes ductarios quinq; trochleas decem oportere eſſe tradit. Trochleis pituitam adducere per translationem dixit Quintil. lib. 11. ca. 3. de pronunciatione, pro difficulter expuere, his uerbis, Iam tuſſire, & expuere crebrò & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, & ſi nō utiq; uocis ſunt uitia: quia tamen propter uocem accidunt potiſſimùm huic loco ſubiiciantur.

Trochus, chi, m. ſ. τροχὸς, Inſtrumentum quo luſitant pueri quod Latinè turbo dicitur: à rotando dictum, τρέχω enim ſignificat curro, & τροχὸς rotam, uel aliud inſtrumentum ꝙ in gyrum circunuoluitur. Trochus (inquit Acron) turbo eſt qui à ludentibus pueris ſcuticatur, & rotatur. Martial. li. 14. Inducenda rota eſt, das nobis utile munus: Iſte trochus pueris, ac mihi cāthus erit. Hor. de Arte, Indoctusq; pilæ, diſcitur trochiue quieſcit. Trochlea mus ρharis.

Trochulus, diminut. Plaut. in Amph. Tùm meo patri autem trochulus inerit aureus ſub petaſo. Exemplaria deprauatè legunt Torulus.

Trochiſcus, ſci, τροχίσκος, dimin. Parua rota. Vnde compoſitiones quædam medicorum in formam rotulæ, τροχίσκοι dicūtur. Latini uocant Paſtillos ut apud Celſum lib. 5. cap. 27.

Tropæi, τροπαῖοι. Venti Altani, qui in terra geniti, quum mare perflarint, reducūt ad continentē: ita dicti ἀπὸ τῆς τροπῆς hoc eſt, à conuerſione. Iidem, quū in mare tendunt, Apogæi uocantur, ꝙ à terra proficiſcantur. Plin. lib. 2. cap. 43. Nanq; & è fluminibus, & è niuibus, & è mari uidemus etiam tranquillo, & alios quos uocant Altranos, à terra conſurgere. Qui quidem quum è mari redeunt, Tropæi uocantur: ſi pergunt Apogæi. Tropæi item dicuntur in certo luſus genere, qui alios uellicant, infeſtantq;, & ne deprehendantur, conuertūt ſe. Suetonius in Claud. Cæſa. cap. 8. Et quoties poſt cibum obdormiſceret, olearum, ac palmularum oſſibus inceſſebatur: interdum ferula, flagroſue, uelut per ludum, excitabatur à trophæis.

Trophæum, trophæi, n. ſ. τρόπαιον, cum æ diphthongo & ph aſpirato, quāuis apud Græcos ſine aſpiratione ſcribatur, à uerbo Græco τρέπω, quod eſt retrouerto. Propriè enim Trophæum eſt monumentū à uictore erectum eo in loco ubi hoſtes in fugā conuertit. Prima aūt trophęa ex arborib. confecta ſunt, quas amputatis ramis hoſtium ſpoliis decorabant. Deinde etiam cœpta ſunt fieri ex lapide, & in montib. & locis eminentioribus collocari. Hinc Salluſt. de Põpeio ait, ꝙ deuictis Hiſpanis trophęa in iugis Pyrenæi montis poſuit. Romę quoq; in arcubus figebātur ex marmore ædificatis. Quæ uerò ſpolia in trophæo figerentur, docet Verg. lib. 11.

Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæum,
Bellipotens aptat rotantes ſanguine criſtas,
Telaq; trunca uiri, & bis ſex thoraca petitum,
Perfoſſumq; locis, clypeumq; ex ære ſiniſtræ
Subligat, atq; enſem collo ſuſpendit eburnum. Nonius.

Spolia capta, fixa in ſtipitibus appellabantur trophæa. Accipitur trophæum pro uictoria, ſiue pro ſpoliis quæ uictoria parantur. Hor. 2. Carm. Ode 9. & potius noua Cantemus Auguſti trophæa. Verg. 3. Georg. Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa.

Trophimus, τρόφιμος alumnus dicitur.

Tropis, is, ſeu tropios, τροπὶς. Præter uulgatam illam ſignificationem, qua apud Græcos nauim ſignificat, accipitur etiā pro uino quo in balneis utebantur, ſiue ad abluenda corpora ſiue ad ciendum uomitum. Martialis lib. 12. Famoſæ feret ipſe tropin de fæce lagenæ: Frontis & humorem colliget uſque tuæ.

Tropologia, f. p. τροπολογία, Sermo allegoricus, ad morū emendationem tendens. Græci enim τὸ τρόπος. appellatione mores intelligunt.

Tropus, τρόπος, Figurata uerbi immutatio. Cic. de Clar. Orat. Ornari orationem Græci putant, ſi uerborum immutationibus utantur, quos appellant τρόπους. & ſententiarum, orationisq; formis, quæ uocant σχήματα. Quintil. Tropū ſic definit, quod ſit uerbi uel ſermonis à propria ſignificatione ad alia cum uirtute mutatio.

Tropicus, a, um, τροπικὸς, Id eſt, figuratus. Auguſtin. Quod ea locutione dictum, quæ utiq; tropica eſt, non propria.

Tropici, τροπικοὶ, A Coſmographis appellantur duo circuli cæleſtes, æquali ſpatio diſtantes ab æquatore, quos Latini Solſtitiales appellant: quorum alter qui nobis propinquior eſt. Cancri Tropicus dicitur alter in Auſtrum uergens, Tropicus Capricorni. Hoſce circulos Sol nunquam egreditur, uerùm ubi ad alterum eorum peruenerit, retrorſum ſeſe conuertit. Vnde & nomen acceperunt, ἀπὸ τῆς τροπῆς, hoc eſt, à conuerſione Solis.

Troxímos, m. ſ. τρώξιμος. Vua edulis, quæ cibaria à Plinio uocatur. Apud Iurecõſultos, conſtat troximos uuas eſſe quas non uini cauſa habemus. Paulus in Pandectis, Qui fundū uendidit, pomum recipit, nuces, & ficos, & uuas dūtaxat duracinas, & purpureas & quæ eiuſdem generis eſſent, quas nō uini cauſa haberemus, quas Græci τρωξίμους, appellarent, recepta uideri. Ita enim legit Politian. ex archetypo Pandectarum, qui Florentiæ aſſeruatur: quanuis ut idem Politian. fatetur, non malè ibi à quibuſdam legatur ἐδώδιμος, cuius ſignificatio fere eadē eſt cū ſuperiore. Vtrunq; enim nobis ſonat comeſtibile: licet huius ſignificatio uideatur generalior, τρώξιτος aūt etiāſi nihil aliud addas, propriè de nua intelligitur. Huc accedit ꝙ τρώξιμος à uerbo τρωγὼ fiat, cuius uerbi ſignificatio uuis, cęteriſq; bellariis, quę in ſecūda mēſa apponūtur optimè cōgruit. Inde enim fiunt, τραγάλια, τραγήματα, τραγηματοσμὲς. Hæc ex lib. 7. Epiſt. Politiani Epiſt. uit.

Trua, Vaſis genus, à terendo dicitur, quaſi terua, quā nos diminutiuè Trullam dicimus. Siue (ut Varro docet) à trauolā do, traiiciendoue, quòd per eam aqua traiiciatur.

Trulla, f. p. dimin. eſt à Trua, Vaſis uinarii genus, ἀγγεῖον. Trulla (inquit. Varr. lib. 4. de Ling. Lat.) dicta eſt à ſimilitudine truæ: ſed hæc magna, illa puſilla. Mart. lib. 9. Clinicus Herodes trulla ſubduxerat ægro: Deprenſus dixit, Stulte quid ergo bibis? Eſt item Trulla, eodem Varrone teſte, aliud uaſis genus, quo in culina aquam in lauatrinam ſolent infundere. Item capitur pro uaſe lato, profundoq; quod in menſam in ferri plerunq; ſolet. Quod licet potui ineptum uideatur, tamen uſurpatum fuiſſe legimus. Horat. 2. Serm. ſatyr. 3. Qui Veientanum feſtis potare diebus Cāpana ſolitus trulla, uappamq; profeſtis. Iuuen. Satyr. 3. Si trulla in uerſo crepitū dedit aurea fundo. Vbi bibacem arguit, quod in trulla bibat: in eptum, ꝙ crepitus inter bibendū edat. Plin. lib. 34. cap. 2. Sunt ergo uaſa tantum Corinthia, quæ iſti elegantiores nunc ex ſculpendo transferunt, modò in lucernas, modò in trullas, nullo munditiarum deſpectu. Eſt & trulla cæmentarii inſtrumentum, quo fabri murarii tectoriis linendis, complanandisq; uti ſolent: ut non ſolùm parietes pulchritudinem accipiant, ſed & firmitatem cōtra iniuriam imbrium, & cuberrimas tempeſtates.

Truliſſare, apud Vitruu. lib. 7. cap. 3. Pro trulla gypſum inducere legitur: cuius hęc uerba, Coronis explicatis, parietes quā aſperrimè truliſſentur, poſtea aūt ſuprà, truliſſatione ſubarcente, deformentur directiones arenati.

Trucido, **Truculentus**, uide Trux.

Trudo, dis, ſi, ſum, a. t. Propriè ſignificat uiolentia quadam impello, ὠθέω. Cicero 1. Tuſcul. Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita eſt. ut non ad mortem trudi, uerū in cælum uideretur aſcendere. Plaut. in Aſin. ille æcaſtor hinc trudetur. Aliquādo eſt obiicere, ſeu producere. Idem in Epid. Quæ te imperiæ tenēt? Quas tu mi hi tenebras trudis? Teren. in And. Fallacia alia aliam trudit. id eſt, inſequitur. Huius compoſita ſunt Abſtrudo, protrudo, contrudo, detrudo, extrudo, intrudo, obſtrudo, obtrudo, & retrudo, quæ habent penultimam productam.

Truſatilis, le, adiect. uerbale, ὠστὸς. ut Mola truſatilis, quæ manu truſa circumagitur, χειρομύλη. Gel. lib. 3. cap. 3. Ob quærendum uictum, ad circumagendas molas, quæ truſatiles appellantur, operam piſtori locaſſe.

Trudes, dis, inſtrumenti genus, quo in re quapiam protrudenda utimur, ὠσήριον. Tacitus lib 3. Quidam trudibus aut furcis inertem molem proſternere.

Trulleum, n. ſ. Vaſis genus quo manus perluuntur, ſimile trullæ, niſi quod latius erat, χειρόνιπτρον. Var. de Vita popul. Rom. li. 1. ut citatur à Nonio, Itaq; ea ſibi non ponere, ac ſuſpendere quæ utilitas poſtularet trulleum, matellionem, peluim, naſiternam. Apud. Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Truellum legitur, non trulleum.

Trunco, as, a. p. Amputo, in partes ſcindo, mutilo, μηλόω, ἀποτομόω, κολοβόω. Valer. Flac. 6. Argon. iam nō perſcurua uolantem Stagna, nec in medio truncantem marmore ceruos. Claud. de bel. Get. Manib. truncatus & armis. Huius compoſita ſunt, Detrunco, diſtrunco, obtrunco, pertrunco, quorum ſignificata uide ſuis locis.

Truncus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Truncus, ci, m. s. Pars arboris craſsior, è qua rami enaſcuntur, στέλεχος. Colum. lib. 3. Vt ex his partibus trunci ſumantur, quæ & genitales ſunt, & maximè fertiles. Cic. 3. de Orat. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia deniq; niſi ad ſuã retinendã, conſeruandamq; naturam Verg. 3. Geor. Arboris obnixus trunco. Idẽ 10. Aen. Vulnera ſiccabat lymphis, corpusq; leuabat Arboris accliuis trunco. Truncus corporis. Cic pro Roſc. Com. Nemo enim illum ex truncо corporis ſpectabat, ſed ex artificio Comico æſtimabat. Verg. 2. Aen. iacet ingens littore truncus, Auulſumq; humeris caput, & ſine nomine corpus. Truncus per translationẽ pro homine ſtupido, quemadmodũ & Stipes. Cic. in Piſon. Sed qui tanquam truncus, atq; ſtipes, ſi ſtetiſſet modò, potuiſſet tamen ſuſtinere titulum conſulatus.

Trunculus, dimin. Celſus lib. 2. cap. 9. præcipuè tamen in unguis, trunculisq; ſuum, in petiolis, capitulisq; hœdorum.

Truncus, ca, cum. Quod eſt truncatum uel mutilum, κολοβός. Col. lib. 2. Quum deinde truncam reddideris acuto ferramẽto plagam leuato, Verg. 3. Aen. Trunca manum pinus regit, & ueſtigia firmat. Idem 3. Aen. & truncas inhoneſto uulnere nares. Propert. lib. 4. eleg. 9. Iactabat truncas ad caua buxa manus. Ouid. 3. Metam. Non habet infelix quæ marri brachia tẽdat Trunca, ſed oſtendens deiectis uulnera membris, Aſpice mater ait, &c.

Truo, onis, m. t. Auis cygno non diſsimilis, quæ alio nomine Onocrotalus, ὀνοκρότταλος, dicitur: in faucibus ipſis capaciſſimũ uentriculũ habens, quo omnia congerit, donec perfecta rapina ſenſim inde in os reddita, in ueram aluum ruminantis modo refert. Supra roſtrum uerò nares habet ualde prominentes: unde Cæcilius, referente Feſto, naſi cuiuſdã magnitudinem irridens, Proh dii immortales (inquit) unde hic prorepſit truo?

Trutina, æ, pen. cor. Statera, πλαστίγξ, τρυτάνη, Vitruuius lib. 11. id autem ex trutinis, quæ ſtateræ dicuntur, licet conſidere. Cornutus tamen ſcribit trutinam foramen eſſe, intra quod eſt lingua bilancis, ad quod eſt examinatio, quod alii æquamentum, alii libramentum, alii æquilibrium uocant. Per translationem ponitur pro iudicio. Horat. lib. 1. Serm. ſatyr. 3. In trutina ponetur eadem. Cicero libro 2. de Orat. Ad ea probanda, quæ non artificis ſed populari quadam trutina examinantur.

Trutino, as, pẽ. cor. Examino, pẽſiculo, libro, ζυγοστατῶ. Hieron. ad Damaſum, Sint alii diſerti, laudentur ut uolunt, & inflatis buccis uerba ſpumantia trutinent.

Trutinor, deponens, Perſius Sat. 3. Atq; exporrecto trutinantur uerba labello. Apuleius, Trutinatam ſententiam, uocat grauem, & rectè examinatam.

Trux, cis, om. gen. t. Ferox, crudelis, ἀπηνής. Plaut. in Bacch. Arietes truces nos erimus. Cic. 2. de Diuin. Capite breui, ceruice anguina aſpectu truci. Idem 2. de Nat. deor. E trucibusq; oculis duo feruida lumina flagrant. Pli. lib. 6. cap. 22. Ipſos uerò excedere hominũ magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris ſono truci, nullo cõmercio linguæ. Ouid. 8. Met. Non armenta truces poſſunt defendere tauri. Tacit. lib. 4. Et Cæſar truci uultu defenſionem accipiens, &c.

Trucido, as, pẽ. pro. a. p. Crudeliter neco, κατακόπτω, ἀποκτείνω. Verg. 2. Aen. Fit uia ui, rapiunt aditus, primoſq; trucidant. Cic. 4. Catil. Qui nos, qui coniuges, qui liberos noſtros truci dare uoluerunt. Idem in Catil. Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum uoce uulnero. Trucidari fœnore per translationem dixit Cic. pro Cælio, Parcat (inquit) iuuentus pudicitiæ ſuæ ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium ne fœnore trucidetur.

Trucidatio, onis, uerbale, Occiſio, cædes, φόνος. Cic. 4. Philip. Nullus ei ludus uidetur eſſe iucũdior, quàm cruor. q. cædes, quàm ante oculos trucidatio ciuium.

Truculentus, a, um, Qui uultu crudelitatem præfert, aliosq; terret, ἀπηνής. Teren. in Adel. Ego ille agreſtis, ſæuus, parcus, triſtis, truculentus, tenax. Cic. pro Seſt. Alter, ὃ dii boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, q. terribilis aſpectu. Ouid. 2. de Pon. eleg. 7. Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe. Inuenitur datiuo iunctum. Plin. lib. 8. cap. 4. Sic & tigris etiã feris cunctis truculenta.

Truculenter, tius, tiſſimè, aduerb. Cicero contra Legem Agra. Truculentius, ſe gerebat quàm cæteri.

Truculentia, tiæ, f. p. quæ & Truculẽtitas ab antiquis eſt ita dicta, ὠμότης.

Trychnos, quæ & Strichnos, Herba eſt quã Latini ſolanũ appellant, cuius quatuor ſunt genera quæ ſupra explicuimus in dictione Solanum, τρύσχνον, ἄστρύχνον. Plin. libr. 21. cap. 31. Strychno, quam quidam Trychnon ſcripſere, utinã ne coronarii in Aegypto uterentur, quos inuitat hederæ flo rum ſimilitudo.

Tryginon, τρύγινον, Atramenti genus ex uini fœce excoctũ. Plin. lib. 35. ca. 6. Sunt & qui uini fœcem ſiccatam excoquãt: affirmantq; ſi ex bono uino fœx fuerit, Indici ſpeciem id atramentum præbere. Polygnotus & Mycon celeberrimi pictura Athenis, è uinaceis fecere. Tryginon appellant.

Trygodæmones, τρυγοδαίμονες, Poëtæ dicebantur, qui fœce faciem inũcti, nec cognoſcerentur, Plauſtris inuecti Poëmata canebant.

Trygon, τρυγών, Piſcis eſt è genere uenenatorum quem Latini paſtinacam uocauere, nonnulli etiam turturem, Græcos imitati, qui una uoce & auem ſignificant, & piſcem.

Tryxalis, τρυξαλίς, Animal locuſtæ ſimile, ſine pẽnis, quod nonnulli idem eſſe putant cum eo quod alio nomine Gryllum uocamus. Vide Plin. lib. 30. cap. 6.

Tu, tui, uel tis, tibi, unicum ſecundæ perſonæ pronomen. Plaut. in Amph. Lacrumantem ex abitu, concinnas tu tuã uxorem. Cicero pro Rabirio, Tu mihi etiam legis in Porcio, tu. C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiuſquam deniq; hominis pꝺpularis mentionem facis? Plaut. in Mer. Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis. Tute, tuipſe. Teren. in Eun. Et quod nunc tute tecum iratus cogitas. Tutemet, idẽ Luc. lib. 4. Tutemet in culpa quum ſis.

Tuatim, inquit Nonius, Ideſt tuo more, Plau. Amp. Ecce rẽ iam tuatim facis.

Tuba, æ, f. p. inſtrumentum incuruum ex ære argentoũe, cũius ſonitu milites equiq; ad prælium inflammantur: à tubi, hoc eſt, canalis concauitate nomen habens, σάλπιγξ. Huius inuentionem Piſeo Tyrrheno aſſignat Plin. libr. 7. capit. 56. Cic. in Catil. Quum tubas & ſigna militaria ſcirem eſſe præmiſſa. Verg. 2. Aen. exoritur clamorq; uirum, clangorq; tubarum. Autor ad Heren. lib. 4. In concione de uirtute loqueris in prælio per ignauiam tubæ ſonitum perferre non potes. Luc. lib. 1. Vangiones, Batauosq; truces quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ. Tacit. lib. 2. Tum Sentius occanere cornua tubasq;, & peti aggerem, erigi ſcalas iuſſit, ac promptiſſimum quemq; ſuccedere.

Tubicen, tubicinis, pen. corr. Qui tuba canit, σαλπιγκτής.

Tuber, eris, neut. gen. & prima ſyllaba producta, Tumor ſiue callus, in quocunq; corpore eminens, ὄγκος. Teren Adelphis Præterea colaphis tuber eſt totum caput, Plin. lib. 8. ca. 18. Tubera bina in dorſo habent cameli. Tuber, pro callo præduro in arboribus eminente. Plin. lib. 16. cap. 16. Reperitur & in alno tuber, tanto deterius, quanto ab acere alnus ipſa diſtat. Tubera enim dicuntur tumentis terræ calli, & quidã prægnantis arenæ fœtus, ſiccis in locis ſine ullo caule proue nientes, nullisq; radicis nixis capillamentis. Itali hodie Artoflas, Galli Truflas uocant Pli. li. 29. ca. 2. Tubera enim undiq; terra circundata, nullisq; fibris nixa, aut ſaltem capillamentis, nec utiq; extuberante in quo gignuntur loco, aut rimã agente, neq; ipſa terræ cohærent: corticæ etiam includuntur ut planè nec terram eſſe poſſimus dicere, nec aliud quàm terræ callum, &c. Idem cap. ſeq. Quum fuerint imbres autũnales, ac tonitrua crebra, naſcuntur, & maximè è tonitribus nec ultra annum durant. Iuuen. Sat. 5. poſt hunc radũtur tubera, ſi uer Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas Maiores. Mar. lib. 13. Rumpimus altricem tenero de uertice terram, Tubera, boletis poma ſecunda ſumus. Eſt & tuber priore breui & fœminini gen. arboris genus, poma ferens baccis quàm malis ſimiliora, à Sexto Papinio ex Africa in Italiam translatum. Plin. lib. 16. cap. 25. Ab Amygdala proximè florẽt Armeniaca: deinde tuberes præcoces: illæ peregrinæ, hæ coactæ. Fructus quoq; arboris huius Tuberes dicũtur, ſed maſc. gen. Suet. in Dom. Pridie quàm periret, quum oblatos tuberes ſeruari iuſſiſſet. Mart. lib. 13. Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis, Et uernæ tuberes: quid tibi cum Lybicis? Ne briſſenſis, & Sabellicus putantes Vernæ ibi adiectiuum eſſe, dixerunt Tuberes fœm. gen. eſſe: at ſubſtantiuum eſt plurale ab hic Verna, ut per appoſitionem dicamus Tuber uerna, id eſt, ruri noſtro natus, non ex Africa allatus. Tuber terræ, herba eſt folia habẽs hederæ, purpurea, uaria, maculis utrinque albicantibus, caule quadrantali, nudo, floribus purpureis roſarum effigie, radice nigra & tuberoſa, ita ut rapum uideri poſſit: è cuius figura apud latinos etiam nomen accipit, κυκλάμινος. uide Plin. lib. 25. cap. 9.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tuberculum, tuberculi, diminut. ὀγκίδιον χωμάτιον. Plin. lib. 11. ca. 11. Apes regias extruunt tuberculo eminentes. Col. lib. 7. cap. 5. Claui quoq; dupliciter infestant ouem, siue quũ subluuies atq; in tertrigo in ipso discrimine unguleę nascitur seu quum idem locus tuberculum habet cuius media ferè parte canino similis extat pilus eiq; subest uermiculus.

Tubero, as, n. p. Tuberosus sum, tuberis modo emineo, in tuber excrescо, ὀγκῶμαι. unde Extubero, & protubero composita: de quibus uide suis locis.

Tubilustrium, (inquit Festus) Dies erat quo aqua tubæ lustrabantur.

Tuburcinor, tuburcinaris, Raptim comedo, λαφύσσω. Titinius apud Nonium, Tuburcinari sine me multis reliquias: Plaut. in Persa. Tuburcinari de suo, si quid est domi.

Tubus, tubi masc. gen. Canalis teres, & concauus, seu fistula maior qua aqua ducitur: nomen habens à tumore, σωλήν Cic. lib. 2. de Leg. Ductus uerò aquarum, quos isti tubos, & euripos appellant: quis non, quum hæc uiderit, irriserit? Tubos uiscerum Martial. li. 11. per translationem posuit pro podice, & pudendo muliebri, q̃ iis meatibus, ueluti canalibus quibusdam excrementa, tam liquida quàm sicca egerantur. Modò (inquit) qui per omnes uiscerum tubos ibat.

Tubulus, tubuli, pen. cor. dimin. Idem significans quod canaliculus, seu fistula minor, σωληνίδιον. Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 8. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos cuspides appellant; quà humor aduentitius transire possit. Tubuli olim in parietibus fiebant, quibus calor ignis ex fornace ascendens, primum parietẽ, deinde & locum uicinum calefaciebat. Hinc est q̃ apud Paulum Iureconsultum legimus tubulos eos esse quibus paries calore torretur. Apud antiquos enim nullus in cubiculis tricliniisue usus erat ignis, nondum scilicet ratione excogitata fumum per infumibula emittendi.

Tudes, itis, Idem quod Malleus, teste Festo, à tundendo dictus, σφύρα. Vnde cuidam nomen factũ est Tuditano, quòd caput oblongum haberet & malleo simile. Hæc ille.

Tudicula, læ, f. p. Instrumentum quo uasis signa imprimuntur σφραγίσμα. Quidam etiã accipiunt Tudiculam pro cochlari maiori quo olla mouetur, τορλών. Aristophani. Est & organum erectæ tubulę simile, q̃ tudicula uocatur, idq; non incõmodè opus efficit, nisi quòd frequenter uitiatur, & si baccæ pluscula iniecceris, impeditur.

Tudiculo, las, a. p. pen. cor. Imprimo, ac sculpo: & per translationem commoueo, excito, κινέω. Haccine nobis cernis hãc malo tudiculasse uetulam?

Tudito, tuditas, a. p. pe. cor. Negotii aliquid ago, teste Festo, & quasi tũdendo aliquid efficio. Luc. lib. 2. Nec tuditanda rem cessant extrinsecus ullum Corpora conficere. Tractum à fabris qui malleis sæpe percutiendo opera faciunt.

Tueor, eris, d. f. Pro defendo, & conseruo, secundæ cõiugat. est: à quo Tutus, προίσαμαι, ὁμαύω. quãuis Tuitus eius participium sit, quo usus est Quin. in declamatione Cęci. Tuitus sum (inquit) adolescentis miserrimi causam. Quem imitatus Laurent. Valla in Raudensem, Quis, inquit, narrat Verrẽ superasse Dacos? Tantum Sicilia contra piratas fortiter tuitum esse accepimus. Hinc &

Tuitio, nomen uerbale, nõ Tutio: id est, defensio, custodia. Cicero in Top. Tuitio sui, Similiter in compositis, Intuitum dicimus, non Intutum. Tutus autem magis nominis, q̃ participii uim habet, licet actiuam, & passiuam in se gerat significationẽ, ut Valla docet: ut Tutus portus, Tuta urbs: q̃ tueatur alios, non quod ab aliis defendatur. Cæs. 3. bell. Ciuilis, Hic subitam fortunæ cõmutationem uidere licuit: qui modò sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat, &c. Sic apud Teren. in Heaut. Tutum consilium, id est, firmũ, securum. Tutus locus, in quo securè uersari, aut quippiam agere possumus. Plautus in Milite, Nam opus est nũnc tuto loco. Non rarò etiam passiuè accipitur: & tunc ferè ablatiuo cum præpositione à, uel ab iungitur: ut Tutus sum ab hostibus, pro munitus, & sine periculo sum. Cæs. 2. bell. Gal. Quæres latus unum castrorum ripis fluminis muniebat, & post cum quæ essent tuta ab hostibus reddebat. Sic dicimus quẽpiã tutũ à calore, à ui, à perfidia, &c. Cętera uide in dictione Tutus, suo loco. In hac aũt significatione Tueor unicum habet cõpositum Contueor, quo usus est Cicero in Clodiũ Videant hi qui illum Põpeii inimicũ, ob eamq; causam tot, tãrisq; scelerib. contuebantur, & nonnunq̃ eius indomitos furores planũ etiã suo prosequebãtur, q̃ se citò inuerteret.

Tutor, aris, Deponens, siue (ut Prisciano placet) commune, idẽ significans q̃ diligẽter protego siue defendo, ἀμύνω, προίσαμαι. Horat. in Epist. Res italas armis tuteris, moribus ornes, Teren. in Hęcyra. Ego interea meum non potui tutari locũ. Cicero pro Sylla. Hinc patronum defensorem, custodem illius coloniæ, si in omni fortuna atq; honore incolumem habere non potuerunt: in hoc tamen casu, quo afflictus iacet, per uos tutari, conseruareq; cupiunt. Verg. 7. Aen. & iubet arma parari.

Tutari Italiã, detrudere finibus hostem. Idem 2. Aene. d. Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis, Hanc primum tutare domum, cui paruus Iulus, &c.

Tutor, oris, om. t. Nomen uerbale, quo is significatur qui & potestatem habet in capite libero, ad tutandum eum qui se per ætatẽ nondum tueri potest, πρόδικος, ἐπίτροπος, πρόβολος. Hæc ætas (secundum Iurisconsultos) est usq; ad pubertatem, id est, usq; ad decimum quartum annum. Nã inde usq; ad uigesimum quintum dantur curatores, qui etiam furiosis, & mente captis dari solent. Est igitur Tutor, pupilli defensor. Liu. 1. ab Vrbe, Postremo tutor etiam liberis regis testamento institueretur. Cic. de Orat. Quin. Sergius Galba populi Rom. tutorem instituere se dixit filiorum suorum orbitati. Idem de Claris Orat. Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus. Tutor finium, id est, defensor, προστάτης. Hor. Epod. 2. & te pater Syluane tutor finium.

Tutorius, a, um, Quod ad tutorem pertinet προστατικός. Vt, Autoritas tutoria.

Tuitio, onis, custodia. Cic. Tuitio sui.

Tutela, læ, f. p. quid sit docet Paulus Iurisconsult. ff de Tut. Tutela (inquit) est ius ac potestas in capite libero, constituta ad tuendum eum qui per ætatem sua sponte se defendere neque iure ciuili data ac permissa: ex qua ipsi tutores nomẽ acceperũt, quasi tuitores atq; defensores: sicut Aeditui qui ædes tuentur, ἐπίτροποι. Cic. de Orat. Filius eius paruus, *qui tibi in tutelam est traditus*. Accipitur item latius Tutelæ nomen pro quauis protectione, προστασία. Cic. 3. de Fin. Atq; etiam loco, quum Optimum & maximũ dicimus quumq; eundẽ salutarem, hospitalem, statorem, hoc intelligi uolumus, salutem hominum in eius esse tutela. Hor. 1. Epist. 1. rerum tutela mearum Quum sis, &c.

Tutelaris, re, o. t q̃ quippiã habet in suo tutela, προστατικός. Vt, Dii tutelares, id est, urbium præsides, in quorum tutela illæ esse putabantur. Hi aũt in oppugnationibus urbium certo carminis generi solent euocari, ne cum ipsis etiã dis bellum susceptum uideretur. Tutelaris prætor, cuius officium erat pupillis tutores attribuere. Hinc aũt omnium primus M. Antonius Imperator constituisse existimatur, ut in urbe eius nartat Capitolinus.

Tutelarius, m. f. Aeditus, qui ædes sacras, aut publicas suo periculo tuetur, ἱεροφύλαξ. Pli. li. 34. ca. 7. Aetas nostra uidit in Capitolio, prius quàm id nouissimè conflagraret, à Vitellianis incensum in cella Iunonis canem ex ære uultus sui lambentem: cuius eximium miraculum, & in discreta uerisimilitudo, non ex eo solũ intelligitur q̃ ibi dicatus fuerat, uerùm & noua satisfactione: nam summa nulla uidebatur pars. Capite tutelarios cauere pro eo, instituti publici fuit.

Tutamentum, ti, n. s. Defensaculum, πρόβλημα. Liu. 2. bell. Pun. Vt ea sola ignibus aliquoties coniectis ab hoste etiam tutamentum fuerit.

Tutamen, inis, n. s. Idem Ver. 5. Aen. Donat habere uiro, decus, & tutamen in armis.

Tutò, aduerb. Sine periculo, impunè, ἀσφαλῶς. Plau. in Amp. Patri ut liceret tutò illum amplexari? Cic. 4. Verrina, Quæ uia tutò transire posse uideantur.

Tuto, as, uerbum antiquum, Idem significãs quod protego, defendo, ἀσφαλίζω. Plaut. in Mercat. Inuoco uos Lares Diales ut me tueteris.

Tutus, & **Tutitio**, uide Tueor.

Tugurium, rii, n. s. Casa rustica, ex leuiore materia excitata, arundine aut ulua palustri tecta, καλύβη. Dictum tugurium, quasi tegurium à tegendo, propterea q̃ rusticos ab æstus tempestatumq; iniuria tegat. Verg. 1. Eclo. pauperis & tuguri congestũ cæspite culmen Tugurii appellatione (ait Põponius de Verb. sig. l. Tugurii) omne ædificium quod rei rusticæ magis custodiendæ conuenit, q̃ urbanis ædibus, significatur. Propriè autem quæ ædificantur, ut nec parietes habeant, nec

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ant, nec luto cruſtata ſint, ſed ſtramentis, uel arundinib. alio ue ſimili genere teguntur tuguria appellant.

Tugurìolum, n. ſ. cum accentu in antepenultima, paruũ tugurium, καλύβιον, οἰκίδιον. Quod ſi anguſtius ſit, gurguſtium nominatur, à gurgulione uerme.

Tulí, Modò attuli ſignificat, ἤνεγκα. Teren. in And. Nam ſi illum obiurges, uitæ qui auxiliũ tulit: Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum? Modò pertuli. Verg. 2. Aen. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorebus. Modò ſuſtuli: uide in dictione Fero.

Tullíos, Alii dixere eſſe ſilanos, alii riuos, alii uehementes proiectiones ſanguinis arcuatim fluentis, quales ſunt Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace, Aiax miſſo ſanguine tepido tullii efflantes euolant, Feſtus.

Tum, Particula in oratione plerunq; ſubſequens poſt Cum eiuſdem ferè cum illo ſignificationis, niſi quod tum, maius quiddam in ſe contineat, aut ſpecialius, κοὐ μάλιστα δή. Nam ſi membra ambo eiuſdem ſint põderis, magis utimur Tum geminato. Verũ de hoc abundè multa ſuprà diximus in particula Cum. Tum aũt ponitur pro & teſte Donato. Teren. in Eun. Vt dii, deæq; illum ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt: Meq; adeò, qui reſtiterim, tum aũt qui illũ non floccifecerim. Aliquando pro præterea, inquit Donatus. Cic. de Nat. deor. Is tum fuſus ſublimè fertur, tum aũt concretus in nubes cogitur. Tum demum, Id eſt, nouiſſimè. τότ' ἤδη. Verg. lib. 12. Tum demum mouet arma deo. Ponitur aliquando pro tunc tandem. Cic. 2. de Leg. Quæ non tum demum incipit eſſe lex ſcripta, ſed tum quum orta eſt. Tum deniq;, id eſt, tum demum, uel ad extremum. Cic. ad Quint. Frat. lib. 1. Atq; ille quidem princeps ingenii & doctrinæ Plato, tum deniq; fore beatas Reſpublicas putauit, ſi aut docti aut ſapientes homines eas regere cœpiſſent. Tum uerò, id eſt, deinde, Cum non præcedente, ὕστερα. Cic. de Orat. Ex his enim & dignitatem maximè expetendam uidemus: tum uerò & iuſtus, ac honeſtus labor honore, præmiis, ſplendore decoratur.

Tumba, æ, f. p. τύμβος. Locus concauus ſub terra. Vnde & pro ſepulchro poni conſueuit, παρὰ τὸ τύφεσθαι ὅτε τὸ νέκρον σῶμα, τοτὲ μὲ καίεσθαι. hoc eſt, ab eo quòd corpus mortui ibi uratur.

Tumeo, mes, mui, n. ſ. Inflor, protubero, οἰδάω, ὀγκάω. Plaut. in Perſa, Quid hoc q̃ in collo tibi tumet? Verg. 2. Georg. Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt. Ouio. 3. Meta. Igne micant oculi, corpus tumet omne ueneno. Tibul. li. 1. Eleg. 8. Et tua iam fletu lumina feſſa tument. Ponitur aliquãdo pro ſuperbire, quoniã inflati quodãmodo ſuperbientium animi uidentur, ὀγκοῦσθαι. Pli. lib. 7. ca. 7. Tu qui te Deũ credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti tamen perire potuiſti. Cic. 3. Tuſc. Sapientis aũt animus ſemper uacat uitio, nunq; turgeſcit, nunq; tumet. Horat. 1. Epiſt. Laudis amore tumes. Tument negotia, dixit Cicero ad Attic. lib. 14. id eſt, ſeditiones erumpunt, & bella, ut ait interpres

Tumeſco, is, n. t. Tumidus fio, ὀγκώδης γίνομαι. Verg. li. Geor. 1. Continuò uentis ſurgentibus aut freta ponti Incipiunt agitata tumeſcere. Idem 1. Georg. Maria alta tumeſcunt. Hinc Contumeſco, extumeſco, & intumeſco: quorum ſignificatio ſuprà eſt explicata.

Tumefacio, facis, a. t. Tumidum facio. Cic. 1. de Diuin. Quum ſit immoderato tumefacta potu, atq; paſtu Mart. lib. 4. Dum nimium uano tumefactus nomine gaudes. Oui. 15. Metam. Extentam tumefecit humum.

Tumidus, a, um, Inflatus, ὀγκώδης. Cic. 3. Tuſc. Num aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non uitioſè ſe habet? Verg. lib. 3. Aen. Nos tumidũ ſub te permenſi claſſibus æquor, Per translationem accipitur pro ſuperbo. Ouidius 8. Metam.

Ergo impunè feret, uinuſq; & uictor & ipſo
Succeſſu tumidus, regnum Calydonis habebit.

Tumor, ris, m. t. Inflatio οἴδημα, ὄγκος. Cic. 3. Tuſc. Num manus affecta rectè eſt, quum in tumore eſt? Idem 4. Tuſc. Citiusq; repentinus oculorum tumor ſanatur, q̃ diuturna lippitudo depellitur. Celſus lib. 7. ca. 18. Ea ſic temperanda eſt, ut manu contingenti iucunda ſit: uſq; ea adhibenda, donec aliquid ex tumore minuiſſe, coloremue ulceri magis naturalem reddidiſſe uideatur. Per translationem ponitur pro ira. Cic. 3. Tuſ. Quum tumore animi reſediſſet. Idem ad Attic. li. 14. tumorem rerum, pro commotione dixit, & perturbatione.

Tumulo, uide Tumulus.

Tumultus, us, ui, m. q. Idem quod metus, uel trepidatio, quaſi timor multus, θόρυβος. Propriè q; dicebatur bellum aliquod ſubitum, q̃ ob periculi magnitudinẽ, hoſtiumq; uicinitatẽ, magnã urbi trepidationem incutiebat. Ci. 8. Philipp. Quid aliud eſt tumultus, niſi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Vnde & nomen ductũ tumultus, quaſi timor multus. Itaq; maiores noſtri, tumultum Italicũ, q̃ erat domeſticus, tumultum Gallicum, q̃ erat Italis finitimus, præterea nullũ tumultũ nominabant, Liæ. 8. Vrb. Nondũ perfunctos cura Priuernatis belli, tumultus Gallici fama atrox inuaſit, haud ferè unq̃ neglecta patribus. Cic. 5. Philip. Rem adminiſtrandam arbitror ſine ulla mora & confeſtim gerendam cẽſeo, tumultũ decerni, iuſtitiũ indici, ſaga ſumi dico oportere, delectum haberi ſublatis uacationibus in urbe & in Italia. Hiſce uerbis Cicero omnia tumult? ſigna expreſſit: quib. apparet omnia in tumultu præpoſterè adminiſtrari publicè priuatimq; ſolita, quũ bellum urgens, & quaſi muris imminens ſolẽnes actus non admittit. Inde factum, ut tumultuarium pro præpropero, & ſubitario, ab rapidè facto, aut quæſito accipiatur. Ponitur aliquando tumultus pro omni motu, trepidatione, ſeu perturbatione. Cæſar. 1. bel. Ciuil. Conclamant legionis tertiædecimæ, quæ aderat, milites, (hanc enim initio tumultus euocauerat, reliquæ nondum conuenerant) ſeſe paratos eſſe imperatoris ſui, Tribunorumq; plebis iniurias defendere. Plaut. in Mil. Nunc in tumultum ibo intus clamorem audio. Verg. lib. 1. Geor. Ille etiam cæcos inſtare tumultus Sæpe monet. Idem 2. Aen. Hic Ithacus uarent magno Calchãta tumultu Protrahit in medios. Teren. And. Nihil ornati, nihil tumulti. Tumulti in genitiuo, pro tumultus, more antiquo.

Tumultuoſus, a, um, Qui turbas excitare ſolitus eſt, ταραβώδης Liu. 4. 4. ab Vrbe, In otio tumultuoſi, in bello ſegnes. Tumultuoſus item dicitur plenus tumultu. Ci. 1. de Diuin. Ex ſeditioſa & tumultuoſa uita ſe in ſtudium aliquod traherẽt quietum. Liu 2. ab Vrbe, Latini equites cum tumultuoſo aduolant nuntio, Volſcos infeſto exercitu ad urbem oppugnãdam uenire. Hor. 3. Carm. Ode 1. Deſiderãtem q̃ ſatis eſt, neq; tumultuoſum ſollicitat mare. Tumultuosè aduerb. Cum tumultu, θορυβωδῶς. Liu. 2. ab Vrbe, Adeò tumultuosè excepta eſt clamoribus undiq; & indignatione patrum. Cæſar. 7. bel. Gall. Cæſar mittit cõplures equitum turmas eo die media nocte: iis imperat ut paulò tumultuoſius omnibus in locis peruagarentur.

Tumultuo, as, n. p. In perturbatione ſum, ταραβοῦμαι. Plau. in Rud. Vt mihi iſtud dicas, negotii quid ſit, quòd tumultues.

Tumultuor, aris, Deponens, in eadem ſignificatione. Plaut. in Pœn. Atq; interfectis hoſtibus non decet tumultuari. Ter. Hecyr. Neſcio quid iamdudum hîc audio tumultuari, miſera Malè metuo. Cicero 2. Offic. Fortis uerò animi & conſtantis eſt non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuãtem de gradu deiici ut dicitur: ſed præſenti animo uti & cõſillo, uec à ratione diſcedere. Cæſar, 7. bel. Gal. Vno ferè tempore ſub lucem hoſtibus nuntiatur, in caſtris Romanorum præter conſuetudinem tumultuari, & magnum ire agmen aduerſo flamine.

Tumultuatio, onis, uerbale, θορύβημα. Liu. 8. bel. Maced. Hæc tumultuatio regem capientem, qui ſe ſequerentur raptim euadere Anguſtias, reuocare primos, & eadẽ qua uenerat uia referre cœpit ſigna.

Tumultuarius, a, um, Quod ſine præmeditatione factum eſt, παραυτοσχέδιος. Vnde Tumultuaria oratio dicitur. Quicquid properatum & ſubitariũ, aut rapidè factum, quaſi tumũltuarium eſt, Tumultuariũ dicitur, ut ait Budęus: ut, Tumultuarius miles. Liu. 5. bell. Maced. Mens ea Senatui fuit, ut in Hiſpania tumultuarii milites legerentur. Tumultuarius dux, qui pro tumultu eligitur. Tumultuarium opus, in prõptu, & raptim factum. Tumultuarius exercitus, dicitur qui quaſi tumultu quodam præparatus eſt: id eſt, raptim & infeſtanter conſcriptus. Liuius lib. 7. Quippe quibus uelut tumultuario exercitu raptim ducto ægrè ad undecimum lapidem occurſum eſt.

Tumultuariò, aduerb. ἐκ παραυτοσχεδίου. Apul. Et ex more calido tumultuariò lauacro noſtro præparato.

Tumulus, li, m. ſ. Colliculus, terra nonnihil eminens, λόφος βραχύς. Verg. lib. 2. Aen. Eſt urbe egreſsis tumulus. Cæſ. 1. bell. Gall. Planities erat magna, & in ea tumulus terreus ſatis grãdis. Cicero anteq̃ iret in exil. Dii deæq; immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo incoliti conſtituerunt. Verg. 7. Aen. ſocios in cœtum littore ab omni

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aduocat Aeneas tumulisq; ex aggere fatur. Ouid. 15. Metam. Est prope Pitheam tumulus Trozena, sine ullis Arduus arboribus, quondam planissima campi Area, nunc tumulus, &c. Aliquando accipitur pro sepulchro, quia ibi coacerua ri terra consueuit, τάφος. Vergil. lib. 5. Aen. O felix una ante alias Priameia uirgo, Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis, Iussa mori. Cic. 3. Tuscul. ex Homero, Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos Firmo animo, & lætum lachrymis finire diurnis. Tumulus honorarius, hoc est, uacuum sepulchrum, quod in mari submersus iisq; quorum corpora haberi non poterant, erigi solet, κενοτάφιον. Suet. in Claudio, Cæterùm exercitus ei honorarium tumulũ excitauit circa quem, &c.

Tumulosus, a, um, adiectiuum, Quod est tumulis plenum, βωδώδης. Sallust. in Iugur. Ante lucis aduentum peruenit in locum tumulosum, à Capsa non amplius duũm millium interuallo.

Tumulo, as, a. p. Sepelio, in tumulo condo, θάπτω. Mart. lib. 12. Aeolidum Canace iacet hoc tumulata sepulchro Vltimæ, cui paruæ sepulchra uenit hyems. Ouid. 8. Metam. ne coniugis unquam Busta uideam, neusim tumulandus ab illa. Catul. Arg. Nec intecta tua tumulabor mortua terra. Vnde & attumulo, quod est terram aggero, & quasi tumulum iuxta facio Plin. lib. 19. Dein si terram fugientes cauliculos seres, à terraq; procreatæ luxuriosa attollentes se exaggerando, aliam attumules.

Tunc, aduerb. temporis, Significat eò tempore: & de omnibus temporib. dicitur, τότε, τηνικαῦτα. De præterito. Vergil. Tunc decuit, quum sceptra dabas. De præsenti. Plaut. Tunc ad eam accede, quum potes. De futuro. Idem, Ego tunc adero, quum tui uidendi mihi copia erit. Additur quandoq; genitiuus temporis ut apud Iustinum, Tunc temporis Persarum Cambysi mediocri uiro. Tunc demum, idem quod tum demum. Plin. lib. 11. cap. 14.

Tunc demum labra utraq; apprehendentes.

Tundo, dis, tutudi, tunsum, a. t. secundum Priscianum, licet eius composita ipsum non habeant, ut Obtundo, obtudi, obtusum, κόπτω, ἐλαύω, ἀράσσω. Verg. lib. 4. Geor Profuit & tunsum gallæ admiscere saporem. Plin. lib. 11. Tusum sine n, posuit, Hæc tusa, cribrataq; uino quantum possit excellẽti. Diomedes putat habere duplex præteritum, & duplex supinum, scilicet tutudi, tusum, & tunsi, tũsum. Significatq; Tũdere, percurere pulsare, cõminuere. Plaut. in Asin. Sed quid hoc ꝙ picus ulmũ tundit? Col. lib. 2. ca. 11. Ipsæ aũt spicæ melius fustibus tunduntur. Et lib. 6. cap. 7. Quibus in unũ tunsis. Cic. 7. Ver. Quum illi nihilominus iacenti latera tunderet, ut aliquando spondere se diceret. Ouid. 1. de Arte, Iamq; iterum tundens mollissima pectora palmis. Refertur interdum ad uerba, & significat sæpius idẽ repetere. Ter. in Hec. Tundendo atq; odio effecit senex. Id est, sæpe dicendo, siue iterando. Et est translatio sumpta à malleo fabrorũ sæpe percutiente. Tundere aures. Plaut. in Pœn. Pergin' aures tundere? id est, obtundere sæpe idem repetendo. Tundere eandẽ incudem assiduè, prouerbialiter dicitur pro eo ꝙ est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseuerare. Videe Chiliades Eras. Huius composita sunt, Contundo, extũdo, obtundo, pertundo, protundo, & retundo: quorũ significata explicantur suis locis.

Tunica, æ, f. p. Vestis erat apud Romanos interior, & sine manicis cui toga superinduebatur, χιτὼν. Vergil. 9. Aeneid. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Hoc aũt dicit, ut barbarũ & peregrinum morem indicet, non Romanum, quum apud Romanos sine manicis tunicæ gestarentur Plaut. Manuleatam tunicã habere hominem decet. Dicta est aũt Tunica à tuendo corpore. Cic. 5. Tusc. Atq; is quum pila ludere uellet, (studiosè enim id faciebat) tunicamq; ponere t, adolescentulo quem amabat, tradidisse gladium dicitur Mulieres quoq; olim tunicis utebantur, sed oblongis, & talaribus, quæ ima etiam crura tegerent. Plin. Epist. ult. lib. 2. Aurelia ornata fœmina signatura testamentum, sumpserat pulcherrimas tunicas. Martia. in Lesbiã, De cathedra quoties surgis, iam sæpe notaui, Prædicant miseram Lesbia te tunicæ. Tunica item omnium intima dicebatur, qua hodie linea utimur. Ouid. 2. Amor qualem uidi tetigiq; puellã, Sic etiã tunica tangitur illa sua. Idem 3. Amo. Illi ne tunicã tibi sit posuisse pudori. Et alibi, Pugnabat tunica se tamen illa regi. Vtebantur & tunica quæ media dici potest, cuiusmodi est ferè tunica lanea, rubra, albaue qua brumali tempore utimur. Erat & alia tunica, quæ his superinduebatur: à Gallis uocabuli Græci uestigia retinentib. Hocqueton appellatur, qua si ὁ χίτων. Neq; uerò id cuipiã mirum uideri debet, Gallicæ uocis etymon ex lingua Græca peti. siquidem olim Druidæ Gallorum sacerdotes in publicis, priuatisq; rationib. Græcis literis utebantur, ut legimus in sexto Cõmentariorũ Cæsaris. Hæc ferè ex Bayfio. Tunica molesta, genus erat supplicii: ab ignium alimentis illita ac intexta, ut Seneca docet, ac mox succensa, cruciabiliter obuolutos nocentes, qui sceleris conuicti grauioris forent, amburebat. Vide Cæl. Rhod. antiq. lect. lib. 10. cap. 5. Tunicæ oculorum, sunt membranæ quib. oculi sunt compositi. Plin. lib. 11. cap. 37. Tenuibus, multisq; mẽbranis oculos natura composuit, callosis cõtra frigora caloresq; in extremo tunicis. Arborũ quoq; & fructi cum mẽbranas Tunicas appellamus. Plin. lib. 12. cap. 19. Probatur casia breui tunicarum fistula, & non fragili.

Tunico, cas, a. p. pen. cor. Tunicã induo, uestio, χιτωνίσω. Varro ἀχομαχία, ut citat Nonius, Hæc lanigeras de tonderi docuit tunicareq; homulum.

Tunicatus, a, um, Qui sola indutus est tunica, hoc est, q nullã tunicæ super induit togã: cui opponitur Togatus, μονοχίτων. Plaut. Pœn. Nostin' tu illunc tunicatum hominem, qui sicet Iuuen. satyr. 3. Tunicati fuscina Gracchi. Est aũt Tunicatus, non participium, sed adiectiuũ, à tunica deductũ, ea forma, qua à caligis caligatum dicimus, & à calceis calceatum.

Tuor, eris, d. p. Video: à quo deducuntur cõposita contuor intuor, & obtuor, ὁράομαι. Plaut. in Asin. At hercle ipsum adeò contuor quassanti capite incedit. Et iterum, Nam ego illud argentum tam paratum filio scio, q̃ me hunc scipionẽ contui. Idem Mostel. pro fectò nullam equidem illic cornicem intuor. P. At tu istac ad nos obtuere, quoniã comicẽ ne quis Conspicari: si uulturios fortè duos possis contui. Hodie Tuor cum cõpositis rarò est in usu: eorumq; loco magis recepta sunt Tueor, contuor, & intuor: ut latius docuimus suprà in uerbo Tueor.

Turba, æ, f. p. & Rixa non idẽ significant, τύρβη ὄχλος, ταραχή. Vlp. Vibo. rap. & de turba. l. Prætor ait, Turbam appellatam esse Labeo ait ex genere tumultus. Si duo rixam cõmiserint, utiq; non accipimus in turbã id factum, quia duo turba nõ propriè dicuntur. Si uerò fuerint decem, aut quindecim homines, turba dicetur. Turba ergo multitudinis, Rixa duorũ. Sed quia multitudo ferè uacat perturbatione, factum est ut perturbationem appellemus turbam. Est igitur turba, & multitudo, & in multitudine perturbatio. Cic. Cecin. Exponerem etiã quemadmodũ hic & quanta in turba, quantaq; in confusione rerũ omnium uiueremus. Teren. in And. Dii uestram fidem, quid turbæ est apud forum? Cic. 6. Ver. Ecce aũt noua turba atq; rixa. Turba pro multitudine. Cic. 1. Ver. Videt ad ipsum fornicem Fabianum in turba Verrem: appellat hominem, & ei uoce maxima uictoriam gratulatur. Idem 5. Tusc. Quid erit in philosophi grauitate, q̃ in uulgi opinione, stultorumq; turba, quod dicatur aut granius, aut grandius? Ouid. 1. Amor. eleg. 7. Quæq; tuos currus comitan tum turba sequetur. Turbam prunorum, pro nariis generib. prunorum, dixit Plin. lib. 15. cap. 13. & Turbam uuinerum, pro multitudine uuinerum, lib. 11. cap. 17.

Turbella, æ, dimin. Parua turba, ταραχίδιον. Plaut. in Pseud.

Scis, tu quidem hercle, mea si commoui sacra,
Quo pacto & quantas soleam turbellas dare?

Turbidus, a, um, Conturbatus, confusus, non clarus, tumens, commotus, θυελρὸς. Hor. 1. Carm. Ode 3. Qui uidit mare turbidum. Turbidus dies, procellosus. Plin. lib. 11. cap. 10. Quin. & excrementa operantium intus ne longius recedãt, unum congesta in locum, turbidis dieb. & operis otio egerunt. Turbidus homo, commotus, plenus perturbationis, terribilis, clarus, & arrogantia tumens. Verg. 9. Aen. huc turbidus, atq; Lustrat æquo muros, aditiisq; p auia quærit. Idẽ lib. 12. Tũsie affatur regem, atque ita. turbidus infit. Tacit. libro 20. Mox C. Cæsar. turbidus animi, &c. Turbida aqua, id est, turbata, & impura. Cicero lib. 5. Tusc. Darius in fuga quũ aquã turbidam & cadauerib⁹ inquinatã bibisset, negauit un q̃ se bibisse iucundius. Ver. Aen. ruit æthere toto Turbidus imber aqua, densisq; nigerrimus Austris. Turbidior. turbidissim⁹ Ouid. 1. Trist. eleg. 1. Pectora sunt ipso turbidiora mari. Actiones turbidissimè apud Quin. li. 11. ca. 10.

Turbidè, aduerb. θυελρῶς. Cic. 4. Tusc. Intelligatur igitur perturbationẽ iactantibus se opinionibus inconstanter & turbidè in motu esse semper.

Turbulentus, a, um, Cõmotus, iratus, turbidus, cõtentione plenus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

plenus, τοραχώδης, θορυβώδης. Plaut. in Epid. Tu ædepol, res es turbulẽtus. Cõciones turbulentæ. Cic. ad Att. lib. 4. Cõciones turbulentæ Metelli temerariæ Appii furiosissimę Publii. Tempestas turbulenta. Idẽ 8. Verrin. Vt nullus unquã dies tam magna turbulentaq; tempestate fuerit, quin aliquo tẽpore solem eius diei homines uiderent. Idẽ pro Sylla, In illa turbulentissima tẽpestate Reipubl. mea spõte despexerim Turbulentus animus, id est, perturbatus. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Turbulentior inde animus L. Valerio, T. Aemilio Coss.

Turbulentè, aduerb. ταραχωδῶς. Cic. pro Domo sua, Omnia contra leges moresq; maiorum temerè, turbulentè, per uim, per furorem esse gesta.

Turculenter aliud aduerb. Cic. ad Cæl. lib. 2. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temerè faciemus.

Turbulento, as, Exagito, perturbo, διαθορυβέω. Apul. Me strepitu turbulentauit.

Turbo, as, a. p. Cõfũdo, cõmoueo, ταράττω, ὀχλέω, κυκάω, τυρβάζω Plaut. in Cap. Aduenies turbauit totum cum carne carnarium. Id est, commouit. Mart. lib. 2. Pectere te nolim, sed nec turbare capillos. Cic. 2. de Nat. deor. Aristoteles quoq; in tertio de Philosophia lib. multa turbat, à magistro Platone uno *dissentiens*. Idem pro Cluen. Mare, q̃ sua natura tranquillũ est, uentorum ui agitatur, atq; turbatur. Verg. 1. Aen. Sed tes animos incognita turbat. Idem 12. Aen. Et subita turbaret clade Latinos. Turbare, absolutè, Taci. lib. 4. Quum repentè turbare fortuna cœpit. Turbatum est, impersonale. Ter. in Eunu. Nescio quid profectò absente nobis turbatum est domi. Turbassit, pro turbauerit, usurpatũ est ab antiquis. Cic. 3. de Legib. ex XII. Tab. Ast qui turbassit in agẽdo, fraus autoris esto. Turbor passiuum. Cic. ad Attic. lib. 2. Prorsus, ut scribis, ita sentio: turbatur Sampsiceramus. Huius composita sunt, Conturbo, deturbo, exturbo, disturbo, interturbo, obturbo, & perturbo: quorum significata explicantur suis locis.

Turbatus, Cõmotus, τεταραγμένος. Cæs. 1. bel. Ciuil. Turbatus ex inopinato malo.

Turbatè, aduerb. Turbulẽter, ταραχωδῶς. Cæs. 1. bel. Ciuil. His de causis aguntur omnia raptim atq; turbatè.

Turbator, oris, m. t. Qui rem aliquã cõturbat, ταραχτὴς. Liu. 4. ab Vrbe, Parũ id uideri, quod omnia diuina humanaq; turbẽtur, tam ad Consulatũ uulgi turbatores accingi. Idem lib. 2. Quum pacis ipse autor à belli turbatoribus premerentur.

Turbamentum, ti, Idem quod turbatio, ταραχή, τάραχος. Tacit libro 7. Quæq; alia, turbamenta uulgi. Sallust. in oratione Lepidi ad Quirites, Maxima reipubl. turbamenta atq; exitia probare.

Turbo, inis, m. t. Ventus ualidissimus, & uorticosus, obuia quæq; deturbans prosternensq;, στρόβιλος. Ver. 1. Aen. ũcti uelut agmine facto, Quà data porta, ruunt, & terras turbine perflant. Cic. 3. de Orat. Vndiq; omnes uenti erumpunt, sæui existunt turbines. Turbo pacis, per translationem pro turbatore, & euersore. Idem pro Domo sua, Tu procella patriæ, turbo ac tempestas pacis atq; otii. Est & Turbo genus instrumenti lusorii, quod à pueris scutica in gyrum circumagitur, στρόβιλος, τροχὸς, βίμβις. Tibullus lib. 1. eleg. 5. Nãq; agor ut per plana citus sola uerbere turbo; Quem celer assueta uersat ab arte puer. Verg. 7. Aen. Ceu quondam torto uolitans sub uerbere turbo, Quem pueri magno in gyro uacua atria circũ Intenti ludo exercent. Ab huius instrumẽti similitudine Turbo dicitur quicqd èlato paulatim definit in acutũ, κῶνος. Cic. de Fato, Sed reuertitur ad cylindrũ, & adturbinẽ suum: quæ moueri incipere, nisi pulsa, non possunt Plin. de aloẽ, lib. 27. cap. 4. In turbinibus cadorum. Ouid. Metam. caua buccina sumitur illi Tortilis, in latum quæ turbine crescit ab imo.

Turbineus, a, um, ut, Vortex turbineus. Ouid. 8. Meramor.

Multa quoq; hic torrens nubibus de monte solutis,
Corpora turbineo iuuenilia uortice mersit.

Turbino, as, penul. corr. In turbinis figũram exacuo, ἐπιτροχίζω, στρομβίζω.

Turbinatus, adiect. Quod in turbinis figurã definit, κωνοειδὴς Plin. lib. 37. ca. 4. Siquidem & colore translucido non differt, & laterum sexangulo læuore turbinatus in mucronem. Idẽ lib. 11. cap. 37. Cor homini infra læuã papillam turbinato mucrone in priora eminens. Idem lib. 15. cap. 15. Turbinatior pyris figura quàm malis.

Turbinatio, onis. Plinius lib. 15. cap. 20. Aliis turbinatio pyri, aliis ouata species.

Turbystum, medicamentum est cogens sorbere, & pro colore tincturæ etiam sumitur.

Turdus, m. s. Auis nota, & inter primas à saporis bonitate collocata, κίχλα. Hor. lib. 1. Epist. 16. Nil melius turdo, uulua nil dulcius ampla. Est & turdus nomen piscis, quem & ipsum κίχλαρ, uocant Græci. Plinius libro 32. cap. 11. Turdus inter saxatiles nobilis.

Turdarium, Locus quo turdi aluntur ad saginam, κιχλοτροφεῖον

Tureus, a, um, uide Tus.

Turgeo, ges, turgi, n. f. Inflor tumeo, ὀγκοῦμαι, ὀιδέω. Vergil. Eclog. 7. Iam læto turgent in palmite gemmæ. Turgere alicui, est irasci in aliquem, siue commoueri. Plaut. in Cas. Nũc in fermento tota est, ita turget mihi: Idem in Mostel. Tota mihi turget uxor nunc domi, scio. Plin. libro 20. capit. 13. Imponunt & mammis turgentibus decoctam rutam, & pituitæ. Composita sunt Deturgeo, & obturgeo, quorum significata explicantur suis locis.

Turgesco, n. t. Turgidus fio, intumesco, ὀγκοῦμαι. Persius, Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat dare pondus idonea fumo. Cicero 3. Tusc. Corq; meum penitus turgescit tristibus iris. Varro 3. de Re rust. cap. 9. Obiiciendũ pullis diebus quindecim primis manè subiecto puluere (ne rostris noceat terra dura) polentam mistam cum nasturtii semine, & aqua aliquanto antefacta in trita: & ne tũ deniq; in eorum corpore turgescat aqua, prohibendum. Ouid. 3. Amo. eleg. 9. Prima Ceres docuit turgescere semen in agris. Plin. lib. lib. 8. cap. 50. Nouembri mense, ut Martio pariant capræ turgescentibus uirgultis.

Turgidus, a, um, Tumidus, inflatus, ὀγκώδης, Plaut. in Milite, Cubare in naui lippam, atq; oculs turgidis. Cicero. 5. Tuscul. Num aliquod membrum tumidum, ac turgidum nõ uitiosè se habet? Horat. 3. Car. Ode 13. cras donaberis hœdo, Cui frons turgida cornibus.

Turgidulus, diminutiuum. Catul. Flendo turgiduli rubent ocelli.

Turibulum, Turifer, Turicremus, uide Tus.

Turiones, m. t. Tenelli arborum, fruticum, aut herbarum cacumina. Col. lib. 12. cap. 48. Concisis deinde pleno uase oliuis, immite defrutum usq; ad os, lauti turiones in hoc usu mittito, ut oliuas deprimant: post dies uiginti utere.

Turma, ę, f. p. Ordo militaris, tres equitum continens decurias, totidemq; habens decuriones, ἴλη. Romuli enim tempore quum tres tantum essent tribus Ramnensium, Tatiensium & Lucerum, ex singulis tribubus deni equites in turmam ascisebantur, & singuli decuriones: à quo etiam numero Turmam dictam asserit Varro, quasi terdenum. Cic. p Marcel. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil turma decerpit. Verg. 5. Aen. Tres equitum numero turmæ, terniq; uagantur Ductores, pueri bissenique secuti. Horatius lib. 3. Carm. Ode 4. Diuosq; mortalesq; turmas Imperio regit unus æquo.

Turmales, Dicti qui in turma sunt eadem. Liuius 7. ab Vrbe, T. Manlius Consulis filius, supra castra hostium cum suis turmalibus euasit.

Turmalis, le, adiectiuum, Quod ad turmam pertinet, Claud. de bel. Gild Excitet incestos turmalis buccina somnos.

Turmatim, aduerbium, Per turmas, ἴλαδὸν. Cæsar 8. bel. Gall. Turmatim in eum locum deuenerunt. Liu. 5. ab Vrbe, Mox ululatus, cantusq; dissonos, uagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant.

Turpis, & hoc turpe, om. t. Deformis: est enim contrarium Pulchro, αἰσχρὸς, δύσειδὴς, Terent. in Phorm. Lachrymæ, uestitus turpis. Horat. 3. Carm. Ode. 22. Antè quàm turpis macies decentes Occupet malas. Ouid. 3. de Arte, Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine cãpus. Trãsfertur etiã ad animũ, p inhonesto, infami, indecẽti. Ouid. 1. Amo. ele. 15. Si mihi Tithono de te narrare liceret, Turpior in cælo femina nulla foret. Cic. pro Quin. Multis uexatus contumeliis, plurimis iactatus iniurijs, non turpis ad te sed miser confugit. Teren. in Heau. pudet Dicere hac præsente uerbum turpe. Ouid. Am. eleg. 9. Turpe senex miles, turpe senilis amor. Cic. 1. Off. Luxuria uerò cum omni ætati turpis, tũ senectuti fœdissima est. Interdum ponitur pro magno, ut annotauit Nonius. Ver. 3. Georg. optima toruæ Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. Idem quarto Georgicorum, Et turpes pascit sub gurgite phocas. Item pro crudeli, ut non uno in loco apud Sallustium.

Turpiculus, a, um, dim. Idẽ quod subturpis, ὑπαισχρός. Cic. 2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de Ora. locus in turpiculis, & quasi deformib. ponitur. Hinc fit compositum subturpiculus. Idem Att. lib. 4. Quid? etiam subturpicula mihi uidebatur palinodia.

Turpifico, cas, Fœdo, turpitudine afficio, ἀισχαίνω Cic. 3. Offic. Quanta illa deprauatio, & fœditas turpificati animi uideri debet.

Turpitudo, inis, f. t. Deformitas, αἶσχος, ἀισχότης. Cic. 2. de Fin. Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ nisi honestatis natura plurimum ualeat, cur non cadant in sapientem, non est facile defendere. Quin. lib. 2. cap. 2. Carendum non solũ crimine turpitudinis, uerũ etiam suspicione. Ci. 2. de Orat. Verborum turpitudinem, & rerum obscœnitatem uitare.

Turpiter, aduerbiũ, Fœdè, inhonestè, indecorè, ἀισχρῶς. Plautus in Merc. Quod in se olim admiserit turpiter. Cæsar. 3. bel. Ciuil. Reliquos turpiter fugere cœgerunt. Cicero 5. Tuscul. Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. Ouidius libro quinto Trist. elegia 7. Turpius eicitur quàm non admittitur hospes.

Turpo, as, Fœdo, turpitudine afficio, λοιδορῶ. Cic. 2. Tusc. ex ueteri quopiam Poëta, Hæc omnia uidi inflammari, Priamo uitam euitari, Iouis aram sanguine turpari. Vergilius 10. Aeneidos, & terra subleuat ipsum Sanguine turpãtem comptos de more capillos. Horatius 1. Serm. Satyr. 5. at illa fœda cicatrix

Setosam læui frontem turpauerat oris.

Turris, huius turris, fœm. gen. A terrendis hostibus dicta est πύργος. sicut Arx ab arcendis: uel quòd aspectu torua sit, hoc est, terribilis. Cæsar. 5. bel. Gal. Tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbari, turrisq; succensa est. Cic. 5. Tus. Dionys. concionari extorre alta solebat. Verg. 10. Aen. Nec spes illa fugæ miseri stant turribus altis Nequicq̃, & rara muros cinxere corona. Idem 9. Aen. tum pondere turris Procubuit subitò, & cælum tonat omne fragore. Horat. 2. Carm. Ode 10. Sepius uentis agitatur ingens Pinus, & celsæ grauiore casu Decidunt turres, feriuntq; summo, Fulmina montes. Fiunt etiã turres ambulatoriæ, de quib. Vegetius lib. 4. ca. 17. sic scribit: Turres dicuntur machinamenta, ea ædificiorum specie tabulatisq; compacta. Et ne tantum opus hostili concremetur incendio, diligentissimè ex crudis coriis uel centonib. communitur, quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos, uel quinquagenos latæ sunt. Procerit aũt ipsarum tanta fit, ut nõ solùm muros, sed etiam turreis lapideas altitudine superent. His plures rotæ mechanica arte subduntur, quarum lapsu uolubili, magnitudo tam alta moueatur. Præsens autem periculum ciuitatis est, si ad murũ fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas, & diuerso genere conatur irrũpere. Nã in inferioribus habet aretem, cuius impetu destruit muros. Circa mediam uerò accipit pontem factum de duabus, trabib⁹ septumq; de uimine, quẽ subitò platũ inter turrem murumq; constituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem transeunt, & occupant muros. In superioribus aũt turris illius partibus contati, & sagittarii collocantur, qui defensores urbis ex alto contis, saxis, missilibusq; prosternunt.

Turricula, dimin. Parua turris, πύργιον. Est & uasculi genus, turris similitudine, per q̃ tali in alueolum mitti solent, ne iniaciendo fraus committi posset. Græci πύργον uocant, Persius etiam Orcam: Extat distichon apud Mart. lib. 4. turriculæ usum describens:

Quærit compositos manus improba mittere talos:
Si per me missit, nil nisi uota facit.

Turritus, a, um, Turribus instructus, τύπυργος, πυργοφόρος. ut, Mater deûm turrita, i. Cybele, quæ eadẽ credebatur cum Tellure. Verg. lib. 6. Aen. qualis Berecyntia mater, Læta deûm partu Phrygias turrita per urbes Inuehitur curru. Castella turrita. Luca. lib. 5. turritaq; summis Disponit castella iugis. Elephanti turriti quibus turres superponuntur, uel qui turres gestant. Plin. lib. 8. cap. 7. Iterum totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus. Mœnia turrita. Ouid. 3. Am. eleg. 7. Quid tibi turritis incingere mœnib. urbes? Interdũ Turritus accipitur pro alto, & turris instar edito, ψηλός. Verg. 3. Aen. gemino demittunt brachia muro Turriti scopuli.

Turriger, Gerens turres, πυργοφόρος. Plin. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros. Verg. 10. Aen. Alma parens Idæa deûm, cui Dindyma cordi, Turrigeræq; urbes, &c. Dea turrigera, eadem cum Cybele, siue Tellure, Ouid. 4. Fast. Canna turrigera, Lucanus lib. 3. Frons turrigera Cybeles, Quid. 6. Fastorum.

Turſio, onis, m. t. Piscis est delphino non dissimilis, tristitiæ tamen aspectus ab eo differens: lasciuiæ eius, quæ in delphino conspicitur, prorsus expers, rostro tamen canicularũ maleficentiam præ se ferens. Hæc Plin. lib. 9. cap. 9.

Turtur, mascul. gen. Auis nota, ex genere columbarũ à sono quem edit nõmen habens, τρυγὼν. Plaut. in Most. Tu tibi istos habeas turtures. Seruius, & quidam eum secuti putant, fœminiuũ esse in hoc uersu Verg. ex 1. Ecloga, Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo. Sed proculdubio decipiuntur. Nam adiectiuum aëria non cum nominatiuo turtur, sed cũ ablatiuo ulmo cohæret. Est item Turtur piscis marinus, ex genere uenenatorum, qui & τρυγὼν dicitur à Græcis, eodem quo auis nomine.

Turunda, Massa, siue buccella qua farciuntur, siue saginantur altilia, ψωμός. Varr. 3. de Re rust. cap. 89. Gallinas farciũt turundis hordeacis. Apud Catonem tamen capite 89. significat linamentum illud ex filis quod in ulcus immitti à medico solet. Ait enim, Et si fistula erit, turundam intrudito.

Tus, huius turis, n. t. Lachryma libani arbusculæ, uni terrarum Arabiæ concessa, diuinis sacrificiis & templorũ suffimẽtis dedicata, λίβανος. Ouid. 14. Meta. Templa tibi statuam, soluam tibi turis honores. Tibul. lib. 1. eleg. 3. Redderet antiquo menstrua rura Larr. Var. à tusis glebis dictũ existimat: cui & Seruius astipulatur, & Priscian⁹. Quocirca sine aspiratione scribendũ uidetur. Alii tamen originẽ eius à Græco uerbo θύειν petere malũt, quod est sacrificare: unde etiã per aspirationẽ scribendũ præcipiunt. Prouenit aũt tus potissimũ in regione Sabæorum, quæ Felicis Arabiæ pars est. Verg. 1. Geor. India mittit ebur, molles sua tura Sabæi. Colligitur aũt duplici uindemia: quarum prior est circa Canis ortum, altera uerno tempore incisa arboris cortice, quæ maximè uidetur esse prægnans, & ubi tenuissimus tenditur. Laxatur hinc plaga, unde profilit spuma pinguis, quæ concreta densatur. Probatur tus candore, amplitudine, fragilitate, carbone, ut statim ardeat, & frietur potius quàm dentem recipiat.

Tureus, a, um, Quod ex ture est, λιβανικός. Colum. lib. 3. Iam tu ream plãtam maturè ampliatam florentesq; hortos myrtha & croco. Verg. 2. Georg. sola India nigrum Fert hebenum, soli est turea uirga Sabæis. Idem 6. Aenei. congesta cremantur Turea Dona. Ouidius Fast. Farra deæ, micæq; licet saliemis honorem

Detis, & in Veteres turea grana focos.

Turibulũ, li, n. s. Vas quo tus adoletur, θυμιατήριον. Liu. 9. bell. Pun. Ex per manus succedentes, deinde aliæ aliis, omni effusa ciuitate obuiam, turibulis ante ianuas positis, quà perferebatur, atq; accenso ture precantibus, &c. Cic. 6. Verr. Nam etiam de L. Popyrio uiro primario, locuplete, honestoq; equite Romano turibulum ereptum?

Turifer, a, um, pen. cor. Tus producẽs, λιβανοφόρος. ut Regio turifera. Plin. lib. 6. ca. 23. Veniuntq; circiter XXX. dierum Oretum Arabiæ, aut Canam turiferæ regionis. Idem lib. 12. Vrbs illo modo, quum deficerent turiferas gentes, supplicaret. Ouid. 5. Fast. Et domitas gentes turifer inde tuas.

Turicremus, a, um. Cremãs tus: ut, Aræ turicremæ. Ver. 4. Aen.

Turicremis quum dona imponeret aris. Ouid. Epist. 1.

Sæpe deos supplex, ut tu sceleratè uaseres,
Sum prece turicremis deuenerata focis.

Turilegus, a, um, pen. cor. ut, Arabes turilegi, id est, colligentes tus. Ouid. 4. Fast. Nam modò turilegos Arabas, modò despicit Indos.

Tuſculum, li, dimin. Plaut. Aulul. Nunc tusculum emi.

Tuſsis, sis, fœm. gen. Vehemens spiritus efflatio (ut definit Galenus in tractatu de Sympt. causis) ea quæ meatum suum obstruunt, excutere conantis, βὴξ. Quæ si continuè uexet, à Seneca pertussis nuncupatur. Est enim continens tussis & inueterata, quæ uix unquam eliditur, ex qua multi conficiũtur. Teren. in Heaut. Gemitus, screatus, tussis, risus, abstinentia. Verg. 3. Georg. Hinc canibus blandis rabies uenit, & quatit ægros Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis. Catull⁹ epigram. 41. Fui libenter in tua suburbana uilla, Malamq; pectore expuli tussim. Ibidem, Hic me grauedo frigida, & frequens tussis Quassauit.

Tuſſicula, læ, dimin. Plin. Epist. 114. Veteris infirmitatis tussicula admonitus, &c.

Tuſſedo, inis, Idem quod tussis, βὴξ. Apulcius, Assiduo pulsu tussedinis hiulci pectora.

Tuſsio,

Tuſsio, sis. siui, situm, n. q. Tuſsim patior, βήσσω. Plaut. in Aſin. Forte ſi tuſſire occepſit, ne ſic tuſſiat, Vt cui linguã in tuſſi eudo proferat. Plin. lib. 20. cap. 2. Semen eorum cum cumino tritum, potumq; in uino, tuſſientibus auxiliatur. Mart. lib. 1. Et placet, & tuſſit. Horat. 2. Serm. Sat. 22. ſi quis Forte cohæredum ſenior malè tuſſiet.

Tuſsilago, inis, f. t. Herba eſt ſyluestris, folia habens quina, aut ſeptena, maiuſcula quàm hederæ, ſubalbida à terra ſuper nè pallida ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, radice tenui, βήχιον. Nomen habet ab affectu, quòd fumus eius per arundinem hauſtus, tuſſim quantumuis ueterem ſanare dicatur. Officinæ Vngulam caballi hodie appellant, ſimilis uerbaſco, quæ in puluerem contrita, aduerſus tuſſim utiliter bibitur. Author utriuſq; Plin. lib. 26. cap. 6.

Tute, Tu ipſe, σὺ αὐτὸς. Cic. 4. Ver. Hoc autem tute fatebere, Idem 1. Tuſc. Reliquum eſt ut tute tibi imperes.

Tutor, Tutorius, uide Tueor.

Tutulus, m. ſ. inquit Feſtus, Ornamentum capitis, Flaminicarum, & uitta purpurea innexa crinibus, & in altitudinẽ erecta, qua Flaminica à cęteris mulieribus diſcernebatur. Viri item in ſacris tutulis utebantur, qui inde Tutulati dicebantur. Var. lib. 6. de lin. Latin. Tutulati dicti qui in ſacris habere ſolent, ut metà in capitibus id tutulus appellatur ab eo quòd matres familiàs crines conuolutos ad uerticem capitis, quos habent uti uelatos, dicunt tutulos, ſiue ab eo quòd tuẽdi causa capilli fiebant, ſiue ab eo quòd altiſſimũ in urbe, quod eſt ãx, ea res tutiſſima, tutulus uocatur.

Tutus, a, um, uide Tueor.

Tutus, a, um, pronomen poſſeſſiuum à Tu. σὸς. Plaut. in Per. Tua merx eſt, tua indicatio. Cic. ad Trebon. lib. 15. Nunc hæc primò cupio cognoſcere, iter tuũ cuiuſmodi ſit. Tuum eſt, ad te ſpectat, tui eſt negotii & officii. Ter. in And. Tuum eſt, ſi quid præter ſpem euenit, mihi ignoſcere. De tuis unus, pro unus tuorum amicorum, uel de numero amicorũ tuorum. Cic. ad Cæſ. lib. 13. Qui & in bello tecum fuiſſet, & propter memoriam Craſſi de tuis unus eſſet. Tuapte, & Tuopte, ablatiui ſunt ex Tua, & Tuo ablatiuis, & Pte, ſyllabica adiectione compoſiti, ut Tuapte ſpõte, id eſt, tua ipſius ſponte: Tuopte conſilio. id eſt, tuo ipſius conſilio. Plaut. in Milit. Quippe ſi reſciuere inimici conſilium tuum tibi Tuopte conſilio occludunt linguam.

T Y

Tylus, li, m. ſ. uermiculus eſt pluribus pedibus, colore fuſco, ſub lapidibus aut figulinis uaſis uiuens, qui tactus ſe arcuat, atq; in globum contrahit ad ſimilitudinem paruæ pilæ, ὀνίσκος.

Tymbades, τυμβάδες, Græco nomine appellantur ſagæ, & ueneficæ, quòd περὶ τύμβους, hoc eſt, circa ſepulchra uerſentur, cadauera mutilantes aliquo membro, quo ad ueneficia ſua abutantur. Gel. lib. 21. cap. 58.

Tymbus, bi, τύμβος, Græca uox eſt, quã Latinè buſtũ uerte poſsumus, teſte Cicer. Fit enim παρὰ τὸ τύφω, ἰκεῖ τὸ νεκρὸν σῶμα, hoc eſt, ab eo quod ibi mortui cadauer exuratur. Latini paucis literis immutatis, etiam tumbam appellant. Cicero 2. de Fin. Si quis buſtum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam uiolarit. deiecerit, &c.

Tympanum, n. ſ. τύμπανον, Inſtrumentum ex una parte planum, mẽbrana clauſum intus uacuũ quod baculo pulſatur. Eo uti ſolebant in ſacrificio matris deũm. Ver. li. 9. Aen. Tympana nos, buxusq; uocat Berecynthia Matris Idææ: finite arma uiris, & cedite ferro. Ouid. 4. Faſt. Ibunt ſemimares, & inania tympana tundẽt. Idẽ 4. Me. Quacunq; ingrederis clamor iuuenilis, & unà Fœminææ noces, impulſaq; tympana palmis Concauaq; æra ſonant, longoq; foramine buxus. Eſt & tympanũ uehiculi teſtũ, ut inquit Ser. ſine (ut aliqui putant) teſtudo ſupra radios. Radii autẽ dicuntur ſtipites, altera parte rotæ centro, altera canthis infixi. Ver. 2. Geor. Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plauſtris. Eſt præterea Tympanũ, machina rotunda ad rotæ ſimilitudinẽ, qua à calcantibus hominibus uerſata, pondera in ædificiis ſubuehũtur, uel aqua hauritur ſitulis maiorib. ex puteis uel ex riuis per canales ad irrigãdos hortos diffunditur. Huiuſmodi etiã Tympana in portubus inſignioribus uidemus ad exonerandas naues accõmodata. Lucr. lib. 4. Multaq; per trochleas, & tympana pondere magno Cõmouet, atq; leui ſuſtollit machina niſu. Tympanũ genus uaſis. Pli. li. 33. ca. 11. Tympana uerò ſe iuuene appellata ſtateras, & lances, quas antiqui magidas appellauerant.

Tympaniticus, ci, τυμπανιτικὸς, Qui tympanite laborat, hoc eſt ea ſpecie aquæ intercutis, quum uenter ſpiritu, aquaq; diſtentus, ſonum reddit tympani, quum pulſatur. Plin. lib. 25. cap. 5. Hydropicis, incipientibusq; tympaniticis, ſtomachicis, &c.

Tympaniſta, æ, τυμπανιστὴς, Qui tympana pulſat.

Tympaniſtria, æ, τυμπανιστρία, Mulier tympanum pulſans. Sid. lib. Epiſt. Tympaniſtria pſaltria canit.

Tympanites, pen. prod. τυμπανίτης, Genus hydropis eſt, quũ uentre uehementer intento, creber intus ex motu ſpiritus ſonus eſt, teſte Celſo lib. 3. cap. 21.

Tympanizo, as, n. p. τυμπανίζω, Tympana pulſo. Suet. in Aug. cap. 68. Et aſcenſu maximo cõprobauit uerſum in ſcena pronunciatum, de Gallo matris deũm tympanizante. Videsne ut cinedis orbem digito temperet?

Tympanotriba, æ, τυμπανοτρίβης, Qui tympanum terit, & pulſat, apud Plaut. in Truc. Tympanotribam amas, ominem non nauci.

Typha, æ, f. p. τύφη. Planta eſt folio cyperidis, caulem habẽs eiodem, cuius in ſummo capite flos enaſcitur, euadens in pappum ſiue lanuginẽ. A Galen. li. 1. de Alim. numeratur inter legumina. Officinis hodie eſt incognita.

Typhon, onis, m. t. τυφὼν, Flatus uor. icoſus, mira uelocitate, ſed ſine igne è nube erũpens. Plin. lib. 2. ca. 38. Sin uero depreſſo ſinu arctus rotari effregerint ſine igne, hoc eſt, ſine fulmine, uortice faciunt qui typhon uocatur, id eſt, uibratus ecnephias. Defert hic ſecum aliquid abruptũ è nube gelida cõuoluẽs, uerſansq;, & ruinã ſuo illo pondere aggrauãs, & locũ ex loco turãs rapida uertigine: præcipua nauigãtiũ peſtis, nõ antennas modò, uerùm ipſa etiam nauigia cõtorta frangens. Aul. Gel. Noct. Att. li. 19. cap. 1. Quin turbines eriã crebriores, & cæli atrũ, & fumigantes globi, ac figuræ quædã nubiũ metuendæ quas typhonas uocabãt, impendere, imminereq;, ac depreſſurę nauẽ uidebantur. Producit aũt hæc dictio priorem ſyllabã. Lucan. lib. 5. Et trabibus miſſis auidos typhonas aquarum.

Typus, pi, m. ſ. τύπος, Latinè forma, figura, adumbratio rudis, exemplar, umbra, & ueluti imago quædã alterius rei. Cic. ad Att. lib. 1. Epiſt. 6. Præterea typos tibi mando, quos in tectoria, &c. Hinc protypa, dicta ſunt opera, quæ ante typos facta ſunt. Ectypa uerò quæ ex ipſis ſunt formata typis. Plin. lib. 35. cap. 12. Dibutades primus perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit, quæ inter initia protypa uocantur. poſtea idem ectypa fecit. Archetypa autem dicuntur prima & principalia exemplaria, quæ non aliunde ſunt deſumpta, neq; ad aliorum ſimilitudinem effecta, cuiuſmodi uulgus uocas originalia. Typi item, teſte Gell. lib. 1. quemadmodum & Typographæ, à Græcis dicuntur, quas nos deſcriptiones appellamus, quæ rudiores ſunt, minusq; exactæ quàm ὑπογραφαί, quas nos finitiones uocamus. Typus item dicitur figura & umbra & ueluti imago, & ſymbolũ ueritatis. Sic Vetus teſtamentũ, Noui typum eſſe dicimus.

Typicus, a, ũ, τυπικὸς, id eſt, myſticus, umbratilis, allegoricus.

Tyrannus, ni, τύραννος, Apud uetereres in bonam partem dicebatur pro domino, rege, ſeu monarcha, qui plenã habet in ſubditos poteſtatem. Ab initio enim, Trogo teſte, omnium ciuitatum, regionumq; imperia penes reges fuit, quos ad huiuſmodi faſtigium maieſtatis, nõ ambitio popularis: ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat, qui etiam tyranni ob fortitudinem uocabãtur. Ver. 7. Aen. Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni. Poſtea tamen tyranni nomen ad illos ſolùm reſtrictũ eſt, qui per inſolentiã imperii uiribus abutebantur, & ui quadã animi libidine dominabantur, non iure & legibus æquis. Cic. 1. Off. Nec uerò huius tyranni ſolùm, quem armis oppreſſa, pertulit ciuitas, interitus declarat, quã tũ hominũ odiũ ualeat & peſtẽ, ſed reliquorum ſimiles exitus tyrannorum. Ouid. 1. Metam. Arcadas hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni Ingredior.

Tyrannis, idis, f. t. τυραννὶς, Dominatio, monarchia, ſæuum ac uiolentum imperium. Iuuen. Sat. 8. Quid Nero tam ſæua, crudaq; tyrannide fecit? Ouid. 15. Metam. odioq; tyranni exul Sponte erat.

Tyrannicus, a, um, τυραννικὸς. Quod eſt tyranni, hoc eſt, crudele & ſuperbũ. Cic. 1. de Leg. Aut ſi omnes Athenienſes delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges iuſtæ habẽrentur? Idẽ de Inuẽ. Quod tetrũ, crudele, nefariũ, tyrannicũ factũ eſſe dicamus, per uim, per manũ opulentã, quæ res ab legibus & ab æquabili iure remotiſſima eſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tyrannicè, aduerbium, Crudeliter, uiolenter, & more tyrannorum, τυραννικῶς. Cic. 5. Ver. Nunc ut hoc tempore ea quæ regiè, seu potius tyrannicè statuit in aratores Apronius præ ternittam.

Tyrannoctonus, ni, pen. cor. τυραννοκτόνος, Tyrannicidæ, percussor tyranni à uerbo, κτείνω. Quod est interficio. Ci. ad Atticum lib. 14. Sustuliſſe mihi uidetur ſimulationem deſiderii adhuc quæ ſerpebat indies, & inueterata uerebar ne peri culoſa noſtris tyrannoctonis eſſet.

Tyrannicida, dæ, pen. prod. gen. maſc. Qui tyrannum occidit, τυραννοκτόνος. Plin. lib. 7. cap. 23 Non indicauit Harmodium, & Ariſtogitonem tyrannicidas.

Tyrannicidium, dii, Tyranni cædes, τυραννοκτονία. Quint. lib. 7. cap. 4. Tyrannicidium eſt, occidere tyrannum.

Tyriamethyſtus, τυριαμέθυσος, Amethyſti color, Tyria rurſus purpura inebriatus. Plin. lib. 9. cap. 41. Non eſt ſatis abſtuliſſe gemmæ nomen amethyſtum: rurſum abſolutus inebriatur Tyrio, ut ſit ex utroq; nomen improbum Tyriametyſtus ſimulq; luxuria duplex.

Tyranthinus, a, um, pen. cor. τυριάνθινος, Vox eſt ex Tyrio & ianthino compoſita, colorem ſignificans, qui refultat ex ianthino, hoc eſt, uiolaceo, rurſus Tyria purpura inebriato.

Tyriathina, Dicuntur ueſtes colore huiuſmodi infectæ. Ma. li. 1.

Sic interpoſito uilis contaminat uncto
Vrbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus.

Tyro, nis, m. t. Nouus miles, & fortis ad militiam exercendam, νεὸς στρατίωτης. Cic. 2. Tuſ. Actas tyronum plerumq; melior: ſed ferre laborem, contemnere uulnus, conſuetudo docet. Liu. 10. bel. Macedon. Veteribus militibus tyrones immiſcentur. Per translationē Tyrones, generaliter appellamus, qui prima in arte aliqua ponunt rudimenta, πρωτοκέροις. Vnde pro rudi adhuc & nouitio gladiatore poſuit Suet. in Cæſare, Tyrones neq; in ludo, neq; per laniſtas. Sic adoleſcētes quando togam ſumebant, & barbam ponebāt, eloquentiamq; in foro auſpicabantur, Tyrones dicebātur, & illa prima actio, tyrocinium. Sen. lib. 3. Decl. Ille in foro primum diſcurſus, tyro dictꝰ eſt. Suet. in Neron. cap. 7. Deductus in forū tyro, populo congiarium, militi donatiuum propoſuit, indicta decurſione. Sunt qui ſcribant Tiro per i noſtrum, & meliùs fortaſſis. Arbitror enim Græcam dictionem non eſſe.

Tyrunculus, diminutiuum. Pro iuuenculo, qui prima in arte aliqua cœpit ponere rudimenta, Plin. Iunior in Epiſt. Quod me, quamuis tyrunculum incitauit ad emendum, hoc eſt, rudem, & nōdum ſatis exerciratum in cognitione ſignorum. Iuuen. ſat. 11. nec latus Aſræ, Nouit auis noſter tyrunculus.

Tyruncula, fœmininum, quo Columel. uſus eſt pro cane adoleſcentiore, in educendis catulis parum adhuc exercitata. Quoniam (inquit lib. 7. cap. 7.) tyruncula nec rectè nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

Tyrocinium, n. ii, n. ſ. Prima artis alicuius rediméta, πρωτοταρία, Sueton in Tiberio cap. 14. Neronem & Druſum patribus cōmendauit: diemq; utriuſq; tyrocinii congiario plebi dato celebrauit Tyrocinii autem die adoleſcentuli togam purā ſumebant. Tyrocinium nauium dixit Plin. libr. 24. per metaphoram, quum primum mari committuntur, & ueluti in Neptuni militiam conſcribuntur.

Tyrōcneſtis, f. t. τυρόκνηστις, Inſtrumentum culinariū, quo foraminato caſeus diſteritur minutatim.

Tyrotarichus, m. ſ. τυροτάριχος, Genus obſonii, ex caſeo, ſalſamentiſq; confecti, τύρος enim caſeus eſt, τάριχος ſalſamentum. Cic. ad Pætum lib. 9. Tu uerò (uolo enim abſtergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquū redi. Et ad Atticum lib. 4. Multa me in epiſtola tua delectarunt, ſed nihil magis quàm patina tyrotarichi.

Tyrſis, τύρσις Græcis ſignificat ambitum murorum: ἀπὸ τῶν τυρρηνῶν, hoc eſt, à Tyrrhenis inuentoribus appellatione deducta.



Litera uocalis eſt, quæ inconſonantem trāſit: & modò uim ſimplicis habet, ut apud Vergilium, Quum tales animos iuuenum, & tum certa tuliſti Pectora. Modò duplicis: ut, Cupiui, cupiueram: in quibus i ante u conſonantem poſita producitur, & eadem ſubtracta corripitur. Aliquando u conſonans per diæreſim ratione carminis in uocalem correptam mutatur. Horatius in Epod. Niueſque deducunt Iouem, Nunc mare, nunc ſyluæ. Interdum à uocali tranſit in conſonantem: ut Nauta, nauita: Gaudeo, gauiſus. Quandoq; amittit uim literæ, quum ſubditur poſt q, aut g: ut Aliquis, Sanguis. Idē fit antecedente ſ. ut Suauis, ſuetus. Tranſit quādoq; per derivationes in a: ut Veredus, ueredarius. in e: ut Podus, ponderis: Deierat, pro deiurat. Cōtra antiqui Auger, pro augur dicebant. Similiter in gerundis quæ à tertia coniugatione naſcuntur, loco e, ſcripſerunt u: ut Faciundū pro faciendum. In cōpoſitione etiā u ſæpe mutatur in i correp. ut Cornu, corniger: Arcus, arciteneus: Farum, fatidicū: Aurum aurifex: Luctus, luctificus: Fluctus, fluctiuagus: Magnus, magnificus: Opus, opifex: Scribebāt enim antiqui Carnufex, pro carnifex: & Lubens, pro libens: Poſſimus, pro peſſimus. quorum innumera occurrunt expempla apud Comicos.

V A

Vacanter, uide Vaco.

Vacca, æ, f. p. per duplex c, Bos fœmina, βοῦς, ἡ. Cic. 1. de Nat. deor. Cur non geſtiret taurus equę cōtrectatione, equus uaccæ? Var. 1. de Re ruſt. cap. 5. Diſcernuntur in prima uitulus & uitula in ſecunda, iuuencus & iuuenca, & in tertia & quarta, taurus & uacca. Verg. 4. Aen. Ipſa tenens dextra patriā pulcherrimus Dido Candentis uaccæ media inter cornua fundit. Oui. 1. de Arte, Cynthius ad meti uaccas pauiſſe per æſtus Fertur, & in parua delituiſſe caſa. Ver. 6. Aen. Sterilēq; tibi Proſerpina uaccā. Vacca quæ ſterilis eſt, Varroni taura appellatur.

Vaccula, dimin. βοίδιον. Verg. Vaccula nonnunquam ſecreta cubilia captans.

Vaccinus, a, um, pen prod. Quod eſt ex uacca, βοϊκός. Plinius lib. 24. cap. 3. Cortex illinitur decoctus lacte uaccino ſerpentis plagæ.

Vacerra, æ. f. p. Palus uel ſtipes, humi defixus ad caſtra, munienda, uel hortos claudēdos, σκόμψ, πάσσαλος, ἀρκίον. Colum. lib. 9. cap. 1. de uiuariis. claudendis loquēs, Vbi uerò patrifamiliæ cōducit, ratio poſtulat uacerris includi. Sic enim appellatur genus clathrorū, idq; fabricatur ex robore, quercu uel ſubere. Et mox, Satis eſt uacerras inter pedes octonos deſigere, ſerisq; transuerſis ita clathrare, ne ſpaciorū laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugā. Et paulò pòſt, Nam & uacerris fabricandis ingens eſt in Gallia materię copia, & cætera in hanc rem feliciter ſuppetūt. Vacerra (inquit Feſt.) Aelius, & alii cōplures aiunt eſſe ſtipitē, ad quē equi ſolebant relegari. Alii dicunt, male dictū ſignificari hoc nomine acerbitatis magnæ, ut ſit uecors & ueſanus.

Vacillo, as, n p. Eſt propriè inconſtantē eſſe, & quaſi alternatim modò huc, modò illuc inclinari, mutare, fluctuare, παραφέρομαι. Cic. ad Attic. lib. 11. Sed quod ſcribis ignaciloni matutinum, γεροντικόν τι ἔργον eſt memoria uacillare. Idē de Nat. deor. Sed & ille reprehenſus à multis eſt, nec uos exitum reperitis, tota q; res uacillat, & claudicat. Idem. Off. Iuſtitia uacillat uel iacet potius. Vacillare itē teſtis dicitur, qui in dicendo teſtimonio ſibi non ſatis cōſtat, & modò negat, qd paulò antè affirmat.

Vacillatio, onis, f. t. uerb. Quint. lib. 11. cap. ult. Eſt & illa indecora in dextrum, ac ſęuum latus uacillatio, alternis pedibus inſiſtentium.

Vacillans, antis, part. Cic. Tironi lib. 16. Accepi tuam epiſtolā uacillantibus literulis, id eſt, non rectè præ ualetudine ſcriptis. Idem 3 Phil. In Galliam mutilatum ducit exercitū cum una legione & ea uacillante.

Vaccinium, nii, n. ſ. A Romanis dictus eſt flos purpureæ coloris, teſte Dioſc. quem Græci uocant ὑάκινθον, quod etiam apertiſſimè teſtatur Seru. explicans illud Ver. 2. Ecl. Alba liguſtra cadunt, uaccinia nigra leguntur. Quo in loco nonnulli Serū. immeritò reprehendunt, quòd uaccinium pro hyacintho acceptum Maroni affirmarit. Nec obſtat quòd uaccinium nigrum colorē tribuat Verg. quum purpuream quoq; uoluerit nigram uocare ſoleant authores, præſertim ſi fuſcioris purpuræ habeat colorē. Galli ſeruatis nō obſcuris priſci nominis ueſtigiis, Vacietim appellant: herbā autē ipſam, à quadam cepæ ſimilitudine, Cæpā agreſtē. Habet enim, Dioſc. teſte, folia bulbi, & radicē bulbaceā, caulē uerò dodrantalē, minimo digito tenuiorē, comā procumbentem, incuruamq;, purpureorum florum plenam. Vaccinia in Italia aucupiis ſerebantur, in Gallia etiā tinturæ. Seruorū enim ueſtibus purpureus color iis induebatur, teſte Plin. lib. 16. cap. 18.

Vaco, as, n p. Do operam, χαλάω. Et conſtruitur cum dativo ut Vaco philoſophiæ. Cic. 1. Diuin. Ego uerò, inquam, philoſophiæ Quinte ſemper uaco. Plin. Epiſt. 49. Solutus cæteris curis, huic uni uacabat. Vacare corpori, eſt curare corpus. Plin. Epiſt. 9. Quod euenit mihi, poſtquam in Laurentino meo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

naco aut lego aliquid, aut ſcribo, aut etiam corpori uaco. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione In. Ouid. 3. de Pont. Eleg. 3. In nullum mea mens grande uacabat opus. Interdum uacare ſignificat uacuum eſſe, & ſic ferè abſolutè poſitum, κενόω. Plaut. Caſin. Fac uacent ædes. Cæſ. 1. bel. Gall. Id ea ratione maximè fecit, quod noluit eum locũ, unde Helueții diſceſſerant, uacare. Vacant agri, id eſt, nihil proferunt, nõ excoluntur. Cæſ. 4. bel. Gal. Itaq; una ex parte à Sueuis circiter millia paſſuum ſexcenta agri uacare dicuntur. Interdũ accipitur uacare pro carere, idq; ferè cum ablatiuo nulla præcedente præpoſitione, στερῶ. Cic. lib. 6. Epiſt. Vacare culpa magnum eſt ſolatium. Idem lib. 1. Epiſt. Præſertim quum in quo accuſabar culpa uacarem. Idẽ 1. de Nat. deor. Cæleſtẽ ordinem qui uacare mente putat, is ipſe mentis expers habendus eſt. Interdum uacare, eſt ociosum eſſe, nihil agere, uacuũ eſſe, ceſſare, idq; interdum abſolutè, σχολὴν ἄγειν. Cic. 12 Ep. Si ñe tu quidẽ uacas, noli mihi moleſtiã exhibere. Idẽ Att. Scribes aliquid ſi uacabit. Nonnunquam cum ablatiuo præeunte præpoſitione a uel ab. Plin. Epiſt. 51. Doctiſſimis ſermonib. dies tranſigebat, quum à ſcribendo uacaret, id eſt, quũ à ſcribendo ſuperſederet. Cic. in Brut. nullum tempus ei uacabat aut à forenſi dictione, aut à ſcribendo, aut à cogitando. Idem de Nat. deor. An dii ab omni oratione & adminiſtratione uacent. Vacare animo, eſt curis ſolutum eſſe. Cic. 1. de Diuin. Si uacas animo, neq; habes aliquid quod huic ſermoni præterere undum putes. Interdum uacare ſignificat ad nihil utile eſſe, ſuperabundare, ſupertluum eſſe, quòd ociosum eſſe uidetur, quod ſuperabundat, ſed nõ niſi in tertia perſona, πλεονάζει. uacat mihi, imperſonaliter, id eſt. ocium, uel uacuũ tempus eſt mihi, σχολὴν ἔχω. Aliquando tamen datiuus nõ exprimitur. Ver. 2. Aen. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros, Et uacat annales noſtrorum audire laborum. Iuu. Sat. 1. Si uacat, & placidi rationem admittitis edam, id eſt, ſi otium eſt uobis. Quandoq; ponitur pro curæ eſſe. Quint. lib. 11. cap. 1. 1. Et cui eſſe diſerto uacet. Vacare populo, eſt operã populo dare, & inſeruire, χαριζεσθαι. Aliter uacare populo, ſignificat liberum eſſe à populo, popularíq; iudicio. In quem ſenſum Cicero uidetur lib. 2. Tuſc. quæſt. accipere, quum ait, Amplitudo animi una eſt omnium rerum pulcherrima, eoq; pulchrior, ſi uacet populo, nec plauſum captans ſe tantùm ipſa delectet.

Vacans. Qui otiatur. Cæl. ad Cic. lib. 8. Hoc mihi certum ac iucundiſſimum uacanti negotium erat, tecum otii tempus conſumere. Ouid. 9. Metam. Nec petit horamq; animumq; uacantem.

Vacanter, aduerb. Superuacaneum, fruſtrà, περιττῶς μάτην. Gell. lib. 17. cap. 10. Vacanter hoc cumulauit, & inaniter.

Vacatio, onis, f. t. uerb. Ceſſatio immunitas, feriæ, σχολὴ. Cæſ. 6. bel. Gal. Militiæ uacationem, omniumq; rerum habent immunitatem. Habere uacationem, id eſt, ceſſare, intermittere. Cic. 4. Acad. Sed quum ſacerdotes deorum uacationem habeant, quanto æquius, &c. Dare uacationem, id eſt, ceſſationem uel immunitatem alicui permittere. Cic. 6. Ver. Vacatio data eſt ab illo, &c.

Vacuus, a, um, Inane, nihil continens, διάκενος, κατάδηλος. Cic. de Vniuer. Nihil igni uacuum uideri poteſt. Cic. in Catil. Quid quod aduentu tuo ſubſellia iſta uacua facta ſunt? Et paulò antè, Quum morte ſuperioris uxoris nouis nuptiis domum uacuam feciſſes. Vacuum definiunt Philoſophi, quod ſit locus non repletus corpore, natus repleri. uel ſic, Vacuum eſt dimẽtio omnia in ſe non cedendo recipiens. Quibus ex definitionibus ſatis conſtat, propriè loquendo nihil eſſe uacuũ, quum omnia, ſi non alio corpore, certè aëre plena ſint. Vulgò tamen ita loquimur, ut uacuum dicamus in quo nihil ſit præter aërem. Aliquando itẽ uacuum accipimus, pro uaſto & ſpacioſo. Ver. 3. Geor. Saltibus in uacuis paſcant, & plena ſecundũ Flumina. Idẽ 7. Aen. Quem pueri magno in gyro uacua atria circum Intenti ludo exercent. Sic etiam aërem uacuum eſſe dicimus, ſiue propter inſignẽ uaſtitatẽ qua terrã & mare multis partibus exuperat, ſiue quod in eo nullum conſpiciatur corpus. Ver. 3. Geor. iamq; elati ſublime uidentur Aëra per uacuum ferri, atq; aſſurgere in auras. Quo in loco Verg. Lucretium uidetur imitatus, qui Inane, neut. gen. pro aëre poſuit, Longum inquiens, per inane reſoluit. Vacuus animus, otioſus, multis curis, nullis negotiis irretitus. Cic. de Clar. Orat. Nunc uerò, inquit, ſi es animo uacuo, expone nobis quod quæ quærimus. Vacuos habere dies, id eſt, nullis rebus dedicatos. Vacuus equus, qui ſine ceſſore eſt. Liu. 7. bel. Pun. Vacuus paulò pòſt equus errans per urbem cognitus, &c. Vacuum remũ trahere, eſt remum inutiliter, incaſſum, fruſtra trahere. Iungitur aliquando genitiuo. Plaut. in Bac. Valẽs afflictat me iam uacuum uirium, id eſt, inualidũ. Ter. in Heau. Vacuum tempus ne quod dem mihi laboris. Aliquando ablatiuo ſine præpoſitione. Cic. 1. de Fin. Quum uacui curis etiam quid in cælo fiat, ſcire auemus. Aliquando cũ præpoſitione. Cic. ad Att. Sin eris ab iſto periculo uacuus, &c.

Vacuitas, atis, f. t. Inanitas, abſentia, priuatio, κενότης. Cic. 2. Of. Adhibenda eſt uacuitas ab angoribus. Idẽ 5. Tuſc. Securitatem autem nunc appello uacuitatem ægritudinis, in qua uita beata poſita eſt.

Vacuo, as, a. p. Vacuum facio, uacuum reddo, euacuo, κενόω. Mart. lib. 11. Si redeant ueteres, ingentia nomina patres, Elyſium liceat ſi uacuare nemus. Colum. lib. 3. cap. 13. Opus eſt autem perito, ac uigilante exactore, qui ripam erigi iubeat, ſulcumq; uacuari.

Vadis, is, m. t. Ab antiquis dictus eſt ſpõſor in cauſa capitali, qui poſtea duabus literis extritis, dictus eſt Vas, ἐγγυητὴς, ὁμήρ. Vide ſuprà in dictione Vas.

Vadimoniũ, nii, n. ſ. Eſt ſponſio quæda ſiſtendi, cõparendiq; in diudicio, ad diẽ præſtitutã, per ſe uel per aduocatos, qđ deſere non licet, ἐγγύη, ὁμηρεία. ῥύσιον. Sen. Vadimoniũ promittimus, & tamen deſeritur, ἐγγυάομαι. Cic. pro Quin. Ad uadimoniũ non uenit, qui tibi præſto ſemper fuit? Et paulò pòſt Nũ dubitauit, inquit, quũ uadimoniũ deſertũ eſſet, bona proſcribere. Vadimoniũ promittere, eſt ꝓmittere cõparere in iudicio ad diẽ præſtitutã per ſe uel per aduocatũ. Cic. 5. Ver. Statuit iſte, ut arator decumano, quò uelet decumanus, uadimonium promitteret. Vadimonium conſtituere, eſt diẽ aſſignare, ut loquuntur, quo quis in iudicio cõparere debeat. Cic. de Sen. Omnia quæ curant meminerunt, uadimonia cõſtituta, qui ſibi cui ipſi debant. Vadimoniũ deſerere, eſt non cõparere in iudicio ad diẽ præſtitutã. Plin. in Præf. Nat. Hi. Inſcriptiones, inquit, propter quas uadimoniũ deſeri, id eſt, inſcriptiones librorum, tam ampla & magnifica pollicẽtes, ut propter eorum librorum aut lectionem aut recitationẽ uadimoniũ deſeri poſſit. Differre uadimonium, eſt differre diẽ cõtentionis, quo reus in iudicio cõparere promiſerat. Plin. lib. 7. ca. 53. Bebius Iudex quum uadimonium differri iubet. Vadimoniũ miſſum facere, eſt uadimonii obligationẽ remittere, cõdonare q. Cic. pro Quin. Qui quo tẽpore primùm malè agere cœpit, in uadimoniis differendis tẽpus omne cõſumpſerit, qui poſtea quoq; uadimoniũ miſſum fecerit, Vadimonio obſtricti, hodie dici poſſunt, qui ob crimina in iudicium uocati, ab iudicibus, ut fit, impetrarunt ut aut ſua, aut ſponlorum ſi de dimittãtur, ea lege ut in diẽ cẽtũ, aut quandocunq; iudici uiſum fuerit, ad iudicium ſiſtantur, quos Elargitos uulgus barbarorũ uocat. Concipere uadimoniũ, eſt exprimere certã formulam uadimonii, id eſt, ſiſtẽdi, cõparendiq;, &c. Cic. Q. Fr. li. 2. Negat enim in tanta multitudine eorũ qui unà eſſent quenquam fuiſſe qui ad uadimonium concipere poſſet.

Vadium, ἐγγύη, idem quod uadimonium.

Vador, aris, uerbũ com. ſecundũ Priſ. Significat uadimonio obſtringere, ſiue diem iudicii ex cõpacto conſtituere, & in ius uocare, κλητεύω. Cic. pro Q. Debere tibi dicis Quintiũ. procurator negat: uadari uis, promittit: in ius uocas, ſequitur: iudicium poſtulas, non recuſat. Vadari reus dicitur, quum uadimonio obſtringitur, præſtituta die ſe in iudicio affuturũ. Actor etiam uadari reum dicitur, quum acceptis uadibus rẽum ad cõparendum in iudicio aſtringit. Liu. 3. ab Vrbe, Decẽ ſiuerunt, tot uadibus accuſator uadatus eſt reũ. Cic. 5. Verr. Vt hic quoq; Apronio, quum ex Leontino uſq; Lilybæũ aliquẽ uadaretur, ex miſeris aratoribus calumniandi quæſtus accederet. Ouidi. 2. de Rem. am. Iamq; uadaturus: lectica prodeat, inquit. Hor. 1. Serm. Sat. 9. & caſu tunc reſpondere uadato Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem.

Vado, dis, ſi, ſum, n. t. Eo, iter facio, quaſi uiæ me do, βαδίζω, ἵημι, βαίνω. Ver. 2. Ae. Vadimus immiſti Danais, haud numine noſtro. Ibidẽ, per tela per hoſtes Vadimus haud dubiam in mortem. Cic. ad Att. lib. 4. Ad eum poſtridie manè uadebam quum hæc ſcripſi. Transfertur & ad fluuios, pro eo quod eſt fluere, ῥέω. Liu. 1. ab Vrbe, Quẽ quum uadentem ad ſpelunca Cacus ui prohibere conatus eſſet. Plin. li. 5. cap. 26. Scinditur Euphrates à Zeugmare LXXXIII. paſſ. circa uicum Maſſicẽ, & parte læua in Meſopotamiã uadit per ipſam Seleuciam, circa eam profluenti infuſus Tigri. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Circunuado, euado, inuado, & peruado, pen. prod. quorum ſignificata uide ſuis locis.

Vadum, di, n. ſ. Eſt locus in flumine, mari, uel lacu, tam par-

ræ pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uæ profunditatis, ut pedibus tranſiri poſſit: unde & nomen habere putatur, à uadendo ſcilicet, quòd per ipſum uadere poſsimus, πόρος. Liu. 8. bell. Mace. Pontem, quia uado nuſquam tranſitus erat, facere inſtituit. Idem lib. 5. bel. Gal. Romanos neq; ullam facultatem habere nauium, neq; eorum locorum ubi bellũ geſturi eſſent, uada, portus, inſulas q; nouiſſe. Vadum pro mari. Catul. Argon. Auſi ſunt uada ſalſa cita decurrere puppi. Verg. Aen. Sulcant uada ſalſa carinæ. Ouid. 1. Triſt. eleg. 9. Impia deſertum fugiens Medea parentem Dicitur his remos applicuiſſe uadis. Emerſiſſe è uado, dicitur, qui maximam rei alicuius difficultatem ſuperauit. Tractum à nauigantibus, qui nõ ſine maximo diſcrimine inter breuia, & loca uadoſa nauigant. Cic. pro Cælio, Sed quoniã emerſiſſe iam è uadis, & ſcopulos præteruecta uidetur oratio mea, perfacilis mihi reliquus curſus, oſtenditur. Res in uado eſt, prouerbialiter dicitur, pro eo quod eſt, In tuto eſt. Tractum uidetur à natantib. quib. ut in profundo periculũ, ita in uado eſt ſecuritas. Ter. in And. Omnis res in uado eſt. Plaut. Aulul. Hæc propemodum iam eſſe in uado ſalutis res

Vado, as, prior q; cor. n. p. Vado traiicio, διαβαίνω, (uidetur διαπορεύω. Papinianus, Flumine publico interueniente uia cõſtitui poteſt, ſi aut uado tranſiri poteſt, aut pontẽ habeat: ſecus autẽ ſi uadari nequeat, ſed pontonibus traiiciatur. Solinus, Flumẽ quod propter breuitatẽ facilè uadari poterat.

Vadoſus, a, um: ut, Vadoſus amnis, qui frequentia habet uada quæ tranſiri pedibus poſſunt, πορώδης, πολύπορος. Cæſar. 1. bel li Ciuilis. Quòd his locis uadoſum mare erat, longius progreſſus, &c. 7. bel. Maced. Quòd in fluminis modum, longũ & anguſtum & uadoſum oſtium portus ſit.

Væh. Interiectio, his rebus quas execramur propria, ut, Væh mi ſero mihi, οἰμοῖ. Verg. 9. Eclog. Mantua uæh miſeræ nimium uicina Cremonæ. Quidam uæ ſine aſpiratione ſcribunt: reci pit tamen diphthongum ut diſtinguatur à ue, coniunctione: de qua infrà ſuo loco.

Væneo, is, ui, Verbum eſt ſub uoce neutrali paſſiuam habẽs ſignificationem, idem enim eſt uæneo quod uendor, πωλοῦμαι. Plautus in Menæch. Quibus hic pretiis porci uæneunt. Sunt qui hoc uerbum ſine diphthongo ſcribere malint, quòd eandem habeat originem cum uerbo uendo, in quo profectò nemo dipthongum agnoſcit. Vide plura de hoc infrà in Væſanus, uide Veſanus. (uerbo Veneo.

Vafer, a, um, Pro callido & aſtuto accipitur, quaſi ualde Afer: mira enim ſemper fuit eius gentis calliditas, πανοῦργος. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Chryſippus, qui Stoicorum ſomniorum uaferrimus habetur interpres. Ouid. 3. de Arte, Qua uafer eludi poſſit ratione maritus. Vafrum ius, id eſt, ſubtile, uel in quo multi uafrè uerſantur. Horat. 2. Serm. ſat. 2. nos expulit ille: Illum aut nequities, aut uafri inſcitia iuris Poſtremũ expellet, certè uiuacior hæres.

Vafrè, aduerbium, Callidè, aſtutè, πανούργως. Cic. 4. Verr. Nihil ſanè uafrè, nec malitiosè facere conatus eſt.

Vagina, f. p. pen. prod. Alicuius rei theca, θήκη πόνυμος. Cice. in Catili. Veruntamen incluſum in tabulis, tanquam gladium in uagina reconditum. Cæſar 5. bell. Gall. Auertit hic caſus uaginam, & gladium educere conantis dexteram moratur manum. Ouid. 10. Met. uerbis q; dolore retentis. Pendenti nitidum uagina diripit enſem. Ver. 4. Aen. uagina q; eripit enſem Fulmineũ, ſtricto q; ferit retinacula ferro. Vagina frumẽti quidam quaſi folliculus, quo ſpica etiamnum pubeſcens necdum planè apparens, circumuoluitur. Varr. lib. 1. cap. 48. Spica ea quæ mutica non eſt, in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtã: & etiam primitus ſpica quũ oritur, uaginam. Et paulò pòſt, Ariſtæ quaſi cornua ſunt ſpicarũ, quæ primitus quũ oriuntur, neq; planè apparent, in qua ſublatent herbæ: ea uocatur uagina, uti qua latet conditus gladius. Idem cap. 32. lib. eodem, Quòd frumentum dicunt quindecim dieb. eſſe in uaginis. Ci. de Sen. Cui moſ q; erecta geniculato, uaginis iam quaſi pubeſcens includitur. Vaginæ corporis. Plin. lib. 8. cap. 17. Mirum pardos, pantheras, leones, & ſimilia, cõdito in corporis uaginas unguiũ mucrone, ne refringãtur, hebetenturq;, ingredi, auerſiſq; falculis currere, nec niſi appetẽdo prætendere. Idem lib. 11. ca. 37. Omnia quidem principalia uiſcera membranis propriis, ac uelut uaginis incluſit prouidens natura. (uant ad ſatus.

Vaginula, diminut. Plin. libr. 18. capit. 7. Et far in uaginulis ſer-

Vagio, gis, giui, gitum, n. q. Propriè de infantibus dicitur, quũ fletum emittunt. βαβάζω. Cic. in Catone, Quòd ſi quis deus mihi largiatur ut ex hac ætate repuerẽſcam, & in cunis uagiam. Ouid. 4. Faſt. Intus ut infanti uagiat ore puer.

Vagitus, us, m. q. pen. pro. Infantiũ fletus, βάβαξις. Mart. lib. 9. Sordida uagitu poſceret æra puer. Ver. 6. Aen. Continuò audi tę uoces, uagitus & ingens, Infantumq; animæ flentes.

Vagor, oris, m. t. Idem quod uagitus, βάβαξις. Lucr. lib. 2. Et ſuperantur item, miſcetur funere uagor.

Vagus, a, um, Huc illuc oberrãs, incertus, inſtabilis, πλανὴς, πλάνης, πλανητός. Cil. Att lib. 7. Itaq; uagus eſse cogitabam. Vaga ſententia, id eſt, incerta. Cic. 2. de Nat. deor. Eſt enim & philoſophi, & Pontificis, & Cottæ, de diis immortalibus habere non errantem & uagam, ut Academici, ſed ut noſtri, ſtabilem certaq; ſententiã. Vagum nomẽ habere, dixit Plin. lib. 27. cap 4. id eſt, inconſtans, & multis opinionibus obnoxium.

Vagè, aduerb. Liu. 6. bel. Pun. Qui uagè effuſos per agros, palatosq; adortus, &c.

Vagor, aris, d. p. Huc illuc oberro, περιφέρομαι, περιπολέω. Cice. pro Fonr. Hi contrà uagantur læti, atq; erecti paſſim toto foro, &c. Idem 1. de Inuen. Nam fuit quoddã tempus, quũ in aegris homines paſſim beſtiarũ more uagabãtur. Ver. 1. Aen. Vritur infelix Dido, totaq; uagatur Vrbe furẽs. Vagatur animus, id eſt, inconſtans eſt, & inſtabilis. Cic. 2. Offic. Non enim ſumus ii, quorũ uagetur animꝰ errore, nec habeat unquã quod ſequatur, Sunt qui illud intereſſe exiſtiment inter uagor & erro, quòd uagari ſit per diuerſa, errare per aliena. Cic. lib. 1. de Orat. Ne uagari & errare cogatur oratio. Inuenitur etiã Vago, as, Plaut. in Milit. Te alloquor uitii, probriq; plena, quæ circũ uicinos uagas.

Vagans, antis, part. Cic. 2. de Diuin. Quæ eſt igitur natura, quæ uolucres huc & illuc paſſim uagantes afficiat, ut ſignificent aliquid?

Vagatio, onis, f. t. Ipſe uagandi actus, Liu. 5. ab Vrbe, His Tribunis dum cura omniũ in Veiens bellum intenta eſt, neglectũ Anxuri præſidiũ uagationibus militũ, & Volſcos mercatores uulgò receptando, proditis repentè portarũ cuſtodibus, oppreſſum eſt.

Vagabundus, Qui ſedem ſtabilem nullam habet, ſed modò huc modò illuc oberrans, tempus inutiliter abſumit, ἀλήτης.

Vah, Interiect. eſt inſultantis, φεῦ. Hieron. ad Damaſ. Sicuti nos in lingua Latina, habemus interiectiones quaſdam, ut in inſultando dicimus uah, & in admirando papæ, & in dolendo hei, & quando ſilentium uolumus imperare ſtrictis dentibus ſpiritũ coartamus, & cogimus tantũ ſibilũ in ſonãdo ſt, ita & Hebræi inter reliquas proprietates Linguæ ſuæ habent interiectionẽ, &c. Plaut. in Moſt. Vah, quid illa poteſt potius quicquã muliere memorarier? Idẽ, Vah homo impudens Interdum eſt interiectio admirantis. Plaut. in Curc. Subegiſſolus interea uiginti dies. L V. Vah, ecquid mirare? Aliquando exultantis, uel lætitiæ. Plaut. in Bac. Ducentis philippeis regẽ pepigi. N. uah, Salus mea ſeruaſti me.

Vaha, Interiectio inſultantis, uel ridentis. Plaut. in Caſin. uaha. S. Quid negotii eſt, &c.

Valde, Multùm, uehementer, maiorẽ in modum, aduerbiũ eſt per ſyncopen à Validè effectum, quemadmodum & Caldus pro calidus, quo fit ut in ualde poſterior ſyllaba producatur, λίαν, πάνυ, μάλα, σφόδρα. Iungitur autem ferè poſitiuis. Cic. ad Caſſ. lib. 15. De Hiſpan. nihil noui, ſed expectatio ualde magna. Aliquando aduerbiis. Cic. Att. lib. 1. Qui primũ illud ualde grauiter tulerunt. Aliquando uerbis. Cic. ad Tiron. lib. 16. Literas tuas ualde expecto. Ponitur aliquando iunctum poſitiuis cum tam & quàm. Cic. 2. de Diuin. Nihil eſt tam ualde uulgate, quàm nihil ſapere. Dicimus & ualde quàm, ſicut ſanequàm, & perquàm. Decius Brutus ad Cic. Nam ſuos ualdequàm paucos habet.

Validus, comparat. eſt à ualde deductum, Idẽ ſignificans quod magis, ſiue uehementius, μᾶλλον.

Valeo, es, ui, itum, n. ſ. Sanus ſiue potẽs ſum, ὑγιαίνω, ἰσχύω, ῥώννυμι. Semper enim in bonã partẽ ſumitur, niſi aliud addatur, ut Malè ualeo, id eſt, æger ſum. Plaut. in Amp. Equidẽ ualeo, & ſaluus ſum rectè, Amphitryo. Idẽ in Perſ. Si ualetis, gaudeo. Valere ab oculis, & eiuſmodi, eſt oculorũ morbo liberatũ eſſe. Gel. li. 5. c. 10. Quũ ualebo ab oculis, reuiſe ad me. Sic ualere à pecunia. Plau. Aul. Ain' tu ualere te? E. Pol ego haud à pecunia perbene. id eſt, pecuniæ inopia etiã nũc laboro. Ne ualeã, imperãtis clauſula eſt. Mar. li. 2. Ne ualeã, ſi nõ totis Deciane diebus, Et tecũ totis noctibus eſſe uelim. Valere, aliquando eſt poſſe, pollere, nim, uel uires, in momentũ, pondus, ſiue autoritatẽ habere alicuius momẽti putari, δόκησις. Teren. in Eun. Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat, neſciam. Iungitur aliquando datiuo. Gell. lib. 5. ca. 11. Nam & augẽdæ rei & minuendæ parũ ualet. Aliquando accuſat. cũ præpoſitione

positione ad. Cic. 1. Acad. Vitæ autem adiuncta dicebant, quæ ad uirtutis usum ualerent. Et cum præpositione apud. Cæs. 1. bel. Gall. Proponit esse nonnullos, quorum authoritas apud plebẽ plurimum ualeat, id est, multũ possit. In qua significatione dicimus, ualere authoritate apud plebẽ. Liu. 1. bel. Mac. Apud magnã partẽ Senatus, & magnitudine rerũ gestarũ, & gratia ualebat. Valere potestate, ualere ingenio, est potestate, uel ingenio plurimũ posse. Cic pro Domo sua, Quasi ego in isto genere omnino quicquã aut curatione, aut potestate ualeẽ. Idẽ de Clar. Orat. Is longo plurimũ ingenio ualuit. Aliquando etiã ablatiuo iungitur cum præpositione in. Matt. li. 2. Incipe, tres uno perierunt Rhetores anno: Si quid habes animi, si quid in arte uales. Cic. 1. Tus. Quod in omnibus cauis & debet, & solet ualere plurimũ. Aliquando accusatiuo cum præpositione in, uel ad. Cic. 2. Tusc. In uulgus incipientium opinio ualeat honestatis. Quint. lib. 4. cap. 5. Quædã tametsi ipsa dura sunt, in id tamẽ ualẽr, quod scio. Ci. 3. de Diu. Affectio astrorũ ualeat, si uis ad quasdã res, ad omnes certè nõ ualebit. Idẽ Att. lib. 3. Vtinã ualeat ad celeritatẽ reditus tui. Idẽ de Diuin. Plus terrarũ situs, quàm Lunæ tactus ad nascendum ualere. Quũ ad preciũ pertinet, si preciũ exprimatur, in ablatiuo ponitur. Plinius lib. 33. cap. 3. Aureus numus post annum 62. percussus est quàm argenteus, ita ut scrupulũ ualeret sestertiis uicenis. Varro tamẽ accusatiuũ dedit dicens, Denarii, quòd denos æris ualebant, quinarii, quòd quinos. Imperatiuo Vale, in discessu urimur, aut in calce epistolarũ quẽ admodũ Salue in accessu, aut etiã in literarũ principio. Ver. 3. Ecl. Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit, Et longum formose uale, uale inquit Iola. Reperitur tamẽ Salue in discessu, & in calce epistolarũ. Cic. lib. 16. Epist. Vale mi Tyro uale, & salue. Quoniã ueròabeuntes per hęc uerba salutare solemus, Vale, & Salue: inualuit consuetudo ut hæc sumantur pro discedo, etiam si cum stomacho & indignatione loquamur, non quòd illi à nobis, sed quòd nos ab illis quibus sic loquimur, ualedicendo recedamus, inquit Valla li. 6. Terent. in Ade. Valeat, habeas illã, quæ placet Idẽ in And. Valeãt qui inter nos disidiũ quærunt, χαιρέτωσαν. Quod perinde est, ac si diceremus, discedant à nobis: siue, eos cũ suo odio & male dicentia relinquamus. Cic. 1. de Nat. deor. Si Deus talis est, ut nulla gratia nulla hominum charitate teneatur, ualeat. Vale & salue, uerba erant postrema, quibus olim mortuos affabantur. Varro, Vale, & Salue, quum ad mortuos referuntur, non id dictum est, quòd aut ualere, aut salui esse possint: sed quòd ab his recedimus, eos nunquam uisuri. Verg. 11. Aeneid. salue æternum mihi maxime Palla, Aeternumq; uale. Valere iussi, id est, uale dixi. Cic. Attico, lib. 5. Hominem aliquid agentem, salutaui, postea ualere iussi. Huius uerbi composita sunt Conualco, eualco, equiualco, inualco, pręualco, reualco, à quibus fiunt composita, Conualesco, eualesco, prævalesco, quorum significata uide suprà.

Valens, tis, nomen ex participio. Id est, sanus, incolumis, robustus, fortis, firmus, cui cõtrariũ est imbecillus, ῥῶμος, ὑγιὴς. Cic. Tironi lib. 16. Epist. Medicus planè cõfirmat propediẽ te ualentem fore. Idem pro Cluent. Eo ipso die puer, quum hora undecima in publico ualens uisus esset, ante noctẽ est mortuus. Idem in Orat. Valentiorũ hæc laterum sunt, nec ab hoc quẽ informamus, aut expectanda, aut postulanda. Idẽ 7. Ver. Hæc quum maximè loqueretur, sex lictores circunsistunt ualentissimi, & ad pulsandos uerberãdosq; homines exercitatissimi. Aliquando idẽ quod potens, efficax, utilis, ἐνεργητικὸς, παρτερὸς, ἰσχυρὸς. Plin. lib. 10. ca. 18. At syluestri longum ac pusillum, & ad omnes effectus ualentius. Cic. ad Att. lib. 7. His ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue respub. ad resistendum imbecillima sit, qui mallent tantas ei uires non dedisset, quàm nunc tam ualenti resisterer. Varro de Re rust. li. 3. ca. 16. Prouidendũ ne infirmiores à ualẽtioribus opprimãtur.

Valentulus, dimin. Plaut. in Cas. obsecro ut ualentula est, Penè exposuit cubito.

Valenter, aduerb. ἰσχυρῶς. Colum. lib 1. cap. 5. Quæ ab imo præstructa, ualenter resistent, contra ea quæ postmodum superposita incumbent. Ouid. 11. Met. Quum mare sub nostem tumidis albescere cœpit Fluctibus, & præceps spirare ualentibus Eurus.

Valentia, æ, f. p. Antiquis idem erat quod potentia, firmitas, fortitudo, robur, ῥώμη, ὑγιεινὸς. Vnde Romam ipsam à priscis Latinis Valentiã dictã accepimus, quã postea Euan. Græco quidẽ nomine, sed seruata Latinæ uocis significatione ῥώμην appellauit. Solin. cap. 2. Sunt qui uideri uelint Romę uocabulum ab Euandro, primũ datũ, quum oppidũ ibi offendisset, quod extructũ antèà Valentiã dixerat iuuentus Latina, seruata; quæ significatione impositi prius nominis, ῥώμην Græcè, Valentiam Latinè nominatam. Huius contrarium est Inualentia, ἀῤῥωστία. Gell. Nam morbus in lege ista non febricosus, neq; nimium grauis, sed uitium aliquod imbecillitatis atq; inualentiæ demonstratur.

Valesco, is, inchoat. Validum fiasi, ῥώσω, ἀναλαμβάνομαι. Lucr. lib. 1. Sèd postius tali facto recreata ualescat Tatii. li. 4. Meditatio & labor in posterum ualescit.

Validus, a, um, pen. cor. Robustus, ualens, firmus, potens, ἰσχυρὸς, ῥωμαλέος, εὐαδινὸς. Plaut. in Amp. Ita quasi incudẽ, me miserum hominẽ octo ualidi cædant. Cic. Tironi, Omnia uicerit, si ut spero, te ualidũ uidero. Terent in Hecy. bene factũ te aduenisse Pamphile, Atq; adeo quod maximũ est, saluum atq; ualidum. Tacit. lib. 19. Simul coloniam copiis ualidã auferre Vitellio. Validus ex morbo, id est, cõualescens. Liu. 3. ab Vrbe, Ibi rixam natam esse, fratremq; suũ maiorẽ natu (nec dum ex morbo satis ualidũ) pugno ictum à Casone, cecidisse semianimem. Validæ opes, id est, magnæ, ingẽtes, apud Plaut. in Casin. Vinum ualidũ. Ouid. 6. Fast. conuiuæ ualido titubantia uino, Membra mouent, dubii stantq;, labantq; pedes. Ver. 5. Aeneid. Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere remis. Idem 10. Aen. Nil ualidę iuuere manus.

Validè, aduerb. Idem quòd ualdè, uehementer, maiorẽ in modũ παιὼ, λίαν, σφόδρα. Vnde Validius comparat. magis, uehementius, μᾶλλον. Quint. lib. 10. cap. 2. Nec promptum est, dicere, utros peccare ualidius putem quibus omnia sua placẽt, ac quibus nihil. Validissimè, superlat. maximè, uehementissimè, μάλιστα. Cæl. lib. 8. Epist. Quin ego quum pro amicitia ualidissimè fauerem ei, & me iam ad dolendũ præparassem, postquam factum est obstupui.

Valetudo, inis, f. t. Vocabulum est mediũ, quo modò sanitas significatur, ὑγίεια, εὐρωστία: modò morbus, νόσος, ἀῤῥωστία. In meliorem partẽ accipitur apud Cic. 2 Off. Valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione, quę res aut prodesse solent, aut obesse, & conuenientia in uictu omni, atq; cultu corporis tuendi causa, & prętermittendis uoluptatib. Itẽ apud Horat. 1. Epist. Quid uoueat dulci nutricula maius alũno, Quàm sapere & fari possit quæ sentiat, & cui Gratia, fama ualetudo cõtingat abunde? In deteriorẽ partẽ accipitur apud Cic. 3. Off. Aesculapius potest præscribere per summũ curationem ualetudinis. Et apud eundẽ in Epist. Seru. Sulp. scripsit ad me, te molestè ferre quòd me propter ualetudinẽ tuam, quum ad urbem accessissem, non uidisset. Sæpe tamen cõfugionis tollendæ causa addimus epitheton, quo significationẽ eius restringimus, dicimusq; Bonã uel malã, commodã uel incõmodam ualetudinem. Quint. lib. 10. cap. 1. in hoc præcipuè bona ualetudo, quæq; eam præstat, frugalitas necessaria est. Cic. 4. Tusc. Ii sunt eiusmodi constituti, quasi mala ualetudine animi, sanabiles tamen. Cic. Att. Me incõmoda ualetudo tenebat iam duodecimũ diem Brundusii. Idẽ de clar. Ora. Is semper infirma atq; etiam ęgra ualetudine fuit.

Valetudinarius, rii, m. s. Qui malè sanus est, & qui frequenter ægrotat, νοσώδης, νοσηματικὸς. Senec. in Quæst. Nõ uideo qua re sibi placeat, qui robustior sit ualetudinario. Valetudinarius medicus, is est qui ualetudine affectos curat, uel potius qui in ualetudinario, medici ministerio fungitur. Calliistr. de Iure immunitatis, Quibusdã aliquam uacationẽ munerũ grauiorum conditio tribuit, sunt mensores, optiones, ualetudinarii medici, capsarii artifices.

Valetudinarium, rii, n. s. Locus quo ualetudinarii & infirmi curantur, ut ualetudinem malã bona permutẽt, qualia sunt in cœnobiis, νοσοκομεῖον. Seneca ad Lucilium, Tanquam in eodem ualetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, remedia conuinco. Columel. quoq; lib. 1. de Re rust. præcipit ualetudinaria languentibus salubria esse constituenda.

Valesius, pro ualerius dixerunt antiqui, & postea usus inualuit ut in familiæ cognomen transierit. Quo nomine regia Francorum celsitudo nunc insignitur.

Valgus, m. s. qui suras habet extrorsum intortas, & in diuersum actas, quales cancri habent, & lacerti, βλαισὸς. Plaut. Mil. Aut uarum, aut ualgum, aut compernam, aut pętũ, aut brõchum. Nouius apud Nonium, ualgus, ueternosus, genibus magnis, talis turgidis. Valgum sauium, id est, intortũ. Plaut. in Milit. Iraq; hic meretrices labiis dum ducant eum, Maiorem partem uideas ualgis sauiis.

Valles, lis, & Vallis, lis, m. t Planities, duobus lateribus inclusa, dicta quòd hinc atq; hinc mõtibus uallata sit, κοιλὰς, αὐλὼν,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

αὐλὸν ἄγχος πνιγὴ. Verg. lib. 12. Est curuo anfractu uallis accõmoda fraudi. Statius, Vallis in amplexu nemorum sedet. Vergil. 2. Georg. Complentur uallesq; cauæ, saltusq; profundi. Idem 1. Aen. Commendo sociis, & curua valle recondo. Ouid. 8. Met. Concaua uallis erat, quo se demittere riui Assuerant pluuialis aquæ. Quint. lib. 5. cap. 14. Sed ut latissimi amnes, totis uallib. fluat: ac sibi uiam, si quãdo nõ acceperit, faciat.

Vallecula, diminut. ut à Vulpe, uulpecula. Festus tamen uallículam effert per tertiam uocalem.

Vallus, lim. s. Firmior palus, cui uitis alligatur, & quo castra mũniuntur, χάραξ. Ver. 1. Georg. Exacuunt alti uallos, furcasq; bicornes. Idem 2. Georg. Quadrifidasq; sudes, & acuto robore uallos.

Vallum, li, n. s. Munitio castrorum, quòd ex uallis, id est, palis, fiat, χαράξ, χάρακωμα, ἔρυμα. Cic. ad Cat. lib. 15. Epist. Vallo, & fossa circundedi, sex castellis, castrisq; maximis sepsi. Idem in Pisonem. Vallum Alpium contra ascensum transgressio nemq; Gallorum. Legitur & uallus, masculino genere, in eadem significatione. Tibul. eleg. 2. Non arces, non uallus erat. Cæsar 3. bel. Ciuilis, Erat eo loco fossa pedum quindecim, & uallus cõtra hostem in altitudinem pedum decem.

Vallaris, re, om. t. pen. prod. Quod ad uallum pertinet, ἔρυμος. ut, Vallaris corona, qua donari solebat, qui primus uallum hostium fuisset ingressus. Liu. 10. ab urbe, Multæ ciuicæ coronæ, uallares q;, ac murales conspectæ. Idem 18. bel. Punici. Qui imperatores, qui Consules Romanos sua manu occidissent, muralibus, uallaribusq; insignes coronis.

Vallo, as, a. p. Munio, quasi uallo, ambio, περιβάλλομαι, περιτοφρόω, περιτειχίζω, ἐρύω Pliu. lib. 25. cap. 10. Non castra Punica ad tertium lapidem uallata. Lucan. lib. 4. Nullis uallarent oppida muris. Vallare armis, id est, stipare. Valer. Flac. 1. Arg. medioq; in crimine partem Liquerit, ac inopem nullis uallauerit armis. Vallare aliquid ratione differendi, est Dialecti cis argumentis confirmare. Cicero 1. de Legib. Atq; hæc omnia, quasi sepimento aliquo, uallabit differendi ratione, ueri & falsi iudicandi scientia, & arte quadam intelligẽdi quid quanq; rem sequatur, & quid sit cuiq; contrarium.

Valor, uide Valeo.

Valuæ, arum, f. p. pluralis num. tantùm, Fores, geminas habentes partes, in sese coeuntes: ita dictæ quòd introrsum reuoluantur, θύραι, διπλοῖδες. Cic. 1. de Diu. In templo Herculis ualuæ clausæ repagulis, subitò se ipsæ aperuerunt. Idem 5. Verrina, hæc alia duo signa, quæ ad ualuas Iunonis Samiæ steterunt. Ouid. 1. Me. dextra leuaq; deorum Atria nobilium ualuis celebrantur apertis. Idem 2. Met. Argẽti bifores radiabant limine ualuæ. Hor. 2. Serm. saty. 6. quum subitò ingens

Valuarum strepitus lectis excussit utrunque.

Valuuli, Sunt concauitates in folliculis leguminũ, in quas ipsa grana seperatim recipiunt, λοβοί. Colum. lib. 7. de ouib. tectis, Singula capita per hyemem rectè pascuntur ad præsepia, tribus hordei, uel fresæ cum suis ualuulis fabæ. Festus, Valuuli, fabæ folliculi appellati, &c.

Vannus, ni, n. s. Instrumẽtum latum ex uimine, aliaue materia, quo acus paleaq; post triturã à frumento aut legumine uentilãdo, & in sublime eiaculãdo excernũtur, λίκμος, Verg. 1. Georg. & mystica uannus Iacchi, Colum. libr. 2. cap. 21. Ipsæ autem spicæ melius fustib. tunduntur, uannis expurgantur. In eadem significatione legitur & Vallus, diminutiua forma: quam uocem Varro à uolatu dictam existimat, qđ dum frumẽta uanno in sublime iactantur, leuia euolẽt.

Vanno, as. n. p. Acus, uel paleas è frumento uel legumino uannis expurgo, λικμάω. Varro de Re rust. Vt quod leuissimum est in ea, atq; appellatur acus ac palea, uannatur foras extra arcam Hinc Euãno, extra uanno, ἀπολικμάω. Nonius, Euannetur, dictum est uentiletur, uel moueatur: à uanno, in quo legumina uentilantur.

Vanus, a, ũ, Propriè idẽ est quod uacuus, siue inanis, κενὸς. Vergil. 1. Georg. sed illos Expectata seges uanis eluserit auenis. Modò pro stulto, quasi mente uacuo, & qui in rebus inanibus studium collocat, φλαῦρος. Iuuenalis Saty. 3. Sic libitum uano, qui nos distinxit, Othoni. Modò pro mendaci, & leuia inaniaq; pro grauib. & ueris astutissimè componente, ψευδόλογος, ψευδήγορος. Ver. 1. Aen. Ni fruſtrà augurium uani docuere parentes. Mendax autem propriè dicitur, qui ad decipiẽdum mentitur. Vnde idem 2. Aen. utrunq; complexus est, nec si miserum fortuna Sinonẽ Finxit, uanũ etiã, mendacemq; improba finget. Vanum aliquãdo dicitur, autore Donato, nec uerisimile, non possibile. Terent. in Eunuch. Sin falsum, aut uanum, aut fictum est, continuò palàm est. Vana fides, id est, falsa. Vanum inceptum, quod fruſtrà inceptum est. Vana neutrum plurale, loco aduerbii, apud Vergil. 11. Aeneid. Vt uidit fulgentem armis, ac uana tumentem. Id est, uanè, uel inaniter tumentem.

Vanesco, cis, à Vaneo, es, quãuis inusitato, In nihilum redigor, euanidus fio, διανύομαι, φθείρομαι, διαπίπτω, ματαιόμαι. Cic. 2. de Legibus, Animi labes nec diuturnitate uanescere, nec manibus ullis elui potest. Plinius lib. 18. cap. 24. Ne diu iacẽs atq; non concipiens uanescat. Ouidius 3. Amo. eleg. 6. Carmine lęsa Ceres steriles uanescit in herbas. Idẽ Epist. 1. Fallax & hoc crimẽ tenues uanescat in auras. Hinc Euanesco, eiusdem significationis, ἀφανίζομαι. Verg. 2. Aen. Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

Vanitas, is. f. t. Mẽdaciũ, fallacitas, & leuitas, ματαιότης, ψεῦδος, Cic. lib. 5. Off. Quod si uituperãdi qui reticuerũt: quid de iis existimandũ est qui orationis uanitatẽ adhibuerũt? Sallust. Huic homini minor uanitas inerat, quàm audacia. Tac. li. 15. Veniáquá ab Imperatore acceperat, uanitate exitq; corrupit.

Vanitudo, is, Vanitas, mendaciũ, ψευδολογία, ματαιολογία. Plautus in Captiuis, Pol ego, ut rem uideo, tu inuentus, uera uanitudine Qui conuincas.

Vanidicus, adiectiuum, Vaniloquus, mendax, ματαιόλογος, ψευδόλογος. Plautus in Trinummo, Cum probis potius quàm cũ improbis uiuere uanidicis. (dorus uirginisuendonides:

Vaniloquidorus, dori, Iocosa Plauti dictio in Persa, Vaniloqui

Vaniloquus, adiectiuum, Vanos sermones effundens, mendax σπερμολόγος, ματαιολόγος, ψευδολόγος. Plautus in Amph. ergo istoc magis, Quia uaniloquus, uapulabis. Liu. 5. bel. Mac. Is, ut plerisq;, quos opes regiæ alunt, uaniloquus, maria, terrasq; inani sonitu uerborum compleuit. Silius libr. 8. Quia etiam ingenio fluxi, sed prima feroces, Vaniloquum Celtæ genus, ac mutabile mentis, Respectare domos.

Vaniloquentia. tiæ, f. p. Vana & inanis blateratio, σπερμολογία ματαιολογία Liu. 4. bel. Macc. Hac uaniloquentia primũ. Athenum Prætorem Achæorum excitauit. Tac. libr. 3. Id Clutorius in domo P. Petronii, socru eius Vitellia cora, multisq; illustribus fœminis per uaniloquentiam legerat.

Vano, as, unico n. Antiquis in usu fuit pro fallo, ψεύδω. ut annotauit Nonius, citans illud Accii ex Alemena. Sic illum uanans in angiportum deduxit.

Vapidus, uide Vapor.

Vapor, is, & Vapos tenuis humoris alicuius exhalatio, ἀτμὸς Lucret. lib. 5. Peruolitans permanat odos, frigusq;, uaposq; Cic. 2. de Nat. deor. Ipse enim oritur ex respiratione aquarũ. Earum enim quasi uapor quidam aër habendus est. Ouid. lib. 1. Metamorph. uapor humidus omnes Res creat, & discors concordia fœtibus apta est. Ponitur aliquando pro calore. Colum. lib. 5. cap. 10. Minusq; uaporis æstare per angustum os penetret. Verg. 5. Aen. lentusq; carinas.

Est uapor, & toto descendit corpore pestis.

Vaporarium, rii, n. s. In hypocaustis dicebatur, quà uapor, seu fumus erumpebat, ἀτμιστήριον, καπνοδοχή. Cic. Qu. fra. libr. 3. In balneis hypocausta in alterum apodyterii angulum promoui, propterea quòd ita erant posita ut eorum uaporarium, ex quo ignis erumpit, esset subiectum cubiculo.

Vaporiferus, a, um, Multos emittens uapores, ἀτμοδόκος. Stat. quinto Syl. Siue uaporiferas, blandissima littora, Baias. Vbi Baias uaporiferas uocat propter aquas calidas, multos exhalantes uapores,

Vaporo, as, pen. prod. Aliquando neutrum est, idem significãs quod uaporem emitto, ἀτμίζω. Plin. lib. 31. cap. 2. de differentiis aquarum, Vaporant & in mari ipso, quæ Licinii Crassi fuere. Aliquando adiectiuum est, & pro suffire ponitur, ἀναθυμιῶ. Verg. lib. 11. Aen. Succedunt matres, & templum thure uaporant. Aliquando pro arefacere, exugere. Plin. lib. 2. cap. 16. Quòd solidiores glebas diutius sustineat, & suspendat, ut ea solibus æstiuis uaporare resoluantur.

Vaporatio, onis, f. t. uerbale, Vaporis excitatio, Plin. lib. 28. cap. 4. Perfundere caput aqua calida ante balinearum uaporationem, & postea frigida, saluberrimum intelligitur. Gel. li. 19. ca. 5. Quum aqua frigore ærris duratur & coit, necessum est fieri uaporationem quandam, quasi auram tenuissimam exprimi ex ea, & emanare.

Vapidus, a, um, Plenus uapore, uel multos emittens uapores, ἀτμώδης. Persius satyra 5. Veientanumq; rubellum Exhalet uapida

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uapida læſum pice ſeſſilis obba? Vapidum pectus, per tranſlationẽ, apud eundẽ, Sat. eadẽ. Sin tu quũ fueris noſtræ paulò ante farinæ, Pellicula ueterẽ retinens, & fronte politus, Aſtu tam uapido ſeruas ſub pectore uulpem, id eſt, ueterum uitiorum pleno, & priſtinas fraudes redolente.

Vappa, æ, f.p. Vinum uitioſum, cuius uis omnis euaporauit adeo ut & ſaporẽ amiſerit, & odorẽ, ἐκτροωία, ἐξιτηλῶς οἴνου. Plin. lib. 14. cap. 20. Vitiumq; muſto quibuſdã in locis ſponte feruere, qua calamitate quum deferbuit, perit ſapor, uappaq; accipit nomen. Horat. 2. Serm. Sat. 3. Qui Veientanum feſtis portare diebus, Campana ſolitus trulla, uappamq; profeſtis. Per translationem ponitur pro homine ignauo, deſide, inerte, & in quo nihil ſit induſtriæ aut ſolertiæ, ἐξίτηλος. Horat. 1. Serm. Sat. 1. non ego auarum Quum uoto te fieri, uappam iubebo aut nebulonem.

Vapulo, as, pen. cor. Verberor, cædor, τύπτομαι, μαστιγοῦμαι. Propert. lib. 2. Eleg. Non ego, ſed tenuit uapulat umbra mea. Calidus ad Cic. lib. 8. Suſurrationes duntaxat ueniunt, alius equitẽ perdidiſſe, quod opinor certè factũ eſſe, alius ſeptimã legionem uapulaſſe. Vapulare ſermonibus, eſt oblocutionibus ſuggillari. Cic. ad Att. lib. 2. Qui quum omnium ſermonibus ſentiet uapulare, & quum has actiones, &c.

Vapularis, Idem quod uerbero, hoc eſt, qui continuè uapulat, ut apud Plaut. in Perſ. μαστιγίας.

Varico, Varicoſus, Varicus, uide Varices.

Vari, m. f. Qui introrſum pedes, uel crura obtorta gerunt, φαβοί. Horat 1. Serm. Sat. 3. hunc Varum diſtortis cruribus, illum Balbutit Scaurũ prauis fultũ malè talis. Vnde uarũ frequenter pro obtorto accipitur. Perſius Sat. 4. Et non fallit pede regula uaro. Vari autẽ dicuntur, quibus in exteriorẽ partẽ crura pedesúe flectuntur. Varr. lib. 2. de Re ruſt. de canibus, Cruribus rectis ac potius uariis, quàm uatiis. Hinc Vatiarum & Vatinoiũ cognomina fluxerunt, quod pedibus eſſent uatioſis. Seneca in quadã Epiſtola, Seruilius Vatia latêre ſciebat, non uiuere. Valgi autẽ ſunt qui diuerſas ſuras habẽt, hoc eſt, ambas introrſum intortas, cuiuſmodi lacertarũ pedes ſunt, βλαισοί. Plaut. in Mil. Aut uarũ, aut ualgum, aut cõpernam, &c. Hinc ualgum ſuauiũ, id eſt, intortum. Plaut. in Mil. Maiorem partem uideas ualgis ſuauiis. A qua fortaſſe ſimilitudine inſtrumentũ quoddã ruſticũ ad areas cõplanandas Valgium Plin. appellat lib. 17. Seruius (inquit) menſe Aprili, area æquata cylindris aut ualgio, aliàs denſum. Alioqui & ſermo agreſtis ualgiare uſurpat hodie pro eo quod eſt pauire, cæquare. Omnino id ferè uidetur eſſe quod Cato ait, Cõminuito terram, & cylindro, ac pauicula cæquato. In Campania certè haberi genus id teſtatur tali ſpecie, quali ſunt ſurę duræ in diuerſum collocatæ, quo in cylindro, ſupplanantur areę. Varæ ma ius, iucuruę. Ouid. 9. Met. tenuiq; à dextore uaras. In ſtatione manus. Sic uarum brachiũ à Mart. dictũ li. 7. Vara nec in iecto certamine brachia tẽdit. Varus genius apud Perſ. Sat. 6. Sunt itẽ Vari, tubercula exigua & dura in facie, quos ἰονθοὺς Græci appellant. Plin. lib. 23. Cõtra ſerpentiũ ictus trita drachmis duabus bibitur, uitia cutis in facie uarosq;, & lentigines & ſuggillata emendat, & cicatrices.

Varices, cis, m. t, pen. cor. Sunt uenæ plus æquo intumeſcẽtes, in temporibus, in uentre, in teſtibus, in inguine, & potiſſimùm in cruribus, quas Plin. lib. 11. cap. 47. In cruribus uitio tantùm, mulieri raro, præ nimio labore naſci aſſerit, ἕλκια κιρσοί. Cic. 1. Tuſcul. Quum uarices ſecabantur C. Mario, dolebat. Horat, Varice ſucciſo. Apud Senecam Epiſt. 78. legitur in fœminino genere, Dum (inquit) uarices execandas præberet.

Varicoſus, Qui huiuſmodi uenas tumidiores habet. Auicenna author eſt, uarices accidere curſoribus, & onera baiulantibus & diu ſtantibus. Inde eſt illud Iuu. Sat. 6. Varicoſus fiet aruſpex Ex diuturna ſcilicet ſtatione.

Varico, cas, ſeu Varicor, aris, d. p. pen. cor. Crura in diuerſas partes extendo, διατείνω ἢ διίστημι τὰ σκέλη. Tractũ ab iis qui natura uarii ſunt, cruraq; habent extrorſum intorta, ideoq; quã longiſſimè à ſe inuicem diſtantia. Quin. lib. 11. cap. 3. de geſtu pedum. Variare ſupra modũ, & in ſtando deforme eſt, & accedente motu propè obſcœnum.

Varicula, æ, f. p. dimin. κιρσίδιον. Celſ. lib. 5. de curationibus ulcerum, ſi uaricula intus eſt, quę ſanari prohibet, ea quoq; excidenda.

Varicus, a, um, pen. cor. Qui ampliore paſſu incedit. Ouid. 3. de Arte, Illa uelut coniunx Vmbri rubicunda mariti,
Ambulat ingentes uarica, fertq; gradus.

Varicitus, aduerb. Idẽ eſt, quod cruribus diuaricatis diuerſisq;, φαβῶς. Apul. lib. 1. Varicitus ſuper faciem meam reſidentes, ueficam exonerant.

Varius, a, um, Multiforme, uel diuerſorũ colorũ, ποικίλος, πολύχρους, ποικίλος. Ter. in Eun. ita uiſus eſt dudũ, quia uaria ueſte exornatus fuit. Verg. 4. Aen. uariũ, & mutabile ſemper Fœmina. Idẽ 5. Aen. ceu nubibus arcus Mille trahit uarios aduerſo ſole colores. Idẽ 2. Ae. ut poſt multa tuorũ Funera, poſt uarios hominũq;, urbisq; labores Defeſſi aſpicimus. Cic. 1. Aca. Plato uarius & multiplex, & copioſus fuit. Liu. 2. ab Vrbe, Ibi uaria uictoria, & uelut æquo marte pugnatũ eſt. Variæ uuæ fiunt, quũ ad maturitatem perduci incipiũt, & colorẽ mutãt. Cato cap. 37. Vbi uuę uariæ cœperint fieri, bubus medicamẽtum dato quotannis uti ualeant. Varius præterea dicitur, qui in facie uaris diſtinctus eſt. Vnde iocus Ciceron. apud Quintilian. lib. 6. cap. 4 in Iſauricum, Miror quid ſit, quod pater tuus homo conſtantiſſimus, te nobis uarium reliquit.

Variè, aduerb. Variis modis. Plin. Epiſt. 104. Variè me affecerunt literæ tuæ, nam partim læta, partim triſtia continebant.

Variæ, Ex genere ſunt pătherarũ, ita dictæ à macularũ uarietate quibus ſunt ſpectabiles, παρδάλεις. Plin. lib. 8. cap. 17. Nunc Varias & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa, Syriaq;.

Vario, as, a. p. Diſtinguo, muto, uarium ſiue diuerſum facio, παραπάττω, ἀποιόω. Plin. Epiſt. 16. Laborem otio, utium labore uariare. Mart lib. 8. Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbè Texta, Semiramia quæ uariantur acu. Ouid. 2. Meta. Non erat huius opus lanã mollire trahendo, Nec poſitu uariare comas. Idẽ 2. de Remed. Nam quoties uariant animi, uari abimus artes. Verg. 9. Aen. Diſcurrunt, uariantq; uices, fuſiq; per herbam Indulgent uino, &c. Ponitur aliquando pro uaria tradere. Liu. 7. bel. Pun. Multos circa unã rem ambitus fecerim, ſi quæ de morte Marcelli uariant authores, omnia exequi uelim. Legitur abſolutè, pro eo quod eſt, ſibi diſſimilẽ eſſe, & modò hoc, modò illo modo ſe habere. Celſus lib. 3. Nõ in iis ſolùm in quibus ſemper ita ſe habet, ſed in iis quoq; in quibus uariat. Variare, aliquãdo eſt rem ambiguã eſſe. Liu. 9. ab Vrbe de ſuffragiis, Ibi ſibi uariaret quòd rarò incidebat, ut ſecundæ, &c.

Variatur, imperſonale. Liu. 2. bel. Pun. Ibi quum ſententiis uariaretur, &c.

Varians, part. Plin. lib. 14. cap. 2. Vix ulla magis dum denſo uuarum partu impatiens uariantis cæli, hoc eſt, inconſtantis cæli, & modò hoc, modò illo modo ſe habentis. Variantes adhuc, & acerbę uuæ, apud Columel. lib. 4. cap. 10. hoc eſt, nondum nigræ, ſed colore adhuc uario, qualis ſolet eſſe uuis immaturis.

Variatim, aduerb. id eſt, diuerſimodè. Gel. lib. 5. cap. 12. Vt enim particula quę in aliis, atq; aliis uocabulis uariatim per has duas literas, quum à litera media immiſſa dicitur.

Variegatus, Variis picturis diſtinctus, exornatusq;, ποικίλος. Variegare enim eſt uariare, & uarietate diſtinguere, ποικίλειν.

Varietas, atis, f. t. Propriè eſt uariatio & diſſimilitudo colorum quamuis & ad alia transferatur, ποικιλία. Plin. lib. 8. cap. 30. Oculis mille. Varietates eſſe, colorumq; mutationes. Cic. Ver. Neq; hoc prouiderim, ut uarietate criminum uos attentos haberem. Idẽ 2. de Fin. Varietas enim Latinum uerbum eſt, idq; propriè quidem in diſparibus coloribus dicitur, ſed trãſfertur in multa diſparia. Varium poëma, uaria oratio, uarii mores, uaria fortuna, uoluptas uaria etiam dici ſolet, quum percipitur ex multis diſſimilibus rebus, diſſimiliter efficientibus uoluptates. Quintil. lib. 1 cap. 12. Reficit animos ac reparat uarietas. Idem lib. 1. ca. 1. Gaudet enim res uarietate. Apud antiquiſſimos etiam uariantia lectum fuit in eadẽ ſignificatione, ut annotauit Non. Lucil. lib. 3. Principiis unde hæc oritur uariantia rerum.

Varolus, uulgò hodie quibuſdam Italiæ locis appellatur piſcis, qui à Latinis Lupus dicitur.

Vas, uaſis, n. t. in plurali num. ſecundæ decl. pro inſtrumento ad aliquid capiendum idoneo, σκεῦος, ἀγγεῖον. Cic. 1. Tuſcul. Nam corpus quidem quaſi uas eſt, aut aliquod animi receptaculum. Idem pro Mur. At ille expoſuit uaſa Samia. Horat. 1. Epiſt. 2. Syncerũ eſt niſi uas, quodcunq; infundis, aceſcit. Idem 1. Serm. Sat. 3. At nos uirtutes ipſas inuertimus, atq; ſyncerum cupimus uas incruſtare. Vaſorum appellatio generalis eſt. Dicimus enim uaſa & uinalia & naualia, inquit Vlp. De aur. & arg. leg. l. Si gemma. Cic. 6. Ver. Erat enim uas uinarium ex una gemma prægrandi, trulla excauata cum manubrio aureo, &c.

Vaſum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vasum, si, Etiã secundo flexu dixerũt antiqui, ut autor est Gel lib.13.cap.22.Plau.in Truc. Aut aliquod uasum argenteum.

Vasculum, & Vasillum, dimin. σκυάφιον, Cato cap.3. Si uoles scire in uinum aquam addata sit necne, uasculum facito de materia hederacea. Quint.libr.1.cap.2. Nam ut uascula oris angusti superfusam humori copiam respuunt sensim autẽ influentib. uel etiam instillantibus complentur: sic animi puerorum quantum accipere possint, uidendum est.

Vasarium, rii, ut, uestiariũ, calcearium: Hoc est, uasorum suppellex, σκεύος. Cic. in Pisonem. Nonne sestertium centies & octogies; quod quasi uasarii nomine in uenditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? Vasarium præterea dicebatur, quod magistratibus in prouincias euntibus publicè dabatur, ut multi equi, uasa, & reliqua, quæ magistratus instrumentum complerent, & ipsa etiam pecunia quæ uiatici nomine numerabatur. Vide Bud. in Comment. de Asse.

Vascularius, scularii, m.s. Qui uasa conficit aurea, & argentea, σκευοποιὸς, Sũt enim inter aurifices uascularii, cælatores, inauratores, & bractearii. In l. apud Lab. de Præs. uerbis, Si quũ emere argentum uoles, uascularius ad te detulerit, &c. Cic. 6. Ver. In regiam maximam palàm artifices omnes, calatores ac uascularios conuocari iubet, ipse suos cõplures habebat.

Vas, uadis, uide Vades in plurali.

Vastus, a, um, Valde magnus, immensus, quodq; iustæ magnitudinis modum excedit, ἀχανὴς, ὑπερμέγεθης, Ver. 3. Aen. uastumq; caua trabe currimus æquor. Idem 1. Ae. hic uasto rex Aeolus antro luctantes uentos, tempestatesq; sonoras Imperio premit. Idem 5. Aen. Vastos quatit æger anhelitus artus. Cic. 1. de Diu. Tum uisam beluam uastam & immanem, circumplicatam serpentib. &c. Ver. 10. Ae. Talis se uastis infert Mezentius armis. Aliquando ponitur pro deserto, ἔρημος, Accius apud Nonium, Hanc urbem ferro uastam faciet.

Vastitas, is, f.t Immẽsitas, nimia magnitudo, μέγεθος, ἀμετρία Colum. lib. 3. Pari tamen in hac terra uastitate beluas progenerari, quis neget, id est, pari magnitudine. Et lib. 3. Sed quũ sim professus rusticæ rei præcepta, ni fallor, non asseruauerã quæ uastitas eius scientiæ cõtineret. Accipitur tamẽ aliquãdo uastitas p̃ populatione, seu desolatione, ἐρημία, πόρθησις, Cicer. in Catil. Tecta urbis, uitam ciuium, Italiam deniq; to tam ad exitium, & uastitatem uocas.

Vastitudo, mis, f.t. Idem sed antiquum. Cato Rei rust. cap. 141. Vti tu morbos uisos inuisosq;, diuersitatem, uastitudinem, calamitates, intemperias prohibessis.

Vastities, ei, f.q. Idem, sed & ipsum uetustum. Plaut. in Pseud. Harum mihi uoluptatum omnium atq; itidem tibi Districtio, dissidium, uastities uenit. Apu. Cui in primis tanti corporis uastities horrori fuit.

Vastè, aduerb. Cic. lib. 3. de Orat. Sic maiores non asperè, ut ille quem dixi non uastè, non rusticè, non hiulcè, sed pressè, & æquabiliter, & leniter.

Vastificus, a, um, pen. cor. Quod uastitatem affert, ἐρημικὸς, ἐρημοποιὸς. Cic. 2. Tusc. ex uetusto quopiam Poëta. Erymanthiam hæc uastificam abiecit beluam.

Vasto, as, p. Populor, destruo, perdo, πάρθω διαφθείρω, ἀνδροτομέω. Cæsar 1. bel. Gall. Agri uastari, liberi eorum in seruitutem abduci, &c. Vastant agros cultoribus, dixit Ver. 8. Aen. hoc est, abducẽdo cultores agrorum, eos uastos, & desertos efficiũt, Brutus ad Cic. lib. 11. Decursionibus per equites, quos habet multos, uastat ea loca in quæ incurrerit. Ci. ad Att. lib. 9. Primum consilium est suffocare urbem & Italiam fame: deinde agros uastare, urere, pecuniis locupletum non abstinere. Liuius 3. bel. Pun. Vastare omnia ferro & incendiis. Ver. 4. Ge org. Omnia nam latè uastant, &c. Cic. Att. lib. 8. Homo magis ad uastandum, quam ad uincendum paratus.

Vastatus, a, um, Cicero pro Sest. Lex erat lata, uastato atque relicto foro.

Vastatio, tionis, uerbale, Depopulatio, desolatio, πόρθησις. Liuius septimo ab Vrbe, Accessit ad eam cladem & uastatio Romani agri.

Vastator, oris, Populator, πορθητὴς. Ouidius sexto Metamorp. Nec mihi Centauri potuere resistere, nec mi Arcadiæ uastator aper.

Vastesco, stescis. stescere, neutr. tert. Populari, & uastum fieri ἀνδροτομεῖσθαι. Accius apud Nonium, Iussit proficisci in exilium quóuis gentium, ne scelere tuo Thebani uastescant agri.

Vates, tis, cõ. t. Fatidicus, diuinus, propheta, à fando (ut quidam uolunt) quasi fates, μάντις. Plaut. Mil. Bonus uates poteras esse, quũ quæ sunt futura, uideas. Ver. 6. Ae. Quippe pii uates, & Phœbo digna locuti. Ibidẽ, Cunctantẽ & uatis portas sub tecta Sibyllæ. Cic. 2. de Leg. Alterã quod interpretatur fati dicorum & uatum effata incognita. Verg. 6. Aen. tuq; ô sanctissima uates Præscia uenturi, &c. Vates item dicuntur Poëtæ, à uiendis uersibus, Viere enim uincire est, ait Varro 4. de Lingua Latina. Colum. in Præfat. lib 10. Ex uoluntate uatis maximè memorandi, id est, Vergilii. Quin. lib. 16. cap. 1. Beneuolum auditorem inuocatione deorum, quas præside re uatibus creditum est facit. Cic. de Diui. Versus, quos olim Fauni, uatesq; canebant. Vates medicinæ. Plin. lib 11. cap. 37. Arteriarum pulsus miranda arte ab Herophilo medicinę uate descriptus.

Vaticinor, aris, d.p. pen. cor. Diuino, futura pronuncio, quasi fata cano, χρησμῳδέω, μαντεύομαι. Cic. 1. de Diui. Illud quod uolumus expressum est, ut uaticinari furor uera soleat. Ouid. 8. Quę tibi factorum pœnas instare tuorum Vaticinor moriẽs. Liu. 2. ab Vrbe, Sæpe deinde & Virginium Consulem in cõcionibus, uelut uaticinantem, audiebat. Aliquando etiã Vaticinari, accipitur pro delirare, siue hariolari; quæ significatio inde tracta est, quod sacerdotes oracula ederuri, furore quodã soleant corripi. Cic. pro Sest. Eos autem qui dicerent dignitati esse seruiendum uaticinari, & insanire dicebat. Idem Epist. lib. 2. Sed ego fortasse uaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus.

Vaticinatio, onis, f. t. uerb. Diuinatio, futurorum prædictio, μαντεία, μάντευμα. Cic. 2. de Nat. deor. Multa ex Sibyllinis uaticinationibus, multa ex aruspicum responsis commemorare possum, &c.

Vaticinator, oris, m.t. Fatidicus, hariolus, cõiector. Ouid. de Põt. Eleg. Vnde tamen uiuat uaticinator habet.

Vaticinus, a, um, pe. co. Quod ad uaticinia pertinet, μαντικὸς. Liu. 5. bel. Pun. Et edixit ut quicunq; libros uaticinos, precatiõnesue aut artẽ sacrificandi cõscriptã haberet, eos libros omnes literasq; ad se ante Calend. April. deferret. Idẽ 9. bel. Mac. Sacrificulos, uatesq; foro, circo, urbe prohiberent, uaticinos libros conquirerent, comburerentq;. Furor uaticinus. Ouidius 2. Metamorph.

Ergo ubi uaticinos concepit mente furores.
Incaluitq; deo, &c.

Vaticinium, nii, n.s. Diuinatio, oraculum, prædictio futurorũ, μαντεία, χρησμὸς.

Vatius, tii, m.s. qui, pedes cruratę habet extrorsus obtorta, quemadmodum contra Varus, qui introrsus habet inflexa, βλαισὸς. Var. 2. de Re rust. cap. 9. de canibus, Sint cruribus rectis, & potius uaris quàm uatiis. Hinc Vatiarum cognomen originem sumpsit, quod qui primus in ea familia id cognominis sortitus est, pedibus fuit uatiis.

Vatrax, acis, om. t. & Vatricosus, a, um, Qui crura uitiosa habet, teste Non. Lucil. lib. 28. Vt si progeniẽ antiquã qua est maximus Quintus uacax, qua uatricosus uatrax.

Vber, eris, Modò adiectiuum est, idẽ significans quod fertilis, fœcundus, copiosus, εὔφορος, εὔπορος. Cic. 2. de Nat. deor. Vberrimi, lætissimiq; fructus uitiũ. Idẽ de Sen. Agro bene culto nihil est nec usu uberius, nec specie ornatius. Modò substantiuum, idem significans quod manna, οὖθαρ. Verg. Eclo. Binos alit ubere fœtus. Inuenitur tamẽ uber subst. positũ pro ubertate, siue fœcunditate, εὐθηνία, εὐφορία, ut Vber agri, id est ubertas, fertilitas, quo pacto & Græci οὖθαρ ἀρούρης. Vergil. 1. Aen. Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ. Non desunt qui principium huius uocis aspirandum putent, quod aut à uerbo ὕειν dictum existiment, quod est pluere, aut ab humore, quasi humer, m in b mutato: aut à Græca præpositione ὑπὲρ, quæ abundantiam importat. Vide suprà in dictione Hubero.

Vbertas, atis, f.t. siue Hubertas, Fertilitas, abundantia, copia, εὐποιΐα, εὐφορία, εὐθηνία, οὖθαρ πολυποιΐα. Cic. pro Pomp. Summa ubertas agrorum. Idem pro Corn. Orationis ubertas, uarietas, copia.

Vbero, ras, siue Hubero, aliquando actiuum uerbum est, idem significans quod lætifico, fœcundo, fertile efficio, πιαίνω, γονοποιῶ. Pallad. lib. 4. Hoc ueluti coitu steriles arbores uberabantur. Aliquando neutrum, idem significans quod lætũ, & fœcundum esse, εὐθηνέω. Colum. lib. 5. ca. 9. Neq; enim olea biennio uberat.

Vbertim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vbertim, siue Hubertim, aduerbium, Copiosè, affluenter, ἀφθόνως, Catullus, Fruſtratus falſis gaudia lachrymulis, Vbertim thalami quas intra limina fundunt.

Vbertus, a, um, siue Hubertus, Fœcundus, copioſus, εὔπορος, εὔφορος, εὐθλῶ&. Gell. lib. 7. cap. 14. Sed ea ipſa genera dicendi antiquitus tradita ab Homero, ſunt tria in tribus: magnificum in Vlyſſe & ubertũ: ſubtile in Menelao, & cohibitum: miſtum, moderatumq; in Neſtore.

Vbi, aduerb. Modò loci interrogatiuũ, ſignificans in quo loco πῦ. Plaut. Vbi id audiſti? Modò relatiuum, ὅπῃ, ἔνθα. Verg. 1. Aen. Vbi Acacidæ telo iacet Hect. Plin. lib. 12. cap. 14. Alexandriæ ubi thura interpolantur. Modò infinitum, οἵ οὗ, Cic. 3. Tuſc. Eſt ubi id iſto modo ualeat. Plaut. in Truc. Vbi amici, ibidem opes. Ponitur quandoq; pro aduerbio tẽporis poſtquam ἐπεδή. Verg. 1. Aen. Hæc ubi dicta dedit. Quã doq; pro quando, ὅταν. Terent. And. Vbi uoles, accerſe. Verg. 6. Aene. Quale per incertã Lunã ſub luce maligna, Eſt iter in ſyluis, ubi cælũ cõdidit umbra Iuppiter, & rebus nox abſtulit atra calorẽ. Vbi gentium, ubi loci, ubi terrarũ, ubi locorũ, idẽ qd ubi, ſignificant: nã genitiui illi ſignificationi nihil addũt, or natus tantũ gratia ponũtur. Vbi primũ. id eſt, ſtatim. ut Cæſ. 1. bel. Ciu. Cæſar, ubi primùm illuxit, omnes Senatores, &c.

Vbicunque, Quocunq; in loco, ὁπόθοτε. Cic. Acad. Etſi, ubicũque es, in eadem es naui.

Vbiuis, Quolibet in loco, ἀκατασχόν. Cic. lib. 4. Epiſt. Nemoq; eſt, quin ubiuis, quàm ibi, ubi eſt, eſſe malit.

Vbiq;, Omni in loco, πανταχοῦ. Verg. 2. Aen. crudelis ubiq; Luctus ubiq; pauor, & plurima mortis imago. Aliquando habet adiunctum genitiuum: ut Vbiq; locorum, Vbiq; gentiũ.

Vbiq; itineris, πανταχοῦ τῆς ὁδοῦ. Apuleius trãsformationis ſuæ lib. 1. Nihil iſtarum rerum quæ itineris ubiq; nos comitantur, indigemus.

Vbiubi, pro ubicunq;, ὅπῃ ἄν, ἔνθα ἄν, quemadmodum Vtut, pro utcunq;. Terent. Eun, Vbiubi eſt, diu celari non poteſt. Vbiubi, id eſt, ſtatim ut. Plaut. in Merc. Vbiubi erit inuenta mater redimet.

Vdo, onis, m. t. Genus calceamenti quod nonnunquam ex lana, nonnunquam ex hirci pilis conficiebatur: hiq; Vdones cicilii dicebantur: de quibus extat hoc diſtichon apud Mart. lib. 14. Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti, Ciniphio poterit planta latere ſinu.

Vdus, a, um, Humidus, uuidus ὑγρός. Verg. 10. Ecloga, Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato. Quidam à ſudando deductum putant. Varro libro 4. de Lingua Latina, ab humido deducit: unde per aſpirationem quidam ſcribẽdum præcipiunt.

Ve, Enclitica particula, & coniunctio diſiunctiua, idem ſignificans quod aut: nullum tamen in oratione locum habẽs niſi poſt dictiones quas connectit. Cic. 1. de Nat. deo. Beſtiæ quæ in Rubro mari, Indiáue gignuntur. Aliquando gemina tur. Verg. 9. Aen. Si quis in aduerſum rapiat caſuſue, deuſue. Eſt & altera particula ue, quæ non niſi in cõpoſitione inuenitur: & modò augendi uim habet: ut Vetus, uehemẽs: quorũ alterũ ab ætatis magnitudine, alterũ à ui atq; impetu mẽtis dictũ eſt. Modò uim habet diminuendi: ut Vegrandis, id eſt, malè uel parũ grandis. Ve, enim ſyllabã rei paruæ ueteres præponebant, unde apud Auſon. Vegrandes meſſes legimus p paruis, & apud Valer. li. 2. de Re ruſt. Oues uegrãdes, & imbecilles. Sic & uecordẽ dicimus, quaſi cordis, hoc eſt, ſanæ mentis parum habentẽ. Ita etiã Veiouẽ antiqui appellarunt à non iuuando: qui idcirco tantũ colebatur, ne noceret. Eius enim ſimulachrũ ſagittas manu tenebat: quo illd ſignificare uolebant, paratiorẽ eſſe ad nocendũ, quã ad iuuandũ. Vide plura de hac particula apud Gell. lib. 5. cap. 12.

Vecors, dis, om. t. Inſanus, ſtolidus, ſtupidus, inſipiens, quaſi ſine corde, hoc eſt, ſine mentis ſanitate, ἀνόητος, ἀνόημων, παραφρόνιμος. Liu. 4. ab Vrb. Audita uox eius in concione ſtolida, & propè uecors. Cic. 1. Tuſc. Aliis cor ipſum minus uidetur: ex quo excordes, uecordes, concordesq; dicuntur. Cicero pro Domo ſua. Itaque iſtius uecordiſſimi mentem cura metuq; terrebãt. Ouid. in Ibin. Mens quoque ſic furtis uecors agitetur, &c.

Vecordia, æ, f p. Inſania, deſipientia, παραφροσύνη, ἀπόνοια. Salluſt. in Iugur. Igitur color exanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus inceſſus, prorſus in facie, uultuq; uecordia. Terent. And. Hoccine credibile eſt, aut memorabile, Tanta uecordia innata cuiquam ut fiet, Vt malis gaudeat, atq; ex incommodis Alterius ſua comparet commoda? Ouidius 12. Meta. quæ te uecordia Theſeus Euryte pulſat ait.

Vectabulum, Vectarius, uide Veho, uehis.

Vectiarius, Vecticularius, uide Vectis.

Vectigal, lis, n r. pen. prod. Tributũ, portoriũ, & generaliter cuiuſuis generis fructus, aut reditus: ita dictum à uehendo, πρόσοδος, πόρος, τέλος φόρ&. Propriè enim hac uoce primũ ſignificabatur portoriũ quod merciũ è loco aliquo euehendarũ, uel per locũ aliquẽ trafuehendarũ nomine ſolebatur. Hodie tamen multò latius ſignificatio eius extenditur, ut tã ad publicos reditus quã ad priuatos extẽdatur. Publica uectigalia intelligere debem⁹, quã accipit fiſcus uel ærariũ. Cic, p Pom. Vectigalia neruos eſſe Reip. ſemper duximus. Priuata quę quiſq; ſumit ex reditibus & fructibus ſuis.

Vectigalis, le, om. t. adiect. Pro tributario, ὑποτελής, τελεσφόρ&. Sic prouinciæ, agri, homines, qui tributa perſoluunt, Vectigalia dicuntur. Cic. li. 3. Offi. Quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta ex Senatuſconſulto liberaſſet ut hæ rurſus uectigales eſſent. Suet. in Cæſ. Agrũ Campanũ ad ſubſidia Reip. uectigalẽ relictũ, diuiſit extra ſortẽ. Cice. in Cat. Et ſyluas, lucoſq; publicos Rom. uectigales habuere. Liu. Vtrum Annibal hic ſit æmulus itinerũ Herculis ut ipſe fert an uectigalis ſtipendiarius q;, & ſeruus populi Rom. à patre relictus.

Vectis, huius uectis, gen. maſ. t. Inſtrumentũ ex ferro aliaue materia, quo oſtium clauſum aduerſus uim munitur: ita dictum, quod manu huc illuc uehatur, ὀχλὸς, ἀναφορεύς. Verg. lib. 7. Aeneid. Centum ærei claudũt uectes, æternaq; ferri Robora, nec cuſtos abſiſtit limine Ianus. Vectẽ Cynyras Agrippinæ filius inuenit. Eſt etiam uectis, palus è ferro, uel ligno grandiòr, ruſticis, & fabris neceſſarius ad onera promouenda. Cæſar 2. belli Ciuili, Saxa quam maximè poſſunt, uectib. promouent, præcipitataq; muro in muſculum deuoluunt. Cicero 1. de Natura deor. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Item uectis dicitur lignum quo oneris aliquid à binis, pluribusúe in humeris geſtatur: ut eſt in Exodo, Facies quoq; uectes de lignis ſetim. Rurſus uectes ſunt inſtrumenta ad aliquid ſubuertendum, effringendumúe accommodata. Horatius libro ſecundo, Carminum, hic ponite lucida Funalia, & uectes, & arcus Oppoſitis foribus minaces. Vectibus item torcularia circumagebantur.

Vectiarius, m. ſ. Qui torcularia premit uectibus. Vitru. li. 6. c. 8. Ita enim erit uectiario ſpacium expeditum.

Vecticularius, a, um, adiectiuum: unde Vecticularia uita, dicitur eorum qui uectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia, τοιχωρυκτικὸς βί&. Cato, Vecticulariam uitam uiuere, eſt repente largiter habere, repentè nihil, τοιχορυχῶμεν. Feſtus.

Vecto, as, Vectura, uide Veho.

Vegeo, uegeſ, n. ſ. uerbum eſt antiquum. Quod modò abſolutè accipitur pro ualeo, ſiue uegetus, & incolumis ſum, ὑγιαίνω, ἀκμάζω. Varro Manio, ut citat Nonius, Nec natus eſt, nec morietur: uiget, ueget, utpote plurimum. Modò actiuè, pro uegeto, recreo, uegetum reddo. Pomponius Maiali, apud eundem Nonium, Animum Venus ueget uoluptatibus.

Vegetus, a, um, Beue habitus, incolumis, uiuidus, agilis, & ad obeundas actiones idoneus: & tam de animo quã de corpore dicitur, ὑγιής&, ἐτήρως&, ἐνάγητ&, ἐνκίνητ&. Cic. Atti. Te uegetum nobis in Græcia ſiſte. Idem 5. Tuſc. Me tam uegeta mens in Empedoc. ſanguine demerſa iaceat. Idem 2. de Diu. Vt illa tertia pars rationis eluceat, & ſe uegetam ad ſomniãdum, acremq; præbeat. Liu. 6. ab urbe, Sed uegetum ingeniũ in uiuido pectore uigebat, uirebatq; integris ſenſibus. libr. 5. cap. 1. Quid igitur dicimus quod multos uidemus eſſe pecuniæ cupidos, & eoſdẽ cũ corpore eſſe uegeto: ac ualenti? Sue tonius de Cæſare, cap. 45. Nigris, uegetisq; oculis, ualetudine proſpera. Scribit Apul. Lunę numine cuncta animantia uegetari: id eſt, ali, & uigorẽ acquirere. Senec. quoq; li. 3. Queſt. refert terræ ineſſe ſpiritum illum uitaliter uegetum, & alentem omnia. Hunc enim (inquit) niſi haberet, quomodo tot arbuſtis ſpiritũ infunderet, non aliunde uiuẽtibus? quomodo tot radices aleret? Hinc uegetatiuã animã philoſophi recentiores appellant animã ſeminalẽ, quæ à Plinio dicitur alens: cuius motu interiore plantæ uigeſcunt, creſcunt, frondeſcunt, germinãt, breuiterq; uiuũt. Vegetior, uegetiſſimus. Col. lib. 6. cap. 10. Neq; enim alio diſtat bouis taurus à caſtrato, niſi quod huic torua facies eſt, uegetior aſpectus, breuio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ra cornua. Plin. lib. 18. cap. 26. Hoc interuallum temporis uegetissimum agricolis, maximeq; operosum est.

Veges, etis, Idem quod uegetus, ὑγιηρὸς, ἔυρρως &. Liuius 1. bell. Pun. A tergo Alpes urgent, uix integris uobis, ac uegetibus transitæ.

Vegeto, tas, a. p. pen. corr. Recreo, coroboro, & uegetum facio, & promptum ad obeundas actiones, ῥώμυνμι. Gell. Memoriæ uegetandi gratia.

Vegetatio, onis, uerbale. Apul. de Asino, ut etiam fatigationem sedentariam incessus uegetatione discuterem.

Vegrandis, om. t. Paruus, & malè grādis, ἀναύξητ& μικρὸς. Ausonius libro 2. Epistola, Hic sæpe falsus messibus uegrandis. Varro 2. de Re rust. Quosq; postea concipiunt fiunt uegrandes, atq; imbecillæ.

Veham, Viam ueteres dicebant, quòd per eam uehebant omnia. Varro 1. de Re rust. cap. 2. A quo nunc quoq; uiam uehiam appellant, propter uecturas.

Vehemens, tis, om. t. Ex ue, & mens componi arbitror, tametsi quidā dici uelint, quòd uehatur eminentius uel q uehatur mente, ὑπερφυὴς, καταφορικὸς, σφοδρὸς. A mentis enim ui, atq; impetu (sicut docet Gell.) dicitur. Nam ue, in hoc loco intentiua particula est. Dicitur aūt uehemens, graue, magnum, urgens, acre. Terent. in And. ne hæc quidem Satis uehemens causa ad obiurgandum. Cicer. 2. de Orat. Acri & uehementi quadam incitatione inflammari. Idem de Clar. Oratoribus, Galba in meditando uehemens & incensus fuit. Ad Heren. lib. 4. Hoc genus & acrimoniam habet in se, & uehementissimum est. Vitis uehemens, Columella libro 3. capite 1. Terræ densæ dabis uehementem uitem, multaq; materia frondentem.

Vehementia, Grauitas, acritudo, σφοδρότης. Plin. lib. 13. cap. 8. Flore candido cum uehementia odoris.

Vehementer, aduerbium, Acriter, admodum, σφόδρα. Cicc. 8. Philippic. Vehementer me agere, fateor: iracundè, nego. Terentius in Eunuc. Principio ego nos credere ambos hoc mihi uehementer uelim.

Vehes, Vehis, uide Veho.

Vehia, æ, f p. Plaustrum, Oscorum lingua, ὄχημα, ἅρμα. Vnde uehiatura, pro uectura apud ueteres usurpatur. Sipont.

Vehiare, Veteres dixerunt pro uehere, quod tractum est ex Oscorum lingua, apud quos uehia plaustrum dicitur, ὀχέω. Sipontinus.

Veho, is, xi, ctum, a. t. Naui, iumēto, uel plaustro porto, ὀχέω, ἐποχέω, κομίζω. Plaut. in Mostel. Magni sunt oneris: quicquid imponas, uehunt. Ouid. Epist. 21. Hunc Venus in cælum curru uexisset eburno. Cic. 1. Tusc. Quum enim illam ad solenne & statutum sacrificium curru uehi ius esset. Idem 2. de Diuin. Equus in quo uehebar, mecum unà demersus, rursus apparuit. Mar. li. 1. Vexerat Europen fraterna per æquora taurus. Vehitur oratio, metaphoricōs. Cic. 1. Tusc. Tanquam ratis in mari immenso nostra uehitur oratio. Vergil. Aen. Diuersa per æquora uecti. Huius composita sunt, Ancho, adueho, conueho, circunueho, deueho, eueho, inueho, præueho, præterueho, proueho, reueho, subueho, & seueho. quorum significata uide suis locis.

Vecto, as, a. p. Frequentatiuum, ὀχέω, ἐποχέω, κομίζω. Gellius libro 16. cap. 19. Dorso super fluctus edito uectauisse. Vergilius 6. Aeneid. Corpora uiua nefas Stygia uectare carina. Horatius Epod. circa finem, Vectabor humeris tunc ego inimicis eques.

Vectatio, onis, uerbale, quod nomen semper passionem significat, contra aliorum uerbalium naturam.

Vectito, tas, frequentatiuum.

Vectabulum, li, n. s. Vehiculum, ὄχημα. Gellius libro 20. capite 1. Iumentum quoque non id solùm significat, quod nunc dicitur, sed uectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur.

Vector, m. t. Qui in aliena naui, uel equo, uel plaustro uehitur pretio, ἐπιβάτης. Cic. 1. Phil. Et summi gubernatores in magnis tēpestatibus à uectoribus admoneri solēt. Verg. 4. Eclog. Cedet & ipse mari uector. Quint. In nauim filii mei malè pmutatus uector imponor. Aliquādo actiuè accipitur pro eo qui uehit. Ouid. 1. Fast. Ecce rudent rauco Sileni uector asellus Intempestiuos edidit ore sonos. Vectores per translationem pro ciuib. Cic. Att. li. 2. Malè uehi malo alio gubernante, quàm tam ingratis uectoribus bene gubernare.

Vectarius, a, um, Quod idoneum est ad uehēdum, ὀχηματικὸς. ut uectarius equus. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 7. de equis loquens. Itaq; peritus belli alios eligit, atq; alit, ac docet: alites quadrigarius & desultor: aliter qui uectārias facere uult. ne que eodem modo parantur ad ephippium, ut ad prædam.

Vectura, ę, f. p. Non modò actum ipsum, hoc est, uectionem denotat, sed etiam mercedem quæ pro uectura soluitur: utpota pro naui, siue equo meritorio, ἀγώγιμον. Varro libro 2. de Re rustica, de equis loquens. Alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad uecturam, alii ad admissuram, &c. Attic. lib. 1. Misimus, qui pro uectura solueret. Cæs. 5. belli Ciuili, Remiges, arma, tormenta, uecturæ imperabantur. Facere uecturam, est uehendo pārare sibi lucrum. Quintilianus Classis nostra uecturam facit, & uicinarum ciuitatum copias introducit.

Vehiculum, li, n. s. Currus uel plaustrū quo quid uehitur, ἅρμα, ὄχημα. Cic. pro Mil. Quid horum non impudentissimus uestitus, an uehiculū? Att. lib. 9. Ego uerò uehiculo, si nauis non erit, eripiā me ex istorū parricidio. Plin. lib. 7. cap. 56. Vehiculum cū quatuor rotis Phryges inuenerunt, mercaturas Pœni. Est aūt uehiculi nomē generale, hasce sub se cōtinens species, carpentū, cisium, carrum, currū, arcera, basternā rhedam (unde epirrhediū) saracum, petoritū, plaustrum, essedum, pilentum, liburnum, traham, & uehiam.

Vehicularis, re, om. t. Quod ad uehiculū pertinet, ὀχηματικὸς. Equus uehicularis, & rotæ uehiculares.

Vehicularius, Qui uehiculum agit, auriga, ἁρματηλάτης.

Vehes, uehis, uel Vehis, uehis, f. t. Idem q plaustrū, uel tanta fœni, stercoris, alteriusue materiæ quantitatis, quanto in plaustro uectura una uehi potest, ὄχημα. Plin. lib. 36. cap. 15. Amplitudinē cauis eā feciisse proditur, ut uehē fœni largè onustam transmitteret. Col. li. 2. Iugerū aūt desiderat, quod spissius stercoratur, ueues quatuor & uiginti: quod rarius, duodeuiginti. Idem lib. 11. cap. 2. Materia si roborea est, ab uno fabro dolati ad unguem debet, per quadratos pedes uiginti: hæc est (inquit) uehis una.

Vel, Coniunctio plerunq; disiunctiua, idem significās quod aut, ἤτοι, ἤ Cic. de Orat. Cui nostrū non licet res rusticas fructus causa uel delectationis inuisere? Eadem plurimū uenustatis habet geminata. Idem 2. de Nat. deo. In his uel asperitatibus rerum, uel angustiis temporum. Idem Qu. Fratr. Sunt ista quidem uel magna, uel maxima. Interdum copulatiua est: ut Maximè me tibi amicum facit uel uirtus, uel doctrina tua, id est, tum uirtus, tum doctrina. Interdum ponitur pro etiam, καί. Terentius in Andria, Vel hoc quis non credat? Vergilius 11. Aeneidos, Vel Priamo miseranda manus. Interdum pro ualde. Cic. pro Muræna, Vel maximum bellū pop. Rom. cum rege Antiocho gessisse. Interdum pro maximè. Cicero Trebat. Quàm morosi sint qui amant, uel ex hoc intelligi potest. Interdum pro ueluti. Terentius in Hecyra, Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi? Interdum pro saltem. Terentius in Phormione, Postremò si nullo alio pacto, uel fœnore.

Velabrum, Velamen, Velamentum, Velaria, Velatus, uide Velo, uelas, in Velum.

Veles, itis, pen. genitiui cor. m. t. Miles leuis armaturæ, nullis aut exiguis armis tectus quò sit expeditior, iaculis tantū, seu funda armatus: unde & uelites dicti putantur, quasi uelati, quod uestiti essent potius quàm armati, γυμνήτης. Alii uelites à celeritate dictos putant, quasi uolites, o in e mutato. Alii rursus ἀπὸ τῦ βάλλειν, hoc est, à iaculando, quod iaculis potissimūm, & fundis pugnarent. Liu. 6. bell. Pun. Et ubi ad coniectū teli uentū est, signo dato uelites desiliunt. Ouid. in Ibin. Vtq; petit primò plenū flauentis arenæ. Nondū calfacti uelitis hasta solū. Refert Aelian. ordinem pedestrem in militia diuidi trifariam: in armatos, quæ grauis armatura dicitur: & uelites, qui leuissimè omniū armantur: unde & expediti nuncupantur. Non enim ocreas, aut loricā induunt, sed tantū iaculis, & fundis utūtur. In tertio ordine sunt pelrati: à pelta dicti, quod scutū est paruum, & leue. Hi medii erant inter grauem armaturam, & leuē. Quoniam uerò hoc genus militum non stataria pugna cum hoste congrediebatur, ut hastati, aut triarii, sed leuibus tantū præliis, idq; ferè eminus, hostem lacessebant, quoties uisum esset, aut fuga se subducentes, aut in equos insilientes: factum est ut homines leues & inconstantes, uelites dicamus. Cic. ad Pætum lib. 9. Epist. Me autem à te, ut scurram uelitem, malis oneratū esse non modestè tuli.

Velitaris, uelitare, om. t. Quod ad uelites pertinet, γυμνητικὸς. unde Velitaria arma. Sallust. in Iugur. Præterea iere sagittarii & eo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hi & cohors Peligna cum uelitaribus armis, itineris properandi causa: neq; id secus, atq; aliis armis aduersum tela hostium, quòd ea leuia sunt, muniti erant. Liuius 6. bell. Pun. Et septena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro quale hastis uelitaribus inest.

Velitor, d.p.pen.cor. Leui pugna congredior, more uelitum, quorum officium est prælium eminus iaculis & fundis auspicari, ἀκροβολίζομαι, γυμνητεύω. Per translationem accipitur pro rixari, & uerbis pugnare, λογομαχῶ. Nam à uerbis plerunq; ad manus solet deuenire: sicut à Velitibus ad milites grauis armaturæ. Plaut. Menæh. Nescio quid uelitati estis inter uos. Gel. lib. 6. cap. 11. Cum inquinatissimis hominibus non est conuitio decertandum, neq; maledictis aduersum impudentes & improbos uelitandum: quia tantisper similis, & compar eorum fias, dum paria & consimilia dicas, atq; audias.

Velitatio, onis, f.t. Verbale, Quæ, teste Festo, dicta est ultro citroque probrorum obiectatio, ab exemplo uelitaris pugnæ, λογομαχία. Plautus in Asin. Verbis uelitationem fieri, compendio uolo.

Velifico, Velificus, uide Velum.

Velitaris, Velitor, uide Veles.

Velitvolus, uide Velum.

Vellatura, æ, f.p. Exercitium ducendi plaustrum, uel quæstus ex uectura, ἁρμαμαξεία. Vellaturam facere (inquit Varro libro 1. de Re rust. ca. 2.) dicũtur qui uecturis uiuũt. Nam antiqui uellã, non uillã dicebant. Eius hæc sunt uerba, Villa dicta, quod à uillico in eam conuehuntur fructus, & euehũtur quum uæneunt. A quo rustici etiam nunc quoq; uiam ueham appellant, propter uecturas: & uellam non uillam, quò uehunt, & unde uehunt. Item dicuntur qui uecturis uiuunt, Vellaturam facere.

Vello, is, li, & uulsi, uulsum, a.t. Extirpo, μαδίζω, τίλλω, σπάω. Colum. lib. 11. cap. 3. Reliquis annis non decerpendus, sed radici uellendus. Plin. lib. 12. cap. 12. Nardum Gallicum cum radice uellitur. Verg. 3. Aeneid. Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ. Suet. de Cæs. cap. 45. Circa corporis curam morosior, ut non soldm tonderetur diligenter ac raderetur, sed uelleretur etiam. Vnde uulsa corpora à Quint. in Proœm. libr. 8. dicuntur quibus pili sunt euulsi. Corpora (inquit) si quis uulsa atque fucata mulliebriter comat, fœdissima sunt ipso formę labore. Ponitur aliquando Vellere pro eruere, in terram proiicere, euertere, καταβάλλω, κατασκάπτω. Liu. 6. bel. Pun. Aræ, foci, deûm delubra, sepulchra maiorum uulsi temerata ac uiolata. Barbam uellere, prouerbium est, quo summum contemptum, ac ludibrium significamus. Hor. 1. Ser. saty. 5. barbam tibi uellunt Lasci ui pueri. Vide Eras. in Chil. Huius composita sunt Auello, conuello, diuello, euello, peruello, interuello, & reuello, quorum significata uide suis locis.

Vulsura, ræ, f.p. Ipsa uulsio, τιλμὸς, τίλσις. Var. 1. de Re rust. ca. 11. Lanam tonsam & conglobatam, alii uellera, alii uellumina appellant, ex quorum uocabulo animaduerti licet, prius lanæ uulsuram, quam tonsuram inuentam.

Vellico, as, a.p. pen. cor. Frequenter uello, quod propriè fit quũ extremas corporis partes digitis uellimus, & pressando infestamus, παρατίλλω. Propert. lib. 3. Nec mihi tam duris insultes moribus, & te Vellicet, heu serò flebit amata dîu. Per translationem uellicare ponitur pro criminari, mordere, ac lacerare, διασύρω, καταλαλῶ. Cic. pro Corn. Balbo, More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis uellicant. Gellius libro 9. cap. 11. Plura in Sallust. scriptis insciteè aut malignè uellicant. Horat. 1. Ser. sat. 10. an crucior, quod Vellicet absentem Demetrius.

Vellicatus, tus, m.q. Ipse uellendi actus. Plinius capite 28. capite sexto Extremitates corporis uel aurium uellicatibus perstringi, &c.

Vellicatim, aduerb. Id est, particulatim, sparsim, carptim, non continuè, hinc illinc aliquid decerpẽdo, μερικῶς, σποράδην. Sisen. Hist. lib. 1. ut citatur à Nonio, Nos una æstate in Asia & Græcia gesta, literis idcircò contamminata mandauimus, ne uellicatim ac saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus. Sunt qui hoc loco legant uelitatim, à uelite.

Vellus, n.t. Lana ex oue dempta & conglobata: ita dicta à uellendo quod ante inuentam tondendi rationem, lana soleret uelli, πόκος, κώδιον. Varr. Re rust. lib. 2. ca. ul. Sole calidiore tonsa, ex eius sudore lana fit mollior, & ponderosior, & colore meliore. Quã demptã, & conglobatã alii uellera, alii uellumina appellãt. Ex quorũ uocabulo animaduerti licet, prius lanæ uulsuram, quàm tonsuram inuentam. Frequentissimè tamen Vellera ponuntur pro lana nondum detonsa, sed adhuc ipsis hærente pecudib. Vergil. 3. Ecl. Parcite oues nimium procedere: non bene ripæ Creditur, ipse aries etiam nunc uellera siccat. Idem 3. Geo. Reiice ne maculis infuscet uellera pullis Nascẽtum. Ibidem, circa finem. Nec tõdere quidem morbo, illuuieq; peresa Vellera, nec telas possunt attingere putres. Ouid. lib. 7. Met. Sacra facit, cultrosq; in guttura uelleris atri Cõiicit, & patulas perfundit sanguine fossas. Nonnunquam etiam pro ipsis pellib. una cũ lana ouib. detractis. Col. lib. 7. ca. 4. Pelles eorum propter pulchritudinem lanæ, maiore pretio quàm alia uellera mercantib. traduntur. Ver. 7. Aen. Centum lanigeras mactabat rite bibẽtes, Atq; harum effultus tergo stratisq; iacebat Vellerib. Vellera etiam propter similitudinem Verg. posuit pro lana quæ apud Seres Scythiæ populos ex arborum frondib. depectitur. Ita enim habet lib. 2. Geor. Velleraq; ut foliis depectant tenuia Seres. Quin etiam ipsas arborum frondes uellera interdum inuenimus appellata, eo quòd iis uestiantur arbores, quemadmodum uellеribus oues. Ouid. de Nuce, At simul induimus nostris sua uellera ramis.

Velo, las, uide Velum.

Velox, cis, om. t. Celeri à uolando, quasi uolox, ταχὺς, ὠκὺς, θοός. Plin. lib. 8. cap. 14. de Tarando, Velox saltu, uenatu uiuens, in nocuum homini, &c. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 3. Sed piger ad pœnas, princeps ad præmia uelox. Ver. 5. Aen. Veloces iaculo ut uos, cursuq; fatigat. Ouid. 1. Met. nec fortib. illic Profuit armẽtis, nec equis uelocib. esse. Idem 10. Met. Et nihil est annis uelocius. Velox pro uelociter. Ver. li. 5. Aen. ictum uenientem è uertice uelox Præuidit.

Velocitas, atis, f.t. Celeritas, ταχύτης. Plin. lib. 9. cap. 8. At mugilum nihilominus uelocitas transilit. Cic. de Finib. Quid si in ipso corpore multa uoluptati præponenda sunt, ut uires, ualetudo, uelocitas, pulchritudo? Liu. 5. bel. Pun. Decem milibus peditum atq; equitum quos in expeditione, uelocitate corporum, ac leuitate armorum aptissimos esse ratus est, electis, quarta uigilia noctis signa monit.

Velociter, aduerb. Celeriter, ταχέως. Mar. lib. 1. Quodq; magis mirum est uelociter exit ab hoste, Cic. Som. Scip. Sunt autem optimæ curę de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus, uelocius in hanc sedẽ & domum suam prouolabit.

Velum, ueli, n.s Integumentum, inuolucrum quo quid uelatur, id est, tegitur, σκέπασμα, ἕλυμα. Var. à uellerib. dictum putat, quod ex ouium uellеribus fierent uela quibus homines tegebantur. Cic. 6. Ver. Tabernacula carbaseis intentam uelis. Idem in Cat. Socii uelis amicti non togis. In nauib. item uelum dicitur linteum quod circa malum expansum uentum excipit, ἱστίον, Ver. 3. Aen. Interea classem uelis aptare iubebat Anchises. Idem 1. Ae. Talia iactanti stridens Aquilone procella Velum aduersa ferit. Plin. lib. 12. cap. 19. Vehũt per maria uasta ratibus, quas neq; gubernacula regant, neq; remi trahant, uel impellant, non uela, nõ ratio ulla adiuuit. Ouid. 1. Fast. Diriget in medio quis mea uela fretо? Dare uela est uentis se committere, & nauigare. Verg. 1. Aen. Vela dabãt læti. Dare uela uentis. Idem 4. Aen. quos Sidonia uix urbe reuelli, Rursus agam pelago, & uentis dare uela iubebo? Dare uela retrorsum, est in diuersum mutare sententiam, uitæq; institutum. Sumpta metaphora à nauigantib. qui cursus errorem uersis uelis corrigunt. Vela dare famæ, est non curare famam suam. Vela facere, idem quod expedire, seu expandere uela, Cic. 5. Ver. Cleomenes malum erigi, uela fieri, anchoras præcidi iubet. Per translationem uela facere, accipitur pro eo quod est toto conatu rem aliquam aggredi. Cic. 4. Tuscul. Vtrum igitur mauis statimne nos uela facere, an quasi è portu egredientes, paulum remigare? Permittamus uela uẽtis, dixit Quin. in Præf. Instit. hoc est, editionis ancipitẽ euẽtũ, utcunq; cadet, experiamur. Velis, equisq;, id est, omni conatu, & mari terraq;, ἐκ παντὸς τρόπου. Cic. 3. Offic. Quib. obsolitis Epicurus eiusdem ferè adiutor autorq; sententiæ. Quũ his uelis equisq; (ut dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum erit. Velis, remisq;, idem, Cicer. 5. Tusc. Terra enim res est, misera, detestabilis, omni cõtentione, uelis ut ita (dicam) remisq; fugienda. Vide in Chil. Eras.

Velifico, as, uelo nauigo, uel facio, ἱστιοδρομῶ. Plin. lib. 9. cap. 31. Per summa æquora uelificant. Propert. lib. 4. Eleg. 10. Natura per urbanas uelificabat aquas.

Velificor, passiuum, Iuue. sat. 3. Velificatur Athos, & quicquid Græcia mendax Audet in historia, id est, circumnauigatus. Legitur & uelificari deponens, ut Velificari honori suo, id

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eſt, uelis, temisq; honori, & dignitati operam dare. Cicer. de Lege Agr. Quod ſi quis ueſtrum ſpe ducitur, ſe poſſe in turbulẽta ratione honori uelificari ſuo, &c. hoc eſt, euadere ad ſummos honores, non uirtute, & maiorum gloria, ſed uiolenta quadam ratione, ut ſolet fieri ab his, qui quaſcũq; fortunas temerè expetunt uelis in altum elatis, nullo conſilio quicquam facientes.

Velificatus, a, um, participium, Propert. lib. 2. Eleg. 19. Vna ratis fati noſtros portabit amores Cærula ad infernas uelificare rates.

Velificatio, onis, uerbale, Ipſe uelificandi actus, Cicero ad Lentulum, libro 1. Quum uerò id poſſis mutata uelificatione aſſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum, quem cœperis.

Velifer, a, um, Ferens uelum, ἱστοφόρος, ut Carina uelifera. Ouidius 15. Metam. Hac ubi uelifera nautæ auertere carinã, &c. Malus uelifer, Valer. Flac. 1. Argon. Pallada uellifero quærentem brachio malo.

Velificus, adiectiuum: ut Velificus curſus, qui uelis fit. Plinius libro 13. capite 11. Noctes, dieſq; uelificos nauigii curſu. Idem libro 6. capite 17. Complures autem totam ipſius longitudinem XL. dierum noctiumq; uelifico nauium curſu determinauere.

Veliuolus, a, um, pen. cor. Propriè, nauium eſt epitheton, quæ, ut alis aues, ita uelis, quodãmodo uolitare uidẽtur, ἱστιόπτερος. Ouid. 4. de Pont eleg. 1. Et freta uelìuolas non habitura rates. Ver. 1. Aen. ad mare ipſum tranſtulit, Deſpiciens mare uelìuolum, terraſq; iacentes.

Veliuolantes naues. Cic. 2. de Diuin.

Velo, las, a. p. per ſimplex l. Tego, operio, σκεπάζω, καλύπτω. Cicero pro domo ſua, Tu, tu, inquam, capite uelato, cõcione aduocata. Ver. 3. Ae. Et capita ante aras Phrygio uelamur amictu. Nõnunquã ueſtire, induere, &c. ἐνδύειν, περιβάλλειν, ἱματίζειν. Ouid. 3. de Arte, Croceo uelatur amictu. Plaut. Muliebri uelatus toga. Hinc uelati olim dicebantur, teſte Feſto, qui poſtea literis aliquot immutatis uelites appellati ſunt, qđ ueſtiti, nõ armati, exercitum ſequerentur. Nonnunquam pro celare, abſcõdere, ἀποκρύπτειν. Plin. in Paneg. Agentis tibi gratias nihil uelandum eſt. Hinc uelanda corporis, pro pudendis poſuit idem Plinius. Epiſt. 10. Velatæ manus, id eſt, uelamenta ſupplicum præferentes. Plaut. in Amph. Velatis manibus orans ignoſcamus peccatum ſuum. Compoſita huius uerbi ſunt Aduelo, deuelo, euelo, prævelo, & reuelo: quorum ſignificata uide ſuis locis.

Velatus, a, ũ, particip. Velo ornatus, tectus & opertus, ἐσκεπασμένος, περικαλυμμένος. Cic. 2. de Nat. deor. At uerò apud maiores tanta religionis uis fuit, ut quidam Imperatores etiã ſeipſos diis immortalib. capite uelato, uerbis certis pro repub. deuouerent. Verg. 11. Aen. Iamq; oratores aderant ex urbe Latina, Velati ramis oleæ. Vbi Seruius, Velati inſtructi, & ornati, id eſt, in manibus oliuæ ramos tenentes, Cætera uide in uerbo Velo, as.

Velamen, inis, m. t. Operimentũ, tegmen, ueſtis, ἄλυμα, προκάλυμμα. Verg. 1. Aen. Et circuntextum croceo uelamen acantho. Ouid. 6. Met. uelamina Progne Diripit ex humeris auro fulgentia lato: Induiturq; atras ueſtes. Idem 2. Faſt. Nymphæ uelamina ponunt.

Velamentum, ti, n. ſ. Tegmen, operimentum, tunica, inuolucrum, ἔλυμα, χιτὼν, σκέπασμα. Vnde teſticulorũ tunicæ uelamenta à Celſo appellantur. Velamenta itẽ à Romanis dicebantur, quæ Græci uocant, ἱκτήρια, hoc eſt, ea quæ ſupplices miſericordiæ mouendæ cauſa præferebãt: cuiuſmodi erant rami olearũ uittis obuoluti. Liu. Oratores ad Rom. cũ infulis, & uelamentis miſerunt. Ouid. 1. Met. Velamenta manu prætendens ſupplice, &c. Tacit. lib. 19. Mox uelamenta & infulas pro umbris oſtendunt.

Velaria, rum, n. t. Vela erant, quibus theatrum ſupernè tegebatur. Itẽ theatrũ ipſum aliuſue locus uelis tectus, ὀθόνια, ἱστία. Iuu. Sat. 4. Et pueros, hinc ad uelaria raptos.

Velabrũ, bri, n. ſ. pen. prod. βέλαβρον. Locus in urbe iuxta Auentinum montẽ, in quo uela obtendebantur, ſub quibus oleũ & ſimilia uendebãtur. Plaut. in Capt. Quaſi in Velabro olearii. Suet. in Cæſ. Gallici triumphi die Velabrũ præteruehens, penè curru excuſſus eſt axe detracto. Horat. 1. Ser. ſat. Quum ſcurris fartor, tum Velabro omne macellum Mane domum ueniant. Cic. Bruto lib. 17. In eoq; ſum maiorũ exemplũ ſecutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius nos Pontifices ad aram in Velabro facere ſoletis.

Velabrenſis, uelabrenſe, Martial. lib. 11 Vel Velabrenſi maſſa recocta foco. Velabrenſis caſeus, qui in Velabro conficiebatur cunctis præferendus. Martialis libro 113. Non quemcunque focum, nec fumum caſeus omnem, Sed Velabrenſem qui bibit, ille ſapit.

Velut, Aduerb. ſimilitudinis, idem ualens quod ſicut, uel quemadmodum, οἷονεὶ, ὥσπερ. Cic. 2. de Fin. Non elogia monumentorũ hoc ſignificant, uelut hoc ad portã. Idem de Aruſp. reſp. Si conabitur, ejus conatũ refutando, uelut heſterno die. Eiuſdem ſignificationis eſt Veluti. Cic. 1. de Nat. deo. Beſtiæ quæ gignuntur in terra, uelut crocodili. Quomodo autem hæc differant à quaſi, ceu, & tanquam, fusè explicat Valla lib. 2. cap. 36.

Vena, æ, f. p. Conceptaculum ſanguinis miſti, confuſiq; cũ ſpiritu naturali, in quo ut ait Gel. lib. 18. cap. 10. plus ſanguinis, minus ſpiritus, φλὲψ, φλὴψ. Plin. lib. 11 cap. 17. Inter hos latent arteriæ, id eſt, ſpiritus ſemitæ. His innatãt uenæ, id eſt, ſanguinis riui. Venæ ſuapte ui immobiles ſunt, & ſanguinis tantũ mittendi gratia explorantur. Arteriq; autem motu, atque pulſu ſuo habitũ, & modum febrium demonſtrant. Super arterias locantur uenæ: præterquã in dorſo, in quo magna arteria, quæ Trachia dicitur, eſt poſita ſup uenã. Vena tamen aliquando pro arteria ponitur. Celſ. lib. 2. ca. 6. Venis enim credimus, fallaciſſimæ rei: quia ſæpe iſtæ leniores, celeriores ſue ſunt & ætate, & ſexu, & corporum natura. Ouid. 10. Met. Saliunt tentatæ pollice uenæ. Cic. de Fato, Si cui uenæ ſic mouentur, is habet febrem, &c. Incidere uenã dixit Cicero de Aruſp. reſponſ. pro eo quod eſt ſcalpello uenam aperire. φλεβοτομῶ. Concidere uenæ dicuntur à Celſo, lib. 2. ca 3. quãdo arteriarum pulſus languidus fit. Tenere uenas cuiuſq; generis hominum, ætatis, ordinis, &c. dixit Cic. 1. de Orat. pro eo quod eſt uniuſcuiusq; naturã pernoſcere, & ingeniũ. Venæ quoq; de arboribus dicuntur. Plin. lib. 16. ca. 18. In quarãdam arborũ carnibus pulpæ, uenæq; ſunt. Ponitur aliquando Vena pro ingenio hominis ad aliquid ſcribendum apto. Iuu. Sat. 7. Sed uatẽ egregiũ, cui nõ ſit publica uena, &c. hoc eſt, ingenium uulgare, & rude, commune cum aliis. Inde fit Venoſus, a, um, φλεβώδης, quod eſt uenis turgẽtibus plenũ. Plin. lib. 12. ca. 13. Amomi uua in uſu eſt, frutice uenoſo. Tráſfertur etiã ad alia ut orationem, quæ tanquam corpus conſtruitur, quod ſuccum, & ſanguinem habet, & uenas, & oſſa & neruos, & carnem, & toros, & robur, & colorẽ, decorẽq. Vnde à Perſio dictus eſt Liber uenoſus, pro aſpero, duro, & horrido, quum ait: Eſt nunc Briſei quem uenoſus liber Acci. Per translationem tamen Venæ in terra, dicuntur ſubterranei meatus, per quos unda manat, aut alius liquor. Hirtius 4. Bel. Alexandr. Omnia enim litora naturaliter aquæ dulcis habere uenas. Venas quoq; argenti, & uenas auri dicimus. Cic. 2. de Nat. deor. Nos æris, argenti, auri uenas penitus abditas inuenimus, &c.

Venabulum, li, Telum quo uenantes utuntur, aciei longiſſimæ, apud nos cornibus hinc & inde extantibus, πρίβολον, ὄβελος. Martialis libro 14. Si directa geres longo uenabula roſtro,
Hic breuis in grandem cominus ibit aprum.

Venalis, & hoc ale, Venalitius, Venalitius, uide Veneo.

Venaticus, uide Venor.

Vendico, as, pen. cor. Approprio, & meum eſſe dico, mihiq; aſſumo, ἀντιλαμβάνομαι, ἰδιοποιοῦμαι, προσποιοῦμαι, αἰτίζομαι. Plin. Epiſt. 47. Quam curã, etiamſi non mandaſſes, uendicaſſem. Cic. pro Archia, Homerum Colophonii ciuem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum uendicant. Salaminii repetunt, Smyrnæi uerò ſuum eſſe cõfirmant. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 1. Vendicat ut Calais laudem quos fecit equorum. Cic. 1. Offic. Quoniam in eo ſtudio ætatem conſumpſi, ſi id mihi aſſumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare. Idem eodem libro. Non nobis ſolùm nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria uendicat, partem amici.

Vendo, dis, ex uenum & do, ſecundum Apul. abiectis u & m. Et conſtruitur cum ablatiuo, ſi exprimatur pretium rei quæ uenditur: uel cum genitiuis, pluris, minoris, tanti, quãti, & eorum compoſitis ſubſtantiuè acceptis, καταπιπράσκω πωλέω, ἀποδίδομαι. Plaut. in Merc. Viginti minis opinor poſſe me illam uendere. Cic. 3. Off. Vendo meum nõ pluris quã cæteri, fortaſſe etiam minoris quã maior eſt copia. Quòd ſi addantur ſubſtantiua, ſtatim in ablatiuos reſoluuntur. Et ſi dicut non dicimus. Quanto uendidiſti, ſed quanti, ita non dicimus: Quanti pretii uendidiſti, ſed quanto pretio. Varr. tamen ab-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

men ablatiuo usus est sine substantiuo, quum ait, Venerunt propter penuriam magno. Et sanè, quum nō sit ex quatuor illis exceptis tanti, quanti, pluris, minoris. Huius compositum est Diuendo.

Venditor, oris, Qui uendit, πωλητὴς. Cic. 3. Off. Vt ne quid omnino quod uenditor norit, emptor ignoret.

Venditio, onis, Actus uendendi, πρᾶσις. Cic. pro Rosc. Amer. Ostendit, si sublata sit uenditio bonorum, illum pecuniā grādem amissurum.

Vendito, as, Sæpe, seu cōtinuō uendo, ἀντιπολέω, ἀποδίδομαι, πωλέω. Plin. li. 21. ca. 22. Hæc est quā Aristophan. Euripidi poētæ obiicit ioculariter: matrē eius, ne olus quidem legitimū uenditasse, sed scandicem. Venditare se cuiquam, cum dati uo, est per assentationem operam suā ultrò spondere, & qua si uenalem se ostentare, ὑποδέκνυσθαι, καὶ προσνέμειν ἑαυτὸν τίνι & χαρίζεσθαι ἑαυτὸν, χρήσασθαι ὅτι ἂν βούληται. Cicer Attic. lib. 8. Quomodo aūt se uenditant Cæsari? id est, quomodo se in clientelā Cæsaris tradunt, & in eius partē adiungunt. Liu. 3. ab Vrb. In foro uolitare, per illos se plebi uenditare, donec collegæ quoq;, &c. Venditare, interdum est uenale habere, inquit Bud. Plin. Epistol. 24. Tranquillus contubernalis meus uult emere agellum, quem uenditare amicus tuus dicitur.

Venditatio, onis, uerbale. Ostentatio. Cic. 2. Tusc. Quinetiam mihi quidem laudabiliora uidentur omnia, quæ sine uendi tatione, & sine populo teste fiunt.

Venditarius, a, um, Venalis, πρασικὸς. Plaut. in Sticho.

Neque aliud quicquam, nisi quòd hoc habeo pallium,
Præter unam linguam quoq; etiam uenditariam.

Vendax, cis, om. t. Qui facilè, seu libenter uendit: sicut contrà Emax, qui procliuis est ad emendum, πωλητικὸς. Cato de Re rustica, cap. 2. Patremfamiliās uendacem, & non emacem esse oportet.

Vendibilis, le, om. t. Quod facilè uendi potest, ἐμπορικὸς. Cic. in Rull. Accedent salicta ad Minturnas: adiungetur etiam illa uia uendibilis Herculanea multarū, & magnæ pecuniæ. Col. li. 7. ca. 6. Dum possit esse uendibilis. Horat. 1. Epist. 17. Indotata mihi soror est, paupercula mater: Et fundus nec uendibilis, nec pascere firmus. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. Vendibilis culpa facta puella mea est. Per translationē ponitur p popularī, & uulgo grato. Cic. de Amic. Tamen illius uendibilem prationē religio deorū immortaliū nobis defendentibus facilè uincebat. Id est, plausibilē, & allectricē. Aliquādo p uulgari. Cic. de Clar. Orat. Horū ætati propè coniunctus L. Gel. nō tam uendibilis orator, quàm ut nescires quid ei deesset.

Venenum, ni, n. s. Vocabulū medium est, quod tā in bonā quā in malā partē sumi potest: quemadmodū & φάρμακον apud Græcos. Vtrūq; enim generale est ad ea omnia, quæ naturam eius, cui ipsa admouentur, possunt immutare. Vnde etiā salutaria medicamēta, uenena dici possunt. Qui igitur uenenū dicit (inquit Caius Iurisconsul. de uerb. sign.) adiicere debet, utrum bonum an malū. Hodie tamen uenenū uix aliter quā in deteriorem partē accipitur, pro deleterio. Cic. in Catil. Qui ficas uibrare, & spargere uenena didicerunt. Idem Clar. Orat. Fuit suspicio Themistoclē ueneno sibi mortem consciuisse. Plin. Galbanū aduersatur uenenis, maximè toxicis, cum myrrha & uino. Color quoq; qui à uestibus imbibitur, quóue lanæ medicantur, per quandā similitudinē uenenū appellatur. Verg. 2. Georg. Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno. Ponitur aliquando uenenum pro arte maleficā. Cic. in Orat. Quum sibi uenenis ereptā memoriā diceret id est, magica arte, uel alia malefica, inquit Budæus.

Venenarius, rii, m. s. Qui parat, uel cōficit aut uendit uenena, φαρμακοποιὸς, φαρμακοπώλης. Apul. Qui uenenariū accusat, scrupulosius cibatur: qui furē arguit, sua custodit. Sueto. in Neron. cap. 33. Britannicum ueneno aggressus est: quod acceptum à quadam Locusta uenenariorum indice, quum opinione tardius cederet, &c.

Venefic⁹, ci, m. s. φαρμακὸς, φαρμακὶς, & Venefica, Qui, & quæ uenena conficit, & qui incantationibus, & cæteris malis artibus utitur, φαρμακὴς, φαρμακεύτρια. Cic. in Catil. Quis tota Italia uenefic⁹. Idem 13. Philip. Nimirū rectè uenefic⁹ appellas, à quo tibi præsentem pestē uides comparatā. Ibidem, Venefic⁹ audes appellare eum uirū, qui tuis uenefic⁹ remedia inuenit? Ouid. Epist. 6. Barbara narratur uenisse uenefica tecum. Hinc trinenefica, id est, excellens uenefica. Plau. Mussas adhuc triuenefica?

Venefic⁹, adie. ut Venefic⁹ aspectus, id est, ueneno inficiēs. Plin. lib. 28. cap. 3. Hominum monstrificas naturas, & uenefic⁹ eos aspectus plenius diximus, &c.

Venefic⁹, cii, n. s. Duo significat, φαρμάκευσις, φαρμακία. Ali quando enim accipitur pro crimine illo quo quis alterum ueneno necat. Cic. pro Cluent. Altera tantummodo consuetudinis causa rimidè & diffidenter attingere rationē uenefic⁹ ci criminū. Tacit. li. 13. Diligitur artifex taliū, uocabulo Locusta, nuper uenefic⁹ damnata. Aliquando p maleficis artibus, & uetito magiæ genere, φαρμακεία. Cic. de Cla. Orat. Id quę uenefic⁹ & cantionibus Ticiniæ factū esse dicebat. Ouid. 1. de Remed. am. Ista uenefic⁹ uetus est uia: nostet Apollo Innocuam sacro carmine monstrat opem.

Venenifer, rarum, Venenosus, ἰοβόλος. Ouid. 3. Met. Iamq; uenenifero sanguis manare palato Cœperat.

Veneno, as, are, a. p. Inficere ueneno, φαρμακεύω. Lucrt. lib. 6. Vt spatium cæli quod quadam de parte uenenet.

Venenatus, ta, tū, Venenosus, ueneno infectus, ἰοβόλος, ut Venenata caro, apud Cic. 2. de Nat. deo. Sic Venenata munera. Venenatum pabulū, Venenatæ sagittæ, Venenatus morsus, Venenata sanies, Venenatum telū. Plin. libr. 8. ca. 58. In Italia muribus araneis uenenatus est morsus. Cic. 2. de Diui. Quū Ptolemæus familiaris eius in prælio telo uenenato ictus esset, &c. Ouidius 14. Metamorphoseos, Attonitus monstris uulgus pauet, illa pauentum

Ora uenenata tetigit mirantia uirga.

Venenōsus, sa, sum, Quod uenenum habet, ἰώδης, ut Veneno sus serpens.

Veneo, nis, uēniui, uel uenii, supino uenū, quamuis analogiæ, cōpositionisq; ratio uideatur exigere uenitū, sicut reliqua composita à uerbo eo, πωλοῦμαι. Componitur enim ex dictione Venū, & uerbo eo, abiectis duabus literis: quemadmodum fieri uidemus in uerbo uendo. Sequiturq; per omnia ferè coniugationē uerbi eo. Sub uoce tamen neutrali habet significationē uerbi passiui. Est enim ueneo idē q uendor: habetq; eandem omnino constructionē. Nam ipsum q uenditur, in nominatiuo ponitur & is à quo uēditur in ablatiuo cū præpositione, & pretium in ablatiuo sine præpositione. Cui aūt uēditur in datiuo, ut Centum aureis numis à mangone uenière mancipia mihi. Sed nonnunquā, uendi tor, & pretiū rei non explicantur. Plaut. in Menęch. Quibus hic pretiis porci uenerunt? Varro, Venerunt, propter penuriā magno. Cic. pro Sext. Rosc. Primū hoc uideamus, eius hominis bona qua ratione uenierūt, aut quomodo uenire potuerunt. Idē de Arusp. resp. Atq; ei sese, cui totus uenierat etiam uobis inspectantibus uenditaret. Horat. 1. Serm. saty. 5. uenit uilissima rerū Hic aqua. Claud. 1. in Eutr. Non pudet (heu superi) populos uenisse sub hasta Vendentis? Apud antiquissimos legitur Veneor. Plaut. apud Diomedē, Egone illi uenear? Sunt qui hoc uerbū in prima syllaba per æ diphthongū scribendum putent, ut differat à uerbo uenio, cui in multis temporibus & personis adeò simile est, ut solo sensu alterū ab altero possit dignosci. Quicquid id est, prima syllaba huius uerbi producitur, quæ in uerbo uenio corripitur.

Venalis, le, om. t. Quod uenum expositū est, ὠνητὸς, πρασικὸς. Cic. lib. 3. Offic. Venales quidem hortos se non habere dixit. Sallust. in Iugur. O urbem uenalem, & citò perituram, si emptorem inueniat. Venales etiam, si nihil addas, serui intelliguntur qui ad uendendum sunt expositi. Venalis asscriptor, qui pretio emitur, pecunia comparatur. Cicero pro domo sua, Denique ille Nouitius Ligur, uenalis asscriptor, & subscriptor tuus. &c.

Venale, substantiuum, neutri generis, Id quod uenditioni exponitur. Plinius lib. 6. capite 22. Fluminis ulteriore ripa merces positas iuxta uenalia tolli ab his, si placet permutatio. Alii primam huius dictionis diphthongo scribunt: de quo ui de Veneo.

Venalitiarius, rii, masc. gen. s. Apud Varr. & Plin. dicitur mango, & nouitiorū seruorū negotiator, ἀνθρωποπάπηλος. Africanus, Mercis appellatione homines nō cōtineri Mela ait & ob eā rem mągones, non mercatores, sed uenilitiarios appellari ait. Vlp. lib. 21. Digest. Quia ergo uenalitiarii sciunt facilè decurri ad nouorum emptionē, idcirco interpolant uenditores, & pro nouitiis uendunt.

Venalitius, substant. Idem, quod uenalitiarius, qui scilicet greges mancipiorum uenales habet, ἀνθρωποπάπηλος. Cicer. in Orat. Neq; me diuitiæ mouent quibus omnes Aphricanos, & Lælios multi uenalitii, mercatoresq; superarunt. Aliquando uenalitius capitur adiectiuè, idemq; significatq; quod uenalis. Plin. li. 35. ca. 8. Hoc est insigne uenalitiis gregibus, opprobriumq; insolentis fortunæ. Sic Pomponius Iureconsul

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tus lib. Digest. 24. Quod si familiam domesticam uxoris, aut uenalitiam parauit.

Venalitium, tii, n. s. Locus ubi mancipia uenalia prostant, uel ipse grex uenalium, ἀνθρωποκαλῆον, πωλητήριον. Venuleius de Aedilitio edict. l. ult. Nam quicunq; ex uenalitio nouitiorũ emptus, alicui ministerio præpositus sit, statim eum è ueteratorum numero esse.

Veneris gemma, Ex genere est amethystorum, roseum habens nitorem ex carbunculo in purpura refulgentem, ἀφρώδης, παιδέρως. Autor Plin. lib. 37. cap. 9.

Veneror, com. p. Colo, honoro, cultu & obseruantia prosequor quod uerbum quidam dictum existimant, quasi ueniam oro, σέβομαι, αἰδέομαι. Vergilius 1. Georgicorum, In primis uenerare deos, atq; annua magnæ Sacra refer Cereri. Idẽ 3. Aeneid. Templa dei saxo uenerabar structa uetusto. Cicero 6. Verr. Quod in precibus & gratulationibus non solùm id uenerari, uerumetiam osculari solent. Idem 1. Tusculanarũ, Eiusq; inuentori & principi gratias exultantes agunt, eumq; uenerantur ut Deum.

Venerans, tis, particip. σεβομένῳ, Verg. 12. Aen. & aram Supplices uenerans, demisso lumine Turnus.

Veneratus, a, um, participium, Horatius 2. Sermon. satyra 2. Ac uenerata Ceres, ut culmo surgeret alto, &c. Poëtæ tamen quandoq; uneratum pro uenerabili ponunt. Verg. 3. Aeneid. Cursusq; dabit uenerata sacerdos.

Venerator, oris, Cultor, σεβαστὴς, Ouid. 2. de Ponte eleg. 2. Ille domus uestræ primis uenerator ab annis.

Veneratio, onis, Cultus, & honor, σέβασμα. Plin. lib. 8. cap. 11. de Elephantis, Imò uerò (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas: religio quoq; syderum, Solisq; ac Lunæ ueneratio. Cic. 1. de Natur. deor. Habet enim uenerationẽ iustam quicquid excellit.

Venerabilis, Qui cultu, & ueneratione dignus est, σεμνὸς, σεβάσμιος Plin. Iun. in Epist. Vir grauis, & ipsa senectute uenerabilis. Liu. 1. ab Vrb. Venerabilis uir miraculo literarum, rei nouæ inter rudes artium homines. Mart. lib. 1. Hic ubi conspicui uenerabilis amphitheatri Erigitur moles, stagna Neronis erant. Ouid. 2. de Remed am. Est propè Collinam templum uenerabile portam. Vergilius 6. Aeneidos, ille admirãs uenerabile donum.

Fatalis uirgæ, longo post tempore uisum.

Venerabundus, a, um, Cum ueneratione aliquid faciens, σεβόμενος. Curt. libr. 8. Itaq; more Persarum Macedonas uenerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora. Liu. li. 1. ab Vrbe, Quum perfusus horrore, uenerabundusq; astitissem, petens precibus, ut contrà inuieri fas esset. Abi, nuncia inquit, Romanis, &c.

Venerandus, a, um, Idem quod uenerabilis, μεγαλεῖος, σεμνὸς, σεβάσμιος, τίμιος, αἰδέσιμος. Seneca Vocem existimatione dignam, & omni seculo uenerandam. Vergilius libro sexto Aeneidos,

Te uerò, mea quem spatiis propioribus ætas
Insequitur, uenerande puer, iam pectore toto Accipio

Martialis lib. 1.

Inde sacro ueneranda petes palatia cliuo,
Plurima qua summi fulget imago ducis.

Veneranter, Cum ueneratione, σὺν αἰδοῖ. Apul. Et ab eo ueneranter exceptus, paululum quieui.

Venía, æ, Remissio culpæ, & condonatio erroris, συγγνώμη. Quintilianus in Gladiatore, Peccaui, ueniam peto. Quandoque ponitur pro beneficio, indulgentia, & permissione, συγχώρησις. Cicero libro primo de Orator. Date nobis hanc ueniam, συγχωρεῖτε, ut ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini: id est, concedite. Terentius in Andria, Da pater ueniam, sine te exorem. Cum uenia, hoc est, cum pace tua, & te permittẽte. Sic cum uenia legere, dixit Quintilianus libro decimo, capite primo, pro eo quod est, non nimium rigidè examinare, sed inter legendum ad quædam conniuere. Sic Cicero pro Roscio Amerin. Quum uenia audire, dixit: Bonaq;, inquit, cum uenia uerba mea audiatis. Idem de Natura deorum, Vt molestè ferrem tantum ingenium, (bona uenia me audies) in tam leues sententias incidisse. Liuius, Cum bona uenia, quæso audiaris, Patres cõscripti, id quod eloquar. Hoc est, Audite me, & si quid dixero quod uobis displiceat, aut parum gratum sit, ignoscite. Habere ueniam, pro ignoscere. Quintilianus libro undecimo, capite primo, Nos institutionem professi, non solùm scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus: ideoq; paulò pluribus uerbis debet haberi uenia.

Venialis, le, Quod uenia dignum est. Macrobius, Si uenialis erit ista translatio.

Venío, uenis, uenire, uentum, Notæ est significationis, ἔρχομαι. Vergilius sexto Aeneidos, Venisti tandem, Aliquando tamen ponitur pro Eo. Terentius, Nisi ego ad mercatum uenio. Sic econtrario ire, pro uenire, Terentius in Andria, Ibam ad te. Admittit aliquando datiuum, qui resolui potest in accusatiuum, mediante præpositione ad, uel in. Vergilius primo Aeneidos, Hinc populum latè regem, belloque superbum, Venturum exitio Latii. Quod uenit in buccam. Cicero Attico libro primo, Tu uelim sæpe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccam uenit scribito. Prouerbialiter, pro, quicquid in mentem uenit. Venire in cognitionem. Quintilianus libro septimo, capite 3. Potest hoc genus in cognitionem uenire Senatus. In confessum uenit. id est, notum & manifestum est. Plinius Epist. 301. Vt necesse sit in ea re quæ & in confessum uenit, & exemplis defenditur, deliberare. Venire in consilium alicuius, pro obtẽperare eius consilio. Cicero ad Atticum libr. decimo, Veniẽdumne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. Venire in crimen. Terentius in Hecyra, Hera in crimen ueniet, ego uerò in magnum malum, hoc est, accusabitur. Venire in fidem alicuius, hoc est, sese dedere. Liuius 6. belli Punici, prodita breui sunt uiginti oppida sex ui capta: uoluntaria deditione in fidem uenerũt ad quadraginta. Venire in flammam. Cicero ad Atticum libro decimosexto, Veniẽdum est igitur uel in ipsam flammam: turpius est enim priuatim cadere quàm publicè. Hoc est, oportet conijcere se in periculum. Feliciter uenit, pro euenit, Cicer. ad Tironem, Emisse te prædium uehementer gaudeo, feliciterq; rem tibi istam uenire cupio. Venire uiam. Cicero 3. Philippic. Quis nescierit uenisse eam tot dierum tibi uiam gratulatum: In usum uenire. Plinius libro uigesimo, capite undecimo, Nec thus Latinum nomen habet, quum in usum plurimis modis ueniat. Vsus uenit. Terẽtius in Heauton. Et ne ego te (si usus ueniat) magnificè, Chreme, Tractare possim Venire usu. Cicero ad Atticum libro 7. Nunc uenit idem usu mihi quod tu scribis. Venire in religionem res aliqua dicitur, quum conscientiæ (ut uulgus loquitur) scrupulus de ea exoritur. Cicer. 2. de Natura deorum, Gracchus quum comitia nihilominus peregisset, remq; illam in religionem populo ueniisse sentiret, ad Senatum retulit. Venire in mentem, est succurrere, in animum incidere: neque solùm ad recordationem pertinet, uerumetiam ad considerationem & reputationem, ἀναθεῖν, ἐλθεῖν, εἰς νοῦν, Terentius in Eunucho, Hoc adeò ex hac re uenit in mentem mihi. Vergilius 4. Aeneidos,

Nec uenit in mentem quorum consederis armis?

Lucretius libro 5.

Et uenit in mentem Solis, Lunæq; uiarum.

Cic. 1. Verr. In mentem tibi non uenit quid negotii sit causam publicam sustinere? Venire diuitiæ ad aliquem dicuntur; quę morte cuiusquam ad eum deuoluuntur. Cicer. pro Sexto Rosc. Ad quem morte Roscii diuitiæ uenerunt. Venire ad manus, uel ad arma, est rem eouq; progredi, ut pugna, uel bellum ex eo emergat. Cic. 6. Verr. Nonnunquam etiam res ad pugnã & ad arma ueniebat. Venire oratum est orandi gratia uenire. Cæsar 7. bell. Gall. Legati ad eum principes Heduorum ueniunt oratũ ut maximè necessario tempore sub uenſat, summo esse in periculo rem.

Venitur, pen. pro. Impersonale, Plin. Epist. 190. Venitur ad me, consurgo. Ouidius 3. Fast.

Seu quod ad usq; decem numero crescente uenitur.

Ventum est. Liu. 1. ab Vrbe, ad Ianiculum fortè uẽtum erat. Ouid. 5. Fast. Quò postquam uentum est, &c.

Veniens, tis, participium. Cicero ad Quintum Fratrem, Non enim sumus omnino sine cura uenientis anni, & si sumus sine timore. Vergilius 5. Aeneidos

Gratior est pulchro ueniens in corpore uirtus.

Venturus, a, um, Aliud participium. Ouid. 5. de Arte, Venturæ memores iam nunc estote senectæ, Sic nullum uobis tempus abibit iners. Vergilius 4. Georgic.

Venturæq; hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Ventio, uentionis, uerbale. Plautus in Trucul. Quid tibi hanc uentio est?

Ventito, as, n. p. frequentatiuum ab inusitato uento, Frequenter uenio, identidem adeo, φοιτάω. Plin. lib. 35. cap. 10. Grati

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

or Alexandro Magno erat frequenter in officinam uentitanti. Cic. ad Atticum libro 1. Dies ferè nullus est quin hic Satyrus domum meam uentiret. Catul. Epig. 8. Quum uentitabas quò puella ducebat.

Venor, aris, d. p. Feras indago, feris insidior, & quasi circumuenio, ἀγρεύω, κυνηγέω, θηράω, θηρεύω. Cic. ad Cæl. lib. 2. De pantheris, per eos qui uenari solent agitur mandato meo diligenter. Vergilius 3. Geor. Et canibus leporem, canibus uenabere damas. Plinius lib. 16. capite 1. Fugientes cum mari pisces circa tuguria uenantur. Cic. 2. de Nat. deor. Canum tanta alacritas in uenando. Per translationem Venari, capimus pro captare, hoc est, artificio quodã & solertia quærere, θηρᾶσθαι, ut Venor laudem, gloriã, quod etiã Aucupari dicimus. Cicero Attico libro 16. Bene igitur tu qui ἐθαυμασίαν uenaris, relinquis patriam. Venari apros in mari, dixit Plautus in Asinaria, pro eo quod est operam perdere, & frustrà aliquid conari. Legitur etiam uenari, passiuè pro captari, siue dolis impeti, circumueniri, θηρεύεσθαι, quod & Nonius annotauit, citans illud Ennii ex Nemæa, Teneor consepta, atq; undiq; uenor.

Venatus, us, m. q. Ipsa uenatio, ἄγρευσις, θήρημα, κυνηγεσία. Plautus in Rud. Hunc qui cepi in uenatu meo. Verg. 9. Aen. Vidimus obscuris primam sub uallibus urbem Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem. Ouid. Epist. 5. Quis tibi mõ strabat saltus uenatibus aptos? Cic. 5. Tusc. Labor in uenatu, sudor, cursus ab Europa, fames, sitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.

Venatio, nis, f. t. Ferarũ persecutio, ἄγρευσις, θήρημα, κυνηγεσία, Cic. 2. Offic. Omnino duo sunt genera largorum: quorũ alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, & uiscerationibus, & gladiatorum muneribus, uenationumq; apparatu pecunias profundunt in eas res, quarũ memoriam aut brevem, aut nullam sint relicturi omnino. Interdũ uenatio accipitur pro ipso apparatu aut comitatu uenatorũ. Liu. 5. bel li Pun. 2. Conuenerat autem ut Philomenes portula assueta uenationem inferens, armatos induceret.

Venator, uenatoris, m. t. Qui feras persequitur, κυνηγέτης, κυνηγός, θηρευτής. Horatius libro primo Carminum, Ode 1. Manet sub Ioue frigido Venator, tenerę coniugis immemor. Cicero 2. Tusculan. Pernoctant uenatores in niue, in montib. uri se patiuntur.

Venatrix, icis, Mulier feras persequens, κυνὸς, ἡ. Vergil. 9. Aene. comitem Aeneæ quem miserat Ida Venatrix, iaculo celerẽ, leuibusq; sagittis.

Venaticus, a, um, Quod ad uenationẽ pertinet, θηρευτικὸς, κυνηγετικὸς. Vnde uenaticos canes dicimus, quibus feras persequimur. Varr. 2. de Re rust. ca. 9. Canum duo genera: unũ uenaticum, & pertinet ad feras bestias, ac syluestres: alterũ qđ custodiæ causa paratur. Col. li. 7. ca. 12. De uillatico igitur & pastorali dicendum est: nã uenaticus nihil pertinet ad nostram professionem. Cice. 6. Verr. Mirandum in modum canas uenaticos diceres, ita odorabantur omnia, & perueſtigabant. Canum uenaticorũ elegantissimè excogitata nomina habes apud Ouid. 3. Meram. & apud Xenophontem in tractatu De uenatione. Parasiti uenatici. Plaut. Capt. Prolatis rebus parasiti uenatici sumus.

Venatorius, a, um, Idem quod uenaticus, κυνηγετικὸς, ut, Venatoria instrumenta, quibus in uenando utimur. Culter uenatorius, apud Martial. lib. 14.

Venter, huius uentris, m. t. Tota illa pars corporis concaua à mucronata cartilagine & nothis costis, usq; ad pubem extensa, γαστὴρ, κοιλία. Plinius lib. 9. capite 50. Pisces attritu uẽtrium coëunt, tanta celeritate, ut uisum fallant. Ibidem, Fœmina piscis coitus tempore marem sequitur, uentrem eius rostro pulsans. Venter pro uentriculo, in quem cibus receptus, commutatur in chylum, γαστρίου, σώματος. Persius in Prolog. Satyr. Magister artis, ingeniiq; largitor Venter, negatas artifex sequi uoces. Fames enim in superiori uentriculi orificio potissimùm sentitur. Iuuen. Saty. 5. Ventre nihil noui frugalius. Plaut. Capt. Proin tu tui quotidiani uicti uentrem ad me afferas. Venter pro aluo. Celsus libr. 3. cap. 18. Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis est, uentrem eius ante soluendum esse: ubi à superiore, comprimendum. Colum. lib. 9. ca. 12. Nam & tithymalus maiorum quoq; animalium uentrem soluit. Ventrem ferre, est esse grauidam, ἐν γαστρὶ ἔχειν. Colum. libr. 7. ca. 24. de uaccis, Nam decem mensibus uentrem perferunt.

Ventriculus, li, Cibi & potus receptaculum, primæq; coctionis instrumentum, quod & stomachum nonnulli appellãt γαστὴρ, γαστρίδιον, κοιλία. Celsus lib. 4. ca. 1. Ventriculus autẽ, qui receptaculum cibi est, constat è duobus tergoribus: isq; inter lienem & iecur positus.

Ventrale, huius uentralis, neut. gen. Vestimẽtum uentrem cõtegẽs, τὸ ἐπιγαστρίδιον ἐπίβλημα. Plin. lib. 8. cap. 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla uestra, sicut uillosa etiam uentralia.

Ventriosus, a, um, Qui magnum habet uentrem, γαστρώδης. Plaut. in Mercat. Canum, uarum, uentriosum. Idem Asin. Macilentis malis, rufulus, aliquantum uentriosus. Pro eodem nonnulli utuntur uentricosus, interiecta inter duas uocales c consonante, quanuis primitiuum eam literam non habeat. Quod etiam in aliis nonnullis adiectiuis usu uenire uidemus: ut ab Arcadia fit Arcadicus, ab Italia Italicus.

Ventrosus, a, um, γάστρων, γαστρώδης. Plinius libro decimo quarto, capite 21. de doliis loquens uinariis, Ventrosa, ac patula minus utilia.

Ventilo, las, pen. cor. n. p. ~~Ventum excito, ut aliquid ardeat aut coquatur~~, λικμάω, καταπνέω. Propert. libr. 4. Eleg 3. Hanc Venus, ut uiuat uentilat ipsa facem. ~~Ventilari frumentum dicitur, dum in area uentilabro purgatur~~, λικμᾶσθαι Plinius, Multi uentilare quoq; granum uetant. ~~Et uentilari uinum dicitur~~, pro eo quod dicunt dare uentum uino: ut fit, quum difficulter exit è dolio. Colum. lib. 12. cap. 30. Quò maior æstus erit, eò sæpius conuenit uinum nutriri refrigerariq; & uentilari. ~~Ventilare anulum~~, est è digitis exemptum manibus uersare, & ueluti uento præstandum exponere. Iuuen. Sat. 1. quum uerna caponi Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas, Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum. Huius compositum est Euentilo, eiusdem ferè significationis cum suo simplici. Plin. libr. 31. cap. 3. Fit & sine his altitudine ipsa grauior aër, quem emendant assiduo linteorum iactu euentilando. Colu. libr. 1. Et celeriter frumẽta deteruntur, nõ cedente solo pulsib. ungularum, tribularũq; & eadem euentilata mundiora sunt, lapidibusq; carent.

Ventilatio, onis, f. t. uerbale, Actus uentilandi. Plin. lib. 23. cap. 1. Innocentiores uuæ, quæ decerptæ diu pependere, qua uentilatione etiam utiles fiunt stomacho, ægrisue.

Ventilator, uentilatoris, m. t. Qui uentilatione frumenta purgat, aut legumina: hoc est, qui post trituram frumẽta aut legumina uentilabro in sublime eiaculatur, ut uentorum flatu grana secernantur à palea, λικμητὴς. Colum. lib. 2. cap. 20. Faba quæ longius emittetur, pura eò perueniet quò uentilator eam iaculabitur. Ventilatores apud Quintil. lib. 10. cap. 7. sunt præstigiatores, qui ut uentilatores grana quæ purgant, in uentum proiiciunt, ita rem quam retinent, manib. eiicere uidentur, γόητες. Ita enim ait, Quo usu constant mira illa in scenis pilariorum, ac uentilatorum, ut ea quæ emiserint, ultrò uenire in manus credas, & quà iubenter decurrere.

Ventilabrum, bri. n. s. pen. prod. Instrumentum quo rustici frumenta, leguminaue post triturarum sursum eiaculantur, ut uentorum flatu à paleis repurgentur: quem in usum rustici hodie habent palas quibus frumenta ita in sublime eiaculãtur, ut aliò grana suo pondere, aliò paleæ, uentorum ui ferãtur, πύον, θρίνα ξ. Colum. lib. 2. ca 10. Nam quum aceruus paleis granisq; mistus in unum fuerit congestus, paulatim ex eo uentilabris per lõgius spatium iactetur: quo pacto paleaquæ leuior est, citrà decidit: faba quæ longius emittetur, pura eò perueniet quo uentilator eam iaculabitur.

Ventus, ti, masculini gen. s. Exhalatio sicca (teste Aristotele in Meteoris) è terra resoluta cum aliqua uirtute cælesti cõposita, ἄνεμος, πνεῦμα. Ci. 2. de Diu. Placet enim Stoicis eos anhelitus terræ qui frigidi sunt, quum fluere ceperint, uentos esse. Idẽ pro Cluen. Mare quod sua natura tranquillũ est, uentorum ui agitari atq; turbari. Verg. 1. Aen. Incute uim uẽtis, submersasq; obrue puppes. Ventũ (inquit August. lib. de Quantitate animæ) nihil aliud quàm istum aërem cõmorũ, ac agitatum esse sentimus. Quod in loco tranquillissimo, & ab omnib. uentis quietissimo, uel breui flabello approbari potest, quo etiã muscas abiẽtes aërẽ cõmouemus, flatumq; sentimus. Quod qnũ euenerit occultiore quodã motu cælestiũ, uel terrenorũ corporũ per magnũ spatium mundi, uentus uocatur, ex diuersis partib. cæli nomina etiã diuersa sortitus. Sunt autem quatuor præcipui uenti, à quatuor mundi cardinib. flãtes: quorum rursus singuli in ternos diuidũtur. Ab Oriẽte æquinoctiali Subsolanꝰ, q ad Septentrionẽ habet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vulturnum, à uoluendis nubibus dictum: ad Meridiē Eurū ſic dictum, quia latè flat. Hi ſunt calidi & ſicci, quia ſub Sole diu morantur. In ortu diei ſalubres ſunt, quia ueniunt à regionibus tēperatis. Ab Occaſu æquinoctiali Fauonius eſt dictus, q̄ foueat quæ naſcuntur. Huic Circius proximus eſt ad Septentrionem, Zephyrus ad Auſtrū. Sunt iſti temperatē frigidi & humidi, quia Sol paruā facit moram in occidente propterea nec multū calefacit illos, nec multū deſiccat. In fine diei ſalubres ſunt, quia à Sole tunc ſubtiliores reddūtur. A Meridie Auſter eſt dictus quòd hauriat aquas. Huic ad Orientem Notus eſt, qui Græcè ſic dicitur ab humore: Africus ad Occidentē. Hi omnes quū calidi & humidi ſint, nubes, pluuiasq̄ inducunt, citant tēpeſtates marinas impediūt uiae tutes animales, & grauitatē corpori afferunt. A Septentrione Boreas eſt. Huic ad Orientē Aquilo ſurgit, ad Occaſum Corus. Hi uenti frigidi ſunt & ſicci, unde corpora indurant, poros conſtringunt, humores purificant. Ventus operā dat, dixit Plaut. in Mil, id eſt, proſper eſt. Ventum popularē quærere in re aliqua, eſt populi plauſum, & ſecundū rumorem, fauoremq̄ inanē aucupari. Quatuor uenti, pro quatuor cœli cardinibus à quibus quatuor præcipui flant uenti. Verg. 4. Georg. Parietibusq̄ premūt arctis, & quatuor addunt, Quatuor à uentis obliqua luce feneſtras. Ventus ſecūdus, pro ſecunda fortuna, μεταφορικῶς. Cic. Att. li. 2. Quid ſi etiam Cæſarem, cuius nūc uenti ualdè ſunt ſecundi, reddo meliorē? Ventus, pro procella & turbine in Repub. Cic. in Piſ. Neq̄ tā fui timidus, ut qui maximis turbinibus ac fluctib. Reipub. nauem gubernaſſem, ſaluamq̄ in portu collocaſſem, frontis tuæ nubeculam pertimeſcerem: alios ego uidi uentos, aliàs proſpexi animo procellas.

Ventulus, diminutiuum, Lenis & exiguus uentus, ἀνεμίδιον. Terent. in Eunuch. Cape hoc flabellum, & uentulum huic ſic facito, dum lauamur.

Ventoſus, a, um, Vento plenus, ἀνεμώδης, φυσώδης, ut Ventoſus aër apud Plin. li. 2. ca. 18. Ventoſi folles. Verg. 8. Aen. alii uē toſis follibus auras Accipiunt redduntq̄. Fornax uentoſa, id eſt, uento expoſita. Cato ca. 38. Vbi ſatis foderis, tum fornaci locum facito, ut quā altiſſima, & quā minimè uentoſa ſiet. Per translationē accipitur pro tumido, inflato, uano, & inani, κενὸς, ut Ventoſa uerba, id eſt, inflata quidem & tumida, cæterum ſine ullo pondere & effectu. Ventoſa natio, id eſt leuis & uana. Plin. in Paneg. Superbiebat uentoſa, & inſolens natio. Ventoſa gloria, κενοδοξία. Verg. 11. Aen. Iam noſcens, uentoſa ferat cui gloria fraudem. Horat. 1. Epiſt. 19. Non ego uentoſo plebis ſuffragio uenor. Impenſis cœnarum, & tritæ munere ueſtis.

Venucula, f. p. Vuæ genus, quod in ollis cōditum, quā diutiſſimè incorruptum ſeruabatur. Col. li. 3. ca. 2. Item quorū uuæ tempore hyemis durabiles uaſis conduntur, ut uenucula, ut nuper in hos uſus exploratæ Numeſianę. Plin. li. 14. ca. 2. Veniculam appellat per tertiā uocalē in ſecunda ſyllaba, Veniculā (inquit) inter optimè defloreſcentes, & ollis aptiſſimam. Campani malunt Sirculā uocare, alii Staculā. Philippus Beroaldus utrobiq̄ Venūculā, legēdum exiſtimat quemadmodum & apud Horat. in præceptis Catianis: Venūcula conuenit ollæ. Venuculū, farris genus, cluſino ponderoſius. Col. lib. 2. cap. 6. Far quod uocatur uenuculū, rūtilū, atq̄ alterum candidum, ſed utroq̄ maioris ponderis quàm cluſinum. Quo in loco Ruellius legit Vermiculum: nonnulli etiam Vernaculū: quam lectionē etiam Plinio teſte tueri conantur, quē aiunt Vernaculum inter adorei genera enumerare, quod tamen nos apud Plin. inuenire nō potuimus. Verū illi acutiores fuerunt, qui uiderunt quod nuſquam erat. Eo tamen in loco Ruell. legit Vermiculum, ex Plinio fortaſſe, qui lib. 22. cap. 25. ait in farre uermiculum eſſe teredini ſimilem, qui dentibus uitiatis medeatur. Verùm quid ſi uernaculum legatur: quum idem Plinius far adoreum uernaculum appellari affirmet?

Venum, Aliqui aduerbium eſſe putant, quemadmodū & Peſſum: uſurpatur tamen pro ſupino uerbi Veneo: admittit q̄ue ſecū præcipuè hæc uerba, eo, do, expono, & fortaſſis nōnulla alia. Eſt aūt uenum ire, idem quod uendi. Venū dare, idem quod uendere: pro quo etiam unica dictione compoſita dicimus Venundare. Liu. Se uenū à primoribus datos. Idem lib. 3. Tum etiā legem fecerūt fanciendo, ut qui Tribunis plebis, Aedilibus, Iudicibus, Decēuiris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet, familia ad ædem Cereris, liberi, liberæq̄ ue uentum irent. id eſt, uenderētur. Salluſt. in Iugur. Quippe cui omnia uenum ire, in animo hæſerat. Vbi illud notandum eſt, quòd dicimus, Venum ire, non uenum iri, ſicut Vapulatum ire, non iri: quia uenū & uapulatū ſemper ſunt paſſiuæ ſignificationis, ne duo paſſiua copulētur. In cæteris uerò quæ ambigua ſunt, quòd actiuè & paſſiuè accipi poſſint, ad diſtinguendū ſenſum accommodamus infinitū hoc uel actiuum, uel paſſiuū: ut uideo te amatum ire, uel iri, quia talia ſupina ſunt ancipitis ſignificationis.

Venundo, das, ex uenum, & do, Idem quod uendo, πωλέω, ἀποδίδομαι, ἀπεμπολέω, ἀπεμπολάω. Cic. 3. Offic. Quum in uenūdando rem eam ſciſſet nec pronuntiauiſſet emptori. Plin. l. 35. Octoginta talentis uenundatas.

Venundatio, onis, Idem quod uenditio, ἀπεμπόλησις.

Venuſtus, uenuſtatio, uenuſto, uide Venus in propriis.

Vepres, huius uepris, m. t. Spinæ genus nocentioribus aculeis, quibus tenaciter prætereuntium ueſtibus adhæret: unde & nomen accepiſſe exiſtimant, quod uehementer prehendat, ἄκανθα. Ouid. lib. 5. Met. Aut lepori, qui uepre latens hoſtilia cernit Ora canum. Horat. 1. Epiſt. 17. Corna uepres, & prūna ferant, & cornus & ilex. Verg. 8. Aen. Sparſi rorabant ſanguine uepres. Cicero 5. Tuſcul. Septum undiq̄, & ueſtitum uepribus.

Veprecula, læ, diminutiuum à Vepres, idem ſignificans q̄ ſpinula, ἀκάνθιον Cic. pro Seſtio, Quoniam id etiam ciuitatis fuit, ut illa ex uepreculis extracta nitedula Rempub. conaretur arrodere.

Vepretum, ti, n. ſ. ἀκανθῶν. Locus uepribus plenus. Col. lib 4. cap. 32. Fluminum ripis, & limitibus, ac uepretis commodis quèm mediis agris deponitur.

Ver, huius ueris, ἔαρ, n. t. Anni quadripertiti pars temperatiſſima ita dicta à uirore, teſte Varr. lib. 5. de Ling. Latina. quod tum uirgulta uirere incipiant: ſiue à uertendo, q̄ tunc uertere ſe incipiat anni tempus: ſiue ab eo quod Ioues ἦρ dicunt pro eo quod communi lingua dicitur, ἔαρ. Cic. 7. Verr. Quū aūt uer eſſe cœperat, cuius initiū iſte non à Fauonio, neq̄ ab aliquo aſtro notabat: ſed quum roſam uiderat, tū incipere uer arbitrabatur. Diuiditur aūt uer, ut cæteri anni partes, in portiones tres: in Ver nouū, ſiue primū, adultū, & præceps. Nam quū uernum tempus ſit trimeſtre, primus menſis primo, ſiue nouo ueri aſſignatur: ſecūdus adulto tribuitur, tertius præcipiti ſiue cadenti. Verg. 1. Georg. Vere nouo gelidus canis quū montibus humor Soluitur. Plin. lib. 10. c. 29. Luſciniæ pariūt uere primo, quū plurimū ſena oua. Liu. Primo uere exercitū moturus erat. Ver ſacrum, ſacrificii genus erat apud Italos, quo diis immolabatur quicquid proximo uere apud ipſos natū eſſet. Quā conſuetudinē à Sabinis ortā putat Strabo li. 5. qui aduerſus Vmbros quū aliquoties infeliciter pugnaſſent, Marti uotū fecerunt, ſi uictoria potiri cōtingeret, ſe illi conſecraturos quicquid proximo uere apud ipſos naſceretur. Quare quū re bene geſta in patriā eſſent reuerſi, omnē pecoris prouentū Marti immolarūt: liberos quoque eo uere natos, quoniā crudele uidebatur occidere, Martis miniſterio cōſecrarunt poſteaq̄ adultos, uelato capite extra fines ſuos exegerunt. Quondā (inquit Siſinna li. 4. Hiſt.) Sabini feruntur uouiſſe, ſi res cōmunis meliorib. locis conſtitiſſet, ſe Ver ſacrū facturos. Liu. li. 4. ab Vrb. Ver ſacrum factū erat priore anno M. Porcio, & L. Valerio Coss. Id quū P. Licin. Pontifex non eſſe rectè factū collegio primū, deinde ex autoritate collegii Patribus renuntiaſſet, de integro faciendum arbitratu Pontificum cēſuerunt, ludoſq̄ magnos, qui una noti eſſent, tanta pecunia, quanta aſſolerent, faciendos.

Vernus, a, um, Quod eſt ueris, ἐαρινὸς, ut, Verni flores, Vernū æquinoctium. Plin. li. 10. ca. 21. Oſcines non temere fœtus faciunt ante æquinoctiū uernum. Ouid. 5. Triſt. At mihi ſenti tur nix uerno ſole ſoluta. Horat. de Arte, ô ego læu⁹, Qui purgor bilem ſub uerni temporis horam. Cic. 5. Tuſc. Alia uerno tempore tepefacta frōdeſcunt. Idem de Senect. Breue enim tempus ætatis ſatis eſt longū ad benè honeſteq̄ uiuendum: ſin proceſſeras longius, non magis dolendum eſt quā agricolæ dolent præterita uerni temporis ſuauitate, eſtatem autumnumq̄ ueniſſe.

Vernalis, le, om. t. Quod eſt ueris, ἐαρινὸς. Aug lib. 7. de Ciuit. Dei, Propter uernalem quippe faciem terræ quæ cæteris tēporibus eſt pulchrior, Porphy. philoſophus nobilis Aryn florem ſignificare perhibuit.

Verno, as, n. p. Pullulo. ἀναθάλλω. Mart. li. 2. Dum tibi uernarent tenera lanugine mala. Id eſt, pilos emittere inciperent, & tenera quadam lanugine ætatis florem præ ſe ferrent. A Vere deductū uerbū, quo tēpore omnia renaſci conſpiciūtur. Alii quando ꝑ canere. Plautus, Dum auiculæ uernant. Quippe uerno tēpore omnia lætari uidētur. Ponitur aliquando pro ſplendere

splendere. Plin. lib. 8. cap. 27. Anguis hyberno situ membrana corporis obducta, fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusq; uernat.

Vernans cælũ, Vernam quandam temperiẽ præ se ferens. Plin. lib. 7. cap. 2. Salubrico cælo, semperq; uernante. Vernãs ager, pullulans, floridus, uiridis, lætus. Mart. lib. 9.

Vernatio, onis, f. t. Coriũ uetus, quo serpentes uerno tempore exuuntur, quod & Senectus dicitur, ἀκμὴ. Plin. li. 29. cap. 6. Lendes tolluntur adipe canino, uel anguibus in cibũ sumptis anguillarum modo, aut uernatione, quam exuunt, pota. Nonnunquam uerbalis significationem retinet, actum ipsum exuendæ cutis significans. Plin. lib. 30. cap. 3. Anguinæ uernationis membrana cum oleo, tedæq; resina calefacta, auribus prodest. Plin. li. 29. cap. 5. Membrana, siue Senectus anguium uernatione exuta cum cancro masculo trita.

Veratrum, tri, n. s. Herba est quã Græci uocant λύθρον, uehementẽ habens uim purgandi, educendiq; humores noxios, principis animæ facultatũ sedẽ infestãtes: unde melãcholicis & furiosis dari solet, & comitiali morbo laborantibus. Pers. Sat. 2. non est hic Ilias Acci Ebria ueratro. Dictũ aũt putatur Veratrũ à uertenda mente. Eius duo sunt genera, albũ & nigrum: de quib. multa satis dicta sunt suprà in dictione Verax, uide Verum. (Helleborum.

Verbascum, n. s. Herba est duo summa habens genera, albũ & nigrum, folii colore distincta, φλόμος. Gauli Boulionem album, & nigrum appellant. Candidum rursus in marem & fœminam diuiditur: Fœmina folia habet brassicæ, sed hirsutiora, latiora, & candidiora: caulem cubitalem, candidum, & leuiter pilosum: florem albũ aut suppallidum: semen nigrum, radicẽ longam, acerbam, digitali crassitudine. Nascitur in campestribus. Mari folia candicant, sed longiuscula sunt & angustiora quàm fœminæ: caulis quoq; tenuior. Verbascum uerò nigrum omnia huic paria habet, folia tantũ latiora, minusq; candida. Est & syluestre uerbascũ, altũ uirgis arboreis, folia saliuæ, orbibus, uirga cingentibus, ut Marrubium, flore luteo, fulgore auri. Vide Plin. lib. 25. cap. 10.

Verbena, næ, siue Verbenaca. f. p. Herba est ramulos habens cubitales, angulosos, in quibus ex interuallis folia quercus, sed minora angustioraq;, eisdem diuisuris in ambitu, colore aliquatenus cæsio: radicem aũt longam, tenuẽ: flores purpureos, & graciles. περιστερεὼν. Galli ex Latino uocabulo litera tantùm una immutata, Veruenam appellant. A Græcis etiam Hierobotane, ἱερὰ βοτάνη Dioscoridi dicta est, propterea q; ad multos sacrorũ usus ea uterentur. Plin. lib. 25. cap. 9. Nulla tamen Romæ nobilitatis plus habet, quàm hierobotane. Aliqui peristereona, nostri uerbenacã uocãt. Hęc est quã legatos ferre ad hostes indicauimus. Hac Iouis mensa uerritur, domus purgantur, lustrãturq;. Hęc ille. Peristereona aũt Græci idcirco appellarunt, q plurimùm in ea mansissent columbæ. Καταχρυσικῶς tamen quaslibet herbas & frondes festas, ad aras coronandas ex puro loco decerptas, Verbenas appellamus, quasi herbenas: quod & Donatus annotauit in locum illum Andriæ Terentianæ, Ex ara uerbenas hinc sume. Quo profectò in loco Terentius nõ uidetur intellexisse herbam illam, quàm propriè uerbenam appellari diximus, quã apud Menandrum, à quo illa trãstulit, μυρόνη, hoc est, myrtus, legatur. Plin. lib. 22. cap. 2. uerbenarum, & sagminum nomine idem significari ait, hoc est gramen ex arce cum sua terra euulsum: ijsq; semper usos legatos, quum ad hostes clarigatum mitterentur: indeq; unum ex ijs, qui uerbenas ferret, Verbenarium fuisse appellatum.

Verbenaca, æ, Herba prorsus eadem cum uerbena: de qua satis multa in dictione præcedenti. περιστερεὼν, ἱερὰ βοτάνη.

Verber, is, n. t. Instrumentum uerberandi (inquit Valla lib. 6.) longũ, & exile, qualis est uirga, baculus, fustis, lora, flagellum, ferula, arundo, & si quid est simile, μάστιξ, ἄκισμα. Verg. 3. Georg. Illi instant uerbere torto. Cic. 7. Ver. Ne catenæ, ne uerbera, ne secures, ne cruciatus sociorum. Plin. lib. 8. cap. 9. Domantur aũt rabidi fame & uerberibus. Terent. And. Verberib. cæsum te in pristinum Dane dedam usq; ad necem. In ultibus quoq; & arboribus Verbera dicuntur, teneriores uirgæ, longitudine & flexibilitate sua flagrorum speciem referentes: unde & flagella à rei rusticæ scriptoribus appellantur. Quintilianus Declamat. ult. Ignesq; ex proximo raptos, uerberaq;, quæ casus obtulerat in uado. Verbera nonnunquã pro ipsa uerberatione, siue pro ictib. accipimus, πληγὰς, ἄκίσματα. Verg. 3. Georg. Ac neq; eos iam frena uirũm, nec uerbera sæua, Non scopuli, rupesq; cauæ, atq; obiecta retardant Flumina, &c. Ter. Heaut. Tibi erunt parata uerba, huic homini uerbera. Radiorum uerbera. Luc. lib. 1. quoniam mi tescere multa uidebant Verberibus radiorum, ac æstu uicta per agros. Ventorum uerbera uitare, apud eundem li. 5. Linguæ uerbera, obiurgationes, λοιδορίαι. Horat 3. Carm. Ode 12. Aut examinari metuentes pœnuæ uerbera linguæ,

Verbero, as, a. p. Cædo uerbere. Sic enim à uerbere fit uerbero, quomodo à fustis fustigo, è flagellũ flagello, μαστιγόω, μαστίω. Cic. 7. Ver. Quæ quum apud te diceret, uirgis oculi uerberãtur. Verberari etiam uerbis quis dicitur, quoniam (ut testatur Non.) non solùm uerberare à uerberibus dictum, sed etiam à uerbis. Plaut. in Trucul. Me illis quidem hæc uerberat uerbis. Verberare conuitio, uel iniuria, est lacessere. Cic. filius ad Tiron. lib. 16. Verberaui te cogitationis tacito dunataxat cõuitio. Huius composita, Diuerbero, cuerbero, réuerbero, & transuerbero: quorum significata explicauimus suis locis.

Verberito, as, a. p. sæpe uerbero, Cato.

Verberatus, us. m. q. Ipsa uerberatio, μαστίγωσις, ἄκισμα, Plin. libro 31. cap. 3. Si etiam expressa in altum, aut è sublimi deiecta uerberatu corripiat aëra. Verberatus, pro impulsu, ἐλάκυσις. Curtius lib. 7. Si quum propemodum tuo uerberatu omnes te præeunte iurauimus, eosdẽ nos inimicos, &c.

Verbereus, a, um, Verberibus dignus, μαστιγίας. Plaut. in Pseud. Sed uideo Eccum uerbereum statuam, ut magnificè infert sese. Idem Persa. Ain' uerò uerbereum caput?

Verberabilis, Id est, uerbero, seu uerberibus dignus, μαστιγίας Vnde superlatiuũ Verberabilissimus, deduxit Plaut. in Aul. Verberabilissime (inquit) etiam rogitas? non fur, sed trifur. Sic enim habent emendatiora exemplaria, quanquam non desunt in quibus uerberabilissime legatur.

Verbero, onis, masc. gen. t. Verberibus dignus, uel qui perpetùm uapulat, quem etiam Græco uocabulo mastigiam uocamus. Plaut. in Amph. Ain' uerò uerbero? Idem tun' me uerbero Audes herum ludificarier?

Verbum, bi, n. s. Generaliter accipitur pro quauis dictione, quæcunq; sit orationis pars: inde nomen habens quòd aëris uerberatu formetur, λέξις, ῥῆμα. Var. tamen à ueritate deducit, quòd uerum nos loqui oporteat. Terent. in Eun. De exclusione uerbum nullum dem Hecy. uerbis dici non potest Tantum quàm re ipsa nauigare incommodũ est. Cic. 2. de Orat. Neq; enim quoties uerbũ aliquod est scribendum, nobis eius uerbi literæ sunt cogitatione conquirendæ. Aliquando specialiter, pro parte orationis per tempora & personas declinabili, ῥῆμα. Vnde uerbale nomẽ dicimus, quod à uerbo originem accepit. Nonnunquã uerba ita accipimus ut rebus, siue factis opponantur, λόγος. Cic. in Sall. Vbi rerũ testimonia adsunt, nõ opus est uerbis. Hinc uerba dare dicimus q; decipere, & uerbis circũuenire, παραλογίζωμαι. Ci. At. Verba dari mihi facilè patiõr: meq; libenter præbeo credulum Interdum ita accipimus uerbum, ut scripto opponatur: unde Verbo alicui mandata dare, hoc est, uiua uoce, & non scripto. Cic. lib. 7. Epist. Plura illi mandata uerbo quàm scripto dedi. Nonnũquam non singulas tantùm dictiones Verbi nomine complectimur, uerumetiam solidas orationes. Quo fit ut modò sententiam aliquam insignem, modò tritũ prouerbiũ, uerbum appellatum inueniamus. Terent. in Adelph. Postremò illud non meum uerbum facio quod tu Mitio Bene & sapienter dixti. Et paulò ante, nam uetus uerbum hoc quidem est, Cõmunia esse amicorum inter se omnia. Meis uerbis, locutio in primis elegans, pro eo quod est meo nomine. Cic. Att. Atticæ, quoniam hilarula est, meis uerbis suauium des. Et alibi, Tu Atticam, quæso, cura: & ei salutem, & Pyliæ, Tulliæ quoq; uerbis plurimam. Idem lib. 4. Epist. Cum Sura locutus, ut ei meis uerbis diceret. Idem lib. 16. Si ei meis uerbis gratulatus. Verbi causa, idem ualet quod exempli gratia. Cic. 3. Ver. Siquis uerbi causa, oriente Canicula natus sit. Verbi gratia, in eadem significatione apud Cicer. Academ. Verba facere, differere, orationem habere, disputare, proloqui, διαλέγεσθαι. ut, Facere uerba in Senatu, apud eundem 5. Ver. Idem de Clar. Qui nunquam uerbum in publico fecerunt. Idem pro Pompeio, Permulta contra legem Gabiniam uerba feciſti. Verba mortuo facere, in eadem significatione dicimus, qua Surdo fabulã narrare: hoc est, ei uelle aliquid persuadere qui aut non audiat, aut nolit audire. Ter. in Phor. Ego Naufistrata esse in hac re culpam meritam non nego: Sed eam, quæ sit ignoscẽda. P. uerba fiunt mortuo. Verbum de uel è uerbo exprimere, id est, ad uerbum transferre. Terẽtius in Prol. Adelp. eum hic locum sumpsit sibi In Adelphos uerbum de uerbo expressum exulit. Verbum reddere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uerbo. Horat. de Arte, Nec uerbũ uerbo curabis reddere fidus interpretes. Verbum pro uerbo reddere. Idem Cicero de Optimo genere Orat. Conuerti enim ex Atticis duorũ eloquentissimorũ nobilissimas orationes inter se contrarias, Aeschinis, Demosthenisq; nec conuerti ut interpres, sed ut orator sententijs ijsdem, & earum formis, tanquam figuris, uerbis ad nostram consuetudinem aptis, in quibus nõ uerbum pro uerbo habui necesse reddere, sed genus omnium uerborum uimq; seruaui. Totidem uerbis trãsferre, pro eodem, apud. Cic. lib. 6. ad Attic. Eisdem uerbis aliquid reddere. Cic. de Clar. Orat. Primùm, inquit, memoria tanta, quantam in uiro cognouisse arbitror ut quæ secum commentatus esset, ea sine scripto uerbis eisdem redderet, quibus excogitauisset. Quod Cicero Eisdem uerbis, Quintilianus lib. 10. ca. 6. Ad uerbũ dixit. Verba dare, est decipere, παραλογίζεσθαι. Terent. in And. Cui uerba dare difficile est. Verba ad rem conferre. hoc est, re ipsa uerborum fidem facere, & dicta factis comprobare, τῷ ἔργῳ πιστῶσαι. Terent. in Eunuc. Verùm si uerba ad rem conferet, uapulabit.

Verbale, Quod à uerbo descendit, ῥηματικόν. ut, Lector à Lego, Doctor à Doceo, dictio Grammaticis familiaris.

Verbigero, ras, n. p. Verba facio, διαλέγομαι. Apuleius, Nimis multa oratio est, si uelim memorare quæ ego contrà respon derim, quamdiu, & quoties inter nos uerbigeratum sit. Verbum est uetus, & inusitatum.

Verbosus, a, um, Multiloquus, garrulus, locutuleius, πολυλόγος, πολύμυθος. Cic pro Mur. Non solùm ista uestra uerbosa simulatio prudentiæ, sed etiã ipsa illa domina rerũ sapientia. Quint. lib. 2. cap. 4. Vt quidã sententiarum gratia uerbosissimos locos arcessunt, quum ex locis debeat nasci sententia. Cic. Mario lib. 7. Habes epistolam uerbosiorem fortasse quàm uelles.

Verbosè, aduerb. Multis uerbis, πολυλογίᾳ. Cic. pro Murena, Satis uerbosè, sed quid postea?

Verbulum, ῥημάτιον. diminutiuum, Hieron. Secreta uerbula non carent suspicione.

Vere, uide Verus.

Verecundia, æ, f. p. Metus iustæ reprehensionis, modestia, contraria arrogantiæ: & idem ferè quod pudor, αἰδὼς à quo tamen in hoc differt, teste Donato, quòd Verecundia, ingenuitatis cuiusdã sit & modestiæ: unde & in laude ponitur. Pudor uerò, animi sibi malè conscij ob scelus aliquod perpetratum, αἰσχύνη. Cic. pro Quintio, Homo timidus, uirginali uerecundia. Liu. 1. ab Vrbe, In eam uerecundiã adducti sunt, ut ciuitatem totam in cultũ uersam deorum, uiolati ducerent nefas. Plin. Epist. 7. lib. 2. Causas summa fide, pari cõstantia, nec uerecundia minore defendit.

Verecundus, a, um, Qui uerecundia tenetur, id est, iustæ metu ens reprehensionis, αἰδήμων. Ouid. 1. Amor. Eleg. 5 Illa uerecundis lux est præbenda puellis. Idem 14. Metam. Illa uerecundo uix tollens lumina uultu, &c. Cic. 1. de Leg. Verecundus, & parcus in transferendo, hoc est, non nimium audax, aut frequens in translationibus, qui scilicet metaphoris utitur non nimium duris, neq; longè petitis. Idem de Orat. Nec in faciẽdis uerbis erit audax, & in trãsferendis uerecundus & parcus. Verecunda trãslatio, id est, modicè detorta, & non nimis longè petita, apud eundem lib 16. Epist.

Verecundè. Cum uerecundia, αἰδημόνως. Cic. 5. de Fin. Tum ille timidè, uel potius uerecundè, Facio, inquit, equidem. Idẽ 2. de Fin. Cyrenaici quidẽ recusant: uestri hæc uerecundius, illi fortasse constantius.

Verecundor, aris, d p. Verecundia teneor, αἰδοῦμαι. Cicero libro 3. de Orat. Alterum cunctantem, & quasi uerecundantem incitabat. Plautus in Trin. Verecũdari neminem apud mensam decet.

Vĕrĕdus. di. m. f. pen. prod. Equus cursus uelocissimi: qualibus antiqui utebantur in uenatione, ἵππος ταχύδρομος. Martial. li. 14. Stragula succincti uenator sume ueredi: Nam solet à nudo surgère ficus equo. Idem alibi, Partius utaris moneo rapiente ueredo, Prisce, nec in lepore tam uiolẽtus eas. Veredis item utũtur principũ tabellarij, qui mutatis per stationes equis, quã uelocissimè, quò instituerũt, perueniunt: qui inde etiã ueredarij appellati sunt. Iul. Firm. Matheseos lib. 3. Regũ nuntios, ueredarios q; reddẽt. In qua etiã significatione uocẽ eandẽ usurpauit Procopij interpres Belli Persici lib. 2. Sunt qui ueredũ dictũ putant, à uehẽda rheda: unde ueredariũ urbis, apud Hieron. legimus, metaphora pfectò nõ in uenusta, p gubernatore, rectore, seu administratore: Singulq; (inquit) metuunt ueredarium urbis offendere. Quanquã non desunt qui rhedarium ibi potius, quàm ueredarium legendum censeant.

Vereor, eris, itus, cõ. f. Cum obseruantia quadã, & ingenuo pudore, metuo, εὐλαβοῦμαι, αἰδοῦμαι. Est enim Vereri propriè liberorum, qui honestatis gratia mouentur. Timere autem seruorum, qui formidine pœnæ aliquid aut faciũt, aut omittũt. Cic. ad Att. lib. 7. Et quod scribis in urbẽ introisse, uereor quid sit. Terent. And. Sed quidnam Pamphilum exanimatum uideo? uereor quid siet. Et ut dicimus, Timeo te, tibi, à te: sic dicimus, Vereor te, tibi, à te, in eadem differẽtia quam explicauimus in uerbo Timeo. Cic. 4. Acad. Vos autẽ uereamini mihi, ne labar, &c. Ter. in And. Ego dudũ nonnihil ueritus sum Daue abs te, &c. In eadẽ significatione dixit. Cicero in Cat. Maior. De qua (loquitur de Carthagine) non antè uereri definã, &c. id est, timere ne nobis malũ inferat.

Verens, entis, participiũ, seu nomẽ è participio, Timẽs, metuens. Cic. ad Papyriũ li. 4. Qui te ad scribẽdũ incitauit, uerentẽ ne Silius suo nũtio aliquid mihi solicitudinis attulisset.

Verendus, a, um, Idem quod uenerandus, αἰδεσιμος. Ouid. 4. Metã. & abstulit illis, Quod mortale fuit, maiestatẽq; uerendam Imposuit: nomenq; simul, faciemq; nouauit. Idẽ 4. de Ponto, Eleg. 1. Curia cum Partibus fuerat stipata uerendis.

Verenda, orum, gen neut, numeris plurali tantùm, Corporis partes pudendæ, quæ sine uerecundia nominari nõ possunt τὰ αἰδοῖα. Plin. Epist. 14. li. 3. Repẽtè eum Serui circunsistũt, alius fauces inuadit, alius os uerberat, alius pectus et uentrẽ atq; etiam (fœdũ dictu) uerenda contundit.

Veretrum, tri, m. f. Penis, mentula, membrum uirile, αἰδοῖον. Suet. in Tib. cap. 62. Excogitauerat aũt inter genera cruciatus etiam ut larga meri potione per fallaciam onerato, repente ueretris deligatis fidicularum simul, uriną; tormento distenderet.

Vergo, gis. uersi. uel secundũ Diomedẽ, xi, sum, n. t. Tẽdo, specto, inclino, declino, σωτείνω, ῥέπω, τανύω, φέρομαι, Verg. 1. Aeneid. Quem damnet labor, & quo uergat pondere lethum. Iungitur aliquãdo accusatiuo cum præpositione ad, uel in. Cic. 12. Phil. Et eius auxiliũ ad Italiã uergere quàm ad Asiã maluerunt. Venenum uergere alicui, actiuè pro miscere, porrigere. Luc. li. 5. Illi imprudẽtes ipsi sibi sæpe uenenũ Vergebãt, nũc dãt alijs solertius ipsi.

Vergens, tis, particip. Lucan. lib. 2. Illyris Ionias uergẽs Epidaurus in undas. Sueton. in Othone, cap. 7. Vergente iam die in gressus Senatum, id est, inclinato.

Veridicus, Verisimile, Veritas, uide Verus.

Vermis, huius uermis, mascul. generis, à uertendo dicitur, quod rependo torqueat sese & uertat, σκώληξ. Plin. lib. 18. cap. 17. Vulgò uerò si dulcedo noceat, & uermes radicib. inhæreant, remedium est amurca pura, &c. Lucret. lib. 1. Quippe uidere licet, uiuos existere uermes Stercore de tetro.

Vermiculus, m. f. diminutiuum, Exiguus uermis, σκωλήκιον. Plin. lib. 10. cap. 65. Iam obituris muribus uermiculum in capite gigni tradunt. Lucret. lib. 2. Et tamen Hæc quum sunt quasi putrefacta, per imbres, Vermiculos pariunt.

Vermiculor, aris, d. p. Vermiculis infestor, uermiculos gigno: quod uitium non modò lignis & arboribus, uerumetiã alijs plantis & fructib. solet accidere. τρηδονίζομαι, σκωληκοῦμαι. Plinius libro 17. cap. 24. Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, omnes tamẽ ferè, idq; aues caui corticis sono experiuntur.

Vermiculatio, onis, f. t. uerbale, Vitiũ arborũ, aliarumue plantarum, aut etiam fructuum, quum uermiculis infestantur, σκωληκοπηία. Plin. lib. 11. cap. 17. Ficus si scilla feritur, ocyssimè ferre traditur pomum, nec uermiculationi obnoxium: quo uitio non carent reliqua poma similiter sata.

Vermiculatus, a, um, Quod quãdam uermiculorum effigiem imitatur, σκωληκοειδὴς. Vnde opus uermiculatum dicitur, quod minutis tessellis insititijs uermiculorum instar uariegatum est, ac distinctum, μωσαϊκὸν ἔργον, διαποίκιλον. Plin. lib. 35. cap. 1. de pictura loquẽs, Nunc uerò in totum marmoribus pulsa, tum quidem & auro: nec tantùm ut parietes toti operiantur, uerùm & interraso marmore, mermiculatis q; ad effigies rerum, & animalium crustis.

Vermina teste Festo, Dicuntur uentris tormina, quum intestina minuto motu, quasi uermibus quibusdam scindi uideantur: quod doloris genus Græci τροφὸν appellant. Hæc Festus.

Vermino, as, pen. corr. Vermibus infestor, σκωληκιάω. Cornel. Celſ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Celſ. Nihil periculoſius pueris, dum uerminant. Mart. lib. 14. Si tibi moroſa prurigine uerminet auris.

Verminatio, f. t. Vitium in iumentis, quum à uerme infeſtantur. Plin. lib. 28. cap. 11. Iiſdē ſanari demiſſis in fauces iumentorum uerminationes, notum eſt.

Verminor, aris, deponēs, Ventris torminibus uexor, σφοφῶμαι. Vermina enim, teſte Feſto, ueteres uentris tormina appellabant. Pōponius Hirnea, ut citat Nonius, Decimo menſe demum turgens uerminatur, parturit. Tractum à uermibus, qui animalium aluo ſeſe mouētes, inteſtina excruciant.

Verminoſus, qui uermeis habet, σκωληκιῶν. Vnde uerminoſæ aures, quibus innati ſunt uermes, σκωληκιάντα ὦτα. Plin. li. 20. cap. 14. Succus auribus uerminoſis inſtillatur.

Verna, uernæ, communis generis, p. Seruus, aut ancilla, domi noſtræ, aut certè ex ancilla noſtra natus, nataue: quod nomen Feſtus à uere deductum putat, quòd id tempus maximè idoneum ſit fœturæ, οἰκότριψ, οἰκοτραφὴς. Plaut. in Mil. Quid, nutrici non miſſurus quicquam, quæ uernas alit? Cœlius Ciceroni lib. 9. Bellienus uerna Demetrij, qui ibi cū præſidio erat, &c. Tibul. lib. 1. Eleg. 1. Turbaq; uernarū, ſaturi bona ſigna coloni Ludet. Horat. 2. Serm. uernaſq; procaces Paſco libatis dapibus. Vernarum nomen apud antiquos teſte Nonio, pro conuitio habebatur, quòd eo nomine primùm dicti fuerint ij qui ſacro uere nati eſſent. Plaut. Amph. Cum cruciatu tuo iſthæc uerna uerba funditas.

Vernula, diminutiuū. Plin lib. 22. cap 17. Vernula charus Pericli Athenienſium principi, &c. Mar. li. 14. Siquis plorator collo tibi uernula pendet. Iuu. Sat. 10. Quem ſequitur cuſtos anguſtæ uernula capſæ.

Vernaculus, la, lum, Quod noſtra in regione natū eſt, uel qđ illi loco proprīū eſt, & peculiare, ἐπιχώριος. ut Vernacula lingua, quę regioni noſtræ eſt peculiaris, quam uulgus maternam uocat. Vernaculæ uuæ, quæ exoticæ aut peregrinæ non ſunt neq; aliūde translatæ. Plin. lib. 14. cap. 2. Potiſſima nobilitas datur uuis peculiarib. atq; uernaculis Italiæ. Sapor uernaculus, id eſt, regioni ſuæ peculiaris. Cic. in Bruto, Neſcio quo ſapore uernaculo. Idem in Verr. acti. 6. Non ut ſolemus interdum in defenſionibus dicere crimen domeſticum, ac uernaculum. Vernacula putatio, id eſt, regioni noſtræ conſueta. Plin. lib. 17. Vernacula putatio, deiectis per ramos uitium cribus, circunueſtit arborem.

Vernilis, uernile, o. t. pen. prod Idē quo ſeruilis, οἰκετικὸς. Tacit. lib. 18. Quæ nuis odium Vitellius uernilib. blanditijs uelaret. Hoc eſt, ſeruilibus, & adulatorijs, liberoq; homine indi gnis.

Vernilitus, pro adulatore à ueteribus uſurpabatur.

Vernilitas, atis, Seruilis aſtutia. Plin lib. 34. cap. 8. Lyciſcus puerum fecit Lagonem ſubdolæ ac fucatæ uernilitatis. Quint. lib. 1. cap. 11. Nec uitia ebrietatis effingat, nec ſeruili uernilitate imbuatur.

Verniliter, Blandè, adulatoriè, οἰκοτριβικῶς. Tractum à uernis, inquit Non. quib. ea uiuēdi ars eſt. Cæcilius in Venatore, ut citatur ab eodem Nonio. Credo minus tandem hoc fit uerniliter, Quo tamen in loco emendatiora Nonij exemplaria Vernaliter legendum oſtendunt.

Vernaliter, aduer. Seruiliter, blādè, & adulatoriè, οἰκοτριβικῶς. Horat. 2. Serm. Sat. 6. nec nō uernaliter ipſis Fungitur officiis Cæcilius in Venatore, ut citat Nonius, credo minus tandem hoc fit uernaliter.

Vernus, uide Ver, in Ver.

Vero, Affentientis particula eſt, Idē ualent quòd ſanè, uel utiq; ſemperq; ſecundo loco in oratione collocatur, μέντοι. Cic. in Brut. Tū Brut. in me intuēs, Orationes, inquit, ueteres nobis explicabis, Ego uerò, inquā, Brute, ſed in Cumano. Terēt. Heaut. Heus, laudas, qui heros fallūt? C H. Inloco ego uerò. Cic. Seru. Sulp. lib. 4. Epiſt. Ego uerò, Serui, uellē, ut ſcribis in meo grauiſſimo caſu affuiſſe. Aliquando diſcretiua particula eſt, idē ualēs quod Aūt, ἀλλά. Cic. de Orat. Poēta numeris aſtrictior paulò, uerborū autem licētia liberior, multis uerò ornandi generibus ſocius ac penè par. Pro interiectione ſtomachantis accipi ait Donatus in illo Eunu. Mouē uerò ocyus te nutrix. Aliquando etiā particula eſt, ironiam adiuuans: ut apud Vergil. 4. Aeneidos. Egregiam uerò laudem, & ſpolia ampla refertis, Tuq; puerq; tuus. Ponitur etiam pro quinimo. Seneca, Socratem cum Platone, & Zenonem, & Cleantem in animum meum ſine dignatione recipiam? Ego uerò illos ueneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo. Plinius in Præfat. Proinde occupantibus locum faueo, ego uerò & poſteris. Vtile plura de hac particula apud Vallam lib. 2. cap. 14.

Verò, ueras, uide Verus.

Verpus, m ſ. Recutitus, qui ſcilicet uerpam, hoc eſt, mentulam habet præputio nudatam, λεπόδερμος, ψωλὸς Quo fit, ut ludæi peculiari uocabulo Verpi dicantur, qui ex præcepto Legis præputium pueris præcidunt. Mart. lib. 7. Dum ludit media, populo ſpectante, palæſtra, Delapſa eſt miſero fibula, uerpus erat. Iuuen. Saty. 14 eadem miſi ſacra colenti Quæſitum ad fontem ſolos deducere uerpos.

Verpa, uerpæ, f. p. Vſurpatum eſt à ueteribus pro membro uiri li, ψωλὴ, πίος, Martial. lib. 11. Iam niſi per ſomnū non arrigis: & tibi Meui Incipit in medios meiere uerpa pedes.

Verres, is, m. t. Porcus nō caſtratus, χοῖρος. Varro de Re ruſt. libro 2. cap. 4. Caſtrantur uerres commodiſſimè anniculi: utiq; ne minores quàm ſemeſtres quæ facto nomen mutant, atq; è uerribus dicuntur maiales.

Verrinus, adiect. Quod eſt uerris. χοίρειος. Plin. lib. 28. cap. 9. Adipe uerrino confici. Ibidem cap. 10. Simili modo uerrinum iecur exemptis duntaxat fibris, quatuor obulorū pondere.

Verriculum, li, n. ſ. Rete piſcatorium, ita dictum quòd per aquam uerratur, id eſt, trahatur, σαγήνη. Idem & Euerriculum dicitur. Vide ſuprà ſuo loco.

Verriculatus, a, um, adiect. Ad uerriculi formam factum. Col. lib. 2. cap. 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcib. uerriculatis, atq; ijs uel roſtratis, uel denticulatis medium culmum ſecant.

Verro, ris, ri, ſum, 2. t. Traho, abripio, ὀλκύω. Verg. 1. Aen. Ni faciat, maria ac terras, cœlumq; profundum. Quippe ferant rapidi ſecum, uerrantq; per auras. Aliquando uerro. Idem 3. Aen. haud mora nautæ Annixi torquent ſpumas, & cærula uerrunt Aequora. Idem 6. Aen. Remis uada liuida uerrūt. Ouid. 10. Metam. Summæ cauda uerruntur arenæ. Catullus Agro. Cærula uerrentes abiegnis æquora palmis. Aliquādo mundo, ſcopis purgo, σαίρω. Iuuen. Saty 10 Verre pauimentum, nitidas oſtende columnas. Cic. in parad. Qui tergent, qui ungunt, qui uerrunt, qui ſpargunt, &c. Liu. 6. bell. Pun. undiq; matronæ in publicū effuſæ circa dcūm delubra diſcurrunt, crinib. paſſis aras uerrentes. Plin. lib. 28. cap. 2. Recedente aliquo ab epulis, ſimul uerri ſolum. Huius cōpoſita ſunt, Conuerro, deuerro & euerro: de quibus ſuis locis.

Verſus, a, um, participium, Verg. 1. Aen. & uerſa puluis inſcribitur haſta. Idem 5. Aen. Spumant freta uerſa lacertis.

Verruca, cæ, f. p. pen. prod. Locus in monte editior, ἀκρὰς. Cato in libris Originum, Cenſeo (inquit) ſi rem ſeruare uis, faciendū ut quadringētos aliquos milites ad uerrucā illam ire iubeas: eam uti occupent, imperes. Ex Gellio lib. 5. cap. 7. ubi uerrucā locū editum, aſperūq; interpretatur. A cuius ſimilitudine tubercula in corpore eminētia ſine ſenſu, uerrucæ appellantur. Harū Græci duo faciunt genera. Nam quę ſuperiore ſui parte latiores ſunt, tenui tantū filo cuti adhærentes, ἀκροχορδόνας appellant: quæ uerò ad cutē latiores ſunt, in acumē definentes, μυρμήκια nominant. Plin. lib. 20. ca. 12. Ocimum miſto atramento ſutorio uerrucas tollit. Serenus, Interdū exiſtit turpi uerruca papilla, Hinc quondā Fabio uerum cognomen adheſit, Qui ſolus patriæ cūctando reſtituit rem. Verrucas, & maculas lineārū, pro tuberculis quibuſdam qui in lapillis, ceu eorū uitia quædā conſpiciūtur. Plin. lib. 37. cap. 11. Illud uerò meminiſſe cōuenit, increſcentib. uarijs maculis ac uerrucis, linearumq; interueniēte multiplici ductu, & colore, mutata ſæpius nomina in eadem materia.

Verrucula, diminutiuum. Colum. lib. 7. cap. 6. Caper cui ſub maxillis binæ uerruculæ collo depēdent, optimus habetur.

Verrucoſus, a, um, Verrucis plenus: ut Verrucoſus mons, qui multis uerrucis, hoc eſt, aſperis, editioribusq; iugis aſſurgit. Verrucoſus homo, qui cutem habet uerrucis multis aſperā. Vnde per translationem accipitur pro duro, inculto, horrido, aſpero. Perſ. Sat. 1. Sūt, quos Pacuuius, & uerrucoſa moretur Antiopa, hoc eſt, aſpera, & non ſatis polita. Orator uerrucoſus. Cic. de Clar. Orat. Quint. etiam Maximus uerrucoſus Orator habitus eſt temporibus illis.

Verrucaria, æ. f. p. Herba eadem cum Heliotropio, ἡλιοτρόπιον. ita dicta ab effectu, eo quod ſucco eius uerrucæ tollantur. Plin. lib. 12. cap. 21. Verrucas cum ſale tollit ſuccus è folio, una de noſtri uerrucariā herbam adpellauere.

Verrunco, as, Auerto, depello, ἀποτρέπομαι, ἀποπέμπομαι. Cicero 1. de Diuin. ex antiquo quopiam Poēta, Per propinqua hac bene uerruncent populo. Hinc Auerrunco cōpoſitum: de quo uide ſuo luco.

Verſatilis, uerſatile, o. t. pē. cqr. Quod huc, & illuc uerſatur

ſiue

siue quod idoneum est ut uersetur, περιακτὸς, κυκλοφορητικὸς, ἀνέλικτος. ut, Gladius uersatilis, Axis uersatilis, Acies uersatilis. Curt. lib. 4. Adeoq; aciem uersatilem posuit, ut qui ultimi stabant, ne circumiretur, uerti tum, & ad fontem circumagi possent. Plinius libro 36. cap. 18. Idem molas uersatiles Volsiniis inuctas, aliquas & sponte motas inuenimus in prodigijs. Vnde uersatile ingenium, per translationem, ad res quaslibet obeundas idoneum, πολύτροπον. Liu. 9. bel. Macced. de Catone, Huic uersatile ingeniũ ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quod ageret.

Versicolor, Versiculus, Versipellis, Verso, uersas.

Versura, Versus, Participium, Nomen, Aduerbium, Præpositio, uide Verto, uertis.

Versus, participium à Verro. Vide Verro.

Versutus, Versutiloquus, uide Verto.

Vertagi, Dicuntur canes sponte in uenationem exeuntes, prædamq; domũ referentes. Mart. li. 14. Non sibi, sed domino uenator uertagus acer, Illęsum leporem qui tibi dente feret.

Vertebrę, Vertebratus, Vertex, Verticillum, Verticulum, Vertigo, uide Verto.

Vertius, Magnarum uirium dicitur. Põpon. Homo in currendo uertius, qui cum Atlante contendat. Sipont.

Verto, is, ti, sum, a. t. A uere dici putatur, quoniam uere annus incipit uerti, τρέπω, ἐλάω, ἐλαύνω, ἰθύω, στρέφω. Vergil. 8. Aen. Gorgona desecto uertentem lumina collo. Terent. in Heaut. Rotundum redigam, ut quò se uertat nesciat. Interdum transfero quippiã de una in aliã linguam μεταφράζω. Cic. 1. de Fin. Quanquã si planè sic uerterem Platonẽ, aut Aristotelẽ, ut uerterũt nostri Poętæ fabulas, &c. Vertere omnia, est euertere, corrũpere. Cic. 1. Offi. Vt Callicratidas, qui quũ Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponesiaco bello, multaq; fecisset egregiè, uertit ad extremũ omnia. Aliquando uertere est cõuertere, redigere, applicare. Plin. lib. 17. cap. 4. Vsum olei ad luxuriã uertêre Græci. Vertere ad se aliqd, est sibi accipere. Cic. 1. Ver. Nam ex illa pecunia magnã partem ad se uertit: mulieri reddidit quantulũ uisum est. Vertere agros, seu terram, id est, subigere. Verg. 7. Aen. Et centũ terras uertebat aratris. Vertitur causa in hac re, id est, consistit. Quint. lib. 3. cap. 13. Significamus summam illam in qua causa uertitur. Vertunt crateras ahenos, dixit Verg. 9. Aeneid. id est, potant fusq; per herbã Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos. Verte omnes tete in facies, dixit idẽ Verg. id est, transformes te in quascunq; species. Vertere sese in formam alterius, est mentiri alterius formam, & simulatè effingere. Vertere aliquam in fugam, est cogere ut fugiat. Vertere se in selectionẽ alicuius partis, est eã eligere. Vertere omniũ in se oculos, est facere ut omniũ oculi in se conuertãtur. Liu. 7. ab Vrbe, Inde admiratione pauentib. cũctis, quũ omniũ in se uertisset oculos, &c. Quò me uertã, nescio, uel habeo: locutio qua rei alicuius grauitatẽ ostendimus. Quoquò te uerteris, id est, in quantãcunq; partem respexeris. Cic. 2. de Diuin. Quoquò se uerterint Stoici, iaceat omnis eorũ necesse est solertia. Vertitur res in meo foco, id est, de mea re agitur, aut quæ in me recasura, siue ruitura est. Vertere sentẽtiam retrò, est mutare sententiam. Vertere stylum in tabulis, est, ut inquit Budæus, scripta inducere, & delere, aut reuocare q̃ scripsimus. Cic. 4. Verr. Vertit stylum in tabulis, quo facto causam omnem euertit suam. Vertere terga, stultitiæ, est stultè factum esse interpretari. Vertere uitio, criminari. Horatius 1. Serm. Satyr. 6. Nec timuit sibi ne uitio quis uerteret. Vertere, aliquando est uersurã facere. Plaut. in Curcul. Vel qui ipsi uertant, uel qui alij subuersandos præbeant. Ponitur aliquando pro considero, uoluo, agito, ἐξετάζω. Liu. 8. bell. Pun. In ciuitate tanto discrimine belli solicita, quum omniũ secundorum, aduersorumq; causas uerterent, multa prodigia nuntiabãtur. Verto, aliquãdo neutraliter, & absolutè ponitur. Liu. lib. 3. Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus uertere in plebem cœpit. id est, uerti. Idem lib. 5. de Camillo aduersus Gallos inuocato, iã uerterat fortuna, iã deorum opes, &c. id est, uersa erat fortuna. Bene uertere: pro Bene euenire. Verg. 9. Eclo. Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hœdos: Hoc est, ut malo omine hoc munus accipiat, inquit Seru. Bene tibi uertat hæc res: pro, utinam res prospere succedat. Liu. 1. ab Vrb. Tullus Metiũ benignè alloquitur, quòd benè uertat, castra Albanos Romanis castris iũgere iubet. Sic malè uertere, est infeliciter succedere. Teren. Phorm. Quæ quidem res illi uertat malè. Res malè uertunt, hoc est, malè cedunt, malè habent. Plaut. Perf. Si malus, aut nequã est, malè res uertũt quas agit. Vertere solum dicebãtur urbẽ cedẽtes, siue ob decoctã creditoribus pecuniã, siue ob exilium φυγῆς χάριν. Liu. lib. 3. Collegæ eorum exilii gratia solũ uerterunt. Cic. pro. Cecin. Qui uolũt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solũ uertunt. id est, locũ mutant.

Verso, as, a. p. frequentatiuũ à Verto, κυλίω, κυκλοφορῶ, περιάγω, στρέφω. Cic. de Som. Scip. Orbes qui uersantur retro cõtrario mõtu, atq; cœlum. Idem de Fato. Cylindrum uolui, atq; turbinem uersari putes. Accipitur aliquando pro uoluo. κυλίω. Cic. 2. Tusc. Tum illud, quod Sisyphus uersat, saxũ Sic Versare libros dicimus, pro euoluere. Horat. de Arte, uos exemplaria Græca Nocturna uersate manu, uersate diurna. Versare aliquem, est illum deludere. Plaut. in Perf. Quid ais tu crux stimulorum, tritor? Quomodo hodie me Versauisti? aut me in tricas conieciſti. Versat animum cupido regni: id est, transuersum agit, & à recto honestoq; abducit. Liu. 1. ab Vrbe Patrum interim animos certamen regni ac cupidò uersabat Animum muliebrem uersare in omnes partes, est modis omnibus solicitare, & modò minis, modò precibus conari labefactare. Liu. 1. ab Vrbe, Tum Tarquinius fateri amorẽ, orare, miscere precibus minas, uersare in omnes partes muliebrẽ animum. Versare dolos, id est, tractare. Verg. 11. Aen. Consilia uersare dolos. Idem 2. Aen. Seu uersare dolos, seu certę occũbere morti. Versare oues. Verg. 10. Eclog. Aethiopũ uersemus oues sub sydere Cancri. id est, pascamus. Versare terrã, id est, arare, fodere. Verg. 1. Georg. Nec tamen hæc, quũ sint hominũq; boumq; labores Versando terrã experti, &c. Aliquando uersare, est animo uoluere, ἐξετάζειν. Horat. de Arte. Sumite materiam uestris qui scribitis æquam Viribus: & uersate diu quid ferre recusent, Quid ualeãt humeri. Aliquando accipitur pro imbuere, erudire, exercitare. Quin. libro 1. cap. 7. Multum domi antè uersandi.

Versor, aris, deponens, Moram traho, frequens sum, maneo, dego, διατρίβω, διαγίνομαι, πολὺν μῶ. Cic. 6. Ver. Versabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris. Idem pro Milon. In quibus propter insanas substructiones, facilè mille hominũ uersabatur. Versari in suo munere fungi, ἐνεργεῖσθαι. Cic. de Fato, Non enim credo nullo præcepto cæteros artifices uersari in suo munere Versari ante oculos. Cic. ad Terentiã, Nam mihi ante oculos dies, noctesq; uersaris. Quintil. lib. 2. cap. 16. Versatur circa res omnes rhetorice. Idem in Proœm. libri 1. Præclarissimè in consilijs, ac administratione Reipub. uersari. Plin. Epist. 55. Nam in hoc uno interdũ uir aliquo prudẽtissimus, honesto quidẽ, sed tamẽ errore uersatur Cic. 3. Tusc. In summa inanitate uersatur, consectaturq; nullam eminentem effigiem uirtutis, sed adumbratã imaginẽ gloriæ. Terẽt. And. Nescis quantis in malis uerser, miser. Cic. 3. Ver. Vos illud uellẽ recordari: iustius nequitiã & iniquitatẽ, tum in ore uulgi, atq; in communibus prouerbijs esse uersatã. Verg. 4. Aen. Illa dolos, dirosq; nefas in pectore uersat, Certa mori, uarioq; irarum fluctuat æstu. Hinc Conuersor & Diuersor composita, quorũ significata uide suis locis

Versorius, adiect. Versoriã capere, pro eo q̃ est retrorsum cõuerti ἀναστρέφεσθαι. Plaut. Trin. Cape uersoriã, recipe te ad herũ.

Versura, æ, f. p. Idem quod conuersio, στροφὴ. Var. lib. 1. de Re ruſt. capite 46. Propter eiusmodi res ad miranda discrimina sunt naturalia, quod ex quibusdã foliis, propter eorum uersuram, quod sit anni tempus, dici possit, dici possit, ut olea & populus alba & salix. Horum enim folia quum conuerterunt se, solstitium dicitur fuisse. Idem Versura dicitur locus ad quem quum quis peruenerit, reuertitur: ut quum boues in arando post peractum legitimum sulcũ circumagantur uertunturq;. Colum. lib. 2. cap. 2. Sulcum autem ducere longiorem, quàm pedum centum uiginti, contrarium pecori est: quum uentum erit ad uersuram, in priorem partem iugum propellat, & boues inhibeat, ut colla eorum refrigescant. Idem de Arbor. cap. 19. Itaq; placet inter ordines quadragenos pedes minimũq; tricenos relinqui uersuris. Item Versura, quam Græci κάμπλη uocant, flexus ipse angulorũ in ædificiis, & parietibus exterior, in qua significatione aliquoties utitur hac uoce Vitruuius. Versura itẽ dicitur mutatio creditoris, & æris alieni parui aut maiori fœnore persolutio, μεταλαγὴ δανείου. Vnde uersuram facere dicuntur qui pecuniã fœnori accipiunt, ut aliud ęs alienũ dissoluant: unde & uersura nomẽ inuenit, teste Festo, q̃ hoc nihil aliud sit quàm uertere creditorẽ, τόκῳ τόκον ἐκτίνειν. Versurã facere (inquit Donat.) est æs alienũ ex ære alieno soluere. Hoc fit quando æs alienũ nobis conflatũ fuerit, nec nobis tantũ pecuniarũ sit, ut dissoluere liceat: ubi aũt dissoluendi tempus aduenerit, mutamus creditorem, ab altero scilicet usurariũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ꝰ accipientes quod alteri reddamus. Cic. pro Cælio, Nulli ſumptus, nulla iactura, nulla uerſura. Budæus, Verſurá facere, eſt creditorem mutare, & fœnus fœnore diſſoluere, qđ uulgò dicitur, Nudato Petro Paulũ tegere: & ut ita dicá, nomen nomine expungere. Hinc uerſuram, ſiue uorſurá ſolue re, ꝓuerbio dicimus eos qui ita ſe præſentib. explicát incõmodis, ut aliis grauiorib. impediantur. Ter. in Phor. in eodẽ luto hæſitas, uerſura ſolues Geta: præſens quod fuerat malũ, in diem abiit: plagæ creſcunt Niſi proſpicis. Id eſt, debitas tá dem pœnas dabis etiá cum fœnore: ſimili conditione atq; ii ſolent qui ut ſyngrapham unam diſſoluant, & una cautione ſe liberent, pecuniam mutuam maiori fœnore iterum accipiunt. In dies enim deteriorem conditionem ſuam faciũt quod frugi homines non ſolent.

Verſus, a, um, participium, Id eſt, conuerſus, ἐστραμμένος. Ver. 4. Geo. dum grauis Aut hos uerſa fuga uictor dare terga Coẽgit. Idem 3. Georg. Verſaq; obnoxios urgentur cornua uaſto Cum gemitu. Et paulo antè, Quãuis ille fuga uerſos ſæpe egerit hoſtes. Interdum idem quod mutatus, μεταπαγμένος. ut, Riſus uerſus eſt in luctum. Cic. pro Roſ. Ame. Videte nũc quàm uerſa, & mutata in peiorem partem ſint omnia. Taci. li. 1. Igitur uerſo ciuitatis ſtatu, hoc euerſo, ſiue mutato. Ouid. Epiſt. 3. At ſi uerſus amor tuus eſt in tædia noſtri: Quam ſine te cogis uiuere, coge mori. Idem 1. Geor. Quippe ubi fas uerſum atq; nefas. id eſt, cõfuſum, & pertúrbatum. Ponitur aliquando pro propenſo. Liu. 4. bel. Mac. Totus in Perſea uerſus pater, cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat. Hoc eſt, omni beneuolentia in Perſeum tráslata Et ſicuti dicimus Suſpenſus animi, Erectus animi, Mutatus animi, ita & uerſus animi: tunc; nomẽ eſt. Tac. Qui uerſus animi modò nomẽ pauẽſcere, modò minis aduerſantis populi terreri, &c.

Verſus, us, m. p. idem quod carmẽ: ita dictus à uertendo: q; an tequam legitimos accipiat numeros, modò hoc, modò illo modo uerratur, ἴαμβος, εἶδος. Ci. pro Archia, Nam ſi quis minorem fructum gloriæ putat ex Græcis uerſib. percipi quàm ex Latinis, uehementer errat, &c. Facere uerſus. Cic. 6. Verr. Verſus qui in iſtius cupiditatem facti ſunt. Scribere uerſus. Idẽ 2. Ver. De qua muliere uerſus plurimi ſupra tribunal ſeri bebantur. Fũdere uerſus. Ci. 3. de Ora. Solitus eſt uerſus hexa metros, alioſq; uariis modis atq; numeris fũdere ex tẽpore. Verſus in agricultura quid notet, explanat Var. li. 1. de Re ru. ca. 10. his uerbis, In Hiſpania ulteriore metiũtur iugis, in Cápania uerſib. apud nos in agro Roman. ac Latino iugeris. Iugũ uocát, qđ iuncti boues uno die exarare poſſunt. Verſum dicunt centũ pedes quoquouerſum quadratũ. Iugerũ, quod quadratũ duos actus habet. Ponitur aliquándo Verſus pro eo quod uulgò Linea uocatur. Plin. Epiſt. lib. 4. Non paginas tãtùm epiſtolæ, ſed etiá uerſus, ſyllabaſq; numerabo. Interdũ uerſus ſignificat ordinem, ſeu tractũ. Verg. 4. Georg. Ille etiá feras in uerſum diſtulit ulmos. Idem 5. Aeneï. triplici pubes quam Dardana uerſu Impellunt, id eſt, triplici ordine. Interdum cantum. Plin. lib. 10. cap. 29. Meditantur luſciniæ iuniores, uerſumq; quem imitentur, accipiunt.

Verſiculus, diminut. Quod modò ſignificat breue uel humile carmen, ψιχίδιον. Mart. lib. 5. Hæc tibi, non alia eſt, ad cœnam cauſa uocandi, Verſiculos recites ut Ligurine tuos. Modò breues ſcripturæ (ut ita dicam) lineas. Cic. ad Brutum libro 14. Breues tuæ literæ, breues dico? imò nullæ, tribus ne uerſiculis his temporibus Brutus ad me?

Verſifico, as. act. p. Verſus facio. Quint. lib. 9. cap. 4. Nam & uerſificandi genus eſt omnibus ſermonibus unam Igem dare.

Verſificatio, Ipſe uerſificandi actus, ποιητικία. Ibidem cap. 2. Ab uſiuè in uerſificationis ac ſermonum imitatione ſeruatur.

Verſificator, oris, Verſuum ſcriptor, ποιητὴς. Idem li. 19. cap. 1. Verſificator quàm Poëta, melior Cornelius Seuerus.

Verſus, præpoſitio, accuſat. requirit, & ferè ſemper poſtponitur, πρὸς. Plaut. Ego portum uerſus pergam, & perquiram: quem ſi non inuenero, domum uerſus reuertatur. Dicimus etiam Quoquo uerſus, Quaqua uerſus, Vtroq; uerſus: id eſt, in unamquamq; partem, quocunq;, per quamcunq; partem, in utranq;. Quandoq; loco accuſatiui habet aduerbium: ut, Surſum uerſus. Cato capite 156. Poſtea ubi deorſum uerſus ibit, hominem, &c. Cicero de Ora. Quum gradatim ſurſum uerſus reditur.

Verſutus, a, um, aſtutus, callidus, qui modò hoc, modò illud, ut uiſum fuerit, ſimulat, & ſeſe in omnes uertit ſpecies, πανοῦργος, σοφὸς. Plau. in Epid. Verſutior es quam rota figularis. Ci. 2. de Fin. Sed omnia callidè referentẽ ad utilitatem acutum uerſutũ, ueteratorẽ, &c. Idẽ 3. de Nat. deor. Et Chryſippus tibi acutè dicere uidebatur, homo ſine dubio uerſutus & calidus. Interdum Verſutum accipimus pro ingenioſo & prompto. Cicero, 3. de Nat. deorũ. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens uerſatur. Plau. Sticho, Ille quidem adoleſcens doctè aſtutus fuit. Ibidẽ, Nec magis uerſutũ nec quo careas ægris.

Verſutia, ſ. p. calliditas & malitia, ϛαδιούργημα, πανουργία.

Verſutè, aduerb. Callidè aſtutè, ϛαδιούργως. Cicero de Claris Oratoribus. Nihil, ut ita dicam, ſubdolè, nihil uerſutè quod ille non uiderit, &c.

Verſutiloquus, Qui uerſutè loquitur. Ci. 3. de Orat. ex uetuſto quopiam Poëta, Nũ non uis huius uerſutiloquas malitias.

Verſicolor, oris. o. t. Propriè dicitur illud quod ex diuerſis partibus ſpectanti non eundẽ oſtendit colorẽ: ut eſt uidere in anatum & colũbarũ collis, & in ſerici quodá genere, quod modò hinc, modò illinc ſpectatũ colores mutare uidetur. ποικίλος χαμαιδίος. Cic. lib. 4. de finibus bonorum & malorum, Iam uerò membrorum alia uidentur propter eorum uſum à natura eſſe donata ut manus, crura, pedes: alia autẽ nullamob utilitatem, quaſi ad quẽdam ornatum: ut cauda pauoni, plumæ uerſicolores colũbis, uiris mammæ, atq; barba. In eadem etiá ſignificatione non rarò hac uoce utitur Plinius, teſtimonia hic breuitatis cauſa omittimus, Interdum tamẽ Verſicolores ueſtes poſitas legimus ꝓ uariis ſeu diſcoloribus. Liuius lib 4. belli Macedon. de lege Oppia loquens, Tulerat eá C. Oppius Tribunus plebis Q. Fabio T. Sẽpronio COSS. in medio ardore Punici belli, Nequa mulier plus ſemuncia auri haberet, neu ueſtimento uerſicolore uteretur. Quo tamẽ in loco uerſicolores ueſtes nonnulli intelligunt, colore alio quàm natiuo infectas: ut Verſicolores inde dictas intelligamus, quòd uerterint, id eſt, mutauerint colorẽ. Contrà Coloriæ dicũtur, quæ nullo externo colore ſunt imbutæ Eſt aũt hoc nomẽ adiectiuũ omnis generis, cuius neutro uſus eſt Verg. 10. Aen. Aſtur equo fidẽs & uerſicolorib armis.

Verſipellis, le. o. t. Aſtutus, uerſutus, ſimulandi quiduis, & diſſimulandi artifex, ἀποπρόσωπος, πολύτροπος, παυοῦργος. Plaut. Amph. Verſipellem ſe facit, quando lubet. Plin. lib. 8. capite. 22. indicat ſuo tempore uulgò infixam hanc opinionẽ fuiſſe, homines in lupos uerti, rurſuſq; reſtitui ſibi, atq; inde ductum eſſe conſetudinem loquendi ut homines aſtutos, uerſi pelles dicamus.

Vertebræ. f. p. pen. cor. ſiue Vertibula, Spinæ oſſa dicuntur, in craſſiores quoſdam nodos conglobata, & medio ſui cõcaua, ut ſpinali medullæ trãſitum præbeant, firmiſſimis autẽ uinculis colligata, quorũ beneficio interiores nodi cohæreſcũt. σπόνδυλος. Harum munus eſt ut corpori flectendi ſe, incuruandiq; præbeant facultatẽ, quòd ſine illis prorſus rigidum eſſet, & inflexibile. Plinius quoq; per quandam ſimilitudinẽ in inſectis uertebras appellat eas partes quæ circa ipſam ſita inciſuram, corpori flexũ præbent. Ita enim habet lib. 11. cap. 1. Aliquibus uerò non tota inciſura eas ambiente rugis, ſed in aluo aut ſupernè tantùm, imbricatis flexilium uertebris, nuſquam alibi ſpectatiore naturæ artificio.

Vertebratus. a, um, In uertebras conglobatus. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed quib. ceruix è multis, uertebratisq; orbiculatim oſſibus flexilis ad circunſpectũ, articulorum nodis iungitur.

Vertex, icis, qui & Vortex, à uerto, is, m. t. Propriè uẽtus eſt contortus ac rotatus: qualis eſt qui τύφων uocatur, id eſt, uibratus cenephias, ut interpretatur Plin. lib. 2. cap. 48. σφῦρλον. Vortice (inquit Apul. in Coſmo,) torquetur humus arida, & ab imo erigitur ad ſummum. Ventus (authore Senec. lib. 5. Nat. quæſt.) aliquo promontorio repercuſſus: atq; in ſe uolutatus facit uorticem: qui circumactus, & eundem ambiens locum, ac ſe ipſe uertigine cõcitans, uertigo uocatur. Docet Quintil. lib. 8. cap. 2. Verticem eſſe cõtrariam in ſe aquã, uel quicquid aliud ſimiliter uertitur. Verg. 1. Aen. Ingens à uertice pontus. Cic. 2. Tuſc. per translationem uertices dolorũ dixit, pro uertigine. rationeq; quæ in dolorib. circũagit, lancinatq; præcordia. Nunc nunc (inquit) dolorũ anxiferi torquent uertices. Inde propter flexũ capillorũ, pars ſumma capitis dicitur uertex, ſiue quia ad occipitiũ in decliue uertitur, κορυφὴ. Apul. de dogmate Platonis, Deniq; ipſius capitis uerticẽ ſpecta, tenui cute contectũ, capillisq; hirſutũ: aduerſus uim frigoris & caloris. Plinius lib. 11. cap. 37. binos hominum aliquib. uertices dat, quũ ait, Vertices bini homini tantùm, aliquib. capitis oſſa plana. Ab huius ſimilitudine, q; in montibus eminentiſſimum eſt, uertex appellatur. Verg. 1. Aen. geminiq; minantur In cælũ ſcopuli, quorũ ſub uertice

latè

latè Aequora tuta silent. Itè altissimę partes cęli quas Grę πόλους uocant, dicuntur uertices, quòd circa hos mundus rotetur. Verg. 1. Georg. Hic uertex nobis semper sublimis: at illum Sub pedibus Styx atra uidet, Manesq; profundi. Propter quod etiã cardines dicuntur, à similitudine eorum cardinum circa quos ualuæ uoluuntur. Apud Verg. lib. 2. Georg. Vertex pro Aquilone ponitur, tempestas à uertice syluis Incubuit. Vortices antiqui per o literã pronũtiabant, teste Quint. cap. de Orthographia: primusq; Aphricanus per e uertices dixit.

Verticosus, adiectiuum. Liu. 1. bel. Pun. Quidam uerticoso amni delati in hostes, ab elephantis obtriti sunt.

Verticulum, li. n. s. Instrumentum quod fuso adhibetur, ut facilius uertatur, σπονδύλιον.

Verticillum, li, & Verticillus masc. gen. diminutiuũ. Plin. lib. 37. cap. 2. In Syria quoq; inde fœminas uerticillos facere, &c.

Verticilla, Insecti species, inquit Budæus.

Verticillatus, adiectiuũ. Cels. lib. 8. Superius autem humeri caput rotundius quam cætera ossa, uerticillatis scapularũ ossibus inseritur. Hoc etiam uertibulatum dici potest, & uertebratum, quoniam uertibulũ, & uertebra pro spondylis accipiuntur. Budæus.

Vertigo, inis, f. t. secunda syllaba prod. Morbus capitis, qui ex frigidis, & lentis humoribus sursum ex uentriculo commeantibus oritur, ita ut sic affecti occasione parua succidant, ἴλιγξ Dicta, quoniam ob oculos eorum uorticosa quædã, & rotatilia circumagi uideantur, Græcè σκότωμα. Plin. lib. 7. cap. 6. A concepto decimo die dolores capitis, oculorũ uertigines, tenebræq; Iuuen. Sat. 6. Quũ bibitur concha, quum iam uertigine tectum Ambulat, & geminis exurgit mẽsa lucernis. Col. lib. 7. cap. 10. Febricitantium signa sunt, quũ obstipæ sues transuersa capita ferunt, ac per pascua, quũ paulum procurrunt, cõsistunt, & uertigine correptæ cõcidunt.

Vertigus, gi, m. s. ἴλιγξ. pen. cor. motus in orbẽ factus, qualem Seneca & Sallust. turbinum motum appellarunt.

Veru, n. t. indeclinabile nomẽ in singulari numero, in plurali Verua, ruum, Instrumẽtum oblongum ex ferro, quo carnes ad ignem torrentur, ὀβελός. Verg. 2. Georg. Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis. Varro à uersando dictũ existimat, quòd ad ignẽ iugiter uersetur. Ab huius item simili tudine telum oblongum, & tenue, Veru dictum est. Verg. 7. Aen. Et tereti pugnant mucrones, ueruq; Sabello.

Veruculum, li, n. s. Instrumentum ferreum, quo metallorũ expurgatores, spumam eximunt è reliquâ materia, ὀβελίσκος. Plin. lib. 33. cap. 6. Spuma ex argẽro sublata ueruculis ferreis, atq; in flãma cõuoluitur ueruculo, ut sit modici ponderis.

Verutũ, ueruti, pen. pro. Est hastile quod ueru habet præfixũ, Hinc Lucan. lib. 8. Cæsaries cõpressa manu, Pharioq; ueruto. Nonius, Verutũ est telum breue, & acutum. Cæs. 5. bel. Gal. Transfigitur scutum Pulfioni, & uerutum in balteo defigitur. Liu. 10. ab Vrbe, Quibus plerisq; in scuta, plerisq; uerutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus.

Verutus, a, ũ, adiectiuũ, Veruto armatus: sicut Scutatus, & Clypeatus. Vergilius 2. Georgicor. Assuetũq; malo Ligurem, Volscosq; uerutos.

Veru, Verutum, uide Verto.

Veruactum, n. s. Ager, uerno tempore semel proscissus, deindeq; quiescens usq; ad sequẽtem autumnum, quo aratur. ἔαρος, νεοτὰ. Veruactũ dictũ, quasi uere actum. Plin. lib. 18. cap. 19 Quidã utiq; ab æquinoctio uerno proscindi uolunt. Quodq; uerè semel aratũ est, à tẽporis argumento Veruactũ uocatur. Hoc in nouali atq; requieto agro necessarium est.

Veruex, cis, pen. prod, m. t. Ab uniuersis testiculis dicitur: est enim mas inter oues, cui inuersi, siue adempti sunt testiculi, κριός, ἐκτετμημένος. Nam qui ad generandam sobolem integer tenetur, aries dicitur. Sectarius ueruex, qui gregem agnorum præcedens ducit.

Veruecinus. a, um, pen. prod. Quod ex ueruece est. Plin. & hircinus, & ueruecinus adeps ei utilis est.

Veruecеus, a, um, Quod est ad similitudinẽ ueruecis factũ: ut, Statua ueruecea, apud Plaut. in Cap. pro seruo stupido, quiq; quã minimum differat à ueruece. Vos (inquit) introite: interibi ego ex hac statua ueruecea uolo Erogitare, meo mino re quid sit factũ filio, Quo tamẽ in loco quidã legunt Verbe rea statua: nã Veruecea Trochaici metri ratio nõ patitur: supereſt enim syllaba: nisi cea, per synæresim contrahas.

Verùm, Coniunctio, idem ualens quod Sed, μᾶλλον, ἀλλ' ὅμως μᾶλλον ἀπὸ. Cic. pro Mur. Ea sunt omnia nõ à natura, uerùm à magistro. Cic. 5. Philip. Expectabantur Calendæ Ianuariæ, fortasse nõ rectè, uerùm præterita omittamus. Idem 3. de Orat. Verũ hoc (ut dixi) nihil ad me. Verùm enim, sed enim, ἀπὸ γὰρ, Terent. Adelph. Verùm enim, quando promerui, fiat. Verùm enimuerò, sed tamen, οὐμὲν ἀπὸ. Cic. in Frumentaria, Verùm enimuerò duodenos sestertios exegisti. Veruntamen, sed tamen, attamen. οὐ μὴν δὲ. Cic. de Orat. Leue est: uerumtamen ipse me confirmo.

Verus, a, um, adiectiuum, Quod est solidum, syncerũ, non falsum, ἀληθὴς, ἔτυμος, ἀληθινός. à Ve particula, ut nõnulli putant, quæ uehementiam significat, & Res, quasi non uerborũ inanis sonitus, sed solida res. Terent. in And. Actũ est, siquidẽ hæc uera prædicat. Cic. 4. Acad. Quæ ista regula est ueri & falsi, si notionem ueri & falsi, propterea quod ea non possunt internosci, nullã habemus? Nam si habemus, interesse oportet ut inter rectũ & prauũ, sic inter uerum & falsum. Si nihil inter est, nulla regula est, nec potest is cui est uisio ueri falsiq; cõmunis, ullum habere iudiciũ, aut ullã omnino ueritatis notam. Ouid. 5. Trist. Eleg. 7. Nec procul à uerò est, quod uel pulsarit amicum: Hoc est, uerisimile est. Simili uerò Cic. ad Cassiũ, lib. 12. Id aũt eò facilius credebatur, quia simili uero uidebatur. Verius uero. Mart. li. 8. Vero uerius ergo quid sit, audi: Verũ Gallicè non libenter audis. Similitudo ueri. Cic. de uniuer. Bene agi putat, si similitudinem ueri cõsequatur. Verũ mordax, id est, ueritas libera, malè sibi conscioru aures offendens. Pers. Satyr. 1. Sed quid opus teneras mordaci rode re uero Auriculas? Aliquãdo uerũ accipitur pro bono, æquo & iusto, δίκαιον, ἐπιεικὲς. Horat. lib. 1. Epist. Metiri se quenq; suo modulo, ac pede, uerum est. Cic. 5. Tusc. Si maximè uerũ sit, ad corpus omnia referre sapientem. Idem pro Mur. Cato negat uerum esse, beneuolentiã allici cibo. Aliquando sumitur pro ueridico, sicut econtrario Falsum pro fallace, ἐτυμηγόρος. Terent. in And. Sum uerus. Verus color, id est, natiuus, non adulteratus, γνήσιος. Ter. in Eunuch Color uerus, corpus solidũ. Verus labor dicitur, quẽ quis per seipsum susciþit, non qui ex aliorum uirtute Imperatoribus adscribi consueuit. Verg. 12. Aen. Disce puer uirtutẽ ex me, uerumq; laborem, Fortunam ex alijs. Verior, Verissimus. Plin. lib. 12. cap. 13. Quod uerius, costo uicinius esse debet. Cic. 4. Acad, Sed me hercule, ut quidẽ nunc se causa habet, etsi hesterno sermone labefacta est, mihi tamen uidetur esse ueriſſima.

Verè, aduerb. ἀληθῶς, δικαίως. Ter in Heaut. Hoc ibi fit, ubi non uerè uiuitur. Cic pro Roscio Am. Verè nihil potes dicere, fingе aliquid falsrem commodè. Idem 1. Offic. Honestum quod propriè uereq; dicitur, id sapientibus est solis. Idem 4. Verr. Laudarem illam ciuitatem, id quod ueriſſimè possem. Idem ad Artic. lib. 5 Non ὑπερβολικῶς, sed ueriſſimè loquor.

Verax, cis, om. t. Qui uera loqui solet, & mentiri nõ consuetit. ἀληθινὸς Cic. 2. de Diuina. Multis seculis uerax fuit id oraculum. Ibidem Tum ei uisa quietis occurrent tranquilla, atq; ueracia. Ibidẽ, Herodotũ cur ueraciorem dicam Ennio.

Veracitas, tatis, Pœrpetua uerum dicendi consuetudo.

Veridicus, a, um, Qui uera dicit, ἀληθινὸς, ἐτυμηγόρος. Cic. pro Flacco, Veridicas adiungis causas inimicitiarum. Martialis lib. 5. Seu tua ueridicæ discũt respõsa sorores, Plana suburbani quà cubat unda freti. Lucret. Omnia ueridico qui quondam ex ore profudit.

Veriloquium, quij, n. s. Origo nominis quam Græci uocant ἐτυμολογίαν. Cic. in Top. Multa enim ex notatione sumuntur, ea est aũt quũ ex ui nominis argumentũ elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν uocãt, id est uerbũ ex uerbo, ueriloquiũ.

Verimonia, æ. f. p. Idẽ quod ueritas: sed est antiquum, ἀλήθεια. Plaut. Trucul. planius qui ante hac amator summus Herbitus est, iſtunc ad amicam uerius uerimonia referre.

Verisimilis, le, om. t. Idem quod probabile, quod licet non sit uerum, ueri tamẽ similitudinẽ habet. πιθανὸν, ἀκὸς. Cic. pro Ros. Amer. Etiam tum quum uerisimile erit aliquẽ commisisse, in suspicione latratote. Colũ. lib. 5. cap. 9. Id autẽ quũ sit uerisimile, tum etiã uerum esse nos docuit experimentum. Plin. lib. 5. cap. 22. Quod est uerisimilius quã quia cadendo tripudiũ sonumue faciãt. Cic. 1. de Inuent. Verisimillimum mihi uidetur, quodã tempore neq; in publicis rebus infantes, neq; insipientes homines solitos esse uersari.

Verisimiliter, aduerbium, πιθανῶς. unde uerisimiliter mentiens, dicitur, qui falsum perinde quasi uerum sit, narrat.

Veritas, atis, f. t. Vera ratio, res uera, uerũ, ἀλήθεια. Cic. 2 de Inuent. Veritas est per quam immutata ea quæ sunt, aut antè fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Idẽ pro Cælio, O magna uis ueritatis quæ cõtra hominũ ingenia, calliditatẽ, solertiã, contrã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

contrasq; fictas omnium insidias facilè se per seipsam defendat. Quintil. lib. 6. cap. 1. Non admittit hoc idem ueritas fori. Tacitus lib. 4. Nec occultum est quando ex ueritate, quando adumbrata lætitia facta Imperatorum celebrentur.

Veriuerbium, Verus sermo, ἀληθολογία. Plaut. in Capt. Tu repertus, Philocratem qui superes ueriuerbio.

Vero, as, n p. Verum dico, ἀληθεύω. Gell. libr. 18. cap. 1. ex Ennii 15. Annal. Satin', uates uerant ætate in agunda. Est & uerare, uerè representare. Sidonius, Quoties uerba Graia carmine uerat. Hodie tamen in neutra significatione est usitatum.

Vesanus, a, um, pen. prod. Vecors, crudelis, furiosus, παράφρων, μανιώδης, ἄγριος. Cic. pro Domo sua, Hæc furiosa uis uesani Tribuni plebis. Ibidem, Ac primum à te homine uesano & furioso requiro, quæ te tâta pœna, &c. Verg. de Ludo, Sperne lucrum, uexat mentes uesana libido. Idem 6. Aeneid. Suadet enim uesana fames. Catul. Epig. 91. Quũ uesana meas torret flamma medullas.

Vesania, æ. f. p. Vecordia, παραφροσύνη, μανία. Plin. lib. 35. cap. 11. Simulata uesania bouem cum equo iungens.

Vesanio, is, n q. Insanio, amẽs sum, παραφρονέω, μαίνομαι. Non nunquam etiam sæuio, ferocio, ἀγριαίνω, ἀγριόμαι. Catullus ad mare transtulit tempestate commotũ, Deprensa (inquit) nauis in mari uesaniente uento.

Vescor, d. t. Cibo utor, pascor, σιτέομαι, ἐσθίω. Cicero 2. de Natura deorum. Dij nec escis, nec potionibus uescuntur. Idem in Orat. Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas; ut inuentis frugibus, glande uescantur? Verg. 8. Aeneid. Vescitur Aeneas simul & Troiana iuuentus Perpetui tergo bouis. Inuenitur etiam constructum cum accusatiuo. Plin. lib. 10. cap. 48. Aues nonnullæ uescuntur ea, quæ rapuere pedibus. Vesci aura ætherea, id, est nita frui, uiuere. Nam quemadmodum partes solidæ animalis cibo & potu, ita spiritus aëre alũtur. Verg. libr. 1. Aeneid. Quòd si uata uirum seruant, si uescitur aura Aetherea. Ponitur quandoque pro uideo. Accius in Athamante, apud Nonium, Prius quàm infans esses, tui oculi uescuntur. Vesci ex manu hominis, est ex manu hominis escam capere. Plin. lib. 9. cap. 7. Simili modo ex hominum manibus uescens, frequensq; tractandum.

Vescus, a, um, Idem quod edulis, siue esui aptus: à Ve augmentatiua particula, & nomine esca, ἐδώδιμος, τράξιμος. Vnde Lucret. lib. 5. Salem uescum dixit. Item Verg. 4. Georg. Vescum papauer, quòd uidelicet in cibis adhibeatur: & Vescas salicum frondes, quoniam escis iumentorum sunt accommodatæ. Rursus uescum ponitur pro paruo, & minuto. Vnde & apud Marsos lingua uernacula quum dicunt maluam uescam, intelligunt de ea quam paruam dicunt. Ouid. libro 2. Fast. Nunc uocor ad nomen uegrandia farra coloni, Quæ malè creuerunt, paruaq; uesca uocant. Plin. lib. 7. cap. 20. corpore uescos esse, sed eximiis uiribus. Et in hac significatione Ve, στερητικὸν μόριον est, hoc est, priuatiua particula. Habet enim Ve, in compositione (ut lib. 5. cap. 12. docet Gellius) duplicem significationem. Nam & augendæ rei, & minuendæ ualet, propter quod accidit ut uocabula, quibus particula ista præponitur, quædam augmentum importent, ut uehemens: quædam diminutionem, ut uecors, uegrãdis: quædã ambigua sint: cuiusmodi est, de quo modò agimus uescus.

Vesculi, Homines graciles dicuntur, teste Festo, & malè curti, λεπτοί, ἰσχνοί, μονόχραμοι. Veteres enim reb. exiguis Ve particulã præponere solẽt, ut latiꝰ est uidere in dictione Vescus.

Vesica, uesicæ, f. p. penult. prod. Vrinæ receptaculum, κύστις, κύστις, φύσα. Cicero 2. de Finibus, Tanti autem morbi aderãt uesicæ & torminum, ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere. Ouid. 15. Metamorph. Extentum tumescit humum, ceu spiritus oris Tendere uesicam solet. Plin. libro 11. cap. 37. Vesica membrana constat, quæ uulnerata cicatrice non solidescit. Horat. 1. Serm. Sat. 8. Et displosa sonat quantum uesica, pepedi. Caper Vensica scribendum affirmat, eo quòd à uento deduci existimet.

Vesicula, læ, f. p. diminutiuũ, κυσίδιον, κύστις, κύσις γξ, φυσαλὶς. ut, uesicula fellis, κύστις χολάδικος, quæ in caua iecoris parte sita, bilem excipit, proprio meatu in ecphysin emittit: qua de re uide Galen. lib. 4. & 5. de Vsu partiũ. Vesiculæ item in herbis quibusdã dicũtur folliculi quibus semẽ includitur. Cic. 2. de Diuin. Et pulegiũ aridũ floresceret brumali ipso die, & inflatas rumpi uesiculas & semina malorum, quę in his media inclusa sunt, in contrarias partes se uertere.

Vesicaria. Secunda Solani species est, quam peculiari nomine Halicacabum uocant, frutex uerius, quàm herba, uesicas habens humanis non dissimiles, & in ijs grana, ubi maturuerint, rubẽntia, ἐρύθρος, ἀλικάκαβος, φυσαλὶς. Officinæ uocant Alcaquengi. Vesicaria autem dicta est siue à folliculis humanis ueficis similimis: siue ab effectu, quòd ueficæ calculis medeatur, ut Placer Plinio lib. 21. cap. 31.

Vespa, æ, s. p Insectum uolucre, api simile: ita dictum quod uesperi muscas uenetur in cibum, σφὶξ. Vide Plinii de hac abundè tractãtem lib. 11. cap. 21.

Vesper, uesperis, uel Vesperus, ri, masc. gen. Vna errantium, eadem cum Venere, mediũ inter Solis & Mercurij spheras situm obtinens: ita dicta quòd Sole iam occiduo, prima omnium exstellis lucere uesperi conspicitur, ἕσπερος. Plin. lib. cap. 9 Infra Solem ambit ingens fidus appellatum Veneris, alterno meatu uagũ, ipsisq; cognominibus æmulum Solis & Lunæ. Præueniens quippe & antè matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturãs. Contrà ab Occasu refulgens nominatur Vesper, ut prorogãs lucem, uicemqũe Lunæ reddens. Eadẽ & uesperugo dicitur, & Græco nomine Hesperus: Plautus Amph. Neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt. Vergil. 10. Ecloga, Ite domũ saturæ, uenit Hesperus, ite capellæ. Sæpissimè tamẽ Vesper, & Vesperus accipiũtur pro extrema diei parte, qua stella hæc incipit apparêre, quã & Græci ἑσπέραν uocant. Statius lib. 10. Thebaid. sed Vesper opacus Lunares iã ducit equos. Cæs. 2. bel. Ciuil. Magistris imperat nauiũ ut primo uesper omnes scaphas ad litus appulsas habeant. Cic. ad Att. lib. 12. Quumqũe manè me in syluã abstrusi densam & asperam, nõ exeo inde ante uesperũ. Verg. 3. Georg. Solis ad occasum quũ frigidus aëra Vesper Temperat, & saltus reficit iam roscida Lunæ. In eadem significatione legitur et Vespera, æ. fœm. gen. Plaut. Curcul. Si media nox est, siue est prima uespera. Nescis quid serus uesper uehat. Ex Menippeis Varronis Satyris citatur hic titulus, tum ab Aulo Gellio, tum à Macrobio: neque dubitandũ quin prouerbialis sit sicuti sunt & alij plerique. Quo salubriter admonemur, nec præsentiũ successuũ prosperitate sublati, futuri curã abijciamus: neq; ulla de re securi simus, priusquã exitum uiderimus. Idẽ hodie quoque uulgò dicũt diem nondum ad uesperã decurrisse, quũ significant diuersum exitũ posse accidere. Apparet Maronẽ ad parœmiã allusisse, quum ait libro. 1. Georgic. Denique quid serus uesper uehat: agẽs de prognosticis occasus. Liu. li. 5. Dec. 5. In secundis rebus nihil in quenquam superbè ac uiolẽter consulere decet, nec præsenti cedere fortunę, quum quid uesper ferat, incertum sit. Hæc Erasmus in Chiliad. Sunt qui dicant uesper etiam fœminini generis reperiri (sed quam benè, ipsi uiderint) adducentes testimonũ ex libro 2. Georg. Vergilij, Illic sera rubens accendit lumina uesper. Vbi uolũt adiectiuum sera cohærere cum uocabulo uesper: quod certè nõ est ueriſimile, præsertim quũ uesper aliud adiunctũ habeat adiectiuũ rubens. Est itaq; procul dubio sera adiectiuũ coniungendũ cum substantiuo lumina: ut hic sit sensus, Illic rubẽs uesper accendit sera lumina. Inuenitur etiam uesper uespera uespera rum. Vnde quùm uesperum dicimus neutro genere intelligimus tempus. Plin. lib. 18. His horæ rigandi matutina atq; uespera. Idem, Matutinum tempus atq; uesperum.

Vesperi, aduerb. Tẽpore uespertino, ἑσπέρας. Cic. ad Mariũ lib. 11. Epist. Nam quũ in Tusculano uesperi uenissem. Pro eodem legimus & Vespere. Cic. ad Attic. lib. 11. Cephalio mihi à te literas reddidit ad octauum Idus Martij, uespere.

Vespertinus, na, num, adiectiuum, ut Tempus uespertinum, ἑσπερινὸς. Cic. 2. de Nat. deor. Tum uespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rursum se aperiendo. Vespertinæ literæ, dicũtur quæ uesperi scriptæ, aut redditæ sunt. Cic. ad Attic. lib. 13. Ante meridianis tuis literis heri statim rescripsi, nũc respõdebo uespertinis. Horat. 1. Epist. 6. Gnauus manè forum, & uespertinus pete tectum. Idem lib. 2. Sermon. Sat. 4. Si uespertinus subitò te oppresserit hospes.

Vesperare, n. p. Est uesperã fieri, ἑσπεράζειν, Gellius lib. 17. cap. 8. Taurus philosophus accipiebat nos Athenis cœna plerũq; ad id dici ubi iam uesperauerat: id enim est tempus istic cœnandi frequens.

Vesperascit, Serũ diei fit, in tertiis tantũ personis, ἑσπεράζει. Terent. in Heaut. Et uesperascit, & nõ nouerũt uiã. Hinc Aduesperascit, & inuesperascit. Ter. in And. Cur uxor nõ accersitur? iam aduesperascit. Liu. 38. Iam inuesperascebat.

Vesperna, f p. Cœna apud ueteres dicebatur: nam (ut Fest. inquit) cœna uocabatur, quod nunc est prandiũ, δεῖπνον. Vesperna autem quam nunc cœnam appellamus: quòd id conuiuium non nisi aduentante nocte inibant prisci.

Vespertilio,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Veſpertilio, onis. maſc.gen.t. Incertæ naturæ eſt. eſt enim mediæ cuiuſdam inter auem & murem ſpeciei, ut mus alatus dici poſſit. νυκτερίς. Volant enim pinnatis alis, ſed inter uolucres non eſt habendus, quòd quatuor pedibus graditur pullosq; parit, non oua, quos & lacte nutrit. Dictus ueſpertilio, quòd ueſpere ſe ad uolatum proferat. Varro, Factus ſum ueſpertilio, neq; in muribus planè, neq; in uolucribus ſum. Vide Pliniũ li. 10. ca. 6. Per translationẽ etiã ueſpertiliones dicuntur debitores qui ære alieno obruti, interdiu domo deli teſcunt metu creditorum, noctu tantùm prodeuntes. Vide Alciatum in libris prioribus Parergõn.

Veſperugo, ginis, Stella eſt eadem quæ & Veſper, & Heſperus, & Lucifer, & Venus dicitur, ἕσπερος. Plaut. in Amph. Neq; ueſperugo, neq; Virgiliæ occidunt.

Veſpillo, onis, maſc. gen. t. Vilis cadauerum funerator: ita dictus q; ueſpertino tẽpore mortuos efferre ſoleret, qui funebri põpa propter inopiam non poterant efferri. νεκροφόρος. Vnde & funera à funalibus dici autumat Donatus: quia noctu efferebantur ob ſacrorum celebrationem diurnã. Martialis lib. 2. Qui fuerat medicus, nunc eſt ueſpillo Diaulus.

Veſter, a, um, Quod ad uos attinet. ὑμέτερος. Verg. 3. Ecloga Pierides uitulam lectori paſcite ueſtro.

Veſtras, tis, Quod ex neſtra regione eſt, aut patria.

Veſtiarium, Veſtiarius, uide Veſtis.

Veſtibulum, buli, n. ſ. Locus erat ante ædiũ ianuã, inter ædes ipſas, & uiam relictus, cum in uſum ut qui ædium domi num ſalutatum ueniſſent, neq; in uia ſtarent, neq; in ipſis eſſent ædibus. πρόδομος, προπάλαιον. Plaut. in Moſt. Viden' ue ſtibulum ante ædeis hoc, & ambulacrũ cuiuſmodi ſit? Dicta ſunt autem Veſtibula à Ve, & ſtando, quòd multũ in ijs ſtare tur. Nã qui domos amplas antiquitus faciebãt, locũ ante ianuam relinquebãt, qui inter fores domus, & uiam medius eſſet, in eo loco qui dominum eius domus ſalutatũ uenerãt priuſquã admitterentur, conſiſtebãt. A qua ſtatione, & quaſi conſtabulatione, Veſtibula appellata ſunt ſpacia, in quibus multùm ſtaretur ab aduenientibus, prius quàm intromitterentur in domum. Alij Veſtibulum à Ve priuatiuo deduci uolunt, referentes non ad eos qui aduenium, ſed ad eos qui in domo commanent, quoniam illic nunquam conſiſtant, ſed ſolũ tranſitus cauſa ad hunc locũ ueniant exeundo, ſeu redeundo: ut ſit Veſtibulum, non ſtabulum: ſicut Veſanus, non ſanus. Poteſt etiam dici Veſtibuluũ prima pars ianuæ, quòd ianuã ueſtiat: uel (ut Ouidius ait) à Veſta, quòd ea potiſſimũ pars in ædificio ſit Veſtæ cõſecrata: ſicut culina dijs pœnatibus; & maceries, quæ ambit domũ, Herceo Ioui. ſingula enim domus ſacrata ſunt dijs. Ex hac opinione nata fuit olim cõſuetudo, ut nouam nuptã mariti domũ ingrediẽtem nefas putaretur limẽ pedibus contingere. Ouid. lib. 6. Faſt. Hinc quoq; ueſtibulum dici reor, unde precamur, Quã famur Veſtam, quæ loca prima tenet. Vide Gelliũ lib. 16. ca. 5

Veſticeps, m. t. Qui annos pubertatis iam attigit, quiq; malas habet languine ueſtitas. γνεσῶν. Gel. lib. 5. ca. 19. Sed arrogari non poteſt, niſi iam ueſticeps.

Veſtĭgĭum, gii, n. ſ. Pedis impreſſio: id eſt, ſignum quod à pede relinquitur. ἴχνος, σίβος. Vergil 4. Georg. Et gradiẽs ima uerrit ueſtigia cauda. Ponitur quãdoq; pro ima parte pedis. Idem lib. 5. ueſtigia primi Alba pedis, frontem q̃ oſtentas arduus albã. Per translationẽ ponitur pro quocunq; rei geſtæ indicio ſeu ſigno. Cic. pro Font. Vnæ tabulæ proferantur, in quibus ueſtigiũ ſit aliquod, quod ſignificet pecuniã Fonteio datã. Verg. 4. Eclo. Pauca tamen ſuberunt priſcæ ueſtigia fraudis. Omnibus ueſtigijs indagare aliquid, eſt ubiq; quærere, & diligenter. Fallere ueſtigiũ, de loco lubrico dicitur. Ponere ueſtigia leuiter, eſt ita progredi, ut uix ueſtigia appareant. Dicimus quoq; Inſiſtere ueſtigio, Imprimere ueſtigiũ, Facere ueſtigium in aliquo loco: Occumbere in ueſtigio, eſt ſtantẽ eo in loco interfici, ubi ab imperatore in acie collocatus fuerat. Veſtigiũ corporis, eſt ipſius corporis impreſſio. Veſtigium equi, dicitur aliquando ipſius equi ferrea ſolea. Plin. lib. 28. cap. 10. Veſtigium equi excuſſum ungula, ut ſolet plerũq; ſiquis collectũ reponat, ſingultus remediũ eſſe recordantibus, &c.

Veſtigo, gas, a. p. pen. prod. Quæro, quaſi per ueſtigia indago, à ueſtigiis tanquã indiciis dictũ, ἰχνεύω, σιβεύω, σιβύω, ἰχνηλατέω. Cic. lib. 1. de Oeat. Ipſa tractatio, & quæſtio quotidie ex ſe gignit aliquid, quod cum deſidioſa delectatione ueſtiges. Vergil. Aen. Quę loca, quiũe habeãt homines, ubi mœnia gentis Veſtigemus. Cicero 2. de Orat. Non & coniuncta quæremus, & cauſas, rerum ueſtigabimus? Vergilius 6. Aeneidos. Ergo alte ueſtigia oculis, & ritè repertum Carpe manu. Huius compoſita ſunt, Inueſtigo, & perueſtigo, quorum ſignificata uide ſuis locis.

Veſtigator, uerbale, id eſt, uenator, à ueſtigiis ferarũ dictus, ut author eſt Varro 4. de Ling. Latina, ἰχνευτής. Col. lib. 9. cap. 8. Nam ſtatim ſono territum, uel frutice, uel in editiore ſylua frõde cõſidet, uel à ueſtigatore præparato uaſe recõditur.

Veſtis, ſtis, f. t. A uelando, quod corpus uelet: ſeu à uellere, quod eſt uniuerſæ ouis lana, ἔσθης, ἔσθημα, περιβολή. Et eſt generale nomen, quoduis ſignificãs indumentum, tam uirile, quàm muliebre, quo continentur omnia lanea, linea, ſerica, bombicina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, inſternendi, accubandiq; cauſa apparata ſunt, & quę acceſſionis iure cedunt: cuiuſmodi ſunt inſtitæ, picturæ, clauiq;, quę ueſtibus inſuũtur. Cicero 7. Ver. Illi ad deprecandum periculũ proferebãt, alij purpurã Tyriam, thus alij atq; odores, ueſtem q; lineam, gemmas alij, & margaritas. Quint. lib. 11. cap. 1. Monilia & margaritæ, & ueſtis longa, ſunt ornamenta fœminarum. Verg. 9. Aen. Diues equũ, diues pictaí ueſtis, & auri, Cic. 2. Philip. Maximus uini numer⁹ fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretioſa ueſtis, multa & lauta ſuppellex, & magnifica, multis locis, &c. Ponitur interdum ueſtis pro barba, γένειον. Verg. lib. 7. Aeneid. Aurea cæſaries ollis, atque aurea ueſtis. Vbi Seru. Veſtis, hoc eſt, barba: unde ecõtra inueſtes dicimus imberbes: unde eſt, Tunc mihi prima genas ueſtibat flore iuuenta. Lucretius lib. 5. Nec minus incerto dentes cadere imperat ætas Tempore, & impubem molli pubeſcere ueſte. Veſte, hoc eſt pilo & lanugine, ſeu prima barba.

Veſtio, ſtis, iui, itum, a. q. Veſtẽ induo, ἱματίζω, ἐνδύω, περιβάλλω, ſolĭo. Plaut. in Caſi. Vir te ueſtiat, tu uirũ depoſtules, Cic. pro Sext. Roſc. Quaſi uerò neſcias hunc ali & ueſtiri à Cælia, &c. Transfertur ad alia, gaudetq; ferè ablatiuo eius rei qua quis ueſtitur. Cicero 2. de Natura deorum. Primum oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit, & ſepſit. Veſtiuit, id eſt, operuit, muniuit, contexit, uelauit. Col. lib. 4. tranſtulit ad arbores, Vbi ſe frondibus ueſtierint, teneris caulibus, necdũ adultis, modus adhibendus eſt. Veſtire agrum uineis, apud eundem lib. 3. cap. 1. Veſtire gramine ripas, apud eundem libro 8. cap. 5. Veſtiti montes ſyluis, apud Liuium 2. bel. Maced. Veſtire parietes tabulis, Cic. 6. Verr. Veſtiri pilo. Plinius lib. 9. cap. 13. Veſtita floribus terra, arboribus, frugibus q;, &c. apud Ciceronem 2. de Nat. deor. Plin. lib. 2. Epiſt. 17. Hortũ morus, & ficus frequens ueſtit, id eſt contegit, ornat. Huius Compoſita ſunt, Cõueſtio, circunueſtio, ſuperueſtio: quorum ſignificata explicantur ſuis locis.

Veſtitus, tus, m. q. Veſtimentũ, ſiue ueſtis, ἔσθης, ἔσθημα, περιβολή. Plin. lib. 8. cap. 22. Veſtituq; in quercu ſuſpenſo, tranare, atq; abire in deſerta. Cic. 1. de Nat. deor. Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores, fictores q; uoluerunt: neq; ſolùm facie, ſed etiam ornatu, ætate, ueſtitu. Orationis ueſtitus. Cic. de Clar. Orat. Conciunitas illa, crebritas q; ſententiarum priſtina manebat: ſed ea ueſtitu illo orationis quo conſueuerat, ornata non erat. Montium ueſtitus denſiſſimi. Cic. 2. de Natura deorum. Riparum ueſtitus uiridiſſimi, Cicero ibidem Vir muliebri indutus ueſtitu, Cicero ad Attic. lib. 1.

Veſtimentum, ti, n. ſ. Idem quod ueſtis, ἔσθης, ἐπίβλημα, ἱμάτιον, ἔσθημα. Vlpian. in l. Veſtimentũ. ff. de auro & arg. lega. Veſtimentum, id eſt, quod detextum eſt, etſi deſectũ non eſt, &c, Cic. pro Mil. Milo aũt quũ in Senatu fuiſſet eo die, quoad ſenatus dimiſſus eſt, domũ uenit, calceos & ueſtimenta mutauit. Horat. 1. Epiſt. 18. Veſtimenta dabat pretioſa, &c.

Veſtiarium, rij, n. ſ. Locus in quo ueſtes uel ſeruantur, uel uenduntur, ἱματιοθήκη, ἱματιοφυλάκιον. Plin. lib. 15. cap. 8. Veſtiarium etiam contra teredines, ac noxia animalia amurca aſpergi. Aliquando ueſtiarij nomine ueſtitus intelligitur, ἱματιομὸς, σολοικὸς. Col. lib. 1. cap. 8. Tantoq; curioſior inquiſitio patriſamiliãs debet eſſe pro tali genere ſeruorũ, ne aut in ueſtiarijs, aut in cæteris præbitis iniuriosè tractentur. Vide in dictione Calcearium.

Veſtiarius, m. ſ. Qui ueſtiario præeſt, aut ueſtes uendit, ἱματιοπώλης. Aliquando adiectiuũ eſt: ut ueſtiaria arca, apud Catonem lib. 11. in qua ueſtes reponuntur, & conſeruantur.

Veſtiſpicus, ci, & Veſtiſpica, æ, penult. cor. Seruus, ſiue ancilla cuſtodiens ueſtes, quòd frequenti diligẽtia ueſtes inſpiciat, ἱματοφύλαξ. Plautus in Trin. ducitur familia tota, Veſtiſpici, unctor, auri cuſtos. Afran. Noui non inſciam ancillulam ueſpere & ueſpiſticam.

Veſticiſſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Veſtitiſſimus, Quod eſt optimè ueſtitum. Col. lib. 7. cap. 3. Id pecus, quamuis ex omnibus animalibus ueſtitiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt. De ouibus.

Veter, teris, pen. cor. adiectiuum trium generum, Senex, uetuſtus. γηραὸς, παλαιὸς. Ennius, Quum ueter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.

Veterior, & Veterrimus. Plautus in Bacch. Senem illum ego tibi dedo ueteriorẽ, lepidè ut lenitũ reddas. Treb. Ciceroni, Pro noſtri ueterrimo, ueriſſimoq; amore. Vergil. 2. Aeneid. Ingens ara fuit, iuxtaq; ueterrima laurus. Tacitus lib. 5. Arſacem libe rorum ſuorum ueterrimum impoſuit. Id eſt, maximum natu. Cic. de Amic. Veterrima quæq; (ut ea uina quæ uetuſtatem ferunt) eſſe debent ſuauiſſima.

Veteramentarius, Veteranus, Veterator, uide Vetus.

Veterinus, na, num, adiectium: ut, Veterina animalia, ἴσα φορητὰ φόρα: dicũtur ad uecturam idonea, quæ aliquid uehere poſſunt. Ita dicta, quaſi uenterina teſte Feſto, quòd ad uentrem onus religatum gerant: uel potius à uehendo, quaſi uecterina. Plin. lib. 11. cap. 46. Vngulæ ueterino tantũ generi renaſcuntur. Legitur & Veterinum, ſubſtantiuè, pro animali ueterino. hoc eſt, uecturæ idoneo, ἴσον φορητόν. Plin. lib. 11. cap. 37. Actas ueterinorum, dentibus indicatur.

Veterinarius, rij, m. ſ. Qui ueterinorum curam gerit, & ueterina ducit, qui apud nos conſueuit etiam illa locanda domi nutrire ad quæſtum, κτηνίατρος. Vnde equos, mulos, aſinos meritorios uocamus. Col. li. 11. 1. Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arborator, & uinitor, tum etiã ueterinarius, & pbus paſtor. Veterinarij itẽ, medici ſunt ueterinorum, quos nunc uulgus Mareſcalos appellat, ἱππιατροὶ, κτηνίατροι. Colum. lib. 6. cap. 8. Solent etiã faſtidia cibi afferre uitioſa incrementa linguæ, quas ranas ueterinarij uocant.

Veterinarius, a, um, Quod ad ueterinarium pertinet, κτηνιατρικὸς. Vt Medicina ueterinaria, κτηνιατρία, ἱππιατρία. Columel. libro 7. cap. 2. Quare ueterinariæ medicinæ prudens eſſe debet pecoris magiſter.

Veternus, ni, m. ſ. Morbus eſt naſcens ex humoribus frigidis cerebrum infeſtantibus, memoriam ſimul, & rationem tollẽs, ineuitabilem dormiẽdi neceſſitatẽ inducens λήθαργος. Plaut. in Menæh. Num eum ueternus, aut aqua intercus tenet? Et quia hic morbus pigros homines facit, & ad negotia inutiles, quemadmodũ ſenectus, ideò Veternus quandoq; pro pigritia ponitur, νωθρότης. Verg. lib. 8. Georg. Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno. Cic. lib. 6. Epiſt. Niſi ego cum tabernarijs & aquarijs depugnaſſem, ueternus occupaſſet ciuitatẽ. Quãdoq; pro nimia dormitione. Plin. lib. 8. cap. 36. Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno urſi premuntur, ut ne uulnerib. quidem excitari queãt, tunc mirũ in modũ ueterno pingueſcũt.

Veternoſus, Qui ueterno, hoc eſt, lethargo laborat, ληθαργικὸς. Per translationem tamen ſumitur pro ſomnolento. & ſegni, νωθρὸς, ἔνυπνος. Terent. in Eunuch. Hic eſt uetus, uietus, ueternoſus ſenex. Quo in loco Terentius Eunuchum uocat ueternoſum, quòd tardus eſſet, & ſegnis, ac ſi ueternum pateretur. Cato uerò Veternoſum appellat hydropicum, quum inquit, Veternoſus quàm plurimum bibit, tam plurimum ſitit.

Vetero. uide Vetus.

Vĕto, as, tui, itum, a. p. Prohibeo, & ne quid fiat, impero, παρὰ γίνω, κωλύω. Liu. lib. 2. Illi uicti ira, uetuêre reddi. Terent. in Phorm. aruſpex uetuit ante brumã aliquid noui. Negotij inciperе. Cæſ. 2. bel. Gal. Et quòd ab opere ſingulisq; legionibus ſingulos legatos Cæſar diſcedere, niſi munitis caſtris, uetuerat. Cic. 5. Ver. Vetat te Volcatius tuæ, tuorumq; delicię, mentionẽ mãcipijs facere. Verg. 1. Aen. Quippe uetor fatis. Horat. 1. Serm. ridentem dicere uerum Quid uetat? Verg. Ecloga, non me illa uetabunt Frigora Parthenios candidus circundare ſaltus. Legitur etiã præteritũ ueraui, & ſupinũ uetatũ. Perſius Sat. 5. Excepto ſiquid Marſuri rubrica uetauit. Quo tamẽ in loco nõ nulli Notauit, legendũ contendũt. A ueto quanuis ſupinum faciat uetitũ, participiũ tamen futuri tẽporis deducitur uetaturus, non uetiturus. Item uerbale uetatio, non uetitio autho

Vetans, tis, participium. Cic. 2. de Legib. Ita (re Valla lib. 1. principem legem illam, & ultimam mentẽ eſſe dicebant omnia ratione aut cogentis aut uetantis dei.

Vetitus, præteriti participium. Verg. 6. Aeneid. Hic thalamũ inuaſit natæ, uetitoſq; hymenæos. Ouid. 2. Metam. Vetito tentarũt æquore tingi. Horat. 1. Carm. Ode 3. Audax omnia perpeti Gẽs humana ruit per uetitum nefas.

Vetitum, ti, n. ſ. ſubſtantiuũ, Id quod prohibetur. Verg. 10. Aeneid Quæ contra uetitũ diſcordia? Ouid. 3. Amo. Nitimur in uetitũ ſemper, cupimusq; negata.

Veronica, uide Betonica.

Vĕtus, ueteris, pen. cor. om. gen. t. antiquum & multorũ annorum, mẽſium, aut dierum ſignificat, ſecundum id cui adiectum eſt, παλαιὸς, ἀρχαῖος. Plautus in Trucul. Vetus eſt maceria. Cic. pro Cecinna, At uerò hoc quidẽ iam uetus eſt, & maiorũ exemplo multis in rebus uſitatum. Quidam dici putant, quaſi uietus: hoc eſt, fine ui. ætas enim debilitat uires. Alij à ue, pro ualde, & ætas. Et plerũque in laude ponitur. Vnde dicimus, Apud ueteres: eos uidelicet autoritatis plenos ſignificantes. Idẽ Vetus Falernum, quod ætate uires acquiſiuit. Interdum ad uituperationem refertur, & pro carioſo, ſeu rancido ponitur, próque eo quod ætate iam deterius eſt effectum. Terentius in And. ſed qui maleuoli, Veteris poëtæ maledictis reſpondeat. Vetus adagium, uetus uerbum, id eſt, iandiu uſurpatum, & à ueteribus etiam dictum. Plaut. in Amph. Vetus eſt adagiũ, fames & mora Bilem in naſum conciunt. Terent. in Adelph. Nam uetus uerbum hoc quidem eſt:

Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.

Vetulus, diminutiuum, Quod modò ſubſtantiuè accipitur pro ſeniculo, γρόντιον. Plaut. in Epid. Quales uolo uetulos duos. Modò adiectiuè pro ſubuetuſto, ſiue ſubãtiquo: ut, Vetula cornix. Horat. 4. Carm. Ode 13. Seruatura diu parẽ cornicis uetulæ temporibus Licẽ, &c. Arbor uetula. Cic. 5. de Finib. Itaq; & ui uere uitẽ & mori dicimus: arborẽq; & nouellã & uetulã: & uigere, & ſeneſcere. Equus uetulus. Cic. de Amic. Nũ quãdo amici noui digni amicitia, ueteribus ſint anteponendi, ut equis uetulis teneros anteponere ſolemus. Falernum uetulũ. Catul. epigrã. 24. Miniſter uetuli puer Falerni. Vinũ uetulũ. Colũ. lib. 10. Brachia iactantes uetulo marcentia uino.

Vetuſtus, a, um, Idem quod uetus, ἀρχαῖος. Liu. lib. 1 poſſe quidẽ ſe uetuſto iure agere. Cicer. Acilio, lib. 13. Cum Demerrio Mega mihi uetuſtum hoſpitium eſt. Idem de Clar. Orat. Sed multò tamen uetuſtior, & horridior ille, quàm Scipio. Ouid. 2. Faſt. Tybri doce uerum, tua ripa uetuſtior urbe eſt. Verg. 2. Aen. Eſt urbe egreſſus tumulus, templumq; uetuſtum Deſertæ Cereris, iuxtaq; antiqua cupreſſus, Religione patrum multos ſeruata per annos. Plin. lib. 25. cap. 2. Vt Aeſchylus è uetuſtiſſimis in poëtica refertam Italiam herbarum potentia prõderet. Tacit. lib. 2. Qui Vononem uetuſtiſſimum liberorum eius accirent. Hoc eſt, maximum natu.

Vetuſtè, aduerbiũ, Antiquè, ἀρχαίως. Plin. lib. 27. cap. 7. Vetuſtiſſimè in uſu eſt, hoc eſt, diutiſſimè conſeruatum in uſu eſt.

Vetuſtas, atis, f. t. Antiquitas, ſenectus, ἀρχαιότης. Plinius lib. 27. cap. 7. Nix uetuſtate rubeſcit. Liu. 2. ab. Vrbe, Nec quid quoq; anno actũ ſit in tanta uetuſtate non rerum modò, ſed etiam autorum, digerere poſſis. Cic. de Amic. Magna eſt uis uetuſtatis & conſuetudinis. Ouid. 5. Metam. Tempus edax rerum, tuq; in uidioſa uetuſtas Omnia deſtruitis, uitiataq; dentibus æui Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Vetuſteſco, is, Inueteraſco, uetuſtatẽ acquiro, παλαιῶ. Colum. lib. 1. cap. 7. Apothecæ rectè ſuperponentur his locis, unde plerunq; fumus earum exoritur, quũ uina celerius uetuſteſcunt, quæ fumi quodam genere præcocem maturitatem trahunt.

Vetero, as, n. p. Vetuſteſco, uetuſtatem acquiro, παλαιῶ. Celſus lib. 3. cap. 12. In his autem febribus quæ ueteraurerunt, utilis fames non eſt. Hinc compoſitum Inuetero, & augmentatiuum Veteraſco, quæ ſunt eiuſdem ſignificationis. Colũ. lib. 2. cap. 15. Aptior eſt tamen ſurculis hominis urina, quam ſex menſibus paſſus fueris ueteraſcere, ſi uitibus aut pomorũ arboribus adhibes. Ab hoc fit Inueteraſco, quod eſt ualde uetus fio, ſeu ualde in conſuetudinem uenio. Nigidus differẽtiã ponit inter uetuſteſcere, et ueteraſcere, quod quæ uetuſtate deteriora fiũt, uetuſteſcere dicantur: ueteraſcere, quæ meliora. Columella uerò li. 6. docet ueteraſcere, ſeu inueteraſcere non ſemper in melius dici: cuius hæc ſunt uerba, Sed ſi iam inueterauit morbus, uehementioribus eſt opus remedijs.

Veteraſco, ſcis, Vetus fio, uetuſtatem contraho: quod uetuſteſcere dicimus, παλαιῶ Columella libro 2. capite 15. Aptior tamen eſt ſurculis hominis urina, quam ſex menſibus paſſus fueris ueteraſcere.

Veterator, toris, m. t. Homo ueteris aſtutiæ: ut inquit Donatus, & in omni re callidus: multarum rerum gerendarum uetuſtate. παλίμπρακτος, παλίμβολος, παλαιοεργός. Terent. in Heaut. Idem iſtuc mihi uenit in mẽtem. C. ueterator. Idem in Andria. Quid hic uolt ueterator ſibi? Veterator, inquit Budæus, eſt qui diutina ac multiplici, & ſæpe commutata ſeruitute aſtutus & uafer euaſit, quod genus ſeruorũ olim minori erat in pretio quã no-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uitiorum: unde ab Aedilibus præceptum erat, referente Vlpiano, ne ueterator pro nouitio ueniret. Veterator & ad liberos homines transfertur, pro eo qui in quauis, quouisue instituto astutia & solertia plurimum pollet. Cic. lib. 2. de Finibus, Acutum, uersutum, ueteratorem, facilè ut excogitet quomodo occultè sine teste, sine ullo consciо fallat. Gellius lib. 5. cap. 1. Videbatur esse in literis ueterator. Veterator, aduocatus dicipotest hodie, qui diu, ac multùm in foro uersatus, omnes litium retrahendarum anfractus, omnes ambagiosas fugitandi ludificationes, omnes reprehensiones, nexusq; lubrici litium certaminis, qui ancipiti forensium salebrarũ Marte, bellissimè insidias disponere, atque etiam prouidere nouit: sed is propriè (ut uno uerbo absoluam) qui eam se artem scire, atque exercere profitetur, qua causa inferior, superior euadere, uel reclamante æquo, bonoq; possit. Budæus.

Veteratorius, a, ũ, Subdolus, impostorius, uafer, astutus, *πανοῦργος κατασκὸς, καπηλικὸς*. Cicero Verr. Nihil ab isto tectum, nihil ueteratorium expectaueritis: omnia experta, omnia perspicua reperientur.

Veteratoriè, aduer. Astutè, calidè, malitiosè, *πανοὐργως* Cic in Orat. Ille enim summissus, quòd acutè, & Veteratoriè dicit, &c.

Veteratrix, tricis, Fœmina in astutijs & faudibus exercitatissima, *πανοὔργος ἡ*.

Veteramentarius sutor, Calcearius, qui ueteres calceos reficit. Eaq; forma dicitur ueteramentarius, qua ab armento armentarius, à ferramento ferramentarius. Sext. in Vitel. Cassius Seuerus, nec minus alij, eundem & sutorem ueteramẽtarium prodiderunt.

Veteranus, ueterana, num. Idẽ significat quod uetus, *ἡ παλαιὸς*. Liu. lib. 1. bell. Pun. Pœnum hostem ueteranum, triũ & uiginti annorũ militia durissimas inter Hispanas gentes semper uictorem. Vnde ueterana mancipia, quæ à nouitijs distinguuntur. Veterana, quæ anno continuo seruiuerunt in urbe, Nouitia intelliguntur, quæ anno nondum seruiuerunt, ut ait Martianus de Publicanis & uectigalibus. ueterani milites, qui multis annis stipendia fecerunt, & diuturna usu in re militari sunt exercitati. Budæus in libro de Asse, ex autoritate Taciti, ostẽdit eos propriè dictos esse Veteranos, qui stipendia quidem legirima confecerant, adhuc tamen sub uexillo continebantur, quoad militiæ præmia, coloniasq; acciperent, ab omni interim onere immunes, præterquam propulsandi hostis. Stipendiorum autem legitimorum tempus non semper idẽ fuit. Constat enim quosdam tricena, aliosquadragena impleſſe stipendia. Sub initium autẽ principatus Tiberij, suborta hoc nomine seditione in castris Pannonicis, placuit, post senadena stipendia milites exauctorari, quatuorq; post annos, antequam missionem adipiscerẽtur, sub uexillis retinere, indulgẽtiore militiæ genere: quo tempore Veterani dicebantur. Cicero 2. Tusc. Ergo hæc ueteranus facere miles poterit: doctus uir, sapiens, facere nõ poterit? Cæsar lib. 1. bell. Gall. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit légionẽ quatuor ueteranorum. Lucan. lib. 1. Quæ sedes erit emeritis? quæ ruradabũtur, Quæ noster ueteranus aret? Cicero 3. Philip. Comparare firmissimũ exercitum inuicto genere ueteranorum militum. Veteranum pecus. Columella libro 6. cap. 2. Verùm ista sic agenda præcipimus, si ueteranum pecus nõ aderit. Veteranæ uites dicuntur ueteres, & antiquæ. Columella libro 3. cap. 15. Deinde eam uelut ueteranam uitem totam exputare, & ad unam materiam firmissimam redigere.

Vexillum, li. n. s. Signum militare, *σημεῖον*. Cæsar. 2. bell. Gal. Vexillum proponendum, quod erat insigne, quũ ad arma concurri oporteret. Tacit. lib. 1. Postquam turbatũ castris accepere, uexilla conuellunt. Cic. in Oratore. docet uelum à uexillo factum, ut à paxillo palum, à taxillo talum, extritis tribus literis, graria uitandi durioris soni. Vexillum autem continebat homines centum octoginta sex, teste Liuio, libro 8. ab Vrbe

Vexillifer, Signifer, gestator uexilli, quẽ & Aquilifer ũ uocabant Romani *σημειοφόρος*.

Vexillarius, Signifer, Qui uexillum fert, *σημειοφόρος*. Liuius lib. octauo, Ordo ter sexagenos milites, duos centuriones, uexillũ unum habet.

Vexillatio, quid significet, declarat Vegetius lib. 2. cap. 1. Equitum (inquit) alæ dicuntur ab eo. quòd ad similitudinem alarũ ab utraq; parte protegant acies, quæ nunc Vexillationes nocãtur à uelo: quia uelis. hoc est, flammulis utuntur. Suetonius. in Galba, capite. 10. Illud mirum admodum fuerit, neque præsentium quenquam opem Imperatori ferri conatum, & omnes qui accerserentur spreuisse nuntium, excepta Germanicorum uexillatione.

Vexo, as, a. p. Agito, molesto, perturbo, infesto, populor, diripio, & huc atq; illuc distraho, *περιεύρω, ἀποκναίω ἄθλιῶ, περιπατῶ*. Tractum ab eo quod est ueho, in quo inest iam uis quædam alieni arbitrij: non enim sui potens est, qui uehitur. Vexare autem ui atque motu proculdubio uastiore est. Nam qui raptatur, & huc atque illuc distrahitur, (ut inquit Gellius libro 2. capite 6.) hic uexari propriè dicitur: sicut taxare, pressius, crebriusque tangere. Iactare, multò fusius, largiusque iacere. Quassare etiam, quàm quatere, grauius, uiolentiusq;. Cicero 2. Verr. Quam iste per triennium ita uexauit ac perdidit, ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit. De Sicilia loquitur. in quem locum Asconius, nimirum uexauit: ingentis calamitatis usum significat: nam & ipse suprà sic ait, Populatæ, uexatæ funditus euersæ prouinciæ. Verg. 6. Ecloga, Candida succinctam latrantibus inguina monstris Dulichias uexasse rates, Vexare nos dicuntur uitia, quia animum iactant, distorquent, agitant, infestant. Sallust. in Cat. At me, quum abreliquis malis moribus dissentirem, nihilominus honorius cupido eadem quæ cæteros, fama atq; inuidia uexabant. Huius composita sunt, Deuexo, diuexo, quorum significata uide suis locis.

Vexatio, onis, g. t. uerbale, Populatio, direptatio, infestatio, afflictio, *κάκωσις, πόρθησις, ὑβρισμὸς, ἀνίασις*. Cicero in Catil. Tibi uexatio direptioq; sociorum impunita fuit ac libera. Idem 4. in Catil. Tum, lamentationem matrumfamiliãs, tum fugam uirginum atque puerorum, ac uexationem uirginum Vestalium perhorresco.

Vexator, oris, Infestor. Cic. de Aruſp. resp. Tam crudelis mei, tam a sceleratus Reip. uexator esse potuisset?

Via, æ, f. p. Dimidius actus, quà potest ire uehiculum, *ὁδὸς*. Via (inquit Paulus Iurisconsultus) constituì uel latior octo pedibus, uel angustior potest, ut tamen eam latitudinem habet, qua uehiculum ire potest: alioqui iter sit, non uia. Abusiuè tamẽ sumitur pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Plinius. Quum de uia uocassem. Terentius in Eunucho, haud conuenit Vnà ire amicam cum Imperatore in uia. Horatius 1. Sermon. Satyr. 6. Ibã fortè uia sacra, sicut meus est mos. Verg. 2. Aeneid. Obsedere alij telis angustia uiarum Oppositi. Ouid. 6. Metam. iã grandior æuo, Impatiensq; uiæ genitor. Tacit. libro 19. Per angustia, & lubrica uiarum flexerant. Aliquandò sumitur pro ipso actu eundi, *ὁδεία*. Cicero 1. Philip. Quumq; de uia languerem, & mihimet displicerem. Ouid. 2. Metam. Auditaq; uiæ causæ, non utile carpis, Inquit, iter. Cic. de Senect. Potest enim quicquã esse absurdius, quàm quo minus uiæ restat, eo plus uiatici quærere? Aliquãdo pro ratione, & modo aliquid faciendi. Verg lib. 4. Aen. Inueni germana uiam gratare sorori. Idem lib. 6. Aenid. Aut tu, siqua uia est, siquam tibi diua creatrix Ostendit, &c. 2. Vergil. Habeo autem certam uiam atq; rationem, qua omnes eorum conatus inuestigare & consequi possim. Aliquando pro consuetudine. Terentius in Heaut. Sed ui & uia peruulgata patrum quotidie accusabam. Dicta uia, ab eundo, quasi ia, quòd per eam eatur. Vel à uehẽdo, quasi ueha, quòd per eam fructus ad uillam uehantur: uel quod per eam uehiculum ire possit. Viarum, quædam publicæ sunt, quædam priuatæ, quædam uicinales, ut inquit Vlpianus in tit. Ne quid in hoc pub. paragra. Si quis. Publicas uias dicimus, quas Græci *βασιλικὰς*, nostri Prætorias, alij cõsulares uias appellant. Vicinales sunt uiæ, quæ in uicis sunt, uel quæ in uicos ducũt. Has quoq; publicas quidam dicunt, ut ait Paulus titu. De loc. & itin. publ. l. Viæ uicinales. Priuatæ sunt, quas agrarias quidam dicunt. Dupliciter autem accipi possunt, uel eæ quæ sunt in agris, quibus imposita est seruitus, ita ut ad agrum alterius ducat: uel eæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus commeare liceat. Aperire uiam, est ad ueterem altitudinem, latitudinemq; restituere. Purgare uiam, est id de uia tollere, quod superfluum est. Reficere uiam dicitur, & qui aperit, & qui purgat, & omnino omnes qui in pristinum statum reducũt. Vlpian. in l. Prope ait. ff. De uia publ. Cõficere uiam, est ire peregrinari, *ὁδεύειν*. Cic. de Senect. Volumus sanè nisi molestum est. tibi Cato, tanquam aliquam uiam longam confeceris, qua nobis quoq; ingrediendum sit, istuc quo peruenisti, uidere quale sit. Exigere uiam dicuntur magistratus, quum uiciniam cogunt munire suo sumptu uiam domibus suis uel possessionibus adiacẽtem. Via prima. Plautus in Milite, Dummodo nunc prima uia inducamus, uera ut esse credat, quæ mentibimur. Id est, primo ipso cõgressu: In uiam dare se, est cõmittere se uiæ. Inuenire uiã, est exitum reperire. Vergilius 5. Aeneid. Fata uiam inuenient aderitq; uocatus Apollo. Viam facere. est locum ubi non erat uia, aperire, *ὁδοποιέω*. Viam munire, est reficere, instaurare: nonnunquam etiam lapidibus sternere, quod propriè sternere uiam dicimus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicimus, ὁδοποιῶ. Cic. pro Cælio. Perinde quasi Appius ille cæcus uiam munierit, non qua populus uteretur, sed qua posteri sui impunè latrocinarentur? Munire uiam, per translationē pro eo quod est, compendiariam rei alicuius rationem præmōstrare. Quintilian. Propterea quòd plurimi autores quanuis eodem tenderent, diuersas tamen uias munierunt, & in suam quisq; induxit sequentes. Tota uia errare: prouerbium in eos qui uehementer à uero aberrant. Terent. in Eun. Quid tu his credis fieri: tota erras uia. Vide Erasmi Chiliades.

Viator, oris, m.t. qui iter facit, ὁδίτης. Martialis libro 2. Lassus tam citò deficis uiator. Iuuenalis Sat. 10. Cantabit uacuus coram latrone uiator. Cicero. pro Milone. Non semper uiator à latrone, nonnunquam etiam latro à uiatore occiditur. Viatores, etiam dicebantur, qui magistratibus parebant. eo quòd plerunque euocabantur ex agris homines ad magistratus, & frequens eorum ab agris ad urbem uia erat, κήρυκες. Colum. in Præfa. libri 1. Illis temporibus proceres in agris morabātur, & quum consilium publicum desiderabatur, à uillis arcessebātur in senatum, ex quo qui eos arcessebant, uiatores nominati sunt. Cicero de Senect. A uilla in Senatum arcessebantur Curtius & cæteri senes: ex quo qui eos arcessebant, uiatores nominati sunt. Postea tamen uiatorum nomen ad Tribunorum ministros translatum est, qui illorum iussu quemlibet prehendebant. Consulum autem, Proconsulum, & Prætorum ministri lictores dicebantur. Liuius 2. ab Vrbe, Ardens itaque ira Tribunus, uiatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum. Gellius libro 13. capite 12. ex libro 21. Rer. humanar. Varronis, In magistratu (inquit) habent alij uocationem, alij prehensionem, alij neutrum. Vocationem, ut Consules & alij qui habent imperium: prehensionem, ut Tribuni plebis, & alij qui habent uiatorem. neque prehensionem, neq; uocationem, ut Quæstores, & cæteri qui neq; lictorē habent, neque uiatorem.

Viatorius, a, um, Quod ad uiam pertinet, ὁδοιπορικός. Vnde uiatorium uas, quo iter agentes ferendi potus gratia utuntur. Plinius. libro. 16. capite. 10. de taxo loquens, Vasa uiatoria ea uinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est, Idem libro 17. capite. 2. Qui sceptra & personas, & cubicula uiatoria unionibus consternebant.

Viarius, a, um: ut, Lex uiaria. Cælius Ciceroni libro. 8. Leuissimè enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cęsari loqui cœpit, legemque Viariam non dissimilem Agrariæ Rulli, & Alimentariam, quas iubet Aediles metiri iactauit.

Viaticum, ci, n. s. Cibus, pecunia de, quam iter facientes nobiscū circunferimus, ἐφόδια, ἐπισίτια τὰ. Plautus in Capt. Sequere me, uiaticum ut dem à trapezita tibi. Cic. Att. lib. 12. Velim uideas, & quid uiatici, & quid instrumenti satis sit. Aliquando capitur pro facultate, seu apparatu. Q. Claud in Annal. Simul forma factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia, pariter præcellebāt, ut facilè intelligeretur magnū uiaticū. Id est, magna facultas, magnus apparatus. Viatica cœna, dicitur quæ datur abituro, οἰδοιπόριον. Plaut. in Bacch. Ego foro ri meæ cœnam hodie dare uolo uiaticam.

Viaticor, aris. d. p. Viaticum paro, & sumo. Plaut.

Viaticulum, dimin. Apul. libro 7. de Asin. aureo, Viaticulum mihi corrasi.

Viaticatus, a, um, Viatico instructus, ἐφοδιασμένος, ἐπισιτισμένος. Plaut. in Menæch. Quum marsupium inspicio, uiaticati hercle admodum æstiuè sumus.

Vibex, icis, f. t. pen. prod. Signum uerberis in humano corpore remanēs, ita dictū, autore Festo, qđ ui fiat, μώλωψ, πελίσμα. Plinius lib. 30. Verberum uulnera, atq; uibices, pellib. ouium recentibus impositis, obliterātur. Persius Sat. 4. Si puteal mulcta cautus uibice flagellas.

Vibones, Britāniæ herbæ flores, qui deuorati ante tonitrua à fulminibus securos reddere existimantur. Plinius libro 27. cap. 3. Herba, quæ uocatur Britannica, non neruis modò, & oris malis salutaris, sed contra anginas quoque & serpentes. Florem uibones uocant, qui collectus antequam tonitrua audiantur, & deuoratus, securos in totum reddit. Frisij, quà castra erant, nostris demonstrauere.

Vibrissæ, Sunt pili in naribus hominum, quod his euulsis, caput uibretur. Festus.

Vibro, as, n. p. Mouco, quatio, κραδαίνω, πάλλω. Cicero libro 2. de Oratore, Atq; eiusmodi illa prolusio debet esse, nō ut Samnitum, qui uibrant hastas ante pugnā, quibus in pugnādo nihil utuntur. Ouidius epistola 11. Sic me uibrari pallētia membra uideres. Vergilius 11. Aeneidos, hastasq; reductis Protendunt longè dextris, & spicula uibrant. Vibro aliquando neutraliter ponitur, pro mico, & intremisco, ut ait Budæus. Cicero 4. Acad. de mari loquens, Quodq; nunc quia à Sole collucet, albescit, & uibrat, dissimileque est proximè ei continenti. Nonnunquam pro eo quod est & impetu quodam ferri. Cicero in Orat. Demosthenis non tam uibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.

Vibrans, tis, participium. Verg. 2. Aeneid. Sibila lābebant linguis uibrantibus ora. Cic. de Clar. Orat. Et erat oratio cum incitata & uibrans, tum etiam accurata & polita. Ouid. 12. Metam. Concutiensq; suis uibrantia tela lacertis.

Vibratus, a, um, aliud participiū. Ouid. 8. Metamorph. ambo uibrata per auras Hastarum tumulo quatiebant spicula motu. Vergil. 8. Aeneidos. Namq; inprouiso uibratus ab æthere fulgor, Cum sonitu uenit.

Vibratus, Pro crispo, οὖλος. Plin. lib. 2. cap. 78. Barba & capillo uibrato. Verg. 12. Aen. Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes. Id est, crispato calamistro, inquit Seruius.

Vibrissare, Est uocem in cantando crispare: uibro, uel à uibrissis narium pilis. Festus, μυυρίζω.

Viburnum, n. s. Genus fruticis, lentum in primis, & flexibile, ideoq; fascibus ligandis idoneum. Galli uiornam uocāt. Vergil. 1. Eclog.

Verum hęc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi.

Vicani, uide uicus.

Vicarius, uide Vicem.

Vicatim, uide Vicus.

Vicem, & in ablatiuo uice, solùm in singulari numero: in plurali uerò habet omnes casus, præter genitiuum. Dictæ sunt uices (ut quidam aiunt) à ui: & à ueteribus pro pugnis, & periculis accipiebantur, quoniam per uicissitudinem pugnetur. Vergil. 2. Aeneidos. Iliaci cineres, & flamma extrema meorum, Testor in occasu uestro, nec tela, nec ullas Vitauisse uices Danaūm. Id est, pugnas, & pericula. Plautus, Vices eius memorat, & cicatrices denudat. Item pro pœnis, & incommodis, quòd ui fiant. Cicero pro Domo sua. Mihi uni necesse est & meam & aliorum uicem pertimescere. Horat. lib. 1. Carm. ulcesq; superbæ Te manent ipsum. Quoniam uerò per uicissitudinem pugnari solet, factum est ut uices pro alternatione, siue uicissitudine capiamus, ἀμοιβή. Plin. li. 10. ca. 29. Audit disciplina intentione magna, & reddit, uicibusq; retinet. Horat. de Arte, fungar uice cotis, acutum Reddere quæ ferrum ualet, exors ipsa secandi. Cicero 2. de Legibus. Nulla est enim persona, quę ad inuicem eius qui è uita emigrauit, propius accedat quàm hæres. Interdum uicem accipimus pro loco, munere, uel officio: unde Vice alterius fungi: ἀφ' ἑτέρᾳ ἕνα, dicimus eum qui alterius locū supplet, absentisq; munere fungitur: ut quū Lunam dicimus Solis uicem supplere, ἀντὶ χρείαν ἀποπληροῦν, hoc est, eosdem usus præbere quod Sol præsens exhiberet. Veteres Meam, tuam, suam uicem per accusatiuum efferebant, quod hodie potius per ablatiuum, Mea, tua, uel sua uice dicimus. Plautus in Ruden. si appellabit quampiam, Vos respondetote istinc istarum uicem. Id est, uice istarum, siue pro istis. Sic ferè semper Plautus. Ciceronem etiam ac Liuium sic frequenter loquutos inuenies. Cic. ad Lentulum lib. 1. Nostram uicem ultus est ipse per sese. Id est, sese pœna afficiendo, occupauit officium nostrum. Liuius, Clamor ubiq; ab solicitis uicem Imperatoris militibus sublatus est. Reposcere uicem, est pro beneficio in alterum collato mutuam gratiam repetere. Reddere uicem, est gratiam referre, & beneficium acceptum mutuo beneficio repēdere. Plinius Epistola 9. lib. 2. reddam uicem, si reposces.

Vicarius, a, um, Qui uicem alicuius gerit, siue obtinet, & in eius locum successit. Quintil. Vicariam ei operam impendi. Cicero pro Roscio Amer. Propterea quod quib. in rebus ipsi interesse nō possumus, in his operæ nostræ uicaria fides amicorum supponitur. Quintil. in Gladiatore, Quod unum mihi relictum est, en polliceor patri tuo uicarias manus. Ibidem, Vna fingitur coniux, quæ iam perituri uitam mariti uicaria morte sua redemit. Vicarius apud Iurecōsultos, oratores, & poētas, usurpatur pro seruo, serui maioris in familias uice gerente. Horatius 2. Serm. Satyra 7. Siue uicarius est qui seruo paret, uti nos Vester, ait, seu conseruus. Martial. Esse sat est seruum, iam nolo uicarius esse. Accipitur tamen & latius pro omni eo qui in loco alterius sufficitur. Cic. libro 9. Epist. Itaq; te do uicarium, ut illum obseruabis. Idem 6. Verr. Succedam ego uicarius tuo muneri.

Viciſſim, aduerbiū. Per uices, siue alternatim, ἀμοιβαδόν, ἐναλλάξ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ut, Viciſſim incumbunt oneri: id eſt, hoc modò hic, modò ille incumbit oneri. Plaut. Aſin. Inambulādum eſt: nunc mihi uiciſſim ſupplicabunt. Verg. 5. Ecl. uis ergo inter nos, quid poſſit uterq; uiciſſim Experiamur? Quandoq; ſignificat ſecundo loco, ſiue ſimiliter, ſiue ex altera parte. Terent. in Heaut. Sed nunc Clinia da te mihi uiciſſim. Nam amici quoq; res eſt uidenda. Verg. 5. Ecl. Nos tamen hæc quocunq; modo tibi noſtra uiciſſim dicemus. Cic. 4. Acad. Sed & uos ab illo irridemini: & ipſi illum uiciſſim eluditis. Cic. in Læl. Sed ego admiratione quadam uirtutis eius, ille uiciſſim opinione fortaſſe nonnulla quam de moribus meis habebat me dilexit. Plaut. in Curc. Sed quum adhuc naſo odos eſt obſequutus meo, da uiciſſim meo gutturi gaudium. Cicero App. Pulchro, Hoc ego meo facto delector, nihil enim potuit fieri amantius: cõſydera nunc uiciſſim tuum.

Viciſſatim, Per uices, ἀνταμοιβῆς, ἀνταλλάξ. Plaut. in Pœn. ad argumentum nunc uiciſſatim uolo Remigrare. Antiquum.

Viciſſitudo, inis, f. t. Alternatio, & mutatio ex allo in aliud, inquit Cicero lib. 5. μεταβολὴ, ἀνταμοιβή. Idem Luceio lib. 5. Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum uarietas, fortunæq; uiciſſitudines. Terent. in Eunuch. Omnium rerum uiciſſitudo eſt. Cic. de amic. Nihil eſt enim remuneratione beneuolentiæ, nihil uiciſſitudine ſtudiorum officiorũq; iucundius. Idem 1. Tuſc. Vt quum uidemus ſpeciem primùm, cãdoremq; cæli: deinde conuerſionis celeritatẽ tantã, quantã cogitare non poſſumus, tum uiciſſitudines dierũ atq; noctiũ.

Viciſſitas, atis, Apud antiquos pro uiciſſitudine. Accius apud Nonium Viciſſitatemq; imperandi tradit.

Vicēnārĭŭs, a, um. Quod eſt uiginti capitum, ut Grex uicenarius ex uiginti conſtans pecudibus. Aut uiginti librarum: ut, Lapis uicenarius. Aut uiginti annorum: ut, Puella uicenaria, εἰκοσαέτις. Lex quina uicenaria. Plaut. Pſeudolo, Tum lex me perdit quina uicenaria: omnes metuunt credere. Vbi interpres, Videtur lex lata ut ſi cuipiam crederetur ſupra uiginti quinq; minas, redhibitio nulla eſſe. Alij quinam uicenariã interpretantur Centenariam omnes profectò nimium ineptè. Nos Plautum de annorum numero ſenſiſſe omnino exiſtimamus. Conſtat enim inter eos qui uel à primo limine Iuriſprudentiam ſalutarunt, Macedoniano Senatuſconſulto cautum eſſe nequid minori uiginti quinq; annis crederetur: ſi contrà fieret, eius rei nullam fore actionem, niſi fortè in rem minoris eſſet conuerſa. Callidorus itaq; adoleſcentulus, qui ad eã ætatem nondum peruenerat, hanc ſibi legẽ impedimento eſſe queritur, ad inueniendam pecuniam, quòd nemo tam ſtolidus inueniretur, qui contra legis præſcriptum ſibi aliquid crederet, quod poſtea legibus repetere non poſſet.

Viceni, æ, a, pluraliter, Quanuis propriè diſtributiuus numerus ſit, accipitur tamen ſimpliciter pro uiginti, ἔκοσι. Col. lib. 3. cap. 3. Vicenas amphoras percipient. Liu. 2. bel. Maced. Vicena quina milia æris. Plin. lib. 6. cap. 23. Circa has hydri marini uicenum cubitorum adnatantes terruere claſſem.

Viceſimus, a, um, Ordinis numerus eſt, ſignificatq; ultimum ex uiginti: pro quo & uigeſimũ dicimus, εἰκοστὸς. Cic. 2. de Finib. Viceſimo die lunæ. Idem Cornificio li. 12. Altero uiceſimo die. Aeſtas uiceſima, pro uiceſimo anno, apud Ouid. ad Piſonem.

Viceſima, æ, Vectigalis genus quo in centenas libras quinæ exigebantur, ἔκοσα, τὰ. Cic. Attic. lib. 2. Et eò magis, quòd portoriis Italiæ ſublatis, agro Cãpano diuiſo, quod uectigal ſupereſt domeſticum, præter uiceſimam, quæ mihi uidetur una concionicula clamore pediſſequorum noſtrorum eſſe peritura.

Viceſimarius, a, um: ut, Aurum uiceſimarium. Liuius 7. bel. Pun. Catera expedientibus quę ad bellum opus erant, Conſulibus, aurum uiceſimariũ, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſeruabatur, promi placuit. Id eſt aurum quod ex uiceſima colligebatur.

Vicies, aduerbium numerandi, Viginti uicibus, εἰκοσάκις. Plin. lib. 7. cap. 29. Cencies uicias præliatus. Col. 5. cap. 2. Ita, ut paulò antè dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus ſic multiplicabis: centies uicies ducenti quadrageni fiunt uigintiocto millia & octingenti.

Vicia, æ, f. p. Leguminis genus, iumentorum pabulo notiſſimum, cubitali altitudine folijs ferè petroſelini, amplioribus tamen, flore piſi, minutis, nigrantibusq; in ſiliqua granis, σάραχον, χύαμος, βίκιον. Galli ſeruatis non obſcuris Latini nominis ueſtigijs, Veſſas appellant. Dictæ uiciæ, ut ait Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 31. quòd capreolos habeant, ut uitis, quibus ſurſum uerſum ſerpunt ad ſcapũ lupini, aliumúe calamũ. ad quem ut hæreat eum ſolet uincire. Alij dictas malunt à Græco βίειν, qua nomenclatura plerique omnes Græciæ populi uſi ſunt, Atticis acceptis, qui σάραχα, aut κύαμοι maluerunt appellare, teſte Galeno lib. 1. de Aliment. facult. Plinius libr. 18. Naſcuntur in uicia cochleæ minutæ erodentes eam.

Viciarius, a, um, Quod ad uiciam pertinet, βικιακὸς. ut, Cribrũ uiciarium quo uicia expurgantur à frumento. Colum. li. 8. capite 5. Cribro uiciario, uel etiam loliario, qui iam fuit in uſu, pulli ſuperponantur, deinde pulegii ſurculi fumigentur.

Vicinia, Vicinus, uide Vicus.

Victima, æ, f. p. pen. cor. Idem quod hoſtia, hoc eſt, animal ſacrificio deſtinatum, ἱερεῖον, θυσία. Proprieq; rat ea quæ ab imperatore poſt triumphum in Capitolio dextra uictrice immolabatur. Ouid. 1. Faſt. Victima, quæ dextra cecidit uictrice uocatur. Verg. 2. Georg. Hinc alibi Clitumne greges, & maxima taurus Victima ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro, Romanos ad templa deũm duxere triumphos. Horat. 3. Carm. Ode 23. Victima pontificum ſecures Ceruice tinget. Iuuen. Sat. 12. Et cadet lares Gallitæ uictima ſacra. Cic. pro L. Flacco, Quam poteſtis P. Lẽtulo mactare uictimam gratiorem, quàm ſi L. Flacci ſanguine illius nefarium in uos odium ſaturaueris.

Victimarius, uictimarii, Sacrorum miniſter dicebatur, qui uictimas ligabat, & cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua quæ ſacris erant neceſſaria, ἱερόμοι. Valer. Max li. 2. cap. 1. Libros Petilius Prætor urbanus ex autoritate Senatus, per uictimarios facto igne, in conſpectu oculi cremauit. Liuius 10. bel. maced. Libri in comitio, igne à uictimariis facto, in conſpectu populi cremati ſunt.

Victimarius, n. ſ. Qui uictimas emebat, ut uenderet, ἱερεῖον. Plin. lib. 7. cap. 2. Victimariis negotiatoris, uilis mancipio. Sic enim legunt quidam Perottum ſecuti: quum emendatiores omnes Plinii codices hanc oſtendant lectionem, Suarii negotiatoris uile mancipium.

Victito, uide Viuo.

Victus, ūs, uictus, uictui, uide Viuo.

Victor, Victoria, Victoriatus, uide Vinco.

Victricus, uide Vitricus.

Vicus, m. ſ. Via utrinq; ædificiis ſepta, ῥύμη, κώμη. Vicorum aũt alii Vrbani, ſunt alii Pagani. Vrbani uici à uia dicuntur, teſte Varrone, quòd ex utraq; parte uiæ ſunt ædificia. In urbe enim fiunt uici, connexis & cohærentibus ædificiis. Vnde Romæ uicus Cyprius, uicus Africus, uicus Sceleratus nominati. Cic. p Milone, Nullum in urbe uicum, nullum angiportum eſſe dicebant, in quo Miloni non eſſet conducta domus. Horat. Epi. 11. Deferat in uicum uendẽtem tus & odores. Ouid. 6. Faſt. Certa fides facti, dictus Sceleratus & ab illa Virus, & æterna res expreſſa nota. Vici pagani, ſunt pagi ex pluribus uillis, domibus ue ruſticis coagmentati, ſpatio aliquantulo ab urbe remoti (nam quæ urbi contigua ſunt, Suburbia dicuntur) multisq; mœnib. cincti: nam ſic Caſtella dicerentur. Cl. ad Teren. lib. 14. Quòd ad me mea Terentia ſcribis, te uicum uenditurã, quid, obſecro te, me miſerũ? quid futurũ eſt puero? Idẽ ad Att. libr. 1. ſi aſſequor, Craſſum diuitiis ſupero, atq; omnium uicos & prata contẽno. Plura de hac dictione uideto apud Vall. li. 2. capite uigeſimo.

Viculus, diminutiuum, Pro ruſticis aliquot ædificiis coniunctis aut certè ſpatio non ita magno à ſe inuicem ſeparatis.

Vicani, m. ſ. Qui uicos ruſticos habitant, κωμῆται. Liu. 8. bel. Maced. Vicani, quiq; ibi exules habitabant. Cic. 1. de Diuin. ex uetuſto quopiam Poẽta. Non habeo deniq; nauci Marſum augurem, Non uicanos auruſpices, non de circo aſtrologos. Idem pro Flac. Timolites ille uicanus, homo nõ modò nobis ſed nec inter ſuos quidem notus, nos docebit qualis ſit. L. Flaccus.

Vicinus, ni, m. ſ. Qui in eodem uico, aut certè non procul ab ædibus noſtris habitat, γείτων, ὁ πλησίον. Cic. pro Sext. Roſ. Quæ ſi uerò nihil difficile ſit quanuis multos nominatim proferre, uel tribules, uel uicinos meos, qui, &c. Horat. 2. Epiſt. 2. Cæteræ qui uitæ ſeruare munia recto More: bonus ſanè uicinus, amabilis hoſpes, Comis in uxorem, &c. Cic. Attic. lib. 2. C. Arrius proximus eſt uicinus, imò ille quidem iam contubernalis. Huius fœmininum eſt uicina. Terent. in Eunucho, Hanc Thaidem nõ ſciebam nobis uicinam.

Vicinus, adiectiuum, Pro propinquo. Cic. in Orat. Vicina, & finitima rhetoricæ dialectica. Plaut. Mercato. Nunc ego uerum illud uerbum eſſe experior uetus, Aliquid mali eſſe propter uicinum malum, Vergil. 1. Ecloga, Non mula uicini pecoris contagia lædent. Idem 1. Georg. in fine, Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes Arma ferunt. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. niſi nos uicinà Triuici Villa recepiſſet. Ouid. 6. Faſt. Ni connexa foret parti uicinior eſſet, &c.

Vicinia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vicinia, n. f. loci uicinitas, seu uicinorum inter se propinquitas, uel ipsi etiam uicini, γαντία, γαντίασις, γαντωία. Ouid. 4. Metamorph. Notitiam primos̃ gradus uicinia fecit. Cic. 1. Tuscul. Inde in uicinia nostra auerni lacus. Horat. 2. Serm. Sat. 5. funus ægregiè factum laudet uicinia. Idem 1. Epist. 17. Sed uidet hũc omnis domus, & uicinia tota.

Vicinitas, atis. f. t. Vicinorum propinquitas, & aliquando uicinorum multitudo, γαντίασις. Terent. in Heaut. Tamẽ uel uirtus tua me, uel uicinitas facit, ut audacter moneam, & familiariter. Cicero 7. Verr. Signum quod natum erat uicinitati, buccina datur. Vicinitas etiam aliarum rerum dicitur: ut quum dicimus uicinitas syluæ, uicinitas nominis, & eiusmodi. Plin. libro 4. cap. 61. Triginta propè iam annis notitiam eius Rom. armis non ultra uicinitatem syluæ Calidoniæ propugnantibus. Idem lib. 21. cap. 18. Multi uerò non discernunt à Cypro uicinitate nominis. Quintil. lib. 3. cap. 6. Virtutibus ac uicijs uicinitas quædam est. Cicero de Clar. Orat. Artium studiorum̃ quasi finitima uicinitas.

Vicinalis, om. t Ad uiciniam pertinens, γαθάνιος. ut, uiæ uicinales. Paul. in. l. Viæ. ff. de loco, & itinere publ. Viæ uicinales, quæ ex agris priuatorum collatis factæ sunt, quarum memoria nõ extat, publicarum uiarum numero sunt. Vicinalis usus. Liu. 1. bel. Pun. Itaque ingens coacto uis nauium est, lintriumque temere ad uicinalem usum paratarum: hoc est, ad usum uiciniæ seu uicinorum.

Vicatim, aduerbium, Sparsim, per uicos & pagos, κατὰ κώμας. Plin. lib. 6. cap. 16. Mesopotamia tota assyriorũm fuit uicatim dispersa, præter Babylona, & Ninum. Dicitur & de uicis urbanis: ut idem sit uicatim, quod per singulas urbis uias. Cicero pro Domo sua, Seruorum omnium uicatim celebratur tota urbe descriptio.

Videlicet, aduerbiũ confirmandi, quasi uidere licet, δηλαδή, δηλονότι. Terent. in Adelph. Videlicet hoc audiuit, hoc est, cerrè audiuit. Aliquãdo Ironiæ uim habet, Sallust. in Catil. Vos de parricidis quod statuatis, cunctamini: uidelicet cætera uita illorum huic sceleri obstare? Sed parcite dignitati Lentuli. Vide Vallam lib. 2. cap. 61.

Video, es, di, sum, a. f. Oculorum sensu aliquid percipio, βλέπω, ὁράω. ὄπλομαι, θεῶμαι. Verg. 2. Aen. quæq̃ ipse miserrima uidi, & quorum pars magna fui. Quandoque adijcitur ablatiuus oculis: ut, Videre & perspicere oculis, apud Ciceronem 6. Verrina, quòd & Græci dicunt, ἀναβλέπειν τ̃ ὀφθαλμοῖς. Transfertur etiam ad animum. Ouidius ex persona Medeæ; uideo meliora, probõque: Deteriora sequor. Video (inquit) meliora, hoc est, intelligo; & consydero, quæ sunt meliora. Terentius in Andria. Vide quò me inducas, id est, animaduerte, & considera. Vide tibi, id est, prouide. Terent. in Phorm. Rectè mihi uidissem, & senis essem, ultus iracundiam. Me uide, phrasis est Comica, pro eo quod est in me recipio: certum id habeo. Terentius in Andria, Atq̃ istuc ipsum nihil periculi est, me uide. Videre somnum, est dormire. Cicero ad Cur. libro 7. Fuit enim mirifica uigilantia, qui suo toto Consulatu somnum non uiderit. Terent. Heauton. Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis. Videre aliquando, pro uigilare ponitur. Vergilius sexta Ecloga, de Sileno. Iamq̃ uidenti Sanguineis frontem moris & tempora pingit, hoc est, uigilãti iam, & expergefacto. Aliquando est prævidere, prænoscere, προνοεῖν. Cicero in Epidol. An tu non uidebas mecum simul, quàm illa crudelis esset futura uictoria? Videro ponitur pulchrè pro cauebo, & attentè considerabo. Terent. in Adelph. Ego istuc uidero, id est, istuc mihi curæ erit. Huius passiuum est Videor, cernor, conspicior, βλέπομαι, ὁρῶμαι. Verg. 4. Ecloga, diuisq̃ uidebit Permistos heroas: & ipse uidebitur illis. Frequentissimè tamen accipitur pro appareo, δοκῶ, φαίνομαι. Cic. 2. Officiorum, Induxit eam, quæ uideretur esse, nõ quæ esset, repugnãtiam. Plancus Cic. lib. 10. Epist. Amicũ eum Reipub. cognoscere uideor. Videor uidere, elegans loquendi formula, pro eo quod uulgus imperitorũ dicere solet, uidetur mihi quòd ego uideo. Cic. Tironi lib. 16. Epist. Videre uideor te emẽtem rusticas res. Idem in Catil. Videor mihi uidere hãc urbem subito uno incendio concidentem. Si uidetur, id est, si placet, si molestum non est. Cicero Terentiæ lib. 14. Tu, si uidebitur, uillis illis utere. Idem lib. 7. ad Fabium Gallũ, Facies me, si tibi uidebitur, certiorẽ. Vide quid agas, protrita est clausula, qua eos monemus qui magna aggrediuntur: nõ terrentis tamen est, sed excitantis, (ut inquit Donatus in illud Terentij in Phormione,) Vide quid agas, prima coitio est acerrima. Videri Epicurus, inquit Cicero 4. Acad. μηδέτω τῷ ἐπικύρῳ, id est; uideat: hoc est, huius rei illi cura sit: uel huius optinionis rationem reddat, non ego. Sic accipienda sunt, Tu uideris, uos uideritis, illi uiderint, & cætera id genus. Cicero ad Brutum, De hoc tu uideris.

Visus, a, um, participium, Quod modò idem significat quod conspectus, a, um. Plinius. libro. 7. cap. 19. Socratem clarum sapientia eodem semper uisum uultu. Vergil 2. Aene. Infœlix simulachrum, atque ipsius umbra Creusæ. Visa mihi ante oculos, & nota maior imago. Interdum uisum dicimus, nõ quod oculis percipimus, sed quod nobis apparet. Terent. Heaut. Visa est uerò, quod dici solet, aquilæ senectus. Idem Hecy. Matris uox uisa est Philuminæ. Vbi Seruius, Omnia hæc, quæ sensu percipi possunt, uisa dicimus. Vergilius. 6. Aeneidos. Visæq̃ canes ululare per umbram.

Visum, uisi, n. s. Spectrum, phasma, siue species aliqua, quam dormientes uidemur uidere: quanquam nonnũquam & uigilantibus usu ueniat: quemadmodum Bruto legimus mali genij uisũ nõ multo ante cladẽ Philippicam apparuisse, φάντασμα. Vegilius 4. Aeneidos, Hoc uisum nulli, nõ ipsi effata sorori est. Cicero li. 1. Acad. Plurima autẽ in illa tertia Philosophiæ parte mutauit: in qua primus de sensibus ipsis quædam dixit noua: quod iniunctos esse cẽsuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quã ille φαντασίαν, nos uisum appellamus. Idem 2. de Diuinat. Si deus ista uisa nobis prouidendi causa dat: cur non uigilantibus potius dat, quàm dormientibus?

Visum, si, Pro spectaculo, hoc est, pro re quauis quæ spectãda proponitur. Propert. lib. 2. eleg. 6. Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas, Et posuit casta turpia uisa domo.

Visus, us, m. q. Videndi actus, uel potentia ipsa uisiua, ὄψις. Plin. lib. 8. cap. 22. sed in Italia quoq̃ creditur luporũ uisus esse noxius. Ouid. 3. Fast. Mergetur, uisus effugies̃q̃ tuos. Plin li. 9. ca. 50. Pisces attritu uentrium coëunt tanta celeritate, ut uisum fallant. Quin lib. 10. ca. 1. Qualis est ferri fulgor, quo mens simul, uisus̃q̃ perstringuntur. Visus, pro eo quod uidetur. Vergilius 3. Aene. Nymphas uenerabat agrestes, Gradiumq̃ patrẽ, Gericis qui præsidet aruis, Ritè secundarent uisus, omeñq̃ leuarẽt. Idem 7. Aene. Obstupuit uisu Aeneas. Horat. 1. Serm. sat. 5. tum immundo somna uisu Nocturnam uestem maculant, uentrem̃q̃ supinum. Nocturnus uisus. Tacit. lib. 10. Aduocata concione iussu numinis, suos, Ptolemæiq̃ uisus, & ingruentia mala exponit. Visus, pro specie: Cicero. 1. de Nat. de. Ex quo existit & illud, multa esse probabilia, quæ, quanquam non precipiantur, tamen quia uisum quendam haberent insignem & illustrẽ, his sapientis uita regeretur.

Visio, onis, f. t. uerbale, Ipse uidendi actus, ὄψις. Cic. 4. Acad. Nec potest is cui est uisio ueri falsi̇q̃ communis, ullum habere iudicium, aut ullam omnino ueritatis notam. Cicero. 2. de Natura deorum. Ne̊q̃ uisionem, neque auditum, neque sonum fine aëre fieri posse. Visiones etiam dicuntur, quas Græci uocant. φαντασίας. Quint. lib. 6. cap. 2. Tentabo etiam de hoc dicere, quæ φαντασίας Græci uocant: nos sanè uisiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentãtur animo ut eas cernere oculis ac præsentes habere uideamur. Macrob. in Somn. Scip. Omnium quę uidere sibi dormientes uidentur quinque sunt principales, & diuersitates, & nomina. Aut enim est ὄνειρος, secundum Græcos, quod Latini somnium uocant: aut ὅραμα, quod uisio rectè appellatur: aut χρηματισμός, quod oraculum nuncupatur: aut est ἐνύπνιον, quod insomnium dicitur: aut, φάντασμα, quod Cicero, quoties opus hoc nomine fuit, uisum uocauit.

Viso, uisis, si, sum, a, t. ad uisendum eo, ἐπισκέπτομαι, ἐπισκοπῶ. Cicero ad Attic. Cupio equidem, & iampridem cupio Alexandrẽam, reliquam̃q̃ Aegyptum uisere. Id est, ad uidendum ire. Terrius in Hecyra, Non uisam uxorem Pamphili, quum in proximo sit ægrã? Illud uerò in Andria, Id uiso tũne, an illi insaniant exponit Donatus, ad uidendum uenio. Eadem etiam uis seruatur in compositis. Terentius in Andria, Reuiso quid agant. Redeo (inquit Donatus) ut uideam quid agant. Et in Adelph. Hera ego hinc ad hos prouisam quam mox uirginẽ accersant. Prouiso (inquit) duas res significat, procedo, & uideo. Plaut. in Menæ. Prouisam quam mox uir meus redeat domum. Non rarò tamen Viso accipitur pro primitiuo Video, præsertim cũ uerbo Eo, aut uenio coniunctum. Plaut. Rudente, Nunc huc ad Veneris fanum uenio uisere rem diuinam facturam se dixerat. Terentius Hecyra, Postquã accersiuit sæpius, ægram simulant mulierem: nostra illico it uisere ad eam, admittit nemo. Idem Phorm. Vultis ne eamus uisere? Idem usu ne it quãdo iũgitur his ablatiuis gratia, causa, studio, & huiusmodi, Sallustius, multi autẽ qui è castris uisendi aut spoliandi gratia pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ceſſerant, uoluentes hoſtialia cadauera, amicum alij pars hoſpitem, pars autem cognatos reperiebant. Terẽtius in Hecyra, Ne mittas quidem uiſendi cauſa quenquam. Vergilius 2. Aeneid. Vndique uiſendi ſtudio Troiana iuuentus Circunfuſa ruit. Ex quibus datur intelligi, hoc uerbum nõ eſſe deſideratiuum, ſicut multi putãt. ſed magis exercitatiuum. Nam ſi uiſo in his exemplis intelligas, uidere cupio, ſenſus erit ineptus: ſuperfluit enim ita forent hi ablatiui, ſtudio, cauſa, gratia, quos habet ad iunctos. Inuenitur & paſſiuũ Viſor, in tertijs potiſſimũ perſonis. Cicero 6. Ver. Cupidinem fecit illum qui eſt Theſpijs, propter quem Theſpiæ uiſuntur. Idem 1. Offic. Domus Cn. Octauij uulgò uiſebatur.

Viſendus, participium. Cicero pro Pompeio, Quæ cæteri tollenda arbitrabantur, ea ſibi ille ne uiſenda quidem exiſtimabat. Aliquãdo nomẽ eſt ex participio. Plin. lib. 16. cap. 44. Vicino lucо eſt ilex, & ipſa nobilis XXXV. pedum ambitu caudicis, decem arbores metientes ſingulas magnitudinis uiſendæ, id eſt, ſpectabilis, admirandæ, dignæ uideri.

Viſito, ſitas, a. p. Frequentatiuũ eſt à Viſo, ἐπισκέπτομαι. Cic. 5. de Fin. Is quum arderet podagræ doloribus, uiſitaſſet hominem Carneades, Epicuri perfamiliaris, & triſtis exiret, &c. Aliquando Viſitare poſitum legimus pro ſæpe uidere. Plaut. in Curc. Ibi me interrogat, Ecquum in Epidauro Liconem trapezitam nouerim? Dico me nouiſſe, quid lenonem Cappadocem? annuo uiſitaſſe. Idem Epidic. Neſcio hanc: nam uideor neſcio ubi me uidiſſe prius.

Eſt ne ea? an non eſt quam animus retur meus?

Dij boni, uiſitaui antehac: certè ea eſt.

Viſitatio, onis, uerbale, Actus uiſitandi.

Viſibilis, & hoc uiſibile, om. t. Quod uideri poteſt: ſicut inuiſibile, quod uideri non poteſt, ὁρατὸν, θεατόν. Plinius libro 11. cap. 37. Oculi ceu uaſa quædam, uiſibilem animi partem accipiunt, atq; tranſmittunt.

Vidua, æ, f. t. Mulier uiro orbata: à ne particula intenſiua, ut quibuſdam uidetur, et antiquo uerbo Iduare, quod olim Hetruſcis, uidere ſignificabat, χῆρα. Plaut Sti. Quæ tam diu uidua uiro ſuo caruit. Horat. 1. Epiſt. 1. ſunt qui Fruſtis et pomis uiduas uenentur auaras. Contra Iabolenus Iuriſconſultus Viduam dictam putat à Ve priuatiuo, & nomine Duo: ut Vidua dicta ſit, quaſi ſine duitate: eaq; uoce non eam ſolum intelligi putat quæ orbata eſt uiro, uerùm etiam quæ nunquam nupſit Viduam (inquit) dici placet, non ſolùm quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoque quæ uirum non habuiſſet: quia Vidua ſic dicta eſt, quemadmodum Vecors, Veſanus, qui ſine corde aut ſanitate eſſet: ſimiliter Vidua, quaſi ſine duitate.

Viduo, duas a. p. Orbo. ſeu priuo, χηρόω, χηρύω. Verg. 8. Aen. tot fero ſæua dediſſet Funera. tã multis uiduaſſet ciuibus urbem. Horat. 2. Carm. Ode 9. Et folijs uiduantur orni.

Viduatus, a, um, ut: Leges uiduatæ Iudice. Claud. 8. Paneg. Regna uiduata lumine, pro inferis, Silius lib. 3. Coniux uiduata tedis, Seneca Medea.

Viduus, a, um, Priuatus, orbatus, deſertus, χῆρος. Horatius libro 1. Carm. Voce dum, terret, uiduus Pharetra Riſit Apollo. Cic. 2. Tuſc. Sic me ipſe uiduus peſtes excipio anxias. Hinc uiduus lectus, dicitur qui altero cõiugum careat. Lucanus, In ſomnis uiduo tum primum frigida lecto. Ouid. 1. Faſt. Per totidem mẽſes à funere coniugis uxor Suſtinet in uidua triſtia ſigna domo Idem Epiſt. 18. Cur ego tot uiduas exegi frigida noctes? Arbor uidua, quæ uiti non eſt maritata. Horat. 4. Carm. Ode 5. Et uitẽ uiduas ducit ad arbores.

Viduitas, atis, f. t. Vita cælebs poſt nuptias, χηρεία. Liu. 10. bel. Macedo. In uiduitate relictæ filiæ ſingulos paruos filios habentes. Idem. 9. bel. Macedon. Et ipſæ liberatem quam uiduitas & orbitas facit, deteſtantur: Ponitur aliquãdo pro inopia. Plautus in Rud. Omnium copiarum, atq; opum, auxlij, præſidij, uiduitas nos tenet.

Viduertas, Antiquis, teſte Feſto, idem erat quod calamitas: ita dicta quòd bonis uiduaret, συμφορὰ. Cato de Re ruſt. cap. 141. Vt te morbos uiſos q; uiduertatem, uaſtitudinẽq; calamitates, intemperias q; prohibeſſis.

Vidulum, neut. ſ. in quo aliquid ſeruatur, φιλακτήριον. Vnde Plaut. in Epid. ſacculum uidulum dixit.

Viduo, duas, act. p diuido, ſeu priuo (χηρόω.) Vergil. 8. Aeneidos. Tam multis uiduaſſet ciuibus urbem.

Viduus, ui, m. ſ. priuatus, diuiſus, χῆρος. Cicero. Sic me ipſe uiduus peſtes excipio anxias. Hinc uidiuus lectus dicitur, qui altero coniugum careat. Item uiduitas. Liuius. In uiduitate relictæ filiæ ſingulos paruos filios habentes. Ponitur aliquando pro priuatione, Plaut.

Vieo, uies, uieui, uietum, act. ſ. pen. indifferente. Eſt ligare, inflectere: πλέκω quia uietis uirgis ligare poſſumus quodlibet, Plautus in Menæch. Vides tu illi oculos uieri, ut uiridis exoriatur color? id eſt, in obliquum flectere, Vnde uimina, & uaſa uiminea, teſte Feſto.

Vietores, m. q. qui uaſa uinaria religant, ſtipant q;.

Vietus, a, um, pen. indifferente, mollis, languidus, flexibilis, ſine ui, naturalibus priuatus uiribus, μαρανθὲς. Vnde uietos, rotarũ canthos, & ligna contorta dicimus.

Vigeo, ges, gui, n. ſ. uiuo, ſiue potens, aut in uigore ſum, uiriditatẽ quandam habeo, ἰσοκμάζω, ἀκμάζω. inter uegetum, & uigens hoc intereſt, quod uegetum ſit incolumne: uigens, forte.

Vigeſima, mæ, f. p. (ἀναγὴ) tributum, ſeu exactio.

Vigeſimarum aurum. (τὸ εἰκασθὲν χρυσίον.) à Liu. dicitur, quod ex uigeſimis exigebant.

Vigeſimus, ma, mum, fit à uiginti, (εἰκοστὸς) Vigeſimus annus eſt, ex quo literis operam dedi.

Vigeſſis, ſis, maſc. id eſt, uiginti aſſium. Mart. lib. 12. Amphora ui geſſis, modius datur ære quaterno. Adiectiuè poſſe capi uidetur, ut treſſis apud Perſium, niſi mauis gen. caſus eſſe.

Vigil. lis. m. t. dicitur qui non eſt torpens, quales ſunt dormitẽtes ſed qui in uigore ſuo eſt, γρηγορῶν, ἄγρυπνος. A quo eſt peruigil, qui aſſiduè uigilat, & qui diligens, & induſtrius eſt. Et uigil, φρουρὸς. nocturnus cuſtos, qui & excubitor dicitur: à quo præfectus uigilum uocatus eſt.

Vigiliæ, f. p. (φυλακὴ) nocturnæ ſunt excubiæ, παννυχίδες, diurnæ pariter & Nocturnæ. Interdum uigiliæ dicuntur ipſi cuſtodes, qui uigilant. Salluſt. Et ab incendio intelligebant urbem uigilii, munitam. Interdum uocantur profeſti dies, ἀγρυπνίαι, quòd uigilari ante diem feſtum mos eſt in ſacrificijs faciẽdis, & ſacris hymnis cantandis.

Vigilo, las, n. p. non dormio, ἀγρυπνέω, γρηγορέω. Per translationem, diligenter audio. Iuuen. Sed uigilat conſul. Item uigilare, eſt ſtudium & diligentiam adhibere, ſiue uigilanter prouidere. Cicero pro Plan. Vigilãdum eſt ſemper, multæ inſidiæ fiunt bonis. Vnde inuigilare, eſt alicui rei incumbere, ἐπεγρηγορέναι. Euigilare, ἐξεγρήγορθαι, expergiſci, & ad aliquid agendum tentum eſſe. Peruigilare, ad finem uigilare, παννυχίζειν. Aduigilare, iuxta uigilare, ſolicitari, cogitareúe. Hinc uigilantia, γρήγορος ἀγρυπνία. quæ plerunque pro diligentia ponitur. Et uigilãs, tis. participium Plautus. Vigilans ſomniat. Aliquãdo nomen eſt: id eſt, prouidus, & intentus. Plinius in Epiſt. 17. lib. 2. Vir exercitus, & uigilãs. Inde uigilanter aduerb. cum diligentia, & ſolicitudine. Cic.

Vigilax, acis, o. t. idem quod uigilans. Col. (ginti tauros.

Viginti, nomen numerale. Verg. 1. Aeneidos. At littora mittitui

Vigintiuiri, pen. cor. nomen Magiſtratus apud Romanos ut Triumuiri. Cic. ad Attic. lib. 2. Vbi nemo ſit præter me, qui quenquam ex uiginti uiris unum eſſe ſaluum uelit. Vigintiuiratus, us, ui, officium uiginti uirorum.

Vigor, oris, maſc. t. firmitas, robur, ἄκμη. unde Vigeo.

Vigoroſus, a, um, firmus, robuſtus, ἀκμαῖος.

Vilis, & hoc le. n. t. quidam à uilla deducunt, una litera abiecta, quod omnia utiliora ſunt quàm in urbe. Vile propriè dicitur quod parũ ualet, cuius contrariũ eſt carũ. Ponitur interdum pro abundanti, quia omne quod plurimùm abundat, uile eſt, id eſt, paruo precio uenditur. Vilis oratio dicitur à Quintil. neglecta inelaborata q;. cui opponitur accurata. Hinc uilius, id eſt, minore precio, & uiliſſimè, id eſt, minimo precio. Et uilitas, cui opponitur caritas: ut uilitas annonæ, apud Cice.

Vileo, les, neut. ſ. ὑπτιάζομαι, φαυλίζομαι. uilis ſum. A quo uileſco, uilis fio. (tua uitia, quæ te uilitant.

Vilito, tas, act. pen. cor. uile facio, ὑπτιάζω, Turpilius, Et quæror

Villa, læ, fœ. p. dicta eſt (inquit Var. lib. 1. cap. 11.) quòd à uillico in in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cũ ueneunt, ἐπαύλια, ἀγροικία. Eam duplicem faciunt, urbanã ſcilicet & ruſticam. Vel dicitur domus aut caſa extra urbem habitandi cauſa conſtituta. Hinc uillula dimin. Cic. ad Attic. lib. 8. Ego Aprini uolo eſſe pridie Calen. deinde circum uillulas noſtras errare.

Villanus, ni, m. ſ. dicitur quod uilla (unde dicti uillici) aſcriptus, & colonaria conditioni addictus aut ipſe ſit, aut eius maiores fuerint, ἀγροικὸς. Vnde ſemiuillanus, id eſt, ſemiruſticus.

Villaris, & hoc re. om. t. ἀγροῖκος. Villaticus.

Villaticus, ca, cum, ἀγροῖκος, quod ad uillam pertinet. Vnde uillatica paſtio, dicitur alimentum quod prinet ad animalia quæ ruri nutriuntur. Sic dicitur uillaticus canis.

Villico, cas, n. p. & uillicor deponens, ſignificat ruſticor, ſiue uillam-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uillam animi causa secedo, ἀγραυλῶ. Terent. in Hecyra: Hic uil licor ante urbem. Aliquando uillicari, est uillæ præesse, οἰκονομέω. Hinc Villicatio, ipsa rustica negotiatio uel uillæ dispensatio.

Villicones, m.t. idem quod uillici, uel præfecti uillicationis, ut est apud Apul.

Villicus, ci, masc.s.pen.cor. propriè uillæ gubernator, uel qui præest pago, & totius rei rusticæ curæ, ἡ ἐπιμελέα γεωργῶν, οἰκονόμος. Vnde à uilla uillicus nomen accepit. Varro, Oeconomus autem, tam pecuniæ, quàm frugum, & omnium, quæ do minus possidet, dispensator est. Ponitur tamen quandoq; uilli cus pro rustico agricultore. Horatius, Villice syluarum & mihi me reddentis agelli. Villica, cæ, uxor uillici. Mart. lib. 1. Pinguis inæquales onerat cui uillica mensas.

Villum, li. ne.s. οἰνάριον, dimin. à uinum, sicut ullus ab unus. Terentius in Adelph.

Villus, li, m, s. (θρίξ, λάχνη) pilus. Mart. Calfaciunt uilli pallia nostra mei. Hinc uillosus adiect. quod uillis plenum est.

Vimen, inis, neut.t. omne uirgultum molle, & ad ligandum aptum, quasi uincimen (λύγος, οἶτος, ῥάβδος) Fiunt autem uimina ex populorum uirgis, ulmi, & sanguineorum fruticum, & betulæ, & uitis, & coryli intortæ, & salicis, quæ principatum obtinet. Hinc Vimineus, nea, neum, (οἰσυΐνος.) quod est ex uimine: ut, Vasa uiminea.

Viminale, n.t. quod est ad ligandum aptum, seu quod pertinet ad uimina (νυικὸν.) Plin. Hæc est uiminalium cultura.

Viminalis collis, dictus est Romæ, quod uiminum sylua fuit, uel à Ioue Vimino, quòd ibi eius ara fuerit. Hinc uiminalis uia quę in Viminalé collem ducebat. Eadem Numentana à Numé tano agro, ad quem ducebat, dicta fuit.

Vinacea, orum, neut. gen. plur. num. sunt grana uuæ iam pressæ, & etiam nondum pressæ, σταφυλαί. Est & uinaceus, cea, ceum, Plinius. Legimus quendam grano uinaceo suffocatum: hoc est, acino uuæ. Dicimus & uinaceus, cei, gen. masc. in eadem significatione. Et uinacea, ceæ, fœm. geri.

Vinago, ginis, fœ.t. (οἰνὰς) palumbis, siue columbæ species, ab usu (ut puto) labruscæ, qua uescitur. Vide Palumbes.

Vinalia, tam secundę quàm tertię decl. pro die festo, quo ueteres nouum uinum Ioui libabant, Plin. lib. 18. cap. 29. πανηγύρεις

Vinarius, rii, m.s. uini uenditor, (οἰνοπώλης. Vnde Lampridius scribit, Alexandrum Romanum imperatorem constituisse corpora uinariorũ, & caligariorum, & omnium artium. Ponitur pro uinoso, ac ebrioso. Vlpian. in l. ob quæ de ædilit. edict. Itẽ aleatores, & uinarios non continere dicto, quosdam respondisse Pomponius ait, &c.

Vinarius, ria, rium, quod ad uinum pertinet (οἰνικὸς) ut taberna uinaria, uas uinarium, in quibus aut uenditur, aut tenetur uinum.

Vinca, cæ, f.p. herba uulgò nota, quæ in longum crescit, obuia quæque uinciens, lauroq; folia habet similia, & chamædaphne (χαμαιδάφνη) dicitur, id est, parua laurus. Dicitur etiam uinca peruinca.

Vincio, is, xi, uinctum, cum n ante c. act. q. significat ligo, quasi nim iniicio, δέω, πεδάω. Huius composita sunt, Deuincio, ualde uincio, Reuincio.

Vinco, cis, uici, ctum, act.t. supero, κρατέω, καταγωνίζομαι, νικάω. Per translationem ponitur pro exprimo; & quasi difficultatẽ rei dicendo supero. Ver. Nec sum animi dubius, uerbis ea uincere magnum. Quàm sit. Item pro animi compos fio. Idem li. 3. Georg. Illi uictor ego, & Tyrio conspectus in ostro. Vincere cibum dixit Plin. pro concoquere. Hinc Vincibilis, & hoc le, quod facilè uincitur. Composita huius sunt, Cõuinco, deuinco, euinco, & prouinco. Deriuata sunt Victor, uictrix, uictoria, uictoriosus, & uictima.

Vincibilis, le, om.t. qui uinci potest, νικητός. Col. libr. 3. Graues terram, uix ulla cultura uincibilem.

Vinctus, a, um, ligatus, & aliquando captiuus dicitur, δεκτέος. quandoq; proseruo, & compedito sumitur. Seneca: Qui unus erat è uinctis Cæsaris, mox libertate donatus est.

Vinctus, us, ui, masc.s.t. uinculum. Var. Deniq; discat perdere palmam aut funiculo aut uinctu.

Vincula, & per syncopen Vincla, n.s. (δεσμὰ) dicuntur ligamina. Per translationem dicitur carcer, in quo noxii uincti seruãtur, præsertim in plur. numero, δεσμωτήριον. In uinculis esse est in carcere esse uinctum.

Vindemia, æ, f.p. τρυγητός, quasi uinidemia, à uino demendo. Transfertur quoq; etiam uindemia ad alia. Plin. Prima mellis uindemia melior.

Vindemialis, & ale, om.t & Vindemiatorius, a, um, τρυγητικός. quod ad uindemiam pertinet.

Vindemio, as, n.p. uindemiam colligo, τρυγάω. Plin. Nouissimas uindemiant. Hinc uindemiator, τρυγητής, cuius de, syll. corripitur metri causa ab Hor. in Ser. Vindemiator, & inuictus cui sępe uiator. Ouid. uerò detraxit a: At non effugiet uindemitor hoc quoq; causam. Est autem uindemiator, qui uindemiat.

Vindex, icis. om.t. Propriè ultor iniuriæ, τιμωρός. Dicitur aliquã do uindex, qui alterius causam suscipit uindicandam, ut quos nunc Procuratores uocamus, ut sit uindex quasi defensor, assertor. Cic. 3. de Leg. Habet sanè populus tabellã quasi uindicẽ libertatis. Et uindex, qui se ex seruili cõditione in libertatẽ uindicat, à Vindicio seruo ex urbe Setia, qui quoniã coniurationẽ de reducendo Tarquinio detexit, liberatus est, ut inquit Liu. li. 3. Hinc & Vindiciæ, ἀνατροφάσεις, dicuntur sententiæ, siue assertiones, aut adiudicationes, quę ab aliquo negotio nos liberant.

Vindico, as, a.p. pen.cor. Propriè ulciscor, punio, castigo, ἐκδικέω τιμωρέω, unde Vindicta. Et uindicare, est ab iniuria cõtumelia aue aut damno defendere, aut liberare, ἀπαλλάττω. Liu. 3. A cuꝰ crudelitate uosmetipsos armis uindicastis. Itẽ uindicare, in libertatẽ asserere, ἐς ἀνεμποδιστίαν ἐξαρπάζω. Vnde Vindicta, uirga qua serui libertate à Prætore donabantur.

Vindicta, æ, f.t. ultio, ἐκδίκησις. Aliquãdo libertas, siue uirga, qua serui libertate donabantur, ἐλευθέρωτα, ἡ παντελὴς, ἀπανθρώπησις.

Vinea, æ. f.p. ἄμπελος. Multitudo uitium simul consitarum. Est etiam Vinea, instrumentum bellicum, ex lignis compactũ, latũ pedibus octo, altũ septẽ, longũ sedecim, tectũ duplici ligno, cratibusq; cõtexitur. Latera quoq; uimine sepiuntur, ne saxorũ ac telorũ impetu perfringantur, extrinsecus, ne cremẽtur crudis ac recentibus coriis integuntur.

Vinealis, & le, om.t. Quod est aptum ad uineam, ὁ ἀμπελώδης.

Vinearius, a, um, Quod est uineæ, uel quod ad uineam pertinet, ἀμπελικός.

Vineaticus, a, um, Qđ ad uineã pertinet, ut falces uineaticæ. Var.

Vinetum, ti, n.s. Locus ubi multitudo uitiũ cõsita est, hoc est, ubi multæ uites, uel multæ uineæ sunt. ἀμπελὼν.

Viniolus, a, um, Qui molliter se gerit, & effœminatè.

Vinipotor, oris, m.t. Potator uini.

Vinitor, oris, m.t. pen.cor. Rusticus, uinearũ cultor, ἀμπελουργός. Ver. 2. Geor. Iam canit extremos effœtus uinitor antes.

Vinolentus. a, um. Ebriosus, uino se ingurgitãs, ἐξοινος, πάροινος. Hinc Vinolentia, ebrietas. Cic.

Vinosus, a, um, μεθυστικός, οἰνώδης, Qui ad uinum affectus est, siue qui uini cupidus est, ut ait Val. li. 3. Plin. ait id circo uinosos dici homines, quod soli animaliũ non sitientes bibãt. Ponitur aliquando pro ebrioso. Plin. inter mala Punica genera uinosa quædam appellat, quæ aluum sistunt, & stomachum.

Vinulus, a, um, pen.cor, uiniolus, Molliter se geretis, & minimè uirilirer, quod facit illecebrosus. Plaut. in Asin. Compellando oratione uinula, uenustula.

Vinum, ni, n.s. οἶνος, à ui deducitur, quòd uim inferat menti. Et in plurali habet uina & uinis. Ouid. Et Venus in uinis, ignis in igne fuit. Diminutiuũ à uinum est Villum, quod etiã uinellũ dicitur. Vel uinum ἀπὸ τοῦ οἰνᾶν.

Vio, as, aui, atũ, n.p. Significat iter facio, ὁδεύω. unde Viator qui uiat.

Viola, æ, f.p. Quasi minimè uiolata, per Antiphrasin. uel quòd nõ uiolanda. Violarum tria sunt genera. Nam est uiola purpurea, quæ nomen Græcum tenet, & appellatur ἴον ἄνθος, quod est uiola flos, unde uestis hianthina. Secunda est lactea. Tertia est coloris palliduli. Vide Plin. lib. 21. cap. 6. & lib. 6. cap. 19.

Violabilis, & le. om.t. Qui aptus est ut uioletur, βαίσιμος. ut Inuiolabilis, qui non facilè uiolari potest.

Violaceus, a, um, Idem quod purpureus, qui in uiolæ colorem tendit, ἰοειδὴς.

Violaria, locus ubi nascuntur uiolæ. Verg. 4. Geor. Irriguumq; bibant uiolaria fontem.

Violaris, & re, om.t. Quod est coloris uiolæ.

Violarius, rii, m.s. Dicitur uiolacei coloris infector, ἰοβάπτης. Plautus in Aulul.

Violentus, a, um, βίαιος, Qui uim facit.

Violens, entis, om.t. Pro uioleuto ponitur. Hinc Violenter aduer. ut Violenter tolerare, dixit Ter. in Phor. id est, ægrè, inuitè: Hinc quoq; Violentia, æ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Violo, as, a. p. pen. cor. Corrũpo, polluo, & quasi uim infero: quod propriè de uirgine dicitur, βιάζομαι, παρανομέω. Hinc Inuiolatus, intemeratus. Sed ad alia transfertur. Dicimus enim, Violare amicitiam, dignitatem, æstimationem.

Vipera, æ, f. p. pen. cor, serpentis genus, quòd ui pariat. A Vipera fit

Viperinus, a, um, ἐχιδνεος. Cic. Morsus uiperinus.

Vipiones, m. t. πτερωνίδες, Sunt minores grues, sicut Pipiones minores columbi. Plin. lib. 10. cap. 19.

Vir, ri, m. s. à ui dicitur, quod ui, hoc est potentia præstet, ἀνὴρ. Et modò respectu ætatis dicitur, modò respectu sexus: ut Estné uir, an mulier. Vnde Semiuiri, ἡμίανδροι, dicũtur eunuchi, & molles, atq; effœminati. Modò respectu cõiugii: ut Vnius uxoris uir. Nec solùm de hominibus, sed etiam de brutis. Ver. Vir gregis ipse caper. Modò respectu fortitudinis. Virum enim hominẽ præsenti excellentiq; animo nuncupamus. A Vir fiunt, Semiuir, duumuir, quinqueuir, septemuir, decemuir, centumuir, leuir.

Virago, nis, f. t. pen. prod. ἡ ἀρρενωπὸς γυνὴ, mulier fortis, uirilia opera faciens.

Virbius, uir bis dictus, quo nomine dictus est, ἱππόλυτος, de quo Propriis.

Vireo, res, n. s. uiridis sum, θάλλω, χλωραίνομαι, χλωαίνομαι. Hinc:

Viresco, uiridis fio, & sic prim. syll. corr. Hinc etiam Euiresco, ἀναίνομαι, quod est sine uiriditate fio. Varrõ.

Viresco, n. t. Interdum uirescere, significat maiorũ uirium fieri, & sic primã producit, κραταιοῦσθαι. Furius in poẽmatis, Hinc crescunt animi, uirescit uulnere uirtus.

Viretum, ti, n. s. Locus uiriditate plenus, uel ipse herbæ uirentes. Verg. 6. Aen.

Virgula uirgultum Sanum magis uirgis uestor uestigium Obelus uirg. Sanat mam aut

Virga, æ, f. p. ῥάβδος, Dicta est quòd uim gerat ligando, uerberando se. A quo nomina fiunt tria diminut. scilicet Virgella, uirgula, ῥάβδιον, & uirguncula. Sed uirgula etiam linea dicitur, & Virguncula puella.

Virgatus, a, um, ut Virgata uestis, quæ est (ut Iulius Pol. inquit) in qua intexebantur uirgæ purpureæ.

Virgator, oris, m. r. Qui uirgis cædit. Plaut. in Asin. Audaces uiros ualentes uirgatores.

Virgeus, a. um, quod est factum ex uirgis.

Virgetum, ti, n. s. Locus uirgis consitus, ad alligandas uites. Cic. 2. de Leg.

Virginalia, ium, n. t. substantiuè, παρθένια, uirginitatis sunt signa ut ait Augustin.

Virginalis, & le, om. r. quod est dignum uirgine, aut quod ad uirginem pertinet, παρθενικὸς. ut Virginalis modestia. Cic. Et uirginalis habitus atq; uestitus, apud eundẽ 6. Ver. pro uirgineo quãdoq; accipitur.

Virgindemia, æ, f. p. Collectio uirgarũ, ῥαβδολογία. Var. in Aga.

Virgineus, a, um, quod est, aut fuit uirginis.

Virginitas, atis, Est castitas uirginis, cui nullum cum uiro cõmercium. Plin. lib. lib. 24. cap. 13. Anaxilaus author est, mãmas à uirginitate illitas, semper staturas.

Virgo, inis, com. t. à uiridiori, id est, ualidiori ætate appellata est, παρθένος. Vnde & matres sæpe uirgines dicuntur. Nunc uerò tam marẽ quàm fœminã significat, rei uenereæ expertẽ. Veteres etiã omne incorruptũ & intactũ, uirginẽ dixerũt. Cic. in Or. Philosophia, casta, uerecunda, incorrupta uirgo. Et August. saliuã uirginem dixit, quæ nondũ cibo potuq; corrupta fuit. Et de equabus dicitur. Plin. Hinc Virginitas, castitas, castimonia.

Virgultum, ti, n. s. multitudo uirgarum pullulantium, φρύγανον, ῥᾶπις. Ver. 1. Geor.

Virguncula, æ, f. p. dimin. παρθενισκάριον. Accipitur pro parua puella, & pro parua uirga.

Viriatus, a, um, Magnarum uirium, obsoletum est, κραταιὸς. Lucan.

Viria, siue Viriola, æ, f. p. Ornamentum colli, à gemmis uiridibus, ut quidam uolunt.

Viriculę, f. p. dimin. ἰχθύς, à uiribus. hoc est, pusillæ uires. Dicimus etiam Viriculas patrimonii, pusillum matrimonii, siue facultatulam.

Viriculum, li, n. s. Genus teli in bello Persico inuenti, quod alii Verticulum uocant. Dicitur & Betonica, & à Græcis κέστρον.

Viridarium, rii, n. s. Locus in quo sunt herbæ & plantæ uirentes, & amœnitate refertus ἄλσος.

Viridarius, a, um, unde Viridarii serui, ab Vlp. dicuntur, qui hortos curant, & eorum curam habent.

Viridia, n. t. Dicuntur prata, seu horti arboribus consiti, uolg. pratis causa comparati.

Viridicatus, a, um, χλωρὸς. Cic. ad Q. Fr Equidem affirmo, mirifica suauitate uillam habituram, piscina, & salientibus aquis, palæstra, & sylua uiridicata.

Viriditas, atis, f. t uide Viror.

Viridis, & deform. t. χλωρὸς, ὑγιαλὴς. à uigore dicitur. Vnde dicimus uirides plantas, quæ nondum aruerunt & in uigore sunt. Et quoniam in his herbaceus color est, eum etiam colorẽ uiridem dicimus.

Virido, as, a. p. uiridem facio, à quo Viridans, quod est uiride, χλοερίζων.

Virilis, & le, om. t. pen. prod. ἀνδρικὸς, ἀνδρεῖος, quod est uiri, ut Opus uirile. Aliquando dicitur fortis, magnanimus. Ter. in Phor. Animo uirili, præsentiq; ut sis, para. Pars uirilis, id est, uires animi fortitudo. Cic. Hinc uiriliter aduerb. fortiter & magno animo. Cic. 2. Tus. Aegrotare uiriliter nequeunt.

Virilia, n. t. tantùm plur. uerenda, pudenda.

Virilitas, atis, Idem quod uirilia, Mart. lib. 9.

Viriliter, aduer. Fortiter, & magno animo. uide Virilis.

Viripotens, entis, f. t. secun. prod. dicitur à Plaut. in Per. uirgo quæ annos pubertatis excessit, & quæ iam uirum sustinere potest.

Viritanius ager, Qui uiritim populo diuidebatur.

Viritim, aduerb. Significat per singulos uiros, κατ' ἄνδρας. Dicitur etiam de uno uiritim. Curtius, Si quis uiritim dimicare uellet pronocauit.

Viro, as, a. p. Fortifico, ἀνδρόω. A quo Euiro, de quo suprà.

Viror, oris, m. t & Viriditas sunt eiusdẽ significationis, χλωρότης. Translatè ponitur pro ui & fortitudine. Cic. de Am. Senectus aufert uiriditatem.

Virosa mulier, φίλανδρος γυνὴ. Dicitur quæ uiri appetẽs est, sicut Mulierosus, uir mulieris appetens. Et Virosi loci à Catone dicuntur, qui coitum uiri affectant. Et sic habet primam correptam.

Virosus, a, um, à uiris fit, & habet primam prod. significatq; quod est mali odoris, & quandoque quod est mali saporis, βρωμώδης. Var. Rancidam carnem apposuit nobis & uirosam, id est, mali saporis. Potest etiã dici Virosus, ἰσχυρὸς, pro forti, à uiribus.

Virtus, ἰσχὺς, δύναμις, à uiro dicta est, teste Cic. 2. Tusc. & propriè fortitudinem significat, quod uiri maximè fortitudo sit, siue quòd uir fortis dicitur. Vnde cum uirum dicimus, non tã sexum significamus, quàm robustum & fortem. Et nunc definitur uirtus, quod sit perferendorum maiorũ, fortis atq; inuicta patientia & quicquid uitio contrarium est, uirtus dicitur, quæ sic definiri solet: Virtus est affectio animi cõstans conueniensq; laudabiles efficiens eos in quib. est, & ipsa per se spõte sepa rata etiã utilitate laudabilis. Hor. Virtus est uitiũ fugere, & sapiẽtia prima. Virtutẽ antiqui deã fecerunt, quẽ August. nõ esse deã sed donũ Dei asserit. Lucil. de Virtute, Virtus Albini est preciũ uerũ. Virtus est, homini scire id quod quęq; habeat res. Virtus, scire homini quidnã utile, quid sit honestũ, Quę bona quæ mala: itẽ quod inutile, turpe, inhonestũ. Virtus quærendæ finẽ rei scire modũq;. Aliquãdo uirtus dicitur illa, qua res cuius est uirtus perfecta redditur, δύναμις. Cic. Atqui in sensibus est & sua cuiq; uirtus. Aliquando pro ope & auxilio. Plaut. Deum uirtute hospitio accipiam.

Virulentus, ἰώδης, Qui est plenus ueneno. Gell. lib. 19. cap. 12. ut serpentium uirulentorũ domitores sunt.

Virus, ὁ βρωμῶδης, ὁ δυσῶδης, indecl. & gen. neut. & uirus, ri, apud antiquos, sicut Vulgus, gi, dicitur. Et propriè significat asperitatẽ odoris in homine iam adulto, quippe talis odor in puero nõ est, nec ante coitũ mulieris. Dicitur quoq; de graui rerũ aliarũ odore. Hinc apud Col. Virus paludis, pro tetro odore paludis. Aliquando significat asperitatẽ coloris. Plin. De sanguine purpuræ, superadditũ decoquitur uirus. Aliquãdo genituram, id est, humorẽ qui è genitalibus fluit. Aliquando uirutẽ naturalẽ. Lucr. lib. 2. Concoctosq; suo cõtactus perdere uiro. Aliquãdo uirorẽ, seu herbas uirentes. Stat. li. 1. Syl. Plerũq; uirus, ἰὸς, pro ueneno ponitur. Ver. Illum uirus serpẽtibus addidit atris.

Vis, f. t. accusat. uim ἰσχὺς, δύναμις. Pluralis accus. uis, uocat, uis apud ueteres. Sallust. libro tertio Hist. Malè iam assuetum ad omnes uis controuersiarum. Nunc ab antiquo singulari dicimus hæ uires, uirium, uirib. Ponitur autem uis pro uirtute. Sallust. Sed omnis nostra uis in animo & corpore sita est

Aliquando

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aliquando pro posibilitate, seu fortitudine, & uiolentia, βία. Hinc uiolo, as, Aliquando pro multitudine ac copia, πλῆθος. Liuius, Magna uis ex Sicilia aduecta. Aliquando pro celeri impetu.

Viscatus, a, um, ut uiscata munera. uide Viscus.

Viscerari, d.p. Veteres dixerunt carnem populo distribuere, κρεανομεῖν.

Visceratim, aduerb. significat per uiscera, κρεωφαγικῶς. En. Dissipat uisceratim membra.

Visceratio, onis, f. t. κρεονομία, crudæ carnis distributio, quæ fieri solebat in solenni festiuitate, uel in funere alicuius excellentis personæ. Seruius, Visceratio est caro, à uiscere nomine deducta.

Viscosus, a, um, quod est tenax, γλιάδης. Dicitur etiã uiscidum.

Viscus, sci, n. s. & uiscum, γλοιὸς, ἰξὸς glutinum quod ad aucupium pertinet. Nam uisco propter eius tenacitatem aues captãtur. Est & uiscum frutex, qui ex turdorum potissimùm fæce, super arborum quarundam ramis delapsa, & à sole cum humiditate quadam feruefacta nascitur: ui ret autẽ per totam hyemem. De hoc Plinius. libro 15. capite. 44. Et uiscum antiqui dicebant esse rete à tenacitate. Verg. 1. Geor. A uiscus fit adiectum uiscatus, uisco oblitus. Viscata munera, & hamata pro eodem, hoc est, quibus maiora attrahuntur, quam quæ dãtur. Hinc fit, Inuisco. scas, quod est, uisco inficio.

Viscus, sceris, neutr. t. σπλάγχνον, caro, non tantùm intestina, sed quicquid sub corio est, id est, caro quæ est inter ossa & cutem. Vnde & uiscerario dicitur cõiuuium de carnib. factum. Hinc euiscero, ras, quod est uiscera extraho.

Visibilis, le, om. t. ὁρατὸν, θεατὸν, quod uideri potest: sicut inuisibile, quod uideri non potest.

Visito, as, actiu. p. ἐπισκέπτομαι, frequentatiuum est à uiso à quo fit uisitatio, quæ propriè ad officiũ pertinet. Hinc uisitasse, pro sæpe uidisse capitur.

Viso opus est, ὁρᾶν δεῖ, significat oportet uidere.

Viso, sis, n. t. ἰσορῶ, ἐπισκέπτομαι, ἐπισκοπῶ, ad uidendum eo. Aliquando ponitur prouideo tantùm, præsertim quando iungitur cum Eo, is, aut uenio, Terent. in Phor. Vultis ne eamus uisere? In compositis etiam Terent. in And. Reuiso quid agant. Prouiso duas res significat, procedo & uideo. Similiter uiso, uideo significat, quãdo iũgitur his ablatiuis gratia, causa, studio, & huiusmodi. Ter. in Hec. Ne mittas quidẽ uisendi causa quẽquã. A uiso fiũt cõposita. Circũuiso, inuiso, ἐπισκέπτομαι, prouiso, reuiso. Inuenitur passiuũ Visor in tertiis potissimũ personis

Visum est faciendum facere, δόξει, modus dicendi: ut, Visum est facere, ut te admonerẽ, quod est, putaui te admonendũ esse.

Visulæ, uites de quibus Columella lib. 3. cap. 2.

Visus, us, m. q. & uisio, nis, ipse uidendi actus, ὄψις, sicut gustus pro actu gustandi. Ponitur interdum pro eo quod uidetur. Verg. 7. Ritè secundarent uisus. Visio modò significat inspectionem Apul. Ciuitas cuncta uacuatur studio uisionis. Modò id quod in somnis uidetur, ut inquit Macrob. li. 1. in Som. Scip. quando eodem modo quo apparuerat. euenit, ὄραμα uocant Præterea Visa, somnia dicuntur & nocturna, siue etiam diurna, φαντάσματα, quæ etiam uigilantibus apparent.

Vita, fœm. p. βίος, ζωὴ, à uiuo, is, & modò animam significat, sine qua nemo uiuit. Modò denotat mores, Terent. in Adelp. In spicere tanquã in speculum uitas hominum, iubeo. Modò alimentũ. seu uictum. Terẽt. Eadem quippe homo iam grandior, cui opera uita erat. Modò spacium uiuendi. Terent. Nam tua quidem Hercle hæc uita certè expetenda atq; optanda est. Variatur in plurali. Cicero, Serpit per omnium uitas amicitia. Mea uita, blandientis uox est. A uita fit euitare, quo usus est Cicero in Tusc. quæstionibus.

Vitabundus, a, um, idem quod uitans.

Vitalis, & hoc le, om. t. quod uiuere potest, uel quod uiuit, aut quod etiam præstat, βιώσιμος, ζωτικὸς. Hinc utilitas, pro uita et uitali motu. Plin.

Vitellus, li, m. s. à uita dictus est, oui pars rubra, quod ex eo uiuat pullus, λέκιθος, τὸ ὠχρὸν τοῦ ὠοῦ, ipsum enim animal ex albo liquore oui corporatur, cib. eius in luteo, hoc est, in uitello

Viteus, a, um, adiectiuum, ut Pocula uitea. Verg. 1. Georg.

Vitellinus, a, um, adiect. Cic. ad Pætum lib. 9. Integram famẽ ad ouum affero, ita usq; ad assum uitellinũ opera perducitur.

Vitas, fruticis genus: Græci ἄγνον uocant, id est, castum, uulgus herbariorum agnum castum uocat, utraq; uoce idem significante, Plin. lib. 24. cap. 8.

Vitiarium, rii, n. s. Vitium seminarium, ἀμπελὼν, Col. lib. 3. ca. 5. Vitiarium neq; iciuna terra, neq; uliginosa faciendum est. Et uitiarium, locus in quo sunt uites, ἀμπελούργιον, sicut pomarium ubi sunt poma. Var. lib. 1. de Re rust.

Viticula, æ, f. p. dim. à uite, ἀμπελὶς. Cic.

Viticulus, li, m. s. κλημάτιον, Capreolus uitis, flagellum, & claiculus, ut sunt flagella etiam cucurbitarum, & similium. Alii uolunt neut. gen. esse Viticulum.

Vitifer, a, um, quod fert uites, siue in quo proueniunt uites. Martia. (mulachrum.

Vitigineus, a, um, quod ex uite fit, ἀμπελινὸς, ut uitigineũ si-

Vitia, n. t. Dicuntur, quæcunq; sic lenta sunt, ut cõmodè flecti posint, λύγοι, à uinciendo dicta, ut uitex, uitis, uimina, uiticula.

Vitiligo, inis, f. t. Totius corporis uitium est, λεύκη. Nam uitiligine faciunt diuersi coloris maculæ per omnia mẽbra dispersæ. Dicta uitiligo, uel à uitio, uel à uitulo, propter eius mẽbranæ cãdorẽ, qua nascitur inuolutus. Sed Cel. uitiliginẽ esse dicit herbã quæ ἄλφος dicitur, quia alba, cum & alia quoq; sit guttis dispersa quæ melas etiam à colore nigro dicitur, utraq; tamen serpit. Ob hanc igitur similitudinem, uitiliginẽ magis dictam puto. De morbo Apul. in Mag. Mart. lib. 3. linguæ uitiliginẽ dedit per quendam similitudinem.

Vitilitigatores, Dicti sunt uitiosi litigatores, hoc est, aliorũ operum calumniatores, obtrectatores, συκοφάνται.

Vitilitigo, as, a. p. pen. co. Obstrigilo, carpo, crimino r, damno mordeo,

Vitio, as, a. p. Corrumpo, destruo, κατασχιῶ. Et uitiare, est fœdare, κακῶσαι. Apul. Vtroq; otio uitiatus. Hinc corpore uitiatos dicimus, qui cæci, uel manci, uel claudi nati factiúe sunt. Hinc uitiatio, corruptio. Vitiositas uerò uitium dicitur.

Vitio dare, aut uertere, est culpare, uituperare, ἐγκαλεῖν, αἰτιατίας ἔχειν.

Vitiosus, a, um, Vitiis plenus, depranatus. Hinc uitiosè aduerbium, malè, corruptè.

Vitiosi magistratus, dicuntur uitio creati.

Vitiositas, atis, f. t. κακία. Est (inquit Cic. 4. Tusc.) habitus aut affectio in tota uita inconstans, & sepsa dissentiens,

Vitis, is, f. t. à uino dicta, quòd ferat uinum, ἄμπελος. Var. lib. 1. ca. 1. Et uitis quòd inuitet ad uuas percipiendas, dicta primò uidetur. Erat & uitis gestamẽ cõturionis non carnificis, aut lictoris.

Vitisator, oris, ἀμπελοπόνος, Qui uites serit. Quo nomine dictus Saturnus. Ver. 7. Aen. Vitisator curam seruans sub imagine falcem.

Vitisco, n. t. id est, uitis fio.

Vitium, tii, Propriè dicitur, quod uirtuti opponitur, κακία, à uito, quod uitandum sit ac fugiendũ. Aliquando dicitur error, σφάλμα. Plin. Librũ uitiis plenũ. Aliquando morbus, ἄνημμα, & non solũ in homine, sed in aliis quoq; rebus dicitur. Ponitur aliquando pro culpa. Cic. 4. Acad. Hucsi peruenieris, me tibi primum quidq; cõcedente, meũ uitiũ fuerit. Aliquando pro stupro, unde offerre uitiũ uirgini, pro uitiare uirginẽ, dixit Ter. Vitium facere dicũtur ædificia, dum corruunt, & dãnum patiuntur. Ponere in uitio, est sumere in malã partẽ. Cic. Corripit primam cõtra primitiui naturam, quia Vito producitur.

Vito, as, a. p. ὑπαβοῦμαι, φυλάττομαι, χρίπτω, ἐξίεμαι, caueo, imò plus est quàm caueo, & à ui deducitur, quasi ui auertere, à quo uitium dictum. Seipsum uitare, est non sibi constare, uel sibi displicere propter scelerũ conscientiã. Cuius cõposita sunt, De uito, euito, perfectè uito, & habent pen. cor.

Vitreolum, li, n. s. herba muralis, quæ mirum in modum uasa confricata purificat.

Vitreus, a, um, Quod ex uitro est, ὑάλινον, ut uitreæ ampullæ, apud Plin. Significat & id quod uitri colorem refert, ut fons uitreus.

Vitriarius, rii, uitriorum factor, ὑαλουργὸς.

Vitricus, ci, id est, matris meæ maritus.

Vitriolum, li, n. s. ὑαλίδιον, paruum uitrum. Significat etiam atramenti speciem & chalcitidem.

Vitrosus, a, um, quod abũdat uitris, uel uitrũ habet, ὑαλώδης.

Vitrum, tri, Materia translucida, quæ ex arena & cinere percoctis fieri dicitur, ὕαλος.

Vitta, æ, fascia qua circum caput antiqui uel crines, uel serta, aut flores, aut quiduis aliud religabant, ταινία. Hinc uittatus adiect. Plin. Vittatã nauem Dionysius tyrannus Platoni misit obuiam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vitula, æ, Vacca uiridioris ætatis, ἡ μόσχος.

Vitulari, d.p. Veteres usurparunt pro uoce lætari. Et uitulantes dicuntur lætantes: & uitulatio lætitia. Quoniam eam uerā uitam putabant, quæ in summa lætitia ac tranquillitate degeretur. Hinc uiuere sæpenumero ponitur pro lætam uitam agere.

Vitulus, li, m.s. μόσχος, à uitulando, id est, lasciuiendo. Et dicitur non modò de bobus genitis, sed etiam ex aliis quadrupedibus maioribus, & piscibus. Plinius de balænis, Irrumpunt orcæ in secreta, & uitulos earum ac fœtus lacerant morsu. Vitulus etiam nomen piscis est, φώκη, siue potius maris belua est, corio & pilis tecta, quę & Phocas dicitur: parit in terra pecudum more. Vituli autem nomen accepit, quod illi in somno mugitus fit. Hinc uitulinus adiect. quod ex uitulo est, ut Vitulina caro.

Vituperium, rii, n.s. idem quod uituperatio.

Vitupero, as, a.p. Vitio aliquid do, quasi uitium paro, ψέγω, μιαίνω. Hinc etiam uituperatio, quæ si cum uerbo Venio, uel similibus iungatur, passiuè accipitur. Inuenitur dariuo iunctum. Plaut. in Cas. Cur omine mihi uituperat malo? Hinc uituperabilis, & le, dignum quod uituperetur. Producit primam quamuis à uitio deriuetur.

Vituperones, m.t. & Vituperatores, ψέκται.

Viuarium, rii, n.s. Locus in quo uel aues, uel pisces, uel feræ continentur, quæ ad uictum duntaxat pertinent, ζωοτροφεῖον. Plin. Idem liporarium dicitur, & roborarium. Propriè tamē piscinę, ubi pisces continentur.

Viuax, acis, om.t. Validum, uigorosum, diu uiuens, & quod ab fumi non potest, βιώσιμος. Hinc uiuacior, uiuacissimus.

Viuacitas, atis. f.t. naturalis uigor ac robur.

Viuere in diem dicuntur, qui quotidie parant noua cibaria, nullum habentes penum reconditum, nihilq; de futuro tempore solliciti, omnemq; curam abiicientes, ac si eo solo die uicturi essent, ἐφήμερος ἕ βιῶ, ἡμερόβιοι. Cic. 5. Tusc. Nos in diem uiuimus.

Viuerra, æ, f.p. Animal paruū quidem, sed magni uigoris, mustella rustica dicitur, γαλῆ. Est aliud mustellarum sylueſtriū genus, quæ longè domesticis maiores sunt, à Græcis ἰκτὶς, uocātur. Aristot. ἰκτὶς, sylueſtris mustellæ genus est, magnitudine, Mitilēsis catelli, sed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum astutia mustellæ simile est.

Viuesco, is, n.t. siue Viuisco, id est, uiuo, siue uiuus fio. Lucr. Proprie usurpatur, cum de rebus aliis ab animali, quod cōmuni uita fruitur, loquimur.

Viuidus, a, um, quasi uiuum, ἔμψυχος. Aliàs uiuidum, dicitur robustum ac plenum uigoris, ἀκμαῖος, aliàs, integrum.

Viuiradix, icis, f.t. μίσχωμα, Vitis quæ cum radice seritur, qua uiuam radicem habens, ad differentiam malleoli, & alearum.

Viuo, is, xi, ctum, n.t. quasi uim & uigorem habeo, βιόω, βιοτεύω, Quint. lib. 9. cap. 3. Non ut edam uiuo, sed ut uiuam edo. Quod licet absolutum sit, dicimus tamen quandoq;, Viuo felicem uitam. Interdum uiuere, est lætam uitam agere. Plaut. in Mil. Cō serui, conseruæq; omnes bene ualete, & uiuite. Ita uiuam, bene precantis particula est. Cic. Ne uiuam, id est, ne sim saluus, imprecantis particula est, pro dispereā. Cic. Viuere in diē dicūtur, qui quotidie parant noua cibaria, ἐφήμεροι τῶν βίων, ἡμερόβιοι. Huius cōpositā sunt, Conuiuo, unde cōuiuium: Peruiuo, quod est usq; ad finem uiuo: Reuiuo, à quo Reuiuiſco, rursus uiuus fio: Superuiuo. Huius uerbi frequentatiuū est, Victo, as, ζάω à quo Victirito, as.

Viuus, a, um, ζωὸς, ζῶν, ἔμψυχος: quod uitā habet. Quandoq; ponitur pro naturali. Ver. 1. Geor. Et uiua sua plantaria terra, Quādoq; pro eo quod uim aliquā habet. Quandoq; pro ualido aut uehemēti. Ver. 1. Aen. Incipit, & tentat uiuo pręuertere amore. Hinc Semiuiuū, ἡμίζωον, quod modò significat semimortuum, modò debile ac uigoris exigui. Viuus lapis, dicitur naturalis. Quidam tamen uiuum lapidem ignarium, πυρήκτην, πυρίτης, ἐναυσμα, ἐμπύρευμα, uocant, quod uim habeant emittendi ignē. Viua aqua, naturalis, & ex eo loco nata. Viuum flumē, est aqua fluens. A Viuus fiunt Viuior & uiuissimus, id est, magis uiuēs, maximè uiuens.

Vix, aduerb. significat cum ui ac difficultate et labore, μόγις, μόλις, χαλεπῶς. Aliquando refertur ad tempus. Verg. Vix è conspectu Siculę telluris in altū Vela dabant lęti, id est, statim. Aliquādo ponitur pro non. Lucan. Carcer uix carcere dignus.

Vix tandem, significat post multum temporis.

Vlcero, es, pen. cor. Dilanio, et quasi ulcus facio, ἑλκόω. Plin. Ideò equarum præterquā uirginū erodit, emarginat, ulcerat. Hinc exulcero, as, ulcus dilanio. Per translationē significat exaspero, exacerbo. Cic. Is mihi animum exulcerauit.

Vlciscor, eris, ultus, d.t. Punio, et uindico significat, ἐκδικῶ, τιμωρῶ. Verūm cum uindicare, et hostes, et nos, et iniuriam ulciſci dicimus. Hinc Vltio, uerb. ulciſcendi actus.

Vlcus, eris, n.t. Est tecta et clausa malignitas, ἕλκος. Est enim sanies concreta inter cutem latitans. Vulnus uerò, est hians patensq; apertura corporis, ictu facta. Vlcera capitis manātia sunt quæ Græci ἰχῶρες uocant, imperitum uulgus Reuma. Hinc Vlcusculū, dimin. Et Vlcerosus, adiect. quod est plenū ulceribus & transfertur ad arbores. Quidā hoc nomē aspirandū putāt, quoniam à Græco originem trahit. Illi enim ἕλκος dicunt.

Vlex, icis, f.t. Frutex rori marini similis, asper, aurum retinens. Plin. lib. 33. cap. 4.

Vligo, inis, f.t. pen. prod. ἰκμάς, Terræ humor, ex ea nunquam recedēs. Vnde Vliginosus ager, qui semper est humidus, ἑνικμος. Humidus, qui aliquando siccatur.

Vllus, a, um, τίς, Aliquis, quasi unus aliquis. Quod nomen nunquam affirmatiuè ponitur, sed uel negatiuè, ut nō est ullus qui currat. Vel interrogatiuè, ut Estné qui currat? Vel subiūctiuè, ut Si ullus me uocabit, statim ueniā. Ab Vllus fit compositū Nullus, Vide Val. lib. 3. cap. 36.

Vlmitriba, pen. prod. Vox est Plautina ex Græco & Latino cōposita, significatq; eum qui assiduè meis uirgis cæditur, quasi ulmi attritor. Vtitur hac uoce Plaut. in Pers.

Vlmus, mi, f.f. Arbor uineis amica. Hinc Vlmeus.

Vlna, æ, f.p. ὦλενα, Cubitus seu brachiū, quantū utriusq; manus extensio cōtinet. Vlno (inquit Seru in Buc.) propriè est spaciū, in quantum utraq; extenditur manus. Dicta ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, id est, à brachiis. Licet Sue. unum cubitum esse uelit tantūmodo.

Vlpicum, ci, n.f. pen. cor. Græci appellauere genus allii, grandius inter pulmentaria ruris. Authores Plin. & Colum. Quidam, ut ait Colum. lib. cap. 1. ulpicum uocant allium Punicū, Græci autem ἀφροσκόροδον appellāt, longè maioris est incrementi quā allium. Plaut. in Pœn. Tu autē plenior allii Vlpici, quàm Romani remiges.

Vls, facit Vltra, & Vltimus, inquit Festus. Nonius, Vls Cato pro ultra posuit.

Vltimus, a, um, ab Vltra, idē quod postremus, ὕστατος, ἔσχατος. Aliquando etiā dicitur primus. Ver. 8. Aen. Tu sanguinis ultimus author. Hinc ultimùm aduerb. id est, postremùm.

Vltor, oris, m.t. τιμωρὸς. Facit fœ. Vltrix, à quo etiam ultricia habemus, ut uictricia à uictrix.

Vltra, ὑπὲρ ἐπ' ἐκεῖνα ἐπὶ θάτερα δέ, Præpositio est, quū accusatiuo deseruit, significatq; præter & trans, & non nisi separata inuenitur. Aduerbium est, quum sine casu ponitur, & significat amplius, nihil prærerea. Cicero de Vniuers. Si probabilia dicentur nihil ultra requiratis. Et tunc ex se facit Vlterior, & Vltimus.

Vltra famam, id est, plus quā homines opinentur, παρὰ τὸν δόξαν, Sicut intra famā, quod est huic contrarium. Quint. Hortensij scripta tantùm intra famam sunt.

Vltrò, ab ultrà fit, & significat ultrà, siue insuper, & sponte. Ver. 4. Aen. Et miserescimus ultrò. Vbi Seru. Vltrò non est sponte: nā iam rogauerat, sed insuper.

Vltro citroq;, ἀνῶρο καὐθις, Significat utrinq;, & quod uulgò dicitur, huc & illuc, & tam in factis, quàm in dictis dicitur. Cic. in Som. Scip. Multisq; uerbis ultro habitis, ille nobis consumptus est dies. Quidā in hac significatione utūtur sursum & deorsum. Ter. Sex ego te totos Parmeno hisce mensis quietum reddam, ne sursum deorsum ire cursites.

Vltroneus, a, um, Idem quod spontaneus.

Vlua, æ, Herba palustris. Ver. 2. Aen.

Vlula, æ, f.p. pen. cor. αἰλόλυξ, Auis à fletu denominata, hoc est ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, quod est ululare & flere. Ver. Certent et cygnis ululę.

Vlulare, & Vlulatus, uide Hululo.

Vmbella, æ, f.p. dimin. ab Vmbra, σκιάριον. Et umbella quæ portabatur in theatris ad arcendum solem.

Vmber, a, um, ὑμβρικός, possessiuum ab Vmbra. Catul. Aut parcus Vmber aut obesus Hetruscus.

Vmbillicatim, aduerbium, κατ' ὀμφαλὸν, significat per umbilicos.

Vmbili-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vmbilicatus,a,um,ꝑdiect.(ὀμφαλόεις) dicimus quod umbilicos habet,uel quod ad umbilici similitudinem factum est.

Vmbilicus,ci,m.ſ.pen.prod.dicitur quicquid in aliqua re est medium,ὀμφαλὸς, Item dicitur ligamẽtum inteſtinorum, quod mediam ferè uentris planiciem obtinet. Ad hoc autem factum est,ut per eum fœtus,dum est in utero matris,nutriatur.Vnde umbiliſecæ,ὀμφαλοτόμαι. obſtetrices umbilicos infantium deſecantes.A cuius quoq; ſimilitudine paruus circulus in terra deſcriptus,ad cognoſcendos uentos, umbilicus dicitur. Plin. lib.18.cap.33.Item parui ac rotundi,politiq; lapilli,eadem ratione umbilici dicuntur.Cic.2.de Orat.Item umbilici, ornamenta,& ueluti clauiculi quidem, quibus libri ornantur, & gẽmæ ligantur.Mart.lib.2.ad umbilicum uenire,ſiue ducere,exponit Porphyrius,pro finire,& conſummare opus.

Vmbo,onis,mſ.t.media pars clypei eminentior, ἴτυς.Licet quãdoq; pro toto clypeo ponatur.

Vmbra,f.p. ἀποσκίασμα,σκιὰ, aër carẽs ſole,quod fit alicuius corporis obiectu,præſerrim nubium.Vmbræ etiam dicuntur,quas faciunt pictores,ut imagines quæ planæ ſunt,ſolidæ uideantur quod dicũt adumbrare, σκιαγραφεῖν; & adumbratus, ἐσκιαγραφημένος.Hinc adũbratio uerb.ἀποσκιάσμα, ὑποσκιάσμα, ὑπογραφὴ Vmbræ etiam dicuntur inferorũ imagines. Verg. Vmbrarũ hic locus, & ſomni, noctiq; ſopora.Item Vmbra dicebarur olim,q̃ ueniret ad conuiuium non uocatus,ſed illius,qui uocatus fuerat, comes: nam ſic uocatum ſequitur,ueluti umbra corpus.

Vmbraculũ,li,n.ſ.locus,in quo eſt umbra, ſeu q̃ facit umbram, & è Sole defendit,ut ſunt aulæa,lintea,cortinæ,frondes,σκιάδιον,σκίνη.Valer.Max.lib.2.Qu.Catu. primus ſpectantium cõſeſſum uelorum umbraculis texit.

Vmbraticus,a,um,quod eſt ex umbra, ſeu ad ſimilitudinem umbræ,σκιώδης.Auguſtin.

Vmbraticus homo,dictus eſt à Plauto in Curc. trapezita, qui in umbra ſub tecto uitã agit otioſam,ἐπίσκιος.Artes quoq; & negotia umbratica nominantur,in quibus per deſidiam in umbra elangueſcimus.

Vmbratilis,le,om.t.pen.cor quo umbratũ eſt,σκιερός. ut,uita umbratilis, quæ umbra atq; opaco marceſſit, ſeu in umbra & otio domeſtico degitur.Studioſi uitã umbratilẽ colũt, quos libris docent in umbra & otio,ut inqt Ci.pro Corn. Balb.Itẽ pro Mur.Cedat,inqt,ſtilus gladio,umbra ſoli:Res etiã umbrales dicũtur,quæ fiũt p in uoluera & inanitatẽ,qualis umbra eſt

Vmbriter,adiect.qui fert umbram.

Vmbro,as,a.p.tegendo umbram facio,σκιάζω.Plin.lib.9.ca.1.Marcellus uelis forum umbrauit.Huius cõpoſita magis ſunt in uſu ſcilicet:Abumbro,inumbro,præumbro,obumbro, ἐπισκιάζομαι,ἐπισκοτέω,συσκιάζω.Aliquando ponitur pro defendere tractum ab arboribus.

Vmbroſus,a,um,adiect.opacus.

Vná,aduerb. acuitur in fine,ad differentiã ablatiui nominis Vnus,& ſignificat ſimul ἅμα. Aliquãdo etiã in oratione ponitur geminata, & habet quaſi eandẽ uim, q̃ habet tum & cum. Cic.1.Verr.Vná & id quod facio probabit,vná & in hac cauſſa profectò neminem proponendum mihi eſſe exiſtimabit.

Vnanimis,me,om.& unanimus, utroq; modo dicitur, pro eo qui unius animi eſt, & unius ſententiæ cum altero, ὁμογνώμων.Vnde & unanimem conſenſum eicimus,cum amicorum concordia eſt. Hinc unanimitas,conſenſus,æquanimitas,ὁμογνωμοσύνη.

Vncia,æ,fœm.p.οὐγία. dicta eſt, quod una ſit ex duodecim partibus aſſis.A quo ſemiuncia duæ ſextulæ, tertia pars unciæ, id eſt,ſcrupuli octo.Eſt etiam uncia,menſuræ genus exiguæ.Vnde & diminutiuum unciola.Vnde quincuncem uocamus uaſculum quinque unciarum capax.De aliis aſſis partibus, uide indictione As.

Vnciarius,adiect.οὐγκιαῖος,ab uncia deriuatur,à quo ſemiunciarius:ut, Semiunciarium fœnus, apud Liu.lib. 7. quod omnium erat minimum,quia ex centum unciam tantum in annum reddebat: Vnciaria ſtips, duodecima aſſis pars,omnium minima moneta, Vnciariæ uites, quæ ita diſpoſitæ erant, ut inter quamlibet uitem unius iugeri uncia interuallum æquale faceret.

Vncialis,le,om.t.quod ad unciam pertinet:ut Vncialis aſsis qui unciam tantùm ualebat.

Vnciatim, aduerbium,id eſt per uncias.

Vncinatus,adiect,ὀγκινωτός,uncinis armatus.

Vncinus,ὄγκινος,dimin.ab uncus,pro fuſte.

Vnciola,æ,fœm.p.dimin.ab uncia.

Vnctum,cti,neu.ſ.ſignificat illud pingue quod in porci dorſo mollius eſt,ἄλειφαρ.Col.lib.6.cap.30.Frigoris fomenta adhibentur,capite & ſpina tepenti adipe,uel uncto linuntur.Recti ibi uino,non uncto alii legunt.Perſius adiectiuè poſuit, Vncta uixiſſe patella Semper.

Vnctus,a,um, Participium uerbi paſsiui Vngor. Horatius ſecundo Sermonum Satyra ſexta. O quando faba Pythagoræ cognata ſimulq; Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo? Vnctus,deliburus,oblitus.Cicero tertio Philip.Ant.eo die nudus abunctus, ebrius concionatus eſt.Vnctuſculus diminutiuum ab unctus adiectiuo.Plaut.Pſeud.ac non ipſe ego pulmento utor magis Vnctiuſculo.

Vnctura,æ,f.p.idem eſt quod unctio.

Vncus,ci,m.ſ.fuſtis ab uno latere incuruus, ac ſeſe retorquẽs quo inſtrumento puniebantur damnati,ἄγκιστρον.Iuuen.Impaſtus Scianus ducitur unco.Huius diminut.eſt uncinus.

Vncus,a,um,incuruus (καμψὸς)Cuius compoſita ſunt, Adũcus,& reduncus,contraria:ut Roſtrum aduncum,& reduncũ, id eſt,incuruum,recuruum,ſiue rectum. Pli.lib.10. Hinc fiunt Aduncо,cas,& inuncо.

Vnda,æ,f.p.propriè pars aquæ in ſe collecta,& in unam partẽ tendẽs, ut fluctuat mare: dicta q̃ ſit una, & in ſe coacta κῦμα. Aliquando ponitur pro aqua,ut pars pro toto. Ouid. Et terris miſcuit undas. Huius diminut.eſt Vndula, κυμάτιον. Vnde comitiorum,per translationem, uaria ſententiarum multitudo,quibus ueluti undis mare,ita etiam comitia feruere uidentur. Cicero pro Planco.

Vndabundum mare,apud Gell.lib.2.cap.37.dicitur abundè undas faciens,κυματώμενον.

Vndatim,ſignificat fluctuatim,uel ad undarum ſimilitudinẽ κυματωδῶς.Plin.lib.3.

Vnde,aduerb.quaſi de quo uno loco: ut,Vnde uenis?Interdũ ſignificat A quo. Vergilius, Genus unde Latinum. Interdum ponitur pro Ad quid,Horatius: Vnde mihi lapidem? quorſum eſt opus? unde ſagittas? Quintil.Vnde hunc illi animũ? Et alibi, Vnde tantũ uirtũ cæco? Capitur igitur relatiuè,infinitè,& in

Vndeunde ſignificat undecunq; ἀποθενοῦν. (terrogatiuè.

Vndeuis,& undelibet,ὅθεν βούλει,ſignificat ex uno quouis loco

Vndecunque aduerb,ex quocunq; loco. (Cic.ad Heren.

Vndecentum,quaſi uno dempto de centum. Plin. li.7.ca.60.Paruerunt tamen eis annis undecentum.

Vndeceni,næ,na,adiectiuum:idem quod undecim.Plin.lib.16.cap.8.Idemq; digreſſus inde,ubi fuit Mneuidis regia,poſuit alium longitudine undecenis pedib.per latera cubitis.

Vndecies,aduerb.Col.li.5.ca.2. Hanc ſummã undecies multiplicato,fiunt pedes quinquaginta tria milia nongenti.

Vndecimus,a,um,pen.cor.Verg. 8.Eclog. Alter ab undecimo tum me iam cœperat annus.

Vndeciremus, huius undeciremi, pẽ. pro. nauis undecim remorum ordines habens.habens.Plin.lib.16.cap.40. Maxima ea in Cypro traditur ad undeciremũ Demetrii ſuccisa centũ triginta pedum,lõgitudinis uerò ad trium hominum complexã.

Vndeni,æ,a,adiect,Vndecim.Plinius lib.11.cap.25.Pariuntur autem undeni.

Vndeuiginti, ἄκοσι ἑνὸς δέοντος, uno dẽpto de uiginti, quod eſt decem & nouem.A quo undeuigeſimus.Sic unde triginta.

Vndetrigeſimus,a,um,Liu.5.bel.Pun. undetrigeſimo die poſt fratris mortem interfectus eſt.

Vndequadraginta, adiectiuum indeclinabile. Liu. 5. Bell. Pun.Ad mille CCCC. Carthaginenſium cæſi,unde quadraginta uiui capti.

Vndequadragies,aduerb.Plin.lib.7.cap.25.Solus M.Marcellum tranſgreſſus,qui unde quadragies dimicauerat.

Vndeſexaginta,indeclin.adiect. Liu.3.Bel.Pun.Cœperint amplius tria millia hominum paulò minus mille equorum, undeſexaginta militaria ſigna.

Vndeoctoginta natus annos,Horat.2.Serm.Sat.3.

Vndique,aduer.id eſt,omnes partes, uel potius ex omni parte.Cic pro Pompeio.

Vndique laterum, πανταχόθεν τῶν πλευρῶν, ab omni latere,ab omni parte.Sic ubiq; gentium.

Vndiſonus,a,um,pen.cor.quod undis ſtrepit.

Vndiuomus,a,um, κυμβόνος. pen.corr. quod undas,id eſt, aquas uomit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vndo, as, n. p. fluctuo, undas facio, κυμαίνω. Cõposita sunt, Abũdo, exũdo, inundo & redũdo, de quib. suprà in dictione Abũdo

Vndones, Vide in dict. Vndulata, & Vdones.

Vndosum mare, dicitur fluctuosum, undis plenum.

Vndulata uestis, quæ fit ex hircorum, & carparũ pilis potiꝰ quã lanis, ꝙ ad undarũ similitudinẽ dicta sit, κυματόδης ἐσθὴς Nam & cymatilis quoq; dicitur à fluctu. dicebãtur uerò & Vndones quidam Cilicii, forteq; ab undis, quales modò in hís textis uidemus, quæ tanquã ἀφ' ἧς συμβάσεως, συμβατικὰ appellamus, ceu origine ab illo uestium genere accepta. Erit ergo sym ballotum, quasi συμβλητὸν, i. coacti implexus potius, quàm textu conditũ. A quibusdam dicitur esse Fortunæ uirginis simulachrũ, ab eo ꝙ duabus undulatis togis est opertum. Varro undulatum nouè pro puro posuit. Ita fit, ut undulata uestis aliud genus sit fortasse, q̃ cymatilis, à fluctu dicta.

Vnedo, inis, f. t fructus arboris, similis terrestribus fragis. Et arbor ipsa etiam unedo dicitur, folio citro simílis, fruticosa, pomum inhonorum est. Ideoq; unedo dicitur, ꝙ unum tantum mandi possit. Græci κόμαρον uocãt, Latini arbutum, uide Plin. lib. 15. cap. 25.

Vngentum, ti, n. s. quod & Vnguentũ, μύρον. Homero. μύρον dicitur, non est illa cõpositio tenax, qua chirurgi utuntur ad uulnera curãda, sed cõmistio diuersorũ odorũ addito oleo, aut balsamo, aut aliquo pingui, ad ungenda corpora, deliciarũ & luxuriæ causſa inuẽta, χρῖμα, siue χρῖσμα. Veteres θύαμα. Est & uulgare, id est, promiscuũ, & ferè palæstris dicatum. Plaut. in Most. Non possunt omnes olere unguenta exotica. Põponius tamen Iureconſ. scribit unguenta esse, quæ ualetudinis causſa comparantur. Sed hæc magis medicamenta dicuntur.

Vngo, is, xi, ctum, & unguo, guis, gui, ctum, secundum Prisc. ἀλείφω, χρίω, quasi unũ ago. Vngendo enim copulatur, atq; unitur caro. Cato cap. 27. Picem liquidã cornua infima ungito. Hinc unctito, tas, frequen. Et uerbalia unctio, nis: unctor, oris: unctura. re. Hinc & unctorius, adiectiuum: ut, Vnctoriũ hypocaustæ, apud Plin. Epist. 17. lib. 2. ubi seruabatur oleum ad unguẽdum opportunum. Ab Vngo fiunt composita, Inungo, Perungo & Exungo, quæ uide suis locis.

Vnguen, inis, neu. t. idem ꝙ unguẽtum, & accipitur pro omni eo quod succũ habet, ex quo aliquid ungi potest, ἀλειφὴ, ἄλειμμα. Persius: Fœnisecæ crasso uitiarunt unguine pultes. Hinc unguinósum medicamentum, unguinosæ naucꝭ.

Vnguentaris, rii, m. s. qui unguenta conficit, ac uendit, μυρεψὸς, μυροπάλης. Eius fœmininum est unguentaria. Est & unguentaria, ars ipsa conficiendorum unguentorũ. Vnguentarius uerò, adiectiuum est ꝙ ad unguenta pertinet: ut, Vasa unguentaria, apud Plinium lib. 36. cap. 8.

Vnguiculus, li, m. s. diminut. est ab unguis, & de his tantum dicitur quæ ungueis habent, ὀνύχιον. Vnde à teneris unguiculis dicimus pro eo, ꝙ est ab infantia, ab incunte ætate, à puero, ab incunabulis.

Vnguis, is, mas. t. ὄνυξ, ab ungo, gis, quòd politus & translucidus sit, & quasi unctus. & est propriè eorum animaliũ, quæ digitos habent seperatos ut sunt homines, simię, aues. Apud Columel. tamen lib. 6. ca. 12. inuenitur unguis pro ungula. Dicitur & unguis de arboribus. Plinio lib. 12. ca. 9. Vngues ferrei, apud Col. lib. 12. cap. 18. sunt instrumenta quædam ferrea quibus uindemiatores unguium uice utebãtur ad colligendum uuas, ne ipsas manibus distringerent. Est item oculorum morbus, quem Græci πτερύγιον uocant, de quo suprà dictum est.

Vngula, æ, f. p. ὀπλὴ, ab unguis denominatiuum est, nõ diminutiuum, quãuis formam diminutiuã habet, & dicitur de his animalibus quæ digitis carent. Ouidius, Vngulaq; in quinos delapſa absumitur ungueis. Omnib. ungulis, puerbiale est, ꝙ significat omnibus uiribus, Cic. lib. 2. Tuscul.

Vngulanos, ὀνυχάδης. Cato uocauit, qui magnos ungues habẽt ac scabros, quasi ungulis similiores, quàm unguibus.

Vngulata uestis, ab unguibus siue ungulis, hoc est, anulis. Vngulum enim Oscorum lingua (ut ait Fest.) anulum significat.

Vngulum, li, n. s. anulum significat, Quod ideò quidam appellatum putant, ꝙ sicut in digito unguis carne, ita in illo gemma, uel signum aliquod auro clauditur.

Vnicaulis, herba, quæ unum caulem habet, nec in ramos spargitur, μονόκαυλος.

Vnicolor, oris, om. t. unius coloris, μονόχρως.

Vnicornis, is, masc. t. siue unicornius, & unicorniũ declinari potest, pro animali ꝙ unicum in fronte cornu longũ gerit, quod ad saxa limat, & cum ipso perforat elephantem. Græcè, μονόκερως dicitur. Est & unicornis, & hoc ne, adiectiuum quod unum cornu tantùm habet. Plin.

Vnicubus, a, um, ut Mulier unicuba, quę cum uno tantùm uiro concumbit. Hieron.

Vnicus, a, um, singularis, μόνος. ut Phœnix est unica auis. Hinc fit aduerbium unicè, singulariter, ut Dilexi te unicè.

Vnigenitus, a, um, idẽ quod unigenus: ut, Vnigenitus, μονογενὴς filius unicus est, quasi solus genitus, nec fratrem ullum habuit aut sororem.

Vniiugæ uineæ, μονόζυγες, dicuntur, si hastilibus in terra defixis singulæ transuersæ perticę in unam tantùm partem ordinis annectantur, Plin. lib. 17. cap. 22.

Vnimanus, adiect. unam manum habens.

Vnio, nis, niui, nitum, actiuum ꝙ. coniungo, quasi unum facio, ἑνόω. Vnde uniti animi, qui sunt unius uoluntatis.

Vnio, onis, f. t. ἕνωσις. modò concordiam significat, modò margaritam, μαργαρίτης. & tunc est masc. gen. sic dictus quod in cõchis nulli duo reperiantur indiscreti, inquit Plin. lib. 9. cap. 35. Est & unio, cæpe genus capitatum apud Col. lib. 12. cap. 10.

Vnioculus, a, um, qui unum habet oculum.

Vnistirpis, pe, om. t. unius stirpis: Plin. lib. 26.

Vnitas, atis, ab Vnus adiectiuo. Col. lib. 7. cap. 5. Ideo nisi lanatæ oues emi non oportet, quo melius unitas coloris appareat.

Vnitèr, pen. cor. aduerb. Lucr. lib. 3. Cum corporis atq; animai Diſſidium fuerit, quibus hæsimus uniter apti,

Vniuersale, quod ad uniuersos pertinet.

Vniuersalitas, atis, f. t generalitas, τὸ καθόλου.

Vniuersipotens, dicitur Deus, quod uniuersa possit.

Vniuersus, a, um, quasi omnes ad unũ uersus, σύμπας, ἅπας, ἐκτὸς, id est, sine aliqua exceptione. Et in singulari quidem idẽ quod totus: ut, Vniuersus ager, uniuersus exercitus. In plurali significat omnes coniunctim. Cic. in Acad. Qui loquitur de uniuersis, nihil excipit, quid enim potest esse extra uniuersa? Hinc uniuersè & uniuersùm, ὅλως. aduerbia, generaliter siue generatim cui Sigillatim opponitur.

Vniuira, ræ, f. pen. cor. quæ unum duntaxat uirum coniugem habuit, μόνανδρος. Hieron.

Vniuocum, ci. pẽ. cor. cuius & nomen cõmune est & eadem substantiæ ratio, quod Græcè συώνυμον dicimus: sicut æquiuocum, cuius nomen tantũ cõmune est, sed substantia diuersa ratio & ὁμώνυμον appellatur. Homo, equus, uniuoca sunt, quia sub uno animalis nomine comprehenduntur, & eadem est utriusq; substantia. Homo uerus, & homo pictus, æquiuoca sunt quia de utroq; animal prædicatur, sed substantia eorum diuersa est. Hinc uniuoco, as, pen. cor. & uniuocè aduerbium.

Vniusmodi, pen. cor. nomen indeclinabile uniformis, nõ uarius Teren. in Heau. Nam parẽtum iniurię uniusmodi sunt fermè.

Vnosè, ab unus, quo ueteres usi sunt pro simul.

Vnquam, ποτὲ, aduerb. significat aliquo tempore, quasi uno quouis tempore. A quo Nunquam.

Vnus, a, um, numeri principium est, εἷς. Aliquando dicitur solus, μόνος. Plautus. Vnus tum domi eram. Ponitur aliquando pro pronomine. Idẽ Plaut. in Cap. Hic postquam hunc emit, dedit cum huic guato suo peculiarem, quia quasi una ętas erat, id est, eadem ætas, siue eiusdem ætatis erant. Sic uno tempore, id est, eodem tempore Plaut. in Milite, Vno exẽplo omnes uiuunt: id est, eodem.

Vnus, & alter, εἷς καὶ δύο, significat duos sicut & alter tertius. Cic. 4. in Ver. Vnus & alter breuiter nihil interrogatus.

Vnusquislibet, & Vnusquiuis, εἷς ἕκαστος, idem significat quod quilibet, omni loco, ex omni parte, ex omni regione.

Vnusquispiam, εἷς τις, aliquis unus.

Vnusquisque, πᾶς ἕκαστος. dictio uniuersalis.

Vocabulum, li, n. s. λέξις, dicitur quo res singulæ nominantur. Quin. lib. 9. cap. 1. Mutatur uocabulis uis rerum.

Vocalis, & hoc le om. t. quod est sonorũ, & summæ uocis, φωνῆεν Plin. lib. 18. Ranæ quoq; ultra solitum uocales, signa tempestatis. Vnde uocales literæ dictæ, φωνήεντα. quia per se uoces faciunt, & sine his literalis uox pro ferri non potest.

Vocalitas, atis, fœ. t. consonantia, quam Græcè εὐφωνίαν, uocãt.

Vocamen, inis, Lucr. lib. 2. Et Bacchi nomine abuti Mauult, quã laticis proprium proferre uocamen.

Vocatiuus casus, dictus est, quòd per eum uocamus, κλητικὴ. Hinc uocatiuè aduerbium, id est, per uocatiuum.

Voces dicuntur ea omnia quæ sonant, φωναὶ.

Vociferor, aris, d. p. significat cum dolore, siue indignatione maiorem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

maiorem uocem emitto, κράζω, βοάω, uel fiue affectu uehemẽ ter exclamo.

Vocito, tas, a. p. pen. cor. frequenter uoco, appello, inuito.

Voco, as, a. p. clamo, καλέω, φωνέω. Vnde uocatores dicti sunt quibus inuitandi datum est negotium, siue qui per se uocant ad cœnas. Item poscere, seu uendere. Iuuenalis, Bis quingenta dedit, tanti uocat ille pudicam. Item denunciare. Vergil. lib. 1. Georg. Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce. Huius composita sunt, Aduoco. Conuoco, in unum locũ congrego, συγκαλέω. Circumuoco, undecunq; uoco. Deuoco, euoco, inuoco, prouoco, peruoco, quod est omnes uoco, διακαλέω. Reuoco, & seuoco, quæ habent penultimam correptam.

Voconia, genera sunt pyrorum, quemadmodum & uolema. Pli. lib. 15. cap. 15.

Vocula, æ, fœ. p. pen. cor. dimin. parua uox. Interdum ponitur pro detractione. Cic. M. Cælio: Si incurrit hæc nostra laurus non solùm in oculos, sed etiam in uoculas maleuolorum.

Vola, æ, f. p. media pars manus, siue pedis, ἴχναρ. Hinc uolo, las, q̃ significat uolas, id est, pedes mouco. Verg. lib. 6. Pascentes ille tantum prodire uolando. Nam ad pedũ uolas retulit. Ad manus retulit Ter. Vix me contineo, quin inuolem in capillum.

Volaticus, a. um, quod uolat et cito transit, πτιλωὸς πτερόεις. Ponitur pro inconstanti & præcipiti: Cic. ad Attic. lib. 13. O Academiam uolaticam, & sui similem, &c.

Volatilis, le, om. t pen cor. quasi uolans, πτηνὸν, ut animal uolatile. Et uolucres, uolarilia dicuntur, quia uolant. Volarile ferrũ mucro & acies telorum. Vergil, 8. Aeneid. Telisq; uolatile ferrũ Spargitur.

Volatura, idem est quod uolatus, πτῆσις.

Volatus, tus, ipsa uolatio, & uolandi actus.

Volema, orum, m. f. pen. prod. Galli appellant pyra bona & grandia, eo quod impleant uolam. Ver. 2. Geor. Crustumiis, Syrisq; pyris, grauibusq; uolemis.

Volens, tis, particip. à uoluo, uis. Sallust. in Iugurth. Hæc Romæ plebes, literis quæ de Metello ac Mario missæ erant, cognitis, uolenti animo de ambobus acceperant.

Volentia, æ, f. p. idem quod uoluntas, quæ quid cum uoluntate desyderat βούλησις. Aliquando ponitur pro placentia. ~~A uolentia fit beneuolentia, maleuolentia, pro amore & odio, quasi bona~~ & mala uoluntas. Item beneuolus & maleuolus.

Volito, tas, n. p. frequenter uolo, Ponitur & pro discurro. Ci. Qui per forum uolitant. Volitare cupiditate gloriæ, est efferri & uehementer trahi. Cic. in Pison.

Volo, las, neut proprium est alas habentem, πέτομαι, ἵπταμαι. Transfertur tamen ad alia, quæ celeriter currunt, ut: Nauis uolat, fama uolat, & huiusmodi, & pro celeriter uadit. Eius composita sunt. Auolo, quod est iuxta, uel aliquo uolo, προσπέτομαι. Circumuolo, περιπέτομαι. Deuolo. κατίπταμαι. deorsum uolo. Euolo ἐξίπταμαι, extra uel altum uolo. Vnde per translationẽ Cic. Lentul. Euolare altius certo noluerunt. Inuolo, interuolo. Obuolo, contra uolo. Peruolo, celeriter uolo, διαπέτομαι. Præuolo, antè uolo. Prouolo, procul uolo, προπέτομαι. Reuolo, rursus uolo, reuertor, ἀναπέτομαι. Subuolo, ὑποπέτομαι. latenter uolo. Superuolo, et transuolo, ὑπερίπτομαι, quæ habent, penult. corr.

Volo, uis, uult. n. inconseq. βόλομαι, θέλω, à uolo, uolas. quod animus in quo uelle est, talis sit, ut puncto temporis peruoler quò uult. Hinc uoluntas, & uolentia. Composita sunt. Nolo, malo, & peruolo.

Volones dicti sunt serui, qui bello Punico quum deessent qui scriberentur, pro dominis pugnaturos se polliciti, in ciuitatem recepti sunt, & Volones appellati, quia hoc sponte uoluerunt, Festus.

Volsella, sunt instrumenta ad pilos euellendos à corpore idonea, μαδιστήριον, τιλολαβὶς, Celsus lib. 6. cap. 18. Deinde oræ uolsella prehendendæ, tum quicquid corruptum est, excidendum. dicitur & Vulsella. læ.

Volua, uide in dictione Vulua.

Volubilis, le, om. t qui facilè uoluitur, ἐπίτροχος, εὔστροφος. Cicer. pro Milone: Quàm uaga, uolubilisq; fortuna. Hinc uolubiliter aduerbium. Et Volubilitas, atis: ut, Volubilitas mundi. Volubilitas fortunæ. inconstantia. uolubilitas linguæ, leuitas, promptitudo. dexteritas.

Volucer, hæc uolucris, hoc uolucre. adiect. ponitur pro celeri, πτερωτὸς. Mart Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum uide Volucris. (de arb. cap. 17.

Volucra, genus animalis. q̃ prærodit teneros pampinos. Colum.

Volucris, ris, f. t. omne id quod uolat, nõ solũ aues, sed apes quoq; uespæ, tabani, & reliqua huiusmodi, ὄρνεον, ὁ πτηνὸς. Ver. 5. Aen. Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras: & lib. Georgic. 2. Quæ tenuem exhalat nebulam fumosq; uolucres.

Volumẽ, inis, n. t. γράμματεῖον, σωτάγμα, σύγγραμμα, σύνταξις, pẽ. prod. à uoluendo, quòd maiores nostri in libris arborum, id est corticib scribebant, & libellos illos quos ut ferrent commodiꝰ complicabant. Ideoq; uolumina appellata sunt libellis similiora q̃ libris. Est enim propriè uolumẽ pars codicis, utputa Metamorphoseos liber in 15. uolumina distinctꝰ est. Igitur uolumẽ pars libri est, liber uero pro toto codice, & pro uolumine accipitur. Inde dicimus euoluere libros, ἀναπτύσσειν τὰ βιβλία, id est aperiri lectitandi gratia, quasi rem complicatam explicare, sicut reuelare, rem uelatam detegere. Ponitur aliquando pro uolubilitate, siue uarietate. Plinius libro septimo capite 45. Si diligenter æstimentur cuncta, magna sortis humanæ reperiuntur uolumina.

Voluntas, tis, fœ. t. θελήμα est, inquit Augustꝰ. de Libero arbit. qua appetimus rectè honestéq; uiuere, & ad summam sapientiam peruenire. Vel est. ut ait Cic. 4. Tusc. quæ quid cum ratione desiderat. Ponitur autem aliquando pro studio & beneuola animi propensione. Idem Famil. 4. De mea autem in te uoluntate sic uelim iudices. Aliquando pro instituto uel sententia uel consilio. Idem pro Flacco, Græcus testis cum ea uoluntate processit, ut lædat. Hinc Voluntarius, adiectiuum quod fit sponte: ut, Voluntaria auxilia, quæ sua sponte dantur. Hinc uoluntariè & Voluntario, aduerbia, id est, bono, & prompto animo, non coacto.

Voluo, uis, ui, a. t. duarũ syllabarum, notæ significationis. Ver. 6. Aen. Vbi mille rotã uoluere per annos. Cuius cõposita sunt, Ad uoluo, pro agglomero, προσκυλίω, Cõuoluo, συστρέφω, κυλίω. Circumuoluo, deuoluo, reuoluo, inuoluo, Prouoluo, anteuoluo: ut, prouolutus pedibus. Reuuluo, explico, seu iterum uoluo.

Voluola, uermis. à uoluendo, quod inuoluat se frondib. easq; amputet. Hunc Plaut. Inuoluulũ, Cato conuoluulũ, Græci ἑλίκην nominant. Dicitur & uoluox Plinio lib. 17. cap. 18. Eadem uolucra uidetur, de qua suprà.

Volupe, delectabile, καθ' ἡδονὴν, Ponitur & pro uoluptate Dicitur & uolup, per apocopen.

Voluptabile, grarum, uoluptuosum, θημῶρες.

Voluptarius, a, um, τερπνὸς, quod uoluptatem affert. Cic. 3. de Finibus. Aegritudo, libido, formido, quanquam Stoici communi nomine corporis & animi ἀ. ἀδόνην, appellant, ego malo lætitiam appellare. quasi gestientem animi elationem uoluptariã Voluptarius, homo, Plau. in Mench. Voluptarii atq; potatores maximi.

Voluptas, atis, f. t. est elata præter modum lætitia, opinione præsentis alicuius boni ἡδονὴ Vnde quicquid cum delectatione animum demulcet, uolupras dicitur. Referturq; ad animum, & ad corpus, quãuis nonnulli infimulent solius corporis esse ac turpem.

Voluptuarius, a, um, quod uoluptatem affert.

Voluptuarius homo, qui se uoluptati dat.

Voluptuosus, φιλήδονος. habitum, & uehementiam significat & affectionem: ut. Voluptuosus homo, qui perquàm amat uoluptatem. Voluptuosa res quæ plena est uoluptatis, & quæ uoluptate afficiat. Ille recepit, hæc recipitur. Plinius.

Voluta, æ. uide Vitruuium lib. 7. cap. 5.

Volutabrum, bri, n. f. pen. prod. locus ubi sues uolutantur, κυλίστρα ἀστυδιάθρα.

Voluntatim, significat iterum atq; iterum uoluendo.

Voluto, tas, pen. pro. sæpe uoluo, στρέψω, κολυνδέω συγκυλινδέω. Aliquando est mente uoluo, & cogitatione perquiro. Verg. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse uoluto.

Vomer, eris, m. t & Vomis dictus quòd terram uomat, ὖννις, est enim id ferrum in aratro, quod liras facit.

Vomica, cæ, f. p. pen. cor. à uomendo, q̃ pus inde manet, uel quod qui habent saniem reiiciant, φλεγμονὴ, nam est tumor excrescens, siue crassities illa, quæ nascitur in aliqua parte corporis, saniem frequenter emittens. Hinc Plaut. in Persa. non infestiuus ter Vomicam appellat crumenam numis referam, atque rumentem. Quid hoc quod in collo tibi tumet? SA. uomica est prebare parce, Noni. Caua & uetustate obesa, uomicæ nominatur.

Vomo, mis, mui, tum, n. t. eiicio, & propriè de cibo dicitur & superiore ex parte. quãuis & ad alia trãsfertur ἐμῖσθαι, ἐμίω. Ci. pro Deiotaro, Dum inquit, post cœnam uomere te uelle dixisses, in balneum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

balneum te ducere cœperunt. Hinc Vomito, as, frequentatiuũ: & Vomitio, onis: & uomitus, tus. uerbalia, idem ἔμετος. et Vomitorius, adiectiuum quod uim uomendi præbet. Huius compositi sunt, Euomo, ἐξεμέω, ἀποβάλλω, extra uomo. Reuomo, ἀναμέω. retrò uel rursus uomo.

Vopiscus. sci, m. s. dicitur qui ex duobus conceptis, uno abortu excluso, ad partum legitimum ducitur.

Vorago, inis, f. t. pen. pro. barathrum dicitur, quòd in eam cadentia, nõ emergant, sed deuorari uideãtur, διαχάρημα, βάραθρον. Hinc uoraginosus, adiectiuum, quod est uoraginibus plenum.

Voro, as, a. p. cibum non confectum deglutio, βρώω. καταβάλλω. Cic. 2. de Nat. deor. Alia uorant, alia mandunt. Hinc per translationem uorare, capitur pro auidè sumere. Ci. ad Att. li. 4. Nos hic uoramus literas cum homine mirifico (ita hercule sentio) Dionysio. Vnde uoraces, gulosi, plurimũ uorãces. Et uoracitas πολυφαγία. gulositas. Compositum est Deuoro, de quo suprà.

Vortex, ἵλιγξ, uide Vertex.

Vos, uestrũ, uel uestri pronomẽ plur. nu. à Tu. Vosmetipsi pro Vosipsi. Ci. pro Rosc. Amer. Quę facitis eiusmodi sint, ut ea de dita opera à nobis contra uosmetipsos facere uideamini.

Votiuus, a, ũ, pẽ. pro. quod ex uoto dari promittitur, ὁμολογηθὰς Vnde Votiua uerba dicimus, quibus in faciendis uotis utimur & uotiuas preces, quibus aliquid cum uoto poscimus. Aliquãdo uotiuum significat, quod uoto desideratum est, ἐυκτῶον. Apul. lib. 6. Tota ciuitas ad uotiuum conspectum effunditur. Votiuæ aures, quæ cupiunt aliquid audire. Plaut. in Cas.

Votitum, Veteres dici uoluerunt, religione aqua prohibitũ, Plaut. in Asin.

Voto, as, ὁμολογέω. à quo fit frequent. Votito, tas.

Votum, ti, n. s promissio facta Deo, ὁμολογία, Vnde uota nuncupare, est diuis uoce polliceri & destinare, pro felici rerum euentu. Sed quia ea ualde desyderamus, quæ uoto à Deo poscimus, fit ut aliquando uotum pro uoluntate, & desiderio sumatur, εὐχὴ. Plin. Epist. 45. Hanc ego uitam uoto & cogitatione præsumo. Vnde uoti compotem dicimus eum qui desiderium suum assecutus est.

Voueo, ues, ui, tum, a. s. de aliquid sanctè promitto, ὁμολογέω. Vouere caput pro salute patriæ, dixit. Ci. 5. de Fin. pro se, pro salute patriæ periculis obijcere. Huius compositum est. Deouoco quod est destino. Vnde & deuotum, destinatum.

Vox, uocis, f. t. uide suprà Voces.

Vpilio, onis, m. t. posirũm est à Vergil. pro opilione, causa metri, Ecloga decima: Venit & upilio, tardi uenere subulci.

Vpupa, æ, f. p. auis, cristis à capite exeuntibus galeata, in fimo semper commorans, ἔποψ.

Vragus, ἄδης, ab antiquis dictus est, quem Orcum dicimus, quasi ab urgendo, quod is deus maximè nos urgeat.

Vranoscopos, pis, qui et Callionymus dicitur, nomen habens ab oculo, quem in capite habet. Plin. lib. 32. cap. 7.

Vranos, apud Græcos cælũ dicitur, quasi oranos, (ut inquit Ambrosius lib. Hexameron) ab ὁράω, quod sit uisui peruium, et minimè densum, ut est aqua & terra.

Vrbanatim, ὀστέως, idem quod urbanè, hoc est modestè, eleganter Pompon. Eo rusticatim tangam urbanatim nescio.

Vrbanicani milites, ἀστικοὶ στρατιῶται. dicuntur, non tam qui urbani sunt & Romani, quàm qui ad urbem pertinẽt.

Vrbanitas, ἀστεισμὸς, χαριεντισμὸς. ut Demosthenes ait, illa est in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditũ, nihil agreste nihil peregrinũ, neq; sensu, neq; uerbis, neq; ore, gestúue possis deprehendi. Quin. lib. 6. cap. 3.

Vrbanus, a, um, idem quod urbicus, ἀστικὸς, ἀστεῖος. ut urbani mores, urbana curia, aut qui in urbe habitat, cui opponitur rusticus. Plaut. in Merc. Vrbani fiunt rustici? Aliquando urbanus dicitur cultus χαρίεις κομψὸς. hoc est, qui in uerbis et sono, et usu proprium quendam præ se fert urbis gestum, & sumptam cõuersatione doctorum tacitam eruditionem. Et differt, à dicaci, quòd dicax est cuius sermo cum risu aliquem incessit. Hinc urbanè aduerb. facerè, modestè, Ab Vrbanus fit Suburbanum, et anteurbium, τὰ προάστεια.

Vrbare, n. p. aratro definire.

Vrbicula, f. p. πολίχνιον, dimin. parua urbs.

Vrbicus, a, um, quod ad urbem pertinet. ἀστικὸς. Eligi uolunt.

Vrbicaria procuratio, à Iureconsul. dicitur, quã urbanam intel-

Vrbinæ, næ, pen. cor. teli genus. Plaut. in Bacchid. Si tibi est machæra, & nobis urbina est domi. Fulgẽtius legit hoc loco quod uerutum uocant.

Vrbs, bis, f. t. ἄστυ. oppidum muro cinctum, ab urbo aratri cuiusmodi natura dicta, quòd antiqui iunctis bobus tauro & uacca, Hetrusco ritu in condendis urbibus, interiore uacca, aratro circumagebant sulcum, intra quem urbem ædificarent. Vergil. 1. Georg. Apta dies legitur, qua mœnia signat aratro. Quidam ab orbe urbem appellatam putant, quòd sulcus in orbem ducebatur. Nam ciuitates Antiquæ in orbem fiebant. At propriè Roma urbs dicta est per Antonomasiam, cum cæteræ dicãtur oppida, ut testatur Quint. lib. 8. cap. 2. Quandoq; urbs pro ciuitate ponitur, & contrà. Verg. Inuadunt urbem somno uinoq; sepultam. Ab urbe fit suburbium & suburbanum, urbanus, & urbicus: sicut ab oppido oppidanus: & oppidicus.

Vrceolaris herba παρθένιον, à Veteribus dicta est, quæ & parietaria, siue ut aliis placet, muralis, quod in muris & parietinis nascatur, Dicitur & perdicium, uide Plinium.

Vrceus, ut Paul. Iureconsult. ait, est uas, quo aqua in urnam infunditur, uel in ahenum, κεράμιον. Mart. lib. 14. Hic tibi donatur panda ruber urceus ansa. Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam. Hinc urceolus, diminut.

Vredo, inis, fœ. t. καυθμὸς, morbus herbarum, fruticum arborumq; qui in uitibus etiam carbunculus dicitur, & in cæteris rubigo, fata, plantas, arboresq; adurens. Interdum uredo significat incendium ac pruritum. Plinius de urtica piscẽ, Hæc tactu uredinem excitat.

Vreteres, οὐρητῆρες. dicuntur uenæ, per quas urina ad uesicã defertur. Vide Celsum lib. 4. cap. 1.

Vrgeo, ges, si, a. s, cõgo, premo, impello, infisto, ἐπάγω, ἐπιτείνω Cicero 4. de Finib. Vrgent tamen, & nihil omittunt. Item tegere. Vergil. 2. Georgicorum Qui saxa super, atq; ingenti põdere restæ Vrgerent. Item accelerare, ut apud eundem lib. 9. Aeneid. Veste tegens, tibi quam noctes festina, diesq; Vrgebam, & tela curas solabar anileis.

Vri, οὖροι, boues syluestres, quos uulgus bubalos uocat, feri sunt & uelocitate excellentes cornua taurinis similia, ut autor est Solinus. Dicti uri, ἀπὸ τῶν ὀρέων, id est, à montibus, quia in montibus esse consueuerunt. Vide Plinium lib. 8. cap. 15.

Vrica, f. p. satorũ uitiũ, ab ustione proueniens. Plin. lib. 18. cap. 17.

Vrigo, inis, f. t. pro uredine, quæ ex causticis ui alicuius medicamenti prouenit. Plin. lib. 20. cap. 22. Vide Vstrigo.

Vrina, æ, f. p. à Græco οὐρέω, meio: à quo οὖρος, urina. Latini lotũ, à supino lotium dicunt. Vrinam facere, & urinam reddere, idem quod meiere, Vrina genitalis, est genitale sperma. Plin. li. 7. capite 43.

Vrino, nas, κυβιστᾶν, siue urinor, deponens, ὑποδύνω. penult. pro. id est, in aquam mergi, & natando emergere. Nam & urinam ita flexum deorsum est; ut redeat sursum. Vrinare ergo est se se præcipitando in aquas una parte deorsum, ac tanquam per arcum ductus iterum altera parte sursum ferri. Hinc urinatores apud Varronem, qui in aquam merguntur, & sub ea natãt δύται, ὕφυδροι, βύθιοι, κολυμβηταὶ, Callistratus Iureconsultus, ita appellat eos qui merces è mari extrahunt naufragii gratia iactatas. Hinc compositum Inurino, Col. lib. 8.

Vritum ouum, dicitur quod irritum est.

Vrion, seu urium, urii genus terræ in montib. apud Pli. li. 35. ca. 4.

Vrna, æ, f. p. propriè uas aquarium, quod in aqua hauriendæ urinæ est, id est, mergitur atque emergitur, κάνη. Hinc urnalis & hoc le, quod ad urnam pertinet. Cuius diminut. Vrnula.

Vrnarium, rii, n. s. mensa quadrata, ubi urnæ cum aqua positæ solent haberi in culina. Hoc apud nos plurimi marmoreum faciunt, foramine, per quod aqua effluat relicto, ac super id escaria uasa epulis uncta, per ancillas lauantur. Est & urnariũ balnei, ab urna uase aquario.

Vro, uris, ussi, ustum, φλέγω, καίω, act. t. aduro, comburo, cremo, calore aut frigore lædo. Lucan. Vrebant mõtana niues. Per trãslationem ponitur pro cruciari, sic πυρίκαιω Græcè. Vergil. Vritatrox Iuno. Vri uirgis, est cædi, flagellari. Ex percussione enim uirgarum corpus etiam calefit, ac inflammatur. Eodem modo & calceus angustior dicitur urere pedem. Horat. 1. Epist. Vro hominem significat dolere cogo, ango. Hinc urito, as, frequẽt. Et ustor, uerbale, qui corpora in bustuariis cremat. Martial. 3. Vstorq; tædas præferat nouæ nuptæ. Huius compositi sunt, Aduro, quod est circumuro, περισκάλλω; Deuro, exuro, comburo, Peruro, ualde uro. A quo Pruina. Inuro quod est adhibito igni fingo, & stigma indeletile imprimo.

Vropygium, gii, n. s, & orropygium, est angusta & ultima spinæ pars, siue (ut Iulius Pollux inquit) spondyli finis podici imminentis, quasi terminus pygæ, siue finis uertebræ. Aristot. lib. ult

lib.vlt.de Anim.vult esse volucrum, & earum duntaxat, quæ scissas alas habent.

Vrpix,cis,m.t.instrumentum rusticum.

Vruncum,ci,n.s.dicitur basicula spicæ.Significat enim inutile illud & uacuum,infimumq; spicæ folliculũ, ubi culmus granescere incipit.Id uerò quod spicã claudit,& uno grano cõtentum est Frit dicitur.Var.lib.1.de Re rust.cap.48.de spica loquens. Illud aũt summa in spica iam matura quòd est minus quàm granum,uocatur Frit, quod in infima spica ad culmum stramenti summum,item minus quàm granum est appellatũ urruncũm.

Vria,ἀρτὸς,fœm.ab ursus.Plin.lib.10 cap.65.

Vrsus,si,m.s. ἄρκτος, animal ferum,à quo fiunt diminutiua, ursulus,ursellus,ἀρκτύδιον,adiectiuum ursinus,na,um, ἄρκτιος, quod est ex urso, ut caro ursina, ursina rabies. Plinius libro 8. capite 36.

Vrtica,cæ,fœm p.δικαιόφυτον genus herbæ,ab urendo, quod eius folia tacta acerrimè urant.Quo etiã nomine est piscis quidam, quod uredinem tactu excitet,de quo Plin.lib.9.cap.48.

Vruum,ui,n.s.aratri curuatura. A quò Vruo, as,quod est aratro defindo,circundo,Festus.

Vsia,æ,f.p.δοία,cum accentu in pen. Latinè essentia,siue substantia dicitur.August.in Dialect. Vsia est propriè & principaliter dicta,quæ nec significatur,ut est,hic homo, uel hic equus; Secundæ dicũtur usiæ,genus & species,id est,animal, & homo quod solæ indicent primã:ut si quis nolit uel nesciat dicere Socratem,dicat animal,uel hominẽ,id est,genus uel speciẽ, quibus dictis,quid sit Socrates agnoscitur.

Vsio,onis,pen.prod.idem quod usus.Gell.libr.4.cap.1.Longa usionis gratia contrahuntur & reconduntur.

Vsitor,pen.cor.frequenter utor,νομίζομαι μόνος.Gell.li.1.ca.10. Romanos quoq; homines aiunt sic plerunq; anulis usitatos. A quo usitatus,usitatior,usitatissimus,q; in usu est:ut, usitata cõsuetudo,usitata uocabula,usitatus mos.Cic.3.Ver. Cur in re tã ueteri,tam usitata,qui quã noui feceris? Hinc usitatè, aduerb. Cic.4.de Fin.Cur igitur cũ de re conueniat,non maluimus usitatè loqui? Inusitatus,ἐξηλλαγμένος,παρηλλαγμένος.

Vspiam,πῃ,pro usquam,& in loco,& ad locum significat Ter. Adel.Aut uspiam ceciderit. Plaut.in Cas.Num me ès expertus uspiam? id est,in re aliqua,uel in aliquo negotio.

Vsquam, πῃ, alicubi, quasi uno quouis loco,à quo Nusquam nullibi.

Vsque,ἄχρι,μέχρι, præpositio est,significans continuationem, & finẽ actus,puta loci,temporis,& huiusmodi. Vsq; ad diẽ dominicum tecum futurus sum.Vergil.Vsq; sub extremũ brumæ intractabilis imbrẽ.Sed cũ nominib.propriis locorũ,uel dom⁹ rus,militia iũgitur,frequentius sine alia præpositione ponitur, μέχρι πρὸς ἐς,ut,Vsq; rus propero.Quãdoq; tali accusatiuo post ponitur.Terent.in Adel.Miletũ usq; obsecro? Quandoq; additur Ad.Cic.pro Deio.Vsq; ad Numantiã misit,uide suprà Aduscue.Cum aliis uerò iungimus Ad uel In:usq; in Hispaniã,uado usq; ad Padũ.Interdũ etiã de loco est.Ter.in Eun.Ex Aethiopia est usq; huc.Quandoq; aduerb. est,significãs assiduè,διὰ παντὸς, diu,multũ,uel ualdè.Idẽ in Adel. Ctesiphõ mẽ pugnis miserũ & istam psaltriã usq; occidit,id est,propè, uel uehementer cecidit.Nam occidere ad cædẽ Veteres referebant. Cic.Comif. Mihi curæ usq; erit,quid agas. Verg.li.6. Nec uidisse semel satis est,iuuat usq; morari.Aliquando interrogatiua est particula,& ponitur pro Hactenus ne? Plaut.in Epid. Benene usq; ualuisti? Vsq; ad hunc,eleganter ponitur pro eo q; est,hoc excepto.Plin. Epist.31.Assenserunt cõsules designati, omnes etiã cõsulares usque ad Pompeiũ,id est,excepto Pompeio. Vsq; affatim,est q; dicitur,Vsq; ad satietatẽ.Plaut.in Pœn.Edas de alieno quantũ uelis usq; affatim.Vsq; adhuc,id est,hactenus,uel hucusq;. Plaut. in Aul.Quod celatũ est,atq; occultatũ usq; adhuc,nunc nõ potest.Vsquedũ,id est,usquequò,quoad,quãdiu.Plaut.in Menæc. Vsquedũ regnũ obtinebit Iupiter? Vsqueadmodum dũ,posuit Cato ca.156.pro tamdiu, usqueadeò dũ: Postea (inquit) ubi iterum occipiet fernere, paulisper dimitto usqueadmodũ, dum quinquies quinque numeres.

Vsqueadeo, id est,in tantũ.Verg.Eclog. Vndiq; totis usqueadeo turbatur agris. Ponitur aliquãdo pro tãdiu & accipit post se donec,uel Dum.

Vsque antehac,μέχρι πρὸ τούτου,id est,antequam, sicut exponit Donatus, ibi iunguntur duæ præpositiones, sed una est uelut aduerbiũ.Nulla enim præpositio præpositioni iũgi separatim potest,sed Vsq; eiusmodi est,ut sine aliqua præpositione rarò inueniatur.Terent.in And.Vt animus in spe,atq; in timore usq; antehac attentus fuit.id est,antequã tua uerba audirem.

Vsqueeo:& usqueadeo,παρὰ τοσοῦτον,id est, in tantũ, uel tandiu. Cic.Vsq; eo ut ego miserer eius.Agust.Vsq; adeo inter fremẽtes permansit intrepidus,& inter lapidum fuit cruciamẽta securus,ut incredulitatem ludæorum fidenter argueret.

Vsquequaque,πάντα πάντως, passim assiduè, semper quasi in unoquoque loco,siue in unoquoque tempore.Cice. Trebat.Vsquequaq; sapere oportet.

Vsquequo,ἕως οὗ, idem significat quod,quousq; donec,quoad, quãdiu,quasi ad unũ aliquod tempus locũ,ut Vsquequo ebrius? Varr.lib.1.de Re rust.ca.2. Quod iubet ranam luridam conicere in aquam:usquequo ad tertiam partem decoxeris.

Vstrigo,pen.prod.uredo dicitur.Ambros.lib.Hexam.Non desinit esse triticum,si aut ustrigine aduratur, aut imbre madidetur.uide Vro.

Vstrina,æ,f.p.τὰ καυστήρια, pen.prod.locus in quo metalla candescunt,ut laborentur.Plin.li.6.ca.21. In ustrina ter siccantur, ita ut torreantur carbone purè,ac toties uino restinguantur albo. Vstrina, ait Fest.locus dicebatur in quo mortuus combustus fuerat qui alibi sepultus erat.

Vstulo,las,a.pen.cor.ab uro fit,idemq; quod uro significat,καίω καυτηριάζω.Pacuu.Candenti ferro crines ustulare.Liu.Pauci se inustulati uenere in potestatem.

Vsucapio,is,act.t.id est,mihi attribuo,uendico,in meum usum cõuerto. Vnde usucapio,onis,quę est ab usu acquisitio, uel adiectio dominii,per cõtinuationẽ possessionis tẽporis lõgè definiti,utputa triginta aut quadraginta annorũ, si res immobilis sit quam possidemus,χρυσιονταβίαιον,triũ annorũ,si mobilis.Recentiores primã illam perscriptionẽ,hanc uerò usucapionem uocãt.Ita enim dicitur usucapio, sicut pignoricapio: Cato, Hæc pignoricapio ob æs militare facta est, quòd æs à tribuno ærario miles accipere deceat.Paulus,Qui alienã rẽ mortis causa traditã usucepit, nõ ab eo uiderur accepisse cuius res fuisset,sed ab eo qui usucapionis præstitisset.

Vsualis,& le,om.t.idem quod usurarius.Martiã in l.interdũ, de public.Quoties quis mancipia inuecta professus non fuerit siue uenalia,siue usualia,in pœna commissi est.

Vsuarius,rii,m.s.χρέωστος,dicitur ille cuius est, qui rei usum capit.Vsiarius qui uerò adiect. usu absumit.Gel.l.4.c.1.Ex iis aũt quæ promercalia,& usuaria in locis iisdẽ essent, ea sola esse pignoris putat,quæ sint usu annuo.

Vsura,ræ,f.p.ab usu dicitur.Senec.Si mihi unius diecule usuram permisisset.Plautus in Amphitrione,Vsuramq; eius corpus cepit sibi.Vnde & pecunia,quæ in fœnore sorti accedit,usura dicitur,quoniam ex usu acquiritur. Hanc Varro impendium uocat,quod inter se iungat,unumq; fiat quasi compendium. Sidonius,Apollinaris.Posteriora uocat: quoniam qui fœnus agitant & in usura extendunt, uidẽtur aggregare posteriora prioribus,& ortis oritura connectere.Ob id Græci τόκους uocant eas,quasi partus posteritatem Interusurii,ὁ μεταξὺ τόκος,usura est,quæ medio tempore fluxit. Ponitur aliquando usura pro familiaritate,conuersatione.Cic.Longa quæ inter nos fuit, usura hoc efficit.

Vsurarius,a,um,ex quo capitur usus (διανισικὸς) Plaut. Amph. Alcmenam uxorem cepit usurariam.

Vsurpare,act.p.προβάλλω χράομαι, est in frequenti usu habere, & hoc siue uerbis siue factis fiat.Col.l.1.Nam illud q; in quibusdam prouinciis usurpatur,ut cornibus illigatur iugũ fere reputatum est ab omnibus.Cic. Quod semper usurpamus in orationib.dictis ac factis,minimis aut maximis, cũ hoc debere dicimus,illud non decere.Igitur usurpare, est frequenter dicere, seu frequenter facere.Iureconsulti usurpare pro præter ius uti utuntur,ἰδιοποιοῦμαι, ἐπιφέρομαι, παρανομέω. Gel.li.3.ca.2.Mutium Iureconsultum legi non esse usurpatam mulierem quæ cũ Calendis Ianuariis apud uirũ causa matrimonii esse cœpisset,ante diem quartũ Calendas Ianuarias sequentes usurpatũ isset,non posse implere trinoctium: quod abesse à uiro usurpandi causa ex duodecim tabulis deberet,quoniam tertiæ nonis posterioris sex horæ alterius anni essent, qui inciperent ex Calendis.

Vsurpatio,onis,uerbale,frequens usus.Paulus libr.1.de Vsucap.Vsurpatio est usucapionis interruptio oratores aũt frequẽtem usum uocant.

Vsus,m.p.χρῆσις, ipse utendi actus. Verg.Nam neq; erat coriis usus.Plin.Epist.10.Vsus magister egregius.Interdum consuetudo,conuersatio,familiaritas (συνήθεια) Quintilian. Mulierem cum qua illi longus fuerat usus.Interdũ opus. Verg.li.8. Arma

acri fa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

acri faciunda uiro, nunc uiribus usus. Nunc manibus rapidis. Interdum fructus, & utilitas, tam in singulari quàm in plurali, quod solemus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructum percipiamus χρέα. Apule. Cum id ex usu meo non esset, οὐχρέωδες. Cic. ad Attic. li. 1. Fuit & mihi, & Qu. fratri magno usui in nostris petitionibus. Hinc utilia, (χρήσιμος) & utilitas. Vsus uenit ponitur pro opus est. Terent. in Heaut. Non usus uenit spero, Hoc est, non opus erit, non erit necesse. Plaut. in Bach. Aufugero hercle, si magis usus uenerit Vsu uenit uerò, id est, accidit euenit, συμβέβηκε. Ci. pro Quint. Nam quid homini potest turpius, quid uerò miserius, aut acerbius usu uenire?

Vsus fructus, m. q. ἐπικαρπία ἐκκάρπωσις, dicitur cum res aliqua non nostra est, sed perinde ex ea fructum atq; utilitatē capimus, ac si nostra esset. Definitur ab Vlpian. lib. 1. De usufructu, quod sit ius alienis rebus utendi fruendiq; salua rerum substantia.

Vt, (ἵνα, ἐφ' ᾧ, ἐφ' ὅτε) coniunctio causatiua, causam finalem dicens, ut si quis dicat, dedi tibi librum, ut legeres, id est, propter hanc causam, Cicero Lentulo: Non illi quidem, ut mihi stomachum facerent. Interdum adiunctiua est. Plaut. Is mihi sua sit ut ad te irem. Interdum elegantiæ causa ponitur. Cicero: Inuitus feci, ut C. Flaminium de senatu ejicerem. Nihil enim significat, nisi inuitus eieci. Interdum ponitur pro quod. Terentius in Phorm. Nihil do, ut etiam impuratus ille me irrideat. Interdum est aduerbium temporis, & significat postquam, ex quo statim, postquam, ex quo primum ὡς, ἐπειδή. Vergil. Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi. Idem, Turnus ut infractos aduerso Marte Latinos. Interdum aduerbium qualitatis, & significat quomodo, cum quadam admiratione, ὡς. Idem. Vt uidi, ut perii, ut me malus abstulit error, ἐπειδή. id est, statim postquā uidi, siue cū primū uidi, quomodo perij. Ali quando interrogatiuè, cū admiratione. Ci. pro Milone, Vt contempsit? ut pro nihilo putauit? Interrogatiuè sine admiratione. Plaut. in Persa, Vt uales? πῶς ἴχεις. id est, quomodo uales? Aliquando similitudinem. ὡς. Terent. in Phor. Vt nunc sunt mores id est, sicut. Quandoq; ei postponitur. Ita & superlatiuo iungitur pro tanto, & quanto. Cic. lib. de Orat. Vt quisq; optimè Græcè sciret ὡς, ita esse nequissimum. Vbi notandum quod licet quidam præceperint in hac ĩūctura, ita & ut semper respondere gradus. Ouid. tamē in Hero. dixit. Vt ferus est multoq; suis truculentior Euris Spectasset siccis uulnera nostra genis. Non enim siccioribus dixit. Ponitur nonnunquam pro ut pote, id est, tanquam Liuius. Gens in ea regione diuitiis præpollens, ὡς κατ' ἐκείνων τῶν χώρων. Quādoq; pro quippe. Quin. Nec ignoro, quos transeo, nec utiq; damno, at qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid. Interdum significat ita ut, siue propter quod, uel quapropter ὥστε, ut si dicam, Quotidie hospites ad me ueniunt, ut incipiam iam stomachari tantā frequentiam. Plaut. in Pœn. Olent, falsa sunt, tangere ut hō uelis Item est aduerbium optandi ὄφελον, & ponitur pro utinam unde Terentius in Eun. Vt illum dii, deæq; senium perdant. Item significat secundum quod ὥσι. Quintil. At uerè oratoris ut est semper ad dicendum paratus. Cicero in Cat. Ma. Qui sermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis, scientia iuris augurum? Multæ, etiam in ut homine Romano literæ. Interdum significat quantum. Plaut. in Asin. Vt nostræ fortunæ procedunt Libane? Aliquando ponitur pro quemadmodum siue quomodo, sine interrogatione, & sine admiratione. Ter. in And. Ego postquam te emi à paruulo, ut semper tibi apud me iusta & clemens fuerit seruitus, Scis. Ponitur pro quamuis, κάν. Plaut. Vt isthuc periculum ingens sit, me tamen non tremefacit. Ouid. ad Rufin. Vt desint uires, tamen est laudanda uoluntas. Pro quàm, μή. Cic. pro Cluent. Tum appellat hilari uultu hominem Bulbus, ut bladissimè potest. Pro ne non Terent. in And. Dies hic mihi ut satis sit, uereor ad agendum. Iungitur modò indicatiuo, ut sustinui. Modò optatiuo, ut faciam, Modò subiunctiuo. Verg. infandum regina iubes renouare dolorem, Troianas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. Ab Vt, fit uti, & addendo nam, fit utinam: sicut, sicuti, ueluti. Prout, id est, sicut.

Vtcunque, ὁπωσοδήποτε, ὁπωσδηποτοῦν, significat quomodocunque, quomodo, uel omnibus modis. Liuius in Præfat. libro 1. Vtcunque erit, iuuabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi, pro uirili parte & meipsum consuluisse. Ponitur aliquando pro secundum quod, quemadmodum, uel quomodo Plaut. in Epid. Vtcunque in alto est uentus Epidice, ex imo uelum uortitur. Idem in Pœn. Vtcunq; est est uentus, exin uelum uortitur.

Vtensilis, le, om. t. χρεῶδες, pen. cor. quod est ad usum nostrū necessarium. Col. lib. 11. Vtensilia quibus aur alitur hominum genus, aut etiam extollitur.

Uter, utris, ἀσκός, gen. masc. pellis qua uinum, aut oleum deferri solet. Verg. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos saliere per utres. Hinc utriculus diminutiuum, paruus uter. Vtricularius, qui canit tibiis inſixis utriculo, & uocantur tibiæ utriculares, Suet. in Neronè, Vouerat se proditurum hydraulam & choraulam, & utricularium.

Uter, uteri, & uterus, uteri, γαστήρ, ἀδελφύς, dicitur quē alio nomine locos appellant, & uulgò falsò matricē, cū matrix sit femina, quę fœtus gratia tenetur. Existimat Plin. uuluā dici in cęteris animalib. in muliere uterū. Idem tamen libr. 8. ca. 41. asinæ uterū tribuit. Ideo uterus dicitur, qui continet, & tanquā uter est ad fœtū continendū ad prægnantesq; pertinet. Plau. in Aul. Perii mea nutrix, obsecro te uterus dolet. Et uterū gerere, κύησιν ἔχειν est esse grauidam. Quandoq; tamen sumitur, pro uentre. Verg. Vterumq; armato milite cōplent. Cæl. Nunc uter crescit, non potest celari. Hinc uterinus, qui ex eodem utero prodiit. Instit. lib. 3. tit. de domo possess. Frater, sororue, consanguinei, uel uterini.

Vter, a, um, πότερος, significat quis unus ex duabus: ponitur q; interrogatiuè: ut, Vter uestrūm fecit hoc? Indefinitè, ὁπότερος, ut, Scio uter uestrum hoc fecerit, id est, quis uestrū hoc fecerit. Dicimus uter alterū. Plin. Vteralteri dixerit nescio. Similiter dicimus uter utrū. Ci. p Mil. Vter utri insidias fecerit. Ponitur aliquādo p alteruter. Cic. in Frum. Omniū controuersiarū quæ essent inter aratorē & decumanū, si uter uelit, edicit se recuperatores daturum. Hinc fiunt composita quæ post sequuntur.

Vterculus, γαστρίδιον, dimin. est ab uter, pro uentre Plin. Et in uterculos congestus apum liquor, ore enim euomunt.

Vtercunque, idem quod uteruis, seu uterlibet. Cic. ad Torq. lib. 6. Magnæ utrinq; copiæ ita paratæ ad pugnandū esse dicuntur, ut utercunq; uicerit, non sit mirum futurum.

Vterinus, ni, n. s. qui ex eodē utero prodit. Instit. l. 3. ti. de bon. poss. Frater, sororue, consanguinei, uel uterini.

Vterlibet, pen. cor. alter ex duobus, hoc est, uter quē tibi capere libet (σπότερος οὖν ὁποτέρος, δ' ὁποτε) Cic. pro Quintio. Vtrūlibet elige, alterum incredibile est, alterum nefariū & ante hoc tempus utrunq; inauditum.

Vterq;, ἑκάτερος, significat ambos, licet inter se differant, quòd cum utrunq; aliquid fecisse dicimus, & ab hoc, & ab alio separatim id factum intelligimus: ut, Vterq; sibi domū ædificauit, hoc est, & hic ædificauit sibi domum & ille. Cum uerò ambos dicimus fecisse, ab utroq; coniunctim id factum ostendimus: ut, Ambo sibi monumentū cōstituere, hoc est, hic & ille simul unum sibi commune monumentū fecere. Propter quod utrūque alterum uerberasse rectè dicimus, hoc est, hunc illum, & illum hunc uerberasse. Cic. 3. Offi. Quorū uterq; suo studio delectatus, conrempsit alterum. Quint. Cum enim uterq; alteri obiiciat, palā est utrunq; fecisse. Eodem modo utrunq; utriq; aliquid fecisse dicimus. Terē. Quia uterq; utriq; est cordi. Ambos autē alterū uerberasse, uel ambos, non rectè dicimus, quia significaretur ambos seipsos uerberasse, sed ambo se mutuò uerberārūt. Augustinus, Vterq; significat ambos, & tamen singulari sono est, sed significationi duali. Nam cum dixit Vergil. Constitit in digitos exemplo arrectus uterq;. Duo significati sunt, cū dixit Vterq;: cum autem arrectus uoluit exprimere pluralitatem, ut fit in plurali utriq;. Sed hoc interest, quia licet Vterq; duo significet, tamen solū duo. Vtriq; autem ἀμφότεροι, duo significat, sed sic, ut in singulis multis sint, hoc est, de pluribus dicitur, duo genera facientibus. Si dicam utrique exercitus, duo significo, sed sic ut in singulis turbam intelligi uelim. Hæc quidem distincta sunt, sed idem authoritate confusa. Nam quum ait Vergilius, Super utraque quassat tempora, confudit: dicere enim debuit, super utrunque tempus, cum de duobus temporibus loqueretur.

Vteruis, ὁπότερος δῆτα, βούλει, uter quemuis. Sic quiuis & quilibet. Nihil enim est aliud, quiuis, quā unus quem tu uis: & quilibet quàm tuus qui tibi magis libet. Hoc enim differunt uteruis & uterlibet à quiuis & quilibet, quod illa unum ex duobus significant, hæc unum ex pluribus. Terent. in Adel. Abs quiuis homine, cum est opus, beneficiū accipere gaudeas. Quint. Periculosum, & cum cura intuendum genus, quod si in proponendo numquā libet amiserimus cū risu quoq; tota res soluitur. Interrogare, si hæc actio non sit, quæ sit. Simul enim remouētur omnia, uel cū duo ponentur inter se cōtraria quorū tanuisse utrūlibet sufficiet. Ecce in eodē loco utrūlibet, & q̄libet usus est.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bius est. Altero pro eo, quod est unum de duobus, altero pro eo quod est unũ de pluribus. Hieron. Adducetur ad Aaron, uel ad unum quemlibet filiorum ipsius.

Vti, idem significat quod ut. Plaut. in Amph. Tamen quin loquar hæc, uti facta sunt, Nunquam illo modo me potes deterrere. Ponitur aliquando pro nempe, uel tanquam cum pronomine Is, ea, id, in eo genere quod sequentia exigunt. Cic. 9. Philipp. Quod sepulchrum ipsius, liberorũ posterorumq; eius sit, uti quod optimo iure sepulchrũ publicè datũ est, id est, tanquã id quod optimo iure, &c.

Vtilis, le, om. t. χρήσιμος, ut, utilis homo dicitur, quo utimur, & q nobis confert. Sed de re potius dicimus, utensile. Terẽ. in Adel. Fateatur, cum amet aliam, non esse utile hanc illi dari.

Vtibilis, & hoc le, idem quod utilis, sed antiquum. Plaut. in Menæch. Ii solent heris esse utibiles.

Vtilitas, atis, fœm. t. notæ significationis, pro commodo. Ter. in Eun. Ita ea re utilitatem ego faciam, ut cognoscas meam. Numero plurali ponitur pro usu. Cic. ad Tyro. lib. 16. Vtilitatibus tuis possum carere.

Vtiliter, pen. cor. aduerb. cõmodè. Ouid. 3. Met. Longa referre mora est, quę cõsilio q manuq; Vtiliter feci, spacio tẽpore belli.

Vtinam, ἄθε, aduerb. optantis. Terent. in Andr. Vtinam id sit, quod spero. Quandoq; etiam dicimus: O utinã, Ouid. lib. 1. Heroid. O utinam tunc cum Lacedæmona classe petebas, &c.

Vtique, ἆρα, δήπου, δήπουθεν, aduerb. similitudinis: quandoq; affirmandi est, ponitur pro certè, uel prorsus. Quint. Solent huiusmodi negociatores aliquid proprium, ac priuatũ stipulari, utique cum rem alienã uendunt. Suet. in Tito. Cæterũ in Titum qui propè astabat, utiq; imperaturum.

Vtor, eris, com. t. χρῶμαι, usum habeo & semper de rebus bonis ac necessariis, necnon & diuinis, inanimatisq; dicitur: ut utor dono, diligentia, consuetudine, studio, & huiusce modi. Teren. Scio te non esse usum ante hac amicitia mea. Sed cum de personis loquimur: accipitur pro conuersari, συζῆν, χρᾶσθαι. Cic. Lentulo Aulo Trebonio multos annos utor ualde familiariter. Vnde usus pro conuersatione, συνήθεια. Quintil. Mulierem cum qua lõgus illi fuerat usus. Et quia aliqua re utimur, ut ex ea fructum percipiamus, factum est ut dicamus usum pro utilitate χρεία. Construitur quandoque cum accusatiuo. Cic. lib. Acad. Et quæ à superioribus acceperant, urebantur. Varro, Vtile utamur potius, quàm ab re abutamur. Huius composita sunt, Abutor & coutor.

Vtpote, οἷα δή, οἷον, aduerb. confirmantis, & causatiuum, significat enim quoniam, quandoquidem, nempè. Sallust. Antonius aberat à bello, utpote eger, ac iacens. Ponitur etiam pro tanquam, Suetonius in Augusto, Aedes sacras, ac uetustate collapsas, aut incendio absumptas refecit, easq; opulentissimis donis adornauit utpote qui in cellam Capitolini Iouis sexdecim millia pondo auri, una donatione contulerit. Ambrosius libro 1. Off. Erat Isaac Dominum timens, utpote Abrahæ indoles, defe rens patri honorem.

Vtputa, οἷονεί, significat quemadmodum.

Vtquid, ἵνατί significat quamobrem, propter quid.

Vtraque, ἑκατέρα, per utrunq; locum.

Vtricularias, ἀσκώλιας, uide in Vter, genitiuo utris.

Vtriculos in farina, uidetur Plin. accipere lib. 18. quos Galli Cisalpini Redundaginem, in Venetia prouincia pleriq; subuẽ tres uocant. Idẽ Plin. alibi utriculos uocant, quæ Græci ἔντρα id est, seminum in frugibus inuoluera, & operimenta, quæ trita, & cribro excussa glumæ, siue acus dicuntur. Quinetiam prima illa florum germina, quæ ueluti quidam utriculi tument prius, quàm flos arborum aperiatur, utriculos uocat libro 16. capite 26.

Vtrinque, aduerb. ab utroq; latere, ab utraq; parte. Cæs. 7. bel. Gal. Multis utrinq; interfectis.

Vtrò, aduerb. utram partem uersus. Plin. 19. ca. 18. Id demum rite subactum erit, ubi non intelligitur utrò uomer ierit.

Vtrobique, aduerb. in utroq; loco, Liu. 6. ab Vrb. Ab ducibus utrobiq; proditæ temeritate atq; insicitia res.

Vtroque, ἑκατέρωσε, aduerb. loci, hoc est, ad utrunq; locum. Liuius 8. ab Vrb. Vtroq; exercitus missi.

Vtrum, aduerb. modò interrogãtis est, ἆρ' οὖν, ἆρά γε ἄκοτε ἄκοντι ἢ. Plaut. Vtrum id uerũ putas, an non? Modò dubitantis: Seneca: Vtrum id nobis conueniat, animaduertendum. Componitur quandoq; cum Nam.

Vtut, ὅπως δ' ἔποτε, utcunq;, Come se uoglia, Terent. Adelph. Imò hercule hæc quæso Syre, utut facta sunt, &c.

Vua, æ, f. p. σαφυλὴ, est quæ in uite fit, hoc est, fructus uitis; dicta ab uuido. Col. lib. 3. ca. 6. Nec tamen eam uitẽ feracem dixerim cuius singulæ uuæ in singulis sarmentis cõspiciuntur. Et de aliis rebus dicitur. Plin. lib. 12. cap. 13. Ammoni uua etiã in usu est. Aliquando ponitur pro uite. Ver. Et turpes auibus prędam fert uua racemus. Et uua morbus, quem Græci σαφυλὴν uocant, id est, inflammatio eius partis, quæ in ore columellæ est, dicitur & staphylophores Aristoteli, distẽditur hæc & luteo colore, sub rubescit acino persimilis. Est aũt uua, id q in fine palati dependet circa fauces, ut in hiante homine cõspicitur, hic dicta, quia ut uua dependet, & humiditate uariatur: & est uocis moderatrix & aliquando ad similitudinem uuę intumescit, cũ uehementi inflãmatione, ac dolore. Sere. Aegrescunt teneræ fauces; cum frigoris ora Vis subiit, uel cũ tumidis agitabilis aër Vertitur atq; ipsas flatus grauis inficit uuas. Sub hac est minor lingua, quæ epiglottis dicitur. Dicitur etiã uua de apibus, cũ collectæ sunt, & in modũ botrionis dependent. Collu. Cum examẽ glomeratum in ꝓximo frondentis arbusculę ramo cõsederit, animaduertito, an totũ examen in speciẽ unius uuæ dependeat. Plin. li. 11. Tunc ostenta faciunt priuata ac publica uua dependente in domib. tẽplisq;. Verg. Et densis uuã demittere ramis: Ser. Vuã demittere, id est, in morẽ uuæ uel botryonis defluere.

Vuifer, a, um, producens uuas, ut Glebæ uuiferæ, apud Sil. lib. 7. Massicus uuifer. Stat. 3. Syluarum.

Vueus succus, σαφύλινος, uinum dicitur ab uua.

Vuidus, ὑγρὸν, adiect. quod est humidum, pingue, quod præcipuè habet aliquid humoris intrinsecus, ũde & uua dicta. Humidum, quod habet humorem extrinsecus. Col. lib. 3. ca. 2. Nisi præpingui, & uuida terra. Plau. in Rud. Siccine hic cum uuida ueste grassabimur? id est, humore madente.

Vulga, æ, f. p. μαρσύπιον, sacculus scorteus, siue ex alia materiã, in quo pecuniam, uel alia uitæ necessaria ferre solẽt homines. Dicta quod hummos, aliasq; res inuoluat. Lucil. In uulgam petrare pilosam. Varro. Vt uiaticum ex arcula adderẽ in uulgã Hæc etiã à ueteribus bulga dicitur. Est & uulga siue bulga, folliculus ad brachium pendens, gerendæ pecuniæ gratia. Lucilius Cui neq; iumentũ est, nec seruus, nec comes ullus, Bulgam & quicquid habet nummorũ, secum habet ille, Cum bulga cœnat, dormit, lauit. Aliquando ponitur pro uulua & è contrario uulua pro sacculo. Idem, Ita ut quisq; nostrum è bulga est matris in lucem editus.

Vulgaris, & hoc re, om. t. ἰγκύκλιος, δημώδης, ἰδιωτικὸς, quod est uulgi, hoc est, uile, ac commune, unde & respõdet singulari Cicero in Arte ueteri, magna, an parua: facilia, an difficilia: singularia sint, an uulgaria: uera, an falsa. Aliquando uulgare dicitur quod est tritum & consuetum. Quint. Simul ne uulgarem uiã ingressus, alienis demum uestigiis insisterem.

Vulgò, admirabiliter positum significat passim, per omnes, ca tẽratim, κοινῶς. Vergl. 3. Georg. Hinc lætis uituli uulgò moriuntur in herbis. Vulgò concepti, siue uulgò quæsiti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt uel qui possunt quidem sed cum habent, quem habere nõ licet, qui & spurii uocantur.

Vulgo, as, act. p. δημόω, in uulgus do, & quasi audientibus, ac nõ tacituris dico, & commune omnibus facio, manifesto, uile habeo. Verg. li. 10. Quid me alta silentia cogis Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorẽ? Liu. lib. 1. Sunt qui Laurentiã uulgato corpore lupam inter pastores nocatã putẽt. Plaut. in Amphitr. Cui me absente corpus uulgauit suum. Huius composita sunt, Diuulgo, euulgò, ἐκδημόω, quod e stextrà in uulgus edo. Liu. li. 3. Ciuile ius repositũ in penetralib. pontificũ, euulgauit. Inuulgo Gel. Labris feras editis inuulgaret. Peruulgo, ualde uulgo. Terc. Vbi te resciui, cœpi non humanitus, neq; ut animum decuit ægrotũ aduleſcẽtuli tractare, sed ui, & uia peruulgata patrum quotidie accusabam. A uulgo fiunt uerbalia, Vulgator, uulgatrix, & uulgatio.

Vulgus, οἱ πολλοὶ, τὸ πλῆθος, neut. gene. & indeclinabile, & uulgus, uulgi masc. gen. significat multitudinẽ ignobiliorẽ. Verg. 1. Aen. Sæuitq; animis ignobile uulgus. Cice. Saturnũ maximè colunt uulgi. Verg. 2. Aen. In uulgũ ambiguas, & quærere conscius arma. Et à uoluendo quidam dici putant, quòd stultè huc atq; illuc uoluatur. Hinc uulgiuagus, adiect. Lucret. Vulgiuagaq; uagus Venere, id est sectatus plebeiam, popularemq; Venerem, nõ certæ mulieris amore captus.

Vulnerarius, adiect. quod ad uulnus pertinet, ut uulnerariũ emplastrũ, τραυματικὸν ἔμπλαστρον, quod uulneribus imponitur.

Vulnerarius, rii, masc. s. subst. τραυματικὸς, medicus, chirurgus, qui uulnera curat. Plin. lib. 29. cap. 1. Ob id publicè uulnerarium fuisse

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erarium fuisse eum tradunt uocatum, mireq; gratum aduentum eius initio. Substantiuum est.

Vulnus, eris, n. t. τραῦμα, uide in dictione Vlcus. Hinc Vulnero, as, τιτρώσκω. saucio, uulnus infero. Transfertur quandoq; ad animum. & significat angor. Vnde & uulnus pro animi angore accipitur seu damno. Plin. Maximum illi fortuna uulnus intulerat, duobus filiis immatura morte sublatis.

Vulnificus, adiect. quod uulnus infert. Verg. 8. Aen. Vulnificusq; chalybs uasta fornace liquescit.

Vulpes, & Volpes, ἀλώπηξ, animal (teste Varrone) quòd pedibus uolet. De eius natura uide Plinium libr. 10. cap. 63. & 74. Huius dimin. est uulpecula, ἀλωπήκιον. Horat. Fortè per angustam tenuis uulpecula rimam. Adiect. uulpinus, a, um, ἀλωπήκιος, qd pertinet ad uulpem. Suet. Vbi leonis pellis deficit, uulpina induenda est. Aliquando ponitur pro astuto. Plaut. Vulpinus animus ne quid moliatur mali.

Vulpinor, aris, dep. p. significat mendaciis ac fraudibus uera peruerto, siue effugio, ἀλωπικίζω. Tractatū ab intorto uulpinū cursu. Var. in Myst. Vulpinare modò, & concursu, qualibet errat.

Vulsella, æ, f. p. Vide Volsella.

Vulsura, ræ, f p. à uulsum supino uerbi uello, ipsa uulsio. Varro de Re rust. cap. 11. Animaduerti licet prius lanæ uulsuram, quā tonsuram inuentam.

Vultur, & Vulturis, & Vulturius, γύψ, in nominatiuo dici potest Ennius: Vulturis in syluis miserum mandabit homonem. Auis rapax, carniuora. à uolatu tardo dicta, quòd propter magnitudinem corporis tardè uolet. Plaut. in Trucul. Iam quasi uulturi triduo prius prædiuinabant, quo die esurituri sient. De hac aue sic scribit Ambrosius, Negant uultures indulgere concubitui, & iugali quodam usu nuptialisq; copulæ sorte misceri, atq; sine ullo masculorum concipere semine, & sine coniūctione generare, natosq; ex his in multam ætatem longæ uitæ procedere, ut usq; ad centum annos uitæ eorum series producatur. Vulturium hominem, Cic. in Pison. pro rapace dixit. A Vulturio fit uulturinus. ut, uulterina caro, uulturinum fel, apud Plin. lib. 28. cap. 6.

Vultuosus, a, um, σώννυς, σωφρονισμένος, tristis. Cicer. de Optimo genere dicendi, In quo cum effeceris, ne quid ineptum sit aut uultuosum. Hinc aduerb. uultuosè, σωφρονισμένως, & μετὰ κατασκευῆς. quod Donat. usurpat pro eo quod est indignanter, facie mœsta, & fronte subducta, & cum gestu rebus accommodato. Vultuosa frons apud Apulei. pro mœsta accipitur, ait enim libro 3. Met. Longè dissimilis aduenit, non læta facie, sed uultuosa fronte, rugis insurgentibus asseuerruabas.

Vultus, m. q. πρόσωπον, à uolo, uis. sicut à colo, cultus: propriè significat uoluntatē hominis, quę p motu animi in facie ostēdi ditur, cum facies sit ipsa oris species, quæ permanet. Vultum sibi fingere multi possunt, faciem nemo, Cic. in Pison. Vultus deniq; totus, qui sermo quidem tacitus mentis est. Lucret. lib. 3. protulit uulta neut. gen. Sed quos utrisq; figuræ Esse uides mixtum referentes uulta parentum. Vultus autem in nullo animante est, præter hominem. Huius dimin. est uulticulus, qua usus est Cic. ad Att. lib. 4. Epist. 18.

Vulua, seu Volua, æ, f. p. μήτρα, ὑστέρα, idem quod uterus, & matrix uulgò dicitur, licet falsò, dicta quod fœtus inuolat. In ea enim conceptus fit, & fœtus continetur. Hanc multi ex porca in de habuere, quæ duplici nomine appellabatur, ciectitia scilicet, & porcaria. Eiectitia, à partu eiecto siue enecto: porcaria, ab edito. Eiectitiam Plinius librou ndecim, ocapite 37. optimam esse ait, quæ fuerit porcæ occisæ, cum enectus siue euectus est partus. Porcariam, cum editus est, meliorq; erat eius quæ peperisset, quàm uirginis. Nam à partu statim primiparā interficiebāt, tum habendæ uuluæ gratia, tum ut fumen optimum efficerent. Mart. Te fortasse magis capiet de uirgine porca, Me materna graui de sue uulua capit. Quandoq; accipitur uulua pro ore uuluæ. Iuue. Adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ. Plin. quinq; boletorum prorumpentium in oui speciem album illud inuolucrum, Vuluam nuncupat.

Vxor, oris, f. t. γυνὴ, ἄκοιτις, σωοικοῦσα, ἄλοχος, quæ uiro tradita est. Terent. in Adelph. Vxor sine dote uenit. Dicitur autem uxor, quasi unxor, ab ungendo. Nam cum puellæ nuberēt apud ueteres, ac mariti domum intrarent, axungia postes unguebāt putātes ex hoc omnia mala ab ea domo arceri, uel quod lotos maritos unguebant. Ennius. Exin Tarquinium bona fœmina lauit & unxit. Seruius. in Cem. lib. 6. Aen. sic habet, Mox fuerat, ut nubentes puellę simul cū uenissent ad limen mariti, postes antequā ingrederentur, ornarent laneis uittis, & oleo unguerent. Et inde uxores dictæ sunt, quasi unxores. Plin. quoq; scribit nouas nuptas lupino adipe postes inungere solitas, ne qd mali medicamēti inferretur. Huius diminutiuum est uxorcula, γύναιον. Hieronym. ad Ocean. Tu mihi olim emortuam de sepulchro uxorculam protraheres?

Vxorius, a, um, γυναικεῖος, quod est uxoris, uel quod ad uxorem pertinet, ut res uxoria. Cic. 3. Offic. In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius. Aliquando uxorius, φιλογύνης, dicitur qui uxori nimis inseruit. Verg. Pulchramq; uxorius urbem Extruis.



LITERA semiuocalis est ſ, quę nim duplicis consonātis habet, pro qua modo c s, modò g s, primitus utebātur, ut apecs, gregs: pro quibus nunc apex, grex dicimus. Sciendum quod x trāsit in u consonantem, ut nix, niuis: in ct, ut nox noctis, & in aspirationem subit, ut uecho uexi. Quotiescunq; autem præpositio Ex cō ponitur cum dictione incipiente à uocali, uel c, p, t, & s, remanet integra: sed quando cum s abiicitur s, ut Exaro, exco, exigo, exoleo, explodo extrudo, exequor, expes.

Xanthicus, Aprilis mensis Hebræorum lingua appellatus est.

Xanthos, gemmæ nomen, de qua Plin. lib. 19. cap. 10.

Xanthus, ξανθὸς, Latin ēflauus dicitur.

Xenia, æ, f. p. ξενία, hospitalitas, amicitia exterorum.

Xenium, n, f. ξένιον, dici potest munus hospitalitatis. Vnde Martialis lib. 13. in quo eiusmodi munera distichis describit, Xenia nominauit, quòd uersus ipsos pro xeniis mitteret.

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello
Constabit nummis quatuor empta tibi.
Quatuor est nimium, ? poterit constare duobus,
Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.

Hæc licet hospitibus pro munera dissticha mittas,
Si tibi tam rarus, quàm mihi nummus erit.

Huius dimin. est xeniolum paruum xenium. Apul. Commodū meridies aceſſerat, & mittit mihi xenīola porcum opimum, & quinq; gallinulas, & uini cadum iam ætate preciosi.

Xenodochiū, chii. n. f. ξενοδοχεῖον, hospitale, locus publicus, quo peregrini, & hospites hospitaliter recipiuntur, ξένος hospes, δοχεῖον, receptaculum, quasi hospitum receptaculū. Hierony. Xenodochiū in portu Roma. sitū, totus pariter mūdo audiuit.

Xenos, ξένος, Latinè hospes, siue peregrinus.

Xerampelinæ uestes, (ut inquit Probus) fuerunt ad usum matronarum, ampelini coloris, qui inter coccinum & muriceū medius est, ξυρὸν siccum significat, ita q; xerampelinus coloris esse creditur, quem uulgò rosam siccam nominamus. Alii xerampilenas dicunt Latinè dici Atrabaticas, hoc est, quæ colorem atrum, id est, nigrum habent.

Xeria emplastra, sicca sicut Hygremplastra, uocantur liquida emplastra.

Xerolophus, penul. corrept. dici potest siccus tumulus, ξηρὸς siccus, λόφος tumulus, namq; ex lapidibus constrūi consueuerit principum tumuli.

Xeromyrum, ξηρόμυρον. unguentum est siccum, ut Hygromyrō, ὑγρόμυρον, liquidum fœminarum auribus expetitum.

Xerophagium, comestio siccorum ciborum.

Xerophthalmia, æ, fœ. p. ξηροφθαλμία. arida lippitudo, cum nec tument, nec fluunt oculi, sed graueſcunt.

Xiphia, æ, nomen piscis, de quo Plin. lib. 32. cap. 2.

Xiphion, herba, quæ Romanis Gladiolus dicitur, aut Segetalis, quòd folia habeat gladii similitudinem imitantia. Vide plura apud Ruellium.

Xiphis, (ξίφος) significat ensem. Vnde xiphiæ ξιφίαι, stellæ ex eo metarum genere in mucrones fastigiatæ.

Xilinum, (ξύλινον) quod & Xilon dicitur, id est quod uulgò Bombatium dicunt. Vnde xylinæ uestes.

Xylobalsamum, lignum balsami, de quo Dioſc. lib. 1. cap 18.

Xilocasia, lignum casiæ.

Vylon, (ξύλον) lignum dicitur. Vnde xylobalsamum, lignum balsami.

Xylophagus, gi, m. ſ. pen. cor. uermis qui albus, obesus, nigello capite est, ac nascitur in lignorum carie lignum corrodens. In Ponto & Phrygia comeditur, ut author est Hieronymus cō tra Iouin. Et quomodo (inquit) apud nos ficedula & attagen, mulus & scarus in deliciis computantur, ita apud illos ξυλοφάγιον comedisse, luxuria est.

Xyris, nomen herbæ quæ & Iris syluestris dicitur, de qua Dioſcorides lib. 4. cap. 24.

Xystus (ξυστὸς) à Græcis dicitur porticus ampla latitudine, exercitationi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tioni accommodata, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur, inquit Vitruu. lib. 6. Hic xiſtici, (ξυσικοὶ) dicuntur athletæ in xyſtis pugnantes, hoc eſt, ſe per hyemem ſub tecto exercentes. Suet. in Auguſto: Nec tamen eo minus ad xyſticorũ certationes, aut gladiatorũ pugnas ſeueriſſimè ſemper exegit, Xyſti etiam dicuntur, qui xyſto ludunt. Significat enim xyſtos ſpiculum uel haſtile, telum. Vnde Xyſtophorus, ξυστοφόρος, Latinè ſpiculator. Interdũ xyſtus ponitur p ambulatione, in qua arbuſculæ ſunt in plurimas ſpecies effigiatæ. Plin. Ante crypto porticum xyſtus eſt uiolis odoratus. Alter Plin. lib. 5. Epiſt. Ante porticum xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctus buxo. Idem, Non tam ſtatuarum, & tabularũ pictarũ ornatu ædes ſuas, quàm xyſtis & nemoribus excoluit. Vitru. Latini xyſta ambulationes appellant, quas Græci παραδρομίδας dicunt. Cicero in Bruto, Cum ambularem in xyſto, & eſſem otioſus domi. Xyſtus igitur & Xyſtum apud Latinos ſignificatione differunt, licet Græcè ſint idem. Nam quæ ſub dio ſunt ambulationes, ſiue athletarum arenę, xyſta: quę ſub tecto, xyſtos appellant Latini. Quãdo uerò xyſtus adiectiuum eſt, ſignificat ornatum, terſum, politum.



Græcorũ uocalis eſt, qua in illorũ dictionib. ſcribendis tantũ utimur. Huius loco antiq. q peregrinã literã nullã recipiebant quintã Latinorũ uocalem ſubſtituebãt. Cic. Orat. Purrum ſemper Enn. nuſquam Pyrrhũ. Vbi patefecerunt. Fruges nõ Phryges, ipſius antiqui declarãt libri nec enim Græcã literã adhibebant, nũc autem etiã duas, & cũ Phrygum, & cũ Phrygibus dicendũ eſſet: abſurdum erat autem tantum barbaris caſibus græcam literam adhibere aut recto caſu ſolùm Græcè loqui tamen & Phryges & Pyrrhum aurium cauſa dicimus & Pro P. Sulla. P. Sylla.



Litera Græca eſt qua in Latinis dictionib. non utimur. Eſt autem gemina conſonãs loco cuius nos interdum geminum ſſ, ut Patriſſo, pro πατρίζω, Pityiſſo pro πιτύζω. Interdum ſ d, ſubſtituimus: ut Eſdras pro Ἔζρας. Antiqui loco eius unicum aliquando ſcribebant: ut Sacynthus pro Ζάκυνθος. Nonnunquam etiam d literam loco eius uſurpabant: ut Medentius, pro Mezentius. Sed hoc tantũ apud antiquiſſimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Zea, f. p. ζέα. Genus frumenti, ſimile farri, quod uulgò Spelta dicitur. Duo eius genera tradit Dioſcorid. lib. 2. ca. 80. alterũ ſimplex, & unius tantũ grani: alterum quod Dicoccon, hoc eſt, gemini & duplicis grani appellant, duob. utriculis coniunctũ ie men habnes. Plin. lib. 18. ca. 8. Qui zea utuntur, non habent far. Eſt & hæc Italiæ, in Campania maximè, ſemẽq; appellatur. Hoc habet nomẽ præclara res, ut mox docebimus, propter quã Homerus ζείδωρος, ἄρουρα dixit. Plura de zea uide apud Galen. lib.

Zedoros, ζέδωρος dicitur terra zeã donãs. (1. de Aliment. de fac.

Zelus, m. ſ. ζῆλος. Modò inuidiam, modò ſtudium, modò amorẽ modò æmulationem ſingificat: quo fit, ut ab aliis alio modo definiatur. Quidam triſtitiam eſſe aiunt ob alterius bonã, quæ quis ſibi adeſſe cuperet. Alii διάφορον τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ καλὰ πρὸς παράδειγμα ὁρῶσης.

Zelotypia, piæ, f. p. ζηλοτυπία, Aegritudo animi ex eo prouenieus, quòd quis timeat ne adſit alteri quod cũ nemine uelit habere commune. Cic. 4. Tuſc. Obtrectatio autem eſt ea quam intelligi zelotypiam uolo, ægritudo ex eo quod alter quoq; potiatur eo quod ille ipſe concupiuerit. Antonius Ciceroni inter epiſtolas ad Attic. libr. 10. Iudicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis à zelotypia mea, quàm ab iniuria tua nata eſt.

Zelotypus, pi, m. ſ. pen. cor. ζηλότυπος, Suſpicioſus in amore, quẽque id ſolicitum habet, ne quis eo perfruatur quòd ipſe amat: quaſi dicas formæ æmulatorem. Nam ζῆλος æmulationem, & τύπος formam ſignificat. Iuuen. Satyra. 1. quas in digitis uaginæ fronte ſolebat. Ponere zelotypo iuuenis prælatus barbæ.

Zeros, Gemma ſimilis uiridi, alba ac nigra macula diſtinguente cryſtallum. Plin. lib. 37. ca. 9.

Zeta, & Zetecula, f. p. diminutiuum apud Plin. in Epiſt. Eſt locus capax unius lecti, cum ſellis duabus, qui uelis obductis, & reductis modò adiicitur cubiculo, modò aufertur. Nomen inde deductum, quoniam tribus è partibus feneſtras, & proſpectus habeat, atq; ſolem multiplicitèr accipiat, quaſi ἀπὸ τῆς ζέης, quod eſt, fruere. Nam & heliocaminus in ipſa zeta ponitur; hoc eſt, uaporariũ quoddam ſolare, non ad ignis uſum, ſed ad Solis, uelut id quod uulgò Luminare dicitur, & in Paduana Gallia Lucerium. Vel ἀπὸ τοῦ ζῆν, quòd in ea commodiſsimè uiuatur: (ut quam delitias, & amores ſuos uocet Cæcilius) ſicut à conuerſatione, uictuq; diæta. De Heliocamino Vlpianus de ſeruitutibus urbanis, Si arbor (inquit) heliocamino, uel ſolario Solẽ adimat, dicendum erit, quia umbram facit in loco cui Sol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitã fieri. De zeta, Lampridius, Indicos odores Heliogabalus ad uaporãdas zetas ſine carbonibus iubebat incendi. De zetecula Plin. Mox zetecula refũgit quaſi in cubiculum.

Zeugitæ, f. p. ζευγῖται, Calami aucupatorii, in Orchomenio lacũ poſt annuam inundationem naſcentes. Autor Plin. lib. 6. ca. 36. Zeugitæ item dicebantur tertii cenſus homines in Republica Solonis, ab equis iugalibus dicti, qui metra colebant ducenta, & quoties neceſſitas urgebat, minas decem tributi nomine cõferebant. Vide Cæl. Rhodig. lib. 17. ca. 18.

Zeugma, atis, n. t. ζεῦγμα. Latinè connexio, ſiue adiunctio dici poteſt. Eſt autem figura dictionis, quum plures ſenſus uno connectuntur uerbo, quod tribus modis fit: aut præpoſito uerbo, ad quod reliqua reſpiciant: ut Vicit pudorem libido, timorẽ audacia, rationem amentia. Aut à uerbo poſtpoſito: ut Neq; is eſ Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Aut in medio ſenſuũ poſito uerbo ut, Troiugena interpres diuũ, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſydera ſentis, Et uolucrum linguas, & prępetis omnia pennæ. Verg. Aen. 3.

Zeus, zei, m. ſ. Piſcis præſtantiſſimi genus in Oceano Atlantico, & circa Gades, inter omnes qui eo in mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens. Gaditani alio nomine ſabrum appellãt, à colore, opinor, ſligineo, quo fabri plerunq; nigricant. Plin. l. 9. cap. 18. Eſt hæc natura, ut alibi piſces principatum obtineant toracinos in Aegypto.

Zeus, idem faber appellatus Gadibus: circa Ebuſum ſalpa. Colu. lib. 8. cap. 16. Vt Atlantico faber, qui & in noſtro Gadium municipio generoſiſſimis piſcibus adnumeratur: eumq; priſca conſuetudine zeum appellamus.

Zignys, nydis, ζίγνυς. Lacerta minor, quam & chalcida uocat Ariſtot. de Natura animalium.

Zimilaces, uide Smilaces.

Zingiber, eris, m. t. ζιγγίβερις. Dioſcoridi, Genus eſt aromatis, paruas habens radices, albeſcentes, odoratas, ſapore piperis. Naſcitur in Trogloditica & Arabia. Vide Dioſcoridem libro 2. capite 149.

Zizania æ, f. p. & Zizaniũ, nii, ζιζάνιον. Vitium tritici hordeiq; nimia loci uiligine corrupti, iugibusue pluuiis diluti: quod Latino uocabulo Loliũ appellatur. Galli, q caput tentet, uertigines generet, & uini modo inebriet yurgam appellant. Effigiem habet hordeo haud diſſimilẽ, ſed foliũ anguſtius, pinguius, & hiſpidius, ſemen exilius in cortice aculeato, florem autem ſub purpureum. Dioſcorid. lib 2. ca. 27. ἄϱαϱ appellat.

Ziziphus, f. p. pen. cor. ζίζυφος. Genus arboris, nouiſsimis Auguſti temporibus ex Africa in Italiam tranlatum: fructum fert, qui neutro genere ziziphum appellamus, baccis ſimiliorẽ quã malis. Officinæ Iuiubas uocant. Plin. li. 15. ca. 14. Aeq; peregrina ſunt zizipha & tuberes, quæ ipſa non pridem uenêre in Italiã: hæc ex Aphrica, illa ex Syria.

Zmilaces, ζμιλάκης, Gemma eſt in Euphrate naſcens. Proconneſio marmori ſimilis, medio colore glauco. Autor Plin. lib. 37. capite 10.

Zodiacus, m. ſ. pen. co ζῳδιακὸς, Circulus eſt, in ſphæra, qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim continens ſigna: ex una parte Tropicum Cancri, ex altera Capricorni comprehendens, ac medium interſecans Aequatorẽ: à quo uiciſſim & ipſe ſecatur circa principia Arietis & Libræ. Porrò quũ cæteri omnes circuli ſine latitudine & profunditate eſſe intelligãtur, ueluti quædã lineæ, huic tamen latitudo graduum ſedecim tribuitur: quã quidem latitudinẽ mediam diuidit linea Eclipticа, utrinq; gradus octo latitudinis relinquens. Dicitur aũt Zodiacus, ἀπὸ τῶν ζώων, hoc eſt, à figura animaliũ, quæ in eo imaginantur, ut ſunt Aries, Taurus, &c.

Zographus, ζωγράφος, pictor animalium, zographia ipſa pictura.

Zomos, ζωμὸς. Latinè dicitur ius, pro brodio. Vnde & ζωμοποιὸς, coquus.

Zona, æ, f. p. ζώνη, Cingulum quo cingimur. Mart. lib. 14. Longa ſatis nunc ſum: dulci ſed pondere uenter Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis. Ouidius 2. Faſt. Dat teretem zonam quo modò cin-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

modò cincta fuit. Horat. 2. Car. Ode 30. & ſolutis Gratiæ zonis, properentq; Nymphæ Mercuriusq;. Catull. Epig. 2. Quod zonā ſoluit diu ligatam. Caius Gracchus apud Gel. li. 16. ca. 12. Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Zonā perdidit, prouerbialiter dicitur in eū qui omni pecunia deſtitutus eſt: tractū à militibus, qui quicquid habent, in zona circunferunt. Hor. 2. Epiſt. lib. 2. Ibit eò quò uis, qui zonā perdidit. Zonæ item dicuntur, circuli quidā lati, cęlum, terramq; ueluti cingula quædam, ambientes. Sunt aūt numero quinq;: ex quibus media quæ inter Tropicos eſt, nimio calore parū apta creditur habitationi: duæ uerò extremæ ſub Arctico & Antarctico circulis ſitæ, nimio frigore horrentes: unde & ipſæ habitationi parū ſunt idoneæ. Reliquæ aūt duæ, ut quæ mediū inter torridam, & gelidā ſitum obtinent, temperatæ ſunt, & humanæ uitæ accōmodatiſſimæ. Verg. 1. Georg. Quinq; tenent cælū zonæ: quarū una coruſco Semper Sole ruens, & torrida ſemper ab igni. Quam circū extremæ dextra lævaq; trahuntur. Cærulea glacie concretæ, atq; imbribus atris. Has inter mediamq; duæ mortalibus ægris Munere conceſſę diuū, & uia ſecta per ambas: Obliquus quā ſe ſignorum uerteret ordo.

Zonarius, m. f. ſubſtantiuum, Qui zonas facit, *ζωνοπλόκος*, Cice. pro Flacco, Quòd Mithridates, qui multitudinem illam non autoritate, ſed ſagina tenebat, ſe uelle dixit: id ſutores & zonarii conclamarunt.

Zonarius, adie. Quod ad zonam pertinet: ut Sector zonarius qui zonam ſeu loculos incidit, quem crumeniſecam appellare poſſumus, *βαλαντοτόμος*. Plaut. in Trin. Mira ſunt, ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector zonarius.

Zonula, æ, *ζωνίδιον*, diminut. Catul. in Epithalamio: Tibi uirgines zonula ſoluunt ſinus.

Zonitis, pen. prod. *ζωνῖτις*. Cadmiæ ſpecies eſt, lineas quaſdā latiuſculas zonarum inſtar diſcurrentes habens: unde & nomē accepit. Eadem & Placodes, *πλακώδης*, dicitur: quaſi cruſtaceā dicas. Autor Dioſcorid. lib. 5. cap. 90.

Zoonychon, pen. cor. *ζώονυχον*, Herba eadem cum leontopodio, apud Dioſcorid. lib. 4. cap. 132.

Zoophthalmos, m. ſ. *ζωόφθαλμος*, Herba in tectis ſuggrūdiis naſcēs quæ notiore nomine Semper uiuum maius appellatur, *ἀείζωον τὸ μέγα*. Foliū habet carnoſum & ſubrotundū, oculi animalis ſimilitudinē referens: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 25. cap. 13. & Dioſcorid. lib. 4. ca. 91.

Zoophyta, n. ſ. *ζώοφυτα*, Dicuntur teſte Budæo quæ mediā naturā inter plantas & animalia habent: ut ſunt oſtrea, ſpongiæ, quæ neq; ſtirpes, neq; animalia dicere poſſis, ſed medium quid dam inter utrunq;. Nā ſenſu prædita eſſe manifeſtū eſt, quū tamen motu careant progreſſiuo. Nos (inquit Bud.) fortè Plantanimantes dicere poſſemus: uel Plantanimalia.

Zopiſſa, f. p. *ζώπισσα*. Pix nauibus abraſa, teſte Plin. libr. 6. cap. 12. quæ admiſſa cera, & marino ſale macerata multò ad omnia eſt efficacior, quàm aliæ pices. Sed propriè reſina ex pinu. Dioſcorid. lib. 1. cap. 96.

Zopyron, n. ſ. pen. cor. *ζάπυρον*, Herba eſt ſimilis ſerpillo, naſcens in petroſis, orbiculato florum ambitu, ſpeciem lecti pedū præbens: unde & Clinopedion à quibuſdam appellatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Zoronyſius, *ζωρονύσιος*, Gemma magica, quæ naſcitur in Indo flumine. Plin. lib. 37. cap. 10.

Zoſter, *ζωστήρ*. Genus ignis ſacri, medium hominem ambientis &c. necantis ſi cinxerit. Plin. libr. 26. ca. 11. Ignis ſacri plura ſunt genera, inter quæ medium hominē ambiens, qui Zoſter appellatur: & enecat ſi cinxerit. Zoſter itē Atticæ promōtorium eſt, non procul ab Anaphlyſto, quā longiſſimè in mare excurrens, teſte Strabone lib. 9.

Zura, f. p. Aphrorum linguæ ſemen paliuri uocatur, cōtra ſcorpiones efficaciſſimum. Plin. lib. 24. ca. 11.

Zygæna, f. p. *ζύγαινα*. Nomen piſcis apud Ariſtot. de Animal.

Zygi, uide Zingi.

Zygia, f. p. *ζυγία*, A Græcis appellatur arceris arboris genus, rubens ſiſſili ligno, cortice liuido & ſcabro: Latinè Carpinum uocamus. Dicta Zygia, quod ex ea materia fiant iuga iumēntis, quæ apud Græcos Zyga uocantur. Vide Plin. lib. 16. ca. 15. Zygia item Iunonis cognomentū eſt apud Pindarū, eò quòd nuptiis præſidere putabatur: unde & *γαμηλία*, uocant Græci, Latini etiā Pronubam. Ver. 4. Aen. prima & Tellus & pronuba Iuno Dant ſignum. Eodem ſpectat & illud eodem libro, Iunoni in primis, cui uincla iugalia curæ.

Zygis, *ζυγίς*, Serpillum ſylueſtre, non ſerpens humi, quemadmodum Hortenſe, ſed in altitudinē increſcens, ramulos edens tenues, ſurculoſos, foliis refertos lōgioribus quā rutæ, & duriores, & anguſtioribus, flores autem gignit iucundè olentes & guſtu acres. Autor Dioſcorid. lib. 3. ca. 17.

Zygitæ, *ζυγῖται*, Ex remigib. dicebantur, qui medio ſedebāt loco. Nam qui ſummi erant, Thranitæ dicebantur: qui uerò infimi, Thalamii. Dicti Zygitæ, *ἀπὸ τῶν ζυγῶν*, quo nomine inter cætera tranſtra, & ſedilia in nauibus uocātur, quæ & Latini iuga appellant. Ver. 5. Aen. Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant, Deturbat. Vide Cæl. Rhod. lib. 16. ca. 10.

Zygoſtatæ, *ζυγοστάται*, Ponderū examini præfecti, quorum officium eſt proſpicere, ne qua in pōderibus fraus cōmittatur: ut annotauit Alciatus in legem 2. Digeſt. Si certum petatur.

Zymites, pen. prod. *ζυμίτης*, Panis fermentatus, *ἀπὸ τῆς ζύμης* qua uoce Græci fermentū appellant. Huic opponitur Azymus *ἄζυμος*, id eſt, panis, fermenti expers.

Zythum, neutri generis, uel Zytus maſc. *ζῦθος*. Potus ex hordeo aqua reſoluto confectus, acris guſtu, & uini in morem inebrians. Hoc Aegyptii uini loco utebantur, (unde & Peluſiacus potus à Poētis inuenitur appellatus) ſicut Hiſpani ſimili factitii potus genere, quam celiam uel ceriam appellabant. Plini libro 22. capite ultimo, Et frugum quidem hæc ſunt in uſu me dico. Ex iiſdem fiunt & potus, Zythum in Aegypto, celia & ceria in Hiſpania, ceruiſia & plura genera in Gallia, aliiſq; quinciis: quorum omniū, ſpuma cutem fœminarū in facie nutrit.

FINIS

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ONOMASTICON
Propriorum Nominum per D. Conradum Gesnerum ex uarijs Dictionarijs collectum, nunc uerò nouissimè auctum & recognitum.

Catalogus illorum, quorum nomina propria in hoc Onomastico declarantur.

Viri.	*Mulieres.*	*Populi.*	*Sectæ.*
Regiones.	*Dij.*	*Sidera.*	*Venti.*
Menses.	*Urbes.*	*Maria.*	*Fluuij.*
Montes.	*Insulæ.*	*Vici.*	*Promontoria.*
Sinus.	*Stagna.*	*Paludes.*	*Lacus.*
Fontes.	*Syluæ.*	*Portus.*	*Speluncæ.*
Solitudines.	*Emporia.*	*Naualia.*	*Et cætera.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

CONRADI GESNERI, DE ONOMASTICI EDITIONE AD LECTOREM, ADMONITIO.

IN prima editione Onomastici nostri, quæ publicata est Basileæ anno 1544. continentur propria nomina, quæcunq; Ambrosius Calepinus olim in Dictionariũ suum retulit, & alij eidem postea, addiderunt. Item Elucidarius carminum siue poeticus (ut uulgò inscribebatur) integer, primùm quidem congestus ab Hermanno Torrentino, ex Sallustio, Liuio, Strabone, Plinio, Iustino, Vergilio, Nasone, Perotto, Tortellio, uarijs poetarum interpretibus & Græco uocabulario Io. Castronj, ut ipse scribit, deinde uerò à Roberto Steph. luculenta cum accessione editus. Verba eius in præfatione hæc sunt: Nos (inquit) ab alijs tradita studiosè omnia collegimus: fabulas ex Seruio, Acrone, cæterisq; nobilibus grammaticis deprompsimus: clarorum uirorum historiam à præstantissimis quibusq; rerum scriptoribus mutuati, quod cõmodè facere potuimus, eos suis dictis factisq; illustrauimus. Quod autem attinet ad locorum rationem, urbium situm, fluminum magnitudinem, omnia tanto studio curaq; persequimur, ut non tàm à nobis scripta, quàm ab autoribus ipsis, Plinio, Strabone, Ptolemæo dicta esse uideantur. Hæc Robertus. Eodẽ tempore Io. Cibenius idem opus locupletauit, cùm aliunde, tum ex commentarijs Iacobi Micylli in Boccatium, præsertim quod ad poetarum fabulas de dijs attinet, &c. Ex omnibus istis collatis & passim emendatis, in orthographia præsertim, corpus unum confeci meo quidem labore, in uocabulis ijs quæ incipiunt à literis A, B, R, S, V, X, Z, amicorum, in reliquis. In ijsdem uocabulis eadem aliquando repetita sunt, pleraq; tamen ob aliquam differentiæ causam: & malui prolixior esse, quàm aliquid ab alijs dictum omittere. Hæc de prima editione. Nunc in hac secunda editione non pauca castigauimus, tum nostra, tum amicorum præcipuè errata: & insuper Stephani grammatici Græci Vocabularium Geographicum reliquis immiscuimus: sic ut omnia quæ apud Stephanum sunt uocabula, hic etiam explicentur. Si quæ uerò parum ad Latinos pertinere uidebantur, aut alioqui prolixa erant in uocabuli alicuius descriptione (ut sunt autorum testimonia, historiæ, quædam fabulæ, & etyma & nomina à singulis deriuata sæpe omissa sunt, præsertim ab initio operis, sæpe cum breuiter fieri poterat) adiecta. Stephani autoris nomen ubiq; adscripsimus, ut ab ipso fonte qui Græcè scirent uel certius uel copiosius nonnulla requirerẽt. Multa sanè apud Græcos gentilia, aliaq; deriuata Latinam formam uel terminationẽ idoneam non habent: & ut Latinè scribantur, homonymia laborant. Multa apud illos terminatione sola distinguuntur, plurimum alioqui diuersa: apud Latinos non item. Non solum autem quo Stephanus ordine procedit, singula adiecimus. sed insuper plurima, quæ non suis locis, id est non alphabetico ordine commemorabat, & ubi recitanda erant, omittebat, ad ordinem quæq; suum hic redegimus. Græca uocabula Latinis ut plurimum adiecimus ex Stephano, ut orthographia melius seruaretur, minusq; deprauarentur uoces, & de prosodia, etymologia & inflexionis modo certius constaret. Magna etiam accessio facta est ex C. Plinij opere de natura, præsertim ab initio: sed ita, ut testimonij loco tantum Plinius citaretur, quoq; libro & capite singula ab eo petenda essent, annotaretur, adiectis numeris, quorum prior libri, posterior capitis est. Hæc hactenus etiã de secunda editione dixerim, in qua si post multas castigationes adhuc deprauata quædam reperiantur, nõ in negligentiã nostrã, sed Ambrosij Calepini & aliorum ex quibus hæc congesta sunt, uel oscitantiam, uel imperitiã referri debet. Plurima sanè simpliciter emendauimus, non rarò ad calcem castigatio adscribitur, aut Lector aliò remittitur. In præsentia ad qualecunque hoc castigium labore & diligentia nostra hoc opus excreuisse & maximum bonis studijs compendium accessisse, quo hactenus multa secula caruerunt, boni & eruditi & affectibus liberi homines agnoscent & approbabunt. De triplici utilitate huius Operis. Prima & maxima utilitas est, quæ ex ueris utilibusq; historijs & locorum descriptionibus percipitur. Altera minor, non spernẽda tamen, præsertim Christianis & solidæ doctrinæ studiosis, quòd multas gentilium fabulas & nugas, quas alioqui longo tempore perdiscere oporteret, uel in quærendo laborare, ut multa uariaq; sunt figmenta, deorum hominumq; genealogiæ & alia uanæ eruditionis spectra, statim cum opus erit, hic in promptu habere liceat. Tertia commoditas est, quod poetarum, historicorum, & aliorum etiam autorum interpretes, qui commentarios aut scholia conscribunt, lectores huc remittere possunt (ut nos fecimus in Annotationibus super Tatiani libro contra Græcos) ne multa sæpius repetenda ueniant, atq; eadem in singulis propè super singulos autores annotamentis inculcanda: ut instar communis commentarij in plerosq; scriptores, hic liber sit. Quod etsi nondum dici meretur, non multum tamen ad hanc professionem desiderari uidetur, quod uel à nobis, uel alijs olim aspirante Deo, suppleri poterit. Nequaquam enim alios ab ijs, quæ adiecto nomine eo edita sunt operibus, abstinere uelim: qui sciam & sentiam uix, uni me, nedum omnibus absoluendis sufficere, cùm alias ob causas, tum ingenij doctrinæq; tenuitatem, tum communem illam, qua propter uitæ breuitatem, inchoata absolue re pleriq; omnes impedimur. Itaq; studiosos ac eruditos ultrò adhortor & oro, ut si quid habent habituri ue sunt aliquid, quod uel ad huius uel aliorum operum meorum accessionẽ, emendationem'ue pertineat, id ueluti symbolum in commune deponant. Notanda quædam.

Terminatio Latina in usubi occurrit, quæratur Græca in ος, & cõtrà. Quæ non inueniũtur cum rhe nui, fortè se offerent cum rh aspiratо, & contrà. In gentilibus Græcorum in ως diphthongum terminatis, ultimam plerũq; acuto notauimus, ut de Græca orthographia constaret & syllabarum numero, ut Tyaneus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



Aron, Ἀαρὼν Suidæ, Nomẽ propriũ ſummi Sacerdotis apud Hebræos, qui unà cum fratre Moſe Iſraelitas eduxit ex Aegypto. Acta eius reliqua uide in Exodo.

Aba, Xenophanis filia, quæ Olbi Ciliciæ urbis tyrannidem, quam pater procurato rio nomine adminiſtrarat, cultu obſequijs q; ab Antonio & Cleopatra ſibi impetrauit, ἄβα. Vide Strabonem lib.14. Fuit præterea Aba (ut idem Strabo refert lib. 10. ex Ariſtotelis ſententia) ciuitas Phocidis, cuius ciues Abantes, Ἄβαντες, dicebantur: qui poſtea relicta patria Eubœam incoluerunt, quæ etiá ab ipſis Abantis, ἀβαντὶς Stephano dicta eſt. Eſt etiá Aba, mons Armeniæ, ex quo Domitius Corbulo Euphratem naſci uoluit, referente Plin. lib. 5. cap. 24.

Abacæna, ἀβάκαινα Ptolemæo, uel Abacęnum, ἀβακαῖνον Suidę & Stephano, oppidum eſt Siciliæ non procul à Meſſana: cuius incolæ dicuntur Abacænini, ἀβακαινῖνοι Stephano. Eſt præterea Abacæna, teſte Ptolemæo lib. 6. oppidum Medię.

Abæ, Abarũ, Ἄβαι, oppidi nomen eſt in Phocide, ab Aba quodam heroe illi inditum, ut Stephanus & Suidas prodiderũt. Huius incolæ dicti ſunt Abantes, Ἄβαντες, qui poſtea hac urbe relicta in Eubœa ſedes fixerunt, eamq; inſulam de ſe uocauerunt Abantidem. Pro eodem legitur & Aba ſingulari numero, ut paulo antè oſtendimus.

Abæa, Abææ, Ἄβαια Ptolemæo, oppidum eſt in ſinu Meſſenia co, non procul à Pheris, quod nonnulli idẽ eſſe putãt cũ Hira, ſeu Oechalia, una ex ſeptẽ ciuitatib. quæ apud Homerũ 10. Iliad. Achilli offeruntur ab Agamemnone. Vide Hermol. in Plin.

Abæatæ, pen. pro. Ἀβαιάται, populi ſunt Arcadiæ in ſinu Meſſeniaco, quorum urbs Abæa commemoratur à Ptolemæo lib. 3. Vide Plin. lib. 4. cap. 6.

Abala, Ἄβαλα, oppidum eſt Troglodytarum, non procul à mari rubro. Vide Plin. lib. 6. cap. 29.

Abalites ſinus, Ἀβαλίτης κόλπος, exiguus eſt ſinus in tractu Troglodytarum, ita dictus ab Abala, eius regionis oppido maritimo. Vide Plin. lib. 6. cap. 29.

Abalus, Ἄβαλος, inſula eſt oceani Germanici, in qua nõnulli crediderũt electrũ ex arborib. fluere. Plin. li. 37. ca. 2. Sunt & Abali Indiæ populi ad Gangem fluuium. Plin. lib. 6. cap. 19.

Abana, næ, pen. cor. fluuius Damaſci, qui in radicibus Libani exortus, in Syriacum effunditur mare.

Abania, pater gratus domino, uel pater gratificans Deum.

Abãtes, Ἄβαντες, populi ex Thracia oriũdi, qui finib. ſuis egreſſi poſtquã in agro Phocẽſi oppidũ condidere, quod à ducis ſui nomine Aban uocauere, ipſi quoq; à nomine oppidi Abantes uocati ſunt. Hi poſtea in Eubœam tranſgreſſi, quæ tunc Macris dicebatur, à ſuo relictiq; nomine oppidi, Abantidem illam uocauere. Hos Herodotus li. 1. inter Ionas commemorat. Alios hoc nomine populos Orpheus in Argonaut. iuxta Pontum collocat.

Abantias, adis. ἀβαντιὰς, Patronymicum eſt à nomine Abas. quo ſignificatur uel filia, uel neptis Abãtis. Vnde apud Poetas ferè pro Danae ponitur, Abãtis ex Acriſio nepte: uel pro Atalanta, nepte eiuſdem ex Iaſio. Vide Abas.

Abantis, idis, Straboni, aut Abantias, adis, Plinio, ἀβαντὶς, Stephano & Suidæ, Inſula eſt Bœotiæ adiacẽs, tam exiguo à cõtinẽti euripo diſcreta, ut põte iũgatur. Hæc teſte Strabone in principio lib. 10. olim Macris dicebatur, ob ſitus longitudinẽ: poſtea ab Abantib. Thraciæ populis, qui relicta Aba, Phocenſis agri oppido, in hac inſula ſedes ſuas fixerunt, dicta eſt Abantis: & poſtremò Eubœa. In hac inſula eſt Capharęus promontorium, Græcorum naufragijs infame.

Abaortæ, à Plin. li. 6. ca. 20. numerantur inter Indiæ populos.

Abarbarea, ἀβαρβαρέα, una Naiadum, ex qua Bucolion, maximus natorum Laomedontis, Aeſepum genuit, & Pedaſum. Homer. Iliad. 6.

Abarim, Mons excelſus diuidens terram Amon & Euphratis à terra promiſſionis, contra Iericho ad Iordanem uſque fluuium protendens radicem. Inſignis eſt Moſi, inclyti Iudæorum ducis, morte.

Abarimon, Scythiæ regio in magna Imai montis conualle, in qua ſyluęſtres homines degũt, auerſis poſt crura plãtis, qui maximam habent uelocitatẽ, paſsimq; cum feris uagantur. ἀβαρίμμων. Plin. lib. 7. cap. 2.

Abaris, huius Abaris, pen. cor. nomen uiri proprium, de quo ſic Cælius lib. 17. ca. 22. Abarim Hyperboreũ ferũt ſagittam per orbem terræ circuntuliſſe, nihil omnino ueſcentẽ. Hũc Abarim Seuthæ filiũ, nõ ignarũ literarum, oracula ſcripſiſſe traditur, quæ Scythica nuncupantur, & nuptias Hebri fluminis, Apollinis aduentum ad Hyperboreos, ratione metrica, abs quo ſagittam acceperit quam diximus. Huius & Gregorius Theologus cõmemimit in epitaphio ad magnũ Baſiliũ. Hactenus Cælius. Præter oracula Scythica & nuptias Hebri fluminis, alia quædá ſcripſit, ut cõmemorat Suidas. Meminerũt huius Herodotus in Melpomene, & Strab. li. 7.

Abarnus, Ἄβαρνος Stephano, uel Abarnis, ἀβαρνὶς, Herodoto oppidũ eſt, & regio aſpera in tractu Bariano, ad Propontidẽ, Hecatæus & Ephorus Abarnidem ad Helleſpontum collocant, & Lampſaci arcem eſſe uolunt. Vipe Stephanum.

Abas, antis: ἄβας, ἄβαντος per unum b, rex duodecimus Argiuorum: Lyncei ex Hypermneſtra cõiuge filius. (ſunt tamen qui Beli filium faciunt) homo bellicoſus & acerrimi ingenij fuit, & regnauit annis XXIII, ut inquit Euſebius. Pater fuit Prœti & Acriſij, & auus Perſei. à quo poſtea Argiuorum reges, Abantiadæ dicti. Abas alius fuit quidã nobilis comes Aeneæ, de quo Verg. lib. 10. Vnà toruus Abas, &c. Et alibi, Aere cauo clypeum magni geſtamen Abantis. Alius item fuit Cẽtaurus, Ixionis & Nubis filius. Fuit etiam hoc nomine Sophiſta quidam, qui & hiſtoricos quoſdam commentarios, & Rhetoricen ſcriptam reliquit. Autor Suid. Ab Abas fit poſſeſſiuum Abantius, ἀβάντιος. Item Abantiades patronymicum maſculinũ. Ouid. 5. Metam. Torquet in hunc haſtam calido de uulnere raptam Vltor Abantiades. hoc eſt, Perſeus pronepos Abantis.

Abaſes, plurali numero, loca ſunt deſerta & inacceſſa in Occidentali plaga Aegypti, ἀβάσεις. Hoc enim nomine Aegyptij uocant regiones inhabitatas, & maximis deſertis circundatas, ut ſcribit Strabo lib. 17.

Abaſter, uide Alaſter in Appellatiuis.

Abaſgis, ἀβασγὶς in Scythia, uicini Sannige. Steph.

Abatos, pen. cor. inſula eſt Aegypti, in palude Mẽphitica poſita: ita dicta, quòd ad illam propter limi & papyrorum copiã, difficillimus ſit aditus: ab ἀ priuatiua particula & βαίνω, quod eſt uado, uel aſcendo. Huius meminit Lucanus li. 10.

Hinc Abatos, quam noſtra colit ueneranda uetuſtas, Terra potens. Hoc nomine etiam uocatus eſt locus ultra Aegyptum & Aethiopas, iuxta paludem quam Stygem uocant. Latini huiuſmodi loca, ad quæ difficiles dantur acceſſus, Inuia uocant, ſiue Auia, ſiue Inacceſſa. Sic etiam Ouid. de Pont. Parthorum gentem inuiam uocat:

Gens fuit & terris, & equis, & tuta ſagittis.
Et non acceſsis inuia fluminibus.

Abatos præterea ædificij nomen fuit, quod à Rhodijs fuit erectũ ad tegendum Artemiſię trophęũ, quod religione impediti diruere nõ poterant. De hoc ita ſcribit Cælius Rhodig. antiq. lect. lib. 13. ca. 33. Artemiſiam mirari non deſinunt Græci, quæ irruentes Rhodios claſſe exuerit, inſulamq; domuerit, erecta in urbe Rhodo ſtatua, quæ ciuitati ſtigmata uideretur inurere. Quem locum obſeptum mox Abaton dixere, quoniam trophęa mouiſſe religio eſt.

Abazea, pen. prod. Ἀβάζεια, Feſta fuerũt, uel potius ſacra, à Dionyſio Caprij filio, & Aſiæ rege inſtituta. Cic. 3. de Na. deor. Dionyſios multos habemus: primum Ioue & Proſerpina natum: ſecundum Nilo, qui Nyſam dicitur interemiſſe: tertiũ Caprio patre, eumq; regem Aſiæ pręfuiſſe dicunt: cuius Abazea ſunt inſtituta. Dicta Abazea, à taciturnitate, qua hæc ſacra celebrabantur: ἄβαζος enim taciturnum ſignificat.

Abbarim, vide ſupra Abarim.

Abdariſtenſes, populi. Plin. lib. 4. cap. 10. Sed correctius legitur Audariſtenſes.

Abdera, pen. pro. Ἄβδηρα. urbs eſt Thraciæ marina, Democriti patria, non procul à Neſsi fluminis oſtio, à Theis cõdita

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ut teſtatur Herodotus li.1. Alij (inter quos eſt Pomponius Mela) à Diomede conditam uolũt, & à nomine Abderæ ſororis ipſius nomen eſſe ſortitam. Effertur autẽ Abdera, æ, uel Abdera, orum. Ouid. in Ibin, Aut te deuouerat certis Abdera diebus. Plin. lib. 25. cap. 8. Circa Abderam & limitem, quem Diomedis uocant, equi paſti inflammantur rabie. Plurali utitur Mela. lib. 2. Turris, quam Diomedis uocant, ſignũ fabulæ remanet: & urbs, quam ſoror eius ſuo nomine nominauit, Abdera. Supra hanc urbem Byſtonium (βυσόνιον) ſtagnum eſſe dicitur, in quo natantia omnia demerguntur: unde & nomen accepit, ἀπὸ τῦ βυθόνω, quod eſt mergo. Stephanus hanc urbem ab Hercule conditam exiſtimat, & à nomine Abderiti, quem in delicijs habuit, Abderam fuiſſe nominatam. Eſt & Abdera urbs in Bætica Hiſpaniæ regione, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1. Hinc Abderita, gentile, uel Abderites, ἀβδηρίτης, de quo paulo pòſt.

Abderitanus, a, um, aiectiuum: ut, Abderitana plebs. Martialis lib. 10. Abderitanæ pectora plebis habes.

Abderiticus, a, um, aliud adiect. ἀβδηριτικός. Cic. ad Att. Imperium Abderiticum. Abderitica mẽs: id eſt, ſtupida, aut inſana. Abderitanis enim natura peculiarem fuiſſe mentis ſtuporem, indicat M. Tullius in libris de Nat. deor. & Plin. lib. 25. cap. 8. uide Cælium Rhod. Antiq. lect. lib. 16. cap. 13.

Abderitæ, ἀβδηρίται, populi Thraciæ ſunt, qui quum à muribus ac ranis uexarentur, coacti ſunt natale ſolum relinquere, & alias quærere ſedes. Hos Caſſander ſedibus in ultimis Macedoniæ partib. conceſsis, ſuſcepit, pactione ſimul inita cum eis de pace, quum ſuam timebat inuaſuros patriã. uide Chiliades Eraſmi, Abdera pulchra Teiorum colonia.

Abdon, ἄβδων, indeclinabile, nomẽ eſt proprium unius è iudicibus Iſrael.

Abdua, uide Addua.

Abea, uide Abæa.

Abeacus, Siracorum rex, qui ſunt populi ad radices Caucaſi. uide Strabonem lib. 11.

Abeatæ, uide Abæatæ.

Abella, læ, ἄβελλα Ptolemæo, oppidum eſt Campaniæ, nõ procul à Nola, quæ & Auella dicitur mutato b in u conſonantẽ. Verg. 7. Aen. Et quos maliferæ deſpectat mœnia Abellæ. Hinc nuces Auellanę dictę, quę ibi copioſiſsimè proueniũt.

Abellinum, ſiue Auellinum, ἀβέλλινον, Italiæ oppidum, in tractu Campaniæ, teſte Plin. li. 3. ca. 3. Hoc idẽ eſſe creditur cũ eo quod Vergilius Abellam uocat, unde & nuces Abellinæ primùm, & poſtea Auellanæ dictæ ſunt. Eſt & Abellinum, teſte Ptolemæo lib. 3. Irpinorum oppidum, nõ procul à Nuceria Apulorũ. Vtriuſq; oppidi incolæ dicuntur Abellinates, ἀβελλινάται: diſcriminis tamen gratia, poſteriores Potropos cognominant. Plin. lib. 3. cap. 11.

Abeſamis, Syriæ oppidum, quondam à Semiramide conditum. ἀβησαμὶς. Plinius ca. 28. lib. 6. A Petra incoluerũt Omani ad Characem, oppidis quondam claris à Semiramide cõditis, Abeſamide, & Soractia.

Abeſte, oppidum apud Hermandum fluuium, Plinio authore cap. 23. lib. 6.

Abij, ἄβιοι, populi ſunt, ut Stephano placet, Scythiæ, aut, ut alij malunt, Thraciæ: ita dicti, quòd Abianũ amnem accolãt, aut certè quòd in curribus degentes, lacte ueſcentes, & in cœlibatu uiuentes, uitam humanã agere nõ uidentur: ut Abios intelligas, τὸς μὴ ἔχοντας ἡμῖν ὅμοιον βίον. Alij Abios dictos putant, quaſi ἀβιάστους, quòd in pace degẽtes, nemini uim inferant. Vnde & ab Homero mortalium iuſtiſsimi appellantur, Iliad. 13. γαλακτοφάγων, ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Sunt quoq; qui inde Abios dictos putant, quòd more uicinarum gentiũ arcu non utantur, ut ſit cõpoſitum à nomine βιὸς, quod accentum habens in ultima, arcũ ſignificat. Apud Homerũ tamen loco iam citato Abiorum nomen, ut & Galactophagorum non tam gentile eſſe uidetur, quàm Myſorum, quorum in præcedenti uerſu meminit, epitheton. uide Strabonem lib. 7. & Cælium lib. 18. cap. 23.

Abila, pen. cor. ἄβιλη Stephano, oppidi nomen eſt ad Iordanẽ fluuium. Eſt & Abila ἄβιλα, Stephano & Suidæ oppidũ in regione Decapolitana, Diogenis Sophiſtæ patria: cuius meminit Plin. lib. 5. ca. 18. Item, mons Mauritaniæ in faucibus freti Gaditani, è regione Calpes, Hiſpaniæ mõtis ἄβιλυξ Suidę. Plin. in procem. lib. 3. Proxima autem faucib. utrinq; impoſiti montes coercent clauſtra. Abila Africæ, Europæ, Calpæ, laborum Herculis metæ. Quam ob cauſam indigenæ colũnas eius Dei uocant, creduntq; per foſſas excluſa antea admiſiſſe maria, & rerum naturæ mutaſſe faciem.

Abis fluuius in Danubium influens. Hic etiam Abſus dicitur. Author Althamerus.

Abiſama, ἄβίσαμα Ptolemæo ciuitatis nomẽ, quæ à Ptolemæo collocatur in ea Arabiæ parte, quæ Arabia fœlix dicitur.

Abiſari, aliàs Biaſari, regio eſt Indię, apud Strabonem lib. 15.

Abiſontes, à Pli. li. 3. cap. 2. inter Alpinos populos numerãtur.

Ableti, populi ſunt non procul à Pergamo, qui parent Myſis, ut author eſt Strabo lib. 13.

Abnoba, mons Germaniæ, in quo oritur Danubius. Plin. lib. 4. cap. 12. In pleriſq; tamen Plinij codicibus Arnoba legitur, non Abnoba. Vide infrà in dictione Arnoba.

Abobrica, nomen eſt inſignis oppidi in citeriore Hiſpania, in conuentu Bracarum, authore Plin. lib. 4. cap. 20. Ptolemæus uocat ἀβροβρίγαν.

Aboccis, is, Aethiopiæ oppidum. Plin. lib. 6. cap. 29.

Abolani, ſunt populi Italiæ, Albenſibus proximi, inter Latinos à Plinio relati, lib. 3. cap. 5.

Abolla, uide in Appellatiuis.

Abonotichitæ, populi ſunt ad Pontum Euxinum, ita dicti ab exiguo oppido, cui ἄβονου τεῖχος, hoc eſt, Aboni murus, nomen eſt, ἀβονοτειχῖται. Vide Stephanum & Lucianum in Pſeudomante.

Aboraca, regiuncula eſt ad Mæotidem paludem, non procul ab Hypani fluuio, ἄβορακή. Vide Strabonem lib. 11.

Aborienſe, ciuium Romanorum in Africa oppidũ, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 5.

Aborigines, pen. cor. ἀβοριγίνες, Stephano appellati ſunt populi antiquiſsimi, qui primi tenuerunt agrum illum, in quo poſtea condita fuit Roma: ſic dicti, quòd primi uiſi ſint, tanquam editi ſine patribus, & quaſi ſine origine: aut quòd exuaria gẽtium colluuione miſti erant. Hi poſtea aduẽtu Aeneæ Phrygibus iuncti, Latini uno nomine appellati ſunt. Liuius 1. ab Vrbe, Ibi egreſsi Troiani, ut quibus ab immenſo propè errore nihil præter arma, & naues ſupereſſet, quum prædã ex agris agerent, Latinus rex, Aborigines{q;}, qui tum ea loca tenebant, ad arcendam uim aduenarũ, armati ex urbe atque agris concurrunt. Dionyſius autem Arcades fuiſſe, & cum Oenotro Lycaonis Arcadiæ regis filio in Italiam ueniſſe tradit. Poſſunt tamen & aliarum urbium primi cultores Aborigenes dici, ut Græcè αὐτόχθονες, aſi ſint terra geniti. Iidem Græcè πρωτογενεῖς appellantur, hoc eſt, primi primogenitores, à quibus cæteri nationis trahunt originẽ. Dicuntur & ἐγχώριοι, hoc eſt, indigenæ: qua uoce uſus eſt, Ambroſ. in Hexam.

Aborras, fluuius eſt Meſopotamiæ, in Euphratem influens. ἀβόρρας. Strabo lib. 16.

Aborus, ἄβορος fluuius. Stephanus in Reſina.

Abotis, pen. cor. ἄβοτις, urbs eſt Aegypti, ut tradidit Hecatæus (cuius incolæ dicuntur Abotitæ. ἀβοτῖται. Vide Stephanum de Vrb.

Abraces, à Xenophonte in lib. 1. de Cyri expeditione, numeratur inter duces copiarum Artaxerxis.

Abradatas, ἀβραδάτας, rex Suſorum fuit, & maritus Pantheæ nobiliſsimæ matronæ, quam quum à Cyro captam caſtè & liberaliter haberi præter ſpem intellexiſſet, ad eam accedẽs, quæſiuit quid ſibi illa faciendum cenſeret, quo tanti principis beneficio gratiam aliquam rependeret. Cui quum illa reſpondiſſet, ut eniteretur ſe tanto regi ſimilimũ præſtare: ſtatim in aciem profectus, ſtrenuè pugnãs occubuit. Cuius corpus ad ſe relatum, quum Panthea aſpexiſſet, acinace ſeipſam confodit, capite ſuper uiri pectus recumbẽs, ut è iugulo profluens ſanguis, mariti uulneribus infunderetur. Vide Xenophontem Pædiæ Cyri lib. 7.

Abram, nomen primi patriarchæ & Latinè pater excelſus interpretatur: quem Deus ab ijs quæ uidentur, ad inuiſibilia terpretatur: quem Deus ab ijs quæ uidentur, ad inuiſibilia traxit, dicens: Non uocaberis, inquit, Abram, ſed Abraham erit nomen tuum, quia te multarum gentium parrem poſui. Secundum tamen declinationem latinam Abraamus dicitur, uel cum aſpiratione Abrahamus.

Abrettana, pen. pro. ἀβρεττιανὴ, Suidæ Myſiæ regio eſt, ita dicta à Brettia nympha. Vnde Abrettanus Iupiter, ἀβρεττιανὸς Ζεύς,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui in Abrettana colebatur: de quo uide Strabonem lib.12. Incolæ quoq; Abrettani dicuntur, ἀβρεττανοί. Stephanus hâc regionem Abrettinam ἀβρεττίνη, & Plinius populum ipsum Abrettinos appellat, ἀβρεττῖνοι.

Abrinatæ, populi sunt non procul à Ponto, ἀβρινάται. Vide Stephanum.

Abrincatui, à Plin.lib.4.ca.18.numerantur inter Galliæ Lugdunensis populos. Diuidit enim Galliam Lugdunensem in Lexouios, Bellocasses, Galletos, Venetos, & Abrincatuos.

Abrocomas, uel Abrocomes (utroque enim modo legitur) ἀβροκόμας Suidæ, ἀβροκόμης Herodoto pen.corr. Darij filius fuit, atq; unus ex præcipuis Persarum satrapis, qui unà cum Xerxe in expeditionem profectus, à Lacedæmonijs cæsus est ad Thermopylas. Vide Herodotum lib.7.

Abrodiætus, ἀβροδίαιτος. cognomen fuit Parrhasij pictoris nobilissimi, quod Latinè significat delicatum atq; elegantem. Talem autem se ipse putauit, dici q; uoluit. Herculem quoq; Lyndi fecit, asseuerans eum à se talem pictũ, qualem sæpe in quiete uidisset. Plin.lib.35.cap.10.

Abron, ἄβρων. Suidæ, Grãmaticus fuit è Phrygia, aut certè ex Rhodo oriundus, & Tryphonis discipulus. Abrones etiam dicũtur homines molles & delicati, nominis occasione sumpta ab Abrone quodam Argiuo, diuite luxurioso & molli, cuius uita locum fecit prouerbio, ἄβρωνος βίος, hoc est, Abronis uira, pro splẽdida & molli. Vide Zenodoti parœmiã. aut certè à Græco ἁβρὸν, quod splendidũ & delicatũ significat.

Abroni mœnia, lege Aboni mœnia: & uide suprà in dictione Abonotichitæ.

Abronus pictor Samius, de quo Plinius. Abros gens Tarentinorum ad mare Adriaticum. Steph.

Abronychus, pen.cor. ἀβρώνυχος, nobilis Athenienſis fuit, Lysiclis filius, cuius fideli strenuaq; opera usus est Themistocles in bello Persico, & in legatione apud Lacedæmonios. Vide Herodotum lib.8. & Thucydidem lib.1.

Abrotonion, siue Abrotonium, nomen proprium est meretricis, & matris Themistoclis, ἀβροτόνιον. Nomen est ductum ἀπὸ τῆ ἁβρῆ quod Latinè sonat glabrum, & delicatum. In quo uocabulo libet annotare quæ apud Græcos in on exeunt, apud nos in um exire: in um autem exeũtia, omnia esse neutra, præter propria uirorum, quæ sunt masculina, ut Pægnium, Dinacium: & mulierum propria, quæ fœminina sunt, ut Glycerium, Philotium, Eustochium, & similia. Licet ergo utrique sexui conueniant, ut scortum & mancipium, & pluralia in a, pro hominibus ponantur, ut Seruitia, pro seruis, ministeria, pro ministris: & licet flumen notent, ut Rhenum, Crustumium: aut fructuum nomina pro arborum nominibus ponantur, ut poma apud Tibullum: aut quamuis animalia (quæ pauciſsima sunt, & aut masculina, aut fœminina, aut communia esse debent) significent, ut ostrea: tamen quia in um exeunt, aut singulariter per um terminantur, suprà dicta omnia censebuntur neutra.

Abrotonum, ἀβρότονον Stephano, pen.cor. oppidi nomen est in Africa inter duas Syrtes, non procul à Lepti, cuius meminit Plin.lib.5.cap.4. & Strabo lib.17.

Absarum Plinio, ἄψορρος Ptolemæo, flumen est Armeniæ minoris, non procul à Sebastopoli, in Pontum influens. Hoc cum Pariedris montibus, ex quibus oritur, Armeniam minorem ab Adiabene regione separat, teste Plin.lib.6. cap.9. Est & castellum eiusdem nominis, fluuio huic imminens: ut testatur idem Plin.lib.6.cap.4.

Absilæ, ἄψιλαι. Stephano, populi Asiæ, à Plin. lib.6. cap.4. in Colchide prope Phasim amnem collocati.

Absinthus, uel Absynthus, utroq; enim modo scribitur, teste Stephano, ἄψινθος ἡ ἄψωνθος, urbs est Thraciæ: cuius incolę dicuntur Absinthij, ἀψίνθιοι, quorum meminit Herod. lib.6.

Absituis, opidum Asiæ, Plin.lib.6.cap.26.

Absoros, pe.cor. ἄψορος. insula est in mari Adriatico, Liburniæ adiacẽs, cũ oppido eiusdẽ nominis. Vtriusq; meminit Ptol.

Absus, fluuius. Vide Abis.

Absyrtides, ἀψυρτίδες, insulæ sunt in Adriatico mari, Illyrico adiacẽtes, à fratre Medeæ ibi interfecto, nomine Absyrto, sic appellatæ, ut Plinius scribit lib.3.cap.26. & Strabo lib.7.

Absyrtium, ἄψυρτιον. insula est maris Adriatici, non procul ab Issa, ut tradit Plin.lib.3.cap.21.

Absyrtus, ἄψυρτος, Aeetæ regis Colchorum & Ipsææ, siue, ut alij malunt, Idyę filię Oceani filius, alio nomine Aegialeus dictus, quem soror Medea cum Iasone discedens mẽbratim discerptum circũquaque diiecit, ut sequentem se patrem in colligendis ossibus occupatum remoraretur, ne se à fuga retraheret: unde locus ille dictus est Tomos, id est, incisio. Hęc Ouid.lib.3. Tristium, eleg.9. Plinius uerò & Strabo nõ apud Tomitas Absyrtum discerptum uolunt, sed in insula quadam maris Adriatici, una earum quæ ab illius exitio Absyrtides uocatæ sunt. Vide Plin.lib.3.cap.26. & Strabonem li.7. Fuit insuper Absyrtus, teste Suida, Nicomediensis quidam miles, qui quũ sub Constãtino ad Istrũ militaret, librũ utilissimum scripsit de medicandis equis, & de cura animaliũ, eumq; pulcherrimũ & emendatissimũ habet Antonius Vicecomes Mediolanensis, uir ut magnificus, ita bonarum literarum studiosus, & studiosorum fautor summus.

Abudiacum, ἀβδιακὸν. urbs est Germanię, non procul ab Augusta Vindelicorum, Ptolemæo.

Abula, urbs Hispaniæ, Ptolemæo.

Abũbus, Britanniæ fluuius maximus, Ptolemæo.

Abus, ἄβος, pars est montis Tauri supra Armeniam, ad uiam quæ fert uersus Ecbatana. Vide Strabonem lib.11. Est etiam Abus Ptolemæo fluuius Britanniæ.

Abutucense, oppidum, Plin.lib.5. cap.29.

Abydeni populi, ἀβυδηνοί, ab Abydo ciuitate Asiæ: qui quum tam arcta obsidione coangustarentur, ut nulla salutis spes superesset, mutua multitudine tanta inuasit rabies, ut repẽtè proditos rati, qui pugnantes occubuissent, periurium alij alijs exprobrãtes, & sacerdotib. maximè, qui quos ad mortẽ deuouissent, eorũ deditionem uiuorũ hosti fecissent, repẽtè omneis ad cædes coniugum, liberorumq; discurrerent, seq; ipsi pariter omneis læti interficerent.

Abydon, ónos, pen.genit.prod. ἀβυδών. regiuncula est Macedoniæ. Authores Suidas & Stephanus.

Abydos, pe.prod. ἄβυδος. urbs Asiæ à Milesijs condita, Gyge Lydorum rege permittente, qui totius Troadis imperium habuit: cui Sestos in Europa opponitur, intercedente angusto mari, quod ab Helle Phryxi sorore in eo submersa, Hellespontus nuncupatur. Id quum Asiam ab Europa diuidat, Xerxes ponte coniunxit. Vnde & Musæus, Σηστὸς ἴδε, πρὸς ἄβυδον ἀνάντιον ἐγγύθι πόντου Γάτεντες ἀστοὶ πόλεις. et subdit, Ἡμεῖς σεῦ ὑμεῖς, ὁ δὲ πρόλιθρον ἄβυδον, Ἀμφοτέρωθι πρόκλυστοι πόρκαλλίες ἀστερίες ἄμφω ἴκελοι ἀλλήλοισι. Fuit autem Abydos patria Leandri. De hac Vergil.lib. Georg. Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi. Et dicitur hæc Abydos, & hoc Abydon. Hinc Abydenus, a, um, ἀβυδηνός. Ouid.in Epistol. Leandri ad Hero, Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem. Est item Aegypti oppidum, Memnonis regia, & Osiris templo inclitum. Plin.lib.5.cap.9.

Abyla, ἄβιλυξ, Suidæ, pen.dichrona: Mons est excelsus Mauritaniæ, Calpæ monti, qui in Hispania est oppositus, quos ambos Herculis columnas dicunt. De hac Dionysius Apher: Ἀλλ' ἤτοι πυμάτη μὲν ἀγαυῶν ἐστὶν ἰβύρων Γάτων ὠκεανοῖο πρὸς ἑσπερον, ἣν δὲ ἡ ἄκρη Στυλάων ἀβύλη κέκλυται μία, τῆς δ' ὑπένερθε Τάρτησσος χαρίεσσα. id est, Sed ultimus clarorum Iberorũ terminus Oceano proximus est occiduo, cui præcelsa una ex columnis Abyla imminet, infra quam urbs amœna Tarteſſos. Vbi multa Eustathius scribit. Abyla & Calpe montes olim perpetuo iugo cõiuncti, ab Hercule (ut est in fabulis) sunt separati, & sic intromissum terris mare, quod in hodiernum usq; diem mediterraneum nuncupatur. In his præterea sunt Herculis columnæ, quas ibidem fixisse dicitur, quum boues Geryonis uestigaret, perinde ac ultima ibidẽ esset orbis meta. Ptolemæo Abilys uocatur ἄβιλυς: Suidæ ἀβίλυξ: Plinio, Latinisq; ferè omnibus Abila per i nostrum: quemadmodum & nos scribendum putamus. Vide suprà Abila.

Abzoę, pen.cor. populi sunt ad Oceanum Scythicum, Plinio teste lib.6.cap.13.

Aca, uel Ace, ἄκη Suidæ, Phœnicum est oppidum non procul à Tyro, postea Ptolemais dictum, Claudij Cæsaris colonia insigne. Vide Plin.cap.19.lib.5. & Strabonem lib.16.

Acabe, ἀκάβη. mons est in finib. Aegypti à Ptolem. collocatus.

Acabis, ἀκαβὶς. ciuitas est in Cyreniaca Aphricæ regione. Ptolemæus.

Acacius, ἀκάκιος, patriarcha fuit Constantinopolitanus, uir in primis pius, & Leoni Imperatori gratissimus. Vitã eius uide

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

apud Suidam. Fuit præterea Acacius rhetor insignis, qui Libanij & Iuliani temporibus floruit, teste eodem Suida.

Acacesium, ἀκακήσιον Stephano, urbs Arcadiæ, sic dicta ab Acaco Lycaonis filio, ut tradit Pausanias lib. 8.

Academia, ἀκαδημία Suidæ, ἀκαδήμεια Stephano, locus nemorosus, ab Athenis mille passus distans, ab Academo heroe, ut Eupolidi placet: ἐν ὑσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ. hoc est, in ambulacris umbrosis Academi dei. Ibi natus est Plato, & philosophiam magna discipulorum frequētia professus est. Vnde & eius sectatores Academici uocati sunt, sicut à Stoa Stoici. Hinc est illud Timonis apud Laertium, τῶν πάντων δ' ἄγαστος πλατύγαστος, ἀλλ' ἀγορητὴς ἡδυεπὴς, τετληξιν ἰσογράφος, οὗ' ἀκαδήμια Δύσλογοι ἰφισόμενοι ὅπα λειριόεσσαν ἰέσαι. id est, Hos inter dux ille Plato celsissimus ibat, Cuius ab ore melos manabat, quale Hecademi Arbustis lepida modulantur uoce cicadæ. Antea per e tenue scribebatur, Ecademia. Erat autē Academia gymnasium inferius: quum superiori gymnasio, cui Aristoteles præerat, nomen esset Lyceum, λυκεῖον: quæ & inferior ambulatio, & superior dicebantur. Academia nostro tempore usurpatur pro urbis parte, in qua celebrantur studiorum gymnasia: ut Academia Parisiēsis, quæ uulgo Vniuersitas dicitur. Academia dici quoq; potest quælibet literarū schola insignior atq; celebrior. Huius nominis Academia penultima producitur a Cicerone, Inque Academia umbrifera, nitidoq; Lyceo. Sic & in alio uersu Laureæ Tullij, Atq; Academię celebratā nomine uillam. Verùm alij etiā corripiūt, ut & communis usus seruat. Claud. In Latiū spretis Academia migrat Athenis. Sidonius, Obruet & quanquam totis Academia sectis. Vtriq; rectè. Nam (ut suprà diximus) modò Ακαδημία apud Græcos scribitur per ι, in penult. modò Ακαδημέα per ε diphthōgum. Fuit etiam eo nomine uilla Ciceronis ad Auernū lacū, nō procul à Puteolis in littore sita, porticu & nemore insignis, à qua etiā Academicis quæstionib. quas in hac uilla cōscripsit, nomen impo suit. Extat de laude eius uillę apud Plinium Laureæ Ciceronis liberti epigramma: quod quia elegantissimum est, & dignum ubiq;, & non ibi tantum legi, hic adscripsimus.

Quòd tua Romanæ uindex clarissime linguæ,
Sylua loco melius surgere iussa uiret.
Atq; Academiæ celebratam nomine uillam,
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori,
Hos dedit, hac fontes quum patefecit ope:
Vt, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ. Pli. lib. 31. ca. 2.

Academicus, a, um, adiectiuum, ἀκαδημικός. ut, Sectæ Academicæ, hoc est, eorum qui Academicos sectantur.

Acadinus, fons est Siciliæ iuxta Delos lacus, Palicis fratrib. sacros, ad quem iuramenti ueritatem explorare solent ad hunc modū: Iuramenti uerba tabulis ligneis inscribebant, easq; in fontem dejiciebant, quæ supernatantes iuramenti integritatem, demersæ periurium indicabant.

Acalandrum Plinio, ἀκάλανδρον Straboni, fluuius est in sinu Tarentino, non procul à Metaponto oppido. uide Plin. lib. 3. cap. 11.

Acallis, idis, ἀκαλλίς, Minois fuisse filia creditur, & mater Oaxi. Steph. de Vrbib. Oaxus (inquit) oppidum Cretæ est, ab Oaxo filio Acallis, quæ fuit Minois filia.

Acamantis, ἀκαμαντίς, insula est in mari Cilicio, quæ notiore nomine Cyprus appellatur: dicta Acamantis, ab Acamante promontorio sito ad occasum. Vide Plin. lib. 5. cap. 31. * Fuit etiam Acamantis, una ex decem tribubus Athenienſium, ita dicta ab Acamante Thesei filio. uide Suidam.

Acamantium, ἀκαμάντιον, urbs est in maiori Phrygia, opus Acamantis Thesei filij, qui quum in expeditione aduersus Solymos se strenuè gessisset, locum cōdendæ urbis à patre impetrauit. Hinc fit gentile Acamantius, ἀκαμάντιος, & fœminina Acamantis, ἀκαμαντίς, & possessiuum Acamanteus, pen. pro. ἀκαμαντεῖος. uide Stephanum.

Acamantius, ἀκαμάντιος, philosophus fuit Heliopolita: de quo uide Suidam.

Acamarchis, ἀκαμαρχίς, marinæ Nymphæ nomen est, quam Oceani filiam fuisse uolunt, cuius meminit Diodorus li. 6.

Acamas, tis, ἀκάμας, promontorium est saltuosum in Cypro insula, quod procul aspicientib. duarū mamillarū specie prębet: à quo Cyprus anteà Acamātis uocitata est, autore Strabone lib. 14. Meminit præterea Homerus lib. 2. Iliad. Acamantis cuiusdam Thracis, qui Troianorū amicus, & in bello Troiano. * Fuit præterea Acamas, Thesei filius, a quo una tribuū Atheniēsium Acamantis, ἀκαμαντίς nominata est & oppidum Phrygiæ Acamantium: de quibus uide supra.

Acampseonysis, (aliàs Camseonysis) fluuius, Plin. 6. 4. 9.

Acannæ, ἀκάννα, emporium est ad mare rubrū, de quo Steph.

Acanthon, ἀκάνθων, mons est Aetoliæ, cuius meminit Plinius lib. 4. cap. 2.

Acanthus, nomen oppidi. uide in appellatiuis.

Acapeatæ, ἀκαπιάται, populi sunt circa Mæotim, de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

Acapis, pen. cor. fluuius Asiæ apud Lazos populos.

Acara, pen. cor. ἀκάρα, oppidum est in medio Pannoniæ. * Est etiā alterū huius nominis oppidum, in octaua Italiæ regione, non procul à Regio Lepidi: cuius meminit Strabo li. 5.

Acaraſſus, ἀκαραασός, oppidum est Lycię, in minore Asia: cuius meminit Stephanus de Vrb. * Inde fit gentile Acaraſſius, ἀκαραάσιος.

Acaria, ἀκαρία, fons est in agro Corinthio, apud quē Iolas Eurystheo caput amputauit. autor Strabo lib. 8.

Acarne, ἀκάρνη, oppidum est Magnesiæ regionis Thessaliæ, ut tradit Plin. li. 4. ca. 9. * Est etiā Acarne, piscis marini genus, teste eodem Plinio li. 32. ca. 11. ubi sic scribit: Peculia sunt maris acipenser, aurata, asellus, acarne, aphya. * Acarne o que Theophrasto, herba quędam aculeata, attractylidi similima, spinam habens pro folio, colore rufo, & succo pingui.

Acarrha geminato r, ἄκαρρα, urbs est Achaiæ, teste Stephano. Vnde fit gentile Acarrhęus, ἀκαρρεύς,

Acarnania, ἀκαρνανία, Epiri pars, quā Achelous ab Aetolia diuidit. In hac est oppidum Leucas. * Est & regio quædam in Aegypto dicta Acarnania, sicut scribit Seruius in lib. 5. Aen. Et ciuitas non procul à Syracusis (ut inquit Cicero in Verrem) in qua Olympij Iouis antiquissimum fanum fuit.

Acarnan, anis, ἀκαρνάν, qui ex Acarnania est. Vergil. 5. Aeneid. – quorum alter Acarnan, Alter ab Arcadia Tegeęæ sanguine gentis.

Acasta, ἀκάστη, Nympha, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia.

Acastus, ἄκαστος, Peliæ Thessalorum regis filius, uenator sagittis clarus, cuius meminit Ouidius li. 8. Metam. Hic uxorem Creteidem, siue (ut Suidæ placet) Atalantā duxit, a quū Peleū amaret, neq; ille cōtrà huius amori obsequi uellet, ultrò eū de stupri appellatiōe apud uirū accusauit. Itaq; Acastus Peleo ceu uenationis causā in saltum Pelij montis abducto, ibiq; omnib. armis spoliato, feris lacerandū præbuit: uerùm Chiron, siue is Mercurius fuit, interueniens, acceptaVulcani machęra, Peleū liberauit: qui postea domū reuersus, ab Argonautis adiutus, Acastū cū uxore interfecit.

Acca Laurentia, Faustuli uxor, quæ Romulum & Remum lactauit, & materna solertia gubernauit. Hęc uocata est Lupa, eo quòd nobile scortum fuerit. Et tales nuncupātur Lupæ, ob auaritiā, cuius causa pudicitiam prostituere: & cellæ earum Lupanaria. In honorē huius instituta sunt festa, quę Romani testamento eius locupletati, Laurentinalia uocabant: de quibus suo loco plura dicentur.

Accabicotichitæ, ἀκκαβικοτιχῖται, populi sunt in Mauritania, nōn procul à monte Atlante: ita dicti ab oppidulo cui Ἀκκαβικὸν τεῖχος, hoc est Accabicus murus nomen erat. Author Stephanus.

Accaron, ἀκκαρών, Palęstinæ urbs, quæ postea ab Herode instaurata, in gratiam Augusti Cæsarea appellata est.

Accisi, populi sunt ad Mæotim: quorum meminit Plin. li. 6. ca. 7.

Accitana colonia, ἀκκιτανὴ ἀποικία, recesetur à Plinio in Hispania citeriore, in cōuentu Carthaginēsi. Vide Plin. lib. 3. ca. 3.

Accius, ἄκκιος, tragœdiarū scriptor fuit, tanta sententiarū gravitate, uerborūq; pondere, ut Decimus Brutus uir amplissimus templorum ac monumentorū suorum adscripsit carminib. exornauerit: habitus tamen est durusculus, neq; aliter fieri poterat in prima illa nascentis adhuc Poeticæ ruditate. uide Crinitum de Poetis Latinis.

Acco,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Acco,cus,Ἄκκω,teste Plutarcho, nomen est mulieris cuiusdã, uel potius terricumenti,cuius metu solent matres pueros in officio cõtinere,& à peccando deterrere.Itẽ aniculæ cuiusdam delirę nomẽ:de qua uide plura in dictione Accisso.

Accusiorum colonia, ἀκκυσιῶν Ptolemæo, urbs Allobrogum esse creditur, q̃ postea à Gratiano Gratianopolis dicta est.

Ace,uide Aca.

Acedici,pen.cor.ἀκεδικοὶ,populi fuerũt in quarta regione Italiæ,qui olim Aequicolis paruerunt.uide Plin. lib.3.cap.12.

Acela,siue Acele penult.corr. ἀκέλη, ciuitas est Lyciæ, ita dicta ab Acelo Herculis & Malidis Omphales famulæ filio. uide Stephanum.

Acelum,ἄκελον,oppidum Italiæ in ora Venetorum. uide Plin. lib.3.cap.19.

Acephali,hæretici.uide Acephalus in appellatiuis.

Aceræ,lege Acerræ.

Acerræ,ἄκερραι,oppidum est in sexta regione Italiæ, in tractu Vmbriæ.uide Plin.lib.3.cap.14. * Est & alterum huius nominis oppidum mediterraneum Campaniæ,ad Claniũ amnem,cuius frequenti inundatione penè est exhaustum. Ad quod alludit Verg.lib.2.Georg.quum ait, Vacuis Clanius non æquus Acerris. Huius incolæ dicti sunt Acerrani,quorum meminit Plin.lib.3.cap.5.

Aces, Ἄκης, fluuius est in Asia, Chorasmiorum, Parthorum, Hircanorum,Sarangæorum & Thomaniorum regiones irrigans.De hoc Herodotus lib.3.

Acesæ, pen.cor. Ἀκέσαι, oppidum est Macedoniæ, cuius ciues dicuntur Acesæi: ἀκεσαῖοι.uide Stephanum.

Acesamenæ, Ἀκεσαμεναὶ,oppidum est Macedoniæ, conditum ab Acesamene,uno eorum qui in Pieria regnauerunt. uide Stephanum.Gentile est Acesamenius, ἀκεσαμένιος.

Aceseus,Pataræus acupictor nobilis fuit, qui cum Helicone Carystio,Palladis,quæ Athenis in acerna colebatur, peplũ pinxit.Vnde etiam nobilia opera & insigni arte confecta, uulgato prouerbio Acesei & Heliconis opera dicebantur.

Acesias, Ἀκεσίας, nomen est imperiti medici apud Diogenianum,qui magis augebat morbos quàm tollebat. Hinc fit ut in prouerbium abierit, Acesias medicatus est, quando quo magis malo nitimur accurrere,tanto magis ingrauescit. Erasmus in Adagijs.

Acesius, Ἀκέσιος,Nouatianorum episcopus fuit,sub Constãtino Imperatore:de quo uide Suidam.

Acessæus,ἀκεσσαῖος,nautæ ignauissimi nomẽ fuit, qui semper lunã accusabat,tanquam parum nauigationi opportunam. Vnde Acessæi dicti sunt comperendinatores,quibus nunquam ad bene agendum tempus est opportunum.

Acesta,ἀκέστη,Stephano,urbs Siciliæ,ab Aceste rege sic nomi nata,quæ eadem postea Segesta dicta est, ut inquit Seruius in hunc Vergilij locum,5.Aen. Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam. In ea partem suorum reliquit Aeneas, quum peteret Italiam.

Acesinus,pen.prod.ἀκεσῖνος,fluuius orientalis, qui in Indum fluuium cadit,magnus & nauigabilis: circa quem ferunt arundines tãtæ magnitudinis nasci,ut singula internodia incolis præstent uicem nauigij. Strabo Acesinem uocat.

Acestes, ἀκέστης, filius fuit Criuisi fluminis Siciliæ ex Egesta Troiana muliere,ut testatur Seruius in illud Vergilij 5.Aen. - occurrit Acestes Horridus in iaculis, & pelle Libystidis ursæ.Hic iam senex,primò Anchisen,& Aeneã Italiã petentes susceptt hospitio,& mortuũ Anchisen in Eryce mõte Siciliæ sepeliuit.Demum iterum à Carthagine redeuntẽ Aeneam,quò illum uenti impulerãt,susceptt.abeuntẽ uino, & alijs munerib.memor ueteris amicitię prosequutus est.Verg. lib.1.Aen. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.

Acestis,stis,fluuius Indiæ nauigabilis: iuxta quem Alexander Macedo Bucephalam urbem condidit.

Acestium,Acestij, nomen mulieris proprium apud Pausaniã.

Aceum,oppidum est Colchidis in ripa Phasidis.

Achæi,ἀχαιοί,Ponti accolæ,Orchomeniorum colonia.

Achæmenes,cum diphthongo,pen.cor.ἀχαιμένης, nomẽ primi Persarum regis (ut scribit Herodotus) à quo reges omnes usq; ad Darium descenderunt.Hinc Persæ dicti sunt Achæmenij,& Achæmenidę.Fuit alius Xerxis frater,hoc nomine.Lucanus li.2. -cõiuret in arma Mundus, Achæmenijs decurrant Medica Susis Agmina.

Achæmenia,ἀχαιμενία,pars Persidis ab Achæmene Aegei filio.Author Stephanus. * Inde Achæmenius, id est, Persicus uel Parthicus.Lucanus: Passus Achæmenijs longè decurrere campis.

Achæmenides, ἀχαιμενίδης, fuit unus ex socijs Vlyssis, à quo apud Cyclopas relictus, uitam in syluis aliquandiu radicibus,fructibusque syluestribus sustinuit, donec eódem delatus Aeneas,nauigationis suæ comitem eum assumpsit. Apud quem patriam genusq; suum hunc in modum commemorat: Sum patria ex Ithaca,comes infœlicis Vlyssi, Nomine Achæmenides,Troiã genitore Adamasto Paupere(mansissetque utinam fortuna) profectus.uide reliqua apud Vergilium 3.Aeneid.

Achæorum portus, ἀχαιῶν λιμήν, portus est in Troade, sub promontorio eiusdem nominis: ita dictus, quòd ibi Græci classis suæ stationem habuerint, quo tempore Troianis bellum inferebant.Huius meminit Plinius lib.4.cap.12.

Achæus,uel Achiuus,ἀχαιὸς, propriè dicitur qui ex Achaia oriundus est.Quæ autem sit Achaia,uide in dictione sequẽti. Sæpe tamẽ generaliter accipitur pro quibusuis Græcis. Horatius in Epist.ad Lollium:Quicquid delirant reges, plectũtur Achiui.Verg.2. Aeneid. Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui. *Fuit etiam Achæus poeta quidam Eretriensis, Tragœdiarum scriptor,paulo iunior Sophocle, qui fabulas 44 docuit:una autem uicit. *Fuit & alter eiusdem nominis Tragicus poeta,Syracusis oriũdus,qui & ipse decem fabulas edidit.Author Suidas.

Achaia,ἀχαΐα, propriè dicitur Peloponnesi regio Septentrionalis,secundum littus sinus Corinthiaci,ab ipso Isthmo usque ad Araxum promontorium & Eliorum agrum ad Occidentem extensa:ita dicta, ab Achæo Xuthi filio, ut tradidit Strabo lib.8.Hæc & Aegialus dicta, quòd penè tota littoralis sit,præcipuasq; suas urbes habeat secundum mare extẽsas. In hac urbes fuerunt Bura, & Helice,à mari absumptæ: item Sicyon, Aegira,Aegion,& multæ aliæ,quas enumerat Plinius lib.4. cap.5. Hanc Ptolemæus ut ab Hellade distinguat,Achaiam propriè dictam appellat. Plinius uerò hãc solam Achaiæ nomine dignatur. Ptolemæus uerò Achaiæ nomine(quoties nihil addit) latissimam regionẽ intelligit extra Peloponnesum, quæ à Plinio Hellas siue Græcia dicitur: quæ quidem ab Occidente Epirum,à Septẽtrione Macedoniam habet, & partem Aegei maris: ab ortu quoq; partem Aegei maris usq; ad Sunium promontorium: à meridie Ionium mare iuxta litus,quod ab Acheloo amne usq; ad Isthmum extẽditur.Huius partes sunt,Attica, Bœotia, Locris, & reliquæ, quæ enumerantur à Plin.lib.4. cap.7.

Achaicum mare dicitur,quod Achaiam Græcorũ prouinciam ad Meridiem & Occidentem alluit.

Achais,idis,ἀχαΐς, oppidum est situm ad Orientalem plagam maris Hircani,non procul ab Oxo amne,quod antea Heracleą dicebatur, donec ab Antiocho Seleuci filio instaurata Achais cœpit appellari.Vide Plin.lib.6.cap.16.

Achana, fluuij nomen in Arabia,non procul ab Euphrate: de quo Plin.lib.6.cap.28.

Achani,ἄχανοι,populi sunt Scythiæ,qui & ἀχαρνοὶ Acharni dicuntur à Theopompo.Author Stephanus.

Achar, nomen ciuitatis,quæ nunc Nizibis appellatur.

Acharitanum,ἀχαριτανὸν, oppidum liberũ est in Africa,propriè dicta,ab ea parte qua spectat tractum Cyrenaicum.De hoc Plinius lib.5.cap.4.

Acharnæ, ἀχαρναὶ, ciuitas est Græciæ, in Attica regione,totius eius tractus olim potentissima, teste Thucydide lib.2.

Achates, fluuius est Siciliæ, & apud Verg. Indiuulsus Aeneæ comes,ἀχάτης ἢ ἀχάτου, hoc est à cura dictus, quæ perpetuò reges comitatur.

Achelous,ἀχελῶος,Aetoliæ rex, à quo fluuius eiusdem nominis,qui à Pindo oriens, & Aetoliam ab Acarnania diuidẽs, in Maleacum sinum defluit.Theas antè appellabatur.

Acheloius,a,um,ἀχελῷος,quod modò possessiuum est, modò pro Aqueus ponitur.Verg. Georg.1. Poculaq; inuentis Acheloia miscuit uuis.Hinc Acheloon nũcupauere,quòd primus post diluuiũ erupisse terra fertur: siue quòd Achelous in Græcia(ubi tot ingenia floruerunt) omnium fluuiorum celeberrimus fuit. De hoc Macrobius lib.5. cap.18. * Hinc Acheloides, ἀχελωΐδες Nymphæ dictæ sunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Achemon, siue Achmon, ἀχεμὼν ἢ ἀχμὼν, unus fuit Cercopũ, qui unà cum fratre Passalo, nullo non iniuriarum genere in obuium quenque debacchabatur. Hisce erat mater nomine Sennonis, mulier fatidica, quæ filios cauere iussit, ne quando in Melampygum incideret. Euenit deinde, ut Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandẽ reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarũt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac uinctos de claua à tergo suspẽdit leporum ritu, atq; ad eum modum gestabat. Capitibus itaq; pendentes deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum atq; hispidum uiderunt, non Lydorum more læue ac depilatum. Quapropter materni moniti memores, hac de re inter se confabulabantur. Quod simul ac audisset Hercules, cognomine delectatus, & in risum solutus, uincũlis eos liberatos dimisit. Hæc Erasmus in prouerbio, Ne in Melampygũ incidas. Meminerunt huius fabulæ & Suidas, & Gregorius Nazianzenus.

Acheron, rontis, masculini generis, ἀχέρων, Epiri fluuius est iuxta Pandosiam urbem, ex Acherusia palude Thesprotiæ profluens, multisq; fluuijs auctus in sinum Ambraciũ influens. *Est & alter Acherõ, teste Strabone, in agro Brutio, ubi Alexãder Molossorũ rex à Lucanis trucidatus est, Dodoneo deceptus oraculo, quo iubebatur Acherusiã aquam, Pãdosiamq; urbem cauere. Dicitur aũt Acheron, non ut quidã somniant, ab ἀ & χαίρων (sic enim diphthõgo scriberetur: quod fieri nõ potest, quum penultimã semper corripiat) sed potius ἀπὸ τοῦ ἄχεως τὴν ῥοὴν, quasi doloris fluuius. Vnde etiã poetæ fluuium infernalẽ esse finxerunt. Vergil. 7. Aeneid. Flectere si nequeo superos, Acherõta mouebo. *Ab Acheron fiũt adiectiua Acherusius, a, um, ἀχερούσιος & Acherõtius. ἀχερόντιος καὶ ἀχερούντειος Aristophani, & Acherons apud Plautum: Verumenimuero nullus adæquè est Acheron.

Acherõtini, Ἀχερόντειοι, populi sunt in agro Brutio iuxta Acherontem fluuium habitantes: quorum meminit Plinius libro 3. cap. 5.

Acherois, ἀχερωΐς, peculiari epitheto uocatur populus alba, siue quòd ad ripam Acherontis fluuij nascebatur, siue quòd inter infœlices arbores, quæ dijs inferis sacræ erant, soleat numerari: siue, ut Pausanias refert, quòd Hercules huius apud inferos conspectæ ramum ad superos attulerit. Aristoteles contrà, populum nigram ita cognominatam refert. ui de hæc latius apud Ruellium lib. 1. cap. 119.

Acherontia, ciuitas parua Apuliæ in monte sita: quam ob hoc nidum appellauit Horatius, quia parua est, & in montis constituta summitate, sicut nidi auium in summis arboribus. Horatius lib. Carm. Mirum quod foret omnibus Quicunque celsæ nidum Acherontiæ, &c.

Acheruſia palus, ἀχερουσία λίμνη, inter Capuam & Auersam, per aperta plana ad ipsas usque Cumas penè diffusa. Dionysius lib. 2. Bibliothecæ, agens de sepulchris Aegyptiorum, qui Heliopolim accolunt, tradit paludem esse Acherusiam, in quam immittantur cadauera in ulteriorem ripam deferenda: nauim uerò ipsam qua traijcitur, Barim, hoc est onerariam appellari: inde natã de Charonte, qui animas transuehebat Stygem, fabellam. *Acherusia, item specus est iuxta Heracleam urbem, ab Hercule conditam in littore maris Euxini, ad manes usq; (ut fama fert) peruius, & ex eo Cerberum ad superos tractum incolæ memorant. De hac Ouidius libro 7. Metamorp. - specus est tenebroso, cæcus hiatu, Et uia decliuis, per quam Tirynthius heros Restantem, cõtraq; diem, radiosq; micantes Obliquantem oculos, nexis adamante catenis Cerberon attraxit. *Item, lacus Thesprotiæ in Epiro, ex quo amnis Acheron profluit, qui in Ambracium sinum defertur. Authores Pompo. lib. 2. & Strabo lib. 5. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Achillas, Ἀχίλλας Plutarcho, serui Aegyptij nomen est, cuius manu interfectus fuit Pompeius. Lucan. lib. 8. - Pharsaliæ, sceleri delectus Achillas. Et paulo pòst, At postquam mucrone latus funestus Achillas Perfodit. De hoc uide plura apud Plutarchum in uita Pompeij.

Achillea, Ἀχίλλεια, insula est exigua, Borysthenis ostio obiecta: ab Achille in eo sepulto nomen habens: ut refert Põponius libro 2.

Achilleus, dictio trisyllaba, Ἀχιλλεύς, idem quod Achilles.

Achilleus cursus, Ἀχίλλειος δρόμος, peninsula est non procul ab ostio Borysthenis amnis, ad formam gladij in transuersum porrecta, ab exercitatione Achillis nomen habens. uide Plinium lib. 4. cap. 12.

Achilleis, Ἀχιλλεὶς, opus est Statij Papinij, quo ille Achillis pueritiam descripsit, totam eius uitam prosequuturus, nisi immatura eius mors tam insigne nobis opus inuidisset.

Achilleon, ἀχίλλαιον, oppidum Troadis iuxta tumulum Achillis à Mitylenæis conditum, ubi classis eius steterat, auth re Plin. 5. 30. 12. Est & castellum prope Smyrnam, & locus in Sicilia, & uicus, & portus Messenes. Steph.

Achilles, siue Achilleus, Ἀχιλλεύς, nomen uiri apud Homerum cantatissimi. Huius nominis genitiuus tam in i quam in is, finitur: ut, Achillis à nominatiuo Achilles: Achilli uero a nominatiuo Achilleus. Nomina enim in eus, per diphthongũ terminata, quę more Latino genitiuũ faciunt in ei, per duas syllabas, sæpe per crasim cõtrahunt in ei diphthongon, uel in i longum, ut apud Vergil. 1. Aeneid. Troas reliquia Danaûm atque immittis Achilli. Interdũ soluitur hæc diphthongus in carmine: dicimusq; Achillei, pro Achilli, & Vlyssei pro Vlyssi. Horat. li. 2. Carm. Nec cursus duplicis per mare Vlyssei. Hic Pelei & Thetidis filius, Chironi nutriendus datus est. Inter filias Lycomedis sub habitu mulebri absconditus, ex Deidamia genauit Pyrrhum. Indignatus contra Agamemnonẽ, post mortem Patrocli susceptã à Vulcano arma noua. Hectorem occidit. A Paride cõiugium Polyxenæ sperans, tandẽ occiditur, & in Sigæo sepelitur.

Achillis, Achillidos, ἀχιλλὶς, insula in Ponto Euxino, ad Borysthenem, teste Plin. cap. 12. lib. 4.

Achimenes, lege Achæmenes, & uide in dictióe Achæmenes.

Achisaris, oppidum. Plin. 6. 30. 24.

Achisarmi, ἀχισαρμοί, Africæ populi, quorum meminit Plinius lib 6. cap. 30.

Achne, ἄχνη, authore Plin. lib. 5. cap. 31. insula est Rhodiorum in mari Carpathio, quæ deinde Casos dicta est. * Achne etiam significat minutas quasdam festucas exspicis inter triturandum euolantes: & latius accipitur pro quibusuis minutijs. uide Erasmum in prouerbio, Ne ramenta quidem.

Acholai, ἀχολαὶ, oppidum est Arabiæ, nõ procul à Nabatæis. Author Plin. lib. 6. cap. 28.

Acholla, ἄχολλα, libera ciuitas est in Africa propriè dicta, non procul à Zella. Author Strabo lib. 17.

Achomæ, & Achomeni populi Arabiæ felicis, Steph.

Achor, ἀχώρ, Deus habitus est apud Cyreniacos, cui sacra faciebant, quoties muscarum multitudo pestilẽtiam inuehebat, quæ protinus ut deo huic litatum erat, extinguebãtur. Vide Plin. lib. 10. cap. 28.

Achradina, pen. prod. ἀχραδινὴ Stephano, pars est urbis Syracusanæ, cum reliquis urbis eius partibus ponte coniuncta. Vide eius descriptionem apud Ciceronem, Act. in Ver. 6.

Achrianæ, ἀχριανὴ Stephano, oppidum est ad mare Hyrcanũ cuius meminit Polyb. lib. 10.

Achrua, Ptolemæo, est ciuitas Arabiæ felicis. uide Achomæ.

Acibi, Ἄκιβοι, populi sunt in Sarmatia Europæa post Riphæos montes. Recensentur à Ptolemæo.

Acidalia, ἀκιδαλία, Veneris epitheton, uel quia iniecit curas, quas Græci ἀκίδας dicũt: uel certè à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ ciuitate, in quo se Gratiæ lauant, quæ Veneri sunt sacratæ. Ipsius enim & Liberi filię sunt: nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Hæc Seruius.

Acidalius, pen. cor. ἀκιδαλία Suidæ, pons in Orchomeno, oppido Bœotiæ, Veneri sacer: unde etiam Acidalia dicta est. Ver. 1. Aeneid. - at memor ille Matris Acidaliæ. In hoc etiã fonte se Gratiæ lauare dicũtur: unde & ipsę, Sorores Acidaliæ passim à poetis appellantur. Græci hunc fontem ἀκιδαλίαν efferunt fœminino genere, respicientes nimirũ ad substantiuum λιβύνη uel πηγή, eiusdem generis. Nos Acidalium efferimus, qui fontis nomen in masculino genere collocamus: quemadmodum etiam Castalium dicimus, quem illi Κασταλίαν

Acidon, Ἀκίδων, amnis est in Elide Peloponẽsi regione, Iordanis sepulchrum præterlabens. Strabo.

Acinsca

Acienſes, olim populi erant in Latio, qui unà cũ reliquis Latinis carnes in monte Albano ſolebant accipere. Horũ meminit Plin.lib.3.cap.5.

Acila, ἀκίλα, emporium eſt mariti mũ Arabiæ, diſtans (authore Plinio libro 6.cap.28.in deſcriptione nauigationis Indicæ) triginta dierum nauigatione à Bernice Troglodytarum urbe.

Aciliſena, pen.prod. ἀκιλισηνή, regio eſt Aſiæ inter Taurum & Euphratem: de qua Strabo lib.21.

Aciliorum Romæ nobilis fuit familia, ex qua fuit Acilius ille Glabrio, cui deuicto Antiocho ſtatua delata eſt aureis bracteis incruſtata: ut annotauit Cælius Rhod. lib.29.cap.24. * Item Acilius prænomine Marcus, quo cõſulatũ gerente cum C.Porcio, lacte & ſanguine pluiſſe, author eſt Plinius lib.2 cap.56. * Fuit & Acilius cognomine Buta, cui poſt amplisſimum patrimonium abſumptum, inopiam ſuã confiteri, nihil aliud à Tiberio reſponſum eſt, quàm quòd ſerò expertus eſſet. Vide Sueton.in Tiberio.

Acimbro, oppidum ulterioris Hiſpaniæ, in tractu Celtico, iuxta Luſitaniam, in conuentu Hiſpalenſi, de quo Plinius lib.3.cap.1.

Acina, ἄκινα, oppidũ eſt interioris Aethiopiæ, ultra Syenem, cuius meminit Plin.lib.6.cap.29.

Aciris, ἄκιρις, fluuius eſt in ea Italiæ parte, quæ olim Græcia magna dicta eſt, iuxta Heracleã & Metapõtũ. Plin.li.3.ca.5.

Acis, ἄκις, fluuius Siciliæ, ex Aetna procedẽs: ex cuius ripis fertur Polyphemus ſaxum in Vlyſſem iam fugientem eieciſſe. * Acis inſula una ex Cycladibus, Plin.lib.4.ca.12. * Acis etiam adoleſcentis Siculi nomen fuit, Fauni & Symæthidis filij, qui quum Galateam Nympham adamaret, à Polyphemo riuali ſuo eſt occiſus, & deinde in fontẽ ſui nominis mutatus. Vide Ouid.13.Metamorph.

Acitani, Ἀκιτανοί, Hiſpana gens, ſimulachrum Martis radijs ornatum maxima religione colens, quem Necyn, id eſt Martẽ uocant. Macrob.Satur.lib.1.

Acitatauones, Plin.li.3.cap.20.numerat inter populos Alpinos.

Acithius, ἀκίθιος, fluuius eſt Siciliæ, non procul à Lilybæo promontorio in mare influens. Author Ptolemæus.

Aciton, Vide Acytos.

Acmatha, Arabiæ regio. uide Amatha in Steph.

Acmodæ, pen.prod. ἀκμώδαι, ſeptem ſunt inſulæ poſt Hyberniam, non procul ab Orcadibus. Vide Plin.lib.4.16.

Acmonia, ἀκμωνία, Stephano urbs eſt Phrygiæ in conuentu Synadico, cuius meminerunt Ptolemæus & Stephanus.

Acmonienſes, ſiue ut apud Plinium Nat. hiſt.li.5.ca.25.legitur, Acmonenſes, ἀκμονῖται Stephano, populi ſunt Acmoniæ urbis.

Acmonides, ἀκμονίδης, inter Vulcani miniſtros numeratur: dictus ἀπὸ τ῀ ἄκμονος, hoc eſt ab incude.

Accœtes, ἀκοίτης, apud Ouid.lib.3.Metamorp. nautæ pauperis nomen eſt: quod & ipſum uocis compoſitio indicat: ἀκοίτης enim apud Græcos ſonat, Sine cubili.

Acolitanum, ἀκολιτανόν, oppidum liberũ eſt in Africa propriè dicta, ab ea parte, qua tractum Cyrenaicum ſpectat. Vide Plin.lib.5.cap.4.

Aconteus, ἀκοντεύς, uenator egregius, ut docet Statius lib.7. Thebaid. - donec flãmatus Aconteus Strage uirum cui ſueta feras proſternere uirtus.

Acontion, ἀκόντιον, oppidum eſt Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio. De hoc Stephanus.

Acontius, ἀκόντιος, Bœotiæ mons eſt, teſte Plin.lib.4.cap.7.

Acontius, ἀκόντιος, adoleſcentis nomẽ eſt ex Cea Corycij maris inſula oriundi, qui quum in Dianæ templo Cydippem cõſpexiſſet, eius amore captus, deuoluit ad pedes eius malũ huiuſmodi carmine inſcriptũ: Me tibi nupturã (felix eat omẽ) Acõti Iuro quã colimus, numina magna deæ. Poſtea à patre alteri deſpõſa, quũ periculoſiſsima febri eſſet correpta, rata periurium morbi ſui cauſam eſſe, maluit Acontio nubere, quàm Dianæ iram ulterius experiri. Extant hac de re duæ Ouidij Epiſtolæ, una Cydippes, Acontij altera.

Acra, uicus eſt Panticapenſis agri, ad oſtiũ Mæotidis, 70 ſtadiorum, freto à Corocõdame oppoſita ſibi urbe diſcretus. ἄκρα. * Eſt & Acra cognomento Iapygia, promontorium extremum Salentinorum, quo quàm longiſsimè (ut inquit Plin.lib.3.cap.11.) in mare excurrit Italia: Iapygiæ cognomentum diſcriminis gratia additum eſt. Nam Græci quælibet promontoria Acras, ἄκρας uocant. Vnde & pleræq; urbes in promontorijs ſitæ, Acræ appellantur. Vide Stephanum, qui decem huius nominis urbes enumerat.

Acrabathena, una eſt ex decem Iudææ toparchijs, ἀκραβαθηνή. Vide Plin.lib.5.cap.14.

Acradina, uel potius Achradina, Stephano ἀχραδινή, uide ſuprà Achradina, & infrà in dictione Syracuſæ.

Acræa Iuno, ἥρα ἡ ἀκραία, dicta fuit à Cerinthijs, quòd ἐν ἀκρᾳ τινὶ, hoc eſt in promontorio quodam inter Lechæum & Pagas, non procul à Corintho coleretur: ubi & uetuſtum eius extabat oraculum. Vide Strabonem lib.8.

Acræphia, ἀκραιφία, urbs eſt Bœotiæ, quæ ab Homero Arne uocatur, dicta Acræphia, ab Acræpheo Apollinis filio, ut Stephano placet. Hanc Strabo neutro genere effert Acræphium, ἀκραίφιον.

Acragus, pen.cor. nobilis artificis nomen eſt, qui in auro argentoq; cælando plurimũ præſtitit: cuius etiã Plinij ætate Rhodi in tẽplo Liberi patris opera quędã extabant, Bacchę ſcilicet & Centauri in ſcyphis cælati. ἀκράγος. Vide Plin.lib. 33.cap.12. * Eſt itẽ Acragas, ἀκράγας Stephano, mõs Siciliæ, nõ procul à Pachyno promontorio, cum oppido eiuſdem nominis, quod à Latinis Agrigentum dicitur, teſte Plin.li. 3.cap.8. Verg.3.Aeneid. Arduus inde Acragas oſtẽtat maxima longè Mœnia. Stephanus exiſtimat hanc urbem, ut pleraſq; in Sicilia, à præterlabente fluuio nomen accepiſſe. Alij ab Acragãte Iouis & Afteropes filio dictã putant. Quatuor præterea alias huius nominis urbes cõmemorat Stephanus, quarum primam in Thracia ponit, alteram in Eubœa, tertiã in Cypro, quartã in Aetolia. Scribitur & Agragas per quintam conſonantem in ſecunda ſyllaba. Hinc deducitur gentile Agragantinus, ἀγραγαντῖνος. Lucretius lib.1. Quorum Agragantinus cum primis Empedocles eſt. Hos Latini uocant Agrigentinos.

Acratus, ἄκρατος, bacchantium Genius Athenis ſpectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. Author Pauſanias in Attica.

Acrauiſci, ἀκραυίσκοι, populi ſunt Pannoniæ inferioris, iuxta Scordiſcos: de quibus Plin.lib.3.cap.25.

Acrenſes, ἀκρᾶνες. populi ſunt Siciliæ, ſtipendiarij Romanorum, non procul ab Aceſte oppido: de quib. Plin.lib.3.ca.8.

Acria, ἀκρία, oppidum eſt Hiſpaniæ in cõuentu Hiſpalenſi: de quo Plin.lib.3.cap.1. Item alterum in Peloponneſo, ad oſtiũ Eurotæ fluuij, in ſinu Laconico: de quo Ptolemæus.

Acridophagi, ἀκριδοφάγοι, populi ſunt inter Aethiopes, uelocis curſu, uita uerò adeò breui, ut annoſiſsimus quadrageſimum non excedat, ſolis ferè locuſtis uictitant, à quibus & nomen inuenerunt. Nam Acridas ἀκρίδας Græci dicunt, quas nos Locuſtas. Vide plura de his apud Diodorum Siculum, lib.4.cap.3.

Acrilla, ἀκρίλλα, oppidum eſt Siciliæ, nõ procul à Syracuſis: cuius incolæ dicuntur Acrillæi, ἀκριλλαῖοι. Vide Stephanum.

Acrio, onis, Philoſophus fuit Pythagoricus, cuius meminit Cic.lib.5.de Finibus.

Acriſius, pen.cor. ἀκρίσιος, filius fuit Abantis, & pater Danaës; qui Prœto fratri in regnum Argiuorũ ſucceſsit. Hic quum oraculo monitus eſſet fore ut à nepote uita exueret, filiã ſuã unicã munitiſsimæ turri incluſit, eo cõſilio, ut ea perpetua uirginitate dãnata, omni, qui à poſteritate impẽdere uidebatur, metu ſolueretur. At Iupiter Danaës amore captus, in ſpeciem imbris aurei ſe transformauit, & per impluuium in puellæ gremium deſcendit: uotiq; compos factus, ex ea Perſeũ genuit. Quod ubi Acriſius animaduertit, filiam unà cum infantulo recens nato in arcam impoſitam, in mare abiecit: quę ad littus Apulum appulſa, & à piſcatoribus excepta, ad Pilumnum regem deducta eſt: qui & forma eius & genere adductus, eam ſibi uxorem delegit. Porrò Perſeus ſimulac adoleuit, aduerſus Gorgonas expeditione ſuſcepta, uictor euaſit: nec ita multo poſt Argos uenit, ſaxificum Meduſæ caput ferens: in quod quum fortè Acriſius incidiſſet, in lapidem tranſmutatus eſt. Hæc ex Euſebio, Lactantio & Seruio. Hinc deducitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Acrisioneus,a,um,adiectiuũ,ἀκρισιονεῦς.Verg.7. Aen.-hanc dicitur urbem Acrisioneis Danaë fundasse colonis.

Acrisionides,ἀκρισιονίδης, patronymicummascul.ab Acrisio deductum, quod accipitur pro Perseo nepote Acrisij ex Danae filia.

Acrisione, ἀκρισιώνη, penultima producta. patronymicum fœm.ab Acrisio deductum,quo significatur Danae filia Acrisij,& Perſei mater.

Acritas,Peloponnesi promontorium, iuxta Maleam & Tænarum.autor Pomponius Mela lib.2.& Plin 4.5.13.

Acroathon,ἀκροάθων,oppidum est Thraciæ in uertice montis,qui Athos dicitur,situm : inde & nomen habet.Pomponius Mela lib. 2.

Acroceraunia,orum,uel Acroceraunij montes, ἀκροκεραύνια montes sunt in fronte Epiri,Ionium mare ab Adriatico dirimentes:ita dicti,quòd propter immensam altitudinẽ uertices habeant fulminibus maximè obnoxios.ἄκρον enim uerticem significat,& κεραυνὸς fulmẽ. Horat.lib.1 Carm.ad Vergil.Qui siccis oculis monstra natãtia, Qui uidit mare turgidum,& Infames scopulos Acroceraunia. Plin.lib.3.cap.23. Inde initium Epiri,montes Acroceraunij. Idẽ in procœmio li.4. Tertius Europę sinus Acroceraunijs incipit mõtibus, finitur Hellespõto.Itẽ eiusdẽ libri cap.2.In Epiri ora castellum,in Acroceraunijs Chimæra.Nõ defuerunt qui & iuxta Armeniam montes Acroceraunios collocarent:uerùm illi nominis uicinitate lapsi sunt.Siquidem illi Ceraunij mõtes appellantur,non Acroceraunij.De quibus uide Plinũ lib.5. cap.27.& infrà suo loco.

Acroceraunion,ἀκροκεραύνιον, est primũ Epiri promontorium, eaq; Acroceraunierum montiũ pars,quæ mari imminẽs secundũ Europæ sinum à tertio, hoc est Adriaticum mare ab Ionio diuidit:distatq; Lacinio, extremo Italiæ promontorio,75000.pas.Vide Plin.lib.3.cap.11.& 26.

Acrocomæ,ἀκροκόμαι,populi sunt Thraciæ,à capillorũ longitudine dicti,quòd antias in fronte mulierum more demissas gestarent. Author Homerus in Catalogo nauium.

Acrocorinthus,ἀκροκόρινθος,mons Peloponnesi inter duo maria,Aegeũ scilicet & Ionium,stadiorũ triũ & dimidiatim altitudine ad perpendiculum : sub cuius radice in plano, instar mensę,iacet oppidum Corinthus.Strabo lib.8.author est mõtem hũc mœnibus ita fuisse circũdatũ,ut arcis usum præberet: quo fit,ut minimè mirum uideri debeat,Acrocorinthũ à Plinio arcem appellari,quẽ Strabo montem uocitat.Verba Plinij sunt hęc li.4.cap.4.Medio hoc interuallo, quod Isthmi appellauimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus,antea Ephyra dicta,sexagenis ab utroq; littore stadijs,è summa sua arce,quæ uocatur Acrocorinthus, in qua fons est Pyrene.

Acrolissus,ἀκρόλισσος, arx est in colle supra Lissũ Illyrici urbẽ, cuius meminit Strabo lib.7.

Acrolochias, ἀκρολοχίας,promontorium est Aegypti ad Pharon. Strab.lib.17.

Acron,ἄκρων,grammatici nobilis nomen,qui Horatium utilissimis cõmẽtarijs illustrauit. Fuit etiam Ceninensium rex eo nomine,quem Romulus singulari certamine uicit,eiusq; arma Ioui Feretrio dedicauit.Acrõ præterea medicus Agrigẽtinus fuit,qui Athenis unà cum Empedocle philosophatus est.Antiquior fuit Hippocrate:scripsit lingua Dorica de uictu salubri librum unum,authore Suida.

Acronius lacus, ἀκρώνια λίμνη,olim appellatus fuit, qui alijs nominibus & Podamicus, & Brigantinus nũcupatur. Hodie à Cõstãtia urbe ipsi imminẽte, Constantiensis dicitur. Pomp. Mela lib.3.Rhenus ab Alpibus decidens propè à capite duos lacus efficit,Venetum & Acronium.

Acropolis,arx.uide in appellatiuis.

Acrorei,urbs Triphyliæ,Stephan.

Acroradus,ἀκρόραδος,insula est in sinu Persico: de qua Plinius lib.6.cap.23.

Acrothon,Vide Acroathon.

Actæon, ἀκταίων cum diph. Aristæi & Autonoes filius, à Diana in ceruum conuersus, & à suis canibus dilaceratus. Vide fabulam apud Ouid.lib.3.Metamorph.

Actania,ἀκτανία,insula est in mari Germanico,cuius meminit Plin.lib. 4.cap.23.

Acte,es.ἀκτή,Græciæ regio nobilissima,quæ postea ab Attide Cranai regis filia,Attica nominata est.Dicta Acte,uel ab Actæo quodã rege indigena, ut refert Stephanus : uel potius,quòd maxima sui parte littoralis sit,& ad mare exte sa. Nam ἀκτήν Græci littus uocant Plin.li.4.cap.7.In ea prima Attica,antiquitus Acte uocata.

Actæus,a,um,id est Articus,ἀκταῖος. Ouid.1.Metamorp.Separat Ionios Actæis Phocis abaruis.

Actia,ludi,uide in Appellatiuis.

Actisanes,ἀκτισάνης, rex Aethiopię,qui Amasim Aegypto depulit,quòd nimis immoderate tyrãnidẽ exerceret,regnũq; eius occupauit.Vide Diodorum lib.2. cap.1.

Actium,ἄκτιον, Epiri promõtorium, ubi Augustus, deuicto nauali prælio Antonio & Cleopatra,urbem condidit,& Nicopolim à uictoria nominauit.

Actius, a, um, & Actiacus, a, um, ἀκτιακός. Verg.3. Aen. Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis. Sappho ad Phaonẽ, Cur non Actiacas miseram me mittis ad oras?

Actius Nauius,inclytus Tarquinij Prisci temporibus augur fuit,quẽ inspectãte rege,cotẽ nouacula discidisse fax t. Vide Liuium lib.1.ab Vrbe. Alij malunt scribere Accius.

Actius,siue Accius, fuit Tragœdiarũ scriptor, natus parẽtibus,& inter colonos Pisaurum deductus:a & fundus Actianus iuxta Pisaurũ dictus.In scribendis Tragœdijs,sentẽtiarũ grauitate, uerborũ pondere, personarum authoritate clarissimus extitit.Vide suprà Accius.

Actor,ἄκτωρ, comes fuit Herculis in expeditione cõtra Amazones,in quo bello uulneratus,quum retrò domũ abiret,in itinere mortuus est. *Actorides,ἀκτορίδης,Patroclus, nepos Actoris.Is enim ex Aegina,quam ei Iupiter tam uxorẽ dederat, Menœtium genuit. Menœtius autem relicta Aegina,Opuntem in Locros se contulit,& ab Patroclum genuit. * Fuit & Actor quidam Auruncus,cuius meminit Vergilius lib.12.Aeneid.-ualidam ui corripit hastam Actoris Aurunci spolium,&c.

Actuarius,ἀκτουάριος, medici Græci nomẽ,qui plurimis scriptis uoluminibus,artem illustrauit : ex quibus etiam hodie sunt in manibus septem libri de urinarum ratione.

Acusilaus,ἀκουσίλαος,Athenien sis Rhetor,qui Galliam imperante,sese Romam contulit,ibiq; ludi aperuit tanto successu, ut moriens Athenien sib.decem myriades ex fœnore reparatis reliquerit.Fuit & Acusilaus quidã Argiuus historicus, Genealogias quasdã conscripsit,ex æneis tabulis,quarum eius ferunt inuenisse, quum in domo sua nouum foderet. Vtriusq; meminit Suidas.

Acutea,pen.prod.ἀκύτεια. Hispaniæ urbs est Stephano cuius incolæ dicuntur Acutani,ἀκυτανοί.

Acutia,P.Vitellij uxor.Tacitus lib.5.

Acylas,ἀκύλας,philosophi nomen, qui Dialecticos cõmentarios conscripsit de Syllogismis.Suidas.

Acyphas, ἀκύφας,oppidũ est in Dorica tetrapoli,ut ex Theopompo refert Stephanus.

Acytos,ἀκυτός Stephano,insula est nõ procul à Creta,cre ogione Cydoniæ ciuitatis, quæ alio nomine Melos appellatur.Vide Plin.lib.4.cap.12.

Ada,ἄδα, filia fuit Hecatomni Cariæ regis, & Artemisiæ sororis,quæ Hydrieo fratri nupsit:ut tradit Strabo l b.14.

Adadata,ἀδάδατα, ciuitas Pisidarum,ad Taurum montem. Strabo lib.12.

Adad,teste Macrobio nõ Adab,quẽadmodũ hactenus legebatur,Assyriorũ summus habebatur Deus. Cui etiã dea Atargatim uxorẽ adsignabãt:per Adad Solẽ, per Atargatim Terrã intelligẽtes,quòd ex his duobus potissimũ cuncta crederent procreari.Vide Macrobium 1.Saturn. cap.23.

Adæ,ἄδαι, oppidum est Aeolidis,40 stadijs ab Hydera promõtorio distans,non procul à Cuma. Authores Strabo lib.12. & Plin.lib.5.cap.30.

Adam,ἄδαμ, Hebraica lingua(sicut lib.1.Iosephus scribit) est quod Ruber:quoniam ex rubra terra factus est.

Adamastus,ἀδάμαστος, Ithacensis fuit, pater Achæmenidis, socij Vlyssis:ut uidere est apud Vergilium Aen.lib.3. ubi sic Aeneã alloquitur Achæmenides, Sum patria ex Ithaca comes infœlicis Vlyssi,Nomine Achæmenides,Troiam qui [illegible] monitore Adamasto Paupere (mãsissetq; utinã fortuna) profectus

fectus. Latinè interpretari possumus indomitum, ab ἀ priua tiua particula, & ἁμάω, domo.

Adamiani, hæretici, ab Adam nominati, cuius imitantur nuditatem, qua fuit in Paradiso ante peccatum. Credebãt enim quòd nuptię futurę non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaq; mares fœminæq; conueniunt, nudi lectiones audiunt, nudi celebrant sacramenta.

Adana, orũ, ἄδανα, τὰ, urbs Ciliciæ, ita dicta ab Adano, qui eò coloniam deduxit unà cum Saro, postquàm bello aduersus Tarsenses gesto, inferiores discessissent. Author Steph. Meminit urbis huius & Plin. lib. 5. cap. 27.

Adani, ἄδανοι, insulæ duæ sunt in sinu Arabico, quas commemorat Ptolemæus.

Adachidæ, gens Libyca, Steph.

Adarupolis, urbs Persica. Steph.

Adbellum, oppidum Plin. 5. 23. 3. 7.

Addua, fluuius est Insubriæ, qui per medium Lariũ lacum fertur, ita ut aquæ non commisceantur. Claudianus: Addua quo scissas spumosior incitat undas: Vide Plinium lib. 2. capite 103.

Adelphius, ἀδέλφιος, historicus fuit M. Antonio familiaris, qui eius in Parthos expeditionem conscripsit, in qua ipse & adfuit, & præfuit. Strabo lib. 11.

Ader, locus iuxta Betheleem, ubi uel angelorum grex in ortu Domini cecinit, uel Iacob pecora sua pauit, loco nomẽ imponens, uel (quod uerius est) quodam uaticinio futurum iam tum mysterium monstrabat.

Aderco, ἀδέρκων, Hispaniæ urbs est Stephano: cuius ciues dicũtur Aderconitæ, ἀδερκονῖται.

Ades, à Græcis dicitur inferorum deus, quem nos Ditem & Plutonem appellamus: ita dictus ab ἀ priuatiuo, & ἄδειν, uidere: propterea quòd in densissimis inferorum tenebris, nocteq; profunda perpetuò agens nihil cernere uideatur. Nam sine aeris lucidi medio (qui apud inferos nullus est) uisio fieri non potest. Græci tamen Grammatici dictionis huius principium contra etymi naturam aspero spiritu scribendum præcipiunt.

Ades, siue Hades, ἄδης, Molossorum rex, cuius filiam nomine Coram apud Acherontem fluuium conatus est rapere Pirithous. Vnde factus est locus fabulæ, Pirithoum ad inferos descendisse, & uxorem Ditis Persephonem, quæ & Cora, κόρη à Græcis dicitur, rapere uoluisse. Vide Cæliũ Rhodig. lib. 7. cap. 15. & Plutarchum in Theseo: qui tamen regẽ hunc non Adem uocat, sed Aidoneum.

Adiabaræ, populi sunt Aethiopię. Pli. li. 6. cap. 30. Deinde cõtra Meroën Megabari, quos aliqui Adiabaras nominauere.

Adiabene, ἀδιαβηνή, est ultra Armeniam regio, quæ Assyria antè dicebatur, ut placet Plin. lib. 5. cap. 12. Ptolemæus uerò & Strabo Adiabenam Assyriæ portionẽ faciunt, eamq; ad ortum collocant ultra Mesopotamiam. Nomẽ habet à difficili transitu, ab ἀ priuatiuo, & διαβαίνω, transeo. Amnium enim qui eam rigant multitudo, iter reddit impeditum.

Adiatorix, ἀδιατόριξ Meclij cuiusdã Galatiæ Tetrarchæ filius fuit, qui quum apud Heracleam Ponticam, coloniam Romanorum eò missam nocte una iussu Antonij iugulasset, paulo pòst in prælio Actiaco captus, & in triũpho circũductus, unà cum filio iugulatus est. Vide Strabonem lib. 12.

Adilissius, ἀδιλίσσιος, mons est Bœotiæ, de quo Plin. li. 4. cap. 7.

Adimantus, ἀδείμαντος, nomen uiri Atheniẽsis, fratris Platonis. Laërtius lib. 3. * Fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux, qui quũ Themistocli exilium obijceret, Num putas, respondit Themistocles, exulem quempiam esse, qui ducentas habet triremes? Ex Suida.

Admete, huius Admetes, ἀδμήτη, pen. prod. Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia.

Admetus, pen. prod. ἄδμητος Suidæ, Thessalorum rex fuit, cuius armenta nouem annos Apollinem pauisse ferũt, quum ob interfectos Cyclopas, qui fulmina fecerãt, quibus Phaëthõ filius eius erat necatus, Olympo depulsus, humana specie apud mortales exularet: à quo quũ perhumaniter tractaretur, ad referẽdũ patrono beneficiũ, à Parcis impetrauit, ut cum fatalis eius dies adesset, hac lege mortem effugeret, si quis reperiretur qui illius uice mortẽ oppetere uellet. Quod quum amici omnes recusarent, una Alcestis uxor uitæ suæ dispendio mariti uitam redemit. Cuius beneficij memor Admetus, perpetuas defunctæ uxori hæniàs instituit. Callimachus tamen contra receptum Poëtarũ consensum, ita scribit in Hymno Apollinis, Φοῖβον, τὸν Νόμιον κικλήσκομεν ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρύσῳ βουγάϊος ἔτρεφεν ἵππους, Ἰσοθέῳ ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτῳ. Hoc est, Phœbum & Nomium uocamus, ex quo sub Amphryzo iugales pascebat equos, Deo similis Admeti amore accensus.

Adonis, nis, & nidis, ἄδωνις, pen. prod. nomen proprium filij Cinyræ Cypriorũ regis, & Myrrhæ, quem ob formæ excellentiam Venus in delicijs habuit. Hic apri dente sub inguine percussus, interfectusq;, à Venere in florẽ anemones herbæ, qui sanguinis colorẽ imitatur, dicitur cõuersus: referente Theocrito & Nicãdro. Quod etiã satis innuit Ouidius ad finẽ libri 10. Metamorp. his uersibus: - nec plena lõgior hora Facta mora est, quum flos de sanguine cõcolor ortus, Qualem, quæ lento celãt sub cortice granũ Punica ferre solent: breuis est tamen usus in illo. Nãq; malè hærentem, & nimia leuitate caducũ Excutiunt ijdem, qui perflant omnia, uenti. Hieronymus in Ezechielẽ sic habet: Quem nos Adonidem interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo-Thammuz uocat. Vnde quia iuxta gentilẽ fabulã in mense Iulio, amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur, eundem Iulium mensem eodẽ appellant nomine, & anniuersariã ei celebrãt solẽnitatem, in qua plãgitur quasi mortuus, & posteà reuiuiscẽs canitur, atq; laudatur. Vnde apud Ezechielẽ prophetã legitur, Ecce ibi mulieres sedebant, plãgẽtes Adonidem. Vbi intelligi uult fuisse idololatriã celebratam in honorem Adonidis. Macrobius accepit Adonidem pro sole, Moschopulus ἀδώνιδος nomen ab ἄδω, quod est cano, deriuatum putat. De eo dẽ festiuissimè Theocritus ἀδωνιαζ. & κθ. * Adonidis horti, ἀδώνιδος κῆποι, prouerbialiter dicuntur res leues & amœnę quidem, attamẽ nulli rei utiles. Tractũ est prouerbiũ ab hortis quibusdã ad solã uoluptatem cõparatis, qui Veneri, & eius amasio Adonidi sacri crẽdebãtur. * Adonis, etiam est piscis nomen, qui relicto mari somni causa in siccũ egreditur littus, ut tradit Plin. li. 9. cap. 16. Hic & exocœtus dicit, ἐξώκοιτος, οὐνικα κοίτας (inquit Oppianus 1. lib. Halieuticõn.) ἐκτὸς ἁλὸς τίθεται, μῦνος δ' ἐπὶ χέρσου ἀμᾶται. hoc est, quia prosilit undis In litus sicca ponẽs tellure cubile. * Adonis itẽ fluuius est ex Libano monte profluens, non procul à Byblo oppido: ut tradit Plin. lib. 5. cap. 20.

Adouacris, ἀδοάκρις, rex Herulorũ fuit, qui anno nostræ salutis 475. tanta cum manu in Italiam irrupit, ut terrore perculsus Augustulus, sponte purpuram poneret. Quo tempore finem accepit Occidentis imperium anno ab Vrbe condita 1229. Vide Paulum Diac. lib. 16.

Adra, Ἄδρα, trium oppidorum nomen est à Ptolemæo, quorum unum in Arabia petrosa collocat: alterum in Caua Syria, tertium in Lyburniæ mediterraneis ad radicem Bebiorum montium, non procul à Tito fluuio.

Adramytteon, ciuitatis nomen. uide in appellatiuis.

Adrana, ἄδρανα, fluuius est Catthorũ in Germania, ut tradit Tacitus Annal. lib. 1. * Est etiam Adrana, Ἀδράνη, teste Stephano, oppidum Thraciæ, quod & Ἀδρήνη à Theopompo appellatur. Vide Andrena.

Adranon, ἄδρανον, Siciliæ oppidum, in Ætnæ montis radicibus, fluuium habens eiusdem nominis. * Gentile est Adranites, ἀδρανίτης, quo utitur Apollodorus. Ex Stephano.

Adramelech, idolum Assyriorum, quod etiam Samaritani coluere.

Adrassa, orum, neut. gen. ἄδρασσα, urbs Bactrianorum. Strabo lib. 15.

Adrastea, siue Adrastia, ἀδράστεια, oppidum est Troadis inter Priapum & Parium situm, ab Adrasto rege nomen habens, qui primus Nemesi templum erexit, & Adrasteam nominauit. Hæc urbs campum habuit subiectum, qui Adrasteæ campus, ἀδραστείας πέδον appellatur, Apollinis Actæi, & Diænæ oraculo insignis: quo postea diruto, saxa Parium translata sunt, ex quibus ædificata est ara, Hermocreontis opus & magnitudine & pulchritudine memorabile. Hanc urbem alij ab Adrastea, Nympha quadam montana, nomen accepisse uolunt. * Gentile est Adrasteus, Ἀδράστειος. * Adrastia, ἀδράστια, Necessitatis ac Iouis filia, scelerum ultrix, cuius uindictam credebant nullo modo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

modo posse uitari. Hãc alio nomine Nemesin uocauerũt, eiusq; sedẽ Aegyptij theologi supra lunã cõstituere, ut inde uelut regina & arbitra hęc inferiora despectaret. Strabo lib. 13. nominis rationẽ refert Adrastũ regẽ, qui primus Nemesi tẽplũ erexit, Adrasteamq; illam appellauit. Arist. lib. de Cœlo, definit esse ἀναπόδραστον αἰτίαν, ὅσαν κατὰ φύσιν, καὶ ἀεὶ ὅσαν, hoc est, ineuitabilem causam, existentem secundum naturam, Parcamq; semper existentem.

Adrastus, Ἄδραστος, nomen regis Argiuorũ, qui fuit filius Talaonis & Eurymones. Hic quũ duas haberet filias, Argiam & Deiphilem, in somnis uisus est alteram leoni, alteram apro uxorem dare. Quare quum eodem tempore Tydeus et Polynices Argos uenissent, ille apri, hic leonis pelle tectus, insomnij sui memor, utrũq; sibi generum adsciuit, Deiphile Tydeo, Argia autem Polynici tradita. Deinde cum utroque genero Thebas profectus, ut Polynicẽ ab Eteocle fratre excluſum in regnum reduceret, magno accepto detrimento in regnum reuersus est.

Adria, penult. corr. Ἀδρία Stephano, & Ptolemæo, Romanorũ colonia Piceno, quinta Italiæ regione XII. M. pass. à mari distãs. A' qua ager ipse Adrianus dicebatur, uino generosissimo nobilis, quod & ipsum Adrianum fuit appellatũ. Plinius lib. 3. cap. 13. de Picẽtibus, Tenuere ab Aterno amne, ubi nũc ager Adrianus, et Adria colonia, à mari VII. M. pass. * Sunt qui ab hoc oppido, Adriatico mari nomen factum existiment. Verùm illi nominis uicinitate decipiuntur. Nã (ut mox suo loco docebimus) Atria oppidum fuit ad Padum amnẽ à Tuscis cõditũ, nobili portu in primis clarũ, à quo uicinum mare primùm Atriaticũ dictum fuit, & deinde literæ unius mutatione Adriaticum, ut docet Plin. lib. 3. cap. 26. & Cato in Originibus. * Adria, masc. gen. Ἀδρίας, Stephano & Suidæ, idem quod mare Adriaticum. Pomp. Mela lib. 2. Hucusq; Adria, hucusq; Italiæ latus alterũ pertinet. Luc. lib. 5. Sonat Ionio uagus Adria ponto.

Adriaticum mare, Ἀδριατικὸν πέλαγος. Est sinus ille maris, inter Laciniũ extremum Italiæ, & Acroceraunũ primũ Epiri promontorium irrumpens, quod & Superũ mare appellatur, siue quòd Italiã ab Oriẽte alluat, siue quòd ex urbe eó tendẽtibus Apenninus superandus sit. Hoc primùm Atriaticũ dicebatur, ab Atria nobili oppido à Tuscis ad Padũ cõdito, quod postea Atrianæ paludes hauserũt: deinde unius literæ mutatione Adriaticũ dici cœpit: ut docet Cato in Orig. & Plinius lib. 3. cap. 16. Pro eodẽ etiam dicimus, Mare Adrianum, & Adriacum. Cicero in Pisonem, Brundusium uitauit, & ultimas Adriani maris oras petiuit. Horat. lib. 1. Carm. Siue mari libet Adriano. Proper. lib. 3. Ergo ego nunc rudis Adriaci uehar ęquoris hospes.

Adrianopolis, Ἀδριανόπολις. ciuitas est Thraciæ ad Hebrum fluuium, primùm Oresta dicta, à nomine Orestis conditoris: postea ab Adriano instaurata fuit, quum ei furore agitato responsum esset, ut se in furiosi domum reciperet. Vide Cælium Rhodig. lib. 17. cap. 2.

Adrianus, pen. prod. Ἀδριανός, decimusquintus Romanorum Imperator fuit, & successor Traiani, qui Hierosolyma à T. Vespasiano solo æquata, muro cinxit, & à prænomine suo Aeliam appellauit.

Adrius, Ἄδριος, mons est Dalmatiam per medium secans. Strabo libro septimo.

Adrobicum, Ἀδρόβικον, oppidũ est in Artabris Hispaniæ populis, in tractu Celtico, cuius meminit Pompon. Mela. li. 3.

Adrotta, orũ, Ἄδροττα, τὰ, Stephano, locus est in Lydia, mari adiacens, cuius incolæ dicuntur Adrotteni, Ἀδροττηνοί.

Adrumetum, pen. prod. Ἀδρύμης Stephano, ciuitas est Libyę, non procul à Carthagine, quæ etiam hodie extat. De hac Plin. lib. 5. cap. 4.

Adryx, Ἄδρυξ, ciuitas est in agro Syracusano, cuius meminit Stephanus. Hinc Adrycinus gẽtile, Ἀδρυκῖνος, sicut ab Eryx, Erycinus.

Aduallas, Ἀδυάλλας, mons est in Rheticis Alpibus, ex quo in Septentrionem profluit Rhenus, & Addua in Meridiem. Author Strabo lib. 4.

Adulis, pen. prod. Ἄδουλις, ciuitas Aethiopiæ, q̃ & Panos insula dicit. Oppidani dicũtur Adulitæ, Ἀδουλῖται. Vide Steph.

Aduliton, Ἀδουλία, Ptolemæo, oppidum est maritimum in Troglodytarum regione, siue ea Aethiopiæ parte, quæ sub Aegypto ad mare spectat, commune Aethiopũ, et Troglotarum emporium, à seruis, qui à dominis profugerant, ita dictum. Vnde & nomen habet, ut indicat Plinius lib. 6. c. 29. Distat à Ptolemaide quinq; dierum nauigatione. A Stephano Adulis appellatur, à Ptolemæo Adulia. Hinc uicinum Adulitico nomẽ factum est, qui in mare rubrum excurrit, Ἀδουλιτικὸς κόλπος.

Adunicates, Ἀδυνικάται. populi in Gallia Narbonensi commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 4.

Adyrmachidæ, Ἀδυρμαχίδαι, populi sunt interioris Libyæ, ab ea parte qua Aegyptum spectat. De horum moribus meminit Herodotus, uxores in utroq; crure armillã æreã gestare. Vtrũq; autem sexum exæquo comatum esse: quo fit, ut plurimos alant pedunculos: quos ubi ceperint, præ cæteros abijciunt. Virgines uiro maturæ ad regem conueniunt, ex quibus ille unam deligit: quam ubi uitiarit, statim dimittit. Vide Cęl. Rhod.

Aea, Αἶα, ciuitas est Colchidis, Aeetæ regis opus (ut scribit Stephanus) quã Hippos et Cyanos fluuij è diuersis locis in Phasim influẽtes, peninsulã efficiunt. Fabulatur poetæ Aeam nomen accepisse a puella eiusdẽ nominis, quæ cum Phasidis amnis uim effugere nõ posset, miseratione deorum in peninsulã est cõuersa, quã etiam nunc, ut uetere illum amorem adhuc posis agnoscere, magna sui parte ambit, & ueluti amplectitur Phasis. De hac Plin. lib. 6. cap. 4.

Aeæa, Αἰαία, Circe dicta, ab aspernãtium uoce propter celebratas illic corporũ mutationes: ut placet Seruio ad Vergilij 3. Aeneid. Aeæęq; insula Circes. Verisimile est Aeæam dictã ab Aea Colchorum ciuitate, quem modum & Cytæis siue Cytæa dicta est κυταῖς, ἡ κυταία, a Cyta eiusdem regionis oppido. Quod etiam ab Apollonij uterpretibus annotatum est.

Aeæus, Αἰαῖος, denominatiuum est ab Aea Colchidis peninsula, & urbe eiusdẽ nominis, in qua nata creditur Circe Solis filia. Vnde peculiari epitheto Aeæa appellatur. Vergil. 3. Aeneid. Inferniq; lacus, Aeææque insula Circes.

Aeæe, siue Aeæa, Αἰαίη, insula fuit in mari Tyrrheno, nõ modico olim freto ab Italia dirempta, hodie cõtinens, ut ibi ut paludibus circumquaq; cincta insula speciem præferat. In hac Homerus Circes sedẽ collocauit, sic scribens in Odyss. Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ' ἔνθα δ' ἔναιε Κίρκη [illegible] μος, &c. Huius meminit & Verg. lib. 3. Aen. Inferret se, Aeææq; insula Circes. Tametsi Seruius ibi tres diphthongos uidetur agnoscere, ut sit Aeæę Circes. Latiniq; quo cum hunc à Circes domicilio Circæum, uel Circæos pelant: ibidemq; antiqui Latij terminum constituunt. Vide Plin. lib. 2. cap. 85. & lib. 3. cap. 5.

Aeacus, Αἰακός, pen. cor. Iouis filius ex Aegina filia Asopi, qui primus insulam, in qua regnauit, Aeginã à matris suæ nomine appellauit, quũ antea Oenone dicerẽ, (ut Plinius, Strabo, et Stephanus tradiderũt) aut certè Oenopia, ut apud Nasonẽ legitur lib. 7. Metã. Oenopiã uetetes appellauere: sed ipse Aeacus Aeginã genitricis nomine dixit. Hunc tantę iustitię fuisse dicũt, ut apud inferos animarũ creditus fuerit à Plutone delectus iudex, cũ Minoe, & Rhadamantho, & peccãtiũ peccata discutere, & pro meritis pœnas imponere. Ouid. in Ibin, – tuasq; Aeacus in pœnas ingeniosus erit.

Aeacides, Αἰακίδης, Suidæ, patronymicũ masculinum, quo significatur filius uel nepos uel aliquis ex posteris Aeaci. Vergil. 1. Aen. Sęuus ubi Aeacidę telo iacet Hector. Item occisi telo Achillis, Aeaci ex Peleo nepotis. * Aeacides itẽ Pyrrhus, Aeaci ex Achille pronepos. Verg. 3. Aen. Cõiugio Aeacidæ Pyrrhi sceptrisq; potitum. * Pyrrhus itẽ Epirotarũ rex ab Aeaco trahens origine, Aeacides dictus. Verg. 6. Aene. d. Eruet ille Argos, Agamẽnoniasq; Mycenas, Ipsumq Aeaciden, genus armipotentis Achilli.

Aeacideius, a, um, adiectiuum sex syllabarum. Ouid. 7. Metamorph. Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.

Aeamene, pen. prod. Αἰαμένη, regio est Nabathęorũ, apud Steph.

Aeane, Αἰανε, Macedoniæ oppidum, dictum ab Aeano Helymi filio, qui eò coloniam deduxit.

Aeanæus, Αἰανᾶιος, nomen gentile, uide Stephanum.

Aeanitis, Αἰανῖτις, regio Nabathæorum.

Aeanl-

Æanites, ἀ ιανίτης, Gentile.

Æantium, ἀάντιον Ptolemæo, oppidum Troadis, à Rhodijs conditum eodē in loco, in quo sepultus est Aiax, & ubi classis suæ habuerat stationē. Vnde & nomen habet. Namquē nos Aiacem, Græci ἄαντα uocant. Vide Plin. lib. 5. cap. 30. * Est & nomen promontorij in Magnesia, ad sinum Pelasgicum: de quo idem Plinius lib. 4. cap. 9.

Æas, antis, ἄας, fluuius qui ex Candauijs Macedoniæ montibus ortum ducit, et nō procul ab Apollonia Taulātiorū urbe in mare Ionium illabitur. Lucan. lib. 5. Purus in occasum, parui sed gurgitis Aeas, Ionio fluit inde mari. Meminit huius etiam Plin. lib. 3. cap. 23.

Æbudæ, insulæ quinq; Britanniæ. Stephan. Vide Hebudes.

Æburā, urbs Hispaniæ, uide Ebura.

Æca, ἄϊνα, Marsorum ciuitas: à qua Aecani populi, ἀϊναν οἱ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Æcalum, oppidum Italiæ Step.

Æedepsus, ἀϊδηψος Stephano, oppidum fuit Eubœæ insulæ, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Æclus, ἄϊκλος, nobilis Atheniēsis, qui Eretriam Eubœæ ciuitatem coloniam duxit. Strabo lib. 10. Post res uerò Troianas Aeclus & Cothus, ex Athenis profecti, colonias duxerunt. Ille quidem Eretriam, Cothus uerò Chalcidem.

Æedesia, ἀϊδεσία, mulier Aegyptia, uxor Hermeæ, & Syriami philosophi propinqua, totius q; castitatis & probitatis exemplar: cuius uitam latissimè scribit Suidas.

Æedon, mōs Thraciæ, uide Edō. quia Græcè per ῆτα scribitur.

Æduſij, socij Romanorum iuxta Galliam Celticam. Steph.

Æetes, uel Aeeta, pen. prod. ἀϊήτης, rex fuit Colchorum, & filius Solis ex Persa Oceani filia, & pater Medeæ, Absyrti, & Calciopes: qui quum aureū uellus à Phryxo Athamātis filio in luco Martis suspēsum diligētissimè asseruaret, à Medea filia proditus, & uellere, & duob. insuper liberis spoliatus est. Nā Medea, quum Iasoni in rapiendo uellere se adiutricem præbuisset, unà cum illo profugit, fratrem q; Absyrtum, quem fugę comitem assumpserat, ut patrem insequentem remoraretur, multas in particulas discerpsit. Fabula notissima est ex Valerio Flacco, & Apollonio Rhodio. Hinc fit patronymicum Aeetias ἀϊητιάς, quo significatur Medea Aeetæ filia. Ouidius 7. Metamorph. Concipit interea ualidos Aeetias ignes.

Aegā, Αἰγᾶ, promontorium est Aeolidis, non procul à Caici fluminis ostio. Strabo lib. 13.

Aegæ, Αἰγαὶ, multorum oppidorum nomen est: quorum unum est in Macedonia nō procul ab Halyacmone fluuio, in quo receptum erat, Macedonum reges sepelire. De hoc Plinius lib. 4. cap. 10. Alterū in Cilicia, nō procul à Pyramo fluuio, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 27. Tertiū in Aeolide, apud eundem lib. 5. cap. 30. Quartū in Eubœa, à quo Strabo Mare Aegæū dictum putat. Quintum in Lydia. Sextū in Aetolia, & Septimum in Locride, commemorantur à Stephano.

Aegæa, Αἰγαία, nomen duarū urbium, ut scribit Ptolemęus, quarum una in Emathia, alia in Mauritania. Commemorantur & à Strabone duo huius nominis oppida, quorū unum ad Amanum montem, alterum in agro Laconico collocat.

Aegææ, ἀϊγαῖαι, insulæ sunt Ioniæ adiacentes, quę commemorantur à Plin. lib. 5. cap. 31.

Aegæon, ἀϊγαίων, nomen Gigantis, quem centum manus, & quinquaginta uentres habuisse fabulantur. Hunc Homerus 1. Iliad. ab hominibus quidē Aegæonē, à Dijs uerò Briareū uocari tradit. Vide latius in dictione Briareus.

Aegæum mare, ἀϊγαῖον πέλαγος, ἢ ἀϊγαῖος πόντος, Stephano, & Suidæ, amplissimus est maris mediterranei sinus, à parte Orientali Isthmi Corinthiaci (ut Plinio placet) aut certè à Sunio Atticæ promōtorio (ut tradit Ptolemæus) ad ipsum usq; Hellespontū extētus, alia alijs in locis à regionib⁹ quas abluit, nomina sortitus. De ratione nominis uaria tradūtur à scriptoribus. Nōnulli (in quibus est Suidas) ad Aegæum Thesei patrem referūt, quem in hoc mare sese præcipitē dedisse ferunt, quum nauim filij, qua ille in Cretam ad Minotaurū uectus fuerat, nigro cum uelo (quod sibi cum Nauclero amissi filij signum cōuenerat) redeuntē uideret. Alij ab insula quadam, seu uerius scopulo deductū putāt, in hoc mari inter Tenum & Chium sito, quem à capræ similitudine, αἴγα nautæ appellant. In hac sentētia est Plinius, sic scribens lib. 4. cap. 11. Aegæo mari nomen dedit scopulus inter Tenum & Chiū, uerius quàm insula Aex nomine, à specie capræ (quæ ita à Græcis appellatur) repētè in medio mari exilientis. Cernunt eum à dextera parte Andrum nauigantes, ab Achaia dirū & pestiferū. Idem sentit & Solinus, cuius uerba, quòd parū discrepent à Plinianis, superuacuum esset hic adscribere. Strabo autē lib. 8. ab Aegis Eubœæ oppido, Aegeum appellatū existimat. tametsi idem lib. 13. παρὰ τὰὐ αἴγαν, hoc est ab Aega Aeolidis promōtorio dictum uelit, quod suo seculo Canā, siue Canas tradit fuisse appellatum. Hic etymi diuersitas facit, ut nec de orthographiæ ratione idem omnes sentiant. Græcorum tamē codicū consensus, in eam me adducit sententiam, ut Aegæum potissimum per æ diphthongum scribendum existimem.

Aegaleos, ἀϊγάλεως, nomen apud Strabonē lib. 8. sub quo antiqua Pylos Messenia ciuitas erat.

Aegemon, ἀϊγήμων, poētæ Græci nomen est, qui bellum Leuctricum inter Thebanos & Lacedæmonios gestum, carmine complexus est.

Aegeria, ἀϊγερία, Nympha fuit, quæ celebratur in luco Aricino, cum qua Numa Pompilius & cōnubium, & colloquium se habere simulauit super cultu religionū: quò armorum & prædę studio flagrantem populum Romanum ad pacis artes abstraheret. Vnde Ouidius Fast. 3.

Aegeria est quæ præbet aquas, dea grata Camœnis.
Illa Numæ coniunx, consiliumq; fuit.

Aegestani, ἀϊγεσταῖοι Stephano, populi sunt Siciliæ, quorum urbs Aegesta non procul à Lilybæo promontorio sita est, ab Aegesto Troiano nomen habēs. Hi Segestani uocantur à Plin. lib. 3. cap. 8.

Aegeus, per duas syllabas ἀϊγεύς, filius Pandionis fuit, & rex Athenarum, qui ex Aethra Pitthæi Trœzeniorum regis filia Theseum suscepit, ex Medea autē ab Iasone repudiata alterum filium nomine Medum, ut placet Iustino. Hoc iā ad senium uergēte, Minos Cretēsium rex Atheniēsibus ob Androgei filij necē bellū intulit, uictisq; durissimas pacis conditiones imperauit, ut septē quotānis iuuenes Athenienses ex suis in Cretā mitterent, Minotauro mōstro obijciēdos. Quibus legib. quum triēnio paruissent, euenit ut quarto annos sors inter omnes ex æquo ducta Theseū proderet: qui maximo omnium cum dolore nauim conscēdēs, à patre in mandatis accepit, ut si qua fatorū benignitate sospes remearet, uelū nauis quod nigrum, præsentiq; fortunæ cōgruum erat, cādido cōmutaret: idque eo cōsilio, ut si quid filio accidisset, ueli colore suæ sortunę eminus pater admoneri, et calamitatis suæ nūcium morte posset præuenire. At Theseus, occiso Minotauro, opeq; Ariadnes è Labyrintho eductus, paternorum monitorum immemor, nigro in patriam uelo reuectus est: quod quum eminus è specula intueretur Aegeus, filium interijsse ratus, doloris impatientia sese in mare præcipitem dedit. Cui uita functo Athenienses Thesei opera grauissima seruitute liberati, diuinos honores instituerunt, deum marinum, & adoptiuum Neptuni filium appellantes. Mare quoque ipsum nonnulli sentiunt ab eo Aegeum esse appellatum.

Aegiale, ἀϊγιάλη, siue ἀϊγιάλεια, uxor fuit Diomedis, quam Venus à uiro eius in bello Troiano uulnerata, tanta adulterio rum inuoluit turpitudine, ut Diomedes ad eā in patriam redire recusarit, acceptaq; à Dauno agri portione, urbem cō diderit in ea parte Italiæ, quæ magna Græcia dicitur, quam à nomine relictæ patriæ Argos Hippiū appellauit: quæ deinde Argyripa, & postremò Arpi fuit appellata. Vide Seruiū in illud Aeneid. lib. 11.

Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Aegialeus, ἀϊγιαλεύς, filius Aeetę fuit, & frater Medeę, à qua dissertus fuit, ut patri eam persequēti mora iniceretur. Alio nomine dictus est Absyrtus. Vide suprà suo loco. * Fuit etiam hoc nomine Phoronei regis Argiuorum filius, cui Apis quem quidam Phoronei, quidam Iouis filium ex Niobe Phoronei filia, esse tradūt) postquàm Argis regnasset, in Aegyptum transiens, Achaiæ regnum reliquit.

Aegialia, ἀϊγιάλεια, insula est adiacens Aetoliæ regioni, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 12.

Aegida,

Aegida, ἀίγιδα, oppidum Istriæ. Plin. lib. 3. cap. 19.

Aegides, ἀιγείδης, penult. prod. patronymicũ masculinum est, formatum à nomine Aegeus: quo Poetę utuntur pro Theseo, Aegei filio. Ouid. 3. de Arte, Perfidus Aegides ducentia fila sequutus.

Aegila, ἀίγιλα, Insula est in sinu Mègarico, x x v. m. passuum distãs à Phalasarna Cretæ oppido, & à Cythera x v. m. passuum. Plin. teste lib. 4. cap. 12.

Aegilips, nomen urbis & loci. uide Aegilips in Appellatiuis.

Aegilodes sinus, ἀιγιλώδης κόλπος, Sinus est exiguus, inter Messeniacum & Laconicũ medius: de quo Plin. li. 4. cap. 5.

Aegilos, ἄιγιλος, Insula est in mari Ligustico, quę Latinè Capraria dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 6.

Aegimius, ἀιγίμιος, Senis ætate prouectissima nomen, quem Anacreon poeta (referente Plin. lib. 7. cap. 48.) tradidit ad ducentesimum usque annum uixisse.

Aegimori, ἀιγίμορι, Duæ sunt insulæ in mari Libyco, è regione Carthaginis. Author Plin. lib. 5. cap. 7.

Aegimuros, ἀιγίμυρος, Insula est in mari Libyco, insidiosa nau fragijs. Vide Strabonem lib. 6. & 7.

Aegina, ἀίγινα, penult. prod. fuit Asopi Bœotiæ regis filia, & mater Aeaci: à qua insula Peloponneso adiacens contra Atticam, Aegina uocata est, quũ antea Oenone diceretur (ut apud Strabonem, Plinium, & Stephanũ legitur) aut certè Oenopia, ut placet Ouidio li. 7. Metamorph. ubi sic scribit, Oenopiam ueteres appellauere, sed ipse Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.

Aegineta, ἀιγινήτης, Gentile. Vnde Paulus Aegineta, medicus clarissimus.

Aegineticus, a, um, ἀιγινητικὸς. ut Aegineticum ęs, quod in hac insula non gignebatur quidem, sed optimè temperabatur, ut est author Plin. lib. 34. cap. 2.

Aeginium, ἀιγίνιον, oppidum Macedonię, in ea regione quæ appellatur Pieria. Plin. lib. 4. cap. 10.

Aegiochus, ἀιγίοχος, Iouis est cognomentum, inde tractum, quod cum Titanibus pugnaturus, ægide, hoc est, scuto caprino corio contecto, fuerit armatus. Et sic erit compositũ à nomine αἰγὶς, & uerbo ἔχω: ut sit Aegiochus, quasi ægida tenens. Alij malunt Aegiochum dictũ esse ἀπὸ τῆς αἰγὸς ὀχῆς, hoc est, à caprę alimento, quòd Iupiter infans caprino lacte in Creta feratur nutritus.

Aegion, ἄιγιον Suidæ, oppidum Achaiæ propriè dictæ, quæ regio est Septentrionalis Peloponnesi. Vide Plin. lib. 4. ca. 5.

Aegipanes, ἀιγιπάνες, quos nõnulli Semicapros uocant, monstra sunt caprinos pedes habentia, reliquis partibus humanam referentia figurã. Plin. lib. 5. cap. 1. Atlantę Africę montem prodiderunt noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorumq; lasciuia. Veteres huiusmodi monstra pro semideis, siue pro syluestrib. dijs coluerunt, quemadmodum Faunos, Syluanosq;: Faunos ac Satyros nemorũ deos esse dicentes, Panas agrorum, Syluanos syluarum.

Aegira, pen. prod. ἄιγειρα, oppidum Achaiæ in Peloponneso, de quo Plinius lib. 4. cap. 5.

Agiroessa, ἀιγιρόεσσα, oppidum Aeolidis in Asia: cuius meminit Herodotus lib. 1.

Aegistus, Αἴγισθος, Thyestis filius, ex Pelopeia, eiusdem filia, quem infantulum mater causa tegendi sceleris perdendum feris exposuit in syluis: sed à pastore inuentus, eiusque beneficio nutritus est, & inde ἀιγισθος dictus, quòd nutritus sit à capris. Hic prouectior ætate Atreum, impellente tamẽ patre, interfecit, & eiusdem filium Agamẽnona in balneis, uel ut alij uolunt, in primo egressu, adiuuante uxore Clytemnestra, qua etiam turpissimè usus erat, obtruncauit. Postremò ab Oreste Agamemnonis filio patris mortem ulciscente, è medio est sublatus. Ouid. de Remedio amoris lib. 1. Quæritur, Aegisthus quare sit factus adulter: In promptu causa est, desidiosus erat.

Aegisthus, Beli Prisci filius. Vide Aegyptus.

Aegium, Αἴγιον, oppidum Achaiæ, quæ est in Peloponneso, quo in loco Ioué à capra nutritum ferunt: unde oppido nomen. αἶγα enim capram dicunt.

Aegle, Αἴγλη, una Hesperidum fuit, hoc est, una filiarum Hesperi Italiæ regis, quæ unà cum Arethusa, & Hesperethusa, sororibus, amœnissimos in Maurítania hortos habuit iuxta Lixum Romanorum coloniam, iussu Claudij Cæsaris eò deductam: in quibus (ut est in fabulis) aurea mala nascebantur, quæ à peruigili dracone asseruabãtur. quę postea abstulit Hercules, dracone interẽpto. Vide infrà in dictione Hesperides. * Fuit & nympha hoc nomine una Naiadum, Solis (ut uolunt) ex Neæra filia. Vergilius in Sileno, - timidisq; superuenit Aegle, Aegle Naiadum pulcherrima.

Aegles, Αἴγλης, Athletæ Samij nomen, qui quum per omnem ætatem mutus fuisset, in sacro tamen certamine quũ in sortitione fraudem cõmitti uideret, nimio loquẽdi desiderio, linguæ uinculum rupit, & distinctè quandiu uixit loquutus est. Vide Gellium li. 5. ca. 9. & Valerium Max. lib. 1. cap. 8.

Aegon, nomen pastoris apud Virgiliũ in Palæmone. * Mons præterea Quirinalis, antequam in eum Sabini cõmigrarũt, Aegon appellatus est: portaq; ipsa Aegonẽsis dicta est, quæ alio nomine Quirinalis dicitur. Author Festus.

Aegophagos, Αἰγοφάγος, Iuno apud Spartanos dicta, quod illi capris præcipuè sacrificabant. Cælius Antiq. lect. lib. 26.

Aegos, Αἶγος, Thracię fluuius, ad cuius ostia classis Athemensium à Lysandro capta fuit. Plin. lib. 2. cap. 60. Idq; factũ ... terdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumẽ. Stephanus ad Hellespontum collocat oppidum nomine αἰγὸς ποταμὸν, quod nos Capræ flumen interpretari possumus: à quo deducitur gentile Aegopotamites uel Aegopotamita, αἰγοποταμίτης.

Aegosthenia, Αἰγοσθένια, ciuitas est Locridis, quam recensет Ptolemæus in descriptione Achaiæ. Huius incolæ à Plinio lib. 4. cap. 7. uocantur Aegosthenenses, Megarensium iurisdictioni attributi.

Aegyla, uide supra Aegila.

Aegypsus, ἄιγυψος, urbs ad ripam Istri fluuij sita, nomen habens ab Aegypso Caspio cõditore. Ouid. de Ponto 1. Eleg. 9. Stat uetus urbs, &c. Caspius Aegypsus, &c.

Aegyptini, penul. prod. dicuntur Aethiopes, quia Aegyptijs sunt finitimi. Author Festus.

Aegypta, ἀιγύπτας, Ciceronis libertus fuit, cuius identidem meminit Cicero in epist. ad Tironem. Tres autem præcipui numerantur Ciceronis liberti, Tyro, Aegypta, & Laurea, cuius extat epigramma de aquis Ciceronianis apud Plin. l. ...

Aegyptus, ἄιγυπτος, regio ab Aphrica (ut Plinius inquit) a nopico disterminatur ostio: ab Asia uerò Pelusiaco, quá ob rem quidam inter insulas Aegyptum cõputauere. Quæ ex Asiam dimensi sunt, inter Asiæ regiones Aegyptũ quoq; numerauerũt. Est Aphricæ proxima: ab Aegypto Danaë tre sic appellata, prius Aera dicta. Hæc (teste eodem Plin. lib. 5.) ab Oriente Rubro mari Asyriæq; coniungitur, ab occasu Cyrenem & Aphricæ residuũ habet, à Meridie usq; in Aethiopiam protenditur, à Septẽtrione habet mare Aegyptium. Eius insignes urbes sunt, Thebæ, Abydos, Alexandria, Babylon, & Memphis. In hac (ut Plato inquit) nunquã uisum est pluere, sed Nili inundatione fœcundatur. Eius figura triquetra est, quam efficit Nilus, ita se diuidens, ut a literam facere uideatur. Ab Aegypto fiunt adiectiua Aegyptius, a, um, ἀιγύπτιος, & Aegyptiacus, a, um, unde Aegyptia ficus. de qua Plin. lib. 23. cap. 7. Aegyptia mensa, &c. Aegyptia coniunx, Maro lib. 8. Tempore Amasis regis urbes habuit 20000. Natio fuit superstitiosissima, adeò ut non solũ bruta animalia, ut canem, bouem & similia, uerùm etiam res inanimatas, ut allium & cæpas, inter deos collocarit. Dicitur parens terrarum, ut inquit Crinitus: nam Aegyptij omnium populorũ uetustissimi, disciplinarumque inuentores, rerumq; diuinarum & siderum complurium peritissimi dicunrur: primiq; animam esse immortalem dixere, & de corpore in corpus uagari, ut autor est Diod. In hanc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, cõpluresq; alij eruditionis causa profecti, dogmata in suã quisq; patriam retulere.

Aegyptus, mas. gen. ἄιγυπτος, Beli Prisci filius fuit, & frater Danai: qui quum quinquaginta haberet filios, totidem eos fratris sui filiabus matrimonio coniunxit: quæ à patre Danao instructę, prima à nuptijs nocte suum quęq; maritum interfecerunt, præter unam Hypermnestram, quæ Lynceo uiro suo pepercit: qui postea pulso Danao, Argiuorum regnum inuasit. Vide infra in dictione Belides.

Aegys, ἄιγυς, oppidũ est Laconicæ regionis, apud Stephanũ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aegijs, nomen loci. uide in Caryſto Stephano.

Aelana, ſiue, ut alij malunt, Læana ἀιλανα, ἢ λαίανα, oppidum eſt Arabiæ fœlicis, iuxta ſinum, qui ab eo Aelaniticus dicitur, ſiue Læaniticus, λαανίτης κόλπος Ptolemæo. Plin. lib. 6. cap. 28. Sinus intimus, in quo Læanitæ, qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra, & in ſinu Læana, uel, ut alij, Aelana. Nam & ipſum ſinum noſtri Aelaniticum ſcripſere, alij Elanaticum, Artemidorus Alanaticum, Iuba Leaniticum.

Aelia, αιλία, urbs eſt Paleſtinæ, quæ & Hieroſolyma: ita dicta ab Aelio Adriano. Stephanus.

Aelianus, αιλιανὸς, ſophiſta fuit Prænestinus, tãta linguæ Atticę puritate, ut μελίγλωττος, & μελίγηρυς cognominaretur. Scripſit hiſt. de Animal. de uaria hiſtoria, de re militari, quæ omnia ad nos puenerũt. claruit ſub Adriano principe. Suid.

Aelius, αἴλιος, nomen proprium, quo plurimi ex Romanis uiri illuſtres fuerunt appellati: ut, Aelius Gallus, uir equeſtris ordinis, qui ſolus Romanorum Arabiam hoſtiliter eſt ingreſſus, ut teſtatur Plin. li. 6. ca. 29. & Strab. li. 2. * Aelius, prænomine Publius, qui eo anno Romę Conſulatũ gerebat cũ Cn. Cor. quo Annibal in Africa uictus fuit, teſte Pli. li. & ca. 18. Aelius Stilo, nobilis ſcriptor, cuius meminit Plin. lib. 9. ca. 25. Item Aelius Adrianus, & Aelius Verus, Romanorum imperatores, quorum uitam uide apud Eutropium.

Aello, ἀέλλω trium ſyllabarum, una eſt Harpyiarũ: ſic dicta quaſi ἴλλω ἄλλα, hoc eſt alienum tollens. Ouid. 13. Meta. Stropha dũq; receptos Portubus infidis exterruit ales Aello. Eſt etiam nomen unius ex canib. Actęonis, apud Ouid. 3. Metam. dictum (ut uidetur) ἀπὸ τῆς ἀέλλης, hoc eſt à procella, quam curſus celeritas referebat.

Aemathia, uide Emathia.

Aemilia, regio Italiæ, quæ & Flamminia, & Romãdiola etiam dicitur. In qua ſunt urbes Ariminum, Cæſena, Saſſina, Fauẽtia, Rauenna, Forumliuij, Bononia, Ferraria, Imola.

Aemilia, αἰμιλία, uxor fuit maioris Africani, de qua uide Suid.

Aemilia gens, familia fuit Romæ in primis illuſtris, ex qua fuit Paulus ille Aemilius, qui in conſulatu ſuo Perſen Macedonũ regem bello uicit, captumq; in triumpho duxit. * Item Q. Aemilius Lepidus, quem Plinius lib. 7. cap. 53. refert quũ cubiculo egredi pararet, nihil mali ſentiens, offenſo ad limẽ pollice, repentè obijſſe. * Item Aemilius Scaurus, homo factioſus, & ſubdolus: de quo multa Salluſt. in Iugurtha. Sunt qui Aemylius ſcribere malint per y, in antepenultima, nominis eius initiũ referẽtes ad Mamercũ, Pythagoræ philoſophi filium, qui ob ſingularẽ morum comitatẽ, ſermonis q; leporem, quẽ Græci αἰμιλίαν dicunt, Aemylos eſt cognominatus. Animaduertimus tamen à Græcis ipſis, & præcipuè in Onomaſticis, in quibus literarũ ſeries dictionũ initia nõ facilè ſinit corrumpi, αἰμίλιος & αἰμιλία, & αἰμιλιανὸς ſcribi per quartam Græcorum uocalem, non per ſextam.

Aemilia, αἰμιλία, uirgo Veſtalis fuit ex nobiliſſima Aemiliorũ familia, de qua ſic ſcribit Valer. lib. 1. cap. 1. Aemiliæ uirginis diſciplinam, extincto igne, tutã ab omni reprehenſione numen Veſtæ præſtitit: qua adorante, quum carbaſum, quã optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubitò ignis emicuit.

Aemilianus, αἰμιλιανὸς, Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Aemilij filius, eo quòd ex Aemilia gẽte in Scipionum familiã fuerit infertus. Poſt quem & alij pleriq; eiuſdẽ familiæ uiri clariſſimi & triumphales, eodẽ cognomine dicti fuerunt. Iuuenalis Sat. 8. - pictoſq; oſtendere uultus Maiorum & ſtantes in curribus Aemilianos.

Aeminion, αἰμίνιον Ptole. oppidum Luſitaniæ mediterraneũ.

Aeminius, αἰμίνιος, fluuius Hiſpaniæ à Minio Taraconenſis tractus fluuio diſtans c c. m. paſſ. ut ex Varronis ſententia tradit Plinius lib. 4. cap. 22.

Aemochares, αἱμοχάρης, cognomen Martis fuit, quaſi ſanguine gaudens. αἷμα Latinè ſanguis dicitur, Hæmochares potius ſcribendum.

Aemonia, pen. cor. αἰμονία Stephano, regio (quæ poſtea dicta eſt Theſſalia) ab Aemo monte, cui propinqua eſt, uel ab Aemone Deucalionis filio: prius Pyrrhæa dicta, à Pyrrha Deucalionis uxore. Quidã cũ aſpiratione ſcribunt Hæmonia, αἱμονία, quo pacto etiam apud Suidam legitur.

Aemon, onis, gẽtile, αἴμων Stephano, & fœmineum Aemonis, idis, αἴμονις. Et poſſeſſiuum Aemonius, a, um. Ouid. in Epiſt. Laodamię ad Proteſilaum: Aemonis Aemonio Laodamia uiro. * Aemonia item oppidum eſt Norici, apud Plin. libro 3. capite 24.

Aemus, αἷμος Stephano, mons Thracię, ſic dictus ab Aemo Boreæ & Orithyiæ filio. In hoc mõte Martis domicilium collocauerunt poetæ. Sunt qui per aſpirationem ſcribunt Hæmus, αἷμος, quo pacto & apud Suidam legitur.

Aemylia, uide Aemilia.

Aenaria, αἰναρία, inſula eſt in ſinu Puteolano, de qua ſic ſcribit Plin. lib. 3. cap. 6. Aenaria à ſtatione nauium Aeneę, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecuſa, nõ à ſimiarũ multitudine, (ut aliqui exiſtimauere) ſed à figlinis doliariorũ. Hodie Iſchia dicitur, à figura oppidi, quod in monte habet coxendicis figuram.

Aenarius, αἰνάριος, lucus in Achaia Peloponneſi regione, iuxta Oleum oppidum, in quo Achæi de rebus cõmunibus cõſultaturi, conuentum agebant. Author Strabo lib. 8.

Aenea, αἰνία, urbs in Thracia, ab Aenea, ut Stephano placet, condita, quam nos eandem eſſe credimus cum ea, quam Plinius Aenon uocat. Huius meminit Liuius lib. 4. Proficiſcuntur (inquit) à Theſſalonica Aeneam ad ſtatutum ſacrificiũ. Idem Theophraſtus de plantis: Circa Aeneã ficus arbor ſcabiẽ non ſentit. * Hinc fit gentile Aeneates, Αἰνειάτης Stephano: & Aeniaticus αἰνειατικὸς, denominatiuum. Hoc etiã nomine olim dictum fuit oppidulum, urbi Romæ imminens, quod & Ianiculum dicitur, conditum à Romulo Aeneæ filio, ut tradit Dionyſius. Ianiculum uerò dictum Lesbus ait, quia per ipſum populus Romanus tranſire cœperat in agrũ Hetruſcum. Nam & Ianus ab eundo dictus eſt, quaſi Eanus, ut Cicero de natura Deorum ait.

Aeneas, αἰνείας, pen. pro. Veneris & Anchiſę filius, Vergilij carmine notiſsimus. Dictus Aeneas, ut quidã putant, ab αἰνέω, quod eſt laudo. nam laus à Græcis αἶνος dicitur. Ab Aenea dicti ſunt Aeneadę, αἰνιάδαι, Troiani. De huius genealogia uide Ouid. 4. Faſtorum ibi, Dardanon Electra, &c.

Aeneſidemus, Αἰνησίδημος, illuſtris Argiuorũ Imperator fuit, qui quum Argis à Philocle obſideretur, nec urbẽ tueri poſſet, impetrata militibus abeũdi facultate, ipſe honeſtè in præſidio ſibi credito occumbere maluit, quàm cum dedecore in patriam reuerti. uide Liu. lib. 32. ab Vrbe cond.

Aeni inſula, αἶνος νῆσος, eſt inſula in ſinu Arabico. Ptolem.

Aenia, αἰνία Stephano, oppidum eſt Perrhæborum non procul ab Acheloo fluuio: cuius meminit Strabo lib. 8.

Aenienſis, gentile, quo utitur Plin. li. 4. cap. 9. Et Aenian. anis, αἰνιὰν Straboni, ſicut Acarnan, anis.

Aenobarbus, dictus eſt Domitius, quoniam Caſtor & Pollux quum uictoriã illi nunciarent, ipſeq; minimè crederet narrantibus, malas, barbamq; manib. permulſerũt, & eam ex fuſca in flauã cõuerterunt: unde à barba rutila, æneiq; coloris Aenobarbus dictus: quod poſtea Domitiorũ cognomẽ fuit.

Aenos, αἶνος Stephano, oppidum Thraciæ liberũ, cum Polydori tumulo. Plin. lib. 4. ca. 11. Straboni Poltiobria dicitur. Oppidũ hoc Ver. credi uult ab Aenea cõditũ fuiſſe, & ab eo nomẽ accepiſſe, quũ ait li. 3. Aen. - feror huc, & littore curuo Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis, Aeneadasq; meonomẽ de nomine fingo. de quo uide plura apud Seruiũ.

Aenus, αἶνος, Germaniæ fluuius eſt, Vindelicos à Noricis diuidens. Ptolemæus.

Aeolia, αἰολία Steph. inſula eſt, Siciliæ adiacẽs, una earũ quæ à Græcis Hephęſtiades, à Latinis Vulcanię appellãtur, & Aeoliæ. Putatur eadẽ eſſe quæ alio nomine Strõgyle dicitur. In illa enim Aeolus, quãuis Vulcanij s omnib. imperaret, præciuè domiciliũ habuiſſe fertur. Pli. li. 2 ca. 106. Aeolia inſula iuxta Italiã cũ ipſo mari arſit per aliquot dies ſociali bello, donec legatio Senatus piauit. Meminit huius & Homerus li. 10. Odyſ. αἰολίλω δέ τε νῆσον ἀφικόμεθα. Et hũc imitatus Vir. li. 1. Ventorũ in patriã, loca fœta furentibus Auſtris, Aeoliã uenit. - * A' quibuſdam etiã Aeolia dicitur regio minoris Aſiæ, Helleſpõto & Propõtidi adiacens, quæ olim Myſia dicebatur. Verùm hanc cũ Plinio, Strabone, Mela, cæteriſq; Geographis melius Aeolidẽ appellaueris. Vide paulo pòſt in dictione Aeolis. * Aeoliæ inſulæ, quæ & Vulcaniæ, ὑφαιστιάδες, inſulæ ſunt numero ſeptem, nõ procul à Peloro Sicilię promontorio diſitæ: de quib. ſic ſcribit Plinius li. 3. cap. 8. Citrę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

8·Citra uerò Siciliá ex aduerſo Metauri amnis xii.mil. lib. fermè paſſuũ ab Italia, ſeptẽ Aeoliæ appellatæ. Eædẽ Liparęorũ, & Hephæſtiades à Græcis, à noſtris Vulcaniæ. Dictæ Aeoliæ, quòd Aeolus Iliacis tẽporib. ibi regnabat. Harũ inſularũ nomina ſunt, Lipara, Hiera, Strõgyle, Didyme, Ericuſa, & Phœnicuſa, & Euonymus. Vide eundẽ li. iá citato, ca. 9.

Aeoles, pen. cor. *Αἰολῆς*, populi fuerunt Græci, ita dicti ab Aeolo Hellenis filio. Hi relicta patria, in Aſiam traiecerunt: ſe dibuſq; in Myſia minore fixis, Aeolidem à ſeſe uocauerũt. Antea Pelaſgi dicebantur, teſte Herodoto lib. 7.

Aeolicus, a, um, *αἰολικός*: ut Lingua Aeolica, una ex quinq; Græcorum dialectis.

Aeolides, *Αἰολίδης*, dictus eſt Vlyſſes ab auo Aeolo, qui filium habuit Siſyphũ, ex quo & Anticlea ante Laërtæ nuptias natus eſt Vlyſſes, Verg. li. 6.- comes additur unà Hortator ſcelerum Aeolides. Hoc etiam nomine uocat Verg. Miſenum Aeneæ tubicinem. Miſenum, inquit, Aeolidem, quo nó præſtantior alter Aere ciere uiros.

Aeolis, idis, *Αἰολὶς*, regio eſt in minore Aſia, Lecto promontorio à Troade, Hermo autẽ fluuio ab Ionia diuiſa: ita dicta ab Aeolib. Græciæ populis, qui duodecim in eo urbes ædificarunt, teſte Herodoto li. 1. Antea Myſia dicebatur, teſte Plinio lib. 5. capite 30.

Aeolus, *Αἰολὸς*, pen. cor. Iouis filius ex Aceſta, ſiue Segeſta, filia Hippotæ Troiani: à quo Hippotades dicitur. Ouidius 11. Metamorphoſeon, Quòd ſocer Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes Cõtineat uẽtos. Hic in hoſpites benignus fuiſſe, & Aeolias à ſe nominatas inſulas in ora Siciliæ tenuiſſe perhibetur, & in his Strongylé, ex cuius fumo, qui nam flatus futuri eſſent, in triduũ prędicebat. Vnde uentorũ rex putatus eſt.* Aeolus Hellenis filius, à quo uentorum rationẽ primò inuentam tradit Plin. lib. 7. cap. 56.

Aeos, *Αἰὼς*, Typhonis fuit filius. quidam ſcribunt Paphon, Cypri ciuitatem condidiſſe: quum tamen ſint, qui Paphi Pygmalionis filij opus eſſe ſcribant.

Aepea, *ἄιπεια* Stephano, agri Laconici oppidum, nõ procul à Pharis. Strabo lib. 8. Aepea hoc tẽpore Thuria dicitur, quã Pheris conterminá commemorauimus: ſita uerò eſt in excelſo colle: unde *Αἰπεία*, id eſt celſa nomen ſortita eſt.

Aepolus, pen. cor. *Αἰπόλος*, paſtoris nomen apud Theocritum per ſyncopen dictum (ut quidã putant) pro *αἰγοπόλος*, *ἀπὸ τῦς αἰγὸς, ἡ̃ πολλῶ τοῦ ἀνατρίφομαι*, quaſi *ὁ περὶ τὰς αἶγας ἀνατρεφόμενος*. Latinè Caprarium uertere poſſumus. Nã illi *αἰπόλιον* dicunt, quem nos Caprarum gregem.

Aepulo, Iſtriæ rex fuit, teſte Liuio, quià Romanis uictus, ferro ſe maluit occidere, quàm uiuus in Romanorum poteſtatem uenire.

Aepy, *αἶπυ*, urbs fuit ſub ditione Neſtoris, quam *ὑψηλὴν*, hoc eſt, bene munitam dixit Homerus lib. Iliad. 2. Et in montibus ſitã eſſe dicit Statius lib. 4. Thebaid. quũ inquit: Quos Thryon & ſummis ingeſtum montibus Aepy. Vnde & nomen accepiſſe uidetur, quòd edito in loco ſitum eſſet. Nam *αἰπύς*, idem eſt quod altus, ſiue excelſus. Meminit urbis huius & Strabo lib. 8.

Aequi, populi fuerũt Italię, Latinis & Volſcis finitimi, à Quinto Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti.

Aequiculani, Italiæ populi, Sabinis ad Oriẽtem proximi: quorum oppida ſunt Cliternum, & Carſeoli. Horum meminit Plin. lib. 3. cap. 12. Idem 3. à Vergilio 7. Aen. Aequicolæ uocantur. Horrida (inquit) præcipuè cui gens, aſſuetaq; multo Venatu nemorum, duris Aequicola glebis. Eoſdem & Aequicolos dictos inuenimus. Ouid. 3. Faſt. Quintum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer.

Aequimelium, locus Romæ, ubi domus Melij ſolo æquata fuit. Pub. enim Melius ob frumenti largitionem in ſuſpicionem affectatæ dominationis uenit: & quum ad populi fidẽ fugeret, à Seruilio Hala magiſtro equitum comprehẽſus & occiſus eſt: domusq; eius diruta, & area Aequimelium dicta. Ex Tito Liuio 1. Decad. lib. 4. Cic. pro Domo ſua, Melij regnum appetẽtis domus eſt cõplanata. Et quid aliud æquũ accidiſſe Melio populus Romanus iudicauit? Nomine ipſo Aequimelij ſtultitiæ pœna comprobata eſt.

Aeræ, *αἰραί*, oppidũ eſt Macedoniæ, cuius incolæ Aeræi *αἰραῖοι* dicuntur. Alterum ad Helleſpontum: à quo gentile Aerates, *αἰράτης*. Tertium in Ionia. Vide Stephan. de Vrb.

Aeria, *ἀειρία*, olim dicta eſt Aegyptus, teſte Stephano. Aeria, Narbonẽſis Galliæ oppidũ apud Plin. lib. 3. cap. 4.* Itẽ. alio nomine Thaſſus dicitur. Author. Pli. li. 4. cap. 12.* Hæc etiam nomine dicta eſt inſula, quæ notiore nomine Creta appellatur, ut idem Plin. teſtatur loco iam citato.

Aerope, per quatuor ſyllabas, & pen. cor. *ἀερόπη*, uxor Atrei, ex qua Thyeſtes duos ſuſcepit filios, quos poſtea Atreus fratri comedendos poſuit. Quorum ſcelerum turpitudine ne pollueretur, Solem auerſum fabulantur Poëtę. Ouid. a. Triſt. Si non Aeropen frater ſceleratus amaſſet, Auerſos Solis non legeremus equos.

Aeſa, *αἴσα*, Thraciæ oppidum eſt, Pallenę proximum, cuius incolæ dicuntur Aeſęi, *αἰσαῖοι*. ex Stephano.

Aeſacus, *αἴσακος*, Priami filius ex Alyxothoe nympha, qui quũ Heſperies amore captus, eam per auia fugientem inſequeretur, euenit ut ſerpens à puella calcatus, pedem eius mordicus apprehenderet: quo ex uulnere quum illa interiiſſet, Aeſacus doloris impatientia ſeſe in mare præcipitauit. Quẽ Tethys miſerata (ut lib. 11. Metamorph. fabulatur Ouidius) in mergum auem conuertit.

Aeſapus. Vide Aeſepus.

Aeſarus, *Αἴσαρος*, fluuius eſt in magna Græcia iuxta Crotonẽ oppidum: de quo Strabo lib. 7.

Aeſchines, *Αἰσχίνης*, pen. prod. Athenienſis orator, Demoſthenis æmulus: cuius orationes tres extant, & aliquot epiſtolæ. Præter hũc alij ſeptẽ hoc nomine claruerũt, teſte Diogene Laërtio. Primus, philoſophus Socratis diſcipulus. Secundus, qui artẽ oratoriá ſcripſit. Tertius, hic orator. Quartus, Arcadia profectus. Quintus, Mitylenæus, quem flagellum oratorum uocabant. Sextus, Neapolitanus philoſophus Academicus, Melanthij Rhodij diſcipulus. Septimus, Mileſius ſcriptor. Octauus, ſtatuarius.

Aeſchylus, *αἰσχύλος*, pen. cor. nomen poëtæ tragici. Hor. in Arte, Poſt hunc perſonæ, pallæq; repertor honeſtæ Aeſchylus, et modicis inſtrauit pulpita tignis. Hic quum eſſet caluus, & in aprico fortè quieſceret, teſtudo ab aquila in altũ delata, quum decidiſſet, caput eius confregit, interemitq;.

Aeſchrion, *αἰσχρίων*, Mitylenæus uerſificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Ariſtotelis familiaris, maximeq; ei dilectus, ut tradit Nicander Alexandrinus in libro de diſcipulis Ariſtotelis. Fuit & alter hoc nomine Galeni præceptor.

Aeſculapius, *ἀσκλαπιὸς*, nomen eſt Apollinis filij, qui medicinam artem, uel laude, uel opere ampliauit, ob eamq; rem in deorum numerum receptus fertur. Cuius duo filij, Podalirius & Machaon, bello Troiano Agaménonem ſequuti, nó mediocrem opem commilitonibus attulere.

Aeſepus, pen. prod. *Αἴσηπος*, fluuius eſt in minore Myſia, ex Ida monte profluens: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. ult. Fuit præterea hoc nomine filius Bucolionis filij Laomedõtis, & frater Pedaſi, quos ille ex Abarbarea nympha ſuſcepit, ut refert Homerus in principio lib. 6. Iliad.

Aeſernia, *Αἰσερνία*, Ptol. Samnitum urbs in Italia, Strabo lib 5. Aeſernia, & Allife, Samnitica ſunt oppida: alterum bello Marſico deletum, alterum ſuperſtes adhuc.* Hinc Aeſernini *αἰσερνῖνοι*, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12. Quanquã ibi Eſernini legatur ſine diphthongo.

Aeſima, uide Aeſyma.

Aeſis, *Αἶσις*, Vmbriæ fluuius eſt, inter Anconam & Senogalliam, in mare Adriaticum influens, qui olim Italiã à Gallia diuidebat. Fluuij huius meminit Ptolemæus in deſcriptione Italiæ, Plin. lib. 3. cap. 14. Strabo lib. 5. *Hoc quoq; nomine à Ptolemæo appellatur eiuſdẽ regionis oppidũ, quod à Strabone Aeſium uocatur. Nomen utrũq; ab Aeſi fluuio dictum uidetur, à quo oppidum hoc non lõgè eſt diſitum. Hinc Aeſinates *αἰσινάται*, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

Aeſiſium, *αἰσίσιον*, urbs Vmbrorum, Ptolemæo. Aſiſia hodie dicta.

Aeſon, *Αἴσων*, Crethei filius, frater Peliæ regis Theſſaliæ, & pater Iaſonis, qui ab eo uocatur Aeſonides.

Aeſopus, *Αἴσωπος*, philoſophus, Phryx genere, cõditione ſeruus, tempore Crœſi Lydorum regis, cui fabulas ſuas dicauit. *Item alius Aeſopus anagnoſtes Mithridatis eruditiſſimus.

simus. Scripsit de laudibus Mithridatis, & de Helena, ut author est Suidas. * Præterea Aesopus, Tragœdiarum actor, amicitia iunctus Ciceroni, cum quo sæpe in Curiam ad uidendum pronunciantem Hortensium profectus est, teste Valerio. Hic ad tantas opes ex histrionica peruenit, ut sexcentis H S ei patina steterit: filium reliquerit adeò diuitem, simul & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis apponeret, ut scribit Plin. lib. 10. cap. 51.

Aestrœum, ἀστραῖον, oppidũ Macedoniæ: & Aestræi, populi sunt eius urbis incolæ, teste Ptolemæo.

Aesyma, αἴσυμα Stephano, urbs Thraciæ, patria Castianiræ, ex qua Priamus Gorgythionem suscepit, qui in bello Troiano ab Aiace fuit interfectus. Author Hom. 8. Iliad.

Aesymnius, αἰσύμνιος, uir fuit Megarensis, qui regum tyrannidem exosus, consuluit Apollinem, quo potissimũ modo Megarenses felicissimè rempublicã possent administrare: quũque responsum esset, si cum pluribus consultarent, arbitratus id ad mortuos attinere, qui uiuorum numerũ longè exuperant, tumulum heroibus cõgessit, qui ab ipso Aesymnius dictus est, curiamq; extruxit, quæ ambitu suo tumulum includeret, arbitratus ita futurum, ut ipsi etiam mortui ipsorum consultationibus interessent.

Aesymnus, αἴσυμνος, ab Homero inter principes Græcorum memoratur, qui ab Hectore sunt interfecti, Iliad. 12.

Aesyrmus, urbs Thraciæ, teste Homero lib. Iliad. 8.

Aeta, uide Aceta.

Aethea, αἰθαία, regionis Laconicę oppidum, apud Steph.

Aethalia, αἰθαλία Straboni, αἰθάλη Stephano, insula est in mari Tyrrheno, distans à continenti stadijs circiter centum: hoc nomine memorabilis, quòd ferri fodinas habet, quæ à fossoribus exhaustæ, certo tempore succrescant. author Str. li. 5. Alio nomine Ilua uocatur, teste Plin. lib. 3. cap. 6. Quo nomine & à Vergilio appellatur Aeneid. li. 10. - ast Ilua trecentos Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Aethalides, αἰθαλίδης, Mercurij filius creditur, qui à patre impetrauit, ut & uiuus & uita defunctus omnium quæ gererẽtur haberet memoriam. Hunc se aliquando fuisse, Pythagoras gloriari solet, atq; inde sibi omniũ eorum quæ gesserat, cum Hermotimus esset, aut Euphorbus, memoriam mãsisse.

Aetherij, αἰθέριοι, populi subter Aegyptum, qui postea ab Aethiope Vulcani filio Aethiopes uocati sunt. author Plinius libro sexto, cap. 30.

Aethices, αἰθικὸς Stephano, populi Thessaliæ, quorum meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib. 9.

Aethione, insula est maris Oceani, Macarea antea appellata, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31.

Aethiope, αἰθιόπη, insula Asiæ adiacens, non procul à Lesbo, quę olim Macaria appellabatur, teste Plin. lib. 5. cap. ultimo.

Aethiopia, αἰθιοπία, ab Aethiope Vulcani filio, qui illi præfuit, dicta, ut ait Plin. lib. 6. cap. 36. uel à Græco ἄθω, cremo, & ὤψ, aspectus, facies: nã solis uicinitate eius regionis incolæ torrentur: est enim ibi iugis æstus. Quicquid eius fertile est, sub meridiano cardine est. Circa uerò occiduum montuosa est, arenosa in medio, ad Orientalem plagam deserta. Cuius situs ab Occiduo, Atlantem montem: ad Orientem usq; in Aegypti fines porrigitur: à Meridie Oceano, à Septentrione Nilo flumine clauditur. Plurimas habet genteis, diuerso uultu, & mõstrosa specie horribiles. Ferarum quoq; & serpẽtiũ referta est multitudine. In ea enim Rhinoceros, Chamęleon, Pardus, Basiliscus, Dracones ingentes. * Quidam bifariam diuidunt Aethiopiam, & unam quidem Asiæ, alteram Aphricæ assignant: altera ad Oriẽtem uergit, altera est sub ipso Meridie.

Aethiops, αἰθίοψ, Vulcani filius fuit, qui Aethiopiam à se denominauit, ut placet Plin. lib. 6. cap. 30. * Aethiopes quoque dicuntur, qui Aethiopiam incolunt: & mulieres Aethiopissæ, αἰθιοπίδες. * Sunt qui Aethiopas dictos putent, à Chus, filio Cham. Nam Chus Hebræis Aethiopem sonat. Hi olim ad Indum fluuium habitasse creduntur, relictisq; sedib. suis iuxta Aegyptũ cõsedisse inter Nilũ & Oceanũ supra Heliopolim, & paulatim etiã ad interiora Africæ penetrasse. * Str. lib. 1. Homerum sequutus, duplicem Aethiopiam facit: alteram ad plagam Africæ Orientalem, quã primi cognouerũt, qui ex Arabia soluerunt: alteram ad Occidentem, cuius in noticiam primùm peruenerunt, qui Gadibus egressi, occiduum littus ustrauerunt.

Aethon, αἴθων, equus Phœbi dictus est. Fuere autẽ (ut in fabulis fertur) quatuor equi Solis: Phlegon scilicet, Pyroũs, Heous, & Aethon: quibus significantur quatuor diei horæ. Ouid. 2. Metamorph. Interea uolucres Pyroũs, Heous, & Aethon, Solis equi, quartusq; Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent. Latinè Aethon interpretatur ardens: Phlegon, inflammans, Pyroũs ignitus, Heous lucifer.

Aethra, αἰθρη, filia Pitthæi regis, & uxor Aegei, materq; Thesei. Ouid. in Epist. Ariadnes ad Theseum: Nec pater est Aegeus, nec tu Pittheidos Aethrę filius. uide in Aegeo. alia fuit Aethra, Oceani & Tethyos filia, uxor Atlantis, filia Iapeti, qui ex ea 12 filias & unum filium, Hyantem uidelicet, suscepit, sed Hyas in Libya à serpente occisus est: cuius mortem quum quinq; sorores nimiũ deflerent, luctu contabuerunt: sed Iouis cõmiseratione inter sidera translatæ, Hyadesq; à fratris nomine dictæ. Reliquæ septem, eo quòd plures superstites mãsissent, Pleiades sunt appellatæ, ut author est Timæus Græcus scriptor. sed de his infrà paulo aliter.

Aethræa, αἰθρέα, insulæ nomen est in mari Carpathio, quæ hodie Rhodos dicitur. Author Plin. lib. 5. cap. 31.

Aetheria, αἰθερία, in Aegeo mari insula est, quæ & Aeria, & Thassos appellata est. Plin. lib. 4. cap. 12.

Aethruria, uide Hetruria.

Aethusa, αἴθουσα, insula est in mari Libyco, quæ à quibusdã Aegusa dicitur. Plin. lib. 3. cap. 8.

Aetius, ἀέτιος, medicus fuit insignis, ex Antiochia Syrię urbe, discipulus Eunomij, tempore Constantini imperatoris, Atheos cognominatus, quòd diceret nullũ esse deum, ut alij quidam impij philòsophi. Scripsit de re medica libros sexdecim, & epistolas quasdam. Nomen deductum est ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ, hoc est, ab aquila: unde per quatuor syllabas proferri debet.

Aetna, αἴτνη, mons Siliciæ perpetuo clarus incendio, eoq; nomine à poetis celebratus. Incendij autem eius causas explicat Trogi abbreuiator Iustinus li. 4. Sicilia, inquit, terra est cauernosa, & fistulosa: quo fit, ut uentorum flatibus pateat, unde ignis cõcipitur. Intrinsecus sulphur habet & bitumẽ. quod ubi uentus per spiramenta cauernarum incubuit, diu luctatus cõcipit ignem: sic Aetnę durat incendium. Motus ergo uentorum causa incendij est.

Aetnæus, a, um, αἰτναῖος, denominatiuum. Verg. 8. Aeneid. Cyclopum exesa caminis Antra Aetnæa tonant. Accipitur interdũ pro magno, instar Aetnę montis, ut annotauit Cęlius Antiq. lect. li. 21. ca. 23. In qua significatione Ver. quoq; usus passe uidetur lib. 3. Aeneid. Cernimus astantes nec quicquã lumine toruo Aetnæos fratres.

Aetna, oppidum in Sicilia, non procul à Catana, Hieronis opus, quod olim, teste Stephano, Ineisũ dicebatur. Hinc Aetnenses populi, αἰτναῖοι, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Aetolia, αἰτωλία, Græciæ regio in tertio sinu Europæ, Epiro Acarnanię & Locris finitima: dicta ab Aetolo Martis (ut Plinio placet) siue (ut Stephanus mauult) Endymionis filio: quũ antea Hyantis, ὑαντὶς, diceretur.

Aetolus, a, um, pen. prod. αἰτωλὸς. Vergil. lib. 2. Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi. Dicitur & Aetolicus, ut, ager Aetolicus.

Aetolus, αἰτωλὸς, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 56. Martis fuit filius, Homeri autem enarrator, de Aetolo sic tradidit: Aetolus, inquit, filius Endymionis fuit, qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem, quæ postea ab ipso Aetolia dicta est: ibiq; genuit filium Pleuronem, à quo urbs Aetolia dicta. Huius aũt alij duo filij fuerũt, Cures, & Calydon, à quibus rursus alijs urbibus nomina data sunt.

Aetus, ἀετὸς, olim appellatus fuit Aegypti fluuius, qui postea Nilus dictus est, ut ex Lycophrone annotauit Cælius Rho. Antiq. lect. li. 29. cap. 13. Quod nomẽ à cursus uelocitate illi impositũ fuisse apparet, quòd scilicet uolatũ aquilæ (quam Græci uocãt ἀετὸν) propemodum æquare uideretur. Cõmemoratur & in Scythia fluuius nomine Aetus, qui quòd Promethei agrum uberem alioqui, crebris exũdationib. infestaret, fecit locũ fabulæ, ut Promethei cõtinuò renascẽs iecur ab aquila exedi diceretur. Ex eiusdem Cælij lib. 7. cap. 20.

Aex, αἴξ, γὸς, ἡ, insula scopulosa in mari Aegeo inter Tenedum & Chium, quæ capræ speciem procul aspiciẽtibus præ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bet. Vnde & nomen accepit. Nam ἄιγα Græci uocant, quam nos capram. Ab hac insula mari Aegęo nomen factum esse tradit Plin. lib. 4. cap. 11. quanquam alij alias eius nominis afferant rationes.

Aexonia, urbs Magnesiæ, & Aexone pars trib. Cecropidis.

Aezica, pars Thraciæ. Steph.

Afer, aut potius Apher, λίβυς. uide in Africa.

Afranius, poeta Latinus fuit, togatarum fabularum scriptor. cuius comœdiæ, alioqui festiuæ & elegantes, minus gratæ fuerunt, quòd fœdis puerorum amoribus essent conspurcatæ. * Etiam dux fuit Pompeianarum partium, uictus à Cęsare in Hispania ad Sicorim amnem. uide Lucanum lib. 4.

Afrania, Licinij cuiusdam uxor apud Valeriũ, quæ muliebris uerecundiæ oblita, suas per se causas agebat, & importunis clamoribus iudicibus obstrepebat. Hinc factum est, ut mulieres perfrictæ frontis, & matronalis pudoris oblitæ, Afraniæ per contumeliam dicerentur.

Africa, λιβύη, regio est latissima, una ex tribus præcipuis mundi partibus, ad Oriẽtem Aegypto & Nilo fluuio, ab occasu Oceano Atlantico terminata: à meridie Oceanum Australem, ad Septentrionem mare Lybicum spectans. Nomen habet (si Iosepho credimus) ab uno posterorũ Abrahę, cui nomen erat Afer: uel (quod uerisimilius est) ab ἄ priuatiuo. & Græco nomine φρίκη, quod horrorẽ significat. Est enim hęc regio frigoris horroris q; expers, ut quæ maiore sui parte interTropicos sita sit. Prouincias habet ad Mediterraneum mare extensas, duplicẽ Mauritaniam, Tingitanã, & Cæsariẽ sem: deinde Numidiam, pòst Africã propriè dictam, quæ & Africa minor dicitur. Hanc excipit Cyrenensis, siue Pentapolitana regio. Post hanc est Lybia Mareotica, Aegypto cõtermina. Interiora Aphricę Aethiopes habent, plurimiq; alij populi monstrosi, quos enumerat Plin. lib. 5. cap. 8. * Africa minor, olim urbes habuit Carthaginem, Vticã, Adrumetum, Zamam, Hipponem regium, & alias quasdam.

Africus, a, um, λιβυκὸς, ut Africa bella apud Silium lib. 17.

Africanus, a, um, ut gens Africana, gallinæ Africanę. Varro de Re rustica li. 3. ca. 4. Gallinæ Africanæ sunt grandes, uariæ, gibberæ, quas Meleagrides appellant Græci. Videtur aũt differre Afer ab Africano, quòd Afer gentile nomẽ propriè est (quanquã Maro dicit, Armentarius Afer:) Africanus denominatiuum, ut Scipionum à deuicta Africa.

Africanę, feræ sunt in Africa copiosæ, ex genere Pantherarũ, quę & Varię appellantur à macularum uarietate. παρδάλεις. Plin. lib. 8. cap. 17. Senatusconsultum fuit uetus, ne licerer Africanas in Italiam aduehere.

Africus, substantiuum, uenti nomen est ab Africa spirantis inter Austrum & Zephyrum, qui & λίψ à Græcis dicitur. Verg. 1. Aeneid. Vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis Africus. Horat. lib. 1. Carmin. Luctantem Icarijs fluctibus Africum.

Agactari, populi, aliàs Agaturi. Plin. 6. 28. 68.

Agaetus, ἀγάητος, Scytharum rex. uide in Panticapæo.

Agagamantæ, populi sunt circa Meotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

Agamede, ἀγαμήδη, oppidum Lesbi insulæ. Plin. lib. 5. cap. 31.

Agamedes, ἀγαμήδης, uiri eius nomen fuit, qui cũ Triphonio Apollini Delphis templum extruxit: cuius meriti nomine, quum ab Apolline præmium postulassent, quod ille homini optimum duceret, post diem tertium in lecto mortui reperti sunt.

Agamemnon, ἀγαμέμνων, Atrei & Aeropes filius, frater Menelai, & rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quam Græci ob Helenæ raptum aduersus Troianos susceperunt, omniũ cõsensu uniuersi exercitus dux est declaratus. Quo in bello, decimo demũ anno uictoria potitus, ubi primùm in Græciã redijt, à Clytęnestra uxore, adiuuãte Aegysto (qui cum illa, absente uiro, adulterij consuetudinẽ habuerat) est interfectus, relicto filio Oreste, qui postea indignam patris necem ulciscens, matrem unà cum adultero interemit. uide Senecam in Agamemnone, & Euripidem in Oreste.

Agamnestor, ἀγαμνήστωρ, nomen est Athenienſium regis.

Agamzua, Mediæ oppidum. Plin. lib. 6. cap. 14.

Agandei, populi circa Meotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

Agane, ἀγάνη, nomen proprium filiæ Cadmi & Hermiones, & Echionis uxoris, quæ uersa in furiam Pentheũ filiũ laniauit.

Aganippe, pes, fons Bœotiæ à Cadmo monstratus, Musis sacer, quem poetæ fabulantur factum esse Pegasi equi alati ungula, ἱπποκρήνη.

Aganippus, a, um, denominatiuum, ἀγανιππεῖος. Proper. Par Aganippææ ludere docta lyræ.

Aganippis, ἀγανιππὶς, patronymicum fœmininum. Ouid. 5. Fast. Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Meduſæi ſigna tenetis equi.

Agapenor, pen. prod. ἀγαπήνωρ, præfectus classis Agamemnonis, apud Homerum in catalogo nauium. Latinè amans uiros, uel qui ab alijs amatur.

Agapetus pen. prod. ἀγαπητὸς, Synnadæ, quæ est in Phrygia, episcopus, de quo uide Eusebium in histor. Eccles. Latine interpretatur diligibilis, uel dilectione dignus.

Agapius, ἀγάπιος, Alexandrinus medicus fuit, qui Byzantij magna celebritate medicinam docuit. * Fuit & alter Athenienſis philosophus post Proclum, Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

Agar, ἄγαρ, nomen ancillæ Abrahæ, quod interpretatur aduena: à qua Agareni ἀγαρηνοὶ populi Arabiæ, qui nunc Saraceni dicũtur, à Sara uxore Abrahæ. Hos bello aggressus Traianus Cęsar, eorum oppidum Agaram mœnibus nudauit, eos tamen nunquam potuit acie superare, tempestate cœli, tanquam diuinitus perpetuò obstante. Author Dion.

Agarum, ἄγαρον, promontorium est Sarmatiæ Europææ, ab ea parte, qua Bosphoro Cimmerio proxima est. author Ptol.

Agarus, ἄγαρος, fluuius Sarmatiæ Europææ, in Bosphorũ Cimmerium illabens, circa quem radix quædam fungosa arboribus adnascitur, quæ ab eo Agaricum dicitur. Fluuij huius meminit Ptolemæus in descriptione Sarmatiæ, & Cælius Antiq. lect. lib. 18. cap. 18.

Agasias, ἀγασίας, ex Stymphalo Arcadiæ oppido uir fortis, & bello clarus: de quo Xenophon libro sexto, de expeditione Cyri minoris.

Agasicles, ἀγασικλῆς, Spartanorum rex clarissimus fuit, cuius extat aureum illud apud Plutarchũ apophthegma, Nullum esse firmius stabiliendi regni præsidium, quam si rex ita ciuibus imperet, ut parentes liberis.

Agaso, nomen proprium serui. Horatius: Si patinam pede lapsus frangat Agaso.

Agasthenes, ἀγασθένης, fuit teste Homero libro Iliad. 2. pater formosi Polyxeni, qui nauibus suæ gentis præfuit in expeditione Troiana. Latinè interpretatur insigniter robustus.

Agastrophus, ἀγάστροφος, Pæonis fuit filius, & heros inter primos Troianorum bellatores: sed à Diomede uulneratus in coxa, mortem obijt, ut scribit Homerus lib. Iliad. 11.

Agatha, ἀγάθη Stephano, oppidum prouinciæ Narbonensis, quondam Massilienſium. uide Plinium libro tertio, capite quarto. * Fuit præterea hoc nomine uirgo (teste Volaterrano libro decimo tertio) Cathanensis, & martyr, sub Gallo mammillis torta.

Agathea, pen. cor. ἀγάθεια, oppidum est Phocidis, Steph.

Agathias, ἀγαθίας, Smyrnæus fuit historicus nobilissimus, qui Iustiniani Cæsaris gesta conscripsit.

Agathirnum, uide Agathyrsum.

Agatho, pen. corr. ἀγάθων, philosophi Pythagorici nomẽ fuit. Hic quum annorum esset octoginta, ab Archelao rege interrogatus, num quas adhuc seruaret pristini roboris reliquias? Quid ni, inquit: nam non modò uer, uerũ etiam autumnus consueuit bonos fructus proferre. * Fuit etiam hoc nomine Athenienſis uir, portentosæ proceritatis & fortitudinis, de quo Philostratus in uita Herodis Attici. * Fuit & nomen filij Priami, qui cum patre Hectoris corpus redempturo, ad Achillem profectus est, ut habet Homerus Iliad. lib. ultimo.

Agathopolis, ἀγαθόπολις, Galliæ Narbonensis ciuitas est, quę hodie Monspessulanus dicitur, uulgò Montpeslier.

Agathocles, ἀγαθοκλῆς, Siculus tyrannus fuit, qui ex sordidò genere natus, patre scilicet figulo, quũ libidini latrocinioq; operam dedisset, gregariam militiam exercuit. In qua quòd manu strenuus esset, & in cõcionibus perfacundus, breui ex cẽturione tribunus militum euasit: & primo quidem bello contra hostes pugnans, magna suæ uirtutis præbuit experimẽta, adeò ut in demortui regis locũ fuerit suffectus. Nec multo pòst interfectis Syracusanis nobilibus, cum Carthaginensibus bellum gessit. Deinde spe ampliandi regni in Italiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

liam tráiecit:ubi quũ deceptus fuiſſet,ex indignatione mor bum cõtraxit,ex quo etiam uita functus eſt. Hic quũ figuli (ut modò diximus)eſſet filius,generis humilitatem non mo dò non diſsimulauit, uerumetiã eo ueluti firmiſsimo argu mento uſus eſt ad inflãmandos ſuos ad capeſſendam uirtu tem.Vnde uaſis aureis frequenter figulina ſolebat admiſce re,ut oſtenderet ſordidiſsimæ etiam conditionis hominib. per uirtutem ad honores iter patêre.

Agathuſa,ἀγάθυσα,à Callimacho dicta eſt inſula unguento no bilis,quæ alio nomine Telos dicitur.Plin.lib.4.cap.12.

Agathyrſum,ſiue Agathyrſa,ἀγάθυρσα Stephano,urbs eſt Si ciliæ,quæ recenſetur à Plin.lib.3.cap.8.

Agathyrſi,ἀγάθυρσοι,populi Scythis uicini,ut inquit Hieron ymus,qui multum habent auri,ſine auaritia aut inuidia. Hos Plin.lib.4.cap.12.ſcribit habere capillos cæruleos.Poetæ pi ctos uocant, quoniam uerſicoloribus ueſtibus induuntur. Vergil.lib.4.Cretesq́;,Dryopesq́; fremũt,pictiq́; Agathyr ſi.Dicti Agathyrſi ab Agathyrſo Herculis filio.

Agaue,pen.prod.ἀγαυὴ,filia Cadmi & Hermiones, & uxor E chionis,quæ in furorem uerſa Pentheum filium,regẽ The banorum,in Orgijs Bacchi ſuis manibus dilaniauit.

Agaui,ἀγαυοὶ,populi ſunt Septentrionales,quos Homerus cir ca initium libri 13. Iliad. dixit gentem innocentiſsimam,ut quæ ſine ullis diuitijs equino uictitat lacte.

Agauus,pen.prod.ἀγαῦος,unus ex Priami filijs, apud Homer. libro Iliad. ultimo, qui patrem Hectoris corpus ab Achille redempturum comitabatur.

Agbarus,ἄγβαρος,rex fuit Edeſſæ,cuius ad Chriſtum Seruat orem noſtrum epiſtolam, Chriſtiq́; itidem reſponſum, uide apud Euſebium.

Agbatana,orum,ἀγβάτανα Steph.oppidum Phœnices, quod Plin. lib.5. cap.19. Ecbatana appellat. *Item oppidum Me diæ,totius regionis caput,à Seleuco conditum:quod & ip ſum Plinius Ecbatana appellat lib.6.cap.14.

Agdæi, populi,Plin.6.7.12.

Agedecum,pen.prod.ἀγήδικον,Ptolemæo Gallorum Senonũ oppidum eſt.quod idem eſſe exiſtimatur cum eo quod Gal li ſua lingua Sens uocant.

Agelades,ἀγελάδας,nomen inſignis ſtatuarij, & magiſtri Poly cleti,cuius meminit Plin.lib.34.cap.8.

Agelaſtus,cognomen Craſi,uide in appellatiuis.

Agenor,ἀγήνωρ,pen.prod.nomen regis Phœnicum,& Beli fi lij.Hic genuit Taygetam & Europam filias: filios uerò Cili cem,Cadmum,& Phœnicem. Vergil.1. Aeneid. Punica re gna uides,Tyrios,& Agenoris urbem. *Hoc etiam nomi ne dictus fuit filius Antenoris Troiani.

Agerochus,filius fuit Nelei ex Chlori uxore,ut eſt apud Ho merum lib.11.Iliad.

Ageſander,ἀγήσανδρος,inſignis ſtatuarius fuit ex Rhodo inſu la,qui unà cum Polydoro & Athenodoro,Laocoontẽ mar moreum fecit in domo Titi Veſpaſiani imperatoris, omniũ artificum opera longo interuallo ſuperantem.uide Plinium lib.36.cap.5.

Ageſias,ἀγησίας,Cyrenaicus philoſophus,cui à Ptolemæo phi loſophiæ profeſsione fuit interdictum,quòd animæ immor talitatem docens,multos ad ſpontaneam mortem compel leret,ut Cleõbroto Ambraciotę accidit.Cic.in Tuſcul.li.1.

Ageſidamus,ἀγησίδαμος,Locrenſis Epizephyrius nobilis O lympionices, in quem pugilatu uincentem Pindarus hym num cecinit.

Ageſilaus,ἀγησίλαος,Lacedæmonius, Archidami filius, qui poſt mortem Agidis fratris ſui rex conſtitutus,Tiſſapherne in Aſia,qui principatum tenebat inter Perſas,uicit,& Athe nienſes & Bœotios apud Coronæam urbem Peloponneſi. Breui ſtatura corporis,& altero pede claudus fuit, ſed rara uirtute præditus.uitam eius uide apud Plutarchum.

Ageſinates,Galliæ populi ſunt,Pictonibus uicini. Plinius li bro 4.cap.19.

Ageſipolis,ἀγησίπολις,Lacedæmoniorũ dux,qui ſpecioſam ſę pius uictoriam ab Argiuis retulit. Vide Xenophontem re rum Græcarum lib.4.

Ageſſus,urbs Thraciæ Stephano.

Agetis,Apollinis filius,ut habet Iuſtinus,ex Cyrene uirgine, Pelio monte Theſſaliæ rapta, frater Ariſtei.hunc alij nunc Argeum uocant.

Agilis,proprium uiri,quem poetæ cum Tyrinthia pube in bel lo Th ebano fuiſſe commemorant.

Aginum,urbs Galliæ Ptolemæo,uulgò Angoleſme.

Agis,ἄγις,Lacedæmoniorum rex, qui cum Athenienſibus cru entiſsima bella geſsit:à ſuis tandem ciuibus in carcere neca tus,quòd Lycurgi leges reducere,&bona publicare uellet. Plutarchus in uita eius,& Cicero Offic.2.

Agiſimba,Aethiopum regio in Africa.

Agla,ἄγλα,Hiſpaniæ oppidum in tractu Bætico; apud Plin.li bro 3.cap.1.

Aglaia,ἀγλαΐα,una eſt ex Gratijs ſeu Charitibus.Latinè inter pretatur Læticia.

Aglais,idis,ἀγλαΐς,Megaclis filia, mira guloſitate & uoracita te mulier, utpote quæ carnium libras decem, panis chœni cas quatuor,& uini choam, hoc eſt Romanum cõgium ſiue ſextarios ſex, unica cœna abſumeret. Cæl. Rhodig. lib.15. capite 19.

Aglaonice,ἀγλαονίκη,Hegemonis filia fuit, Aſtrologiæ perita, quæ quòd eclipſes Lunæ prædicere poſſet, iactabat ſe Lu nam de cœlo detrahere: propter quam inſolentiam punitã, locũ fecit prouerbio,πλὼ σελήνην καταιτῶ quo utimur,quo ties àliquis ſua iactantia in calamitatem incidit.

Aglaope,ἀγλαόπη, una Sirenum, quaſi ſplendido aſpectu. Nã ἀγλαὸψ apud Græcos,nobis ſonat Aſpectu ſplendidum.

Aglaophon, ἀγλαοφῶν, pictor nobiliſsimus, Plinio libro 35. capite nono, & Ciceroni 3. de Orat. Floruit nonageſima Olympiade.

Aglauros,ἄγλαυρος,Cecropis regis Athenienſiũ filia,quæ quũ Mercurio Herſen ſororem ſuam adamanti accepta pecunia operam ſuam eſſet pollicita,poſteaq́; inuidia correpta,limẽ ingredienti pertinaciter obſtaret,in ſaxum conuerſa eſt.Vi de latius hanc fabulam apud Ouid.2.Metamor.

Aglaus,ἄγλαος,ſenex fuit Pſophidius, qui ab Apolline Gyge felicior eſt iudicatus,quòd agelli ſui limites nunquam eſſet egreſſus.Plin.lib.7.cap.46.Valer.lib.7.cap.1.

Agnicornu, promontorium eſt ad Bolbiticum Nili oſtium. Strabo lib.17.

Agnicis,fluuius in Tigrim influens.Plin.lib.6.cap.27.

Agnitas,tæ,uel Agnita,tæ,ἀγνίτας,Aeſculapij cognomentum apud Spartanos, apud quos eius dei ſimulachrum ex agno, quæ planta eſt,erat exculptum. Cęlius Lectio. antiq.lib.18. capite 5.

Agno,ἀγνώ,fons Arcadię eſſe traditur,cuius aqua ceremonijs quibuſdam commota,nebulæ in morem in aerẽ aſcendens, largiſsimos demittit imbres: ita dictus ab Agno,una ex Io uis nutricibus.Cæl.Rhod.Lect.antiq.lib.13.cap.27.

Agnon,nomen authoris apud Quintilianum lib.2.cap.17.

Agoce,ces, nomen urbis Aethiopiæ, quæ eſt ſub Aegypto. Plin.lib.6.cap.29.

Agonalia,ium,uel iorum,ἀγώνια, feſta erant apud Romanos, quotannis celebrari ſolita in honorem Iani(ut eſt apud O uid.1.Faſt.) aut certè in honorem Agonij dei, ut Feſtus tra dit,qui rebus agendis præeſſe putabatur.Hoc die rex ſacro rum arietem immolabat, ut tradit Varro lib.5.de ling.Lat. Nominis rationes multę afferũtur.Nam Varro loco iam ci tato,ex ritu ſacrorum ductũ exiſtimat,in quib. miniſter ſtri ctum ad arietem iugulandũ tenens cultrum,identidem ro gare ſolet,Agón. Quam opinionem Ouidius quoq; attigit his uerſibus:Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter, Hoſtia cœlitibus quo feriẽte cadit: Qui calido ſtrictos tin cturus ſanguine cultros,Semper agat ne rogat,nec niſi ſuſ ſus agit.Feſtus(ut diximus)ad Agonium, rerum agẽdarum deum,dictionis eius etymon refert. Alij ad Agonem mon tem,in quo die illa ſacra fieri ſolebant,qui poſtea Quirina lis dictus eſt,ex quo in eo cõſederunt Sabini, in urbis por tionem recepti. Alij à certamine curuli dictũ putant,quòd hiſce ferijs antiquitus ſolet celebrari.Nam Græci certami na & ludos ἀγῶνας appellãt.In quam opinionem Ouid.quo que deſcendit,quum ſic ſcribit: Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum Nomina de ludis Græca tuliſſe diem.Et prius an tiquus dicebat Agona ſermo, Veraq́ue iudicio eſt ultima cauſa meo.

Agonax,Zoroaſtris fuit præceptor in arte magica. Apud Pli. tamen lib.30.cap.1.Azonacem hunc, non Agonacem appel latum inuenimus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Agonensis porta, Romæ fuit in mõte Quirinali, quæ & Collina porta dicebatur.

Agonis, idis, liberta Veneris Erycinæ, apud Cicer. 1. Verr.

Agora, oppidum in Chersoneso, Stephan.

Agoracritus, ἀγοράκριτος, insignis statuarius fuit, Phidiæ discipulus, cuius opus esse creditur Veneris Rhamnusiæ signũ, quam Nemesin appellauit. Nam quum de facienda Venere cum Alcamene condiscipulo suo contenderet, suffragio imperiti populi, non arte superatus, usq; adeò rei indignitate commotus est, ut signum illud Nemesin appellauerit, eaq; lege uendiderit, ne Athenis esset. author Plin. lib. 36. cap. 5.

Agorosus, oppidum Cariæ. Steph.

Agra, ἄγρα, regia Læanitarum Arabiæ populorum. Plinius lib. sexto, cap. 28.

Agradatus, ἀγραδάτης, rex Persarum, postea Cyrus dictus, à Cyro Persidis fluuio. Strabo lib. 15.

Agræ, arum, ἄγραι, oppidum est mediterraneũ Arcadiæ, apud Plin. lib. 4. cap. 6. Item Atticæ regiuncula, Dianæ ἀγροτέρας templo insignis. uide Cæl. lib. 20. cap. 7.

Agræi, ἀγραῖοι Stephano, populi sunt Arabiæ in sinu Læanitico, quorum oppidum est Agra, ἄγρα, Læanitarum regia: cuius meminit & Plin. lib. 6. cap. 28.

Agragas, qui & Acragas, ἀκράγας, Siciliæ mons est, & in eo oppidum eiusdem nominis, quod hodie Agrigentum uocant. Verg. 3. Aeneid. Arduus inde Agragas ostentat maxima longè Mœnia.

Agragantinus, idem quod Agrigentinus. Lucret. li. 1. Quorũ Agrigentinus cum primis Empedocles est. uide Acragas.

Agre, ἄγρη, ciuitas est Lydiæ, apud Stephanum.

Agrigentum, ἀκράγας, urbs Siciliæ, quæ & Acragas, siue Agragas dicitur, ex qua Empedocles philosophus, & Phalaris tyrannorum sæuissimus originem duxerunt.

Agrigentinus, a, um, ἀκραγαντῖνος, possessiuum. pe. pro, ut tyrannus Agrigentinus, & sal Agrigentinus, qui in igne fluit, & in aqua uel liquore alio crepitat, quasi torreatur. Plin. lib. 31. cap. 7. Agrigentinus sal ignium patiens, ex aqua exilit.

Agriodos, pen. cor. numeratur ab Ouidio inter canes Actæonis 3. Metamorph.

Agrionia, festa erant apud Bœotios, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur.

Agriophagi, ἀγριοφάγοι, Aethiopum populi sunt solis ferarum carnibus uescentes. Solinus & Plin. lib. 6. cap. 30.

Agrippa, ἀγρίππας, Syluius Tyberini Latinorum regis filius, qui submerso patri successit in regnum: & quũ quadraginta annis regnasset, moriens Romulum filium regni reliquit hæredem. uide Liuium lib. 1. ab urbe. de reliquis huius nominis uiris, uide uocabulum Agrippæ in appellatiuis.

Agrippina, pen. prod. ἀγριππῖνη, M. Agrippę filia, & neptis Augusti, & uxor Germanici, quem etiam in Syria comitata est: ubi quũ ille misto à Cn. Pisone ueneno interijsset, cineres eius in Italiam reportauit, & Iuliæ familiæ monumento intulit: Pisonemq; iudicio persequuta, ad spontaneam necem adegit. Postremò apud Tiberium Cæsarem nullo suo merito in inuidiam adducta, inedia sibi mortem conscíuit. * Iulia Agrippina, Germanici, & superioris Agrippinæ filia fuit, quæ primùm C. Domitio Aenobarbo nupsit, cui Neronem peperit: mortuoq; Domitio, nouo quodã exemplo cũ Claudio Cæsare patruo suo secundas nuptias contraxit: quem, ut Neroni filio suo expeditam ad imperium uiam sterneret, uenenato boleto sustulit. Tandem infinitis nobilissimorum uirorum cædib. grassata, immissis Neronis iussu percussoribus, multis uulneribus confossa est, illud identidem clamitans, Ferri uentrem, qui monstrum tam ferum tulit. Vtriusq; uitam uide latius apud Tacitum.

Agrippina, siue Agrippinensis Colonia, urbs est celeberrima ad Rhenum fluuium, Vbiorum metropolis, nomen habens ab Agrippina Neronis matre, quæ ut patriam (ibi enim nata erat) splendidiorem redderet, socijsq; etiam nationibus potentiam suam ostentaret, ueteranorum coloniam eò deduci imperauit. uide Tacitum Annal. lib. 12.

Agrisa, oppidum Carmaniæ. Stephano.

Agrius, ἄγριος, Martis ex Parthaone filio nepos, & Thersitæ pater, teste Homero, cuius nihil præter nudũ nomen ad nos peruenit. * Fuit & Agrius Vlysis ex Circe filius, ut autor est Hesiodus in Theogonia.

Agron, ἄγρων, primus qui & Heraclidis Sardibus regnauit. Herodotus lib. 1. * Agron Illyriorum rex, qui quum Aetolos superbissimos populos bello domuisset, tanta sese præ gaudio uini copia obruit, ut pleuritide correptus, subitò fuerit extinctus. Autor Polybius. * Agron præterea apud Cælũ Rhod. li. 4. cap. 22. medicus summè laudatus, quòd Athenas magna pestilentiæ ui sæuius infestante affectorum plerisq; salutarem tulisset opem, accensis in proximo ignibus. * Agron Nini filius à Græcis dictus, quòd in agris natus esset, apud eundem Cælium lib. 23. cap. 5.

Agrospi, ἄγροσποι, populi Arabiæ, apud Plin. lib. 6. cap. 30.

Agrosus, mons est, ubi nunc Roma, quem Faunus rex, Euandro ex Arcadia pulso concesit, quem ille postmodum Palatinum appellauit.

Aguntum, ἄγουντον Ptolemæo, oppidum est Norici, apud Plin. lib. 3. cap. 24.

Agyia, ἀγυιὰ Stephano. uide Agyeus.

Agyeus, ἀγυιεὺς, per tres syllabas, proprium est Apollinis epitheton, dictum à uijs urbanis, quas Græci ἀγυιὰς uocant, quib. Apollo præesse creditur. Vnde & ἀλεξίκακος, hoc est, malorum depulsor uocatus est. ex Stephano.

Agylla, ἄγυλλα, urbs Thusciæ, aliàs Cære uocata: & Agyllina, à nomine conditoris: quem Verg. lib. 8. ex Lydia uenisse ostendit, quum ait:

Haud procul hinc saxo colitur fundata uetusto,
Vrbis Agyllinæ sedes, ubi Lydia quondam,
Gẽs bello præclara, iugis insedit Hetruscis. uide Step.

Agyrium, siue Agyrena, ἀγύριον Dionysio, ἀγύρνα Stephano, oppidũ Siciliæ. unde Agyrini populi, quos recẽset Plinius in descriptione Siciliæ lib. 3. ca. 8. Steph. Agyrenæos uocat ἀγυρηναίους.

Aharna, oppidum Hetruriæ, apud Liuium Decad. 1. lib. 10.

Aiax, αἴας, duorum fortissimorum Græcorũ nomen fuit: quorum alter à patre Telamone Telamonius cognominatus, proximam ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu. Hic cum Hectore singulari certamine congressus est: uictor euasisset, nisi noctis aduẽtu pugna fuisset dirempta. Qua necessitate adactus, re infecta ad suos redijt. gladio ab Hectore donatus, quem ipse uicissim baltheo donauit: quæ dona (ut exitus declarauit) utrisq; fuerunt exitialia. Nam Hectoris corpus hoc ipso baltheo circa Patrocli tumulum tractum est ab Achille. Aiax uerò Achille interempto, quum de armis illius cum Vlysse iudicium instituisset, aduersarijq; eloquentia superatus, inferior discessisset, rei indignitate in furorem uersus, in muta pecora sæuijt, Atridas sese & Vlyssem credens interimere. Verùm ubi ad sanitatem mentis redijt, seq; delusum cognouit, acti dolore cõpulsus, gladio quem ab Hectore dono acceperat, in loco deserto se confodit: cruorq; eius in hyacinthum floré est permutatus * Aiax alter fuit, qui ab Oilei patris sui nomine Oileus dictus est. Hic Locrensium rex fuit, uelox pedibus, & peritus hastæ uibrádæ, multaq; fortitudinis exempla in obsidione Troiana edidit. Capto autem Ilio, Cassandram uirginem in Mineruæ tẽplo (cuius illa sacerdos erat) uiolauit. Quam ob causam indignata Minerua, tempestatem Græcis redeuntibus circa Caphareũ promontoriũ immisit: in qua quũ alij pleriq;, tum ipse etiam Aiax perijt. Verg. 1. Aeneid.

-Pallas ne exurere classem
Argiuũm, atq; ipsos potuit demergere ponto,
Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei?

Aiax, αἴας, fluuius ex Lacmone promõtorio Pindi mõtis fluit.

Aidoneus, ἀϊδωνεύς, rex inferorum, quem nos Ditem & Plutonem appellamus. Fuit præterea eodem nomine rex Molossorum, cuius filiã nomine Persephonẽ Theseus conatus fuit rapere non procul ab Acheronte fluuio. Vnde factus est locus fabulæ, Theseum ad inferos descendisse, & Persephonẽ Ditis uxorem rapere uoluisse. Vide Plutarchũ in uita Thesei, & quæ suprà annotauimus in dictione Ades.

Ailanites, αἰλανίτης, sinus iuxta Aegram Arabiæ ciuitatem. Stephanus in Egra.

Aius, deus à Romanis dictus est, ab eo quòd aiebat. Nam olim Romæ audita uox est silentio noctis, clarior humana uoce, qua iuberet magistratib. nũciari, Gallos aduẽtare, & ut prouiderent ne Roma ab ijs caperetur. Ex eo dictus est deus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aius,id eſt loquens. Cicero libr.2.de Diuinat. Quid ergo? Aius iſte loquens,quãdo eum nemo norat,aiebat,& loquebatur:unde & nomen adinuenit. Liuius hunc eadem ratione uocat Locutium.

Alaba, ἀλάβα Ptolemæo,oppidum eſt Celtiberorum.

Alabanda,ἀλάβανδα Stephano,Cariæ ciuitas eſt non procul à Mæandro fluuio,ſcorpionum copia affluens,duobus montibus ita ſubiecta,ut ciſtæ inuerſæ aſpectũ exhibeat. Ex hac originem traxerrnt tres clariſsimi oratores,Menecles & Hierocles fratres,& Apollonius Molo.Nomẽ accepit ab Alabando Euippi filio,ut Stephano placet.Apud Latinos frequentius legimus Alabandæ,arum, plurali numero. Iuuen. Sat.3.Hic Andro,ille Samo,hic Trallibus,aut Alabãdis.Pl. lib.37.cap.7.Adijciunt Aethiopicos, & Alabandicos in Orthoſia caute naſcentes,ſed qui perficiantur Alabandis.

Alabandus,ἀλαβανδεύς,gentile.Cicero 2.de Natura deor.Alabandi Alabandum conſecrarunt.

Alabandicus, & Alabandiacus, ἀλαβανδικὸς ἢ ἀλαβανδιακὸς, poſſeſsiua:ut,roſa Alabandica,apud Plin.lib.21.cap.4. Quæ folia habet albicantia,& inter uilia roſarum genera connumeratur.

Alabaſtrum,mons & oppidum Aegypti,uide in appellatiuis.

Alabaſtrus, ἀλάβαστρος, fluuius eſt in Aeolide,minoris Aſiæ regione.Plin.lib.5.cap.30.

Alaburion,ἀλαβύριον,Syriæ oppidum,Stephano.

Alabus,ἄλαβος,fluuius in Orientali parte Siciliæ,Ptolemæo.

Alachroe, populi Aphricæ iuxta aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur,Plin.lib.5.cap.4.

Alæ,arum,lege Halæ.

Alalcomenę,ſiue Alalcomenió,ἀλαλκομεναὶ Straboni, ἀλαλκομένιον Stephano, oppidum Bœotiæ, ab Alalcomeneo conditore appellatum,qui & Mineruæ ſimulachrum ibidem cõſecrauit,quam à ſuo nomine ἀλαλκομενηΐδα appellauit:cuius meminit & Homerus 4. Iliad.

Alalia,ἀλαλία,urbs inſulæ Cyrni, Phocẽſium colonia, Herod. libro primo.

Alamanes,lege Alcamenes.

Alana,urbs Aethiopiæ,Plin.lib.6.cap.29.

Alante,uide Allante.

Alania, regio eſt Scythiæ Europææ, quæ ad Mæotidas paludes pertingit:eius incolæ Alani, de quibus Plin.li.9.cap.12.

Alanus, pen. prod. Scythiæ fluuius: à quo Alani populi dicti ſunt iuxta Roxalanos,de quibus Plinius lib.4.cap.12. Ammianus ſcribit Alanos dici, quas priſci Maſſagetas dixerũt. Hi carnibus ueſcuntur, & panem non manducant. Mart.li. 7.Nec te Sarmatico trãſit Alanus equo.Iulius Capitol.Alanos in parte Daciæ collocat,Ptolemęus uerò in ea Scythiæ parte, quæ eſt intra Imaum.

Alanorſi,populi Scythici ad Septẽtrionem ultimi Ptolemęo.

Alapeni,ἀλαπηνοὶ,populi in Arabia felici,Ptolemæo.

Alaricus,ἀλαριχὸς,nomen regis Gotthorum, qui Romam aliquandiu obſeſſam tandẽ expugnauit,& ſolo æquauit.* Fuit & alter Alaricus,quartus Gotthorũ rex,qui & ipſe Romã cepit anno noſtræ ſalutis octingẽteſimo quinquageſimoquarto:qua tamen non diu eſt potitus.Nam in ipſo Paſchæ feſto inſidijs Italorũ circunuentus,unà cum ſuis omnibus eſt trucidatus.uide Paulum Diaconum.

Alarodij,ἀλαρόδιοι Stephano,populi ſunt circa Pontũ, de quibus Herodot.lib.3.

Alaſi,oppidum,Plin.lib.5.cap.30.

Alaſtigi,uide infrà Aloſtigi.

Alaſtor,equus Plutonis,uide in Appellatiuis.

Alata,ἀλάτα,ciuitas in Arabia felici, apud Ptolem.lib.6.cap.7. Item altera eiuſdem nominis in Arabia deſerta, apud eundem lib.5.cap.19.

Alata caſtra,ἠλατὰ στρατόπεδα Ptolemæo,oppidum Britannię inſulæ,quod alij Caſtra puellarum uocant.Credunt eruditi noſtri ſeculi urbem eſſe Scotiæ, quæ illorum lingua Edemburg uocatur.

Alatrium, urbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt, ſaxoſa Campaniæ loca incolentes.Volaterranus.

Alatrinates,Hernicorum populi,Liuio 1.Decad lib.9.

Alauna,ἀλαύνα,oppidum eſt Britanniæ inſulæ apud Ptolem.

Alauniį,populi ſunt Scythiæ regionis Ptolemæo teſte.

Alaunus,ἀλαύνος,duorum fluuiorum nomen eſt in Britannia, quorum alter eſt in Orientali eius inſulæ plaga, alter in Meridionali.Ptolemæus.

Alazon,ἀλαζὼν,fluuius ex Caucaſeis montibus in Cyrum amnem defluens,Albanosq; ab Iberibus diuidẽs.Pl.li.6.ca.10.

Alba,ἄλβα,nomen eſt duarum urbium, quarum una eſt in Latio,à qua Albani populi, ἀλβανοὶ,& Albanus mons, ſub quo Aſcanius ciuitatem hanc Albam condidit, quæ (ut Liuius ſcribit li.1.ab Vrbe)à ſitu porrectę in dorſo urbis,Alba lõga uocata eſt.Vulgatior fama eſt ab omine,porcæ albæ ibidem inuentæ,Albam eſſe dictam.*Altera eſt ad lacum Fucinum, à qua Albenſes dicũtur ἀλβιᾶς : quamuis etiam Albani quandoque uocentur. *Hoc addere placuit,eſſe & aliam Albam in Pannonia,olim Taururum &Belgradum appellatam:nũc Albam Græcã.*Item aliam,quæ Alba regalis dicitur,quòd Pannonum reges in ea inaugurari ſoleant & inungi.

Alba,ἄλβας,flumẽ eſt Hiſpaniæ citerioris,ad radices Pyrenæi. Plin.lib.3.cap.3.

Albana,ἄλβανα Ptolemæo,urbs fœlicis Arabiæ.

Albania,ἀλβανία, regio in Oriente à colore populi uocata,eo quòd albo crine naſcantur. Hæc ab Oriente ſub mare Caſpium ſurgens,per oram Oceani ſeptẽtrionalis uſq; ad Męotidas paludes per deſerta extenditur. In ea Albana ciuitas & Albanus fluuius.Apud hanc habentur canes ferociſsimi, qui tauros & leones occidunt.Hæc Nomadico generi proxima eſt,inter Hiberiã & mare Caſpium, ab ortu ſolis mari coniuncta,ab Occaſu Hiberiæ finitima, à qua Alazone amne dirimitur.Boreale latus munitur Caucaſeis mõtibus.Auſtrale Armeniam contingit.Strabo ſex & uiginti linguas Albanorum fuiſſe tradit,& totidem aliquando reges.Fuere & ſub imperio Perſarũ,poſtea Macedonũ,deinde Romanorũ. Sed Traianus Imperator his regem dedit.Nunc ſub magno Cane degere creditur.Ab his Albani orti ſunt,quorũ pars hodie in Peloponeſo, pars in Macedonia ſedet, iuxta Dyrrhachiũ,& in Epiro,quæ hodie uulgò Albania dicitur.

Albanus,ἀλβάνου ὄρους, nomen eſt montis, & lacus non procul ab urbe:unde uaticinium fuit,nunquam Romanos Veios capturos, ni primò ex Albano lacu emitteretur aqua. *Item Albanus,nomen eſt duarum urbium, quarum una eſt in Macedonia mediterranea, altera in maiori Armenia, ubi diuus Bartholomæus fuit decoriatus. Hoc etiam nomine dictus eſt fluuius Albaniæ.

Albanus,a,um, ἀλβανὸς, poſſeſsiuum ab Alba Latij urbe:ut,Albani patres apud Vergil.1.Aeneid. (lib.1.

Albia,ἀλβία,regiuncula eſt montana, Carnis finitima. Strabo

Albij,ἄλβιοι,olim dicti fuerunt montes,quos nunc Alpes dicimus. Athenæus. Albij etiam dicti fuerunt liberi Galliæ populi,in quorum agro conditum eſt Lugdunũ.Pli.li.4.ca.18.

Albimilium Ptolemęo, Ligurię urbs, quam alio nomine Vintimilium,ſiue corrupta uoce Vintimiam uocant.

Albinga, oppidum Ligurum colonia ad mare deducta, cuius incolæ Ligures Ingauni uocantur.Ex hoc loco ad Monœci portum ſtadia ſunt ſeptuaginta.*Dicitur & Albingaunum, uide in dictione ſequenti.

Albingaunum,ἄλβιγγαυνον,Ptole.& Albium Intemeliũ,ἄλβιον ἰντεμέλιον,Liguriæ oppida quædam.Nam quum Ligures partim Ingauni,ἴγγαυνοι,partim Intemelij dicerentur,eorum colonię ad mare deductę,altera Albium Intemelium, quaſi Albium Intemelium,altera Albingaunum uocitatę ſunt.Vtriuſque oppidi meminit Plin.lib. 3.cap.4.

Albigerius,magus fuit Carthaginenſis, qui quid quiſq; egiſſet,aut omnino cogitauiſſet,ſuggerẽtib.dæmonib.reſpondebat:cuius uaticinijs ſe ſæpius interfuiſſe tradit Auguſtin.

Albinouanus,cognomen Celſi cuiuſdã ex familiaribus Horatij,ad quem extat epiſtola,cuius initium eſt,Celſo gaudere,& bene rem gerere Albinouano,Muſa rogata refer.

Albinus,ἄλβινος, nomen Imperatoris Romani, ita dicti quòd exceptus ſit utero candidiſsimus,contra conſuetudinẽ puerorum,qui naſcẽdo ſolent rubere, quum inuoluti ſecundis, erũpente mẽſtruo,perliti eſſe ſoleãt profluuio ſanguinis pariter egrediẽtis.Hinc illud Satyrici poetę, - modò primos incipiẽtem Edere uagitus,& adhuc à matre rubẽtem. Vide Cælium Rhodig.lib.15.cap.23. *Fuerũt & ante hunc pleriq; apud Romanos eodem nomine appellati, ex quibus cõme-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

morantur à Salluſtio Spurius, & Aulus, Albini fratres, qui rem infœliciter geſſerunt aduerſus Iugurtham.

Albion, ἀλβίων Stephano, inſula eſt (hodie Britannia à doctis, à uulgo Anglia dicta) ab albis rupibus quas mare abluit. ui de Anglia. * Fuit etiam Albion, nomen filij Neptuni, qui inuaſit Herculem.

Albion & Bergion, ἀλβίων καὶ βεργίων, gigantes fuerunt, & filij Neptuni, in Herculis gratiam à Ioue interfecti. Hercules enim quũ Rhodani oſtia tranſiret, ei obuiam facti hi duo fratres, trãſitum eius impediuerũt: quapropter Hercules cũ eis pugnauit: & quũ ſibi tela deficerẽt, Iouem patrẽ in auxiliũ uocauit, qui lapidum imbrem demittens, inimicos eius interfecit. Autores Pomponius Mela, & Diodorus Siculus.

Albis, ἄλβις, fluuius eſt nobiliſsimus, quem Romani olim uoluerunt eſſe terminum ſui imperij. Oritur ex montibus qui Morauiã à Boemia diuidũt. Suſcepto deinde Molta fluuio, Pragam Boemorũ metropolim prꝛterlabitur. Influit in mare uaſtiſsimo oſtio iuxta Hamburgam. Vulgus Germanorum hodie Elbam uocat. De hoc Lucanus lib. 2. Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos,

Albis, & indomitum Rheni caput.

Albium Intemelium, oppidum Ligũſticum, Plin. lib. 3. cap. 5. uide ſuprà in dictione Albingaunum.

Albius, proprium nomen uiri. Horatius 1. Serm. Sat. 4. Stupet Albius ære. * Albius Tibullus poeta elegiographus, Horatio & Ouidio familiaris. Horat. lib. 1. Epiſt. Albi noſtrorum ſermonum candide iudex. Hic Meſſalam Coruinum in prouinciã ſequens, in Corcyra inſula morbo correptus, extremum uitæ diem clauſit. Vide Crinitum de Poetis Latinis.

Albonenſes, Liburniæ populi in conuentu Scardonitano. Plin. lib. 3. cap. 21.

Albucilla, apud Tacitum mulieris nobilis nomen eſt, ſed admodum impudicæ, & multis adulterijs infamis.

Albula, nomen fluuij, uide in Appellatiuis.

Albulares, fluuius eſt in quinta regione Italiæ. Plin. li. 3. cap. 13.

Album, promontorium Africæ v. M. paſſ. freto à Mellaria Hiſpaniæ uico diremptum. Plin. in Prœmio lib. 3. * Eſt & alterum eiuſdem nominis promontorium, in Phœnice, nõ procul à Tyro: de quo Plin. lib. 5. cap. 19.

Albuna, Deæ nomẽ, quæ in nemore quodã agri Tiburtini colebatur. à Græcis dicitur λευκοθέα, putaturq; fuiſſe Ino Athamantis uxor, quæ uiri furorem metuens, unà cum Melicerta filio ſe in mare præcipitauit. Alij Sibyllam Tiburtinam fuiſſe exiſtimant, quæ ob admirabilem ſapientiã, humanaq; maiorem, à uicinis populis dea credita eſt.

Albunea, fons & nemus iuxta Anienẽ, ſiue ab albore aquæ ſulphureæ, ſiue quòd Albuna Latinè ſit quæ Græcè λευκοθέα dicitur. Verg. Aeneid. 6. lucoſq; ſub alta Conſulit Albunea, nemorum quæ maxima ſacro Fonte ſonat.

Alburnus, Lucaniæ mons, à candore uerticis dictus, & portus eiuſdem nominis. Verg. 3. Georg.

Eſt lucus Silari circum illicibuſq; uirentem
Plurimus Alburnũ uolitãt, cui nomẽ aſilo Romanũ eſt.

Albutius Silus, Nouariẽſis orator, Romam uenit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam uerõ ſenior ob uitium uomicæ, Nouariam redijt: conuocataq; plebe, cauſis propter quas mori deſtinaſſet, in cõcione redditis, abſtinuit cibo, ſibiq; inedia necẽ cõſciuit. Ex Trãquillo. * T. Albutius, cuius M. Varro meminit, dicit ſcripſiſſe Satyros Luciliano ſtylo. Nam & Lucilius eum ut Græca miſcentem uerba, notat his uerbis: Græcũ te Albuti, quàm Romanũ, atque Sabinũ, &c. uide reliqua apud Ciceronẽ in principio de Finibus.

Alcæus, ἀλκαῖος, cum diphthongo, nomen poetæ lyrici Mitylenæi. Hic magnificus, breuis, diligens, & plurimum Homero ſimilis.

Alcamenes, ἀλκαμένης, nobilis ſtatuarius fuit, Phidiæ diſcipulus, qui Agoraeritũ Pariũ condiſcipulũ in facienda Venere, populi Athenienſis ſuffragijs ſuperauit. Plin. lib. 36. cap. 5.

Alcander, dri, ἄλκανδρος, unus è comitibus Sarpedonis Lycię regis, ab Vlyſſe ad Troiam occiſus. Ouid 13. Metamor.

Alcanor, ἀλκάνωρ, uiri propriũ, cuius mentionẽ facit Verg. lib. Aeneid. 10. Huic frater ſubit Alcanor, &c.

Alcathoe, ἀλκαθόη, urbs eadem eſſe putatur, quam alio nomine Megarã uocãt. Ouid. 8. Meta. Alcathoe quã Niſus habet.

Alcathous, ἀλκάθοος, Pelopis filius, qui cædis Chryſippi fratris ſuſpectus, Megaram uenit: occiſoq; leone, qui Citharonius à loco dicebatur, adſcitus à Megareo gener, in regnũ illi ſucceſsit, & urbem Megarã Alcathoen appellauit. * Alcathous, alius fuit Troianus, qui Hippodamiam Anchiſæ filiã in uxorem habuit, & in pugna apud Troiam ab Idomeneo Cretenſi occiſus eſt.

Alce, ἀλκή, canis nomen apud Xenophontem de Venatione.

Alce, nomen meretricis. uide Gellium lib. 4. cap. 11.

Alcenor, ἀλκήνωρ, uir Argiuus fuit, qui ea in pugna, qua trecẽti Argiui cũ totidẽ Lacedæmonijs de finib. certarũt, ſolus cũ Chromio ex ſuis ſuperfuit, hoſtib. quoque omnibus, uno Othryade excepto, ad internecionem deletis. Herod. li. 1.

Alces, Bithyniæ fluuius. Plin. lib. 5. cap. ultimo.

Alceſte, es, ſiue Alceſtis, idis, ἄλκηστις, fuit Peliæ filia, Admeti Phereorum regis coniunx, quæ maritum tanto amore dilexit, ut pro eo perire non recuſaueric. Nã quũ Apollo ab Admeto humaniter exceptus, hoc illi à Parcis impetraſſet, ut fatalẽ diem proferre poſſet, ſi quis aut cognationis, aut amicitiæ uinculo adductus, ſpontaneã pro eo mortẽ obire uellet, cæteris id abnuentib. ſola Alceſtis inuẽta eſt, quæ mariti uitã ſua morte redimere nõ recuſaret. Iuuen. ſpectãt ſubeũtem fata mariti Alceſten. Plura apud Eurip. in Alceſte.

Alceras, ἀλκήτας, Moloſſorum rex fuit, longa generationum ſerie genus ſuum ad Pyrrhum Achillis filium referens. * Fuit & alter hoc nomine, unus eorum qui ſub Alexandro Macedone ordines duxerunt. Vtriuſque meminit Suidas.

Alceus, dictio diſyllaba ἀλκεύς, pater Amphitryonis, & auus Herculis, à quo & Alcides ἀλκείδης appellatur.

Alchidas, ἀλχίδας, Rhodius Cupidinem nudum Praxitelis manu factum adamauit, atque in eo amoris ueſtigium reliquit. Plin. lib. 36. cap. 5.

Alchione, ἀλχιόνη, mons Macedoniæ. Plin. lib. 4. cap. 10.

Alchippe, Marſorum oppidum eſt, lacu Fucino abſumptum, extructum à Marſya Lydorum duce. Plin. lib. 3. cap. 12. Alij tamen Archippe ſcribunt.

Alcibiades, ἀλκιβιάδης, pen. cor. nomen Athenienſis imperatoris ſummi, qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus aptus fuit: dites præterea, affabilis, patiens, deniq; ſummis naturæ ingenijs; dotib. egregiè exornatus: cæterũ tãtorum uitiorũ agmine deformatus, ut ſi uitia uirtutib. pẽſes, meritò addubites laudẽne, an uituperio dignior uideatur. Hic quum eſſet procliuis ad luxum & ad cæteras uoluptates, ad bonã diſciplinã traductus eſt à Socrate. Nam diſcẽdi ſtudio & ſapientiæ amore pellectus, extemplò cunctis amatoribus adulatoribuſq; repulſis, ad Socraticam diſciplinam animũ uertit, nunquam recedẽs à latere philoſophi ſapientiſsimi. Reliqua uide in uita eius apud Plutarchum.

Alcidamas, ἀλκιδάμας, luctator inſignis. Stat. li. 10. Theb. Tuque ô ſpectate palæſtris Omnibus, & nuper Nemæo in puluere felix Alcidama. * Alcidamas Eleates, philoſophus, ſcripſit de muſica, diſcipulus Gorgiæ Leontini. Suidas hunc inter ſcriptores Rhetoricæ annumerat. Quintilianus lib. 3. cap. 1. Meminit eius & Laertius in Protagora.

Alcidamus, rhetor antiquus in primis nobilis, qui mortis laudationem ſcripſit. Cicero lib. 1. Tuſc.

Alcides, ἀλκείδης, pen. prod. Hercules Græca ſignificatione à uirtute appellatur. nã ἀλκὴ uirtus, robur, fortitudo dicitur. Vel uerius Alcides (ut Herodotus ait) nomen eſt patronymicum ab Alceo, auo paterno, hoc eſt Amphitryonis patre.

Alcimachus, ἀλκίμαχος, pictor nobilis. Plin. lib. 35. cap. 11.

Alcimede, pen. cor. ἀλκιμήδη, uxor Aeſonis fuit, mater Iaſonis, Val. Flacc. Argon. 1. hũc grauis Aeſon Et pariter uigil Alcimede ſpectantq;, tenentq;.

Alcimedon, ontis, ἀλκιμιδῶν, ſculptor nobilis apud Virgiliũ tertia Ecloga.

Alcimenes, ἀλκιμένης, poeta Tragicus Megarenſis. Suidas.

Alcimus, ἄλκιμος, orator omnium, qui tum in Græcia floreb ãt, eminentiſsimus. Diog. Laer. li. 2. in uita Stilponis. * Fuit præterea Alcimus Lydorum rex præcipua pietate inſignis, ingenioq; mitiſsimo. Cælius Lectionũ antiquarũ li. 19. ca. 2.

Alcinous, ἀλκίνοος, penult. corr. nomen iuſtiſsimi Phæacum regis à poetis laudati, cuius ędes fuerunt magnificẽtiſsimè extructæ

extructæ,& uiridaria bifera erant. Papin. Quid bifera Alcinoi referam pomaria,uosq́; Qui nunquam uacui prodiſtis in ethera rami? De hoc multa in Odyſ. Homerus. Fuit etiam Alcinous philoſophus Platonicus,qui Epitomen compoſuit decretorum Platonis.

Alcion,medicus,de quo Ioſephus Antiq.Iud.lib.19.cap.1.

Alciphron,ἀλκίφρων,Magneſius, Alexandri temporibus philoſophus.Suidas.

Alcippe,ἀλκίππη,una ex Halcyonei gigantis filiabus,quę Halcyonides,ἀλκυονίδες dictæ ſunt.Suidas. * Eſt præterea Alcippe,nomen ruſticæ mulieris proprium,cuius ſæpe meminit Theocritus, & Verg. Eclog.7. Quid facerem? neq; ego Alcippen,nec Phyllida habebam.

Alcippus,ἄλκιππος,Lacedæmonius ciuis fuit, inter ſuos maximæ authoritatis,patriæq; ſtudioſiſsimus, qui ab inimicis contrarias in Republica partes fouentibus,in exilium actus fuit. Huic uxor fuit nomine Damocrita, quæ quũ uirum in exilium euntem proſequi prohiberetur,filiæq; iam uiro maturæ publico edicto matrimonio arcerentur,ne quis ex illis iniuriæ auo illatæ ultor naſceretur, cõcepit animo facinus ſupra omnem muliebrem audaciam. Nam quũ ex more fœminæ urbis primariæ ad nocturnũ ſacrum in andronem quendã cõueniſſent, Damocrita à filiabus adiuta,magnam uim lignorum,quæ ad ſacrificia parata erant,ad fores congeſsit,ignemq; iniecit,ut omnes intus exureret. Accurrentib. deinde auxilio uiris,illa filias primùm, deinde ſeipſam interfecit. Ex Plutarchi narrationibus amatorijs.

Alciſthene,ἀλκιδίνη,nobilis pictricis nomen apud Plin. libro 35.cap.11.

Alcithoe,ἀλκιθόη,Thebana mulier fuit,quæ cum Bacchum,eiusq; Orgia contemneret,cæterisq; mulieribus ſacra celebrantibus,cum ſororibus &ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in ueſpertilionem mutata eſt:telę autem in uitem & hederam. Vide Ouidium 4.Metamorph.

Alcmæon,ἀλκμαίων,Amphiarai uatis, & Eriphyles filius fuit, qui matrem ſuam in ultionem patris,quem illa dolo occiderat,interemit. * Item Alcmæon,philoſophus Crotoniates, Pythagoræ auditor,qui teſte Laertio, primus de naturæ ratione ſcripſit lingua Dorica.

Alcman,ἄλκμαν,è Lydia,Meſſenius,poeta Lyricus,filius Damantis. Claruit uigeſimaſeptima Olympiade, quum apud Lydos regnaret Ardis,pater Alyattę. Hic quum nimio amore puellam quandam deperiret,amatorios cãtus primus inuenit. Fertur phthiriaſi morbo interijſſe. Suidas.

Alcmania,ἀλκμανία,ciuitas Cariæ mediterranea, (aliàs Heraclea dicta.) Steph.

Alcmena,ἀλκμήνη,pen.pro. nomen proprium fuit matris Herculis, Electrionis filia, Amphitryonis Thebani uxor, quæ Ioui Herculem peperit. Dicitur ἀπὸ τῆς ἀλκῆς,id eſt robore, quoniam hæc mulier multum præ ſe tulerit animi conſtantiæ,ad uiros proximè accedens. Aliquando poſt conditu,Alcumena,prout uerſus exigit. Vide Heſiodum in Aſpid.

Alcmenes,lege Alcamenes.

Alcomenæ,ἀλκόμεναι, Ithacæ inſulæ ciuitas eſt,à qua Vlyſſes Alcomeneus ἀλκομενεύς,à poetis appellatur. Steph.

Alcon,ἄλκων,nomen proprium Cretenſis ſagittarij, cuius filium quũ draco inuaſiſſet,tanta arte direxit ſagittam, ut ea in ſerpentis deficeret uulnere,nec tranſiret in filiũ. Fuit hic Alcon Erichthei Athenienſium regis filius,qui ex Attica in Euboeam fugit. Verg.5.Eclog. Si quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes,aut iurgia Codri.

Alcothous,lege Alcathous.

Alcyone,ἀλκυόνη,penultima correpta, Aeoli regis uentorum filia fuiſſe creditur, & uxor Ceycis: quæ deſiderio mariti qui naufragio perierat,in mare ſe deiecit,uerſaq; eſt,ut poetæ fabulantur,in auem ſui nominis. Vide Ouidium 11.Metamorph. * Altera fuit Alcyone Eueni fluminis filia, uxor Idæi,antè Marpiſſa appellata: quam Apollo quum rapuiſſet, non dubitauit maritus ſumpto arcu & ſagittis uxorem ui ab eo repetere. Quod cum fruſtrà conatus eſſet, parentes filiæ caſum lugentes,cõmutato nomine Alcyonen eam appellarunt, quòd fatum ſuperiori Alcyone non diſsimile ſortita uideretur. Hæc Homerus 9. Iliad. Alij ſcribunt Halcyone, prima uocali aſpirata: qua de re uide ea quæ ſuprà annotauimus in dictione Alcedo.

Alcyoneus,ἀλκυονεύς,gigas fuiſſe traditur, Porphyrionis frater,ab Hercule telis confoſſus:cuius & filiæ,quas ſeptẽ numerant,ob patris mortem in mare præcipitantes ſe, ab Amphitrite in Alcyones,ut quorundam opinio eſt,ſunt mutatæ. Harũ nomina ſunt,Phoſthonia,Anthe,Methone, Alcippe,Pallene,Drymo,& Aſterie. Ex Suida. Alij ſcribunt Halcyoneus. uide Alcedo.

Alea,ἄλια Stephanus,nomen oppidi in Arcadia,dictum ab Aleo conditore. * Item Mineruæ cognomen,quæ circa hanc urbem colebatur,ut eſt uidere apud Herodotum lib.1. Verùm in duabus hiſce poſtremis ſignificationibus primá corripit, quam alioqui producit Papinius in Syluis, Aut Aleæ lucis uidit Tegeæa ſacerdos.

Alebas,ἀλέβας,pen.prod.Lariſſæorum in Theſſalia crudeliſſimus tyrannus fuit: ab ipſis tandem ſatellitibus, quos ad corporis cuſtodiam adhibebat,interfectus.

Alebeceriį,Galliæ Narbonenſis populi,Plin.lib.3.cap.4.

Alecto,ἀληκτὼ,una ex furijs infernalibus, & Latinè inceſſens interpretatur,ab ἀ priuatiua,& λήγω deſino: quia cupiditas nunquam ſatiatur.

Alector,ἀλέκτωρ, filius Anaxagoræ,Iphim genuit & Capaneum,qui fuit unus è ſeptem ducibus Argiuorum apud Thebas. Volaterranus.

Alectryon,ἀλεκτρυὼν, adoleſcens fuit (ut fabulatur Lucianus) Marti adeò familiaris,ut adulterij,quo Veneri ille cõmiſcebatur,conſcius adhiberetur,foribusq; cuſtos apponeretur,ne Solis interuentu deprehenderetur adulter. Verùm quũ ille ſomno oppreſſus negligẽtius excubias ageret, amãtes eius fiducia in utrãq; aurẽ dormiẽtes, à Sole deprehenſi ſunt,& apud Vulcanũ delati,adamãtinis catenis multò antè eum in uſum paratis, ſunt impliciti. Qua de cauſa indignatus Mars,Alectryonẽ in auem ſui nominis trãsformauit,quẽ gallũ Latini appellant: qui etiã hodie ueteris negligentiæ memor,Solis aduentum cantu ſuo prænunciat.

Alegenor,unus fuit filiorũ Boethi: quatuor enim fuerũt,Hippodamus,Electrion,Archylicus,Alegenor,teſte Diod. li.5.

Aleij campi,ἀλήϊα πεδία,locus eſt Lyciæ,in quem cecidit Bellerophontes, quum à Pegaſo ab œſtro agitato excuteretur. ſic dictus, quòd in eo cæcus errarit Bellerophontes, donec periret.

Alele,Phazaniorum urbs in Africa.Plin.lib.5.cap.5.

Alemani, ἀλαμανοὶ Stephano, populi Septentrionales, qui & Germani dicuntur:Rheno fluuio à Gallis, alpibus ab Italis diſcreti:ita dicti patrio uocabulo,quaſi proruſus uiri. Quum enim Germani illi Septentrionales, præſertim Tranſalbiani,mutare ſedes cogitarent,imitati priores Germanos, qui traiecto Rheno, quò ſe totos uiros fore oſtenderent, ſibi hoc nominis,quaſi gar ein man impoſuiſſẽt:& ipſi ſe,quòd fortiſsimi bellatores & uiri omnes eſſe & uellent & deberent,Alemanos, quaſi als manner appellauere. Hæc Beatus Rhenanus in Tacitum.

Alemannus,fluuius apud Ryſios originem à rubro caſtro Rotemburg trahens.hic ad Kelheim oppidum iungitur Danubio. Vulgò Altmola, uel Altmil appellatur. Vide Althamerum in Tacitum.

Alemuſij,Atticæ populi, apud quos eſt Cereris legiferæ,& Proſerpinæ templum. Pauſanias in Attic.

Alenticus,ſinus Plin.lib.6.cap.87.

Aleo,onis,uide Alea.

Aleopetra,inſula in Mæotide.

Aleria,Corſicæ colonia à Sylla dictatore deducta. Plinius libro 3.cap.6.

Aleſa,ciuitas eſt Siciliæ, Ptolemæo. * Hinc Aleſinus,a,um. Cic.in epiſt.famil.In Aleſina urbe,&c.

Aleſius,ἀλήσιος, oppidum Elidis Stephano. * Item mons Arcadiæ,non procul à Mãtinea,ſic dictus ab errore Rheæ. Author Pauſanias.

Aleſium,oppidum Peloponneſi,apud Strabonem lib.8.

Alethes,ἀληθὴς,nomen proprium uiri Troiani, de quo Verg. Aen.li.1.Et qua grandæuus Alethes.Latinè ſonat ueracem.

Aletiũ,ἀλήτιον,oppidũ Salentinorũ in Italia, authore Ptol. & Plin.li.3.ca.11.* Hinc Aletini populi,apud Plin.lib.3.cap.11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aletrinates, Italiæ populi, in tractu Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5. Altrini apud eundem lib. 3. cap. 11.

Aleus, fluuius Siciliæ & tribus quædam siue locus in Chronico. Ita dictus ab Alentio quodam rege: interpres Theocriti in septimum Idyllion.

Alex, Alecis, fluuius Rheginum agrum à Locrensi distermināns, Strab. lib. 6. apud Theocritum uerò scribitur Ales, alitis. Hic fluuius Plinio Carcinas appellatur, Pausaniæ, & Aeliano Cecinus. Volaterranus.

Alexamenus, Aetolus, Nabidis tyranni Lacedæmonij interfector, mox ab Lacedæmonijs ipsis in regia obtruncatus. Liuius Decad. 4. lib. 5.

Alexander, ἀλέξανδρος, nomen proprium regis Macedonici, cuius clarissima gesta & ab historicis & in Sacris literis traduntur. Hic longe omnium excellentissimus fuit, cui ex rebus actis & auctis Magni inditum est nomen, ne uir unicam gloriam adeptus, sine laude unquam nominaretur. Nam solus, condito æuo, quantum hominum memoria est, inexuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua maior fuit, successusq; eius amplissimos & prouocauit ut strenuus: & æquiparauit ut meritus, & superauit ut melior, solusque sine æmulo clarus, adeò ut nemo audeat uirtutem eius sperare, uel optare fortunā. Hæc Apuleius. * Fuere & alij Alexandri, quorum unus Aphrodisæus, interpres Aristotelis, sed tali ingenio ut Aristotelem identidem carpat. De hoc Suidas & Stephanus meminerunt. * Alius fuit Alexander Grāmaticus, ex oppido quod Goticon dicitur, qui de uaria historia siue materia XXIIII uolumina scripsit, peritissimus & ætatis suæ uir. * Alius Alexander Asiæ rex, & Syriæ, dictus Balam. * Alius Iudæorum rex qui Aneus dictus fuit, & regnauit annis uigintiseptem. * Alius Alexander Epirota, quiquū Italię bellū inferret, à Lucano milite interēptus est.

Alexandra, quæ & Cassandra, Priami filia, ac uates. Hoc etiā nomine Lycophronis inscribitur poema de Alexandro Paride. Volaterr. * Est & Alexandria, Alexandri Iudæorum regis uxor, Egesippo lib. 1. cap. 12.

Alexandria, ἀλεξάνδρεια, urbs Aegypti, non longè à Nili ostio ab Alexandro Macedone condita: urbs fertilissima, quam Dimocrates architectus metatus est mirabili ingenio, quin decim millium passuum laxitate ad effigiē Macedoniæ chlamydis orbe gyrato lacinioſam, anguloso dextra lęuaq; procursu. Mareotis lacus ad meridianam urbis partem Euripo Canopico ostio immittitur. Habuit olim scholas omniū disciplinarum liberalium: fuitq; ob cōmoditatem maximum totius orbis emporium. Constructum autem fuit ante Saluatoris aduentum, anno uigesimo supra trecentesimū, intra spatium septendecim dierum (ut testatur Iustinus lib. 11.) cum sex millibus murorum passibus.

Alexandrium, ἀλεξάνδρειον, Iudææ oppidum Iosepho & Straboni lib. 16.

Alexandropolis, ἀλεξανδρόπολις, Parthorum ciuitas, sic ab Alexandro magno conditore nuncupata. Plin. lib. 6. cap. 25.

Alexia, Sequanorum urbs est, quam Ptolemæus Rigiacum uocat. Diodorus autor est, hanc urbem ab Hercule conditam esse, semperq; liberam mansisse donec à Cæsare longa obsidione capta, Romano accesit imperio. Creditur eadē esse, quam Galli hodie Aussois uocant.

Alexis, ἄλεξις, Asinij Pollionis puer fuit, quem Vergilius eius amore captus, ab illo dono accepit. In huius gratiā (ut Seruius putat) Vergilius scripsit secundam Eclogam.

Alexis Thurius, ἄλεξις θούριος, qui prius Sybaris dicebatur, poeta comicus ante Menandrū, reliquit plures fabulas. Habuit filiū Stephanum, poetam & ipsum comicum. Suidas.

Algidus, pen. cor. mons ab urbe duodecim passuum millibus distans, ab assiduo frigore sic dictus. Horatius: Quæque Auentinum uenit Algidumq;. Ab hoc quoque sylua Algida dicta est, huic monti subiacens, in cuius ingressu Regillus lacus est.

Algidum, ἄλγιδον Stephano, Italiæ oppidum non procul à Tusculo in alto monte situm, ex aeris algore propterea dictum, nunc Roca Papæ ex ueteris situs descriptione existimatur, syluaque proxima adhuc Algidi sylua cognominatur. Volaterr.

Algidensis, adiectiuū, ut raphanus Algidensis, qui circa Algidum nascebatur longus & translucidus. Plin. lib. 19. cap. 4.

Aligurius, proprium nomen. Cicero Tironi lib. 16. Epist. 18. ad finem. Aligurius Cæsaris familiaris mortuus est, bonus homo, & nobis amicus.

Alimala, ἀλίμαλα, Stephano, locus est in Lycia.

Alinda, ἄλινδα, urbs Cariæ, in qua regnauit Ada, filia Hecatomni regis Cariæ, auxilio Alexandri magni. Strabo lib. 14.

Alindoia, ἀλίνδοια, ciuitas Macedoniæ. Stephanus.

Aliphe, pen. cor. ἄλιφη, olim oppidum erat in Samnio. Hinc Aliphani populi, & Aliphana pocula apud Horatium, libro 2. Sermonum.

Aliphiræi, ἀλιφειραῖοι, Arcadiæ populi. Plin. lib. 4. cap. 6. ab oppido Aliphira. Cicero ad Atticum lib. 6. Epist. 113. Arcadiæ censebat esse Lepreon quoddam maritimum, Tenea autem, & Aliphira, & Tritia νεάπολις ei uidebantur.

Alisarna, ἀλισαρνα, oppidum est Troadis apud Stephanum: à quo fit gentile Alisarneus, ἀλισαρνεύς.

Alistus, ἄλιστος, Ptolomæo, oppidum Germaniæ, in tractu mari timo Saxoniæ.

Alisum, pen. pro. ἄλισον Ptolemæo, oppidum in Septentrionali plaga Germaniæ, non procul à Sicambris.

Alista, ἄλιστα, insulæ Corsicæ urbs, in latere meridionali, Ptol.

Alizones, pen. pro. ἀλιζῶνες, Asiæ minoris populi, inter Mysos, Caras, & Lydos siti. Author Stephanus.

Allalia, ἄλλαλία, Corsicæ insulæ oppidum, Phocensium opus, teste Herodoto. Gentile est Allaliēus, ἀλλαλιεύς Stephano.

Allante, es, ἀλλάντη Stephano, duorū oppidorū nomē est, quorum alterū in Arcadia, in Macedonia alterū collocatur. Inde Allātij ἀλλάντιοι, qui Alantenses dicuntur à Plin. lib. 4. cap. 16

Allaria, uide Alloria.

Allia, ἄλλια, nomen fluuij, qui à Crustuminijs montibus prealto defluēs alueo, Tyberino amni miscetur, quadragesimo ab Vrbe lapide, ubi magna strage Romani à Gallis profligati sunt. Hinc Allienſis dies dictus est, tanquā infaustus. Sunt qui arbitrentur hoc nomen esse fœmininum, decepti authoritate Lucani, Et dānata diu Romanis Allia fastis: quod tamen ita non est. Nā id licenter à Lucano factum est, per subauditionē nominis generalioris Aqua. Huius nominis prima semper producitur. Silius, Maior & horrificis sese extulit Allia ripis. Hæc erat in fastis cui dat grauis Allia nomē. Vergil. lib. 7, Quoſque secans infaustum interluit Allia nomen. Vbi Seruius malē putauit alterū l, metri causa esse interpositum. Nā quod Lucanus lib. 7. dicit, Non istas habuit pugnæ Pharsalia parteis, Quas aliæ clades: Aliæ, non flaminis nomē, sed diuersitatis relatiuum est, ab Alius, alia, aliud.

Allienus, ni, proprium uiri, qui fuit prętor Siciliæ sub Cæsare. Hircius in Comment. de bello Africo in princip.

Allobroges, pe. cor. ἀλλόβροιγες ηοὶ ἀλλόβρυγες Stephano, populus Galliæ iuxta Rhodanum, nunc Sabaudienses & Delphinates, uictoriā Fabij, & Catilinæ cōiuratione noti, ad tractum Lugdunensem siti Ptolemæo. Horat. Epod. 16. Nouisq; reb. infidelis Allobrox.

Allobrogicus, a, um, adiect. ἀλλοβρογικὸς, ut apud Celsum li. 4. cap. 5. uinum Allobrogicum.

Alloria, ἀλλωρία, urbs Cretę, ut ex Polyhistore refert Stephan. Gentile est Alloriates, ἀλλωριάτης.

Allotriges, ἀλλότριγες, populi in tractu Septentrionali Hispaniæ, Strabo lib. 3.

Almedessos, oppidum in ora Thraciæ, non procul à Bosphoro. Recensetur à Plinio lib. 4. cap. 11. Ptolemæus uocat ἀλμιδησσὸν, Halmidassum.

Almene, pen. prod. ἀλμεών, oppidum est ad Pōtum Euxinum, à quo fiunt gentilia Alminius ἀλμείνιος, & Almenitis ἀλμενίτης, Stephanus.

Almo, nis, riuulus est ante portam Capenam, in quo sacerdotes Cybeles deæ simulachrum, & cultros sanguinolētos, & sua uulnera solent abluere. Ouid. 4. Fast. Est locus, in Tyberim quà lubricus influit Almo.

Almon, ἄλμων, oppidum Thessaliæ, quod à nōnullis Elmon appellatur, teste Plin. lib. 4. cap. 8. * Est etiam Almon apud Vergilium 7. Aeneid. pastoris nomen, filij Tyrrhæi, regij pecoris magistri.

Almopia, ἀλμωπία, Macedoniæ pars est, quæ ab Almope gygā te, Helles ex Neptuno filio, nomen accepit: à quo etiam incolæ

tolę Almopes dicti ſunt,& Almopij.Stephanus.

Almos,ἄλμος,Siſyphi filius,ut inquit Apollonius,frater Porphyrionis,ex cuius filia Chryſogone,&Neptuno natus eſt Minyas rex Orchomeni.Idem tamen Minyæ matrem Hermippen Bœoti filiam appellat.

Aloeus,ἀλοεύς, nomen Gigantis,Titanis, & Terræ filij:cuius uxor Iphimedia à Neptuno uiolata duos peperit filios, Otum,& Ephialtem,quos Aloeus pro ſuis educauit: unde & Aloidæ ἀλοάδαι appellati ſunt.Ili quum Gigantibus ſuperis bellum inferentibus,opem ferrent,Apollinis &Dianæ telis confixi ſunt.Verg.6,Aeneid. Hic & Aloidas geminos, immania uidi Corpora,qui manibus magnum reſcindere cœlum Aggreſsi.

Alogiani,ἀλογίανοι, hæretici fuerunt ſic uocati tanquàm ſine uerbo:propterea quòd ἀνεν τοῦ λόγου, hoc eſt Dei filio, qui Patris uerbum appellatur,diuinitatem non agnoſcerent,Ioannis Euangelium reſpuentes.

Alone,es (ut apud Melam legitur) ſiue Alona,æ, ἄλονα Ptolemæo,fluuius eſt Hiſpaniæ in ſinu Illicitano. Eſt & Alone ἀλώνη,inſula inter Lebedum & Teon repente enata,Plinius lib.2.cap.89.

Aloneſus,lege Haloneſus.

Aloni,populi Meſopotamiæ Gordyæis iuncti,per quos Zerbis fluuius in Tigrim adit.Plin.li.6.cap.26.

Alontigiceli,Hiſpanię populi in conuentu Hiſpalenſi. Plin. lib.3.cap.1.

Alontium Ptolemæo, ἀλόντιον, Aluntium Plinio.Siciliæ oppidum non procul à Lilybæo promontorio.Inde Alontini, ſiue Aluntini,dicti ſunt oppidi eius incolæ: quorum meminit Plin.lib.3.cap.8.

Alope,es,ἀλόπη,Theſſaliæ ciuitas eſt apud Plin.li.4.cap.7.dicta ab Alope Cercionis, ſiue (ut alijs placet) Actoris filia. Enumerantur & alię quinq; eiuſdē nominis ciuitates: quas uide apud Stephanum.

Alopece,ἀλωπίκη,inſula eſt Boſphori Cimmerij apud Plin.lib. 4.cap.12.* Eſt & altera eiuſdem nominis inſula, è regione Smyrnæ ſita, in mari Aegæo, quæ recenſetur à Plin.lib. 5.cap.31.

Alopeconeſus.ἀλωπεκόννησος,oppidū eſt,teſte Stephano,in Helleſpōtiaca Cherſoneſo,ex oraculo nomen adeptū,quo iubebantur Athenienſes ibi urbem cōdere,ubi uulpinos catulos reperiſſent. Circa hāc urbē præſtātiſsima tubera naſci, author eſt Plin.lib.19.cap.3. Eſt præterea eiuſdem nominis inſula ante Thraciam Cherrhoneſum, non procul à Cæla, eiuſdem Cherrhoneſi portu.de qua Plin.lib.4.cap.12.

Aloros,ἄλωρος, Ptolemæo, Macedoniæ urbs, authore Pomponio lib.2.

Aloſtigi, Hiſpanię populi in conuentu Hiſpalenſi. Plin.lib. 3.cap.1.

Alpes,ἄλπεις,τὰ ἄλπεα λέγει,à candore niuium dictæ ſunt,quia perpetuis ferè niuibus albeſcunt.Sabini enim Alpum dixere,quod poſtea Latini Album:unde Alpium nomen. Silius, clauſas niuibus rupes,ſuppoſtaq; cœlo ſaxa,uocat. Sunt autē mōtes altiſsimi,qui Galliā Trāſalpinā diuidebant, nunc uerò promotis finibus termini ſunt Italiæ.In lōgitudine cētum millia paſſuum patēt,à ſupero mari ad inferū,ut Celſus tradit,Liuius uerò tria millia ſtadiorum.Hinc fit Alpinus, na,num, ἄλπινος,pen.prod.Plinius,Gentes Alpinæ,& uenti Alpini,qui ab Alpibus flant.Vnde & Ciſalpinus,na,num, & Tranſalpinus compoſita.

Alpeſa, oppidum eſt Celticæ regionis in Hiſpania ulteriori, apud Plinium lib.3.cap.1.

Alpheias, ἀλφειάς, dicitur Arethuſa apud Ouid.lib.5. Metamorph.Tū caput Eleis Alpheias extulit undis.Vbi alludit ad fabulā, qua ferunt Arethuſam Alphei amatoris uim fugientem,in fontem ſui nominis eſſe conuerſam.

Alphenus,nomen eſt ſutoris apud Horatium lib.1.Sermonū, ut Alphenus uafer in omni,Abiecto inſtrumento artis,clauſaq; taberna,Satur erat,&c.

Alphesiboea,ἀλφεσίβοια, Phlegei fluminis filia, quā Alcmęon donato illo monili,quod Eryphilæ matri det raxerat,in uxorem duxit.

Alphesiboeus,ἀλφεσίβοιος,nomē paſtoris,apud Vergiliū Eclog. 8,παρὰ τὸ ἄλφειν τὰς βῶς,quaſi inueniens boues.

Alpheus,per tres ſyllabas,& pe.prod.ἀλφειός,fluuius eſt in Elide Peloponeſi regione,quē Pauſanias lib.5.tradit occultis meatibus ſubter mare labi,& in Arethuſam Siciliæ fontem deſinere. Qua in re ſequutus eſt Poetarū fabulas, qui Arethuſam uenatricē fuiſſe tradunt, ab Alpheo adamatā: cui quum ille uim adhibere pararet,Dianæ miſeratione in fontē ſui nominis eſſe cōuerſam,occultisq; meatibus,ne amatoris undis polluereturin Siciliā uſq; fugiſſe,tādēq; in ea parte Syracuſanæ urbis,quę Ortygia dicitur, magna aquarum ui erupiſſe: Alpheūq; amatæ Nymphæ deſiderio eodē eſſe inſecutū.Verg.3.Aen.Alpheū fama eſt huc Elidis amnē Occultas egiſſe uias ſubter mare, qui nunc Ore Arethuſa tuo Siculis cōfunditur undis.Verū hęc fabuloſa eſſe cōſtat, quum Alphei aquę nuſquā abſorbeātur,ut docet Strabo li. 6.eiusq; oſtium manifeſtè uideatur inter Ichthyn promontorium,& Haliartum oppidum.

Alpheoniæ Dianæ templum, locus eſt ad Alphei fluminis oſtiū,ab Olympia ſtadijs octoginta diſtans.Strabo lib.8.

Alphion,ἀλφέων,lacus in Pyrrhœa,uitiligines tollens. Plin. lib.31.cap.2.

Alphius, fœneratoris nomē, à quo primū profecta eſſe dicitur celebris illa ſententia,Vel optima nomina, nō appellando,mala fieri.Huius meminit Horat.in Epod.Ode 2.

Alpinus,malus quidam Poeta fuit,qui Memnonis Auroræ filij bella deſcripſit,ſed tam malè,ut ab Horatio dicatur,Mēnona ſuis carminibus iugulare. Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona,&c.

Alſa,fluuius eſt Venetiæ, Aquileiam præterfluens. Plin.lib.3. cap.18.

Alſia, uillę nomen eſt,ditionis Mediolanēſis.In Variſienſi prę fectura.Vide Annotationes Alciati in Corneliū Tacitum.

Alſium,ἄλσιον, Ptolemæo,urbs eſt Tuſciæ litoralis, quā hodie ſanctam Seuerinam uocant.Plin.lib.3.cap.5.

Alſus,nomen eſt paſtoris apud Vergilium lib.12.Aen. Podalirius Alſum Paſtorem, primaq; acie per tela ruentem Enſe ſequens nudo ſupereminet.

Altea,nomē Meleagri matris.uide Althæa in Appellatiuis.

Altellus,Romulus dictus eſt ſiue quòd in tellure altus fuerit à lupa:ſiue quod rebus geſtis excelſus ac glorioſus eſſet:ſeu quòd à Tatio Sabinorū rege in colloquiū poſtulatus, alternis uicibus audierit ac loquutus fuerit.Nā ſicut à macro Macellus,à uafro Vafellus:ita ab altero Altellus fit.Hęc Feſtus.

Altinum,pen.pro.ἄλτινον,urbs olim in littore Venetiæ floretiſsima fuit:à qua Altinates populi dicti ſunt.Plin. lib.3.Epiſt.Arrianus Maturius Altinatium eſt princeps.

Auerni,populi Aquitaniæ.uide Auerni.

Aluntium,ſiue Alontium,ἀλόντιον Ptolemæo,oppidum Siciliæ non procul à Lilybæo promōtorio.* Inde Aluntini, ſiue Alontini,quorum meminit Plin.lib.3.cap.8.

Aluona,ἀλόουα Ptolemæo, quæ & Albona, oppidum Liburniæ. Inde Aluonenſes,ſiue Albonēſes,populi,quorū memi nit Plinius in deſcriptione Liburniæ.

Alutæ, populi Illyrici,in conuentu Scardonitano.Plin.lib.4. cap.21.

Alutrenſes, Iſtriæ populi,Plin.lib.3.cap.19.

Alyacmon,fluuius Macedoniæ. Claudianus, Et fruſtrà rapidū damnant Alyacmona Beſsi.* Legitur & Haliacmon pro eodem.

Alyatta, ἀλυάττα, regiūcula Bithyniæ,ita appellata ab Alyatte rege.Stephanus.

Alyattes,ἀλυάττης,Lydorum rex fuit,Crœſi pater cuius memoriæ extructum eſt monumentum apud Sardos, maximā impenſæ parte ab ancillis,quæ omnes apud Lydos corpore quæſtum faciunt,in hoc opus collata.

Alyba,ἄλυβη,regio non longè à Myſia:ubi argentifodinæ eſſe ab Homero traduntur.

Alybes,ἄλυβας, Græcorum nonnulli eos putant eſſe, qui & Chalybes.Strabo lib.12.

Alycus,ciuitas Peloponneſi Steph.

Alyſius,ἀλύσιος,Bacchus dicitur. ἀπὸ τοῦ λύω, id eſt ſoluo. Cęlius lib.7.cap.15.

Alyſonij,ἀλυσώνιοι,populi ſunt Stythiæ Aſiaticæ,ut docet Herodotus lib.4.

Alyſſos,Arcadię fons eſt,cuius aqua canis rabidi morſui medetur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Alyxothoe, ἀλυξοθόη, Nymphæ nomen, ex qua Priamus Aesacum suscepit. Ouid. lib. 11. Metam. Aesacon umbrosa furtim peperisse sub Ida Fertur Alyxothoe.

Alyzia, pe. pro. ἀλύζεια Stephano, Acarnaniæ ciuitas est, nõ procul à littore. Strabo lib. 10. Cic. Tironi: Tertio die abs te ad Alyziã accesseramus: is locus est citra Leucadã stadia c x x.

Amadoca, orum, ἀμάδοκα τὰ, siue Amadoci, montes sunt in Sarmatia Europæa: à quibus & accolæ Amadoci dicuntur. Ptolemæus.

Amalchium, à Scythis appellatur Oceani Septentrionalis portiõ, quã nos mare cõgelatum dicimus. Pli. lib. 4. cap. 13.

Amalecitæ, ἀμαληκῖται, gens Hebræorum, Steph.

Amalthea, ἀμαλθέα, pen. prod. nomẽ fuit nutricis Iouis. Nam ipsa cum sorore sua Melissa Iouem puerũ caprino lacte ac melle pauisse fertur. * Est & nomen Sibyllæ apud Tibullũ.

Amana, ἀμάνα, ciuitas Mediæ, Ptolemæo.

Amandra, regio ad Indum fluuium, in quatuor diuisa populos, Peucolaitas, Arsagalitas, Ceretas, & Asoos. Author Pli. lib. 6. cap. 20.

Amanides portæ, ἀμανίδες πύλαι, dicuntur angustiæ Amani montis, in quas ille desinit à Tauro discedens. Vide Strabonem lib. 4.

Amanoides, ἀμανοσσαλὶς, Ciliciæ promõtorium, Pomponio sic dictum, quòd formam effigiemq; Amani circumnauigantibus exhibet. Hermolaus.

Amãthes, populi sunt in Africa, Troglodytis proximi, apud quos tum salis, tum carbunculorũ, gẽmarũq; copia est, adeò ut ex sale domos sibi extruere dicũtur. Author Solinus.

Amantia, ἀμαντία, ciuitas Macedoniæ, Ptolemæo. Cic. 11. Philip. C. Antonius, qui tenet Apolloniam, magnam urbem, & graue m: tenet opinor Bullidem, tenet Amantiam, &c.

Amantini, ἀμαντῖνοι, Ptolemæo, Amantes Plinio, populi sunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Vngaria dicitur.

Amanus, ἀμανὸς Stephano, pen. pro. pars Tauri montis, qua Syria à Cilicia diuiditur. Strabo lib. 11.

Amaracus, penul. cor. Cynaræ regis Cypri puer, qui casu lapsus, dum ferret unguenta, fregit alabastrũ. Deinde, quũ nimio dolore contabuisset, uersus est in sampsuchũ, quæ ex eius nomine Amaracus cœpta est appellari, ἀμάρακος, σάμψυχον. Verg. 1. Aen. - ubi mollis amaracus illũ Floribus & dulci aspirans cõplectitur umbra. Plin. li. 21. ca. 22. Sampsuchũ, siue amaracum in Cypro laudatissimum, & odoratissimum, scorpionibus aduersatur, ex aceto & sale illitum. Herbã hãc uulgò Maioranam uocamus.

Amaramis, ut refert Iosephus, fuit nomen patris Mosis.

Amaranthi, ἀμαρανθοὶ, populi inter Colchos, apud quos Phasis fluuius oritur: unde & Amaranthius à quibusdam appellatur. Stephanus.

Amarbi, populi Scythiæ, Hircanis proximi: quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 13. Strabo lib. 11. Amardos uocat.

Amardus, Mediæ fluuius, Ptolemæo.

Amarusia, ἀμαρυσία, Dianę cognomen est, tractum (ut Pausaniæ uidetur) ab Amarynthο Eubœæ uico, ubi summa cum ueneratione coleba tur Diana.

Amarynthus, ἀμάρυνθος, uicus est Eubœæ insulæ iuxta Eretriam, in quo Diana colebatur, quæ inde Amarusia dicta est. Strabo lib. 10.

Amasenus, pe. pro. fluuius Volscorum. * Est & alter in Sicilia eodem nomine, de quo Ouidius lib. 15. Metamorp. Nec non Sicanias uoluens Amasenus arenas.

Amasia, ἀμάσεια, pen. pro. oppidum Cappadociæ, quod Iris fluuius præterfluit. Strabonis Geographi patria, ut idem Strabo testatur lib. 12.

Amasias, ἀμασίας Straboni fluuius est Germaniæ inter Rhenum & Albim, iuxta Emdam Phrysiæ orientalis metropolim, in Oceanum illabens. Germani sua lingua der Ems uocant. Plinio, & Pomp. Melæ Amisius dicitur.

Amasis, ἄμασις, pen. prod. nomen proprium regis Aegypti, cuius tumulus fuit una pyramidum dicente Lucano li. 9. Non mihi pyramidum tumulis euulsus Amasis. Hic legem condidit, ut quisq; quotãnis apud præsidẽ rationẽ uitæ redderet, demõstaretq; unde uiueret, aut quo quæstu sustẽtaretur: sin minus, morte affigeretur. Hãc legẽ Solon ab Aegyptis trãstulit ad Athenienses. Regnauit eodem tempore in Aegypto, quo septẽ sapientes in Græcia floruerũt. Multa de hoc Plutarchus in Symposio septem sapientum, & Diogenes Laërtius in uita Periandri.

Amasi, Plin. lib. 6. cap. 7. populi circa Mæotim.

Amastris, ἄμαστρις, metropolis Paphlagoniæ, quæ antea Crõna dicebatur: postea Amastris appellata ab Amastri muliere Persica, filia Oxyathræ, fratris Darij: aut (ut alijs placet) ab Amastri quadam Amazone. * Est & urbs Bithyniæ, Ptolemæo.

Amath, nomen filij Chanaan, qui (authore Iosepho) Amathones instituit, qui & Amathæi dicuntur.

Amatha, à Põtifice appellabatur uirgo Vestalis, quũ ad mysterium Vestę capiebatur: quòd prima, quę hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autem idcirco dicebatur, quòd ueluti bello capta à parente, uel ab eo, in cuius potestate erat, manu à Pontifice maximo apprehensa abducebatur.

Amatæ, populi Indiæ. Plinius lib. 6. cap. 20.

Amathia, orum, ἄμαθα τά, regio Arabiæ. Vnde Amathæi, ἀμαθαῖοι, Arabiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 28. Horum meminit Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 12. & Stephanus.

Amathe, es, ἀμάθη, Stephano, oppidum est Phœnices, & alterũ Siciliæ. Ab utroq; deducitur gẽtile Amathæus, ἀμαθαῖος.

Amathus, pen. cor. thuntis, ἄμαθος, Cypri ciuitas est Veneri sacra, in qua & Adonis colebatur. Virgil. lib. 10. Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atq; Cythera. Ouidius, Piscosamq; Cnidon, grauidamq; Amathunta metallis.

Amathuntheus, thea, theum, pen. prod. Idem lib. 10. Lactanteis uitulos, Amathunteasq; bidenteis.

Amathuntius, tia, tium. Virgilius in Cyri, Quòd si animo quo uis alio iactaris amore: Nam te iactari, non est Amathuntia nostri Tam rudis, ut nullo possim cognoscere signo. Vbi tamen in castigatioribus exemplaribus non Amathuntia legitur, sed Amathusia.

Amathusij, ἀμαθούσιοι, Cyprij sunt ab Amathunte urbe. Strab. libro 8.

Amathus, Amathi, ἄμαθος, fluuius Pylon urbẽ, Nestoris patriam, præterlabẽs: à cuius nomine Pylos ipsa Amathoëssa uidetur appellata. Hic etiam Pamisus uocatur. Strabo lib. 8. & Mamaus, & Arcadicus. Author Strabo lib. 8.

Amathusia, ἀμαθουσία, insula in mari Cilicio, ab Amathunte uetustissima urbe sic appellata. Nunc Cyprus dicitur. Plin. lib. 5. cap. 31.

Amathusiacus, a, um, adiectiuum. Ouidius Metam. 10. Lactanteis uitulos, Amathusiacasq; bidentes.

Amaxa, ἄμαξα Stephano, Bithynię locus: à quo gentilia Amaxæus ἀμαξαῖος, & Amaxites, ἀμαξίτης.

Amaxia, ἀμαξία, Ciliciæ urbs est, materia ad fabricandas naues maximè abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strabo lib. 14.

Amaxobij, populi inter Sarmatas. Vide Hamaxobij.

Amaxitus, ἀμαξιτὸς Stephano, Troadis locus, ara duodecim deorum insignis, quam Agamemnon construxit. * Hinc Amaxitani dicuntur, Amaxiti incolæ, quos Apollodorus Amaxitenos ἀμαξιτηνούς appellat. Meminit huius loci Plinius lib. 5. cap. 30. & Strabo lib. 13. * Est præterea Amaxitus, oppidum in sinu Doridis, apud Plinium lib. 5. cap. 29.

Amazones, ἀμαζόνες, penul. cor. fœminæ bellicosissimæ, Scythiã iuxta Tanaim primùm, deinde ad Thermodoonta incolentes, quæ magnam Asiæ partem occupauere. Dictæ Amazones, eo quòd mammis carerent: ab ἀ sine, μαζὸς mãma. Mos enim fuit Amazonibus, interfectis maribus, quos genuissent, seruare fœminas, earũq; infantium mammas dextras iniurere, ne impedimento essent ad pugnã conferẽdã, & ne sagitarũ iactus impediretur. Vel Amazones ab ἀ & μάσσω, id est pulte seu pane, quasi sine pane, eo quòd non pane uescerentur, sed carnibus. Alij ab ἅμα & ζώω, cum aspiratione in principio, tanquam in cõmune uiuentes, dictas putãt. Stephanus dictas putat à nympha Amazonide, filia Samonæ. Fuere & in Libya Amazones. unde Silius Ital. lib. 2. Hasbiten Harbæ filiam Amazonica pelta insignem facit. Alij ab Amazone puella, Dianæ sacerdote, & regina Ephesi, Amazones uolunt appellatas.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Amazonia, ἀμαζονία, illarum regio dicitur.

Amazonius, mons Cappadociæ, præter cuius radices labitur Thermodoon fluuius. Plin. li. 6. cap. 3.

Ambarri, à Cæsare inter Galliæ Lugdunensis populos numerantur.

Ambastæ, populi sunt Asiæ. Et Ambastum fluminis nomen in Asia. Authore Ptolemæo.

Ambæ, ἄμβη, ciuitas est Arabiæ fœlicis, Ptolemæo.

Ambiani, siue Ambianenses, ἀμβιανοί, populi sunt Galliæ Belgicæ, quos Plin. li. 4. Bellouacis cóiungit. Gallice, Amiens.

Ambigatus, Celtarum rex fuit, qui ubi maiorem uidit suorũ multitudinem, quàm ut commodè ab ea regione ali possent, Bellouesum & Sigouesum sororis suæ filios cum magna Senonum parte ad quærendas nouas sedes, alterum in Italiam, alterum ad saltus Hercynios misit. Vide Liuium ab urb. cond. lib. 5.

Ambracia, ἀμβρακία, urbs in Epiro, Pyrrhi regia, ab Ambrace rege Thesproti filio: à qua proximus sinus Ambracius dictus est.

Ambracienſis, & Ambraciotes: siue Ambraciota, ἀμβρακιώτης. Ex hac urbe originem traxit Theombrotus, Ambraciota dictus, qui quum Platonis librum de æternitate animarũ perlegisset, præcipitem se dedit in mare.

Ambrones, ἄμβρωνες, gentes quædam Gallicæ, quæ subita inundatione maris, quum sedes suas amisissent, rapinis se alere cœperũt. Hos cũ Cimbris, Teutonicisq; Marius deleuit. Hinc tractũ est, ut turpis uitæ homines, Ambrones dicãtur.

Ambrosius, ἄμβρόσιος, proprium nomen, diuinus seu immortalis dicitur.

Ambrysus, ἄμβρυσος, pen. prod. nomen est duarum urbium, quarum unam Strabo locat in Phocide, alteram in Bœotia. * Est & hoc nomine fluuius Magnesiæ, iuxta quem Apollinem Admeti regis pecus pauisse, poetę fabulantur. Alij scribunt Amphrysus. Vide infrà.

Ambulatri, à Plin. lib. 4. cap. 19. referuntur inter populos Galliæ Aquitanicæ.

Amelas, Lyciæ oppidum. Plin. lib. 5. cap. 27.

Amelius, philosophus Apamiensis, discipulus Plotini, Porphyrij magister, Ammonij & Origenis coætaneus. Suidas.

Ameria, ἀμέρια Stephano, ciuitas in Vmbria ante Persicum bellũ annis nongentis septuaginta quatuor condita: unde Salix Amerina apud Plin. lib. 24. cap. 9. & Amerini populi ciuitatis. Plin. li. 3. cap. 14. * Et Amerina retinacula pro uimini bus. Verg. 1. Georg. Atq; amerina parant lentæ retinacula uiti. Vbi Seruius, Amerina retinacula, uirgas de quib. uites religãtur: quæ uirgæ abũdãt circa Ameriam oppidum Italiæ, cuius crebram in Rosciana fecit Cicero mentionem.

Ameriola, oppidum in Latio. Plin. lib. 3. cap. 5.

Amestratus, ἀμήστρατος, Siciliæ oppidum: cuius incolæ dicũtur Amestratini, ἀμηστρατῖνοι. Author Stephanus. Horum meminit Cicero quinta actione in Verrem, Quid Amestratini miseri impositis ita magnis decumis?

Amestris, ἀμήστρις, regina fuit Persarũ, uxor Xerxis. de qua multa Herodotus.

Amilcar, aris, pen. genitiui cor. ἀμίλκαρ, Punicum nomen est, quo dicti sunt aliquot illustres Carthaginiensiũ duces, quorum præcipuus fuit Annibalis pater, qui filium irrecõcilabili illo erga Romanos odio primus imbuit. * Fuit & alter Alexandri magni tempore, qui quum ciues sui crescentes Alexandri uires extimescerent, exulem se fingens, ad eius castra transfugit. Receptus itaq; ab Alexandro in militiam, & consilijs adhibitus, suis omnia ciuibus in tabellis ligneis, cera superducta perscribebat.

Amilus, urbs Arcadiæ Step. Et fluuij nomen. uide Anulus.

Amipsias, ἀμειψίας, poeta comicus Athenienſis, Suidæ.

Amisius, fluuius est Germanię, quẽ Amasiã à Strabone uocari suprà diximus. Hic in Frisia Orientali iuxta Emdã ciuitatẽ in Oceanũ influit. Germani hũc fluuiũ sua lingua der Ems uocãt, quasi Emisiũ dicas. meminit eius Plin. lib. 4. cap. 14.

Amisum, ἄμισον, siue Amisus ἄμισος Stephano, oppidum est insigne in confinio Paphlagoniæ & Cappadociæ, distans à Sinope c x x x. m. pass. De hoc Plin. lib. 6. cap. 2.

Amita, oppidum Plin. lib. 3. cap. 11.

Amiternum, ἀμίτερνον, urbs Campaniæ, ex qua Crispus Sallust.

natus perhibetur. Hodie Aquila dicitur. Plin. lib. 3. cap. 5.

Aminanitę, genus Nabathęorum Arabum, teste Iosepho. Dicti sunt autem ab Ammano filio Loti, Stephanus in Amam montis mentione. In ueteri testamẽto Ammonitæ uocãtur.

Amiternus, adiect. ut, Amiterna cohors apud Silium Ital. lib. 8. Item Amiternus ager. Martial. lib. 13. Nos Amiternus ager fœlicibus educas hortis.

Amithaon, pater Melãpi uatis. Stat. Theb. 3. - solers tibi cura futuri Amphiarae datur, iuxtaq; Amithaone cretus Iã senior, sed mente uirens, Phœboq; Melãpus. * Amithaonia domus. Propert. Mox Amithaonia nupta futura domo.

Amithoscuta, regio Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

Amittinenses, Italiæ populi in tractu Hetrurię. Pli. lib. 3. ca. 5.

Ammon, nis, ἄμμων Suidæ, siue (ut alij malũt) Hammon, Iupiter appellatus fuit, qui in desertis Libyæ sub arietis formã colebatur. Cuius appellationis ratio hæc fuisse traditur: Quũ Liber pater per desertũ Libyæ exercitũ duceret, uniuersa iã Asia deuicta, & siti admodũ laboraret, imploraſſe à patre auxiliũ dicitur. Quo facto, apparuisse ei extẽplò arietem: quẽ dũ fugientem persequitur, peruenisse illo duce ad fontẽ amœnissimũ. Quapropter desiderio potitũ existimasse arietẽ illum fuisse Iouem, eiq; tẽplũ miræ magnitudinis in arena constituisse, & Deum uocasse Ammonem, hoc est Iouem arenariũ. Sunt qui dicant lingua Aegyptia Ammon Iouem dici: hinc corrupto nomine Ammonẽ uocitatũ. Alij tradunt Ammonem dictum ab Ammone quodam pastore, qui primus illic tẽplum ædificauit. Huius meminere Suidas, & Aristophanes ἐν ἤρνεσιν.

Ammonethus, insula Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

Ammonia, ἀμμωνία, regio mediterranea Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, ita dicta ab arenæ copia, quæ ἄμμος Græcis dicitur.

Ammonius, ἀμμώνιος, Alexandrinus philosophus fuit, Origenis & Porphyrij coætaneus. de quo uide Eusebium in Hist. Eccles.

Ammothea, ἀμμόθια, Nymphę nomen est. ita dictũm, ἀπὸ τῆς ἄμμου καὶ θέειν, quasi per arenam currens.

Amnisus, fluuius Cretæ. lege Amnis appellatiuum.

Amnus, insulę Dolicę in Arabia fluuius. Plin. lib. 6. cap. 28.

Amolbus, ἄμολβος ciuitas Magnetum, & alia Macedoniæ. Stephanus.

Amometus de Seribus priuatim condidit uolumẽ, sicut Hecatæus de Hyperboreis. Plin. lib. 6. cap. 17.

Amorges, ἀμόργης, fuit ex Darij ducibus unus, qui à Caribus insidijs circũuentus, unà cum Dauriſe, & Sisamace, & Myrſe Gygis filio fuit obtruncatus. Herod. lib. 5.

Amurgos, ἀμοργός, insula una ex Sporadibus. Strabo lib. 10. & Plin. lib. 4. cap. 12.

Amorrhæi, ἀμορραῖοι, populi dicti sunt ab Amor patre Sichem, uel ab Amorrhæo filio Canaan.

Ampe, ἄμπη, oppidũ Arabię nõ procul à mari rubro: cuius meminit Herod. li. 6. Gentile est Ampęus, ἀμπαῖος, Steph.

Ampela, ciuitas est Cretæ insulæ apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Ampelos, nomen duarum ciuitatum & promontorij. uide in Appellatiuis Ampelos, ἄμπελος.

Ampeloessa, oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima est. Author Plin. lib. 5. cap. 18.

Ampelusia, ἀμπελουσία, nomen est promontorij in ea Africæ parte, qua Atlantem alluit Oceanus, à uitium copia impositum. Plin. lib. 5. cap. 1.

Amphapalia, locus est Cretæ, apud Strabonem, in ipsius insulæ descriptione.

Amphæ, ἄμφη. una Cycladum. uide Casos.

Amphea, ἄμφεια, urbs Messenæ. Steph.

Amphiala, oppidum est Atticæ Straboni lib. 9.

Amphiaraus, pen. prod. ἀμφιάραος, Argiuus Oeclei, aut (ut alij malunt) Lini & Hypermnestræ filius, uates & augur fuit, futurorũ peritissimus: qui quũ præuideret fore, ut in bello Thebano interiret, domi latitauit. Tãdem tamẽ ab uxore proditus, inuitus à Polynice ad bellum est pertractus: ubi quum fortiter pugnaret unà cum curru terræ hiatu absumptus est. Vide hæc latius apud Statium.

Amphias, ἀμφίας, Tarsius fuit, qui ex infima sorte ad summas opes euectus, quum amicum, tanquam degenerem, multis

pro-

probris affeciſſet, tandem, uelut reſipiſcens ſubiecit: Sed & nos ex ijſdem ſeminibus ſumus. Quæ uox ab aſtantibus ſumma lætitia excepta eſt.

Amphicæa, urbs Phocidis. Stephanus.

Amphictyones, ἀμφικτίονες, publicum Græciæ concilium, ut ſcribit Cicero de Inuent. lib. 2. Vnde decreta Amphictyonum citat Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte. Conſtabat autem Amphictyonum conuentus ex ſeptem Græciæ ciuitatibus, ut docet Strabo lib. 9. Vnde autē Amphictyonum nomē deducatur, docet Dionyſius lib. 14. Amphictyonem Heleni filium cōmentum eſſe Amphictyonicum concilium, cui ab ipſius nomine nomē indiderunt. * Hinc Amphictyonicus, ca, cum: ut, Leges Amphictyonicæ, quibus ad concordiam colendam inuitabantur.

Amphidamas, ἀμφιδάμας, Buſiridis fuit filius, quem Hercules unà cum patre hoſpites immolante, interfecit.

Amphigenia, ἀμφιγένεια, oppidum Peloponneſi, in tractu Meſſeniaco, cuius meminit Statius 4. Theb. Huic parrēe dati, quos fertilis Amphigenia, Planaq; Meſſene, montanaq; nutrit Ithome. Meminit eiuſdem & Homerus.

Amphilochi, ἀμφίλοχοι, Acarnanię populi, Argos Amphilochi cum incolentes.

Amphilochus, ἀμφίλοχος, Athenienſis philoſophus, & agriculturæ ſcriptor, ut teſtis eſt M. Varro lib. 1. de Re ruſtica. * Fuit & Amphilochus filius Amphiarai uatis ex Eriphyle ſuſceptus, ut in Odyſſea teſtatur Homerus.

Amphilitus, ἀμφίλυτος, ariolus ex Acarnania, qui Piſiſtrato tertio Athenarum tyrannidem repetenti author fuit, ut nō ctu Athenienſes inuaderet. Herod. lib. 1. Hic diuina pompa fungens Amphilytus Acarnan, uir ariolus, Piſiſtratum cui aſsiſtebat, adijt, atque hæc hexametro carmine uaticinatus eſt, inquiens: Eſt nummus proiectus, item ſunt retia tenta, Nocte meant thynni claro ſub ſidere lunæ.

Amphimachus, ἀμφίμαχος, Cteati filius, unus ex quatuor ducibus Epeorum: de quo Homerus in Catalogo.

Amphimalis, ἀμφιμαλίς, ſinus eſt Cretæ inſulæ, ut teſtis eſt Ptolemæus. Hodie ſanctus Nicolaus uocatur, Stephano Amphimalium uel Amphimalla ciuitas eſt Cretæ. Meminit etiam Plinius lib. 5. cap. 12.

Amphimedon, nomen Libyci cuiuſdam, qui in aula Cephei regis aduerſus Perſeum pugnans, occiſus eſt. Ouidius 5. Metamorph.

Ecce Syenites genitus Methione Phorbas,
Et Libys Amphimedon, auidi committere pugnam.

Amphinome, ἀμφινόμη, Nympha, à circumpaſcēdo, quod proprium eſt aquarum, quæ ripas & littora circumquaque depaſcuntur.

Amphion, ἀμφίων, pen. prod. Iouis & Antiopes, uel ſecūdum aliquos, Mercurij filius, à quo accepta lyra adeò ſuauiter canebat, ut ſaxa ad ſtruendos muros Thebanos traxiſſe dicatur. Horatius, Dictus & Amphion Thebanę conditor urbis, Saxa mouere ſono teſtudinis. Quod ideo fictum, quia eloquij ſuauitate homines rudes, & incultis moribus, ad obſequij ciuilis pellexit diſciplinam. Quod idem Horatius expoſuit: nam quum dixiſſet, Sono teſtudinis, addidit, Et prece blanda. Ferunt hunc inueniſſe Muſicam. De Amphione lib. 1. Apollonius Rhodius in Argonauticis. * Hinc Amphionius, a, um.

Amphipolis, ἀμφίπολις, ciuitas in ea parte, qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quòd eā Strymō amnis circūfluat.

Amphirrhoe, ἀμφιῤῥόη, Nympha, ab undecunque fluendo.

Amphisbæna, ſiue (ut alijs placet) Amphiſibæna, ἀμφισβαίνα, ἢ ἀμφισιβαῖνα, ſerpens eſt in Libyæ deſertis, duo habens capita, unde & circulatis tractibus creditur incedere. Lucanus lib. 9. Et grauis in geminū ſurgens caput amphiſibęna.

Amphiſcij, ἀμφίσκιοι, appellantur ij qui ſub æquinoctiali habitant circulo, eo quòd quadruplici uerberentur umbra. Nam Sole exiſtente in alterutro punctorū æquinoctialiū, hoc eſt in principio Arietis aut Libræ, umbra eorum matutina iacitur uerſus Occidentem, ueſpertina uerſus Orientem. Sole autem Cancrum, aliquod ue ex cæteris ſignis ſeptentrionalibus perambulante, umbram habent Auſtralē: contrà uerò Septentrionalem, Sole ſub Capricorno, aliquo ue alio Auſtralium ſignorum iter faciente.

Amphiſſa, ἄμφισσα, urbs Locrorum, qui Ozolę dicuntur: ita appellata, teſte Stephano, quòd undiq; montibus cingatur. Luca. lib. 3. Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopuloſaq; Cyrrha. Hinc Amphiſſæi, ἀμφισσεῖς, qui Delphicum tēpium diruerunt, apud Demoſthenem in oratione pro Cteſiphonte.

Amphiſtratus, ἀμφίστρατος, pen. cor. ſtatuarij nomen apud Plin. lib. 36. cap. 5.

Amphithoe, ἀμφιθόη, Nymphæ nomen eſt, à circuncurſitando dictum, ab ἀμφί circum, undequaq;: & θέω, curro.

Amphitrite, tes, ἀμφιτρίτη, pen. prod. Oceani & Doridos filia, quæ fingitur à poetis eſſe uxor Neptuni: & per metonymiā ponitur pro mari. Nomen deductum eſt ab ἀμφιτρίβειν, hoc eſt, à circunterendo, quòd mare terram undiq; terat, & lancinet. Ouid. Metamorph. 1. - nec brachia lōgo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Amphitus, ἄμφιτος, alter ex Caſtoris & Pollucis aurigis. Plin. lib. 6. cap. 5.

Amphitryo, ἀμφιτρύων, princeps Thebanus, Alcęi filius, & Alcmenę Herculis matris cōiux, à τρύω gemo, uel τρύχω, uexo. Plautus tamē Amphitruo ſcribit, quia uetuſtiſsimi Romani peregrinas literas nō admittebāt. Vnde & Phryges dicebāt, quos nos Phryges: & Sullā, quē nos Syllā. * Hinc deducitur Amphitryonides patronymicū, & per epentheſin Amphitryoniades, quo poetæ utuntur pro Hercule Amphitryonis re uera filio: quāuis ob rerū geſtarū magnitudinem nonnulli originem eius ad Iouem retulerint. Vergil. 8. Aen. Interea quum iam ſtabulis ſaturata moueret Amphitryoniades armenta.

Amphryſus, ἄμβρυσος, ἡ καὶ ἄμφρυσος, Stephano, pen. prod. fluuius Theſſaliæ, iuxta quem armēta regis Admeti Apollo paſcuiſſe traditur. Lucan. lib. 6. Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi.

Amphryſius, a, um, ἀμφρύσιος. Verg. 6. Aen. Quæ contrà breuiter fata eſt Amphryſia uates. * Itē Amphryſiacus, ca, cū. Papinius, Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi. * Eſt & nomen duarum urbium. Vide ſuprà Ambryſus.

Ampſaga, ἄμψαγα Ptolemæo, fluuius eſt Mauritaniæ Cæſarienſis: cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 2.

Ampſalis, ἀμψαλίς, ciuitas Sarmatię in Aſia, Ptolemæo.

Ampycus, ἄμπυκος, Titanoros filius, qui ex Chloride, ut ait Apollonij Commētator, Mopſum augurem ſuſcepit, à quo Ampycides appellatur. Ouid. lib. 12. Meram. Nec tu crediderīs tantum ceciniſſe futura, Ampyciden Mopſum, &c.

Amſanctus, locus eſt in medio Italiæ apud Hirpinos, ſulphureas habens aquas, quę quòd undiq; ſyluis anguſtijsq; cluſæ ſint, tam peſtilentē emittūt odorem, ut propius accedentes eo enecentur. * Hinc factus eſt locus fabulæ, in Amſancti uallibus inferorū ſpiraculū eſſe. Ci. 1. de Diuin. Quidenim nō uidemus, quàm ſint uaria terrarū generā ſut & Amſancti in Hirpinis, & in Aſia Plutonia, quæ uidimus. Verg. 7. Aen. Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis Nobilis, & fama multis memoratus in oris Amſancti ualles, &c.

Amulius, ἀμύλιος, Procæ filius, & Numitoris frater, qui regnum fratri abſtulit, atq; omnē eius ſtirpē uirilem necauit. Fratris quoq; filiæ Rheæ Syluiæ, per ſpeciem honoris, quū Veſtalem eam legiſſet, perpetua uirginitate ſpem partus ademit. Liuius 1. ab Vrbe.

Amxyrus, uide Anxyrus.

Amycla, ἀμύκλη, una è filiabus Niobes, quam tradit Pauſanias cum Melibœa ſorore ſeruatam, implorata Latonæ uenia. Homerus tamen omnes interiſſe tradit. Hermol. in Plin. libro 36. cap. 5.

Amyclæ, ἀμύκλαι, pluraliter. nomen eſt urbis Laconiæ, Tyndari regia, in qua nati ſunt Caſtor & Pollux. Alia eſt in Italia inter Tarracinā & Fundos in paludibus, à Laconibus condita, iuxta Seruium: cuius ciues, quum Pythagoricam ſectarētur, & abſtinerent cæde animalium, nec uicinę paludis ſequer

Amyclas, ἀμύκλας, Lacedæmonis filius, ut eſt author Dictys Cretenſis in libro quem de expeditione Græcorum in Troianos compoſuit.

Amyclum, lege Amydon.

Amycus, ἄμυκος, Neptuni & Melies Nymphę filius, Bebrycio rum rex, qui eam cõſuetudinẽ habuit, ut aduenas in Bebrycĩ nemus ad cæſtuum certamen prouocaret, & inſidijs circunuentos ibidẽ interficeret. Quum itaq; Argonautę in Bebrycium ueniſſent, Pollux ab eodẽ ad certamen prouocatus, cognitis inſidijs, ſocios cõuocauit, & ab ijs adiutus, Amycũ interfecit. Verg. 5. Aen. - qui ſe Bebrycia ueniẽs Amyci de gente ferebat. * Amycus itẽ unus è Cẽtauris fuit, Ixionis & Nubis filius. * Alius fuit Aeneæ comes. Verg. li. 9. - in de ferarum Vaſtatorem Amycum, &c.

Amydon, ἀμυδών, pen. cor. ciuitas Pœoniæ, quæ auxilia miſit Troianis. Iuuenalis Satyr. 3. Hic alia Sicyone, eſt hic Amydone relicta.

Amymone, ἀμυμώνη, una ex quinquaginta filiabus Danai regis, quæ dũ ſe in ſyluis iaculãdo exerceret, Satyrum percuſſit imprudẽs: qui impetu in eã facto, uim ei uoluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo paſſa eſt, quod à Satyro formidarat. Itaq; prægnans facta, Naupliũ peperit. Vide Strabonẽ lib. 8. * Eſt & Amymone apud eundem, fons iuxta Lernam, cuius meminit & Plin. lib. 4. cap. 5.

Amyntas, ἀμύντας, pater fuit Philippi Macedonis. * Eſt item paſtoris nomen apud Theocritum. & Verg. 3. Eclog. At mihi ſeſe offert ultrò meus ignis Amyntas.

Amyntor, ἀμύντωρ, Dolopum rector. Ouid. 12. Meram. Quem Dolopum rector bello ſuperatus Amyntor. Hic, Homero teſte, Iliad. 2. pater fuit Phœnicis. Ouid. 8. Metamor. Amyntore cretus Phœnix.

Amyrgium, campus Sacarum Steph.

Amyrum, ἄμυρον, Theſſaliæ oppidum. Steph.

Amyſum, oppidum Paphlagoniæ Plin. cap. 9. lib. 6.

Amythaonia, ἀμυθαονία, Elidis pars eſt, teſte Stephano, ita dicta ab Amythaone Crethei filio,

Amythaon, ἀμυθάων, Melampodis inſignis auguris & medici pater fuit, quem ab illo Amythaonium uocat Vergil. 3. Georg. Phillyrides Chiron, Amythaoniuſq; Melampus.

Amyzon, ἀμυζών Ptolemæo, Cariæ oppidum eſt, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Ana, ſiue (ut apud Melam legitur) Anas, ἀνάς Ptolemęo, fluuij nomẽ eſt apud Hiſpanos, qui Beticã, hoc eſt Granatam, à Luſitania, quam hodie uocãt Portugalliã, diuidit. Vide Plinium li. 3. cap. 2. & 22. Vulgo Guadiana. Eſt quoq; nomen animalis cuiuſdam orientis.

Anabis, ἀναβίς, oppidum Hiſpaniæ, in tractu Tarraconenſi, Ptolemæo.

Anabura, ἀνάβυρα, Piſidię oppidum apud Strabonem lib. 12.

Anace, ἀνάκη, oppidum Achaiæ apud Stephanum.

Anacharſis: ἀνάχαρσις, Philoſophus ex Scytharũ genere, ſapientiæ admirandæ, ut ſcribit Cic. lib. 5. Tuſc. qui ſtudio cognoſcẽdi ritus & mores Græcorũ in Græciam ſe cõtulit, eodem tempore, quo ſeptẽ ſapientes florebant. Huius imaginibus inſcriptum erat, Lingua, uentre, pudendis abſtinendum eſſe. Plinius tradit Anacharſim inueniſſe rotã figuli, cuius circuitu uaſa formantur. Sed ſi (ut inquit Seneca) apud Homerũ longè antiquior inueniatur figuli rota, nõ uideo quomodo Anacharſis eſſe author huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famẽ pro pulmẽto habebat. Hic leges aranearũ telis quàm ſimilimas eſſe dicebat, ꝙ muſcas quidẽ, & cætera eius generis infirmiora animalcula irretirent, à fortioribus autẽ perrumperentur. Interrogatus autem quo pacto abſtemius fieret, reſpõdit, ſi ebriorũ mores ſibi ante oculos ponat. De genere mortis eius tradit Laertius, ꝙ quũ in patriã ſe recepiſſet, Græcoq; ritu ſacrificaret, à fratre ſuo Scytharũ rege, fuerit interemptus.

Anacreon, ἀνακρέων, nomen proprium poetæ lyrici, à quo metra Anacreontica dicta ſunt. Ortus fuit ex Teo Ioniæ ciuitate: ex qua etiam Hecatæus hiſtoricus. Amauit puerũ nomine Batyllũ, uiſenda pulchritudine ſpectabilẽ. Horat. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batyllo Anacreonta Teium. Perijt acino uuæ paſſæ ſtrangulatus, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 7.

Anactoria, ἀνακτόρια Stephano, oppidum eſt Acarnaniæ, ad ſinum Ambracium Plin. lib. 4. cap. 1. * Eſt item hoc nomine Ioniæ urbs in minore Aſia, poſtea Miletus appellata, ut teſtatur idem Plin. lib. 5. cap. 29.

Anæa, ἄναια Stephano, urbs Cariæ contra Samum: à qua ſiun gentilia, Anæus, ἀναῖος: & Anaites, ἀναίτης. Hinc ortus fuit Menelaus Anæus, Peripateticæ familiæ philoſophus, & hiſtoriarum ſcriptor egregius.

Anætia, ἀναιτία, oppidum maioris Armeniæ, quod ab Eũphrate alluitur Plin. lib. 5. cap. 24.

Anagnia, ἀναγνία Ptolemęo, ciuitas Hernicorũ in Latio, ubi Antonius ſorore Auguſti cõtẽpta, & Cleopatra in uxorem ducta, monetam ſe riri iuſsit. Verg. lib. 7. Quos diues Anagnia paſcit, &c.

Anaitis, idis, ἀναΐτις, Deæ cuiuſdã nomẽ, quæ in Sacaſena Armeniæ regione præcipuè colebatur. Huius deæ miniſterio moris erat optimatũ filias forma præſtantiſsimas dedicare: quæ ubi aliquãdiu omnib. corporis ſui copiã feciſſent, tanquàm nobiliores redditæ, deinceps uiris tradebãtur. Dies feſtus huic numini dicatus, Saca uocabatur, quo ſe uiri mulieribus permiſti ad ſtuporẽ uino ingurgitabãt. Sunt qui tradant, hęc feſta in memoriã uictoriæ, quã Cyrus de Sacarũ gente retulit, eſſe inſtituta. Ferunt enim Sacas Cyri caſtra ingreſſos, quæ ille ſimulata fuga, epulis uinoq; differta reliquerat, ita ſe uino obruiſſe, ut à Cyro omnes ad internecionem penè deleti fuerint prius, quàm poſſent expergiſci. Strab. lib. 11.

Analitæ, ἀναλῖται, populi Arabiæ, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Anapauomenos, ἀναπαυόμενος, fons eſt in Dodone, Ioui ſacer: dictus παρὰ τὸ ἀναπαύεσθαι, eo quòd ſub meridiẽ quotidie deſinat fluere. De hoc ſic ſcribit Plin. lib. 2. cap. 103. In Dodone, Iouis fons quũ ſit gelidus, & immerſas faces extinguat, ſi extinctę admoueantur, accẽdit. Idẽ meridie ſemper deficit: qua de cauſa Anapauomenõ uocant: mox increſcens, ad medium noctis exuberat: ab eo rurſus ſenſim deficit.

Anaphe, ἀνάφη, inſula eſt una Sporadum, inter Theraſiam & Aſtypalæam, quam Plin. lib. 2. cap. 87. enumerat inter eas, quæ diu aquis tectæ, tandem emerſerunt. Nominis ratio à Stephano hæc traditur, quòd Argonautis intermeſtri luna tempeſtate iactatis, opportunè apparuerit.

Anapis, ἄναπις, pen. prod. Siciliæ fluuius lenitèr decurrens, decem ſtadijs procul à Syracuſis in mare defluens. Ouid. 5. Metam. Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapis.

Anariacæ Straboni, Anariaci Plinio, ἀναριακοὶ Stephano, populi ſunt ad mare Caſpium ad Ortum incolentes: quorum oppidum Anariace, ἀναριάκη, cõmemoratur à Stephano.

Anas, ἄνας, fluuius ulterioris, Hiſpaniæ Bæticam diuidens à Luſitania: de quo Pomp. Mela lib. 2. * Antiqui præterea Anaten uocabant annuum morbum, quo ſcilicet uetulæ laborabant. Feſtus.

Anaſa, ἄνασα, oppidum Carmaniæ, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Anaua, ἄναυα, urbs Phrygię, Step.

Anauros ἄναυρος, fluuius, Theſſaliæ, ex Pelio monte fluens, quaſi abſq; aura dictus. Lucanus lib. 6.

Quiq; nec humenteis nebulas, nec rore madentem
Aëra, nec tenues uentos aſpirat Anauros.

De hoc fluuio, uel potius torrente, uide plura apud Apollonium Argonaut. lib. 6.

Anauſis, apud Flaccũ in Argonaut. procus eſt Medeæ, Alanorũ & Heniochorum rex, poſtea à Stylo riuali interfectus.

Anax, ἄναξ, propriũ uiri nomẽ, qui fuit Cœli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Celius Rho. li. 5. ca. 1.

Anaxagoras, ἀναξάγορας, pen. cor. Clazomenius philoſophus fuit, in phyſicis præcellens, qui nõ modò generis gloria & diuitijs, uerùm animi quoq; magnitudine clariſsimus fuit, quippe qui totũ patrimoniũ ſuis ſpõte reliquit. Et quũ ab eis negligentiæ inſimularetur, Quid ergo, inquit, non nè uos iſta curatis? Mox abſcedens, ad ſpeculandũ rerũ naturam ſe cõtulit, ſtudio doctrinarum flagrãs, rei & priuatę & publicæ omnino negligẽs, & incurioſus, adeò ut cuidam ipſum ita cõpellãti, Nulla ne tibi patrię cura eſt? dixerit, Mihi uerò patriæ cura, & quidẽ ſumma eſt: digitũ in cœlũ intẽdens. Hic cũ pòſt diutinam peregrinationẽ in patriã rediſſet, poſſeſſiones ꝙ deſertas uidiſſet, Non eſſem, inquit, ego ſaluus, niſi iſta periiſſent. Digna ꝓfectò uox philoſopho, qui pluris faceret culturam ingenij, quàm prædiorum.

Vide

Vide plura de hoc apud Laertium.

Anaxandrides, ἀναξανδρίδης, poeta Græcus, Comœdiarum scriptor, patria Rhodius, qui tempore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas 65. uicit una, ut scribit Suidas.

Anaxantini, populi Italiæ, Plin. lib. 3. cap. 12.

Anaxarbani, populi Ciliciæ ab eadē urbe, sic dicti apud Plin.

Anaxarchus, ἀνάξαρχος, nomen proprium philosophi Abderitæ, sectatorisq; Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontē Cypri tyrannum: à quo cōprehensus, coniectusq; in pilam saxeā, quā Græci ἵλμον uocant: ibiq; ferreis malleis cōtusus, adeò toleráter pertulit asperrimos illos cruciatus, ut uerbū illud memorabile cōduplicauerit: Tunde tunde Anaxarchi follē: Anaxarchū enim nō tundis. ad ultimum amputationē linguæ minitante tyrāno, protinus dentibus abscissam & cōmanducatam linguam in os eius ira patulū dicitur expuisse. Vide Laërtium, Valerium, Ciceronem. Floruit Anaxarchus Olymp. cx. ut scribit Suidas.

Anaxarete, ἀναξαρέτη, puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma insignis, & regia stirpe superba: quam quū Iphis infimę sortis iuuenis perditissimē amaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatiētia sese ad fores eius suspēdit: cuius funus quū Anaxarete siccis immotisq; oculis intueretur, in saxū est conuersa, ut fabulatur Ouid. lib. 14. Meramorp.

Anaxarus, ciuitas mediterranea Ciliciæ, ut scribit Plin.

Anaxenor, ἀναξήνωρ, citharœdus fuit, quem Magnesia ciuitas ualde extulit: sed magis M. Antonius, qui quatuor ciuitatū ei tributa legenda tribuit, ut scribit Strabo lib. 14.

Anaxilas, ἀναξίλας, poetę comici nomē, cuius meminit Suid.

Anaxilaus, ἀναξίλαος, Rheginorū in agro Brutio tyrānus fuit, & Messanæ in Sicilia cōditor, qui ex testamēto liberos suos Mycithi serui sui tutelæ cōmendauit. Mycithus autem prouinciam sibi impositam tanta fide moderationeq; administrauit, ut Rhegini serui imperiumnon detrectarent. Pueris deinde ad legitimam ætatem prouectis, bona fide & imperium & paternam hæreditatē restituit, sibiq; exiguo seruato uiatico, reliquum uitæ priuatus peregit. * Fuit præterea Anaxilaus quidam ex Lacedęmoniorū principibus, qui unà cum Lycurgo in uincula cōiectus fuit, & paulopòst cum eo dem absolutus. Vide Plutarchum in Alcibiade.

Anaxylides, ἀναξυλίδης, nomen philosophi, de quo Hieronymus contra Iouin. scribit, quòd in libro secundo philosophiæ asserat Potonam matrem Platonis phantasmate Apollinis fuisse oppressam, quodq; sapientiæ principem non aliter arbitretur, nisi de partu uirginis editum.

Anaximander, ἀναξίμανδρος, Milesius Philosohus, Thaletis auditor, primus terræ marisq; circuitus descripsit, & sphæram insuper cōstruxit, ut inquit Laërtius. Hic dixit infinitū rerum omniū generationis atq; corruptionis causam esse: & partes quidē uniuersi corrūpi, totū autē esse immutabile. * Præterea cylindri formæ esse terrā asseruit, tantæ profunditatis, ut ad latitudinem profunditas tertia inueniatur.

Anaximenes ἀναξιμένης, philosophus fuit Milesius, Eurystrati filius, Anaximādri discipulus successorq;, qui eo die obijt, quo Sardis à Cyro captæ fuerūt. Hic principium rerū aëra opinatus est, quem genere infinitum, qualitatibus finitum aiebat, cuius cōdensatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motum uerò ab æterno esse dixit. Terram ex aëre cōstipato, primùm omnium factam latam, magnā: idcirco non absq; ratione super aërem cōtineri: Solē, Lunam, cæterasq; stellas à terra ortum habere.

Anaxini, populi in quarta regione Italiæ. Plin. li. 3. cap. 72.

Anaxius, fluuius qui fluit per Feltrensem agrum.

Anaxo, ἀναξώ, Ancæi cuiusdam filia fuit, quam quidam Alcmenes matrem faciunt, non Lysidicē sororem Pitthei ex Pelope & Hippodamia, ut habet Plutarchus.

Anazarba, ἀνάζαρβα, Stephano oppidum est Cilicię, Dioscoridis illustrissimi medici patria.

Ancæus, ἀγκαῖος, Samiorum rex, qui strenuissimus agricola habitus fuit. Huic, quū seruos nimio labore premeret, prædictum fuit à seruo, nullū illiū eius uineæ, quātum plantabat, uinum bibiturum. Paucis pòst annis, coacta eius uineæ uindemia, iussit sibi ex lacu uinum hauriri, increpans eū, qui futurum prædixerat, ut nunquam eius uineæ uinum biberet. Iamq; calicem ori admoturo nunciat quidā, aprum mirę magnitudinis uineam uastare. Abiecto itaq; populo, quū aprum uellet interficere, ab illo dente ictus interijt. Hucal ludit Horatius, quum ait, - inter calicem supremaq; labra Multa cadunt. uide Erasmi Adagia. * Fuit & alter hoc nomine filius Lycurgi.

Anchaces, nomen ducis in exercitu Persæ contra Aeeten Colchorum regem, fratrem Persæ. Val. 6. Argon.

Doctus & Anchaces patulo uaga uincula gyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

Anchemolus, ἀγχέμολος, Rhœti regis Marrubiorum filius fuit, qui quum Casperiæ nouercæ stuprum intulisset, à patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. Hæc Seruius in illud Verg. 10. Aeneid.

Hinc Shtelenum petit, & Rhœti de gente uetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare nouercæ.

Anchiale, ἀγχιάλη, ciuitas Ciliciæ, de qua Strabo: Post Zephyrium, inquit, Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui non à Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditam uult Cydni matre, à quo nomen uicino flumini. Ex Stephano.

Anchialos, ἄγχιαλος, urbs Thracię sita in intimo sinu, arq; ubi pōtus alterum sui flexum angulo finit, non procùl à magna Apollonia. Hæc Pomponius. Est & Anchialos, astrologi nomen, cuius meminit Cicero lib. 2. de Diuinat.

Anchises, ἄγχισης, Capyos filius, ante bellū Troianum, nemorum latebras & solitudines coluisse fertur, gregibus & armentis intētus: quibus quū uacaret, à Venere adamari cępit, & cum ea concubuit. unde natus Aeneas apud Simoēnta Troię fluuiū, ut scribit Seruius. Porrò quū se Veneris cōcubitu usum fuisse iactasset, à Ioue fulmine est afflatus. Propterea dicunt eum Troianorum consilijs nō interfuisse. Ardente Troia, quum nulla salutis spes appareret, senio confectum Aeneas humeris imposuit, secumq; Drepanum usq; Siciliæ urbē uexit, ubi fatis concessit. Verg. 1. Aen. Tu nē illę Aeneas, quē Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad undas?

Anchurus, ἄγχουρος, Midę regis filius fuit: de quo hæc tradit Plutarchus in Parallel. Circa Celænon Phrygiæ oppidum, terra ingenti hiatu diuisa, quum Midæ respōsum esset, futurum ut terra coiret, si res in hiatum preciosissimas deiecissent: Anchurus regis filius nihil hominis anima preciosius existimans, cōscenso equo, se in specum præcipitauit. Nec ita multo pòst terra in pristinam coijt figuram.

Ancon, onis, siue Ancona, æ, pen. prod. ἀγκών, urbs est totius Piceni celeberrima, portum habens insigni opere à Traiano Cæsare extructum. Nomē habet à situ qui cubiti flexurā refert. Græci enim & cubitum, & locum cubiti modo sinuosum, ἀγκῶνα appellāt. Pli. li. 3. ca. 13. Ab ijsdem colonia Ancon, appositā promontorio Cumero in ipso flectentis se ore cubito. * Fuit item Ancon, apud Carthaginenses obscurum domiciliū, inquod detrudebātur, quib. iratior erat tyrānus.

Ancore, ἀγκώρη, urbs Bithyniæ, Antigonia postea dicta.

Ancus, ἄγκος, cognomento Martius, quartus fuit Romanorū rex, Numę Pompilij ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & Ianiculum ponte sublicio urbi cōiunxit, Romanorumq; limites ad mare usq; promouit, ubi & Ostiam condidit. Reliqua uide apud Liuium lib. 1. ab Vrb. condit. Dictum autem uolunt Ancum ἀπὸ τῆ ἀγκῶνος, hoc est à cubito, quem incuruum habebat, nec poterat exporrigere. Vide Seruium in illud Vergilij 6. Aeneid. Quem iuxtà sequitur ia ctantior Ancus.

Ancyra, ἄγκυρα, nomen duarum urbium, quarū altera est Phrygiæ, altera Galatiæ, à qua Synodus Ancyritana, in iure Pontificio sæpe nominatur. Dicta Ancyra ab anchoris nauium captarū à Mithridate, quas Ptolemæus Aegypti rex suppetias Gallogræcis miserat. Vide Stephanum: & Plin. libro 5. cap. ultimo.

Andania, ἀνδανία Stephano, oppidum est Peloponnesi in tractu Messeniaco, cuius meminit & Strabo lib. 8.

Andanis, ἄνδανις, fluuius est Carmaniæ regionis, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

Andarum urbs Cariæ. Vide Stephanum in Bargylla.

Andegaui, Galliæ Lugdunensis populi, qui & Andes. Corn. Tacitus lib. 3. Erupere primi Andegaui ac Turonij, quorum

rum Andegauos Acibius Auiola legatus, excita cohorte, quæ Lugduni præsidium agitabat, coërcuit. Horum meminit & Plin. lib. 4. cap. 18.

Andelus, ἄνδηλος, ciuitas est Hispaniæ in Vasconia non procul à Pompeiopoli, quæ uulgò Pampilona appellatur: metropolis regni Nauarræ.

Andes, ium, populi inter Celtas, Carnutibus & Turonibus finitimi ac ducatui Bituricensi, Oceanoq; proximi, quos Liris flumen alluit. Plin. Andegauos appellat, Cæsar Andes.

Andes, uicus non procul à Mantua, Vergilij patria.

Andinus, adiectiuū: ut Andinus uates: cantus Andinus. Silius lib. 8. Mantua musarum domus, atque ad sidera cantu Euecta Andino. id est, Vergiliano.

Andocides, ἀνδοκίδης, unus ex decē præcipuis Athenienſiū Rhetoribus, Leogori filius, qui fuit ex Telemachi & Nausicaæ posteris, ut ex Helanici sententia tradit Suidas.

Andria, ἀνδρία, phrygiæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. ulti. Stephanus præterea Andriam in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

Andriaca, ἀνδριακή, Ptolemæo, oppidū est in Media: & alterū in Lycia, Ptolemæo. Rursum aliud in Thracia, Straboni.

Andricus, ἀνδρικός, penul. cor. Ciliciæ mons, ut inquit Strabo lib. 14. Quo etiam nomine dictū est flumen quoddam eiusdē regionis, non procul ab Amani portis apud Plin. lib. 5.

Androbius, ἀνδρόβιος, nobilis pictoris nomē, qui Scyllin pinxit anchoras classis Persicæ incidentē. Plin. lib. 35. cap. 11.

Androcleus, ἀνδρόκλεος, fuit philosophus, Porphyrij discipulus, cuius ipse Porphyrius mentionem facit, ut refert Volaterranus.

Androdamus, Rheginus, qui leges condidit Chalcidensib. qui sunt in Thracia, ut scribit Aristoteles.

Androdus, nomen proprium filij Codri Athenienſium regis qui Ephesum condidit, & Ionum regiam ibi constituit. * Fuit & alter Androdus seruus, hospes, & medicus Ieonis: de quo uide historiam cognitu dignissimam apud Aulum Gellium.

Androgeos, ἀνδρόγεως præclarę indolis adolescens, Minois Cretensium regis filius fuit, qui ab Athenienſibus & Megarensibus per inuidiā occisus est, quòd palæstra cæteros superaret. Quapropter suscepto à Minoē aduersus hos populos bello, primo Megarēses subegit, deinde Atheniēseis sibi tributarios fecit, & in Androgei memoriā pueros Athenienſeis Minotauro cœpit obijcere.

Androgyni, ἀνδρόγυνοι, sunt populi in Africa supra Nasamonas, ut lib. 7. cap. 2. Plinius scribit, utriusq; naturæ, inter se uicibus coëuntes. Dextera māma his uirilis, læua muliebris.

Androlitia, oppidum, Plin. lib. 5. cap. 29. 41.

Andromache, ἀνδρομάχη, pen. cor. Eetionis regis Thebarum, quæ in Cilicia sunt, filia, & Hectoris Troiani uxor, & mater Astyanactis, quæ à uirili pugna nomen sortita est. Fuit enim uirili animo septa, & quæ dā ueluti uirago. Hāc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciam adduxit, & ex ea Molossum filium suscepit: posteaq; Heleno uati Priami filio eam uxorem tradidit, regniq; portionem eidem assignauit.

Andromachus, ἀνδρόμαχος, adulator Crassi, à quo tamē Crassus ipse Parthis proditus est. Author Plutarchus. * Fuit & Andromachus sophista è Neapoli Syriæ, filius Zonæ, qui Grammaticam docuit Nicomediæ, Diocletiani principis tempore, ut author est Suidas.

Andromattunum, Lingonum ciuitas in Gallia Ptolem.

Andromede, ἀνδρομέδη, pe. cor. Cephei & Cassiopes filia, quæ ob matris superbiam, quæ se Nereidas forma antecellere gloriabatur, à Nymphis scopulo fuit alligata, & ceto deuoranda exposita: sed Persei uirtute liberata, qui illac opportunè iter faciens, & cetū interemit, & Andromedē uxorem duxit. Postremò Mineruæ beneficio inter astra collocata dicitur. Oritur in parte Piscium duodecima.

Andromon, nomen est eius qui Colophonem ædificauit.

Andronicus, Rhodius philosophus Peripateticus, cuius meminit Strabo. * Fuit & alius Andronicus grāmaticus desidiosior in professione Græca, ex quo minus idoneus ad tuēdam scholā, ut refert Trāquillus. * Andronicus item alius fuit historicus, qui res Alexādri scripsit, ut scribit Volaterranus. * Fuit item Andronicus Liuij cognomē, poëtarum Latinorum uetustissimi: cuius uitam uide apud Crinitum.

Andros, siue Andrus, ἄνδρος, insula est una Cycladum, Euboeæ adiacens, de qua Plinius lib. 4. cap. 11. * Est item Andrus, insula Oceani Septentrionalis, inter Hyberniā & Britanniam. Plinius li. 4. cap. 16.

Anemo, fluuius est in octaua Italiæ regione apud Plin. lib. 3. capite 15.

Anemorea, ἀνεμώρεια Homero, oppidum Phocidis, quod postea Anemoleam appellarunt.

Anemurium, oppidum in Cilicia Plin. lib. 5. cap. 31. Anemurij, lib. 5. cap. 27.

Anetussa, ἀνήτουσα, urbs Libyæ. Stephanus.

Anetia, oppidum Plin. lib. 5. cap. 25.

Aneticus, Asiæ locus est, arundinibus abundans.

Angaris, mons est Idumeæ, apud Plin. lib. 5. cap. 13.

Angerona, ἀγγερώνη, uocitata est uoluptatis dea, quæ & Volupia dicebatur, cui sacra à Romanis instituta sunt, quum Angina ciuitas uexaretur, ab angore tollendo sic dicta. Eius festa Angeronalia sunt uocitata. Putabant enim ab hac dea populū eo morbo promisso uoto fuisse liberatū. Huic Pontifices in sacello Volupię sacrum faciebant.

Angilæ, ἀγγίλαι, populi in Aphrica ad Garamantas. Fertur eorum fœminas nocte qua nubunt, omnium stupro patēre, in reliquum pudicas esse.

Angitia, Aetæ filia, & soror Medeæ, quæ prima Marsis remedia contra uenena fertur ostendisse. Silius lib. 8. Aetæ prolem Angitiam mala gramina primam Monstrauisse ferūt, tactuq; donare uenena.

Anglia, βρεττανία, quę Britannia ab eruditis dicitur, insula insignis in Oceano, quæ undiq; à circūfuso mari cōplexa est, nusquā iuncta continenti, sed ab omni orbe nostro diuisa: quæ quondā ab albis rupibus, quas mare undiq; abluit, Albion dicebatur. Hanc primùm Troës incoluerunt, qui Troia diſiecta fugerūt excisam patriam, Palladisq; oraculo classe in hanc insulam migrauerunt: atq; gigantes tunc insulam renētes, multis uictos prælijs expugnauerunt. Hāc postmodum longo temporis tractu Saxones, qui sunt illustres Alemāniæ populi, oppressere, agrosq; & opes inter legatos Saxonum regina Angela diuisit. Atq; ut linguę pariter & gentis memoria in deuicta insula sempiterna foret, ab Angela, cuius ductu uicta est, Angliā tellurē illā uocauit. Quāquam pleriq; Angliā ueluti nostri orbis angulum prædicent dictam. Sita est (ut inquit Plinius lib. 4. cap. 16.) ex aduerso Galliæ, Germaniæ, atq; etiam Hispaniæ, licet longiore interuallo. Agrippa lōgitudinem eius pdidit esse D C C C. M. passuum, latitudinem uerò C C C. M.

Angolus, Ptolemæo Angula, Plinio Vestinorum urbs in Italia, uulgo Angelus.

Angrus, ἄγγρος, fluuius est ex Illyricis, uersus Boreā fluēs, Herod. li. 4. Quin ex Illyricis in Aquilonē tēdēs Angrus, planicie Triballā interfluēs, Brógū intrat: Brongus iſte, Istrū.

Anguitia, tiæ, Vide Angitia.

Ania, Romana mulier, quam quū propinquus moneret, ut alteri uiro nuberet: esse enim ei & ætatē integram, & faciem bonam: Nequaquam hoc faciam, inquit. Si enim uirum bonum inuenero, ut antè habui, nolo timere ne perdam: si malum, quid necesse est, post bonum pessimum sustinere?

Anichia, oppidum, Plin. lib. 4. cap. 7.

Anigrus, ἀνιγρός, pen. prod. fluuius est Thessalię, in quo Centauri ab Hercule uulnerati abluerūt sua uulnera. Vnde quū antea haberet aquas purissimas, Cētaurorūsanguine sordidę redditæ sunt et impuræ. Author est Ouid. Meta. lib. ult. Antè bibebatur, nunc quas cōtingere nolis, Fūdit Anigrus aquas, &c.

Anio, Anienis, pen. prod. ἀνίων, nomē fluuij in agro Tiburtino, qui è sublimi in uallem subiectam præceps fertur. Horat. Et præceps Anio, & Tyburti locus.

Anienus, na, num, Propert. Siue Aniena tuos tinxerit unda pedes. Anieni nomē indidit Anius rex Hetruscorū, qui insequēs Cethegū filiæ raptorē, quū eū assequi nō posset, in fluuium insilijt, ibiq; extinctus, ut Anio uocaretur, effecit.

Anitius, uiri Prænestini nomē, qui unà cum Cn. Flauio, Appij Cæci scriba, Aedilis curulis fuit eo anno, quo usus annulorum etiam plebi permissus est, quum antea soli Senatores & Equites annulos gestarent. Vide Plin. lib. 33. cap. 1.

Anius,

Anius, Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andrũ filium. Verg. lib. 3. Aen. Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; ſacerdos.

Anna, ἄννα, per duplex n, Beli filia, ſoror Didonis, quæ poſtquàm mortuam ſororẽ uidit, & Carthaginẽ ab Iarba Getulorum rege occupatam, relicta ſede patria, ad Battum regẽ, qui Melitæ inſulæ imperabat, curſum arripuit. A quo iure ueteris hoſpitij, benignè ſuſcepta, duos & ultra annos ibi manſit. Sed quũ Pygmalionẽ fratrẽ iam cũ armis aduentare didiciſſet, Battus ueritus potẽtiã illius, Annam ut inde abiret hortatus eſt. Mox igitur mare ingreſſa, dum Cameram nauigare contenderet, ui tẽpeſtatis acta, in Laurẽtem oram peruenit, ubi iã Aeneas pacatis rebus, & ducta uxore Lauinia, imperabat. Hic tum fortè ſolo Achate comitatus, in litore nudis pedibus ambulabat. Qui quum errantẽ Annam aſpexiſſet, & uix ſibi perſuadere poſſet eam eſſe, tandẽ agnitam cõpellat. Timuit illa principiò, ſororis caſum ante oculos ponẽs: poſtea uerò ab illo benignè inuitata, in regiã cũ eo profecta eſt. Cui mox Lauinia, amore coniugi ſuſpectum habens, tendere inſidias cœpit. Sed Anna in ſomnis à Dido ne monita, ut infauſtã domũ relinqueret, ſtatim per feneſtram exilijt. Quumq; citato curſu ad Numicium amnem peruenisſet, in eum ſe præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam quæritantes per Laurentem agrũ proficiſcuntur. Apparẽt ueſtigia pedum uſq; ad Numicium amnem: ultrà nihil uidetur. Quod dum admirantes ſecum animis uolutant, ipſa loqui uiſa eſt, - placidi ſum Nympha Numici, Amne perenne latens, Anna Perenna uocor. Ouid. lib. 3. Faſt. Quapropter læti conuiuia celebrarunt, eam pro dea uenerantes. quem ritum poſtea longiſſimo tempore ſeruarunt.

Anna, ciuitas Iudææ ſupra Hierichuntem. Stephanus.

Annibal, ἀννίβας, Amilcaris filius fuit, quem adhuc impuberẽ iureiurando ante aras pater aſtrinxiſſe fertur, ut quum primùm per ætatẽ liceret, arma cõtra Romanos ſumeret. Qua propter iã adultus in Hiſpaniam traiecit: ibiq; quibuſdã ciuitatibus ſubactis, per Galliã in Italiã traiecit, Alpibus, quo expeditius iter faceret, igni & aceto patefactis. Ibi occurrẽtem ſibi Titum Sempronĩũ Conſulem apud Trebiam profligauit: Flaminium fudit ad Thraſimenũ lacum, cẽſis 15000. Romanorũ. Poſtea tamen uires eius à Fabio Maximo multũ ſunt imminutæ. Sed rurſus collectis uiribus, terti ò Paulum Aemiliũ & Terentiũ Varronem nouos Conſules creatos apud Cãnas uicit: in quo prælio ad quadraginta milia peditũ, & duo millia, ſupra ſeptingẽtos equites, cẽſa dicunt, adeò ut tres modios & dimidiũ annulorũ Carthaginẽ miſerit. Quum urbẽ capere facilimè poſſet, in Campaniã reuertitur: & Capuæ uoluptate detentus, omnẽ animi uigorem remiſit, ita ut apud Cumas à Sẽpronio Graccho magna ſuorum cæde repulſus, obſidionẽ reliquerit. Poſtea etiam apud Nolam nõ mediocre damnum à Marcello accepit. Deinde à Carthaginẽſibus, qui à P. Scipione acerrimo bello premebantur, ex Italia reuocatus, cũ eodẽ apud Zamã Africæ oppidum cõgreſſus eſt: in quo cõflictu uiginti milia Pœnorũ cæſa ſunt, & totidẽ capta. Dux ad Antiochũ profugit, cuius auxilio bellũ redintegrauit: ſed Antiocho quoq; debellato, Romani Annibalem ſibi captiuum dedi petierunt: quod Pœnus ſentiẽs, ad Pruſiam Bithyniæ regẽ confugit: à quo quum iterũ depoſceretur, Pœnus Pruſiæ leuitatẽ ſuſpectam habens, hauſto ueneno, quod ſub gemma in annulo geſſerat, uolũtaria morte obiuit. * De Annibale latius ſcripſere Liuius & Plutarchus. * Annibales multi fuere: primus Senior appellatus, Aſdrubalis filius, quẽ Oroſius li. 4. dicit ob rẽ malè geſtam à Carthaginiẽſibus lapidibus obrutum: Liuius autẽ cruci adfixum tradit. * Fuit item Annibal huius filius, qui miſſus eſt ab Amilcone duce in Lilybæũ, quod à Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio cõtinendos, ut author eſt Polybius. * Fuit præterea Annibal alius Rhodius, dux item Carthaginenſis in eodem bello, qui tandẽ à Romanis interceptus eſt, ut ſcribit Polybius. * Fuit poſtremò Annibal Amilcaris filius, qui omnes hos fama uirtuteq; ſuperauit. Is ſæpius Romanos uicit, fuditq;. Vide Liuium, Plutarchum, & Polybium.

Annichori, uel Annichores, ἀννίχωροι, populi Perſis uicini, Stephano: qui & ἀννίχωρον nominat tanquam ciuitatis aut regionis nomen.

Anolus, ἄνολος, urbs Lydiæ ab Anolo Asij filij ſic dicta Steph.

Anopolis, ἀνώπολις, urbs Cretæ. uide Araden.

Anſanctus, quære Amſanctus.

Antæopolis, ἀνταίου πόλις, Aegypti oppidum, cuius incolæ dicuntur Antæopolitæ. Stephanus.

Antæus, cum diphthongo & ſine h, ἀνταῖος, gigantis Libyci nomen, Neptuni ex Terra filij, magno ac procero corpore: quippe qui in quadraginta cubitos excreuerit. Hic cũ Herculẽ cõgreſſus, quoties membra labore defecta eſſent, tractu terræ recreabatur. Quare animaduerſa Hercules, altè ſublatum terrę contactu prohibuit, pectoriq; ſuo arctius aſtrictum enecauit. Scribit Plutarc. Sertorium Romanorum ducem, apud Tygænam oppidum in ſepulchro Antæi, cadauer inueniſſe. Euſebius in Chronicis ſcribit, Antæum palæſtricæ artis fuiſſe doctiſſimum, & quorumcunq; certamen, & ob id ſe arbitrari fictum, quòd fuerit filius Terræ, & quòd uiribus reſtauraretur ab ea.

Antalcides, fuit nomen proprium uiri Lacedæmonij, qui præ cæteris uiſus eſt honore præſtitiſſe. Plutarchus in uita Pelopidæ.

Antandros, ἄνταυδρος, Phrygiæ urbs, ad meridiem poſita, quam habitauere Leleges, finitimi Cilicibus. Vergilius 3. Aeneid. Claſſemq; ſub ipſa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Antemnæ, ἀντέμναι, cum m, ante n, urbs Sabinorum, quaſi ante amnem dicta, quòd eam amnis præterfluat. de qua Verg. li. 7. Antemnę Tegmina tuta cauant capitum.

Antemus, untis, ἀντεμώς, fluuius eſt Colchidis, Coraxos urbẽ præterfluens. Plin. lib. 6. cap. 5.

Antenor, ἀντήνωρ, Troianus fuit, patriam prodidiſſe exiſtimatus: quia & legatos, qui ad repetendam Helenam uenerant, ſuſcepit hoſpitio: & Vlyſſem intra mœnia diſſimulato habitu cognitũ nõ indicauit. Capta Troia, adiunctis ſibi Henetis & Paphlagonibus, in intimum maris Adriatici ſinum ſe ſe cõtulit, ibiq; urbẽ cõdidit non procul à mari, quam de nomine ſuo Antenorium appellauit. Poſtea Patauium dictum eſt, & hodie Padua. De hoc Verg. 1. Aen. Antenor potuit mediis elapſus Achiuis, Illyricos penetrare ſinus. Et paulo pòſt, Hic tamen ille urbem Pataui, ſedeſq; locauit Teucrorum. Et Liuius meminit in principio primi libri.

Anteros, ôtis, ἀντέρως, Veneris eſt & Martis filius: cuius meminit Cic. lib. 3. de Nat. deorum.

Antes, ἄντης, mós eſt Achaię, nõ procul ab Argis. Pli. li. 4. ca. 5.

Antcuorta, Dea eſt Romanorum, quòd futura proſpiceret.

Anthana, ἀνθάνα Stephano, urbs eſt Laconica, ita dicta ab Anthe Neptuni filia, ut ex Philoſtephani ſententia tradit Steph.

Antharis, Rex Lõgobardorum, Theolindæ maritus, quum ſex regnaſſet annos, inſidijs domeſticorum apud Ticinum tinctus eſt uenenato poculo. Author Paulus Diaconus de rebus geſtis Longobardorum.

Anthedon, ἀνθηδών, urbs eſt Bœotiæ, habitata quondam Thracibus, de qua Pomponius & Strabo li. 9. Nomẽ habet (ut Stephanus exiſtimat) ab Anthedone Neptuni pronepote, aut certe, διὰ τὸ πανταχοῦ ἀνθηροτάτην εἶναι, hoc eſt quod omniũ floridiſſima ſit. Sita eſt in extremo littore Bœotiæ, ſub regione Eubœæ inſulæ. Vnde Homerus ἀνθηδόνα ἰχαριώσαν, hoc eſt ultimam uel extremam Anthedonem appellat.

Anthemion, ἀνθεμίων, uir Troianus, Simoſij pater. Author Homerus lib. Iliad. 4. de Simoſio, uide ſuo loco.

Anthemis, ἄνθεμις, inſula eſt Thraciæ adiacẽs, quæ & Imbraſus aliquando uocata fuit: & Parthenia, à Parthenio fluuio: notiore nomine Samothrace appellatur. Strabo lib. 10.

Anthemuſia, ἀνθεμουσία, oppidum eſt Meſopotamiæ, ad Aboram flumen ſitum. Strabo lib. 16.

Antheus, ἄνθεύς, cum h, Antenoris filius fuit, quẽ Paris amauit, & imprudens interfecit. Quo nomine etiam dictus eſt unus ex Aeneæ ducibus. de quo Vergilius, Anthea Sergeſtumq; uocat.

Anthia, ἄνθεια, urbs fuit propinqua Pylo, ſub ditione Agamẽnonis, una earum quas ille Achilli obtulit, ut ſecum in gratiam rediret, ut ſcribit Homerus lib. Iliad. 9.

Anthium, ἄνθειον, oppidum Thraciæ, de quo ſic Plinius in Thra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Thraciæ descriptione, Astice regio, inquit, oppidũ habuit Anthium, nunc est Apollonia.

Antho, ἄνθω, fuit Amulij Albanorum regis filia.

Anthores, nomen est proprium uiri, de quo Verg. li. 10. Aen. Egregium Anthorem latus inter & ilia fregit, Herculis Anthorem comitem.

Anthos, ἄνθος, unus ex filijs Nestoris est: & Latinè flos interpretatur. Hinc carduelis Anthus dicitur, quòd flore pascatur. Vide Anthus.

Anthropophagi, ἀνθρωποφάγοι, populi Scythiæ, qui humana carne uescuntur. Hi populi sunt ad Orientem ac Septentrionem Massagetis uicini, circa quos tristissima solitudo, & mare, quod Thabin uocant. Vide Plin. lib. 4. cap. 12 & lib. 6. ca. 30. & Gellium.

Anthylla, ἄνθυλλα, Aegypti urbs est, authore Herodoto lib. 2. quæ reginæ in calceamenta dabatur.

Antia, ἀντία, uxor fuit Prœti Argiuorum regis, Abantis filij.

Antiatæ, ἀντιάται, dicti sunt populi Italiæ, qui Antium urbem Latii maritimam incolebãt. Aud hoc fuit insigne fortunæ templum, quam Antiatem Fotunam uocauere. Horat. lib. 1. Carm. O diua gratũ quæ regis Anthium. * Antiates plurimum classe ualebant: cuius rei indicio id esse potest, quòd deleto à Romanis Antio, rostra nauium in foro affixa nomen fecerunt loco, unde ad populum concio haberi solet. Vide Titum Liuium, 1. Dec. lib. 6.

Antibacchiæ, insulæ sunt in sinu Aethiopico, Bacchijs oppositæ, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Anticasus, mons Seleuciæ, ut author est Strabo.

Antichthones, ἀντίχθονες, populi qui habitant in Zona hyemali. Hos Martianus seiungit ab Antœcis & Antipodibus, qui Zonam nobis aduersam & contra pedes nostros habitant. Pomponius tamen uidetur Antichthones pro Antipodibus accipere.

Anticites, ἀντικίτης, pen. cor. amnis Sarmatiæ Asiaticæ, non procul à Rhombite minore in Mœotim influens. Strabo lib. 11.

Anticlea, pen. prod. ἀντίκλεια, fuit mater Vlyssis, quæ, quum duceretur ad Laërtæ nuptias, ab Sisypho latrone, Aeoli filio, capitur & adulteratur. Alij dicunt quum Laërtæ iã nupsisset, & ad oraculum pergeret consultura, captam à Sisypho latrone, & ut multi putant ex eo Vlyssem concepisse. Quod Aiax apud Ouid. 13. Metamorph uitio uertit Vlyssi, et sanguine cretus Sisyphio.

Anticragus, ἀντίκραγος, mons Lyciæ, Crago oppositus, teste Strabone lib. 14.

Anticyra, ἀντίκυρα, pen. cor. insula ad sinum adiacens Maleacũ, & Oetam montem, cuius meminit Strabo lib. 9. ubi authore Plinio helleborum tutissimè sumitur. Ouid. li. 4. de Pót. I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos, Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Vnde quoties insanum hominem significare uolumus, Anticyra egere dicimus. Horatius, Si tribus Anticyris caput insanabile, nunquá Tósori Licino cõmiserit. * Est & Anticyra ciuitas iuxta Cyrrham in Phocide regione, in Corinthium conuersa sinum, ab Anticyreo quodam, Herculis ætate: Capparissus ab Homero dicta. Hanc alij Anticyrrham appellãt, duplicato r. Videtur enim inde nomen accepisse, quòd sita sit in promontorio in mare excurrente, è regione Cyrrhæ.

Antigenes, pen. cor. ἀντιγένης, nomen pueri rustici, apud Vergilium in Daphnide, At tu sume pedum, quod, me quum sæpe rogaret, Non tulit Antigenes.

Antigenides, ἀντιγενίδης, authore Suida, Thebanus musicus, tibicen, Philoxeni discipulus, qui primus calceamẽtis Milesijs lasciuioribus usus fuisse dicitur. Huius meminit Pli. lib. 16. cap. 36. Hic etiã, ut author est Cicero in Bruto, discipulo frigenti ad populum ait, Mihi cane & Musis. De eo uide Gellium, lib. 15. cap. 17. & Valerium lib. 3. cap. 7.

Antigone, ἀντιγόνη, Oedipodis Thebanorum regis filia, quæ patri cæco à Creonte in exilium acto se uiæ ducé præbuit: fratribusq; suis Polynici & Eteocli mutua cæde interemptis, contra Creontis dictum funebre officiũ præstitit: ob quam pietatẽ postea unà cum Argia Polynicis cõiuge iussu tyranni est interfecta. Hæmon quoq; nobilis adolescẽs, qui mutuo eius amore tenebatur, sua sese manu ad tumulum eius iugulauit. * Fuit etiam hoc nomine una filiarum Priami, quam quum formæ suæ fiducia nimis arrogantẽ credidisset, à Iunone in ciconiam mutata est. Vide Ouidium lib. 6. Metamorph.

Antigonia, ἀντιγόνεια, oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. lib. 5. cap. 33. & Strabo lib. 13. * Est præterea eiusdẽ nominis oppidum in Arcadia non procul à Tegea, Plin. lib. 4. cap. 6.

Antigonus, ἀντίγονος, penult. corr. nomen proprium regis Macedonum, qui ob multa sua in Græcos beneficia Euergetes est dictus. Nam quum Cleomenem Lacedæmoniorum regem prælio uicisset, Spartamq; cepisset, militẽ uictorẽ ab omni iniuria cõtinuit, pristinãq; ciuitati libertatẽ restituit.

Antigragus, mons Lyciæ Grago oppositus, ut testatur Strab.

Antilibanus, ἀντιλίβανος, mons est Libano oppositus, non procul à Sidonio mari incipiens, & ad montes Arabiæ desinẽs, qui sunt supra Damascum. Vide Strabonem lib. 16.

Antilochus, ἀντίλοχος, pen. cor. Nestoris filius maior natu, quẽ in bello Troiano Memnon Auroræ filius interemit. Vnde patris prece motus Achilles Mẽnona occidit. Ouidius antè uult ab Hectore fuisse occisum Antilochum. Ita enim ait in epistola Penelopes, Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore cæsum, Antilochus nostri causã timoris erat.

Antimachus, ἀντίμαχος, Colophonius poeta Græcus. Is quum poema quoddam obscurum in auditorio recitaret, atq; omnes, præter Platonem, quòd minimè illum intelligerẽt, discessissent, Plato mihi, (inquit) pro omnibus. Hæc Cicero. De eodem Plutarchus in Lysandro. Hic aggressus belli Thebani materiam, uigesimum quartum uolumen impleuit, antequàm duces Thebas usq; perduceret. * Antimachos quoque alios duos Suidas ponit, alterũ Aegyptium, patria Hieropolitanũ, qui Cosmopœiam heroico carmine cõscripsit: alterum poetam Melicum cognomento Pœcam. * Fuit itẽ præter hos etiam alius Antimachus Troianus, qui donis Alexandri auroq; corruptus, impedimento fuit, quominus Helena redderetur: quin pro concione Troianos hortatus est, ne Menelaum, dum legatus ad eos in urbẽ ueniisset cum Vlysse, redire ad suos sinerent: sed in urbe asseruarent, trucidarentq;, Homero authore lib. Iliad. 11.

Antinoea, ἀντινόεια Stephano, urbs Aegypti, ita dicta ab Antinoo Adriani amasio, ut scribit Hieronymus in Iouinianum.

Antinous, ἀντίνους, nomen unius ex procis Penelopes, apud Ouidium in Epistola Penelopes. * Fuit præterea Antinous, puer quidam Bithynicus tãta formæ elegantia, ut Adrianus Cæsar, qui illum adamabat, templum ei apud Mantineam constituerit, & urbem quandam Aegypti Antinoëan à nomine eius appellarit. Hæc Pausanias.

Antiochia, ἀντιόχεια, Syriæ urbs est ad Orontem fluuiũ sita, totius regionis caput, à Seleuco Nicanore condita, & à patris sui nomine Antiochia appellata, ut tradit Strabo lib. 15. Stephanus Byzantius duodecim alias enumerat eiusdem nominis urbes, quarum unam collocat in Lydia, & ab Antiocho Epiphane ita nominatam existimat. * Alteram in Mesopotamia, quæ & Mygdonia, & Asibe appellatur: in qua Apollophanes Stoicus, & Pharnuchus, Persicæ Historiæ scriptor, nati dicuntur. * Tertiã in Pisidia constituit, cuius meminit & Strabo lib. 12. * Quartam inter Cauam Syriam & Arabiam, Semiramidis opus. * Quintam in Cilicia: ad Pyramum fluuium. * Sextam in Pieria, quæ & Arados à Syris appellatur. * Septimam ad Callirrhoën lacum. * Octauam ad Taurum montem, in Commagena regione. * Nonam in Scythia. * Decimam in Caria, quæ & Pythopolis fuit appellata. * Vndecimam in Margiana, ab Antiocho Sotere conditam. * Duodecimam eandem facit cum Tarso Ciliciæ oppido. Hinc Antiochenus, & Antiochensis, ἀντιοχεύς, καὶ ἀντιόχειος.

Antiochus, ἀντίοχος, nomen secundi regis Syriæ, Seleuci filij, huius nominis primi, qui Soter cognominatus est, & regnauit annis xx. * Secundus Antiochus, huius filius, dictus Achios: regnauit annis xx. ueneno ab uxore Laodicea extinctus. * Tertius Antiochus Galericus. * Antiochus quartus, Rex, cognomento Magnus, regnauit annis xxxvi. Dictus est etiam Hierax, quòd accipitris more in rapiendis alienis uitam diceret. Hic Ptolemeum Philometorem prælio superauit. * Quintus Antiochus Syriæ rex, dictus nobilis siue illustris, qui regnauit annis xi. Hic Hierosolymam destruxit, & multa mala intulit Iudæis. * Sextus Antiochus Syriæ & Asiæ rex, dictus est Eupator. * Fuit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& Antiochus Aſcalonita, philoſophus, Ciceronis, Brutiq; præceptor.

Antiopa, ἀντιόπη, Nyctei filia fuit, & uxor Lyci Thebanorum regis. Hanc quum Iupiter in Satyrum mutatus cópreſsiſſet, Lycus repudiauit, uxoremq; Dircen ſuperinduxit, quę Antiopam in carcerem coniecit. Verùm inſtante partus tempore illa ruptis uinculis, in Cithæronem montem ſe recepit, ubi & Amphionem & Zethum peperit: qui à paſtoribus inuenti & educati, maternæ iniuriæ ultores extiterunt, Lyco cum Dirce uxore interfecta. Propertius li. 1. Tu licet Antiopæ formam Nycteidos, & tu Spartanæ referas laudibus Hermionæ.

Antipater, ἀντίπατρος, pe. cor. nomen proprium poetæ Sidonij ſeu ex Tyro Phœniciæ, Stoicę ſectæ, qui poſt Panætiũ de officijs ſcripſit. Hic quo die natus fuit, eodem quotannis febre laborauit. Et quum diu uixiſſet, poſtquàm ætatis ſuæ tẽpus deſtinatum appropinquaſſet, eo die & eodem morbi genere cõſumptus eſt. Hic Antipater nobili epigrammate in Sappho, decimam inter muſas eã cooptat. Ex tempore innumerabiles penè ucrſus faciebat, ut teſtantur Cicero & Quintilianus. * Antipater alius, Iolai filius fuit, è Paliura ciuitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni ſucceſſores, diſcipulus & ipſe Ariſtotelis, uir præter ſcientiã rei militaris, literatiſsimus, ut tradit Suidas. De hoc Antipatro ſic ſcribit Plutarchus: Antipater ſucceſſor Alexandri in regno Macedoniæ, poſt bellum Atheniẽſibus illatum, legatis ad eum de pace uenientib. quorũ princeps erat Xenocrates, reſpondit ſe in amicitia permanſurum, ſi ſibi Demoſthenes & Hyperides dederentur: ſi eius præſidiũ in Munychian, id eſt Athenarũ arcem, recepiſſent: ſi deniq; abſumptam in eo bello pecuniã, acceptaq; dãna reſarcirẽt. Quibus illi conditionibus cõſenſerunt. * Item Antipater Tyrius, philoſophus Stoicus, & Catonis Vticenſis præceptor, ut author eſt Plutarchus in Catone. * Alius item Tarſenſis philoſophus, ut idem author eſt. * Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Aſcalonita, uir maximus & potẽtia præditus, de quo Volaterranus in hiſtoria Hieroſolymitana. * Fuit & Antipater Hieropolitanus Sophiſta nobilis, præceptor liberorum Seueri principis, cuius etiam res geſtas ſcripſit, aceidem magiſter epiſtolarum fuit, ut eſt author Philoſtratus. * Fuere & alij huius nominis, inter quos fuit Caſſandri Macedonum regis filius.

Antiphates, pe. cor. ἀντιφάτης, rex fuit Læſtrygonum, Melampodis, ſeu, ut alij uolunt, Lami, filius, qui Formiarum oppidũ condidit. Hic cum cæteris Læſtrygonibus humana carne ueſcebatur. Politianus, Et Lamium Antiphatẽ, & uirgam, & pocula Circes. Dicitur & Antiphateus. * Antiphates alius, filius nothus Sarpedonis, ut eſt apud Vergilium lib. 9. Et primum Antiphaten. is enim ſe primus agebat, Thebana de gẽte nothum Sarpedonis alti. Hic Aeneam in Italiam ſecutus, à Turno Rutulorum rege occiſus eſt.

Antiphellus, ἀντίφελλος, oppidũ Lyciæ apud Plinium lib. 5. ca. 27.

Antiphon, ἀντιφῶν, Rhamnuſius orator antiquus, Athenis & præcepta dicendi tradidit, teſte Quint. quo neminem melius orauiſſe cauſam capitis, quum ſeipſe defenderet, locuples eſt author Thucydides lib. 8. Huius meminit Cicero in Bruto.

Antiphus, ἄντιφος, Priami filius ex Hecuba, quẽ Agamẽnõ unà cũ Iſo fratre, ſed illegitimo thoro nato, in bello Troiano interfecit. * Antiphus, filius Theſſali, & nepos Herculis, qui cũ fratre Phidippo dux triginta nauium cum alijs Græcis ad Troiam nauigauit, ut eſt apud Homerum lib. Iliad 2.

Antiphra, ἀντίφρα, oppidũ prope Alexandriã nõ procul à mari.

Antipodes, pen. cor. ἀντίποδες, dicuntur qui contra nos poſiti ſunt contrarijs ueſtigijs. Cic. 4. Acad. Non ne etiam dicitis eſſe è regione nobis, è contraria parte terræ, qui aduerſis ueſtigijs ſtent contra noſtra ueſtigia, quos Antipodas uocatis? * Declinatur Antipus, tipodis, uel antipodos. De his copioſè Ioachimus Vadianus in Melam.

Antipolis, ἀντίπολις, apud Ptolemæum urbis nomen eſt in Gallia Narbonenſi. Galli pauculis literis immutatis, etiam hodie Antillam uocant.

Antipyrgus, ἀντίπυργος, urbs Libyę eſt Marmaricæ, quæ eadem eſſe creditur, quam uulgò Lucho uocant.

Antirrhium, ἀντίῤῥιον, promontorium eſt Aetoliæ, ſitum ad ipſum ſinus Corinthiaci oſtium, è regione Rhij, quod eſt Achaiæ promontorium, ab Antirrhio ſeptem tantùm ſtadiorum freto diuiſum. Thucydides utrunq; Rhium appellat, cognominibus tantum ea diſtinguens. Nam quod in Peloponneſo eſt, Achaicum cognominat: alterum Molycricũ, à uicina urbe Molycria.

Antiſſa, ἄντισσα, Stephano, Lesbi inſulæ oppidum eſt, ex quo Terpander nobilis citharœdus originem traxit. Gentile eſt Antiſſæus, ἀντισσαῖος.

Antiſthenes, ἀντισθένης, pen. cor. Socraticus philoſophus, acutus magis quàm eruditus, præceptor Diogenis. Hic quum magno auditorum concurſu docuiſſet Rhetoricam, audito Socrate, dixiſſe fertur ad diſcipulos, Abite, & magiſtrũ quę rite: ego enim iam reperi: ſtatimq; uenditis quæ habebat, & publicè diſtributis, nihil ſibi præter palliolũ reſeruauit. Patientiam, & duritiam in Socratico ſermone adamauit, ut ſcribit Cic. lib. 3. de Orat. ad Quint. frat. * Fuere itẽ alij tres eodem nomine: unus è ſchola Heracliti, alius Epheſius, tertius Rhodius hiſtoricus, ut tradit Diogenes Laërtius.

Antitaurus, ἀντίταυρος, tauri montis pars eſt, reliquis Tauri partibus oppoſita: inſignis olim Comana ciuitate, & Bellonæ fano. Strabo lib. 11. & 12.

Antiueſtæum, promontoriũ Britanniæ, quod etiam dicitur Bolerium apud Ptolemæum, Diodoro Belerium, in Cornubia, ſeu Cornualia.

Antium, ἄντιον, urbs Latij, Volſcorum caput, Romanorum colonia: dictum, q̃ ante alias urbes in ipſo littore ſita ſit, ad ocium, rerumq; urbanarum uariationem accõmodata. Habebat hæc urbs celeberrimũ Fortunæ templũ. Horat. 1. Carm. O diua, gratum quæ regis Antium. * Hinc Antiates dicti ſunt urbis huius incolæ: de quibus uide ſuprà ſuo loco.

Antœci, ἀντοῖκοι, populi trans æquinoctialem habitantes circulũ, totq; graduũ latitudine ab eodem Auſtrũ uerſus diſtãtes, quot nos uerſus Septẽtrionem. Ita dicti, quod zonã no bis non contrariam, ut Antipodes, ſed diuerſam incolant.

Antoninus, cognomento Pius, Romanorum Imperator, qui Aelio Adriano ſucceſsit. Hic quũ filiũ nõ haberet, M. Antoninũ philoſophũ adoptauit, eũq; moriẽs imperij ſucceſſorẽ reliquit. * Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui poſt Seuerũ Romanũ tenuit imperiũ. * Alius præterea cognomento Heliogabalus, qui Opilio Macrino ſucceſsit.

Antonius ἀντώνιος, nomen uiri proprium. Antoniorum familia Romę nobiliſsima, uetuſtiſsimaq; fuit, utpote quæ ab Antone Herculis filio & nominata & oriunda proditur.

Antonius Gnipho, ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus, & à nutritore ſuo manumiſſus, Romæ docuit Rhetoricã, & poemata in domo Iulij Cęſaris pueri adhuc. Cuius etiã ſchola Cicero, & alij nõnulli clari adoleſcẽtuli frequẽtaſſe dicũtur. Fuit alioqui miti faciliq; natura, nec unquã aliquid de mercedeib. pactus, eoq; plura ex diſcentium liberalitate conſequutus eſt. Vixit annos quinquaginta. Ex Tranquillo.

Antonius Muſa, medicus fuit Auguſti tẽporibus, qui Cæſarẽ periculoſiſsimè ægrotantem, potu balneiſq; frigidis ſanitati reſtituit. De hoc Plinius lib. 29. cap. 1. & Horatius lib. 1. Epiſtol.

Mar. Antonius Orator, Triũuiri auus, de quo ſic ſcribit Cicero in Bruto: Nũc ad Antoniũ Craſſumq; peruenimus. Nã ego ſic exiſtimo, hos oratores fuiſſe maximos, & in his primum cũ Græcorum gloria Latinè dicendi copiã æquatam. Omnia ueniebant Antonio in mentẽ: eaq; ſuo quæq; loco ubi plurimũ proficere & ualere poſſent, ut ab imperatore equites, pedites, leuis armatura: ſic ab illo in maximè opportunis orationis partib. collocabant. Erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicẽdũ uidebatur: ſed ita erat paratus, ut iudices illo dicẽte nõnũquã uiderẽtur nõ ſatis parati ad cauẽdũ fuiſſe. Verba ipſa, nõ illa quidẽ elegantiſsimo fuerunt ſermone: itaq; diligenter loquẽdi laude caruit. neq; tamen eſt admodum inquinatè loquutus. Interfectus eſt à Mariana factione, unà cum pluribus alijs clariſsimis ciuibus, quorum capita in roſtris pependere. * Huius filij M. & C. Antonij fuere: quorũ M. Antonius gratia Cottę Cõſulis, Cethegi factione in Senatu curationẽ rei frumẽtariæ & totius oræ maritimæ nactus eſt. Et ad poſtremũ Sicilią & quincias omnes depopulatus eſt. Et ad poſtremũ inferẽs Cretẽſib. bellũ, ibi morbo interijt. Hũc Salluſtius ait perdundæ pecuniæ genitũ, & uacuum à curis, niſi inſtantibus. Author Ped. * C. Antonius alter oratoris filius, mul-

multos in Achaia ſpoliauit, nactus de exercitu Syllano equitũ turmas: quo nomine à Græcis tractus eſt in ius ad M. Lucullũ prętorẽ, qui ius inter peregrinos dicebat. Egit pro Græcis Cæſar, etiã tũ adoleſcentulus: & quum Lucullus, id quod Græci poſtulabãt, decreuiſſet, appellauit Tribunos: iurauitq; ſe ideo eiurare, q̃ ęquo iure uti no poſſet. Hũc Antoniũ Gellius & Lẽtulus Cenſores, ſexennio poſt petitionẽ Cõſulatus, ſenatu mouerũt: cauſasq; ſubſcripſerũt, q̃ ſocios diripuiſſet, q̃ iudicium recuſaſſet, q̃ propter æris alieni magnitudinẽ prædia mancipaſſet, bonaq; ſua in poteſtate non haberet. Pedianus. Hũc itẽ Cicero in Verrinis uocat in exercitu Syllano prædonẽ, in introitu gladiatorem, in uictoria quadrigariũ. Nã inter eos fuit, qui iuſſu Syllæ in Circenſibus, quos ipſe poſt uictoriã fecit, quadrigas ãgitauerunt. Hic cũ Cicerone cõſul fuit: eiq; maximè eſt aduerſatus: ut qui Catilinæ cõiurationi faueret. Placatus ab eo demum pactione prouinciæ, rectaq; de Republica ſentire perſuaſus eſt. *M. Antonio, oratoris filio, tres filij fuerunt, M. L. & C. quorum M. Antonius poſtea Triumuir, cauſa & fax totius belli ciuilis extitit. Nam quum eſſet Tribunus plebis, Cæſarisq; partib. in ciuitate tutãdis ſeſe imparem uideret, unà cum C. Curione (qui & ipſe Tribunus plebis erat) cõducto uehiculo, habituq; maximè miſerabili, in Galliã ad Cæſarem p̃fugit: eũq; adhuc hærentem, ad bellum ſine mora ſuſcipiendũ inflammauit. Cęſarem quoq; occiſum laudauit pro roſtris, ueſtemq; eius ſanguinolentam oſtendẽs, & teſtamẽtũ recitans, quo ille populo Romano drachmas 75. uiritim legauerat, perfecit ut percuſſores ob metum ab urbe profugerẽt. Deinde quum D. Brutũ Mutinę obſideret, hortante Cicerone, à Senatu hoſtis iudicatus eſt: & ab Hircio & Pãſa Cõſulib. & Octauio adhuc adoleſcẽtulo, ingẽti prælio ſuperatus. Poſt hæc Triũmuiratus fœdere inter eũ & Lepidũ ac Cæſarẽ inito, Brutum & Caſsium in Macedonia apud Philippos ſuperauit. Quo bello cõfecto, Octauius ualetudinis cauſa Romã redijt: Antonius in Græciã Aſiamq; p̃fectus, honore, quaquauerſus p̃ficiſceretur, ingenti eſt exceptus. Quũ illi Oriens, Auguſto Occidẽs, Lepido Africa obtigiſſet, multos per Orientẽ reges & tetrarchas debellauit. Inter quos Antigonũ Iudæorũ regem ſecuri percuſsit: quod antea regũ nulli contigit. Captus amore Cleopatræ, multa ipſius gratia nefanda admiſit, eiq; regna multa conceſsit in Syria. Fuluiam uxorem ſtatim inito Triumuiratu repudiauit, ac Octauiã Auguſti ſororẽ duxit, quã & ipſam deinde ob Cleopatrã cõtempſit. Ad bellum Parthicũ, Ventidiũ legatũ miſit: qui interfecto Pacoro, regis filio, ab Antonio miſſus Romam, triumphauit. Inde Cleopatra in Aegyptum remiſſa, per Armeniam Arabiamq; p̃fectus, copias undiq; cõtraxit. Cũ Phraate Medorum rege prælio cõgreſſus, ac uictor, eum uſq; ad Araxem fluuium perſequutus eſt. Dein in Armeniam reuerſus, eius regem in triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octauia, cauſa fuit inter eum & Octauium diſſenſionis. Quo cum poſtremò ad Actium nauali prælio congrediens, ſuperatus eſt: Alexandriamq; confugiens, atq; ibidem ab eodem obſeſſus, gladio ſponte occubuit, anno ætatis LVI. Huius uiri illud in primis admirabile dicitur, q̃ in ocio luxurioſiſsimus, in negotio laborioſiſsimus fuit. Nec ob res malè geſtas quicquam de ſolita uoluptate remiſit. Hæc ex Plutarcho. *L. Antonius Triumuiri frater, apud Peruſiã ab Octauio obſeſſus, fameq; adactus, uenit in deditionẽ cum CCC. alijs: quibus, ut ait Florus in Epitome Liuij, Octauius pepercit: ut uerò Tranquillus, omnes ad arã Cæſaris necari crudeliter iuſsit. * C. Antonius, Lucij & Marci frater, in Macedonia à Bruto captus, Ciceronis & Hortẽſij manibus inferias miſſus eſt. Author Plutarchus in Antonio & Bruto. *Antonius Iulianus rhetor Romæ p̃quàm fuit honeſti atq; humani ingenij: doctrina quoq; iſta utiliore ac delectabili, ueterũq; elegãtiarũ cura & memoria multa fuit. Ad hæc ſcripta omnia antiquiora tàm curioſè ſpectabat, aut uirtutes pẽſitabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium ab eo factum examuſim diceres.

Antronia, Põponio Melæ ciuitas eſt Magneſiæ, regionis Theſſaliæ, q̃ à Stephano & Strabone Antrõ, ἄντρων, dicitur, ab antris nimirũ utroq; nomine deducto, quorũ magnam circa hãc urbẽ copiã fecerãt molariũ lapidũ fodinæ. Circa hãc urbẽ proceriſsimi gignebãtur aſini: unde factũ eſt, ut Antronius aſinus, prouerbio dicatur de homine corpulento & robuſto, in quo tamen ingenij & animi uigor deſideretur.

Anubis, genitiuũ facit Anubis, uel bidis, ἄνυβις, lingua Aegyptiaca dicitur canis, ſub cuius forma colebatur Mercurius, ut inquit Seruius. Verg. 8. Aeneid. Omnigenũq; deũm mõſtra, & latrator Anubis. Ouid. in Elegijs, Per tua ſacra precor, per Anubidis ora uerendi. Diodorus ſcribit, Anubim filium fuiſſe Oſiridis, qui canem geſtabat, tanquam armorum inſignia. Ex quo Aegyptii canem uenerantur, & Anubim deum canino capite affingunt.

Anulus, fluuius Mauritaniæ, uide Anulus in Appellatiuis.

Anus, nomen fluuij cuiuſdam. C.

Anxa, oppidum Plin. lib. 3. cap. 11. 14.

Anxani, populi Plin. lib. 3. cap. 12. 4.

Anxius, fluuius ex Armenio mõte oriẽs, per Caucaſum in Meſopotamiam defluit, & Pactolo flumini & Caucaſo cadenti occurrit: unumq; facti, in Euphratem demerguntur.

Anxur, tam maſculini, quàm neutri generis, urbs eſt Italiæ, quàm nũc Tarracinã dicũt. Martial. Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis. Horatius 2. Serm. Satyr. 5. Milliatũ pranſi tria repſimus atq; ſubimus Impoſitũ ſaxis latè candentibus Anxur. * Dicitur aũt Anxur (ut Seruius docet) quia illic colebatur Iupiter imberbis, quẽ idcirco Anxurũ, quaſi ἀνὰ ξυρὸν uocabãt, quaſi ἄνευ ξυροῦ, hoc eſt ſine nouacula. Verg. Aen. 7. Circęũq; iugũ queis Iupiter Anxurus aruis Preſidet.

Anyger, ſiue Anygrus. uide ſuprà Anigros.

Anyſis, Aegypti rex eſt. author Herodot. lib. 2. Stephano urbs eſt ἄνυσις Aegypti.

Anytus, ἄνυτος, rhetor Athenienſis fuit, acerrimus Socratis inimicus: à quo & reus peractus eſt. Hor. 1. Serm. Sat. 4. - quã lia uincunt Pythagoram, Anytiq; reum, doctumq; Platona. De hoc uide Plutarchum in uita Socratis.

Aon, ἄων, Neptuni filius, ut dicit Lactantius, qui factione ſuorum ex Apulia pulſus, nauigio ad Eubœam uenit, & inde ſe in Bœotiam cõtulit, ubi populis montes habitantib. imperauit, eosq; Aones, ex ſuo nomine, appellauit: à quib. Neptuni filius eſt habitus, quum Onchesti ditiſsimi cuiuſdam Apuli filius fuerit, ex Parichia coniuge: filium Dymantem reliquit, qui ei in regno ſucceſsit. Perottus.

Aonia, ἀονία, regio Bœotiæ, ab Aone rege Neptuni filio dicta, quẽ factione ex Appulia pulſum, in Bœotiam tradũt uenisſe, ac de ſuo nomine montanam regionem Bœotiæ uocitaſſe Aoniam, & incolas ipſos Aonas.

Aonius, ἀόνιος, adiectiuum. Ouid. 1. Metam. Sepatat Aonios Actæis Phocis ab aruis.

Aonis, idis, ἀονὶς, patronymicum fœmininum quo, Poetæ frequẽtiſsimè utuntur p̃ ipſis Muſis. Iuuen. Satyr. 7. - aptusq; bibendis Fontibus Aonidum.

Aoris, ἄορις, Aratis filius, uenator & bellicoſus, &c. Steph.

Aornos, ἄορνος πέτρα, fuit petra apud Indos præceps & inuia, monimẽtis hiſtoricorum celebrata, ita dicta ob admirandã altitudinẽ, quaſi ipſis etiã nauibus inacceſſa. Scribit Plutarchus, Alexãdrum, quum intellexiſſet banc petram teneri ab homine meticuloſo, dixiſſe, Nunc locus iſte facilimus eſt captu. * Eſt & Aornos locus in Epiro, ita dictus à peſtifera auibus exhalatione, teſte Plinio in Procemio libri 4. * Hoc etiam nomine dictus fuit lacus inter Putelos & Baias, qui poſtea Auernus eſt appellatus. Vide infrà.

Aorſi, ἄορσοι, populi Scythię intra Imaum, quos Ptolemęus collocat non procul ab Iaxarte fluuio, qui in mare Hyrcanum defluit. Strabo lib. 11. duplices facit Aorſos, quorum alteros maris Caſpij oram maxima ex parte tradit tenuiſſe, alteros iuxta Tanaim habitaſſe, quos ſuperiorum exules eſſe opinatur. Plinius uerò lib. 4. cap. 12. Aorſos quoſdam in Europa collocat iuxta Hamaxobios.

Aoros, ἄορος, Cretæ ciuitas, ab Aora nympha ita appellata, quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere, uno ex Curetibus. ex Stephano.

Aoti, pen. prod. ἄωτοι, populi ſunt in finibus Thraciæ, Getis finitimi, nõ procul ab Iſtro. Meminit horum Plin. lib. 4. ca. 11.

Aous, pen. prod. ἀῶος, fluuius eſt in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adiacet, nõ procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Aeantem appellent, teſte Plin. lib. 3. cap. 23.

Apæi, ἀπαῖοι, populi in Aethiopia ſub Aegypto, Memnonibus ad Auſtrum proximi: de quibus Ptolemæus lib. 4. cap. 8.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Apamia, siue Apamea, ἀπάμεια, urbs celeberrima in Tetrapoli Syriæ, à Seleuco Nicanore condita, & à nomine uxoris eius ita appellata: ut testatur Strabo lib. 15. * Est & Apamia, Parthorum ciuitas, Heracleæ & Rhagis finitima: de qua apud eundem lib. 11. * Tertia est in ora maritima Bithyniæ, inter Rhyndaci & Ascanij ostia, Antiochi Epiphanis opus: cuius meminit Stephanus, & Ptolemæus lib. 5. cap. 1. Quartam collocat Plin. lib. 5. cap. 29. in ipso Marsyæ fluminis ostio, ubi scilicet Marsyas in Mæandrum influit, quam antea Celænas, deinde & Ciboton ait appellatam. Hãc Strabo ab Antiocho Sotere conditam scribit, & à nomine Apamię matris eius (quæ Artabazi filia & uxor fuit, Seleuci Nicanoris) Apamiam fuisse appellatam. Fuit hæc urbs olim clarissima, totiusq; Asiæ emporium post Ephesum celeberrimum.

Apamestе, oppidum in ea Italiæ parte, quæ olim Magna Græcia dicta est. Huius incolæ dicuntur Apamestini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Apauortene, ἀπαυορτηνή, regio est Scythiæ in qua est Hyrcaniæ prouincia.

Apelles, Apellis, ἀπελλῆς, nomen pictoris eximij, patria Coi, qui omnes prius genitos, futurosq; posteа artificio superauit, & picturę plura solus propè cõtulit, quàm cæteri omnes. Fertur, Alexandrum Macedonem à nullo pingi uoluisse, quàm ab Apelle. De hoc Ouidius, Si nunquam Venerem Cous pinxisset Apelles, Mersa sub æquoreis illa lateret aquis. De hoc uide apud Plin. lib. 35. cap. 10.

Apelleus, a, um, adiectiuum. Stat. li. 5. Syl. Vt uel Apelleo uultus signata colore.

Apenestе, Lege Apamestе.

Apenninus, ἀπεννῖνον ὄρος, per duplex nn, uel Apœninus cum œ diphthõgo, ut scribit Seruius, quasi alpes Pœni, q̃p eas Annibal primus superauit. Mõs est, qui Italiam mediam diuidit, incipitq; à Genua, & supra Carnos incũbit. Eius descriptionẽ uide apud Lucanum lib. 2. Meminit etiam Steph.

Apẽninigena, qui Appenninum inhabitat, aut in Apẽnino uersatur: ut Apenninigenæ pastores. Claudian. Apenninigenis cultas pastoribus aras.

Apenninicola, idem. Verg. 11. Aeneid. Apenninicolæ bellator filius Auni.

Aperantia, ἀπεράντια, urbs Thessaliæ. Steph.

Apesus, suntis, penult. cor. ἄπεσος, montis nomen est, qui Nemeæ superiacet, ubi Theseus Ioui primùm operatus credi tur. Dictus ab heroë, cui Apesas nomen erat. Papinius, Mõs erat audaci seductus in æthera dorso, Nomine Lernei dicunt Apesunta coloni, Gentibus Argolicis olim sacer. In castigatioribus tamen exemplaribus hoc loco apud Statium Aphesanta legitur, à nominatiuo Aphesas. Apud Plin. autẽ lib. 4. cap. 5. Apesas absq; aspiratione.

Aphannæ, regio Siciliæ ignobilis. unde prouerbium, Ad Aphannas, de obscuris & relegatis. Steph. ἀφάννα.

Aphace, ἀφάκη, urbs Libyæ Steph.

Aphedas, nomẽ regis Athenienſium, uel, ut Stephanus, Molossorum, ἀφείδας.

Apher, aliquis ex Africa, uide Afer.

Aphraeus, per tres syllabas, pen. cor. ἀφαρεύς, patris Lynceі nomen est: à quo Ouidius Lynceum prolem Aphareiam uocat lib. 8. Metamorph.

Aphesas, antos, mõtis nomẽ est supra Nemeam. Vide Apesus.

Aphetæ, ἀφεταί, urbs Magnesiæ in Paganetico sinu. causam nominis lege apud Stephanum.

Aphidantes, ἀφιδάντες, populi sunt ex Molossis, ut inquit Stephanus) ita dicti ab Aphidanto rege.

Aphidnæ, rum, ἄφιδνα, Stephano locus celebris in Attica. Seneca in Hippol. paruas alius Calcet Aphidnas.

Aphidnæ, ἄφιδναι, ciuitas q̃dã Atticæ, itẽ alia Laconiæ. Steph.

Aphneum, ἄφνειον, ciuitas Phrygiæ, & alia Lydiæ. Steph.

Aphnites, palus circa Cyzicũ, Artynia prius, ἀφνίτης, Steph.

Aphormium, ἀφόρμιον, locus Thespiensium, Steph.

Aphrica, λιβύη, tertia orbis pars, ab Asia Nilo fluuio, ab Europa mari mediterraneo discreta: ita dicta, quasi Aprica, quòd solis æstibus maximè sit exposita. Alij à Græcis sumptum putant nominis huius etymon, ut Africa dicta sit, quasi ἄνευ φρίκης, hoc est sine horrore aut frigore. Est enim hæc regio calidissima, ut quæ magna sui parte inter Tropicos sita sit. Vide plura suprà in dictione Africa.

Aphrodisias, ἀφροδησιάς, insula est in mari Persico, ubi Persis à Carmania dispescitur: sic dicta, q̃p in ea Venus quàm religiosissimè coleretur: alio nomine κολιάς dicta. Insulæ huius meminit Plin. lib. 6. cap. 25. * Est præterea Aphrodisias Ciliciæ oppidũ, teste Stephano. * Est itẽ insula in Oceano Hispanico, nõ procul à Gadibus: de qua Plin. lib. 4. cap. 22.

Aphrodisium, ἀφροδίσιον, oppidum fuit in Latio maritimum, quod postea mutato nomine Antiũ dictum est. De hoc Plin. lib. 3. cap. 5. * Apud Græcos hoc nomine significatur statua Veneris, atq; adeò res ipsa uenerea. Vnde & ἀφροδισιάζειν dicũ tur, quod est rem ueneream exercere.

Aphrodite, ἀφροδίτη, Veneris cognomẽ est, ductũ ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ hoc est à spum. anã è spum amaris ortã esse poetæ fabulãtur.

Aphrodisium, ἀφροδίσιον, Cariæ promontorium est Póponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. * Est & Aphrodisium Ptolemæo urbs Africæ. * Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem authore.

Aphrodisius, ἀφροδίσιος, præsul Bituricensis, Petri discipulus, genere Aegyptius, qui diem suum obijt apud Bituriges, teste Volaterrano.

Aphthites, pars Aegypti. Stephanus.

Aphthonius, ἀφθόνιος, Sophistæ cuiusdam nomen, qui in Rhetorica Hermogenis προγυμνάσματα, hoc est præexercitationes conscripsit, quæ etiam hodie extant.

Aphydna, Vide Aphidna

Aphyte, es, ἄφυτη, siue Aphytis, ἄφυτις, oppidum est Thracię, non procul à Pallene, Apollinis oraculo insigne: ab Aphyo quodam indigena ita appellatum. Huius incolæ dicuntur Aphytæi, ἀφυταῖοι, Stephano.

Apidanos, ἀπιδανός, fluuius est Thessaliæ, cui Enipeus, Melas & Phœnix miscentur, quos ipse secum in Peneon defert, ut habet Lucanus lib. 1. - it gurgite uasto Apidanus, nunquáq; celer nisi mistus Enipeus.

Apiennates, populi, Plin. lib. 3. cap. 14.

Apina, & Trica, duo oppida Appuliæ fuerunt, quæ Diomedes euertit tanta ignominia, ut in prouerbij ludibrium transierint. Quoties enim rem nullius precij ostendere uolumus, Apinas & Tricas nominamus. Mart. lib. 13. Sunt Apinæ, Tricæq;, & si quid uilius istis.

Apiola, ἀπίολα, ciuitas Italiæ.

Apis, bouis nomẽ apud Aegyptios, quẽ pro deo colebant: alio nomine Serapis dictus. Corpore erat niger, cãdida fronte, in tergo alba nota insignis, duplicib. pilis in cauda, & lingua cãthаro notatus, quẽ certos uitę annos excedere nõ licebat. Hũc in lacũ demersum Aegyptij, indicto iustitio, neste scissa, laceratis crinib. defunctũ plangebãt: inuento uerò alio, mirificè lętabãtur. Respõsa autẽ dare nõ ut reliqua oracula solitus: sed si manu oblatum pabulum sumpsisset à consulentibus, secũdos euentus, atq; omnia prospera decernebat: si uerò abnueret, omnia sinistra portendebat. Ideo quum à Germanico Cæsare pabulum oblatum renuisset, funestum omen & indubiam necem, quæ paulo pòst secuta est, prænunciauit. Hæc Alexander ab Alexandro lib. 6. ca. 2. & eadem ferè Marcellinus lib. 22.

Apis, Argiuorũ rex fuit, ex Ioue et Niobe Phoronei filia progenitus. Isidẽ habuit in uxorẽ. Hic cũ Aegialeũ fratre regẽ præfecisset Achaiæ, in Aegyptũ suũ imperiũ trãstulit: & cũ ibi multa, p̃cipuè uini uisum homines rudes docuisset, post mortẽ factus est Serapis & maximus Aegyptiorũ deus, qui in forma bouis adhuc uiuẽtis colebatur, quẽ post certos uitæ annos mersum in sacerdotũ fonte enecabãt, aliũ cũ luctu quærentes, quẽ sustulerũt, mœrebantq; derasis tãtisper etiam capitibus, donec aliũ reperissent. Est autẽ Apis, lingua Aegyptiaca, bos. Macrob. per Apim Solem intelligi putat lib. 1. Satur. Ouid. Et comes in pompa corniger Apis erat. Vide Osiris alibi, ubi priora ex Perotto, & alijs paulo aliter tractãtur. Vide Strabonẽ lib. ultimo, & Plin. lib. 8. cap. 46.

Apis, uicus nobilis, Plin. lib. 5. 6. 3.

Apiscion, nomen uiri Troiani proprium.

Apitami, populi, Plin. lib. 6. 20. 36.

Apicius, ἀπίκιος, omnium nepotũ fuit princeps, cui parum uisum est & principum congiaria, & Capitolij uectigal comesum & principum congiaria, & Capitolij uectigal comesum est & principum congiaria, & Capitolij uectigal comesum est & principum congiaria, & Capitolij uectigal comesum est

Apobœoti, ἀποβοιῶται, populi Aetoliæ. Steph.

Apœninus, Vide Apenninus.

Apollo, inis, ἀπόλλων, creditus fuit Deus, quem Græci etiam φοῖβον, hoc est Solē appellant. Cui, ut Macrobius inquit, uariæ fuerūt potestates. Nā fuit author carminis, præses uaticinij, sagittādi peritiā habuit, artē medicinę percalluit, & citharā adinuenit. * Idem dicitur Liber, ꝙ liberē uagetur per aērem. * Nomius etiam, id est pastor dictus est, ab eo, ꝙ Admeti regis pauerit armenta. Apollinis tripodem uas aureum fuisse constat trium pedū à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Polopi datū, quum uxorē duceret. Porphyrius ait eundem esse Solē apud superos, Liberum patrē in terris, Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulachrum uidemus: Lyram, quæ nobis cœlestis harmonię imaginē mōstrat: Grynæum, quod terrenū numen ostendit: Sagittas, quib. infernus deus iudicatur, & noxius. Vnde & Apollo dictus est, ut quidā existimant, κατὰ τὸ ἀπολύειν, quod perdere significat, siue destruere, ꝙ non paucos nimio æstu crederetur extinguere. Vnde etiam spicula ei assignauit uetustas, quę tamen non dextera gestat, sed sinistra, ꝙ ad iuuandum promptior sit, quàm ad nocendum. Vnde etiā nonnulli παρὰ τὸ ἀπαλλάττειν τὰς νόσους, hoc est ab abigendis morbis, Apollinem dictum existimant.

Apollinis, insula in Libya est, Steph.

Apollinis ciuitas, minor in Aegypto est Libyā uersus, maior in Aegypto, tertia in Aethiopia iuxta rubrū mare. Stepha.

Apollo. Apollines quatuor Cicero ponit. Primum, antiquum custodē Athenarum: alterū Corybantis filium, natū in Creta: tertiū Ioue & Latona natū, qui ex Hyperboreis Delphos uenerit, quā uis Eusebius antiquorum illum describat: Quartum, in Arcadia, quē Arcades, ꝙ illis leges dederit, Nomion uocāt. Deinde ob nimiā seueritatē regno pulsus, ad Admetum Thessaliæ regē confugit, & iuxta Amphrisum amnem eius armenta paurit. Quare à posterioribus pro deo colitur, & ab Homero uarijs nominibus appellatur, ἀργυρότοξος, ἑκαβόλος, ab eius scilicet artibus & inuentis.

Apollo, Iouis & Latonæ filius, natus est in Delo, eodē partu cū Diana, quæ & ipsa Phœbe dicitur. Adultus Pythonē serpentē sagitta occidit. deinde Cyclopes, ob fabricatum fulmē, quo filius eius Aesculapius fuit ad inferos detrusus: unde aliquandiu diuinitate priuatus, Admeti Thessaliæ regis armēta apud Amphrysum eiusdē regionis fluuiū pauit. Fertur accepisse citharā à Mercurio, & postea Musis prefuisse. Amauit Cyrenē puellā: itē Daphnē, Penei fluminis filiā. quę fugiēs illius amorē, in laurum cōuersa est, arborem huic sacram. Itē Hyacinthū, liberali forma paruulum, quē mortuum in florem sui nominis cōmutasse fertur. Branchū itē Thessalum, cui in suo tēplo sacra fieri iussit. Vicit Marsyam tibicinem, à quo lacessitus fuerat tibiæ cantu, uictū excoriauit. Ilij muros, adiuuante Neptuno Laomedōti regi ędificauit. Medicinę usum primus intulisse, & propterea deitatē meruisse dicitur. Author est carminis & Mulices, quapropter poetæ præcipuū sibi numen faciūt. in Rhodo insula Colossum habuit tantæ magnitudinis, ut inter septē mūdi miracula sit cōnumeratus. Triplex est eius potestas, ut sit sol in cœlo, liber pater in terris, Apollo apud inferos. eius simulachro tria ad pingebantur, lyra, clypeus, & sagittę. Eidem ut Baccho perpetua iuuentus adscribitur, propterea semper imberbis à poetis fingitur. Multa habet nomina, quæ à locis, in quibus potissimum colebatur, ei sunt indita.

Apollineus, a, um, adiectiuum, φοίβειος. ut, Apollinea ars, pro arte medica. Ouid. lib. 3. Trist. Nullus, Apollinea qui leuet arte malum, est. Et ars Apollinea, pro arte uaticinandi. Ouid. in Ibin, Apollinea clarus in arte senex. Tiresiam intelligit.

Apollinares ludi, qui in honorē Apollinis fiebāt: de quorū institutione uide Liuiū. ἀπολλώνια. Cic. ad Att. Ludis Apollinaribus. Diphilus tragœdus in nostrum Pōpeium petulanter inuectus est.

Apollodorus, ἀπολλόδωρος nomē pictoris excellētis, & nomē oratoris Pergameni. Apollodori sex memorantur. Primus Athenienſis Comicus. Secūdus Celeus, cuius comœdiæ fuerūt Philadelphi, & Sisyphus. Tertius Tarsensis Tragicus. Quartus itē Atheniēsis Grāmaticus, Aristarchi discipulus. Quintus Pergamenus rhetor, ꝓceptor Calidij, qui docuit Augustū. Sextus Alexādrinus Comicus, Menandri æmulus.

Appollonia, ἀπολλωνία, oppidum in ea parte Macedonię, ꝙ Adriatico mari adiacet. Corinthiorum colonia, optimis olim institura legibus. Vulgò his tēporibus Valora nominatur. De hac Strabo, Cōdidere Apolloniā Corinthij Corcyręiq; ab Aeante fluuiō stadijs decē, à mari sexaginta. * Est & Apollonia inter insulas Thraciæ, cis Istrum amnem locata. * Est & Apollonia ciuitas in Creta, & alia in Syria. Vide Steph.

Apollonias, Ἀπολλωνιάς, urbs in Parnasso iuxta Delphos, aliàs Cyparissus dicta. Steph. Vide in Cyparisso. Troëzen etiam Peloponnesi olim Apollonias dicebatur. Strephanus.

Apolloniatæ, ἀπολλωνιάται, populi Apolloniæ. Val. Max. lib. 1. Apolloniatæ quidam pœnitentiam egerunt. Plin. li. 5. cap. 30. 31. Cariæ populi. lib. 5. cap. 20. 29.

Apollonius, ἀπολλώνιος, nomen philosophi Alexandrini, qui Rhodi uixit: unde & Rhodius appellatus est *. Fuit etiā hoc nomine Alabādēsis philosophus, dictus à Suetonio clarissimus dicendi magister, sub quo (ut Plutarchus scribit) Cicero & Cæsar cōdiscipuli fuere. Prętер hos fuit & Apollonius Tyaneus, Pythagoricus philosophus, & magus: cuius uitā scripsit Philostratus, Græcorum omnium mendacissimus. Fertur hic, dum Ephesi uitam ageret, & fortè in multitudine disputaret, per eam horam, qua Domitianus interficiebatur, defixus & elinguis stetisse: atq; ubi primùm loqui potuit ex clamasse, Euge Stephane, pulchrè, Stephane percute sceleratum: pulsasti, uulnerasti, & interfecisti.

Apollopolitis, præfectura, Plin. lib. 5. cap. 9. 11. 70.

Aponus, pen. cor. ἄπονος, fluuius seu fons calidis aquis, haud lōgè à Patauio, uel uicus ipse in quo balneæ sunt. Lucan. li. 6. Colle sedens, Aponus terris fumifer exit, Atq; Antenorei dispergitur unda Timaui. Aponus autē dicitur nō tàm ꝙ morbis medeatur, quā ꝙ sine dolore remedium afferat.

Appianus, ἀππιανός, Alexādrinus nobilis historicus, qui Adriani imperatoris temporib. claruit. Scripsit Romanæ historię libros XXII, quorum nouem tantū ad nos peruenere.

Appiō, ἀππίων, nomē fuit Grāmatici Aegyptij Philonici filij, qui à laborismagnitudine cognominatus est Mochthus. Hūc Tiberius Cæsar ꝓ cōtēptū Cymbalū mūdi appellabat, quū publicæ famæ tympanū potius uideri posset. Immortalitate ase donari scripsit, adquos aliqua cōponebat. De hoc etiā Iosephus scribit, ꝙ esset malus & indoctus, totius q; uitę tēporib. importunus calūniator omniū cor asini habēs. Tu uide Iosephū. Floruit tēporib. Dionysij Halicarnassei & Iosephi.

Appius Claudius, qui postea Cæcus cognominatus fuit, inter oratores numeratus à Cicerone in Bruto. Hic cū C. Fabio Cēsor creatus uiā ex lapide quadrato strauit, q̄ à porta Capena Brūdusiū usq; duceret. Aquam quoq;, q̄ ab illo Appia dicta est, in urbem duxit. Idē postea cæcus factus, quū audisset Romanos de Pyrrhi pace consultare, in Curiam sese deferri iussit, grauissimaq; oratione obstitit, ne cum Pyrrho, nisi prius Italia decessisset, pax iniretur.

Appia uia, ὁδὸς ἀππία, uia erat Romę saxo quadrato strata ꝓ portā Capenā, Capuā, uel, ut alij uolūt, Brūdusiū usq; ducēs, ab Appio Claudio Cæco strata. Ci. ꝓ Cęlio, Appius Claudius Cæcus pacē Pyrrhi diremit, aquam adduxit, uiam muniuit.

Appiana poma, ἀππιανὰ μῆλα, ab Appio, ex Claudia gente cognominata: odor his maximus est, ferè cotoneorum, magnitudo non multo inferior. Plin. lib. 15. cap. 14.

Appote, oppidum, Plin. lib. 6. 28. 55.

Apries, ἀπρίης, Psammis Aegypti regis filius, cui in regno successit. Hic (ut testatur Herod. lib. 2.) ab Aegyptijs, qui à se ad Amasim defecerāt, strāgulatus est, & sepultus in paternis monumētis.

Apros, Colonia, Plin. li. 4. 11. 36.

Aprusa, fluuius, Plin. 3. 15.

Aprus, ἄπρος, ὁ. urbs Thraciæ. Steph.

Aprustini, populi, Plin. 3. 11. 5.

Aprutiū, Italiæ regio inter Apuliā & Picenū. Hæc etiā Sāniū dicebatur, ubi multipopuli erant. In ea ciuitates, Aquila, Adria, Sulmo, Ortona, Arpium, Aquinum, & multæ aliæ.

Apharus, locus in Euxino, Absyrtus antea dictus.

Apsilæ, ἀψίλαι, gens Scythica, Lazis uicina, Steph.

Apsorus, urbs Ponti Cappadociæ, Ptolemæo.

Apsorus, ἄψωρος, insula in mari Adriatico, adiacens Liburnię, in qua ciuitas eodem nomine, ut Ptolemæus lib. 1. scribit.

Apsus, ἄψος, fluuius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit, non procul à Dyrrhachio: de quo Strabo lib. 7. Lucan. libro 5. Tellus quam uolucer Genusus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quam mollior Apſus Circumeunt ripis.

Abſynthus, ἄψινθος, ciuitas Thraciæ, & regio Abſynthis dicitur.

Aptera, ἄπτερα, neutri generis, urbs in Lycia & altera in Creta à Sirenibus uocatur, ꝙ uictæ ibi cantu à Muſis, præ mœrore exutæ pennis in mare deſiluiſſent. Author Stephanus

Apuani, Ligures ſunt, teſte Liuio, li. 10. Sempronius (inquit) è Piſis in Apuanos Ligures uaſtando aperuit ſaltus, &c.

Apulia, Italiæ regio, mari Adriatico cõtermina, inter Dauniã & Calabriã, q̃ & Iapygia, ab Iapyge Dædali filio, qui eã regionẽ tenuit, dicta eſt, ἰαπυγία. Corripit autẽ hoc nomẽ primã ſyllabã, & unico p ſcribendũ eſt: aſſumit tamẽ interdum alterũ p, ut eandẽ ꝓducat. Secũdam autẽ ſyllabam ſemper producit. Contra Appulus ſemper primã producit, & corripit mediã. Hora. lib. 3. Carm. Nutricis extra limen Appuliæ. Iuuen. Vendit agros, ſed Maiores Appulia uẽdit. ubi & prima ꝓducitur. * Hinc Apulus, a, um, ſiue Appulus, adiect. Lucan. lib. 5. Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

Aquæ Auguſtæ, ὕδατα αὐγύστα, urbs in Gallia Aquitanica, Ptolemæo. Hanc uulgò Baionam uocant.

Aquæ calidæ, ὕδατα θερμά, urbs Britanniæ inſulæ, Ptol.

Aquæ mortuæ, hodie uocatur oppidũ Narbonẽſis ꝓuinciæ, ad alterũ ex Rhodani oſtijs ſitũ. Ptolemæus Marianas foſſas appellat, à ꝓpinqua foſſa, quã Marius ex Rhodano duxit in uicinũ lacũ, oſtreis (ut ſcribit Strabo) abundãtẽ. De hac foſſa uide Plin. lib. 3. ca. 4. & Melã lib. 2. & Strabonem lib. 4.

Aquæ Sextiæ, ὕδατα σέξτια Ptolemæo, urbs Galliæ Narbonẽſis, iuxta quã ſunt aquæ calidæ, quæ ęgros curare ſolent: ita appellatæ à Sextio quodã Romanorum duce, qui perdomitis Salibus oppidum hoc extruxit. Author eſt Strabo lib. 4.

Aquila, urbis nomen eſt in Brutijs, ex ruinis Furconijs antiquiſſimi oppidi à Longobardis ædificatæ. Volater.

Aquileia, ἀκυλεία, Carnorum metroplis, iuxta quam defluit Timauus, à legẽdis aquis dicta. Martialis, Et tu Ledęa fœlix Aquileia Timauo. Plinius Aquileiam collocat in decima regione Italiæ. Fuit aũt Romanorũ colonia duodecies mille paſsib. à mari ſita. Ad eam flumine aduerſo onerarijs nauigatur nauib. per Natiſonem fluuiũ. Ex hac orti ſunt Chromatius, ad quẽ Hieronymus ſæpe ſcripſit: & Rufinus Grękè Latineq; erũditus, qui Ioſephum conuertit in Latinum, cuius archetypum eſt Mediolani in ſancti Ambroſij fano, Lõgobardis characteribus cariofiſimis. (gro.

Aquilius, ἀκύλιος, cognomẽ iuriſcõſulti, factũ à colore ſubni-

Aquilo, pe. cor. uẽtus Septẽtrionalis, frigidus & ſiccus, ita dictus à uehemẽtiſsimo uiolatu inſtar aquilæ: Græcè βορέας. De hoc ſcribit Ouid. li. 6. Metam. Flat autem hic uentus, teſte Plin. lib. 2. cap. 47. inter Septentrionem & ortum ſolſtitialem, è regione Cauri.

Aquilonaris, re, adiect. βόρειος. Cic. de Na. deor. Sed etiam regio, quæ tum eſt Aquilonaris, tum Auſtralis.

Aquilonius, a, um, ut Loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. Plin. lib. 27. cap. 13. Omnes uerò herbæ uehementiores effectu uiribuſq; ſunt in frigidis locis, ut in Aquilonijs.

Aquinum, ἀκουῖνον Ptolemæo, oppidũ eſt latij, aut (ut alijs placet) Campaniæ, Diui Thomæ patria, qui ab eo Aquinas dicitur. Cic. 2. Phil. Quum Romã proficiſcens ad Aquinum accederet, obuiam proceſsit magna ſanè multitudo.

Aquiſgranum, Germaniæ nobiliſsima ciuitas, prius Vegerra dicta, Caroli Magni ſepulchro nobilitata.

Aquitania, ἀκουιτανία, regio, & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Ligeris. Hæc ab Ortu Oceanũ habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur: ab occaſu Hiſpaniam: à Septẽtrione Lugdunenſem prouinciam: à meridie Narbonẽſem. In ea Tholoſa, & Burdegala ciuitates. * Hinc Aquitanus, na, num: unde Aquitani populi. ἀκουιτανοί.

Aquites, pe. cor. ſacerdotis nomẽ apud Phaſidẽ. Val. Flac. li. 6. magniq; ſacerdos Phaſidis actois Aquites errabat in agris.

Aquula, oppidum Hetruriæ, unde Aquulenſes & Aquaſes Plinio & Ptolemæo dicti.

Ara, ciuitas Arabiæ. uide Ara in Appellatiuis.

Arabia, ἀραβία, regio inter Iudæam & Aegyptũ, ab Arabo Apollinis & Babyloniæ filio. Solinus Arabiã interpretatur, ſacrã. * Eſt autem triplex Arabia, ſecundum Plin. lib. 2. Vna fœlix, ἀρωματοφόρος, εὐδαίμων, λιβανοφόρος: Petræa, πετρώδης, tertia deſerta, ἔρημος, de quibus plura in dictione ſequenti.

In Arabia eſt mons Sina, qui & Oreb, in quo Moſes Legẽ accepit. In eadẽ & phœnix auis naſcitur, & ſardonyx gemma.

Arabius, & Arabicus, ἀραβικός, adiectiua. Vergil lib. 7. Hyrcanis'ue, Arabis'ue parant. Propert. Nec ſiqua Arabio lucet bombyce puella.

Arabia Petræa, ἀραβία πετρώδης, ſic dicta à Petra uetuſtiſsimo oppido, pars illa Arabiæ, quæ eſt Aegypto Iudææq; confinis. Author Ptolemæus. Straboni ac Plinio alio nomine Nabathæa dicitur. * Poſt Petræã ſequitur alia Arabiæ pars, Arabia deſerta Ptolemæo uocata, Straboni aũt Scenitis, ἀπὸ σκηνῶν, quòd gẽs uaga & ſine ædificijs in tẽtorijs habitet. Hæc à Meridie mõtib. Arabiæ fœlicis cincta eſt, à Septẽtrione Meſopotamiã habet, ab Occidẽte Petræam. * Arabia Fœlix Meridiem uerſus, inter duos ſinus, Arabicum & Perſicum, ueluti peninſula excurrit fluminibus ſcatens: quæ ut Strabo ſcribit, bis quotannis, ut India, feritur ob fœcunditatem. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

Arabs, bis, ἄραψ. gentile nomen eſt, quo is ſignificatur, qui ex Arabia ortũ traxit Verg. 8. Aeneid. – omnis eo terrore Aegyptus & Indi, Omnis Arabs, omnes uerterunt terga Sabæi.

Arabis, Vide Arbis.

Arabus, ἄραβος, Apollinis fuit filius ex Babylone, ut inquit Plin. lib. 7. cap. 56. quem medicinæ artis quidam uoluerunt extitiſſe repertorem. * Eſt & Arabus lapis, teſte Plin. lib. 36. cap. 22. eburnei candoris, qui in puluerem redactus aptiſsimus eſt dentifriciis.

Arachne, ἀράχνη, nomen puellæ Lydiæ, quæ quum de lanificio auſa fuiſſet cum Pallade certare, victrice dea percuſſa radio, in araneam eſt cõmutata. Verùm hoc à poetis fictũ eſt. Cõſtat enim, authore Plinio, Arachnẽ linum & retia inuenijſſe: Cloſterè aũt filium eius fuſos in lanificio. Suid. ſcribit ἀράχνιον filum eſſe & licium tenuiſsimum: ἀράχνη, fœmmini generis, telã, ſeu texturam: maſculino genere ἀράχνης, puſillum animal ita dictum, quòd rara molliq; habeat ueſtigia. Meminit etiam Ouid. lib 6. Metamorph.

Arachoſia, ἀραχωσία, regio eſt Scythiæ Aſiaticæ, Drangianis & Gedroſijs finitima: cuius præcipuæ ciuitates ſunt, Alexãdria, & Arachotus, ἀραχωτός, quæ regioni nomen dedit. Vide Strabonem lib. 11. & Ptol. lib. 6. cap. 20.

Arachoti, ἀραχωτοί, Indiæ ciuitas, ab Arachoto fluuio ſic dicta.

Arachthus, ἀραχθός, fluuius eſt Epiri, qui ex Caucaſo ꝓfluens, non procul à Nicopoli in ſinũ Ambraciũ influit. Memnat huius fluuii Plin. lib. 4. cap. 1. & Ptolemæus lib. 3. cap. 14.

Aracynthus, ἀράκυνθος, mons eſt Arcananiæ, teſte Plin. li. 4. ca. 2. * Eſt & alter in Attica mõs eiuſdẽ nominis: de quo Verg. 2. Eclog. Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Sũt tamen qui putent ibi Vergiliũ perſonæ paſtoritiæ rationem habuiſſe: ideoq; in Attica mõtem collocaſſe, qui re uera eſt in Acarnania: cuius generis pleraq; etiã apud Theocritũ animaduertimus. Steph. præterea Aracynthũ in Bœotia collocat: à quo Mineruam Aracynthiam dictam ſcribit.

Araduca, ἀράδουκα, urbs Luſitaniæ, quã hodie Arzuam ab Hiſpanis uocari uolunt. De hac Ptolemæus lib. 2. cap. 5.

Aradus, ἄραδος, inſula eſt, ſiue potius urbs in petra ſita, habẽs in ambitu ſeptem circiter ſtadia, diſtans à Phœnice, cui adiacet, uiginti ſtadijs. Eſtq;, ut tradit Strabo lib. 16. una ex Phœniciæ urbibus, quæ Tripolim efficiunt: reliquæ duæ ſunt Tyrus ac Sidon. Huius etiam meminit Plin. lib. 5. cap. 30. In Phœniceo, inquit, mari eſt ante Ioppen petra, tota oppidum, in qua obiectam Andromedam beluæ ferunt, ſam dicta Arados: inter quam & cõtinentem quinquaginta cubita alto mari (ut author eſt Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo corijs facto uſq; à uado trahitur. è regione huius inſulæ, ad meridiem, urbs eſt huius oppoſita, quæ olim Antarados, hodie Tortoſa uocatur.

Araæ Flauiæ, urbs Germaniæ, non procul à Danubio fluuio, quam Germani ſua lingua Nördlingen uocant.

Aræ, ἀραί, tres inſulæ Ioniæ ſic dictæ propter execrationes quibus Dorienſes deuouerunt Pentapolitas. Steph.

Aræthyrea, ἀραιθυρία, regiuncula eſt Achaiæ propriè dicta, poſtea Aſophis dicta, urbẽ habẽs eiuſdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amœnitate commendat, ἀραιθυρέων, ἐραιθυρὼν eam appellans. De hac Plinius lib. 4. cap. 5. & Strabo libro 8.

Ara-

Aragus, ἄραγος, fluuius, Massagetarum agrum irrigans: cuius meminit Strabo lib.11.

Aramei, teste Plin.lib.6.cap.17.ab antiquis dicti sunt Scythæ, alio nomine Sacæ à Persis appellati.

Arantia, ἀραντία, urbs, Philus postea dicta, Step. Quiętiam in Arethyrea de eadem scribit.

Araphea, ἀραφία, insula Cariæ, Steph.

Araphen, ἀραφλὼ, pars tribus Aegeidis, Steph.

Araris, pen.cor. & per apocopen Arar. ἄραρ, fluuius Galliæ Lugdunẽsis, à mõte Vogeso per fineis Heduorũ & Sequanorum in Rhodanũ fluẽs. Lucan.lib. 6. - Rhodanũq; fluentẽ Præcipitauit Arar. Hodie Saona dicitur. * Alius est ab eo qui per Heluetiam labẽs, hodie Arola, uulgò Ar, dicitur,

Ararius, rij, ἄραρος, fluuius Scythiæ Europ. in Istrũ influẽs: cuius meminit Herodotus lib.4.

Ararus, ἄραρος, pen.cor. Scytharum fluuius. Hic in Eniochis mõtibus eo modo quo Euphrates oritur, sex milliũ passuũ interuallo, quo ad cãpos Armeniæ secat. Labitur placidus & silẽs, neq; in utrã partẽ currat manifestũ: cum in asperiora deuenit hinc atq; illinc rupibus pressus, & quãto angustior, tanto magis pernix. Frãgit se subinde ad oppositа tantũ, atq; ob id cũ ingenti murmure fonãsq; deuoluitur, adeò citus ut qua ex præcipiti in subiecta casurus est, nõ declinet statim undã, sed ultrà quàm canalẽ habet euehat, plus iugeri spacio sublimis, & aquis pẽdentib. se sine alueo ferens: de inde ubi incuruo arcuatoq; amne descẽdit, sic tranquillus iterumq; compositus & uix fluens in littus elabitur.

Arath, ἄραθ, regio Armeniæ campestris, per quã Araxes fluit, incredibilis ubertatis, ad radices Tauri montis, qui usq; illuc extenditur.

Arator, poeta Christianus, Romanus subdiaconus fuit, qui Apostolorũ acta hexametro uersu cõscripsit, utnotat Volat.

Aratores, populi sunt Scythiæ, in ea parte Aemi montis habitantes, ubi Polydori tumulus ostenditur, ut ait Solinus.

Aratus, ἄρατος, poeta Cilix, Astronomiæ peritissimus, cuius Phænomena extant Græcè & Latinè à Cic. adhuc adolescẽte uersũ. * Fuit & alter Aratus, dux Sicyonius, uir optimus, qui patriã suã à tyrãnide liberauit. de quo Cic.3.Offi.

Araurius, ἀραύριος Ptolemæo, uel (ut Straboni placet. Rauraris, fluuius est Galliæ Narbonensis, nõ procul à Massilia.

Aarausio, ciuitas est Galliæ Narbonensis, prope Auenionem, principatu nobilissimo insignis, uulgò Aurange. Huius oppidi meminit Plin lib.3.cap.4.& Strabo lib.4.

Araxa, ἄραξα, urbs Lyciæ, Steph.

Araxæ uel Araxi, populi Illyriæ, Steph.

Araxes, ἀράξης, fluuius est Armeniæ, eodẽ in mõte, ex quo Euphrates nascitur, ortũ habens, Armeniãq; ab Atropatia diuidẽs. De hoc sic scribit Põpon.li.3. Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Armeniæ secat, labitur placidus, neq; in utrã partẽ eat, quãquam intuearis, manifestũ. Quũ in asperiora deuenit, hinc atq; illinc rupibus pressus, & quanto angustior, tanto magis pernix. Frangit se subinde ad oppositа cautium: atq; ob id ingenti cum murmure, fonansq; deuoluitur, adeò citus, ut quà ex præcipiti casurus est, in subiectã nõ declinet statim undam, sed ultrà quàm canalem habet, euchat plus iugeris spacio, sublimis, & aquis pendentibus semetipsum sine alueo ferẽs. Deinde ubi incuruo, arcuatoq; amne descendit, fit tranquillus, iterum per campos tacitus, & uix fluens, in littus elabitur. Hæc ille. Meminit huius fluuij & Plin.lib.6.cap.9.

Araxum Plinio, ἄραξος Ptolemæo, promontorium in occidua parte Peloponnesi, non procul à Patris. Vide Plin.lib.4. ca. 5.& Ptolemæum lib.3.cap.6.

Arazus, ἄραζος, urbs iuxta Pontum, ab Arazo duce. Steph.

Arba, ἄρβα, apud Plin.lib.3.cap.21. insula est ante Illyricũ. Ptolemæus uerò lib.2.cap.ultimo, Arbam ciuitatem esse tradit Scardonæ, quæ est insula Illyrico adiacens.

Arbace, ciuitas Celtiberiæ, Step. ἀρβάκη.

Arbanium, ἀρβάνιον, ciuitas iuxta Pontum, Steph.

Arbaxani, ἀρβαξανοί, populi Liguriæ. Steph.

Arbela, ἀρβίλη, urbs Siciliæ. Steph.

Arbela, pen.prod. ἄρβηλα, ciuitas Persica, ab Arbelo Athmonei filio dicta. Steph.

Arbea ciuitas Iudææ, sic dicta quia ibi tres patriarchæ sepulti fuere, & quartus Adam.

Arbij, ἄρβιοι, ὑ ἀρβίται, Stephano, populi sunt Indis finitimi. non procul ab Arianis & Gedrosijs: ita dicti ab Arbi uicino fluuio. Re censentur à Plinio lib.6.cap.23.

Arbis, ἄρβις, fluuius est in finibus Indiæ, non procul ab Arianis & Gedrosijs: à quo uicini populi Arbij ἄρβιοι dicuntur. Vide Plin.lib.7.cap.2.

Arbius, ἄρβιος, mons Crætæ, & mõtis incola similiter. Steph.

Arbucale, ἀρβακάλη, ciuitas maxima intra Iberum, quam Annibal ægrè obtinuit.

Arbon, ἄρβων, ciuitas Illyriæ. Steph. (tricibus:

Arbuscula, meretrix floruit cũ Origine & Cythoride mere-

Arca, Syriæ Cœles, urbs, antiquum adhuc retinens nomen inter Barbaros, teste Iosepho 5. Antiquitatum.

Arbor, piscis est in Oceano Gaditano, tam uastis dispãsus ramis, ut fretũ nũquã ingressus credatur. Author Pli.li.9.ca.4.

Arcadia, ἀρκαδία, Peloponẽsi regio intima, à mari undiq; remota: ab Arcade Iouis filio ex Calisto Lycaonis Arcadię regis filia, sic appellata. Hæc, ut Eustathius docet, aliquãdo dicta est Pelasgia, à Pelasgo rege magno, sapiente uiro, qui uitæ cultioris author eis fuit, & uictũ ex stirpibus herbarũ arborumq; frõdibus transtulit ad glandẽ, maximeq; ad fagineam. Aliquãdo etiam Lycaonia, aliquãdo Gigantis, & aliquando Parrhasia dicta est, teste Stephano. Arcas aũt quũ Pelasgos in deditionẽ redegisset, eorum regionem Arcadiã nominauit. Scribit Plinius hãc uniuersam, ueluti pẽsante equorũ incursus natura, in mõtes 76 attolli. Habet hæc regio asinos procerissimos, qui ob corporis magnitudinẽ in prouerbiũ abierunt. Habet & lapidẽ Asbeston, hoc est inextinguibilem. Oppida eius precipua sunt Mantinea, Tegea & Stymphalus. Montes Pholoë, Cyllene Lyceus, Mænalus, & Nonacris. Fluuij Ladon, & Erymanthus.

Arcadicus, ca, cum, ἀρκαδικός, quod est ex Arcadia: ut Arcadici mores, Arcadicum pecus.

Arcas, cadis, Ἄρκας, nomen Iouis filij ex Calisto, à quo Arcades originem ducunt. * Est & gentile ab Arcadia. Ouid.5. Fast: Arcadis Euandri nomen tibi sæpe refertur.

Arcadius, a, um: ut, Arcadius Deus, pro Pane, apud Propertium. Arcadium sidus, Vrsa, uel Arctos. Seneca in Oedip.

Arcadius, Ἀρκάδιος, Theodosij filius, Romanorum imperator fuit cũ Honorio fratre, quo tẽpore Gotthi Romã ceperũt. * Fuit præterea hoc nomine Grãmaticus Antiochenus, qui lib.de Orthographia, & alterũ de Syntaxi cõscripsit. Suid.

Arce ἄρκυ, ciuitas. Phœuiciæ quæ nũc Arcæ, Ἄρκαι, uocat. Step.

Arcesilas, siue (ut apud Laërtiũ legitur) Arcesilaus, ἀρκεσίλας, ὑ ἀρκεσίλαος, philosophus fuit, ex Pitane Aeolica ciuitate ortus, qui relictõ natali solo, Sardeis se primùm, deinde & Athenas cõtulit: ubi initio Crantorẽ, deinde & Polemonem audiuit. Post hæc eximius & ipse philosophus effectus, mediam primus Academiã inuexit. Fuisse autẽ traditur miro ingenij acumine, sed nimia in disputãdo pertinacitate. Fuit enim assertor ἀκαταληψίας: unde & ignorãtiæ magister à Lactantio appellatur. Hic est ille, quẽ Cic.lib.5.de Finibus, ait euertisse omnẽ philosophiã, quemadmodũ Gracchi euerterunt Rempub. Induxit enim philosophiæ quoddam genus ἀσύστατον, hoc est quod subsistere nõ potest: asserẽs nihil ominino sciri posse: quod certè absq; repugnantia intelligi non potest. Si enim sciamus nihil sciri posse, falsum est nihil sciri posse, quum iam aliquid sciamus.

Arcesilaus, pen. pd. unus è quinq; ducibus Bœotorũ, qui ad Troiã cũ quinquaginta nauib. aduenerũt. Hom.li. Iliad.2.

Arcesius, ἀρκήσιος, Iouis fuit filius, pater Laërtis, ut testatur Vlysses apud Ouid.13. Metamor. Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi, Iuppiter huic, &c. scilicet Arcesio.

Arceuthie, urbis nomen. uide in Dorbe. (morgo,

Arcesine, ciuitas in Amorgo una ex Cycladib. Steph. in Amorgo.

Archadius, Grammaticus. lege Arcadius.

Archagathos, ἀρχαγάθος, medicus ex Peloponeso, Lysaniæ filius: qui primus è medicis Romam uenit, L. Acmylio, & M. Liuio Coss. anno urbis D.XXXV. cui & ius Quiritium datũ est, & taberna in compito Acilio. Hic primò Vulnerarius cognominatus est: mireq; gratus aduentus eius initió fuit. mox à seuitia secandi urendiq; Carnifex appellatus. Hæc Plin.li.29.cap.1.

Archander, ἄρχανδρος, Phthij Achæi filius, & Danai gener: de quo Herodotus lib.2.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Archandrupolis, ἀρχανδρόπολις, ciuitas Aegypti, Steph. ex Herodoto.

Archedicus, ἀρχέδικος, poeta comicus, scripsit contra Democharē Demosthenis propinquum. Fabulæ ipsius, Thesaurus & Diamartanou. Author Athenæus in Dipnosophistis.

Archelaus, ἀρχέλαος, philosophus Atheniēsis, seu Milesius, qui patrem habuit Apollodorum, & fuit auditor successorq; Anaxagoræ, à quo Socrates philosophiam audiuit. Hic Physicā philosophiā ex Ionia Athenas inuexit: estq; Physicus appellatus, ꝙ in eo defecerit philosophia naturalis, Socrate Ethicen introducente. Quanquam ne hic quidē Ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honesto, & de æquo philosophatus est. * Fuit & alter Archelaus Antenoris Troiani filius, quē Homerus scribit rei militaris peritissimū fuisse. * Alius fuit Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragratā descripsit. * Alius de rerum naturis carmine scripsit. * Alius Oratoriam docuit. Author Diogenes Laërtius.

Archemolus, uide Anchemolus.

Archemorus, ἀρχέμορος, Lycurgi Thracum regis filius, & Hypsipyles Thoantis filiæ alumnus: quæ quū sitientibus qui ad Thebarū expeditionē profisciscebantur, Langiam fontem ostenderet, Archemorū puerū super uiridi herba depositum, qui à serpente uulneratus perijt. Vnde fons ille Archemorus uocitatus est, & annuus agon in pueri illius memoriā celebrari cœptus, quē Nemeos ludos appellarunt. Vide Statium lib. 6. Thebaid. Alius fuit Archemorus, Amphionis ex Niobe filius, quem Ouidius Antegorum nominat.

Archeptolemus, ἀρχεπτόλεμος, filius Iphyti, auriga Hectoris, Enipeo interfecto à Diomede suffectus.

Archesilaus, uide suprà Arcesilas & Arcesilaus.

Archias, ἀρχίας, poeta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorū clarorū oratorum, præsertim Lucullorum: & à nō nullis Græcis populis honoratus, & eorū ciuitatibus donatus: Ciceroni in primis familiaris. Hic quum discederetē Sicilia, cū L. Lucullo Heracleam uenit, & adscribi in eandē uoluit: quod & sua uirtute, & Luculli amicitia facilē impetrauit. Postea uerò mota ei de ciuitate cōtrouersia, quū eo nomine in iudicium uocatus esset, defensus est à Cicerone, breui quidē, sed tamen ornatissima illa oratione, quæ etiam nunc extat, in qua multa de poëticæ, atq; adeò ipsius Archiæ laudibus obiter admiscētur. * Fuit item Archias, qui cōdidit Syracusas, ut scribit Volaterranus. * Rursum alius Hyblæus quidā præco celeberrimus: qui rer uicit Olympia & Pythia: ubi icon ipsius & epigramma Græcum. Poliux. * Alius item fuit Mitylenæus, musicus.

Archibius, ἀρχίβιος, Alexandrinus grammaticus, qui docuit Romæ sub Traiano principe. * Fuit etiā alter eiusdē nominis Grammaticus, qui Cōmētarios conscripsit in Callimachi Epigrammata. Vtriusq; meminit Suidas.

Archidamus, pen. cor. ἀρχίδαμος, nomē uiri Spartani, qui rogantibus socijs quantū pecuniarū foret satis ad bellum Peloponnesiacū, scienter respōdit, Bellū ordinata nō quærit. * Fuit etalius Archidamus princeps Lacedæmoniorū, uir bello clarus, Telidis filius, Methonē ad Atheniēses deficientē recepit. in bello cōtra Pylū primus è naui prosiliens, nec uulneratus est, nec scutū amisit: deniq; aduersus Amphipolim strenuè decertauit. Insimulatus postremò quòd Angonis Thracię regis amicitię studeret, dānatus est, ut scribit Suid.

Archigenes, pen. cor. ἀρχιγένης, medicus fuit ex Apamia Syrię ciuitate, Agathini discipulus, qui rem medicā Romæ exercuit Traiani temporibus. Hæc Suidas. In hūc Archigenem, tanquam in hominem imperitū sæpissimè inuehitur Galenus. Meminit eiusdem & Iuuenalis Satyr. 6. - tūc corpore sano Aduocat Archigenem.

Archilochus, pen. cor. ἀρχίλοχος, nomē poetæ Lacedæmonij. Hic fuit inuentor carminis Iambici, quod ab eo Archilochium uocatur: quo Lycambē quendā, quòd filiam sibi pactam alteri locauisset, ad suspēdium creditur adegisse. Horat in Arte poet. Archilochum ꝓprio rabies armauit Iambo. * Alius fuit Archilochus Nestoris filius, qui patrem in expeditione Troiana secutus, à Memnone interfectus est. * Alius fuit Siculus, qui Arcadiam urbem condidit.

Archimedes, ἀρχιμήδης, nomen proprium uiri Syracusij, qui Geometricæ, ac machinalis, sideralisq; scientiæ cōsultissimus fuit, & celeberrimus, testimonio Liuij, Plinij, & Plutarchi. Hic uelut Deus terrenus mechanico artificio sphæram ui tream fecit, in qua mira arte dissimiles motus circulorū uisebantur. De qua sic scribit Claudianus - iura poli regnūq; deorū Ecce Syracosius trāstulit arte senex. Percurrit propriū mētitus signifer annū, Et simulata nouo Cynthia mense redit. Marcellus in expugnatione Syracusarū interdixit, ne Archimedes unus uiolaretur: uerùm quū Syracusæ caperētur, & ipse animo ac oculis in terra defixis formas geometricas describeret, à milite, ignaro quis esset, interfectus est.

Archippus, ἄρχιππος, nomen philosophi qui Thebis scholas habuit (ut scribit Hieron.) & Pythagoræ auditor fuit.

Archytas, pen. cor. ἀρχύτας, Hestiæi, siue (ut alij malunt) Mnesarchi filius, philosophus fuit Pythagoricus, patria Tarētinus, qui Platonē aduersus Dionysij insidias præstitit incolumem. Hic in Mathematicis maiorē humano captu progressum feciſſe traditur, adeò ut & cubū primus inuenerit, & columbā ligneam tam affabrè effinxerit, librauerit, & inflauerit, ut uiuæ uolatū imitaretur. Primus etiam Platagen, hoc est crepitaculū puerorū traditur inuenisse, quo pueros nunquam interquiescētes, & à periculosioribus ludis auocaret. Hinc factus est locus prouerbio, ut desipientes, & puerilia tractantes, ad Archytæ platagen dicamus recidisse.

Arcilalis, ἀρκιλαλίς, oppidum est Hispaniæ in tractu Bætico. Ptolemæus.

Arcinna, ἄρκιννα, oppidum est Daciæ, Ptolemæo.

Arciroessa, ἀρκιρόεσσα, ciuitas in Ponto Heracleæ subdita. Steph.

Arctanes, ἀρκτᾶνες, gens Epirotica. Steph. (phanus.

Arctax, mons est Propontidis apud Strabonem.

Arctonnesus, pen. prod. ἀρκτόννησος, oppidum est Milesiorum ad Propontidem situm, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plin. lib. 5. cap. ultimo.

Arctō, ἄρκτων, mōs, qui imminet Cyzico, ita dictus à Iouis nutricibus, quas illic in ἄρκτους, id est in ursas migrasse tradūt.

Arctophylax, Arctos, Arctous, & reliqua siderum nomina, in Appellatiuis quære.

Ardalides uel Ardabotides, Musæ colunturin Trœzene, ab Ardalo quodam conditore, aut à loco dictæ. Steph.

Ardea, ἄρδεια, nomen urbis in Latio, Turni & Rutulorū regia, à Danaë Persei matre: uel, ut alij malunt, à Dauno Pilumni filio cōdita, & à feruore regionis sic dicta, quæ decē & octo miliaria ab urbe est posita. Martialis: Ardea solstitio, Pestanaq; rura petantur, Quiq; Cleonæo fidere feruet ager. Seruius Ardeā dictam ait, quasi arduā, id est magnam & nobilē. Higinus uerò ab augurio auis Ardeā dictā uult. Hāc urbem post Turni mortē igne consumptam, & in auem sui nominis commutatam esse fabulatur Ouid. 14. Metamorph.

Ardeates, pen. prod. ἀρδεάται, populi sunt Ardeę incolæ.

Ardeas, atis, adiectiuum. Cic. 3. de Nat. deor. Cui in agro Ardeati rem diuinam facere solemus. Legitur & Ardeatino.

Ardia, ciuitas Illyriæ, Steph. ciues Ardiæi dicuntur.

Ardiscos, ἄρδισκος, teste Aristarcho, fluuius Scythię, cuius meminit & Herodotus lib. 4.

Ardys, ἄρδυς, filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno successit, ut scribit Herodotus lib. 1.

Arduenna, sylua est mirę magnitudinis, quæ olim à ripis Rheni & Treuirorū finibus, ad Neruios usq; pertigit, & in lōgitudinē, teste Cæsare, millibus amplius quingentis patuit.

Area, ἄρεια, siue Aria, media producta, insula est in Ponto uersus Colchos, Marti consecrata. Item Area, ἄρεια, fons & lacus in Thebis. incolæ Arij dicuntur. Steph.

Areocomici, orū, populi sunt Galliæ Narbonēsis, trans Rhodanum, in Occasum uersi, quorum metropolis est Nemausum. Plin. lib. 3. cap. 4. & Pomponius lib. 2. Strabo Aricomiscos uocat, Ptolemæus Arecomios.

Arelate, ἀρελάτη, ciuitas est in Mediterraneo Narbonēsis Galliæ, à Plinio dicta Colonia Sextanorum, quoniā ex sexta legione coloni eò deducti sunt. Est & Germaniæ ciuitas in Norico, Ptolemæo, quæ uulgò Lintz appellatur.

Aremorica, æ, Galliæ comatæ pars tertia, à Celtis Garūna fluuio diuisa: alio nomine Aquitania dicta, teste Pli. li. 4. ca. 17.

Arena, ἀρήνη, Peloponēsi ciuitas est iuxta Pylū, ꝙ flumine Minyetio abluitur. Vrbis huius meminit Hom. li. 2. Iliad. & Strab. li. 8.

Areopagus, pen. prod. ἄρειος πάγος Stephano, uicus erat Athenis à templo Martis sic cognominatus, ubi primū iudicium capi-

capitis actum fuisse scribit Plin.lib.7.Nam quũ Mars Halirrothium Neptuni filiũ, qui uim Alcippę filiæ suæ intulerat, occidisset, à Neptuno homicidij reus factus est, causaque à duodecim dijs in Areopago cognita,sex sententijs est absolutus. Meminit huius iudicij Hellanicus 1.Histo. Libanius quoque pereleganti declamatione Martis causam tuetur.

Areopagitæ,pen.prod.ἀρειοπαγῖται,illi dicebantur qui in templo Martis iudicabant:quod iudicium exquisitissimum habebatur.Nam quum Mars,qui Græcè dicitur ἄρης,homicidij crimine reus factus esset à Neptuno,iudicantib.duodecim dijs,in eo pago sex sententijs absolutus est, ut Steph.Byzantius docet,& multi alij Græci. De his uide copiosius apud Alexandrum ab Alexandro li.3.ca.5.& li.4.ca.11.& li.6. cap.11.Apud Cælium Rhodig.Antiq.lect. lib.7. cap.19.Budæum in Pandectis,& Erasinum in Chiliadibus.

Areopolitæ,pen. prod. ἀρειοπολῖται, qui habitant Areopolim. Areopolis autẽ ciuitas est Arabiæ,quæ alio nomine dicitur Moab. Vide in dictione Moab.

Ares,ἄρης,Mars.

Ares,etis,ἄρης,regio Eubœæ,Steph.hinc Aresius gentile.

Arestor,ἀρέστωρ,pater Pelasgi.uide in Parrhasia.

Areta,ἀρέτη, fuit Aristippi philosophi filia, quæ ei successit in schola,summum bonum in uoluptate, quæ maximè sensum moueret,posuit.Huius filius fuit Aristippus,qui quòd à matre philosophiam hauserit,μητροδίδακτος cognominatus est. * Fuit præterea hoc nomine Alcinoi Phæacũ regis uxor:de qua Homer.in Odyss.

Arethissa,uide Arethusa.

Arethusa,ἀρέθουσα,uirgo uenatrix,Dianę comes,ab Alpheo amata,cuius uim quũ effugere non posset,Dianæ miseratione in fontem sui nominis dicitur commutata:qui ne amatorijs aquis polluеretur, per subterraneos cuniculos in Siciliam aufugit,& iuxta Syracusas uberrimo aquarum gurgite emergit.Vnde & Syracusę Arethusides dictę sunt,formâ patronymici fœminini.Ouid.lib.4.Fast.Vtq; Syracusas Arethusidas abstulit armis Claudius. * Fuit &Arethusis fons Smyrnæ: tertius in Chalcide: quartus in Ithaca:quintus in Eubœa: sextus in Bœotia ppe Thebas.Didymus octo eius nominis fontes cõmemorat,adeò ut epitheto esse putetur cuiuscũq; fontis,ab irrigãdo.* Est præterea Arethusa lacus Armeniæ maioris,pódera omnia sustinens, & nitrũ nebulis exhalans,per quem Tigris fluuius tãto fertur impetu,ut aquæ non commisceãtur. Vnum ei piscium genus est,& hoc transcurrentis fluuij alueo nõ miscetur,sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant.author Plin.lib.6.cap.27. *Est & Arethusa locus Syriæ,munitus iuxta Emesam sexdecim mil libus passuum:à qua Arethusij,ut inquit Strabo.*Est itẽ Arethusa,urbs una Eubœæ,altera Syriæ,authore Volaterr.

Arethous,ἀρέθοος,rex fuit in Arna Bœotiæ.

Aretium,ἀρήτιον,ciuitas Tusciæ,Plinio, à Græcis condita eo tempore quo populus Israel sub iudicibus regebatur: à qua incolæ dicti sunt Aretini. Vasa quoq; fictilia,quæ in ea fiebãt,Aretina appellabantur.Martial.li.4. Aretina nimis spernas ne uasa monemus:Lautus erat Thuscis Porsena fictilibus.

Argæus,ἀργαῖος,Pelopis fuit filius,& Alectoris pater. *Alius fuit Licymnij, qui ab Hercule abductus, ui morbi peregrè perijt,cuius crematos cineres Hercules retulit,ut iusurandum,quod dederat se illum reducturũ,seruaret.Hũc dicũt primum fuisse qui crematus sit,& ab eo deinde morem seruatum.*Est item Argæus,Cappadociæ mons arduus,& perpetuis pruinis rigens:cui Maza ciuitas Cappadocũ metropolis subiacet,ἀργαῖον.author Strabo lib.12.

Arganta,ἀργάντη,ciuitas Indiæ,Steph.

Arganthonius,ἀργανθώνιος, rex fuit, ut testatur Herodotus lib.1.in Arna ciuitate Bœotię.*Fuit item Arganthonius Tartesiorum rex in Hispania, quã Plinius ait uixisse c x x. annos.Silius autem c c c.qui eius meminit lib.3.Argãthoniacos armat Catrteia nepotes. Rex proauus fuit humani ditissimus æui,Ter denos decies emensus belliger annos.

Argathon,ἀργάθων, mons in Mysia,ubi raptus Hylas. Dictus ab Argathone Rhesi coniuge,cui & Argathõ,ut monti quoque nomen fuit.

Argea,pen.prod.loca quædam Romæ appellãtur, quòd in ijs sepulti essent quidam Argiuorum illustres.Hæc Festus. Liuius Argeos uocat masculino genere: sic enim scribit lib.1. ab Vrbe:Multa alia sacrificia locaq; sacris faciendis,quę Argæos Pontifices uocant,dedicauit. A Varrone lib.4.de Lingua Latina Argeorũ sacraria appellãtur.Reliqua(inquit)urbis loca olim discreta, quum Argeorum sacraria in septem & uiginti partes urbis sint dispositа.

Argenusa,ἀργενοῦσα,Stephano,insula est Lesbo adiacens,iuxta Argemon promontorium, in qua Alcibiades extinctus est. Plin.lib.5.cap.31.Arginusam uocat.

Argentina, uel Argentoratum, ἀργεντόρατον Ptolemæo, urbs Gallię ad Rhenũ fluuiũ,quã tamẽ Germani habitãt,sicut pleraq; alia cis Rhenum oppida.Vulgò Strasburg dicitur.

Argeus,gea,geum,ἄργειος,denominatiuum deductum ab Argis Peloponnesi urbe,idem significans quod Argiuus.Horatius lib.4.Car.Tybur Argeo positũ colono.* Argei quoque,teste Varrone,dicebantur scirpeæ effigies,quæ per uirgines Vestales iaciebãtur singulis annis in Tiberim per pontem sublicium.

Argia,penulti. produ. ἀργέα, Adrasti regis Argiuorum filia, & uxor Polynicis: de cuius in defunctum maritum pietate uide Statium lib.2.Thebaid.ubi sic de ea scribit : Egregiam Argiuam,nec formæ laude secũdam Deiphilem,&c.Hæc in fontem sui nominis conuersa dicitur.

Argiæ,penult.prod.ἀργέαι,insulæ sunt numero uiginti, Cariæ adiacentes:ut scribit Plin.lib.5.cap.31.

Argila,ἄργιλα,urbs Cariæ,Steph.

Argiletum, locus erat Romæ iuxta palatiũ,ita dictus(ut quidam uolunt)ab Argo Argiuorum duce, qui ab Euandro hospitio exceptus,quum in affectati regni suspicionẽ uenisset, ab Arcadibus, insciо (ut uolunt) Euandro,est occisus.Cui postea Euander tumulum erexit, quem de nomine eius Argiletũ appellauit.Huc alludit Verg.lib.8.Et letũ docet hospitis Argi.Alij Argiletum dictum putãt, quasi Argilletũ,ab argilla,hoc est creta, cuius in eo loco erat magna copia.Vtramque opinionem refert Varro lib.4.de Lingua Latina.

Argilus,pen.corr.ἄργιλος,Herodot.li.7.hist.teste,urbs fuit Aemathię,nõ procul ab ostijs Strymonis fluuij uersus occidẽtẽ.

Arginusa,æ,ἀργινοῦσα, insula est exigua, Lesbo adiacens inter Methymnam & Mitylenen, iuxta Argẽnum promontorium. unde & nomen habet.Meminit huius insulæ Plin.lib.5.cap. 31.Stephanus ἀγγινοῦσαν uocat.Strabo autem lib.13.tres facit insulas Arginusas modico interuallo discretas.

Argiphontes, æ, ἀργειφόντης , cognomẽ est Mercurij, tractum ab Argo centoculo , Ius custode , quem Iouis iussu interfecit.Mythologici interpretantur Argum sphæram esse stellatam,quòd illi insit species quædam cœlestium oculorum. Io autẽ terrã esse uolunt,quã Aegyptij in Hieroglyphicis literis bouis imagine exprimunt.Hãc Argus, hoc est cœlum stellatũ, nocturno tẽpore desuper uidetur obseruare.Mercurium autem Solem interpretantur,qui Argum tunc dicitur occidere,quum luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat,earumq; conspectum mortalibus eripit. uide Macrobium Saturn.lib.1.cap.19.

Argippei,orum,ἀργιππαῖοι,populi sunt Scythię iuxta Sarmatas & Thussagetas,ab ipsa natiuitate calui,simis naribus, & ingenti mento,proprio quodam oris sono,ex arboribus uictitantes.Hi quum arma nulla habeant, à nemine tamen affici untur iniuria,propterea quòd sacri putentur. Iidem finitimorum controuersias dirimunt, & ad se confugientes tuẽtur ab iniuria.Plura de his Herodot.lib.4.

Argiripa,uide Argyripa.

Argissa,ἄργισσα,Thessaliæ ciuitas est prope Peneũ,condita à filijs Larissæ,deinde Argusa uocitata, ut scribit Strabo lib.9.

Argo,nauis Iasonis.uide Argo in appellatiuis.

Argopelasgos,Homerus uocat Thessalos.

Argos,eos,& in plurali numero Argi,orum,ἄργος,τὸ , clarissima ciuitas Peloponnesi,non procul à Mycenis,quæ ad discrimen aliarum eius nominis urbium Argos Hippium dicebatur,quòd agrũ haberet pascẽdis equis in primis idoneũ. Dicitur &Dipsiõ,ab aquę penuria:quò fit ut plures eodẽ utãtur puteo,quod genus est apud illos arctissimæ societatis.Aliquãdo & Phoronicũ dictũ est,teste Stephano,à Phoroneo primo rege. Est autem hoc nomen in singulari num. neut.gen.quod apud Græcos declinatur,τὸ ἄργος,τοῦ ἄργεος,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

apud Latinos autem tantum in usu habet nominatiuũ, accusatiuum, & uocatiuum. In plurali uerò masculinum est secundæ nominũ inflexionis. Horatius, Aptũ dicit equis Argos, ditesq; Mycenas. Verg. 7. Aeneid. Ecce autem Inachijs sese referebat ab Argis Clara Iouis coniunx. Idem lib. 10. Herculis Authorem comitem, qui missus ab Argis. * Hinc Argiui Græci dicti sunt, & Argolicus sinus, & Argolici duces, & Argolica regio. * Est item Argos oppidum Thessaliæ, quod & Pelasgicon dicunt à Pelasgis. Lucanus, -ubi nobile quondam Nunc super Argos arat.- *Aliud in Acarnania, Amphilochicum cognominatũ, quod Alcmæon, eiusq; liberi condidere, ut inquit Strabo lib. 7. * Fuit & Argos Apuliæ oppidum, à Diomede conditũ, & primũ à nomine relictæ patriæ Argos Hippiũ appellatũ: quod deinde Argyrippam, & postremò Arpos uocitarunt. * Thessaliam quoque aliquando Argos Pelasgicum appellatam fuisse, author est Plin. lib. 4. cap. 7. * Ipsam præterea Peloponnesum antiqui Argos, & Argos Achaicum appellauere: ut scribit Strabo lib. 8. * Est item Argos, siue Argus, canis nomen apud Homerum lib. 17. Odyss. qui solus Vlyssem uigesimo demũ anno in patriam redeuntem agnouit.

Argolicus, ca, cum, ἀργολικός, idem quod Argiuus: ut Vergilius 1. Aeneid. Argolicis excindi Pergama telis.

Argolis, idis, fœm. gen. ἀργολίς, id est Argiua. Ouid. 9. Metamorph. - at longis anxia curis Argolis Alcmene. -

Argous, a, um, ἀργῶος, idem quod Argolicus. Horatius in Epod. Non huc Argoo contendit remige pinus.

Argulus, filius fuit Amyclatis, quem primùm apud Achæos quadrigam iunxisse dicunt, cum alij Arogilo illud adscribant.

Arguſa, ciuitas Thessaliæ, quæ prius Argissa dicebatur. uide Argissa. Est & locus Eubœæ. uide Steph. qui loci illius incolas etiam Argiuos, & Leontinos uocari scribit.

Argus, ἄργος, nomen proprium regis Argiuorum, filij Apis, à cuius nomine Argiui appellati sunt. Hoc regnãte cœpit uti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Et post obitum Deus haberi cœpit, templo & sacrificijs honoratus. * Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem transuectus est. * Fuit & alius Argus, πανόπτης à Græcis cognominatus, quòd totus oculis scateret, quem poetæ fabulantur à Iunone constitutum fuisse custodem Ius Inachi filiæ, quam Iupiter in iuuencæ formam commutauerat. Hunc postea Mercurius Iouis iussu interfecit: unde & ἀργειφόντης cognominatus est. Iuno autem oculos eius, auis suæ, hoc est pauonis caudæ inseruit. Hanc fabulam latissimè describit Ouidius lib. 1. Metamorph. Mythologici Argum interpretantur sphęram esse stelliferam, innumeris oculis, hoc est stellis refulgentem: Mercurium autem Solem esse uolunt, qui tunc Argum dicitur occidere, quum diurno suo lumine stellarum lucẽ obscurat. uide Macrobium 1. Satur. capite 19. unde & ἀργειφόντης cognominatus est, quòd Argum peremerit. Mysticè autem Argus est cœlum stellarũ luce distinctum, quibus inesse quædam species cœlestium uidetur oculorum. * Argus quoq; uocatus fuit nauis illius architectus, quæ ab illo Argo dicta est, qua Iason unà cum Minyis in Colchidem uectus est.

Argyra, ἄργυρα, ciuitas Siciliæ, unde se Diodorus Siculus oriundum facit: à qua Argyrini. * Est & Argyra, Taprobanæ insulę metropolis, cuius incolæ dicũtur Argyritę, ἀργυρῖται.

Argyrini, ἀργύρινοι, populi Epirotici. Steph. (Steph.

Argyrippa, ἀργυρίππα Stephano, Apuliæ ciuitas est, à Diomede condita: quam primùm à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellauit. Postea corrupto uocabulo Argyrippa dicta est, & Arpi. Vergilius lib. 11. alterum p abiecit, metri causa. Ille (inquit) urbem Agyripam patriæ cognomine gentis, Victor Garganì condebat Iapygis aruis.

Argyrundas, ἀργυρύνδας, Aetoliæ fluuius, ita dictus ab argenteo aquæ candore.

Argyrotoxos, ἀργυρότοξος, Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

Argyrus, ἄργυρος, ciuitas quædam apud Philistium, Steph.

Argyrus, ἄργυρος, mons. uide Tarteſſus.

Aria, ἀρία, regio est inter Indos & Parthos sita, iuxta Gedrosios & Drangianos: quam recentiores Geographi Turquestam uocant. * Est etiam Aria, insula in Ponto, uersus Colchos, Marti sacra, aliàs Chalceritis dicta. Plinius lib. 6. cap ite 12.

Ariabignes, ἀριαβίγνης, fuit Darij filius ex filia Gobriæ, quiunà cum Præxaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. Herodotus lib. 7.

Ariadna, ἀριάδνη, filia Minois regis Cretæ ex Pasiphae uxore, cuius industria Theseus ab Athenienſibus Cretam missus à Minotauro deuorandus, labyrinthum filo duce quod Ariadne dederat, euasit, occiso prius Minotauro. Theseus autem eius amore captus, quum in patriam reuerteretur, eam abduxit: sed prioris beneficij immemor, abductam in insula Chio, seu Naxo periurus deseruit, quam Bacchus postea in uxorem duxit, eiusque coronam nouem stellis ornatam, quam à Venere acceperat, astris intulit, uocaturque corona Gnosia. Postremò à Diana sagitta dicitur occisa, eo quòd uirginitatem non seruasset.

Ariamnes, fuit nobilissima Armeniæ ciuitas. Tortellius.

Arianthe, ciuitas Oenotrorũ, ἀριάνθη, Steph. uide in Arinthe.

Arianus, poeta, cuius carminibus Tiberium principem delectatum fuisse Trãquillus scribit. Eius autem opera Suid. cõmemorat Metaphrasim Georgicorũ Vergilij, Alexãdriada, poema uidelicet de rebus gestis Alexãdri Macedoniæ libris x x 11. Suid. Arianus è Nicomedia historicus, Xenophõti minor cognominatus, sicut ille in Cyro, ita hic de Epicteto philosopho, eiusq; disceptationibus opus edidit tribus uoluminibus. scripsit quoq; historiam Alexandri Magni utrũque opus habetur in bibliotheca Vaticana. Emicuit Romæ sub Adriano & M. Antonino principibus, à quib. ob litteras honoribus consularibus ornatus est. author Heliconius.

Ariapyres, Scytharum rex. Tortellius.

Ariaria, ἀριάρια, gens Caduſijs finitima, Steph.

Ariarathes, ἀριαράθης, Cappadociæ rex fuit, à populo Romano in societatem acceptus. Fuit hic Antiochi gener, qui Arariatheam ciuitatem condidit in finibus Cappadociæ: de qua Stephanus.

Aricandus, fluuius est Milyadis, (quę est minoris Asiæ regiuncula, in cõfinio Pamphylię, Carię, & Lycaonię) qui in Limyrum amnem influit. * Fluuij huius nomine uicinum oppidũ Aricanda appellatur. Vtriusque meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

Aricia, ἀρικία, urbs in Italia, quam ædificauit Hippolytus Thesei filius, & à nomine coniugis Ariciam appellauit. Abest ab urbe ad decimum lapidẽ. Martial. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. Lucan. Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

Aricinum nemus, erat iuxta Ariciam urbem, in quo Aegeria nympha erat, cum qua loqui solitum ferunt Numam Romanorum regem.

Aricinus lacus, erat iuxta Ariciam urbem, qui speculum Dianæ uocabatur: in quo nunc quoq; insulæ proceris arboribus nobiles conspiciuntur.

Aricomiſci populi in tractu Narbonenſis Galliæ, trans Rhodanum, inter Volcas numerati, quorum metropolis est Nemausum. Plin. lib. 3. cap. 4. & Pomponius lib. 2. Arecomicos uocant: Ptolemęus Arecomios. De his sic scribit Strabo li. 4. Vlteriores fluuij (Rhodanum intelligit) partes Volscæ, quos Aricomisicos appellant, maximum incolunt spacium, quorum portus & nauium receptaculum Narbo dicitur.

Ariel, ἀριήλ, quidam putant esse Areopolim, ab idolo Martis quod illic situm est: interpretatur autem Leo Dei, Hierusalem figuraliter significans.

Arij, ἄριοι, populi sunt iuxta Indiam, Gedrosijs & Drangianis finitimi. Herodotus lib. 4. Histor.

Arima, ἄριμα, locus Ciliciæ, uel Syriæ, uel in Pithecusis iuxta Tyrrhenos, ubi Typhoeum terra obrutũ in fabulis est. Stephanus. uide Inarime.

Arimanius, ἀριμάνιος, Plutonis cognomen apud Persas.

Arimaſpi, ἀριμασποί, populi Scythiæ Europæ, uersus Aquilonis exortum, ut lib. 7. Plinius refert, qui unicum in media fronte oculum habent, & cum gryphis auri custodibus continuè præliantur.

Arimaſpus, fluuius est Scythiæ in Asia aureis arenis abundans, unde Lucan. lib. 3. - auroq; ligatas, substringens Aridans, maspe comas. Item hinc Arimaspi. de quibus antè.

Ariminum, ἀρίμινον, ciuitas Italiæ, à flumine propinquo eiusdem

dèm nominis sic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, sicut & Rauẽna: uerùm utraq; accepit Romanos inquilinos. Habet autem hæc ciuitas portum nõ ignobilem, non procul à Rubicone amne, qui olim Italiam à Gallia discernebat. Aedificata est autem anno ante Christi exortum ducentesimo, septuagesimo, Ptolemæo Lagi filio Aegyptijs imperante, P. Sempronio & Appio Claudio Consulibus. Ad quam uisendam, compositis Siciliæ rebus, Sempronius nauigauit. Eam Octauius ampliauit, & à Liburnis dirutam Diocletianus reposuit, fusisq; Liburnis arcum triumphalem in ea extruxit.

Arimphæi, ἀριμφαῖοι, sunt populi Asiæ septentrionalis prope Ripheos montes. Habent pro domibus nemora, pro alimentis baccas, & tam fœminæ quàm mares comam tondẽt. De his Ammianus sic habet: Vbi montes Riphei deficiunt, Arimphæi inhabitant, iusti homines, & motum placiditate cogniti.

Arimus, rex Mysiæ, seu Mæoniæ. Author Varro, Xanthum citans antiquum rerum scriptorem.

Arindela, ἀρίνδηλα, pars quædam, aut uicus Palęstinæ. Steph.

Arinthe, uide Arianthe.

Ariobarzanes, ἀριοβαρζάνης, Cãppadocum rex fuit, populi Romani amicus, qui Pompeij partes aduersus Cęsarem fouit.

Ariomachus, fuit teste Herodoto, Darij filius.

Arion, pen. prod. ἀρίων, citharœdus nobilis fuit, & poeta lyricus, ex Methymna Lesbi ciuitate ortus, qui primus dithyrãbos creditur inuenisse. Hic quũ ex Italia, ubi ingẽtem pecuniæ uim arte sua meruerat, Corinthum traijceret, uideretq; à nautis, qui opib. suis inhiabant, sibi insidias strui, nonnihil spacij ab alijs sibi cõcedi postulauit, quo, ueluti cygnus moriturus, suas sibi exequias caneret. Quod quum impetrasset, stans celsa in puppi, carmẽ orthiũ dijs marinis cecinit: quo peracto, se in mare præcipitẽ dedit: statimq; à delphino exceptus, ad Tænarum Laconiæ promõtorium est peruectus: unde sese ad Periandrum Corinthiorum tyrannum contulit: qui emissis nauigijs cũ militibus, naues comprehendit: qui rẽ uti gesta erat, cõfessi, grauissimo supplicio eius iussu sunt affecti. Refert historiã hanc, siue potius fabulã, Herod. lib. 1. & Plutarchus in Symposio septem Sapientum.

Arisbe, ἀρίσβη, in agro Troiano ciuitas fuit, ab Achille euersa. * Item alia in Lesbo insula. Vide Strab. lib. 13.

Arisbus, fluuius Thraciæ, ἄρισβος, Steph.

Aristæus, ἀριστᾶος, filius fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei fluuij Arcadiæ, qui deinde in Arcadia regnauit, & primus apum, olei, & mellis usum, lactisq; coagulum demõstrauit, & alia quamplurima adinuenit: ut refert Iustinus lib. 14. Primus quoq; apum ex bubulis uisceribus reparandarũ rationem traditur inuenisse. Nam quum Eurydicæ Orphei uxori amore eius captus, uim inferre conaretur, illa per auia fugiens, morsu serpentis est occisa: in cuius ultionem Nymphæ omnes apes perdiderũt. Quapropter matris auxilium implorauit, quæ illum ad Protea consulendum perduxit: à quo infortunij causam edoctus, Eurydicem sacrificijs placare iussus est: quod quum faceret, taurosq; quatuor & totidem iuuencas immolaret, ingens apum multitudo è bobus erupit, atq; hoc pacto apes suas recuperauit, ut satis copiose tradit Vergilius ferè in fine libri 4. Georgicorum, ibi, Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe, &c.

Aristagoras, ἀριστάγορας, fuit præfectus exercitus Darij contra Græcos, teste Herodoto lib. 5.

Aristarchus, ἀρίσταρχος, nomen Grammatici, qui tanrũ sibi in Homeri poemate permisit, ut uersus quos uellet, uelut suppositicios partus, ab Homeri familia submoueret. Vnde etiã hodie Aristarchos uocamus alienorũ scriptorũ cẽsores. * Alius fuit Tegeates, poeta tragicus, cuius meminit Horatius, Fiet Aristarchus. * Fuit item alius Mathematicus.

Aristeas, ἀριστέας, patria Proconnesius, nobilis poeta fuit, qui Crœsi & Cyri temporib. claruit. Scripsit Theogoniam, & tres libros eorũ carminum, quæ Arimaspea dicũtur. Suid.

Aristides, ἀριστείδης, cognomento Δίκαιος, id est iustus: Athenis à Themistocle in administranda Repu. dissensit, quũ esset diuersis moribus: Catoni alter, Cęsari Themistocles cõparandus. Autor Plutarchus. Hic tanta fuit rei familiaris tenuitate, ut quoties Imperator designaretur, necesse esset aliquid ei pecuniæ in crepidas, & pallium decernere. In senatũ quandoq; uocatus ea excusatione usus est, quòd palliũ lauisset, nec aliud haberet, quo indueretur. Eo mortuo, in ædibus eius nihil præter ueru ferreum inuentum est. Ciuitas tamen beneficiorũ eius non immemor, filiũ eius ex publico egregiè dotauit. * Fuit etiam hoc nomine sophista quidã, ex Adrianis Mysiæ siue Bithyniæ urbe ortus, qui quũ Smyrnæ profiteretur, aduenièti fortè M. Antonino principi unus omniũ non processit obuiam, eoq; modo in cognitionem & amicitiam uenit Imperatoris. * Aristides itẽ Thebanus pictor fuit, Apellis tempore. Is omnium primus animũ pinxit, & sensus expressit omnes, quos Græci uocãt ἤθη, durior aliqua ntulum in coloribus. Huius pictura illa præcipuè laudatur: Infans adrepens ad mammam matris ex uulnere morientis, ac manu prohibentis. Sentire mater & timere uidetur, ne è mortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander transtulit Pellam. Ex Plin. lib. 35. cap. 10.

Aristippus, ἀρίστιππος, nomen philosophi Cyrenaici. Hic dicere solebat, quòd lautior uictus nulli erat impedimento ad bene uiuendũ. Socratis etiam auditor fuit, primusq; Socraticorũ mercede philosophatus est. Habuit ingeniũ ad omnia pro tẽpore, loco & persona simulanda omnia promptũ, & ob hoc Dionysio præter omnes erat charus. Et ut præsentibus uoluptatib. libẽter fruebatur, ita & absentes facilè cõtemnebat. Hic quũ è patria in Græciam philosophandi causa proficisceretur, iussit seruos aurum proijcere, ut expeditiores ad iter capessendũ essent. Voluptatẽ, bonorũ: dolorem, malorum finem cõstituit: cæteras scientias excluſit, illud solũ utile putans, Vt quæras, si quid domi mali aut boni tibi cõtigit. Summum bonum posuit in leui motu ad sensum emananti, id est in uoluptate corporis sensus titillante. Qui ab eo fluxerunt, & in dogmate permanserunt, ab homi nis patria Cyrenaici sunt appellati. Tradunt Platonẽ dixisse, Soli Aristippo & chlamydem & pannum ferre datum est. Horatius, Omnis Aristippum decuit status & color & res. * Fuit & alter Aristippus, huius nepos ex filia, Metrodidactus dictus, quasi à matre doctus. Hic in nauigio à tempesta te deprensus timuit & expalluit. Et interrogatus à quodam quare philosophus timeret, quũ ipse cõtrà nihil metueret, festiuiter respõdit, Non eandem sibi & illi causam esse, quoniam is nõ esset magnopere solicitus pro anima nequissimi nebulonis, sese autem pro Aristippi anima timere.

Aristo, ἀρίστων, philosophus, cognomento Scepticus, qꝑ Latinè quęsitor & cõsiderator dicitur. Sẽper enim in quærẽdo cõsiderãdoq; fuit. Hic natione Cous, & Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentia erãt, ut inter optimè ualere, & grauissimè ægrotare, nihil interesse diceret: quare etiã tanquam naturam ipsam excludẽs, ab omnib. fuit reiectus.

Aristobulus, ἀριστόβουλος, Iudæus ex Paneade, Agathobuli Hebræi discipulus, unus fuit ex illis LXXII interpretibus, qui missi fuere ad Ptolemæum, tunc Iudææ dominũ, uti sacros libros in Græcum sermonem conuerterent. Qui multa ex præceptis Moseos proponenti regi, percõtantiq;, sapienter respondit. Hic commentarios etiam in legem Hebræorum edidit. Autor Eusebius. * Aristobulus alter hist oricus item Iudęus, qui res gestas Alexandri magni cõscripsit, comesq; peregrinationis fuit. Volaterranus.

Aristocles, ἀριστοκλῆς, philosophus fuit Messanensis Peripateticus. Scripsit de philosophia libros decẽ, Vter esset studio & doctrina prior, Homerũsne an Plato: in quib. philosophorũ omnium catalogum cõtexit, opiniones q; recenset. * Fuit item Aristocles Lampsacenus philosophus. * Item alius Megarensis sophista, sub Traiano & Adriano, scripsit de Rhetorica epistolas, & declamationes ad Imperatorẽ. Suidas. * Nomen item fuit aui paterni Platonis, qui & ipse Aristocles uocabatur: postea Plato ab humerorum latitudine dictus.

Aristoclides, ἀριστοκλείδης, Orchomeni tyrãnus, qui Stymphalidem uirginem adamauit. uide in dictione Stymphalus.

Aristocrates, ἀριστοκράτης, ciuis quidã Rhodius fuit, qui quòd plurimum dignitatis, strenuitatisq; præ se ferret, ciuium omnium cõsensu belli dux delectus est: in quo spem suorum egregiè fefellit: utpote qui in reb. gerendis, tanquam adulterinus nummus ingne, degener planè apparuerit, & omnino alius quàm prima fronte promiserat. Ex Suida.

Aristodemus, ἀριστόδημος, penul. prod. nobilis Grammaticus fuit, Pompeij liberorum præceptor: mane Rhetoricam, meridiẽ

ridie Grammaticam docebat. Strabo.

Aristogenes, ἀριστογένης, medici Thasij nomen, qui uarios de re medica libros conscripsit ad Antigonum Macedoniæ regem. * Aristogenes alter Gnidius, item medicus, seruus Chrysippi, famam adeptus est ex curatione Antigoni Gonatæ. Author utriusque Suidas.

Aristogiton, ἀριστογείτων, nomen est ciuis cuiusdam Atheniensis, qui adiutus ab Harmodio, Pisistratum tyrannum interemit: unde utrique ab Athenienſibus in foro positæ sunt statuæ. * Fuit etiam hoc nomine orator Athenienſis, qui Canis dictus est, quòd optimo cuiq; allatraret. Scripsit enim inuectiuas aduersus Timotheum, Timarchum, aliosq; complures. uide Suidam.

Aristolaus, ἀριστόλαος, pictor, Pausaniæ discipulus, è seueriſsimis pictoribus fuit. Eius opera nonnulla cõmemorat Plin. lib. 35. cap. 11.

Aristomache, ἀριστομάχη, nomen sororis Dionysij tyranni, & uxoris Dionis. uide Plutarchum in uita Dionis.

Aristomachus, pen. corr. ἀριστόμαχος, Solensis quidã fuit, qui tanto apum amore flagrauit, ut annis duodesexaginta nihil aliud egerit. Quinetiam librum de eorum cura & ratione mellificij edidit. * Fuit & alter Aristomachus, qui de arte uini apparandi uolumen conscripsit. Vtriusque meminit Plin. illius quidem, lib. 11. cap. 9. huius uerò lib. 14. cap. 19.

Aristomenes, pen. cor. ἀριστομένης, nomen Messenij uiri, qui iuſtiſsimus fuit, ut scribit Hieronymus. Hic Lacedæmonijs quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ uocabantur Hyacinthia, rapuit de choris ludentiũ uirgines duodecim, & tota nocte gradu concitato fugiens, excesit de finibus Spartanorum: quumq; eas comites eius uellent uiolare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum, quosdam non parcentes interfecit, cæteris metu coercitis. Redemptæ postea à cognatis puellæ, quum Aristomenem uiderent cædis reum fieri, tamdiu ad patriã nõ sunt reuersæ, quamdiu iudicum aduoluta genibus, defensorem pudicitiæ suæ cernerent absolutum. Hic dux tanta calliditate fuisse fertur, ut sæpe Lacedæmonios deciperet: quorũ sæpe urbem ingressus est, & aliquando captus, atq; in uincula coniectus, callidirate sua aufugit: quod quũ semel atq; iterum & tertiò feciſſet, tandem occisus est à Lacedæmonijs, & execto corpore inuẽtum est cor eius piloſum fuisse.

Ariston, onis, penul. genitiui cor. ἀρίστων, sculptor, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8. * Et iuriſconsultus quidam doctiſsimus, apud Gell. lib. 11. cap. 18.

Aristonicus, ἀριστόνικος, Eunuchus fuit, summus alioqui belli dux, cuius fidelis opera Ptolemæo plurimũ in bello profuit. * Fuit etiam hoc nomine Grammaticus, qui in Hesiodi Theogoniam commentarios conscripsit. Vtriusque meminit Suidas.

Aristonides, ἀριστονίδης, statuarij insignis nomen: qui quum Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato residẽtem, eiusq; pœnitẽtiam uellet exprimere, ferrum & æs miscuit, ut ferri rubigine per nitorem æris relucente, exprimeretur uerecundiæ rubor. Plin. lib. 34. cap. 14.

Aristonymus, ἀριστώνυμος, insignis comœdiarũ scriptor fuit, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus floruit, cuius etiam bibliothecæ fuit præfectus. Suidas.

Aristopatra, ἀριστοπάτρα, mater Crateri cuiusdam, qui sub Alexandro militauit, ut author est Strabo.

Aristophanes, pen. cor. ἀριστοφάνης, poeta comicus ex Lindo Rhodi oppido, lege uerò Athenienſis, patre Philippo: maledicus, & in carpendis hominum uitijs liberrimus ac mordaciſsimus: inuentor tetrametri & octometri uersus. Filios habuit Ararota, Philippum, Philetærum, comicos omnes. Docuit fabulas LIIII. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpollebat, ut Dionysio roganti aliquẽ eius sermonis eruditum, authorem hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & insectatur in Nubibus. * Aristophanes alter, Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenodoti & Dionysij. Author Suidas. Aristophanis Grammatici Quintil. lib. 1. mentionem facit.

Aristophon, ἀριστοφῶν, pictoris nomen apud Plin. lib. 35. cap. 11.

Aristor, oris, pen. genit. cor. ἀρίστωρ, Crotopi filius fuit, & pater Argi centoculi, qui ab eo Aristorides uocatur. Ouid. 1. lib. Metamorph. Donec Aristoridæ seruandam tradidit Argo.

Aristoteles, pen. cor. ἀριστοτέλης, nomen Stagiritæ philosophi, Peripateticorum principis. Hic habuit patrẽ Nicomachũ medicum, matrem uerò Phæstiaden. Fuit paruus, gibbosus, & deformis, balbutiens, sed diues, ut qui socius & præceptor, & secretarius Alexandri esset. Septendecim annos natus, Athenas profectus est, ubi uiginti annis Platonis seditorem præbuit. Deinde à Philippo in Macedoniam euocatus, decem annis Alexandrum instituit: cui quàm fuerit charus, uel illud unum abundè magno est argumẽto, quòd Stagiram patriam eius quam diruerat, in gratiam eius instauraſsit. Alexandro deinde in Asiam profecto, Athenas redijt, & in Lyceo tredecim annis philosophiam professus est. Postea accusatus, quòd de dijs nõ rectè sentiret, cedens inuidiæ, abijt in Chalcidem, ibiq; reliquum uitæ transegit. Decesit ætatis annó 63. sub idem ferè tempus, quo & Demosthenes extremum uitæ diem clausit. De hoc Quintil. Quid Aristotelem? quem dubito scientia rerũ, an scriptorũ copia, an eloquẽdi suauitare, an inuentionũ acumine, an uarietate operum clariorẽ putem? Hinc fiunt adiectiua Aristoteleus, & Aristotelicus.

Aristoxenus, ἀριστόξενος, Tarentinus, Mantineæ tamen agens, philosophus & medicus nobiliſsimus, audiuit patrẽ & Lamprum philosophum Erythræum, dein Zenophilum Pythagoreum, postremò Aristotelem, cui morienti conuicium dixit, quòd Theophrastũ sibi in scholæ ſucceſsione præponeret. Scripsit omnis generis libros, musicos præsertim. Suidas. Hic animam dixit harmoniam esse, ut tradit Cicero in Tusculanis. * Aristoxenus alter Cyrenæus, qui adeò delicatus fuisse dicitur in hortorum cura, ut uesperi lactucas mulso irrigaret, ut luxuriosius succresceret, & saporis essent præstantioris. Author Suidas.

Arius, ἄριος, Scythiæ populus est, de quo Lucan. lib. 3. Hinc fortis Arius, &c. uide Arij.

Arius, ἄριος, fluuius qui Ariam regionem irrigat, quæ est inter Parthos & Indos: à quo Arii populi. De hoc Plinius lib. 6. cap. 23.

Almalchar, alio nomine Euphrates fluuius. Plinius author.

Armene, ἀρμένη, uel ἀρμενών, uicus Paphlagoniæ. Steph.

Armenia, ἀρμενία, regio Asiæ inter Taurum & Caucasum montes sita, & à Cappadocia ad Caspium usque mare protensa: ab Armeno quodam Rhodio (ut ex Antipatri sententia tradit Stephanus) ita appellata. Et ut Plinius lib. 6. author est, duplex est, maior scilicet, & minor. Maior post Mediam ad Occidentem occurrit. Ea (ut ait Ptolemæus) à Septentrione Colchidẽ habet, Iberiam & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam, minorem Armeniam, & Syriam Comagenem relinquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caspii assurgunt: à Meridie Mesopotamiam atq; Syriam. Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partẽ Ponti ad Cappadociam se efferunt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluuii: Antitaurus, qui ab Euphrate scissus, & Mediam percurrens, postremò Abus appellatur: Gordiæus, ex quo Tigris oritur. Taurus, ac Niphates, qui Mesopotamiam atque Assyriam ab Armenijs disterminant: Caspij, qui uergunt ad Medos: & Caucasij, qui septentrionalia, Iberiam uersus, Albaniamq; concludunt. Flumina sex Cyrus, qui monte ortus Caucaso, à siniſtris Iberiam Albaniamq; dimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanium defertur pelagus: Araxes, Phasis, Lycus, Tigris, Euphrates q;. In Armenia precioſum inter reliqua aromata nascitur amomum. Armeniam Hebræi Arath uocant. In ea ciuitas insignis Artaxata.

Armenius, a, um, adiectiuum, quod est ex Armenia. Horatius 1. Epod. Cantaber Agrippæ, Claudi uirtute Neronis, Armenius cedit. Verg. 5. Eclog. Armenias curru subiũgere tigres.

Armeniacus, a, um. ut, mala Armeniaca: μῆλα ἀρμενιακά, poma sunt medium quendam locum obtinentia inter perſica & pruna. Sunt enim minora perſicis, sed citius matureſcũt. Ossibus ad prunum, carne ad perſicum quàm proximè accedunt. Dioscorides alio nomine Præcocia uocari testatur. Galenus uerò libro de Aliment. facult. & li. 7. Simpliciũ medici Armeniaca discernit à præcocibus: hæcq; illis multo præstantiora esse testatur. Illud tamen fatetur, uetus Armeniacorum nomen sua etiam ætate in usu esse desiſse, & utramque speciem nullo discrimine præcocium nomine appellari cœpiſse.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Armilustrum, festū apud Romanos, quo res diuinas armati faciebant, & sacrificantes canebant tubis. Item locus in quo huiusmodi ludi fiebant. Varro hoc nomen ab ambitu lustri dictum existimat, quòd ibi circunferretur pompa, & equi currerent.

Armoricę ciuitates, à Cæsare appellantur ciuitates Gallię ad Oceanum occidentalem sitæ: quas incolebant Rhedones, Curiosolites, Osissini, Caletes, & Vnelli.

Armoracea, nomen fluuij. uide Armoracea in appellatiuis.

Arna, Ἄρνα, ciuitas Lyciæ, Xanthus postea dicta. Steph.

Arneus, uide Irus.

Arnates, apud Plin. lib. 3. cap. 14. populi sunt in sexta regione Italiæ, ab Arna Vmbrorum ciuitate ita dicti.

Arne, es, Ἄρνη, ciuitas est iuxta sinum Maliacū primùm à Bœotijs inhabitata, deinde à Thessalis occupata: ut est author Thucydides lib. 1. Bel. Pelopon. * Sunt & aliæ eiusdē nominis ciuitates, quæ recensentur à Stephano.

Arnoba, ut habet Plinius, Abnoba ut Ptolemæus, Arbona ut Cornelius Tacitus, mons est ex aduerso Raurici, Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt. Vide Plinium libro 4. cap. 12.

Arnus, fluuius Thusciæ rapidissimus, ex Apennino oritur, & Florentiam alluens, in Tyrrhenum mare effluit, author Plinius. hinc Arnis Arnidis, & Arnicola. * Alius est Arabiæ fluuius, qui Męotidem ab Armoriade diuidens in Asphaltidis lacum labitur. * Alius item apud Vascones.

Aroe, Ἀρόη, ciuitas Achaiæ, à cultu terræ sic dicta. aliàs Patræ, Stephano.

Aroerni, Ἀρόερνοι, gens bellicosa Gallorum, Stephano. nimirum Aruerni.

Arogylus, is fuit qui primus quadrigam in Græcia iunxit, regnante Argis Phorbante. Vide Argulus.

Aroma, Ἄρωμα, urbs Aethiopum Steph.

Aroma, urbs Cappadociæ cuius meminit Capella post Plin.

Ἀροτῆρες, uide Megasa.

Arpandes, fuit Aegypti pro Cambyse præfectus, qui postea à Dario interfectus est. author Herod. lib. 3.

Arpi, urbs Apuliæ, quæ, ut annotat Seru. in 7. Aeneid. primò Argi, post Argiripa, post Arpi dicta est. Vide Argirippa.

Arpi, urbs est Apuliæ, à Diomede condita, quam prius Argyroliphum, uel ut alij uolūt, Argos Hippium uocauit, deinde Argyrippa dicta est. Vergil. alterum p elidit, cum inquit libro 11.

Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis, &c.

Arpina, Ἄρπινα ciuitas Elidis, ab Arpina Asopi filia. Steph. Vide Olympia.

Arpina, Asopi filia ex Marte Oenomaum peperit, Steph.

Aroma, penult. corr. Ἄρομα, Lydiæ, siue Mæoniæ oppidum est, cuius meminit Strabo lib. 14.

Arpinum, Ἀρπῖνον, penult. prod. ciuitas inter Foram & Aquinum, porrecta in monte, ex qua orti fuere M. Cicero, Plautus Comicus, & C. Marius, qui septies Consul fuit. Vnde

Arpinas, atis, quod modò substantiuum est, significans eum qui Arpini natus est: modò adiectiuum, ea denotās quę ad id oppidum aliquo modo pertineant. Cicero pro lege Agraria, Meus paternus auitusque fundus Arpinas.

Arras, uulgò dictum oppidum. uide Alexia.

Arrha, oppidum Arabiæ fœlicis apud Ptolemæum. Stephano Ἄρρία ciuitas Illyriæ est.

Arrentia, Ἀρρέντια, ciuitas Italiæ Steph.

Arretium, Ἀρρήτιον, ciuitas Thusciæ, Steph. uide Aretium.

Arrechi, Ἀρρήχοι, gens Mœrorum. Steph.

Arria, Romana fuit mulier licet alij Patauinam faciant (quæ damnato Pæto marito suo, corpus gladio fodit, quem uulnere educēs, ipsi Pæto quærenti dedit, ut idē faceret. Mart.

Casta suo gladium quum traderet Arria Pæto,
Quem de uisceribus traxerat ipsa suis.

Arrianus, Ἀρριανός, philosophus fuit Nicomediensis, qui Romæ Adriani temporibus floruit: à quo etiam summis honorib. eruditionis nomine est affectus. Scripsit Epicteti Philosophi uitam, & Alexādri Magni historiam, quæ opera etiam hodie in bibliotheca Vaticana asseruantur. * Fuit etiam Poeta quidam hoc nomine, cuius uersibus Tiberium Cæsarem unicè delectatum ferunt.

Arrius, Ἄρριος, philosophus Alexandrinus fuit, tanto in honore apud Augustum habitus, ut aliqua ex parte Alexandrinorum salutem illi deberi fateretur. Tribus enim ex causis se Alexādrinis peperciſſe aiebat: primùm, ne unà cum urbe Alexandri magni memoriam uideretur delere: secūdò, propter urbis ipsius pulchritudinem: tertiò, propter Arriū philosophum. Autor Plutarchus in Antonio. * Fuit etiā hoc nomine hęresiarcha quidam, à quo Arriana secta originem cepit. de quo scribit Ruffinus lib. 10.

Arryba, Ἄρρυβα, & gentile Arrybas. Steph. nec aliud addit.

Arsaces, Ἀρσάκης, pen. cor. nomen proprium Parthorum regis, cuius memoriæ hunc honorē Parthi tribuerūt propter quę situ, cōstitutūq; ab eo regnū, ut omneis deinde reges suos Arsaces appellauerint. quēadmodū Aegypti reges suos uocauerunt Ptolemæos. Quin & Parthi ipsi ab eo dicti sunt Arsacidæ.

Arsacia, Ἀρσακία, prius uocata Europus, urbs est in Media, sic à Parthis appellata. Autor Strabo lib. 11.

Arsanca, urbs Germanię, Ptolemæo.

Arsanias, Ἀρσανίας, fluuius est Armenię, qui cum Tigri circiter quatuor passuum millia fluit: deinde diuisus, in Euphratem illabitur. Meminit huius fluuij Plin. lib. 4. cap. 24.

Arsenotheleas, Ἀρσενοθήλεις, deos antiqui esse dixerūt utriusq; sexus participatione, quasi masculo fœminas. Quo nomine quædam quoque animalia ab Aristotele nominantur semetipsa ineuntia.

Arsenaria, Ἀρσινάρια Ptolemæo, Mauritaniæ Cæsarienſis colonia, tribus passuum millibus à mari sita. Recēsetur à Plin. lib. 5. cap. 2. & à Ptol. lib. 4. cap. 2.

Arsenium, Ἀρσήνιον, Germaniæ oppidum apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11.

Arsia, Hetruscorum sylua fuit, Romanorum cum Veientibus & Hetruscis pugna celebris.

Arsicina, urbs Germaniæ. Ptolem. hodie Brunna.

Arsicoras, Sardorum rex tempore Annibalis, ut scribit Liu.

Arsinoe, Ἀρσινόη, fuit filia Ptolemæi, Lagi filij, qui Aegyptum post Alexandrum tenuit, & uxor Lysimachi regis Macedoniæ, forma præstantissima: à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater urbem condidit in Cyrenaica regiōe.

Arsonium, urbs Germaniæ, Ptolem.

Arsysia, Ἀρσυσία, regio Pyrorum, & Chij, Steph.

Artabanus, penul. prod. Ἀρταβανός, ultimus Arsacidarum fuit Parthorū rex, qué Artaxerxes miles Persa interemit, suisq; regnū restituit, quod post Darium regem ab Alexandro uictum semper penes Parthos fuerat. * Fuit & alter Artabanus, Hystaspis filius, & patruus Xerxis, quem expeditionem in Græciā parantem frustrà conatus est ab instituto reuocare. In ipsa quoq; expeditione quum regis consilia identidē improbare uideretur, ueluti militiæ inutilis, ad regni administrationē in Persidem remissus est: ubi postea Xerxem obtruncauit. Vide Herodotum lib. 7. & Iustinum lib. 1.

Artabazus, Ἀρταβάζος, Armeniæ rex fuit, filius Mithridatis, uir in tam remota barbaria omniū tamen literarum peritissimus. Hic quòd exercitum Antonij Parthis prodidisset, ab eo Alexandriæ ad ludibrium per urbem circunductus, tandem in carcere necatus est. * Fuit & alter hoc nomine, ex ducibus Xerxis, qui re infœliciter aduersus Græcos gesta, cum paucis suorum effugit. De hoc Herodot. lib. 9.

Artabicia, inter insulas Propontidis Stephano numeratur. Artabicia, Balcea, Harpagia ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, unde raptus Ganymedes. ex Volaterr.

Artabri, orum, Ἄρταβροι, Hispaniæ populi in extremis finibus Lusitaniæ, ad Septentrionem & Occasum, auro, argento, & stanno abundantes: ita dicti ab Artabaro uicino promontorio. Horum meminit Strabo lib. 3.

Artaca, siue Artace, Ἀρτάκη, in Cyzicenorum insula, mons est arboribus plenus, in fronte habens quandam paruā insulā eodem nomine, propè est promontorium, quod Nigri appellatur: id in præternauigatione est è Cyzico Priapum delatis. Hæc Strabo li. 12 & 13. * Est etiā Artace Stephano Phrygiæ oppidum, Milesiorum colonia, quod tamen Ptolemęus lib. 5. cap. 1. uillam appellat, Plinius portum.

Artacena, æ, Ἀρτακηνή, regio est Syriæ, Lyco & Capro fluuijs irrigata, in qua Darium ab Alexandro uictum fuisse tradit Strabo in principio libri 16.

Artachæes, Ἀρταχαίης, unus fuit ex ducibus Xerxianis, totius exercitus, uno rege excepto, procerissimus, quippe cui ad staturam quinq; cubitorum quatuor tantum digitorū dee-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rat latitudo. Hunc apud Achanthum (ubi foſſæ ducendæ præerat) fato functum, Xerxes eximio ſepulturæ honore eſt proſequutus.

Artæa, regio Perſica, ἀρταία, incolæ Artæi uel Arteatæ. Steph.

Artæi murus, ἀρταίων τεῖχος, oppidulũ iuxta Rhyndacũ fluuiũ.

Artaci, ἄρτακοι, populi Thraciæ, Steph. (Steph.

Artageras, proprium Syrti hominis apud Strabonem in deſcriptione Syriæ.

Artanes Sophenus rex Armeniæ, qui Auſtrales partes habuit, eas maximè quæ uergunt ad occidentem. Hic à Tigrane deletus eſt. Autor Strabo lib. 11. Eſt & Arranes fluuius in Iſtrũ defluens, teſte Herod. lib. 4.

Artaunum, urbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Herbipolis, uulgò Vuirtzburg. (Tigranes.

Artaxa, (aliàs Artaxias) rex Armeniæ, à quo ducebat originẽ.

Artaxata, orum, ἀρταξάτα, clariſsima Armeniæ urbs, ad Araxem amnem ſita, quam Annibal Artaxiæ regi condidit, à quo nomen accepit. Alio nomine Artaxiaſota, ἀρταξιάσωτα, appellata, teſte Strabone lib. 11.

Artaphernes, ἀρταφέρνης, Hyſtaſpis filius fuit, & frater Darij, & primus Sardium præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit: ut ſcribit Herodotus lib. Hiſtoriarum 7.

Artaxerxes, ἀρταξέρξης, nomen proprium Xerxis filij, qui Longimanus dictus fuit, quoniam manum alteram haberet longiorem. Hic ex concubinis 115 filios ſuſcepiſſe traditur, & ex legitimo matrimonio tres, Darium, Ochum, & Ariaratem: quorum Darius à patre rex declaratus, leuem ob cauſam cum quinquaginta ex fratribus aduerſus eum rebellauit: qui poſtea ſuperati, ad unum omnes cum uxoribus & liberis iuſſu regis ſunt interfecti. Ab hoc profecta eſt celebris illa ſententia, Beneficium addere longè magis regale eſſe, quàm auferre. Fuit & alius Artaxerxes, Cyri iunioris frater cognomento Memor. Huic quum pauper quidam mãlum ingentis magnitudinis obtuliſſet, iucundè ſuſcepit: Per Solem, inquiens, hic is mihi uidetur, quem urbem quoque ex parua magnam reddere poſſe exiſtimem.

Artayctes, ἀρταύκτης, Perſa fuit, Seſti præfectus ſub Xerxe, qui quũ multa nefariè perpetraſſet, tandè à Xanthippo Atheniẽſium duce captus, uiuus palo ſuffixus eſt. Herodot. lib. 7.

Arteatæ, ἀρτιάται, gens fuit Perſica, ita dicta ab Artea Perſidis regione: de qua Steph. & Herodotus lib. 1.

Artembares, ἀρταμβάρης, uir in primis clarus inter Medos, cuius filius quum à Cyro adhuc puero, & incognito, iniuria affectus eſſet, Artembares eum apud Aſtyagem accuſans, occaſionem præbuit, ut regius puer, & Aſtyagis nepos agnoſceretur. Herod. lib. 1.

Artemidiſacea, ἀρτεμιδισάκεια, uide Zela.

Artemidorus, pen. prod. ἀρτεμίδωρος, Gnidius philoſophus fuit, Bruto familiaris: à quo quum coniurationis in Cæsarẽ factus eſſet particeps, oblato Cæſari libello, rem ordine expoſuit: ſed ita iam urgẽte fato cecidit, ut Cæſar libellum tanquam alio tempore lecturus, in ſinum reijceret, qui poſtea ipſo interfecto inuentus eſt. * Fuit & alter Artemidorus, philoſophus Daldianus (eſt autem Daldis Lydiæ ciuitas) qui de ſomnijs, auſpicijs, & chiromãtia libros quatuor conſcripſit. * Suidas præterea alium quendam Artemidorum commemorat, cognomento Pſeudariſtophanem, qui rei culinariæ uoces congeſsit.

Artemis, ἄρτεμις, Diana, ſiue Luna, quaſi ἀειτόμη, id eſt aerem ſecans, ut quidam uolunt: uel quòd integros faciat partus. Strabo lib. 14.

Artemiſia, ἀρτεμισία, Mauſoli Cariæ regis uxor, quæ inſignis pudicitiæ fuiſſe perhibetur, & uirum ultra humanę affectionis fidem amaſſe creditur. Nam & mortui cineres uino cõmiſtos ebibiſſe traditur: & ſepulchrum ei ſumptuoſiſsimum extruxit, quod Mauſoleum uocauit. unde magnifica omnia monumenta, Mauſolea deinceps ab illius nomine fuerunt appellata.

Artemiſium, ἀρτεμίσιον, ut Demoſthenes pro Cteſiphonte docet, promontorium Eubœæ eſt. * Artemiſium item locus eſt prope Ariciam, Dianæ ſacer, quaſi Dianium dictum: Latini Nemus, & agrum uicinum Nemorenſem dixerunt, unde & Nemorenſis rex dictus eſt ſacerdos illius regionis.

Artemiſius, ἀρτεμίσιος, apud Macedonas mẽſis Maius dicitur, quo nomine etiam uocatur mons Arcadiæ. Plin. li. 4. cap. 6

Artemite, ἀρτεμῖται, inſignis eſt ciuitas, quingẽtis ſtadijs à Seleucia diſtans. Autor eſt Strabo lib. 15.

Artemitæ, ἀρτεμῖται, inſula eſt Ortygię proxima, quam alij Celaduſam uocant.

Artemita, ἀρτεμῖτα, ῶδος ἀρτεμίτας, inſula Thuſciæ, iuxta Thaliã inſulam: Straboni ciuitas eſt iuxta Parthyæorum. Artemidorus Cherroneſum circa oſtia Acheloi ſic uocari ſcribit. * Eſt etiam inſula prope Oxeas inſulas. Steph.

Artemitium, urbs Oenotrorum, aliàs Artemiſium.

Artemius, ἀρτέμιος, Romæ fuit præfectus carceris, qui unà cũ uxore Candida & Paulina filia iacent in uia Aurelia, martyres ſub Adriano principe. Autor Volater.

Artemon, medicus, quem Plin. lib. 28. cap. 1. ex hominis cremati caluaria aquam propinaſſe ſcribit aduerſus morbũ comitialem. * Alius item pictor nobilis fuit, cuius opera enumerat Plin. li. 35. ca. 11. * Artemon præterea Syrus quidam fuit ex infima plebe, Antiocho regi adeò ſimilis, ut Laodice, necato Antiocho, regni ſucceſsionem per eum fuerit adepta, ut tradit idem Plin. lib. 7. cap. 12.

Artemona, ἀρτεμώνη, apud Plautum dicta eſt mulier quædam: ab ἀρτίζω, perficio, quòd perficeret quæ uellet, quòd eſſet egregiè dotata.

Arteficerata, uide Epiphania, ἀρτιγενέθλια.

Artiſſa, uide Aretiſſa.

Artochmes, unus fuit è Xerxis ducibus, qui Darij filiam uxorem duxit, ut teſtis eſt Herodot. lib. hiſt. 7.

Artymneſſus, ἀρτύμνησσος, ciuitas Lyciæ, Xanthiorum colonia. Steph.

Artigis, ἀρτιγις Ptolemæo, Hiſpaniæ ciuitas, in tractu Bætico, alio nomine Alhama dicta.

Artotyritę, ἀρτοτυρῖται, populi, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit. Offerebant enim panem & caſeum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ouium fuiſſe celebratas.

Artynia, ſtagnum eſt minoris Aſiæ, Olympo Myſiæ mõti propinquum, & iuxta Miletopolim ciuitatem, ex quo Rhyndacus fluuius, antea Lycus denominatus, effluit, Aſiam & Bithyniam diſterminans. Plin. lib. 5. cap. 32.

Aruales fratres, m. 1. Dicti ſacerdotes, quos Romulus primus inſtituit, ſeq; inter illos duodecim fratres appellauit: quorum officium erat, Cereri & Baccho pro frugum & uuinibertate Ambaruales hoſtias mactare: quę id circo Ambaruales dicebantur, quòd antequam mactarentur, ter circum aruа ducebantur. Verg. in Georg. Terq; nouas circum fœlix eat hoſtia fruges. Ei ſacerdotio Acca Laurentia, quę poſtea populum Romanum hæredem inſtituit, Romulii nutrix, tribuit infulas albas, & ſpiceam coronam pro religioſiſsimo inſigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos non niſi uita finitur, exulesq; & captos comitatur.

Aruerni, ἀρέρνοι Stephano, Galliæ populi ad Ligerim ſiti, qui multis hominum millibus cum Vercingentorige cõtra Cæſarem profecti ſunt, quum prius aduerſus Maximum Aemilianum & Domitium Aenobarbum etiam ducentis hominum millibus conflixiſſent. Strabo lib. 4.

Aruiſium, Chij inſulæ promontorium. Inde Aruiſia uina. Vergil. in Daph. Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar. Nunc adiecta una litera Maruiſia dicitur.

Arunca, urbs fuit antiquiſsima in Italia, ab Auſone condita.

Aruncus, a, um. Verg. 7. Aeneid. Atq; equidem meminit (ſima eſt obſcurior annis) Aruncos ita ferre fenes. Idem l. 10. - occurrit Halæſus Aruncæq; manus. Rectius ſcribitur Aurunca, & Auruncus.

Aruns, uates Thuſcus fuit, diuinandi ſcientia inſignis. Luc. lib. 1. Acciri uates, quorum qui maximus æuo, Aruns incoluit deſertæ mœnia Lunæ, &c. * Eſt item nomen uiri, qui Camillam occidit, de quo Verg. libr. 11. Aeneid. * Fuit etiã hoc nomine Tarquinij Superbi filius natu maximus, qui in ea pugna, quæ ad Regillum lacum facta eſt, Iunium Brutum interemit, & ab illo uiciſsim (dum uterq; hoſtis potius feriendi, quàm corporis ſui tegendi rationem habet) haſta traiectus eſt. uide hiſtoriã apud Liuium lib. 2. ab urbe.

Arupenum, Iapodum oppidum in confinio Iſtriæ, & Illyrici: cuius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cuius meminit Strabo lib. 4. & 7.
Arupinus, est Pannoniæ urbs, cuius meminit Stabo lib. 7.
Arus, fluuius, uide Dryf.
Aryandes, ἀρυάνδης, Aegypti prætor fuit à Cambyse constitutus, qui aliquanto post tempore quum æmulari Darium uellet, ab eo est interfectus. Autor Herodot. lib. 4.
Arycanda, ἀρύκανδα, ciuitas Lyciæ. Steph.
Arype, ἀρύπη, ciuitas Aegypti, cuius ciues Arypes. Steph.
Asæ, ἀσαί, uicus est Peloponnesi in agro Corinthio non procul à Genea ciuitate, ut autor est Stephanus.
Asachæ, populi sunt in montibus Aethiopiæ, qui abesse à mari dicuntur dierum quinque itinere, uiuentes elephantorũ uenatu. De his Plin. li. 8. Asachæ uocantur Aethiopes, apud quos maximi nascuntur dracones.
Asacus, fluuius est Heracleam alluens, ciuitatem sitam ad radices montis Oetæ, teste Liuio lib. 5. bell. Maced. Plin. lib. 4. cap. 10. Apilam uocat.
Asæa, ἀσαία, nomen est proprium montis. Author Suidas.
Asæus, ἀσαῖος, unus fuit ex principibus Græcorũ, interfectus ab Hercule. Author Homerus lib. 11. Iliad.
Asander, dri, ἄσανδρος, uiri proprium apud Strabonem lib. 7. qui Tauricam Chersonesum à continente separauit, ducto per eius Isthmum muro, à sinu Carcinitico usque ad Mæotim paludem.
Asaris, fluuius est Heracleam Oetam alluens.
Asasobas, ἀσασόβας, fluuius Aethiopiæ, iuxta Meroen. Heliodorus Aethiopicæ historiæ lib. 10.
Asaſſus fluuius est Thessaliæ, iuxta Heracleam urbem, quæ est in radicib. Oetæ montis, effluens. Hunc Pli. Apylam uocat.
Asbestæ, Libyæ populi, ubi Ammon oraculum fuit. author Volaterranus.
Asbitæ. uide Hasbytæ.
Asborus, pen. prod. ἄσβωτος, urbs Thessaliæ. Steph.
Asbylus Crotoniata, cuius meminit Pausanias, & Plato in libris de Republica.
Asca, oppidum est Arabiæ, apud Strabonem lib. ult.
Ascalaphius, ἀσκάλαφος, Acherõtis & Orphnes Auernalis nymphę filius fuit, postea à Proserpina in bubonẽ mutatus. Nam post raptã à Plutone Proserpinam, quum Cæres filiæ suæ reditum à Ioue ea lege impetrasset, si nihil apud inferos gustasset cibi, Ascalaphus eam prodidit, quòd decerptum ab arbore malum comedisset. Indignata itaque Proserpina sibi Ascalaphi indicio negatum esse reditum, conuertit eum in bubonem auem funestam, & tristium semper rerum nunciam. Ouidius 5. Metamorph.
Ascalingium, Ptolem. urbs Germaniæ, hodie Hildesheim.
Ascalon, pen. cor. ἀσκάλων, ciuitas Palęstinæ, ab Ascalo Hymenęi filio condita: à qua Ascalonitæ, ἀσκαλονῖται homines in ea nati.
Ascalus, Tantali frater fuit, Hymençi filius, ut scribit Xanth. Stephanus in Ascalon.
Ascania, æ, ἀσκανία, insula est una Sporadum, non procul ab Anaphe & Astypalæa, de qua Plinius lib. 4. cap. 11. * Est & Ascania, Phrygiæ locus: de quo Plin. lib. 5. cap. ult. * Item alius in superiori Mysia, siue Bithynia, iuxta Ascanium lacũ: quam Mysiacã uocat Strabo ad differentiã superioris, quã Phrygiam appellat. Vide ipsum libro 12 & 14.
Ascanius, ἀσκάνιος, Aeneæ filius, teste Vergilio, ex Creusa regis Priami filia, & fugæ, laborumq; in quęrendis sedib. socius. Liuius li. 1. ab Vrbe condita dubitat Creusę ne, an Lauiniæ filius fuerit: sed poetæ omnes & cæteri historici cum Vergilio Creusæ filiũ fuisse affirmant. Dictus est autem primùm Ascanius ab Ascanio Troiæ fluuio, deinde Ilus ab Ilo Troianorũ rege, postea Iulus à prima barbę lanugine. Vnde Vergilius 1. Aen. At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur: Ilus erat, dum res stetit Ilia regno, &c. Huic, quum auus & pater iam diruta Troia, de fuga disceptarẽt, flammula quædam in capitis uertice apparuit, quę tamen nihil læsionis intulit, neq; etiam manibus extinguì potuit: un de illi futuri imperij omen sumpserunt. Post hæc cum patre post multos errores in Italiã uenit, ubi Turno occiso, & patre etiã mortuo, quum apud Lauiniũ x x x annis regnasset, Albam longam condidit, restituta tamen prius in regnum nouerca, quæ antea ob timorẽ in syluas ausugerat. Tandem quum uniuersis triginta octo annis imperij gubernacula tenuisset, iam moriẽs, quum uideret filiũ Iulum Syluium regno non satis aptum, Syluium posthumum fratrem, sed ex diuersa matre, pietate & iusticia præstantem, regni hæredem reliquit. * Est præterea Ascanius Mysiæ superioris, siue Bithyniæ lacus, fluuium emittens eiusdem nominis, qui circa Eribœam in Propontidem illabitur. Vergil. 3. Georg. - trans Gargara, transque sonantem Ascanium. Vide Strabonem lib. 12. cap. 14.
Ascanticus, mons Asiæ.
Ascaucalis, urbs Germaniæ. Ptolem.
Aschalitæ, ἀσχαλῖται, populi iuxta Indicum sinum. Stephanus in Ασκιται.
Aschium, ἄσχιον, ciuitas Achaię. Steph.
Asciburgum, urbs est inter Germanos, quam illi sua lingua Emerich uocant.
Ascitæ, ἀσκῖται, Arabes dicti sunt ab utribus; quos Græci ἀσκοὺς uocant: quoniam bubulos (ut Plin. lib. 5. cap. 29. inquit) utres binos sternentes, piraticam exercent.
Asclepiades, ἀσκληπιάδης, nomen historici Cyprij, qui floruit eodem tempore quo Pygmalion regnabat in Oriente: quo etiam tempore scribit esum carnium in usu non fuisse. * Alius fuit philosophus cæcus, quẽ ferunt (ut Cic. li. 5. Tusc. quæst. ait) quum quidam quæreret, Quid ei cæcitas attulisset, respondisse, ut puero uno esset comitatior. * Fuit & alius Asclepiades Prusiensis medicus, qui lapsu scalarum interijt. * Fuit & alius Asclepiades poeta, à quo carmen Asclepiadeum dictum est.
Asclepiodorus, pen. prod. ἀσκληπιόδωρος, nobilis pictor fuit, quo nemo fœlicius symmetriam membrorum obseruauit. Author Plin. lib. 35. cap. 10. * Fuit & Asclepiodorus Alexandrinus, singulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquisitionẽ cognitionemq; herbarum & lapidum, inquit Suidas.
Asclepius, filius fuit Machaonis, ut putat Augustinus, & Aesculapij nepos.
Ascletarion, ἀσκληταρίων, mathematicus fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat se discerptum iri à canibus: ea propter à Domitiano iussus est interfici: & accuratissimè sepeliri, ut uanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempestate disiecto funere semiustum canes discerpsere.
Asclus. uide Asculum.
Asconius Pædianus, Grammaticus fuit & historicus, sub Nerone clarissimus, qui in Ciceronis orationes reliquit commentarios. Hic LXXIII ætatis anno captus luminibus, XII. postea summo cum honore, & hominum gratia uixit annos, authore Eusebio.
Ascra, ἄσκρα, uicus Bœotiæ in aspero & sterili loco, in dextra parte Heliconis, Hesiodi patria. de quo Gellius lib. 2. Ascrã rus miserum penes hic Helicona colebat, Hyberno dirum triste æstu, optabile nunquam.
Ascræus, a, um, adiect. ἀσκραῖος, Verg. 2. Georg. Ascrẽũq; cano Romana per oppida carmen. Et Ouid. 6. Fast. Ascræę oues:
Ascruium, ἄσκρουϊον, urbs Liburniæ Ptolemæo. Plin. lib. 3. cap. 22. Ascrinium appellat.
Asculum, ἄσκουλον, oppidum est Piceni, memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabricio Romani Consulib. ut latè ostendit Plutarchus in uita Pyrrhi.
Ascus, ἄσκὸς gigas, quomodo Dionysium uinctum cum Lycurgo in fluuium coniecerit, uide apud Steph. in Damasco.
Asdrubal, ἀσδρούβας, gener Amilcaris patris Annibalis fuit, qui post eius mortẽ septem annos imperium tenuit, fauente factione Barchina: demũ à seruo barbaro, cuius dominũ occiderat, interfectus est in medio suorũ. Comprehensus deinde à circunstantib. seruis, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, speciem semper ridẽtis præbuit. Autor Liuius lib. 21. * Asdrubal item alius fuit Annibalis frater, qui quum in Italiã traiecisset cum magnis copijs, ut fratri supetias ferret, iuxta Thrasimenũ lacum à Cl. Nerone, & M. Liuio Salinatore Cõsulibus, uictus est, & occisus: caputq; eius præcisum in Annibalis castra proiectum est. Historiam hanc uide latius apud Liuiũ in secũdo bello Punico, & Plutarchũ in Annibale. * Fuit præterea Asdrubal, cui Caluo cognomen erat, qui in Sardiniã dux classis missus, tempestate reiectus est ad insulas Baleares, ubi tãtisper, quoad quassas reficeret naues, resedit. De quo plura apud Liuiũ. * Asdrubal pter hos alius fuit dux bello tertio Punico à Scipione Aemiliano tãta clade superatus, ut mox ciuitatis secuta sit deditio. Huius uxor, quũ paucis antè diebus à uiro impetrare

non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non potuisset ut ad uictorem transfugeret, in medias urbis flammas sese cum filijs iecit. Author Liu. lib. 35. * Asdrubalitē, Gisconis filius, cuius meminit Plutar. in uita Scipionis.

Asea uel Aseates, ἄσια καὶ ἀσιάτης, uicus Arcadiæ, ex quo Alphæus profluit, Steph.

Asellius Sempronius historicus, & tribunus militaris sub Scipione Aemiliano apud Numantiam, qui illud bellum literis mandauit. Citatur sæpe testis à Gellio. Asellius item Claudius, eques Romanus, Tribunus militum sub Claudio Nerone, qui apud Lucanos memoranda fortitudinis exempla edidit. Huius meminit Volaterranus.

Asembobiti, populi dicti quasi post Sembobotim insulam, de qua Plinius.

Asia, ἀσία, pen. corr. nomen tertiæ partis orbis, quo ad numerum: nam quo ad magnitudinem, dimidia reperitur. * Est autem duplex Asia: maior scilicet & minor. Asia minor in quatuor partes diuiditur, in Phrygiam, Lydiam, Mysiam & Cariam. Maior autem Asia distinguitur ab Europa Tanaide fluuio: ab Africa autem Nilo. Dicta est autem Asia, ab Asia nympha, Oceani & Tethyos filia, Iapeti coniuge, ex qua Prometheum ortum ferunt: siue, ut quidam uolunt ab Asio, Manei Lydi filio. * Ab Asia fit Asius, sia, sium: Asiacus, Asiaticus, Asianus & Asis, idis: de quibus infrà. * Est & Asia, ἀσία λίμνη, nomen paludis in Mysia, prope Caystrū fluuium, à quo uicinos campos Asia prata uocauit. Verg. 1. Georg. Iam uarias pelagi uolucres, & quæ Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. In hac autem significatione Asia primam syllabam producit, aliter eandem corripit: ut, Europa atq; Asia pulsus. * Est etiam Asia, ciuitas Lydiæ, iuxta Tmolum. Item insula Aethiopiæ. Steph.

Asiacus, a, um, possessiuum ab Asia formatum. Ouid. 12. Metamor. Ecquid, ubi Asiacas casuras aspicis artes, Ingemis?

Asiaticus, a, um, ἀσιατικός, idem quod Asianus, uel Asiacus. Cic. de Clar. orat. Genera Asiaticæ orationis duo sunt. Sic Asiaticæ pecuniæ, apud eundem pro lege Manilia.

Asianus, a, um, ἀσιανός, denominatiuum ab Asia formatum, unde Asiani oratores dicti sunt, qui inflato & redundanti orationis genere utebantur, cuiusmodi ferè fuit oratio eorum, qui in Asia aut nati erant, aut instituti.

Asis, idis, possessiuum fœmininum, patronymica forma ab Asia deductum. ἀσίς, ἀσιάτις. Ouid. 9. Metamorph. -celeriq; ca rina Aegæas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia constituis.

Asiarchæ, ἀσιάρχαι, uiri erant communi Asiaticarū ciuitatum consensu delecti, qui communia negocia curarent: de quibus Strabo lib. 14.

Asibe, ἀσίβη, aliàs νισίβη καὶ νισίβις, ciuitas Mesopotamiæ ab incolis uocatur, quæ alio nomine Antiochia uocatur. Steph.

Asida, æ, oppidum mediterraneum in Bætica, Hispaniæ regione: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Asilas, ἀσίλας, auguris nomen, qui Aeneæ in auxilium uenit cōtra Turnum. Verg. li. 10. Tertius ille hominum, diuúmq; interpres Asilas, &c.

Asine, es, pen. cor. ἀσίνη, oppidum Peloponnesi in sinu Messenio. Lucanus lib. 8. Quas Asine cautes, & quas Chios asperat undas. * Hinc sinus Asinæus, Straboni lib. 8. & Pomp. Mel. lib. 2. * Asine item insula est una ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli uocant, in mari Adriatico, cuius meminit Pomponius lib. 2. & eius interpres Vadianus.

Asinius, ἀσίνιος, uiri nomen. Asiniorum Romæ illustris familia fuit: ab asinis dicta, sicut Porciorum à porcis. Ex hac familia erat Asinius Pollio Augusti familiaris, cui Quintilianus multam tribuit inuentionem, summamq; diligentiam: tam longè tamen à Ciceronis iucunditate & nitore dicit abesse, ut seculo prior uideatur. Huius filius Asinius Gallus librū conscripsit de Comparatione patris sui & Ciceronis: quem idcirco Aulus Gellius monstrum uocat uerius, quàm hominem uide Aulum Gellium lib. 17. cap. 1.

Asis, idis. uide suprà post Asiaticus.

Asis, (quod hic corruptè legebatur) uide Aesis.

Asisium, uide Aesisium.

Asius, ἄσιος, filius fuit Dymantis, & frater Hecubæ, sed ex diuersis patribus, & Hectoris auunculus. Hic etiam Priamo aduersus Græcos auxilium tulit, ut Homerus 2. Iliados tradit. Fuerunt & alij huius nominis, quorum passim meminit Homerus. * Est & Asius, Ptolemæo, Sennonum fluuius, iuxta Senogalliam in mare Adriaticum influens, idem (ut opinor) cum eo quem Plinius Aesim appellat.

Asius campus, siue Asium pratum, ἄσιος λειμών, campus est uiginosus, iuxta Caystrum Mysiæ fluuium, de quo suprà in dictione Asia.

Asopis, idis, ἀσωπίς, regiuncula est Peloponnesi in tractu Achaiæ propriè dictæ circa Phliuntem: ita dicta ab Asopo fluuio cui adiacet. Ab Homero Araethyrea dicitur, teste Plin. lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8. etiam Asopiam appellat.

Asopiades, patronymicum masculinum, ἀσωπιάδης, quod apud Poetas accipitur pro Aeaco, Asopi nepote, qui pater fuit Aeginæ matris Aeaci. Ouid. lib. 7. Metamorph. Hunc Asopiades, petis irrita, dixit, &c.

Asopus, ἄσωπος, fluuius Peloponnesi, è Chronio monte Mediam præterfluens Corinthi regionem, in sinum labitur Corinthiacū. * Est & alius eiusdem nominis fluuius in Bœotia, qui Thebas, Platæas, & Tanagram præterfluit. * Item alius in Asia propriè dicta, qui unà cum Capro fluuio Laodicensem urbem celeberrimā alluit, Lyco flumini impositā. * Est & quartus in Paro insula. Horum omnium meminit Strabo lib. 8. * Hinc Asopis, idis, ἀσωπίς, patronymicum fœmininum, quo poetæ utuntur pro Aegina Asopi filia.

Asorus, fluuius est, teste Liuio lib. 6. Decad. 4. alluens Heracleam ciuitatem sitam in radicibus montis Octæ. Hunc esse conijci potest, de quo Plin. lib. 4. cap. 10. In ora Heracleæ, flumē Apilas. Hic à Boccatio Asaffus, ab alijs Asurus uocat.

Aspalathia, ἀσπαλαθεία, urbs Taphiorum. Steph.

Aspalathis, ἀσπαλαθίς, insula Lyciæ, propter aspalathos in ea nascentes. Steph.

Aspasia, ἀσπασία, mulier Milesia fuit, acutissima sophistria, & (quod in eo sexu rarissimum est) Rhetorices peritissima. Hanc ab Athenienſibus captam Pericles duxit uxorem, infausto patriæ matrimonio, utpote quòd duorum maximorum bellorum, Peloponnesiaci & Samij, originem præbuit.

Aspasius, ἀσπάσιος, sophista fuit Rauennas, Demetrii filius, auditor Pausaniæ & Hippodromi: qui Romę docuit sed Alexandro Seuero. Scripsit contra Aristonem & maledicos, diuersas orationes. De hoc multa Philostratus. * Fuit item Aspasius cognomento Byblius, qui de Byblo patria sua librum condidit, ac artem rhetoricam scripsit, & Panegyricum in Adrianum principem, cuius temporibus floruit. Author Suidas. * Præterea Aspasius quidam fuit Tyrius historicus, qui de Epiro uariam historiam scripsit: ut idem author Suidas.

Aspathines, ἀσπαθίνης, ex Persis unus, qui cum Dario in Smerdim Magum coniurarunt. Herod. lib. hist. 3.

Aspelia, unum ex Cypri insulæ nominibus, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

Aspendius citharœdus, ἀσπένδιος κιθαρισής, prouerbio dicitur in eos qui rei nullius, quàm priuati sui compendij rationem habent. Tractum ab artifice quodam Aspendio, qui tam leuiter sinistra manu citharæ suæ chordas mouebat, ut sonus ad ipsum tantum citharœdum, aut certè ad proximè astantes perueniret. Cic. in 3. Verrin. Atq; etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis suis ædib. posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo superasse uideatur. in quo Ciceronis exemplo, Intus canere prouerbialiter dictū est, pro eo quod est, omnia priuato metiri emolumento.

Aspendus, ἄσπενδος Stephano, Pamphyliæ urbs, Argiuorum ædificium, teste Ponponio libro 1. Hic Veneri suibus sacrificabāt: eo quòd author eius generis Mopsus ex Argis huc proficiscens, primum obuium sacrificare uouerat. occurrit autem sus.

Asphaltites, ἀσφαλτίτης, lacus est Iudææ, bitumen gignens: unde & nomen habet. ἄσφαλτος, enim bitumen significat. Nullum corpus uiuum in eo submergitur: unde & mare Mortuum dicitur. Autor est Plin. li. 5. cap. 15 & 16. & Iust. lib. 36.

Aspis, nomen insulæ. uide Aspis in appellatiuis.

Aspledon. penul. prod. ἀσπληδών, Phocensium urbs, ut tradit Pausanias. Hanc Eustathius uocatam Apricam dicit, tum quòd hybernationi locus amœnus sit, tum ad differentiam alterius, cuius meminit Homerus in catalogo lib. 2. Iliad.

Asporenus, ἀσπορηνός, mōs est ppe Pergamū Asiæ urbē, ab asperitate & sterilitate dictus. Habet celebre Cybeles templū, quod ab eo etiā Asporenum, & dea ipsa Asporena dicitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aſpurgiani, ἀσπουργιανοὶ, circa Mœotim paludem. Steph.
Aſſa, ciuitas iuxta Athon: item uicus Scythiæ, Steph.
Aſſacani, Indiæ regio eſt, in qua eſt Magoſa ciuitas regionis totius caput. Strabo lib. 15.
Aſſaracus, ἀσσάρακος, Trois filius fuit, auus Anchiſæ, & pater Capyos. Verg. 3. Georg. Aſſaraci proles.
Aſſaradon, ultimus Aſſyriorum rex, & Senacherib, filius.
Aſſedones, uide Eſſedones.
Aſſera, ἄσσηρα τὰ, urbs Chalcidenſium, Steph.
Aſſeſus, ἄσσησος, urbs eſt terræ Mileſiæ, Steph.
Aſsiſia, apud Mileſios Pallas uocabatur.
Aſſorium uel Aſſorũ, ἀσσώριον ἢ ἄσσωρὸν, ciuitas Sicilię, Steph.
Aſſorum, ἄσσωρὸν, mons Sami, à quo fuit Amphilyſus, Steph.
Aſſos, ἄσσος, per duplex ff, ciuitas Cretæ, ubi uetuſtiſsimũ Iouis templum fuit. Apud Steph. Aſos per ſimplex σ legitur.
Aſsiſium, Vmbriæ urbs eſt, quam Ptolem. Aeſiſium uocat.
Aſsius, a, um. uide Aſſus.
Aſſuerus, ſicut teſtatur Ioſephus, fuit Cyrus Xerxis filius, qui poſt Darium patruum Perſidis rexit imperium. Hunc Cyrum idem dicit Arraxerxem apud Græcos uocatum fuiſſe, cognomento Longimanũ, qui regnauit quadraginta annis.
Aſſus, ſi, geminato ſſ, ἄσσος, urbs eſt Troadis, teſte Strab. lib. 13. & natura & arte munita, ab ea parte qua mare ſpectat, arduum & erectum aſcenſum habẽs. unde factus eſt locus uulgatiſsimę illi Stratonici ſententiæ, Qui celeri paſſu Aſſum it, magnum uitæ periculum adit. Circa hanc urbem ſarcophagus effodiebatur, à quo cadauera omnia in eo cõdita, intra quadrageſimum diem ſolis dentibus exceptis, abſumebantur. Author Plin. li. 36. cap. 17. Ex hac urbe ortum traxit Cleantes Stoicus philoſophus, qui Zenoni in ſchola ſucceſsit, quam ipſe Chryſippo tradidit. * Aſus autem unico ſ, ſiue, (ut apud Plinium legitur) Aſum, Cretæ oppidũ eſt: de quo infrà ſuo loco.
Aſsius, a, um, ἄσσιος, adiectiuum eſt ab ea urbe deductum. Vnde Aſsius lapis, quoddam ſacrophagi genus, in quo cõdita cadauera intra dies quadraginta, unà cum oſsibus, ſolis dẽtibus exceptis, conſumuntur, ut iam dictum eſt. Vide Plin. lib. 36. cap. 17.
Aſſyria, ἀσσυρία, regio eſt maioris Aſię, quã Ptolemęus ab ortu Medię parte terminat, ab occaſu Meſopotamia, à Septẽtrione parte minoris Armeniæ, iuxta Niphatẽ montem, à Meridie Suſiana. Plin. lib. 5. cap. 12. Aſſyriam docet Syriæ parrem eſſe, quæ poſtea uocata eſt Adiabene. Strabo autẽ longè latiores Aſſyriæ fines aſsignat, eo nomine comprehendẽs Babyloniam, & maximam circumiacentiũ regionum partem. Eadem & Syria à Græcis uocata eſt, teſte Iuſtino lib. 1. & Herodoto lib. 7. quanquam multo latiores Syriæ fines fuerũt, quàm Aſſyriæ. * Dicta eſt autem Aſſyria, teſte Auguſtino lib. 15. de Ciuit. Dei, ab Aſſur, filio Sem.
Aſta, ἄσα, ciuitas eſt Bæticæ, inter ſacrum promontorium & Herculeas columnas, de qua Plin. lib. 2. cap. 1. * Eſt & Aſta, Inſubriæ urbs, non longè à Nouaria diſtans. De hac Claudianus, - nec plus Pollẽtia rebus Cõtulit Auſonijs, aut mœnia uindicis Aſtæ. Meminit & Plin. lib. 35. cap. 12.
Aſtabora, uel Aſtabores, teſte Plin. lib. 5. cap. 9. alter eſt ex alueis Nili, qui Meroẽ inſulam à ſiniſtra alluit: ille uerò qui à dextera parte eſt, Aſtuſapes appellatur. Strabo uerò Aſtaborem fluuium eſſe docet diuerſum à Nilo, circa Meroẽ inſulam in Nilum influentem.
Aſtaces, ἀσάκης, fluuius eſt in Ponto, Aſiæ regione, cuius aquis irrigati campi oues paſcunt, nigro lacte accolas alentes. Author Plin. lib. 2. cap. 103.
Aſtacum Plinio, ſiue Aſtacus, ἀσακὸς, Stephano & Straboni, Bithyniæ oppidum fuit, ita dictum ab Aſtaco quodã Neptuni, & Olbiæ Nymphæ filio. A quo uicinus ſinus Aſtacenus appellatus eſt, teſtib. Plin. lib. 5. cap. ult. & Strabone lib. 12. * Fuit & altera eiuſdem nominis urbs in Acarnania, quæ & ipſa propinquo ſinui Aſtaceno nomen fecit: teſte Strab. li. 10.
Aſtaothia, (quod hic hactenus corruptè lectum eſt,) uide Aſtyochia.
Aſtapæi, Libyæ populi, Steph. ἀσαπαῖοι.
Aſtapus, Straboni fluuius eſt circa Meroen, in Nilum influẽs, qua in re à Plinio nõnihil uidetur diſſentire. Plin. enim Nilũ ipſum ſupra Meroen Aſtapum aſſerit uocari, quòd ſæpe terra receptus, uelut è tenebris in lucem erumpat. (ſic enim uocant Aegyptij, aquas è tenebris emergentes:) Nili autem nomen antè non aſſumere, quàm ſe concordibus aquis iunxerit. Vide Strabonem lib. 7. & Plin. lib. 5. cap. 9.
Aſtaroth, antiqua ciuitas Og regis Baſan, in qua habitauerũt gigantes, & poſtea cecidit in ſortem tribus Manaſſes, regionis Bethaniæ. Sunt autem duo caſtella in Bethania hoc uocabulo, nouem inter ſe millibus ſeparata, inter Aderam & Abellam urbeis.
Aſtarte, ἀσάρτη, Syriorum numen erat, quam alio nomine Atergatim aut Derceto nominatam uolunt. Cic. 3. de nat. Deor. uult fuiſſe Venerem, quæ Adonidi nupſit. Hanc ſacrę literæ Aſtarten Sidoniorũ deam uocant: cui Salomon rex uni pallacarum ſuarum obſequi uolens, altaria condidit.
Aſteria, æ, uel Aſterie, es, ἀστερία, nomen Latonæ ſororis proprium. * Eſt & Aſteria Deli & Rhodi inſularum nomen, teſte Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31. * Significat & gemmam, incluſam quandam lucem pupillæ modo cõtinentem, quæ oppoſita ſoli, radios regerit cãdicanteis. Plin. li. 37. cap. 9.
Aſter, nomen urbis, Calepinus.
Aſter, puer, Platonis carminib. celebratus, in quem etiam extant epigrammata lib. 3. Epigrammatum Græcorum.
Aſteria, filia fuit Cei, Titanis filij, ut Theodontio placet. Hæc autem, ut ait Fulgentius, poſt uitiatam Latonã à Ioue dilecta eſt, à quo in aquilam uerſo, oppreſſa fuit: eiq; ex eo concubitu Herculem peperit. Quę tandem, ut quibuſdã placet, aduerſus Iouem ſentiens, & eius fugiens iras, deorũ miſeratione in coturnicem uerſa eſt, quæ Græcè uocatur ὄρτυξ: nomenq; dedit inſulæ, in quam aufugerat, ubi à Ioue in lapidem mutata eſt, undisq; demerſa, & ab eiſdẽ huc illuc agitata. quæ tandem ob ſuſceptã Latonam firmata eſt. Ex Bocatio. Hæc inſula ob ſuſceptam Latonam ſupernatauit, & primò Neptuno ac Doridi conſecrata eſt: poſtea Delos dicta, in qua inſula Latona Apollinem & Dianam peperit.
Aſterion, ἀστέριον, ciuitas Theſſaliæ: ſic dicta, quòd in alto ſita monte, uelut aſtrum quoddam procul aſpicientibus fulgere uideatur, ut tradit Steph. qui eam ſua ætate Pyreſiã uocatã aſſerit. * Eſt & altera urbs eius nominis in Syria. * Eſt & fluuius Achaiæ, in Nemeæa ſylua leniter fluẽs, & fructuũ iuxta ripam abundantiſsimus, ut teſtis eſt Lactantius. * Item mons Peloponneſi, ad ſinum Argolicum, de quo Plin. lib. 4. cap. 5. * Eſt & herba quædam hoc nomine apud Pauſaniã, in agro Argiuo naſcens ad ripã fluuij eiuſdem nominis, cuius ſolia Iunoni ſacra accolæ in coronas nectunt. * Aſterió item ἀστερίων, Cometę filius, qui Iaſonem Colchos nauigantem ſecutus eſt: ut habet Apollonius. Valerius lib. 1. Argonaut. celer Aſterion, quem matre carentem Clenæus gemino ſo uit pater amne Cometes.
Aſteris, pen. corr, ἀστερὶς, inſula eſt in medio Sami, & Ithacæ ſita, Straboni libro primo. Cuius ſic meminit Homerus Odyſſ. quarto:

Ἐστι δέ τις νῆσος μέσῃ ἁλὶ πετρήεσσα,
Ἀστερὶς ἐ μεγάλη, λιμένες δ' ἔνι ναύλοχοι αὐτῇ,
Ἀμφίδυμοι. id eſt,

Saxea nunc medio ſupereminet inſula ponto
Aſteris, haud ingens, portus dans puppibus aptos,
Quos ſubeant hinc atq; hinc.

Nunc autem ne ad anchoræ quidem iactum porſus idonea. Eadem etiam Aſteria uocatur, eodem Strabone authore li. 8. Lege Aſteria. * Eſt & Aſteris ciuitas Hiſpaniæ Ptolemæo. * Fuit item Aſteria Titani filia, & Latonæ ſoror.
Aſteropæus, ἀστεροπαῖος, filius fuit Pelagonij, qui audax iuuenis & robuſtus, cum Pæonijs uenit Troianis in auxiliũ, & dum nimis ſuis uiribus cõfideret, undecimo die poſtquam ad Troiam uenerat, Achilli irato ob occiſum Patroclum occurrere auſus fuit, eundemq; & laceſſere, & inde armis contendere non extimuit, à quo tamen miſerè cęſus interijt.
Aſteruſia, ἀστερουσία, mons Cretę, ad Meridiẽ, mare aſpiciens: à quo & Aſteruſia Indię urbs nomẽ habet, quòd illic Cretenſes coloniam collocarint. Huius incolę Aſteruſiani uocantur, & Aſteruſij, ἀστερουσιῆς, Steph.
Aſtigi, ciuitas Bęticę, à qua Aſtigitanus ager. Plin. lib. 3. cap. 2.
Aſtice, ἀστικὴ, regio eſt Thraciæ ſupra Boſphorum, Ponto Euxino imminens: cuius urbes ſunt Apollonia, Thynnias, Almedeſſus, Deuelton, & Phinopolis. De hac Plinius lib. 4. cap. 11.
Aſtiochia, uide Aſtyochia.
Aſtomi, ἄσωμοι, Indiæ populi ſine ore, anhelitu tantùm uiuentes, &

tes,& odore,ab ἀ priuatiua,& σόμα, quod Latinè os significat.Plin.lib.7.cap.2.

Astræa,ἀστραία, Astræi & Auroræ, siue (ut alij malũt) Iouis & Themidos filia, Iusticiæ antistita, quam Poetæ fabulantur aureo illo seculo è cœlo in terram migrasse, & tandem mortalium scelcribus offensam cœlum repetiuisse. Ouid.1. Metamorph.Vltima cœlestum terras Astræa reliquit.

Astræus,ἀστραῖος, unus fuit ex Titanibus, qui cõtra deos arma sumpserunt. Hic cum Aurora fertur concubuisse, & ex ea uentos generasse:qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. Ouid. 14.Metam.Aeraq;, & tumidum subitis concursibus æquor Astræi turbant,& eunt in prælia fratres.

Astreus, ei, dictio dissyllaba, ἀστρεύς, nomen unius ex ijs qui à Perseo in aula Cephei regis sunt occisi. Ouid.5. Metam. Occidit & Celadon Mendesius,occidit Astreus.

Astrapæus,ἀστραπαῖος,dictus est Iupiter,ab Astrape,quæ est coruscatio. * Item Astrapæus uentus,qui fulgetras excitat.

Astrophie,(quod hic pro una ex Pleiadibus corruptè legebatur) uide Asterope.

Astu,generis neutri, ut cornu, pro ciuitate Athenienſi, quam ἄστυ uocabant:sed à Latinis mutatur y in u,& fit Astu,ut inquit Priscianus.Terẽtius in Eunuch.An in Astu uenit? Probus Aemilius in Alcibiade, Postquã in Astu uenit, cõcione aduocata uerba sic fecit.*Apud Latin.uerò Astu,siue Astus.

Astura,ἄστυρα,flumen Latij,& insula in fluuij ostio. Plin. lib.3. ca.5.Antium colonia flumen Astura,& insula. Et lib.33. Tenuit & nostra memoria nauẽ Caij principis ab Astura Antiũ nauigãtis.Ab aliquib.etiã Stura dicitur. Vnde Festus, Stura,flumẽ in agro Laurẽti est, quod quidam Astura uocant.

Asturia,Germaniæ urbs Ptolem.uulgò Bodenhusen.

Asturia,æ,ἀστυρία,regio Hispaniæ in tractu Tarraconenſi,Artabris,Callęcis,Cantabris,& Vardulis finitima:equis tollutarijs nobilitata,qui ab ea Asturcones uocati sunt.

Astur,ris, ἀστύριος, gentile nomen est, eum significans,qui ortus est ex Asturia,Tarraconenſis Hispaniæ regione.Martialis pro possessiuo usurpauit,Asturem equũ dicens,pro Asturico siue Asturicẽsi.Ita enim habet in Distichis, Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues, Venit ab armiferis gentibus Astur equus. * Est item Astur, Hetrusci cuiusdam proprium nomen,qui Aeneæ suppetias tulit aduersus Turnum,de quo Vergilius lib.10.Aeneidos.

Astures, ἀστύριοι, sunt Hispaniæ populi memoratissimi, Callæcis,Artabris,Vardulis,& Cãtabris proximi, aurifodinis & equis quondam tollutarijs nobilitati,quib.non uulgaris in cursu gradus,sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est.Plin.lib.8.Meminit Asturum multis li.3.Silius.Eorum tractus,Asturię nomen habet.

Asturica, Augusta, Hispaniæ Tarraconenſis urbs in finibus Asturiæ.Ptolemæo.

Asturcones, equi ab Asturia regione Hispaniæ ita appellati, quibus nõ uulgaris in cursu gradus,sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est:ut tradit Plin.libr.8. cap. 42. Silius lib.3.His paruus sonipes neq; matri notus:at idẽ Aut in concussu glomerat uestigia dorso,Aut molli pacata celer trahit essęda collo.Talem gressum Græci ὑσπορμον uocant, à bonitate cursus.Latini dicunt tollutarios equos, à tollendis pedibus,& tollutim glomerandis.

Astyages, ἀστυάγης,Cyaxaris filius,Persarum & Medorum rex & pater Mãdanæ,quę Cambysi mediocris dignitatis,Persæ nupta Cyrum peperit:quem auus,insomnijs quibusdam exterritus,Harpago cuidam ex intimis familiaribus,necandũ tradidit.Qui quum tam crudele ministeriũ per se ipsum nolet exequi,Mitradati regio bubulco onus illud iniunxit. Erat Mitradati uxor nomine Spaco, quod Medorum lingua canem sonat.Hæc tum fortè mortuũ ediderat partum,quẽ pro Cyro magnificè curat sepeliri:Cyrũ autem ipsum,tanquam filium suum,domi educat.Qui postea ab auoagnitus, & in Persidem ad parẽtes remissus,simulatq; adoleuit,Harpagi instinctu auo bellum intulit,eumq; in prælio captum, quoad uixit,penes se habuit.Ex Herodoti libro primo.

Astyalus,uide Astylus.

Astyanassa,ἀστυάνασσα,Helenæ Menelai uxoris ancilla lasciuissima,dominamq; prorsus se dignã nacta,quæ prima de uarijs concubitus modis librum conscripsit:cuius exemplum postea imitatæ Philænis, & Elephantine, idem argumentũ tractarunt.Author Suidas.

Astyanax,ἀστυάναξ,unicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus post inchoatum bellum inter Troianos & Grecos, quem Vlysses,antequam naues è Sigeo solueren,t,turrim ra inhumanitate dedit in præceps,ne quid reliquiarum superesset,quod excidium Troię,& populi ruinam ulcisceretur.Hector ut plurimum uocabat Scamandrium. Verg.l.2. Aeneid.Paruumq; manu Astyanacta trahebat.Latine princeps ciuitatis sonat,quasi ἄναξ τοῦ ἄστεος.

Astycratia,filia Aeoli,teste Homero Odyss.lib.10.

Astydamas,ἀστυδάμας, Athenienſis,& filius eiusdem nominis, ambo Tragici poetæ fuerunt: pater etiã summus philosophus,& Socratis auditor.Suidas.

Astydamia,ἀστυδάμεια,Ormeni filia,quã Hercules, patre pugnante occiso rapuit.Ouid.Nec referam partus Ormeni Nyctheos tuos.

Astylus,ἄστυλος,unus fuit ex Centauris: & quoniã augurio uidebat,futura prænoscens,fratres monuerat,ne bellũ aduersus Lapithas assumerent:sed exorto in nuptijs bello, ipse sibi timens,unà cum Nesso Cẽtauro fugam arripuit.De hoc ita Ouid.12.Metamor.Astylus ille eriam metuenti uulnera Nesso, Ne fuge,ad Herculeos,inquit,seruaberis arcus.

Astylus,ἄστυλος, Crotoniata cursor trib.Olympicis cõtinus uicit,stadio,diaulo,& dolicho. Quòd autem in ultimo fuerit Heronis magistrũ ac Syracusanũ à præcone declarari fecerit, Crotoniatæ irati,statuam eius fregerunt, bona insuper publicauerunt.Author Pausanias.Meminit eius Plato in Legibus,qui eum nõ tam cursu,quàm perpetua uirginitate clarum prædicat. * Fuit præterea Astylus quidam Troianus à Meneptolemo occisus,teste Homero in principio 6.Iliad.

Astymeduſa,ἀστυμέδουσα,Oedipi fuit uxor(Hãc enim reperta matre,quam prius matrimonio sibi cõiunxerat,sed ũ cognitam,in uxorẽ duxit) quæ ut liberis prioris cõiugis infensum parentẽ faceret (ut ferè omniũ nouercarũ mos est) apud patrẽ eos accusauit, tanquã qui se de stupro appellassent:quaproter Oedipus iratus regnum cruentum reliquit.

Astynome,ἀστυνόμη,Chrysæ Apollinis sacerdotis filia(unde & Chryseis dicta est) quæ Chrysã oppido à Græcis expugnato,in prædæ diuisione Agamẽnoni cessit.Quam tamẽ post ea,pestilentia ab Apolline immissa adactus,patri restituit. Author Homerus 1.Iliad.

Astynous,ἀστύνοος,princeps quidam Troianus,quẽ Diomedes in bello Troiano interfecit,ut scribit Homer.lib.5.Iliad.

Astyochia,pen.prod.ἀστυόχια,Actoris filia fuit, quæ quum sola in summum paternæ domus cœnaculũ ascendisset,à Marte compressa creditur. *Fuit & altera eiusdem nominis,quam Hercules rapuit,& ex ea Tlepolemum genuit: de qua Homerus in Catalogo nauium.

Astypalea, ἀστυπάλαια,insula est in mari Carpathio, auctore Icario,eregionẽ Cnidi,oppidum habens eiusdem nominis. De hac Plin.lib.4.cap.12. * Est item Astypalæa oppidum in Cõ insula,cuius meminit Strabo lib.14.

Astyra,ἄστυρα τὰ,uel Astyrum in singulari,ciuitas Mysiæ,iuxta Troadem. Est & uicus prope Adramytrium, item ciuitas Phœniciæ,ubi Minerua Astyricis colebatur,& Bœotiæ iuxta Potnias: item Italiæ regio,Steph.

Asula,per simplex s oppidum in agro Brixiano.

Asurus,uide Asorus.

Asus,siue Asos,ἄσος,Stephano,siue,ut apud Plinium legitur, Asum oppidum est Cretæ insulæ mediterraneum: de quo Plin.lib.4.cap.12.

Asychis,ἄσυχις,Aegyptiorum rex, post Mycerinum, cuius opus fuit lateritia Pyramis apud Memphim,ut testatur Herodotus lib.2.

Atabulus,ἀτάβουλος,uentus Apuliæ peculiaris:unde etiam Apulus peculiari epitheto appellatur.Horat.1.Serm.Satyr.5. Incipit ex illo monteis Apulia notos Ostentare mihi quos torret Atabulus. Quem locum explicans Porphyrion,Atabulum dictum ait παρα τὸ τὴν ἄτην βάλλειν,hoc est à noxa detrimentoq; inferendo.Est enim frigidissimus,teste Plin.lib. 17.cap.24.& si flauerit circa brumam, omnia exurit,frigore arefaciens,ut nullis postea possint solib. recreari.

Atabyria,æ,ἀταβυρία,unũ est ex uetustis Rhodi insulæ nominib.ductũ ab Atabyro rege,ut Plinio placet li.5.cap.31.siue, ut alij malunt,ab Atabyri,editissimo totius insulæ monte.

Atabyris,ἀτάβυρις,mons est editissimus totius Rhodi insulæ, Ioui Atabyro sacer:cuius meminit Strabo lib.14.

Atacini,

Atacini, orum. ἀτακῖνοι, populi Narbonenſis prouinciæ, Atacis amnis accolæ, qui circa Narbonem Martium fluit: à quo & nomen acceperunt. Meminit horũ Pomponius lib. 2. & Hermolaus in Plinium: qui etiam Atacinorum familiam Romæ illuſtrem, nomen hinc traxiſſe exiſtimat.

Atæon, (quod hic perperam legebatur) uide Actæon.

Atalanta, ἀταλάντη, Scheneij, uel, ut alij malunt, Iaſij Argiuorũ regis filia, uirago, & forma & uirib. corporis præſtans, quæ prima aprum Calydoniũ ſagitta uulnerauit. Hęc quum mira corporis uelocitate præſtaret, & à nuptijs omnino abhorreret, ſyluis tantum & uenatu ſeſe oblectabat, procisq; ſuis curſus certamen propoſuit, in quo uictum, mortis pœna: uictoré, coniugij ſui præmium ſequeretur. Multis itaq; ſuperatis, tandem ab Hippomene, Veneris conſilio uicta, nupſit uictori: quumq; in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reuerentia, cum illo concubuiſſet, in leænam cõuerſa eſt, & Hippomenes in leonem. Vide fabulam apud Ouid. lib. 10. Metamorph. * Fuit Atalãta, uxor Acaſti, regis Iolci, quæ Pelei amore capta, quum ab eo repulſam tuliſſet, amore in odium commutato, Peleum apud uirum detulit, quòd uim ſibi inferre conatus eſſet. Quamobrem Acaſtus uxoris delationi temerè fidem habẽs, Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorũ in Colchica nauigatione ſocius fuerat) in auxilium uocatis, Acaſtũ prælio ſuperauit: captaq; Iolco, Atalantam ſupplicio affecit. Ex Suida. * Eſt & Atalanta, fons in portu Cyphantarum: dictus quòd ibi uenatrix fœmina ſitu & æſtu languida conſederit, & petra uenabulo eius percuſſa, laticem præbuerit, ſicut ſcribit Pauſanias.

Atalante, es, ἀταλάντη, exigua eſt inſula Euboææ adiacens, eregione Opuntiorum: cuius meminit Thucydides lib. 2.

Atarbicis, ἀταρβίκις, ciuitas in Proponride inſula. Steph.

Atargata, apud Strabonem lib. 16. deæ cuiuſdam nomen eſt, quæ apud Aſſyrios colebatur. Ab alijs Atergatis dicitur. Vide infrà.

Atarna, æ, ἄταρνα Stephano, urbs fuit in ora Myſiæ, eregionè Lesbi.

Atarnes, ἀτάρνης, Darij Perſarum regis frater, filius Hyſtaſpis, cuius filiam unicam nomine Phratagunam Darius uxorem duxit: ut teſtatur Herodotus lib. 7.

Atarpheni, ἀταρφηνοὶ, gens magna Arabiæ. Steph.

Atax, ἄταξ, fluuius eſt Galliæ Narbonenſis, ortum habens ex Pyrenæo monte, qui infunditur in mare Tyrrhenum. Lucanus lib. 1. Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

Ate, ἄτη, Latinis Noxa dicitur. Ab Homero dea fingitur, quę homines malis implicat, mẽtesq; ſeducit, & perturbat, cui repellendæ & placandæ Litæ Iouis filiæ oppoſitæ ſunt, quæ tanto ſunt tardiores, quanto noxa eſt grauior. Vide Eraſmũ in Adagio, Ira omnium tardiſsimè ſeneſcit.

Atelos, (quod hic pro inſulæ nomine deprauatè legebatur) uide Telos.

Atergatis, ἀτέργατις, quem & Atargatam & Derceto Strabo li. 16. appellat, Deæ cuiuſdam nomẽ, quæ apud Aſcalonem Syrię ciuitatem colebatur. Hanc Plinius prodigioſam Atergatim uocat, quòd ſimulachrum eius monſtro ſimile effingeretur, ſuperiore parte mulierẽ, reliqua piſcem referens. Hãc ferunt fuiſſe matrẽ Semiramidis, quæ ob amiſſam pudicitiã tantum animo dolorem concepit, ut ſeſe in lacum præcipitem dederit: quũq; cadauer eius ab urinatorib. inueniri nõ poſſet, creditùm eſt eam in piſcem fuiſſe trãsformatã. Quo factum eſt, ut deinceps à piſcium eſu uicini populi religioſiſsimè abſtinerent. Vnde & Atergatim dictam uolũt, quaſi ἄτερ γαιόθος, quod Syris ſine piſcib. ſonat. Macrob. 1. Saturn. duo fuiſſe Aſſyriorum numina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrabantur: per Adad nimirum ſolem, per Atergatim terram intelligentes. uide Cælium Rhodig. lib. 23. cap. 5.

Aterium, ἀτέριον, ciuitas Siciliæ, Steph.

Aternus, fluuius eſt Italiæ, in ora Ferẽtanorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. Plinius libro 3. capite 12 & 13.

Ateſte, ciuitas regionis Venetæ, ut tradit Plin lib. 3. cap. 19.

Athamania, regio Illyriæ, ſecundum alios Theſſaliæ, Steph.

Athamas, ἀθάμας Suidæ, Aeoli fuit filius, & Thebarum rex, qui Nephelẽ in uxorẽ duxit, & ex ea Hellen & Phryxum genuit: ſed quũ Nephele furore Liberi patris cõcitata, in ſyluas abijſſet, Athamas liberis ſuis Ino Cadmi filiã ſuperinduxit, nouercã: quę priuignos identidẽ apud patrẽ accuſans, eò illos cõpulit, ut cõſcenſo aureo ariete (quem quidam ex Neptuno et Theophane genitũ tradũt, & eius uellus à Phryxo mari conſecratũ, poſtremò inter ſidera relatũ) fuga ſibi cõſulerent. Quapropter Iuno irata Furias in Athamantem immiſit: quę in tantã rabiem eum duxerunt, ut quũ Ino ad ſe euntem uideret, hanc leænam, & filios ſuos eiuſdem catulos arbitratus, raptũ Learchum ex filijs alterũ ſaxo illiſerit. Quod Ino uidens, cũ Melicerta altera prole fugiẽs, ſe ex rupe in mare præcipitem dedit, & deorum miſeratione in deam marinam mutata eſt: quam Græci quidẽ Leucothean, Latini autem Matutam appellãt. Vide infrà in dictione Ino. Hinc Athamantis, id eſt Helle eiuſdem filia.

Athamantiades, id eſt Phryxus, Melicertes, uel Learchus Athamantis filius. * Athamas etiam eſt Theſſaliæ mons, ut Pli li. 4. cap. 8. * Eſt etiam fluuij nomen, qui decreſcente luna ligna ſibi admota incendit, ut author eſt Ouid. 15. Metamorph. Admotis Athamantis aquis incendere lignũ Narratur minimos quum luna receſsit in orbes.

Athamanes, ἀθαμανεῖς, populi ſunt Aetoliæ: de quibus Plin. li. 4. cap. 2.

Athana, oppidum. Plin. lib. 6 cap. 28.

Athanaſius, ἀθάνασιος, præſul Alexandrinus, educatus ab Alexandro eius ciuitatis præſule, olim Diaconus in concilio Niceno fuit: Arrianorũ deinde maximas perpeſſus inſidias, ad Conſtantem Galliarum principem aufugit. De quo plura Volaterranus.

Athanes, fluuius Scythiæ Thraciæ in Iſtum defluens.

Atharrabis, urbs Aegypti. Steph.

Athenæ, arum, ἀθῆναι, ciuitas Græciæ totius celeberrima, diſciplinarum omnium altrix, & ampliſsimarum coloniarum fœcundiſsima genitrix, in ea Achaiæ parte ſita, quæ ꝙ magna ſui parte littoralis eſt, olim Acte, & deinde Attica uocata fuit, quaſi Actica. Hanc Cecrops primus cõdidit, unde & Cecropia dicta eſt: poſtea à Mopſo Mopſopia, & ab Ione Xuthi filio Ionia, & à Minerua Athenæ. Græci enim Mineruam ἀθηνᾶν dicunt. Horatius 2. Epiſt. Adiecere bonæ paulò plus artis Athenæ. Cic. 1. de Orat. Vt omittam Græciã, quæ ſemper eloquentiæ princeps eſſe uoluit: atq; illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus ſumma dicendi uis & inuẽta eſt, & perfecta. Tres autem (ut quidam aſtruunt) fuêre Athenæ: à primis Athenæi, ab alteris Athenienſes, ab alijs Athenopolitæ dicti ſunt.

Athenæum, ἀθήναιον, locus erat Mineruæ dicatus, ad quẽ poetæ, alijq; ſciptores Græci ſua ſcripta deferebant, quemadmodum poetæ Latini ad Apollinis templũ. Accipitur item pro auditorio publico, ad quem conueniebant ſtudioſi, ut aut Poetas recitantes, aut Rhetores declamantes, aut Philoſophos aliarúmue diſciplinarũ profeſſores audirẽt. Dictũ eſt autem Athenæũ, ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς, hoc eſt à Minerua, ſtudiorũ antiſtita. Iulius Capit. Poſtea uerò ubi adoleuit, in Athenæo controuerſijs declamauit, audientibus etiam Imperatoribus ſuis. Lampridius, Ad Athenæũ audiendorũ & Græcorũ & Latinorũ rhetorũ uel poetarũ cauſa frequẽter proceſsit. * Eſt & Athenæum promõtoriũ Campaniæ, nõ procul à Pompeijs, in extrema ſui parte Mineruæ facellum habens, ab Vlyſſe conditum. Author Strabo lib. 5.

Athenæus, ἀθήναιος, Cilix, Peripateticę ſectæ philoſophus fuit tempore Auguſti. * Fuit etiam hoc nomine Grammaticus Naucratites, qui ſub M. Antonino claruit, qui libros Dipnoſophiſtarum uaria eruditione refertos conſcripſit: quos Hermolaus Byſantius in Epitomen contraxit. Plura de hoc uide apud Suidam.

Athenion, ἀθηνίων, pictor inſignis fuit, Glaucionis Corinthij diſcipulus, cuius opera numerantur à Plin. lib. 35. cap. 11.

Athenodorus, ἀθηνόδωρος, philoſophus fuit, Auguſto familiaris, quem quum natura ad iram procliuiorem uideret, hoc illum præcepto inſtruxit: Quum ira, Cęſar, te cæperit, nihil prius neq; dixeris, neq; feceris, quàm ipſa quatuor & uiginti elementa literarum Græcarum tecum ipſe percurreris, & memoria recenſueris: ut ita concitatio illa, quæ momentoſa eſt, mente aliò traducta, parui temporis interiectu langueſcat. Hic fuit diſcipulus Dionyſij Areopagitæ. Compoſuit opus uarium, quod διάφορα inſcripſit. * Fuit & Athenodorus ſculptor eximius. Plin. lib. 36. cap. 5.

Athenopolis, ἀθηνόπολις, oppidũ Maſsilienſiũ. Plin. lib. 3. cap. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Athesinus, pen. prod. ἀθεσινὸς, fluuius effluens è lacu, qui in Apenino est, supra Carnos incumbente, & labitur in Istrũ. Author Strabo lib. 4.

Athesis, ἄθεσις, pen. cor. fluuius qui ex Tridentinis alpibus Tridẽtum alluit, & Veronam diuidit: deinde per latas Padi paludes gradiens, nõ longè à Brondulo portu in Adriaticum mare influit. Plin. lib. 3. cap. 16.

Athlibis, urbs Aegypti, & alia Arabiæ, Steph.

Athmonum, pars Cecropidis tribus, Steph.

Athochari, populi sunt Scythici in Asia Herodoto.

Athos, ἄθως, Steph. mons inter Macedoniá & Thraciam tantæ altitudinis, ut usq; ad insulam Lemnon umbram porrigere dicatur. Ita dictus à Gigante eiusdem nominis. Situs est hic mõs in Chersoneso, quę Chalcidicæ regiõi angusto isthmo annectitur: quem Xerxes bellũ Græciæ inferẽs, perforauit, montemq; ipsum à cõtinente abscidit. Huc alludit Iuuenalis Sat. 10. creditur olim Velificatus Athos. Seruius in illud Verg. 12. Aeneid. Quantus Athos, aut quantus Eryx: Athos metri necessitate, non Atho legendum præcipit: existimás nimirum posteriorem syllabá corripi. Qua tamen in re fallitur, quum apud Græcos ἄθως scribatur per ω magnum.

Athrax, uide Atrax.

Athribitis, præfectura, Steph. in Pfenaco legerim.

Athrys, huius Athrys, fluuius est Thraciæ in Istrum fluens.

Athymbra, urbs Cariæ iuxta Menándrum, ab Athymbro condita, & Nyssa postea dicta. Steph.

Athyras, portus & fluuius iuxta Byzantium, & sinus quidam, & fluuius Scythiæ, Steph.

Atimetus, pen. prod. ἀτίμητος, libertus Cæsaris fuit, ut deprehenditur ex inscriptione sarcophagi, quẽ Homonoeæ uxori suæ defunctæ posuit cum elegantissimo Epitaphio: cuius exemplum uideto infrà in dictione Homonoea.

Atina, pen. prod. ἄτινη, ciuitas iuxta Pontinas paludes: dicta à morbis, qui Græcè ἄται dicuntur, quos plaudis uicinitas creat. Martialis lib. 10. Quo ciue prisca gloriatur Atina. In de Atinates populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Atintania, ἀτιντανία, pars Macedoniæ, ab Atintane Macedonis filio dicta, Steph.

Atiscoti, populi Britannici.

Atlanticæ insulæ, ἀτλαντιδὶς νῆσοι, quas Beatas uocant, septem quidem hæ sunt, paruo inter se diuisæ mari, decem millib. stadiorũ ab Atlante distãtes. Imbres illic rari mediocresq; uenti autem plurimum suaues ac roriferi. Solum uerò pingue: nec arari ullo modo, plantaríue desiderat, sed eriá ex se absq; ullo humano studio fructũ producit, dulcẽ quidem & ociosam multitudinem nutrire sufficientem. Aër syncerus ac temperatus, & mediocri mutatione per tempora cõtentus. Nam qui à terra perflant uenti, ut Boreas & Aquilo, propter lõginquitatem per uasta & inania incedentes spacia fatigantur: & deficiũt priusquàm ad eas insulas peruenerint. Qui uerò à mari perflãt Argẽste & Zephyri, raros quidem & temperatos imbres ex pelago afferũt. Plurima uerò per humiditatem aeris cum summa facilitate nutriunt, ut etiam apud Barbaros increbuerit fines, ibi Elysios campos esse, & beatorum domicilia ab Homero decantata.

Atlas, antis, ἄτλας, Mauritaniæ rex fuit, qui humeris cœlum sustinuisse dicitur, q̃p primus cursum solis & Lunæ, siderumq; omnium uersationũ rationes, uigore animi, solertiaq; deprehẽderit. Hic fuit Promethei frater, qui quũ monitus esset oraculo, ut caueret à Iouis filio, nullũ hospitio susciperet. quod Perseus Iouis ex Danae filius indignè ferens, ostẽdit ei caput Gorgonis: quo conspecto, Atlas in mõtem conuersus est tã excelsum, ut eius cacumẽ cerni nequeat. Hinc factus est locus fabulę, ut Atlas rex Mauritaniæ cœlũ humeris suis fulcire dicatur. Ferè è medio monte nubes incipiũt: hyeme & æstate niuem habent. Columnã cœli indigenę appellant. Ab eo populi incolentes, Atlantes dicũtur, qui soli sunt anonymi, hoc est sine nominibus. nam in uniuersum Atlãtes nominantur, singulis nullũ ꝓprium nomen imponitur. Solem orientẽ, occidẽtemq; dira imprecatione cõtuentur, ut exitialem ipsis agrisq;. Neq; insomnia uisunt, qualia reliqui mortales. Plin. Solinus, Herodotus authores. Ex Atlantẽ ingentia flumina oriuntur, inter quæ Nilus. August. lib. 18. de Ciuit. Frater Promethei Atlas, magnus fuisse astrologus dicitur. unde occasionẽ fabula inuenit, ut eum cœlũ portare cõfingeretur: quamuis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potius cœli portatio in opinionẽ Atlantigi uenisse uideatur. Diodorus lib. 4. Ferunt Atlantẽ astrologiæ fuisse peritissimũ, deq; sphæra primùm inter homines disputasse: qua ex re uisus est cœlũ suis humeris sustinere, lo cum præbente fabulis sphæræ inuentione. Scribũt quidam duos esse montes in Mauritania, Atlantes dictos, alterũ columnis Herculis uicinioré, alterũ in interiore Libya. Remotior ab Atlante rege in eum conuerso dictus est, quem cœli columnã nominant. Tres autẽ Atlantes fuisse memorantur. Vnus rex Italiæ, & pater Electrę uxoris Coryti. * Alter rex Arcadiæ, pater Maiæ, ex qua natus est Mercurius. * Tertius Maurus, qui dictus est Maximus. Hic primus nauim cõstruxit, nauigauitq;. * Sumitur nonnunquà à poetis Atlas pro hominis simulachro, sustinẽte columnas ædium, aut ipsum ædificium, ad similitudinem Atlantis cœlum humero torquentis, qui etiam Latino uocabulo Telamones appellantur. Fiebant autem ferè gibbosa figura, more eorũ, qui onera dorso gestãt: erantq; omnino duo, interdum auersi, interdum se inuicem spectantes. Martialis, Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. * Est & Atlas, teste Herodoto lib. 4. fluuius ex Hemo monte nascens, & aquilonem uersus in Istrum defluens.

Atlanticus, a, um, ἀτλαντικὸς, ut, Atlanticum mare, id est ea pars Oceani, quæ Mauritaniã ab occidente alluit: ita dictum ab Atlante monte, qui eam Oceani partem respicit. Cicer. e Som. Scip. Omnis terra quæ colitur à uobis, parua quædam insula, circunfusa illo mari quod Atlanticũ, quod maximum, quod Oceanum appellatis in terra.

Atlanteus, a, um, pen. prod. Horat. 1. Carm. Atlanteusq; finis Concutitur. Pleiades Atlanteæ, apud Ouid. 3. Fastorum.

Atlantides, æ, & per epenthesim Atlãtiades, ἀτλαντιάδης, ἢ ατλαντιάδης, patronymicum masculinum, quo poetæ utuntur pro Mercurio Maiæ filio, & nepote Atlantis. Ouid. & Metamor. Venit Atlantiades positis caduciser alis.

Atlantis, idis, siue Atlantias, adis, ἀτλαντὶς ἢ ἀτλαντιὰς, patronymicum fœmininum, significans filiam uel neptem Atlantis. Verg. 8. Aeneid. Electra Atlantide cretus. Silius li. 16. Vix; Atlantiadũ rubefecerat ora sororũ. Vbi Atlãtiades sorores uocat Pleiades: de quibus suprà. * Atlantides, ἀτλαντίδες, Vergiliæ dictę sunt. Atlas enim ex Pleione Oceani filia, ut ait Higinus, (ut alij, Deucalionis) habuit quindecim filias, quę uno uocabulo Atlãtides dicũtur. Verùm quinq; ex his Hyades sunt nominatæ, à fratre Hyante à sororib. plurimũ dilecto: reliquę Pleiades à matre dictæ. Vergiliæ dicuntur, quia cum uere exoriũtur. Et sunt septem, quarũ seu clarius mè apparent: septima uerò, quia Sisypho nupsit, non uidetur. Cicer. ait Hyadas à pluẽdo dictas. Nostri Suculas uocant à suibus, quoniam sues luto gaudent. Indicant emplouias.

Atossa, filia fuit Cyri, quæ primùm Cambysi, & post eius mortem Dario nupsit. Herodotus lib. 3.

Atræ, ἄτραι, ciuitas inter Euphratem & Tigrim. Steph.

Atramitæ, populi sunt Arabiæ fœlicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Atrani, populi Hirpinorum in Italia, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

Atratinus, Oratoris nomen est, qui Cœlium accusauit, defendente Cicerone.

Atrax, ἄτραξ, fluuius Aetoliæ: à quo Atraces quidam populi cognominati sunt, ut scribit Plin. lib. 4. * Est itẽ Atrax, Thessaliæ oppidum, à quo Hippodamia Pirithoi uxor Atracis Ouidio dicta est: & Atracia ars, Statio pro Magia, quæ apud Thessalos plurimum uiguit.

Atraces, penult. cor. ἄτρακες, populi sunt Aetolię, quibus nomen dedit Atrax fluuius per agrum eorum in mare Ionium illabens: teste Plin. lib. 4. cap. 2.

Atracis, idis, ἀτρακὶς, gentile fœmininum ab Atracibus deductum Aetoliæ populis: ut etiam ab Atrace Thessaliæ ciuitate. Vnde Ouidius Hippodamiam Pirithoi uxorem Atracidẽ uocauit. Atracis, inquit, ambiguos traxit in arma uiros.

Atracius, a, um, ἀτράκιος, possessiuum deductũ ab Atracia Aetoliæ regione: siue ab Atrace Thessaliæ oppido. Vnde Atracium artem Statius appellauit Magiam, quæ apud Thessalos plurimum uiguit. Sic enim habet ille lib. 1. Thebaid.

- qualis per nubila Phœbes
Atracia rubet arte color.

Atrebates, appellantur à Cæsare populi inter Belgas, quos hodie Atrebatenses uocamus.

Atrene, ἀτρήνη, ciuitas quædam. Steph.

Atreus, dissyllabum, ἀτρεὺς, Pelopis & Hippodamiæ filius fuit, pater

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pater Agamemnonis & Menelai: qui ab ipſo Atridæ dicti ſunt. Fratrẽ habuit Thyeſtẽ, qui fratris uxori ſtuprũ intulit. Atreus uerò fratri filiũ epulandũ appoſuit. Ob quæ facinora, Sol, ne pollueretur, curſum retrorſum dicitur cõuertiſſe.

Atreus, a, um, ἀτρεΐος, adiectiuum eſt, trium ſyllabarum. Statius 8. Theb. I precor, Atrei ſi quid tibi ſanguinis unquam.

Atrides, dæ, pen. prod. ἀτρείδης, pluraliter Atridæ, arũ, Atrei filij, Agamemnõ & Menelaus. Verg. 1. Aeneid. Atridas, Priamumq;, & ſæuũ ambobus Achillẽ. Atrides minor, & maior. Ouid. 12. Metã. Nõ minor Atrides, nõ bello maior, & æuo.

Atria, oppidũ fuit inſigne Tuſcorum, portam habens inſignẽ non procul à Padi oſtijs: à quo uicinũ mare Atriaticum uocatum eſt, & poſtea Adriaticum. Autor Plin. lib. 3. cap. 16.

Atropatia, ἀτροπατία, Stephano, altera eſt ex partibus Mediæ, ita dicta ab Atropato duce, qui eam à Macedonum ui tutatus eſt. Media enim in duas diſtributa eſt partes: quarũ altera Media maior appellatur: cuius metropolis ſunt Ecbana. Altera minor, quæ & Atropatia dicitur. Vide Strabonem libro 11.

Atropatus, ti, ἀτρόπατος, uide Atropatia.

Atropos, pen. cor. ἄτροπος, una ex tribus Parcis, ita dicta, quaſi immutabilis, quòd ad nullius preces conuertatur. Copioſius in dictione Parcæ.

Atta, ἄττα, ciuitas Arabiæ fœlicis, authore Ptolemæo libro 6. capite 8.

Attacum, ἄτταικον, Hiſpaniæ oppidum in tractu Celtiberorum. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Attabetes & Numenius latrones fuerũt famoſiſsimi, adeò ut puerbio locũ fecerint, Cõuenerunt Attabas & Numenius.

Attæa, ἄτταια, ſtagnum in Botico urbe Phrygiæ, ſalé producés,

Attalis, tribus eſt Atticæ. Steph. (Steph.

Attalus, ἄτταλος, pen cor. nomen Pergami regis, pecunia ditiſſimi, & ſplendida abundantiq; ſupellectile: à quo omnia magnifica, Atralica dicta ſunt, ut inquit Plin. lib. 8. cap. 48. Propertius, Nec ſit in Attalico mors mea nixa thoro. Hic quum liberis careret, populum Romanum teſtamento ſuo hæredem inſtituit. * Fuit & Attalus nomen medici, cuius meminit Plinius lib. 32. cap. 8.

Attalia, æ. ἀττάλεια Stephano, oppidum eſt Aeolidis, apud Plin. li. 5. cap. 30. * Item alterum in Pamphylia: cuius meminerũt Ptolemæus lib. 5. cap. 5. & Strabo lib. 14.

Attalyda, ἀτταλύδα, urbs Lydiæ condita ab Atthide, poſt mortem eius à filio Lydo, Steph.

Atteius Philologus, libertinus Athenis natus, quem Capito Atteius iuriſconſultus eius patronus, inter grãmaticos rhetorem, & inter rhetores grammaticum fuiſſe ait. Eum iuuiſſe ſcripta Salluſtij in componendo, author eſt Pollio. Coluit familiariſsimè Saluſtium, eoq; mortuo, Pollionem. Author Tranquillus.

Attella, ἄτταλλα, oppidum Campaniæ, inter Capuam & Neapolim, quam nunc Auerſam dicimus.

Attellanus, a, um, adiectiuum. Cic. Cluuio, Loquutus ſum de agro uectigali municipij Attellani.

Attellanius, a, ũ, aliud adiectiuũ. Cic. 2. de Diuin. Totũ omnino fatũ etiã Atellanio uerſu iure mihi eſſe irriſum uidetur.

Attellanæ, ἀτταλλανὰ δράματα, Latinæ ſunt fabulæ, quæ ab Attella Oſcorum ciuitate ſumptæ fuerunt, in quibus ridiculæ perſonæ inducebantur, & argumentis dictiſq; iocularibus reſpondebãt ſatyricis fabulis Græcis. Proprie autẽ Attellanicum dicebatur exordiũ. Liuius. li. 7. Iuuẽtus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta uerſibus factitare cœpit, quæ exordia poſtea appellata, cõſecrataq; fabellis potiſsimum Attellanis ſunt: quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit iuuentus.

Attlis, idis, ἄτθις, Cranai filia, à qua regio Attica (ut quidam exiſtimãt) dicta eſt, quũ prius Actica ab Actæone diceretur: ſiue ab Actæo rege, ut Fauorino & Lycophroni placet: ſiue ab ἀκτὴ, qd littus ſignificat, propterea q ea regio, ſicut ſcribit Strabo, magna ex parte littoralis ſit. Qua uoce etiã utũtur Latini. Verg. 5. Aenei. At procul in ſola ſecretę Troades Acta Amiſſum Anchiſen flebant. Præcipuæ regionis huius ciuitates fuerunt Athenæ, Eleuſis, Marathon, & aliæ nõnullæ. * Atthidem præterea poetæ Luſciniam appellant, ad fabulam nimirum reſpicientes, qua Philomena Pandionis Athenienſium regis filia in hanc auẽ dicitur eſſe transformata. Martial. Sic ubi multiſona feruet ſacer Atthide lucus.

Attica, ἀττικὴ, regio eſt Achaię, ab agro Megarẽſi uſq; ad Suniũ promontoriũ extenſa: olim Acte appellata, & Actica, quòd maxima ex parte littoralis ſit, teſte Strab. li. 9. Vrbes præcipuas habet Athenas, Eleuſinem, Marathonẽ, & alias nõnullas.

Atticus, ca, cum, ἀττικὸς, quod ex Athenis eſt, uel quod ad Athenas pertinet: ut, Regia Attica, ἀττικὴ.

Atticè, aduerb. ἀττικῶς, ut, Atticè loqui, hoc eſt lingua Atttica. Cicero de claris Orat. Nã ſi quis eos, qui nec ineptè dicũt, nec odioſè, nec pudicè, Atticè putat dicere, is rectè niſi Atti cum probat neminem.

Atticiſmus, ἀττικισμὸς, eſt quædam peculiaris Attici ſermonis elegantia. Cic. de Claris orat. Et ille Latinus Atticiſmus ex interuallo reguſtandus.

Atticiſſo, as, Atticè loquor, ἀττικίζω. Plautus, Non atticiſſat, ſed Siciliſſat. Nam quemadmodũ Attici inter Græcos omnes ornatiſsimè loquebãtur, ita Siculi omnium peſsimè. Vnde etiam Cicero Q. Cæcilium irridet, quòd linguam Græcorum non Athenis, ſed in Sicilia didiciſſet.

Attilius Regulus, conſul Romanus, qui primo bello Punico, quum Carthaginenſes ſæpe uiciſſet, tandem per inſidias captus, & poſtea Romam miſſus eſt à Carthaginẽſib. pro permutandis captiuis: ſed quum Romam ueniſſet, ipſemet permutationem diſſuaſit: & Carthaginem rediens, crudeliſsimè eſt necatus. De hoc multa Cic. lib. 3. Officiorum.

Attrebates, populi Galliæ Belgicæ, de quibus multa apud Cęſarem & Plinium.

Attropotia. uide Attropatia.

Attyla, ἄττύλας, Hunnorum rex fuit ex Scytharum genere, qui ſubacta Pannonia, Italiam ingreſſus, Aquileiam ſubuertit: & in Germaniam tranſiens, plurimas uaſtitates edidit: indeq; domum reuerſus, dum nouis nuptijs operam dat, uino plenus, effuſo è naribus multo ſanguine ſuffocatus eſt. Hic tot cladibus rem Chriſtianam afflixit, ut apud omnes Dei flagellum fuerit appellatus.

Atuacutum, ἀτουακοῦτον Ptolemæo, urbs eſt inter Tungros, ad Tabullam flumen ſita. Sunt qui Antuerpiã eſſe credant: ſed hoc Ptolemæi deſcriptioni non conuenit. Antuerpia enim ſita eſt ad Scaldem fluuium, qui etiam à Cæſare eodem nomine dicitur, Oceaniq; ſinu alluitur: Tungri uerò in mediterraneo ſunt, multùm à Scalde diſsiti.

Atura, oppidum eſt Galliæ Aquitanicæ.

Aturia, ἀτουρία, pars Aſſyriæ, in qua Ninus ciuitas eſt. itẽ Strabo ab initio lib. 16.

Aturius, Galliæ fluuius, teſte Ptolemæo.

Atys, ἄτυς, apud poetas pueri formoſiſsimi nomen eſt, quem Cybele caſto amore adamauit, eumq; ſacris ſuis præfecit ea lege, ut perpetuò caſtitatem cõſeruaret. Sed quũ poſteà uoti ſui parum memor, Sangaritidẽ nympham cõpreſsiſſet, ab irata dea in furorẽ actus, tẽſtes ſibi execuit: quumq; etiã manus ſibi afferre conaretur, miſeratiõe Cybeles in pinum arborem mutatus eſt. Vide Ouid. 10. li. Metamorph. * Atys alius fuit Crœſi, Lydiæ regis filius, qui quum antea ſemper mutus fuiſſet, in eo tandem prælio, quod Lydię ſeruitutem attulit, quum Cyri militem uideret ſublato enſe patri ſuo cædem illaturũ, nimia loquẽdi cupiditate linguę uinculum abrupit, claraq; uoce patris ſui interitũ deprecatus eſt. Author Herodotus lib. 1. * Atys alius fuit ex Hercule & Omphale prognatus, qui filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta eſt: & Tyrrhenũ, à quo Tyrrheni appellati ſunt. de quibus Strabo li. 5. * Atys, alius fuit ex India, ex Limniace Gangis filia progenitus, in Andromedes nuptijs occiſus eſt à Perſeo. corripit autem primam. Ouid. libr. 5. Metamorph. —erat Indus Atys quem flumine Gange, Edita Limniace ui treis peperiſſe ſub undis Creditur.

Atys Syluius, Aeneæ Syluij filius, quem Euſebius Aegyptum Syluium uocat. Hic quum uigintinouem annis regnaſſet, Capy filio relicto, diem clauſit.

Aualites, ſinus, αὐαλίτης κόλπος, in dextra parte rubri maris. Vide Abalites. Stephan.

Auantici, ἀουαντικοί, Ptolemæo, populi Heluetijs finitimi, quos Ptolemæus lib. 2. cap. 9. inter Sequanos collocat.

Auaricum, oppidũ fuit Biturigũ, flumine & paludibus cinctũ, de quo multa apud Cæſarem de bello Gal. Sunt qui credãt hoc oppidum eſſe, quod Galli uocant Viarron en Berry.

Auaſis, ἄυασις, urbs Aegypti, quæ & Oaſis uocatur. cauſam nominis uide apud Steph.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auatha uel Auara, Ἄυαθα, ἡ Ἄυαρα, τὰ, oppidum, συνοικία, est Arabum. Steph.

Auctonus, filius fuit Apollinis & Cyrenes Penei filiæ.

Aucula, urbs Tuscorum Ptolemæo, alij Aquula.

Auella, urbs est Campaniæ abundans optimis nucibus, quę dicuntur Auellanæ. Vergil.

Et qui maliferæ despectant mœnia Auellæ.

Aualla, uide Abella.

Auenio, onis, Ἀουηνίων Stephano, oppidum est Narbonẽsis Galliæ ad Rhodanum, Cauarum metropolis: de quo Pli. li. 3. ca. 4. Hodie pontificiæ ditionis est. Clementi enim sexto eius nominis Pontifici, urbem hanc cum uicino agro uendidit Iohanna Siciliæ regina: ut est uidere apud Volaterranum.

Auentinus, ni, pen. pro. Ἀουεντῖνος, unus ex septem urbis Romæ montibus, cuius radicem Tiberis præterlabitur: ita dictus ab auibus (ut ex sententia Næuij refert Varro) quorum ob situs opportunitatem, amnisq; uicinitatẽ maxima ibi copia erat. uel ab Auentino Albanorum rege, qui in eo extinctus est, & sepultus. Vel ab aduentu hominum, qui ad Dianæ templũ, quod eo in monte à cõmuni Latio conditũ fuit, commeabant. Vel ab aduectu: quod Varroni magis probatur. Erat enim hic mons à reliquis paludibus discretus. Vnde ratibus ad eum aduehebãtur, quadrantẽ pro naulo persoluentes. * Fuit item Auentinus, cognomento Syluius, Albanorum rex, Romuli Syluij filius, & pater Procę, à quo nõ nulli Auentino monti (in quo sepultus est) nomen factum existimant. * Est præterea Auentinus apud Vergil. 7. Aen. nomen filij Herculis ex Rhea, qui Turno aduersus Aeneam suppetias tulit.

Auentinus, a, um, adiect. ut, Arx Auentina, apud Ouid. 6. Fast. Et Auentinum iugum, apud eundem lib. 3.

Auerni. Vide Aruerni.

Auernus, Ἄορνος, generis mascul. in plurali Auerna, orum, lacus Campaniæ, prope Baias, quem locum Plutoni dicatum, & inferorum limẽ esse rudis uerustas credidit. Vnde & pro inferorum sede à poetis usurpatur. Dictus Auernus, quasi ἄορνος, hoc est auibus carens, siue quòd aues superuolãtes graui eius odore enecentur: siue quòd sulphureæ exhalationes aerem usque adeò extenuent, ut aues sustinere nõ possit. Lucretius lib. 6. Principiò quòd Auerna uocant, non nomen id ab re Impositum est, quia sunt auibus contraria cũctis. Strabo lib. 6. Contiguus Baijs Lucrinus adest sinus, intra quem Auernus est.

Auernus, a, um, adiect. Ouid. 10. Metamor. Ne flectat retro sua lumina, donec Auernas Exierit ualles. Verg. 2. Geor. Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Auernis.

Auernalis, le, adiect. ut, Aquæ Auernales, Horat. 5. Epod. Auernales nymphæ, Ouid. 5. Metamorph.

Auerruncus, ci, dei nomen erat apud Romanos, qui mala auerruncare, hoc est depellere, atq; auertere putabatur. Ἀποτρόμπαιος. Cuiusmodi apud Græcos habebãt, Hercules & Apollo, quos idcirco Ἀλεξικάκους, Ἀποτρόμπαιους, καὶ Ἀποτροπαίους appellabant. Pacuuius apud Varronem lib. 6. de Ling. Lat.

Deus qui meis rebus præest Auerruncus.

Aufeia aqua, olim dicta fuit, quę postea Martia dici cœpit, omnium aquarum toto orbe (Plinio teste) clarissima, frigoris salubritatisque laude cęteris prælata. Oritur in ultimis montibus Pelignorum: transit Marsos & Fucinum lacum: mox specu mersa, in Tyburtina se aperit, nouem passuum millium fornicibus perducta. Primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Martius unus è regibus: postea Quint. Martius rex in prætura: à quibus Martiæ aquæ nomen accepit, quum antea Aufeia diceretur. Hæc ferè Plinius lib. 31. cap. 3.

Aufidena, æ, penult. prod. Ἀυφιδῆνα, oppidum in quarta regione Italiæ, sub Ferentanis situm, teste Ptolemæo, libr. 3. capite primo.

Aufidenates, Ἀυφιδηνάται, populi, quorum Plinius inter Samnites meminit, lib. 3. cap. 12.

Aufidius, cognomento Lurco, qui primus pauones saginare aggressus est, ex eo quæstu redditum sexagenorum milium sestertiorum percipiens. Author Plin. lib. 10. cap. 20. * Aufidius Bassus nobilis historicus fuit Quintiliani ætate, qui de rebus Germanicis historiam conscripsit.

Aufidus, di, Ἄυφιδος Straboni, penult. corr. fluuius est in Hirpinorum montibus nascens, & præter Canusium in mare Adriaticũ influens: quem ex clade Cannensi Romanorum sanguine aliquandiu rubuisse, tradit Liuius in tertio bello Punico.

Auga, gæ, uel Auge, es, uel Augea, æ, Ἄυγη, ἡ Ἄυγεια, mater fuit Telephi, quam Euripides dicit ab Aleo patre (quũ ab Hercule corrupta deprehenderetur) in urna quadã cum Telepho filio impositam, & in mari demersam esse: sed Palladis prouidentia urnã ad Cayci ostia trãsmissam euasisse: & Augen à Teuthrante exceptam, eidem nupsisse: illumq; Telephum pro filio educasse, & regni successorẽ instituisse. Verba sunt Strabonis li. 13. Aliter Diodorus lib. 5. Auge, inquit, mater Telephi fuit ex Hercule, quæ à patre deprehensa grauida esse, nauclero cuidam tradita est submergenda. Sed antequam ad mare peruenirent, urgente tempore partus, Telephum peperit, quem inter uirgulta abdidit: qui postea uentus à pastoribus, Corritho regi datus est, & Telephi nomine appellatus, quòd à pastoribus inuentus esset pendens ab uberibus ceruæ. Auge uerò à mercatoribus, qui illam à nauclero dono acceperant, in Cariam ad Theutrantem regem delata est, ubi postea à Telepho filio fuit agnita.

Augasii, Ἀυγάσιοι, populi sunt inter Massagetas, apud Stephanum.

Augeas, Ἀυγίας Suidę, Atheniẽsis Comicus fuit, ut est author Athenæus. * Fuit & Augeas Eleorum rex, quem Hercules sustulit. Vide infrà Augias.

Augia, siue Augea, pen. pro. Ἀυγεῖα Stephano, nomen est duarum urbium, quarum altera in Locride est, cuius in Catalogo nauium meminit Homerus, altera in Laconia.

Augias, siue Augeas, penult. prod. Ἀυγείας, nomen regis Eleorum ab Hercule interfecti. Huic bubile erat capiens trecenta boum milia, nunquam repurgatum ante Herculis aduentum: unde etiam inter Herculis labores enumeratur huius stabuli repurgatio. Vide Erasmum in prouerbio, Augiæ stabulum.

Augila, Ἄυγιλα τὰ, urbs Libyæ, Steph.

Augusta Cæsaria, Ἀυγούστα, urbs supra Iberum sita. Distat à Numantia ad octoginta stadia.

Augusta Cæsaria, urbs est Hispaniæ citerioris.

Augusta Emerita, ciuitas Lusitanię, quæ à militibus emeritis cõditoribus, & Augusto nomen sortita est. Nam ut Diomedes refert, quo tẽpore Cæsar Augustus Cantabris & Asturibus deuictis in Italiam rediret, reliquit milites qui supra ætatem forent, atque concessit ipsis ut in Lusitania Augustam Emeritam conderent.

Augusta Vindelicorum, Germaniæ urbs est celeberrima, ad Lycum amnem sita, quam Germani sua lingua Augspurg uocant.

Augusta Treuirorum, est metropolis Treuirorum ad Mosellam flumen sita. Vulgò Triere à Germanis dicitur, à Gallis Treues.

Augustæ, Ἄυγουσται, urbs in Cilicia, & in Italia. Steph.

Augustodonum, Heduorũ metropolis, quam Galli sua lingua Austun uocant.

Augustoritum, Ἀυγουστόριτον Ptolemæo, urbs est Pictonum, quam Gallicè Poictiers uocamus.

Augustæ, coniuges dicebantur imperatorum: Diuæ autem post mortẽ tantum. Augustarũ nomina hæc sunt, Liuia Augusti, Agrippina Agrippæ filia, uxor Germanici, Lepida Galbæ, Pomponia Sabina Othonis, Petronia Vitellij, & reliquæ quas enumerat Volaterranus lib. 14.

Auia, uel potius Liuia, urbs Hispaniæ.

Aulæ, Ἀυλαί, nauale Cilicũ inter Tarsum & Anchialem. Steph.

Aulerci, apud Cæsarẽ, Galliæ Celticæ populi sunt, ad Oceanum siti, inter ciuitates Armoricas. Orontius credit eosdem esse, quos hodie uocamus Rhotomagenses.

Aulis, lidis, Ἀυλίς, regiuncula est saxosa Bœotiæ, regionis Chalcidis oppidi Eubœæ, unà cum oppido eiusdẽ nominis, quod portũ habet exiguum, quinquaginta nó amplius nauiũ capacem. Huc Græcorum classem cõuenisse ferunt, Troianis bella illaturã: ibidemq; matris tempestate retentũ Agamemnonem filiam suam Iphigeniam Dianę sacrificasse. Straboni tamen libro nono placet, non in hunc portũ tam angustum Græcorum classem coactã fuisse, sed in alterum maiorem & profundiorem, qui Tanagræorum uico proximior est. Meminit etiam Vergilius libro quarto, inquiens.

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem, Aulide

Aulide iuraui, &c. Lucanus genitiuũ nominatiuo ſimilẽ fa cit, dicens: Euripuſque trahit curſum mutantibus undis Chalcidicas puppes ad iniquã claſsibus Aulim. Cuius meminit etiam Homerus lib. Iliad. 2.

Aulogrene, nes, pen. prod. regiuncula minoris Aſiæ, in conuentu Apameno, per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Ibi platanus oſtenditur, ex qua pependit Marſya uictus ab Apolline. Plin. lib. 16. cap. 14. & lib. 16. cap. 29.

Aulon, ἀυλὼν, mons Calabriæ contra Tarentinam regionem, ferax boni uini. Martialis lib. 13. Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon. In eo eſt oppidum eiuſdem nominis. * Eſt & nomen duarum urbium, quarum una eſt Corinthiorum co lonia in Macedonia, alia in Cilicia.

Aulon apud Stephanum, ἀυλὼν, urbs eſt Laconica, una ex centum: & alia Arcadiæ, & alia ciuitas uel locus Cretę, item Arabiæ locus, & alia à Crotoniatis condita. Caulonia etiam dicta. Hæc nimirum eſt quam in monte Calabriæ eſſe diximus. Vide infrà Caulum & Caulon.

Auo Pomponio, Auus Ptolemæo, fluuius eſt Hiſpaniæ citerioris, qui Celerinorum populorum ſupra Bracaras & Cronios agrum alluit. uide Melam lib. 3. & Ptolemæũ lib. 2. ca. 6.

Auras, ἄυρας, fluuius ab Hæmo in Iſtrum defluens. Herodotus libro 4.

Aurelia, ἀυρηλία, nomen matris Cæſaris Dictatoris: ut eſt uide re apud Suetonium in Cæſare. * Aurelia familia Romæ in primis celebris fuit, à Sabinis (ut Feſto credimus) oriunda, cui locus publicè deſignatus erat, in quo Soli ſacra faceret. * Ex hac Aurelij plerique illuſtres Romani originem traxerunt, primùm Auſelij dicti, ſicuti Papyſij, qui poſtea Papyrij.

Aurigda Ptolemæo, urbs Cyrenes.

Aurora, filia fuit Titani & Terræ, quam ſi mulierem uolumus arbitrari, eò quòd eam Tithoni frarris Laomedõtis dicat Ouidius fuiſſe coniugem, poſſumus eam exiſtimare aliquã ingentis potentiæ & admirandi decoris fuiſſe fœminã: ſed ueriſimile eſt de ea intellexiſſe poetas, quam omnes dicunt Auroram: cum ſcilicet matutinum ſplendorem, quam cerni mus ante Solem eleuatum cœlum albeſcere, quam ideò Titani dicunt filiam, non quia ex Titano natum credat, ſed ex Sole, quem ſæpiſsimè ex nomine aui Titanum uocãt. Nam ex ſole procedit illa claritas cœli, quam auroram dicimus. Terræ autem ideò dicitur filia, quia uidetur intuentibus è terra prodire. Ex Bocatio.

Aurora, Titanis & Terræ filia, Luciferi & uentorum mater dicitur, eo quòd cum ea oriãtur. Hæc Tithonum Laomedontis fratrẽ rapiens, cum eo concubuit, ex quo Memnona ſuſcepit. Titanum autem ita amauit, ut ſenem iam factum, herbarum uirtute & ope medica iuuentuti reſtituerit. Dicitur & Cephalum aliquãdo amore eius capta rapuiſſe. unde Sappho apud Naſonem:

Hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam:
Et faceres, ſed te prima rapina tenet.

Aurunga, Latij ciuitas fuit, ab Auſone Vlyſsis & Calypſus filio condita: à qua Aurunci dicti ſuerunt uetuſtiſsimi Latij populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Auſa, ciuitas eſt Hiſpaniæ, Ptolemæo.

Auſci, populi ſunt Aquitaniæ in Gallia. Plin. lib. 4. cap. 19.

Auſer, uel Auſeris, fluuius eſt Hetruriæ, non procul à Luca. Strabo lib. 5. Aeſarem uocat.

Auſigda, gen. neu. ἀυσίγδα, urbs Libyæ (Hecatæus inſulam eſſe ſcribit) Stephano.

Auſitis, idis, ἀυσῖτις regio, quæ Hebraicè dicitur Hus, in qua natus eſt Iob.

Auſonia, ἀυσονία, olim pars Italiæ dicebatur, in qua ſunt Beneuentum & Cales: ita dicta, teſte Feſto, ab Auſone quodam Vlyſsis & Calypſus filio, qui & Auruncam traditur condidiſſe. Huius regionis incolæ propriè Auſones, ἄυσονες, dicti ſunt, & Auſonij: quanquam id nomen poſtea toti Italiæ fuerit communicatum.

Auſonius, ἀυσόνιος, ſophiſta ſcripſit epiſtolas & alia quædam ad Nonnum, ut ait Suidas. * Fuit & Auſonius poeta Gallus, patria Burdegalenſis, cuius extant epigrammata & opuſcula quædam.

Auſonium mare, ἀυσόνιος πόντος ἢ ἀυσόνιον πέλαγος, Ionij maris pars eſt, quæ ab Orientali Siciliæ parte uſque ad Salentinos extenditur, in tres diuiſa ſinus, ut ex Polybij ſententia tradit Plin. lib. 3. cap. 5. & 10. Strabo lib. 5. alio nomine Siculum mare uocari teſtatur. Auſonium autem dictum putatur ab Auſonibus populis, qui eo in tractu primùm habitarunt, authore Plinio lib. 3. cap. 10. quod tamen loco iam citato negat Strabo. Feſtus ab Auſone quodam Vlyſsis & Calypſus filio mari huic nomen factum exiſtimat.

Auſtrania, inſula eſt in Oceano Septentrionali, aliàs Gleſſaria dicta: Plin. lib. 4. cap. 13.

Auſtria, regio eſt Germaniæ ad Danubium, olim Pannonia ſuperior dicta, metropolim habens Viennam, frequentibus Turcarum oppugnationibus nobilitatam.

Auſugani, populi ſunt inter Feltriam & Tridentum ab Auſugo oppido dicti, nunc uallis Sugana uulgò appellari ſolet, ubi lanæ copia ſit.

Autander, ἄυταν δρος, filiam habuit Tagiram. Stephanus in Thauchira.

Autariatæ, ἀυταριάται, Steph. populi in Illyrico bellicoſiſsimi, qui quum Triballos & Ardiæos uicinos ſuos debellaſſent, poſtea à Scordiſcis attriti, & tandem à Romanis penitus deleti ſunt. author Strabo lib. 7.

Authe, Alcyonei gigantis filia fuiſſe perhibetur, quę ob dolorem paternæ necis cum reliquis ſororibus ſe in mare præcipitauit. Sex autem Alcyonei filiæ fuiſſe creduntur: Phoſonia, Authe, Aſterie, Alcippe, Methone, & Drimo, quæ ob deſiderium patris ab Hercule occiſi, quum in mare ſe deijcere uellẽt, in Alcyones aues ſunt mutatæ. Apud Suidã tamen, unde hæc uidẽtur eſſe deſcripta, ἄνθη legitur, nõ ἄυθη.

Autini, ἀυτῖνοι, Hiberniæ populi ſunt Ptolemæo.

Autocanes, mons ponitur ab Homero in Hymnis.

Autolia, (quod hic corruptè legebatur pro matre Vlyſsis.) Vide Anticlea.

Autolycus, ἀυτόλυκος, fur maximus perhibetur, auus paternus Sinonis, & maternus auus Vlyſsis. Mart. lib. 8. Nõ fuit Autolyci tam picata manus. * Alter fuit Parnaſsi incola, de quo Strabo lib. 9. ſcribit, ꝙ furto uicinorum bona ſurripuerit.

Aulius, fuit conditor Sinopis, & comes Iaſonis apud Strabonem: tertius athleta nobilis pancratiaſtes, cuius ſtatuam in foro fuiſſe author eſt Pauſanias. Meminit & Plin. huius artificis, lib. 34. cap. 8.

Autololes, pen. cor. ἀυτόλολες, populi ſunt Africę ad Atlantem montem. Vide Plin. lib. 5. cap. 1 & 2. & Silium lib. 3. Necnon Autololes leuibus gens ignea plantis, Cui ſonipes curſu, cui ceſſerit incitus amnis: Tanta fuga eſt.

Automalax Ptolemæo, Automala Straboni, caſtellum eſt in intimo Cyrenaici ſinus receſſu ſitũ. Sunt qui hodie Eſtam uocari credant. Item præſidium Ptolemæo urbs Cyrenes, quæ alio nomine Pentapolis dicitur, à quinq; eius præclaris ciuitatib. Berenice, Arſinoe, Ptolemaide, Apollonia, Cyrene. Αυτώμαλα, uel ἀυτωμάλακα, Stephano urbs Libyæ.

Automedon, pe. cor. nomen aurigæ Achillis & Pyrrhi armiger. Vergil. 2. Aeneid. & equorum agitator Achillis Armiger Automedon.

Autonoe, noes, ἀυτονόη, Cadmi Thebarum conditoris, & Hermiones filia fuit, & Actæonis ex Ariſtæo mater, qui & ipſe à nomine matris, Autonoeis uocatur ab Ouid. lib. 3. Metam.

Autricum, ἄυτρικον, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Galliarum urbs eſſe creditur, quæ uernacula lingua Chartres appellatur, à Cæſare Carnutum.

Auus, ἄυος, fluuius Theſprotiæ, ad quem Parauei populi habitant, Steph.

Auximum, pen. prod. ἄυξιμον, Piceni urbs: à qua Auximates populi dicti ſunt, quorum meminit Plin. lib. 3. Vulgò Oſinũ dicitur, quæ belli ciuilis tẽpore in poteſtatẽ Cæſaris uenit.

Axantos, inſula eſt in Oceano Septentrionali poſt Hyberniam. Plin. lib. 4. cap. 16.

Axenum mare, ἄξινος πόντος, olim dicebatur quod hodie Ponticum, & Euxinum dicitur: ſic à truci accolarum barbarie appellatum: ἄξινος enim inhoſpitalis eſt. Nam ut Strabo lib. 7. tradit. ſolebant Scythæ, maris huius accolæ, hoſpites immolare, eorumq; carnibus ueſci, caluisq; uti loco poculorum. Ouid. de Ponto: Frigida me cohibent Euxini littora Ponti, Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Axia, ἀξία, urbs Locrorum Ozolorum, ab Azia filia Clymeni. Eſt & alia Italiæ. Steph.

Axiacæ, ἀξιάκαι, populi ſunt Sarmatiæ Europææ, inter Tyran & Boryſthenem amnes, Peucinis & Carpianis proximi. Ita

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicti ab Axiace fluuio, ex Peucinis iugis nascente, qui Carpatho monti adhærent. Hos autem populos iustissimos fuisse tradit Pomponius lib.2. ut qui furti omnis ignari, nec sua custodirent, nec aliena cõtingerent. Meminit horũ & Plin. lib.4.cap.12. & Ptolemæus lib.3.cap.5.

Axiaces, ἀξιάκης, fluuius est Sarmatiæ Europææ, in Peucinis iugis nascens, qui Carpatho monti cohæret: à quo uicini populi Axiacæ nominari sunt, ut docent Mela lib.2. Ptolemæus lib.3.cap.5. & Plin.lib.4.cap.12.

Axies, mulieres dicebantur, siue dij unà agentes. Festus.

Axiochus, ἀξίοχος, nomen Philosophi, cui Plato librũ de morte scripsit, & dicauit.

Axion, ἄξιων, frater fuit Alphesibœæ, quæ Alcmæoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interfectus esse creditur: uel, ut sentire uidetur Ouidius, à filijs Callirhoes.

Axius, ἄξιος, fluuius Macedoniæ, in sinum Thermaicũ influẽs, de quo Plin.lib.4.ca.10. Europus, inquit, ad Axiũ fluuiũ. & paulo pòst: Mox in ora Ichnę fluuius Axius. * Est item alius huius nominis fluuius Paphlagonũ per Mygdoniam fluens.

Axon, ἄξων, Ionum fluuius in minore Asia. Plinius libro 5. capite 27.

Axona, æ, pen.cor. ἄξονα, fluuius est in extremis finibus Rhemorum. Ausonius in Mosella: Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps.

Axos, urbs Cherronesi Thraciæ. Axos etiam Græci crepidines uocant.

Axumites, ἀξουμίτης, metropolis Aethiopum. Steph.

Axylus, ἄξυλος, Phrygis cuiusdam nomen est, singulari beneuolentia, & humanitate erga hospites, quem Diomedes apud Troiam interemit: ut tradit Homerus Iliad.6.

Aza, æ, ἄζα, oppidum est Armeniæ minoris, cuius meminit Plin. lib.4.cap.9.

Azar, anis, ἄζαν, mons est Arcadiæ, Cybelę deorum matri sacer, à quo nonnulli uicinam regionem Azaniam uocatam uolunt, quam tamen Stephanus ab Arcadica quadã muliere nominatam mauult, cui Azano nomen erat. Statius: Venit & Idæis ululatibus æmulus Azan.

Azania, æ, ἀζανία Stephano, regio est Arcadiæ, ita dicta, à monte editissimo, cui Azan nomẽ est: siue (ut Stephano placet) ab Arcadica quadã muliere, quæ Azono dicebatur, ut dictũ est. Huius regionis incolæ Azanes dicti sunt, ἀζανῆς. Arcades enim, eodem Stephano teste, olim in tres præcipuos diuisi erant populos, Parrhasios, Azanes, & hisce recentiores Trapezuntios. In hac regione fons fuit, cuius aquã gustantibus tantũ deinceps aquarũ oboriebatur fastidiũ, ut ne odorem quidẽ earum ferre possent. Non me latet, plerosque in ea fuisse sententia, Azanij fontis aquas, uini, non aquæ fastidiũ generare: quorum iudicio quò minus subscriberem, fecit Eudoxi ipsius authoritas, cuius urba ex sexto de terræ circuitu libro refert Stephanus hunc in modũ, ἔστι πρόνυ τῆς ἀζανίας, ἧ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος, ἅπασι μηδὲ τὴν ὁσμὴν τοῦ ὕδατος ἀνίχεσθαι. Huic fonti cõtrariam uim obtinet, qui in agro Clitorio est, cuius aquas qui gustauerit, abstemius redditur, ut tradit Plin.lib.31.cap.2. & Ouid.5.Metamorph.

Azani, norum, ἀζανοί, Stephano, oppidum est in ea parte Phrygiæ, quæ Epitectica cognominatur, de quo Strabo lib.12.

Azenia, pars trib. Hippotheontidis in Attica, Steph.

Azilis, Aziris, Azirus, locus uel urbs uel fluuius Libyæ, Step.

Aziris, ἄζιρις Ptolemæo, ciuitas est Armeniæ minoris.

Azon, uide Aza.

Azorus, urbs Pelagoniæ Tripolitidis, Steph.

Azotus, ἄζωτος, pen.prod. urbs Syriæ, inter Ascalonẽ & Ioppen, quam, ut ait Stephanus, condidit quidam è mari rubro profugus, ex nomine uxoris suæ Azæ. Hæc est una è quinq; Philistinorum urbibus, quondam clarissima. * Est & Azotus, urbs Achaiæ, cuius meminit idem Steph.

Azotius, a, um, adiect. ἀζώτιος. ut, Viri Azotij, ἀζώτιοι, qui Azotum habitant.

BAal, βάαλ, Suidæ, ait Augustinus, est nomen apud Tyrios, quod datur Ioui. Nam Baal Punici uidentur dicere dominum, unde Baalsamen, quasi dominum cœli dicunt: Samen quippe apud eos cœlum appellatur. uide Bahal.

Babactes, βαβάκτης, unum ex nominibus Bacchi, ἀπὸ τοῦ βαβάζειν, quod est uociferari. Bacchę enim in Liberi patris Orgijs inconditos quosdam ululatus edebant.

Baba Plinio, βάβαι Stephano, Africæ oppidum est, ad Atlantem montem. Huc ab Augusto colonia translata est, & a nomine auunculi Iulia campestris appellata. Plin.libr.5. cap.1.

Babrantium, βαβράντιον, locus circa Chium, Steph. uidetur autem etiam Babras dici apud eundem. Babras, enim, inquit, oppidum est Aeolidis prope Chium, à quo gentile Babrantius.

Babylon, βαβυλὼν, pen.cor. urbs nobilissima, ad Euphratẽ fluuium sita, olim Chaldææ totius caput, à qua magna Mesopotamia, Assyriæq; pars Babylonia appellata est: ut scribit Ii. lib.6.cap.26. Hanc Strabo lib.16. à Semiramide cõditam tradidit. Hebræorum uerò literæ originem eius ad Nembroth gigantẽ referunt: & à linguarũ confusione ita nominatã uolunt. Hæc postea à Nino uel Semiramide instaurata, mœnibus ac hortis pensilibus, tẽploq; ac area maximè fuit admirabilis: cãpi planitie undiq; cõspicua, natura loci lætissima, castrorũ facie mœnibus paribus per quadrũ dispositis. Murorũ eius uix credibilis relatu firmitas, & magnitudo: utpote qui in latitudinẽ cubitos 50. habuerint, in altitudinẽ ducentos. Ambitus eius quadringentorũ octoginta stadiorũ fuisse traditur: Euphrate fluuio mediã eam interfluente. Murus coctili latere atq; interfuso bitumine cõpactus. Quem tam latũ fuisse quidam scribũt, ut quadrigæ sibi inuicẽ occurrentes, facilè pertransire possent. Vnde & inter septẽ spectacula orbis numeratur. Fossa extrinsecus latè patens, huic amnis circunfluit. A frõte murorum centum portæ æreæ. Hæc urbs quum aliquando defeciſſet, & Semiramis circa cultum corporis occupata esset, soluta adhuc altera crinũ parte, ad eam recuperandam cucurrit: nec prius decorẽ capillorum redegit in ordinem, quàm urbem in suam potestatem restitutam uidit. * Est & Babylon Aegypti castellũ, ut ait Strabo lib.17. natura munitum, à Babylonijs quibusdam cõditum, qui relicta patria, sedem ibi, permittente rege, sibi delegerãt. Hic postea collocata fuit una ex tribus legionib. quæ Aegypto præsidij gratia impositæ erant. A Ptolemæo Babulis βαβουλὶς appellatur. Non procul distat à Delta Nili insula, eam partem spectans, in qua sita est Memphis, amplissima Aegypti urbs, quæ hodie Cayrum appellatur.

Babylonia, βαβυλωνία, regio est maioris Asię, à Septentrione Mesopotamiæ partem spectãs, ab Ortu Susianam, à meridie finus Persici partem, & ab occasu Arabiam desertam: ita dicta à Babylone urbe splendidissima, quæ olim Assyriorũ regia fuit, & Chaldææ totius caput.

Babylonicus, a, um, βαβυλωνικὸς, possessiuũ à Babylone formatum: unde Babylonicæ uestes, & Babylonica stragula dicta sunt, quę diuersos colores habebant intextos: quod genus Babylone maximè celebratũ fuit, teste Pli.lib.8.ca.48. * Eadem & Babylonica substantiuè dicuntur. Plinius iam loco citato, Merellus Scipio Babylonica triclinaria sestertium octingentis milibus uenisse, in criminib. Capitonis posuit.

Babylonius, βαβυλώνιος, gẽtile nomen, à Babylone formatum. Cicer.2.de Diuin. Nam quod aiunt, quadringenta septuaginta millia annorũ in periclitandis experiundisq; pueris, quicunq; essent nati, Babylonios posuisse, fallunt. Babylonius, adiectiuum. Lucan.lib.6. Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Babyrsa, castellum munitissimum Atropatiæ regionis Mediæ prope Artaxata urbem. Strabo lib.11.

Bacales, (quod huc ex Herodoto corruptè translatum erat) Vide Cabales.

Babytace, βαβυτάκη, urbs Persica, Steph.

Baccæum, βακκαῖον, Hispaniæ gens, Steph.

Baccha, uilla quædam circa Mæotidem.

Bacchemon, teste Lactantio, Persei fuit filius & Andromedæ: & ut idem dicit, apud quosdam populos Oriẽtales imperauit (ex Boccatio.) qui postea ab Achæmenide Bacche monti filio Achæmenides appellari sunt: hi Apollinis ritus se inuenisse asserunt.

Bacchides, βακχίδης, penultima correpta, nomen proprium uiri, quod apud nos luctus fortis, uel uetustas in nomine dicitur, potest. Calepinus.

Bacchides, ducis proprium qui Sinopen urbem Lucullo prodidit. author Strabo lib.12.

Bacchilio, fluuius qui de Vicentinis montibus defluit.

Bacchus, fuit Iouis filius, ex Semele & Cadmi filia, ut poetæ omnes

omnes teſtantur. de quo Ouidius lib.3. Metam. copioſe ſcribit. Vide infrà in dictione Dionyſius. Iupiter cum Semelem Cadmi filiam amaret, cum ea concubuit. unde cũ facta eſſet prægnans, Iuno pellicem ulciſci ſtatuit. ſumpta itaque forma Beroës Epidauriæ nutricis Semeles, anili greſſu ad eam adiens, perquiſiuit num à Ioue diligeretur: cui reſpondit, arbitrari ſe diligi. Tum Iuno, non pores mi filia, niſi uno modo cognoſcere, ſcilicet interpoſito Stygio iuramento, promittat eo pacto tecum cõiungi, quo Iunoni iungitur: Semele ergo experientiæ auida, per blanditias munus ab eo perijt, nullo addito nomine. Eligere eam quicquid uelit, Iupiter iubet, iuratq; per Stygiam paludem daturũ quicquid poposcerit: petit illa ut talẽ ſe exhibeat, qualis ſolet cũ Iunone cõcumbere. Ingemuit Iupiter, & ut iuramẽto ſatisfaceret, accepto fulmine infausto munere illuſam à Iunone, amantem interimit. at q; infantẽ materno utero exectum ſuo femori impoſuit: & ubi acceſſit idoneũ partui tẽpus, more grauidæ mulieris enixus eſt, unde Bimater, & bis genitus dicitur. Hunc primũ matertera eius Ino clàm nutriuit, poſtmodum nymphis tradidit, quæ etiã ei alimenta dederunt: habuit itẽ Silenũ alumnũ, qui à ruſticis captus, à Mida Bacho eſt reſtitutus. Currũ ei attribuũt, quem tigres & lynces ducũt. ſequiturq; Bacchantiũ turba. Deus uini ab Ethnicis eſt habitus, quòd primus uini uſum inueniſſet: unde ſæpiſsimè pro ipſo uino ponitur. Sacer eſt & ei caper & aſinus, eo quòd ferulæ huic ſunt grauiſsimæ cæteris iumentis nõ itẽ: ille aũt quòd uites roſiſſet, totam Indiã bello deuicit, & inde cum uictoria redeuntem Tamariæ populi Hyrcanis proximi hoſpitio ſuſceperunt, eiq; ſacra inſtituerunt, actis circum torcularia choreis, quàm diu ſpumarent muſta. ἀπὸ τῆ βάζειν, id eſt, à clamando, ſolebãt enim Bacchantes clamare. Multa habet nomina, quorum multa Ouidius recenſet, de quib. ſuo loco. Ab eo ſit adiectiuum, Bacchæus, a, um, apud Statium lib.3. Syl. * Eſt & martyris nomẽ, qui unà cum Sergio ſub Diocletiano, ad Euphratem paſſus eſt. uterque ordinem in exercitu Cæſaris ducebat. Author Volaterranus. Reliqua de Baccho unà cum ſuis denominatiuis, uide in Appellatiuis.

Bacchiadæ, Βακχιάδαι, dicti fuerunt qui è Corintho exules in Siciliam denenerunt, & urbẽ inter Pachynum & Pelorũ ædificantes Siculi facti ſunt. Hi à Bacchia Dionyſii filia originem duxerunt. Strabo lib.8. de Corintho loquẽs, Bacchiadæ, inquit, annis ferme c c. urbem dominatione tenuerãt, & tyranni locupletiſsimi, & numero plurimi, & genere clari euadẽtes, emporiũ ipſum adẽpto metu fructuoſum poſſidere, &c. Ouid. 3. Metam. Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho, Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

Bactes, Βάκτης, Bacchi nomẽ, quẽadmodũ & Babactes, ἀπὸ τοῦ βάζω, id eſt clamo, uociferor. Solent enim Baccho, hoc eſt uino madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodã & incondito clamore replere.

Bactra, rum, Βάκτρα, Scythiæ prouincia, ultra Aſſyriam, à flumine Bactro cognominata. Verg. lib.2. Geor. neq; Bactra, neque Indi Laudibus Italiæ certẽt. Eius prouinciæ populi Bactri, Bactrij, & Bactriani, Βάκτροι, καὶ Βακτριανοί uocati ſunt, quorum rex fuit Zoroaſtres, Magicæ artis inuentor. Bactriacũ regnũ olim mille urbibus fuiſſe inclytum ferũt. * Bactra item ſiue Bactrũ (ut apud Plin. legitur li.6.ca.16.) oppidum eſt eiuſdẽ regionis, Bactrianorũ regum regia, & totius regni caput, ita dictũ à Bactro fluuio, quum antea Ariaſpe appellaretur. De Bactrianorũ moribus memoriæ proditũ eſt ab Oneſicrito, canes apud illos ali, quos Sepulchrales uocant, quibus parentes morbo, ętate ue confectos obijciunt dilacerandos. Mulieres autẽ earũ ſplẽdido cultu & unguẽtis uti, à ſeruis & ancillis multo magis quàm uiros coli, nec niſi equo inſidentes, magnoq; & auri & gemmarum apparatu excultas in publicum prodire, matrimonij autem caſtitatem non ſeruare: ſed tam ſeruis, quàm aduenis promiſcuè ſeſa cõmiſcere: nec à uiris eo nomine accuſari, quibus ipſe dominari uidentur.

Bactros, fluuius eſt in finibus Scythiæ Aſiaticæ, à quo Bactra regio, & Bactrum urbs nomen ſumpſit. Lucan. lib.3.

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Includit gelido, &c.

Bacuri, uel Bacyriani, Βάκυροι, καὶ Βακυριανοί, gens Parthis & Medis uicina. Steph.

Baguntius, Pannoniæ fluuius eſt, in Sauum influẽs. Author Plin. lib.3. cap.25.

Badas, Syriæ fluuius eſt, Memnonis ſepulchro nobilitatus. Strabo lib.15.

Badacum, ci, Βάδακον, ciuitas eſt Norici, apud Ptolemæum lib. 2. cap.14. quam nonnulli putant eandem eſſe cum ea, quam hodie à Saltza uicino fluuio Saltzburgum uocant.

Badeos, Βάδεως, urbs fœlicis Arabiæ, iuxta rubrum mare, Stephano.

Badiza, Βάδιζα, urbs Britanniæ, Steph.

Bæa, (βαία) mons Cephaleniæ, à Bæo Vlyſsis gubernatore, Stephano.

Bæaca, Βαιάκη ciuitas Chaoniæ, Steph.

Bæbæ, Βαίβαι, oppidum Cariæ, Steph.

Bæcyla, Βαίκυλα, urbs Iberiæ, iuxta Herculis columnas. Steph.

Bænacus, uide Benacus.

Bænna, uide Benna.

Bæſi, Βαῖσοι, uide Scythopolis.

Bætharrhus, Βαιθαρρῆς, magnus uicus in Paleſtina, Steph.

Bætharra, Βαίθαρρα, urbs Celtica. Stephanus.

Bæſampſa, Βαῖσαμψα, ciuitas in Arabico ſinu circa rubrum mare, quæ domus eſt Solis. Steph.

Bætis, Βαῖτις, apud Strabonem lib.3 fluuius eſt Luſitaniæ, omnium eius regionis fluuiorum longè maximus, cuius fons eſt apud Cantabros. alio nomine uocatur Minius.

Bætiræ, Βαιτῖραι, urbs Galliæ Narbonẽſis. Ptolem. li.2. cap.10.

Bætica, Βαιτική, Hiſpaniæ regio Auſtralis, à Luſitania Ana fluuio diſcreta: ita dicta à Bæti amne, qui eam mediã perfluit. De hac Plin. li.3. cap.1. & 2. Hodie bona huius regionis pars Granata dicitur, à grani tinctorij copia, quod Græco nomine Coccam appellamus.

Bætis, is, Βαῖτις, fluuius eſt ulterioris Hiſpaniæ, qui ex Tarraconenſis agri finibus labens, Auſtralemq; Hiſpaniæ regionem, quæ ab eo Bætica appellatur, mediam percurrens, tandem non procul à Gadibus in Oceanũ Occidẽtalem illabitur. Huius fluuij aquis lanas optimè tingi, author eſt Martialis, quum ait, Bætis oliuifera crinẽ redimite corona, Aurea qui nitidis uellera tingis aquis.

Bæticola, læ, pen. cor. accola Bætis fluuij. Silius. lib.1. & uulgus Iberum, Bæticolasq; uiros ſpacijs agitabar iniquis.

Bæticus, ca, cũ, adiect. Βαιτικός, ut, Bæticus color, obſcurus, qui & pullus dicitur, & Hiſpanus, & Natiuus. Nam in Bætica Hiſpaniæ regione uellera natura pulla ſunt, ex quibus tenuiores ſibi ueſtes conficiunt, quæ fideliſsimæ coloré ſuũ ſeruant, neque facilè maculis inficiuntur.

Bæticatus, a, um, aliud adiect. pullatus. Martialis lib.1. Et Bæticatus, atq; leucophæatus.

Bætium, Βαίτιον, urbs Cappadociæ, Steph.

Bætulon, Βαιτύλων, Hiſpaniæ fluuius eſt in Tarraconẽſi tractu, circa montem Iouis, non procul à Barcinone in mare influens. Hiſpani hodie ſua lingua Beſonẽ uocant. Meminit huius fluuij Pomponius Mela lib.2. * Eſt item Bætulon oppidi nomen in eodem tractu: quod recenſetur à Plin. lib.3. cap.3. & Ptolemæo lib.2. cap.6.

Bæus, gubernator Vlyſsis. Vide Bæa.

Bagoas, Βαγώας, teſte Curtio, Eunuchus fuit, Alexãdro magno turpiter adamatus. Hũc Orſines ſatrapes inter Perſas nobiliſsimus, quũ regis amicos omnes muneribus affeciſſet, ſolũ præterijt: admonitusq; à quodam, eum regi eſſe chariſsimum, reſpondit ſe amicos regis, non ſcorta colere.

Bagadonia, pars Macedoniæ maximè auſtralis, Steph.

Baganum, authore Ptolemæo Neruiorum ciuitas, alio nomine Tornacum.

Bagadra, uide Bragada.

Bahal, Βααλ, numero ſingulari, inquit Hieronymus, Tyriotũ Deus habebatur. Bahalim pluraliter, deos ſiue idola ſignificat, & eſt maſculini generis. Vbicunq; enim in fine Hebraici ſermonis In ſyllabã legimus in numero plurali eſt, generis maſculini. Vbi aũt Oth, numero plurali generis fœminini.

Baiæ, arum, Βαῖαι, ciuitas Cãpaniæ, ſecus Cãpanum mare ſita, ſitus amœnitate, & aquarum ſalubritate celeberrima: ita dicta à Baio Vlyſsis ſocio illic ſepulto. In huius agro aquæ calidæ ſunt, & ad uoluptatẽ, & ad uarios morbos commodæ. Silius, docet ille tepentes. Vnde ferant nomẽ Baiæ, comitemq; dediſſe Dulychiæ puppis ſtagno ſua nomina mõſtrat. Horatius lib.1. Epiſt. Nullus in orbe ſinus Baijs præ lucet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

amœnis. Hinc fit Baianus, a, um: ut sinus Baianus, qui hinc Miseno monte, illinc Puteolis clauditur. Baiana littora, & Oræ Baianę, apud Statium.

Bairon, historicus scripsit Breuiarium rerum ab Alexandro gestarum. author Suidas.

Bala, βάλα, ciuitas Galilææ. Stephanus.

Baius, Seruio, βαῖος, uel Baias Straboni, βάϊας, unus ex socijs Vlyssis fuit, à cuius nomine Baiæ appellatæ creduntur. Vide Baiæ.

Balanea Plinio, βαλάνιαι Stephano, oppidũ in confinio Syriæ & Phœnices, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Balani Sardiani, βαλάνοι σαρδιανοί, à Græcis olim appellabantur, quas nos Castaneas dicimus. Primùm enim Sardibus creduntur prouenisse, ut tradit Plin. lib. 15. cap. 23.

Balanus, nomen est urbis in Epiro.

Balbina, uirgo Romana & martyr Quirini liberata à strumæ uitio per Alexandrum pontificem, sepulta in uia Appia iuxta patrem: qui ambo sub Traiano sunt passi. Author Volaterranus.

Balbura, βάλβυρα τά, urbs Lyciæ, Stephano. Vide Bubo apud eundem.

Balbus Cornelius, uide Cornelius.

Balcea, urbs circa Propontidem, Steph.

Baldraca, puella generis obscuri peregrinęq; cõditionis, quę quãuis multarũ rerum ob paupertatem esset indiga, noluit tamen corporis sui facere copiam Othoni, imperatori, quamuis multa promittenti, ut scribit Volaterranus.

Baleares, βαλιαρίδες, duæ insulę ante Hispaniã, 30000 passuum interuallo à se inuicem distantes, quarum maior, quæ Oriẽrem spectat 10000. passuum longitudinem habet, circuitũ autẽ passuũ 480000 cuius præcipua oppida olim fuerunt Palma & Pollentia. Alterius in 60000. tantùm passuũ longitudo extẽditur: circuitus autẽ in passuum 150000. * Dictæ Baleares, (ut quidam uolunt) à Baleo quodã Herculis comite ibi relicto. Aut certè ἀπὸ τῦ βάλλειν, hoc est à iaculãdo, propterea quòd fundæ iaculatione Baleares peritissimi habiti sunt. Tradit enim Lycophron, & post eum Florus li. 3. cap. 8. eam hisce in insulis obseruatam fuisse consuetudinem, ut esurientibus filijs à matrib. ientaculũ in sublimi trabe proponeretur, quod illi cõtingere nõ poterãt, nisi prius funda deiecissent. à Græcis dicti sunt γυμνησίαι, eo cp nudi aliquandiu uitam egisse dicantur, nec uestibus utentes, nec calceis. In hisce insulis tantus olim cuniculorum prouẽtus fuit, teste Plin. lib. 8. cap. 55. ut in eos præsidium militare ab Augusto petere sint coacti. Hodie ab Hispanis, quorum imperio parent. Maiorica & Minorica appellantur. * Baleares etiam dicuntur incolæ harum insularum. Inde fit possessiuum Balearis, & are. Verg. lib. 1. Georg. Stupea torquentem Balearis uerbera fundæ.

Balearicus, ca, cum: ut Balearica funda. Ouid. 2. Metamorph. Non secus exarsit, quàm quũ Balearica plumbum Funda iacit: uolat illud, & incandescit eundo. Balearica uina. Plin. lib. 14. cap. 7. Balearica uina ex insulis, conferũtur Italiæ primis. Balearicæ cochleæ, quæ herbis non uiuunt, sed uuæ modo inter se cohærent, è terræ cauis non prorepentes: unde & cauaticæ à Balearibus appellantur. Author Plin. lib. 8. capite 39.

Balesium, authore Plinio, Apuliæ oppidum est maritimum, non procul à Brundusio. Plin. lib. 3 cap. 11.

Baliardus, philosophus quidam Gallicus ac Peripateticus, Parisijs prodijt uir doctissimus. ab orthodoxis tamẽ in quibusdam aberrans, à quibus nec per synodum iussu regis Ludouici huius gratia coactam auelli potuit: sed in quodam loco deserto, cum socijs nonnullis omne æuum abstinendo exegit. Volater. lib. 22.

Balias, siue Balius. (nã & in Græcis quibusdã codicibus βαλίας legitur: in alijs βάλιος) unus fuit ex equis Achillis, à Balio colore ita dictus. Cõmemorat autẽ Homerus lib. 16. Iliad. tres Achillis equos, quorũ duos Baliã & Xanthum immortales fingit, ex Zephyro uẽto, & Podarge Harpyia prognatos: tertium autem mortalem, nomine Pedasum.

Balienus, auunculus Catilinæ, Lucretium Afellam, consulatũ contra uoluntatem Syllæ ad perturbandum ciuitatis statũ petentem, occidit iussu Syllæ tũc Dictatoris, accusatus postea, ac damnatus. Pedianus.

Balimenses, populi in Latio, qui aliàs Tribulani dicuntur. Plin. lib. 3. cap. 5.

Ballis, urbs Libyæ iuxta Cyrenem, βάλις, dicta quòd Balus deus in ea coleretur. Steph.

Balla, urbs Macedoniæ, Steph.

Balœum, βάλοιον, urbs Macedoniæ. Stephanus.

Balsa, βάλσα, à Plin. lib. 5. ca item 5. numeratur inter Cyrenaicę regionis oppida. * Est etiam hoc nomine urbs Lusitaniæ, no procul à Sacro promontorio, & Anæ fluuij ostijs, quę uulgò nunc Tauila dici creditur. Commemoratur à Plin. lib. 4. cap. 22. & Ptolemæo lib. 2. cap. 5.

Baltia, insula est in mari Germanico, quæ mari Baltico nomẽ dedit. Meminit huius insulæ Plin. lib. 4. cap. 13.

Bamborum, flumẽ Mauritaniæ crocodilis & hippopotamis refertum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 1.

Bambyce, βαμβύκη, Straboni Mesopotamiæ ciuitas est, siue (ut Plinio placet) Syriæ Cœles, in qua Atergatis dea colebatur. Hæc alio nomine Hierapolis, hoc est sacra ciuitas appellatur, & Edessa. Vide latius in dictione Edessa.

Banasa, apud Plin. lib. 3. cap. 1. Romanorum colonia est in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

Banaurides, βαναυρίδες, insulæ Thusciæ, à Banauro filio Aucis, Stephano.

Banisæ, al. Basanisæ, populi Thraciæ, Steph.

Bantia, βάντια, urbs Italiæ, Stephanus.

Banti, populi Thraciæ, βάντιοι, Steph.

Barace, insula Gedrosiæ. Steph.

Barach, nomen uiri proprium, & apud nos significat *fulmen*.

Barachias, βαραχίας, nomen uiri, & benedictus seu fulgur Domini interpretatur.

Banurri, Getuli sunt, incolæ Tingitanæ prouinciæ, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 2.

Baptæ, βάπται, Athenis erant sacerdotes Cotyttûs, *impudicitiæ deæ*, cui nocturna sacra peragebant, *saltationibus*, & omni uoluptatum generi indulgentes. Dicti autem sunt Baptæ, ἀπὸ τῦ βάπτειν, quòd qui sacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur. Iuuenalis 2. Satyr. Cecropiam solti Baptę lassare Cotytto. In hos Eupolis comœdiam conscripsit, qua ab illorum nomine Baptas appellauit, in qua mollitiem eorum & libidinem depinxit. Quam ob causam ab illis in mare præcipitatus est, & submersus. Vide plura de his apud Suidam, & Politianum Miscellanearum cap. 10.

Baracum, βάρακον, oppidum Africæ in tractu Cyrenaico, cuius meminit Plin. lib. 5. cap item 5.

Baracura, βαράκουρα, emporium Indiæ extra Gangem, autho e Ptolemæo lib. 7. cap. 2. hodie Bangella, ciuitas iocundissima, & regnum latissimum.

Baragasa, Aethiopiæ oppidum, de quo Plin. li. 6. cap. 29. Alii qui unum Aethiopiæ oppidum ultrà ponunt in littore, Baragasa.

Baramalacum, Nabathæorum oppidum non spernendum in ea parte Arabiæ, quæ est contermina Syriæ, ut author est Plin. lib. 6. cap. 28.

Barathrum, βάραθρον, locus Athenis fuit immensæ profunditatis, in imo mollis & cœnosus, in quẽ noxios & damnatos deturbabant. Hinc factũ est, ut loca omnia profunda, unde quis emergere non possit, ab illius similitudine Barathra dicantur: cuiusmodi apud inferos Tartarum fingunt poetæ, qui Bis patet in præceps tantùm, tenditq; sub umbras, Quãtus ad ætherium cœli suspectus Olympum. * Hoc etiam nomine appellantur terrę cauitates, quæ fluuios hauriunt, alijs in locis rursus emersuros. Trãsfertur quoq; ad alia. Martialis Barathrum fœmineum, pro locis muliebribus dixit. Idem stomachi imum hiatum Barathrum appellauit, quum ait: Extremo ructus si uenit à barathro. Horatius de lurcone quodam loquens lib. 1. Epistol. 16. usurpat pro ingluuie & uoragine. Apud Demosthenem ponitur pro pernicie, ut annotauit Harpocration.

Barbalissus, βαρβάλισσος, castellum in oriente muris cinctum. Stephanus.

Barbara, uirgo Nicomediensis Dioscori nobilis uiri filia, à quo in turrim est coniecta, quòd se Christianam profiteretur: ac post omnibus probris nudatam, conuerberatumq; corpus, ab eodem ad præsidem ducta, iugulataq; in eadem urbe sub Maximiano est. Demum Venetijs (quò translata est) condita. Author Volaterranus.

Barbarium, βαρβάριον, apud Strabonem libro tertio, promonto-

montorium est Lusitaniæ, inter Tagi & Chalybis ostia.

Barbaria, pen. cor. Βαρβαρία, Barbarorum regio, & gens fera. Cic. 3. in Catil. Quale bellum nulla unquam Barbaria cum sua gente gessit.

Barbesula, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, in conuentu Gaditano: & fluuius qui urbi nomen fecit. uide Plinium capite 1. libro 3.

Barce, Βάρκη, una est ex quinque Libyæ Cyrenaicæ urbibus, quæ Pentapolim efficiunt: ita primùm dicta à Barce regina: postea Ptolemais appellata: ut testatur Strabo lib. ultimo, Plin. lib. 5 cap. item 5.

Barcæi, Βαρκαῖοι, regionis huius incolæ. Verg. 4. Aen. Hinc desserta siti regio, lateq; furentes Barcæi. * Est itē Barcę pro montorium in occidua Africæ parte, Oceano imminēs: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 1.

Barcenis, sylua est Germaniæ, Sueuos à Cheruscis diuidēs. Volaterranus credit eam esse, quæ hodie Sylua nigra uocatur, non procul ab agro Badensi.

Barcha, cognomen fuit nobilissimę apud Carthaginenses familiæ, ex qua fuerunt Annibal & pater eius Amilcar. * Inde Barchina factio est, quę Barcharum potentię fauebat, & eorum in gerendo bello anthoritatem sequebatur. Frequēs eorum mentio est apud Liuium lib. 2, belli Punic.

Barcino, pen. cor. Βαρκίνων, Ptolemęo, urbs est apud Hispanos totius tractus Tarraconensis celeberrima, quæ uulgò Barcelona dicitur. Ausonius ad Paulinum, Tarraco, & ostrifero superaddita Barcino ponto.

Barderate, urbs est Galliæ Togatæ ad Apenninum. Author Plin. lib. 3. cap. 5.

Bardesanes, Βαρδησάνης, nomen proprium historici Babylonij, qui in duo dogmata Indos gymnosophistas diuidit, quorum alterū appellat Brachmanas, alterū Samaneos: qui tantæ continentiæ sunt, ut uel pomis arborū iuxta Gangē fluuium, uel publico orizæ & farinæ alantur cibo: & quum rex ad eos uenerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrina rerum cœlestium, omnium Chaldęorum excellentissimus fuit. Cuius mentionem facit Eusebius lib. 6. Præparat Euang.

Bardesanes, Mesopotamiæ præsul, Syrorum lingua doctissimus, & uehemens dialecticus, aduersus Martionem patria lingua scripsit: sed & Gręcè ad Antoninū, sub quo fuit, librū de Fato, aliaq; complura, ut ait Eusebius lib. 4.

Bardines, Βαρδῖνης, fluuius iuxta Damascum, Steph.

Baris, idis, Βάρις, lingua Aegyptia, significat cymbam quæ nectat cadauera Aegyptia ad sepulchra. Propertius:

Baridos & contis rostra Liburna sequi.

Alio nomine dicitur Epibatra. Baris etiam dicta est ciuitas Phrygiæ. Ptolemæus ait esse oppidum in Pisidica Paphyliæ præfectura. * Significatq; id nomen apud Græcos habitationū frequētiam, usurpantq; id sacræ interdum literæ pro ædibus eburneis. Nam & poetæ elephantos barros uocant. Præterea quidam Indiæ fluuius Baris dicitur.

Barduli, sunt Cantabrorum in Hispania populi, qui & Turduli & Tapari dicuntur, Plin. lib. 4. cap. 22.

Barea, oppidum est Hispaniæ citerioris, Bæticæ tamē adscriptus, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3.

Barene, Βαρήνη, urbs Mediæ, uicina Ecbatanis, Steph.

Baretium, Βαρήτιον, regio ad mare Adriaticum. Steph.

Bargasa, urbs Cariæ, à Bargaso filio Barges & Herculis, quē Eanus Omphales & Herculis filius persecutus est. Stephanus. uide Cyarda.

Bargeni, populi sunt Africæ ex Troglodytis, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 29. in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici, & Ahetiopici.

Bargus, Thraciæ fluuius est in Hebrum cadens, Plin. li. 4. cap. 11. Flumina in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus.

Barguſij, populi occidentales, iuxta Iberum fluuium. Steph.

Bargylla, orum, Βάργυλλα τά, Stephano oppidum est Cariæ, ita appellatum à Bargyllo Bellerophontis comite, qui ex Pegasi ictu interijt. Vnde Bargyllitici campi, quorum meminit Plinius lib. 5. ca. 29.

Bargylus, mons Syriæ, in confinio Phœnices, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Baris, lege etiam in Appellatiuis.

Barium, Βάριον, Ptolemæo, Apuliæ oppidum est, teste Plin. li. 3. cap. 11. quod seruato antiqui nominis aliquo uestigio, uulgo Barri uocatur. Horat. Satyr. 5. Bari mœnia piscosi. ubi Bari dixit, pro Barij.

Barnichius, Βαρνίχιος, fluuius est Peloponnesi, in Alpheum influens, qui & Enipeus appellatur à Strabone lib. 8.

Barnus, Barnutius, oppidum est Macedoniæ, prope Heracleam. author est Strabo lib. 7.

Barra, oppidum Orobiorum in Italia Transpadana, regione undecima. author Plin. lib. 3. cap. 17.

Barrabbas, Βαρραββᾶς, per duplex bb, est Syra dictio, sicut & sequentes duæ, qua apud nos significatur filius patris. Cōponitur enim ex bar, quod apud illos filius dicitur, & abba, pater. Sedulius:

Tum coluere Bahal, tunc elegere Barabban.

Barthgadoth, (Βαρθγαδώθ,) filius Tristiriæ, ut Timor Martis.

Barutus, uel Barutum, uide in dictione Berytos.

Barygasa, insigne emporium Gedrosię, Steph.

Basabocates, Galliæ populi sunt, teste Plinio lib. 4. cap. 19. Pictonibus uicini.

Basan, Βάσαν, regio trans Iordanem est, quam duæ & dimidia tribus possederunt, quæ interpretatur uberrima, & pinguis.

Basanisæ, uel (ut alijs placet) Banisæ, per tres syllabas, Βασανίσαι ἢ Βανίσαι, populi sunt Thraciæ, Stephano.

Basera, pen. prod. Βάσηρα, oppidum Phœnices, Stephano.

Basilea, æ, pen. prod. Βασιλεία, Rauracorum urbs celeberrima, ad Rhenū fluuium in agro Gallico sita, à Germanis tamen (ut pleraq; cis Rhenum loca) habitata, eadē, aut certè proxima ei, quæ Augusta Rauracorum Ptolemęo appellatur.

Basilei, orum, Βασίλειοι, Straboni, populi sunt Sarmatiæ Europææ, ad utramq; Istri ripam incolentes, Iazygibus & Vrgis finitimi, maxima ex parte è nomadibus, hoc est pastoribus constantes: ijdem (opinor) cum ijs quos Pomponius à regijs moribus Basilidas uocari tradit.

Basilia, Βασιλία, insula in Oceano septentrionali, immensæ magnitudinis, distans à Scytharum littore tridui nauigatione, quæ alio nomine Balla dicitur, teste Plin. lib. 4. cap. 13.

Basilicus sinus, Βασιλικὸς κόλπος, qui Ioniam, Asiæ minoris regionem alluit. Plin. lib. 5. cap. 29.

Basilidæ, Βασιλίδαι, populi sunt Sarmatiæ Europææ, Gerrho amne à Nomadibus discreti, ab Hercule & Echidna generis originem trahentes: ita dicti à regijs moribus, ut tradit Pomponius lib. 2. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12.

Basilides, Βασιλείδης, nomen proprium cuiusdam hæretici, qui trecentos sexaginta quinque cœlos ésse credebat, quo dierum numero annus includitur: cuius sectatores dicti sunt Basilidiani.

Basilis, Βάσιλις, ciuitas Arcadię, Stephano.

Basilius, Βασίλειος, fluuius inter Euphratem & Tigrim fluens, cuius meminit Strabo lib. 16.

Basilius Cæsarienſis, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi temporibus floruit. Is Cæsareę Capadocum præsul factus, iussus est à Valente, qui Arianis fauebat, deserere officium, atq; in exilium abire. Cumq; ille minimè obtemperaret, atq; uti contumax tribunali præfecti adhiberetur, ac minis parere principi diu frustrà tentaretur, nox ei spaciū ad deliberandū datur. Basilius, Nequaquam ego, ait: tu potius in hoc spacio ab incœpto desistes. Itaque in ea nocte uxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia insuper paruula extincta, Valens rogatum misit ad Basiliū, ut precibus ad Deum fusis, ipse saltē seruaretur. Sic itaq; accidit ut Basilius seruaretur. Hæc ex historia Ruffini. * Basilius Ancyranus præsul, arte medicus, scripsit contra Marcellū de uirginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiam imperante Cōstantino, in parte Macedoniæ cum Eustathio & Sebastiano princeps fuit. Author Hieronymus. Alium quoq; eius nominis Suidas cōmemorat, præsidem Ciliciæ sub Anastasio principe floruisse: haud absimilē primo & abstinentia, & uitæ institutis, scripsisseq; contra Archelaum quendā presbyterum Colonienſem. × Basilius item Asiæ fluuius. Strabo lib. 16. Intra Euphratem atq; Tigrin fluit aliud flumen quod Basilius appellatur.

Basilius, unus ex interfectoribus Cęsaris ponitur ab Appiano. Item alter fuit pirata infamis. Lucanus:

Et Basilum uidere ducem, noua furta per æquor.

Basinni, Βασιννοί, populi Arabiæ, Stephano.

Bassaris, is, uel idis, Βάσσαρις, Bassarei, hoc est Bacchi sacrificula,

cula. Perſius Satyr. 1. Et ſectum uitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris, * Eſt etiam ueſtis genus ad talos uſq; demiſſa, qua in Bachi ſacrificijs utebantur ſacerdotes. Dictus autem eſt Bacchus, Baſſareus à Baſſara Lydiæ oppido, ubi præcipuè colebatur: uel ἀπὸ τοῦ βαζω, quod eſt clamo, quòd eius ſacra maximis clamoribus à Bacchis celebrarentur. Horatius lib. 2. Carmin. Ode 18. Non ego te candide Baſſareu Inuitũ quatiam.

Baſiſtani, Straboni lib. 3. populi ſunt Hiſpaniæ, in tractu Bæticò, qui & Baſtuli dicuntur.

Baſoropeda, regio Medorum Armenię contributa, ut tradit Strabo 11.

Baſsianus, patria Syracuſanus, Romam ſtudiorum cauſa miſſus, ubi Chriſtianus factus, Rauenam infectante patre fugit. Inde Laudenſis præſul electus, ibidem deceſsit nonagenarius 34 Calend. Februar. clarus prodigijs. ab ulceroſis maximè inuocatur: emicuit Ambroſij temporibus, quem ægrotãtem adijt, mortiq; interfuit. Author Volaterranus.

Baſſus, poeta Epicus, cuius fuit, teſte Quintiliano, uehemẽs ac poeticum ingeniũ: nec ipſum ſenectute maturum, præueniente fato, quẽadmodũ & Valerio Flacco cõtigit. * Itẽ Aufidius Baſſus, hiſtoricus Quintiliani tẽporibus, qui bellum Germanicũ ſcripſit. * Cæſius item Baſſus inter Lyricos ab eodẽ ponitur. de quo ſic ſcribit Probus: Cæſiũ Baſſum poetam Lyricũ fama eſt in prædijs ſuis, ardente Veſeuo, & latè uagantibus ignibus, cũ uilla ſua flagraſſe. Quintilianus quo que ſe eum uidiſſe ait. * Baſſus itẽ Romanus medicus fuit, cuius unguentum arthriticum citatur ab Aëtio lib. 12. * Præter hos fuit Baſſus martyr ſub Decio clauis ferreis cõfixus. Author Volaterranus.

Baſtanabus, portus Arabiæ. Stephanus.

Baſtarnæ, βασάρναι Stephano, populi ſunt Sarmatiæ Europęæ ad Boryſthenem amnem non procul à Peucinis: quorũ meminerunt Ptolemæus lib. 3. cap. 5. Plin. lib. 4. cap. 13. & Strabo libro 7.

Baſtoli, Bæticę Hiſpaniæ populi prope Turdulos, quorum oppida ſunt, Sexi, Abdera, Ilurgis, Obulco, quod & ab Hiſpanis Vbida. mons item Calpe, circuitu quidem non magnus, cæterùm adeò erectus, ut procul aſpicientibus colũnæ effigiem repræſentet. Vide Strabonem li. 3. Ptolemæum lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. cap. 1. & 3.

Baſulij, βασουλιῖς, populi Libyæ.

Bata, orum, βάτα, τὰ, uicus eſt & portus in Sarmatia Aſiatica, ſupra Boſphorum Cimmerium, non procul à ſinu Cercetico. Vide Ptolemęum lib. 5. cap. 9. & Strabonem lib. 11.

Batala, antiquiſsimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum alijs eorum oppidis à Liuio commemoratum.

Batalus, tali, βάταλος, Epheſius tibicẽ fuit, teſte Libanio, qui omnium primus in ſcena calciamentis fœmineis uſus eſt, & fractis cantibus artem tibiarum emolliuit. Vnde factũ eſt, ut effœminati & parum uiri, Batali à Græcis dicantur: quo etiam cognomento Demoſthenes ab inimicis notatus eſt, ut ipſe teſtatur in oratione pro Cteſiphonte.

Batali, pro Batauis corruptè legitur in Græco Plutarchi codice in uita Othonis.

Batana, βάτανα, locus iuxta Euphratem, Stephano. Vide Agbatana apud eundem.

Bataneæ, βατανίαι, uel Batanea in ſingulari, uicus, συνοικία, Syriæ. Steph. uide Bethania.

Batauia, Germaniæ prouincia, duobus Rheni alueis bona ex parte incluſa, quæ hodie Hollandia appellatur.

Batauus, a, um, pen. indifferente. Lucan. lib. 1. Vangiones, Batauiq; truces, quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ. Cornelius Tacitus de ſitu Germaniæ: Omniũ harũ gentiũ uirtute præcipui Batani, nõ multũ à ripa inſulam Rheni colũt. Cattorũ quondã populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quib. pars Romani imperij fierẽt. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. Nã nec tributis cõteruntur, nec publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tãtùm in uſum præliorũ ſepoſiti, uelut tela atq; arma bello reſeruãtur. Hæc ille. Fuerũt autem Batani olim craſsitiæ & ſtupiditatis notati: quo fit, ut Auris Batana, pro uerbio dicatur de craſſo, ſtupido, & nullius iudicij homine. Vide Eraſmi Adag.

Batauodurum, βαταυόδουρον, Ptolemęo, Batauorum oppidum ad Rhenum fluuium, cuius meminit Tacitus Annalium lib. 21. Creditur idem eſſe cum eo, quod in agro Traiectino hodie Vicum appellant.

Bate, βατή, pars tribus Aegeidis, Steph.

Batea, ſiue Batia, pe. pro. βάτεια, filia Teucri Scamandri fluuij, uxor Dardani. Diodorus lib. 5.

Batetara, βατήταρα, urbs Ligurum. Stephanus.

Bathyllus, li, βάθυλλος, poeta Tragicus fuit inſignis, in Comœdijs non æquè fœlix. * Fuit item Bathyllus, Samius adoleſcens, Anacreontis poetæ amaſius. Horatius in Epod. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teium.

Batiæ, βάτιαι, ciuitas eſt mediterranea Epiri, cuius meminit Strabo libro 7.

Batiea, pen. pro. βατίεια, Stephano, locus eſt editus in agro Troiano, qui & Ili tumulus appellatur, teſte Strabone lib. 13.

Bathnæ, βάτναι, ciuitas Orrhoënæ, Steph.

Bato, βάτων, hiſtoricus fuit Sinopeus, qui hiſtoriam de rebus Perſicis ſcripſit. Strabo lib. 12.

Batrachus, proprium ſculptoris. uide in Appellatiuis.

Batiades, dictus eſt Callimachus poeta Elegiographus, à Batto patre. Ouid. in Ibin, Nũc quo Battiades inimicum deuouet Ibin, Hoc ego deuoueo teq; tuosq; modo.

Battis, βάττις, puella fuit formoſiſsima, quam Philetas poeta Elegiographus adamauit, ſuisq; carminibus celebrauit. Ouid. lib. 1. Triſt. Nec tantum Coo Battis amata ſuo.

Batton, onis, βάττων, poeta Comicus fuit, cuius tres fabulæ numerantur à Suida.

Battus, βάττος, paſtoris nomẽ eſt apud Ouidiũ 2. Metamorph. quem Mercurius in indicem commutauit. * Fuit item rex quidam nomine Battus, qui Cyrenem in Africa condidit: quem linguę adeò impeditæ fuiſſe ferunt, ut uerbum λαλῆσαι ab eo originem traxiſſe putetur. * Battus item inepti cuiuſdam poetæ nomen eſt, de quo paulo antè in dictione Battologia.

Battus, paſtor quidam fuit equarum, de quo talem fabulã recitat Ouid. lib. 2. Meramorph. Cum Apollo Admeti regis armenta paſceret, Mercurius boues quaſdam, quæ longius proceſſerant furto abactas in ſylua occultauit, Battoq; cuipiam aquarum cuſtodi, à quo uno uiſus fuerat, mandauit, ne cuidam illud furtum indicaret: quod ut libẽtius faceret, uaccam pulcherrimã ei dono dedit. Mercurius uerò abiẽs, ut hominis experiretur fidẽ, ſumpta alia figura, paulo poſt ad eum redit, rogans an uaccas quaſdam illuc tranſeuntes uidiſſet, pollicẽsq; ſi indicaret, uaccã cum tauro daturum. Battus itaque ſpe muneris corruptus, ſub quo monte paſcerentur, indicauit: ob quam perfidiam Mercurius eum in lapidem qui Index dicitur, commutauit. Ouidius:

Senſerat hoc furtum nemo, niſi notus in illo
Rure ſenex, Battum uicinia tota uocabat.

* Alius fuit rex Melitę inſulæ, de quo ſuprà in dictione Anna. uide Battiades.

Batulum, caſtellum eſt Campaniæ, cuius incolæ Turno in auxiliũ uenerunt aduerſus Aeneam. Verg. lib. 7. Aen. Quiq; Rufas, Batulumq; tenent, &c.

Baucis, anus quædam fuit paupercula, uirum habens Philemonem, quo cum omnem uitã in concordia tranſegit: ad hos cum Iupiter & Mercurius in homines mutati, uenirent, pro loci & rei dignitate ſunt ſuſcepti, tandem eorum caſa in templum eſt mutata: Baucis uerò & Philemon dum uiuebant, ſacerdotes in eodem fuerunt: poſt mortem in arbores ſunt conuerſi, ut copioſe deſcribit Ouidius libro 8. Metamorph.

Sed pia Baucis anus, pariliq; ætate Philemon,
Illa ſunt annis iũncti iuuenilibus, illa
Conſenuere domo, paupertatemq; ferendo
Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.
Nec reffert dominos illic famulos ue requiras:
Tota domus duo ſunt, ijſdem parentq; iubentq;.

Bauius & Meuius ineptiſsimi poetę fuerunt, & maleuoli Augusti temporibus, qui Vergilio ſuam gloriam inuiderunt. De quibus Vergilius ipſe in Bucol.

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.

Baucis, βαυκίς, anus paupercula eſt apud Ouid. lib. 8. Metam. quæ cum Philemone marito Iouem & Mercurium ſuſcepit hoſpitio.

Bauli, uillæ nomen eſt, quæ inter promontorium Miſenum Baiarumq; lacum flexo mari alluitur. Seruius cauſam nominis inde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inde factam memorat, quòd olim Hercules iuxta Baias fecit caulam bobus, & eam sepsit, qui locus primò Baulia dictus, mox dici cœpit Bauli.

Beatrix, uirgo Romana & martyr sub Diocletiano. Faustinũ & Simplicium item martyres fratres, quòs prius tumulauit, paulopòst eodem supplicio secuta, quòd prædium cuidam potenti uendere noluerat. Hęc enim dies erat, ac unà cum beata Lucina occisorum corpora in agro suo condebat. Author Volaterranus.

Bebius, cui cognomen fuit Massa, delator insignis fuit Vespasiani temporibus, cuius meminit Iuuenalis Satyra prima: - quem Massa timet, quem munere palpat Carus. *Fuit & Bebius Pamphilus Consul Romanus, cum P. Cornelio, eo anno, quo Numæ Põpilij libri in agro C. Petilij effossi sunt. uide Valerium Maximum lib. 1. cap. 1.

Bebriacum, ci, uicus est inter Cremonam & Veronam, apud quem Vitellius Othonem superauit. Iuuen. Sat. 2. Bebriaci in campo spolium affectare Palati. Corn. Tacit. Annalium lib. 18. Lo die, quo Bebriaci certabatur, auem inusitata facie apud Regium Lepidi celebri luco cõsedisse in colle memorant, nec deinde cœtu hominum, aut uolantium alitum teritam, pulsam ue, donec Otho se ipse interficeret. Hunc uicum itali hodie Labinem uocant.

Bebriacensis, se, adiect. ut Aues Bebriacenses, ita dictæ, quòd eius pugnæ tempore, quæ apud Bebriacum inter Othonem & Vitellium commissa est, primùm in Italia apparuerunt. Plin. lib. 20. cap. 49. Venere in Italiá Bebriacenses bellis ciuilibus trans Padum, externę & nouæ aues (ita enim adhuc uocantur turdorum specie, paulùm infra columbas magnitudine sapore gratæ.

Bebryces, Βέβρυκες, Stephano: uel Bebrycij, populi à Thracibus oriundi, qui eam partẽ Asiæ incoluerunt, quæ postea Bithynia, & aliquando Mygdonia dicta est: ut est uidere apud Strabonem lib. 7. & 12. Hos Arrianus originem à Bebryce trahere una filiarum Danai scribit, quæ unà cum Hypermnestra prętter iussa patris uiro pepercit. quare fugiẽs paretem, unà cum uiro in hæc loca peruenit, incolasq; ritus docuit Aegyptios: pro quibus meritis regionem ab eius nomine Bebryciam ferunt appellatam. Tenebant olim totũ tractum usq; ad Ephesum & Magnesium Ioniæ oppidum, ut scribit enarrator Apollonij, Charontem adducens authorem, qui dicit Lampsacenorum regionem, olim Bebryciam appellatam. Ex Volaterrano.

Bebrycia, Βεβρυκία, regio est minoris Asiæ ad Propõtidem, postea Mygdonia à Mygdonibus Thraciæ populis, & Bithynia à Bithyno rege appellata. * Bebryces populi eiusdem regionis, quos Strabo lib. 7. & 12. Thraces fuisse putat. Bebrycium nemus, de quo suprà in dictione Amycus.

Bebrycius, a, um, Βεβρύκιος, possessiuum à Bebrycia, Asiæ regione. Verg. 5. Aenei. - qui se Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat.

Bebryx, ycis, Βέβρυξ, rex fuit in montibus Pyrenæis, teste Silio, quos etiam à Pyrene illius filia nomen traxisse, idem author est. * Est item Bebryx, nomen gentile, eum significans, qui ex Bebrycia ortus est: de quo uide paulo antè in dictione Bebryces. Huius autẽ obliqui nominis indifferenter auferuntur à poetis, secundâ syllabam modò producentibus, modò corripientibus. Valerius Flaccus 2. Argonaut. Bebrycis, & Scythici procul inclementia saxi. Silius li. 3. Possessus Baccho læua Bebrycis in aula.

Bechyres Plinio, Βέχυρις Stephano, populi Themiscyræ, Asiæ regionis, Cappadociæ contermini, de quibus Plin. lib. 6. ca. 4. Hi quum Attylæ ductu in Italiam ueniissent, uinumq; antea ipsis incognitum gustassent, breui mortalium omnium bibaciss imi euaserunt.

Beda, natione Anglus, ob uitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit sub Ioanne sexto Pontifice, quum Saraceni ex Africa soluentes, Hispaniá inuaserunt: ex quo Beda literis Principes ad eam recuperandâ solicitauit. Græcè Latineq; eruditus fuisse traditur. Scripsit in Acta Apostolorum & in Lucam: edidit librum de temporibus, & Homilias, quibus Gallici sacerdotes frequenter utuntur. Fratres habuit Strabonem, & Aymonem, doctos etiam uiros, quorum alter Homilias quasdam non ineruditas, alter in Genesim scripsit. Bedæ corpus Genuæ conditum est. Author Volaterranus.

Beduini, ex Arabum ac Saracenorum secta, alijs addicti opinionibus sunt, quapropter Hæretici sunt appellati. Ii nulla ratione, intermesq; unà cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem uitari non posse, fatoq; omnia referunt. Hircinis amiciuntur pellibus, Solem orientem adorant. Volaterranus.

Beelphegor, Βεελφεγώρ, idolum fuit Moabitarum, nomine Beel siue Baal, quod in mõte Phegor colebatur. Idem credi tur cũ Saturno: ut annotauit Cælius Rhodig. Antiqu. lect. lib. 13. cap. 23.

Beelzebub, Βεελζεβέβ, idolum fuit Accaronitarum: quo nomine idolum muscæ significatur. Bel (inquit Hieronymus) & Beel, & Baal idem Habræis est: nam ijs uocibus indicatur idolum. Zebub autem muscam signat: unde Beelzebub (etiamsi Beelzebul Græci pronunciant) tanquam muscæ dicatur idolum. Sed & pro dęmonarcha ponitur, hoc est dæmoniorum principe.

Bergios, (quod hic pro Neptuni filio corruptè legebatur) lege Bergion.

Begis, Βῆγις, urbs Trallianorum. sic uerto, quòd apud Stephanum scribitur, πόλις τραλλιανῶν.

Bela, Pannonię rex, regno per fratris cędem potitus, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis uectigalib. immunes fecit. Primus Byzantios nummos, argenteamq; monetam percussit. Decessit post annos regni tres, mẽbris equi lapsu fractis. Fuere quatuor huius nominis Pánoniæ reges, ut author est Volaterranus lib. 8.

Belbina, Βέλβινα, Strabo lib. 9. insula è regione Anaphystiorũ, apud quos Panos templum est, & aliud Veneris Coliadis.

Beledonij, Βελιδόνιοι, populi iuxta Oceanum, Steph.

Beletra, Βέλιτρα, ciuitas Italiæ non procul à Roma. Stephanus.

Belca, Βελία, Velia, uide Elea.

Belgæ, arum, Βέλγαι, populi Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Scaldem fluuios siti, in quindecim olim populos diuisi. Plin. lib. 4. cap. 17. Gallia omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur: à Scalde ad Sequanam Belgiaca: ab eo ad Garumnam Celtica, eademq; Lugdunensis, inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania.

Belgicus, a, um, adiect. ut, Essedum Belgicum, currus quoddam genus, apud Belgas primùm inuentum. Verg. 3. Georg. Belgica uel molli melius feret esseda collo.

Belgium, gij, apud Cæsarem 3. bell. Gall. oppidum est inter Belgas, aut certè ipsa Belgarum regio.

Belgites, Pannoniæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 25.

Bellippo, oppidum Hispaniæ Bæticæ in conuentu Gaditano apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Belisarius, Βελισάριος Suidæ, fœliciss imus pro Iustiniano principe belli dux fuit, qui Persas in Oriente, Gothos in Italia, Vuandalos in Africa prælio superauit, eorum rege Gilisimere in triumphum ducto. Hic tam strenuus belli dux, & in hostibus perdomandis fœliciss imus, inuidiam uincere non potuit. Nimia eius potentia eum apud Iustinianũ in suspicionẽ affectati imperij adduxit, qui utrunq; ei eruit oculũ. Quare quũ principis ingratitudinẽ aliter ulciscì non posset, exiguũ extra urbẽ tuguriolum extruxit, ubi per omnẽ uitam, à prætereuntibus stipem emendicauit: illud identidem repetens, Da obolum Belisario uiator, quem inuidia, non culpa cæcauit. uide Crinitum, & Volaterranum.

Bella, uide Abella.

Bellerophontes, tæ, seu Bellerophon, tis. Βελλεροφόντης. Fuit Glauci regis Ephyræ filius, inclyto decore conspicuus, & uirtutis maximæ. Hic quũ à Sthenobœa uxore Prœti de coitu interpellatus esset, ueritus hospitalis Iouis irã, lasciuã fœminam repulit. Vnde exardens repulsa mulier, apud uirum innocentẽ hospitẽ accusauit: qui hospitij iure motus, illum domi interficere non sustinuit, sed datis codicillis ad Iobatem socerum in Lyciam misit. Lectis ergo codicillis Iobates, in ultionẽ criminis ad Solymos domandos Bellerophõtem misit, ut sub prætextu memorabilis pugnę interiret. Verùm quum & Solymos facilè uicisset Bellerophontes, & alijs plerisq; periculis obiectus semper uictor redijsset, postremò ad interimendá Chimærá missus est: quẽ etiam laborem, nactus Neptuni beneficio Pegasum equum summa

cum

cũ laude ſuperauit. Quapropter Iobates uirtutem iuuenis admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte uxorem dedit, ex qua Iſandrum, Hippolochum, & Laodamiam ſuſcepit, ut lib. 6. Iliad. refert Homerus. Quod quum audiſſet Sthenobœa, ſibijpſi mortem conſciuit. Bellerophontes autem fœlici rerum ſucceſſu elatus, quum in cœlum euolare cum Pegaſo conaretur, immiſſo à Ioue œſtro, equo excuſſus eſt, decidit q; in eum campum, qui poſtea Aleius appellatus eſt. Pegaſus autem à Ioue inter ſidera eſt relatus. Hic primùm Hipponous dictus eſt, Bellerophontes poſtea appellatus, à Bellero quodam Corinthiorũ primate, quem de medio ſuſtulit.

Bellerus, βέλλερος, Corinthiorum primas quidam, à quo interfecto Bellerophontes dictus eſt, quum antea Hipponous diceretur. uide Cælium Rhodig. lib. 13. cap. 9.

Bellitani, populi Edetaniæ, quæ eſt regio citerioris Hiſpaniæ ad Iberum fluuium. Plin. lib. 3. cap. 3.

Bello, uide infrà Belon.

Bellona, æ, penult. prod. ἐννώ, Bellorum dea, & Martis ſoror. Verg. 9. Aeneid. Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello. Huic proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant. Ante Bellonæ tẽplũ colũna erat, quæ bellica dicebatur, ſuper quam haſtam iaciebat Fœcialis bellum indicés: ut poſt Feſtum annotauit Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 12.

Bellonarij, ſacerdotes Bellonę, qui lacertos humerosq; cõcidebant, ſanguine ſuo Bellonæ ſacrificantes. Acron.

Bellouaci, βελλόακοι, populi Galliæ, qui belli gloria Belgas omnes ſuperarunt, quos Cæſar, duce eorum interfecto, in poteſtatem redegit.

Bellouacum, pen. cor. oppidum Bellouacorum, apud Cæſarem Comment. lib. 8. Vulgo Beuuais.

Belon, βέλον, per ſimplex l, nomen urbis & fluuij, in Hiſpania Betica, Straboni lib. 3.

Belunium, Venetiarum oppidum in Italia, ut Patauium, Opitergium, Altinum, Concordia, Colonia. Plinius lib. 3. ca. 19.

Belus, βῆλος, per ſimplex l, nomen proprium primi regis Aſſyriorum & patris Nini, à Sole deductum, qui Aſſyriorum lingua Bel dicitur. Huic uita functo templũ erexerunt Babylonij, diuinisq; eum honoribus ſunt proſequuti. * Fuit item Belus, cognomento Priſcus, Epaphi, uel (ut alij malũt) Neptuni, & Libyes filius, cui Iſis poſt Apidis mortem nupſit, regnante Athenis Cecrope. Huius filij fuerunt Danaus & Aegyptus, quem alij Aegiſthum uocant: à cuius etiam nomine quinquaginta Danai filiæ Belides appellatæ ſunt: ut paulo antè oſtendimus ſuo loco. * Hoc etiam nomine dictus fluuius Syriæ, ubi primò repertum fuiſſe uitrũ Plinius ſcribit lib. 5. cap. 19. Ioſeph. lib. 1. belli Iudaici. Stadijs ait duobus à Ptolemaide Belũ amnẽ diſtare, iuxta quem ſepulchrũ Memnonis ſit, & uitrea in rotunda ualle arena, quam uenti ex circundatis iugis conuehant, inexhauſta ſeculis ui, ſed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoq; in uitrum, quæ attigerit, metalla. * Belus alius fuit Phœnices rex, & pater Didus, uir militaris ſciẽtiæ peritiſſimus, qui Cyprios Phœnicum littus infeſtantes piratica ſubegit, ut eſt apud Vergil. lib. 1. Aeneid. - genitor tum Belus opimam Vaſtabat Cyprum, &c. Alio nomine dicebatur Metres, ut ait Seruius. * Belus Stephano, oppidum eſt Hiſpaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem fortaſsis cum eo quod à Plinio Belon appellatur. * Belus, gemma eſt uitrea ſpecie, magnitudine nucis iuglandis in Arbelis naſcens, ut ex Democriti ſententia refert Plin. lib. 37.

Belides, huius Belidę, βηλίδης, pen. lõ. patronym. maſc. quo ſignificatur filius, ſeu aliquis de genere Beli. Verg. 2. Aen. Fando aliquid ſi fortè tuas peruenit ad aures Belidæ nomen Palamedis, &c.

Belis, huius Belidis, βηλίς, patronym. fœm. quo ſignificatur filia uel neptis Beli. Vnde Belides dictæ ſunt quinquaginta filię Danai, Beli filij: quas quũ Aegiſthus Danai frater (quẽ alij Aegyptum uocant) totidem filijs ſuis peteret uxores Danaus deſpondere noluit: didicerat enim ex oraculo, ſe à genero interfectum iri. Sed poſtea coactus à fratre, promiſit ſe Aegiſthi petitioni ſatisfacturum. In nuptiarum autem nocte filias ſubornauit, ut clam ſe cultris armarẽt, & uiros iam uino luxuriaq; ſopitos iugularent. Virgines itaq; patri obedientes captato tempore necarunt uiros, unaquę que ſuum, excepta ſola Hypermneſtra, quæ Lynceo ſeu Lino uiro ſuo peperc it, qui poſtea occiſo Danao, regnum apud Argos inuaſit. * Hæ & Danaides appellantur, à patre Danao. Vnde Danaidum doliũ prouerbio celebratur, pro barathro quodam inexplebili, & inſatiabilis cupiditatis homine. Finguntur enim à poetis Danai filiæ apud inferos ſupplicij genere perpetuò damnatæ eſſe, ut dolium quoddam pertuſum aqua conentur implere, unde tãtum effluat, quantum illæ poſsint infundere. Ouid. 4. Metamorph. Mollirique ſuit lethum patruelibus auſæ, Aſsidue repetunt, quas perdant Belides undas. Vide Belus.

Bemarchius, βημάρχιος, ex Cæſarea Cappadociæ ſophiſta, qui ſcripſit res geſtas Conſtantini Magni principis libris decem, præterea declamationes quaſdam & orationes. Author Suidas.

Bembina, βεμβίνα Stephano, Nemeæę uicus eſt, quem Hellanicus Bembinon βεμβινον appellat, unde Nemeæus leo à poetis Bembinatis belua dicitur. Plaut. in Mil. Bembinat. dis beluę inſtar: hoc eſt, Nemeæi leonis inſtar.

Bembinadia, regio Arcadiæ inter Clitorium & Cleonem oppida. Plin. lib. 4. ca. 6. Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemeæa, Bembinadia uocitata. Sic enim legit Hermolaus, cuius uerba hæc ſunt: Legendum eſt Bembinadia. fuit enim uicus Bembina: unde Nemeæus leo a poetis Bembinates dictus. Sed & in Plautino milite, ubi dicitur, Bombamatides elutum inſtar: cogitent legentes, an emendandum ſit, Bembinatidis beluæ inſtar, hoc eſt Nemeæi leonis inſtar. Vide Bembina.

Benacus, pen. prod. βήνακος, lacus Ciſalpinæ Galliæ, non procul à Brixia Venetorum oppido, quem aiunt aureas ureas euoluere, & ex eis nutrire piſces, quos indigenæ Carones uocant, nuſquam alibi repertos. Ex hoc Mincius fluuius excurrit in Padum. De hoc loco Verg. lib. 2. Georg. Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino.

Benedictus, patria Nurſinus, primò Sublacũ ſeceſsit, ubi ordinem monachorum inſtituit, in Italia primùm, quem antea Baſilius in Oriente conſtituerat. Deinde cum a frequentibus adiretur uitandæ gloriæ gratia, Caſinum uenit, ubi templum Apollinis Ioanni Baptiſtæ dedicauit. Ad quem Totillas rex Gothorum experiundi uaticinij gratia dicitur incognitus uẽniſſe, ſeruo præmiſſo cultu regio, ab eoq; per ſefactus fuiſſe. Deceſsit Caſinij Benedictus, ubi & ſepulcrus cum Scholaſtica ſorore, imperãte Iuſtino ſeniore. Fuit & alter eiuſdem nominis, eodem ferè tempore quo ſuperior Benedictus, qui à Gregorio tertio memoratur in dialogo. Viuebat monachus in Latio, XL. ab urbe lapide.

Bene, es, βήνη, Stephano, oppidum Cretæ, ſub Gortyne ſita. cuius incolæ dicuntur Benæi, βηναῖοι.

Beneuentum, βενιβέντον Ptolemæo, βενιβέντος Suida & Stephano, Hirpinorum urbs, quæ quum eó colonia duceretur, boni ominis cauſa ita uocari cœpit: nam antea Maleuẽtum uocabatur. Hæc urbs à Diomede condita fertur, apud quam xxx millia Samnitum cæſa fuerunt Sulpitio & Publio Cenſulibus. De hac Plin. lib 3. cap. 11.

Benis, uide Nebis.

Benna, uel per diphthongum Bænna, uel Bena cũ ſimplici n, urbs Thraciæ, unde Bennicus ſinus, Stephano. Apud eundem Bennam, unus eſt ex ſenatorijs ordinibus Epheſi, cuius ſenatores Bennij.

Berecyntia, βερεκυντία, (inquit Seruius) mater deũm, dicta à monte Phrygiæ Berecynto: cuius ultima ſyllaba caret ſoluta ratione, quam addimus, quoties montem Deli Cynthi nominibus dicimus. Eſt autem tenuis iſta diſcretio, quibus nominibus ſubtrahi debeat aſpiratio. Nam Ripę montes Arcadiæ, non ſcribuntur cum aſpiratione: quam addimus, quum Ripheos montes Scythię ſignificamus. Hæc Seruius in illud Vergilij lib. Aeneid. 9. Ipſa deũm fertur genitrix Berecyntia, &c.

Berecyntus, βερέκυντος Stephano, nomen mõtis eſt Phrygiæ, & nomen oppidi, in quo Cybele mater deũm priſcorum ritu colebatur: unde Berecyntia dicta eſt. Plin. lib. 16.

Berecyntius, a, um, adiect. βερεκύντιος, ut Cornu Berecyntium, apud Horatium 1. Carm. hoc eſt quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntiæ ſacerdotes. Tibia Berecyntia. Idem 3. Carm.

Berenice, es, pen. prod. βερενίκη, Ptolemæi Lagi uxor, & regina Aegypti, à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius filius, Berenicen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nicen appellauit. Author Plin. lib. 6. cap. 29. * Fuit & alia eiusdem nominis Aegypti regina, Ptolemæi Philadelphi & Arsinoes filia, quæ Ptolemæo Euergetæ fratri suo nupsit: qui quum paucis à nuptijs diebus, in Asiam expeditionem suscepit. Berenice crinem se detonsuram uouit, si ille saluus reuerteretur: cuius uoti damnata, abscissam comam in templo Veneris consecrauit: quæ quum postridie nó apparuisset, ægrè id ferenti regi, Conon Mathematicus regis gratiã per adulationem captans, inter sidera collocatam affirmauit, septem ei figura uacuas ostendẽs stellas, in quas Berenices crinem mutatum asserebat. * Fuit item Berenice, Herodis Antipatri filij ex Salome sorore neptis, cuius meminit Strabo lib. 16. * Berenice præterea à Valerio Maximo appellatur lib. 8. cap. 6. quam Plin. lib. 7. cap. 41. Pherenicen uocat, cui soli ex mulieribus, quòd filia mater & soror esset Olympionicarum, concessum est ut gymnicos ludos posset spectare, fœminis omnibus interdictos.

Berenice, æs, Βερενίκη, multarum urbium nomen est, quarũ prima in Libya Cyrenaica est, in extimo maioris Syrtis cornu sita, una ex ijs quæ Pentapolin efficiunt: de qua Plin. lib. 5. cap. 5. * Secunda, ad sinũ Arabicum, à Ptolemæo Philadelpho condita, & à nomine matris ita appellata: in qua ipso solstitij die hora sexta, umbras penitus absumi tradit Plin. lib. 6. cap. 29. * Tertiam cognomento Panthrysion, & quartam Epidiren dictam, enumerat idem Plinius loco iam citato. * Duæ præterea eiusdem nominis urbes recensentur à Stephano, quarum alteram in Cilicia collocat: alterã, Chiũ olim uocatam asserit.

Berenicidæ, Βερενικίδαι, Ptolemaicæ tribus populi apud Athenienses, Stephano.

Berenicis, idis, Βερενικίς, tractus Africæ Cyrenaicæ, qui est circa Berenicen urbem. Lucanus li. 9. - nam quicquid puluere sicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes.

Berex, Βέρεξ, gens inter Indiam & Aethiopiam, Steph.

Beres, Βέρης, urbs Thraciæ, à Berete filio Macedone, Steph. uide Mieza apud Steph.

Bergepolis, Βεργέπολις, urbs Abderitarum. Steph.

Berge, Βέργη, urbs aut uicus Thraciæ, ex qua natus est Antipanes Bergæus Comicus, qui incredibilia conscripsit, unde prouerbium Βεργαίζειν, pro nihil ueri dicere. Vsurpatur & Bergium diminutiuè, Steph.

Bergidium, Βεργίδιον, oppidum Ilergetum, in eo tractu Tarraconensis Hispaniæ, qui Vascombus proximus est.

Bergion] & Albion, Gigantes, filij fuere Neptuni, ab Hercule interfecti, ut scribit Pomponius Mela libro secundo. uide suprà Albion.

Bergomum, oppidum est Italiæ, trans Padum, à Plinio in nona Italiæ regione collocatum, etiam hodie nomen retinẽs. Hinc Bergomates eius oppidi incolæ dicti sunt.

Beriades, Βεριάδης, Indorum rex, bellum aduersus Dionysium gessit: meminit Seph. in ciuitate Ὠρεία.

Berillus, uide Beryllus.

Berythrus, Βέρυθρος, urbs Troiana. Steph.

Bernardus, abbas inter Burgundos nobili ortus genere, anno ferè 12 ætatis, sub abbate Stephano, qui tertius fuerat in cœnobio Cisterciensi, paulo antè instituto, unà cum 30 socijs monachum professus, doctrinæ uitæq; laudata fama adeò profecit, ut Clarævallensi cœnobio tunc primùm Roberti uiri illustris impensa constructo, præpositus sit: cui annos 36 præfuit. Plura reliquit scripta, cõmentarios in Cantica. Considerationes diuinæ contemplationis ad Eugeniũ pontificem, Vnde Pontificij muneris ratio dicatur, Varias insuper epistolas, sermones etiã in diebus solennibus habitos. Volaterranus.

Bernaua, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, non procul à Cęsarea Augusta, Celtiberis & Bessetanis ad Orientem proximum.

Beroe, Βερόη, Epidauria fuit anus, & nutrix Semeles, in quam se mutauit Iuno, Semele persuasura, ut à Ioue ueram illius formam peteret, qua cum Iunone congredi soleret: ut superius de Baccho dictũ est. Ouid. Metam. 5. Ipsaq; erat Beroë Semeles Epidauria nutrix. * Beroës quoq; cuiusdam Dorycli Ismarij cõiugis meminit Verg. lib. 5. Fit Beroë Ismarij cõiunx longæua Dorycli, &c. * Est item Berroë Stephano, urbis nomen in Macedonia, non procul à Pella, Alexandri magni patria: quæ aliàs Berœa, siue (ut quidã malunt) Berrhœa uocatur. uide infrà suo loco.

Berœa, siue Berrhœa, Βέροια Stephano, Βέρροια Suidæ, urbs Macedoniæ ad Haliacmonem fluuium sita, non procul à Pella, Alexandri magni patria. Meminit urbis huius Plin. lib. 4. cap. 10. * Est etiam in Caua Syria huius nominis oppidum: in quo Bassianus rhetor natus traditur: à quo dicti sunt Beroenses, Βεροιεῖς, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 23.

Beronice, uide Berenice.

Berosus, collis est Taurorum, tres habẽs fontes, sine remedio, & sine dolore mortiferos. Plin. lib. 2. cap. 103.

Berosus, Chaldæus fuit astrologiæ peritissimus, cui propter admirandam prædicendi futura scientiam, Athenienses in Gymnasio posuerunt statuam lingua inaurata. Author Plin. lib. 7. cap. 37.

Bersabe, urbs Iudææ, quæ Puteus iuramenti interpretatur, quia quũ ibi habitaret Abrahã cũ Abimelech, mactatis septẽ ouibus in fœdus mutuò iurauerunt. Hæc terminus fuit terræ promissionis, possessa à populo Iudæorum, postquã reuersus est ex Aegypto, & tenditur usq; ad Dan, spacio in lõgum c l x milliũ, sicut scribit Hieronymus ad Dardanum.

Bersane, uidua fuit Damascena, ab Alexandro Magno adamata. Author est Diodorus.

Berunus, Βέρουνος, Steph. Italiæ ciuitas, nimirum Verona.

Beryllus, Βήρυλλος, postremæ urbis Arabicæ præsul fuit, qui quum plura rectè pro religione scripsisset, postremò omnia corrupit, peregrina quædam adducens, & procul à ueritate abhorrentia. Quamobrem conuocata Præsulum non paucorum synodo, maximè annitente Origene, ad sanitatem reductus est. uide Volaterranum lib. 6.

Berytis, Βέρυτις, Troica urbs. Videtur addendum Steph.

Berytos, penul. prod. Βηρυτός, urbs est Phœnices in ora Libano monti subiecta, Iustiniani temporibus legum studijs celeberrima. Vulgò Barutum uocant. Hinc Berytia uina, hodie quoq; nominatissima: de qua Plin. lib. 15. cap. 17.

Berytus, alia est urbs Arabiæ, Diospolis prius dicta, Steph.

Besa, simplicis Βῆσα, fons est Thessaliæ inter Ossam & Olympum iuxta Cycelium oppidum: de quo Strabo libro 8. * Est & Besa tribus nomen in Attica: cuius meminit idem Strabo lib. 9.

Bessa, geminato ss, Βῆσσα, Stephano, campus est Locridis, densis arbustis refertus: unde & nomen accepit. Βῆσσαι enim saltus à Græcis nominantur. uide Strabonem libro 9. * Est & Bessa eiusdem regionis oppidum, apud Stephanum.

Besbicus, Βίσβικος, Stephano, insula est exigua Propontidis, x v i i i. M. passuum circuitu, è regione ostij Rhyndaci fluuij. uide Plin. lib. 5. cap. ult.

Bescia, Βεσκία, urbs Ausonum. Steph.

Besippo, Βεσιππώ Ptolemæo, Hispaniæ Bæticæ portus, & oppidum non procul à Mellaria urbe, patria Pomponij Melæ, ut ipse testatur Geographię suæ libro secundo.

Bessara, Βίσσαρα, ciuitas est Assyriæ apud Ptolemæum libro 6. cap. 1.

Bessi, Βίσσοι, populi Thracum, teste Plin. lib. 4. cap. 11. magna ex parte Hæmum montem incolentes, rapto & latrocinijs uictantes, de quibus Ouid. lib. 5. Trist. Viuere quàm miserũ est inter Bessosq;, Getasq;.

Bessyga, pen. cor. Βήσσυγα, τα, emporium in India, & ubi amnis Bessygas: unde Bessygitæ populi, qui humana carne uescuntur. Stephanus.

Bestia, Appia legitur apud Volaterran. lib. 14. ex Liuij. lib. 2. belli Punici, apud quem nunc legimus Vastia Oppia.

Betarmones, Βεταρμονες, ab Homero Corybantes uocantur, Odysseæ 8.

Bethacarum, uicus inter Hierosolymam & Thecuam in mõte situs. Compositum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa.

Bethania, Βηθανία, uilla secundo milliario ab Hierusalem, in latere montis Oliueti, Marthæ ac Mariæ memoria insignis. * Est & altera Bethania trans Iordanem, ubi Ioannes quondam baptizabat. Volaterranus.

Bethel, urbs Samariæ, quem Iebusę: condiderunt, quæ prius uocabatur Luza.

Bethlehem, Βηθλεέμ, nomen ciuitatis Dauid, quæ alio uocabulo dicitur Ephrata, Christi Seruatoris nostri natalibus insignis. Nunc uiculus esse dicitur, qui ab Ioppe quadraginta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ginta millibus distat. Ex hac ciuitate ortus, atque ibidem in regem unctus est Dauid. Ibi Rachel occubuit: & sepulchrũ Iesse patris Dauid ostenditur. Est autem hic locus in tribu Iuda, sexto ab Hierusalem milliario positus, contra meridiem, in itinere quo itur Hebron. Quando autem Iacob ibi pecora sua pauit, loco Bethlehem nomen imposuit, quod domus panis interpretatur: propter eũ panẽ qui ibide cœlo descendit. à Stephano Βήθλεεμα appellatur neutro genere, & plurali numero. * Hinc Bethlehemitæ, pen. prod. dicti sunt eius incolæ.

Bethlema, uide Bethleem.

Bethphage, pen. prod. Βηθφαγή. uici nomen est in Iudæa, non procul ab Hierosolymis, quod Syris domum oris, uel maxillæ sonat.

Bethsaida, Βηθσαϊδά, Galilææ ciuitas, Petri, Andreæ & Philippi patria, ad lacum Tiberiadis sita.

Bethsames, nomen urbis Galilææ, ubi Dominus perhibetur multa signa fecisse: à qua Bethsamitæ populi.

Bethsura, & Bethsuræ, tantũ plurale, pen. prod. munitũ fuit Iudæorum præsidium: de quo multa lib. 2. Machabæorum.

Betis, fluuius Hispanię ulterioris. uide Bætis.

Betulo, Hispaniæ fluuius est in tractu Tarraconensi, Barcinonensem agrum irrigans. Rectius scribitur Bætulo per diphthongum. uide suprà suo loco.

Beua, Βίουη, urbs Macedoniæ, & iuxta eam

Beuas, Βεύος, fluuius, Steph.

Bianor, Βιάνωρ, nomen uiri, qui & Oenus dictus est, filius Mantus fatidicæ, & Tusci fluminis, qui Mantuam urbem à nomine matris appellauit. Vergil. Eclog. 8. - namque sepulchrum Incipit apparere Bianoris, his ubi denſas, &c. * Fuit item unus ex Troianis principibus, qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus est, teste Homero lib. Iliad. II.

Bias, Biantis, Βίας, nomen philosophi Prienensis, qui fuit unus ex septem Græciæ sapientibus. Hic (Laertio teste) uir fuit totus regius, & ciuium suorum princeps, quos diu aduersus pericula tutatus est. Sed tandem capta patria, quum uniuersi fugerent, rerum preciosissimarum sarcinulis onusti, ipseq; interrogaretur, cur ex bonis suis solus nihil secũ ferret? respondit, Omnia bona mea mecum porto: fortuita enim inter bona sua non numerabat.

Biatia, Ptolemæo, oppidum est Hispaniæ Tarraconensis. fortasse idem cum eo quod hodie Beza nominatur.

Bibaculus, patria Cremonẽsis, ut scribit Eusebius, qui simul & Catullus inter poetas Iamborum latinorum ponuntur Quintiliano. Est & Bibaculus alter, cuius meminit Cæsar in Commentarijs.

Bibaga, insula est Indiæ, ostreis & conchylijs referta, ut scribit Plin. lib. 4. cap. II.

Bibastus, Βίβασος, urbs Thraciæ, Steph.

Biberius, Tiberij agnomen per derisum, propter nimiam uini auiditatem.

Bibiana, uirgo Romana, & martyr sub Iuliano, quæ unà cum parentibus martyrum corpora sepeliebat, sepulta est apud palatium Lucinianum. Author est Volat. lib. 3.

Biblia, siue (ut alij uocant) Billia, uxor Duellij Romani, qui primus Romæ ex nauali certamine triumphauit: quæ tantæ pudicitiæ fuit, ut illo seculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non uitium. De hac memoriæ proditum est, quòd quum Duellio in iurgio quodam, oris graueolentia obiecta esset, eoq; nomine à uiro illa accusaretur, quòd uitij eius ipsum nunquam monuisset, Bibliam respondisse, id quidem se facturam fuisse, nisi uiros omnes credidisset ita olere.

Biblina, æ, Βιβλίνη, Thracię regio, uino generoso insignis, quòd Biblinum ab ea appellatur: tametsi alij à Biblia uite appellatum malint. Demus autem Delius Biblinum uinum Naxium interpretatur, eo quòd Biblus Naxi insulæ fluuius sit. uide Stephanum.

Bibliolathas dictus est Didymus, quoniam mille quingentos libros conscripsit.

Biblis, uide Byblis.

Biblus, Βίβλος, Naxi insulæ fluuius, à quo nonnulli Biblinum uinum nominatum putant. Vide suprà in dictione Biblina.

Bibractæ, Heduorum oppidum est apud Gallos, authore Cæsare. Hodie Sequanis, hoc est Burgundis annumeratur. Vulgò Beaulne.

Bibulus, collega Cæsaris fuit in consulatu, nomine potius quàm re. Cæsar enim solus quicquid uisum erat, in consulatu collega, pro suo arbitrio gerebat. Vnde quicquid illo anno factum erat, homines urbani Caio & Cæsare Coss. gestum dicebant. Vide Erasmum in Apoph. Extat etiam apud Tullium in uita Cæsaris ea de re distichon huiusmodi, Nõ Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est: Nam Bibulo fieri Consule nil memini.

Bicurgium, Βικούργιον, Ptolemæo, Germanię urbs est, quam Erfordiam uocant.

Bidini, populi sunt Sicilię, Citarijs, & Cacirinis uicini: ut author est Plin. lib. 3. cap 8.

Bidios, Βίδιος, castellum in agro Tauromenitano. Steph.

Bidos, Βίδος τὸ, inuenitur & cum diphthongo, aliud castellum in Sicilia, Steph.

Biendium, citerioris Hispaniæ portus est, apud Plin. lib. 4 in descriptione citerioris Hispaniæ.

Biemus, urbs Cretæ. uide historiam apud Stephanum, ubi ait de Vienna Galliæ.

Bigargitani, populi sunt Hispaniæ in tractu Tarraconensi. ut de Plin. lib. 2 cap 3.

Bigerones, Aquitaniæ populi sunt, apud Cæsarem, Tarbellis & Sontiatibus uicini.

Bigerra, Βιγέρρα, Ptolemæo, Hispaniæ ciuitas est, Setabis contermina, quę hodie Beiar ab incolis uocatur.

Bilæus, Βιλαῖος, fluuius est Ponti, in finibus Paphlagoniæ, non procul ab Heraclea. Vide Plin. lib. 6. cap. I.

Bilbilis, Βιλβιλις, oppidum Celtiberorũ in Hispania Tarraconensi, ad Salonem fluuium, optima ferri temperatura nobilem. Ex hoc oppido Martialis poeta originem traxit, ut ipse multis in locis testatur.

Bilbina, Βιλβινα, urbs Persica. Steph.

Biliis, quod hic pro nomine fluuij corruptè legebatur. uide Bilæus.

Bimater, Βίμητωρ, agnomen Bacchi, quod duas matres habuerit, Semelen & Iouem, matris officio fungentem. uide Bacchus.

Bion, Βίων, Borysthenis philosophus fuit, & sophista callidus, qui philosophiam uario orationis flore uestiuit. Hic primum Cratetis Cynici philosophi auditor fuit: atque ita ad Theodorum contulit. Ferunt hic dixisse ad eum qui sudos suos ingluuie uorauerat: Terra Amphiaraum absorbuit, & te terram tu. * Fuerunt & alij eiusdem nominis philosophi, quos uide apud Laertium.

Bipedimui, Galliæ in Aquitania populi, de quibus uide Plinium lib. 4. cap. 19.

Biracellum, Thusciæ oppidum est Ptolemæo, hodie Vicarellum.

Bisaltes, uide Bisaltia.

Bisaltia, Βισαλτία, Steph. regio Thraciæ libera, ad Strymonem amnem: ita dicta à Bisalte Solis & Terræ filio, aut a Bisalte uicino fluuio.

Bisaltæ, Βισάλται Stephano, populi liberi Thraciæ ad Strymonem amnẽ, teste Plin. lib 4. cap. II. qui famem in bello lacte concreto, & sanguine equino tolerant. Vergilius 3. Geor. - Bisaltæ quo more solent, acerq; Gelonus, Quum fugit in Rodopen, aut in deserta Getarum, Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Bisaltis, idis, Βισάλτις, gentile fœmininum à Bisaltia Thraciæ regione formatum Ouid. 6. Metamorph. - tu uisus Eripeus Gignis & Aloidas, aries Bisaltida fallis.

Bisanthe, Βισάνθη Stephano, oppidum est Thraciæ, nõ procul à Melane fluuio, eoq; oppido, cui μακρὸν τεῖχος, hoc est longus murus nomen est. uide Plin. lib. 4. cap. I.

Bisargis, Βισαργίς, oppidum Hispaniæ in tractu Tarraconensi, ad Iberum fluuium: cuius meminit Ptolemæus lib. 7. cap. 6.

Bistirus, Βίστιρος, urbs Thraciæ, Steph.

Bistonia, æ, Βισονία, regio Thraciæ, inter Nessum & Hebrum fluuios, ita dicta à uicino lacu, quem Bistonidem appellant: siue (ut quibusdam placet) à Bistone rege. * Bistona præterea Stephano oppidum est eiusdem regionis non procul ab Abderis.

Bistones, Βίσονες, populi Thraciæ, inter Nessum & Hebrum fluuios: ita dicti à Bistonide lacu, siue (ut Stephano placet) à Bistone rege. * Inde Βίσονις, patronymicum, fœminini generis,

neris, quod sæpissimè tamen accipitur adiectiuè & possessiuè. Ouid. in Epistola Paridis ad Helenam, Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.

Bistonius, a, um. Βισσόνιος, possessiuum: quod poetæ suo more accipiunt pro Thracio. Ouidius, Brachia Bistonia candidiora niue. Idem, Fessaq; Bistonia membra lauabis aqua.

Bistonis, Βισονίς, siue Bistonius lacus, in Bistonia Thraciæ regione est, non procul ab Abderis oppido: in quo natantia omnia demerguntur: unde & nomen accepit, à uerbo scilicet Græco, Βυσιω, quod est demergo. Vnde & Bystonis per y Græcum scribendum uidetur: Stephanus tamen & Suidas, Βίσων, Βισονία, & Βισονίς scribunt per i, quartam Græcorum uocalem.

Bisurgis, Straboni li. 7. Germaniæ est fluuius sexcentis à Rheno stadijs distans. Pomponius Visurgim appellat lib. 3.

Bithalbe, Βιθάλβη, uide Hellenopolim apud Steph.

Bithia, Pharaonis filia, quæ Mosen adoptauit.

Bithyæ, Βιθύαι, populi sunt Thraciæ apud Stephanum, quorũ author fuit Bithys Martis, & Setæ sororis Rhosi filius. * Bithyæ quoq; mulieres fuerunt in Scythia, in singulis oculis binas habentes pupillas, ideoq; uisu effascinantes: ut ex sententia Apollonidæ tradit Plin. lib. 7. cap. 2.

Bithynia, Βιθυνία, regio minoris Asiæ, aduersa Thraciæ, & proxima Troadi, quæ (ut Solinus scribit & Seruius) primùm Bebrycia, postea Mygdonia, deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. In Bithynia Libissa est, ubi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thrymos populos transisse ex Thracia, qui deinde Bithyni dicti sunt, & regio ipsa Bithynia. Claud. Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur. * Ex Bithynia fuerunt uiri in disciplinis memorabiles Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus, & Hipparchus & Theodosius, & filij eius mathematici, & Cleophanes orator ex Myrlea, & Asclepiades medicus Prusiensis.

Bithynicus, a, um, Βιθυνικός, quod Romanorum quibusdam in cognomen cessit à deuicta nimirum Bythinia. Martial. Iam te rem factam Bithynice credis habere. De origine Bithynorum uide latius apud Strabonem lib. 12. Herodotum lib. 7. & Dionysum Afrum de Situ orbis.

Bithynus, a, um, aliud adiect. Βιθυνὸς Stephano. Iuuen. Quanquam & Cappadoces faciant, equitesq; Bithyni. Vbi illud animaduertendum est, à Iuuenale corripi primam nominis huius syllabam, quæ à cæteris omnibus producitur.

Bithyniam Strabo prius Mysos habitasse dicit: quod sane probare uidetur & Dionysius poeta, qui dicit Bosphorum Thracium, apud quem Bithynia est, Mysium quandoque appellatũ. Adsentitur Herodotus, qui dicit Thraces in Asiam transuectos, Bithynios esse appellatos, templumq; uaticinum Martis habuisse, & à Bosphoro usque Rhebam flumen regionem tenuisse. De his pluribus Herodotus. Vnde dicta sit Bithynia, & de nominibus inde deriuatis, ui de Steph.

Bithynopolis, urbs à Bithye dicta. Steph.

Bithynus, Iouis & Thraces filius, Stephano Βιθυνὸς, fratrem habuit Doloneum, à quo Dolonei Thraciæ populi dicti sunt.

Bithys, Βίθυς, nomen uiri, de quo Stephanus in Bithyæ & Bithyniæ, & Bithynopolis.

Bithynium, Βιθύνιον Stephano, ciuitas in Bithynia, à qua Bithyniatæ & Bithynienses populi dicti sunt.

Bitias, fuit unus ex Carthaginensium principibus. Seru. in illud Verg. 1. Aen. Tũ Bitiæ dedit increpitans, &c. ait Bitiam fuisse præfectum classis Punicæ. Meminit etiam Bitiæ cuiusdam Verg. lib. 9. qui frater Pandari fuit ex Alcanore Troiano, & Hiera. Hi cum Aenea post Troię excidium in Italiã uenerunt, & cum apertis etiam portis ausi essent Rutulos absente Aenea lacessere, ab ijsdem sunt trucidati.

Biton, Βιτὼν, alter fuit ex filijs Argiæ sacerdotis, & frater Cleobis: de quib. sic scribit Cic. 3. Tusc. Primùm Argiæ sacerdotis filij Cleobis & Biton prædicantur. Nota fabula est. Quum enim illam ad solenne & statum sacrificium curru uehi ius esset satis longe ab oppido ad fanum, morarenturq; iumenta: tunc iuuenes ij, quos modò nominaui, ueste posita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum accesserunt. Ita sacerdos aduecta in fanum, precata à dea dicitur, ut illis præmiũ daret pro pietate, quod maximũ homini dari possit à Deo: post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, mane inuentos esse mortuos. Hæc ille.

Bituitus, Auernorum rex in Gallia, specie colloquij comiter hospitio inuitatus à Cn. Domitio & uinctus est, & Romam deportatus.

Biturgiæ, æ, Βιτυργία, oppidum fuit Tusciæ, teste Ptolemęo lib. 3. cap. 1. non procul à Manliana, hodie Pontificum uilla.

Bituriges, populi sunt Galliæ Aquitanicæ, teste Plin. lib. 4. ca. 19. quorum frequens est mentio apud Cæsarem. Hi uno die uiginti oppida incenderunt, ut Cæsarem pabulatione & commeatu prohiberent. Horum metropolis Auaricum erat, hodie Bourges en Berry. Singularis nominatiuus est Biturix, quo usus est Lucanus lib. 1. Et Biturix, longisq; leues Axones in armis.

Bumbres, populi, uide Bis in Appellatiuis.

Bizen, ciuitas Thraciæ. Stephanus Βίζη, πόλις Θράκης, τὸ τῶν Βασιλικῶν. Plinius lib. 4. cap. 11. Bizian uocauit: Bizia, inquit, arx regum Thraciæ, à Terei nefasto crimine, inuisa hirundinibus.

Bizia, arx est regum Thraciæ, teste Plin. lib. 4. cap. 11. ad quam hirundines non aduolant. Eius rei causa ad Terei incestũ, & Prognes flagitium refertur à Græcis scriptoribus. uide Bizen.

Bizon, Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniam & Calatidę situm, magna ex parte terręmotibus haustum, Plin. lib. 4. ca pite 11. & Strab. 7.

Blaberura, Βλαβέρουρα, oppidum est Tarraconensis, Hispaniæ non procul a Pyrenæis montibus, cuius meminit Stephan. in uoce Ἰνδιλίς.

Blaena, trisyllabum, Ponti regio ferax, per quam Anias flumen labitur. Hoc in loco Mithridates cognomento Eupator, Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit, haud quidem præsens, sed per legatos: unde ille cum paucis domum fugiens seruatus est, & inde in Italiã nauigauit. Verba sunt interpretis Strabonis lib. 12.

Blanda, Italiæ oppidum in agro Brutio, non procul à Bato flumine, & Parthenio portu. Plin. lib. 3. cap. 5. * Est & Blanda, siue Blande, oppidum Hispanię Tarraconensis, in agro Barcinonensi, iuxta Larnum flumen.

Blande, fluuius est Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, iuxta oppidum sui nominis. Author Plin. lib. 3. cap. 3.

Blandusia, in agro Sabino regio est, in qua Horatius habuit uillam, & in ea fontem, quem celebrat eleganti carmine, cuius principium est, O fons Blandusiæ splendidior uitro, &c.

Blascon, Βλασκὼν, insula in Rhodani ostio, prope Metinã Plin. lib. 3. cap. 5. & Strab. lib. 4.

Blemmyes, Plin. lib. 5. cap. 8. siue Blemies unico m, Βλέμυες Stephano. populi sunt in Aethiopia uersus Austrum, capitibus carentes ore & oculis pectori affixis: ita dicti (Stephano teste) à Blemya quodam, uno ex tribus ducibus, qui sub Dionysio in ijs regionibus militarunt. Hi alio nomine Bleptæ uocantur.

Blene, narum, populi sunt Africæ, faciem in pectore habẽtes. Claudianus, - errat Per Meroën, Blenasq; feros, atrãq; Syenem. Quo tamen loco Blemyas legendum crediderim. uide in præcedenti dictione.

Bleptæ, Βλέπται, populi Africani, sine capitibus, habentes oculos in pectore. Eosdem & Blemyas uocat Pomponius lib. 1.

Blerani, Italiæ populi in tractu Hetruriæ Cortonensibus & Capenatibus uicini. Author Plin. lib. 3. cap. 5.

Bliteræ, oppidum prouinciæ Narbonensis, de quo Plin. lib. 3. ca. 5. In Mediterraneo (inquit) colonia Arelate Sextanorũ, Bliteræ Septumanorum, Arausio Secundanorum.

Boagrius, Locrensium amnis, siue potius torrens, qui Thronion urbem præterfluit: interdum tam exiguus, ut ne pedes quidem transeuntis tingat: interdum tam latus, ut ad bina diffundatur iugera. Strabo lib. 9.

Boaulia Βοαύλεια, urbs Scythiæ, Steph.

Bobium, oppidum est ad Apœnini iuga situm, ubi cœnobiũ dicitur à Theolinda regina Longobardorum extructum: quo in loco nuper huiusce modi libri reperti fuut: Rutilius Numatianus, Heroicum Sulpitij carmen, L x x. epigramma

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ta. Terentianus Maurus de literis, syllabis, & metris omnis generis, Cæsius Basius, Velius Lógus de Orthographia, Adamantius Martyrius de litera & muta B, & Vuocali, Probi Catholica, Cornelij Frontonis Elegantię Latinæ, Seruius grammaticus de litera, liber perinilis Iulio Polluci de uocabulis rerum, Paraphrasis super sex Vergilij libris, Trium eclogarum Vergilij enarrationes: & alia præterea multa, quæ Volaterranus enumerat.

Bobonia, βοβώνια, urbs Italię, Steph.

Bocalium, Arcadiæ oppidum est iuxta Megalopolim & Catinam, teste Plin. lib. 4. cap. 6.

Bocatius, scriptor Italus fuit, sua lingua quàm Latina tersior. Scripsit Latinè Genealogiam deorum, de illustribus mulieribus, item de fluminibus & montibus, & pleraque alia sua lingua.

Bocchyris, pen. pro. βόκχυρις, nomen uiri, qui in Aegypto iustè syncreq; iudicasse fertur, adeò ut eius nomẽ in prouerbiũ uenerit iustissimè iudicantium.

Bocchus, rex Mauritaniæ fuit & Getuliæ, qui Iugurthã Syllæ tradidit. uide Sallustium in Iugurtha.

Bocenses, Sardiniæ populi, teste Plin. lib. 3. cap. 7.

Bochiana, oppidi nomen Troglodytarum, apud Plin. lib. 6. cap. 29. in descriptione sinus maris rubri, Troglodytici & Aethiopici.

Boccori, qui & Concordienses, populi sunt Lusitaniæ, teste Plin. lib. 4. cap. 22.

Boderia, Ptolemæo, æstuarium matris Britannici, Tacito Bodotria dictum in uita Agricolæ.

Bodincomagum, oppidum est ad Padum, alio nomine Industria: ita dictum à Pado, qui Ligurum lingua Bodincus fuit appellatus, quasi fundo carens. Plin. lib. 3. cap. 16.

Bodincus, Ligurum lingua dictus fuit Padus fluuius, propter immensam altitudinem, quasi fundo carens. uide in præcedenti dictione.

Bodonæus, uide Dodone in Steph.

Bodona, βοδώνη, urbs Perrhebiæ, uel potius Thessaliæ, Steph.

Bodotria, uide Boderia.

Bœa, oppidum est Peloponnesi in sinu Argolico, non procul ab Epidauro, ut scribit Plinius lib. 4. cap. 5. in descriptione Achaiæ.

Bœbe, βοίβη, oppidum est Cretæ, non procul à Gortyne. Stephanus. * Est & Bœbe Thessaliæ oppidum, lacui adiacens, qui ab eo Bœbeis appellatur. Strabo lib. 9.

Bœbis, idis, siue Bœbias, adis, siue Bœbeis, idis, βοίβις, ἡ βοιβιὰς, ἡ βοιβηίς, ἡ βοιβηίδος Stephano, lacus in Thessalia ad radices Ossæ. Lucanus lib. 7. Ire per Ossæam rapidus Bœbeida sanguis. Val. Flac. Perderet & pingui miseros in Bœbide crines.

Boemia, regio Germaniæ, trium ferè dierum longitudine, & totidem latitudine, Hercynia sylua undique cincta, & Albi fluuio irrigata: ab oriente spectans Maronos, ab Arcto Saxones, ab Occidente Noricum, à Meridie superiorem Pannoniam, quæ Austria hodie dicitur. * Huius incolæ Boëmi appellantur, lingua & moribus à Germanis omnibus distincti. uide plura de his apud Aeneam Syluium, qui Boëmorũ historiam conscripsit.

Bœotia, βοιωτία, regio est in finibus Græciæ, Eubœæ insulæ adiecta, ab Attica autem Cithærone monte discreta: ita dicta (ut nõnulli putant) à boue, cuius ductu Cadmus peruenit ad eum locum, ubi postea Thebas Bœotias condidit. Ad quam nominis rationem alludit Ouid. 3. Metamorph. quũ ait, Bos tibi, Phœbus ait, Solis occurret in aruis, Nullũ passa iugum, curuiq; immunis aratri: Hac duce carpe uias, & qua requieueris herba, Mœnia fac condas, Bœotiaq; illa uocato. Alij alias afferunt nominis huius rationes: quas uide apud Stephanum. Olim etiam Aonia dicta est, & Ogygia, & Hyantis, & Messapia, & Cadmeis Thucydidi. * Hinc Bœoti, βοιωτοί, dicti sunt regionis huius incolæ, qui stupiditatis, & crassi ingenij nomine malè audierunt. Hinc est illud Horatij lib. 2. Epist. Bœotiũ in crasso iurares aëre natum.

Bœotius, a, um, adiect. Cicer. 1. de Diuin. Quod & somniãtib. sæpe contingit, & nonnunquam uaticinantibus, ut Bacis Bœotius, & Epimenides Cres.

Bœotus, a, um, aliud adiect. Ouid. 13. Metamorph. Bœotaq; tellus Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.

Boethius, Zenone imperante ob affectatæ libertatis suspicionem à Theodorico rege exilio damnatus: deinde custodiæ traditus, plura conscripsit. Tandem simul cum Symmacho senatore, socero suo, alijsq; præstantibus uiris interficitur, ut ait Euseb.

Boethus, ineptus quidam poeta fuit Tarsensis, qui Philippensem Antonij uictoriam carmine conscripsit: quo nomine præter alios summos honores, quibus ab illo est affectus, gymnasij etiam Tarsensis præfecturam est assequutus. uide Strabonem lib. 14.

Boetus, ut inquit Strabo Hispaniæ fluuius, ex eisdem nascens locis, ex quibus Anas & Tagus.

Bogadium, Ptolemæo oppidum est Germaniæ, quod hodie Forsteleisz uocatur.

Boges, fortissimi cuiusdam Persæ nomen est, qui ab Atheniensibus obsessus, quum uihil cõmeatus supereslet, maluit uxorem primùm & liberos, deinde seipsum interficere, quàm uiuus in hostium manus peruenire. Herodotus lib. 7.

Bogud, dis, penultima genitiui correpta, rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogudiana uocata est, teste Plin. lib. 5. cap. 2. * Fuerunt autem plures eiusdem nominis, ex quib. postremus fuit, qui in Actiaco bello Antonij partes sequutus, ab Agrippa supplicio affectus est. à Strabone Bogus dicitur lib. 8. barbara uoce in suauiorem sonum, & terminationem declinationi apriorem transmutata.

Bogudiana, pars Tingitanæ prouinciæ in Africa. auther Plin. lib. 5. cap. 2.

Bogus, uide Bogud.

Boianum, hodie Bouianum, oppidi nomen est inter Samnites Ptolemæo.

Boij, βοῖοι Straboni, populi fuerunt Galliæ Lugdunensis, teste Plin. lib. 4. cap. 18. qui putantur agri Borbonensis tractũ incoluisse. Hi postea Alpes transgressi, iuxta Padum consederunt, ubi & Laudem Pompeiam urbem condiderunt, teste eodem lib. 3. cap. 17. idem postea à Romanis expulsi, in Germaniam se contulerunt, teste Strabone lib. 7. ubi Hercyniæ syluę partem incoluerunt, quæ Pannonijs proxima est: quæ regio ab eis primùm Boiohemia, & postea abiectis aliquot literis, Boëmia appellata est.

Boin, oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico. Plin. lib. 5. cap 5.

Boion, βοῖον, Stephano, Doridis oppidum in Græcia, teste Plin. lib. 4. cap. 7. Doris (inquit) in qua Sperchios, Erineam, Boion, Pindus, Cytinum.

Bola, βῶλα Stephano, oppidum agri Cãpani in Italia: cuius meminit T. Liuius. Vnde Bolani, Coriolanis & Fidenatibus uicini apud Plin. lib. 3. cap. 5. Verg. 6. Aen. Pomerios, Castriq; Inuij Bolamq; Coramq;.

Bolbitina, βολβιτίνη, urbs Aegypti.

Bolbulæ, insulæ nomen in mari Aegæo, non procul Teo, ut refert Plinius in descriptione insularum ante Asiam, libro 5. capite 31.

Bolbitinum, à Plin. lib. 5. cap. 19. numeratur inter ostia Nili.

Bolentium, Pannoniæ superioris oppidum est, apud Ptolemæum, quod illud sua lingua Rachæspurg uocant.

Boline, βολίνη, urbs Achaiæ. Steph.

Bolinguæ, populi sunt Indiæ, Plin. lib. 6. cap. 19.

Bolissus, βολισσός, urbs Aeolica in edito sita, prope Chium. Stephanus.

Bologesia, βολογησιὰς, urbs iuxta Euphratem, à Bologesso rege condita, Steph.

Bulogesiphora, βολογησίφορα, urbs Persica, Steph.

Bolurus, βόλουρος, urbs Tralleron in Illyria, & alia Thesprotię, Stephanus.

Bomarei, Asiæ populi sunt à Caspijs montibus Orientem uersus incolentes, ut author est Plin. lib. 6.

Bombina, lege Bembina.

Bombos, Ciliciæ fluuius Plin. lib. 5. cap. 27. Præterea intus flumina Liparis, Bombos, Paradisus.

Bomi, βῶμοι, Aetoliæ colles sunt: quorum incolę Bomij, &c. commemorantur à Thucydide lib. 3.

Bomilcar, Carthaginensis fuit, Amilcaris filius: qui quum apud suos in suspitionem uenisset, quòd cũ Agathocle sentiret, in crucem sublatus est. uide Iustinum Trogi abbreuiatorem lib. 33.

Bomitæ, oppidi nomen est in Amano monte, qui Syriam à Cilicia dirimit. Plin. lib. 5. cap. 22.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bona dea.uide adiectiuum Bonus.

Bonandria,hodie dicitur Syriæ ciuitas,quæ olim Apollonia.

Bonauentura,Franciſcanus theologus,ex oppido Bagico regio:ob uirtutem & commentarios editos, in Cardinalium numerum ex generali (quo nomine, ut peculiari, utuntur Franciſcani) à Gregorio decimo relatus eſt. Habitum quo nunc utuntur Franciſcani cardinales inſtituit, cum prius aliorum cardinalium modo incederent. Dum priuatus eſſet,ne gratis uictitaret,ſacros aliquot libros ſcriptitare ſolebat,cuſtodi tradere mercedis loco uenundãdos. Poſtremò à Xyſto IIII.in catalogum relatus eſt.Huius poſtea libros in Epitomen redegit Gulielmus Fulginas eiuſdem ordinis. Author Volaterranus. Fuit item Bonauentura alter eiuſdem ordinis Patauinus cardinalis S. Cæciliæ factus,ſub Ioanne XXII.doctrinæ ſanctitatem adiecit,ut qui pro martyre ferè colatur,à Carranenſi principe ſagitta peremptus, dum eccleſiæ libertatem contra tyrannos tuetur. Vtriuſq; author Volat.lib.21.

Bonchæ,Βόγχαι,populi Carenis uicini,inter Euphratem & Cyrum fluuium,Steph.

Bonchis,Βῶγχις,ciuitas Aethiopiæ,iuxta tertium Catarractẽ, Stephan.

Bonicius,præſul Auernenſis, uir ſanctitate clarus. cuius tunica etiam hodie monſtratur,qua à diua genitrice fuit donatus in exceſſu montis,eodẽq; primum ſacrificauit. Author Volaterranus.

Boniſacius,Romanus apud Tarſum Aglaës diuitis uiduæ res procurabat:cum qua rem habebat,ebrietate, cæterisq; moribus infami.Factus repentè alius,martyrium ſub Diocletiano ſubijt, relatusq; deinde à ſeruis Romam,eiq; tẽplum in Auentino dicatum,quod & Alexio poſtea commune fuit. *Alius fuit Britannicus natione præſul Maguntinus. apud Phryſios & ipſe martyr,quod iuſſu Stephani ſecundi pontificis,Pipinum Caroli patrem regem oleo ſacro perunxerit.*Alius eius nominis præſul Carthaginenſis,Zenone imperante.* Alius item præſul Ferentinas ambo Confeſſores. Quintus præterea martyr Boſnenſis,Othonis tertij conſanguineus.Author Euſebius. His additur à Volaterrano Bonifacius, Africæ comes, ſub Honorio Aelij ducis æmulus, Auguſtino amiciſsimus.

Bonni (quod hic corruptè legebatur) uide Bomi.

Bononia,princeps Hetrurię colonia, Felſina olim uocitata, in octaua Italiæ regione:ut tradit Plin.lib.3.cap.15.

Bonoſus,Romanorum tyrannus,mirę bibacitatis:de quo Aureliani illud celebratur, non ut uiueret illum eſſe natum, ſed ut biberet. Hic quantumlibet bibiſſet,ſemper ſecurus erat & ſobrius, & nunquam non uino prudentior: & quantum bibiſſet, tantundem reddebat ueſica ad æqui librium. Hunc ad laqueum quum coegiſſet Probus imperator,iactatum eſt militari ioco,Amphoram pendere,non hominem.

Bonus,presbyter Romanus,ſimul cum Fauſto & Mauro diaconis,Romæ ſub Valerio principe paſſus.ſepulti omnes in uia Latina.Author Volaterr.

Booſcœte,Βοὸς κοίτη,Helleſponti urbs eſt,quæ Germanicopolis poſtea dicta eſt.Plin.lib.5.cap.ult.

Booſura,Βοὸς ὀρά, quaſi Latinè Bubulam caudam dicas, urbs eſt Cypri inſulæ, cui uicina eſt Creta & Palepaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Author eſt Strabo libro 14.

Bootes,tis,uel Bootes,tæ, Βοώτης,à boue deductum nomẽ:Latinè bulbucus, cœleſte ſidus, quod Arctophylax uocatur, & more bubulci plauſtrum ſequi uidetur. * Fuit autem Bootes (ut refert Hyginus) Iouis ex Calyſto filius, nepos Lycaonis regis Arcadię, qui unà cum matre in cœlum eſt translatus, & illi ueluti cuſtos appoſitus. Cic.2. de Nat. deo.Septentriones autem ſequitur Arctophylax,uulgò qui dicitur eſſe Bootes: quòd quaſi temone adiunctam præ ſe quatit Arction.Ouid. Arctophylax formam terga ſequentis habet.Iuuenalis,Frigida circumagũt pigri ſarraca Bootæ.Habet quatuor ſtellas in dextra manu,quæ non occidũt. Gellius lib.2.cap.21.

Borama,Phœnices oppidum eſt,non procul à Beryto. Author Strabo lib.16.

Borcani,populi Hirpinorum in Italia,non procul à Collatinis,ut author eſt Plin.lib.3.cap.11.

Borcobe,Thraciæ oppidum,Eumeniæ & Parthenopoli uicinum,ut author eſt Plin.lib.4.cap.11.

Boreas,uenti nomen.Vide in Appellatiuis.

Boreoſtoma,pen.cor. Βορεόστομα, unum eſt ex oſtijs Danubij fluminis.Plin.lib.4.cap.12.de Danubij oſtijs. Primum oſtium Peuces, mox ipſa Peuce inſula: à qua proximus alueus appellatus.XIX.M.paſſuum magna palude ſorbetur.Ex eodem alueo & ſupra Iſtropolim lacus gignitur L XIII.M.paſſuum ambitu Halmirin uocant.Secundum oſtium,Naracoſtoma appellatur.Tertium,Caloſtoma iuxta inſulam Sarmaticã. Quartũ,Pſeudoſtoma & inſula Conopon diabaſis.Poſtea Boreoſtoma & Spireoſtoma. Singula ora & oſtia tanta ſunt,ut prodatur in XL.M.paſſuum longitudinis uinci mare,dulcemq; intelligi hauſtum.

Borgodi,Aſiæ populi,in inſula Aſgilia,teſte Plin.li.6. cap.28. in deſcriptione Arabiæ.

Borion,ſiue Boreon,pen.pro.Βόριον Ptolemæo, Africæ promontorium eſt, quod maiorem Syrtim includit, dicente libro quinto capite 4. Promontorium quod maiorem includit, (Syrtim intelligit) Borion appellatur. Huius etiam meminit Strabo libro 17. Vltra Berenicen eſt paruum quoddam promontorium,nomine Borium,quod eſt Syrtis oſtium.

Bormiſcus,Βορμίσκος,regio Macedoniæ,ubi canes Euripidem lacerarunt.Steph.

Boron,eſt Troglodytarum oppidum,ut tradit Plinius lib.6. cap.29.

Borſippa,Βορσιππα,ciuitas eſt Meſopotamiæ,Dianæ & Apollini ſacra,in qua præcipuè uiguit lanificium.Circa hoc oppidum maxima eſt ueſpertilionum copia,qui ad eſum condiuntur.Strabo lib.16.

Boryſthenes,pen.cor. Βορυσθένης, fluuius Scythiæ ſecundum Iſtrum,omnium maximus, cuius aquæ ad potandum ſunt ſuauiſsimæ, & magnos piſces alunt, nulla habentes oſſa. *Eſt item Boryſthenes oppidum, quod Boryſthene amne abluitur:unde & nomen accepit.* Alio nomine Olbia dicitur,teſte Strabone lib.7. Ptolemæo lib.3. cap.5. Pomponius Mela Boryſtenidem appellat lib.2. * Eſt & inſula eius nominis, ante fluuij huius oſtia ſita: cuius etiam meminit Ptolemæus loco iam citato. * Lacus quoque eſt eiuſdem regionis,qui & ipſe Boryſthenes appellatur, teſte Plinio lib.4.cap.12.

Boryſthenidæ, Βορυσθενῖται, Stephano,populi ad Boryſthenem amnem,Olbiam urbem incolentes, quæ & ipſa Boryſthenes,ſiue Boryſthenis appellatur.Proper. Gloria ad hybernos lata Boryſthenidas.

Boryſthenius,a,um,adiect.Ouid.4.de Pont.Cumq; Boryſthenio liquidiſsimus amne Dyaſpes.

Boryza,Βόρυζα,urbs Pontica,Steph.

Bouillæ,arum, Βοΐλλαι Stephano, oppidum fuit in Latio, haud procul ab urbe Roma, uia quæ Ariciam ducebat, ut inquit Aſconius.Nam ad Bouillas interfectus eſt Clodius,Aricia rediens.Dictæ Bouillæ,quaſi bouis illæ,quòd eò uulnerata bos,ſua trahẽs inteſtina, deuenerit.Vnde populus Bouillanus dictus eſt.

Boſgœdariza,locus eſt in confinibus maioris Armeniæ ſitus, author Strabo lib.12.

Boſirara,urbs Aegypti,Steph.

Boſphorus, penul.cor. Βόσπορος, Græcè ſine aſpiratione: & ita ratio uera poſtulat, anguſtas maris fauces ſignificat,à meabili bouis tranſitu impoſito nomine, ut teſtatur Plin. lib.6.cap.1.quaſi τῆς βοὸς πορεία. Sunt autem duo Boſphori, Thracius & Cimmerius, tãta uterq; anguſtia,ut & alitũ cantus, & canum latratus ab ulteriore littore inuicem audiantur: manente etiam humanæ uocis inter duas arbores commercio,niſi quum id auferunt uenti. *Thracius Boſphorus iuxta Bizantium eſt, quingentorũ non amplius paſſuum freto, Aſiam dirimens ab Europa: qua Darius pater Xerxis copias ponte tranſuexit. Valerius Flacus fabulatur Io puellam in uaccam commutatam, per haſce anguſtias in Aſiam tranauiſſe:indeq; fretum illud Boſphori nomen traxiſſe.Sic enim ſcribit lib.4.Argonaut.Iamq; dies atq; aura uocant, rurſusq; capeſſunt Aequora, quà rigidos eructat Boſphorus amnes Illos,Nile, tuis nõdum dea gentibus Io Tranſierat fluctus: unde hæc data nomina ponto. * Alter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in introitu est Mœotidos paludis, iuxta Tauricâ Chersonesum, duorum millium passuum latitudine, per quem palus Mæotica in Pontum defluit. Hic Cimmerius Bosphorus dicitur à Cimmerijs populis, qui partem eius frigidissimam incolunt. Vnde qui terras frigoribus ocupatas habitant, Cimmerij appellantur. Inter Bosphorum Thracium & Cimmerium, ut ex Polybij sententia scribit Plin. lib. 4. cap. 12 interiacent millia quingenta.

Bosphoranus, & Bosphorius. Cic. pro L. Man. Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulasset. Ouid. 2. Trist. Egerit Ionio Bosphorioq; mari. * Est item Bosphorus Stephano, duarum urbium nomen: quarum alteram ad Sinum Cimmerium & fretum eiusdem nominis collocat: quæ & Bosphoropolis dicitur: alteram in India constituit.

Bosra, non est altera ciuitas, ut multi putant, sed Idumææ: iuxta illud, Quis est iste qui uenit ex Edom tinctis uestibus de Bosra.

Botachidæ, βοταχίδαι, lacus Arcadiæ in Tegea à Botacho Lycurgi ex Iocrito nepote dictus, Steph.

Bostra, βόστρα, Phœnices ciuitas est, ad mare sita. Strabo lib. 16.

Botiæi, siue Bottiæi duplicato t, βοττιαῖοι, populi sunt Thraciæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Botieum, βοτίεον Stephano, oppidum Phrygiæ, Artæum habēs paludem sale fœcundam.

Botrodius, uicus non longè à Segobria: quondam oppidum, sed à Tiberio Graccho dirutum, ut refert Polybius.

Botrys, βότρυς, Stephano, oppidum est Phœnices, cuius mentionem facit Plinius libro quinto, cap. 20. in descriptione montis Libani.

Bouianum, Samnitium colonia uetus, dicente Plin. lib. 3. cap. 12. Samnitium, quos Sabellos & Græci Saunitas dixere, colonia Bouianum uetus, &c.

Brabasthenes, mons, quem Liu. lib. 4. de bello Maced. decem millibus passuum à Lacedæmone distare dicit.

Bracari, siue Bracares, populi Hispaniæ Tarraconensis, ad Minium fluuium, qui unum constituunt ex septem Hispaniæ citerioris conuentibus, quem Bracarum conuentum uocat Plin. lib. 3. cap. item 3. Nunc, inquit, uniuersa prouincia diuiditur in conuentus septem, Carthaginensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracharum. Ptolemæus libro 2. cap. 6. Brætaros appellat, eosq; inter Callecos annumerat: eorumq; metropolim Brætaram Augustam uocat.

Brachara, uide suprà Bracari: & infrà in dictione Bracara.

Brachmanes, uel Brachmane, βραχμάνες Stephano, Indiæ sapiētes diligentissimi siderum obseruatores. Horum uitam descripsit Bardesanes Babylonius (ut suprà admonuimus) qui Gymnosophistarum duo tradit genera: quorum illi, qui ex generis successione ueluti hæreditariam sapientiæ possessionē amplectebantur, Brachmanes dicti sunt: qui uerò electione ad philosophiæ professionem assumebantur, Samanei. Ad hos profectus est Apollonius Tyaneus, ut Iarcham in solio aureo sedentem de siderum motu audiret disserentem: ut testatur Hieronymus in præfatione Bibliorū.

Brachmanes, Indiæ populi, & philosophi: quorum philosophandi genus, ut indicat Strabo lib. 15. non adeò à Pythagoricis præceptis alienum est. Adnotauit Porphyrius Platonicus, sapientes Indorum nominatos fuisse Gymnosophistas: qui quidem si generis successione in studio religionis & sapientiæ procederent, Brachmanes dicti sunt: qui uerò idem electione profiterentur, Samaneos dictos ait: quorū uitam scripsit Bardesanes Babylonius. Habent igitur Indos suos sapientes, quorum potissimi Brachmanes, quos Apollonius in terra esse, & non in terra dixit, sicut Philost scribit lib. 3. ob perperam scilicet rerum cœlestium contemplationem. Hi mundum dixere creatum, corruptibilemq;, & sphæricum, quem uniuersum conditor & administrator omnium Deus peruadat. Nostram autem uitam nihil esse aliud quàm uisuidum quendam hominis conceptum: mortem uerò, natiuitatem ad ueram illam & felicem uitam his qui rectè philosophati sunt. Ex Strabone lib. 15. Horum etiam meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

Brachmanes, Indorum sapiētes præcipuè ueritatem amplexabantur. De his multa Strabo lib. 15.

Brachodis, βραχώδης, promontorium est Africæ propriè dictę, in extimo Syrtis paruæ cornu. author Ptolemæus libro 4. cap. 3.

Brachybij, à Dionysio uocantur Aethiopes, à uitæ breuitate. Siquidem quadragesimum annum non excedunt.

Brachyle, βραχύλη, urbs Ceretum, qui iberis uicini sunt, Steph.

Brāctia, insula. uide Bratia.

Brætara Augusta, oppidum Tarraconensis Hispaniæ, nō procul à Minio fluuio. uide Ptolemæum lib. 2. cap. 6. & quę suprà annotauimus in dictione Bracari.

Bræsi, βρεσιοί, populi Macedoniæ, Steph.

Bragada, pen. cor. βραγάδας, fluuius qui iuxta Vticam labitur, apud quem ab Attilio Regulo, & à toto exercitu cum balistis & catapultis serpens centum & uiginti pedes longus occisus est. In castigatis tamen codicibus Bagrada nominatur hic fluuius, non Bragada.

Bragæ, insulæ quædam sunt desertæ, ut tradit Plinius libro 6. cap. 28.

Brana, Turdulorū oppidum est in Hispania, in cōuentu Corduben si. Plin. lib. 3. cap. 1.

Branchidæ, Apollinis Didymęi sacerdotes sunt apud Posideum, oppidum & promontorium Ioniæ: qui locus, testel lib. 5. cap. 29. prius Branchidarum oraculum dicebatur, deinde Didymę Apollinis: à littore distans stadijs 20. Vide Strabonem lib. 14.

Branchus, ut scribit Lactantius, filius fuit Apollinis, ex Iaucis & Sucronis coniuge susceptus: qui quum Apollinis malas deosculatus esset, ab eo captus, coronam & virgam accepit, cœpitq; uaticinari, & subitò nusquam apparuit. post hoc ingens templum est ei ædificatum, quod Branchiadon nominarunt. Idem author alibi dicit, Branchum quendam Thessalum fuisse, ab Apolline maximè dilectum, qui post mortem in suo templo sacra fieri iussit. Hic Apollo Branchiades dictus est, & Branchiadæ communes Apollinis & Branchi sacerdotes, qui Apollinis Didymęi oraculo præfuerunt. Branchi meminit Statius lib. Theb. & Strabo lib. 4.

Brācosi, populi sunt Indiæ, quorū meminit Plin. lib. 6. cap. 20.

Brasidas, βρασίδας, Lacedæmoniorū dux fuit, qui circa Amphipolim cū pauciss imis cinctus ab Athenienſibus, qua hostiū copiæ rariss imæ erant, sibi ferro iter aperuit. uide Suid.

Brasiæ, βρασίαι, urbs Laconica. Steph.

Brattia, insula est, una ex ijs qui Illyrico adiacēt. Scribit enim Plin. lib. 3. cap. ult. Illyrici oram, quòd uadosum ibi sit mare, mille amplius insulis frequentatam esse: inter quas enumerat Brattiam, bubus & capris laudatam.

Brauron, βραύρων, Atticę oppidum, ubi Dianæ Brauroniæ sacellum est. Author Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7.

Branum, βράουν, urbs Hispaniæ Tarraconensis, sub Cantabris sita, authore Ptolemæo, quæ eadem esse creditur cum ea quam illi sua lingua Burgos uocant.

Brea, βρέα, ciuitas, in quam Athenienſes coloniā miserūt. Steph.

Bregi, & Breges, & Phryges, idem sunt. Strabo lib. 12.

Bregmēteni, Asiæ populi in Troade. author Plin. lib. 5. cap. 26.

Bremen, uide Phabiranum.

Brennus, Senonum Gallorum regulus, & dux: in cuius mentione occupatissimus est Liuius lib. 5.

Branda, à poetis breuitatis causa appellatur Apuliæ urbs Brundusium. uide suo loco.

Brennus, uel (ut alijs placet) Brenno, βρέννος, dux Gallorū, qui Brennonam Venetiæ urbem ædificauit: quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. Hic cum trecentis armatorum millibus in Italiam irrumpens, primùm Romanos apud Alliam fluuium profligauit: deinde ad urbem pergens, eandem cepit, toramq; exussit, præter Capitolium, a quo nobilior iuuentus confugerat: sed quum & illud aggrederetur, Romani cum illo conuenerunt, ut acceptis auquot auri talentis obsidionē relinqueret. Quum igitur aurum penderetur, ipse dux gladium suum uagina educens, & hunc pensari imperauit: sed quum hoc Romani, ut iniustum, recusarent, atque ita inuicem contenderent, Camillus exul, qui absens dictator creatus erat, collectis s qui Roma profugerant, Gallos eximprouiso adortus: qui relicto auro, cum maximo suorum detrimento fug bi consulere coacti sunt. Camillus uerò eos continuo persequens, ex Italia expulit. Postremò Brennus Apollinis Delphici templum prædæ causa ingressus, ira numais se interfecit. Propertius: Torrida sacrilegum testantur imm-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lumina Brennum. uide quoque Prouerbium, Quid uictis, nisi dolor.

Brenta, Βρέντη, urbs Arcadiæ, & fluuius Brenthiates, Steph.

Brentus, Βρέντος, Herculis filius. à quo Brundusium Βρεντήσιον, dictum. Steph. Est & Bretus Herculis filius.

Brepium, promontorium est Achaiæ, teste Plin. lib. 4.

Bretena, urbs Italiæ sub Venetia, Ptolemæo. Brintum hodie.

Bretolæum, Ptolemæo, Lusitaniæ oppidum est, quod hodie Britium dicitur.

Brettanis, insula, Βρεττανίς. uide Brettotia.

Brettius, uide Brettotia.

Brettotia, Βρεττοτία, insula in Adriatico mari, fluuium habens. Brettitium Græci Elaphussam uocant, alij Brettanidem. Quanquam & Oceani insulæ Britannicæ, Græcis Bretannides dicuntur. Ex Stephano. Brettia, regio Italiæ. Antiochus totam Italiam olim sic dictam scribit. Et Brettus urbs Tyrrhenorum, à Bretto Herculis filio, Stepha. uide Brutij.

Breuci, teste Plinio libro 4. cap. 33. sunt Pannoniæ populi ad Saum fluuium.

Breuni, Plinio inter Alpinas gentes numerantur. Sic enim scribit li. 3. cap. 10. Gentes Alpinæ deuictæ, atque sub imperium populi Romani redactæ, Triumpilini, Canuni, Vennotes, Venenotes, Hisarci, Breuni, &c.

Briareus, Βριάρεως, Gigas, Cœli & Terræ filius, quem poetæ finxerunt centũ habuisse brachia, & quinquaginta uentres. Hunc fingit Homerus quũ Pallas, Iuno, Neptunus, alijq; ex dijs nõnulli aduersus Iouẽ coniurassent, persuasum à Thetide in cœlũ ascendisse, ut Ioui suppetias ferret, deosq; coniuratos illius aducũ territos à cœptis destitisse, & cum Ioue in gratiã redijsse. Hæc Homerus 1. Iliad. ubi etiam hoc addit, à superis quidẽ Briareum dictum fuisse, ab hominibus autem Aegæonem. Alij Briareum inter eos numerant gigãtes, qui aduersus Iouem conspirarunt: unde à Vergilio lib. 6. cum alijs monstris in uestibulo inferorum collocatur. Dictus Briareus à corporis robore. Nam Βριαρόν Græci pro forti dicunt, & robusto.

Brias, adis, Βρίας, urbs est Pisidiæ regionis in Asia. Author Strabo lib. 12. Artemidorum antiquum scriptorem citans.

Bricinnia, Βριαννία, urbs Siciliæ Steph. uide Bucina.

Brigantes, Βρίγαντες, Hiberni populi sunt, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 2. Horum ciuitas hodie Ganaforda uocatur.

Brigantium, oppidum est Rhętiæ, ad lacum Acronium, siue Podamicum, qui & Brigantinus ab oppidi huius nomine appellatur.

Briges, uide infrà Briges.

Brigiani, populi inter Alpinas gentes Plinio numerantur lib. 3. cap. 20.

Brigida, mulier uitæ sanctitate insignis. Romam uenit à Suetia, Vrbano V. Pótifice maximo, quatuor liberos mares, ac totidẽ fœminas omnes sanctos habuit, inter quos Catharinam, quæ eam uiduam Romã comitata est, cuius etiam cura atq; opera in patriam relata est. Author Volater.

Brilessus, Atticę mons est Plin. lib. 4. cap. 7.

Briletus, Atticæ mons, in quo bina leporib. sunt iocinora, ceruis renes quaterni: pénatis auté & squammosis nulli, ut scribit Plin. lib. 11. cap. 37. Suspicor eundẽ esse cum eo, quem idem lib. 4. cap. 7. Brilessum uocat: unde & Briletus scribendum uidetur Atticorum more, qui dictiones eas, quæ κοινῶς per duplex σ scribi solent, geminato ττ efferunt.

Brimo, Βριμώ, unum est ex Hecates, siue Proserpinæ nominibus: ἀπὸ τοῦ βριμᾶν, hoc est à terrendo impositũ, eo quòd nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur: ut ex Apollonij interpretibus annotauit Cælius Rhodig. lib. 11. capite 16.

Brisa, æ, promontorium Lesbi, qua Dionysius colitur, qui ab eo Briseus appellatur. Stephanus.

Brisabritæ, Indiæ populi trans Indum fluuium, quorum mentionem facit Pluuius lib. 6. cap. 20. in descriptione Indi fluminis.

Briseis, pen. prod. Βρισηίς, Lyrnesia puella fuit, à patre Brisei ita appellata, quum uero nomine Hippodamia uocaretur. Hæc capta Lyrnesso urbe, Achilli uictori in sortẽ cesit, & postea ab Agamemnone erepta implacabilis discidij causa fuit inter Agamemnonem, & Achillem. Detrectabat enim Achilles Agamẽnonis imperiũ, neq; unquã adduci potuit ut arma sumeret, donec Patrocli mors nunciata eum ad uindictam extimulauit. Extat huius Briseidos ad Achillem epistola apud Ouidium in Epistolis Heroidum.

Britannia, Βρεττανική, Straboni, per duplex nn, insula in Oceano septentrionali, omnium quæ Europæ adiacent maxima: unde & orbem alterum quidam ex Poetis appellauere: à Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eã nauigantibus primò apparẽt. Hodie in duas diuisa est partes, quarum alterã, quæ in Septentrionem uergit, Scoti incolunt, Caledoniæ syluæ nomine cognitam: alteram, quæ cultior est, & Belgis uicinior, Angli tenent, Saxoniæ populi, prioribus incolis, qui Britones dicebantur, inde expulsis. Hæc ab Ortu Germanico, ab Occasu Hybernico, à Septentrione Caledonico Oceano abluitur: ad Meridiem uerò angusto freto à Belgis dirimitur. Porrigitur in longum octingentis millibus passuum. In ea Gagates lapis inuenitur, qui ardet in aqua, & oleo restinguitur. Vrbem habet Londinum, nunc Londram, copia negotiatorum celebrem. Inter Septentrionem & Occidentẽ (ut celebres Geographi tradunt) duæ sitæ sunt insulæ, Britãnia & Hybernia, paulo minor Britannia, ultra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatæ, modicis spacijs inter se distinctæ. Apud Britannos longissimus dies septemdecim horarũ deprehenditur, & æstate lucidæ sunt noctes, authore Plinio.

Britannicus, a, um, Βρεττανικός, possessiuum est à Britannia deductum. Iuuenalis Sat. 7. Quantũ delphinis balæna Britannica maior. Cic. 3. de Natura deor. Quid æstus maritimi, uel Hispanienses, uel Britannici, eorũq; certis tẽporibus uel accessus, uel recessus, sine Deo fieri nonne possunt?

Britannus, ni, Βρεττανός, gentile à Britannia insula deductum. Verg. Eclog. 1. Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Britannicus, nomen fuit filij Claudij Cæsaris, ex Messalina, quem primò Germanicum, & mox Britannicum appellauit: qui quamuis adhuc infans à patre in castris sæpe circulatus fuisset, & militibus commendatus, Neronis tamen opera ueneno sublatus est: ut est uidere apud Tacit. libro. 3.

Britium, Lusitaniæ oppidum apud Plin. lib. 4. cap. 21.

Britomartis, puella fuit ex Gortyne Cretæ ciuitate Iouis & Charmes filia, Dianæ in primis chara, alio nomine Dictynna, appellata, ἀπὸ τῶν δικτύων, hoc est à retibus, quorũ usum in uenatione traditur inuenisse. Hanc Minos Cretæ rex fertur adamasse, cuius uim quum alioqui effugere non posset, ex alta sese rupe in mare præcipitauit. uide Vergilium in Ciri, & Diodorum lib. 5.

Britona, puella Cretensis fuit insigni forma, & Dianæ in primis dilecta, quæ quum Minois uim alioqui declinare non posset, in fluuium se præcipitauit: leuius rata uitæ, quàm pudicitiæ iacturam facere. Hæc à Diodoro lib. 5. & Vergilio in Ciri, Britomartis dicitur.

Britones, populi sunt minoris Britanniæ, quæ est Galliæ Celticæ regio, ad mare Oceanum sita. Nortmannis ac Pictauis contermina. Hi olim Britanniam insulam dicuntur incoluisse, ideq; ab Anglis Saxoniæ populis expulsi, in aduerso littore sedes fixisse. Iuuenalis, Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

Briuates, Lugdunensis Galliæ portus apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8.

Brixellum, oppidum inter Mantuam & Cremonam. Volater.

Brixentes, populi Alpini, Lepontijs finitimi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 20.

Brixia, urbs est Transpadanę regionis, opus Cenomanorum, qui post Insubres in Italiam uenerunt Liuio & Polybio testibus.* Est item Brixia fluuius Elymaidis, quæ est regio Persidi finitima.

Brixillum, oppidum Hetruriæ apud Mutinam. Plin. lib. 3. cap. 15. in descriptione octauæ regionis Italiæ.

Brizo, Βριζώ, apud Delios uaticinatorum, quæ ex somnijs sumũtur, Dea habita est: eiq; scaphas omni genere bonorũ plenas, solis piscibus exceptis, offerebant. Dicta auté putatur Brizo, ab eo quod Βρίζειν prisci Græci pro dormire dicebãt. Vide Cælium Rhodig. lib. 27. cap. 10.

Bromius, Βρόμιος, Bacchi cognomen, ἀπὸ τοῦ Βρέμειν, id est à fre-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mendo:uel ἀπο τῆς βροντῆς,hoc est tonitru,eo quòd natus sit cum tonitru,eius genitrice fulmine perempta.

Brongus,gi,βρόγγος,fluuius est ex Illyrico Boreá uersus fluës, & excepto An gro,in Istrum influens.Herodotus lib.4.

Brontes,unus ex ministris Vulcani,qui Ioui cudūt fulmina,παρὰ τὴν βροντήν, hoc est à tonitru dictus.Tres autē præcipuè à Vergilio numerantur Vulcani ministri, Brontes, Steropes, & Pyracmon,quem Ouid.4. Fast. Acmonidem appellat. Hos Hesiodus in Theogonia Cęli & Terræ filios facit:quá quam alij ex Neptuno & Amphitrite natos malint. Verg.8. Aeneid.Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro, Brontesq;,Steropesq; & nudus membra Pyracmon.

Bronteus dictus est Iupiter,à βροντή,quod est tonitru.

Broteas, & Ammon , gemini fratres fuerunt, cęstibus clari, qui à Phineo occisi sunt in aula regis Cephenorum. Ouid. lib.5.Metamorph.Hinc gemini fratres Broteasq; & cæstibus Ammon Inuicti, uinci si possent cæstibus ensis, Phinea cecidere manu.

Broteus,per duas syllabas,Vulcani filius fuit,qui irrisus propter oris deformitatem,coniecit se in ignem, & uitam incēdio finire maluit, quàm omnium ludibrio esse expositus. Ouid. in Ibin, Quodq; ferunt Broteum fecisse cupidine mortis,Des tua succenso membra cremanda rogo.

Brullitæ, populi Asiæ, quos Ephesiorum conuentui attribuit Plin.lib.5.cap.29.Ephesum (inquit) alterum lumen Asię re motiores conueniunt Cæsarienses,Metropolitæ,Cylbiani, inferiores & superiores Mysomacedones,Masturēles, Brullitę,Hypæpeni,Dios Hieritæ.

Brumus,uide Brumalia,inter Appellatiua.

Brundulum,portus,quem Athesis amnis ex Tridentinis Alpibus fluens facit.Author Plin.lib.3.cap.16.

Brundusium , βρεντέσιον Stephano , urbs Calabriæ , ad mare Adriaticum sita,uia Appia eousq; perducta,& portu insigni nobilis,ex quo Romanis tritissimus olim fuit in Græciam transitus:ita dicti à ceruini capitis similitudine,quod Brundusium Messapij sua lingua appellant.Græci Brentesium appellant,à Brento quodam (si Stephano credimus) Herculis filio.Ex hac urbe Pacuuius poeta ortum traxit.

Brusa,lege Prusa.

Brusis,pars Macedoniæ,βρῦσις,à Brisо Imachij filio.Steph.

Brutij,βρέντιοι,Italiæ populi in tractu,qui hodie Calabria dicitur,post Laum fluuium incipientes,& in fretum Siculum in modum peninsulæ procurrentes:dicti quasi bruti & obscœni.Fuerūt enim Brutij,serui & pastores Lucanorum,qui inde aufugēre,& furtim in regione consederunt, ubi Consentia est , quæ fuit eorum metropolis : quam regionem prius Ausones habitauerunt.Hi multo pòst tempore,& ab Annibale & à Romanis propter eorum perfidiam penè deleti fuere,sine dignitate,sine honore, ad seruilia opera semper coacti.Hęc regio,(ut author est Strabo lib.6,Oenotria quondam dicta fuit.Supra Consentiam est Pandosia,ubi Molossorum rex Alexander trucidatus est.* Est & Rhegium ciuitas olim potentissima,in extrema agri Brutij parte sita, ubi Siciliam ab Italia tradunt fuisse abscissam.

Brutianæ parmæ, dicta sunt scuta,quibus Brutij utebantur.

Bruciani,à Romanis dicebantur,qui officia seruilia magistratibus præstabant,nomine tracto à Brutijs:qui quòd primi Annibali adhæsissent,& cum eo persseuerassent, donec ex Italia discederet,hac ignominia à Romanis notati sunt , ut uilissima quæq; munia per illos obirēt.uide Alexand. Genial. dier.lib.1.

Brutius,a,um,aliud adiectiuum,à Brutijs Italiæ populis:unde Brutia pix,secundus liquor qui ex tæda excoquitur ; & aceto coagulatur: dolijs alijq; uasis illinendis utilis , ab alia pice lentore differens . Primus autem tædæ liquor Cedrium appellatur,quo Aegyptij defunctorum corpora incorrupta conseruabant.uide Plinium lib.6.cap.11.Huiusmodi pix optima in agro Brutio excoquebatur : unde & nomen accepit.

Brutina,urbs Hispaniæ Ptolemæo.uide Brutobria.

Brutium, promontorium Italiæ extimum : ubi Sicilia olim agro Brutio ad hæsit.Plinius libro tertio:Primus Europæ sinus à Calpe extimo Hispaniæ monte ad Brutium usque promontorium immenso ambitu flectitur.Ptolemæus Scyllæum appellat.

Brutobria, æ, βρετοβρία Stephano , oppidum est Hispaniæ in tractu Bætico,quod & Brutina appellatur.Dicta Brutobria quasi Bruti ciuitas,ea forma,qua Selymbria & Polyobria in quibus Bria ciuitatem significat.

Brutorum familia Romæ in primis fuit illustris , ex qua primus fuit L.Iunius Brutus,à stultitia, quam Tarquinij metatęq; in libertatem uindicata , primus Romæ cum L.Tarquinio factus est Consul : rebusq; multis præclare gestis, tandem eo in prælio,quod ad Regillum lacum commissum est,occubuit:eumq; matronæ,ut fortissimum muliebris pudicitiæ uindicem , annum integrum luxerunt. * M. Brutus,unus fuit ex Cæsaris Dictatoris percussoribus , qui in campis Philippicis ab Octauio & Antonio uictus , necem sibi conscisciuit. * Decimus Brutus , acerrimus publicæ libertatis propugnator fuit, qui Mutinæ aliquandiu ab Antonio obsessus , eaq; obsidione Hircij & Pansæ opera liberatus,tandem à militibus suis desertus est,& ab hostibus occisus.

Bryanion,βρυάνιον,Thesprotiæ ciuitas Stephano.

Bryaxis,insignis statuarius fuit, qui Leochare & Timotheo, Mausoleum in Caria ex marmore excidit.Plinius libro 36 capite 5.

Bryazon,amnis Asiæ in Bithynia.Plin.lib.5.cap.32.

Bryges , βρύγες , populi Thraciæ fuerunt : qui postea Phryges dicti sunt,à quibus Phryges Asiæ populi originem traxerunt.Author Strabo libro 7.Steph.Brigas in Macedonia collocat.

Bryllium,βρύλλιον,Propontidis oppidum,Steph.

Brygion,inter urbes Macedoniæ Plinio ponitur libro quarto cap.10.

Brysæ,Thraciæ populi , apud Plinium lib.4.cap.11.in descriptione Thraciæ.

Brysacion,urbs Parthinæ,Steph.

Brysani, Ciconum uicini inter Scythicas gentes Plinio referuntur,lib.6.cap.17.

Brysea,urbs Laconiæ,à qua Bacchus Bryseus cognominatus est,quòd ibi coleretur.Quidam tamē Bacchum Bryseum dici putant ab antiquo uerbo βρύω,quod est scaturio: quoniā ex aluearibus mella , uel ex uuis musta exprimere primus docuit.Alij Byrseū potius quàm Bryseum uolūt cognominatū:à byrsa,hoc est pelle,quam in bello induebat Nam teste Diodoro lib.5. Bacchum in prælijs pardalitū pellibus usum constat.Byrsa autem corium ac tergus significat.

Bryseus,βρυσεύς , unum ex agnominibus Bacchi,ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod significat inundare & madefacere:uel (ut alijmaluēt) à Brysea Laconiæ ciuitate.uide dictionem præcedentem.

Brysiæ,βρυσιαί,urbs Elidis Stephano.

Brystacia,βρυσακία,urbs Oenonorum,Steph.

Bryx & Brygę,gens Macedoniæ,Illyrijs finitima.Steph.

Bubalus pro pictoris nomine,uide Bupalus.

Bubastis,βούβαστις Herodoto, siue Bupastus , βούβασος Stephano,Aegypti urbs,in qua quotannis conuentus celebratur in honorem Dianæ:quæ & ipsa Bubastis ab urbis huius nomine fuit appellata. Ouid.9.Metamor.- cum qua latrator Anubis, Sanctaq; Bubastis. Hinc Bubastites nomos,appellabatur quædam ex Aegypti prefecturis , urbi huic proxima:cuius meminit Plin.lib.5.cap.9.

Bubasus,Cariæ regio est,cuius mulieres ab Ouidio uocantur Bubasides,quum inquit libro 4.Metamorph.Bubasides udere nurus.

Bubeium,natio est,uel oppidum Cyrenes,teste Plin.li 5.ca.5.

Bubetani,Campaniæ populi,Coriolanis uicini.Author Plin. lib.3.cap.5.

Bubinde,fluuius est in Orientali latere Hyberniæ apud Ptolemæum lib.2.cap.2.

Bubon,βοῦβων,ciuitas est Cabaliæ , quæ Lyciæ est regiuncula, tribus oppidis habitata,Onoanda,Balbura,& Bubone Author Plin.lib.5.cap.27.Stephanus Bubonem à Bubone latrone appellatam tradit: quemadmodum & Balburam ab alio ne appellatam tradit: quemadmodum & Balburam ab alio latrone,nomine Balburo.

Bubona, boum dea habita est,quemadmodum Pomona pomorum.

Bubu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bubula,(quod hic pro Libyę Cyrenaicæ,oppido malè legebatur) uide Bulba.

Buca,oppidum eſt Ferętanorum in quarta Italiæ regione.Author Plin.lib.3.cap.12.

Bucellarius,Suidas Bucellarios Gallogræcos fuiſſe ſcribit:& Bucellariorum regionem,Gallogræciam.Copioſius Alciatus libro Diſpunct.

Buccina,nomen oppidi in Sicilia,uide in Appellatiuis.

Bucephalus,pro equo Alexandri,uide in Appellatiuis.

Bucephala Plinio,Βουκεφάλεια Stephano,Indiæ oppidum eſt ad Hydaſpam fluuium,ab Alexandro magno cõditum,& à nomine Bucephali equi ita appellatũ, qui ibi interfectus fuit, eo in prælio,quo Alexander Porum uicit. uide Plinium libro 6.cap.20.

Bucephalas,Βουκεφάλας,portus eſt in ſinu Saronico, non procul ab Iſthmo Peloponneſi: cuius meminit Plin. lib.4.ca.5.

Buchia,(quod hic pro Ioniæ loco perperam legebatur) uide Buthia.

Bucina,inſula eſt exigua,Siciliæ adiacens,à Lilybæo promontorio in Africam uergens.uide Plin.lib.3.cap.8.

Bucolion,Βουκολίων,Laomedontis filius natu maximus, qui ex Abarbarea Nympha Pædaſum & Aeſepum ſuſcepit.Author Homerus 6.Iliad.

Buda,Vngariæ,ſiue Pannoniæ metropolis eſt, non ita procul à Danubij ripa diſsita:olim munitiſsimum totius Germanię propugnaculum,nunc Turcarum ditioni paret, ut penè tota Pannonia.Germani uocant Oſen.

Budea,Βούδεια,penultima longa,Stephano Magneſiæ ciuitas, à Budeo quodã conditore dicta:à qua etiam Minerua, quæ in ea ciuitate colebatur,Budea dicta eſt. Homerus Βούδειον appellat.* Eſt & Budea Phrygię oppidum,Steph.

Budda,Gymnoſophiſtarum apud Indos princeps extitit,quẽ illi ex uirginis latere natum fuiſſe,credi uoluerunt. Cælius Rhodig.lib.14.cap.1.

Budei,Βουδεῖοι,Mediæ populi Steph.

Budini,Βουδῖνοι,Scythiæ Europææ populi,non procul à Boryſthene amne,Gelonis,& Baſidis Thuſſagetis finitimi: quorum meminit Plin.lib.4.cap.12.

Budore,inſulæ duæ prope Cretam inſulam,ut ſcribit Plin.li. 4.cap.12.

Budorgis,à Ptolemæo dicta creditur, Germaniæ ciuitas in Schleſiæ tractu,q̃ hodie Vratislauia dicit,uulgò Breſzlau.

Budoris, Germaniæ urbs eſt ſub ditione Comitis Palatini: uulgò Heydelberg. (phanus.

Budorum,Βούδωρον,promontorium eſt apud Salaminem. Ste

Buges,amnis eſt Scythiæ Europææ,qui flexum Mœotidis ſecat,ut author eſt Põponius Mela.ſupra Bugen uerò, amnes ſunt Agarus (quẽ Sagarim Ouid.nominat) Lycus, clariſsimi Ptolemæo,Plinio authore lib.4.cap.12. Buges lacus eſt, non fluuius, à Coreto Mæotidis ſinu petroſo diſcluſus dorſo,& foſſa in mare emiſſus.

Buleuterion,nomen ædificij.uide in Appellatiuis.

Bulgaria,à recẽtioribus appellatur Europæ regio ſupra Thraciam,inter Danubium & Pontum Euxinum ſita, Daciæ & Mœſiæ contermina. Hinc Bulgari dicti, qui eam regionem incolunt.

Bulini,Βουλῖνοι, gens circa Illyriam. Artemidorus non gentẽ, ſed Βουλίνην Bulinen ciuitatem eſſe dicit,Steph.

Bulis,Βῶλις, Phocidis oppidum inter Parnaſſum & Heliconẽ ſitum:ita dictum à Bulone conditore.Hinc Bulij & Bulienſes.Cic.in Piſonem,Parthenij & Bulienſes illuſi.

Bulla regia, liberum eſt Numidiæ oppidum, teſte Plinio lib. 5.cap.3.

Bullenſes,oppidũ & populi Loerorum apud Plin.li.4. cap.3.

Bulleum,Βούλλιον,Britaniæ inſulæ oppidum, apud Ptolemæũ lib.2.cap.3.

Bulliones,Barbari incolæ Macedoniæ,dicente Plin.li.4.cap. 23.Apollonia quondam Corinthiorũ colonia, VII.M. paſſuum à mari recedens. Cuius in finibus celebre nympheum accolunt Barbari,Amantes & Bulliones.Hæc Plin.

Bullis,idis,Βουλλίς,oppidum in ea parte Macedoniæ,quæ mari Adriatico adiacet,nõ procul ab Apollonia,teſte Ptolemæo lib.3.cap.13.Plinius Bullidenſem coloniam uocat,lib.4.ca. 10.& populos ipſos Bulliones,lib.3.cap.23.

Bulla,Βοῦλλουα,oppidum Liburniæ,non procul à Drilone fluuio.Ptolemæus lib.2.cap.17.

Buluba, Libyę Cyrenaicæ oppidum apud Plin.lib.5.cap.5.

Bunæ, nomen loci.Plutarch.in libello,utra plus ſapiant. καίγε ἡμεῖς περὶ ἀντίνοραν ἱπράπαμεν, ὃ πάλαι ἡμὶ πρότερον ἱστορῆσιν ὃ πόρρω βουνῶν ἐβοπάλλοντος ἡμὶ καταπαύοντος, λοιμὸν γενέσθαι. Fortè eadem que Brunnus.

Bunartis, Βύναρτις, urbs Libyæ,Steph.

Bunema, Βούνειμα τὰ,urbs Epiri ab Vlyſſe condita,Steph.

Bunitium, Βουνίτιον,urbs Germaniæ in climate magis Septẽtrionali:de qua Ptolemæus lib.2.cap.11.

Bunnus,Βούννος,Illyridis oppidum eſt: cuius gentile eſt Bunnius,Βούννιος.Stephanus.

Bunomus,(Βύνομος ἢ Βουννόμα) Macedoniæ ciuitas, Pella poſtea dicta Steph.

Bupalus,li,Βούπαλος, pictoris inſignis nomen,qui quum Hipponactem poetam deformi figura pictum omnium riſui expoſuiſſet,tam mordaci ab eo carmine fuit perſtrictus,ut laqueo uitam finiret.Horat.in Epod. Qualis Lycambæ ſpretus infido gener,aut acer hoſtis Bupalo.Bupali huius meminit Plin.lib.36.cap.5.

Buphia,Βουφία,Sicyoniæ uicus apud Stephanum.

Buprafium,Βουπράσιον, Epeorum oppidum, Elidi finitimum, cuius meminit Homerus in Catalogo nauium. Plin.lib.4. cap.5.Achaiæ propriè dictæ annumerat.

Bura,ciuitas Achaiæ.uide in Appellatiuis.

Burea,urbs Italiæ à Buræo condita,Steph.

Burcana,uide Barchana.

Burchanis,Βούρχανις,inſula in Celtica,Steph.ex Strabone.

Burea,Burris,uel Burrhina,Βούρια,Βούρρις,ἡ Βούρρινα, fons eſt in loco quodam inſulæ Co,ſic dictus,quòd bouis naribus ſimilem habeat meatum unde ſcaturit.Interpres Theocriti. Meminit enim eius Theocritus Idyllio 7.

Burchana,inſula (ut lib.4.cap.13.Plin.docet) Oceano Germanico:à Romanis Fabaria,à frugis ſimilitudine ſpontè prouenientis appellata.

Burdegala,ſiue, ut apud Suidam legitur,Burdigala,Βουρδίγαλα,Galliæ Aquitanicæ urbs clariſsima, Auſonij poetæ patria.Strabo Burdigalliam appellat.

Burgundia, Galliæ prouincia Celticæ, ducatus titulo inſignis,quum antea ſub regibus fuerat:à qua Burgundi & Burgundiones.Eam olim Sequani ac Hedui tenuerunt.Burgũdiones Plin.lib.4.cap.14.inter genera Germanorum ponit. ſic enim ſcribit:Genera Germanorũ quinq;,Vindelici,quorum pars Burgundiones,Varrini,Carini,Guttones.

Burniſtæ,Plin.lib.3.cap.11.populi Illyrici ſunt,Scultinis & Albonenſibus finitimi.

Burſaonenſes, Hiſpaniæ citerioris populi ſunt, Calagurritanis & Complutenſibus uicini.uide Plin.lib.3.cap.3.

Burtina,apud Ptolemæum lib.2.cap.6. Ilergetum ciuitas eſt in Hiſpania Tarraconenſi. (git Dioces.

Buſæ,Βοῦσαι,Herodoto lib.1.populi ſunt Medorũ,quos ſube-

Buſiris,pen.prod.Βούσιρις, Neptuni & Libyes filiæ Epaphi filius crudeliſsimus Aegyptiorũ tyrãnus fuit, quo tempore Danaus Argiuis imperauit.Hic quũ hoſpites omnes Ioui immolaret,ab Hercule in Aegyptum delato,quũ eaſdẽ illi in ſidias pararet,unà cũ Amphidamãte filio,& præcone Chalbe,& miniſtris aræ interfectus eſt. Huius dictionis media ſyllaba producitur. Verg.3.Georgic. - quis aut Euryſthea durum,Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? Ouid. in Epiſt. Heroid.Si te uidiſſet cultu Buſiris in iſto.Statius tamẽ lib. 12.Thebaid.ſi modò emendata ſit lectio,corripuit.ſic enim ibi legitur,Nõ trucib.monſtris Buſirim, infandũq; dediſti Cercyona.* Eſt & Buſiris nomẽ urbis in Aegypto,ad Nilũ fluuiũ,à Buſiride cõditæ:in qua fuit tẽplum magnum Iſidis. Hinc Buſiritica præfectura,apud Strabonem lib.17.

Butadæ,Βουτάδαι, populi Attici ex Aegeide tribu,apud Steph.

Butes,Βούτης,filius fuit Amyci,Bebryciorum regis,qui ob fæuitiã patris ab Argonautis cæſi,regno pulſus,paruo nauigio Drepanũ in Siciliã confugit,ubi à Lycaſte nobili meretrice hoſpitio ſuſceptus eſt:à qua quũ ob formæ,morũq; & ætatis elegantiã diligeretur,eius cõcubitu uſus, Erycem filiũ ex ea ſuſcepit.& quoniã Lycaſte ob eximiam pulchritudinem Venus uocabatur, datus eſt locus fabulæ, Buten ex Venere filiũ Erycẽ ſuſcepiſſe.Contrà Vergilius li.5.Aeneid. Buten à Darete iuxta tumulũ Hectoris occiſum tradit,in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quiens, Idéq; ad tumulũ, quo maximus occubat Hector Victorem Buten immani corpore, qui se Bebrycia ueniẽs Amyci de gente ferebat, Perculit, & fulua moribundum exté dit arena. * Alius fuit Butes Troianus, à Camilla occisus, ut est idé author lib. 11. * Cõmentarius Apollonij, alterius quoq; Butæ meminit, filij Cecropis cuiusdã. * Est & Butes, Scytharũ fluuius, cui propinqui sunt Agathyrsi & Sarmatę.

Buthia, Βουθία, Ioniæ oppidum, teste Stephano, aut certè regiũ cula, ut idem refert ex sententia Theopompi.

Buthun, Βοῦθων uel Βουθμὴν, si rectè scribitur apud Stephanum, urbs Illyridis, &c. Βυθόϊν puto in Etymologia.

Buthrotum siue Buthrotos, penult. prod. Romanorũ colonia est, teste Plin. lib. 4. cap. 1. in finibus Epiri, ad sinũ Ambracium. apud Græcos nominatiuus est Βουθρωτός. Stephanus de Vrbibus, Βουθρωτός, νῆσος πρὶ κέρκυραν, ἐστι καὶ πόλις. Sic etiam Ouid. lib. 13. Metamorph. Epiros ab his, regnataq; uati Buthrotos Phrygio. Cicero ad Tironẽ: Septimũ iam diem Corcyræ tenebamur. Quintus autẽ pater & filius Buthroti. Seruius explicans illud Vergilij 3. Aeneid. - portuq; subimus Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus arcẽ. Arcẽ, inquit, Buthroti, id est, Buthrotiũ. Ex quo loco (si emẽdata lectio) uideretur Buthroti, genitiuũ esse cõcisum per synthesim, à nominatiuo Buthrotiũ: quẽ tamẽ nusquã arbitror reperiri. Quo fit, ut apud Seruium Buthrotũ legendũ putem: & ita in uetustissimis quibusdã exemplarib. scriptũ inueni-
Buthos, uide Butos. (mus.

Butis, Βῦτις, Syrię ciuitas, Pella postea dicta. Steph.

Butio, uide Buteo.

Butos, Βοῦτος, oppidum est Aegypti, apud Ptolemæum lib. 4. cap. 5. & Plin. lib. 5. cap. 10. Stephanus alterum eiusdem nominis oppidum in Gedrosia collocat.

Butra, insula est maris mediterranei prope Cretam insulam. author Plin. lib. 4. cap. 12.

Butrium, trij, Βούτριον, oppidum Italiæ, non procul à Rauẽna, cuius meminit Strabo lib. 5.

Butua, Plinio inter oppida Liburniæ recensetur, lib. 4. ca. 12.

Butuntinenses, populi sunt Calabriæ in Italia, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Butus, Βοῦτος, Pandionis filius, unde Butadæ pars tribus Aegeidis. Steph. Est & Aegypti ciuitas. uide suprà Buthos. Herodianus uicũ esse scribit Buto, Βουτὼ dictum, ubi oraculũ fuerit, unde & Latona Buto. Est & alia Gedrosiæ Steph.

Buxentum, πυξοῦς, oppidum Lucaniæ, quod Græci Pyxũta uocãt, à buxo arbore, quæ copiosa illic prouenit. Pli. li. 3. ca. 5.

Buzæ, Plinio inter Indicas gentes ponuntur lib. 6. cap. 20.

Buzeri, gens Themiscyræ regionis in Asia. Plin. lib. 6. cap. 4. uide Byzeres.

Buzigeus mons est Thessaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8.

Bybassus, Βύβασσος, Cariæ oppidum Stephano, ita appellatum à Bybasso pastore, qui Aesculapium maris tempestate in Cariam delatum seruauit.

Bybe, Βύβη, Thraciæ oppidum apud Stephanum, cuius incolæ Bybi, Βυβοὶ appellantur à Stephano.

Byblesia, Cariæ regio, ab Isthmo Cnidiorũ initium sumens: de qua sic scribit Herod. lib. 1. Nam quũ initiũ Byblesię ex peninsula auspicetur, sintq; Cnidij propemodum circũflui, eam partem, qua Boream spectat, Ceraunius claudit sinus, Australem uerò Symanum, Rhodiumq; mare: reliquam frõtem, hoc est Isthmum, qui perexiguus est, nempe quinq; stadiorum, Cnidij tentauerunt perfodere.

Byblis, idis, Βύβλις, Suidæ, filia Mileti fuisse fertur ex Cyanee nympha, quæ à fratre Cauno, cuius amore deperibat, repulsa, impatientia amoris in fontem sui nominis est mutata. uide latius totam fabulam apud Ouid. 9. Metamorph.

Byblis, Βύβλις, parua maris mediterranei insula est cum oppido, alio nomine Melos dicta. Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnum & Acyton uocant. Hæc insularum rotundissima est. Verba sunt Plinij lib. 4. cap. 12.

Byblus, est Phœnices urbs, Beryto uicina, in qua Adonidis olim insigne fuit templum. Eam tyranno oppressam Pompeius liberauit, illo securi percusso. Sita est in excelso quodam loco, non procul à mari. Hæc ex Strabonis lib. 16. Hodie Geta.

Bycus, Sarmatiæ Europęæ fluuius est apud Ptolemęum, qui Pomponio Buges dicitur.

Byle, Βύλη, urbs. uide Elea.

Byllis, Βύλλις, apud Stephanum, Illyrici oppidum est, quod a Ptolemæo Βούλλις appellatur: & in ea parte collocatur Macedoniæ, quę Adriatico mari imminet, in Illyrici confinio. ubi & Plinius Bullidensium meminit.

Bymazus, Βύμαζος, urbs Pæoniæ, Stephano.

Byrsa, arx Charthaginensium, uide in Appellatiuis.

Bysinæi, gens Bebrycum, Steph.

Bysus, uel Byssus, gens quædam, Steph.

Byzacium, Africæ regio. Plin. lib. 4. cap. 4. in descriptione Africæ. Vide Byzantium.

Bysalas, Βυσαλάς, regio iuxta Syrtes. uide Byzantes in Steph.

Byzantes, populi Africæ, uide Byzantium. De Byzãte & Subo eius fratre, uide Steph. in Bynęcopolis.

Byzantium Βυζάντιον, urbs Thraciæ, ad ipsum sita Bosphorum, primùm à Pausania Spartanorum rege condita: postea à Constantino in maius aucta, & sacri imperij sede eò translata, ab illius nomine Constantinopolis dicta est. Hodie non sine grauissima orbis Christiani ignominia crudelissimi Turcarum tyranni paret Imperio. * Est item Byzantium, Libyphœnicum regio in Africa, quam sic describit Plin. lib. 5. cap. 4. Libyphœnices appellantur, qui Byzantium incolũt. Ita appellatur regio ducentorum quinquaginta millium passuum per circuitum, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruspina, Tapsus. Hæc ille.

Byzantius, a, um, ad iectiuũ: ut, littora Byzantia. Ouid. in Trist. 5. elegia 9. Byzãntij exules. Cic. pro Domo sua.

Byzeres, pe. prod. Βύζηρες Stephano, populi in Pŏto, qui Strabo ni Byzares uocantur, olim Chalybes, & deinde Chaldæi dicti. Valer. Flac. 5. Argon. Byzeres q; uagi, Philyræq; à nomine dicta Littora. Plin. lib. 6. cap. 4. Buzeros uocat. * Ab his portus quidam Ponti, Buzericus Βουζηρικὸς λιμὴν appellatur: cuius meminit & Stephanus.



Abalaca, Albaniæ in Asia oppidum. Plin. lib. 6. cap. 10. Præualent oppida Albaniæ, Cabalaca: Iberiæ, Harmastis iuxta flumen, &c.

Cabalis, Καβαλίς, oppidum est Cabalię regionis Asiæ, cuius meminit Stephanus. * Est autem Cabalia, Lyciæ pars.

Cabales, Καβαλεῖς, populi sunt Lyciæ regionis, quorum regio Cabalia appellatur: in qua sunt urbes Oenoanda, quã Strabo Oenoandron uocat, Balbura, & Bubon. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. & Herodotum lib. 4.

Caballinus, nomen fontis inter appellatiua.

Cabarnis, Καβαρνὶς, uide Paros.

Cabassus, Καβασσὸς, uel Cabessus Καβησσὸς Homero, oppidum Cappadociæ: quod tamen alij trans Hæmum montem collocant. * Appion uerò, uicum esse ait inter Tarsum & Mazacam. uide Stephanum.

Cabellio, Narbonensis prouinciæ oppidum est, prope Druentiam fluuium & Carpentoracte. à Strabone Caballio uocatur. Vulgò Cauaillon.

Cabera, Protei filia fuisse fertur, quæ ex Vulcano tres Caberos genuit, totidemq; nymphas Caberides, quibus omnib. dicata fuisse templa, author est Strabo lib. 10.

Caberon, Asiæ fluuius est, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 23. in descriptione Carmaniæ.

Cabessus, uide Cabassus.

Cabiria, æ, Καβιρία, oppidum citerioris Asiæ, quod Cabirij inhabitabant. Sunt & Cabirij Bœotij populi. Vtriusque author Stephanus.

Cabullinum, Καβούλλινον Ptolemæo, Sequanorũ oppidum est ad Ararim, quod alio nomine Catalaunũ, Gallicè Chalons sur Sone dicitur.

Cabura, æ, fons Mesopotamiæ prętер aquarũ omniũ naturã egregiè odoratus: cuius fabulosam rationem reddũt, quod Iuno eo aliquando fuerit perfusa. uide Plin. lib. 31. cap. 3.

Cabyle, Καβύλη, urbs in Thracia, ut inquit Polybius.

Caca, soror fuit Caci, quam quidã uolũt fratris furtũ Herculi indicasse, & ob id meruisse ibidẽ diu ara sacrisq; uenerari, sed longè aliter Verg. lib. 8. & Ouid. lib. 1. Fast. sentiunt.

Caccabe, es, Καππάβη, olim appellata fuit urbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. uide Stephanum in dictione Καρχηδών.

Caci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cacidiri, inter celeberrimas Scytharum gentes, Plinio ponuntur lib.6.cap.17.

Cacirini, Siciliæ populi Latinæ conditionis, ut ſcribit Plin. lib.3.cap.8.

Cacus, κάκος, filius fuit Vulcani, qui Latium undiq; latrocinijs, & incēdijs infeſtabat: demum Herculis quoq; ex Hiſpania, occiſo Geryone, redeuntis, & apud Euandrū hoſpitantis boues noctu cauda traxit in antrum ſuū: quas quum manè diminutas cerneret Hercules, nec quorſum erraſſēt, ſcire poſſet, fortè fortuna ad hoc antrum peruenit: ſed quum ueſtigia omnia foras uerſa uideret, cum reliquis abijt. Abeuntib. autē cæteris, occluſæ boues aliarum deſiderio mugierunt. Hercules igitur audito mugitu, Caci fraudem cognouit, raptaq; claua iratus recurrit: ſed Cacus ſpelunca fretus, in eadem ſe abſcōdit, clauſis forib. ingenti ſaxo. Quod Hercules uidens, ad montis cacumen tēdit, & ad extremum deiecto ſilice, qui antri ori ſummo incumbebat, intrepidè deſiliens, Cacum ſtrāgulauit, bouesq; ſuas recepit, ut copioſè deſcribit Vergilius lib. 8. Sunt qui affirment hunc Cacum Euandri fuiſſe ſeruum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio uaſtauerit, & ob id Vulcani filium appellatū. Ouidius fabulatur illū tricipitem fuiſſe, quū inquit: Mænalio iacuit fuſus tria tēpora ramo, Cacus, &c. - Veritas tamen ſecundū philologos & hiſtoricos hoc habet, hunc fuiſſe Euādri nequiſsimū ſeruum, ac furē. Nouimus aūt malum à Græcis κακὸν dici, quem ita illo tempore Arcades appellabāt. poſtea translato accentu Cacus dictus eſt, ut Helene Helena. Iguem autem dictus eſt uomere, quòd agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua eiuſdem nominis prodidit. Vnde etiam ſacrū meruit, in quo ei per uirgines Veſtæ ſacrificabat. Hæc Seruius enarrās eū Vergilij locū li. Aeneid. 8. Hic ſpelunca fuit uaſto ſubmota receſſu, Semihominis Caci, &c.

Caddusij, Straboni lib.11. populi ſunt Mediæ, prope Albanos & Caſpios.

Cadena, regia fuit, in urbis modum inſtructa in montibus Lycaoniæ, ut author eſt Strabo lib.12.

Cadi, orum, apud Strabonem lib. 12. Phrygiæ urbs eſt: quam tamen nonnulli ad Myſiam pertinere dicunt.

Cadiſcus mons, uide Cadiſcus in appellatiuis.

Cadmea, καδμία, autore Plutarcho in uita Pelopidæ, arx fuit Thebana: licet nonnunquam pro ipſa ſumatur urbe.

Cadmeus, a, um, idem eſt quod Thebanus, & Cadmea uictoria, καδμεία νίκη, hoc eſt Thebanorū uictoria: quod prouerbij uim habet, quoties ſignificare uolumus, tā magno cōſtitiſſe uictoriam, ut nō ita multū interſit in uictoris ſortē, & uicti. Tractū eſt adagium à bello Thebano inter duos fratres geſto. Vide Eraſmum in Adagijs. Stephanus author eſt, ipſam etiam Carthaginem, olim Cadmeam fuiſſe appellatam.

Cadmeis, idis. pen. prod. καδμηΐς, regio eſt Achaiæ, eregionè Euboeæ ſita, quę poſtea dicta eſt Bœotia. Author Thucydides belli Peloponneſiaci lib.1.

Cadmus, κάδμος, Agenoris Phœnicū regis filius fuit, qui à patre miſſus ad quærendā Europā ſororem, iuſſuſq; ſine ea nō reuerti, deſperato reditu, Thebas in Bœotia cōdidit. Ab huius nomiñe ipſę etiam Thebæ Cadmeæ dicuntur à Cadmo conditore. Propertius: Quum tibi Cadmeę dicuntur Pontice Thebæ. Poſtea autem à Zetho, & Amphione regno pulſus, ad Illyrios ſeſe cōtulit: ubi deorū miſeratione, & ipſe, & uxor in ſerpētes mutati ſunt. Filias habuit Semelē, Agauen, Ino, & Autonoen. Ferunt Cadmum decem & ſex literas è Phœnicia in Græciam detuliſſe, α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. His Palamedem Troiano bello quatuor adieciſſe, ξ θ φ χ: & totidem poſt eum Simonidem Melicum, ζ η ψ ω. Aiunt quoque Cadmum hiſtoriam inueniſſe, & primùm proſaicam orationem inſtituiſſe. Paulò iunior fuit Orpheo. Hæc Suidas. Apuleius uerò hoc adſcripſit Pherecydi. Fertur item inueniſſe auri metalla, atq; conflaturam. * Eſt & Cadmus mons, qui Laodiceę imminet, ex quo Lycus fluuius fluit. Author Strabo lib.12. Plin. lib.5.cap.26.

Cadmeius, a, um, per quatuor ſyllabas, καδμήϊος, ut Aemon Cadmeius. Sta. Theb.8. - leuis Cadmeius Aemō Tela rotat.

Cadmeus, a, um, per tres ſyllabas & pen. prod. κάδμειος. Stat. 8. Theb. - pudeat Cadmea iuuentus.

Cadmeis, idis, fœm. gen. patronymicum à Cadmo. καδμηΐς. Ouid. 4. Metamorph. Aequora diſtringunt ſummis Cadmeides alis.

Cadmus, item Mileſius fuit, teſte Suida, Orpheo aliquāto recentior, qui de Mileti origine, & rebus Ionicis libros quatuor conſcripſit. Hic primus fuiſſe creditur, teſte Plin. lib.5. cap.29. qui proſam orationem ſcribere aggreſſus ſit: ut iam fuſius dictum eſt.

Cadmus fluuius Ceſtrinus, uide in Cammania.

Cadrema, καδρημα, urbs Lyciæ, Olbiorum colonia. ἐρμηνεύεται δὲ σίτου φρυγμὸς ἢ πόλις. Steph.

Caducifer, nomen Mercurij. uide in appellatiuis Caduceum.

Caduēni, Sardianæ iuriſdictionis in Caria populi, ut author eſt Plin. lib.5.cap.29.

Cadurci, καδούρκοι, Galliæ Aquitanicæ populi. Plin. lib.4.cap. 19. uulgò Cahors.

Caduſij, καδούσιοι, Aſiæ populi, inter mare Caſpium & Pontum. Strabo lib.11.

Cadytis, urbs Syriæ maxima, Herodoto lib.2.

Cæa, quod hic pro inſulæ nomine corruptè legebatur, uide Cea.

Cæcilia, prænomine Caia, Tarquinij Priſci uxor, maximi animi mulier, & lanificij peritiſsima, quæ prius Tanaquil dicebatur. uide Plin. lib.8.cap.48. & Liu. lib.1. ab Vrbe.

Cæcilius, Epirota, libertus Attici equitis Romani, ludū Grāmaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Vergilium, & alios poetas nouos prælegere cœpiſſe, quod etiā Domitij Marſi uerſiculus indicat, Epirota tenellorum nutricula uatum. Ex Tranquillo. Huius etiam meminit Macrobius. * Cæcilius Gallus in diſciplina iuris, atq; legibus pop. Rom. noſcēdis, interpretandisq; ſententia, uſu authoritateq; illuſtris fuit tempore Gellij: cuius etiam ipſe meminit, dicitq; librū ſcripſiſſe de Verborum ſignificatione, quę ad ius Ciuile pertinerent. * Cæcilius item Claudius Iſidorus, qui C. Aſinio Gallo, & Martio Cyrino Coſs. ad v i Calend. Febr. teſtamento ſuo edixit, quamuis multa ciuili bello perdidiſſet, tamē relinquere ſeruorum quatuor millia c x v i. Iuga boum tria millia d c. reliquū pecoris d c l v i i millia: in numerato h s. d c. m. Author Plin. li. 33. ca. 10 * Fuit & Cæcilius Callantianus, Callantis autem ciuitas Siciliæ eſt, Iudæorum religionis ſectator, qui Romæ docuit ſub Auguſto uſq; ad Adrianum. Scripſit librum contra Phrygas: Dictionarium ex ordine literarum, Comparationem Demoſthenis & Ciceronis, & alia. Author Suid. * Præter hos Cæcilius Argiuus, uerſificator fuit, qui ſcripſit de piſcibus. Author Suidas. * Cæcilius item Statius, poeta comicus, quem Cic. ad Atticū malū Latinitatis authorē uocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Fuit natione Gallus, & Ennij contubernalis: quidam Mediolanenſem faciunt. Deceſsit anno poſt Ennium: ſepultus in Ianiculo. Author Euſebius.

Cæcinum, καίκινον Steph. oppidum in finibus Italiæ, inter Locros & Rheginos, à Cæcino uicino amne ita appellatum.

Cæcinos, καίκινος, fluuius in finibus Italię, qui Rheginum agrū à Locrenſi diuidit. Plin. lib.30.cap.10.

Cæleſtini, populi Vmbriæ ſunt, qui à Plin. lib.3.cap.14. in ſexta Italiæ regione collocantur.

Cælius, mons urbis Romæ ex ſeptem: à Cælio Vibeno nobiliſsimo duce Thuſco dictus: quod Romulo aduerſus Latinum regem cum auxiliaribus uenerit: à quo Cælimontia, aut Cœlimontana porta. Hunc montem Tullus Hoſtilius urbi addidit, ibiq; ipſe habuit, quo frequētius habitaretur, ut inquit Liuius. In eo habitauit Ennius poeta. * Fuit & Cęlius nomen patris Saturni.

Cælium, oppidum Calabriæ, non procul à Brunduſio, apud Plin. lib.3.cap.11.

Cælius, orator acerrimo ingenio fuit, diſcipulus Ciceronis, de quo extat illud Quintiliani elogium, Longiore illum uita, & meliore mente dignum fuiſſe. Hic poſtea ab Atratino quodam accuſatus, quòd cum Catilina conſpiraſſet in perniciem Reip. quodq; aurum à Clodia Clodij ſorore extorſiſſet, eiq; uenenum propinaſſet, defenſus eſt à Cicerone elegantiſsima illa oratione, quæ hodie quoq; habetur in manibus. * Alius fuit Cælius Pontius, prætor urbanus, cui iusdicenti, quum picus capiti eius inſediſſet, ab aruſpice reſponſum eſt, dimiſſa aue, hoſtium uictoriam fore: occiſa, Rei publicæ: eum tamen interiturum, qui eam occidiſſet: intrepidè tamen auem occidit: unde non ita multo pòſt cum quadraginta ſuæ familiæ hominibus eſt interfectus.

Cælos, Thraciæ portus apud Plin. lib.4.cap.11.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cælus, οὐρανός, cognomen indigenæ fuit, qui ex Terra sorore in matrimonium ducta Saturnũ, Bætillum, Dogana, & Atlãta genuit. A' cuius nomine mira uarietate, formosissimum supremum corpus cœlum dicunt fuisse appellatum.

Cænargiæ, καιναργία, regio quædam. uide infra in Thyrea.

Cæne, καινὴ Ptolemæo, sinus Laconici oppidum, non procul à Tęnaro promontorio. * Hinc Cænites portus, apud Plin. lib. 4. & Cæneus Iupiter dictus est. Ouid. Victor ab Oechalia Cæneo sacra parabat Vota Ioui. * Cęne ité parua quędam insula in mari Siculo in Africam uersa, cui uicina est Gaulos & Melite. Plin. scribit lib. 3. cap. 8.

Cæneum, καίνιον, promontorium est Eubœæ ad Septentrionem, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Cæneus, Elati filius, à prima ætate puella, fuit forma uenustissima, adeò ut Neptunus illius forma tactus, cum ea concubuerit, in mercedem autem concubitus petijt illa ut in uirum mutaretur, & esset inuulnerabilis: quod factum est. Cætèrùm quum postea Cæneus superbia elatus contemptis dijs, iuberet Lapithas, quibus imperabat, per hastam suam iurare, Iupiter illius superbiam ultus est. Nam pugnans cum Centauris, quum ferro uiolari non posset, tanta arborũ mole oppressus est, ut uiuus sub tetram detruderetur, atq; hoc modo interijt. Post mortem autem in auem mutatum dicit Ouid. lib. 12. Metamorph. - salue Maxime uir quódam, sed auis nunc unica Cæneu. Vergilius uerò lib. 6. Aeneid. post mortem in sexum muliebrẽ redijsse dicit: It comes & iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus, Rursus & in ueterem fato reuoluta figuram.

Cænica, Thraciæ regio, Plinio authore lib. 4. cap. 11.

Cænina, à Plinio inter Latij oppida nominatur, lib. 3. cap. 5. Hinc Cęninenses populi, à Romulo uicti, ut est uidere apud Liuium lib. 1. ab Vrbe.

Cænis, ut fabulatur Ouid. lib. 12. Metamorph. Thessalica puella fuit quæ à Neptuno compressa, ab eo muneris loco impetrauit, ut in uirum transformaretur, nullisq; unquam uulneribus posset sauciari. Mutato itaq; sexu, etiam nomen mutauit, & ex Cænide factus est Cæneus. Hic in prælio Lapitharum, quum nullo teli genere lædi posset, congesta arborum mole, obrutus est, & in Cænidem auem transformatus.

Cænites, pen. prod. Achaiæ portus fuit, non procul à Saronico sinu, querno nemore exornato. Plin. lib 4. cap. 5.

Cænis, καινὶς, Italiæ promontorium est, quod aduersum habet Pelorum in Sicilia, XII stadiorum interuallo. Author Plin. lib. 3. cap. 6.

Cæpori, Hispaniæ citerioris populi sunt. Plin. lib. 4. cap. 20.

Cęre, χαίρη Stephano, neutro genere, & indeclinabile, urbis insignis nomen in Hetruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hanc quondam Agyllam nominatam, & à Pelasgis è Thessalia profectis conditam ferunt. Deinde uerò Lydis, quos postea Tyrrhenos nominauerunt, aduersus Agyllinos bellum gerentibus, quum quidam murum subiens, urbis eius nomen percontatus fuisset, eiq; à Thessalo quodã de muro χαῖρε responsum esset, eo ueluti omine à Tuscis accepto, captam postea urbẽ mutato priori nomine, Cęre uocauere. Verùm tam splendidæ, tamque gloriosæ ciuitatis, Strabo lib. 5. asserit, uix ulla sua ætate extitisse uestigia: & solo uicinorum balneorum nomine, quæ Cæretana dicebantur, fuisse celebratam. Festus. Cæremoniarum causam aliqui ab oppido Cære dictam existimant. Declinatur & Cæres, itis, penult. obliquorum correpta. Vergil. Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. * Legitur & ablatiuus Cærete, pen. prod. tanquam à nominatiuo Cæres etis, Vergil. 10. Aeneid. Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis. Quanquam non desunt, qui Cærete ibi adiectiuum esse contendant. Ab hoc oppido Cęrites tabulæ appellatę sunt, in quas Censores referri iubebant, quos notę causa suffragijs priuabant. Nam urbe à Gallis capta, quum Cęretani eos qui unà cum sacris ęternoq; Vestę igne ad se profugerant, comiter hospitio suscepissent, Romani deinde restituta in statum meliorem urbe, satis malignam illis gratiam retulerũt. Nam ciuitate quidem eos donauerunt, suffragij autem ius eis non concesserunt. Hinc factum est, ut quum aliquem ignominia & contumelia dignum uolumus significare, Cærite cera eum dignum esse dicamus.

Cærete, uide Cære.

Cæretum, Vmbriæ oppidum inter Spoletum ac Nursiam, à quo Cæretani appellantur, totũ orbem uano quodã ac turpi superstitionis genere ludificantes: ob quã causam fere cõtinuè peregrinantur, familia atq; uxoribus domi relictis.

Cæsar, καίσαρ, cognomen Iuliorum est. Ille enim qui primus matris utero fuerit natus. Vel ab elephanto in pugna occiso, qui lingua Maurorum Cæsar appellatur. Vel quòd oculis cæsijs, hoc est glaucis fuerit. Vel à cæsarie, cum qua natus proditur. Iulius autem Cæsar, à quo familia Cæsarum prorogata est, non est natus cæso utero materno, qui matrẽ Aureliam habuit, quam amisit quum in Gallia bellum gereret, cuius etiam pater Cæsar est nũcupatus, qui prætura functus Pisis obijt. Hic Iulius Cæsar omnem Galliam, quæ saltu Pyrenæo, alpibusq; & monte Gebenna fluminibusq; Rhodano & Rheno continetur, nouem annis in prouinciæ formam redegit. Germanos, qui trans Rhenum incolũt primus Romanorum ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. Aggressus est Britannos, ignotos antea, superatisq; pecunias obsides imperauit. Deinde quum obtinere nõ potuisset ut sui absentis in Consularibus comitijs ratio haberetur, arma in patriam conuerrit, nemine repugnante. Gallia Cisalpinam, Picenum, Vmbriam, & Hetruriam occupauit, Pompeium q; Italia expulit. Post hæc in Hispaniam transgressus, ualidissimas Pompeij copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, superauit. Pompeium funestissimo in campis Pharsalicis prælio superauit. Ptolemæũ in Aegypto subegit. In Africa deuicit Scipionem & Iubam, in Hispania liberos Pompeij. Triumphauit quinquies: primum de Gallia, postea de Alexandria, deinde de Põto, de Africa, & de Hispania. Liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos triumphos: de quibus Suetonius. * Cæsares præterea duo alij fuerunt, Caius, & Lucius: quorum Caius poeta Tragicus fuit, & Orator, (ut testatur Pædianus) frater uterinus Catulli Oratoris: cuius & Cicero sic meminit in Bruto, C. Cesar, L. F. & superioribus, & æqualibus suis omnibus præstitit, oratorq; fuit minime ille quidem uehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suauitate conditior. Sũt eius aliquot orationes, ex quibus sicut ex eiusdem tragœdijs lenitas eius fine neruis perspici potest. Hactenus Cicero. Lucius uerò, huius frater, Prætor & Consul fuit: ambo Syllam sequuti, iussu Marij interfecti sunt, quo tempore itẽ Antonius orator, Crassi æqualis, simili fato perijt. * Cæsar præterea alius fuit prænomine Lucius, M. Antonij Triumuiri auunculus, Pompeianarum partium, missus utrinq; aliquoties Orator de pace. Postremò inter proscriptos ab Octauio relatus est, & interfectus: in cuius locum obtinuit Antonius, ut M. Cicero itẽ proscriberetur. uide Plutarchum in Augusto, Ciceronẽ, & Antonio.

Cæsarea, penult. prod. καισαρία Stephano, urbs Palestinæ in littore maris magni, quæ turris Stratonis uocabatur sed postea ab Herode in honorem Cæsaris nobilius ędificata, Cæsarea est appellata: in qua idem Herodes in honorem Cęsaris magnificam domum albo marmore construxit. Vi nepos eius Herodes ab angelo percussus, eo quòd non dedisset honorem Deo, consumptus à uermibus expirauit. In hac Cornelius Cęturio à Petro baptizatus est. * Altera Cæsarea Philippi, à Philippo Herodis filio, in honorem Cæsaris ad radices montis Libani ædificata, ubi duo fontes Iordanis oriuntur. * Tertia Cappadociæ, sic à Tiberio nominata, pulso Archelao, quum ante Maza diceretur. Author Eusebius. * Quarta Mauritaniæ nobili portu insignis, antè Iol uocitata: quam quum Iuba Ptolemęi pater munisset, Cæsaream appellauit. Author Strabo lib. 17.

Cæsarauguſta, καισαραυγούστα, urbs Hispaniæ Tarraconensis: quam Strabo Augustam Cæsaream nominat: antea Numantia dicta, teste Pomponio. Vulgus Hispanorum Saragossam uocat.

Cæsareus, a, um: ut, Domus Cæsarea, Ouidius 1. Trist. eleg. 1. Vultus Cæsarei. Idem, 2. de Ponto, eleg. 8.

Cæsarianus, a, um. Cic. ad Attic. li. 6. Facile me ille esset assecutus: aiunt eum Cæsariana uti celeritate.

Cæsarienses, Ionię populi, in Ephesiorum conuentu. Plin. lib. 5. cap. 29. Ephesum uerò, alterum Asiæ lumen, remotiores conueniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani.

Cæsariensis, Mauritania, uide infrà in dictione Mauritania.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cæſarium, Aegypti emporium eſt, & ſeceſſus quidam. Strabo lib. 17.

Cæſarobricenſes, Luſitanicæ Hiſpaniæ populi, apud Plinium cap. 22. lib. 4.

Cæſenna, urbs Flaminiæ prouinciæ, à cædendo, quòd exiguo amne cæſa, id eſt diuiſa ſit. uel quòd ager eius duobus flumi nibus, Sapi & Rubicone ſit diuiſus. Hinc Cæſennates dicti ſunt, Cæſennam habitantes: & Cæſennatia uina, quæ inter generoſa numerabantur.

Cætobrix, καιτόβριξ, Luſitaniæ urbs eſt, alio nomine dicta Cæzimbria. Ptolem. lib. 2. cap. 5.

Cæix, uide infrà Ceyx.

Caia, Caianus, uide Caius.

Caicus, καΐκος, pen prod. fluuius eſt Myſiæ, in Theutrania naſcés, & per campũ ſui nominis in Elaiticũ ſinũ defluẽs. Ver. 4. Georg. Saxoſamq; ſonans Hypanis, Myſusq; Caicus.

Caieta, nomen mulieris Troianæ, quam alij Aeneæ, alij Aſcanij, alij Creuſæ nutricem faciunt. Hanc Aeneas ab inferis reuerſus fato ceſsiſſe inueniẽs, eam nõ longè à Baiano ſinu ſepelijt: ibiq; & urbẽ condidit, quam unà cum adiacenti portu Caietam dixit. Verg. li. 7. Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix Aeternam moriens famã Caieta dediſti. Strabo autem li. 5. Caietam à ſinus curuitate appellatam exiſtimat, Laconum idiomate, qui curua omnia ita ſolent nominare.

Cainas, Indiæ fluuius nauigabilis, Brachmanarum agrum irrigans. Author Plin. lib. 6. cap. 17.

Cairus uel Alcariuon, Aegypti ciuitas. uide in Babylon.

Caius, γάϊος, pronomen à parentũ gaudio ſumptũ. Et eſt dictio diſſyllaba, niſi per diæreſim ex i cõſonante facias uocalem, ut apud Martialem, Peruigil in pluma Caius ecce iacet. Profertur per G, & notatur per C, quæ inuerſa Ↄ, mulierem Caiam declarat. Quintiliano autore li. 1 ca. 13. Cic. pro Murẽna: Putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias uocari. Apud priſcos autem pro domino ponebatur, ſicut & Caia, γάϊα pro domina. Vide Plutarchum.

Caianus, a, um. Statius lib. 4. Syluar. Emptum plus minus aſſe Caiano.

Calabria, pen. cor. καλαβρία, extrema Italiæ regio eſt, peninſulæ formam referens, cuius Iſthmus eſt, unius diei uia, quæ à Tarento Brunduſium ducit. Alijs nominibus Meſſapia, & Salentina, & Peucetia dicta eſt, teſte Strabone lib. 6. & Plin. lib. 3. ca. 11. Oppida eius præcipua ſunt Brunduſium, & Hydrus totius Italiæ extremũ. Horat. 1. Carm. Ode 31. Non ęſtuoſę grata Calabriæ Armenta.

Calaber, bri, Calabriam incolens. Et Calaber, bra, brum. Ouid. lib. 3. de Arte, Ennius emeruit Calabris in montib. hortos. Dicitur ἀπὸ τοῦ καλὸς, καὶ ῥίθω, ęp ſit regio in primis fertilis, in qua arbores fructibus mirum in modum onerantur.

Calabricus, a, um: ut, Calabrica olea. Columella li. 12. cap. 49. Veruntamen habetur præcipua in hos uſus olea Calabrica, quam quidam propter ſimilitudinem, oleaſtellum uocant.

Calabri, καλαβροί, Calabriæ populi in finibus Italiæ, quorum regio Calabria eſt, fructibus in primis abundans: quos quoniam hoſpitibus obtrudebant, ſibi alioqui nulli uſui futuros, factum eſt ut Dona Calabri hoſpitis in prouerbiũ ceſſerint, pro nullius precij muneribus, quæ donanti oneri magis ſunt quàm uſui.

Calæ, arum, κάλαι, ciuitas in India.

Calænus, καλινὸς, fons Lyciæ, apud Stephanum, qui & Calbius dicitur.

Calaguritani, Hiſpaniæ citerioris populi in cõuentu Cæſarauguſtano: quorum alij Naſciſci, alij Fibularenſes cognominati ſunt. Vtrorumq; oppidum Calagurium dictum eſt.

Calais, Boreæ ex Orithyia cõiuge filius alatus, qui unà cũ Zethe fratre ſimiliter alato cum Argonautis Colchos profectus eſt. Qua in expeditione, quũ à Phineo rege humaniter eſſent accepti, Harpyias, quę regnũ illius infeſtabant, perſequi cõſtituerunt: quas quum & alarũ auxilio, & ſagittandi peritia in Plotas uſque inſulas fugaſſent, ab Iride admoniti ſunt, ne Iouis canes ulterius perſequerenẽ. Inde itaq; retrorſum cõuerſi, duas illas inſulas, in quib. Harpyias reliquerũt, à cõuerſione ſua Strophadas appellarũt, quũ antea Plotę dicerẽtur. Poſtremò ab Hercule occiſi dicũtur, & in uẽtos cõmutati, qui Caniculæ exortũ dies ferè octo precedũt: unde προδρομοι, id eſt præcurrentes appellantur. * Eſt etiã Calais gemma ſapphyro ſimilis, candidior tamen, & littoroſo mari ſimilis. Hanc pleriq; eandem eſſe exiſtimant cum Augite.

Calamæ, καλαμαι, urbs Peloponneſi, Steph.

Calamenthe, καλαμίνθη uel καλαμίνθη, urbs Libyæ uel Phœnicum melius per iota in penultima.

Calamis, idis, nomen ſtatuarij, qui equos abſolutos & perfectos effinxit. Ouidius: Vendicat ut Calamis laudem, quos fecit equorum. Huius meminit Plin. li. 34. cap. 8. & Quintilianus lib. 12. cap. 10.

Calamiſus, Locrorum oppidum. Plin. lib. 4. cap. 3.

Calamos, Phœniciæ oppidum in ora ſubiecta Libano monti. Plin. lib. 5. cap. 20.

Calanus, penult. prod. κάλανος, fuit philoſophus ex Gymnoſophiſtis Indis, qui ſecutus Alexandrum Magnum extra Indiæ fines, quũ apud Paſagardas ęgrotare cœpiſſet, facta pyra, & aurea lectica ſuperimpoſita, in ea cubans cõbuſtus eſt, ſtramentis opertus. Fertur, quum Alexander Magnus rogaret eum, ſi quid uellet, dixiſſe, Propediem te uidero. Quod non multo pòſt contigit: nam in Babylone paucis pòſt diebus Alexander mortuus eſt. Lege Arrianum de geſtis Alexandri. Indi autem quemq; ſapientem Calanon uocant, ut ſcribit Suidas.

Calapis, Pannoniæ amnis eſt, in Saum influens iuxta Sciſſam, duobus alueis inſulam efficiens, quæ Segeſtica uocatur. Plin. lib. 3. cap. 25.

Calaris, ciuitas in Sardinia apud Plin. lib. 2. cap. 108. cuius meminit & Claudianus de bello Gildonico. Vide in dictione Sardinia.

Calaritani, Sardiniæ populi ad Meridiem ſiti: quibus Calaris oppidum nomen fecit, cuius meminit Plin. li. 2. cap. 108.

Calaritanum, Sardiniæ promontorium Africam ſpectans, apud Plin. lib. 3. cap. 7.

Calarna, κάλαρνα, urbs Macedoniæ. Steph.

Calaſiris, καλάσιρις, pars Aegypti, incolæ Calaſirij, & Calaſiriæ, Steph. ex Herodoti lib. 2.

Calarus, κάλαρος, inſula, aliàs dicta Alopecia uel Alopeconnẽſus, cum uulpem catulos ſuos ferre & deponere uidiſſent: deinde Calarus à Calero (ἀπὸ καλήρου,) rege. Alij ciuitatem Calerum dictam uolunt. Steph.

Calathe, καλάθη, quam alij Calathuſam uocant, nomen urbis ad Herculis columnas ſitę. Author Stephanus. Plinius uerò lib. 4. cap. 12. Calathuſam inſulam eſſe aſſerit in mari Aegęo, non procul à Cherſoneſo ſitam.

Calathus, filius Iouis & Antiopes, ut author eſt Homerus in Odyſſea.

Calathuſa, καλαθουσα, Plin. libr. 4. cap. 11. numeratur inter inſulas deſertas, quæ inter Cherſonneſum & Samothracẽ interiacent.

Calatis, κάλατις Stephano, Thraciæ ciuitas, non procul à Tomis, Ponto Euxino imminens, cuius meminit Pli. li. 4. ca. 11. & Strab. 7. Ex hac ciuitate ortus fuit Iſter poeta, qui de rãtione ſcribendæ tragœdiæ opus inſigne conſcripſit.

Calatiæ, καλατίαι, Indiæ populi apud Stephanum. * Calatiæ præterea inter urbes Italiæ ponuntur à Plin. lib. 3. cap. 5. nõ procul à Bouillis, & Caſino.

Calatybus, καλάτυβος, urbs Libyæ. Steph.

Calaurea ſiue Calauria, καλαύρια Stephano, inſula eſt in ſinu Argolico cõtra Trœzenẽ, nulla alia re, quàm morte Demoſthenis, nobilior. In hac etenim inſula templũ erat Neptũni, quo Demoſthenes, audito Archię ſatellitis Antipatri aduentu, cõfugit: & ne uiuus in Antipatri poteſtatem peueniret, hauſto ueneno ex calamo, uitam finiuit. Hanc nõnullis in locis Calabriam appellatam inuenimus, ſed mendoſẽ.

Calauria, inſula eſt iuxta Cretam, à Calauro Neptuni filio denominata. * Eſt etiam urbs, Locrorum, in qua Latona maximè colebatur. uide Ouid. lib. 7. Metamorph.

Calbis, Cariæ amnis, ut ſcribit Pomponius Mela lib. 1.

Calbius, uide Calænus.

Calce, à Strabone lib. 5. numeratur inter Campaniæ ciuitates, non procul à Theano Sidicino.

Calchas, antis, κάλχας, proprium nomen Græcis auguris, Theſtoris filij (à quo Theſtorides à poetis appellatur) qui cum Græcis ad expeditionem Troiæ profectus eſt: & quoniam diuinandi arte plurimum præſtabat, eius conſilio multa geſta ſunt. Nã in Aulide oſtẽdit, quomodo placata Diana, uenti ſedari poſſent: & apud Troiam in caſtris docuit, quæ ratio Apollinis placandi, ut peſtilentia ceſſaret, foret: & ex paſſere,

passere, quæ cum nouem pullis à dracone uorabatur, indicauit decennalem obsidionem Troię futuram. Quapropter inter cæteros Achilli acceptissimus erat, adeò ut eius præsidio plerunq; defenderetur, præcipuè uerò quum suaderet Chryseidem patri reddẽdam esse. Tum enim Agamemnon non solum in uatem, sed etiam in ipsum Achillem incensus ferebatur. Diruta autem Troia reuersus cum Amphilocho Amphiarai filio terrestri itinere, Colophonem, quæ urbs est Ioniæ, quum in luco Apollinis Clarij extra urbem apud fanum in Mopsum præstantissimum augurem incidisset, artis peritia ab illo superatus, dolore contabuit, quòd proposita sibi à Mopso caprifico, ut refert Hesiodus, aut, ut Pherecydes mauult, sue grauida, conijcere nõ potuisset, quot in illa ficus essent, quotúe hæc utero suculas gereret: quod tamẽ Mopsus sine ullo errore diuinauit. De Calchante uide multa apud Homerum, lib. 1. Iliados, & Vergilium 2. Aeneidos.

Calcioli, (quod hic corruptè legebatur) uide Carfioli, & Carseoli.

Calciope, καλκιόπη, filia Aeetæ Colchorum regis, soror Medeæ & Absyrti, & coniunx Phryxi, ex quo Cytorum peperit. Ouidius in Epist. Helenæ ad Paridem, Non erat Aeetes ad quem despecta rediret Non Ipsea parens, Calciopeque soror.

Caldius, militari ioco dictus est Claudius Cæsar, pro Claudio, quemadmodum & Biberius pro Tiberio, & Mero pro Nerone. Suetonius in Tiberio, In castris tyro etiá tum propter nimiam uini auiditatẽ pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone, Mero dictus est.

Cale, Cales, ciuitas est Campaniæ. Nam est in uia Flamminia, quæ Cale dicitur. Est & in Gallia hoc nomine, quam Sallustius captam à Perpenna commemorat. Hæc Seruius in 7. Aeneid.

Caledonia sylua, in ea parte Britanniæ fuisse putatur, quæ hodie Scotia dicitur, sæuissimis olim ursis nobilitata. Martialis, Nuda Caledonio sic uiscera præbuit urso. Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledonij dicuntur à poetis. Idem, Quinte Caledonios Ouidi uisure Britannos. Corripit autem hoc nomẽ in hac significatione antepenultimam syllabam, secundam uerò producit. Apud Græcos enim scribitur per η. Contrà quum Aetoliæ syluam significamus, secunda syllaba scribitur per y Græcum, & ubique corripitur, sequens autem producitur, eo quòd apud Græcos scribatur per ω. Vide plura de hoc suo loco.

Calegia, Ptolemęo Germaniæ ciuitas putatur inter Saxones, quam uulgò Vuittenbergam uocant.

Calena, apud Ptolemæum ciuitas in Anglia esse creditur, quæ hodie Oxonia appellatur.

Calenum, καλινὸν, teste Plinio, Campaniæ oppidum est, non procul à Capua, in cuius agro mite & generosum uinum nascitur. Inde Caleni populi dicti, qui hanc urbem, aut agrum uicinum incolunt. Horum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Hoc etiam oppidum Cales, Calium, in numero plurali appellatum inuenitur. Verg. 7. Aeneid. - quique Cales linquunt, amnisque uadosi Accola Vulturni. Item Horat. lib. 4. Car. Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis.

Calenus, a, um, καλινὸς, possessiuum à Calibus, siue Caleno Campaniæ urbe deductum. Horat. lib. 1. Car. Ode 20. Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes uuam.

Calepium, καλέπιον, oppidum in Cenomanis, ad XIIII. lapidem à Bergomo Brixiam uersus, ad colles in sinistra parte positum: à bonitate uini denominatũ, καλὸς bonus, & πίνω bibo.

Cales, κάλητοι, oppidum in Gallia: aliud in Campania, à quo Cales populi iuxta Falernos & Massicos, de quibus Verg. li. 7. Aequora quiq; Cales linquunt. Hinc Calenum uinum.

Calesia, καλησία, urbs Italiæ, Steph.

Calestra, oppidum est Thessaliæ ad mare situm, iuxta quod Axius fluuius in mare Aegeum defluit. Herodotus lib. 7.

Calete, ignobilis insula inter Samothracen & Chersonesum. Plin. lib. 4. cap. 12.

Caleti, uel (ut alij uolunt) Caletes, populi sunt Galliæ Belgicę ad mare, contra Britanniam, quorum urbs à Ptolemæo Gesoriacum nauale uocatur: hodie Caletz. Plin. lib. 19. cap. 1. Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimiq; hominum existimati Morini, immò uerò Galliæ uniuersæ, ucla texunt. Apud hos erat Itius portus, ex quo breuissimus erat in Britanniam traiectus, cuius frequens est mentio in Commentarijs Cæsaris.

Caletranus ager, non longè à Vadis Volaterranis in Thuscia. Plin. In eadem parte oppidorum ueterum nomina retinẽt Crustumius, Caletranus.

Calianassa, & Calienera, uide Calienassa, & Callinaria.

Calicadnus, uide Calycadnus.

Caligula, urbs Hispaniæ Ptol. Calucula Plin. dicta.

Caligij, populi sunt in Arabia.

Caligula, dictus fuit Caius Imperator: à caligis quas margaritis refertas primus portauit: uel potius à caliga militari, qua frequenter in exercitu utebatur ad cõciliandos sibi militum animos. Id enim militibus gratissimum fore credebat, si Imperatorem uestibus nihil à gregario milite differre uiderent. Ausonius, Caius cognomen caligæ cui castra dederunt. Iu exercitu enim natus erat.

Calingæ, populi sunt Indiæ maritimæ, quorum fœminæ quina quennes feruntur concipere, octauum autem uitæ annum non excedere. Author est Plin. lib. 6. cap. 17.

Calingij, Arabiæ populi, quorum oppidum est Mariaba. Author Plin. lib. 6. cap. 26.

Calingon, Indiæ promontorium. Plin. lib. 6. cap. 20.

Calinipaxa, Indorum oppidum, non procul à Gange fluuio. Plin. lib. 6. cap. 17.

Calinus, statuarius, cuius meminit Quintilianus.

Callaici, καλλαϊκοὶ, à Ptolemæo lib. 2. cap. 6. appellantur Hispaniæ Tarraconensis populi, ad Occidentalem Oceanum siti, Artabris & Asturibus finitimi: qui à Plinio Gallaeci appellantur.

Callet, oppidum ulterioris Hispaniæ, in conuentu Gaditano. Author Plin. lib. 3. cap. 1.

Calliæ, καλλίαι, una ex tribus Aetoliæ urbibus, teste Steph.

Callianassa, καλλιάνασσα, & Callianira, καλλιάνειρα, duo Nympharum marinarum nomina: alterum à bene imperando, alterum à uiris honestandis dictum.

Calliarus, ri, καλλίαρος, Locrorum oppidum, ita dictum à Calliaro Odœdoci, & Laonomes filio: ut ex sententia Hellanici tradit Steph. Meminit huius oppidi & Strabo lib. 9.

Callias, καλλίας, Atheniẽsis poeta fuit, comœdiarum scriptor, quem Schœnion appellatum fuisse Suidas tradit, quod ob paupertatem funes torqueret. * Callias item Lacoplutus cognominatus, dux Athenienſium nobilis, cõtra Artaxerxem missus. Autor utriusq; Suidas. * Callias Methymnæus Grammaticus, quem Strabo dicit Alpheum, Sapphoq; poetas enarrasse.

Callicrates, καλλικράτης, sculptor fuit, qui formicas, & idem minora animalcula, tam parua fecit ex ebore, ut earum partes cerni non possent. Vide Plin. lib. 36. cap. 8.

Callidorus, καλλίδωρος, uiri proprium nomen, quasi munus pulchritudinis.

Callidromus, καλλίδρομος, mons est iuxta Thermopylas. Plin. lib. 4. cap. 7.

Callimachus, pen. correp. καλλίμαχος, nomen poetæ Cyrenensis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. * Fuit & alius historicus Aegyptius, filius Batti & Mesarę discipulus Hermocratis Iasei Grammatici. Vixit apud Ptolemæum Philadelphum usque ad Euergeten, bibliothecæ regiæ præfectus. Omne poematis genus attigit. In aduersarium poema acerbissimum scripsit, quem ficto nomine Ibin appellat: unde Ouidius poeta, nomen & argumentum mutuatus est. Edidit elegias quoque & epigrámata, & hymnos, aliaq; complura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat præter elegiá unam in lauacrũ Palladis, & quosdá hymnos in deos. * Callimachus alius sculptor fuit, qui se τερετιχνε, nominari uoluit, quasi artis interpolatorem, & qui eam in tenuiorem exquisitioremque disciplinam reduxisset. πτη enim liquefacere conflareq; est. Nam ipse primus lapidem perforauit, minutatimq; tractauit. Author Pausanias.

Callinicus, καλλίνικος, sophista Syrius, uel Arabs, qui Athenis professus est. scripsit de Cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram, de reb. gestis Alexãdri, & alia quædam. Author Suid.

Calliope, pen. cor. καλλιόπη, una Musarũ, & quidem præstantissima, quæ etiam Calliopeia, καλλιόπεια dicitur: sicut Penelopa Penelopeia à pulchra uoce dicta. Præest heroicis uersibus. * Est item Calliope, oppidum Parthorum, Steph.

Callipia, καλλιπία, fons est Ephesiorũ, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

Callipi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Callipidæ, καλλιπίδαι, populi Scythici, Hyppanium fluuium accolentes, ut author est Herodotus.

Callipolis, καλλίπολις, urbs Thraciæ in extremo Hellesponti, è regione Lampsaci, à quo quadraginta tãtũ distat stadijs: ut scribit Strabo lib. 13. * Est item Callipolis Peloponnesi ciuitas, in tractu occidentali, non procul ab Araxo promontorio, inter Cyllenen & Patras· cuius meminit Pomponius Mela lib. 2. * Callipolis præterea insula est maris Aegæi, una Cycladum, quæ notiore nomine Naxus appellatur. Author Plin. li. 4. cap. 12.

Callippos, καλλιππος, philosophus, qui honestati uoluptatem adiunxit, sicut & Dinomachus.

Callippus, καλλιππος, Athenien sis, Platonis auditor, interfectus à Syracusanis, quòd tyrannidem post Dionysium aggrederetur, Dionemque patriæ liberatorem prodidisset. Plutarchus in Dione.

Calliroe, καλλιρόη, fons apud Athenas. Papinius lib. 12. Theb. Et quos Calliroe nouies errantibus undis Implicat. Hic po stea à tyrãnis reparatus, ἐννεάκρουνος dictus est: Vaila ex Thucydide Nouem fistulas uertit. Martianus de hoc fonte: Fontes multi Atticæ, inter quos Calliroe prædicatur.

Calliroe, item Lyci crudelissimi tyranni filia fuit, quæ Diomedem liberauit ab insidijs patris, qui hospites omnes immolabat: à quo quum se destertam uideret, uitam laqueo finiuit. * Fuit item Calliroe, Acheloi fluminis filia, quæ Alcmæoni nupsit: ut suprà docuimus in dictione Alcmæon.

Callistè, καλλίστη, insula maris Aegæi, una Sporadum, alio nomine Thera appellata. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

Callisthenes, pen. corr. καλλισθένης, nomen philosophi Olynthij, Alexandro Magno familiaris, eiusdemq; sub Aristotele condiscipulus, quem ille postea in Asiam accersiuit, ut res suas memoriæ proderet. Huic nocuit immodica libertas, grauitasq; inusa regi, quum haud quaquam assentantium accõmodatus ingenio esset. Nam quum Alexander ex Persico bello arrogantior factus, regio more adorari uellet, acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit, palàm dictitãs Alexandrum non adorandum esse: quæ res & illi & multis principibus Macedonum exitio fuit. * Siquidem Alexander Callisthenem propter adorationis Persicæ interpellatum morem, coniurationis conscių fuisse criminatus est, eumq; truncatis membris, abscisisq; auribus, ac naso, labijsq; deformatum, cum cane in cauea clausum circunferri iussit, diuq; tortum tandem necauit. Vide hæc latius apud Q. Curtium de gestis Alexandri.

Calisto, ûs, καλλιστώ, Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ à Ioue compressa, grauidaq; effecta, quum una cum Pallade lauaretur, tumore uteri prodita, & ab ea repulsa, Arcadem filiũ in syluis peperit: à quo postea Arcadia dicta est. Hæc postea à Iunone in ursam commutata, & Iouis miseratione in cœlo collocata, maiorem efficit ursam: quæ & Arctos à Græcis dicitur. Propertius lib. 2. Calisto Arcadios errauerat ursa per agros: Hæc nocturna suo sidera uela regit.

Callistratus, pen. cor. καλλίστρατος, nomen statuarij, cuius meminit Plin. lib. 24. cap. 8.

Callistus, κάλλιστος, libertus fuit Claudij Cæsaris potẽtissimus, qui ipsum etiam Crassum opibus longè superauit. Hic scenam Romæ ædificauit, triginta solidis ex onyche columnis fultam. Vide Plin. lib. 36. cap. 7. & lib. 33. cap. 10.

Callistus, unus inter comites Iuliani principis expeditionis, heroico uersu eius historiam conscripsit Volater.

Calœnum, uide Calenum, & Caleni.

Caloactites. uide καλὴ ἀκτή.

Callon, κάλλων, statuarius nobilis fuit, qui 87 Olympiade floruit, teste Plin. li. 34. cap. 8. & Quintiliano lib. 12. cap. 10.

Calostoma, καλόστομα, cõmemoratur à Plin. li. 4. ca. 12. inter Da nubij fluuij ostia. Vide suprà in dictione Boreostoma.

Calpas, κάλπη Stephano, Bithyniæ portus est prope Rhesum fluuium, & Sangarium. Author Plin. lib. 6. cap. 1. * Straboni tamen amnis est: sic enim scribit lib. 12. Inter Chalcedonem & Heracliam multi amnes fluunt, è quibus est Psillis, & Calpas, & Sangarius.

Calpe, κάλπη, Hispaniæ mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppositus Abylæ monti Africæ, altera ex columnis Herculis: in cuius radicibus urbs est nomine Calpe, ut inquit Strabo: quo etiam nomine dicta est insula in occasu post Gades, angusto discreta freto.

Calphurnia, mulier fuit importunissima, quæ sexus sui uerecundiæ oblita, per seipsam causas egit, adeoq; molestam se iudicibus præbuit, ut occasionem dederit edicti, quo cautum est ne mulieri in posterum causas agere liceret.

Calphurnius Bestia, nobilis fuit Romanus, qui pecunia corruptus, rem aduersus Iugurtham malè gessit. Huic à M. Cæcilio accusatore obiectum est, quòd uxorès suas dormientes interemisset. Vide Plin. lib. 27. cap. 2.

Calucula, oppidum est Hispaniæ Bæticæ ex stipendiarijs. Plin. lib. 3. cap. 1.

Calyba, καλύβη, Thraciæ urbs est, à Philippo Alexandri patre condita. Srrabo lib. 7.

Calycadnus, καλύκαδνος, Ciliciæ fluuius est, Seleuciam præter labens, iuxta Sarpedonem promontorium. Strabo lib. 14.

Calidium, Italiæ oppidum est in uia Appia, qua Brundusium itur. Strabo lib. 5.

Calydna, κάλυδνα, insula est una Sporadum, Calymnis proxima, teste Plin. lib. 4. cap. 12. Homerus Iliad. 2. duas facit Calydnas insulas. Vide Strabonẽ ad finem li. 10. * Est etiá teste Steph. Calydna oppidum Cariæ, cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 27. Vnde Calydneus, καλυδνεὺς nomen gentile.

Calydon, penult. cor. καλυδὼν Stephano, Aetolorum ciuitas, regia Oenei patris Meleagri: à qua regio uicina Calydonia, καλυδωνία, dicitur. Distat à mari septem milium quingentorum passuũ spacio, per quã Euenus fluit. Lucanus: Et Meleagream maculatus sanguine Nessi Euenos Calydona secat: Ab hac etiá urbe uicina sylua Calydonia dicta est, in qua Meleager miræ magnitudinis aprũ interfecit, quem & ipsi poetę Calydonium aprũ uocant. * Fuit præterea in ea Brytanniæ parte, quam hodie Scotiam uocãt, Caledonia sylua. Sed hoc ferè obseruant poetæ, ut quum Aetoliæ syluam denotare uelint, secundam nominis huius syllabam per y Grę cum scribant, eandemq; corripiant, producant aũt antepenultimam. Contrà quum Britanniæ syluam uolunt significare, secundá syllabam per e scribant, eandemque producãt, correpta antepenultima. de quo plura suo loco.

Calydonius, a, um, & Calydonis, dis. Ouid. li. 8. Metamorph: Plangunt se matres Calydonides.

Calymna, κάλυμνα, insularum duarum nomen est inter Sporadãs non procul à Calydna. Vide Plin. li. 4. cap. 12.

Calypso, καλυψώ, nympha Oceani & Tethyos filia: ut (aliquibus placet) Atlãtis. Regnauit in Ogygia insula, Lacinio promontorio adiacente, quam postea à nomine ipsius Calypsûs insulam nominarunt, ubi Vlyssem naufragũ humaniter excepit, & in septimum usq; annum apud se retinuit, coniugium illi suum & immortalitatem offerens: quæ tamen ille patriæ & Penelopes suæ amori omnia posthabuit. Vide Homerum Odyss. lib. 5.

Camacæ, populi inter Scythicas gentes Plinio commemorãtur lib. 6. cap. 17.

Camæ, populi inter Scythicas gentes, Plin. lib. 6. cap. 17.

Camalduunum, Plinio oppidum est Britanniæ lib. 2. cap. 75.

Camara, καμάρα, Steph. urbs Cretæ est, Lato prius dicta.

Camareni, καμαρῖνοι, insulæ Arabum & earum incolæ, Steph.

Camaria, καμαρία, urbs in Italia ab Albanis condita. uide Camerinum.

Camarica, Ptolemæo, est urbs Hispaniæ, quam alio nomine Victoriam uocant.

Camarina, καμαρίνη Stephano, palus est Siciliæ (teste Seruio) iuxta oppidum eiusdem nominis, cuius aquæ quum fœtore suo pestem generarent, consuluerunt Apollinem, expediret ne ipsis Camarinam exiccari? quib. ab Apolline responsum est, Camarinam non esse mouendam. Neglecto tamen oraculo siccauerunt paludem, per quam mox ingressis hostibus, contempti oraculi pœnas dederunt. Hinc manauit prouerbium, Camarinam mouere, pro eo quod est, sibi malum accersere. * Alij dicunt Camarinam fruticem esse, cuius ramos si quis commoueat quatiatq;, tetrum quendà edere odorem. Vide Erasmi Adagia.

Cambades, Vide Chambades.

Cambala, Cambalorum, Asiæ locus est in Cyspiretide regione, ubi auri metalla effodiuntur. Strabo lib. 11.

Cambalidus mons, Caucasi ramus in Susianis. Plin. libro 6. cap. 27.

Cambodunum, Vindelicorum urbs est in Germania. Hodie Monacum.

Cam-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cambolectri, populi, inter Galliæ Narbonenſis gentes Plinio commemorantur lib.3.cap.4.& lib.4.cap.19.

Cambuſis, Aethiopiæ urbs eſt, Plin.lib.6.cap.29.

Cambyſes, pen. prod. καμβύσης, mediocris dignitatis Perſa fuit, cui Aſtyages Perſarum & Medorum rex, Mandanen filiam ſuam collocauit: ex qua natus eſt Cyrus, qui poſtea uicto auo regnum inuaſit. * Cambyſes item alius fuit, Perſarum & Medorum rex, Cyri filius, & ſuperioris Cambyſæ nepos, qui patrijs regnis Aegyptum adiecit: ſed offenſus illorum ſuperſtitionib. Apidis, cæterorumq; deorum ædes dirui iuſſit. Ad Ammonis quoq; templum expugnandũ exercitum miſit, qui in Libya deſerta arenis obrutus, uniuerſus interijt. Vide Herodotum lib.1.& 2. * Eſt etiam hoc nomine fluuius Hyrcaniæ, ortum habens in montibus Caucaſijs, Septentrionem uerſus per Iberos & Albanos defluens. Author Plin.lib.6.cap.13.

Cambyſſeni populi, καμβυσσηνοὶ, Steph.in Cyropoli.

Camelani, Italiæ populi ſunt, qui à Pli.li.3.ca.14. In ſexta Italiæ regione collocantur, Narnienſibus, & Nucerinis uicini.

Camelides, inſulæ duæ ſunt, Ioniæ adiacentes, non procul à Mileto. Plin lib.5.cap.31.

Camelocomi, καμηλοκόμοι, populi Arabiæ Stephan.in Chatramotites.

Cameſene, καμασήνη Suidæ, καμηνηνὴ Straboni, regio in qua regnauit Cameſis.

Camerinum, καμέρινον Ptolemæo, pen.pro. Vmbriæ urbs præclara, à curuitate ſitus ita appellata: quam Liuius ſcribit P. Scipioni in Africam traiecturo, cohortem unam ſexcentorum militum præbuiſſe.

Camertes appellati ſunt Vmbriæ populi, in montibus Piceno conterminis: quorum meminit Plin.lib.3.cap.14.& Strabo lib.5. Cic. pro Corn. Balbo, Neq; Fulginatium, neque Camertium fœdere eſſe exceptum. Rectus ſingularis eſt Camers. Silius li.8.- et armis Vel caſtris laudãde Camers. Adiectiuum eſt. Cicero pro Syll. In agro Camerti, Piceno, uel Gallico.

Camertinus, a, um. Cic. pro Corn. Bal. Is igitur M. Annium Appium fortiſsimum uirum, ſingulari uirtute præditum, ciuitate donauit, quum Camertinum fœdus ſanctiſsimũ atque æquiſsimum ſciret eſſe.

Camerium, Latij oppidum iuxta Collatiam apud Pli.li.3.ca.5.

Cameropis, ciuitas eſt Indiæ, Straboni.

Camicus, κάμικος, urbs Siciliæ, in qua Colacus Dædali filius imperauit. Charax hanc urbem Inycum uocat, Steph. uide Inyx.

Cameſes, ſiue Cameſis, Italiæ indigena fuit, conſors Iani, qui cum illo bonam Italiæ partem Tiberi uicinam poſſedit, potentia ita participata, ut regio Cameſene, oppidum Ianiculum uocaretur.

Camilla, καμίλλη, regina Volſcorum, Metabi & Caſmillæ filia, cuius pater Metabus, propter inuidiam ſuorum pulſus, Diænæ eam uouit: quum autem iam adoleſceret, ſolis armis ſtuduit, iamq; in omni armorum genere iuſtructiſsima, Turno & Latinis aduerſus Aeneam in auxilium uenit, & poſt multas res præclarè geſtas, ab Arunte occiſa eſt: ut copioſè deſcribit Vergilius lib.11 matriſque uocauit Nomine Caſmillæ mutilata parte Camillam.

Camillus, qui alter Romulus dictus eſt, Romanorũ ſuæ ætatis clariſsimus fuit, qui Veios toto decennio obſeſſos per cuniculos cepit. Nec multo pòſt, quum crimini illi daretur, quòd albis equis triumphaſſet, & prædam iniquè diuiſiſſet, die dicta ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis, damnatus Ardeam conceſsit. Mox quum Galli Senones urbem diripuiſſent, ipſumq; Capitolium arctiſsima premerẽt obſidione, abſens Dictator factus, collectis ex fuga Romanorum reliquijs, Gallos pendendo auro intẽtos, incautos oppreſsit. Poſt hæc populum Romanum Veios migrare uolentem, elegantiſsima illa, quæ apud Liuium legitur, concione retinuit: in qua omnes urbis dotes laudesq; licet agnoſcere. Tertium deinde Dictator creatus, Satricum ſociam Pop. Romani urbem, ab impetu Latinorũ tutatus eſt. Quartùm Dictator ad ſedandam populi ſeditionem factus, ualetudinem excuſauit: aliumque ſibi ſurrogandum curauit. Quintùm Dictator Gallos iterum Romam petentes, & ad flumẽ Anienem caſtrametatos, ſuperauit. Poſtremò Romæ octogenarius peſtilentia interijt. (ex Liuio & Plutarcho) Gallosque qui capta urbe Capitolium obſidebant, Italia expulit, patriamque in libertatem uindicauit. Vitam eius uide apud Plutarchum.

Camirus, κάμιρος, urbs fuit in Rhodo: ita dicta à Camiro Herculis filio, quem ex Iole Euryti regis filia ſuſceperat: cuius meminit Homerus in Catalogo nauium.

Cammania, καμμανία, pars Theſprotiæ (quæ Chriſtiana poſtea dicta eſt, ex qua Cadmus fluuius Ceſtrinus) conduxit à Ceſtrino Heleni Priami filio, populi Cammani. Steph.

Camœnæ, uide in Appellatiuis.

Campania, καμπανία, regio Italiæ fertiliſsima, in qua ſummum eſt Liberi patris (ut uenuſtè à Plinio dictum eſt) & Cereris certamen: ſic dicta, quòd campeſtris ſit. Iuuenalis, Prouida Pompeio dederat Campania febres. A qua Campani, qui in ea habitant. Vrbes præcipuas olim habuit Capuá, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, alias q; complures.

Campanus, a, um, adiectiuum: ut, Vrbs Campana. Verg.10.Aneid. Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi. Lictus Campanum, Statius 3.Syl. Morbus Campanus, Horat. 2.Serm. Campanum ob motbũ in faciem permulta iocatus.

Campi Diomedis, in Apulia ſunt: & eſt regio quæ Diomedi ceſſit in Apuliæ diuiſione

Camponi, populi inter Aquitanicas gentes Plinio commemorantur lib.4.cap.19.

Campſiani, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur Straboni lib.7. Sunt (inquit) alij Germaniæ populi indigentia magis laborantes: Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campſiani, cæteriq; complures.

Campus lapideus, λιθινὸν πεδίον, Galliæ Narbonenſis campus eſt, centenũm ferè ſtadiorum diametrum habens, lapidibus qui ſinguli manum impleant pleniſsimus: ſub quibus gramen exoritur, à quo pecorib. pabuli ſuppeditatur uberta. In medio ſalſæ ſcatent aquæ, ſalisq; uis magna. Vniuerſa circumadiacens ora, uentis expoſita eſt: ualidiſsimè autem Melamborij uenti procellis infeſtatur: quo ſaxa ipſa uolui traduntur, homines q; ex curribus excuti, & ui uentorum armis ueſtibus q; nudari. Huius rei originem ad huiuſmodi referunt fabulam: Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filijs pugnantem, quum deficientibus telis in uitę diſcrimen ueniſſet, Iouem patrem oraſſe, ut ſibi tela adminiſtraret: ſtatimq; imbrem lapideum ea in loca decidiſſe, quo gigantes fuerunt interempti. Vide de hoc plura apud Strabonem lib.4.

Cana, ſiue Canæ, Strab. 13. promontorium Aſiæ, quod contra Lectum conſurgens, Adramyttenum ſinũ efficit, cuius pars eſt Llaiticus. * Sunt & Canæ eidem, Locrorum oppidulum ſitum in agro Canæo. * Cana præterea uicus Galilææ eſt, & urbs Lycaoniæ. κανά.

Canæ, κάναι, oppidulum Euboiæ uel Locridis, iuxta promontoria Lesbi. Eſt & Canæ, κάνη mons, & ciuitas, & ſtagnum.

Canace, κανάκη, Aeoli filia fuit, & Macarei ſoror: de qua Ouid. ſcribit in Epiſt.11.

Canache, ab Ouid.3. Metamorph. numeratur inter canes Actæonis: quod nomen ἀπὸ τῆς καναχῆς, hoc eſt à clamore & ſtrepitu impoſitum uidetur.

Canaius, amnis Aeolidis. Plin.lib.5.cap.30.

Canan, dicta eſt Arabia à Cam, qui in ea conſedit: à qua Cananæi. Hæc fuit prima gens, quæ Deum ignorauit, quin princeps eius & conditor cultum à patre non accepit, maledictus ab eo, itaque ignorantiam diuinitatis minoribus reliquit.

Cananæa, κανανάϊα, Syriæ regio à Cananæa filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitans, à ſe Cananæam nuncupauit.

Cananitis, itidis, κανανῖτις, pen.cor. adiectiuum eſt à Canaam, ut regio Cananitis.

Canaria, inſula eſt Atlantici Oceani, ad læuam Mauritaniæ, una ex ijs quas ueteres ob inſignem aeris temperiem, Fortunatas uocauere. Canaria dicta à multitudine canum ingentis magnitudinis, ut ex Iubæ ſententia tradit Plin. lib.6.ca.32. Hodie omnes illæ inſulæ, quas ueteres Fortunatas dixere, uno nomine Canariæ appellantur: quarum nobiliſsima eſt Palma, præſtantiſsimo ſaccharo, quod Canarium uocãt, inſignis.

Canarij, Africæ populi ſunt circa Atlantem, habitantes in ſal-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tibus plenis elephantorum, ferarum, & ſepentum: ita dicti, quòd canũ uictus ipſis promiſcuus ſit. Vide Plin. li.5.cap.1.

Canas, oppidum Lyciæ regionis Aſiaticæ. Lycia quondam (inquit Pli.lib.5.cap.27.) LX oppida habuit, nunc XXXVI habet. Ex his celeberrima, præter ſupradictas Canas, Candyba.

Canaſtræum, κανασταῖον, promontorium eſt Macedoniæ, Pallenæ proximum, in ſinu Thermaico. Plin.lib.4.cap.10.

Canatha, κάναθα Stephano, oppidum eſt in Decapolitana regione, quæ Syriæ iungitur. Plin.lib.5.cap.18

Cancer, nomen poetæ tragici.

Canchilei, Arabiæ populi, Cedreis & Nabathęis finitimi. Author Plin.lib.5.cap.11.

Candace, es, κανδάκη Suidæ, Aethiopum regina fuit, tempore Auguſti, quæ maximi animi mulier, tantiq; in ſuos meriti fuit, ut omnes deinceps Aethiopũ reginæ, eius nomine fuerint appellatæ. Strabo lib.17. Candace per noſtra tempora Aethiopib. imperauit, uirilis ſanè mulier, ſed altera oculo capta. Plin.lib.6.cap.29. Regnare fœminã Candacen: quod multis iam annis nomen ad reginas tranſijt.

Candara, κάνδαρα, Paphlagoniæ oppidum, tribus ſchœnis à Gangris diſtans, & Thariba uico. Gentile eſt Candarenus, κανδαρηνός.

Candaria, promontorium eſt in Coo inſula. Author Strabo libro 14.

Candaſa, caſtellam Cariæ, κάνδασα Step.

Candauia, mons eſt in ea parte Macedoniæ, quæ in mare Adriaticum uergit, LXX. M. paſſuũ à Dyrrhachio diſtans. Lucanus li.6. Deuia quà uaſtos operit Candauia ſaltus. Pli. Cãdauias montes, multitudinis numero appellat, lib.3.cap.23.

Candaules, κανδαύλης, Lydorum rex fuit, qui quum uxorẽ haberet formoſiſsimam, non contentus ſecreta uoluptatum ſuarum conſcientia, eam Gygi amico nudam oſtendit: quo facto ſodalem forma reginę captum ex amico hoſtem fecit, & tanto propoſito præmio in necem ſuam pellexit, uxorẽq; & regnum dotale ueluti in manum tradidit.

Candax, uide Candace.

Candebœa, palus Phœnices in radicib. Carmeli montis: de qua Plin.lib.36.cap.26. Pars eſt (inquit) Syriæ, quæ Phœnice dicitur, finitima Iudææ, intra montes Carmeli radices paludem habẽs, quæ Candebœa nominatur. Ex ea creditur naſci Belus amnis.

Candei, populi ſunt in ſinu Arabico, qui, quòd ſerpentibus ueſcantur, Ophiophagi uocantur. Author Plin.lib.6. cap.29. Pomponius lib.3. in deſcriptione ſinus Arabici.

Candidum, λευκὸν, Zeugitanæ regionis (quæ propriè Africa dicitur) promontorium eſt. Sunt enim in minore Africa tria promontoria, teſte Plinio lib.5. Candidum, circa quod Scipio in Africam proficiſcens copias ſuas expoſuit: mox Apollinis, aduerſum Sardiniæ: & Mercurij aduerſum Siciliæ: quæ in altum procurrentia, duos efficiunt ſinus, Hipponenſem, & Diarrhytum.

Candiope, κανδιόπη, Oenopionis filia, & Orionis ſoror (ut Theodotius aſſerit) quam quum frater in uenatione in antrum traxiſſet, uim illi intulit, & ex ea Hippolagũ ſuſcepit: quod quum Oenopion reſciuiſſet, indignatus, filium exulatum abire iuſsit, qui oraculo edoctus uerſus Orientem in Thraciam cum Candiope & paruo filio delatus eſt, ibiq; ob inſignes uirtutes in magno precio fuit.

Candyba, κάνδυβα, τὰ, Stephano, Lyciæ regionis ciuitas eſt, ubi laudatur Oenium nemus. Hæc Plin.lib.5.cap.27.

Canens, entis, nympha fuit, Pici Laurentum regis uxor: quæ quũ uirum à Circe in auem mutatũ ſupramodum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad ripam Tyberis, ubi hæc contigerunt, nomen ſuum reliquit. Fabulam hanc uide latius apud Ouidium 14. Metamorph.

Cane, oppidum Aeolidis regionis. Plin.lib.5.cap.30.

Cane uel Cana, promontorium Aeolidis, olim Aegeates. uide Stephanum.

Canebium, κανήβιον, urbs Cariæ. Cyon pòſt appellata, Steph.

Canidia, unguentaria fuit Neapolitana, in quam tanquam in ueneficam ſæpe inuehitur Horatius.

Caninius, ſeptem horarum Conſul fuit, in quem iactatum eſt ſcomma illud Ciceronis: Mira fuit Caninij Cõſulis uigilantia, qui toto ſuo Conſulatu ſomnum non uidit. C. Caninius alter eques Rom. quũ in Sicilia ociandi cauſa ueniſſet, hortoſq; à Pythio argentario uiro dolo emiſſet, inſtructos piſcibus & piſcatoribus de induſtria poſitis, poſtera die quũ ad eoſdem ipſe amicos inuitaſſet, nullos ibi neq; piſces, neque piſcatores reperit. uide Cic.lib.3.Offic.

Canius, poeta fuit temporibus Martialis, eiq; familiaris: qui natura ita hilaris erat, ut ſemper rideret. De quo idem Martialis lib.1.epigram.ad Maximum.

Cannæ, arum, κάνναι, tantum pluraliter, uicus in Apulia, Romanorum clade clarus. Lucanus li.7. non illum Pœnus humator Conſulis, & Libya ſuccenſæ lampade Cannæ
Compellunt, hominum ritus ut ſeruet in hoſtes.

Cannenſes, populi Cannas inhabitantes, Corinenſib. & Collatinis uicini, teſte Plin.lib.3.cap.11. Pugna Cannenſis, Propertius lib.3. Cannenſis calamitas, Cic. de Clar.orat.

Cannenuſates, populi ſunt inſulani, Batauis finitimi, apud Plin.lib.4.cap.15.

Canobus & Canobitæ. Vide Canopus.

Canopicum, Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa, & minor Africa Plinio dicitur, oppidum eſt, eodem authore lib. 5.cap.4. * Eſt item Canopicum unum ex Nili oſtijs, Africæ proximum, quo Aegyptus à Libya Mareotica dirimitur. Plin.lib.5.cap 30.

Canopitanum, oppidum liberum Zeugitanę regionis, ſiue Africæ minoris. Plin.lib.5.cap.4.

Canopus, penult. pro. κάνωπος Suidæ, ciuitas Aegypti, diſtãs ab Alexandria CXX ſtadijs, ex qua ortum ferunt Claudianum poetam: dicta, quaſi Canobus, à Canobo Amycleo Menelai nauis gubernatore ibi ſepulto. Nam deuicta Troia in Aegyptum ui uentorũ delatus cum Helena, gubernatorem ictu ſerpentis, quem Hæmorrhoida uocant, amiſit, in eiusq; memoriam urbem condidit, relictis ibi ijs qui ad nauigandum inutiles erant. Hæc ſalubris aeris benignitate homines allicit. Iuuenalis Saty.15. ſed luxuria quantum ipſe notaui, Barbara famoſo non cedit turba Canopo. Verg.4.Georg. Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum. * Eſt ibi Nili oſtium, quod Canopicum κανωπικὸν στόμα uocant, cuius meminit Strab.lib. ultimo. Plin.lib.5.cap.10. Pomponius lib.1. Ammianus lib. 22. Sunt exemplaria quædam, in quibus Canobum & Canobitas legimus. * Eſt præterea Canopus ſideris nomen, cuius meminit Plinius lib.6. cap.22. in deſcriptione Taprobanæ inſulæ.

Canopitæ, pen.prod. qui Canopum habitant.

Canopicus, a, um, poſſeſsiuum à Canopo. Varro, Nobis Sarpedæ uidemur, quum ſimus Canopici.

Cantabri, κάνταβροι, pen.cor. Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt, Aſturibus finitimi: à quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi efferi ſunt, & nullam uitam ſine armis eſſe exiſtimant. Sillius Ital. Cantaber ante omneis hyemisq;, æſtusq;, famisq; Inuictus. Et mox, Nec uitam ſine Marte pati: quippe omnis in armis Lucis cauſa ſita eſt, damnatum uiuere paci. * Cantabrorum regio Cantabria, κανταβρία dicitur. Memoriæ proditum eſt, Cantabros ſolitos canere pæana lætitiæ ſuffixos cruci ab hoſtibus.

Cantabrius, a, um: ut, Cantabrica gens.

Cantabricus, a, um: ut, Cantabricum bellum, & Cantabrica herba, de qua Plin.lib.25.cap.8.

Cantanus, κάνθανος, urbs Cretæ, Steph.

Cantarus, poeta comicus Athenienſis, cuius feruntur fabulæ nonnullæ poſitæ à Suida.

Cantharolethros, κανθαρόλεθρος, locus Thraciæ exiguus, à cantharo exitio dictus, quòd ibi ex omni animalium genere ſolus necetur cantharus.

Canthele, κανθήλη, urbs Libophœnicum, Steph.

Canthelia, κανθηλία, urbs iuxta Carthaginem.

Cantherius, ut author eſt Varro, mons in Sabinis.

Cantius, Abantis filius fuit, qui ab ijs qui Argonautica ſcripſerunt, numeratur inter Argonautas.

Cantia, regio ubi ciuitas eſt Cantuaria.

Canthiœbis, κανθιοιβίς, Ptolemæus lib.2 cap.11. urbs eſt Germaniæ ad Albim fluuium, quæ uulgò Hamburga dicitur.

Cantium, κάντιον, apud Ptolemæum lib.2. cap.3. Britanniæ eſt promontorium, à quo regio ipſa Cantia dicta eſt, & ciuitas Cantuaria, uulgò Canturberi.

C. Canuleius Tribunus plebis, rogationes duas tulit, Vt cõnubia plebis cum patribus eſſent communia: & ut alter Conſul

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Consul de plebe crearetur. Orationem eius aduersus consules uide apud Liuium lib.4.

Canusium, καυύσιον, Apuliæ oppidum ad Ausidum fluuium, laudatissimæ lanæ ferax, quæ Canusina dicitur, cuius color rutilus.

Canusinatus, dicitur qui est indutus Canusinata ueste. Martial.lib.9. Vt Canusinatus nostro Syrus assere sudet.

Canysium, uide Canusium.

Canytis, κάνυτις, urbs Syrorum magna, Steph.

Capæ, κάπαι, urbs Hellesponti, Stephan.

Capaneus, per tres syllabas, pen. cor. καπανεύς, Argiuus fuit, qui unà cum Polynice ad bellum Thebanũ profectus, quũ scalas muris admouere uellet, à Thebanis lapidibus fuit ob rutus. Hinc factus est locus fabulæ, Capaneum quum deorum conremptor esset, à Ioue fulmine esse percussum. Vegetius lib.4. de Re militari, Qui scalis (inquit) in obsidione urbium utuntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, à quo primùm scalarũ oppugnatio perhibetur inuenta, qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dicatur extinctus. Vnde Ouidius libro 4. Tristium, Quum cecidit Capaneus subito temerarius ictu.

Capaneus, a, um, adiectiuum tetrasyllabum, & pen.prod. καπάνιος, ut, Capanea pinus apud Statium 8. Theb. Capaneaq; pinus Iam procul Aonijs uolet agnoscenda cateruis.

Capaneius, a, um, aliud adiectiuum. Statius 12. Thebaid. Ausa ante alias Capaneia coniunx.

Capara, καπάρα, urbs est Hispaniæ, in tractu Lusitaniæ, apud Ptolemæum lib.2.cap.5.

Capastite, à Plin. lib.6. cap.9. numeratur inter Aegypti præfecturas, quas uocant Nomos.

Capena, pen.prod. oppidum uicinum Romæ, iuxta fontẽ Aegeriæ. * Capena porta Romæ, à Capena urbe, quam Italus rex ædificauit, ut inquit Solinus. Hæc etiam porta Appia dicta est, per quam Capuã itur: ut Frontinus lib. de Aquæductu. * Dicta est & triumphalis, quòd triumphantes per eam potissimùm in urbem inuehi soleãt. Hodie portam S. Sebastiani uocant.

Capena, gentile.

Caper, Straboni lib. 12. fluuius est qui Laodiceam Cariæ urbem cum Lyco, & Asopo alluit. Plinio Caprus dicitur.

Capetus, penultima correpta, Albæ rex fuit, Capyos filius, et Tiberini pater.

Caphareus, trisyllabum. pen.prod. καφαρεύς. Eubœæ mons altissimus uersus Hellespontum, ad quem Græcorum classis à Troia rediens Nauplij dolo magna ex parte allisa, naufragium fecit. Nam quum ab Vlysse Palamedes eius filius proditionis falsò accusatus, iniquo Græcorum iudicio esset interemptus, Nauplius, ut iniustam filij necem ulciscereturobscura nocte redeuntibus Græcis ex Caphareo promontorio ignem ostendit: unde & illi portum arbitrantes, impegerunt in scopulos.

Caphareus, a, um, adiectiuum tetrasyllabum: ut, Saxa Capharea. Propertius lib.3. Saxa triumphales fregere Capharea puppes, Naufraga quum uasto Græcia tracta salo est.

Capharnaum, seu potius Capernaum, καπερναοὺμ, totius Galileæ metropolis fuit, multis Christi Seruatoris miraculis nobilitata.

Capheris, inter desertas insulas, quæ inter Chersonesum & Samothracen sunt, numeratur à Plin.lib.4.cap.12.

Caphyia, καφυία, urbs Arcadiæ, à Capy patre Anchisis, uel à Cepheo. Gentile καφυεύς, Caphyates, Steph.

Capillati, populi inter Alpinas gentes. Plin.lib.3.cap.20. Capillatorum plura genera ad confinium Ligustici maris.

Capinna, (καπίννα, in singulari uel plur.) urbs tyrannica. Gentile Capinnates, possessiuum Capinatius.

Capissene, Asiæ populi, Capissam urbem habent, quam diruit Cyrus. Hæc Plin.lib.6.cap.33.

Capitalia, mons est totius Indiæ altissimus. Plin.lib.6.cap.20.

Capito, Lycius, composuit historiam Isauricam lib.8. Epitomas Liuij & Eutropij in Græcum uertit sermonem. Scripsit & res Lyciæ & Pamphyliæ. Volat.lib.14.

Capitolinus, M. Manlij fuit cognomen, qui urbe à Gallis capta, assumptis mille iuuenibus, arcem Capitolinam ab hostium iniuria defendit: unde & nomen inuenit. Hic quum postea in suspicionem affectati regni ueniisset, ab ea ipsa rupe Capitolina, quam seruauerat præcipitatus est. * Fuit etiam historici cognomen, qui Cæsarum uitas conscripsit.

Capitolium, καπιτώλιον, alij καπιτώλιον, templum erat Iouis in cliuo Tarpeio, dictum à capite hominis ibi reperto, dum fo derent fundamẽta. Antè enim Tarpeia arx dicebatur, à Virgine Vestali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata, atq; sepulta fuit.

Capitulum, Italiæ urbs prope Bouillas & Calatias.

Capnobatæ, pen.cor. καπνοβάται, Mysiæ populi dicti sunt, fumi conscensores, quòd tranquillam agant uitam, solis sacrificijs, & deorum cultibus intenti. Vide Straboneum lib.7.

Capote, Asiæ mons est, ex quo aliqui Euphratem oriri crediderunt. Plin.lib.5.cap.24.

Cappadocia, καππαδοκία, Pontica regio est, ut scribit Solinus, quæ læuo latere utraq; Armenias, Comagenemq; tangens, dextro multis Asiæ populis circunfusa, ad Tauri iuga & Solis ortus attollitur. Euphrates eam ab Armenia maiore dirimit. Appianus minoris Armeniæ partem, Ptolemæus uero minorẽ Armeniam esse scribit. Dicta Cappadocia à Cappadoce amne, antè Leucosyria uocata. Vnde Cappadoces Leucosyrij. Hinc Cappadox, cis, καππάδοξ, pen.cor. proeo, qui est ex Cappadocia. Lucanus lib.2. Cappadoces rea signa timent. Persius, -nec sit præstantior alter Cappadocis rigida pingues clausisse catasta.

Cappadocus, a, um, possessiuũ. Martialis lib.10. Nec de Cappadocis eques catastis.

Cappadocius, cia, cium, apud Apuleium.

Cappagum, Hispaniæ oppidum est in Bætica prouincia, Gaditani conuentus. Plin.lib.3.cap.1.

Capraria, insula in mari Tusco seu Ligustico capris abundãs, quam Græci Aegilon dicunt. Plin.lib.3.cap.6.

Caprasia, apud Plin.lib.3.cap.16. unum ex ostijs Padi fluuij.

Capreæ, καπρίαι, ἢ καπρίνη Stephano, insula ultra Surrentũ Campaniæ urbẽ, circiter octo millia passuum teste Plin.lib.3.cap.6. Tiberij secessu infamis, & abundans coturnicum multitudine, quæ ex Italia uolantes, illic principio Autumni capiuntur.

Capria, lacus est apud Strabonem in descriptione Pamphyliæ, libro 14.

Caprienc, καπρήνη, insula Italiæ. Dicuntur & Capriæ. Capriata erat Blæsus poeta σπονδοτελοίων, natus ex hac insula.

Caprotinam Iunonem ueteres dixerũt, quòd illi Nonis Caprotinis sub caprifico sacra fierent ab ancillis simul & liberis. Nam post urbem captam, quum sedatus esset Gallicus tumultus, exhausta Republica finitimi opportunitatem inuadendi Romani Imperij aucupati, præfecerũt sibi Postumium Liuium, Fidenatium Dictatorem: qui fecialem ad Senatum misso postulauit, ut si uellent reliquias suæ urbis non deleri, matres familias & uirgines omnes sibi dederentur. Quumq; patres essent in ancipiti deliberatione, ancilla nomine Phylotis, uel (ut alij malunt) Tutela assumptis cæteris omnibus ancillis, matrumfamilias, uirginumq; habitu sumpto nomine dominarum ad hostes transijt, prosequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ quum à Liuio in castris discisti butæ essent, hostes plurimo uino prouocauerunt, diem festum apud se esse simulantes: quibus somno obrutis, ex caprifico dato signo, hostes trucidati sunt. Memoritaq; populus Romanus accepti ab ancillis beneficij, omnes iussit manumitti, dotemq; eis ex publico assignauit: diemq; ipsum Nonas Caprotinos appellauit, ab illo caprifico, ex qua signum acceperat: sacrificiumq; anuum Iunoni Caprotinæ sub caprifico instituit: cui etiam lac, ex caprifico ad rei memoriam adhibetur.

Caprullon prouincia est prope montẽ Atho, Pomponio Melæ libro secundo.

Capsa, κάψα, urbs Chalcidicæ regionis iuxta Pellenen, Thermæo sinui uicina. Steph.

Capsitani, populi sunt Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin.lib.5.cap.4.

Capua, κάπυη Stephano, totius olim Campaniæ urbs præstantissima, quam Vulturnus amnis interfluit: à camporum latitudine in quibus sita est, ita dicta, ut inquit Cicero. Liuius Capys Samnitium duce dictam existimat. Alij à falcone à Capy Samnitium duce dictam existimat. Alij à falcone sub cuius augurio condita est, qui prisca Tuscorum lingua Capys dicebatur. Vergilius à Capy Aeneæ commilitone, qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui eam condidit. Strabo, quòd esset XII urbium caput, hoc est ipsa duodecima reliquis undecim præesset, dictam existimat. Quidam à capacitate, quòd omnẽ uitæ fructum capiat. Eustathius etiam ab urbe, cui nomen campus esset: uel à camporum planicie & abundantia, ut Diodorus, qui M. Genutio & Agrippa Curtio Chilione Cos. exædificatam eam tradit. Suetonius certè in Cæsare dictatore, urbis huius originem & nomenclaturam ad Capyn conditorem refert: in cuius sepulchro æneam tabulam inuentã tradit, quæ Cæsari necem denunciabat.

Capys, κάπυς, nomen Troiani cuiusdam, qui Capuam ædificauit. Ver. li. 10. Aen. Et Capys, hinc nomen Capuanæ ducitur urbi. Huius meminerunt Dictys Cretensis, & Dares Phrygius. Item interpres Quinti Calabri poetæ in lib. 12. qui cũ maiestate Homeri uidetur quasi contendere. * Fuit item Capys filius Assaraci, & pater Anchisæ. Ouid. in Fastis, Tros est generatus ab illo: Assaracum creat hic, Assaracusq; Capyn. * Capys item Syluius, Albanorũ rex, & Capeti pater.

Carabis, κάραβις, fluuius est apud Seras, Scythiæ populos, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

Caracra, oppidum esse in Hispania creditur, quod hodie uulgò Guadalaira dicitur.

Carelitanum, & Caralitani, quæ huc perperam ingesta erãt, uide Calaritanum, & Calaritani.

Carambis, κάραμβις, promontorium magnum Paphlagoniæ ad Septentrionem porrectum, arietinæ frõtis habens formam, quod longo spacio pelago incumbens, Scythicæ obiectum peninsulæ, Euxinum pontum bimarem uidetur efficere.

Carambucis, fluuius est Scythiæ ad montes Rhiphæos. Plin. lib. 6. cap. 13.

Καραμβῦναι Steph. gens Hyperboreorum à Carambyca fluuio, uide Carambycas.

Carana, Ponti oppidum, à quo Caranensis regio dicitur: ut scribit Strabo lib. 12. Geographiæ.

Κάρανα, Steph. urbs Galatiæ à Romanis condita.

Caranitis, præfectura est Armeniæ maioris. Plinius li. 5. ca. 24.

Caranus, Macedoniæ rex, cuius historiam pluribus persequitur Iustinus lib. 7. Eius etiam meminit Solinus cap. 12. * Est item Caranus Aradiorum portus in Phœnice prope Paltũ urbem. Vide Strabonem lib. 16.

Carasseni, populi Tauricæ regionis. Plin. lib. 4 cap. 12.

Carastasci, Plin. lib. 6. cap. 7. populi sunt circa Mæorin.

Caraxus, quod hactenus hic ut uitiosè scriptum, ita alieno loco collocatum fuit, uide Charaxus.

Carba, uide Carbas.

Carbana, æ, κάρβανα, urbs Lyciæ est, apud Stephanum.

Carbania, Pomponio Melę lib. 2. commemoratur inter paruas insulas Tyrrheni maris, Italiæ adiacentes.

Carbileti, Thraciæ populi. Plin. lib. 4. cap. 11.

Carbilius, cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammaticam mercede docuit. Huius autem patronus Carbilius, cognomento Ruga, primus Romæ uxorẽ, quòd sterilis esset, repudiauit, præstito antè iuramento, se uxorem liberorum causa quærere. Author Gellius.

Carbo, κάρβων, prænomine Cneus, ter Consul fuit, & in tertio Consulatu iussu Pompeij, quòd Marianas partes sequeretur, dum aluum exonerabat, in Sicilia fuit interfectus. * Fuit & C. Carbo huius frater summus orator, cuius meminit Cicero in Bruto, quòd uoluntaria morte se à iudicum seueritate uindicarit. * Fuit & alius Carbo, huius filius, quem Cicero Oratorem non satis acutũ fuisse ait: uerborũ tamen grauitatẽ ei tribuit, & naturalẽ quandã orationis auctoritatem. Hic ab exercitu suo interfectus fuit, quem bellis ciuilibus solutum ad disciplinam reuocare conabatur.

Carbulo, authore Plinio libro 3. capite 3. oppidum est Bæticæ prope Cordubam.

Carcasses, populi sunt Narbonensis Galliæ, quorum oppida sunt Anatilia, Aeria, Bormannico, Macina, & Cabellio. author Plin. lib. 3. cap. 4.

Carcasum, à Plin. lib. 3. cap. 4. uocatur oppidum Galliæ Narbonensis, quod hodie Carcassonam uocant.

Carcathiocerta, Armeniæ maioris urbs Tigri proxima, ut author est Plin lib. 6. cap. 11.

Carcesia, insula una Cycladum, aliàs Amargus, Steph.

Carcedon, penul. prod. καρχηδών, à Græcis appellata est urbs Africæ totius olim potentissima, infestissimaque Romani imperij æmula. Vnde Carthaginenses ipsi ab eisdem Carchedonij καρχηδόνιοι appellantur. Hinc etiam Plautus comœdiam suam Pœnulum Carchedonium nominauit. * Carbunculos quoque Garamanticos Plinius author est lib. 37. cap. 7. ab huius urbis opulentia Carchedonios fuisse uocatos, non quòd circa Carthaginem inuenirentur, sed quòd à Pœnis negociatoribus Romam afferrentur. Dicta Carchedon à Carchedone cõditore, cuius meminit Appianus. Sed uulgatior fama est, conditam fuisse à Didone. De hac multa Eustathius in Dionysium.

Carcina, καρκίνη, ciuitas est Scythiæ Europæ, à qua sinus Carcinites. Plin. lib. 4. cap. 12. & Pomponius lib. 2. ubi & Carcinites amnis, eam ciuitatẽ præterfluens, ut author est Ptolemæus lib. 3. cap. 5.

Cardamyla, καρδάμυλη, urbs fuit Peloponnesi propinqua Pylo, sub dominio Agamemnonis: una earum quæ reconciliationis ergò Achilli ab Agamemnone offeruntur, apud Homerum lib. 9. Iliad.

Cardamylessus, καρδαμυλησσός, uicus quidam, Steph.

Cardea, siue Cardinea, Dea apud Romanos, quæ cardinibus præerat, quasi Cardina. uide Carna.

Cardia, nomẽ urbis in Thracia, uide inter appellatiua, Cardia.

Cardinea, dea, quæ & Cardina dicta est, cardinibus præesse dicebatur.

Carduchi, καρδοῦχοι Stephano, Parthorum populi, ad Tigrim fluuium, quorum meminit Strabo lib. 16.

Cardytus, καρδυτός, urbs magna Syrorum, Steph.

Carene, καρήνη, urbs Mysiæ, Steph.

Carenses, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt, Complutensibus uicini. Plin. lib. 3. cap. 3.

Carentani, Italiæ populi sunt, in quarta regione à Plin. lib. 3. cap. 12. locati, prope Ferentanos.

Cares, pro statuarij nomine. uide Chares.

Cares, numero plurali, κάρες, populi Cariæ, qui sub Minoe Leleges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asiæ minoris partem meridionalem occupauerunt, quæ Rhodũ spectat, ab eaque Cares appellati sunt. Ea enim regio Caria dicebatur, à Cara eius orę rege. Despectissimam olim fuisse hanc nationem, clarissimè ostendit Cic. in Orat. pro L. Flacco: Vestra, inquit, Asia, ut opinor, constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lycia. Vtrum igitur nostrum est, an uestrum hoc prouerbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota Caria, nónne hoc uestra uoce uulgatum est: Si quid cum periculo experiri uelis, in Caria id potissimum esse faciundum.

Caria, καρία, regio minoris Asię inter Lyciam & Ioniam. Strabo Cariam à Borea Mæandro flumine clausit, ab Occidente Icario & Myrtoo pelago, à Meridie Rhodiensi, ab Ortu Lycijs, & alijs gentibus, magnamq; Tauri montis partem in Caria conclusit, omnem oram Rhodiam ei attribuens, quæ meridionalis est. Dicta Caria à Cara rege, qui primus auguria auium dicitur inuenisse. Huius populi Cares, κᾶρες dicti. de quibus uide suprà.

Caricus, a. um, penul. cor. καρικός, quod est ex Caria: ut Carica charta. Statius 4. Syl. Chartæ Thebaicæúe, Caricæúe.

Caresus, κάρησος, fluuius est Troadis, Homero 12. Iliad. celebratus, cuius Plinius ait nulla sua ætate extitisse uestigia, lib. 5. cap. 30.

Caretha, insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. Author Plin. lib. 5. cap. 30.

Caricon, καρικὸν, locus est in Memphide, à reliquis separatus, in quo Cares habitarunt, qui affinitate cum Memphitis cõtracta, Caromemphitæ appellati sunt. Author Steph.

Carillę, arum, Piceni oppidum fuit, à Romanis secundo bello Punico deletum. Meminit huius oppidi Silius lib. 8. & exhaustæ mox Pœno Marte Carillæ.

Carinæ, arum, nomen uici Romani ad pedem cliui Capitolini, in quo fuit domus Pompeij. Verg. 8. Aeneid. passimque armenta uidebat Romanoq; foro, & lautis mugire Carinis. Varro Carinas dici putat ab eo, quòd hinc oriretur caput sacræ uiæ. κάρα, Latinè caput dicitur.

Carini, Germaniæ populi. Plin. lib. 4. cap. 14.

Carioſuclites, Galliæ Lugdunensis populi sunt apud Plin. lib. 4. cap. 18.

Caris, olim uocabatur Cos insula, κάρις, Steph.

Carissa, cognomine Aurelia, ciuitas est Hispaniæ, ad Bætim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fluuium,in Gaditano connentu.Plin.lib.5. cap.1.

Carius,καρίος,nomen filij Iouis & Torrhebiæ,qui circa Torrhebiam lacum oberrans, Nympharum cantum dicitur audiuiſſe,& ab eis Muſicam didiciſſe,eamq; apud Lydos propagaſſe. Quapropter diuinos honores apud ſuos meruit, templo illi magnificè extructo in monte, qui & ipſe Carius à nomine eius appellatus eſt.Author Stephanus.

Carmacę , Aſiæ populi circa Mæotim. Author Plinius libro 6. capite 7.

Carmania,καρμανία,regio eſt Indis contermina, quam duplicem eſſe Ptolemæus tradit:cultam alteram, alteram deſertam.Huius regionis incolæ Carmani dicuntur,Ichthyophagi cognominati,quòd ſolis piſcibus ueſcantur, quorũ etiá corijs ueſtiuntur.Pomp.lib.3. Carmani ſine ueſte & fruge, ſine pecore ac ſedibus,piſcium cute ſe uelant,carne ueſcuntur,præter capita toto corpore hirſuti.

Carmelus, κάρμηλος, pen.prod. & unico l, duorum montium nomen,teſte Hieronymo, quorum alter eſt in Galilæa, ad auſtralem plagam,in quo habitauit Nabal Carmelus maritus Abigail:alter Phœnices,iuxta Ptolemaidem mari immi nens,in quo Elias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit.Poſterioris huius meminit & Plin. lib.5.cap.19. Promontorium,inquit,Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine,quondam Ecbatana dictum.

Carmenta,καρμέντα & Carmentis,Euandri mater: ita cognominata à carminibus quibus dabat reſponſa (erat enim fatidica mulier) quum propriè Nicoſtrata uocaretur.* Hinc Carmẽtalis porta, quæ poſtea Scelerata dicta eſt, quòd per eam ſex & trecenti Fabij cum clientum quinq; millibus egreſſi,aduerſus Hetruſcos ad amnem Cremerã omnes interfecti ſint. Verg.8.Aeneid.Et Carmentalem Romano nomine portam.Ouid.2.Faſtor.

Carmentis pœtæ dextro eſt uia proxima Iano.
Ire per hanc noli,quiſquis es, omen habet.
Illa fama refert Fabios exiſſe trecentos,
Porta uacat culpa,ſed tamen omen habet.

Carmina,κάρμινα, inſula Indiæ. inſulares Carmini & Carminæi.Steph.

Carmon,κάρμων, eſt locus in Meſſenia, & templum Apollinis in Laconia,& in Achaia flumen,& mons in Peloponneſo.

Carna,κάρνα,ſiue Cardinea,dea quæ uitalib.humanis ſeu cardinib.præeſſe exiſtimabatur. Ouid.li.6.Faſt.Prima dies tibi Carna datur:dea cardinis hæc eſt. Hæc ſtriges nocturnas, puerorũ,ut dicebãt,cunas infeſtátes,à limine ſummouebat.

Carnana,κάρναναι,urbs Minęorum,& populi iuxta mare rubrũ. ciues Carnanatæ. Sunius Carnaniam & Carnaniten (gentilia nimirum) uſurpat.Steph.

Carnapæ,populi ſunt circa Mæotin.Plin.lib.6.cap.7.

Carne,κάρνη, Phœniciæ oppidum eſt ad montem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellarum: cuius meminit Plin. lib.5.cap.20. * Eſt item Carne Stephano Aeolidis ciuitas: à qua fit gentile Carnæus,à ſuperiori uerò Carnites.

Carneades,καρνεάδης, Cyrenæus nouæ Academiæ princeps fuit,qui aduerſus Zenonẽ Stoicæ ſectę principẽ ſcripturus, cerebrum helleboro cãdido purgauit,ne quid ex corruptis ſtomachi humoribus ad cerebrum redundaret, & conſtantiã uigoremq; mentis labefactaret.Hic tanta eloquentia prædi tus fuiſſe perhibetur,ut quum Romam cum Diogene Stoico,& Critolao Peripatetico legatus ueniſſet,M.Catoni red diderit legationem ſuſpectã: qui identidem Senatum monuit, ut ab illorum eloquentia caueret, qua quicquid uellent etiã ab inuitis poſſent extorquere. Author eſt Gellius libro 16. Idem etiam penè dicit Quintilianus libro 12. capite 1. * Fuit & alter Carneades, philoſophus Athenienſis,Anaxagoræ diſcipulus:cuius meminit Suidas.

Carni,κάρνοι,populi ſunt Iſtris finitimi,ab ea parte qua Alpes Iuliæ Aquileiæ incumbunt, qui à Plinio collocantur in decima regione Italiæ ad Tergeſtem fluuium,qui in Venetiarum ora in ſinum Adriaticum influit.

Carnodunum,καρνόδουνον,oppidum eſt Vindeliciæ, ad Danubium,teſte Ptolemæo lib.2.cap.13.

Carnotum,regio eſt totius Galliæ media, καρνοῦτοι,Druidum ſedes,de quibus in Dictione Druides.

Carnus,κάρνος,uide Carne.Eſt etiam inſula Armeniæ,Steph.

Carnunti,populi Germaniæ inter Danubium & ſyluam Hercyniam,in confinio Pannoniæ.Plin.li.4.cap.12.Superiora inter Danubium & Hercynium ſaltum uſq; ad Pannonica hyberna Carnuti tenent, Germanorumq; ibi confinium eſt.

Carnuntum,oppidum in confinio Germaniæ & Pannoniæ, inter Danubium & Hercynium ſaltũ.Plin.lib.ultimo:Abeſt centum M. paſſuum à Carnunto littus Pànoniæ, quo à Germania ſuccinum importatur.

Carnutes,ſiue Carnuti,καρνοῦτοι.Galliæ Lugdunenſis populi, Andegauenſibus & Turonenſib. finitimi: apud quos Druydes ſuas habebant ſedes,reſte Cæſare lib.6.Comment.Horum oppidum eſt Carnutum, quod Galli ſua lingua Chartres appellant.

Carodunum,uide Carnodunum.

Caronium,καρώνιον,oppidũ eſt Tarraconenſis Hiſpaniæ in tractu Callaicorũ,nõ procul à Nerio promõtorio.Autor Ptol.

Caromemphitæ,uide Caricon. (lib.2.ca.6.

Carœa,κάροια,uide Carya.

Caropolis,καρόπολις,urbs Cariæ,Steph.

Caros cepæ,καρὸς κῆποι,id eſt, Caris horti, parua regio Cariæ,Steph.

Carpaſium, Cypri inſulæ oppidum eſt, apud Plin. lib.5.cap. 31.Stephanus Carpaſiam, καρπασίαν uocat, & à Pygmalione conditam aſſerit. * Carbaſiam etiam nonnulli appellarunt inſulam inter Cretam & Rhodum ſitam, quæ notiore nomine Carpathus appellatur.Demetrius Salaminius Carbaſiam maluit appellare,quòd ad uentum καραβᾶν,hoc eſt Africum ſita uideatur.

Carpathus,pen.cor.κάρπαθος, inſula contra Aegyptũ,media inter Rhodum & Cretam,ducentorum ſtadiorũ circuitum habens,quatuor inſignis urbibus:à qua uicinũ mare ad Aegyptũ uergens Carpathiũ καρπάθιον πέλαγος,dictum eſt.Homerus 2.Iliad.duabus literis tranſpoſitis κράπαθον appellat. Νίσυρος Νίσυρόν τ' ἄχορ,Κράπαθόν τε,Κάσον τε.

Carpatus,ſine aſpiratione,κάρπατος, mons ex lazygibus Metanaſtis,& Dacis imminens, & in Myſiam inferiorem adipſa penè Danubij oſtia excurrens. Vide Ptolemæum in tabula nona Europæ.

Carpeia uel Carpeo,uide Carpetani.

Carpentoracte,Plin.lib.3.cap.4. ciuitas eſt Galliæ Narbonenſis,uulgò Carpentras.

Carpeſij,καρπήσιοι,gens Iberica intra Iberum fluuium,Steph.

Carpetani,καρπητανοί, populi, quos Plin. lib.3.cap.3.in Hiſpania collocat ad Tagum fluuium,iuxta Vacceos.

Carpi,populi ſunt Africæ in Zeugitana regione, quæ minor Africa dicitur.Plin.lib.5.

Carpis,κάρπις,Scythiæ fluuius eſt.Herodotus lib.4.

Carpocrates,καρποκράτης,nomen cuiuſdam hæretici, qui negabat mundum à Deo factum.

Carraca,Italiæ urbs ſub Venetia,Ptolemæo.

Carrha,æ,κάρρα,ciuitas Arabiæ ad rubrum mare:à qua Carrhæi dicti ſunt populi. Plin.lib.6. cap. 28. Carrhæis lautiſſimos & fertiliſſimos agros. * Sed Carrhæ,arum,τὰ Stephano, ciuitas Meſopotamiæ trans Edeſſam, Craſſi & Romani exercitus cruore nobilis.Lucan. lib.1. Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carrhas.

Carſeoli,oppidum eſt in uia Valeria,non procul à Pelignis, à quo ipſi etiam incolæ Carſeoli dicuntur. Horum meminit Ouid.4.Faſt.Frigida Carſeolis,nec oliuis apta ſerẽdis Terra,ſed ad ſegetes ingenioſus ager.

Carſeolanus,a,um. Ouid.4.Faſt.- nam dicere certam Nunc quoque lex uulpem Carſeolana uetat.

Carta,ſine h, nomen unius ex Darij Satrapis, apud Curtium.

Carteia,καρτεία Ptolemæo, oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, in tractu Baſtulorum, ad radicem Calpes promontorij: Tarteſſos,καρτησσὸς à Græcis dictum.

Carteſius,a,um,ut littus Carteſium,in quo freti anguſtię ſunt.

Cartenna,Auguſti colonia in Mauritania Tingitana.Plin.lib. 5.capite 2.

Carthæa,καρθαία Stephano,urbs in Cea inſula. Hæc apud Plin. lib.4.cap.12.corruptè,ut ſuſpicor, Cartheia appellatur:cert è apud Step.per αι diphthongum ſcribitur.

Carthæius,a,um, Ouid.lib.12.Metamorph. Tranſit & antiquæ Carthæia mœnia Ceæ.

Carthæus,a diect. Idem 10.Metamorph, Nanq; ſacer nymphis Carthæa tenentibus arua Ingens ceruus erat.

Carthago,urbs Africæ totius celeberrima, quæ poſt Troianũ bellũ,ut docet Euſebius,à Didone cõdita fuit, & tertio bello

bello Punico à Scipione Aemiliano penitus euersa. καρχηδών. *Est & alia Carthago in Hispania, quam Asdrubal cõdidit, quæ Noua perpetuo epitheto dicitur, ad differentiam Carthaginis Libycæ. Hæc etiá à sparti copia, quod in eius agro copiosissimè prouenit, Spartaria appellata est. Carthaginis aũt nomen quidá à Cartha oppido, haud procul à Tyro dici putant: Cicero uerò lib. 2. de Nat. deor. scribit dictá à Carthagine Herculis filia, quum Byrsa prius diceretur.

Carthaginiensis, καρχηδόνιος, dictio sex syllabarum est: nam authore Prisciano inter n & e, interponitur i: ait enim lib. 4. Si tertię sint declinationis, abijciunt extremam genitiui, & assumunt, ensis, ut Pistor, Pistoris, Pistoriensis: Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis. Ennius, Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.

Cartris, Cimbrorum peninsula, dicente Plin. lib. 4. cap. 13. promontorium Cimbrorum excurrens in maria longè peninsulam efficit, quæ Cartris appellatur.

Cartij, populi Persiæ, ut scribit Strabo lib. Geograph. 11.

Caruentus, καρούεντος, aliàs καρύεντος, urbs Latinorum, gentile Careyntanus, Steph.

Carusij, populi sunt Troglodytis finitimi pariter & Aethiopibus, in finibus Africæ, ad latus meridiem spectans inhabitantes. Sipont.

Carya, κάρυα, ciuitas Peloponnesi, quæ cum Persis hostib. contra Græciam consensit: unde postea à Græcis deleta fuit. Vitru. lib. 1.

Caryanda, καρύανδα, lacus est & insula eodem nomine Cariæ regionis, non procul à Myndo. Ex Strabonis Geogr. lib. 14.

Caryatides, statuæ mulieb res. uide in appell.

Caryfis, κάρυσις, uide Crya.

Caristos, siue Carystus, κάρυστος, Eubœæ insulæ oppidum, in littore situm, ad radicem Ochæ montis, è regione Andri: cuius meminerunt Plin. lib. 4. cap. 12. & Pomponius li. 2. Circa hoc oppidum gignitur Amiantus lapis textilis, ex quo olim mantilia fiebant, quæ igni purgabantur. Item marmor nobilissimum, & macularum uarietate in primis commendatum, quod à loco Carystium appellabant. de quo uide Strabonem lib. 10. & Plin. lib. 36. cap. 6. Lucan. lib. 5. Quà maris angustat fauces saxosa Carystos. Sita est ad pelagus Myrtoum sub Ocha monte, cui à Iouis & Iunonis concubitu nomen inditum est, aut quòd oues illic pastæ concipiant, ὀχεύομενα κυίσκεσθαι. ὄχηρ enim Achæi pastum & cibum uocãt. Dicitur etiam ὁ ὄχης. lapis in hac ciuitate mirabilis gignitur, ex quo pannus contextus, ut sordes abstergat, in ignem injicitur. Vocabatur etiam Aegęa ab Aegone loci domino, à quo & mare Aegæũ. * Est item Carystus locus τοῦ Αἴγνος iuxta Arcadiam, ubi columnæ Carystiæ ex latomijs, & uinum Carystium celebrantur, Steph.

Carysteus, a, um, pen. prod. Ouid. 3. Fast. Quaq; Carysteis frangitur unda uadis.

Carystius, a, um. Plin. Epist. 101. Vitem quatuor columellę Caryum, uide Carya. (rystiæ subeunt.

Casandra, insula in Oceano meridionali, cõtra Persidem. Plin. li. 6. ca. 25. Contra Persidẽ, inquit, insulę, Philos, Casandra, Aracia, &c.

Cascandrus, inquit Plin. lib. 6. cap. 25. insula est deserta in Oceano, Indiam uersus.

Casilini, Italiæ populi sunt, in agro Campano, quorum oppidum etiam Casilinum appellabatur, quod Plinij temporib. interciderat, ut ipse testatur lib. 3. cap. 5.

Casina, pe. cor. Plauti fabula est, nomẽ habẽs à Casina ancilla, quá Stalino senex, eiusq; filius, certatim deperibãt. Scribit aũt unico sut facilè colligi potest ex fabulę eius argumẽto, in quo uersum literæ capitales Casinæ nomen exprimunt.

Casinum, pen. prod. Campaniæ oppidum est in Italia. Silius lib. 4. Mittebant saxa & nebulosi rura Casini. Huius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Casius mons, κάσιον ὄρος, trans Pelusium est, extremum Nili ostium, in ea Arabiæ Petrææ parte, quæ ab hoc mõte Casiotis Ptolemæo appellatur: in quo Iouis Casij templũ erat, & Magni Pompeij tumulus ab Adriano instauratus, ut in Adriano testatur Capitolinus. * Est & in Syria Antiochena Casius mons supra Seleuciam, cognomine Pieriam, ut author est Plinius libro 5. cap. 22. cuius altitudo in directum est quatuor millia passuum. * Ptolemęus præterea li. 5. cap. 18. Casium quendam montem collocat in Mesopotamia, non procul à Singra altero eiusdem regionis monte: cuius meminit & Suidas.

Casius, a, um, Lucan. lib. 10. Lucifer à Casia prospexit rupe.

Casiotis, κασιωτίς Ptolemæo, regiuncula est Arabiæ Petrææ, Pelusio ostio ab Aegyptio diuisa, in qua Casius mõs est, Pompeij Magni tumulo insignis: à quo & regio ipsa nomen accepit.

Casmene, κασμένη, urbs Siciliæ. Steph.

Casope, uide Cassope.

Casos, pen. corr. κάσος, insula iuxta mare Carpathium ambitu octoginta stadiorum, in qua est oppidum eiusdem nominis, à Caso Cleomachi patre dicta, qui eò colonos deduxit, à quo & Casius mons nomen traxisse creditur. Meminit huius insulæ Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31.

Caspapyrus, κασπάπυρος, urbs Gandarica, Scytharum uerò ἀκτὴ, id est littus, Steph.

Caspiæ portæ, κάσπιαι πύλαι, angustiæ sunt circa mare Caspiũ, quod alio nomine Hyrcanum dicitur: ad octo milia passuum, teste Solino, in longitudinem extensæ, latitudine tam exigua, ut uix plaustro sint peruiæ. Non satis tamen cõuenit inter autores ad quá maris partem cõiungantur. Quidam Amazones, portis Caspijs egressas ad Alexandrum uenisse in Hyrcaniam prodidere: sed illæ Caucasiæ fuerunt, per quas transitus est ex Hyberia in Scythiam. Neronis quoque principis comminatio ad Caspias portas, ut inquit Plinius, ad eum transitum respiciebat. Verùm mons Taurus tribus in locis interruptus, quasi portis quibusdam pertransitur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantum Caspiæ portæ appellantur, quæ apud Medos existunt, sicut ex Ptolemæo, Plinio & Strabone licet intelligere. Per has transitus est ex Babylone & Perside ad mare Caspium. Vnde etiam Caspiæ dictæ sunt. * Iuga uerò Caspia procul hinc absunt, & ad Armenios, ulteriores que populos pertinent.

Caspij, populi Scythiæ ad Caspium mare, ut author est Pomponius lib. 3. apud quos fœuissimi sunt canes, ut scribit Valerius Flaccus, lib. 6.

Caspius, adiect. unde Caspium mare, κασπία θάλασσα, immensæ magnitudinis lacus est inter Caspios & Hyrcanos montes, à quib. nomẽ accepit. Huius maris accolæ Turcæ fuisse crẽdũtur, qui deinde cœli clementioris desiderio adducti, primùm Armenijs, deinde reliquis Asiæ populis sua sede pulsis, & bona Europæ parte occupata, à sinu Persico adusque mare Adriaticum imperium suum extenderunt.

Casperia, Rhœti regis Marrubiorum uxor fuit, quæ cum Anchemolo priuigno corpus commiscuit. Vide Anchemolus, * Est item Casperia oppidum in Sabinis, forasse idem cum eo quod Silius Casperulam uocat. Vergilius 7. Aencid. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Seuerum, Casperiamque colunt.

Casperula, Sabinorum oppidum est apud Silium, ut dictũ est.

Caspirus, pen. pro. κάσπιρος, urbs Parthorum, finitima Indię, cuius incolæ cursu uelociss imi sunt, ut ex Dionysij Bassaricis annotauit Steph.

Cassandra, κασσάνδρα, Priami & Hecubæ filia, quæ quum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis sui copiam promisit, si uates ab illo fieret: quod Apollo se facturum, iuramento firmauit. Sed quum illa promissis nõn staret, iratus Deus fecit ut eiusdem uaticinijs nulla fides adhiberetur, quum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Postea desponsata fuit Choræbo, ut ait Maro, (Homerus uerò Orthryon eum nominat) qui in auxilium Troianis ueniens, in postrema nocte perijt. Hanc quoque Aiax Oilei in Mineruæ templo uitiauit, ut superius auditum est. Tandem deuastata Troia, Agamemnoni in sortem contigit, cui omnia fata, quæ à coniuge seruarentur, prædixit: sed more solito nihil ei creditum est. Veniens igitur cum Agamemnone domum, cum eodem in cõuiuio iussu Clytęmnestræ occisa est. Vergilius 3. Aen. Sola mihi tales casus Cassandra canebat. * Alia fuit Cassandra Iobatis filia, quam Bellerophonti nupsisse Homerus autor est. * Est & Cassandra oppidum, & Cassandria colonia, de quibus infrà in Potidęa.

Cassandane, filia fuit Pharnaspi, uxor Cyri, & mater Cambysę, teste Herodoto historiarum lib. 2. quam immatura morte sublatam & Cyrus ipse defleuit: & publico regnorũ suorum luctu decorari uoluit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Caſſanitæ, κασσανῖται, populi ſunt in littore maris rubri incolentes, Steph.

Caſſera, Macedoniæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 10. in deſcriptione Macedoniæ.

Caſſanorus, κασσάνωρος, urbs Aegyptia, Stephanus.

Caſsianus, martyr apud forum Cornelij, ubi & iacet, & à quo uenerat peregrinationis gratia è Brixina urbe Germaniæ, cuius erat ciuis & præſul: quūq; apud forū Cornelij doceret, iuſſu Iuliani Imperatoris, qui prohibuerat Chriſtianos docere, ſtylis diſcipulorū cōfoſſus eſt. * Alius eiuſdē nominis Alexandrinus ſub Iouiniano in Italiā ueniēs, apud Ortanū templū cōſtruxit, cuius & præſul electus: inde peregrinādo Auguſtodunū uenit, & epiſcopo Simplicio, uiro ſancto ſucceſsit. * Alius monachus Honorij tēpore à Hieroſolymirana Eccleſia ab hæreticis eiectus, Maſsiliā uenit, ubi duo cōdidit cœnobia, ſcripſit & de monachorū inſtitutis, ubi dicit, cibi abſtinentiā omniū uirtutū eſſe fundamentū. Volaterr.

Caſsiopea, uide Caſsiope.

Caſsilium, uulgò Caſſel, uide Sterenontium.

Caſsinum, teſte Varrone lib. 6. de Ling. latina, oppidū Samnitum fuit, qui à Sabinis ortum traxerant: ita dictum à uetuſto nomine Caſcus, quod Sabinorum lingua antiquū ſignificabat, unde & forum uetus, Caſsinum appellatum eſt.

Caſsiodorus, κασσιόδωρος, Rauennas fuit, Theodorici Gothorum regis præceptor, qui ex ſenatore factus monachus, Pſalterium Dauidis explanauit. Extant & eius ad Theodoricum Epiſtolæ, Volater.

Caſsiope, ſiue Caſsiopea, κασσιόπη, Cephei regis Aethiopum uxor, & Andromedes mater: quæ quòd gloriaretur Nereidibus ſeſe corporis pulchritudine præſtare, illarū indignationem incurrit. Nymphæ enim iactantia eius irritatæ incredibilis magnitudinis cetum immiſerunt, filiamq; eius unicam, nomine Andromedem, ſaxo alligarunt, cetoq; deuorandam propoſuerunt: quæ tamen Perſei uirtute liberata, eidem nupſit. Caſsiope uerò tandem generi meritis in cœlum translata traditur, & in ſiliquaſtro ſedens, uertente ſefe cœlo, reſupinato capite ferri, pedibus ipſius in ipſa Arctici circuli circunductione poſitis. Aeſtiuum circulum capite, & dextra manu tangit, & prope Medeā circulo lacteo diuiditur, nō procul à Cephei ſigno. Occidit cū Scorpione, exoritur cum Sagittario. In capite eius ſtella oſtenditur una, in utroq; humero ſingulæ: in mamilla dextra clara una, in lumbis una: in ſiniſtro femore duæ, in genu una, in pede ipſius dextro una, in quadrato quo ſignum eius circunſcribitur, una: in utriſq; angulis ſingulæ cæteris clarius lucentes. * Eſt item Caſsiope, oppidum Epiri mediterraneum, à quo Caſsiopei populi dicti ſunt, quorū meminit Plinius in Proœmio lib. 4. Stephanus Caſſopam, κασσώπην appellat. * Item oppidi nomen in Corcyra inſula, apud eundem lib. 4. cap. 12. quod Ptolemæo Caſsiopolis dicitur.

Caſsiterites, Caſsitera, uide Caſsiteritos in appellatiuis.

Caſsius, κάσσιος, uiri proprium, qui magiſter equitum fuit. Sp. Caſsius regni affectati crimine damnatus, cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici Conſulatus, ac duo ſpecioſiſsimi triumphi profuerunt. Senatus enim Populusq; Roman. non contentus capitali eum ſupplicio afficere, interempto domū ſuperiecit. In ſolo autem ædem Telluris fecit. Author Valerius lib. 6. cap. 3. * Caſsius Coſ. à Tigurinis Gallis pago Heluetiorū, qui à ciuitate ſeceſſerant, in finibus Allobrogū cum exercitu cæſus eſt: multi tes qui ex ea clade ſupererant, obſidib. datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterētur, cum hoſtib. pacti ſunt, tempore quo Iugurtha pulſus eſt à Mario. Liuius lib. 25. Cæſar bell. Gal. li. 1. Tigurinus pagus quū domo exiſſet, patrum noſtrorū memoria, L. Caſsium Conſulem interfecerat, & eius exercitum ſub iugū miſerat. * L. item Caſsius Trib. pl. C. Mario, L. Flacco Coſs. plures leges ad diminuendā nobilitatis potentiā tulit: in quib. ut quem populus Rom. damnaſſet, cuiue imperium abrogaſſet, in Senatu non eſſet. Fuit & inter cōpetitores Ciceronis in Conſulatu. Author Pedianus. Cic. pro Roſcio Amerino, L. Caſsius, ille quē populus Rom. ueriſsimum & ſapientiſsimum iudicem putabat, &c. * L. Caſsius, dux Pompeianus, cum decem nauibus, ardente bello ciuili, tranſit ad Cæſarem. * Caſsius item Longinus Iuriſconſultus, quòd C. Caſsij percuſſoris Cæſaris nomen ac ſtemmata haberet, iuſſus eſt à Nerone mori: pronepos fuit Seruij Sulpitij, ac Eques Romanus, ut ſcribūt Tranquillus & Põponius. * Fuit & Caſsius Seuerus, de quo Quintilianus ſic ſcribit li. 10. ca. 1. Caſsius Seuerus, ſi cętera uirtutib. colorem & grauitatem orationis adieciſſet, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenij plurimū in eo, & acerbitas in ira, & urbanitas & uis ſumma: ſed plus ſtomacho, quàm conſilio dedit. Hæc ille. Huius Caſsij ſcripta ex Senatuſconſulto abolita ſunt, ut autor eſt Trāquillus. * M. Auidius Caſsius, prefectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum Imperator ipſe res in Germania gerit contra Marcomānos, deſecit. Itaq; relicto bello, imperator eum cū exercitu petit ac ſuperat. Caput ei ablatum uidere noluit, recordatus antiquæ amicitiæ. * Caſsius præſul Narnienſis tempore Totilę regis Gotthorum, cui occurrens, animum placauit, ne ciuitati noceret. Meminit huius Gregorius 3. Dialogorū. * Caſsius poeta Parmēſis fuit, cuius ingeniū in ſcribendo carmine mirè concitatū & promptum prædicat Horat. 1. Ser. ſaty. 10. - at ſi quis pedib. quid claudere ſenis

Hoc tantum contentus, amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum uerſus, totidem cœnatus, Hetruſci
Quale fuit Caſsi rapido ſeruentius amni
Ingenium: capſis quem fama eſt eſſe librisq;
Ambuſtum proprijs. Hic aliquot generib. ſtylū exercuit, inter quæ opera elegiaca & epigrammata eius laudant. Hic eſt qui in partibus Caſsij & Bruti Tribunus militūm militauit: quibus uictis Athenas ſe contulit. Quintus Varus ab Auguſto miſſus ut eum interficeret, ſtudētem reperit, & perempto eo ſcrinium cum libris tulit, unde multi crediderunt Thyeſtem Caſsij Parmēſis fuiſſe. Scripſerat enim Thyeſtas alias tragœdias. Acron in illud Horatij 1. Epiſt. 4. Scribere quod Caſsi Parmenſis opuſcula uincat.

Caſsianus, penult. prod. adiect. Cic. pro Milone, Itaque illud Caſsianum.

Caſsius, aliud adiect. ut, Caſsia uia. Cic. 12. Philip. Tres ergo uiæ, ut dixi, uiæ, à ſupero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Caſsia. Ibidem, Hetruriam diſcriminat Caſsia. Item, Poſſum Caſsiam uitare, tenere Flaminiam.

Caſſopa, pen. prod. κασσώπη Stephano, oppidum eſt Moloſſorum, quod à Plinio Caſsiopem uocari ſuprà oſtendimus.

Caſtabala, καστάβαλα Stephano, Siciliæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 25.

Caſtalius, καστάλιος, in Phocide, ad radices Parnaſi montis fons non procul à Delphis: unde & Apollini & Muſis ſacer celebratur: ita dictus à uirgine Caſtalia, quæ Apollinem fugiens præcipitata, & in fontem uerſa eſt: à cuius nomine Muſæ ipſæ Caſtalides appellantur.

Caſtalo, καστάλων, maxima ciuitas Britaniæ (nimirum Britanniæ legendum) gentile Caſtalonites, Steph.

Caſtax, κάστας, urbs Iberiæ, gentile Caſtacæus, Steph.

Caſtanæa, καστανάια, Eudoxus per theta ſcribit.

Καὶ καστανάιαν ἀκτέριζον ἐν πέτραις, gentile Caſtanæus, Stephanus, nec aliud addit.

Caſtania, καστανία, urbs prope Tarentum, gentile Caſtanitæ.

Caſtnium, κάστνιον, mons in Aſpendo Pamphyliæ, gentile, Caſtnius, Caſtnietes. Steph.

Caſthenes, Thraciæ ſinus iuxta Byzantium. Plin. lib. 4. in deſcriptione Thraciæ.

Caſtianira, καστιάνειρα, uxor Priami pulcherrima, quam ex Aeſymo Thraciæ urbe duxit uxorem, & Gorgythionem ex ea genuit. Homerus lib. Iliad. 8.

Caſtologi, Plinio numerantur inter Belgas. li. 4. cap. 17.

Caſtolus, pen. prod. κάστωλος, Lydiæ urbs, ita dicta à Doribus conditoribus, quos Lydi καστάλους appellant. * Hinc Caſtoli campus, καστώλου πεδίον, apud Xenophontem. Vide Stephanum.

Caſtor & Pollux, κάστωρ καὶ πολυδεύκης, fratres gemini fuerūt Iouis ex Leda filij, qui & Tyndaridę paſsim à poetis appellantur, quemadmodū & Helena ſoror ipſorū, Tyndaris. Hi ubi primùm adoleuerūt, mare piratis liberauerunt, & obid. maris habiti ſunt, quos in tempeſtate nautæ ſolent implorare. Poſthæc Colchos cum Argonautis profecti ſunt, qua re. Poſthæc Colchos cum Argonautis profecti ſunt, qua in expeditione Pollux Amycū Bebryciorū regem, inſidias ſtruentem interfecit. Deinde domum reuerſi Helenā ſororē à Theſeo raptā, receperunt, Aphidna urbe, Theſeo abſente, expugnata. Tandem quum Caſtor diem ſuum obiiſſet, fratri Pollucem (qui eodem cū Helena ouo natus, immortalis erat)

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rat) fratris desiderio à Ioue petijsse ut immortalitatẽ suam cũ fratre posset partiri: qua re impetrata, alternis eos & mortẽ oppetijsse, & reuixisse. Cui fabulæ occasionẽ dedit Geminorũ natura, quorum altero oriente, alter occidit: & econuerso: à Græcis ἀλέσκουροι, hoc est Iouis filij κατ' ἐξοχὴν appellati sunt, & inter duos apotropæos, hoc est malorũ depulsores, sunt annumerati: quib. etiam Romæ insigne dedicatum erat templum in foro, ꝙ Romanis aduersus Latinos periculosissimo in prelio suppetias tulisse crederentur. Nã (ut Dionysius lib. 6. Antiquitatũ scribit) in pugna ad lacũ Regillum apparuerunt forma augustiore, ducentes equitatum Romanum aduersus Latinos, hastisq; iaciebant, propellebantq; aduersarios, socios uerò cohortabantur. Quæ potissimum causa fuit, ut Latini fugarentur, & castra caperentur. Iidem mox uisi sunt sudorem equorum abluere iuxta fontẽ Iuturnæ: deinde è conspectu mortalium se subduxerunt. Hinc Aecastor aduerbium iurandi, quasi per ædem Castoris, quo solæ mulieres utebantur, quemadmodum uiri soli per Herculem iurabant: Aedepol uerò erat iusiurandũ tam uiris quàm mulieribus commune.

Castor, κάστωρ, medicus antiquissimus, docuit piperitim herbã (quam alio nomine Siliquastrum nominant) bibi contra morbos comitiales. Author Plin. lib. 20. cap. 17.

Castra Cornelia, locus Zeugitanæ Africæ Plinius libro 5. capite 4.

Castrimonienses, Italiæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 5. Cubulterini, Castrimonienses, Cingulani, &c.

Castritius, Syllanæ factionis uir fuit, qui quũ Placentiæ magistratum gereret, Cn. Carboni à Placentinis obsides petenti ne ad Syllam deficerent, constanter denegauit: minanteq; Carbone se multos gladios habere, Et ego, inquit, annos. * Fuit & T. Castritius Rhetorices professor Romæ, Adriani temporibus, cui eruditionis, morumq; nomine in primis erat charus. uide Gellium lib. 13. cap. 10.

Castrum nouum, Italiæ oppidum est non procul ab ostijs Tyberis apud Pomponium lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Castulonenses, populi sunt Hispaniæ in cõuentu Carthaginẽsi, apud Plinium libro tertio, capite 3. Quorum oppidum Castulon in Bætica est regione, ad Anam fluuium, uulgò Castona.

Casuentillani, Italiæ populi in sexta regione, apud Plin. lib. 3. capite 14.

Casuentum, fluuius est in sinu Tarentino, apud Plin. lib. 3. capite 11.

Casurgis, Ptolemæo lib. 2. cap. 11. oppidum est in Septentrionali parte Germaniæ. Quidam longitudinis & latitudinis coniectura ducti, arbitrantur idem esse cum Praga, Boemiæ totius capite.

Casus, uide Casos.

Catabanes, populi sunt Arabiæ desertæ, apud Plin. lib. 5. cap. 11. quorum meminit & Strabo lib. 16.

Catabathmus, καταβαθμός, uallis est & oppidum in finibus Cyrenaicæ regionis, ea in parte qua Cyrenaica à Mareotide dirimitur, LXXXVI. M. passuum à Parætonio distãs. Catabathmi autem à reipsa nomen accepit, eo quòd ea in parte qua Mareotidem contingit, admodũ decliuis sit, quodq; nonnisi præcipiti descensu adeatur. Nam καταβαίνειν, descendere est: unde κατάβασις, καταβαθμός, idem quod descensus. Plin. lib. 5. cap. 5. Finis Cyrenaicus Catabathmus appellatur, oppidum, & ualis repentè conuexa.

Catacecaumene, καταικαυμένη, Mæoniæ regio non procul ab Epheso, arboribus carens, uite excepta, quæ generosissimũ fert uinum, quod καταικαυμενίτην, appellant. uide Strabonem lib. 13.

Cataceti, Asiæ populi, circa Mæotin, ut docet Plinius libro 6. capite 7.

Catadupi, Aethiopum populi ad nouissimũ Nili cataracten, ubi inter occursantes scopulos tanto fragore Nili aquæ ruunt, ut nimia soli uehemẽtia auditus instrumentũ uitiẽt, & accolas planè surdos reddant. Plin. li. 5. ca. 9. de Nilo fluuio: Subinde insulis impactus, totidẽ incitatus irritamẽtis, postremò inclusus montibus, nec alibi torrentior, uectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi uocantur, nouissimo cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere.

Catalaunum, uide Cabullinum.

Catalon, uide Orisia.

Catana, pen. cor. κατάνη Stephano, Siciliæ oppidum, ad radicẽ Aetnæ montis situm. patria Charondæ, inter Athenienssiũ legislatores in primis celebrati. Catanæ simulachrum fuit Cereris, teste Cic. 7. Verr. quod à uiro non modò tangi, sed ne aspici quidem fas erat. Legitur & Catina per tertiam uocalem in secunda syllaba. Silius lib. 13. Tum Catina ardenti nimium uicina Typhœo.

Catanira, κατάνιρα τα, insula uel urbs è regione Lesbi, Steph.

Catanni, κατανοί, populi ad mare Caspium, Steph.

Cataonia, κατανία, Cappadociæ pars Comagenæ prætenta, Haly amne irrigata. Author Plin. lib. 6. cap. 2. & 3.

Cataphrygæ, hæretici qui in Phrygia fuerunt, ut Montanus, Priscilla, & Maximilla. Hi Spiritus sancti donum non Apostolis, sed sibi traditum asserebant.

Catarrhactes, uide Cataracta in Appell.

Catari, Pannoniæ populi sunt. Plin. lib. 4. cap. 25.

Catarnia, (quod corruptè hic legebatur) uide Cataonia.

Cataxerxen, uide Cambysen.

Cathæna, καθαινα, urbs Indica, ubi formosis tantum defertur, ut formosissimum regem eligant. Steph.

Cathareus, uide Caphareus.

Cathalusius, καθαλάσιος, Nicanor nominatur apud Stephanũ in Mieza.

Cathon, insula à Pomponio inter Cycladas numerata, à Plinio tamen præterita, nisi quis Cothonem, quam Plinius in Laconico sinu esse ait, intelligere uelit. Ex Vadiano.

Cati, pro Germaniæ populis, Lege Chatti.

Cati fons dicebatur, ex quo aqua Perronia in Tyberim fluebat, quia in agro erat cuiusdam Cati. Author Festus.

Catilina, ciuis Romanus fuit, coniuratione contra patriam inita nouissimus: cuius impij conatus Ciceronis prudentia oppressi sunt. Lucan. lib. 7. Pacificas sæuus sensit Catilina secures. uide Sallustium de bello Catilinario.

Catillus, filius fuit Amphiarai, qui cum fratribus Cora & Tiburto in Italiam uenit, ibiq; reliquis adiuuantibus Tibur condidit, & à nomine fratris imposuit. Verg. 7. Aen. Catillusq; acerq; Coras, Argiua iuuentus. Silius lib. 8. Et Tibur Catille tuum. In emendatioribus tamen Vergilij exemplaribus Catyllus legitur per y.

Catina, uide Cattina.

Catinia, uulgò dicitur urbs Siciliæ, quæ olim Catana.

Catre, κάτρη, ciuitas, gentile Catreus, Steph.

Cattabania, καττασανία, uicus, κατοικία, felicis Arabiæ, Stepha.

Catizi, teste Plin. lib. 4. cap. 11. Pygmæi dicti sunt, qui circa Geraniam Thraciæ urbem incoluerunt, à gruibus, ut creditur, fugati.

Catonum familia ex Tusculano municipio ortum traxit: ex qua primus Romam sese contulit M. Porcius Cato, postea Censorius appellatus, persuasione atq; amicitia Valerij Flacci adductus. Hic tribunus militum in Cilicia fuit: Prætor Sardiniam subegit, ubi ab Ennio fuit Græcis literis institutus, quum iam natu grandior esset. Consul deinde cum eodem Flacco creatus, citeriorem Hispaniam sortitus est: ubi rebus fœliciter gestis, urbium omniũ muros, quæ intra Bætim erant, uno die solo æquari iussit. Author Polybius. Hunc Plinius summis laudibus extollit, absolutum eum Imperatorem, Senatorem, & Oratorem appellans. Scripsit librum de Re rust. item alium de Originibus urbium Latij, & Orationes quasdam. Huius duo fuerunt filij, quorum alter sub Paulo Aemylio magna cum laude in Macedonia militauit: alter, qui ex nomine matris Saloninus fuit cognominatus, patre adhuc superstite, iam prætor designatus, extinctus est, egregijs de iure ciuili uoluminib. relictis. Author Gellius lib. 2. cap. 14. * M. Cato Vticensis, M. Porcij nepos fuit, quem & uitę, Stoicæq; disciplinæ seueritate referebat. Hic nudis interdum pedibus, breuiq́ue toga in publicum prodibat, sese adsuefaciens nõnisi turpibus rebus erubescere. Consulatum frustrà petijt, ꝙ uirtuti suæ fidens, populo non nimium submisse uoluerit supplicare. Martiam coniugem roganti Hortensio amico, liberorum causa concesit: eandẽq; post Hortensij mortẽ recepit. Id quod Cæsar auaritiæ causa ab eo factũ fuisse, calũniatus est. Dimisit, inquit, inopẽ, ut locupletẽ reciperet. Toto ciuilis belli rempore intonsus fuit. Post Pharsalicam pugnam, Vticam sese recepit: rèq; à Scipione infœliciter gesta, perlecto Platonis de ani-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mæ immortalitate Dialogo, qui Phædon inscribitur, necem sibi consciuit. * Fuit & Cato quidam Grammaticus Syllæ temporibus, cuius meminit Tranquillus.

Catoni, Plinio populi sunt Scythiæ, circa Mæotin agentes, lib. 6. cap. 7.

Catopterum, κατοπτήριον, locus excelsus supra Anemoriá Phocidis urbem, ut in Anemoria diximus.

Catria, uide Aegussa.

Catti, uide Chatti.

Cattiterides, uide Cassiteros.

Cattuza, uide Catizi.

Catularia, porta Romæ dicta est, quia non longè ab ea ad placandum Caniculæ sidus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, ut fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur. Festus.

Catullus, poeta Veronensis, natus anno ante Sallustium, Syllæ Marijq; temporibus, in poematis cùm lasciuus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc uiro minimè pepercit, Iambis eum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus est. Tranquillus. Scripsit de passere suæ Lesbiæ: celebrauit nuptias Mallij: amauit Ipsithillam & Clodiam, quá ficto nomine Lesbiam uocat. Scripsit & alia multa. Mortuus est Romæ. Ouid. li. 2. de Tristib. Sic sua lasciua cantata est sæpe Catullo Fœmina, &c.

Catulorum familia, Romę nobilissima fuit: ex qua fuit Q. Lutatius Catulus, qui Pœnos apud Aegades insulas nauali prælio superauit, sexcentis eorum nauibus aut captis, aut depressis. * Fuit & alter Catulus, C. Marij in quarto Consulatu collega, & in Cimbris pfligádis adiutor, á quo postea rerum potito mori iussus, haustis uiuis carbonibus se præfocauit. Hic est ille Catulus, cuius postea manes Sylla Marij iunioris morte placauit.

Caturactonium, καταρακτώνιον, Britanniæ insulæ oppidum est. Ptolemæus lib. 2. cap 3.

Caturiges, Italiæ populi sunt, trans Padum à Plin. lib. 3. cap. 16. in undecima Italiæ regione collocati.

Cauares, Narbonensis Galliæ populi sunt, quorũ metropolis est Auenio. Authores Plin. lib. 3. cap. 5. & Mela lib. 2.

Cauca, Ptolemæo, urbs Hispaniæ, alio nomine Conca.

Caucanis, uide Arabyza.

Caucasus, καύκασος, penult. cor. mons Indię editissimus ad Septentrionem uersus Scythas, Indiam à Scythia dirimens, asper & inhospitalis. Verg. 4. Aen. - sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. Hic fertur tantæ altitudinis esse, ut ab eo astra maiora uisantur, & eorum ortus occasusq; diligenter perspiciantur: quò fit ut Scythę, eius montis accolę, rei astronomicæ peritissimi sint habiti.

Caucasius, a, um, καυκάσιος. Vergilius Eclog. 6. Caucasiasq; refert uolucres.

Cauchæ, campi sunt, quos Tigris fluuius Septentrionem uersus flexus secat. Plin. lib. 6. cap. 27.

Caucon, fluuius, uide in appellatiuis.

Cauconea, καυκώνια, regio à Caucone rege aut fluuio dicta, Steph. uide Macistus.

Caudis, uel Caudium, oppidum Samnitum: unde Caudinæ furcæ, & Caudinę fauces, nobilitatæ insigni ignominia, quá Romani exercitus sub Sp. Posthumio à Samnitibus accepe runt. Lucan. lib. 2. Vltra Caudinas sperauit uulnera furcas. Caudinæ fauces, apud Silium lib. 8.

Caulici (καυλικοί Apollonio Cauliaci) populi iuxta Ionium sinum, à monte sic dicti.

Cauindana, uide Canindana.

Caulinum uinum, uide Caulinum inter appellatiua.

Caulon, onis, καυλών, oppidum est in prima Italiæ fronte apud Locros, cuius meminit Plinius libro 3. capite decimo. Vergilius 3. Aeneid. Caulonisque arces, & nauifragum Scylaceum. Quanquam ibi Poeta non tam de oppido, quàm de promontorio loqui uidetur. Hanc urbem Strabo lib. 6. Pomponius lib. 2. & Stephanus de Vibibus Cauloniam appellant καυλονίαν.

Caumas, unus è Centauris, Ixionis filius. Boccat. lib. 9.

Caunus, καῦνος, Cariæ oppidum maritimum, è regione Rhodi, non procul ab ostijs Calbis fluuij, æstate & autumno ad inhabitandum graue, ob calorem & pomorum copiam: ut scribit Strabo lib. 14. Ob id Caunij pestilenti cœlo esse dicuntur. Hos quum intuitus esset Stratonicus citharœdus, homo salibus plenus, illum ex 6. Iliad. uersiculum in eos protulit, Οἵηπερ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. id est, Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Colorem uidelicet, quo omnes pallebant, suggillans. Caunij uerò quum hominem incessissent acrius, quòd urbem ut morbidam carperet: Ego, inquit, non morbidam dicere ausim, ubi mortui ambulant? urbanius multo acriusq; quàm prius illudens. Ab hac ciuitate aduehebantur fici, Cauneæ dictæ. Cicero lib. 2. de Diuin. Quum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens, Cauneas clamitabat.

Caurium Ptolemæo, Lusitaniæ oppidum. alio nomine Caura, uulgò Corra.

Cauros, καῦρος, insula erat, quæ postea dicta est Andros, deinde Antandros. Plin. lib. 4. cap. 12.

Caurus, ἄργέστης, uentus ab Occasu solstitiali flans, qui & Corus dicitur. Vergilius 3. Georg. Semper hiems, semper spirantes frigora Cauri.

Caus, untis, καοῦς, urbs Thelphusiæ terræ in Arabia, ubi Causius tribus syllabis, Aesculapius colebatur, Steph.

Caycus, uide Caicus.

Cayster, καύστρος Stephano, fluuius Lydiæ, Sardibus proximus, cygnis abundans: qui multos amnes secum deferens Ephesum abluit. Dicitur ἀπὸ τοῦ καίεσθαι, quod est amburi, quoniam propinquus sit Catacecaumenæ, quæ pars est Ephesiæ prætorridæ & deustæ, fertilis nulla, præter uitem, arbore, sed uino præstantissimo, quod Vitruuius & Plinius Catace cauemiten ex hac origine denominant.

Caystri campi, καύστρια πεδία Stephano, campi sunt fœcundissimi sub Sardibus, Lydorum urbe, Cori & Hermi campis contigui, ita dicti à Caystro uicino fluuio. Vergilius Caystri prata uocat lib. 1. Georg. Vide plura apud Strabonem lib. 13.

Caystrus, καύστρος, oppidum est Ciliciæ mediterraneum, teste Ptolemæo, lib. 5. cap. 8.

Cea, siue Ceos, utroq; enim modo appellari author est Plin. lib. 4. cap. 12. insula est sub Eubœa, bombycinarum uestium textrinis olim nobilitata. In hac enim insula Pamphila Latoi filia prima adorta est bombycum telas retorquere, easq; rursus texere, ut testatur idem Plin. lib. 11. cap. 22. Hinc Ceæ uestes dictæ sunt, quæ in hac insula ex bombyce tenuissimę texebantur in usum fœminarum. Propertius, Et tenues Ceæ uestę mouere sinus. Ptolemæus hanc insulam Ciam appellat, ut hodie quoq; uulgus nautarũ. Vrbes olim habuit tres, Carthæam, Iulidem, & Caressum.

Ceadus, κίαδος, Ciconum rex fuit, pater Trœzeni, & auus Euphemi: cuius meminit Homerus 2. Iliad.

Cebes, etis, κίβης, Thebanus fuit philosophus, cuius etiam hodie extant Dialogi, quibus ille duplicem humanæ uitæ speciem in tabula quadam ob oculos ponit. Vide Suidam & Laertium.

Cebrenia, κιβρηνία, regiuncula Troadis cum oppido eiusdem nominis, non procul à Scepsi: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 30. * Sunt & Cebrenij in Thracia, dicête Strabone li. 13. Est fluuius quidá Aristus in Thracia, prope quê Cebrenij Thraces habitãt. Multa enim apud Troes & Thraces eisdem nomimib. appellantur, ut Scæi Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus, & Scææ Troianæ portæ. Item Xanthi Thraces, & Xanthus Troiæ fluuius. Itẽ Rhesus apud Troiá fluit. Rhesus etiá Thracũ rex fuit. Dicta est autẽ Cebrenia, uel ab amne Cebrine, ut ex sententia Herodiani refert Stephanus: uel, ut alij malunt, à Cebrione Priami notho: quanquá Straboni magis placet, Cebrionẽ potius à Cebrenia, uel, ut apud eum legitur, Cebrinia urbe nomen accepisse.

Cebrenis, huius Cebrenidis, fœm. patronymicum, κιβρηνίς. Ouidius 11. Metam. Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa. Statius in Syl. - uiduæ Cebrenidos arida luctu Flumina.

Cebrenus, pen. prod. κιβρηνός, nomen gentile. Ausonius:

Sic qui uenalis tam longa ætate Cebrenus
Non habet emptorem, fit tibi pro precio.

Cebrica Cherronesus, κιβρικὴ χερρόνησος nominatur apud Stephanũ in mentione Saxonum, fortè Cimbrica legendum.

Cebriones, κιβριόνης, filius fuit Priami, sed illegitimo thoro natus, qui à Patroclo saxo ictus, interijt. Iliad. π,

Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος πριάμοιο. id est:
Cebrionem haud propria Priamo de coniuge natum.

Cecarphus, uide Cercaphus.

Cecinna

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cecinna, fluuius est Thraciæ, ad Volaterras, authore Pompo nio lib.2.& Plin.cap.5.

Cecinna, prænomine Aulus, eques Romanus fuit, ex municipio Volaterrano, Ciceronis familiaris, & ab eo in causa qua dam hæreditatis defensus: de qua re etiam nunc extat Cicero nis oratio. Hic tempore belli ciuilis non contentus Pompeij partes sequi, edito etiã in Cæsarem libro, acerrimè eum insectatus est, ut est uidere apud Ciceronem in Epistol. Famil. Scripsit & librum de fulminum procuratione, quem Seneca se fatetur imitari. * Fuit etiam Cecinna quidã ex Octauij Cæsaris scribis, cuius meminit Cic. in epist. ad Atticum. * Cecinna item alius fuit, ex Vitellij ducibus, qui apud Bebriacũ cum Othonianis fœliciter dimicauit. * Meminit & Suetonius in Tito cuiusdam Cecinnæ, qui ob suspicionem coniurationis ab Imperatore ad cœnam inuitatus, per proditionem interfectus est.

Cecrops, κέκροψ, primus Athenienſium rex, qui annis quinquaginta regnauit. Hic Athenas instaurauit.

Cecropius, a, um, possessiuum, κεκρόπιος. Verg. lib. 4. Georg. Cecropias innatus apes amor urget habendi.

Cecropia, oppidum à Cecrope conditore: nunc est arx Athenis. Plin. lib. 4. cap. 26. Oppidum, inquit, Cecrops à se appellauit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.

Cecropis, idis, κεκροπίς, patronymicum fœmininum.

Cecropidę, κεκροπίδαι, Athenienſes dicti sunt, à Cecrope rege. Ouid. 7. Metamorph. Phocus in interius spaciũ, pulchrosq; recessus Cecropidas duxit.

Cecryphalea, κεκρυφάλεια, promontorium seu insula Peloponneſi, iuxta quam Athenienſes ab Aeginetis prælio superati fuerunt, Steph.

Cedar, κηδάρ, regio Arabiæ, ut apud Esaiam: Auferetur omnis gloria Cedar. Nam (ut inquit Hieronymus) ex Ismaele Cedar & Agareni, qui peruerso nomine Saraceni uocãtur, generati dicuntur.

Cedreæ, κηδρέαι, Cariæ oppidum, cuius incolæ Cedreatæ, & Cedræi appellantur. Steph.

Cedrei, Arabiæ populi sunt Cachleis & Nabathæis finitimi: quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 11.

Cedropolis, κηδρόπολις, oppidũ in Caria: à quo Cedropolitæ.

Cedros, insula est in Germaniæ littoribus, cedri genere syluo fa: inde electrum in petras defluere dicitur. Perottus.

Cedrosi, κήδρωσσοι, populi prope mare rubrum, Steph.

Celadon, penul. correpta, κελάδων, amnis est ignobilis, in Alpheum influens apud Strabonem lib. 8. Geogr. * Est etiam Celadon nomen unius ex ijs qui unà cũ Phineo in aula Cephei regis Aethiopum, Perseo uim inferre conati, perierunt. Ouidius 5. Metamorph. Occidit & Cẽladon Mansidius, occidit Astreus.

Celadone, nes, penult. prod. κελαδών, oppidum Locridis, apud Stephanum, à quo gentile, Celadoneus, a, um.

Celadusa, κελάδουσα, exigua est insula maris Aegæi, Delo proxima, tam angusto freto ab ea diuisa, ut catena aliquando ei fuerit annexa. alijs nominib. Rhene, & Arthemite dicitur. In hac Delij mortuos suos sepeliebant, religione scilicet prohibiti, ne quenquã in Delo humarent. Vide Thucydidem Belli Peloponnesiaci lib. 4. & Plin. lib. 4. ca. 12. * Sunt itẽ Celadusæ, paruæ aliquot maris Adriatici insulæ, Liburniæ adiacentes, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 26.

Celethi, κήλαιθοι, populi Thesprotiæ, uicini Thessaliæ, Steph.

Celæna, penul. prod. locus Campaniæ Iunoni sacer.

Celethra, κήλαιθρα, urbs Bœotiæ prope Arnen, à Celethro quodam, Steph.

Celæbe, κελαίδη, urbs quædam.

Celænæ, κελαιναί, collis est Asiæ propriè dictę, in quo urbs fuit, eiusdem nominis, ex qua Antiochus Soter incolas transtulit in eam, quam à nomine matris Apamiam appellauit. Author Strabo lib. 12. Plinius uerò li. 5. cap. 29. Celænas easdem facit cũ Apamia. Tertius, inquit, conuentus Apamiam uadit, antè appellatam Celęnas. Circa hanc urbem fluit Marsyas amnis: ibiq; uolunt poetę Marsyam tibiarum cãtu cum Apolline certasse. * Celænas item alias collocat Plin. lib. 5. cap. 32. in ea parte Asiæ, quę Phrygię superiecta est, iuxta Andriam, Ancyram, & Colossas.

Celæno, κελαινώ, cum diphthongo, fuit una ex Harpyis, ἀπὸ τῆς κελαινότητος, hoc est à nigredine ita appellata. Vergil. 3. Aen.

Vna in præcelsa consedit rupe Celęno
Infignis uates.

Celæno, κελαινώ, una ex Pleiadib. Atlantis & Pleiones nymphæ filia, cum qua Iupiter concubuit. Ouid.

- Et te formosa Celæno,
Maian & Electram, Tayegetamq; Ioui: scilicet concubuisse ferunt. uide infrà de Pleiadibus.

Celegeri, Mœsiæ, quæ Pannoniæ iungitur, populi. Author Plinius lib. 4. cap. 26. in descriptione Mœsiæ.

Celendræ, arum, oppidum Ciliciæ, cum portu eiusdem nominis, apud Strabonem li. 14. & Pomponium Melam li. 1. in Ciliciæ descriptione. Lucan. lib. 8. - sequitur pars magna senatus Ad profugum collecta ducem, paruisq; Celendris, Quo portu mittitq; rates, recipitq; Selinus.

Celcia, Norici oppidum, Plin. lib. 3. cap. 24. uulgò Cilia.

Celerini, citerioris Hispaniæ populi sunt supra Braccaras & Gronios: quorum ager Auo fluuio irrigatur, ut indicat Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius lib. 3.

Celsenses, populi sunt citerioris Hispaniæ, apud Plin. libro 3. capite tertio.

Celsus, plagiarius fuit Horatij temporibus, qui ueterum poetarum scripta suppilabat, quem sic notat lib. 1. Epist. ad Iulium Florum scribens:

Quid mihi Celsus agit monitus, multumq; monendus,
Priuatas ut quærat opes, & tangere uitet
Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo,
Ne si fortè suas repetitum uenerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.

* Fuit & Cornelius Celsus, uariæ eruditionis nomine à Quintiliano commendatus, qui & Rhetoricã multo quàm antea diligentius explicauit, & de re militari diligentissimè scripsit: nullumq; penè disciplinæ genus intactum reliquit: ex quibus ad nostra tempora nihil peruenit præter octo elegantissimos de Re medica libros, qui omnium manibus teruntur.

Celtæ, κέλται, populi Galliæ Comatæ, inter Garumnam & Sequanam fluuios, ita dicti à Celto Polyphemi filio, si Appiano credimus. Pomponius Mela lib. 3. Populorum Comatæ Galliæ tria summa nomina sunt, terminanturq; fluuijs ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitania, ab eo Sequanam Celtæ: inde ad Rhenum pertinent Belgæ. * A Celtis etiam Celtiberi Hispaniæ populi originem traxisse creduntur, qui quum uenissent ad Iberum Hispaniæ fluuium, ibiq; consedissent, assumpto ad nomen suum fluuij nomine, iuxta quem confederant, Celtiberi, κελτίβηρες, dicti sunt: & regio eorum Celtiberia. Lucanus libro tertio,

- profugiq; à gente uetusta
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberi.

Celtibericus, a, um, κελτιβηρικός, nomen possessiuũ: ut, Bellum Celtibericum.

Celtiaca, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispalensi, ut scribit Plinius lib. 3. cap. 1.

Celtica, κελτική, tertia pars Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Garumnam fluuios sita. Plin. lib. 4. cap. 17. Gallia inquit, Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta. A Scalde, ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam Celtica, eademq; Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania, Armorica antè dicta.

Celticum, κελτικόν, promontorium est Hispaniæ citerioris in Gallęcorum tractu, in Oceanũ, Occidentem uersus, quàm longissimè excurrens: idem cum eo quod Ptolemæus Nerium, & uulgus nautarum hodie Finem terræ appellat. Vide Pomponium Melam lib. 3.

Cema, Narbonensis prouinciæ fluuius, & Alpium monte Cemeno profusus. Plin. lib. 3. cap. 4.

Cemelion, oppidum Liguriæ, non procul à portu Herculis Monœci: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cemenus, κήμενος ὄρος, mons Narbonensis Galliæ, non procul à Varo fluuio, ex quo Cema amnis profunditur: unde & monti nomen factum uidetur. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

Cenchreæ, arum, κεγχρέαι, portus est Corinthiorũ, ad sinum Saronicum, quemadmodũ Lecheæ alter portus ad sinum Crissæum, siue Corinthiacũ. Spacium aũt inter duos hosce portus medium, Isthmus appellatur. Plin. lib. 4. ca. 4. Angustię, unde procedit Peloponnesus, Isthmus appellãtur. In eo loco irrũpentia è diuerso duo maria, omnem ibi latitudinẽ

uorant, donec contrario incursu equorum tantorũ, in quinque M. pass. interuallo exesis utrinq; lateribus, angusta ceruice Peloponnesum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, angustiarum termini, longo & ancipiti nauium ambitu, quas magnitudo plaustris transuehi prohibet.

Cenchrius, κεγχριος, fluuius est Ioniæ, nõ procul ab Ephesо, lucum Ortygiam irrigans, ubi Latona Dianam & Apollinẽ creditur peperisse. Tacitus lib. 3. de Ephesiorum legationibus ad senatum missis: Primùm, inquit, omnium Ephesij adiere, memorantes, non ut uulgus crederet, Dianam atq; Apollinem Delo genitos: esse apud se Cenchriũ amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu grauidam, & oleæ, quæ tum etiam maneat adnisam, edidisse numina, deorumq́ue monitu sacratum nemus.

Cenæum, uide Cæneum.

Cenæus, uide Cæneus.

Cenina, Latij oppidum fuit, à Romulo deletum, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Rectius Cœnina.

Cenomani, κενομανοὶ, fuerunt populi Galliæ Cisalpinæ, teste Plin. lib. 3. cap. 19. quorum caput Brixia fuit. * Sunt etiã Gallиæ Celricæ populi, Andegauis finitimi: quorum etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 18. uulgò les Manceaux: & regio ipsa Cenomania, uulgò le Maine.

Censum, Eubœę promontorium in Septentrionem directum.

Centa, uide Merula.

Centaurerus, Galata quidam fuit, qui Antiocho rege occiso, equo eius potitus, eũ ouãs cõscendit. Quod ille indignè ferẽs, præceps in abrupta desilijt, unaq; cum sessore est exanimatus: ut ex Philarchi sententia refert Plin. lib. 8. cap. 42.

Centauri, κένταυροι, Thessaliæ populi, secus Pelion montem habitantes, qui primi equos domare, & ex ijs pugnare cœperunt: quo factum est, ut à uicinis populis primùm conspecti mẽbra partim humana, partim equina habuisse crederẽtur. De horum origine sic fabulantur poetæ, Ixioné à Ioue deorum immortaliũ mensę adhibitũ, Iunonis amore captũ fuisse, eamq́; de stupro interpellasse. Quod quum illa uiro suo indicasset, Iouem Ixioni nubem subiecisse in uxoris imaginẽ transformatam, eamq́; Ixionem pro Iunone compressisse, & ex ea Centauros generasse: qui inde Nubigenæ dicti sunt. Cui fabulæ ansam prębuisse uidetur castellũ nomine νεφέλη, Centaurorũ sedes. νεφέλη enim Latinè nubem sonat. Hi quũ in nuptijs Pirithoi uino madentes sponsam rapere conarẽtur, à Theseo & Lapithis partim cæsi, partim in fugam acti sunt. Iidem & Hippocentauri dicti sunt, quòd equis insidẽtes, boues œstris agitatas, stimulis ad tecta reuocarint. Est enim κεντέω, stimulare & pungere. Centaurorũ nomina, qui magis insignes fuerũt, hęc sunt: Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhætus, Arneus, Lycidas, Medon, Pisenor, Caumas, Mermeros, Pholus. Hic Herculem suscepisse dicitur hospitio. Lucan. lib. 6. Hospes & Alcidę magni Phole. * Est etiam Centaurus nauis nomen apud Vergilium 5. Aeneid. Centauro, inquit, inuehitur magna.

Centaurus, κένταυρος, fluuius Aetoliæ est, qui prius Euenus dicebatur, pòst Nessi centauri mortem ab Hercule interfecti, à poetis Centaurus uocitatus.

Centinum, κέντινον, Vmbriæ oppidum, apud Ptolemæum libro 3. capite 1. Alij Sentinum scribunt per s, quibus etiam Plinius suffragatur, qui in Vmbriæ descriptione Sentinatium meminit.

Centrones, populi sunt qui inter Alpinas gentes Plinio commemorantur, lib. 3. cap. 20.

Centumperanea, insula est in agro Sentinatum, Nicolai Perotti patria.

Centuripe, es, siue Centuripæ, arum, κεντουρίπαι, Ptolemæo, oppidum est Siciliæ sub Aetna monte, Symæthо fluuio & Gætanæ urbi proximum, ut tradit Strab. lib. 6. * Hinc Centuripini populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8. Et crocum Centuripinum, apud eundem lib. 21. cap. 6.

Cephalas, κεφάλας, promontorium altum & syluosum, maioris Syrtis initium. Strabo lib. ult.

Cephaledium Straboni, Cephaledis Plinio, oppidum est Siciliæ, non procul ab Himera fluuio. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & Strabonem lib. 6.

Cephalotomi, κεφαλότομοι, Colchicæ regionis populi. Autor Plin. lib. 6. cap. 5. in descriptione regionis Colchicæ.

Cephalene, κεφαλλήνη, uel Cephalenia, κεφαλληνία, cum e longo post l, insula Ionij maris, à Cephalo Amphitryonis socio uel à Cephalo Deionei filio dicta. De hac Strab. lib. 10. Non dubitauere pleriq; Cephaleniam eandem, & Dulichium appellare, & Taphium. Alij Taphios & Cephalenios eosdem dixere, & Teleboas, & aduersus illos Amphitryonem excercitum ductasse, assumpto socio Deionei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insula deinde Amphitryonẽ potitum, eam Cephalo tradidisse, ab eoq́; nomen habuisse insulam. Hinc populi Cephalenes, κεφαλλῆνες, qui Vlyssem ad bellum Trojanum sequuti sunt: ut est uidere apud Homerum in Catalogo nauium.

Cephalœdis, Siciliæ fluuius, cuius meminit Plin. lib. 3. cap 8. in descriptione Siciliæ. Hodie Cephalodum.

Cephalus, κέφαλος, Aeoli filius, siue (ut alij tradunt) Deionei & Aeoli nepos. Hic Procrin Erechthei, uel secundum Seruium, Hiphili regis filiam uxorem habuit: sed non minus etiã diligebatur ab Aurora, quæ illi canem Lelapem, & duo hastilia, omnia quæ uellet, contingentia (erat enim uenator insignis) dederat. Quapropter uxor suspicãs maritũ suum alterius mulieris amore captum, furtim eum in syluam secuta est: & ut experiretur an alteram adamaret, inter uirgulta se abscondit. Lassus itaq; æstu laboreq́; Cephalus, quum se ad uirgulta recepisset, sub arboris cuiusdam umbra recũbens, Auram inuocabat. Quapropter suspicata Procris, pellicem esse eo nomine, quam ille uocaret, quo rem omnem melius cognosceret, propius uoluit accedere. Videns itaq; Cephalus uirgulta commoueri feram ratus, iaculum immisit, atq; ita insciens uxorem interfecit. Vide latius hanc fabulam apud Ouid. 7. Metam. Hunc postea ab Aurora raptũ, idem Ouidius author est li. 3. de Arte amandi, Latmius Endymion non est tibi Luna pudori, Nec Cephalus roseæ præda pudenda deæ. Neque tamẽ desunt, qui à Ioue in lapidem conuersum tradunt. * Alter fuit Cephalus Athenienſis orator, qui primus procœmia & epilogos induxit. Author Suidas. Huius Cephali Aeschines & Demosthenes in orationibus aduersarijs meminerunt.

Cepheus, κηφεύς, teste Ouidio, Aethiopum rex fuit, Andromedæ pater, quam Perseus periculo liberatam, uxorem duxit. Hic postea unà cum uxore Cassiopea & Andromede filia, & genero Perse, in cœlum translatus dicitur. Oritur Cepheus in quintadecima parte Capricorni.

Cephesis, uide Tesphussa.

Cepheius, a, um, Ouid. 4. Metam. - Cepheia consp̃icit arua.

Cephis, statuarius nobilis, cuius meminit Plinius libro 34. capite 8.

Cephisia, κηφισία, Attica regio. nam Cecrops Athenarum cõditor omnem eius regionis multitudinem in XII urbes digessit. Sed Theseus postea has omneis in unam Athenienſium ciuitatem cõgregauit. dicta Cephisia à Cephiso amne. * Est & Cephisia fons Atticæ, sicut Larine, Callirhoe.

Cephisis, κηφισίς, lacus et iuxta Atlanticum mare, quem Mauri Electrum uocãt, quòd sole ferue factum electrum è limo dare creditus sit: ut ex Asarubę sententia tradit Plinius lib. 3. capite 2.

Cephisodorus, κηφισόδωρος, Atheniẽsis tragicus, antiquæ tragœdiæ scriptor, cuius fabulas enumerat Suidas. * Cephisodorus item statuarius, Praxitelis filius. * Alius præterea inter præcipuos pictores. Plin. lib. 35. cap. 9.

Cephisodotus, κηφισόδοτος, statuarius apud Plin. lib. 34. * Fuit item Cephisodotus Athenienſium dux, qui rei malè gestæ damnatus, in obsidione Alopeconnesi quinque talẽtis multatus est. Author Suidas.

Cephisus, pen. prod. κηφισὸς, fluuius est per Bœotiam fluens, magna ex parte torrentis instar in mare Phaleræum se condit. Ortum habet in radicibus Parnassi montis. Lucan. lib. 3. Bœoti coiere duces, quos impiger ambit Fatidica Cephisus aqua, &c. Cephisi aquas fatidicas dicit, ppter Themidis oraculum, fluuio huic uicinum, à quo Deucalioni & Pyrrhę oraculum, fluuio huic uicinum, à quo Deucalioni & Pyrrhę ratio ostensa est, qua genus humanum posset reparari. * Cephisides undę, & Cephisia ora, apud Ouidium. Huius etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 7.

Cepio, nomen Romani ciuis, qui cum Druso inimicitias habuit. unde origo socialis belli, & exitia rerũ: ut Ascouius & Valerius Maximus testãtur. * Fuere & alij Cepiones. nam & Catonis Vticẽsis frater Cepio dictus est. * Et Cepio Seruilius, is cuius

is cuius culpa Romanus exercitus à Cimbris deletus est: quo nomine accusatus, dānatusq; in exilio perijt. Liuius li. 67.* Fuit & Qu. Cepio Seruilius, qui de Cilicibus triūphauit: sed postea reus, damnatusq; in Gemonijs scalis manu carnificis laceratus traditur, ut refert Valerius Max.

Cepori, uide Cæpori.

Cerambycas, κεραμβύκας, fluuius, & insulani Cerambycæ. uide Helixœa. uide Carambucis.

Cepæ Plinio, κῆπος Suidæ, urbs est ad Bosphorum Cimmeriū, Milesiorum colonia: cuius meminit & Pomponius lib. 1.

Ceramicus, κεραμεικός, Cariæ sinus est nō longè ab Halicarnasso nobilissima urbe. Author Pōponius lib. 1. in Carię descriptione, & Plin. lib. 5. ca. 29.* Ceramici item duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas scribit his uerbis: Athenis Ceramici, loci duo erant: unus in ciuitate, alter extra ciuitatem: in quo qui bello cecidissent, publico sumptu sepeliebantur, funebriq; oratione ornabantur. Qui uerò in urbe erat, & certa constitutaq; sedes meretricibus.* Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida authore, in quo Lampadum certamina peragebantur. de quib. uide Erasmun in Prouerbijs, Lampadem tibi cursu trado.* Ceramici meminit etiam Plinius, cuius ex trigesimo sexto uerba hæc sunt: Opera Praxitelis sunt Athenienſis in Ceramico. Potest autem uideri ex eo deriuatum, quòd κέραμος tegulam significat.

Ceramus, κέραμος, oppidum Cariæ, in conuentu Alabandico: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Cerastæ, insulæ sunt in latere Arabiæ prope Syenen, quæ in fine est Aethiopiæ. Author Plin. lib. 5. cap. 9.

Cerastis, κεραστὶς περὶ κεράστας Stephano, dicta est Cyprus, quoniam homines cerastas cornibus insignes eam olim tenuisse quidam scribunt. Alij quòd procurrentibus promontorijs, uelut infestis cornibus assurgat.

Cerasus, suntis, κερασοῦς, urbs Ponti, à Lucullo expugnata: unde cerasa primùm in Italiam translata sunt. Hieronymus ad Marcel. Accepimus & canistrum cerasis refertum talibus, & tam uirginali uerecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata existimarent· siquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia subiugatis, de Cerasunte primus Romam pertulit: unde de patria arbor nomen accepit. Pompon. Rarę urbes, Cerasus & Trapezus maximę illustres.

Cerathus, fluuius Cretæ, Gnossum urbem præterlabens: à quo & Gnossus ipsa aliquando Cerathus uocata fuit, teste Strabone lib. 10.

Ceratheus, a, um. Verg. in Cyri, Carpathium fugiens & flumina Cerathea.

Ceraunia, siue Ceraunij, κεραύνια, montes sunt Epiri, in mare usq; extensi, ubi Ionium mare ab Adriatico separatur: ita dicti ἀπὸ τῶν κεραυνῶν, hoc est à fulminibus, quib. sæpe impetūtur. Ouid. 2. de Ponto, eleg. Quum poteram recto transire Ceraunia uelo, Vt fera uitarem saxa monendus eram. Lucanus li. 5. - oreq; malignos Ambraciæ portus, scopulosa Ceraunia nautæ Summa timent.* Pro ijsdem etiam Acroceraunia, uel Acroceraunios montes dicimus. Horat. lib. 1. Carm. ode 3. Qui uidit mare turgidum, & Infames scopulos Acroceraunia. Plin. in Procœmio lib. 4. Tertius Europæ sinus Acroceraunijs incipit montibus.* Sunt & Ceraunij montes in Asia, in Caspium pelagus obuersi, ut est author Pomponius lib. 1. Quin & Taurus mons in uniuersum Ceraunius appellatus fuit, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

Ceraui, populi sunt Dalmatiæ, apud Plin. lib. 3. cap. 12.

Ceraunus, κεραυνός, cognomen unius ex Ptolemæis Aegypti regibus, ab audacia & ingenij uelocitate impositū. Author Pausanias.* Est itē Ceraunus, Cappadociæ fluuius, ita dictus, q̄ fulminis uelocitatem imitari uideatur. Nā κεραυνὸν Græci fulmē appellant. Meminit huius fluuij Plin. li. 6. ca. 3.

Cerbalus, Apuliæ amnis. Plin. lib. 3. cap. 11.

Cerbenia, apud Stephannm pro Cebrenia, malè scribitur.

Cerberus, pen. cor. κέρβερος, à poetis fingitur esse canis triceps inferorum custos, quem ab Hercule catena ab inferis tractum esse iidem fabulantur. Mythologici terram interpretantur, dictūq; uolunt Cerberum, quasi κριοβόρον, hoc est carnem uorans: quod terræ proprium est, quæ sibi credita corpora omnia consumit.* Alij serpentem fuisse uolunt in Tænaro Laconiæ promontorio, cuius ueneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tenaro ad inferos dicitur esse aditus, Ditis canem dixerunt: quem quū Hercules trucidasset, nata est fabula, Canem tripitem interemisse: quanquam hoc alij ad uirtutem eius, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta uitia terrena contempsit ac domuit.* Cerberus etiam dictus est canis Alexandri Epiroræ, leonibus congrediens.

Cercaphus, κέρκαφος, filius Poleadæ (Stephanus in Camiro) à quo Rhodię mulieres Cercaphides. Meminit eius etiam in Lindo.

Cercasi, Aegypti populi, iuxta quos scinditur Nilus, in Pelusium fluens, & Canopum. Author Herodotus lib. 2.

Cerceis, κερκὶς. nympha, marina, Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia: ita dicta à texendo. κερκὶς enim radium textorium significat.

Cercetæ, populi sunt ad Pontum Euxinum, Heniochis & Colchis finitimi, teste Plin. lib. 6. cap. 5. & Strabone lib. 11. Pomponius lib. 1. Cerceticos uocat.

Cerceti, montes sunt Thessaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8. In Thessalia sunt quatuor atq; triginta montes, quorū nobilissimi Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa, &c.

Cercidas, κερκίδας, optimus legis lator Megalopolites fuit, Stephanus.

Cercina, insula est maris Libyci cum urbe eiusdem nominis, ex aduerso minoris Syrtis sita. Authores Pomponius & Plinius lib. 5. cap. 7.

Cercinitis, parua insula maris Libyci, quæ Cercinæ Carthaginem uersus ponte iungitur. Author Plin. lib. 5. in descriptione insularum, quæ sunt ex aduerso Africæ.

Cercopes, pen. pro. κερκῶπες, populi fuerunt Pithecusæ insulæ, qui quum nullo flagitij genere abstinerent, à Ioue in simias mutati sunt, ut fabulatur Ouid. 14. Metamorph.* Cercopes item fratres duo fuerunt, Passalus & Achemon, siue (ut apud Suidam legitur) Acmon: de quibus uide suprà in dictione Achemon.

Cercyon, κερκυών, latro fuit insignis, quē Theseus totā Atticā regionem latrocinijs infestantem immani ferocia, & membrorum robore curuātem trabes, & altissimas pinus ad terram trahentem, ut hoc modo homines discerperet, apud Eleusim Atticæ urbem interemit. Ouid. lib. 7. Cercyonis lethum uidit Cerealis Eleusis.* Fuit & Cercyon, Thessaliæ rex, qui Alopen urbē ab Alopes filiæ suæ nomine appellauit.

Cercyra, κέρκυρα, insula est maris Ionij, quæ à Latinis litera una immutata Corcyra dicitur. Vulgò Corphu.

Cerdanitæ, κερδανῖται, populi fœlicis Arabiæ, Stephano.

Cerdonia, oppidum est in uia Appia, qua iter erat Brundusium. Strabo lib. 6.

Cerdo, hæreticus. in Appellatiuis, Cerdones.

Cere, uide Cære.

Cerealis, quę alio nomine Ebura dicitur, Plinio commemoratur inter Hispaniæ Bæticæ urbes, lib. 3. cap. 1.

Ceres, dea frugum putabatur, à creando dicta, Saturni & Opis filia, quæ peculiari epitheto Alma dicitur, quia nos alit: uel ut Cicero li. 4. de Nat. deor. scribit, dicta est tāquam geres, à gerēdis frugibus, casu primā litera immutata. à Græcis δήμητηρ quasi γημήτηρ dicitur: hoc est terræ mater, q̄ cunctarū frugū creatrix fit, & altrix.* Græci Cererē etiā Thesmophoron uocant, hoc est legum latricem, quia antequam illa agriculturæ usum docuisset, homines nulla lege uiuebant: postea uerò Cereris beneficio, monstrato usu frugū, cœptum est de agrorum finibus, qui antea nulli erant usui, disceptari: quam primam uolunt fuisse legum & iuris ōriginem.* Hæc quandoq; Luna dicitur, sicut Liber pro Sole ponitur. Vergilius lib. 1. Georg. - uos ô clarissima mundi Lumina, labentē cœlo quę ducitis annū, Liber & alma Ceres.* Ponitur interdum Ceres pro ipso pane, sicut Liber pro uino. Terentius in Eunucho: Sine Cerere & Baccho friget Venus.

Cerealis, le, quod ad Cererē pertinet. δημητριακός,* Cereales autē ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant, quorum creandorū author fuit C. Iulius Cæsar.* Cereales ludi, in honorem Cereris facti. Liu. 10. bel. Pun.* Cœna Cerealis. Plau. Menæch. Cereales cœnas dat, ita mēsas extruit, &c.* Cerealepapauer. Verg. 1. Georg. Nec non & lini segetem, & cereale papauer. Vbi Seruius Cereale papauer, uel quod est esui, sicut frumentū: uel quo Ceres ausa est ad obliuionem doloris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cerealia,orum,δημήτρια,τὰ.dicuntur ſacra Cereris à Triptolemo inſtituta,quæ Plin.etiam lib.24.Theſmophoria uocat,à Cerere Theſmophora,hoc eſt legũ latrice.Plutarchus quoque Adonia uocat. Hæc autem feſta tanta religione celebrabãtur,ut feriæ pollutæ crederẽtur,ſiquis eo tempore cũ uxore concubuiſſet.Vnde extat elegans Elegia apud Ouid. qua cum Cerere expoſtulat,quòd eius feſto ſibi cum amica concumbere non liceret.Præterea in ſacrificijs Cereris uinum non adhibebatur. unde Plaut.in Aulul.iocandi anſam ſumpſit,Megadorum Cereri nuptias eſſe facturum,quòd nihil ad nuptias uini eſſet allatum.

Ceretum,& Ceretani,uide Cæretum.

Ceriada,κεριάδα,uicus in Hippothoontide tribu,Steph.

Cerinthus,κήρινθος,oppidum in Eubœa inſula. Plinius lib.4. capite 13.

Cerinthus,hæreticus,cuius meminit Dionyſius,quum de Ioannis reuelatione differit. Cerinthus,inquit,affirmabat futurum regnum Chriſti uoluptariũ,mores ſuos faſſus,quòd gulæ luxuriæq; deditus eſſet. Irenæus etiam ſecretiora ipſius in primo ſui operis manifeſtat.Ex Euſebij lib.3.

Cerites,pen.cor.uide ſuprà in dictione Cere.

Cermorum,oppidum Macedoniæ apud Plin. lib.4.cap.10.in deſcriptione Macedoniæ.

Cerna,uel Cerne,inſula eſt Aethiopici maris,de qua ſic Plin ſcribit cap.31.lib.6.Contra ſinum Perſicum Cerne nominatur inſula aduerſa Aethiopiæ, cuius neq; magnitudo, neq; interuallum à continente conſtat. Aethiopas tantum populos habere traditur.

Cernetani,qui & Mariani dicti ſunt,Italiæ populi ſunt, iuxta Caſinum & Bouillas:ita dicti à Cerneto oppido,cuius meminit Plin.lib.3.cap.5.

Cerreſtris,uide Cyrrus.

Ceruaria,locus eſt in Galliæ & Hiſpaniæ confinio, non procul à templo Veneris.Pomponius lib.2.

Ceſena,oppidum eſt Piceni,non procul à Cliterna,etiam hodie nomen retinens.Plin.lib.3.cap.15.

Ceſperia,ſiue Caſperia,urbs fuit Sabinorum,ex qua Turnum auxilium habuiſſe contra Aeneam,Maro author eſt,lib.7.

Ceſperiamq; colunt.

Melius per a in prima ſyllaba.

Ceſſero,Narbonenſis Galliæ oppidum,in tractu Meminorũ, non procul à Carpentoracte.Plin.lib.3.cap.4.

Ceſtria,Epiri oppidum,Plin.li.4.cap.1.& Ceſtrini,Ceſtrię incolæ,eodem authore,in Proœmio lib.4.

Ceſtrus,κέστρος,fluuius eſt Pamphyliæ, apud Strabonem libro 14.

Cethegus,orator fuit facundiſsimus Africani maioris ætate, quem Ennius (ut Quintilianus refert) Suadæ medullã uocat.Meminit eius & Cicero in Bruto.* Fuit etiã Cethegus unus ex principibus Catilinariæ coniurationis: cuius frequens eſt mentio apud Ciceronem in Catilinam,præſertim in oratione tertia.

Cetij,populi ſunt Aſiæ,Cilicibus finitimi, à Cetio agri illius fluuio nominati.Strabo lib.13.

Cetius,mons eſt in Norico, Germaniæ regione. Ptolemæo lib.2.cap.14.Vulgò Calemberg.

Ceuci,populi citerioris Hiſpaniæ, in conuentu Lucenſi: de quibus Plin.lib.3.cap.3.

Ceus,uide Cœus per œ,diphthongum.

Ceyx,ycis,penult.gen.prod.κήυξ,Suidę rex fuit Trachiniæ, Luciferi filius,& maritus Alcyones filiæ Aeoli: qui quum ob caſum fratris in accipitrem mutati,ad Clarium oraculũ conſulendum nauigaret,tempeſtate deprehenſus eſt & ſubmerſus.Quare quum ſtatuto tempore non rediret,Alcyone multa quotidie uota pro uiri ſalute ſuſcipiebat.Tandem in ſomnis monita,naufragio eum perijſſe, quum ad deflendum miſerabilem uiri caſum manè ad littus ueniſſet, unde ille ſoluerat, cadauer quoddam fluctibus ad littus uidit expelli: quod quum uiri ſui eſſe cognouiſſet, ac per undas ad illud exilire uellet,deorum miſeratione in Alcyonem conuerſa,ad os mariti aduolauit: qui & ipſe oſcula uxoris ſentiens,in Alcyonem commutatus eſt. Fabulam hanc refert Ouid.11. Metamorph. At iuuenes quærente moras Ceyce reducunt.

Chaa,Peloponneſi urbs eſt, Lepræo proxima ad campum Ephaſium:cuius cauſa bellum inter Arcades & Pylios conflatum eſt.uide Strabonem lib.8.

Chaſa,uicus eſt Aegypti apud Strabonem lib.16.

Chabareni,χαβαρηνοί, populi Scythici,ad Chalybem fluuium habitantes,qui peregrinarum mulierum,quas nancíſci poterant,mammas crudas edebant,& pueros deuorabant.Stephanus ex ſententia Eudoxi.

Chabria,uicus eſt Aegypti in ea parte quæ Arabiæ eſt contermina.Strabo lib.17.

Chabrias,χαβρίας, Athenienſis philoſophus, & Imperator inclytus. Hic dicere ſolebat terribiliorem eſſe exercitum ceruorum duce leone, quàm leonũ duce ceruo.Huius resgeſtæ recẽſentur à Demoſthene in oratione aduerſus Leptinẽ.

Chadiſia,χαδισία,fluuius eſt, & oppidum eiuſdem nominis in Cappadocia,ſiue Leucoſyria, in finibus Themiſcyræ,non procul à Lycaoſto.Author Plin.lib.6.cap.3.

Chadramotitæ,χαδραμωτῖται, populi ſunt Arabiæ, Troglodytis proximi.Plin.lib.6.cap.28.

Chæreæ,χαιρέου,in gignendi caſu,ſubaudiendum urbs in Aegypto eſt.gentile Chæreotes.

Chæremon,onis,χαιρήμων, poeta comicus, cuius fabulas enumerat Suidas. * Fuit & alter eiuſdem nominis, qui Hieroglyphica ſcripſit:cuius etiam meminit Suidas.

Chærephon,χαιρεφῶν,Athenienſis philoſophus fuit,diſcipulus Socratis,qui tam pertinaciter philoſophiæ incubuit,ut maximum inde pallorem & maciem contraxerit. Inde ortũ eſt prouerbium,ἀλλ' ἢ Διοίσιος χαιρεφῶντος:hoc eſt,Nihil a Chephone differs,quoties hominem pallore & macie confectum uolumus indicare.Author Suidas.

Chæris,χαίρις, citharœdus ineptus fuit,cuius meminit Ariſtophanes in comœdia quæ inſcribitur ἀχαρνῆς, Suida.

Chæronea,χαιρώνεια,uicus eſt Bœotiæ,Plutarchi patria,Athenienſium clade nobilitatus. Huius meminit Plinius lib.4. cap.7.Stephano urbs eſt in confinio Phocidis, à Charone conditore dicta,Apollinis & Therûs filio.Hellanicus ſcribit,Atheniẽſes pbſt Orchomenos, Cheroneam quoq; Orchomeniorum urbem cepiſſe. Olim etiam Arne uocabatur, quo nomine Homerus utitur.Hinc Chæronæus,& fœminnum Chæronis,poſſeſsiuum Chæronicus,Steph.

Chælæon, teſte Plin. lib.4.cap.3.Locrorum portus,VII.M. paſſuum diſtans à Delphis.

Chalambrij,χαλαμβριοί,equi à loco Libyæ ſic appellantur.Heſychius.

Chalame,ciuitas Perſidis,quæ nunc appellatur Aethiſiphon.

Chalaſtra,χαλάστρα, urbs Macedoniæ, iuxta quam Axius influit in Thermeum ſinum, inquit Strabo:à Chalaſtra proximo portu dicta.

Chalaſtricus,a,um,adiect.ut Chalaſtricum nitrum,Plin.lib. 31.capite 10.

Chalce,χάλκη, inſula eſt cum oppido,circa Rhodum.Plin.li. 5.capite 11.

Chalcedon,χαλκηδών,urbs Bithyniæ,iuxta Boſphorum Thracium,ex oppoſito Byzantij. Hanc Megarenſes condidere. Cæci idcirco appellati,quòd non potius oppoſitum hinc eligiſſent,in quo poſteaconditum eſt Byzantium,tanto fœliciore modis omnibus ſede.Hic olim magna ſynodus celebrata eſt,quæ inter octo numeratur,quibus Eccleſia præcipuum impartitur honorem.

Chalcedon,oppidum Thraciæ non procul à Byzantio.Plin. lib.5.cap.ult.Eius meminit Pomponius lib.2. Europam inquit,ab Aſia ſtadijs quinque diſterminat Thracius (ut dictum eſt) Boſphorus. Ipſis in faucibus oppidum,in ore templum eſt.oppidi nomen Chalcedon: author Argias Megarenſium princeps. templi numen Iupiter, conditore Iaſone.

Chalcea,χαλκεῖα,τά,Libyæ urbs Polyhiſtori,quẽ ualde reprehendit Polybius non ciuitatem eſſe ſcribẽs,ſed χαλκουργίαν, id eſt ærarias officinas.Chalcea uerò,χαλκαία,ἡ, in Caria eſt. gentile Chalcæates.Steph.

Chalcedon,Steph. urbs Bythyniæ iuxta fauces Ponti.cius Chalcedonius, & Chalcedonis fœmi.gen. Strabo lib.12. Dextra pars Ponti, inquit, Chalcedonis uocatur.à templo Iouis Vrij & faucibus Ponti,inquit Menippus.ad Chalcedonem urbem nauiganti,& continentem ad ſiniſtram habenti, ſtadia ſunt centum & uiginti:à Chalcedone uſque ad Acritam ſtadia ſexaginta.Nominata eſt à Chalcedo nomine fluuio.

Chal-

Chalcetis, idis, χαλκῆτις, insula quædam, cuius meminit Menippus, Steph.

Chalcetorion, χαλκητόριον, urbs Cretæ, ciuis Chalcetoreus uel Chalcetor, Steph.

Chalcenor, χαλκήνωρ, uide Idalium.

Chalceritis, idis, insula est in Ponto Marti sacra. Vnde etiam Aria dicitur. Plin. lib. 6. cap. 12.

Chalcio, insula maris Aegæi, quam inter Sporadas Plinius enumerat lib. 4. cap. 13.

Chalcidene, Syriæ fertilissima regio, ut scripsit Plin. in descriptione Cœles Syriæ lib. 5.

Chalcidius, a, um, χαλκίδιος, nomen gentile, etiam nomen philosophi.

Chalciope, pen. cor. χαλκιόπη, Acëte regis Colchorũ filia fuit, soror Medeæ, & uxor Phryxi. Huius meminit Flaccus lib. 9. Argonaut.

Chalcis, dis, χαλκίς, Eubœę urbs præcipua, ab Aulide, Bœotiæ portu, exiguo euripo diuisa, uetus Athenienſium colonia: ita dicta (si Stephano credimus) à Chalcide filia Asopi, aut certè, q͡p æreariæ fabricæ ibi primùm fuerint repertæ. * Est & alia Chalcis, agri Corinthij oppidum. * Tertia Aetoliæ, Acheloo fluuio irrigata. * Quarta Syriæ à Monico Arabe condita. Sunt & aliæ eiusdem nominis urbes, quæ enumerantur à Stephano. Olim etiam Stymphalus uocabatur, & Hypochalis, quòd sub Chalcide monte sita sit, nunc Halicarna. Inde Chalcideus, & mulier Chalcis, ut ipsa urbs, possessiuum Chalcidicus. Homerus χαλκίδ' ἐρὶ τριτάφτι. Vocatur etiam Chalcides in uico quodam Siciliæ, qui ex Eubœa migrauerunt. Chalcidicus est Siciliæ mons. Est & Chalcis in Mesapia Italiæ urbs 7. insula cum urbe eiusdem nominis iuxta Lesbum, unde Chalcideis. Est item Chalcis locus profundus & cauus ad montem Atho. Stephan. uide Hypochalcis.

Chalcidicus, a, um, χαλκιδικὸς, possessiuum à Chalcide formatum. Vergil. 6. Aeneid. Chalcidicaq; leuis tandem super adstitit arce. Vbi Chalcidicam arcem uocat Cumas, Chalcidensium coloniam.

Chalcitis, χαλκῖτις, insula est è regione ostij Rhindaci, Bithyniæ fluuij. * Est item Chalcitis, corpus metallicum, medię inter mysi & sory substantiæ, illo crassior, hoc tenuior: unde & in metallis inter hæc duo media inuenitur. Dicta Chalcitis, tum quòd ad æris colorem tendat, tum quòd ea æs augeatur. Hodie Seplasiarij pro Chalciti Chalcanthum substituunt. uide Galenum lib. 9. Simplicium, & Plin. lib. 34. cap. 12.

Chalcodonius mons, χαλκωδόνιον, supra Pheras est.

Chaldęa, cum æ diphthongo, χαλδαίων χώρα, Asiæ maioris regio, Arabiæ contermina, plana, fontium indiga, in qua Babylon ciuitas magna. Chaldæos Arphaxat instituit, & à se Arphaxatheos nominauit, ut inquit Iosephus. * Chaldæi Assyriorum magi ex gentis uocabulo dicti sunt, qui diut urna obseruatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut prędici posset quid cuiq; euenturum, & quo quisque fato natus esset. Horum multa erant genera. Nam quidam Orcheni dicebantur, quidam Borsipeni: alij alijs nominibus, pro ratione factorũ, quæ amplectebantur. Tãtũ autẽ hac in arte ualuerunt Chaldæi, ut quicunque Astronomiam iudiciariam profiterentur, quamuis in seiunctissimis regionibus orti, ab ijs dicti fuerint Chaldæi. Hi & Genethliaci appellantur, & Mathematici. * Chaldæos quoq; sua ætate, dictos fuisse Ponti populos, qui antea Alizones & Chalybes dicebantur, author est Strabo lib. 12.

Chaldæi, inquit Stephanus, Cephenes prius dicti sunt, à Cepheo patre Andromedæ. Hellanicus scribit hanc gentem mortuo iam Cepheo, relicta hac regione aliò in militiam abijsse, proinde regionem non amplius Cepheniam dictam, nec incolas Cephones, sed Chaldeos: regionem uerò Chaldaicam, à Chaldæo rege, qui (Dicæarcho teste) quartusdecimus à Nino fuit, & Babylone iuxta Euphratem condita, omnes Chaldæos in eam collegit. Regio etiam Chaldęa nominatur. Alij probabilius dicunt Chaldæos circa Babylonem habitare, & oraculum apud se habere, ut Delphi apud Græcos.

Chaldæi, item populi sunt prope Colchidem. Sophocles: πόλλοσι χαλδαίοις τε, καὶ Σύρων ἔθνος, Steph.

Chaldia, χαλδία, regio Armeniæ: incolæ Chaldi, Steph.

Chalestra, uide Chalastra.

Chalia, χαλία, urbs Bœotiæ, uicina Hyriæ, gentile Chalius: Stephan.

Chalisia, χαλισία, urbs Libyæ, & alia Ponti, tertia Amazonũ: uide Steph.

Chalybes, χάλυβες, cum y correp. populi in Ponto iuxta Thermodoontẽ fluuium, qui & Alizones Homero dicti sunt, & postea Chaldæi, teste Strabone lib. 12. Hi ferrum nudi effodiunt, dicente Vergilio, India mittit ebur, molles sua thura Sabæi, At Chalybes nudi ferrum. * Ponitur tamen quandoque Chalybs, χάλυψ, pro ipsa ferri materia. Ouid. lib. 4. Fast. Aes erat in precio: chalybis iã massa placebat. Vergil. 8. Aeneid. Vulnificusq; chalybs: uasta fornace liquescit. Lucanus, Chalybem, frænosq; momordit. * Est & Chalybs fluuius in Hispania, in quo ferrum optimè temperatur: iuxta quem & Chalybas populos collocat Iustinus lib. ultimo, de quibus Grammaticorum nonnulli putant intelligendum illud Vergilij, At Chalybes nudi ferrum.

Chambades, pars est Tauri montis, apud Plinium libro 5. capite 27.

Chamos, teste Hieronymo, deus erat Tyriorum & Ammonitarum, quem admodum Astarte, dea Sidoniorum, quam coluit Salomon.

Chandanace, χανδανάκη, urbs Persica, gentile Chandanacenus, Steph.

Chandane, χανδάνη, urbs Apuliæ, post quam Peucæ sequuntur. Steph anus.

Chaonia, χαονία, pars montana Epiri: licet quandoq; sumatur pro tota Epiro.

Chaones, χάονες, populi à Troiani Heleni fratre Chaone nõmi nati, quem quum Helenus in uenenatione imprudens occidisset, ad extincti solatium, regni sui populos à nomine eius Chaones, & regionem Chaoniam appellauit. Vergilius 3. Aeneid. Chaoniamque omnem Troiano à Chaone dixit. Iidem postea & Molossi dicti sunt, à Molosso Pyrrhi filio, teste Strabone lib. 7.

Chaonides, χαονίδες, canum genus ex chais, hoc est ex lupis ceruarijs conceptum, ut uidetur sentire Hermolaus in Plinii. Verisimilius tamen est, à Chaonia regione dictos, quemadmodum & Molossos à Molossia. Chaonidum canum originem refert Iulius Pollux ad æneum canem à Vulcano fabricatum.

Characmoba, χαρακμωβα, uel Mobucharax, urbs Palæstinæ, πόλις τῆς νῦν τρίτης παλαιστίνης. Inde Characmabenus, & Mobucharacenes, Steph.

Charadra, dræ, χάραδρα, urbs Phocidis, non procul à Lilea. gentile Charadreas, Steph.

Charadrus, χάραδρος, Ciliciæ fluuius est à quo & lacus, & statio propinqua nomen sumpserunt. Papin. lib. 4. Thebaidos: Quæq; pauet longa spumantem ualle Charadron Neris. * Est item Charadrus oppidi nomen, in Syriæ parte, quæ Phœniciæ proxima est. Plin. lib. 5. cap. 20.

Charandæi, populi iuxta Pontum. Author Orpheus in Argo.

Charax, χάραξ, oppidum est, in intimo sinu fœlicis Arabiæ situm, ab Alexandro Magno conditum. Author Plin. li. 6. ca. 27. * Est etiam hoc nomine emporium in Africa, ubi Carthaginenses uinum succo & silphio permutabant. Strabo libro 17.

Charaxus, χάραξος, frater Sapphus poetriæ, qui captus fuit Rhodopes meretricis amore, cuius causa opes suas omnes dilapidauit: & ad summam redactus inopiam, piraticã exercuit. Ouidius in Epist. Sapphûs: Gaudet, & è nostro crescit mœrore Charaxus Frater, & ante oculos, itque reditque meos. Et paulo antè Arsit inops frater uictusmeretricis amore: Mistaq; cum turpi damna pudore tulit. Factus inops agili percurrit cærula remo, Quasq; malè amisit, nunc malè quærit opes.

Chares, etis, penultima genitiui producta, χάρης, Athenienſiũ dux, ad promittendum facilis & promptus. Vnde prouerbium natum, χάρητος ὑποσχέσεως: id est, Chareris pollicitationes. Author Suidas. * Fuit & Chares Lyndius statuarius, Lysippi discipulus, qui Rhodi Solis colossum fecit. Author Plinius lib. 34. cap. 7.

Chari-

Charidemus, χαρίδημος, dux fuit copiarum Cherſobleptæ Thraciæ regis. Huius frequens eſt mentio in oratione Demoſthenis contra Timocratem.

Charilaus, χαρίλαος, Lacedæmoniorum dux fuit, qui Tegeatas prælio domuit.

Charimatæ, populi iuxta Pontum. uide Steph.

Chariſiæ, χαρισίαι, urbs Arcadiæ, ita dicta à Chariſio Lycaonis filio. Steph.

Chariſius, χαρίσιος, nomen cuiuſdam Grammatici, quem Priſcianus citat. * Fuit etiam hoc nomine orator quidam Atticus, cuius meminit Cicer. in Bruto. Eſt & panis, ſeu (ut Suidas ait) placentulæ ſpecies.

Charites, χάριτες, Gratiæ tres finguntur, Aglaia, Thalia, & Euphroſyne, Iouis & Eurynomes, (ut in Theogonia tradit Heſiodus) Aut Veneris & Liberi filiæ: quas ueteres nudas pinxerunt, quòd gratias inter amicos minimè deceat eſſe fucatas. Tres autem ea ratione dicuntur, quòd una beneficium det, altera accipiat, tertia reddat. Pinguntur iuuenes, ne beneficij memoria feneſcat. Ridentes, quòd hilariter dandum ſit. Et quum duæ nos aſpiciant, una pingitur auerſa: quo ſignificari uolunt, quòd pro accepto beneficio duplex à nobis gratia debeat reuerti. Nudæ etiam pingebantur, quia beneficia fuco debent carere, & nullo uelamine obtegi. Item connexæ, quia inſolubiles eſſe gratias decet: & beneficiũ, aliud ſemper beneficium párere, perpetuumq; amicitiæ fœdus. Qui Veneris & Liberi filias arbitrantur, (è quibus eſt Seruius) hac mouentur ratione, quòd horũ præcipuè deorum muneribus gratiæ concilientur. Tradunt etiam eas in Acidalio fonte, qui eſt Orchomeni, Bœotiæ urbe, lauari: quoniam pura eſſe beneficia oportet, & nihil ſordidũ nullam ſpem retributionis habere. De his Mantuanus:

- Properate ſorores
Gratiæ ab Orchomeno: tu primum Aglaia decoro
Lætitiam præ te ore ferens, tecumq; Thalia
Cincta ſacrum uiridi ſtrophio caput, Euphroſyneq;
Læta genas, læta os roſeum, uaga lumina læta.

Charitonius, tonia, tonium, adiectiuum, χαριτώνιος, interpretatur gratiam uenalem habens. Vnde propriè puellis conuenit, quæ gratia ſua ad quæſtum & ad expilandos amatores abutuntur.

Charmande, es, χαρμάνδη, urbs eſt trans Euphratem, iuxta portas Babylonias. Gentilia ſunt Charmandæus, & Charmádites, Steph.

Charmis, χάρμις, Sardiniæ oppidum, Carthaginienſiũ opus. Gentile Charmites, Steph.

Charmione, χαρμιόνη, ut ſcribit Plutarchus in uita Antonij, Cleopatræ ancilla fuit, ſponteam dominę mortẽ imitata.

Charmonia, Hiſpaniæ urbs Ptolemæo, Carmo Strab. dicta.

Charon, χάρων, Lampſacenus hiſtoricus, qui tempore primi Darij floruit. Scripſit Aethiopica libris duobus: item Cretenſia, Græcanica, & alia. * Charon item Carthaginenſis hiſtoricus, qui tyrannorum, quotquot in Aſia Europaq; fuerunt, itẽ illuſtrium uirorũ & mulierum uitas cõſcripſit. * Tertius eiuſdem nominis, Naucratita fuit hiſtoricus, qui de ſacerdotibus, regibus, & geſtis Aegyptiorum hiſtoriam ſcripſit.

Charon, tis, χάρων, à poetis dicitur, qui animas defunctorum per tria inferni flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytũ, ad aliam ripam tranſuehit. De hoc Verg. li. 6. Aeneid.

Charonea, orum, χαρώνεια, regio Aſiæ eſt, ad Mæandrum fluuium, uicina Hierapoli, Characi, Magneſiæ, & Myunti, rerram habens cauernoſam, putridam, & incendijs obnoxiam. uide Strabonem ad finem lib. 11.

Charonea porta, χαρώνεος θύρα, appellabatur una ex portis Athenienſis nomophylacij, per quam damnati ad ſupplicium ducebantur.

Charonium, χαρώνιον, antrum eſt inter Trallis & Nyſam, ubi ægroti ſolennibus quibuſdam ſuperſtitionibus à morbis liberati credebantur. uide Strabonem lib. 14.

Charondas, χαρώνδας, cognomẽto Thurius, patria Catanæus, Athenienſibus leges quaſdam tulit, quibus quum capitis pœnam ſtatuiſſet in eos qui gladijs armati concioni intereſſent, imprudenter, ut rure ueniebat, gladio accinctus in concionem prodit: monitus deinde ab eo qui proximè aſſidebat, quum culpam diſſimulare poſſet, gladio quo accinctus erat incumbens, uiolatæ legis à ſe pœnas exegit. Valerian. lib. 6. capite 5.

Charops, χάροψ, Homero libro Iliad. 11. uir Troianus, Hippaſi filius, & Soci frater, quos ambos uno die Vlyſſes interemit. * Eſt & nomen quibuſdã inter Epirotas primarij, qui Tito Quintio Flaminio Conſuli Romano contra Philippum bellum gerenti, fauit. Author Plutarchus in uita eiuſdem Flaminij.

Charybdis, χάρυβδις, & Scylla, duo monſtra ſunt in freto Siculo: de quibus Verg. 3. Aeneid. Dextrum Scylla latus, leuũ implacata Charybdis Obſidet. Eſt autem Charybdis locus, ſicuti ſcribit Salluſtius, iuxta Tauromenitanum littus: extatq; fabula Charybdim mulierem fuiſſe rapacisſimam, quæ quum Herculis uaccas rapuiſſet, à Ioue fulminata eſt, & in hoc monſtrum conuerſa. Eſt igitur Charybdis mare periculoſum nautis, quod cõtrarijs fluctuum curſibus coitionem facit, & rapta quæq; abſorbet & reijcit. Ouid. Et uomít epotas ſęua Charybdis aquas. Seneca ad Luciliũ, Scyllam ſaxum eſſe, & quidem terribile nauigantibus, opinè ſcio: Charybdis an reſpondeat fabulis, perſcribi mihi deſidero. Fac nos certiores, utrum uno tantùm uento agatur in uertices, an omnis tempeſtas mare illud contorqueat: & an uerum ſit, quicquid illo freti turbine arreptum eſt, per multa millia trahi. Thucydides lib. 4. ſcribit eſſe fretum inter Rhegium & Meſſanam, à quo breui ſpacio Sicilia à continente diſtet, & Charybdim appellatum. Plin. item libro 3. cap. 8.

Chatenia, uide Catthenia, per duplex t.

Chatramotites, χατραμωτίτης, regio iuxta mare rubrum. Strabo lib. 15. ciues Chatramotitæ. Vranius Chatramotas uocat. Stephanus.

Chatti, populi ſunt Germaniæ, non procul à Rheno. Plin. lib. 4. cap. 14.

Chattenia, χαττενία, nam in Labe apud Steph. per duplex ſcribitur: ſuo autem loco aliquoties per ſimplex t, quàuis ordo literarum duplex poſtularet: (ſed hic ſæpe abipſo negligitur: regio eſt Cerrhæorum χώρα τρίτη περράιων, aſpera alioqui, ſed uicis & turribus inſtructa, prope mare rubrum. Ciues Chatteni.

Chaubi, Germaniæ populi. Strabo lib. 7.

Chauni, χαῦνοι, populi Theſprotiæ, Plin. lib. 4. Theſſalicorum, πεσρηνοὶ χαῦνοίτε, καὶ αὐχένιες ἱλαῖοι, Steph.

Chauon, onis, χαύων, regio Mediæ: inde Chauones, Steph.

Chazene, χαζηνή, Satrapia iuxta Euphratem Meſopotamiæ, Stephanus.

Chelidoniæ, χελιδονίαι πέτραι Stephano, duæ ſunt inſulæ contra Chelidonium Tauri promontorij, peſtilentiſſimi aeris: quarum altera Corydela dicitur, altera Menalippea. Circa has inſulas anthias piſcis maxima in copia capitur, ut eſt uidere apud Plinium.

Chelidonium, χελιδόνιον, unum eſt ex Tauri montis promontorijs. Plin. lib. 5. cap. 27. Taurus mons ab Eois ueniens hiemborbus, Chelidonio promontorio diſterminatur.

Chelenares, promontorium Achaiæ, quod Ptolemæo Chelonia dicitur.

Chelonitis, χελωνῖτις, inſula eſt in ſinu Arabico, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Chelonophagi, χελωνοφάγοι, populi ſunt in Carmaniæ angello, non alia quàm teſtudinum carne ueſcentes, earumq; teſtis caſas tegentes. Tantæ enim magnitudinis apud eos proueniunt, ut ſingulæ ſingulis caſis tegendis ſufficiant, & nauigantibus Chelonophagis ſcapharum uſum præbeant. uide Plin. lib. 6. cap. 25. & Strabonem lib. 16.

Chemnis, Pomp. Melæ, ſiue Chemmis, χέμμις Herodoto, inſula eſt in quodam Aegypti lacu natans: quod omninom credibile uidetur, quum auguſtum Apollinis templum, & lucos ſuſtineat.

Chena, χῆνα, urbs Laconiæ, à qua gentile Chenieus.

Chenoboſcia, χηνοβοσκία, urbs Aegypti, è regione Dioſpolis, ab anſerum, ut uidetur, paſcuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. Huius incolæ dicũtur Chenoboſciatæ, qui Crocodilos aucupantur.

Cheopes, ſiue Cheops, Aegypti rex fuit, Mycerini pater, cuius opus eſt maxima totius Aegypti pyramis: ad quam faciendam denas hominum myriades in opere habuiſſe dicitur, & pro apio, cępa, & allio mille ſexcenta talenta expenduiſſe. Author Herodotus lib. 2.

Che-

Chephren, Cheopis frater, Aegypti & ipſe rex poſt fratrem. author Herodotus lib.2.

Cherilus, uide Chœrilus.

Cherrhoneſus, χερρόνησος, quaſi χερσόνησος, ἀπὸ τῆς χέρσου, καὶ νῆσου, terra eſt in inſulę modũ mari cincta, uno tantum, eoq; anguſto ſpacio continenti adiuncta: Latini peninſulam uocant. Quinq; autem inſigniores commemorantur Cherroneſi: quarum celeberrima Achaiæ adhærens, Peloponneſus appellatur. * Secunda quæ à uicina continente Thracia dicitur, cuius Iſthmus ab Occaſu Melane ſinu, ab Ortu Propontide abluitur. * Tertia, quæ Saxoniæ adhærens, à Cimbris, qui eam tenuerunt, Cimbrica appellata eſt: hodie Dania dicta. * Quarta inter Pontum Euxinum, & Mæotidẽ paludem ſita, à Tauris Scythiæ Europææ populis Tauriça appellata. Herod. lib.4. gentile Cherroneſites. * Quinta, quã Auream cognominant, in India ſita, ſupra Gangem, ortum uerſus, iuxta ſinum quem Magnum appellat Ptolemæus. Peloponneſus uerò maior celebriorq; eſt, quàm ut Cherſoneſi nomen admittat, quanquam & ipſa à nominis etymo fertur: Cherſoneſum Strabo nominat: & minoris Aſiæ in noſtrum mare procurſus, Cherronneſus dictus bonis authoribus, ut ſcribit Vadianus.

Cherneſſus χερνησσός, iuxta Corinthum eſt, Steph. in Cherroneſo.

Cherrura, χέρρουρα, urbs Lyciæ, Steph. in Cherroneſo.

Cherroneſus, Syriæ ciuitas, quæ (aliàs Apamea) Steph. Eſt item urbs in Cherſoneſo iuxta Gnidũ. ciuis Cherroneſius. Alia eſt Cherroneſus Cretæ, cum oppidulo eiuſdem nominis. Alia eſt Libyæ Cherrura dicta, χέρρουρα, indeCherrurius: Cherneſſus uerò, χερνησσός, iuxta Corinthum eſt. Eſt item Cherroneſus promontorium in Lycia, alia iuxta Corranitem urbem. Stephanus.

Cherſidamas, χερσιδάμας, uir Troianus, quem Vlyſſes in bello interemit, ut ſcribit Homerus lib.11. Iliad.

Cherſius, nomen proprium uiri.

Cherſoneſus, χερσόνησος, idem quod Cherroneſus. uide ſuprà.

Cherubin, χερουβείν, generis neutri, & pluralis numeri, pro illo angelorum choro. Cherub uerò ſeu Cherubim per m, tam maſculini quàm neutri generis eſt.

Cheruſci, χηρύσκοι, populi Germaniæ circa Albin: quorum meminit Plin. lib.4. cap.14.

Cheſion, χήσιον, oppidum Ioniæ, unde Cheſicus. Ortus in maſcul. gen. uſurpans, non ciuitatem, ſed locum eſſe dicit. Stephanus.

Chidnæi, χιδναῖοι, populi iuxta Pontũ teſte Orpheo in Argon.

Chidorus, fluuius eſt Macedoniæ, per Mygdoniam in Axium influens, unus ex ijs qui à Xerxiano exercitu dicuntur fuiſſe epoti. uide Herodotum lib.7

Chilo, χίλων, philoſophus Lacedæmonius, unus ex ſeptem ſapientibus Græciæ. Eius Plinio teſte lib.7. cap.32. tria hæc aurea præcepta fuerunt, Delphis in templo Apollinis conſecrata: ſcilicet, Noſce teipſum, Nihil nimium cupias, Comes æris alieni atque litis, eſt miſeria. Quin & funus eius, quũ uictore Olympię filio, gaudio expiraſſet, tota Græcia proſequuta eſt.

Chimæra, χίμαιρα, mons eſt Lyciæ igniuomus, in cuius cacumine leones habitant: in medio autem, ubi paſcuis abũdat, capræ: in radicibus autem ſerpentes. Hinc factus eſt locus fabulæ, Chimęram monſtrum eſſe, quod flammas euomat, caput & pectus leonis habens, uentrẽ autem capræ, & caudam draconis. Lucretius, Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra, Ouid. 6. Metamorph.

Quoq; Chimęra iugo medijs in partibus hircum,
Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat. Et quoniam Bellerophontes Glauci filius montem hunc habitabilẽ reddidit, Chimæram fingitur occidiſſe. Hæc ferè Seruius in illud Vergilij 6. Aeneid. flammisque armata, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui uerò terra aut fœno, Gnidius Cteſias tradit.

Chimera, χίμαιρα, urbs Siciliæ, cuius meminit Xenophon lib. 1. rerum Græcanicarum. gentile Chimeræus, Steph.

Chimerium, Phthiotidis mons in Theſſalia, ut tradit Plin. li. 4. cap.7. χιμέριον, Stephano, promontorium eſt Theſprotiæ. Gentile Chimericus.

Chione, χιόνη, nobile ſcortum fuit, nomen habens à candore niuis. χιών, enim Græcè niuem ſignificat. Iuuenalis, Et dubitas alta Chionem deducere ſella. In hanc extat feſtiuum illud Martialis Epigramma lib.5.

Digna tuo curſis, indignaq; nomine, dicam:
Frigida es, & nigra es, nõ es & es Chione. * Fuit & Chione filia Dædalionis, cuius nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidaurienſi nupſit. Porrò redeunte Mercurio à Cylleno monte, & Phœbo Delphis, ab ambobus uiſa eſt, qui ſtatim eius amore capti, cum ſeparatim eius cõcubitum petijſſent, Apollo in nocte diſtulit: Mercurius autem non expectata nocte eam caduceo tetigit, & in altiſsimum ſoporem alligauit, dormientemq; uitiauit, & diſceſsit. Deinde accedẽte nocte Apollo accepta anus forma ad eã intrauit, oppreſsitq;, & ſic ex utroq; concepit, peperitq; Mercurio Autolycũ, de quo ſuprà: Apollini uerò Philamonem, qui carmine & cithara plurimum ualuit. Poſtea quòd dijs placuiſſet, ſuperbia elata, auſa fuit ſe Dianæ ob pulchritudinem præferre, quare mota Diana ſagittis eam interemit. Ouid. lib.11. Metam.

Nota erat huic Chione, quæ dotatiſsima forma,
Mille procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.

Chios, χίος, inſula in Aegæo noningentorum circiter ſtadiorum ambitu, Ioniæ adiacens, inter Samum & Lesbum, in qua laudatiſsima naſcitur maſtiche. Hanc Ephorus priſco nomine Aetaliam, Cleobolus Chiam appellauit, à Chione nympha, ſiue à niue: alij & Macrin & Pityuſam. Montem habet Pellenæum, & Marmor, Chion: item templum Apollinis, qui inde Chius appellatur: & promontorium Aruiſiũ, à quo Aruiſia uina. Habet autem hoc nomen quum primitiuum eſt, penultimam correptam. Lucan. lib.8. Quas Aſine cautes, & quas Chios, aſperat undas. Sunt qui quadrigemiam Chium eſſe putent: ut prima ſit Chios inſula, cum oppido eiuſdem nominis: ſecunda Cariæ urbs, ſub monte Pellenæo: tertia in Eubœa: quarta in Cherrhoneſo Rhodiorum, iuxta Triopiam.

Chius, a, um, pen. prod. χίος, Tibul. lib.2.

Nec mihi fumoſos ueteris proferre Falernos
Conſulis, & Chio ſoluite uincla cado.

Hæc inſula protulit memorabiles uiros, Ionẽ tragicũ, Theopompũ hiſtoricũ, & Theocritum ſophiſtam. Chios Stephano clariſsima inſula Ionum eſt propè Erythras, cum urbe eiuſdem nominis, à Chio Oceani filia, uel à niue in ea abũdante. Eſt & alia Chius urbs Cariæ, ſub pede montis Pellenei. Et alia iuxta Triopion ſita in Cherroneſo, quarta in Eubœa. Gentile ſimiliter, poſſeſsiuum Chiacus. Apud Chios primùm fuerunt Therapontes, at apud Lacedæmonios Helotes, apud Argiuos Gymneſij, apud Sicyonios Corynephori, apud Italos Pelaſgi, apud Cretenſes Dinoitæ. Item in Chio primum natum eſt uinum nigrum.

Chirocrates, χειροκράτης, pen. cor. nomen architecti celebris, qui ab aliquibus Dinocrates dici ſolet, Plin. lib.14.

Chirogylium, inſula eſt ante Lyciã, è regione Chimæræ montis, de qua Plin. lib.5. cap.31.

Chiron, ônis, χείρων, Centaurus, Saturni & Phillyræ filius, dimidia ſui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poetæ, Saturnum, quum Phillyram Oceani filiam adamaret, eiusq; frueretur concubitu, Opis uxoris interuentu turbatum, ſubitò ſe in equum conuertiſſe: Phillyram ex eo grauidam effectam, fœtum peperiſſe, cuius anterior pars hominem, poſterior equum referret, eumq; Chironem nominaſſe: qui ubi primum adoleuit, in ſyluas ſeſe contulit, ibique herbarum uires edoctus, in præſtantiſsimum medicum euaſit: à quo etiam Centaurion herba nomẽ accepit, & Chironium ulcus, quod maximè fit in pedibus & cruribus, duas habens oras calentes, tumentesq; dolore modico: ſic dictum, quòd Chironis opem exigat. Hic poſtea à Peleo & Thetide accitus, propter probitatem, peritiam & iuſtitiam, quibus cæteris multum antecellebat, Achillis pædagogus conſtitutus eſt, quem & citharæ artem & herbarum uſum docuit. Ab eodẽ & medicinã Aeſculapius, & aſtrologiam Herculeſ dicuntur accepiſſe. Poſtremò quum Herculẽ hoſpitio ſuſcepiſſet, armaq; eius pertractaret, euenit ut ſagitta quædam hydræ Lernææ ueneno imbuta, illi in pedes decideret. Quod malum quum nulla ope ſanari poſſet, diri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diriſsimis cruciatibus conficiebatur:mori tamen non potuit, quòd utroque parente immortali natus eſſet. Tandem quum à ſuperis impetraſſet,ut immortalitatem ſibi morte liceret commutare, in cœlum translatus eſt, ubi & Sagittarij ſignum efficit.Ex Boccatio.Meminit Plinius lib. 7.cap.56.

Chitone,χιτώνη, uel Chitonia apud Epicharmum Diana eſt. ſcribit enim in Sphinge, καί τὸ τῆς χιτονίης αἰλύσατο τίσμοι μίλος.Steph.

Chius,uide Chios.

Chlamydia, æ, χλαμυδία, inſula eſt maris Aegæi,una Cycladum,quæ notiore nomine Delos appellatur.Author Plin. lib.4.cap.12.

Chloris,χλωρίς,florum dea,eadem cum ea quæ à Romanis Flora dicta eſt:quę quum Zephyro nupſiſſet,à marito muneris loco impetrauit ut florum omnium haberet poteſtatẽ.Ouidius 4. Faſtorum,Chloris eram, quæ Flora uocor. De hac Claudianus de Raptu proſerpinæ.* Fuit & Chloris quædã Amphionis & Niobes filia,quæ Neleo nupſit,eiq; Neſtorem,alioſq; complures filios peperit.Hæc poſtea ob matris ſuperbiam,quæ ſe Latonæ præferre non uerebatur, unà cũ fratribus & ſororibus Apollinis & Dianæ telis fuit interfecta.Fabulam refert Ouid.6.Metam.

Chlorus,fluuius eſt Ciliciæ prouinciæ, cuius meminit Plin. lib.5.cap.27.

Chna,χνα,Phœnice dicebatur,gentile Chnaus.

Choaſpis,χόασπις, Medorum fluuius ad fines Perſidis in Tigrim defluens:cuius aquæ tam ſunt ſuaues, ut finitimi reges non alia aqua ad pocula utantur. Tibullus lib. 4. Nec qua uel Nilus,uel regia lympha Choaſpis Profluit.

Choatræ,populi ſunt ad Mæotim. Author Plinius libro 6. capite 7.

Chobar,proprium nomen fluminis,& quia graue fuit uel prę ualuit,interpretatur,Tigrim & Euphratem: & omnia magna & grauiſsima flumina, quæ in terra Chaldæorum eſſe perhibentur,ſignificat.

Choche,χώχη,uicus iuxta Tigridem fluuiũ,cuius meminit Arrianus lib.10.Gentile Chochenus,& Chochæus,Steph.

Chœ,χοί, populi Aſiæ prope Bechiros.Hecatęus, χοῖσι δ' ὁμῶ ρεῦσι πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα Δίζηρις,Steph.

Chœrades,χοιράδες,urbs Moſynæcorum. Gentile Chœradeus,Steph.Sunt & ſcopuli marini circa Helleſpontum.

Chœrilus,pen.cor.χοίριλος,poeta fuit Samius,ſeruili cõditione natus:qui quum ex Samo Athenas profugiſſet,ab Herodoto hiſtorico exceptus eſt & inſtitutus.Scripſit Athenienſium uictoriam contra Xerxem, cuius carminis nomine in ſingulos uerſus ſingulos accepit aureos ſtateres. Scripſit & geſta Lyſandri Lacedæmoniorum ducis, (cuius in expeditione comes erat) ut in uita illius tradit Plutarchus.Horatius autor eſt,etiam Alexandri Magni geſta ſcripſiſſe Chœrilum, & pro ſingulis uerſibus ſingulis Philippeis fuiſſe donatum.Sic enim ſcribit lib.2.Epiſtolarum:

Gratus Alexandro Magno quondam fuit ille
Chœrilus,incultis qui uerſibus,& malè natis
Rettulit acceptos,regale numiſma Philippos.

Sunt qui tradant Alexandrum hac lege cum Chœrilo pepigiſſe, ut pro ſingulis bonis uerſibus ſingulos acciperet Philippos,pro ſingulis autem malis ſingulos colaphos:opere autem perfecto uix ſeptem fuiſſe inuentos, qui poſſent probari.* Fuit & alter Chœrilus,poeta tragicus. Vtriuſq; meminit Suidas.

Cholargus,χόλαργος,uicus eſt in agro Athenienſi, tribus Acamantidis,Steph.

Chollidæ, χολλίδαι, uicus in Leontide tribu. tribulis Chollides.apud Laertium Chollieus,Steph.

Cholobetene, χολοβητηνή, Armeniæ pars, quæ Tigrani paruit.

Cholobetenus,gentile eſt.χολοβητηνός,Steph.

Chompſo,χομψώ, inſula Nili inter Aethiopiam & Aegyptũ: cuius meminit Herodotus lib.2. Gentile eſt Chompſœtes, χομψοίτης.

Cholon tichos, χολὸν τεῖχος,urbs Cariæ, gentile Cholotichites,Steph.

Chone,χώνη,urbs Oenotrorum, cuius Strabo meminit lib.7. & regionem appellat Chonen; incolæ Chones, & Chonij Stephanus.

Choramnæi,χωραμναῖοι,ſylueſtres populi Perſides tanta uelocitate,ut ceruos comprehẽdant.Steph.uide Choramnei, quod perperam ſcribi putauerim.

Choramnei,χοραμναῖοι, genus quoddam hominum ſylueſtre in Perſica tantæ uelocitatis,ut ceruos comprehendant curſu.uide Choramnęi.

Choramos:appellant utriuſq; linguæ ſinus & cauitates.

Choraſmie, es, χοραςμίη, urbs Parthorum Orientem uerſus: cuius incolæ Choraſmij commemorantur ab Herodoto lib. 3.in catalogo Xerxiani exercitus.

Chorinæus,Rutuli cuiuſdam nomen,ab Aſyla Troiano interempti apud Verg.lib.9.Emathiona Liger,Chorinæum ſternit Aſylas.

Chorœbus,Athenienſis quidam,qui primus figlinã inuenit, ut teſtatur Plin lib.7.ca.56.* Eſt item Chorœbus,adoleſcẽtis nomen apud Vergilium 2. Aen. cui Priamus Caſſandrã filiam ſuam deſponderat:qui etiam ſuprema illa nocte, qua Ilium cecidit, à Græcis fuit interfectus. Hunc Euphorion ſtultum inducit:quem etiam ſequutus Vergilius, ſententiã ei tribuit, ſanæ mentis homine indignam: Dolus,an uirtus quis in hoſte requirat? Turpiſsima enim uictoria cenſenda debet,quæ dolo quæritur.

Chorſia,χορσία,oppidum Bœotorũ. Pauſanias li.9.Poſt Cyrtones ſuperato monte,oppidum eſt Chorſia. gentile Chorſieus.Steph.

Chortaſo, χορταςώ, urbs Aegypti, ſic dicta quod Cleopatræ exercitus annona deſtitutus,illic ſatiatus ſit.χορτάζειν enim eſt ſatiare,Steph.

Choſroes,χοσρόης, Perſarum rex fuit, Græcæ philoſophiæ peritiſsimus,qui ſibi Ariſtotelem non minus familiare reddidit,quàm Demoſthenes Thucydidem.Huius uitam & ſtudia latiſsimè exequitur Suidas.

Chranaen,inſula adiacens Sunio Atticæ promontorio. Calepin.* Forte melius abſque aſpiratione.κραναή.

Chreſtus,χρῆςος,nomen Byzantij ſophiſtę fuit,qui Adriani tẽporibus Romæ Herodis Attici auditor fuit. Hic uino quãquam deditus, cæteris in rebus continenter uixit, acin primis uigilanter.Nam cum ad galli cantum ſæpe bibere ſolitus eſſet,non prius tamen ſomno ſe, quàm ſtudio dabat.Author eſt Philoſtratus.

Chreſtus,χρῆςος, nomen Athenienſis authoris probatiſsimi, cuius meminit Columella.

Chriſtodorus,χριςόδωρος,poeta Aegyptius fuit ex Copto urbe,tempore Anaſtaſij Imperatoris,qui Iſaurica conſcripſit, hoc eſt Iſauricæ urbis expugnationem. * Fuit & alter hoc nomine Thebanus,qui aucupij rationem,item uitam Diuorum Coſmæ & Damiani carmine complexus eſt. Vtriuſque author Suidas.

Chromios,χρόμιος,filius Nelei& Chloridos,qui in expugna, quam Pylij & Meſſenij aduerſum Herculem geſſerunt,cum decem fratribus occiſus eſt. * Alius fuit Priami filius,in bello Troiano à Diomede interfectus.* Fuit & Chromius quidam Argiuus,qui ea in pugna,quæ ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidemq; Argiuos commiſſa eſt,ſolus ex ſuis cum Alcenore incolumis euaſit. Author Herodotus lib.1.

Chromis,Herculis filius,ut Lactantius teſtatur,dicens:Conſtat Chromin Herculis fuiſſe filiũ,& equos habuiſſe Thraces,quos Hercules occiſo Diomede abduxerat humanis carnibus ueſci conſuetos.Huius meminit & Statius,dum ait:

It Chromis,Hippodamusq; alter ſatus Hercule magno.

Et paulo infrà:

Mox Chromis Hippodamũ metæ interioris ad orbem
Viribus Herculeis,& toto robore patris,&c.

Chronia,orum,Saturni feſta.

Chryſa,æ,ſiue Chryſe,es,χρύση,oppidum fuit Troadis, Apollinis Sminthij delubro inſigne: cuius meminerunt Plinius lib.5.cap.30.Strabo lib.13.& Homerus Iliad.1.Ouid.13.Metamorph.Chryſenq;,& Cillan Apollinis urbes.* Steph.item Chryſen quandam collocat circa Lemnum,& ipſam Apollini ſacram.Eſt item Chryſe inſula Indiæ adiacens, de qua paulo pòſt.

Chryſanthus Alexandrinus,Romæ,quó iuuenis uenerat,ſactus Chriſtianus ſub Numeriano Imperatore in foſſam demiſſus,ac terra ſaxisq; obrutus.Volater.

Cryſaor,χρυσάωρ,Neptuni filius, quem ex capite Meduſæ, ut & Pe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& Pegasum,natum scribit Hesiodus in Theogonia.

Chrysaoras,χρυσαόρας, fluit per medium Massauræ urbis Libyæ,Steph.

Chysaoris,χρυσαορίς,ciuitas Carię, posteaIdrias dicta,Steph.

Chrysas,χρύσας,fluuius est Siciliæ,teste Cicerone, qui de eo sic scribit 6.Verr.Chrysas est amnis, qui per Assorinorũ agros fluit.Is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur.Fanum eius est in agro propter ipsam uiam,quà Assoro itur Ennam.In eo Chrysæ est simulachrum præclarè factum è marmore.

Chrysaoris,idis,χρυσαορίς,Cariæ ciuitas à Lycijs cõdita,quæ postea Adrias nominata est : ut ex Apollonij sententia refert Stephanus.

Chrysaspides,χρυσάσπιδες,appellati sunt milites armati clypeis auro celatis.

Chryse,χρυσῆ,Stephano,insula est ante ostium Indi fluuij,tam ferax auri,argentiq; metallis, ut nonnulli prodiderint,solũ eius aureum esse,atque argenteum. Huius insulę meminit Plin.lib.6.cap.21.

Chryses, χρύσης , Apollinis sacerdos fuit, pater Astynomes, quæ à nomine eius Chryseis cognominata fuit : quã quum Græci,expugnatis Thebis Cilicijs,urbe Eetionis,abduxissent,& Agamemnoni in prędæ diuisione tradidissent,Chryses Apollinis insignibus exornatus,ad Græcorum castra accessit,filiãq; sibi petijt restitui.Quod quum impetrare non potuisset,Apollinis auxilium implorauit, qui tam grauem Græcis pestilentiam immisit, ut Agamemnon patri filiam restituere fuerit coactus.Cuius loco quum Achilli Bryseidem eripuisset,indignè id ferens Achilles,in posterũ à prælio omnino abstinuit,donec morte Patrocli nunciata,inter missa arma recepit. Author Homerus lib.1.Iliad.

Chryseis,pen.prod.χρυσηίς,Chrysæ Apollinis sacerdotis filia fuit,quæ uero nomine Astynome dicta fuit:Chryseis à nomine patris cognominata.uide in dictione Chryses.

Chrysippa,χρύσιππα, urbs Ciliciæ, à Chrysippo conditore. Gentile Chrysippatus,uel Chrysippeus.Steph.

Chrysippe,χρύσιππη, Iri filia,quæ ex Phthio Hellenem peperit,Steph.

Chrysippus,χρύσιππος,Apollonij filius,patria Solẽsis,siue ; ut alij malunt,Tarsensis,Stoicæ sectæ Philosophus fuit,auditor Zenonis & Cleanthis:post quos etiam scholæ præfuit. Ingenij acumine plurimũ ualuit,ut qui in multis etiã à præceptoribus dissenserit. In dialectica clarissimus fuit : ita ut non illepidè dicerent quidam,Si apud deos dialectica haberetur,non temere alia esset,quàm quę à Chrysippo inuenta fuit.Scripsit librorum uoluminа supra quinq; & septuaginta.Ferũt Carneadem philosophum Cyrenæum , perlectis Chrysippi libris, ita dixisse : Nisi Chrysippus esset, ego nõ essem.De exitu eius uaria traduntur.Quidã uolunt à discipulis ad sacrificium uocatũ,quum uinum dulce affatim hausisset,anhelitus difficultate laborare cœpisse, atq; ita quinto demum die fato concessisse,annos iam natũ circiter tres & septuaginta.Alij ferunt,nimio risu expirasse.Nam quum ficus rure allatos asinũ comedentem uideret, ancillæ iussisse aiunt,ut & uinum asino bibendum daret:eiusq; dicti urbanitate tantopere sibi placuisse, ut nimio risu fuerit suffocatus.Mortuo Athenienses statuam posuerunt in Ceramico.* Fuit præterea Chrysippus filius Pelopis , quem quum pater ualde amaret , nouerca eius Hippodamia id indignè ferens,liberos suos Atreum & Thyestem impulit , qui illũ interfecerunt,ob quam rem à Pelope pulsi , in exilio uitam degerunt,donec pater è uiuis excederet.

Chrysocera,χρυσόκερας, promontorium Thraciæ ad Bosphorum situm:in quo situm est oppidum Byzantium liberæ cõditionis,antea Lygos dictum. Author Plin.lib.4.cap.11. Ratio nominis ducta est partim à figura , quæ ceruino cornui simillima est:partim à prouentu , quòd maxima ibi Pelamidum copia accipiatur.

Chrysoceras,χρυσόκερας,Latinè Auricornu,oppidũ, est apud Byzantiũ Europæ,latere Chalcedonię,ut inquit Strabo.

Chrysoceras,promontoriũ est,antea Lyges dictũ,in quo oppositũ Byzantium liberæ cõditionis.Hæc Plin.lib.4.cap.11.

Crysogonus , χρυσόγονος,nomen uiri proprium, compositum ex χρυσός aurum,& γονή,fœtum,quòd aurum undecunq; pariat.Iuuenalis:

Sunt quæ Chrysogonum cantare uetant.

Chrysogonus,Syllę libertus,sector Roscij Amerini,ut est apud Ciceronem in oratione pro Roscio Amerino.* Fuit & Chrysogonus martyr,nobili genere ortus Romę,quia quãdo nec cõsulatus,nec ullius honoris pollicitatione per Diocletianum à fide auerti potuit , iugulatus est ad scalas Gemonias. Volaterranus.

Chrysopolis , Bithymæ urbs apud Plin. lib.5. cap. ultimo. χρυσόπολις(uide Dryæna.)Stephano est prope Chalcedonẽ in Bithynia per Bosphorũ nauigãti ad dexterã : dicta quòd Persæ illic colligerent aurũ ex tributo aliarũ ciuitatũ , uel à Chryso Chryseidis & Agamemnonis filio.Est & alia Ciliciæ Chrysopolis.Gentile Chrysopolites.Steph.

Chrysorrhoas , Syriæ fluuius est in Decapolitana regione Damascum urbem præterfluens. Author Plin.lib.5.cap.18. * Chrysorrhoas etiã dictus est Pactolus, propter aureas arenas,ut author est idem Plin.lib.5.cap.29.

Chrysorrhoæ,χρυσορρόαι, populi dicti,quòd in his locis, ut inquit Strabo,auriferi torrentes sunt. Vnde fabulis occasio de uellere apud Cholchos aureo.

Chrysostomus, χρυσόστομος , aureum os, στόμα enim os dicitur. Fuit huius nominis scriptor Ecclesiasticus præstantissimus Ioannes Antiochemus,Episcopus Constantinopolitanus, qui Chrysostomi nomen,ob eloquij uenustatem & sermonis præstantiam accepit.

Chrysothemis,χρυσόθεμις, filia Agamemnonis & Clytemnestrę,ut scribit Hom.lib.6.Iliad.

Chrysothoas,χρυσοθόας,dictus est Pactolus amnis,quòd auri ramenta ferat.

Chthonia,χθονία,insula eadem quæ Creta,Steph.

Chthonophyle, χθονοφύλη, quę Baccho Philiuntem peperit. Stephanus.

Chyton, χυτόν, regiuncula Epiri , in qua habitauere quidam ex Clazomenis profecti.Gentile Chytites.

Chytri,χυτροί,ciuitas Cypri dicta à Chytro filio Aledri , filij Acamantis.χυτρόπολις,regiuncula Thraciæ . ciuis Chytropolites.

Chytus,Cyzici portus.

Cibarci,Hispaniæ populi,quorum meminit Plin.lib. 4.in descriptione Hispaniæ.

Cibotus,ciuitas Asiæ,eadem quæ Apamia.Author Plin.lib.5. capite 29.

Cibyra,κίβυρα,& κιβυράται,uide Steph.in Cabalis.

Cibyra,uir,uide Tabæ.

Cicero,cuius uitam Tyro Tullius eius libertus tribus uoluminibus scribit,teste Pædiano, præceptores se habuisse fatetur in philosophia quidẽ Philonẽ Academicũ tũc Romæ cõmorãtẽ:in iure ciuili Scæuolã, in Dialectica Diodorũ Stoicũ, in dicẽdo Apollonium Molonẽ.S. Roscium Amerinum parricidij reum,natus annos XXIII.ut tradit Nepos, ut alij XXVII. defendit.Metuens deinde Syllã,qué in ea causa offenderat, in Græciã abijt.Asiãq; simulata ualetudinis causa adijt;ubi se,ut ipse ait,recoquendũ præceptorib.dicendi dedit.Xenoclẽq; Adramytinũ,Dionysium Magnesiũ , & Menippũ Carẽ, Rhodiũ Apollonium Molonẽ magistrum dicendi habuit:ferunturq; Posidoniũ tũc Athenis eũ Græcè declamantẽ audiuisse,ac protinus exclamasse,Ω solam Græcis dicendi relictã gloriã uideret,ad Latinos per eũ trãsferri.Postea quum multis munerib.in repub.functus esset,consul cõiurationẽ Catilinæ repressit,legẽ Agrariã repulit. Murenã defendit. Cuius uitam omnẽ , & uitæ studia uide apud Plutarchum. Cicero eius filius inter eos qui à parentib.degenerauerunt ponitur Valerio.Binos eum cõgios haurire solitum scribit Plinius,per temulentiãq; M. Agrippæ scyphum impegisse. Quintus Cicero,frater Ciceronis,legatus Cæsari in Gallia primùm,deinde ad regendã Asiam proconsul missus ,admonetur à fratre per epistolam totius officij. Duxit uxorem Pomponij Attici sororẽ.Miserandus demũ eius exitus:proscriptus enim unà cũ filio, quãdo & Cicero frater rogauit percussorem se ante filiũ interfici. Filius contrà se ante patrem.Vterq; igitur simul interfectus.Author Appianus.

Cichesus , fluuius ponitur ab Homero in hymno Apollinis.

Cicimeni , populi inter gentes quæ circa Mæotin habitant Plinio ponuntur lib.6.cap.7.

Cicones,κίκονες,populi Thraciæ iuxta Hebrum,quos Vlysses

post

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

post dirutam Troiam uentis adactus debellauit, eorúq; urbem Ismarum diripuit, paucis ex socijs perditis. Ouid.

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Homerus Cicones, Ismari habitatores uocat. Stephanus in Cyzico.

Ciconius, κικώνιος, nomen eius qui Brixiam condidit.

Cidænis, κίδαινις, uide Elea.

Cierium, κίεριον, urbs Bœotię, aliàs Arne dicta, Steph.

Cilix, cis, κίλιξ, nomen proprium Phœnicis filij: à quo dicta est Cilicia.

Cilicia, κιλικία, regio est in minori Asia, Syrię proxima: tota ferè campestris, Tauro monti subiecta: quæ à Cilice nomen sortita est, quem pristina ætas penè ultra æuum memorię abscondit, Phœnice ortum, qui apud Gentileis antiquior Ioue de primis terræ alumnis habebatur. Hæc regio ab Oriẽte Amano clauditur, à Septentrione Tauri iugis, ab Occidẽte Pamphylia. Huius metropolis est Tarsos, quam interfecat Cydnus amnis. * Ciliciæ populi Cilices appellantur, de quibus paulo pòst. Gentile fœminimum est Ciliſſa, sicut à Phœnix Phœniſſa: quod & adiectiui uice positum aliquãdo legimus. Ouid. in Ibin: Nam neque quot flores Sicula nascuntur in Hybla, Quot ue ferat dicã terra Ciliſſa crocos. Cilicensis autem denominatiũ est, non gentile: ut, Præfectus, uel Proconsul Cilicensis. Cicero Qu. Fr. lib. 1. Nam si te interioribus uicinis tuis Cilicensi & Syriaco anteponis, ualde magnum facis.

Cilicius, a, um, possessiuum: ut, Ciliciæ portæ. hoc est, Amani montis angustiæ, quibus Cilicia à Syria dirimitur.

Cilix, gentile est, significans eũ qui ex Cilicia ortus est. * Cilices piratæ fuerunt, quos Cn. Pompeius uictos in deditionem accepit, & eorum postea fideli opera usus est in bellis suis naualibus aduersus Cæsarem. Lucan. lib. 3. Itáque Cilix iuxta, iam non pirata, carina. * Crocus Cilix, pro Ciliciæ, Lucretius lib. 2. Et quum scena croco Cilici perfusa recens est.

Cilla, κίλλα, urbs prope Thebas Aethioneas, ubi Cylleí Apollinis templum erat, ut habet Strabo lib. 13. Ouid. 13. Metamor. Chrysenq; & Cillan Apollinis urbes.

Cillus, Pelopis fuit auriga, qui in itinere, antequàm Pelops ad Oenomaum uenisset, obijt: cuius nomine Cilla oppidum templumq; Cillei Apollinis à Pelope conditum est. Strabo lib. 13.

Cimas, insula inter Istri ostia, quæ, ut Pompon. scribit, urbem habet, quam quia Bithyni colunt, Bithynidam appellant.

Cimbri, κίμβροι, populi fuerunt Septentrionales, Saxonici maris peninsulam incolentes, quæ ab ipsis Cimbrica Cherronesus dicta est, anno ab Vrbe condita sexcentesimo & quadragesimo unà cum uxoribus & liberis Narbonensem prouinciam ingressi, à C. Mario ad internecionem fuerunt deleti. Refert Valerius Maximus, Cimbros & Celtiberos in acie gaudio exultare consueuisse, táquam gloriosè & fœliciter essent excessuri: lamentari uerò in morbo quasi rurpiter essent perituri. Hodie Dani appellantur: & qui ipsum peninsulę Isthmum inhabitant, Holsatij.

Cimbrica Cherronesus, uide Cimbri.

Cimmerij, κιμμέριοι, populi fuerunt à Scythis oriundi, dexteram Ponti partem habitantes, non procul à Bosphoro, qui à nomine ipsorum Cimmerius appellatus fuit: ubi & oppidum fuit nomine Cimmerion. Hi aerem crassum habuisse ferũtur, & densis exhalationibus nebulosum. quod & ipsum Homerus testatur Odyss. lib. 11. ubi sic habet:

Ἔνθα δὴ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε,
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέποτ' αὐτοὺς
Ἠελίῳ φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτῖνεσιν,
Οὔθ' ὁπότ' ἂν στείχησι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Οὔθ' ὅταν αὖψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται.
Ἀλλ' ἐπὶ νύξ ὀλοὴ τέτατται δειλοῖσι βροτοῖσι.

* Hinc Cimmeriæ tenebræ prouerbio celebrantur, pro dẽsissima caligine. Lactantius lib. 4. O cæcum pectus, ô mentem Cimmerijs, ut aiunt, umbris atriorem? Ephorus scribit Cimmerios in Italia quoq; fuisse iuxta lacum Auernum, eosq; in subterraneis habitasse domicilijs, quorum morẽ patrium esse, ut nemo solem aspiciat: noctu uerò egrediantur. Eorundem meminit & Festus: Cimmerij, inquit, dicuntur homines qui frigoribus habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas, in ea regione in qua conuallis satis eminenti iugo circundata est, quæ neq; matutino, neq; uespertino tempore sole contegitur. * Cimmencus Bosphorus κιμμερικὸς βόσπορος inde nominatur, cuius lõgitudo ast ducentorum & uiginti stadiorum.

Cimmeris, urbs Phrygiæ, quæ à ueteribus Edonis dicta fuit, deinde & Assus, Apollonia & Antandros. Author est Plin. lib. 5. cap. 30.

Cimolis, penult. product. Paphlagoniæ oppidum est teſtibus Pòponio lib. 2. & Plin. lib. 6. cap. 2. * Est etiam urbs eiusdem nominis in Galatia, teste Ptolemæo lib. 5. cap. 4.

Cimolus, pen. prod. κιμώλος Suidæ, insula est in mari Cretico è regione Zephyrij promontorij, unde optima creta aduehitur, qua fullones utuntur in abluendis uestium maculis. Ouid. 7. Metamorph. Hinc humilem Myconem, cretosáq; rura Cimoli.

Cimolius, a, um, adiect. ut Cimolia creta: cuius diuersa sunt genera, ut uidere est apud Plin. lib. 6. cap. 17. Dioscorides lib. 5. cap. 94. duas Cimoliæ terræ species facit, unam candidam, alteram ad purpuræ colorem uergentem: quarum utrique maximas in medicinis uires tribuit.

Cimon, κίμων, Athenienſis fuit, Militiadis filius, mira ergà ciues liberalitate ac munificentia: urpote qui refractis agrorum suorum & hortorum sepibus, ciuibus faceret potestatem, quod uisum esset, ex illis decerpendi. Domi quoq; tam largo apparatu instruxit conuiuium, ut non modò familiæ, sed multis etiam pauperibus undiq; confluentibus abunde sufficeret. uide latius uitam eius apud Plutarchum, qui eum cum Lucullo in conuentione adducit.

Cinędocolpitæ, κιναιδοκολπῖται, felicis Arabiæ populi, quorũ regina Zadrane dicitur, Steph.

Cinæus Iupiter, κιναῖος Ζεύς, uide Canæ.

Cinamomifera, κινναμωμιφόρος, uide in Arabia.

Cinara, uide Cinyra.

Cincia, locus Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit. Festus.

Cincius, Romani Senatoris nomen, qui seculi sui luxui infensus, uehementissimus suasor fuit legis Fanniæ sumptuariæ: orationeq; ad populũ habita acerrimè inuectus fuit in mores suę ætatis, & quorundam gurgitum gulam, qui solidos porcos Troianos in conuiuium inferebant. Ita enim uocabat aptum, qui inclusis minoribus animalculis grauidus erat, quemadmodum equus Troianus grauidus erat armatis. uide Macrobium lib. 13. cap. 13.

Cindapsus, κινδαψός, filium habet Masonardum, qui Cariæ auitati nomen dedit. Steph.

Cindra, κίνδρα, gens Thraciæ, uide Gondræ.

Cinea, κινέας, Plutarcho, uir Thessalus fuit, Pyrrho amicissimus, & perpetuus illius in omnibus expeditionibus comes. cuius tanta fuit eloquentia, ut Pyrrhus fateretur, pluresa Cinea oratione, quàm à se armis esse subactos. Hic legatus Romam missus, ut Pyrrhi nomine de pace ageret, obsistente sibi Appio Claudio Cæco, re infecta reuersus est. Interrogatus deinde à Pyrrho de statu urbis & Senatus, respondit, Senatum sibi deorum consessum uisum esse, populi autem tanram esse turbam, ut uereretur, ne regi cum hydra quadam Lernæa res esset. Huic tanta fuisse fertur memoriæ fœlicitas, ut postridie quàm Romam aduentasset: sine ulla nomenclatoris ope Senatui, equestriq; ordini sua nomina reddiderit. Author Plin. lib. 7. cap. 24.

Cineſias, κινησίας, Suidæ, Dithyramborum scriptor, qui impietatis, improbitatis que nomine malè audiuit. * Fuit hoc & Pyrrhi Achillis filij cognomen, à corporis agilitate impositum. Fertur enim Pyrrhicam saltationem uehementer excoluisse, & à suo nomine eam appellasse. Vnde natum est prouerbium, πυρρίχην ὠμαθε κινησίαν, hoc est Cineſię Pyrrhicam discit: uel quòd in choris multo motu uteretur contra comicos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cineſias corpore pigro, & facto crure.

Cinga, Hiſpaniæ fluuius est, in Iberum influens. Lucan. lib. 4. quos Cinga perrerat Gurgite, &c.

Cingulum, ciuitas est inter Picentes, quæ mulos Cingulanos mittit, qui etiam hodie habentur in precio. Hinc Cingulani populi, quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 13.

Cinna, ciuitas Thessaliæ, à Cinno gigante, & Cœi fratre dicta. * Est etiam Cinna ciuitas Hiſpaniæ in regno Caſtellæ, qua

qua Cinnenſes populi,quos commemorat Plinius in conuentu Tarraconenſi lib.3.cap.3. *Fuit item Cinna Marianis & Syllanis temporibus, Romanorum omnium crudeliſſimus,quatuor Cõſulatibus functus, qui primo conſulatu, ſeruis ad pileum uocatis,aduerſarios uicit,Octauium interfecit,Ianiculum occupauit. Iterum & tertiò ſe Conſulem fecit. Quarto Conſulatu,quum bellum contra Syllam pararet,Anconæ ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu occiſus eſt. *Fuit etiam poeta eruditiſsimus hoc nomine,cuius meminit Verg.in Bucolicis:Nam neque adhuc Vario uideor,neq; dicere Cinna Digna,ſed argutos interſtrepere anſer olores.

Cinna,tribunus plebis,qui cum pernicioſas leges de reuocãdis exulibus ferret,pulſus à Cn.Octauio collega, magiſtratuque exutus,ex urbe profugit,& bellum urbi intulit accerſito C.Mario alijs exulibus ex Africa:in quo bello duo fratres,alter ex Pompeij, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt. Et quum uictor mortuum ſpoliaret,cognito fratre,ingenti edita lamentatione,ac rogo extructo, ſe inſuper cremauit. Tandem Cinna & Marius in urbem recepti,cædibus omnia compleuere:inter quos Cn. Octauium cõſulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæſarem iugularunt,eorumq; capita pro roſtris poſuerunt. Ex Liuio. *Cinna item alius, qui per errorem necatus à populo Romano fuit,foro medio in funere C.Cæſaris,cum unus ex interfectoribus fuiſſe crederetur.Præteera L. Cinna res nouas affectans:quem ex hoſte Octauius amicum fecerat,& uſque ad iudicum dignitatem euexerat, aduerſus ſe inſidias moliri cognouit,& iratus noua in eũ exempla meditabatur. Liuiæ tandem conſilio uſus, mitior eſt factus, eumq; ſeparatim in cubiculum uocauit:ubi eius ingratitudinem exprobrando:Vitã,inquit,Cinna tibi iterum do, prius hoſti, nũc inſidiatori:&pariter contendamus,utrum ego melius iterũ tibi uitam dederim, an tu debeas. Seneca de Clementia.

Cinxia, Iuno dicebatur, quòd nuptijs præeſſet, γαμήλιος. initò enim coniugio ſoluebatur cingulum,quo noua nupta erat cincta.Feſtus.

Cinyps,uide Cynips.

Cinyras,κινύρας Suidæ;Cypri rex fuit, qui cum filia Myrrha, aſtu nutricis deceptus,concubuit:ex qua & Adonin ſuſcepit,quem Venus poſtea in delicijs habuit:qui quum maiore animo,quàm uiribus,feras ſectaretur,apri dente in inguine uulneratus,interemptus fuit,& in florem Anemonem conuerſus.uide Ouid.lib.10.Metamorph.

Cios, Phrygiæ emporium fuit,à Mileſijs conditũ in loco qui Aſcania Phrygiæ appellatur.Plinius lib.5.cap.32.

Cirannus, uir fuit Lycius & Sarpedonis comes, quem teſte Homero in Iliade, Vlyſſes in bello Troiano interfecit.

Circe,κίρκη,Solis & Perſes Nymphæ filia, & Aeetæ Colchorũ regis ſoror,ueneficiorum peritiſsima: quę Sarmatarum rege,cui nupſerat,ueneno ſublato, regnoque per ſcelus parto,quum crudelius imperaret, ab incolis pulſa, in Italiam profugit:& in Circæo monte,qui antiqui olim Latij terminus erat,& efficaciſsimis herbis abundabat, ſedem ſibi delegit:ubi quum Glaucum marinum deum adamaret, Scyllam puellam,quam ille deperibat,infectis fontibus, in monſtrum marinum commutauit. Vlyſſem item ui tempeſtatis ad ſe delatum hoſpitio ſuſcepit,ſociosq; eius, quos in porcos commutauerat,eidem reſtituit: cui & Telegonum filiũ peperit. Poſtremò & Picum Latinorum regem, quòd uxorem ſuam nomine Canentem ſibi præferret, in auem ſui nominis commutauit.

Circæus,a,um,κιρκαῖος, ut Circæus mons, & Circæum oppidum, quod & Circæos quidam appellarunt. Hinc Circæenſes populi.Liu.lib.6. Ad hoc Latini Herniciq; acceſſerunt,& Circæenſium quidam.Cic.lib.3.de Nat.deo. Circé quoque coloni noſtri Circæenſes religione colunt. Circæi uerò quondam inſula fuit,immenſo mari circundata (ſi Homero creditur) ubi Latium antiquum terminabatur. Strabo lib.5.Poſt Antium Circæum eſt ſtadiorum ducentorum & nonaginta,mons mari & paludibus inſtar inſulæ circundatus.Habet etiam caſtellum,& Circes ſacellum, & Mineruæ aram.Verg.lib.4.Proxima Circææ raduntur littora terræ,Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos Aſsiduo reſonat cantu.uide plura apud Homerum 10.Odyſ.

Circes domus,oppidum Campaniæ,Pomponio, Strabo Circeeum uocat,à quo Circeij. Plin. tradidit Circeos inſulam aliquando fuiſſe immenſo mari circundatam,mox continẽti adnexam. Circeij Ciceroni Circeienſes dicti libro 3. de Nat.deor.uide præcedentia & ſequentia his ſtatim,& Pontina in P.

Circeum, promontorium Tuſculorum,Ptolemæo: alio nomine Sancta felicitas.

Circius,(quod hic pro inſula Myſiæ adiacente, corruptè legebatur) uide Cyzicus.

Circus,de Circis Romanis uide Nicolaum Perottum in Cornucopiæ,& Alexandrum ab Alexandro.

Ciris,dicitur Scylla,Niſi regis filia, mutata in auem Cirim,id eſt,alaudam.uide Scylla,κίρρις, ſcribitur Oppiano lib.primo de Aucupio.

Cirrha,κίρρα,urbs eſt in Phocide ad radicem Parnaſsi mõtis: à qua campi uicini Cirræi dicti ſunt.Plin.lib.4.cap.3. Et Apollinis,apud Senecam in Hercule Oetæo.

Circiada,uicus Atticæ.uide Cerciada.

Cirtã,ſiue potius Cirtha,κίρθα,Numidię fuit urbs munitiſsima, in qua Iugurtha Adherbalẽ necauit,ut eſt uidere apud Salluſt.in Iugurt.uide & Strab.lib.ult.

Cirtiſcus,fluuius eſt memorandus in Scythia,teſte Herodot.

Cis,κίς,nomen patris Saul,ut habetur in lib.1.Regum.

Ciſalpina Gallia,quæ & Citerior Gallia,& Gallia Togata dicitur,fluuio Rubicone finitur,cuius baſim Alpes efficiunt. Cicer.pro Lege Manil. Inde quum ſe in Italiam recepiſſe duabus Hiſpanijs & Gallia Ciſalpina præſidijs ac nauibus confirmata,&c.

Ciſamus,κίσαμος, urbs eſt Cretę apud Ptolemæum, quę hodie Ephitiſa appellatur.

Ciſapennina Italia,à Catone in Orig. dicitur, quæ reſpectu Romanorum cis Apenninum montem eſt:ſicut Tranſapennina,quæ trans Apenninum eſt.

Ciſia,κισία,mater Memnonis,à qua Suſorum ciues Ciſij dicti. Stephanus.

Ciſianthi,populi ſunt inter Scythas,qui Oceanum accolũt, Cimmerijs uicini.Plinius lib.6.cap.13.

Ciſij,uide Ciſia.

Ciſpius,mons in urbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Ciſpij dictus,ut inquit Feſtus. Varr.lib.1.de Lingua Latina:Exquilinus eſt Ciſpius mõs ſexticeps apud ædem Iunonis Luciniæ.

Ciſſa,Ptolemæo fluuius eſt Ponti, in ea parte, qua Cappadociæ cohæret.

Ciſſeus,κισσεύς,rex Thraciæ, pater Hecubæ uxoris Priami,à quo Ciſſeis patronymicũ:ut Hecuba Ciſſeis,apud Euripidẽ.

Ciſthena,Pomponio lib.1.urbs eſt Aeolidis in Iſthmo,qui eſt inter Elaiticum ſinum & Idæum.à Plinio Ciſthene uocatur lib.5.cap.30.

Citana,inſula olim Cycladum clariſsimã.

Citarij,populi Siciliæ.Author Plin.lib.3.cap.8.

Cithæron,κιθαίρων,per i noſtrum mons eſt Bœotiæ,teſte Strabone,cuius radicem Aſopus amnis alluit. Seruius credidit alterum eſſe ex iugis Parnaſſi:quod omnium Geographorũ iudicio ſecus ſe habet. Eſt enim Cithæron mons à Parnaſſo diſcretus, & ab eo pluſquàm triginta paſſuum millibus diſsitus. Hic mons Libero patri ſacer erat:unde etiam ibi eius Orgia celebrabant.Ouid.3.Metamorph.

Vadit,ubi feſtus facienda ad ſacra Cithæron
Cantibus & clara Bacchantum uoce ſonabat.

Citharista, ſiue Citharistes,κιθαριστής, promontorium Galliæ Narbonenſis:teſtibus Ptolemęo lib.2.cap.10.& Antonino, qui in ſuo Itinerario ab hoc promontorio Maſsiliam uſque nauigio triginta millia paſſuum facit.

Citorus,uide Cytorus.

Cittium,κίττιον,oppidum Cypri:unde Cittieus Zeno, κιττιεύς apud Laertium lib.7.

Cius,κίος, fluuius Thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens, medium interſecans Hæmũ,ut ſcribit Herodotus lib.4.* Fuit item Cius Bithyniæ oppidum, poſtea Pruſias appellatum.Hoc (ut teſtatur Strabo lib.1.) Demetrius euertit unà cum Myrlea, huic uicina:easque Pruſiæ Zelæ dedit,qui utranque rurſus à ruinis excitans, Cium,à ſe Pruſiada:Myrleam uerò ab uxore,Apamiam nominauit.

Clæon, κλαίων, fons eſt iuxta Celęnas Phrygiæ oppidum, ab effectu fletus dictus, κλαίω enim idem eſt quod fleo. Huic

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uicinus est alter fons Gelon, ἀπὸ τοῦ γελᾶν, hoc est à ridendo appellatus. Refert Plinius ex Theophrasto libro 31. capite 2.

Clampetiæ, locus Italiæ, in Brutijs, apud Plinium libro quarto, capite 5.

Clanius, κλάνις Stephano, fluuius Campaniæ iuxta Acerras urbem, crebris eius inundationibus bona ex parte haustam, ut annotauit Seruius in illud Verg. 2. Georg. Vacuis Clanius non æquus Acerris. Plin. lib. 3. cap. 5. Glanium uocat, eundemque esse testatur cum Lyri, Minturnas intersecante. Steph. Glanim appellat, Sillurumq; piscem ab eo Glanium uocari existimat. Plinio tamen Glanis Thusciæ fluuius est iuxta Arretium: de quo infrà suo loco.

Clariæ, populi sunt Thraciæ apud Plin. lib. 4. cap. 11. in descriptione Thraciæ.

Claros, κλάρος, Ioniæ ciuitas, Apollinis oraculo nobilis, iuxta Colophonem. Hanc Manto Tiresiæ filia condidit, fugiens Thebanorũ uictores Epigonos. Quæ quũ patrię cladẽ lugeret & suã, manãtibus ubertim lachrymis fontem fecit: unde Claros, ἀπὸ τοῦ κλαίειν locus appellatus. Nearchus uerò author est, inde huic urbi nomen factum, quòd Apollini per sortem Claros obtigit. Nam sortem, κλῆρον Græci nominant. Hinc Apollo Clarius dictus est, qui illic & fanum habuit, in quo responsa, epota aqua edebantur. * Est & Clarus insula in mari Myrtoo, & ipsa Apollini sacra: de qua nonnulli intelligunt illud Ouidij 1. Metamorph. mihi Delphica tellus, Et Claros & Tenedos, Pataræaq; regia seruit.

Clarium oraculum, in Ionia fuit iuxta Clarum oppidum, non procul à Colophone: à quo Clarius Apollo dictus est: ibi enim specus fuit & lacuna, cuius potu mira oracula reddita sunt, breuiore tamen uita bibentium. κλάριον μαντεῖον. Huius Plinius libro secundo cap. 103. & alicubi Macrobius meminerunt.

Claterna, à Pomponio Mela libro primo numeratur inter oppida Piceni.

Claudia, κλαυδία, nomen uirginis Vestalis, quæ quum in suspicionem stupri uenisset, & simulachrum matris Ideæ in uado Tiberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam suam, fertur cingulo duxisse nauem, quam multa hominum millia trahere nequiuerant. Eadem quum patrem triumphantem ab inimico Tribunoplebis de curru detrahi animaduerteret, pietate mota, in currum insilijt, patremque tam arctè est amplexa, ut diuelli non potuerit: quo facto populum tam acriter in Tribunum concitauit, ut ille uitæ metuens destiterit ab incœpto. Author Valerius libro quinto cap. 4.

Claudia, Plin. lib. 3. cap. 24. Norici oppidum est, quod à Ptolemæo Claudium appellatur.

Claudia familia, ab Appio Clauso Sabino cognomen accepit, qui post exactos reges cum quinq; millibus clientũ Romam uenit, partemq; urbis habitandam accepit. * Ex hac familia fuit Appius Claudius Cæcus, qui uiam Appiam strauit, & aquam Appiam in urbem duxit: Pyrrhumq; intra urbem uon esse recipiendum, sua sententia obtinuit. Ex hac familia Nerones & Drusi originem traxerunt. Nam Nerones Sabinorum lingua fortes & strenui dicuntur. Drusi autem cognominati à Claudio Druso, qui occiso Druso Gallorũ duce primus sibi & posteris hoc cognominis indidit. Author Tranquillus in Claudio. * Fuit & Appius Claudius Regellianus, unus ex Decemuiris legibus scribendis creatis, summa inter collegas autoritate, qui post multa imperiosè & crudeliter gesta, tandem Virginię amore captus, submisso quondam ex libertorum numero nomine Clodio, in seruitutem eam asserere est conatus. Quare intellecta, accurrens è militia pater, exiguum cum filia colloquendi spacium petit, eamque paululum extra turbam abductam, quum alia ratione pudicitiam eius & libertatem aduersus Decemuiri libidinem tueri non posset, non inuitam interfecit: quo nomine Decemuir in carcerem coniectus, sibi manus intulit. Præter hos fuit & Claud. Appius, Caudex cognominatus, quòd primus Romanis author fuerit caudices secandi, & classis conficiendæ. Hic Carthaginienses Messana expulit: Hieronem prælio uictum apud Syracusas in deditionem accepit. * Fuit & Claudius Nero, Liuij Salinatoris in Consulatu collega, qui Asdrubalem secundo bello Punico Annibali fratri suppetias ferentem, acie superauit, occisique caput in fratris castra abijciendum curauit.

Claudiana tonitrua dicebantur, quæ Claudius Pulcher instituit, ut ludis factis post scenam coniectus lapidum ita fieret in circumactam peluim, ut ueri tonitrui speciem repræsentaret. uide suprà Bronteum.

Claudianus, κλαυδιανός, poeta Aegyptius, ut Græci & Latini affirmant, & ipse de se testatur. Floruit sub Theodosio, & Honorio Augustis. Scripsit de Raptu Proserpinæ libros tres: item laudes Honorij, Arcadij, Stiliconis, Olibrij, & aliorum, cum aliquot inuectiuis. patria fuit Alexandrinus nobilissima urbe Aegypti. Quidam Florentinum faciunt, sed falsò. Authores Græci, qui de poeta Claudiano scripserunt, Alexandrinum appellant, & author ipse Nilum suum uocat. Ingenio excellenti fuit, maximeq; apto ad carmen componendum. Nam & adsurgit fœliciter, uarijsq; figuris ac sententijs mirificè delectat. Hi eius uersus præcipuam laudẽ meruerunt, quos de laude & uictoria principis Theodosij contra Eugenium Gallorum regem scripsit. Constat enim Theodosium ipsum parua manu contra ingentes Barbarorum copias dimicasse.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutaq; tela
Vertit in authores, & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et coniurati ueniunt ad classica uenti.

Fuit & Claudianus Cæsar, qui interfecto Caligulę successit in imperio, uir inauditæ crudelitatis, ut scribit Sueton. in Claudio. Claudiani poetæ Alexandrini meminit Suidas.

Claudiopolis, κλαυδιούπολις, Cappadociæ urbs, cuius mentionem facit Plin. lib. 5. cap. 24.

Claudium, κλαύδιον, urbs Italiæ: gentile, Claudinus. Steph.

Claudius, κλαύδιος, nomen Romani Imperatoris, & Caligulæ patrui. Hic Britanniam insulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adiecit imperio. postremò ab Agrippina uxore uenenato boleto sublatus est, ut Nero filius imperio potiri posset. * Fuit & alius Claudius Romanorum item Imperator, qui Gothos Illyricum uastantes bello adortus, incredibili clade superauit. Vnde in curia clypeum aureum, & in Capitolio auream sellam habere promeruit. Sed quum duobus ferè annis imperasset, apud Smyrnam morbo interijt.

Clausus, antea Claudius dictus, rex fuit Sabinorũ, qui post ex actos reges, cũ quinq; millibus clientũ & amicorum Romã uenit, & susceptus, habitandam urbis partem suscepit, abeo postea trib. & familia Claudia uocata est, ut habetur apud Maronem lib. 7. Ecce Sabinorũ prisco de sanguine magnã Agmen agens Clausus, magniq; ipse agminis instar, Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

Clazomenę, pen. corr. κλαζομέναι, urbs Ioniæ Asiaticæ, quam cõdidit Paralus. Hęc prius Gryna nominabatur, uicina Colophoni: unde & Apollo Grynæus dictus est apud Vergilium, quòd ibi esset eius oracultum.

Clazomenia, insula ante Ioniam, quæ & Marathusa, μαραθοῦσα, dicitur: à qua Clazomenij, κλαζομένιοι, Ioniæ populi originem traxerunt.

Cleanthes, κλεάνθης, nomen philosophi, qui Zenonis Citiensis scholam successor excepit. Hic Phani Asij filius, egregius pugil, quum Athenas uenisset Zenoni adhærens, generosè philosophatus est, & in eiusdem permansit dogmatibus. Hic quum ualde pauper esset, mercenariam uitam agebat. Noctu quidem in hortis aquam hauriebat, per diem uero in studijs exercitabatur: unde Phreantes appellatus est, quasi puteos hauriens. Tradunt illum quæ à Zenone audierat, ossibus boum, & testis fictilibus perscribere solitum, quum pecunia non suppeteret ad chartas emendas. Huius insignis diligentia & acerrima censura abijt in prouerbium. Nam quum aliquid summa cura industriaq; elaboratum uo lumus significare, dicimus illud ad Cleanthis lucernam esse euigilatum.

Cleanthis, mulieris nomen est apud Suid.

Clearchus, κλέαρχος, philosophus fuit, cuius meminit Hieronymus cõtra Iouin. * Fuit & alius hoc nomine Lacedæmoniorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

niorum dux. Hic dicebat, exercitui Imperatorē plus, quàm hoſtem metui debere. Author Frontinus lib. 4.

Clemens hiſtoricus ſcripſit de regibus & imperatoribus Romanis: item ad Hieronymum, de figuris Iſocratis. Author Suidas. * Clemens item Alexandrinus præſul, Pantherij diſcipulus, Origenis præceptor, floruit ſub Seuero & Antonino principibus. Hieronymus & Euſebius lib. 6.

Cleobis, κλεόβις, alter fuit ex Argiæ ſacerdotis filijs, qui cum fratre Bitone, quum iumenta morarentur, iugum ſubijt, matrisq; currum ad fanum pertraxit. Pro qua filiorum pietate mater ſuperos precata eſt, ut filijs præmium darent, quod longè maximum homini dari poſſet à Deo. Poſtridie itaque ambo inuenti ſunt in lecto mortui: tanquàm ita dij iudicarint, maiorem homini fœlicitatem non poſſe obtingere, quàm ſtatim ex huius mūdi eripi calamitatibus. uide ſuprà in dictione Biton.

Cleobulus, li, κλεόβουλος, Lydius, Euagoræ filius, unus ex ſeptē ſapientibus. Huic fuit filia nomine Cleobulina, alio nomine Eumetis dicta, quę uerſu hexametro ænigmata quædam conſcripſit. Meminit puellę huius Plutarchus in conuiuio ſapientum.

Cleocritus, κλεόκριτος, apud Comicos taxatur ut mulieroſus, & cinędus, & obſcurus, & ut Cybeles filius. Nam in myſterijs Rheæ molles tantum interſunt. Hæc Suidas.

Cleodamas, κλεοδάμας, Thaſius philoſophus, Platonis tempore in Geometria floruit. * Alius Cleodamas Achnæus. Achne autem ciuitas eſt Theſſaliæ. ſcripſit de cura equorum, authore Stephano.

Cleodora, pen. prod. κλεόδωρα, nymphæ nomen matris Parnaſſi, à quo Parnaſſus mons nomen accepit. uide Cęlium lib. 16. cap. 19.

Cleomachus, κλεόμαχος, Magneſius pugil, qui in cinædi cuiuſdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores eſt imitatus. Nam cinædicę orationis primus inuentor fuit Sotades, poſtea Alexāder Aetolus: ſed in ſoluta oratione Lyſis etiam adhibito cā tu. Author Strabo.

Cleombrotos, κλεόμβροτος, Pauſaniæ filius, Lacedæmoniorum dux: qui timens ne uideretur cum Epaminunda hoſte ſentire, temerè cum eo pugnauit, ſeque & patriam in præceps dedit. nam & ipſe uulneratus occubuit, & exercitus deletus eſt. * Fuit & alter huius nominis, Academicæ ſectæ philoſophus, qui quum libros Platonis, quibus ille animæ immortalitatem aſtruit, relegiſſet, ſeipſum ex ſublimi ſaxo præcipitauit, ut citius ad beatorum cœtū peruenire t. Cic. in Tuſcul.

Cleomedes, κλεομήδης, Aſtypaleænſis pugil fuit incredibili corporis robore, qui quum Epidaurū quendā pugilem interfeciſſet, uictoriæ præmijs fraudatus, doloris impatientia inſanus factus eſt: Aſtypalęamque reuerſus, ſe in puerorum ludum recepit, apprehenſamque manu columnam, cui tectū innitebatur mediā cōfregit, plurimos, puerosq; ruina tecti oppreſsit. Quamobrem quum ad ſupplicium peteretur, ſe in ſepulchrum quoddam coniecit, adductumque operculum intus tanta ui retinuit, ut ne à multis quidem ſimul adnitentibus potuerit reuelli. Conciſo deinde ferramentis ſepulchro, Cleomedes neque uiuus inuentus eſt, neque mortuus. Conſulto itaque oraculo Apollinis, quid de illo actum eſſet, reſponſum eſt, Vltimus heroum Cleomedes Aſtypalæus.

Cleomenes, κλεομένης, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ab Antigono uictus ad Ptolemæum regem confugit, à quo primùm magno in honore habitus, mox calumnia cuiuſdam Nicagorę regi ſuſpectus redditus, in carcerem plenum captiuorum coniectus eſt, qui omnes inſtinctu Cleomenis mutuis concurrentes uulneribus ſpontanea morte ſe tyranni crudelitati eripuerunt. Cuius facinoris quum Cleomenem authorem fuiſſe Ptolemæus comperiſſet, mortuum excoriari iuſsit, & cruci affigi. Plura de hoc Plutarchus in uita eius.

Cleon, κλέων, Cleeneti filius, dux Athenienſium in reipublicæ adminiſtratione aduerſari ſolitus Niciæ Nicerati filio, qui miſſus in Thraciam cum exercitu, multas urbes cæpit. Eum infectatur Ariſtophanes in Comœdia, quæ inſcribitur ἱππῆς, id eſt Equites. * Fuit & Cleon poeta, qui Argonautica ſcripſit: à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus eſt, ut eius enarrator ſcribit. * Fuit item Cleon Halicarnaſſeus orator, qui Lyſandro Lacedæmonio orationem compoſuit. Author Suid.

Cleone, κλεωνή, & Cleone, narum, mediocre oppidum, diſtans ab Argis ſtadijs centum uiginti, à Corintho nonaginta, non procul à Nemeæa ſylua. Ouid. 6. Metamorph. - humilesq; Cleonæ, Et Nelea Pylus.

Cleonæus, a, um, κλεωναῖος, ut Leo Cleonæus, qui & Nemeæus. Lucanus: Ille Cleonæi proiecit terga leonis.

Cleonymus, κλεώνυμος, Athenienſium dux fuit timidiſsimus, qui in prælio abiecto clypeo ſuos deſeruit: unde & ῥιψάσπις dictus eſt. Hunc infectatur ut timidum & fugacem Ariſtophanes in Nubibus.

Cleopatra, κλεοπάτρα, Aegypti regina, Aulenæ filia, ſoror & uxor Ptolemæi ultimi, mulier impudiciſsima, à Cæſare primùm adamata: cui filium Cæſarionem peperit: deinde ab Antonio iuſtę uxoris loco habita fuit, relicta Octauia Auguſti ſorore. Poſtea uicto apud Actium in prælio nauali Antonio, admotis corpori aſpidibus ſeſe interemit.

Statius lib. 3. Syl.

Actias Auſonias Cleopatra catenas.

Ab eo fit Cleopatricus, a, um, ut Cleopatricæ dapes apud Sidonium.

Cleopatrus, prefecti nomen apud Corinthios, cuius Plutarchus in Arato mentionem facit.

Cleophantus medicus, cuius meminit Plin. lib. 23. cap. 16. * Fuit & Cleophantus, pictor Corinthius, ut ſcribit idem Plin. lib. 35. cap. 3.

Cleophon, κλεοφῶν, poeta tragicus Athenienſis, cuius nonnulę fabulæ commemorantur à Suida.

Cleoſtratus, κλεόστρατος, antiquiſsimus philoſophus, qui primus in Zodiaco ſigna Arietis & Sagittarij deprehendit. Author Plin. lib. 2. cap. 8.

Cleoxenus, & Democletus, κλεόξενος, καὶ δημόκλητος, hiſtoriam de rebus Perſicis ſcribere aggreſsi, quam ab illis inchoatam fatetur ſe abſoluiſſe Polybius Megalopolitanus. Author Suid.

Clethus, κλεῖθος, uxorem habuit Pallenem Sithonis filiam, quę Thraciæ urbi nomen dedit. Steph.

Clibanus, ni, κλίβανος, mons eſt in extremis Italiæ finibus, nō procul à Lacinio promontorio. cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 10. * Eſt item Clibanus oppidum Iſauricæ, quæ eſt Aſiæ regio, inter Ciliciam & Pamphyliam ſita: de quo idem Plin. lib. 5. cap. 27.

Clidemus, pen. prod. κλείδημος, ſcriptor antiquiſsimus fuit, cuius opus de plantis ſæpe citatur à Theophraſto. Scripſit & Protogoniam, quæ citatur ab Athenæo.

Clinias, κλεινίας, muſicus, & philoſophus ſectæ Pythagoreæ: qui ſi quando ad iram prouocaretur, ſumpta ſtatim cithara, motus animi leniebat: haud aliter quàm Achilles, quum iratus ſtabat ad littus, animi ſui dolorem citharæ cantu leniebat. Author Aelianus de Varia hiſtoria.

Clio, κλειώ, una Muſarum exnouem, apud Heſiodum in Theog. ἀπὸ τοῦ κλέους, id eſt à gloria, quòd poetis gloria ex carmine naſcatur.

Cliſthenes, κλεισθένης, primus oſtraciſmi author apud Athenienſes, primusque eo genere exilij mulctatus. uide Cælium lib. 21. cap. 44.

Clitarchus, κλείταρχος, hiſtoricus fuit, & Alexandri Magni perpetuus in omnibus expeditionibus comes, cuius etiam res geſtas conſcripſit: ſed ea uanitate, ut fidem hiſtorici non mereatur. Quintilianus.

Clitelle, uide in Appellatiuis.

Cliternia, Pomponio libro ſecundo Italiæ oppidum eſt, in tractu Apuliæ, ad Garganum montem. Vulgò Celano. Ptol. Cliternum.

Clithus uide Clethus.

Clitomachus, κλειτόμαχος, penult. correp. philoſophus Carthaginienſis, qui Athenas uenit, annos natus quadraginta, audiuitque Carneadem, cuius & ſucceſſor fuit, tres ſectas ſectatus, Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta uolumina conſcripſit, de quo Cice. libro tertio Tuſcul. mentionem facit. * Clitomachus alter, athleta & pancratiaſtes nobilis fuit, qui pudicitia tanta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fuisse dicitur, ut canes si fortè coeuntes uidisset, statim uultum auerteret: in conuiuio si quis sermo lasciuus incideret, statim surgens abiret. Author Aelianus de Varia historia.

Clitor, oris, κλείτωρ, oppidum mediterraneum Arcadiæ, à quo uicinus fons Clitorius appellatur, ei qui gustauerit, uini fastidium inducens. Meminit huius oppidi Ptol. lib. 3. cap. 16.

Clitumnus, agri Falisci fluuius est, cuius aquæ potatæ candidos faciunt boues. Author Plin. lib. 2. cap. 103. Vergilius 2. Aeneid. Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima. Silius, Et lauat ingentem profundens flumine sacro Clitumnus taurum.

Clitus, κλείτος, Mantij fuit filius, qui ab Aurora raptus nũquã postea apparuit. * Fuit præterea Clitus inter præcipuos Alexandri Macedonis familiares, eidemque charissimus, tum quòd filius esset nutricis ipsius, tum quòd ab illo in dubio uitæ discrimine fuisset seruatus. Hunc tamen in conuiuio quodam liberiùs in Persicos mores inuectum, rex iam temulentus spiculo traiecit. Cuius facti eum postridie tanta cæpit pœnitentia, discussa iam ebrietate, ut totum triduũ cibo abstinuerit, decreueritque omnino inedia sibi necem *conscisceré*, amicumque *optimè de se meritum ad inferos* persequi. Tandem ægrè admissa amicorum consolatione, qui Clitum iure occisum asserebant, sumptuosissimo eum funere sepeliuit. Historiam hanc uide latius apud Arrianum, Q. Curtium, & Plutarchum in uita Alexandri.

Cloanthus uir Troianus, Aeneæ comes.

Clodia Romana, à qua Cicero prædium emere uolebat, copiosa & locuples fœmina fuit, de qua sic Cic. ad Attic. lib. 13. Sed quando, inquit, Clodia Romæ futura est, & quanti rem æstimas, eo prorsus expecto: non quin illud malim, sed & magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

Clodij forum, Italiæ oppidum in octaua regione, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 13.

Clodiorum familiam, à Clodio Aeneæ socio dictam putauit Festus. Verius tamen est, Clodios, (qui & Claudij dicũtur) à Sabinis ortum traxisse, nominisque originem cepisse ab Appio illo Clauso, qui primus ex ea familia cum quinq; clientum milibus se Romam contulit.

Clodius, prænomine Publius, adolescens fuit nobilis ex antiquissima Claudiorum familia, ciuis sed factiosus, & notissimæ libidinis: ut qui & tres sorores per incestum polluerit, & in sacris Bonæ deæ muliebri ueste deprehensus sit. Hic grauissimas cum Cicerone inimicitias exercuit: cui ut *maius negotiũ facessere posset, Tribunatum plebis petijt*: quam quum per leges obtinere non posset, quòd Patricius esset, cuidam ex plebe se adoptandum dedit: atque ita tribunatum nactus, non quieuit, donec Ciceronem per uim ciuitate expelleret. Verùm quum & Pompeio molestus esse cœpisset, & optimum quemque lacesseret, placuit Senatui Ciceronem ab exilio reuocari, qui in urbem reuersus, Milonis auxilio inimici impetum compescuit: à quo etiam Clodius ipse in uia Appia *fuit interfectus*. De hoc sic scribit Cice. ad Attic. lib. 1. Credo, inquit, te audisse, quum apud Cæsarem pro populo fieret, uenisse eò muliebri uestitu uirum, idque sacrificium quum uirgines instaurassent, mentionem à Q. Cornificio in Senatu factum: is fuit princeps, ne tu fortè aliquem nostrũm putes. postea rem ex S.C. ad Virgines atque Pontifices relatam: idque ab ijs nefas esse decretum: deinde ex S.C. Consules rogationem promulgasse, uxori Cęsaré *nuncium remisisse*. In hac causa Piso *amicitia* P. Clodij ductus operam dat, ut ea rogatio quam ipse fert, & fert ex S.C. & de religione, antiquetur. Hactenus Cicero. *Fuit & Clodius Pulcher, Orator Romæ inter patronos, simul cum Cicerone in causa Scauri. Pædianus. * Clodij cuiusdam meminit Plutarchus in Numa, qui temporum argumentum scripsit. * Sex Clodius rhetor Siculus, Latinę, Græcæque eloquentiæ professor, malè oculatus, familiaris, ac præceptor M. Antonij triumuiri, cuius meminit Cice. in Philip. & Tranquillus. * Clodius Quirinalis Arelatensis rhetor, Romæ docuit, circa Neronis tempora, teste Eusebio. * Clodius Albinus, dux Gallicani exercitus, post mortem Pertinacis principis ab exercitu Imperator salutatus, & à Seuero iuxta Lugdunum acie superatus. Author Herodianus.

Clœlia, nobilis uirgo Romana fuit, quæ cum alijs nonnullis uirginibus Porsenæ Hetruscorum regi obses data, deceptis custodibus unà cum reliquis uirginibus incolumis ad suos per Tiberim renauit. Quod ubi regi nunciatum est, primo incensus ira, oratores Romam misit ad Clœliam obsidem deposcendam, alias haud magni facere. Si non dedatur obses, pro rupto se fœdus habiturum: si uerò reddatur, intactam inuiolatamque ad suos remissurum. Itaque reddita, apud Hetruscorum regem non tuta solum, sed honorata etiam uirtus fuit: eamque partem obsidum quos uellet donare se dixit. Qua re impetrata cæteros omnes honorata est, ut sequerentur: ipsaque primum fluuium tranare cœpit, reliquæ sequebantur, atque ita ad suos redierunt, pace sic *redintegrata*. Quamobrem Romani nouam in fœmina uirtutem nouo honoris genere ornandam rati, statuam ei equestrem in summa Sacra uia posuerunt. Author Liuius ab urbe libro primo, & libro secundo, Decad. 1. Huius meminit Valer. libro tertio cap. de Fortitudine. Virg. quoq; circa finem lib. 8.

Et fluuium uinclis innares Clœlia ruptis.

Iuuenalis:

Quod miraretur cum Coclite Mutius, & quæ
Imperij & fines Tiberinum uirgo natauit.

Clonius, κλόνιος, unus è quinq; ducibus Bœotorum, qui cum quinquaginta nauibus ad Troiam nauigauerunt, ut scribit Hom. lib. Iliad. 2.

Cloris, uide Chloris.

Cluentius, ex municipio Larino, accusatus à matre Sassia, quòd Oppianicum uitricum interfecisset, defensus fuit a *Cicerone*, cuius adhuc extat *longè optima oratio pro* Cluentio.

Clunia, oppidum est Hispaniæ in extremis Celtiberorum finibus. Vnde unus ex Hispaniæ citerioris conuentibus Clunienſis dictus est. Sunt enim septem (inquit Plinius lib. 3.) Carthaginenſis, Tarraconenſis, Cæsaraugustanus, Clunesis, Asturum, Lucensis, Braccarum.

Clupea, quæ & Clypea dicitur, ciuitas Africæ propriè dicta, in promontorio Mercurij sita, *ita dicta* à clypei figura: unde & Aspis dicitur, teste Solino, quod etiam annotauit Hermolaus in Plinium, & Vadianus in Melam. Silius lib. 3. In Aspei speciem curuatis turribus Aspis. Lucanus lib. 4. Et Clupeam tenuit stationis littora notæ. Ptolemæus uerò duas urbes propinquas collocat in Hermæo promontorio, quarum unam Clypeam, alteram Aspidem appellat. * Clupea etiam exiguus piscis est apud Plinium libro 9. *capite 15. qui uenam quandam in faucibus Thynni erodens, ipsum exanimat.*

Clusini, noui & ueteres populi Hetruriæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

Clusinus, dictus est Ianus, quòd pace templi eius portæ claderentur. Verg. 1. Aeneid. Claudentur belli portæ, furor impius intus Sæua sedens super arma & centum uinctus ahenis.

Clusiolum, oppidum Vmbriæ, quod interijt: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

Clusium, oppidum est Tusciæ mediterraneum, ubi Porsena Hetruscorum rex sepultus creditur. Plin. lib. 36. cap. 13.

Clymene, pen. cor κλυμένη, Oceani & Tethyos filia, Iapeti uxor, teste Hesiodo in Theogonia: de qua Verg. li. 4. Georg. Inter quas Clymene curam narrabat inanem. * Fuit & altera Clymene mater Phaethontis, ut scribit Ouid. lib. 1. Metamorph. quæ quum forma ualeret, Soli placuit, qui concubitu eius potitus, ex ea Phaethontem, & sorores genuit. Ouid. lib. 1. Metam. Et tulit ad Clymenen Epaphi conuicia matrem. * Inde Clymenis, idos, patronymicum, & Clymeneius, a, um, ut, Clymeneia proles, id est Phaethon. * Tertia fuit ministra Helenæ decoris oculis prædita, ut est apud Homerum libro tertio Iliad. Huius meminit & Ouidius Epist. Helenes ad Paridem, Cætera per socias Clymenen, Aethramque loquemur, Quæ mihi sunt comites, consiliumque duæ.

Clypeo, uide Clupea.

Clytęmnestra, κλυταιμνήστρα, nomen propriũ uxoris Agamemnonis, quæ ab amorem Aegisthi adulteri uirum occidit. Vnde etiam ab Oreste filio in patris ultionem fuit occisa: de qua Euripides in Oreste, & Homerus in Odyssea.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Clitia,æ,uel Clytie,es,κλυτίη,una fuit ex Oceani nymphis aliquandiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoe concubitum Orchano patri eius indicauit. Quare iratus Apollo Clytien grauissimo odio prosequutus est. Illa uerò amoris impatientia cibo & potu abstinens,manè orientem,& uesperi occidentẽ spectabat Apollinem:& quacunque ille iter faciebat, Clytie oculis seque batur. Vnde tandem fame & dolore consumpta, mutata est in heliotropium. Fabulam hanc refert Ouidius lib.4. Metamorph.

Clytius,κλύτιος,filius Laomedontis, & frater Priami,ut refert Homerus libro 20.Iliad. * Est & Clytius adolescentis nomen apud Vergilium lib.10. Aeneid. quem Cydon quidam in delicijs habuit.

Cnemides, κνημίδες, oppidum Locrorum ad sinum Opuntium, secundum Daphnuntem, è regione Cænei Euhœæ promontorij: à quo Locrorum quidam Epicnemidij cognominati sunt. uide Strabonem libro 9. & Pomponium libro secundo. Plinio Cnemis dicitur singulari numero, lib.4.cap.7.

Cneus,κνῆος,per c,scribitur,sed profertur per g, prænomen fuit Romanis peculiare: à næuo (ut uolunt) tractum, quòd eo prænomine præcipuè nominarentur, qui næuum aliquem nascentes attulissent. Festus à Græco γίγνεσθαι, deducit.

Cnidos, κνίδος, est urbs in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis,in qua Venus colebatur:unde Cnidia dicta est. Potest etiam scribi Gnidos per g. * Est & herbæ nomen,de qua Plin.lib.21.cap.16.Vnde Cnidium oleum,quod fit è grano Cnido:de quo Plin.lib.23.cap.4.

Cnisæa, κνισαία, nauale Megarorum iuxta Peloponnesum, Stephan.

Cnopupolis κνωπούπολις, Ionię ciuitas,quæ alio nomine Erythra dicitur.Stephanus.

Cnosus,uide infrà Gnosos.

Coaspis;uide Choaspis.

Coastræ,siue potius Choatræ, Indiæ populi sunt, apud quos arbores in tantã altitudinem excrescunt, ut ne sagittis quidem queant adæquari.Author Plin.lib.7.cap.2.Lucan.lib.1. Aethera tangentes syluas liquere Choatræ.

Coboris,insulaest in sinu Arabico, apud Plin lib.6.cap.28.

Cobrys,κῶβρυς,urbs Thraciæ:à qua fit gentile Cobrytes, κωβρύτης, Steph.

Cocalus,κώκαλος,Siciliæ rex,ad quem Dædalus ex Creta aufugit,quem iliuc usq; persequutus est Minos Cretensiũ rex: sed à Cocali filiabus (ut Aristoteles refert) interfectus est.

Cocanicus,Siciliæ lacus,ex quo sálem Cocanicum nominamus. Author Plin.lib.31.cap.7.

Cocles,uir Romanus, qui Porsenæ regi (ut docet Liu.lib.2. Decad.1.) per sublicium pontem transire conanti,solus hostium impetum sustinuit,donec à tergo pons à socijs frangeretur:quo facto,se cum armis præcipitauit in Tiberim. Et licet læsus in coxa fuerit,Tyberim tamen tranãdo ad suos peruenit.Vnde est illud ab eo dictum, quum ei in comitijs coxæ uitium obijceretur, Per singulos gradus admoneor triumphi mei. Huius meminit Valerius lib.3.cap.2. Vergilius quoq; Aeneid.8.

Illum indignanti similem,similemq; minanti,
Aspiceres,pontem auderet quòd uellere Cocles.

Coctiæ Alpes,uide Cotiæ Alpes.

Coctona,uide Cotthona.uide Coquo.

Cocyntium,κώκυντον,Italię promontorium,quod meridianã plagam spectans,Ionium & Siculum mare discriminat.Polybius lib.2.& Plin.lib.3.cap.10.

Cocytia,κωκύτια,sacra erant, quæ fiebant in honorem Proserpinæ,quam Pluto rapuit:à Cocyto inferorum fluuio nomi nata.Author Porphyrio in illud Horatij in Epod. Inultus ut tu riseris Cocytia.

Cocytus,pen.prod.κωκυτὸς,Latinè diciturluctus:quo nomine dictus est Inferorum fluuius à Styge profluẽs. κωκύειν enim gemere ac lamentari significat.Vergilius 6.Aeneid. Cocyti stagna alta uides,Stygiamq; paludem. Claudianus,presso lachrymarum fonte resedit Cocytus,tacitis Acheron obmutuit undis.

Codanus,sinus maris est ante Albim fluuium,totius Germaniæ maximus,in quo sita est Scandinauia incompertæ magnitudinis insula.Plin.lib.4.cap.13.

Condanonia Pomponio, insula est una ex Hemodibus, earũ quæ in Codano sinu sunt,longè maxima:fortasse eadem cũ illa quam Plin.Scandinauiam uocat.

Codera,authore Festo, dicta sunt ab antiquis loca trans Tiberim,qꝑ in ijs uirgulta nascerentur equinis caudis similia.

Codrus,κόδρος,nomen proprium regis Athenienſis, qui pro patriæ salute certissimæ se morti obiectauit. Responsum enim acceperant Peloponnesienses, ita demum se superaturos,si hostium regem non occidissent Fefellit ergo habitu pauperis,eosq; in suam necem per iurgia prouocãdo, à nullo cognitus,fecit fidem oraculo.undeVerg.5.Eclo.-si quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.Huius tãta fuit nobilitas,ut locũ fecerit prouerbiali hyperbolæ.Nam quum nobilitatem cuiuspiam uolebant extollere, eum Codro nobiliorem esse dicebant.Hinc Codridæ dicti sunt Codri posteri.

Cœla,æ,κοίλη,Atticæ regiuncula est,Miltiadæ & Thucydidis sepulchris nobilitata: cuius meminit Marcellinus in uita Thucydidis.

Cœlesyria,siue Syria Cœle,κοιλησυρία, ea Syriæ pars est, teste Strabone lib.16.quæ ultra Seleucidem in Aegyptũ & Arabiam recedit:proprieq; ea, quæ Libano & Antilibano includitur:ita dicta à ciuitate,quam Græci κοιλότητα nominãt. Pomponius Mela li.1.Syria latè littora tenet, terrasq; etiã latius introrsus,alijs alijsq; nuncupata nominibus: nam & Cœle dicitur,& Mesopotamia,& Damascene,Adiabene,& Babylonia,& Iudæa & Sophene.

Cœlos,κοῖλος,Thraciæ portus est,ubi Lacedæmonij ab Athenienſibus nauali prælio superati sunt.Mela lib.2.*Est & portus Cœlos,Atheniẽsibus & Lacedæmonijs nauali acie decernentibus,Laconicæ classis signatus excidio.Quæ Pomponij uerba nonnulli referunt ad prælium illud nauale, quo Lacedæmonios uicerũt Athenienses, Thrasyllo & Thrasybulo ducibus.Alij ad Alcibiadem referre malunt, quem Lacedæmonios iuxta Thraciæ Cherronesum nauali prælio superasse,authores sunt Plutarchus & Iustinus.

Coẽmba,Ptolemæo Gedrosiæ urbs,hodie Cambaia,seu Gãbaia,regni caput.

Cœos,uide Cea.

Cœnocnum, Ptolemæo, urbs esse creditur Germaniæ,quæ uulgò Loubenburg uocatur.

Cœranus,κοίρανος,naufragus à Delphino seruatus.Vide historiam apud Plutarchum lib.5.circa finem libelli,Vtrum terrestria aut aquatilia plus sapiant.

Cœus,κοῖος Hesiodo,per œ diphthon.fuit terræ filius,frater Iapeti & Typhoei,quos omnes uno partu à Tellure quinta luna genitos esse fabulatur Verg.lib.1. Georg. Cœũq; Iapetumq; creat,sæuumq; Typhoea, Et coniuratos cœlum rescindere fratres.

Cogamus, fluuius est Mæoniæ, ad radicem Tmoli montis: de quo Plin.lib.5.cap.29.

Colaicum, promontorium est Taprobanæ insulæ. Author Plin.lib.6.cap.21.

Colapis,siue Calapis,Pannoniæ fluuius est, in Saum influens iuxta Siscium gemino alueo insulam efficiens, quę Segestica appellatur:de hoc Plin.lib.3.cap.25.

Colapiani,Pannoniæ populi,iuxta quos Colapis fluuius in Saum influit:unde & nomen acceperunt. Meminit horum & ibidem Plinius.

Colaxes, apud Flaccũ li.6.Argon. nomẽ est cuiusdã Bisaltæ, Iouis ex Ora Nympha filij, qui ab Iasone fuit interfectus.

Colchis,dis,κολχίς,regio Asiæ iuxta Pontum, regnum Aeetæ regis,& Medeæ patria,Corace monte (qui est Tauri pars) à Septentrione,ab ortu Iberia,à Meridie Phasíde, ab Occidente Euxino póto clausa.Huc ferũt Iasonẽ cũ Argonautis nauigasse,Medeæq; artibus,adiutum aureũ uellus retulisse. *Huius regionis incolæ dicũtur Colchi,κόλχοι.Hæc(ut Ptolemęus ait) monte Corace à septẽtrione clausa est,qui est Caucasi pars, & Nomades excludit:ab oriente Hiberia,à meridie Phasíde,& Armenię montibus, ab Occidente Euxino ponto.

Colchi,Asię populi,ueneficij maximi authores,& Iasonis memoria fabularumq; inuolucris nobiles: habent ab ortu Iberiam,& Albiam usq; in Caspium. Author Ptolemæus.Ammianus lib.22. Colchos antiquam Aegyptiorum sobolem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

esse refert. Nam linificium adeò apud eos uulgatum est, ut in peregrina quoq; loca exportetur. unde quidam cognationem Colchorum cum Aegyptijs ostendere uolentes, fidem ex his capiunt, inquit Strabo.

Colchis, dos, regio est Asiæ iuxta Pontũ, in qua iuga Caucasi ad Riphæos montes torquentur, altero latere in Euxinum Męotin deuexa, altero in Caspium seu in Hyrcanum mare. In eo est Phasis amnis. Regnum fuit Aeetæ patris Medeæ, unde sæpissimè Colchis pro Medea sumitur.

Martialis:

Ignipedes posset sine Colchide uincere tauros.

Colchicus, a, um, possessiuum, κολχικός. Horatius 2. Carm. Ille & uenena Colchica, Et quicquid usquam concipitur nefas, Tractauit.

Colchiacus, a, um. Propert. Colchis Colchiacis urat ahena locis. Vbi ipsam Medeam gentilicio nomine Colchidem appellat.

Coli, κῶλοι, populi iuxta Caucasum. Inferiores autẽ Caucasi partes Colici mótes, κωλικὰ ὄρη, uocant. regio Colica. Steph.

Κόλοι φρύγες, populi quidam Bœotiæ. Steph. in ἀντικονδυλίς.

Colias, κωλιας, promontorium uel littus Atticę in uico Phalereo, ubi & Venus Colias. Est autem locus ibi similis cruri κώλῳ, humano, gentile Colιεύς, & Colias fœminini generis. & Colius, a, um. Steph.

Colidos, pen. cor. insula in Oceano Indico, Veneri sacra, quæ tantæ altitudinis esse perhibetur, ut illuc aues non aduolẽt.

Collatia, ciuitas fuit in prima regione Italiæ, quam Tarquinius constituisse dicitur, qui (ut erat superbus) eam ex collata pecunia cõstituit: unde & Collatia dicta est. Potest tamẽ fieri ut ab Albanis fundata sit, & aucta à Tarquinio. Author Seruius, enarrans illud Vergilii 6. Aeneidos:

Hic tibi Nomentum & Gabios urbemq; Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.

Collatinus, Tarquinij cognomen fuit, Lucretiæ mariti, qui primus post exactos reges cũ Iunio Bruto factus est Consul. Postea non aliam ob causam, quàm quòd Tarquinius appellaretur, populo suspectus, magistratu se abdicare coactus est, & in exilium proficisci. Liu. 2. ab Vrbe.

Collatina porta Romæ, à Collatia oppido prope Romam, ad quod per eam portam fiebat iter. Festus.

Collatina dea, quæ collibus præsidebat.

Collina porta Romæ in colle Quirinali sita: unde & nomen accepit. Ouidius, Templa frequẽtari Collinæ proxima portæ Nunc decet, à Siculo nomina rege tenent. Eadem nunc Salaria uocatur: quod nomen quoque uiæ est, in quam exit. Cornelius Tacitus: Tertium agmen per Salariam Collinæ portæ appropinquabat: per eam salem Sabini deferebant, ideo Salaria uocitata.

Colocaurum, Germaniæ urbs Ptolemæo.

Colopiani, Pannoniæ populi, Plin. lib. 25. cap. 4.

Collodis, insula est, Sardiniæ adiacẽs, de qua Plin. lib. 3. cap. 7.

Colonæ, Troadis locus est, non procul à Lampsaco, Milesiorum colonia. * Sunt & aliæ Colonæ ad exteriorem partem Hellesponti, stadijs centum & quadraginta ab Ilio distantes. Meminit utriusq; loci Strabo libro 13.

Colonia Agrippinensis, Vbiorum ciuitas potentissima, cis Rhenum fluuium sita: ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ ut socijs quoq; nationibus potentiam suam ostentaret, in hoc oppidum, ubi genita erat, coloniam ex ueteranis deduci imperauit. Author Tacitus Annal. lib. 12.

Colonis, insula est in sinu Argolico, contra Hermionium agrum, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Colonos, κολωνός, agger fuit, siue locus editus, non procul ab Athenis, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigrasse: unde Sophocles tragœdiam de Oedipi calamitatibus conscriptam, Oedipum Coloneum appellauit. * Erat autem hic locus Neptuno sacer, ubi etiam equestris eius statua fuit, quemadmodum & Thesei, Pirithoi, Adrasti & Oedipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à solitudine, hominumq; odio μισανθρωπος cognominatus est. Hæc Pausanias in Atticis. * Pollux uerò lib. 7. author est, duo huius nominis loca in Attica fuisse, alterum ἱππιον appellatum, in quem confugit Oedipus: alterum in foro iuxta Euryfacium, ἀγοραῖον cognominatum.

Colopena, æ, κολοπηνή, Cappadociæ pars est, Sebastiam & Sebastopolin urbes habens. uide Plin. lib. 6. cap. 3.

Colophon, pen. prod. κολοφών, urbs est Ioniæ, nobilis oraculo Apollinis. Colophonij nauales opes satis amplas habuere, & in equestribus certaminibus tantum excelluere, ut uicto riam sibi certam pollicerentur, quibus Colophonius accessisset equitatus. Hinc factus est locus prouerbio, κολοφῶνα ἐπέθηκε: hoc est Colophonẽ addidit, quum summa operi manus imponebatur. Ex Colophone originem duxerũt Mimnermus tibicen, & poeta Elegiacus, Xenophanes Physicus, & Polymnestus Musicus: quib. nonnulli ipsum etiam adiiciunt Homerũ. Vergilius in Ciri, Quæ Colophoniaco Scylæ dicuntur Homero.

Colops magnus, κόλοψ ὁ μέγας Ptolemæo, Zeugitanæ prouinciæ urbs. hodie Giger, regia ciuitas.

Colobarsus, nomen hæretici, qui uitam omnium hominum in septem sideribus consistere affirmabat.

Colossæ, arum, siue Colossis Straboni lib 12. oppidum Phrygiæ non procul à Laodicea, quod sub Nerone, teste Orosio, cum Laodiceæ & Hierapoli terræ motu concidit. Meminit huius oppidi & Plin. lib. 5 cap. 32.

Colotes, nomen pictoris Tei, cuius meminit Quintil. lib. 2.

Colous, κολῶος, lacus est Lydiæ, quadraginta stadijs à Sardibus distans, qui & Gygæus à poetis nominatur: iuxta quem & Dianæ templũ fuit cognomento Coloene, ubi simiæ solẽnibus diebus saltare dicebantur. uide Strabonem lib. 13.

Colpe, es, κόλπη, Ionię ciuitas fuit, cuius meminit Plinius lib. 4. cap. 39.

Colpedi, κολπηδοί, Thracum uel Arabum populi regio.

Colpilica, Steph. Sed apparet locus corruptus.

Colpilica, uide Colpedi.

Colpites, κολπίτης, uide Phœnice.

Colubæ, populi Plinio inter gentes Indicas numerantur, lib. 6. cap. 19.

Colubraria, insula est in mari Ligustico, quæ à Græcis Ophiusa uocatur. Vtrunq; nomen ductum est à serpentum noxiorum multitudine, quibus tota insula infestatur. Plinius libro tertio capite 5. Ebusi terra serpentes fugit, Colubrariæ parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus.

Columella, cuius inscriptio prænominis L. Moderatus Columella Gaditanus genere, scripsit absolutissimos libros De re rustica, temporibus Claudij principis.

Columna regia, ciuitas in agro Brutio, ut est apud Pomponium libro secundo. Hunc locum Græci στύλα uocant, id est Columellam. Ea turricula modo erecta, ex aduerso turrim in Peloro sitam respicit. Hodie à multis appellatur Stylarion.

Columnæ Herculis, ἡρακλέους στῆλαι, duæ esse perhibentur in Occidente: quia ex Oceano mare nostrum intrantibus duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa, Abilam uocant: alterum in Europa, Calpen. Hos quondam iũctos perpetuo iugo fuisse finxerunt, sed Herculem diremisse colles. Aliqui tamen hos montes procul spectantibus geminas columnas uideri dicunt. Alij dicunt columnas Herculis in Gaditana insula fuisse ex ęre octo cubitorum, ad quas proficisci solebant, qui nauigationem absoluissent, tanquam Herculi sacra facientes.

Colyttus, κόλυττος, uiri nomen, de quo uide in Dionia.

Comagena, uel Comagene, pen. prod. κομαγλωή, pars Syriæ, supra Ciliciam in Ortum sita, trans Amanum montem, excurrens usque in Mesopotamiam, à qua Euphrate fluuio diremitur. Hinc Comagenum medicamentum dictum est, quod fiebat exadipe anserino, in uase æreo cum cinnamomo multa niue obruto, addita etiam herba quæ Comagena appellabatur. Plin. lib. 20. cap. 22. Reperit Syriæ pars, quæ Comagene uocatur, adipem anserum in uase æreo cum cinnamomo multa niue obrutum, ac rigore gelido maceratũ, ad usum præclari medicaminis, quod à gente dicitur Comagenum. Idem libro 29. cap. 4. Fit ex anserum adipe medicamentum in Comagene Syriæ parte, cum cinnamomo, casia, pipere albo, herba quæ Comagene uocatur, obrutis uasis niue, odore iucundo, &c. * Comagenus, a, um, Iuuenalis Saty. 6.

Spondet amatorem tenerum, uel diuitis orbi
Testamentum ingens, calidę pulmone columbæ
Tractato, Armenius uel Comagenus aruspex.

Comana, orum, ciuitas est in conuallibus Antitauri montis, insi-

insigni Bellonę fano celebris.*Inde Comani dicuntur sacri serui Bellonę, quorum Strabo sua ætate supra sex millia fuisse tradit, qui omnes sacerdotis imperio parebant, & statis quibusdam Bellonæ festis sese mutuis laniabant uulneribus.* Fuerunt & Comana Pontica, eidem deæ consecrata, fani etiam exemplo à Comanis Cappadociæ sumpto, in quo etiam simili ritu Bellonæ sacra fiebant. Vtriusque est author Strabo lib.11.

Comari, populi inter Scythas, ad Caspium mare incolentes, quorũ meminit Pompon. Mela, lib.1. in descriptione Asiæ.

Comarus, ari, κόμαρος, portus est ad sinũ Ambracium, iuxta Nicopolim, isthmum stadiorum sexaginta efficiens. Author Strabo lib.17.

Comata Gallia, uno nomine appellata est omnis Gallia Trãsalpina, à studio nutriendæ comæ: sicut Narbonensis, Gallia Brachata dicta est, à Brachis uestimẽti genere, quo regio illa peculiariter utebatur. Plin. lib.4. cap.17. Galliam Comatam in tres partes diuidit, amnib. distinctas. Inter Scaldẽ & Sequanam Belgas ponit: inter Sequanam & Garumnã, Galliam Celticam collocat, quam etiam Lugdunensem Galliã appellat. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitaniã uocat. Ex hac descriptione satis constat, Galliam omnem quæ à Cæsare describitur, uno nomine uocari Galliam Comatam, excepta fortasis Romanorum prouincia, quæ Gallia Brachata dicta fuit.

Combe, es, κόμβη, Asopi filia fuit, quæ prima æneam armaturã traditur inuenisse: unde & Chalcis est cognominata: à qua etiam Chalcidi urbi nomẽ factum putatur. De hac nonnulli etiam intelligunt illud Ouidij lib.7. Metamorph.

Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias essugit natorum uulnera Combe.

Comini, populi fuerunt Italiæ, in tractu Aequicolarum. Plin. lib.3. cap.12. In hoc tractu interierunt ex Aequicolis Comini, Tadiates, Acedici.

Commisena, κομμισηνή, Armeniæ pars est apud Strabonem libro 11.

Commodus, M. Antonini Philosophi filius fuit, patri dissimilimus, cui etiam in imperio successit. Vitam eius, eaq; dignum exitum uide apud Herodianũ lib.1. De hoc sic scribit Ausonius in Tetrastich. Cæsarum.

Cõmodus in sequitur pugnis maculosus arenæ,
Threcidico princeps bella mouens gladio,
Eliso tandem persoluens gutture pœnas
Criminibus, fassus matris adulterium.

Commone, insula est adiacens Ephesо urbi, ut author est Plinius lib.5. cap.31.

Complutenses, Hispaniæ populi, sic à Compluto urbe dicti. Plin. lib.3. cap.3.

Compostella, urbs Hispaniæ.

Compsacus, κόμψακος, fluuius est Thraciæ, non procul ab Abderis, in Bistonidem lacum influens. Author Herod. lib.7.

Compsani, Hirpinorum populi in Italia. Plin. lib.3. cap.11.

Compusa, κόμπουσα, Bithyniæ oppidum, ad Thracij Bosphori angustias situm, non procul à Chalcedone. Author Plinius lib.5. cap.ult.

Comum, κῶμον, Ptolemæo, ciuitas Galliæ Cisalpinæ iuxta Larium lacũ. Hæc primùm mediocris erat colonia trans Padum, à L. Scipione deducta, deinde à Pompeio instaurata. postremò autẽ à Iulio Cæsare multis partibus aucta, missis eò quinq; millibus colonorum: quo tempore etiam pro Como Nouũ comum cœpit appellari: & incolæ Nouocomenses, qui antea Comenses dicebantur. Meminit huius oppidi Plinius in nona regione Italiæ, lib.3. cap.17.

Comus, κῶμος, deus apud ueteres habitus comessationũ, nocturnarũq; saltationũ præses: in cuius militia autorabantur iuuenes, qui coronati noctu cũ facibus, musicisq; instrumẽtis ad amicarũ fores saltandi canendiq; gratia cõcurrebãt, procaciterq; lasciuiebãt, ut fores nõnunquam effringerẽt, quod optimè describit Philostratus, περίκιον ὄνομ, imagine tertia.* Hinc Comessari uerbum, κωμάζειν, & Comessatio, ut inquit M. Varro.* Item Crepalocomus, uinolẽtorum hymnus apud Aristophanem in Ranis.

Concordia, æ, Venetiæ oppidum, nõ procul ab Altino, & flumine Liquẽtia: cuius meminit Plin. lib.3. cap.18.* Est & Cõcordia cognomento Iulia, Hispaniæ Bæticæ oppidũ, in cõuentu Hispalensi, teste eodem Plin. lib.3. cap.1. Huius incolæ dicuntur Cõcordienses, quorũ meminit idem Plin. lib.4. cap.20.* Cõcordia itẽ dea apud Romanos, cuius ædem C. Flauius, Cn. filius dedicauit in area Vulcani summa inuidia nobilium, teste Liuio lib. 9. ab urbe Cic. pro Domo sua: Si sedem ipsam ac templum publici consilij religione Concordiæ deuinxisset.* Cella Cõcordiæ. Cic. 2. Philip. Quum in hac Cella Concordiæ, (ô dij immortales) in qua me Cõsu le salutares sententiæ dictæ sunt, &c.

Concubienses, populi sunt in Vmbria sexta Italiæ regione, ut est apud Plin. lib.3. cap.14.

Condalus, κόνδαλος, Mausoli Cariæ regis in Lycia præfectus, mirus pecuniæ emungendę artifex: de quo tradit Aristoteles in Politicis, quòd quum Lycios maximo comæ nutriendæ studio teneri animaduerteret, occasionem sibi eã oblatam ratus, qua auri quàmplurimum & sibi posset congerere, & ad regem mittere, literas sibi à Mausolo allatas simulauit, quibus illi iuberentur comam tondere, & ad regẽ mittere: si tamen mallent aliquantulæ pecuniæ iacturam facere, se daturum operã ut in Græcia comæ coemerentur, & pro Lycijs ad regem mitterentur. Quam conditionem Lycijs auidè accipientibus, mirum dictu quantam eo commento pecuniæ uim extorserit.

Condate, Ptolemæo lib.2. cap.8. Rhedonum urbs est in Gallia, quam credimus esse eandem cum ea quam hodie uocant Renes en Bretaigne.

Condigramma, Carmaniæ oppidum, apud Plin. lib.6. cap.23.

Condiuincum, uide Namuitæ.

Conc, insula ad ostium Istri. Lucan. lib.3. & barbara Conę Sarmaticas ubi perdit aquas, &c.

Congedus, amnis est Celtiberorum erumpens circa Bilbilim, qui per agri planiciem fluens, exiguum lacum efficit tẽpentibus aquis. Mart. lib.1. Tepida natabis lenè Congedi nada Mollesq; Nympharum lacus.

Coniades, κονιάδης, scriptor Græcus, cuius opus de Apparatu uini, citat Plin. lib.14. cap.19.

Conibrica, Lusitaniæ oppidum, ut author est Plin. lib.4. cap.21. in descriptione Lusitaniæ.

Conisalus, κονίσαλος, deus habitus est apud Athenienses, qui simili ferè ritu colebatur, quo apud Lampsacenos Priapus. Author Strabo lib.3.

Conissum, Teuthraniæ oppidum, non procul à Caico fluuio, cuius meminit Plin. lib.5. cap.30.

Conistorsis, urbs Hispaniæ citerioris in tractu Celtico: cuius meminit Strabo lib.3.

Conon, κόνων, Athenienſium dux fuit, qui prælio uictus à Lysandro Lacedęmoniorũ duce sponte abijt in exilium ad Artaxerxem Persarum regem, cuius auxilio patriã, cui seruitutem attulerat in libertatem restituit. Author Plutarchus. *Fuit & alius Conon Samius astrologus, de quo Propertius li.4. Eleg.1. Me creat Architæ soboles, Babylonius Orops Horon, & à proauo ducta Conone domus. Hic septẽ libros dẽ Astrologia edidit.

Cononienses, apud Plin. lib.3. cap.4. Galliæ Narbonensis populi sunt, Aquitaniæ contermini.

Conopas, pen. prod. κωνώπας, minimæ staturæ nanus fuit, duorum pedum & palmi altitudine, quẽ Iulia Augusti neptis in delicijs habuit. Author Plin. lib.17. cap.16.

Conope, es, pe. prod. κωνώπη, Acarnaniæ urbs est, teste Stephano, cuius incolę Conopæi dicuntur, & Conopitæ.

Conopion, κωνώπιον, oppidũ fuit ad Mæotin, ubi lupos piſces aiũt prædæ parte cõductos, piscatorũ retia asseruare: mercede uerò fraudatos, retia & prædã populari. Author Steph.

Conopon Diabasis, κωνώπων διάβασις, insula est iuxta quartũ Istri ostium, quod Pseudostoma appellatur. uide Plinium lib.4. cap.12.

Consaburenses, populi Hispaniæ citerioris, in cõuentu Carthaginensi, ut scribit Plin. lib.3. cap.3.

Consentia, ciuitas est in agro Brutio. Author est Plin. lib.3. cap.5. Consentini, eius oppidi incolæ.

Consilinum, Apuliæ oppidum est teste Mela lib.2. non procul à Tarento.

Consoranni, populi sunt Galliæ Aquitanicæ, ut scribit Plinius in descriptione Aquitaniæ lib.4.

Constantia, κονσάντια Stephano, Cypri urbs est, aliàs Salamis dicta.* Est item Constantia, Germaniæ oppidum, ad Acronium lacum, quod à Ptolemæo Gannodurum appellatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* Constantia Iulia, oppidum est Hispaniæ Beticæ, in cõuentu Hispalensi: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Constantina, κονσαντίνα, uide Nicephorum.

Constantinopolis, κονσαντινούπολις, urbs à Constantino aucta in finibus Thraciæ: de qua in dictione Byzantium.

Consuanates, Vindelici populi Octauij Augusti auspicijs Romano imperio subiecti, ut refert Plin. lib. 3. cap. 20.

Consuarani, populi in ora Narbonensis prouinciæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

Consus, consiliorum Deus putabatur, qui ideo templum sub tecto circo habebat, ut ostenderetur tectum esse debere cõsilium. ἱπποσφῶν.

Consualia, κονσουάλια, ludi qui fiebant in honorem Consi. Liu. lib. 1. Ludos ex industria parat Neptuno equestri solẽnes: Consualia uocant. Plin. de uiris Illust. Quibus negatis, ludos Cõsualia simulauit: ad quos quum utriusq; sexus multitudo uenisset, dato suis signo, uirgines raptæ sunt. Varro 4. de Ling. Lat. Consualia dicta à Conso, quòd tum feriæ publicæ ei deo, & in circo ad aram eius ab sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus uirgines Sabinæ raptæ.

Consygne, es, Nicomedis Bithyniæ regis uxor, ob lasciuiorẽ cum uiro iocum à cane lacerata. Author Plin. libro 8. capite 40.

Contadestus, Thraciæ fluuius, qui Tearo auctus, influit in Agrianam, Agrianes autem in Hebrum, qui iuxta Aenum oppidum in mare influit. uide Herodotum lib. 7.

Contestania, regio citerioris Hispaniæ, in qua sita est Cartha go noua. Author Plin. lib. 3. cap. 3.

De Cotignolano bello scribit Matthæus Carranius.

Continusa, insula Hispaniæ adiacens, in freto Gaditano, alijs nominibus Gadira, & Tartessus appellata. uide Plin. lib. 4. cap. 22.

Contributa Iulia, Bæturiæ oppidum est in tractu Celtico, qui est inter Bætim & Anam fluuios. Author Plinius lib. 3. capite 1.

Coon, ontis, κόων, apud Homerum lib. 11. Iliad. Antenoris filij nomen est ab Agamemnone occisi.

Coos, siue COS, siue COA, κῶς, insula in mari Icario, Rhodo proxima, & Cariæ opposita, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, & aspectu iucundissima ijs qui eò nauigabant. Ambitus eius quingẽtis & quinquaginta stadijs clauditur, tota fertilis, & optimo uino abundans. * Est itẽ urbs eiusdẽ nominis, insulę huius caput, in quã Coi, relicta perseditionẽ Astypalęa, frequẽtes cõmigrarũt. Eadẽ & Meropis dicta est, à Merope quodã terrigena, si Stephano credimus. Quãquã hoc nomẽ & Strabo agnoscit, qui in principio lib. 15. Indiã describens, Macedonas ait in India quinq; millia & nouem urbes tenuisse, quarum nulla fuerit minor Cõ Meropide. Ex hac insula orti sunt uiri illustres non pauci, & in primis Hippocrates medicorũ clarissimus, qui primus rem medicam densissima nocte latentem, in lucẽ reuocauit: Apelles pictor eximius, Simus medicus, Philetas poeta ac orator, Nicias Coorũ tyrãnus, Ariston Peripateticus, & Theomnestus, uir Reipub. administratione in primis clarus, qui cõtrarius Niciæ in Repub. partes fouit.

Cous, a, um, pen. prod. κῶος, qui in Cõ oppido siue insula natus est. Ouid. Si Venerẽ Cous nũquam pinxisset Apelles. In primitiuo prima corripitur. Pap. in Sylu is: Hunc ipse Coo plaudente Philetas. In suburbano Coi, Aesculapij templũ fuit ualde insigne, & multis donis opulentũ, inter quæ nuda Venus erat, quã postea Octauius Augustus Cæsari patri, tanquam generis parentẽ, Romæ dicauit. Solẽt in hac insula fieri uestes tenuissimæ ex bombyce, ad fœminarum ornamẽtum: quæ Coa uocabãtur. Ouid. de Arte:

Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabi samictus:
Siue erit in Cois, Coa decere puta.

Copa, uide Mapota.

Copæ, arum, κῶπαι, urbs est Bœotiæ ad Cephisum amnem, & lacum, quem à nomine urbis Copaidem appellãt. uide Strabonem libro 9.

Copæ Coparum, κῶπαι, Bœotiæ oppidum est. Plin. lib. 4. cap. 7. Stephanus à Copeo Apatalei filio dictam scribit: Apataleum autem Onchesti, hunc Neptuni filium esse.

Cophantus, mons est apud Bactros Indiæ populos, nocturno flagrans incendio. Author Plin. lib. 2. cap. 106.

Cophen, κωφήν, ciuitas eadẽ quæ Arachosia, de qua suprà. inde Cophenius, gentile.

Cophes, Indię fluuius est, in Indum omnium fluuiorum longè maximum influens. Pomponius lib. 3.

Copiæ, κωπίαι, uide Thurini.

Coptus, Plin. lib. 37. cap. 5. oppidum Thebaidis, circa quod sunt colles & cautes, è quibus eruũtur smaragdi.

Coptus, urbs fuit Aegyptiorum & Arabum cõmunis, & mercium emporium insigne, uergens ad mare rubrum. Iuuenalis Satyra 15.

Gesta super calidæ referemus mœnia Copti.

Cora, rę, Latij oppidum, quod Corani populi tenuerũt, à Dardano orti: quorum meminit Plinius in descriptione Italiæ.

Coracesius, κορακήσιον, pars Tauri montis. Plin. lib. 5. capite 17.

Coracos petra, κόρακος πέτρα, id est Corui saxum, locus in Ithaca. Stephan.

Coraconnesus, κορακόννησος, insula quædam, Steph.

Coralius, uide Sangaris.

Coralius, κοράλιος, Phrygiæ fluuius est, qui alio nomine Sangarius dicitur. Author Plin. lib. 6. cap. 1.

Coralli, populi sunt Pontici, immanitate insignes. Ouid. lib. 4. de Pon. Heu mea cur recitem flauis nisi scripta Corallis?

Corani, uide Caramelius Corax, ut paulo pòst, &c.

Coras. uide suprà, Catillus.

Corasmi, populi sunt Asiatici, ut author est Herodotus lib. 1.

Corax, oppidum in Volscis.

Corax, racis, uel racos, κόραξ, rhetoris antiquissimi nomẽ, qui primus in Sicilia post Hieronis mortem artem dicendi conscripsit. Huius sic meminit Cicero in Bruto: Itaq; ait Aristoteles, quum sublatis iam in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudicijs repeterentur, tum primùm (quòd esset acuta illa gens, & controuersa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tisiam conscripsisse. Hæc Cicero. Fertur item Corax primus extitisse, qui artem hanc mercede fuerit professus, Tisiamq; ea lege instituendum suscepisse, ut mercedis partem præsentem numeraret, reliquam tum demum per solueret, quum in iudicio causã perorata, uictoriam reportasset. Quum itaq; Tisias non parum in arte profecisset, causam tamen nullam reciperet, idq; fraude facere uideretur, ne reliquum mercedis præceptori persolueret, Corax hominem in ius uocat, causamq; omnẽ in huiusmodi confert dilemma: Discę, inquit stultissime adolescens, utroque modo futurum quod postulo, siue uiceris, siue condemnatus fueris. Nam à uictore merces mihi ex pacto debebitur: quum ita inter nos conuenerit, ut quum primam ex iudicio uictoriam reportasses, reliquum mihi mercedis persolueretur. Sin ego uicero, nihilominus iudicij laqueis teneberis, utpote sententijs iudicum condemnatus. Ad hæc Tisias: Imò, inquit, tu potius discę, præceptor sapientissime, neutro modo futurum, quod postulas. Nam si tu uiceris, ex pacto tibi nulla debebitur merces: quãdoquidem ita conuenit, ut eam tum demum persolueremus, quum causa perorata uictor discessissem. Sin ego uicero, quid quæso expectes à uictore, iudicum calculis absolutus? Hisce auditis iudices adolescentis ingenium admirati, quæ telum in se contortum, tam astutè in præceptorem retorserat, feruntur acclamasse illud, quod etiam hodie prouerbij locum obtinet, κακὴ κόραξ, κακὸν ᾠόν, id est Mali corui malum ouum, alludentes nimirum ad Coracis nomen, quod Latinis coruum significat. * Est item Corax, Sarmatiæ Asiaticæ mons, Colchidẽ habens à Meridie: de quo Ptolemęus lib. 5. cap. 9. Plinius Coraxicum appellat lib. 5. cap. 27. * Est item Corax, Aetoliæ mons, non procul à Calidromo. Author Ptolemęus lib. 3. cap. 15.

Coraxi, κοραξοί, populi Colchidis, iuxta Anthemũta fluuium, quorum urbem Dioscuriadem, quondam clarissimam, commemorat Plin. lib. 6. cap. 5.

Coraxicus, κοραξικός, Tauri montis pars, à gentibus sortita nomen. uide Plin. lib. 5. cap. 27. Ptolemæo Corax dicitur. De Tauro sic Plinius lib. 5. cap. 27. scribit: Quinetiam, inquit, confractus, effugiens quoque maria, plurimis se gentiũ nominibus, hinc & illinc implet. à dextera, Hyrcanus, Caspius: à lęua Pariedrus, Moschicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In uniuersum uerò Græcè Cerauniusque Pomponius Mela lib. 1. multitudinis numero scripsit. Cerauni, Taurici, Moschi, Amazonici, Caspij, Coraxic, Caucasi. κοραξικός.

Coraxis, κοραξίς, mons qui à septentrione Colchidem claudit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dit. Est & fluuius eiusdem nominis, qui ex monte sui nominis oritur. uide Corax.

Corcyra, pen. prod. κέρκυρα, insula in Ionio mari, Vlysis naufragio & Alcinoi hortis clara: olim Phæacia à Phæace dicta, qui genitus fuit ex eiusdem nominis nympha, Asopi filia, rapta à Neptuno, & ad insulam delata, cui nomen fecit. ubi grauida facta, Neptuno peperit Phæacem, qui fuit pater Alcinoi. Lucan. lib. 2. Hinc latè patet omne fretum, seu uela ferantur In portus Corcyra tuos, seu lęua petatur Illyris. Huius meminit & Homerus Odyss. κ. Plin. lib. 4. cap. 22. Insula autem ex aduerso Thesprotiæ Corcyra, à Buthroto XII. M. pass. eadem ab Acroceraunijs quinquaginta millibus, cum urbe eiusdem nominis liberæ conditionis, & oppido Casiope, temploque Casij Iouis, passus XCVII. in longitudinem patens: Homero dicta Scheria & Phæacia. Hæc Plinius. * Est & altera eiusdem nominis insula, cognomento Melæna, hoc est nigra, uiginti tantum M. pass. distans ab Issa, quam Pomponius lib. 2. inter Electridas numerat. Meminit eius & Plin. lib. 3. cap. ultimo.

Corcyra, maris Adriatici insula, inter Epirū & Calabriā sita, Alcinoi & Phæacum memoria, tum & Vlysis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clarissima. Venetorum est hodie. Huius insulæ meminit Verg. lib. Aen. 3. ut annotauit Seru.

Linquere tum portus iubeo, & considere transtris:
Certatim socij feriunt mare, & æquora uerrunt.
Protinus aerias Phæacum ascendimus arces,
Littoraq; Epiri legimus, &c.

Aerias arces Phæacum, Corcyrā, inquit Seruius, insulam dicit sitā inter Epirū & Calabriā, ubi regnauit Alcinous. Hæc ille. Est & Corcyra Nigra cognominata, ab illa superiore diuersa, quam inter Electridas enumerat Pomp. Mela lib. 1.

Corcyra, insula est Epiro adiacēs, uicina mari Adriatico, prius Melæna, deinde Scheria & Drepane, à Cerere, quæ tum temporis eam inhabitabat, antequam Phæaces in suam ditionē redigerēt. Itē Macris, à Macride Dionysij nutrice. Corcyra uerò ab Asopi filia. hodie Corfu appellant. Vide Cercura, Corinthus etiā olim Corcyra dicta fertur, Strab. teste.

Corcyris, κορκυρὶς, urbs Aegypti. Steph.

Cordilio, Stoicæ sectæ philosophus fuit, patria Pergamenus, qui quum omnium & regum & principum amicitias sperneret, à Catone tamen se exorari passus est, ut illum in castra comitaretur. Volaterranus lib. 14.

Corduba, æ, pen. cor. κόρδουβα, oppidum Hispaniæ Bæticæ, utriusque Senecæ & Lucani patria: ut testatur Martialis lib. 1, ad Licianum. Duosque Senecas, unicumque Lucanum Facunda loquitur Corduba. Hinc Cordubensis conuentus dictus est, unus ex iuridicis Bæticæ conuentibus: qui sunt omnino quatuor, Astigitanus, Hispalensis, Cordubensis, & Gaditanus. de quibus Plin. lib. 3. cap. 1.

Cordus, inter præceptores Alexandri Mammęæ nominatur. * Cordus itē Cremutius declamator nobilis fuit, cuius meminit Tranquillus in Caligula. * Fuit & Cordus historicus qui Imperatorum uitas conscripsit, cui uitio uertitur, quòd eorum qui obscuriores essent, minima etiam persequeretur. Nam quando processerit, & quando cibos uitiauerit, aut quoties uestem mutauerit, sanè de clarissimis notisque uiris commemorandum est. author Capitolinus.

Cordylus, κόρδυλος, urbs Pamphyliæ, Steph.

Coresa, Helladis, id est, Græcię insula. Plin. lib. 4. cap. 11. At in Hellade, inquit, etiamnum in Aegeo Lycades, Scarphia, Coresa, Phocaria, complures q; aliæ, ex aduerso Atticę, sine oppidis, & ideo ignobiles.

Corfinium, oppidum est in Pelignis, quod belli ciuilis tempore Domitius, quum pro Pompeio occupasset, obsidione coactus Cæsari dedidit. Hanc Marsi postea Italicam appellauere, belliq; Marsici tempore aduersus Romanos receptaculum, atq; adeò propugnaculum sibi constituere: ut est uidere apud Strabonem lib. 5.

Corfinienses, eius oppidi incolæ. quorum meminit Plin. lib. 3. capite 12.

Coriaolla, uide Corioli.

Coricæ, insulæ duæ sunt, ante Peloponnesum. Plinius libro 4. capite 11.

Coricondame, κορικονδάμη, prope Sinopen est, gentile Coricondamitis, unde & palus Coricondamitis, Steph.

Corilla, uide Corioli.

Corinium, κορίνιον, Liburniæ urbs est apud Ptolemæum lib. 2. cap. 17. quæ Corninium Plinio dicitur. * Est etiam hoc nomine apud Ptolemæum urbs Britanniæ, quæ uulgò Claudiocestria dicitur.

Corinna, κόριννα, doctissimarum aliquot poetridū nomen fuit, quarum prima Thebana fuit seu Tanagræa, Archelodori & Procratiæ filia, & Myrtidis discipula, quæ lyricorum principem Pindarum quinquies uicisse, & Epigrammatum quinque libros edidisse fertur. Secunda fuit Thespia, ueterum monumentis plurimum celebrata. Tertia floruit Ouidij tēporibus, ipsi poetæ charissima. De hac Martial. Norat Nasonem sola Corinna suum.

Corinnus, κορίννος, Iliensis poeta fuit, qui primus Iliada conscripsisse creditur, & Homero maioris operis argumentum suppeditasse. Suid.

Corinthus, κόρινθος, urbs Achaiæ, ferè in medio Isthmi Peloponnesiaci sita. Isthmos autem Græci uocant angustias, quibus à peninsula ad continentem est aditus, ab ortu Saronicum, ab occasu Crissæū sinum habens, qui & Corinthiacus dicitur: duob. inclyta portubus, quorum Lechæum Ionio, Schęnus Aegeo imminet mari. Vnde & Bimarem Corinthū poetæ peculiari epitheto appellarunt. Ouid. 4. Fast. Adriacumq; patens latè, bimaremq; Corinthum. Hora. lib. 1. Car. Ode 7. Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenem, Aut Ephesum, bimarisue Corinthi Mœnia. Fertur autem Corinthus primò à Sisypho latrone Aeoli filio cōdita fuisse, & Corcyra nominata, autore Strabone: postea Ephyre, deinde euersa, & instaurata à Corintho Marathonis, seu Pelopis (ut Suidæ placet) siue, ut alij malunt, Oresti seu Iouis filio, Corinthus appellata. Habuit autem hæc urbs montem præruptum, ijsdem mœnibus conclusum, in quo arx fuit nomine Acrocorinthus, & Pirene fons Musis sacer. Hanc urbem Cicero pro lege Manilia, Græciæ totius lumen appellat. Eò enim potentiæ propter situs opportunitatem excreuit, ut uix Romanæ urbi concederet: tantumq; in fastum euasit, ut populi Romani legatos iniuriosius appellare, &, si Strab. credimus lib. 8. etiam sordibus perfundere non dubitaret. Qua re commoti Patres, quum etiam anteà crescentem in dies urbis potentiam suspectam haberent, bellum illi inferendum censuerunt. Missus itaq; in Græciam L. Mummius, Corinthum obsedit, tandemq; captam incendit, soloq; æquauit, adeò ut uix ullum Corinthi uestigium fuerit relictum. Quo incendio quantæ opes fuerint absumptæ, docet Florus his uerbis: Quid signorum, inquit, quid uestium, quid ue tabularum raptum, incensum, proiectum est? Quantas opes uictor & abstulerit & cremauerit, hinc scias, quòd quicquid Corinthij æris toto orbe laudatur, incendio huic superfuisse constet. Nam & æris preciosiorem notam ipsa opulentissima urbis fecit iniuria, quia incendio perustis plurimis statuis atq; simulachris, æris, argenti, auriq; uenæ in commune fluxerunt. Apollodorus author est, fuisse & alias hoc nomine dictas ciuitates, quarum una fuit in Thessalia, altera in Epiro, tertia in Elide.

Corinthius, & Corinthiensis adiectiua, quæ sic abinuicem distinguuntur, ut Corinthij, κορίνθιοι, sint qui Corinthum habitant, seu qui ex Corintho nati sunt: Corinthienses qui alibi nati sunt, sed negociantur Corinthi.

Corinthia uasa, κορίνθια σκεύη, dicuntur ex ære Corinthio fusa, quæ tanto olim in precio habita sunt, ut sæpe argenti, nonnunquam etiā auri æstimationem excederent. Aeris autem Corinthij non naturalis erat, sed artificio quęsita nobilitas, auro, argentoq; æri permisto. Hæc autem metallorum cōmistio casu primùm est adinuenta, cōfusis ex Corinthi incendio metallis. Tria autem sunt genera Corinthij æris, ut docet Pli. lib. 34. cap. 2. Candidum, quod nitore accedit quā proximè ad argentum: in quo scilicet argenti mistura præualuit: alterum, in quo auri fuluus color inspicitur: tertium, in quo æqualis temperies omnium fuit. Cicero lib. 2. Tusc. Scis igitur, si quid de Corinthijs tuis amiseris, posse habere te reliquam supellectilem saluam.

Corinthiacus, a, um, κορινθιακὸς, quod ex Corintho est. Ouid. lib. 3. Trist. Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris.

Corinthiarius, à Suetonio positum est pro amatore nimio Corinthiorum uasorum.

Coriolanus, Martij ciuis Romani nobilissimi cognomē fuit, ab eo in memoriam Coriolorum urbis à se expugnatæ usur-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

patum:Hic plebis odio in exilium actus,Volſcis pop.Rom. hoſtibus ſe coniunxit,patriæq; infeſtiſsimum bellum intulit,neq; à quoquam aut precibus aut minis flecti potuit,niſi à Veturia matre & Volumnia uxore. Vide hiſtoriâ latius apud Liuium lib.2.ab Vrbe.Hunc Cicero in Bruto cũ Themiſtocle confert,his uerbis:Bellum, inquit, Volſcorum illud grauiſsimum,cui Coriolanus exul interfuit,idem ferè cum Perſarum bello fuit,ſimilisq; fortuna clarorum uirorum.Siquidem uterq; quum ciuis egregius fuiſſet, populi ingrati pulſus iniuria,ſe ad hoſtes contulit,conatumq; iracundiæ ſuæ morte ſedauit. Hæc Cicero. Coriolani uitam uide latius apud Plutarchum.

Corioli,κορίολλα Stephano, Latij oppidum fuit, à Cn. Martio expugnatum.Vnde & ipſe Coriolanus dictus eſt. * Coriolani eius oppidi incolæ.Plin.lib.2.cap.4.

Coriſſus,κορισσὸς, urbs Epheſiæ uocis originem Stephanus explicat,ſed locus mutilus & corruptus uidetur. Hinc Coriſsius,Coriſsites.*Eſt & Coriſsia,κορισσία,oppidũ & nauale Co inſulæ.Steph.

Coritus,uide Corythus.

Corium,κόριον,locus in Creta,ἀπὸ κόρης τινὸς,id eſt,à puella quadam dictus.Ciuis Coreſius,& Coreſium ſtagnum,& Mineruæ Coreſiæ templum,à κόρη deducunt.à κόριον uerò κοριεύς.

Corna,æ,nomen eſt duarum urbium.

Corne,collis ſuburbanus agri Tuſculani, qui olim lucum habuit faginum,antiqua religione Dianæ conſecratũ: de quo Plin.lib.16.cap.ultimo.

Corneates,populi ſunt Pannoniæ,apud Plin.lib.3. cap.25.

Cornelia,κορνηλία, matrona nobiliſsima fuit,Sempronij Gracchi uxor,& Tiberij & Caij Gracchorum mater, & maioris Africani filia,quæ à Valerio Max.laudatur, quòd matronæ Campanæ ornamenta ſua pulcherrima oſtentanti, non aurum,non gemmas,non deniq; ueſtes oppoſuerit: ſed liberos,qui maxima ſunt matronarum ornamenta.Fuit hæc mulier doctiſsima,& Latinæ puritatis diligentiſsima obſeruatrix:quæ etiam epiſtolas terſiſsimè ſcriptas reliquit: quarum meminit & Cicero in Bruto:Legimus,inquit,epiſtolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in ſermone matris. Quintilianus item Corneliæ eloquentiam commendat his uerbis:Magni intereſt, inquit,quos quiſq; audiat quotidie,quibuſcumq;lo quatur à puero,quemadmodum patres, pædagogi, matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimum contulit.Hæc Quintilianus. * Fuit & Cornelia P. Seſtij uxor, cuius meminit Cicero lib.5. Epiſt.Fam.his uerbis:Non ſatis,inquit, credidi homini prudenti,tam ualde eſſe mutatam uoluntatem tuam: ſed poſtea quàm & Cornelia tua Terentiam conuenit,& ego cum Qu. Cornelio loquutus ſum,adhibui diligentiam,quotieſcunque Senatus fuit,ut adeſſem.

Corneliorum familia Romæ fuit in primis illuſtris: ex qua nõ minimi nominis fuit Cornelius ille Coſſus,qui quũ tribunus eſſet militum in exercitu,Volumnium Lartem Veientum regem occidit,ſecumque opima ſpolia Ioui Feretrio retulit,Coſſus cognominatus à corporis rugoſitate.Coſſos enim eos qui rugoſi ſunt,& aſpera facie,à ſimilitudine uermium,qui in ligno nutriuntur, Feſtus dicit uocari. * Cornelius Aſina,quum fundum emiſſet,ſponſorq; precij ab eo expeteretur,poſteradie aſinã ſacculis pecunia plenis onuſtã in forũ adduxit pro ſponſore, unde cognomentũ accepit. Author Macrobius. * Cornelius Balbus, genere Gaditanus fuit,à Cn.Pompeio Magno ciuitate donatus: qui deinde eo nomine in ius accerſitus, quaſi per imperitiam legis eum ciuitate Pompeius donaſſet, Ciceronis patrocinium meruit.Hic poſtea ex Cæſaris familiaribus factus, plurima apud eum & gratia & autoritate polluit. Cicero Attic.Fuit apud me Cornelius:hunc dico Balbum, Cæſaris familiarẽ. * Cornelius Centimalus,& Sulpitius Galba Conſules,quũ Annibal mœnibus appropinquaret, occurrentes magna urbis trepidatione,extra urbem caſtra habuere.Plutarchus in Annibale. * Cornelius Epitadius,L. Cornelij Syllæ Dictatoris libertus,librum,quem Sylla de ſuis rebus geſtis imperfectum reliquit,ſuppleuit.Tranquillus.* Cornelius Gallus,poeta fuit elegiographus,Foroiulienſis,qui Auguſti fauore conſcendit ad gradum Prætur æ.Fuit primùm ſummus Octauij amicus,ſed poſtea ſuſpicione coniurationis, quum in eius odium impegiſſet, ſibijpſi mortem conſciuit anno ætatis quadrageſimo tertio.Ouidius lib.3.Eleg. Sanguinis atque animæ prodige Galle tuę. Cornelius Gallus, inquit Seruius,primus Acgypti prætectus fuit, & poeta eximius.Nam & Euphorionem Græcum tranſtulit in Latinum ſermonem,& amorum ſuorum de Cytheride conſcripſit libros quatuor.Hic primùm in amicis Auguſti Cæſaris fuit:poſtea quum ueniſſet in ſuſpicionem quòd contra eum coniuraſſet, occiſus eſt. Fuit autem amicus Vergilij, adeò ut quartus Georgicon,à medio uſque ad finem eius laudes teneret:quas poſtea iubente Auguſto in Ariſtæi fabulam cõmutauit. Hic Gallus amauit Cytheridem meretricẽ, libertam Volumnij:quæ eo ſpreto,Antoniũ euntem ad Gallias eſt ſecuta:propter quod dolorem eius conſolatur Vergilius Eclog.10. Hæc Seruius.Cytheridem autẽ quam deperibat,mutato nomine,Lycorim uocauit.Ouid.Gallus & Heſperijs,& Gallus notus Eois, Et ſua cum Gallo nota Lycoris erat. * Cornelius Merula Conſul, cõtra Boios in Galliam miſſus,duodecim millia hoſtium cecidit. Author Liu. de bel. Maced.lib.5. * Cornelius Merula,ſuperioris nepos, Flamen Dialis,partium Syllanarum,ingreſſo urbem Mario, in Iouis æde,uenis ſucciſis, ſe necando mortis contumeliæ damnationem effugit:ſacerdotisq; ſui ſanguine foci uetuſtiſsimi maduere. Valerius de Morte. * Cornelius Nepos,Ciceronis tempore,uir diſertus. uitas illuſtrium uirorum ſcripſit,quarum tantum Pomponius Atticus extat,totiusque æui hiſtoriam, tribus (ut Martialis uerbis utar) chartis explicuit.Huic Valerius Catullus Veronenſis opus ſuum dedicat,ut indicat primum operis epigramma. Vide plura de hoc apud Crinitũ. * Cornelius Seuerus,inter poetas Epicos ab antiquis authoribus relatus eſt. Ingenio fuit magno,& in ſcribendis uerſibus facili.Conſtat eundem fuiſſe uerſatum in declamationibus,qua in re ingenium ſuum atque eruditionem maximè probauit, quum in eodem officio eſſent alij complures,ut Aſinius Pollio,Pompeius Silo, Porcius Latro,& Aufidius Baſſus. A Fabio Quintiliano ita commendatur, ut uerſificator quàm poeta melior habitus ſit.Scripſit inter alia multa, opus de bello Siculo, quod ab eo abſolutum non eſt,propter immaturam mortem. Quod opus ſi abſoluere potuiſſet, meritò ſibi ſecundum locũ uendicaſſet,ut idem Quintiliauus author eſt. Extat eius carmẽ illud, quo eleganter defleuit Marci Ciceronis interitum: quod etiam ab Anneo Seneca magnopere commendatum eſt, Oraq; magnanimûm ſpirantia penè uirorum In noſtris iacuere ſuis: ſed enim abſtulit omnes, Tanquam ſola foret rapti Ciceronis imago,&c.

Corniclus,κόρνικλος,urbs Latinorum,Steph.

Cornificius,poetæ eruditiſsimi nomẽ fuit,cuius egregia opera uſus eſt Auguſtus in bello Siculo. Hic milites fugientes nõ infacetè Galeatos lepores ſolebat appellare:à quib.tandem deſtitutus, ab hoſtibus circumuentus eſt, & occiſus. Huic ſoror fuit nomine Cornificia,cuius carmen magno in precio habitum fuit.

Corninium,uide Corinium.

Corniſcarum diuarum, locus trans Tyberim erat, cornicibus dicatus,quòd in Iunonis tutela cornices eſſe putabantur.Author Feſtus.

Cornutus,κορνοῦτος Suidę,philoſophus fuit ex Lepti ciuitate Africæ,qui teſte Suida, non pauciores diſcipulos morum comitate,quàm eruditionis nomine ad ſe pellexit.Floruit Neronis temporibus,à quo etiam fuit interfectus. * Fuit & Cornutus Prætor urbanus Romæ Ciceronis temporibus. de quo ſic ſcribit lib.Epiſt.10. Placuit nobis, inquit, ut ſtatim ad Cornutũ Pr.urb.literas deferremus:qui quod Coſs. aberant,Conſulare munus ſuſtinebat more maiorum. Item ad Attic.li.1.Epiſt.9.Bonis utimur Tribb.pleb.Cornuto uerò Pſeudocatone.

Corocomane,uide Coromane.

Corœbus,ſine aſpiratione,κόροιβος Suidæ,filius Mygdonis, (unde à Vergilio Mygdonides appellatur) qui incenſus amore Caſſandræ, quam etiam Priamus pater ei deſponderat,ad Troiam uenit, ſocero & Phrygibus laturus auxilũ, quamuis à ſponſa ipſi exitium,niſi abiret, eſſet prædictum. Nam ea nocte,qua Ilium cecidit,occiſus eſt à Peneleo quodam Græco.Verg.2.Aeneid.-iuuenisq; Corœbus Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus Venerat inſano Caſſandræ

Caſſandrę incenſus amore. uide puerbiũ, Stultior Corœbo.

Coromane, κορομάνη, urbs ad ſinum Perſicum: gentile, Coromanius. Steph.

Corona, ſidus, de quo in Ariadna.

Corone, es, pen. prod ſiue Corona, æ, κορώνη, Peloponneſi oppidum eſt ad ſinum Meſſeniacum, nõ procul à Pamiſi fluminis oſtio, etiam hodie nomen ſeruans.

Coronæus, a, um, κορωναῖος: ut, ſinus Coronæus, κόλπος κορωναῖος, qui & Meſſeniacus, ab Acrita promontorio, ad Tænarum uſq; agri Laconici promontorium, extenſus. Vide Plin. lib. 4. cap. 5. & Strabonem lib. 8.

Coronea, κορώνεια, urbs eſt Bœotiæ, non procul ab Helicone, in colle ſita: rita dicta, ut Stephano placet, à Corono Theſſandri filio. In huius agro negãt talpas aut gigni, aut aliunde illatas uiuere poſſe. * Eſt & altera eiuſdem nominis urbs in Phthiotide, non procul à Pagaſis, cuius meminit Strabo lib. 9 Plin. li. 4. ca. 7. Iuxta Cephiſum amnem Lamia, & Anichia, Medeon, Philigene, Grephis, Coronea, Chæronia. Stephanus & alias eiuſdem nominis urbes commemorat, quas quòd nullam earum mentionem apud Geographum, fide dignum inuenerimus, hic conſultò prætermiſimus.

Coronis, idos, κορωνίς, alio nomine Arſinoe, nympha fuit, Phlegyæ, uel, ut alij tradunt, Leucippi filia: quæ quũ forma eſſet non ineleganti, Apollini placuit, à quo & uitiata & grauida facta eſt. Verùm quum poſtea Iſchidi cuidam Theſſalo, mutuo eius amore capta, ſui copiam faceret, à coruo deprehenſa eſt: ex quo quum Apollo amicæ perfidiam cognouiſſet, telis eam confodit: puerumq́; qui poſtea Aeſculapius appellatus eſt, ex utero eius exemptum, Chironi Centauro tradidit educandum. Ouid. lib. 2. Metamorph. Pulchrior in tota, quàm Lariſſæa Coronis Non fuit Aemonia, &c. Vide latius in dictione Aeſculapius.

Coronta, urbs Acarnaniæ, κόροντα: gentile κορόντιος. Apparet alterutrum eſſe corruptum.

Coronus, κορωνός, filius Lapithæ. uide Philaida.

Corope, κορόπη, urbs Theſſaliæ, ubi Coropæi Apollinis oraculum, cuius meminit Nicander. Sed uidetur legendum Oropæus. Orope enim Eubœæ ciuitas eſt, Apollinis templo clariſsima, Steph.

Corpilli, populi ſunt Thraciæ, Hebrum accolentes, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 11.

Corſeæ, κόρσιαι: Steph. inſulæ ſunt Ioniæ adiacentes, eregionè Sami. Plin. li. 3. cap. 31. Ioniæ ora Aegæas & Corſeas habet.

Corſica, pen. cor. κύρνος Ptolemæo lib. 3. cap. 2 inſula eſt maris Liguſtici, longa paſſuum c l. m. lara autem quinquaginta: ſexaginta circiter ſtadijs diſtans à Sardinia. Caſtella habet Bleſinos, Caracem, Emiconias, Vapanen. Tota autem malignè colitur, quòd aſpera ſit, & multis in locis inacceſsibilis. à Græcis Cyrnos dicitur, à Cyrno, ut Fabio Pictori placet, Herculis filio. Corſicam autem appellatam uolunt à quadam bubulci ancilla, cui Corſe nomen erat, ut refert Stephanus. * Vnde Corſi, κορσοί, huius inſulæ incolæ appellantur: quorum Strabo ſcribit miram ſua ætate fuiſſe morum feritatem, adeò ut ex rapto uiuerent, ipſáq; etiam beluas immanitate ſuperarent. uide plura de hac inſula apud Strabonem lib. 5. & Plin. lib. 3. ca. 6. Hodie Genuenſibus paret, Ademarchi nauarchi auſpicijs Mauris erepta. Scribit Strabo captos à Romanis inſulæ huius alpeſtres in admiratione fuiſſe, quòd diri, hiſpidi, inhumani, ferino aſpectu uiderẽtur. Hãc Romanis Mauri abſtulere, quã poſtea Ademarchus in claſſe Genuenſi imperator recepit. uide Cyrnus.

Corſica, inquit Plin. lib. 3. cap. 6. inſula in mari Liguſtico, ſed Tuſco propior, Septentrione in meridiem proiecta, &c. Notiſsima eſt uino præſtante, durante etiãnum nomine, inter quam magis meridianam Sardiniam, anguſtum mare interfluit. De qua Ptol. cap. 2. lib. 3. Cingitur ab occaſu quidem, & Septentrionibus mari Liguſtico: ab ortu autem Tyrrheno mari, à meridie pelago, quod inter ipſam & Sardiniã interiacet. Scribit Strabo Corſicam malignè coli, aſperam & plurimis in partibus inacceſsibilem, adeò, ut qui eius montes habitant, ex latrocinijs uitam degant, immanitateq́ue feras ſuperent. Hinc factum eſſe dicit, ut cum Romani imperatores in eos irruant, magnum ſeruorum gregem captum aduehant. Corſicæ forma apud Ptolem. 6. Europæ tabula depingiẽ. Athenæus tradit, Corſicæ incolas ideò longæuos eſſe, quòd mellis cibo, quo plurimum abundant, utantur aſſiduè. Quod alicui mirũ uideri poteſt, cum eius inſulæ mel ob taxi copiam, uenenatum ſit, ut eſt teſtis Ouid. Eleg. 1.

Melle ſub infami Corſica mittit apis.

Præterea Seruius grammaticus Corſicana mella eſſe amara ſcribit, explicans illud Verg. Georg. lib. 4.

Hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes,

Dulcia, inquit, non eſt ſuperfluum epitheton. Nam ideo ait dulcia, quia etiam ſunt amara, ut Corſicana. Hæc ille. Vide Corſis.

Corſis, κορσίς, inſula in mari Tuſco, à Corſe ancilla bubulci: alias κορσική, Corſica dicta. gentile Corſi. Steph. de Corſica proximè dictum eſt.

Corton, κόρτων, Theſſaliæ ciuitas, diſtans à Cranone centum circiter ſtadijs. Stephanus ex Strabone.

Cortona, æ, ſiue Corton, ônis, Tuſciæ oppidum fuit non procul ab Aretio: cuius incolæ, Cortonenſes appellantur: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cortyna, ſiue Gortyna, γόρτυς Stephano, γόρτυνα Straboni, inſignis urbs Cretæ fuit, quam præterlabitur Lenæus amnis. Plin. lib. 4. cap. 12. & Pomp. Mela lib. 2. Circa hanc urbem calami naſcebantur, ſagittis conficiendis in primis idonei. Silius lib. 2. Eois quamuis certet Cortyna ſagittis.

Cortynius, a, um: ut Cortynia tela. Silius lib. 1. celſis Cortynia muris Tela ſonante fugat neruo. * Cortynia ueſtis, pro uenatoria, apud Claudianum lib. 2. de Rapt. Proſerp. unde Dianæ Criſpatur gemino ueſtis Cortynia cinctu.

Cortyta, parua regio Laconiæ, κόρτυτα.

Coruncanus, ptimus Romę Pontifex maximus fuit de plebe, quem Cicero pro Domo ſua ad Põtifices, Põtificij iuris peritiſsimum fuiſſe teſtatur. Is quum legatus ad Teucam Illyricorum reginam miſſus eſſet, in reditu contra ius gentium interfectus eſt. * Fuit & alter Coruncanus, qui aduerſus Amilcarẽ Barchã in Sicilia miſſus eſt, cuius meminit Polyb.

Corus, ſine h, pen. pro. ἀργέστης, uentus flans ab Occaſu ſolſtitiali, Aquiloni oppoſitus, teſte Plin. lib. 2. cap. 47. Iuuenal. Atq; habites Coro ſemper tollendus & Auſtro. Quandoq; mutantes o in au, Caurum dicimus. Vergil. 3. Georg. Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri. * Eſt item Corus, κόρος menſurę genus, quadragintaquinq; modios continẽs, modius uerò x x capit ſextarios. In qua ſignificatione prior huius dictionis ſyllaba corripitur.

Corybantes, κορύβαντες, Cybeles ſacerdotes, qui ſacro correpti furore cymbala pulſabant, capitaq; ſaltãdo iactantes, alios in ſimilẽ rabiẽ agebãt. Homerus ἐνταρμονας uocat. Hinc, inquit Strabo lib. 10. qui capita ſaltando iactant, & numinis aſpiratione furijsq; agitantur, Corybantes dicimus. Hi primùm Idam Phrygiæ montem tenuiſſe dicũtur: poſtea autẽ in Cretam nauigaſſe, montẽq; quendam incoluiſſe, quem à nomine relictæ ſedis, etiam Idam appellarũt: ubi & Ioué infantẽ aluerunt, tympana iugiter pulſantes, ne Saturnus, cui cum Titano fratre cõuenerat, ut ſobolem omnẽ maſculam interficeret, puerum uagientem audiret. * Sũt qui Curetas, & Corybantas, & Caberos & Idæos dactylos eoſdẽ eſſe putent. Dictos uolũt à κορύπτειν, quod eſt caput ſaltãdo iactare. uel, ut Hermolaus in Caſt. ſentit, à pupillis oculorũ & gonis, quas Græci κόρας uocant, quippe qui quũ Iouis cuſtodes eſſent, non modò excubare, ſed etiã apertis oculis dormire cogerẽtur. Inde κορυβαντιᾷν eſt inſanire, & κακοδαιμονᾷν, hoc eſt malo quodam genio agi. Diodorus Corybantem ſcribit Iaſonis & Cybeles filium fuiſſe, ac ſimul cum Dardano ſacra Matris deũm in Phrygiam detuliſſe, eosq; qui in ſacrificia eius deæ incũbere uoluerunt, de ſuo nomine Corybantas appellaſſe. Alij à galea dictos uolunt, quæ Græcè κόρυς dicitur, quòd galero quodã capita tecti inſaniẽdo luderẽt.

Coryceus, κορυκαῖος, uide Corycus.

Corycia, κωρυκία, promontorium Cretæ, & portus Aethiopiæ, Steph.

Corycus, mons & urbs: item portus, & ſpecus ille famoſus, à poetis & hiſtoricis celebratus, quem tamen quidam Corycium nominant, Cilicię, ubi optimũ crocum naſcitur, à quo Corycius, a, um. Horatius lib. 2. Carm.

Coryciumq́; croco ſparſum ſtetit, &c. Martialis,

Quod de Corycio quæ uenit aura croco.

Κόρυκος Stephano urbs Ciliciæ, apud quã fuit Coryciũ antrũ illud Nympharũ, res maximę admirationis, quãuis & aliud eiuſdem

eiusdem nominis in Parnasso feratur. Vrbem etiam Coryceam uocant. Est etiam Κώρυκος ὁ, mons excelsus & rubens prope Teon Ioniæ,& portus & parua insula eiusdem nominis,ubi Corycæi maximè piraticam exercebant, de mercibus & nauigationibus per uicinos portus furtim auscultãtes. unde prouerbium de curiosis circa secreta,Corycæus auscultauit.Steph.

Corycides, nymphæ à specu uocantur apud Ouidium lib. 1. Metamorph.

Corydalla,κορυδαλλα,urbs Rhodiorũ,gẽtile κορυδαλιῆς,Steph.

Corydallus,κορύδαλλος,uicus in tribu Hippothoontide.tribulis,κορυδαλλίνης Stephano.

Corydela,uide Chelidoniæ.

Corydon,pastor Theocrito & Verg.memoratus.

Coryion,κορυίων,urbs Aecanorum in Italia,Steph.

Coryleum,κορύλιον, uicus insignis in Paphlagonia. incolæ κορυλιεῖς. Stephanus

Coryneta,κορυνήτης Suidæ,latro fuit famosissimus, Vulcani filius,qui iuxta Epidaurũ hospites claua quadã,quæ Coryna dicebatur,peremit:unde & hoc nominis sibi sumpsit: prius enim Periphatum uocatũ tradũt.Hunc Theseus interfecit.

Coryphæus,κορυφαῖον,mons est circa Epidaurum, Dianæ sacer,Steph.

Coryphasium,κορυφάσιον,regiuncula est agri Laconici, circa Pylum.Stephanus.

Corythus,penult.corr.κόρυθος, oppidum Tusciæ, prope Aretium in paruo colle eiusdem nominis situm, à Corytho rege ita appellatum.Verg.lib.9. Nec satis extremas Corythi penetrauit ad urbes.

Cos, κῶς,insula est in mari Aegeo,una Cycladum,quam Hercules olim diripuisse fertur, & regem Eurypylum Neptuni filium unà cum liberis & uxore Clytiea occidisse, eo quòd ipsum tempestate eò adpulsum &impeditum, ab urbe & hospitio prohiberent. postquam à uastatione Troiæ & Laomedontis redijsset.Celebratur propter suauitatem uini,quòd in ea nascitur. Ab ea fit Cous,a,um. Vocabatur etiam olim Caria,uel Caris,Καρὶς,Stephano teste:& Meropos,à Merope gigãte: Cos autem à Cò Meropis filia, καὶ κὰρ εὐρύπυλον, Homerus.Dicitur etiam κέως,uel κέος & κέως,ut uidetur:quo nomine etiam conditor eius dicebatur.Gentilia, κέϊος,κεῖος, κεῖος,κῶος,κῷος. Est item Côs urbs Aegypti. Item fossa Corinthi,in quam fures & fugitiui includebãtur:quæ & Cous, & enutriti in ea Cões. Coos enim fossas & speluncas omnes appellabant.Steph.

Cos,insula Cariæ arttributa, ut Rhodos Lyciæ. Cos alia est à Chio,& à Cea. Con,Ptolem. Coam nominat, alij quoque Coon,& Cõum:à qua Cous Apelles cognominatus:& Hippocrates Cous, qui medicinã Clinicã reuocauit, dẽfissima nocte latentem,ut in libro 29.scribit Plinius.Fuit in ea Aesculapij templum augustissimum.De Iunonis æde nemo ignorat,adeò clara, ut de eius insignibus librum scripserit Theodor.auth.Vitru.lib.7.Est inibi pectunculus piscis,insigniter sapidus,Varroni celebratus, ut testatur Gellius. Est & bombyx mirabili fœtu operosa, unde & bombycinæ uestes Coæ.Plin.lib.11 & 5.Arist.de natura Animaliũ, qui eam Con appellat,uelut Plin.Coon.

Cosiana,κοσίανα,castellum Palæstinæ, in maritima parte Syriæ.gentile,κοσιανός.Steph.

Cosmanates,Liguriæ populi sunt.Ptol.lib.3.cap.5.

Cosmus,mi,κόσμος,nobilis unguentarius fuit Romæ.Martialis,Quod Cosmi redolent unguenta,fociq́ue deorũ. Hinc Cosmianum unguentum.Petronius, Affer nobis alabastrũ Cosmiani. Κόσμος, autem Græcis ornatum significat, & totum uniuersum quod cœli ambitus complectitur.Cic.de Vniuersitate:Hinc uarietate distinctum bene Græci κόσμον, nos mundum nominamus.

Cosmeta,penult.prod.κοσμητὴς, ornator seruus in familia, cui dominę,dominiúe exornandi cura incumbit. Iuuenalis Satyra 6. Ponunt cosmetæ tunicas, tardè ueniisse Liburnus Dicitur.

Cosmicus,adiectiuũ, κοσμικὸς,idem quod mundanus.Martialis lib.7.Cosmicus esse tibi Semproni Tucca uideris: Cosmica Semproni tam mala quàm bona sunt.

Cossa,κόσσα Stephano, oppidum est in Vmbria Italiæ regione. Author Plinius libro tertio,capite quinto:hodie Orbitellum uocant.

Cossea,κοσσία,pars Persidis,incolæ Cossæi: est & Thraciæ oppidum,Steph.

Cosini, uide Hostiones.

Cossus,κοσσός,mons Bithyniæ:incolæ Cossæi,Steph.

Cossutij,uide Cosi in Appellatiuis.

Cosyra,pen.prod.κόσυρα,insulæ nomẽ est in mari Libyco,cuius incolæ Cosyręi,κοσυραῖοι dicuntur.Ouid.3.Fast. Fertilis est Melite, sterili uicina Cosyræ, Insula quam Libyci uerberat unda freti.

Cothon,onis,κώθων,insulæ exiguæ nomen,quæ Byrsæ Carthaginensium arci subiacebat,Euripo circundata, circunquaque nauali usum præbens. Author Strabo lib.17. Seruius uerò in illud Verg.Aeneid.1.Hic portus alij effodiunt:Portus manu factos Cothonas uocari asserit. * Est & Cothon, genus poculi fictilis,paruum quidem, sed militum usui accommodatissimum, ut quod nullo negotio gestari posset, & in pera militari circunferri. Author Suid. & Athenæus libro 11.

Cotiso,Dacorum rex fuit, à Cornelio Lentulo Augusti legato in Pannonia superatus.

Cotta,clarissimns orator fuit Ciceronis coætaneus, quem etiam interlocutorem induxit in libro de Oratore.* Fuerit eodem tempore & alij Cottæ duo,quorum alter contra Mithridatem infœliciter pugnauit: & Syllam Cæsari conciliauit:alter legatus Cæsaris in Gallia, insidijs circunuentus ab Ambiorigis ducis exercitu interfectus est.Pædianus.

Cottiæ Alpes,pars Alpium,Lepontijs proxima,duodecim olim ciuitatibus insignis,quæ Cottianæ dicebantur,nomine accepto à Cottio rege,Augusti Cæsaris amico,qui eum tractum structis molibus transitu commodiorem reddidit.

Cotylum,κότυλον,scribit Strabo uocari collem in Ida monte, centum uiginti millibus passuum à Scepsi distantem,in quo Scamandri,& Granici,& Aesepi fluminum origo. Vnde & nomen Cotylo inditum, ἀπὸ τῆς κοτύλης, quod conceptaculum & acceptaculum significat.

Cotys,Thraciæ rex fuit,qui in bello ciuili Pompeij partes secutus est.De hoc tradit Plutarchus, quod quum sibi esset conscius modum se in castigãdis seruis egredi,pocula quædam preciosa quidem,attamen fragilia,ab hospite dono accepta,ubi donaroi em benignè remunerauerat,uniuersa cõfregit:ueritus ne si à ministris frangerentur,in iram excandesceret, & nimis atrocem in illos pœnam statueret.* Fuit & alius eiusdem nominis Thraciæ rex, qui Tiberij tempore Rhescuporis patrui fraude circunuentus est & occisus. Author Tacit.lib.2.

Cotytto,ûs,κοτυττώ,dea impudentiæ habita est, cui Athenis à Baptis, eo nomine uocabantur eius sacerdotes, nocturna sacra fiebant,quæ ab illa uocabantur Cotyttia.Hanc Probus saltatricem fuisse existimat:unde etiam sacerdotes eius lasciuis saltationibus mores eius referebant.Iuuenal.Satyr. 2.Cecropiam solidi Baptæ lassare Cotytto. Vide Politianu Miscel.cap. 10.

Cotyttia, orum,κοτύττια, sacra erant nocturna, ut dictum est, quæ Athenis fiebant à Baptis in honorem Cotyttus impudentiæ deæ.uide suprà in dictione Baptæ.

Crabasia,κραβασία,urbs Iberorum,Steph.

Crade,κράδη,urbs Cariæ,Steph.

Cragus,κρᾶγος,Stephano,mons Lyciæ, Tauri pars, ut scribit Pomponius lib.1.& Plin.lib.5. cap.27. ex oppositio habens montem Anticragum: sic dictus à Crago Tremuleris ex Praxidicæ nymphæ filio.Horatius lib.1.Carm.Syluis aurea uiridis Cragus,&c.Ouid.Metamorph. lib.9. Iam Cragon & Lymiræ,Xanthiq́; reliquerat undas.

Crambusa,κράμβουσα,insula est circa Seleucium Isauriæ. Author Strabo lib.14.

Cramburis,κράμβουτις,ἡ κράμβοτις,urbs Aegypti,Steph.

Cranae, κρανακὴ,insula Laconica,quæ nunc Helena, antè Getheum γήθειον sita.hinc Craneus,uel Cranaates.Sic & Attica uocabatur à Cranao rege,Steph.

Cranaus,κρανακὸς,Athenarum rex fuit, qui Cecropi in regno succesit,à quo regionis incolæ Cranai dicti sunt.

Cranæum,κράνειον,gymnasium erat apud Corinthum.

Cranea,pen.prod. κράνια,exigua regio est Ambraciotarum cuius incolæ dicuntur Craneates.Steph.

Craneus,κρανεύς,primus Macedonum rex,à quo ad Alexandri Magni tempora numerantur anni circiter quingenti quo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quo interuallo reges circiter XXXVII in Macedonia regnarunt. Author Volaterr. lib. 13.

Cranides, κρανίδης, uicus iuxta Pontũ. gẽtile Cranitæ. Steph.

Crania, κρανία Tarsus Ciliciæ olim uocabatur à Cranio quodam, Steph.

Cranion, nij, κράνιον, Cephalleniæ ciuitas est, quam Thucydides lib. 5. κράνια uocat plurali numero.

Crannus, κράννους, urbs, aliàs Ephyre dicta, Steph.

Cranon, onis, κράνων, urbs Theſſaliæ Pelaſgiotidis, in campis qui Tempe appellantur, centum ſtadijs diſtans à Crotone. Steph. ex Strabone. Eſt & alia Athaninias à Cranone Theſſalo. In hac duos duntaxat coruos eſſe tradunt, & cum pullos excluſerint, paribus relictis, diſcedunt. Abeſt Cranon ſtadijs centum à Crotone, ut Strabo inquit. Homerus Cranonios Ephyros uocat, Phlegyas Gortinæos. Stephanus.

Crantor, κράντωρ, Solẽſis, Academicus philoſophus fuit, Platonis auditor, & cõdiſcipulus Xenocratis & Palæmonis, qui nouis opinionib. academiam Platonicam repleuerunt. Hic ſcripſit librum de Cõſolatione, quẽ Cicero ęmulatus eſt. Perijt aquæ intercutis morbo. Taxauit Stoicorũ indolentiam, quę eſſe nullo modo poteſt, niſi planè hominẽ ſaxeũ eſſe uelimus, & omni ſenſu carẽtẽ. Hor. li. 1. Epiſt. Troiani belli ſcriptorem, Maxime Lolli, Dum tu declamas Romæ, Præneſte relegi, Qui quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid nõ, Planius ac melius Chryſippo & Crantore dicit. * Alius fuit Pelei armiger, de quo Ouid. lib. 12. Metamor.

Crapathus, uide Carpathus.

Craterium, κρατήριον, Siciliæ regio, Steph.

Craſsitius, genere Surrentinus, ordinis Libertini, cognomine Paſides, Romæ ludum Grammaticæ aperuit: docuitque inter alios Iulianum Antonium, Antonij Triumuiri filium. Author Tranquillus.

Craſſus P. Licinius, ante ætatẽ Põt. max. factus, quod nunquã antea contigit, Conſul creatus, profectus eſt contra Ariſtonicum Eumenis filium. In quo prælio, profligato exercitu, ipſe ne in manus hoſtium ueniret, baculo Barbarum quendam, in acie oculo conuerberato, in ſui necem prouocauit.

L. Craſſus orator, ſuperioris filius, qui cũ Antonio à Cic. introducitur in libris de Oratore, mirifico quodã pudore præditus fuit: qui tamen nõ modò nõ obeſſet eius orationi, ſed etiã probitatis cõmendatione prodeſſet. Accuſauit C. Carbonẽ eloquentiſsimũ hominem admodũ adoleſcẽs: ex quo ſummam ingenij nõ laudẽ modò, ſed etiã admirationẽ eſt cõſecutus. Defendit poſtea Liciniã uirginem, quũ annos uigintiſeptẽ natus eſſet. In ea ipſa cauſa fuit eloquentiſsimus, orationiſq; eius ſcriptas quaſdã partes reliquit. Voluit adoleſcẽs in colonia Narbonẽſi cauſa popularis aliquid attingere: eãq; coloniã, ut fecit, ipſe deducere. Hæc ex lib. de Orat. & Bruto Ciceronis, in quo libro eſt elegantiſs. ipſius Craſsi cũ Antonio & Scæuola cõparatio. Deploratã multis uerbis Craſsi mors à Cicerone, in exordio 3. li. de Oratore.

P. Craſſus, Oratoris frater, iuris peritiſsimus fuit, qui in dominatione L. Cinnæ quum Marianarum eſſet partium, ne incideret in manus inimicorũ, ſeipſum interemit. Huius filius M. Craſſus, Romanorũ ditiſsimus, cum Pompeio & Cæſare Triumuiratũ inijt: quorũ planè autoritate Reſpub. aliquot annos regebatur. Ad bellum miſſus gladiatorũ, qui duce Spartaco in Campania inſurrexerant, Vatiniũq;, Gelliũ, ac Lentulũ Romanos imperatores fugauerant, duodecim millibus hoſtium unà cum eorum duce cæſis, apud Rhegiũ iuxta Leucadis paludem uictoria potitur: ex quo Vrbem ouãs ingreſſus eſt. Poſtremò quum ei Syria ſorte obueniret, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publium amiſit. Ipſe demum infeliciter rem gerens, à Surina regis præfecto captus, atq; interfectus eſt. Author Cic. in Paradoxis. * Alter Craſſi filius, Cæſaris legatus fuit in bello Gallico, & Cęſarianis tandem partibus adoleſcens occubuit: fuit autem diſcipulus Cic. De quo hæc in Oratore: Erat enim Craſſus, inquit, cum inſtitutus optimè, tum etiam perfectè planeq; eruditus: grauis, & ſine ſegnitie uerecundus eſſe uidebatur. Sed hunc quoq; abſorbuit æſtus quidam inſolitæ adoleſcẽtibus gloriæ: qui quia nauauerat militis operam imperatori, Imperatorem ſe ſtatim eſſe cupiebat. Hæc Cicero.

Craſſus, prænomine Marcus, Romanorum omniũ ditiſſimus fuit, qui negabat quempiam habendũ eſſe diuitẽ, niſi qui exercitum annuo redditu poſſet alere. Hic poſtea eum Pompeio & Cæſare Triumuir factus, cupiditate auri, ut fertur, in Parthos expeditionem ſuſcepit: à quibus ipſe cum filio adoleſcente & uniuerſo exercitu deletus eſt.

Craſtus, κρασσὸς, urbs Sicanorum in Sicilia, ubi formoſiſsimæ mulieres naſcebẽtur, patria Epicharmi comici, & Laidis meretricis: gentile Craſtinus, Steph.

Crateis, mater fuit Scyllæ, ut quidam uolunt.

Crater, à uaſis ſimilitudine, ut in monte Aetna appellatus eſt foramen illud per quod ignis euomitur. Ouidius:

Et pronos currus medio cratere recepit.

Crater, nomen ſinus, Strabo lib. 5.

Craterus, penul. cor. Macedo è comitibus Alexandri, qui etiã res eius geſtas ſcripſit, cuius meminit in Ariſtide Plutarchus. De hoc Perſius Saty. 3. Et quid opus Cratero magnos promittere montes.

Crates, κράτης, nomen eſt philoſophi Thebani: qui ut philoſophiæ uacare poſſet, proiecto in mare non paruo auri põdere, Abite, inquit, peſſum malę cupiditates: Ego uos mergã, ne ipſe mergar à uobis. Neq; putauit ſe poſſe & uirtutes, & diuitias ſimul poſsidere. Suidas autem tradit, Cratetem omnem pecuniam in ſubſtantiam redegiſſe, & apud trapezitã depoſuiſſe, ea lege, ut ſi filij philoſophi eſſent, eam egenæ plebi diuideret: ſin idiotæ, eis quod acceperat, bona fide reſtitueret. Ita enim iudicabat uir ſapientiſsimus, homini philoſopho, ſapientiæ ſectatori nihil deeſſe ad beatè uiuendũ. * Fuit & poeta comicus hoc nomine, auditor Polemonis. * Item & grammaticus, qui ſub Ptolemæo Philometore claruit, ęqualis Ariſtophanis grammatici, Criticus, ſiue Homericus cognominatus. Scripſit in Iliad. & Odyſſ. lib. 9. Comment. Autor Suid. Hic, ut ait Tranquil. ſtudiũ grammaticæ primùm Romam intulit: miſſus enim ad Senatum ab Attalo rege, ſub ipſam Ennij mortem plurimas acroaſes fecit, aſsidueq; per omne tempus legationis differuit: noſtris quoq; exemplum fuit admirandum. Hæc ille.

Crathis, cum th aſpirato, κράθις, nomen eſt duorum fluuiorũ, quorum unus eſt in Achaia propriè dicta, prope Aegas oppidum in ſinum Corinthiacum influẽs: cuius meminit Strabo lib. 8. Alter in magna Græcia, iuxta Sybarim oppidum, cuius aqua barbis comiſq; flauum colorem inducere tradit Strabo lib. 6. Ouid. lib. 15. Metamorph. Crathis & hinc Sybaris noſtris conterminus oris, Electro ſimiles faciunt, auroque capillos. Et libro Faſtorum 3. Eſt prope piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes Paruus ager.

Cratinus, uide Gratis.

Cratinus, κρατῖνος, poeta fuit comicus, clarus apud Athenienſes, qui primus in Dionyſijs Athenis, ſatyricam fabulã induxit. Horatius: Eupolis atq; Cratinus, Ariſtophanesq; poetæ. Hic aũt fuit ſupra modũ gulæ ac omni uoluptatũ generi dẽditus, præcipuè ebrietati, ad quod alludit Hor. in Epiſt. Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratino Nulla placere diu nec uiuere carmina poſsũt, Quæ ſcribãtur aquæ potoribus.

Cratippus, κράτιππος, Mitylenęus philoſophus fuit, Ciceronis filij pręceptor, qui Põpeio Pharſalico prælio uicto apud Mytylenen occurrens, uerbis ex philoſophiæ penetralibus petitis, ad meliorẽ ſpem eum erexit. Plutarchus in Pompeio.

Cratis, ſine aſpiratione, κρᾶτις, Africæ fluuius, è Sicyone lacu profluens in Oceanum, iuxta quem nonnulli fabulati ſunt electrum naſci. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Cratylus, pen. corr. κρατύλος, nomen philoſophi Athenienſis, Platonis mortuo Socrate præceptor, ex cuius nomine idẽ Plato librum de Significatione nominum inſcripſit.

Crebenia, uide Cebrenia.

Creme, es, κρήμη, urbs Ponti, à qua gentile Cremeſius.

Cremera, penultima corr. κρεμέρα, fluuius Tuſciæ, apud quem Fabij à Veientibus occiſi fuêre, authore Liuio libro 2. Decad. 1. Ouid. 2. Faſt. Vt celeri paſſu Cremeram tenuere capacem, Turbidus hybernis ille fluebat aquis. Iuuenalis: Quid Cremeræ regio?

Cremmyon, κρεμμύων Stephano, oppidum non procul à Corintho, iuxta quod Theſeus ſuem, quæ omnes agros deuaſtabat, occidit. Ouid. li. 7. Quodq; ſuẽ ſecurus erat Cremyona colonus, &c. Vbi alterũ m, uerſus gratia, à poeta eſt eliſum. Eſt etiam urbs Libyæ, à qua Cremmyonius deriuatur. κρεμμύων, Step. uicus eſt Corinthi, ubi Cremmyoniaſus celebrata eſt, cui nomen proprium fuit Phęa mater apri Calydonij à Theſeo cæſi, & Erymanthis quoque, teſte Phauorino.

Stephanus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Stephanus. * Crommyon autem per o, urbs est iuxta Ascalonem, de qua infrà.

Cremona, urbs est Galliæ Cisalpinæ, non procul à Mantua, quæ etiam hodie nomen retinet. cuius ciues quum contra Augustum cum Antonio sensissent, Cæsar victor veteranis suis eorum agros dedit: qui quum non sufficissent, acceperunt etiam uicinorum agros, ut Mantuanorum, &c. Hinc Vergil. Eclog. 9. Mantua, uæ, miseræ nimium uicina Cremonæ. De hac Strabo lib. 5. sic scribit: Cis Padū uerò, circumq; Padum, celeberrimæ sunt ciuitates, Placentia & Cremona, media in regione propinquissimæ: inter has & Ariminum, sunt Parma, Mutina, Bononia.

Cremion, uide Cremnyon.

Crenides, κρηνίδες, urbs Siciliæ, quam Philippus postea Philippos nominauit: gentile Crenitæ, Steph. uide Philippi.

Creon, ontis, κρέων, nomen Corinthiorum regis, qui Creusam filiam Iasoni desponsauit, de quo Seneca in Medea. * Alter fuit Thebanus, Oedipi regis Thebanorum socer, & pater Iocastæ. Fuerunt & alij hoc nomine.

Creon, onis, κρίων, mons est Lesbi insulæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Creontiades, Herculis filius ex Megara, quē pater cum Theriomacho fratre ab inferis rediēs, & in furorem uersus à Iunone, quòd Lycum interfecisset, interemit.

Creophilus, pen. cor. κρεώφιλος, nomen Samij poetæ, qui Homeri hospes & æmulator fuisse fertur, quem aliquando tradunt susceptō in hospitium Homero, accepisse ab eo donum, inscriptionem poematis, quod Oechaliæ captiuitatē uocant. Sed Callimachus per epigramma quoddam contrarium ostēdit, quod tanquā Creophilus opus composuerit, Homeri tamē dicatur ꝓpter dictū hospitiū. Quidā hūc Homeri magistrum tradunt. quidā non hunc, sed Aristeū Proconnesium. author Strabo li. 12. Vide Apuleium in Floridis.

Crespa, Ptolemæo Liburniæ urbs, Crexa dicta Plinio.

Cres, uide in Creta.

Crescens, κρήσκης, philosophus Cynicus Iustino martyri infensus, ut pluribus testatur Tatianus in bello cōtra gentes.

Creseis, nymphæ marinę nomen à fontibus dictę: κρήνη enim fons dicitur. Perottus.

Cresium, κρήσιον, urbs Cypri, Steph.

Cressa, oppidum Paphlagoniæ est, teste Stephano, post excidium Troianum à Merione conditū. * Est & portus Cariæ, Rhodo insulæ oppositus. Plin. lib. 5. cap. 28. * Cressa etiam dicitur mulier ex Creta insula. Vide in dictione Creta.

Cressæa, Herodoto lib. 7. regio Pallenę uicina, ac Thermæo sinui contermina.

Creston, oppidum, de quo Herodotus lib. 1. Qua lingua Pelasgi sunt usi, affirmare non possum, sed coniectura signorū, licet dicere eadem qua nunc Pelasgi utuntur, qui supra Tyrrhenos urbem Crestonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum qui nunc Dores uocantur. * Est & nomen regis Bithyniæ, cuius meminit Iustinus lib. 38.

Creta, tæ, & Crete, tes, κρήτη, insula in medio ponto, centum urbium fama clara, quæ, ut scribit Strabo, à Septentrione Aegæo alluitur simul & Cretico pelago: ab Austro Libyco: ad Occidentem Aegilam & Cytheram spectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta millia septuaginta passuū, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quingenta octoginta nouem millia passuum complectitur. Hodie Candiam uocant. Insignes in ea urbes sunt Gortyna, Cydon, Gnossus Minois regia, & Strabonis Cosmographi patria. Nullum in Creta animal noxium est, optimiq; uini fertilissima est, de qua Verg. 3. Aeneid. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostrę, Centum urbes habitant magnas, uberrima regna. Primùm dicta est Cureta, ab habitantibus Curetibus, per syncopam Creta. Alij dicunt Cretam dictā à Crete quodam Iouis filio Curetū rege. Alij à Crete nympha Hesperidis filia. Arrianus non à Crete nominatiuo, sed à Cres, Cretis genitiuum faciente, nominatam dicit: sic enim uocatum ait eum qui Iouem abscondit in monte Lycæo. * Est & Creta oppidum Scythiæ. Valer. Flaccus libro 1. - quoties paucos ad littoris ictus

Deficiam, Scythicum metuent Pontumq; Cretamq;.

Cretes uocātur eius insulę populi, & mulieres Cressę: κρῆσσαι.

Cressius, & Cressius, adiectiua, κρήσσιος. Sunt autem hæc nomina quæ ex masculino fœmininum ad similem formam mittunt: scilicet Cres Cressa, Libys Libyssa, Phœnix Phœnissa, Thrax Threissa. Tibullus, etiam Phœbo gratissimo doctus homo Cres. A` Crete uerò fiunt Creticus, κρητικός, & Cretensis.

Cretæus, a, um, quod ex Creta insula est, κρηταῖος. Ouid. Strataq; Cretæam bellua strauit humum.

Cretensis, κρὴς, nomen gentile à Creta insula deductum. uide prouerbium, Cretizare cum Cretēsi, apud Eras. in Chiliad. Cic. 3. de Nat. Deor. Tertius Iupiter Cretensis Saturni filius.

Creticus, a, um, adiectiuum, formatum à Creta insula, κρητικός, ut Creticum mare. Horat. 1. Carm. Ode 26.

Cretenia, κρητηνία, locus Rhodi, ubi Althemenes habitabat, qui quum ex oraculo patrem se occisurum accepisset, dum fugit, ne hoc perpetret, noctu in nauigium incidit, in quo piratas esse ratus, patrem occidit. Supra Cretenian Atabyrij montes sunt, Steph.

Cretheus, dissyllabum, in genitiuo Cretheos, κρηθεύς, Aeoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Aesonem genuit Alcimedontem, & Amythaonem.

Cretheius denominatiuum: ut, uirgo Cretheia apud Flaccum lib. 1. dicitur Helle Crethei neptis.

Crethon, onis, filius fuit Dioclis, qui cum fratre Orsilocho ad bellum Troianū Græcis auxilium laturus profectus est: sed quum hi duo nimium suis uiribus cōfiderent, cum Aeneā congredi non dubitauerunt, à quo etiam ambo sunt interfecti. Quin & eorum cadauera uix à Menelao & Antilocho ex hostium manibus subtrahi potuerunt.

Creusa, κρέουσα, Creontis Corinthiorum regis filia fuit, quam Iason, repudiata Medea, uxorem accepit: quamobrem Medea indignata, carminibus suis ignem inextinguibilem sertiniolo inclusum per filios suos Creusæ muneris loco misit: filios uerò prēmonuit, ut statim oblato munere discederēt. Creusa igitur uidendi cupida, nihilq; mali suspicans, scriniolum aperuit, & continuò euolauit ignis, Creusamq; & totam Creontis regiam exussit. Ouid. lib. 1. de Arte, Cui nō defleta est Ephyreæ nata Creusæ. * Alia fuit Priami & Hecubæ filia, Aeneæ coniunx, cui Ascanium filium peperit. Hanc in excidio Ilij, ab Aenea, qui fugiens, patrem humeris gestabat, filiumq; manu ducebat, perditam fuisse in itinere, dum uias notas excessisset, tradit Maro lib. 2. Aeneid. Sed nonnulli eam ab ipso Aenea ex pactione cum Græcis facta occisam uolūt, ne quis ex semine Priami superesset. Verum his refragatur fabula de Heleno & Cassandra, liberis Priami, quos Græci captiuos abduxerunt.

Creusis, κρεῦσις, oppidum est in confinio Bœotiæ, Locrorum, & Aetolorum: ut annotauit Vadianus in Pomponium.

Crexa, uide Crepsa.

Crimissa, æ, κριμισσα, oppidum est in extremis Italiæ finibus iuxta Thurium & Crotonem, ita dicta à Crimissa nympha. gentile est Crimissæus. Strabo lib. 7.

Crinisus, κρίνισος, Siciliæ fluuius, Segestæ urbi uicinus: de quo Seruius huiusmodi refert fabulam: Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorū Ilij recusaret, Neptunus iratus Troiæ cetum immisit, ut eam uastaret. Consultus Apollo sinistra dedit responsa, puellas scilicet belluæ esse obijciendas. Hippores igitur nobilis Troianus, timens ne & Hegesta filia sua ceto, ut Hesiona exponeretur, naui eam imposuit, ut potius se nō uidente mergeretur fluctibus, quàm coràm deuoraretur. Sed illa casu in Siciliam delata, Crinisō placuit, qui in canem, seu ursum mutatus, eam oppressit, fuscepitq; ex eo concubitu Acestēn, Siciliæ regem. Verg. lib. 5. Aeneid. Troia Crinisō conceptum flumine mater Quem genuit, &c.

Criona, κριῶνα Stephano, uicus est Athenienſium, in tribu Antiochide.

Crios, athleta, uide Crois in Appellatiuis.

Crispus Sallustius, Latinæ historiæ princeps fuit, teste Martiale, cuius hoc de illo extat elogium: Crispus Romana primus in historia. Thucydidi ex Græcis opponitur à Quinctiliano elegantia dicendi, Attica breuitate, sententiarum grauitate. Taxatur autem à Pollione, ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus uerba mutuatus: Trogo autem, quòd orationibus nimis longis utatur, sicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utriusque inuectiuis constat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſonſtat. eius de auaritia ſententiam laudat Gel.lib.3.cap.1. Auaritia, inquit, pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens cõcupiuit: ea quaſi uenenis malis imbuta, corpus animumq; uirilẽ effœminat: ſemper infinita & inſatiabilis eſt, neque copia, neq; inopia minuitur. Gellius lib.17.cap.18. de Criſpo Saluſtio ſic ſcribit: Marcus Varro, inquit in literis, atq; uita, fide homo multa & grauis, libro quem inſcripſit Pius, aut de Pace, Criſpum Saluſtium ſcriptorẽ ſeriẽ illius & ſeueræ orationis, in cuius hiſtoria notiones Cenſorias fieri atq; exerceri uidemus, in adulterio deprehenſum ab Annio Milone, & loris bene cæſum dixit: & quum dediſſet pecuniam, dimiſſum. Hæc Gellius. *Fuit & Criſpus Conſtantini Cæſaris filius, à patre interfectus. *Criſpus item Vibius, ore compoſitus, & iucundus: priuatis tamen cauſis, quã publicis melior, ut ait Quintilianus.

Criſſa, æ, κρίσσα, oppidum maritimum Phocidis, à Criſſo Phoci filio conditum: unde Criſſæus ſinus, κρισσαῖος κόλπος, qui & Corinthiacus appellatur, per octo ſtadiorũ fauces, quæ inter Rhium ſunt, & Antirrhium, in Ionium mare ſeſe exonerans.

Crithote, es, κριθωτή Stephano, urbs eſt Thraciæ ad Helleſpontum octoginta ſtadijs à Cardia diſtans: cuius meminit & Plin.lib.4.cap.11.

Critias, κριτίας, philoſophus fuit, qui dixit animam eſſe ſanguinem, ſicut & multi alij. unde Vergilius, Purpureã uomit ille animam. *Fuit item Critias quidã, unus è triginta tyrannis Athenienſibus, à Lacedæmonijs impoſitis, eloquens quidẽ, cæterùm omnium auariſsimus, atq; crudeliſsimus: qui quũ plurimis incommodis ciuitatem affeciſſet, tandem à Thraſybulianis, eo in prælio quo circa Munychiam fuit geſtum, eſt interfectus. Vide Xenophontem Rerum Græcarum lib. 2. Huius meminit Cic.lib.de Orat.2. Conſequuti ſunt hos, inquit, Critias, Theramenes, Lyſias: multa Lyſiæ ſcripta ſunt, nónulla Critiæ, de Theramene audiuimus. Rurſum ibidem lib.3. Quid Critias? quid Alcibiades? ciuitatibus ſuis quidẽ non boni, ſed certè docti atq; eloquentes, nónne Socratis erant diſputationibus eruditi?

Crito, κρίτων, nomen philoſophi Athenienſis, qui ita Socratem amauit, ut nunquam aliquid ex ijs quæ ſunt ad uitam neceſſaria, ipſi deeſſe paſſus fuerit. * Crito item Pieriota (Pieria autem urbs eſt Macedoniæ) hiſtoricus fuit: ſcripſitq; res Perſicas, Siculas & Macedonicas. *Fuit præterea alius, Naxius genere, hiſtoricus & ipſe. Author Suidas.

Critobolus κρίτοβολος, medicus fuit inſignis, qui ſub Philippo Amyntæ filio, Macedonum rege claruit. Plin.lib.7. Magna & Critobulo fama eſt, extracta Philippi regis oculo ſagita, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

Critolaus, κριτόλαος, Peripateticæ ſectæ philoſophus fuit, qui unà cum Carneade & Diogene Stoico Romam miſſus fuit legatus, ut ſcribit Cic.lib.2. de Orat. De Critolai libra ſcribit idẽ Cic. Tuſc. queſt. lib.5. Quo loco inquit, quæro, quam uim habeat libra illa Critolai: qui quum in alteram lancẽ animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria de primat. *Alter Critolaus, Achęorum dux, belliq; Achaici concitator: unde etiam Corinthi euerſionẽ illi imputat Cic. lib.3. de Nat.deor. Critolaus, inquit, euertit Corinthũ, Carthaginem Aſdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Hunc Plutarchus in Parallelis Horatio Curiatiorũ uictori comparat in eo, quòd uterq; ſororẽ occiderit, illiq; eadem omnino de cauſa, quòd ſcilicet cæteris omnibus uictori applaudentibus, ſolæ fratri ſuo non eſſent gratulatæ. Hic poſtremò à Qu. Cæcilio Metello uictus apud Thermopylas, ueneno ſibi mortem conſciuit. Author Liuius.

Critheis, κριθηΐς, ut ex Ephoro refert Plutarchus in uita Homeri, filia fuit Atellis, quam poſt mortem ſuam Mæonis fratris tutelæ reliquit. Hic autem quum puellam uitiaſſet, grauidam q; feciſſet: atq; ob id facti uereretur infamiam, Phemio eam Smyrnęo Grammaticę præceptori in matrimoniũ dedit: illa uerò non multo pòſt, quum ad lauacra quæ prope Meletem fluuium erant, proficiſceretur, Homerũ iuxta fluuium peperit: ob idq; Meleſigenes appellatus eſt, qui poſtea cæcus factus, Homeri nomen accepit: Cumęi nanque & Ione oculis captos Homeros appellant, quòd homeris, id eſt itineris ducibus egeant.

Criumetopon, id eſt, arietis frons. uide Crios in Appel.

Cruatia, uide Liburnia.

Crobialus, κροβίαλος, oppidulum eſt iuxta Heracleam Ponticam, cuius meminit Apollonius Argonaut.lib.3.

Crobyzi, κρόβυζοι Steph. populi Iſtri accolæ, quorum meminit & Plin.lib.4.cap.11.

Crocea, κροκία, urbs Laconicæ, una ex centum, cuius incolæ dicuntur Croceatæ, Steph.

Crocilus, nomen paſtoris apud Theocritum.

Crocodilon, ſiue Crocodilorum oppidum, κροκοδείλων πόλις, oppidum Phœnices ad Carmelum montem, cuius Strabonis ætate nihil præter nomẽ extabat: ut ipſe teſtatur lib.16. Meminit & Plin.lib.5.cap.19. * Eſt alterum eiuſdem nominis oppidum in Arſinoitica præfectura, ad Nilum fluuium: ita dictum, quòd in eo crocodili pro dijs colerentur. Hanc urbem poſtea Arſinoen appellarunt, teſte Strabone lib.7.

Crocodilus, pen.prod, κροκόδειλος, mons eſt Ciliciæ apud Pli. lib.5.cap.27.

Crocotus campus, κροκοτὸν πεδίον, campus eſt iuxta Theſſaliam ad Amphryſum fluuium, Steph. in dictione δημήτριον.

Crocum, uenatorem ac ſagittarium fuiſſe dicunt, precibusq; Muſarũ in aſtra relatũ, Sagittarij nomẽ accepiſſe. Sidonius:

Falciferis Crocon uectus per ſumma polorum.

Crocyleum, κροκύλειον, locus Ithacę, aliàs δοῦμος dictus, Steph.

Crocylion, κροκύλιον, inſula Ithacę. Heracleon Ithacam quadripartitam facit, ut prima pars ad meridiem & maritima ſit, altera Neium, tertia κροκύλειον, quarta αἰγιρῆα, Steph.

Crocyllus, uir Athenienſis, cuius nõ nunquam Plutarchus meminit.

Crœſus, κροῖσος, rex Lydorum fuit, Alyattæ filius, omnium quos hominum memoria celebrat, ditiſsimus: unde etiam hodie, quum immenſas opes ſignificare uolumus, Crœſi diuitias dicimus. Hic quum ſe omnium mortalium fœliciſsimum crederet, monitus eſt à Solone, Neminem ante cineres beatum dicendum: quòd quoad uiuimus, periculum ſit ne inſtabilis huius mundi fœlicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis ſententiam ueriſsimam eſſe, Crœſi calamitas poſtea declarauit: uictus enim à Cyro, pyræq; impoſitus, tandem ſalubre Solonis conſiliũ agnouit, eiusq; nomen ſæpius inclamauit. Vnde admiratus Cyrus, quiſnam eſſet deorum, hominumúe, quem ille in extremo periculo ſolum inuocaret, remq; totam edoctus, humanæ uiciſſitudinis memor, Crœſum ab incendio liberauit, ſummoq; ſemper apud ſe in honore habuit. Author Plutarchus in uita Solonis, & Herodotus lib.1.

Crois, uide Crôs.

Crommyon, onis, κρομμύων, urbs Palæſtinę, non procul ab Aſcalone. * Item alia in Libya.

Crommyonius, a, um, gentile, κρομμυώνιος. Author Steph.

Crommyoneſus, κρομμυόννησος, inſula eſt Aſiæ adiacens regionẽ Smyrnæ, cuius meminit Plin.lib.5.cap.31.

Cromna, κρώμνα, Paphlagoniæ oppidum eſt, apud Strabonem lib.12. De hoc Valerius Flaccus lib.5. Mox etiam Cromnam atq; iugo pallente Cytoron. Steph. ait, Amaſtrin poſtea dictam eſſe, & Cromnam, κρώμναν uocat. uide Amaſtris apud Steph. Idem in K. Cromnam, inquit, alij Amaſtrin, alij Amaſtridis regiunculã faciunt. gentile Cromnites, Cromnæus, κρωμναιεύς. Eſt & Peloponneſi urbs, quę in maſculino & fœminino genere, item ſingulari & plurali numero profertur, à Cromno Lycaonis filio.

Cromyuſa, κρομύουσα, inſula Iberiæ, Steph.

Cronia, orum, κρόνια, Saturni feſta erant, quæ celebrabantur Romæ decimoquarto Calendas Ianuarias: ita dicta ἀπὸ τοῦ κρόνου, hoc eſt à Saturno: unde & Saturnalia à Latinis appellantur. Horum Macrobius latè meminit, citata etiam antiqui poetæ autoritate, apud quem legerat, Maxima pars Graiũm Saturno, & maximæ Athenæ Conficiunt ſacra, quæ Cronia eſſe iterantur ab illis.

Cronion pelagus, κρόνιον πέλαγος, à nonnullis appellatum fuit marẽ concretum, teſte Plin.lib.4.cap.16. Apollonius tamen in Argonauticis, κρόνιον ἅλα, hoc eſt Cronium mare, pro Adriatico poſuit, ſi interpreti eius credimus: eo quòd Italiam alluat, quam olim Saturnum uolunt tenuiſſe.

Cronium, à nonnullis mare concretum appellatur.

Cronius, κρόνιος, nomen unius ex Centauris.

Cropia, κρωπία, uel κρωπιάς, uel κρῶπις, uicus in tribu Leontide, Steph.

Cros,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cros, κρῶς, urbs Aegypti, ciuis Croites, & præfectura Croitis. Est Crois, κροῖς, Arabum ciuitas, Steph.

Crossa, κρόσσα, urbs iuxta Pontum. gentile Crossæus. Steph.

Croto, siue Croton, κρότων, urbs fuit maritima in ea parte Italiæ, quæ olim magna Græcia dicta est, non procul à Tarento, tanta salubritate aeris, ut inde ortum sit prouerbiũ, Crotone salubrius. urbs hæc à Diomede condita creditur, cum plerisque alijs, in eodem littore.

Crotoniatæ, huius incolæ dicti sunt, eo nomine celeberrimi, quòd maximam in exercendis corporibus curam ponerẽt. Vnde etiam frequentissimè ex sacris certaminibus coronas retulerunt. Inter hos fuit Milo ille Crotoniates, qui integrum uno die bouem fertur absumpsisse. Ad eius ciuitatis gloriam accedit ingens Pythagoreorum numerus. Hæc ex Strabonis lib. 6. Mantuanus:

Mœrebat longæua Croton, Sybaris q; sepulta.

Hinc Crotoniata, gentile nomen, & Crotonius, Crotonias, Step. Crotonem, insignem Italiæ urbem esse scribit iuxta Rhegium: & aliam Thusciæ metropolim, & montem qui Axium flumen effundit. κρότων etiam est animalculum canib. infestum, Latini Ericinum uocãt, quo quidem significato ultimam acuit. Steph. Vide Syracusæ

Cropus, pen. prod. rex Argiuorum fuit, pater Psamathes, quę ab Apolline compressa Linum peperit: quem quum inter uepres abscondisset, canes extractum dilacerarunt.

Cropiades, patronymicum mascul. Ouid. in Ibin: Quique Cropiadem diripuere Linum.

Cruni, orum, κρουνοί Stephano, Thraciæ urbs est maritima, teste Plin. lib. 4. cap. 11. quæ postea Dionysiopolis dicta est: nomen habet à fontium scaturaginibus, quibus abundat. Eas enim Græci κρουνοὺς appellant.

Crusis, κρουσίς, pars Mygdoniæ, à Cruso Mygdonis filio: inde κρουσιὺς, & Crusis adiectiuum fœm. Steph.

Crustumerium, κρουσουμερία Stephano, oppidum in Latio, Albanorum colonia: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Verg. lib. 7. Aeneid. Ardea, Crustumeriq; & turrigeræ Antemnæ.

Crustumium, oppidum Thusciæ iuxta Veios: à quo Crustumini dicti, & Crustumina tribus, & Crustumina pira, & Crustuminum uinum laudatissimum.

Crustumium, apud Lucanũ li. 2. fluuius est ex Appennino ortum trahens, Ariminumq; præterlabens. In lęuum, inquit, cecidere latus ueloxq; Metaurus, Crustumiumq; rapax & iunctus Sapis Esauro. Meminit huius fluuij & Pli. li. 3. ca. 15.

Crya, æ, κρύα Stephano, urbs Lyciæ.

Cryassus, κρυασσός, urbs Cariæ: ita dicta à Cryasso Caretis filio, Stephanus.

Creatus, pen. cor. κτίατος, pater Amphimachi, unius ex quatuor ducibus Epeorum, qui quadraginta nauibus ad Troianam expeditionem sunt profecti: ut testatur Homerus in Catal. nauium.

Ctemene, κτημένη, urbs Thessaliæ, à Peleo Phœnici donata, cuius ciues Homerus Dolopes uocat, & Ctemenem Dolopidem. gentile Ctemenius, & Ctemenæus. Apollonius per iota κτιμένη scribit, quod magis placet.

Ctesias, κτησίας, Ctesiarchi: uel, ut alij malũt, Ctesiochi filius. Medicus fuit Cnidius, qui Artaxerxem cognomento Meliorem curauit, & historiam Persicam xxx libris conscripsit. Author Suidas.

Ctesiphon, pen. cor. κτησιφῶν, nomen architecti, qui templum Dianæ Ephesiæ traditur extruxisse, opus mirabile, & toto orbe celebratum: quod postea ab Herostrato incẽsum fuit, hac tantum de causa ut facinore illo nominis immortalitatem sibi compararet. * Fuit & Ctesiphon locus Parthorum: Strabo li. 15. Prope Seleuciam uicus maximus est nomine & re Ctesiphon, in quo Parthorum reges hyemabant. Hic uicus ciuitatis potentiam & magnitudinem habebat, adeò ut Parthorum multitudinem & apparatum omnem reciperet, ac uenalia necessaria q; artificia illius suppeditaret. Quin & Ctesiphonem Babylonici regni caput fuisse Plin. lib. 6. scribit, ca. 26. Steph. κτισιφῶν, urbs est Assyriæ, gẽtile Ctesiphontius. * Ctesiphon etiam Athenienſis ciuis nobilissimus, qui Athenienſibus author fuit decreti, quo Demosthenem aurea corona in theatro coronandum decreuerunt. Ob quã sententiam ab Aeschine, qui contrarias Demostheni in Republica partes fouebat, tanquam pernicioſi decreti author accusatus, elegantissima illa Demosthenis oratione, quam περὶ στεφάνου inscripsit, defensus est. Vide Cic. lib. de Optimo genere oratorum.

Ctesippus, κτήσιππος, Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter singulariterque humanitate excepit, quo impuros adolescentis mores componeret: cuius tamen cùm duro, tum minimè liberali ingenio nusquam adduci potuit, ut curam & laborem in illo instituendo dimitteret: cuius ineptias non modò pertulit patienter, uerumetiam studiosè tegebat. Quanquam semel aiunt, Phocionis constantiam importunitate leuissimi hominis superatam. Nam quum ille imperatorium quoddam munus studio accuratiore obiret: Ctesippus, ut erat futilis deliruso; grauissimum peritissimumq; Imperatorem cœpit fatuis quibusdam interrogatiunculis obtundere, atque illum monens, docẽsúe importunius perurgere. Tum stomachabũdũ Phocionem dixisse fama est, O Chabria, Chabria, cumulariam tibi pro amore nostro gratiam nunc persoluo, qui nati tui deliramenta sustineo. Author Plutarchus in uita Phoc.

Ctimene, uide Ctemene.

Cubus, uide Cybus.

Cuma, κύμη, urbs Aeolidis ex aduerso Lesbi sita, Aeolicarum urbium maxima & optima, & ferè metropolis cæterarum ciuitatum, quæ numero erant circiter xxx. Ab hac ciuitate cognominata est Sibylla Cumęa, κυμαία, quam aliqui à ciuitate loci Erythream appellarunt: quæ profecta in Italiam, multa de Romanis uaticinata est. Itẽ patria fuit Ephori, uiri doctrina clari, & Isocrati oratori familiaris: præterea & Hesiodi poetæ, qui patrem suum relicta Aeolica Cuma, in Bœotiam migrasse dicit. Plutarchus de eo in Sympos. multa, & Suidas. Steph. Cuma Aeolica ante Lesbum sitano men habet à Cyme Amazone: quare & Amazonium dicta est: gentile κυμαῖος (κυμιὺς autem ab urbe Italiæ fit) Hæc & Lesbus stoliditatis notantur. Est & alia Phriconitus dicta, φρικονῖτις. Quarta Elidis. Quinta Eubœæ & Pamphyliæ. Ite insula prope Siciliam, Steph. Huius oppidi incolæ, Cumæi, κυμαῖοι dicti sunt, qui stupiditatis nomine malè audierunt. Olim enim uulgatum erat tota Asia prouerbium, Cumæos serò sapere. De cuius origine duæ afferuntur sententiæ. Sunt enim qui dicant, Cumæos quum ad mare urbem opportunam haberent, & tamen nullum ex ea reciperent prouentũ, uix demum trecentesimo anno ab Vrbe condita intellexisse, ex portorio reditum non contemnendum posse confici. Alij, pecunia fœnori accepta, amplissimas eos porticus tradunt ædificasse: quam pecuniam quum constituta die non exoluissent, creditores in ipsarum porticuum possessionem fuisse missos, qui deinde ciues à deambulatione arceb nt. Verùm quum ingens pluuia repentè ingruisset, creditores statim edictum promulgasse, ut Cumæi se in porticus recuperent. Præcone itaque identidem acclamante, Subite porticus, uiri Cumei: qui ibi tunc aderant hospites, rem in iocũ uerterunt, tanquam non intelligerent Cumæi, nisi iussi, pluuię tempore porticus esse subeundas. Hęc Strabo lib. 13. Sũt & aliæ eiusdem nominis urbes, quas uide apud Stephanũ.

Cumæ, arum, κύμαι, ciuitas Lucaniæ ad mare, iuxta Puteolos, condita ab his qui ex Chalcide urbe Eubœæ uenerunt. Seruius in illud Verg. 3. Aeneid. Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem, Eubœa, inquit, insula est, ex cuius ciuitate Chalcide coloni profecti sunt ad nouas sedes quærendas, & haud longè à Baijs (qui locus à socio Vlyssis Baio illic sepulto nomen accepit) inuenerunt uacuum littus: ubi usa muliere grauida (quod illi fœcunditatis augurium interpretabantur) ciuitatem condiderunt, quam Cumas appellauerunt, siue ἀπὸ τῆς κύοντος, hoc est à prægnante: siue ab undis, quas Græci κύματα appellant. Nam τὸ κῦμα undam significat, υ autem Latini in u conuertunt, ut Byrrhia, Burrhia.

Cumani & Cumæi, κυμεῖς, quamuis κυμαῖοι etiam dicantur à Cuma ciuitate Aeolica.

Cuneus, σφὴν Straboni, lib. 3. ager est, aut si mauis, promontorium Lusitaniæ, Anæ fluuio proximum, quo Hispania in Occidentem quàm longissimè excurrit: nomen habens à figura cunei, quo ligna finduntur, cuius extrema pars acuminata est, paulatim in latitudinem procedens: unde etiam Artemidorus promontorium hoc nauali rostro assimilauit. Pomponius lib. 3. Lusitania trans Anam, qua mare Atlanticum spectat, in tria promontoria dispergitur. Anæ proximum, quę lata sede procurrens paulatim se ac sua latera fastigiat: Cu-

neus

neus ager dicitur, Sequens, Sacrum uocant. Magnum, quod ulterius est. In Cuneo sunt Myrtilis, Balsa, Ossonoba: In Sacro, Lacobriga & portus Hannibalis, in magna Ebora. Hæc ille. Ptolemæus non leui errore hoc promontorium Sacrũ esse existimauit, ut apertissimè docet Vadianus in locum Pomponij iam citatum.

Cunicularię, insulæ sunt in mari Ligustico, Corsicæ adiacentes. Author Plin. lib. 3. cap. 6.

Cunina, dea quam prisci coluerũt, quæ cunis infantium prę sidere putabatur.

Cupido, dinis, masc. gen. ἔρως, amoris Deus, quẽ Hesiodus natum uult ex Chao & Terra: Simonides & Cicero, ex Marte & Venere: Arcesilaus, ex Nocte & Aethere: Alcęus, ex Lite & Zephyro: Sappho, ex Venere & Cœlo: Seneca, ex Venere & Vulcano. Duplex autem est, Ouidio dicente: Alma faue, dixi, geminorum mater Amorum, &c. honestus uidelicet & turpis: illumq; ex Venere & Ioue patre natum uolũt, hunc autem Erebi & Noctis filium esse, quod & ipsum refert Cicero libro 3. de Nat. deor. Fingitur à poetis armatus flammis & telis, aureo uidelicet & plumbeo, ut patet ex Ouidij libro primo Metamorph. de Daphne & Apolline. Itẽ cæcus, nudus, alatus, arcitenens, uolatilis, &c. Eius quoque formę descriptio extat multis uerbis apud Apuleium de Asino aureo. Vergilius de uino & amore: Bellum sæpe petit ferus exitiale Cupido.

Cupidineus, a, um, ἐρωτικός, ut Cupidineæ sagittæ. Ouid. 1. de Remed. amoris.

Cupra, Piceni ciuitas est, non procul ab Asculo, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

Cupra, Italiæ oppidum in littore Apulo. Cupra autẽ dicta est, haud uana coniectura, à Cypro templo, illic à Tuscis, qui Cypram Iunonem dicunt, extructo, ut Strabo scribit: ut Cupra siue Cypra, una appellatione contineatur. Nam uocabula quæ Græci per y pronunciant, nos per u literam proferre possumus, ut Larumna, Sulla, &c. pro Larymna, Sylla, authore Hermolao.

Curcura, insula in mari Adriatico, non longe à Melitine: aliàs dicitur Melena. Vide Corcyra.

Cures, κοῦρεις, pluralis tantum numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tacius, cuius ciues Quirites, κουρῆτες, dicebantur. Conueneruntq; Romulus & Tacius in hanc sententiam, ut è duobus populis unus efficeretur, & Sabini Romã migrarent, Romaq; nomen retineret: sed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Ouid. lib. 2. Fast. Te Tacius paruiq; Cures, Ceninaq; senfit. Hinc etiam populi, Cures. Vergil. lib. 9. Tacioq; seni, Curibusq; seueris.

Curetes, κουρῆτες, populi Cretæ insulæ, qui & Corybantes, & Dactyli Idæi appellati sunt: ex Ida Phrygiæ monte, ut quidam uolunt, oriundi: à cuius etiam nomine, Cretæ montem quem primùm insedere, Idam appellarunt. Dicti κουρῆτες, teste Strabone lib. 10. ἀπὸ τῆς κουρᾶς, hoc est à tõsura. Anteriorem enim capitis partem detonsam gestabant, ne hostes eos cæsarie apprehenderent. Alij Curetas dictos putant ἀπὸ τῆς κουροτροφίας, eo quòd Iouem aluisse dicãtur. Autor est idem Strabo loco iam citato, Curetas in Græciã quoq; traiecisse, eosdemq; consedisse trans Acheloum fluuium: ibiq; quum intonsa seruarent capita, Acarnanas uocari cœpisse.

Curifugia, nomẽ uillæ Nicolai Perotti nuper inditum, quam in agro Sentinati habebat, inter duo fluenta, Sentinũ & Neuolam, ubi est saluberrima cœli temperies.

Curionia sacra, quæ à Curionibus in Curijs fiebant.

Curio, prænomine Quintus, insignis orator fuit, qui Cæsarẽ in quadam oratione omnium mulierũ uirum, & omniũ uirorum mulierem appellauit. Huius filius C. Curio Tribunus plebis fuit eo tempore quo primum bellũ ciuile inter Pompeium & Cæsarem exarsit: & quum ex perditissimo luxu sese ære alieno obruisset, centies enim H S debebat æris alieni, ut Valer. de Luxuria scribit, Cæsarem ad bellum ciuile incitauit, causamq; illius absentis defendendam suscepit. Vnde etiam à Lucano, uenali lingua fuisse dicitur. Perijt in Africa, cui à Cæsare erat præpositus, à Iuba Mauritaniæ rege cum toto exercitu deletus. Et Curioni gratulatur Cicero Epist. libro 2. Sera, inquit, gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Longè enim absum, audio serò. Is Curio ut se ære alieno liberaret, atque emergeret, Cæsarem ad bellum ciuile impellebat, ut scribit Cic. in Epist. ad Qu. Fratrem: Et ipse Cæsar, inquit, amicus noster, minaces ad senatum, & acerbas literas miserat: & erat adhuc impudens, qui exercitum & prouinciam inuito Senatu teneret, & Curio meus illum incitabat. Huc etiam accedit quod scribit Lucanus:

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Curis, ut habet Strabo lib. 5. urbs quondam insignis, nunc autem uiculus in Sabinis, &c. uide Cures.

Curium, κούριον, urbs Cypri, à Cureo Cinyræ filio: gentile Curieus, Curias fœ. & ipsa regio. Est etiã urbs Aeoliæ, Steph.

Curius Dentatus Romanus ciuis, exactissimæ frugalitatis & perspectæ fortitudinis. Hic quum in scãno sederet, rapasq; in foco torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publicè missum obtulissent, inuitarentq; ut eo uti uellet: respondit M. Curium malle imperare locupletibus, quàm locupletem fieri: & qui acie uinci nõ potuit, eum pecunia corrumpi non posse. Hic primùm de Samnitibus triumphauit, quos usque ad mare superum pacauit. Rursus in concione ait, Tantum agri cepi, ut solitudo fuerit futura, nisi tantũ hominũ cepissem. Tantum hominũ porrò cepi, ut fame essent perituri, nisi tãtum agri cepissem. Deinde de Sabinis triumphauit, postremò de Lucanis ouans urbem intrauit, Pyrrhũ regem Epirotarum Italia repulit. Quaterna dena agri iugera uiritim populo diuisit: sibiq; totidem constituit, dicens, Neminem esse debere cui non tantum sufficeret. Huius meminit Iuuenalis Saty. 11.

Curius paruo quæ legerat horto,
Ipse focis breuibus ponebat oluscula, &c. Rursum,
Qui Curios simulant, & Bacchanalia uiuunt.

Fuit & Curius Alexandtię presbyter sub Diocletiano, tãtę doctrinæ fama, ut Origenes Iunior appellaretur, ut scribit

Curopolis, κουρόπολις, urbs Cariæ, Steph. (Hiero.

Curtius, prænomine Marcus, adolescens Romanus nobilis fuit, qui se pro salute patriæ dijs manib. deuouit. Nam quũ terra in medio foro ingenti hiatu desedisset, responsumq; esset non coituram labem, nisi quisquã ex primæ spei adolescentibus sese in hiatum deiecisset: Curtius acceptam à patria uitam, eidem impendere non dubitauit, conscensoq; equo, sine mora se in specum precipitauit. Vnde etiã Curtius lacus nomen creditur seruasse. Author Aristides apud Plutarchum in Parallelis, & Liuius libro 7. & Vergil. in Culice.

* Curtius prænomine Quintus, nobilis historicus fuit, qui Alexandri Magni gesta memoriæ prodidit.

Curtius fons, insigni aquæ ductu memorabilis, ut qui à quadragesimo lapide in urbem fuerit perductus opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis montes facile distribueretur. Vide Plin. lib. 36. cap. 15.

Curtilia, agri Reatini lacus est, in quo syluosa insula innatat, quæ nunquam die & nocte eodem permanet loco. Author Plinius lib. 2. cap. 95. & lib. 3. cap. 12.

Cyalus, κύαλος, urbs Lydiæ à Ioue condita: gentile, Cyalius. Stephanus.

Cyane, es, κυάνη, nympha Sicula fuit, quæ in fontem sui nominis cõuersa fertur, cuius trãsformationem describit Ouid. lib. 5. Metamorph. Corripit autem hoc nomen tam penultimam, quàm primam syllabam. Ouid. lib. 5. Metamorph. Inter Sicelides Cyane pulcherrima Nymphas. Et paulo pòst: Venit & ad Cyanen. Nimis fœdè itaq; lapsi sunt, qui mediã indifferentem esse affirmant, freti corrupta Ouidij autoritate lib. 9. Metamorph. ubi sic legunt, Cognita Cyane pręstãti corpore nympha. Ibi enim germana lectio nõ habet Cyane, sed Cyanee per quatuor syllabas. neq; ibi poeta de Cyane Siciliæ nympha loquitur, sed de Cyanee Męandri fluminis filia, quæ à Mileto compressa Caunũ & Byblida genuit.

* Fuit præterea Cyane quædã puella Syracusana, quæ à patre in tenebris uim passa, eum postea ex anulo cognitũ capillis ad aram pertraxit: illũq; primùm, deinde seipsam interfecit. Vide latius paulo pòst in dictione Cyanippus.

Cyane, nes, κυάνη, oppidum est Lyciæ, apud Plinium lib. 5. cap. 27.

* Est item Cyane fontis nomen in agro Syracusano, in quem poetæ fabulantur eiusdem nominis nympham fuisse commutatam, quum Plutoni Proserpinam rapienti obsistere conaretur. Hic Anapo mistus, iuxta Ortygiã insulam in mare illabitur. Ouid. 3. de Ponto, Quaq; fuit Cyanen miscet Anapus aquis.

Cyaneæ, κυάνεαι, siue Cyaniæ, insulæ seu magis scopuli sub

Thracio Bosphoro, modico spacio inter se distantes. Plin. lib. 4. cap. 13. Vnde factus est locus Poetarum fabulis, qui Cyaneas inter se concurrere tradiderunt, quòd ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur: naue uerò paululum in alterũ latus deflexa, una tantũ uidebatur. Multa de his insulis mentio est apud Valerium Flaccum lib. 4. Argonaut. à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

Hic iter ad Ponti caput, errantesq; per altum
Cyaneas, furor his medio concurrere ponto.
Nec dum ullas uidere rates, sua cominus actæ
Saxa petunt, cautesq; suas cum uincula mundi
Ima labant, tremere ecce solum, tremere ecce repentè
Tecta uides: illæ redeunt, illæ æquore certant.

Cyanee, κυανίη, per quatuor syllabas, Mæandri Phrygij fluminis filia fuisse fertur, quę à Mileto Solis filio compressa, Caunum & Byblida genuit. Ouid. li. 9. Metamorph. Hic tibi, dũ sequitur patriæ curuamina ripę, Filia Męandri toties redeũtis eodem Cognita Cyanee præstanti corpore nympha, Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam. Producit autem hęc dicto primam syllabam & ultimam, duas autem medias corripit, ut cõficiat choriambum. Cyane uerò pro Sicliæ nympha, tres tantum habet syllabas, quarum ultima longa est, duæ priores corripiũtur, ut sit anapæstus. Quod ideo admonere uisum est, quòd non paucos etiam magni nominis uiros hic in errorem uideamus impegisse.

Cyanippus, κυάνιππος, Syracusanus fuit, qui quum Bacchi Orgia contemneret, ab irato deo tanta perfusus est ebrietate, ut filiæ Cyanæ in tenebris, quamuis reluctanti, uitium intulerit. Filia uerò cognito ex anulo, quem uiolatori detraxerat, parente, tunc quidem, ut potuit, dolorem dissimulauit. Postea autem ingenti exorta pestilentia, quum ab Apolline remedium promitteretur, si ab authore flagitij pœnas sumerent, admirantibus omnibus quod nam esset tantum scelus, quod etiam superis curę esset autoris morte expiari: conscia rerum Cyane, arreptum capillis patrem ad arã pertraxit, eoq; primùm mactato, sibi quoq; manus intulit. Author Plutarchus in Parallelis.

Cyanus, κύανος, fluuius est Colchidis, qui iuxta Aeam oppidũ in Phasim influit. Author Plin. lib. 6. cap. 4.

Cyaraxes, κυαξάρης, Phraortis regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Hic primus Asiæ populos in prouincias distinxit, primusq; in suum quosque ordinem distribuit, hastatos, sagittarios, equites: quum primus omnia promiscua essent atque implicita. Hic & cum Lydis signa contulit, & omnem trans Halym flumen Asiam sibi subiecit. Mortuus est quadragesimo imperij sui anno. Eiusque filius Astyages in eius locum suffectus est. Author Herodotus libro primo.

Cyarda, κύαρδα, urbs Cariæ, à Cyardo rege Carum, Bargasi filio, Steph.

Cyathus, fluminis nomen. uide Cyathus in Appellatiuis.

Cybale, ancilla fuit pauperis cuiusdam Symili, cuius paupertatem describit Verg. in Moreto:

Eruit interea Cybale quoque sedula panem.

Cybassus, κύβασσος, urbs Cariæ, ut Cabassus, de qua suprà. Stephanus.

Cybele, urbs, uide Cybelea.

Cybele, es, penult. corr. (nam ut docet Seruius, anapęstus est in dictione Cybele) κυβέλη, fuit uxor Saturni, ita dicta à Cybelo Phrygiæ monte seu oppido, ubi eius sacra primò sunt instituta. Scribit Festus, Cybelen à nonnullis ideo appellatam, quia ageret homines in furorem: quippe Græci κυβισᾶν, in caput saltare dicunt: qua uoce etiam utitur Homerus, 16. Iliad. Sacerdorum autem Cybeles proprium erat caput rotare. Suidas scribit, Rheam quoq; uocari, & montanam esse deam: ideo uehi leonum iugo. Cinædi ei sacri sunt. Hæc primùm Ops & Terra dicta fuit, quòd sit dea telluris, quæ & Vesta dicitur, propter quod curtu uehi à poetis fingitur, quia terra pendet in aere: & rotis sustineri, quia rotatur semper & uoluitur mundus. Mater deũm, quia omnia gignit. Et mater alma, ab alendo. Et mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma uocant. In eo sacra sibi per Corybantes instituit: à quo Dindyme & Dyndimene à nonnullis uocatur. Item Berecyntia, à monte Phrygiæ, qui Βερέκυντος appellatur. Et Pales, quòd sit pabulorum dea. Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo, quòd terra affluens sit omnium rerum. Idæa & Phrygia, & Pessinuntia à Pessinunte Phrygiæ emporio. Claud. Turrigenamque petit Cybelẽ. Martialis: Et Cybeles picto stat Corybante tholus. Ex Apuleij sententia eadem erat dea Cybele, Bellona, & Isis. Quandoque tamen metri gratia scribitur per duplex ll, & fit Cybelle, ut sit Bacchius pes, ex prima breui, & duab. longis. Propertius, Vertice turrigero iuxta dea magna Cybelle. Lucanus li. 1. Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen.

Cybele, es, Cœli & Terræ filia, & Saturni uxor: sic dicta, uel à rotũditate, quòd terra rotũda sit: uel ἀπὸ τοῦ κύδους, quòd quidam crediderint terram esse quadrilateram. Vocatur item Rhea, Ops, Dyndimene à Silio lib. 9. Berecyntia, Pales, &c. de quibus nominibus suo loco. Veteres finxerũt eam sedere in curru, qui à leonibus trahatur. uide suprà de Atalanta & Hippomene.

Cybele, uxor Saturni, sic dicta, authore Seruio, ἀπὸ τοῦ κυβισᾶν τὴν κεφαλήν, quòd semper Galli per furorẽ, motu capitis comam rotantes, ululatu futura prænunciabant. Lucanus:

- crinemq; rotantes
Sanguinei populis ululârunt triftia Galli.

Alij à Cybelo, Phrygiæ monte, deam dici uolunt, cuius meminit Vergil. lib. 3. Aeneid.

Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiaq; æra,
Idæumq; nemus, &c.

Scripsit Martian. Capella, Cubum Cybeleio nomini dicatũ, indeq; ἀπὸ τοῦ κύδους, deam ipsam appellationem duxisse. Cybelle porrò & Cybele scribitur. Ná Cybelle, bacchius est, inquit Seruius: Cybele anapæstus.

Cybelęa, κυβέλεια, penult. prod. urbs Ioniæ, Steph. Herodianus Cybelen, κυβέλην, Phœnicię ciuitatẽ esse scribit. Est & Cybella, κύβελλα Phrygiæ: & Cybellon, κύβελλον, templum, à quo Rhea Cybele dicitur, & κυβελεγενὶς, καὶ κυβελὶς. Steph.

Cybelus, mons Phrygiæ.

Cybiratici, tauri à Cybiris dicti. Suetonius in Gordiacis. Vide Cybra.

Cybus, κύβος, urbs Ionum in Libya Phœnicẽ, καὶ μιμῆ τὸ ὄνομα, καὶ κυβῶ. Inde Cybytes, Steph.

Cybira, κύβιρα, oppidum est Lycaoniæ, nó procul à Mæandro fluuio. Cic. 6. in Verrem, Hosce opinor Cybiræ quum in suspicionem uenissent ciuibus, fanum expilasse Apollinis. Et paulo pòst, Cybiram cum inanibus syngraphis uenerat.

Cybirates, uel Cybirata, nomen gentile. Cic. 6. in Verrem, Eò quum uenio, Prætor quiescebat, fratres illi Cybiratæ inambulant.

Cybiraticus, a, um, possessiuum. Cicero 6. in Verrem, Immittebantur ilico Cybiratici illi canes, qui inuestigabant & perscrutabantur omnia. Sunt qui scribãt, Cibyra transpositis uocalibus.

Cychreus, κυχρεὺς, Neptuni & Salaminis filius, qui ob morum asperitatem ὄφις, hoc est serpens cognominatus est. Hunc Eurylochus, cum insulam uastaret, expulit: suscepit autem eum Ceres in Eleusine, suumq; fecit sacerdotem. Ab huius etiam nomine Salamis insula aliquandiu Cychrea appellata est. gentile, Cychreopagites. Vide Steph.

Cyclades, pen. cor. κυκλάδες, insulę sunt maris Aegei, teste Strabone lib. 10. circa Delum in orbem sitæ, unde & nomen acceperũt. Ouid. 1. Tristiũ: Cycladas Aegeas obstupuisse reor. Alij dicunt uocari Cyclades, non quia in rotunditate sitæ sint, sed quòd longo ordine eas circuire necesse sit propter promõtoria. Vnde & Virg. dixit 3. Aen. sparsasq; per æquor Cyclades. Sunt aũt numero quinquaginta tres. Aduertendum obiter, & morem esse ueterib. authoribus, ut quæ sint Sporades, Cycladas etiam uocẽt, cõtraq;; Hermolao teste. Cycladarum meminit Plin. earumque nomina persequitur cap. 12. lib. 4. Et item Pomponius lib. 2. Varro lib. 10.

Cyclades, κυκλάδες, pen. corr. insulæ in Ionio mari, quibus ab ortu solis Aegæum mare est, ab occasu Myrtilum, occupant ad septuaginta millia. dictæ Cyclades, quòd in cycli formam disponantur. Nam à promontorio Cerasto, circa Delum in orbem sitę sunt.

Cyclades, multæ insulæ sunt in mari Aegeo, numero quinquaginta tres. Ouid. lib. 1. Trist.

Cycladas Aegæas obstupuisse puto.

Cycli, κύκλοι, quasi circuli, loca erãt Athenis, ubi mãcipia uendebant. Id autem nomen est tractum à circulari circunsistẽtium uendendorum. Cyclus enim rotundũ significat. Quare Me-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nander ait:Itaque ego mihi uideor per deos immortales uidere,me ipsum indutum currere circum,ac uænire.

Cycloborus,fluuius quidam Atticę,ingenti strepitu defluēs: uide prouerbium,Cyclobori uox.

Cyclopes,pen.prod.κύκλωπες,gigantes,seu populi antiquissimi in Sicilia,iuxta Aetnā,uno oculo in fronte,qui omnium primi æris fabricam inuenisse traduntur.Hinc factus est locus fabulæ, ut Vulcani ministri credantur, & Ioui fulmina fabricare.Inter hos præcipuè celebrantur à poetis Brontes, Steropes & Pyracmon.Verg.lib.8.Aeneid. Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro,Brontesq;,Steropesq;, & nudum membra Pyracmon,&c.Ouid.lib.4.Fastor. Dicti autem putantur Cyclopes ab eo quòd oculum unum orbicularem in fronte haberent: κύκλος enim circulum significat, ὤψ lumen,siue oculum.

Cycnus,uide Cygnus in appellatiuis.

Cyda,κύδας,proprium uiri Cretensis,de quo sic Cic.Philip.5. scribit:Antesignanos,inquit,& manipulares, & alaudas iudices se cōstituisse dicebat:ille legit aleatores,legit exules, legit Græcos. O confessum iudicum præclarum,ò dignitate consilij admirandum:pauet animus apud consilium illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, portentum insulæ, hominem audacissimum & perditissimum:sed fac ita non esse: num Latinè scit? num ex iudicum genere & forma? num leges nostras mores ue nouit? num deniq; homines? est enim uobis Creta notior,quàm Roma Cydę.Hæc Cicero.

Cydantidæ,κυδαντίδαι,uicus in Aegeride uel Ptolemaide.

Cydathenęum, κυδαθήναιον, uicus in Pandionide tribu, patria Democharis Comici,Steph.

Cydias, κυδίας pictor, Argonautas pinxit: quam tabulam CLXIIII talentis Hortēsius orator mercatus est, eique ędem in Tusculano suo fecit.emicuit Olympiade CXIIII. Plin.libro 35.

Cydippe,κυδίππη,puella quædam pomo decepta ab Acontio, ut superius traditum.Ouid.Littera Cydippen pomo præsta fefellit! Insciaq; est uerbis capta puella suis.* Est etiam nomen nymphæ apud Maronem li.4.Georg. Steph.in Lyndo meminit filię Cydippes.

Cydna,æ,κύδνα,olim dicta fuit Macedoniæ ciuitas, quæ postea corrupto nomine Pydna appellata est. Autor Steph.

Cydnus,κύδνος,Ciliciæ fluuius,non spacio aquarū,sed liquore memorabilis:quippe leni tractu è fontibus labens,puro solo excipitur,nec torrentes incurrunt.Huius meminit Iustinus lib.11.Tibul.li.1.At te Cydne canam,tacitis qui leniter undis Cœruleus placidis per uada serpis aquis. Solinus scribit amnē à candore,Syrorum lingua nomen sortitū.Vitruuius li.8.ca.3.Cydni aquas podagra laborantib.apprimè salubres esse,cruribus in eis mersis.de cuius rei experientia Casij Parmensis poetæ ad M.Antonium epistola extitit,ut Plin.lib.13.adnotauit. Constat Apolloniū aliquando per epistolā Tarsenses suggillasse,ęp iuxta Cydni aquas ociātes; tanquā fluuiatiles aues sederet,quietæ aquę pulchritudine quasi ebrij facti,ut Philostratus scribit lib.1.de eius uita.

Cydnus,fluuius amœnus & saluber,ex Taūro monte oriens, ut inquit Strabo,Tarsum urbem diuidit,à candido colore nomen habens.Syri enim quicquid candidum est,Cydnum uocant.Priscianus:

Flexilis & Cydnus,dirimit qui flumine Tarson.

Cydonia,κυδωνία, insula est ante Lesbon, dicente Plin. lib. 2. cap.103. In Cydonia insula, inquit, ante Lesbon fons est calidus: uere tantum fluit.

Cydon,κυδωνία, insigne Cretæ oppidum : à quo Cydonius,à, um.Oui.2.Metamorph.-Cydonio fundebat spicula cornu: Verg.Ecl.10. Ire libet,Partho torquere Cydonia cornu Spicula.Malū Cydonium,quod Cato primus omniū Cotoneū appellauit.Plin.lib.15.cap.11. His proxima amplitudine mala quæ uocamus Cotonea,& Græci Cydonia,ex Creta insula aduecta.Serenus,Aut quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris. * Est item uiri propriū apud Verg.10. Aeneid.Dum sequeris Clytium infœlix noua gaudia Cydon.Quem in locum Seruius annotauit, nomen hoc, quum uiri proprium est,priorem producere:eandemq; corripere,quādo est gentile.Idem 12. Aeneid.Parthus siue Cydon telum immedicabile torsit.κυδωνία Steph.urbs Cretę,Apollonia prius dicta, à Cydone Apollinis filio,& Achallidis filiæ Minois.Alia est Siciliæ,tertia Libyæ:ciuis,Cydoniates,Cydō, Cydonius; Cydonæus,Cydonicus,& fœm.gen.Cydonis.*Est & Cydon, uiri proprium apud Virgilium 10. Aeneid. Vide Seruium.κύδων.

Cydon,κυδωνία,insigne Cretæ oppidum,à quo malum Cydonium,pomum quod dicitur Cotoneum. Plin. His proxima amplitudine mala,quæ uocamus Cotonea,& Græci Cydonia ex Creta insula aduecta.

Cydonitem appellat Palladius cibum ex cydonijs decoctis,& melle confectum.Cotoneatum uulgò dicitur.

Cydones dicunt urbis huius incolę,sagittādi peritia insignes.

Cydræ,κύδραι,urbs Byrsarū,in Thessalia,ut uidetur,alias Cydriæ.Strabo lib.7.Stephanus.

Cybiani montes,κυβιανὰ ὄρη, maioris Phrygiæ colles sunt, ex quibus Cayster fluuius profluit.Author Plin. lib.5. cap.29.

Cyllarus,κύλλαρος,nomē unius ex Centauris.* Fuit etiam hoc nomine equus Pollucis,secundum Vergilium 3. Georg.Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorū Graij meminere poetæ. Atqui Castor equorum domitor fuit:sed fratrem pro fratre posuit,poetica licentia:ut,Quas illi Philomela dapes:pro Progne. Item, Reuocato à sanguine Teucri:pro Dardano.Hæc Seruius.

Cylleborus,Stheleni filius,qui uigēte bello Troiano cū Aegiale Diomedis uxore consuetudinem habuit.Seruius.

Cyllene,κυλλήνη,mons Arcadiæ,in quo Maia à Ioue compressa Mercurium peperit,ut autor est Ver.li.8.Aen.Vobis Mercurius pater est,quem cādida Maia Cyllenes gelido conceptū uertice fudit. Hinc Cyllenis,idos,patronymicum.

Cyllenius,pen.pro.& per duplex ll,κυλλήνιος, Mercurius dicitur,siue quòd omnem rem sermone sine manibus conficiat: quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ uocantur, siue quòd in Cyllenia uia,aut certè à Cyllene nympha fuerit educatus,siue quòd in Cyllene Arcadiæ monte fuerit genitus: quam opinionem ipse etiam Vergilius sequitur lib. 8. Aen.cuius uerba citauimus paulo antè in dictione Cyllene. Lucan.lib.1.Motuq; celer Cyllenius hæret.

Cyllius,κύλλιος,per syncopen pro Cyllenio.

Cyma,κύμη,& y more Larinorum in u mutata,Cuma, oppidū est Aeolidis,de quo uide paulo antè copiosius in dictione Cuma.

Cymes,κύμης,ὁ.uide Sirenussæ apud Steph.

Cyminus,pe.cor.κύμινος,Hetruriæ lacus est,ad sex millia passuum ab urbe Viterbio,Cymino monti suppositus: ut Appianus ostendit.De huius lacus origine talia refert Seruius, Aliquando Herculem ad hos populos uenisse:& quū à singulis prouocaretur,ad uirium ostentationem, uectē ferreū quo exercebatur humi defixisse:quem quum nemo illorum posset euellere,Herculem tandem eum sustulisse: tantamq; repentè aquæ uim erupisse, ut Cyminum effecerit lacum. Hæc Seruius illud Vergilij explicans Aeneidos 7. Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua, Et Cymini cum monte lacum,lucosq; Capenos.

Cymodoce, uel Cymodocea, κυμοδόκη, nympha marina,Nerei & Doridis filia,à placandis fluctib.ita dicta,teste Hesiodo in Theog.Ver.10.Aen.Cymodoceā enumerat inter eas quæ ex nauib.Aeneę in nymphas marinas cōmutatę fuerūt: Quarum,inquit,quæ fandi doctissima,Cymodocea.

Cymothoe,pen.cor.κυμοθόη,nympha marina, Nerei & Doridis filia,teste Hesiodo in Theog.ita dicta, quòd per fluctus discurrat. Vergil.3. Aeneid. Cymothoē, simul & Triton, adnixus acuto Detrudunt naues scopulo.* Est item Cymothoe, fons notissimus Achaiæ propriè dictæ, inter Patras & Pheras urbes,cuius meminit Plinius lib.4.cap.5.

Cynætha,κύναιθα,oppidum est Arcadiæ iuxta Lepreon:ita dictum ab Aeneæ socio uita functo,& sepulto,ut placet Dionysio li.1. Antiq.Aut,ut Stephanus mauult,à Cynetho Lycaonis filio.Meminit huius oppidi Plin.lib.4.cap.6.

Cynegirus,Athenienſis ciuis fuit,cuius tanta in prælio nauali aduersus Persas inito fuit pertinacia, ut nauē hostiū dextera iniecta ui retinuerit:eaq; amputata,iniecerit sinistram: quam & ipsam cum amisisset,mordicus nauim arripuit.Refertur à Valerio Maximo, & à Iustino Trogi abbreuiatore: Item à Tranquillo in Cæsare etiam.

Cynamolgi,Indiæ populi.

Cynapes fluuius,uide Partheni.

Cynaras,uide Ciniras.

Cyneas,uide Cineas.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cyne, κυνὴ, urbs Lydiæ. gentiles Cynei uel Cynij, Steph.
Cyneſij, κυνήσιοι, uide Cynticum.
Cynetia, κυνήτεια, urbs in Argo uel Argolica, Steph.
Cynetes, κυνήτης, uide Cynticum.
Cynetos, uide Cynos.
Cynici, κυνικοί, pen. cor. philoſophi quidam fuerunt, ſectatores Antiſthenis, qui primus nouum hoc philoſophiæ genus introduxit: ita dicti ſiue à Cynoſarge gymnaſio, in quo Antiſthenes profitebatur: ſiue à canina mordacitate, qua in hominum uitas nullo diſcrimine inuehebantur: aut, ut alij uolunt, ab eo quòd canum more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodũ de Crete & Hipparchia uxore tradit Laertius. Ex hac ſecta fuit Diogenes ille Cynicus, qui aliquando interrogatus, quare Canis appellaretur? Quia, inquit, dantibus abblandior, non dantib. allatro, malos autem mordeo. Cynici, Diocle teſte, philoſophiá naturalem & rationalem tollebant, foliq; morali innitebantur. Repudiabãt liberales artes, maximè Geometriá & Muſicã. Placebat eis finem eſſe ſecundum uirtutem uiuere. Nobilitatem & diuitias abijciebant. Quare ſectam hanc uitæ cõſentaneam non eſſe plures putauerunt. De his uide Cic. lib. 1. Offic.
Cyniphis, uel Cyniphos, fluuius Africæ, uide Cynips in Appellatiuis.
Cynna, κύννα, oppidum prope Heracleam Ponticam, ita dictũ ab una Amazonum, uel à Cynno gigante, fratre Cœi. Hinc fit gentile Cynnæus, κυννᾶιος Stephano.
Cynocephali, pen. corr. κυνοκέφαλοι, homines ſunt, uel feræ in Aethiopia, canina habentes capita, cætera hominis ſimiles, uiolenti ad ſaltum, feri morſu. Auguſtinus lib. 16. de Ciuitat. Dei: Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita, atq; ipſe latratus magis beſtias quàm homines confitentur. Plin. lib. 7. Gens, quam Cynocephalos uocamus, lacte uiuunt. Idem lib. 8. cap. 54. Efferatior Cynocephalis natura, ſi cut mitiſsima Satyris. Vide Gellium lib. 1. cap. 5.
Cynopolis, κυνόπολις, oppidum eſt ad Occidentalem Nili ripam, inter Oxyrinchũ, & Hermopolim, in quo Anubis colitur, canibus q; cibaria publica ſunt aſsignata. Author Strabo lib. 17. Ab hoc oppido uicinus mons Cynopolites dicitur à Plin. lib. 5. cap. 9.
Cynoſarges, κυνόσαργες, gymnaſium in Attica, ſic dictum à cane albo, qui ſacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc gymnaſio Ariſtippus Cyrenaicæ ſectæ princeps, philoſophiam ſolebat profiteri. Author Laertius in uita eius.
Cynos Cephale, κυνὸς κεφαλαί, collis Theſſaliæ, & parua regio Thebanorum, Pindari patria, Steph.
Cynoſſema, atis, κυνόσσημα, locus eſt Troadis ad Helleſpontum, Hecubæ ſepulchro nobilitatus: Latinè canis tumulum interpretari poſſumus. Fabulantur enim poetæ, Hecubam, quum in Græciam abduceretur captiua poſt exitiũ patriq, ac ſuorum, ibi doloris impatientia in canem eſſe cõuerſam, & deinde ſepultam. Meminit huius loci Plin. lib. 4. cap. 11. & Strabo li. 13. * Eſt item eiuſdem nominis locus in Libya Mareotide, cuius meminit Stephanus & Strabo lib. 17.
Cynoſura, æ, pen. pro. κυνόσουρα, ſidus Septentrionale, ex ſeptem conſtans ſtellis, quod & urſam minorẽ appellamus. Alio nomine etiã Phœnice appellatur, teſte Higino, eo quòd à Phœnicib. inter nauigandum potiſsimum ſoleat obſeruari, quemadmodum Elice, hoc eſt Vrſa maior, à Græcis nautis. Ouid. de Triſtibus: Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura notatur Sidonijs, Elicem Graia carina notet.
Cynthia, κύνθια, Diana dicta, à Cyntho monte in Delo inſula, in quo nata cum Phœbo eſt: unde & Apollo Cynthius, & ipſa Delos Cynthia appellatur. Hic mons tantæ celſitudinis eſſe fertur, ut umbra ſua totius inſulæ ambitum tegat. Propert. quoque amicam ſuam Cynthiam ob pulchritudinem uocauit, quæ prius Hoſtilia dicebatur.
Cynthius, κύνθος, Deli mons uſqueadeò editus, ut totam inſulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati traduntur, quorum alter Cynthius, altera Cynthia ab eo appellati ſunt. Vergil. 2. Aeneid. Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros. Lucanus libro 1.

Tertia iam grauido pluuialis Cynthia cornu. Vide Cynthia. Stephanus totam Delum, olim Cynthum dictam ſcribit, à Cyntho Oceani filio: quoſdã uerò male ſentire, quòd Zacynthus uocitata ſit. Idem in Cyntho. gentile, inquit, eſt Cynthius & Cynthiotes.
Cynticum, κυντικόν, locus Iberiæ prope Oceanum: incolæ Cynetes & Cyneſij. Steph.
Cynura, κυνούρα, urbs in Argo uel Argolica, & Cynuro filio Perſei. inde Cynurius, Cynuríus, & Cynuris fœm. gen. Steph.
Cyon, κύων, urbs Cariæ, Canebium antè dicta: gentile Cyntes. Stephan.
Cypætha, κύπαιθα, urbs Libyæ, Steph.
Cynus, κῦνος Stephano, Locrorum Epicnemediorum oppidũ eſt, ſiue, ut quibuſdam placet, nauale, cuius meminit Plin. li. 4. cap. 7. & Liu. lib. 8. Decadis 3.
Cyonceſus, κυῶν νῆσος, Nili fluuij inſula eſt, non procul à maiori Delta, eregionè oppidi quod Cynopolis appellatur. Author Ptolemæus lib. 4. cap. 5.
Cyparíſſa, κυπάρισσα, oppidum eſt agri Meſſeniaci, ad mare ſitum, à quo uicinus portus Cyparíſsius appellatur. Author Plin. lib. 4. ca. 5. Strabo li. 8. Cyparíſiam uocat, Ptolemæus Cyparíſſas plurali numero.
Cyparíſſæa, κυπαρισσαία, urbs Triphylliæ, quæ uocabatur Eranna: inde Minerua Cyparíſſea. Steph. Qui Cyparíſſum quoq; Phocidis urbem, aliàs Eranum dictam meminit.
Cyparíſſeis, urbs Meſſeniæ. gentile Cyparíſſeentius. Home. καὶ κυπαρισσήεντα, καὶ ἀμφιγύηεσσαν ἰκέσθην.
Cyphus, κύφος, urbs Perrhœbiæ, à Cypho Perrhœbi filio. Homerus: γουνεύς θ' ἡγεμόνες κύφου ἔχον δύω καὶ εἴκοσι νῆας. Alia eſt Theſſaliæ: ciues Cyphæi. Eſt & fluuius Cyphus, Steph.
Cyparíſſus, κυπάρισσος, fuit nomen pueri, Telephi filij, quẽ Apollo amauit, poſtea in ſui nominis arborem conuerſi. * Dicitur etiá per ſyneceſim Cypreſſus: deinde cõuerſione y in u, Cupreſſus. eſt autem arbor procera, caudice oblõgo & recto, folio pini, ſed carnoſiore, mollioreq;, neq; ſita pugente, fronde indecidua, odore uehementi. Duo eius ſunt genera. Nam quæ ſterilis eſt, fœmina dicitur ad metæ formam ſe ſtigio conuoluta, unde & κωνοειδὴς, peculiari epitheto appellatur. Contrà mas latius ſpargit ramos, conoſq; pinei nõ abſimiles, licet multo minores: mirabile arbores fœcunditate, quippe quæ trifera eſt, fructu q; habet & Ianuario & Maio & Septẽbri maturos, nulli tamẽ rei utiles, imò potius noxios, quemadmodũ & ipſa arbor, cuius ſub umbra noxia creditur. * Dicta eſt aũt Cyparíſſus, ut Dicæarcho placet, ἀπὸ τῦ κύειν παρίσους, hoc eſt ab æqualiter pariẽdo, quòd æqualiter & ramos perdat & fructus. Fructus enim figura coni appellant. Vnde ipſa arbor perpetuo epithero Cupreſſera appellatur. Verg. Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparíſſi. Idem, Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum. Reliqua uide ſuprà in dictione Cupreſſus.
Cypaſis, κύπασις, in bs circa Helleſpontum, Steph.
Cype, κύπη, caſtellum Siciliæ: gentile Cypeus, Steph.
Cyprã, uide Cupra.
Cypriæ inſulæ, uide Cyprus.
Cyprianus, nomen uiri proprium.
Cyprium, Sabini bonũ appellant: unde Cyprius uicus Romę appellatus eſt, in quo Sabini in ciuitatem recepti conſederant, ſic enim à bono omine uocitandum conſueuere.
Cyprus, κύπρος, inſula in Pãphylio mari, in ſinu maximo, qui & Iſsicus dicitur, inter Ciliciã & Syriam, diues & miræ fertilitatis. Vnde & Macaria, hoc eſt beata olim uocata: maxime etiã luxui dedita, unde & Veneri ſacra. Horat. lib. 1. Car. Sicte diua potens Cypri. Ea quondam nouem erat regnorum ſedes. Vrbes illius prælatæ, Cythera, à quib. Venus dicta eſt Cytherea: Paphos, Palæpaphos, & Salamina. Hæc inter maiores noſtri maris inſulas locũ ſibi uendicat: à Septentrione Ciliciæ oppoſita, à Meridie Aegyptum ſpectat, ab Oriente Syriam, ab Occidente Pamphyliam. Ambitus inſulæ trium millium, quadringentorũ ac uiginti ſtadiorum, teſte Strabone li. 14. * Cyprus etiã dicitur arbuſcula, quæ à Latinis Liguſtrum uocatur, à Gallis Troena, ſemine atro, nõ abſimili ſambucino acino. Eius flos in oleo decoquitur, fitq; ex eo unguentum quod Cyprinum appellatur. Naſcitur in multis locis, ſed in Cypro inſula odoris ſuauitate præſtat, ideo Cyprus eſt appellata. Pli. li. 12. ca. 24. Cyprus in Aegypto eſt arbor ziziphi ſolij, ſemine coriãdri, flore cãdido odorato. Cortice quidem hoc in oleo, premiturq; poſtea, quod Cyprinũ uocat. Optimũ habetur è Canopica, in ripis Nili nata: ſecundum Aſcalone Iudææ: tertium Cypro, inſula odoris ſuauitate

Cyprius,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cyprius,a,um:unde tres paruæ insulæ huic appinquæ,Cypriæ nominantur:& Venus Cypria, siue quòd ei primùm in Cypro templum sit cõstitutum.

Cyprogenia,pen.prod.κυπρογένεια,Veneris epitheton est:inde tractum,quòd in Cypro insula nata dicatur. Vtitur hac uoce Homerus in Hymnis.

Cyprus,insula,inter alia nomina Macaria dicta. nam mirè fertilis est,in sinu maximo,qui Issicus circa Ciliciam dicitur,ad ortum occasumq; Ciliciæ ac Syriæ obiecta est nouem aliquando regnorum sedes,ut Plin.lib.5.cap.31.scribit,smaragdo,crystallo,ære Cyprio cognominato,adamante,& alumine nobilis:quam aliquando annexũ continenti fuisse, idem author lib.2.scribit.De hac uide Strabonem lib.14.

Cypsella,oppidum Thraciæ,ut scribit Plin.lib.4.cap.12.Strabo li.7.Cypselum nominat,κύψελα,Steph.urbs Thraciæ prope Hebrum fluuium.item castellum in Arcadia à Mantinẽsibus muris cinctum.gentile Cypselinus,aut Cypselenus.

Cypselus,κύψελος,Corinthiorum tyrannus,pater Periandri:ita dictus ἀπὸ τῆς κυψέλης,hoc est à cistula siue alueo:siue,ut Valla ex Herodoto uertit,mẽsura frumẽtaria,sub qua occultatus fuit quũ à Corinthijs ad perniciẽ quæreretur.uide Herodotum lib.5.& Plutarchũ in Symposio septem sapiẽtum.

Cyptasia,Galatiæ urbs,Ptol.uulgò Caroso.

Cyraunis,κυραυνὶς,insula iuxta Gyzantes,sic enim legò apud Stephanum,Africæ populos.

Cyrba,κύρβα,urbs Cretæ,uide Hiera pytna.

Cyrbasa,κύρβασα,urbs Cariæ,Steph.

Cyrbe,κύρβη,urbs Pamphyliæ:gentile Cyrbæus, Steph.

Cyre,κύρη,insula in mari Persico,insularis,Cyræus,Steph.

Cyre,κυρὴ,oxytonon,fons in Cyrenaica.Steph.

Cyrechata,uide Cyropolis.

Cyrene,es,κυρήνη & Cyrenæ tantum plurali num.pen. pro.oppidum Libyæ inclytum potẽsq;,conditũ à Bato Laconico, quem Callimachus progenitorẽ suum fuisse tradit.Ab hac Cyrene tota Libya Cyrenæa dicta est,à Cyrene,quæ à Cyreneia uirgine Penei regis Arcadiæ filia,quam rapuit Apollo è monte Pelcio,& in Africam quæ uergit in Aegyptum, transtulit:ex qua filios suscepit quatuor,Aristeum,Nomiũ, Anteum & Argum.aliàs Auctonum & Argeum.Hinc Cyrenaicus,a,um,ut regio Cyrenaica, & philosophia Cyrenaica,quam Aristippus Socraticus Cyrenẽs.instituit.Hegesias philosophus,de quo Cic.lib.1.Tusc.originem duxit,& Eratosthenes historicus Agaclis filius,Cyrenæi fuerunt.Dicitur etiam Cyrenites,& Cyrenias fœm.gen. Hãc regionem Plin.appellat Pentapolitanam,à numero v urbium,quibus maximè inclyta est,quarum hæc sunt nomina,Beronice,Arsinoe,Ptolemais,Apollonia,ipsaq; Cyrene. Scribit Sallust. Cyrenenses magnum ac diuturnum bellum gessisse cum Carthaginiensibus de finibus agrorum.Est & Cyrenẽ nomen urbis in Cypro insula, quam Cyrus condidit, ex qua natum putant Simonem patrẽ Alexãdri & Rufi, ut est apud Euang.Augustinus lib.de Pastorib.scribit Simonem Cyrenæum,qui angariatus est,ut Christi crucem tolleret, fuisse Aphrum,& hanc Cyrenem Africæ contiguam esse.

Cyrene,es,siue Cyrenæ,arũ, ciuitas est Libyæ, inter Aegyp. & Syrtis,à Batto Theræorum duce condita,Steph.Apolloniam postea dictam ait.Patria fuit Callimachi poetæ & Aristippi philosophi.Cyrenęa uocatur ea Libyę pars,quę huic urbi adiacet.Lucan.lib.9.proximus in muros & mœnia Cyrenarum,&c. Vergilius lib.4.Georgicorum: Et nati fletus cognouit inanes Cyrene, &c. Steph. hanc urbem in Libya à Cyrene Hypsei filia dictam scribit,uel à Cyre fonte regionis.Alia est Iberiæ,alia Massiliæ,Steph.

Cyrenæus,a,um,κυρηναῖος, quod ex Cyrene est, ut homo Cyrenæus,qui natus est ex Cyrene. Cyrenẽsis similiter,ut homo Cyrenensis.

Cyrenaica,regio Africæ est:eam Strabo lib.ultimo à Thereis Græcis conditã esse scribit, qui ex Laconica profecti Theram insulam prius incoluerint, hinc in cõtinente Cyrenen ædificauerint.Ex horũ numero fuit Battus quidã,qui Cyrenes condendæ fuit autor, quod alibi idem Strabo indicat. Inde Battiadas Cyrenenses Silius nominat lib.2.

Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis,
Battiadas paruos,fidei stimulauit in arma.

Idem libro 2.

& iniquo sole cadentes
Battiadas.De Cyrene multa Strraboni cõsentanea Herodotus refert in Melpomene. Diodorus Siculus lib.5.scribit ex quorundã sententia huic urbi nomen inditũ à Cyrene Hypsei filia,quæ cum apud Peleũ uirgo educaretur,Apollo eius forma captus,raptam uirginẽ in Libyam ad ea loca in quibus postmodum ciuitas condita est,asportauit. Eam regionem fertilissimam esse tradit Herodotus in fine lib.4.

Cyrenaici philosophi, ab Aristippo Cyrenæo primo sectæ eius authore nomen traxerunt,qui summum bonum corporis uoluptate metiebantur Cic.Tusc.quæst. lib.3. Atqui ab Aristippo Cyrenaici philosophi nominati, omne bonum in uoluptate posuerunt,uirtutẽq; censuerunt ob eam rem esse laudandam, quòd efficiens esset uoluptatis. Horum secta postea ex simplici triplex est effecta, alijs se ab Hegesia Hegesiacos,alijs ab Anniceride Annicerios,nonnullis etiam à Theodoro Theodoreos nominantibus:qua de re uide Diogenem Laertium in uita Aristippi.

Cyres,etis,κύρης,nomen urbis,ut Phrages,Mendes,Adrymes: gentile,Cyresius,Steph.

Cyriacus,κυριακὸς,Dominicus,proprium.

Cyrillus,κύριλλος,diaconus fuit Heliopolitanus:est autem Heliopolis hæc,ciuitas insignis ad Libanum montem sita, qui imperante Constantino plurima ethnicorum idola contriuit.Cuius rei illi memores sub Iuliano principe, uiuo uentrem execuerunt,iecurq; inde exemptum degustauerunt. Author Suidas.* Cyrillus item Alexandrinus præsul edidit uariarũ hypotheseon tractatus, homilias plurimas,quibus utũtur Græci:præterea aduersus Nestoriũ epistolas,quibus omnia occulta eius uenena refellit. Is uixit temporib. Iuliani principis. * Cyrillus præterea Hierosolymitanus præsul,fæpe pulsus ab Ecclesia, & receptus: ad extremum sub Theodosio principe octo annos in sua fede perseuerauit:extant eius Catecheses.Hæc Hieronymus.

Cyrinus,κυρῖνος,Romanus,cum Basilide & Nabore sub Diocletiano passus,ac sepultus tertio ab Vrbe lapide.Ex Volaterr.

Cyris,uide Cures.

Cyrnij,κύρνιοι,Indiæ populi uiuaciss imi,ut quos ad centesimũ quadragesimum annum uitam extendere proditum sit ab Isigono,referente Plin.lib.7.cap.2.

Cyrnus,κύρνος,insula est in mari Ligustico,quam Latini Corsicam dicunt,longa passuum centum quinquaginta millia, lata maiore ex parte quinquaginta,circuitu trecentorum uiginti duorum millium:distans à Vadis Volaterranis sexaginta duobus millibus passuũ. dicta Cytnus à Cyrno rege, quum antea Therapne diceretur.

Cyrneus,a,um,Verg.Eclog. 9.Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Cyropolis,κυρουπόλις,ciuitas in Asia, quæ etiam Cyrechata, κυρέχατα uocatur, ad finem Persidis : ciues Cyropolitæ, & Cyrechateni,Steph.

Cyrphis,rupes quædam Parnassi montis.

Cyrrha,uide Chirrha.

Cyrrhea,urbs in Helicone,iuxta Nysam. Lucanus:

Sed mihi iam numen,nec si te pectore uates
Accipiam,Cyrrea uelim secreta mouentem
Sollicitare Deum,Bacchumq; auertere Nysa.

Cyrrestica regio, à Cyro dicta est, ubi Cyrrestis dea colebatur,quam Mineruam interpretantur Plinius & Ptolemæus. uide Cyrrus.

Cyrrhus,κύρρος Stephano,Syriæ oppidum, cuius incolæ Cyrrhestæ,κυρρήσται dicuntur,& Diana Cyrrhestis, κυρρήστις: & regio ipsa, Cyrrhestica,κυρρηστικὴ:cuius meminit & Plinius lib. 5.cap.23. * Sunt item Cyrrhestæ, Macedoniæ populi, non procul à Pellâ Alexandri patria,quorum meminit idem Pli. lib.4.capite 10.

Cyrsilus,κυρσῖλος,Atheniẽsis fuit,qui quum uideret impetum Persarum diutius sustineri non posse,ciuesque iam derelinquenda urbe,nauibusque conscendendis cogitare,ciuibus suis consilium dedit,utile quidem, ut ipsi tum uidebatur, attamen non satis honestum,ut Xerxem potius reciperent, quàm patriam desererent.Quæ sententia usque adeò ciuibus displicuit,ut statim eum lapidibus obruerint. Author Cic.3. Offic.

Cyrtæa,κυρταία,oppidum est ad mare rubrum, in quod Artaxerxes Megabyzum relegauit.Steph.

Cyrtus,κύρτος,urbs Aegypti in mediterraneis, patria Dionysij

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sij medici. gentile, κυρτὸς, oxytonum: pro urbe enim barytonum est, Stephanus.

Cyrtones, urbs Bœotiæ (κύρτωνες,) gentile κυρτώνιος. A Cyrtone uerò κυρτώνη, antiquo oppidulo, Cyrtonius fit. Est etiam κυρτώνιος, urbs Italiæ: gentile Cyrtoninus.

Cyrtam, Syphacis sedem in Africa, longius à pelago Io. Honeterus nominat.

Cyrurij, (κυρούριοι,) uide Euræ.

Cyrus, κῦρος, nomen duorum fluuiorum, quorum unus Armeniæ & Hiberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaso. Alter iuxta Pasagardas per cauã Persidem: à quo Cyro maiori Caucaso, qui iuxta hunc amnem expositus fuit, nomen est inditũ, teste Strabone lib. 15.

Cyrus, κῦρος, Cambysis filius ex Mandane Astyagis regis filia, & Persarũ Medorumq; rex, qui primus (ut Iustinus lib. 1.) scribit, deuicto Astyage ultimo Medorum rege, Medorum imperium transtulit in Persas: & subacta Asia, totum Orientem in potestatem redegit. Postremò quum bellum Scythis intulisset, eosq; clade magna affecisset, Tomyris eo tẽpore Scythiarum regina, compositis insidijs, ducenta millia Persarũ cum ipso rege trucidauit, ita ut neq; nuncius tantæ cladis superfuerit. Caput Cyri amputatum, in utrem humano sanguine plenum cõiectum fuit, cum hac exprobratione, Satia te sanguine quem sitisti. Hic primùm Agradatus dictus fuit: & postea Cyrus, ab eiusdem nominis fluuio per cauam Persidem fluente, iuxta quem fuit expositus. Res eius gestas uide latius apud Xenophontem in Pædia, Herodotum, & Iustinum lib. 1. * Fuit præterea eiusdem nominis poeta quidam Theodosij iunioris temporibus, ab Eudoxia Imperatoris uxore propter ingenij felicitatem ad summos honores euectus. Postremò Præsul factus in Cotyleo Phrygiæ, Leone imperante diem obijt. Ex Suida.

Cyta, κύτα, urbs Colchica, Medeæ patria: & alia Scythiæ, ciuis Cytæus, & Cytæ εἰς. ut,

πρῶτος ἐσόψεσθε κυταιὸς αἰήτας. & Lycophron:

ὃς εἰς κυταίαν τὴν λιβυσσίνην μολών.

Nam Libystini populi sunt Colchis uicini. In fœminino genere reperiũtur, Cytæa, Cyteias, Cyteis. Alij Cyta duo diuersa in Europa collocant.

Cyteum κύταιον, urbs Cretæ. Steph.

Cytea, urbs Colchorum, ueneficis herbis, fœminisq; incantatricibus famosa. Inde carmina uocantur Cytenia, & saga Cyteis. Propertius lib. 1.

Non hic herba ualet, non hic nocturna Cyteis.

Cyssus nomen fluuij. Calepinus.

Cyteorum, Ptolemæo, Cotyorum Plinio, Cappadociæ oppidum, hodie Cecino. Vide ne à Cytoro monte dicatur.

Cyterium, κυτέριον, urbs Oenotrorum mediterranea: gentile Cyteriotes uel Cyterinus. Stephanus.

Cythera, orum pen. prod. κύθηρα, τὰ, insula est contra Cretam, ut scribit Strabo, quinque millia à Maleæ promontorio distans, in quam ferunt Venerem primùm uectam concha marina: unde & Chytherea κυθέρεια dicta est. Vergil. lib. 10. Est Paphos Idaliumq; mihi, sunt alta Cythera. Idem, Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. Degenerat tamen hoc deriuatiuũ à natura sui primitiui: corripit enim secundam syllabam, quæ in primitiuo producitur. Hanc insulam Porphyrussam uocat Aristoteles. Porphyrida Plinius à purpurarum præstantia.

Cytheriacus, a, um, adiecti. nomen possessiuum, κυθέριος: ut Nectar Cytheriacũ, quod pro suauitate Venerea ponitur.

Cythera, in Laconico sinu insula est, de qua Plinius libro 4. capite 12. sic scribit, Cythera (inquit) cum oppido in Laconico sinu, antea Porphyris appellata. Hæc sita est à Maleæ promontorio V. M. passuum ancipiti, propter angustias ibi nauium, ambitu. Hæc Plinius. Hesiodus in Theogonia tradit Venerem ab oppido, Cytheream cognominatam: Seruius autem ab insula cognominatam tradit.

Cytheroniades, κυθαιρωνιάδες, Musę dicũtur, à saltu cui Cytheron nomen est. Vide Cytheron: sic enim scribendum.

Cytheron, mons est Bœotiæ, nõ longè à Thebis, Apollini & Musis sacer, à quo & Cythereides dicũtur. In eo quoq; Bacchi sacra celebrabant. Vergilius:

Nocturnumq; uocat clamore Cytheron.

Hinc quoq; Cythera & Cythereius, a, um. Vide suprà Citharon, κυθαιρών. sic enim scribendum est.

Cytharis. Vide Cytheris.

Cytherus, κύθηρος, uicus in Pandionide tribu. inde Cytherus. Stephan.

Cythnos, κύθνος, insula una ex Cycladib. à Cythno primo habitatore sic appellata. Alio nomine Ophiussa, ac Dryopes. Hinc Cythnius, a, um, κύθνιος, possessiuũ, ut Timantus pictor Cythnius dictus est. Steph. iuxta Dryopem unam Cycladũ sitam scribit, & ipsam quoq; sic nominatam fuisse. Meminit etiam Pomponius lib. 2. Et Ouid. 7. Metamorph.

Florentemq; Syron, Cythnon, planamq; Seriphon.

Cythina, κύθινα, urbs Thessaliæ: ciuis Cytineus, Stephan.

Cythinium, κυθίνιον, una est ex tribus Doricis ciuitatibus. gentile Cythiniates. Steph.

Cytheris, pen. prod. κυθηρίς, nobilissima meretrix fuit, liberta Volumnij, quæ eodem tempore floruit, quo Origo, & Arbuscula meretrices. Hãc Cornelius Gallus poeta supra modum adamauit: quo tamen spreto, Antonium in Gallum se quuta est. Hanc Verg. Eclog. 10. Gallum consolans, commutato nomine Licoridem uocat. Author Seruius.

Cytis, κύτις, insula Arabiæ, ubi topazius lapis inuenitur. Plin. lib. 6. cap. 29.

Cytonium, κυτώνιον, urbs inter Mysiam & Lydiam.

Cytorus, per y in prima syllaba, pen. prod. κύτωρος, mons Paphlagoniæ, in quo buxus plurima nascebatur: unde & buxifer à Catullo dicitur. Ver. 2. Georg. Et iuuat undantẽ buxo spectare Cytorũ. Ab hoc, quæ buxea sunt, Cytoriaca dicũtur. Ouid 4. Metamor. Sæpe Cytoriaco diducit pectine crines * Fuit & Cytorus, siue Cytorum, ciuitas, Sinopensiũ emporium, à Cytoro Phryxi filio conditum & appellatum, ut ex Ephori sententia refert Strabo lib. 12.

Cyzicenus, κυζικηνός, Athenienſis philosophus in Mathematica & in cęteris scientijs exellentissimus, præcipuè in Geometrica.

Cyzicus, κύζικος, siue Cyzicum, insula in Propontide, duobus pontibus iuncta continẽti, habens urbem eiusdem nominis mœnibus, arce, & turribus marmoreis. cui nomẽ indidit Cyzicus rex, quem Iason per imprudentiam interemit. De hac Ouid. li. 1. Fast. Hinc Propontiacis hęrentem Cyzicon oris, Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus. Fuit hæc ciuitas magnitudine & pulchritudine cum primis Asiæ urbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentarijs inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumentorum, aliud frumẽti erat receptaculũ. Huius habitatores Cyziceni, κυζικηνοὶ appellantur. Verùm Pius Papa in Asia hanc Cyricum appellat, non Cyzicum. Et de Cyzico sic scribit: Nunquid Cyzicus nobis non satis constat, adeò claritatem rebus addit antiquitas tempora, & nos homunciones diuturnam quærimus in hoc seculo gloriam, quam potentissimæ ciuitates retinere non potuerũt? Propert. lib. 3. Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos. Cyzicus Stephano urbs est Propontidis in Chersoneso sita, alio nomine ἄρκτων νῆσος, id est Vrsorum insula appellata. Homerus Cyzici habitatores Doliones uocat. De Arconeso uide suprà.

Cyzicum, Bithyniæ nobilis ciuitas, nomen (inquit Pomp. lib. 1.) Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus cũ Colchos peterẽt, fusum acie cęsumq; accipimus. Hactenus Mela. Hæc ciuitas arce, mœnibus, portu, turribusq; marmoreis Asiaticæ plagæ littora illustrat, ut scribit Horus in bello Mithridatico, li. 3. Libera illa aliquándo, & agris diues, multoq; in honore à Romanis habita. Lege Strab. lib. 12. De Cyzico Valer. Argon. lib. 2.

Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti,
Vrbs placidis demissa iugis, rex diuitis agri Cyzicus, &c.

De morte Cyzici regis lege Valerium lib. 3. Argonauticon, & Hermolaum super cap. 32. lib. 5. Plinij.

Cyzicenus, denominatiuum est à Cyzico Propontidis insula κυζικηνός.

DAæ, Daarum, δάαι Stephano, populi sunt Scythię ex genere Nomadũ, ut author est Seruius in illud Verg. 8. Aen. Indomitiq; Dahæ, & pontem indignatus Araxes.

Dabæi, δαβαῖοι, uide Nubæ. Nisi legendum est Nabæi.

Dachareni, uide Dusare.

Dacia, δακία, regio Scythiæ Europææ, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminã dicũt. Hęc (ut Ptolemęus scribit

scribit li.3.cap.8.) ad Septentrionem Carpatho mõte à Sarmatia diuiditur,ad Occasum autem Tibisco fluuio ab Iazygib.Metanastis:ad Meridiem & ad Ortum usque ad Danubium extenditur.Huius regionis populi,Daci,Δάκοι, dicuntur:olim etiam Daui,teste Strabone lib.7.Getis proximi ad Ortum:à quibus seruilia Dauorum & Getarum nomina Athenienses acceperunt.Vnde & in Comœdijs serui introduci solent,Daui & Getæ nominati.Hodie tota hæc regio Valachiæ nomine cognita est. Dacia hodie diuisa est in Transyluaniam,Zipserland,Rasciam,Serriam,Septem castra & Bulgariam.Hi Romanis semper adluctaanbtur. Vergilius libro 12.

Indomitiq; Dacæ,& pontem indignatus Araxes. Hinc

Dacicus,Δακικὸς,dictus est qui Daciam subegit.sicut à Germania Germanicus.Iuuenalis,cum lance beata Dacicus,& scripto radiat Germanicus auro.

Dacus,a,um,Δάκος,quod est è Dacia.Spartianus,Ad bellũ Dacum Troianum familiarius prosequutus est.

Dactyli Idæi,Δάκτυλοι Ἰδαῖοι, idem qui Corybantes, quos Iouem nutriuisse ferũt, & ne uagitu puer proderetur,nouo lusus genere excogitato, clypeolis æneis inter se concurrantes,æris tinnitu & numerosi pedis compositione,qui dactylus inde dictus est, Saturnum celauerunr.Idai autem dicũtur à monte Ida.

Dadas, uide Themistius.

Dadicæ,populi Scythiæ Asiaticæ apud Herodotum lib.3.

Dadocertum,Δαδόκιρτον,castellum,φρούριον, magnum Armeniæ,inter Mediam,Steph.

Dædala,neutri gen.Δαίδαλα τά,urbs Lyciæ,ita appellata à mõte uicino,seu à Dædalo ibi sepulto, quũ eum coluber aquaticus ex amne Nilo in paludem egressus momordisset.Plin. cap.27.lib.5.Meminit etiam Stephanus. Cui Dædala etiam Rhodi ciuitas est,siue regio irem alia Indiæ,& alia Cretæ.

Dædalia,Δαιδάλια,urbs Italiæ à Dædalo condita,quæ nunc Iulia uocatur,Steph.

Dædalidæ,Δαιδαλίδαι, tribus Cecropidis,Steph.

Dædalus,pen.corr.Δαίδαλος,Athenienſis faber egregius,Icari pater,qui serram,asciam,perpendiculum, terebram, glutinum,lithocollam inuenit,malumq; & antennam naui imposuit.Hic accusatus quòd Perdicem sororis filium interemisset,iudicij metu in Cretam fugit, ubi Labyrinthum fabricauit,cui Minotaurus includeretur, opus portentosissimum humani ingenij. Dictus Dædalus, ut quidá existimãt, ἀπὸ τοῦ Δαιδάλλειν, quod est uariare,seu ornare. Alij hoc uerbum à Dædalo deriuatum putant,ob multiplex,uariumque ingenium hominis, propter quod Græci Δαίδαλον, uarium dicunt,& ingeniosum. Lucretius quoq; terram ob rerũ artificiorumq; uarietatem, Dædalam nominat. Ennius simili modo Mineruam. Verg. Circen. Plautus Logodædalos uocauit,qui dolum celant sermonis ornatu.

Dæthalete,Δαιθαλῆται,gens Thraciæ,Steph.

Dætor,uir Troianus apud Homerum.

Dæmogorgon,Δαιμογόργων,Latinè dicitur deus terræ: quo nomine ueteres intelligebant naturam rerum omnium matrem & altricem.

Dæmon,Δαίμων,Deus,siue sapiens,ἀπὸ τοῦ Δαίειν, quod est scire.Augustinus lib.9.de Ciuit.Dei,Dæmones dicũtur,quoniam Græcum uocabulum est,ob scientiam nominati. Nostræ religionis homines appellant spiritus in cœlo à Deo creatos,qui de cœlo deiecti,partim in terræ infimo,partim in hoc aere damnati sunt. Hinc Eudæmon & Cacodæmon, pro bono & malo dæmone.Dæmon etiam animus humanus in corpore situs uocatur.

Dæmonicus,a,um,quod est dæmonis,Δαιμονικὸς.Lactantius li. 4.in fine:Sed illi dæmonicis fraudibus irretiti,diuinum nomen,cultumq; perdiderunt.

Dæmonium,Δαιμόνιον,idem quod dæmon,numen,Deus.Vnde extat Apuleij liber de Dæmonio Socratis.

Dalhippus,statuarius nobilis,cuius opera enumerat Plin.lib. 34.cap.8.

Dai,Δάοι,Persarum populi,omnes pastores.Herodot.lib.2.

Dalisanda,Δαλίσανδα,uide Lalisanda.

Dalmatia,Δαλματία,regio Illyrici, contermina Liburniæ uersus Occasum, à qua Dalmaræ, Δάλμαται, dicti sunt populi, qui,ut Appianus scribit,domiri ab Augusto fuere. In ea Iadera ciuitas insignis rerum abundantia, & Epidaurus hodie Regusium dictum.

Dalmata,æ,pen.cor.Δαλμάτης,qui ex Dalmatia est.Martialis li. 10.& exeuntem Vdo Dalmata gaudio sequeris.

Dalmaticus,ca,cum.Suetonius in Augusto,Lxterna bella duo per se gessit,Dalmaticum adolescẽs adhuc, & Cantabricũ.

Dalmaticatus,Dalmatarum uestibus indutus.Lampr. in Commodo:Dalmaticatus in publicum processit.

Dalmium,uide Dalminium infrà.

Damçi,Δαμαῖοι,populi iuxta Ichthyophagos.Steph.

Damascius,Δαμάσκιος,Sigiæus historicus, Herodoti tempore ante bellum Peloponnesiacum,scripsit de rebus in Græcia gestis:præterea de maioribus eorum qui ad Troiam profecti sunt,& de poetis & sophistis,aliaq; cõplura.*Fuit item alius eodem nomine,Stoicus philosophus,Simplicij & Elamitæ familiaris,qui sub Iustiniano principe uiguit. Scripsit Commentarios in Platonem, & alia quædam quæ enumerantur à Suida.

Damascus,Δάμασκος,urbs nobilissima,caput Syriæ: unde Damascena,Δαμασκηνὰ pruna,authore Plin.lib.15. cap. 13. dicta creduntur, & regio ipsa Damascene,quæ totam illam Syriæ partem complectitur,quæ adiacet Libano monti. Author Pomponius Mela lib.1.Strabo lib.16.

Damasithymus,Δαμασίθυμος,Candaulis filius fuit, unus è dũcibus Xerxis Persarum regis, quum Græciæ bellum inferret:teste Herodoto lib.7.

Dameas,nobilis statuarius,authore Plin.lib.34.cap.8.

Damianus Ephesius,Δαμιανός, sophista nobilis,circa M.Antonini principis tempora,diuitijs ac potentia inter suos præditus,uiros doctos liberalitate prosequutus est:eloquentiæ quoq; genus secundum naturam imitatus. Author Philostratus in Sophistis.

Damocles,Δαμοκλῆς, nomen proprium unius ex assentatoribus Dionysij.

Damocrita,Δαμόκριτα, matrona fuit Spartana, Alcippi ciuis clarissimi uxor,quę quum uirum ab ijs qui cõtrarias in Republica partes fouebant, in exilium actum sequi prohiberetur,filiæq; iam uiro maturæ edicto publico nubere prohiberentur,ne ex ijs quispiam Alcippi ulror nascereturr: concepit animo facinus supra omnem muliebrem audaciam. Nam quũ ex more fœminæ primariæ noctu in Andronem quendam sacrorum causa cõueniſſent, Damocrita à filiab. adiuta,magnam uim lignorum quæ ad sacrificia parata erant,ad fores congesit, ignemque iniecit, ut intus omnes exureret.Accurrentibus deinde auxilio uiris, illa filias primùm, deinde etiam seipsam interfecit. Ex Narrationibus amatorijs Plutarchi.

Damœtas,cum diphthongo œ,Δαμοίτας, nomen pastoris: de quo Verg.in Bucol.Dic mihi Damœta,&c.

Damon,Δάμων, nomen philosophi Pythagorici,qui cum Pythia arctissimo amicitiæ uinculo constrictus fuit. De quo ita Cicero libro 3.Offic.Damon & Pythias Pythagorei hoc animo inter se fuerunt, ut quum eorum alteri Dionysius diem necis destinauisset, & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset,uas factus est alter fistendi eius,ut si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi:qui quum ad diem se recepisset,admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit ut se ad amicitiam tertium adscriberent.

Damophila,Δαμόφιλα,Lesbia poetria fuit,Sapphûs coętanea. cuius meminit Philostratus in uita Apollonij.

Damophilus,Δαμόφιλος, sophistæ cuiusdam nomen est, qui sub M.Antonino principe floruit.Author Suidas.

Damostratus,Δαμόστρατος,philosophus,scripsit de piscibus libros xx.Suidas.

Damoxenus,Δαμοξένος, Athenienſis comicus, cuius fabulæ nonnullæ memorantur ab Athenęo in Dipnosophistis.

Damyndas,uir fuit Macedo,teste Plutarcho.

Dan,Δάν, uicus est in quarto à Paneade milliario euntib. Tyrum,qui usque hodie sic uocatur,terminus Iudeæ prouinciæ ad Septentrionem: de quo & Iordanis flumen erumpens,à loco sortitus est nomen.Ior quippe fluuium, siue riuum Hebræi uocant.

Danae,per tres syllabas,Δανάη, nomen Acrisij filiæ, quæ à Ioue in aurei imbris effigiem conuerso compressa, Perseum peperit, qui auum suum occidit. Ouid. 2. de Trist. Quid Danaen Danaesq; nurus,matremq; Lyæi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Danaus, Δαναὸς, Aegypti frater, Argiuorum rex, qui anno egreſsionis populi Iſrael trigeſimoſecundo, Sthenelo rege expulſo, Argos tenuit, ibiq́ue quinquaginta annos regnauit: genuit quinquaginta filias, quæ ab aui nomine Belides dictæ ſunt. Hæ una nocte uiros ſuos Aegypti filios interfecerunt, præter unam Hypermneſtram, quæ Linum maritum ſeruauit. Vnde apud inferos ſupplicij loco illis præſcriptū eſt, dolium pertuſum aqua implere, è quo tantundē effluat, quantum infundatur. Inde originem traxit prouerbium, Dolium Danaidum: quod in auaros competit, quorum auaritiæ nihil eſt ſatis: aut in prodigos, quorum profuſioni ne ipſe quidem Pactolus ſatisfaciat: aut in homines futiles, qui arcana fidei ſuæ credita non queunt continere. Huc uidetur alluſiſſe Parmeno apud Terentium: Plenus rimarum ſum, hac atq; illac perfluo.

Dania, Δανία Κιμβρικὴ χερρόνησος, Septentrionalis Oceani peninſula eſt, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens: quam olim Cimbri habitarunt, quos poſtea Marius deleuit, in Italiam irrumpere conantes.

Dantes, poeta Florentinus, regum & principum amicitijs clarus, cuius uitam ſcribit Volater. lib. 12.

Dantiſcum, nobile Poloniæ emporium eſt, ad mare ſitum, ubi Viſtula amnis in Oceanum influit: Germani ſua lingua uocant Dantzig.

Danubius, Ἴστρος, maximus Europæ fluuius, qui ortus in iugis Arnobæ montis Germaniæ, aduerſo Rauraci Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapſus gentes Danubij nomine, immenſo aquarum auctu, ubi primùm Illyricum alluit, Iſter appellatus, ſexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum nauigabili, in Pontum uaſtis ſex fluminibus euoluitur. Hæc Plinius lib. 4. cap. 12. De Danubio ſic Dionyſius:

Arnoba mons pater eſt, cadit Arnobæ hiatu
Flumen, in Eoos autem conuertitur axes,
Euxinoq́; ſalo prouoluitur: ora per æquor
Quinque uomunt amnem, &c.

* Ammianus quoq; li. 22. Amnis, inquit, Danubius oriens prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorem orbem protenſus, ac ſexaginta nauigabiles penè recipiens fluuios, ſeptem oſtijs per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hunc, ſecundum poſt Nilum facit Auſonius, & Ouid. lib. 4. de Ponto, ubi de Scythiæ fluminibus.

Daphne, Δάφνη, Penei fluuij filia fuit, quæ quum uim Apollinis non poſſet effugere, implorato paterno nomine, conuerſa eſt in laurum. Vide Ouidium lib. 1. Metamorph. * Eſt item Daphne ingens lucus, & opacus, x l ſtadijs diſtans ab Antiochia Syriæ, aquis fontanis irriguus, in cuius medio fanum eſt & aſylum Apollinis. Author Strabo libro 15. Stephanus præterea aliquot alia eiuſdem nominis loca commemorat, quæ uide apud ipſum.

Daphnis, Δάφνις, fuit, teſte Seruio, Mercurij filius, in Sicilia natus, iuuenis formoſiſsimus, qui primus Bucolicū carmen in ueniſſe dicitur: poſtremò luminib. captus eſt, quòd ebrius cum aliena fœmina congreſſus eſſet, ut prædictum ei fuerat à Nympha. Author Suidas. * Fuit & Daphnis, Δάφνη Steph. Antiochiæ ſuburbanum, quod octoginta ſtadiorum ambitu claudebatur, ut ait Strabo. * Lyciæ præterea ſolū fuit, & alia prope Peluſium à copia laurorum illic naſcentium, & ſuburbanum, in ore Ponti ad ſiniſtram, quod Sergium uocant, & in ipſis Ponti faucibus, ad dextram nauiganti portus, author Steph. Daphnis ad oſtium Nili Peluſiacum reddit Herodotus.

Daphnites, Δαφνίτης, pen. prod. dicitur Apollo Ammonius.

Daphnus, Δαφνοῦς ὁ, uel Δαφνοῦσα ἡ, urbs Phocica, Steph.

Daphnuſis, Δαφνοῦσις, populi prope Olympum Bithynum, Stephan.

Daphnus, tribus uicina Co. Steph.

Daphnudium, Δαφνούδιον, prope Rhegium eſt, Thracibus uicinum. Eſt & Aegypti uicus. Steph.

Dapſolibyes, Δαψολίβυες, populi, Steph.

Darapſa, Δάραψα, urbs in Bactria, Steph.

Darandus, uide Tarantus.

Daradus Ptolemæo, fluuius eſt Africæ, quem aliquot literis in fine abiectis, Plin. Darat uocat lib. 5. cap. 1.

Darg, Δαργὶ, munitiſsimum caſtellum Anaſtaſij ciuitatis, cuius ciues Dareni, aliæ Darrhæ per duplex r.

Dardæ, Δάρδαι, Indici populi, qui ſub Dariade contra Dionyſium pugnarunt, Steph.

Dardanus, Δάρδανος, Electræ, Iouisq́; filij nomen, qui quum Iaſium fratrem interemiſſet, inde fugiens in Samothraciam primùm, & deinde in Aſiam uenit, locaq́; tenuit Helleſponto proxima: urbemq́; ibi Dardanum condidit, regionem q; totam Dardaniam appellauit: quā poſtea Tros Erichthonij filius Troiam appellauit. Trois autem filius fuit Ilus, qui urbem regiam à ſe Ilion appellauit. Ilus uerò Laomedontem filium genuit, qui pater fuit Priami. Verg. 3. Aen. Dardanus Iliacæ primus pater urbis & autor.

Dardanarij, qui omnia præmūt, uti deinde carius uēdant, ἀπὸ πῶλαι. dicti à Dardano quodam contaminatiſsimo & preſtigatiſsimo mago, à quo etiā Dardaniæ artes à Columella uocantur magicæ. Eius ſunt uerba: At ſi nulla ualet medicina repellere peſtem, Dardaniæ ueniant artes.

Dardanum, Δαρδάνιον, genus ornamenti, quod lacertis adhibebatur. Plin. lib. 33. cap. 3. Cuius ſceleris nos arguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit, ut habeant in lacertis iam quiddam & uiri quod è Dardanis uenit: itaque & Dardanium uocabatur.

Dares, tis, Δάρης, hiſtoricus Phrygius fuit, qui primus bellum Troianum, cui ipſe interfuerat, Græcè conſcripſit, quod poſtea à Cornelio Nepote in Latinam linguam uerſum fuit. * Fuit item Dares quidam ex comitibus Aeneæ, qui cum Entello Siculo cæſtuum certamine congreſſus ſuccubuit: ut refert Vergilius 5. Aeneid.

Daridęus, Δαριδαῖος, Perſarum rex fuit eo tempore, quo Apollonius Tyaneus ad Indos per Perſidem iter fecit: hoc eſt, tempore Tiberij, Caij, & Claudij Imperatorum.

Darioritum, Δαριόριτον, oppidū eſt Venetorum, in Gallia Lugdunenſi ad Oceanum ſitum: teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Sunt qui exiſtiment idem eſſe cum eo quod Galli uocant Vennes en Bretaigne.

Daridna, urbs Paphlagoniæ, Steph. Δάριδνα.

Dariſtane, Δαριστάνη, urbs Perſica, Steph.

Daritæ, Δαρῖται, populi quidam, Steph.

Darius, Δαρεῖος, nomen regis Perſarum, qui triginta ſex annos regnauit: cui Xerxes filius ex Atoſa Cyri filia ſucceſsit in regnum. * Fuit & alius eiuſdem nominis Perſarum rex, qui Alexandri adoleſcentiam deſpicatam habens, bello eum aggreſſus eſt: quē tamen Alexander exiguis copijs facilè profligauit. Darius uerò inſtaurato exercitu, prælio iterum congreſſus, ægrè fuga ſibi ſalutem quæſiuit, uxore & filiabus hoſtium prædæ relictis. Poſt hæc de pacis conditionibus cum Alexandro agens, quum nihil impetraſſet, redintegratis copijs tertiò congreditur, tandemq́; victus, quum ſe fugæ uictori eripere conaretur, à ſuis comprehenſus eſt, & trucidatus. Hoc nomen habet penultimam productam, quoniam apud Græcos ſcribitur per ει, diphthongum. Claudianus in Epiſtol. ad Adrianum: Darium famuli manibus dolouiſſe peremptum.

Dariorigum, Galliæ urbs Ptolemæo. uulgò Vannes.

Darrhæ, Δάρραι, populi iuxta rubrum mare, Steph.

Darſania, Δαρσανία, urbs Indica, ubi uno die mulieres ueſtem contexunt, Steph.

Darſij, Δάρσιοι, populi Thraciæ, Steph.

Daruernum, Δαρούερνον, portus eſt Britanniæ inſulæ, unde breuiſsimus eſt ad Caletes traiectus. Author Ptolemæus lib. 2. capite 3.

Darus Ptolemæo, eſt fluuius Pannoniæ inferioris, quē Plin. lib. 3. cap. 25. Drauum appellat. hodie Moram uocant.

Daſcylos, Bithyniæ oppidum Plin. & Pomponio lib. 1. Ptolemæus, Strabo & Stephanus Daſcyliū nominat, Δασκυλεύς, uicinumq́; lacum Daſcyliticum.

Daſſaretæi, Δασσαρῆται, Thraciæ populi, quos à tergo Epiro iunctos, Plinius ſcribit. De his Mela lib. 2. in deſcriptione Thraciæ.

Daſtylus, fuit Gygis regis pater, teſte Herodoto lib. 1. hiſtor.

Dates, unus fuit è ducibus Darij, qui teſte Herodoto lib. 6. bello apud Marathonem uictus eſt.

Daulia, uel Daulis, Δαυλὶς Ptolemæo, oppidum Phocidis fuit, olim ſub ditione Terei regis Thracum. Vnde Philomela ab Ouidio Daulia dicitur, quòd in Daulide urbe in auem ſui nominis fuerit conuerſa. Deflet (inquit) Treijcium Daulias ales Itym.

Dary-

Datinorum nauale Antisara est.

Datum, Δάτον, urbs Thracię: ciues, Datenei. Stephanus. uide Philippi.

Datylepti, Δατυλεπτοί, populi Thraciæ, Steph.

Daue, Δαύη, urbs Arabiæ, Steph. Gentilia, Dauæus, Dauenus, Dauites.

Daulis, nympha, à qua Daulidi urbi nomen. Stephanus.

Daunium, Δαύνιον, urbs Italiæ. * Est & Daunium murus Thraciæ, Steph.

Daunus, filius fuit Pilumni & Danaes, & auus Turni, qui in Apulia regnauit: à quo etiam regio illa, Daunia dicta est. * Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia sorore Amarę, Turnum suscepit. Verg. lib. 12. Dauni miserere senectæ. * Est quoque fluuij nomen in Apulia. unde Horatius libro tertio, Carm. Ode 33.

Qua pauper aquæ Daunus agrestium
Regnator populorum, &c.

Dauni, Italiæ populi, à Dauno duce Diomedis socero uicti: horũ oppidum est Salapia, Annibalis meritricio amore inclytum, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 11.

Daunia, Δαυνία, Apulia, à Dauno Illyricæ gentis claro uiro, Diomedis socero, qui eam condidit.

Dauniotichiæ Scepsij σκήψιοι Δαυνοτειχίται, nomen Stephano in Scempsa.

Dauriſes, Herodoto circa finem libri 6. unus ex Darij ducibus fortissimus, eiusdemq; gener, qui in insidijs à Carijs cæsus est.

Dausara, Δαύσαρα, urbs circa Essedam, Steph.

Decapolis, Δεκάπολις, regio Syriæ, Iudææ proxima, ita dicta à numero oppidorum, quæ sunt Damascus, Opoton, Philadelphia, Rhaphana: Scythopolis, antea Nysa: Gaddara, Hippon, Dion, Pella, Galasa, Canatha. Eadem & Decapolitana regio appellatur à Plin. lib. 5. cap 10.

Deceates, populi Liguriæ. Plinius libro tertio, capite 5. Ligurum celeberrimi ultra Alpes, Sallyi, Deceates, Oxybij.

Decelia, siue Decelea, penult. prod. Δεκέλεια, agri Attici locus est in tribu Hippothoontide: cuius frequens mentio est apud Thucydidem.

Decentij, Δεκέντιοι, Pannoniæ populi, à Decentio Magni filio, Magnentij fratre. Steph.

Decianus, Δεκιανός, uiri proprij, qui fuit ex Emerita Hispaniæ oppido.

Decietum, Δεκίητον, urbs Italiæ: Steph. uide Deceates.

Decius, Δέκιος, à decem, uiri proprium, quemadmodum à quinque Quintius. Decij tres, pater, filius & nepos dicti fuere, qui pro patria deo se deuouerunt: pater bello Gallico, filius bello Hetrusco, nepos eo bello quod Pyrrhus gessit pro Tarentinis. Cicer. 1. Tuscul. Si mors timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis etiam filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent.

Dedmasa, Δέδμασα, urbs Cariæ, Steph.

Deicoontes, Herculis filius fuit ex Megara Creontis Thebanorum tyranni filia. Author est Homerus in Odyssea.

Deianira, Δειάνειρα, filia fuit Oenei Aetoliæ regis, cuius regia Calydon erat. Hæc adeò formosa erat, ut multos procos haberet: tandem Acheloo desponsata est primò, deinde Herculi. Itaque nuptiarum gratia ortum est inter eos certamen: sed Acheloo uicto, Herculi cessit. Porrò quum Hercules transiturus esset Euenum Aetoliæ fluuium, qui tum temporis maximè excreuerat, Nessus Centaurus seipsum ultrò obtulit ad transuehendam Deinairam: quam quum Nesso commisisset, ipse primus intrepidè tranauit fluuium. Nessus autem adhuc in altera ripa stans, nouam nuptam uitiare uoluit: quòd uidens Hercules, sagittis hydræ sanguine infectis Centaurum trãsfixit: qui se moriturũ sentiens, ut hostem ulciscereturᵛ, Deianiræ uestem suam proprio sanguine profusam dono dedit, asserens ei uim amatoriam inesse: & si hac maritus indueretur, ipsum ab aliarum mulierum amore iri auocatum. Mulier itaque nimis credula munus accepit: & quum audisset maritum suum in Eubœa amore Ioles Euryti filiæ detineri, Nessi uestem domino suo perferendam Lychæ famulo tradidit. Hercules igitur nihil mali suspicans, quum sacrificaturus eam induisset, tantis cruciatibus affectus est, ut in furorem uersus, Lycham à Cœneo monte in Euboicum mare decusserit, qui in scopulum mutatus est: ipse autem Hercules arcu & sagittis Philoctetæ commissis, se in ardentem pyram in Oeta monte constructum coniecit. Quod Deianira audiens, dolore percita, Herculis claua se interfecit, ex cuius sanguine postea nata est herba quæ Nymphæa & Heracleon dicitur. Ouid. lib. 9. Metam. Victor ab Oechalia Cæneo sacra parabat Vota Ioui, quum fama loquax peruenit ad aures, Deianira tuas, &c.

Deidamia, Δηιδάμεια, filia fuit Lycomedis regis Scyri insulæ, quam Achilles, quum ipse inter regis huius filias sub muliebri habitu lateret, grauidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. uide Statium in Achilleid.

Deioces, Phraortæ filius, ob iudicandi æquitatem primus Medorum rex declaratus. Author Herodotus lib. 1.

Deione, ēs, Δηιόνη, mater fuit Mileti ex Apollinis concubitu. Vnde Miletum Deonidem uocat Ouidius libro 9. Metamorph. ubi sic habet: Tunc erat inualidus, Deionidemq́ue iuuentæ Robore Miletum, Phœboq́ue parente superbum Pertimuit.

Deiopeia, penult. correp. siue Deiope, Δηιόπεια, una ex nymphis Iunonis, quam illa apud Vergilium lib. 1. Aeneid. Aeolo uxorem pollicetur.

Sunt, inquit, mihi bis septẽ præstãti corpore nymphæ.
Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Conubio iungam stabili, propriamq́; dicabo.

Deiotarus, Galatiæ rex fuit, populo Romano amicissimus, qui tempore belli Pharsalici Pompeij partes sequutus est, eoq́ue profligato ad Cæsaris uictoris clementiam confugit, à quo Regis quidem nomen retinuit, parte tamen regni mulctatus est. Postea accusatus quòd Cæsari apud se diuertenti insidias struxisset, à Cicerone defensus est elegãtissima oratione, quæ etiam hodie extat. * Fuit & Deiotarus alter Adramyttenus, ludi literarij magister, apud Gargara Troadis, ut scribit Stephanus.

Deiphile, Δηιφίλη, nomen Adrasti regis filiæ, & Tydei uxoris, matris Diomedis, Græcorum omnium post Achillem & Aiacem Telamonium fortissimi.

Deiphobe, es, Δηιφόβη, nomen propriũ Sibyllę Cumanæ, Glauci filiæ, quę Aeneam ad inferos duxit. Verg. 6. Aen. Phœbi Triuieq́; sacerdos, Deiphobe Glauci.

Deiphobus, pen. corr. Δηιφόβος, nomen filij Priami ex Hecuba, qui interrempto Paride Helenam duxit uxorem: cuius tamen dolo & proditione interfectus est à Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromisit, ut author est Vergilius lib. 6. Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto, Deiphobum uidit, &c.

Deiphylus, Δήιφυλος, pen. corr. fuit Stheleni filius, Capanei in bello Troiano amicus fidelissimus, teste Homero 5. Iliad.

Deipites, uir Troianus, quem Vlysses in bello interemit, teste Homero.

Delas & Tygris minor fluuij Apameam Mesonorum ciuitatẽ circundant, Stephan. in Apamea. Δήλας.

Deliacus, uide Delos.

Delium, Δήλιον, oppidum Bœotiæ in Tanagra & templum Apollinis, Stephan.

Delius, uide Delos.

Delli, lacus erant breuiores bullientibus aquis insignes, non longè à Catana, mirè profunditatis, quos incolæ Crateras uocant. Hos poetæ fingunt fuisse fratres Palicos, Iouis & Thaliæ filios. Nam quum Thalia se uideret ex Ioue grauidam, metuens iram Iunonis, optauit ut sibi terra dehisceret. Instante autem partus tempore, recluſa terra ea in parte ubi nunc Delli lacus sunt, duo pueri emerserunt, quos Palicos fratres uocauerunt, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἥκειν, quòd prius in terram demersi, denuo reuersi sunt. Hos lacus accolæ fratribus Palicis sacros putant, quòd per eos credantur in lucem esse reuersi: & lacus ipsos Dellos uocant: qui tanta olim in ueneratione habiti sunt, ut circa eos inramentum exigi soleret, si quis in furti suspicionem ueniſſet, prius tamen accepto fideiussore, qui si iuranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet, qualia etiam hodie iuramenta ad D. Antonij aram à Christianis uidemus præstari.

Delminium, Δελμίνιον, Dalmatiæ oppidum est, apud Ptolemæum lib. 2. cap. ult.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Delos, Δῆλος, insula est maris Aegæi, Cycladum omnium clarissima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur esse enixa. De hac sic scribit Cic. 3. Ver. Proditum est memoriæ ac literis, Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum uicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem Dianamq; peperisse. Qua ex opinione hominum, illa insula eorum deorum sacra putatur, tantūq; eius authori religionis & est, & semper fuit, ut ne Persæ quidem quum bellum toti Græciæ, dijs, hominibusq; indixissent, & mille numero nauiū classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur aut uiolare, aut attingere. Hæc ille. *Aristoteles Delum appellatā existimat, ἀπὸ τοῦ δηλεῖν, quòd quum antea mari operta esset, repentè sese ostenderit. Alijs nominibus appellata est Ortygia, & Asteria, Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynethus, & Pyrpile, ab igne ibi reperto. Author Plin. lib. 4. cap 22.

Deliacus, a, um, Δηλιακός, quod est ex Delo. Vnde Deliaca uasa dicta sunt ex ære precioso, ab insula Delo, ubi fuit prima nobilitas æris. Plin. li. 34. Antiquissima æris gloria Deliaci fuit mercatus in Delo, concelebrata toto orbe. Cic. pro Rosc. Domus Chrysogoni referta uasis Corinthijs & Deliacis. Ex ære Deliaco fiebant pedes triclinioru, & fulcra.

Delius, Δήλιος, qui ex Delo insula: unde Apollo Delius. & Delia Luna appellata est, quæ & Diana. Ferunt enim Latonā ex Ioue grauidam, quum partui uicina esset, metu Pythonis serpentis, qui eam toto terrarum orbe Iunonis iussu persequebatur, in Delum insulam fugisse, ibiq; Dianam & Apollinē eodem partu edidisse.

Delphi, Δελφοί, tam pro oppido quàm pro oppidanis, plurali tantum numero: sicut Gabij, Leontini, Putcoli. Est autem ciuitas in Bœotia iuxta Parnassum, dicta à Delpho Neptuni filio, ex Melantho Deucalionis filia suscepto: magis rupib. & loci natura quàm humana arte munita. Delphis Apollinis erat oraculum toti terrarum orbi celeberrimum. Vnde & ipse Apollo Delphicus dictus est. Horat. 3. lib. Carm. Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen, Aut Ephesum, bimarisue Corinthi Mœnia, uel Baccho Thebas, uel Apolline Delphos. Macrobius in Saturnalibus, Apollinē Delphicum appellatum existimat à prisca Græcorum uoce Δέλφος, quæ solum significat, eo quòd interdiu stellis omnibus obscuratis, solus luceat: qua ratione etiam Sol à Latinis appellatus est.

Delphicus, ca, cum, Δελφικός, unde Delphica laurus, quòd uictores Pythiorum (qui ludi Phœbo sacri erant) ea corona rentur: & est uiridior laurus.

Delphusa, Δελφοῦσα, fons est insignis apud Delphos. Delphusia uerò, Δελφουσία, urbs Arcadiæ est. Vtriusq; author Steph.

Delta, Δέλτα, insula est in Nilo Aegypti fluuio, non procul ab Alexandria: ita dicta, quòd literæ Græcę Δ imaginem referat. Hircius lib. 4. bel. Ciuil. Locus, inquit, est illarum ferè regionum nobilissimus, non longè ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen à similitudine literæ cepit. Nam pars quædam fluminis Nili deriuata inter se duobus itineribus paulatim medium inter se spacium relinquens, diuersissimo ad littus interuallo à mari adiungitur. * Est ité Delta nomen urbis non procul à Syria, teste Steph.

Deltoron, pen. prod. Δελτωτὸν, signum est in cœlo supra Arietis caput positum, triangulari figura Δ, Græcæ literæ imaginem referens, à qua etiam nomen habet, duobus æquis lateribus, uno breuiori, in unoquoque angulo stellam habens. Cic. in Arati Phænom. Deltoron dicere Graij Quod soliti, simili quia forma litera claret.

Demades, Δημάδης, Athenienſis orator fuit, Demosthenis æmulus, eiq; aduersas in republica partes fouens. Nihil enim aliud Demosthenes quàm patriæ libertatem spectabat: ille ex Macedonum gratia potentiam quærebat & opes. Hunc iam ætate confectum, & ex nimio luxu ad summam iam inopiam redactum, cauillatus est Antipater uictimis cæsis similem esse, de quibus nihil nisi lingua iam supereſt. uide Plutarchum in uita Demosthenis.

Demænetus, Δημαίνετος, nomen uiri proprium apud Plautum in Asin. & signi ficat popularem & idioram.

Demaratus, Δημάρατος, Lacedęmoniorum dux fuit, qui quum Athenienses, apud quos exulabat, ingens aduersus Lacedæmonios bellum parare animaduertisset, plus se patriæ, quàm uis ingratæ debere ratus, quàm priuatæ amicitiæ, omnium quæ agebantur ciues suos fecit certiores. Vixit autem tempore Philippi regis Macedonum. * Alius fuit (ut scribit T. Liuius lib. 1. ab Vrbe) Corinthius negotiator diues, qui ob seditiones domo profugus, tyrannidem Cypselli fugiens, in Hetruriam commigrauit, comportatis opibus luculentis, qui à Tarquinienſibus Hetruriæ populis exceptus, Tarquinium Priscum regem populi Romani ex illustri Hetrusca uxore genuit. Hunc comitati sunt duo ex Corintho fictores, Eucirapus & Eugránius, à quibus Italiæ proditam plasticen, hoc est figulinam artem ferunt.

Demarchus, Δήμαρχος, princeps populi, aut tribunus plebis dicitur. Spartianus in uita Adriani. Fuit Demarchus in patria sua, Athenis Archon.

Demeter, Δημήτηρ, pen. prod. dicta est Ceres, quasi Gemeter, id est terræ mater. Hinc apud Galenum lib. 1. de Alimentis legimus, Demetria signa, id est Cerealia, & frumentaria.

Demetrias, Δημητριάς, Thessaliæ oppidum est quod prius Pagasa dicebatur. Author Plinius lib. 4. cap. 8. Stephanus à Demetrio rege dictam putat, qui ea in ora regnauit, & ciuitates quotquot sub Pelio erant, euertit. Idem alteram eiusdem nominis urbem in Macedonia collocat, & tertiam in Persidę iuxta Arbelum.

Demetrium, Δημήτριον, locus in finibus Thessaliæ, circa campum Crocotum, & Amphrysum fluuium. * Est præterea eiusdem nominis ciuitas in Aeolide, teste Steph.

Demetrius, Δημήτριος, Antigoni Macedonum regis filius, & patris in regno successor, qui propter insignem in expugnandis urbibus uirtutem, πολιορκητὴς, hoc est urbium expugnator dictus est. Hic post Alexandrū præter alios Macedonas nomine ac uirtute clarus, trāsmisso Euphrate, Babyloniaoc cupauit. Athenas Cassandri Ptolemæiq; imperio liberauit. Cyprum uicto Ptolemæo nauali prælio, recepit: Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Postremò quum bellum aduersus Antiochum suscepisset, acie uictus, uinus in illius potestatem peruenit: & in Chersoneso liberæ custodiæ permissus, quum maiorem uoluptatum quàm salutis rationem haberet, morbo ex incontinentia correptus periit. Hunc Plutarchus in Parallelis cum Antonio Triumuiorum contentionem adducit. * Fuit & alius Demetrius Phalereus, Theophrasti discipulus, qui ob eximias uirtutes Athenienſibus præfuit annis decē, trecentisq; sexaginta statuis æreis honoratus est. Hic (ut Plutarchus inquit) monebat Ptolemæum regem, ut de regno imperioq; libros sibi compararet atque perlegeret. Quæ enim amici non audent monere reges, hæc in libris scripta sunt. de hoc sic scribit Cicero in Bruto: Demetrius Phalereus eruditissimus quidem ille omnium horum, sed non tam armis institutus, quam palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses quàm inflammabat. Processerat enim in solem & puluerē, nō ut militari tabernaculo, sed ut è Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. Hic primus inflexit orationem, eamq; mollem teneramq; reddidit: & suauis, sicuti fuit, uideri maluit quàm grauis. * Fuit præter hos & Demetrius Syrus, dicendi magister non ignobilis: cuius etiam meminit Cicero in Bruto.

Demiphon, Δημιφῶν, uir popularis. Demos populus, phor ur dicitur.

Democedes, pen. prod. Δημοκήδης, fuit Crotoniata, medicus illustris: qui quum inter Darij captiuos esset, & Darius ipse ob luxatum pedem grauiter ægrotaret, ita ut iam septem dies noctesq; insomnes egisset, nec à medicis ullis iuuaretur, ductus in medium Democedes uinctus compedibus, Darium penitus liberauit: dehinc summo in honore apud regem habitus est.

Demochares, Δημοχάρης, orator Athenienſis, Demosthenis ex sorore nepos, qui missus cum alijs ad Philippum regem legatus, petenti regi quid gratum Athenienſibus facere posset: Si, inquit, te suspendas. Indignantibus ob eam rem cæteris, rex dimisit incolumem: Vos (inquiens cæteris) reteris, rex dimisit incolumem: Vos (inquiens cæteris) renunciate Athenienſibus, quos censeant superiores, qui tanta dicunt, an qui audiunt patienter. Hæc Seneca lib. 3. de Ira. Hic etiam historiam rerum quæ gestæ erant sua ætate Athenis, non tam historico, quàm oratorio genere scripsit. Author Cicero in Bruto.

Democles, siue, ut apud Valerium legitur, Damocles, adula-

tor

latoris cuiusdam nomen fuit, qui quum coram Dionysio regum fœlicitatẽ supra modum exaggerasset, quòd & splendidissimè amicirentur, & lautissimè uictitarent, rex quæsiuit uellet ne suam cum eo conditionem permutare? Quũq; annuisset, ornatum regia purpura iussit eum accũbere mensę omni genere deliciarum copiosissimè instructæ: sed supra caput strictum ensem de tenuissimo filo iussit suspendi. Metuens itaq; Democles, ne fracto filo ensis sibi in caput recideret, maluit ad pristinũ uitæ genus redire, quàm tam manifestum uitæ adire periculũ: intellexitq; quod res erat, regum uitam in speciem quidem felicissimam uideri: si tamẽ propius inspicias, plenam esse solicitudinis & periculi.

Democoon, Δημοκόων, fuit nothus Priami, qui uelocissimos patris equos apud Abydum custodiebat. Hunc Vlysses in bello interemit, ut est apud Homerum lib. 4. Iliad.

Democrates, Δημοκράτης, insignis athleta fuit, qui cõsistens in circulo à se circunscripto, à nemine loco moueri potuit. * Fuit & alter Democrates insignis architectus, Alexandri Magni ætate, qui illius iussu Alexandriam in Aegypto metatus est. Suidas.

Democritus, pen. cor. Δημόκριτος, nomẽ philosophi Abderitę, qui accepta à fratrib. natu maioribus paternæ hæreditatis portione, cognoscendarum rerum cupiditate accensus, bonam orbis partem peragrauit. Postea in patriam reuersus, cum summa inopia, in hortulo iuxta suæ urbis muros, se ad solas rerum naturas contemplandas contulit. De hoc memoriæ proditum est, quòd quocunq; fortunæ casu, & mutabilium rerum auditu, in risum soluebatur, sicut Heraclitus in fletum: unde Gelasinus nominatus est. Tandem teste Cicerone lib. 5. Tusc. se occæcauit, ut naturæ secreta subtilius rimaretur. Agebat centesimum & nonum annum quũ mortuus est. Dixit omnia ex atomis fieri, ac plures esse mũdos, & corruptibiles. Fertur theologiã ac astrologiam didicisse, à Magis & Chaldæis: cum Gymnosophistis quoq; cõgressus est. In omni deniq; philosophię genere adeò profecit, ut Pẽtathlos, siue Quinquertio dici posset. Namq; naturalia, moralia, mathematica, liberales disciplinas, artiumq; omnium peritiam callebat. Hunc Plinius uirum sagacem, & uitæ utilissimum fuisse refert, sed nimio iuuandi mortales studio prolapsum. Constat patre locupletissimo natum fuisse, ut qui totis Xerxis copijs epulum dederit.

Demodocus, Δημοδόκος, nomẽ citharœdi, quem Homerus libro 8. Odyss. inducit in conuiuio Alcinoi regis Phæacum citharam pulsantem, & simul accinentem.

Demolchus, Syracusanus comicus, Epicharmi medici filius. docuit fabulas quatuordecim lingua Dorica. Suidas.

Demonax, Δημώναξ, philosophus insignis fuit Adriani temporibus, pecuniæ contemptor, & omnis solicitudinis expers. Nihil sibi unquam uiatici parabat: sed quum esuriret, quam domum primùm apertam offendebat, ingressus iubebat sibi cibum apponi. Centenarius decessit, & funere publico est elatus, ut refert Lucianus.

Demonesus, Δημόνησος, insula est circa Chalcedonem, in qua cyanus lapis, chrysocolla, & aurum inuenitur, si Stephano credimus.

Demonica, Δημονίκη, Ephesia mulier fuit eo tempore quo Galli Senones omnem Europam infestabant, quæ cupiditate auri capta, Brenno hostium duci Ephesum prodidit. Hanc Plutarchus in Parallelis, cum Tarpeia puella comparat.

Demophoon, ontis, Δημοφόων, uel Demophon per contractionem, Δημοφῶν, Thesei ex Phædra filius, & rex Athenarum, qui ab expeditione Troiana rediens, aduersis uentis pulsus est in Thraciam, ibiq; à Phyllide Lycurgi regis filia hospitio & lecto susceptus est: apud quam quum aliquandiu delituisset, Athenas abijt. ibiq; mortuo patre imperium suscepit, oblitus Phyllidis, cui se rediturum iurauerat. Quapropter illa uidens se derelictam, amoris impatientia de amygdalo se suspẽdit. uide infrà, Phyllis, ubi hæc copiosius tractantur. Ouidius lib. 2. de Arte, Et tibi Demophoon Thesei criminis hæres, Phyllide decepta nulla relicta fuit, &c.

Demopolis, pe. cor. & Neocles Themistoclis clarissimi Athenensium ducis filij fuerunt: qui quum apud ciues suos meminissent legum, quæ aduersus exules latæ erant, à paternis inimicis lapidibus obruti sunt. Cæl. lib. 8. cap. 12.

Demosthenes, pe. cor. Δημοσθένης, nomen Oratoris clarissimi & Græcorum omnium oratorum principis. Hic natus patre qui Cultellarius cognominatus est, quòd domi haberet officinam & operarios cultellorum. Relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude, & negligentia direptis bonis, uix habuit unde præceptoribus mercedem solueret. Verùm cum multo studio, & laborioso peruigilio in clarissimum oratorem euasisset, libertatis Græciæ defensor, publicè grauibus concionibus Philippum infectatus est, utpote publicæ libertatis insidiatorem. Post cuius mortem patria pulsus, tandem reuocatus est. Sed iam mortuo Alexãdro, & Antipatro rebus Græcis pręposito, quum manifestã sibi necem imminẽtem uideret, relictis Athenis, in Calauriam insulam (ut scribit Suidas) ubi asylum erat Neptuno sacrum, confugit. Quò quum uenisset Archias actor tragœdiarum, qui ab Antipatro missus erat ut Demosthenem cõprehenderet, primùm ei persuadere conatus est, ut unà secum ad Antipatrum se conferret, nihil molestiæ ab eo perpessurus. Cuius fraude intellecta Demosthenes, Nihil est, inquit, Archia quod coneris. Neq; enim in scena mihi unquam placuisti mimus, neque nunc persuadebis legatus. Quum autem Archias se per uim detracturum minaretur, Tandem, inquit, Macedonica oracula aperuisti: nam prius quidem tanquam histrio simulabas. Verùm age parumper expecta, dum pauca domesticis scribo. Hæc locutus, sumpto libro tanquam scribere uellet, calamũ ori admouit: deinde caput uelle tegens, se inclinauit: quumq; ab ara retraheretur, cecidit, suspiransq; animam emisit. Hic eloquentiæ studio flagrãs, iugiter lucubrabat, adeò ut duos uel tres menses cõtinuos domi inclusus, sine intermissione studeret, abrasa parte capitis, ut exeundi facultatem sibi prærumperet. De hoc Hieronymus: Demosthenes plus olei quàm uini expendisse dicitur, & omnes opifices nocturnis semper uigilijs præuenisse.

Demus, Δῆμος, locus in Ithaca, aliàs κροκύλειον dictus. Apud Athenienses uirum significat, Steph. Est etiam pars tribus.

Deo, Δηώ, Ceres à Græcis appellatur; παρὰ τὸ δηῶν ὑφίσκω, eo quòd frugum fuerit inuentrix. Hinc Deois patronymicum, filia Deûs, quæ est Proserpina. Ouid. 6. Metamorph. Addidit ut Satyri celatus imagine, pulchram Iuppiter implerit gemino Nycteida fœtu Mnemosynem pastor, uarius Deoida serpens.

Dera, Δηρά, Iberiæ regio, per quam Sicanus fluit, Stephanus. Quamquam ciuitas ne an regio sit, in Græco non additur.

Derbæ, es, Δέρβη, castellum est portus Isaurię, patria Timothei, qui D. Pauli discipulus fuit.

Derbites, Δερβείτης, gentile.

Derbices, Δέρβικοι, populi sunt Asiæ, authore Plinio, proximi Hyrcano mari, quos Oxus amnis medios secat. Hi acerrimi delictorum uindicatores creduntur: utpote qui leuissimũ quodq; delictum capite puniant. Parentes grădæuos postquam annum septuagesimum fuerint egressi, iugulatos deuorãt: satius arbitrantes, à cognatis illos, quàm à uermibus absumi: citra septuagesimum annum obeuntes, nõ edũt, sed humant, ut scribit Strabo lib. 2. Hos Hieronymus Derbies uocat. Massagetæ, inquit, & Derbices miserrimos putãt, qui ęgrotatione moriãtur: & parentes, cognatos, propinquos, quum ad senectutẽ uenerunt, iugulatos deuorant: rectius esse dicẽtes, ut à se potius, quàm à uermibus, comedantur.

Derce, Δέρκη, fons est frigidissimus æstate, inter Bilbilim & Segobrigam, in ripa ferè Salonis amnis. Hæc Calepinus ex Perotto. Martialis tamen hunc fontem Dircennam uocat, nõ Dercen. Sic enim scribit lib. 1. ad Lucianum, Tepida natabis lene Congedi uada, Mollesq; Nympharum lacus. Quibus remissum corpus astringes breui Salone, qui ferrum gelat. Auidam rigens Dircenna placabit sitim. Et Nemea, quæ uincit niues. Quo in loco si Dirce legatur, uersui deerit syllaba.

Dercето, Δερκητώ, nomen est fabulosæ deæ, quæ apud Ioppen, authore Plinio, aut (ut Diodoro lib. 1. placet) iuxta Ascalonẽ colitur humana facie, reliquo corpore piscis. Hãc Syri Atergatim uocãt. Filiã habuit Semiramidẽ, quam à colũbis educatam ferunt. Ob id sacras genti aues eas esse, ostendit Tibullus, Alba Palæstino sancta columba Syro.

Dercyllus, unus è præfectis Pyrrhi, teste Plutarcho.

Derrhan, Δέρρων, Stephano populi Thraciæ. Herodotus Derræos uocat ut sequitur.

Derca, Δέρκα, urbs Arcadiæ. Stephanus:

Deria

Deriades, Δηριάδης, uide Dardæ.

Derrha, Δέρρα, locus Laconicæ: gentile Derræus, uel Derreates. unde Dereatidis Dianæ templum. Steph.

Derſæi, cum æ diphthongo, ſiue ut alij legũt, Derſes, Δηρσαῖοι, populi ſunt Græcorũ in littoribus Thraciæ, quorum memi nit Herodotus lib. 7.

Dertona, æ, pen. prod. Δέρτων Stephano, Inſubriæ oppidum eſt ad Padum fluuium, quod à Ptolemæo Taurinis annume ratur. Hodie uocatur Tortona.

Dertoſa, urbs Hiſpaniæ, uide Lertoſa, ut apud Ptolemęũ ſcribitur, quod non placet: ſed potius Dertoſa, cum hodie Tortoſa nuncupatur.

Deruſiei, fuerunt oratores Perſici, teſte Herodoto lib. 6. Δερσαῖοι ἢ Δρέσιοι. Stepha. populi ſunt Perſici, ex 1. li. Herodoti.

Deſili, Δησιλοί, populi Thraciæ. Stephan.

Deſitiates, Δησιτιάται, Liburniæ populi in conuentu Naronenſi: quos commemorat Plin. lib. 3. cap. 22.

Deſticos, Δέστικος, inſula eſt exigua Thraciæ adiacens, non procul à Cherronneſo: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Deua, Δουῦα, Britanniæ oppidum eſt in tractu Orientali, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

Deuana, æ, Δυάνα, oppidum Tazalorum in Orientali tractu Britanniæ, qui hodie Scotia dicitur. Author Ptolemæus libro 2. cap. 3.

Deucalion, Δευκαλίων, nomen proprium filij Promethei, qui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam coniugio iunxit. Porrò quum hic apud Theſſalos regnãret, ingens diluuium contigit: quapropter arrepta naui ſolus Deucalion cum Pyrrha ſeruatus, in Parnaſſum montem delatus eſt. Ceſſantibus uerò aquis Themidos oraculum adijt, conſulturus de humani generis reſtitutione: quæ reſpõdit, ut oſſa Magnæ matris poſt tergum iaceret. Coniectis igitur poſt tergum lapidibus, quos Deucalion iecerat, in mares: quos Pyrrha, in fœminas uertebantur. Iuuen. Saty. Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor, Nauigio montem aſcendit, ſorteſq; popoſcit, Paulatimq; anima caluerunt mollia ſaxa. uide fabulam apud Ouidium lib. 1. Metamorph.

Deucalioneus, a, um: ut Deucalionei imbres, qui pro maximis & copioſiſsimis imbribus ponuntur à poetis, ſiue pro uniuerſo totius orbis cataclyſmo, quem illius uoluunt poetæ cõtigiſſe tẽporibus. Lucan. lib. 1. Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres. Vnde Deucalioneæ, Ouid. 7. Metamor.

Deuelton, Plinio Δεύιλτος, Ptolemæo oppidum Thraciæ Mediterraneum, lacum habens euiuſdem nominis. Vtriuſq; meminit Plinius lib. 4. cap. 11.

Deuerra, dea ab antiquis putata eſt, quam uenerabantur, ut ſcopis domum uerrere poſſent.

Dexamene, Δεξαμένη, una ex Nymphis marinis, à recipiendo dicta. Δέχομαι enim recipio dicitur.

Dexamenæ, plurali numero Δεξαμεναί, Ambraciæ regiuncula eſt, ita dicta à Dexameno Meſoli filio, & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuiſſe perhibetur. Author Steph.

Deximontani, Carmaniæ populi, dexteram ripam Granij amnis accolentes. Author Plin. lib. 6. cap. 23.

Dexamen, uide Bura.

Dexari, Δέξαροι, populi Chaſonũ Encheleis propinqui. Steph.

Dexiphanes, Δεξιφανής, pater Soſtrati architecti. Stephanus in Pharo.

Dexippus, Δέξιππος, orator Athenienſis fuit, ſub Valeriano & Aureliano principibus. * Fuit & alter hoc nomine medicus, patria Cous, diſcipulus Hippocratis. Author Suidas.

Dia, Δία, inſula eſt maris Aegæi, una Cycladum, diſtans à Delo XVII. M. paſſ. Alijs nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionyſias à uini fertilitate. Author Plin. lib. 4. cap. 12. In hac Liber pater Ariadnẽ à Theſeo deſtitutã uxorẽ duxit: qua de cauſa etiam Baccho ſacram eſſe uoluunt. Ouid. in Triſtibus, Qua breuis æquoreis Dia feritur aquis. * Eſt itẽ Dia Theſſaliæ urbs ab Aeaco condita. Alia item Thraciæ, ad Athon montem. Tertia, Eubœæ. Quarta, inſula iuxta Scyllæum Peloponneſi promontorium, oppidum habens eiuſdẽ nominis. Quinta, Luſitaniæ ad Oceanum. Sexta, Italię iuxta Alpes. Septima, Scythiæ, circa Phaſim. Octaua, Cariæ. Nona, Bithyniæ iuxta Pontum. Author Steph.

Dia, Δία, deæ nomen, quæ apud Sicyonios & Phliaſios colebatur: quę eadem fuiſſe creditur cum Hebe iuuentutis dea, uide Strab. lib. 8.

Diabitæ, Διαβῆται Stephano, inſulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum: quas recenſet Plinius lib. 5. cap. 31.

Diabete, Διαβήτη, inſula occidentalior quàm Sardinia & Corſica. Steph.

Diacrea, tribus Atticæ Pallantis ſedes, Steph.

Diactor, Διάκτωρ, Διάκτορος, quaſi internuncius: quod nomen datum eſt Mercurio.

Diadochi, urbs eſt in Perſia non procul ab Cteſiphonte, Διαδοχὴ πόλις, Steph.

Diades, Διάδης, nomen dedit Diadi urbi in Licia, quam condidit. Stephan.

Diacopene, es, Διακοπηνή, Cappadociæ regio ad Halym fluuium. Strabo lib. 12.

Diadumenus, Διαδούμενος, quaſi uittatus diadematusq; : quo nomine dictus eſt iuuenis quidam ſpecioſus, quem Polycletus ex ære expreſsit. Plin. li. 34. ca. 8. Polycletus Sicyonius, Ageladis diſcipulus, Diadumenum fecit molliter iuuenem, centum talentis nobilitatum.

Diagoras, Διαγόρας, nomen philoſophi, qui ἄθεος cognominatus eſt, quòd nullos deos eſſe putaret, myſteriaq; omnia ita contemneret, ut alios etiam ab ijs auerteret. Quare ab Athenienſibus pulſus eſt, qui talentum polliciti ſunt ijs qui eum interfeciſſent. Suidas. Huius Diagoræ meminit Cice. 1. de Nat. deor. Quid Diagoras, Atheos qui dictus eſt, poſteaq; Theodorus: non ne apertè deorum naturam ſuſtulerunt? * Fuit & Diagoras quidam Rhodius, cuius meminit Gellius lib. 3. cap. 15. his uerbis: Diagoras tres filios adoleſcentes habuit, unum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem, eosq; omnes uidit uincere, coronarique eodem Olympiæ die: & quum eum ibi tres adoleſcentes complexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſuauiarentur, quumq; populus gratulabundus flores undique in eum iaceret, ibi in ſtadio inſpectante populo, in oculis atq; manibus filiorum animam efflauit. Huius Diagoræ meminit Cice. lib. 1. Tuſc. quæſt.

Dialis, le, Διάκιος ὁ τοῦ Διός, quod Iouis eſt, quem Δία uocãt Græci. Vnde flamen Dialis, Iouis miniſterio aſſignatur à Numa Pompilio, ut docet Liu. lib. 1. ab Vrbe. Græci etiam τὸν Δία, pro aere ponebant, quo pacto nos etiam Iouis uocabulo utimur. Vnde fit adiectiuum Subdialis, ὑπαίθριος, id ſignificans, quod extra tectum eſt, aeri & cœlo expoſitum. Plin. lib. 34. Illa ſuper terram ex dialibus petris cæditur, hęc ex obrutis. Idem li. 36. cap. 25. Subdialia pauimenta Græci inuenere, id eſt quæ permanent ſub dio. * Dialem Conſulem, ἐφήμερον ὕπατον, dixit Cice. pro Conſule unius diei: ludens nimirum in uoce ambigua, non ſecus acſi à die dialis diceretur. Vnde celebratur illud ſcõma eius in Caniniũ: Olim flamines, nunc Conſules diales ſunt. Huius compoſitum poteſt uideri Nouendialis, de quo uide infrà ſuo loco.

Diana, Iouis filia ex Latona, eodem cum Apolline partu edita, Ἄρτεμις. Eadem & Luna dicitur, ſiue quòd noctu una, hoc eſt ſola & ſine fratre luceat: ſiue quòd lumen à ſole accipiat, quaſi luce lucens aliena. Præterea & Noctiluca dicta eſt, ſub quo nomine etiam templum in palatio dedicatum habuit. Hanc parturientes Iunonis Lucinæ nomine inuocabant. Iunonem quidem appellantes à iuuãdo: Lucinam uerò, quòd partum in lucem proferre putaretur. Verg. 4. Eclog. Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Græci εἰλείθυιαν uocãt. Alij Lucinam dictam putant, quòd oculis & luci præſit: alij à luco, quem Romæ in Exquilijs habebat. Eadem & Proſerpina, Περσεφόνη dicta eſt, & Dictynna: quarum appellationũ rationem uide ſuo loco. Apud inferos Hecate dicitur, uel quòd centum uictimis placetur, uel quòd centum annos erret faciat inſepultos. Dicta eſt & Pergæa Περγαία, à Pergare, Pamphyliæ oppido, in quo templum habuit inſigne. Plures tamen Dianas fuiſſe Cicero lib. ult. de Nat. deor. ſcribit: ſed illa nominatiſsima eſt, quæ eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata eſt. Hæc ob uirginitatis amorem fertur hominum conſortia fugiſſe: & ut à ſe libidinis pruritum amoueret, uenando ſyluas incoluiſſe, paucarum uirginum comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram, ſuccincta ſemper incedens, & cothurno induta. Ob hanc cauſam ſylſuarum & nemorum dea putabatur. Dicta eſt Faſcelis, à faſce lignorum, ubi eius ſimulachrum abditum erat, quod occiſo Thoante Tauricæ regionis rege ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum eſt. Laudatiſsimum templum habuit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

habuit apud Ephesios: aliud item in Taurica regione, ubi carne tãtum humana litabatur. De hac Lucan. lib. 1. Et Tauro Scythicæ non mitior ara Dianę. * Dianam autẽ dictam putabant, quasi Iouianam, ἀπὸ τοῦ Διός, fuit enim, ut iam diximus, Iouis filia ex Latona.

Dianium, Διάνιον, oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in ora maris Balearici. Ptolemæus inter Edetanorum oppida enumerat, lib. 2. cap. 6.

Diaphanes, Διαφανής, fluuius est Ciliciæ, ea in parte qua Syriæ contermina est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. uide Plinium lib. 5. cap. 27.

Dias, Sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore, commemoratur à Philostrato.

Dias, adis, Διάς, Lyciæ oppidum à Diada quodam conditum: à quo & nomen accepit. Author Steph.

Diaula una ex quatuor partibus Romæ, quæ ad meridianas regiones spectabat.

Diaulus, nomen uiri. uide Diaulos in Appel.

Dibutades, Sicyonius, teste Plin. li. 37. cap. 2. primus Corinthi figulus fuit, qui ex creta uasa cœpit conficere, & extremis imbricibus tegularum personas imponere.

Dicæa, Δίκαια, urbs Macedoniæ in Thermaico sinu, à Dicæo Neptuni filio. Author Plin. lib. 4. cap. 10.

Dicæarchia, Δικαιάρχεια, urbs olim celeberrima in ora Lucaniæ, quæ nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quondam iustissimè regebatur. Nam Græci Δίκαιον iustũ uocant, ἀρχὴν principatum. Sunt qui Dicarchiam uocent hanc Vrbẽ per quatuor syllabas. Vnde & possessiuum Dicarchæus apud Sidonium Apollinarem legitur. Namque Dicarchææ translatus puluis arenæ. Loquitur illic de puluere Puteolano, qui in aspergendis palæstricarum corporibus primam laudem habebat.

Dicæarchus, Δικαίαρχος, philosophus fuit Siculus, ex Messana ciuitate, Aristotelis auditor, philosophus, orator & Geometra. scripsit de Republica Spartiatarum, quem librũ quotannis prælegere in loco publico cautum erat, iuuenesque auditum conuenire. Hic opinatus est hominum exordium nullum extitisse, tanquam semper fuerit humanum genus. Composuit tres libros, in quibus scribit animam nihil aliud esse quàm uim quandam atq; potentiam, æquabiliter fusam tam in corporibus brutorum quàm hominum: eamq; à corpore credebat esse inseparabilem, & unà cum corpore interire. * Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus, Aristarchi auditor. Suidas.

Dicæogenes, Δικαιογένης, poeta scripsit Tragœdias & Dithyrambos. Author Suidas.

Dictæ, Δίκτη, teste Ptolemæo lib. 3. mons est Cretæ: sic dictus à Dicte nympha, quæ in eo colebatur.

Dictæus, a, um, Δικταῖος, Cretensis. Verg. 4. Georg. Dictæo cœli regem pauere sub antro.

Dictynna pen. pro. Δίκτυννα, cognomẽ est Dianæ. Scribit Diodorus lib. 6. Dictynnã ex Ioue genitã, in Creta cõsuetudine Dianæ familiarissimè usam esse: quæ res causam præbuit, ut quidã Dictynnã Dianãq; eandẽ esse existimarẽt. Callimachus ait, Dictynnã à retib. piscatorijs, quæ δίκτυα dicuntur, denominatã, intra quę fugiẽs euaserit uiolentiã Minois regis eá libidinis causa insequentis. Alij à retib. uenatorijs ita dictã uolunt, quorum usum prima traditur inuenisse. uide ea quæ suprà annotauimus in dictione Britomartys.

Dictynneum, Δικτυννεῖον, Dictynnæ templum in monte Cretæ, cui nomen est Tityrus: cuius meminit Strabo lib. 10.

Dictys, Δίκτυς, unus ex Centauris fuit, Pirithoi manu interfectus, ut est uidere apud Ouid. lib. 11. Metam. * Fuit etiã hoc nomine historicus Cretẽsis, qui cum Idomeneo rege Cretę ad expeditionem Troianam profectus, totũ illud bellum, Phœnicum lingua conscripsit. * Fuit & Dictys piscator quidam, qui Perseum educauit, de quo Statius lib. 2. Fluctiuagus uolucrem comebat Persea Dictys.

Didia lex, à latore Didio nominata, à Macrobio lib. 3. ca. 17. inter leges sumptuarias numeratur, quæ post Fanniã legẽ duodenigiuti annos sequuta est. cuius ferẽdæ duplex ratio fuit. Prima, ut non sola ciuitas Romana, sed uniuersa Italia lege sumptuaria tenerentur: secũda, ut nõ modò qui conuiuia maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea non uocati essent, atque omnino interfuissent, pœna legis tenerentur.

Dido, dús, Διδώ, filia fuit Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptijs Sichæo Herculis sacerdoti iuncta fuit: quẽ quũ Pygmalion Elisæ frater, thesauris eius inhians, ante arã obtruncasset, illa in somnis monita, cũ ijs quibus Pygmalionẽ inuisum esse siebat, effossis clàm thesauris nauim cõscendit, & in eam Africæ partem quæ Zeugitana appellata est, delata, tantum sibi soli emit, quantũ taurino corio posset circundare. Quo in loco quũ corium in tenuissimas partes dissecuisset, locũq; satis amplum complexa esset, urbem condidit, quã Carthaginẽ appellauit: arcẽq; in medio urbis, quã à corio bubulo Byrsam uocauit. Deinde quum Iarbas Getuliæ rex nuptias eius ambiret, recusantemq; ui armisq; cogeret, sibijpsi manus intulit, præferẽs nimirũ honesta morte occũbere, quã prioris lecti iura, secundis nuptijs polluere. Verg. li. 1. & 4. Aen. fabulatur, Aeneã captã Troia à patria profugum, ui tempestatis Carthaginẽ fuisse delatũ, Elisamq; amore eius captam, quũ præter spem desereretur, mortẽ sibi consciuisse. Quæ tamen res grauissimorum Historicorum fide facilè refellitur, qui Carthaginẽ tradunt septuagesimo demum anno post Romam cõditam, ab Elisa condi cœpisse: ab Aeneæ uerò in Italiam aductu usq; ad Vrbẽ conditam numerantur anni amplius quã trecenti, quib. Albæ regnatũ est. Hac de re extat elegans apud Ausonium Epigramma, quo illa se ab impudicitię nota uindicat, monens lectorem, ut de moribus suis incorruptis potius Historicorum monumentis, quàm poetarum fabulis fidem adhibeat. Hæc proprio nomine Elisa dicta fuit: Dido autẽ cognominata fuit, à rerum gestarum magnitudine, quasi uirago.

Didymaon, Διδυμάων, insignis faber ferrarius fuit, cuius meminit Verg. lib. 5. Aen. & clypeum efferri iussit, Didymaonis artes, Neptuni sacro Danais de poste refixum.

Didyme, es, pen. cor. Διδύμη, insula in mari Siculo, una ex Aeolijs. Pomp. Mel. lib. 2.

Didymæus, Διδυμαῖος, Apollo dictus est, quòd geminã speciẽ sui numinis præferat. Ex uno enim fonte lucis, gemino side respacia diei & noctis illustrat: interdiu per seipsum lumẽ prębens, noctu uerò lunam illuminans. unde & Romani, ut inquit Macrobius, Solẽ Didymęi Apollinis appellatione uenerantur. Dictum est & Didymæum templum Apollini dicatum, apud Miletum, quod prius oraculũ Brancidarum, ut author est Plinius, appellatum est. De quo templo sic scribens Strabo lib. 4. Post Posideũ Milesium est oraculum, Apollini Didymæo sacrum apud Brancidas, ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodum cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesij templum constituxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remansit sine tecto, uarijs antiquarum artiũ donis sumptuosissimè honoratum.

Didymus, nomẽ uirorũ quorũdã. uide Dydonus inter Appellat.

Diespiter, uide Dies in Appel.

Digeri, Δίγηροι, populi Thraciæ, Steph.

Diglito, appellatur Tygris fluuius, ubi tardior fluit, hoc est usque ad Medorum fines. Author Plin. lib. 7. cap. 27.

Diiouis, Iupiter appellatus est, uide Diespiter.

Dinamene, es, Δινάμενη, nympha marina, Nerei & Doridos filia: ita dicta ab eo quòd in mari plurimũ polleat. Hesiodus in Thæogon. Δωτώ τε, Πρωτώ τε, Φέρουσά τε Δυναμένη τε.

Dinarchus, Δίναρχος, Corinthij ciuis nomen est apud Plutarchum, qui Polypercontis fraude fuit interemptus.

Dindryme, urbs Macedoniæ: Δινδρύμη, Steph.

Dindymene, Δινδυμήνη, & Dindyme, dicitur Cybele, quòd in Dindymo Phrygiæ monte eius sacra fierent. Martial. lib. 8. Non per mystica sacra Dindymene Iurat Gellia.

Dindymus, pen. corre. Δίνδυμα τὰ, in sing. masc. gen. in plurali neut. iuga sunt mõtis Idæ Phrygiæ, matri deũm dicata. Proper. Dindymus & sacræ fabricata inuenta Cybellæ. Verg. lib. 9. Aen. O uerè Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.

Dinocrates, Δινοκράτης, Messenius fuit, lasciuia, luxurie, uitęque incontinentia insignis, cui tamen alioqui in arduis negocijs suscipiendis non deesset animus. Hic quum quodam die in multam noctem produxisset conuiuium, habituque muliebri sumpto coram conuiuis saltasset: postero die adijt Q. Flamminium, penes quem tum summa potestas erat, ostendens, si sibi daretur præsidium, posse se Messanam ad defensionem sollicitare. Admiratus Flamminius in homine tam effœminato tantam audaciam, De his (inquit)

postea

poſtea uidebimus. Te uerò miror uina tractare, ſaltare, & mulierem mentiri poſſe, quum rem tantam animo audeas concipere.

Diobulium, Διοβόλιον, oppidulum prope Pontum, Stephan.

Diochites, Διοχίτης, uicus Aegypti, in quo ſepultus eſt Oſiris. Steph.

Diocles, Διοκλῆς, Athenienſis, antiquæ Comœdiæ ſcriptor, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. * Diocles item medicus Caryſtius, Darij Hyſtaſpis tempore, qui & commentarios quoſdam de re medica ſcriptos reliquit.

Diocleus, Orſilochi filius, teſte Hom. habitauit in Phęra loco inſigni.

Diodorus, pen. prod. Διόδωρος, cognomento Chronus, Dialecticus ex Iaſſo Aſiæ ciuitate fuit, ut Strabo eſt author lib. 14. qui Platonis tempore Euclidem audiuit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono eius præceptore, cuius ut famam obſcurauit, ita & cognomen uſurpauit. Dialecticus etiam appellatus, quòd (ut ait Laertius) primus inuolutum differẽdi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem cõmorans, quũ aliquãdo inter epulas à Stilpone ſermones quoſdam dialecticos propoſito exemplo nequiuiſſet exoluere, & ob id à rege per iurgium Chronus appellatus eſſet, conuiuium deſeruit: ac edito per ocium ſuper ea propoſitione libro, ex animi mœrore extinctus eſt. Author Diogenes Laertius. * Fuit item Diodorus quidam Stoicus philoſophus, utroq; lumine orbus, cuius ſic meminit Cic. in Bruto: Eram cum Stoico Diodoro, qui quũ habitaſſet apud me, mecumque uixiſſet, nuper eſt domi meæ mortuus: à quo quum alijs rebus, tũ ſtudioſiſsimè in dialecticc exercebar. de hoc etiam in Tuſc. lib. 5. * Diodorus Comicus poeta, cuius Comœdias enumerat Athenæus. * Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis philoſophi, eius qui compoſuit Dictionariũ Atticum. Floruit Adriani tempore. Suidas. * Diodoros præterea duos è Lydia Tiberij tẽpore Strabo cõmemorat, ambos oratores. * Præterea fuit & Diodorus Siculus nobiliſsimus hiſtoricus, qui uariam hiſtoriã libris quadraginta conſcripſit, quam Bibliothecam nominauit. Floruit Auguſti tẽporibus. * Diodorus Tarſenſis, prę ſul, cuius meminit Hieronymus, & Suidas.

Diogenes, pen. cor. Διογένης, nomen philoſophi Cynici, celeberrimi Antiſthenis diſcipuli, de quo ſcribitur, quòd quum Antiſthenes nullum diſcipulorum reciperet, & perſeueran tem Diogenem remouere non poſſet, nouiſsimè claua minatus eſt, niſi abiret. Cui ille ſubieciſſe dicitur caput, atq; dixiſſe, Nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo poſſet obſequio ſeparare. Vtebatur Diogenes palliolo duplici propter frigus, peram pro cellario habuit, ſecumque portabat clauam ob corpuſculi fragilitatem, qua iam ſenex membra ſuſtentare ſolitus erat. Ἡμερόβιος, ut ſcribit Hier. hoc eſt in diem uiuens, uulgò appellatus eſt, quòd omni abiecta ſolicitudine cibum ſuum in ſingulos dies emẽdicaret. Habitauit autem in portarũ ueſtibulis & porticibus ciuitatũ: cũq; ſe contorqueret dolio, uolubilem habere domum ſe iocabatur, & ſe cum temporibus immutantem. frigore enim, os dolij uertebat in Meridiem: æſtate, ad Septentrionem: & utcũque ſol ſe inclinauerat, Diogenis prætorium uertebatur. Ferunt, accedentem Alexandrum rogaſſe, ne ſibi apricanti à ſole obſtaret. Obijt fermè nonagenarius. Hic (ut author eſt Cic. lib. 1. Tuſ.) iuſsit cadauer ſuum inhumatum abijci: quęrentibusq; amicis, uolucribus ne & feris corpus ſuum dilaniandum uellet relinquit! Memini, inquit, ſed bacillũ apud me, quo illas abigam, ponitote: irridẽs nimirum amicorum præpoſteram curã, qui tantopere de humatione cadaueris omnis ſenſus expertis erant ſoliciti, quaſi magnum quiddã intereſſet, à feris ne an à uermibus abſumeretur. * Ferũtur alij 4. Diogenes, quorum unus fuit Apolloniates, Anaximenis auditor, temporibus Anaxagorę: alius Sicyonius, qui Pelopõneſiaca ſcripſit: alius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ob uicinitatẽ dictus fuit: alius Tarſenſis, quæſtionum poeticarum ſcriptor. Sed in Cynicum Nicanor tale epigrãma inſcripſit, Διόγενες, ἄγε, λίγε τίς ἑλλαδίοι μόρος, ὡς ἄιδος ἑλλαδι με κυνὸς ὄδαξ. * Poſtremò fuit & Diogenes Laertius, qui de uita & moribus philoſoph. opus ſcriptum reliquit.

Diogenianus, Διογενιανός, Heraclienſis inſignis grammaticus fuit Adriani temporibus, qui dictionarium Græcum per alphabeti ordinem conſcripſit. Author Suidas.

Diognetus, authore Plin. lib. 3. cap. 17. Διόγνητος, fuit unus itinerum Alexandri regis menſor. * Alius fuit ſub Antonino Philoſopho pictor egregius * Alius Clitomachi Pœni pater, qui ſucceſsit Carneadi: antea Aſdrubal nominatus. Fuere & alij huius nominis.

Diomeda, Διομήδη, Phorbantis filia fuit, quam Achilles ex Lesbo raptam concubinam habuit. Homer. lib. 9. Iliad.

Diomedea, Διομήδεια, urbs Daunorum, à Diomede cõdita. Et inſula in qua ardeæ cicures aduolitant, & finum ſubeunt, in quas Diomedis ſocios mutatos aiũt. Steph. uide plura in Diomede. Eſt & Diomedea prope Argyrippam, ſic enim lego. locus in Stephano mutilatus eſt.

Diomedes, Διομήδης, rex Aetoliæ, Tydei & Deiphyles filius, qui cũ reliquis Græcis ad Troiam profectus, adeò ſtrenue ſe geſſit, ut poſt Achillem & Aiacem Telamonium fortiſsimus haberetur. Nam præter occiſos à ſe reges, & ſingulares pugnas aduerſus Hectorẽ & Aeneam, aliosq; inſignes Troianorum principes, & captos Rheſi equos, Palladiumque Troianis ſubtractum, Martẽ quoq; in eo bello uulnerauit, Veneremq; in dextra manu, dum Aeneam protegere uellet. Quamobrem dea indignata, Aegialę uxori eius tantam libidinem immiſit, ut cum Cyllabaro, Stheleni filio concũberet. Quare cognita Diomedes domum reuerti noluit, ſed in Apuliam profectus, regni partem à Dauno accepit, ibiq; Arpos condidit. Quidam ferunt Diomedem ab Aenæa dolo occiſum, eiusq; ſocios ob peremptum regem in aues Diomedeas, uel (ut Græci uocant) Heroidas, mutatos. Horat. lib. 1. Serm. Qui locus à forti Diomede conditus olim, &c. * Diomedes alter rex Thracię, qui dum equos ſuos humana carne aleret in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipſis ad deuorãdum obiectus eſt. Ouid. in Ibim, Vt qui Threicij quondam præſepia regis, &c.

Diomedeę inſulæ, Διομήδειοι νῆσοι, duę eregione Gargãi ſunt, quarum altera habitatores habet, altera deſerta eſt, ubi diſparuiſſe aiunt Diomedem, & ſocios eius ob dolorem in aues conuerſos, quæ ob id Diomedeæ uocitatę ſunt. Has Iuba Cataractas appellat. Dentes eis eſſe dicuntur, oculi igneo colore, cæterò corpore candidæ ſunt, quæ in ſola Diomedea inſula uiſuntur.

Diomedei campi, Διομήδεια πεδία, uocati ſunt in Apulia, qui in diuiſione regni, quam cum Dauno feciſſe dicitur, Diomedi ceſſerunt.

Diomia, Διώμια τὰ, uel Διόμια, per omicron, pars tribus Aegeidis: quod Hercules illic Colyti hoſpitio ſuſceptus, Diomẽi eium filium amauerit, Step. uide Cynoſarges.

Dion, uide Dium.

Dion, Δίων, nomen proprium Syracuſani nobilis, qui adeò Platonem amauit, ut ſe eidem totum traderet. Hic patriam aſſeruit in libertatẽ, expulſo Dionyſio tyranno. De quo Plutarchus refert, quòd quũ Calippũ, cui omnium unimè fideret, inſidias ſibi tendere accepiſſet, eum arguere paſſus non eſt: Mori, inquiẽs, longè præſtare quàm uiuere, ubi nõ hoſtes ſolũ, ſed etiam amicos cauere oportuerit. * Dion Caſsius, patria Nicæus hiſtoricus, ſcripſit Romanam hiſtoriam libris LXXX. Præterea res geſtas Traiani principis, uitam Arriani philoſophi. Author Suidas. * Dion Pruſieus ſophiſta & philoſophus cognomento Chryſoſtomus, prodibat in publicum amictus pelle leonis. Apud Traianum plerumq; uixit, cuius familiaris fuit, eodemq; curru dignatus. Scripſit pro Homero cõtra Platonem libros III. De uirtutibus Alexandri Magni libros decem. Præterea an mundus eſſet interiturus. De comæ laudibus. De laudibus Herculis. Hæc Suidas.

Dione, es, Διώνη, una ex nymphis, Oceani & Tethyos filia, ut quidam perhibent, Veneris ex Ioue mater. Vnde & Dionæa, Διωναία dicta eſt. Verg. 3. Aen. Sacra Dionæę matri diuisque ferebam: & alibi, Ecce Dionæi proceſsit Cæſaris aſtri.

Dionia, Διονία, urbs Cypri, Stephan.

Dionyſa. uide Donyſa.

Dionyſia, Διονύσια, urbs Italiæ. Eſt & Dionyſias. Steph.

Dionyſias, Διονυσιάς, inſula eſt quam aliter Naxum uocant, à uinearum fertilitate ſic dicta. * Eſt & gemma, miſtis nigro rubentibus maculis, quæ in aqua trita ſaporem uini facit. Ebrietati reſiſtere exiſtimatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Dionyſiopolis, Διονυσόπολις, ciuitas in Ponto, Cruni, ἧρωνι, prius dicta ab aquarum defluxu: cum uerò poſtea Dionyſij ſimu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

simulacrum è mari ad locum appulisset, nomen inde recepit. Sunt etiam Cruni regio quædam occidentalis sub imperio regis. Secunda est Phrygiæ, ab Attalo & Eumene condita, qui Dionysij simulachrum eo loco repererunt. Tertia Indiæ: quarta, Libyæ: quinta, Thraciæ. Stephan. uide Crunos.

Dionysiopolis, pe. cor. Διονύσου πόλις, Stephano, Thraciæ urbs est, authore Plin. lib. 4. cap. 11. & Mela lib. 2.

Dionysius, Διόνυσος, dictus est Bacchus: & Dionysia, τὰ Διονύσια, Bacchanalia, Bacchi festa. * Fuit & hoc nomine philosophus Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui quum renum morbo laboraret, cruciareturq; cruciatu impatibili, succũbens dolori clamabat, falsa esse quæ à Zenone didicerat. Zeno enim & Stoici hoc omnes habent dogma, dolorẽ scilicet non esse malũ, sed indifferentem. * Fuerunt præterea hoc nomine duo Syracusanorum tyranni, quorum superior quũ Carthaginenses tota Sicilia expulisset, & bonam partẽ maritimæ Italiæ in ditionem suam redegisset, tandem à Carthaginẽsibus superatus, suorũ fraude occiditur. Huic succesit filius eiusdẽ nominis, qui quum ciuitatem Syracusanam cędibus replesset, expulsus est. Iterumq; receptus, quum crudelior indies fieret, rursus extorris Corinthũ in exilium proficiscitur: ubi in sordidissimum uitæ genus descendit, in popinis lupanaribusq; residens, ut contẽnendus magis, qnàm metuendus uideretur. Nouissimè se ludi magistrum professus, pueros in triuio docebat: ut quoniam uiris imperare non poterat, saltẽ pueris imperaret. Erat enim eruditus, utpote Platonis auditor olim. Interrogatus iam exul, quid ei philosophia profuisset: sapienter respondit, Vt æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem. Regnauit hic annis triginta octo. Plutarchus author est, regiam Dionysij puluerulentam fuisse, propter eorum multitudinem, qui geometricas in puluere figuras describebant. Ambo tamen & pater & filius philosophi, Platonem præceptorem audiuerũt. * Dionysius dialecticus, è Bithynia commoratur Straboni lib. 11. * Dionysius Corinthius, ut Suidas scribit: ut alij, Afer, ex Byzantio Africæ ciuitate, temporib. Augusti scripsit Geographiã uersibus hexametris. * Dionysius Alexandrinus Grãmaticus, peruenit ad Traiani tempora, cuius Bibliothecæ & Epistolis præfuit: præceptorem habuit Cheremonem philosophum, cui in schola Alexandrina olim succesit. Author Suidas. * Dionysius Milesius historicus, scripsit res Persicas, & quæ post Darium secuta sunt, aliaq; à Suida cõmemorata. Philostratus hunc inter sophistas annumerat, eumq; tradit Adriano principi, ob ingeniũ acceptum fuisse, à quo satrapes factus, ad scriptusq; inter equites. * Dionysius Halicarnasseus, Augusti temporibus Romanam scripsit historiam, ut Suidas testatur: scripsit etiã de characteribus antiquorum oratorum. Præterea de compositione orationis, & elocutione, quomodo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrici, quæ Theodorus Gaza in Latinã orationem conuertit. * Dionysius Heraclionis filius, tyrannus apud Heracleã & Antiochiã regnauit, ut author est Strabo lib. 16. * Dionysius Areopagita, Præsul Athenien sis, Pauli discipulus, ut scribitur in Actis Apostolorũ, solus Paulo concionante è philosophis qui aderant credidit. Hic quum esset in Aegypto, quò se disciplinæ causa contulerat, uideretq; eclipsim nulla ratione, quum Christus passus est, unà cum Apollophane sophista præceptore suo dixit, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluetur. Scripsit ad Timotheũ præsulem Ephesi, de Diuinis nominibus libros XII. de Hierarchia cœlesti, de cœlestibus ordinibus: præterea alia cõplura opuscula, ut author est Suidas. * Dionysius Corinthiorum præsul sub M. & L. Antoninis doctrina, sanctitateque clarus, scripsit epistolas quasdam ualde laudatas, ut author est Hieronymus. * Dionysius præsul Alexandrinus, Origenis discipulus, cuius operum meminit Hieronymus.

Dionysia, orum, Διονύσια, festa erant Athenis in honorem Dionysij instituta, quæ & Bacchanalia uocantur. Ea erant duplicia: altera uetustiora, quibus sacra fiebant in Acropoli, (ubi antiquissimum erat Dionysij templum, quod in Limnis dicebatur) idq; duodecimo die mensis, quem illi ἀνθεστηριῶνα uocabant. Altera recentiora, quæ & Astyca, ἀστυκὰ, dicebantur, hoc est urbica, quę in noua urbe celebrabantur, quę sub Acropoli sita fuit.

Dionysius Gorgyensis, in Gorgyca locò Samì colitur, Steph.

Diophanes, pen. cor. Διοφάνης, nomen uiri Bithynici. de quo Columella: Diophanes Bithynus Vticensem totum Dionysium Pœni Magonis interpretẽ, per multa diffusum uolumina, sex epitomis circunscripsit. * Diophanes item Mitylenæus, Rhetor fuit insignis, Gracchorum præceptor. Cic. in Bruto: Fuit Grachus diligentia Corneliæ matris, à puero doctus, & Græcis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos è Græcia magistros, in eis adolescens Diophanẽ Mitylenæum Græciæ temporibus illis disertissimum.

Diopœnus & Scyllis, Cretenses, antequam Cyrus apud Persas regnaret, Sicyonem se contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria, sculpendoq; marmori clarucrunt. Ex Plin. lib. 36. cap. 4.

Diores, propriũ uiri, quẽ Turnus interemit, apud Verg. lib. 11.

Turnus equo deiectum Amycum fratremq; Diorem
Congressus pedes, hunc uenientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit, curruq; abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.

Dioryctos, nomen insulæ, id est, continenti abscissa, Διορυκτός,

Dios hieron, id est, Iouis templum, oppidulum est Ioniæ, inter Lebedum & Colophonem. Stephanus.

Dioryctus, Διωρυκτός, locus est Acarnaniæ, trium stadiorũ longitudine, ubi Leucadia insula olim opera accolarum à continenti fuit àbscissa, eidemq; reddita uentorum flatu cõgeriem arenæ accumulantium. Author Plin. lib. 4. cap. 1.

Dioscorides, Διοσκορίδης, Anazarbeus medicus, M. Antonij & Cleopatræ familiaris, cuius extãt de materia medica libri VI. Itẽ de Lethalib. uenenis, eorũq; antidotis liber I. De morsu canis rabidi, liber I. De notis, quæ morsus siue ictus uenenatorũ animaliũ sequũtur, lib. I. De eorũ curatione, liber I.

Dioscorius, Διοσκόριος, Myræus, Grammaticus, præfectus Prætorij Leonis Imperatoris, ac præceptor filiarum eius. Author Suidas.

Dioscoron, insula est in finibus Italiæ, è regione Lacinij promontorij, x. M. pass. distans à continenti. Plin. lib. 3. cap. 10.

Dioscuri, Διόσκουροι, ἢ Διόσκοροι, à Græcis dicũtur Castor & Pollux, quasi Iouis filij. Antiquitas credidit hos salutares esse nauigantibus, si gemini apparerent (apparẽt autẽ ignis spẽcie, antennæ, aut malo insidentes) contrà tristes, si singuli apparerent Διόσκουροι, id est Dioscuri, apud Græcos (inquit Cic. lib. 3. de Nat. deor.) multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Ioue antiquissimo & Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi Ioue tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertij dicuntur à nonnullis Aleo & Melampus, Emolus, Atrei filij, qui Pelope natus fuit. Hæc Cicero.

Dioscurias, Διοσκουριάς, urbs fuit in Colchide, nunc deserta, quondam adeò clara, ut nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes, quæ dissimilibus linguis uterẽtur, descendisse, & postea à Romanis centum triginta interpretibus negotiationem ibi gestam fuisse. Author Plinius lib. 6. cap. 5.

Dioscurum, uicus in Libya est, ubi Dioscuri Paridem persecuti, Helenam rapuerunt. Steph.

Diospolis, Διός πόλις, Aegypti ciuitas, Hecatompylos quãdoque dicta, ab Osiri & Iside condita. Sunt & aliæ locis alijs hoc nomine in Aegypto quatuor præter hãc pusillæ ciuitates. Stephanus etiam alias duas commemorat eiusdem nominis urbes: quarum alteram in Libya, alteram in Palęstina collocat.

Dioxippus, Διόξιππος, nobilis athleta, quem Plin. lib. 35. cap. 11. refert citra puluerem ex Olympijs uictoriam reportasse. * Alius eiusdem nominis Poeta comicus, cuius fabulas cõmemorat Suidas. * Alius miles Alexandri Magni, mira fortitudine, qui prouocatus à Corrago milite, item Macedone, claua eum occidit. Author Aelianus.

Dippæa, Δίππαια, urbs Arcadiæ, Stephan.

Dipelus, quod hic corruptè legebatur, uide Dipœnus.

Diphilus, Δίφιλος, architectus fuit, in perducendis ad finem operibus tardissimus: adeò ut locum fecerit prouerbio, Diphilus Diphilo tardior. Cicer. ad Quint. Fratrem li. 3. Apud herum rectè erat. in Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. Locus erit prouerbio, quoties uolumus significare aliquem natura tardum, magnum solitæ negligentiæ cumulum adiecisse.

Dipnias, Δίπνιας, urbs Thessalię circa Larissam, ubi aiũt Apollinem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

linem primum esse pransum, cum ex Tempe purgatum redijt. Stephan.

Dipsiri, Δίψροι, urbs Phœnicum, Stephan.

Dipœnus, & Scyllis in Creta insula geniti, etiam tum Medis imperãtibus, priusq; quàm Cyrus in Persia regnare incipe ret, hoc est Olympiade circiter L. primi omnium marmore sculpendo inclaruere. Primùm Sicyonem se contulere, quę diu fuit officinarum omnium metallorum patria, ut ait Plinius lib. 36. cap. 4.

Dipson, ontis, fluuius est Ciliciæ ex Tauro profluens. Lucan. lib. 8. Tauroq; uidet Dipsonta cadentem, &c.

Dipsas, nomen lenæ. uide Dipsus in Appel.

Dirades, Διράδες, pars tribus Leontidis, à Dirade quodam dicta, Stephan.

Diræ, uide Dirus adiectiuum.

Dirbæ, Δίρβαι, locus est Scythiæ, in quo Theos ciuitas est, si recte legitur apud Stephanum.

Dircæus, cum æ diphthongo, Διρκαῖος, dicitur Aonius siue Thebanus. Nam pars Bœotiæ, in qua fons est Dirce, Dircęa cognominata est. Et apud Verg. Amphion Dircæus dictus est, id est, Thebanus.

Dirce, Δίρκη, nomen mulieris, Lyci Thebarũ regis uxoris, quã ille duxerat repudiata Antiopa. Sed hæc uerita ne Antiopã reuocaret, impetrauit à marito, ut posset illam in uinculis detinere. Antiopa uerò tempore partus soluta, gemellos quos ex Ioue conceperat (ut suprà dictum est) peperit, Amphionem uidelicet & Zetum, qui postea Lycum interfecerunt. Dircen uerò caudę indomiti equi alligarunt: quæ diu ita per terram raptata, tandem deorum commiseratione in sui nominis fontem conuersa est, nõ procul à Thebis. Propert. lib. 3. Tu reddis pueris matrem, pueriq; trahendam Vinxerunt Dircen sub trucis ora bouis. Lucan. lib. 3. Fatidica Cephisos aqua, Cadmeaq; Dirce. ab hoc fonte Thebani dicti sunt Dircæi. * Alia fuit Dirce Babylonia, quæ sua forma tumens, quum Palladi conuiciaretur, inter lauandum in piscem conuersa est. Ouidius lib. 4. Metam. Dirce quam uersam squamis uelantibus artus Stagna Palęstini crednnt coluisse figura.

Dircenna, fons est gelidissimus in Hispania Tarraconensis, non procul à Bylbili. Martial. li. 1. Auidam rigens Dircenna placabit sitim.

Dire, Δειρή, promontoriũ & urbs eiusdem nominis iuxta Aethiopiam. Est & ciuitas Athenienśium socia, Steph.

Diris, mons est Mauritaniæ, quem propter altitudinem, cœli columnam uocauerunt. Meminit Plin. lib. 5. cap. 1. ubi Dyris scribitur per y Græcum.

Dirphys, Δίρφυς, mons Eubœæ, ubi Dirphya Iuno colitur. Stephan.

Dis Ditis, uide Appellatiua.

Dithyrambus, Διθύραμβος, uiri Thebani nomen, qui primus hymnos inuenisse creditur, qui in honorem Bacchi solent decantari: à cuius nomine ipsi etiam hymni dithyrambi creduntur appellati. Horat. lib. 4. Car. Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit, numerisq; fertur Lege solutis. Quanquam & ipse Bacchus Dithyrambus est cognominatus, ἀπὸ τοῦ δὶς εἰς θύραν ἀναβαίνειν, quòd per duas ueluti portas in uitam ascenderit. Bis enim natus creditur, ex utero matris Semeles, & femore Iouis.

Dizeres, uide χοΐ, in Stephano.

Dizerus, Δίζηρος, urbs Illyriæ, dicta nimirum ἀπὸ τοῦ δίζεσθαι τὴν μήδειαν, quòd illic quæsita sit Medea, Steph.

Doberus, Δόβηρος, urbs Pęoniæ, Steph.

Docimeum, Δοκίμειον, urbs Phrygiæ, Stephan. uide Sinada & Synnada.

Doclea, æ, Δόκλεια, ciuitas mediterranea Dalmatiæ apud Ptolemæum lib. 2. cap. ult. Huius incolæ dicti sunt Docleatæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 22.

Dodona, pen. prod. Δωδώνη, ciuitas in Chaonia, regione Epiri, iuxta quam propinquum erat nemus Ioui sacrum, querneum totum, ubi Iouis Diodonæi templum fuisse narratur, & in eo oraculum, omnium quæ apud Græcos fuerunt uetustissimum. In hoc duas columbas consulentibus responsum dedisse quidam fabulantur, quorum altera Delphos, altera uerò in Ammonis Iouis templum uolauit: alij arbores ipsas uocales fuisse uolunt, & consulentibus oracula edere solitas. Dictam autem uolunt Dodonam à Nympha quadã marina eius nominis: aut, ut alijs placet, à Dodone quodam Iouis & Europæ filio. uide Stephanum.

Dodonæus, a, um, Δωδωναῖος, ut Dodonęus Iupiter, qui in Dodonæo nemore colebatur. * Item Dodonęum es, Δωδωναῖον χαλκεῖον, tintinnabuli quoddam genus die noctuq; continuò crepitãs: unde & ad homines iusto loquaciores prouerbiali metaphora transferri solet. Ausonius: Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni.

Dodonides, Δωδωνίδες, nymphæ, ut Pherecydes ait, dicuntur Liberi patris nutrices, à Dodona Epiri ciuitate. Hæ & Atlantides uocantur, quarum nomina sunt, Ambrosia, Eudora, Plasithoe, Coronis, Plexaura, Pytho, Tythe.

Dodone, Δωδώνη, Iouis & Europæ filia, quæ & Dodonis Δωδωνίς, dicitur. Est & nomen loci, quem Deucalion ex oraculo condidit, collectis his quæ superfuerant diluuio, Dodonemq; appellauit ab Oceano filia Dodone. Vnde Dodonius, a, um, Δωδώνιος.

Dœantes, Δοίαντες, campus Phrygiæ. Acmonem enim & Dœantem fratres fuisse aiunt, à quibus Dœantiũ & Acmoniũ nemora dicta sunt, Steph.

Dolabella nomine dictus est ciuis Romanus, Δολαβέλλας.

Dolba, Δόλβα, urbs Adiabenæ, Steph.

Doliche, Δολιχή, insula est XVII. M. passuum à Naxo distans, tantundem ipsa in longitudinem patens cum oppidis duobus, tertio amisso, quæ prius Icaros dicebatur: unde nonnulli nomen mari inditum putant potius, quàm ab Icaro Dædali filio. Ea etiam Macris & Ichthyoessa aliquando uocata est Plin. lib. 4. cap. 12.

Dolichene, Δολιχηνή, urbs Commagenæ, Steph.

Doliones, Δολίονες, incolæ Cyzici, aliàs Dolici, uel Dolini, Steph. uide Scyrmus.

Dolon, Δόλων, proprium nomẽ uiri Troiani, egregia pedũ pernicitate prædĩti, qui quum in castra Græcorum speculator missus esset, à Diomede & Vlysse deprehensus, consilia Troianorum spe conseruandę uitæ illis aperuit: quem tamen uti proditorem, falsa spe delusum occiderunt. Verg. 12. Aen. Antiqui proles bello præclara Dolonis.

Dolonci, Δόλογκοι, populi Thraciæ, ita dicti à Dolonco fratre Bithyni. Stephanus.

Dolopes, pen. cor. Δόλοπες, populi Thessaliæ in extremis finibus Phthiotidis, quibus Peleus (cuius imperio parebat) Troiani belli tempore Phœnicem præposuit: ut ex Homeri sententia refert Strabo lib. 9. Verg. lib. 2. Aeneid. quis talia fando Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyssi Temperet à lachrymis? &c. Plin. lib. 4. cap. 2. Dolopas in Aetolia constituit.

Dolopeius, a, um, Valer. 2. Argonaut. uidisse putant Dolopia busta.

Domitij plures fuerunt apud Romanos. Cn. Domitius, L. Domitius Nero, Domitius Aenobarbus: de quibus apud Plin. Liuium & Plutarchum.

Domitij ciuitas, Δομιττίου πόλις, in Isauria est, Steph.

Donusia, Δονσοία, insula parua Rhodi, in quam Dionysius Ariadnen ex Naxo traustulit, cum Minos pater eam persequeretur. Vnde corruptum uocabulum uidetur pro Dionysias. Steph.

Don, Δών, fluuius, à quo Dodonam aliqui dictã putant. Steph. in Dodona.

Donettini, Δωνεττινοί, gens Molossiæ, Steph.

Donysa, Δόνυσα, insula est in mari Aegæo una Sporadum, cuius meminit Verg. li. 3. Aeneid. Linquimus Ortygię portus pelagoq; uolamus, Bacchatamque iugis Naxon, uiridemq; Donysam.

Dora, Δῶρα, insula in sinu Persico, Steph.

Dorcades, insulæ, uide in Gorgones.

Dorceus, ei, Δορκεύς, ab Ouidio 3. Metamor. numeratur inter canes Actæonis. Inde, inquit, ruũt alij rapida uelocius aura Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus, Arcades omnes.

Dorieum, Δόριειον, Phrygiæ ciuitas, Steph.

Dorion, Δόριον, oppidum est Peloponnesi, iuxta quod Thamyras citharœdus Musas ad cantus certamen prouocauit. Meminit huius oppidi Plinius libro quarto, cap. 5. Item Lucanus libro 6. Pteleos, & Dorion ira Nobile Pieridũ. * Est & eiusdem nominis oppidum in Magnesia apud eundẽ lib. 4. cap. 10.

cap.10. * Tertium item in Ionia, minoris Asiæ regione, apud eundem libro 5.cap.29.

Doris, idis, Δωρίς, Græciæ regio est iuxta sinũ Maliacũ, à tergo habens Oetã montẽ: à qua incolæ Dorij, uel Dorienses, uel etiam Dories, Δωριῆς, appellantur. Inde denominatiuum Doricus: ut lingua Dorica, qua regionis eius populi utebãtur. Dories antè Achiui dicebãtur: postea Dories dici à Dorico quodam (ut Plato author est 3.de Legib.) qui eius regionis exules restituit: aut (ut Seruio placet) à Doro Neptuni filio, aut certè à Doride Oceani & Tethyos filia. Ab his originẽ traxerunt Asię populi, in ora Cariæ, ad mare Carpathium, quorum regio etiam Doris appellata est.

Dorij, Δώριοι, & Dorienses, siue Dories, Δωριῆς, populi sunt Achaiæ, sic dicti à Doride regione Græciæ iuxta Maliacum sinum, cuius à tergo mons est Oeta. * Sunt & eiusdem nominis populi in Asia, Caribus uicini, ad Carpathium mare, à superioribus oriundi, quorum frequens est mẽtio apud Herodotum libro 1.

Doris, Δωρίς, nympha quædam maris, Oceani & Tethyos filia, quæ Nereo fratri nupta immensam uim marinarũ Nympharum peperit, quæ à nomine patris Nereides appellatæ sunt. Ponitur nonnunquam pro ipso mari. Verg. in Gallo, Sic tibi quum fluctus subterlabere Sicanos, Doris amara suam non intermisceat undam.

Doriscus, Δωρίσκος, locus littoralis Thraciæ, ferè ex oppositò Samothraciæ, à Doride nympha appellatus, cuius capacitate Xerxes numerauit, aut potius demensus est exercitus sui multitudinem. Erat enim capax c x x.M. hominum. Author Plin.lib.4.cap.11.& Herodotus lib.7.

Dorius, Lusitanię fluuius, ad quem portus est, & ciuitas, ut est apud Ptolemæum.

Dorocotterus, Δωροκόττερος, urbs Galatarum Aquilonarium. Stephanus.

Dortium, nomen fœminæ, diminutionis seu adulationis causa sic prolatum, à Δῶρον, quasi dulce & amabile nomen.

Dortium, Δόρτιον, Ptolemæo cap.9.lib.3.Mœsiæ superioris ciuitas est, ad Danubium.

Dorus, Δῶρος, Neptuni filius fuisse perhibetur, qui in Doride Græciæ regione regnauit, à quo ipsi etiam populi, Dorij appellati putantur, ut ait Seruius in illud Vergilij 2. Aeneid. iuuat ire, & Dorica castra, Desertosq; ,&c. * Est etiam eo nomine urbs quædam Phœnices, apud Iosephum: cuius ciues Doritæ appellantur, teste Stephano: qui etiam in Caria eiusdem nominis urbem collocat.

Dorylæum, Δορύλαιον Stephano, teste Plin.lib.5.cap.29. oppidum est Phrygiæ, nõ procul ab Hermi auriferi fluminis fonte: cuius meminit Plin.lib.5.cap.29.

Doryclus, Δόρυκλος, filius fuit Priami, nothus, ut scribit Homerus lib.11.Iliad. quem Aiax interemit. * Alter fuit Doryclus frater Phinei regis Thraciæ, de quo Verg.lib.5. Fit Beroe Ismarij coniunx longæua Dorycli. Et paulo pòst, - nõ hæc Rhœtia, matres, Est Dorycli coniunx, &c.

Dorylas, Δορύλας, nomẽ Nasamonis cuiusdã potentissimi, unius ex ijs qui Perseo in aula Cephij uim inferre conati, ab illo sunt interfecti. Ouid.5.Metam. Et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri, Diues agri Dorylas: quo nõ possederat alter Latius, aut totidem tollebat farris aceruos. * Est itẽ Dorylas Centauri nomen, apud Ouidium 12.Metamorph.

Dorylaus, Δορύλαος, uir Cretensis fuit, rei militaris peritissimus, & Mithridati cognomẽto Euergetæ magna familiaritate deinctus: cuius res gestas uide apud Strabonem lib.10.

Dorylus, unus ex Centauris.

Dotium, Δώτιον, urbs Thessaliæ, in quã Gnidij migrarũt, quorum regio Gnidia uocatur, à Dotia Elati filia sic dicta, uel à Dotide, uel Dotho, Steph.

Drabescus, Δραβῆσκος, Thraciæ regiuncula, Steph.

Dracæna, Δράκαινα, cum diphth. Draconis fœmina, quæ Draca quoq; dici potest.

Draco, Δράκων, antiquissimus Athenienſium legislator, cuius leges Solon, præterquàm quæ de cæde erant cõstitutæ, abrogandas curauit propter seueritatem. Nã una omnib. pœna cõstituta erat, ut etiam qui desidiæ damnati essent, aut qui olera surripuissent, capite plecterentur. Ob quamcausam Demades dicere solebat, Draconem non atramẽto, sed sanguine leges scripsisse. uide Gell.lib.2.cap.12.

Dragmus, Δραγμός, urbs Cretæ, Step.

Draconum, Δράκοντος, mons & ciuitas in Icaria insula, Steph.

Draconis insula, Δράκοντος νῆσος, in Libya est, Steph.

Draconigera, uide Appellatiua.

Dracus, Achęorũ dux, à L. Mũmio Romanorũ duce uictus. de quo Liuius sic scribit: Cũ Achæis, inquit, qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant, Q. Cæcil. Metellus ad Thermopylas bello cõflixit: quibus uictis, dux eorum Critolaus, ueneno sibi mortẽ cõsciuit. In cuius locũ Dracus Achaici motus primus author, ab Achæis dux creatus, ad Isthmon à L. Mummio consule uictus est. Hæc Liu.lib.52.

Drances, Δράγκης, orator fuit Latini regis, infestissimus Turno Rutulorum regi, ut est uidere apud Maronem lib.11. Tũ Drances idem infensus, &c.

Drangæ, Δράγγαι, populi sunt Persiæ. unde fœmininũ Drangeis, Δραγγῖτις, & regio Drangana Δραγγανή, Steph.

Drangiana, Δραγγιανη, prouincia in Asia minori, quam Ptolemæus ab Occasu & Septentrione Aria Bagao monte terminari ait, ab Oriente Arachosia. Vide ipsum lib.6.cap.19.

Drausi, Thraciæ populi sunt, qui puerorum recenter natorũ futuram calamitatem deflent, commemorantes omnia mala quæ uitam ingressos necesse est perpeti: contrà autem defunctorum exequias summa celebrant alacritate, gratulantes, illis quòd tot malorum myriadibus semel sunt defuncti. Author Herodotus.

Drepanum, pen.cor. Δρέπανον, urbs est Siciliæ trans Lilybæũ promontorium, non procul ab Eryce monte, ita dicta à curuo situ instar falcis: Δρέπανος enim falx dicitur: uel ab eo quòd Saturnus amputatis uirilibus paternis, illuc falcem proiecerit. Ouid.lib.3.Fast. Quiq; locus curuæ nomina falcis habet. Vergil.3.Aeneid. Hinc Drepani portus, & illætabilis ora, Accepit, &c.

Drepana, Δρέπανα, urbs Lyciæ. Et Drepana in plurali neutro, urbs Siciliæ. Steph.

Drepane, Δρεπάνη, Phæacia. * Est etiam Drepane in Bithynia, iuxta Astacenum sinum: item mons Aethiopiæ. Bithynicã sic dictam aiunt, à falce Saturni, Steph.

Drepanum, Δρέπανον, urbs Libyę. sunt & duæ insulæ circa Lebinthum, Steph.

Dresia, Δρεσία, urbs Phrygię, Steph.

Drepane, Δρεπάνη, olim uocata est Scheria. uide infrà.

Drilon, Δρίλων, fluuius est Dalmatię, ex Scardonio monte ortum trahens, circa medium superioris Mysiæ. uide Ptolemæum lib.2.cap.17. Plin.lib.3.cap.22.

Drilonius, Δριλώνιος, urbs magna, ultima Celticarum, Steph.

Drongilon, Δρόγγιλον, regiuncula Thessaliæ. Steph.

Druentia, æ, fluuius prouinciæ Narbonensis, in Rhodanum influens. Plin.lib.3.cap.4.

Drusomagus, Δρουσόμαγος, Rhetorum oppidum est apud Ptolemæum lib.2.cap.12.

Drusus, Δροῦσος, uir Romanus, genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus & superbus, Catonis auus. de quo sic Cicero.4.de Fin. Conferam autem, inquit, auum tuum Drusum cum Caio Graccho eius ferè æquali. Aedilis munus magnificentissimum dedit: Quæstor in Asia nullis insignibus uti uoluit, ne quid ipso esset insignius: Tribunus plebis Latinis ciuitatẽ, plebi agros, Equitibus curiam, Senatui iudicia permisit. * Fuit & ante hunc M. Liuius Drusus, cognomento Salinator, qui unà cum Cl. Nerone collega suo in Consulatu Asdrubalem uicit. Verg.6.Aeneid. Quin Decios, Drusosq; procul, &c. * Drusus item alius Ciceronis sodalis, de quo 3.de Nat.Deor. sic scribit: Cur sodalis meus interfectus domi suæ Drusus, &c. * Fuit & hoc nomine Liuiæ Augustæ filius, qui in Germania perijt: de cuius morte extat Ouidij carmen consolatorium ad Liuiam matrem.

Dryas, Δρύας, filius Hippolochi, & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes sequutus, quum in pugna Parthenopeum lethali ictu uulneraſſet, à Diana sagittis occisus est. Statius: Horrendumq; Dryanta mouet, &c

Dryades, Δρυάδες, Nymphæ syluarũ præsides, ita dictæ à Græco nomine Δρῦς, quod quamuis propriè quercũ significet, accipitur tamen pro quauis arbore. Verg.1. Georg. Ferte simul Faunique pedem, Dryadesq; puellæ. Hamadryades autem dicuntur singularum arborum Nymphæ, quæ cum ijs unà nasci & occidere dicuntur: cuiusmodi unam describit Ouid. lib.8. Metamorph. quercu annosa ab Erisichthone succisa interemptam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dryantiades Δρυαντιάδης, dictus est Lycurgus Thraciæ rex, à patre Dryante. Ouidius in Ibin, Vtque Dryantiadę Rhodopeia regna tenenti.

Dryidæ, Δρυΐδαι, siue Druidæ, siue etiam Druides, dicti sunt Gallorum magi, qui de totius gentis controuersia constituebant. Nomen habere creduntur à dictione Δρῦς, quæ olim quamuis arborem, hodie uerò peculiariter quercum significat, quòd maximè in lucis uersabãtur. Plin. li. 26. cap. 44. Nihil habent Dryidę (ita enim Galli suos appellant magos) uisco, &c. Cæs. lib. 6. bell. Gall. Druidæ rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit, magnoq; sunt apud eos in honore: nã ferè de omnib. controuersijs publicis priuatisque constituunt. Et si quod est admissum facinus, si cędes facta, si de hæreditate, de finibus controuersia est, ijdẽ decernunt, præmia pœnasq; cõstituũt. uide de his plura apud Cæsarem, quæ hic breuitatis causa omittimus. Hãc religionem, inquit Suetonius, sub Augusto interdictam, Claudius imperator quintus penitus aboleuit. Pro ijsdem etiam dicimus Druides, Druidum, per tertiam declinationem. Cæsar bel. Gall. lib. 6. Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum. Et paulo pòst: His autem omnibus Druidibus præest unus, qui summam inter eos habet authoritatem.

Drylon, uide Drilon.

Drymodis, Peloponnesi regio mediterranea, postea Pelasgis, & nouissimè Arcadia dicta. Plin. lib. 4. cap. 6.

Dryiæ, Δρυιαί uicus, συνοικία, non procul à Pontica Trapezunte, Steph.

Dryme, Δρυμή, urbs Libyæ, Steph.

Dry mia, Δρυμία, urbs Phocidis, Steph.

Drymusa, Δρυμοῦσα, insula Ionię, Steph.

Dryope, Δρυόπη, uel Δρύοπα, urbs circa Hęmoniam. Dryopes autem circa Oetam, à Dryope Eurypyli filia dicti sunt. Steph.

Dryopia, Δρυοπία, Δρυοπίς, regio Dryopum circa Trachinem. Steph. uide Cythnus.

Dryopes, Δρύοπες, populi Epirotici, de quibus Strabo lib. 8. & 13. Verg. 4. Aeneid. Cretesq;, Dryopesque fremunt, pictiq; Agathyrsi.

Drys, Δρῦς, urbs Thraciæ, & alia Oenotrorum, item uicus Lyciæ circa Arum fluuium. Steph.

Dryssus, uir Troianus apud Homerum in Iliade.

Dryusa, Δρύουσα, Samos olim dicta est, Steph.

Dubis, Galliæ fluuius, Vesuntionem Sequanorum oppidum medium secans, Dolamq; alluens. Meminit eius Cæsar li. 1. bel. Gal. à nonnullis Alduasdubis appellatur.

Dubitapes, fictor egregius, qui uasa ex rubra creta primus effinxit.

Ducona, uide Dueona.

Duellonam, Bellonam antiqui appellabant, teste Varrone libro 4. de Lingua Latina. ἐννώ.

Dueona, Δουηόνα, urbs Cadurcorum in Gallia Aquitanica, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8.

Duillius, siue, ut alij uocant, Duellius, nomen ciuis Romani, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit. Is iam senex & trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrari sibi os fœtidum, & tristis se domum contulit. Quũq; uxori questus esset quare nunquam se monuisset, ut huic uitio mederetur: Fecissem, inquit illa, nisi putassem omnibus uiris sic os olere. Cic. in Orat. Quid uerò licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut Duellũ bellum, & Duis, bis: sic Duelliũ eum qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauerunt, quum superiores semper appellati essent Duellij.

Dulichium, Δουλίχιον, insula est in mari Ionio, non procul ab Ithaca, una ex ijs quibus Vlysses imperabat. Verg. 3. Aeneid. In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthus, Dulichiũque, Sameq;, & Neritos ardua saxis.

Dulichius, a, um, Propertius, at quum Dulichias Pallas spaciatur ad aras.

Dulopolis, Δουλόπολις ἢ Δούλων πόλις, id est, Seruorum ciuitas, in Libya est. Alia Hierodulorum est, in qua unicus liber est. Aiunt & in Creta Dulopolin esse mille uirorum. Est etiam parua regio in Aegypto huius nominis. Steph.

Dumatha, Δούμαθα, urbs Arabiæ, Steph.

Dunium, Δούνιον, Ptolemæo urbs est Britanniæ, inter Austrũ & Oceanum sita, hodie Dorclinga.

Dura, æ, Δοῦρα, Stephano, oppidum Mesopotamiæ, cuius incolæ dicuntur Dureni, Δουρηνοί.

Duram, Δοῦρον, Steph. quidam putant esse nomen fluuij circa quem gigantes turrim Babel fecerunt. Alij uolunt esse cãpum. unde est apud Danielem: In campo Duram statuit Nabuchodonosor statuam.

Duria, siue Durias, Δουρίας, Straboni, fluuius est Edetanorũ, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Valentiam præterfluens, & in sinum Sucronensem se exonerans. uide Plinium lib. 3. cap. 3. & Pomponium lib. 2. Sallustius Turiam uocat, de eo sic scribens lib. 4. Historiarum: Inter æqua mœnium dextrũ flumen Turia, quod Valentiã paruo interuallo præterfluit. Quam scripturæ rationem in Claudiano quoq; obseruauimus, qui sic habet, Floribus & roseis formosus Turia ripis. Phocas, alijq; nonnulli non incelebres Grammatici, nomen hoc neutro genere efferendum contendunt, quemadmodum & Mulucha, pro Africæ fluuio. * Est & alter eiusdẽ nominis fluuius in latere Occidentali Hispanię, per Vetiones, & Vaccæos in Oceanum influens, teste Strabone lib. 3. Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Doriam appellat. Plin. item lib. 3. cap. 16. Durias duos commemorat ex Apennino ortos, & in Padum influentes. Item alium in finibus Germaniæ, Suenos à Carnuntis dirimentem: de quo uide ipsum libro quarto, cap. 12.

Durocortorum, Δουροκόττορον, Gallię Belgicæ urbs est, Rhemorum metropolis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 9.

Duriopus, Δουριόπους, urbs & regio Macedoniæ, Steph.

Dusare, Δουσαρή, scopulus & uertex altissimus Arabiæ, sic dictus à Dusaro deo, qui apud Arabes & Dacharenos colitur. Gentile, Dusareni, Steph.

Dyman, tribus Doriensium, uide Steph. Δυμᾶν.

Dynamene, Δυναμένη, nymphę nomẽ, Latinè potentem sonat.

Dymas, Verg. 2. Aenid. Iphitus oblati per lunam Hipanisque Dymasque.

Δῦμβρις ἡ κατὰ γλῶσσαν βάλασσα. Dymbrius, uide Thymbria.

Dyme, Δύμη, urbs Achaiæ ultima ad occasum, quam Antimachus Cauconidem à Caucone fluuio cognominat. Steph.

Dyndasum, Δύνδασον, urbs Cariæ, Steph.

Dyrbæi, Δυρβαῖοι, populi ad Bactros & Indiam pertinentes. ui de plura apud Steph.

Dyrrhachium, Δυρράχιον, urbs est in ea parte Macedonię quæ mari Adriatico incumbit, distans à Brunduſio c c x x. M. pass. traiectu. Dictam autem uolunt Dyrrhachium à nomine eius qui urbi portũ adiecit: nã antea Epidamnus uocabatur, teste Plin. lib. 3. cap. 23. Hanc urbem Cicero exilij sui tempore amicissimam expertus est & officiosissimam, in qua & commoratus est, donec Senatusconsulto reuocaretur. uide plura apud Steph. cui & alia huius nominis Laconiæ urbs est, una ex centũ: Et Illyrię regio Dyrrachia, cuius incolæ Dyrrachij & Dyrrhacheni.

Dyspontium, Δυσποντιον, urbs Pisææ, à Dyspontio Pelopis filio, Steph.

Dystus, urbs Euboeæ, Δύστος, Steph.



Antes, nomen proprium historici Cyziceni, qui fuit eadem ætate qua Pygmalion in Oriente regnabat.

Eanus, à ueteribus dictus est qui postea Ianus, qui ineunti anno credebatur præsidere. Sæpe enim antiqui secundam uocalem pro tertia usurpauerunt, quod & ipsum testatur Quintilianus lib. 5. cap. 6. Quid? non e quoque, i loco fuit, ut Menerua, & Leber, & Magester, &c.

Earinus, peu. cor. ἐαρινός, adolescentis formosi nomen, apud Martialem, à uere dictum, quod Græci ἔαρ appellant.

Easo, onis, promontorium Pyrenæi montis. Item oppidum Vasconum. Vtriusq; author Ptolemæus, lib. 2. cap. 6.

Eboracum, Ἐβόρακον Ptolemęo, Britanniæ ciuitas est, quã illi sua lingua uocant Iortz.

Ebosus, uide Ebusus.

Ebroe, Ἔβρον, urbs in Chananęa Iudææ. gẽtile Ebromus, Steph.

Ebron, Ἔβρων, mons Palæstinorum, haud longè à Gaza Synæ ciuitate.

Ebrus, uide Hebrus.

Ebudes, insulæ sunt quinq; numero in Oceano Britanico, an gusto

gusto freto diuisæ, quarum incolę, ut scribit Solinus, lacte solum & piscibus uitam aguut. à Plinio Hębudes dicuntur. à Stephano Ἔβουδαι, diphthongo non aspirata.

Ebura, Ἔβουρα Ptolemæo, Ἴβορα. Steph. oppidum est Hispanię Bæticæ, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Eburones, Ἐβουρῶνοι, populi Galliæ Belgicæ, qui per fraudem multos ex Cæsaris exercitu trucidarũt. Hodie Leodiénses.

Eburonices, populi sunt inter Celtas, Aulertijs, Lexouijs, & Vnellis, reliquisq; maritimis ciuitatibus uicini.

Eburum, Ἔβουρον Ptolemæo, Morauiæ oppidum est. Germani uocant Olmuntz.

Ebusus, Ἔβουσος, insula est in mari Balearico, altera Pityusarũ, nullum animal noxium gignens. Plin. lib. 3. cap. 5. Ebusi terra fugat serpentes, Colubrariæ parit: ideo infesta omnibus nisi Ebusitanam terram inferentibus. Habet hæc insula oppidũ eiusdem nominis à Phœnicibus (ut putatur) conditũ, aut certè à Pœnis qui à Phœnicibus originem duxernnt. Silius libro tertio, Iamque Ebusus Phœnissa mouet, iamq; Arabus arma.

Ecameda, siue potius Hecameda, Ἑκαμήδη, apud Homerum lib. 11. Iliad. nomen est filiæ Arsinoi, quæ capta Tenedo, Nestori in prædam cessit.

Ecbasus, uide in Parrhasia.

Ecbatana, Ἐκβάτανα, numero plurali, pen. corre. metropolis est maioris Mediæ, à Seleuco condita, teste Plin. lib. 6. cap 14. Strabo lib. 11. Media in duas partes diuisa, quarum alteram maiorem uocant, cuius metropolis fuit Ecbatana ciuitas, & Medici imperij caput, nunc etiam Parthi regia utuntur. Huius urbis meminit & Cicero in oratione pro Lege Manilia, de Mithridate loquens: Vsque in Hispaniam, inquit, Ecbatanis legatos misit ad eos duces quibuscum tum bellum gerebamus. *Fuit & in ora Syrię eiusdem nominis oppidum, in monte situm, postea Carmelum appellatum: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 19.

Echemon, Ἐχέμων, Priami filius, à Diomede occisus. Homer. Iliad 5.

Echeneus, per quatuor syllabas, & pen. prod. Ἐχένηος, omnium Phęacum generosissimus, teste Hom. lib. 7 Odysseæ.

Echetia, Ἐχετία, urbs Italiæ, Steph.

Echetla, Ἐχέτλα, urbs Siciliæ.

Echetra, Ἐχέτρα, urbs Italiæ, Steph.

Echinades, Ἐχινάδες, exiguæ sunt insulę, Acarnaniæ adiacẽtes, ex aduerso ostij Acheloi fluminis, natæ ex arena & limo impetu Acheloi conuecto, teste Plinio lib. 2. cap. 85. De Echinadibus pulchrè Thucydides lib. 2. ubi de Acheloo. Ouid. lib. Metamorph. 8. inuolucro fabulæ uerum occuluit, & ex Naiadibus factas insulas tradidit, quoniam hæ terræ fluuio adgestæ fuerunt. Statius lib. 2. Theb.

Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit. Lucanus: Crassis oblimat Echinades undis.

Seneca in Troiade declinat Echina, æ, pen. pro. Quodlibet uento faciles Echinæ. Lege Dulichium in Steph. Qui etiam has insulas circa Aetoliam esse scribit: & hoc nomen sortitas ab asperitate, uel echinorum copia, uel Echino uate.

Echinon, Thraciæ urbs est ad Pegasęum sinum. Pompon. Mela lib. 2. in Thraciæ descriptione.

Echinus, pen. prod. Ἐχῖνος ἡ Ἐχινοῦς, Stephano, oppidũ est Acarnaniæ, non procul ab ostio Acheloi, quod Echinadibus insulis nomen feciſſe putatur. Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 1. * Est item Echinus, oppidum in ora Phthiotidis, ad Maliacum sinum, circa quod Sperchius in mare influit. De hoc Cic. in Arato: Dicitur excelsis errans in collibus amens Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Echinus. Recensetur etiam à Ptolemæo lib. 3. cap. 13.

Echion, pen. prod. Ἐχίων, unus fuit illorum quorum opera adiutus Cadmus Thebas ædificauit. de quo Ouid. 3. Metam. Hinc etiam ipsi Thebani à poetis Echionidæ & Echionij passim appellantur.

Eddana, Ἐδδάνα, urbs est ad Euphratem, à Phœnicibus habita: ita dicta ab Eddano duce. Gentile Edebessęus & Edebessius. Steph.

Edi, Ἄδοι, populi Scythiæ, Steph.

Edessa, Ἔδεσσα, ciuitas est Mesopotamiæ, siue (ut Plinius mauult) Syriæ Cœles, olim Rages dicta, teste Hieron. de Traditione. Hebraic. In hac Agbarus Toparcha regnauit, cuius extat ad Christum Epistola, & Christi ad eundem responsio: ut uidere est apud Eusebium histor. Ecclesiast. lib. 1. Hæc olim etiam Bambyce dicta est. Strabo: Trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam & Hierapolim uocant: in qua Atergatim Syriam deam colunt.

Edessæi, Ἐδεσσαῖοι, Ἐδεσσηνοί, dicti sunt Edessæ ciues.

Edom, Ἐδώμ, Esau dictus est, ob coctionem rufæ lentis, cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi namq;, ut Iosephus lib. 1. scribit, Edom rubeũ dicũt. Vnde & regio, in qua regnabat Esau, Edom dicta est, quam Græci, deflexo nonnihil nomine, Idumæam, Ἰδουμαίαν, denominauerunt. Hæc nunc regio (inquit Hieronymus) Gebalena dicitur, quæ est in finibus Eleutheropoleos, ubi habitabant antè Chorræi, qui interpretãtur liberi: unde & ipsa urbs postea sortita uocabulum est. Nunc uiculus Palęstinæ est, à conditore sic impositio nomine.

Edon, Ἄδων, teste Seruio, mons est Thraciæ, aut certè Macedoniæ, quæ Thraciæ proxima est, qui à Plin. lib. 4. cap. 11. appellatur Edonus.

Edonij, uel Edoni, pe. lõga, apud Græcos enim per ω scribitur populi Edoni mõti uicini. Horat. li. 2. Carm. Nó ego sanius Bacchabor Edonis: recepto Dulcę mihi furere est amico.

Edonius, & Edonus, adiectiua, idem significant quod Thracius. Verg. 12. Aeneid. Ac uelut Edoni Boreæ quum spiritus alto Insonat Aegeo. Ad hunc etiam modum Statius dixit, Edonas hyemes, pro frigore acerrimo, quale est in finibus Thraciæ.

Edonides, Ἀδωνίδες, mulieres Bacchantes, quæ furore diuino agitatæ, mysteria Bacchi celebrabant. Varijs autem nominibus appellabantur: nam & Euantes, & Thyades, & Mimallonides, & Mænades, & Bassarides dictæ sunt. De his Ouid. Protinus in syluis matres Edonidas omnes, Quę uidere nefas, torta radice ligauit.

Edonis, idis, Ἐδωνίς, ciuitas Phrygiæ, Cimmeriorum olim sedes. postea Antandros dicta. Steph.

Ediri, Prolemæo, insula est iuxta Orientalem plagam Hiberniæ, Andros Plinio dicta.

Edumæi, Ἰδουμαῖοι, uel Ἰδουμαῖοι, populi Arabici, Steph. uide de Edom & Idumæa.

Eduſam, ab edendo dixerunt ueteres deam, quæ esui præerat: quemadmodum Potinam, quæ potui. Author Nonius.

Edyia, Ἤδυια, apud Hesiodum in Theogon. nymphæ nomen est, Oceani & Tethyos filiæ.

Edymę, Ἤδυμη, urbs Cariæ. Steph.

Eetion, onis, Ἠετίων, pater fuit Andromaches, & socer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat, teste Homero lib. 12. Iliad. Hinc deducitur adiectiuũ Eetioneus, Ἠετιώνειος. Ouid. 12. Metamorph. Eetioneas impleuit sanguine Thebas.

Eetionea, æ, Ἠετιώνεια, alterum ex Pirę ei promontorijs, Steph.

Egelasta, æ, Ἐγελάστα, oppidũ est citerioris Hispaniæ, natiui salis fodinis nobilitatum. Plin. lib. 31. cap. 7. In Hispania quoque citeriore Egelastæ cæditur sal glebis penè translucentibus, cui iam pridem palma inter omnia salis genera à plerisque medicis pethibetur.

Egeria, (inquit Festus) Nympha fuit cui sacrificabãt prægnãtes, ꝙ eã putabãt facilè fœtũ utero egerere. uide Aegeria.

Egesinus, philosophus, Euandri auditor, cuius meminit Cic. Acad. quæst. lib. 4.

Egesta, Ἔγεστα, ciuitas in Sicilia, quam Aeneas condidit, & ab Acestis matre Egesta eam nominauit. Erat autẽ Egesta filia Hippotæ Troiani, quam pater, ne marinę beluę traderetur, impositam nauiculæ dijs & uẽtis commisit: quę tandem in Siciliam delata, à Crimniso amne compressa, Acesten edidit. Hęc postea Segesta dicta fuit: & Segestani, incolæ: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Egion, urbs inter Aetolos & Peloponnesiacos. author Pop.

Egnatia, Ἐγνατία, Ptol. urbs est Apuliæ ad mare Ionium, quæ hodie Iuuantium dicitur.

Egra, Ἔγρα Stephano, oppidum Arabię, ad sinum Elaniticum.

Eion, onis, Ἠιών, locus est in Taurica Cherroneso, cuius meminit Plin. lib. 6. ca. 6. Steph. itẽ Eion oppidum est Macedoniæ iuxta Pieriam, quę alio nomine Amphipolis dicitur.

Eioneus, Ἠιονεύς, unus è Grecorum principibus, qui ad Troiã profecti sunt, ab Hectore interfectus, teste Hom. li. 8. Iliad. *Alter fuit eiusdem nominis Thrax, & pater Rhesi regis, qui noctu à Diomede & Vlysse interfectus est, eodem Homero teste, lib. 11 Iliad. 10.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Elacatæum, ἐλακάταιον, mons Theſſaliæ, Iouis Elacatæi templum habens. Stephanus.

Elæa, ἐλαία, ciuitatis nomen eſt in Creta inſula cuius meminit Plinius lib.4.cap.126. * Eſt etiam inſula quædam, hoc nomine in Propõtide, contra Rhyndaci amnis oſtiũ, ut refert idem Plin.lib.5.cap.ult. *Eſt item Elæa, ἐλαία, Aeolidis oppidum, non procul à Cayco fluuio, inter Myrinam & Pitanam, teſte Pomponio lib.1.& Plin.lib.5.cap.30.

Elaites, ἐλάτης, Gentile eſt. Poſſeſsiuum, Elaiticus.

Elæus, ἐλαιεύς, uicus in tribu Hippothoontide, cuius incolæ Eleuſij, ut etiam ab Elæunte, Steph. (Steph.

Elçutichos, ἐλαιουτείχος, id eſt Olei murus, urbs eſt Lyciæ,

Elçus, ἐλαιοῦς, urbs in Helleſponto, & alia in Argo: incolæ Elæuſij, ut ab Elæo, Steph.

Elæuſſa, ἐλαιοῦσσα, inſula Ciliciæ poſt Epirum, quæ nunc Sebaſte, iuxta Cyzicum. Sunt & aliæ inſulæ ſeptem. Gentile Eleuſius, Steph.

Elaira, & Phœbe, uide Leucippides.

Elamitæ, ἐλαμῖται, pen.prod. dicti ſunt Perſarũ principes, ab Elam filio Sem, ut ait Ioſephus. * Sunt autẽ Elamitæ, populi ad ſinum Arabicum, quorum meminit Plin.lib.6.cap.28.

Elamitæ, populi Arabiæ, de quibus Plin.lib.6.cap.28.

Elaphuſſa, ἐλάφουσσα, inſula in Adriatico. uide Brettotia.

Elaphoneſus, ἐλαφόνησος, una Sporadum inſularum, cum urbe eiuſdem nominis, Steph.

Elaphus, mons. uide in Arginuſſæ.

Elatea, ἐλάτεια, urbs maxima Phocidis ab Elato quodã. alia Theſſaliæ, & alia Theſprotiæ, quam etiam uocant Elatriã, Steph.

Elatus, pater fuit Cæuei, unde Elateius dicitur. Ouid.lib.11.

Manet imperfoſſus ab omni,
Inq; cruentatus Cæneus Elateius ictu.

Stephanus in Dotio, Elati filiam Dotiam nominat.

Elauia, ἐλαύια, caſtellum Siciliæ, Steph.

Elbeſtĩ, ἐλβέσιοι, populi Libyæ, Steph.

Elbo, ἔλβω, inſula quædam, Steph.

Elbonthis, ἔλβονθις, urbs inter Aegyptum & Cyrenem, Steph.

Elbora, uide Libora.

Elcebus, Ptolemæo Galliæ urbs.

Eldana, ἐλδάνα, oppidum Vaccæorum, qui ſunt populi Tarraconenſis Hiſpaniæ. Ptolemæus lib.2.cap.6.

Elea, ἐλέα, Straboni lib.6. ciuitas eſt Lucaniæ, à Phocenſibus condita, Parmenidis & Zenonis Pythagoricorum patria: qui ab ea Eleatæ dicuntur. Romani primùm Heliam, deinde Veliam uocauere.

Eleatæ, ἐλεάται, populi Lucaniç, Eleam urbẽ incolentes, quæ & Helia, & poſtremò Velia dicta eſt. uide Elea & Velia.

Electrides, ἠλεκτρίδες, inſulæ ſunt in mari Adriatico, ad oſtium Padi, ita dictę à Græcis, quòd electrum in illis ex arboribus defluere putabant: quod falſiſsimum eſſe, hodie etiam imperitiſsimis notum eſt. Prouenit enim electrum in quadam Germanici Oceani inſula, unde Lunari Oceani incremento ejicitur ad littus Germanicum, haud exiguum principibus qui locis maritimis imperant, præſtans uectigal. Vide Electrum.

Electra, ἠλέκτρα, teſte Heſiodo, Nympha Oceani & Tethyos filia, uxorq; Atlantis: cuius filia quædam etiam Electra dicta fuit, quæ Ioui Dardanum peperit, dicente Verg. lib.8. Dardanus Iliacę primus pater urbis & author, Electra, ut Graij perhibent, Atlantide cretus. Et ſubdit, Electram maximus Atlas Edidit, æthereos humero qui ſuſtinet orbes. *Alia fuit Electra Oreſtis ſoror, filia Agamemnonis, quæ cœlibem ad multũ ætatis uitam egit: unde etiam ab Helena apud Euripidem πολυχρόνιος παρθένος, hoc eſt annoſa uirgo per contumeliam appellatur. Inde aliqui Electram dictam uolunt, quaſi ἄλεκτρα, hoc eſt ſine thalamo: quanquam alijs magis placet à flauo colore, electrumq; referente ita fuiſſe appellatam.

Electrius, a, um: ut, Electria tellus, id eſt Samos: ſortita nomẽ ab Electra Dardani matre, filia Atlãtis. Valer.Flac.Argo.2. Tũc tenuit Lẽnos, tranſitq; Electria tellus Threicijs arcana ſacris. (cris.

Electryon, ἠλεκτρυών, Amphitryonis frater & filius Alcei, ut teſtis eſt Heſiodus in Aſpide.

Elegea, ἐλέγεια, regiuncula trans Euphratem.

Elei, pen.prod. ἠλεῖοι, populi in Peloponneſo, Elidem incolentes, clariſsimi propter delubrum Iouis Olympij, ludosque Olympiacos, quorum præfecturam Elei habuerunt. Vnde Elei equi, & Eleus carcer ſæpe leguntur. Lucan.lib.1. quantum clamore iuuatur Eleus ſonipes. Hinc Eliades equæ dicuntur, quæ ex Olympico certamine palmam referunt, ut annotauit Seruius in illud Vergilij 1.Georg. Eliadum palmas Epirus equarum.

Elelcis, idis, ἐλελίς, mulier bacchans, quæ & Thyas, & Mænas dicitur: ἀπὸ τοῦ ἐλελίζειν, hoc eſt à uociferando. Ouid.4.Epiſt.

Nunc feror, ut Bacchi furijs Elelcides actæ,
Quæq; ſub Ideo tympana colle mouent.

Elelcus, per tres ſyllabas, ἐλελεύς, dictus eſt Sol, ἀπὸ τοῦ ἐλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν, quòd æterno circa terram meatu uolui uideatur. Author Macrobius lib.1.Saturn.cap.17. * Eſt etiam Eleleus unum ex Bacchi cognominibus, ab ἐλελίζω, uerbo Græco, quod ſignificat uociferari, quemadmodum in bello conſueuerunt. Ouid.lib.4.Metam. ubi Bacchi nomina enumerat, etiam Elelei meminit, Nyctelius q̃, inquit, Eleleus q̃; parens: & Iacchus, & Euan.

Elephantina, ἐλεφαντινὴ, inſula Nili ſupra Syenẽ, oppidũ habẽs eiuſdem nominis, & puteũ ad Nili ripã ex eodẽ ſaxo, in quo Nili incrementa ſolent incidi. uide Strabonem lib.17

Elephantis, tidis, ἐλεφαντίς, nomẽ poetæ, qui libellos ſcripſit, quibus uaria genera concubitus, uariosq; coeundi modos complexus eſt. Martial.li.12.nec molles Elephãtidis libelli. *Eſt etiam Elephantis, Nili inſula infra ultimam eius fluuij cataractam, ubi finis eſt Aegyptiæ nauigationis. Author Plinius lib.5.cap.9. Strabo Elephantinam appellat.

Eleus, a, um, uide Elis.

Eleus, untis, ſiue potius Eleûs, ἐλεῦς Stephano, oppidum eſt in Thracica Cherroneſo, nó procul à Maſtuſia promontorio. Author Plin.lib.4.cap.11.

Eleuntij, huius incolæ dicuntur, ſiue Elæuſij, ἐλαιούσιοι.

Eleuſa, ſiue potius Elæuſa, ἐλαίουσα, inſula eſt Ciliciç adiacens, non procul à Cypro: cuius meminit Plin.lib.5.cap.31.

Eleuſis, ἐλευσίς, & Eleuſin, ἐλευσίν, ciuitas in Attica prouincia, non lõgè ab Athenis, in qua regnauit Eleuſius, qui quũ Cererem filiam quærentẽ liberaliſsimè hoſpitio ſuſcepiſſet, illa pro munere oſtẽdit ei omne genus agriculturæ: filiũ etiã eius Triptolemum recens natũ, per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: quumq; grandiuſculus factus eſſet, currui ſuo, quem alati trahebant ſerpentes, impoſitum per totum orbem miſit ad uſum frumentorum hominibus indicandum. Ob cuius beneficij memoriam, Eleuſini Cereri ſolẽnia ſacra inſtituerunt, quæ Theſmophoria appellantur. Huius urbis meminit Strabo lib.8. his uerbis: Eleuſin ciuitas eſt in Attica, ubi Eleuſinæ Cereris templum extat, & phanum myſticum, quod Ictinus extruxit, turbæ theatralis capaciſsimum.

Eleuſinus, adiect. ἐλευσίνιος Stephano: ut Eleuſina mater, id eſt Ceres. Verg.1. Georg. Tardaq; Eleuſinæ matris uolucria (planſtra.

Eleuſius, uide Eleuſis.

Eleuthera, ἐλευθέρα, ciuitas Cretæ, ab Eleuthere uno Curetũ, Aorus aliàs dicta, Steph. uide Eleutheræ, & Eleutherna, & Oaxus.

Eleutheraclini patria, ciuitas Cretæ, poſtea Apollonia dicta, Stephanus.

Eleuthera Cilicia, ἐλευθέρα κιλικία, id eſt libera Cilicia, cuius partes diuerſis in locis recenſentur. Gentile Eleutherocilices, Steph.

Eleutheræ, ἐλευθέραι, urbs Bœotiæ ab Eleuthere Apollinis filio, & alia Cretæ, ab Eleuthero uno Curetum, quę etiã Saorus uocabatur (uide Eleuthera) à Saora nympha. Eſt & alia iuxta Iſtrum fluuium in Ponto, ſic dicta quòd Iaſon Aeetem fugiens, timore illic liberatus ſit. Eſt etiã Lyciç urbs, à Nympha quadam. Strephanus.

Eleutherius, ἐλευθέριος, nomen uiri, quo ſignificatur apud nos liberalis, ingenuus, ſeruator liberatorq; Eleutheria, ἐλευθέρια, pluraliter quaſi liberatoria, id eſt libertatis ſolennia. Plautus in Perſa, Baſilicè agito eleutheria.

Eleutherium, ἐλευθέριον, oppidum Myſiç. Steph.

Eleutheris, ἐλευθερίς, urbs Bęotię Oropi, prope Corhum & Eucleum, Steph.

Eleutheriſcus, ἐλευθερίσκος, urbs Macedoniç.

Eleutherna, ἐλευθέρνα, urbs Cretę, ab uno Curetũ dicta. Steph. uide Eleuthera, & Satra.

Elgos, ἔλγος, oppidum Lydię. Steph.

Elibyrge, urbs Tarteſsi, Steph.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eleutij, Ἐλεύτιοι, populi Apuliæ, gens quam Parthenius Elephãtidem uocat. Gentilia, à priore Elephãtinus, ab Elephantide Elephantites. Stephanus. Sed ſuſpicor aliquid deeſſe.

Elli, uide Ellopia, & Selli, Ἕλλοι.

Eleutheros, Ἐλεύθερος, flumẽ eſt iuxta Orthoſiam urbẽ, quę eſt in radice Libani montis. Plinius lib. 9. cap. 10. Teſtudines in Phœnicio mari ultrò ueniunt ſtatuto tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine.

Elice, uide Helice.

Elis, Ἦλις, oppidũ in occidẽtali tractu Peloponẽſi, nõ procul ab Alpheo fluuio, iuxta quod certamẽ Olympicũ celebrari ſolet. Author Plin. li. 5. in deſcriptione Achaiæ. Ptolem. quoq; lib. cap. 16. regionẽ omnẽ circũiacentem, Elidem appellat.

Eleus, a, um, Ἐλεῖος. Verg. lib. 3. Georg. Hic uel Elei metas & maxima campi Sudabit ſpacia.

Elias, dis, patronymicũ fœmininũ. ut, Equæ Eliades: quę apud Elidẽ certamine curuli palmas merẽtur, ut annotauit Seruius in illud Verg. 1. Georg. Eliadũ palmas Epirus equarũ.

Eliſa, Ἐλισσά, Beli Phœnicũ regis filia, Dido cognominata, qp cõ plura ſupra animi muliebris fortitudinẽ geſſerit. Nam & fratris inſidias fugiẽs, Carthaginẽ cõdidit: quũq; à ſuis ciuib. cogeretur Iarbę nouæ urbi bellum inferenti nubere, morte ſpontanea ſe à ſecundis nuptijs liberauit, ut notat Seruius.

Elimia, Ἐλιμία, urbs Macedoniæ, ab Elimo heroe, uel Heleno, uel Elyma Tuſcorum rege, Steph.

Elone, Ἠλώνη, urbs Perrebica, quæ & Limonẽ à Preto dicitur, Steph.

Ellopia, Ἑλλοπία, regio Eubœæ, & ipſa inſula ab Ellope Iouis filio. Sic etiam dicebatur regio iuxta Dodonã, cuius incolæ Elli & Selli. Eſt etiam urbs circa Dolopiam & regio circa Theſpias, Steph.

Ellopium, Ἐλλόπιον, urbs Aetoliæ, Steph.

Elmantica, Ἐλμαντική, urbs Iberiæ, intra Iberum fluuium. Stephan. uide an ſit Salmantica Ptolemæo dicta.

Elorus, pen. prod. Ἕλωρος, Siciliæ urbs eſt, Pachyno promontorio proxima: ita dicta ab Eloro amne, qui adiacentibus cãpis ſuperfunditur, ſicut Nilus: in quo piſces cibum è manu capiunt, ut teſtatur Plin. lib. 32. cap. 2. De hoc Silius, Sidonius Drepane, atq; unda clamoſus Elorus. Verg. lib. 3. Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Elori.

Elotæ, Ἕλωτες, ſeu Elotia, Ἑλωτεία, ſua publica appellant mancipia Lacedæmonij, id eſt publicos miniſtros, ut ſunt apparitores, lictores, qui apud Theſſalos dicuntur Peneſtæ.

Elpenor, pen. prod. Ἐλπήνωρ, uomẽ comitis Vlyſſis, qui à Circe cum alijs ſocijs in porcum conuerſus fuit: & deinde priſtinæ formæ reſtitutus, delapſus de ſcalis, ceruicem fregit. Author Homerus 10. Odyſſ. Iuuen. Satyr. 15. Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.

Elpis, Ἐλπίς, nomen proprium Boethij uxoris: de qua hoc extat Epitaphium.

Elpis dicta fui, Siculæ regionis alumna,
Quam procul à patria coniugi segit amor.
Quo ſine mœſta dies, nox anxia, flebilis hora:
Cumq; uiro ſolum ſpiritus unus erat.
Lux mea non clauſa eſt tali remanente marito:
Maioriſq; animæ parte ſuperſtes ero.
Porticibusq; ſacris, iam nunc peregrina quieſco.
Iudicis æterni teſtificata thronum.
Ne' uue manus buſtum uiolet, ne fortè iugalis
Hæc iterum cupiat iungere membra cinis.

Elpia, Ἐλπία, urbs in Daunijs, à Rhodijs condita, Steph.

Eluri, Ἕλουροι, populi Scythici, Steph.

Eluſa, Ἐλοῦσα, urbs nunc quidẽ Palęſtinę tertiæ, olim uerò Arabiæ. Steph.

Eluina Ceres, ab Eluio opp. uel Eluide flu. unde poeta:
Me quoq; ad Eluinã Cererem, ueſtramq; Dianã.

Elymas, uide inter Appellatiua.

Elymæ, Ἐλύμαι, regio Aſſyriorum iuxta Perſiam prope Suſidẽ, Steph.

Elymnium, Ἐλύμνιον, inſula in Eubœa cum ciuitate. dicitur etiam Ἐλυμνία, Steph.

Elymus, Ἔλυμος, heros, Elymiæ ciuitati Macedoniæ nomẽ dediſſe putatur, Steph.

Elyrus, Ἔλυρος, urbs Cretæ, Steph. qui & alibi Syriam nauale eius appellat.

Elyſium, nomen loci. uide in Appellatiuis.

Emath, nomen fuit duarum Syriæ urbium: quarum maior, Antiochia, minor appellatur Epiphania. Vnde etiam hodiè proficiſcentibus in Meſopotamiam prima manſio Emas dicitur, corrupto quidem uocabulo, ſed priſtini nominis ueſtigia retinente. Hemath uerò in principio aſpiratum, regio Allophylorum eſt.

Emathia, Ἡμαθία Stephano & Suidæ, nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima, poſtea Macedonia appellata: ita dicta, ut quidã exiſtimant, ab Emathione rege, fratre Memnonis, Tithoni & Auroræ filij. Plin. lib. 4. cap. 10. Macedonia cẽtum quinquaginta populorũ, duobus inclyta regibus, quõdãq; terrarũ imperio, Emathia antè dicta. Poetæ Emathiã aliquã do uſurpant pro Theſſalia, ſuo quodã iure uicinorum locorũ appellationes cõfundentes. Verg. 1. Georg. Nõ fuit indignum ſuperi, bis ſanguine noſtro Emathiam, & latos Hæmi pingueſcere campos? Lucan. lib. 1. Bella per Emathios pluſquam ciuilia campos: hoc eſt, per campos Pharſalicos, qui in Theſſalia ſunt, teſte Plin. lib. 4. cap. 8.

Embatum, Ἔμβατον, locus Erythrææ, id eſt maris rubri, Steph.

Emerita Auguſta, Ἡμερίτα, Hiſpaniæ oppidũ eſt, ad Luſitaniam ſpectans. Vulgò Merida. Eſt hæc urbs cocco celebris, quod eſt rubrum granum, cuius ſucco uellera tinguntur, Tyrio ſplendori neutiquam cedentia, ut Plin. lib. 9. cap. 41.

Emiſa, Ἔμισα, aliàs Ἔμεσα, penultima producta, licet Dionyſius corripiat, urbs Phœniciæ Libanuſiæ. Gentile, Emiſæus, uel Emeſenus. Emiſa fœmininum eſt, licet Dionyſius declinare uideatur, Ἔμεσα τὰ, Steph.

Emmaus, mai, ſiue Emmaũs, ũntis, Ἐμμαοῦς Ptolemæo, caſtellũ ſiue oppidum Palæſtinæ, alio nomine Nicopolis appellatum, ubi Chriſtus à duobus diſcipulis panem frangens fuit agnitus. Plin. li. 5. cap. 14. Hiericuntem palmetis conſitã, fontibus irriguam Emmaum.

Emodus, Ἡμωδός, mons qui circa finem Indiæ in duos ramos diuiditur. Alteri Ortorocoras nomen eſt, alteri Semantinus. uide Ptolemæum lib. 6. cap. 15.

Empanda, Paganorum Dea fuit, teſte Feſto: ita dicta, quòd patentibus pagis, non clauſis urbibus præeſſet.

Empedocles, pen. cor. Ἐμπεδοκλῆς, nomen eſt philoſophi Agrigentini, quẽ neſcias utrum ne inter poetas, an inter philoſophos annumeres, quippe qui rerum naturã elegantiſsimo carmine explicuit, ut apud Romanos Lucretius. Hic (ut author eſt Hieronymus) omne quod uiuit & mouetur, nõ putauit edendũ, ſicut & Pythagoras: & ex cõcordia amicitiaq; elementorũ cuncta cõſtare affirmabat, & eorũ inimicitia & diſcordia aliquando diſſolutũ iri. Prima item elemẽtorum complexione ſegregatum aera cõtendebat: & poſt eũ ignẽ erupiſſe, eũq; quũ aliũ locũ non reperiret, ſurſum à frigore aeris eſſe repulſum. Circa terram autẽ duos circunferri dimidiatos orbes: alterum ex igne totum, alterum ex aere maximè, ac ex igne admodũ exiguo: & illum diem, hunc noctẽ eſſe putat. Solem natura nõ eſſe ignem, ſed ignis repercuſſionẽ ei ſimilẽ quam in aquis fieri cernimus. Luñã ex relicto ab igne aere congelatã, ſicut grando cõgelatur, & per ſe factam, lucẽ à Sole recipere. Mẽtem nõ in capite, nec in pectore, ſed in ſanguine diſſeminatam eſſe, ac illis partibus homines magis ſentire, quib. plus ſanguinis ineſt. De huius morte nõnulli memoriæ tradiderunt, clam relictis ſocijs Aetnã Siciliæ montẽ aſcendiſſe, & in ardentẽ eius craterem ſe conieciſſe, eo conſilio ut quum nuſquam appareret, crederetur factus eſſe immortalis: ſed eiectis impetu ignis ferreis eius crepidis, rem fuiſſe deprehenſam. De Empedocle extat honeſtiſsimũ illud Lucretij elogiũ, Carmina quinetiam diuini pectoris eius Vociferantur, & exponunt præclara reperta, Vt uix humana uideatur ſtirpe creatus.

Quid de dijs ſenſerit, docet Suidas ita ſcribẽs: Deorũ ſpecies & nomina nõdũ homines cognoſcere, declarat hoc, Saluete, Ego uobis deus immortalis, nõ amplius mortalis: & iã aliquando fui puella & puer, & in Olympiabos: quem fertur facta placenta ſacrificaſſe.

Emporium, Ἐμπόριον, urbs Celtica, à Maſſilienſib. cõdita: altera eſt Macedoniæ, tertia Siciliæ, quarta Campaniæ. Steph.

Eneti, Ἐνετοί, habitabant olim iuxta Paphlagoniã, inde Homerus ſylueſtres multos educi ſcribit. Dicũtur & equæ Enetides. Enetus, Ἐνετός, etiam poſſeſſiuum eſt, & ciuitas Myrmecis dialectici patria. Stephanus. uide Heneti.

Emporiæ, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Emporium, ἐμπόριον, oppidum quod aliàs Tanais, iuxta Tanaidis fluuij oſtia in Mæotin. Steph.

Empuſa, ἔμπουσα, genus laruæ & terriculamenti, dicatum Hecatæ, uno pede incedẽs: unde & nomẽ. Author Euſtathius. uide Cælium Rhodig. lib. 6. cap. 38. lect. antiq. & Eraſmum in prouerbio, Proteo mutabilior.

Enalus, ἔναλος, Lesbius adoleſcens, qui quum ſeruãdæ puellę cuiuſdam gratia ſe in mare abiecisſet, opera delphinũm ſeruatus, unà cum illa ad continentem tranſuectus eſt. Author Plutarchus in Sympoſio ſeptem ſapientum.

Enceladus, ἐγκέλαδος, Gigantum maximus, Titanis & Terræ filius, quem Iupiter fulmine ictum Aetnæ monti ſuppoſuit. Verg. lib. 3. Aeneid. Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus Vrgeri mole hac.

Encheleæ, ἐγχελέαι Stephano, oppidum in Illyride, iuxta quod Cadmus & eiuſdem uxor in ſerpentes uerſi ſunt. Lucan. lib. 1. & nomine priſco Encheleæ uerſi teſtantes funera Cadmi. Meminit huius oppidi & Plin. lib. 3. cap. 21.

Endymion, ἐνδυμίων, nomen proprium eius qui primus lunæ curſum inuenit. Apollonius lib. 4. Argon. οὐ γὰρ ἐγὼ μέγα μῆτα κάτμιορ ἄντρον ἀλίσκω, οὐδ' εἰν καλιὴ περιδαίομαι ἐνδυμίωνι. Hinc facta eſt origo fabulæ quam Cicero tãgit 1. Tuſculan. Endymionem à Luna adamatum fuiſſe, & ab ea in Latmio Cariæ monte fuiſſe ſopitum, non aliam ob cauſam quàm ut illum ſemel exoſcularetur. Sed Ciceronem ipſum ea de re audiamus: Endymion, inquit, ſi fabulas audire uolumus, neſcio quando in Latmio obdormiuit, qui eſt mons Cariæ, nondum, opinor, experrectus. Num igitur eum curare cenſes quum Luna laboret: à qua conſopitus putatur, ut eum dormientem oſcularetur? Hactenus Cicero. Endymionis tã prolixus ſomnus abijt in prouerbiũ. uide Eraſmi Adagia.

Engaddum, in tribu Iudæ, ut ſcribit Hieronymus, nocatur uſque hodie uicus prægrandis Iudæorum, iuxta mare mortuum, ubi opobalſamum prouenit, quas uineas Engaddi Salomon in Cantico nominat. Idem alibi, Engaddum ager eſt terræ Iudææ, non tam uineis quàm balſamis florens.

Engelanes, populi Illyriæ, ijdem qui Encheleæ, ἐγχελάνες. Stephanus.

Engyum, ἔγγυιον, urbs Siciliæ, Steph.

Eniochi, uide Heniochi.

Eniopeus, ἡνιοπεύς, Hectoris auriga fuit, à Diomede lãcea confixus. Author Homerus 8. Iliados.

Enipeus, pen. prod. ἐνιπεύς, fluuius Theſſaliæ, campos Pharſalicos irrigans, iuxta quem Cæſar uicit Pompeium. Lucan. libro ſeptimo: Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus. * Eſt & alter huius nominis fluuius in Elide, in Alpheum illabens, qui recentiore nomine Branchius dicitur, teſte Strabone lib. 8.

Eniſpe, ἐνίσπη, urbs Arcadiæ, quæ non amplius extat. Quidam Cleotriç, alij Phocidi eam annumerant. Steph.

Enna, ἔννα, ciuitas Siciliæ edito in loco & undique præcipiti ſita, à Syracuſanis, Stephano teſte, condita, quæ umbilicus Siciliæ dicitur, quòd in medio inſulæ conſtituta ſit. Immineț ſubiacentibus campis, ubertate & florum uarietate conſpicuis, olim tẽplum Cereris, ut Strabo teſtatur, habuit uetuſtiſsimum, ubi dea præcipua ueneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim uiros legatos miſere Romani. Hinc raptam à Plutone Proſerpinam Cereris filiam dixit antiquitas. Vulgus hodie Annam appellat, ubi qui regis locum tenet, ob loci commoditatem totius inſulæ ſolet conuentum habere. Cicero in Verrem: Vetus eſt, inquit, opinio, Iudices, quæ conſtat ex antiquiſsimis Græcorum literis atque monimentis, inſulam Siciliam totam eſſe Cereri & Liberæ conſecratam. Hoc cùm æteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, ut animis eorum inſitum atque innatum eſſe uideatur: nam & natas eſſe has in his terris deas, & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur: & raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam uocant, ex Ennenſium nemore: qui locus quòd in media inſula eſt ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur. Hactenus Cicero.

Enneus, a, um, ἐννάϊος, ut Ennæa Ceres, quæ anguſtiſsimo in tẽplo apud Ennam colebatur: cuius ſimulachrum tanto erat effictum artificio, ut qui illud intuerẽtur, aut ipſam uidere Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, ſed cœlo delapſam arbitrarentur. Author Cic. 7. Verr.

Enneacrunos, ἐννεάκρουνος, nomen fontis apud Athenas à Piſiſtrato conditi: à numero fiſtularũ dictus, quos Græci κρούνους appellant, noſtri uerò Salientes.

Ennius, ἔννιος, poeta antiquiſsimus apud Romanos, Q. Valerio & C. Manilio c o s s. natus fertur. Hic Tarentinus (ſi Euſebio credimus) fuit. At Pom. Mela ſcribit, Rudias Apuliæ, ſeu Calabriæ oppidum, Ennio ciue eſſe nobile. Cui aſtipulatur Silius, quum ait, Miſerunt Calabri, Rudiæ genuere uetuſtæ. Quin ipſe etiam Cicero in Oratione pro Archia poeta Ennium Rudiũ hominẽ uocat. Euſebius dicit Enniũ à Catone Quæſtore Romã intrãslatũ in Auẽtino habitaſſe, ac unius ancillæ miniſterio contentum fuiſſe. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis ſemper comitabatur: unde & in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus. Sequutus eſt M. Fuluium Nobiliorem ad bellum Aetolicum, cuius filium etudijt. Ab hoc & Cato iam ſenex dicitur Græcas literas didiciſſe. Scripſit plurima, inter quæ Annales, bellum Punicum ſecundum hexametris, quæ omnia penitus interciderunt, exceptis uerſibus aliquot, quos Macrobius oſtendit ab eo deſumpſiſſe Vergilium, & paucis immutatis in opus ſuum tranſtuliſſe. Sententiarum grauitate in primis excelluit, ſed cui uerborum cultus minimè reſponderet. Vnde interrogatus aliquando Vergilius quid ageret, aurum ſe ex Ennij ſtercore colligere reſpondit. Perijt articulari morbo, quem ex immodico uini uſu cõtraxerat. Horatius: Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma Proſiluit dicenda, &c. * Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ex ſyllabis & metris conſcripſit. Author eſt Tranquillus.

Ennoſigæus, ἐννοσιγαῖος, dictus eſt Neptunus quòd terrã quatiat. Vnde etiam Enoſichthon ἐνοσίχθων dicitur. Extra carmẽ melius unico n ſcribetur. Dicituręnim ἀπὸ τῆς ἐνόσεως τῆς γῆς, hoc eſt à terræ concuſsione: Iuuenalis Satyra 10. de Xerxe, Ipſum compedibus qui uinxerat Ennoſigæum.

Enoch, ἐνὼχ, nomen uiri in ſacris literis, qui ſignificat gratiam Dei.

Enodia, ἐνοδία, Hecate, quòd in uia inuenta ſit ab Inacho Stephanus in Triodos.

Enona, æ, oppidum in ora Liburniæ, apud Plin. lib. 3. cap. 21.

Enope, ἐνόπη Steph. urbs Peloponneſi, in tractu Meſſeniaco, iuxta Pylum ſub ditione Agamemnonis, teſte Hom. li. 9. Iliad.

Entela, ἔντελα, Siciliæ urbs à Campanis habitata, Carthaginenſium primi belli Punici tempore ſocia. Steph.

Entribæ, ἔντριβαί, populi Thraciæ à Steph. commemorati.

Enyalius, ἐνυάλιος, unum eſt ex Martis cognominibus, teſte Macrobio lib. 1. Satur. cap. 19. qui Enyalius dicitur quaſi ἐννοῦς υἱός, hoc eſt Bellonę filius. Accipitur & pro bellicoſo.

Enyo, ἐννώ, Bellona dea, bellorum præſes: quanquam etiam figuratè pro ipſo bello ſiue prælio accipitur. Martial. libro primo: Nec te decipiat ratibus naualis Enyo, hoc eſt prælium nauale.

Eordææ, ἐορδαῖαι, duæ regiones Mygdoniæ, item aliæ duæ, una Iberiæ, altera Thraciæ, ab Eordo quodam. Gentilia, Eordæus, Eordus, Eordiſto. Steph.

Eordi, ἔορδοί, populi Theſſaliæ, Steph. in Amyro.

Epacria, ἐπακρία, Attici agri oppidum, unum ex ijs quæ à Cecrope in ciuitatis formam ſunt redacta. Author Steph.

Epacris, ἔπακρις, inſula una ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur, teſte Plin. lib. 4. cap. 12.

Epaminondas, ἐπαμινώνδας, nobilis fuit Thebanus, Polymni filius, ſingulari modeſtia, prudentia, & grauitate prædituș, rei militaris peritus, manu ſtrenuus, animo maximo: adeò autem amans ueritatis, ut ne ioco quidem mentiretur. Ad hęc multiplici artium cognitione eximius fuit. Nam & fidibus nouit, & ad earum ſonum accinere: qua in re præceptorem habuit Dionyſium. Tibiarum autem artem ab Olympiodoro hauſit, quemadmodum ſaltationem à Callíphrone. In philoſophia uerò Lyſiæ Pythagoræo operam dedit. Hic quum apud Leuctra Lacedæmonios plaga pedeſtri ſera adeò affeciſſet, ut ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græciæ amiſſum ultra reparare nequiuerint, dicere ſolebat, orbum ſe, non tamen ſine liberis mori, & ex ſe natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic poſt clariſsima facinora edi-

ta,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ta,extremo tempore apud Mantineam,cum acie instructa, & ducis optimi,& militis fortissimi officio fungitur, sparo agresti telo percussus ictu mortifero, relatusq; in castra semianimis, requisiuit à circunstantibus,saluus ne esset clypeus. quum saluum esse flentes sui respondissent:allatū,ueluti,socium laborum gloriæq; osculatus est. Iterum quæsiuit,essent ne fusi hostes: quum id quoq; ut cupiebat audiuisset,euelli dum deniq; spiculum iussit: atq; ita multo sanguine profuso, in lætitia & in uictoria mortuus est. Cuius morte Thebanorum uires hebetatę sunt, ut non tam illum amississe,quàm cum illo interijsse omnes uiderentur. Nam ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerunt, & post interitum eiusdem in seruitutem pristinam reuoluti sunt:ut manifestum sit,gloriam Thebanam cum illo natam & cum illo extinctam fuisse.uide Xenophontem lib. ult.Rerum Græcarum.

Epaphroditus,pen.prod.ἐπαφρόδιτος, Grammaticus fuit patria Chæroneus, Archiæ grammatici alumnus & discipulus,quem Modestus Aegypti Præses sibi coemit, & filium suum Pitelinum eidem in disciplinam tradidit,quę ille Romæ instituit sub Nerone. Mortuus est hydropisi. Reliqua uide apud Suidam.

Epaphus,ἔπαφος,Iouis filius ex Io,qui Memphim in Aegypto condidit.Ouid.1.Metamorph.postquàm fabulam Ius in uaccam conuersæ recitauit,subdit:Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem Creditur esse Iouis.

Eparitæ,ἐπαρῖται, populi Arcadiæ, quorū ciuitas Eparis dici debebat,non reperitur tamen id nomen,Steph.

Epeus,pen.prod.ἐπειός,nomen proprium Endymionis filij & Pæonis fratris, qui primus in muralibus machinis equum reperit,qui & aries dicitur, teste Plin.lib.7.cap.56. quæ res locum fecit fabulæ, Epeum fabricatorem fuisse,equi lignei quo Troia prodita est.

Epei,pe.pro.ἔπειοί,populi in Occidētali ora Peloponnesi, alio nomine Elij dicti,teste Plin.lib.4.cap.5.Cuius sententiæ etiam Stephanus subscribit:Homerus tamen in Catalogo nauium Epeorum urbem diuersam facit ab Elide, quam uidetur Epeorum iuri subijcere.uide Strabonem lib.8.

Ephestiades,uide Ephęstiades.

Ephesus,pen.cor.ἔφεσος,urbs Ioniæ, celeberrimo Dianæ templo clara,ab Amazonibus condita.Hoc templum ducentis uiginti annis à tota Asia factū fuit,in solo palustri, ne terræ motus sentiret. In eo centum uigintiseptem columnæ fuerunt singulæ à singulis regibus factæ,sexaginta pedum altitudine:inter quas triginta sex cælatæ fuerunt miro artificio.Hoc templum impensa non facilè æstimanda ab Herostrato quodam (qui hac potissimum uia sibi nominis immortalitatem uenabatur) incensum totum conflagrauit, eadem Olympiade qua Alexāder Magnus natus fuit. Hæc ciuitas nauale & portū habuit,& loci opportunitate multū creuit:& maximum citerioris Asiæ emporium fuit. Ex Epheso Heraclitus cognomento Scotinus fuit: & Hermodorus,qui propter excellentiam ingenij,& doctrinæ, uitęque probitatem in exilium missus fuit. Præterea Hipponax poeta,& Parrhasius pictor,& Apelles, & Alexander orator,& Theodotion Iudæus, qui sacrā scripturā interpretatus est.

Ephesi,historia,uide Benna apud Stephanum.

Ephesus,inquit Stephanus,urbs Ioniæ clarissima,uel ut Herodotus, Lydiæ,& portus in sinu. Dicta olim Trichia, & Ortygia,& Ptelea(πτελέη, unde Pteleæus, & Pteleates) & Sarmorna ab una Amazonum,quam & reginam & Dianæ sacerdotem fuisse tradunt,& filiam habuisse Amazonē,à qua Amazones dictæ sint. Hæc ciuitas in loco cauo olim habitata,diluuium passa est:quo cum plurimi extincti essent,Lysimachus ciuitatem in eum locum, ubi nunc est, transtulit, & ab uxoris nomine Arsinoen uocauit:eo mortuo, pristinū nomen receptum est. In hoc diluuium Duridis elegans tetrastichon Stephanus recitat. Est & Ephesus insula Nili, ut etiam Chius,& Lesbus,& cætera.Stephanus.

Ephialtes,uide in Appellatiuis.

Ephorus,pen.corre.ἔφορος,historicus fuit Cumæus,Isocratis auditor,& condiscipulus Theopompi: cuius uitā & scripta uide apud Suidam.*Ephori item apud Lacedæmonios magistratus eiusmodi fuerūt, quales apud Romanos Tribuni plebis,qui à Theopompo sic appositi regibus sunt, ut apud Romanos Consulibus Tribuni. Vt enim à Consulibus ad Tribunos prouocare quisq; poterat,sic Lacedæmonij à Regibus ad Ephoros.Satis constat ab Ephoris Reges alios eiectos fuisse,alios interemptos. Olim pro ministris Regum fuerunt:paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes,ad id licentiæ peruenerunt, ut senūm à Rege magistratum proprium constituerint,nomine Ephoriam.Ita dicti ἀπὸ τῆς ἐφορᾶς, quod est intueri, quòd ad ciuitatis salutē oculos intentos haberent.

Ephyra,nyræ,ἔφυρα,urbs Peloponnesi,in ipso sita Isthmo,quę alio nomine Corinthus dicta est.Ephyræ autem nomen accepisse uolunt ab Ephyra nympha,Oceani & Tethyos filia, cuius meminit Verg.4. Georg.Lucanus lib.6.Aut Pelopis latis Ephyren erumpere regnis.

Ephyræus,phyręa,phyræum,ἐφυραῖος,hoc est Corinthius.Propertius.Non ita complebant Ephyrææ Laidos ædes.Lucanus lib.6.Insedit castris, Ephyręaq; mœnia seruat. Verg.2. Georg. Ephyræius per quinq; syllabas extulit,Illusas auro uestes,Ephyræiaq; æra.* Fuit & alia eiusdem nominis urbs in Epiro,aliaq; rursus in finibus Thessaliæ: item aliæ nonnullæ,quas uide apud Stephanum.

Epicerides, ἐπικηρίδης, uir Cyrenensis, qui ob singularem suam in populum Athenienſium liberalitatem, amplissimis uicissim ab illo honoribus est affectus.uide Demosthenem in Oratione aduersus Leptinem.

Epicharmus,ἐπίχαρμος,philosophus Syracusanus,Pythagoræ auditor,Tityri,ut Suidas scribit,uel Chimari filius,uir multa eruditione clarus,comœdiæ author. Horatius libro 2. Epist.Plautus ad exēplar Siculi properare Epicharmi. Scripsit de natura rerum,& medicina commentarios.Huius mētionem facit Cicero lib.1.Tusc.quæst.

Epici,ἐπικοί,Italiæ populi,Steph.in ἄτελλα

Epicnemidij,ἐπικνημίδιοι,pars Locrorum.uide Ozolæ.

Epictetus,penul.prod.ἐπίκτητος,nomen philosophi Stoici,qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem ducens,Romæ Epaphrodito cuidam Neroni familiari seruiuit, atq; ad Marci usque Antonini tempora peruenit. Domitiano autem imperante, eius dominatu offensus,Roma Hierapolim migrauit, ratus uerum esse quod est apud Tragicum, patriam esse cuiusq;,ubi quis ageret. Tanta uerò apud omnes homines eius uitæ admiratio extitit,ut Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus, ob eius authoritatem uęnisse tradat.Scripsit Enchiridion,opus utile,quod Angelus Politianus Latinum fecit.

Epicurus,ἐπίκουρος, eius sectæ author fuit quæ ab eo Epicurea dicta est.Sūmū bonum in uoluptate ponebat,nó tamē in uoluptate corporis,quēadmodū Aristippus: sed in uoluptate animi,hoc est in absentia omnium dolorum.Dialecticā damnabat, quòd Philosophiam simplicibus uerbis affirmaret posse comprehendi.Deorum prouidentiam è rebus humanis tollebat.Huic Lucretius tantum tribuit,ut nō dubiret affirmare Epicurum reliquorū omnium philpsophorum lumen obscurasse,quemadmodum sol suo splendore aliorum cœlestium corporum claritatem ob tenebrat.Traditur fuisse continentissimæ uitæ: nomen tamen illud uoluptatis, in qua summum bonum ponebat, effecit ut ab eo homines uoluptarij,Epicurei dicantur.

Epidamnus,siue Epidamnum,ἐπίδαμνος, oppidum in ea parte Macedoniæ,quæ Adriatico mari incumbit, tritissimo è Græcia in Italiam traiectu nulli non cognitum Epidamnū dictam ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes (inquit Plinius lib.4.cap.27.) Dyrrhachium dicere maluerunt propter inauspicatum nomen Epidamni,tanquam à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alludit Plaut.in Menæchmis, quū ait: Ne mihi damnum in Epidáno duas. tanquā nomen inditum sit Epidamno, quòd illuc nemo sine damno diuertat. De hac Lucanus libro 10. Ad campos Epidamne tuos.Appianus sic habet: Epidamnus rex urbem condidit quæ ab ipso nomen assumpsit.Huius ex filia nepos Dyrrhachus portum urbi adiecit, quod Dyrrhachium appellatur.

Epidaphne, ἐπιδάφνη, urbs insignis Syriæ, ad Orontem fluuium,una earum quæ Tetrapolim efficiūt:alio nomine Antiochia appellata,ab Antiocho Seleuci Nicanoris patre.Epidaphe uerò dicta à Daphne uicino suburbano,quod lucū habebat amœnissimum, octoginta stadiorum, & fanum Apollinis,cum Dianæ delubro.Iulius Capit. Verùm posteaquàm

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quàm in Syriam uenit,in delicijs apud Antiochiam & Daphnen uixit.Ammianus, Apud Daphnen amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ suburbanum.

Epidaurus,ἐπίδαυρος, siue Epidaurum,ciuitas in Peloponneso,Aesculapij templo celeberrima : de qua Plin.lib.4.cap.5. In Saronico,inquit,Epidaurum oppidum,Aesculapij delubro celebre.Fuit hic Podalirij & Machaonis parens, medicus maximus & doctissimus:obq; artis præstantiam,in deorum numerum relatus,quum Apollinis filius existimatus esset.Vetustas ei dicauit anguem,quòd multa huic animali remedia insint,ut scribit Plin.lib.29.cap.4.Vnde etiam fertur Romanos quum graui pestilentia laborarent, consultoque oraculo iuberentur Aesculapium Romam aduehere, triremem cũ legatis ea de causa Epidaurum mississe.Verùm quũ Epidaurij deum opiferum à se inuiti dimitterent, ferunt illis cunctantibus ingentem anguem ad Romanorum triremem adnauisse,seseq; in puppi in gyrum complicuisse : quẽ illi Aesculapium arbitrati,magna cum ueneratione Romam aduexerunt.* Hoc etiam nomine dicta fuit urbs Dalmatiæ, ad Illyricum mare sita.de qua Lucan.lib.2.Illyris Ionias uergens Epidaurus in undas.Pausanię & Straboni Lymira cognominata,quòd sit portuosa:diruta à Gothis,è cuius ruinis Ragusia iuxtà ædificara.Raph.Volaterranus.

Epigenes,ἐπιγένης,nomen philosophi Byzantini. Item poetæ cuiusdam Comici,cuius fabulæ recensentur à Suida.

Epigoni,ἐπίγονοι, dicti sunt authores secundi belli Thebani, quasi fœtus illorum qui primum confecerant bellum.Græcè enim ἐπίγονοι,posteri appellãtur.Inde Euripides tragicus fabulam hoc argumento compositam,Epigonos inscripsit, quæ agi exposcebat uoce magna scenicorum,& sonora.Ob hoc dixit Cicero lib.1. Offic.quòd histriones uoce freti, agunt Epigonos,Medeamq;. Errant qui existimãt Epigonos apud Stabonem esse *populos à quibus fabulę nomen inditum* sit:quum Epigoni dicti sint generali uocabulo omnes illi qui ex diuersis populis conflati,secundum bellum Thebanum duce Alcmæone confecerunt : quasi pòst geniti, & filij illorum qui in primo bello ad Thebas mortem oppetierant. Nam ex Statij lectione constãt nomina ducum qui in eo loco occubuerunt:quorum filij,ut mortem parentũ ulciscerentur, communi consilio contra Thebanos iterum arma mouerunt.Acceperant enim responsum ab Apolline,eã se ciuitatem expugnaturos, si Alcmæonem Amphiarai filiũ Imperatorem rei bellicæ fecissẽt. Igitur Alcmæon exercitu ex Græcis collecto,contra Thebas duxit copias,acerrimeq́ue cõmissa pugna potitus est uictoria,& Thebæ captæ ac dirutæ sunt. * Epigoni etiam dicti sunt successores Macedonum uereranorum,qui sub Alexandro Magno ex Asiaticis fœminis sobolem susceperant:quæ soboles, ut historici memorant,nomen habuit Epigonorum, qui in castris nati, in armis educati,à paruula ætate periculis exercitati,laboribus durati,prorsus inuicti extiterunt.

Epĳcidę,ἐπιικίδαι,uicus in tribu Cecropide. Steph.

Epileucadĳ,ἐπιλευκάδιοι,urbs post Acarnaniam.Steph.

Epimachus,ἐπίμαχος,pen.cor.nomen proprium uiri, & Latinè facilis expugnatu dicitur.

Epimenides,penul.cor.ἐπιμενίδης,poeta Epicus fuit,& patria Cretensis,teste Apuleio l.b.2.Florid.qui à patre Agiasarcho in agrum ad custodiendum pecus missus, in quodam antro obdormiuit annos LXXV.Vnde emanauit prouerbium,Epimenidis somnum dormire. Hic idem Athenienſibus pestilentia laborantibus dixit,ciuitatem lpurgarit expiariq; oportere. Itaq; quum rogatus eò uenisset, iussit oues albas atq; nigras apud Areopagum immolari. Reuertens deinde domum,oblatam ab eis pecuniam renuit.Meminit huius Plato in primo & tertio de Legibus.

Epimetheus,per quatuor syllabas,ἐπιμηθεύς,à poetis Iapeti filius fuisse fertur, & frater Promethei,qui ingenio ualens, hominis statum primus ex luto finxit : qua re indignatus Iupiter eum uertit in simiam, atq; in insulas Pithecusas relegauit.Hic pater fuit Pyrrhæ uxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur.Ouidius:Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet, &c. uide infrà de Prometheo, Pandora,& Pithecusis insulis.

Epiphanes, ἐπιφανής, cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ urbem condidit,quæ etiam à cognomine eius Epiphania appellata est. Dictus Epiphanes,quasi illustris, à rerum gestarum claritate.

Epiphania,ἐπιφάνεια,urbs Syriæ iuxta Raphaneas,in confinio Aradi,ubi natus est Euphrates Stoicus:altera, Ciliciæ: tercia,Bithyniæ:quarta,iuxta Tigrim. Vocata est etiam Arcesi cerata,utpote ab Arcesio condita.Steph.

Epipolæ,ἐπιπολαί,regiuncula prærupta,iuxta Syracusas. Stephan.uide Euryelus,& Labdalon.

Epipoli,ἐπίπολοι,uide Euryelus.

Epirus,pen.prod.ἤπειρος, regio est Græciæ,in qua olim Pyrrhus regnauit:hæc primùm Molosia dicta est, & à Chaone Heleni fratre Chaonia,nũc uerò Albania uocatur. Quondá urbibus populisq; fuit frequẽtissima,sed à Romanis sub acta,quũ sæpius deficeret,penè in solitudinẽ redacta est.de ea multa Strabo li.8.Ouid.8.Metam.Misit apros quáto maiores herbida tauros Nó habet Epirus,&c. Terminatur Epirus à Septẽtrione Macedonia:ab Oriẽte,Achaia:ab Occidẽte,Ionio mari.Inea sũt ciuitates,Nicopolis,& Ambracia.

Epirota,ἠπειρώτης,qui est ex Epiro. Liu.lib.2. Decad.5.Martius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum ascenderent,consilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu auditi sunt.

Epiroticus,a,um,ἠπειρωτικός.Cic.Attic.lib.12.Hodie tuas literas expectabamus matutinas.erũt fortasse alterę pomeridianæ,nisi te Epiroticæ literæ impediant,quas ego non interpello.Epirotici boues,qui ex Epiro sunt. Varro 2. de Re rustic.cap.5.Transmarini Epirotici nõ solum *meliores totius* Græciæ,sed etiam Italiæ.Epirotica mala, ἠπειρωτικὰ μῆλα,dicũtur quæ in Epiro Græciæ regione nascũtur:à *nostris* dicũtur orbiculara, à figuris orbis in rotũditatem circũacti.

Epistrophus,ἐπίστροφος,nobilis fuit Phocensis,Iphiti Nauboli dæ filius,qui unà cum fratre Schedio Phocensibus præfuit in bello Troiano. Author Homerus in Catalogo nauium.

Epitalium,ἐπιτάλιον,urbs Triphaliæ.Steph.

Epitaurus,uide Epidaurus.

Epiteon,Nelei filius,ut est in Græcis cõmentarijs Apollonij.

Epitherias,ciuitas in sinu Arabico,aliàs Asinoe dicta, ut suprà indicatum est.

Epĳ,populi sunt,qui Elidenses postea dicti sunt,authore Tortelio.uide Epei.

Epizephyrĳ,ἐπιζεφύριοι,populi in extrema ora Italię,quæ olim Magna Græcia dicta est:à Locris,qui Crissæum accolunt sinũ,originem trahentes.Dicti Epizephyrij,quòd supra Zephyrium promontoriũ inhabitarent.uide Strabonem li.6.

Epope,es,pen.prod.ἐπωπή, Steph. Corinthiorum arx,quæ & Acrocorinthus dicitur.Epope dicta à uerbo Græco ἐποπτεύω, quod est inspicere. Illinc enim fertur Sisyphus Iouem conspexisse Aeginam rapientem.

Eporedia,æ,ἐπορηδία Ptolemæo,Salasiorum oppidum in Gallia transpadana: olim ex Sibyllinorum librorum oraculo à Romanis conditum,& ab Eporedicis,eo nomine Gallipræstantes equorum domitores sua lingua appellabant, nominatum,ut non obscurè innuit Plin.lib.3.cap.17.

Eporhædia,æ,ἐπορηδία,nomen urbis apud Strabonem.uide Eporhædicæ in Latinis dictionibus.

Epuia,ἐπυία,urbs quæ nunc Ambracia dicitur. prius Paralia. Steph.

Epulo,Verg.12.Aeneid.Archetium Mnestheus, Epulonẽ obtruncat Achates.

Epy,nomen urbis.Scribendum est Acpy,ut suprà.

Epylus , Ouid. Fast.4. Proprius est titulus Epylus alba tuis.

Equestris Colonia, Galliæ Belgicæ oppidum est, apud Plin. lib.4.cap.17.

Equitius,nomen uiri proprium,& cognomen familiæ Romanę,ab equo deductum.

Equicolus,Verg.9. Aeneid.Continuò Quercens & pulcher Equicolus armis.

Eranus, ἔρανος, & Eranna, ἔρανν, uide Cyparissæa & Cyparissus.

Eraphiotes,ἐραφιώτης,Bacchus,dictus est ab inducenda contentione,quoniam uinum,iram, atq; certamen inducit.ἔρις enim contentio.φαίνειν, ostendere.

Erasinus,pen.prod.ἐρασῖνος,fluuius est ex Srymphalide Arcadiæ lacu profluẽs,qui deinde terra occultatus in agro Argiuo denuò erũpit,& in sinũ Argolicũ illabitur.* Est & alius eiusdem nominis,iuxta Buræ ruinas, in sinum Corinthium illabens. * Item alius in Eubœa insula, iuxta Eretriam urbem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

urbem. Rursus alius in Attica, iuxta Babronem. Author Strabo lib.8.

Erasistratus, Ἐρασίστρατος, nomen medici eximij, ex Aristotelis familia nati: in quem non rarò inuehitur Galenus. Huius etiam frequens est mentio apud Plinium.

Erate, tes, pen. corr. Ἐράτη, nympha, Oceani & Tethyos filia: ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, hoc est ab amore nomen habens.

Erato, pen. corr. Ἐρατώ, una Musarũ, ab amore dicta, quòd præsit his qui amoris face rapiuntur. Verg. lib.7. Nunc age, qui reges Erato, quę tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status.

Eratosthenes, pen. cor. Ἐρατοσθένης, Cyrenęus, Aristonis Chij, & Callimachi poetæ discipulus. Plato minor à quibusdam ob doctrinam uocitatus: præfuit bibliothecæ regiæ: cosmographus insignis, qui primus uniuersum totius orbis circulum ducentorum quinquaginta duorum millia stadiorum esse prodidit: unde & orbis terrarum mensor appellatus est. Scripsit præter philosophica, historias, astronomica, de sectis dialogos, & poemata quædam, authore Suida. Obijt an no ætatis octogesimo primo, quem annum maximum clima cteras, & humanæ uitæ periculosissimum ueteres crediderunt. Est enim numerus quadratus constans ex nouem nouenarijs. Eodem etiam ætatis anno decessit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus.

Erbessus, Ἐρβησσός, urbs Siciliæ, Steph.

Erbita, uide Herbita.

Ercinia silua, uide Hercynia.

Ercius Iupiter, uide Hercius.

Erebidæ, Ἐρεβίδαι, pars Lotophagorum, Steph.

Erebus, pen. cor. Ἔρεβος, fluuius inferorum. Verg. 6. Aeneid. magnos Erebi tranauimus amnes. Quandoq; pro obscuriori inferni parte: ut, imas Erebi descendit ad umbras. Varro ex Erebo natam Noctem ait. Vnde & illud, Erebo creata fuscis crinibus Nox te inuoco. Hæc Festus. Alij malunt Noctem Erebi uxorem fuisse: ex quibus est Cicero de Nat. deorum, Amor, inquit, dolus, metus, senectus, labor, inuidentia, fatum, senectus, mors, tenebræ, miseria, querela, gratia, fraus, pertinacia, parcæ, hesperides, somnia: quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt. Frequentissimè autem Erebus pro ipsa inferorum sede accipitur. Vnde etiam Proserpina ab Ouidio lib.5. Metamorph. Regina Erebi uocatur.

Erechtheus, Ἐρεχθεύς, Athenienſium rex fuit, cuius filiæ mortem pro patria cõtempserunt. Cic. pro Sestio: Mortẽ quam etiam uirgines Athenis, regis (opinor) Erechthei filiæ pro patria contempsisse dicuntur, ego uir Consularis tantis rebus gestis timerem?

Erechthia, Ἐρεχθία, uicus Atticæ in Aegeide tribu, ab Erechtheo, qui Cererem hospitio susceperit.

Erembi, Ἐρεμβοί, populi in Arabia, qui prærupta saxa nudi inhabitant. Author Strabo lib.16.

Ereme, Ἐρήμη, nomen insulæ. Steph.

Erefichthon, uel potius Erisichthon, Ἐρισίχθων, uir impius fuit in Thessalia, qui quum in contemptum Cereris eius lucum excinderet, in tantam famis rabiem actus est, ut sua ipsius membra comederet. Vide Ouidium lib.8. Metamorph.

Eresus, Ἔρεσσος, urbs in Lesbo, Theophrasti Eresij patria, ab Eresо Macaris filio dicta. Steph.

Eretria, æ, pen. cor. Ἐρετρία, oppidum est Eubœæ insulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ usu præstãtissima, quã ab ea Eretriam uocant. Eius Dioscorides duas facit species: unam uehementer albam, alteram ad cineris colorem uergentem. Plinius etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat, lib.35. cap.6. Huius urbis meminit & Homerus 2. Ilia. in Catal. nauium.

Eretum, pen. prod. Ἔρητον, oppidulum est Sabinorum, non procul à Tiberij in colle situm, quem etiam ueteres montem Eretum uocauerunt: hodie autem Italorum uulgus corrupto uocabulo Montem rotundum uocat. Eius meminit Vergil. lib.7. Ereti manus omnis, oliuiferæq; Mutuscæ.

Ereuatis, Ἐρευάτης, urbs Lyciæ, à Reuaste & Eleuthera, Steph.

Ereuthalion, uiri proprium quem Nestor interemit, dixitq; illum cùm miraculo corporis, tum excellentia armorum præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuisse.

Ergasteria, orum, Ἐργαστήρια, uicus insignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis & quadraginta stadijs à Pergamo distans, metallorum fodinis nobilis: à quibus & nomen accepit, ab officinis, uidelicet metallorum. Celebratur hic uicus à Galeno lib.9. Simplicium medicamentorum.

Ergasylus, nomen uiri proprium, Tortelio.

Ergauica, Ἐργαούϊκα, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Vasconum, teste Ptol. li.2. cap.6. Plin. quoq; li.3. ca.3. Ergauicenses populos enumerat in eodem Hispaniæ tractu.

Ergetium, Ἐργέτιον, oppidum Siciliæ, cuius incolæ dicuntur Ergetini, Ἐργετῖνοι, quorum meminit & Plin. lib.3. cap.8.

Erginus, Ἐργῖνος, tyrannus fuit, qui ab Hercule & Minyis Orchomeni urbe expulsus, postea & extinctus fuit. * Erginus Thraciæ fluuius, authoribus Plin. lib.4. cap.11. & Pomp. Mela lib.2. in descriptione Thraciæ.

Eriboea, Ἐρίβοια, dicta est ab Homero Iuno, quasi buculæ molestia, quòd Ioin bouẽ uersam multis affecerit molestijs. Nã ἔρις contentionem, litem, siue molestiam significat: βοῦς bouem. * Est etiam hoc nomine urbs Macedoniæ, teste Ptolemæo libro 3. cap.13.

Ericates, pen. prod. uiri cuiusdam Lycaonij nomen à Messapo Aneæ comite interfecti, ut Verg. placet 10. Aeneid. Cædicus Alcathoõ obtrũcat, Sacrator Hydaspen: Messapus Clonium q; Lycaonium q; Ericaten. Interpretari potest, ira cõfractus: ἔρις ira, κατάγω infringo.

Ericea, Ἐρίκεια, uicus Athenis in tribu Aegide. Steph.

Erichtheus, Ἐρυχθεύς, nomen proprium fuit Athenarum regis, quem Minerua è rure ubi natus erat, susceperit, educauit, & Athenienſi populo pro rege tradidit. Ab eo Athenæ Erichtheæ dictæ sunt. Verg. in Ciri: Qualis Erichtheis olim portatur Athenis.

Ericis, portus Ptol. Liguriæ oppidũ: Plinio Delphini portus.

Erichthonius, Ἐριχθόνιος, qui etiam Erichtheus dictus est, Athenienſium rex fuit ex semine Vulcani in terram proiecto editus. Vnde & nomen habet, ἀπὸ τῆς ἔριδος, καὶ χθονός, id est, ex certamine, atq; humo. Nam quum Vulcanus dijs arma fecisset, eiq; Iupiter optionem dedisset præmij quod uellet postulãdi, iurasset q; per infernã paludẽ se nihil negaturũ: tum ille Mineruæ nuptias postulauit. quas quũ Iupiter iuramẽto astrictus, ei negare non posset, Mineruam tamen monuit repugnare, pudicitiam q; defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse aiunt semen, atq; inde editum esse puerum draconũ pedibus, nomine Erichthoniũ: qui quum adoleuisset, ut pedum deformitatem tegeret, primus currus usum adinuenit. Hanc fabulam refert Seruius in illud Vergilij lib.3. Georg. Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus Iũgere equos, rapidis q; rotis insistere uictor. ab eo populus Athenienſis Erichthonius dictus est.

Erichtho, Ἐρίχθω, mulieris Thessalæ nomen est apud Lucan. lib.6. multitudine ueneficiorũ famosæ. Quo nomine etiam usus est Oui. in Epist. Sapphûs, pro Furię cuiusdam infernalis nomine, Illuc, inquit Sappho, mentis inops, ut quam furialis Erichtho Impulit, in collo crine iacente, feror.

Eridanus, pen. cor, Ἠριδανός, Italiæ fluuius in Vesulo monte nascens, & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influens. Hodie notiore nomine Padus apellatur. Eridanũ autem dictum uolunt ab Eridano Apollinis & Clymenes filio, qui à luce illius incẽdij, quo bonam terrarum partẽ exusit, Phaethon cognominatus est. Hunc poetæ fabulantur, quum paternum currum regendum suscepisset, aurigandiq; imperitia orbem terrarum in discrimen adduceret, à Ioue fulmine ictum, in Padum fluuium decidisse, eiq; Eridano nomen feciſſe. Vergilius, quòd Italicorum omnium maximus sit, regem fluuiorum appellat. * Est item Eridanus, cœlestẽ signũ Arieti proximum. Cic. ex Arato: Nanque etiam Eridanum cernes in parte locatum Cœli.

Erigone, Ἠριγόνη, Icari filia fuit, teste Hygino, quæ ex dolore paternæ necis, quem rustici temulenti occiderant, se ipsam suspendit, deorumq; miseratione in cœlum translata, Virginis nomen obtinuit. Verg. 2. Georg. Qua locus Erigonen inter, Chelasq; sequentes Panditur.

Erigoneius, adiectiuum, Ἠριγονήιος: ut, Canis Erigoneius, apud Ouidium lib.5. Fast. Nocte sequente diem Canis Erigoneius exit. Id est oritur Canis, sidus cœleste.
Vide Hyginum. Et canis Erigones uocabatur Chimæra.
Porrò cum eius umbra regionem illam infestaret, ad iram mitigandam imagunculas ex cera confectas arboribus appenderunt, quod in Bacchi sacrificijs fieri consuetum est. Vnde Verg. lib.2. Georg. - Tibiq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Erimum, ἔριμον, urbs Oenotrorum in mediterraneis, Steph.

Erigryppus, unus ex centauris.

Erimantus, qui lites diſſeminando diuinat, ἔρις lis, μάντις diuinus. Iuuenalis:

Aut Dyſphilus, aut Erimantus.

Erineum, ἐρινεός, urbs in Doride à caprifico dicta, ut author eſt Strabo. ἐρινεὸς Stephano urbs Dorienſium ſub Parnaſſo. dicitur etiam ἐρίνειος. Eſt & alia Italiæ, & Achaiæ.

Erineos, ἐρίνειος, locus aſper fuit ſub Ilij mœnibus, à caprifico rum, quos Græci ἐρινεοὺς appellant, multitudine dictus. Meminit huius loci Andromache, apud Homerum li. Iliad. 6.

Erinna, ἔριννα, nomen poetriæ, ex Veno urbe Laconica, quæ floruit circa Olympiadem centeſimam ſeptimam.

Erinnys, yos, ἐρινύς, una Furiarum infernalium: ita dicta ἀπὸ τῆ ἐρέιν τὴν νοῦν, hoc eſt corrumpenda mente. Verg. 2. Aen. quò triſtis Erinnys, Quò fremitus uocat.

Erionia, ἠριονία, regio circa Sardes, quæ & Aſia, Steph.

Eriphia, ueneficæ & faſcinatricis cuiuſdá nomen fuit. de qua uide Eraſmum in Adagijs.

Eriphyle, es, uel Eriphyla, æ, pen. prod. ἠριφύλη, nomen uxoris Amphiarai, & ſororis Adraſti: quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latentem, ne ad bellum Thebanum, ubi ſe moriturum ſciebat, proficiſci cogeretur, Polynici prodidit. Verg. 6. Aen. His Phædram, Procrinq; locis, mœſtamq; Eriphylen. Cic. 6. Verrin. Eriphylam accepimus in fabulis ea fuiſſe cupiditate, ut cum uidiſſet monile ex auro, ut opinor, & gemmis, pulchritudine eius incenſa, ſalutem uiri proderet. Iuuenal. Satyr. 6. Occurrunt multæ tibi Belides, atq; Eriphylæ. Vide ſuprà Amphiaraus & Alcmæon.

Eriphyſa, ἠριφύσα, inſula una ex Aeolijs. Strabo lib. 6.

Eriſichthon, uide Ereſichthon.

Ero, ἥρω, puella formoſiſsima fuit ex Seſto Thraciæ urbe, ad Helleſpontum ſita, & Veneris ſacerdos: cuius mutuo amore correptus Leander Abydenus adoleſcēs, noctu eius cauſa Helleſpontum ſolebat traijcere. Verùm quum aliquando nimio amatæ deſiderio, mari tempeſtatibus agitato ſe commiſiſſet, uiribus deſtitutus, ſubmerſus eſt. Cuius cadauer quum fluctuum impulſu Seſtum eſſet delatum, Ero doloris impatientia, ex editiſsima ſeſe ſpecula in mari præcipitauit. Vide Muſæum, qui horum amores elegantiſsimo carmine exequitur.

Erœiadæ, ἠροιάδαι, uicus in tribu Hippothoontide, Steph.

Eropia, inſula una ex Cycladibus, aliter Acis, & poſtea Syphnus appellata.

Eropoliſtides, nomen apud Plautum, quo ſignificatur ob amorem uendita. ἔρως amor, πωλῶ uendo.

Eros, comœdus fuit, cuius meminit Cicero in oratione pro Roſcio Comœdo: Quod item nuper, inquit, in Erote comœdo uſu uenit: quod poſtea quàm è ſcena non modò ſibi lis, ſed etiam conuicio explodebatur, ſicut in aram confugit in huius domum, diſciplinam, patrocinium, nomen. Hæc Cicero. Martial. Plorat Eros quoties maculoſæ, &c.

Erotium, tij, ἐρώτιον, mulierculæ nomen eſt apud Plaut. per diminutionem: ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, hoc eſt ab amore detortum. * Erotium item Græcis Cupidinis imagunculam ſignificat.

Ertha, ἔρθα, urbs Parthiæ ad Euphratem.

Erycus, ἔρυξ, à Cic. in 4. Verrin. appellatur Siciliæ mons, quem Strabo & alij Erycen uocant: Non enim, inquit, Quæſtor petit (ut eſt conſuetudo) is qui Erycum montem obtinebat. Et paulo pòſt in eadem Actione: Hoc de homine, ac de huius bonis eriam in Eryco monte monumentum poſuiſti. Vide plura in dictione Eryx.

Erycina, æ, ἐρυκίνη, Veneris cognomentum eſt, ab Eryco Siciliæ monte, in quo religioſiſsimè colebatur. Ouid. 2. Amorum, Quid geminas Erycina meos ſine fine dolores?

Erymanthius, ἐρύμανθος, mons Arcadiæ, in quo aprum agrorum uaſtatorem Hercules domuit, uiuumq; in humeris ad Euryſtheum detulit: quo conſpecto, Euryſtheus in æreo ſe uaſe abſcondit. Verg. lib. 8. Aeneid. Fixerit æripedem ceruā licet, aut Erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu. * Eſt & fluuius hoc nomine in Alpheū defluens, ut oſtendit Plin. lib. 4. cap. 6.

Erymantheus, a, um: ut monſtrum Erymantheum. Valer. 1. Arg. Quiq́ue Erymanthei ſudantem pondere monſtri Amphitryoniadem, &c.

Erymanthius, a, um: ut, Aper Erymanthius. Cic. 6. Verr. Aiebant in labores Herculis non minus hunc humaniſsimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthiū referri oportere.

Erymanthis, idos, patronymicum fœm. quod aliquando legitur pro ipſa Arcadia. Ouid. 2. Metamorph. Nexilibusque plagis ſyluas Erymantidos ambit. * Erymanthis urſa, dicta eſt Caliſto Lycaonis uxor, quæ uerſa eſt in urſam, ut docet Ouidius libro 2. Metamorph. Cuſtos Erymanthidos urſæ, Arctophylax. Idem 2. Triſt. Eleg. 3. Tingitur Oceano cuſtos Erymanthidos urſæ, Aequoreasq́ue ſuo fidere turbat aquas.

Erymna, ἔρυμνα, urbs Lydiæ, Trallis poſtea dicta. Steph.

Erymnæ, ἔρυμναι, urbs Lyciæ, Steph.

Eryſthea, ἐρυσθεία, urbs Cypri, in qua Apollo Hylates colitur, Stephano.

Eryſice, ἐρυσίκη, uide Oeniadæ, urbs Acarnaniæ, quæ poſtea Oeniadæ nominata eſt: aliqui totam Oeniadarum regionem Eryſichen nominarunt, ab Eryſiche Acheloi filia: gentile Eryſichæus, Stephano.

Erytheus, ἐρυθεύς, rex fuit Athenarum, Orythiæ pater, quam Boreas rapuit, & in Thraciam deduxit.

Erythini, ἐρυθινοί, urbs Paphlagoniæ, παρὰ τὸ ἐρυθὸς: Apollonius ἐρυθίνους dixit, Steph.

Erythra, ἐρυθρὰ, urbs Ionum, quæ & Cnopupolis, κνωπυόπολις, à Cnopo uocabatur. Alia eſt Libyæ, & alia Locridis, alia Boœtiæ, & alia Cypri, quæ nunc Paphus, Steph.

Erythia, ἐρύθεια, inſula eſt in Oceano, proxima Gadibus, in qua olim Geryones regnaſſe creditur. In ea tanta aeris benignitas eſſe fertur, ut homines pariat penè immortales. Strabo lib. 5. & Plin. lib. 4. cap. ult.

Erythra arca, ἐρυθρὰ ἄρκα, promontorium eſt Libyæ. Stephan. ἐρυθρὰ θῶλος, quaſi dicas glebam rubrā, urbs Aegypti, Steph.

Erythræ, ἐρυθραί, ciuitas Aſiæ, non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit, quam à patria Erythræam nominauerunt: antiqua ſanè mulier, & diuinatrix, tempore Alexandri.

Erythræum mare, pars Oceani, Arabiam à meridie alluens: ad Occidentem, Arabico: ad Ortum, Perſico ſinu terminata. ἐρυθρὰ θάλασσα. Ratio nominis uariè traditur à ſcriptoribus. Proximè tamen ad ueritatem uidentur acceſsiſſe, qui ab Erythra rege, Perſei & Andromedæ filio, dictum putant. cui etiam opinioni ſubſcribit Arrianus, Geſtorū Alexandri lib. 8. Reliquas opiniones hic breuitatis cauſa omiſimus, quas lector poterit uidere apud Strab. lib. 16. A Latinis autem per errorem uidetur appellatum Mare rubrum. Nam quum audirent à Græcis Erythræum uocari, exiſtimantes à rubedine aquarum ita dictum, ipſi quoque mare rubrum dixerunt.

Eryx, ἔρυξ, nomen montis in Sicilia, ab Eryce ibi ſepulto: & nomen ciuitatis in eo ſitæ, in quo templum Veneri conſtruxit Eryx eius filius. Ouid. 2. de Arte: Sed dea nec patitur ſic ad ſua munera cogi, Colle ſub umbroſo, quam tenet arcus Eryx. Pompon. Montium Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris. Vnde Venus Erycina dicta eſt, ἐρυκίνη. Ouid. 2. Amor.

Quid geminas Erycina meos ſine fine dolores?

Eſau, ἡσαὺ, nomē filij Iſaac, qui & Edom, hoc eſt Rufus: & Seir, quod piloſum ſignificat, appellatus eſt.

Eſernia, uide Aeſernia.

Eſis, pro fluuij nomine, uide Aeſis.

Eſſedones, ἰσσηδόνες, Plin. lib. 4. cap. 12. populi ſunt Aſiæ, utrāque Scythiam incolentes, ſuper Mæotim lacum non procul à Riphæis montibus, quibus (teſte Herodoto lib. 4. Hiſt.) mos fuit parentum funera cantu proſequi: & congregatis proximis, cadauera ipſa pecudum admiſtis carnibus comedere: os autem capitis, quod cranium uocamus, auro cingere, & ad poculi uſum aſſeruare.

Eſſæi, ἰσσαῖοι, una ex tribus religioſioribus Iudęorum ſectis: quæ omnino tres erant, teſte Ioſepho, Phariſæorum, Eſſæorum, & Sadducæorum. Ex his Eſſæi uxoribus & uino & carnibus abſtinebant, quotidianumq́ue ieiunium uertebant in naturam.

Eſſus, ἧσσος, urbs Locridis, Steph.

Eſtiæa, ἑστίαια, uide Iſtiæa.

Eſtiania, ἑστιανία, uide Noſtia.

Etaei, ἰταῖς, urbs eſt Laconica, Steph.

Etaxalus, ἰταξαλος, inſula eſt iuxta ſinum Perſicum, cuius meminit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

minit Plinius libro ſexto capite uigeſimo octauo.

Etearchus,chi,ἐτέαρχος,Oaxi ciuitatis Creticæ rex fuit,qui amiſſa uxore filiæ ſuæ Phronimæ nouercã ſuperinduxit,quæ domũ ingreſſa ut erat, ita reipſa ſe nouercã præſtitit, cùm lædendo,atq; omne iniuriarum genus excogitando,tum ad extremũ impudicitiã impingẽdo.Etearchus criminationib. uxoris fidem habens, Temiſonem quendam Theræum iure iurando aſtringit,ut acceptam Phronimã in mari demergeret. Qui quum ſe neq; Etearchi crudelitatis miniſtrũ præbere uellet,neq; rurſus iuſiurandum uiolare,reuinctã tunibus puellã demiſit in pelagus :eaq; ſubitò retracta,Theram peruenit:ubi Polymneſtus uir inter Thereos ſpectatus, in cõcubinatũ Phronimen accipit: qui ex ea Bactũ genuit Cyrenarum in Africa conditorem. Author Herodotus lib.4.

Eteſiæ,ἐτησίαι,uenti qui certo anni tẽpore flãt. Hos Strabo li. 3.Subſolanos uocat,hoc eſt Euros. Hi quotannis in uigore æſtatis perflãt x L.dieb.poſt Caniculæ exortũ. Dicti Eteſiæ id eſt annui.ἔτος enim annus,ἐτήσιος annuus,quod exomnib. uentis hi maximè ſtati ſint, & ſingulis annis eodẽ tempore redeant.De his Plin.lib.37.cap.5.& Gel.lib.2.cap.18.

Eteocles,pen.cor.ἐτεοκλῆς, Oedipi filius, ex nefando Iocaſtę matris concubitu editus: cui cum fratre Polynice ita conuenerat,ut alternis annis regnarent. Exacto deinde primo anno,quum Eteocles qui quòd maior natu eſſet,primo anno regnarat,renueret fratri regno cedere: Polynices adiutus à Tydeo & Adraſto ſocero fratri bellum intulit,in quo ambo mutuis uulnerib.ceciderũt. Impoſitis deinde cadaueribeidẽ rogo, flãma ſe diuiſiſſe traditur: tanquã odiũ illud quod inter uiuos fuerat, ne morte quidem finiri potuerit. Interpretatur autem Eteocles uera gloria,ab ἔτεος quod uerum ſignificat, & κλέος gloria. Vnde etiam ſine aſpiratione ſcribendum eſt.

Eteones,ἐτεωνὴς,urbs Eubœæ,ἐτέωνος,ab Eteoneo quodã:nunc Scarphe uocaĩ,in colle ſita.λέγου enim lego,nõ λάφου.Steph.

Ethalia,αἰθαλία,inſula in Liguſtico mari, Populoniæ urbi oppoſita,ab Ethalio qui ei præfuit,ſic dicta. Quidam hoc nomen cum diphthongo ſcribunt.Vide Aethalia.

Ethemon,nomen uiri proprium.de quo Verg.lib.Aeneid.10. meminit,quum ait:

Et clarus Ethemon Lycia comitatur ab alta.

Ethneſtæ,ἐθνέσται, populi Theſſaliæ,ab Ethneſto Neoptolemi filio,Steph.

Etia,ἦτία,uicus Laconiæ,aut Cretæ ciuitas,patria Myſonis,ũnus ex ſeptem ſapientibus,Etius nominatus,Steph.

Eua,ἕυα,urbs Arcadiæ:gentile Euæus,Steph.

Euhecuſa,inſula eſt in ora Cariæ, non procul ab Argijs inſulis.Plin.lib.5.cap.ult.

Eteleum,fluuius minoris Aſiæ, olim Troadis & Myſiæ terminus,cuius meminit Plin.lib.5.cap.ult.

Ethini,Africæ populi,apud Plin.lib.5.cap.4.

Ethuſa,olim inſula fuit in mari Myrtoo, quæ deinde continenti apud Myndum accreuit.Plin.lib.26.cap.89.

Euadne,per d ante n,εὐάδνη,Martis filia ex Thebe uxore Aſopi,& coniunx Capanei,quæ illum incredibili amore dilexit.Itaq; quum audiſſet illum apud Thebas cecidiſſe, ferè in mortis ſtuporem diriguit: deinde quum celebraretur funus,ſe in rogum proiecit.Eius meminit Verg. 6. Aeneid. Euadnemq;,& Paſiphaen,&c.

Euæmon,εὐαίμων,pater fuit Eurypili,qui cum Græcis ad Troiam profectus cum quadraginta nauibus,pręfuit Ormenijs. Author Homerus in Catalogo nauium.

Euænetus,εὐαίνετος,nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad cuſtodiendum introitũ Theſſaliæ contra Xerxem,unà cum Themiſtocle Athenienſium duce à Græcis conſtitutus fuit.

Euagoras,ad quem Iſocrates ſcripſit.

Eualeni,εὐαλενοὶ, populi quorum meminit Glaucus libro ſecundo de Arabia.

Euan,unũ eſt ex Bacchi cognominibus.Oui.li.4. Metam.Nyctelius q;,Eleleus q;,parens,& Iacchus,& Euan.Inde Euantes,dictę ſunt Bacchæ,quæ Liberi patris Orgia celebrãtes, Euantis nomen identidem acclamabant.Verg.5.Aeneid.Euantes Orgia circum Ducebat Phrygias.

Euander,εὔανδρος,proprium nomen Carmentis filij, qui quũ patrem imprudẽs occidiſſet,relicta Arcadia,in Latium ſeſe contulit,atq; pulſis Aboriginibus,in Palatino mõte conſedit,ubi oppidũ Pallanteũ fundauit,à nomine Pallantis, ut Vergilio placet,proaui ſui.Verg.8.Aeneid, Arcades his oris, genus à Pallãte profectum,Qui regem Euandrũ comites, qui ſigna ſequuti Delegere locum,& poſuere in montibus urbem,Pallantis proaui de nomine Pallanteum. * Legitur & nominatiuus Euãdrus.Verg.8.Aeneid.Tum pater Euandrus dextram complexus euntis Hæret.* Fuit etiã eiuſdem nominis plaſtes ac cælator egregius Athenienſis,à M. Antonio Alexandriam perductus, eoq; uicto, inter captiuos Romam aduectus, authore Acrone in illud Horatij 1. Serm.Sat. 18.menſáue catillum Euandri manibus tritum deiecit.Id eſt,calicem nobiliter cęlatum.

Euandrius,ia,ium,adiectiuum:ut,Euandria regna. Silius li.7. Qui Carmentis opes,& regna Euandria ſeruas.Verg.10.Aeneid.Nam tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

Euantia,uide Trallis.

Euax,regis Indiæ nomen.uidæ Euax interiectionem.

Eubœa,εὔβοια, nomen inſulæ eſt in mari Aegæo tam anguſto euripo à Bœotia diuiſa, ut ponte illi coniungatur, inſignis tribus promontorijs,Gereſto ſcilicet ad Atticam uergẽte: ad Helleſpontum,Caphareo, exitio Græcæ claſsis notiſſimo:& ad Septentrionem,Cęneo,teſte Plin.li.4.cap.12.Hodie hanc inſulam uulgò uocant Nigropontum.

Eubœus,a,um,adiectiuum,ut Plebs Eubœa.Stat.li.5.Syl.ſtupuit primæua ad carmina plebes Eubœa.

Euboicus,a,um,ut,Carmẽ Euboicum. Ouid 4.Faſt.Carminis Euboici fatalia uerba ſacerdos Iuſpicit. Sibylla Euboica, id eſt Cumana.Stat.1.Syl. Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ. Hinc Euboicum mare,εὐβοϊκὸν πέλαγος, quod duplex eſſe dicitur:alterũ in Aegæo mari:alterum in Campano,ſeu Tuſco,quod in Aegæo,Eubœæ adiacet inſulæ, à qua denominatiuũ eſt: quod autem in Tuſco, Cumarum Baiarumq; alluit oram, ab Euboicis aduenis & Cumarum conditoribus nuncupatum.

Eubulus,pen.prod.εὔβουλος, Athenienſis ciuis fuit, cõtrarias ferè Demoſtheni iu Reip.adminiſtratione partes ſouens:& interpretatur prudens,conſultus,boni conſilij.* Fuit & Eubulus,mediæ comœdię poeta, ut ſcribit Suidas. * Eubulus præterea nomen fuit hiſtorici, qui hiſtoriam Mitræ multis uoluminibus explicuit.

Eucarpia,εὐκαρπία, urbs Phrygiæ,in qua racemi feracitate ac magnitudine ſpectabiles ſunt:unde & nomẽ,quaſi uber fructuum prouentus.Meminit huius oppidi Strabo lib.12.Eucarpia Stephano,uicus eſt in minori Phrygia,in qua,Metrophane teſte racemus tantus prouenit,ut currus medius præonere aliquando rumpatur.Hanc regionem Barbari Iouem Cereri & Baccho fœcunditatis gratia donaſſe fabulantur. *Eſt etiam Eucarpia caſtellum Siciliæ,inter Timæos.

Euchion,Bacchũ cognominãt poetæ,ἀπὸ τῆς εὐχῆς,id eſt,à uoto,ut notant Grammatici,inter quos Sipontin. Malim Euhyus,ut ſequitur

Euhyus,εὔϊος,Bacchi nomen, quaſi bonus filius.nec Euchius legẽdum ex Græca authoritate.Horat. Curas edaces diſsipat Euhius &c.

Euclides,dis,εὐκλείδης,philoſophus fuit Megarenſis, Socratis auditor,ad quem belli rempore aſſumpta muliebri ueſte ſæpius cõmeaſſe traditur.Defuncto uerò Socrate in patriam ſeſe cõtulit,ibiq; celebri auditorio, in quo etiã Plato fuiſſe perhibet,philoſophiã profeſſus eſt.Scripſit dialogos quàm plurimos,quorũ nomina recenſent Suid.& Diogenes Laertius *Fuit & alter eiuſdẽ nominis Platonicus philoſophus, & geometra inſignis tempore primi Ptolemæi,poſterior aliquanto his qui Platonis temporibus uixerunt,antiquior uerò Eraroſthene & Archimede. Hic multa de Geometria & Muſica conſcripſit, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur.

Eucratida,urbs Bactrorum(Steph.ex Strabone)ab imperante cognominata.

Eudæmon,onis,pen.gen.corr.εὐδαίμων,Aegyptius grammaticus,teſte Suida,patria Peluſiotes,Libanij Sophiſtæ contẽporaneus. Scripſit uaria poemata,item artem Grammaticam,& de dictionũ orthographia.Græcis εὐδαίμων fœlicem ſignificat: unde etiam Mela illam Arabiæ partem quæ inter ſinum Arbicum & Perſicũ in pelagus excurrit, ſeruato Græco nomine Eudæmona appellauit,quam nos uerbum uerbo reddentes,fœlicem appellamus.

Eudemus,εὔδημος, Orator fuit Megalopolitanus,Philo-

menis

nis præceptor. Author est Plutarch. in uita Philopœmenis.

Eudamidas, pen. cor. εὐδαμίδης, nomen filij Archidami, & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis.

Eudipne, εὐδίπνη, insula Libyæ Phœnicum, Steph.

Eudorā, pen. prod. εὐδώρα, nympha Oceani & Tethyos filia, ut placet Hesiodo in Theogonia. * Item una ex Atlantidibus, quæ septem numero esse perhibentur, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexora, Pitho, Tyche.

Eudorus, εὔδωρος, Mercurij filius fuit ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Troianum sequutus est, ut est uidere apud Homerum 8. Iliad.

Eudoxus, εὔδοξος, peritissimus astrologus fuit & geometra, filius Aeschinis, patria Gnidius, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ cursum ordinauit. Lucan. lib. 10. Nec meus Eudoxi concedet fastibus annus. Scripsit leges, & de geometria atque astrologia libros edidit. Cic. lib. 2. de Diuinat. Ad Chaldæorum, inquit, monstra ueniamus, de quibus Eudoxus, Platonis auditor, in astrologia iudicio doctissimorum hominum facilè princeps, sic opinatur (id quod scriptum reliquit) Chaldæis in prædictione & notatione cuiusq; uitæ ex natali die, minimè esse credendū. * Fuit & alius Eudoxus Rhodius historicus: alius Siculus, filius Agathoclis poeta comicus.

Euelgia, εὐέλγεια, urbs quædam, Steph.

Euemenius, uide Eumenes.

Euemerus, pen. cor. εὐήμερος, nomen historici, de quo Lactantius sic inquit, Euemerus antiquus autor fuit è ciuitate Messana. Res gestas Iouis, & cæterorum qui dij putantur, colle-
git. historiamq; contexuit, & titulis, & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur. Hanc historiam interpretatus est Ennius, & sequutus.

Euenetus, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ad arcēdum Thessaliæ finibus Xerxem, Themistocli datus fuit adiutor. Author Herod. lib. 7.

Euenus, pen. prod. εὔηνος, fluuius est Aetoliæ, in Callidromo monte nascens, & iuxta Calydonem in mare Ionium influens: ita dictus ab Eueno Martis filio, & Marpissę patre, qui se in hunc fluuium præcipitauit. Ouid. lib. 9. Metamorph. Nanq; noua repetēs patrios cū cōiuge muros, Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas. Lucan. Et Meleagream maculatus sanguine Nessi, Euenus Calydona secat, &c.

Euenus, εὔηνος, philosophus, qui famem optimum ciborū condimentum esse dicere solebat, ut refert Plutarchus. * Fuerunt item Eueni duo Parij, Elegiarum scriptores: quorum meminit Suidas.

Euergetes, εὐεργέτης, cognomen Ptolemæi Aegyptiorū regis, qui Philadelpho succesit, à maximis eius in Græcas ciuitates meritis impositum. nam εὐεργέτης à Græcis dicitur quem nos beneficum, uel benemeritum appellamus. * Euergetæ item dicti sunt populi Scythię, quī & Arimaspi, quòd beneficī fuerint in Argonautas maris tempestate ad eorum littora delatos. Steph.

Euganei, εὐγάνιοι, populi fuerunt ad intimum maris Adriatici sinum, Alpes uersus, qui deinde à Troianis & Henetis, qui Antenore duce in eam Italię partem uenerūt, sedib. suis pulsi, Alpes Graias tenuerunt. Liu. lib. 1. ab Vrbe. Casib. deinde uarijs Antenorē cum multitudine Henetūm, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylemene ad Troiā amisso, quærebāt: uenisse in intimū maris Adriatici sinum: Euganeisq;, qui inter Alpes mareq; incolebant, pulsis, Henetos Troianosq; eas tenuisse terras: & in quem primū egressi sunt locū, Troia uocatur, pagoq; inde Troiano nomen est: gens uniuersa Veneti appellati. Hæc ille. Dicti aūt sunt Euganei, ἀπὸ τῆς εὐγενείας, hoc est à generis nobilitate, teste Pli. lib. 3. ca. 20. Hinc Euganeus, a, um. Iuuen. Euganea quātumuis mollior agna. Lucan. Euganeo (si uera fides memorantibus) Augur Colle sedens, Aponus ubi terris fumifer exit, Atq; Antenorei dispergitur unda Timaui.

Eugia, εὐγία, regiuncula Arcadiæ, Steph.

Euhyus, εὔϊος, unum ex Bacchi cognominib. à Ioue illi inditum eo in bello quod gigātes cum dijs gesserūt. Fabulātur enim poetæ, cæteris dijs perterritis, Liberū patrem se in leonem cōuertisse, unūq; ex gigantib. interfecisse: & ob rē tam strenuè gestam, Euhyon, hoc est bonū filium à Ioue fuisse saluta tum. Stat. li. 2. Et tūc fortè dies noto signata tonantis Fulmine, prærepti cum te tener Euhye partus Transmisere patri. Inde fit fœminīnum Euhyas, quod Bacchi sacerdotem significat. Horat. 3. lib. Car. Non secus in iugis Ē somnis stupet Euhyas, Hebrū prospiciens, & niue cādidam Thracen.

Euij, populi Liguriæ, εὔϊοι, Steph.

Euila, regio ad Orientem uergēs, sacris literis celebrata, qui circuit Paradiso Phison egrediens, quem nostri mutato nomine Gangem uocant. In ea aurum purissimum, quod Hebraicè Zaab, & gemmæ preciosissimæ, carbunculus, smaragdusque nascuntur.

Euippe, εὐίππη, uicus Cariæ. Steph.

Eumęus, εὔμαιος, subulcus fuit Vlyssis, qui dominum à bello Troiano reducem opera sua adiuuit contra procos uxoris. Homerus lib. 22. Odyss. (lius.

Eumelus, εὔμηλος, Admeti regis Thessaliæ ex Alcesti uxore fi-

Eumenes, εὐμένης, uir Cardianus fuit ex intimis Philippi & Alexandri familiaribus, qui cura, uigilātia, patria calliditate, & celeritate omnes Macedones superauit: de quo multa à Græcis historicis tradūtur. * Fuit præterea hoc nomine Pergami rex, qui Antiochū apud Sardeis in genti prælio superauit: de quo uide Strab. li. 13. & infrà in dictione Pergamus.

Eumenia, εὐμένεια, urbs Phrygiæ, quam Attalus ab Eumene Philadelpho sic uocauit: aut Hyllas, quod bene in ea manifisset, sic eam appellauit. Alia est Cariæ, tertia in Hyrcania.

Eumenides, εὐμενίδες, furiæ infernales, κατ' ἀντίφρασιν dictæ, quod minimè beneuolæ sint. εὐμενὴς enim beneuolum significat. Has autem tres ferunt fuisse, Acherontis & Nocte filias, uno partu editas. Et apud inferos uocantur Canes: unde Lucanus, iam uos ego nomine uero Eliciā, Stygiasq; canes in lucē superna Destituam. Apud mortales, Furię, ab effectu. Cicero 2. de Legib. Agitant & infectantur impios Furiæ nō ardentib. tædis, sicut est in fabulis, sed angore cōscientiæ, & fraudis cruciatu. Apud superos dicūtur Diræ. Vergil. lib. 12. Aene. At procul ut Diræ stridorē agnouit & alas, Infœlix crines scindit Iuturna solutos. Vocantur & Volucres ut apud eundem, Iamiam linquo acies, ne me terrete timentem Obscœnæ uolucres, alarum uerbera nosco.

Eumolpus, εὔμολπος, nomen uiri Athenienſis, quem Suidas Musæi poetæ filiū fuisse scribit, & Pythiorum uictorem. Alij Orphei uatis filium fuisse credunt, qui poeta fuit ipso etiam Homero antiquior. Ab hoc Eumolpidas, sacrorū quorundam præsides dictos uolunt, quorum meminit Aeschines in oratione contra Ctesiphontem.

Eumolpidæ, εὐμολπίδαι, dicti sunt sacerdotes, seu magistratus Athenis, in memoriam & honorem Eumolpi regis, quem Aegyptij generis fuisse Diodorus refert.

Eumonides, εὐμονίδης, nomen proprium uiri Thebani, *cuius* meminit Plutarchus.

Eunæ, εὐναί, urbs Cariæ, in qua fluuius est Eunæus. *Est etiam* Eunæ, urbs Argûs, quam habitabant Cyrenæi. *Steph.*

Euneus, pen. pro. εὔνηος, Iasonis filius ex Hypsipyle filia Thoantis regis Lemni, teste Homero lib. 7. Iliad.

Euonymos, εὐώνυμος, insula est una ex Vulcanijs, ita dicta ♀ è Lipara in Siciliam nauigantibus siniſtra offeratur. Nam εὐώνυμα Græci κατ' ἐφημισμὸν uocant siniſtra. Author Strabo lib. 6. * Est item Euonymos Theophrasto, arbor infelix, malo Punicæ similis, in Lesbo insula potissimum proueniens, pecori gustatu lethalis. Vide Pli. lib. 13. cap. 22.

Eunonymitæ, εὐνωνυμῖται, populi Aegyptij iuxta Aethiopiam. Stephan.

Eupalia, εὐπαλία, nomē urbis in Locride, apud Plin. li. 4. cap. 3.

Eupatria, εὐπατρία, urbs Lydorum. Steph.

Eupheme, εὐφήμη, mulieris nomen nutricis Musarum, & Croci matris.

Euphemia, εὐφημία, uxor fuit Iustini imperatoris, cuius meminit Suidas. Græcis item Euphemia faustam acclamationem significat, qualis fieri solet principibus recens inauguratis.

Euphorbus, εὔφορβος, uiri Troiani nomen est, à Menelao occisi: ut innuit Ouid. lib. ult. Metamorph. his uersibus:

Ipse ego (nam nemini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.

Sunt uerba Pythagoræ, qui suo exemplo nititur probare, animas à corporibus separatas, in alia atque alia corpora commigrare, quòd tempore belli Troiani ipse fuerit Euphorbus à Menelao interfectus, suumq; clypeū agnouerit

à Menelao

à Menelao in templo Dianæ ſuſpenſum.

Euphorion, Εὐφορίων, nomen poetæ Chalcidenſis, quem tranſtulit Cornelius Gallus. Habebat hic quoſdam ita deditos ſibi amatores, ut eum præferrent Ennio, & reliquis poetis, eiuſq; carmina ſtudioſè cantarent, poſthabitis aliorũ poematibus. Meminit Cicero 2. de Nat. deor. Quid, inquit, poeta nemo? nemo phyſicus obſcurus? ille uerò nimis etiam obſcurus Euphorion? at non Homerus.

Euphranor, Εὐφράνωρ, nomẽ ſtatuarij laudatiſsimi Iſthmij, qui de ſymmetria & coloribus aliquot uolumina conſcripſit. Floruit centeſimaquarta Olympiade: plurimaq; ſigna nobiliſsima ex ære confecit, quæ enumerantur à Plin. lib. 4. cap. 8. Idem & pictor, & marmorarius fuit, in unoquoq; genere excellens, ſibiq; æqualis, teſte eodem Plin. lib. 35. cap. 11. Huius meminit & Quintilianus Inſtitut. Orat. lib. 12. Item Iuuenal. Satyra 3. Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti, &c.

Euphranta, Εὐφραντὰ, urbs Libyca, Steph.

Euphrantis, Εὐφραντὶς, regio eadem quæ Syria, à uicino fluuio Euphrate. Qui cum Araxe fratre ex monte Armeniæ profluit, Steph.

Euphrates, is, pen. prod, Εὐφράτης, fluuius Meſopotamiæ, quẽ Strabo ſcribit ex Niphate monte Armeniæ, magnum, profundum, & celerem naſci: influere autem in mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium diuidere, & Tigri cõiunctum, Meſopotamiam facere. Salluſtius quoque certiſsimus author aſſerit, tam Tigris, quàm Euphratis in Armenia fontes demonſtrari. Cui etiam aſtipulatur Pli. lib. 6. cap. 24. ubi Euphratem in Caranitide, Armeniæ maioris præfectura, naſci tradit. Quorum teſtimoniorum conſenſu adductus Hieronymus, locum Geneſeos de paradiſo, quatuorq; fluminibus eum irrigantibus, (inter quos enumeratur & Euphrates) ſecus intelligendum eſſe exiſtimat quàm uerba ipſa uideantur ſonare. Dictus autẽ putatur Euphrates, quod & Ambroſius annotauit, ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, hoc eſt à lętificando: propterea quòd circumiacentem agrum reſtagnationibus ſuis adeò lætum fœcundumq; reddat, ut ſequente anno ſponte reſtibilis fiat ſeges, impreſsis tantum ueſtigio ſeminibus. Qua de re uide Plin. lib. 18. ca. 15 & 16. * Fuit etiam hoc nomine philoſophus, Adriani temporibus, qui tædio ſenectutis & perpetui morbi impetrata prius ab Adriano uenia, ne ſibi ignominiæ eſſet, cicutam bibit, ſibique uoluntariam mortem attulit.

Euphroſyna, æ, & Euphroſyne, es, pen. corr. εὐφροσύνη, una ex tribus Gratijs, ab hilaritate, ſeu lætitia, id enim Græcis ſonat εὐφροσύνη, nomen habens.

Eupilis, lacus Ciſalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padũ defluit. Author Plin. lib. 3. cap. 19.

Eupolis, Εὔπολις, priſcæ comœdiæ ſcriptor fuit, in reprehendendis hominum uitijs liberrimus. Vnde etenim Perſius iratum Eupolidem uocat, quaſi hominum uitijs uehementer infenſum. Scripſit comœdias ſeptendecim, ex quibus nouem uictoriam meruerunt. Perijt in prælio nauali inter Lacedæmonios & Athenienſes iuxta Helleſpõtum commiſſo. Cuius mors quantum ciuitati luctũ attulerit, uel illud unũ abundè magno documento eſſe poteſt, quòd publico edicto cautum eſt, ne poetæ in poſterum militare liceret.

Eupompus, Εὔπομπος, pictor nobilis fuit, patria Sicyonius, Parrhaſij & Zeuxidis æqualis, tantæ inter ætatis ſuæ artifices authoritatis, ut genus quoddam picturæ, ab eo Sicyonium fuerit appellatum. Huius diſcipulus fuit Pamphilus Macedo, qui Apellem inſtituit.

Euporia, æ, Εὐπορία, urbs Macedoniæ ab Alexãdro Magno condita, & à ſoli fertilitate nomen ſortita. Author Steph.

Euporus, Εὔπορος, C. Gracchi ſeruus fuit, qui dominum ex Auentino fugiẽtem, quandiu potuit tutatus eſt: occiſo deinde domino ſuper eius cadauer proſtratus, ſibi quoq; mortem conſciuit. Author Valerius lib. 6. cap. 8.

Euproſopon, Εὐπρόσωπον, promontorium eſt Phœnices ad Byblon oppidum: ita dictum ab aſpectus iucunditate. Nam εὐπρόσωπον interpretatur iucundus aſpectu.

Euranium, nij, Εὐράνιον, Cariæ oppidum eſt, Halicarnaſſeorum iuriſdictioni ab Alexandro Magno aſſignatum. Plin. lib. 5. capite 29.

Euripides, pen. cor. Εὐριπίδης, inſignis poeta tragicus fuit, natus eo die quo numeroſus ille Xerxis exercitus ab Atheniẽſibus fuſus eſt. Floruit tempore Archelai Macedonum regis, à quo etiam ſummo in honore eſt habitus. Scripſit fabulas LXXV. ex quibus quinque tantum uictoriam meruerunt. Caſtitate autem uitæ tãta fuit, ut uulgò μισογύνης, hoc eſt mulierum oſor fuerit cognominatus. Perijt noctu, ab Archelai canibus, ut fertur, diſcerptus. Oſſa eius regis iuſſu Pellam ſunt translata, repulſis Athenienſium precibus, qui ſæpe per legatos tentauerant ut ciuis ſui reliquias ſibi in patriam referre liceret.

Euripidius, Εὐριπίδειος, numerus in talis quadragenarius, ab Euripide inuentus eo tempore quo exactis triginta tyrannis, quadraginta principes Athenienſium Rempub. adminiſtrabant. Legitur & Euripides in eadem ſignificatione. Vide Cælium Rhodig. lib. 20. cap. 27.

Euripus, pen. prod. εὔριπος, dicitur fretum, id eſt mare anguſtũ inter Aulidem Bœotiæ portum, & Eubœam inſulam, quod unius diei & noctis ſpacio ſepties recurrit eo impetu, ut nauigia repugnantibus uentis plena ſecum rapiat. Author Mela. * Sunt item Euripi, canales, ſeu ductus aquarum aliunde deductarum in ſublime ſalientium, ſi paulo minutiores ſint, quos intra domos Romani per pratum ducebant: ſi autem maiuſculi ſint, nili dicuntur. Cicero lib. 1. de Legibus: Ductus aquatum, quos iſti nilos, euripoſque uocant, quis quum uiderit, non irriſerit? * Euripi quoq; ſunt foſſæ in ludis circundatæ pro ſeptis, quorum loca temporaria prius cloſtra fuerunt, authore Plinio.

Eurome, es, pen. prod. oppidum eſt Cariæ, apud Plin. lib. 5. ca. 29. A Stephano εὔρωμος appellatur.

Euronotus, εὐρόνοτος, uentus inter Eurum & Notum flans: cuius meminit Plin. lib. 2. cap. 47.

Europa, Εὐρώπη, tertia pars orbis, ab Aſia, Tanaide fluuio: ab Africa, mediterraneo mari diſcreta: ita dicta ab Europa, Agenoris Phœnicum regis filia, quam Iupiter, ut poetæ fabulantur, in bouem transformatus, raptam abduxit in Cretã. Habet quatuor ſinus magnos, quorum primus eſt à Gaditano freto ad Lacinium uſq; promontorium Italiæ in Locris. Secundus, à Lacinio ad ipſa Epiri Acroceraunia. Tertius inde ad Helleſpontum. Quartus, ab Helleſponto ad Mæotidis oſtia. Hinc Europæi, εὐρωπαῖοι, qui Europam incolunt. * Eſt item Europa nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filia, cuius meminit Heſiodus in Theogonia.

Europus, pi, pen. pro. Εὔρωπος, oppidum Macedoniæ ad Axiũ amnem, teſte Plin. lib. 4. cap. 10. ita dictum, ſi Stephano credimus, ab Europo Macedonis & Orithiæ filio.

Europum, pi, Εὔροπον, Syriæ urbs, olim Thapſacũ, poſtea Amphipolis appellata. Author Plin. lib. 5. cap. 24. * Eſt item eiuſdem nominis oppidum apud Parthos, cognomento Nomadas: cuius meminit idem Plin. lib. 6. cap. 15.

Eurotas, pen. prod. εὐρώτας, fluuius Laconicæ, Spartam præterlabens, teſte Liu. lib. 4. bel. Maced. ripasq; habens frequẽtibus lauris conſitas. De hoc Verg. in Sileno: Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus Audijt Eurotas, iuſſitq; ediſcere lauros.

Eurus, εὖρος, uentus ſpirans ab ortu brumali, quem Latini uulturnum appellant. Plin. lib. 2. cap. 47. Ab Oriente æquinoctiali Subſolanus, ab Oriente brumali Vulturnus: illum Apeliõten, hunc Græci Eurum appellant. Col. lib. 5. cap. 5. Quum plerunque ſideris Caniculæ tempore, quædam partes eius regionis ſic infeſtantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, ut niſi teguminibus uites opacentur, uelut halitu flammeo fructus urantur. Ouid. 1. Metamorph. Eurus ad Auroram, Nabathæaq; regna receſſit, Perſidaq;, & radijs iuga ſubdita matutinis.

Euryale, pen. cor. εὐρυάλη, fuit regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. * Alia fuit Prœti Argiuorum regis filia. * Tertia ex Gorgonibus una: quæ tres fuerunt in extrema Africa, circa Atlantem montem: quæ omnes unum oculum habebant, quo inuicem utentes, quoſcunque aſpiciebant, conuertebant in ſaxa. Harum nomina fuerunt Meduſa, Sthenyo, & Euryale. Seruius eximia pariq; pulchritudine uirgines fuiſſe tradit, quarũ ſolo aſpectu adoleſcẽtes obſtupeſcebant: quam rem fabulæ occaſionem ſubminiſtraſſe exiſtimat ut dicerentur quoſcunq; aſpexiſſent, in ſaxa trãſmutare. Hæc ille, enarrans illud Vergilij lib. 6. Aeneid. Gorgones, Harpyiæq;, & forma tricorporis umbræ.

Euryalus, pen. cor. εὐρύαλος, nomen unius ex principibus Peponneſiacis,

ponneſiacis,qui Argos & propinquas urbes incolebant, & ad Troiam cum octoginta nauibus uenerunt: ut tradit Homerus in Catal. * Fuit etiam hoc nomine Troianus quidã, arctiſsimo amicitiæ uinculo cum Niſo coniunctus, Vergilijq; carmine notiſsimus. *Fuit & nomen hiſtrionis.Iuuen.

Nobilis Euryalum,aut Mirmillonem exprimat infans.

Euryampus,pi,εὐρύαμπος,oppidum Magneſiæ,apud Steph.

Euryanaſſa,æ,εὐρυάνασσα,inſula eſt maris Aegæi,eregionè Ioniæ,non procul ab Arginuſa.Author Plin.lib.5.cap.31.

Eurybates,εὐρυβάτης,nomen uiri Ithaci, Vlyſsis præco, ab Agamemnone miſſus,ut ab Achille auferret Briſeidem. Oui. in Epiſt. Briſeidis ad Achillem, Nam ſimul Eurybates me Talthybiusque uocarunt, Eurybati data ſum, Talthybioque comes.

Eurybatus,εὐρύβατος,fur inſigni fuit aſtutia, qui aliquando à cuſtodibus in furto deprehenſus, quum illi uidere cuperent quo ingenio domos cõſcenderet, ſtimulis quibuſdam ferreis,& funibus irrepſit in parietem,illisque intuentibus expeditamque hominis agilitatem admirantibus,per tegulas aufugiens periculum euaſit. * Eurybatiſſare,εὐρυβατίζειν, dicimus aliquem qui in re manifeſta deprehenſus,aliqua tamen arte elabitur.

Eurybiades, dæ, εὐρυβιάδης, Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Euryclidæ filius,uniuerſæ Græcorum claſsis dux à Lacedæmonijs conſtitutus aduerſus Xerxem. Vide Herodotum libro 8.

Euryclea,pen.prod.εὐρύκλεια,Opos Piſenoridæ filia pulcherrima,quã Laertes in prima exiſtens pubertate uiginti boum precio emit,ac honore paremuxori domi habuit,Vlyſſemq; nutriẽdum dedit: quem & prima in patriam redeuntem agnouit.Vide Homerum lib.1.& 19.Odyſs.

Eurycles,pen.cor.εὐρυκλῆς,uatis cuiuſdam nomen fuit, qui de ſuis incommodis ſemper aliquid diuinabat. Hinc factũ eſt ut omnes diuinatores Eurychidæ dicerentur,ut refert Cælius Antiq.lect.lib.5.cap.10.

Eurycratidas,εὐρυκρατίδας,uir Lacedęmonius.de quo Plutar.

Eurycyon,uide Eurytion.

Eurydamas,antis,pen.nominatiui correp. εὐρυδάμας, uir fuit Troianus,ſomniorum interpres. Ouid. in Ibin, Vtque uel Eurydamas ter circum buſta Traſylli, Et Laryſſæis tractus ab hoſte rotis. Vbi per Eurydamanta intelligũt Hectorem, qui uirtute cuncta domitabat. εὐρὺ enim Græcis latè ſignicat,& δαμάζω domo.

Eurydame,ames,εὐρυδάμη,Diactoris Lacedęmonij filia fuit,& ſoror Menij,uxor autem Leutychidæ Lacedæmoniorum regis,ex qua ille Lampito filiã ſuſcepit,quã Archidemo Zeuxidemi filio in matrimonium tradidit.author Herod. lib.6.

Eurydice,εὐρυδίκη,uxor Orphei,cuius amore captus Ariſteus, quum uim ei inferre pararet,illa per auia fugiens,incidit in colubrum in herba deliteſcentem,cuius morſu interijt. Orpheus autem uxoris mortem ægerrimè ferens, accepta cithara inferos adijt,ubi Plutonem Proſerpinamq; tam ſuaui carmine demulſit, ut ei uxorem ab inferis reducendam permitterent,ea tamen conditione, ne prius eam quàm ad ſuperos redijſſet,intueretur. Quam legem, quum ille amoris impatientia eſſet præuaricatus, Eurydice denuò ad inferos eſt retracta.Verg.lib.4.Georg.Reſtitit,Eurydicemque ſuam iam luce ſub ipſa, Immemor heu, uictusq; animi, reſpexit,&c. * Alia item fuit Eurydice, Clymeni filia, uxor Neſtoris, ex qua ille ſeptem filios & unam filiam ſuſcepit. Author Homerus,Odyſſ.lib.3.

Eurydomene,εὐρυδομένη,nympha marina,ἀπὸ τοῦ εὐρύ καὶ δίδωμι,hoc eſt,abundanter do. Perhibent hanc matrem Gratiarum fuiſſe,quam alij Eurymeduſam, à uerbo Græco μέδω, quod regio ſignificat,uocant.

Euryelus,εὐρύηλος, uocabatur metropolis Epipolorum.Eſt autem oppidum Syracuſarum in loco prærupto,Stephan. Vide Epipolæ

Eurylochus,εὐρύλοχος, fuit Phlegyarum rex,& conditor Thebarum,quas poſtea Cadmus inſtaurauit. * Fuit etiam hoc nomine unus ſociorum Vlyſsis,qui ſolus Circes pocula nõ guſtauit,neq; in ſuis figuris tranſmutatus eſt.Ouid.14.Metamorph.ſuis ſolùm caruiſſe figura Vidimus Eurylochum: ſolus data pocula fugit.

Eurymedon.Eurymedontis,pen.nominat.cor.εὐρυμέδων,pater fuit Peribœæ,ex qua Neptunus Nauſithoum ſuſcepit regem Phæacum,& Alcinoi patrem.Author Homerus,lib.7. Odyſ.* Eſt item Eurymedon,Pamphyliæ fluuius,iuxta quẽ Athenienſes Cimone duce Medos profligarunt. Author Thucydides,lib.1.

Eurymachus,εὐρύμαχος,Thebanorum potentiſsimus fuit:qui quum Platæas noctu per proditionem cepiſſet, rebellãtib. deinde ciuibus, uiuus in hoſtium poteſtatem peruenit, unaq; cum ſuis omnibus ſupplicio affectus eſt.Author Thucydides lib.1.

Eurynome,εὐρυνόμη,nympha,Oceani & Tethyos filia,mater Leucothoes , quam Apollo aſſumpta matris illius effigie compreſsit. * Alia fuit Apollinis filia,quæ Adraſtum Argiuorum regem,& Eriphylen Amphiarai coniugem peperit.

Euryon,Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem à matris inſidijs liberauit.

Eurypylus,pen.corr.εὐρύπυλος,fuit Herculis filius,qui regnauit in Co inſula, & cunctorum Græcorum augur peritiſsimus eſt habitus.Verg.lib.2.Aeneid. Suſpenſi Eurypylũ ſcitatum oracula Phœbi Mittimus.

Euryſtheus,εὐρυσθεὺς Suidæ, fuit Stheneli Mycenarũ regis filius,qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi,ut uaria monſtra ſuperaret quo poſſet perire.Vnde durus Euryſtheus uocatur à Verg.lib.1.Geor.quòd nullis Herculis laboribus potuerit mitigari. Quis,inquit, aut Euryſthea durum, aut illaudati neſcit Buſiridis aras?

Eurytion,tionis,εὐρυτίων,faber inſignis fuit,qui Palanti Euandri filio arma fabricauit.Verg.10.Aeneid. Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.

Euryſus,pen.corr. unus fuit ex Centauris, qui cum Theſeo Hippodamiam ui rapere uellet,ab eodẽ eſt occiſus. * Alius fuit Eurytus,Oechaliæ rex,qui Ioles filiæ ſuæ nuptias pollicebatur,quicunque ſagittãdi arte ſe, uel, ut alij tradunt, filios ſuos uiciſſet. nam ab Apolline hanc artem dono acceperat. Ab Hercule igitur uictus,filiam illi negauit,quapropter Hercules iratus Euryti urbem diripuit,lolamque occiſo patre,abduxit. Hinc Eurytis Eurytidis,patronymicum fœmininum. Ouidius:

Eurytidos Ioles,
Et inſani Alcidæ.

Vide Eurythus.Stephanus in Eretrio,Melaneum Euryti patrem nominat.

Euſebia,εὐσέβια,ciuitas Cappadociæ, Cæſarea pòſt dicta.Vide ſuprà.

Euſebius,εὐσέβιος,epiſcopus Cæſarienſis,firmiſsimo amicitię fœdere cum Pamphilo martyre coniunctus:à quo & Pamphili cognomen mutuatus eſt. Flotuit temporibus Conſtantij & Conſtantini Cæſarum.Scripta multa reliquit,quorum catalogum uide apud Suidam.

Euſtathius,εὐστάθιος,nomen fuit grammatici Conſtantinopolitani,cuius extant Commentaria in Homerum,quemadmodum Seruij in Vergilium. * Euſtathius alius fuit Epiphanæus, qui temporum Epitomen ab Aenea Troiano uſque ad Anaſtaſium principem,ſub quo uixit,ſeptem uoluminibus conſcripſit. Author Suidas. * Euſtathius alius genere Pamphylus,præſul Antiochenus, aduerſus Arrianorũ dogma multa compoſuit ſub Conſtantino principe: pulſus demum eſt in exilium Traianopolim Thraciæ ciuitatem, ubi & ſepultus eſt.Sunt quoque ipſius uolumina de anima,epiſtolæq; complures.Hieronymus. * Præter hos fuit Euſtathius martyr inter aulicos Traiani principis, Placidus antea uocatus:qui quum uenatione ceruum ſectaretur, cõſpecto inter eius cornua crucis ſimulachro,& uoce feræ eiuſdem audita:Cur me perſequeris? domi uxoris Theophytæ & filijs rem manifeſtauit:qui uerbis eius fidem adhibentes, Chriſto nomen dederunt. Martyrij palmam accepit ſub Adriano unà cum uxore, æneo in tauro exuſtus. Volaterranus libro 15.

Euſtephius,εὐστέφιος,Aphrodiſieus ſophiſta,ſcripſit declamationes.Author Suidas.

Euſtochius,εὐστόχιος,Cappadox ſophiſta,ſcripſit ad Conſtantem principem de Cappadociæ aliarumque gentium antiquitate.Volaterranus lib.15.

Euſtratius,εὐστράτιος,nomen philoſophi,qui in Ethica Ariſtotelis Commentarios ſcripſit.

Euræa,εὐραία,urbs Arcadiæ,Steph.

Euterpe,εὐτέρπη,una ex Muſis,quę Mathemata:uel,ut alijs placet,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cet, tibias inuenit: à cõcentus suauitate nomen trahens. est enim εὖ bene, & τέρπειν delectare. Ver. in Epigram. de Musarum inuentis, Dulciloquis calamos Euterpe flatib. implet.

Euthenæ, εὐθηναί, urbs Cariæ. Steph.

Euthydemus, pen. pro. εὐθύδημος, philosophus fuit Tarsensis, Apollonij Tyanei præceptor: de quo uide plura apud Suid.

Euthymus, ἔυθυμος, pycta in Locris Italiæ, qui Epizephyrij cognominantur, ortus Astycieo patre, uel, ut indigenis persuasum est, Cæcino amne genitus, qui Locros à Rheginis diuidit. Hunc tradit Pausanias perpetuum fuisse Olympiorum uictorem: semelque tantum fuisse superatum à Theagene Thasio, non iusto quidem certamine, sed circumuentũ dolo: unde nec Theageni decretus honos: insuper damnatus, ut mulctæ nomine talentum Euthymo repręsentaret. Reuersus inde in Italiam, cum Temesæo genio congressus, cui oppidani quotannis eximia forma uirginem tributi loco pendebant, uictoria potitus est, Temesæosque seruitute liberauit: uirginemque genio destinatam uxorẽ duxit: quo nomine diuinos honores etiam uiuus meruit. Vide hæc latius apud Suidam. Meminit huius & Aelianus, Variæ historiæ lib. 8. Euthymus, inquit, Locrus ex Italia, pyctes inclytus, & robore insigni fuit: lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui Locris ostenditur: & Temesæum heroa, quod cuiq; per uim abstulerat reddere coegit, etiam cum fœnore: ut inde natum sit adagiũ, ijs qui sordidos & iniustos quæstus faciunt, affore Temesæum genium. Hic Euthymus ad amnem Cæcinum, oculis hominum apparere desijt. Meminit eius & Plin. lib. 7. cap. 47.

Eutocus, authore Bocatio lib. 5. Apollinis & Cyrenes filius, qui fratribus ex Africa redeũntibus, Cyrenis dicitur remãsisse, & ijs imperasse, qui unà secum ibidem remansere.

Eutrapelus, pen. cor. εὐτράπελος, apud Horatium lib. 1. Epist. uiri cuiusdam nomen est in circumueniẽdis hominibus callidissimi. Eutrapelus, inquit, cuicunque nocere uolebat Vestimenta dabat preciosa. Vox est Græca, idem significans quod urbanus, salsus, & facetus.

Eutresium, εὐτρήσιον, urbs Arcadiæ, Steph.

Eutresis, εὐτρησις, pagus inter Thespias & Platæas situs, quẽ Zethus & Amphisus muris cinxerunt: sic dictus, quòd multis ξύμαις, id est, uijs, seu uicis, prius usus & quasi perforatus fuerit. Hinc Eutresites Apollo, cuius templum ibi & oraculum celeberrimum fuit. Steph.

Eutyches, Constãtinopolitanus abbas, tertius post Manetem & Apollinarem, alium adfirmabat esse Christum, aliud uerbum Dei. Negabatq; Christi carnẽ nostræ similem, nec in parte duas in eodẽ suppositio naturas esse. Sed de cœlo corpus descendisse dictitabat, ac in uirginis utero tanquã solis radios penetrasse, ut uisum sit sanè ex muliere generatum, quamuis uerè generatum non sit. Author Suidas.

Eutychia, æ, εὐτυχία, insula est Thessaliæ adiacens, ante sinum Pagasicum. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

Eutyche, es, pen. cor. εὐτύχη, mulier Tralliana, triginta partus enixa, & à uiginti liberis rogo illata. Autor Pli. lib. 7. cap. 5.

Eutychides, εὐτυχίδης, insignis fuit statuarius, qui Olympiade centesima uigesima floruit, teste Plin. lib. 34. cap. 8.

Euxinus põtus, ἔυξεινος πόντος, mare illud est quod incipiens à Bosphoro Thracio, uergit in Orientem & Septentrionem, prius Pontus Axenus dictus, ἄξενος, hoc est inhospitalis, propter immanitatem eorum qui eius maris littora incolebãt. illi enim & hospites immolare solebant, ut author est Strabo libro 7. & carnibus peresis, ex caluis eorum sibi pocula conficere. Postea uerò quum in locis maritimis Iones aliquot oppida condidissent, cohibito Scytharũ assueto latrocinio, receptoque Græcorum hominum commercio, pro Axeno Euxinus, hoc est hospitalis appellatus est. Idem penè de huius nominis origine tradit Ouid. de Ponto, Frigida, inquit, me cohibent Euxini littora ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Exampęus, ἐξαμπαῖος, Scythiæ locus est inter Borysthenem & Hypanim fluuios, fontem habens eiusdem nominis usque adeò amarum, ut Hypanis aquas, in quem influit, reddat impotabiles. Author Herodotus lib. 4.

Excetra, nomen hydræ, uide in appellatiuis.

Exgyius, ἐξγυῖος, urbs Siciliæ, dicta διὰ τὸ ἐξ ὑγοίας ἴχειν. Steph. Etym. uidetur corruptum.

Exquiliæ, arum, tantum plurale, mons Romæ, dictus ab excubijs regis Tulli Hostilij, qui hunc collem urbi adiecit, ut author est Liu. lib. 1. ab Vrbe, & in eum, ut frequentius habitaretur, domicilium suum transtulit. Ouid. lib. 1. Fastor. Adde quòd excubias ubi rex Romanus agebat, Qui nunc Exquilias, nomine collis habet. Sunt qui ab excolendo, Exquilias dictas uolunt, quòd ea pars urbis quum antea neglecta iacuisset, à Tullo rege fuerit exculta. Quicquid id est, constat certè per x, & sine diphthongo scribendum esse, contra receptum abusum.

Exquilinus, a, um, quod in Exquilijs est, aut ad Exquilias pertinet: ut Exquilina porta, Mons Exquilinus. Varro, Exquilinus mons septiceps apud ædem Iunonis Lucinæ, ubi ædituus habitare solet.



Fabaria, insula est in mari Germanico, nõ procul à Cimbrica Cherroneso: alio nomine Burchana dicta. Fabaria à Romanis dicta propter similitudinem frugis, sponte ibi prouenientis. Author Plinius.

Fabaris, pen. correp. fluuius in Sabinis, cuius meminit Vergilius 7. Aeneid. Qui Tiberim, Fabarimq; bibunt. Alio nomine uocant Farfarum, autore Seruio. Plautus, Dissipabo te tanquam folia Farfari. Ouidius: - & amœnæ Farfarus undæ.

Fabianus, φαβιανὸς, martyris nomen, qui unà cum Sebastiano, quòd Christum profiteretur, supplicio affectus est.

Fabiorum familia, Romæ nobilissima fuit, cognomẽ hoc sortita ab eo tempore quo Romani penè omnes nobilissimi agriculturam exercebant: quòd primus qui hoc cognomen adeptus est, in faba serenda excelleret: sicut etiam Cicerones, Pisones, & Lentuli dicti sunt à lente, cicere, & pisis bene serendis. Horum tanta Romæ potẽtia fuit, ut bellum aduersus Veientes, soli cũ suis clientib. & seruis in seſe recepe rint: quũq; ex leuib. aliquot prælijs sæpius uictoriã reportassent, tandẽ ad Alliã fluuiũ insidijs circumuenti, ad unũ omnes cæsi sunt. Oui. li. 2. Fast. Vna dies Fabios ad bellũ misẽrat omnes: Ad bellũ missos abstulit una dies. ex tãta Fabiorũ clade unus tantum superfuit, qui nõdum armis per ætatem idoneus, in Vrbe relictus erat, ex cuius sanguine per longã nepotũ seriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator aduersus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus restituit. * Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus, à rege Allobrogum ad Isaram flumen interempto. * Fabius Pictor, homo nobilissimus, iuris & literarum antiquitatis bene peritus, ut est author Cicero in Bruto.

Fabianus, a, um, denominatiuũ: unde dicitur Arcus Fabianus, qui constructus est iuxta regiam in Via sacra.

Fabius, a, um, aliud adiectiuũ: ut, Gens Fabia. Oui. 3. de Ponto.

Fabrateria, φαβρατερία, oppidum Campaniæ ad Terum fluuium. Iuuen. Sat. 3. - optima Soræ, Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. Meminit huius oppidi & Silius lib. 8. Hinc deducitur denominatiuum Fabraternus, a, um.

Fabricius, cij, φαβρίκιος, nomen Romani ciuis frugalissimi, qui in tenuissimo cẽsu, Samnitum munera forti animo spreuit. Hic norma paupertatis & exemplar fuit apud Romanos. patellam & salinum ex argento tantum colendorum deorum causa domi habuit, ita tamen ut patella corneo pedicu lo sustineretur. Huius filiæ ob paupertatem de publico dotatæ, ad maritos ierunt portantes gloriam domesticã, pecuniam publicam. Hic aduersus Pyrrhum Epirotarum regem & Samnites grauissima bella gessit: aduersus quos, ut bello inuictum, ita muneribus se præstitit incorruptum. Regis etiam medicum domini sui mortem per uenenum pollicentem, uinctum ad regem remisit.

Fabricianus, φαβρικιανὸς, Fabij Fabriciani filius, qui matrem Fabiam interfecit, quòd illa maritũ suũ occidisset, ut liberius adulterium cum Petronio adolescente committeret. Autor Dositheus apud Plutarchum.

Fabulinus deus, qui pueris primò fari incipientibus præesse putabatur: cui etiam Romani sacrificabant, quũ primùm liberi eorum fari incipiebant. Author Nonius, citans testimonium Varronis de liberis educandis.

Fadius, Pompeianus miles, cuius meminit Asinius Pollio apud Ciceronem lib. 10. Epist.

Falacrium, φαλάκριον Ptolemæo 7. Europæ tabula, promontorium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

torium eſt Siciliæ, quod nonnulli idem eſſe credunt, quod uulgò hodie appellatur Melazo.

Faleriſ, orum, φαλίριοι, oppidum fuit Faliſcorum in Tuſciæ mediterraneis. Author Ptolemæus lib. 4. cap. 1.

Falernus ager, teſte Plinio libro decimoquarto, capite quinto, Campaniæ tractus eſt, qui à ponte Campano incipiebat læua petentibus urbanam coloniam Syllanã. Totus hic tractus uitiferos habet colles, generoſiſsimo uino nobiles, quod à regionis nomine etiam Falernũ eſt appellatũ. Huic inter generoſa Italiæ uina, ſecunda nobilitas tribuebatur. Prima enim laus dabatur Pucino, quod à Græcis Pictanum appellabatur. Nequaquam uerò mirum uideri debet, ſi hoc uini genus hodie aut prorſus ignotum ſit, aut minus celebre, quum etiã Plinij ſeculo, ut ipſe teſtatur, exoleſceret, culpa agricolarum, copiæ magis ſtudentium quàm bonitati. Pro uino frequentiſsimè neutri generis eſt: Tibullus tamen in maſculino genere uſurpauit. Nunc, inquit, mihi fumoſos ueteres proferte Falernos.

Faliſci, φαλίσκοι, populi Hetruſci fuere, quorum oppidum Falerij, φαλίριον Stephano, uocabatur. Ouidius: Adde ſenem Tacium, Iunonicolasq; Faliſcos.

Faliſcus uenter, non diſsimilis lucanicis, inuentus primò in Faliſcis. Papin. lib. 4. Syluarum: Non Lucanica, non graues Faliſci. Martial. lib. 1. Et Lucanica uentre cum Faliſco.

Faneſij, populi in Oceano Septentrionali, qui, ut ait Plin. lib. 4. cap. 13. tam grandes habent aures, ut eorum nuda corpora tegantur.

Faneſtris colonia, Pomponio Vmbriæ, ſiue agri Gallici oppidum eſt, non procul à Piſauro urbe, & Metauro amne, quod à Plinio lib. 3. cap. 14. Fanum Fortunæ appellatur.

Fannius, duorum oratorum nomẽ, quorum ſic meminit Cic. in Bruto: Horum, inquit, ætatibus adiuncti ſunt duo C. Fannij, Marci filij: quorum C. Fannius, qui Conſul cum Domitio fuit, unam orationem de ſocijs & nomine Latino contra Gracchum reliquit, ſanè & bonam, & nobilem. Alter autem C. Fannius, M. F. C. Lælij gener, & moribus & ipſo dicendi genere durior. Hæc ille.

Fanum Fortunę, φάνα Stephano, agri Gallici urbs eſt, teſte Pli. lib. 3. cap. 14. in littore Adriatico, inter Piſaurum & Senogalliam, nõ longè à Metauro amne ſita: ſic dicta, quòd in ea pulcherrimum Fortunæ templũ fuerit. Huius urbis incolæ, Fanenſes: & colonia ipſa, Faneſtris à Pomponio appellatur.

Fanus deus, qui euntibus præerat, uel deus anni. Cuius imaginem cum Phœnices uellent exprimere, draconem finxerunt in orbem redactum, caudamq; ſuam deuorantem, ut appareat mundum in ſe reſolui. Macrobius.

Faran, φαραν, oppidum trans Arabiam, iũctum Sarracenis, qui in ſolitudine uagi errant. Faran, inquit Stephanus, oppidũ eſt inter Aegyptum & Arabiam: à quo fit gẽtile Pharanites, φαρανίτης, & poſſeſſiuum, Pharaniticus, φαρανιτικὸς.

Farfarus, ſiue Farfar, Syriæ fluuius, qui ex radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens, Syriaco miſcetur mari. *Farfarus etiã dictus eſt fluuius per Sabinos fluẽs. de quo Ouidius, & amœnæ Farfarus undæ. Alio nomine dicitur Fabaris, penultima correpta. Verg. lib. 7. Qui Tybrim Fabarimq; bibunt. * Farfarum uocat Plautus in Pœnulo arborem populum: Proſternebam, inquit, eos, ut folia farfari, quæ leui pulſu uenti alicuius, autumno uniuerſa aliquando cadunt.

Faſcelis, idis, dicta eſt Diana, à faſce lignorum, in quo abſconditum eius ſimulachrũ Oreſtes & Iphigenia ex Taurica regione Ariciam attulerunt.

Fatua, deæ cuiuſdam nomen erat, cui à Romanis matronis in operto ſacra fiebant nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab eius ſacris arcebantur, ut uel in ædem eius inſpexiſſe, capitale haberetur. Rationem huius affert Macrobius li. 1. Saturnal. cap. 12. Fatuam dum inter homines ageret, Fauni uxorẽ fuiſſe tanta pudicitia, ut perpetuò gynæcio, hoc eſt mulierum conclaui incluſa, nullum unquam uirum præter maritum aſpexerit. Varro eandem eſſe exiſtimat, quæ & Telluris & Terræ nomine à Romanis colebatur. Fatuæ autem nomen à fando deductum uolunt, quòd infantes partu editi, non prius uocem edunt quàm terram attigerint. Eadem & Bona dea uocata eſt, quòd omnium nobis ad uictum bonorum cauſa eſt: & Fauna, quòd omni uſui animantiũ fauet: & Ops, quòd ipſius ope uita conſtat.

Fatuelus, qui & Faunus dictus eſt, Pici Latinorum regis filius fuit, cuius uxor Fatua, uel Fauna dicta fuit. Vide Seruium in illud Verg. lib. 7. Aen. Hunc Fauno & Nympha genitũ Laurente Marica Accipimus, Fauno Picus pater.

Fauentia, φαβεντία Stephano, ciuitas in octaua regione Italiæ, quam hodie Itali ſua lingua uocant Faenza. Eius incolæ uocantur Fauentini, Fidentinis finitimi, teſte Plin. li. 2. cap. 14.

Fauij, antea Fouij à familiæ authore dicti, qui ex ea natus fuit cum qua Hercules in fouea cõcubuit. Quamuis alij putent ita uocitatum, quòd primus oſtenderit, quemadmodũ urſi & lupi foueis caperentur. Vtcunq; ſit, conſtat à fouea dictos fuiſſe. unde Fouij, non Fauij primùm fuerunt appellati.

Fauna, uide Fatuelus.

Fauni, agrorum & ſyluarum putati ſunt dij, qui poſt prolixũ tempus moriuntur: quòd è terra geniti ſint. Ouid. 1. Metamorph. Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Fauni, Et Nymphæ, Satyriq́ue & monticolæ Syluani. Ex quo loco apparet, alios eſſe Faunos, alios Satyros, & rurſus alios Syluanos.

Faunus, φαῦνος, filius fuit Pici, & pater Latini, antiquiſsimus Aboriginum rex, deus poſt mortem habitus, qui regnauit in Latio. Is genuiſſe etiam fertur Faunos, Satyros, Panes, & Syluanos ruſticorum numina, quos poetæ fingunt & cornigeros, & caprinis pedibus.

Fauonius, uentus ab Occaſu æquinoctiali ſpirans, cõtra Subſolanum, teſte Pli. lib. 2. cap. 47. à fouendo dictus, quòd cuncta foueat, ζέφυρος. Eſt enim genitalis ſpiritus mũdi quo plãtæ hyberno frigore enectæ, reuiuiſcũt. Vnde etiã à Græcis Zephyrus dicitur, quaſi ζωὴν φέρων, hoc eſt uitam afferens.

Fauorinus, φαβωρῖνος, nomen philoſophi, de quo fit frequens mentio apud Gellium. Oriundus fuit Arelate celebri Galliæ Narbonenſis oppido. Inde in Græciam profectus, ſub Dione philoſophiæ operam dedit. Hic tria præcipuè in ſe ſolebat admirari: quòd Gallus quũ eſſet, Græciſſaret: quũq; eunuchus eſſet, in adulterij tamen ſuſpicionem aliquibus ueniret: & quum Imperatorem inimicum haberet, adhuc tamen uiueret. Erat enim Adriano Cæſari infenſiſsimus. Hunc Herodes Atticus patrem ſolebat appellare: hæreſq; librorum ab eo factus eſt. Hæc ex Philoſtrato. Aelianus de Varia hiſtoria, dicit hunc quandoque in diſputatione quadam Adriano ceſſiſſe, admirantibusq; proximis, Nónne ce dam, inquit, ei qui uiginti habeat legiones?

Fauſtulus paſtor, Remi & Romuli nutritor. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe.

Fauſtus, L. Syllæ Dictatoris cognomen fuit, quod ſibi ob perpetuam in rebus gerendis felicitatem arrogauit. * Faustus Quintilius Senator ſub Iuliano principe fuit. Fuerunt & alij hoc nomine, quorum catalogum uide apud Volaterr.

Felſina, urbs Italiæ, poſtea Bononia appellata, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 15. in deſcriptione octauæ regionis Italiæ: Intus, inquit, Colonia Bononia, Felſina uocitata, quum princeps Hetruriæ eſſet.

Ferentinum, pen. prod. φερεντία Ptolemæo, oppidum eſt Tuſcorum, iuxta Feſulas, non procul ab Arno fluuio. Cuius oppidi incolæ dicuntur Ferentini, φερεντῖνοι. Author Plinius lib. 3. cap. 5. & Pomp. Mela lib. 2. *Ferentinates autem Latij populi ſunt, apud eundem Plin. loco iam citato: quorum oppidum Ferentium commemoratur à Strabone, lib. 4.

Feretrius, φερέτριος, dictus eſt Iupiter, non à pace ferenda (ut quibuſdam uiſum eſt) ſed à ferendis ſpolijs. Nam Romulus deuictis Ceninenſibus, hoſtium ſpolia, ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibiq́ue ex quercu ſuſpenſa, Ioui conſecrauit, eodẽq; in loco Ioui Feretrio templum condidit, authorq; fuit poſteris ut eo capta ex hoſtibus ſpolia deferrent. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Inde exercitu uictore reducto, ipſe cùm factis uir magnificus: tum factorum oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa, fabricato ad id aptè ferculo, gerens, in Capitolium aſcendit: ibiq́ue ea quũ ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cum dono deſignauit Iouis templo fines, cognomenq́ue addit deo: Iuppiter Feretri, inquit, hæc tibi uictor Romulus rex regia armaq; fero: templũq; ijs regionib. quas modò animo metatus ſum, dedico: ſedem opimis ſpolijs quæ regibus ducibusque hoſtium cæſis me authorem ſequentes poſteri ferent. Hæc templi eſt origo, quod primum omnium Romæ ſacratum eſt. Ita deinde dijs uiſum, nec irritam conditoris uocem eſſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

esse, qua laturos eò spolia posteros nuncupauit: nec multitudine compotum eius doni uulgari laudem. Bina postea intra tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia. Adeò rara eius fortuna decoris fuit.

Feronia, æ, φερωνία, nemorũ dea, à ferẽdis arboribus. Ver. 7. Aen. & uiridi gaudens Feronia luco. Tradunt enim quum lucus eius fortuito arsisset incendio, & ob id transferre inde deæ simulachrum incolæ uellẽt, nemus subitò euiruisse. *Fuit & Feronia ciuitas sub monte Soracte, in qua eiusdem nominis dea erat, quam finitimi mira religione uenerabantur.

Ferraria, nomẽ urbis celeberrimæ in Italia circũpadana. Item promontorium in Hispania non procul à Carthagine noua: ita nomiuatum quòd fodinas habeat ferri feracissimas. Vide Melam libro secundo.

Fescennia, teste Plin. lib. 3. ca. 5. Hetruriæ ciuitas est, cuius populi originem trahunt ab Athenienſibus. (Falisc os.

Fescenninus, a, um. Verg. 7. Aen. hi Fescenninas acies, æquosq;

Festus, Domiciani amicus, qui dum mẽtagra usq; ad desperationem laboraret, gladio se traiecit: prius tamen amicos cõsolatus. Eius mortem Martialis lib. 1. descripsit.

Fesulæ, arum, olim Hetruriæ insignis ciuitas fuit: hodie modicus uicus nõ procul à Florẽtia: licet Episcopalem sedem retineat. Conditã autem uolunt ab Atlante Mauritaniæ rege.

Fidena, æ, pen. pro. φιδήνη, φίδηνα, Stephano: & Fidenæ, arum, φίδηναι Straboni, urbs Latinorum mediterranea. Verg. 6. Aen. Hi tibi Nomentum, Gabios, urbemq; Fidenam. Iuuenalis Saty. 6. Viuat Fidenis, & agello cedo paterno.

Fidenates, φιδηναῖοι, φιδηνᾶται Stephano, dicti sunt Fidenarum incolæ: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Fidentia, æ. φιδεντία, oppidum est in octaua regione Italiæ, cuius incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 15. *Est & Fidentia, Hispaniæ Bæticæ urbs, inter Bætin amnem & Oceanum sita, alio nomine Iulia appellata, autore eodem Plinio libro 3. cap. 1.

Fidiculanus Falcula, Senator leuissimus fuit, quem Cicero in Oratione pro Cæcinna splendorẽ ordinis Equestris, decus iudiciorũ, & exẽplar antiquę religionis per ironiã appellat.

Fidius, Iouis filius fuisse creditus est, quem ut fidei præsidem colebant. ὅρκιος. Plautus, Per deum Fidium credis iurato mihi. Vnde dicimus Mediusfidius, de quo suo loco.

Fimbria, nomen fuit Romani ciuis crudelitate insignis, qui quum Scæuolæ, quem grauiter uulnerauerat, diem insuper dixisset, quærentibus quid in Scæuola esset accusaturus, Quòd, inquit, non totum corpore ferrum receperit.

Firmium, Pomponio, φίρμιον Ptolemæo, Piceni castellum est, cuius meminit & Plinius, lib. 3. cap. 13.

Fison, uide Phison.

Flamen, huius Flaminis, masculino genere sacerdotem significat. Sumebãt autẽ Flamines cognomina ab eo deo cui sacra faciebant: ut Flamen Dialis, ἀπὸ τοῦ Διὸς, hoc est à Ioue, quasi Iouialis. Martialis, à Marte: & Quirinalis, à Quirino, hoc est à Romulo. Ratio autem nominis tracta est à filo quo caput cinctum habebant: ut docet Seruius his uerbis, Flamines in capite habebant pileum: quod quum per æstus ferre non possent, filo tantùm capita religare cœperunt: nam nudis penitus capitibus incedere nefas erat: unde à filo quo utebantur, Flamines dicti sunt, quasi filamines.

Flaminiorum nobilis fuit Romæ familia: ex qua fuit T. Flaminius, qui ad Thrasimneũ lacum ab Annibale cum uniuersis penè copijs deletus est. Hic uiam Flaminiã strauit à Roma Ariminum usq;. *Fuit præterea T. Quintus Flaminius superioris filius, cuius uitã latè exequitur Plutarchus. Hic in suo Cõsulatu Macedonum Regem Philippum acie uictũ eò ne cessitatis cõpulit, ut Demetrium filium obsidem dare, Græciæq; ciuitatibus quæ illius iugo parebãt, abstinere cogeretur. Huic frater fuit L. Flaminius fratri dissimilimus, qui à Catone tũ Cẽsore per ignominiã Senatu fuit eiectus, quòd quũ Galliæ prouinciæ præesset, in gratiã pueri quẽ turpiter à se amatũ per omnẽ prouinciã circunuexerat, Gallũ quendam in conuiuio suis manibus interemisset. Author Liuius.

Flaminia uia, quæ per portam Flaminiã ad Tiberim sitã, Ariminũ usq; ducit. Nomen habet à Flaminio Consule qui eam strauit: à quo & Circus Flaminius, & Forũ Flaminium nomen acceperunt. Cic. 12. Philip. Tres ergo, ut dixi, uiæ: à supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. Oui. 1. de Ponto, Eleg. 8. Spectat Flaminiæ Claudia iuncta uiæ.

Flandria, riæ, regio est in finibus Belgarum, ad littora Oceani Septentrionalis posita: in qua sunt urbes insignes, Gandauum & Brugę.

Flauia familia, a flauedine capillorum dicta, quæ tres continuos Romano populo Imperatores dedit, Vespasianum, Titum, & Domitianum.

Flauia colonia, Palæstinæ urbs, primùm ab Herode cõdita, & in gratiam Tiberij Cæsaris Cæsarea appellata. Postea dedũcta eò à Flauio Vespasiano colonia, Flauia appellata est. Author Plin. lib. 5. cap. 13.

Flauiobriga, φλαβιόβριγα, oppidum Fardulorum in Hispania citeriori: cuius meminit Plin. libro 4. cap. 20.

Flauiopolis, φλαβιούπολις, Thraciæ oppidum, eo in loco conditum ubi antea Zela fuerat. Author Plin. lib. 4. cap. 11.

Flauium, φλάβιον, Norici oppidum est apud Plin. lib. 3. cap. 34.

Flauinium, locus Italiæ in Sabinis sub Soracte monte. Vide Seruium in illud Verg. 7. Aen. Hi Soractis habent arces, Flauiniaque arua.

Flauona, pen. pro. φλαουῶνα Ptolemæo, oppidum est Illyrici, apud Plin. lib. 3. cap. 21.

Fleuo, Rheni fluminis ostium, ut scribit Pomp. Mela. li. 3. Plin. lib. 4. cap. 15. alterum ostiorum Rheni, Fleuum: alterum, Helinium appellatum scribit. * Corn. Tacit. li. 3. Flauum castellum esse ait propè Rheni in Oceanum exitũ, à quo aut sumptum nomẽ, quòd alueo daretur: aut certè prius ab alueo natum, in castello retentum est.

Flora, ræ, Dea quædam à Romanis in honore habita, quã floribus præesse uolebant. Hanc meretricem fuisse aiunt, quæ quum magnas opes corporis quæstu quæsiuisset, populum Romanum scripsit hæredẽ, certamq; pecuniã reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur editione ludorum quos appellant Floralia, siue ludos Florales. Quod quia Senatui flagitiosum tractu temporis uidebatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deam finxerunt esse quæ floribus præsit, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus aut uitibus bene prosperẽq; florescerent. Celebrabantur illi ludi omni cum lasciuia, conuenientes memoriæ meretricis: præter uerborum licentiam nudabantur flagitante populo meretrices, quę mimarum functæ officio, in conspectu multitudinis ad satietatem usq; impudicis motib. detinebãtur. Hæc à Græcis χλωρὶς dicitur. Ouid. 4. Fastorum, Chloris eram quę Flora uocor.

Floralia, lium, dies festi, ludiq; in honorẽ Floræ instituti, quę florum dea habita fuit. ἀνθεστήρια. Quintil. lib. 1. cap. 9. Quę dã tamen & faciem solœciſmi habent, & dici uitiosa non possunt: ut, Tragœdia Thyestes, & Ludi Floralia, ac Megalesia. Ouid. 4. Fast. Exit & in Maias festũ Florale Calendas. *Floralia etiam dicuntur in quibus sunt flores. Varro lib. 1. de Re rust. ca. 23. Nec minus ea discriminanda in conserundo quæ sunt fructuosa, ab ijs quæ fiunt propter uoluptatem: ut quæ pomaria, aut floralia appellantur.

Floralitius, a, um, adiect à Floralibus deductum, quo id significatur quod ad floralia pertinet, aut quo in Floralibus utebantur. Martial. 8. Et Floralitias lasset arena feras.

Florentia, æ, urbs est insignis Hetruriæ, olim Fluentia dicta, quòd sita sit ad fluentum Arni fluminis: & populi ipsi, Fluẽtini: quorum meminit Cato in Originib. ut refert Angelus Politianus in quadam Epistola ad Bartholomæum Scalam.

Florianus Imperator, qui Tacito successit: dolens Probũ militiæ peritũ à magna exercitus parte esse electũ, fibijpsi uenas incidit, effusoq; sanguine cõsumptus est. Author Aurel.

Florius, fluuius est Galæciæ in Hispania. Plin. lib. 4. cap. 20.

Flumentana porta, quam Tiberis urbem intrans, in sinistra ripę parte relinquit: dicta quòd Tiberis quandoq; in eam influxerit.

Fluonia, æ, Iuno, quam mulieres colebant, quòd sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. Boccatius in Geneal logia deorum.

Focunates, Plinio populi sunt in Alpibus, lib. 3. cap. 20.

Folia, mulier quædã fuit Ariminensis, ueneficijs famosa. Hor. Non defuisse masculæ libidinis Arminensem Foliam.

Fons Solis, in desertis Libyæ est, ultra Cyrenaicam regionẽ, iuxta Iouis Ammonis oraculum, cuius aqua mane & uespẽri tepida est, meridiano autẽ tempore gelidissima, sub mediam uerò noctem feruidissima. ἡλίου πηγή. Vnde & Fontem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Solis appellarunt,quòd à Sole regi uideatur,& pro ratione diuerſorum cardinũ quos ille perlabitur, calorem tepore, teporemq; frigore permutet.Apud Ammonios (inquit Herod.lib.4.)aqua fontana eſt,quæ ſub matutinũ quidẽ tepet: ſub horã,qua forum frequentiſsimum eſt frigeſcit:ſub meridiem multo frigidior eſt:eaq; hora hortos irrigãt.Declinãte iam die remittitur frigus,donec Sol occidit:nũc tepeſcit magis ac magis caleſcens uſq; ad mediã noctẽ, quo tẽpore feruẽs exæſtuat:præterita nocte media, ad aurorã uſq; refrigeſcit.Cognominatur autem Fons Solis.Hęc ille. Meminit huius fontis & Ouid.lib.15.Metamorph.quãuis Ammonis, non Solis fontem appellet,medio(inquit)tua corniger Ammó,Vnda die gelida eſt,ortuq; obituq; caleſcit. Silius quoque lib.3.Ammonis oraculũ deſcribens,Stat(inquit)fano uicina,nouum & memorabile,lympha,Quæ naſcẽte die, quæ deficiente tepeſcit: Quæq; riget, medium cum Sol accẽdit Olympũ.Plin.lib.2.cap.103.duos huius naturæ fontes commemorat,quorũ alterum à uicino oraculo, Ammonis fontem appellat:alterũ apud Troglodytas collocat,Aethiopiæ populos, eumq; Solis fontẽ nominat. Verba eius ſunt hæc, Iouis Ammonis fons, interdiu frigidus,noctib.feruet.Deinde ſubdit,In Troglodytis fons Solis appellatur, dulcis, & circa meridiẽ maximè frigidus:mox paulatim tepeſcens,ad noctis media feruore & amaritudine infeſtatur.

Fonteia, uirgo Veſtalis, Fonteij ſoror, cuius meminit Cicero in oratione pro Fonteio.

Fontinalis porta dicta eſt Romæ,quę alio nomine Capena dicitur, ob propinquitatem ſcaturientium fontiũ.Iuuen. Sat. 2.Subſtitit ad Veteres arcus,madidamq; Capenam. Liuius, Aediles alteram porticũ ad portam Fontinalem, ad Martis aram,qua in campos iter eſſet,perduxere.

Forcheim,uide Locoritum.

Forcus,φόρκυς,nomẽ uiri propriũ,qui tres filias habuit Gorgonas,Sthenyo ſcilicet, Euryalẽ,& Meduſam,quæ nimis locupletes fuerunt.& Gorgones dicũtur, id eſt terrę cultrices.

Foriculus,Deus putabatur,forium præſes.θυρῶος. ſicut Cardinea dea, quæ cardinibus præerat:& Limentinus Deus, qui præerat limini.

Formiæ,arum,φορμίαι,urbs eſt Campaniæ maritima iuxta Caietam Læſtrygonum quõdam ſedes,à Laconibus(ut Strabo author eſt) condita:à quibus primùm Hormiæ dictæ ſunt, ſiue à frequentia,bonitateq; τῶν ὅρμων, id eſt ſtationũ, ut Feſto placet: ſiue ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, id eſt ab impetu Læſtrygonum (ut Seruio placet) qui anthropophagi fuiſſe perhibentur. Quicquid id eſt,primùm Hormię dictę putantur:& deinde aſpiratiõe in F cõmutata,Formię.Veriſimile eſt illud eſſe oppidũ quod quinto à Caieta lapide ſitũ,uulgò Molã uocant.

Formio,Ptol.Iſtriæ fluuius:hodie Ciſanus.

Fortunatæ inſulæ,à fructuum ubertate, aerisq; tẽperie dictæ ſunt μακάρων νῆσοι.de quibus Strabo li.3.ſic ſcribit:Fortunatæ inſulæ contra extremam Mauritaniã ad Occidentẽ ſunt, quam quidem ad partem & Hiſpaniæ terminus Occiduus concurrit.Sunt autẽ ſex numero,ut ex Iubę ſententia tradit Plin.lib.6. cap.32. quarum primam Ombrion appellari ait, ſecundam Iunoniam,tertiam eodem nomine,quartã Niuariam, perpetua niue nebuloſam, ſextam Canariam, plenam canibus ingẽtibus.Fortunatæ inſulę(inquit Mela lib.3.)abũ dãt ſua ſponte genitis, & ſubinde alijs innaſcentibus, nihil ſolicitos alũr:beatius quàm ullæ urbes excultę:una ſingulari duorũ fontiũ ingenio maximè inſignis : alterum qui guſtauere,riſu ſoluuntur in mortem:ita affectis remediũ eſt ex altero bibere. Solinus magna ex parte fabuloſa eſſe ſcribit, quę de Fortunatis inſulis tradũtur:unamq; tãtùm eſſe quæ nonnihil habeat fertilitatis,nimio tamen calore infeſta.Hodie omnes uno nomine Canariæ uocantur, à fertilitate cãnarum,in quibus naſcitur ſaccharum.

Foruli, orum, oppidum Sabinorum,ſaxoſo in loco ſitum: unde Strabo lib.5.petram uocat ad rebellandum,quàm ad habitandum aptiorem.Verg.7.Aen.Qui Tetricæ horrẽtes rupes,montemq́ue Seuerum,Caſperiamq́ue colunt,Forulos, & flumen Hymellæ.

Forum Bubalorũ,Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidũ eſt,nõ procul à Vaccæis,cuius meminit Ptol.lib.2.cap.6.Sunt qui putent idem eſſe cum eo quod hodie Fomillam appellant.

Forum Claudij, oppidum Alpinum, Centronum metropolis, apud Ptolemæum,lib.3.cap.1.Sunt qui exiſtiment idem eſſe cum eo quod hodie Tarenteſiam uocant.

Forũ Clodij,oppidũ Hetruriæ,cuius incolæ Foroclodij nemi nãtur à Pli.li.3.ca.5. *Fuit præterea eiuſdẽ nominis oppidũ in octaua regione Italiæ,cuius meminit idẽ Plin.li.3.cap.15.

Forum Cornelij,oppidum eſt in uia Aemilia,quod & Forũ Syllæ appellatur:utroq; nomine deducto à Cornelio Sylla Dictatore, qui ibi primus forum inſtituit. Forocornelienſis agri meminit Plin.lib.3.cap.16.Hodie Molam uocant, quaſi Aemyliam,à nomine uię in qua ſita eſt.

Forum Iulij,ſiue Forum Iulium,oppidum eſt Narbonenſis prouinciæ,Octauianorum colonia,teſte Plin.lib.3. ca.4.hodie ſeruatis nõ obſcuris priſci nominis ueſtigijs Freiulium uulgò appellatur. * Fuit & Carnorum ſiue Iapidum oppidum eiuſdem nominis,teſte Ptolemæo,lib.3.cap.1.à quo tota regio hodie corrupto nomine Freiulium appellatur.

Forum Seguſianorum,Galliæ Lugdunenſis oppidum eſt apud Ptolemæum,li.2.ca.9.idem cum eo,ut putatur, quod hodie Burgum Breſiæ appellant.

Forum Liuij, oppidum Aemyliæ, in octaua regione Italiæ, Cornelij Galli poetæ natalibus nobilitatum. Meminit huius oppidi Plin.lib.3.cap.15.

Forum Gigurrorum,à Ptolemæo, lib.2.cap.6.appellatur urbs quædam Hiſpaniæ, in tractu Tarraconenſi, quæ nonnullis eadem eſſe creditur quam Hiſpani ſua lingua uocant Medina de Rioſeco.

Foſſæ Marianæ, apud Ptolemæum lib. 2.ca.9. Galliæ Narbonenſis oppidum,eſt ad alterum ex Rhodani oſtijs ſitum:ita dictũ à propinqua foſſa quã Marius ex Rhodano duxit in uicinum lacum,ut ſcribit Strabo lib.4.oſtreis abundantem.

Foſſæ Papyrianæ,Tuſcorum ciuitas Ptolemæo, hodie Foſſonouum.

Francones,Germaniæ populi ſunt, quos nonnulli Frácos orientales uocant:à Septẽtrione Chattis,& Cheruſcis,à Meridie,Noricis finitimi:ad Occaſum,Rhenum fluuium:& Ortum,Hercyniæ ſyluę partem,qua Boemiam attingit,habentes.Hi olim bonam Galliarum partem occupauerũt,ubi hodie Lutetia Pariſiorum ſita eſt,quæ etiam Galliæ pars ab illis Francia dicta putatur.Franconum meminit Cic.in Epiſt. ad Atticum lib.14.

Fregellæ,arum,φρέγελλαι Stephano, olim ciuitas fuit clariſsima inter Formias & Sinueſſam ſita,non procul à Liri amne, quem nunc Garilianum uocamus. Cuius etiam hodie non obſcura extãt ueſtigia, ex quibus facilè poteſt æſtimari quãta olim fuerit eius urbis amplitudo. Hæc quum à Romanis defeciſſet,diruta fuit,& ad uicum iam uſq; à Straboris tempore redacta.Silius li.8. obſeſſæ campo ſqualente Fregellę. Idem alio loco,Et quæ ſumantem texere giganta Fregellæ. Inde Fregellini populi dicti,quorum meminit *Plinius libro* 3.capite 5.

Fregellanus,adiectiuũ.ut,Fregellana uitis.Colum.lib.3.cap.2.

Fregellanus,nomen proditoris, cuius meminit Cic.5.de Finib. Quis Fregellanum proditorem, quanquam Reip. noſtræ profuit,non odit?

Frentani,populi ſunt Italiæ:non procul à Daunijs & Picentinis,diuerſi ab ijs quos alibi Ferentinos,& ab ijs quos Feréntinates diximus appellari. Horum regionem Plin.li.3.ca.11. Frentanã uocat, à Frentone uicino fluuio deducto nomine.

Friſij, populi ſunt ad Oceanum Septentrionalem ſiti, Barauis & Sicambris finitimi,etiam hodie nomen retinentes.

Fronto,philoſophiæ ſimul & dicendi *præceptor* M.Antonini principis,adeò ab illo dilectus,ut ille ſtatuam ei à Senatu ſtatui peteret. Author Capitolinus. *Frontonis alterius ſub Nerone meminere Tacitus,Iuuenalis,& Martialis,Clarum militiæ,Fronto togæq; decus.

Fruſino,pen. cor. Fruſinonis, ciuitas Campanię,à qua Fruſinates populi ad Falernum,*quorum meminit* Plin.li.3.cap.5. Iuuenal.Satyr.3.optima Soræ, Aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone paratur.Silius lib.12.Bellator Fruſino.Sed hic populum ſignificat. Ptolemæus Fruſinum inter Latij oppida enumerat,lib.3.cap.1.

Frutinal,dictum eſt templum Veneris Frutæ.Feſtus.

Fucinus,pen. corr. lacus *in quarta regione Italiæ, prope Al*benſes Marſorum populos.Martial.lib.1.Fucinus & p grata ceantur ſtagna Neronis.Ver.7.Aeneid.Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda,Te liquidi fleuere lacus.

Fuſidius,oratoris nomen,cuius meminit Cic.in Bruto: Fuſidius,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dius,inquit,aliquo patronorum numero fuit.

Fugalia, festa fuerunt Romæ in memoriam exactorum regũ liberatæq; Reipublicæ instituta. Censorinus de die geniali festum hoc Regifugium uocat, quod eo die Tarquinius ab exercitu ad Porsenam Hetruscorum regẽ fugisset. Celebrabantur autem Fugalia mense Februario post exacta Terminalia. Augustinus lib.2.de Ciuit.Dei,Sed demonstrentur loca talibus aliquando conuenticulis consecrata,non ubi ludi agerentur obscœni, uocibus & moribus histrionum:nec ubi Fugalia celebrarentur,effusa omnium licẽtia turpitudinum,& uerè Fugalia,sed pudoris & honestatis.

Fulco,Andegauensium princeps fuit,quintus Rex Hierosolymorum, qui equo in caput uerso occubuit, quum regnasset annis undecim.Volaterranus.

Fulginates, populi sunt Vmbriæ in Italia,ut scribit Plinius li. 3.cap.14.

Fulsinates, populi sunt insulani,iuxta oram Illyrici: quorum meminit Plin.lib.4 cap.21.

Fuluius Flaccus Censor,tectum marmoreũ Iunonis Lacinię spoliauit, ut ædem quam dedicauerat Equestri Fortunæ,tegeret.Author Liu.lib.42.

Fundi,orum,φοῦνδοι,oppidum est Campaniæ inter Tarracinã & Caietam,quod intercidit:hodie solum palustre ibi,ita tamen ut ædificiorum ruinæ ac uestigia cernantur: à quo Fundanus lacus appellatus est,& Fundanus ager.Plin.lib.3.cap. 5.Inde generosa uina Fundana scriptoribus commendata.

Furiæ,uide in Appellatiuis.

Fusidius, fœneratoris nomen,apud Horat.1.Serm.satyr.2. Fusidius uappæ famam timet,ac nebulonis,
Diues agris,diues positis in fœnore nummis.

Fusius pro Furius, antiqui dixerunt, ut Valesius pro Valerius.Author Festus.

Fusius,oratoris nomen,cuius meminit Cic.lib.2.de Orat. Fusius(inquit)neruos in dicendo C.Fimbriæ,quos tamen habuit ille,non assequitur:oris prauitatem, & uerborum latitudinem imitatur,&c.

Futinus,(δῖνος)erat deus,in cuius sinu pudendo nubẽtes præsidebant, ut illarũ pudicitiã prior deus delibasse uideretur.

Fyternus,Ptol Fereutanorum fluuius:Typernus alijs.



Aba,per simplex b,γάβα,teste Iosepho lib.5. Antiquitatum Iudaicarum, Galilææ oppidum est.

Gabale,es,γαβάλη, promontorium est in ora Syriæ, in quo sita est Laodicea libera ciuitas.Author Plin.libro 5.cap.20.

Gabales,apud Plinium libro quarto capite 18.Aquitaniæ populi sunt.

Gabalus,Romanorum Imperator fuit,omni genere luxus effœminatissimus:qui quum se Solem appellari uellet,quem Græci ἥλιον uocant, composita dictione uocatus est Heliogabalus.Author Seruius.

Gabalum,γάβαλον,oppidum Aruernorum, in ea parte Galliæ Aquitanicæ situm quæ Narbonensem prouinciam spectat. Hinc Gabales,γαβαλίς,populi,apud quos olim fiebat optimus caseus.

Gabaon,γαβαών,olim metropolis & regalis ciuitas Heuæorũ, & nunc,ut refert Hieronymus, ostenditur uilla eodem nomine ad quartum milliarium à Bethele contra Occidentalẽ plagam iuxta Rhama, ubi Salomon oblatis uictimis diuinum meruit oraculum.

Gabaonitæ,penultima prod. γαβαωνῖται, sunt populi Gabaon habitantes.

Gabatha,γαβάθη,urbs Galilęę,teste Iosepho lib.6.Antiquitatum.

Gabaupolis,γαβαύπολις,oppidum Galilææ. Stephanus ex Iosepho Antiquit.lib.4.

Gabba,per duplex bb,γάββα,siue,ut alij scribunt,Gabbaa,Syriæ urbs.

Gabienus,fortissimus classium Cęsaris à Sexto Pompeio captus, eiusdem iussu incisa ceruice iacuit in littore tota die. Deinde quum adueſperascęret,petijt ut Pompeius ad se ueniret,testatus se ab inferis remissum, habere quod nunciaret.Ex Plinio lib.7.cap.52.

Gabij,orum,γάβιοι,Volscorum urbs fuit L x x.millibus passuũ ab Vrbe distans, à Galato & Bio fratribus Siculis condita, sicut scribit Solinus, fraude Sexti Tarquinij Superbi filij in Romanorum ditionem redacta, ut tradit Liu. lib.1. ab Vrbe.Gabiorũ meminit & Verg.lib.6.Aen.Hi tibi Numentũ, & Gabios, urbemq; Fidenam,Hi Collatinas imponent mõtibus arces.

Gabinensis,adiectiuũ.Plin.lib.2.cap.94.Quædam uerò terræ ad ingressus tremunt,sicut in Gabinensi agro,nõ procul ab urbe Roma.

Gabinus,a,um:ut,Gabina Iuno,Verg.6.Aenei. Vrbs Gabina, Ouid.2.Fast.Robore freta Gabino,Claudian.in 3.Panegyr.

Gabinius,Romanus,qui Ptolemæum Auleten Aegypto pulsum in regnum reduxit,præsidiumq; illi quo aduersus suorum insidias tutior esset,ex suis copijs reliquit. Author Plutarchus in uita Pompeij.

Gabinus Presbyter,ciuis Romanus, iussu Diocletiani Imperatoris in carcerem coniectus est, ibique fame extinctus, quòd Christianam profiteretur religionem.Frater fuit Caij pontificis, pater Susannæ uirginis & martyris, quæ nuptias filij Diocletiani recusauit.Volaterranus.

Gabriel,γαβριήλ, uox Hebraica, quam Latinè Dei fortitudinẽ interpretari possumus.

Gadareus, γαδαρεύς, sophista, qui prius more mendicorum peregrinabatur, Maximiani beneficio Consulatum adeptus est.

Gadara, γάδειρα, ciuitas est in Decapoli Syriæ, non longè ab Ascalone, ex qua ortus est Theodorus rhetoricæ professor, quem Strabo sua ætate floruisse testatur. Meminit huius oppidi & Plin.lib.5.cap.18.

Gades, dium, γάδειρα, τά, duæ insulæ sunt, teste Plinio libr.4. cap.22.ultra finem Bæticæ prouinciæ,& in extremo nostri orbis uersus Occidentem,ubi Europa ab Africa dirimitur. Harum maior, Erythia dicta est à Tyrijs ab Erythræo mari oriundis,qui in hac insula urbem cõdiderunt.Distat à Calpe,teste Strabone, septingentorum quinquaginta stad. interuallo,parua quidem insula,sed uirorum dignitate excellens.In qua Equestris ordinis Gaditanos, γαδειρεῖς, γαδειρίτας,γαδειτάνους,quingentos in uno censu numeratos aliquando fuisse compertum est.Insula hæc ubi continenti est proxima,interluitur freto D C C.non amplius pedũ.*Huic adiacet altera insula minor,& ipsa Gadis appellata,unius tantùm stadij Euripo interlabente ab altera dirępta: in qua tanta est pabuli lætitia, ut pecudum ibi pascentium lac serum non efficiat,neque ex eo caseus fieri possit, nisi multa admista aqua. Quin illud etiam traditur,pascentes in hac insula pecudes, nisi subinde sanguinem exhaurias, intra triginta dies pinguedine suffocari. Quæ res Poetis occasionem uideter ministrasse eorum quæ de Geryonis armentis fabulati sunt.Author est Strabo lib.3.Plinius tamen uult Geryonem in maiori insula habitasse. * Declinatur autem hoc nomen in utroque numero. dicimus enim Gadis in numerõ singulari pro alterutra harum insularum: uel in plurali numero Gades.Plinius lib.4. cap.22. Gadis longa est X I I. M. lata I I I. M. passuum.

Gaditanus,na,num,pen.pro.γαδειρικός,ut mare Gaditanum,& Gaditanæ puellæ, quæ agilitatis lasciuiæque nomine olim in precio fuerunt.

Gaditani oriundi à Tyris: unde Lucanus, Tyrijsque à Gadibus hospes.

Gadir,unico d scribendum,quemadmodum & Gades, quum utriusque eadem sit origo. Est autem Gadir urbs opulenta in Gadibus, quæ antea Tartessos dicebatur. ταρτησσός. Rufus Auienus in descriptione orbis, Gadir prima fretum solida supereminet arce, Attollitque caput geminis inserta columnis: Hæc Cotinusa prius fuerat sub nomine prisco, Tartessumque dehinc Tyrij dixere coloni: Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat.Pœnus quippe locum Gadir uocat undique septum. Quibus in uersibus Auieni hoc animaduertendum est, quòd prima Gadir dixerit, fœminino genere usus.Sallustius tamen lib.2.Histor. referente Prisciano, usus est in neutro genere. Tartessum, inquit, Hispaniæ ciuitatem,quam nunc Tyrij mutato nomine Gadir habent.

Gæon,à Iosepho dicitur esse Nilus.Rectius scripserit Critho.

Gætulia,γαιτουλία Stephano, Africæ interioris regio est, Garamantibus proxima:cuius incolæ Gætuli appellantur, qui primi omnium Africam tenuisse dicuntur; nullius imperio subiecti,nullasq; habentes domos, sed ubi eos nox depre-

henderat,pernoctantes,carneque ferina,& terræ pabulo uictitantes.Author Salluſtius in Iugurtha. Habet autē hæc dictio duas primas ſyllabas productas, quum diphthōgo ſcribantur apud Græcos.Ver.4. Aen. Quid dubitas uinctā Getulo tradere Iarbæ?Iuuen. Quum Gætula ducem portaret bellua luſcum.

Gagæ,γάγαι,Lyciæ oppidum ad Gagem amnem, à quo & nomen accepit.Author Stephanus.

Gagates,nomen fluuij in Sicilia & lapidis in eo reperti.

Gages,γάγης,Lycię fluuius eſt, Plagyopolin ciuitatem preter fluens:in quo gagates lapis primùm inuentus eſt. Author Dioſcorides lib.5.

Galaad, γαλαάδ, mons eſt, à quo ciuitas in eo condita ſortita eſt uocabulum, quam & accepit de Amorrhæorū manu Galaad filius Machir,filij Manaſſæ.

Galactophagi, γαλακτοφάγοι, cognominati ſunt Myſiæ & Thraciæ populi,quòd lacte alerentur:quos Hom. 13. Iliad. hominum iuſtiſsimos appellat, propterea quòd tenui uictu contenti,ab omni iniuria ſeſe continerent.

Galactopotæ,pen.cor. arum, γαλακτοπόται, lactis potu utentes. Quo cognomine dicti ſunt populi aliquot in Scythia Europæa ex Nomadum,Getarumque genere. Colum. li.7. cap. 2. Quibuſdam nationibus frumenti expertibus uictum commodat,ex quo Nomadum,Getarumque plurimi,γαλακτοπόται dicuntur.

Galada,uel Galadene,uel Galaditis,regio Arabiæ,Steph.

Galadræ,γαλάδραι,urbs Macedoniæ in Pieria,Steph.

Galadrus,γάλαδρος, mons quidam à Galadro Emathij filio dictus,Steph.

Galanthis,γαλανθίς,ut eſt in fabulis,Alcmenę ancilla fuit,quæ quum domina ſua partus doloribus laborans, à Iunone ne páreret,impediretur,mira aſtutia dicitur deam eluſiſſe.Læto enim uultu egreſſa cubiculum,in quo illa parturiebat,periiſſe iam heram ſimulat, eoq; nomine palàm dijs gratias agit.Cuius uerbis fidem adhibens Iuno,reſolutis,quas pectinatim iunctas habebat,manibus ſurrexit,pelliciq; pariēdi tempus conceſsit. Verùm quum Galanthis ob rem tam proſperè geſtam nimium ſibi placeret,deamq; etiam riſu & inſultatione proſequeretur, illa ancillæ procacitatem ægrè ferens,in γαλῆν,hoc eſt muſtelam eam dicitur transformaſſe, hac addita pœna,ut ore,quo præcipuè peccauerat,páreret.Latè exequitur hanc fabulam Ouid.9.Metam.

Galarina,γαλάρινα, urbs Siciliæ,à Morgo Siculo condita. Dicitur & regio Galaria.Steph.

Galatea,γαλάτεια,Theocrito, nympha marina, Nerei & Dori dos filia, à lactis candore ſic dicta. γάλα enim lac ſignificat. Vergilius 7. Eclog. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ.

Galatia,γαλατία, regio minoris Aſiæ, ab Oriente Cappadociam & Halym fluuium, ab Occidente Bithyniam & Aſiā, à Meridie Pamphyliam,à Septentrione Pontum Euxinū habens.A qua Galatæ populi. Lucan.lib.7. Iſtis parce precor: uiuant Galatæq;,Syriq;. Hæc & Gallogræcia dicitur:populiq; ipſi, Gallogræci. Nam quum à rege Bithyniæ Galli ſimul ac Græci in auxilium uocati uenirent,partem regni tenuerunt,& ex utriſq; populis Gallogræci ſunt dicti.

Galata, à Pomponio Mela numeratur inter inſulas Siciliæ adiacentes,non procul à Melita.

Galaxera,nympha marina,à lactis candore ſic dicta.

Galba Sergius,ut author eſt Suetonius in Galba, nobilis fuit Romanus, qui quum Hiſpaniam prouinciam Prætor obtineret, conuocato populo,tanquam de commodis ipſorum acturus,xxx Luſitanorum millia trucidauit.Eius frequens eſt mentio apud Ciceronem in Bruto.

Galenus,pen. prod. γαληνός, nomen medici excellentiſsimi, ex Pergamo Aſiæ urbe.Floruit temporibus Traiani ad uſq; Antonini Pij tempora. Plurima reliquit de re medica conſcripta uolumina, quæ hodie omnium teruntur manibus. Scripſit & dictionarium in omnia Hippocratis opera ordine literarum. Fama eſt hunc centum & quadraginta annos uixiſſe.Quo nomine etiam dictus eſt Imperator Romanus.

Galeotæ, γαλεῶται, erant uates quidam in Sicilia & Attica: à Galeote Apollinis filio, qui frater Telmeſsi eius fuiſſe traditur, qui Telmeſſum urbem in Caria condidit, oraculo ex Dodona accepto. Vnde Aelianus ſcribit Dionyſium tyrannum Galeotas ſolitum cōſulere in Sicilia. Meminit horum Cicero lib.2. de Diuin.quum ait:Huic interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt,&c.

Galepſus,γαλεψός,urbs Thraciæ & Pæonum,Steph.

Galeſus,pen.prod.γαλησός,fluuius iuxta Tarentum. Verg.lib. 4.Geor. Qua niger humectat flauentia culta Galeſus.Hor. 2.Carm.Ode 6.Dulce pellitis ouibus Galeſi flumen.

Galilæa,læa,pen. prod. γαλιλαία, nomen duarum regionum, ex quibus una,Galilæa Gentium uocatur,uicina Tyriorum finibus,ubi & Solomon uiginti ciuitates donauit Hyrā regi Tyri in ſorte tribus Nephthali. Altera, Galilæa dicitur, regio ſita ad Tiberiadem, & ſtagnum Genezareth in tribu Zabulon.Plinius lib.5.cap.14.Pars Iudææ,Syriæ contermina,Galilæa uocatur.

Gallaici,ſiue Gallæci, γαλλαικοί, Hiſpanię populi ſunt, Gallis finitimi.Mart.lib.1.Nec quę Gallaico linuntur auro. Sūtta men qui hoc loco apud Martialem legant, Callaico per ſecundam conſonantem.

Gallæcia,regio eſt citerioris Hiſpaniæ, cuius deſcriptionem uide apud Plin.lib.4.cap.20.

Gallia,γαλλία Stephano,κελτογαλλιατία Ptolemęo,Europę pars, à candore populi dicta. Gala enim lac Latinè dicitur. Nam montes & rigor cœli ab ea parte Solis ardorem excludūt, ut eorum corpora non colorentur.Eſt autem triplex,Togata, Comata, & Braccata. Gallia Togata dicitur Ciſalpina, quę ſcilicet inter Alpes eſt, & Rubiconem fluuium, antiquum Italiæ limitem: ita dicta, quòd populi illi, Romanorum more,toga uterentur.Braccata autem Gallia, dicta eſt Gallia Narbonenſis,Romanorū prouincia:à braccis illiſq; ueſtis genere appellata,quibus peculiariter eius prouinciæ homines utebantur.Comata cognominatur omnis tranſalpina Gallia,à comæ nutriēdę ſtudio. Hęc rurſus in tres partes diuiditur,Belgicam,Celticam, & Aquitanicam, quæ & Aremorica antè dicta eſt.Nam à Scalde ad Sequanam,Belgica:ab eo ad Garumnam, Celtica, eademq; Lugdunenſis: inde ad Pyrenei montis excurſum,Aquitanica.

Gallicus,ca,cum, quod eſt ex Gallia, ut Gallica terebra apud Colum.lib.de arboribus, cap.8. Gallicum acer,in tranſpadana Italia,tranſque Alpes naſcens,prēcipui candoris.Plinius lib.16.cap.15.

Gallicanus,a,um,idem quod Gallicus:ut Gallicanæ res. Cic. pro Quintio: Quum & de ſocietate multa inter ſe communicarent,& de tota illa ratione atque re Gallicana,&c.Varro 1.de Re ruſt.cap.32.Cæteraq; quæ alij legumina: alij (ut Gallicani)legaria appellant.

Gallus,a,um, ſicut Gallicus,& Gallicanus,quod originem habet ex Gallia. Salluſtius lib.4. Hiſtor. Duæ Gallæ mulieres conuentum uitantes,ad menſtrua ſoluenda montem aſcendunt. Catuil. de Berecynthia, Agite,ite ad alta Gallæ Cybeles nemora ſimul.

Gallinaria,riæ, γαλλιναρία, inſula eſt in mari Tuſco ſecundum Italiam, contra montes Liguſticos, à gallinarum agreſtiū copia,ut inquit Varro lib.3.de Re ruſt.appellata. Eſt & ſylua Gallinaria, γαλλιναρία ὕλη, Cumis uicina, de qua Cicero ad Pætum, Q.Cęparius obuiam mihi fuit in ſylua Gallinaria.De hac Strabo ita ſcribit,Hoc quoque in ſinu fructuoſis uirgultis frequens, & arboribus,ſylua eſt, multis porrecta ſtadijs aquarum indiga.

Gallogræcia,γαλατία, regio Aſiæ minoris,Cappadocię,Bithyniæ,& Pamphyliæ finitima, quæ alio nomine Galatia dicitur:cuius incolæ,Galatæ dicūtur,& Gallogræci. Nā quum Galli multitudine abundante relicto natali ſolo Italiam muaſiſſent,Greciam impleuerunt,Macedoniam occuparunt, in Aſiam tranſierunt duce Leonorio, qui Gallogræciā miſto ex Gallis Græciſq; uocabulo cognominauerunt.

Gallogræci,ijdem ſunt qui Galatę,ad quos Pauli epiſtola extat.Eorum regio eſt Galatia,quam Gallorum aliquot populos inſediſſe Plin. lib.5.cap.32. teſtatur,& Ptolemęus lib.5. tabula Aſię prima.Strabo quoq; lib.4.Tectoſages è Narbonenſi,Tœliſtoboſgios & Trocinos è Celticis Gallię profectos,Phrygiā Cappadocię & Paphlagoniæ uicinā occupaſſe,Phrygiā Cappadocię & Paphlagoniæ uicinā occupaſſe ſcribit:tanto olim hominum robore Galli ualuerunt. Meminit & Liuius pluribus quartę Decadis,lib.8.

Gallumbri,populi qui nunc Romandioli uocantur.

Gallus,li,γαλλός,Cybeles ſacerdos,à Gallo Phrygię fluuio,cuius aquā qui guſtaſſent,reddebātur inſani,Luca.li.1.crinēq; rotantes

rotantes Sanguineum populis ululârunt triſtia Galli. Ouid.4.Faſt. Amniſit inſana nomine Gallus aqua.

Gamale,pen.cor.γάμαλα,urbs Iudææ,ſiue in Syria,Iudææ finitima.Ioſephus,Syriæ habitatio quędam Gamale.Sueton.in Tito,Tarachiam & Gamalem urbes ualidiſsimas Iudææ in poteſtatem redegit.

Gambrium,γαμβρίον,urbs Ioniæ,Stephan.

Gamphaſantes, populi Libycæ Aethiopiæ, ſine ullis ueſtib. uiuentes,qui(ſicut ſcribit Pomponius) à prælijs abſtinent, quum nec tela iacere aut uitare noſcant, ideoq; obuios fugiunt.Plin.lib.5.cap.8.Gamphaſantes nudi, præliorumque expertes,nulli externo congregantur.

Gandri, populi ſunt interioris Aſiæ Pomponio, quos Plinius trans Margianam in ortum ponit.* Sunt & Gandaræ populi quos Ptolemæus libro 7. in India, ad ipſum Indum ſitos eſſe ait.

Gangarides,γαγγαρίδαι,ut inquit Curtius, populi inter Aſſyrios & Indos,iuxta Gangem.Verg.3.Georg. In foribus pugnam ex auro,ſolidoque elephanto Gangaridum faciam,uictorisque arma Quirini.

Ganganorum,promontorium Hyberniæ,Ptol.lib.2.cap.3.

Gange,ges, γάγγη,eſt urbs Indiæ regia.

Ganges,gis,& Gangetis, γάγγης, Indiæ fluuius maximus,qui uniuerſam ſecat Indiam,ſecum aureas arenas trahens, alio nomine Phyſon à Græcis dictus:quę ſacræ literæ inter eos annumerant,qui de Paradiſo profluunt.Fontes eius alij incertos eſſe tradunt,uicinaque omnia rigare,quemadmodũ & Nilum. Alij in Scythicis naſci, ipſamque Indiam ſecare dixerunt,fluereque in eum triginta amnes.Minima Gangis latitudo per octo millia paſſuum,maxima per uiginti patet. Altitudo ubi uadoſiſsimus eſt, menſuram centum pedum implet. Dictus Ganges à Gange Aethiopũ rege, ut ait Suidas. Ouidius lib.4.Metamorph.Decolor extremo qua cingitur India Gange.

Gangeicus,ca,cum,γαγγητικός,denominatiuum.Columella libro 8.cap.8. Iam nunc Gangeticas & Aegyptias aues temulenter eructas.

Gangra,γάγγρα,ἡ uel τὰ, urbs Paphlagoniæ. Cauſam nominis Steph.explicat.uide Candara. Alia eſt in Arabia felici.

Ganyctor,nomen eſt uiri proprium Tortellio.

Gannodurum,γαννόδουρον,Heluetiorum oppidum eſt ad Iurã montem,teſte Ptol.li.2.ca.9. uulgò Conſtantia, Coſtentz.

Ganymedes, γανυμήδης, Trois filius fuit formoſiſsimus puer, quem quum Iupiter deperiret,iuſsit in cœlũ ab aquila portari,& ſibi à caliculis eſſe, repudiato miniſterio Hebes, quæ ante illius raptum miſcendo nectari præerat. Hanc fabulam tangit Verg.lib.1.Aeneid.quum inter cauſas odij Iunonis in Troianos,recenſet rapti Ganymedis honores. Higinus in Aſtron.Poet.tradit Ganymedem inter ſidera translatum cõficere ſignũ illud quod Aquariũ uocamus,quod eius ſtellæ ſuo ſitu aquã fundentis imaginem uideantur referre.

Garamantes,γαράμαντες,populi interioris Libyæ Pſyllis finitimi,à Garamante Apollinis filio cognominati,qui ibi Garamantum oppidum ex ſuo nomine condidit.* Fuit etiam Garamantes regis nomen,cuius filiam Garamantida,Iupiter apud Bagradam fluuium compreſsit, & ex ea genuit Iarbam.

Garamanticus,adiect.ut,Garamantica ſigna,apud Siliũ,li.16.

Garganus,ni,pen.pro.γαργάνος,mons in Apulia, cuius accolæ propriè Appuli dicuntur. Hodie uulgò uocant Montem ſancti Angeli. Lucanus lib.4. Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

Gargarus, gari, & in plurali numero Gargara,γάργαρα,cacumen eſt montis Idæ,teſte Macrobio, in ea parte ubi ad Myſos declinat,tanta frugum ubertate effluens,ut quoties infinitum rei alicuius numerum uelimus denotare, à Gargarum frugibus ſumamus ſimilitudinem.Vnde & Ouid.lib.1. de Arte amandi,quum uellet Romanarum puellarum numerum immenſum oſtendere,dixit tantam eſſe Romæ puellarum copiam,quantam in Gargaris ſegetum.Huius aũt tantæ ubertatis cauſa eſt fontium abundantia,quib. ſolũ irrigatur,adeò ut æſtiuis coloribus fruges non facilè poſsint aduri.Nam quum Ida mons totus ferè plurimis irrigetur fontibus,unde & Homerus πολυπίδακα uocat,præcipuum tamẽ ea pars huius montis quæ ad orientem ſolem Myſiam contingit.Eſt etiam oppidum hoc nomine in radice huius mõtis ſitum,ut docet Macrobius lib.5.cap.19.

Gargarenſes,gens mixta Amazonibus,γαργαρεῖς.

Garge,γάργη,urbs Libyæ,Steph.

Gargetius, γαργήτιος, oppidum & pars de tribu Aegeide.

Gargittius, γαργίττιος Polluci, canis cuiuſdam generoſi nomen,qui Geryonis boues cuſtodiebat,& leonibus inſultabat:quem tunc Hercules interfecit,quum illius armenta abduxit,fuitq; Cerberi Epirotici frater, ut ſcribit Iulius Pollux lib.5.de uocabulis rerum ad Commodum Cæſarem.

Gargus,unus ex collibus Tauri.

Garumna, næ, nobilis Galliæ fluuius eſt, Celtas ab Aquitanis diuidens. Oritur octingenteſimo à Narbone ſtadio in montibus Pyrenæis.Vide Pomponium Melam.

Gaſtronia,regio Macedonię,Steph.γαστρωνία,uide Geſtronia.

Gatheæ,γαθέαι,urbs Arcadiæ,Steph.

Gaudara,γαύδαρα,uicus Macedoniæ,Steph.in Gadara.

Gaugamela,uel Gangamela potius,γαυγάμηλα,locus Perſidis, Steph.Vide Strab.in initio lib.6.

Gauleon γαυλεών, teſte Solino, inſula eſt Libyæ obiacens, in qua ſerpens neque naſcitur,neq; inuectus uiuit:puluisq; eius quocunq; gẽtium iactus, angues & ſcorpiones perimit.

Gaurus, mons Campaniæ, Maſsicis & Surrentinis propinquus, in quo naſcitur uinum præcipuæ bonitatis. Statius libro 3. Sylua. Seu tibi Bacchæi uineta madentia Gauri. *Hinc Gauranus,a,um,ut Gaurani montes,apud Plin. lib. 3.cap.5. Gauranum uinum,quod in ſummis agri Falerni iugis naſcebatur.Nam quod in medijs gignebatur montibus, Fauſtianum:quod in imis,Falernum dicebatur, teſte Plinio libro 14.cap.6.

Gaza,nomen ciuitatis,uide Gaza in appellatiuis.

Gazaca,γάζακα ἢ γάζακος ἡ, urbs aut uicus maximus in Media, Stephano.

Gazetæ,γαζῆται,populi Galatiæ aurum gerentes,Steph.

Gazorus,γάζωρος,urbs Macedoniæ,Steph.

Gazus,γάζος,urbs Indica longè maxima,Steph.

Gea,γία,oppidum eſt Arabiæ Petrææ, non procul à Petra regionis totius metropoli.Author Steph.

Gebala,γίβαλα,tertia Palæſtinæ portio: à qua deducitur gentile Gebalenus.Quin ipſa etiam Idumæorum regio, Gebalene,γιβαληνὴ,cognominatur.Author Steph.

Gebalena,γιβαλήνη,regio in finibus Eleutherapoleos.

Gebeleizes,dęmõ,idẽ Zamolxidi putatur. Vide Herod.li.4.

Gebanitæ,populi ſunt maris Rubri accolæ,in Arabia deſerta, quorum præcipua oppida ſunt Nagia & Tanna, teſte Plin. lib.6.cap.28.Hinc genus myrrhæ Gebaniticum appellatur.

Gebennâ, mons eſt in Gallia, Aruernos ab Helijs diuidens ab ea parte qua Cadurci & Ruteni Aruernos ſpectant.Cæſar lib.7.bel.Gallici,Partem copiarum ex prouincia, ſupplementumq; quod ex Italia adduxerat, in Heluios, qui fines Aruernorũ contingunt,conuenire iubet.His rebus iam cõparatis,repreſſo iam Lucterio, & remoto, ꝙ intrare intra præſidia periculoſum putabat,in Heluios proficiſcitur:etſi mons Gebenna qui Aruernos ab Heluijs diſcludit,duriſsimo tẽpore anni,altiſsima niue iter impediebat,&c. Ex quo loco Cęſaris facilè deprehendi poteſt erroreorum qui extremũ Allobrogũ oppidum ad Lemannum lacum ſitum, in confinio Heluetiorũ,uocãt Gebennâ, quũ omnino cõſtet ex primo Cõment.Cæſaris, Geneuâ appellari, ut latius ſuo loco dicimus. Lucan.lib.1. in plurali numero uſus eſt pro oppido in Gebenna monte ſito: Canam, inquiens,pendentes rupe Gebennas.

Gedanum,oppidum eſt Germaniæ ad oſtiũ Viſtulæ fluminis.

Gedeon,nomen proprium iudicis Iſrael, qui occidit Oreb, Zeb,Zebee,& Salmana.

Gedroſia,γιδρωσία,regio maioris Aſiæ. Hodie Tarſæ regnum uocari, author eſt Sabellicus.

Geenna,uide Gehenna in appellatiuis.

Gela,γέλα,Stephano,fluuij nomen eſt in Sicilia,& urbis:à pruina,quam mulram gignit.Siculi enim γέλαν pruinam uocant, deducto nomine.Verg.3.Aen.Immaniſq;Gela fluuij cognomine dicta.*Inde Gelous,a,um, denominatiuum. Ibidem, Apparet Camerina procul,campiq; Geloi.

Gelboe,montes Syriæ ad ſextum lapidẽ à Scythopoli, in quibus etiam eſt uicus grandis qui uocatur Gelbos.

Gellius,uiri proprium,ἀπὸ τοῦ γελᾶν,id eſt ridere:cuius extant Atticę noctes.Prænomen habet Aulus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Geloi campi, γελῶα πεδία, in Sicilia sunt ad Gelam fluuiũ. Ver. 3. Aen. Apparet Camerina procul, campíque Geloi.

Geloni, γελωνοί, populi interioris Scythiæ, Agathyrsis proximi, qui faciem depingunt, ut terribiliores in prælio uidean tur. Patientissimi sunt inediæ: fameq; urgẽte, equo quo uehũtur sanguinis nõnihil detrahunt, eoq; cum lacte commisto inediã leuant. Hodie Tartari appellantur. Verg. 2. Aen. Pictosq; Gelonos. Luca. lib. 4. Massagetes quo fugit equo, fortesq; Geloni. Vergil. 3. Georg. Bisaltæ quo more solent, aceráq; Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarum, Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Gelos, Cariæ portus est, iuxta Halicarnassum, ut scribit Pomponius lib. 1. in descriptione Cariæ.

Geloum, stagnum est Siciliæ quod appropinquantes tetro odore abigit: à quo non procul duo fontes sunt, ex quorum altero si sterilis bibit, concipit: ex altero autem si fœcũda, sterilis fit. Hinc campi Geloi, stagno illi adiacentes. Sunt tamen qui ab Gela fluuio dictos uolunt.

Genea, (γενὰ, aliàs τενὰ) uicus Corinthi, unde prouerbium ἐυδαίμων ὁ κόρινθος, ἐγὼ δ' εἰμὶ γενεάτης. aliqui tamẽ incolas eius γενεάδας uocant, Steph.

Genesara, Galilææ lacus circunseptus urbibus plurimis, & celebris. Author Solinus cap. 48.

Genesareth, γενισαρητικὴ λίμνη, Straboni stagni nomẽ propriũ: ab eo (ut quibusdam uidetur) sic dictum, quòd plantibus uẽtis, crispantibus undis, auram ex se generare uideatur. Sed hoc profectò ridiculum uidetur, in uoce Hebraica Græcam quærere etymologiã. Idem dicitur mare Tiberiadis, à Tiberiade ciuitate: & mare Galilææ, ab adiacente Galilæa prouincia. Habet hoc mare, siue stagnum CXL. stadia in longitudine. Non tamen idcirco mare uocatur, quòd eius aquæ sint amarę, sed Hebrææ linguæ consuetudo est, omnes congregationes aquarum siue salsæ sint, siue dulces, uocare maria, sicut in Genesi scriptum est, Congregationes aquarum uocauit maria.

Genese, γενίσιν, urbs Laconiæ, Steph.

Genetes, γενήτης, promontorium Themiscyræ regionis, inter Amisum & Phasin amnes, templo Iouis, quem ξένιον, id est hospitalem uocabant, nobilitatum. Vide Strabonem lib. 10.

Genethlius, Palæstinus sophista, uide Genethle appell.

Genius, uide uerbum Gigno.

Geneua, oppidum est Allobrogum ad Lemanum lacum proximum Heluetijs, quod etiam hodie nomen retinet. Cæsar belli Gallici lib. 1. Extremum oppidum Allobrogũ est, proximumq; Heluetiorum finibus Geneua. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Ex quo loco Cæsaris facilè deprehendi potest error eorum qui hoc oppidum Gebennam appellant: quum Gebenna, eodẽ Cæsare teste, sit mõs ille qui Aruernos ab Heluetijs diuidit. De quo uide plura suo loco. Glareanus in Annot. in eum Cæsaris locũ sic inquit: Quatuor hæc nomina, Genua, Geneua, Genabum & Gebenna, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum sæpe fefellerũt: quæ ipsa longè diuersa sunt. Genua enim Ligurũ caput in Italia ad mare est nostrũ: Geneua uerò Allobrogum, ad ostia Lemani lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum Carnutũ oppidũ ad Ligerim amnẽ, hodie, ut quidã putant, Aurelia: deniq; Gebẽna mons est qui Heluios ab Aruernis separat: ut lib. 7. postea dicet Cæsar. Hæc Glareanus.

γενοαῖοι, populi Molossiæ, à Genoo, duce ipsorum, Steph.

Genta, γένται, urbs Indiæ extra Gangem. Stephan.

Gentias, γεντιὰς, uide Cissas.

Gentinus γεντῖνος, urbs Troadis, ab uno filiorum Aeneæ condita. Stephan.

Gentius, rex Gentianam herbam inuenit.

Gentius, Illyrici rex, qui gentianæ herbæ à se inuentæ nomen fecit, teste Plin. lib. 25. cap. 7.

Genua, γένουα, Ligurũ caput in Italia ad mare nostrum. Hinc incipit Apenninus mons, distatq; à Sabatijs stadijs ducẽtis sexaginta. Geneua uerò est extremum Allobrogum oppidum, proximum Heluetiorum finibus: de quo suo loco dixi mus. Inter Varum & Genuam habitant Ligures. Dicta genua à genu, quia habet tanquã genu recuruum à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio, qui fertur eam cõdidisse. Vel (ut quidam aiunt) à Genuino Phaethontis socio. Hanc Annibal penitus deleuit, sed Cornelius Seruilius Consul instaurauit, sicut Liuius refert. Hinc fiunt adiectiua Genuẽsis, & Genuanus. γενυάτης. Quidam Ianuam hanc urbem appellant, quòd à Iano conditam dicant.

Genusus, fluuius quem Dyrrhachio euntes in Thessaliam ueniunt. Lucan lib. 5. Quam uolucer Genusus, quam melior Apsus Circumeunt ripis, &c.

Geon, γιὼν, unum ex quatuor fluminibus quæ sacra scriptura ex Paradiso profluere testatur. Iosephus eundem esse credit cum Nilo.

Georgi, γεωργοί, populi Scythici, ab agricultura, cui uni dediti sunt, nomen sortiti: quibus uicinos Corsitas, Phoristas, & Riphaces Mela facit. Constat etiam Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam, propter memorabilem in ea frumẽri copiam, ut notat Vadianus. Græci enim agriculturam γεωργίαν, & agricolas ipsos γεωργοὺς, appellant.

Georgius Merula, Angelo Politiano, Philippo Beroaldo, reliquisq; ea tempestate doctis coæqualis.

Georgonyia, γεωργονυία, oppidum in altissimo monte in regione Aruernorum: cuius meminit Suetonius in Cæsare.

Geræa, γεραία, oppidum mediterraneum Lusitaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 5.

Geræstus, γεραιστὸς, promontorium Eubœæ insulæ Atticá spectans, teste Plin. lib. 4. cap. 12. Ptolemæus lib. 3. cap. 15. portũ esse ait in Eubœa.

Geranea, æ, γεράνεια, Laconici agri locus, teste Plin. lib. 4. ca. 5. Est item Geranea alterius loci nomen inter Megara, & Corinthum, teste eodem Plin. lib. 4. cap. 7. *Fuit præterea eiusdem nominis oppidum in ea parte Thraciæ quam Pygmæorum gens olim creditur tenuisse. Author idem Plinius libro 4. cap. 11.

Geranthæ, arum, γεράνθαι, oppidum Laconicæ regionis: à quo fit gentile Geranthotes, γερανθώτης: ut ex Pausaniæ sententia docet Steph.

Gerasa, æ, γέρασα, oppidum est in ea parte Syriæ Cœles, quæ à numero tredecim ciuitatũ τισσαραακαιδεκαπόλεως appellatur. Gentile est Gerasenus, γερασηνὸς. Steph.

Gerenia, æ, γερηνία, oppidum agri Messeniaci, in quo Nestor Pylius educatus fuit: unde ab Hesiodo Gerenius cognominatur. Hæc Stephanus. Ptolemæus uerò Gerenian Laconico agro attribuit.

Geren, enos, γέρην, uicus est in Lesbo insula, ita dictus à Gerene Neptuni filio. Strabo lib. 8. eiusdem nominis oppidum in agro Messeniaco collocat: quod idem esse opinantur cũ eo quod alia inflexione Gerenia appellatur.

Gergis, ithos, uel Gergithos, ithi. γέργις, ἡ γέργιθος Stephano. oppidum Troadis, siue (ut Plinio placet) Aeolidis, à quo Sibyllarum una Gergithia cognominata est.

Germanicea, γερμανίκεια, oppidum Euphratesiæ, quod à Quadrato lib. 3. Rerum Parthicarum Parthis annumeratur.

Germania, niæ, γερμανία, regio quæ à Gallis, Rhœtis ac Pannonijs, Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis, Dacisq; metu mutuo, ac mõtibus separatur, cętera ambit Oceanus, latos sinus, & insularum immensa spacia complectens. Rhenus, Rhœticarum Alpium inaccesso & præcipiti uertice ortus, modico flexu in Occidentẽ uersus, Septẽtrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito mõtis Arnobæ iugo effusus, plures populos adit, tandemq; in Ponticum mare sex meatibus erumpit: septimum os paludibus hauritur. Germani ipsi indigenæ existimantur, quoniã non est uerisimile aliquos Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petijsse, informem terris, asperam cœlo, tristem cultu, aspectuq;, neq; cuiquam cuius patria non sit, magnopere expetendam. Hi antea Teutones appellabãtur à Teutono deo illorũ, quem Terra ortum existimabãt: siue à Teutono oppido, cuius adhuc tenues supersunt reliquię, etiam hodie nomen seruantes. Germaniæ uocabulum, ut author est Strab. lib. 7. à Romanis primùm inuentũ est: quoniam quum primùm Rhenũ deuictis Gallis trãsgressi fuissent, uidentes eos & feritate animorum, & proceritate corporum, & colore flauo, forma præterea, moribus & uiuendi ritu Gallis similimos, Germanos eos, hoc est fratres Gallorum esse existimauerunt. Sunt qui Germanos inde dictos putent quòd peculiari eius regionis ritu, se mutuò sua lingua Germanos, hoc est fratres consalutent. Eruditi tamen inter Germanos huius uocis etymologiam ex sua lingua petunt. Illi enim Gar, siue Ger totum dicunt, & Man uirum, quasi plane uirum. Quibus ut facilius accedam, facit Alemanni uocabu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uocabulum, quod apud inferiores Germanos idem ſonat quod Germanus apud ſuperiores. Illi enim pro eo quod eſt totum, dicunt Al, quod in ſuperiori Germania Gar uel Ger dici oſtendimus.

Germanicus, adiect. ſicut ab Hiſpanus Hiſpanicus, ab Italo Italicus. Vnde Germanici dicti ſunt Imperatores aliquot à deuictis Germanis.

Germanicianus, aliud adiect. quo aliquoties uſus eſt Suetonius: ut in Veſpaſiano: Neq; enim, inquit, deteriores eſſe aut Hiſpanienſi exercitu qui Galbã, aut Germaniciano qui Vitelliũ Imperatorem feciſſent. Idem in Tiber. Flagitabãt ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia ut æquarentur ſtipendio Prætoriani Germanicianis. Quibus in locis Germaniciani dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, ſed qui in Germania militabant.

Germara, γέρμαρα, populi Celticæ qui diem non uident. Step.

Germe, γέρμη, oppidum eſt ad Helleſpontum, nõ procul à Cyzico. Steph.

Gerontia, γεροντία, inſula ante ſinum Pegaſicum, teſte Plin. lib. 4. cap. 11.

Gerra, γέρρα, Arabiæ fœlicis oppidum, turres habens ex ſalis quadratis mollibus: à quo ſinus propinquus Gerraicus cognominatus eſt. Author Plin. lib. 6. cap. 18.

Gerrus, γέρρος, fluuius Scythiæ, ſeptimus ab Iſtro memoria dignus. Meminit eius Herodotus lib. 4.

Gerſynium, uide Gerenion.

Gerunda, γηρουνδα, oppidum Authetanorum, in Hiſpania citeriore, iuxta montes Pyrenæos. Author Plinius lib. 2. cap. 6.

Geruſa, Sarmatiæ urbs in Aſia Ptol. hodie S. Georgius.

Geryon, γηρυών, nomen regis Hiſpani, quẽ Hercules interfecit, eiuſque boues abſtulit. Hunc tricorporem fuiſſe fabulantur, ob triplex regnum: præfuit enim tribus inſulis quæ adiacent Hiſpaniæ, Balearicæ maiori, & minori, & Ebuſæ. Fingitur etiam bicipitem habuiſſe canẽ, quia & terreſtri & nauali certamine plurimum potuit. Declinatur etiam Geryones, næ, & Geryoneus, ſecundum Priſcianum. Verg. 8. Aen. Tergemini nece Geryonæ. Sic enim habent emendatiora exemplaria. Lucret. lib. 5. Quidúe tripectora tergimini uis Geryonai. Quo in loco Geryonai antiquus eſt genitiuus primæ declinationis, per diuiſionem diphthongi factus: quales crebri occurrunt apud Lucretium.

Geryonaceus, ea, eum, γηρυόνιος. Plaut. in Aul. Qui mihi intromiſiſti in ædibus quingentos coquos, cum ſenis manibus, genere Geryonaceo. Ariſtophanes Geryonem τετραπτίλον nominauit, hoc eſt, ut Suidas ait, τετρακέφαλον.

Geſodunum, γεσόδουνον, Norici oppidum eſt ſub Danubio, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 14. Quanquam in quibuſdam exemplaribus Gebodunum legitur, non Geſodonum.

Geſoriacum, γησοριακὸν, Morinorum nauale fuit, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Vnde nonnulli conijciunt, oppidum illud eſſe unde breuiſsimus eſt in Angliam traiectus, quod uulgò Caletum uocant.

Geſſem, locus Aegypti, in quo habitauit Iacob.

Geſſuri, regio in Aſia.

Geſſus, γίσσος, fluuius apud Ionas in regione Trogilia, quæ & Pannonia dicitur. Plinius lib. 3. cap. 29.

Gethi, Allophylorum ciuitas fuit, hæc nunc appellatur Zaph.

Getæ, γέται, populi in Scythia Europæa: Appianus Dacos appellat. Strabo uerò lib. 7. Getas à Dacis ita diſtinguit, ut Getæ ſint qui ad Pontum in Orientem uergunt: Daci qui in oppoſitum uerſus Germaniam, & ad Iſtri fontes, quos olim Dauos uocatos nonnulli uolunt. Ex quo apud Athenienſes Dauorum & Getarũ ſeruilia nomina in uſu maximè fuerũt. Getas à Lucullo uictos Salluſtius ſcribit. Aelius Spartianus ſcribit Getas dictos fuiſſe qui poſtea Gothi appellati ſunt. De his Ouidius de Ponto, Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe. Huius nominis nominatiuus ſingularis eſt Geta uel Getes. Getarum deſerta, Verg. 3. Georg. Pharetrati Getæ, Ouid. 4. Triſt. Eleg. 9.

Geticus, a, um, γετικός, ut humus Getica. Ouid. 3. de Ponto, qui Getica longè non ita diſtat humo. Littus Geticũ. Idẽ Triſt. Eleg. 12. Nam procul à Getico littore uitis adeſt. Plectrum Geticum. Statius 2. Syl. & Getici cedat tibi gloria plectri.

Gethuſſa, γήτουσσα, urbs Libyæ. Steph.

Getheum, uide Cranae.

Getia, γετία, regio Getarum in Thracia. Gentile γέτης, & fœmininum γέτις, quo nomine etiam Philippi Amyntę uxor uocatur. poſſeſsiuum γετικός. Arrianus γετηνοὺς uocat.

Getarum leges, uide apud Steph.

Gephyra, γέφυρα, urbs Bœotiæ. eoſdem & Tanagræos eſſe aiunt. Steph.

Gephyrote, urbs Libyę, γεφυρώτη, Steph.

Getulia, uide Gætulia.

Giarus, uide Gyarus.

Gibel, uide Gabala.

Gigantis, γιγάντις, uetus nomen Arcadiæ. Steph.

Gigas, gigantis, uide inter Appellatiua Gigas, & infrà Gyges.

Gigonus, penulti. prod. γίγονος, oppidum eſt ad ſinum Thermaicum, non procul à Pallene: cuius meminit Herodotus libro 7.

Gillo, nomen notiſsimi adulteri tempore Iuuenalis.

Gillus, exul Tarentinus, qui quum Perſarum exploratores à piratis captos pecunia ſua redemiſſet, & ad Darium reduxiſſet, iuſſus eo nomine petere quidquid uellet, hoc unum petijt ut Regis opera in patriã reduceretur. uide Herodotum lib. 3.

Gilda, γίλδα, urbs Libyæ. Steph.

Giligambæ, γιλιγάμβαι, populi Libyę, Steph.

Gilo, nomen ciuitatis, à qua Gilonitæ, penulti. prod. homines in ea habitantes dicuntur. Eſt & nomen uiri, γύλων. Iuuenalis:

Vnciolam Proculeius habet, ſed Gilo deuncem.

Gimanti, capras in Gimanti natas, Alexander Myndius ſcribit ſex menſes non bibere. Aelianus.

Gindanes, γινδάνες, Libyæ populi, Lotophagis contermini, quorum uxores multis pelliceis fimbrijs adornantur. Nam quum pulcherrimum ducant à plurimis adamari, à ſingulis quibus ſui copiam faciunt, fimbriam unam exorant, eoque argumento oſtendunt quòd habuerint amatores. Author Herodotus lib. 4.

Gindara, dare, γίνδαρα, oppidum Syriæ Cœles, cuius incolæ dicuntur Gindareni, γινδαρηνοί, quorum meminit Plinius libro 5. capite 13.

Gindes, fluuius qui per Dardanos fluens ingreditur Tigrin.

Gingla, γίγγλα, oppidum Comagenes, non procul ab Euphrate fluuio. Author Plin. lib. 5. cap. 24.

Gion, uide Geon.

Girim mons apud Garamantes, in quo naſci gemmas uetuſtas teſtata eſt.

Gitta, γίττα, urbs Palæſtinæ, Steph.

Glandomiron, γλανδόμιρον, oppidum eſt Gallæcorum Lucenſium, in tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ. Author Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Glanicus amnis, qui & Lyris appellatur, in cuius ripa templum fuit Maricæ nymphæ Minturnenſis. Plin. lib. 3. cap. 5. Minturnæ Glanico amne diuiſæ, Liri appellato.

Glanis, γλάνις, Hetruriæ fluuius, in Tyberim influens, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. * Glanis item ſiue Glanus, piſcis aſtutiſsimi nomen, qui a duerſos mordet hamos, nec deuorat, ſed eſca ſpoliat. Idem lib. 32. cap. 10. Verrucas tollit glani iecur illitum.

Glanum, γλάνον, Salyum oppidũ eſt in Alpibus Narbonenſem prouinciam ſpectantibus. Author Plin. lib. 2. cap 9.

Glaphyrus, pen. cor. γλαφυρός, notiſsimus adulter fuit Iuuenalis tempore, cuius meminit Satyr. 6. Vxorem ducis, de qua citharœdus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater. Nomen deductum eſt à feſtiuitate & elegantia, quam Græci γλαφυρότητα dicunt.

Glaucopis, uide Glaucus adiectiuum.

Glaphyræ, γλαφυραί, urbs Theſſaliæ, à Glaphyra conditore Magnetis filio. Homerus:

ἔοίκην καὶ γλαφυρὰς. * Eſt & uicus Ciliciæ, à Tarſo uerſus occidentem triginta ſtadijs diſtans. Steph.

Glaucia, γλαυκία, oppidum Ioniæ, Steph.

Glauci tribus, γλαύκου φῦλον, in Lycia eſt, à Glauco heroe dicta. gentile Glaucodemus.

Glaucus quidam primus ferri conſolidaturam inuenit. Alius Hippolyti filius, à quo Iones ſunt reges, multíque hoc nomine ſunt uocati, inter quos fuit Minois filius, in mellis dolio necatus, & Aeſculapij ope reuixit. Item Glaucus Caryſtius pugil, ex Eubœa, qui ex aratro in Olympia produ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctus, sæpe uicit. Apud Strabonem Libyæ sinus, & amnis ibidem, ut inquit Plinius.

Glaucus, Hippolochi filius, Bellerophótis nepos, auxilio Trojanis uenit, cum quo Diomedes memor ueteris hospitij, iũctis dextris amicitiam iniuit, armaque commutauit ænea precio nouem boum cum illius aureis armis, quæ centum erant boum. Author Homerus Iliad. sexto. Vide prouerb. Diomedis & Glauci commutatio.

Martialis:

Tam stupidus nunquam nec tu puto Glauce fuisti,
Χρύσια donanti χάλκια qui dederas.

Ferunt tamen hunc ab Aiace occisum, cum pro corpore interfecti Achillis pugnaretur, & postea in Lyciam uentis delatum, in fluuium mutatum esse.

Glaucus, deus marinus, senior piscator, ut habetur in fabulis, pisces captos supra ripam explicauit, donec retia siccarentur. At illi contacta herba, colligentes sese, in mare prosilierunt. Glaucus eam herbam degustans, immortalitatem adeptus est, ut est apud Ouidium lib. Metamorph. 13. uide prouerb. Glaucus comesa herba, &c.

Glaucus, Antenoris Troiani filius ab Agamemnone interfectus, ut est author Dictys Cretensis.

Glaucus Potnieus Sisyphi filius, qui apud Potnium regnauit, Bœotiæ uicum, equas alebat humana corpora pascentes, à quibus cum à coitu cohiberet, quo essent uelociores, furore à Venere immisso, ipse postremò deuoratus est. Author Probus grammaticus. Seruius uerò dicit Glaucum Potniadem sacra Veneris spernentem ab equabus suis, quibus ad currum utebatur, dilaceratum.

Vergilius Georg. 3.

Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.

Vide adag. Glaucus alter.

Alius inter ministros Vulcani numeratur ab Herodoto.

Alius item Lemnius statuarius apud Stephanum.

Glauci Sisyphidæ genealogia apud Steph. est in Mylasa.

Glessaria, insula in Oceano Germanico, quæ reste Solino, crystallum dat & succinum, Sudau uulgò appellata, haud longè à Prussia.

Gletes, γλῆτες, gens Iberica post Cynetas, Steph.

Glissas, γλισσάς, urbs Bœotiæ, à Glisone aut Glissante quodam dicta, Stephano.

Glogauia, uide Lugdunum.

Glycon, γλύκων, apud Horatium libro 1. Epist. nomen est gladiatoris robustissimi. Nec (inquit) quia desperes inuicti membra Glyconis, Nodosa corpus nolis prohibere podagra. * Fuit & nomen medici Pansæ, qui mortuo domino ex uulnere quod in prælio Mutinensi acceperat, in carcerem coniectus est, & à Torquato parricidij accusatus, tanquam uulneri uenenum indidisset. Suetonius in Augusto: Pansæ quoque adeò suspecta mors fuit, ut Glycon medicus custoditus sit, quasi uenenum uulneri indidisset. Cic. ad Brutum: Tibi Glycona medicum Pansæ, qui sororem nostri Achilleos in matrimonium habet, diligentissimè commendo.

Gnidus, γνίδος, urbs insignis in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis sita, Veneris templo & simulachro à Praxitele sculpto in primis nobilis. Horatius 1. Carm. Ode 30. O Venus regina Gnidi, Paphiq; . E Gnido uiri memorabiles fuerunt, Eudoxus mathematicus Platonis sodalis, Agatharchides Peripateticus historiæ conditor, Theopompus Iulio Cæsari familiaris, Artemidorus eius filius: & his antiquior Ctesias, qui Xerxem medicatus est, & res Syriacas Persicasq; conscripsit.

Gnidius, a, um: ut, Gnidia Venus, Cic. de Diuinatione.

Gnosidicus, γνωσίδικος, clarissimus Asclepiadarum, Nebri filius, pater Hippocratis, Aenci, & Podalirij, auus autem Heraclidę, qui pater fuit Hippocratis medicorum omnium doctissimi. Author Stephanus in dictione Côs.

Gnossos, κνωσσὸς, urbs Cretæ fuit, Minois regia, quæ alio nomine Cerathus, ut scribit Strabo, appellata fuit, à fluuio eius nominis.

Gnosius, a, um, quod est ex Gnosso urbe: ut, Gnosius ciuis, Gnosia littora, Gnosia regna. Ouid. in Epist. Parid. Non habuit tempus quo Gnosia regna uideret, Aptius. * Pro eodem etiam dicitur Gnosiacus, a, um: ut, Corona Gnosiaca apud Statium libro primo Sylu.

Gnossus, a, um, idem quod Gnosius. Lucan. lib. 3. Creta uetus populis, Gnosiasq; agitare pharetras Docta.

Gnosis, idis, patronymicum fœmininum. Ouid. Epist. 21. Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amauit.

Goarene, es, γοαρήνη, regio Arabiæ non procul à Damasco, quæ & Goarea, γοάρεια, dicitur. Author Steph.

Gobęum, γοβαῖον, promontoriũ Galliæ Lugdunensis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Quanquam in plerisque exemplaribus Gabeum legitur, non Gobeum.

Gobrias, γοβρίας, nobilis Persarum satrapes fuit, unus ex ijs qui cum Dario coniurarunt aduersus magos. Nam erat Darij socer, antequam regnum Darius ipse adipiscereturut ostendit Herodotus circa initium libri 7.

Gog, & Magog, uoces sunt in sacris literis aliquoties repetitę: quibus sunt qui putent gentes Scythicas significari trás Caucasum montem, & Mæotidę paludem, & mare Caspiũ usq; ad Indos protensas. Hieronymus tamen in Ezechielem mauult allegoricum sensum subesse, nullosque ijs nominibus populos significari. Reliqua uide apud ipsum, quæ hic data opera prætermittimus, quòd ad nostrum institutum nihil pertineant.

Golgi, orum, γολγοὶ Steph. locus est in Cypro insula Veneri & Cupidini sacer. Catullus in Nupt. Pelei, Sancte pater, curis hominum qui gaudia misces, Quiq; regis Golgos, quique Idalium frondosum. Quo in loco in omnibus ferè exemplaribus hactenus corruptè lectum est Colchos.

Gomorrha, rhæ, uel Gomorrhum, rhi, utroque enim modo dicitur, oppidum Iudææ, ab Asphaltite lacu haustum, quemadmodum & Sodoma, & alia nonnulla. Vide Solinum.

Gomolitæ, γομολίται, populi Idumææ Gomphi, uide Philippi, & Gomorrhum, utroque modo oppida. Solinus.

Gomphi, γόμφοι, urbs Thessaliæ, Steph.

Gondræ, γόνδραι, populi Thraciæ, apud Herodot. Cindra & Rhonda legitur, Steph.

Gonci, γονῖς, urbs Thracię, cuius incolas aliqui uocant Adrianopolitas, Steph.

Gonni, γόννοι, uel γόννος, & γοῦνοι, urbs Perrhæbiæ à Guneo quodá Cyphi nepote dicta: Regio Gonnia, Stephano. Vide Gonusa.

Gonnus, urbs est in superiori parte Thessaliæ, unde ad Thessaliam introitus comperitur.

Gonusa, γονοῦσα, Perrhæbiæ urbs, Steph.

Gorama, γόραμα, regio Arabum Scenitarum, cuius incolæ Gorameni.

Gonos, γονός, Thraciæ oppidum est, non procul à Philippis & Ergino fluuio. Author Plin. lib. 4. cap. 11.

Gordius, γόρδιος, Phrygiæ rex fuit, rusticus alioquin, & ignobilis. Quum enim Phrygibus oraculum de rege creando consulentibus, responsum esset ut eum in regem deligerẽt, qui primus templum ingrederetur, euenit ut Gordius summo mane ad agrum properans, loraq; plaustris gestans, primus templum introiret. Quare ab omnibus rex consaluta tus, lora ad rei memoriam in templo suspendit, in quibus erat nodus adeò perplexus, ut indissolubilis putaretur: circunferebaturq; oraculum, ut regno potiretur qui lora dissolueret. Hunc nodum Alexander quum dissoluere nó posset, ense dissecuit. Hinc factum est, ut nodus Gordius, notissimo prouerbio dicatur de rebus indissolubilibus.

Gordieum, γορδίειον, urbs magna Phrygiæ iuxta Cappadociam à Gordio patre Midæ.

Gordij murus, γορδίου τεῖχος, urbs Midæ, à Gordio filio condita.

Gordyæa, γορδυαῖα, regio Persica, à Gordya Triptolemi filio, &c. Steph. uocat etiam Gordos & Gordochos hos populos, & Montes Gordyæos.

Gordinia, γορδυνία, urbs Macedoniæ, Steph.

Gorgias, γοργίας, Leontinus fuit Rhetor, Empedoclis discipulus, & Isocratis præceptor, ut scribit Quintilianus lib. 3. cap. 2. cui tanta fuit artis fiducia, ut de omni re, quæcunq; in disceptationem quæstionem q; uocaretur, se copiosissimè dicturũ esse profiteretur. Meminit eius Cicero in Bruto, & libris de Oratore. Hic arte sua tantum pecuniæ corrasit, ut auream statuam primus omnium poneret in templo Apollinis Delphici.

Gorgę-

Gorgones, pen.cor. γοργόνες, dictæ sunt Phorci filiæ, Medusa, Sthenyo, & Euryale: quæ Dorcadas insulas in Oceano Aethiopico sitas habitasse dicuntur, contra Hesperidum hortos. Nomen habent à truculentia, quam Græci γοργότητα appellant. Scribit Diodorus fœminas fuisse in Africa bellicosas, aduersus quas Perseus bellum gesserit, & earum reginam Medusam debellauerit, ac interfecerit. uide Medusa, & Pegasus.

Gorgoneus, a, um, γοργόνιος, nomen possessiuum. Ouid. 4. Metamorph. Gorgoneas tetigisse domos.

Gorgophoros, γοργοφόρος, Palladis epitheton est, quasi Gorgonem ferens, in eius enim scuto pictum est Medusæ Gorgonis caput. Cic. antequam iret in exil. Teque Tritonia armipotens, Gorgophora Pallas, Minerua, cæteriq; dij deæque immortales, &c.

Gorgythion, γοργυθίων, Priami filius ex Castianira Threissa susceptus, qui postea in bello Troiano à Teucro Telamonis filio confossus occubuit. Author Homerus, Iliad. 8.

Gorgonius, uiri proprium malè olentis. Horat. 1. Serm. Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

Gortyn, siue Gortys, ynis. siue Gortyna, næ, γόρτυν, ἡ γόρτυς Stephano, oppidum mediterraneum Cretæ insulæ, ad Lethæũ fluuium, cuius meminit Plinius lib. 4. cap. 12.

Gortynius, a, um, γορτύνιος, ut, Gortynia spicula, apud Statiũ, lib. 1. Thebaidos.

Gortynis, idis, patronymicum fœmininum, γορτυνίς. Lucanus libro 6. Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo Tenditur in Scæuam.

Gothia, regio Europæ, contermina Daniæ, & Noruegiæ. Ex qua Gothi immanes populi, qui olim Italiam armis subegerunt, Romamq; ipsam totius literaturæ fontem solo æquarunt, suamq; in totum orbem inuexerunt barbariem. Hæc dictio potius uidetur unico t, scribenda, quũ à Latinis poetis prima syllaba ferè semper corripiatur. Ausonius: Hinc possem uinctos inde referre Gothos. Et sæpius apud Claudianum. Non multum tamen peccauerit, qui consonantem geminabit: quod & in Græcis aliquot codicibus factitatũ animaduertimus.

Gracchuris, urbs Iberiæ, ita nominata à Sempronio Graccho, qui acceptis in deditionem Celtiberis, hanc urbem, quę antea Ilurcis dicebatur, splendidius restitutam, ut superesset rerum à sẽ gestarum nomimentum, suo nomine appellauit Gracchurim.

Gracchus, Sempronius, Caij & Tiberij pater fuit, qui in Hispaniam Procõsul missus, Celtiberos in deditionẽ accepit. Ilurcimq; eorũ oppidũ splendidius à se restitutũ, ut gestarũ à se rerum memoria superesset, de suo nomine Gracchurim appellauit. Huic uxor fuit Cornelia ex Scipionum familia, insigni pudicitia & eruditione mulier, ex qua Tiberium & Caium Gracchos suscepit, generosissimæ quidem indolis iuuenes, eloquentiaq; in primis admirabiles, cæterùm popularis auræ plus satis auidos. Quæ res fecit, ut relictis optimatibus, ad plebem se cõtulerint, legesq; agrarias perpetuos seditionum fomites in lucem reduxerint: neque antea quieuerint, donec Senatum in suam necem armarint. Tiberius prior occisus est in concione à Publio Nasica: Caius autem biennio post, quum montem Capitolinum occupasset, iussu Opimij Consulis est interfectus. uide plura apud Plutarchum in uita Gracchorum.

Gradiuus, pen. pro. Martis cognomen, à gradiendo, ut Festus ait, quia gradatim, & per ordines in bellũ itur. ἄρης. Siue à uibratione hastæ, quod Græci uocant γραδιάνειν. Sunt tamen qui à gramine dictũ putent, quia gramine sit tortus. Vnde & graminea corona in re militari maximę est honorationis. Hæc ille. * Alij gradiuum, nõ Latinum, nec Grecũ, sed Thracium uocabulũ esse, & significare bellicosum ac fortem dicunt. Verg. 3. Aen. Gradiuumq; patrem, Geticis qui præsidet aruis. Gradiuus, Mars dicitur, quum sæuit, inquit Seruius: quum tranquillus, Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa sunt, unum Quirini intra Vrbem, quasi custodis & tranquilli. Alterum in Appia uia, extra Vrbem prope portam, quasi bellatoris uel gradiui. Hæc Seruius.

Gradiuicola, læ, qui colit Martem. Silius lib. 4. iaculatoremq; Sabellum, Et Gradiuicolam celso de colle Tudertem.

Græ, γραῖαι, tres fuerunt sorores, Phorci filiæ, unicum tantũ habentes oculum & dentem, quibus uicissim inter se tres utebantur. Harum ope Perseus ad Gorgonas peruenit. uide prouerbium apud Erasmum, Orci galea. ubi hæc omnia copiosius.

Græcia, ἑλλάς, Europæ regio est, olim omni disciplinarum genere excultissima, hodie non sine ignominia nominis Christiani, Turcorum imperio subiecta. Hæc à Ptolemæo Achaia nominatur. Principium sumit ad meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustijs, indeq; ad Septentrionem in Thessaliam usque & partem Aegæi maris extenditur. Ad Occasum Acheloo fluuio ab Epiro dirimitur. Ab Ortu rursus habet mare Aegæum, qua parte Sunium eo abluitur. Scinditur in multas regiones, quarum præcipuæ sunt, Attica, Bœotia, Phocis & Locri. Dicta est Græcia, à Græco primo eius prouinciæ rege, teste Plin. lib. 4. cap. 7. Cicero pro Flacco, Hæc cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, paruum quẽdam locũ Europæ tenet, semperque tenuit, Italiæ maritimam oram bello superatam coniunxit urbibus. Idem 1. pro lege Agraria: In angustijs & faucibus Græciæ posita erat Corinthus. Magna Græcia dicta est extrema Italiæ ora, à Locris Italiæ fronte initium sumens, in tres recedens maris Ausonij sinus, patens in lõgitudinẽ L X X X I I. pass. M. ut ex sententia Varronis tradit Plinius lib. 3. cap. 10. Hanc Græci subactam maximis potentissimisque urbibus frequentarunt: in quibus numerantur Croton, Arpi, Thurium, Tarentum, aliæq; complures. Cicero 2. de Oratore: Nam & referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Græcia, &c. Idẽ 4. Tusc. Quum floreret in Italia Græcia potentissimis & maximis urbibus, ea quæ magna est dicta, &c.

Græcus, qui est ex Græcia. ἕλλην. Cicero pro Flacco: Quãquam quis ignorat, qui modò unquam mediocriter res istas scire curauit, quin tria Græcorum genera sint uerè? quorum uni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habetur: Aeoles, alteri: Dores, tertij nominabantur. Idem Quint. Fratri, lib. 1. Familiaritates Græcorum neque tam fideles sunt: inuident non nostris solum, uerumetiam suis. Idem de Aruspicum responsis, Artibus Græci, Galli robore, Hispani numero, Pœni calliditate ualent.

Græcus, a, um, adiect. ἑλληνικός, ut Literæ Græcæ. Cic. de Claris Orat. Gallus qui maximè omnium nobilium Græcis literis studuit. Exemplaria Græca. Horat. in Arte, uõs exemplaria Græca Nocturna uersate manu, uersate diurna. Græco more bibere. Cic. 3. Verrin. Fit sermo inter eos & inuitatio, ut Græco more biberent. * Græca rosa, λυχνὶς σιφανώτικη Dioscoridi, uiolæ magnitudinẽ est, nõ nisi in locis humidis proueniẽs, quinq; folia nõ excedens, omnis odoris expers, coloris tantùm gratia expetita ad coronamenta: unde & lychnis coronaria appellatur. uide Plin. lib. 21. cap. 4. * Græca salix, dicitur salix rubra.

Græcè, aduerbium, ἑλληνιστί. Cicero 1. de Oratore: Quum ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem. Idem 1. Tusc. Scis enim me Græcè loqui in Latino sermone non plus solere quàm in Græco Latinè.

Græcanicus, a, um, Plinio lib. 34. cap. 9. Maximeq; ità colorem bibit, quem Græcanicum uocant.

Græcensis, se. Gellius lib. 19. cap. 10. Offendimus eum cubantem in sympodio Græcensi. Sic apud Plinium, Græcense melinum, lib. 35. cap. 6.

Græculus, diminutiuum, ἑλληνιστής. Iuuenal. Satyra 3. Græculus esuriens in cœlum iusseris, ibit. Assentator Græculus, Cic. pro Milone. Idem 2. de Oratore, Homines Græculos cõtrò uersia uerbi tandiu torquet. * Græcula rosa, diuersum omnino genus est ab eo quod paulo suprà rosam Græcam appellauimus. Folia habet latissima, sed panniculos ità conuolutos, ut nunquam nisi manu coacta dehiscat, semperq; nascenti similis sit. Author Plin. lib. 15. cap. 14. Patrias nobilitauere Camerina & Græcula.

Græcari, pe. prod. est cõuiuijs & libidinib. operã dare. ὑπερμαχᾶν, κωμάζειν, ab eo quod Græci liberius se habẽt in cõuiuijs. Nã quãdoq; uerba trahũtur à morib. nationũ. Horat. 2. lib. Serm. Sat. 3. Vel si Romana fatiget Militia assuetum græcari.

Græcisso, Græcos imitor. ἑλληνίζω.

Græcostasis, pen. cor. γραικόστασις, quasi Græcorum statio, locus de quò Varro de Lingua Lat. lib. 5. sic habet: Ante curiã Hostiliam rostra, cuius id uocabulũ ex hostib. capta fixa sunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

roſtra. Dextra è comitio locus ſubſtructus, ubi nationum ſubſiſterent legati qui ad Senatum eſſent miſsi. is Græcoſtaſis appellatur. Cic. ad Quin. frat lib. 2. Deinde eius operare pente à Græcoſtaſi & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt.

Graius, idem quod Græcus, Ἕλλην, γραικός. Quintil. lib. 8 cap. 4. Non putant indignum Troiani principes, Graios Troianosque propter ſpeciem Helenæ tot mala tanto temporis ſpacio ſuſtinere. Verg. li. 4. Aeneid. Graiumq; ideò bis uindicat armis.

Graius, a, um. idem quod Græcus, a, um, Ἑλληνικός. Verg. 3. Aen. Priamiden Helenum Graias regnare per urbes.

Graiugenæ, narum, pen. cor. Græci dicti ſunt. Ἕλληνες. Cice. 2. de Na. deo. Graiugena de illo aperit ipſa oratio. Ex Pacuuio. Vergilius 3. Aeneid. Graiugenumq; domos, ſuſpectaq; linquimus arua.

Granicus, γρανικός, Ptolemæo fluuius eſt minoris Myſiæ ex Ida monte profluens, & inter Priapum & Aeſapum in Propontidem influens: iuxta quem Alexander Darij Satrapas memorabili prælio ſuperauit, ſexcentis Perſarum millibus cæſis fugatisq;, quum uictoris copia triginta peditũ millia & quatuor millia equitum & quingentos non excederent. Authores Plutarchus in Alexandro, Iuſtinus lib. 2. Diodorus item Siculus lib. 17.

Grammium, urbs in Græcia, γράμμιον, ciues Grammitæ & Grammitij. Sunt & Grammitæ populi iuxta Celticam, Steph.

Graſtillus, γραστίλλος ὁ, urbs Macedoniæ, al. Praſtillus, Steph.

Gratiæ, tres ſunt: Aglaia, Thalia, & Euphroſyne, de quibus ſuprà in Aglaia, & copioſè in dictione Charites.

Gratidia, γρατιδία, proprium nomẽ mulieris Neapolitanæ unguentariæ, ac maleficæ, quam Horatius Epod. Canidiam nominauit.

Graucaſum, Caucaſum montem nominarunt Scythæ, quod illorum lingua ſignificat niue candidum. Author Plin. lib. 6. cap. 17.

Grauionarium, oppidum eſt Germaniæ, apud Ptolemeum libro 2. cap. 11. uulgò Bamberg.

Grauiſcæ, Ptolemæo, caſtellum eſt in Tuſcia, quod hodie mõtem altũ uocãt: ita dictum ab aeris grauitate. Verg. 10. Aen. Et Pyrgi ueteres, intempeſtæq; Grauiſcæ.

Greſſinus, γρησσίνος, urbs Cherſoneſi, Steph.

Greſtonia, γρηστωνία, regio Thraciæ iuxta Macedoniam, à Gaſtro quodam dicta. Gaſtrones gentile. uide Gaſtronia.

Gronia, γρώνια, urbs Phocidis, Steph.

Griphus, phi, γρῖφος, rete, ſagena. Item ænigma, hoc eſt ſermo ita implicitus atque intricatus, ut facilè diſſolui non queat. Gellius lib. 1. cap. 2. Aliosq; id genus griphos neminem poſſe dicens, niſi ſe, diſſoluere.

Gronij, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt ad Durium amnem, quorum meminit Pomponius lib. 3.

Gryllus, uide ſubſtantiuum Gryllus.

Gryneus, γρυνεύς, dictio diſsyllaba, nomen eſt Centauri. Ouidius 12. Metam. Cumq; ſui Gryneus immanem ſuſtulit arã Ignibus, & medium Lapitharum geſsit in agmen.

Grynia Plinio, Straboni Grynium, γρυνοί, ἡ γρυνία Stephano, oppidum eſt Myrineorum in Aeolide Aſiæ regione, Apollinis fano & peruetuſto oraculo nobile, à quo Apollo Gryneus, γρύνειος, dictus putatur. uide Strabonem lib. 13. & Plin. lib. 5. capite 30.

Gryneus, a, um, a die ct. triſyllabum, γρύνειος, cognomen eſt Apollinis, inditum à Gryneo nemore iuxta Clazomenẽ Aſiæ ciuitatem, in quo Apollo colebatur. Verg. 4. Aen. Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo: Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes. Idem 6. Eclog. Hic tibi Grynei nemoris dicatur origo. Vbi Seruius, Gryneum nemus eſt in finibus Aeolidis, Apollini conſecratum. Dictum eſt autem hoc nemus à Grynio uicino oppidulo. De quo uide Strabonem, lib. 13.

Gũnas, γοῦνας, locus habitatus in Syria uberis & fœcundi ſoli, unde nomen ei παρὰ τὸ γόνιμον, Steph.

Guni, Guneus, uide Gonni.

Gyarus, ri, fœmin. gene. γύαρος Stephano, uel Gyara, æ, pen. cor. inſula eſt maris Aegæi, una ex Sporadibus, in quam Romani noxios ſuos deportabant. Plin. lib. 8. cap. 29. Ex Gyaro incolas à murib. fugatos. Iuue. Sat. 10. ut Gyarę uinctus ſcopulis, paruaq; Seripho. Idem Satyr. 1. uſus eſt numero plurali. Aude, inquit, aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum, Si uis eſſe aliquid.

Gya, γύας, uiri Troiani nomen eſt apud Verg. 5. Aen. Ingentęq; Gyas ingenti mole Chimæram, &c.

Gygæus lacus, γυγαία λίμνη, Lydiæ lacus eſt ſtadijs quadraginta à Sardibus diſtans: qui poſtea Colous dictus eſt. Propertius, Lydia Gygæo tincta puella lacu. Meminit huius lacus Homerus in fine Catalogi. Plin. lib. 5. cap. 29. Gygæum ſtagnum appellat.

Gygemorus, Thraciæ mons eſt, apud Plin. lib. 4. cap. 11.

Gyges, γύγης, nomen uiri proprium qui Cœli & Terræ filius fingitur gigas maximus, & centimanus frater Briarei. Sunt tamen qui Briareum, Gygen, & Aegeona eoſdem putant. Ouid. 4. Triſt. Centimanumq; Gygen, ſemibouemq; uirũ. *Eſt & nomen proprium uiri alterius apud Maronem li. 9. Principio Phalarim, & ſucciſo poplite Gygẽ Excipit. * Itẽ formoſi pueri apud Horatium, 2. Carm. Luna mari Gnidiue Gyges. * Alius fuit Gyges quidam Lydus, cui quum Candaules rex uxorem ſuam nudam oſtendiſſet, illa aduerſus maritum indignata, Gygẽ ad cædem eius impulit, ſeſeque cum regno Lydiæ illi tradidit. Hiſtoriam hanc uide latius apud Herodotũ, lib. 1. De hoc Gyge ſic ſcribit Cicero lib. 3. de Offic. Hinc ille Gyges, inquit, inducitur à Platone, qui quum terra diſceſsiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit, æneumq; equum (ut ferunt fabulæ) animaduertit, cuius in lateribus fores eſſent: quibus apertis hominis mortui corpus uidit magnitudine inuſitata, anulumq; aureum in digito: quem ut detraxit, atque ipſe induit, (erat autem regius paſtor) tum in concilium paſtorum ſe recepit. Ibi quum palam eius anuli ad palmam conuerterat, à nullo uidebatur, ipſe autem omnia uidebat: idẽ rurſus uidebatur quum in locum anulum inuerterat. Itaq; hac opportunitate anuli uſus, reginę ſtuprum intulit, eaque adiutrice regem dominum interemit, ſuſtulit quos obſtare arbitrabatur, nec in his facinoribus eum quiſquam uidere potuit. Sic repentè anuli beneficio rex exortus eſt Lydiæ. Hactenus Cicero. Quo etiam nomine dictus eſt Lydiæ fluuius.

Gylo, uide Gilo.

Gylacea, γυλάκεια, Illyriæ ciuitas à Gylace Corinthio, aliàs Apollonia.

Gymnaſiæ Plinio, ſiue Gymneſiæ, γυμνησίαι, Straboni & Stephano, inſulæ duæ ante Hiſpaniam, quæ à Latinis Baleares appellantur: eo quòd incolę harum inſularum præcipuè ſe funda exercebant. Authores Strabo lib. 14. & Plin. lib. 3. cap. 5. à Græco nomine γυμνός, quod nudum ſignificat.

Gymnetes, γυμνῆται, Aethiopum populi, Nigritis & Tharuſis uicini: ut docet Plin. lib. 5. cap. 8.

Gymnoſophiſtæ, γυμνοσοφισταί, philoſophi Indorum: ſic dicti quòd nudi in ſyluis agerẽt, uoluptatum omnium expertes, quibus mortalium uita corrumpitur. Plin. lib. 7. cap. 2. Philoſophos eorum quos Gymnoſophiſtas uocant, ab exortu ad Occaſum præſtare, contuentes ſolem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere. Auguſt. lib. 19. de Ciuit. Indorum Gymnoſophiſtæ, qui nudi perhibentur philoſophari in ſolitudinibus Indiæ, à generando ſe cohibent. Hi ab exortu ad Occaſum præſtare dicuntur, ſolem contuentes immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtentes. Hi frigora niuium, & æſtus flãmæ citra dolorem perferunt. Ferunt Alexandrum magnum, quum in Indiæ expeditione ad Gymnoſophiſtas penetraſſet, grauiſsimè ab illis fuiſſe increpitum, quòd mortalis quum eſſet, mortali tamen ſorte non contentus, totum Oriẽtem latrocinijs infeſtaret. De his Cic. Tuſc. quæſt. lib. 5. Quæ barbaria, inquit, India uaſtior, aut agreſtior? in ea tamen gente primùm hi qui ſapientes habentur, nudi ætatem agunt. Caucaſi niues, hyemalemq; uim perferunt ſine dolore: quumq; ad flammam ſe applicauerint, ſine gemitu aduruntur.

Gynæcopolis, Aegypti oppidum, à quo propinqua præfectura, Gynęcopolitis appellatur: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 9. γυναικόπολις.

Gyndes, γύνδης, fluuius eſt Aſſyriorum maximus ſecundum Euphratem, in Manſtienis naſcens montibus, & per Dardaneos in Tigrim influens. Hunc Cyrus Perſarũ rex quum equitem quendam ſibi in primis dilectum abſumpſiſſet, totum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum in uarios alueos deriuauit. Authores Herodotus lib. 1. & Seneca lib. 3. de Ira.

Gypseis, γυψηίς, Aethiopiæ insula, apud Martianum lib. 3. à qua fit gentile Gypseites, γυψηίτης.

Gyrton, siue Gyrtona, næ, γυρτών ἡ Ptolemæo, γυρτών Stephano, Perrhębiæ oppidum, ut Stephano placet, ita dictum à Gyrtone Phlegyæ fratre. Ptolemæus Gyrtonam in Stymphalia Macedoniæ regione, Plinius in Magnesia collocat.

Gytheum, γύθειον, oppidum est Achaiæ ad Maleam promontorium, quod Hercules & Apollo depositis eò loci simultatibus communi opera condiderunt. De hoc Liuius in Macedon. bel. Gytheum, inquit, omnium maritimarum rerum Lacedæmonijs receptaculum. Hinc Gytheates sinus, ad Maleam promontorium, cuius meminit Plin. lib. 4. ca. 5.

Gyzantes, populi Africæ, uide Byzantes apud Stephanum apud quem etiam Gygantes reperitur.



Abessus, authore Plinio lib. 5. cap. 27. Lyciæ ciuitas est, postea Antiphellus dicta.

Habronicus, ἁβρόνικος, nomen uiri proprium.

Hadranitani, Siciliæ populi. Plin. libro 3. cap. 8.

Hadria, siue potius Adria, ἀδρίας, Suidæ & Stephano: secũdus Europæ sinus inter Lacinium Italiæ & Acroceraunium Epiri promontorium irrumpens, dextra Macedoniæ partem, Dalmatiam, Illyricum & Istriam: sinistra Apuliam, Ferentanos, Picentes, & Venetos alluens. Lucan. lib. 5. sonat Ionio uagus Hadria ponto. Videtur tamen hoc nomen rectius sine aspiratione scribi posse. Accepit enim nomen ab Adria nobili Circumpadanæ regionis oppido, (ut docet Cato in Originibus, & Plin. lib. 3. cap. 16. quod insignem circa Padi ostia habebat portum, à quo quidem oppido uicinum mare primùm Atriaticum dictum fuit, & deinde literæ uuiusim mutatione Adriaticum. * Fuit item Hadria, siue Adria, oppidum in finibus Piceni, Romanorum colonia, VII. M. pass. à mari distans: à qua uicinus ager, Ager Hadrianus, siue Adrianus dictus est.

Hæbudes, pen. prod. αἱβουδαι, insulæ sunt numero quinq; inter Caledoniam, quæ hodie Scotia dicitur, & Thulen insulam. Solinus, à Caledoniæ promontorio Thulen petentibus, bidui nauigatio. inde excipiunt Hębudes quinque numero. Et paulo pòst, Secundam à continenti stationem Orcades præbent, quæ ab Hæbudibus porrò sunt septem dierum, noctiumq; totidem cursu.

Hæmodes, teste Pomponio, lib. 1. mons est Lyciæ.

Hæmon, αἵμων, Thebanus iuuenis, qui quum amore incredibili Antigonem Oedipi & Iocastæ filiam deperiret, ad eius tumulum mortem sibi conscíuit. Fuerat autem Antigone iussu Creontis (qui uetuerat cadauera Græcorum inhumari) iugulata, quòd Polynicem fratrem mortuum noctu sepelire uoluisset. De huius adolescentis morte uide Statium in Thebaide, & Propertium lib. 2. Quid non Antigones tumulo Bœotius Hæmon, &c.

Hæmonia, uide Aemonia.

Hæmus, αἷμος Suidę, mons est Thessaliam à Thracia diuidens, sic dictus ab Hæmo Boreæ & Orithyæ filio. In hoc monte Martis domicilium constituerunt poetæ. In eius montis radicibus sunt amœna illa loca, quæ Græcis Tempe dicuntur. Lucanus, tunc linquitur Hæmus Thracius, &c.

Hæres Martia, nomen deæ quæ una ex Martis comitibus esse putabatur, cui ueteres post acceptam hereditatem rem diuinam faciebant. Author Festus.

Hagnes, ἄγνης, mulieris proprium, ἀπὸ τῆς ἁγνότητος, id est à castitate impositum.

Halæ, ἅλαι, Bœotiæ oppidulum, ut ex Pausaniæ sententia tradit Stephanus. Sunt & alia eiusdem nominis loca, quæ commemorantur ab eodem Stephano.

Halalcomene, & Halalcomenæ, uide Alalcomene.

Halarodij, populi circa Pontum, Steph.

Haleius campus, ἁλήιον πεδίον, uide Aleius, & ἅλαι, apud Stephanum.

Halcyon, nomen regis, uide Halcyon auis nomen.

Halcyone, es, pen. cor. ἀλκυόνη, Aeoli uetorum Regis filia, uxor Ceycis, quæ præ dolore quem ex naufragio & morte mariti susceperat, mutata est in auem halcyonem. uide Alcedo.

Halæsa, ἅλαισα, Siciliæ oppidum inter Agathyrsum & Cephalenium sinum, triginta pass. M. distans ab utroq;, teste Strabone lib. 6. * Hinc deducitur adiectiuum Halæsinus, a, um, ut Halæsina ciuitas, hoc est ipsa Halæsa. Cic. 3. Verrina: Siciliæ ciuitates multæ sunt, Iudices, ornatæ atque honestæ: ex quibus in primis numeranda est ciuitas Halæsina. Nullam enim reperietis aut officijs fideliorem, aut copijs locupletiorem, aut authoritate grauiorem. Halæsini, urbis huius incolæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Halæsus, ἅλαισος, fluuius, & mons non lõgè ab Aetna. Colum. lib. 10. Et quæ Sicanij flores legistis Halæsi. * Est & in Ionia Asiæ regione eiusdem nominis fluuius, Colophonem præterfluens. Author Plinius lib. 5. cap. 29.

Halęsus, ἅλαισος, Agamemnonis fuit filius ex Briseide, ut quidam uolunt: ex Clytęmnestra, ut alij. Dicũt enim hunc cũ matre sensisse contra patrem, & postea patria pulsum in Italiam uenisse, atq; apud Masicum Campanię montem consedisse, & tanquà Troiani nominis hostẽ Turno aduersus Aeneam fauisse. Verg. Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis Iungit Halæsus equos, &c. Ouid. quoq; lib. 4. Fast. author est ab hoc Halæso Falisços nomen accepisse.

Halia, æ, ἁλία, nympha marina, Nerei & Doridis filia: ἀπὸ τῆς ἁλός, hoc est à mari dicta.

Haliacmon, siue Haliagmon, ἁλιάγμων, fluuius est Macedonię. Plin. lib. 31. cap. 2. Item in Macedonia qui uelint sibi cãdida nasci, ad Haliacmona ducere: qui nigra aut fusca, ad Axiũ.

Haliartus, ἁλίαρτος, nomen urbis Bœotię quam Haliartus condidit Terpandri filius: de qua uide Strabonem lib. 9.

Halica, nomen mulieris.

Halicarna, ἁλίκαρνα, oppidum mediterraneum Aetolię, apud Plin. lib. 4. cap. 3.

Halicarnassus, pen. pro. ἁλικαρνασσός, urbs Carię principũ regia, circa initium Tauri sita, ad mare, in minori Asia, Argiuorum colonia, in qua Mausoleum quondam nobilissimum opus extabat, & Salmacis fons. Hæc prius Zephra dicebatur. Ex Halicarnasso fuit Herodotus historicus, item Heraclius poeta, & Dionysius scriptor antiquitatum, qui ab ea Halicarnasseus dictus est.

Halicos, uide Halæ.

Halicyæ, urbs Siciliæ, Steph.

Halicyrna, uicus Acarnaniæ. Steph.

Halei, ἁλιεῖς, maritima urbs Laconiæ, Steph. uide Tiryns.

Halimeda, nympha, uide in Damasco.

Halizon, ἅλιζον, fluuius.

Halizones, pen. pro. ἁλιζῶνες, populi Asiæ maritimi, Mysis, Caribus & Lydis finitimi: ita dicti παρὰ τὸ τῇ ἁλὶ ὑποζώννυσθαι, hoc est ab eo quòd mari præcingantur, ut indicat Plin. lib. 5. cap. 31. Stephanus Halizonas dictos putat, quasi ἀλαζόνας, quòd ob diuitias superbi essent, & præferoces.

Halmyris, ἅλμυρις, lacus ambitu LXIII. M. pass. ex Danubio natus supra Istropolin, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Halone, es, ἁλώνη, insula Propontidis ante Cyzicum, oppidum habens eiusdem nominis. Author Plin. lib. 5. cap. ultimo.

Haloneſus, ἁλόνησος, insula Aegæi maris. Strabo lib. 14.

Halsius, campus Tragasę.

Halus, ἅλος ὁ uel ἡ, ciuitas Achaię & Phthiotidis, &c. Parmenscus aliam facit Malliacam Achilli subditam, aliam Protesilao. Steph. incolę Halei, Halusij, uel Halij dicuntur.

Halyattes, ἁλυάττης, Lydię rex, pater Crœsi. Author Herodotus lib. 1.

Halyatticus, a, um. Horat. lib. 3. Carm. Quàm si Mygdonijs regnum Halyattici Campis continuem. Regnum, inquit, Halyattici, hoc est Crœsi, Halyattę filij.

Halys, ἅλυς, fluuius est è Tauri mõtis radicib. profluẽs per Cappadociã, & à Meridie Syros ac Paphlagones interfluens cõtra Aquilonem in Euxinum mare euoluitur. Meminit eius Cic. 2. de Diuin. Crœso fatalis Halys, Lucan. lib. 3. Crebro uortice tortus Halys, Ouid. 4. de Ponto.

Hamadryades, pen. cor. ἁμαδρυάδες, nymphæ syluarum, quas uetustas credidit simul cum arboribus nasci & interire. uide Dryades. Verg. 10. Eclog. Iam neq; Hamadryades rursus nec carmina nobis Ipsa placent.

Hamaxobij Ptolemæo, Hamaxobitæ Pomponio, ἁμαξόβιοι, ἁμαξοβῖται, populi sunt Sarmatiæ Europæ, ita dicti quòd plaustris utantur uice domorum. Vadianus Pomponij interpres eos esse putat, quos non procul à Polonis sitos, uulgus corrupta uoce uocat Moscouitas.

Hama-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hamaxampeus, pars eſt fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amaro commixtus eſt. Tortellius.

Hamaxa, regio Bithyniæ. Steph.

Hamaxantia, pars Hippothoontidis, Steph.

Hamaxia, ciuitas Atricheæ Ciliciæ, Steph. ex Strabone.

Hamaxitos, uide Amaxitos.

Hammodara, oppidum inter Aegyptum & Aethiopiã, iuxta ſe habens bituminis fontem. Author Plin. lib. 6. cap. 29.

Hanapis, fluuius eſt Scythiæ, Herodoto teſte.

Hannibal, uide Annibal.

Hanno, Punicum nomen eſt, quo pleriq; non ignobiles Carthaginenſium duces ſunt appellati: tres tamen inter cæteros maximè illuſtres extitere. Primus fuit Philippi Macedonis temporibus, qui quum tyrannidis cupiditate accenſus, omnes ciuitatis principes in filię ſuę nuptijs ueneno necare conſtituiſſet, prodito à miniſtris conſilio, fruſtrà conciatis ſeruitijs, Maurorum q; rege in patrię exitium ſolicitato, uiuus in Carthaginenſium manus peruenit: à quibus & ipſe uirgis cæſus, & manibus cruribusq; fractis in crucem actus eſt, & in cognatos omnes ſæuiſsimè animaduerſum. * Fuit alter Hanno temporibus Agathoclis Siculorum tyranni, à quo cum xxx. Pœnorum millibus conſerta pugna eſt inrerfectus. * Tertius fuit tempore ſecundi belli Punici, Barchinæ factionis princeps, contrarias Hannibali in republica partes fouens. De hoc multa apud Liuium: aliorũ meminit Iuſtinus Trogi abbreuiator, lib. 21. & 22.

Harmaſtis, tis, Ἅρμαστος, Iberiæ oppidum, ad Neorim amnẽ ex aduerſo portarum Caucaſi. Author Plin. lib. 6. cap. 10. & 11.

Hanones, Belgicæ populi in regione.

Harma, urbs Bœotiæ Tanagricæ: eſt etiam tribus Atticę pars. Stephanus.

Harmata, Ἅρματα, urbs Indica, Steph.

Harmatites, Ἁρματίτης, ciuitas quædam, Steph.

Harmathus, thuntis, ciuitas ſeu promontorium è regione urbis Methymnæ, à qua Harmatopolitæ dicti ſunt.

Harmatopolitæ, Ἁρματοπολῖται, populi ſunt Aſiæ in ſinu Elaiti coiita dicti ab Harmathũte uicino promontorio. Meminit eorum Plin. lib. 5. cap. 30. Apud Strabonem tamen hoc promontorium uocatur Hermatus per e literam in prima ſyllaba.

Harmodius & Ariſtogiton, ciues Athenienſes fuerunt, quibus quòd Rempublicam tyrannide liberaſſent, hoc honoris à ciuibus ſuis tributum eſt, ut nemo unquam ipſorum nomine uocaretur.

Harmodotus, poetæ nomen eſt apud Plutarchum.

Harmonides, ciuis Troianus fuit, architecturæ peritiſsimus. unde Homerus fabulatur eum à Minerua fuiſſe adamatum. Hic inter cætera naues illas fertur ædificaſſe, quibus Alexãder Helenam raptam Troiam tranſuexit.

Harpagia, pluralis tantũ numeri, Ἁρπάγια, τά, locus eſt in Phrygia in confinio agri Cyziceni, & Priapem, unde Ganymedẽ raptum fuiſſe ab aquila fabulata eſt antiquitas. Author Strabo libro 13.

Harpalice, pen. cor. Ἁρπαλίκη, nomen mulieris, Harpali Thracũ regis filiæ, quę patrem à Getis captũ liberauit. Author Seruius in illud 1. Aen. uel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, uolucremq; fuga præuertitur Hebrum.

Harpalus, pen. cor. nomen eſt prædonis apud Cic. lib. 1. de Natura deorum.

Harpalicea, Ἁρπαλύκεια, ciuitas Phrygiæ à Gordiotichitis condita. Steph.

Harpaſa, orum, pen. cor. Ἅρπασα, oppidum Aſiæ, appoſitum fluuio Harpaſo. Plin. lib. 2. cap. 96. Iuxta Harpaſa oppidum Aſiæ cautes ſtat horrenda, uno digito mobilis: eadem ſi toto corpore impellatur, reſiſtens.

Harpocrates, pen. cor. Ἁρποκράτης, ſimulachrum in ſacris Iſidis & Serapidis erat, quod digito labijs impreſſo, admonere uidebatur ut ſilentium fieret. Hic dicebatur ſilentij Deus. Reuera autem Græcus philoſophus fuit Harpocrates, cuius eruditio ac præcepta in id maximè tendebatur, ut ſilentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Catullus in Gellium, epig. 59. Gellius audierat patruum obiurgare ſolere, Si quis delicias diceret, aut faceret: Hoc ne ipſi accideret, patrui per deſpuit ipſam Vxorem, & patruum reddidit Harpocratẽ. Vbi reddere Harpocratem (ut monet Eraſmus in Adagijs) prouerbialiter dictum eſt, pro ſilentiũ imponere.

Harpyiæ, Ἅρπυιαι, monſtra fuerunt qualia deſcribit Verg. l. 3. Aen. Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior ulla Peſtis & ira Deũm Stygijs ſeſe extulit undis: Virginei uolucrum uultus, fœdiſsima uentris Ingluuies, uncæq; manus, & pallida ſemper Ora famẽ. Dictæ ab ἁρπάζειν, unde à Suida uocãtur ἁρπακτικοὶ δαίμονες, hoc eſt rapaces dæmones. Dicuntur autem fuiſſe Ponti & Terræ filiæ, ut ait Seruius: unde in inſulis habitant. dictæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, id eſt à rapiendo. Volatiles, uultu uirgineo, manibus uncis. Alij Neptuni filias faciunt, qui ferè prodigiorum omnium pater eſt, nec immeritò. nam ſecundum Mileſium Thaletem, omnia ex humore procreantur: unde eſt, Oceanumq; patrem rerum. Hinc fit, ut quotieſcunq; deſunt parentes, redeatur in generalitatem. Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alij autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis & Electræ fuiſſe. Has Vergilius tres eſſe dicit, Aello, Ocypeten, Celæno: quarum poſtremam Homerus Podargen uocat, & ex ea Zephyrum uentum, Achillis equos, Balium uidelicet & Xanthum, genuiſſe dicit. Heſiodus tantum duas nominat, Aello uidelicet & Ocypeten. De Harpyis quoq; ſuprà nonnulla dicta ſunt in dictione Calais: nonnulla etiam infrà dicuntur in dictionibus Phinees & Zethus. Verg. lib. 3. Aen. Accipiunt Strophades, Graio ſunt nomine dictæ Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celęno, Harpyiæq; colunt aliæ, &c.

Harbytæ, Ἁρβῦται, Africæ interioris populi poſt Naſamones Macis finitimi. Author Plin. lib. 5. cap. 5.

Haſdrubal, uide Aſdrubal.

Haſta, oppidum in extremis Italiæ finibus, circa Iapygiũ promontorium: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Hebe, Ἥβη, filia fuit Iunonis abſq; patre, ut latinorum poetę aſſerunt. Apollo enim cum Iunoni nouercæ conuiuium in patris ſui domo paraſſet, inter alia lactucas agreſtes ei appoſuit: quas quum Iuno auidè comediſſet, illico tunc ſterilis, pręgnans effecta eſt, peperitq; Hebem: quam poſtea Iupiter ob formæ elegantiam ad officium pincernatus aſſumpſit, deamq; iuuentutis effecit. Tandem quum ipſe unà cum cęteris dijs apud Aethiopes comeſſaturus iuiſſet, contigit quòd adminiſtrans eius Hebe pocula, perque lubricum minus cautè incedens, caderet, reuolutisq; ueſtibus obſcœna ſuperis monſtraret: quam ob rẽ ab officio eſt amota, eiusq; loco Ganymedes ſubrogatus. Poſtremò Herculi in deos relato, uxor data. Author Seruius. Homerus autem ex Ioue eam concepram eſſe tradit, neque omnino ab officio remotam, ſed cæterorum deorum pincernam fuiſſe, Ganymedem uerò ſolius Iouis. Ouid. lib. 9. Metamor. Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe, &c. Hæc dea iuuentutis putabatur. Ἥβη, enim (ut ait Suidas) florem ætatis & primã pubem ſignificat.

Hebræi, Ἑβραῖοι, dicti ſunt Iudæi, ab Heber, qui fuit abnepos Sem filij Noe: prius Heberæi cognominati, ac deinde una detracta litera Hebræi, ſicut docet Auguſtinus, lib. 10. de Ciuit. Dei, Et quia in eius familia remanſit lingua, quæ prius humano generi creditur fuiſſe communis, quum gentes linguarum diuerſitate ſunt diuiſæ, deinceps Hebræa eſt nuncupata. * Ab Hebræus fit Hebraicus, a, um, ut Lingua Hebraica.

Hebrus, Ἕβρος, fluuius in Thracia: naſcitur iuxta Adrianopolim, in monte Rhodope, labiturque in Aegeum mare, e regione Samothraciæ inſulæ. Celebratur propter aurũ quod ex arena eius colligitur. poetæ fabulantur in hunc Orphei caput, quum Cicones eum confeciſſent, proiectum eſſe, unde & Oeagrius dicitur ab Oeagro Orphei patre. Vergilius lib. 4. Georg.

Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulſum
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, &c. Ouid. lib. 11. Metamorph.
Membra iacent diuerſa locis, caput Hebre, lyramq;

Excipis, & mirum, &c. Martianus lib. 6. Hebrum, inquit, Odryſiæ niues complent, qui inter diuerſos Barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie Matiza dicitur.

Hecale, Ἑκάλη, nomen anus pauperculæ, quæ Theſeum adhuc adoleſcentem hoſpitio ſuſcepit. Huius paupertatem Callimachus iuſto uolumine celebrauit. Hinc natum eſt prouerbium, Nunquam Hecale fies. hoc eſt, nunquam te inopia opprimet. Ouid. de Amor.

Cur

Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt quæ nouerit Irum:
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

Hecameda, Ἑκαμήδη, Arſinoę filia, quæ direpta Tenedo Neſtori in prædam ceſsit, teſte Homero, lib. 11. Iliad.

Hecate, pen. cor. Ἑκάτη, Iouis & Latonæ filia, & ſoror Apollinis, quæ & Diana dicitur. Huic triplex numen attribuitur: unde etiam à Vergilio Tergemina uocatur. Nam in cœlo creditur eſſe Luna, in terris Diana, & apud inferos Proſerpina. * Dicta Hecate, teſte Seruio, quòd centum uictimis placetur, quòd centum annos errare faciat inſepultos. Veriſimilius tamen uidetur Hecates nomen factum eſſe à maſculi no Ἑκατος, quo nomine Græci uocant Apollinẽ: ſicut à Cinthio Cinthia, à Delio Delia, à Phœbo Phœbe. Dictus autẽ Sol eſt Hecatos, ab ἑκὰς longè, quòd eminus radios ſuos ad nos mittat, & quodámodo iaculetur. Hæc & τριπρόσωπος, quia (ut inquit Orpheus in Argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, ſiniſtrum caninum, medium ſuisagreſtis. Ouid. 9. Metam. Tuque triceps Hecate. * Alia fuit Hecate, herbarũ ueneficiorũq; peritiſsima, quæ in Taurica Cherrhoneſo regnauit, teſte Dionyſio Mileſio. Filia fuit Perſæ filij Solis, & fratris Aeetæ: à quo & Perſeis, ſiue Perſeia cognominatur. Ouidius 7. Metamorph. Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras. Valer. Flaccus lib. 6. Hanc reſidens altis Hecate Perſeia lucis Flebat.

Hecatæus, Ἑκαταῖος, hiſtoricus Mileſius fuit, Protagoræ auditor, qui primus ſoluta oratione hiſtoriam condidit. Floruit temporibus Darij, qui Cambyſi ſucceſsit. Author Suidas. * Fuit præterea eodem nomine grammaticus quidam Abderita, cuius meminit idem Suidas.

Hecatompolis, Ἑκατόμπολις, Cretæ inſulę epitheton eſt, à numero ciuitatum impoſitum quæ centum in hac inſula fuiſſe perhibẽtur, uel Vergilio teſte lib. 3. Aen. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto, Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Hecatompylos, Ἑκατόμπυλος, Thebes Aegyptiacæ epitheton eſt à portarum numero, quæ centum in hac urbe fuiſſe dicuntur, uel Iuuenale teſte: atque uetus Thebe centum iacet obruta portis. * Eſt item eiuſdem nominis urbs in Parthia, teſte Stephano.

Hecatonchiros, pen. prod. Ἑκατόγχειρος, Briarei, ſiue Aegęonis epitheton, quod nobis centimanum ſonat. Fingunt enim poetæ, Briareum centum manus, & quinquaginta uentres habuiſſe: ut tradit Plutarchus eo in opuſculo quod περὶ πολυφαγίας inſcripſit.

Hecatonneſi, Ἑκατόννησοι, inſulę exiguæ uiginti circa Lesbũ: ab Hecato, id eſt Apolline dictę qui in illis plurimũ colebatur.

Hector, Ἕκτωρ, Priami regis filius Troianorum omnium fortiſsimus, ab Achille interfectus: dictus (ut ſcribit Plato) ab ἔχω, defendo: quòd urbem contra hoſtium impetum tenuerit, patriamq; ſeruarit: eo namq; ſoſpite Troia nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit Andromachem, ex qua Aſtyanacta ſuſcepit, quem Vlyſſes capta Troia è faſtigio turris præcipitauit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles ſolus Troianos, fugabat: ex quibus Proteſilaum & Patroclum, aliosq; permultos interfecit. Tandem ab Achille interemptus eſt: à quo etiam bigis alligatus, circum Patrocli ſepulchrum, Troiæq; muros tractus eſt. Verg. lib. 2. Aen. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Tandẽ eius corpus per duodecim dies inſepultum, ab Achille ſeruatũ, Priamus auro redemit, idq; ueteri more honorificentiſsimè cremauit. uide Homer. lib. 23. Iliad.

Hectoreus, a, um, pe. cor. adiectiuum eſt poſſeſsiuum: ut gens Hectorea, quæ ab Hectore originem duxit: & nomen Hectoreum. Ouid. in Heroid. Epiſt. Nomine in Hectoreo palli da ſemper eram.

Hecuba, Ἑκάβη, Priami Troianorum regis uxor fuit, filia Dymantis, teſte Homero, aut (ut Verg. Euripidem ſecutus ſentit) Ciſſei filia capta Troia, ut poetæ fabulantur, in canem uerſa. Quam fabulam inde ortã putat Seruius, quòd quum à Græcis captiua abduceretur, & filij ſui Polydori corpus in mare abiectum agnouiſſet, quoniam aliter iniuriam ulciſci non poſſet, Græcos inanibus laceſsiuerit conuicijs.

Hedui, Gallię populi ſunt, Sequanis finitimi, olim Romanorũ fratres dicti, quorũ hodie loca Burgũdiones tenẽt. Caput eorũ eſt Auguſtodunũ, uulgò Auſtũ, de quo Tacitus lib. 3.

Hedypnus, Ἡδύπνους, Suſianæ fluuius, qui Perſarum Aſylũ præterfluens, in Eulæum illabitur. Author Plin. lib. 6. cap. 27.

Hegaleos, quod ut deprauatè ſcriptum, ita perperam huc relatum erat, uide Aegaleos.

Hegemon, Ἡγήμων, poeta fuit ex Charace Phrygię oppido, qui bellum Leuctricũ, hoc eſt pugnam illam qua ad Leuctra Lacedæmoniorum opes à Thebanis fractæ fuerunt, carmine heroico deſcripſit.

Hegeſias, Ἡγησίας, Cyrenaicus philoſophus fuit, qui tanta fuit eloquentia, ſicut Valerius Maximus lib. 8. cap. 9. ſcribit, ut ſic mala uitæ repræſentaret, ut eorum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta, multis uoluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret, ideoq; à rege Ptolemæo ulterius hac de re diſſerere prohiberetur. Huius meminit Cic. in Orat. & lib. 1. Tuſc. quæſt. * Alter fuit Magneſius orator eiuſdem nominis, cuius meminit Strabo.

Hegeſippus, Ἡγήσιππος, nomen hiſtorici qui hiſtoriam Eccleſiaſticam quinq; uoluminibus complexus eſt à Chriſto paſſo ad ſua tempora. * Hegeſippus alter fuit poeta Comicus, cognomento Crobylus, inter cuius fabulas commemoratur Phileteros, ut ex Athenæi ſententia tradit Suidas.

Hegeſipyle, pen. cor. Ἡγησιπύλη, fuit Holori Thracum regis filia, quam Milciades Athenienſium dux accepit uxorem.

Hegeſiſtratus, pen. cor. Ἡγησίστρατος, ciuis Epheſius fuit, conditor Elæę urbis non procul à Delphis. Nam quum ob necem tribuli ſuo illatam exulans peruenisſet Delphos, oraculo monitus eſt ut ibi ſedem figeret ubi ruſticos cum coronis oleaginis uideret ſaltantes.

Hegitinatia, Ptol. li. 2. cap. 11. Germaniæ urbs, nulgò Lignitz.

Hela, Ἕλα, regiuncula Aſiæ Attali regis emporium, Steph.

Helei, pe. pro. populi in Peloponneſo clariſsimi propter delubrum Iouis Olympij, ludosq; Olympicos, quorũ præfectu ram Helei habuerunt. Vnde Helei equi, & Carcer Heleus, ſæpe leguntur. Lucan. lib. 2. Quantum clamore iuuatur Heleus ſonipes. Rectius ſcripſeris Elei, ſine aſpiratione. Nam apud Græcos ἥλις, & ἠλεῖος, tenui ſpiritu ſcribuntur.

Helena, næ, ſiue Helene, nes, pen. corr. Ἑλένη, filia fuit Iouis ex Leda, Caſtoris & Pollucis ſoror: uel, ut alij, Tyndari regis Laconiæ, & Ledæ. Hæc ob formæ elegantiam, qua cæteris præſtabat, à multis amata eſt, & primùm à Theſeo adhuc uiguncula rapta, ſed poſtea abſente Theſeo à Caſtore & Polluce repetentibus citra iniuriam reſtituta: mox adulta Menelao, Lacedæmonum regi nupſit. Paris autem Priami filius nemini quoque forma cedens, illius pulchritudine illectus, Spartam nauigauit, ibiq; Helenam ipſam abſente Menelao, à quo prius benignè fuerat exceptus, rapuit. Alij tamen dicunt, quum poſtulata Heſiona negaretur, Paridem illam regionem bello uaſtaſſe, & expugnata Sparta, Helenam captiuam abduxiſſe. Hac itaq; iniuria uniuerſi Græcorũ principes commoti, primùm omnes in Aulide coniurarunt de repetenda Helena, & euertendo Ilio. Quo in bello occiſo Paride, Deiphobo eiuſdem fratri nupſit. Quumq; Græci armis differentes, ad proditionem conuerſi, diſceſſum ex compoſito ſimulaſſent, illa ex arce accenſa face ad occupandam urbem Græcos reuocauit. Capta autem urbe Menelaum in cubiculum, ubi Deiphobus dormiebat, uocauit: quo interfecto, cum uiro in gratiam redijſſe, Vergilius author eſt. Hoc igitur modo Menelao reſtituta, cum eodem nauem aſcendens, tempeſtatibus in Aegyptum delata eſt: unde rurſus nauigans, cum marito incolumis in Lacedæmoniam peruenit. Vergil. 7. Aen. Ledeamq; Helenã Troianas uexit ad urbes. Scribit Demetrius Moſchus tanta Helenem uenuſtate fuiſſe, ut mirificæ admirationi, & ferè ſtupori fuerit ipſis dijs: quippe cuius curam, Venere tradente, Gratiæ ſuſceperint. Illas uerò his uerbis eſt affata: Λῦτε φίλαι τὴν μοί ἀντι τάλλειπ ὡς ἐπίσσυμαι, Οἷον ἐμὸν πολύκαρπον ἐθρέψατε ἄμβροτον ἧπαρ.

Helene, Ἑλένη, alio nomine Cranae, inſula una ex Sporadibus, quæ adiacet Sunio promontorio terrę Atticæ: inde dictã quòd Paris raptæ Helenæ primùm in ea ſtuprum intulerit.

Helenus, pen. cor. Ἕλενος, uir Troianus fuit, filius Priami ex Hecuba uaticinio clarus: quem quidam ob id à Græcis ſeruatum dicunt, quòd loca opportuna ad capiendam patriam ipſis indicaſſet. Quinetiam euerſo Ilio Pyrrhum à nauigatione prohibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem non ſolum à Pyrrho ſeruatus, uerumetiam libera-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

liberaliter ab eo habitus est. quumq; ille Oresti Hermionē eripuisset, Andromachen, quam antea iustæ uxoris loco habuerat, Heleno concessit, adiecta etiam regni parte, quam Helenus de fratris sui nomine Chaoniam appellauit: in qua & urbem ad similitudinem Troiæ condidit, in qua & profugum Aeneam hospitio suscepit. Verg. lib. 3. Aen. quum sese à mœnibus heros Priamides multis Helenus comitantibus offert.

Heliades, ἡλιάδες, fuerūt filiæ Solis & Clymenes, sorores Phaethontis, quarum nomina sunt Phaetusa, Lampetusa, & Lampetia. Hæ iuxta Padum mortem Phaethontis fulmine deiecti flentes, in arbores, quas alnos uocant, uersæ sunt, electrum lachrymantes. Vocantur autem Heliades à patre Sole, qui Græcis ἥλιος dicitur. Ouid. lib. 2. Metamorph. Nec minus Heliades lugent, &c. Eædem & Phaethontiades appellantur à fratre Phaethonte. Vergilius Ecloga 6. Tum Phaethontiades musco circundat amaræ Corticis, atq; solo proceras erigit alnos.

Helice, urbis nomen. uide Helice nomen sideris.

Helicon, pen. cor. ἑλικών, mons Bœotiæ iuxta Thebas, atq; (ut Strabo lib. 9. scribit) Phocidi uicinus, non procul à Parnasso, eiq; æmulus & altitudine & circuitu: qui & ipse Apollini sacer est & Musis. Vnde Heliconides, ἑλικωνιάδες, & per epenthesin Heliconiades Musæ sunt appellatę. Dictus Helicon ab Helicone, qui ibi cū Cithærone fratre singulari certamine pugnasse fertur.

Heliodorus, pen. prod. ἡλιόδωρος, nomen proprium Rhetoris Græci, cuius meminit Horat. lib. 1. Serm. saty. 5. * Fuit & alter Heliodorus Rhetor Adriani Cæsaris temporibus, Imperatori charissimus, & ab eodem Magister epistolarium effectus: in quem extat illud Dionysij sophistæ scomma, Pecuniam & honores dare Cæsar potest: Rhetorem efficere non potest.

Heliogabalus, ἡλιογάβαλος, Antonini Caracallæ filius, furtim susceptus ex Soæmide Phœnissa, filia Mesæ, quæ soror erat Iuliæ uxoris Seueri. Mesæ enim filiæ duæ erant, Soæmis, & Mamæa: quarum utranq; Antoninus creditur polluisse, atq; ex illa quidem Bassianum, qui postea dictus est Heliogabalus, ex hac uerò Alexianum suscepisse, qui deinde dictus est Alexander. Mortua deinde Iulia, Antoninoq; ipso Macrini dolo interfecto, permissum est Mesæ, ut se cum filiabus & nepotibus rebusque omnibus suis, in patriā reciperet. Pollēs itaq; opib. mulier, quū Antiochiæ sibi domicilium delegisset, facile perfecit ut Bassianus nepos Heliogabali dei (eo nomine Syri Solem appellabant) sacris præficeretur, ex cuius sacerdotij munere & ipse Heliogabali nomen inuenit. Astu deinde auię ad imperium prouectus, uitam egit omni mollitiæ luxuriæque genere effœminatissimam. Postremò quum Alexandrum consobrinum, Cæsarem consortemq; imperij declarasset, & mox facti pœnitens eidem insidiaretur, à militibus præuentus, unà cum matre est interfectus. Corpus utriusq; per urbis uicos unco tractum, ludibrioq; habitum, tandem in Tiberim est abiectum. Ex Herodiano, lib. 5.

Heliopolis, pen. pro. ἡλιούπολις, ciuitas Aegypti, inter Alexandriam & Coptum, Solis numini sacra, unde & nomen accepit. Distat à Thebis nauigatione dierum nouem, ut lib. 2. testatur Herodotus. Huius incolæ dicuntur Heliopolitæ, quos idem Herodotus Aegyptiorum omnium solertissimos esse tradit. Altera est in Cilicia, Chrysippi Stoici patria, ut author est Solinus.

Helis, uide Elis.

Helis, (quod hic pro Atticę fluuio malè legebatur,) uide Ilissus.

Helius Cæsareus, Neronis adulatione potentissimus fuit, qui Sulpitium Camerinum uirum primarium, eiusdemq; filium è medio sustulit, criminidans, quòd quum cognomine hęreditario Pythici dicerentur, in Pythicas Neronis uictorias ἐκ τῆς ὁμωνυμίας impij uiderentur. Ex Dione Cassio.

Helixus, ἕλιξος, Cei insulæ fluuius, iuxta Coessum: cuius meminit Strabo lib. 10.

Hellas, adis, ἑλλάς, latissima Europæ regio, olim disciplinarum omnium nutrix, quæ alio nomine Græcia dicitur. Initium sumit ad meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustijs, ad Septentrionem in Thessaliam usque protensa. Ad Occasum Acheloo fluuio ab Epiro dirimitur: ad Ortum Aegæo mari abluitur. Ptolemæus Achaiam appellat. Dicta Hellas ab Helene Deucalionis filio, ut scribit Thucyd. lib. 1.

Helle, es, ἕλλη, filia Athamantis regis Thebarum, quæ unà cum Phryxo fratre, nouercales insidias metuens, quum accepto à patre ariete Pontum uellet traijcere, magnitudine pericli conterrita, in mare decidit, mariq; nomen fecit: quod etiam hodie ab eius nomine Hellespontum uocant eruditi.

Hellenopolis, ἑλληνόπολις, urbs Bithyniæ post instaurationem Bithalbes, Steph.

Hellen, ἕλλην, Deucalionis filius, à quo Græcos Hellenes nonnulli credunt fuisse nominatos. Author Thucydides belli Peloponnesiaci lib. 1.

Hellenicum, & Caricum, ἑλληνικόν καὶ καρικόν, loci in Memphide à quibus Hellenomēphitæ & Caricomemphitæ Steph.

Hellespontus, ἑλλήσποντος, fretum angustum, inter Aegæū mare & Propontidem, septem tandem stadiorum spacio Asiam ab Europa diuidens. Nomen habet ab Helle Athamantis filia ibi submersa. uide Helle.

Hellesponticus, ἑλλησποντικός, & Hellespontiacus, a, um, denominatiua. Verg. 1. Georg. Hellespontiatici seruet tutela Priapi.

Helorus, pen. prod. ἕλωρος, Siciliæ fluuius. Verg. 3. Aen. Prępingue solum stagnantis Helori. * Fuit etiam eo nomine Istri fluminis filius, qui ab Aiace occisus est in ea pugna quam Græci cum Telepho Rege Mysorum habuerunt.

Helixæa, ἑλίξοια, insula Hyperboreorum, non minor *Sicilia*, sub fluuio Cerambica. insulani Cerambicæ, κεραμβικαι, dicūtur, Steph.

Helos, ἕλος, urbs Laconiæ, quę & Pteleon & Dorion, dicta quòd in palude sita sit, cuius ciues ἕλωτες, Helotę, ἕλωσι, & Eleatæ, & regio ἑλωτεία. Est etiam Helos Aegypti, Steph.

Helos, locus Atticæ. uide in Echelide.

Helotes, uide Helos.

Heluetij, ἑλουήτιοι Ptolemęo, fortissimi Gallorum populi, inter Rhenum, & Rhodanum fluuios, Iuram montem, & Alpes siti, in quatuor olim pagos diuisi, quorum eo tempore quo aduersus Cæsarem bellum gerebant, caput erat Auenticū: ut est uidere apud Cæsarem Comment. belli Gal. lib. 1. Ptolem. lib. 2. cap. 9. inter Heluetiorum ciuitates annumerat & Gannodurum, & Forum Tiberij. Hodie in tredecim distincti sunt, siue ciuitates, siue pagos, quorum nomina sunt Tigurum, Berna, Lucerna, Vria, Suicia, Syluania, Tugium, Glarena, Basilea, Friburgum, Solodurum, Scaphusia, & Abbatiscella. Statum habent popularem, æqua uiuentes libertate, concordi inter se fœdere aduersus uim omnem externam munita: unde & Confœderati à quibusdam appellantur: à nonnullis etiam Suiceri, nimirum à Suicia pago, qui primus omnium Austriæ Ducum iugum excussit.

Heluij, populi inter Celtas monte Gebenna ab Arucnis diuisi, &c. uide Indicem Marliani in Cæsarem.

Helymus, & Panopes, Acestę regis Siciliæ comites, urinatores fuerūt. Verg. lib. 5. Aene. Tū duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopesq;, Assueti syluis, comites senioris Acestæ.

Heluri, ἕλουροι, à paludibus dicti, ut meminit Dioxippus lib. 2. Chronicorum, Varinus.

Hemeroscopium, ἡμεροσκοπεῖον, urbs Celtiberorum, Phocensium colonia, Steph.

Hemicynes, ἡμίκυνες, quasi semicanes populi nó procul à Massagetis & Hyperboreis: quos Apollonius in Argonauticis canum instar latrare scribit. Steph.

Hemodes, insulę 7 in Oceano Germanico. Hæmodes per æ, mons est Lyciæ.

Hemus seu potius Hęmus, αἷμος, mons in Thracia excelsitate conspicuus, ex cuius uertice uulgata olim opinio fuit Ponticum simul & Adriaticum mare, & Istrum amnem, & Alpes conspici posse. nam excelsitate sua sex millia pass. continet. Dictus Hæmus, à nomine regis Hęmi: à cuius sorore alter quoque mons Thracię, Rhodope nominatur: in quos transfiguratos esse Rhodopen & Hęmum fabulę canunt. Ouid. lib. 6. Metamorph. Threiciam Rhodopen habet angulus unus, & Hęmum. Nunc Gelidos montes, mortalia corpora quondam. Alij dictum uolunt Hęmum ab Hęmo Boreæ & Orithyię filio. uide Hęmus. * Est & Hæmus nomen Græculi histrionis, cuius meminit Iuuenalis Satyra 6. Dicas hęc mollius Hæmo, Quanquam & Carpophoro, facies tua computat annos.

Heneti, ἐνετοί, Paphlagoniæ populi fuerunt qui Antenore duce

ce quum in intimum maris Adriatici ſinum ueniſſent, permiſti Troianis, omnes uno nomine Veneti appellati ſunt. Liui.li.1.ab urbe, Caſibus dejnpe uarijs Antenorē cū multitudne Henetûm, qui ſeditione è Paphlagonia pulſi, & ſedes & ducem, rege Pylæmene ad Troiam amiſſo, quærebant, ueniſſe in intimum maris Adriatici ſinū: Euganeisq́; qui inter mare Alpesq́; incolebant, pulſis, Henetos, Troianosq́; eas tenuiſſe terras: & in quem primùm egreſsi ſunt locum, Troia uocatur: pagoq́; inde Troiano nomen eſt: gens uniuerſa Veneti appellati.

Heniochi, ἡνίοχοι, populi Pontici, Achæis finitimi, latrocinijs ac piratica uictitantes. Originem ac nomen traxiſſe putantur ab Amphito & Telchio Caſtoris & Pollucis aurigis, teſte Plin.li. 6.cap.5. Nam ἡνιόχους Græci aurigas uocát: quaſi ſi τὰ ἡνία ἔχοντας. uide plura de his apud Strabonem, lib.11.

Hephęſtias, adis, ἡφαιστιάς, ciuitas eſt Lēni inſulæ in Orientali tractu ſita, nonnihil tamen diſtans à mari: ita dicta à Vulcano, quē Græci ἥφαιστον appellant, cuius hac in urbe inſigne olim fuit templum, quod ἡφαιστεῖον uocant. Iuxta hanc quoque urbem collis oſtenditur, Vulcani (ut credi uolunt) caſu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Iunone ob inſignē deformitatem ê cœlo præcipitatum, in collem illum deciſſe. Cuius fabulę occaſio inde ſumpta eſt, quòd totus hic collis combuſto ſimillimus uideatur, neque planta ulla in eo gignatur. Ex hoc colle effodiebatur Lemnia terra, Dioſcoridis & Galeni ſcriptis magnopere celebrata. Vrbis huius meminit Ptolemæus Geographiæ ſuæ lib.3. & Galen. lib.9. Simpl. Medicament.

Hephæſtion, onis, ἡφαιστίων, unus ex Alexandri magni ducibus, mirum in modum ab eo amatus, quem ille ita cum Crātero conferebat, ut hunc quidem φιλοβασιλέα, Hephæſtionē uerò φιλαλέξανδρον appellaret. Hunc poſtea apud Babylonē uita functum tanta funeris magnificentia proſequutus eſt, ut facilè omnes, quæ toto terrarum orbe editæ ſunt, pompas ſuperaret. Feruntur ſiquidem in funus hoc impenſa ſupra duodecim talentorum millia. uide Quint. Curtium, & Plutarchum in uita Alexandri.

Hepheſtuneſi, id eſt, Vulcani inſulæ, regioni Adiabenæ adnumerantur, Steph.

Hephæſtiades, uide Epheſtiades.

Hephæſtus, ἥφαιστος, proprium uiri, & nomen Vulcani.

Hepium, ἧπιον, urbs Triphyliæ (Steph.) ab Eleis acquiſita.

Heptacomętę, ἑπτακωμῆται, populi ſupra Colchidem Moſchicorum montium ſumma incolētes: ita dicti à ſeptem uicis, quos inhabitant. Author Strabo lib.12.

Heptagoniæ, ἑπταγωνίαι, nomen loci apud Liu.lib.4. bell. Maced. Quod roboris in exercitu erat, trifariam diuiſum: parte una à Phœbeo, altera à Dictynneo, tertia ab eo loco quē Heptagonias appellant, aggredi iubet.

Heptaphonos, ſubſtantiuum, ἑπτάφωνος, porticus eſt Olympiæ, ea arte confecta, ut eadem uox in ea ſepties reddatur. Plin.lib.36.cap.16. Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidani Heptaphonon uocant, quoniam ſepties uox redditur.

Heptaporus, ἑπτάπορος, Rheſi Troadis fluuij epitheton eſt, apud Homerum lib.12. Iliad. à natura eius fluuij tractum, quòd ſepties eadem uia uado traijci poſſet. uide Strabonem lib.13.

Heptapylos, ἑπτάπυλος, Thebarū Bœoticarum epitheton, à ſeptem portarum numero dictum: idq́; ad diſcrimen Thebarum Aegyptiarum, quæ à numero cētum portarum ἑκατόμπυλοι dicebantur.

Hera, ἥρα, Iunonis nomen apud Græcos: unde Heræa, ἡραῖα, ipſius feſta: & Heræum, ἡραῖον, templum eius appellant. Sed in hac ſignificatione producit penultimam, quū apud Græcos ſcribatur per η uocalem longam. Vnde λευκώλενος ἥρη, apud Homerum aliquoties legitur in fine uerſus.

Heraclea, æ, pen.prod. ἡράκλεια, multæ fuerunt hoc nomine urbes: inter quas maximè inſignis fuit ea quæ Pontica cognominata fuit, ad Pontum Euxinum ſita, iuxta Mariandynos: à qua Dionyſius philoſophus Zenonis diſcipulus Heracleotes à Cicerone in Tuſculanis appellatus eſt. * Heraclea item Magnæ Græciæ ciuitas fuit, in finibus Italiæ, inter Sirin & Acirin amnes, non procul à Crotone, aliquando Siris appellata, teſte Plin.lib.3.cap.11. * Fuit præterea aliud eiuſdem nominis oppidum, ultra Caſpios montes, non procul ab Oxo amne, qui Marginam Sogdianamq́; irrigat, ab Alexandro magno primo conditum: quod deinde euerſum Antiochus reſtituit & Achaida appellauit, ut refert idem Plin.lib.6.ca.16. * Eſt & Heraclea in Caria apud eundē li.5. ca.25. * Item alia in Sicilia, medio ferè ſpacio ſita inter Lilybæum, & Pachynum promōtoria: cuius meminit Pompon. lib.2. in deſcriptione Siciliæ. * Eſt & Heraclea Cretæ, apud Plin.lib.4.cap.12. * Item alia in Narbonenſi Gallia, ad oſtiū Rhodani, apud eundem Plin.lib.3. cap.4. * Fuerunt & aliquot alia eiuſdem nominis oppida, quæ commemorantur à Stephano.

Heracleotes, ſiue Heracleota, ἡρακλειώτης, gentile ab Heraclea urbe deductum: unde Dionyſius philoſophus Heracleotes dicitur à Cicerone 2. Tuſc. quæſt.

Heraclēoticus, a, um, ἡρακλειωτικός, denominatiuū: ut Heracleotici cancri, apud Plin.lib.9.cap.31. Heracleoticum origanum, apud eundem libro 25. cap. 4: Heracleoticum oſtium Nili, quod alio nomine Naucraticon appellatur, apud eundem lib.5.cap.10. Heracleotica nux quæ & auellana: uide in dictione Iuglans.

Heracleobucoli, ἡρακλεοβουκόλοι, uicus, συνοικία, in Aegypto.

Heracleon, onis, ἡρακλέων, Grammaticus fuit Aegyptius, qui ſcripſit Commentarios in Homerum, & Lyricos quoſdam poetas: item alia quædam quæ enumerantur à Suida.

Heracleopolis, ἡρακλεούπολις Stephano, oppidum eſt in inſula quadam Nili, longa 1. M. paſſ. quod à Plin.lib.5.cap.9. Herculis oppidum appellatur. Hinc Heracleopolitis præfectura, apud eundem Plin.loco iam citato. * Stephanus duo alia enumerat eiuſdem nominis oppida, quorum alterum iuxta Peluſium, alterum iuxta Canopicū Nili oſtia collocat.

Heracleopolis, ἡρακλειόπολις, nomen trium ciuitatum. Vna eſt in Aegypto, ex qua fuit Theophanes phyſicus: altera non longè à Peluſio: tertia ſecundum Nili oſtium, quod Canopicum appellatur.

Heraclides, pen.prod. ἡρακλείδης, inſignis philoſophus fuit ex Heraclea Ponti ciuitate, Platonis & Ariſtotelis auditor, uir inſigni ingenio, ſed habitu adeò molli, ut pro Pontico Pompicus diceretur. Author Laertius. Reliquit ingenij ſui monumenta non pauca quæ non extant. Huius meminit & Cicero 5. Tuſc. * Fuit præterea hoc nomine Lycius quidam Sophiſta non ignobilis, qui quum aliquandiu Smyrnæ docuiſſet, ſub tempore Seueri ſe Romam contulit: corā quo ex tempore dicturus, perturbatus nobilitate auditorum, ſermone excidit. Solus ſophiſtarum ad hanc artem induſtria & labore, natura minimè iuuante, contendit. Hæc ex Philoſtrato. * Heraclides alius fuit è Mopſo, ciuitate Ciliciæ, grammaticus nobilis, ut ſcribit Stephanus. * Alius præterea pictor nobilis Macedo, qui initio naues pinxit: captoque Perſeo à Paulo Aemylio Athenas commigrauit, eodem tempore quo & Metrodorus philoſophus & pictor. Plin.lib.35.cap.11. * Fuerunt & alij multi Heraclidę, ingenio & doctrina inſignes.

Heraclitus, pen.prod. ἡράκλειτος, nomen proprium Philoſophi Epheſij, qui ut tradit Suidas, nullum inuenitur habuiſſe præceptorem: natura & diligentia ſola profecit. Quidam tamen audiſſe Xenocratem & Hippaſum Pythagoricum uoluut. Floruit temporibus ultimi Darij. Scripſit poeticè multa: quæ ab Ariſtotele ſæpe pro teſtimonijs citantur. De hoc ſic ſcribit Cicero lib.5. Tuſculan. quæſt. Eſt (inquit) apud Heraclitum phyſicum de principe Epheſiorum Hermodoro. Vniuerſos ait Epheſios eſſe morte multandos, quòd quum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti ſunt, Nemo de nobis unus excellat: ſin quis exiterit, alio in loco, & apud alios ſit. Hæc ille. Hunc aiunt, cum hydropicus eſſet, ſpretis medicis, oblitum bubulo ſeuo ſoli ſiccandum ſe præbuiſſe, dormientemque ſe à canibus dilaceratū eſſe. Suidas. Hic quoties domo egrediebatur, flebat, ſicut Democritus ridebat: quod alteri omnia quæ agimus, miſeriæ: alteri, ineptiæ uiderentur. Horum meminit Cic. libro 4. Acad. Cognominatus eſt σκοτεινός, quaſi tenebricoſus. De induſtria enim adeò obſcurabat ſtylum, ut eius uolumina philoſophi ſudantes uix intelligant. Huius dictionis penultima ſyllaba perperam corripitur, quum ſcribatur per ει diphthongum. Lucret. libro primo: Heraclitus init,

quorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quorum dux agmina primus. * Fuerunt alij quatuor Heracliti: primus poeta Lyricus: secundus, Halicarnasseus, summæ elegantiæ: tertius Lesbius, qui Macedonum scripsit historiam: quartus, uir ridiculus.

Heraclius, ἡρακλιος, Imperatoris proprium, Phocæ successoris, sub cuius imperio Saraceni, Mahomete duce, caput attollere cœperunt.

Heræa, æ, ἡραία, Arcadiæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 6.

Herçum, uel Heræus murus, ἡραῖον, ἢ ἡραῖον τεῖχος, Thraciæ oppidum, apud Stephanum. Heræum item Græci uocant templum Iunonis, quam ἥραν appellant.

Herbanum, Tusciæ oppidum apud Plin. lib. 3. cap. 5.

Herbita, ἕρβιται Ptolemæo, Siciliæ urbs est: à qua Herbitenses populi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8. hodie S. Nicolaum uocant.

Herceus, pen. prod. ἕρκειος, dictus est Iupiter, quem etiam Penetralem uocabant, quòd intra conseptum domus cuiusq; colebatur. Græcè enim ἕρκος septum, claustrũq; nominatur. Ouid. in Ibin, Cui nil Hercei profuit ara Iouis.

Herculanium, ἡράκλειον, fuit Campaniæ oppidum, iuxta Pompeios, apud Plin. lib 3. cap. 5.

Herculeius, ἡράκλειος, fuit uir Romanus, qui Marianas partes fouit cum Sertorio.

Hercules, ἡρακλῆς, Iouis & Alcmenæ filius, qui ob fortitudinẽ & gloriam creditus fuit inter deos esse relatus. Cic. lib. 3. de Nat. deo. sex hoc nomine fuisse appellatos commemorat: quorum primus fuit qui certauit cum Apolline de tripode. Alter, Nilo natus, Aegyptius, quem aiunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius, ex Idæis Dactylis, cui inferias afferunt. Quartus, Iouis filius, ex Asteria Latonæ sorore, qui Tyri colitur, filiamq; habuit Carthaginem. Quintus, in India, qui & Belus dicitur. Sextus, Thebanus, ex Alcmena & Ioue tertio genitus, cui aliorum gesta assignant. Herodotus scribit, Herculem unum esse ex duodecim dijs Aegyptiorum, Græcosq; ab Aegyptijs hoc nomen mutuatos in didisse filio Amphitryonis. Varro x l iii. Hercules nominat. Veruntamen omnes, qui robore præstiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 10. asserit Herculem esse Solẽ. Et reuera, inquit, Herculem Solem esse uel ex nomine clarer. ἡρακλῆς enim quid aliud est nisi ἥρας, id est aeris, κλέος gloria? Quæ porrò alia aeris gloria, nisi Solis illuminatio est, cuius recessu, profunditate spiritus occultur tenebrarum? Duodecim autem illi labores, quos Hercules creditur confeciſſe, nihil aliud significãt quàm x i i. signa Zodiaci, quæ Sol singulis annis conficit. Sed de hoc uide plura apud Macrob. Herculem autẽ Alcmenes filium maximè nobilitauit implacabile Iunonis odium, quæ quòd ex pellice natus esset, perdere illum cupiens, nouis semper monstris obiecit: quæ res expectationem eius maximè fefellit. Ille enim semper uictoriam referens, immortale sibi decus peperit, adeò ut illa prius iubendo, quàm hic laborando defatigaretur. Quo factum est ut licet multi fuerint Hercules qui uarijs temporibus floruerunt, omnes heroica uirtute, rerumque gestarum magnitudiue insignes, tamen huic uni reliquorum omnium labores tribuantur: quorum quando nusquam non mentio occurrit, uisum est celeberrimos aliquot subijcere. Primò itaq; quum adhuc in cunabulis iaceret, geminos angues à Iunone immissos elisit. i i. Thespij filias numero quinquaginta adhuc puer, sed corporis robore præstans, una nocte compressit, susceptique quinquaginta filios, quos Thespiadas uocauerunt. i i i. Iam adultus hydram colubris et capitibus pullulantem, face & ferro in Lerna palude oppressit. i i i i. Ceruã æripedẽ, aureaque habentem cornua, in Mænalo monte cursu comprehẽdit, atque interfecit. V. In Nemea sylua iuxta Cleonas inusitatæ magnitudinis leonem iugulauit, & detractam pellem pro insigni gestauit. v i. Diomedem Thraciæ regem, qui equos suos hospitum carnibus & sanguine pascebat, deuicit: uictumque ipsius equis in pabulum dedit. v i i. In Erymãtho Arcadiæ monte terribilem aprum, & omnia circa illum locum deuastantem, cæpit, eumque uiuum ad Eurystheum attulit. v i i i. Stymphalides aues sagittis, ut quidam uolunt, interfecit: ut alij, sonitu ahenei crepitaculi usque ad insulã Aretiada fugauit. i x. Taurum, cui Neptunus furorem immiserat, eò quòd Minos Neptuno sacrificaturus optasset, uictimam maiestate illius dignam: cui quum pulcherrimus taurus ab eodem deo fuisset oblatus, ipsum Minos seruare uoluisset, insulam Cretam ferè totam deuastãtem domuit, eumq; uinctum ad Eurystheum attulit: qui postea eum Atticæ regioni immisit, cui plurimũ damni intulit: sed a Theseo interfectus fuit apud Marathonem, ut canit Ouidius libro 7. Metamor. x Acheloum superauit, ut suprà dictũ est. x i. Busiridem Aegypti regem hospites suos mactãtem occidit. x i i. Antæum gigantem in Libya luctã uictum suffocauit. x i i i. Calpen & Abylam montes antea coniunctos, diuisit. x i i i i. Aurea mala in Hesperidum hortis, interempto prius dracone peruigili, qui ea custodiebat, sustulit. x v. Cœlum iam fesso & succumbente ponderi Atlante, humeris tulit. x v i. Geryonem Hispaniæ regem tricorporem bello superauit, eiusque armenta abduxit. x v i i. Cacum latronem, Vulcani filium semihominem, & flammiuomum, oppressit. x v i i i. Lacinium latronem, extremam Italiæ oram infestantem, sustulit, ibiq; Iunoni templum cõstituit, quod Iunonis Laciniæ appellauit. x i x. Albionem & Bergionem iter ipsius impedientes, haud longè ab ostio Rhodani, à Ioue patre lapidum imbre adiutus, deuicit. x x. Pyrechmum Eubœæ regem, Bœotijs bellum inferentem profligauit, eumq; pullis equinis alligatũ in diuersas partes discerpsit. x x i. Centauros domuit. x x i i. Augiæ stabulum repurgauit. uide suprà. x x i i i. Hesionem Lacomedontis filiam mõstro marino expositam liberauit, occiso prius ceto. Sed quũ Laomedon equos præstantissimos in præmium illi pollicitos denegaret, Hercules indignatus, Troiam euertit: & occiso rege, Hesionem Telamoni, qui primus murum conscẽderat, in prædæ partem concesit. x x i i i i. Diripuit insulã Cõn, regemq; Eurypylum cum uxore & liberis trucidauit. uide suprà in dictione Cõs. x x v. Amazonas debellauit, earumq; reginam Hippolyten cepit, cui baltheum abstulit, Eurystheoque regi tradidit: captam uerò Amazonem Theseo bellorum socio dedit. x x v i. Ad inferos descendit, & Cerberum iter prohibentem, triplici catena uinctum ad superos traxit. Sunt qui dicunt Herculem etiam aduuasse Theseum in rapienda Proserpina: alij solum Theseum eam eduxisse ad superos, Ditemque uulnerasse. x x v i i. Alcestim Admeti regis coniugem ab inferis ad uirum reduxit. x x v i i i. Ab inferis reuersus Lycum Thebarum regem, eo cp Megaræ coniugi uim uoluisset inferre, interemit. x x i x. Aquilam quæ Promethei in Caucaso religati perpetuò renascens iecur exedebat, sagittis traiecit. x x x. Cygnum Martis filium equestri certamine uicit. x x x i. Occidit Theodamantem, quòd ei cibum denegasset: illiusq; filium Hylam sibi charissimum secũ abduxit. x x x i i. Cecropas uicit, dũ Omphalę Lydorũ reginæ seruiret. x x x i i i. Pylũ diripuit, eiusq; regem Neleum cum tota domo, præter Nestorem, trucidauit: insuper Iunonem Neleo opem ferentem telo trisulco uulnerauit. x x x i i i i. Eurytum Oechaliæ regem occidit, ipsamq; Oechaliam urbem deleuit, & Iolen Eurytiã filiam sibi in uxorem denegatam, quam tamen parens antea ei desponderat, ui obtinuit, eamq; secum in Eubœam abduxit. Quod quum Deianira cõiunx resciuisset, maritum suũ Ioles amore detineri, per Lycham seruum uestem illi misit Nessi Cẽtauri sanguine infectam, futurũ rata ut ea ratione languentem uiri amorem excitaret, eumq; ab alijs auulsum, ad se unam reuocaret, quemadmodum Cẽtaurus ipsi persuaserat. Quum itaq; Hercules uestem sacrificaturus induisset, in tantam rabiem uersus est, ut constructa pyra seipsum combusserit. Post mortem uerò in deorum numerum relatus est. Habentur & aliæ res ab eo gestæ apud Diodorũ Siculum: quas si quis uolet, inde petat.

Herculis portus, ἡράκλειος λιμήν, oppidum est in ora Ligustica, cum portu, apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1. & apud Plin. lib. 3. cap. 5. * Est & Herculis portus in litore Brutio, non procul à Metauro fluuio: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Herculeus, a, um, pen. cor. quanquam Græcè ἡράκλειος dicatur cum ει diphthongo in penult. Est autem propriũ nomẽ possessiuum, significans id quod ad Herculem pertinet: ut Clauia Herculea. Labor Herculeus, Horat. li. 2. Carm. Perrupit Acheronta Herculeus labor. id est labor ipsius Herculis. Nonnunquam Herculeum laborem prouerbiali hyperbole pro immenso, & penè insuperabili labore accipimus uide pro immenso, & penè insuperabili labore accipimus uide de Erasmi Adagia. * Herculeus nodus, prouerbij item speciem

ciem habet pro nodo indissolubili. Herculeus morbus dicitur, quem comitialem alio nomine uocamus, quòd Hercules morbum hunc aliquando passus credatur.

Herculeè, ἡρακλείως, pro fortiter dixit Cicero lib.8. ad Atticũ, Nunc fert etiam Herculeè.

Herculanus, na, num. nomẽ possessiuũ, ἡράκλειος. Gell.li.1.ca.1. Cõprehensa, inquit, mẽsura Herculani pedis, secũdũ debitam mẽbrorũ omniũ inter se cõpetentiam modificatus est. Herculanæ formicæ, Plin.lib.30.cap.4. Herculaneæ urticæ genus odorem fundens. Plin.lib.21.cap.15.

Herculeum, ἡράκλειον, promontorium est, non longè à Leucopetra disitum. Author Strabo lib.6.

Hercynia sylua, ἑρκυνία Straboni, est omnium Germaniæ syluarum longè maxima, quam Cęsar lib.6. Commentar. describit his uerbis: Huius Hercynię syluę quę suprà demõstrata est latitudo nouem dierum iter expedito patet. Non enim aliter finiri potest, neq; mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum & Rauracorum finibus, rectaq; fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus diuersis à flumine regionibus, multarumq; gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quisquam est huius Germanię, qui se aut audisse, aut adisse adinitium eius syluę dicat, quum dierum iter x l. processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Plura de Hercynia sylua uide eodem loco apud Cæsarem.

Herebus, ἔρεβος, pen.cor. profunditas inferorum dicitur. uide in dictione Erebus.

Herillus, ἥριλλος, Chalcedonius philosophus, Zenonis discipulus fuit: qui quum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum in ea posuit. Meminit eius Cic.lib.4.Acad.& 2.de Finibus.

Herlinus, unus ex Centauris.

Hermęa, æ, ἑρμαῖα, promontorium Africæ propriè dictæ, apud Ptolemæum lib.4.cap.3.

Hermagoras, ἑρμαγόρας, Carion cognominatus, Rhetor egregius ex Temno Aeolidis ciuitate. Scripsit artem rhetoricã libris sex, de Cultu orationis, de Decoro, de Elocutione, de Figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decessitq; senex. * Fuit item Hermagoras alter Amphipolitanus philosophus, discipulus Persei, qui plures scripsit Dialogos. Author Suidas. Hermagoras philosophus & orator, apud Ciceronem de Claris Oratoribus.

Hermanduri, siue Hermunduri, Germanię populi, Cheruscis finitimi, eo in tractu quem hodie Misniam uocant. Meminit horum Plin.lib.4.cap.14.

Hermaphroditus, pen.prod. ἑρμαφρόδιτος, Mercurij & Veneris filius, ut ex ipsa statim uocis compositione apparet. Nã Mercurius, ἑρμῆς, Venus ἀφροδίτη, à Græcis dicitur. Hic cum uagabundus in Cariam ad limpidissimum fontem, quẽ Salmacis nympha incolebat, peruenisset, illa subito eius amore correpta (erat enim adolescens formosissimus) quũ neque blanditijs, neq; precibus ad concubitum flecti posset, simulato recessu post uepres latuit. Is autẽ Nympham abijsse ratus, fontẽ nudus intrauit: quod uidẽs Salmacis, subitò accurrit, & abiectis uestibus arctissimè eum complexa est. Sed quum ne tũc quidem obstinatum exorare posset, à dijs petijt ut duo corpora illorum in unum redigerẽtur. Cuius precibus exauditis, ambo in unum corpus coaluerunt, in quo sexus uterque remanebat integer. Quod quum uidisset Hermaphroditus, à superis petijsse dicitur, ut ea fonti natura maneret, ut qui uir eum intraret, ἀνδρόγυνος, id est utrumq; sexum habens, exiret. Hinc omnes Androgyni uocantur Hermaphroditi.

Hermeas, ἑρμείας, insignis belli dux fuit, teste Polybio, cuius strenua opera ad res maximas usus est Antiochus: à quo tamen postremò ob suspicionem affectati regni, cum uxore & liberis est occisus.

Hermenij, populi Moschorũ sunt prope Colchos. Perottus.

Hermes Trismegistus, ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος, philosophus in Aegypto post Mosen claruit, eo tempore quo philosophiæ studia in Aegypto cœperunt efflorescere: quum antea tantũ circa astronomiam & mathematicas disciplinas uersarentur, quę ad exercendum ingenium magis, quàm ad illustrandum animum ualent. Scripsit lingua patria Dialogum in Latinum sermonem postea conuersum, ubi Asclepius introducitur. Deum omnino unum opinatur, omnium conditorẽ, erroremq; fatetur parentum suorum, qui superstitiones idolorum inuenerunt. De hoc plura apud Suidam & Augustinum de Ciuitate Dei. * Hermes alter item philosophus Aegyptius, auditor Syriani sophistæ, condiscipulus Procli sub Adriano principe, uir non minore iustitia, quàm doctrina præditus. Moriens iurauit, & immortalem se esse, & incorruptibilem animum habere. Hęc Suidas.

Hermes, ἑρμῆς, dicitur à Græcis quem nos Mercurium uocamus, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, hoc est ab interpretatione, quòd nuncius & interpres deorum habitus sit. Seruius in illud Vergilij 4. Aeneid. Nunc etiam interpres diuũm, Ioue missus ab ipso: Hermes, inquit, Mercurius dictus est, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id est à sermone. Præstabat enim eloquentia: quem effigiebant alas in capite & pedibus habentem, quòd sermo hominum per aera uolitet. uide infrà in dictione Mercurius.

Hermiona, pe.prod. ἑρμιών, oppidum fuit Peloponnesi maritimum, ad sinum Argolicum situm, non procul à Phliunte, Iunonis tẽplo nobile. Verg. in Ciri, Hinc sinus, hinc statio contrà patet Hermionæ. Versus est spondaicus.

Hermione, pen. corr. ἑρμιόνη, filia Menelai ex Helena admodum formosa, militante patre apud Troiam, Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit: sed hanc quoque Menelaus huius rei insciius, apud Troiam promisit Pyrrho Achillis filio. Qui domum reuersus, quum Aegisthus regiam occiso Agamemnone occupasset, atque Orestes ad regem Strophium Phocensem Electræ sororis auxilio clàm ablegatus esset, Hermionem reluctantem ui rapuit, tradita Andromacha Hectoris coniuge, quæ illi in sortem cesserat, quáq; pro uxore habuerat, Heleno uati, filio Priami. At Orestes posito furore, quo ob interfectam à se matrẽ cruciabatur, ex Taurica regione rediens, Pyrrhum in templo Apollinis Delphici trucidauit, suamque sponsam recepit. Verg.lib.3. Aen. qui deinde sequutus Ledæam Hermionem, Lacedęmonios q; hymenæos, &c.

Hermiones, populi sunt in finibus Germanię. Author Pomponius lib.3. Vadianus arbitratur eos esse quos hodie Pomeranos uocant Germani.

Hermippus, ἕρμιππος, Athenensis poeta fuit, antiquę Comœdiæ scriptor, altero captus oculo, frater Myrtili comici. Scripsit fabulas x l. * Fuit item alter Hermippus Berytius discipulus Philonis Byblij, qui multa composuit sub Adriano principe. uide Suidam.

Hermocrates, ἑρμοκράτης, nobilis Sophista fuit tempore Seueri principis: à quo coactus filiam Antipatri magistri epistolarum infœlici forma puellam duxit uxorem, quam postea repudiauit.

Hermias, ἑρμίας, Eunuchus, trapezitæ cuiusdam famulus, Athenas profectus, Platonem, Aristotelemque audiuit: & domum reuersus cum domino suo Atarnenses & Assenses aggressus, eos subegit, & illis simul cum domino imperauit. Ex Suida.

Herminius, Germanorũ dux fuit, qui Varũ Augusti legatum cum trib. legionib. ad internecionem cecidit: cuius cladis meminerunt Suetonius in uita Augusti, & Tacitus de reb. Germanicis. * Fuit etiam hoc nomine Romanus quidam fortissimus, unus ex ijs qui unà cum Cocle Hetrusci in ponte sublicio restiterunt, donec à tergo solueretur. De qua re uide Liuium, lib.1.ab Vrbe condita. * Est prętereà hoc nobilis cuiusdã Hetrusci nomẽ, apud Verg.11. Aeneid. Ingentem corpore & armis Deijcit Herminium.

Hermodorus, pen.prod. ἑρμόδωρος, fuit philosophus Ephesius, quem in Italia exulantem, Pomponius Iureconsultus tradit authorem fuisse Decemuiris ferendarum legum x11. tabularum. Plin.lib.34.cap.5. dicit hunc fuisse interpretem legum Decemuiralium, eique ob id statuam publicè dicatam. De hoc sic scribit Cicero 5. Tusc. Est illud scitum apud Heraclitũ Physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniuersos ait Ephesios morte esse mulctandos, quòd quum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, Nemo de nobis unus excellat: si quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Eadem ferè refert & Strabo lib.14. * Fuit & alter Hermodorus Siculus, auditor Platonis: cui uitio datum est quòd quæstui philosophiam habuerit: dictata quę sub præceptore audiuerat colligendo, ac deinde in Sicilia uenditando.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hermodotus, ἑρμόδοτος, poetæ nomen, cuius aliquoties meminit Plutarchus.

Hermogenes, pe.cor. ἑρμογένης, Tarsensis sophista fuit, in pueritia tanto differendi acumine, ut natus annos amplius x v. fama sui nominis M. Antoninũ principẽ ad auditoriũ exciuerit, ab eoq; nõ pœnitenda tulerit munera. Accedẽte uerò ætate tãta illi oborta est stupiditas, ut omnib. esset ludibrio. Nã Gratillus ad nomen eius alludẽs dicebat, eũ à patre degenerare, quòd quum Hermogenes esset, hoc est Mercurio genitus, nullam tamen paternæ eloquentiæ haberet micam. Antiochus autẽ Sophista cauillabatur, eum in pueritia fuisse senem, in senectute factum fuisse puerum.

Hermolaus, ἑρμόλαος, Byzantinus Grammaticus fuit, qui in librum Stephani de Vrbibus ad Iustinianum Cæsarem scripsit epitomen. Suidas. * Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum coniurauit. * Alius itẽ apud Plin. lib. 36. cap. 5. statuarius, inter eos qui ædes principũ signis nobilibus ornarunt.

Hermon, nomen Hebraicum, quod interpretatur lignum exaltatum, mons longè disiunctus ab Hierusalem trans Iordanem. Hermon, ἑρμών, etiã dicitur piscatoriũ in Peloponeso.

Hermonassa, ἑρμώνασσα, insula parua in Cimmerio Bosphoro, urbẽ habens Ionũ Coloniã. Stephanus ἑρμώνιαν uocat. Strabo Hermonactis uicum: Menippus regiunculam Trapezuntis. Hecateus & Theopompus ciuitatem esse dicunt. Steph. Adiacet Tauricæ. Plin lib. 6. cap 6.

Hermonthis, ἑρμωνθίς, urbs Aegypti, Steph. ubi Iupiter, Apollo, & Isis coluntur.

Hermopolis, ut ait Volater. lib. 12. urbs Aegypti in Sebenitica præfectura, ubi Pan colitur & hircus, ut ait Pind. Nomẽ habet à conditore ἑρμούπολις. author Strabo lib. 17. Herodianus duas esse scribit, magnam & paruam, & tertiã in Aegypto, & quartam κατὰ βουσίριν, & quintam in fluuio, & sextã in Co insula, septimam in Arcadia. Steph.

Hermos, ἕρμος τὸ, uicus in tribu Acamantide. Steph.

Hermotymbiei, ἑρμοτυμβιεῖς, pars bellicosorum in Aegypto dicuntur & Labarei. Steph.

Hermupedion, ἑρμοῦ πεδίον, locus apud Cumam. Steph.

Hermus, ἕρμος, fluuius minoris Asiæ, aureas arenas trahens. Oritur iuxta Dorylaum Phrygiæ ciuitatem: auctusque Pactolo, Smyrnæ campos irrigat, tandemque in Phocaicum sinum illabitur. uide Plin. lib. 5. cap. 29. & Strab. lib. 13. Vergil. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

Hernici, ἕρνικες, populi in Campania saxa incolentes: unde & nomen acceperunt. Nam Hernias Sabini saxa uocant. Hos tamen hernicos appellatos uoluit Macrobius ab Herno quodam Pelasgo ipsorum duce. Horum metropolis est Anagnia. Vergil. 7. Aeneid. & roscida riuis Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit.

Hero, Herus, in genitiuo, uide Ero.

Herodes, ἡρῴδης, Antipatri Idumęi filius, anno decimo Augusti rex Iudęorum à Romanis declaratus est, regnauitq; annis xxxvii. Hic uir strenuus Samariã olim in cineres redactam à fundamentis erexit, eamque in honorem Augusti σεβαστὴν, hoc est Augustam appellauit. Crudelissimus tamen fuit, quippe qui multos iniustè occiderit. Nam omnes legis interpretes, & paruulos Bethlehemitas gladijs interemit. * Huic filius fuit eodem nomine, de quo refert Lucas in Actis Apostolorum, quòd quum ad populum concionem haberet, acclamante concione, Vocem Dei esse illam, non hominis: ab irato Deo, cuius honores sibi uendicabat, percussus, scatentibus toto corpore uermibus, miserando genere lethi perijt. * Fuit alius Herodes Antipas, huius filius, prę fectus Galilææ, post Archelaum, qui impijssimus etiam fuit. Nã in ciues sicarius, in nobiles latro, in socios populator habitus est. uxorem Philippi fratris duxit, Ioannem Baptistam occidit, & Dominum nostrum illusum Pilato remisit: tandem Lugdunum à Caio Cæsare relegatus, ibi uitã finiuit. * Tertius Herodes dictus Agrippa, Aristobuli filius, qui Iacobũ occidit. * Alius Herodes fuit Atticus, qui Græca oratione, inquit Gellius, ferè uniuersos grauitate, atque copia, elegantiaq; uocum longè præstitit. Is Athenis natus, nobilitate generis, potẽtia simul & sophistica facultate clarus, genus ex Aeacidarum sanguine ducebat, patre Attico, cui diuitiarum initium ex thesauro prope domum reperto fuit. Huius Herodis uitam uide apud Philostratum.

Herodianus, ἡρῳδιανὸς, Alexandrinus grammaticus, Apollonij etiam grammatici filius & discipulus, floruit sub Marco Antonino imperatore. Scripsit de arte grãmatica: prętera Cæsarum historiam à Commodo Marci filio usq; ad Gordianum, eius Gordiani nepotem qui Maximino successit. Author Suidas.

Herodotus, pen. cor. ἡρόδοτος, historiographus Græcus, quẽ Cic. li. 2. de Legibus, patrem historiæ appellat. Hunc Halicarnasseum fuisse, author est Suidas, claroq; apud suos genere ortum. Floruit tempore Cyri Persarum regis, tyranno omnibus infestissimus. Quare quum patriam à Lygdamo tyranno uideret occupatam, secessit in Samum: eoq; extincto, quum ad suos redijsset, inuidiæ obnoxius factus, sponte Thurium Athenienssium coloniam in exilium profectus est: ubi etiam mortuus esse dicitur, & sepultus. Scripsit historiam libris nouem, quorum singulos singularum Musarum nomine inscripsit.

Heron, ἥρων, Athenienssis orator, scripsit commentarios in Herodotum, Xenophontem & Thucydidem. Author Suidas.

Herophila, ἡροφίλη, proprium nomen fuit Sibyllę Erethrię, quę Tarquinij Superbi tempore Romam uenit, tresq; secum libros attulit heroico carmine conscriptos: quorum nomine quum magnam pecuniæ summam à rege petisset, nec obtinuisset, duos exussit: unius que, qui reliquus erat, nomine tantundem obtinuit, quantum paulo antè pro tribus proposcerat. Author Suidas.

Herostratus, pen. cor. ἡρόστρατος, Ephesius homo ignauus fuit, & sceleste, qui celeberrimum illud Dianæ Ephesinæ templum suis manibus incẽdit, ut ea re nominis immortalitatẽ sibi compararet. Ephesij autẽ ne sperato ex scelere fructum consequeretur, seueriss imis edictis cauerũt, ne quis eũ unquã nominaret: non tamen efficere potuerunt ut nomen illius ad nos non peruenire t: ut scribit Strabo lib. 14.

Herfilia, ἑρσιλία, nomen uxoris Romuli, quam Ouid. 14. Metamorph. fabulatur, post mariti apotheosin, & ipsam deam facta communia cum Quirino templa habere, mutatoq; nomine dictam esse Oram.

Hesænus, ἡσαῖνος, mons qui Pannoniam & Mediam distinguit, in quo feram Monopem reperiri aiunt, Aristoteles ab initio mirabilium narrationum. Alibi tamen li. 6. historiæ Mess apus legitur montis illius nomen.

Hesaias, ἡσαΐας, nomen prophetę proprium, qui nobili genere ortus in Hierusalem prophetauit, nihil rusticitatis in sermone habens, qui non tam propheta, quàm Euangelista fuit. Vniuersa enim Christi ecclesiæq; mysteria ad liquidũ prosequutus est, ut non putes eum de futuro, sed de prætorito historiam texere. Tandem sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit. uide Hesychius.

Hesiodus, pen. cor. ἡσίοδος, poeta uetus, ex Ascraico Bœotiæ: unde & Ascræus dictus est, Homeri (ut creditur) coætaneus. Hic primus de agricultura uersibus scripsit, quem Vergilius imitatus est. De morte eius scribit Plutarchus in conuiuio septem Sapientum, apud Nemeum Locricum occisum fuisse à Locrensibus quibusdam adolescentibus, cum quorum sorore clam rem habebat hospes quidam Milesius, quo Hesiodus familiarissimè utebatur. Suspicati itaque fratres puellæ Hesiodum ab initio rei totius conscium fuisse, dispositis insidijs eum trucidarunt, & in mare abiecerunt. Corpus autem à Delphinis protinus acceptum, ad Rhium Molycricum est aduectum.

Hesiodius, a, um, quod est Hesiodi, siue quod ab Hesiodo cõpositum est. Cic. in Bruto, Illud Hesiodium laudatur à doctis, quòd, &c.

Hesione, ἡσιόνη, Laomedontis regis Troiæ filia, & Priami soror, quam Hercules à Pistricis monstri periculo liberatam uxorem dedit Telamoni.

Hesperiæ, ἑσπερίαι, duæ sunt: una, quæ Hispania dicitur: altera Italia. quæ sic discernuntur: aut enim Hisperiam, solam dicimus, & significat Italiam. Verg. 1. Aen. Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicũt. Aut addimus adiectiuũ extremã, uel ultimam: & significat Hispaniam, quæ in Occidentis est fine. Horat. lib. 1. Carm. Qui nunc Hesperia uictor ab ultima. Et hæc ab Hespero Occidentali stella dicta est: Italiam uerò ab Hespero Atlantis fratre: qui à germano pulsus, Italiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

liam tenuit,& ei nomen uel ſuum,uel ſuæ priſtinæ regionis impoſuit.Macrobius tamen uoluit Heſperiam dictam eſſe Italiam,quòd Occaſui ſubiecta ſit.

Heſperides,pen.cor.ἑσπερίδες, appellatæ ſunt Heſperi fratris Atlãtis filiæ,Aegle,Arethuſa,& Heſperethuſa,quas poetæ fabulãtur habuiſſe hortos,nemore aurifero precioſos, ubi erat draco cuſtos peruigil,mala aurea uigilanter obſeruãs, quem interfecit Hercules,pomaq; aurea retulit ad uitricũ Euryſtheum.Plinius & Solinus interpretantur fuiſſe æſtuariũ maris,meatu flexuoſo,inſtar draconis,quod hortos Heſperidum amplectebatur,ubi præter oleaſtrum, aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt.Varro per mala aurea,oues ſignificari dicit,quas Hercules ex Africa in Græciam exportauerit. Nam μῆλον apud Græcos ſignificat ouem & pomũ.Hinc Melotæ,μηλωταὶ,dictæ ueſtes ex pellibus ouium confectæ. Aliter tradit Diodorus lib. 5.Bibliothecæ,quem uidere potes.

Heſperum, ἕσπερον, promontoriũ in Africa eſt,nauigatione decem dierum,ac noctium,diſtans à monte quem θεῶν ὄχημα uocant Græci.uide Plin.lib.5.cap.1.

Heſperus, pen.corr. ἕσπερος, Atlantis frater,unde Heſperia. Scribit Diodorus hunc Heſperum conſcendiſſe cacumen montis Atlantis,ad curſus aſtrorum obſeruandos, & nunquã deinde comparuiſſe: cui uulgus honores diuinos exhibuit,aſtrumq; lucidiſsimum eius nomine appellauit.Verg. Eclog.7. Ite domum ſaturæ, uenit Heſperus, ite capellæ. Hæc etiam Serotina ſtella,& Veſper dicitur,& Veſperugo, & Lucifer,& Venus,de quibus ſuo loco.Huius meminit Cicero li.2.de Nat.deor.Infima eſt,inquit,quinq; errantium terræque proxima ſtella Veneris,φωσφόρος,quæ Latinè Lucifer dicitur,quum antegraditur ſolem: quum ſubſequitur autem,Heſperus.

Heſſeni,populi Palæſtinæ,ſine ulla fœmina uiuentes,&omni Venere abdicati.Author Plin.lib.5.cap.17. Apud hos capitale erat columbas interficere. Qua re etiam cicures factæ traduntur,ut etiam ad ignotiſsimum quemq; aduenarum aduolantes,ora roſtro uelut exoſcularentur. Ad hoc alludit Tibullus lib.1.Eleg. Quid referã, ut uolitet crebras intacta per urbes Alba Palæſtinis ſancta columba uiris?

Heſtiæa,ἱστιαία,Eubœæ oppidum,quod Plinius ab uuarũ copia πολυσάφυλον,,cognominat.* Eſt & eiuſdem nominis oppidum in Acarnania,teſte Stephano. * Pars item quædam Theſſaliæ à Strabone,lib.13.Heſtiæa appellatur.

Heſychius,ἡσύχιος,Mileſius hiſtoricus fuit, qui tempore Anaſtaſij principis floruit. Scripſit hiſtoriarũ libros ſex de Romanorum aliarumq; gentium principibus:item Dictionarium,quo ſe uſum fatetur Suidas.

Hetruria,regio eſt Italiæ ad primam uſq; Tiberis ripam protenſa,Macra fluuio à Liguria diſcreta.τυῤῥηνία Stephano.cuius hodie præcipua metropolis eſt Florentia.dicta eſt autẽ Hetruria quaſi ἑτερορία,ἀπὸ τοῦ ἕτερου,ἤγουν ὅρου, eo quẽ extendebatur ad alterã ripã Tiberis: qui eſt terminus inter Latiũ & Hetruriam.Claruit olim maximè aruſpicina, quam Tages ex hac regione oriundus primus inuenerat.In Hetruria hodie Florentia clariſsima,aliquando Fluentia dicta.Hetruſci eiuſdem populi. Claud.

Flumineos ſolers Hetruria conſulat ignes.

Vide Parrhaſium.

Hetruſci,ἑτροῦσκοι, dicti ſunt (ut quidam putant) ab Aethria ciuitate quam Diomedes condidit,poſtea Atria dicta, ſiue ἀπὸ τῆς ἀίθρας καὶ ἀσκεῖν, propter auguriorũ peritiam,quaſi de cœlo ſeruantes & exercentes æthera.Alij ἀπὸ τῆς ἀίθρας, quę ſerenitatem ſignificat:maximè quòd Aethruria ab omni aeris caligine nebulaq; remota uideatur. Seruius uerò Hetruriam dixit eſſe Italiæ prouinciã,quòd eius fines protenſi ſunt uſq; ad primam ripam Tiberis. ἕτερον enim alterum,ὅρος finis dicitur. Roma enim antea unam tantum Tiberis ripam tenebat.unde Iuuen. Imperij fines Tiberinum uirgo natauit. Liuius lib.1.Pax inter Hetruſcos &Latinos ita conuenerat,ut Hetruſcis Latiniſq; Albula, quem nunc Tiberim uocant, finis eſſet.Sunt ramen qui cum diphthõgo,& ſine aſpiratione ſcribant. Martialis:

Quantum ſolicito fortuna parentis Hetruſco.Nos eos qui corripiunt,ſequemur,& per h in principio ſcribemus.

Hexadius,uide Bura.

Hexagon,teſte Plin.lib.28.cap.3.legatus Oblogenum, (qui populi ſunt in Cypro) à Conſulibus Romæ in dolium ſerpentium coniectus,experimenti cauſa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Hiarbas,ἴαρβας,Iouis filius,ex Garamãtide nympha, & Getulorum rex.qui quum ab Eliſa,quam in matrimonium petierat,repulſam tuliſſet,ira commotus naſcenti adhuc Carthagini bellum intulit. Cuius belli metu quum illa à ciuibus ſuis cogeretur Hiarbæ nubere, impetrata mora, ut Sichęi prioris mariti manes placaret,ſeipſam in pyram, quam tanquam ſacrificatura,extruxerat,coniecit: maluitq; ſe comburere,quàm ſecundas nuptias experiri.Sunt qui ſcribant Iarbas,ſine aſpiratione.

Hibernia,uide Hybernia.

Hiera,ἱερά,inſula inter Siciliã,& Liparam,Vulcano ſacra, una ex Aeolijs.In hac ueteſtas Vulcani officinam fuiſſe credidit,quòd nocte cerneretur ignis quàm plurimum, interdiu uerò fumum copioſiſsimum emittere. uide Thucydidem lib.3.* Fuit & uia ſic dicta in agro Attico,quòd ea irent ſacerdotes ad Eleuſinam Cererem.* Hoc nomine etiam appellata eſt uxor Telephi regis Myſorum, quæ à Nereo interfecta dicitur, quum marito ferret opem,qui ab Achille uulneratus fuerat.Ea,ut fabulæ tradunt,tantæ fuit pulchritudinis,ut etiam Helenam ſuperaret.

Hieraea,ἱεραία,exigua regio Libyæ in Cyrene,Steph.

Hieracome,uide Hierocomitæ.

Hierane,ἱεράνη,in mari Cretico eſt,& alia Aegypti,Steph.

Hieraphie,ἱεράφη, inſula Libyæ,Steph.

Hiera Pytna,ἱερὰ πύτνα,urbs Cretæ,quæ prius Cyrba,deinde Pytna nominabatur,poſtea Camyros,poſtremò Hiera Pytna,inde Hierapytnius.

Hierapolis, pen.cor.ἱεράπολις,ciuitas Aſiæ, contra Laodiceã, ubi aquæ calidæ ſcaturiebant,quæ in tophum admodum facilè durabantur. * Eſt præterea Hierapolis alijs miraculis inſignis.Precipuè uerò admiratione dignum uideri poteſt, quod de Plutonio ore tradit Strabo lib.13. quòd ſcilicet in collis Hierapoli imminentis faſtigio, puteus ſit ſemiiugeri magnitudine,tam peſtilentes exhalans nebulas, ut omnia animalia ſeptum ingreſſa protinus extinguat, quum tamen uicinus aer ſit innoxius.Strabo ipſe ſe aliquando paſſeres intra ſeptum hoc immiſiſſe teſtatur,qui ſtatim mortui conciderunt.Author eſt præterea idem Strabo circa Hierapolim aquam eſſe adeò tingendis lanis idoneam,ut eximia dicibus tinctæ,cum ijs decertarent quæ ex purpura tingebantur. Dicta eſt autem Hierapolis,teſte Stephano, à multitudine ſacrorum,ſiue templorum,quæ Græci ἱερὰ uocãt. Huius oppidi incolæ,Hierapolitæ ἱεραπολίται dicuntur.

Hierapolis,Stephano urbs inter Phrygiam & Lydiam multis aquis calidis plena,ſic dicta quòd multa ἱερὰ,id eſt templa habeat. Secunda eſt Cretæ,tertia Syriæ, quæ & Hierapolis,ἱεράπολις,per o,quarta Cariæ.Gentilia Hierapolitę,ut fuerunt Nicanor dictus iunior Homerus,& Publius, & Serapiõn Stoici, alijq; plurimi. Stephanus.

Hieri,populi ſunt ultra Sauromatas, calui & ſimi à natiuitate omnes,& promiſcuè barbam habẽtes.Qui ideò ἱεροί,id eſt, ſacri dicuntur, quia nihil iniuſtè agunt, nec bella norunt.

Hiericus,untis,ἱερικοῦς,oppidum Iudææ, inter Hieroſolyma & Iordanem ſitum,palmetis circumquaq; conſitum,& fontibus irriguum.uide Plin.lib.5.cap.14

Hiero,ἱέρων,Syracuſanorũ quõdã tyrãnus fuit, qui corporis pulchritudine & uiribus adeò præſtitit, ut omnibus penè miraculo eſſet.uide Iuſtinũ li.23. * Hiero alter Ferreus cognomẽto Athenienſis,familiaris Nicię ducis Athenienſis, unaq; cum eo diſciplinis eruditus:poemata nõnulla conſcripſit, quæ Plutarchus in Nicia ad ætatem ſuam perueniſſe teſtatur.

Hierocomitæ,ἱεροκωμῖται,populi ab Hieracome ciuitate Cariæ.Author Polybius.

Hieronymus,ἱερώνυμος,proprium nomẽ eccleſiaſtici diſertiſſimiq; uiri,cuius opera in precio habentur.Latinè ſacrum nomen interpretari poſſumus,quaſi ἱερὸν ὄνομα,o paruo in y commutato.* Fuit & hoc nomine Philoſophus ex Rhodo inſula,qui finem ſummi boni poſuit in indolentia,quæ Græcè dicitur ἀναλγησία.* Alius præterea fuit hoc nomine Siciliæ Tyrannus,Hieronis filius,qui patri admodum puer ſucceſsit.Quapropter pater ei metuẽs,relictis tutoribus XV I. mandauit moriens,ut fidem erga populũ Rom.annos quin

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quaginta ab ſe cultam, inuiolatam ſeruaret. Hic poſtea abiecta tutela, contempta patris diſciplina ac moderatione, luxurioſius & arrogantius agendo, à Romanis deſciuit, Annibaliq; adhæſit. Quumq; ſuperbè nimis in ciues ſeſe haberet, ab eiſdem interfectus eſt. Author Liuius lib. 4. ſecundi bel. Pun. * Hieronymus hiſtoricus Rhodius familiaris Demetrij Poliorcetis, relictusque ab eo præfectus in regione Bœotiæ, ſcripſit res ipſius Demetrij geſtas, ut ſcribit Plutarchus in Demetrio.

Hieros colpos, id eſt ſacer ſinus, prope Aradum ciuitatem eſt. Stephanus.

Hieroſolyma, Hieroſolymæ, & Hieroſolyma, Hieroſolymorum, & Hieroſolymæ, Hieroſolymarum, numero plurali, urbs Iudææ, totius Orientis clariſsima, quæ & Hieruſalem uocabatur, ἱεροσολύμη. Cic pro Flacco: Quum aurum Iudæorum nomine ex Italia Hieroſolymam exportari ſoleret, hic Cneus Pompeius captis Hieroſolymis victor ex illo fano nihil attigit. Suet. in Nerone, Spoponderunt tamen quidã deſtituto ei gubernationem Orientis, & regnum Hieroſolymorum. Hieroſolyma, ut ſcribit Hegeſippus, quę primo Solyma dicebatur, poſteaquam rex Chananæus, cognomẽto Iuſtus, qui fuit conditor Solymorum, templum ei addidiſſet: nam Græci ἱερόν, templum uocant. Euſebius lib. 9. Euang. præpar. Hieroſolyma appellari ait, quaſi hieron Solomonis, hoc eſt ædẽ Solomonis, à tẽplo quod Solomon Hieroſolymis pulcherrimũ magnificentiſsimumq; conſtruxit.

Hieroſolymita, pen. prod. ἱεροσολυμίτης, & Hieroſolymitanus.

Hieroſolymarius, dictus eſt Cn. Pompeius ab Hieroſolymis expugnatis. Cic. lib. 2. ad Atticum, Si uerò quæ de me pacta ſunt, ea non ſeruantur, in cœlo ſum, ut ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis puriſsimis orationibus gratiam retulerit.

Hierotheus, ἱερόθεος, nomen uiri proprium, & interpretatur ſacer deus.

Hilarius, ἱλαρίος, Phrygius quidam uates, ſub Iouiniano principe, literarum quidem imperitus, cæterùm tanta diuinandi peritia præditus, ut Deus cum illo futurorum cognitionem communicaſſe uideretur. * Fuit præterea eodem nomine Senator quidam Antiochenus: de quo uide multa apud Suidam.

Himantopodes, pen. cor. ἱμαντόποδες, populi in Aethiopia loripedes, quibus ſerpendo ingredi natura eſt, hoc eſt, ut Solinus interpretatur, flexis crurum nexibus ingredi. ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. Plin. lib. 5. cap. 8.

Himella, fluuius eſt Sabinorum, de quo Verg. lib. 7. qui flumẽ Himellæ, Et Tiberim Fabarimq; bibunt, &c.

Himera, ἱμερά, fluuius Siciliæ, qui in duas partes diuiditur, & in altera dulcem ſaporem, in altera ſalſum retinet. Eſt etiã urbis nomen eiuſdem inſulę.

Himeræus, ręa, ręum, adiectiuum. Silius lib. 4. Armauere ſuos, qua mergitur Himera ponto. uide Plin. lib. 3. cap. 8.

Hipparchus, ἵππαρχος, magiſter equitũ. Quo nomine dictus eſt quidam celebris Aſtrologus, qui, ut Columella author eſt, futurum aſſeruit, ut aliquando cardines mundi loco mouerentur. Scripſit de Arati Phænomenis, de ſtellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. Primus inſtrumenta mathematica inuenit, unde hęc ſenſib. deprehẽdi poſſent, Plinio maximè laudatus. * Hipparchus item alius fuit poeta Comicus, cuius fabula quædam περὶ γάμων, id eſt de nuptijs inſcribitur. Suidas. * Alius ppinquus Ariſtotelis. * Alius Eretriæ tyrannus. * Fuit etiam hoc nomine filius Piſiſtrati, qui ob libidinem in Harmodium, Ariſtogitonis conſurationem in ſe concitauit. Hic ut tyrannidis inuidiam ſapientię opinione leniret, eruditos præcipuo in honore habuit. Author eſt Aelianus de Varia hiſt.

Hipparis, ἵππαρις, fluuius in Camarina, cuius aquarũ pars dulcis eſt, pars ſalſa. Interpres Pindari.

Hippaſus, ἵππασος, philoſophus Metapontinus fuit, auditor Pythagoræ, qui mundi mutationis certum tempus præfinitum eſſe aiebat. uide Laertium.

Hippe, uide in Appellatiuis.

Hippias, ἱππίας, philoſophus Eleus fuit, teſte Cicerone li. 3. de Orat. qui audiẽte penè tota Græcia gloriatus eſt, nihil eſſe ulla in arte rerũ omniũ, quod ipſe neſciret: nec ſolum has artes, quibus liberales doctrinæ atq; ingenuæ cõtinerentur, Geometriam, Muſicam, Literarum cognitionem, & poetarum, arq; illas quæ de naturis rerum, quæ de hominũ moribus, quæ de rebus publicis dicerentur: ſed & anulũ quẽ haberet, palliũ quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſua manu confeciſſe. * Fuit item Hippias, Piſiſtrati filius, de quo Cicero ad Atticũ ſic ſcribit: Nefarius, inquit, Hippias, Piſiſtrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma cõtra patriam ferens, &c.

Hippion Argos, Ἄργος ἵππιον, oppidum fuit à Diomede conditum, poſtea Argyrippa, ἀργυρίππα Stephano, & Arpi appellatum. Meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Hippo, ἱππώνιον Straboni, oppidum Locrorũ in Brutijs, quod poſtea Romani Brutijs ereptum, Vibonem Valentiam appellarunt, teſtibus Strab. lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 5. * Sunt præterea teſte Strab. lib. ult. in fine, duæ hoc nomine urbes in Africa, quarum alteram Vticæ proximiorem, Hipponem regum uocamus, claram D. Auguſtini epiſcopatu: alteram à litore remotioré, quòd in paluſtri loco ſita ſit, uocant Diarrhytum, hoc eſt dilutum, interprete Plin. lib. 5. cap. 4. Eſt autem hoc nomen modò maſculini generis, modo fœminini: unde Hipponem dilutum, legimus apud Plin. lib. 5. cap. 4. & utramq; Hipponem apud eundem lib. 6. cap. 34. Author eſt Solinus, utrunq; horum oppidorũ à Græcis equitibus conditum fuiſſe, atq; inde nomen accepiſſe. * Eſt & Hippo, ἵππω, puellæ Bœotiæ nomen, apud Plutarchum in Pelopida.

Hippoboton, ἱππόβοτον, pratum quoddam ampliſsimum eſt ſub Caſpijs portis, in quo regium armentum quinquaginta millium equorum paſcitur: unde & nomen accepit. Author Strabo lib. 11.

Hippocentauri, ἱππόκενταυροι, monſtroſum hominum genus in Theſſalia iuxta Pelion montem, anteriore parte, ut poetæ fabulantur, hominũ, poſteriore equorum effigiem referentium. Cui fabulæ occaſionem miniſtraſſe uidetur, quòd primi equos domare cœperint, ijsq; ita aptè inſidere, ut homines cum equis unum in corpus coaluiſſe uiderentur. Iidem antea Centauri dicebantur, παρὰ τὸ κεντεῖν τοὺς ταύρους, hoc eſt ab eo quòd tauros ſtimulis agitarent. Verùm quũ idem poſtea ex equis præſtarent, ijsq; inſidentes ſtimulis tauros præ ſe agerent, Hippocentauri dici cœperunt: qui quum ad Peneum amnem aquatum ueniſſent, conſpecti ab ulterioris ripæ accolis, pro monſtris habiti ſunt, præſertim quum inclinata potandi gratia equorum capita non conſpicerentur. Hinc factus eſt locus fabulæ, Hippocentauros monſtroſam Centaurorum ſobolem fuiſſe, quæ dimidia ſui parte hominem, reliqua equum referret, quam tamen certum eſt nunquam extiriſſe. Quod & Cicero affirmat 2. de Nat. deorum, Quis, inquit, Centaurum fuiſſe, aut Chimeram putat? quæ ue anus tam excors inueniri poteſt, quæ illa quæ quondã credebãtur apud inferos, portenta extimeſcat? Hęc Cic. Cõſtat tamẽ monſtroſos huiuſmodi partus aliquãdo editos fuiſſe, nõ ſine grauis alicuius malimpẽdẽtis præſagio. Ná & Claudius Cæſar memoriæ prodidit, referente Plinio, Hippocentaurũ in Theſſalia natũ eodẽ die perijſſe: & Plinius ipſe teſtatur, ſe ciuſdem Claudij principatu Hippocentaurum uidiſſe in melle ex Aegypto allatũ.

Hipocomitæ, ἱπποκομῖται, incolæ uici cuiuſdam in Lycia, cui Hippucome, ἱππουκόμη, nomen eſt ab equo uiatoris cuiuſdã ibi extincto. Ex Stephano.

Hippocoon, cum liberis ab Hercule interfectus.

Hippocrates, pen. cor. ἱπποκράτης, nomẽ medici excellẽtiſsimi patria Coi: cui tanta fuit artis peritia, ut uulgò crederetur Aeſculapio prognatus. Extat apud Valeriũ Artaxerxis Perſarũ regis honorificentiſsima de eo epiſtola, in hæc uerba: Rex regũ magnus Artaxerxes Hyſtani Helleſpóti Præfecto ſalutẽ. Hippocratis medici Aeſculapio prognati ad me artis fama peruenit. Da igitur operã ut aurũ illi tribuas, quãtum cupit, aliaq; itẽ, quorũ indiget, & eũ ad me mitte. Erit enim par honore ſummis in Perſide uiris, &c. Hic de re uereréa habebat exiſtimationẽ, ut coitũ ſpeciẽ eſſe putaret morbi comitialis. extant adhuc ea de re eius uerba apud Gel. li. 29. ca. 2. τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν. Eius libri tanquã diuino emanauerint ore, ubiq; celebrantur. in primo enim Iuſiurandũ cõtinetur, in ſecũdo Prognoſtica, tertio Aphoriſmi, quarto illa admirabilis cõpoſitio 1 x. libris omnem ſcien-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcientiam medicinæ complectens. Exceſsit è uita annos natus c IIII. Suſcepit filios Theſſalum & Draconé. Hæc Suidas. * Hippocrates præter ſuperiorem, Suidas quinq; cõmemorat, omnesq; eiuſdem artis & familiæ: quorum tamé nemo primi ingenium gloriam´ue adæquauit. * Hipocratẽ alium, Athenienſium ducem ponit in bello Pelloponneſiaco Thucydides.

Hippocrene, pen. prod. ἱπποκρήνη, fons in Bœotia non procul ab Helicone monte, quem poetæ fabulantur factũ eſſe ungula Pegaſi equi alati: cui fabulæ occaſionem uidetur mini ſtraſſe Cadmus: qui quum in Bœotia locum urbi condendæ quæreret, huc illuc obequitans, hunc fontem primus creditur inueniſſe. Et quoniam Cadmus literarum inuentor creditur, factum eſt ut hic fons Muſis ſacer habeatur. Perſius ad uerbum reddens uocem Græcam, fontem cabalinum appellat. Nam ἵππος, nobis equum ſonat, & κρήνη, fontem.

Hippocrenides, ἱπποκρηνίδες, muſæ, dictæ ab Hippocrene fõte.

Hyppodame, es, pen. cor. ἱπποδάμη, & Hippodamia, pe. prod. ἱπποδάμεια, filia Oenomai regis Elidis & Piſarum: qui quũ ex oraculo, ſe à genero interemptum iri didiciſſet, & illa tamen à multis procis ob formæ præſtantiam expeteretur, curule certamen procis inſtituit cum ipſa (habebat enim equos uelociſsimos qui ex uentorum flatu creati erant) ea lege, ut qui uinceret filiam, haberet: uictus ſubiret morẽ. Tredecim igitur uictis & occiſis, Pelops Tantali filius uiſa puella, eius amore ꝓtinus exarſit: cuius nuptias ut aſſequeretur, Myrtilum eius aurigã pollicitis corrupit, ſic ut ille axes infirmos & fragiles ſubiunxerit: uel ut alij uolunt, obicem axi non obiecerit: & ſic fracto uel diſſoluto curru Oenomaus excidit, moriensque Myrtili caput deuouit: obtẽ ſtans Pelopem ut uicem ſuam ulciſceretur: quod & factum eſt. Quum enim pactum ſibi perfidiæ prẽmium à Pelope poſceret, ab eodem in mare deiectus eſt, atque hoc modo Pelops puella & regno potitus eſt. De hac Ouid. Venit ut in Phrygios Hippodamia ſinus. Verg. 3. Georg. Hippodameq; humeroq; Pelops inſignis eburno. * Alia itẽ fuit Hippodamia Briſæ filia, quã Achilles expugnato Lyrneſſo oppido ſecum abduxit. Hanc poetæ à patris nomine Briſeida appellant. * Alia quoque Hippodamia fuit Anchiſæ filia, quæ Alcathoo Troiano in uxorem data eſt, quem poſtea Idomeneus Cretenſis in pugna occidit. * Fuit & alia Hippodamia Pirithoi uxor: quam quum ipſo nuptiarum die Centauri ei præripere conarentur, ab Hercule & Theſeo ingenti clade ſunt profligati. uide Ouidium 12. Metamorph. * Pirẽei item forum Hippodamia appellatum fuit ab Hippodamo Mileſio architecto, qui Athenienſibus Piræum extruxit. Author Suidas.

Hippodamus, ἱππόδαμος, Mileſius philoſophus, natura ſtudioſus, primus eorũ qui in Republica uerſati nõ eſſent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuitatis ſtatu. Cõſtituit enim ciuitatẽ ex numero decẽ milliũ diuiſam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Religiones in totidẽ partes, ſacrã, publicã, & priuatã. Erat ob ambitionẽ uitęmoroſior, criniũ prolixitate, ac ſumptuoſo ornatu. Ariſtot. li. 2. Politic. * Fuit item hoc nomine architectus quidã Mileſius, qui Athenienſibus Piræum portum extruxit, à quo forũ quoddã Pirẽei Hippodamiam appellarunt. Author Suidas.

Hippodorus, ἱππόδωρος, Athenienſis fuit, qui filiam cum mœcho deprehenſam, duabus quadrigis iuſsit alligari, & in partes diſcerpi. Author Aelianus.

Hippodromus, Theſſalus genere, patria Lariſſæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis ſcholæ ſucceſsit, ut eſt author Philoſtratus, qui eum inter Sophiſtas retulit.

Hippola, ἵππολα, urbs uetus Laconica. gentile Hippolaites.

Hippolochus, pen. cor. ἱππολόχος, filius Bellerophontis, & pater Glauci, teſte Homero lib. 6. Iliad. * Alter teſte eodẽ li. 11. fuit Antimachi Troiani filius, qui unà cum Piſandro fratre ab Agamemnone in Troiano bello interfectus eſt.

Hippolyte, ἱππολύτη, Amazonum regina fuit, quam Hercules prælio uictam Theſeo dedit uxorem. * Fuit etiam hoc nomine Acaſti Magneſię regis uxor, quæ Peleum, quòd libidini eius non paruiſſet, apud uirum accuſauit, tanquam ei uim inferre uoluiſſet.

Hippolytus, pen. cor. ἱππόλυτος, Theſei & Hippolytæ Amazonis filius fuit: qui quum cælibem ducens uitam ſeſe uenatui exerceret, & conſtanti animo ſperneret mulieres, à Phędra nouerca, abſente patre, amatus eſt: cuius turpi deſiderio cũ obtemperare noluiſſet, illa apud uirum illum detulit quòd ſibi uim inferre uoluiſſet. Quamobrem quum uideret Hippolytus patrem dolo nouercæ perſuaſum, de nece ſua cogitare, conſcenſo curru fugam arripuit. Sed dum phocæ quæ tum fortè in littus exierant, equorum & rotarum ſtrepitu perterritæ magno impetu ſe in mare præcipitarent, exterriti equi fruſtra obluctãte Hippolyto, currũ per ſcopulos, & ſaxa traxerunt, iuuenemq; infœlicem loris implicitum in partes diſcerpſerunt. Hunc poſtea Aeſculapius reuocauit ab inferis, & priſtinæ incolumitati reſtituit. Hippolytus uerò, relicta terra Attica, in Italiam uenit, ne patris irã rurſus experiretur: & ſe Virbium appellari iuſsit, quòd bis uir fuiſſet. oppidum non procul à Roma ædificauit, quod à nomine acceptæ coniugis, Ariciam appellauit. Sed hanc fabulam eſſe conſtat, ut inquit Plato in Cratylo. * Fuit quoque hoc nomine qui in Danielem & Prouerbia Salomonis lucubrationes ſcripſit. Suidas.

Hippomachus, ἱππόμαχος, Athenienſis fuit tibicẽ, de quo tradit Aelianus, quòd quum diſcipulũ ab imperita plebe laudari uideret, quem tamen in arte peccare cognoſceret, ſilẽtium ei impoſuit, quòd nullum putaret maius eſſe ignorantiæ argumentum, quàm rudi multitudini placere.

Hippomenes, ἱππομένης, Macarei filius fuit, qui quum Atalanta puellam Scyriam curſu uictam accepiſſet uxorem, & in luco magnæ matris cum ea concubuiſſet, ab irata dea in leonem eſt conuerſus. Fabulam uide apud Ouid. libro 10. Metamorph.

Hippomolgi, ἱππομολγοί, populi ab equis mulgendis dicti. Steph. in Melanchlæni.

Hippon, uide Hippo.

Hippona, ἱππώνη, dea erat, quam ſtabularij maximè colebant, cuiusq; effigies in ſtabulis locabatur. Apul. lib. 2. Metamor. Reſpicio pilæ medio, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. In ipſo uerò meditullio Hipponæ deæ ſimulachrum reſidens ædiculæ, quod accuratè corollis roſeis quidem recentibus fuerat ornatum. Iuuen. Sat. 8. iurat Hipponam, & facis olida ad præſepia pictas.

Hipponax, ἱππώναξ, Iamborum poeta tanta deformitate, & fœditate uultus, ut eius effigies à pictoribus quibuſdã publicè propoſita fuerit deridenda. Quamobrẽ indignatus Hipponax, tam amarè in illos eſt inuectus, ut aliquot ex ijs creditur compuliſſe ad ſuſpendium. Hic creditur inueniſſe Scazontem carminis Iambici genus, quod ab eius nomine Hipponacticum uocamus, ſiue Hipponacteum. Cic. in Oratore, Senarios uerò & Hipponacteos effugere uix poſſumus: magna enim parte ex Iambis noſtra conſtat oratio. Plin. lib. 36. cap. 5. Hipponacteum præconium, prò infami nota poſuit Cicero, lib. 7. Epiſt. Eumq; addictum iam tum puto eſſe Calui Licinij Hipponacteo præconio.

Hipponium, uide Hippo.

Hipponeſus, ἱππώνησος, inſula ante Cariam, in ſinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 31.

Hipponicus, ἱππώνικος, Atheniẽſis ciuis fuit Hippiæ filius, qui quum patriæ ſtatuam dedicare decreuiſſet, ſuadentibus amicis ut eam Polycleto faciẽdã locaret, uehemẽter ab illis diſſenſit, quòd in ſtatuis tam inſignib. artificis potius induſtriã, quàm dedicantis uirtutem commendari arbitraretur.

Hippophagi, Scythiæ in Aſia populi.

Hippopodes, ἱππόποδες, populi in Oceano Scythico, qui teſte Solino, humanam uſque ad ueſtigium formã tenent, ſed in equinos pedes deſinunt. Meminit horum etiam Plin. lib. 4. cap. 12.

Hippotades, ἱπποτάδης, dictus eſt Aeolus rex uẽtorum, quòd nepos eſſet Hippotæ Troiani ex Segeſta filia. Ouid. 11. Metamor. Quòd pater Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes Contineat uentos.

Hippotoxotæ, ἱπποτοξόται, dicti ſunt equeſtres ſagittarij: quæ uoce utitur Hircius, lib. 5. belli Aſiatici.

Hipſicratea, uide Hypſicratea.

Hippuris, ἵππουρις, inſula eſt una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Aſtypalæa. Plin. lib. 4. cap. 12.

Hippus, ἵππος, fluuius eſt Colchorum, in Phaſim defluens. Strabo libro 11. * Eſt & Hippus mons Bithyniæ, in cuius radicibus condita eſt Pruſa altera, diuerſa ab ea quam Annibal

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nibal ſub Olympo condidit.uide Plin.libro 6.cap.32.

Hippotamadæ,uicus in tribu Oenide.Steph.

Hippuriſcus,ἱππουρίσκος,inſula Cariæ,Steph.Pomponio.

Hipſa,uide Selinus.

Hipſeus,filius fuit Aſopi fluminis,qui Eteocli in auxilium uenit aduerſus Polynicem.Stat.

Hipſea quadrijugos clypei ſeptemplice tauro.

Hira, fuit maritima urbs in agro propinqua Pylo, ſub Agamemnonis dominio, teſte Hom.lib.11. Iliad. *ipſa* Stephano urbs Meſeniæ,& alia Melienſium.

Hippus,ἵππος,inſula Eretriæ.Ité urbs Siciliæ, & alia Palæſtinæ.Gentilia Hippius,Hippenus,Hippinus.Steph.

Hippuacra,(ἱππούακρα,quaſi dicas,equi promõtorium) urbs Libyę.Gentile,Hippacrites.Steph.Malim diuiſis uocibus ἵππου ἄκρα,ratioue accentus.

Hippucome,ἱππουκώμη.uide Hippocomitæ.

Hiraſa,ἵρασα,locus Libyæ,in quem Afri Battum tranſtulerunt,Steph.

Hircius, aut,ut alij ſcribunt Hirtius, Conſul fuit Romę unà cum Panſa,quo tempore Brutus ab Antonio obſeſſus fuit Mutinæ:ad quem liberandum profectus, unà cum collega eſt interfectus.

Hirpiæ familiæ, in Faliſcorum agro fuerunt,quæ in ſacrificio annuo,quod fiebat in monte Soracte,ambulantes ſuper ambuſtam ſtruem lignorum non adurebantur. Author Plin. lib.7.cap.2.Hi à Solino uocantur Hirpi.

Hiſmaelitæ,pen.prod.ἰσμαειλῖται,populi ſunt Africę,qui nunc Saraceni dicuntur,ab Hiſmaele ſic nominati, Abrahæ filio ex Agar ancilla.

Hiſpalis,ἱσπαλις,Bæticæ prouincię urbs clariſsima, Romanorum colonia,cognomine Romulenſis : à qua unus ex quatuor iuridicis Bęticæ cõuentibus,Hiſpalẽſis dicitur. Plin. lib.3.cap.1. Hęc hodie Siuilia dicitur.

Hiſpania,ἱσπανία,ἰβηρία,regio Europę, quę à montibus Pyrenęis incipiens,per columnas Herculis circumiens, uſq; in Borealem Oceanum protenditur.Decem millibus ſtadijs, ut Appianus ſcribit,eius latitudo commenſuratur.Longitudo prorſus eadẽ eſſe uidetur.Terra,frumenti, uini, olei, auri,gemmarum,metallorumq; ferax. Ex qua etiam bellicoſiſsimi equi procreantur. Refert Varro, in Hiſpanijs equas credi ex uento concipere,quòd equos habet hæc regio curſu tam ueloces,ut meritò ex uentis concepti ferantur.Diuiditur autẽ omnis Hiſpania,teſte Plin.lib.2.cap.1.2. & 3.in citeriorem & ulteriorem. Vlterior rurſus ſecatur in duas partes,in Bæticam,quæ hodie Granata dicitur: & Luſitaniam,quam uocant Portugalliam,quæ Ana fluuio à Bætica diſtinguitur. Vlterioris Hiſpaniæ conuentus erãt quatuor:Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus, & Hiſpalenſis. Citerior autem Hiſpania, quæ & Tarraconẽſis dicebatur, in ſeptem diuidebatur conuentus:quos uide apud Plniũ. Hodie diuiditur in quinq; regna:Caſtellã,quæ cum legione permiſta,unũ efficit regnum. Gallaciã, Cathaloniã, Arragoniam,& Nauarram. Omnis autem Hiſpania ab Ibero fluuio primùm dicta fuit Iberia : poſtea ab Heſpero Atlantis fratre,ſiue,ut alij malunt,ab Heſpero ſtella lucidiſsima, quæ ueſpertino tempore in occidente apparet,ſolem ſubſequens, uocata eſt Heſperia : ultimò uerò ab Hiſpali urbe ad fretum Atlanticum ſita,quem hodie Sibiliam uocant, dicta fuit Hiſpalia:unaq; deinde litera immutata, Hiſpania.

Hiſpanus,& Hiſpanienſis,fiunt adiectiua,ſicut à Sicilia, Siculus,& Sicilienſis : à Corintho,Corinthius,& Corinthiẽſis. Sed qui in Hiſpania natus eſt,Hiſpanus dicitur,ἰβηρ, Hiſpanienſis,qui alibi ortus,in Hiſpania uerſatur : hoc eſt qui licet in Hiſpania ſit,non tamen in ea natus eſt,ἰβηρικός. Vnde Hiſpanienſes uocamus negotiatores,qui in Hiſpania negotiantur.Sic Hiſpanienſem exercitum uocabãt Romani,qui in Hiſpania militabat.Plin.lib.13.Cæſar Hiſpanienſi triumpho Chium & Falernum dedit, quum in Hiſpania bellum aduerſus Romanos,non Hiſpanos geſſerit.

Hiſtiæa,ἱσταια,ἱσταῖος,Eubœæ inſulæ ciuitas, quam Homerus in Catalogo nauium,à uitium copia πολυσάφυλον cognominat.Eadem ſtea ropus dicta eſt,teſte Stephano.

Hiſtiæus,ἱσταῖος,Mileſiorum tyrannus,qui quum relicto Dario,Iones ad defectionem ſolicitaret, captus ab Harpago Darij prefecto, in crucem ſublatus eſt. uide Herodotum libro 6.

Hiſtonium,ἱστώνιον,oppidum Frentanorum,in quarta regione Italiæ.Plin.lib.3.cap.12.

Hiſtria Hiſtrius, pro regione, uide Iſtria, & in Appellatiuis Hiſtriones.

Hoarus,ὁαρός,Scythiæ fluuius,apud Thuſſagetas naſcens,& in Męotim paludem influens.Author Herodotus lib.4.

Hodius,ὁδῖος,fuit (teſte Homero lib.9.Iliad.) unus ex Græcorum præconibus in bello Troiano.

Hœrychius, quod hic pro nomine fabri corruptè legebatur, lege Tychius. Quod quidem erratum primùm ab Homeri interprete manauit, dictiones duas quæ diuidendæ erant, coniungente.Locus poetæ eſt lib.7.Iliad.ubi ſic habet:Αἴας δ' ἰγκύθιρ ἦλθε, φέρων σάκος, ἠύτε πύργον Χάλκιον, ἐπταβόειον ὃ οἱ τυχίος κάμε τεύχων, &c. Quem locum interpres ſic uertit, Ferens ſcutum turris inſtar,quod fecerat Hœrychius : nõ ſatis animaduertens τὸ οἱ, ibi datiuum eſſe pronominis ὅε, æquipollentem datiuo Latino Sibi.Huius generis non pauca ex fontibus ipſis repurgauimus, quæ eorum culpa irrepſerant, qui uoluminis magnitudini potius conſulentes, quàm bonitati,quicquid ubiq; obuium fuit,nullo iudicio, albaq; quod dici ſolet linea huc cõgeſſerunt, nihil interim penſi habentes,ſe & bibliopolis, quib. operas ſuas locant, fucum facere, & rudi linguæ Latinę tyrunculo adulterina pro ſynceris tradere,unũ priuati ſui cõmodi ſcopũ ſibi præfigentes,quo & librorum bonitatẽ, & officiũ ſuum metiũtur:opus illud longè optimum iudicantes, ex quo quàm plurimum compendij ad ſe redeat,& emolumenti.

Hodœdocus,uide Calliarus.

Hodomanti,ὁδόμαντοι,populi Thracię.Inde Hodomanticus, & fœm.Hodomantis,Steph.ex Thucydidis lib.2.

Holcades,ὁλκάδες,populi intra Iberum fluuium, Stephan.ex tertio Polybij.

Holmi,urbs Ciliciæ aſperæ ubi prius habitant, qui nunc Seleuceis.Gentile Holmeis.Sed apud Steph.ſine aſpiratione legitur ὅλμοι,apud Strabonem Holmos cum aſpiratione & ſingulari numero,lib.14.

Holmium,urbs Bœotiæ.gentile Holmieus.Apud Stephanũ ὅλμιον ſine aſpiratione legitur.

Holmones,uicus Bœotię ab Holmo Siſyphi filio, Pauſanias lib.9.gentile,Holmoneis. In uulgatis Stephani codicibus ὁλμωνεῖς,& inde deriuata non aſpirantur.

Homeritæ,ὁμηρῖται,populi Aethiopum,Steph.

Homerus,pen.prod.ὅμηρος,nomen poetæ Græci excellentiſſimi,qui fuit ante Romam conditam annis circiter centum ſexaginta,ut Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen ſortitus eſt, quum prius Meleſignes diceretur, quòd ad Meletum fluuium natus eſſet.Cumæi náq; & Iones captos oculis ὁμήρους appellant, quòd ὁμήροις, id eſt itineris ducibus, egeãt. Hinc Cæcutiens Mæonius nuncupatur à Martiano lib.1. de Nupt.Philologiæ. Cæcutientis Mæonij ſuauiloqua ſenectus.Petrarcha in Bucol.Cæcumq; ſenem, ſed multa uidentem.De patria eius nihil certi traditur. Fecit enim nominis eius claritas,ut quem uiuum,rebusq; omnibus egentem,nemo agnouerit : nunc multæ Græciæ urbes certatim ſibi uendicent,adeò ut quibus potiſsimum credere debeamus,non facilè fuerit diſcernere.Quod etiam teſtatur Cicero pro Archia, Homerum, inquit, Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum, Chij ſuum uendicant, Salaminij reperunt, Smyrnæi uerò ſuum eſſe confirmant,itaq; etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt : multi alij præterea pugnant inter ſe,atq; contendunt. Extat ea de re diſtichon Græcũ apud Gellium lib.3.cap.11.

Ἑπτὰ πόλεις διαπρέπουσιν περὶ ῥίζαν ὁμήρου.
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, σαλαμὶς, χίος, ἄργος, Ἀθῆναι.

Reliquã eius uitã breuitatis cauſa hic prętermittimus:quã qui latius noſſe cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum.

Homericus,Homerica, Homericum, ὁμηρικός, quod Homeri eſt. Quint.lib.2.Sit ergo tum eloquentia, quàm moribus præſtantiſsimus,qui ad Phœnicis Homerici exemplũ dicere,ac facere doceat. Iuuen.Tu miſer exclamas, ut uincere Stentora poſſis,Vel potius quantũ Gradiuus Homericus.

Homeromaſtix,ὁμηρομάστιξ,cognomẽ Zoili cuiuſdã,quieo ſolũ nomine innotuit,quòd præſtãtiſsimũ poetarũ omniũ Homerum,libris aduerſus eum editis, auſus fuerit inſcitiæ arguere:quos libros quũ Ptolemęo Aegypti regi obtuliſſet, rex

rex tum quidem dissimulata indignatione, quam ex hominis impudentia conceperat, post aliquot dies pecuniæ aliquid petenti, quo inopiam subleuaret, Mirum, inquit, te inopia premi, qui multo Homero es doctior, quum ille qui ante annos mille fato functus est, etiam hodie tot hominum millia pascat. Tandem parricidij accusatus, iussu regis in crucem sublatus est. Dictus Homeromastix quasi Homeri flagellum. μάστιξ enim Græcis idem est quod nobis flagellum. Vnde & Comici uerberones mastigias identidem appellant. Extenditur & latius Homeromastigos appellatio, ut omnibus planè detractoribus accommodetur, qui insatiabili reprehendendi libidine optima quæq; lacerant: quũq; Venerẽ ipsam non possint, sandalium eius reprehendunt. Plinius in Procœmio operis: Vt obiter caueã istos Homeromastigas. ita enim carptores suos nominat. Ad eundem etiam modũ obtrectatores omnes mastiges appellantur, addito nomine eius cui obloquuntur: ut, Vergiliomastix, Vergilij reprehẽsor: & Ciceromastix, Ciceronis carptor: quo nomine Largius Lacinius, qui librum inscripsit, quem in Ciceronem edidit, teste Gello lib. 17. cap. 1.

Homeridæ, ὁμηρίδαι, familia apud Chios illustris, ut ait Hellanicus, quæ generis sui originem ad Homerum referebat.

Homole, es, ὁμόλη Stephano, mons est Thessaliæ, Centaurorũ olim sedes, quemadmodum & Othrys. Verg. 7. Aenei. Ceu duo nubigenæ quum uertice mõtis ab alto Descendũt Cẽtauri, Homolen, Othrynq; niualem Linquentes.

Homolium, ὁμόλιον Stephano, Magnesiæ oppidum, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 9. & Strabo lib. 7.

Homonœa, nomen mulieris, uide in Appellatiuis.

Horatius, ὁράτιος, poeta Venusinus, Lyricorum & Satyrarum scriptor, qui anno imperij Augusti Cæsaris XXXIII. ætatis uerò suę LXIII. moriens, Augustum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mecœnatem in Exquilijs sepultus. Quidam hoc nomen ab orando deduci putant: quib. tamen prẽter scripturam, primæ etiam syllabæ quantitas refragatur. Corripit enim hoc nomen primam syllabam. Ouid. Detinuit nostras numerosus Horatiuś aures.

Horatius Cocles, uide Cocles.

Horminæ, uide Hyrmine.

Horodes, siue, ut alij scribunt, Orodes, pe. prod. rex Parthorum fuit, qui M. Crassum occidit. uide Plutar. in Crasso.

Hormasdes, apud Chaldæos bonus dæmon erat, qui Iupiter putabatur. Sipontinus.

Hortensia, Q. Hortensij filia fuit eloquentissima: quæ quum matronarũ ordo graui tributo à Triumuiris Octauio, M. Antonio & Lepido premeretur, nec uirorũ quisquam liberius loqui auderet: causam cõstãter egit, repræsentataq; patris facũdia, impetrauit ut maior pecuniæ pars eis remitteretur. Eius orationis præcipua capita ab Appiano Alex. referuntur.

Hortensius, cui Quinto fuit prænomen, Romanus orator, qui in foro Romano causarũ rex ob eloquentiã dictus est: licet eius scripta infra famã fuerint. De quo Cicero in Bruto sic refert, Primũ memoria tanta, quantam in uiro cognouisse me arbitror, ut quæ secũ cõmentatus esset, ea fine scripto uerbis eisdem redderet quib. cogitasset. De quo etiã fertur, quòd sedens olim totum diem in auctione, omnes res uenales, & precia, & emptores, ordine suo recensuit, argentarijs recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur.

Hortus, item Assyriorum rex Plin. lib. 30. cap. 15.

Horus, ὧρος, Isidis filius, quẽ quũ illa amisisset, uerita nẽ illi obueniret quod Osiridi patri acciderat, multũ fleuit: sed eo inuento, mœrorẽ in lætitiam cõuertit. * Horus præterea ab Aegyptijs uocatur Sol: unde & horas dictas arbitratur Macrobius. * Fuit & Horus Assyriorum rex. Plin. lib. 3. cap. 15.

Hostia, nomen puellæ & regionis, uide Hostia appell.

Hosticus, substantiuum, nomen poetę fuit.

Hostiones, uel Hostięi, ὠσίονες ἢ ὠσιαῖοι, populi iuxta Oceanum occidentalẽ, quos Artemidorus Cassinos, aliàs Cosinos, uocat. Steph.

Hosa, Tuscorum fluuius, Ptolemæo, Marthæ hodie.

Hunni, ὖννοι, populi sunt qui quondam in Scythia Europæa super Mæotim paludem incoluere: deinde mutatis sedibus, ingenti multitudine in Pãnoniam irrupere. Hæc gens temporibus Valentiniani principis duce Attila totam penè Europam peruagata, Galliam, Italiamq; fœdissimis cladibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus uicta rursus se recepit in Pannoniam. Quare credibile est, Hunnos eos esse qui etiam hodie Pannoniam incolunt, paucis immutatis literis Hungari uocati. De his Hieronymus ad Oceanum: Ab ultima Mæotide inter glacialẽ Tanaim, & Massagetarũ immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexãdri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illucque uolitantia, cædis pariter ac terroris cuncta compleuerunt.

Hyacinthus, puer, uide in Appel.

Hyades, ὑάδες Suidę, stellæ septem in capite Tauri, quæ quoties nascuntur, uel occidũt, pluuias creant. ἀπὸ τοῦ ὕειν, quod est pluere. Ouidius libr. 5. Fastorum, At simul inducent obscura crepuscula noctem, Pars Hyadum toto de grege nulla latet: Ora micant Tauri septem radiantia flammis, Nauita quas Hyadas Graius ab imbre uocat. Fabulantur poetæ Hyades Bacchi nutrices fuisse, quæ & Dodonides nymphę uocatæ sunt à Dodona ciuitate Epiri: quæ quum Iunonis iram uererentur, fugerentque Lycurgi regis sæuitiam, à Ioue in cœlum esse translatas. Alij tradunt Atlantem ex Aethra uxore Hyantem filium suscepisse, septemque puellas, quarum hæc sunt nomina: Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexaure, Pytho, & Tyche: quæ quum fratrem à leone deuoratum implacabili luctu prosequerentur, doloriscque magnitudine extabescerent, Iouis miseratione in septem stellas sunt conuersæ: & ut perpetuum maneret tantę pietatis testimonium, fratris nomine Hyades sunt appellatæ. Hæ à Latinis uocantur Suculæ, ignorantia Græcæ linguæ, ut Tiro Ciceronis libertus putauit. Nam quum scirẽt prisci illi linguæ latinæ authores ὗας à Græcis dici, quas nos uocamus sues, putauerunt etiam ὑάδας, Latinè posse uerti Suculas: tanquam Hyades ἀπὸ τῶν ὑῶν, hoc est à suibus, ac nõ potius, ἀπὸ τοῦ ὕειν, hoc est à pluendo dicerentur. Sed de Tironis iudicio, uide Gellium lib. 13. cap. 9. Nõ absurdum tamẽ uidetur, idcirco Suculas à Latinis uocatas esse, quòd propter maximas, quas afferunt, pluuias, luto gaudere uideantur, quemadmodum sues.

Hyæa, ὑαία, urbs Locrorum Ozolarum, apud Thucyd. libro 3.

Hyamea, ὑάμεια, Messeniaci agri oppidum, unum ex quinque, ut inquit Stephanus. Gentile est Hyamita, ὑαμίτης, teste eodem Stephano.

Hyamion, ὑάμιον, Troadis oppidum, à quo fit gentile Hyamios, ὑάμιος. Stephanus.

Hyampolis, ὑάμπολις, Phocidis oppidum, ad Parnassum montem, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 7. & Strabo lib. 9. * Est & Hyampolis altera in Bœotia, non procul ab Orchomeno: cuius meminit Ptolem. li. 4. cap. 15.

Hyantes, ὕαντες, ab antiquis appellabantur Græcię populi postea Bœoti appellati, Plin. lib. 4. cap. 7. quod nomen ab Hyante rege traxisse putantur, ut non obscurè innuit Strabo lib. 7. Hinc deducitur adiectiuum Hyantius, a, um, idem significans quod Bœotius: unde Actæonem Cadmi nepotẽ Hyantium cognominat Ouidius 3. Metamorph. Quum tu uenis placido per deuia lustra uagantes Participes operum compellat Hyantius ore.

Hyapea, ὑάπεια, urbs Phocidis ab Hyapo. Ciuis Hyapeus.

Hyas, antis, ὕας, Atlãtis filius ex Aethra uxore, qui quũ adhuc puer uenationib. sese exerceret, à leone deuoratus est. Huic fuerũt sorores septẽ, à patris nomine Atlantides dictæ: quę cũ fratris desiderio extabescerẽt, deorũ miseratione in septem stellas conuersæ sunt: quarum pietas ne ullo tẽporis interuallo obliuione obliteraretur, à fratris nomine Hyades appellatę sunt. * Fuit & Hyas Bœotię rex, à quo Bœoti aliquando Hyantes fuerũt nominati. Author Strabo lib. 7.

Hyasis, ὕασις, urbs Libyæ, quę & Oasis, unde Hyasites, uel Oasites, Steph. uide Oasis.

Hyba uel Hybadę, ὕβα ἢ ὑβάδαι, uicus in tribu Leõtide, Steph.

Hybele, ὑβέλη, urbs iuxta Carthaginem. gentile Hybelites.

Hybandã, ὕβανδα, olim insula fuit Ioniæ, postea maris recessu continenti annexa. Author Plin. lib. 2. cap. 89.

Hyberes, Hyberi, & Hyberia, quæ hic ut perperam scripta, sic alieno loco inserta erant. uide Iberes, Iberi & Iberia.

Hybernia, ὑβερνία, insula inter Septentrionem & Occidentem solem, dimidio minor quàm Britannia cui propinqua est. Ab hyberno tempore, ut quidam putant, sic appellata, propter hyemis magnitudinem. Hinc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hybernicus,ca,cum:ut,Mare Hybernicum. Claudianus hanc insulam uocauit Hyberpen. Ita enim ait in 7.Paneg. Scotorum cumulos fleuit glacialis Hyberne.

Hyberus,uide Iberus.

Hybla,uel Hyble,es,ὕβλα,ciuitas Siciliæ,circa quam est thymi & salicum copia:ab Hyblone Rege ita dicta, Megara appellata postea. Hanc Strabo à Dorien sibus conditam scribit.* Est etiam huius nominis mons dictæ urbi proximus thymo abundans:unde apes pascę,mel optimum conficiũt. Martialis:Quum dederis Siculis mediæ de collib. Hyblę, Cecropios dicas tu licet esse fauos.

Hyblæus,a,um,ὑβλαῖος,ut Apes Hyblææ,quæ in Hybla monte pascuntur. Verg.1.Eclog. Hyblæis apibus florem depasta salicti.

Hyblon,onis,ὕβλων,Siciliæ regulus,qui Hyblæ ciuitati nomẽ fecit,quæ postea Megara dicta est. Author Steph.

Hybreas,ὑβρέας, insignis Orator fuit ex Mylasis Cariæ urbe: cui quum pater nihil præter mulum lignarium, & mulionẽ reliquisset,illorum opera aliquãdiu nutritus, Diotrephi sophistæ operam dedit:posteaq; ad Reipublicæ gubernacula conuersus,proximam Euthydamo authoritatem obtinuit: quem quum patriæ quidem fuæ tyrannidem exercere, sed tamen multis utilitatibus id incommodi pensare uideret, fertur ei in concione dixisse,Euthydame,malum es ciuitatis perneceſſarium. Nam nec tecũ uiuere possumus,nec sine te. Hic quum Labienus Parthorum auxilijs instructus,in Asiam irrupisset,adolescentulumq; quendam iactantem audiret,se Parthicum Imperatorem esse,At ego,inquit,Caricus. Quo eius dicto irritatus Labienus,impetum in urbem fecit, eaq; capta magnificas Hybreæ ædes diruit: (nam ipse fuga se Rhodum subduxerat) urbemq; ipsam ruinis incendijsque deformauit. Verum quum ille Asiam reliquisset,reuersus Hybreas,ędes suas,urbemq; reparauit. Ex Strabonis lib.14.

Hyccaron,ὕκκαρον τὸ, uel ὕκκαρα,τὰ, oppidum Siciliæ, ubi Laidem meretricem natam aiunt. Gentile Hyccareus, possessiuum Hyccaricus,Steph.

Hyda,dæ,siue Hyde,es,ὕδη,oppidum Lydiæ,sub Tmolo monte situm, cuius meminit Homerus in Catalogo,ubi nominat eam Hylen. Sunt qui idem esse putent cum Sardibus. uide Strabonem,lib.13.

Hydarcæ,ὑδάρκαι, Indiæ populi,qui aduersus Liberum patrẽ pugnarunt. Steph.

Hydarnes,ὑδάρνης, fuit nobilis Persa, qui,teste Herodoto, libro 3.cum Dario in Smerdim Magnam cõiurauit. uide Strabonem lib.11.

Hydaspes,ὑδάσπης, fluuius Indiæ qui per Parthos & Medos fluens, in Indiam extenditur, Nysamque urbem alluens, Indo flumini miscetur. Alij non in Indum, sed in mare labi tradunt. de quo Lucanus lib.6. Quà rapidus Ganges,& quà Nysæus Hydaspes. Dictus ab Hydaspe antiquissimo Medorum rege.

Hydissus,ὕδισσος, Cariæ oppidũ,ita dictum ab Hydisso filio Bellerophontis,& Asteriæ,filiæ Hydei,teste Stephano. Huius incolæ dicuntur Hydissenses, ὑδισσεῖς, quorum meminit Plin.lib.5.cap.29.

Hydra,nomen ciuitatis. uide Hydra serpentis nomen.

Hydramia,ὑδραμία,urbs Cretę. ciues Hydramici, Steph.

Hydrea,ὑδρέα,insula iuxta Trœzenẽ. gẽtile Hydreates, Steph.

Hydrela,ὕδρηλα,in Caria est. gentile Hydreleus,Steph.

Hydrochous,ὑδροχόος,signum cœleste quod Latinè Aquariũ dicimus,παρὰ τὸ χεῖν τὸ ὕδωρ, hoc est ab aqua fundenda dictus. Nam qui Astrologiam poeticam scripserunt, putant fuisse Ganymedem Troianum puerum,Iouis iussu ab aquila raptum,& in mensa deorum miscendæ nectari aquæ propositum.

Hydruntum,ti,ὕδροῦς, oppidum extremum agri Salentini,apud Plin.lib.35.cap.11. quod à Stephano & Strabone Hydrûs appellatur.

Hydrus,untis,uide suprà Hydruntum.

Hydrusa,ὑδροῦσα,duarum insularum nomen fuit in mari Aegæo,quarum altera notiore nomine Andros, altera Ceos appellatur. Hydrusæ ab aquarum ubertate appellatæ. utriusque meminit Plin.lib.4.cap.12.

Hyela,ὕηλα, oppidum Lucaniæ, iuxta Palinurum promontorium,à Phocensibus conditum,teste Herodoto lib.1.postea Elea,deinde Helia,& postremò Velia appellata. uide Strabonem lib.6.

Hyerus,uide Hierus.

Hyettus,ὑιττός, uicus Bœotiæ, quem nonnulli Aspledonem nominãt:ab Hyetto quodã Argiuo nomẽ habẽs,siue (ut alijs placet) ab eo quod iugibus rigetur pluuijs. uide Steph.

Hygassus,ὕγασσος, Cariæ ciuitas, apud Steph. à qua campus uicinus, Hygasseus appellatur.

Hygrius,ὑγρεύς,Sarmatiæ Europæ oppidum,inter Lycum & Poritum fluuios. uide Ptolemæum Tabula 8 Europæ.

Hylactor,ὑλάκτωρ,nomen unius ex canibus Actæonis, ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν,hoc est à latrando. Ouid.3.Metam. Et acutæ uocis Hylactor.

Hylæa,ὑλαία,Sarmatiæ regio syluosa,non procul à loco quem Achillis cursum nominant: à qua uicinum mare Hylæum appellatum est. uide Herodotum lib.3.

Hylæus,ὑλαῖος, Centauri nomen,à syluis deductum. Verg.8. Aen. tu nubigenas inuicte bimembres, Hylæumq; Pholũque manu,tu Cressia mactas Prodigia.

Hylas,ὕλας,filius fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Quum enim ex Calydonia occiso Oenei pincerna fugeret, uenissetq; cum Deianira & Hylo filio ad Dryopes,& seruienti puero quũ Lychas pædagogus abesset, à Theodamante aliquid cibi postulasset,ille autem denegasset, arreptum unum ex bobus Theodomantis mactauit,atq; coxit. Quamobrem Theodamas conuocatis popularibus arma aduersus Herculem mouit:& quamuis in ea pugna ferè oppressus fuerit Hercules,tamẽ uictoriã obtinuit:& occiso Theodamante,Hylam filium eius secum abduxit: quem postea unicè dilexit,secumq; cum reliquis Argonautis Colchos nauigans duxit. Verum quum inter remigandum Hercules remum suum fregisset,unà cum Hyla naui egressus est, ut alitũ in Mysię syluis quæreret. Inualescente autem æstu, quũ siti premeretur,Hylam cum urna mittit ad Ascanium fluuium,ut inde sibi aquam afferret. Verùm quum ripa altior esset,quàm ut stans haurire posset,procumbens in pectus Hylas,urnam è manibus amittit: quam quum subitò recipere conaretur,pondere eius demersus est. Quæ res poetis occasionem præbuit fabulandi,Hylam à Nymphis fuisse raptum. Hercules autem quum Hylas nusquam compareret,casum eius tam ægrè tulit,ut relictis Argonautis, Mysiam totam oberrans,Hylam quæreret. Iuuenal Satyr. 1. Et multum quæsitus Hylas,urnamq; secutus.

Hylatæ,ὑλάται,populi Syriæ Cœles,apud Plin.lib.5.cap.23.

Hylax,actos,ὕλαξ, nomen canis, ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν, hoc est à latrando.

Hyle,uide Hyde.

Hyllus,ὕλλος Suidę,filius Herculis ex Melita Aegæi fluminis filia:à quo Hyllinenses populos, & Hyllicum portum denominatum tradunt.* Hylus, simplici l, alius fuit filius Herculis ex Deianira,qui Iolen,patre mortuo,uxorem duxit,ut ait Ouid.lib.9.Metam. Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerunt, ab Eurystheo pulsus,Athenas confugit,ibiq; Misericordiæ,uel Clementiæ templum condidit, quod & accepit ab Athenienſibus beneficij testimonium, ut miseris in posternum asylum esset,& perfugium. Seneca in Hercul. Oetæo: Si uerò pietas Hyle quærenda est tibi,Iam perime matrem.* Hyllus item Straboni lib.13.fluuius est Lydię,in Hermum influens,qui postea Phrygius appellatus est.

Hyllarima,ὑλλάριμα,oppidum Carię,supra Theostrotonicią, patria Hieroclis ex athleta philosophi. Ciuis Hylarimeus. Stephanus.

Hylleessa,ὑλλήεσσα, Paros una Cycladum olim uocabatur. Est etiam Zacynthi epitheton, Steph.

Hylluala,uicus Cariæ,ὑλλοῦαλα,ubi Hyllus interijt, cum templo Apollinis. Alla apud Cares equum significat, Stephan. Aliàs Hylluæa.

Hylonome,es,ὑλονόμη,mulier ex genere Centaurorũ, Cylliri Cẽtauri uxor,quę mortuo marito gladio suo incubuit.

Hylus,ὕλος,filius Herculis ex Deianira: de quo copiosius egimus in dictione Hyllus.

Hymari & Aetnæ filius Gelon, Stephan. in γέλα.

Hymenæus,pen.prod. ὑμέναιος, deus nuptiarum putatus est, ἀπὸ τοῦ ὑμένος,hoc est à mẽbrana q̃ clauſtrũ uirginitatis esse, & primo coitu rũpi putabatur. Hic Veneris & Liberi filius dictus

dictus est,uel,(ut quidam aiunt)ex Vrania progenitus, qui primus certas nuptias instituerit. Alij putát Hymenæũ uirũ Atticũ fuisse,qui raptas à latronibus uirgines,parétibus intactas restituit,ideoq; in nuptijs eius nomẽ inuocari, tan quá defensoris uirginitatis: ideoq; hác uocẽ nuptialẽ factá apud Græcos, quemadmodũ Romani in nuptijs uirginalibus Thalassij nomẽ inuocabát. Alij dicunt Hymenæũ fuisse quendá iuuenem qui de nuptiarú ruina oppressus interijt. Vnde postea institutum,ut expiationis gratia nominaretur in nuptijs. Sunt etiá qui putent hymnum ipsum in uirginalibus nuptijs cátari solitũ,uocari hymenęum. Terẽt. in Adel. hoc mihi in mora est, Tibicina, & hymenæum qui cantent. Vbi Donatus,Sic accipe,inquit,hymenæum in nuptijs,quẽ admodum θρῆνον in funere,uel in sacris hymnum. *Accipitur etiam pro ipsis nuptijs. Verg. 1. Aeneid. Pergama quũ peteret,inconcessosq; hymenæos.

Hymera,uide Himera.

Hymettus,ὑμηττὸς,Stephano & Suidę,per duplex tt,mons Aticæ clarissimus,semper florens,cuius mel Plinius scribit esse preciosissimũ. Martial. lib.14. Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti Pallados à syluis nobile nectar apis.

Hymettius,tia,tium, adiectiuum,ὑμήττιος Stephano, quod est ex Hymetto monte. Plin.li.36.cap.3. Lucius Crassus orator, primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. Vbi colũnas Hymettias uocat ex Hymetto monte excisas. nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effodiebatur.

Hyope,ὑώπη, urbs Marienorum,fortè Matianorum. Gentile Hypeus,enus,ites. Vestiti sunt ut Paphlagones,Steph.

Hyops,ὑοψ, urbs in Iberia Cherronesi,non procul à Lesiro fluuio. Inde Hyopus,Steph.

Hypacaris,Scythiæ fluuius.

Hypęlochij,ὑπαιλόχιοι,gens Molossica,Steph.

Hypæa,ὑπαία. Massilienśium insula,una Stœchadum. Author Plin.lib.3.cap.5.

Hypæpæ,arum,ὕπαιπα, Stephano & Straboni, Lydiæ oppidũ, quod occurrit à Tmolo monte ad Caistri campestria iter facienti. Nomen ei est, ut inquit Steph. quoniam sub Aepo móte sita est. Veneri sacra est,eo quòd pulchræ fœminæ ibi uisantur. Ouid. de Arachne, Orta domo parua paruis habitabat Hypæpis.

Hypanis,pen. cor. ὕπανις, fluuius Scythiæ, ex magna palude profluens,sapore dulcissimo, donec ad quadragesimum miliare,miscetur ei exiguus fonticulus. Exampeũ nominat Herodotus lib.4. qui sua amaritudine totum corrumpit Hypanim. Ouid.15.Metamorph. Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,Qui fuerat dulcis,salibus uitiatur amaris? *Est & alter eiusdem nominis fluuius in India:cuius meminit Strabo lib.15. Ad quem referri potest illud Propertij, Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

Hypana,ὕπανα,Triphyliæ ciuitas apud Strabonem,lib.8.

Hyparchus,ὕπαρχος, præfectus prouincię uel exercitus,cuius potestas ab alio dependet: quasi ὑφ' ἑτέρου ἀρχόμενος. Eiusmodi erât legati in exercitu,qui sub Imperatore gerebãt: & prouinciarũ Præsides, à Principe uel Senatu constituti.

Hypata,ὑπάτη,καὶ ὕπατα,Aenienśiũ ciuitas teste Stephano. Sũt autem Aenienses,Aetoliæ populi,Perrhæbis finitimi, teste Plin.li.4.cap.2. *Est item Hypata, Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluuium,teste Stephano.

Hyparos,ὕπαρος, Phœnices fluuius,apud Melam lib.1. Hypatòn item Græci Consulem appellant,& Hypatian Consulatum,& Hypaticon Consularem. Verùm hæc, quòd nostro instituto parum conueniant, ex Græco potius Lexico petẽda relinquimus.

Hypatia,ὑπατία,mulier Alexandrina fuit, Theonis geometræ filia, & uxor Isidori philosophi, quæ magno & frequenti auditorio uaria disciplinarum genera in patria professa est. Suidas.

Hypenor,ὑπήνωρ,fuit princeps quidam Troianus, quem teste Homero lib.5.Iliad. Diomedes in bello occidit.

Hypenus,ὑπήνος,athleta qui primus diaulo uicit. Pausan.

Hyperasia,uide Hypereśia.

Hyperborei,pen.cor.ὑπερβόρεοι, montes & populi Septentrionales, dicti quod supra Boreæ flatum siti esse credereutur. Festus docet Hyperboreos esse supra Aquilonis flatũ habitantes: quoniam humanæ uitæ modum excedant, uiuendo ultra centesimum annum,quasi ὑπερβαίνοντες ὅρον humani seculi. Ferunt magnam his de cœlo clementiam concessam esse auras spirare salubres,nihil noxij flatus habere,domos esse nemora,uictum arbores ministrare, discordiam uescire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æqua le uotũ esse,mortẽ accersere,& uoluntario interitu obeundi tarditatem castigare. Sed hæc fabulosa sunt. Diodorus oppositam Celtis Oceani accolis esse insulam scribit, haud multo Sicilia minorem, ualde fertilem, & biferam, hoc est bis quotannis fructus ferentem: habitaríque ab his qui Hyperborei appellantur, eo quòd uento Boreæ sunt expositi. Hyberborei, inquit Pompon. Mela, super Aquilonem Ripheosque montes sub ipso siderum cardine iacent, ubi sol non quotidie ut nobis, sed primùm uerno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideò sex mẽsibus dies, & totidem alijs nox usque continua est. Terra angusta, apríca, per se fertilis: cultores iustissimi, & diutius quàm ulli mortalium & beatius uiuunt, &c. Hactenus Mela. Plura de his uide apud Plin.lib.4.cap.12.

Hyperdexion,ὑπερδέξιον,regio Lesbi est ubi Iuppiter Hyperdexius & Minerua Hyperdexia coluntur, Steph.

Hyperechius,Alexandrinus grammaticus sub Martiano principe, scripsit de nominibus, uerbis, & de orthographia. Suidas.

Hyperea,siue Hyperia pen.prod.ὑπερεία,fons Thessaliæ, Plin. libro 4. cap. 8. Meminit huius fontis & Strabo libro 9. qui eum in medio collocat Metaleuse, quod oppidum est Phęræorum in Thessalia.

Hyperesia,ὑπερησία,oppidum est in Achaia propriè dicta, cuius meminit Homerus in catalogo,& Strabo lib.9.

Hyperides,ὑπερίδης, Athenienśis orator fuit, æmulus Demosthenis,iussu Antipatri execta lingua interfectus. Plutarch. in uita Demosthenis.

Hypermnestra, ὑπερμνήστρα, una fuit ex quinquaginta Danai filiabus,quæ quum totidẽ Aegisthi filijs nupsissent, iussæq; essent à patre prima nocte maritos interficere,sola ex omnibus maritum suum Lynceũ nomine ab insidijs liberauit,qui postea Danaum occidit. Extat inter epistolas Ouidij una Hypermnestræ ad Lynceum uirum suum.

Hyperion,pen.prod.ὑπερίων,Hyperionis in genitiuo,penult. corr. ἀπὸ τοῦ ὑπέρ,καὶ ἴω, quod est eo. à Poetis accipitur pro Sole: quamuis aliqui Solis patrem esse uelint. Ouid libro 1. Fastorum, Placat equo Persis radijs Hyperiona cinctũ. Diodorus scribit Hyperiona Saturni fratrem fuisse, Cœli filiũ, qui Solis & Lunæ, aliorumque astrorum motus, horasque primùm summa cura obseruationeque à se perceptas, cæteris noscenda tradidit: ideoque horum parentem nominatũ esse, ueluti ipsorum naturæ contemplatorem. Cic. in prognostic. Vt quum luna means Hyperionis officit orbi. Inde fit adiectiuum Hyperionius.

Hypius,ὕπιος,ὁ uel ἡ,urbs est & fluuius sub Pontica Heraclea. Item Hypij montes sunt, quorum incolas Mysos esse aiunt. gentile Hypianus. Steph.

Hypochalcis,ὑποχαλκίς,urbs Aetoliæ in Europa. Gentile Hypochalcideus. Sita sub Chalcide monte, Step. in Hypochalcis,& Hypothecæ. Vide Chalcis.

Hypothecæ,ὑποθῆκαι,uocatæ sunt Potniæ in Bœotia. Alij oppidum quoddam esse aiunt à loci situ ita nominatũ. Steph.

Hypselis,ὕψηλις,uicus Aegypti,quẽ inhabitant Hypselitæ. Sũt etiam Hypselitæ in uico quodam Thraciæ. Steph.

Hypobarus,ri,ὑπόβαρος, Indiæ fluuius, à Septentrione uersus ortum fluens in Oceanũ,iuxta quem Ctesias montẽ syluosum esse tradidit,cuius arbores electrum exudarent. Vide Plin.lib.37.cap.2.

Hypsenor,ὑψήνωρ, fuit teste Homero lib.5. Iliados, filius magnanimi Dolopionis. qui erat sacerdos Scamandri: in tanto honore habitus ac si deus quidam fuisset. Illum Eurypylus in bello Troiano interemit.

Hypsicratea,ὑψικράτεια,Mithridatis regis uxor,insigne cõiugalis fidei exemplar, quæ maritum à Pompeio uictũ,attonsis capillis,uirilíq; habitu assumpto,per loca inculta,ferasque gentes,infatigabili corporis animíque robore sequuta est.

Hypsiphyle,ὑψιφύλη, Lemni regina fuit, Thoantis filia, quæ quum reliquę mulieres eius insulæ omnes uiros ex cõmuni sententia occidissent,sola patrem seruauit. Ob quã pietatẽ è Lemno electa,capta fuit à piratis, & Lycurgo Thraciæ regi uẽdita: à quo liberaliter habita fuit,& nutriẽdo filio eius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præpoſita: Nam paulo ante fugã gemellos pepererat, quos conceperat ex Iaſone, quem in Colchos nauigantem hoſpitio ſimul & lecto exceperat. Poſtea quum Argiuis ad Thebanam expeditionem proficiſcentibus, Laugiam fontem oſtenſuram, Archemorum alumnum humi depoſuiſſet, ea abſente adrepẽs ſerpẽs puerum interemit: quo nomine quum à Lycurgo ad ſuppliciũ quæreretur, ab Adraſto, cæterisq; Argiuis ſeruata eſt. Vide Stat. in Theb. & Ouid. in Epiſt. Heroid. Propert. lib. 1.

Hypſus, untis, ὕψους, Lycaonis filius, condidit Thyræum Arcadiæ urbem. Steph. Eſt & Hypſus Arcadiæ urbs. Steph.

Hyrcania, ὑρκανία, regio Aſiatica, magna ex parte plana, & præclariſsimis urbibus adornata, quarum celeberrimæ ſunt Talebrota, Samariana, Carta, & Tape: adeò autẽ fertilis & opulenta, ut uitis uini metretam ferat, & ficus ſexaginta modios ficorũ, frumentũ ex ſemine naſcatur quod cadit ex culmo, in arboribus mellificetur, perfluat mel ex oleis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana ſylua quæ Scythiæ ſubiacet. Habet ab Oriente mare Caſpium, à Meridie Armeniã, à Septentrione Albaniam, ab Occaſu Iberiam. In ea regione pantheræ, pardi & tigres abundant, quum ſyluis aſpera ſit.

Hyrcanus, na, num, ὑρκανός. ut Mare Hyrcanũ, homines Hyrcani. Hieronymus: Hyrcani uolucribus & canibus ſemiuiuos proijciunt. Verg. 4. Aeneid. Hyrcanæque admorunt ubera tygres.

Hyreus, ὑρεὺς, ruſticus quidam Bœotius fuit, qui quum Ioue, Mercurium, & Neptunum hoſpitio ſuſcepiſſet, iuſſus petere quicquid uellet, mox uoti cõpos futurus, reſpõdit ſe quidem nihil æquè cupere ac filiũ, uxorem tamẽ ducere nolle. Quo intellecto, tres dij in bubulum tergus, quod ille iuuenco detraxerat, quem Ioui recens immolauerat, lotium reddidere: ex quo decimo menſe natus eſt puer, quem ille ἀπὸ τοῦ οὔρου, hoc eſt ab urina, Vrionem uocauit: qui poſtea primæ literæ mutatione Orion dictus eſt.

Hyria, ὑρία, inſula eſt Ionij maris, ante Peloponneſum, alio nomine Zacynthus dicta. Author Plin. li. 4. cap. 12. *Fuit præterea Hyria Bœotiæ oppidum in agro Tanagræo, teſte eodẽ Plin. li. 4. cap. 7. & Strabo lib. 9. Item aliud in Iapygia, à Cretenſibus conditum: cuius meminit Herodotus lib. 7.

Hyrminæ, ὑρμῖναι, oppidum in ea parte Achaiæ propriè dictæ, quæ Eleorum agro proxima eſt. Author Plin. lib. 4. cap. 5.

Hyrnithium, ὑρνίθιον. parua regio in Epidauro, cui nomen dedit Hyrnitho filia Temeni. Gentile Hyrnithios. Stephanus ex Pauſaniæ libro 2.

Hyrtacus, ci, ὑρτακὸς, oppidum Cretæ, apud Steph. *Fuit præterea hoc nomine Troianus quidam ex Ida monte, pater Niſi, unus ex comitibus Aeneæ, qui à nomine patris Hyrtacides appellatur à Verg. lib. 9. Aeneid.

Hysbe, ὕσβη, Lydiæ oppidum, apud Stephanum, à quo deducuntur gentilia Hysbæus, & Hysbites.

Hythmitæ, ὑθμῖται, populi iuxta Lyburnos & Syopios, Steph.

Hyſaeis, ὑσαιὶς, inſula parua & magna Aethiopum. Inſulares Hiſaitæ. Steph.

Hyſia, uel, æ, ὑσία, ἡ ὑσίαι, urbs Bœotiæ, colonia Hyreorum, cuius meminit Thucydides lib. 3. à Nycteo Antiõpes patre cõdita. Eſt & alia regio ſedes Parthorum. Gentile Hyſieus. Eſt item uicus Argiuus Thucydidi. Characi uerò ciuitas. Vnde Hyſiates, is. Item Arcadiæ urbs, denique Rhyſia, forte Hyſia, urbs Bœotiæ. Steph. Vide Hyria.

Hyſcana, ὕσκανα, τὰ, urbs Illyriæ, Hyſcaneus. Steph.

Hyſtaſpes, ὑστάσπης, Darij Perſarum regis filius ex Atoſſa Cyri filia: cuius meminit Herodotus lib. 7. *Fuit & ante hunc alter eodem nomine, Arſamenis filius, & iam dicti Darij pater: de quo idem Herodot. lib. 1.

Hytenna, ὕτεννα, urbs Lyciæ, Steph.

Hyttenia, ὑττηνία, uide Tetrapolis.



A, ἰα, filia fuit Atlantis, ſoror Maiæ matris Mercurij, de qua Homerus libro 14. Odyſ. *Item, Ia, ἴα, Græci uocant uiolas: unde Ianthina ueſtis. uide infrà.

Iacchus, ἴακχος, nomen Bacchi, ab ἰάχω clamo, canto, uocifero: nam qui Baccho ſacrificabant, ululatibus & clamoribus omnia implere ſolebant. Ver. Eclog. 7. Populus Alcidæ gratiſsima, uitis Iaccho. * Ponitur quandoque pro uino. Verg. 6. Eclog. Inflatum heſterno uenas, ut ſemper, Iaccho.

Iacob, Latinè athleta, & exercẽs ſe dicitur, quam appellationem primùm habuit, cum practicis operationibus multos proprietate labores ferebat. Cum autem iam uictor luctando euaſit, & ſpeculationibus fruebatur bonis, tum Iſraelem ipſe Deus appellauit, æterna præmia beatitudinemq; ultimam, quæ in uiſione Dei conſiſtit, ei largiens. Hominem enim, qui Deum uideat, Iſrael nomen ſignificat.

Iacobus, pen. prod. ἰάκωβος, nomen proprium, quatuor ſyllabarum. Claudianus: Quid laceras uerſus dux Iacobe meos? Nomina enim propria apud Hebræos, ſicut Priſcianus docet, in fine acutum accentum habent, quę more Latino declinata, eundem retinent, & pen. prod. ut Adam, Adamus, Ioſeph, Ioſephus.

Iader, ἴαδερ, neut. gen. fluuius eſt Illyrici, in Adriaticum mare defluens, iuxta quem oppidum eſt Iadera. Lucan. lib. 4. Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.

Iadera, quæ & Iader, neut. gen. ἴαδερ Ptolemæo, ciuitas eſt Illyrici, non procul ab Apollonia & Salona. Pomp. lib. 2. Iaderæ meminit & Plinius in deſcriptione Liburniæ.

Iadra, ciuitas, quæ nunc uulgò Zara. Hanc Georgius Pontici Viruni pater Veneto ſubiecit imperio.

Iætia, ἰαιτία, urbs Siciliæ, Steph.

Ialchleuei, ἰαλχλευεῖς, populi Libyæ.

Ialmenus, uide ſuprà Aſcalaphus.

Ialyſos, ἰάλυσος, oppidum fuit Rhodi inſulæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31. Et Pomp. lib. 2. In Rhodo, inquit, tres quõdam urbes erant, Lindos, Camiros, Ialyſos. Ialyſos autem hæc ipſa eſt, quæ Telchinas olim aluit, his qui in Creta floruere, cognomines, maleficum genus hominum, & præſtigijs infame.

Iamblichus, ἰάμβλιχος, Pythagoricus philoſophus è Chalcide Syriæ fuit Porphyrij diſcipulus, qui tempore Conſtantini Magni floruit: ſub quo breui tempore tãtum profecit, ut ſecundas poſt præceptorẽ Romæ obtineret, uec ab eo quicquã differre uideretur doctrina: niſi quòd ille melior facilitate candoreq; orationis, hic paulo durior habebatur: ac ut de Xenocrate Plato dicebat, uenere dicẽdi carebat. Morib. adeò probatus, ut eius uitæ abſtinentia, modeſtiaq; ea tẽpeſtate nulli nõ cognita fuerit. Huius meminit & Hieronym.

Iameſais, ἰαμησαὶς, æſtuariũ eſt maris Britannici, in quod illabitur fluuius ille quẽ Tameſim Cæſar uocat. Plin. lib. 2. ca. 3.

Iambraſus, ἰάμβρασος. Samus à fluuio ſic dicta, Steph.

Iamnia, ἰάμνια, oppidum Phœniciæ. Strabo uicum eſſe ſcribit ab Iamno dictum, aut quòd Iamnos Græci uocant humidos & floridos locos. Gentile Imnites, pro Iamnites.

Iami, ἴαμοι, populi Scythiæ. Steph.

Iamno, onis, oppidum inſulę Balearicę minoris: quę duo olim habuit oppida, Iamnonem, & Magonem, Plin. lib. 3. cap. 5. & Pomponius Mela ad finem, li. 2. Ptolemęus Iamnam, ἰάμναν, nominat.

Iana, prius dicta fuit, quæ poſtea præpoſita litera d, Diana appellata eſt, teſte Nigido.

Ianaſſo, ἰανάσσω, nympha dicta eſt, à ſuauiter regendo. ἰάνω lætifico: ἀνάσσω, regno, impero.

Ianaſum, oppidũ Celticæ gentis in Hiſpania citeriore. Pomponius Mela lib. 2.

Ianiculum, oppidum fuit in Ianiculo monte trans Tyberim: ita dictum à Iano conditore, ut quidã putauerunt: uel quòd tanquam ianua eſſet Romanis in Hetruriam proficiſcentibus. Verg. 8. Aeneid. Hæc duo præterea diſiectis oppida muris, Relliquias, ueterumq; uides monumẽta uirorum. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus cõdidit urbem. Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Ianira, pen. prod. ἰάνειρα, nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filiæ: παρὰ τὸ ἰαίνειν τοὺς ἄνδρας, hoc eſt à uiris demulcendis. Heſiodus in Theogonia.

Ianthe, ἰάνθη, puella fuit Cretenſis, ex Phæſto oppido, Teleſtæ filia, uxor Iphidis, qui ipſo nuptiarum die ex fœmina mutatus eſt in marẽ. Ouid. lib. 9. Metamorph. Tertius interea decimo ſucceſſerat annus, Quum pater Iphi tibi flauã deſponderet Ianthem, Inter Phæſtiadas quæ laudatiſsima formę Dote fuit uirgo, Dictæo nata Teleſte.

Ianus, ἰάνος, ab hiatu dictus eſt, detracta aſpiratione: quẽ quidam Solem putant: ideoque geminum, quaſi utriuſque ianuæ cœleſtis potentẽ, qui exoriens aperiat, occidens claudat, Alij Ianum mundum, id eſt cœlum intelligunt, quaſi

Eanum

Eanum ab eũdo,ut inquit Cicero li.2.de Nat.deo. eo quòd mundus ſemper eat, dum in orbem uoluitur,& ex ſe initiũ faciens in ſe refertur. Hinc & bifrons pingitur: duas enim facies habere dixerũt,alteram ſuo loco,alteram à tergo, eo quòd annus ex ſe initium faciens, fini occurrat: uel quòd præterita ſciuerit, & futura præuiderit, ſeu quòd ſuperorũ & inferorũ ianitor extiterit.Huius templum erat Romæ ad infimũ Argiletũ,à Numa Põpilio poſitũ, quod tẽpore belli patebat, tẽpore pacis claudebatur:unde Patultius, & Cluſinus cognominabatur:ut author eſt Seruius.Conſtat autẽ tẽplũ hoc ter fuiſſe clauſum. Primùm regnãte Numa: iterum poſt bellũ Punicum ſecundũ;tertiò poſt bella Actiaca, quæ confecit Auguſtus: quo tempore pax quidem fuit, quantũ ad exteras pertinet gentes: ſed bella flagrauere ciuilia.Huius autem claudendi uel aperiendi templi ratio uaria eſt. Alij dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum iam propè uinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupiſſe, quæ fugauit exercitum Sabinorum.Hinc ergo tractum morem,ut pugnaturi aperirent templum quod in eo loco fuerat conſtitutum,quaſi ad ſpẽm priſtini auxilij. Alij dicunt Tatium & Romulum facto fœdere hoc templum ædificaſſe. Vnde & Ianus ipſe duas facies habet,ut oſtẽdat duorum regum coitionem:uel quòd ab bellum ituri debeant de pace cogitare.Eſt alia melior ratio,quòd ad prælium ituri,oportẽt reuerſionem.Hæc Seruius.Hunc alij quadrifrõtem fecerunt,ob quatuor orbis cardines,& Ianum quadrigeminũ uocitarunt:& Iunonium,quaſi calendarum principem:Calendæ enim ſunt Iunoni dicatæ.*Ianus etiam erat locus Romæ ubi fœneratores conſiſtebant è regione Baſilicæ:quoniam in eo Iani ſimulacra collocata uiſebantur. Ouidius, Qui puteal,Ianumq; timet,celeresq; Calẽdas. Horatius in Epiſt.Hæc Ianus ſummus ab imo Prædicat. Suet.in Domit. Ianos,inquit,arcusq; cum quadrigis,& inſignibus triũphorum per regiones orbis extruxit. *Ianus antiquiſsimus Italiæ rex,quem geminam faciem prętuliſſe ferunt:quod ad regis prudentiam ſolertiamq; referendum eſt: qui & præterita noſceret,atq; proſpiceret futura, unde etiam bifrons dicitur.Hic Saturnum à filio fugatum è Creta,claſſeq; in Italiam aduectum,ſuſcepit hoſpitio:& quoniam ab eodem rudes agriculturam edoctus eſt,regni partem illi conceſsit,amboq; unà regnarunt concordes,uicinaq; oppida communi opera condiderunt. Romani hunc omnibus ianuis præeſſe crediderunt:unde & clauigerum ipſum uocarunt.Eum autem primum in Italia dijs templa feciſſe, ritusq; ſacrorũ inſtituiſſe,ac ideo eum in ſacrificijs præfationem meruiſſe perpetuam,author eſt Macrob.lib.1.cap.7.8.& 9.

Ianalis,le,adiectiuum à Iano:ut Ianalis uirga. Ouidius 1.Faſt. Virgaque Ianalis de ſpina ſumitur alba, Qua lumen thalamus parua feneſtra dabat.Ianulis porta quæ & belli porta uocabatur Romæ, à Iano dicta: ubi & poſitum fuit eius ſignum.Hanc Numa inſtituit,ut eſſet clauſa ſemper, niſi quũ bellum foret.

Ianxuatis,*ἰανξούατις*,urbs Libyum. Gẽtile Ianxuatites,Steph.

Iaolcus,uide Iolcus.

Iapetus,pen.cor.*ἰαπετός*,Cœli & Terræ filius(ut inquit Heſiodus) uir quidẽ potẽs apud Theſſalos, ſed proterui ingenij, magisq; filiorum,quàm ſua uirtute clarus. Ferunt hunc Aſiam nympham uxorem duxiſſe,& ex ea Heſperum, Arlantem,Epimetheum,& Prometheum ſuſcepiſſe.Valer.Flac.li.1.Iapeti poſt bella trucis,Phlægræq; labores.Hunc quidem Promethei patrem fuiſſe aſſerunt.Ouid.1. Metam. Siue recens tellus,ſeductaq; nuper ab alto Aethere,cognati retinebat ſemina cœli,Quam ſatus Iapeto miſtam fluuialibus undis,Finxit in effigiem moderãtum cuncta deorum. De Prometheo loquitur.

Iapygium promontorium,quod Acram Iapygiam, *ἄκραν ἰαπυγίαν*,cum Græcis nominat Plinius, extremum Salẽtinorum promontorium eſt, quo quàm longiſsimè in marè excurrit Italia.Vide Plin.lib.3.cap.11.

Iapygia,æ,*ἰαπυγία*, regio eſt in finibus Italiæ, in Cherrhoneſi formam coacta, cuius Iſthmos à Tarento Brunduſium uſq; extenditur. Alio nomine Meſſapia dicitur. Author Strabo lib.6. Seruius in illud Vergilij,Ille urbem Argyripã patriæ cognomine gentis Victor Gargani cõdebat Iapygis aruis. Iapygis(inquit)pars eſt Apuliæ,in qua mons eſt Garganus, qui uſq; ad mare Adriaticum extenditur. Quod ſi uerũ eſt, longè maioris ſunt Iapygiæ fines,quàm quos modò ex ſententia Strabonis deſcripſimus. Nam Garganus mons multis paſſuum millibus extra iam dictam peninſulam ſitus eſt. Dicta eſt autẽ Iapygia,ab Iapyge Dædali filio, ut tradit Solinus in Polyiſtore.

Iapyx,ygis,*ἰάπυξ*, uentus eſt ab Occaſu ſolſtitiali ſpirans, qui alio nomine Caurus dicitur, teſte Gellio lib. 2. Noct.Att. Dictus Iapyx à Græcis, quòd ab Iapygia ſpirare uideatur: quare cõmodiſsimus eſt ex Italia in Græciam nauigãtibus. Horat.lib.1.Carm. Ode 3. Sic te diua potẽs Cypri, Sic fratres Helenę,lucida ſidera, Ventorumq; regat pater,Obſtrictis alijs,præter Iapyga.

Iapis,idis,*ἰαπις*, nomẽ proprium cuiuſdam Aetoli, qui quum ad regionem Venetię uenisſet,oppidum de ſuo nomine condidit:à quo ea pars Italiæ,quæ Timauo fluuio irrigatur,Iapida dicta eſt.Quin etiam Timauum ipſum ab huius nomine lapidem cognominat.Verg.2. Georg. Caſtella in tumulis,& Iapidis arua Timaui.

Iarbas,uide Hiarbas.

Iarchas,*ἰάρχας*,philoſophorum Indię princeps,qui in ſolio aureo ſedens apud ſuos ſapientiam profitebatur. Vide Philoſtratum in uita Apollonij Tyanei.

Iardanus,*ἰάρδανος*,fluuius Lydię.

Ias,*ἰὰς*,pars Illyriæ dicitur etiam Ionica.incolæ Iatę.Steph.

Iaſa,nomen ciuitatis quæ imminet Rubro mari ubi eſt terminus Moabitarum prouinciæ.

Iaſia,*ἰασίη*,dicta eſt Atalanta ab Iaſio patre.Propertius, Atque animum duræ contudit Iaſidos.

Iaſius,*ἰάσιος*,filius fuit Abantis Argiuorũ regis, frater Dardani.Nam Dardanus,inquit Seruius,& Iaſius fratres fuerunt, Electræ filij:ſed Dardanus de Ioue,Iaſius de Corito procreatus eſt.Hæc Seruius apud Verg.3.Aeneid.Hinc Græci, Iaſidę:& Iaſis uocatur Atalanta eiuſdem filia. *Fuerunt & alij eiuſdem nominis,unde Iaſides Palinurus,apud Vergilum 5. Aeneid.Et Iapis Iaſides,apud eundem,lib.12.

Iaſion,onis,*ἰασιών*, quem Diodorus lib. 6. etiam Iaſium appellat,Iouis & Electræ filius fuit,qui adeò à Cerere adamatus eſt,ut in eius gratiam ad nuptias Hermiones ipſius Iaſij ſororis,maximam & frumenti & panis copiam attulerit, ac ex eo Plutũ pepererit, qui cultũ uitę inſtituere,pecuniasq; coaceruare, ac in uſus cuſtodire omnium primus docuit, quum antea parua congregandæ ſeruandæq; pecuniæ fuiſſet cura.Alij addũt fabulæ,eum poſtea à Ioue ex inuidia fulminatũ: quamuis non deſint qui aliam mortis cauſam ponant, nempe quòd ſimulachrum eius contumelia affecerit. Hunc quoque alio nomine Aetionem uocant. Ouid.lib.9. Queritur caneſcere mitem Iaſiona Ceres,&c.

Iaſon,*ἰάσων*,filius fuit Aeſonis ex Polymela,ſeu, ut alij uolũt, Alcimede,quem pater moriens Pelię fratri in tutelã cõmendauit,tradito etiam regno, ea tamen lege ut illud adulto Iaſoni reſtitueret.Porrò Alcimede ſuſpectum habens Peliã,Iaſonem Chironi alendum dedit. Itaq; Iaſon adultus ad repetendum paternum regnum uenit:ſed Pelias cõmentus fraudem,Iaſonem Colchos ad auferendum aureũ uellus nauigare iuſsit.Quę res licet primò impoſsibilis uideretur Iaſoni, tamen præparata Argo naui cum reliquis heroibus Colchos profectus eſt. Inter nauigãdum autẽ primùm ad Lemnum inſulam appulit, ubi ab Hypſipyle & hoſpitio & thalamo ſuſceptus eſt. Deinde ad Phineum regem, à quo muneris loco edoctus eſt quomodo per Cyaneas petras interſe concurrentes ad Colchos uſque tutò nauigare poſſet. Quò quum peruenisſet,Medea Colchorum regis filia forma eius capta,à certiſsimo eum eripuit exitio:oſtenſa ratione qua & æripedes tauros perdomare, & draconem peruigilem ſopire poſſet.Eius itaque conſilia ſecutus Iaſon, aureum uellus ſuſtulit, & inde clàm cum ſocijs & Medea fugam arripiens,ad Iſtri oſtium peruenit, aduerſoque flumine ſubiens,quum eum tandem in locum peruenisſet ubi Da nubius Liburniæ montibus proximus eſt, nauim, qua uectus erat,ſuis ſociorumq; humeris ſuperatis mõtibus in mare Adriaticum deportauit: tandemq; ſoſpes in patriam reuectus,duos ex Medea filios ſuſcepit.Sed quũ poſtea Creuſæ Corinthiorum Regis filiæ amore flagrãs,eam uxorẽ duxiſſet,Medea ægrè ferẽs diuortiũ, Creuſam cum regia exuſsit.Sunt qui tradant, Medeę poſtea recõciliatum Iaſonẽ Aeetẽ ſocerũ à Perſa fratre pulſum,in regnũ reſtituiſſe,mul

taque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

taque alia præclara geſsiſſe, adeò ut diuinos in Aſia honores fuerit promeritus. Deſcribitur latius tota hæc fabula ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco. Corripit autem hoc nomen penult. genitiui ſyllabâ. Ouid. 7. Metamorph. Multaque perpeſsi claro ſub Iaſone, tandem, &c. Et alibi: Quem niſi crudelem nó tangat Iaſonis ætas? Hinc fit patronymicum Iaſonidæ iuuenes, apud Statium lib. 10. Thebaid.

Iaſonium, ἰασόνιον, promontorium Cappadociæ. Ptolemæus lib. 5. cap. 6.

Iaſus, ſiue Iaſſus, ἴασος, Inſula Cariæ, continenti adiacens, cuius incolæ, quòd regionem habeant ſterilẽ, ex piſcatu potiſsimum uictum quæritãt. Hinc proximus ſinus, Iaſius cognominatus eſt. Ex Iaſo orti ſunt Chœrilus poeta, & Diodorus Dialecticus, cognomento Chronus.

Iathrippa, ἰάθριππα, urbs Arabiæ prope Egram, Steph.

Iatinum, ἰάτινον, Meldenſium ciuitas eſt apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8.

Iaua, Hiſpaniæ ciuitas Ptolemæo.

Iaxamatæ, ἰαξαμάται, populi circa Mæotim (inquit Stephan.) quos Ephorus appellat Sauromatas. Valer. Flac. Mellis honos Torinos ditat, ſua mulctra Satarchen, Iaxamatas uenatus alit. De his Ammian. li. 4. Circa hæc ſtagna gẽtes ſermonum inſtitutionumque uarietate diſpares, Iaxamatæ, Mæotæ, & cum Gelonis Agathyrſi.

Iaxartes, ἰαξάρτης, fluuius Scythiæ eſt, eorum qui in Caſpium mare influunt, longè maximus: unde idem eſſe cum Tanaide ab Alexãdro creditus eſt, quum ſit alius, ut nauigatione compertum eſt. Oritur apud Sacas (ut ait Ptolemæus) in Septentrionem fluens.

Iazyges Metanaſtæ, ἰάζυγες, populi in Europa, qui (ſicut Ptolemæus lib. 3. ſcribit.) ab Oriente habent Daciam, ab Occaſu & Auſtro Germaniæ partem, à Septentrione Sarmatiã. Hodie, ſi quis in re tam uetuſta coniecturæ locus eſt, creduntur populi inhabitantes eam regionem quam Septem caſtra uocamus, Germanicè Sibenburgen: quæ regio partim ab Hungaris, partim à Valachis colitur.

Ibæi, ἴβαῖοι, qui & Ibeni populi Celticæ. Sunt etiam Ibeni, aliàs Iaonitæ dicti, Steph.

Ibernia, uide Hibernia.

Iberus, pen. prod. ἴβηρ, fluuius Hiſpaniæ, qui apud Cantabros oriens per XL. paſſuum millia fluit, & in mare Balearicum exit. Dictus (ut Euſtathius ait) à Rege eiuſdem nominis. Lucanus lib. 4. Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus.

Iberia, ἰβηρία, primùm appellata fuit Hiſpaniæ regio, utrinque Ibero fluuio proxima, quam poſtea Celtæ Gallorũ populi, relictis ſedibus ſuis, habitauere. Vnde compoſito ex utraq; gente nomine Celtiberi appellati ſunt: & regio eorum, Celtiberia. Poſtea tamen uniuerſa Hiſpania, Iberia dicta eſt: & Hiſpani ipſi, Iberi, ſiue Iberes. ἴβηρες. Verg. 3. Georg. Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. Lucan. Occurrat Iberibus alter. * Eſt & alia regio hoc nomine iuxta Pótum inter Colchida & Armeniam, uenenorum ferax, quæ Caucaſeis montibus circundatur: cuius ſimiliter populi, Iberi, & Iberes dicti ſunt, à quibus, ut Varro ſcribit, uenerũt qui in Hiſpania habitauerunt: & ab illis Hiſpania, Iberia: & fluuius Hiſpaniæ, Iberus dictus eſt.

Iberus, ra, rum. Verg. lib. 9. Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera. Dionyſius contrà tradit Iberes populos à Pyrenæis montibus profectos, in Aſia ſedes poſuiſſe. Vnde ea pars Aſiæ, Iberia nuncupatur. Iberiam regionem mulier captiua ſub Conſtantino Helenæ filio, conuertit ad Chriſtianam fidem: in ea pudicam traducens uitam, & in oratione iugiter perſiſtens.

Ibycus, pen. corr. ἴβυκος, nomen poetę lyrici Rhegini, apud Græcos præclari, ſed tamen omni libidinis genere effœminatiſsimi, à quo genus metri dictum eſt Ibycum, ſicut alterum ab Alcæo Alcaicum.

Ibylla, ἴβυλλα, urbs Tarteſsiæ, ciues Ibyllini, apud quos auri & argenti metalla ſunt, Steph.

Icadius, ἰκάδιος, prædo inſignis fuit, cui ſaxum ex ſcopulo delapſum crus fregit. Cic. de Fato, Ne Icadij quidem prædonis uideo fatum ullum: nihil enim ſcribit ei prædictũ. Quid mirum igitur, ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidiſſe? Puto enim ſi Icadius tum in ſpelunca non fuiſſet, ſaxum tamen illud caſurum fuiſſe.

Icadiſtæ, ἰκαδίσαι, cognominati ſunt Epicureæ ſectæ philoſophi, quòd τὰς εἰκάδας, hoc eſt uiceſimum quenq; lunæ diẽ, quo natus eſt Epicurus, celebrarent, imagines eius per cubicula circunferentes. Vide Athenæum Dipnoſophiſtarum libro 7.

Icaria, ſiue Icaros, ἰκαρία Ptolemæo, ἴκαρος Stephano, inſula eſt inter Samum & Myconum ſita, una Cycladum: à quo uicinum mare Icarium appellatur, non, ut poetæ fabulantur, ab Icaro Dædali filio. Eadẽ & Doliche, & Macris, & Ichthyoeſſa aliquando fuit appellata. Author Plin. lib. 4. cap. 12. In hac inſula fuit inſigne Dianæ templum, Tauropolium appellatum: cuius meminit Strabo lib. 14.

Icarius, ἰκάριος, pater fuit Penelopes. Ouid. Epiſt. 1. Me pater Icarius uiduo diſcedere lecto Cogit, & immenſas increpat uſque moras.

Icaris, ἰκαρὶς, patronymicum fœmininum, quod poetę accipiũt pro Penelope Icari filia. Ouid. in Ibin: Et uelut Icaridis famulæ periere, procique.

Icariotis, idis. Ouid. 3. de Põto, Morte nihil opus eſt, nihil Icariotide tela.

Icarus, ἴκαρος, pen. corr. Oebali Laconum regis filius fuit, pater Erigones: qui quum acceptum à Libero patre uinum ruſticis diſtribuiſſet, illique ex nimio potu ebrij facti eſſent, arbitrantes ſibi toxicum eſſe datum, Icarum interfecerunt. Quod ubi Erigones cognouit, doloris impatientia laqueo uitam finiuit: quę deorum miſeratione in cœlum translata, ſignum efficit Virginis. Tibullus libro 4. ad Meſſalam. Cum ctis Baccho iucundior hoſpes Icarus, ut puro teſtantur ſidera cœlo. Item Propertius lib. 2. Icare Cecropijs meritò iugulate colonis. * Icarus, ἴκαρος, Dædali filius fuit, qui unà cum patre è Creta fugiens, fretus alarum fiducia, quum ultra patris iuſſa altius euolaſſet, ſolis q; ardore cera, qua pennæ continebantur, liquefacta eſſet, ita ut ab alis defluereț, decidit in mare, quod eſt inter Samum & Myconum, quod ab eius nomine Icarium dictum eſt, ut fabulantur poetæ. Ouidius 3. Triſtium, Icarus Icarias nomine fecit aquas. Verius tamen eſt, Icarium mare nomen accepiſſe ab Icaria inſula, medio ferè inter Samum & Myconum ſpacioſita.

Icefius, ἰκέσιος, conditor Eraſiſtratiorum ſcholæ apud Smyrnam: cuius meminit Stabo lib. 11.

Ichana, ἴχανα, oppidum Siciliæ mediterraneum: cuius incolæ dicti ſunt Ichanenſes, ἰχανῖνοι Stephano, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Ichnæ, ἴχναι, oppidum in ora Macedoniæ, non procul ab Axij fluminis oſtio. Plin. lib. 4. cap. 8.

Ichnuſa, pen. prod. ἰχνοῦσα, inſula Sardinia dicta eſt, quoniam ſimilitudinem referat humani ueſtigij, quod Græcè ἴχνος dicitur. Sil. lib. 12. Inde Ichnuſa pijs Graijs memorata colonis. Plin. lib. 3. cap. 7.

Ichthyoeſſa, ἰχθυόεσσα, inſula in mari Icario, una Cycladũ, inter Samum & Myconum ſita, quæ alijs nominibus Icaros, & Icaria dicitur. Vide Plin. lib. 3. cap. 12.

Ichthyophagi, pen. corr. ἰχθυοφάγοι, qui ex piſcibus uiuunt: quo nomine dicti ſunt quidam populi, Maris rubri accolæ, de quibus Hieronymus contra Iouinianum: Porrò Ichthyophagi, gens errans in littore Maris rubri, ſupra petras Solis calore feruentes aſſant piſces, & hoc ſolo alimento uiũtant. Vide Strab. lib. 15.

Ichthys, ἴχθυς, Elidis eſt promontorium in Achaia apud Thucydidem, quod Valla piſcem tranſtulit, & ob id meritò reprehenſus eſt ab Hermolao.

Iconium, ἰκόνιον, oppidum Lycaonię, non procul à flexu Tauri montis. Strabo lib. 12.

Icos, ἰκὸς, inſula maris Aegæi, una Cycladum, Eubœæ proxima. Steph.

Icoſium, ἰκόσιον, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum eſt, à uigiti Herculis comitibus, qui ab eo deſciuerãt, conditũ. Vnde etiam à numero conditorum nomẽ habet. Author Solinus.

Ictus, Tarentinus nobilis paleſtrita fuit, qui toto uitæ tempore à Venere religioſiſsimè abſtinuit, ne quid de corporis uiribus imminueret.

Ida, Idæ, ἴδη, mons eſt altiſsimus, qui ad Troadem ſpectat, habetq; multos pedes. Latus eius Septentrionale, ex angu- ſtijs Abydi uſque ad Aeſapum, & Cyzicenũ agrum, ad Propontidem pertinet: Occidentale, ad Helleſpõtum reſpicit: Auſtrale promontorium facit, quod Lectum appellatur. Orientalia Idæ ad Myſos declinant. Abundatq; mons aquis, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& multa flumina ex eo descendunt: in cuius summitate locus fuit Gargarus appellatus, quæ & Gargara in plurali numero appellantur tam pro monte ipso, quàm pro oppido in dorso montis. Ouid. lib. 4. Fast. Dindymon & Cybelen, & amœnam fontibus Idam. * Ida etiam appellata fuit Dardani Scytharum regis filia. * Est & Ida Cretæ mons, ita dictus à Corybantibus, siue Dactylis Idæis, qui quum in Cretam uenissent, montem, in quo consederunt, patrij montis nomine appellarunt. Verg. 1. Aeneid. Dictamnũ genitrix Cretæa carpit ab Ida.

Idæus, a, um, Ἰδαῖος, adiectiuum. Propertius, Cedite iam diuę, quas pastor uiderat olim Idęis tunicam ponere uerticibus.

Idicus, a, um, possessiuum ab Ida monte. Plin. lib. 16. Idicarum cedrorum. Veteres tamen Idicas pro montibus omnibus sumunt, ut inquit Nicander.

Idæi Dactyli, Δάκτυλοι Ἰδαῖοι, ijdem qui Corybantes, quos Iouẽ aluisse ferunt: & ne uagitu puer proderetur, nouo lusus genere excogitato, clypeolis æneis inter se concurrantes, æris tinnitu & numerosi pedis cõpositione, qui dactylus inde dictus est, Saturnũ celauisse. Dicti Idæi, ab Ida Phrygiæ monte, quẽ primum incoluerunt. Sunt & gẽmæ quædam in Creta ferrei coloris, humani pollicis imaginem referentes, quos dactylos Idæos nominant. Plin. lib. 37. cap. 10.

Idæus, Ἰδαῖος, Rhodius uersificator, scripsit Rhodiorum res gestas uersibus ter mille. Author Suidas.

Idale, oppidũ est in Troade, ut inquit Plin. de hoc quoq; Lu-
Myfiaq; & gelido tellus perfusa Cairo, (can. li. 3.
Idalis & nimium glebis exilis Arisbe.

Idalium, Ἰδάλιον, Cypri oppidũ, quod ab euẽtu nomẽ accepit. Nam quũ oraculum Chalcenori datũ esset, ut illic urbẽ cõderet ubi primùm orientẽ solem cõspicaretur, unus è comitib. qui fortè astabat, ad eum cõuersus, Ἰδοὺ ἄλιον, inquit, id est uide Solem. Arreptoq; Chalcenor omine, ciuitatem statuit, & ab ea uoce Idalium nominauit. Author Steph.

Idalius, a, um, adiectiuum, Ἰδάλιος. unde Venus Idalia, & Idaliũ nemus est appellatũ. Ver: lib. 10. Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atq; Cythera, Idaliæq; dømus, &c.

Idanthyrsus, Scytharum rex, qui bello res magnas gessit, bonaq; parte Asiæ subiugata, usq; in Aegyptũ excurrit: ut author est Strabo lib. 14.

Idas, æ, Ἴδας, Apharei filius fuit nomine, re autem ipsa Neptuni, qui acceptis à patre uelocissimis equis, Marpessam filiam formosissimã Eueni regis Aetoliæ, Martis filij, in Dianæ luco saltantem rapuit. Ob quam rem eiusdem pater (qui nulli procorũ filiã suã dare uoluerat, nisi certamine cursus fuisset uictus: à se aũt uictos decollare, eorumq; capita in aliorum terrorẽ de muris ædium suarũ suspendere solebat) dolore cõmotus, interemptis, quos habebat, equis, se in fluuiũ Lycormam, qui postea ab ipso Euenus dictus est, præcipitauit. Cæterùm fugienti cũ puella Idæ Apollo in itinere obuiam uenit: qui quũ Marpessam & ipse præripere Idæ uellet, uentũ utrinq; ad certamẽ est. Sed à Ioue missus Mercurius, arbitrium Marpessæ commisit, ut ipsa utrum uellet eligeret: illa autem Idam elegit, uerita ne sese ætate prouectam Apollo relinqueret. Homer. lib. 9. Iliad. Vide Marpessa.

Idaspes, uide Hydaspes.

Idmon, nis. pen. cor. Ἴδμων, uates inter Argonautas, Apollinis & Asterię filius: ex Idmone autẽ & Thestia, Thestor: è Thestore Calchas item uates, ut placet Pherecydi. Apollonius autem poeta Idmonem Abantis filium esse dicit, & item Herodotus. Volaterranus.

Idomenę, Ἰδομεναί, Macedoniæ oppidum, apud Stephanum. gentile Idomenius, Ἰδομήνιος, uel Idomenensis: quo utitur Plin. lib. 4. cap. 10.

Idomeneus, per quatuor syllabas, Ἰδομενεύς, Deucalionis filius Cretensium rex, qui contra Troianos strenuè dimicauit. Troia autem euersa, quũ in patriam renauigaret, subitò oborta tempestate, solenne uotum concepit, si se Neptunus incolumem in patriã reduceret, se illi immolaturũ quod primum sibi occurreret. Contigit autẽ, ut filius eius ei primus occurreret: quẽ quũ immolare uellet, à suis pulsus, fugit in Calabriã: ubi iuxta Salentinũ promontoriũ oppidum condidit. Hæc refert Seruius in illud Vergilij 3. Aen. Et Salentinos obsedit milite campos Lyctius Idomeneus.

Idothea, Εἰδοθέα, nomen proprium filiæ Prœti Argiuorum regis, apud Homer. 11. Odyss.

Idryeus, Ἰδρυεύς, Hecatomni Cariæ regis filius, frater Mausoli, qui Artemisiæ sorori in regnum successit. Strabo lib. 14.

Idumęi, Ἰδουμαῖοι, populi inter Iudæam & Arabiam, ad Occasum Casio móti proximi. Orti sunt à Nabathæis, teste Strabone lib. 6. qui orta domi seditione, relictis sedib. suis, extrema Iudææ occuparunt. Horum regio, Idumęa dicitur, ab Idume oppido: cuius meminit Lucanus lib. 3. Gaza & arbusto palmarum diues Idume.

Idumæus, æa, um, Ἰδουμαῖος. Ver. 3. Georg. Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Idya, dicta est à Cicerone mater Medeæ, quã Ouidius Hypseam uocat, quum inquit, Non erat Aeetes, ad quem despecta rediret, Non Hypsea parens, Chalciopeq; soror.

Idyma, Ἴδυμα uel Ἰδύμη, urbs Cariæ, ubi Idmus fl. est. Steph.

Idyrus, urbs & fluuius Pamphyliæ, pro urbe Ἴδυρος uel Ἰδυρίς, inuenitur Steph.

Iebus, Ἰεβοῦς, ciuitas in finibus Iudææ, Iebusæorum metropolis, qui ab eo nomen acceperunt.

Ienysus, Ἰήνυσος, oppidum in ora Syriæ, tridui itinere à Casio monte distans. Herodotus lib. 3.

Ieranympha, ab impetu sic dicta. Ἵημαι enim impetum facio significat.

Ierna, Ἴερνα, Artabrorum fluuius in Hispania, apud Melam lib. 3. Strabo Iernam Artabrorum montem esse tradit: à quo uẽ risimile est eiusdem nominis amnem profluere.

Ies, Ietis, ciuitas est Achaiæ, in promõtorio eiusdem nominis, iuxta quod Alpheus amnis præterfluens, sex millibus passuum nauigatur. Tortellius.

Iesus, Ἰησοῦς, apud Græcos & Latinos dictio est trisyllaba, Hebræorum lingua sonans seruatorem.

Ieterus, Mœsiæ fluuius, ex Rhodope profluens. Author Plin. lib. 4. cap. 26.

Iteau, Ἰταῦ, castellum Siciliæ. gentile Itæus, Steph.

Igne, Ἴγνη, prope Priatum. gentile Ignæi, & Ignetes. Gnetes uide Ignetes. Steph.

Ignetes, Ἴγνητες, populi Rhodij. uir Gnẽs & Igne.

Ilaraugatæ, Ἰλαραυγάται, Iberi, & Ilaraugates fluuius.

Ilaris, Ἰλάρις, urbs Lyciæ, Steph.

Ilartia, Ἰλαρτία, urbs Cretæ, Steph.

Ilapinastes, Ἱλαπινασής, cognomen Iouis apud Cypros, inde ductum, quòd magnifico apparatu, splendidisque epulis, quas Ἱλαπίνας uocant Græci, coleretur. Vide Cæliũ Rhod. lib. 27. cap. 24.

Ilba, uide Ilua.

Ilerda, dæ, Ἴλερδα, oppidum citerioris Hispaniæ, in conuentu Tarraconensi, non procul à Sycori fluuio: cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 16.

Ilergetes, Hispaniæ populi in tractu Tarraconensi, non procul ab Ibero amne. Author Plin. lib. 3. cap. 3.

Iliacus, Iliades, uide Ilium.

Ilia, liæ, Ἰλία, quæ & Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, quam Amulius pulso iam Numitore fratre, & interfecto eiusdem filio Lauso, uirginẽ Vestalem fecit, ut habẽdæ prolis occasionem adimeret, & ne quid supereſſet de prole Numitoris. Veruntamen Ilia, dum aquam pro sacris quæreret, obdormiuit, & in somnis illi uisum est, se à Marte cõprimi, & sic geminos concepit: quos quum peperisset, partus expo ni iussit, matremq; Iliam uiuam apud Tiberim fluuium infodi: unde poetæ eam Tiberi nupsisse fingũt, qui ob id quo que uxorius amnis ab Horat. li. 1. Carm. dicitur. Quid uerò pueris acciderit, uide suprà in dictione Amulius. Vergilius lib. 1. Aeneid. - donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

Iliberis, uide Illiberis:

Ilienses, Ἰλιεῖς, populi sunt Corsicæ insulæ antiquissimi, ut scribit Pomp. lib. 2. Horum meminit & Pausanias.

Ilione, Ἰλιόνη, inter filias Priami natu maxima fuit. Verg. lib. 1. Aen. Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim Maxima natarum Priami.

Ilioneus, Ἰλιονεύς, nomen proprium uiri Troiani, Phorbantis filij, qui qualis in bello fuerit, nusquã legitur, eloquẽtia uerò excelluisse, deletoq; Ilio cũ Aenea fugisse, & apud eundẽ legati uice functũ, autor est Verg. lib. 1. Aeneid. Postquã introgressi, & coram data copia fandi, Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit. Vbi Seruius: Non mirũ, inquit, si eloquens à Vergilio introducatur Ilioneus, quum pater eius Phorbas

Phorbas, Homero teſte, ſemper Mercurio deo eloquentiæ fauente pugnarit.

Iliſſus, ἰλισσός, nomen amnis in Attica regione, Muſis dicati, quas ab eo Iliſsidas uocãt. Vide Strabonem lib. 9. Papinius lib. 4. Theb. uidetur hunc fluuium Furijs conſecrare, quum ait, anfractu riparum incuruus Iliſſos, Sęuus honos fluuio: Stygias luſtrare ſeueris Eumenidas perhibetur aquis.

Ilithyia, dictio quatuor ſyllabarum, & pen. pro. εἰλιθύια, Dea parturiẽtibus propitia, quæ & Iuno Lucina à Latinis appellatur. Ouid. 9. Metamorph. Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam.

Ilium, ἴλιον, urbs fuit Phrygiæ minoris, ſiue Troadis, M. D. paſſus à mari diſtans, à Dardano Iouis filio condita, ab Ilo uerò rege ampliata & Ilium nominata, quum antea Troia à regione illa in qua ſita fuit diceretur. Regia fuit Priami: poſtea uerò ob Helenam à Paride raptam decennali bello obſeſſa, ac demũ expugnata eſt. Verg. lib. 2. ceciditq; ſuperbũ Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia. Dicta eſt etiam Ilios. Ouid. lib. 4. Metam. poſtquam alta cremata eſt Ilios, & Danaas pauerunt Pergama flammas. Horat. non ſemel Ilios Vexatã. *Ilium proprie ciuitas eſt: nam regiõ, Troia eſt: quã uis interdum pro ciuitate, Troiam ponat Vergilius, ut li. 3. Aen. Et campos ubi Troia fuit.

Iliacus, a, um, pen. cor. ἰλιακὸς, poſſeſsiuum deductum ab Ilio, agri Troiani urbe. Verg. 1. Aen. Ter circũ Iliacos raptauerat Hectora muros. *Iliacus morbus à Plauto uocatur, qui infeſtat ilia: ſed hoc ut pleraq; alia apud Plautũ crediderim eſſe fictitium, ut ambiguitate uocis riſum captaret.

Ilios, a, um. Idem Verg. l. 9. Aeneid. quam miſeram tenuit non Ilia tellus.

Iliadę, ἰλιάδαι, Troiani. Iliades, Troianæ. Verg. 3. Aeneid. Er circum Iliades crinem de more ſolutæ.

Ilias, adis, ἰλιὰς, Homeri opus clariſsimum omnium quotquot unquam extiterunt poetarum ſcriptis citra controuerſiam prælatum: dicta Ilias ab eo quod bellum contineat apud Ilium inter Græcos & Troianos ob raptum Helenæ geſtũ. Oui. li. 2. Triſt. Ilias ipſa quid eſt, niſi turpis adultera, de qua Inter amatorem pugna uirumq; fuit? * Quoniã uero hoc in opere nullum mali genus non recenſetur, factum eſt ut Ilias malorũ, pro ingenti calamitate accipiatur, ἰλιὰς κακῶν. Cic. ad Atticum li. 7. Nõ poſſum enim ſecus uaticinari, tãta impẽdet malorum Ilias. Præterea quia hoc opus in primis prolixum eſt, XXIIII continens uolumina, factum eſt, ut quum opus aliquod impendio prolixius indicare uolumus, dicamus id Iliade eſſe prolixius.

Illeus, ἰλλεὺς, Apollo in Troia, Steph.

Illiberis, ἰλλίβερις, oppidum in finibus Galliæ Narbonenſis, iuxta Pyreneos montes, nõ procul à Ruſcinone, eiuſdem nominis fluuio irrigatum, teſte Strabone lib. 4. Plinius in deſcriptione Gallię Narbonenſis Illiberim ſua ætate exiguum oppidulum fuiſſe indicat, & ut ipſius uerbis utar, magnæ quõdam urbis tenue ueſtigium. *Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Illiberim alteram collocat in Bætica Hiſpaniæ regione, quã nonnulli eandem eſſe exiſtimant cum ea quam hodie Granatã appellant.

Illipa, ἴλλιπα, cognomento magna, ciuitas Turdetanorum in tractu Hiſpaniæ Bæticæ, apud Ptolemæum libro 2. capite 5. & Plin. lib. 3. cap. 1.

Illipula, ἰλλίπουλα, quæ & Illipa minor, ciuitas Turdetanorum in ea parte Hiſpaniæ Bæticæ quæ Luſitaniæ proxima eſt. Ptolemæus lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. cap. 1.

Illuro, oppidum ciuium Romanorum in ea parte Tarraconenſis Hiſpaniæ, quæ Pyrenæis montibus proxima eſt. Authores Plinius lib. 3. cap. 3. & Pomponius Mela lib. 1.

Illurco, ἰλλουργὶς Ptolemæo, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum eſt apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Illyris, dis, ἰλλυρὶς, ſiue Illyrium, rij, ſiue Illyricũ, ci, regio Europæ ſatis ampla, ſecundum dextrum maris Adriatici latus extenſa, à cæteris partibus Iſtria, Myſia ſuperiori, & Macedoniæ parte quę Adriatico mari incumbit, terminata. Dicta ab Illyrio Polyphemi, ut Appianus ſcribit, ſiue, ut Euſtathio placet, Cadmi filio. Hodie Sclauoniam uocant. Vrbes habet Iaderam, Epidamnum, poſtea Dyrrachium, hodie Rhaguſam dictam, Salonam, & alias quàm plurimas.

Illyricus, a, um, ἰλλυρικὸς. Ver. 1. Aeneid. Antenor potuit mediis elapſus Achiuis, Illyricos penetrare ſinus.

Ilua, ἰλοῦα Ptolemæo, inſula Tuſciæ adiacens, decem paſſuum millibus diſtans à Populonia, renaſcẽtis ferri metallis uberrima. Ver. 10. Aen. aſt Ilua trecentos Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

Ilurcis, ἰλουρκὶς, urbs fuit Vaſconũ, in citeriori Hiſpania, poſt. ea à Sempronio Graccho, Gracchuris dicta.

Ilus, li, ἴλος, filius fuit Trois regis Troianorũ, & pater Laomedontis, quem matura ætate moriens, regni hæredem reliquit. Ab huius nomine celeberrimum illud Myſiæ minoris, ſiue Troadis caput, Ilij nomen accepit: ſiue quòd ab illo primùm fuerit conditum, quum Dardanus antea in montibus Dardaniam condidiſſet, ut placet Homero lib. 23. Iliad. ſiue quòd à Dardano primùm conditum inſtaurarit Ilus, & auctius reddiderit, quemadmodum non obſcurè innuit Ver. li. 8. Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & author. Author eſt Strabo lib. 13. primum omnium Ilum auſum fuiſſe in campis habitare, proindeque in medijs campis fuiſſe ſepultum: cuius ſepulchri meminit & Homerus 11. Iliad. *Fuit & alter Ilus, Aeneæ filius, alio nomine Aſcanius appellatus. Verg. 1. Aen. Et puer Aſcanius, cui nũc cognomen Iulo Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno.

Imacarenſes, ἰμακαραῖοι, populi Siciliæ ſtipendiarij, in mediterraneis inſulæ ſiti, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Imaduchi, ἰμαδοῦχοι, Scythiæ populi, Caucaſi montis iugaac colentes. Plin. lib. 6. cap. 7.

Imantopodes, pen. cor. ἰμαντόποδες, populi in Aethiopia loripedes, quibus ſerpendo ingredi natura eſt: hoc eſt, ut Solinus interpretatur, qui flexis crurum nexibus ingrediuntur. ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. De his Plin. lib. 5. cap. 8. * Sunt & aues quædam imantopodes dictæ ex argumento pedum, quaſi loripedes, quòd habent crura prælta. Plin. li. 10. cap. 47. Laudatiſsimi porphyriones in Comagene: roſtra ijs & prælonga crura rubent. Hæc quidem & Imantopodi, multo minori, quanquam eadem crurum altitudine. Naſcitur in Aegypto: inſiſtit ternis digitis. Quo tamen in loco Plinij, quidam Hæmadopodi legere malunt, ut potius à ſanguineo crurum colore, quàm ab eorundem longitudine dicta ſit. Vide ſuprà Hemodopodes.

Imaus, pen. pro. ἴμαος, Caucaſi montis pars, Indiam à Scythia dirimens, Scythiamque ipſam in duas ſecans partes, quarũ altera, Scythia intra Imaum, altera Scythia extra Imaum appellatur. Vide Plin. libro 7. cap. 17. & Ptolemæum Aſiæ Tabula 9.

Imbaros, ἴμβαρος, Sami inſulæ fluuius eſt apud Plin. libro 5. capite 27.

Imbraſus, ἰμβρασὸς, Sami inſulæ fluuius eſt, apud Plin. libro 5. capite 31.

Imbreus, per duas ſyllabas, nomen unius ex Centauris, apud Ouid. lib. 12. Metam. At non Eurynomus, Lycidasq;, & Arœus, & Imbreus, Effugere necem.

Imbrus, ἴμβρος, inſula Thraciæ adiacens, Mercurio ſacra, cum oppido eiuſdem nominis. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Imola, æ, urbs eſt Italiæ, in uia Aemylia, quæ forum Cornelii uocatur à Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

Inachia, ἰναχία, peninſula eſt Europæ totius clariſsima, quam Peloponneſum uocamus. * Eſt & Inachia nomen puellæ ab Horatio adamatę, cuius meminit Epod. 11. Hic tertius December, ex quo deſtiti Inachia furere.

Inachium, ἰνάχιον, Peloponneſi oppidum, inter Scyllæum promontorium & Iſthmum ſitũ: alio nomine Argos Hippium appellatum. Plin. lib. 4. cap. 5.

Inachus, pen. corr. ἴναχος, fluuius eſt in latere exortiuo Peloponneſi per agrum Argiuum in ſinum Argolicum illabens. Hunc poetæ fabulantur Iûs patrem fuiſſe, quam Iupiter quum uitiaſſet, aduentum Iunonis præſentiens, in uaccam mutauit. Ouid. lib. 1. Metamorph. Inachus unus abeſt, imoq; reconditus antro Fletibus auget aquas, natam miſerrimus Io Luget, &c. * Fuit & Inachus primus Argiuorum rex, qui Inacho fluuio nomen dedit: à quo Argiui ipſi, Inachidæ appellati ſunt. Huius filia creditur fuiſſe Io: quam quum Iupiter uitiaſſet, & in Cretam aduexiſſet, Iuno pellicis impatiẽs, grauiſsimis odijs eam exagitauit. Quæ res poetis occaſionem fabulandi dedit, Io Inachi fluuij filiam fuiſſe: Iunonis metu à Ioue in uaccam mutatam: quam quum illa à coniuge dono accepiſſet, œſtro immiſſo tantopere fuiſſe exagitata, ut furore correpta nuſquam conſiſtere poſſet, donec in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in Aegyptum transuecta,in Isidem deam mutata est. Huius meminit Horatius 2.Carm. Ode.3. Dives ne prisco natus ab Inacho Nil interest,an pauper.

Inachius,a,um,adiect.Verg.lib.2.Georg.Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.

Inachis,ἰναχίς,patronymicum fœmininum est ab Inacho deductum:quod à poetis accipitur pro Io,Inachi filia,quam Iupiter metu uxoris in uaccam dicitur transformasse.Ouid.lib. 1.Metam. Coniugis aduentum præsenserat,inq; nitentem Inachidos uultus mutauerat ille iuuencam.

Inalpini,dicuntur qui Alpes incolunt.Pli.li.3.ca.5. Alpes,populiq; Inalpini uarijs nominibus,sed maximè capillati.

Inarime, ἄριμοι Homero, πιθηκοῦσαι Stephano, insula est in sinu Puteolano,non procul à Neapoli, ut ait Plin.li. 3.cap.6. in qua mons fuit qui terræmotus passus,alteram fudit insulam,quæ Prochyta ab effusione dicta est. Sub hanc quoque insulam,Typhoëa gigantem à Ioue detrusum, Vergilius his uersib.declarat,Tum sonitu Prochyta alta tremit,durumq; cubile Inarime,Iouis imperijs imposta Typhœo.Eadem & Aenaria,à statione nauium Aeneæ: & coxendicis forma, Ischia dicitur. Ab Homero in Catalogo insula hæc ἄριμοι appellatur. Primus Vergilius quum illud Homeri εἰν ἀρίμοις transferret,ex εἰν,Ionum propositione, & ἀρίμοις, unam dictionem conflauit,numero, & declinatione mutatis. Inarime uerò ab Arimis,siue populis,siue beluis ita priscа Hetruscorum lingua simias dictante,quas Græci πιθήκους uocant, unde nomen insulis Pithecusis,ut Straboni placet, ex historia fabulosa,quam Harpocration, Xenagoras, & Suidas ita referunt.Fratres,aiunt,duo fuerunt,Candulus & Atlas, omnium sceleтum quibus humana uita damnata est, authores & inuentores. Quibus morum peruersitas, Cercopum nomen dedit.Impostores enim ac planos, quales hi præcipui fuere,ita Græci uocant, ab animalibus quæ κέρκαι, id est caudę motu blandiuntur. Iis summum studium fuit appulsos & aduenas dolis quibuscunque circumuenire. Quod quum in ipsum etiam Iouem tentassent, ab eo ex hominib. in simias mutati sunt,quas Græci pirhecos uocãt. Vnde insulis quas tenebant,Pithecusę uocabulum datum.Hinc Ouidius Xenagoram secutus 14.Metamorphoseos,cecinit,Inarimen, Prochytenq; legit,steriliq; locatas Colle Pithecusas,habitantum nomine dictas.quanquã Plin. lib.3.ait: Inarime dicta,Græcis Pithecusa non à simiarum multitudine, ut aliqui existimauere,sed à figulinis doliarіorum.

Inatus,ἴνατος,urbs Cretæ.alij montem & fluuium esse dicunt in quo colatur Ilithyia Inatina,Steph.

Incubi,uide Incubus morbi genus.

Indara,ἴνδαρα,Sicanorum ciuitas,Steph.

India, ἰνδία, regio Orientalis, Asiæ terminus, quæ tam uasta perhibetur,ut eam tradant esse tertiam partem omnium terrarum. Pomponius scribit tantum spacium littoris eam occupare,quantum per sexaginta dies noctesq; uelificantibus cursus est.Tradunt in ea fuisse quinq; millia oppidorũ, quorum nullum Co oppido minus fuerit. Nomen habet ab Indo flumine,in quem ab Occidentali plaga desinit, qui solus præter Nilum crocodilos creat. A Septentrione Tauri iugis,ab Ortu Eoo pelago, à Meridie suo, hoc est Indico, clauditur.Gemmis abundat,capricanes & elephantos procreat. Arbores habet semper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper,calamum aromati cum,& cinnama ad nos mittit.Inde prope gentiũ soli nunquam emigrauere finibus suis.Illic binę æstates,lenes aurę, temperies cœli,ubertas soli, aquarum abundantia: quæ omnia faciunt,ut maiora in India,quàm in cæteris regionib. nascantur animalia. * Ab India sunt adiectiua,Indus, ἰνδός, Indicus,ἰνδικός.

Indus,ἰνδός,fluuius Orientis,secundũ Gangẽ longè maximus, Indiam ab Occasu alluens:à quo tota ea regio nomen accepit.Hunc in iugo Caucasi mõtis,quod uocatur Paropamissus,aduersus solis ortum effusum aiunt, in seq; XIX amnes recipere,de quo Arrianus de gestis Alexandri libro 5.

Ingænones,latissimi Germaniæ populi, in Sicambros, Teutonos & Cauchos diuisi, teste Plin. lib.4.cap.14.

Ingauni,Liguriæ populi fuerunt: qui Abingonum oppidum in ora Ligustica condiderunt.

Ingeniculus,signũ in cœlo, quod Græco uocabulo ἰγγόνασιν nominant.Firmicus lib.6.Ingeniculus, qui & Engonasis in externis partibus oritur. Hoc sidere nati,erunt mendaces, fugaces,callidi.Hic est Hercules,ut Higinus docet,qui dextro genu nixus,sinistro pede capitis draconis dexteram partem opprimere conatur.

Ino,ἰνὼ,nomen Cadmi & Hermiones filiæ,uxorisq; Athamantis Thebarũ regis,& Liberi patris nutricis.Eadem,Cicerone teste,est quæ Leucothea,λευκοθέα,id est alba dea,à nobis uerò Matuta,& Aurora dicitur.Vnde Ouid.in Fast.Leucothee Graijs,Matuta uocabere nostris. Fabulam Inûs Ouid. lib.3.Metamorph.refert, quemadmodum Ino cum Melicerta filio propter timorem,de scopulo se præcipitem misit in mare,amboq; facti sunt dijmatini.illa,Leucothea:Melicertes,Palæmon,qui & Portunus,uocati sunt. De quibus Cyprianus,Melicertes & Leucothea præcipitantur in maria, & fiunt postmodum maris numina.

Insubres,populi Cisalpinæ Galliæ, cuius ciuitates sunt, Mediolanum,Papia,Lauda,Nouaria,Vercellæ,& Comũ.ἰνσουβροι. Cic.pro Corn.Balbo,Fœdera Germanorum,Insubriũ, Heluetiorum,Iapidum,&c.Strabo lib.5.Insubres hac etiam ætate sunt, qui Mediolanum metropolim habuere. Ea quidem pridem uicus erat:(omnes enim uicatim habitabant) hac uerò tempestate eximiæ dignitatis trans Padum ciuitas est,quodammodo Alpibus finitima.Hæc ille. Horum regio dicta est Insubria.

Interamna,ἰντέραμνα,urbs Vmbriæ: ita dicta quòd inter duas amnes sit constituta,Narian scilicet,& Tyberim.

Inutrium,ἰνούτριον,oppidum in finibus Vindeliciæ, non procul ab Alpibus, cuius meminit Ptolemæus libro 2. cap. 13. Idem esse putatur cum eo quod hodie Oenipontem nominant Germani,Ispruk.

Inyssus,ἴνυσσος,urbs Aegypti prope Casium montem. Steph.

Io,ἰὼ, dolendi particula est. Tibullus, Vxor iò, remoue sæua puella faces. * Quandoq; exprimit gestientis lætitia affectum.Oui.2.de Arte.Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan.

Io,genitiuo,ἰοῦς,filia Inachi fluuij traditur à poetis, à Ioue adamata,quam ob interuentum Iunonis,ne agnoscеretur, Iupiter in iuuencã transformauit.Iuno tamen suspicata id quod res erat,uaccam eam à Ioue sibi dono dari postulauit:quam quum accepisset,apposuit ei custodem Argum cẽtoculum: à quo quum molestissima custodia premeretur, ægrè id ferens Iupiter, per Mercurium eum interficiẽdum curauit. Quamobrem indignata Iuno, œstrum pellici immisit, cuius aculeis exagitata,in Aegyptum usq; perfugit:ubi implorato Iouis auxilio,pristinam formã recuperauit, regiq; Osiridi nupsit:Aegyptijsq; omnibus adeò chara fuit, ut post mortem dea habita sit,quam illi Isidem appellarũt: sacraq; eius Isiaca,quibus anser immolari consueuit. Vide hanc fabulam latius apud Ouid.lib.1.Metamor. * Est & Io, Thessalię fluuius,iuxta Oxineam ciuitatem in Peneum illabens. Author Strabo lib.9.

Iobacchus, ἰόβακχος, Bacchi cognomen, ἀπὸ τῆς ἰᾶς καὶ βακχῶ, id est,à uoce & clamo.

Iocasta,ἰόκαστα,Oedipi mater fuit, filia Creontis Thebanorũ regis,& uxor Laij,quæ post mariti necem,Oedipo filio imprudens nupsit, ex quo Eteoclem & Polynicem genuit: qui quum se mutuis uulneribus confecissent, ipsa quoque sibi manus intulit.Vide Statium lib.2.Thebaid.

Iol,ἰὼλ Ptolemæo,Mauritaniæ Cæsarіensis urbs,Iubæ olim regia,à Diuo Claudio colonię iure donata,deductis eò eiusdem iussu ueteranis,& in honorem D. Augusti Cæsarea appellata.Author Plin.lib.5.cap.2.& Strabo lib.ultimo.

Iolcos,ἰωλκός Stephano,oppidum est Magnesiæ,quæ & regiũcula,Thessaliæ ab Ortu annexa,inter Pelion & Ossam montes ad sinum Pelasgicum,quem & Iolciacum ab huius oppidi nomine appellat Ouid.7.Metamorph.

Iolaus,ἰόλαος,Iphicli filius fuit,qui Herculi hydrã interficienti adfuit, ferroq; cãdenti cruorem restinxit atq; cohibuit. Hic cum ad decrepitã ætatẽ peruenisset,Herculis precibus iuuentuti restitutus est:ut fabulãt Ouid 4.Metam.dubiaq; legens lanugine malas Ore reformatus primos Iolaus in annos.Hercule uerò uita functo, pleroſque ex filijs eius in Sardiniam insulam adduxit, ibiq; cum incolis, qui natione Tusci erant,promiscuè habitauit,ut tradit Strabo lib.5.

Iole,es,ἰόλη,Euryti Oechalię regis filia fuit,ab Hercule adamata,quam quũ Eurytus iam uictus ei tradere recusasset,licet certaminis lege debitam, ira accensus Hercules Eurytum interfecit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

interfecit, urbeque direpta Iolem abduxit: posteaq; Hyllo filio suo uxorem tradidit. Ouid. lib. 9. Metamorph. - at longis anxia curis Argolis Alcmene questus ubi ponat aniles, Cui referat natis testatos orbe labores, Cui'ue suos casus, Iolen habet Herculis illam, Imperio thalamoq;, animoq; receperat Hyllus.

Ion, Ἴων, Orchomeni filius, ex Chio insula, poeta tragicus, & lyricus, & philosophus: cuius scripta cómemorantur à Suida. * Fuit & alter Ion, Xuthi filius, à quo Pelasgi Aegialees, qui Achaiam Peloponnesi regionem incolebant, Ones primùm appellati sunt, teste Herodoto lib. 7.

Ione, Ἰώνη, ciuitas Palæstinæ, quæ aliàs Gaza, sic dicta quod Io illuc appulerit, & manserit, Steph. qui rursus in Ionio mari ab hac urbe dicto, uaccam eius insigne esse meminit, Ionæ, apud eundé, Antiochia ab Archis habitata iuxta Phadnen.

Ionia, æ, Ἰωνία, Asię minoris regio, media inter Cariam & Aeolidem cùm cœli bonitate, tum situs commoditate nulli regionum posthabenda. * Huius incolę dicti sunt Iones, Ἴωνες, ab Ionibus Gręciæ populis oriundi: quorum olim duodecim præcipuæ fuerunt ciuitates, decem in continenti sitæ, Miletus scilicet, Myûs, Priene, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa, Erythæa, & duæ in insulis Chios, & Samos. Vide Herodotum lib. 1.

Ionicus, a, um, pen. cor. quod est ex Ionio, Ἰωνικός, ut Ionicá lingua, inter quinq; Græcorum linguas notissima. Motus Ionicus. Horat. lib. 5. Carm. Ode 5. Motus doceri gaudet Ioni cos Matura uirgo. & fingitur artubus Iam nunc, & incestos amores De tenero meditatur ungui.

Ionius, a, um, Ἰόνιος, ut, fluctus Ionius. Verg. 3. Aeneid. Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo. Vndę Ioniæ. Lucan. lib. 3. Illyris Ionias uergens Epidaurus in undas. * Ionium mare, Ἰόνιον πέλαγος, dicitur ea pars maris Mediterranei, quæ supra fauces Adriatici inter Siciliam & Cretam expanditur, ut non obscurè innuit Plin. lib. 4. cap. 11. quum ait, Ionium mare à Grœcis in Siculum & Creticũ diuidi. Sunt qui Isthmũ Peloponnesiacum Ionij & Aegæi maris terminum faciunt, in qua sententia uidetur fuisse & Lucanus sic scribens lib. 1. Pharsaliæ, - qualiter undas Qui secat, & geminum gracilis mare separat Isthmos, Nec patitur conferre fretum: si terra recedat Ionium Aegæo franget mare. Quod si concedamus, dicendum erit, Creticum mare, Aegæi, non Ionij partem esse. Ptolemæus uerò in descriptione Macedoniæ, eam quoque partem sinus Adriatici quæ Macedoniæ oram ab Occasu alluit, Ionio mari attribuit: eiusq; terminos, Dyrrhachio siue Epidamno urbe, & Pylichno fluuio circũscribit. Rectius tamen Plinius, cæteriq; Acroceraunio promõtorio Ionium mare ab Adriatico dirimunt. Quòd autem ad nominis rationem attinet, non satis conuenit inter scriptores. Didymus enim dictum existimat ab Ionio quodã Dyrrhachij filio, quem Hercules cum imprudenter occidisset, in mare proiecit, ut memoriam eius propagaret. Solinus ab Ionum extrema Italiæ regiuncula dictum mauult. Lycophron, ab errore Iûs, Inachi filiæ: alij ab Ionum naufragio: nonnulli ab Ione quodam Adriæ patre, qui deinde mari Adriatico nomen fecit.

Iopas, Ἰώπας, Africæ regulus fuit, unus ex procis Didûs: cuius meminit Verg. lib. 1. Aeneid. - cithara crinitus Iopas Personas aurata.

Iopis, Ἰωπίς, regio Laconiæ, Steph.

Ioppe, Ἰόππη, urbs est maritima Palęstinę, quæ, ut quidã uolũt, regia fuit Cephei Andromedæ patris. Hæc referẽte Solino in Collectaneis, & Pli. lib. 5. fuit antiquissima omnium urbium, in uniuerso orbe, utpote ante diluuiũ uniuersale condita. Quod & ostendit saxum, quod uinculorum Andromedæ uestigia adhuc retinet, quam expositam beluæ, ut ait Solinus, non irritus rumor circũrulit. Nonnulli uerò alij non Ioppen Palæstinæ, sed aliam Indiæ urbem fuisse dicunt, ubi Andromeda marinæ beluę fuit exposita, quum dicat Ouid. lib. 1. de Arte amandi: Perseus Andromeden nigris portauit ab Indis. Et Sappho ad Phaonem, Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo Andromede patriæ fusca colore suæ. Sunt tamen qui credant, eam in Aethiopia Indica fuisse natam, circa Ioppen tamen Palęstinæ urbem beluæ mariuæ fuisse expositam.

Iordanis, Ἰορδάνης, fluuius in Iudæa eximiæ suauitatis, Peræam à Iudæa dirimens, ut author est Plinius libro 5. cap. 5. Oritur ad radices Libani duobus fontibus: alteri est nomen Ior, alteri Dan, qui simul iuncti, Iordanis nomen efficiunt.

Ios, Ἴος, insula est maris Myrtoi, una Sporadum, distans à Naxo XIIII. M. pass. in qua sepultus est Homerus, oraculo iubente, quoniam mater eius ex Io foret: ipse uerò certa matre, incerta esset patria. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Iospica, oppidum in ora Liburniæ, apud Plin. lib. 3. cap. 21. Ptolemæus Lopsicam appellat.

Iotapata, orum, siue Iopata, tæ, Ἰωτάπατα, ἡ Ἰωταπάτη Stephano, Syriæ oppidum, apud Iosephum lib. 3. Antiquit.

Iouianus Pontanus poeta, multa scripsit tum prosa oratione, tum carmine.

Ipana, urbs circa Carthaginem, Ἴπανα, Steph.

Iphares, & Thestorius, filij fuerunt Priami, quos illi uno partu Peridia Idea, nympha enixa est, quam ipse furtim in uenatione compresserat: postea uerò in bello Troiano ab Antilocho Nestoris filio sunt occisi.

Iphianassa, Ἰφιάνασσα, & Lysippe filiæ fuerunt Prœti Argiuorum regis, quibus Perottus Mœram & Furialem addit: quæ quum ad Iunonis templum uenissent, deam cótumelijs affecerunt, patris sui domum diuitijs templi Iunonis, uel ut alij ferunt, formam suam deæ pulchritudini præferentes, à Iunone in furorem uersæ sunt, ut putarẽt se esse uaccas. Ad quas curandas accersitus est Melampus, cui pater regni partem, & alteram filiam, quam uellet, nuptui promisit. Placata igitur per supplicationem & hostias Iunone, Melampus Prœtidas à morbo curauit, & Iphianassam uxorem duxit. * Hoc nomine appellatur etiam à Lucretio lib. 1. Iphigenia Agamemnonis filia, ex Clytęmnestra, quum inquit, Aulide quo pacto Triuiai uirginis aram Iphianassæo turparit sanguine fœdè.

Iphiclus, pen. cor. siue, ut apud Solinum legitur, Iphicles, Ἰφικλῆς Suidæ, fuit Amphitryonis & Alcmenæ filius, eodem partu cum Hercule editus, Iolai pater: sepulchrũ habet Arcadiæ urbem, ut scribit Pausanias. Seruius: Hercules natus est cum Iphiclo Amphitryonis filio: sed cum Iuno duos serpentes immisisset Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapsus, suo uagitu excitauit parentes: qui quum surrexissent, uiderunt Herculem tangentem manibus angues immissos ei nouercalibus odijs. Fuerunt & alij huius nominis.

Iphicrates, Ἰφικράτης, teste Aemylio & Plutarcho, uir Atheniẽsis, non tam magnitudine rerum gestarum, quàm disciplina militari nobilitatus. Hic primus omniũ spolijs bello captis nomen suum inscripsit, cum antea solius ciuitatis nomẽ inscriberetur. Author Suidas.

Iphidamas, Ἰφιδάμας, teste Homero lib. 11. Iliad. Antenoris filius fuit, corpore lato atq; procero, ab Agamemnone in bello Troiano interemptus.

Iphigenia, Ἰφιγένεια, Agamemnonis & Clytęmnestræ *filia fuit*: de qua ita fabulantur poetę. Quum Agamemnon *in Aulide* ceruum Dianæ ignarus occidisset, dea irata uentorum flatus amouit, ut Græci nauigare non possent. Quapropter cũ oraculum consulerent, responsum est, Agamemnonio sanguine deam esse placandã: missus igitur Vlysses Iphigeniam astu à matre abduxit, Achilli eam nupturã simulãs: quumq; iam immolanda esset, dea eius miserta ceruam pro ea suppo fuit, uirginem autem in Tauricam regionem transtulit, ubi à Thoante rege eiusdem deæ sacris præfecta est, quæ humano sanguine fieri solebãt. Quò quum postea Orestes Furijs agitatus, & ab incolis captus uenisset, iamq; esset immolandus, à sorore agnitus & liberatus est: cum quo non multo pòst occiso Thoante rege aufugit, ablato secum Dianæ simulachro, in lignorum fasce abscõdito, propter quod illam Fascilidem uocarunt. Tandem uenerunt in Italiam, & in Aricino nemore simulachrum locauerunt, ædificato deæ ingigni templo. Ouid. lib. 3. de Ponto: Sceptra tenente illo, liquidas feciſſe per auras Nescio quam dicũt Iphigeniã iter.

Iphimedia, pen. prod. Ἰφιμέδεια, uxor fuit Aloei, quę compressa à Neptuno filios geminos peperit, Otum & Ephialten, qui singulis mensibus nouem digitorum longitudinem staturæ suæ adijciebant: quumque paucis annis in summam corporis molem excreuissent, unà cum cæteris gigantibus aduersus superos bellum mouentes, Apollinis & Dianæ telis confixi sunt.

Iphinous, Ἰφίνοος, unus ex Centauris, apud Ouid. 12. Metam.

Iphis, Ἶφις, puer fuit formæ uenustate conspicuus: qui quum Anaxi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Anaxereten puellã efflictim amaret, neq; illa eius amori reſpóderet, impatientia amoris uitã laqueo finiuit. Quumq; iam ad ſepulturam efferretur, Anaxarete è feneſtra proſpiciens, in ſaxum mutata eſt. uide latius hanc fabulam apud Ouidium 14. Metam. Fuit item Iphis, puella quædam Cretenſis ex Phęſto oppido, Lygdi & Telethuſę filiæ, quam mater inſcio uiro, qui ſi filia ſibi naſceretur, occidi eam imperarat, uirili habitu educauerat. Qua ratione quũ ad annos pubertatis patrem fefelliſſet, Lygdus Ianthen puellam ei deſpondit. Quapropter inops cõſilij Telethuſa, Iſidis auxilium implorauit: quæ ipſo nuptiarum die Iphidem transformauit in marem. Vide Ouid. lib. 9. Metamorph.

Iphitus, Ἴφιτος, filius Praxonidis, ſiue Hęmonis, qui primus Olympia inſtituit. * Iphitus item alius Euryti Oechaliæ regis filius fuit, & frater Ioles, quem Hercules è turri præcipitauit. * Alius fuit Troianus, de quo Vergil. lib. 2. Aeneid. Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum.

Ipnus, Ἴπνος, quam alij Ipneam uocant, urbs Locrorum Ozolorum, Stephan.

Ipnus, untis, Ἰπνοῦς, uel Ipnuſia, parua regio in Samo, ubi Iunonis Ipnuntidis templum erat, Steph.

Ipſicuri, Ἰψίκουροι, populi Liguriæ, Steph.

Ira, uide Hira.

Iraphiotes, uide Eraphiotes.

Irene inſula, Εἰρήνη, uide Calabria.

Ireſidę, Ἱρησίδαι, uicus in tribu Acamantide, Steph.

Iria Flauia, oppidum eſt Cæpororum, in ora Occidentali Tarraconenſis Hiſpaniæ: cuius meminit Ptolemęus lib. 2. cap. 6. * Eſt & Iria Taurinorum oppidum, non procul à Dertona, cuius meminit idem Ptolemæus lib. 3. cap. 1.

Irpini, populi erant ad Soractem montem, ita appellati ab Irpo: quo nomine Samnites lupum appellant, ſiue quòd lupum ducem ſecuti, ſedes ſuas delegerunt, ut Feſtus tradit: ſiue quòd more luporum ex rapto uiuerent. Hos Seruius Hirpinos uocat per aſpirationem in prima ſyllaba.

Irus, Ἶρος, mendicus fuit Ithacenſis, aſſecla procorum Penelopes, quem Vlyſſes domum reuerſus pugno interfecit: ut eſt uidere apud Homerum 18. Odyſſ. Huius paupertas abijt in prouerbium, ut hominem extremæ inopiæ Iro pauperiorẽ dicamus. Ouid. Irus erit ſubitò, qui modò Crœſus erat.

Irus, Ἶρος, urbs Theſſaliæ, ciuis Irotes, Ἰρώτης, Steph.

Is, Ἶς, urbs à Babylone itinere dierum octo diſtans, apud quam eſt Is fluuius, in Euphratem ſe exonerans: è quo bitumen ædificandis muris Babylonis ſubminiſtrabatur. Author Herodotus lib. 1.

Iſaca, ſiue, ut in quibuſdã exemplarib. legitur, Iſca, fluuius eſt in meridionali latere Britanniæ inſulæ. Ptol. lib. 3. cap. 2.

Iſęus, Ἰσαῖος, cum æ diphthongo, nomen rhetoris pariter & philoſophi, quem Philoſtratus in uitis ſophiſtarum, Aſſyrium fuiſſe tradit. Cuius hoc fuit inuentum, cuiuſuis rei argumentum in breue contrahere compendium.

Iſander, Ἰσανδρος, filius fuit Bellerophontis & Achimenes, qui quum eſſet bellum inter Lycios & Solymos, contra Solymos pugnans occiſus eſt.

Iſapis, pen. prod. fluuius Flaminiæ, propinquus Cæſennę, ut Strabo lib. 5. ſcribit. Lucan. lib. 2. Cruſtumiũq; rapax, & iunctus Iſapis Iſauro.

Iſara, pen. cor. fluuius eſt Allobrogum, non procul à Cemeno monte in Rhodanum influens. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

Iſatia, uide Iſchia.

Iſauria, Ἰσαυρία, regio eſt Aſiæ minoris, proxima Ciliciç ad Taurum montem, quam Publius Seruilius cognomento Iſauricus ſubegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erãt, ui cepit. Hæc Strab. li. 12. qui ſe Seruiliũ uidiſſe ſcribit. Fuiſſe autem traditur fortunæ adeò tenuis, ut publico funere fuerit elatus. Iſauri, populi Iſauriam tenentes.

Iſaurus, Flaminiæ fluuius eſt, qui accepto Iſapi, non procul à Cæſenna in mare Adriaticum influit. Lucan. lib. 2. Cruſtumiumq; rapax, & iunctus Iſapis Iſauro.

Iſaura, orum, Ἴσαυρα, τὰ, urbs Iſauriæ, quæ eſt Aſiæ regio nõ procul à Tauro mõte, inter Lycaoniam & Ciliciam ſita. Hanc urbem poſtea Claudius, deducta eò colonia, à nomine ſuo Claudiopolim appellauit: ut eſt author Ammianus.

Isbus, Ἴσβος, Iſauriæ ciuitas. gentile Isbotes, Ἰσβώτης, Steph.

Iſeum, Ἰσεῖον, urbs Aegypti ab Iſide dicta, cuius incolæ Metaboli, id eſt mutabiles, tales enim erant. Solis mercatoribus onera uniuerſim uendunt, ipſa ab artificibus ſingulatim ementes, Stephan.

Iſepus, Ἴσηπος, gens Scythica, Stephan.

Iſcalis, Britanniæ urbs, ut eſt author Ptol. lib. 2.

Iſchia, Ἰσχία, inſula eſt maris Tyrrheni, altera Oenotridum, ergionè Veliæ ſita. Author Plin. lib. 3. cap. 7.

Iſchomache, ches, Ἰσχομάχη, uxor Pirithoi fuit, ex Atracia Theſſaliæ regiuncula, alio nomine Hippodamia appellata: quam quum Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule & Theſeo profligati ſunt. Propertius lib. ſecundo, Eleg. 4. Iſchomache, Lapithæ genus heroinæ. Dicta Iſchomache παρὰ τὸ Ἰσχειν τὴν μάχην, hoc eſt à cohibenda pugna.

Iſchopolis, Ἰσχόπολις, urbs eſt Ponti Cappadocij, iuxta Ceraſuntem: teſte Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

Iſiaci, Ἰσιακοὶ, Iſidis ſacerdotes erãt in Aegypto, qui ueſtib. tantũ lineis, quas illi λινοσολίας appellabant, amiciebantur: à qua conſuetudine emanauit ſcitum illud Plutarchi dictum, Οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι καὶ τριβωνοφορίαι πολοῦσιν, οὔτε Ἰσιακοὺς αἱ λινοσολίαι. Hoc eſt, Nam neq; philoſophos facit barba promiſſior, ueſtiſq; attrita, nec itẽ Iſiacos linei amictus. Habet autẽ hoc nõ inuenuſtam prouerbij ſpeciem, Iſiacum non facit linoſtolia: pro eo quod trito uulgi prouerbio dicimus, Monachum non perfici cucullo.

Iſinda, uel Iſindus, Ἴσινδος, urbs Ioniæ eſt: & Iſinda uel Iſindia regiuncula, Steph.

Iſiphylus, Ἰσίφυλος, pater fuit Proteſilai, cuius meminit Ouidius in epiſtola Laodamiæ ad Proteſilaum: Vix ſocer Iſiphylus, uix me grandęuus Acaſtus, Vix mater gelida mœſta refecit aqua.

Iſis, Iſidis, & Iſim in accuſatiuo, Ἶσις, Inachi filia, Io prius dicta: quæ quum à Ioue adamaretur, metu interuenientis Iunonis in iuuencã fuit tranſmutata: appoſitoq; à Iunone Argo centoculo cuſtode, arctiſsimè fuit obſeruata. Tandem implorato Iouis auxilio, quũ ad Nilum peruenifſet, priſtinã formã recepit, & ab Aegyptijs mutato nomine Iſis dicta eſt: à quibus etiã numinis loco eſt habita. Lucan. lib. 6. Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim. * Hoc etiam nomine dicta eſt inſula in ſinu Arabico. Scribit Suidas, Iſim Iouẽ ex Argo Græciç urbe rapuiſſe: & quum Iunonem timeret, mutaſſe nunc in bouem candidam, nunc in nigram, nunc in uiolaceam: cumq; ea oberrantem in Aegyptum ueniſſe.

Iſiacus, a, um, denominatiuum ab Iſide. Iuuen. Saty. 3. Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ.

Iſmaela, Ἰσμάηλα, Arabiæ parua regio: incolæ Iſmaelitæ, Steph.

Iſmarus, pen. cor. gen. maſc. Ἴσμαρος, in plurali neutrius, mons Thraciæ aſper & incultus in una parte, ex alia fertilis uinetis & oliuetis, quem Orpheus incoluit. Verg. 6. Eclo. Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea. Et rurſus 2. Georg. - iuuat Iſmara Baccho Conſerere, atq; oleo magnũ ueſtire Taburnum. * Eſt item Iſmarus, Ἴσμαρος Stephano: ſiue, ut apud Plinium legitur, Iſmaron, Ciconũ urbs in Thracia, à monte ad quem ſita erat, nomen habens. Vnde Iſmarius, a, um, id eſt Thracius.

Iſmene, Ἰσμήνη, Oedipi filia, ut aſſerit 2. Thebaidos, Cyrrhei cuiuſdam iuuenis ſponſa, qui ante nuptias à Tydeo occiſus eſt.

Iſmenias, Ἰσμηνίας, nomen Thebani uiri, optimi tibicinis. Apuleius: Neſcio, inquit, ut Iſmenias, tibijs canere: ut Apelles, pingere: ut Lyſippus, fingere. De hoc Plutarchus in Pericle dicit: Quum audiſſet Antiſthenes, Iſmeniam optimum eſſe tibicinem, reſpondit, Malus igitur uir eſt: nam ſi probus eſſet, tibicen non eſſet.

Iſmenus, pen. pro. Ἰσμηνός, fluuius eſt Bœotiæ, non procul ab Aulide in Euripum Euboicum illabens. Dictus autem putatur Iſmenus ab Iſmeno Pelaſgi filio. Statius li. 1. Thebaidos, Horruit ingenti uenientem Iſmenon aceruo.

Iſmenius, a, um, id eſt Thebanus Iſmenides, mulieres Thebanę.

Iſocrates, pen. cor. Ἰσοκράτης, nomen maximi oratoris Græci, cuius domus cunctæ Græciç quaſi ludus quidã patuit, atq; officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, ſuauiſsimus orator, & in diuerſo dicendi genere nitidus, & comptus. Omnes dicendi ueneres fectatus eſt, inuentione facilis, honeſti ſtudioſus, in compoſitione diligens. Hic nonageſimoquarto anno ætatis eum librum compoſuit qui Panathenaicus inſcribitur. centum & ſex annos uixit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ispalis, Ἰσπαλις Ptolemæo, urbs clarissima Hispaniæ Bæticæ, non procul à freto Gaditano, à qua unus ex quatuor iuridicis Bæticæ conuentibus Hispalensis à Plinio appellatur. Hodie ab Hispanis Sebilla dicitur. Vide Hispalis.

Ispellum, Ἰσπελλον, Vilumbrorum ciuitas, non procul à Camertibus, cuius meminit Ptolemæus lib. 3. ca. 1. Hodie Ispolum.

Isporis, Ἰσπωρὶς, olim uicus fuit ad Syrtim magnam, teste Ptolemæo libro 4. hodie ciuitas esse creditur ea quæ Naim appellatur.

Israel, Ἰσραὴλ, interpretatur uir uidens Deum, quod nomen impositum fuit Iacob Patriarchæ: à quo Israelitæ, Ἰσραηλῖται, penultima producta, qui de Israelis stirpe sunt, qui prius Hebræi dicebantur. Sed postquam in duo regna populus Hebræorum diuisus est, tunc duæ tribus quæ de stirpe Iuda reges habebant, Iudęorum nomen sortitæ sunt: reliquæ decem tribus, Israelis nomen tenuerũt ab Israele filio Isaachi. Regio maioris Asiæ, Samarię cõtermina, dicta est Israel. Dicuntur & Israelitides, Ἰσραηλιτίδες, à nominatiuo singulari Israelitis, tis, & tidis. Hieronymus in li. Num. Arrepto pugione ingressus est post uirum Israelitidem. Sic Madian, nitis, & nitidis. Moab, bitis, & bitidis.

Isiorium, Ἰσιώριον, urbs Laconiæ, unde Diana Isioria, Ἰσιωρία, Stephan.

Issa, Ἴσσα, urbs Lesbi, Imera etiam dicta, deinde Pelasgia, & Issa, ab Issa Macaris filia. Dicitur etiam in fœminino Ἰσσὶς. uox corrupta uidetur de Lesbo, Steph.

Issedones, uide Essedones.

Isidi, uide Esidones.

Issa, Ἴσσα, insula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, ut tradit Ptolemæus lib. 2. cap. ultimo, in qua fuit non ignobilis ciuitas eiusdem nominis, Pompon. lib. 2. Strab. lib. 7. * Est item Issa catellæ nomen apud Martialem, Epigram. 38. Issa est passere nequior Catulli.

Issus, Ἰσσος, oppidum Ciliciæ non procul ab Amano monte, circa quod Alexander Darium uicit: unde etiã pro Isso Nicopolim appellauit. Ab huius oppidi nomine propinquus sinus, Isicus appellatur à Ptolemæo Tab. 4. Asiæ.

Ister, Istri, Ἴστρος, fluuius est Europæ longè maximus, qui ortus in iugis Arnobæ mõtis Germaniæ, ex aduerso Rauraci Galliæ oppidi, multis intra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes, sexaginta auctus amnibus, in Pontum sex ostijs euoluitur. Alio nomine Danubius dicitur, præsertim à fonte usque ad cataractas, quæ sunt in montibus Daciæ, non procul à Tauruo oppido. Nam inde deinceps Istri nomen assumit. Ouidius 1. de Ponto: Stat uetus urbs ripæ uicina binominis Istri.

Istiæa, Ἰστίαια, Ionicè, pro Estiæa, Ἰσταία. Homerus πολυσάφυλον, id est uini feracem cognominat. Vrbs Eubœę est quæ nunc Oropus. Gentile Estiæus. nam Istiotes, ab oppido Thessaliæ descendit.

Istone, Ἰσώνη, mons Corcyræ proximus. unde Istonæus, Steph.

Istonium, Italiæ oppidum, Ptolemæo.

Istinos, uide in appellatiuis.

Istria, Ἰστρία, Italiæ regio, post flexum Adriatici sinus, Illyrio cõtermina, quæ in latitudine sexaginta passuum millia, in circuitu centum uigintiquinque millia complectitur: à Pormione, nunc Tisano fluuio ad Banaticum sinum, in quo Arsia amnis decurrens, Istriam ab Illyrio dirimit. Istrorũ gentem fama est originem à Colchis duxisse, missis ab Aeeta rege ad Argonautas persequendos: qui ut à Ponto intrauerunt Istrum, nec raptores inuenissent, siue metu regis, siue tædio longæ nauigationis iuxta Aquileiam confederunt, Istriq́ue ex amnis nomine, quò à mari concesserant, sunt appellati. In ea est Iustinopolis urbs, quam Iustinus Imperator extruxit

Istri, orum, Ἴστροι, Istriæ populi, à Colchis, ut putatur, oriundi. Lucanus libro quarto: Detegit orta dies stantes in puppibus Istros.

Istropolis, Ἰστρόπολις, Thraciæ urbs, non procul ab ostijs Istri, Milesiorum colonia. Author Plin. lib. 4. cap. 11.

Isura, insula est sinus Arabici, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Istriana, Ἰστριανὰ, ciuitas ad mare Persicum. gentile Istrianites uel Istrianeus. Steph.

Istrus, Ἴστρος, urbs Cretæ, quam Artemidorus Istronem, Ἰστρῶνα, uocat. altera in Ponto. Hinc Istrius, Istrianus, Istrienus. tertia, insula cum oppido eiusdem nominis iuxta Triopium Cnidiæ: quarta, urbs Iapygiæ, Stephan.

Istula, fluuius ad finem Germaniæ, ortum uersus. uide Visula.

Istus, Ἰσὸς, insula Africæ, ab Afris Vdenoem dicta, à Phœnicibus Cella Rharsath, quod interpretatur Istonis: naui enim similis. gentile Istius, Steph. Sed Ἰσὸς, pro malo nauis aspiratur. uidendũ an etiam huic proprio adijcienda sit aspiratio.

Isus, & Antiphus, Priami fuêre filij: uerùm Antiphus ex Hecuba susceptus est, cum naturalis esset Isus, ut author est Homerus in Iliade.

Italia, Ἰταλία, Europæ regio, prius Hesperia dicta, ab Hespero Atlantis fratre, qui à fratre ex Africa pulsus, & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen. Siue (ut Macrobius inquit) ab Hespero stella, quòd occasui subiecta sit. Dicta etiam fuit Oenotria, uel à bonitate uini quod in Italia nascitur (nam Græci οἶνον uinum dicunt) uel ab Oenotrio Sabinorum rege. Postea Italia ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges condidit, eamq́ue partem in qua postea Turnus regnauit, à suo nomine Italiam appellauit. Vergil. lib. 1. Aeneid. Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt, Terra antiqua, potens armis atque ubere glebæ, Oenotrij coluere uiri, nunc fama minores Italiam dixere, ducis de nomine, gentem. Timæus & Varro, à bobus uocatam dixerunt, quoniam tauri Græca ueteri lingua, Itali uocati sunt, à quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Latium autem & Ausonia, non totius Italiæ, sed partium quarundam sunt nomina. Latium enim est ea pars Italiæ quæ citeriori Tiberis ripæ adiacet, ubi hodie est Roma. Ausonia uerò dicta fuit Italiæ regio maritima, inter eam agri Brutij partem, quæ Siciliæ obijcitur, & Salentinos intercepta: unde etiam uicinum mare appellatum fuit. * Est autem omnis Italia in formam cruris inter Adriaticum & Tuscum mare, à iugis Alpium dorsoque Apennini porrecta, se paulatim attollens usque ad fretum Siculum. In ultimo sui scinditur in duo cornua, quorum alterũ Ionium spectat mare, alterum Siculum, in extremitate Rhegium oppidum habens. Eius longitudo quæ ab Augusta prætoria, quæ in Alpino fine sita est, per Romam Capuamque porrigitur, usque ad oppidum Rhegium, Solino teste, decies centena & uiginti millia passuum continet, latitudo uerò quadringenta decem, ubi maior latitudo: ubi uerò minor, centum triginta sex, habetque umbilicum in agro Reatino. Olim tamen ex latere maris superi Rubiconem fluuium pro finibus habuit. Diuiditur enim in sedecim regiones: scilicet Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium siue Aprutium, Picenum, Flaminiam & Aemyliam, seu Romandiolam: Vmbriam, nunc ducatum Spoletanum: Galliam Cisalpinã, Venetiam, nunc Marcham Taruisanam: Iapidiam & Carniam, nunc Foro iulium & Istriam.

Italus, a, um, adiect. Ἰταλὸς, quod ex Italia est: ut, gens Itala. Vergil. 6. Aen. Qui maneant Itala de gente nepotes. Idẽ 3. Aen. Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna uocare. Horat. 1. Car. Ode 7. Dijs patrijs, Italoq́; cœlo.

Italicus, a, um, Ἰταλιώτης. ut, Oræ Italicæ. Ouid. 15. Metamorph. Graia quis Italicis author posuisset in oris Mœnia.

Italicum, Ἰταλικὸν, Philosophiæ genus quoddam nuncupatum ab ea parte Italiæ quæ quondam magna Græcia dicta est, quòd, ut docet Augustinus lib. 8. de Ciuit. Dei, authorem habuit Pythagoram Samium: à quo etiam ferunt ipsum philosophiæ nomen exortum.

Italica, Ἰταλικὴ, urbs Pelignorum, quæ alio nomine Corfinium dicitur, ut ait Strabo lib. 5. * Alia Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispalensi, teste Plin. lib. 3. cap. 1. patria Silij Italici, à qua & Adrianus Imperator ortum habuit.

Italicenses, Ἰταλικήσιοι, dicti sunt populi ab Italica Hispaniæ Bæticæ urbe.

Italicus ager, Ἰταλικὸν χωρίον, in Sicilia, Steph.

Itanus, Ἰτανὸς, urbs in Creta, ab Itano Phœnice, uel ab uno Cretum. * Est & promontorium, Steph.

Itea, Ἰτέα, uicus in tribu Acamantide: tribulis Itæus, Steph.

Ithaca, Ἰθάκη, insula est in mari Ionio, ante Epirũ, in qua regnauit Vlysses. Cic. 1. de Orat. Ac si nos, inquit, quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta est uis, ac tanta natura, ut Ithacã illam in asperrimis saxulis, tanquam niduli, affixã, sapiẽtissimus uir immortalitati anteponerer: quo amore tandẽ inflammati esse debemus in eiusmodi patriã quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ una in omnib. terris domus est uirtutis, imperij, digni tatis? Hæc ille. * Ab Ithaca, Vlysses Ithacus dicitur, & Itha censis. Verg. lib. 2. Aen. Hoc Ithacus uelit, hoc magno mercentur Atridę. * In Ithaca urbs est eiusdē nominis, itē mons Neritos, Νήριτος, à quo tota insula interdum est Neritos appellata, ut annotauit Seruius in illud Vergilij 3. Aeneid.

Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiumq́; Sameq́; & Neritos ardua saxis, &c.

Ithome, Ἰθώμη, oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione, cuius meminit Homerus in Catalogo. * Est & altera Ithome, in agro Messeniaco, quam Lacedæmonij post decem annorum obsidionem in deditionem acceperūt: ut refert Thucydides lib. 2. Statius lib. 4. Thebaidos, Planaq́ue Messene, montanaq́; nutrit Ithome.

Iton, onis, Ἴτων, oppidū est in Phthiotide Thessaliæ regione ea in parte qua Crociū cāpū Amphrysus fluuius irrigat. * Hinc Itonia, Ἰτωνία, cognominata Minerua, quod hoc in oppido eximium haberet templū, summoq́; cultu uenerareturFuit & Itonię Mineruæ templū in Bœotia. Vide Strabonē lib. 9.

Iturum, Ἴτουρον, Vmbriæ oppidum est, non procul ab Ispello. Author Strabo lib. 5.

Ituræi, Ἰτουραῖοι, populi Syriæ Cœles in Arabiam uergentis, accolas, qui plana incolunt, perpetuis excursionibus infestantes, teste Pli. lib. 5. cap. 23. & Strabone lib. 16. Hos arcu plurimum usos fuisse memoriæ traditur: unde Ituræi arcus à Poetis maximè celebrantur. Verg. 2. Georg. Ituteos taxi curuentur in arcus. Lucan. lib. 7. Ituræis cursus fuit inde sagittis. Cic. 5. Philip. Ituræi barbari cum sagittis.

Iturissa, Ἰτούρισσα, ciuitas est Hispaniæ citerioris in tractu Vasconum, cuius meminit Mela lib. 3. & Ptol. lib. 2. cap. 6.

Itylus, & Neis, filij fuerunt Zethi ex Aedone coniuge, quorū Itylum mater noctu per errorem interfecit, putans eum esse Amales Amphionis filium: inuidebat enim uxori Amphionis, eo quòd ei sex essent filij masculi. Quæ quum errorem suum cognouisset, optauit mori, sed deorum commiseratione in carduelem uersa, Itylum deflet.

Itymoneus, teste Homero, Hyperochi filius, uir in primis strenuus: qui in bello Pyliorum cum Elidensibus à Nestore ia culo est interfectus.

Ityphalli, Ἰθύφαλλοι, dicti sunt in sacris Bacchi qui Phallum sequebantur, muliebri uestę induti, & ad carminis Phallici, siue Ityphallici numero saltantes. Erat autem Phallus, teste Suida, membri uirilis effigies, quę primùm ex ficulno ligno, postea uerò ex aluta rubra fieri solet, quam sibi ita inter femina adaptabant, ut inde enata uideretur. Hoc etiam nomine dictus est Priapus.

Itys, Ἴτυς, Terei & Prognes filius fuit, qui, ut est in fabulis, à Progne matre discerptus, & patri epulādus appositus, in phasianum mutatus est. Author Seruius apud Vergilium in Sileno. Ouid. ad Liuiā: Deflet Threicium Daulias ales Itym. Vide Progne.

Iuba, rex Mauritaniæ fuit, Pompeianarum partium cōstantissimus assertor, qui Curionem à Cæsare in Africam missum cum omnib. copijs deleuit. Victo uerò Pompeio, cum Scipione copias cōiunxit: cōmissoq́; prælio superatur: quū nulla iam spes reliqua esset, magnificè epulatus, cū Petreio mutuis uulnerib. concurrens, fortissimè cecidit. Plutarchus in uita Cæsaris. De Iuba, inquit, rege triumphauit. Eius filius Iuba quoq; nomine, puer admodum in eo deductus est triumpho: fortunatissimam utiq; captiuitatem, qua effectū est ut ex barbaro inter doctissimos scriptores connumeretur.

Iudæa, dææ, Ἰουδαία, quæ & Palæstina dicitur, Syriæ regio est, à quo Iudaicus, ca, cum, pro Iudæus, a, um, sicut Hebraicus, Achaicus, Euboicus: pro Hebræo, Achæo, Eubœo. Iuuen. Satyr. 14. Iudaicum ius ediscunt. Diuiditur autem Iudæa in Galilæam, hoc est in eam partem quæ Syriæ iūcta est, & Peream, hoc est ulteriorem, quæ Arabiæ & Aegypto proxima est, à cæteris Iudææ partib. Iordane amne discreta. Reliqua autem Iudæa diuiditur in decem Toparchias: quas uide apud Plin. lib. 5. cap. 14. Dicta aūt est Iudæa à Iuda filio Patriarchæ Iacob, quū antea diceretur terra Chanaan. Vide interpretatores dictionum Biblicarum.

Iudæi, Ἰουδαῖοι, qui & Hebrei, à Iuda filio Iacob dicti sunt. Nam licet fuerint duodecim tribus, quæ à duodecim filijs Iacob descenderunt, à Iuda tamen primogenito omnes Iudei sunt appellati, quia, ut Augustinus inquit, de stirpe eius regnum ueniebat Iudæis. Prophetauerat enim Iacob, dicens: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec ueniat qui promissus est. De tribu autem Iuda uenit Dominus noster Iesus Christus.

Iuernia, Ἰουερνία Steph. insula est in Septentrionali Oceano tantū ferè à Britannia distans, quantū Britannia ipsa distat à continente. Cęsar Hyberniam uocat, Mela Iuuernam: quo nomine etiam Iuuenalis eam appellat Satyra 2. - arma quid ultra Littora Iuuernæ promouimus, & modò captas Orcadas, & minima contentos nocte Britannos? Strabo etiam Ἰέρνην nominat: quem uidetur sequutus Claudianus de quarto Honorij Consulatu: Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne. Vulgò Islandiam uocant.

Iugula, æ, signū est cœlestę quod & Orió dicitur, Ὠρίων, de qua Varro: Iugula signū est quod Accius appellat Oriona, quū ait, Citius Orion patefit. Huius signi caput ducitur ex trib. stellis: quas infra, duæ claræ, quas appellant humeros: inter quas quod uidēt, iugulū, unde Iugula dicta. Plaut. in Amph. neq; Iugula, neq; Vesperugo, neq; Vergiliæ occidunt.

Iugarius, uicus Romæ dictus, quia ibi Iunonis Iugę ara erat, quam putabant matrimonia coniungere. Liuius, Iugarium Aequimelio & Fortunæ templo uicinum statuit. Festus.

Iugurtha, filius fuit Manastabalis, fratris Micipsæ regis Numidarum, quem Micipsa patruus moriens, hæredem regni sui constituit unà cum duob. filijs suis adhuc impuberibus, Adherbale & Hiempsale: quos ille postea beneficiorū immemor, insidijs adortus interfecit, ut solus regnaret. Id ęgrè ferentes Romani, bellū aduersus Iugurtham mouerūt, quod ducū inertia, perfidiaq́; prętor omnium expectationé multos in annos est protractū: quo tēporis interuallo uario sæpe euentu pugnatū est, donec misso in Numidiam Mario, Iugurtha fractis opib. suis ad Bocchum Mauritaniæ regē confugit: à quo proditus, Syllæq́; traditus, ad Mariū perductus est, & ab eo Romę in triumpho ductus, tandēq́; in carcerem coniectus, animi dolore perijt. Proper. lib. 3. Victor cum uictis pariter miscebitur umbris, Cōsule cum Mario capte Iugurtha sedes. Vide Sallustium de bello Iugurthino.

Iulia gens, Ἰούλιον φῦλον, dicta est ab Iulo Ascanio Aeneæ filio, siue ab Iulo, Iuli Ascanij filio, ut inquit Festus.

Iulia, Ἰουλία, urbium multarum nomen est in gratiam C. Iulij Dictatoris impositum. Est enim Iulia Norici oppidum, apud Plinium lib. 4. cap. 24. * Iulia Fidentia Hispaniæ oppidū, inter Bætim amnem, & Oceanum situm. Plin. lib 3. cap. 1. * Iulia Claritas, eiusdem Bęticę oppidum, in conuentu Astigitano. Plin. ibidem. * Iulia Fama, oppidum, in eadē Bætica, quà Lusitanię proxima est. Plin. ibidem. * Iulia Virtus, eiusdem Bæticæ oppidum est in conuentu Astigitano, apud eundem lib 3. cap. 1. * Iulia Concordia, eiusdem Bæticæ oppidum, ibidem apud eundē. * Iulia Cōtributa, Iulia Restituta, eiusdem Bæticæ oppida apud eundem loco iam citato. * Iulia Fœlicitas, Lusitaniæ oppidum, notiore nomine Olysippo appellatum. Plin. lib. 4. cap. 22.

Iulianus, Ἰουλιανός, Imperatoris Romani nomen, qui quū Christo nomen dedisset, factus Imperator ab eo desciuit: unde & Apostatæ cognomen apud Christianos inuenit.

Iulias, adis, Ἰουλιάς, Iudææ oppidum, ad latus exortiuum Genesaræ lacus. Plin. lib. 5. cap. 15.

Iuliobona, oppidum est Caletum, in Gallia Lugdunensi, non procul à Lexouijs & Vnellis. Ptol. lib. 2. cap. 8.

Iuliobrica, Ἰουλιόβριγα, Cantabrorum oppidum est, in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Plinius lib. 3. cap. 3. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Iuliomagus, Ἰουλιόμαγος, Andium oppidum in Gallia Lugdunensi. Ptolemæus lib. 2. cap. 8.

Iuliopolis, Ἰουλιόπολις, Mysiæ oppidum, alio nomine γορδοῦ κώμη appellatum. Plin. lib. 5. cap. 32.

Iulis, dis, Ἰουλίς, Ceæ insulæ oppidum, Simonidis Melici patria. Plin. lib. 4. cap. 12. * Est & Iulis piscis nomen, cuius ius præcipuam purgandæ alui facultatē habet. Plin. lib. 32. cap. 9. Optimum ius è scorpionibus, & iulide, & saxatilibus, nec ui resipientibus.

Iulium Sextifirmium, Iulium Forum, Iulium Castrum, Hispaniæ Bæticæ oppida sunt apud Plin. lib. 5. cap 1.

Iulius, mēsis dictus est quintus à Martio, in honorē Iulij Cæsaris: propterea quòd eo mense ad quartū Idus Quintileis fuerit natus. Antea enim Quintilis dicebatur. Vide Macrobiū

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.1.Saturn.cap.12.Nimis itaq; pueriliter labuntur,qui Cæsarem à mense Iulium dictum putant, quum constet omniũ scriptorũ testimonio Iuliorũ familiam ab Iulo Ascánio Aeneæ filio nomen traxisse.Verg.1.Aen.Iulius à magno dimissum nomen Iulo.Lucan.lib.9. Gentis Iulææ uestris clarissimus aris Dat pia thura nepos.

Iulius Cæsar,omnium Romanorum Imperatorum clarissimus fuit,quemq; unum ex Romanis habemus,quem Alexandro Macedoni non modò conferre,uerumetiam iure possumus pręponere.Eius laudes & res gestas paucis perstrictas,uide apud Plin.lib.7.cap.25.Iuliorum autem nomen ab Iulo Ascanio Aeneæ filio tractum putatur: quod & ipsum ostendit Vergilius lib.1.Aeneid.quum ait, Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,Imperium Oceano famam qui terminet astris Iulius,à magno demissum nomẽ Iulo.* A Iulius fit de nominatiuum Iulianus,na,num. Vnde Iuliani milites appellantur à Suetonio ueterani milites,quorum opera usus erat Iulius Cæsar.* Item fasti Iuliani,à Iulio Cæsare cõfecti.*Similiter Vectigalia Iuliana,à Iulio imposita & exacta, apud Ciceronem 13.Antoniana.

Iulium Carnicum,Ptolemæo lib.2.cap.14. urbs est inter Italiam & Noricum,in ditione ducum Austriæ,uulgò Golitia.

Iunganni,uide Ingauni.

Iunius mensis,ἰούνιος,ἑκατομβαιών,à Iunone putatur dictus,quẽ Iunonialem & Iunonium dicebant,&c.

Iuno,Saturni filia fuit,&, ut fabulantur poetæ, Iouis & soror & coniunx. Physici interpretantur per Iunonẽ intelligi aerem:idcirco autem Iouis coniugem & sororẽ putari, quòd summa sit aeris cum æthere similitudo. Cic.2.de Nat.deor. Aer, ut Stoici disputant, interiectus inter mare & cœlum, Iunonis nomine consecratur,quæ est soror & coniunx Iouis, quòd similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio.Effœminarunt aũt eum,Iunoniq; tribuerũt,quòd nihil est eo mollius. Et paulo pòst, Sed Iunonem à iuuãdo credo nominatam.Iunonis multa sunt nomina. Est enim Curetis, quæ utitur curru & hasta.Verg.1.Aen.- hic illius arma,Hic currus fuit.Est & Lucina,quæ partub præest.Terẽn.in Andria,Iuno Lucina fer opem.Est regina.Verg.1.Aen.,Ast ego quæ diuũm incedo regina.Et quia præest nubentibus,Pronuba dicitur.idem 4.Aen. Et pronuba Iuno.

Iunonius,a, um:ut auis Iunonia,pauo.Ouid.1.de Arte: Laudatas ostendit auis Iunonia pennas.Junonis mensis, id est Iunius,Ouid. 6.Fast.Junonius puer, dicitur Augustus à Cicerone ad Octauium. Templa Iunonia,Ouid.2.Trist.

Iunonicolæ,colentes Iunonem,Ouid.7.Fast.

Iunonigena,ę,Vulcanus dicitur,Iunonis filius,Oui.4.Metam.

Iunonia, duarum insularum nomen est inter Fortunatas,quarum una Iunonia maior, altera Iunonia minor appellatur:ut ex Iubæ sententia refert Plin.lib.6.cap.32. ἱρακία,

Iupiter,Iupitris,uel Iupiteris,secundum Priscianũ,non Iouis, qui genitiuus est non à Iupiter,sed à nominatiuo Iouis,ζεύς. Nam à principio Iouis appellatus est,à iuuando:postea adiuncto altero uocabulo,dictus est Iupiter,quasi Iouis pater: sicut Liber pater, & Dis pater dicere solemus. Econtrariò ueteres Veiouem appellauerunt Deum, cui dempta esset iuuandi facultas. celebrabãt enim quosdam deos, ut prodessent:quosdam,ne obessent,placabant. Fabulãtur autem poetæ Iouem Opis & Saturni filium fuisse,in Creta insula eodem cum Iunone partu editum, & in Ida monte à Curetib. educatum:idq; clam patre, qui ex pactione cum Titano fratre inita,filios suos omnes deuorabat.Quum autem in uirũ adoleuisset,cognouissetq; eriam tunc patrem uitæ suæ insidiari,regno eum pepulit,mundiq; imperium cum fratrib. Neptuno, & Plutone sorte diuisit: ac Ioui quidem cœli & terræ, Neptuno maris, Plutoni inferorum imperium obtigit. Iunonem deinde sororem suam uxorem duxit, quæ ei Vulcanum peperit.Cic.3.de Nat.deo.tres enumerat Ioues, cuius hæc sunt uerba: Principiò Ioues tres numerant ij qui theologi nominantur: ex quibus primum & secundum natos in Arcadia,alterum patre Aethere:ex quo etiam Proserpinam natam ferunt,& Liberum: alterum patre Cœlo, qui genuisse Mineruam dicitur,quam principem & inuẽtricem belli ferunt.Tertium Cretensem,Saturni filium,cuius in illa insula sepulchrum ostenditur.Hæc Cic.Physici interpretantur Iouem esse elementum ignis, dictumq; Iouem putãt à iuuando,eo quòd nulla sit res,quæ sic omnia foueat,quẽadmodum calor. A poetis dicitur diuũm atq; hominũ rex: à maioribus autem,optimus,maximus. Et quidem antequam optimus,id est beneficentissimus, quàm maximus: quia maius,certeq; gratius, prodesse omnibus, quàm opes magnas habere.Cic.contra Clodiũ pro domo sua:Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia Popul. Rom. optimum, propter uim maximum appellauit. * In carmine ferè gemi namus p, eo quod à iuuando putatur deriuari, cuius prima syllaba corripitur. * Ponitur quandoque pro aere. Horatius Ode 1. Manet sub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor. Iuuenalis: fremeret sæua cũ grandine uernus Iuppiter.Vnde sub dio dicimus,id est sub aere.Nam Iouem uocant Græci,quem omnia esse uoluerunt.ut Valerius Suranus:Iuppiter omnipotẽs,regum,rerumq;,deumq; Progenitor,genitrixq; deũm,Deus unus,& omnes.* Accipitur & pro pluuia.Verg.lib.2.Georg.Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis.* Est & Iupiter nomẽ stellæ illius salutaris quæ in ordine secunda est. * Aliquando per Iouem intelligimus ipsam uim duorum superiorum elementorum, quæ actiua est, dum agit in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem.

Iura,mons est Galliæ,Sequanos ab Heluetijs diuidens, autore Cæsare in Commentarijs.Sunt qui putẽt eum esse, quem Galli sua lingua uocant,Le mont des faucilles.

Iuturna,ἰουτούρνη,Dauni filia, & Turni Rutulorũ regis soror, quam Iupiter pro erepta uirginitate immortalitate donauit (ut placet Verg.lib.12.Aen.)Numicíq; fluminis nympham fecit.Hæc in bello fratrem aduersus Aeneam multum adiuuit:sed uidens fratri necem instare, in Numicum fluuium se occultauit.Alij dicunt eam rẽ habuisse cũ Latino regẽ:eoq; palãm facto, sua sponte se in Numicũ præcipitauisse.Verg. At procul ut diræ stridorem agnouit & alas,Infœlix crines scindit Iuturna solutos,&c. * Est & Iuturna,fons Italię,prope Numicum saluberrimæ aquæ: unde ad omnia sacra Romam afferebatur aqua. Ad hunc fontem pleriq; in superioribus Vergilium respexisse uolunt.

Iuuenalis,ἰουβενάλιος,nomen proprium satyrici poetæ,cæteris omnibus, qui argumentum ejusmodi tractarunt, meritò præferendus, nisi secretam illam flagitiorum sententiam nusquam non mouens, castiores animos à sui lectione auertisset.

Iuuerna, insula est non procul à Britannia, quæ uulgò Irlandia dicitur, à doctis uerò Hybernia.Iuuenal. Satyr.2.arma quid ultra Littora Iuuernę promouimus, & modò captas Orcadas,& minima contentos nocte Britannos.Græci uocant ἰουούεργαν,teste Hermolao. Claudianus in quarto Honorij Consulratu uocat Iernam.

Ixibatæ,uide Iazabatę & Iapamate.

Ixion,pen.pro.huius Ixionis, pe.cor.ἰξίων, filius fuit Phlegyæ (alij tamen Eetionis, alij Iouis filium faciunt,qui principiò uxorem duxit Deam, filiam Deionei seu Lionei: qui multa pro compensatione dotis pollicitus esset, & ob id patri pòstea ad eum uenisset,ut munus reciperet, Ixion facta scrobe, eaq; lignis & stramentis intecta,patrem sponsę in ea fraude peremit:à qua cæde quum neque homines, neq; dij eum lustrare uellẽt, diuq; incertus uagaretur, Iupiter illius miseratus,in cœlum assumptum expiauit. Quumque iam purgatus apud superos degeret,Iunonem amare cœpit,eamq; de stupro interpellauit.Quod quum Iupiter ab uxore intellexisset, nubem illi sub Iunonis effigie opposuit, ex qua ille Centauros genuit.Deiectus deinde in terram,quum pæsim gloriaretur se cum deorũ regina rem habuisse, Iupiter indignatus,fulmine ad inferos Ixionem detrusit:curauitq; utigatus, fulmine ad inferos Ixionem detrusit:curauitq; uti-
obi rotæ uolubili alligatus, perpetuò uolutaretur: unde Ouid.Voluitur Ixion,& se sequiturq;,fugitq;.

Ixionides,patronymicum.

Izelus, ἴζηλος, castellum Siciliæ,Steph.



A,siue Laa,λάα Lycophroni, λάα Homero,Laconiæ oppidum,edita in petra situm: unde & nomen habet: nam λᾶς Græcis petra est, uel lapis. Hanc urbem quum expugnassent Castor & Pollux,Lapersæ,λαπερσαῖοι,cognominati sunt. Incolæ, Laï, λάϊοι dicuntur,Stephano.

Labanis,insula est in sinu Arabico,Plinius lib.6.cap.28.

Labara,λάβαρα,Cariæ oppidum,apud Stephanum.

Labatus

Labatus,uiri proprium,cuius crebra mentio apud Plut.

Labda,æ,λάβδα, Amphionis cuiusdam ex Bacchiadarum gene re filia fuit,quæ quòd clauda esset, & ob id à Bacchiadis cæ teris sperneretur,Eetioni nupsit,eiq; puerũ peperit,quẽ ab euentu Cypselum nominauit. Nam quum duo Corinthijs reddita essent oracula,quibus illi monebantur, fore ut Lab dæ filius Corinthi aliquando tytannidem inuaderet, missi sunt publico decreto decem uiri qui puerum interficerent. Verùm quum fortè puer ei qui primus eum à matre accepe rat,arrisisset, ille misericordia motus,adduci non potuit ut eum occideret:quapropter ille alteri tradidit, & ille rursus alij:atq; ita deinceps per manus traditus infans, à decimo matri redditus est,nemine eum interficere uolẽte. Post hęc illi egressi,& pro forib. statęs,sese mutuò, & præcipuè eum qui primus puerum acceperat,increpabant,qui eum ex con uento nõ occidisset.Quod quum audisset Labda,quæ intus ad fores adstabat, puerum in mensura frumẽtaria, quã cypselum uocant Græci, occultauit.Vide Latius hanc historiam apud Herodotum lib.5.

Labdacus,λάβδακος,Phœnicis filius, qui senex Thebas uocatus, ibi aliquandiu regnauit: filiumq; habuit Laium, qui à patre Labdacides uocatur.Statius lib.6.Thebaid. nec uerbera pallidus abdit Labdacides.

Labdacidę,pen.cor.λαβδακίδαι, cognominati sunt Thebani à Labdaco rege,Laij patre.

Labdalon,λάβδαλον,promontorium Epipolæorum prope Syracusanos,Steph.

Labeates,Liburniæ populi sunt apud Plin.lib.3.cap.22.

Labeo Antistius, nomen Iurisconsulti, à labiorum magnitudine sic dicti.Quicunq; enim magna labia habẽt,labeones, & labrones cognominantur, παρὰ χείλεσι,χειλῶνες. Hic Labeo, ut Gellius ait lib.14. iuris ciuilis disciplinam principali stu dio exercuit, & cõsulentibus de iure publicè responsitauit. Sed cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in grammaticam atque dialecticam, literasq; antiquiores altioresq; penetrauit,Latinorumq; uerborum origines, rationesq; percalluit,eaq; præcipuè scientia ad enodãdos iuris laqueos utebatur. Immodica libertate fuisse perhibetur,& nimia tuẽdi iuris pertinacia,adeò ut D.Augusto iam principe,& Rempublicam obtinente,ratũ tamen pensumq; nihil haberet, nisi quod iustum sanctumq; esse, in Romanis antiquitatib.legisset.Qua re quum à muliere quadam Tribuni aduersus eum aditi,Gellianum ad eum misissent ut ue niret,& mulieri responderet,iussit eum qui missus erat redire, & Tribunis dicere, ius eos non habere neque se, neque alium quenquam uocandi, quum moribus maiorum Tribb.pleb.prehẽsionem haberent.Posse igitur eos uenire, & prehendi se iubere,sed uocandi absentem ius non habere.Vide plura de hoc apud Gellium lib.13.cap.10.& 12.

Laberius,poeta mimographus, à Cæsare annulo equestri donatus,cuius meminit Macrobius Saturn.lib.2.& Gellius li. 11.cap.9.Seneca lib.7. Declamat. Laberium Mimum diuus Iulius ludis suis produxit,deinde equestri ordini reddidit: quem quum iussisset ire sessum, omnes equites ita se coarctauerunt,ut uenientem non reciperent.

Labetia, Arabiæ oppidum, ab Aelio Gallo dirutum. Plinius lib.6.cap.2.

Labicanum,λαβικανὸν,à Suetonio in Cæsare accipitur pro uil la quadam in agro Labicano. Dictus est autem ager Labica nus à Labicis uicino oppido, cuius meminit Liuius libro 2. ab Vrbe,Labicos,inquiens,peditum ui cepit.Vnde & popu li ipsi,Labici dicti sunt,de quibus Vergilius libro 7. Et picti scuta Labici.

Labici, Italiæ populi,qui genus suum à Glauco Minois filio traxerunt,quem Labicum appellarũt à scuto militari,intus ansato,quod primus in Italia ostendit.Nam λαβὴ Græcis an sam significat,uel manubrium.Verg.lib.7.Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.uide Labicanum.

Labienus,prænomine Titus, Cæsaris in Gallia Legatus, qui plurimũ in exercitu & gratia ualebat & autoritate.Hic post res amplissimas sub Cæsare gestas,instante bello ciuili,de fecit ad Pompeium, perniciosimumq; sese Cæsaris hostem præbuit.Victis enim Pompeianis partibus,Parthos in socie tatem sollicitauit:magnasq; eorum copias in Asiam adduxit.autor Strabo lib.14. * Fuit præterea Titus quidam Labienus scriptor immodicæ libertatis, qui quod in omnes nullo discrimine inueheretur,Rabies cognominatus est:factumq; est opera inimicorum,ut scripta eius publicè exurentur.Quod quum intueretur Cassius Seuerus:Nunc me, inquit,uiuum exuri oportet,qui ea ad unguem edidici.Labienus aũt ignominiam illam tam grauiter tulit, ut scriptis suis superstes esse noluerit,sed in maiorum suorum monumenta se inferri iusserit,uiuumq; ibidem includi.

Labina,uulgò hodie dicitur uicus inter Veronam & Cremonam duabus cladibus Romanorum notus,quę antea Bebria cus dicebatur.Calepinus.

Laboriæ,arum,Campaniæ pars illa,quæ uulgò Terra laboris dicitur,miræ fertilitatis,stipulã tantæ crassitudinis gignẽs, ut ea incolæ pro ligno utantur. Dictæ autem sunt Laboriæ, à labore, eo quòd ad sui cultum plurimum exigant laboris. Plin.lib.18.cap.11.Quantum autem uniuersas terras campus circumcãpanus antecedit, tantum ipsum pars eius quę Laboriæ uocantur.Finiũtur Laboriæ uia ab utroq; latere Cõsulari,à Puteolis,& à Cumis Capuam ducẽte. Hinc Labori nus campus.Plinius lib.17.cap.4.

Labradeus Iupiter,in Caria colebatur:cuius simulachrũ primus dicitur consecrasse Arsalis rex, quum Gygæ aduersus Candaulem Lydorum regem suppetias tulisset,indeq; secu rim, Lydorum regum gestamen,in Cariam retulisse. Secu rim aũt Lydi Labryn appellant.unde & Ioui Labradeo cognomen factum est. Vide Cælium lib. 6. cap. 11. Author est Plin.lib.32. cap.2. Labradei Iouis delubrum fontem fuisse anguillis insignem,quæ inaures additas gestabant.

Labinetus,filius Nectoris reginæ Babyloniæ, tandemq; Babyloniorum tyrannus.uide Herodotum lib.1.

Labyrinthus, λαβύρινθος,per y,& per th,locus multis uiarum ambagibus inflexus.Quatuor autem præcipuos fuisse Laby rinthos docet Plin.lib.36.cap.13.Creticum,qui arte maximè fuit spectabilis,à Dædalo, ut putant, factus iussu Minois, qui Minotaurum illi inclusit:cui Athenienses ex fœdere sep tem quotannis ex liberis suis deuorandos mittebant. Aegyptium in nomo Heracleopolitę omnium maximũ & por tentosissimũ humani ingenij opus, lapideis è Paro colũnis in introitu,reliquis Syeniticis, unde exempla sumpsit eius quẽ in Creta fecit Dædalus:quem Põponius Mela li. 1.de scribit.Lemniũ,columnarũ nitore insignem: centũ enim & quinquaginta colũnas habebat.Quartũ Italicum,à Porsena Hetruscorũ rege sepulchri causa extructum. Creticus centesimã tantum portionem eius qui in Aegypto erat,continebat,itinerũ tamẽ ambagibus,occursibus,& recursib.mul to admirabilior.Si quis plura noscere cupit,Plinium adeat lib.36.cap.13.qui uerè uesanam illam fuisse dementiam scri bit,quæsisse gloriã impendio nulli profuturo: præterea fatigasse regni uires,quum tamen laus maior artificis esset.

Labyrinthæus,a,um. Catullus,Ne Labyrinthęis è flexibus egredientem Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Labyrinthiacus,a,um,apud Mantuanum.

Lacæna,λακαίνα, fœmininum est à Lacon, significans mulierem ex Laconia. Verg.2. Aeneid. Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ Has euertit opes.Idem 2. Georg. Virgi nibus bacchata Lacænis Taygeta.

Laccobriga,λακκόβριγα,oppidum Vaccæorum,in Hispania Tarraconensi,Ptol.lib.2.cap.6.

Laccopluti,λακκόπλουτοι,cognominati sunt Calliæ Athenien sis posteri, propterea quòd is Callias repentè ditatus esset thesauro in cãpis Marathonijs subter terram inuento.Nam Græci λάκκους appellabant quos & syros dicimus,hoc est lo ca subterranea,in quibus uinum, oleum, frumentáue recon debant.Vnde & laccum pro sepulchro usurpat Psalmorũ interpres, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Hoc est, Et similis ero descendentibus in laccum.

Lacedæmon,onis,λακεδαίμων, clarissima totius Peloponnesi urbs,Lycurgi legibus optimè instituta,alio nomine Sparta dicta,Menelai olim regia.Dicta Lacedæmon à Lacedæmone Iouis & Taygetes filio.Verg.7.Aen.At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor.* Huius ciues Lacedæmonij dicũtur,& Lacones. Vegetius etiam Lacedæmones appellat lib.3.Athenienses,inquit,& Lacedæmonas,& Macedonas rerum potitos.

Laceria,uide Luceria.

Laciburgium,Ptolemæus lib.2.cap.11.Germaniæ urbs in climate magis Septentrionali.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lachesis, λαχεσις, una Parcarum, quam Latinè sortem interpretari possumus. Nam λαγχάνειν est sortiri. Hanc autem idcirco uitę humanę prœesse uoluerunt, quòd in ea sortem, hoc est casum plurimum ualere arbitrabantur.

Lacinium, λακίνιον, promontorium in extremis Italiæ finibus inter Petiliam & Crotonem in mare excurrens, Ioniumq; dirimés ab Adriatico. Dictum Lacinium à Lacino quodam latrone, quem Hercules, quòd boues suos abegisset, ibi traditur interemisse, Iunoniq; ibidem templũ ædificasse: quam etiã à nomine illius Laciniam cognominauit. Verg. 3. Aen. Hinc sinus Herculei, si uera est fama, Tarenti Cernitur: attollit se diua Lacinia contra.

Lacippo, Hispaniæ Bæticæ oppidum, est in conuentu Gaditano, teste Plin. lib. 3. cap. 1.

Lacmon, λάκμων, Epiroticorum mõtium pars est, ex qua Aeas fluuius oritur per Apolloniatarum agrum in mare Adriaticum illabens. Author Herodotus lib. 9.

Laconia, niæ, λακωνικὴ, Peloponnesi regio, inter Argiuum agrum, & Messeniacum secundum litus extensa, olim à numero centum ciuitatum Hecatompolis appellata: quarum omnium caput fuit Lacedæmõ, quæ & Sparta, salutarib. olim Lycurgi legib. optimè instituta. Hinc proximus sinus Laconicus dicitur, inter Tænarum promontorium, & Maleam extensus. Vide Strabonem lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 5.

Lacon, nis, pen. gen. pro. λάκων, qui est ex Laconica regione. Statius 6. Theb. Tandem insperatus media de gente Laconum Prosilit Alcidamas. * Huius fœmininum est Lacæna. Ver. 2. Aen. Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ Has euertit opes: Ibidem 4. Aeneid. uirginib. bacchata Lacænis Taygeta. * Est item Lacon canis nomen, apud Ouid. lib. 3. Metamorph. Prœualidusq; Lacon, & cursu fortis Aello.

Lacrines, λακρίνης, Lacedæmonius quidam fuit, ad Cyrum Ionibus bellum inferentem legatus missus, teste Herodoto libro primo.

Lactiphagi, quidam Scythiæ populi, qui & γαλακτόφαγοι dicuntur.

Lactucini, cognominati sunt Romæ proceres quidam, ex Valeria familia, appellatione à lactucis deducta: uide Plin. lib. 19. cap. 4.

Lacydes, λακύδης Suidæ, philosophus fuit Cyrenæus, primus nouę Academię institutor. Hunc tradit Plinius tãtopere ab ansere quodã fuisse adamatũ, ut ei perpetuò comes adhęserit, nusquã ab eo nõ in publico, nõ in balneis, nõ noctu, non interdiu digressus. * Fuit præterea hoc uomine quidã ex Argiuorũ regibus, molli incessu, comaq; perpetuò unguentis delibuta. Meminit eius Plutarchus eo in opusculo, quo docet quo pacto utilitatem ab inimicis capere possimus.

Ladas, λάδας, Alexandri Macedonis cursor fuisse traditur, tanta pedum uelocitate, ut uestigia eius in arena non apparerent. Quo nomine statuã meruit apud Argos in templo Veneris, quam νικοφόρον cognominabant. Martial lib. 2. Quid si per graciles uias Petauri Inuitum iubeas subire Ladam?

Lade, insula in ora Iouiæ, teste Plin. lib. 5. cap. 31. Stephanus λάδην, Aeolidis insulam facit.

Ladepsi, & Tranepsi, λαδψοὶ καὶ τρανψοὶ, populi Bithynorum, Stephan.

Ladesta, aut Ladestum. λάδεσα καὶ λάδεσον, una Liburnidum insularum: gentile Ladestanus, Steph.

Ladisacites, λαδησακήτης, in Persico mari Steph.

Ladon, λάδων, fluuius Arcadiæ, iuxta quem Poetæ fabulantur Syringa nympham in fistulam fuisse mutaram. Ouid. lib. 1. Metamorph. Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem Venerat. * Est & nomen canis Actæonis apud Ouidiũ lib. 3. Metamorph. Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladó. Quo tamen in loco in castigationibus exemplaribus Lagon legitur, non Ladon.

Læana, oppidum est Arabiæ ad sinum illum rubri maris, qui in Aegyptum uergit, qui ab oppidi huius nomine Læaniticus uocatur. Author Plin. lib. 5. cap. 11.

Laerte, tes, λαέρτη, siue (ut apud Stabonẽ & Stephanum legitur) Laertes, castellum est Ciliciæ, in tumulo quodam sitũ, qui mamillæ speciem præbet. Author Strabo lib. 14.

Laertes, λαέρτης, Acrisij filius fuit, & pater Vlyssis, qui ab eo Laertiades dicitur. Ouid. in Epist. Penelopes, Tres sumus imbelles numero, sine uiribus uxor, Laertesq; senex, Telemachusq; puer.

Laertius, a, um: ut Regna Laertia apud Verg. 3. Aeneid.

Laertius Diogenes, ex Laerte Ciliciæ castello ortus putatur, indeq; cognomentum assumpsisse. Creditur floruisse sub Antonino philosopho. Scripsit uitas philosophorum oratione soluta: easdemq; breui carmine perstrinxit: quod μέτρον inscripsit.

Læstrygones, pen. pro. λαιστρυγόνες. populi fuerunt immanissimi, Formias Campaniæ urbem incolentes: quos Plin. lib. 7. tradit humana carne uictitasse. Gell. lib. 15. cap. 21. Præstantissimos uirtute, prudẽtia, uiribus, Iouis filios poetæ appellauerunt: ut Aeacum, Minoa, & Sarpedona: ferociss imos, & immanes, & alienos ab omni humanitate, tanquam è marmore genitos, Neptuni filios dixerunt, ut Cyclopa, & Cercionas & Læstrygonas.

Lagaria, λαγαρία, Magnæ Græciæ oppidũ, non procul à Thurijs, Epei, & Phocensium opus.

Lagaritanus, a, um: ut, uinum Lagaritanum, mite & dulce, & à medicis mirificè commendatum. Author Strabo lib. 6.

Lagia, unum ex nominibus Deli insulæ, apud Plinium lib. 4. capite 2.

Laginia, λαγινία, oppidum Cariæ. Gentile Laginæus, Laginites. Est & λαγίνεια, uide Hecatesia.

Lagus, λάγος, pater fuit Ptolemæi successoris Alexandri, cui Philadelphus succesit in regno. Lucan. lib. 10. Nobilitas uarij proles clarissima Lagi, &c. Hinc Lageus, a, um, uide Ptolemæum.

Laguſa, λάγουσα, insula est in mari Pamphylio ex aduerso Glauci fluuij. Author Plin. lib. 5. cap. 31. Strabo Laguſam enumerat inter insulas Cretæ uicinas, non procul ab Io insula.

Lagybes, populi sunt Sarmatiæ. Perottus.

Lagyra, λάγυρα, urbs est Tauricæ Cherronesi, apud Ptolemæũ, lib. 3. cap. 6.

Lais, λαΐς, nomen proprium famosissimæ meretricis, quæ à scriptoribus Corinthia dicta est, quia Corinthi habitauit: ad quam propter insignẽ pulchritudinẽ potentissimi quiq; ex omni Græcia conueniebãt: nec quispiam admittebatur, nisi qui dabat quod poposcerat. Vnde profectum creditur prouerbium, Non cuiusuis hominis est, adire Corinthum. Tam carè enim Lais suas locabat noctes, ut uel potentissimi precij magnitudine deterrerentur. Inter quos etiam Demosthenes fuisse fertur, qui quum scorti ram nobilis fama accensus, aliquando Corinthum nauigasset, illaq; noctis unius operam decem millibus drachmarum indicasset, expauefactus precij immensitate, Grœcum respondit, οὐκ ἂν ἐγὼ μαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν, Non emo, inquit, decem millibus drachmarum pœnitentiã. Ouid. 1. Amorum, Multis Lais amata uiris. Vide Gellium lib. 1. cap. 8.

Laius, filius fuit Labdaci regis Thebarum, pater Oedipi, qui Iocastam Creontis Thebani filiam uxorem duxit: quã quũ concepisse audisset, de futura prole oraculũ cõsuluit: cui responsum est, eum nascituri manu perituũ. Quapropter Iocastæ præcepit ut quicquid peperisset, ne caret. Verũ quũ illa insigni forma puerũ peperisset, maternaq; pietate ducta adduci nõ posset ut eum interficeret, neq; tamẽ educare auderet, ministro cuidã exponendũ tradidit: qui acceptũ puerũ in syluã detulit, plantisq; perforatis, uimineq; traiecto, ex arbore eũ suspẽdit, futurũ ratus ut in media moreretur. Verùm quũ Phorbas Polybij Corinthiorũ regis pastor illaciter faceret, audito uagitu, eò accurrit, puerumq; seruauit, quẽ & reginæ, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit: à qua ueluti puer cœlitus missus, filij loco est educatus, & à pedibus ex uulnere tumentib. Oedipus est appellatus. Grãdior deinde natu factus, quũ generis sui cognoscẽdi auidus Apollinẽ cõsuluisset, responsum accepit se patrem quodam inter ciues suos, exterosq; exorto, interfecit, matremq; imprudens duxit uxorẽ. Stat. 11. Theb. Ensem scelestum ptriferi spolium lachrymabile Laij. reliqua uide in dictione Oedipus.

Lalætania, Hispaniæ regio est in tractu Tarraconensi. Martialis lib. 1. Aprica repetes Tarraconis littora, tuamq; Lalætaniam.

Lalætanus, a, um, adiect. ut, uinum Lalæranum, magis copiosa quàm bonitate laudatũ, teste Plin lib. 14. cap. 6. Martial. lib. 9. Et Lalætanę nigra lagena sapę. Idem alibi, A cauponę tibi fex Lalætana petatur.

Lalasis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lalaſsis, fluuius eſt Iſauriæ, quæ Aſiæ regio eſt, inter Ciliciam & Pamphyliam ſita. Author Plin. lib. 5. cap. 27.

Laliſanda, λαλίσανδα, urbs Iſaurici, nunc dicitur Daliſanda; Stephan.

Lambotus, fluuius eſt Africę apud Strab.

Lambrus, fluuius in Ciſalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum, ut ait Plin. lib. 3. cap. 16 & 19. A quo Lambrani dicti ſunt eius accolę. Suetonius in Cæſare, Per Lambranos & Tranſpadanos duxit.

Lametini, λαμητῖνοι, urbs à Lamete fluuio iuxta Crotonem eſt. ciuis Lametinus, Steph.

Lamiæ, arum, λαμίαι, ab antiquis mulieres eſſe putabantur, ſuę uerius dæmonum quędam phantaſmata, quæ formoſarum mulierum ſpecie aſſumpta, pueros pariter & iuuenes blandi cijs allectos deuorabant. Hæ quum foris eſſent egregiè oculatæ, domi prorſus cæcutiebāt. Horat. i. Carm. Neu pranſæ Lamiæ puerum uiuum extrahat aluo. Apul. lib. i. de Aſin. At ille colore ſpurciſsimi humoris percuſſus, quo me Lamiæ illæ infecerant, aſpernatur. Philoſtratus in Apollonio ait Lamias à quibuſdam Laruas appellari, & Lemures, à nonnullis etiam Empuſas, eſſeque ad amorem & Venerem propenſas, & carnes humanas maximeq; formoſorū eſurienter appetere, ideoq; libidinis cupiditate allicere eos, ut poſtea deuorent. Plura de his uide apud Cælium Rhod. lib. 29. cap. 5. * Lamiarum item nobilis Romæ familiā fuit, à Lamo orta Antiphatis patre, & Læſtrygonum rege, qui Formijs regnauit. Ex hac familia fuit Aelius ille Lamia, ſenator Romanus; ad quem extat carmen illud Horatij Carm. 3. Ode 17. Aeli uetuſto nobilis ab Lamo, Quando & priores hinc Lamias ferunt Denominatos & nepotum Per memores genus omne faſtos: Authore ab illo ducis originem, Qui Formiarū mœnia dicitur Princeps, & innantem Maricæ Littoribus tenuiſſe Lyrim. * Chryſoſtomus Dion in intima Africa feras quaſdam eſſe ſcribit muliebri facie, quæ & ipſæ Lamiæ dicuntur: uberibus autem totoq; pectore adeò ſpecioſo, ut nullo pictoris ingenio effingi queant, quibus retectis homines in fraudem alliciunt, captosq; deuorant. * Lamia item meretrix quædam inſignis fuit Demetrij regis amica, cui blandiētes Thebani, Veneris Lamiæ delubrum cōſecrarūt.

Lamirus, λάμιρος, Herculis filius fuit, ex Iole Euryti Oechalię regis filia.

Lampado, una ex Pleiadibus, de quibus infrà.

Lampe, pes, λάμπη, oppidum eſt Arcadiæ, ad Lampeum montem. Plin. lib. 4. cap. 6.

Lamperia, λαμπετία, filia Solis ex Meara, ſoror Phaethuſæ & Lapethuſæ, cum quibus patris ſui armenta in Sicilia paſcebat, quo tempore Vlyſſes eò tempeſtate appulſus eſt. Vide infrà in dictione Phaethuſa.

Lampedo, mulier Lacedæmonia, raræ fœlicitatis, ut quæ & Regis filia fuerit, & Regis uxor, & Regis mater. Plinius lib. 7. capite 41.

Lampſus, mons eſt Arcadiæ, teſte Plin. lib. 4. cap. 5.

Lampia, fluuius eſt Arcadiæ, cuius meminit Statius li. 4. Thebaidos: Cadensq; iugis Lampia muoſis.

Lampon, Panchates, Pelorus, Camphaſus, nomina ſunt equorum apud Silium. * Fuit & Lampon, ſacrificus uates per anſerem uelut auem auguralem iurare ſolitus. Eraſmus in prouerb.

Lampſacum, pen. cor. Ciceroni & Plinio. Ptolemæo Lampſacus, λάμψακος, nomen urbis in littore Helleſponti, in ora Aſiatica. Cic. 3. Verr. oppidum in Helleſponto eſt Lampſacū, in primis Aſiæ prouinciæ clarum, & nobile: homines autem ipſi Lampſaceni in omnes ciues Romanos officioſi. Plinius lib. 5. cap. 32. Deinde Percote oppidum, & Lampſacum, antea Pityuſa dictum.

Lampſacenus, a, um, λαμψακηνός, unde Charon hiſtoricus, & Adamantius, & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri ſodalis, Lampſaceni à patria fuerunt cognominati.

Lampſacius, a, um, λαμψάκιος, λαμψακηνός, denominatiuum. Martial. lib. 10. Nam mea Lampſacio laſciuit pagina uerſu. Vbi Lampſacium uerſum dixit, pro laſciuo, quales Priapo dedicari ſolent, qui Lampſaci præcipuè colebatur.

Lamus, filius fuit Herculis ex Omphale regina Lydiæ, cui nouercam ſe factam eſſe Deianira apud Ouid. in Epiſt. conqueritur, quum inquit, Vna recens crimen referatur adultera nobis, Vnde ego ſum Lydo facta nouerca Lamo. * Alius fuit Lamus Neptuni filius, Læſtrygonum rex, à quo Lamiarum familia nomen accepit: de qua paulo ante egimus in dictione Lamia. * Item Lamus, equus generoſus apud Silium: Tum Lamus & Sicoris proles bellacis Ilerdæ.

Lamira, urbs Lyciæ & fluuius, Steph.

Langia, pen. prod. fons eſt in Nemea ſylua, poſtea Archemorus dictus, ab Hypſipyles alumno, quem cum illa, Argiuis fontem hunc oſtenſura, in gramine reliquiſſet; ſerpens interemit. Statius lib. 4. Thebaid. Hæc quoque ſecreta nutrit Langia ſub umbra: Nondū illi raptus dederat lachrymabile nomen Archemorus.

Lanuuium, oppidum erat Latij in uia Appia, à quo proſpectus patebat maris, & Antij. Huius oppidi frequens eſt mentio apud Cic. in Orat. pro Milone.

Lanuuianus, na, num, quod eſt ex Lanuuio: ut, Colei Lanuuini. Cicero Pæto li. 9. Honeſti Colei Lanuuini: Cliternini non honeſti.

Laocoon, λαοκοών, filius fuit Priami ex Hecuba, & Apollinis Thymbræi ſacerdos, qui primus haſtam in equum ligneum torſit: ob quod factum Verg. li. 2. Aen. ait ipſum cum duobus filijs perijſſe. Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua, Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce, &c.

Laodamantia, λαοδαμάντεια, inſula in Libya. Fortaſsis aūt à Laomedonte Troiano Laomedontia dicebatur. Gentilia, Laodamantides, & Laodamantites, Steph.

Laodamas, λαοδάμας, Halius & Clytoneus, filij fuere Alcinoi regis & Aretes, ut ſcribit Homerus Odyſſ. lib. 8.

Laodamia, λαοδάμεια, Bellerophontis fuit filia ex Achæmene coniuge, cuius amore correptus Iupiter cum ea concubuit, ſuſcepitq; Sarpedonem, qui poſtea Lyciæ rex factus eſt. Verùm quū Bellerophontes rerum ſucceſſu elatus, in cœlum euolare conaretur, Iupiter hominis temeritatē ægrè ferens, œſtrū illi immiſit; quo exagitatus equus, ſeſſorem excuſsit. Diana quoq; Laodamiæ infenſa, ſuis eam telis cōfixit. Homer. 6. Iliad. * Altera fuit Laodamię Acaſti & Laodotheę filia, quæ tanto amore Proteſilaum uirum ſuum adamauit, ut quū ab Hectore occiſum cognouiſſet, ſuperſtes eſſe noluerit. Priuſquā tamen interiret, in ſolatiū mœroris optauerat ut mortui umbrā uideret: qua uiſa, in illius amplexibus expirauit. Ouid. Epiſt. 10. Mittit & optat amans, quò mittitur ire ſalutem, Aemonis Aemonio Laodamia uiro.

Laodice, λαοδίκη, Priami fuit filia & Hecubæ, quæ Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio nupſit. * Alia fuit Agamemnonis filia, quam pater cum Chryſothemi, & Iphigenia, ſeu Iphianaſſa, Achilli obtulit, ut ex his quam uellet, uxorem eligeret.

Laodicea, λαοδίκεια, urbs celeberrima in Aſia, Lyco flumini impoſita: primò Dioſpolis appellata, dein Rhoas, & poſtremò Laodicea. Hæc urbs præ cæteris Aſiæ urbibus multis clariſsimis ciuibus eſt nobilitata. Ex quib. fuit Hiero, qui hærō ditatem populo diuiſit ſupra duo milia talentorum, & multis donis ciuitatem exornauit. Poſtea Zeno orator, & Polemo eius filius, qui ob res fortiter geſtas prius ab Antonio, poſtea ab Auguſto ad regiæ dignitatis faſtigiū euectus eſt.

Laodocus, λαοδόκος, teſte Hom. lib. Iliad. 4. Antenoris Troiani filius; ſtrenuus, in cuius formam transfigurata Pallas, intulit ſe in acies Troianorum, ut Pandarum inuenire poſſet, quo ei ſuaderet ut ſagitta Menelaum confoderet.

Laomedon, pen. corr. λαομέδων, rex fuit Troiæ, Ili filius, qui quum de ædificandis Troiæ mœnibus cogitaret, Apollini & Nepruno id negocij dedit, pactus mercedem, quam mox extructis mœnibus ſe ſoluturum iureiurando affirmauit. Verùm perfecto opere Laomedon periurus pactam mercedem negauit: propter quod dij irati, Neptunus aquam, Apollo peſtem urbi immiſit. Duplice igitur calamitate affectus Laomedon, de remedio oraculum conſuluit: reſponſum eſt, non aliter deos placari poſſe, quàm ſi ſingulis annis uirgo Troiana ceto dilaceranda exponeretur. Inſtitutum itaq; eſt, uirginem quotannis exponi, eamq; ſorte eligi. Sed quum tandem ſors in Heſionem, quam tamen alij ſolam ab Apolline & Neptuno expoſtulatam tradunt, Laomedontis filiam cecidiſſet, & iam ſcopulo alligata, monſtrum expectaret, Hercules fortè illac tranſiens, liberaturum ſe filiam Laomedonti pollicitus eſt, ſi equos diuino ſemine procreatos, quos habere eum conſtabat, in præmium ſibi traderet. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

terfecta belua,uirginem liberauit.Sed quũ Laomedon promiſsis non ſtaret,indignatus Hercules,collecto undiquaq; exercitu,Ilium expugnauit,Laomedontem occidit,Heſionem Telamoni uxorem dedit,quòd primus murum cõſcendiſſet.Priamum eius filium captiuũ abduxit,qui poſtea auro à uicinis redemptus fuit,ideoq; ἀπὸ τοῦ ἀρίσασθαι,hoc eſt, à redimendo nomen obtinuit.

Laomedontiades,patronymicum. Vergilius libro 8. Laomedontiaden Priamum Salamina petentem. Vbi additur a,ut in multis alijs,ut commodius ingrediatur carmen heroicũ, ſicut Anchiſiades,Telamoniades.Aliquãdo ſubtrahitur ſyllaba, ut Athemides, pro Athemonides , Deucalides pro Deucalionides.

Laomedonteus pen. pro. λαομεδόντιος, adiectiuum deductum à Laomedonte Troianorum rege.Verg.4.Aeneid. - necdũ Laomedonteæ ſentis periuria gentis?

Laonome, λαωνόμη, Calliarum ex Odœdoco filium peperit, qui Locrorum urbi nomen dedit,Steph.

Laos, uide Laus.

Laperſæ,λακπίρσαι,dicti ſunt Caſtor & Pollux Iouis filij, ab eo quòd Lan agri Laconici urbem expugnauerint.

Lapetnos,λάπητνος,Cypri inſulæ oppidum eſt, portum habẽs & naualia.Meminit eius Plinius lib.5.cap.31.

Lapithæ,pen.cor.λαπίθαι, populi fuerunt Theſſaliæ, Pindum & Othrym montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes.Hi primi omnium frenos & ſtrata equorum credun tur inueniſſe.Verg.3.Georg. Fræna Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedere.Et lib.2.Georg. Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

Lar,ris,uide Lara.

Lara, ſiue Larunda, nympha fuit quæ Iunoni furta Iouis cum Iuturna patefecit.Hanc Mercurius compreſsit, & inde geminos ſuſtulit,qui à matre Lares appellati ſunt. * Sunt qui credant Lares,δαίμονες,geniosq; eoſdẽ eſſe,exiſtimantes unicuiq; duos Lares eſſe,alterum bonum,alterum malum:ut nonnulli etiam duos angelos,bonum malumq;,à Deo in cuſtodiam datos dicunt,ſed non natos nobiſcum,ut illi de genio ſiue lare dicunt. Colebantur domi, focusque illis ſacer erat.Vnde uulgus focum, foculare appellat, quaſi laris focum.Hi putati ſunt dij domeſtici,ἐφέστιοι θεοί, quòd ad urbis commoda uigilare dicuntur inter cõpita.Ouid. in Faſt. Lucifero ſubeunte Lares delubra tulerunt. * Ab aliquibus dij agrorum uocati ſunt.Tibullus,uos quoq; fœlices quondam,nunc pauperis agri Cuſtodes fertis munera ueſtra Lares. Quoniam autem Lares,ſiue Penates,etiam priuatorum domibus præeſſe credebantur.(Plautus in Aulul. Ego Lar ſum familiaris ex hac familia,Vnde exeũtem me aſpexiſtis) factum eſt,ut utrunq; uocabulum pro ipſis domibus uſurpetur.ἑστία.Salluſt.in Catil.Illos binas aut amplius domos continuare,nobis larem familiarem nuſquam ullum eſſe? Martialis lib.1.O mihi curarum precium non uile mearum, Flacce Antenorei ſpes & alumne laris.Horatius Serm.lib.1.Sat. 2.Qui patrium Numæ donat fundumq; laremq;. * Ponitur & pro parte interiore domus.Ouid.1.Faſt.Omnis habet geminas hinc atq; hinc ianua frõtes,E quib.hęc populum ſpectat,at illa larem. Vbi etiam pro foco poſſet accipi, ſicut & alibi ſæpe apud poetas. * Quandoq; pro igne. Colum. lib. 11.cap.1.Cõſueſcatq; ruſticos circa larem domini, focumq; familiarem ſemper epulari.

Lararium,rij,ſacrarium domeſticum,in quo Lares & dij peculiares adorabantur, ἐφέσιον θυσιαστήριον. Scribit Lampridius Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis factitaſſe,ad effigies deorum, in quibus habebat Apollonium,Orpheum,Abrahamum,& Chriſtum. In ſecundo lrario ſimulachrum Vergilij & Ciceronis.

Laranda,λάρανδα,ciuitas Lycaoniæ, in præfectura Antiochena,non procul à Derba.Vide Ptolemęum li.5.cap.6. & Strabonem lib.12.

Larentia,nobiliſsima meretrix fuit,quæ populum Romanum hæredem fecit,& poſtea pro dea habita,Flora appellata eſt: cuius ſacra Floralia dicuntur.uide ſuprà in dictione Flora.

Lares,rium,uide Lara.

Larina,penult. prod. uirgo quædam Italica, una ex Camillæ comitatu,quæ Turno aduerſus Aeneã ſuppetias tulit.Vergil.11.Aeneid. At circũ lectæ comites,Larinaq; uirgo,Tullaque,& æratam quatiens Tarpeia ſecurim,Italides, quas ipſa decus ſibi dia Camilla Delegit, pacisque bonas, belliq́ue miniſtras.

Larine,λαρίνη,fons eſt Atticæ,ſicut Callirrhoe.Plin.li.4. ca.7.

Lariſæ,urbs eſt Aeliæ,Herodoto.

Lariſſa,λάρισσα,nomen eſt multarum ciuitatum. una eſt in plaga Theſſalica,à qua Achilles Lariſſæus dictus eſt. Alia penfilis in Creta. Alia in Peloponneſo, arx Argiuorum. Alia in agro Attico. * Apud Trallis etiam Aſiæ urbs eſt Lariſſa, ut Strabo ſcribit:à qua Lariſſæus Iupiter,ζεὺς λαρισσαῖος, καὶ λαρισσεύς, eſt dictus. * Lariſſa quoq; in Italia,quam,ut Diodorus lib.1.ſcribit,Pelaſgi cõdidere.Cæſar 3.bel.Ciuil.Vniuerſi ſimul Lariſſam uerſus ſe recipere cœperunt.

Larius, lacus eſt totius Italiæ ampliſsimus: unde & à Vergilio Maximus uocatur: quẽ & à Como uicino oppido nõnulli appellant Comenſem. Per hunc lacũ medius fluit Abdua fluuius,aquasq; eius reddit ſuauiores:deinde per oppoſitũ lacus partem erumpens, in Padũ non longè à Cremona influit.Dictus Larius à fulicarum multitudine.à Græcis enim λάρος uocatur fulica,quæ eſt auis nigra & aquatica.

Larius,a,um.Catullus,Veronã ueniat noui relinquens Comi mœnia,Lariumq; littus.

Larodij,populi fuerunt in Scythia Aſiæ,ut libro 4.ſcribit Herodotus.

Larius,filius fuit Lydi Herculis filij.

Larta,urbs in Epiro hodie,olim Ambracia.

Larunda,nympha fuit,Larium mater,quam alij Larã uocãt, à qua Lares dicti.Vide Lara.

Larinx,arteriæ,quæ aſpera dicitur,pars ſumma.

Larymna, oppidum in ora Locrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem,non procul à Tronio oppido,teſte Plinio lib.4.cap.7.

Laſia, λασία, inſula eſt decem tantùm paſſuum millibus diſtãs à Gereſto Eubœæ,quę notiore nomine Andros dicitur.Author Plinius lib.4.cap.12. * Eſt & altera eiuſdem nominis inſula,non procul à ſinu Trœzenio, teſte eodem *Plinio* loco iam citato.

Laſthenia,nomẽ eſt mulieris Mantineæ,quæ adeò cupida fuit diſcendæ philoſophiæ, ut aſſumpto uirili habitu, Platonis auditorium frequentaret. Laertius.

Laſus,λάσος,primus de muſica ſcripſit,& dithyramborum certamen protulit primus,uixitque temporibus Darij Perſarum regis.Suidas.

Lateranus,nomen proprium nobiliſsimi Romani, qui quum Conſul deſignatus eſſet, iuſſu Neronis eſt interfectus.Iuuen.Saty.10.egregias Lateranorum obſidet ædes Tota cohors. Vnde etiam Lateranenſis baſilica ſancti Ioannis uocata eſt,quòd eo in loco extructa ſit, ubi olim erat palatium Lateranenſium clariſsimæ apud Romanos familiæ.*Hieron.* ad Marcel. Quis credat mulierem nobilem & *potentem in* domo Laterani Conſulis deſignati, &c.

Latine,Latinus,uide Latium.

Latini,Italię populi dicebantur,qui eum tractum incolebant, qui eſt inter oſtia Tiberis & Circeios: quam Italiæ partem Latium antiquum appellabant.Hi ante Aeneæ in Italiam aduentum Aborigines dicti ſunt:poſtea uerò Troianis permiſti,uno nomine dicti ſunt Latini, ſiue à Latio regione illa quam incolebant,ſiue à Latino rege,cuius filiam Lauiniam Aeneas duxerat uxorem.

Latinus, tini, ſubſtantiuum, λατῖνος, nomen regis Aborigĩnum,Fauni & Maricæ nymphæ filij, cuius filiam Lauiniam Aeneas accepit uxorem. De hoc Vergilius libro 7.Aeneid. Rex arua Latinus & urbes Iam ſenior longa placidas in pace regebat.

Latium,tij,ea pars Italiæ eſt,teſte Plin.lib.3.ca.5. quæ eſt inter oſtia Tiberis & Circeios, millia paſſuum quinquaginta in longitudinẽ non excedẽs:quod poſtea prolatis imperij terminis,antiquũ Latium eſt appellatũ.Poſtea uerò,teſte Seruio, Latij nomine dictum eſt quicquid eſt inter Tiberin & Vulturnum amnes. Totusq; ille tractus diuiditur in Latiũ citerius, & Latium ulterius. Citerius Latiũ à Tiberis ripa Fundos uſq; protenditur:ulterius, à Fundis uſq; ad Vulturnum amnem.* Dictũ autẽ Latium putatur,quòd illic latuerit Saturnus,dum Iouẽ fugeret.Ouid.lib.1.Faſt.Dictaq; que eſt Latium terra latente Deo.Ver.8. Aeneid. Latiumq; uocari Maluit,his quoniam latuiſſet tutus in oris. Contra Varro Latium à Latino rege dictum aſſerit.

Latius,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Latius,a,um, quod ex Latio eſt. Colu.in Præf.lib.1. An Latiæ muſæ non ſolos adytis ſuis Accium & Vergilium receperet ſed eorum & proximis,& procul à ſecundis ſacras conceſſere ſedes? Agri Latij,Ouid.3.Faſt. Gês Latia, Ouid.4.Faſt. Lingua Latia, Ouid.2.de Ponto,eleg.3.

Latialis, le, quod ex Latio eſt: ut, Iupiter Latialis dictus eſt, quòd in Latio coleretur. Vergilius,Et reſidens celſa Latia lis Iuppiter Alba. Ci.Sicut utiq; ferias non Latiales, Latiares ue,ſed Latinas dixeris,aut Latias.Latialis ſermo,qui& Romanus,& Latinus.Plin.lib.3.cap.1.Ex his digna memoratu,aut Latiali ſermone dictu facilia.Id eſt Latino. Macrobius lib.1.cap.1.Doctrinę Latialis haud inſcium.

Latinus,a,um,λατῖνος,nomen deriuatiuũ à Latio. Verg.3.Aen. Genus unde Latinum. Inde Latinum ſermonem dicimus eum quo utebantur in Latio. Carmen Latinum, Horat.1. Carm.Ode 32.* Latinę cõſuetudini tradere,id eſt in Latinum ſermonem conuertere. Colum.in Præf.lib.12. Hæc in Oeconomico Xenophontis:& deinde Cicero,qui eum Latinæ conſuetudini tradidit. Vertere in Latinũ, hoc eſt in Latinam linguam. Quintil.lib.10.cap.5. Vertere Græca in Latinum, ueteres noſtri oratores optimum iudicabant. Cice.1.de Finibus:Ita ſentio, & ſæpe diſſerui, Latinam linguam non modò non inopem,ut uulgò putarent:ſed locupletiorem etiam eſſe,quàm Græcam.

Latinæ,arum, feriæ erant conceptiuæ, ſingulis annis à magiſtratibus in certos, uel incertos dies concipi ſolitæ, quib. pro communi totius Latij ſalute Ioui Latiali in monte Albano ſacra fiebant à præfecto urbis Latinarum cauſa creato:populiſque Latinis carnes diuidebantur ex præſcripto uetuſti fœderis inter Romanos & Latinos icti,Sp. Caſsio, & Poſthumo Cominio Coſſ. Cuius fœderis leges ne ullo unquam tempore intercíderent, Romæ in ænea columna fuerunt inciſæ.Cic.pro Plancio,Quibus in municipijs uix iam qui carnem Latinis petant inueniuntur.

Latinè,aduerb.id eſt more Latinorum.λατινιστί.Cic.6. Verr.Latinè me ſcitote,non accuſatoriè loqui.Idem 2.Philip.Antonium,quem gladiatorem non ita appellauit, ut interdũ etiam M.Antonius Gladiator appellari ſolet:ſed ut appellãt ij qui planè & Latinè loquuntur, hoc eſt propriè & apertè. Dicimus quoque:Scio Latinè:ubi ſubauditur,loqui : quod turpiter exprimeretur:ſicut quum dicimus,Scio fidibus,ubi ſubauditur,canere,non tamẽ exprimitur.Liu.1.ab Vrbe, Terror ad hoſtes tranſit.Etenim audiuerant clara uoce dictum,& magna pars Fidenatium,ut qui coloni additi Romanis eſſent,Latinè ſcribant.Cic.pro Cecinna,Quid enim facilius eſt,quàm probari ijs qui Latinè ſciant,in uno ſeruulo familiæ nomen non ualere?

Latinitas,atis, locutio ipſa Latina,ſiue ſermo Latinus.Cicer. Attico,lib.7.Secutuſq; ſum, non dico Cæcilium, manè ut ex portu in Piræeum, (malus enim author Latinitatis eſt) ſed Terentium,cuius fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur à C.Lælio ſcribi.

Latinienſis,& hoc Latinienſe,idem quod Latinus. Cicer.de Aruſp. reſponſis : Quòd in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu.* Significare etiam poteſt eum qui alibi ortus in Latio cum Latinis uerſatur, ut ſuprà dictum eſt in dictione Hiſpanus.

Latmius mons,λάτμιον ὄρος,mons Ioniæ,notus fabula Endymionis,quem quum Luna adamaret, in Latmio mõte ab ea ſopitum ferunt, ut unum ab eo oſculum auferret : unde & ipſe Endymion Latmius dictus eſt.Ouid.lib.3.de Arte, Latmius Endymion non eſt tibi Luna ruboris.

Latois,idis,ſecunda ſyllaba producta,λητώις,patronymicum eſt fœmininũ à Græco nomine λητὼ deductũ, quo nomine illi Dianæ matrem appellant,quam & nos Latonam.Latois itaq; à poetis accipitur pro Diana Latonæ filia,quã & Latini Græcorum imitatione Latoniam appellant. Ouid.7. Metam.Inde Calaurææ Latoidos aſpicit arua.

Latona,pen.pro.λητὼ,filia Cœi Tiranis, à Ioue amata & compreſſa eſt, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem uidelicet & Dianam:quod Iuno adeò agrè tulit, ut immiſſo contra illam Pythone ſerpente,per totum terrarum orbem pellicem perſecuta ſit, donec errando ad ſororem Aſteriem in inſulam Ortygiam peruenisſet, à qua ſuſcepta eſt, ibique Dianam peperit, quæ è ueſtigio obſtetricis officium in naſcituro fratre matri præſtitit, & Apollinem naſcentem ſuſcepit: qui adultus mox Pythonem interfecit,& petentibus cœpit dare reſponſa. Porrò hæc inſula, quum antea Ortygia uocaretur, poſteà Delos uocari cœpit,quòd quum antea aquis merſa fuiſſet,ſubitò Iouis iuſſu conſpicua fuerit reddita. Nam δῆλον Græci dicunt quod nos oſtendere ſeu manifeſtare.

Latonia,λητωΐς,dicta eſt Diana,à matre Latona,quemadmodũ Apollo ipſe,Latonius,λητῶος.Verg.9. Aen.Tu dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori,Aſtrorum decus,& nemorũ Latonia cuſtos.Similiter Delos,ut ait Seruius, dicta eſt Latonia,quòd in ea Latona enixa ſit Dianam & Apollinem.

Latreus,unus ex Centauris,λάτρευς.Ouid.12.Meta. Quem dederat letho membris & corpore Latreus Maximus.

Lauanium,uide Libarnum.

Latymnum,λάτυμνον,mons Crotonis,uel,ut alij,Laconiæ, ut ſcribit Scholiaſtes Theocriti.

Lauce,inſula in Ponto,Boryſthenis oſtio obiecta:dicta Achillea,quoniam Achilles ibi ſitus ſit.

Laugia,uide Langia.

Lauerna,deæ cuiuſdam nomen fuit apud Romanos, in cuius tutela fures eſſe putabantur, qui ab ea Lauerniones dicti ſunt.*Hinc Lauernalis porta Romæ dicta eſt,ab æde Lauernæ propinqua.Hæc fere ex Feſto.

Lauinia,λαβινία,filia fuit Latini regis & Amatę, quę primùm Turno,deinde Aeneæ deſponſata eſt:cuius occaſione orto inter hos duos bello,multi utrinq; occubuerunt. Tandem deuicto Turno, Aeneæ nupſit : quo mortuo, ipſa priuigni inſolentiam timens, in ſyluas prægnans profugit, & apud Tyrrheum paſtorem diuertit, ibique peperit filium, quem Iulum Syluium Poſthumum appellauit, eo quod poſt patris funus in ſyluis natus eſſet.Hanc tamẽ poſtea Aſcanius in regnum reuocauit,quum ipſe ceſeſſiſſet Albam longam, urbem à ſe conditam, Lauinio nouercæ relicto : quod illa moriẽs Iulo Syluio Poſthumo filio ſuo reliquit.Verg. Aen. lib.12.& uictum tendere palmas Auſonij uidere:tua eſt Lauinia coniunx,&c.

Lauinium,λαβίνιον Stephano,λαυίνιον Straboni,urbs fuit in Latio,ab Aenea cõdita,& à nomine Lauiniæ uxoris ita appellata. Cuius rei teſtis eſt Liuius lib.1.ab Vrbe:Aeneam, inquit,apud Latinum fuiſſe in hoſpitio tradũt. Ibi Latinũ apud Penates deos domeſticũ publico adiũxiſſe fœdus,filia Aeneæ in matrimoniũ data.Ea res utiq; Troianis ſpem affirmat tandem ſtabili certaq; ſede finiendi erroris. oppidũ condunt.Aeneas ab nomine uxoris Lauinium appellat.

Laurea Tullius,Ciceronis libertus fuit,cuius extat nobile de aquis Ciceronianis epigramma apud Plin.li.31.quod quoniam circa principium operis huius inſeruimus in dictione Academia,illinc lectori perendum reliquimus.

Laurentia,uxor Faſtuli fuit, paſtoris Amulij, quæ Romulũ & Remum expoſitos nutriuit:quoniam ſe omnibus proſtituerat,Lupa dicta eſt:& hinc locus datus eſt fabulæ,Romulum & Remum à lupa eſſe nutritos. Hanc aliqui Laurentiam uocant:feſtaq; in honorem eius inſtituta Laurentinalia.

Laurentalia,λαυρέντια, feriæ erant in honorem Accæ Laurentiæ inſtitutę,quæ nutrix fuit Romuli & Remi:cui ſacerdotes in uelabro ſacrificabant,teſte Varrone li.5.de Ling.Lat. Laurentilia,inquit Feſtus,Laurẽtiæ coniugis Fauſtuli,& nutricis Romuli & Remi feſta.

Laurens,tis,modò gentile nomẽ eſt, λαυρεντῖνος.Verg.12. Aen. Ipſi Laurentes mutati,ipſiq; Latini.Idem 1.Aen.Laurentis regia Pici.*Modò denominatiuũ omnis generis. Verg.12. Aeneid.Te quoq; Laurentes uiderunt Aeole campi Oppetere.Idem alibi, Ignarum Laurens habet ora Mimanta. Idẽ lib.7.poſtquam Laurentia uictor,Geryone extincto,Tirynthius attigit arua.

Laurentum, ciuitas Latij, non procul à Lauinio : ita dicta à ſylua laurea,qua exciſa ædificata eſt. Vel,ut inquit Priſcianus,à lauro ibi primùm inuenta,dum Picus eam conderet. Hinc Laurentes populi dicti ſunt.

Laureolus,poetis traditur fuiſſe latro ſceleratiſsimus, eoq; nomine in crucem ſublatus,& à feris deuoratus.Quæ fabula aliquoties Romæ in ſpeculis repræſentata eſt. Iuuenal. Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit,Iudice me,uera dignus cruce. De Domitiano quoq; memoriæ proditũ eſt,quod hãc fabulã prę ſentaturus,nocẽtiſsimum quendã, ultimo ſupplicio damnatum, in crucem erigi iuſſerit, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

immissa ursa dilacerari, atq; ita rei ueræ, non fictæ, spectaculum populo exhibuerit. Martial. in Amphitheatro Cæsaris: Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduâ nudo pectore pauit auem: Nuda Calydonio sic pectora prę buit urso Non falsa pendens in cruce Laureolus.

Laurion, λαύριον, locus in Atticæ montanis mare spectans, argentifodinis nobilitatus: cuius meminit Thucydides belli Peloponnesiaci, lib. 1. & 6.

Laurolauinium, λαυρολαβίνιον, urbs Latij, proxima Laurento.

Laus, Lai, dictio dissyllaba, λαός, fluuij nomẽ est in finibus Italiæ, agrum Brutium à Lucanis dirimẽs, cuius meminit Strabo lib. 6. & Ptolemæus lib. 3. cap. 1. * Est & alter eiusdem nominis fluuius, in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari proxima est, per Apolloniatarũ agrum in mare sese exonerans: idem (opinor) cum eo quem Plinius Aeantem appellat. uide Ptolemæum lib. 3. cap. 13.

Lausus, filius fuit Numitoris, & frater Iliæ Syluiæ, quem Amulius patruus fugato patre occidit. Ouid. 3. Fast. Ilia cõ Lauso de Numitore sati. * Alius fuit Mezentij filius, quem Aeneas interfecit, quum parentem uulneratum defenderet. Verg. lib. 11. Aeneid.

Ingemuit chari grauiter genitoris amore,
Vt uidit, Lausus, lachrymæq; per ora uolutæ.

Lautulæ, arum, locus fuit in urbe Romana, non procul à Iano gemino: à lauando dictus, quòd aquas calidas haberet. Author Varro lib. 4. de Lingua Latina.

Laus Pompeia, Italiæ transpadanæ oppidum, à Boijs conditum, teste Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgò Loda.

Lazi, λαζοί Stephano, populi sunt Themiscyræ regionis, ad Põtum Euxinum. uide Plin. lib. 6. cap. 5.

Leæ, insula est iuxta Cyrenaicam Aphricæ regionem. apud Plinium legitur Lea. uide etiam in Appel. Lea.

Leæna, nomen Athenienſis scorti, cuius memorabilis mentio apud Plin. lib. 34. cap. 8.

Leander, λίανδρος, iuuenis nomen est in Abydo Asiæ oppido, in littore Hellesponti sito, qui quum Erûs puellæ amore captus esset, quæ in oppositi littoris oppido Sesto habitabat, noctu ad eam transnabat. Quod ubi aliquoties non infœliciter cecidisset, iam audacior factus, quum mari tumido & impacato se commisisset, ui uentorum fluctuumq; uictus, in Hellesponto submersus est. Fabulam hanc, aut fortasis historiam, elegantissimo carmine apud Græcos prosecutus est Musæus: à quo Ouidius mutuatus est argumentum epistolarum Erûs ad Leandrum, & Leandri ad Ero.

Learchus, λίαρχος, Athamantis & Inûs filius, quem pater furore correptus occidit. Quod quum uidisset Inô, arrepto Melicerta altero filio in mare se præcipitauit: atq; illa quidem in deam maris mutata est, quam Græci λευκοθέαν, latini Matutam uocant: Melicertes autem in deum marinum, quem Græci παλαίμονα, Latini Portunum uocant. Ouid. li. 6. Fast. Tuq; cadis patria parue Learche manu.

Lebadia, siue Lebadea, pen. prod. λεβάδεια, urbs Bœotiæ est, non procul à Cheronea, & Orchomeno, nullam omnino gignens talpam. Plin. lib. 8. cap. 58. In Bœotiæ Lebadia illatæ solum ipsum fugiunt, quæ iuxta in Orchomeno tota subruunt arua, talpæ: quarum è pellibus cubicularia uidimus stragula: adeò ne religio quidem à portentis submouet delicias.

Lebedus, pen. cor. λέβεδος, Suidæ, Ioniæ ciuitas est, à Colophone centum uiginti stadia distans. Hic scenicorum histrionũ collegium fuit, qui in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis edebant. Horatius lib. 1. Epist. Scis Lebedus quàm sit Gabijs desertior.

Lebinthus, λέβινθος, insula est una Sporadum, nó procul à Patmo, teste Strabone lib. 10.

Lechæum, λεχαῖον, portus est Corinthi, ad sinum Crissæum siue Corinthiacum, qui Isthmum Peloponnesi ad occidentẽ alluit. Nam alterũ, qui sinu Saronico ab Oriente abluitur, Schœnuntem appellant. Papinius, Curua Palæmonio seclusditur unda Lechæo.

Lectum, λεκτὸν Homero, Asiæ promontorium est, ad Idam montem pertinens, Troademq; disterminans ab Aeolide. Authores Plin. lib. 5. cap. 30. & Strabo lib. 13.

Leda, λήδα, Tyndari Laconiæ regis uxor fuit, quam quum Iupiter adamaret, transformatus in cygnum cum ea concubuit. Ex quo congressu Leda duo peperit oua, ex quorum altero nati sunt Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytæmnestra. Ouid. in Epist. Helenes ad Paridem, Dat mihi Leda Iouem cygno decepta parentem.

Legæca, uide Ligea.

Legerda, λεγέρδα, urbs est Armeniæ maioris, in Entetenare gione non longè ab Euphrate fluuio. Ptolemæus libro 5. capite 13.

Legio secunda Augusta, urbs Britannica. Ptolemæus lib. 2.

Leitus, λήιτος, unus ex quinq; Bœotorum ducibus qui ad Troiam profecti sunt, teste Homero lib. 3. Iliad.

Lelantus, fluuius est Eubœæ insulæ apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Leleges, pe. cor. λέλεγες, Asiæ populi fuerunt origine Græci, ita dicti, quasi λελεγμένοι, eo quòd diuersis è locis collecti essent. Hi primùm insulas tenuerunt: indeque in continentẽ transgressi, partim in Mysia ad Adramittenum sinum consederũt: ubi & Homerus maiorem Lelegum partẽ uidetur collocare: partim in eo Ioniæ tractu, qui Cariæ est proximus: unde etiá Plinius tradit Miletum Ioniæ totius caput Lelegeida olim fuisse appellatũ. Ouid. li. 9. Meta. Caras, & armiferos Lelegas, Lyciáq; pererrat. Legũ originẽ nónulli ad Thessalos retulerũt: è quib. est Seruius, explicãs illud Vergilij 8. Aen. Hic Lelegas, Carasq;, sagittiferosq; Gelonos, Finxerat. Plin. uer ò li. 4. ca. 7. Lelegas olim appellatos fuisse ait, quos postea Locros Epicnemidios nominarũt, per quos Cephisus amnis in mare illabitur. Eustathius λέλεγας multis ex locis confluxisse existimat, atq; inde etiá nomen accepisse: quod etiam non obscurè innuit Strabo lib. 7. Aristoteles autem Lelegum appellationem ad Lelegem quendam Leucadium refert, cuius nepotem ex filia tradit fuisse Teleboam.

Lelegum urbs, λελέγων πόλις, in Icaria est, Megalopolis postea, tertiò Aphrodisias dicta, Steph.

λελεγὶς, olim uocabatur Miletus urbis Cariæ, ab inhabitatoribus, Steph.

Lemannonius, sinus in Septentrionali Britanniæ parte collocatur à Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

Lemanus, pen. prod. λιμανός, lacus est Allobrogum, Genenâ & Lausannam urbes alluens, Rhodanumq; fluuium impermistis aquis transmittens. Lucanus lib. 2. Deferuere cauo tentoria fixa Lemano.

Lemnos, λῆμνος, insula est maris Aegæi, Thraciam à Septentrione, ab Occasu Athon montem habens, fabuloso Vulcani casu nobilitata. Eadem & Hypsipyle, dicitur à filia Thoãtis eiusdem nominis, quæ in hac insula regnauit.

Lemnius, nia, nium, adiectiuum: ut Lemnia turba, apud Ouidium in Ibin. Saxa Lemnia, apud eundem 5. Trist. Lemnia mala, λήμνια κακὰ, id est ingentia, & inaudita: qualia Lemnũ afflixisse dicuntur.

Lemnia terra, quæ in Lemno insula effoditur. Eius tres à Galeno enumerantur species, quarum una fullonibus in usu est ad extergendas uestes: altera fabris, quę à Grecis μίλτος, à Latinis rubrica uocatur: tertia medicis, quæ à Græcis σφραγὶς λημνία, hoc est sigillum Lemnium appellatur, ab imagine capræ, ut uult Dioscorides, aut certè Dianę, (ut mauult Galenus) quæ illi imprimi solet. Effoditur autem hęc terra in sola Lemno, non tamen in quauis parte eius insulę, sed tantùm in colle quodam Hephęstiadi ciuitati imminenti: quem etiam Vulcano ipsi sacrum fuisse fabulantur, eo quòd is a matre de cœlo deturbatus, in collem illum ferratur decidisse. Cuius fabulę occasionem præstitit collis eius color, & sterilitas. Nam & exusto similimus est, & nullam omnino plantam gignit. Hæc autem terra quo pacto soleat præparari à sacerdote Dianæ, uide Galen. lib. 9. de Facultate Simpli. medicamen. ubi meritò reprehendit Dioscoridẽ, qui putauit terræ huic hircinum sanguinem admisceri. Hodie Seplasiarij pro terra Lemnia supponunt terram sigillatam. Quicquid enim terrę Lemnię quotánis colligi potest, ad Turcarum principem defertur: neq; ulla ratione ad nos peruenire posset, nisi ille nostros principes, eorum'ue legatos aliquot orbiculis interdum donaret.

Lemures, Lemurum, penultima correpta, laruæ nocturnæ, & terrificationes imaginum & bestiarum, inquit Nonius. Ouidius 5. Fastorum, Mox etiam Lemures animas dixere silẽtum. Varro libro 1. de Vita populi Romani, Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicũt se Lemures domo extra ianuam ejicere.

Lemuria,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lemuria, orum, festa erant Lemuribus sacra, quæ cum celebrabantur (id autem erat mense Maio) templa omnia claudebantur, nuptiæque omnes infaustæ putabantur. Quę res fecit locum prouerbio, Malum mense Maio nubere. Ouid. lib.5.Fast.

Ritus erit ueteris nocturna Lemuria sacri.
Inferias tacitis Manibus illa dabunt. Et paulo pôst,
Fana tamen uetęres illis clausere diebus:
Vt nunc ferali tempore operta uides.
Nec uiduæ tædis eadem, nec uirginis apta
Tempora: quæ nupsit, non diuturna fuit.
Hac quoq; de causâ (si te prouerbia tangunt)
Mense malas Maio nubere uulgus ait.

Lenęus, ληναῖος, unum ex Bacchi cognominibus, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, hoc est à torculari, siue lacu impositum. Verg.lib.2. Geor. Huc pater ò Lenæe: tuis hic omnia plena Muneribus.

Lentuli, λέντουλοι, Romani quidam nobilissimi, ita cognominati à lente, ut Ciceriones à cicere. A quibus denominatiuũ Lentulitas deflexit Cic.lib.3.Epist.pro nobilitate Lentulorum, Vllam, inquit, Appietatem, aut Lentulitatem ualere apud me plus quàm ornamenta uirtutis existimas?

Lenus, λῆνος, regio Pisarum (πόλις Steph.) cuius Lenæus. Locus non integer uidetur.

Lepsemandus, λεψήμανδος, oppidum Cariæ, Steph.

Leo, λέων, Byzantius philosophus fuit, auditor Platonis, qui Philippo Macedonum regi infesta patriæ suæ arma inferenti, occurrens, Dic, inquit, Philippe, quæ causa te impellit ad oppugnanda nostra mœnia? Quumque Philippus respõdisset, Amore patriæ illius esse impulsum, ut ea potiretur. Atqui, inquit, musico amantibus instrumento, non bellico opus est. Postea uerò quum Philippus Byzantium diu frustrà obsedisset, intelligens id Leonis opera fieri, ut illum apud suos in inuidiam uocaret, literis eum apud ciues calumniatus est, proditorem patriæ appellans, sæpiusque sibi ab eo urbem uenalem esse oblatam, & potuisse iam urbe potiri, nisi turpe iudicasset uictoriam suffurari. His itaque literis Leo apud ciues in suspicionem adductus, quum domum suam arctissima custodia obseruari uideret, laqueo uitam finiuit.

Leonatus, λεόνατος, uir nobilis fuit ex Macedoniæ ducibus, Philippi ex materno genere consanguineus, unà cum Alexandro educatus. De quo uide plura apud Suidam.

Leochares, λεωχάρης, nobilis statuarius fuit, unus ex ijs qui Mausoli regis Cariæ sepulchrũ cælauerunt, ut tradit Plin. lib.35.cap.5.

Leocorium, λεωκόριον, monumentum fuit ab Athenienſibus in medio Ceramico erectum. Nam quum Attica uniuersa maxima fame laboraret, unumq; hoc ab oraculis ostenderetur remediũ, si quis liberos suos immolaret, inuentus est Leos quidam Orphei filius, qui tres filias suas uirgines, Pasitheam, Theopen & Eubulen tradidit immolandas. Cuius beneficij memores Athenienses, monumẽtum in Ceramico erexerunt, quod Leocorion appellarũt. Author Suidas.

Leodamas, penult.cor.gen. Leodamantis, λεωδάμας, Thasius philosophus fuit, cuius meminit Laertius in uita Architæ Tarentini.

Leomomiges, canes Arcades, ex canibus & leonib. prognati.

Leogoras, goræ, λεωγόρας, Andocidę rhetoris pater fuit, teste Suida.

Leonides, λεωνίδης, Lacedæmoniorum rex fuit, ex genere Heraclidarum, qui apud Thermopylas, quum angustias aduersus Xerxem tueretur, fortissimè pugnans occubuit. Cuius cadauer Persæ, abscisso capite, è cruce suspenderunt. Author Herodotus lib.7. * Fuit præterea Leonides quidã Alexandri Magni pædagogus: qui quum discipulum uideret in pueritia sine parsimonia thura aris ingerentem, monuit illum, ut tum demum quum thuriferas regiones subegisset, illo modo supplicaret. Cuius rei memor Alexander Arabia iam potitus, misit ei nauim thure onũstam, exhortans eum ut in deos parcus esse desineret. Author Plinius lib.12. cap.14.

Leontius, fuit quidam eximius statuarius, qui Olympiæ fecit Stadiodromon astylon, aliaq; opera quæ cõmemorãtur à Plin.lib.34.cap. 8. * Fuit item Leontios quidam Tripolis Lydiæ Episcopus ex Mœsia ortus, de quo uide Suidam.

Leontiscus, λεοντίσκος, Mamertinus quidam pyctes fuit, ex argumento Acrocherſites cognominatus, tanto corporis robore, ut summis aduersarium manibus arripiẽs, nõ prius eum desereret, quàm deficientem sentiret. Suidas.

Leos, Orphei filius, uide Leocorion.

Leosthenes, pen.prod. λεωσθένης, uiri Athenienſis nomen, qui quũ sponsus esset, & Lamiacũ bellum concitasset, in prælio interfectus est. Ob cuius amorẽ sponsa, Democionis Areopagitarum principis filia, se interfecit, sicut Hieronymus contra Iouinianum testatur. Suidas Leosthenem tradit eo in prælio, quod Athenienses aduersus Macedones commiserunt, quum multa strenuè gessisset, lapidis ictu interijsse.

Lepadusa, uide Lopadusa.

Lepontij, populi sunt Alpini, Salassis finitimi, ex comitatu Herculis ibi relicti, quòd membra haberent niue præusta. Plin.lib.3.cap.20.

Leprium, λέπριον, Elidis oppidum ad Alpheum fluuium, cuius incolæ dicuntur Lepriatæ. uide Plin.lib 4.cap.5. & Ptolemæum lib.3.cap.16. * Est & alterum eiusdẽ nominis oppidũ in Arcadia, cuius meminit Plin.libro 4.cap.6.& Cic.lib.6. Epist.ad Atticum.

Lepte acra, λεπτὴ ἄκρα, Indiæ promontorium, aliàs Drepanum appellatum: de quo uide Pli.lib.6.cap.29.

Leptines, pen.prod. λεπτίνης, Athenienſis orator fuit non incelebris: qui quum liturgiarum onus ad paucos, eosq; tenuioris fortunæ redijsse uideret, potẽtioribus ferè omnibus immunitate donatis, tulit legem, ut sublato iure immunitatis, liturgiarum sumptus ex æquo à dittionibus suppeditarẽtur. Quam legem oppugnat Demosthenes ea oratione quam aduersus Leptinem inscripsit.

Leptis, λέπτις, Ptolemæo, duarum urbiũ nomen est in Africa propriè dicta: quarum minor, quæ Sarrana dicitur, inter duas Syrtes est sita: cuius meminit Silius lib.3. Tabraca, tũ Tyrium uulgus, Sarranaq; Leptis. Hæc etiam Neapolis dicitur. Altera quæ maior Leptis dicitur, trans Syrtim minorem sita est, ad Oeam oppidum. De hac Hieronymus, In Lepti, inquit, urbe semibarbara, & posita in solitudine, moris est ut rursus altera die secrũ ollã mutuo postulet. utriusq; ciuitatis meminit Strabo lib.17.

Lerina, insula est prouinciæ Narbonensi adiacens, eregionè Antipolis. Plin.lib.3.cap.5.

Lerne, siue Lerna, λέρνη, lacus est in agro Argiuo, Herculis labore notissimus, qui in eo hydram Lernæam fertur interemisse, uicinæ omni regioni adeò infestam, ut locum fecerit prouerbio, λέρνη κακῶν, hoc est Lerna malorũ. * Est & fluuius eiusdem nominis per Prasias in sinum Argolicum illabens, teste Strabone lib.8.

Lernæus, a, um, λερναῖος, ut Palus Lernæa, Hydra Lernæa.

Lero, nis, λέρων, insula est Galliæ, Antipoli aduersa, cuius meminit Plin.lib.3.cap.5.

Leros, λέρος, insula est Cariæ adiacens in mari Icario, una Sporadum: quæ & Leria dicitur, teste Strabone lib.10. Insulani Lerij, λέριοι, dicuntur, qui olim corruptissimis moribus fuisse perhibentur. Hinc est illud quod Phocylidæ nomine circũfertur, λέριοι κακοὶ οὐχ ὁ μέν, ὁ δ' οὐ, πάντες πλὴν πατροκλέους, πατροκλῆς λέριος, hoc est Lerij mali, non unus quidem, alter uerò minimè: Sed uniuersi excepto Patrocle: etenim Patrocles Lerius, &c.

Lerrosa, λερτῶσα, Ilertanum oppidum in Hispania Tarraconẽsi. Ptolemæus lib.2.cap.6.

Lesbos, λέσβος, insula est in Aegęo, Aeolicarum urbiũ metrõpolis, quæ olim uniuersæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus eius stadiorum centum supra mille, à Borea in Austrum protensa, quingenta & sexaginta stadia longitudinis habens: feraci agro, & multa materia ad classes conficiendas idonea. Vrbes in ea fuere memoratu dignę, Mitylene, à qua nunc tota insula Mitylene uocatur, & Pyrrha in Occidentali littore sita. Fuit & Eressos, & Antissa cum portu, & Methymna. Dicta Lesbos ab urbis nomine quæ in ea põtẽtissima fuit: siue à Lesbo Iapeti filio, qui in eã insulam nauigauit. Ex hac Pittacus unus ex septẽ Græciæ sapiẽtibus, item Alcæus, Sappho, Theophrastus philosophus, & alij uiri scientia clarissimi orti fuere.

Lesbius, a, um, λέσβιος, ut, Lesbiũ uinũ, apud Gelliũ lib.1.cap.5.

Lesbous, a, um, pen.prod. Hora.lib.2.Carm. Lesboum refugit tendere barbyton.

Lesbides, pen.cor. dicũtur mulieres ex Lesbo. Sappho apud Ouid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ouid.in Epiſt.Lesbides infamem quæ me feciſtis amatæ,
Deſinite ad citharas turba uenire meas.

Leſtori, populi Indiæ extra Gangem,qui feri & ſylueſtres eſſe dicuntur,& in ſpecubus habitare:& coruis albis &pſittacis abundare. Meminit horum Ptolemæus lib.7.cap.2.Hodie Regnum Pego dicitur.

Leſtrygones, ſiue potius Læſtrygones cum diphthongo in prima ſyllaba, λαιστρυγόνες, populi fuerũt Italię totius immanisimi,agrum Formianum non procul à Caieta incolẽtes, humanaq; carne ueſcẽtes.Dicti Leſtrygones ἀπὸ τῆς λῃστείας, hoc eſt à latrocinio. Verùm de his copioſius egimus ſuprà ſuo loco.

Lethæus,λήθαῖος,fluuius Aſiæ,ortum habens à Pactio Epheſiorum monte, & circa Magneſiam urbem in Mæandrum influens.Author Strabo lib.14.*Eſt &Lethæus alius in Creta inſula,non procul à Gortyne,teſte eodem Strabone lib.10. *Sunt & alij eiuſdem nominis fluuij,qui recenſentur ab eodem Strabone.

Lethe,Lethes,λήθη,nomen fluuij quem apud inferos eſſe poetæ tradiderunt,cuius latices ſi quis guſtaſſet,omnium præteritarum rerum obliuiſci uoluerunt. Idcirco ἀπὸ τῆς λήθης, id eſt ab obliuione nomen habet.Darus eſt hinc fabulæ locus,quia morientibus omniũ rerũ obliuio ſurrepit. Cõſtat autem in Africa circa extremũ Syrtiũ cornu,Berenicẽ urbẽ alluere:ſed ea apud omnes fama eſt, hunc fluuium ab inferis ad ea loca inundatione prorumpere.Lucan.lib.8.Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis,Infernis,ut fama,trahens obliuia uenis.

Lethęus, thæa, thæum, λήθαῖος. Lucan.lib.3. Non me Lethææ coniunx obliuia ripæ Immemorem fecere tui. Verg.6. Aeneid. Lethæumque domos placidas qui prænatat amnem. Ouid.1. Triſt. eleg.7. Cuncta ue Lethæis merſa feruntur aquis.

Leuana,uocabatur dea quæ pueris præerat de terra leuandis: ut inquit Auguſtinus.

Leucæthiopes,λευκαιθίοπες, teſte Plin.lib.5.cap.7. populi ſunt interioris Libyæ,qui ſupra Getulos Meridiem uerſus primi occurrunt,Libyæ Aegyptijs proximi.

Leucadia,λευκαδία, peninſula fuit contra ſinum Ambracium, opera accolarum à continente abſciſſa,arenæque accumulatione rurſus continenti reddita,ut tradit Pomponius Mela lib.2.Hæc etiam Neritos appellata fuit.Plinius lib.4.cap. 1.Deinde Leucadia ipſa peninſula, quondam Neritos appellata,opera accolarum abſciſſa à continente,ac reddita, uentorum flatu congeriem arenæ accumulantium: qui locus uocatur Dioryctos.

Leucagus,uir interfectus,excuſſus curru,apud Vergilium libro decimo.

Leucas,Leucadis,λεύκας, oppidum eſt in Leucadia peninſula, olim Neritum appellatum, teſte Plin.lib.4.cap.1. Quinetiá Strabo totam peninſulam, ſiue (ut ipſe appellat) inſulam (aliquando enim humano opere à continenti fuit abſciſſa, & rurſus arenæ alluuione eidem annexa) Leucadem appellat,eodem quo oppidum nomine. Leucadem (inquit lib. 10.) in inſulæ formam redegerunt,& in eum locum trãſportato Nerito,qui quondam fuerat iſthmus,nunc uerò fretũ, & euripus eſt,ponte iugabilis,mutato nomine dixerũt Leucadem,ſumpto,ut reor,à Leucade uocabulo.

Leucadius,dia, dium, denominatiũ,quod eſt ex Leucade inſula.Ouid.in Epiſtol.Sapphûs,Tu quoq; mollis Amor pennas ſuppone cadenti, Ne ſim Leucadiæ mortua crimen aquæ.

Leucaſpis,λευκάσπις,unus ex comitibus Aeneæ,natione Lycius,unà cum Oronte in Tyrrheno mari tempeſtate ſubmerſus.Verg.6.Aen.Cernit ibi mœſtos,& mortis honore carẽtes Leucaſpim,& Lyciæ ductorem claſsis Orontem.

Leucates,æ,pen.prod.λευκάτης,promontorium eſt Acarnanię, ad ſinũ Ambracium,Apollinis templo nobile:à petrę candore nomen habens.Verg.3.Aen.Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis,Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Leuce,λεύκη,paruum oppidum in finibus Ioniæ, & Aeolidis, non longè à Smyrna olim inſula:Author Plin.lib.5.cap.29. * Eſt præterea Leuce,parua inſula Ponti, Boryſthenis amnis oſtio obiecta,quæ quòd Achilles in ea ſepultus fuerit, etiam uocatur Achillea:ab aliquibus etiam Macaron appellata.Author Plin.lib.4.ca.13.Aliud item huius nominis oppidum in Italia,ſtadijs quingentis à Tarẽto diſtans.Lucan. lib.5.Secretaq; littora Leuce. * Sunt item Leucæ, inſulæ quinque Lesbo adiacentes,quarum meminit Plin.libro 6. cap.32.

Leuceacte,id eſt,album littus,prius uocabatur,quæ pòſt Laodicea Syriæ urbs,Steph.

Leuci,populi inter Belgas,Mediomatricibus finitimi,iaculandi olim peritiſsimi: ijdem,ut putatur,cũ ijs quos hodie Luxemburgenſes uocamus.Lucan.li.1.Optimus excuſſo Leucus Rhemusq; lacerto.

Leucippus, λεύκιππος, philoſophus fuit Eleates, ſiue,ut alijs placet,Abderites,Zenonis auditor,qui uniuerſum quidem infinitum eſſe dixit,eiusq; partes plenum eſſe & inane,omniaq; fieri ex atomis ſibi inuicem implicatis. Reliqua uide apud Laertium.Meminit huius & Cic.4.Tuſc.

Leucogæi, colles ſunt in agro Campano, inter Neapolim & Puteolos, in quibus ſulphur præſtantiſsimum effodiebatur,& cretæ genus optimum,quod alicę admiſtum, candorem ſimul afferebat & teneritatem. Fontes quoq; ex his collibus erumpebant,uulneribus medicinam,dentibusque firmitatem afferentes.uide Plinium lib.18. cap.11.& li.31.ca. 2.& lib.35.cap.15.

Leucola,apud Plinium lib.5.cap.27. promontorium Pamphyliæ,Lyciæ conterminæ.* Eſt & inſula prope Cyprum, & quidem in mari Lycio.Strabo quoq; portum in Cypro uocari tradit Leucola.

Leucon,nis,λευκῶν,rex Ponti,à fratre Oxylocho necatus, q cum eius uxore adulterij & inceſtus conſuetudinem habe ret. Ouid.in Ibin,Aut pia te cæſo, dicatur adultera:ſicut Qua cecidit Leucon uindice,dicta pia eſt.*Eſt itẽ Leucon, λευκὸν,genus quoddam ardeolarum, à candore ita dictum, de quo Plin.lib.10.cap.60.

Leucopetra,λευκόπετρα,promontorium è regione Siciliæ in agro Rhegino,à candore nomen habens.Cic.1.Philip. Quo modo autẽ me ex Sicilia ad Leucopetrã, quod eſt promontorium agri Rhegini,uenti detuliſſent, ab eo loco conſcendi ut tranſmitterem.

Leucopolis, λευκόπολις, oppidum Aſiæ in ſinu Doridis,apud Plin.lib.5.cap.29.

Leucoſia,λευκοσία,inſula contra Pæſtanum ſinum,in mari Tyrrheno Lucanię adiacens, ut Strabo lib.6. refert, paruum ad continentem habens curſum.Dicta Leucoſia ab una Sirenum quæ hoc in loco perijt,quũ ſpreta ab Vlyſſe,in profundum ſeſe abieciſſet. Feſtus ab Aeneæ conſobrino loco datum nomen exiſtimat. * Quin & Samothracia Leucoſia prius eſt appellata,ut inquit Ariſtot.de Repub.

Leucoſyria,λευκοσυρία, prius dicebatur, quæ nunc Cappadocia.Strabo lib.12.

Leucoſyrus,λευκόσυρος, fluuius Ciliciæ,Pyramus poſtea dictus,Steph.

Leucothea,λευκοθέα,quam & Matutam Latini uocauerunt,eadem eſt cum Aurora.Leucothea dicta quaſi alba dea. Cic. 1.Tuſcul. Quid Ino Cadmi filia,non ne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris? De hac uide plura ſuprà in dictione Ino.

Leucothoe,pen. cor.λευκοθόη,Orchami Regis Babyloniorum filia fuit ex Eurynome, quam à Phœbo grauidam factam quum pater uiuam defoderet, Phœbi miſeratione mutata eſt in arborem thuriferam.uide Ouid.lib.4.Metam.

Leuctra,orum, λεῦκτρα,τὰ, uicus eſt Bœotiæ iuxta Theſpias, circa quem Epaminondas Thebanus Lacedæmonios uicit, adeoq; attriuit,ut poſtea imperium nequiuerint reparare.

Leuctricus,a,um,adiectiuum:ut,Leuctrica pugna, Leuctrica monumenta.* Item Leuctricæ puellę,id eſt Hippo,& Mile tia,ſiue,ut alijs placet, Theano & Euexippe, Scedaſi filiæ, quæ à Lacedęmonijs quibuſdam hoſpitibus uim paſſę,doloris impatientia ſibi necem intulerunt, eoque in campo ſepultę ſunt,in quo poſtea commiſſa eſt ea pugna, qua Lacedęmoniorum opes conciderunt.De his ſic ſcribit Hieronymus contra Iouin. Quo ore laudandę ſunt Scedaſi filiæ in Leuctris Bœotiæ, quas traditũ eſt abſente patre duos iuuenes prætereuntes iure hoſpitij ſuſcepiſſe,qui multum indulgentes uino,uim per noctem intulere uirginibus:quæ amiſſa pudicitia,nolentes ſuperuiuere,mutuis conciderunt uulneribus.Plutarchus tamen in Narrationibus amatorijs,ab ipſis hoſpitibus puellas poſt ſtuprum occiſas ait, & in pu-

teum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

teum coniectas: cadaueraque earum à Scedaso canis indicio fuisse inuenta.

Leui, nomen patriarchæ: à quo Leuita, seu Leuites, pen. prod. λευίτης, pro eo qui est de tribu Leui. Hieron. in Exod. Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit. Hinc Leuiticus, a, um. λευιτικός, possessiuum.

Leuiathan, dictio Hebræa, qua significatur Draco seu serpēs. Nam (ut inquit Hieron.) Iudæi dicunt draconem magnū, quem fecit Deus, Leuiathan. Et est in mari, & aiunt: Quando recedet Oceanus, draco uertitur.

Leuphana, λευφάνη, oppidum Germaniæ est in climate magis Septentrionali, Ptolemæo lib. 2. cap. 11.

Leutychides, λευτυχίδης, uir Lacedæmonius fuit, Menaris filius, & inimicus Demarati, quem à Cleomene adiutus regno expulit, & in locum eius Spartanorum rex creatus est. Verùm quum acceptæ contra leges pecuniæ in ius accersere tur, Tegeam profugit, ubi & diem suum obijt. uide Herodot. lib. 6.

Lexubij, λεξούβιοι, Galliæ Lugdunensis populi, apud Ptolem. lib. 2. cap. 8. quos Cæsar Lexouios uocat. Horum metropolis erat Neomagus. uulgò Lysieux.

Libanius, λιβάνιος, nomen sophistæ Antiocheni, qui floruit Iuliani apostatæ temporibus, usq; ad Theodosium seniorem. Discipulus fuit Diophanti. Scripsit encomium Constantij Cæsaris, & alterum Iuliani: præterea Progymnasmata Rhetorices, & epistolas quasdam. Suidas.

Libanotus, λιβανωτός, uentus flans inter Liba, hoc est Africum & Notum. Plin. lib. 2. cap. 47.

Libanus, pen. cor. λίβανος, Syriæ mons, à Sidone Phœnices oppido usq; ad Smyrnam urbē Syriæ Cœles extensus, centum quinquaginta stadiorum longitudine. Huic ex aduerso obtenditur Antilibanus, ualle tantùm interiecta, olim muro illi cóiunctus. Inter duos hosce montes Orontes fluuius oritur, teste Plin. lib. 5. cap. 19. 20 22. * Libanus itē quæ & Dendrolibanus dicitur, frutex siue arbuscula thurifera, ita dicta (ut poetæ fabulantur) à iuuene quodam Assyrio eiusdem nominis, in hunc fruticem commutato. Hinc etiā thus ipsum Græci λίβανον appellant.

Libarnum, λιβαρνον Ptolemæo, Libarna Plinio, oppidum Italiæ sub Apennino situm non procul à Dertona. Ptolemæus lib. 3 cap. 1. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Libentina dea, Venus, seu Proserpina. Augustin. li. 4. de Ciuitate Dei: Neq; enim audent aliquas partes sub nomine deorum uel dearum deæ Cloacinę tribuere: aut Volupiæ, quæ à uoluptate appellata est: aut Libentinæ, cui nomen est à libidine. Huius meminit & Cic. 2. de Nat. deorum.

Liber, prior e prod. in genitiuo Liberi, pen. cor. Bacchus siue Dionysius, διόνυσος, uini repertor. Multos autem fuisse Liberos, siue Bacchos Dionysios ue, ostendit Diodorus: quorum longè celeberrimus est, qui ex Semele & Ioue genitus fertur, quem tertium fuisse autumant, & Thebis Bœotijs natum, qui Liber appellatus est à liberando: nā libertatis Deus est: siue quòd Bœotiæ urbes liberas fecerit: (ipse enim, ut inquit Plutarchus pro Bœotiæ libertate pugnauit) uel quia uinum curas soluat, & mentem ab illis liberet: seu quòd uino usi, liberè loquantur. Fiunt autem plerique ebrietate petulantiores. Seneca libro de Tranquil. uitæ, Liberum appellatum dicit, nō ob licentiam linguę, sed quia liberat seruitio curarum animum, & tristitię medetur. Varro à labendo deducit, quòd lubrica mens ebrij, quò lubet, prolabatur. Augustinus docet Liberum uocari, quòd mares in coeundo, per eius beneficium, emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. * Interdum Liber ponitur pro ipso uino: sicut Ceres pro frumēto. Terent. in Eunuc. Sine Cerere & Baccho friget Venus. * Liber etiam dicitur Sol: quia liberè per aerem uagatur. Vergil. lib. 1 Georg. uos ó clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quę ducitis annum, Liber & alma Ceres.

Liberalia, orum, Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur Διονύσια. Næuius, Libera lingua loquuntur ludis Liberalibus. Cic. ad Cornificium lib. 12. Liberalibus literas accepi tuas. Idem ad Atticum, Liberalia tu accusas?

Libertas, nomen deæ. uide Appell.

Libera, æ, Iouis & Cereris filia, quę & Proserpina dicitur, περσεφόνη. Cicero de Natura deorum: Liber Cereris filius, & frater Liberæ.

Libethra, Libethræ, pe. pro. λείβηθρα, fons Musis sacer in Magnesia regiuncula Thessaliæ annexa, ut docet Plin. li. 4. ca. 9. Pomponius Mela li. 2. Sunt qui in Olympo monte Libethram urbē fuisse dicant, à Sye torrente funditus euersam, quum iam olim oraculo prædictum esset, fore ut Libethrij ὑπὸ συὸς omnes interirent, quū Orphei ossa Sol inspexisset. Erant autem Orphei reliquiæ in columna quadam conditæ, quæ uiæ imminebat à Dio in Olympū ducenti. Quem in locum quum ingens hominum uis conueniisset, ut pastorem in somnijs suauiter canentem audirent: euenit ut columna euersa, Orphei ossa nudarentur: eodéq; die torrēs nomine Sys supra modum auctus, Libethrios cum urbe submersit. uide Cælium Rhodigin. lib. 18. cap. 22.

Libethrides, λειβηθρίδες, dictæ sunt Musæ, à Libethra Magnesię fonte, Musis sacro, & poetarū carminibus celebrato: ut nō obscurè innuit Pompon. Mela lib. 2. in descriptione Macedoniæ. Strabo lib. 10. author est, Musas appellatas esse Libethridas, à Libethro Thraciæ monte, quem postea Macedones tenuerunt: sub quo & antrum fuisse ait Musis Libethridibus à Thracibus consecratum. Verg. 7. Eclog. Nymphæ noster amor Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro concedite, &c.

Liberthrus, pen. prod. λείβηθρος, mons est Macedoniæ, teste Lycophrone, habens ad radicem Pimpleam fontē, Musis consecratum. Alij Libethron Thraciæ montem esse aiunt, postea à Macedonibus occupatum: ad cuius radicem antrum fuit Musis Libethridibus à Thracibus consecratum. uide Strabonem lib. 10.

Libitina, næ, pe. pro. dea, in cuius tēplo uendebantur & locabātur ea quæ ad sepulturā pertinebāt: ita dicta à libitu, uel à libidine. Plutarchus Venerē fuisse putat, reddiditq; ratiōnē in Problemat. quare Romani ea quæ ad pompam funebrē spectāt, in Veneris tēplo uoluerint asseruari: ut scilicet eo ipso humanę fragilitatis admoneremur, certò scientes exitū ab ortu nō procul abesse, quum eadē dea morientib. præsit, & uitā ingredientibus. Alij malūt esse Proserpinam Plutonis uxorē, quam, ꝙ inferorū crederetur regina, mortuis præesse putabant. Ideoq; etiam ea, quib. mortui exornati uoluti ad inferos deducuntur, in eius tēplo uoluerunt asseruari. * Quādoq; Libitinam positā legimus pro ipso apparatu funebri, quem Libitinarij in usum exequiarū locabant. Liu. li. 40. In urbe tantā fuit pestilentia, ut uix tunc Libitina sufficeret, ad suppeditanda scilicet funerib. necessāria. Suetonius in Nerone, Pestilētia unius autumni, qua triginta funerum milia in rationem Libitinæ uenerūt. Quo in loco rationem Libitinæ dixit, pro ijs rationib. quas conficiebant ij qui in æde Libitinæ locabāt ea quæ ad funebres pōpas pertinerent. * Exercere Libitinā dicebātur ij, qui in æde Libitinæ præerant locandis uendendisq; ijs quę necessaria erāt funebrē pompā instructuris. Valerius Maximus: Qui tūc Libitinam exercebant, tum rerū suarum usum, tūm ministerium suum gratuitum polliciti sunt. * Sed quoniam in æde Libitinæ locabantur necessaria ad funebrem apparatum, hinc factum est ut Libitina aliquando pro morte, seu pro lecto quo mortui ferebantur, caperetur. Horat. lib. 3. Carm. Multaq; pars mei Vitabit Libitinam.

Libo, onis, Romanus ciuis fuit, qui Romæ in Comitio puteal primus extruxit, quod idcirco Libonis puteal dicitur, ab Horat. li. 1. Epist. 20. Ennius ipse pater nūquā nisi potus ad arma Prosiluit dicenda. forum, putealq; Libonis

Mandabo siccis: adimam cantare seueris.

Libora, λίβορα, Carpetanorum urbs, in Hispania Tarraconensi, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

Libs, libis. λίψ, uentus ab Occasu brumali flans aduersus Vulturnū: ita dictus quod à Libya aspiret: qua ratione & Africus à nostris appellatur. Gel. li. 2. ca. 22. & Plin. li. 2. cap. 48.

Liburnia, λιβυρνίς, regio supra intimum Adriatici sinus recessum sita, inter Istriam, & Dalmatiam: ita dicta à Liburno quodam Attico, si Stephano credimus. Hodie Croatiam uocant, in ditione Ducum Austriæ.

Liburni, λίβυρνοι, populi ex Liburnia regione inter Istriam & Dalmatiam sita. Verg. 1. Aeneid. Aeneas potuit mediis elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus

Regna

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Regna Liburnorum,& fontes ſuperare Timaui. Lucanus lib.2. Pugnacesque mari Graiorum claſſe Liburnos. * Liburni itē uiatores dicti ſunt, qui ex agris iuſſu magiſtratuū ſępè uocabant ciues, frequensque eorum uia erat ab agris ad urbem. Liburni inde dicti, quòd ferè ex Liburnia orti eſſent, qui hoc uiliſsimum officij genus adminiſtrabant. Iuuenalis Satyr.4. primus clamante Liburno,

Currite, iam ſedit, rapta properabit abolla.

Liburna, æ, uel Liburnica, cæ, genus nauigij leuiſsimi, uelociſſimiq́ue, quod Liu. libro 3. Decad. 4. leuem biremem appellat. λιβυρνὶς Plutarcho, & Appiano. Ratio nominis tracta eſt à Liburnis populis in Illyrico, qui olim nauibus uelocibus uſi, Ionium mare, inſulasque prædabantur. Qua ex cauſa Romani naues leuitate celeritateq́; præſtantes Liburnas appellauere: aut Liburnicas, ſicut refert Appianus. Horat. in Epod. Ibis Liburnis inter alta nauium Amiçe propugnacula. Sueton in Auguſto, Vtrobiq; parte Liburnicarum demerſa, ſimulq́; eius qua uehebatur fuſis armamentis, & gubernaculo diſtracto. Lucan. lib.3. Ordine contętæ gemino creuiſſe Liburnæ. Firmicus Liburnicum imperium uſurpat pro nauali.

Liburnum, ni, uehiculi, ſiue lecticæ genus fuit, ad Liburnicæ *nauis ſimilitudinem conſtructum*, quo principes Romani uehi ſolebant adeò molliter, ut interim uel dormire intus poſſent, uel legere, uel ſcribere, aut aliud quiduis non incommodè agere. Iuuen. Satyr.3.

Si uocat officium, turba cedente uehetur
Dives, & ingenti curret ſuper ora liburno:
Atq; obiter leget, aut ſcribet, aut dormiet intus.
Namq; facit ſomnos clauſa lectica feneſtra.

Liburnus, λίβυρνος, portus Tuſcorum. Ptol. lib.3. cap.1. Hodie Liuorna.

Libya, & Libye, es λιβύη, tertia pars totius orbis, quam & Africam dicimus, ab Aſia Nilo fluuio, ab Europa mari mediterraneo diuiſa. Dicta autem putatur Libya, quòd inde Libs uentus flare ſoleat: ſeu quòd pluuia indigeat propter nimiam ſiccitatem, ἀπὸ τοῦ λείπεσθαι, καὶ ὕειν, uel à Libya Epaphi filia, Iouis filij.

Libys, yos, λίβυς, gentile eſt maſc. cuius fœmininum eſt Libyſſa, ſicut à Phœnix, Phœniſſa.

Libycus, ca, cum, adiectiuum, λιβυκός. Verg. lib.4. Aeneid. Te propter Libycæ gentes Nomadumq́; tyranni Odere. Lybycus campus, agri Argiui pars eſt, inde nomen habens, quòd illuc primùm fruges ex Libya allatæ ſint: unde Ceres ipſa ab Argiuis Libyſſa cognominata eſt, teſte Feſto.

Libyſtis, idis, λιβυστὶς Stephano, poſſeſsiuum eſt fœmininum, patronymici formam habens, à nomine Libys deductum, quum tamen analogiæ ratio Libyſsis poſtulare uideatur. Verg.5. Aeneid. Horridus in iaculis & pelle Libyſtidis urſæ. Quo tamen in loco nonnulli Libyſsidis legere maluerunt: quàm rectè, ipſi uiderint. Stephanus certè à nomine Libys λιβυστικός deducit, λιβυστῖνος, λιβυστίνη, λιβυστιὰς, καὶ λιβυστὶς: putatq́; ea fieri à genitiuo λίβυστος, à nomine Libys irregulariter formato pleonaſmo τοῦ σ, quum regularis genitiuus ſit Libyos.

Libyas, adis λιβυὰς, Iudææ oppidum, Herodis opus, Iordani fluuio ab Ortu adiacens, teſte Ptolemæo lib.5. cap.16.

Libyſſa, λίβυσσα, oppidum fuit Bithyniæ, notiſsimum Annibalis interitu. Plin. lib.5. cap.32. Fuit & Libyſſa oppidum, ubi nunc Annibalis tantùm tumulus eſt.

Libyſtinus, λιβυστῖνος, dictus eſt Apollo ab his qui Pachynum Siciliæ promontorium incolebant, eo quòd immiſſa Libybus, hoc eſt Carthaginenſibus hoſtibus peſte, penè cūctos ſubita morte interemerit.

Libyſtos, λίβυστος, oppidum eſt Scytharum Aroterum, non procul à Danubij oſtijs: cuius meminit Plinius in deſcriptione Thraciæ, lib.4. cap.11.

Licambes, uide Lycambes.

Lichas, puer quidam Herculis, per quem Deianira uiro ſuo in Oeta monte ſacrificaturo, ueſtem miſit Neſsi Centauri ſanguine infectam: quam quum ille induiſſet, ſerpente iam per corpus ueneno, doloris magnitudine in furorem uerſus, Lichan pernicioſi muneris latorem, capillis arripuit, & in ſubiectum mare præcipitauit: quem poetę fabulantur in ſaxum ſui nominis fuiſſe mutatum, quod à nautis in mari Euboico oſtenditur. Ouid. 9. Metam. Nunc quoq; in Euboico ſcopulus breuis eminet altè Gurgite, & humanæ ſeruat ueſtigia formæ: Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare uerentur, Appellantq́; Lichan.

Lichades, λιχάδες, inſulæ tres ſunt in mari Euboico, à Licha Herculis puero ita appellatæ, quem in hoc mare præcipitauit Hercules, Neſsi Centauri ſanguine in furorem cōuerſus. Author Strabo lib.9.

Lichindus, λιχινδός, urbs Siciliæ, gentile Lichindius. Steph.

Licianus, poeta Martiali coętaneus & conterraneus: ad quē extat eius Epigrāma lib.1. Videbis altam Liciane Bilbilim.

Ligarius, Romanus quidam nobilis, Pompeij partes in bello ciuili ſequutus: quo mortuo, in Africam ſeſe contulit ad Scipionem, pertinaciſsimumq́; ſeſe Cæſari hoſtē præbuit. Quo nomine quum poſtea à Tuberone accuſaretur, defenſus eſt à Cicerone elegantiſsima illa Oratione quæ pro Ligario inſcribitur.

Ligea, pen. prod. λιγεία, nymphæ nomen, Nerei & Doridis filiæ, à cantus ſuauitate ita dictæ. Verg.4. Georg. At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti Senſit: eam circum Milęſia uellera Nymphæ Carpebant hyali ſaturo fucata colore, Drymoq́; Xanthoq́; Ligeaq́; Phyllodoceq́;.

Liger, Ligeris, *Rutuli cuiuſdam* nomen fuit, fratris Lucagi, quem Turni auſpicia ſequutum Aeneas interfecit. Vergil. 10. Aeneid. uaſano talia latè Dicta uolant Ligeri.

Liger, eris, λιγηρὶς Ptolemæo, qui & Ligeris in nominatiuo: unde accuſatiuus Ligerim, nobilis eſt Celtarum fluuius, qui in Aruernorum finibus oriens, Heduoſq́; à Biturigibus diuidens, non procul à Pictonibus in Oceanum Britannicū influit. Cæſ. lib.7. bel. Gal. Liger ex niuibus creuerat. Idem paulo pòſt: Magnis itineribus ad Ligerim peruenit. Vulgò Loire.

Liguria, λιγυρία, Italiæ regio, pro maiore parte montoſa, inter amnes Varū & Macram, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum, Tuſciam attingens. Cuius caput eſt Genua. Dicta Liguria, à Ligyſto Phaethōtis filio, conuerſione y in u.

Ligur, uel Ligus, ris, λίγυς, ſecundum Priſcianum, aliquando eſt proprium nomen, & tunc eſt gen. maſc. Aliàs eſt nomen gentile, uirum ſignificans, uel mulierem ex Liguria: & ſic eſt communis generis. Probus putat Ligus eſſe adiectiuū omnis generis: nullum tamen de neutro genere profert teſtimonium. Lucan. lib.1. Et tunc tonſe Ligur, quondam per colla decora Crinibus effuſis toti prælate Comatæ. Verg. li.11. Vane Ligus, fruſtraq́; animis elate ſuperbis. Idē, Aſſuetumq́; malis Ligurem.

Ligufticus, a, um, pen. cor. λιγυστικός, nomen poſſeſsiuum: ut, Mare Ligufticum, quod Liguriam alluit. Saxum Ligufticum. Iuuen. Saty.3. Nam ſi procubuit, qui ſaxa Ligufticа portat.

Ligus, Liguris, uide Liguria.

Liges, λίγυες, populi Aſiatici, qui cum Xerxe contra Græcos militarunt, quorum meminit Herodotus lib.7.

Ligyſtus, teſte Fabio Pictore, Phaethōtis fuit filius, à quo Liguria cognominata eſt.

Ligyſtides, inſulę eædem quæ Stœchades, ut infrà dicetur.

Ligyſtina, λιγυστῖνη, urbs Ligurum prope occidentalem Iberiā & Tarſum, incolæ Ligyes uocantur, Steph.

Lilæa, λίλαια, urbs Phocidis. Steph.

Lilybæum, λιλύβαιον, promontorium Siciliæ, cum urbe eiuſdē nominis, Libyam ſpectans. Tria enim traduntur eſſe eius inſulæ præcipua promontoria: ex quibus quod Græciam reſpicit, Pachynum: quod Italiam, Pelorum Scyllæ oppoſitum: quod autem in Auſtrum Libyam uerſus procurrit, Lilybæum appellatur. Author Pomponius lib.2. Ab his tribus promontorijs Sicilia dicta eſt Trinacria, quòd tria habeat acra, hoc eſt tria promontoria.

Limenotis, λιμενῶτις, Cherſoneſus Celtica, Steph.

Limentinus, προσαπήριος, putabatur deus qui liminibus præeſſet.

Limere, λιμυρὴ, urbis nomen. uide ſuprà in Epidauro ex Stephano.

Limioſaltum, Ptolemæo lib.2. cap.11. urbs Germaniæ.

Limnæ, λίμναι, locus erat in arce Athenarum templum habēs Dionyſio ſacrum, à Theſeo rege extructum: quo in loco uetuſtiora Bacchanalia peragebantur, die duodecimo mē-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sis Anthesterionis, qui nostro ferè Nouembri respõdet. Memi nit huius loci Aristoph. in Ranis, & Thucyd. lib. 2. Histor.

Limnos, λίμνος, insula est deserta, iuxta Oriẽtalẽ plagã Hyber niæ, teste Ptol. li. 2. cap. 2. Plin. lib. 4. cap. 16. Silimum uocat.

Limnothalassa, λιμνοθάλασσα, insula Hispaniæ adiacens inter Carthaginem nouam & Sucronem, non procul à Diano. Strabo lib. 3.

Limnoria, λιμνωρία, nympha: à cura lacus sic dicta. λίμνη enim lacus, & ὦρα cura dicitur.

Limoniades, λειμονιάδες, nymphæ sunt florum & pratorum, quas aliquando mori & deficere dicit Aristoteles, sicut Fau nos & Satyros. Dictæ Limoniades à pratis quæ Græci uo cant λειμῶνας.

Limonum, Pictonum oppidum in Gallia Aquitanica, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 7.

Limouici, Ptolemæus lib. 2. cap. 7. Galliæ Aquitanicæ populi: alio nomine Lemouices. Vulgò Limosins.

Limyra, λίμυρα, Lyciæ fluuius, cum oppido eiusdem nominis. Plin. lib. 5. cap. 27.

Lindos, λίνδος, urbs est Rhodi insulæ. In Rhodo, inquit Pom pon. tres quondam erant urbes, Lindos, Camiros, Ialisos. Gentile est Lindius, λίνδιος.

Lindum, λίνδον, duorum oppidorum nomen est in Britannia insula: ut est uidere apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3.

Lingones, λίγγονες, sunt populi Galliæ Celticæ, Heduis, Se quanis, & Leucis uicini: qui etiam hodie aliquod nominis retinent uestigium. Siquidem rectius regionis eius metro polim Galli sua lingua uocant Langres. (recens.

Lingonus, ui, idem Martial. lib. 8. Lingonus à recta, Flaminiaq;

Lingonicus, a, um, adiectiuum: ut, Bardocucullus Lingonicus apud Persium, pro uestimenti uilissimi genere, quod Lingo nibus præcipuè erat in usu.

Linternum, uide Liternum.

Linus, Apollinis & Terpsichores filius, siue, ut quidam uolũt, Mercurij & Vranię Musæ, lyricæ peritissimus, ut qui discipulos habuerit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro & cithara occisum ferunt, quum eũ rusticius canentem nimis petulãter corripuisset. Verg. Eclog. 4. Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus: huic mater quamuis atq; huic pater adsit, Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo. * Fuit autẽ reuera Li nus poeta antiquissimus, qui fertur primus à Phœnice ad Græcos literas attulisse. Hermodotus uerò Platonicus lib. 1. disciplinarum, dicit hunc Mercurij ex Musa Vrania filiũ, Thebis genitum, scripsisseq; de mundi generatione: item de Solis & Lunæ cursu, animaliumq; & fructuum generatione. In principio sui operis omnia simul nata dixit, quem sequutus est Anaxagoras. Occubuit in Eubœa sagitta ab Apolline transfixus. * Alius fuit Linus Hypermnestræ maritus, Aegisthi filius, quem tamen Ouid. in Epist. Heroi dum, Lynceum appellat, non Linum.

Linx, uide Lixus.

Lipara, pen. cor. λιπάρα, insula una ex Aeolijs, à Liparo rege, Ausonis regis filio, cui successit Aeolus: quum antea Meli gunis uocaretur, teste Plin. lib. 3. cap. 9. Est etiam medicamẽ ti pinguis & lenis nomen, ut ait Celsus. Plin. lib. 33. cap. 6. Addunt & in medicamenta, quæ uocant Liparas, ad excre scentias ulcerum.

Lipareus, a, um, adiectiuum, λιπαραῖος.

Liparis, λιπαρίς, Ciliciæ fluuius, ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ, quoniã ut scri bit Vitruuius, natantes in hoc flumine, aut se lauantes, non aliter unguntur ab ipsa aqua, quàm si oleo, aut adipe lauarẽ tur. * Est quoq; piscis quidam ex genere lacertorum, teste Plin. lib. 31. cap. 11. * Est & gemmæ nomen, quæ suffitu bestias omnes enecat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Liquentia, uide Liquetia.

Liquetia, siue, ut quidam scribunt, Liquentia, fluuius est Iapi diæ, in finibus Venetiæ ex Opiterginis montibus nascens, teste Plin. li. 3. cap. 18. Verg. 9. Aeneid. Quales aeriæ Lique tia flumina circum Siue Padi ripis, Athesim seu propter a mœnum Consurgunt geminę quercus. Quo tamen in loco nonnulli Liquentia legere malunt, & Liquẽtia flumina ea dem ratione dicta existimant, qua alibi & Fluuios liquen tes, & Campos liquentes, & Mella liquentia perpetuo epi theto poeta appellauit.

Lirimiris, λιριμιρίς, oppidi nomen in tractu magis Septentrio nali Germaniæ. Ptolemæus libro secundo cap. 11.

Liriope, λειριόπη, nympha marina, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephisus amnis Narcissum puerum formosissimum su scepit. Ouid. lib. 3. Metamorph. Cærula Liriope, quam quõ dam flumine curuo Implicuit, &c.

Liris, λίρις, fluuius Campaniæ, siue Latij noui, per Minturnarũ ruinas in sinum Caietanum illabens, non procul à Formijs. Alio nomine Glanicus dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Itali hodie Guarilianum appellant.

Lirnytea, λιρνύτεια, urbs Pamphyliæ, Steph.

Lises. uide Phæstum. (ult.

Lissa, λίσσα, insula est maris Adriatici, cõtra Iader. Plin. li. 4. ca.

Lissus, λίσσος, fluuius Thraciæ, inter Mesembriam Samothra cum & Strymam Thasiorum in mare illabens, quem Græ ci scriptores inter eos annumerãt quos à Xerxiano exerci tu exiccatos tradunt. Author Herodot. lib. 6. * Lissus item oppidum est in finibus Dalmatiæ, Macedoniæ contiguum, non procul à Nymphæo promontorio, teste Plin. lib. 3. cap. 22. & Ptol. lib. 2. cap. ult. Lucanus lib. 5. Prætereunt frustra tentati littora Lissi, Nymphæumq; tenent.

Lithesius, λιθήσιος, Apollo in Malea, quòd ibi in lapide collẽ catus sit, à lithos. sic Marathesius à Marathos, Steph.

Liuius, λίβιος, nobilis historiæ Romanæ scriptor, patria Patauinus, quem Quintilianus Herodoto opponit, ut Sallustium Thucydidi. De hoc Hieronymus ad Paulinũ, At Titũ Liuiũ lacteo eloquentiæ fonte manãtẽ, de ultimis Hispaniæ, Galliarũq; finib. quosdã uenisse nobiles legimus: & quos ad contẽplationẽ sui Roma non traxerat, unius hominis fa ma perduxit. Habuit illa ætas inauditũ omnib. seculis cele brandumq; miraculum, ut tantam urbem ingressi, aliud ex tra urbem quærerent. * Fuit & alius Liuius, cognominatus Andronicus, Latinorum poetarum antiquissimus: de quo Diomedes, Constat, inquit, apud Romanos primũ Latino sermone Comœdiã Liuium Andronicũ scripsisse. Gellius lib. 17. cap. ult. Primus omnium T. Liuius poeta fabulas do cere Romæ cœpit: post Sophoclis & Euripidis mortem an nis plus ferè centum & sexaginta.

Lixus, λίξος, colonia à Claudio Cæsare facta in Mauritania Tingitana, circa quam poetarum fabulę & Antæi regiã, & Hesperidum hortos collocarunt, aurea mala ferentes, à dra cone peruigili summa cura asseruata. Cui fabulæ occasionẽ suppeditasse existimat Plinius flexuosum maris æstuarium, draconis modo nemus quoddam ambiens, nihil præter o leastros ferens. uide Plinium lib. 5. cap. 1. * Est & Lixus am nis in eadem ora, cuius meminit ibidem Plinius, & Pompo nius Mela in fine sui operis.

Lobrini montes, λόβρινα ὄρη, in Phrygia sunt: unde Rhea Lo brina. Scholiastes Nicandri.

Locanus, fluuius est Locrorum in fronte Italiæ, quæ olim ma gna Græcia dicebatur. Plin. lib. 3. cap. 10.

Lochias, λοχίας, promontorium est Aegypti, non procul ab Alexandria, & Pharo. Strabo lib. 17.

Locoritum, authore Ptolem. urbs Germaniæ, hodie Truto nia, uulgò Forcheim. In Franconia.

Locozus, λόκοζος, urbs Phrygiæ, quam Thraces tenuerunt co gnomento Locozij. uide Steph.

Locri, orũ, λοκροί, Græciæ populi Parnassum mõtẽ utrinq; ac colentes, quorũ qui occiduã incolũt plagã, ad Crissæũ usq; sinũ pertingentes, medij inter Aetolos & Phocenses, à gra uitate odoris Ozolæ, & à situ Hesperij cognominãtur. Qui uerò Parnassum ad Ortũ accolũt, ad mare usq; Euboicum extensi, in duplici sunt differentia. Nam hi quidem à Cne mide mõte Epicnemidij, illi uerò ab Opũte urbe Opũtij co gnominãtur. Author Strabo lib. 9. * Sunt & Locri in extre ma Italiæ ora, quã magnã Græciam antiqui appellarunt, op pidum incolentes eiusdẽ nominis, ab ijs Locris qui Aiacẽ Oileũ ad Troiã sequuti sunt cõditum: ut annotauit Seruius in illud Vergilij 3. Aeneid. Hic & Narycij posuerũt mœnia Locri. Hi discriminis gratia Epizephyrij cognominantur, quòd supra Zephyrium promontorium siti sint.

Locris, idis, λοκρίς, Græciæ regio, utrinq; Parnasso incumbẽs, cuius incolæ dicuntur Locri: ut iam dictum est.

Locusta, uenefica fuit Neroni grata, ex Gallijs euocata: cuius opera Agrippina Claudiũ, & Nero Britannicum de medio sustulerunt: ut est uidere apud Tacitum lib. 11. & 12. Iuuen. Satyr. 1. Instituitq; rudes melior Locusta propinquas

Per

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Per famam,& populum nigros efferre maritos.

Lœmius,λοίμιος,Apollinis cognomen, quod ei Lyndij impo ſuerunt ob malorum expulſionem, finita peſtilentia. Nam peſtem Græci λοιμὸν appellant.

Lomentus,uide Laurentum.

Longa Alba,uide Alba.

Londinium,λονδίνιον,Ptolemęo lib.2.cap.3. ſiue ut alijs placet,Londinum,Britanniæ inſulæ metropolis.

Longobardi,populi Ciſalpinæ Galliæ,à Germanis oriundi, & à barbarum prolixitate cognominati. Hi relicto Oceano,ultimiſq; Germanię oris,Albino duce Italiam ingreſſi, breui omnes penè citerioris Galliæ urbes cepere. Ibi quũ ducẽtis annis regnaſſent,à Carolo magno ſuperati fuerũt. Alij arbitrantur Longobardorũ gentem ex Lingonibus,& Bardis,hoc eſt Gallis coaluiſſe,quemadmodũ Celtiberi ex Celtis Galliæ populis & Iberis creduntur cõmiſti: ideoq; Lingobardos potius appellandos putant.

Longimanus, ni, cognomen fuit Artaxerxis Perſarum regis,inde impoſitum,quòd alteram manum haberet longiorem,μακρόχειρ.

Longone,λογγώνη,urbs Siciliæ,Steph.

Lopaduſa,æ,λοπάδουσα, inſula inter Siciliam & Libyam eregionè Thapſi,cuius meminit Strabo lib.ultimo.

Loryma,λόρυμα,locus eſt Carię eregionè Rhodi inſulę.Plin. lib.5.cap.28.& Strabo lib.14.

Los,λῶς,inſula circa Theſſaliam,inſularis Lôus,Steph.

Lotis,idis,λωτίς,nymphæ nomen eſt, quæ Priapum fugiés, in arborem loton fingitur tranſmutata.Ouid.9. Metamorph.

Lotis in hanc nymphæ fugiens obſcœna Priapi,
Contulerat uerſos ſeruato nomine uultus.

Lotophagi,pen.cor.λωτοφάγοι,populi in Africa apud Syrtes, à loco nomen ſortiti, quòd arbores eius fructu credantur uictitare:cuius cibus tam eſt dulcis,ut aduenis incutiat patriæ oblivionem.Vnde quum Vlyſsis ſocij delati fuiſſent in Africam,& lotum guſtaſſent,uix inde abducti ſunt, ut placet Homero lib.9.Odyſſ.uide Lotos.

Loxias,λοξίας, Apollo dictus eſt,uel propter obliqua & tortuoſa reſpõſa,quæ huius uates reddebant,quo facilius cõſultoribus imponerent:uel quòd Apollo,id eſt Sol,Zodiacum obliquè pererret.λοξός enim Græcis obliquus eſt.

Luca,λοῦκα,ciuitas Tuſcię,à qua Lucenſes dicũtur qui in ea habitant,uel qui in ea orti ſunt.Dicta à Lucumone Hetruſcorum rege. De hac Strabo lib.5.Luca urbs eſt ad montes Lunæ incumbentes,ubi plerunq; uicatim habitant: regio tamen uirorum probitate floret: & robur militare hinc magnum educitur,& equitum multitudo, ex quibus Senatus militares cepit ordines.

Lucani,λουκανοί,populi Italiæ à Samnitibus oriũdi,ſecũdũ mare extenſi, Silaro fluuio à Picentinis, Lao à Brutijs diremptiquorũ oppida præcipua fuerũt,Velia,Pæſtũ,& Buxẽtũ, aliaq; nonnulla, quæ uide apud Plin.lib.3.cap.5.Horatius lib.2.Serm.ſaty.8.Lucanus an Appulus,anceps.

Lucanus,nomen proprium poetæ,Senecæ, uiri undecunque doctiſsimi,& grauiſsimi Tragœdiarũ ſcriptoris, nepotis. Hic bellum ciuile inter Cæſarem & Pompeiũ grauiſsimo carmine perſcripſit.Item Orpheũ Tragœdiam, multaq; alia quæ hodie non extant. Perijt inciſa iuſſu Neronis uena,iam Conſul deſignatus,propterea quòd inter eos nominatus eſſet qui cum Piſone coniurarunt. uide latius uitam eius apud Crinitum.

Lucentia,citerioris Hiſpaniæ urbs, & Romanorum quondã colonia,ut ſcribit Pomponius Mela lib.2.

Lucentum,Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum à ſuperiore diuerſum,quod Ptolemæus lib.2. cap.6.ſtatuit ſupra Carthaginem,occaſum uerſus.

Luceres,ſiue Lucrẽſes, tertia pars erat populi Romani tempore Romuli Romanorũ regis. Conſtat enim authore Liuio,receptis iam in urbem Sabinis,populoq; auctо,Romulum omnem populum in tres ſecreuiſſe tribus:quarum una Tatienſiũ appellata eſt à T. Tatio Sabinorum duce: altera à Romulo Ramnenſium: tertia Lucerum,à Lucumonibus, hoc eſt à Tuſcis (ut refert Varro) qui pugnanti aduerſus Tatium Romulo ſuppetias tulerunt.

Luceria,λουκερία, urbs Apuliæ,Auſonũ colonia. Plin.li.3.ca.11.

Lucerius,λουκέριος,Arcadiæ rex, qui auxilio fuit Romulo aduerſus Tatium.

Lucerius,λουκέτιος,dictus eſt Iupiter, à luce quam præſtare hominibus putabatur. Sic Iuno Lucetia, quòd lucis cauſa ſit,parturientes adiuuans.

Lucilius,poetæ uetuſtiſsimi nomen,patria Aruncani,qui primus Latinorum Satyram ſcribere aggreſſus eſt.Obijt apud Neapolim anno ætatis ſuæ quadrageſimoſexto, publicoque funere elatus fuit.De Lucilio uide Quint.lib.10.& Horat.lib.1.Serm.ſaty.4.Hinc omnis pendent,Lucilius hoſce ſecutus,&c.

Lucina,pen.prod.dea parturum præſes,teſte Seruio,quę & Iuno dicitur & Diana,λιμπύια.Ter.in And.Iuno Lucina fero. pem.Verg.in Pollione,Caſta fauе Lucina,tuus iam regnat Apollo.Quo in loco manifeſtè accipitur pro Diana.Cic.li. 2.de Nat.deo.Luna à lucendo nominata ſit: eadẽ eſt enim Lucina.Itaq; ut apud Græcos Dianam,eamq; luciferã, ſic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocãt:quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à uenando, ſed quòd in ſeptem numeratur tãquam uagantibus. Dicta Lucina, quòd partum ferat in lucem.Plin.lib.16.cap.44.putat Lucinam dici,quòd oculis præſit & luci. Sunt qui à luco deducant,qui Romæ Iunoni ſacer eſt in Exquilijs. Ouid.lib.2. Faſtor.Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus:

Aut quia principium tu dea lucis habes.

Lucius, prænomen eſt Romanis familiare: quod idcirco illi qui primò hoc prænomine fuit appellatus, impoſitum creditur, quòd prima luce eſſet natus. Sic Lucia nomen mulieris,pen.cor.proferri debet contra communem abuſum.

* Lucius Oſtius,tempore bellorum ciuilium patrem ſuum proſcriptum,quem Triumuiri ad ſupplicium perquirebãt, latentem prodidit,ut eius bona acciperet. Author Plutarchus in Romulo.

Lucretia,Romanę caſtitatis præcipuum lumen, filia Tricipitini Præfecti urbis,& uxor Collatini, quam Sext. Tarquinius,quum precibus exorare non poſſet,ui oppreſsit:ſtricto enim gladio in cubiculum irruens,mortem minabatur, ni uoluntati ſuæ obſequeretur: addebatq; ſe cum mortua iugulatum ſeruum poſiturum, ut in ſordido adulterio necata diceretur:quibus minis illa perterrita, ut infamiæ ſuſpicionem effugeret,expugnari ſe paſſa eſt. Quo facto,fœmina,conuocatis patre, marito, cæterisq; amicis, obortis repentè lachrymis, tyranni flagitium detexit,&eductо cultro, quem ſub ueſte occultum habebat, ſeſe ſtatim confodit. Qua re moti pater cum marito & cæteris amicis, populo ad arma concitato,reges expulerunt. uide hæc latius apud Liuium ad finem libri 1.ab Vrbe. Martial. Eſſe uideberis,fateor,Lucretia nobis,&c.

Lucretilis,pen.cor.mons fuit in Sabinis: de quo Horatius libro 1.Carm. Velox amœnum ſæpe Lucretilem Murat Lycæo Faunus.

Lucretius, poeta antiquiſsimus, qui Ciceronis tamen ætatẽ non multò anteceſsit. Scripſit de rerum naturа libros ſex, qui etiam hodie leguntur. Extat honorificum de eo elogium apud Ouidium in Eleg.

Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti,
Exitio terras quum dabit una dies.

Lucrinum,Dauniorum eſt oppidum in Apulia,ut ſcribit Strabo lib.6.& Pompon.lib.2.

Lucrinus,pen. prod. λακρῖνος, lacus Campanię in ſinu Baiano contra Puteolos,propinquus Auerno lacui, adeò ut in maximis quandoq; tempeſtatibus coniungi ſoleant. Dictus à lucro,propter multitudinem piſcium qui ibi capiebantur. De utroq; Martialis,Dum modò Lucrino,modò ſe permittit Auerno.

Luctatius Catulus, Romanus ciuis fuit, qui primo Punico bello trecentis nauibus aduerſum Pœnos profectus, ſexcentas eorum naues commeatibus & alijs oneribus impeditas apud Aegates inter Siciliam & Africam depreſsit,hanemq; bello impoſuit: pacem petentibus hac conditione conceſsit, ut Sicilia, Sardinia, & cæteris inſulis interiacentibus,Aphricamq; decederent: Hiſpania citra Iberum fluuium abſtinerent.

Lucullus, λούκολλος, nomen nobiliſsimi Romani, & ditiſsimi, Pompeij,& Ciceronis æqualis: qui in Quæſtura ampliſsimum populo munus edidit. Prætor Africam iuſtiſsimè remum populo munus edidit. Prætor Africam iuſtiſsimè rexit. Aduerſum Mithridatem miſſus, collegam ſuum Cottam Chalcedone obſeſſum liberauit. Cyzicon obſidione ſolauit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit, eumq; regno suo Ponto expulit: quem rursum cum Tigrane rege Armenię bellum instaurantem magna fœlicitate superauit. Nimius in habitu, maximè signorum & tabularum amore flagrauit. Ingraueſcente deinde ætate, quum iam desipere cœpisset, tutela eius M. Lucullo fratri permissa est. uide latius uitam eius apud Plutarchum.

Lucumones, λουκούμονες, olim dicti sunt Tusci quidam: qui cp Romulo aduersus Sabinos suppetias tulissent, in ciuitatem recepti, Lucerensiũ tribui nomẽ fecerunt. Author Varro.

Lucus Augusti, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. urbs Cepororum, in tractu Hispaniæ Tarraconensis, quam Augusti turrim Pompon. Mela nominat.

Lucus Feroniæ, oppidum est Tusciæ mediterraneum, non procul à Luca, teste Ptolemęo lib. 3. cap. 5.

Luentinum, siue potius Leuentinum, Britanniæ urbs Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

Lugdunum, λούγδουνα Steph. emporiũ est totius Galliæ Celticæ longè celebertimum, à quo ea pars Galliæ Lugdunensis dicta est, à L. Munatio Planco, dum Galliæ Comatæ præesset conditum in colle supra confluentem Rhodani & Araris imminente: ubi etiam hodie non obscura antiquæ urbis extant uestigia. Strabo lib. 4. Lugdunum in colle conditũ, ubi Arar amnis Rhodano immiscetur, Romano tenetur imperio: ampliori quoq; dignitate uirorum secundum Narbonem affluens, quibus usui magno est emporium. Ibi quoq; Romani duces aureum numisma argenteumq; signarunt. Lugduni etiam templum fuit, communi uniuersæ Galliæ impensa extructum, & Cæsari Augusto cõsecratum, ea parte ante urbem, ubi amnes confluunt: inibiq; ara dignitatis eximiæ erat, gentium sexaginta titulo insignis: dicatis ibi totidem gentium simulachris. Hęc Budæus de Asse. Fuit præterea hæc ciuitas celebribus nũdinis insignis, ad quas totius Galliæ populi ad emendum & uendendum conueniebant: unde etiam hodie locus ille in quo olim situm fuit Lugdunum, Forum Veneris appellatur. In hac etiá urbe, à Caligula Cæsare (ut in uita eius cap. 20. restatur Suetonius) institutum fuit certamen Latinę Græcęq; facundiæ. Quo certamine ferunt uictoribus præmia uictos contulisse, eorundem & laudes componere coactos. Eos autẽ qui maximè displicuissent, scripta sua spongia linguaq; delere iussos, nisi ferulis uerberari, aut flumine proximo mergi maluissent. Huc spectasse uidetur Iuuenalis, quũ de Rhetore loquitur ad aram Lugdunensem dicturo. Ea autẽ urbs tam insignis totq; egregijs ornamentis nobilitata, teste Seneca in Epistolis, sub imperio Neronis, centesimo anno, à quo fuerat condita, una nocte cõflagrauit. Hodie uerò Lugdunum in plano situm est, magna sui parthe Rhodano & Arari fluminibus inclusum, nullius Christiani orbis angulis incognitum.

Luna, Hetrurię oppidũ ad mare situ, fœcundissimũ candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunense dicebatur, olim nobilitatum. Plin. lib. 36. cap. 6. Adiecit idem Nepos, Mamurram totis ædibus nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas è Carystio, aut Lunensi. Lucanus lib. 1.

- quorum qui maximus æuo,
  Aruns incoluit desertæ mœnia Lunæ, &c.

Lunensis caseus, à Luna urbe nomẽ accepit, quæ fuit in ea parte Hetruriæ, quæ Liguriæ proxima est. Erat autem hoc casei genus sola magnitudine laudatum, ut qua librarũ mille pondus nonnunquam æquaret: unde inter seruorum obsonia refertur à Martiale, lib. 14. Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ Præstabit pueris prandia mille tuis. Plin. lib. 11. cap. 42. Mixtum Hetruriæ atq; Liguriæ confinium Lunẽsem mittit, magnitudine conspicuum: quippe & ad singula milia pondo premitur.

Lunæ promontorium, Hetruriæ promontorium, non procul à Macro fluuio: cuius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 1. σελήνης ἄκρα. * Est & eiusdem nominis promontorium in Lusitania, non procul à Tagi ostio, apud eundem Ptolemæum libro 2. cap. 5.

Lunarium, promontorium Lalætanorum in Hispania Tarraconensi: cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Alio nomine, Mons Iouis.

Lupercal, à lupa dicitur, locus sub Palatino monte, sacratus ab Euandro Pani deo Arcadiæ, qui Lycæus uocatur, eo quòd non sinat lupos in oues sęuire. Quamuis quidam ita appellatum uelint, quòd Lupa ibi Remum & Romulum nutriuerit. λυκαῖον. Ouid. 2. Fastor.

Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal:
Magna dati nutrix præmia lactis habet.

Lupercalia, solẽnia quædam sacra dicebantur, quæ mense Februario à Lupercis fiebant in honorem Panos pastorum dei. λυκαῖα. Cicero ad Q. Fratrem lib. 1. Hodiernus dies res gestas Lupercalibus habebit. Seruius enarrans illud Vergilij lib. 8. Aeneid. Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos. Quum, inquit, in honorem Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subitò à latronibus rapta sunt. Illi, proiectis uestibus, persecuti sunt latrones: quibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem à nudis prosperè gestam, consuetudo permãsit ut nudi Lupercalia celebrarent.

Luperci, sacerdotes erant Panos dei pastorum, qui Lupercaliorum die nudi per urbem cursitabant, prægnantiumq; mulierum manus, uteroq; caprina pelle feriebant: quare & fœcunditatem, & facilem partum fieri putabant. * Dicti autem creduntur Luperci, à Pane deo pastorum, cui sacra faciebant in Lupercali. Græci enim Pana uocant Lycæum, nomine ἀπὸ τοῦ λύκου, hoc est à lupo deriuato, quòd oues à lupis tueri credebatur. Vel à Lyceo monte Arcadiæ in quo Pan colebatur. Ouid. 2. Fast. Quid uetat Arcadiæ dictos de monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. Cicero 2. Philip. insectatur M. Antonium, quòd in Lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus, se Lupercum exhibuerit.

Lupia, Germaniæ fluuius Pomponio lib. 3. Coniectura est, inquit Vadianus in Melam, eum esse quem hodie Neccharum uocant, qui haud lõgè à Danubij fontibus ortus, per Vuirtembergensem ducatum lapsus, moxq; in occasum uersus, Rhenum seorsum illabitur. Strabo longè secus, quàm Pomponius, Lupiam in Visurgim deferri ait, ut Lupiæ nomine non Neccharus, sed is amnis quem hodie Fuldam uocant, intelligatur. Tacitus (adeò in re tantilla uariãt scriptores) libro Augustæ historię 2 Lupiã uocat amnẽ non in Rhenũ, sed in Oceanum elapsum. Hæc Vadianus. Cuius uiri alioqui diligentissimi lapsum tam supinum satis mirari nõ possum, præsertim in suę Germanię chorographia. Constat enim Lupiam Bructerorum, hodie Vuestphalos appellant, fluuium esse, qui etiam hodie nomen retinet, non procul à Badenborna nascentem, ad cuius caput extat oppidulum, quod Germani sua lingua Lippenbrunnũ, quasi Lupiæ fontem appellant: aliudq; circa medium ferè fluminis tractum uisitur oppidulum, quod eodem cum fluuio nomine Lupiá nominant. Labitur autem in Rhenum (quod & Mela asserit) circa Vesaliam agri Cliuensis oppidum.

Lupfurdum, Ptolemæo lib. 2. cap. 11. urbs Germaniæ, hodie Misna, uulgo Meissen.

Lusitania, niæ, λουσιτανία, tertia Hispaniæ pars, ad Septentrionem, Durio amne à Tarraconensi prouincia, ad Austrum à Bętica Ana fluuio direpta: cuius descriptionem uide apud Plin. lib. 4. cap. 21. & Ptolemæum lib. 2. cap. 5. Strabo tamen lib. 3. Lusitaniã ad Austrũ Tago flumine terminat. Dictam autẽ uolunt Lusitaniam à Luso, & Lysa Liberi patris comitibus, qui eum Bacchantes in Hispaniam secuti sunt, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 1. Hodie Portugalliam appellant.

Lusius, λούσιος, Arcadię fluuius frigidissimus, Gortynam uicum prętерfluens, in quo Iouem primum ablutum fuisse Arcades asserunt: unde nomen accepisse putatur. uide Cęliũ Rhodig. lib. 18. cap. ultimo. * Fuit & Lusius quidam, Marij ex sorore nepos, qui quum Trebonio generoso adolescentulo uim afferre conaretur, ab eodem occisus est. Valer. lib. 6. cap. 1. Clusium appellat.

Luspiæ, λουσπίαι, Ptolemęo lib. 3. cap. 1. Calabriæ urbs, Lupia Plinio.

Lusi, λουσοί, urbs Arcadię, ubi Melampus Prœti filias lauit, & insula liberauit. Ciuis Lusius, Lusiates, Luseus, Steph.

Lusus, uide Lusitania.

Lysa, uide Lusitania.

Lutetia, Gallię urbs maxima & nobilissima, magnitudine & frequẽtia certat cum maximis Europę urbibus. Græci λευκετίαν nominant, ab albedine parietum, ut quidam contendunt. Vulgò Paris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lyæus,æi,pen.prod.λυαῖος,unum ex Liberi patris cognominibus,inde impoſitum, quòd immoderatus uini uſus pariat λύαρ,hoc eſt rixam & ſeditiones. Aut certè παρὰ τὸ λύειν τὰς μέλη τῶν μεθυσκομένων, hoc eſt ab eo quod ebriorum membra ſoluat:unde & λυσομελὴς à Græcis cognominatur.uide Vergil.lib.4.Aeneid.Legiferæ Cereri,Phœboq; patriq; Lyeo.

Lyæus,a,um,pro Lyæius.Verg.1.Aen. Regales inter menſas laticemq; Lyæum.

Lycabetus,beti,pen.prod.λυκαβητὸς Suidæ, Atticæ mons eſt, apud Plin.lib.5.cap.7.

Lycæa,λυκαῖα,ſacra erant in Lycæo Arcadiæ monte in honorẽ Panos fieri ſolita, quæ poſtea ab Euandro in Arcadiam trãſlata,Lupercalia dicta ſunt,ut placet Ouid.lib.2.Faſt. Pauſanias tamen in Arcadicis Lycæa Iouis ſacra fuiſſe tradit, à Lycaone Pelaſgi filio ad Iouis Lycei aram primùm inſtituta.uide Cælium Rhodig.lib.24.cap.17.

Lycæus,æi,λύκαιον, Arcadiæ mons,Ioui ſacer, teſte Pauſania in Arcadicis,olim etiam Olympus & ἱερὰ κορυφή, id eſt ſacer uertex ab incolis appellatus, quòd Iouem ibi educatũ exiſtimarent. In quo etiam monte Iouis Lycæi ara fuit, à Lycaone Pelaſgi filio primùm conſecrata,quam quum poſtea mactati pueri ſanguine reſperſiſſet,in lupum dicitur eſſe transformatus.Erat ibidem & Iouis Lycæi lucus, quem ſi quis lege ſpreta eſſet ingreſſus, annum ſuperuiuere negabatur.Itẽ fons inſignis,nomine Agno,tam admirabilis naturæ,ut re diuina ibi curioſius peracta , quernoq; ramo aqua leuiter commota , mox denſus inde ſurgeret uapor, nebulæ aſſimilis,quæ non multo pòſt effecta nubes, aggregatis item alijs, largos demitteret imbres. Hęc Pauſanias. Conſtat tamen Lycæum montem non ſoli Ioui, uerumetiá Pani ſacrum fuiſſe.Verg.1. Georg.Ipſe nemus linquens patrium,ſaltusq; Lycęi,Pan ouium cuſtos, tua ſi tibi Mænala curæ,Adſis ô Tegeæe faueus.Hinc etiam Lycæus paſſim à poetis cognominatur.Idem lib.8.Aeneid.

- gelida monſtrat ſub rupe Lupercal,
  Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.

Lycambes,bis,per tertiam,uel Lycambes,bæ,per primam declinationem,λυκάμβης,Neobules pater fuit,qui quum filiam Archilocho poetæ deſpondiſſet, poſteaq; pœnitentia ductus,non tradidiſſet, tam acerbo carmine ab eo eſt perſtrictus,ut unà cum filia laqueo uitam finierit. Horatius in Epod. Ode 7. - in malos aſperrimus Parata tollo cornua: Qualis Lycambæ ſpretus infido gener.

Lycambeus,a,um,pen.prod.Ouid.in Ibin: Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.

Lycaon,pen.pro.genitiuo Lycaonis,pen.cor.λυκάων,Arcadię rex fuit,Pelaſgi filius,quem Iupiter, quòd aram ſuam in Lycęo monte,mactato puero ſanguine reſperſiſſet, in lupum mutauit:ut ſcribit Pauſanias in Arcadicis. Ouidius tamen lib.1. Metamorph.omnino aliam tradit transformationis huius cauſam,quæ ſic habet:Iupiter aliquando quum multa de humani generis impietate inaudiſſet, neque tamen omnia crederet,ut rem omnem certius exploraret,relicto cœlo,in terram deſcendit:aliquotq́ue regionibus peragratis,tandem ſub noctem in Arcadiam peruenit ad Lycaonis regiam : ubi quum ſe deum eſſe ſignificaſſet , uulgusque ſe ad ſacrificia accingeret, irridens credulitatem eorum Lycaon , ea ipſa nocte ſe periculum facturum eſſe dixit, deum ue an mortalem hoſpitio ſuſcepiſſet:conatusque eſt nocte dormientem interimere.Quod quum fruſtra tentaſſet, alia ratione rem aggreſſus eſt. Habebat obſides à Moloſſorum gente ad ſe miſſos.Horum unum iugulauit, partim aſſum,partim elixum Ioui epulandum appoſuit.Cuius rei immanitate indignatus Iupiter,regiam tyranni immiſſo fulmine exuſit,ipſumque in ſyluas fugientem,in lupum tranſformauit. * Alius fuit Lycaon Nelei filius,& frater Neſtoris,quem Hercules capta Pylo interemit. * Alius item fuit Priami filius ex Laothoe Altai Lelegum regis filia , quem Achilles in bello Troiano interemit : ut placet Homero libro 21.Iliad. * Lycaon item faber inſignis fuit ex Cnoſſo Cretę urbe,artifex eius enſis quem Aſcanius dedit Euryalo:de quo Vergilius 9.Aeneidos.

Lycaonia, λυκαονία, Aſiæ regio, Cappadociæ pars, ſecundum Ptolemæum , ad Taurum montem pertingens ea in parte qua Pamphyliæ imminet. Vrbes habet Iconium, Adopiſſum,Cannam,Paralaida,aliasque complures, quas uide apud Ptolemæum lib.5.cap.6. * Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia à Lycaone rege, Pelaſgi filio,& patre Arcadis,à quo deinde Arcadia dicta fuit.

Lycaones pen.cor.λυκάονες,populi Lycaoniæ,in finibes Cappadociæ ad Taurum montem , qui & Lycaonij appellantur.*Lycaones alij à Ptolemæo lib.5.cap.2. collocantur in finibus Lyciæ,non procul à Themizonijs.

Lycapſus,λύκαψος,uicus prope Lydiam,Steph.

Lycaſte, λυκάστη,filia fuit Priami ex concubina,cuius amore flagrans Polydamas Antenoris & Theanus ſororis Hecubæ filius,eam uxorem duxit.* Fuit item Lycaſte, meretrix nobilis,apud Drepanum Siciliæ urbem , ob formæ excellentiam Venus appellata,quæ quum Buten,Amyci Bebryciorum regis filium hoſpitio excepiſſet, eius concubitu uſa, Erycem ei peperit:quo factum eſt ut apud poſteros creditum fuerit, Buten ex Venere Erycem genuiſſe. uide ſuprà in dictione Butes.

Lycaſtus,λύκαστος,urbs Cretę, ita dicta à luporum multitudine quæ ibi eſſe perhibetur.Strabo lib.20.

Lyceum,pen.prod.λύκειον, gymnaſij celeberrimi nomen iuxta Athenas , in quo Ariſtoteles frequentiſsimo auditorio philoſophiam profitebatur, quemadmodum Plato in Academia.Cic.1. Academ.Qui erãt cum Ariſtotele, Peripateti ci dicti ſunt , quia diſputabant inambulantes in Lyceo. * Fuit & Lyceum gymnaſium Ciceronis in fundo Tuſculano,à nomine ſcholę Ariſtotelicæ ita dictum,de quo lib.1. de Diuinat.ſic refert,Nuper quum eſſem cum Qu.fratre in Tuſculano,diſputatum eſt.Nam quum ambulandi cauſa in Lyceum ueniſſemus (id enim ſuperiori gymnaſio nomen eſt) Perlegi (inquit ille) tuum paulo antè tertium de natura deorum. Huius nominis penultima producitur à Ciceronе in uerſu illo,

Inque Academia umbrifera,nitidoq; Lyceo,
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

Lychnidus,λύχνιδος,Macedonię oppidum, ſub Candauiamõte ſitum,ad uiam Egnatiam,quę ab Apollonia, marique Adriatico in intimam Macedoniam ducit. Author Strabo li. 7.& Ptolemęus lib.3.cap.14.

Lychnitis,idis,λυχνῖτις,lacus eſt in occidentali tractu Macedoniæ ſub Carnania monte : cui imminet oppidum nomine Lychnidius. uide Steph. περὶ πόλεων, & Strabonem libro 7.

Lycia,λυκία,regio minoris Aſiæ,inter Pamphyliam,& Cariam ſita,olim,ſi poetarum fabulis credimus, Chimæræ monſtri ignibus infeſtata. Cuius fabulæ occaſionem præbuit Chimera eius regionis mons,crebrò ignem eructans.Dicta eſt autem Lycia à Lyco Pandionis filio.Vrbem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam : à qua Apollo Pataręus cognominatur.

Lycius,gentile.Verg.1.Aeneidos,Vnam quæ Lycios,fidumq; uehebat Orontem.

Lycius,a, um , adiectiuum: ut, Lycię ſortes,apud Vergilium 4.Aeneid.id eſt ſortes Apollinis , qui in Lycia apud Patarã reſponſa edebat.

Lycidas, λυκίδας, nomen Centauri unius ex ijs qui Pirithoo Hippodamiam ſponſam eripere conati,à Lapithis interempti ſunt.Ouid.12. Metam.At non Eurynomus, Lycidaſq; & Araeus,& Imbreus,Effugere necem. * Eſt & nomen paſtoris apud Verg.9.Eclog.

Lycimnius,ſiue potius Licymnius , λυκίμνιος, auus maternus Herculis , quem Tlepolemus eiuſdem Herculis ex Aſtiochia filius,iam ætate prouectum interfecit. Author Hom. in Catalogo.

Lyciſca,nomẽ canis proprium,à lupi (ut uidetur) ſimilitudine impoſitum,ſiue ab eo quòd lupum coerceat. Verg.3. Ecloga,Multum latrante Lyciſca.Seruius Lyciſcas uocari arbitratur canes ex lupo & cane fœmina natas : cuiuſmodi in Cyrenaica Libya gigni ſcribit Ariſtoteles. Plin.lib.8.cap. 21.hoc genus hybridas Crocutas uocat, omniaq; dentibus frangere ait,& deuorata protinus concoquere.

Lycius,λύκιος,Apollinis cognomen, à lupi natura (ut quidam putant) impoſitum.Nam ſicut lupi pecora rapiunt,ita ipſe humorem haurit tradijs.Vel ἀπὸ τῆς λύκης , quo nomine primi ſci Græcorum dicebant lucem illam quæ præcedit Solem. Vel

Vel(quod uerius puto) à Lycia Asiæ regione,in qua præci puè colebatur.Habet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo insignem. (niæ lib.8.

Lycia,λυκία,urbs Arcadiæ.gentile Lyceates, Steph.ex Pausa-

Lycomedes,λυκομήδης, Scyri insulæ rex, cui Thetis filiũ suũ dormiente præceptore suo Chirone clam raptũ seruãdum tradidit,ut ibi inter eiusdem regis filias(erat enim facie ue nusta & puellari,ita ut facile pro puella sese gereret)muliebri habitu indutus latitaret,ne ad bellũ Troianũ, à quo illũ non reuersurũ esse sciebat, pficisci cogeretur.Apud quẽ quum deliteſceret, Deidamiam regis filiam uitiauit, & ex ea Pyrrhum suscepit.* Fuit & alter Lycomedes Creontis filius,cuius meminit Homerus lib.9.Iliad.

Lycon,λύκων,philosophus Peripateticus fuit, ex Troade Asiæ regione,in dicẽdo adeò suauis,ut pro Lycone Glycon nominaretur:tracto nomine à dulcedine.Hic fuit cultus & ue stiũ mollitie nitidissimus.Lucta & pilari lusione exercebatur.Perijt podagrę morbo annos natus septuaginta quatuor.* Fuit prẽterea Lycon quidã Orator,unus ex accusatoribus Socratis,de quo Laértius in uita Socratis. Fuerunt & alij eiusdem nominis,quorum meminit idem Laertius.

Lycompolis,uide Lycopolis.

Lycone,λυκώνη,urbs Thraciæ.gentile Lyconeus,Steph.

Lycophron,λυκόφρων,poeta,patria Chalcidensis, natura quidẽ Sophoclis grãmatici,adoptione uerò Lyci Rhegini historici filius,inter septẽ poetas,qui Pleiades dicebãtur à numero stellarũ à Philadelpho Ptolemæo receptus.Erãt aũt, hi,Theocritus,Aratus,Nicander,Apollonius, Philœcus, Homerus iunior, Lycophron. Tragœdias eius enumerat Suid.Scripsit & Alexãdrã,poema ualde obscurũ,in quò meminit de uaticinijs Cassandrę,exorsusq; ab Hercule,& reb. Troianis,prosequitur usq; ad Alexandrũ Macedonẽ.De huius morte Ouid.in Ibin,Vtq; cothurnatum perijsse Lycophrona narrant, Hæreat in fibris fixa sagitta tuis. * Alius fuit Periandri Corinthiorũ regis filius ex Melissa: Proclis Epidauriorũ Tyranni filia,quam quũ Periander grauidam ictu calcis occidisset, Lycophron cũ Cypselo fratre suo ad Proclẽ se recepit.Verũ repetẽte filios Periandro, quũ Procles eos dimittere cogeretur,flens eos admonuit,meminisse eos debere quisnã matrem eorũ occidisset. Quod uerbũ tam altè Lycophronis menti insedit,ut Corinthũ reuersus, adduci nõ potuerit ut aut patrem prior salutaret, aut ab eo compellatus,uerbũ ullum respõderet. Qua filij pertinacia irritatus Periander,ædibus eũ eiecit,edicto simul proposito,Apollini ut sacer esset,quisquis eum tecto reciperet.Cuius edicti metu quũ ab omnib.excluderetur, quarta demũ die in porticu quadã à patre inuentus, illuuie squalidus, & inedia tanta nõ enectus, blãdeq; ab eo inuitatus, ut posita pertinacia regni successionẽ miserrimo præferret exitio,nihil aliud respõdit quàm caput eius Apollini deberi,cp contra edictũ in colloquiũ suũ uenisset. Periander itaq; animaduertens grauius esse malũ filij, quàm cui facilè mederi posset,in Corcyrã,nã & illi imperabat, eũ ablegandũ curauit.Verùm quũ ingraueſcente iã ætate Periander sibi conscius esset,se deinceps tyrannidi administrandæ minus idoneum esse,missa ad Lycophronẽ sorore ad regni administrationem eũ euocauit. Cui quũ ille respõdisset, se patre uiuo Corinthum non reuersurum,hanc ei cõditionẽ tulit Periãder,sese in Corcyram cõcessurum, modò ipse ad tyrãnidis successionẽ sese Corinthum cõferret. Id approbante filio, Periander conscensa naui,in Corcyram cursum tenuit, futurum ratus ut filius mitteretur Corinthũ.Quæ res eũ magnopere fefellit.Edocti enim de his omnib. Corcyrei, qui Periandro malè cupiebant, ut aduentum eius præterclude rent,Lycophronem interimũt. Quod facinus tam indignè tulit Periander,ut insulã ui ingressus, trecentos primorum Corcyreorum pueros Sardis ad Halyatten regem miserit castrandos:qui tamen quum Samum appulissent, beneficio Samiorum seruati sunt,& incolumes domum remissi. uide Herodotum lib.3.& Laertium in Periandro.

Lycopolis,urbs Aegypti à lupis dicta, quòd Aethiopas Aegyptum incursantes,lupi facta acie usq; ad urbẽ Elephantinam repulerunt. Ibi Aegyptij Lycopolim condiderunt,à bestijs illis ei nomen imponentes:quas etiã pro dijs coluerunt.Author Diodorus lib.2.

Lycorea,λυκώρια,uicus in Delphis à Lycoreo rege. ciuis,Lycorus,Lycoreus,Lycorites.Est & Lycoreus Iupiter,& λυκώριον per ει reperitur,Steph.

Lycoris,dis,λυκωρίς, Volumnij Senatoris liberta fuit, uero nomine Citheris dicta,miserè à Cornelio Gallo adamata:quo tamen spreto,Antonium in castra sequuta est.Verg.10. Ecloga:tua cura Lycoris,Perq; niues alium,perq; horrida castra sequuta est.

Lycormas,λυκόρμας Stephano,fluuius est Aetoliæ, flauas arenas uoluens. Hic postea Euenus ab Eueno rege Aetoliæ, qui se in illum præcipitauit,appellatus est,teste Strabone libro 7.Ouid.lib.3. Metamorph. Arsurusq; iterũ Xanthus flauusq; Lycormas.

Lycosthene,λυκοσθένη,uel λυκοσθένεια,urbs Lydiæ Steph. Gentile Lycostheneus,uel Lycosthenites.

Lycozea,λυκόζεια,urbs Thraciæ,ciues Lycozei,Steph.

Lycosura,λυκόσουρα,urbs Arcadiæ in Lyceo monte, inde Lycosureus,Steph.

Lyctonia,urbs Cretæ insulæ,ut notat Tortelius.

Lyctus,λύκτος,Cretæ urbs,edito in loco sita:unde & Lython quidã appellarũt,teste Stephano de urbibus,& Strab.li.10.

Lyctius gẽtile,λύκτιος ut,Lyctius Idomeneus apud Verg.3.Aen.

Lycurgus,λυκοῦργος,nobilis Spartiata fuit,Polydectæ filius,& frater Eunomi Lacedęmoniorũ regis:cui etiam in regnum successit,ignarus Eunomum uxorem grauidam reliquisse. Quod ubi primum cognouit, posito regis nomine,Prodici,hoc est tutoris nomẽ assumpsit,regiq; adulto,Charilao ei nomẽ erat,regnũ fideliter restituit. Verùm quũ ciuitatẽ pessimè institutã animaduerteret,ad constituendã salubribus legib.rempub.animum adiecit. Conscriptis itaq; ijs quę lõga peregrinatione didicerat ciuitati utilia fore,Delphos sese cõtulit,ut Dei quoq; cõsiliũ in re sanctissima exploraret.Quũq; Pythia cõsiliũ eius à Phœbo maximè probari,deiq; potius quã hominis inuentũ esse respõdisset, alacrior ad peragẽdũ institutũ factus, foro aliquot armatis occupato,leges suas perfert. Quibus cũ iam ciues mediocriter assuefactos uideret,ut quas tulerat leges,æternas quoq; redderet, hãc rationẽ cõmenrus est.Simulat arduũ adhuc quiddã superesse,quod ad ciuitatis salutẽ pertineret, quod tamen inconsulto oraculo aggrediendũ non esset:eaq; de causa se Delphos proficisci uelle.Interim tamẽ Reip.interesse,ut leges,quemadmodũ latæ erant,in reditum suum inuiolatæ seruarentur:idq; ita futurum primũ à Regibus,deinde à cæteris omnib.iusiurandum exegit.Profectus itaq; Delphos,quum Pythiã respondentem audisset, nihil legib. illis absolutius esse,fœlicisimamq; fore ciuitatem eam in qua illæ quã diutissimè seruarentur,cõstituit sibi amplius in patriam nõ esse redeundum,ne illi aliquãdo iureiurando soluti,leges suas excuterent.Missõ itaq; Spartam oraculo, amicosq; itineris comites amplexus,ijsq; dimissis, Cirrhã concessit,ubi mox suis sibi manibus necẽ consciuit. Quanquam alij Crissæ, nonnulli etiã in Creta interijsse uolunt: ubi etiam sepulchrũ eius apud Pergameam urbem ostenditur.Spartani mortuo sacellum consecrarunt,& ob singularia eius in patriam merita diuinos ei honores tribuerũt. Vide latius uitam eius apud Plutarchum.* Fuit & Lycurgus, Nemeæ rex, & pater Archemori, alumni Hypsipyles,cuius meminit Statius lib.5.& 6.Theb.* Fuit & Lycurgus alius,Thraciæ rex,filius Dryantis,qui quòd Thracas immoderatè uino deditos conspiceret, uites omnes toto regno excidi iussit: ut scribit Plutarchus eo in opusculo,quod de poetarum utilitate conscripsit.Hinc datus est poetis locus fabulę,Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosequutũ esse,adeò ut nutrices illius in Nysa latẽtes persequeretur, & Baccho ipsi tantum terroris incusserit,ut præcipiti fuga traiecto mari,in Naxum se receperit: ideoq; iusta numinũ ira Lycurgum in furorem conuersum:& cum uites quoq;, ne Baccho in posterum libaretur,excidere uellet,tibias sibi succidisse.Hic est ille Lycurgus,cuius meminit Verg.3.Aeneid.Terra procul uastis colitur Mauortia cãpis, Thraces arant,acri quondam regnata Lycurgo.

Lycurgeus,a,um,denominatiuũ,pe.pro.λυκούργιος.Cic.ad Attic.li.1.Nosmetipsi qui Lycurgei à principio fuissemus,quotidie demitigamur.Vbi interpres,Lycurgei, id est optimates,legũ assecłę,& ppugnatores:qualis Lycurgus apud La-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

conas legũ conditor. Budęus ſeueriſsimum interpretatur.

Lycus, λύκος, Bœotiæ rex fuit, qui Antiopam Nyctei regis filiam uxorem duxit: quam poſtea, quũ à Ioue in Satyrũ conuerſo cõpreſſam cognouiſſet, repudiauit, Dircenq; uxorẽ duxit: quæ uerita ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctiſsimis eam in uinculis aſſeruauit: quibus Iouis miſeratione diſſolutis, in Cithæronem montem profugit, ubi Amphionem & Zethum peperit: qui poſtea à paſtore, qui ipſos nutrierat de Lyci iniuria edocti, eum unà cum uxore interfecerunt.* Alius fuit Lycus quidã exul Thebanus, qui id tẽporis quo Hercules ad inferos deſcenderat, rei bene gerendæ occaſionem ſibi oblatam ratus, Creonte occiſo regnum Thebanorum occupauit: quumq; iam Megaræ Herculis uxori uim inferre pararet, opportuno illius reditu oppreſſus eſt, & cũ ſuis omnib. interfectus: ut eſt uidere apud Senecam in Hercule furente.* Fuit item Lycus, quidam ex Aeneę comitibus: de quo Vergilius lib. 1. Nunc Amyci caſum gemit, & crudelia ſecum Fata Lyci.* Eſt etiam Lycus, λύκος, fluuius Ponti, præter Heracleam Maryandinorum in Pontum Euxinum influens. Author Plin. lib. 2. cap. 103. * Alius item eſt eiuſdem nominis fluuius in Aſia, Laodiceam præterfluens: cuius meminit idem Plinius li. 5. cap. 29. * Eſt item Lycus Germaniæ fluuius, Rhætos dirimens à Vindelicis, & præter Auguſtam Vindelicorum in Danubium illabens, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 12.

Lydda, λύδδα, Iudææ oppidum, ad occaſum Iordanis fluuij, teſte Ptol. lib. 5. cap. 16. & Plin. lib. 5. cap. 14. uulgò Rama.

Lydia, λυδία, regio Aſiæ minoris, Crœſo rege & Pactolo aurifero flumine notiſsima, quæ flexuoſis Mæandri amnis recurſibus perfuſa ſuper Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis uicina, ad Septentrionem Myſiæ, Meridiana parte Cariã amplectens. Lydia dicta eſt à Lydo Atyos filio, quum antea Mæonia uocaretur. Vrbes habet Philadelphiam, Hypepas, Magneſiam, & Sardis Crœſi regiam, totiusq; regionis caput.* Huius regionis incolæ Lydi dicuntur, qui teſte Herodoto li. 2. primi aurum argẽtumq; ſignarunt: primiq; caupones, inſtitoresq; fuerunt.

Lydus, λυδός, Herculis filius ex Iole. Alter filius Atyos, & frater Tyrrheni: à quo Lydia regio eſt appellata. Nã quũ propter terræ ſterilitatem Mæonia populũ ſuum alere nõ poſſet, Tyrrhenus ſorte iacta diſcedens, cum ingenti multitudine ad Italiam ueniens, eam tenuit partem quæ ad mare inferum uerſa eſt, & à ſe Tyrrheniã nominauit, mareq; ipſum Tyrrhenum: Lydus uerò remanens, Mæoniam de ſuo nomine uocitauit.

Lygdamus, λύγδαμος, Naxius quidam fuit, Piſiſtrato in recuperanda tyrannide adiutor. Herod. lib. 1.

Lygdanum, oppidum Theutraniæ, quæ Myſiæ pars eſt, teſte Plin. lib. 5. cap. 30.

Lyle, λύλη, urbs Arcadiæ. gentile Lylæus, Steph.

Lymira, oppidum eſt Lyciæ, cum fluuio eiuſdem nominis, in quem Arycandus influit, teſte Plin. lib. 5. cap. 27. Ptolemæus tranſpoſitis uocalibus λυμίραν appellat.

Lynceſtis, λυγκήστις, Macedoniæ fluuius eſt, cuius aqua pota nõ minus ebrietatem inducit, quàm ſi quis uino ſe ingurgitaſſet. Plin. lib. 2. cap. 103 Lynceſtis aqua temulentos facit.* Eſt etiam Lynceſtis, idis, λυγκηστίς, Macedoniæ regio in Occidentem uerſa: cuius caput eſt Heraclea, teſte Ptolemæo lib. 3. cap 13. Huius incolæ dicuntur Lynceſtæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Lynceſtius, a, um. Ouid. lib. 15. Metam. Huic fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis, Quem quicũq; parum moderato gurgite traxit, Haud aliter titubat, quàm ſi mera uina bibiſſet.

Lynceus, diſſyllabum, huius Lyncei uel Lynceos penultima obliquorum correpta, λυγκέως, unus ex Argonautis, tanta oculorũ acie præditus, ut diceretur uel parietẽ uiſu penetrare, & (ut ex hiſtoricis nõnulli prodiderunt) nouiſsimã Lunam, primamq; eodẽ die in ſigno arietis conſpicere: quod paucis mortalium contigit uidiſſe. Vnde Valerius li. 1. Argonaut. Solus tranſibit nubila Lynceus. Hunc Varro cẽtũ triginta milia paſſuum proſpexiſſe ſcribit: ſolitumq; exeuntem à Carthagine claſſem Punicam, numerumq; nauium ex Libycana ſpecula manifeſtiſsimè notare. Solinus refert fuiſſe Strabonem. * Fuit & Lynceus alius frater Idæ, qui pro duabus Leucippi filiabus, quas deſponſatas Caſtor & Pollus rapuerãt, arma ſumpſerũt, initaq; pugna Caſtor Lyncei, & Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas uero, quum ipſum etiã Pollucẽ conaretur adoriri, immiſſo à Ioue fulmine interijt. uide Ouid. ad finẽ li. 5. Faſt. Apollonius tamen Lynceum per abietem uidiſſe, & Caſtorem occidiſſe.

Lynceus, a, um, per tres ſyllabas, & pen. prod. λύγκειος, denominatiuum eſt à Lynceus formatũ. Ouid. 5. Faſt. Pectora traiectus Lynceo Caſtor ab enſe, Non expectato uulnere preſſit humum. Vlror adeſt Pollux, & Lyncea perforat haſta. Qua ceruix humeros continuata tegit. In primo carmine, Lynceo, eſt adiectiuum: in tertio Lyncea eſt accuſatiuus à Lynceus, primitiuo.

Lyncus, λύγκος, rex Scythiæ fuit, qui miſſum à Cerere Triptolemum, ut hominibus frugum uſum commonſtraret, ſuſceptum hoſpitio, ut in ſe gloriam transferret, interimere cogitauit. Ob quam rem irata Ceres eum conuertit in lyncem feram uarij coloris, ut ipſe uariæ mentis extiterat. Hęc Seruius. Ouid. 5. Metam. Rex ibi Lyncus erat, regis ſubit ille penates.

Lyndus, uide Lindus.

Lynx, λύγξ, urbs Lydiæ iuxta Gades poſt Atlantẽ. Et inſula Atlantis, & urbs Lynxo λυγξώ gentile Lynxites & Lynxius.

Lyra, nomen ſideris, uide in Latinis dictionibus.

Lyrceus, pen. prod. λυρκεύς, fons Arcadiæ ſub Cynuria monte, ex quo Inachus fluuius oritur. Author Strabo lib. 8. Statius 4. Theb. Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & irgés Inachus.* Stephanus Lyrceum agri Argiui montem eſſe ait, indeq; uicinam regionem Lyrceam appellari.

Lyrceus, Lyrcea, Lyrceum, λύρκειος, Ouid. 1. Metam. iã paſcua Lernę Conſitaq; arboribus Lyrcea reliquerat arua.

Lyrceius, a, um, per quatuor ſyllabas, λυρκήϊος. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. dominum Lyrceia tellus,
Antraq; deprenſę tremuerunt couſcia culpæ.

Lyris, uide Liris, per i, Latinum.

Lyrnatia, λυρνατία, Cherſoneſus & parua regio Lyciæ: gentile Lyrnaticus, Steph.

Lyrneſſus, λυρνήσσος Stephano, oppidũ fuit Troadis ab Achille euerſum, quum Priamo bellum, ob Helenam à Paride filio raptã à Græcis inferretur: ex quo Briſeida quoq; abduxit, occiſo Minete eiuſdem oppidi principe, quæ inde Lyrneſſis ab Ouid. li. 4. Triſt. appellatur. Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles.

Lyrneſſius, a, um, denominatiuũ, λυρνήσσιος, Steph. Verg. li. 10. Aen. Lyrneſſius Acmõ. Ouid. in Epiſt. Briſeidis ad Achillẽ. Diruta marte tuo Lyrneſſia mœnia uidi.

Lyſander, λύσανδρος Lacedæmoniorũ Imperator, homo factioſus, qui odium totius Græciæ in Lacedemonios cõciuit. Huius ductu Lacedæmonij Atheniẽſes, ducemq; eorũ Cononem nauali prælio ſuperarũt: paulo poſt tamen eodẽ duce à Cononе ſuperati ſunt terreſtri prælio, in quo & Lyſander ipſe occiſus eſt. Reliquam eius uitam pete ex Plutarcho.

Lyſanias, λυσανίας, orator Græcus.* Alter fuit Arcas, qui Lycaonem regno expulit.

Lyſiades, λυσιάδης, Athenienſis, Phædri philoſophi filius. De quo Cic. Philipp. ſic ſcribit, Lyſiaden Athenienſem pleriq; nouimus: eſt enim Phædri philoſophi nobilis filius, homo præterea feſtiuus, ut ei cum M. Curio conſeſſore eodem & colluſore facillimè poſsit conuenire.

Lyſias, λυσίας, Syracuſanus genere, Cephali filius, unus è decem oratoribus, natus Athenis quò pater ſe tranſtulerat. Puer Thurion coloniã migrauit, redijt annos natus quadraginta ſeptẽ, interq; principes oratores habitus. De quo ſic ſcribit Cicero in Bruto, Tum fuit Lyſias, inquit, ipſe quidẽ in causis forenſibus nõ uerſatus, ſed egregiè ſubtilis ſcriptor atq; elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere: (nã planè quidem perfectũ, & cui nihil admodum deſit, Demoſthenem facilè dixeris) nihil acutè inueniri potuit in eis cauſis quas ſcripſit, nihil (ut ita dicã) ſubdolè, nihil uerè, nihil preſsè, ſatè, quod ille non uiderit: nihil ſubtiliter dici, nihil preſsè, nihil enucleatè quo fieri poſsit aliquid limatius: nihil contrà grande, nihil incitatum, nihil ornatum, uel uerborũ grauitate, uel ſententiarum, quo quicquam eſſet elatius.

Lyſicrates, λυσικράτης, Atheniẽſis quidam, in quem aliquoties inuehitur Ariſtophanes, quòd capillos iã canos nigro tinxeret,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

geret,quo iuuenis etiã dum uideretur. Erat autem alioqui simus,& deformis,& furax & largitor,adeò ut locum fecerit prouerbio,λυσικράτης δωροδοκῶν,στρατηγὸς ἀθηναίων, hoc est Lysicrates largitor,Athenienſium Imperator, quo opportunè utemur,cum ſignificare uelimus,penes eos ſummã eſſe poteſtatem,qui ut honores largitionibus ſunt adepti,ita eoſdem turpiſsimè habent uenales. Author Suidas.

Lyſidice,λυσιδίκη, filia fuit Pelopis & Hippodamię,Pittheï ſoror,quæ Electrioni nupſit,& ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit,ut inquit Plutarchus. Alij uerò,inter quos eſt Commentator Homeri,matrem Alcmenes non Lyſidicen Pelopis,ſed Anaxo Ancæi cuiuſdam filiam dicunt.

Lyſimachia,λυσιμάχεια, Thraciæ Cherroneſi urbs, ad Helleſpontum,ob terræmotum deſerta. Plin.lib.4.cap.12. * Fuit & Lyſimachia Aetoliæ urbs,ad Hydram lacum,quam & ipſam ſua ætate fuiſſe proſtratam,ſcribit Strabo lib.10.

Lyſimachus,λυσίμαχος, Agathoclis filius,è ſucceſſoribus Alexandri Magni,Pergamo præfuit,ubi theſauri regis fuerunt. Hic illuſtri quidẽ Macedoniæ loco natus,uirtute illuſtrior fuit:amore literarum ac philoſophiæ ardebat adeò,ut Calliſthenem tunc ab Alexandro afflictum, atq; in uinculis habitum,de uirtute differentem ſæpius audiuerit, poculũq; ei,ac remedium miſeriæ optanti propinauerit. Quod ægrè ferens Alexander,Lyſimachum leoni obiecisſe dicitur: ſed ille uiribus fretus,rem poſteris prodẽdam fecit, manum amiculo conuolutam: in os leonis inferens, adrepta lingua feram exanimauit.quo facto uehementius poſtea Alexandro dilectus,& apud eum in honore maximo fuit.uide Trogum lib.15.* Lyſimachus,λυσίμαχος,natione Acarnan, Alexandri prædagogus,ſecundas poſt Leonidem obtinuit:nullo urbanitatis genere præditus, niſi quòd ſe Phœnicem, Alexandrum Achillem,Philippum uerò Peleum nuncupabat. Author Plutarchus in Alexãdro Magno.* Lyſimachus item alius fuit,patria Athenienſis, Ariſtidis Iuſti filius, qui ob memoriam paternorum in Rempublicam meritorum, adeò charus populo fuit, ut quum à patre prorſus inops relictus eſſet,(Fuit enim Ariſtides adeò pauper, ut in defuncti ædibus nihil præter ueru ferreum fuerit inuentum) publico tamen decreto centum ei agri conſiti,totidemq; inculti iugera in Eubœa fuerint aſsignata,centumq; minæ ex publico numeratę, & quaternæ drachmæ in ſingulos dies. uide Plutarchum in uita Ariſtidis, & Demoſthenem in oratione aduerſus Leptinen.

Lyſippe,λυσίππη,una fuit filiarum Prœti,quæ quòd ſe Iunoni prę ferre nõ eſſent ueritæ,tãto furore correptæ ſunt, ut per agros diſcurrentes,ſe uaccas eſſe crederẽt. uide Iphianaſſa.

Lyſippus, Sicyonius clariſsimus ſtatuarius, qui ad ſexcenta decẽ opera feciſſe traditur, quorum ſingula arti claritatem dare potuiſſent. Hic,teſte Quintiliano, ad ueritatem optimè acceſsit:quamobrem etiam Alexãder ille magnus ab uno Lyſippo ſe fingi uoluit,ut pingi ab Apelle. Horatius lib. 2.Epiſt.ad Auguſtum,Edicto uetuit,ne quis ſe præter Apellem,Pingeret,aut alius Lyſippo duceret æra Fortis Alexandri uultum ſimulantia. Cicero Luceio:Neq; enim Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſsimũ pingi, & à Lyſippo fingi uolebat: ſed quod illorum artem cùm ipſis tum etiam ſibi glorię fore putabat, &c. * Lyſippus item poeta comicus,cuius fabulas enumerat Athenæus.

Lyſiſtratus,pen.corr. λυσίστρατος, Lyſippi ſtatuarij frater fuit, qui primus ſigna ex gypſo finxit. uide Plinium libro 35.capite 12.

Lyſius,λύσιος, Liberi patris cognomẽ apud Bœotios, ἀπὸ τοῦ λύειν, hoc eſt à ſoluendo impoſitũ. Ferunt enim Bœotios ali quando à Thracibus deprehenſos, partim captos, partim in fugam iuerſos fuiſſe: ex quibus quum nonnulli ad Trophonij ſpecum confugiſſent, uiſum eſt ijs noctu, aſtantem deum Liberi patris ſibi auxiliũ promittere. Quo ſomnio alacriores redditi,Thracas ex inſidijs adorti ſunt: quos quũ uino ſomnoque obrutos inueniſſent, nullo negotio ſuperarunt:receptisq; ſuis,quum in patriam redijſſent, Dionyſio cognomento Lyſio templum conſecrarunt. Author Heraclides Põticus. * Iulius Pollux deos omnes qui auerruncandi mali gratia colebantur,Lyſios uocari ait,quos& ἀλεξικάκους, & ἀποτροπαίους Græci nominant.

Lyſus uide Luſius.

Lytæ,λυταί,exigua Theſſaliæ regio, circa Peneum amnem: ſic dicta,quòd Neptunus diſsipatis aquis, Tempe inundatione liberarit.

Lythyrambus,λυθύραμβος,Bacchi cognomẽtum, inde impoſitũ quòd eo ex femore Iouis (cui interempta matre inſertus fuerat) in lucem prodituro,identidem Iupiter inclamarit, λῦθι ῥάμμα,id eſt ſolue futuram.

Lytus,fluuius eſt minoris Aſiæ,in Pontum defluens.

Lyxea,penultima producta,λύξεια,Acarnaniæ oppidum, apud Stephanum.

MA, accentu circunflexo, μᾶ, mulier fuit una ex ijs quæ Rheam ſequebantur, cui Iupiter Bacchum tradiderat educãdum: quæ interrogata à Iunone, cuius eſſet infans, ἄρεως,hoc eſt Martis, reſpondit. Vnde factum eſt, ut Bacchus apud Caras Maſaris fuerit appellatus. Ipſa quoq; Rhea Mâ appellata fuit:cui Lydi taurum immolabant: unde Lydiæ urbs Maſtaura fuit nominata. uide in dictione Maſtaura.

Macæ,μάκαι Stephano,populi ſunt fœlicis Arabiæ, Carmanis oppoſiti,nardo,myrrha,& thure abundantes. Author Mela libro 3.

Macareæ,μακαρίαι, urbs Arcadiæ,à Macareo Lycaonis filio condita, quam Stephanus à Romanis beatam uocari tradit.* Gentile eſt Macareates, μακαριάτης, eodem Stephano teſte.

Macareus,μακαρεύς,Aeoli filius,qui cum Canace ſorore concubuit. uide Epiſtolam Canaces apud Ouidium.

Macaria,μακαρία,Herculis filia fuit,quę ſe pro incolumitate publica Manibus deuouit. uide Cælium, & Eraſinum in prouerbijs. * Cyprus item inſula olim ob inſignem fertilitatẽ Macaria dicebatur. Author Plin.lib.5.cap.30.Legitur & Macharà à quibuſdam,ut Perottus uult.

Macarios,μακάριος, uiri proprium eſt, quo nomine duo commemorantur à Suida,uiri pietate iuxtà ac eruditione inſignes. Eſt autem Græcum nomen, quod nos Beatum interpretamur.

Macaros, μάκαρος, nomen eſt Cretæ inſulæ:à temperie cœli. Plin.lib.4.cap.12.

Maccabęus,μακκαβαῖος, cum duplici cc,& diphthongo,nomen barbarum,quo uocati ſunt uiri illi fortiſsimi,apud ſacras literas celebratiſsimi.

Macæ,μάκαι,gens inter Carmaniam & Arabiam,Steph.

Macco, oppidum Brachmanarum, populorum Indiæ: apud Plin.lib.6.cap.17.

Macednon,μακεδνὼν, Pindi montis Theſſaliæ regiuncula,in Herod.lib.1.

Macedonia,μακεδονία, latiſsima Europæ regio, duobus olim regibus,& terræ imperio clariſsima, antea Aemonia, & Emathia appellata, quæ à tenuibus initijs, regum prudentia, gentisq; fortitudine eò magnitudinis excreuit, ut domina centũ quinquaginta facta fuerit populorũ. Hanc à Septentrione à Dalmatia Mœſiaque montana ſeiunguntur:ab occaſu mari Adriatico ſiue Ionio:ab ortu Aegæo abluitur. Meridianam oram Epiroticę gentes,& ipſa Græcia excipit. Dicta Macedonia à Macedone quodam Oſiridis,ſiue (ut Stephanus & Solinus ſcribunt) Iouis filio,& Thyię filię Deucalionis. Hinc deducitur gentile Macedo, onis, μακεδὼν, & poſſeſsiuum Macedonicus,a,um, μακεδονικός.

Macedo, μακεδὼν,pen.corr. qui ex Macedonia ortus eſt. Luc. lib.6. Quum tibi ſacrata Macedo feruetur in antro. Cic.5. Tuſc.Alexander Macedo, cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet,non ne tertio & trigeſimo anno mortem obijit?

Macedonicus,μακεδονικός,poſſeſsiuum à Macedonia: unde Mare Macedonicum,quod eſt Aegæi pars,Macedoniam ab ortu abluẽs. Macedonius,a,um. Ouid.12.Metam. Qui clypeo, gladioq;, Macedoniaq; fariſſa.

Macella,μάκελλα,urbs Italiæ ſic dicta, ἀπὸ τοῦ μαλακιωθῆναι ἐν αὐτῇ φιλοκτήτην, hoc eſt,quod Philoctetes in ea ægrotauerit. Gẽti le Macellæus, Stephan.

Macellus,uiri nomen. uide Macellum in Latinis dictionibus.

Maceſtus,μάκιστος,fluuius eſt Myſiæ, in Rhindacum influens. Plin.lib.56.cap.31.

Macherus, untis, μαχηροῦς, Steph. arx Iudææ,ſecundum olim ab Hieroſolymis dignitatis locum obtinens. Plinius lib.5. cap.16.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ma halaum,nomen Græcum,compoſitum ex μάχη, quod pugnã ſignificat: & ἀλαὸς, cæcum & errantem. oppidum in Brixiano agro, Inſubrum clade nobile.

Machaon,μαχάων,filius fuit Aeſculapij & Arſinoes (alij Coronidis,alij Heſiones filiæ Meropis,alij Xanthiones filium faciunt) Podalirij frater,& medicus inſignis, qui etiam cũ reliquis Græciæ principibus ad Troiam uenit. Tandem ab Eurypylo occiſus.Verg.lib.2.Aeneid. Pelidesque Neoptolemus,primusq; Machaon.De eo etiam Homerus 2.Ili. Ab eo Machaonius deducitur. Vnde Machaoniam artem poetæ uſurpant pro Medicina.

Machlyæ, μάχλυες, Herod. populi Africæ ſupra Naſamones, quos Androgynos eſſe tradit Calliphanes,utriuſque naturæ inter ſe uicibus coeuntes. His Ariſtoteles tradit dextrã mammam eſſe uirilem, læuam muliebrem.Plin.lib.6.cap.2.

Macidos,urbs Thraciæ,quam Ptol. Madi nominat degenere uocabulo.uide Vadianum in Melam,lib. 2.in deſcriptione Thraciæ.

Maciſtus, μάκιστος Stephano, oppidum eſt Triphyliæ, hoc eſt Elidis,quod Caucones inhabitarunt: ita dictum à Maciſto fratre Phryxi.Plin. lib.4. cap.6. Maciſtum enumerat inter Arcadię ciuitates.

Macra,campus Iudææ,teſte Strab.lib.16.

Macras,regio Iudææ,mari proxima:de qua Strabo lib.16.

Macra,fluuius eſt ex Apennino fluens,Liguriam ab Hetruria diuidens,ut ſcribit Plin.lib.3.cap.5. & iuxta Lunam ciuitatem in Tyrrhenum mare influens.uide Strabonem libro 5. *Eſt & inſulæ nomen in Carcinite ſinu,teſte eodem Plin.libro 4.cap.13.Ptolemæo Marcalla dicitur.

Macris,μάκρις,inſula eſt exigua, Eubœæ adiacens, olim eius pars,donec imperu maris fuit abſciſſa. uide Plin. li.2.cap. 88. Stephan. Eubœam ipſam olim Macrim uocatam tradit.

Macritius,μακρίτιος,uir Coûs fuit,Sinopes celeberrimæ Ponti urbis conditor.uide Steph.in dictione Sinope.

Macrobij,μακρόβιοι, populi ſunt Aethiopiæ ultra Meroen, ut inquit Solinus,quibus dimidia protenſior eſt uita,quàm noſtra.Iuſticiam colunt,amant æquitatem, plurimum ualẽt robore,& forma ſunt pulcherrimi.

Macrobius,μακρόβιος,uiri Conſulares nomen eſt,qui fuit Seruij coætaneus,qui in Som.Scip. Commentariorum libros duos,alioſq; ſeptem Saturnaliorum conſcripſit.

Macrocenij montes,uide Macrocrennij.

Macrocephali,μακροκέφαλοι, populi ſunt Themiſcyrę regionis,quæ Ponto & Colchidi proxima eſt. Horum meminit Plin.lib.6.cap.4.& Mela lib.1.

Macrochir,μακρόχειρ, cognomen fuit Artaxerxis Aſſyriorum regis, ideo illi impoſitum, quòd alteram manum haberet longiorem.Latini Longimanum uertunt.

Macrocrennij, montes ſunt non procul ab Iſtri fluminis oſtijs.Plin.lib.4.cap.12.

Macrones,pen.prod.μάκρωνες,populi Iberię,Albinis finitimi. Plin.lib.6.cap.7.

Macron tichos,μακρὸν τεῖχος,oppidum eſt Thraciæ non procul ab Iſthmo Cherroneſi,ita dictum à longo muro, quem Milciades ibi à Propontide ad Melanem ſinum duxit,Cherroneſum à reliqua excludẽs Thracia.Autor Plin.li.4.ca.11.

Macropolis, μακρόπολις, agri Syracuſani oppidulum, quod & Euryalus appellatur Stephãno.

Macryes,μάκρυες,Libyę populi ſunt Stephano,ijdẽ,opinor,cũ ijs quos Herodotus & Plin Machlyes uocant.uide ſuprà.

Mactorium,μακτώριον,urbs Siciliæ,apud Stephanum.

Macyberna,uide Meciberna.

Macynia,μακύνεια,oppidum eſt Aetoliæ,in Thaphiaſſo monte ſitum:de quo Strabo lib.10.& Plin.li.4.cap.2. Apud Stephanum Macrynia legitur,ſed corruptè,quod & ipſa literarum ſeries,& alphabetici ordinis lex ſatis indicat.

Madaura,μάδαυρα,ciuitas in confinio Getuliæ ſita, & Numidiæ,à qua Apuleius Madaurenſis eſt appellatus.

Madaurenſe,Plin.lib.5.cap.4.urbs in Africa libera.

Madi,uide Macidos.

Madian,μαδιὰμ, urbs quædã ab uno filiorum Abraham ex Cethura ſic uocata,quæ,teſte Hieronymo,eſt trans Arabiam ad meridiem in deſerto Sarracenorum,contra Orientẽ maris Rubri.Vnde uocantur Madianei,& Madianea regio. Legimus & filias Ioab,ſoceri Moſi, filias Madian. Sed hæc ciuitas homonyma eius, iuxta Arnone & Ariopolim, cuius ruinæ nunc tantum modo demonſtrantur.uide Mandreni.

Madytus,μάδυτος,ἡ μάδυτα,urbs Helleſponti. gentile Madytius uel Madyteus.Stephan.

Mæa,μαία,ciuitas ad Helleſpontum,Stephano.

Męander,μαίανδρος,cum diphthongo, qui & Mæandrus, fluuius Phrygiæ,ſiue Mæoniæ,qui oritur è lacu in mõte Aulocrene,plurimisque affuſus oppidis, & repletus fluminibus crebris,ita ſinuoſus redditur flexibus,ut ſæpe ad fontẽ credatur reuerti. uide Plin.lib.5. cap.29.Ouid.lib.9. Metam. Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in undis Ludit, & ambiguo laſtu refluitque,fluitq;. Mæander, inquit Strabo,flexuoſus eſt,quoniam alueus multas recipit mutationes,& multum limum deducens modò huic,modò illi ripæ adijcit.Hũc poetę fingunt Oceani & Terręfilium fuiſſe,& Cyaneen Nympham genuiſſe, quam poſtea Miletus Solis filius oppreſsit,& ex ea Caunum & Byblidem ſuſceperit.uide Ouid.9.Metamorph.*Vnde obliquitates omnes Mæandros ueteres appellarũt:ut quũ res agiſ nõ ſimpliciter,ſed uafris & obliquis cõſilijs.Iumpta metaphora à fluuio Męandro,qui ſinuoſus ac flexuoſus labitur:unde & nomen habere uidetur,quaſi oberret,quærens hominum cõſortia.Cic. in Piſo.Quos tu Męandros, dum omnes ſolitudines perſequeris,quæ diuerticula, flexionesq; quæſiſti? *More Męandri illud fieri dicitur, quod tortuoſe flexuoſeq; fit.Col. lib 8.ca.17.Oportebit autem nõnullis locis molas interciди more Męandri,paruis,ſed anguſtis itineribus. * Mæander etiam,teſte Nonio, pictuſæ genus eſt, in morem labyrinthorum flexuoſis ambagibus implexũ, quod oris chlamydum addi ſolet.Verg.5.Aen. Victori chlamydem auratam, quam plurima circuin Purpura Męandro duplici Meliboea cucurrit.Vbi Seruius,Mæandro duplici,flexuoſo.Et hoc dicit,Erat in chlamyde, flexuoſa, & interſe remeabilis purpura,in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. Feſt. neut.gen.Męandrum uocat hoc genus picturæ.Mæandrũ, inquit,genus picturæ,dictum à ſimilitudine flexus amnis, qui appellatur Męandrus. * Hoc etiam nomine dictus eſt mons Indiæ.

Mædi,μαιδοι,populi ſunt ſupra Macedoniam ſiti,Triballis & Dardanis uicini:quorum meminit Plinius lib.4.cap.1.Scribitur autem hæc dictio per æ diphthongum in prima ſyllaba,ad differentiam Medorum qui in Aſia ſunt, Parthis finitimi.

Mænades,μαίναδες,dictæ ſunt mulieres,quæ inſanientium ritu Bacchi Orgia celebrabant: unde & Bacchæ dicuntur. Mænades autem dictæ ſunt à uerbo Græco μαίνεσθαι,quod ſignificat inſanire. Iuuen.Sat.6.cui incq; rorant ululãte Typo Mænades.

Mæna'us,μαινάλιον Stephano,in ſingulari numero maſcul.gener.teſte Diomede,& in plurali,Męnala,neut.gen.Arcadię mons altiſsimus,non procul ab Argis,pinis refertus,ita dictus ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, quod eſt furere, & inſanire:aut certè à Męnalo Lycaonis filio,ut annotauit ſcholiaſtes Theocriti. Verg.10.Eclog. Piniferillum etiam ſola ſub rupe iacentem Męnalus.Idem 8.Eclog.Męnalus,argutumq;nemus pinosque loquentes ſemper habet.Idem 1.Georg.tua ſi tibi Mænala curę, Huc ades ó Tegeææ fauẽs.*Eſt & Mænalus,Stephano μαίναλος, nomen ciuitatis Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio.

Mænalius,a,um,quod eſt ex Męnalo.Vnde Bacchus dictus eſt Męnalius.Et aper Męnalius, quẽ Hercules Euryſtheo attulit.Et uerſus Męnalius, id eſt Arcadicus.Verg.8.Eclog.Incipe Męnalios mecum mea tibia uerſus.

Mænaria,μαινάρια,inſula eſt in mari Liguſtico:ita dicta à Mænis piſcibus,quorum ibi magna capitur copia.Meminit inſulæ huius Plin.lib.3.cap.6.

Mænobora, μαινόβωρα, urbs Maſtienorum.gentile Mænoboreus,Stephanus: qui alibi Maſtianos ad Herculis columnas habitare ſcribit.

Męnoles,μαινόλης,dictus eſt Dionyſius,ꝙ Latinè totum furẽ ſignificat:ſiue quòd uino cõtrahitur ebrietas,quæ ſpetem ſignificat:ſiue quòd à mulierib.furentibus, quas Bacchas uocabant,aut Mænadas,ſacra eius celebrabantur.

Mæonia, μαιονία,Lydia eſt, regio minoris Aſiæ, Phrygiæ ab exortu Solis uicina, ad Septentrionem Myſiæ, Meridiana parte Cariam amplectens, ad Occaſum ſupra Ioniam excurrens: ita denominata à Mæone fluuio, ut Stephano placet.

placet. Męoniam Strabo lib. 13. κεκαυμένην χώραν, hoc est exu stam regionem uocat: eamq; arboribus prorsus carere tradit præter uitem, uini iucundissimi feracem. Summam autē camporum faciem cinerulentam esse, petrosam & nigram, adustionis quandam similitudinem retinentem. Imminet autem Męoniæ Tmoli montis rupes altissima, ex qua Pactolus fluuius defluit, aureas trahens arenas: unde & Chrysorrhoas dicitur. * Inde Bacchus dictus est Męonius. Verg. 4. Georg. Cape Męonij carchesia Bacchi. * Item Lydi dicti sunt Mæonidæ: & mulieres Lydiæ, Mæonides. Ouid. 6. Metamorph. Mæonis elusam designat imagine tauri Europam. Quo in loco Mæonis accipitur pro Arachne puella Lydia.

Męon, onis, penul. genitiui corr. μαίων, pater fuit Homeri: unde & ipse dictus est Mæonides: ipsius q; poemata, Carmina Mæonia passim appellantur à poetis. Martialis, Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Mæotis, pen. prod. μαιῶτις, palus Scythica in regione Septentrionali iuxta Phasidis ostium hyeme congelascens: Tanaim aliosq; innumeros ferè recipiens fluuios, & Cimmerio Bosphoro à Ponto Euxino discreta: ita dicta ab accolis, qui Męotæ appellantur: de quo uide testimonium Plinij in dictione Męotæ. Lucan. lib. 3. Quaq; fretum torrens Męoti dos egerit undas. * Aliquando utimur hoc nomine tanquā patronymico fœminino. Iuuen. Satyr. 15. Tale quid ex cusas Męotide fœuior ara Aegyptus? Quo in loco Aram uocat Mæotidem, quæ erat in Taurica regione Thraciæ, quæ non procul abest à Męotide palude.

Męoticus, a, um. ut Męotica tellus, Mæotica unda, quę passim legitur apud poetas.

Męotæ. pen. prod. μαιῶται, dicti sunt populi Scythiæ, non procul à Męotide palude, quæ ab illis nomen sumpsit. Plin. lib. 4. cap. 12. 'A Buge suprà Męotin Sauromatę, & Essedones: at per oram ad Tanaim usq; Mæotę: à quibus lacus nomen accepit.

Magarsus, μάγαρσος, oppidum Cilicię iuxta Mallum: de quo Plin. lib. 5. cap. 27. Stephano uerruca est editissima, non oppidum.

Magdolus, μαγδώλος, Aegypti oppidum apud Stephanum: cuius incolę dicuntur Magdolitæ.

Magi, μάγοι, populi sub Caucaso monte siti è regione Bactrianorum, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

Magia, Illyrici oppidum est Stephano, cuius incolæ Magiatę dicuntur, & Magiani. * Est & Magia fontis nomen in agro Syracusano apud eundem.

Magna Gręcia, dicta est ea pars Italię, quę à Tarento usq; ad Cumas est, uel (ut Plinius libro 3. refert) quæ à Locris Italiæ fronte, ad Tarentum usq; protenditur. Sic dicta (ut Festus putat) quòd multæ magnæq; ciuitates in ea fuerint à Grœcis conditæ. uide Iust. lib. 20. Verg. 3. Aen. Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graijs. In ea habitauerūt Pythagoras philosophus, & Architas, Parmenides, & Zeno eiusdem sectatores, & Ennius poeta. à quibusdam tota Italia dicta est maior Grœcia. Ouid. in Fastis, Itala nā tellus Græcia maior erat.

Magnata, μάγνατα Ptolemæo, urbs Hiberniæ, à qua Magnatę populi uocati sunt. uide Ptolemęum lib. 2. cap. 2.

Magnes, μάγνης Suidæ, Athenienſis antiquæ Comœdiæ scriptor tempore Epicharmi, docuit fabulas nouem, uicit duabus. * Magnes item alter Smyrnæus puer, præ cæteris mortalibus formosus, poetica insuper & musica ornatus, corona insignis aurea, ac habitu molliore indutus, ciuitates obibat, multis dilectus, præsertim Gygi Lydorum regi. Parentes autem probrum huiusmodi perosi, capta occasione comam eius inciderunt: uestem, ornatumq; omnem laceraue runt. Qua re commotus Gyges, in Magnesios bellum mouit: quibus tandem superatis reuertens, Sardibus panegyricum celebrauit magnificentissimum. Suid.

Magnesia, μαγνησία, Macedoniæ regio, Thessaliæ annexa. de qua Plin. lib. 4. cap. 9. * Est & Magnesia Ioniæ oppidum ad Męandrum fluuium, distans ab Epheso (sicut scribit Plin. lib. 5. cap. 29.) XVI. M. pass. circa quam L. Scipio Asiaticus Antiochum regem magna clade affecit.

Magnessa, æ, μάγνησσα Stephano, mulier è Magnesia regione Thessaliæ annexa: aut è Magnesia Ioniæ ciuitate. Horat. li. 3. Carm. Ode 7. Magnessam Hippolytē dum fugit abstinēs. Masculinum eius est Magnes, etis: quod de se facit fœmininum Magnessa, quemadmodum à masculino Cres fit fœminino Cressa.

Magnetes, μάγνητες, qui & Magnesij, μαγνήσιοι, populi uocati sunt. Lucan. libro 6. Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.

Magnus Portus, μέγας λιμήν, Mauritaniæ Cæsariensis oppidū est, à portus spacio ita appellatū: ut tradit Plin. lib. 5. cap. 2.

Mago, nobiliū aliquot Pœnorum ducum nomē fuit, quorum primus rem ac disciplinam Carthaginensium uehementer auxit. Is ante ullum Punicū bellū, ut Liuius & Trogus referunt, cum CXX. nauibus bello Tarentino auxilio uenit Romanis, ægrè ferens Italiā ab externis inuadi. Cui actę à Senatu gratię, auxiliaq; remissa. Duos moriens filios reliquit, Asdrubalem & Annibalem, de quib. autè scripsimus. * Mago, Annibalis frater, causa uictoriæ apud Trebiā fuit, sed apud Locros à Manlio clausus, ab Annibale liberatur. Liuius quoq; lib. 30. scribit Magonem Annibalis fratrem, in agro Insubriū uulneratum, quum in Africam per legatos reuocatus nauigaret, apud Corsicam obijsse. * Mago alius, à Scipione capitur apud Carthaginem in Hispania, Romāq; per Lælium mittitur. * Mago deniq; Afer, qui de re Rust. duodetriginta uolumina scripsit, de quo Columella lib. 1. sic ait: Veruntamen Carthaginensem Magonem uel rusticationis parentem ueneremur. Nam huius octo & uiginti memorabilia illa uolumina ex Senatusconsulto in Latinū sermonem conuersa sunt. Huius Magonis meminit & Seruius, quem Vergilium in Georg. scribit esse imitatum. Item M. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 1. & Plin. lib. 18. cap. 2. * Mago item oppidum est in minoribus Balearibus, ut scribit Pomponius in fine lib. 2.

Magog, μάγογ, nomen uiri, filij Iaphet proprium: à quo (ut ait Iosephus lib. 1.) Magogæ dicti sunt, qui à Grœcis Scythæ dicuntur.

Maia, μαῖα, Atlantis filia fuit ex Pleione nympha, ex qua Iupiter Mercurium susceptit. Verg. 8. Aeneid. Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum uertice fudit. At Maia (auditis si quicquā credimus) Atlas, Idem Atlas generat, cœli qui sidera sulcit. * Fuit & altera hoc nomine Fauni filia, cui in mellario uase, nō mel, sed uinum sacrificabāt. * Maiam itē Græci amitam & materteram uocāt: itē nutricē & obstetricē: deniq; mulieres omnes natu grādiores honoris gratia Maias salutabāt. * Est itē Maia, cā crorū genus maximū apud Aristotelem lib. 4. Animal. μάια.

Maiestas dea, Maius mensis, hæc uide in Appellatiuis.

Malaca, μαλάκη, Stephano ciuitas in Hispania Bætica. Mela libro 2. Syga oppidum eregionè Malacam urbem Hispanię contemplatur.

Malchus, μάλχος, sophista fuit Byzantius, qui scripsit historiā à Constantino usq; ad Anastasium. Suidas.

Malconseglio, uide Scordona.

Malea, μαλία, μαλίαι, pe. indifferente, promontorium Laconię, quod per quinquaginta millia passuum in mare protenditur, ubi periculosa est nauigatio, propter aduersos uentorū flatus. Hinc est illud Prouerbium, Quū ad Maleā deflexeris, domesticos obliuiscere. Verg. lib. 5. Ionioq; mari, Maleęq; sequacibus undis. Srat. lib. 7. Theb. Raucæ circunsonat ira Maleę. Dicta Malea, à Maleo Argiuorum rege, qui in ea tēplum pulchrum construxit, quod Maleoticum appellauit. * Maleacus sinus, uide Maliacus.

Maleuentum, Hirpinorum urbs, postea auspicatioris ominis gratia Beneuentum appellatum. uide Plin. lib. 3. cap. 11.

Maleus, μάλιος, per simplex l, mons est Oretum, Indicę gētis, iuxta quem umbrę æstate in Austrū, hyeme ad Septentrionem iaciuntur.

Maliaca, Hispaniæ Tarraconensis urbs Ptolemæo libro 2. cap. 6. Vulgò Malgrado.

Maliacus sinus, μαλιακὸς κόλπος, Locrorū Epicnemidiorū est, eregione Euboeæ, in quem Sperchius fluuius influit, teste Ptolem. ita dictus à Maliceo oppido, cuius meminit Steph.

Maliea, μαλίαι, urbs Thessaliæ, à qua populi Maliees, & mare uicinum Malieum dicitur. uide Strabonem lib. 13.

Μάλιος Stephano, urbs dicta à Malo filio Amphictyonis, aut Amyri Bœoti. Hinc sinus Maliacus. Gentile Maleus & Maleates, quod etiam à Malea promontorio Laconię deriuatur Stephano. uide Melos.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mallada, μαλλάδα, urbs Perſica. gentile Malladenus, Steph.

Mallois, entis, μαλλόεις, locus in Lesbo, ubi Apollinis templũ eſt, ἀπὸ τοῦ μήλου τῆς μαντοῦς, Steph.

Malimnus, μάλιμνος, Siciliæ mons eſt apud Theocritum, malis, hoc eſt pomis refertus.

Malli, μαλλοί, Indiæ populi, à Mallo monte uicino ita dicti. Authores Plin. lib. 6. cap. 17. & Strabo lib. 15.

Mallos, μαλλός, Cilicię oppidum clariſsimum, à Mallo conditore ita appellatum, ut ex Callimachi ſententia refert Stephanus. Luc. lib. 3. Mallos & extremæ reſonant noualibus Aegæ. Hodie uulgò Malo.

Malliotes, μαλλιώτης, pen. prod. à Græcis appellatur mons Ida, ab ouium multitudine. Nam μαλλιωτὴ, apud eos ſignificat uellus, uel pellem lanatam. uide Cælium lib. 25. cap. 1.

Mallus, μάλλος, mons eſt in ea parte Indiæ, quæ eſt intra Gangem, à quo uicini populi Malli μαλλοί, appellantur. Author Plin. lib 6. cap. 17.

Malſane, es, μαλσάνη, oppidum eſt fœlicis Arabiæ: à quo fit gẽtile Malſanites. Stephanus.

Malus, μάλος, uide Maliea, & Pyramus.

Malys, uide Mempricus.

Mamarcina, μαμάρκινα, urbs Auſoniæ. gentile Mamarcinæus. Steph

Mambre, μαμβρῆ, mons iuxta Hebron.

Malua, Aphricæ fluuius, Cæſarienſem Mauritaniam à Tingitana dirimens, teſte Ptolemæo lib. 4. cap. 1. Plin. lib. 5. cap. 2. Maluanam appellat.

Mamaus, μάμαος, fluuius eſt Peloponneſi, in tractu Triphyliæ, non procul à Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Author Strabo lib. 8.

Mamblia, oppidum Aethiopiæ, ab ea parte qua Africam ſpectat. Author Plin. lib. 8. cap. 29.

Mamercus, præſul fuit Viennenſis, qui teſte Ptolemæo Lucẽſi, anno CCCCLIIII. ſupplicationes primus inſtituit, quas Rogationes noſtri uocant, ob frequentes terræ motus, quibus ea regio infeſtabatur. Volaterranus. * Mamercus item Pythagoræ filius fuit, inſigni humanitate, à quo Aemylia gens appellationem traxit.

Mamertus, Oſcorum prænomẽ, à Matre deductum, quem illi Mamertem appellarunt.

Mamers, lingua Oſcorum dictus eſt, qui à Romanis detractione unius ſyllabæ Mars, & à poetis per epentheſim Mauors appellatur. ἄρης.

Mamertus, Corinthius, filios fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit, maximo ſuo malo. Nam ubi Siſapo factum reſciuit, eum membratim diſcerpſit, ut eſt author Ouidius in Ibin.

Mamertini, μαμερτῖνοι, populi Campani, qui quum Meſſanam colonos miſiſſent, ipſi quoq; Mamertini potius, quã Meſſanenſes ſunt uocati: & uinũ eorum, cuius ager ille feraciſsimus eſt, Mamertinum, teſte Plin. lib 14. cap. 6. non Meſſanẽſe appellatum eſt. Martial. li. 13. Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta, Sidetur, quoduis nomen habere poteſt. Dicti à ciuitate Mamertia, quę à Lacedæmonijs ſubuerſa fuit, quòd Meſſenij quinquaginta uirgines Lacedæmonias uiolare tentaſſent: & non cõſentientes, eas occidiſſent. Stephanus μαμάρτιον uocat. (traxit.

Mamilla, æ, Telegoni filia fuit, à qua Mamiliorũ familia nomẽ

Mamurius, μαμούριος, faber ærarius laudatiſsimus, qui tẽpore Numæ floruit, & Saliorum ancilia confecit, ad ſimilitudinẽ eius quod de cœlo deciderat. De hoc ſic ſcribit Feſtus: Mamurij Veturij nomẽ frequẽter in cãtib. Romani frequentabant: hac de cauſa, Numa Pompilio regnante, è cœlo cecidiſſe fertur ancile, id eſt ſcutum breue: quod ideò ſic appellatum eſt, quia ex utroque latere erat reciſum, ut ſummum infimumq; eius latus medio patẽret: unaq; edita uox eſt, Omnium potentiſsimam fore ciuitatem, quàm diu id in ea manſiſſet Itaq; facta ſunt eiuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cœleſte poſſet. Probatum opus eſt Mamurij Veturij, qui præmij loco petijt, ut ſuum nomen Salij inter carmina canerent. Hæc ille. Ouid. 3. Faſtor. Inde ſacerdotes operi promiſſa uetuſto Præmia perſoluunt, Mamuriumq; uocant.

Mamurra, Formijs natus, eques Romanus, & præfectus fabrorum C Cæſaris in Gallia, qui primus Romæ in Cælio monte parietes domus ſuæ marmore incruſtauit, nullamq; in ædibus colũnam habuit, niſi è marmore: omnesq; ſolidas è Caryſtio, aut Lunenſi. Hic eſt ille Mamurra, Catulli Veronẽſis carminib. Pſciſſus, qui domũ eius dixit habere, quicquid habuiſſet Comata Gallia. Hæc Plin. lib. 36. cap. 6.

Manæthus, μανέθως, Aegyptius fuit ex Dioſpoli urbe ortus, qui de Phyſiologia, & de Aſtrologia iudiciaria carmen reliquit. * Fuit & alter hoc nomine Mendeſius, ſacerdos apud Aegyptios. Vtriuſque meminit Suidas.

Manalis, uide Mano uerbum.

Mancinus, μάγκινος, Conſul fuit Romanus, qui quòd ignominioſam cum hoſtibus pacem erat pactus, ad liberandos reliquos Romanos hoſtibus fuit deditus.

Mandane, es, μανδάνη, Aſtyagis Medorũ regis filia fuit, quæ patri per quietem uiſa eſt tantum urinæ reddere, ut totam Aſiam inundaret. Quare quum ex Magis didiciſſet, fore ut qui ex filia ſua naſceretur, Aſiæ imperium obtineret, Medorum nemini eam tradere uoluit uxorem: ſed Cambyſem quendam mediocris dignitatis Perſam ſibi generum delegit: ex quo quum illa grauida eſſet effecta, rurſus Aſtyages ſomniauit, ex filiæ utero uitem egredi, quæ totam Aſiam obumbraret. Quo ſomnio exterritus, filiam grauidam ad ſe accerſit, filiumque ex eo natum cuidam ex intimis familiaribus, Harpargo nomine, tradit necandum. Qui quum per ſe ipſe tam triſte miniſterium nollet exequi, Mitradati regio paſtori negotium illud committit. Huic uxor erat nomine Spaco, quæ ſub idem ferè tempus mortuum enixa erat partum. Quare quum regium puerum intueretur forma inſigni præditum, eum pro ſuo educauit: qui poſtea ab auo agnitus, & in Perſidem ad matrem remiſſus, ubi primùm adoleuit, Harpagi inſtinctu Aſtyagi bellum intulit, eumq; in prælio captum, quoad uixit, penes ſe habuit. uide Herodotum lib. 1.

Mandanis, μάνδανις, Gymnoſophiſta fuit inſignis apud Indos, quem quum Alexander per internuncios ad Iouis filij epulum uocari iuſſiſſet, & parenti ampliſsima præmia, detrectanti uerò grauiſsimum proponere cruciatum, cõſtantiſsimè ferunt reſpondiſſe, nec illum Iouis filium eſſe, nec magnæ parti terrarum imperare: nec ſe illius donis perinoueri, cui nulla eſſet ſatietas: nec minas perrimeſcere, quòd uiuenti India abundè multa eſſet ſuppeditatura: mortem uerò tantum abeſſe ut formidaret, ut multis etiam uotis eam expetereret, quæ ſeſe marcida ſenio carne liberatum, in puriorem meliorem q; uitam immutaret. uide Strabonem lib. 15.

Mandarę, μανδάραι, oxytonum, pars Cyri Macedonicæ. incolæ, μανδάραι, oxytonum. Steph.

Mandianitæ, uide Mandreni, & Madian.

Mandreni, & Mandianitæ, μανδρηνοὶ καὶ μανδιανῖται, populi Arabiæ. Vtuntur autem Arabes duobus his typis gentilitũ. Steph. uide Madian.

Mandonius, dux Hiſpanus, partes Romanorum cũ Scipione Africano in Hiſpania iuuit: deinde Scipione ægrotante, ſeditione agitare, in Romanos q; inſurgere cœpit: quem quũ Scipio morbo liberatus cõprehendiſſet, ueteris officij memor, tantùm caſtigatum uerbis dimiſit. Liuius lib. 39.

Mandro, fuit nauicularius quiſpiam, qui aſpirante fortuna, tandem factus eſt Imperator: unde etiam factus adagio locus, in eos qui præter meritum ad opes euecti, priſtinæ cõditionis non meminerunt.

Mandropolis, μανδρόπολις, oppidum eſt Phrygiæ à quo Gentile Mandropolites, μανδροπολίτης, Stephano.

Mandurium, μανδύριον, oppidum Iapygiæ, hoc eſt Apuliæ: à quo fit gentilẽ Mandurinus, Steph.

Manes, pro dijs inferis, uide in Latinis dictionibus.

Manes, μάνης, hæreſiarcha fuit tẽpore Aureliani Cæſaris, gente Brachmanes, tantæ dementiæ, ut ſe Spiritũ Paracletũ eſſe aſſereret, à Chriſto promiſſum, à quo Manichæorũ ſecta fluxiſſe traditur. Hic tandẽ à Perſarum rege, quòd eius filium, quem repulſis omnibus medicis ſanandum ſuſcepe rat, interemiſſet, uiuus excoriatus eſt. Author Suidas.

Manes, fluuius eſt, ſiue potius torrens, Locrorum Epicnemidiorum, Thronion præterfluens: interdum ram exiguus, ut bi tranſeuntis uix tingat pedes: interdum tam latus, ut in bina diffundatur iugera. Alio nomine Boagrius appellatur. uide Strab. lib. 9.

Maneſium, μανήσιον, Phrygiæ oppidum, à diuite quodam, cui Manes nomen fuit, ita appellatum. Steph.

Mane-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Manethus, uide paulo antè Manæthus.

Manethusa, urbs Cretæ insulæ, apud Pompon. Melam lib. 2.

Manichæi, hæretici. uide suprà Manes.

Manilius Octauius, à quo Manilij fluxere: is Tusculanorum dux, & Tarquinij gener, ad quem ille post fugam se recepit, eiusq; auxilio Romanis intulit bella. Liuius lib. 1.

Maniolæ, insulæ ex aduerso Indiæ extra Gangem, in quibus tradunt nauigia, quæ clauos ferreos habẽt, detineri, nec ulterius progredi, nequando lapis Herculeus, qui circa ipsas gignitur, illa ad se trahat. Eas tenent Anthropophagi, Manioli dicti: sicut scribit Ptol. lib. 7.

Manius, prænomen est, quo Romanorum quidam appellati sunt, quòd manè nati essent: quemadmodum Lucij dicebantur, qui prima luce nascebantur. Hoc prænomine appellatus est Martius quidam, qui, ut scribit Plin. lib. 18. cap. 3. in summa annonæ caritate populo singulos frumenti modios singulis assibus uendidit.

Manliana, urbs Lusitaniæ Ptol. uulgò Mõs maior. * Manliana itẽ, Tuscorũ urbs, Ptolem. hodie Mallianũ, Pontificũ uilla.

Manlius Capitolinus, prænomine Marcus, nobilis Romanus fuit, qui rem male gestam à Consulibus ad Alliam contra Gallos Senones, uidens in mœnibus urbis parum esse præsidij, lecta milleiuuenum manu, arcem Capitolinam occupauit, & à ui hostium seruauit intactam. A qua tamen ipsa arce, quòd inaffectati regni suspicionẽ ueniisset, postea præcipitatus est cautumq; est Senatusconsulto, ne quis ex Manlia gente Marcus diceretur. De huius fortitudine uide Plin. lib. 7. cap. 8. Historiá hanc scribit Seruius, enarrãs illud Vergilij, In limmo custos Tarpeiæ Manlius arcis. * Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomẽto imperiosus, quòd sæuissimi exempli autor fuerit, filio suo maximę spei iuuene, quòd contra imperium suum in hostẽ pugnasset, uirgis cæso, & securi percusso. Atq; inde, Imperia Manliana dicta, apud Liuium Decadis primæ lib. 4. De hoc uide Gellium lib. 9. cap. 17. * Manlius Torquatus alius fuit, qui ob ingenij & linguę tarditatem à patre in prædia rusticana relegatus fuit: patremq; iudicio exemit à Marco Pomponio accusatum, ut scribit Liu. lib. 4. Decadis 1. * Manlius Volso, cuius meminit Liu. lib. 8. de bel. Maced. Cn. Manlius Volso, inquit, Consul in Asia acceptis à L. Scipione copijs, & exercitu lustrato, contra Gallogræcos bellum gessit, eisq; superatis reuertens, quum in æde Bellonæ triumphum peteret, decem legati, qui cum eo missi fuerãt, restitere: inter quos L. Furius Purpurio, & L. Aemylius Paulus dicebant se legatos Cn. Manlio datos, pacis fœderisq; cum Antiocho ineundi gratia: Manlium autem operam dedisse, ut eam pacem turbaret, multosq; nobiles uiros in exercitu sua temeritate morti obiecisse: uicit tamen amicis atq; cognatis suffragantibus, res fœliciter gestas, & exercitũ integrum reportatũ dicentibus. Triũphus igitur ei decretus. Hactenus Liuius. * Manlius item alius fuit, Proconsul Hispaniæ: cuius meminit Liu. lib. 50. Autor Valer. Max. lib. 6. cap. De seueritate. * Manlius itẽ Torquatus alius, Ciceronis temporibus, uir doctus, ex Rhodia disciplina Molonis, natura ad dicendum nec satis solutus, neq; expeditus. Cui si uita suppediтasset, sublato ambitu Consul factus esset. Plus facultatis habuit ad dicendum, quàm uoluntatis. Itaq; studio huic non sufficit. Hæc Cicero. * Fuit præter hos L. Manlius Torquatus, cui etsi nõ erat, inquit Cic. oratio quam Græci politicen dicũt: erãt in eo plurimæ literæ, nec eæ uulgares, sed interiores quædam & reconditæ: summa uerborũ & grauitas, & elegantia: atq; hæc omnia uitæ decorabat grauitas: me quidẽ admodũ delectabat. Pædianus autẽ de eodem sic scribit: L. Torquatus, qui P. Syllã patris cõpetitorem in Cõsulatu accusauit, qua & ipse Sylla & collega damnati sunt. Rursus eum accusauit, quòd in coniuratione Catilinæ fuisset: defenditur à Cicerone, cuius extat oratio. * L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Seruilius fortè cœnaret, filiosq; eius deformes animaduerteret, Non similiter, inquit, Manli fingis & pingis. Ad quem Manlius, In tenebris, inquit, fingo, in luce pingo. Author Macrobius. * Manlius, etiam alius fuit cognomine Antiochenus, conditione seruus, arte Astrologus ac poeta, unà cũ Plotio poeta Mimorũ, & Taberio Erote grammatico conseruus, ex Asia una naui aduectus, teste Plin. lib. 35. cap. 17. * Fuit præterea alius hoc nomine, ex utero mortuæ matris exectus, quem Plin. lib. 7. cap. 9. scribit Carthaginem cum exercitu esse ingressum. * Manlius item Mathematicus, Romæ Augusti temporibus fuit. Cuius mentionem facit Plin. lib. 36. cap. 10.

Manliana imperia, dicuntur dura, seuera, & crudelia: quemadmodum à Græcis tyrannis & crudelitas, φαλαρισμὸς uocatur. Tractum prouerbiũ ab historia quam scribit Liuius lib. 4. ab Vrbe, de Manlio Torquato, qui filium, quòd contra edictum suum cum hoste pugnasset, uirgis cæsum, securi iussit percuti. Vide Erasmum in Chil. * Sunt & Manliana, malorum genera ab insitore sic dicta: ut tradit Plinius lib. 15. cap. 14.

Mannacarta, μαννάκαρτα, urbs Arabiæ. gentile Mánacartenus, Stephan.

Manthyrea, μανθυρία, uicus Arcadiæ. gentile Manthyreus.

Manneos, μάννεως, regio media inter fluuios, in qua habitant Arabes Manneotæ, μαννεῶται Steph.

Mannus, filius fuit Tuiscónis Dei, aliàs Teutonis, à quo Alemanni dici gloriantur. uide in Alemanni.

Mantalus, μάνταλος, Phrygiæ oppidum, ita dictum à Mantalo conditore. genrile Mantalenus, μανταλινὸς Steph.

Mantinea, pen. prod. μαντίνια, urbs Arcadiæ, quæ postea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni eius, qui Philippo Persæ patri curator regni fuit. Sed postea Adriani Imperatoris iussu rursus Mantinea fuit appellata.

Mantineus, a, um, ut prælium Mantineum, quod inter Thebanos & Lacedæmonios, eorumque socios, apud Mantineam contigit: in quo Epaminondas Thebanorum dux uictoria iam propemodum potitus, cecidit: ut est uidere apud Xenophontem de rebus Græcorum lib. ultimo, & apud Plutarch. in uita Epaminondæ.

Mantius, μάντιος, Melampi filius, ex Iphianassa filia Prœti, & pater Polyphidei, & Clyti: ut est uidere apud Homerum lib. 15. Odyss.

Manto, huius Mantûs, μαντὼ, mulier fatidica fuit, Tiresiæ Thebanorum uatis filia, quæ quum post patris obitum Creontis & Thesei tyrannidem fugeret, primùm in Asiam uenit: ubi Apollinis Clarij templum condidit: deinde etiam in Italiam, ubi ex Tiberi fluuio (ut poetæ fabulantur) uel ex Tiberino rege Ocnum peperit: qui postea ad Padum fluuium urbem condidit, quam à nomine matris Mantuam appellauit.

Mantua, æ, μάντια ἢ μάντουα Stephano, urbs est clarissima ab Ocno filio Tiberis, & Mantûs Tiresiæ Thebani uatis filiæ, ad Padum condita, & à nomine matris eius Mantua appellata. Vnde Verg. lib. 10. Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris, Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis, Qui muros matrisq; dedit tibi Mantua nomen. Poetarum clarissimo, illustrissimoque principe Vergilio Marone gloriatur Mantua, cuius fœlix ingenium tam omnes efferre debent, quàm imitari nulli possunt.

Mantuanus, a, um, μαντιανὸς, ἢ μαντουάτης, à Mantua possessiuum. Vnde Mantuanus Homerus, Vergilius dictus est. Fama Mantuana, Stat. 4. Sylu.

Manubiæ, & Manubrium, uide Manus.

Mapeta, μάπιτα, Sarmatiæ Asiaticæ urbs, authore Ptolemæo lib. 5. cap. 9. uulgò Copa.

Maracha, μαράχη, urbs Indica. gentile Marachius, Steph.

Maras, μάρας Suidæ, nomen proprium uiri ex Berœa, Syriæ ciuitate: qui ut ditissimus, ita humanissimus, & officiosissimus in omnes tum ciues tum hospites extitit. uide Suidã.

Maratheſium, μαραθήσιον, Ephesiorum oppidum in Caria: cuius incolæ dicuntur Marathesij. Steph.

Marathonia, μαραθωνία, oppidum Thraciæ, nõ procul ab Aberis: cuius incolæ dicuntur Marathoniatæ, Steph.

Marathon, μαραθὼν, Attici agri ciuitas, distans ab Athenis circiter decem millia passuum, non procul à Tricorytho, & Rhamnunte: morte Icari regis interfecti insignis, uictoriaq; Thesei, tauro Marathonio superato: similiter & Miltiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darij Persarum regis exercitu profligauit. * Est & Marathon, exiguum oppidulum Phocidis, ad mare, non procul ab Anticyra: ut est uidere apud Strab. lib. 9.

Marathonius, nia, nium, μαραθώνιος, unde taurus Marathonius dictus est, qui apud Marathonem à Theseo interfectus est. Hic est taurus amatus à Pasiphae, quẽ Hercules ex Creta eò abegit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Marathus,thi,μάραθος,antiqua Phœnicum ciuitas: cuius meminerunt Plin.lib.5.cap.20. & Strabo lib.16. * Stephanus item Marathum urbem in Acarnania collocat.

Marathusa,æ,μαραθουσα Stephano, insula ante Ioniam, Asiæ regionem, non procul à Clazomenis, cuius meminit Plin. lib.5.cap.31. * Est & Marathusa, Cretæ insulæ oppidum, apud eundem lib.4.cap.10.

Marcæum,μάρκαιον, mons Troadis, iuxta Geragithem incolæ Marcæifsij,Steph.

Marcella,μαρκέλλη,nomen mulieris Romanæ,quæ quum à matre rogata esset,gauderétne se nupsisse:ita ualde,respondit, ut amplius nolim.

Marcellus,nomen uiri clarissimi Romani proprium,cuius gesta & à Plutarcho,& ab alijs scripta sunt. Hic Gallorum ducem singulari certamine fudit,spolia legit: Annibalem primus uinci posse docuit: Syracusas per tres annos obsedit, & tandem expugnauit,quinquies Consul. Hic secundo bello Punico,dum ad occupandum collem quendam cum paucis proficiscitur,Annibalis insidijs circũuentus,occisus est, magnificeq; à Romanis sepultus.

Marclylas, latro fuit insignis in sylua Dodonæa, ut scribit Tortellius.

Marcomani,unico n,& pen. corr. μαρκόμανοι, populi Germaniæ,quos Cæsar cum Ariouisto Germanorum rege superauit.Hos Bohemos,uel Morauos putant esse. Statius lib. 3. Syluarum,Quæ modò Marcomanos post horrida bella,uagosq; Sauromatas.Vide & Strabonem lib.7.

Marculus, diminutiuum à Marco, inquit Festus. * Est etiam nomen instrumenti, quo fabri ærarij uti solent.Plin. lib. 7. cap.56. Tegulas inuenit Cinyra Agryopæ filius, & metalla æris,utrunque in insula Cypro:item forcipem, marculum, uectem,incudem.Martialis lib.12. Negant uitam ludimagistri manè,nocte pistores,ærariorum marculi die toto.

Marcus Antonius,orator.uide in Antonio.

Mardi,μαρδοὶ, populi Asiæ supra Pontum, non procul à Colchide:quorum meminit Plin.lib.5.cap.6. * Stephanus Mardos quosdam inter Hyrcanos collocat.

Mardones,μαρδόνες,gens Epirotica.

Mardonius, μαρδώνιος, ex præcipuis fuit Persarum satrapis, quem Xerxes prælio nauali apud Salaminem à Themistocle superatus, cum trecentis armatorum millibus in Græcia reliquit. Hunc postea Pausanias speciosissima uictoria apud Platæas superauit:ubi & Mardonius ipse occubuit,ab Arimnesto quodam Lacedæmonio lapide interfectus. Vide Herodotum lib.9.& Plutarch.in Aristide.

Marea,μάρεια,lacus est Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili fossis auctus:portum habẽs altero, qui ad mare est, multo utiliorem.Alio nomine dicitur Mareotis: ut testatur Strabo libro 17. * Stephano item Marea oppidum est Mareotidi lacui adiacens.

Mareotis,idis,μαρεῶτις,lacus in Aegypto, Alexandriam à Meridie alluens,multis Nili fossis, tum à superiorib. partibus, tum à latere adauctus, portum habens nobilem, eoque qui ad mare est multo utilorem.Author Strabo lib.17. * Mareotis præterea appellatur pars illa Libyæ,quæ est inter Cyrenaicam regionem & Aegyptum,à Ptolemæo Marmarica appellata.Eius descriptionem uide apud Plinium lib.5. cap.6. * Est præterea Mareotis pars Epiri,in qua uinum optimum nascitur:unde Mareotides uuæ dictæ sunt.Vergil.2.Georg. Sunt Thasiæ uites,sunt & Mareotides uuæ. Colum.lib.3.ca. 2. Mareoticæ uites.

Mareotæ,μαρεῶται,populi sunt in ea parte Libyæ, quæ Aegypto proxima est,quæ Mareotis Plinio,Ptolemæo Marmarica apppellatur.Vide Plin.lib.5.cap.6.

Margana,æ,siue Marganæ,arum,μάργανα,ἢ μαργάναι,oppidum Indiæ,ut ex Martiani sententia tradit Stephanus.

Margæa,μαργαία,nomen fontis in agro Syracusano,apud Pli. lib.3.cap.8.quo etiam nomine dicta est urbs in Elide: cuius meminit Stephanus.

Margiana, μαργιανὴ, regio Asiæ maioris, inclytæ apricitatis, ut inquit Solinus,ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenosas solitudines: in qua Antiochus Antiochiam extruxit:ut lib.10.& 11.scribit Strabo.

Margium, μάργιον, ciuitas Phrygiæ, postea Apollonia dicta, Stephan.

Margus, fluuius Asiæ,quem Ptolemeus lib. 6.cap.10. duobus fontibus ex montibus Seraphijs descendere tradit,& per Massagetas, qui Margianis uicini sunt,ac Dorbicas in Oxũ amnem deferri.

Maria,μαρία,fœmininum est à nomine Marius,& accentum in antepenult.habet:nam penultimam habet correptam,quẽadmodum & Marius.Claudianus de Nupt.Honorij,Præparat & pulchros Maria, sed luce minores Eligit ornatus. * Pro Deipara Virgine uult Valla Mariam nominatiuo casu legi,quemadmodum Abraham indeclinabile,& accentu in ultima.Nam apud Lucam ca.1.ubi legimus, Et nomen uirginis Maria, Græca lectio habet Mariã. Hebræi uerò Miriam dicunt duabus tantum syllabis:ut in Exodo cap.15. legitur de sorore Aaronis propheti ssa. Nos i, consonantem uertimus in primã uocalem.Hæc ferè Eras.in Annot. in Lucam.

Mariaba,μαρίαβα Steph. metropolis Sabæorum est. Strabo li. 16.Iuncti sunt his Sabæi,eorumq; metropolis Mariaba.

Mariammia, æ, μαριαμμία,Phœnices oppidum, cuius incolæ dicuntur Mariammitæ.Author Pausanias lib.6.

Mariana Colonia,Corsicæ insulæ ciuitas,ita dicta à C.Mario septies Consule,qui eò coloniam deduxit. Author Plinius lib.3.cap.6.

Marianæ fossæ,Narbonẽsis prouinciæ oppidum est, quod hodie Aquas mortuas uocant, ita dictum à uicina fossa à C. Mario ad mare usque ducta.Vide Ptolenæum lib.2.cap.10. Plin.lib.3.cap.4.& Strabonem lib.4.

Mariandynum,μαριανδύνα Stephano,regio in Asia sita est,Bithyniæ contermina,ubi Hercules Cerberum canem tricipitem ad superos traxisse dicitur, quem ferunt ibi uirulentam spumam in saxis euomuisse,ex qua ibi natum uolunt aconitum. Eius regionis incolæ dicti sunt Mariandyni, qui olim,teste Herodoto lib.1. Crœsi regis imperio paruerunt. Horum meminit Strabo lib.8.& Valerius Flaccus lib.4.Argonaut.Et Mariandynũm patrias penetrauit ad urbes.

Marianus, Ptolemæo Hispaniæ Bæticæ mons, uulgò Sierra Morena,saltus Castulonensis.

Marica, dea habita fuit litoris Minturnensium iuxta Lirim amnem.Horat.lib.3.Carm. Qui Formiarum mœnia dicitur princeps, & innantem Maricæ Littoribus tenuisse Lirim. * Fuit etiam Marica Fauni uxor,& regis Latini mater: ut testatur Verg.lib.7.Aeneid. - rex arua Latinus, & urbes Iam senior,longa placidas in pace regebat. Hunc Fauno & nympha genitum Laurenre Marica Accipimus.

Maridunum,μαρίδουνον,Britanniæ insulæ urbs,Ptolemæo lib. 2. cap.3.

Mariotis,lege Mareotis.

Maris fluuius Agathyrsorum in Istrum fluens, teste Herodoto libro 4.

Marium,μάριον Stephano,oppidum fuit in Cypro *insula*,*Plin.* lib.5.cap.31.

Marius,qui septies Romæ Consul fuit,ex municipio Arpinate humili loco fuit natus, multosque annos in uilla Cruernate uitam rusticã egit, procul ab urbanis delicijs.Hic per ordinem primis honoribus functus, legatus Metellum in Numidia criminando,Consulatum adeptus, Iugurtham captum ante currum egit. In proximum annum Consul ultrò factus,Cimbros in Gallia apud Aquas Sextias, Teutonas in Italia uicit, deq; his triumphauit. Victus à Sylla Minturnis in palude latuit:inuentus, & in carcerem coniectus, immissum percussorem Gallum uultus authoritate deterruit:accepta q; nauicula in Africam traiecit, ubi diu exulauit.Mox Cinnana dominatione reuocatus, cæsis inimicis, septimo Consulatu (ut quidam ferunt) uoluntaria morte decessit. Hic quum in cruribus uarices haberet, præbuit uaricosum crus medico secandum:& dum secaretur,neque suspirans,neque supercilia contrahens,pertulit sectionem: fixisq; oculis spectauit cruciabilem curationem. Quumq; medicus alterum crus secare uellet, minimè assensum præbuit,dicens:Curationem tanto dolore dignam esse non arbitror. * Habuit filium Marium nomine, qui quum esset uigintiseptem annorum,Consulatum inuasit:quem honorem mater tam immaturum fleuit.Hic patri sæuitia similis, Cumariam armatus obsedit, & inimicos trucidauit: tandem & ipse crudelissimo mortis genere Catuli manibus infertas missus est.

Marianus,a,um. Cic.1. de lege Agr. Quid ergo ait Marianus Trib.pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? *Propert.lib.3. Eleg.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eleg.3.Aut quibus in Campis Mariano prælia ſigno Stent.

Marmaces,μάρμακις,populi Aethiopiæ:quorum meminit Hecataeus in deſcriptione Aſiæ,& Steph.

Marmarica,μαρμαρικὴ, regio Africæ, quæ (ut Ptolemæus lib. 4.ſcribit)ab Occaſu terminatur Cyrenaica prouincia, à Septentrione Aegyptiaco pelago, ab Oriente Aegypto,à Meridie interioris Libyæ parte, quæ Aegypto conrermina eſt.Pli.li.5.ca.6. Mareotidem appellat. Populos habet Adirmachidam,Marmaridas,& Mareotas.

Marmaridę,populi ſunt Marmaricam Libyæ regionem incolentes.Inter hos ſunt Pſylli, qui habent ſaliuam præſens aduerſus omnia uenena remedium afferentem. Horum opera uſus eſt Cato,quum reliquias Pompeiani exercitus per deſerta Libyæ ad Iubam regem perduceret.

Marmaridius,magi nomen apud Plin.lib.3.cap.1.

Marmarium,μαρμάριον,Eubœæ inſulæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Marmarij,& Marmarini. Vnde & Apollo Marmarinus dictus, qui inſigne ibi habebat templum. Str.li.10.

Marme,es,μάρμη,oppidum Phœnices: cuius incolæ Marmæi, μαρμαῖοι,appellantur.Steph.

Marnan,μάρναν,templum Iouis Cretenſis in Gaza Palæſtinæ. Vocantur autem puellæ in Creta Marnan.Steph.

Maro,onis, opifex fuit figulus, ſiue (ut alij putant) Magi cuiuſdam uiatoris mercenarius, Vergilij Latinorum poetarũ principis pater.

Maroneus,a,um,pen.prod.Stat.lib.4.Syluarum, tenues ignauo pollice chordas Pulſo, Maroneiq́ue ſedens in margine templi,Sumo animum.

Maronea,pen.prod.μαρώνια Steph.Ciconum ciuitas,præſtãtiſsimo uino laudata. * Inde Maroneus,a,um. Tibullus ad Meſſalam:Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.

Maronis,Germaniæ ciuitas Ptolemæo lib.2.cap.11. Vulgò Lunenburg.

Maronis, altera Germaniæ ciuitas,Ptol.authore lib.2.cap.11.

Marpeſus,μάρπησα Stephano,penult. prod. mons in Paro inſula,à quo Marpeſius,ſia,ſium, μαρπήσσιος: ut Marpeſia cautes,apud Verg.6.Aeneid.id eſt Parius lapis.

Marpeſſa,μάρπησσα Homero,filia Eueni, & ſpecioſa inter paucas nympha,uxorq́ue Idæ, omniũ illius ſeculi uirorum formoſiſsimi: mater Cleopatræ pulcherrimæ fœminæ, uxoris Meleagri. Hanc maritus tam teneriter fertur adamaſſe,ut quum eam Apollo rapere conaretur, ſumpto arcu & ſagittis,raptorem inuadere non dubitarit.Verùm quum eius recuperandæ ſpes nulla ſupereſſet, mater eam pro Marpeſſa Halcyonem nominauit, propterea quòd fatum Halcyoni ſimile ſortita uideretur.Vide Homerum 9 Iliad.

Marrubij, populi fuerunt Italiæ, circa Fucinum lacum habitantes,ſic dicti uel à rege Marrubio,uel quòd circa mare habitent.Vergil.7.Aen. Quin & Marrubia uenit de gente ſacerdos.

Marrucini,populi Italiæ in regione Marſorum. Silius libro 8. Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes.

Mars,deus belli præſes ab antiquis creditus. ἄρης. Dictus, ut ait Varr.lib.4.de Lingua Latina,quòd maribus in bello præſit:ſiue à Sabina dictione Mamers,quo nomine Sabini Martem dicebãt:à poetis Mauors dicitur per epentheſin, quòd magna uertat.Hic Iouis & Iunonis filius fuiſſe fingitur: uel ut Ouidius fabulatur,ſolius Iunonis. Quum enim olim Iuno turbata, eo quòd animaduertiſſet Iouem maritum percuſſo capite ſine muliere procreaſſe Mineruam, uerſus Oceanum proficiſceretur,ut ſcrutaretur quo pacto & ipſa ſine uiro párere poſſet,& in itinere fatigata, ſecus fores Floræ Deæ, coniugis Zephyri, conſediſſet, interrogata ab ea fertur quam ob cauſam ad Oceanum pergeret: qua cognita,facturam ſe uoti compotem Deam pollicita eſt,ſi id Iuno Iouem celaret. Quod quum Iuno iureiurando affirmaſſet, mox illam Flora monuit,in campis Olenijs florem eſſe,quo tacto ſtatim conciperet ſine uiro:id expertaIuno,concepit, & peperit filium,quem Martem nominauit.Hunc ferunt poſtea cum Venere concubuiſſe,eosq́ue Vulcani fallacijs tam obſcœnè iacentes catena inuiſibili ligatos, omnium deorũ riſui expoſitos fuiſſe,tandem Neptuno intercedente,à Vulcano ſolutos eſſe.Sororem habuit Bellonam,belli deam. Sacrũ ei fecerunt lupum & picũ:quos in dei huius tutela eſſe credi uoluerũt.Salios habuit ſacerdotes,de quib.infrà.*Ponitur ſæpiſsimè pro ipſo bello, μετωνυμικῶς. Verg.Eclog.10. Nũc inſanus amor duri me Martis in armis Tela inter media,atque aduerſos detinet hoſtes. Liuius libro 1. ab Vrb. cond.Aliquandiu ibi Marte incerto, uaria uictoria pugnatũ fuit. * Eſt etiam Mars planetæ nomen quatuor & uiginti menſibus,& ſex diebus orbem luſtrans. * Marte noſtro ali quid dicimus facere,quoties aliquid noſtro ingenio nullius adiuti auxilio conficimus.ἄνευ θησέως. Cic.3. Offic.Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis,ſed,ut dicitur,noſtro Marte. * Mars communis dicitur, quòd incertus ac uarius telli euentus ſit.Cic.11. Phil.Sed ut cõcedã incertos eſſe exitus belli,Martem cõmunem, tamen pro libertate uitæ periculo decernendum.

Martius,a,um, quod ad Martem pertinet. ὁ τοῦ ἄρεως. ut Martia auis,Marti dicata. Ouid.Faſt.5. Martia picus auis gemino pro ſtipite pugnat. * Interdum etiam Martium dicitur, quod ad bellum pertinet:ut,Martia arma. Auguſtin.lib.3.de Ciuit.Dei:Nullo Martio impetu territi ſedarentur inimici. * Interdum bellicoſum:ut,Martius populus. * Martius campus,planities quædam fuit in agro Romano,inter Tiberim & antiquam urbem ſita, hodie urbis pars:ita dicta, quòd Tarquinio in exilium acto(cuius hic erat) Marti fuerit cõſecratus.ἄρεως πεδίον. Liu.li.2. ab Vrb. Ager Tarquiniorũ,qui inter urbem & Tiberim erat, conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit. * Martius menſis,μάρτιος,μουνυχιῶν, primus olim anni menſis apud Romanos, quem Romulus genitori ſuo dicauit.Ouid.3.Faſtor.A te principium Romano ducimus anno: Primus de patrio nomine menſis erit.

Martigenus,a,um,adiectiuum,Marte genitus,ἀρεογενής. Plaut. in Amphit.Martigenam ille aggreſſus beluam magnus Europæ quæſtor,anguineo Repentè hoſtes peperit ſeminio.

Martialis,& hoc le,ἀρείος, quod eſt natum ſub Marte ſtella,uel qui Marti ſeruit.Cic.pro Aul. Cluen. Martiales quidam Latini appellabantur,miniſtri publici Martis,atque ei deo ueterib.inſtitutis,religionibusq́ue Larinatium conſecrati. *Martialis uerò ſubſtantiuum,eſt nomen poetæ proprium, qui Epigrammatum feſtiuitate Epigrammatici nomen promeruit.

Marſi,orum,μαρσοί Stephano, populi Italiæ,Picentibus, Aequiculanis,& Samnitibus finitimi, à Marſo Circes filio orti,qui ſaliua ſua ſerpentum morſibus medebãtur. Vide Pli. lib.7.cap.2. Quinetiam regio ipſa eodem nomine effertur. Cic.pro Domo ſua,Is in Marſis natus eſt. * Sunt & Marſi Scythiæ populi apud Herodotũ li.4.*A Marſis fit Marſicus, a,um.ut Marſicũ bellũ, quod Romani cum Marſis geſſerũt.

Marſippus,urbs Phœniciæ,μάρσιππος.gentile Marſippus, Stephano.

Marſus,Circes filius, qui Marſorum genti in Italia nomen dedit,ut teſtatur Plin.lib.7.cap.2.

Marſpiter,pen.cor.Mars pater:ἄρης,ſicut Iupiter, & Iouis pater, ut Iouis ſit nominatiuus, hoc eſt ipſe Iupiter,& ipſe Mars.Gell.lib.5.cap.12.

Marſyas, μαρσύας, tibicen fuit è Phrygia ea temeritate, ut ipſum etiam Phœbum ad cantus certamen auderet prouocare:à quo & uictus & excoriatus eſt. Vide fabulam apud Ouidium li.6.Faſtor. * Eſt & Marſyas,ſiue Marſya,Aſiæ minoris fluuius,Apamiam alluens:quem Poetæ fabulantur ortum eſſe ex Nympharum & Satyrorum lachrymis Marſyã deflentium.Ouid.6 Metamorph.

Illum ruricolæ,ſyluarum numina,Fauni,
Et Satyri fratres,& tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt,& quiſquis montibus illis
Lanigerosq́; greges,armentaq́ue bucera pauit.
Fertilis immaduit,madefactaq́ue terra caducas
Concepit lachrymas,ac uenis perbibit imis.
Quas ubi fecit aquas,uacuas emiſit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor,
Marſya nomen habet,Phrygiæ liquidiſsimus amnis.

Marſya,æ,μαρσύα, oppidum Phœnices. unde Marſyeni. Stephanus.

Marſyas,Periandri filius, Pellæus hiſtoricus, nutritus unà cũ Alexandro Magno:ſcripſit res Macedonicas libris decem à primo rege uſque ad Alexandrum. Item de rebus Atticis libros duodecim. *Marſyas Philippeus hiſtoricus ſuperiore recentior. * Marſyas Tabenus, qui ſcripſit de Tranquillitate libros duodecim:fabulosa libris ſeptem,& quædã alia de patria ſua.Author Suidas.

Martia,

Martia, Catonis Vticensis uxor fuit, quam postea, quum ex ea aliquot liberos sustulisset, Hortensio amico concessit: eoq; mortuo sub initium bellorum ciuilium eam reduxit. Qua in re Cato maleuolorum reprehensione non caruit, qui uacuam & pauperem eam dimissam esse calumniabantur, ut postea Hortensij testamento locupletatam reciperet. Author Plutarchus in Vita Catonis.

Martia Aqua, quæ & Aufeia, omnium toto orbe aquarum clarissima fuit, à nono lapide structis fornicibus in urbem perducta: ita dicta ab Anco Martio Romanorum rege, qui eam primus in urbem ducere auspicatus est. Vide suprà in dictione Aufeia, & apud Plin. lib. 31. cap. 3.

Martion, Smyrnæus medicus, de quo sic scribit Plinius li. 28. ca. 4. Martion Smyrnæus, qui de simplicibus affectibus scripsit, rumpi scolopendras marinas sputo tradit: item rubetas, aliasq; ranas.

Martius campus, uide Mars.

Martius, substantiuum cognomen fuit Anci, quarti Romanorum regis, qui Numæ Pompilij nepos fuit, æquitate & religione auo similis: Latinos bello domuit, & Auentinum Ianiculumq; montes urbi addidit: noua mœnia oppido circundedit: syluas ad usum nauium publicauit: salinarum uectigal instituit: carcerem primus ędificauit: Ostiam coloniã maritimis cõmeatibus opportunam in ostio Tiberis deduxit. Author Liu. lib. 1. ab Vrbe.

Marullus Tribunus plebis cum Flauio coronas Cæsaris Dictatoris statuis detraxit, eosq; qui primi Cæsarem regem salutauerant, in uincula duci iussit. Quamobrẽ Cæsar Marullum magistratu priuauit. Author Plutarchus in Cæsare. * Marullus item poeta mimographus sub Antonino principe, apud Spartianum. * Pomponius item Marullus Grammaticus Romæ profitebatur, sermonis Latini exactor molestissimus, quum ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmãte Atteio Capitone & esse illud Latinum: & si non esset, futurum certè. Iam inde mentitur (inquit) Capito: tu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus, uerbis non potes. Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit, Qui caput ad læuam dicit, glossemata nobis Præcipit: os nullum, uel potius pugilis.

Marus (quod hic pro nomine montis perperam legebatur) uide Tmarus.

Masaris, μάσαρις, Bacchi cognomen apud Caras: de cuius origine sic fabulantur: In comitatu Rheæ, cui Iupiter Bacchũ alendum commiserat, mulierem fuisse, cui nomen erat Mâ: quam quum Iuno rogasset cuius is esset puer, ἄρεος, hoc est, Martis, illa respondit. Qua uoce à uulgo excepta, Bacchus deinceps Masaris dictus est, quasi τῆς μᾶς ἄρης.

Maschane, μασχάνη, urbs Scenitarum Arabum, πρὸς τῶν σκηνιτῶν ἀράβων, Steph.

Masanorada, (μασανωράδα,) urbs Cariæ, à Masanorado Cyndapsi filio. gentile Masanoradeus. Steph.

Mascotus, μάσκωτος, urbs Libyæ, & alia propè Hesperides. Stephanus.

Mases, (μάσης,) urbs Argiuorum. Homerus, οἵ τ' ἔχον αἰγιαλὸν μάσητά τε κοῦροι ἀχαιῶν. dicitur etiam μάσητος in recto. Ciues Masetij, Steph.

Maseris, μασῆτις, palus quædam & uicus, & insula Steph.

Masdorani, Asiæ populi, iuxta Parthiam, & Carmaniam desertam incolentes. Horum meminit Ptolemæus li. 6. cap. 17.

Masdoranus, mons Asiæ, qui Parthiam ad Orientem ab Asia dirimit. Author Ptolemæus lib. 6. cap. 5.

Masinissa, Numidarum rex fuit, acerrimus primùm nominis Romani hostis, postea uerò fidelissimus socius. Hic ad extremam usque senectam mira ualetudinis prosperitate, uegetoq; corporis robore usus est, adeò ut nonagesimo ætatis anno filiũ genuerit, iterq; quamuis prolixũ faciẽs, equũ nunquã ascẽderit. Ouid. 6. Fast. Postera lux melior, superat Masinissa Syphacem. De hoc multa Liuius li. 3. bel. Punici.

Masius, μάσιος Stephano, Gordyæorum montium pars est, supra Nisibim, ubi Armenia dirimitur à Mesopotamia. Author Strabo libro 11.

Maspij, μάσπιοι, gens Persica, apud Stephanum.

Massa, Libyæ fluuius Ptolemæo.

Massaca, μάσσακα Steph. Indorũ oppidum est, apud Arrianũ.

Massæsylia, μασσαισυλία, siue, ut apud Stephanum & Strabonẽ legitur, μασσισυλία unico σ, Africæ regio, à Mauris Mulucha fluuio (quem Strabo Molochat appellat) dirempta. Vide Strabonem lib. 17. & Plin. lib. 5. cap. 2. * Huius regionis populi Massæsyli uocati fuerunt, quos Plinius testatur sua ætate extinctos fuisse, regionemq; eorum à Getulis fuisse occupatam.

Massagetę, μασσαγέται, populi Scythici in Asia ultra mare Caspium: qui quum per deserta discurrunt, equorum suorum sanguinem cum lacte bibunt. Apud hos senio confecti, in frusta cæduntur, admistisq; ouillis carnibus à suis eduntur: qui uerò morbo intereunt, feris deuorandi obijciũtur. Infestissimi sunt hospitibus, neque cum uicinis populis ullam seruant amicitiam, aut fidem. Vxores habent communes, cum quibus etiam in publico coire non uerentur. Solem præcipuè uenerantur, cui & equum immolant: cæteros deos habent neglectui. Vide Strabonem li. 11. & Herodotũ li. 5. Stat. in Achilleide, Lactea Massagetæ ueluti qui pocula fuscant Sanguine puniceo, &c. * Nominatiuus singularis est Massageta, uel Massagetes. Lucan. lib. 3. Longaq; Sarmatici soluens ieiunia belli Massagetes, quos fugit equo.

Massaura, uide Mastaura.

Massia, μασσία, Stephano oppidum Hispaniæ ulterioris, non procul à Tarteso, circa quod lateres fiebant ex terra pumicosa, qui siccati non mergebantur in aqua. Vide Plinium libro 35. capite 14.

Massica, regio Beticæ Tartesijs opposita. hanc Vitruuius Maxiam appellat.

Massicus, pen. cor. mons Campaniæ, optimi uini ferax. Silius lib. 7. Massicus uuiferis addebat nomina glebis. * Hinc Massicum uinum, inter Campana uina olim laudatissimum. Plin. li. 14. cap. 6. Certant Massica æquè ex monte Gaurano, Puteolos Baiasq; spectãtia. Hor. li. 1. Carm. Est qui nec ueteris pocula Massici Spernit. Docet Seruius, Massicus in plurali facere Massica. Verg. li. 7. uertunt fœlicia Baccho Massica.

Massilia, μασσυλία, urbs in Narbonensi prouincia Macedonibus Astyage, Hebræis uerò Sedechia imperante condita, circa secundam & quadragesimam Olympiadem, annis antè quàm Virgo pareret D. C. XIII: post obitum Dauid regis annis CCCCLXXXIIII. Diruta deinde, à Phocensibus instaurata est, qui Cyri tyrannidem fugientes, destituta Græcia in hunc sinum nauigarunt. Olim Massilię studia ingenuarum doctrinarum adeò floruerunt, ut Romani pro Attica peregrinatione Massilioticum peterent gymnasium ad disciplinas capessendas. Plaut. in Casin. Massilienses mores tanquam optimos & probatissimos dixit. Vbi, inquit, tu es, qui colere mores Massilienses postulas. Massiliensium mores & instituta summis laudib. extollit Cicero, cùm alibi sæpe, tum præcipuè in oratione pro L. Flacco: cuius hæc sunt uerba: Neque uerò te Massilia prætereo, quæ L. Flaccũ militem quæstorem cognouisti: cuius ego ciuitatis disciplinam atque grauitatem, non solùm Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam. Quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguisq; diuisa, quum in ultimis terris cincta Gallorum gentibus, Barbariæ fluctibus alluatur, sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes eius instituta laudare facilius possint, quàm æmulari. Inclytam autem fuisse clarissimo gymnasio in Agricolæ uita Tacitus quoque testatur, quum socerum scribit Agricolam statim paruulum sedem ac magistrã studiorum Massiliam habuisse, locum Græca comitate & prouinciali parsimonia mistum ac bene compositum. Lege Strabonem lib. 4. De eius ueteribus institutis multa Valerius lib. 2. De origine uero & primis initijs non pauca Iustinus lib. 43. Hęc uini optimi ferax fuit: unde Martialis lib. 13. Tu me Massiliæ ponere uina putes. * A Massilia fiunt Massilienses, Massilianus, Massilioticus, μασσαλιώτης, μασσαλιωτικός. Vnde Massilienses uiri, Massiliana uina, & Massilioticum ostium Rhodani, quod Massiliæ proximum est. Plinius lib. 3. cap. 4. Libyca appellantur duo Rhodani ora modica: ex his alterum Hispaniense, alterum Metapinum: tertium, idemque amplissimum, Massilioticum.

Massyli, pe. pro. μασσύλοι Stephano, populi Africæ, Cæsariensi Mauritaniæ, & Massæsylis proximi. Hi neq; frenis, neque ephippijs utuntur, sola contenti uirga, qua equos regunt.

Massylus, a, um, adiect. Verg. 4. Aene. Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.

Massylius, a, um. Lucan. lib. 4. Et gens quæ nudo residens Massylia

ſylia dorſo, Ora leui flectit frenorum neſcia uirga.

Maſſylæus,a,um.Martialis libro 9.Et Maſſylæum uirga guber nat equum.

Maſtaura,μάσαυρα,Lydiæ ciuitas: ita dicta, quod in ea Rheę, Bacchi nutrici,(quæ Mà Lydis appellatur) taurus ſoleat im molari. Vide ſupra in dictione Ma. Huius incolæ dicti ſunt Maſtaurenſes,μασαυρῆς καὶ μασαυρῖται Stephano, quorum me minit Plin.lib.5.cap.29.

Maſtiani,μαστιανοὶ,& alibi μαστηνοὶ,populi iuxta Herculis colũnas,ab urbe Maſtia,Steph.Sixus,inquit alibi, urbs marinorum,corruptè,ut uidetur.

Maſſurius,μασσούριος,eques Romanus fuit tempore Tiberij, Iureconſultus non incelebris,qui publicè de iure ſcripſit.

Mataurus,μάταυρος,Siciliæ oppidum, Locrorum opus: cuius incolæ dicuntur Mataurini Stephan.

Mater magna,uide Mater ſubſtantiuum.

Matiana,ματιανὴ, pars Mediæ Stephan. ex Strabonis lib.12. Hyope,inquit alibi,urbs eſt ματιηνῶν.

Matrona,penult.corr.nomen eſt fluuij Campaniam Galliarũ alluentis:de quo ſic Auſonius in Moſſ.Non tibi ſe Liger an teferet, non Axona præceps,Matrona nonGallos Belgosque interfita fines.

Matinus,penult prod. mons eſt Calabriæ, authore Porphyrione, apibus abundans.Lucanus lib.9.& calidi lucent buxeta Matini.

Matinus,a,um, adiect.ut Apis matina.Horat.4.Carm.Ode 2. ego apis Matinæ More modoq; Grata carpẽtis thyma per laborem Plurimum circa nemus:uidiq́ue Tyburis ripas ope roſa paruus Carmina fingo. * Carmina matina.Idem Epod. 16.quando Padus Matina lauerit cacumina.

Matium,Cretæ inſulæ oppidum eſt,apud Plin.lib.4.cap.12.

Matoas,ματόας,olim uocabatur Danubius, ut ſuprà dictũ eſt.

Mabſalia,Maruta,uide in Appell.

Matthæus,ματθαῖος,nomen uiri proprium.

Matrinus,ματρῖνος, fluuij nomen in Piceno, non procul ab Adria urbe,de quo Strabo lib.5. & Ptolemæus in deſcriptione Italiæ.

Mattiacum, Germaniæ oppidum, calidis fontibus nobilitatum: de quibus ſic ſcribit Plinius libro 31.cap.2. * Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rhenum, quorum hauſtus triduo feruet. Circa margines uerò pumicem faciunt aquæ. * Hinc Mattiacas pilas quidam dictas exiſtimant ſphęrulas ex odore ſapone conſtantes,quòd fortaſsis præſtantiſsimæ apud Mattiacum conficerentur. Martialis in Diſtichis, Si mutare paras longæuos cana capillos, Accipe Mattiacas(quo tibi caluæ) pilos. Idem paulò antè Cauſticam ſpumam pro eodem poſuiſſe uidetur,quum ait, Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos, Captiuis poteris cultior eſſe comis.

Matycethæ, ματυκῆθαι, populi Scythiæ Europææ, apud Stephanum.

Mauors,qui & Mars,quòd magna uertat, ut ait Cicero libro primo de Natura deorum, ἄρης. * Vndę Mauortius,tia, tium.Vide Mars.

Mauritania,μαυρῖτανία,Africæ regio extrema, uerſus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum.In ea Antæus gigas regnaſſe dicitur,ab Hercule uictus. Eſt autem duplex. Cæſarienſis à Cæſarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Dictaque eſtMauritania,ἀπὸ τοῦ μαύρου,quod inter cætera ſignificat obſcurum, uel nigrum, quòd nigros habeat colonos. Gignit ſimias,dracones,ſtruthiones,& elephantes.

Mauri,μαῦροι ἢ μαυρούσιοι,populi ſunt, qui Mauritaniam Africæ regionem occidentalem uerſus Gaditanum fretum incolunt.eos fuiſſeIndos,& Hercule duce cum innumera aliarũ gẽtium multitudine,in hæc loca peruenisſe,multi crediderunt,ut Strabo libro ultimo ſcribit. Salluſtius certè in Iugurtha, Mauros & Numidas, reliquosque qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt,Medos,Armenios,Perſas, & Phœnices fuiſſe indicat.Hi Romanis,bellis Punicis,maximè autem rebus cõtra Iugurtham geſtis, innotuerunt.Vide Strabonem libro ultimo.

Maurus nomen gentile eſt,ut Gallus qui è Gallia originem habet:Mauritanus uerò poſſeſſiuum,ut Gallicus. * Dicimus ergo uirum Maurum,& bellum Mauritanum.

Mauruſius,a,um, μαυρούσιος,poſſeſſiuum eſt à nomineMaurus. Silius lib.10.Et multa thorax perfoſſus cuſpide, & hærens Loricæ interdum Mauruſia pendet arundo.SicTellus Mauruſia apud Claudianum 3.Panegyr.

Mauruſiacus,ca,cum.Martialis lib.12. Et Mauruſiaci pondera rara citri.

Mauſolus pe.pro. μαύσωλος, Cariæ regis nomen, quem Theopompus ſcripſit,referente Suida, nulla à re pecuniæ cupiditate abſtinuiſſe. Hunc tam ingenti amore proſecuta eſt uxor Artemiſia,ut eius fato perfuncti cineres uino permiſtos tradatur ebibiſſe. At hæc ſepulchrum eidem ſumptuoſiſsimum extruxit,ut in ſequenti dictione uidere eſt.

Mauſoleum,penult.pro.μαυσώλειον,Mauſoli regis Cariæ ſepulchrum,ab Artemiſia uxore extructum tanta operis magnificentia,ut inter ſeptem orbis miracula fuerit numeratũ.Martialis de Amphitheatro Domitiani,Aere nec uacuo pendentia Mauſolea Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant. * Ab operis huius ſimilitudine ſepulchra omnia ſumptuoſiora, Mauſolea ſunt appellata. Vnde & Suetonius ſepulchrum Cæſarum Mauſoleum appellauit.De Mauſoleo uide plurà apud Plin.lib.36 cap.5.& apud Herodotum libro 7.

Mauſoli, μαυσωλοὶ, dicti ſunt Cares, Aſiæ populi,à Mauſolo rege,Artemiſiæ uiro. Stephan.

Mauſos,μαυσὸς,agri Corinthij uicus eſt Stephano.

Maxies,μάξιες,Africæ populi,à Troianis,ut ipſi gloriantur,orti, qui dextram partem capitis comatam geſtant, ſiniſtram radunt,& corpus minio tingunt. Author Herodotus lib.4.

Maximinus,μαξιμῖνος,natione Thrax, Romanorũ Imperator, ſuffectus eſt in locum Alexandri Seueri, à militibus occiſi: qui & ipſe ab exercitu ſuo cæſus eſt,quum Aquileiã nequicquam obſideret.Vide Herodianum lib.8.

Mazæna,μαζαινα,Palæſtinæ oppidum: cuius incolæ dicuntur, Mazæneni,μαζαινηνοί.

Mazaca,μαζακα Stephano, ciuitas Cappadociæ ſub monte Argeo,quam Tiberius Archelao pulſo,& Cappadocia in prouinciæ formam redacta,nominauit Cæſaream. * Hinc Mazacenius, & Mazaces, Mazacis in genitiuo. μαζακηνὸς,μαζακεὺς.Suet.in Nero. Turba Mazacum.

Mazęum,μαζαῖον,Bithyniæ oppidum,teſteStephano in dictione ἀμαζόνιον.

Mazęi,μαζαῖοι, Pannoniæ populi ſunt,apud Strabonem lib.7.

Mazares,μαζάρης,ex Medorum Satrapis fuit, qui Prienẽſes in Cyri ditionem redegit.Vide Herodotum lib.1.

Mazyes, μάζυες, Libyæ populi inter Nomadas, diuerſi ab ijs quos ab Herodoto Maxias uocari ſuprà oſtendimus.

Mazeras,fluuius in ora maris Hyrcani.Plin.lib.6.cap.16.

Mearus,μίαρος, Ptolemæo, fluuius Hiſpaniæ in ora Aſturum. Pompon. Mela lib 3.

Meceſtus,μήκηστος, Troadis fluuius,in Rhyndacum influẽs:cuius meminit Strabo lib.12.

Mecha,ciuitas hodie ſic dicta in Arabia felice,quam Sarraceni incolunt,Mahumeticæ ſuperſtitionis caput.

Meciſtum,μήκιστον,Triphyliæ oppidum eſt Steph. Eſt autẽ Triphylia Pelopõneſi regio littoralis,quæ & Meſſenia dicitur.

Meciſteus,μηκιστεὺς, fuit ex ſocijs Aiacis Telamonij, ut ſcribit Homerus lib.Iliad.13.

Mecœnas,μηκόνας,cum œ diphthongo, proprium nomen Tuſci equitis clariſsimi,& apud Auguſtũ potẽtiſsimi,cui uelut unico ſtudiorum patrono,Vergilius Georgica ſua,& Horatius libros Carminum inſcripſit.Delicatum hunc fuiſſe, nõ ſolùm cultu ac moribus,ſed etiam ſtylo commemorãt: qua re eum Auguſtus Malacinum uocabat,& agitabat frequenter ut cacozelum,teſte Tranquillo.Hor.1.Carm. Mecœnas atauis edite regibus. Fuit uir hic in prouehendis cùm omnium diſciplinarum, tum præſertim poeticæ cultoribus adeò benignus,ut ab eo etiam hodie ſtudiorum patroni,qui in ſubleuanda doctorum hominum egeſtate ſe munificos præbent,Mecœnates appellentur.

Mecon,μήκων Stephano, urbs uſt Peloponneſi, non procul à Corintho, quæ poſtea Sicyon appellata eſt,teſte Strabone libro 8.

Mecyberna, μηκύβερνα,oppidum maritimũ in Orientali tractu Macedoniæ, nõ procul à Pallene:à quo & uicinus ſinus Mecybernæus dicitur. Meminit huius oppidi Plinius libro 4. capite 10.

Medaba,μήδαβα Stephano,Nabathæorum oppidum.

Meddix,ſummi magiſtratus nomen erat apud Oſcos.Ennius, Summus ibi capitur Meddix,occiditur alter.

Medea,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Medea, μήδεια, insignis incantatrix fuit, Aeetæ Colchorum regis filia: quæ quum Iasonem perditè deamaret, facilem illi ad aureum uellus aditum præbuit, sopito peruigili draconе, qui noctes diesq; illud asseruabat. Quo facto, patris irâ metuens Iasonem in Græciam sequuta est, patremque insequentem discerptis Absyrti fratris membris, & per uiam dispersis, retardauit. Repudiata deinde ab Iasone, filios suos, quos ex eo susceperat, occidit, Glaucamq; Creontis filiâ, cum qua Iason secundas contraxerat nuptias, incensa regia, uiuam cremauit, ipsumque etiam Iasonem impatientia doloris manus sibi inferre coegit.

Medeon, deonis, μήδεων, duorum uicorum nomen est apud Strabonem libro 9. quorum alterum in Phocide collocat ad sinum Crissæum: alterum in Bœotia, non procul ab Onchesto.

Medesicastes, filia Priami notha, ut scribit Homerus.

Media, μηδία, regio Asiæ, à Septentrione Hyrcano mari, ab Occasu maiori Armenia & Assyria terminata: à Meridie Persidem, ab Ortu Hyrcaniam habens & Parthiam, quæ Cossæorum mõtibus ab ea excluditur. Strabo li. 11. Mediâ in duas diuidit partes: quarum alteram Maiorem uocat, cuius caput Ecbatana facit: alteram minorem, quæ & Atropatia dicta est, ab Atropato duce, qui eam à Macedonum impetu tutam præstitit. Est autem Media bona sui parte montosa & frigida, & ferè tota sterilis, excepta regione, quæ sub Caspijs portis in humili & concauo iacet solo, quæ opulenta est, rerumque omnium necessariarum ferax, præterquàm olei. In ea campus est latissimus, quem Hippoboton uocãt, in quo equorum quinquaginta milia pasci dicuntur. Regium id armentum est. Mediam Solinus dictam putat à Medo, Aegei & Medeæ filio. Hinc Medicus, a, um, prima syllaba longa, μηδικός: ut, Malum Medicum, quod & Citreum appellatur.

Medina Cœli, uide Mediolum.

Mediolanum, μεδιόλανον, urbs est Cisalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine refertissima, agriq́ue bonitate fœlicissima, annis CCCLIX. ante Christi aduentum à Gallis Insubribus condita, & à nomine relicti ab eis Mediolani, ut putat Volaterranus, ita appellata. Quanquam sunt nonnulli, inter quos est Ambrosius, qui à sue dimidia parte lanata, Mediolanum appellatum putent. In hac eriam sententia uidetur fuisse Sidonius Apollinaris. Verisimilior tamen apparet Volaterrani opinio, præsertim cum ipse etiam Ptolemæus, Mediolanum oppidum in Gallia Lugdunensi recenseat inter Ligerim & Sequanam fluuios. De origine huius urbis scribit Liuius lib. 5. Decad. 1. in hæc uerba: Galli per Taurinos, saltusque Iulie Alpis transcenderunt: fusisque acie Tuscis haud procul Ticino fluuio, quum, in quo confederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognominè Insubribus pago Heduorum: ibi omen sequentes loci, condidere urbem, quam Mediolanum appellarunt. Ex hac urbe Statius Cæcilius poera comicus originè traxit. * Est præterea Mediolanum siue Mediolanium, teste Ptolem. Britanniæ oppidum. Item aliud inferioris Germaniæ oppidum in Colonienſi diœcesi, quod hodie Monsterium uocãt. * Strabo libro 4. aliud huius nominis oppidum collocat inter Xãtones Galliæ Aquitanicæ populos, quod hodie idem esse credimus cum eo quod uulgò Saintes uocant. Vrbs est, inquit, Xantonum Mediolanum, ad Oceanum uergens, inter Aquitanos maximè arenosa, & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus sterilis. Huius etiam Mediolani, & alterius in Gallia Cisalpina meminit Stephanus Byzantius, exellentissimus chorographus, his uerbis: Μεδιόλανον πόλις ἀκυτανίας, καὶ οἱ οἰκοῦντες Μεδιολάνιοι, καὶ πόλις ἄλλη τῆς Ἰταλίας λαμπροτάτη.

Mediolum, μεδίολον, oppidũ est Celtiberorum in tractu Tarraconensi Hispaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Putatur ea esse quæ hodie Medina cœli appellatur.

Mediomatrices, μεδιοματρικες, populi sunt inter Belgas Leucis & Eburonibus uicini, Metenses scilicet, & his uicini Lotharingiæ populi. Plinius & Strabo Mediomatricos uocat.

Medion, μεδίων, oppidum in finibus Aetoliæ, apud Polybiũ lib. 28.

Medioxumi Dii, uide Mediorus in Medius.

Meditrina, penult. prod. medicamentorum dea, Festo.

Meditrinalia, orum, sacra deæ Meditrinæ. Mos erat, ait Festus, Latinis populis, quo die quis primùm gustaret mustum, dicere ominis gratia, Vetus nouum uinum bibo: ueteri nouo morbo medeor. A quibus uerbis etiam Meditrinæ deæ nomen cœptum: eiusque sacra Meditrinalia dicta sunt. Varr. de Lingua Latina 5. Meditrinalia, dies dictus est à medendo: quòd ut ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat hoc die solitum uinum nouum & uetus libari, & degustari medicamenti causa: quod facere solent etiam nunc multi, quũ dicant, Nouum uetus uinum bibo, nouo ueteri morbo medeor.

Medma, μέδμα Stephano, oppidum in agri Brutij littore, unà cum portu, Plin. lib. 3. cap. 5.

Medmassa, μέδμασσος Stephano, oppidum Cariæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Medeo, unus ex Centauris. Perottus.

Medon, μέδων, nothus fuit Oilei, ex matre Rhyna, teste Homero lib. 2. Iliad.

Meduacus, siue Medoacus, μηδόακος, Venetorum fluuius Patauium alluens, qui nunc uulgò Brenta dicitur. Nam ostia Padi Plinius describens, ait, Pars eorum & proximum portum facit Brundulum, sicut Edronem Meduaci duo, & fossa Clodia. Strabo scribit Medoacum uocari & portum, & fluuium. Idem supra Venetos Carnorum, & Meduacorum fuisse gentem tradit. Vide Plinium lib. 3. cap. 16.

Medullia, μεδύλλια Stephano, Latij oppidum fuit, Albanorum opus, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Medullina, μεδουλλῖνα Plutarcho, puellæ cuiusdam Romanæ nomen fuit, quæ à patre in tenebris uitium passa, quum ex detracto ei anulo stupri authorem agnouisset, capillis eum ad aram pertraxit, patremque primùm, deinde etiam seipsam ad expiandum flagitium interfecit. Vide Plutarchum in Parallelis.

Medusa, pen. prod. μέδουσα, fuit filia Phorci ex Ceto marina belua: quæ unà cum duabus sororibus Euryale & Sthenione, Gorgadas insulas in Oceano Aethiopico tenuisse ferunt. Vnde & Gorgonides appellantur. Hæc quum esset insigni forma, etiam habuit inter alia decoris spectabilia crines proximè ad auri colorem accedentes, quorum splendore captus Neptunus, in Mineruę templo cum ea concubuit, ex quo concubitu postea natus est Pegasus equus. Quam iniuriam Minerua graui & iniquo animo ferens, Medusæ crines, quibus maximè amatori suo placuerat, in angues mutauit: deditq; ut omnes eam aspicientes, in lapides uerterentur. Quamobrem quum nemo tam immane monstrum intueri posset, Perseus Iouis & Danaës filius, Mercurij talaribus, & falcato ense accepto, Palladis irem scuto, ut ære repercussam effigiem eius uidere impunè posset, ex improuiso, quum ipsa angues; sopiti essent, adortus, uno ualidissimo ictu peremit: & in patriam rediens, quum eiusdem caput secum deferret, contigit ut guttæ sanguinis decidentes per solitudines Africæ mutarentur in serpentes. Vide Luc. lib. 9. Squalebant larè Phorcynidos ora Medusæ. * Inde Medusęus, a, um. Vide in dictione Pegasus.

Medyllia, μεδύλλια, urbs ab Albanis condita, Romanorum colonia. Gentile Medyllinus, Steph.

Mega, id est magnum, promontorium Mauritaniæ Cæsariensis, inquit Ptolemæus.

Megabyzi, μεγάβυζοι, siue Megalobysi, dicebantur Ephesiæ Dianæ sacerdotes, quos eunuchos esse oportebat: unde & pro imbellibus ac mollibus poni consueuerunt, quales sunt spadones. Quin. lib. 5. cap. 12. An uerò statuarum artifices, pictoresque clarissimi, quum corpora quàm speciosissimè pingendo, fingendo ue affingere cuperent, nunquam tamen in hunc ceciderunt errorem, ut Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis assumerent sibi, sed Doryphorum illum aptum uel militiæ, uel palæstræ: aliorum quoque iuuenum bellicosorum & athlerarum corpora decorare existimarunt.

Megæra, μέγαιρα, cum diphthongo in penult. furia infernalis. Nam μεγαίρω odi, siue inuideo Latinè denotat. Clau. Inuehitur prima in Rufinum, Improba mox furgit trifti de sede Megæra.

Megalesia, siorum, μεγαλήσια, dies qui dicatus erat Magnæ matri deorum. Ludi quoque qui celebrabantur ante templum in ipso Magnę matris deũm conspectu, Megalesia, siue Mega-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Megalenſia dicebantur,& Ludi Megalenſes.Liuius lib.2.ab Vrbe: M. Iunius Brutus ædem Magnæ matri deûm in palatio dedicauit,& ludos ob eam dedicationem factos,Megalenſia appellauit. Cic.de Aruſp.reſpon.Nam quid ego de illis ludis loquar,quos in palatio noſtri maiores ante cęlum in ipſo Matris magnæ conſpectu Megalęſibus fieri,celebrariq; uoluerunt?

Megalopolis,μεγάλη πόλις,Arcadiæ urbs,poſt Leuctricum bellum condita: quæ dimidia ſui parte Oreſtia uocabatur, ab Oreſtis aduentu.Ex hoc oppido ortum traxerûr,Cercidas, præſtantiſsimus legislator,Miliambon poeta, Aeneſias Peripatheticus Theophraſti diſcipulus,Aceſodorus,qui de urbibus ſcripſit, & Polybius hiſtoricus * Megalopolis item Aſię oppidum fuit,poſtea Aphrodiſias dictũ, inter Lycum, & Męandrum fluuios ſitum, quod Stephanus Cariæ attribuit: quanquam in Græcis codicibus Icariam corruptè legamus pro Caria.Tertia eiuſdem nominis ciuitas in Iberia collocatur ab eodem Stephano.

Megalopolitæ,μεγαλοπολῖται,Megalopolis incolæ.Steph.

Megara, æ,pen.corr.μέγαρα, urbs eſt Achaiæ in confinio Atticæ,& Peloponneſi,patria Euclidis Geometræ: ita dicta à Megareo Apollinis filio.Vrbis huius meminit Plinius libro 4.cap.7.& Seruius Sulpicius ad Ciceronem lib.4.Epiſt.Pro eodem dicimus Megara,orum, plurali numero. Plin.lib.16. cap.39.Megaris diu ſtetit oleaſter in foro. Colum. li.10. In Megaris ueniant genitalia femina bulbi. * Eſt item Megara, montis nomen in Sicilia apibus abundantis, qui urbem habet eiuſdem nominis in radice ſitam.* Fuit præterea hoc nomine filia Creontis,& uxor Herculis.

Megarus,a,um,adiectiuum.Verg.3.Aen.Pantagiam Megarosque ſinus.

Megareus,dictio triſyllaba,μεγαρεύς, nomẽ fuit patris Hippomenis, & nepotis Neptuni, ex Onchesto Bœotiæ oppido oriundi.Ouid.10.Metam. Nanque mihi genitor Megareus Onchestius:illi Eſt Neptunus auus: pronepos ego regis aquarum. * Fuit præterea eodem nomine unus ex Apollinis filijs,qui Megaris à ſe conditis nomen fecit.

Megaris,idis,pen.cor.μεγαρίς, regio eſt Achaiæ, in confinio Atticæ & Peloponneſi, ita dicta à Megaris, præcipua eius tractus urbe. Plin.lib.4.cap.7. Attingit Iſthmum parte ſui, quæ Megaris appellatur,à colonia Megara. Ex hac regione præſtantiſsimi mittebantur bulbi, qui ab ea dicti ſunt Megarici. Plin.lib.19.cap.5. Proxima his eſt bulborum natura, quos Cato in primis ſerendos præcipit, celebrans Megaricos. * Eſt præterea Megaris,inſulæ nomen inter Neapolim & Pauſilypum ſitæ,teſte Plin.lib.3.cap.6.

Meges,μέγης, unus fuit ex Græcorum principibus, qui ad Troiam profecti ſunt,de quo Homerus in Catalogo nauiũ.

Megaris,etiam Niſæa uocabatur,à Niſo Pandionis filio:Item Niſæa nauale Megaridis,Steph.

Megadaſcar,uide Menucias.

Megaſa,μέγασα,urbs Libyæ:in qua σιτοφάγοι & ἀροτῆρες,Steph.

Megiſtanes,uide in Latinis dictionibus.

Megiſte,μεγίστη, urbs & inſula Lyciæ, à Megiſteo quodam, Stephan.

Meionis,μαιονίς,Cyprus olim dicebatur,Steph.

Melanchrena,Μελάχραινα, Sibylla Cumana à quibuſdam dicta eſt,Ariſtot.in Mirabilibus.

Melænam,Plin.4.12.quondam Cephalenen dictam ſcribit.

Melænæ,oppidum in Arcadia, à Melæneo Lycaonis filio, inter Heream & Megalopolim.μέλαινι, Stephan. Gentile Melęneus.Sunt & μελαιναί(oxytonum)urbs Lyciæ:gentile dici poteſt Melęnites,uide Melæneis. Plinius Melanæam uocat lib.4.cap.6.

Melenĩs,uicus in Antiochide tribu. Callimachus Melænas uocat.Tribulis,Melæneus,Steph.Vide Melænæ.

Melampea,μελάμπεια,urbs Libyæ,Melampo.Gentile Melampeus,Steph.

Melæna,μέλαινα,inſula eſt in oſtio maris Adriatici quæ alio nomine Corcyra dicitur:ut docet Plin.li.3.cap.26. Statius lib. 12.Thebaid.Icarij,Celeique domus,uiridisque Melæna.

Melamphyllon,μελάμφυλλον, nomen eſt montis in Thracia, apud Plin.lib.4.cap.11.

Melamphyllus,μελάμφυλλος, inſula eſt Ioniæ adiecens, ante Epheſum, quæ notiori nomine Samus appellatur. De hac Plinius libro 5.cap.31.& Strabo libro 14.

Melampus,μελάμπους,Amythaonis Argiui,& Dorippes filius, teſte Homero Odyſs. lib.15. Nomen autẽ accepiſſe fertur, eo quòd mater infantẽ expoſuerat toto corpore tectũ, prę terquam pedibus, qui à ſole atro colore attracto, nomini cauſam dederunt. Augurio claruit, Bœantem item iuuit in auferẽdis bobus Iphiclo, quas ille Neleo reſtituit, accepta eiuſdem filia,Pero nomine, in uxorem.Filias quoque Prœti furijs agitatas ſanitati mentis reſtituit, quarum unam Iphianaſſam nomine in coniugem accepit,ut ſuperius tradi tum eſt.Vergil.li.Georg.3. Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus, &c. * Eſt quoque canis nomen apud Ouid.lib.3.Metamor. à pedum nigredine impoſitum.

Melanchætes,μελαγχαίτης, canis nomen eſt apud Ouid. libro 5. Metam. ἀπὸ τῆς μελαίνης χαίτης, hoc eſt à pili nigredine impoſitum.

Melanchlæni,μελάγχλαινοι,Scythiæ populi, à nigris ueſtibus, quas ferunt,ita nominati Stephano.

Melandia, μελανδία, regio Sicyoniæ. gentile Melandius, Stephan.

Melanes,uel Nigri,montes iuxta deſerta Arabiæ. Ptol. lib. 5. cap.17.Hodie mons Sinai,mons S.Catharinæ:Sur deſertum Hebræis,à Mauris Tur dicitur.

Melança,μέλαιναι Stephano,oppidum eſt in Arcadia.Plin.lib. 4.cap.6.

Melaneus, per tres ſyllabas, & pen. cor. μελανιὺς. numeratur inter canes Actæonis, apud Ouid.3. Metam. Harpalos, & Melaneus, hirſutaque corpore Lachne. * Eſt & Centauri nomen apud eundem 12.Metam.

Melanippion,μελανίππιον,Pamphyliæ fluuius,apud Hecataeũ in deſcriptione Aſiæ.

Melanthia,μελανθία, filia fuit Deucalionis ex Pyrrha, & ſoror Helenis.

Melanthius, μελάνθιος, paſtor caprarum Vlyſsis, qui, quòd & rem domini abſentis unà cum procis abſumpſiſſet, & herę, filioque herili ſemper ſe moleſtum præbuiſſet,poſt reditum Vlyſsis,à Telemacho trucidatus eſt:ut eſt uidere apud Homerum Odyſſ.lib.22. * Fuit item hoc nomine nobilis quidam Athenienſis, cuius celebratur illud in Gorgiam æmulum ſuum dicterium,Hic nobis cõcordiam ſuadet, qui tres in una domo concordes efficere non potuit. * Præter hos & pictor nobilis fuit hoc nomine Pamphili Macedonis diſcipulus,de quo Plin.lib.25.cap. 10.

Melantho, μελανθὼ, filia fuit Protei ſenis,cui conſuetudo fuit poſitis ueſtibus dorſo delphinum inſidere,atque ſic per maria patris uagari. Qua re cognitâ, Neptunus ſe in delphinũ transformauit,illumque blandiẽdo illexit, ut dorſo ſuo inſideret, tranſuectæque in aduerſum littus ſtuprum obtulit. Ex quo cõcubitu Amycum nothum fuiſſe quidam prodiderunt: quem tamen Seruius Melites filium facit.

Melanyon,μελανύων, dictus eſt Hippomenes, eo quòd pomis certamen confecerit. Quanuis corruptè apud Propertium Mimalion pro Melanyon legatur,cum inquit:

Mimalion nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam dutę contudit Iaſidos,&c.

Malim penultimam per iota.

Melas,μέλας,multorum fluuiorum nomen eſt.Nam unum eſſe in Mygdonia oſtendere uidetur Ouid. lib. Metamorph. 2. Mygdoniusque Melas. * Rurſum alium nauigabilem eſſe in Cilicia,& ipſius terminum,id eſt qui Ciliciam à Pamphylia diuidat, ſcribit Plinius lib.5. cap.27. * Alium item in Thracia collocat idem Plinius lib.4.cap.11. * Item alium in Bœotia,qui à Parnaſſo profluẽs, Mineruæ ſacer dicitur à poetis,quia ripæ eius oliuis ſint refertæ.Stat.li.7. Thebaid. Palladiusque Melas Hecateia gurgite nutrit Flumina. Is unus omnium Græciæ fluuiorum ab ipſo fonte nauigabilis eſt,atque circa ſolſtitium æſtiuum, ut Nilus ſtataaccipiens incrementa:nec longus excurrit, ſed in lacus & cuniculos delapſus,modica ſui parte Cephiſo infunditur. Huius fluminis aquas oues nigras efficere ſcribit Plin.lib.2.cap.103. Eius etiam meminit Herodotus lib.7. * Poſtremo alium eſſe in Sicilia oſtendere uidetur Ouidius Faſt.lib.4. quum de fluminibus de locis Siciliæ, quæ peragrauerat Ceres, loquens ait,Sacratumque Melan,paſcua lęta boum.

Meleager,& Meleagrus.penult.pro.μελέαγρος Suidæ,fuit Oenei Calydoniæ regis filius,ex Althæa cõiuge,quo recenter nato, uiſa ſibi eſt mater tres Parcas igni aſsidentes uidere,

manu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

manuque ſtipitem tenentes, æqualem puero cum ſtipite uitam aſsignare. Recedentibus itaque Parcis, Althæa extinctum ſtipitem diligentiſsimè aſſeruauit. Adulto deinde Meleagro, quum ſpreta ab Oeneo Diana, immenſæ magnitudinis aprum immiſiſſet, qui omnem regionem latè uastabat, Meleager collecta robuſtiſsimorum iuuenum manu aprum interfecit, caputq; eius Atalantæ Iaſij Argiuorum regis filiæ, quæ prima aprum uulnerauerat, uelut partem ſpolij dedit. Quod quum auunculi ſui ui puellæ auferre conarentur, utrunq; occidit. Nunciata itaq; fratrum morte, Althæa doloris impatientia in furorem uerſa, fatalem illum ſtipitem in ignem coniecit: quo exuſto, Meleager etiam exuſtis intus inteſtinis omnibus conſumptus eſt. Nominis huius nominatiuus tripliciter effertur, Meleager, Meleagrus, & Græco more Meleagros. Ouid. 8. Metamorph. Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus, Quàm Meleager erat. Ibidem, Inſcius atq; abſens flamma Meleagrus eadem Vritur. & paulo antè, - donec Meleagros, & unà Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.

Meleagrea, μελεαγρία, Calydon urbs dicitur, quoniam Meleager in ea imperauit.

Meleagene, uide Melegene.

Meles, etis, pen. gen. prod. μέλης, fluuius eſt Ioniæ, Smyrnam alluens, ad cuius ripas natus fertur Homerus. Meminerunt fluuij huius Plin. lib. 5. cap. 29. & Strabo lib. 12.

Meleſigenes, pen. cor. μελησιγένης, nomen proprium poetarum principis, qui poſtea à cæcitate dictus eſt Homerus. Meleſigenes autem appellatus eſt, ut refert in uita eius Herodotus, à Melete fluuio Smyrnam alluente, ad cuius ripas natus creditur.

Meleti ſinus, μελήτου κόλπος, à Meleto fluuio dictus, antea Smyrneus, Stephan.

Meletius, præſul fuit in Aegypto Arrianæ ſectæ, ut ſcriptum eſt in Hiſtoria Tripartita.

Melia, uide in Latinis dictionibus.

Melibœa, μελίβοια Stephano, urbs eſt Magneſiæ, quæ eſt Græciæ regio, annexa Theſſaliæ, teſte Plin. lib. 4. cap. 9. patria Philoctetæ Pœantis filij: à quo Melibœus, a, um, μελιβοῖος. Itē Melibœus, μελίβοιος, nomen paſtoris, impoſitum ab eo, quòd boum curam habeat.

Melicerta, ſiue Melicertes, μελικέρτης, Inûs & Athamantis Thebarum regis filius, cum quo mater, quum uirum uideret furere, in mare ſe præcipitauit, amboq; deorū miſeratione in numina marina ſunt cómutati: Ino quidem in Leucotheam, quam & Matutam matrem uocant: Melicerta uerò in Palæmonem, quem Latini Portunum uocant. Vide Matuta.

Meligine, μελιγίνη, inſula eſt maris Adriatici, ante Dalmatiam ſita. Ptol. lib. 2. cap. ultimo.

Meligunis, μελιγουνίς, inſula eſt Siciliæ adiacēs, una ex Aeolijs, quæ notiore nomine Lipara dicitur. Plin. lib. 3. cap. 9.

Meliophagi, μελιοφάγοι, Thraciæ populi, ita dicti, quòd panico uescantur. Steph.

Meliſſa, μέλισσα, oppidum Libyæ, cuius incolæ dicuntur Meliſſæi, Stephan.

Meliſſa, μέλισσα, Meliſſi Cretenſium regis filia, quæ unà cum ſorore Amalthea, Iouem caprino aluit lacte. * Fuit item huius nominis nympha, quæ mellificium primò inuenit: unde data eſt occaſio fabulæ, Meliſſam in apem fuiſſe conuerſam. Col. lib. 9. cap. 2. Nec ſanè ruſtico dignum eſt ſciſcitari, fuerit ne mulier pulcherrima ſpecie, quam Iupiter in apē conuertit. * Meliſſa præterea quædam fuit, Periandri Corinthiorum tyranni uxor, quam ille, concubinarum delationibus temere credens, quum grauida eſſet, pedibus conculcans interemit. Vide Laertium in uita Periandri.

Meliſſus, μέλισσος, Cretenſium rex fuit antiquiſsimus, qui primus dijs ſacrificauit: cuius filię Meliſſa & Amalthea fuerūt, quæ Iouē infantē melle & lacte caprino aluerūt. * Fuit item Meliſſus, grammaticus muneri datus Mecœnati, & manumiſſus ab eo. Author Tranquillus. * Meliſſus præterea Samius, Parmenidis auditor, philoſophus ciuibus ſuis charus, quibus præcepta plura dedit, Rempublicam adminiſtrauit, claſsiq; in bello præfuit, ut refert Apollodorus.

Melita, tæ, uel Melite, es, μελίτη, inſula eſt non procul à Pachyno Siciliæ promontorio. Ouid. 3. Faſtor. Fertilis eſt Melite, ſterili uicina Coſyræ. * Eſt etiam Melite, ſiue Melita, urbis nomē in hac ipſa inſula, à Carthaginenſib. ut refert Diodorus, conditæ, textrinis precioſiſsimarum ueſtium in primis nobilis. Cicero 6. Verr. Inſula eſt Melita, iudices, ſatis lato ab Sicilia freto periculoſoq; diſiuncta: in qua eſt eodem nomine oppidum, quò iſte nunquam acceſsit: quod tamen iſti textrinum per triennium ad muliebrem ueſtem confici endam fuit.

Melitæus, a, um, & Melitenſis, μελιταῖος, Stephano. ut Melitæi catuli, μελιταῖα κυνίδια, quę ad fœminarum delicias ex Melita adue hebantur. Plin. li. 3. cap. ult. Melita. Vnde Melitæos canes appellari, author eſt Callimachus.

Melitene, es, μελιτηνὴ, Cappadociæ regio, prætenta Armeniæ maiori, non procul ab Euphrate. Plin. lib. 6. cap. 3.

Melittæa, μελιττάια, Theſſaliæ oppidum, Steph ciuis Melitteus. Theopompus & Philon μελίτειαν uocant. uide Meliteus.

Melituſſa, μελίτουσσα Stephano, Illyrici oppidum: cuius incolæ Melituſæi & Melituſij appellantur. Vide Meleagene & Meligine.

Melitus, μέλιτος, nomen alterius ex accuſatoribus Socratis.

Melizandrus, μελίζανδρος, poeta Mileſius, Lapitharum & Centaurorum bellum ſcripſit, ut eſt author Aelianus de Varia hiſtoria.

Mellaria, æ, oppidum Hiſpaniæ in tractu Bętico, Pomponij Melę patria, ut ipſe teſtatur Geographię ſuę lib. 2.

Melo, nomen fluuij, qui eſt Nilus, & Geon appellatus eſt. Auſonius in Aenigmate, Melonis albam paginam.

Meloboſis, μηλόβοσις, nympha eſt Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo in Theogonia: ſic dicta ab ouibus paſcendis.

Melocabus, Germanię urbs apud Ptolemęum lib. 2. cap. 11. uulgò Choburg.

Meloeſſa, μελόισσα, inſula eſt ex Syrenuſis una, ereginè Lacinij extremi Italię promontorij, non tam à pomorum, quàm à pecoris abundantia dicta. Vide Plinium lib. 3. cap. 4.

Melos, μῆλος, gen. fœmin. inſula eſt Cretę adiacens, una Sporadum, & urbs in eadem inſula. Strabo, Melos inſula inter Cretam, Peloponneſumq; interuallo ęquali ſita, à Peloponneſo promontorium Scylleum, à Creta Dictynnęum habens. Inter Cycladas numeratur à Pomponio libro 2. cap. 7. Hanc prius (inquit Stephan.) Phœnices habitauerūt. unde & Byblos uocata eſt à Byblijs Phœnicibus, ité Zephyria. Hinc Diagoras Melius, & Socrates, & Ariſtophanes. In Theſſalia uerò populi quidam μήλιοι dicuntur. Eſt & uicus Acarnaniæ, à quo Melicus, uel Malicus Doricè. A Melius etiam formatur Melieus, Meliacus, & regio Melis, Steph. Vide Maliea. de urbe Theſſalię, & de Byblide inſula quoq; ſuprà diximus.

Melos & Melaria, μῆλος καὶ μηλάρια, duo oppida in finibus Hiſpaniæ: à malis ſic dicta. Fertur enim Hercules aurea mala illuc ex Libya attuliſſe. Steph. in Belo. uide Meloeſſa.

Melus, μῆλος, filius Mantûs, à quo Melois Lesbi locus, Steph.

Melſus, uide Meſembria, μέλσος.

Melpomene, μελπομένη, pen. cor. una eſt Muſarum, tragœdiarum inuentrix: à modulando nomen trahens. Verg. de Muſarum inuentis: Melpomene Tragico proclamat mœſta boatu. Vide infrà de Muſis.

Melus, uide Melos.

Memaliarus, μεμαλίαρος, unus ex Cadmi ſocijs, Theram inſulam condidit, Steph.

Membliarus, μεμβλίαρος, inſula prope Theram & Anaphen à Membliaro Phœnice, Cadmi ſocio, qui Theram habitauit. dicitur etiam Bliarus per aphæreſin. gentile Membliarius, Steph. meminit etiam Plinius lib. 4. cap. 12.

Memmius, ciuis Romanus, qui de ambitu poſtulatus fuit à Qu. Curtio, teſte Cicerone ad Qu. fratrem lib. 3. à quo Memmiorum familia.

Memnon, teſte Homero, filius fuit Tithoni fratris Laomedōtis ex Aurora ſuſceptus, qui cum maxima orientalium potentis copia in auxilium uenit Priamo, & in pugna ab pulorum copia in auxilium uenit Priamo, & in pugna ab Achille occiſus, uel (ut alij tradunt) à Theſſalis inſidijs occiſus eſt: qui quum in rogo cremaretur, precibus Auroræ in auem mutatus eſt: ex eademque pyra multæ aliæ aues euolarunt, quas Memnonias uocarunt. Has ferunt quotannis ex Aethiopia ad Memnonis ſepulchrum, quod eſt iuxtà Ilium, aduolare. Vergil. lib. 1. Aeneid. Eoasque acies & nigri Memnonis arma. Strabo lib. 15. ubi ſepulturæ eius mentionem facit.

Memphi, μέμφοι, populi Memphim habitantes. uide Tapuis.

Memphis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Memphis,μέμφις,urbs Aegypti regia,ab Ogdoo rege condita,& à nomine filiæ eius ita appellata.Hęc inter omnes Aegypti urbes secundum ab Alexandria locum obtinuit,pyramidibus regum sepulchris,in primis insignis. Eius ambitus traditur fuisse centum & quinquaginta stadiorum. Sita est hæc urbs in loco totius Aegypti opportunissimo, ubi Nilus in duas scissus partes,literæ Δ speciem præbet, quò fit ut portuosissima sit,omniq́ue penè ex parte nauigijs aditum præbeat.Vulgus hodie Alcairū uocat.Hinc fiūt duo patronymica,unū masc.gen.Memphites,æ,alterū fœm.Memphitis,idis.Tibul.lib.1.Eleg.Barbara Memphitem plangere docta bouem.Iuuen.Saty.15.an ne aliam terra Memphitide sicca Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?

Memphiticus,a,um,adiect.Ouid.1.de Arte amandi, Neu fuge Niligenę Memphitica sacra iuuencæ.

Mempricus,rex Britanniæ, qui fratrem Malym exuit uita, ut eo mortuo regnaret.Author Volaterranus.

Mena,μήνη,apud Romanos fuit dea, quæ menstruis fluxibus præesse putabatur.Quo enim nomine dictus est piscis quidam breuis,μαινίς, qui hyeme candidus, æstate nigrior fit: sed tunc Mæna cū diphthongo scribitur.Cic.de Finib.Qui uoluptatem contemnunt, eis licet dicere, se acipenserem mænæ non anteponere.Martial.lib.11. Et caudam cybij bre uesq́; mænas. Hunc piscem eundem esse cum halece Theodoro credimus,qui ex Aristotele Halecem uertit, quam ille μαινίδα appellat.

Menæchmus,μέναιχμος,philosophus,Eudoxi auditor,qui Platonis temporibus uixit,& scripsit libros tres,in libros Platonis de Repub. * Menæchmus item Sicyonius historicus, qui scripsit historiam Alexandri Magni.Meminit utriusque Suidas.

Menęchmi,μέναιχμοι,apud Plautum comœdia, in qua gemini introducuntur eiusdem nominis, qui indiscreta similitudine miros aspicientium errores excitant.

Menala, Seruius enim sine diphthongo scribit,uide Mænala.

Menalcas,μενάλκας,pastoris nomen apud Verg.3.Eclog.

Menalippa,lippę,uel Menalippe,pes,μεναλίππη,fuit Antiopes Amazonum reginæ soror.Hæc ab Hercule capta fuit in bello quod contra Amazonas gessit: quam quum Antiopę sorori restitueret,accepit precium, arma reginæ & baltheum. Nam hæc quoq; ex eo bello reportare fuerat iussus ab Eurystheo.Iuuenal.Satyr.8. Syrma uel Antigones, seu personam Menalippes.

Menalippides,μεναλιππίδης,poeta Melius genere,scripsit Dithyrambicorum plures libros,& poemata epica, & epigrāmata,& elegos.*Huius ex filia nepos Menalippides iunior, item poeta,scripsit Lyrica & Dithyrambica. Vixit, mortuusq́; est apud Perdicam regem Macedoniæ.Suidas.

Menalippus,μενάλιππος,Thebanus quidam fuit,qui Tydeum in pugna apud Thebas lethaliter uulnerauit. Quum igitur Tydeus mortem appropinquare uideret,adeò impatienter tulit,ut ferè in rabiem uersus,socijs iusserit ut uulneratoris caput ad se deferrent:& apud Statium sic uociferatur,caput ô mihi si quis Apportet Menalippe tuum. Qui postquam illud multo sanguine fuso obtinuissent, ad dominum suū detulerunt:qui mordicus illud arripuit, ac ceruici non aliter, ac canis rabidus,dentes infixit:quumq́; illā bestiolę ritu deuoraret,occubuit. * Fuit & alter Menalippus Tydei frater, quem Tydeus in uenatu fertur peremisse, obq́; id fratricidium exulasse.*Fuit & tertius Menalippus Troianus, qui quòd uirtute præstaret,à Priamo filij loco amatus fuit.

Menander,μένανδρος,poeta comicus,Theophrasti discipulus, Athenis fuit,mēte acutus,amore in mulieres insanus.Scripsit fabulas LXXX,& epistolam unam ad Ptolemæum regem,aliaq́; nonnulla soluta oratione. Hæc Suidas. Quint. lib.10. cap.1.Menander,meo quidem iudicio,diligenter ad cuncta quæ præcipimus efficienda,sufficiat.Ita omnem uitæ imaginem expressit,tanta in eo inueniendi copia, eloquēdi facultas,ita est omnib.rebus, personis,affectibus accōmodatus. Ouid.2.Trist.Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri.Legitur & Menandros,Græcorum more.Idem lib.1.Amor. Dum fallax seruus,durus pater,improba lena Vixerit & meretrix blanda,Menandrus erit.* Menander itē Laodiceus sophista,scripsit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minutiani.Suid. * Menander alius Simoni Mago succesit,non solum eius referens impietatē, sed longè maioribus superans portentis. Sese enim iactitabat seruatorem esse,ex Olympo ad hominū salutem demissum:docebatq́; nullo alio pacto angelos ab hominib. uinci aut cogi posse,quàm artis magicæ disciplina & baptismo à se traditis, ex quibus solis immortalitatem humano generi contingere posse asseuerabat.Hæc Irenæus.

Menapij,μεναπίοι,populi,qui ad utranque Rheni ripam habitant,proximi Vbijs,Eburonibus,& Sicambris. Vnde coniecturā facere possumus esse eos,quos hodie Iuliacenses uocamus & Cliuenses: quamuis Menapiorum olim latiores fuisse uidentur fines, quàm hodie sunt Iuliacensium & Cliuensium.

Menaria,lege Mænaria.

Mendæ,μένδαι,urbs Siciliæ prope Palicos. uide Mendæus, Stephan.

Mende,μένδη,urbs Thraciæ,à Mende uel Mendi muliere. Inde uinum Mendæum,Steph.

Mendes,μένδης,urbs Aegypti iuxta Lycopolin, ubi Pana & hircum colunt.Ciuis,Mendesius,aut Mendites,Steph.

Mendesicum,μενδησικὸν,unum ex Nili ostijs, authore Plin. lib.5.cap.10.

Mendesium,μενδήσιον,Aegypti oppidum,cuius incolæ Mendesij μενδήσιοι appellantur.Herodotus lib.2. dictū existimat à Pane,qui ibi sub hirci specie colebatur. Hircus enim Aegyptiorū lingua Mendes appellatur. Ab hoc etiā oppido uinum Nili ostiū Mendesium dictum fuit.*Mendesiū quoq; uocatur,nobilissimi unguenti genus,quod ex hac urbe prę stantissimum mittebatur,de quo Plin.lib.13.cap.1.

Menecina,μενεκίνη,urbs mediterranea Oenotrię,à qua Menecinæi,μενεκιναῖοι,& Menecini populi,Steph.

Menecrates,μενεκράτης,Aeliano teste,medicus fuit Syracusānus,qui ab ægrotis aliam mercedem nō stipulabatur,quàm ut ipsum Iouem appellarent,sese aūt illius seruos faterētur. * Alter Menecrates comicus poeta fuit,ut scribit Suidas.

Menedemium,μενεδήμιον,urbs Lyciæ. gentile Menedemius, uel Menedemicus,Steph.

Menedemus,μενέδημος,philosophus ex Eretria ciuitate,à quo philosophi Eretriaci dicti sunt. Eretria uerò in Eubœa est, ut inquit Strabo lib.9.Hic militiam primò exercuit:postea ad Platonē concesit. Fuit honestate & grauitate insignis: statura corporis in sene,ut in iuuene, fuit firmus & ualidus. Et quum primùm ab omnib.ludibrio haberetur, postea tanta in admiratione habitus est,ut ciuitatis gubernacula ei traderentur. Obijt uitæ suæ anno septuagesimo tertio. * Fuit & alius Menedemus Lāpsacenus,Cynicus, qui in tam prodigiosam uenerat superstitionem, ut sumpto habitu Furiæ, prodiret,dictitans se exploratorem ex inferis uenisse,delaturū dæmonib.mortaliū peccata. Pullatus ambulabat cum tunica talari adstricta baltheo puniceo: Arcadicum pileum gestabat,cothurnos tragicos,uirgam in manu. Author Laertius.* Item alius Rhodius,Aristotelis auditor, de quo uide Aristotelis iudicium apud Gellium lib.13.cap.5.

Menelaos,μενέλαος, filius Atrei, & Aeropes, ut Homerus tradit,Plisthenis uerò,ut Hesiodus,& frater Agamēnonis, rex Spartæ, qui Helenam Iouis & Ledæ filiam, uxorem habuit: quam quum Paris,Priami filius, eo absente rapuisset, legatos ad Paridem misit,qui illam repeterent:sed quum reddere nollet,omnes totius Græciæ principes ad bellum conuocauit:qui collecto maximo exercitu, ad unum omnes sub Agamemnone rege in excidium Troianum coniurarunt. Quumq́; iam tota Phrygia atq; Mysia deuastata,Ilium Priami regiam, decennali bello oppugnassent, tandem fraude magis quàm uiribus expugnauerunt:atque sic egregiam suam coniugem recepit, conscensaq́; naui post octauum erroris annum,domum redijt.Tantæ molis erat infame reducere scortum. Vergil.lib.2. Aeneid.Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.

Menelaus,μενέλαος,urbs Aegypti,Strabo lib.14. & regio Menelaites.Est etiam Menelaium,μενελάϊον,parua regio Spartę. gentile μενελαϊὸς. possessiuum Menelaicus: sed ab Aegyptia urbe Menelaites dicitur,Steph.

Menephron,uiri proprium,qui cum matre concubuit,authore Ouid.lib.7.Metamorph.

Menes,μένης,teste Herodoto, primus omnium hominum in Aegypto regnauit,sub quo tota Aegyptus,præter Thebaicam plagam palustris fuit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Meneſtheus, μενεσθεὺς, uiri fortis nomen, qui unà cum Adraſto & Tydeo profectus eſt ad bellum Thebanum. Vide Statium lib. 6. Thebaid.

Meneſtho, μενεσθὼ, nomen nymphæ, à memorando dictum.

Meneſthius, μενέσθιος, fuit Arithoi & Philomeduſæ filius, ex Arna ciuitate, quẽ Paris in bello Troiano occidit, teſte Homero in initio lib. 7. Iliad.

Meninx, μήνιγξ, nomen inſulæ ex aduerſo minoris Africæ, ut docet Plinius libro 5. capite 7. quæ in longitudinem patet triginta quinque milium paſſuum, in latitudinem uigintiquinque.

Menippus, μένιππος, Phœnix, philoſophus Cynicus, cõditione ſeruus, qui nihil memoria magnopere dignũ reliquit, prẽter Nenias aliquot, teſtamenta & epiſtolas, & id genus nugas crebris ſalibus, Cynicaq; mordacitate refertas: ad quarum imitationem M. Varro Satyras conſcripſit, quas ab illius nomine Menippeas appellauit, ut tradit Macrobius in Satur. Hic ad rem augendam tam auidus fuiſſe dicitur, ut etiam nauticum fœnus exerceret. Qua ratione immẽſam pecuniæ uim breui congeſsit, quamq; quum per inſidias ſibi comperiſſet eſſe ereptam, laqueo uitam finiuit. Hæc Diogenes Laertius. *Fuit item, teſte Suida, Menippus quidam poeta comicus. * Alius item Stratonicenſis, tota Aſia diſertiſsimus, præceptor Ciceronis, ut ipſe in Bruto teſtatur. Poſt à me (inquit) Aſia tota peragrata eſt, cum ſummis quidem oratoribus, quibuſcum exerçebar ipſis lubentibus: quorum erat princeps Menippus Stratonicẽſis, meo iudicio tota Aſia illis temporibus diſertiſsimus: & ſi nihil habere moleſtiarum, nec ineptiarũ, Atticorum eſt, hic orator in illis numerari rectè poteſt. Hactenus Cicero in Bruto.

Menius, Lycaonis filius, qui quum patre in lupum uerſo, & domo conflagrante Iouem deteſtaretur, ab eodem fulmine percuſſus eſt.

Menius, Cos. Romanus, anno ab Vrbe condita 430, deuictis nauali prælio priſcis Latinis ac Antiatibus, eorum roſtra nauium ærata in foro poſuit, appellariq; forum Roſtra cœpit. Author Liu. lib. 8. Plin. lib. 34. cap. 5.

Menlearia, μενλεαρία Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ urbs, uulgò Marcias.

Menodotus, μενόδοτος, medicus inſignis, ætatè Serapionis, cuius meminit Galenus in Therapeut.

Menœceus, μενοικεὺς, iuuenis Thebanus, filius Creontis, qui pro patriæ ſalute ſanguinem ſuum, atq; adeò uitã ipſam ſpõtè profudit. Nam quum Thebanis eo tẽpore, quo ab Argiuis obſidebantur, redditum eſſet oracultum, urbem ſaluam fore, ſi ultimus ex Cadmi poſteris, ſpontanea ſe morte manibus eius deuoueret, intelligens Menœceus oraculum illud ad ſe pertinere, nihil cunctatus, ſuo ſibi gladio necem conſciuit. Vide Statium 10. Thebaid.

Menœcis, μενοικὶς, penult. prod. urbs Phocenſium ultima, quæ ad Occaſum uergit.

Menœtes, μενοίτης, nomen unius ex ſocijs Aeneæ, qui gubernator fuit nauis, cui nomen erat Centauro. Verg. 5. Aeneid.

Rectorem nauis compellat uoce Menœten.

Menœtius, μενοίτιος, teſte Homero, filius fuit Actoris ex Aegina, quam uitiatam Iupiter illi in coniugem dederat. Hic poſtea relicta Aegina matre in Opuntem Locrorum ſe cõtulit, ibiq; Patroclum ex Sthenele uxore ſuſcepit, qui ab eo Menœtiades appellatur. Ouid. in Epiſt. Penel. Siue Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis, &c.

Menoles, uide Mœnoles cum diphthongo.

Menon, onis, μένων, arrogantiſsimus ſophiſta fuit Socratis ætate: cuius meminit Plutarchus in libello, quem περὶ πολυφιλίας inſcripſit.

Menophilus, μενόφιλος, Eunuchus fuit, cui Mithridates à Pompeio uictus filiam ſeruandam dedit in arce quadam, quam quum Manlius Priſcus obſediſſet, defenſoresq; deditionem parantes Menophilus ſentiret, gladium in uiſcera ſua compegit, ueritus ne captiua puella raperetur & uiolaretur. Author Ammianus Marcellinus lib. 16.

Menoſca, μήνοσκα, oppidum Vardulorum in Tarraconenſi Hiſpania, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 20. & Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Menoſgada, uide Monoſgada.

Menõtharus, μηνόθαρος, fluuius in Mæotim influens, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

Mentercoſa, μεντέρκοσα, ciuitas eſt Hiſpaniæ, in finibus Celtiberiæ. Ptol. lib. 2. cap. 6.

Menteſa, μέντισα, oppidum Hiſpaniæ, in plaga Auſtrali Celtiberiæ, Ptol. lib. 2. cap. 6.

Mentoas, μεντώας, fluuius olim dicebatur, quem nunc (Euſtathio in Dionyſium teſte) Iſtrum, ſiue Danubiũ appellamus.

Mentor, oris, μέντωρ, penult. correp. mirus fuit in uaſis cælandis artifex. Iuuen. Satyr. 8. Raræ ſine Mentore menſæ. Plin. libro 33. cap. 11. L. uerò Craſſus orator duos ſcyphos habuit, Mentoris artificis manu cælatos, ſeſtertijs c. Idem libro 12. Mentori quotidie teſtimonium perhibet Capitolinus Iupiter, & Diana Epheſia, quibus fuere conſecrata eius artis uaſa.

Mentoreus, ea, eum. Propertius lib. 1. Lesbia Mentoreo uina bibas opere.

Mentores, pen. cor. μέντορες, Stephano, populi fuerunt in Illyrico: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

Mentyrna, μέντυρνα, urbs Samnitum, in Italia. gentile Mentyrnæus.

Menus, uir fuit inter Samnites natus, qui mirè ſolitudinem amabar, in qua, ne quid per ocium perperam faceret, apes curabat.

Menuthias, adis, μενουθὰς Stephano, inſula eſt Aethiopiæ adiacens, iuxta Praſſum promontorium, cuius meminit & Ptolemæus lib. 4. cap. 9.

Menuthis, μενουθὶς, uicus Aegypti non procul à Canopo: cuius incolę Menuthitæ, μενουθῖται, uocantur. Steph.

Mephitis, uide in Appellatiuis.

Mera, μήρα, proprium nomen ſacerdotis Veneris. Stat. lib. 8. Theb. Aegææ Veneris quos Mera ſacerdos Ediderat perhibente Dea. *Mera item Prœti & Antiæ filia fuit, quæ quũ uenationi dedita, Dianã per nemora ſequeretur, à Ioue uiſa & dilecta eſt, qui ſumpta Dianæ figura, cum ea cõcubuit. Quapropter quum poſtea ob patrati ſceleris pudorem, umens ne denuò deciperetur, uocanti ſe Dianæ obſequi nolet, ab eadem ſagittis confoſſa occubuit. Tandem in canem eſt mutata. Ouid. lib. 6. Metam. Et quos Mera nouo latratu terruit agros. * Eſt etiam alterius canis nomen, de quaſuprà in dictione Erigones.

Mercurius, Iouis & Maiæ filius, ita dictus à mercib. eo quòd negotiatorib. præſidere exiſtimetur. A Græcis ἑρμῆς dicitur, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, hoc eſt ab interpretãdo. Varijs à poetis appellatur nominibus: nam modò Ligius dicitur, modò Argiphontes, modò Nomius, modò Cyllenius. Præter hũc tres alij fuiſſe Mercurij dicuntur: unus Cœli & Dei filius: alter Liberi & Proſerpinæ: tertius Iouis & Cyllenes, quem fama eſt, ob Argi cædem profugum, literas Aegyptijs eſſend fecuerũt omnes ad Maię filiũ referũtur. Ideo alas in capite, & in pedib. ponunt, uolentes ſignare, ueloce ferri per aera ſermonem. Ideò aũt deorum nunciũ dictum, quoniã per ſermonem omnia cogitata enunciantur. Dictus eſt deus facundię, quòd hominib. eloquentiã præſtare putabatur. Habitus eſt etiam deus mercatorũ, palęſtræ, furum, πτήνιος, πρόδρος. Lyram inuenit: Hermaphroditũ ex ſorore Venere genuit: Martem è duris carceribus liberauit: Argum interemit: Prometheum in Caucaſo religauit. * Fuit præterea alius hoc nomine Aegyptiorũ ſacerdos, ſuperioris, ut putatur, nepos, qui à Græcis ἑρμῆς τρισμέγιστος, hoc eſt Mercurius ter maximus dictus eſt, quòd & ſummus eſſet ſacerdos, & ſapientiſsimus philoſophus, & rex potentiſsimus. * Eſt etiam Mercurius unus ex ſeptem planetis, cuius corpus cunctorũ ſiderũ minimũ, ferè ſemper ſubeſt radijs ſolaribus, à quib. nõ recedit longius, quàm uiginti octo gradus. Ideò ab aſtronomis dicitur, quod eſt, radians. Vnde etiã ſolatus & peruſtus fingitur, quòd Soli uicinior ſit quàm reliquæ ſtellæ. Cic. li. 3. de Nat. deo. quinq; Mercurios cõmemorat: Mercurius, inquit, unus Cœlo patre, Die matre natus, cuius obſcœnius exorta natura traditur, quòd aſpectu Proſerpinæ commorus ſit. alter Valentis & Phoronidis filius, is qui ſub terris habetur, idem Trophonius. Tertius, Ioue tertio natus ex Maia, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre quem Aegytij nefas habent nominare. Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemiſſe, ob eamq; cauſam Aegypto præfuiſſe, arq; Aegyptijs leges & literas tradidiſſe. Hactenus Cic. Verg. lib. 4. Aeneid. Tunc ſic Mercurium alloquitur, ac talia mandat, &c.

Mercu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mercuriales, uidentur fuisse sodales ex collegio aliquo in honorem Mercurij instituto. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2. M. Furium Flaccum, equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt.

Meriones, μηριόνης, fuit, teste Homero li. Iliad. 2. auriga Idomenei, & cum eo dux nauium, quæ è Creta uenerant ad Troiã, ipsi Martij, ut ait, ipsius Martis iudicio comparandus.

Meritus, substantiuum, mons est Thraciæ apud Plinium lib. 4. cap. 11.

Mermeros, unus ex Centauris. Ouid. Metamorph. 11. Quiq; pedum nuper certamine uicerat omnes Mermeros, accepto tum uulnere tardior ibat. μέρμερος autem Latinè curiosus interpretatur, à uerbo μερμερίζω, quod est cogito & consulo.

Mermessus, μερμησσὸς, urbs Troadis, Sibyllæ Erythrææ patria, ut Stephano placet, qui etiam ab urbis huius rubedine Erythræam eam appellatam existimat. Straboni tamẽ magis credendũ existimo, qui Geographiæ suæ lib. 14. Erythræam Sibyllam dictam existimat, ab Erythris Ioniæ urbe, non procul à Clazomenis sita.

Mero, per iocũ dictus est Tiberius Cæsar, pro Nerone: quòd impendio uinosior esset. Tranquillus in Tiberio Cæsare, In castris tyro etiam tum propter nimiã uini auiditatem, pro Tiberio, Biberius: pro Claudio, Caldius: pro Nerone, Mero uocabatur.

Meroe, roes, μερόη, dictio trisyllaba, insulæ Nili metropolis, à qua & tota insula Meroe dicitur. De hac ita scribit Herodotus: Meroe fuit olim regni caput: clypei figuram ea insula imitatur, ad tria millia stadiorum cum Nilo protensa. accolunt pastores eam, qui passim uenantur: & agricolæ, qui aurifodinas habent. Hanc Cambyses cõdidit, appellauitq; à nomine sororis Meroen. Quum enim Aegyptum omnem occupasset, Meroen secum usque ad Aegyptios ducẽs processit: quæ quum ibi mortem obijsset, urbi nomen indidit. De hac Lucan. lib. 10. gurgite rupto Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis. Patet longitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebenum. Præterea fert & lapidum multiplex genus, distatque à Syene quinque millibus stadiorum, ultra quam est torrida zona. Exuperat omnes alias Nili insulas. quas circiter septingentas esse scribit Diodorus lib. 1. & 17. De hac etiam Strabo lib. 16. plura scribit.

Merope, pes, penult. corr. μερόπη, una filiarum Atlantis ex Pleione nympha, cuius stella ex septem Pleiadibus obscurissima apparet, quòd quum sorores omnes dijs nupsissent, sola Sisypho nupserit homini morrali. Vide Ouid. 4. Fast.

Meropia, μεροπία, insula est una Cycladum, quæ alijs nominibus & Siphnos, & Acis appellatur. De hac Plinius libro 4. capite 11.

Meropis, μεροπὶς, insula est Cariæ adiacens, quæ notiore nomine Cos appellatur. De hac Plin. lib. 5. cap. 31.

Meropus, μέροπος, penult. corr. mons Græciæ iuxta Thessaliam, uarijs præruptus anfractibus: qui undique referiente Echo, uoces diuersas reddit, undique etiam appellationem sortitus est.

Meros, siue Merus, μηρὸς, mons est in finibus Indiæ, in cuius radice Dionysius in Indiam proficiscens, Nysam urbem condidit. Curt. lib. 7. Nysa sita est sub radicib. montis, quã Meron accolæ appellabant. Inde Græci mentiendi traxere licentiam, Iouis femine Liberum patrem esse celatum. Græcè enim μηρὸς, femur significat.

Merula, pro fluuio, uide Merula nomen auis.

Merusium, ij, μερούσιον, Siciliæ locus 70. à Syracusis stadijs distans: cuius incolæ Merusij dicti sunt. Author Steph.

Mesapia, Mesapus, uide Messapia.

Mesanites sinus, μεσανίτης κόλπος, Persici sinus pars est, Steph.

Mesene, uel Messenia, uide Messenia & suprà Adiabena.

Meses, Mesæ, μέσης, uentus inter Boream & Cæciam medius: unde & nomen habet. Huius meminit Plinius libro secundo, cap. 47.

Mesembria, μεσημβρία, Megarensium colonia, quam antea Menebriam uocant, quasi Menapolim, id est Menæ ciuitatem. Eius enim ædificator Menas appellabatur: Bria uerò sermone Thracio ciuitas uocatur. Hæc Srabo lib. 7. Mesembrici portus meminit Ouid. 1. Trist. eleg. 9.

Mesia. uide Mœsia.

Mesola, μεσόλη, Messeniaci agri oppidum, inter Taygetum montem, & Messanem urbem situm. gentile est Mesolates. Stephanus.

Mesomedes, penult. producta, μεσομήδης, poeta lyricus, ex Creta oriundus, Adriani Cæsaris libertus: in cuius gratiam scripsit laudes Antinoi, qui Adriano in delicijs erat. Suidas.

Meson, μέσων, quidam astrologus fuit, qui Atheniensibus in expeditionem Sicilienſem profecturis, quum ipse quoque ad id bellum delectus esset, imminentem toti exercitui cladem prospiciens, proprijs ędibus ignẽm iniecit, furoremq; tam scitè assimulauit, ut ueluti insanus, & bello parum idoneus, domi fuerit relictus. Vide Plutarchum in Nicia, Alcibiade, & Pyrrho. Item apud Cælium lib. 11. cap. 75.

Mesopontius, μεσοπόντιος, cognominatus est Neptunus, qui apud Eresum Lesbi insulæ ciuitatem colebatur. Steph.

Mesopotamia, μεσοποταμία, regio maioris Asiæ, inter Euphratem & Tigrim, unde nomen habet. μέσος enim medium sonat, & ποταμὸς fluuium. Tacitus lib. 5. Mox repetita amicitia regis, multo apud eum honore, præfectus campis, qui Euphratæ & Tigri inclytis amnibus circumfluit, Mesopotamiæ nomen acceperunt. Habet hæc regio Tigrim ab Oriente, & Euphratem ad Occidentem: à Meridie Babyloniam, ab Aquilone Caucasum. * Mesopotamiam impinguat Euphrates, ut inquit Solinus, annuæ inundationis excesibus terris superfusus. Hæc regio etiam dicta est Seleucia, ut lib. 6. refert Plinius.

Mespanense, unum ex ostijs Rhodij fluuij, aliàs Rhodani.

Messaba, μέσσαβα, urbs Carum. gentile Messabeus, Steph.

Messala, læ, pen. pro. μεσσάλας, dictus est Valerius Coruinus, quia Messanam in Sicilia expugnauit, & urbis captæ in se translato nomine, Messana primò, paulatimque uulgo permutante literas, Messala dictus est. Vnde & Messalarum familia Romæ florentissima, ex qua Messala Coruinus orator nobilis ortum habuit. Hic quum prouectior foret, antè biennium quàm moreretur, adeò memoriæ sensum amisit, ut uix paucula uerba coniungeret, & nominis quoque sui immemor esset. Tandem uerò ulcere ori innato, seipsum inedia confecit: author Cælius, & Crinitus lib. 1. cap. 12. Is orator fuit, Fabio teste libro 10. cap. 1. nitidus & candidus, & quodam modo præ se ferens nobilitatem suam: uiribus tamen minor. Illius familia Coruini cognomentum tulit à coruo, qui Valerio Tribuno, uni ex maioribus, aduersus Gallum pugnanti suppetias tulit, ut meminit Gellius lib. 9. capite 11.

Messalina, μεσσαλίνα, penult. prod. nomen filiæ Barbati Messalæ, consobrini Claudij Imperatoris. Tandem ab ipso Claudio supplicio affecta est, quum C. Silio nupsisset. Author Tranquillus in Claudio. Prodigiosam huius libidinem lege apud Iuuenalem Satyr. 6. Tacitum libro 11. & Plinium libro 10. cap. 62.

Messana, μεσσήνη, urbs est Siciliæ, propinqua Peloro promontorio, à Messenijs Achaiæ populis condita, & à nomine relictæ ab illis urbis ita appellata. Silius libro 15. Incumbens Messana freto, niuibusque reuulsa. Huius incolæ primùm Messanenses dicti sunt: postea uerò quum Mamertini, natio Campana, eò colonos misissent, ipsi quoq; Mamertini potius, quàm Messanẽses sunt uocati. Clarissima autem est ex bellis Punicis & Atticis. Fuit enim causa primi belli Punici, ut Florus tradit lib. 2. Eius quoq; ager feracissimus est uini, quod Mamertinum appellatur. Martialis, Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta Si detur, &c.

Messapeæ, μεσσαπίαι Laconici agri locus, in quo Iupiter colebatur, ut ex Theopompi sententia refert Stephanus.

Messapia, μεσσαπία, regio est in extremis finibus Italiæ, peninsulæ forma, Isthmo non admodum lato, qui est inter Brundusium & Tarentum, continenti adhærens. Eadem & Iapygia dicta est, & Calabria. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. capite 11.

Messapion, μεσσάπιον, Eubœæ insulæ mons, ita dictus à Messapo quodam, qui inde in Italiam coloniam deduxit. Stephanus.

Messapus, μέσσαπος, unus ex fortissimis Italiæ ducibus, qui Turno aduersus Aeneam suppetias tulit. Verg. Aeneid. At Messapus equũm domitor Neptunia proles, Quem neque fas igni quenquam uel sternere ferro. Quem Vergilij locum exponens Seruius, ideo Neptuni filium creditum ait, quòd mari in Italiam fuerit aductus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Messeis, μισσηὶς, Thessaliæ fons est, non procul à Pharsalo oppido: cuius meminerunt Plin. lib. 4. cap. 8. & Strabo lib. 9.

Messene, μισσήνη, ciuitas Græciæ in Peloponneso, à qua Messenij dicti sunt, qui in Sicilia ad Pelorum promontorium urbem condiderunt, quam à nomine patriæ suæ μισσήνην appellauerunt. Latini η in a longum commutato, uocant Messanam. De Messenijs ita scribit Hieronymus in Iouinianum. Spartiatæ & Messenij diu inter se habuere amicitias, in tantum, ut ob quædam sacra etiam uirgines ad se mutuò mitterent. Tandem uerò Spartani Messenios, propter frequentem defectionem, in seruitutem redegerunt, eosq; durius etiam quàm reliquos seruos tractarunt, ne denuò res nouas molirentur. Hinc adagium natum, Seruilior Messena. Hi se nota literæ M, cognobiles reddebant.

Messias Hebraicè, Græcè Christus, Latinè Vnctus dicitur.

Mesthles, μίσθλης, dux Mæonum, qui unà cum fratre Antipho Troianis suppetias tulit aduersus Græcos, ut testatur Homerus lib. 2. Iliad.

Messoa, μίσσοα, urbs Laconiæ, & tribus eiusdem. gentile Messoates, Steph.

Messuuium, Ptolemæo lib. 2. cap. 13. Germaniæ urbs: uulgò Maydburg in Saxonia.

Messogis, μίσσωγις, mons Lydiæ, inde Messogites, optimi uini ferax, Steph.

Metaboli, μεταβολοι. Vide Isæum.

Metabus, μέταβος, Sisyphi filius fuit, teste Stephano, & nepos Aeoli, qui Metapontum in Italiæ finibus condidit.

Metachœum, μεταχοιον, arx Bœotiæ, inter Orchomenum & Dodonęam, quam alij Metachœrum appellant. Steph.

Metagonium, μεταγώνιον, promontorium Aphricam à Numidia diuidens: ita dictum, quòd angulare sit. Ab hoc promontorio Numidia ipsa Metagonitis dicitur. Authore Plin. lib. 5. cap. 3. & Mela lib. 1.

Metapa, μέτατα, Acarnaniæ oppidum, apud Polybium lib. 5. cuius gentile est Metapæus. Steph.

Metapinum, teste Plin. li. 3. ca. 4. unum est ex ostijs Rhodani.

Metapontis, pontidis, μεταποντις, insula est in mari Carpathio, inter Rhodum & Gnidum sita, recentiore nomine Syme appellata, à Syme Ialysi filia. Vide Stephanum in dictione Syme.

Metapontium, μεταπόντιον Ptolemæo, quasi transpontum, dictum est oppidum Italiæ in sinu Tarentino, à quo Metapontini populi à Pylijs, qui Nestore duce è Troia nauigauerũt, conditum, adeò terræ prouentu & agricolatione fœlix, ut ea gratia auream ætatem Apollini Delphico, aliquando donum obtulerit. Pompon. lib. 2.

Metas, uide Metaum.

Metaum, μέταον, Lesbi oppidum, à Meta quodam Tyrrheno ita appellatum, Steph.

Metaurus, & Metaurum, μέταυρος, Vmbriæ fluuius per Flaminiã decurrẽs, & inter Fanum Fortunæ, & Senogalliam in mare defluens. Iuxta hunc fluuium Claudius Nero Consul cum Liuio Salinatore Asdrubalem interfecit. Plin. lib. 3. cap. 14 Nunc in ora flumen Aesis, Senogallia, Metaurus fluuius, colonia Fanum fortunæ, Pisaurum cum amne. Lucan. lib. 2. In læuum cecidere latus, ueloxq́ue Metaurus, Crustumiumq́; rapax. Hor. li. 4. Car. Ode 4. Quid debeas ô Roma Neronibus, Testis Metaurum flumen: quo in loco Meraurũ flumen, neutro genere, protulit, sicut alibi Rhenum, Quum flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus.

Metelis, μέτηλις, oppidum Aegypti, non procul ab Alexandria, recentiore nomine Becchis appellatum, à quo uicinus Nomus, Metelites dictus est. Steph.

Metellus, μέτελλος, Cæciliorum familiæ cognomen fuit, ex qua non pauci fortissimi, reiq; pub. utilissimi ciues orti sunt: & in primis L. Cæcilius Metellus pontifex max. quẽ adeò impeditæ ac balbutientis linguæ fuisse tradunt, ut multis mensibus fatigatus, tortusq; fuerit, dum meditatur in æde Opiferæ dedicanda dicere. Hic fuit ille Metellus, qui teste Plin. lib. 7. cap. 44. conflagrante æde Vestæ, Palladium Troia aduectum, subtraxit ab incendio, magna quidem pietate, sed euentu misero. Nam dum in flammas auidius se conijceret, orbatus est uisu. Iuuenal. Satyr. 3. Da testem Romæ tam sanctum, quàm fuit hospes Numinis Idæi: procedat uel Numa, uel qui Seruauit trepidam flagranti ex arce Mineruam. Hic Metellus etiam primo bello Punico, aduersus Pœnos speciosissimum egit triumphum, XIII ducibus hostium, & CXX elephantis in eo ductis. * C. Metellus, à domita Macedonia Macedonicus uocatus, Prætor Pseudophilippum, & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Inuisus plebi ob nimiam seueritatem, & ideò Consul ægrè factus. De hoc Liu. lib. 59. Memorantur alij plures Metelli, ut Balearicus, Vittatus, quem Plinius Diadematum uocat. * Metellus præterea Numidicus dictus, quòd de Numidiæ rege Iugurtha triumpharit. Cuius meminit Cicero, & item Aulus Gellius cap. 6. libri primi, & libro 6. cap. 11. * Metellus Creticus à deuicta Creta dictus, cuius meminit Plutarchus in Pompeio. * Metellus Dalmaticus, à deuictis Dalmatis. Author Pedianus in Act. 3. contra Verrem. * Metelli, plebeij fuere, ut ait Liu. lib. 19. uerùm clari uictorijs & magistratibus, Cæcilijq́; omnes appellati.

Methone, pen. prod. μεθώνη, ciuitas est littoralis Peloponnesi in Messenica regione, quam quum obsideret Philippus rex Macedonum, Alexãdri Magni pater, oculũ amisit ictu sagittę, quá iécerat Aster oppidanus, cui quoq; inscriptum erat: Aster telum Philippo immisit in oculum. Valerius Flac. lib. 1. Neleides q́; Periclymenus, quem parua Methone, &c. Hu ius meminit Ptol. lib. 3. cap. 16. Hodie Modona: uia peregrinantium Hierosolymam à Venetijs.

Methone, Step. urbs Thraciæ. Homerus per η, οἱ δ' ἄρα μεθώνην, καὶ θαυμακίην ἐνέμοντο. ciuis Methonæus. Alia est Macedoniæ. Abundat uino, quod Græci μέθυ uocant, unde nomen. Alia est Laconiæ, cuius Gentile Methonæus. Quarta Persidis: quinta, Euboeæ.

Methuriades, μεθουριάδης Stephano, siue (ut apud Plinium legitur) Methurides, insulæ quator sunt in sinu Megarico, non procul à Troezene. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Methydrium, μεθύδριον Stephano, Arcadiæ oppidum est, de quo Strabo lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 6.

Methymna, uel Methymne, μήθυμνα, urbs Lesbi, apud quam nascitur generosum uinum. Ouid. 1. de Arte amandi, Garga ra quot segetes, quot habet Methymna racemos.

Methymnæus, æa, æum, μηθυμναῖος, idem lib. 11. Metamorph. Et Methymnæa potiuntur littore Lesbi. Ab hac urbe ortum habuit Arion citharœdus nobilis, quem Herodotus à prædonibus in mare proiectum, & à Delphine incolumem deuectum in portum ad Tænarum fabulatur.

Metilis, uide Metelis.

Metiochus, μήτιοχος, fuit, teste Herodoto lib. 6. Miltiadis Athenien sium ducis filius, qui quum à Phœnicibus captus, Dario Persarum regi, contra quem pater bellum gerebat, præsentaretur, in nullo prorsus læsus fuit, sed eum donauit Darius pulcherrimo palatio, multis possessionibus, diuitijs: atque uxorem Persicam dedit, ex qua liberos suscepit.

Metis, μῆτις, nympha Oceani, & Tethyos filia, sic dicta à consulendo. μῆτις enim consilium significat. Huius meminit Hesiodus in Theogonia.

Metiscus, Turni auriga. De quo Vergilius li. 12. Aen. Aurigam Turni media inter lora Metiscum Excutit, &c. Sunt qui scribendum putent Methyscus, etymon eius deducẽtes à Græco uerbo μεθύσκομαι, quod est inebrior.

Metius Sufferetius, dux Albanus tempore Tulli regis Romanorum, qui quòd ex præscripto fœderis ad belli societatẽ contra Fidentes uocatus, euntib. in hostem Romanis, suos prælio eduxerat, iussu Tulli duabus admotis quadrigis discerptus est. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe.

Metius Geminus, dux Tusculanorum, superatus à Romanis bello Latino. * Metius item Curtius, Sabinorum dux contra Romulum, ob raptas Sabinas, acriter pugnauit.

Metius Carus, delator insignis fuit, de quo Plinius prima Epistola. Vocanium, & lib. 6. ad Hispanum.

Metra, Erisichthonis cuiusdam Thessali filia, meretrix liberali forma, ad quam qui commeabant adolescẽtes, corporis copiam non assequebãtur, nisi equos, boues, amplissimaq́; deferrent munera: quia nondum id temporis repertus fuerat gẽmarum usus. Porrò Thessali per iocum dicebant: Metrã Erisichthonis uerti in ea omnia, quæ illi ab amatorib. donabantur. unde fluxit prouerbium, Mutabilior Metra Erisichthonis. Ouid. 8. Metamorph.

Metrocles, μητροκλῆς, Cynicæ sectæ philosophus & discipulus Cratetis, qui Hipparchiã sororem eius in matrimonium habebat. Vide Laertium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Metrodorus,pen.pro.μητρόδωρος,pictor & philoſophus Athenienſis,Carneadis auditor,ut Cicero teſtatur de Orat.li.1. Erat,inquit,etiam Metrodorus, qui cum illis unà illum ipſum Carneadem diligentius audierat. * Fuit præterea Metrodorus quidam Scepſius, qui poſtea relicta philoſophia ad ciuilium rerum adminiſtrationem ſeſe cótulit. Hic oratori in ſcriptis ſuis, quàm philoſophis uicinior fuit, nouoque quodam dicendi genere multos à ſui imitatione deterruit. Propter nominis tamen famam, quanquam pauper erat, clarum coniugium apud Cathaginienſes aſſequutus eſt, atque uti Carthaginiẽſis uiuebat. Quumque amicitiam Mithridatis regis ſibi conciliaſſet, ad illum cum uxore profectus, honore maximo ab eo affectus eſt. Nam iuri dicundo præfectus fuit, cum poteſtate tam ampla, ut ab eo ad regem prouocare non liceret. Quæ tamen res ei non fœliciter ceſsit. Nam quum hominum aliquot improborum odiũ incurriſſet, legatus ad Tigranem Armeniorum regem miſſus, à Mithridate deſciuit. Quamobrem comprehenſus à Tigrane, inuitus ad Mithridatem remiſſus eſt: quo in itinere, ſiue regis opera, ſiue morbo (nam utrumque dicitur) extinctus eſt. Hæc Strabo lib.13. Huius etiam meminit Cicero, memoriamque eius commendat Tuſc.quæſt.libro 1. Non quæro, inquit, quanta memoria Simonides fuiſſe dicatur, quanta Theodectes, quanta is, qui à Pyrrho ad ſenatum miſſus eſt legatus, Cineas, quãta nuper Carneades, quanta qui modò fuit, Scepſius Metrodorus, quanta noſter Hortẽſius. Hactenus Cicero. *Fuit & Metrodorus quidam Chius, qui uniuerſum ſempiternum eſſe dicebat. Nam ſi factum eſſet à non ente, aiebat infinitum etiam eſſe dicere. Quoniam ſempiternum, quum non habeat principium unde incipiat, nec exitum habebit, quo terminetur. Immobile quoque aſſeruit, quoniam moueri non poſsit, quod non tranſeat: tranſire autem neceſſe eſt aut in plenum, aut in uacuum: in quorũ alterum uniuerſi tranſitus fieri non poteſt. Ex æthere autem nubes fieri aiebat denſatione aquæ, quæ ad ſolem decurrens extinguit ipſum: quibus rarefactis, rurſum accendi tur. Solem ſiccitate conſtipatam ex aqua ſplendida ſtellam efficere. Dixit etiam, diem ac noctem inde fieri, quòd Sol extinguatur, atque accendatur: Eclipſim quoque extinctione fieri. *Fuit item Metrodorus Lampſacenus, Epicuri diſcipulus, fidiſsimusq; amicus, Strabone, Diogeneq; teſtibus.

Metropolis,μητρόπολις,urbs Phrygiæ, teſte Stephano, à Cybele Deũm matre condita. *Item alia eiuſdem nominis, in cõuentu Apameno. * Tertia in conuentu Epheſiorum, ad Cayſtrum fluuium. * Strephanus præterea alias ſeptem enumerat, quarum primam in Lydia, ſecundam in Theſſalia collocat, tertiam Arcananiæ, quartam Scythiæ attribuit, reliquas tres in Ponto, ſuperiore Theſſalia, & Eubœa cõſtituit.

Meuania, μευανία Ptolemæo, ciuitas Vmbriæ, inclyta Propertio alumno, ſita ad uiam Flaminam, armentorum & gregum ferax. Lucan.li.1.tauriferis, ubi ſe Meuania campis Explicat, &c. De hac ita Plinius libro 35.cap.14. In Italia quoque lateritius murus Aretij & Meuaniæ eſt. Huius urbis incolæ dicuntur Meuanates: de quibus Plin.libro 3.cap.14.

Meuius, poeta ineptiſsimus fuit Vergilij & Horatij temporibus, utrique æquè inuiſus, quòd poemata illorum inſectaretur, & ex alienæ laudis obtrectatione gloriam aucuparetur: unde & Virgiliomaſtix uulgò appellatus eſt. Vergilius 3.Eclog. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui: Atque idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Horat. lib.1. Carm. Mala ſoluta nauis exit alite, Ferens olentem Meuium.

Mezentius, Tyrrhenorum rex, ſummus deorum contemptor, à ſubditis ob immanem crudelitatem cum tota familia expulſus, qui unà cum Lauſo filio fugiens, ad Turnum Rutulorum regem peruenit, cum quo aduerſus Aeneam profectus eſt, ſed inauſpicatò: Aeneas enim ipſum cum filio in pugna interfecit. Vergilius libro 11. At Iouis interea monitis Mezentius ardens Succedit pugnæ, &c. Fuit impius in homines ſine deorum reſpectu, inquit Macrobius.

Miacorus,pen.pro.μιάκωρος,Chalcidis oppidũ, apud Theop. libro 35.referente Stephano. A quo fit gentile Miacorius.

Micipſa, Numidarum rex, Maſsiniſſæ regis filius, qui Iugurtham Manaſtabalis fratris filium, unà cum Adherbale & Hyempſale filijs regni participem reliquit. De quo Salluſtius de Bello Iugurthino.

Midæum, uel Midæ,arum,μιδαῖον,Phrygiæ oppidum Stephano. Plin.lib.5.cap.32. Midaion appellat.

Midas,μίδας, Gordij bubulci filius fuit, & rex Phrygum, qui cunctos penè reges pecuniæ abundantia anteceſsit. Huic, (ut in fabulis) propter Bacchum hoſpitio ſuſceptum, conceſſum eſt, ut quicquid uellet, optaret, futurus uoti cõpos: optauit autem ut quicquid corpore contigiſſet, in aurum uerteretur: quod annuente Baccho factum eſt. Sed quum cibus & potus contacti etiam in aurum mutarentur, ſenſit tãdem ſtolidus, ſe ſtultè petiiſſe: & facti pœnitens, orauit Bacchũ ut hoc munus auferret: tum Bacchus iuſsit ut in Pactolo flumine ſe lauaret, & ſic liberaretur. Quod quum feciſset, cœpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Poſtea quũ Phœbus & Pan carmine certarent, & Midas iudex electus cũ Tmolo monte qui Phœbũ uictorem pronunciauerat, ſecundum Pana iudicium tuliſſet, indignatus Apollo aſininas ei auriculas addidit: quas tam ſcitè occultauit, ut nemo ſciret præter ſolũ tonſorẽ: qui quum rem inauditã tacere non poſſet, foſſam ingreſſus proclamauit, Aures aſininas habet rex Midas. Deinde foſſam terra adoperuit, ſucceſſuq; temporis creuerunt illic arundines, quæ commotæ uocem quã tonſor infoderat, reddiderunt. Vide Ouidium 11 Metamor. arguitur tamen, atq; iniuſta uocatur Vnius ſermone Midæ: nec Delius aures Humanam ſtolidas patitur retinere figuram, &c. Nonnulli dicunt, quum inter Apollinem & Marſyã decertantes iudex conſtitutus eſſet, & ipſe pro Marſya ſententiam tuliſſet, auriculis aſininis à Phœbo fuiſſe donatum. Hinc natum eſt prouerbium, Auriculas aſini Midas habet: quo utimur in ſtolidos, & craſsis auribus, pinguiq; iudicio homines. Alij narrant, quum præteriret aliquando Liberi patris aſinos, atque eos afficeret iniuria, iratum Bacchũ Midæ auriculas aſininas addidiſſe. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuiſſe, & aſininarum inſtar prominentes, atque hinc fabulæ locum ortũ eſſe: quanquam pluribus placet, hac allegoria ſignificatum Midam, utpote tyrannum, coryceos ac ſubauſcultatores dimittere ſolitum, per quos quæcunque per omnem regionem uel fierent, uel dicerentur, cognoſceret, nimirum illis utens aurium uice. Proindè quũ uulgus admiraretur, ab illo reſcire etiam ea quæ clàm ac procul fierẽt, occaſionem fabulæ datam eſſe, ut Midas diceretur auriculas aſini habere. Vel quòd nullum aliud animal acrius audiat, quàm aſinus, excepto mure: uel quòd aures habeat omniũ longiſsimas. Perſius, Auriculas aſini quis non habet? Ferunt nonnulli primùm poetam ſcripſiſſe, Auriculas aſini Mida rex habet: deinde metu Cæſaris ſcripturam mutaſſe, Quis non habet. Hæc ex Eraſmi Chiliadibus.

Midia, ſiue Midea, pen.pro. μίδεια Stephano, oppidũ fuit in agro Argiuo, ita dictũ à Midia Aloei filia, quũ antea Perſepolis appellaretur. Meminit oppidi huius Hom.li.2.Iliados.

Mieza, μίεζα, oppidum Macedoniæ, quod olim Strymonium uocabant: à Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum. Author Stephanus. Huius oppidi meminit etiam Plinius li. 31.cap.2.

Milciades, lege infrà Miltiades.

Miletopolis,μιλητόπολις,urbs in minore Aſia, inter Cyzicum, & Bithyniam, ad Rhyndacum amnem, cuius meminit Strabo lib.12.

Miletus,μίλητος, filius fuit Apollinis, & Argeæ Cleochi filiæ: uel (ut Ouidius habet) Deiones, qui quum Minoa Cretenſium regem iam ſenem regno priuare ueller, à Ioue territus, in Samum, deinde in Cariam Aſiæ regionem fugit, ibique oppidum cõdidit, quod de ſuo nomine Miletũ appellauit, eiuſque incolas Milcſios. Ouid.lib.9.Metamorph. Tũc erat inualidus Deionidemque iuuentæ Robore Miletum, Phœboque parente ſuperbum Pertimuit, credens que ſuis inſurgere regnis, Haud tamen eſt patrijs arcere penatibus auſus. Sponte fugis Milete tua, celeriq; carina Aegæas metiris aquas, & in Aſide terra Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomen. Alij tamen aliam afferũt nominis rationem: ut eſt uidere in dictione ſequenti. * Inde Miletis, letidis, patronymicum, id eſt Byblis, Mileti filia.

Miletus,pe.pro.μίλητος,urbs fuit in finibus Ioniæ & Cariæ, authore Herodoto, ædificata à Mileto Solis & Deiones filio, ut teſtatur Ouid.9.Metam. Strabo tamen lib.12. à Sarpedone conditam mauult, Iouis filio: & Minois ac Rhadamãthi fratre: & ab eo Miletum appellatam fuiſſe ab altera eiuſdem nominis urbe, quam in Creta reliquerat. Vrbem hanc præ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtantiſsimæ lanæ prouentus nobilitauit, ex qua fiebant Mileſia ſtragula, quæ ob inſignem mollitiem in prouerbiũ ceſſerunt. Mart. li. 8. Nec Miletus erat uellere digna tuo. Et Vergil. li. 3. Georg. quamuis Mileſia magno Vellera mutétur Tyrios incocta colores. Vbi Seruius, Mileſia uellera, id eſt, lanę precioſiſsimæ. Ná Miletus ciuitas eſt Aſiæ, ubi tingũtur lanæ optimæ. Idem 4. Georg. Mileſia uellera nymphæ Carpebant, hyali ſaturo fucata colore. Cic. in Verr. Nam quid à Mileſijs lanæ publicè abſtulerit. *Hæc etiam Anactoria fuit nominata, ab Anacte quodam, Cœli & Terræ filio. Fuit autẽ hæc urbs colonijs à ſe conditis, in primis fœcunda, quæ octoginta & amplius urbium per omnia maria metropolis extiterit. Oraculum habuit antiquitus Branchidarum appellatum, poſtea Apollinis Didymæi. Ex Mileto ortum traxerũt uiri memoratu digni, Thales unus ex ſeptem ſapientibus, qui primus Phyſiologiæ, ac Mathematicæ author inter Græcos eſt habitus: & Anaximander eius diſcipulus: item huius rurſus diſcipulus Anaximenes, & Hecatæus, qui ſcripſit hiſtoriam: & Aeſchines orator, non ille, qui cum Demoſthene contendit, ſed alter qui aſſumpta nimia erga Pompeium licentia, in exilium miſſus eſt. Hinc & Timotheum muſicũ ortum ferunt, & Pittacum philoſophum. * Alia fuit eiuſdẽ nominis urbs in Creta, teſte Homero lib. 2. Iliad.

Mileſij, μιλήσιοι, populi à Mileto urbe dicti ſunt, qui quũ prius potentes eſſent & opulenti, delicijs deinde dediti, & opes & potentiam amiſerunt.

Milias, lege Milyas.

Milichiæ, fontis nomen in agro Syracuſano, teſte Plin. lib. 2. capite 8.

Miliſsia, (μιλίσσια,) urbs Epidaurus dicta, ut ſuprà ex Stephano diximus.

Milo, onis, μίλων, ciuis Romanus fuit ex municipio Lanuuino, qui quum P. Clodium Tribunum plebis multa ſeditiosè in republica moliẽtem occidiſſet, fruſtra à Cicerone defenſus elegantiſsima illa oratione, quæ etiam hodie omnium manibus teritur, Maſſiliam damnatus in exiliũ profectus eſt: ubi quum aliquando uidiſſet orationem Ciceronis pro ſe ſcriptã, multo meliorẽ ea, quæ in iudicio habita erat, dixiſſe fertur, Si ſic oraſſet Cicero, nõ ego Maſſiliæ umbilicos legerẽ. Hæc Dion in Rom. hiſt. * Fuit alius hoc nomine athleta Crotonienſis, qui taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextrę occidiſſe dicitur, & ſine fatigatione per ſtadij ſpacium ſupra humeros portaſſe, totumque eo die comediſſe. Huic malũ tenenti digitis nemo poterat extorquere: dũ cõſtitiſſet, nemo ueſtigio educere. Quum autem nimia neruorũ fiducia arborem in parte media hiãtem diducere uellet, brachijs hinc inde cõſtrictis, & deficiẽte conatu retẽtus lupis fuit præda. *Eſt & Milo ſiue Milus, nomen mõtis Indię, in quo homines auerſis plantis naſcuntur, octonos digitos in ſingulis pedibus habentes. Author Plin. lib. 7. cap. 2.

Milonia, μιλωνία, oppidum Samnitium, apud Dionyſium libro 16. Antiquit.

Miltiades, per t, in ſecunda ſyllaba, μιλτιάδης Suidæ, dux Athenienſium clarus, qui decem millibus ſuorum ciuium, & Plataenſibus auxiliarijs mille, profligauit Perſarum ſexcenta milia in campis Marathonijs. Author eſt Iuſtinus lib. 2. Poſtea tamen peculatus damnatus, in carcere & uinculis mori ab Athenienſibus coactus eſt. Author Valerius Maximus li. 5. capite 3.

Milyas, adis, μιλυὰς, regio eſt in minore Aſia, Cariæ & Lyciæ finitima: cuius incolæ Milyæ, μιλύαι, appellati ſunt, à Milya Cragi uxore, quum antea Solymi appellarẽtur. Vide Stephanum, & Strabonem lib. 12.

Mimallis, μιμαλλὶς, à Callimacho inſula dicitur, quæ ab alijs Melos, à nonnullis Zephyria uocatur, teſte Plinio lib. quarto capite 12.

Mimallones, μιμαλλόνες, Bacchæ mulieres, à Mimãte Thraciæ, uel (ut alij malunt) Ioniæ monte, uel à μιμέομαι uerbo Græco, quod imitor ſignificat, quod Liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. *Inde Mimallonis, idis, patronymicum fœmi. quo ferè in eadem ſignificatione utimur. Ouid. lib. 1. de Arte amandi, Ecce Mimalloni des ſparſis in terga capillis.

Mimalloneus, nea, neum. Perſius Satyr. 1. Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Hæ quoque Baſſarides, & Thyades, & Ogygides uocatæ ſunt.

Mimas, antos, μίμας, mons Ioniæ in minori Aſia, teſtibus Plinio & Strabone: uel, ut Suidas mauult, Thraciæ, ubi ſacra, & certamina quotannis fieri Baccho cõſueuerunt. Ouid. 2. Metamor. Et tandẽ Rhodope niuibus caritura Mimasque. Mimas etiã gigantis nomẽ fuit, quem Iupiter fulminauit. Hor. lib. 3. Carm. Sed quid Typhœus, & ualidus Mimas, &c.

Mimermnus, μίμνερμος Suidæ Ligyrtiadæ filius, Colophonius, aut Smyrnæus, aut Aſtipalæenſis, Elegiarum ſcriptor. Natus fuit Olympiade xxxvii, ideoq; ſeptem ſapientib. antiquior eſt. Quidam tamen eodem tempore uixiſſe illum dicunt. Vocatus fuit Ligyaſtades, propter cõcinnitatem & dulcedinem carminis. Scripſit libros multos. Hæc Suidas. Proper. lib. 1. eleg. 9.

Plus in amore ualet Mimermni uerſus Homero:
Carmina manſuetus lenia quærit amor.

Mimnedus, pen. pro. μιμνηδὸς, oppidum Lydiæ apud Hecatæum in deſcriptione Aſiæ. Stephanus.

Minę, ſiue, ut apud Stephanũ legitur, Minnæi, duplicato n, μινναῖοι, populi ſunt in regione Arabiæ, mari rubro adiacentes, qui primi cõmercium thuris facere, nec præter hos Arabes alij thuris arborem uident. Vnde ab ipſis thus ipſum Minæum dictum eſt, teſte Plin. lib. 12. cap. 14.

Mincius, Venetorum fluuius, qui ex Benaco lacu defluens, alium prope Mantuam lacum efficit: & inde rurſus, multis torrentibus auctus, effluit in Padum. Verg. 4. Georg. tardis ubi Mincius errat Flexibus. Ab hoc Vergilius Minciades dictus Iuuenal. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

Minerua, diſciplinarum dea, quæ Græcis Pallas dicitur, ἀθηνᾶ. Et à minando dicitur, quaſi uim minetur. Solet enim pingi ægide & haſta formidabilis. Aut à minuendo, ut placet Ciceroni li. 2. de Nat. deor. ut alij malunt, à monẽdo, quòd rectè moneat. Feſtus, Minerua dicta quòd bene moneat. Hanc enim pagani pro ſapientia ponebant. Cornificius uerò quòd fingatur, pingaturq; militarib. minitãs armis. Hęc ille. Eadem & Tritonia à Poetis appellatur, quòd Ogygis regis tẽporibus circa Tritonidem Africæ paludẽ uirginali facie dicatur apparuiſſe: ab Homero etiam γλαυκῶπις, quaſi glaucos habens oculos. * Palladis autẽm nomen accepiſſe putatur ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc eſt à iaculando, uel uibrãdo. Pingitur enim quaſi manu haſtam tenens, eamq; uibrãs. Hęc prima olei & lanificij inuẽtrix creditur extitiſſe: ob quæ erga humanum genus beneficia diuinos honores meruit, ſapiẽtięq; & bonarũ omnium artium dea habita eſt. * Fabulantur autem poetæ Mineruam ex cerebro Iouis eſſe prognatam: quo cõmento ſignificare uolunt humaniorum literarũ diſciplinas, humani ingenij non eſſe inuẽtum, ſed ex Iouis cerebro, hoc eſt ex inexhauſto diuinæ ſapiẽtiæ fonte ad hominum uſum eſſe depromptas. Pingui ſeu craſſa Minerua aliquid facere, eſt ſimplicius, rudius, uel indoctius aliquid facere. Colum. in Præfatione libri 1. Poteſt enim nec ſubtiliſsima, nec rurſum, quod aiunt, pingui Minerua res agreſtis adminiſtrari. *Inuita Minerua aliquid facere: idem eſt, quod repugnante ingenio, uel repugnante natura aliquid aggredi. Horat. de Arte: Tu nihil inuita dices, faciesue Minerua. * Sus Mineruam, ſubaudi docet, uel monet, tritiſsimum eſt prouerbiũ, quo utimur, quoties indoctus aliquis eum conatur docere, à quo ipſe ſit magis docendus. Vide Eraſmi Adagia.

Minerual, & Mineruale, à Minerua deductum nomen erat, quaſi præmium quod dabatur præceptori, ſicut cœna, & huiuſmodi, quaſi magiſterij merces paucis diebus à ſcholaſticis dari ſolita ante Quinquatria, per quos dies pueri uacabãt. διδακτρον. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 2. Quin ſimulac promiſeris minerual, incipiam, inquit, Axius. Ego uerò non recuſo uel hodie, & exiſta paſtione crebrò. Ouid. 3. Faſt.

Nec uos turba feri cenſu fraudante magiſtri
Spernite: diſcipulos attrahit illa nouos.

Minilus, mons Theſſaliæ, poſtea Orchomenus dictus eſt.

Minio, fluuius eſt Tuſciæ, non procul à Cærete oppido. Verg. lib. 10. Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in aruis.

Minius, μίνιος, fluuius Hiſpaniæ iuxta Abobricam Gallæcorũ oppidum, uaſtiſsimo ore in oceanum profluens. De hoc Plin. lib. 4. cap. 20. & Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Minoa, pen. prod. μίνωα, urbs in Amorgo inſula, una Cycladum. Item altera in Sipno inſula, una Sporadum. Tertia in Sicilia. Atque hæ quidem tres enumerantur à Stephano. Strabo præterea li. 9. Minoam fuiſſe emporiũ tradit in agro Arcatico,

tico, decem & octo ſtadijs à Megaris diſtans, quod poſtea Niſæum appellarunt.

Minois, idis, *μινωΐς*, inſula eſt una Cycladum, quæ notiore nomine Baros appellatur. De hac Plinius libro quarto capite duodecimo.

Minoum, *μίνωον*, oppidum eſt Cretæ inſulæ, à Minoe rege ita appellatum. Recenſetur à Plinio lib. 4. cap. 12.

Minos, *μίνως*, Iouis & Europę filius, rex Cretę, qui primus Cretenſibus leges dedit. Hic cum haberet uxorem Paſiphaen, & illa ex tauro genuiſſet Minotaurum, Dędalum, quòd bouem ligneam fabricaſſet, ſub qua latens cum tauro uxor cǒcubuerat perſecutus, in Siciliam peruênit, ubi à Cocali regis filiabus interfectus fuit, ut Ariſtoteles refert, iuxta Camerinam urbem, & apud inferos propter inſignem iuſtitiã iudex animarum factus eſt. Vergilius 6. Aeneid. Quæſitor Minos urnam mouet.

Minoius, a, um, *μινώϊος* poſſeſsiuũ: ut Minoia regna. Ver. 6. Aen. Dædalus, ut fama eſt, fugiens Minoia regna.

Minous, a, um, aliud adiectiuum. Ouid. in Ibin, Si tua contigerit Minoas puppis arenas. * Taurus Minous, pro Minotaurus, Stat. 2. Achil.

Minois, idis, patronymicum fœm. Ouid. 8. Metamor. Protinus Aegides rapta Minoide Diam Vela dedit. Quo pacto autem Minos iudex habeatur inferorum propter iuſtitiam, non ui deo, quum uiolaror fuerit auſpicij, & raptor, ut Suidas ait, Ganymedis, & multa talia commiſiſſe dicatur à uera iuſtitia non parum abhorrentia.

Minotaurus, *μινώταυρος*, ex Minoe & tauro dictio compoſita, monſtrum biforme ex portentoſo Paſiphaes cum tauro cǒcubitu prognatum: quod iuſſu Minois, ut fabulantur poetę, Labyrintho incluſum, humanis carnib. ueſceretur. Huic quotannis Athenienſes ex præſcripto fœderis ſeptem ex ſuis liberis mittebant deuorandos. Sed tertio anno Aegei filius Theſeus ſorte miſſus, Minotaurũ occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere, fuga euaſit. De hoc Vergil. 6. Aeneid. ad principium:

Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaque furto
Paſiphae, miſtumque genus, proleſq; biformis,
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta refandæ
Hic labor, ille domus & inextricabili error.
Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem
Dædalus, ipſe dolos tecti, ambagesque reſoluit.
Cæca regens filo ueſtigia.

Seruius interpretatur Taurum, ſcribam fuiſſe Minois, qui abſente rege, cum Paſiphae concubuit in domo Dędali: & quia Paſiphae eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro eſſet ſimilis, factus eſt locus fabulæ, ut Minotaurum biforme monſtrum peperiſſe dicatur.

Mintlie, *μίνθη*, à poetis Cocyti filia fuiſſe fingitur, quam quũ Perſephone cum Plutone deprehendiſſet, in herbam ſui nominis commutauit. Nam *μίνθη* à priſcis Græcis dicebatur herba quæ poſtea ab odoris ſuauitate *ὑδροσμὲς* appellata fuit. Latini unius tantum literæ immutatione Mentham uocant. Hanc fabulam tangit Ouidius 10. Metamorph. ad finẽ:

An tibi quondam Fœmineos artus in olentes uertere menthas Perſephone licuit?

Minthes, *μίνθης*, mons eſt Peloponneſi, non procul à Pylo, de quo Strabo lib. 8.

Minturnæ, *μινθοῦρνα* Ptolemæo, oppidum in Campania inter Sinueſſam & Formias ad Lyrim fluuium: habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens perſecutionem Syllæ.

Minura, Veſtalis fuit, quæ propter corporis elegantem cultũ in ſuſpicionem uenit libidinis, unde & uiua defoſſa eſt. Liuius libro octauo.

Minutius, cognomento Augurinus, Trib. plebis, qui Sp. Melium regnum Romæ affectantem reum peregit. Huic, quòd farris precium trinis nundinis, ad eam uilitatem redegiſſet, ut aſſe modius uæniret, tantum à plebe habitum eſt honoris, ut collara in capita ſtipe unciaria, ænea ei ſtatua extra portam Trigeminam fuerit collocata. Authore Plinio li. 37. cap. 5. & lib. 28. cap. 3.

Minya, *μινύα* Stephano, Theſſaliæ oppidum, à quo nonnulli Argonautas Minyas uocatos exiſtimant: quanquam alij no minis huius originem ad Minyam regem referre malint.

Minyæ, *μινύαι*, populi fuerunt Theſſaliæ, qui Iaſonem in Colchos proficiſcentem ſecuti ſunt: qua dictione frequẽter utitur Valerius Flaccus in Argonaut. pro ipſis Argonautis. Ouidius lib. 7. Metamor. Iamq; fretum Minyæ Pegaſæa puppe ſecabant. Alij dicunt fuiſſe populos Bœotiæ circa Iolcũ montem habitantes: quos ita dictos uolunt à Minya rege Orchomeni, filio Chryſæ, & nepote Neptuni.

Minyas, *μινύας*, Chryſæ filius, à quo Minyæ, quibus imperauit, nomen acceperunt. Hic cum mortales omnes ſuæ ætatis opibus ſuperaret, primus omnium gazophylacium recǒdendarum pecuniarum gratia extruxit. De hoc Paſanias, & Cælius Rhodig. lib. 20. cap. 25.

Minyeus, per quatuor ſyllabas, ſiue Minyeius (ut apud Hom. legitur) per quinque, fluuius eſt Theſſaliæ, poſtea Orchomenus dictus, ut ſcribit Plinius li. 4. ca. 8. Hunc Strabo li. 8. eundem facit cum Anygro. Homerus li. 11. Iliados, iuxta Arenen in mare defluere tradit, quum ait, *Ἐσί θ' ὕδατος ῥοτάμιος μετανάστιος, ὃς ἅλα δάλλων Ἐγγύθεν Ἀρήνης.*

Miritus, uide Merirus.

Mirobriga, *μιροβρίγα* Ptolemæo, Hiſpaniæ ulterioris urbs in conuentu Cordubenſi. Plinius lib. 3. cap. 1. Mirobricam uocat, per ſecundam conſonantem in ultima ſyllaba.

Miſach, unus ex tribus pueris de quibus Daniel.

Miſcellus, *μίσκελλος*, Crotonis urbis in magna Græcia conditor: de quo uide infrà in dictione Syracuſæ.

Miſcera, *μίσκερα*, oppidum Siciliæ apud Steph.

Miſenus, pen. prod. *μισηνός*, promontorium eſt Campaniæ nõ procul à Cumis, nomen habens à Miſeno Aeneæ tubicine illic ſepulto. Ver. 6. Aeneidos, At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum Imponit, ſuaque arma uiro, remumque, tubamque Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo Dicitur, æternumq; tenet per ſecula nomen. Horat. lib. Serm. Satyra 4. Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini.

Miſetus, ti, pen. pro. *μισητὸς*, oppidum Macedoniæ apud Stephanum. cuius gentile eſt Miſetius, *μισήτιος*.

Miſgetes, *μίσγητες*, populi Iberum Stephano.

Miſpila, *μίσπιλα*, Medorum oppidum, apud Xenophontem lib. 3. expeditionis Cyri minoris. Gentile eſt Miſpilates.

Miſenia, (quod hic corruptè legebatur) Vide Miſſenia.

Miſtrylus nomen coqui eſt apud Martialem.

Mithra, Mithraca, uide inter Latinas dictiones.

Mithridates, pen. cor. *μιθριδάτης*, Rex ponti fuit, ui tanta & animi & corporis, ut ſex iuges equos regeret, duarum & uiginti gentium ore loquǒretur. Hic diſsidentibus Romanis ſociali bello Nicomedem Bithyniã, Ariobarzanem Cappadocia expulit: Græciam, inſulasque omnes, excepta Rhodo, occupauit: ſed poſtea à Sylla apud Dardanum fuſus, & à Pǒpeio uictus, tandem à Pharnace filio in turre obſeſſus, uenenum ſumpſit. Quumque id ſæpius fruſtrà bibiſſet, quòd aduerſum uenena multis antea medicaminib. corpus firmauerat, immiſſum percuſſorem Gallum, authoritate uultus territum reuocauit, & in cædem ſuam manum trepidantis adiuuit. Hic Mithridates arguitur maximæ crudelitatis. nam Laodicem coniugem & ſororem, præterea matrem, fratremque ac tres filios impuberes, totidemque filias interfecit. Iuuenal. Saty. 14. Ocyus Archigenem quære atque eme, quod Mithridates Compoſuit, &c. Vide Iuſtinum & Valerium. * Alius etiam Mithridates, qui Bruti epiſtolas collegit: unde ait, *τὰς Βρούτου ἐπιστολὰς ἰθαύμασα παλλάκις, οὐ μόνον διὰ νότητος καὶ συντομίας χάριν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἡγεμονικοῦ φρονήματος ἐχούσας χαρακτῆρα.*

Mithridaticum antidotum, *μιθριδατικὸν ἀντίδοτον*, à rege Mithridate nomen habet, eo quòd primus hoc commiſtionis genus credatur inueniſſe, & aduerſus uenena eo ſe præmuniuiſſe. Plin. lib. 25. cap. 2. Vni ei excogitatum quotidie uenenum bibere præſumpſit remedijs, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. Primò inuenta genera antidoti: ex quibus etiam unum eius nomen retinet. Illius inuentum autumant, ſanguinem anatum Ponticorum miſcere antidotis: quoniã ueneno uiuerent.

Mitylene, nes, *μιτυλήνη*, penult. prod. & Mitylenæ, arum, urbs in Lesbo iuxta Methymnam, à cuius nomine nunc omnis inſula Mitylene appellatur. Martialis libro 10. Quum tibi non Epheſos, nec ſit Rhodos, aut Mitylene. Dicta Mitylene, ut Diodorus libro 4. ſcribit, à Mitylene Machari filia. Hæc nunc Mitalinum dicitur, urbs clara Pittaco ex ſeptem ſapientibus uno, & Alcæo poeta & Anthimenide fratre

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eius,& Diophane oratore, & Theophane Pompeianarum rerum ſcriptore, qui Magno Pompeio admodum familiaris fuit, & ab eo in concione militum ciuitate donatus, ut teſtatur Cicero pro Archia. De hac ſcribit Vitruuius lib. 1. quòd magnificenter & eleganter ædificata fuerit, ſed non prudenter poſita:in qua Auſter quum flat, homines ægrotant:quum Corus,tuſsiunt:quum Septentrio, reſtituuntur in ſalubritatem.

Mitys,μίτυς,υος,uir quidam,cuius ſtatua eum à quo interfectus fuerat Mitys,collapſa oppreſsit.Ariſt.cap.10.de poetica.

Mitterin, inſula ultra Britanniam ſex dierum nauigatione, ut lib.4.ſcribit.In ea candidum plumbum prouenit.

Mnas,pirata fuit, qui temporibus Pompeij ora Italiæ prædatoria claſſe infeſtabat,ut eſt author Plutarchus in Antonio.

Mnemoſyne,pen.cor.μνημοσύνη,memoriam ſignificat. Poetæ Muſarũ matrẽ faciunt, quòd omniũ ſcientiarum theſaurus memoriæ beneficio & acquiratur & cõſeruetur.*Inde Mnemoſynon,μνημόσυνον,pen.cor.dicitur monumentum, uel pignus quod ad noſtri memoriã apud amicum relinquimus. Catullus:Mnemoſynon mei ſodalis.id eſt monimentum.

Mnaſyrium,μναστύριον,locus eſt in Rhodo inſula, non procul à Lyndo oppido:cuius meminit Strabo lib.14.

Mnciarchus,μνήσαρχος,inter principes philoſophorum Ciceroni numeratur,Acad.quæſt.lib.4.

Mneſimachus,μνησίμαχος,poeta Comicus: cuius fabulæ tres enumerantur à Suida.

Mneſitheus,μνησίθεος,medicus Athenienſis, cuius meminit Gal.de Arte curatiua ad Glauconem. *Mneſitheos quoq; à quibuſdam uocatur herba,quæ notiore nomineBuphthalmus appellatur.Vide Dioſc.lib.3.

Mneſter,μνηστὴρ,Agrippinæ,matris Neronis libertus.Is Agrippina à ſatellitibus Neronis interempta ferro ſe transfixit: incertum charitate in patronã,an metu exitij. Autor Corn. Tacit.libro 14.latinè procum ſonat. Nam μνηστεύω,idem eſt quod puellæ nuptias ambio.

Mneſtheus,μνησθεὺς,proprium uiri Troiani,unus ex comitib. Aeneæ, qui ab Aſſaraco rege originem traxit , ut autor eſt Verg.12.Aen.& genus Aſſaraci Mneſtheus.Nõnunquam uerò cauſa metri additur e poſt m,ut fiat dictio triſyllaba. Meneſtheus.Verg.10.Aen. Nec Lycio genitore minor,nec fratre Meneſtheo.Nam aliter nõ poteſt ſtare uerſus,ut annotauit Seruius.

Mneus,μνεὺς, Suidæ bos ſoli ſacer, quẽ Heliopolitæ pro Deo colebant,in ſepto eum nutrientes.Autor Strab.lib.17.

Moab,μωὰβ, Arabiæ ciuitas,quæ &Areopolis nominatur,quo etiam nomine uocatus eſt filius Lorh,à quo Moabitę.Vocatur autem Moab, ex nomine urbis & regionis,porrò ipſa ciuitas , quaſi proprium uocabulum poſsidet Rabbat Moab, id eſt grandis Moab.In hac regione fuit Balaac filius Bior, qui conduxit uatem Balam de Meſopotamia , ut malediceret Iſrael,ubi & tantum eſt populus Beelphegor. Huius metropolis ciuitas Arabiæ,hodie ex Græco ſermone compoſita Neapolis eſt nuncupata.Nam plerique exiſtimant, quod Veos,id eſt,Martis,ſeu Iouis potius interpretatur .Vide Areopolis & Arihel,& Moba.

Moba,μώβα,pars Arabiæ pro Moaba,unde Mobeni, & Mobites Step.Vide Moab.

Mobucarax,uide Characmoba.

Mocarſus,μοκαρσὸς, proparoxytonvm, parua regio Thraciæ. gentile μοκαρσὸς,oxytonum Steph.

Mocata,μόκατα,urbs Bithyniæ.gentile Mocatenus,Steph.

Mocle,μόκλη,uicus Phrygiæ,incolæ Mocleni Step.

Modona,uide Methone.

Mœmagus,Ptolemeo,Galliæ urbs.

Mœniana, uide Meniana.

Mœnus,ſiue Mœnis fluuius eſt Germaniæ , per agrũ Francovienſem in Rhenum defluens:de quo Pli.li.9.cap.15.Pomp. 3.Mœnim uocat.In Rhenũ,inquit,influũt Mœnis & Lupia.

Mœris,μοιρὶς,inſula eſt in mari Lycio, de qua Plin. libr. 5.cap. 31. * Fuit præterea hoc nomine Aegyptiorum rex, cuius opus eſt lacus inter Arſinoitem & Memphitem manu factus, circuitu c c c c l M.paſs.qui ab illo Mœridis lacus appellatur.De hoc Plin.lib.5.cap.9.

Mœſia, μοισία, prouincia eſt Europæ iuxta Danubium,quæ à Pannonia ad Pontum uſque protenditur.In ea ſunt Dardani,Mœſi,& Tribali,Pontoq;contermini Scythiæ.

Moguntia, μογοντία, oppidum Tranſalpina Galliæ ad Rhenũ fluuium.A Gallis uocatur Maience.

Mogam,primum dicebatur quæ poſtea Cappadocia,nunc autem Cæſarea à Cæſare, ut refert Ioſephus & ſuprà dictum eſt in Cæſarea.

Molo,μόλων,orator Alabãdenſis,qui Rhodi claruit Ciceronis ætate:cuius meminit Plutarchus in uita Ciceronis, & Strabo libro 14.

Molochath,Africæ fluuius,Mauritaniam Cæſarienſem à Maſſæſylorum regione dirimens. Plinio & Saluſtio Mallucha dicitur.

Molorchus,μολόρχος,dictus fuit ſeniculus Arcadicus, qui ad expugnationem leonis Nemæi proficiſcentem Herculẽ ſuſcepit comiter hoſpitio. Cuius beneficij nomine Hercules: illi ſacra ſolénia inſtituit,quæ Molorchea dicebantur.Quin & leo ipſe à nomine eius Molorchius μολόρχιος, à poetis dicitur.De hoc Statius lib.4.Seruius in 3.lib.Georg.

Moloſsia,regio pars Epiri à MoloſſoPyrrhi & Andromaches filio nominata:cuius incolæ etiam appellantur Moloſsi,μολοσσοὶ,ſcribit Theopompus fuiſſe x i i i i. Epirotarum gentes,è quibus celeberrimi fuerunt Chaones, & Moloſsi. In hac regione naſcebantur boni canes,qui & ipſi Moloſsi dicti ſunt.Verg.3.Georg. Nec tibi cura canum fuerit poſtrema,ſed una Velocis Spartæ catulos,acremq; Moloſſum Paſcefero pingui. * Legitur & Moloſſus,a,um, adiect. Ouid. 1.Metam. Nec contentus eo, miſsi de gente Moloſſa Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit.Moloſsi, μολοσσίδες, ex Moloſsia Epiri regione mittebantur: unde & nomen acceperunt. Poetæ fabulantur canes hoſce originem traxiſſe à cane æneo,à Vulcano fabricato, quem ille Ioui,Iupiter Europæ,Europa Procridi,Procris Cephalo dono dedit.Vide Iulium Poll.lib.5.cap.5.

Moloſſus , μολοσσὸς, pes metricus dictus eſt ab eius regionis ſaltatione : uel quod odas eo pedis genere magna ex parte conſtantes Moloſsi in templo Iouis canere conſueuerunt, in memoriã Moloſsi filij Pyrrhi & Andromaches, à quo poſtea feſta Moloſsia ſunt dicta.Vel ut(alij uolunt)quòd Moloſsi ad bellum procedentes , huius modulata compoſitione utebantur.Conſtat autem tribus longis,ut Aeneas.

Molus,μῶλος,uxorem habuit Siden Mentauri filiam, & nomẽ dedit inſulæ,Steph.

Molucha,uide Mulucha.

Molus,Homero uir fuit Cretenſis,& Merionis aurigæ Idomenei parer.

Molybdana,μολυβδάνα,urbs Maſtienorum,Steph.

Molycria,μολυκρία,oppidum eſt Aetoliæ,non procul ab Antirrhio promontorio, quod Rhium Molycricum appellauit Thucydides lib.2.

Molyndea,μολύνδεια,pen.pro.Lyciæ oppidum Steph.

Molyris,idis,μολυρὶς,Ariſtoteli locuſtæ genus, quæ frumenta depopulatur.

Molys,μῶλυς,Libyæ oppidum, à quo fiunt gentilia Molytes, & Molyates,Steph.

Molyſa,μώλυζα,ab Hippocrate appellatur allij caput cum ipſa coma.Vide Ruell.lib.2.cap.8.

Momemphis, μώμεμφις, Aegypti oppidum , à quo Momemphitica præfectura,apud Strab.lib.17.

Momus,mi,μῶμος,Deus quidam Nocte matre (inquit Heſiodus)ac Somno patre progenitus.Huic adeò mos eſt, ipſum quidem nihil operis edere , ſed aliorum deorum opera curioſis oculis contemplari:& ſi quid eſt omiſſum, aut perperam factum,id ſumma libertate carpere.Nam μῶμος Græcè reprehenſionem ſonat . Vide de eo fabulam apud Lucianũ in dialogo de Hæreſibus.

Mona,μόνα,inſula eſt inter Britanniam & Hyberniam ſita, ut docet Plin.lib.4.cap.16.Corn.Tacit.lib.14.Igitur Monam inſulam incolis ualidam,& receptaculum perfugarum, aggredi parat , nauesque fabricatur pleno alueo aduerſus breue littus,& incertum. Idem in Iulij Agricolæ uita, Monã inſulam cuius poſſeſsione reuocatum Paulinum rebellione totius Britanniæ ſuprà memoraui, redigere in poteſtatem animo intendit.

Monabæ,μοναβαὶ,Iſauriæ oppidum:à quo fit Gentile Monabates.Stephanus.

Monacris,Arcadiæ mons:quaſi ſolus uertex, ſiue ſola ſummitas,ut notat Tortelius.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Monacum ciuitas, uulgò Munchen. uide Cambodunum.

Monacœda, Ptol. lib. 2. cap. 2. insula iuxta Orientalem plagam Hyberniæ: alio nomine Monarina dicta.

Monesio ære fabricatus à Vulcano canis Cephali, &c. Pollux 5.

Moneta, dicta est Iuno à monendo. Cum enim, ut inquit Cic. li. 1. de Diuinatione, terræmotus factus esset, ut sue plena piaculatio fieret, uox ab æde Iunonis ex arce extitit, quocirca Iuno Moneta cognominata est. Lucan. lib. 2.

Numina miscebit castrensis flamma Monetæ.

Monetium, oppidum Iapodum prope Istriam. Strabo lib. 7.

Monna, uide Mona.

Monapia, μοναπία, insula est inter Hiberniam & Britanniam cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 16. In emendatioribus exemplaribus Menapia non Monapia legitur.

Monodus, pen. cor. μονόδους, Prusiæ Bithyniæ regis filius, qui dentium loco os unum continuum habuit in superna oris parte, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 16. Vnde etiam Monodus dictus est, quasi μόνον ὀδόντα ἔχων, eo quòd quodammodo unicum, eumq; perpetuum haberet dentem.

Monœcus, cũ œ diphthongo, μόνοικος, portus & statio quædã Ligurię, ab Albinga oppido distans stadijs quadringentis & octoginta. A' Monœci portu usq; in Tusciam uniuersum litus continuum omnino sine portu est, exceptis quibusdã paruis stationibus ad iactandas anchoras, nec est multarũ, aut magnarum capax nauium. Arcem habet munitissimã ut procul à Nicea, quam hodie Itali uocant Monicho. Lucan. lib. 4. solus sua littora turbat Circius, & fida prohibet statio ne Monœci. Nominis rationem ad Herculem referunt, qui ibi ædem habebat, in qua solus colebatur.

Monogissa, μονόγισσα, (locus mutilus est Stephanus) Hinc Diana Monogissena, cui templum Dædalus extruxit. Megissa enim lingua Carum lapidem sonat. Nũc uerò crustaceos & molles lapides, gissa nominamus, Steph.

Mons Ferratus regio Italiæ, cuius fines sunt, hinc Padus, inde Appenninus & Tartarus amnis ex superiore parte, montes proximi Moncauerio, ubi Pedemontium incipit.

Mons Sanctus, ὄρος ἅγιον, uide Pfentris.

Monosceli, μονόσκελοι, homines Indici, singulis cruribus, σκέλος enim crus dicitur. Hi & Sciopodes uocantur, quòd in maiori æstu humi iacentes σκιᾷ ποδός, hoc est umbra pedis se protegant. uide Plin. lib. 7. cap. 2.

Monychia, chæ, cum y, & ch, aspirato μώνυχα, nomen est matris diui Augustini, cuius uitę sanctimoniam & ipse diuus Augustinus, & Maphæus Vegius Laudensis uates literis mandauere.

Monychus, μώνυχος, pen. cor. unus fuit Centaurorum, de quo Iuuen. Sat. 1. Quantas iaculetur Monychus ornos. Ductum autem est hoc nomen à Græco μώνυξ, quod perinde est, acsi Latinè solungulum dicas. Hoc autem proprium equorũ est epitheton, qui unicam & solidã habent ungulam. Quo fit, ut & Centauris tribuatur, quibus poetarum fabulę equinos tribuerunt pedes.

Monyma, μονύμη, pe. cor. Mithridatis uxor, quæ in desperatione rerum profligatarum, detractum è capite diadema collo circunligasse traditur, seseque ex eo suspendisse: & quum corporis pondere laqueus ille diruptus esset, dixisse, Execrandum diadema, neq; in tam tristi ministerio mihi profuisti, moxq; quum super illud humi adiectum insputasset, eunucho regio iugulandam sese obtulisse.

Monymus, μόνυμος, Corinthij cuiusdam trapezitę seruus: qui quum magno philosophiæ amore teneretur, Diogeni in primis operam dare cuperet, simulata insania monetam heri spargere cœpit, eoq; modo ab illo dimissus, ad philosophię studium se conuertit, & Diogeni se totum tradidit. uide Laertium.

Mopsium, μόψιον, agri Pelasgici oppidum in Thessalia, apud Strabonem lib. 9.

Mopsos, μόψος, liberum Ciliciæ oppidum, ad Pyramum fluuium situm, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Strab. lib. 14. μόψου ἐσίαν, appellat.

Mopsopia, μοψοπία, Attica regio, à Mopso rege sic dicta, ut author est Strabo lib. 9.

Mopsus, μόψος, nomen proprium uiri uatis, qui (ut Pomponius Mela refert) in finibus Pamphylię Phaselim urbem cõdidit. * Fuit & alter Mopsus Lapitha, id est Thessalus, (ut Strabo scribit lib. 9.) qui fuit Ampyci & Chloridis filiæ, Orchomeni filius. * Alius fuit cum quo certauit Calchas de peritia diuinandi, Apollinis filius.

Mordiæum, μορδιαῖον, ciuitas Pisidiæ, Apollonia postea dicta Steph.

Morgentiũ, μοργέντιον, urbs Italiæ, ἀπὸ μοργήτων. uocatur etiam Morgentina. Gentile, Morgentinus & Morgites, Steph.

Morgyna, μόργυνα, urbs Siculorũ. Gẽtile Morgynęus. Steph.

Morici, μορικῖς, populi Indię, ligneas domos habitãtes, Steph.

Morgus, fluuius est ab Alpibus defluens, unus eorum qui à Pado excipiuntur, de quo Plin. lib. 3. cap. 16.

Morini, pen. cor. μόρινοι, populi sunt inter Belgas ad Oceanũ Britãnicum, Caletibus & Neruijs uicini, quorum oppidum mediterraneum, Ptolema o teste, fuit Teruanna, ταρουάννα, iã hodie nomen retinens. Hi à Vergilio Extremi hominum appellantur, quòd (ut diximus) Oceano sunt proximi, breuissimusque ab eis, uel ipso Cæsare teste, in Britanniam sit traiectus.

Morisseni, Thraciæ populi, circa Ponti littora incolentes: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Morpheus, μορφεύς, Somni minister est, qui (in fabulis est) iussu domini quoscunq; uultus hominũ fingit, uerba ipsa, mores item & gestus imitans. Ouid. lib. 11. Metam. Excitat artificem, simulatoremq; figuræ Morphea, &c.

Mortam, unam esse ex Parcis dicunt, quas ueteres Latini tres esse putauerunt, easq; natiuitati & morti præsidere. Earum nomina fuerunt, Nona, Decima & Morta: quo cõmento illud uidentur uoluisse significare, tempestiuum partẽ tẽpus esse mensem nonum & decimũm: qui uerò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos nasci, aut natos statim mori. Sipontinus ex Martiano.

Mortuum Mare, Straboni dicitur, quia nihil uiuum gignit, ἀσφαλτίτης lacus est in Pẽtapoli Syriæ, qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo graue submergitur. Vnde & Asphaltites uocatur, siue ab eo quòd Græci bitumen ἄσφαλτον appellant, siue ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας, hoc est à securitate, eo quòd corpora uiua ei innatent, tutaq; sint à submersione.

Moryllij, μωρύλλιοι, Macedoniæ populi in occasum uergẽtes, iuxta Allancenses, & Lyncestas. Plin. lib. 4. cap. 10.

Morycus, μόρυχος, cognomen Bacchi apud Siculos, cuius faciem uindemię tẽpore musto & recentib. ficis oblinere cõsueuerunt. uide Erasmum in prouerbio, Morycho stultior.

Mosa, μῶσα, fluuius insignis Galliæ Belgicæ, ex Vogeso monte, non procul à Lingonum finibus profluens, & per Lburonum, Menapiorum, ac Sicambrorum agrum labẽs, tandẽq; in finibus Batauorum accepto Rheno in Oceanum se exonerans. Meminerunt huius fluuij Plin. lib. 4. ca. 14. & 15. Tacitus lib. 2. & 20. Cæsar de bello Gallico.

Moschi, μόσχοι, populi sunt Asiæ, Albanis, & Iberibus finitimi, quibus pars Tauri montis in Septentrionem declinans, Moschij nomen accepit. uide Plin. lib. 5. cap. 27. & lib. 6. cap. 10. Lucan. lib. 3. sæuisq; affinis Sarmata Moschis.

Moschus, μόσχος, Grammaticus, & poeta Syracusanus, Aristarchi familiaris, qui secundus à Theocrito scripsit carmen Bucolicum. Suidas.

Moses, sis, & Mosi, μωσῆς, μωυσῆς. sicut & Achilles, lis, li, nomẽ inclyti Iudæorum ducis, qui Israelitas ex Aegypto, & Pharaonis tyrannide eduxit. Iuuenalis Satyr. 14. Tradidit arcano quodcunq; uolumine Moses. Arator, non hæc ieiunia Moses Cõdidit. Quidam Moyses efferunt per tres syllabas, y litera interposita, & prima syllaba contra artem correpta. Sedulius, Quid quod & Heliam, & clarum uidere Moysem. Scribit Iosephus ex euentu rerum nomen ei impositum fuisse, eo quòd à Pharaonis filia de flumine sit seruatus.

Mosynœi, μοσύνοικοι, populi Asiæ uersus Septentrionem, qui (ut Pomponius lib. 1. refert) turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant, in proparulo uescuntur, promiscuè concumbunt, & palàm reges deligunt, uinculisque arctissima custodia tenẽt. Dicti autem μοσύνοικοι, quasi turricolæ, à turribus, quibus domorum uice utuntur. Hos Plin. lib. 6. cap. 4. uocat Mosymos: quamuis in omnibus ferè exemplaribus Mossymos legamus geminato ss.

Mosylon, μοσύλλον, promontorium Aethiopiæ, emporium habens eiusdem nominis, Stephan.

Motieni, μοτιηνοὶ, parua regio Iberiæ, colonia à Romanis deducta,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ductu, Phlegon Mutienum μουτινὸν uocat. Gentile Motienus, Steph.

Motho, us, μωθώ, Arabum uicus, in quo Antigonus Macedo à Rabilo rege fuit interfectus: quæ etiam cædes uico nomen fecit: nam Motho Arabum lingua mortis locum significat. Steph.

Motye, es, μοτύη, Siciliæ oppidum: ita dictum à Motye quadã muliere, quæ Herculi eos indicauit, qui boues eius abegerant. Hæc Stephanus ex sententia Hecatæi.

Mugius, cognomen Romani cuiusdam, à frequenti murmuratione: à quo Mugiona porta, cui ipse aliquando præfuit, nominata est. uide dictionem subsequentem.

Mugonia porta, ut apud Sipontinum legitur, uel Mugiona, ut potius legendum arbitror, urbis Romæ porta fuit, ita dicta à mugitu, quòd per eam uenale pecus intraret. Hæc & Trigonia appellata est, hoc est trium angulorum. Festus, Mugionam appellatam putat, non à mugitu, sed à Mugio quodã, qui huic portæ aliquando præfuisse creditur.

Mulciber, pen. cor. Mulciberis, & per syncopen Mulcibris, est enim tertij ordinis, rarius secundi. ἥφαιστος. Est autem Mulciber Vulcanus, ita dictus à mulcendo, id est molliendo ferro. Mulcere enim mollire, siue lenire est, quod ignis omnia mulceat: id est molliat, uincat, ac domet. Ouid. 2. de Arte: Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis. Apud Ciceronem lib. 2. Tusc. ex uetusto aliquo poeta legitur genitiuus Mulciberi secundæ declinationis, & trium syllabarum, Iouisq; numen Mulcibri adsciuit manus. Donatus putat Vulcanũ Mulciberem dictum à mutilando, quòd claudus à poetis fingatur, & mutilatus. Fuit enim Mulciber Iouis ex Iunone filius, quem quum parentes infœliciſsima forma esse uidissent, ex cœlo in Lemnum insulam præcipitarunt: ex qua ruina intorto pede fertur claudicationem contraxisse.

Mulierum ciuitas, & mulierum portus, uide suprà in Gynæcopolis, γυναικῶν λιμὴν.

Mulucha, fluuius Mauritaniæ, Massæsylorum fines à Cæsariẽsi Mauritania distinguens. De quo Strabo lib. 17. Post Mauritaniam, inquit, est Massæsylorum regio, à Molachath flumine, ita Muluchá nominat, initium sumens, &c. Vbi indicat, trans flumen in ortum Massæsylos esse, sicut Plinius. Intelligendum ergo Mulucham regnorum terminum fuisse, Bocchi quidem orientalem, Iugurthę uerò occiduum, diuerso respectu: quemadmodum aliquando Rhenus Romani imperij ab Ortu & Septẽtrione terminus fuit: rursum uerò Germanorum ab Occasu, & Meridie limes: ut quod mihi in ortum prospicienti dextrum est, id tibi in occasium uerso sinistrum sit. Sic Rubiconẽ ueteris Italiæ olim, & Togatæ Galliæ terminum fuisse intelligimus. Vnde in Iugurthino Sallustius, Haud longè, inquit, à flumine Mulucha, quod Iugurthæ Bocchiq; regnũ diſiungebat. Et alibi apud eundẽ, Bocchus, inquit, Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micypsam fuit, nõ egrediar, neq; id Iugurtham intrare sinam. Hactenus Sallustius. Sunt qui hoc nomen neutro genere efferendum putent, in quibus est & Caper insignis Grammaticus, unde apud Sallustium loco iam citato Mulucha legendum putant, non Mulucham: quemadmodum etiam in exemplaribus quibusdam uetustiſsimis scriptum offendimus.

Mumastis, μουμαστίς, Cariæ oppidum: cuius incolę dicuntur Mumastitæ.

Mummius, prænomine Lucius, nobilis Romanus, qui Corinthum bello captam diruit, Italiãq; uasis Corinthijs, æneisq; signis impleuit. Author Plin. lib. 34. cap. 3. & 7.

Munda, oppidum est Hispanię Bæticæ multis cladibus & funeribus celebre, iuxta quod etiam Cæsar cum Pompeij filijs manus conseruit, in quo prælio tanta strages facta est, ut Cæsar obsidens uictos congestis corporibus uallum circũ urbem struxerit. Lucan. lib. 1. Vltima funesta cõcurrunt præliа Munda. uide Plin. lib. 3. cap. 1.

Munychia, Munychię, μουνυχία, tumulus est in Cherronesi formam curuatus, ingressum habens angusto ore, à quo murus 40. stadiorum longitudine protendebatur, Athenarum urbem cum Piræeo, duobusque alijs portubus connectens. * Hinc Munychius, chia, chium, possessiuum. Ouid. 6. Memorph. Munychiosq; uolans agros gratamq; Mineruę Despiciebat humum. * Fuit item Munychia Dianæ cognomen quæ apud Pygellam, non procul ab Ephesо colebatur, ut refert Strabo lib. 14.

Muræna, proprium uiri. uide Muræna piscis nomen.

Murcia, teste Hermolao in Plinium, socordiæ deæ habita fuit, quemadmodum Strenua, solertiæ & strenuitatis. Nam Murcidum antiqui ignauum & inertem appellabant, teste Festo. Habuit autem hæc dea sacellum sub monte Auentino, qui & ipse antiquitus Murcus appellatus fuit.

Murgentini, μουργεντῖνοι, populi Siciliæ: à quibus uitis Murgentina nomen accepit, quam & Pompeianam nonnulli appellant. uide Plin. lib. 3. cap. 8. & lib. 14. cap. 11.

Murgi, oppidum in ora maritima Bæticę, à quo Murgitana regio. Plin. lib. 3. cap. 1.

Muroela, μουρόελα, Pannoniæ superioris urbs, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 15. uulgò Moreck.

Murranus, priscus Latinorum rex, à quo postea Latini omnes reges Murani sunt dicti. Author Seruius. Scimus enim, inquit, plerunq; fieri, ut primi regis reliqui nomẽ possideant, ut apud Romanos, Augusti uocantur, apud Albanos Syluij, apud Persas Arsaces, apud Aegyptios Ptolemęi, apud Athenienses Cecropes. Hęc Seruius.

Mursa, μούρσα, Ioniæ oppidum, Adriani Cęsaris opus. Gentile est Mursæus, μουρσαῖος. Author Steph.

Murtia, tiæ, Veneris cognomentum, à myrto arbuscula illi sacra impositũ: unde primùm myrtea dicta est, & deinde corrupto nomine Murtia. Plinius lib. 15. cap. 29. Ara fuit Romæ uetus Veneris Myrteæ, quam nunc Murtiam uocant. Festus hanc deam Murceam appellat, & sub Auentino eam sacellum habuisse tradit. Murceam autem dictam uult, siue quod homines murceos, hoc est ignauos, & inertes redderet: siue quòd Auentinus, sub quo sacellum habuit, olim Murcus fuerit appellatus.

Musa, hoc nomen lege cum suis deriuatis, in Latinis dictionibus.

Musa Antonius, Augusti medicus fuit, cuius meminit Horatius lib. 1. Epist. ad Vallam. Plin. lib. 19. cap. 8. Diuus certè Augustus lactuca conseruatus in ęgritudine fertur, prudentia Musæ medici.

Museum, pen. prod. μούσιον, locus est citra Olympum Macedoniæ montem, Musis consecratus. Steph.

Musæus, μουσαῖος, poeta insignis, Orphei tempore, unus ex Argonautis: de quo extant uersus, Ancus erat Romæ quo Martius optimus æuo Musæus Græcis floruit in patribus. Quod epigrammasi uerum est, Musæus non fuit unus ex Argonautis, qui expeditionem fecerunt in Colchos ante tempora Troiana. Potest tamẽ hoc de alio quopiam Musæo intelligi. Nam tres commemorantur à Suida, omnes poetæ, inter quos præcipuus fuit Museus Eumolpi filius, Atheniensis, qui amores Erûs & Leandri carmine heroico descripsit. De huius laudibus extat honestiſsimum Vergilij elogium 6. Aen. Musæum ante omnes: medium nam plurima turba Hunc habet, atq; humeris extantem suspicit altis.

Mutina, pen. corr. ciuitas est Galliæ Cisalpinæ in Flaminia, quondam Romanorum colonia, ubi Antonius D. Brutum obsedit, quem tamen Hircius & Pansa Consules, uicto Antonio liberarunt. Lucan. lib. 1. His Cæsar Perusina fames, Mutinæq; labores Accedant fatis. Cic. Philip. 5. Antonius circumsedit Mutinam, firmiſsimam & splendidiſsimam populi Romani coloniam. Nunc uulgò uocatur Modena.

Mutinensis color, μουτινα῀ον χρῶμα, dicitur natiuus, à Mutinensibus lanis. ex quibus natiuo colore panni fiebant. Varro, Nam & ludere alacrem uidimus Mutinensi tunica.

Mutius, nobilis Romanus, qui accepta potestate à Senatu, in castra Porsenæ regis, tum temporis Romanos obsidentis, solus intrauit, eo animo ut regem occideret: sed quum regem non cognosceret, satellitem purpura indutum pro rege occidit. Propter quod comprehensus, & ad regem perductus, iussus est & coniuratos, si qui essent, indicare. Mutius uerò ut ostenderet se nullo supplicio uinci posse, insuper & pœnã de dextra sua exigeret, eo quòd in cede aberrasset, ipsam igni impositam in conspectu regis sibijpsi adusit: unde postra Scæuola cognominatus est, quòd siniſtra manu uti cogeretur. σκαιὸν enim Græci siniſtrum uocant. Quapropter rex eius fortitudinem admiratus, eum liberũ dimisit. Mutius igitur, ut & regi aliquid grati faceret, eidem indi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

indicauit, trecentos iuuenes in eum similiter coniurasse. Qua re territus Porsena, bellum acceptis obsidibus deposuit. Martial. Vrere quam potuit contempto Mutius igne, Hanc spectare manum Porsena non potuit. uide latius hãc historiam apud Liuium lib. 2. ab Vrbe cond. Fuerunt præterea alij Mutij, quorum historiam multis prosequitur Raphael Volaterranus lib. 17.

Mutinus, aliàs Mutonus (uide Menta in Latinis uocibus) de us qui & Priapus dicitur.

Muzirum, Indiæ emporiũ, cuius meminit Plin. li. 6. cap. 23.

Myagrus, μύαγρος, Musarum deus, qui & Myodes dicitur, teste Plutarcho, & Achor. Plin. lib. 10. cap. 28. Inuocant & Aegyptij Ibes suas contra serpentum aduentum: & Elei Myagron deum muscarum, multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus intereunt, qua litatum est illi die. Hunc quoque Myodem uocat lib. 29. cap. 6. Est item Myagrus, nobilis statuarij nomen apud Plin. lib. 34. cap. 8. * Myagrus præterea herba est ferulacea, foliis similibus rubiæ, trepidanea, semine oleoso. Fit item ex eo oleum, quod oris ulceribus eo perunctis medetur. Græci μελάμπυρον appellant, quasi nigrum frumentum: uulgus Gallorum uocat Camelinam, teste Ruellio lib. 3. cap. 126.

Mycale, es, μυκαλή, mons est Ioniæ, inter Mæandrum & Caystrum fluuios, non procul ab Epheso, ad quem Iones uniuersi conuenire solebãt sacrificiorum causa, quæ Panionia uocabant. Author Herodotus lib. 1. * Est item Mycale, insula Ioniæ adiacens, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31. * Mycale præterea ueneficæ nomen est, apud Ouid. 12. Metam.

Mycalessus, μυκαλησσός, mons in mediterraneo Bœotiæ, oppidum habens eiusdem nominis. Vtriusq; meminit Plin. lib. 4. cap. 7. * Steph. Mycalessum nomen accepisse existimat à mugitu bouis, quę Cadmum in Bœotiam perduxit.

Mycenæ, arum, & Mycena, næ, pen. prod. μυκῆναι, urbs Reloponnesi, non procul ab Argis, quam Perseus Danaes filius extruxit, & in qua postea regnauit Agamemnon: à Mycena nympha sic appellata. Verg. 6. Aeneid. Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas.

Mycenæus, a, um, μυκηναῖος, nomen adiectiuum à Mycenis deductum. Verg. 11. Aeneid. Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuũm.

Mycenis, dis, pe. prod. μυκηνίς, gentile fœmininum à Mycenis Argiui agri oppido deriuatum: quo poetæ pro Iphigenia utũtur, Agamemnonis Mycenarum regis filia. Ouid. 12. Metamorph. - Victa dea est, nubẽq; oculis obiecit, & inter Officium, turbamq; sacri, uocesq; precãtum, Supposita fertur mutasse Mycenida cerua.

Mycerinus, Cheopis Aegyptiorum regis fuit filius, qui post quam patri successit in regnum, ita paterna facta perosus est, ut & templa ab eo clausa reserarit, & populo pyramidum operibus exhausto, & ad extremum calamitatis afflicto, res suas agendi fecerit potestatem: quinetiam præ regibus omnibus iustitiam exercuisse fertur. Herodot. lib. 2.

Mychale, uide Mycale.

Mychthonia, μυχθονία. uide Mygdonia.

Myes, etis, μύης, urbs Ionica. gentile Myesius. Steph.

Myci, populi de quibus Hecatæus, ἐκ μυκῶν τῆς ἀράξινόν φασι, Steph.

Mycon, onis. μύκων, nomen egregij pictoris, patria Atheniensis: cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 6. * Fuit etiam hoc nomine insignis statuarius, qui 87. Olympiade floruit, teste eodẽ Plin. lib. 34. cap. 8.

Mycone, nes, & Myconos, coni. pe. cor. μύκονος, insula una ex Cycladibus, non procul à Delo. Verg. 3. Aen. Quam pius arcitenens oras & littora circum Errantem, celsa Gyaro, Myconeq; reuinxit. Ouid. 7. Metam. Hinc humilem Myconem, cretosaq; rura Cimoli. Sub hac insula fabulantur poetæ sepultos esse Gigantes, postremo ab Hercule interfectos: unde factus est locus prouerbio, Omnia sub unã Myconum: quod in eos dici consueuit, qui res natura disiunctas, eodẽ libro, uel titulo conantur cõplecti. Stat. lib. 1. Achil. Cyclades hinc spretæ, Myconos, humilisq; Seriphos.

Myconius, nia, nium. μυκόνιος, nomen possessiuum à Mycono seu Mycone insula. Accipitur pro caluo, eo quòd eius insulæ homines sine capillo gignerentur: ut tradit Stephanus & Plin. lib. 11. cap. 37.

Mydia, insula, quæ etiam Delos dicitur, una ex Cycladibus.

Mydon, μύδων, teste Homero lib. 5. Iliad. Atymnis filius, & Pylęmenis ducis Paphlagonum auriga, ab Antilocho Nestoris filio in bello Troiano interemptus.

Mygdonia, μυγδονία, regio littoralis Macedoniæ, in qua Niobe Tãtali filia, uxorq; Amphionis in saxũ uersa est, à Mygdone rege sic dicta. * Est & altera Mygdonia, Asiæ regio, in ea Phrygiæ parte, quę Troadi superiacet, ad Rhyndacum amnem, & Dascyliticum lacum: ut est uidere apud Strabonem lib. 12. Vtriusq; incolæ dicti sunt Mygdones.

Mygdonus, fuit frater Otrei, ac teste Porphyrio in Iliad. 3. ambo fratres Hecubæ regis Priami uxoris, & Cisſei filij, ambo reges in Thracia: & à Mygdono, eius filius Chorœbus Mygdonides dictus est. * Malim μύγδων, Mygdon, qui fratrem habuit Edonum, à quo Edoni Thraciæ populi. Steph. & alibi, 'A Mygdone, inquit, Mygdonia, dicta est, ut etiã Herodot. à Mygdone rege. Mygdon filium habuit Gerastum. Steph. in Parthenopoli.

Mygisi, μύγισοι, urbs Carię. Hinc Migisia Minerua, & Migisais, Steph.

Mylæ, μυλαί, urbs Siciliæ, ciuis Mylaites. Sunt & Mylæ in Thessalia, unde Myleus, Steph.

Mylaces, gens Epirotica. Lycophron. πράθης δ' ὑπ' γλίτων, ἢ δ' μυλάων ὄρος, Steph.

Mylantia, μυλαντία, promõtoriũ in Camiro. uulgata exemplaria habent, ὑπ' ἀνύρῳ, Rhodi, Hinc dij Mylanij. Fuit autem ille Mylas quidam, qui molæ usum primus reperit, Steph.

Mylas, oppidum, de quo Seneca li. 4. Naturalium quæstionum, Circa Messanam & Mylas simo quiddã simile mare profert, feruetq; & æstuat nõ sine calore fœdo. Vnde illic fabulari Solis boues fabula est. Stephano μύλας, ἢ μύλαι, urbs est Cariæ, à Mylaso Chrysaoris filio. hinc Mylaseus.

Mylisin, μύλισιν, gens Phrygiæ, Steph.

Mylon, urbs Aegypti, μύλων, ciuis Mylopolites. Steph.

Myndones, μύνδονες, populi Libyæ. Steph.

Mynetes, uide Menetes.

Myodes, uide Myagrus.

Myon, μύων, urbs Locrorum in Epiro. ciues μύωνες uel μυωνῖς, Steph. (Steph.

Myonia, μυονία, urbs Phocidis. ciues Myones uel Myoneis,

Myonesus, μυόνησος, urbs uel parua regio, inter Teon & Lebedon. Insularis Myonesius, Steph.

Mypsei seu Nipsæi, teste Herodot. lib. 4. populi sunt Thraciæ, qui Dario Thraciam oppugnante, ultro sese dediderũt. uide Nipsa.

Mylasa, μύλασα, liberum Cariæ oppidum, ita dictum, si Stephano credimus, à Mylaso Aeoli abnepote. Meminit huius oppidi Plin. lib. 5. cap. 29.

Myndus, di, μύνδος, Cariæ oppidum maritimum, ad radicem Phœnicis montis, eregionè Coę insulę. Authores Plin. lib. 5. cap. 29. & Ptolemæus lib. 5. cap. 2. * Fuit in eadem Caria & alterũ eiusdem nominis oppidum, quod postea ad recentioris differentiam Palæmyndum appellauere.

Myra, μυρά, una ex maximis Lycię urbibus, cuius meminit Strabo lib. 14.

Myrcinus, μυρκίνος, oppidum Thraciæ ad Strymonem amnẽ, quod & Myrcinnia appellatur. Stephanus.

Myrgetæ, μυργῆται, populi Scythiæ.

Myriandrus, μυριανδρος, urbs Syrię, in sinu Isico sita, qui & ipse Myriandricus ab ea appellatur. uide Plin. lib. 2. cap. 108

Myrica, æ, μυρίκη, insula est maris rubri, apud Steph.

Myricus, untis, μυρικοῦς, Troadis oppidum est eregionè Tenedi: cuius incolæ dicuntur Myricusij.

Myrina, μύρινα, regina fuit Amazonum, quæ triginta millia peditum, & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Author Diodorus li. 4. * Fuit præterea, teste Homero, urbs in Aeolide eiusdem nominis: item alia in Occidentali parte Lemni insulę, cuius meminit Ptolem. lib. 3. Geograph. & Galenus lib. 9. de Facult. Simpl. med.

Myrinus, μύρινος, Apollinis cognomẽtum, à Myrina Aeolidis urbe, in qua religiosissimè colebatur. Vnde & Myrini campi appellati.

Myrlea, μύρλεια, oppidũ Bithyniæ, ita dictũ à Myrlo Colophoniorũ duce, uel à Myrlea Amazone: postea Apamia appellata, à nomine Apames, quæ Prusiæ, Zelę uxor fuit. Nã quum Demetrius & hanc, & uicinam Ciũ euertisset, utrãq; Prusiæ dedit, qui eas denuò à fundamentis erexit, & Ciũ quidem

dem de nomine ſuo Pruſiadem, Myrleam autem à nomine uxoris Apamiam appellauit. Author Strabo lib. 4.

Myrmecides, μυρμηκίδης, inſignis ſculpēdi eboris artifex fuit, qui quadrigam ex ebore confecit tam minutam, ut muſcæ alis tegeretur: & nauim, quam apicula pinnis abſconderet. Plin. lib. 36. cap. 5. Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis muſca. Cic. 4. Acad. Vt etiam inter deos Myrmecides minutorum opuſculorū fabricator fuiſſe uideatur.

Myrmidones, pen. cor. μυρμιδόνες, Theſſaliæ populi fuerunt, qui Achillem ad bellum Troianum ſunt ſecuti. Hic ex Aegina inſula ortum traxerunt, Peleumq; patria profugum ſecuti, in Theſſalia ſedes fixerunt. Aegimetas enim Myrmidonas dictos conſtat, reſte Strabone lib. 7. quòd agricolæ ſtrenui eſſent, perpetuoq; in fodienda terra formicarū more uerſarentur. Ouid. lib. 7. Metam. nominis rationem ad huiuſmodi refert fabulam: Quum peſtilentia in Aegina crude liſsimè eſſet graſſata, camq; inſulam uiris propemodum exhauſiſſet, Aeacus, quum ad radicem quercus infinitum propemodum formicarum numerum conſpexiſſet, Iouem traditur oraſſe, ut ſibi parem uirorum numerum concederet, precibusque eius uix abſolutis, formicas in uiros fuiſſe commutatas.

Myrmiſſus, μυρμίσσος, urbs eſt Aſiæ, in ora Helleſponti, non procul à Lāpſaco. Gentile eſt Myrmiſsius, μυρμίσσιος, Steph.

Myron, μύρων, urbs Lyciæ, à Myrone uel Myro fluuio præterfluente, uel potius à Myra. Vſurpatur in fœminino & neutro genere. Gentile, μυρεύς.

Myronis inſula, μύρωνος νῆσος, in Arabico ſinu eſt. Gentile Myrononeſites, uel Myroneſæus, Steph.

Myron, μύρων, ſtatuarius inſignis fuit, Ageladis diſcipulus. Cic. Ver. 6. Verùm ut ad illud ſacrarium redeam, ſignum erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore, ex altera parte Hercules egregiè factus ex ære: is dicebatur eſſe Myronis, & opinor. Hæc ille. Ex huius operibus præcipuam laudem meruit bucula ex ære, uerę uaccę ſimillima, multis poetarū uerſibus celebrata. Ouid. 3. de Pōto, - ut ſimilis uerę uacca Myronis opus. Propert. - atq; aram circunſteterant arméta Myronis, Quattuor artificis uiuida ſigna boues.

Myrrha, uide in Appellatiuis.

Myrſilus, μύρσιλος, Myrſi filius ultimus ex Heraclidarum genere, Lydiæ rex, alio nomine Candaules appellatus, qui quum uxorem haberet formoſiſsimam, non cōtentus ſecreta uoluptatum ſuarum conſcientia, Gygi cuidam ex ſatellitibus ſuis, nudam eam oſtendit. Quam rem illa indignè ferens, Gygem ad uiri necem impulit, ſeſeq; illi & Lydorū regnum tradidit. Author Herodotus lib. 1.

Myrſinus, ni, μύρσινος, oppidum Elidis, reſte Stephano, poſtea Myrtotium appellatum, cuius meminit & Homerus in Catal. nauium.

Myrſus, μύρσος, proprium nomē fuit patris Candaulis, à quo & ipſe Myrſilus dictus fuit. Herodot. lib. 1.

Myrtilis, oppidum eſt in ora Luſitaniæ, ad Oceanum, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 22.

Myrtilus, μύρτιλος, Mercurij ex Phaethuſa, ſeu Myrto Amazone filius, auriga Oenomai, qui à Pelope curuli certamine cū Hippodamia Oenomai filia certante, pecunia corruptus, axi in certamine uectem non obiecit, ut Hippodamiæ currus diſſolueretur, & Pelops uictor euaderet. Quod quum feciſſet, à Pelope uictore præmiū poſtulauit: qui ab ab Oenomao moriente antè rogatus, ut Myrtili factum ulciſcerētur, eundem in mare præcipitauit, quod ab eo Myrtoum dictum eſt. Claudianus: nam perfidus obijce regis Prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem, &c. * Fuit item Myrtilus quidam Comicus Athenienſis, Lyſidis filius, & Hermippi Comici frater: cuius fabulæ commemorantur à Suida.

Myrtoum pelagus, μυρτῶον πέλαγος, pars maris Aegæi, ſeu qp eſt inter Aegeum & Ionium, nomen habens à Myrtilo Mercurij filio, qui in id proiectus fertur: ſiue (ut Plin. tradit lib. 4. cap. 11.) ab exigua inſula non procul à Caryſto Eubœæ oppido ſita, quæ cernitur à Gereſto Macedoniam petentibus. Incipit à Megarico ſinu, Cretamq; abluit, & Atticam occiduamq; Cariæ oram: habetq; inſulas plurimas, Cythera, Calauriam, & quæ Aeginam cingunt & Salaminem, & ex Cycladibus pleraſq;: quod uerò cōtiguum eſt, iam Aegæum exiſtit. Author Strabo. Ouid. in Ibin,

Proditor ut ſæui perijt auriga tyranni,
Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ, &c.

Myrus, μῦρος, fluuius. uide Myron.

Mys, Myos, μῦς, nomen fuit cælatoris, qui claruit argento cælando. Martial. li. 8. Quis labor in phiala, docti Myos, an'ne Myronis? * Eſt itē Mys, piſcis marini genus, cuius meminit Plin. lib. 32. cap. 11. Hunc & Murem marinum appellant, & in littore oua párere aſſerunt: ſcrobeq; facta, ea terra operire, trigeſimoq; die terra refoſſa fœtum in aquam ducere. uide eundem lib. 9. cap. 51.

Myſia, μυσία, regio eſt minoris Aſiæ ad Helleſpontum, Troadi contermina: cuius incolæ Myſi dicti ſunt, abiectiſsimæ conditionis homines, ſortisq; adeò cōtemptæ, ut ceſſerint in prouerbium. Quoties enim hominē nullius precij uolebant denotare, Myſorum ultimū eſſe dicebant. Cic. pro L. Flacco: Namq; ut opinor, Aſia ueſtra, conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, & Lydia. Vtrum igitur noſtrum eſt, an ueſtrū hoc prouerbium, Phrygem plagis ſolere fieri meliorem? Quid de tota Caria? non'ne hoc ueſtra uoce uulgatum eſt, Si quid cum periculo experiri uelis, in Caria id potiſsimū eſſe faciendum? Quid porrò in Græco ſermonetam tritum, atq; celebratum, quàm ſi quis deſpicatui dicitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur? Strab. etiam Myſos conſtituit in Europa in confinio Pannoniæ, ad Danubium fluuium, putatq; Myſos Aſiæ populos ab his ut originem, ita & nomen duxiſſe. Sed hi à Plinio non Myſi, ſed Mœſi appellantur.

Myſomacedones, μυσομακεδόνες, populi ſunt Aſiæ, in tractu maioris Myſiæ, à Macedonibus oriundi: unde & nomen habent. Meminit horum Plin lib. 5. cap. 29.

Myſtia, μυσία, urbs Samnitum, ciues Myſtiani, Steph.

Mytilene, Mytilanides, Mytonidos, Mytile, Myton, &c. uide ſuprà in Mitylene, cum prima per iota.

Mytcſerata, μυτησέρατα, caſtellum Siciliæ, gentile Mytcſeratinus. Steph.

Mytiſtraton, μυτίστρατον, oppidum iuxta Carthaginem. Gentile Mytiſtratius, Steph.

Myus, untis, μυοῦς. una ex duodecim Ioniæ urbibus, triginta à Męandri oſtio diſtās ſtadijs: quam poſtea ob hominum paucitatem Milęſij incoluerunt. Author Strab. lib. 14.

N

Aarda, νάαρδα, urbs Syriæ iuxta Euphratem, in de Naardanus, Steph.

Nabatha, ciuitatis cuiuſdam nomen eſt.

Nabathæa, νεβαταία Dionyſio, νεβαταίη Stephano, regio Arabiæ, Syrię contermina, populoſa in primis, & paſcuis abundans: cuius metropolis eſt Petra, trium aut quatuor dierum itinere diſtans ab Hiericunte, teſte Strabone lib. 16. * Hinc Nabathæus, a, um, ναβαταῖος, pen. prod. Iuuenal. Et quos depoſuit Nabathæo belua ſaltu. Et quia Nabathæa regio Orientem ſpectat, factum eſt ut Nabathæus accipiatur pro orientali. Ouid. 1. Metamorph. Eurus ad auroram, Nabathæaque regna receſsit.

Nabriſſa, νάβρισσα, Ptol. lib. 2. cap. 4. alijs Nebriſſa, hodie Veneria cognominata, Hiſpaniæ ciuitas eſt.

Nabius, Tarraconenſis Hiſpanię fluuius Ptol. lib. 5. cap. 6. Narium dicit Mela.

Nabuchodonozor, rex Chaldęorum.

Nacolla, νάκολλα, τά, aliàs νακολία uel νακόλεια, urbs Phrygiæ à Nacole nympha, uel à Nacolo Daſcoli filio, aliàs Nacolæ. Gentile Nacolæus. Meminit eius Strabo lib. 12.

Nacone, νακόνη, urbs Siciliæ, gentile Naconæus. Steph.

Nacria, νακρία, uide Nucria.

Næniam deam ueteres coluere, cui ſacellū, authore Feſto, extra portam uiminalem fuerat dedicatum. uide in Appellatiuis.

Næſſus, ναισσός, urbs Thraciæ, patria Conſtantini regis, à quo etiam condita eſt. gentile Naiſitanus, uel Nęſitanus, Steph.

Nagis, uel Nagidos, urbs inter Ciliciam & Pamphyliam à Nagide gubernatore condita. Gentile Nagidæus. Eſt & inſula Nagiduſa, Stephan.

Nagnia, Vilumbrorum urbs in Italia, Ptolemęo li. 3. ca. 1. prius Nequinum, Narnia hodie. uide infrà.

Næuia, ναιβία, nomen mulieris, à næuo ſic appellata.

Næuius, poeta antiquiſsimus fuit, cuius extat epitaphium apud Aul. Gel. lib. 24. cap. 2. arrogantię (ut inquit Gellius)

Campanæ

Campanæ plenum. Hic & Comœdias ſcripſit, quæ paſsim citantur à Nonio & Feſto, & Bellum Punicum primum, in quo ipſe ſtipendia fecit, literis prodidit, ut refert Gellius ex authoritate Varronis.

Nagnata, uide Magnata.

Naiades, pen. corr. à ſingulari nominatiuo Naias: uel Naides, à nominatiuo Nais, ναιάς, dicuntur nymphæ fontium & fluuiorum ἀπὸ τοῦ νάειν, quod eſt fluere. Porrò hæc dictio nunc tribus, nunc quatuor ſyllabis effertur. Verg. Eclog. 6. Aegle Naiadum pulcherrima, &c. Calphurnius Eclog. 2. Adfuerant ſicco Dryades pede, Naiades udo, &c. * Eſt itē Nais, Nymphæ cuiuſdam nomen proprium, apud Verg. 2. Eclog.

Naicus, a, um. Proper. libro 2. Suppoſita excipiens Naica dona manu.

Naim, ciuitas Galilææ duobus milibus diſtans à monte Thabor: quo nomine Hebræis ſignificatur fluctus, ſiue commotio.

Nais, fluuius qui ex Tauro monte naſcens, in Pontum mergitur.

Nais, ναίς, meretrix inſignis, Steph. in Eucarpia.

Namnetæ, ναμνῆται, Galliæ Lugdunenſis populi, ad oceanum ſiti, alio nomine Nannetes dicti: quorum oppidum Condiuineum commemoratur à Ptolemæo lib. 2. cap. 8.

Napææ, ναπαῖαι, ſyluarum deæ, quæ & Dryades dicuntur: nam ναπὴ ſiue νάπος, Græcis ſaltum ſignificat, ſiue locum ſyluoſum. Naides autem, uel Naiades dicuntur fontium nymphæ, ſicut Oreades montium, Hamadrydes arborum quæ cū arboribus naſci credebantur, & cū iſdē interire. Nereides, uerò maris nymphæ ſunt appellatæ. Verg. 4. Georg. Facile numerare Napæas

Napæi, ναπαῖοι, populi in Lesbo, ita dicti ab urbe Napa: unde & Apollo Napæus dictus eſt.

Napata, orum, νάπατα, τά, Aethiopiæ urbs: olim Candaces reginæ regia: cuius meminit Strab. lib. 17.

Napitæ, ναπῖται, populi in Scythia, quorum caput uicus Napis, qui & Napatæ nominantur. Steph.

Nar, νάρνος, Steph. Sabinorum fluuius, in Fiſcello mōte naſcēs, qui per urbem Narniam fluens, Tyberi immiſcetur. Lucan. lib. 1. Qua Nar Tyberino illabitur amni. Verg. lib. 7. Sulphurea Nar albus aqua. Mela præterea eiuſdem nominis fluuiū in Illyride conſtituit, qui ex Adrio monte profluens non procul ab Epidauro in mare Adriaticum illabitur. Plinius, Ptolemæus, & Strabo Naronem uocant.

Narane, quod pro Dalmatiæ, ſiue Illyridis fluuio ineptè legebatur, uide Naro.

Naraciſtoma, ναρακιστόμα, ſecundum Iſtri fluminis oſtium, apud Plinium lib. 4. cap. 12.

Narbaſis, urbs æſtuaria in Hiſpania, Steph.

Narbis, ναρβίς, urbs Illyriæ, Steph.

Narbo, ναρβών, cognomento Martius, olim ampliſsimum fuit Galliæ Bracatæ emporium, teſte Strabone lib. 4. hodie tutiſsimum Galliarum aduerſus Hiſpanos propugnaculum: à quo tota ea pars Galliarum, quæ olim Romanorū fuit prouincia, nomen accepit. Martium autem Narbonem ex eo dictum putāt, quòd eò Cæſar ex Martia legione colonos deduxerit. Cicero pro Fonteio: Eſt in eadem prouincia Narbo Martius colonia noſtrorum ciuium, ſpecula populi Romani ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum.

Narboneuſis Gallia, ναρβονίτης, teſte Plin. lib. 3. cap. 3. dicta fuit tota illa Galliarum pars, quæ interno mari alluitur, antè Braccata dicta, à braccis uilloſæ ueſtis genere, quibus ea regio peculiariter utebatur: quum reliqua Gallia à ſtudio nutriendæ comæ, Comata diceretur. Hęc olim fuit Romanorum prouincia, quam à Narbone Martio, ampliſsimo eius regionis emporio, hodie munitiſsimo Galliarum propugnaculo, Narbonenſem prouinciam appellabant. Diuiditur ab Italiæ amne Varo, & Alpium iugis: à reliqua autem Gallia latere Septentrionali Iura & Gebenna montib.

Narcaſus, νάρκασος, uicus & urbs Cariæ, inde Narcaſeus. Stephanus.

Narciſſus, puer, uide nomen floris.

Naritia, uide Narycium.

Narmalis, νάρμαλις, urbs Piſidiæ. gentile Narmaleis.

Narnia, ναρνία, Steph. Vmbriæ ciuitas, per quam Nar fluuius labitur, à quo nomen accepit. Liu. lib. 10. A' Nare flumine Narnia appellata. Hæc etiam Interamna dicitur.

Narnienſes, ναρνιάται, Narniæ populi.

Naron, ſiue Naro, onis, νάρων, fluuius Dalmatiæ, ſiue Illyrici, iuxta Epidaurum in mare Adriaticum influens: quem Pomponius Mela Naré appellat. uide ſuprà in dictione Nar.

Narona, pen. prod. Liburniæ oppidum, oppoſitum Naroni fluuio: unde nomen accepit, à Salona LXXII. M. paſſ. diſtās. Author Plin. lib. 4. cap. 22.

Narſes, ναρσῆς Suidæ, eunuchus, Iuſtiniani principis cubicularius, bibliopola prius, deinde ob animi uirtutem Patriciatus, honore auctus, uir religione pietateq; præditus. Is in loco Behſarij ducis in Italiam miſſus, decem annos uarijs euentibus pugnauit, tandemque Gothos inſigni prælio fudit ad Anienem fluuium, quem & ponte primus inſtrauit: quarum rerum ne quando ulla temporum diuturnitate memoria obſcuraretur, ſaxo eas inſculpendas curauit, inſigni epigrammate, quod etiam hodie in Anienis ponte legitur. De quo uide apud Volaterranum.

Narthecuſa, æ, ναρθήκουσα, inſula eſt in mari Carpathio, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Narycium, ναρύκιον, quod & Naryx νάρυξ, & Narice ναρυκή, dicitur, oppidum fuit Locrorum uetuſtiſsimum: à quo Aiax Narycius, & populi Narycij dicti ſunt. Verg. 5. Aeneid. Hic & Narycij poſuerunt mœnia Locri. Abundat autem pice optima, quæ inde Narycia dicitur. Verg. 2. Georg. Et iuuat undantem buxo ſpectare Cytorum Naryciæque picis lucos.

Naſamones, pen. prod. νασαμῶνες, ſunt populi Libyę, nauium Syrtibus inuolutarum ſpoliatores. Lucan. libro 9. Hoc tam ſegne ſolum, raras tamen exerit herbas, Quas Naſamûm gens dira legit, qui proxima ponto Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis Syrtis alit. nam litoreis popular arenis Imminet, & nullos portus tangente carina Nouit opes: ſic cum toto commercia mundo Naufragijs Naſamones habent. * Hinc Naſamonius, & Naſamoniacus adiectiua.

Naſibis. uide Niſibis.

Natio, onis, nomen deæ, natiuitatum præſidis, de qua ſic Cicero. 3. de Nat. deor. Furiæ deæ ſunt ſpeculatrices credo, & uindices facinorum, & ſceleris. Quod ſi tales dij ſunt, ut rebus humanis interſint, Natio quoq; dea putanda eſt: cui, quum ſana circuimus in agro Ardeati, rem diuinam facere ſolemus: quæ quia partus matronarum tueatur, à naſcentibus Natiō nominata eſt.

Naſica, pen. pro. νασικᾶς, P. Scipionis cognomen fuit, propter naſi magnitudinem ei impoſitum. Hic adhuc adoleſcens à Senatu uir optimus iudicatus, Magnam matrem deorum hoſpitio ſuſcepit, donec ei templum ædificaretur: unde à Iuuenale Hoſpes numinis Idæi appellatur. Cuius etiam ductu Tiberius Gracchus ſeditioſis concionibus ſtatum reip. labefactans, fragmentis ſubſellíorum in concione eſt oppreſſus. uide Ciceronem in Orat. pro C. Rabrio perduellionis reo.

Naſium, Ptolem. authore, lib. 2. cap. 9. Galliæ Belgicæ urbs.

Naſpus, νάσπος, urbs Thraciæ, Steph. uide Neſtus etiam.

Naſtes, νάστης, fuit frater Amphimachi, æquum cum illo in Caras habens imperium, qui Priamo aduerſus Græcos ſuppetias tulerunt, teſte Homero lib. Iliad. 2.

Natiſo, Venetiæ fluuius Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

Naualia, Ptol. lib. 2. cap. 11. urbs Germ. uulgò Suol.

Nauaria, pars Hiſpaniæ Septentrionalis, uerſus arcton. Vaſconibus adiacet, ad Meridiem uerò Tarraconiam habet regionem.

Naucratis, ναύκρατις, Stephano ciuitas Aegypti, à Mileſijs cō dita, qui tum mari potiebantur, teſte Strabone lib. 17. Eius incolę Naucratitę appellantur.

Naulium, ciuitas in Liguria, à portu ac turribus inclyta, & uadorum Sabatiorum portus, à quo decem milibus diſtat Sabatia.

Naulochum, ναύλοχον, Locrorum oppidum eſt, teſte Plinio libro quarto, cap. 3. * Eſt item Naulochum, ſiue Naulochus, Thraciæ oppidum, non procul ab Hæmo monte: cuius meminit idem Plinius libro 4. cap. 12. Steph. præterea Naulochum urbem in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam appellatam.

Naupactus, ναύπακτος, oppidum eſt Aeoliæ, non procul à Locris

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Locris ita dictum, inquit Steph. ἀπὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν ναυπηγίας, hoc est, ab Heraclidarum naualibus. uide Strabonem lib. 9. Hinc Naupactius, a, um, ναυπάκτιος, & Naupacteus, pe. prod. ναυπάκτειος, ut Naupacteus Achelous. Ouid. 2. Fast.

Nauplia, æ, ναυπλία, agri Argiui oppidum est, & portus Arorũ: qui & inde nomen accepit, quòd naues eò soleant applicare. Author Strabo lib. 8.

Nauplius, ναύπλιος, Palamedis pater fuit, qui ut mortẽ filij falsa Vlysis accusatione oppressi ulciscereturi, Græcis tempestate laborantibus, ex Caphareo monte ignem ostendit, bonamq; classis partem ad ignem, tanquam ad uicinum portum annauigantem, in asperrimos scopulos pellexit, miserandoque perdidit naufragio. Postea uerò quum intellexisset Vlyssem & Diomedem, quibus eas insidias potissimum struxerat, incolumes euasisse, doloris impatientia seipsum in mare præcipitem dedit.

Naupliades, ναυπλιάδης, patronymicum masculinum, quod pro Palamede accipitur, Nauplij filio.

Naupontus, ναύποντος, Straboni lib. 7. oppidum est Istriæ, Tauriscorum colonia, ad fluuium Corcoram.

Nauportus, Istriæ fluuius est, inter Aemoniam & Alpes nascens: nomen habens ab Argo naui, quam Argonautæ humeris eousq; delatam per hunc fluuium subuexerunt. Author Plinius lib. 3. cap. 18.

Nausicae, ναυσικαή, Alcinoi Phæacum regis filia, & Aretes: quæ, quum exisset ciuitatem cũ pedissequis suis, tulissetq; ad flumen lotura uestes, uidit Vlyssem naufragum in littore sedentem, nudum, arborum ramis circunte ctum, cui orãti & uestes dedit, & in regiã patris sui ire iussit. De hac Martialis lib. 2. Si mihi Nausicae patrios concederet hortos, Alcinoo possem dicere, Malo meos.

Nausimenes, ναυσιμένης, uir Athenien sis, cuius uxor quum liberos in incestu deprehendisset, indignitate facinoris perterita, uocem amisit.

Nausithous, ναυσίθοος, rex Phæacum, Neptuni filius, & Peribœæ Eurymedontis filiæ, & pater Alcinoi.

Nauius Accius, insignis augur fuit, qui sub Tarquinio Prisco Romanorum rege floruit: quem Liuius lib. 1. ab Vrbe condita fabulatur nouacula cotem discidisse.

Naxos, νάξος, insula in Aegeo, una ex Cycladibus, cæteras superans, antea Strongyle dicta. Hæc Dia pòst appellata fuit. Verùm quum Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eam occupassent, à duce Naxon appellarunt. Hanc Dionysiaca à uinearum fertilitate dici scribit Plin. lib. 4. cap. 12. Vel quia, ut alij uolunt, solæ Naxiæ mulieres octauo mense pariãt, quoto & Liber pater natus creditur. Siue quia fons in ea uino fluat. Distat à Delo septem millibus.

Naxius, a, um. νάξιος. unde Naxius ardor apud Columel. quo significatur Ariadnes coronæ sidus. Nam, ut ferunt poetæ, in insula Naxo relicta Adriadne à Theseo, nuptias cũ Baccho fecit, coronamq;, quam à Venere & Horis dono acceperat, inter sidera relata fuit.

Nazareus, ναζωραῖος, consecratus dicitur: & à Nazareth Nazarenus Christus dictus est.

Nea, νέα, insula prope Lemnum, in qua nonnulli uolunt Philoctetem hydri morsu fuisse interfectum. Plin. lib. 2. cap. 87. de insulis enatis, Inter Lemnum & Hellespontum Nea.

Neæra, νέαιρα, nomen est fœminæ, seu nymphæ, quæ peperit Soli duas filias, Phaethusam & Lãpetiam, quæ armenta Solis transeunti Vlysi iuxta Siciliam ostendit. * Est etiam mulieris cuiusdam nomen proprium apud Vergilium Eclog. 3. Dum fouet ille Neeram.

Neæthus, νέαιθος, fluuius est in extremis Italiæ finibus, non procul è Lacinio promontorio, & Crotone urbe. uide Plin. lib. 3. cap. 11.

Nealces, νεάλκης, pictoris nomen, qui Venerem pinxit, Naumachiam Aegyptiorum & Persarum. Item asellum bibentem in littore, & crocodilum ei insidiantem. Author Plin. lib. 25. cap. 10.

Neandrus, νέανδρος, Troadis oppidum, postea Perperenne nominatum, Plin. lib. 5. cap. 30. Stephanus Neãdriam νεάνδριαν appellat.

Neapolis, νεάπολις, ciuitas est Campaniæ à Chalcidensibus condita, quæ quum à Cumanis esset euersa, ingruente acerbissima peste, ita iubente Apollinis oraculo, ab ijsdem splendidius est restituta: bonaq; ciuium parte eò translata, ad differentiam ueteris urbis, Neapolis est appellata. Hæc & Parthenope dicitur, à nomine Sirenis ibi sepultæ. Author Plin. lib. 3. cap. 5. Suidas, Νεάπολις πόλις ἰταλικὴ διάσημος, ἣν ἡ παρθενόπης ἱδρυται σειρὴνης ἄγαλμα. πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι νεάπολεις. * Est &Neapolis, Africæ oppidum, ut scribit Pòpon. Mela lib. 1. *Est item eius nominis Cariæ urbs ad Iasium sinum, eodem authore. Neapolis, quæ & Lepris Magna Ptol. lib. 4. cap. 3. urbs iuxta Syrtim paruam, quam Tripolim hodie uulgus appellat.

Neapolitanus, na, um, qui ex Neapoli est. νεαπολίτης.

Nerachus, νέραχος, iuuenis fuit eximiæ pulchritudinis, cuius etiam meminit Horatius lib. 3. Carminum.

Nebis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Tarraconensis Hispaniæ fluuius, Benis Straboni dictus lib. 3.

Nebrissa, uide Nabrissa.

Nebrodes, νεβρώδης, mons in Sicilia, cui damarum copia nomen dedit. Est & unum ex Bacchi cognominibus.

Nebros, νεβρός, clarissimus ex Asclepiadis fuit in Co insula, uel Pythiæ testimonio, unde Nebridæ dicti, ex quibus & Hippocrates. Stephanus in Co.

Necepso, nomen authoris, de quo Firmicus lib. 8. sic inquit: Hunc locum diuinus ille Necepso, ut remedia ualitudinũ inueniret, diligentissimè quidem, ut diuinum tanti uiri potuit ingenium, manifestis tractatibus explicauit.

Necos, filius fuit Psammitichi & Aegypti rex, cui filius Psammithis in regno successit, teste Herodoto.

Necrocorinthij, νεκροκορίνθιοι, hoc est Corinthiorum defuncti, dicebantur uasa Corinthia, tam ænea, quàm fictilia, quæ eruersa Corintho ex mortuorum sepulchris eruebantur. uide Strabonem lib. 8.

Necropolis, νεκρόπολις, Aegypti oppidum est, triginta nó amplius stadijs ab Alexandria distans: ita dictũ, quòd ibi Cleopatra, admota uberibus aspide, sese interemit.

Necuia, νεκυία, urbs Vmbrorum. Gentile, Necuiates, Steph.

Nede, νέδη uel νεδέη, urbs Arcadiæ à Nede Nympha. Inde νεδέατος, Steph.

Nedon, νέδων, urbs & locus Laconiæ, unde Minerua Neduſia. Stephanus.

Negla, νέγλα, oppidum Arabiæ. Gentile Neglius uel Neglites, Stephan.

Neis, uide Itylus.

Neium, νήϊον, uide Crocylion.

Neium, νήϊον, mons Ithacę, à quo νηϊάδες dictæ, uel, ut alij uolunt, quod uersentur ἐπὶ τὰ νάματα, id est aquas. Inde νήϊος, uel νηϊεύς & ὑπνήϊον compositum.

Neleus, νηλεύς, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia, qui à Pelia fratre pulsus, in Laconiam uenit, ubi Pylon urbem condidit: cuius rex fuit, teste Hom. Odyss. 11. Huic uxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua duodecim filios suscepit, quos postea omnes, præter unicum Nestorem tum fortè ablegatum, Hercules euersa Pylo interfecit.

Nelides, æ, νηλείδης, patronymicum à Neleo Pyli rege, & patre Nestoris formatum. Ouid. 12. Metamorph. Bis sex Neliadæ fuimus conspecta iuuentus.

Nemausus, teste Strabone lib. 4. ciuitas est Narbonensis Galliæ, olim florentissima, utpote quę quatuor & uiginti uicorum fuerit metropolis.

Nemea, æ, uel Nemee, es, penult. cor. νεμέη. sylua est Arcadiæ inter Cleonas & Phliuntem, ubi in honorem Herculis, qui in ea sylua leonem occiderat, sacra quædam certamina celebrari consuerunt, quæ ab hac sylua Nemeæa dicta sunt. Hoc etiam nomine dicta est tota regio sylua huic uicina. Martial. lib. 1.

Non Marathon taurum, Nemee frondosa leonem,
Arcas Męnalium non timuisset aprum.

Nemeæus, a, um, per quatuor syllabas, quod est ex Nemea sylua, uel regione. νεμεαῖος. Ouid. in epist. Deian. ad Herculem,

Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis Edidit.

Nemeæa, νεμεαῖα, sacra fuerunt Græciæ certamina, ita appellata à Nemea Peloponnesi sylua, in qua fieri consueuerunt in honorem Herculis, qui in ea sylua leonem fertur occidisse: seu potius in honorem Archemori pueri in ea sylua à serpente occisi. Nemeæorum uictores apio coronabantur. uide suprà in dictione Certamen.

Nemertis, νημερτής, nympha marina dicta quasi incorruptibilis.

Nem-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nembroth,gigas.uide in Babylon.

Nemeſis,pen.cor.νέμεσις,nomen cuiuſdam deæ, quæ facinoroſos & delinquẽtes punire putabatur,ut ex Catullo & Auſonio licet intelligere.Ea quoq; Rhamnuſia dicitur, quòd in Rhamnũte Aſiæ oppido templum & ſimulachrum Phidiacum habuerit.Inſuper eadem fertur remuneratrix bene factorum.unde apud Statium lib.13.Eſt dea, quã Nemeſim dicunt,dea magna,potensq;,Quę bona cœleſtum conceſſu cuncta deorum Poſsidet.Hanc quidem Fortunam dixerunt,cui primus Adraſtus rex templũ ædificauit. Vnde & Adraſtia,ἀδράστια cognominatur. Romani quoq; huic deæ templa dicauere:ſtulti, qui ſubſtantiam aliquam Fortunam putauerunt,regnorum atq; oppidorũ diſpenſatricem, quæ ſolius Dei nutu huc atque illuc transferuntur.* Hoc etiam nomine dicta fuit Tibulli amica.Martialis.lib.4.Vſit amatorem Nemeſis laſciua Tibullum.

Nemetobriga, Ptolem.lib.2.cap.6. Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs.

Nemetes,Germaniæ populi,Gallię tractum incolentes,citra Rhenum fluuium,ubi hodie eſt Spira urbs, inter Argentinam & Moguntiam ſita. Meminit horum Cęſar in Comment.belli Gallici,& Plin.lib.4.cap.17.

Neminia,fons eſt in agro Reatino,uario ortu annonæ mutationem ſignificans.Plin.lib.2.cap.103.

Nemorenſe,uide Artemiſium.

Neobule,νεοβούλη,Lycambis filia,quæ quòd Archilocho poetæ promiſſa negaretur,Iambis inſectari cœpit Lycamben Archilochus, eumq; ad laqueum dicitur adegiſſe. uide ſupra in dictionibus Archilochus,& Lycambes.

Neocæſaria,æ,νεοκαισάρεια, urbs Cappadociæ, quam Lycus amnis præterfluit.Author Plin.lib.6.cap.3.

Neocles,clis,νεοκλῆς,philoſophus Athenienſis,Epicuri frater, qui de ſecta opus reliquit.Suidas.

Neodunum,Ptol.lib.2.cap.8.Galliæ Lugdunenſis ciuitas.

Neon, νέων, urbs Phocidis Herodot.lib.8. Gentile Neonius & Neonæus.Steph.

Neoprolemus,mæ,νεοπτόλεμος, Pyrrhi Achillis filij cognomẽ fuit,ab eo impoſitum,quòd admodum adoleſcentulus primum tyrocinium in bello poſuerit Troiano. Græcis enim νεοπτόλεμος,tyronem,uel nouum militem ſonat.

Neoris, Iberiæ oppidum inſigne, iuxta Harmaſtim fluuium. Author Plin.lib.6.cap.10.

Neotichitæ, νεοτειχῖται, Aeolidis populi ſunt, quorum urbs νέον τεῖχος,hoc eſt noua mœnia commemoratur à Steph.

Nepeta,νέπετος Suidæ, ciuitas Hetruriæ,quæ Plinio Nepet,& uulgò Nepa dicitur:à qua Nepeſini, νεπεσῖνοι. Silius, Hos iuxta Nepeſina cohors,æquiq; Phalifci.* Nepeta etiam nomen eſt herbæ, quam Dioſcorides ſecundam calaminthæ ſpeciem facit.Vulgus herbariorũ à pulegij ſimilitudine Pulegium uocant agreſte.De hac meminit Plin.lib.20.cap.14. & Colum.lib.8.cap.7.uide in dictione Nepita.

Nephele,νεφέλη,Latinè ſonat nubem.Nomen proprium uxoris Athamantis,& matris Phryxi& Helles.Vnde Ouid.Hellen Nepheleida,dixit.

Nephelococcygia,νεφελοκοκκυγία, confictum urbis nomen apud Ariſtophanem comicum,Steph.

Nephthalitæ,νεφθαλῖται,populi denominati in oriente, ut ſcribit Ioſephus.Steph.

Nepita,uide ſuprà Nepeta.

Neptunus,ποσειδῶν,Saturni & Opis filius, maris deus dictus eſt à nando, mutatis literis primis (ut inquit Cic.lib.2.de Nat.deo.) uel (ut Varroni placet) à nubẽdo,hoc eſt tegẽdo,quòd ut cœlum nubes,ita maria terra tegat.Dicit enim Varro,Neptunus eſt deus maris,uel ipſum mare,quòd terras nubat,id eſt cooperiat.Neptunum autem, ut eſt in fabulis,mater abſcõdit, ne à patre deuoraretur, eiq; poſtea,expulſo Saturno,aquæ in ſortem ceciderunt,ut ſuprà de Ioue dictum eſt. Vxorem habuit Amphitriten, ex qua plurimas nymphas ſuſcepit. Tridentem habet pro ſceptro. Muros Troianos iuuante Apolline condidit.

Neptunius,a,um,ποσειδώνιος,poſſeſsiuũ.

Neptunalia, ποσειδώνια, Neptuni ſacra, quæ & Salatia à Salo dicuntur.

Neptunine,es,patronymicum eſt fœmininũ àNeptunus.Cat. in Arg.Te ne Thetis genuit pulcherrima Neptunine.

Nequinum,Vmbriæ oppidum, teſte Plinio libro tertio,cap. 14.quod nunc Narnia dicitur:ob incolarũ libidinoſam inertiam.A' quo Nequinates,qui nunc Narnienſes.

Nerabus,bi,νήραβος,Syriæ oppidum,apud Steph. cuius incolæ Nerabij appellantur.

Nereides,pen.cor.νηρηΐδες,maris Nymphæ,Nerei,& Doridis filiæ humanam effigiem habentes,quarum nomina ſunt Neſæe,& Cymothoe,& infinita alia,quæ uide apud Heſiodum in Theogonia.Nominatiuus ſingularis eſt Nereis,penultima indifferente. Ouid.13.Metam.Nereis his contra reſecuta Cratheide natum eſt.Idem 12. Meta.Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam.

Nereſſus,νηρησσός,oppidum eſt in Cea inſula:cuius meminit Aeſchines epiſt.1.ad Polycratem.

Nereus,νηρεύς,deus maris eſt(ut docet Heſiodus in Theogonia) Oceani & Tethyos filius, qui ex Doride uxore, eademque ſorore maximam Nympharum turbam ſuſcepit, quæ à nomine patris Nereides appellantur. Hũc Orpheus in Argonaut. deorum antiquiſsimum appellat: unde & Grandæuus à Verg.dicitur 4.Georg.- hunc & Nymphæ ueneramur, & ipſe Grandæuus Nereus. * Figuratè accipitur pro mari. Perſius Satyr.1. Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.

Nerion,enis,uel Neriene,es,& apud antiquiſsimos Neria,æ, νερίνη,Martis uxor.Plaut.in Trucul.Mars peregrè aduenẽs ſalutat Nerienẽ uxorẽ ſuã.Gellius lib.13.cap.21.docet Sabinũ eſſe uocabulũ,quo ſignificatur uirtus & fortitudo:unde & pro ui,poteſtate,& maieſtate Martis accipitur. uide plura de hoc apud Gellium eo quem modò citauimus loco.

Neris,idis,νηρίς,oppidum eſt Peloponneſi, in agro Meſſeniaco.Steph. * Eſt item Neris Dioſcoridi nardi montani genus, in Syria,Ciliciaq; naſcens,ramulis & folio eryngij, eiuſdem naturæ cum nardo Gallico.

Neritus,ti,pen.cor.νήριτος,mons eſt in Ithaca inſula:cuius meminerunt Strabo lib.10. & Plin.lib.4.cap.12.* Eſt item Neritus,ſiue,ut apud Plin.legitur, Neritis, peninſula Acarnaniæ adherens,alio nomine Leucadia appellata, opere accolarum olim à continenti abſciſſa,denuoq; reddita uentorũ flatu congeriem arenę accumulantium. Verg.3.Aen. Dulichiumq;,Sameq;,& Neritos ardua ſaxis.* Neritus item,ſiue Neritum,neu.gen.peninſulæ huius oppidũ eſt,quod recentiores Leucadem appellarunt,teſte Plin.lib.4.cap.1.

Nerium,νήριον,Ptol.lib.2.cap.6.promontorium Tarraconenſis Hiſpaniæ,iuxta Artabros,uulgò Finis terræ.

Nero,νέρων,teſte Gellio li.12.ca.21.uerbũ Sabinũ eſt,quo ſignificatur uirtus & fortitudo. Itaque ex Claudijs,quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac præſtanti fortitudine, Nero appellatus eſt. Sabini autem id nomine à Græcis accepiſſe uidentur, qui uincula & firmamentum membrorum νεῦρα dicunt, noſtri neruos.* Ex hac familia fuit Claudius ille Nero, qui Aſdrubalem Annibali fratri ſuppetias ferentem iunctis cum Liuio collega copijs,ſuperauit. * Fuit item hoc cognomen ſexti Romanorum Imperatoris, omnium quos terra tulit, crudeliſsimi:à quo tyrannos omnes, crudeliter imperium exercentes, Neroues appellamus.

Nerua,x III. Roman. Imperator fuit,Flauio Domitiano, cui ſucceſsit,diſsimilimus,animoq; uerè paterno erga populũ affectus.Hic quum liberos ſibi nullos genuiſſet,Aelũ Traianum ſibi adoptauit,qui illi etiam in Imperio ſucceſsit.

Neruij,νέρϐιοι, fuerunt populi inter Belgas Atrebatibus uicini,ad Scaldem fluuium,omnium Belgarum fortiſsimi,& maximè feri: de quibus Cæſ.lib.2.Comen.meminit. Hi nunc Tornacenſes dicuntur.

Nerulani, populi in Latio iuxta Romam, quorum meminit Plin.lib.3.cap.5.

Nerulum,oppidum in Lucanis,quod ui captum fuiſſe repentino aduentu Aemylij,teſtatur Liu.lib.9.bell.Pun. * Inde Nerulonenſes dicti ſunt. Sueton.in Aug. Manibus colybo decoloratis Nerulonenſis menſarij.

Neſa,regio montana iuxta Aetnam.

Neſæe,es,ſiue Neſæa,æ,νησαίη,nympha marina,Nerei & Doridis filia:παρὰ τὸ νέω, hoc eſt à natando dicta. Author Heſiod.in Theogon.

Neſei,populi Indiæ, Oceano proximi, de quibus Plin.lib.6. cap.20.

Neſibis,uide Niſibis.

Neſion,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Neſion, νησίον, inſula in Campano litore inter Pauſilypum & Puteolos, quæ alio nomine dicitur Neſis, νησίς. Lucan. Tali ſpiramine Neſis. Huius nominis obliquos producit Papinius: Syluaq; quæ fixam pelago Neſida coronat. Item Accius Eclog. 1. Huc illuc ſdum Pauſilypi latus omne pererro, Piſcoſamq; lego celeri Neſida phaſelo.

Neſperus, νίσπιτος, urbs Italiæ. Gentile Neſpeſinus, Steph.

Neſſon, νίσσον, urbs Theſſaliæ, gentile Neſſonites, Steph.

Neſtos, νέστος, urbs & fluuius Illyrię. Hinc Neſtius & regio νεστίς, Steph. uide Naſpus & Neſtus.

Neſſus, νέσσος, nomen eſt Centauri Ixionis & Nubis filij: qui quum Deianiram rapere uellet, ab Hercule ſagitta cõfixus eſt. uide fabulam latius apud Ouid. lib. 9. Metamorph. Inde

Neſſeus, a, um, pen. pro. Ouid. in Epiſt. Deianiræ, Illita Neſſeo miſi tibi texta ueneno.

Neſtor, νέστωρ, filius fuit Nelei & Chloridis, teſte Hom. lib. Odyſſ. 11. qui adhuc adoleſcens bellum geſsit, etiam tum uiuo patre, aduerſum Epeos Peloponneſi populos, qui poſtea Elij dicti ſunt: & deinde quũ Pirithoi nuptijs intereſſet, aduerſus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabãtur, ſtrenuè pugnauit. Poſtremò belli Troiani tempore, iam ſenior effectus, ut idem Hom. in 2. Iliad. ſcribit, quinquaginta nauibus cum reliquis Græcis principibus ad Troiam uenit, quum natus annos nonaginta, iam tertiam hominis ætatem uiueret: uel (ut ipſe dicit apud Ouid. in 12. Metamor.) quum trecenteſimum annum ageret: ubi conſilij dexteritate tantum Græcorum rebus profuit, ut Agamemnon profiteri non dubitaret, breui ſe Ilium fuiſſe expugnaturum, ſi decem ſibi contigiſſent Neſtores. Nam præter ſummã prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, ut ex eius ore melle dulcior fluere diceretur oratio. Vxorem habuit Eurydicem Clymeni filiam, ex qua ſeptem filios, & unicam filiã ſuſcepit. Ouid. lib. 13. Qui licet eloquio fidum quoq; Neſtora uincat.

Neſtorides, νεστορίδης, patronymicum: & Neſtorius, νεστόριος, poſſeſſiuum.

Neſtus, νέστος, Thraciæ fluuius eſt, in Hæmo monte naſcens, & Abderam urbem præterfluens. uide Plin. lib. 4. cap. 11.

Neſus, νῆσος, Græcè, quod Latinè inſula. Eſt & Neſus urbs Iberica, Stephan.

Neſus, νέστος, Thraciæ fluuius. uide Neſtus.

Neuceria, νουκερία, urbs eſt Vmbriæ. uide Nuceria.

Neuius, poeta comicus, epigramma ſibi poſuit plenum ſuperbiæ Campanæ.

Immortales, mortales ſi foret fas flere,
Flerent diu, Camœnæ Neuium poetam.
Itaq; poſtquam Orci traditus eſt theſauro,
Obliti ſunt Romę Latina lingua loquier. Autor Gell. lib. 1. cap. 24. Varro autem in lib. de poetis, dicit eum ſtipendia feciſſe primo bello Punico, idq; bellum carmine ſcripſiſſe.

Neuola, flumen eſt in Sentinati agro.

Neuris, idis, νευρίς, inſula eſt Propontidis, Cyzico adiacens, alijs nominibus Elaphonneſus, & Proconneſus dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. ultimo.

Neuri, νεῦροι, populi Scythię Europææ, ad Boryſthenem amnẽ: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Niæthos, lege Neæthus.

Nibis, νίβις, urbs Aegypti. gentile Nibites, Steph.

Nicæarchus, νικαίαρχος, pictor fuit ſua ætate eximius: qui inter alia Venerẽ inter Gratias & Cupidinem pinxit: & Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia. Plin. lib. 35. cap. 11.

Nicander, κίκανδρος, uel Nicandrus, dri, Colophonius grammaticus, & poeta, & Medicus, tempore Attali iuuenis illius, qui Gallogræcos uicit. Scripſit de Theriacis, alexipharmacis, de agricultura. Præterea Curationum collationes, & Prognoſtica Hippocratis uerſibus edidit, aliaq; complura. Author Suidas. Cic. de Orat. Nicandrus homo ab agro remotiſsimus, de agricultura tamen diligentiſsimè ſcripſit: tanta uis eſt eloquentiæ.

Nicanor, νικάνωρ, pen. prod. Alexandrinus grammaticus, ſub Adriano principe, æqualis Hermippo Berytio: cuius ſcripta enumerantur à Suida.

Nicarchus, νικάρχος, philoſophus fuit Corinthius, ſub Periandro, cuius meminit Plut. in Sympoſio ſeptem ſapientum.

Nicaſia, νικασία, inſula eſt exigua, circa Naxum: à qua inſulani Nicaſij, νικάσιοι, appellantur. Stephanus.

Nicaſipolis (uide in Theſſalonica) νικασίπολις.

Nicator, νικάτωρ, cognomen fuit Seleuci potentiſsimi regis, qui (ut Appianus inquit in Syriacis) in bello ſemper inuictus extitit.

Nicatoris, νικατορίς, Syriæ oppidum à Seleuco Nicatore conditore ita appellatum: cuius incolæ dicuntur Nicatoriæ. Steph.

Nice mulier, νίκη. uide in Theſſalonica.

Nicea, ſiue potius Nicæa per diphthongon, νίκαια Stephano, & Suidę, multarum urbium nomen eſt: quarum una eſt Galliæ, non procul à Varo fluuio, à Maſsilienſibus condita: altera Aſiæ & Bithyniæ metropolis, quam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominauit. Poſtea Lyſimachus à nomine uxoris, Antipatri filiæ, Nicæam appellauit. Vrbis ambitus ſtadiorum 1. x. fuit, in figura quadrata, in campo ſita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos: quæ ex uno lapide, qui circa medium gymnaſium poſitus erat, omnes cernebantur. Hic iubente Conſtantino clariſſima illa ſynodus celebrata eſt, trecentorum & decem & octo epiſcoporum, in qua perfidũ Arrij dogma reciſum fuit. * Tertiam huius nominis urbem Stephanus apud Locros Epicnemidios conſtituit: quartam in Illyride, quintam in India, ſextam in Corſica inſula, ſeptimam in Leuctris Bœotiæ, & octauam in Thracia.

Nicephorium, rij, νικηφόριον, oppidum eſt Meſopotamiæ, non procul ab Euphrate fluuio, ab Alexandro magno conditũ. Author Plin. lib. 6. cap. 26.

Nicetes, νικήτης, Smyrnęus ſophiſta, Adriano principi gratiſsimus fuit, ab eoq; Muſæo Aegyptio adſcriptus. Quum cauſas tentaret, foro etiam aptiſsimus uidebatur. Adeò ingenium ad utranq; dicendi rationem accommodauit, ut genus iudiciale ſophiſtica quadã facultate exornauerit, ſophiſticum uerò & umbratile ſorenſibus aculeis roborauerit. Genus dicendi antiquum & politum retinuit, laſciuus nihilominus, & dithyrambicus uiſus. Ex Philoſtrato.

Nicias, νικίας, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabricium ueniens, ei promiſit Pyrrhum ſe ueneno necaturum. Atille auerſatus facinus, Pyrrho reſcripſit ut à Nicia ſibi caueret. Curtius. * Nicias Grammaticus Romæ, familiaris Pompeio & Ciceroni, qui eius in epiſtola quadam ad Atticum meminit: item Epiſtola ad Dolobellam. Tranquillus. * Nicias ité nomen uiri Athenienſis nobiliſsimi. Ariſtoteles ſcribit tres uiros Athenis eodem tempore æquè potentes fuiſſe, Niciam Nicerati, Thucydidem Mileſium, & Theramenem Agnonis. Thucydides his natu aliquantulum maior, multa cum Pericle clara pro Republica geſsit. Poſt mortem Periclis ad Niciam primæ partes delatæ ſunt. Miſſus igitur imperator unà cum Demoſthene altero duce contra Syracuſanos, qui Gilippum Lacedæmoniorum ducem auxilio acceſſiuerant, infœliciter pugnantes ambo à Syracuſanis in bello capti ſunt, in carcerem q̃ue coniecti, ſibi manus attulere. Nicias Marco Craſſo ex noſtris comparatur à Plutarcho in Parallelis: quòd & diuitijs abundauerit, & eundem ferè exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos inuenerit. * Nicias alius Athenienſis pictor, qui teſte Plin. lib. 35. cap. 11. diligentiſsimè mulieres pinxit, lumen & umbras cuſtodiuit: atque ut eminerent è tabulis picturæ, maximè curauit. Hic etiam in artem tanta contentione animi incubuiſſe dicitur, ut cibum ſumere ſæpe oblitus ſit. Aelianus de uaria hiſtoria.

Nico, νίκων, fuit unus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui coniurarunt in Annibalem: tandemq̃ue comprehenſus cum Philomene, ad Annibalem deductus eſt. De quo Liuius Decad. 3.

Nicocreon, ontis, νικοκρέων, Cypriorum tyrannus, qui Anaxarchum philoſophum malleis ferreis cædi iuſsit. uide Anaxarchus.

Nycolaus Damaſcenus, νικόλαος ὁ δαμασκηνός, Peripateticę ſectæ philoſophus fuit, Herodi Iudęorũ Tetrarchæ, & Auguſto Cæſari familiaris, qui uniuerſalem hiſtoriam libris 80. complexus eſt. * Nicolaus alius fuit ex Myra Licyæ ciuitate, flagrantiſsimus Chriſtianæ religionis propagator, qui ſub Conſtantino Cæſare uixit. * Fuit item Nicolaus quidã ſophiſta, ex eadem Myra ortus, Dioſcoridis Grammatici frater,

frater, qui artem Rhetoricam conſcripſit, & meditationes quaſdam. De his omnibus uide plura apud Suidam.

Nicomachus, pe.cor. νικόμαχος, nomen patris Ariſtotelis philoſophi. * Nicomachos quinq; tradit Suidas: Primũ ex Alexandria Troadis, poetã tragicum, qui ſcripſit tragœdias undecim. Secundum Atheniẽſem, item tragicum, qui uicit Euripidem & Theognim. Nicomachum item medicũ, Machaonis filium, Aeſculapij nepotem, qui ſcripſit de medicina libros ſex, & in philoſophia unum. Reliquos duos, patrem & filium Ariſtotelis ponit, ambos medicos: quorum filius ſcripſit commentarios in Phyſica patris. Sextum Nicomachum addit Plinius pictorem, Ariſtodemi filium & diſcipulum, qui pinxit raptum Proſerpinę (quæ tabula fuit Romæ in delubro Mineruæ in Capitolio, ſupra ædiculam Iuuentutis) Scyllamque quæ erat in templo pacis. Author Plin. lib. 35. cap. 2.

Nicomedes, νικομήδης, pen.prod. nomen proprium regis Bithyniæ, Romanorum amici, qui olim raſo capite ſumpſit pileum, & ſe Romanorum liberũ uocauit. Hic in adoleſcentia eo nomine malè audiuit, quòd turpi obſequio ſibi Cæſarẽ crederetur conciliaſſe.

Nicomedia, νικομήδια, ciuitas Bithyniæ, à Nicomede rege, qui eam condidit, appellata. In huius ciuitatis uilla Magnus Conſtantinus obijt: qui quum uellet in Iordane fluuio baptizari, atq; idcircò Hieroſolymam peteret, morte præuentus ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo, Arrianæ perfidiæ ſectatore, baptizatus eſt. Quæ res Chriſtiani principis fidem apud pleroſq; in dubium uertit. Sed non eſt ueriſimile eum principem, qui per omnem uitam ſuam Arriani dogmatis hoſtis fuerat, in extremo ſpiritu ei dementiæ conſenſiſſe, quam ſummo ſtudio de ſuo Imperio prius eliminauerat.

Niconia, æ, νικωνία, oppidũ eſt Põti, ad Iſtri fluminis oſtia: cuius incolæ dicũtur Niconiatæ. Author Steph. & Strabo li. 7.

Nicophanes, νικοφάνης, pen.cor. nomen pictoris inſignis, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 10.

Nicopolis, νικόπολις, ciuitas Epiri, à uictoria Auguſti ſic appellata, qui quum Cleopatram, & M. Antonium apud Actium prælio ſuperaſſet, in proximo litore urbem condidit, & à uictoria ſua Nicopolim appellauit. * Eſt & Nicopolis alia in Bithynia: item tertia in minori Armenia: & quarta inter Ciliciam & Syriam, ab Alexandri uictoria ita appellata, qui ibi Darium ſuperauit, quum antea Iſſus diceretur.

Nicoſtrata, νικοστράτη, Euandri mater, quæ, quòd fatidica eſſet, à carminibus Latinè Carmentis eſt appellata.

Nicoſtratus, νικόστρατος, Macedo, orator inter decem ſecũdus, tempore Marci Antonini & Dionis Chryſoſtomi, & Ariſtidis oratoris æqualis, ſcripſit nonnulla, ut author eſt Suidas. * Fuit item alter Nicoſtratus, poeta comicus, cuius meminit Athenæus in Dipnoſoph. * Nicoſtratus citharœdus, & Laodocus, quum inter ſe certarent, dixit Nicoſtratus Laodocũ eſſe in magna arte paruũ, ſe autem in parua magnum: ſatiusq; non domum diuitijs, ſed artem ſtudio & diligentia augere. Aelian. de uaria hiſtoria.

Nigidius Figulus, philoſophus Pythagoricus, Romæ floruit Cæſaris tempore. Hic teſte Gellio, multa de re Grámatica edidit uolumina, quæ ad noſtra ſecula non peruenerunt.

Nigris, νίγρις, fluuius eſt interioris Aethiopiæ, eiuſdem cum Nilo naturæ. Nam & calamum gignit, teſte Plin. li. 5. cap. 8. & papyrum, eiuſdemq; generis animantes, quæ in Nilo gignuntur, ijſdemq; etiam temporibus augeſcit. Dictus Nigris propter ſolitudines nigri pulueris, eminentibus interdum uelut exuſtis cautibus.

Nili pro ſoſsis, uide in Proprijs.

Nilis, νειλὶς lacus eſt inferioris Mauritaniæ, non procul ab Oceano, quem Nili aquæ ſtagnantes efficere creduntur. uide Plin. lib. 5. cap. 9.

Nilus, νεῖλος, Aegypti fluuius, à Nileo rege ſic dictus, uel à nouo inferẽdo luto, ꝙ ſua inũdatione totã feracẽ reddat Aegyptũ. Vnde Seruius, Nilũ dici exiſtimat, quaſi νέαν ἴλὺν, hoc eſt nouũ trahentẽ limũ, quo oblimet, hoc eſt limo obthuret Aegyptũ, & oppleat. Vnus eſt ex maioribus totius orbis fluuius, à quibuſdã Geon dictus, quaſi terra, antea Melo uocabatur. Habet ſeptẽ oſtia. Verg. 6. Aen. Et ſeptẽ gemini turbãt trepida oſtia Nili. Nomina oſtiorũ hæc ſunt, Canopicũ, Bolbiticũ, Sebenniticũ, Pharniticum, Mendeſicum, Taniticũ, & Peluſiacum. Naſcitur in monte inferioris Mauritaniæ, nõ longè ab Oceano, ſtagnante ibi lacu, quẽ uocant Nilidẽ: deinde cõdit ſe itinere aliquot dierũ, rurſumq; erũpit alio lacu maiore in Mauritania Cæſarienſi, iterũq; arenis receptus, per deſerta uiginti dierũ ſpacio fertur ad proximos Aethiopas, & denuo profilit fonte, qui Nigris dicitur. Idcirco multi Aegyptum à Δ Græcę literę ſimilitudine delta uocauerunt. Augetur Nilus circa æſtiuũ ſolſtitiũ mirũ in modũ, & per totã ſpaciatus Aegyptũ, terrã pluuijs omnib. deſtitutã aquis ſuis irrigat, fœcũdiſsimoq; limo obducit. Cauſas incremẽti Nili uide apud Lucanũ lib. 10. * A' Nilus fiũt adiectiua, Niloticus, a, um, νειλαῖος, ut, Nilotici piſces: & Niliacus, a, um, νειλιακὸς pen.cor. Martialis, Niliacis primũ puer hic ſit natus in oris. * Nili quoq; apud ueteres capiuntur pro foſsis ſeu canalibus, quæ ſpectaculis circundari ſolent, aut quibus aqua ad priuata ędificia duci cõſueuit: qualibus etiam hodie uidemus magnatũ inſulas eſſe cinctas. Cic. 1. de Legibus: Ductus uerò aquarum, quos iſti Euripos, & Nilos uocant. uide latius in dictione Euripus.

Nimbus, inſula non longè à Gyaro, quam Callimachus Agathuſam uocat.

Ninæa, νινάια, urbs in Oenotrorum mediterraneo. Gentile Ninæus uel Nineæus, Steph.

Niniue, es, νινευή, Suidæ, pe.cor. urbs Aſſyriorũ ad Tigrim fluuiũ ſita ita appellata, à Nino cõditore Beli filio. Auguſt. li. 15. Ciuit. Niniues ciuitatis magnæ Ninus Beli filius conditor: unde nomen ex illius nomine deriuatum eſt, ut à Nino Niniue uocaretur. Populi in ea habitantes, Niniuitæ, νινευῖται, pen.prod. dicuntur. Ptolemæus in deſcriptione Aſſyriæ urbem hanc Ninum, νῖνον, appellat: quo nomine ferè ab omnibus rei geographicæ ſcriptoribus cenſetur. uide Plin. lib. 6. cap. 26. & Strabonem in principio libri 26.

Ninoe, es, νινόη, Cariæ oppidũ eſt, aliàs Aphrodiſias appellatũ, Lelegum Pelaſgorum colonia, ſi Stephano credimus.

Ninus, νῖνος, Beli filius, & maritus Semiramidis, primus Aſſyriorum rex. Nam Belus ſolam habuit Babylonem, Ninus uerò totam Aſſyriam.

Niobe, νιόβη, nomẽ filiæ Tantali, ſororis Pelopis, uxorisq; Amphionis, q̃ in ſaxũ uerſa eſt, ex dolore, ut poetæ fingũt, quũ ex fœcundiſsima matre ad orbitatẽ redacta, extinctos uidiſſet filios, filiasq; omnes, quos Apollo & Diana ſagittis cõfixerãt. Quæ in ſaxũ uerſa dicitur, quoniam ex nimio dolore attonita obmutuit, ac ueluti lapideſcens malis diriguit, A' Statio in ſyluis Sipyleia mater dicta Niobe, quoniã facta ſaxea turbine uenti in Sipylũ patriã rapta eſt, ubi fixa a cacumine montis Liquitur, & lachrymis etiã nũc marmora manant. * Fuit & altera Niobe Phoronei filia, ex qua Iupiter Oſirim ſuſcepit, qui & Serapis dictus eſt.

Niphates, νιφάτης, pen.prod. mons ſupra Aſſyriam, ad finẽ maioris Armeniæ, Tauri pars, ex quo Tigris naſcitur, ut refert Strabo lib. 11. Verg. 3. Georg. Addam urbes Aſiæ domitas, pulſumque Niphatẽ. Dictus Niphates à niuibus, ἀπὸ τῆς νιφάδος, ἢ τοῦ ἀπὸ νίφειν.

Niphæus, νιφαῖος, nomen uiri proprium, ab equis interfecti, apud Verg. 19. Aeneid.

Niphe, νίφη, una ex comitibus Dianæ, à niueo candore appellata. Ouid. 3. Metamorph. Excipiunt laticem Nipheq; Hypanisq;, Rhanisq;.

Nipſa, æ, νίπσα, Thracię oppidum: cuius incolæ dicuntur Nipſęi, νιπσαῖοι, Steph.

Nireus, νιρεύς, Charopi & Aglaiæ filius, Græcorum omnium formoſiſsimus fuit, quemadmodum Therſites omnium maximè deformis. Ouid. libro 4. de Ponto, Tã mala Therſiten prohibebat forma latẽre, Quàm pulchra Nireus conſpiciẽdus erat.

Niſa, æ, νῖσα, oppidum Siciliæ, cuius meminit Thucyd. lib. 3. * Eſt & nomẽ puellæ ruſticæ apud Verg. in Pharmaceutria.

Niſæa, æ, νισαία, oppidum in ſinu Megarico, ubi Megarenſium errant naualia, teſte Thucydide lib. 2. * Eſt item Niſæa, Parthyenes regio, cuius caput fuit Alexandropolis, ab Alexandro conditore ita appellata. uide Plin lib. 6. cap. 26. Hæc regio præſtantiſsimos alebat equos, qui ab ea Niſæi appellabantur, teſte Strabone lib. 11.

Niſæa, (quod hic pro Nymphæ nomine corruptè legebatur) uide Neſæa.

Niſibis, νίσιβις, oppidum eſt Arbelitidis, quæ eſt regio Syriæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

propinqua,in qua Alexander Darium ſuperauit,alio nomine Mygdonia appellata. Niſibim autem Antiochus fertur condidiſſe,& à nomine ſuo Antiochiam appellaſſe.uide Plinium lib.6.cap.13.

Niſſa,æ,νίσσα,Bœotiæ oppidum eſt,apud Homerum in Catalogo nauium.

Niſus,νῖσος,nomen regis Megarenſium,qui (ut in fabulis fertur) à Scylla filia ſua fatali capillo ſpoliatus,in auem ſui nominis conuerſus fuit.Verg.1.Georg.Apparet liquido ſublimis in aere Niſus. * Fuit & alius hoc nomine,Hyrtaci filius,iudiſſolubili amicitiæ uinculo Euryalo coniunctus:ut ſatis copioſè deſcribit Verg.lib.9.Aeneid.

Niſyros,pen.prod.νίσυρος Homero,inſula eſt in mari Carpathio,una Sporadum:quam poetæ fabulantur olim Coo adhæſiſſe,Neptuniq; ſceptro inde fuiſſe auulſam.uide Strabonem lib.10.

Nitrites Nomos,νιτρωτικὸς νομός Straboni,præfectura eſt in ea parte Aegypti, quæ eſt ſupra Memphim, nomen habens à duabus nitrarijs , quæ plurimum ferunt nitri.uide Plin.lib. 5.cap.9.& Strabonem lib.16.

Noa, Syenitarum oppidum eſt ad Nilum fluuium, teſte Plin. lib.6.cap.29.

Noæ,νόαι,urbs Siciliæ.gentile Noeus,Steph.

Noas,νόας,Thraciæ fluuius eſt,ex Hęmo monte naſcens,& in Iſtrum influens.Author Herodotus lib.2.

Nodinus,pen.prod. Deus quem Diuus Auguſtinus in libro de Ciuitate Dei ex Varrone ſcribit cultum fuiſſe à ueterib. Romanis,putantibus Proſerpinam frumentis præpoſitam germinantibus,& proſerpentibus : geniculis uerò nodisq; culmorũ,deũ Nodinum:inuolucris autem illis folliculorũ, deam Volutinam:quũ folliculi pateſcunt, quo exeat ſpica, deam Patelenã:quum ſegetes nouis ariſtis exæquantur,Hoſtilinam deam:quia hoſtire ac hoſtimentum ueteribus exæquationem ſignificabat.Floram quoq; adijcit, & Lactucinam,ac Maturam,quæ florentibus lacteſcentibusq; ac matureſcentibus præſint frumentis.

Nœodunum, uide Neodunum.

Noega,oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Aſturum,in peninſula Piſici.Author Plin.lib.4.cap.20.

Noemagus,uide Neomagus.

Nola,νῶλα,Ptol.Campaniæ urbs mediterranea,quam Vergil. ob aquã ſibi denegatã è carmine ſuo eraſiſſe dicitur. Hanc prius Sidicinum fuiſſe dictam ſcribit Plin.lib.3.cap.5.

Nomades,dum,νομάδες,Africæ populi inter Zeugitanam regionem,& Mauritaniam ſiti, qui poſtea literis aliquot mutatis , Numidæ appellati ſunt.Hos ſcribit Salluſtius ex Perſis ortum traxiſſe,qui Herculem in Hiſpaniã ſunt comitati: eoq; mortuo,in Africam traiecciſſe,locaq; occupaſſe Oceano proxima,alueosq; nauium inuerſos pro tugurijs habuiſſe:deinde paulatim per connubia ſibi Getulos miſcuiſſe:poſteaq; Numidiæ nomo propter multitudinem à parentibus digreſſos,poſſediſſe ea loca quæ proximè Carthaginem Numidia appellatur. Hæc ille.Dicti ſunt autem Nomades ἀπὸ τοῦ νέμειν,hoc eſt à paſcendo,quòd paſtionibus præcipuè uacarent,herbisq; uno in loco depaſtis,papiliones ſuos curribus aliò tranſueherent. * Sunt & alij Nomades in Scythia ſuprà Mæotim,Agathyrſis & Baſilidis finitimi,quorum meminit Plin.lib.4.cap 12.

Nomantia,uide Numantia.

Nomba,νόμβα,urbs Iudææ.gẽtile,Nõbæus,Steph.ex Ioſepho.

Nomæi,νωμαῖοι,populi qui poſtea Scythæ dicti ſunt,Steph.

Nomentum,νωμεντός,Steph.oppidum in Latio,nõ procul ab Roma.Martial.lib.13.Si uicina tibi Nomento rura colũtur. *Hinc Nomentana uia Romæ,qua itur Nomentum:& Nomentani,νωμεντῖνοι,qui Nomentum habitant. Dictum Nomentum à Nomento conditore.

Nomius,νόμιος,dictus eſt Apollo,quaſi paſtor,ſiue quòd cœlo exulans(ut fabulantur poetæ) Admeti regis pecus pauerit:ſiue ut ſe habet rei ueritas,quòd Solis calore omnia hęc inferiora paſcantur & uegetentur.

Nona,æ,una ex Parcis,Latini Nonam,Decimam,& Mortam, Parcas dixere,quòd tempeſtiuum tempus partus , ſit nono & decimo menſe:qui uerò ante hoc tempus in lucem prodeunt,aut mortui naſcantur, aut paulo pòſt moriantur. uide ea quæ annotauimus in dictione Morta: & quæ ea de re ſcripta ſunt apud Gellium,lib.3.cap.16.

Nonacris,νώνακρις,locus in Arcadia.Victru.Eſt in Arcadia Nonacris nominata,quæ habet in montibus ſtillantes ex ſaxo frigidiſſimos humores.hęc autem aqua Stygos hydor appellatur,qua neq; argẽteum,neq; æneum,neq; fereum uas poteſt ſubſiſtere,ſed diſſilit ac diſſipatur:cõſeruare autem eam & continere,niſi ungula mulina,nil poteſt.Hinc Nonacrius,a,um,νωνακρεύς, νωνακρίτης,νωνακριάτης. Ouid. in Faſtis, Et matri, & uati paret Nonacrius heros.

Nominatiui penultima longa eſt,ut in Arcadicus.Ouidius, Quid fuit aſperius Nonacrina Atalanta?

Nonymna,νώνυμνα, urbs Siciliæ , ciuis Nonymnæus.Steph.

Noricum , νωρικία , pen.cor.regio in Europa , ut lib.2.ſcribit Ptol.Limites habet ab occaſu Oenum fluuium,qui medius eſt inter Vindelicos & Noricos,à ſeptentrione Danubium, ab ortu ſolis montem Cęcium,qui Pannoniam ſuperiorem diſterminat à Norico, meridie montem Curuãcam , qui eſt ſuper Iſtriam.Dalmatiæ contermina eſt,& mari Ionio. Eam nunc regionem pleriq; Bauariam appellant.unde fit Noricus,a,um.

Noruegia,regio in Europa Septentrionalis , uerſus Oceanũ Germanicum ſita.uulgo Nortuuegen.

Notus,ti,νότος,uentus Meridionalis, Auſter dictus. νοτὶς enim Latine humor dicitur.& eſt hic uentus nebuloſus & humectans,ut docet Gellius.

Noua mœnia,Sarmatiæ urbs in Europa.Ptol.lib.3.cap.5.Hodie Album caſtrum,Vuiſſenburg.

Nouocomenſes,dicti ſunt,quos Comum diuus Cæſar inquilinos,ad habitandum deduxit.Fuerũt enim quinq; millia,è quibus quingenti illuſtriſsimi Græci fuerũt,qui oppido nomen relinquentes,& Nouum comum appellantes,Nouocomenſes oppidanos uocauere.hos ciuitate donatos inhabitatorum numero deſcripſit.

Nuceria,νουκερία,ciuitas Campaniæ,nouem millibus paſſuum à mari diſtans.Nuceria item Colonia Vmbrorum urbs Ptolemæo lib.3.cap.1.hodie Alphatentia.uide Neuceria.

Numa Pompilius,νουμᾶς,uir Sabinus , & à Romulo ſecundus Rex Romanorum . De hoc uide Liuium & Plutarchum, & in Aegeria.

Numantia,urbs Hiſpaniæ,aliàs Celtiberiæ Tarraconẽſis,circa uiginti annos bellũ cũ populo Rom.geſsit,& à Romanis obſeſſa per annos 14.cũ haberet tantum quatuor hominum millia,nõ ſolũ ſuſtinuit,ſed etiam uicit , quadraginta millia Romanorum:tandẽ tamen à Scipione poſteriore poſt longam & arctiſsimã obſidionẽ deleta.Cum enim fame laborarent,nec eis daretur iuſti certaminis copia,omnia ſua & ſeipſos igni immiſerunt. uide Florum libro ſecundo. Vnde Scipio Numantinus cognominatus eſt. Numantini dicuntur ciues.

Numicus,ingens fluuius fuit in Latio , in quo repertũ eſt cadauer Aeneæ & conſecratũ.Pòſt paulatim decreſcẽs,in fontẽ redactus eſt,qui & ipſe ſiccatus eſt ſacris interceptis. Veſtæ enim non niſi de hoc fluuio libari licebat.Hæc Seruius in illud Vergilij 7.Aen.Hæc fontis ſtagna Numici.

Numidia,νομαδική,pars Aphricę,inter Tingitanam & Carthaginenſem regionẽ,ἀπὸ τῶν νομάδων,id eſt à paſcuis locis,uerſa o litera in u. Plin.lib.5.cap.3.6.34.ſcribit,Numidas Nomades dici, à permutandis pabulis , mapalia ſua,id eſt domos plauſtris ductilibus circumferentes. unde uagi dicuntur. Vagabundis populationibus enim,ut in Sarmatia Hamaxobitæ,errantes,& rei pecuariæ dediti,nomẽ hoc adepti ſunt à Græcis:quibus νομεύω,paſco ſignificat.Habebant olim alueos nauium cõuerſos pro tugurijs,ut eſt apud Salluſtium. Numidia habet ab ortu Syrtes quaſdam paruas,undere gio Carthaginenſis incipit,à Septentrione mare quod uerſus Sardiniam tendit,ab occaſu Mauritaniam ,& à meridie Aethiopiam:nec præter marmoris Numidici,ferarumque prouentum aliud inſigne habet. Sunt in ea claræ urbes, Hippona & Rhegium. Fa regio , ut Pomponius ſcribit,ſpacio anguſtior eſt quàm Mauritania, ſed magis culta, & durior,ubi Numidicum marmor effoditur. Hinc Numidicus,a,um,νομαδικὸς,ut lapis Numidicus , qui inter generoſa marmora annumeratur:à Papinio Libycus ſilex appellatur.Et pauimenta Punica ueteribus dicebantur , quę ex marmore Numidico ſtrata erant.Et Numidę populi Virg. lib.4.Aeneid.Numidę infreni cingunt & inhoſpita Syrtis, &c.uide Nomades.

Numitius,

Numitius, amnis est non longè à Lauinio. uide Numicus.

Numitor, filius Procę Albanorum regis, & Amulij frater, Rómuli & Remi auus maternus. uide Amulius.

Nundina, næ, Romanorum dea, à nono die nascentium dicta, qui & lustricus dicitur. Erat autem lustricus dies, quo infantes lustrabantur.

Nursia, Sabinorum ciuitas in montibus sita, authore Ptol. lib 3. cap. 1. Hodie Norcia. Nursia item, Piceni ciuitas, à Vergilio frigida dicta, aut reuera, aut certè uenenosa, nocés. Nursini dicuntur populi.

Nusicum, urbis obsidionem Rhod. Langhius descripsit.

Nycteus, Neptuni fuit filius ex Celęne Atlantis filia, quę ex Amalthea Cretensi nympha Antiopam & Nyctimenem suscepisse ferunt, ipsumq; ab hac posteriore illecebri amore dilectum, cum eadem nutricis opera ignarum concubuisse: sed scelere cognito, Nyctimenem occidere uoluit: illa uerò fugiens miseratione Mineruę in auem sui nominis uersa est, & in ipsius tutelam suscepta. νυκτιμένη Græcis noctuâ sonat. Ouid. lib. 1. Metam. Non audita tibi est, patrium temerasse cubile Nyctimene, &c.

Nyctimene, fuit nomen puellæ, quæ filia Nyctei fuit, & à Græcis appellatur γλαύξ.

Nyctileia, νυκτιλήια, sacrificia quæ Baccho fiebant, à nocturno tępore dicta. Vnde & Bacchus Nyctileus. νυκτιλεύς, νυκτιλές, uel Nyctelius dictus, quod eius sacra noctu celebrarentur.

Nympha, νύμφη, Latinè sponsa. Sed generale nomen est. putauerunt antiqui Nymphas non tantum aquarum deas esse, quasi lympharum numina, sed etiam terrarum. Nymphæ uerò ab aquis deæ sunt Dryades, Hamadryades, Oreades. Quippe ueteres Græci nympham dicebant, quam nos mutatione unius literæ lympham hoc est aquam. Aliquando Nymphæ dicuntur Musæ, quòd aqua currendo musicos sonos efficiat. Hinc sæpenumero à poetis inuocantur. Verg. Nymphæ noster amor Libethrides. uide Perottum qui harum nomina collegit.

Nysa, urbs Arabiæ, siue, ut alij putât, Aegypti Arabiæ propinqua, apud quem, ut Diodor. ait, Bacchus educatus à Nymphis fuit. Vnde & Nysęus, νυσαῖος, νυσεύς dictus est, ac cognominatus Dionysius, à Ioue scilicet & Nysa nomen accipiēs. Sunt & alij eiusdem nominis loci, omnes Baccho sacri. Imò totus mundus nunc furit ardore colendi Bacchi.

Nysea, teste Herodoto & Curtio, urbs clarissima in India, à Libero patre cõdita, sub radicibus montis quâ Merum uocât.

Nysiros, uide Nisyros. sic enim legendum est.

Nysius, uiri nomen, melius per iota scribitur.



Axis, ἄξις, fluuius est Cretæ insulæ ab Oaxe Apollinis filio sic uocatus, unde & Oaxia tellus ibidem. Verg. Eclog. prima. Pars Scythiam, & rapidum Cretę ueniemus Oaxę. uide Oaxus. At Seruius putat esse fluuium Mesopotamiæ, quem non sequuntur alij Vergilij enarratores.

Oaxus, ὄαξος, ciuitas Cretæ, ab Oaxo Acallidis nymphæ Minoidis filio, uel à situ loci, quòd crepidines Græci Axos uocẽt.

Obareni, ὠβαρηνοί, pars Armeniæ, circa Cyrum fluuium, inquit Quadratus, Oborenitæ & Oteni habitant, qui magna pars Armeniæ sunt. Steph.

Oceanitis, itidis, ὠκεανῖτις, ὠκεανίς pro filia Oceani. Verg. lib. 4. Georg. Oceanitides ambæ.

Oceanius, a, um. ὠκεάνιος, Oceanides, ὠκεανίδης, patronymicũ fœmininum ab Oceanis.

Oceanus, pe. cor. & per simplex c, ὠκεανὸς, propriũ fuit uiri Tethyos coniugis, qui fuit Cœli & Vestæ filius. De quo Plin. libro 3. Mela lib. 3. Et Oceanus mare dicitur, quod uniuersam circuit terram. Dictus Oceanus ab ὠκὺς, quod est uelox, testibus Solino & Seruio. Quòd & neutro genere Oceanon dicitur, præsertim si mare sequitur, ut Caper & Probus testantur. Vndarum uerò illa proruptio interfluentis Oceani læua Europam facit, Libyam dextra, & montib. utrinq; cõcluditur. Nã Europa Calpe, Africa, Abyla monte dispergitur, qui utriq;, cp eminentes essent, dici columnæ Herculis meruerunt, quòd testimonio uetustatis, laboris Herculei limes in illis sit consecratus. Et quamuis sit nomẽ propriũ Oceanus, aliquãdo tamẽ pro appellatiuo ponitur, quandoq; partes eius significat. Quo modo Mare, cũ totũ significat, proprium est: cum partem, appellatiuum. Nam à littoribus plerunq; accipit nomen. ad dextram siquidem, ubi primùm terram intrat, Atlanticus dicitur. ad sinistram, Gaditanus, illinc Arabicus, Persicus, Indicus. Hinc Britãnicus, Germanicus, Scythicus Postquam uerò terras intrauit, primò ab Iberia, hoc est Hispania, dicitur Ibericum mare: tũ à Balearibus insulis, Balearicum: post hac Narbonensium prouinciam contingens, Gallicum: deinde à Liguria, Ligusticum: mox usq; in Siciliam à Tuscis Tuscum, siue Tyrrhenum à Tyrrhenis. Inde ab Ionibus Ionium, à Sicilia Siculũ, à Creta Creticum, ab Asia Asiaticum, à Pamphylia Pamphylicum, & multa alia nomina, quæ enumerare longum esset. Poetæ tamen Oceanum pro quocunq; mari usurpant. Verg. Et ruit Oceano nox.

Ochus, fluuius, qui in Indiæ montibus ortus, per Acarnaniã fluit, Plin. lib. 6. cap. 16.

Ocnus, filius fuit Tiberis & Mantûs filiæ Tiresiæ uatis. Hunc Mantuã cõdidisse tradũt, & Aeneæ in auxilium uenisse aduersus Turnum, Maro testatur lib. 10. Idẽ hunc Bianora uocat Eclog. 9. teste Seruio. uide suprà Bianor, & Mantua.

Ocrinum, Britanniæ promontorium teste Ptol. li. 2. cap. 3. nũc uulgò Mons sancti Michaelis.

Octauia gens à Velitris originẽ accepit, quã assẽtationis gratia propter Augustũ excellere dixerunt. Ipse autem Augustus nihil amplius quàm equestri familia ortũ se scribit, uetere ac locuplete, & in qua primus senator suus pater fuerit.

Ocypete, ὠκυπέτη, una ex Harpyis: sic dicta, quòd alarũ ueloci tate polleat. ὠκὺς enim celer & citus dicitur: πέτομαι, uolo.

Ocyrrhoe, ὠκυῤῥόη, nympha dicitur à celerirer fluendo. ὠκὺς celer, & ῥέω fluo. filia Chironis centauri, ex Nympha quadam Cayci fluminis suscepta. Augurij fuit peritissima: Aesculapium enim uniuerso orbi profuturum prædixit, et patrem optaturum mortem, seq; equam futuram: quæ omnia euenere, ut est apud Ouidium lib. 3. Metam.

Oeagrus, οἴαγρος, fluuius Thraciæ, pater Orphei uatis, ut scribit Seruius: unde & Hebrus, cp ex eo fluat, Oeagrius dicit.

Oebalia, regio est, in Peloponneso, quæ & Laconia dicitur, ab Oebalo Argulj filio, qui rex Laconum fuit.

Oebalides, id est, Pollux seu Castor: & Oebalis, id est Helena: & Oebalius, a, um, adiectiuum.

Oebalus, pen. cor. Arguli filius, rex Laconiæ, ab se Laconiam prouinciam Oebaliam dixit.

Oechalia, pars Laconię, prouincia Thessalię, quę Oechaliæ nomẽ assumpsit à ciuitate ciusdẽ nominis qua in illa erat. Ipsa uerò ciuitas teste Homero lib. 2. Iliados, ab Oechalio fluuio eam præterfluente nomen accepit. uide Eurytus. Aliæ etiam fuerunt, Oechaliæ, ut in Thessalia, & Eubœa.

Oedipodionius, ab Oedipus deducitur. Lucan.

Oedipodionias infelix fabula Thebas.

Oedipus, podis, si Græcè: Oedipi, si Latinè declinaueris, οἰδίπους, οἰδίποδος, tertiæ & fecundę declinationis, ut docet Prisc. lib. 6. Statius lib. 1. Theb. Limes mihi carminis esto.

Oedipodæ confusa domus.

Plaut. in Pœn. Oedipo est coniectore opus, qui Sphyngi interpres fuit. ~~Dictus Oedipus ἀπὸ τοῦ οἰδεῖν τοὺς πόδας, id est à tumore pedũ, quos habuit perforatos.~~ Fuit aũt nomẽ filij Laij regis Thebarũ, & Iocastæ. Quẽ natũ pater statim exponi iussit, eo quòd ex oraculo didicisset, se à filio nasciturum interfectũ iri. ~~Famuli autẽ teneræ ætati parcẽtes, nõ prorsus abiecerũt, sed perforatis pedibus, uimine arbori alligauerũt: ad cuius uagitũ tractus~~ Phorbas pastor Polybij Corinthiorũ regis, infantẽ ab arbore sustulit, & ad Polybiũ detulit. Qui cũ filijs careret, ipsum filij loco educauit. Iã igitur adultus cũ audisset se nõ Polybij filiũ, patrẽ perquirere statuit: & cõsulto oracuło, accepit se in Phocide patrẽ inuenturũ, & matrẽ sumpturũ in cõiugem. Quò cũ uenisset, orta inter Phocẽses seditione, Laiũ conantẽ reprimere tumultum, incognitũ interemit. ~~Postremò tandẽ oraculo lusus, Thebas perẽs in itinere in Sphyngẽ incidit: quã problematibus solutis cũ occidisset, Thebas intrauit. & quoniã Polybij filius credebatur, Iocastã matrẽ insciẽs in uxorẽ duxit, & ex ea quatuor filios genuit.~~ Postea uerò cũ se matrẽ sibi cõiugio copulasse, patremq; occidisse, cognouisset dolore perci tus, sibijpsi in pœnã oculos eruit, quẽ postea cæcũ Antigona filia duxit, & se occidere uolẽtẽ custodiuit. uide suprà. Alij dicũt, cp repudiata matre Astymedusam uxorẽ duxerit, quemadmodũ superius annotatum est. Hic quoniã Sphyn-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gem monſtrum diſſoluto eius ænigmate interemit, rerum obſcuriſsimarum interpres poſtea dictus fuit, ut ille apud Terent Dauus ſum, non Oedipus, quod in prouerbium abijt. Inuenitur & Oedipodes in nominatiuo caſu.

Oenanthia, urbs Sarmatiæ in Aſia Ptolem. lib. 5. Hodie S. Sophia. aliàs Oenanthe.

Oeneus, οἰνεύς, Aetoliæ rex, Parthaonis filius, qui ex Althæa Theſtij filia Meleagrũ, Tydeũ, & Deianirã genuit, quã Hercules duxit uxorẽ licet alij matrẽ Tydei Erigoneã appellẽt. Idẽ hic rex de primitijs, omnibus numinib. ſacrificauit, excepta Diana, q̃ irata aprũ immiſit, qui cũcta uaſtabat, donec à Meleagro occideret. Hęc Seruius. Hinc Oenides, et Oeneis, patronymica: et Oeneius, a, um, adiectiuũ. uide Meleager.

Oenomaus, οἰνόμαος, Hippodamiæ pater, rex fuit Elidis & Piſæ, ex Marte & Harpina Aſopi, ſeu ut alij tradunt, Eurythoe Danai filia ꝓgenitus: qui uictus à Pelope, regnũ amiſit: tota q̃ regio Peloponeſus à Pelope dicta eſt. Strab. lib. 8. uide Hippodamia.

Oenone, οἰνώνη, nomen ciuitatis, & nymphæ. uide Ouid. in eorundem epiſtolis, & in Paris.

Oenotria, οἰνωτρία, regio Italiæ, ſeu ipſa Italia, cuius populi Oenotrij dicuntur. hodie Itali.

Oeta, οἴτη, mõs inter Theſſaliã & Macedoniã, in quo Hercules in furorem uerſus ſeipſum cõbuſsit, unde & Oetæus uocatur Ouid. li. 18. Impleuitq; ſuis nemoroſum uocib. Oetã, &c.

Oetus, ſiue Oeteus, οἰτεύς, frater fuit Ephialtis, & Alœi filius, pugnauit in Creta, ut Sal. refert. Vnde Oetij cãpi dicti ſunt.

Ogyges, ὠγύγης, Thebanorũ rex, ſub quo primũ omniũ diluuiũ fuiſſe dixit Varro in ꝓlogo libri tertij de re Ruſt. ubi quàm lõge antiquior uita ruſtica, quàm urbana fuerit, oſtẽdere conat. Et fuiſſe tẽpus ait, quo rura colebãt homines, nec ciuitates habebãt. Et ſubdit: Eſtq; uetuſtiſsimũ oppidũ Bœotię Thebę, quod rex Ogyges ædificauit, pactis iã duob. millib. annorũ & cẽtũ. Sed ut diuus Auguſt. de Ciuitate Dei lib. 18. retulit, tẽpore quo regnabat Ogyges, diluuiũ magnũ factũ eſt: nõ illud maximũ, quo nulli homines euaſerũt, niſi qui in arca fuerũt, ſed tamẽ maius quàm quod poſtea tẽpore Deucalionis fuit. à quo Ogygius, a, um, id eſt, Thebanus deducitur, ut Ogygia mœnia. Et Ogygidę, ipſi Thebani Verg. in Aetna: Nũc iuuat Ogygijs circundata mœnia Thebis, &c.

Ogygia, inſula inter Phœnicium & Syriacũ mare ab Ogyge Thebanorum rege. (le, Ogylius. Steph.

Ogylus, ὤγυλος, inſula inter Peloponneſum & Cretam. gentile, Ogyris, Arabiæ fœlicis inſula, Plin. lib. 6.

Oicles, filius fuit Antiphatis filij Melampodis. Idem fuit pater Amphiarai Argiui uatis. ab eo Oiclides dicitur. Mantuan. Et ſacer Oiclides uertenda ad mœnia Cadmi.

Oileus, fuit Locrorum rex, & pater Aiacis Oilei, teſte Verg. 1. Aen. Pallas ne exurere claſſem Argiuũ, atq; ipſos potuit ſub mergere ponto, Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei?

Olenus, ὤλενος, Bœotiæ urbs, ſic dicta ab Oleno Vulcani filio. Fuit & alia urbs in Aetolia, iuxta quã fuit aper Calydonius. In hac nutritã ferunt caprã illã Amaltheam, eamq; poſtea Iouem infantem aluiſſe, & inde Oleniam dictam. Ouidius, Naſcitur Oleniæ ſignum pluuiale capellæ.

Olenius, ὠλένιος, poſſeſsiuum eſt ab Oleno.

Oliaros, ὠλίαρος, inſula in mari Aegæo, una Cycladum, de qua Verg. lib. 3. Oliaron niueamq; Paron, &c.

Olympia, pię, ὀλυμπία, urbs erat inter Oſſam & Olympũ montem, nõ procul ab Elide & Piſa ciuitatibus Græcię, ubi erat templum Iouis Olympici. fuit etiam mercatu famigerata, & celebritate illa quinquennali ludorum inclyta.

Olympia, orum, ὀλύμπια, ludi qui in honorem Iouis Olympici apud Piſam & Elidem Græciæ oppida celebrabantur, hoc eſt gymnicũ certamen, quod quinto quõq; anno fieri ſolebat. Vnde Olimpiacus, a, um, ut Olympiacum certamen, uictoria Olympiaca, Strab. lib. 8.

Olympias, adis, ὀλυμπιάς, quinq; annorũ ſpaciũ, quod à Romanis luſtrũ dicit. Exinde Græci tẽpora per Olympiadas ſupputare cœperũt, ita numerãtes: Olympiadis primæ, aut ſecũdę, aut cẽteſimæ: anno primo, uel ſecundo, uel tertio, uel quarto. Atq; ut cõſules, ita & in Olympijs uictores iterũ & tertiũm dicimus. Plaut. in Men. Iterum, inquit, Pythia, & tertiũm Olympia. Eſt & Olympias nomen mulieris proprium.

Olympicus, a, um, ὀλυμπικός, quod eſt Olympi, uel quod ad Olympum pertinet.

Olympiodorus, ὀλυμπιόδωρος, penult. prod. nomen uiri proprium, eius qui docuit Epaminundam.

Olympionices, ὀλυμπιονίκης, ſiue Olympionicus, qui in Olympiaco certamine uictor euaſit: νίκη quippe uictoria dicitur.

Olympius, a, um, ὀλύμπιος, id eſt cœleſtis, poſſeſsiuum ab Olympo.

Olympus, ὄλυμπος, dictus quaſi ὁλόλαμπος, id eſt, totus ſplẽdẽs, mõs cuius uertex uſq; adeò attollitur, ut ſumma eius acie cœlũ uocẽt, propter quod poetę cœlũ Olympũ uocant. Dictus, quaſi ὄλος λαμπρός, hoc eſt totus fulgẽs, quia Solẽ clarũ habet, nullisq; unquã nubib. fuſcatur. Sũt autẽ quatuor mõtes hoc nomine. Primus mõs altiſsimus inter Theſſaliã & Macedoniã, qui tamẽ Theſſaliæ aſcribitur. Alter in Gallogræcia, uel in Cypro. Alius apud Myſos, ad cuius radices Pruſa ab Annibale cõdita. Quartus, ad mare Rubrũ in Aethiopia, haud longè ab Heliopoli oppido, qui oriente Sole uſq; ad quintam diei horam flammas emittit.

Olynthius, urbs fuit Thraciæ iuxta Atticam regionẽ, ſub Athenienſium imperio, quam Philippus Macedonum rex denuò ſuæ ditioni ſubiecit.

Olyſippo uel Olyſipum, ὀλύσσιπα, oppidũ in Luſitania ad Oceanum apud mõtem Tagum: ubi quædam è uento Fauonio tempore concipiunt equæ, quarũ pulli non plus triennio uiuunt. Hæc urbs Vlysbona hodie uocatur. Eius meminit Plin. lib. 4. cap. 21.

Omphale, a correpta, nomẽ reginæ Lydiæ, cui Hercules propter amorẽ ſeruiuit, multisq; ab ea mulieribus eſt donatus, quòd ad Sangarim fluuiũ ſerpẽtem multos homines interficientem, interemiſſet. Hæc ut tradit Donatus in Teren. ipſum Herculem ſibi ſeruientem etiam ad lanificium compulit, quum ipſa calarhum & colum, cultusq; fœmineos, ſagittis & claua, leonisq; regmine muraſſet.

Oncheſtus, filius fuit Neptuni, qui Oncheſten ciuitatem Micaleſſo promontorio propinquã condidit, deq; ſuo nomine appellauit. Hic Melagrum genuit, de quo ſuprà.

Oonæ, ὠῶναι, inſulæ in Oceano Septentrionali, in quibus (ut Plin. refert li. 4. cap. 13.) ouis auiũ & auenis incolæ uiuunt.

Oopellum, Britãniæ inſulæ urbs. Ptol. lib. 2. cap. 3. Vxellum alijs dicta, hodie Ceſtria, uulgò Vucheſtre.

Opalia, dies feſtus, Opi deæ dicatus.

Opharus, fluuius apud Cantabros.

Ophieltes filius fuit Lycurgi regis Thracum à ſerpente necatus. uide Hypſiphile.

Ophiogenæ, ὀφιογενεῖς, gens hominũ in Helleſpõto, quos Crates Pergamenus ſcripſit ſerpẽtũ ictus tactu leuare ſolitos, & manu impoſita uenena extrahere corporibus. Plin.

Ophiuchus, ὀφιοῦχος, ſerpentarius ſiue anguitenẽs, quo nomine dictus eſt Hercules, quòd anguem manu tenens à Ioue in cœlum translatus ſit: ὄφις ſerpens, & ἴχω teneo, quaſi ὀφιόιχος, & per ſynæreſin mutatis ο & ι in ου, ὀφιοῦχος.

Ophiuſa, ὀφιοῦσα, inſula quæ & Rhodus, propter ſerpentium multitudinem ibi exiſtentem, quaſi ſerpentaria. Strabo li. 3.

Opigena, ab ope dicta eſt Iuno, quòd ea ferre opem in partu laborantibus credebatur.

Opis, huius Opis, ὦπις, nympha Dianæ comes.

Opitergium, Carnorum oppidum, Ptolemęo lib. 3. cap. 1. hodie Opitergum. Lucan. lib. 4. Hic Opiterginis moles onerata colonis Conſtitit.

Opitulus, ἀλεξιτήριος, dictus eſt Iupiter, quaſi opis lator, & prę in rebus dubijs & malis dicitur. Feſtus.

Oppia, una fuit ex Veſtalibus, quæ cõuicta ſtupri, uiua defoſſa eſt: cuius ſcripſit epitaphium Stroza filius, Veſtalis uirgo, læſi damnata pudoris, Contegor hoc uiuens Oppia ſub tumulo. Liuius 22. hanc Opimiam uocat.

Ops, opis, prima breui, gener. fœm. eſt dea, filia Cœli ex Veſta, & ſoror, & coniunx Saturni, quæ ῥέα Græco uocabulo dicitur. Hanc putant terram eſſe, ἀπὸ τοῦ ῥέω fluo: quòd rerũ affluens ſit omnium rerum. Eadem Cybele appellatur, ubi uide. Ea dea in cunctis caſibus eſſe perhibetur, cuius ope humanæ uitæ alimenta quæruntur.

Opus, untis, ὄπους. οῦς, ciuitas in Locris. Ouid. Facta cẽde puer Paroclus Opũta reliquit. Hinc Opũtius, tia, tiũ, ὀπούντιος, ut ſinus Opũtius in Aegæo. Opuntij populi Phocenſib. Bœotijs finitimi fuẽre. Dicimus Opus, Opũtis, & Opes, ut annotat interpres Melæ Vadianus. De Opuntijs populis Pli. li. 4. ab hoc Orbelia regio.

Orbellus, mons in Macedonia, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 20.

Orchades, ὀρχάδες, pen. corr. inſulæ Oceani Septentrionalis ultra

Pomponium parum inter ſe diſtantes, non longè ab inſula Thule. Hodie parent Regi Scotorum.

Orchomenus, ὀρχομενός, pe. cor. Theſſaliæ mõs. A' quo Orchomenũ, ὀρχομενόν, oppidũ quõdã ditiſsimũ, uicinũ Theſſaliæ, in quo fons erat Gratijs ſacer, ut notat Seru. Hinc adiectiuũ Orchomenius, a, um, ὀρχομένιος. Eſt item Orchomenon fluuius in Bœotia ad Trophonium, teſte Plin. lib. 11. cap. 2.

Orcus, nomen eſt fluuij inferorũ ſic dictus ab ὅρκος, id eſt iuramentũ, ꝙ per illũ, id eſt Stygẽ paludẽ, à qua teſte Homero, profluit, iurabant dij, nec peierare licebat. Nam ut dicit Homer. in 2. Iliad. fluuius eſt Theſſaliæ, qui ab inferna Styge manat, & in Peneũ defluit, quem nec Peneus recipit, ſed inſtar olei ſupernatantem breui ſpacio portatũ abdicat, nec pœnales aquas, Dirisq; genitas, argenteis ſuis undis miſceri permittit. Alij ab urgendo dictum putant, ꝙ in mortem urgeat (ut inquit Feſtus) quia antiqui c pro g ponebant. Propriè autem Orcos, obſcuritas inferorũ. Plaut. in Aſin. Bene uale, apud Orcum te uidebo. Cum Orco rationem habere, uel ponere, eſt periculo mortis ſeſe exponere, cum id præuidea mus. quod ſolent agricolæ, qui in peſtilenti agro, quamuis infructifero ſerunt. Var. 1. de Re. ruſt. cap. 4. Etenim ubi ratio cum orco habetur, ibi non modo fructus eſt incertus, ſed etiam colentium uita. Accipitur etiam pro Plutone.

Oreades, ὀρεάδες, nymphę mõtiũ, ἀπὸ τοῦ ὄρους. quod mõtẽ ſignificat. Ouid. lib. 8. Talibus agreſtem cõpellat Oreada dictis.

Oreſte, ὀρέστη, urbs cuius Hecatæus in Europa meminit: gentile ſimiliter, Oreſte.

Oreſtes, ὀρέστης, ſic appellatus ob ferinã atq; agreſtem, & quaſi montanã naturam: Agamẽnonis & Clytęmneſtræ filius, cui ſoror Electra necẽ parari ab Aegiſtho, qui patrem Agamẽnona interfecerat, matrẽq; conſtuprauerat, metuens, ipſum per pædagogum in Phocidem clam ablegat ad Strophium Phocenſium principẽ, qui Agamẽnonis ſororem duxerat. Iſtic 12. annos demoratus, cum pædagogo ſuo Argos redijt, ubi ſub ſpecie hoſpitũ Phocẽſium, quos Strophius miſerat, ut Oreſtis obitum nunciarẽt, intromiſſi ad Clytęmneſtrã, eã cum Aegiſtho adultero, conſcia Electra, in ultionem patris occidit, ut ait Sophocles in Electra.

Oreus, ὀρεύς, dictus eſt Liber pater, à montibus, in quibus ei ferri ſacrificia ſolebant.

Orgia, ſacra ſunt, ut inquit Perottus, quæ dijs immortalibus fiunt, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id eſt furore, quia ſacrificãtes diuino quodam furore corripi uidentur, uel (ut quidam putant) ἀπὸ τοῦ θύειν ἐν τοῖς ὄρεσι, quòd in montibus ſacra facere dijs ſolebant, ueluti locis cœlo propinquioribus, ut in Olympo mõte, &c. Hinc abuſiuè ſacra Liberi patris dicta ſunt Orgia in Thracia primò ab Orpheo inſtituta. Hæc ille. uide quoque Seruium lib. 4. Aeneid. Verg.

Oricos, ὠρικός, ſiue ut ſcribũt alij, Orithos, ciuitas eſt Epiri à Colchis condita, teſte Plin. li. 4. ca. 23. De qua Lucan. etiam li. 3. uerſus Macedoniã, iuxta quam naſcitur terebinthus, nigrum lignum habens & ſolidum in buxi ſpeciem. Hinc Oricius, a, um. Verg. lib. 10. Aut quale per artem Incluſum buxo, aut Oricia terebintho Lucet ebur, &c.

Orion, ὠρίων, quaſi Vrion, dictus filius Iouis, Neptuni & Mercurij. De hoc uariè fabulantur. Cũ olim Iupiter, Neptunus & Mercurius terrã peragrarent, ſuperueniẽte nocte ad pauperẽ quendam Hyreũ, quẽ Ariſtonicus Erythreum appellat, diuerterũt, qui eos hilari animo ſuſcepit: cũq; deos eſſe animaduertiſſet, occiſo boue ijſdẽ ſacrificiũ obtulit. Qua de uotione motus Iupiter, iuſsit ut aliquid peteret, quod optaret: qui dixit, ſe nõ habere cõiugem, & mortuæ promiſiſſe, aliã nõ ducturũ, optare tamẽ filiũ. Iupiter igitur & reliqui dij corium immolati bouis ſumpſerunt, in quod cum urinã emiſiſſent, iuſſerũt, ut terra obrutum cõpletis maternis mẽſib. ſolueret. Quod cum feciſſet, inuenit puerum, quẽ ab urina Orionem nominauit, ut ait Ouid. in Faſt. Adultus deinde euaſit uenator maximus, adhæſitq; Dianæ. Sed cũ uirib. fidens, gloriaretur nullam eſſe ferã quam nõ cõficeret, Dijs inſolẽs uerbum ulciſcẽtibus, cõtigit, ut terra ſcorpionẽ pãreret, à quo ictus perijt. Diana igitur ſatellitis ſui obitum grauiſsimè ferens, eum in cœlo iuxta Tauri ſidus cõſtituit. Alij alia de hoc fabulantur, ut ſunt Lucanus, Horatius, Seruius, Heſiodus, &c. Eſt autem ſignum cœleſte, quo oriente, maximæ excitantur tempeſtates. Hinc Verg. lib. 1. Aeneid. Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion, &c.

Oritę, ὠρῖται, populi ſunt Indię liberi. Steph. ex Strabone lib. 25.

Orithyia, ὠρίθυια, Boreæ coniunx, filia Erichthei Athenarum regis, qui Pandioni ſucceſsit in regno, quam in uentũ cõuerſam ferunt. Hanc Boreas, ut prouera hiſtoria retulit Euſebius, ſibi in coniugem antea denegatam rapuit, raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zeten & Calaim ſuſcepit, qui cum Argonautis Colchos nauigauerũt, & Harpyas fugauerunt. uide Calais. Propert. lib. 2.

Iam Pandioniæ ceſſet gens Orithyiæ.

Hoc etiam nomine dicta eſt Amazonum regina, quæ Marpeſiæ matri ſucceſsit in regno. Dicta autẽ eſt ὠρείθυια, quaſi hortans ad curſum.

Ornea, ſacra erant Priapi, quem Corinthij Oreum uocabant. Celebrabant hæc feſta Nymphæ iuxta Colophonem.

Ornithiæ, ut inquit Columella libro 11. cap. 2. uenti ſunt Septentrionales.

Orodes, rex Parthorum, qui Craſſum Romanum cepit, & occidit. De quo Plutarchus in Craſſo. Eſt & Orodes apud Vergilium, à Mezentio interfectus.

Orontes, ὀρόντης, uir Troianus, qui Troia capta cum Aenea in Italiã nauigans, naufragiũ fecit, ut ſcribit Verg. lib. 1. Aenei. Eſt & Orontes, Phœniciæ fluuius, ut ſcribit Pompon. Mela lib. 2. in deſcriptione Phœniciæ. Eſt & nomen montis interquẽ & Orontem fluuium urbs Antiochiæ poſita eſt. Hinc Oronteus, a, um, ὀρόντιος. Propertius, Aut quod Orontea crines perfundere myrrha. Ouid. lib. 2. Metamorph.

Arſit & Euphrates, Babylonius arſit Orontes.

Orpheus, poeta ſeu uates, Calliopes & Apollinis filius, Thrax, quẽ à Mercurio, ſiue ut alij habent, à patre Apolline lyram accepiſſe ferunt: eaq; tantum ualuiſſe, ut illius cantu ſyluas & ſaxa mouerit, fluuiorum curſum prohibuerit, ferasq; mitiores reddiderit. Eurydicen uxorem habuit, quæ Ariſtæum uim ſibi inferre uolentem fugiens, à ſerpente occiſa eſt: ob cuius mortẽ Orpheus maximè cõtriſtatus, accepta lyra ad inferos deſcendit, ubi ſuo cãtu à Proſerpina uxorem Eurydicẽ ſuſcepit (ut ſuperius de hac tradidimus.) Sed quũ eandẽ nõ ſeruata lege à Proſerpina ſibi impoſita, rurſum amiſiſſet, cœlibẽ uitã agere ſtatuit: cũq; iã multas nuptias reieciſſet, alios inſuper a mulierũ cõſortio deterreret, atq; inpuerorũ amores pelliceret (Perottus tamẽ alias cauſas addit) à Mænadib. inter Bacchi ſacrificia iuxta Hebrũ fluuiũ occiſus, & diſcerptus eſt, cuius mẽbra paſsim per agros ſparſa Muſę collegerũt, dederũtq; ea ſepulturę: lyra uerò & caput in Hebrũ deiecta, ad Lesbõ inſulã delata ſunt, ubi caput ab incolis ſepulturæ mandatũ eſt, Lyra autẽ in cœlũ aſſumpta. Hinc Orpheius, a, um, ὀρφήϊος, idẽ quod Thracius.

Orrea, Prol. lib. 3. cap. 9. Britanniæ urbs. uulgò Neucaſtel, Moncaſtre, ubi carbonum copia.

Orſilochus, filius fuit Idomenei. Hic patrẽ ſequutus ad expeditionẽ Troianã, cui cũ per totũ bellũ ex uoto omnia ſucceſſiſſent, in exitu rei ob inſolẽtiã, dũ obſtaret totis uiribus, ne ex pẽda captiui lij ſors debita daretur Vlyſſi, ab eo occiſus eſt.

Ortygia, inſula in mari Aegeo, omnium Cycladũ clariſsima, Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia (Solino teſte) quia in eo primæ uiſæ ſunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας uocant: nos à ſono uocis qualeas dicimus. Alij, ut Nicander, ab Ortygia oppido dictam putant. Verg. Linquimus Ortygiæ portum. Hæc etiã dicta eſt Delos (ut docet Ariſtot.) quod cũ merſa eſſet, ſubitò apparuit: nam δηλόω, oſtendo ſignificat. Ab aliquibus præterea Tyrpyle nominatur, ab igne ibi primũ reperto: ab alijs Cynthia, ab alijs Aſteria, ab alijs Cynætus. De Delo terræ motu concuſſa uide Thucydidẽ lib. 2. Fuit & alia Ortygiæ nominẽ inſula circa Siciliam, quæ ponte iungitur Syracuſis, & fontẽ habet Arethuſam. Hæc ex oppoſito Plemmyrij Siciliæ amnis, de qua Verg. lib. 3. Aeneid. uide Delos.

Oſca, Ptol. li. 2. ca. 6. Hiſpanię ciuitas Iſca dicta, uulgo Cineſca.

Oſci, ὄσκοι, Italiæ populi antiqui in Campania, ab oris fœditate dicti. Vnde Oſcena uerba, id eſt, impudica, quia frequentiſsimus fuit Oſcis libidinum ſpurcarum uſus.

Oſiris, pe. pro. iris, uel iridis genitiuũ facit. Iouis filius, ex Niobe, Phoronei filia: licet eũ fuiſſe Aegyptiũ multis uerbis referat Diodorus Græcus hiſtoricus lib. 3. Hic ut Græci & noſtri affirmant, quum Phoroneo auo in regno Argiuorum ſucceſsiſſet, & plures annos regnaſſet, Aegialum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Aegyptios transfretauit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gloriæ desiderio: quos cum subegisset, Isidem, quæ & Io uocabatur, Inachi primi regis Argiuorũ filiam duxit uxorem. Vbi cũ illa literas & Osiris uarias artes Aegyptios docuisset, uterq; diuinos honores meruerunt. tandem à Sityphone Aegyptio, uel ut Seruius ait, à Typhone fratre clã occisus, ab Iside diu quæsitus, tandem apud Phialam iuxta Syenem laceratus cõpertus est. in insula Abaton, in palude iuxta Memphim sepeliri eum Isis curauit, & paludem Stygem, id est mœrorẽ appellauit: nec nisi certis diebus, & mitratos eò accedere uoluit. Sed cum apparuisset Aegyptijs deinde bos quidam, Osirim putarunt, adoraueruntque ut deum, & uocauerunt Apim, id est bouem eorum lingua: de inde dictus est Serapis. uide etiam Eusebium libro de Prępa ratione Euang. qui ait Osirim Latinis multioculũ significare: & Aegyptios hoc nomẽ Soli indidisse, quod scilicet suis radijs tanquam oculis perlustret omnia. Lunam uerò Isidis appellatione nuncupasse, quod Latinis significet priscam, quoniam sempiterna sit & prisca.

Ossa, æ, mõs (teste Solino) in finibus Thessaliæ Cẽtaurorũ sta bulũ, quẽ Seneca dicit Olympo olim coniunctum fuisse. In hoc esse fertur tãta pinorũ copia, ut inflexione, atq; reflexi one ramorũ tonitrua referãtur. Hinc Osseus, a, um, ὁσσαῖος. Lucan. lib. 6. Attollit Titan, rupes Ossæa coercet, &c.

Ostia, stiæ, ὠσία ἡ Steph ὅσια τὰ Strab. urbs in ostijs Tyberinis sita, ab Anco Martio cõdita, ut inquit Liu. in ipso maris fluminis q; confinio, ut totius mundi opes illo, ueluti maritimo urbis hospitio, reciperentur. Ab hac Ostienses, ὠστιάτης, καὶ ὠστιανὸς, dicti. & Ostiensis ager Ptol.

Ostiensis, porta Romæ, eo quòd Ostiam uersus ducat. Ea nunc sancti Pauli porta appellatur.

Othrys, mons est Thessaliæ, sedes olim Lapitharum. Lucan. lib. 6. Solstitiale caput, nemorosus submouet Othrys.

Oxyrynchus, ciuitas Aegypti dicta ab Oxyryncho pisce, qui ibi templum habuit. Cæterũ Aegypti omnes Oxyrynchũ piscem colunt. Nam quædã animalia sunt quæ Aegyptij uniuersi colunt, quemadmodum ex terrestribus tria, bouem, canem, felẽ: ex uolatilibus, accipi item, atq; ibin: ex aquatilibus duo, lepidotum piscem & oxyrynchum. Ex Strab. li. 17. Alij Oxyrinchum scribunt, sed perperam.



Pachynus, πάχυνος, penult. indifferente, promontorium Siciliæ, Peloponnesum spectans, ab aeris crassitudine. Nã, ut dicit Seruius, πάχος pingue & crassum dicitur. Verg. lib. 5. Aen. Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni.

Pactolus, πακτωλός, pe. pro. fluuius Lydiæ, aureis arenis, Smyrnæos irrigans agros. Iuuenal. Quod Tagus & rutila Pactolus uoluit arena. Ex Tmolo monte profluens, in quo cum se Midas rex lauisset, aureis arenis fluere cœpit. uide suprà Midas, item prouerbium, Pactoli opes.

Padua, urbs à Padi uicinitate dicta, quę & Patauium, πατάϐιον, dicitur, quasi Padauium. Vel ἀπὸ τοῦ πίτνεσθαι, id est, à uolando, quòd capto augurio dicitur conditum. Vel à petendo, quod telo auem Antenor petisse dicitur, eoq; in loco urbẽ cõdidisse. Primò Antenorea dicta est: unde Antenoridæ, post ea Patauini, & Paduani. Hæc ciuitas est ditionis principũ Austriæ, sed hodie Venetorum, ut ait Pomponij enarrator. uide Patauium.

Padus, πάδος, fluuius, qui (ut Plin. lib. 3. cap. 16. scribit) è gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum, Gabiẽnorum uisendo fonte profluens, condensq; sese cuniculo, & in Foroiulienſium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A' Græcis dictus ἠριδανός, ac pœna Phaethontis illustratus. Augetur ad Canis ortus, liquatis niuibus, agris quàm nauigijs torrentior. De eo fluuio uide Plin. lib. 3. cap. 16. Strabonem lib. 5.

Paduſa, pe. pro. fluuius est, quem alio nomine Messanicum appellant. Quidã Padi brachium esse dicunt. Plin. lib. 3. cap. 16.

Pæan, παιὰν, hymnus erat in Apollinem, sicut dithyrambus in Bacchum, ut Iul. Pollux inquit, qui non solum in auersione malorum decantabatur, sed etiam uictoria. Interfecto enim Pythone, laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ Pæana dixerunt. Vergil. Lætum pæana canentes. Abusiuè tamen pro omni deorum laude ponitur.

Pæantiades, & Pæantius appellatur Philoctetes, id est Pæantis filius. Ouid. Nec Pæantiaden quòd habet Vulcania Lemnos. uide Philoctetes.

Pæon, παίων, nomen uiri, medicinæ artis peritissimus, quem Hom. lib. 5. Iliad. scribit curasse Plutonem grauiter ab Hercule uulneratum: à quo pęonia herba dicitur quam inuenit. Et Pæonius, a, um, id est, medicinalis, &c.

Pæonia, regio est in Europa, à Pæone Endymionis filio, & Epei fratre, qui uictus cursu Epeo, sicut inter eos conuenerat, imperium uictori dedit, & in Macedoniam, seu Thraciã ad amnem Axium discesit. A' quo Pæonia regio dicta, quę ex regis nomine Aemathia, pars Macedoniæ, à qua Pæones populi, ut Iustin. lib. 7. scribit. Quandoque Pæonia ponitur pro Macedonia, sicut Aemathia.

Pæstum, παίσος, oppidum Lucaniæ, rosarum abundantissimũ, ubi ob cœli clementiam bis in anno producebãtur fructus, Maio scilicet & Septembri. Vergil. lib. 4. Georg. Biferique rosaria Pęsti. Huius mœnia prope mare magni spacij adhuc integra uidentur, latitudine & altitudine miranda. A' Tuscis conditum, Posidoniam dixerunt, & eius sinum Posidionatem. Posteà Romani, missis huc colonis ampliauerunt, ut ait Strab. Hinc Pæstanus, a, um, παισιανός.

Pæsarcæ, παισάρεαι, populi sub Caucaso. Steph.

Pagasa, παγασαί, Thessaliæ oppidum, quod postea Demetrias dictum est, ut ait Plin. lib. 4. cap. 8. Iuxta quam ædificata fuit Argo nauis, propter quod nauis longa Argonautarum Pagasęa nuncupatur, quòd Iason, qui eam ædificauit, fuit filius Aesonis, fratris Peliæ regis Thessaliæ.

Palæmon, παλαίμων, dictus est Melicerta, cum marinus deus esset factus. Latinè Portunus, quòd portubus præsit, de quo in dictione Portunus.

Palępaphus, παλαίπαφος, Cypri urbs, Veneri sacra. inde Palæpaphia uocatur Venus à Vergilio in Ciri.

Palæstina, παλαιστίνη, pũincia Syriæ, Arabię cõtermina, dicta à Philistim urbe metropoli. in ea inquit Plin. li. 5. cap. 13. & 20. quinq; ciuitates cõtinebantur, Gaza, Ascalon, Ceth, Acaró, & Azotũ. Est & altera Palæstina prope Phæaciã, de qua Lucan. lib. 5. Laxa Palæstinas undis confixit arenas.

Palamedes, παλαμήδης, nomen Nauplij Eubœę regis filij, qui Vlysis fraude à Græcis interfectus fuit. Nam cum omnes totius Græciæ principes ad bellum Troianum conuocarẽtur, Vlysses ut domi maneret, insanire se finxit. & quo melius rei fidem faceret, iunctis diuersæ naturæ animalibus salem serebat. Palamedes autem ut uiri astutiam deprehenderet, Telemachum filium obiecit: quo uiso Vlysses aratrum subitò suspendit, ne eum læderet. Quo argumento cognita ipsius æstutia ad bellum ire coegit. Deinde cum in Thraciam frumentatũ iuisset, & nihil portasset, neq; comperisse diceret, Palamedes uadens plurimum frumenti adduxit. Quamobrem Vlysses inuidię stimulis agitatus, adulterinam Priami nomine epistolam scripsit, in qua agebat Palamedi proditionis gratias, cõmemorabatq; secretũ auri pondus esse transmissum, quod ipse Vlysses per corruptos seruos infodi curarat. His igitur literis in Græcorum consilio recitatis, Palamedem proditionis accusauit, iussitq; ut aurũ quæreretur: quo inuento, Vlysis accusatio uera credita est: & Palamedes tanquam proditionis reus, lapidibus obrutus. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inuenisse, scilicet θ, ξ, ϛ, φ. De quo Philostratus in Heroicis hæc scribit, Summo, inquit, uir ingenio fuit, ordinem literarum reperit, additis nouis quibusdam. Quas Vlysses eius inimicus ait non ab eo inuẽtas, sed à gruibus ex ordine uolatus earum accepisse. Præterea calculorũ & mẽsurarũ, & ponderũ, tũ etiam aleæ in castris apud Aulidẽ inuentor fuit. Astrologię insuper peritus, annum, mensesq; ad cursum Solis accómodauit. Primusq; in castris uisam atq; reformidatam Solis ecli psim dixit naturalem, minimeque timendam esse. Præterea ordinem aciei, dationem signi, tesseras, hoc est symbolum bellicum, & uigilias inuenit. Hinc à poetis Palamedis aues, grues dicuntur. Mart. Turbabis uersus, nec litera tota uolabit, Vnam perdideris si Palamedis auem.

Palanteum, παλάντειον, oppidum fuit in monte Palatino, ab Euandri comitibus cõditum, & à Pallantis proaui nomine dictam. Vergil. lib. 8. Et posuere in montibus urbem, Pallantis proaui de nomine Pallãteum. Varro à balatu ouium per antistœchon dictũ uoluit, & sic per simplex l scribi debet, secundum Vergilium autem per duplex. uide Palatinus, & Palatium.

Palantina,

Palantina, πάλαντίνη, regio Romæ, cuius Arcades, duce Euandro, palantes authores extiterunt.

Palantinus, na, num, παλλαντῖνος, unde Palatinus deus, & Palatinus mons dictus est à Palanteo oppido. uide sequentia.

Palatium, παλλάντιον, Σ. παλλατίον Strabo, mons Romæ appellatus est, quòd ibi in palatio pecus pascens balare consueuerit, (sic enim uox eius animalis exprimitur) quasi balatiũ. Vnde Næuius Balatium appellat. Vel à palo, las, quia ibi palare, id est errare pecudes solẽt: seu quòd palantes Arcades cum Euandro ibi confederunt. nam ante Romam conditam possessum atq; habitatũ fuit aut ab Arcade Euandro, aut Aboriginibus, qui ex Palatio oppido agri Reatini uenere, & cum Euandro habitauere. Alij à Palantia Latini matre, quæ ibi habitauerit, Palatium dictum uolunt. Alij à Palante Euandri auo. Alij à filia Euandri Palantia, ab Hercule uitiata, & postea illic sepulta: uel certè à Palante eius filio illic sepulto, &c.

Palatualis, παλλατῖνος, flamen dictus est, qui ad sacrificandũ ei Deæ constitutus erat: in eius tutela Palatiũ esse putabatur.

Pales, pastorum uel pabuli dea, βοτηρικὴ θεός, hanc quidam teste Seruio, Vestam, quidam deorum matrem appellant. Hãc Verg. genere fœminino uocat. Alij, inter quos Varro, masculi. gen. ut hic Pales. Huic sacra soluuntur, quæ Palilia uocantur, de quibus infrà.

Palicenus, παλικίνη, ut inquit Steph. fons in Sicilia, dictus quòd iuxta Palicos fratres sit. In eum mittitur tabella à iuratis, quæ, si uerum dixere, fluit: si falsum, mergitur. uide Palici, & Palisorum.

Palici, παλικοί, quasi Palisci, gemini fratres fuere, Iouis filij, & Thaliæ nymphæ, siue, ut alij uolunt, Aetnæ. Tradunt enim hanc nympham, à Ioue in Sicilia iuxta Simethium fluuium non longè Catina urbe compressam, metu Iunonis optasse, ut sibi terra dehisceret, & ita factum esse: sed cum tempus maturitatis infantium, quos aluo illa gestauerat, aduenisset, rursus terram hiasse, duosq; infantes de aluo nymphæ progressos emersisse, appellatosq; fuisse Palicos, uel quòd πάλιν, id est rursus hiante terra emersissent: uel ἀπὸ τοῦ πάλιν ἰκεσθαι, quoniam prius in terrã mersi, denuò inde reuersi sunt. Nec longè inde breues lacus sunt, sed miræ profunditatis, quos incolæ Crateras uocant & nomine Dellos appellant, fratresq; eos Palicorum existimant, & habentur in cultu maximo proprer iusiurandum. Nam quum rei negatæ fides quæritur, & iusiurandum à suspecto petitur, uterq; ab omni cõtagione mundi ad Crateras accedunt, accepto prius fideiussore ab eo, qui iuratus est, de soluendo eo quod petitur, si ita euentus adduxerit: deinde loci numine inuocato iurabat. quod si fideliter fiebat, discedebat illæsus: si uerò malè iuratũ esset, mox in lacu amittebat uitam falsus iurator. Magna præterea in ueneratione erat Palicorũ tẽplũ, quod cũ Siciliam sterilis annus arefeciſſet, diuino Palicorum responso admoniti Siculi, certũ sacrificiũ fecerũt, post quod statim reuersa est ubertas. Quapropter Siculi omne genus frugũ congesserunt in ara Palicorum, quæ ob id pinguis uocitata est. Verg. lib. 9. Genitor quem miserat Arcens, Eductũ Martis luco, Simethia circum Flumina, pinguis ubi & placabilis ara Palici. uide Palicenus, & Palisorum stagnum.

Palilia, παλίλια, uel Parilia, Palis deæ festa, l in r mutata, dicuntur. Hæc à pastorib. in agris fiebãt undecimo Calend. Maij, quo die Romulus urbẽ fundauit, ad lupos arcendos, morbosq; à pecore pellendos, seu prò partu pecoris. Prop. li. 4.

Vrbi festus erat, dixere Palilia patres.
Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

Palinurus, παλίνουρος, Siciliæ promontorium, haud longè ab Helia, quæ postea Velia dicta est, in quo Palinuri gubernatoris nauis Aeneæ tumulus est, & ab eo locus nomen sortitus est. Dicitur autem Palinurus, id est bis meiens. πάλιν enim iterum, οὖρος, urina. Mart. Minxisti Palinure semel currente carina: Meiere uis iterum, sic Palinurus eris.

Palisorum stagnum, in Sicilia sulphurei odoris. uide Palicenus & Palici.

Palladium, παλλάδιον, Palladis simulachrum, quod Romæ in æde Vestæ fuit, cuius meminit Herod. in 1. Id fuit è ligno cõpactum, mouens oculos, atq; hastam quam manu gestabat, ut scribit Seru. Nam quum apud Troiam in honorem Pallados arx, & in eius summo templum illi ædificaretur, è cœlo cecidit, & locum sibi in eo templo delegit, nondum cooperta æde. moxq; ab Apolline redditum est oraculum, eius ciuitatis futurum exitium, si id simulachrum extra mœnia portaretur. quod Ouid. in quinto Fastorum elegantissimè prosequutus. Quo factum est, ut tempore belli Troiani Diomedes & Vlysses cuniculis, uel ut alij dicunt, cloacis ascenderint in arcem, & occisis custodibus simulachrũ sustulerint. ideò autem id negocium his potissimum datur qui cultores fuerunt Mineruæ. Hæc Seruius apud Vergil. Aeneid. 2.

Palladius, dia, dium, παλλάδιος, quod est Palladis. Vnde Palladium forum Romæ, quod erat propinquum tẽplo Palladis.

Pallantias, παλλαντιὰς, ut Callimachus refert, lacus est, alio nomine Triton, ex quo Palladem genitam uolunt.

Pallas, antis, filius Euandri, qui Aeneæ iunctus collectis copijs contra Turnum eum secutus est, sed mox à Turno in pugna occisus. Alius fuit Pallas Pandionis filius, cuius meminit Ouid. lib. 7. Metamorph.

Pallas, adis, παλλὰς, dea dicta quòd Pallantem gigantem interfecerit, cũ prius Tritonia uocaretur à Tritone palude, ubi primùm uisa est. uel à πάλλω, uibro, quatio, eo quòd hastam uibrare consueuerit, docueritq;, quoniam belli dea est. Hęc dicta Minerua, quòd uim minetur, uel quòd neruos minuat ob studiorum laborem. Nam dea artiũ & sapientiæ est, quia de capite Iouis nata est: sed quia dea est artium & ingenij, ideò ista finguntur. Nihil est enim excellentius ingenio, quippe quo reguntur uniuersa. Verg. Pallas quas condidit arces Ipsa colat. Hæc Iouis filia sine matre fuit. Nam Iupiter cum uideret Iunonem sterilem esse, percusso capite emisit Palladem armatam. Et Ouid. lib. Fastorum 3. An quia de capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clypeo prosilijsse suo? Hanc Cicero lib. De natura deor. 3. belli inuentricem & principem esse dixit. Proinde à nõnullis Bellona uocata fuit, soror scilicet & auriga Martis. uide Bellona.

Pamisus, παμισός, Thessaliæ fluuius: dictus quasi totus odiosus, ob damna quæ agris inferebat. De quo Plin. lib. 4. ca. 5.

Pamphylia, παμφυλία, Ptol. lib. 5. cap. 5. regio est minoris Asiæ inter Ciliciam & Syriam: ab occasu Lyciam, & Asiæ minoris partem: à Septentrione, Galatiam & Cappadociam: à Meridie Mediterraneum mare, quod illic Pamphylij maris nomen habet. Hæc tota montana ex Tauro in mare procumbit. Flumina in ea præcipua sunt Melas & Eurymedon.

Pamphilus, pe. cor. Latinè dicitur totus amor, omnib. amicus.

Pamphilus, Neoclidis filius, Platonis auditor, cuius meminit Cic. De nat. deo. & Plato circa Phædonis principium, dicit illum inter eos qui in acie ceciderunt, decem dies iacuisse, triduoq; postquam inde sublatus fuerat, impositum rogo reuixisse, ac mira quædam tempore mortis uisa narrasse.

Pan, pastorũ deus uocatus est, in naturæ similitudinẽ formatus. πὰν habet enim cornua in radiorũ Solis & cornuũ Lunæ similitudinẽ. rubet eius facies ad ætheris imitationẽ. in pectore Nebridẽ habet stellã, ac stellarũ imaginẽ. pars eius inferior hispida est, ppter arbores, uirgulta, feras. caprinos pedes habet, ut ostẽdat terræ soliditatẽ. Hic Demogorgonis filius creditur fuisse, qui fistulã cõposuit septẽ imparib. calamis simul coniũctis, propter harmoniã cœli. Hũc Arcades colũt, eũ uniuersæ materię dominũ appellantes. Vnde à Græcis πὰν appellatur. Itẽ Pan Latinè incubus dicitur. In cubi uerò sunt nocturna phantasmata mortalib. terrorẽ incutientia. Traditur & cum Cupidine aliquando pugnasse, à quo superatus incidisse in amorem Syringis seu Syringę uirginis, quã, cũ trãsire Ladonẽ Arcadiæ amnẽ nõ posset, nymphарum precibus in paluſtrem calamum mutatã uidisset, ex hoc statim cõposuisse fistulã, quæ ex illius nomine apud Græcos est uocata, septem imparibus calamis simul iũctis. unde Verg. Pan primus calamos cera cõiungere plures Instituit, &c. Festa eius dicebantur Lupercalia. uide Lupercal.

Panætius, παναίτιος, nomẽ ppriũ philosophi Rhodij, Stoicæ sectę. Is fuit Scipionis præceptor, quẽ imitatus est Cic. in Of.

Panætolium, παναιτώλιον, quasi totam continens Aetoliam, mons est Aetoliæ altissimus.

Panathenæa, παναθήναια, communis celebritas ludi gymnici in honorem Mineruæ Athenis celebrati. Primùm Theseus, authore Plutarcho, instituit Panathenæa. Hinc Panathenaicus liber Isocratis. De Panathenæis uide Alexã. Neapol. lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 19. & Cælium lib. 6. cap. 49.

Panchale, insula una Cycladum, aliàs Amorgus, Steph.

Panchaia, παγχαία, quasi tota dehiscens, regio Arabię tota ara-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nosa,in qua arbores sponte natæ thus emittunt.Verg. Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis.Seruius scribit Panchaiam,Arabiam, & Sabæorum gentem eandem esse, apud quam nascitur thus.

Pandana,porta Romę,à pādo dicta, quod semper patēret ad res,quę in urbē ferebātur. Eadē dicebaī Libera à libertate.

Pādion,πανδίων,ppriū nomē Erichthei Athenarū regis filij, cui successit in regno.Huius filię fuerūt Progne & Philomela.Dictus Pādion,quasi totus Dios,id est Iouis.Hinc Pādionia,πανδιονία,dicta est Attica.Lucan de Pallade,Et Pandionias quæ cuspide protegit arces.Hunc dicunt,quod auxilio Terei regis Thracum profligauerit Ponti regem, qui tū tēporis Athenas obsederat, propter quod meritū Prognen filiam illi matrimonio copulauerit. Eo autem mortuo Erichtheus in regno successit.uide Ouid.lib.6.Metam.

Pandora,πανδώρα,quasi omniū dona,uel quasi ab omnib. donata,uel omniū rerum genere donata.Mulier fuit formosissima,à Vulcano Iouis iussu facta, cui singuli dij sua munera dederūt,unde & nomē sumpsit: scilicet Pallas sapientiam, Venus decorē,Apollo musicā,Mercurius eloquentiā.Hanc ut ait Hesiodus,Iupiter in terram misit,ut homines decipe ret,eo quòd Prometheus ignē è cœlo abstulisset.ad Epimetheum cum pyxide clausa missam fuisse fabulantur, qui illa recepta,& pyxide aperta,cui omne malorum genus inerat, terrā morbis calamitatibusq; repleuit.Est & nomē matris Deucalionis,à qua Thessalia,Pandora dicta est.

Pandosia, πανδοσία,Plin.li.3.cap.1.Lucanorum in Italia urbs, in qua Alexander Epirotes occubuit. Est & altera ,ut idem testatur lib.4.cap.1.eius nominis in Epiro.De his uide Trogum lib.12.Liu.8.& Strabonem 6.

Paneus,πανιύς, per simplex n,fons est sub Libano monte, in quo si qua natantia proijciantur, in lacu cui Phiala nomen est,cuncta reperiuntur.Est etiam hoc nomine Colchorum fluuius,Bocatio teste, cui oppidum imminet sui nominis, habens post se Heniochorum multimodas gentes.

Pangæus,πάγγαιον,quasi totus terra,ob nimiā fertilitatē promontoriū est Thraciæ Bessis conterminum,& Macedoniæ coniunctum,in qua,ut scribit Herod.lib.7.aurea sunt & argentea metalla:& ad eius radices Nestis amnis defluit.& in singulari est generis mascul.in plurali neut.Hinc Pangęus, a,um,ut Arua Pangæa.Pangæus mons,apud quem Cæsar à Pompeianis ferè ad deditionem coactus est.

Panormus,πανορμος,& Panhormum, & Panhormium,ciuitas Siciliæ:dicta à nauium applicatione,quæ undiq; illuc conueniunt. est enim ὅρμος portus pars.Inde nautę dicūtur hormizare,id est nauem ancoris & retinaculis instruere, quo secura sit in portu à repentinis procellis.Hinc Panhormita, πανορμίτης,Panhormitanus,πανορέμινος, & Panhormius, πανορμιύς,Ptol.lib.3.cad.4.

Panisci,πάνισκοι,dij syluestres , quasi per diminutionem dicti minutuli panes.sicut à Satyro Satyriscus inclinatur.

Pannonij,πανόνιοι,appellantur à Romanis quos Græci Pæonas,παίονας,Latini Vngaros uocitāt,quorū fama olim formidine totā cōcusit Italiam tāquā essent bello insuperabiles. Hi trib.fluuijs, Drauo, Sauo,& Istro uallātur.Hinc Pānonius,a, um, πανόνιος.Horū regio Pānonia,πανονία,dicta est,regio Europæ:& est duplex,superior & inferior. Hodie Austria,& Stiria Stat.lib.1. Pannonius q; ferox arcuq; horrēda fugaci Armenia,&c. Item Pannonis,idos,apud Luc.lib.6.

Panomphæus,dictus est Iupiter Græcè,id est omnium uoce colendus.πανομφαῖος.

Panope,πανόπη,nympha marina, à perspicuitate uisus nomen sumens.πᾶν omne, ὄπτω uideo.Nerei & Doridis filia.Verg. lib.5.Nereidum,Phorciq; manus,Panopæaq; uirgo.

Pātagias,πανταγίας,fluuius Sicilię,qui cū plenus incederet,tota m Siciliā sonitu implebat.Dictus quasi ubiq; sonans, uel ἀπὸ τοῦ πάντα ἄγειν,quòd obuia quæq; prosternat atq; secum rapiat.Hic à Cerere filiam quęrente tacere iussus est.Verg. 3.Aeneid.Viuo præteruehor ostia saxo Pātagiæ, Megarosque sinus,&c.uide Seruium.

Pantheon,πανθεῖον,πάνθειον,templū Romæ,quod (ut Dion historicus refert) sic dictū fuit, q̄ in Maris Venerisq; imaginibus,sub ipso templo constitutis omnium deorū imagines effictæ erant.Siue quod templum ipsum rotundum sit, cœloque persimile,& sic quoq; omnium deorum habitatio censeatur.Hodie appellatur templum D.Mariæ rotundæ.

Pantheus,& Panthus,πάνθους,nomen proprium filij Otrei fratris Hecubę,qui fuit uir Troianus ex primoribus urbis.

Panticapes,fluuius est Scythię quintus ab Istro,ut scribit Herodotus libro 4.

Paphlagonia, παφλαγονία, regio minoris Asiæ in Septentrionale littus uersa,clarissimis oppidis illustris est , à Paphlagone Phinei filio denominata.Ab hac deinde dicti sunt Paphlagones,qui in Italiam transuecti,mox Veneti dicti sunt. Hæc Cytoro monte consurgit , porrecta in spacium trium & sexaginta millium.

Paphos,oppidi nomen Plin.lib.2.ca.96. quod habet celebre fanum Veneris.uide sequentia.

Paphus filius Pygmalionis filij Cilicis,ex eburnea matre.Cū enim olim Pygmalion in Cyprū insulā perueniisset,cōperisset q; mulieres omnino libidini obsequētes,cœlibē uitā ducere statuit.Porrò cum ingenio ualeret,esset q; sculptor insignis,dicitur sibi ex cādidissimo ebore sculpsisse fœmineā imaginem,eam q; iuxta desiderium suum lineamentis & oris decore contraxisse per omnia. In qua cum homo ingeniosus artem suam miraretur, in eius amorem incidit,orauit q; Venerem eo tempore celeberrimæ insulæ deam. nec effectu cauere preces:fœmina uera facta est.

Papia,ciuitas Insubriū,olim Ostrogothorum & Lāgobardorum regum sedes.Est fluuius eodē nomine uide Ticinum.

Papinianus,Iurisconsultus Seuero principi gratissimus, Scæuolę discipulus,cui filios suos Seuerus moriēs cōmēdauit:de inde ab Antonino Caracalla securi percussus.causa necis traditur, q̄ Caracalla interfecto fratre Geta,ei mādauerit,ut ei in senatu,& apud populū sacinus dilueret:illū aūt respōdisse, nō tā facile parricidū excusari posse quàm fieri.Spartianus.

Papirius Prætextatus,nobilis adolescēs,ex eo cognomē adsecutus, q̄ in prtexta & adolescētia magnopere uisus est sapere.Cū enim à patre duceretur in curiā,in eaq; fortè arcana q dā tractarētur, domū reuersus,interrogatusq; à matre quid nam in senatu actum:ut duæ,inquit, uni nubere possint. At illa mane cōuocatis matronis ad curiā properat:rogantq; ut eadem lege uiros duos habendi licentia sit etiam fœminis.Re cognita,ingenium & constantia pueri laudata est. Author Macrob.Fuerunt & alij eiusdem nominis multi.

Paradisus,nomē oppidi Syrię, supra Antaradiū in meridiē ad Libani Oriētalis latus siti,ut est apud Plin.& Strab.Est & locus in Oriēte lōgo tractu maris distans à cōtinēte,de quo August.ad Orosiū scribit sic:Paradisus in Oriēte situs est, interiecto Oceano, & à nostro orbe lōgè remotus,in altissimo loco cōstitutus,pringēs usq; ad Lunarē circulū,unde illuc aqua diluuij minimè pueniss dicit. hic locus à primi hominis ęatu intercluus est, nec ulli animātiū datur in eū a Parçsus,urbs cōdita à Parçso Minois cognato.Step. (ditus.

Parçtonius,Cyrenaicę portus ingēs,& ad quadraginta stadiorū amplitudinē expānsus,authore Strab.lib.ult.Ibidē oppidū eiusdē nominis est, ab alijs Hāmonia dictū, eidē Strab.lib. ult. Lucan. lib.3.Vsq; Parætonias Eoa ad littora Syrtes.Est item urbs & portus in Aegypto, unde Parætonius adiectiuum.Lucan.Inde Parætoniam sertur securus in urbem.

Paralus,ut Plin.lib.7.scribit, nomen fuit eius qui primus longam nauem inuenit.

Parapotamia,regio est Tigri proxima.

Parcæ,μοῖραι,αἶσαι,dictę sunt à parco,per cōtrariū, q̄ nemini parcant,ideò tres esse Parcas arbitrātur,quoniā tria sunt tēpora,in quib.omnia uoluuntur.Eædē, ut scribit Hesiodus, nascentib.hominib.bonū malumq; conferre cēsentur.Earū nomina sunt, Clotho scilicet,& Lachesis,& Atropos,quas Cicero Erebi & Noctis filias fuisse scribit,& easdē fata esse existimant.Vnde est illud Cleanthis:Ducunt uolentem Fata,nolentem trahunt.Martialis,

Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores
Stamina,nec surdos uox habet ista Deos.

Apuleius:Tres Parcæ,tria fata sunt numero cū ratione facietia,si potestatē earū ad eiusdē similitudinē temporis reciētia,si potestatē earū ad eiusdē similitudinē temporis referas. Nā quod in fuso perfectū est, præteriti tēporis habet speciē:& quod torquetur in digitis,momēti præsentis indicat spacia:& quod nōdū ex colo tractū est subactūq; curat digitorum, futuri & consequentis seculi posteriora uidetur ostēdere.Lachesim dictā esse putant ab eo quòd λαγχάνειν Græcè, sortiri designat :Atropon, quia uerti non possit: Clothon, quoniam contorta & coordinata omnia teneat.

Hæc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hæc enim nomina ipſa lingua Græca oſtendunt. Etiam dicuntur Deteriæ, id eſt atræ & macilentæ. Mart. lib. 1.

Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit, obſeruant quem ſtatuere diem.

Parienna, Ptol. Germ. urbs, uulgò Frideck.

Parilitium, ſidus uulgò ita appellatum: quia eo oriẽte Parilia celebrantur. peritiores hoc ſidus Hyadas uocant.

Paris, alio nomine Alexãder, filius fuit Priami ex Hecuba. Hũc cum mater utero ferret, ſomniauit ſe paritura facem, qua tandem aliquando cõflagraret Ilium. Quod cum intellexiſſet Priamus, natum infantem exponi iuſsit, mater uerò filiũ formoſiſsimum perſpiciens, eius miſerta, curauit ut furtim nutriretur à paſtoribus in Ida mõte. Vbi cũ adoleuiſſet, Oenonem uirgunculam amauit & cõpreſsit, ſuſcepitq; ex ea duos filios. Porrò cum in dirimendis cõtrouerſijs eſſet æquiſsimus, maximã iuſticię famam ſibi cõparauit, adeò ut orta inter deas, Iunonem, Palladẽ & Veneré diſceptatione de forma propter aureum pomũ à Ioue cœlitus demiſſum, in quo ſcriptũ erat, Detur pulcherrimæ, iudex ſit cõſtitutus. Quas cum uidiſſet nudas, ſententiã tulit ſecundũ Venerẽ, quę pulcherrimam fœminarum eidem promiſerat, neglecto regno, quod pollicebatur Iuno, & cõtempta quã Pallas offerebat ſapientia. Præterea cũ eſſet formoſiſsimus, in agonali certamine, quod Troiæ agebatur, omnes ſuperauit, & ipſum Hectorem: qui cum iratus quòd uinceretur, & gladium in eum ſtringeret, paſtorem putans, dixit ſe eſſe germanũ. quod allatis crepundijs probauit, cũ adhuc ſub paſtorali habitu lateret. Sic igitur cognitus à patre receptus eſt. Deinde cõpoſitis uiginti nauib. ſub ſpecie legationis ad repetendã Heſionam in Græciam miſſus eſt, ubi à Menelao hoſpitio ſuſceptus. uerùm cũ is abire cogeretur, Paris Helenes amore captus, eam uiro abſente rapuit. Alij tamen dicũt in Græciam uenisſe, & abſente Menelao Helenes pulchritudine tractũ, Spartã expugnaſſe, Helenamq; etiã renitentẽ, & omnes regios theſauros rapuiſſe, & ob id poſtea Helenã à uiro recipi meruiſſe. Ex qua rapina deinde ſecutũ eſt bellũ Troianum, in quo ſingulari certamine cũ Menelao cõgreſſus, cũ penè uinceretur, à Venere ſubtractus eſt. Poſtremò Hectore & Troilo fratrib. occiſis cũ ipſe ſumpto arcu & ſagittis, quib. plurimũ ualebat, Achillẽ ſub prætextu deſpõſandæ Polyxenę ſororis in tẽplo Thymbrei Apollinis interfeciſſet, & ipſe à Pyrrho, ſiue ut aliorũ eſt opinio, à Philoctete occiſus eſt, poſt cuius mortẽ Helena Deiphobo nupſit. Ouid. in Epiſt.

Bella gerant alij, tu Pari ſemper ama.

Pariſij, Pariſiorũ populi inter Celtas, qui Senonẽſi prouinciæ attribuũtur, Senonibus, Belouacis, & Agẽdico oppido proximi, ac Meloduno oppido finitimi. Lutetiã habẽt oppidũ, quã nunc Pariſienſem epiſcopalẽ urbem inhabitãt, poſitam in inſula fluminis Sequanæ, quod ꝓpetua palus influeret, & in regno Francorum eſſet. Horum meminit Cæſ. lib. 6. Cõment. Ptol. li. 2. cap. 8. Ad ortum uerò iuxta Sequanam Pariſij, & urbs Pariſium Leucodecta. uulgò Paris.

Parium, ciuitas Aſiæ, in regione Myſiæ.

Parmeno, Παρμένων, apud comicos nomẽ uiri, quaſi deſes: à παρὰ & μένω maneo.

Parnaſſus, Παρνασσὸς, pen. pro. mons in Phocide, Baccho & Apollini ſacer, ut ſcribit Pli. lib. 4. ca. 3. & Strab. li. 8. & 9. & Herod. & Mela cõfirmãt. Qui mõs duos uertices habet, quorũ unum Thithorea, alterũ Hyampeũ uocant, habetq; Helicona emulũ & altitudine & circuitu, in cuius nemore Muſarum natales eſſe ſcriptores aſsignant. De Parnaſſo Ouid. Separat Aonios Actęis Phocis aruis Terra ferax. Mox addit: Mons ibi uerticib. petit arduus aſtra duobus, Nomine Parnaſus, ſuperansq; cacumine nubes. In hoc monte rupes uel maieſtate nominis, uel ſitu ipſo horrorẽ uſentib. facit, undiq; ferè præceps in formã theatri. Hic eſt Apollinis Delphici templũ, hic fons Caſtalius, Muſis ſacer. Hic habitauere Pieres, natio Thracia. unde Pierius mons, & Pierides muſæ. Sub Parnaſo habitauerunt Hyantes populi. Vnde aquæ Parnaſi fontis Hyantides dicuntur. Hic fontes Atticam uerſus Hipocrene & Aganippe. A Parnaſus fit Parnaſius, ſia, ſium. Παρνάσιος, Παρνασσιὺς.

Parrhaſia, Παῤῥασία, regio in Peloponneſo, dicta Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parrhaſius, a, um. Παῤῥάσιος, Παῤῥασιὺς, pro Arcadico. Vide Pan & Lycæus.

Parrhaſius, pictor fuit inſignis, qui primus ſymmetriã picturę dedit, primus argutias uultus, elegantiã capilli, uenuſtatẽ oris expreſsit: & artificum cõfeſsione in lineis extremis palmam adeptus eſt. Horat. lib. 4. Carm. Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas, Hic ſaxo, liquidis ille coloribus, &c.

Paros, Πάρος, inſula eſt una ex Cycladib. quæ à Delo xxxv millib. diſtat, ex qua Parius lapis marmoreus, è quo multa ſigna fiunt. Hanc primò Plateam, poſtea Minoïdam uocitarunt. In ea eſt oppidũ etiam Paros uocitatũ. Verg. li. 2. Aen. Niueamq; Paron. Hinc fit Parius, a, um. ut Parium marmor.

Parthenius, mons eſt Arcadiæ, ſic dictus, uel quod Veneri ſacra in eo facere ſolebãt. Eſt & Parthenius, Παρθένιος, fluuius Paphlagonum. Ouid. lib. 4. de Ponto: Partheniusq; rapax & uoluens ſaxa Cynapes. Fuit & poetæ nomen Nicæi.

Parthenope, Παρθενόπη, una fuit Sirenũ, quę pręterẽtẽ Vlyſſem cũ ſocijs cantu nõ deceperint, in mare ſe præcipitauerũt. una hęc in eũ delata eſt locũ, ubi poſtea cõdita fuit Neapolis pręclara urbs Campaniæ quõdã ab hac uirgine Parthenope dicta. Παρθένος emẽ uirgo Latinè dicit. uide cętera in Neapolis. ab ea fit Parthenopęus, a, ũ. Παρθενοπαῖος.

Parthenium, Παρθένιον, urbs Eubœæ, & alia Thraciæ, Steph.

Parthenopeus, Παρθενοπαῖος, uiri eſt propriũ: filius enim fuit ſecundũ nõnullos Meleagri, & Atalãtæ. Nõnulli perhibẽt illũ Martis & Menalippes fuiſſe filiũ, ſiue Melaniõis, qui fuit rex Arcadiæ, & Thebana bella puer admodum petijt, & in bello Troiano perijt, eumq; apud inferos uidit Aeneas. Verg. Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopeus.

Parthia, Παρθαία, regio Aſsyrię, ab hac Parthi, Πάρθοι, Πάρθαι, Παρθαῖοι, dicuntur populi, qui olim adeò ſagittis claruerunt, ut fugientes à tergo iacularentur, auerſiq; ſequentes hoſtes læderent, perinde ac aduerſi.

Paſcha, æ, & paſcha, atis, τὸ Πάσχα, Hebræum nomen eſt, Latinis tranſitum ſignificat. Auſon. Nos etenim primis ſanctũ poſt paſcha diebus.

Paſiphae, Πασιφάη, dictio tetraſyl. hæc fuit filia Solis, & uxor Minois regis Cretę, quę, ut eſt in fabulis, nefando tauri amore deflagrauit, cũ quo beneficio Dædali cõcubuit intra uaccã lignea incluſa, & ſepta iuuẽcæ corio, ex quo cõcubitu natus eſt Minotaurus, medius ſcilicet homo, mediusq; taurus. Seruius autem dicit eam in domo Dædali cum Tauro ſcriba regio coijſſe, hinc datam fabulæ occaſionem. Hinc Paſiphæus, a, um. apud Ouid.

Paſithea, Πασιθέη, una ex tribus Gratijs, quam alij Euphroſynem uocant. alio nomine Aglaia.

Paſtophori, ſacerdotes ſacroſancti Aegyptiorũ honoratiores cęteris. dicti Paſtophori, quod ferãt palliũ Veneris, cui nomẽ eſt paſtor. Paſtophoros etiã Venus eſt appellata. Hinc Paſtophoriũ, Παστοφόριον, thalamus in quo habitauit ꝓpoſitus tẽpli.

Patara, Πάταρα, pen. cor. urbs Lyciæ, ubi Apollo dabat reſponſa meſib. hyemalibus, ut inquit Seru. Dicta à Pataro Apollinis filio, uel alio Pataro Laconis filio.

Patauium, Πατάβιον, Πατανούιον, Ptol. lib. 5. cap. 1. urbs eſt in Ponto ſiue Bithynia, quæ hodie Polmen dicitur. Eſt item urbs in Italia, quæ alio nomine dicitur Padua, ab Antenore condita. Ptolem. lib. 3. cap. 1. Extat hodie in eadem urbe Antenoris ſepulchrum uetuſtiſsimum cum huiuſmodi inſcriptione, quæ ob nimiã uetuſtatẽ uix legi poteſt, Inclytus Antenor patriã uox Niſa quietam, Trãſtulit huc Henetos, Dardanidũq; fugas. Expulit Euganeos, Patauinã condidit urbẽ: Quẽ tenet hic humili marmore cęſa domus. uide Padua.

Patmos, Πάτμος, inſula una ex Cycladib. ut docet Strab. in mari Aegæo, q̃ ſicut Pli. ſcribit li. 4. ca. 12. patet circuitu xxxv millib. paſ. in qua Ioannes Apoſt. exul Apocalypſim ſcripſit.

Patrę, trarũ, Πάτραι, ciuitas in Achaia, quã Pauſanias Arnen dicit prius ſolitam affirmat, mox à Patreo mœnib. ampliatis, nomen accepiſſe quod nunc habet. Huius meminit Plin. lib. 5. cap. 4. Ouid. lib. 6. Meſſeneq; ferax, Patræq;, humilesq; Cleonæ. De Patris ſcribit etiam Thucydides lib. 2. Patrianus, a, um, quod pertinet ad Patras.

Patroclus, Menœtij fuit filius & Stheneles, qui occiſo ꝓ ludũ aſtragalorũ Cleonymo, ſeu ut alijs placet, Aeane Amphidamãtis filio ſolũ uertẽs, Phthiã uenit, ubi à Peleo ꝓpter generis ꝓpinquitatẽ ſuſceptus eſt, & unà cũ Achille apud Chironem educatus, cũ eodem arctiſsima amicitia iũctus uixit. Poſtea etiã cum Achille ad expeditionem Troianam profectus eſt. ubi armis Achillis indutus cum Hectore pugnãs, ab eodem confoſſus occubuit. Vide ſuprà in Achille.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Paulus, Παῦλος, Latina lingua modicus interpretatur, Græcè quietus. Vel dictus est Paulus à primo spolio, quod contulit ecclesiæ, à Paulo uidelicet Sergio proconsule, quem apud Cyprum conuertit ad fidem.

Pausilypum, Παυσίλυπον, locus ab amœnitate dictus, uilla est Campaniæ haud procul à Neapoli. In ea Cæsaris piscinis à Pollione Vedio cõiectus piscis, quem Seneca sexagesimum post annum expirasse scribit.

Pegasæ, Πηγασαί, Thessaliæ oppidum quod postea Demetrias, Δημητριάς, dictum est, propter quod nauis longa Argonautarum Pegasæa nuncupatur, quòd Iason, qui eam ædificauit, fuit filius Aesonis fratris Peliæ, regis Thessaliæ. Ouid. Iáq; fretum Minyæ Pegasæa puppe secabant. Hinc Pegasicus sinus in Thessalia est appellatus. Sunt qui rectius Pegasa dici putent, & Pegasæus. Vide suprà. sed à Pegaso equo, Pegasides Musæ, pen. cor. ut Ouid. docet.

Pegasides, Πηγασίδες, penult. cor. musæ dictæ sunt à fonte, qui Πηγή dicitur, quem Pegasus ictu ungulæ fingitur aperuisse. Ouid. At mihi Pegasides blandissima carmina dictant. Itē Pegasides nymphæ, quæ & Naiades. Idem, Pegasis Oenone Phrygijs celeberrima syluis.

Pegasus, Πήγασος, penul. corr. equus alatus. ἀπὸ τῆς Πηγῆς, id est à fonte, quòd iuxta Pegas, id est fontes Oceani natus sit, ubi Gorgones habitabant. Hunc Hyginus, & alij complures Neptuni & Medusæ filium dixere, qui in cœlum euolauit, ibique inter sidera constitutus est. Arcticum circulum spectans, pedibus æstiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangens, & aquarij manum dextram ceruici suæ adiungens. Alij ex Medusæ sanguine, quem Perseus interemit, natum astruunt. Hic uolauit in Helicona, ubi saxum ungula feriens, fontem aperuit, & ex eo Hippocrene, id est fons equinus est appellatus. Hoc equo usus est Bellerophontes in expeditione contra Chimæram. Vulgatum est, & caballinum fontem in Helicone erupisse, cum subiectam ibi tellurem ferret ungula. Cuius rei fabulam Ouid. lib. 4. Metamorph. & Lucan. libro undecimo scripserunt Hinc Pegasæus, a, um, Πηγασαῖος, Persius, Pegasæum melos. aut potius Pegaseium quatuor syllabis. Pegasæus, etiam dicebatur instrumentum in domibus, super quo tanquam iumento uestes & similia tenerentur suspensa, Pegaso poetico, traductione nominis excogitata.

Pelasgia, Πελασγία, regio Græciæ, circa extremam partem Macedoniæ, uersus Achaiam, olim Thessalia dicta, inter duo maria Aegæum & Ionium, platani folio similis, excurrit propter anguloſos recessus. Plinius lib. 4. cap. 4. A qua Pelasgi populi, quasi pelargi, id est ciconiæ, quoniam errabundi ritu ciconiarum per multas nationes iuerunt. Vnde Pelasgi, à Pelasgo Iouis filio. Plin. lib. 5. cap. 31.

Pelasgis, Πελασγίς, regio est Achaiæ undiq; à mari remota, quę prius Drymodis dicebatur. Inde Pelasgus, ga, gũ. Πελασγός. Est & Pelasgus lauri genus, quod & Daphnoides, & Ephalte ab alijs dicitur. Pli. lib. 4. cap. 6. Dicta quoq; est Pelasgis, Arcadia, ut annotat Herm. in Plin.

Pelethronij, Πελεθρόνιοι, dicti sunt Lapithæ à loco, qui subiectus est Pelio monti, ab eo quòd medicamentorum magna uis ibi nascatur, quæ Græci Glossematici θρόνα uocant. Vergilius: Frena Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedere.

Pelethronium, oppidum Thessaliæ, ubi primùm domandorũ equorum inuentus usus est.

Pelethronius, nomen eius, qui primus, ut scribit Plinius, frenos & strata equorum inuenit.

Peleus, Aeaci & Aeginæ filius, qui ex Thetide genuit Achillem, qui Pelides dicitur. Ouid. Epist. 8. Pelides utinam uitasset Apollinis arcus. Ouid. lib. 11. Metam. Stat. lib. 2. Syl.

Semifer Aemonium uincebat Pelea Chiron.

Pelias, iadis, Πηλιάς, Achillis hasta, quam nemo præter Achillem uibrare ob magnitudinem poterat.

Pelias, filius Neptuni ex Tyro nympha, Salmonei regis Salaminiæ filia, patruus Iasonis, qui à proprijs filiabus Medeæ opera interfectus est.

Pelides, Πηλείδης, Achilles dictus est à Peleo patre. uide Peleus.

Peligni, Πελιγνοί, populi Marsis finitimi, quorum metropolis est Sulmo. Pelignum enim est urbs, ex qua Ouid. duxit originem, sicut ipse testatur, Pelignę gentis gloria dicar ego. Ibi pessima nascuntur uina. Inde Pelignus, a, um. Martialis:

Marsica Peligni mittunt turbata coloni.

Non tu, libertus sed bibat illa tuus.

Pelion, Πήλιον, mons Thessaliæ, ab Orientali parte. De hoc etiam nonnulla scribit Herodotus lib. 7. Huius meminit Lucanus lib. 6. & Ouid. 5 Fast.

Pelion Hæmoniæ mons est obuersus in Austros:
Summa uirent pinu: cætera quercus habet.

Pella, ciuitas est Macedoniæ, ut scribit Liu. & in littore maris Aegæi, ut ostendit Herod. lib. 7. Eam Pomp. Mela scribit illustratam maximè alumnis Philippo & Alexandro eius filio. Nam in ea Alexander natus dicitur, ut est testis Iuuen.

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis.

Pellæa gula apud Martialē pro delicijs Macedonicis li. 13. Princeps Niliacis raperis Coracine macellis, Pellæa prior est gloria nulla gulæ.

Pelopea, filia fuit Thyestis, ex qua ipse Thyestes pater Aegisthum sustulit. Vide suprà Agisthus. Item Atreus.

Pelopeius, a, um, Πελοπήιος, nomen possess. Vnde fabula de Pelope scripta, Pelopeia dicta est.

Peloponnesus, Πελοπόννησος, regio Achaiæ, à Pelope Hippodamiæ uiro dicta, & Tantali regis Phrygum filio, quasi Pelopis insula: quoniam peninsula est, haud ulli terræ nobilitate postferenda inter duo maria Aegæum & Ionium, plata ni folio similis, teste Plin. lib. 4. qui superato Oenomao Hippodamiæ patre in certamine, totum illud regnum in dotem accepit, & ex Phrygia secum in eam regionem duxit populum.

Pelops, Πέλοψ, Tantali filius Phrygum regis & Tagyetę, cuius parer ut diuinitatem experiretur, eum dijs, quasi carnem aliam epulandam apposuit. à cuius esu cum Dij abstinuissent, sola Ceres humerũ pueri depasta est. Quapropter Dij reuocato ad uitam Pelopi eburneum humerum addidetũt. Cætera uide in Oenomao, Myrtilo & Hippodamia. Hinc Pelopidæ, Πελοπίδαι, dicti, qui à Pelope originem duxerunt. Ouid. in Epist.

Tantalidæ Pelopis Tyndareiq; genus.

Pelorus, Πέλωρος, pen. prod. promontorium Siciliæ, secundum Saluſtium Italiam uersus, à Peloro gubernatore nauis Anni balis ibi sepulto, qui per regis ignorantiam fuerat occisus, cum se eius dolo crederet esse deceptum, ueniens de Petilia. quanquam legimus etiam antè Pelorum dictum. Hæc Seruius enarrans illud Verg. 3. Aeneid.

Aſt ubi digressum Siculum te admouerit orę
Ventus, & angusti rarescunt claustra Pelori.

Peltæ, Πέλται, urbs Phrygiæ. gentile Peltenus, Steph.

Pelusiotæ, Πελουσιῶται, populi Pelusium habitantes.

Pelusium, Πηλούσιον, unum ex ostijs Nili uersus Asiam & Arabiam, quam ab Aegypto separat. & ciuitas in quadam Aegypti partem quæ Augustanica est appellata, prope Thebaidem. Hanc urbem condidit Peleus Achillis pater, monitu deorum post lustrationem. eo enim tempore Peleus furijs agitabatur, quia fratrem Focum interemerat, & purgari quærebat. Hinc fit Pelusius, a, um, & Pelusiacus, a, um, Πηλουσιακός, penult. cor. Martialis:

Accipe Niliacem Pelusia munera lentem.

Iuxta Pelusium est optima lens. Verg. 2. Georg.

Nec Pelusiacæ curiam aspernabere lentis.

Penelope, Πηνελόπη, Icari filia, & Vlyssis uxor, ex qua Telemachum suscepit. Ferunt hanc fuisse castitatis adeò incorruptę, ut absente per uiginti annos marito Vlysse, nullis procorum blanditijs, nullis pollicitationibus ad uiolandam, quam marito promiserat, fidem, induci potuerit. Quum autem acrius instarent amatores, eas hac cõditione eludebat, ut tum se promitteret nupturam, ubi telam quam habebat in manibus, absoluisset. Quam conditionem postea quam illi accepissent, mulier astuta, quod interdiu texuisset, noctu retexebat, donec re à procis comperta, à tela prohibita est. Sed quum Vlysses redijsset, occisis procis uxorem suam sibi rursus copulauit. Ouid. in Epist.

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysses.

Dicta aũt est ab auibus, quæ Penelopes dicũtur, siue Meleæ grides, de quibus uide Plin. lib. 7. cap. 2. Nomen fing. est Penelops. Penelope prius Arnea uocabatur, quasi abiecta repudiataq;. Etenim in mare proiectam ab Icario, Peribœaq; ferunt educauisse Penelopes.

Peneus, Πηνειός, fluuius in Thessalia, inter Ossam & Olympũ decurrēs. collib. dextra lęuaq; mollitercuruis, uide Pl. li. 4. ca. 8.

Penta-

Pentapolis, πεντάπολις, pen. cor. regio inter Palęſtinam & Arabiam, à quinq; ciuitatibus ſic appellata, ubi Sodomum & Gomorrum oppida. Hanc regionem Solin. ſcribit de cœlo eſſe tactam. teſtatur humus nigra, & cinere ſoluta. Eſt & regio ſic dicta quæ aliàs Cyrenaica uocatur.

Pentheſilea, ſic dicta quaſi omnia ſubiens, Amazonum regina fuit, teſte Iuſtino lib. 2.

Pentheus, πενθεύς, teſte Ouid in Metamorph. filius Echionis, ex Agaue coniuge, filia Cadmi: qui cum Liberi patris ſacra aſpernaretur, ira numinis, à matre & ſorore in furorẽ uerſis laceratus eſt.

Perga, πέργη, oppidum in Pamphylia, à quo Diana Pergęa, πέργαια dicta eſt, propter templum illi dicatum.

Pergama, Pergamorum, πέργαμα, arces Troianæ, quæ quoniã altiſsimæ erant, omnia alta ędificia Pergama ſunt appellata. authore Seruio.

Pergamum, ſiue Pergamus, πέργαμος, ciuitas Aſię inſignis, quę diu ſub Attalicis regib. fortunata fuit, & poſtea Romanorũ prouincia facta eſt. Cuius meminit D. Ioan. in Apoc. Apud quam chartæ uſus inuentus eſt, quę nunc quoq; uulgò Pergamena, περγαμηνὴ, dicitur, ab Attalo, ut Aelian. uel Eumene, ut Plin. ait. Eſt & Pergamum, πέργαμον, Idæ promontorium.

Perrhębe, urbs eſt Theſſalię, & Perrhębi, περραιβοὶ, gens Epirotica, qui Lapitharum potentia fracti profugerunt in loca montana, uicina Pindo Theſſaliæ monti.

Periander, περίανδρος, Corinthiorum rex, unus è ſeptem ſapientib. Cypſelo patri in regno ſucceſsit: regnauit annos 40.

Peribœa, filia fuit Eurymedõtis, ex qua Neptunus Nauſithoũ genuit Alcinoi patrem.

Pericles, περικλῆς, nomen uiri clariſsimi Athenienſis, qui Rẽp. quadraginta annis gubernauit, ex περὶ, & κλέος, gloria.

Periclymenes, περικλυμένης, Nelei fuit filius & frater Neſtoris & Chromij, teſte Hom. lib. 11. Odyſſ. cui à Neptuno auo cõceſſum, ut poſſet in quas uellet ſe transformare figuras, ſiue in urſum, ſiue formicã, ſiue apem, ut Apollonius & Heſiod. poetæ teſtantur. Ouid. Mira Periclymeni mors eſt, cui poſſe figuras Sumere quas uellet, rurſusq; reponere ſumptas.

Perillus, πέριλλος, Athenienſis faber ingenio prętãs, qui ut placeret Phalaridi, uenit Agrigentum, & ex ære taurum artificioſiſsimũ fabricauit, cui ianuam in latere poſuit: ut quum incluſus ſubiectis ignibus torqueretur, mugitum, & non hominis uocem uiderctur emittere, pro quo inuento, cum munus à crudeliſsimo tyranno Phalaride, qui nouis hominum tormentis delectabatur, poſtulaſſet, in eo ipſe ut eam pœnã primus exprimeretur, includi à tyranno iuſſus, ac ſuppoſitis ignibus exuſtus eſt. Plin. lib. 34. cap. 8. Ouid. li. 1. de Arte.

Perinthus, πέρινθος, clara urbs Thraciæ in Propontide olim Thraciæ metropolis, quæ hodie dicitur Heraclea, ab Heraclio principe Conſtantinopolitano. Inde Perinthius, a, um, περίνθιος, ut Perinthia Menandri. Terent. Menãder fecit Andriam & Perinthiam.

Peripatetici, περιπατητικοὶ, philoſophi erant Athenis, de quibus uide in Ariſtotele, Lyceum & Academia.

Permeſſus, περμησσος, fluuius Bœotiæ ex Helicone proueniens, per Bœotiam in Copaidem lacum fluens, Phœbo & muſis ſacer. Vergil. in Sileno:

Tum canit errantem Permeſsi ad flumina Gallum.
Declinatur etiam hic Permeſsis, ſidis uel meſsidos.

Perſephone, περσεφόνη, penult. corr. dicta eſt Proſerpina, & ſignificat uirtutem ſeminum, quam olim raptam ab Orco dicunt. Quia (ut inquit Auguſtinus) defuit terræ fœcunditas. Ouidius 4. Faſtorum:

At neq; Perſephone digna eſt prædone marito.

Perſepolis, urbs Perſidis à Perſeo condita, ut eſt apud Strabonem lib. 15. quam poſtea Alexander ebrius demoliri iuſsit.

Perſeus, ei, & Perſes, is, uel Perſi, περσεύς, ſicut Achilles is, uel li, uel Achilleus, ei, eſt nomen proprium uiri, de quo multa præclara geſta narrantur. Filius fuit Iouis & Danaes, Acriſij Argiuorum regis filiæ, quem auus cum matre expoſuit (ut ſuperius auditum eſt) ſed inuenti à piſcatore ad Pilumnum regem delati ſunt, qui Danaen uxorem duxit, Perſeum uerò Philodectæ Magnetis filio Seriphi inſulæ regis educandũ tradidit. Adultus igitur Perſeus expeditionẽ ſumpſit aduerſus Gorgones: Meduſam interfecit: cuius caput ſecũ accipiens, Atlantem in ſaxum uertit, eo quod hoſpitium ei denegaſſet. Deinde Andromedam marino monſtro expoſitam liberauit. Bellũ quoq; geſsit contra Phineũ, qui Andromedã ſibi prius deſponſatã ui auferre uoluit, in quo multos occidit, multos in ſaxa uertit. Prœtũ quoq; & Acriſiũ auũ in ſaxa trãsformauit. Poſtea bellũ in Perſas ſuſcepiſſe traditur, & in eodem Liberũ patrẽ aduerſus ipſum conſiſtentẽ interfeciſſe, mox ſubactam nationẽ de ſe nominaſſe, ibiq; Perſepolim urbẽ cõdidiſſe. Poſtremò in cœlũ ſublatus eſt cũ Andromeda uxore, & inter aſtra collocatus. Inde Perſæus, a, ũ.

Perſæus, urbs Attica, & portus eiuſdem nominis ab Athenienſibus conditus. Steph.

Perſia, æ, ſeu Perſis, idis. περσὶς, & Perſida, ę. Orientalis regio, à Perſe ſeu à Perſeo rege ſic dicta, ut autor eſt Curt. cuius populi Perſæ dicti ſunt, luxu & delicijs corruptiſsimi. De quorum moribus multa collegit Rauiſius in opere Epithetorum. Hæc regio, ſicut Ptol. ſcribit lib. 5. à Septentrione Medis terminatur, ab occaſu Suſiana, ab ortu ſolis duab. Carmanijs, à meridie parte ſinus Perſici. Eius oppida ſunt Axim, Perſepolis, Dioſpolis. Ibi primùm inuenta eſt ars magica. Ad eam Nembroth gigas poſt confuſionem linguarum abijt, Perſas ignem colere docuit.

Peruſia, περουσία, oppidum eſt Hetruriæ Ptol. li. 3. ca. 10. uulgò Perugia Perouſe, ab Achæis conditum, in quo L. Antonius ab Auguſto obſeſſus, quum extrema fame laboraret, annonæ penuria coactus eſt deditionẽ facere. A qua Peruſinus, a, um, περουσινὸς. Lucan. lib. 11. (tis, &c.

His Cæſar Peruſina fames, Mutinæq; labores, Accedãt fa

Peſsinus, πεσσινοῦς, Peſsiuuntis, emporiũ Phrygiæ, habẽs templum maximum, ut inquit Strabo lib. 12. magnæ ueneration is matris deũm, quam Angidiſtam uocant. Hic locus magnificè ab Attalicis regibus ſtructus eſt, & templo, & porticibus ex albo lapide Romani celebre reddiderunt, accerſita inde deæ ſtatua; & Peſsinuntia appellata. Peſsinuntẽ Dindymenam & Cybelem uocant, ait Ptolemæus libro 5. cap. 4. Ibi Gordius nodus eſt ab Alexandro reſciſſus.

Petilia, πετιλία, urbs metropolis Lucanorũ à Philoctete condita, ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, id eſt uolare, qui ex augurato locũ delegit. Verg. 3. Aen. Parua Philoctetæ ſub nixa Petilia muro.

Petra, Siciliæ oppidum prope Hyblam. Petra Sirenum, urbs Lucaniæ. De qua Plinius libro 3. cap. 4. Surrentum cum promontorio Mineruæ, Sirenum quondam ſedes. De eo Ver. 5. Aen. Iamq; adeò ſcopulos Sirenũ aduerſa ſubibat Difficiles|quondam, multorumq; oſsibus albos. Vbi multa de Sirenibus Seruius.

Petronia, πετρωνία, nomẽ uxoris Vitellij, de qua apud Sueton. Eſt & fluuij nomen in Tiberim defluentis.

Petronius, πετρώνιος, Aegypti præfectus, ab Auguſto miſſus, Cornelio Gallo ſucceſsit, aduerſus Aethiopes bellum geſsit, quibus regina Candace imperitabat.

Peuce, inſula Borealis in Iſtro, à qua uni ex Danubij oſtijs nomen datum, ut Plin. docet lib. 4.

Phabiranum, Ptol. lib. 2. Germaniæ urbs, uulgò Bremen.

Phæaces, φαίακες, populi fuerunt Corcyræ, ſub ditione Alcinoi. Vnde & Corcyra Phæacia dicta eſt, quæ in littore maris Ionij eſt. Scribitur cum æ diphthongo, &c.

Phęacum, ciuitas in planicie eſt, quæ ab utraque parte habet duos editiſsimos uertices, in quibus adhuc ſunt arces.

Phædra, fuit regis Minois ex Paſiphae coniuge filia, & uxor Theſei, filij Aegei regis Atheniarum, qui eam ſe ſecutam relicta Ariadne uxorem ſibi copulauit, atque ex ea Demophontem & Antigonum ſuſcepit. hæc priuignum ſuum Hippolytum falſo detulit apud patrem, quaſi de ſtupro eam appellauerit, cum ſcelerata mulier illum oraret concubitum, exorare tamen non poſſet. Vide ſuprà Hippolytus.

Phædrus, φαῖδρος, nomen uiri proprium, quo ſignificatur clarus, alacer. Item φαιδρὸς, pulcher.

Phædyma, Otantis nobilis Perſæ filia. Herodot. lib. 4.

Phęniana apud Ptol. lib. 2. cap. 12. Rhetiæ urbs, alio nomine Phebiana caſtra, uulgò hodie Bebenhuſium.

Phæſtum, φαῖστος, urbs in Creta.

Phæſtus, φαιστὸς, mons Cretæ, ſiue promontorium circa Gortynam urbem, ac fœminino genere ciuitatis in eo loco nomen, ut oſtendit Strab. lib. 10.

Phaethon, φαέθων, dictio triſyllaba. Nam ae diuiſas ſyllabas habet, & aſpiratur. Dictus ἀπὸ τοῦ φαίνειν, filius fuit Solis & Clymenes, qui cum doleret obiectum ſibi ab Epapho Aegypti rege, quòd eſſet de Sole, ſed adulterio procreatus:

duce

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

duce matre uenit ad Solem, & popoſcit, ut ſi uerè eius eſſet filius, petēda præſtaret. quod cum Sol iuraſſet per Stygiam paludem, ſe eſſe facturum: petit ille ut eius currus agiraret. Sol igitur cum iuſiurandum negare non poſſet, filium à proposito dehortari conatus eſt. ſed cum illud obtinere non poſſet, filio currum tradidit. Qui cum uiam ſolis exceſsiſſet, totum orbem incendit. quare Iupiter iratus Phaethontem fulmine in Eridanum deturbauit. Ouid. lib. 1.

Hic ſitus eſt Phaethon currus auriga paterni,
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.

Phaethontiades, Clymenes & Solis filiæ dicuntur, quæ dum extinctum fratrem, de quo iam diximus, flerent, conuerſæ ſunt in alnos arbores, ut ait Ver. 6. Ecloga: ut uerò in 10. Aeneidos ait, in populos.

Phaethuſa, φαέθουσα. Vide Lampetia.

Phago, uir adeò guloſus fuit & uorax, ut adhibitus menſę Aureliani, aprum integrum, centum panes, ueruecem & porcellum uno die comederit, biberitque orcam uini. Autor Flauius Vopiſcus.

Phalantus, lacus quidam fuit, de quo refert Seruius lib. 3. Aeneid. Cum olim Lacones & Athenienſes diu inter ſe bella tractarent, & cum utraque pars affligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat, præceperunt ut uirgines cum quibuſcunque concumberent: factumque eſt, ut poſt ſedata bella iuuenes incertis parentib. nati, & patriæ & ſibi eſſent opprobrio (nam Partheniatæ dicebātur) accepto duce Phalanto, octauo ab Hercule profecti ſunt, delatique ad breue oppidum Calabriæ, quod Taros Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & priſco nomine Tarentū appellauerunt. Hęc ille. Horat. lib. 2. Carminum.

Et regnata petā Laconi rura Phalāto, &c. Hinc Phalātheus.

Phalaris, φάλαρις, nomen proprium Agrigentinorum in Sicilia regis crudeliſsimi, cuius extant Epiſtolæ, qui ob ſæuitiā à ſuis, tauro quo alios prius ſuffocauerat, incluſus & crematus eſt. Ouidius in Ibin: Vtque ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta, More bouis Pharios clauſus in ære gemas. De hoc diximus in dictione Pèrillus.

Phalerium, φαλήριον, urbs Tyrrhenæ Hetruriæ. Inde Phalerius, a, um. Steph. Vide Phaliſci.

Phalera, φάληρος, portus eſt Athenis celeber, à quo Demetrius Phalerius cognominatus eſt.

Phaliſci, φαλίσκοι, populi Hetruriæ, quorum oppidum Phalerij uocabatur. Sunt qui arbitrantur Phaliſcos uocari, quos nūc corruptè Montem Flaſconem appellant.

Phanæus, uide Phaneus.

Phaneſij, φανήσιοι, populi in inſulis Oceani Septentrionalibus, qui (ut Solinus ait) habent aures adeò effuſas, ut reliqua uiſcera contegant illis.

Phaneta, φάνητα, ſol dicitur, quia quotidie renouat ſeſe: ἐπεὶ ἦ φαίνεται νέος, id eſt quoniam apparet nouus.

Phaneus, mons eſt in Chio inſula ferax optimi uini: à rege eiuſdem nominis ſic dictus. Verg. 2. Geor.

Tmolus aſſurgit, quibus & rex ipſe Phaneus.

Phao, fuit pulcherrimus hominum, quem inter lactucas Venus occultauit, à qua ferunt ei oblatum alabaſtrum unguenti, &c.

Phariſæus, φαρισαῖος, nomen ſectæ Iudæorum religioſæ. Erāt enim apud Iudęos tres ſectæ, Phariſæorum, Sadducæorum, & Eſſæorum. Dicitur autem Phariſæus, quaſi ſeparatus, ab Hebræo Pharas, quod eſt diuidere. Inde Phariſæorum ſecta dicta eſt apud Iudæos, quòd qui eam colerent, ab alijs ſeparati eſſent, & à publicanis ſecreti.

Pharos, φάρος, olim inſula Aegypti oblongā, paruaque, contra Nili oſtia nunc continenti coniuncta, quæ portum Alexandriæ efficiebat: authoribus Mela li. 2. & Plin. lib. 2. ca. 85. Sic appellata à nauclero Menelai ibi ſepulto, cum fuiſſet ibi ab aſpide interemptus. Lucan. lib. 10. Pharos inſula quondam In medio ſtetit illa mari. In ea, ut dicit Strabo lib. 17. turris ingens in petra poſita, quæ mari circumluitur, albo lapide, ob ſalutem nauigantium, quæ nomen ab inſula accepit. Ab hac ait Solin. Pharos uocari omnes machinas in portubus ad prælucendi miniſterium fabricatas, quoniam ex hac Pharo Alexandrinæ dirigebantur naues, nocturnis facibus accenſis. Papinius:

Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunæ. Hinc Pharius, ria, riū, φάριος, & Phariacus, a, um. ut ſiſtra Phariaca.

Pharſalici, φαρσαλικά, campi Theſſaliæ, in quibus ciuilium bellorum detonuerunt procellæ, à Pharſalo oppido appellati, quod ſitum eſt in ripa fluminis Enipei, à quo Pharſali dicti. ſunt qui Pharſaliam prouinciam dicant, à Pharſalo duce, quæ primò Aemathia: poſtea Theſſalia, à Theſſalo: deinde à Macedone, Macedonia: poſtremò à Philippo rege, Campi Philippici.

Pharſalos, ſeu Pharſalum, Theſſaliæ oppidum, in ripa Enipei fluminis ſitum, de quo Lucanus lib. 6. Emathis æquoreis regnum Pharſalos Achillis.

Pharuſij, φαρούσιοι, Pharuſi, Plin. lib. 5. cap. 8. & Pomponio lib. 1. populi ſunt Africæ ultra Mauritaniam, quondam Perſæ: comites fuiſſe dicuntur Herculis ad Heſperidas tendentis.

Phaſelis, Pamphyliæ urbs in monte ſita, piratarum olim perfugium, de qua Cic. in Verr. Act. 6.

Phaſis, is, uel idis, φάσις, Colchorum prægrandis fluuius ex Armeno monte oriens, in Euxinum mare labitur. Lucan. lib. 3. Colchorum qui rura facit ditiſsima Phaſis. Ex hoc fluuio ab Argonautis ad nos phaſiani, aues notæ, afferuntur, de quibus Col. lib. 8.

Phemonoe, Sibyllę nomen, de qua Pauſanias dicit quòd Apollinis Delphici uates prima fuiſſe dicatur, carmenque Heroi cum inueniſſe. Stat. li. 2. Syl. Refertque arcana pudicos Phemonoe fontes. Eſt & Phœbados cuiuſdam nomen apud Lucanum lib. 5. Phemonoen errare uagam, curriq; uagantem. Sunt qui Phœbi filiam dicant fuiſſe.

Pheneum, φένεια, Sreph. oppidum in Arcadia ubi naſcitur illa herba contra omnia ueneficia præſens remediū, quā Hom. à dijs moly uocari putat. Plin. lib. 4. cap. 6. & lib. 23. cap. 9.

Pheneus, φενεός, amnis in Alpheum defluens, cuius aqua nocturno tempore perniciosa, diurno tempore ſalutaris eſt.

Pheræ, φεραί, ut ait Strabo, Pelaſgorum camporum terminus ad Magneſiam, qui uſq; ad Pelium montē porriguntur. Emporium Pheræ habent Pagaſus, quo ex loco Pelias Iaſonem ac nauem Argo emiſit. Vnde Pagaſæus & Pheræus, φεραῖος, appellatur. Fuit tamen alius Iaſon Pheræus tyrannus. Sed de Theſſalo Iaſone intellexit Cic. lib. 1. Offi. cum dixit, Phęrum Iaſonem cæteris anteponunt.

Pherecydes, φερεκύδης, penult. pro. philoſophus & poeta tragicus, ex Scyro inſula, perijt phthiriaſi, id eſt pediculari morbo. de quo Serenus:

Sed quis non paueat Pherecydis fata tragœdi,
Qui nimio ſudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miſerum quæ morte tulerunt?

Hic etiamſi nullum magiſtrum habuerit, tamen per ſe multum eruditionis eſt conſecutus, ut author eſt Suidas. Fuit item alius, Athenienſis & philoſophus, qui ab Orpheo multa didicit, ſcripſitq; Theogoniam libris decem: item *libellum de Rerum principio*. Pherecydem alium *Lerium genere*, hiſtoricum ſcripſit Suidas.

Phernice, φερενίκη. uide Berenice.

Phidias, φειδίας, ſtatuarius clariſsimus, artifex à Plinio dictus eſt nunquam ſatis laudatus. Mart. lib. 6.

Quis te Phidiaco formatam Iulia cœlo,
Aut quis Palladiæ non putet artis opus? &c.

Philadelphia, nomen ciuitatis in Myſia, regione Aſiæ, proxima Lydiæ, quam Strabo lib. 11. circa finem ait terræmotibus uexari.

Philadelphos, φιλάδελφος, nomen regis Aegypti, qui bibliothecam fecit Alexandriæ ferè 10000. librorum continentē. Item libros Moyſi curauit per 70 interpretes ex Hebræo in Græcum ſermonem uerti.

Philæ, Philarum, inſula aſpera, & undiq; prærupta, adiacens Aegypto, duobus in unum coituris amnibus cingitur, qui nihilo mutanrur, & eius nomen ferunt. Philæ autem Strabo ni lib. 17. infra Meroen ſunt, ad quas ipſe Strabo ſe ex Syene ascendiſſe. Meminit & Plauſtro per plana aliquando uectum ſcribit. Meminit & Lucan. lib. 10.

Rurſus multifidas reuocat piper alueus undas,
Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura
Regni clauſtra Philæ.

Philæni, φιλαινοι, duo fratres fuerunt Carthaginenſes, qui pro ampliatione ſuæ Reipub. ſe uiuos ſepeliri ſuſtinuerunt. Vide Sol. cap. 40.

Philammon, filius fuit Apollinis ex Chione nympha, clariſsimus carmine & cithara. uide ſuprà Chion. Ouid. lib. 12.

Naſcitur

Naſcitur è Phœbo (namque eſt enixa gemellos)
Carmine uocali clarus, citharaque Philammon.

Philesius, cognomen Apollinis. Græci enim φιλήσιον amabilem dicunt, quia lumen ſolis exoriens, amabili uenerationeoculorum conſaluramus.

Philetas, poeta fuit elegiographus ex inſula Co, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit. Præceptor fuit Ptolemęi Philadelphi. Suis carminib. celebrauit Battiden puellam, quam adamauit. Fuiſſe fertur corpore adeò tenui, ut ne ceſſe fuerit ei plumbum adhibere, ne uentorum flatu rapere tur. Politianus, Nec Cous ad hæc non ſacra Philetas, Quanquam eſt æger, adeſt, quanquam ueſtigia lento Fulta grauat plumbo, &c. (uulgò Gruningen.

Philecũ, ciuitas Germaniæ, in regione, quę hodie Friſia uocat,

Philippi, φίλιπποι, ciuitas Thraciæ, quæ Dathos antea dicebatur, quam Philippus Macedonũ rex ædificauit, & à nomine ſuo Philippos nominauit. Iuxta hãc ſunt campi Philippici, in quibus Cæſar & Pompeius primò, deinde Auguſtus & Caſsius pugnauerunt. Ver. Geor. 1. Ergò inter ſeſe paribus concurrere telis, Romanas acies iterum uidere Philippi.

Philippus, φίλιππος, nomen uiri proprium, & Latinè equorum amator, bellicoſus dicitur, quo nomine dictus eſt Alexãdri Magni pater. Alius fuit Romanorũ Imperator, qui primus ex Rom. imperatoribus Chriſtianus fuiſſe perhibetur.

Philippus, Demetrij filius, rex Macedonię à T. Quintio Flaminio uictus. Is, authore Liu. quum uideret Annibalẽ feliciter in Italia res gerẽtem, legatos ad eum de ſocietate miſit, qui in reditu à Marco Val. Flacco præfecto claſsis, intercepti cũ literis, miſsiq; ad ſenatum: ſtatim Leuinus Cos. contra eum mittitur, qui regem degentẽ Apolloniæ incautum, ſemiq; ſopitũ nocte intempeſta adoritur. Ille in Macedoniam cum exercitu terreſtri itinere fugit, incenſis prius, ne hoſtis potiretur, ſuis nauibus. Vide Liu. lib. 1. de bello Macedonico.

Philippicus, a, um, φιλιππικὸς, quod eſt à ciuitate Philippis, ut campi Philippici.

Philyra, mater Chironis centauri, à quo Chiron Philyrides dictus, authore Seruio.

Philoctetes, ctetis, uel ctetę, φιλοκτήτης, pen. pro. quaſi poſſeſſionis amator, Pœantis filius & comes Herculis, cui idẽ moriens in Oeta mõte mandauit, ne cui corporis ſui reliquias indicaret, idq; iurare eum adegit: dedit pro munere pharetram, & ſagittas Hydræ felle intinctas. Aduenięte uerò tempore cum Delphico oraculo moniti eſſent Græci, ad euertendam Troiam ſagittis Herculis opus eſſe, inuentus Philoctetes, & de Hercule interrogatus negauit ſe primò aliquid de Hercule ſcire, tandẽ uerò mortuũ eſſe cõfeſſus eſt: & cũ grauiter ad indicãdũ ſepulchrũ cogeretur, ne iuſuran dum uiolaret, ictu pedũ locũ oſtẽdit, cũq; ad bellũ Troianũ deduceretur, quia ipſe ſolus Lernæis ſagittis uti poterat, unius ſagittæ caſu in pede, quo Herculis tumulum mõſtrauerat, uulnere penè immedicabili affectus eſt. Tandẽ cũ uulneris fœtor à Gręcis ferri nõ poſſet, in Lẽno relictus eſt: ſed occiſo Achille, Vlyſſes in Lemnũ regreſſus, illas retulit comitãte domino, ut inquit Oui. li. 3. Metam. Deuicta aũt Troia, pudore, ne in patriã æger rediret, impeditus, in Calabriã uenit, ibiq; Petiliã cõdidit. Ver. 3. Aen. Hic illa ducis Meliboœi, Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro, &c.

Tandem opera Machaonis medici ſanatus eſt, Propertio teſte, qui inquit:

Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon. Vide Pęãtiades.

Philolaus, φιλόλαος, nomẽ uiri ꝓpriũ, & Latinè amator populi dicitur. Quo nomine dictus eſt Pythagoricus quidam philoſophus: & Corinthius quidã, qui leges Thebanis dedit.

Philomela, φιλομήλη, nomen mulieris, Pandionis filiæ, Athen. regis, & ſororis Prognes, quæ cũ à Tereo compreſſa fuiſſet, tandem, ut eſt in fabulis, deorũ miſeratione in auem ſui nominis conuerſa fuit, quæ Luſcinia dicitur. Nec ceſſat deflere cantu dulciſsimo iniuriam, quam paſſa eſt. Et interpretatur amabilis: de qua Ouid. lib. 7. Metamorph.

Vt ſimul impoſita eſt pictæ Philomela carinæ.

Philoxenus, φιλόξενος, philoſophus qui gruis collũ ſibi exoptabat, quo diutius ciborũ & poculẽtorũ ſapore oblectaretur.

Phineus, Agenoris fuit filius, ut Hellanicus ait: ut Heſiod. Phœnicis & Caſsiopeæ, Agenoris nepos, frater Cilicis, Dorycli & Atamini. Hic igitur rex Arcadiæ, uel, ut alij, Thraciæ: uel ut rurſus alij, Paphlagoniæ, uxorẽ duxit Cleopatrã, quã qui dam Sthenobœen uocãt, ex qua genuit Orythũ, & Crãbin, ut Sophocles: ut alij Maryandinũ & Thynũ: uel ut rurſus alij, Palæmonẽ & Phinea: quib. mortua priore cõiuge Cleopatra, Harpalycẽ, Calais & Zethæ ſororẽ (quamuis Flaccus non Harpalycẽ, ſed Cleopatram Boreadum ſororem appellet) nouercã ſuperinduxit, cuius ſuaſu filios ſuos ex Cleopatra ſuſceptos excæcauit. Quapropter & ipſe excæcatus à dijs, & Harpyiæ cõtra eum miſſæ, quæ cibos & mẽſam eius turpiſsimè fœdarũt. Poſtea uerò aduenientib. ad ea loca Argonautis à Calai & Zethe fratrib. alatis rurſus ad Strophades inſulas fugatæ ſunt. uide ſuprà Calais. Poſtremò occiſus eſt ab Hercule, cum is in ſolitudine liberos Phinei offendiſſet excæcatos, comperiſſetq; eos calumnijs nouercæ eiectos fuiſſe, &c. Hinc Phinæus, a, um, apud Senecam: & Phinæius, a, um, apud Ver. 3. Aen. Quas dira Celœno

Harpyiæq; colunt aliæ, Phineia poſtquam
Clauſa domus, menſasq; metu liquere priores.

Phiſon, φισὼν, nomen fluuij, quem noſtri Gangen uocant, de paradiſo exiens, ſignificat inundationem: qui eductus in Indiam, in pelago latè diffunditur, quod Getha nũcupatur à Græcis Hic circuit omnem terram Heuilath, ubi eſt aurum terræ, ubi carbunculus, lapis precioſus.

Phlegethon, φλεγέθων, fluuius infernalis, flammis æſtuantibus rapidus, à φλέγω ardeo. Verg. lib. 6. Mœnia lata uides, triplici circundata muro, Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, torquetq; ſonantia ſaxa. Hinc fit Phlegethonteus, a, um. & Phlegethontis, idos.

Phlegon, φλέγων, unus ex equis Solis, ἀπὸ τοῦ φλέγω, id eſt ardeo, dictus. Vide Aethon.

Phlegræi, φλεγραῖοι, campi duo fuere, alter in Græcia, à Phlegra Theſſaliæ ualle, ubi gigantes cum cœleſtibus pugnauere. Vel ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod eſt urere atq; inflammare, quoniã terra præliorũ cõcitatrix eſt, dum ibi gigantũ bellũ exarſit. Alter in Campania prope Cumas, in quo gigantes Herculem ſuperaſſe dicuntur, de quo Plì. lib. 3. ca. 5. & Strab. li. 5.

Phlegræus, unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius.

Phlegyas, φλεγύας, Martis filius, rex Lapitharum in Theſſalia, pater Ixionis & Coronidis nymphę, quam cum ab Apolline uiciatam ſenſiſſet, cõfeſtim ira percitus, templum eius Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus, ipſum ſagittis interfecit, inſuper & ad inferos detruſit, ubi hac pœna afficitur, ut ſub ingenti ſaxo ruinam minitante ſedens, ſemper illud caſurũ ſuſpicetur & timeat. A quo Phlegyę, populi ſunt inſulani Theſſaliæ, à Phlegya Ixionis patre cognominati. hi cum ſacrilegi eſſent, deosq; & homines ſpernerent, ab irato Neptuno immiſſo diluuio ſubmerſi ſunt, quorum apud inferos meminit Verg. lib. 6.

Phlegyasq; miſerrimus omnes
Admonet, & magna teſtatur uoce per umbras,
Diſcite iuſticiam moniti, & non temnere diuos.

Phocęa, φώκαια, urbs minoris Phrygiæ, Athenienſium (ut inquit Ptolemæus) colonia. Inde profecti ſunt qui Maſsiliam apud Gallos nõ procul à Rhodano cõdidere. dicta Phocęa, quòd uituli marini magno numero cõparuiſsẽt urbẽ cõdentibus. Et eſt in Caria Phocea mõti Mycalę oppoſita. Ab hac Phocenſes, φωκαιεῖς, ut à Gręcorum Phocide Phocenſes. Ab utraq; Phocaicum Ouidius poſuit, à Phocęa, non procul à

Phoce, es, φώκη, oppidum eſt Bœotiæ. (Sardibus.

Phoces, φωκεῖς, populi Ionum, qui primi longis nauib. uſi ſunt. Hi ob multamala cõmuni cõſenſu patriã reliquerũt, diris execrationibus deuouentes, ſi unquam quiſquam rediret in patriam. Tandem in Galliam delati, Maſsiliam condiderũt. Vide Eraſmum in Prouerb. Phocenſium execratio.

Phocion, φωκίων, Athenięſis uir claruſ, cognomento Bonus, pauper. fuit enim ſemper pauper, cum ditiſsimus eſſe potuiſſet, propter frequentes ei delatos honores. Hic neq; ridere, neq; lachrymare ab ullo unquam eſt uiſus. Et in concione, cum quis dixiſſet, Cogitabundus uideris ò Phocion! Rectè, inquit, cõiectas. Cogito enim, ſi qua ualeo in his breuitare uti quæ apud Athenienſes dicturus ſum. Hic cũ legati Philippi Macedonũ regis ingẽtia munera afferrẽt, hortarẽturq; ut ea acciperet, quãuis enim ipſe facile his careret, liberis tamẽ eius eſsẽt neceſſaria, quib. difficile foret in ſumma paupertate, ad paternã gloriã puenire: Si mei, inquit, ſimiles erũt, idẽ hic agellus alet illos, qui me ad hãc dignitatẽ perduxit: ſi diſsimiles, nolo meis impẽſis illorũ alì augeriq;

luxuriam,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

luxuriam. De quibus omnibus uide Plutarchum in Phocione. Vide Cteſiphus.

Phocis, φωκίς, parua Græcorum regio, in qua eſt oppidum Delphi, ſub Helicone mõte: fons Caſtalius, & Cephiſus amnis, & mons Parnaſſus, in quo Apollinis templum. Hinc Phocides & Phocẽi dicti ſunt, qui Maſsiliam condiderunt. Hos Varro ſcribit trilingues eſſe, quòd Græcè & Latinè & Gallicè loquantur.

Phœbas, φοιβάς, fatiloqua, ſacerdos Phœbi, & uates, authore Seruio, quòd Phœbi numine percita fuerit & agitaretur.

Phœbus, φοῖβος, Apollo, qui Iouis & Latonæ filius fuit, eodem partu cum Diana genitus, quæ & ipſa Phœbe uocitata eſt. Diuinations & ſapientiæ deus à poetis exiſtimatus, & medicinę repertor. Dictus Phœbus, quaſi φώϐιος, à φῶς & ϐίος, id eſt lux uitæ. Verg. lib. 3. Aen. Phœbeæ lampadis inſtar, &c.

Phœmon, lacus eſt Arcadiæ, de quo Ouid. 15. Metamorph.

Eſt lacus Arcadiæ, Phœmon dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Phœnices, φοίνικες παρὰ τὸ φονεύειν dicti ſunt, quòd ab initio cu iuſcunq; generis appulſos homines pro uictimis feriebant. inde qui Phœnicibus proximi ſunt, uulgò Phœniſſare, φοινικίζειν dicunt, hoc eſt cæde maculare.

Phœnicia, uel Phœnice, φοινικία, Aſiæ regio, ſic dicta à Phœnice Neptuni & Libyes filio, ut author eſt Steph. 7. Huius regionis incolæ Phœnices dicuntur, quos ait Ioſephus inueniſſe Græcas literas. Hæc regio eſt Syriæ pars & Iudææ propinqua, & in ea ſunt Tyrus & Sidon urbes, Carmelus & Libanus montes, in quibus thura leguntur.

Phœnix, φοίνιξ, Agenoris filius, Cadmi frater, qui Phœnicibus imperauit. A quo Phœnicia.

Pholoe, φολόη, mons Arcadiæ ſyluoſus, in quo Centauri morati ſunt. Eſt etiam famulæ cuiuſdam nomen apud Verg. lib. 5.

Pholus, φῶλος, fuit unus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius. Hic teſte Seruio in Aen. Herculem ſuſcepit hoſpitio, cum ad expugnandos Centauros pergeret, dicente Lucano:

Hoſpes & Alcidæ magni Phole, &c.

Tandem in nuptijs Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros, occubuit, dicente Verg. lib. 2. Georg.

Phorbas, φόρϐας, Triopæ filius, teſte Seruio, pater Ilionei Troiani, qui fuit comes Aeneę, cum quo in Italiam quoq; capto Ilio nauigauit. Mercurio deo eloquentiæ fauẽte pugnauit.

Phorcus Latinè, Græcè Phorcyn, filius fuit Neptuni & Thoſæ nymphæ, rex Corſicæ & Sardiniæ inſularum. Hic ab Atlante nauali prælio uictus, undaq; obrutus eſt, quem poſtea ſocij ſuperſtites, in marinum Deum conuerſum dixere, eiq́ue diuinos honores fecere. Ver. Tritonesq; citi, Phorciq; exercitus omnis, &c. Hic pater fuit Græcarum & Gorgonum. unde Phorcynis, idos, Phorci filia.

Phorcys, φόρκυς, & Phorcyn, cynis, Neptuni filius. huius patronymicum eſt Phorcynis, idos. apud Lucanum lib. 9.

Phoroneus, filius fuit Inachi filij, & Argiuorum rex, qui initio diſperſos populos in urbem coegit, appellauitq; Phoronicon. author Voiaterranus. à quo Io Inachi filia Phoronis, idos ab Ouidio appellatur.

Phoſphorus, pen. cor. φωσφόρος, Latinè Lucifer ſtella, ut teſtatur Cic. 2. de Nat. deor.

Phrygia, φρυγία, regio minoris Aſiæ, à Phrygio amne, qui eam à Caria diuidit: uel à Phrygia Cecropis filia, ubi Dardania, à Dardano Iouis filio. Inde à Troe, Erichthonij Dardani filio, Troia: in qua Ilion. Vel à Phrygio oppido Macedoniæ, ſiue Brygio, unde colonos profectos aiunt in Phrygiam. Duæ tamen feruntur Phrygiæ, maior ſcilicet & minor, quæ Epicteius dicta fuit. Hæc ab Aquilonis parte eſt Galatiæ collimitata, à meridie Lycaoniæ, Piſidiæ, Mygdoniæque contermina. In ea eſt Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluuius.

Phrygius, φρύγιος, fluuius. uide in dictione Phrygia. Eſt & adiectiuum, ſignificans quod è Phrygia eſt.

Phryxus, φρίξος, filius fuit Athamantis & Nepheles, qui unà cum ſorore Helle, cũ defuncta matre Inûs nouercę inſidias timerent, conſcenſo aurei uelleris ariete, quem antea à matre, ut quidam uolunt, ut alij, à patre acceperat, pontum ea parte qua anguſtior eſt transfretare cœpit. Sed Helle undarum ſtrepitu in pontum decidit, & ſubmerſa eſt, à qua deinde pars illa maris Helleſpontus dictus eſt. Phryxus uerò incolumis in Colchos ad Aeetem regem peruenit, ut etiã docet Iuſtin. lib. 42. ubi arietem Ioui, uel, ut alijs placet, Marti immolauit, uellusq; illud aureũ in templo ſuſpendit, quod poſtea Iaſon Medeæ ope adiutus abſtulit. Aries uero inter ſidera locatus, priſtinam effigiem tenuit, qui à Phryxo Phryxeus appellatur, media longa. Ouid. lib. 7 Metam.

Dumq; adeunt regem, Phryxeaq; uellera poſcunt.

Phthia, ciuitas Theſſaliæ, à qua Phthius & Phthiota. Vnde Achilles Phthius dictus eſt.

Phthiotis, tidis, φθιῶτις, dicta eſt una ex quatuor Theſſaliæ partibus, ut inquit Strabo lib. 9.

Phurnita, urbs Libyæ: ciues Phurnitani, Steph.

Phylace, oppidum eſt Phthioticæ regionis Theſſaliæ, cuius quoq; meminit Lucan. lib. 6. In hac Proteſilaus regnauit, un de ipſe Phylacides cognominatus eſt, & Laodamia eiuſdem uxor Phylaceia. Ouid. lib. 3. de Arte: Phylacides abeſt Laodamia tuus, &c.

Phyllira, Oceani fuit filia, ex qua Saturnus Chironem ſuſcepiſſe dicitur, qui à matre Phyllirides & Phyllireius dicitur, geminato l, uerſus gratia. Ouidius:

Phyllirides puerum citharæ præfecit Achillem.

Phyllis, φύλλις, nomen Lycurgi Thracum regis filiæ, quæ Demophoonta Theſei Athenarũ regis filium, ex Troiano bello redeuntem, tempeſtateq; ad eam actum, & hoſpitio & lecto ſuſcepit, & amauit, atque coniugium ſuum rogauit. Ille ait, quoniam de interitu fratris Mneſtij nuncium accepiſſet, antè ſe ordinaturum rem ſuam, & ſic ad eius nuptias reuerſurum. Profectus itaq; cum tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulſu, quòd ſe ſpretam eſſe credebat, laqueo uitam finiuit, & conuerſa eſt in arborem amygdalum ſine folijs. Poſtea reuerſus Demophoon, cognita re, eius amplexus eſt truncum, qui uelut ſponſi ſentiret aduentum, folia emiſit: unde etiam Phylla ſunt dicta à Phyllide, quæ ante Petalia dicebantur. Eſt & Phyllis, φυλλίς, amnis Bithyniæ, à quo Phyllij φύλλιοι, Phylleníes φυλλιῆς dicuntur, ut inquit Strabo.

Picens, tis. πικεντῖνος, nomen gentile, ut homo Picens, ex Pice no. Hinc Picentinus, a, um.

Picentes, populi Italici ſupra Rubiconem & Anconam ſiti, de quibus Strabo lib. 5.

Picenum, πικεντινὴ, regio Italię, in qua eſt Aſculum, à pico Martio aue dicta, cuius ductu & auſpicio Sabini, cum Aſculum proficiſcerentur, in uexillo eorum picus conſederat. Nam ſicut Strabo lib. 5. ſcribit, conditores Picentium è Sabinorum terra profecti ſunt, à quibus orti ſunt. Picenum quondam uberrimæ multitudinis. Namque trecenta & ſexaginta millia Picentium in fidem Romani populi uenere, ea nũc Marchia Anconitana dicitur. incipit à Troento amne uſq; ad Iſaurum fluuium, qui nunc Folia dicitur, & hinc Apennino, hinc mari ſupero terminatur. Habet ciuitates, Piſaurũ, Fanum Fortunæ, Senam Gallicam, Vrbinum, Anconam, Camerinum, Firmum & Aſculum.

Picenus, a, um, πικηνὸς, nomen poſſeſs. ut Picenus ager, πικηνὸς, pro Picena regione.

Picumnus, deus qui in ſacris Romanis adhibebatur. Aemilius Macer in Theogonia: Et agreſtes inter Picũnus habetur.

Picus, rex Latinorum (quo tempore apud Hebræos regnabat Delbora prophetiſſa) Fauni pater, Latini regis auus, auguriorum peritiſsimus, & primus hac aue uſus eſt in auſpicijs. De quo Seruius lib. 7. huiuſmodi: Fabula, inquit, talis eſt. Picum amauit Pomona, dea pomorum, & eius uoluntatis eſt ſortita coniugium. Poſtea Circe quum eum amaret, & ſperneretur, irata eum in auem Picum Martium conuertit, nam altera eſt Pica. Hoc autem ideò fingitur, quia augur fuit, & domi habuit Picum, per quem futura noſcebat, quod pontificales indicant libri.

Pieria, πιερία, mons, & ciuitas Bœotiæ, quam primus Pierus Lidni pater ædificauit, Muſis ſacer. Hinc Pierides Muſæ, quòd in Pieria ex Ioue & Mnemoſyne natę ſunt, ut inquit Strabo. Vel à Pieria regione Macedoniæ, Aemathia antè dicta, ãne more ita appellata, cui nomen eſt Pieris. Et,

Pieres, πίερες, populi ſunt dicti, quibus extinctis, Macedones ea loca incoluere. A Pieria fit Pierius, a, um, πίερος. Vnde Pierium carmen.

Pierus, πίερος, pen. cor. nomen patris nouem picarũ. Ouid. lib. Metamph. Pierus has genuit Pellæis diues in aruis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ei enim nouem fuere filię ex Euippe uxore, quæ ob nimiam ſuperbiam auſæ fuerunt Muſas ad carminum certamen prouocare, ſed ab ijſdem uictæ, in picas ſunt mutatæ, unde poſtea Muſæ earum nomen ſunt conſecutæ, Pierides q; cognominatæ quamuis alij à Pieria, quæ eſt Macedoniæ regio, ſic dictas uelint. Hinc Pierius, a, um. ut Pierium carmen.

Pilumnus, qui ſtercorandorum agrorum, & pinſendi frumenti uſum inuenit, Iouis (ut putant) filius, & Dauni pater. Seruius lib. 9. Aeneid. Pilumnus & Pitumnus, fratres fuerunt diſ. Horum Pitumnus ſtercorandorum inuenit uſum agrorum, unde & Sterquilinius dictus eſt: Pilumnus uerò pinſendi frumenti, unde à piſtoribus colitur, & ab ipſo pilum dictum eſt. Ad hunc Danae Acriſij filia fortè ad Appulum litus acta, & à paſtore unà cũ Perſeo paruulo delata eſt, quam ipſe cognito genere uxorem duxit, ex qua Daunum filium ſuſcepit. Vide in Acriſio.

Pimpla, Thraciæ mons eſt & locus, ut ſcribit Strabo lib. 20. Pieria, inquit, & Olympus, & Pimpla & Libethrum quondam loca fuere Thraciæ, & montes, quos nunc Macedones poſſident: quiq; Muſis Helicona cõſecrarunt, Thraces fuere, Bœotiæ accolæ. Hæc Strabo.

Pimpleides & Pimpleæ dicuntur Muſæ à fonte Macedoniæ Pimpleo, propter liquoris eius unicam ſubtilitatem. Sunt tamen qui à Pimpla loco quodam iuxta Parnaſum montem, de quo modò diximus, ſic appellatas tradãt. Martialis li. 12.

Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro.

Pinarius & Potitus. uide Potitius.

Pindus, Πίνδος, Lapitharum ſedes, mons Theſſaliæ, Apollini Muſiſq; ſacer, Acarnaniam ab Aetolia diuidit, ut inquit Solinus: in eo inuenitur lapis Galactites. Eſt & nomen urbis Theſſaliæ, à Pindo monte appellata, iuxta quam eſt fluuius eiuſdem nominis, ut autor eſt Strabo lib. 9.

Piræus, inquit Strabo, Athenarum portus, & emporium duorum millium paſſuum muro recẽti Athenienſibus iunctus, quadringentarum nauium capax. Statius lib. 12. in catalogo copiarum quæ Theſeum ſecutæ ſunt:

Munichyam, & trepidis ſtabilem Piræea nauis.

Pirithous, uel Perithous, Πειρίθοος, Ixionis filius non ex Nube, ſed ex coniuge fuit rex Lapitharum. Hic, ut fertur, amicitia integra Theſeo Athenienſi iunctus fuit, duxitq; uxorẽ Hippodamen, Atracij filiam, ut ſuprà oſtendimus. Qua mortua, cum Theſeo amico ſuo, qui tum fortè cælebs erat, conuenit, ſe niſi ex Ioue genitas uxores ſumpturos: & cum iam Theſeus Helenam Iouis & Ledę filiam rapuiſſet, nec alia eo temporis noſceretur, quæ Iouis eſſet, præter Proſerpinam Plutonis coniugem, ad rapiendam illam ſimul profecti ſunt ad inferos: uerùm Pirithous primo impetu à Cerbero interfectus eſt. quem Theſeus adiuuare uolens, ipſe quoq; in uitæ diſcrimine fuit, atq; ad extremum captus à Dite detentus eſt: ſed poſtea ab Hercule liberatus, ſuperisq; reſtitutus. Ouidius: Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus.

Piſa, Πίσα, ciuitas in ſummo mõtis uertice cõdita, inter Oſſam & Olympũ, iuxta quá Ioui ſacra dicta Olympia celebrãtur. Eſt & hoc nomine oppidũ Arcadiæ, Oenomai regia, quam Alpheus amnis præterfluit, ubi quinto quoq; anno exercebantur ludi curules. uide ſuprà. Ex hac urbe profecti ſunt, qui Piſas in Italia cõdiderunt, quorũ incolę Piſani dicũtur.

Piſæ, Piſarũ, ciuitas Tuſciæ, à qua Piſani, Πισαῖοι dicuntur, qui ex ea originem ducunt. Vide Piſa.

Piſaon, Πισάων, in Pelagonia eſt. gentile Piſæus, Steph.

Piſaurus, Πίσαυρος, fluuius Piceni, à quo Piſaurum ciuitas Vmbriæ ei ſuperpoſita nominata eſt. Seruius uerò ſcribit Piſaurum dictum, quòd illic aurum penſatum ſit. Nam cum Camillus Gallos interemiſſet, aurumq; quod Galli à Romanis acceperãt, pro Capitolio nõ euerſo recepiſſet, & ſigna ciuitati appendiſſet, ciuitati nomen dedit. Plin. lib. 3. cap. 14.

Piſidia, regio eſt minoris Aſiæ, inter Lycaoniam & Iſauriam, cuius populi Piſidæ dicuntur.

Piſtoria, Πιστορία, ciuitas quam Ptolemæus ponit inter mediterraneas Tuſciæ ciuitates. eſt enim inter Florentiã & Lucam. A qua Piſtorienſes. Plin. lib. 3. cap. 4.

Pitane, ſiue Pitania, Πιτάνη, urbs eſt Aetolica, ut inquit Mela, in Aſia, quæ portus duos habuit. Ab hoc Pitanæi, Πιτανᾶιοι, & Pitanitæ, Πιτανῖται, nominantur. Fama eſt, apud Pitanam latere inuentos eſſe, qui ſuper aquas innatarent, quod & de alijs locis traditum eſt. Eſt & Pitane, Laconiæ oppidum, cuius incolæ Pitanitæ dicuntur. Hermol. in Plin.

Pithecuſæ, uel Pithecinæ, Πιθηκοῦσαι, inſula in mari Tuſco contra Cãpaniã, à pithecis ſimijs, ut autor eſt Strabo, dictę ſunt, quia πίθηκος Græcis ſimiã ſignificat. uide Aenaria & Inarime.

Pitheus, auus maternus fuit Theſei, qui Trœzene regnauit. Hinc Pitheis patronymicũ, & Pitheius, a, um. Ouid. in Epiſt.

Hic tecum Trœzena colam, Pitheia regna.

Pitho, Πειθώ, mulier flexanima, illa dicendi præſes, quã Ennius Suadam, Quintil. perſuadendi deam, Horat. Suadelã & poetica mella, Cic. Leporem uocantibus. Vna eſt ex Atlantidib.

Pittacus, Πιττακός, pẽ. cor. philoſophus Mitylenæus. Hic ex Lesbo tyrannũ Melanchrũ depulit, & certantib. Athenienſib atque Mitylenæis dux in bello factus, Phrynonẽ Athenienſiũ ducẽ ſingulari certamine interfecit, unus ex ſapientib. fuit tẽpore Crœſi regis. Huius illud, Prouidere ne caſus ueniãt: ſi fortè uenerint, æquo animo tolerare. (ptorũ inclytę.

Pitýuſæ, Πιτύουσαι, inſulę à Græcis dictę à frutice pineo, monumẽtis ſcri-

Placentia, Πλακεντία, ciuitas Liguriæ, ad Trebium amnem, nec procul à Pado, ut ſcribit Plinius lib. 4. cap. 15. unde Placentinus, Πλακεντῖνος, poſſeſſiuum, apud Cic. de Clar. Orat.

Plataæ, Πλαταιαί, Πλαταῖαι, numero plurali, ciuitas in Bœotia, ut oſtendit Homer. lib. 1. Iliad. ſub Cithærone monte, nõ longè à Thebis. Dicta à latitudine remorũ, ut inquit Strabo lib. 9. Nam Græcè πλάτη remus, πλάτος latitudo. Inde Platææ, quia latæ. Hinc Platæenſes, Πλαταιεῖς, populi dicti ſunt.

Plato, Πλάτων, philoſophus, ab humerorum latitudine dictus. Hic antea ex aui paterni nomine, Ariſtocles uocabatur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæſtra ſe exercuit apud Ariſtonem palęſtritam, à quo primùm cognominatus eſt Plato. Natus eſt Athenis eo die quo apud Delon Apollo. Studuit picturæ, & tragœdias poemataq; edidit. Adeò autem in omni diſciplinarum genere, & præſertim in philoſophia excelluit, ut diuinus Plato, & philoſophorum Homerus uocatus ſit. Vita fuit cœlebs ac caſtus, ut ſcribit Auguſtin. Deceſſit annos natus 81. morbo, ut fertur, pediculari. De hoc uide plura apud Plutarchum. Horat.

Pythagoran, Anytiq; reum, doctumq; Platona.

Plautus, poeta comicus Farſinas, quum uulgò Sarcinas corruptè ſcribatur. Plotus ab initio, teſte Feſto, appellatus, à pedum planitie, quos Plotas Vmbri uocant. Si quando à mola aſinaria uacabat, cui addictus ob paupertatem erat, fabulas componebat quas uenditaret. Ponitur à Marco Varrone epigramma huiuſmodi à Plauto ipſo factum:

Poſtquam morte eſt captus Plautus,
Comœdia luget, ſcena eſt deſerta:
Deinde riſus, ludusq;, iocus & numeri,
Innumeri ſimul omnes collachrymauerunt.

Legito Gellium cap. 24. lib. 1. Hic cæteris comicis præſertur ſententia multorum, præſertim Varronis, qui ait, Si muſæ Latinè loquerentur, Plautino ſermone loquerentur.

Pleiades ſtellæ, quæ Taurũ perficiunt præter caput, quo ortu ſuo, primæ nauigationi tẽpus oſtendit, Πλειάδες, Latinè Vergiliæ dicũtur, à uerni tẽporis ſignificatione, quo oriuntur. Nam uere exoriuntur, & circa æquinoctiũ earũ ortus matutinus eſt. Fuerũt Atlantis filiæ ſeptẽ, ex Pleione nympha, ſuperius ex Aethra, cum quib. Iupiter cõcubuit, unde & Pleiades dictæ, & ex hoc relatę ſunt in numerũ ſiderũ, uulgò Plucenaria dicũtur, uel à pluralitate, πλείονες. Pleones enim Græca lingua plures dicũtur. plures aũt ſimul apparere certum eſt. Alij ferunt eas in cœlũ aſſumptas, & in ſtellas eſſe mutatas ob pietatẽ, quòd Atlãtis calamitatẽ perpetuo fletu proſecutæ ſunt: uel quòd cum perpetuã uirginitatẽ ſeruare decreuiſſent, & ob id Dianæ ſtudia ſequerẽtur: cum uerò Orionem, qui illarũ amore captus, eas perſequebatur, effugere non poſſent, implorato Iouis auxilio, in ſtellas mutatæ ſint. Pherecydes tradit ſeptẽ ſorores fuiſſe, Lycurgi filias ex Naxo inſula: & quia Liberũ educauerũt, ab Ioue inter ſidera fuiſſe relatas. Harum nomina putãtur, Electra, Halcyone, Celæno, Merope, Aſterope, Taygete, Maia, quarum ſeptima uix cerni poteſt, ut ait Aratus, propterea quidam existimant uocatã Electram. Sunt qui pudore occultaſſe ſe dixerũt, quòd quũ alię dijs nupſiſſent, ſola Electra, ſecundum Ouidiũ Merope, nupſit mortali Siſypho. Alij, quòd Electra non tulerit ſpectare ruinas Troiæ, manumq; ante oculos oppoſuerit: De his uide Ouid. lib. 4. Faſtorum. Fit autem quandoque hæc dictio tetraſyllaba. Propertius:

Non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Non hæc Pleiades faciunt, nec aquoſus Orion. Aliquando abijcitur e, & dicimus Pliades. Statius lib. 1. Syluarum,

Nec per & Aegæas Hyades, Pliadumq; niuoſum ſidus, &c.

Seruius Pleiades, inquit, ſignũ eſt ante genua Tauri, quod ortu ſuo primæ nauigationis tempus oſtendit. Vnde Græcè Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλέιν.

Pleione, nympha, Oceani & Tethyos filia, & uxor Atlantis, ex qua Pleiades ſuſcepit.

Plemmyrium, πλεμμύριον, fluuius Siciliæ, qui per agrum Syracuſanum labitur. à πλεμμύρω, quod eſt exundo. Vergilius undoſum appellauit, uerbum de uerbo exprimens. Idem enim undoſum, quod Plemmyrium. Author Seruius.

Pleuron, Aetoliæ urbs, & Meleagri patria.

Pliſthenes, πλεισθένης, Pelopis fuit filius ex Hippodamia, qui cum iuuenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios paruulos Atreo fratri commendauit, qui eos ſuſcepit, filiarumque loco educauit: & ob id Atrei habiti. Attridæ ſunt appellati. Vide ſuprà.

Plotæ, πλωτὰι, inſulæ antea dicebantur in mari Aegæo, quæ nunc Strophades, στροφάδες, dicuntur, ſupra Zacynthum in Meridiem ſitæ. Pli. li. 4. ca. 12. in Eurum, inquit, uentum Strophades duæ, ab alijs Plotæ dictæ. Seruius à cõuerſione Harpyiarum ex Arcadia uolãtium nomẽ inſulis datum ſcribit, apud Verg. 3. Aeneid. Vide Strophades.

Plotus, uide ſuprà in Plauti & Plautus.

Plutarchus, πλουτὰρχος, Cheronenſis philoſophus, floruit ſub Traiano & Adriano imperatorib. Nam Traiano libros Apophthegmatum dedicauit, uir eruditiſsimus, & multijuga eruditione mirabilis ac fœcundus. A Traiano Illyricũ miſſus eſt conſulari poteſtate, iuſſumq; omnibus Illyricis magiſtratibus, ut abſq; eo nihil agerẽt. Huius nepos fuit Sextus philoſophus, de quib. Euſebius in Chronicis meminit.

Pluto, πλούτων, ἀΐδωνεύς, Saturni filius ex Ope coniuge, & frater Iouis atq; Neptuni, ſed eodem partu cum Glauca natus, ab opib. nomen habet. Græcè enim πλοῦτος opulentia eſt. Qui cum ad regni diuiſionem ueniſſent, Plutoni qui natu maior erat, & Ageſilaus uocabatur, pars Occidentis obtigit, ſecus inferũ mare: Ioui plaga Orientalis, Neptuno inſulę. Hinc datus eſt locus fabulæ, ut Ioui imperiũ cœli, Neptuno maris, Plutoni inferorũ obtigit. Pluto aũt Sũmanus, Dis, Orcus, Vragus ab urgẽdo, Vedius Iupiter dictus fuit. Idem Quietalis eſt appellatus, quaſi mors quies ſit ęrumnarum. Huius uxorem fuiſſe Proſerpinam Cereris filiam, ex Claudiano poeta ſatis conſtat. Terrena autem uis omnis atque natura Diti patri dedicata eſt, authore Cic. lib. 2. de Nat. Qui dies ut apud Græcos πλούτων, quia recidant omnia in terras, & oriantur è terris. Ab ea fit Plutonius, a, um.

Podaleirius, ποδαλείριος, proprium nomen Aeſculapij filij, & fratris Machaonis, medicinæ artis præclari, teſte Homer. lib. 2. Iliad. Qui cum Græcis ad Troiam ob medicinam profectus eſt, à pedum magnitudine ſic appellatus.

Podarge, una fuit Harpyiarum, ex qua Zephyrus uentus Balium & Xanthum Achillis equos progenuit.

Pœan, Pœantis, Philoctetis pater. Vnde & ipſe Philoctetes, Pœantius dictus eſt.

Pœcile, ποικίλη, porticus Athenis, in qua Stoici philoſophabantur. Latinè dici poteſt uaria ſiue uariegata, à multiplici pictura. Græci enim ποικίλων uariũ dicunt, ποικιλίαν uarietatẽ.

Pœnus, λίβυς, Carthaginenſis, à Phœnix, ſed aſpiratio detrahitur, & œ in u mutatur in deriuatiuo. Punicus, a, um. λιβυκὸς, non Pœnicus. uide infrà in dictione Punicus, & Pœnulus, à Pœnus diminutiuũ. unde Plautina fabula nomen ſumpſit.

Pœni, inquit Seru. ἀντίσοιχον eſt, quaſi Phœni, quia à Phœnicibus orti. Verg. 1. Aeneid.

Ponuntq; ferocia Pœni
Corda uolente Deo. Et alibi:
Punica regna uides.

Pola, Iſtriæ ciuitas, ubi Polaticus ſinus eſt, quondam à Colchis condita, ſed poſtea facta eſt colonia Romanorum. Pietas Iulia Plin. dicitur lib. 3. cap. 19. in deſcriptione Iſtriæ.

Polentia, urbs Liguriæ, uulgò Palanza.

Polites, πολίτης, penult. prod. alter Priami filius, ex Hecuba, quem Pyrrhus capta urbe in conſpectu patris interfecit, ut habetur apud Verg. lib. 2. Aeneid.

Polentia, dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur. Item Pollentia, πολλεντίων, Plinio authore, oppidũ fuit in maiore Balearium inſula. Fuit & altera Pollentia iuxta Alpes, inclyta lanarum nobilitate. De qua Silius lib. 8.

Fuſciq; ſex Pollentia uilli.

Pollux, filius fuit Iouis & Ledæ, & frater Caſtoris. Fabulantur poetæ fuiſſe immortalem, & nihilominus immortalitatem ſuam cum fratre mortali diuiſiſſe, &c. Vide ſuprà Caſtor, item Helena.

Polycaſte, Neſtoris filia fuit.

Polycletus, πολύκλειτος, pen. prod. ſtatuarius eximius, diligentia & decore ſupra cæteros, ut inquit Quintil. Hic duas ſtatuas fecit, alteram arte ſua, alteram uerò de uulgi opinione, quam de ſententia cuiuſuis prætereuntis cælaueruut. Quibus perfectis turbam admittit, ac primùm ſua oſtenſa magnopere laudatur: altera deinde non æquè. Atqui ſcitote quòd hanc quam tantopere laudatis, ego feci: quam uerò uituperatis, uos feciſtis. Author Aelianus de Varia hiſtoria.

Polycrates, pen. cor. nomen proprium tyranni, qui regnauit in Samo inſula. Hic & opibus & felicitate apud hiſtoricos inclytus eſt, qui quoad uixit, non tam fortunæ alumnus dici potuit, quàm partus. Nam aliquando ut aliquid aduerſitatis habuiſſe uideretur, annulum proiecit in mare, quem tamen cocus eius redinuenit in piſce. Sed moriens infamis & ærumnoſè docuit neminem ante obitum meritò dici poſſe felicem. Ad poſtremum enim à Perſarum ſatrapa Oronte dolo captus, ac ſuſpenſus eſt. Strab. lib. 14.

Polydamas Troianus, Panthoi filius, ſocius et magiſter, & æqualis Hectoris, ut eſt author Aelianus. Hom. ſcribit Iliad. lib. 18. hunc eloquentia, Hectorem armis ualuiſſe. Hic cum Antenore patre & Aenea urbem Troianam Græcis tradidiſſe dicitur.

Polydectes, Magnetis filius, rex Seriphi inſulæ. Hic Perſeum Iouis & Danaes filium educauit. Cuius tandem ingenium ueritus, audaciamq; & fœlicitatem, ſub prætextu æternæ gloriæ comparandæ illum ad ſuperandam Gorgonem Meduſam compulit: qua deuicta, redeunti Perſeo cum ſemper detraheret, conuerſus eſt ab illo in ſilicem monſtrato capite Meduſæ, ut oſtendit Ouid. lib. 5. Metamorph.

Polydorus, πολύδωρος, penult. prod. Latinè ſignificat multa donans, filius fuit Priami ex Hecuba, quem pater de ſtatu Troiæ dubitans, cum magno auri pondere conſeruandum miſit Polymneſtori Thracię regi, antiquo hoſpiti, amico & genero ſuo: ſed ille deleta Troia, cæteriſq; ferè omnibus liberis interfectis, auri cupiditate adductus Polydorum in littore ſpaciantem, telis aggreditur, & fruſtrà fidem implorãtem occidit, cadentiq; tumulum ſuperiniecit, cui ſupercreuere myrti uirgulta, ut author eſt Verg. lib. 1. Aeneid. Quod cum mater Hecuba intellexiſſet, ſimulauit ſe fingens adhuc auri pondus uelle illi ſecretò indicare, quod pro filio acciperet. Quod auarus rex uerum exiſtimans, mox ad Hecubam profectus, illius unguibus obcæcatus eſt, ut elegantiſſimè ſcribit Euripides in Hecuba. Et Ouidius tetigit lib. 13. Metamorph. Vide etiam Verg. 3. Aeneid.

Polygnotus, πολύγνωτος, patria Thaſius, qui nonageſima Olympiade floruit, pictor antiquiſsimus, de quo Pauſanias lib. 10. ſic ſcribit, Polygnotus pinxit Ocnum torquentem ſpartum, & aſinam propè rodentem. Quod ſanè ænigma eſt eius, qui fruſtrà laborat, ſi uxorem habet prodigam. Vide Eraſmum in prouerbio, Ocnus torquet ſpartum. Pinxit Athenis porticum, quæ Pœcile uocatur, gratuitò.

Polymneſtor, uide Polydorus.

Polymnia, πολύμνια, ſiue Polymneia: nam πολύμνεια, ας, à Græcis ſcribitur, ſed Latini Polymnia dicunt, penultima correpta, fuit una ex Muſis. uide Muſa. Sunt qui à πολὺ & hymnos deducunt quod eſt laudatio, quia laudationibus præſit, & ſcribunt Polyhymnia, ut apud Ouid. lib. Faſt. 5.

Diſſenſere Deæ, quarum Polyhymnia cœpit. Verg.
Signat cuncta manu loquiturq; Polymnia geſtu. (Iliad. 11.

Polynices. Vide ſuprà Eteocles, & Adraſtus.

Polydœtes, πολυδοίτης, filius Pirithoi & Hippodamiæ. Hom.

Polyphemus, πολύφημος, pen. prod. Cyclops, & ut author eſt Homer. in Odyſſ. Neptuni filius, ex Thoa Phorci filia ingenti corpore, qui unum tantum oculum in fronte habuit, quemadmodum & reliqui, ueſcens humanis carnibus. Galateam nympham adamauit, à qua ſpretus, animi dolore Acin puerum, quem illa prætulerat, ſaxo interfecit. Ad hunc uenit Vlyſſes cum duodecim comitibus quem reliquis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quis rebus omnibus percontatis, per Iouem obsecrauit, ut tutò abire liceret: ille uerò superbè respondens, non timere se Iouem inquit, duosq; ex comitibus Vlyssis apprehendés, ritu feræ immaniter deuorauit, totidemq; postridie absumpsit summo mane, relicto Vlysse cum reliquis socijs in antro, cui ingens saxum solus admouit, abijtq; cum gregibus suis. Quare Vlysses sibi iam & reliquis timens, reuertenti cadū optimi uini, quod secū tulerat, obtulit, ut sibi & suis parceret obsecrans: Cyclops potato uino, promisit misereri, si uinum iterum propinaret. quo facto, cum tertiò potasset, nomen Vlyssis petijt. qui respondit, οὖτις uocor, quod Latinè nullus sonat. cui Cyclops: Loco muneris exhibiti poculte ultimū comedā. Tandem Polyphemus uino inebriatus, cum se facilè in somnū soluisset, Vlysses sumpto stipite quē in simum sepeliuerat, eoq; igne perusto, animatis in facinus socijs, incensum in oculū Cyclopis acri nixu impegere. Ille igit experrectus, ingēti clamore socios antro propinquos in auxilium uocauit. qui undiq; circum antrum quærentes, quis nam illum infestaret, cum Cyclopem, Vtina respondentem audissent, arbitrati quia morbo aliquo grauaretur, abeuntes dixere, ut Neptunum patrem pro sospitate precaretur. Porrò Cyclops cum cogeretur gregibus aperire antrum, immanem inde lapidem amouit: ueruntamē exeuntes pecudes manibus palpabat, ne quis hostium egrederetur. quod cum Vlysses cum comitibus animaduertisset, induti pecudū pelles Cyclopis manus effugere. Seruius de hoc 3. Aen. sic scribit: Multi Polyphemū dicunt unum habuisse oculum, alij duos, alij tres. sed totum fabulosum est. Nam hic uir prudētissimus fuit, & ob hoc oculū in capite habuisse dicitur, id est iuxta cerebrum, quia prudentia plus uidebat. Verùm Vlysses eum prudentia superauit, & ob hoc eum cęcasse fingitur. Hæc Seruius.

Polynes. uide Polines.

Polyxena, πολυξένη, pen. cor. Priami filia formosissima, ex Hecuba coniuge. Græcè dicitur multorū peregrina, seu quòd amor peregrinari faciat mentes ab ingenio suo, seu quòd apud multos libido ut peregrinabunda uagetur. Hæc, ut dicit Seruius, à Pyrrho ad Achillis tumulum iugulata est. Achilles enim dum circa muros Troiæ bellum gereret, Polyxenam uisam adamauit, & conditione pacis in matrimoniū postulauit. Quam quum Troiani fraude promisissent, Paris post Thymbræi Apollinis simulacrū latuit, & uenientē Achillem ad fœdus, missa sagitta uulnerauit. Tum Achilles moriens petijt, ut euicta Troia ad eius sepulchrum Polyxena immolaretur. quod Pyrrhus impleuit. Ab ea fit Polyxenius, a, um, apud Catullum:

Alta Polyxenia madefient cæde sepulchra.

Polyzelus, poeta comicus Græcus, cuius fab. enumerat Suid.

Pomona, dea pomorum fuit. Sicut Mellona, dea mellis, quam Picus Latinorum rex adamauit, propter quod Circe coniunx illum in auem sui nominis transmutauit, ut superius ostendimus. Vide Circe & Picus.

Pompeiopolis, Ciliciæ urbs, dicente Pomp. Mela li. 1. deinde in descriptione Ciliciæ urbs à Rhodijs, Argiuisq;, pòst à Piratis, Pompeio assignante possessa: nunc Pompeiopis, tunc Soloe, quæ etiam, Solino teste, postea Traianopolis est appellata, mutato nomine, postquam in ea fato cedere Traianus coactus est. Sic alia quoque ingentia passim oppida principum non rarò odiosa sustinere iussa sunt, ut scribit Vadianus.

Pompeius, prænomine Cneus, filius Cnei Pōpeij Strabonis, in seditione Syllæ partes sequutus est, ab eoq; ad ulciscendos inimicos in Africā missus, Domitiū prius expugnauit, Hiarbam regem cepit. De quo triumphauit ante legitimam ætatem: quare ab exercitu Syllæ Magnus est salutatus. Inde contra Sertorium in Hispaniā profectus, Metelli copijs sese coniungens, eum cum tota factione sustulit. Mox delectus Imperator ad bellum piraticum, tribus mensibus id confecit. Dein successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphauit. Tigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem, in regnum restituit. Inde Iberos, Albanos, Iudæos debellauit, capto eorum rege Aristobulo. Extincta uxore Iulia Cæsaris filia, Corneliam Scipionis filiam uiduam à P. Crasso, M. filio uiduam relictam, duxit Neapoli: demum acutissima febre correptus, parum abfuit à morte. quę si contigisset, melius cum eo factum fuisset, ob insequentis belli ciuilis calamitatem. Nam Pharsalica pugna à Cæsare copijs longè inferiore superatus, & in Aegyptum fugiens, regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus est. Triumphum cum ex oriente olim redijsset, biduo egit, prænotatis gentium titulis uictarum, quæ à Plinio in x. item à Plutarcho ordine adnotantur. Pompeij eius liberi, alter apud Mundam à Cęsare in Hispania, alter in Sicilia ab Augusto postea uicti: ex quibus Sextus Pompeius piraticam exercuit, ut est autor Lucanus. Fuerunt & alij hoc nomine appellati.

Pomponius Atticus, πομπόνιος, nobilis eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit, unde Atticus Ciceronis est appellatus. Qui postquā uidit Cinnæ tumultu Rempublicam esse turbatā, fecesit Athenas. ubi longo tempore moratus, & ciuitatem, & omnium gratiam moribus elegantissimis promeruit. Linguam ita probè didicit, ut Attici nomen adsequeretur. Humanitate diuitijsq; simul præditus fuit, quibus amicos libenter impartiebat. Nam & Ciceronem ab urbe pulsum opibus iuuit, & Brutum ab urbe fugientem nummis cētum est prosequutus. Erat alioquī grauissimus, ut quæ religiosè polliceretur, præstare niteretur. Mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. De hoc plura Cornelius Nepos.

Pontia, πόντια, insula Tyrrheni maris, teste Ptol. libr. 3. cap. 1. uulgò Porce, nō longè à Palmaria, in sinu Caietano, in qua turtures & coturnices, cum ad Italiam ueniunt, prima uolatura requiescendi causa paucos dies morantur. Author Varro. Ex hac fuit Pontius Pilatus.

Pontus, πόντος, gen. mas. Nerei filius & Nepruni; ut Eusebius lib. 1. Præp. scribit. Vnde pontus mare dici uidetur. Alij pontum dici existimant mare, à πόντίζω, quod est mergo. Vel à πόνος, id est labor, quia sit laborib. plenus. Ridiculè per contrarium dici arbitrantur, quòd careat ponte. Propriè autem id mare pontus appellatur, quod à palude Mæotidis usque in Tenedum protenditur. Vide Propontis. Est etiam Pōtus regio Asiæ minoris inter Armeniam, Colchidem, & mare sita, atq; à ponte rege sic cognominata, herbis uenenosis abundans. unde Verg. Eclog. 8. Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta uenena, Ipse dedit Mœris, nascūtur plurima ponto. Pontus, fœm. genenis insula est, de qua Verg. Virosāq; Pontus Castorea. Est & prouincia Asię minoris, nobilis crudelitate Medeæ. Eius ciuitates insignes sunt, Chalcedō, Nicomedia & Nicea. Hinc Ponticus, a, um. πόντικός. ut Ponticum absinthium apud Colum. lib. 12. cap. 15.

Populonia, πόπουλώνιον, urbs est Hetruriæ, iuxta Pisas, autore Pom. Mela. li. 2. hodie Plumbinū appellata: à populorū multitudine, quę in eius agro est, uel à populādo, quòd frequētib. piratarum populationib. patēret. Verg. lib. 10. Sexcentos illi dederat Populonia mater, Expertes belli iuuenes, &c.

Porphyrion, gigantis cuiusdā nomen de quo Claudian. Porphyrion trepidam conatur uellere Delon. Martialis, Nomē habet magni uolucris tam parua Gigantis, Et nomen Prasini Porphyrionis habet. Plin. lib. 10. cap. 46. Hoc etiam nomine uocatus fuit, qui in Horatium commentatus est.

Porphyris, Plin. li. 4. insula est in sinu Laconico, à Maleæ promontorio quinq; millibus passuū distans, ancipiti mari propter angustias. Eadem postea Cythera appellata est, ob memorabile templum Veneris, quod in eo constructum fuit. πορφυρὶς, pen. cor. unde Porphyriacus, a, um, pro purpureo accipitur. Ouid. Et porphyriacis figere labra genis.

Porphyrius, πορφύριος, philosophus, Tyrius genere, clara ortus prosapia, à puero usus est præceptore Longino, uiro doctissimo. Prius Malchus uocabatur: deinde ob uestem regiā purpuream, qua ob nobilitatē utebatur, Porphyrius appellari cœptus est. Romam postea profectus, Plotinum audiuit, unà cum Origene & Ameleo condiscipulis. inde in Siciliam nauigans, apud Lilybęum morbo correptus, à Plotino magistro, qui eò se contulerat, & præsentia, & philosophica oratione recreatur, adeò ut statim cōualuerit: moxq; Romam simul repetens, ibidem obijt.

Porsena, πορσίνας, pen. corr. proprium nomen regis qui Romam obsedit, cupiens eiectum regem Tarquinium regno restituere, sed fortitudine Romanorum deterritus, cum Romanis in gratiam redijt, atque ita obsidionem reliquit. Martialis: Vrere quam potuit contempto Mutius igne, Hanc spectare manum Porsena non potuit.

Posthumia, uirgo Vestalis de incesto causam dixit crimini ob

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

noxia ob ſuſpicionẽ cultus elegantioris, ingeniũq; liberius, quàm uirginẽ deceret, parũ abhorrens à fama. Tandem ſententia pontificis maximi abſoluta, qui eam abſtinere iocis, coliq; ſanctè potius, quàm ſcitè iuſsit. Volater.

Potina, ποτίνη, dea quã ueteres à potando dixerunt. Eſt & ciuitatis nomen in Bœotia, ex qua Glaucus fuit, & à qua Potineus dictus. Eſt & Straboni fons prope Thebas Bœotias. Plin. tamẽ li. 4. ca. 19. oppidũ in Magneſia ſtatuit, circa quã, ut idem teſtatur li. 25. cap. 8. aſini paſti rabie inflammantur.

Potitius, ποτίτιος, & Pinarius, ſacerdotes fuerunt Herculis. Nã cum Euander aram maximam Herculi, ubi nunc Roma eſt, poſt interfectũ Cacũ, ædificaſſet, & Hercules de ſuo armento boues ad ſacrificia dediſſet, inuẽti ſunt ſenes duo, à quibus ſe qualiter coli uellet, oſtendit, ſtatuitq; ut mane & ueſperi ſacrificarẽt. Sed cum peracto matutino ſacrificio circa Solis occaſum eſſent ſacra repetẽda, alter prior uenit, qui ἀπὸ τοῦ ποτίζειν, id eſt, à potãdo Potitius cognominatus eſt. Alteri ꝓpter negligentiã iratus Hercules ſtatuit, ut ſacrificãti atq; epulãti Potitio miniſtraret. Quapropter ἀπὸ τῆς πείνας, hoc eſt à fame, Pinarius, quaſi famelicus, appellatus eſt. Ver. 8.

Primusq; Potitius author,
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri.

A quibus Potitiorum & Pinariorum familiæ genus habent.

Potnia, ποτνία, urbs in Bœotia, non lõgè à Thebis, ut Glaucus Siſyphi filius & Meropes, habuit equas, quas conſueuerat humana carne alere, quo cupidius in hoſtẽ irruerent. Ipſum autem cum alimenta defeciſſent deuorauerunt. Item quadrigæ quibus utebatur, ποτνιάδες dictæ ſunt.

Præneſte, generis neutri, & hæc Præneſtis, πράινεσος, nomẽ urbis in Latio, quòd locus in quo ſita eſt, mõtib. præſtet: & ſic cum diphthongo ſcribitur. Seruius ἀπὸ τοῦ πρίνου, hoc eſt ab ilice, quæ ibi abundat, deducit: Solinus, à Præneſte, Vlyſſis nepote, & Latini regis filio. Olim Polyſthephanos dicta, id eſt, multarũ coronarũ. lege Plutarch. Quidã à Cæculo Vulcani filio cõditã ferunt ſuper Aretino mõte. in hac fuit Fortunæ templũ illuſtre, unde certa edebantur oracula. Silius:

Sacrisq; dicatum Fortunæ Præneſte iugis.

Praxiteles, πραξιτέλης, pen. cor. ſtatuarius, in marmoreo opere inſignis, preſertim duplici Venere, Gnidia & Coa. Vide Pli. libro 36. cap.

Priamus, πρίαμος, pe. cor. Laomedõtis Troianorũ regis filius, ἀπὸ τοῦ πρίαμαι, quod eſt emo, autore Seruio. Nã puer ab Hercule, qui patrem Laomedontẽ interfecerat, captus cũ Heſione ſorore ſolus pecunia redimi potuit: uel ſecundum alios, quia Hercules eũ uicinis hoſtib. redemptũ in paterno regno locauit. Eũ à Ioue originẽ traxiſſe ferũt. Dardanus enim filius fuit Iouis ex Electra, cuius filius fuit Erichthonius. Hic filiũ habuit Troem, qui regionẽ, quæ à Dardano Dardania dicebatur, Troiã à ſe dixit. Huius filij fuerunt, Aſſaracus & Ilus, qui urbẽ ipſam Ilion à ſe uocauit. Hic filiũ habuit Laomedontẽ, qui pater fuit Priami: ut Priamus ipſe pater ab Hercule interfecto & auro redẽptus, Ilion reformauit & exornauit, ac regno etiã quàm amplifsimè ampliato, adeò ut nõ ſolũ Troiæ, ſed etiã ferè Aſiæ rex uideretur. Hecubã filiam Ciſſei regis Thraciæ uxorẽ duxit, habuitq; teſte Cicerone Tuſc. quæſt. li. 1. filios quinquaginta: quorũ decẽ & ſeptẽ ex iuſta uxore ſunt nati. ex quib. Paris repetiturus Heſionã ſororẽ, in Græciã ꝓfectus, Menelao Helenã uxorẽ rapuit, unde motum eſt bellum decennale à Græcis in Troianos, in quo uidit filios ſuos ferè omnes ab hoſtib. interfectos. Tandem capto Ilio & ipſe à Pyrrho Achillis filio occiſus eſt, propè aram Iouis Hercæi, in ſanguine Politis filij, ut eſt apud Ver. 2. Aeneid. A Priamo fit Priamides patronymicum, prima longa: & Priameius, a, um, prima breui.

Priapeia, carmen obſcœnum, quod nonnulli Vergilio, alij Ouidio adſcribunt.

Priapus, πρίαπος, pen. pro. deus hortorum creditus eſt, & Liberi patris, ac nymphæ ſeu Veneris filius, quia uinũ Venerem commouet. Cum enim Venus Bacchũ amaret, cum eo concubuit: deinde in Indiam Baccho profecto, concubuit cum Adonide. Poſtea illo ex India reuerſo, coronam illi obuiam progrediens obtulit, eumq; ſic coronatũ tanquã ſpõſum ſe ſequi iuſsit. ex quo cum cõcepiſſet, in Lampſacũ oppidum Helleſpõti abijt. Iuno autem infenſa illi ob zelotypiam, manu uterum illius incantando tetigit. ex quo factum eſt, ut illa páreret filium, non modò prçter omnes alios deformẽ, ſed & ingenti pene præter modum dehoneſtatum: cuius poſtea cum illam puderet, reliquit in urbe Lampſaci ab ſe reiectum: à qua poſtea Lampſacenus dictus eſt. Hunc poſtea quum Lampſacenis mulieribus nimium gratus eſſet, à ciuibus eiectum ferunt: ob quam rem, quũ neſcio quo malo poſtea premerentur, templa eidem & ſacra conſtituerunt, factusq; etiam hortorum deus eſt. Immolabant ei aſinũ, quòd cum olim hic deus in feſto Magnæ matris, ad quod omnes dij conuenerant, epulisq; fatiati noctem luſibus ducebant, Lotidem nympham, ſiue ut alijs placet, Veſtam humi dormientem ſtuprare uellet, intempeſtiuo aſini, quo Silenus uehebatur, clamore coitu fuiſſet impeditus, cũq; excitata uirgo manu magno omnium, qui aderant, riſu reiecciſſet, ut Ouid. fabulatur lib. 1. Faſt. Higinius uerò tradit, ob id Lampſacenos aſinum immolare conſueuiſſe, quòd ab eodem, quum de magnitudine membri certarẽt, ſuperatus uideretur. Adferunt etiam nonnulli priſcos illos, cum uellent hominum pudenda occultius nominare, Priapũ dixiſſe. Autor eſt Dionorus lib. 5. Eſt & Priapus Helleſponti urbs, teſte Plin. li. 5. cap. 32. à Priapo ſuperiore, Liberi & Veneris filio condita: ſeu ut alij uolunt à Mileſijs nomine Priapi. cœptus eſt enim ibi coli ob uineta uberrima, quę iuxtà in Pariana & Lampſacena regione ſunt, authore Strabone.

Priene, πριήνη, urbs maritima, quæ inuectu Mæandri fluminis inter ipſam Miletumq; labentis mediterranea facta eſt. Inde Prienæus & Prienenſis. Strabo.

Prienæe Bia, quòd plus tibi turba malorum.

Priuernum, πριούερνος, urbs eſt Campaniæ, & Camillæ patria. Vnde Priuernates. Abundat optimo uino, quod Priuernatium dicitur.

Procas, πρόκας, nomen regis Albanorum, qui Amulium & Numitorem filios habuit. Vergil. 6.

Proximus ille Procas, Troianæ gloriæ gentis.

Prochyta, tæ, προχύτη, pe. cor. & Prochyte, tes, inſula in Puteolano ſinu, dicta quaſi profuſa. emerſit enim prouolutis in mare mõtibus, cum prius nõ foret: nam πρόχυσις ſignificat effundo. Nam Inarimes mons terræmotũ paſſus, hãc inſulam fudit. At Dionyſius lib. 3. ſcribit Prochytam dictam eſſe à nutrice Aeneæ eiuſdem nominis. Vide Plin. lib. 8. cap. 3.

Proconneſus, προκόννησος, inſula eſt in Propontide, quam ſolam inter alias habitari pleriq; dixerunt. Plin. li. 5. ca. ult. Inſulæ in Propõtide ante Cyzicum Elaphonneſus, unde Cyzicenum marmor. Eadem Neuris & Proconneſus dicta.

Procris, πρόκρις, inquit Seruius, filia Iphicli, uxor Cephali fuit, qui cum uenandi ſtudio teneretur, labore feſſus, ad locum quendam adire cõſueuerat, illic ad recreandum, Auroram uocare. quod quum ſæpe faceret, amorem in ſe mouit Auroræ, quæ ei canem uelociſsimum Lęlapem nomine donauit, & duo haſtilia ineuitabilia, eumq; in amplexus rogauit. Ille reſpondit iuſiurandum ſe habere cum coniuge mutuæ caſtitatis. Quo audito, Aurora reſpondit: Vt probes igitur coniugis caſtitatem, muta te in mercatorem: quo facto, ille it ad Procrin, & oblatis muneribus, impetratoq; coitu, confeſſus eſt maritum ſe eſſe: quod illa dolens, quum audiſſet à ruſtico quodam amare eum Auroram, quam inuocare conſueuerat, ad ſyluas profecta eſt, & in frutetis latuit ad deprehẽdendum maritum cum pellice. Qui quum more ſolito Auroram uocaret, Procris egredi cupiens, frutera commouit, ſperans Cephalus feram, haſtam ineuitabilem iecit, & ignarus interemit uxorem. Hæc Seruius.

Procruſtes, προκρούστης, Plut. in Rom. latro inſignis in Attica re gione, (aliàs, ſuper Cephiſum flumen habitans) qui hoſpites interimere ſolitus, ab Hercule hoſpite interfectus eſt. Verùm, ut autor eſt Dionyſius, eo in loco terræ Atticæ, quæ Crudalus dicitur, latrocinia exercens, cogebat hoſpites ſupra lectũ aliquem aſcendere: quo ſi longiores fuiſſent, pars ſupereminens amputabatur: qui uerò breuiores, diſtendebantur. à qua re etiam nomen illi inditum putant. Hunc postea Theſeus interfecit.

Proculus, πρόκλος, pe. cor. cognomẽ eius qui natus ſit patre peregrinante à patria procul. Alij Proculos ideo dictos putãt, quòd à patrib. ſenib. quaſi procul ꝓgreſsi & attenuati ſint.

Procyon, προκύων, Latinè anticanis, ſtella, quæ & Sirius dicitur, teſte Plin. lib. 18. cap. 38. ſtella eſt, quæ alio nomine Canicula dicitur, quoniam ante maiorem Canem exoritur.

Prœtus, προῖτος, Abãtis regis Argiuorũ filius, eiq; ſucceſsit in regno,

regno. Hic, teſte Homer. lib. 11. Odyſſeæ, Antiam habuit uxorem, ex qua filias quatuor habuit, quæ, teſte Pherecyde, quum in forma ſeu pulcritudine ſe Iunoni prætuliſſent, offenſa dea eis furorem talem immiſit, ut uaccas ſe eſſe arbitrarentur, & aratra timentes ſyluas peterent, dicente Vergilio in Sileno:

Prœtides implerunt falſis mugitibus agros.

Hæ à Melampode perhibentur ſanatæ helleboro, à cuius nomine unum hellebori genus Melampodion appellatur.

Progne, Πρόγνη, Pandionis Athenienſium regis filia fuit, quæ Tereo Thracum regi matrimonio iuncta eſt, ex qua filium Itym ſuſcepit. Sed cum deſiderio uiſendæ ſororis teneretur, exorauit uirum, ut Athenas profectus, Philomelam ad ſe duceret. Qui mandata peragens, aduentum Philomelæ à Pandione impetrauit. Verùm dum in itinere eſſent, in libidinem mulieris exardens, quamuis repugnantem compreſſit: poſt hæc ne facti obſcœnitatem exprimere poſſet, linguam ei abſcidit, & ſeruo in uinculis cuſtodiendam tradidit: reuerſuſque ad uxorem, maris nauſea perijſſe ſimulauit. Philomela interim tædio carceris affecta, rem omnẽ utigeſta fuerat, acu in tenuiſsima tela depinxit: hanc ancillæ Progues clàm deferendã tradidit. Progne re intellecta, ac diſſimulato ad tẽpus dolore, poſtquàm Orgiorũ tempus aduenit, thyrſis & pellib. pro more inſtructa ſororẽ adit, eamq; eodem indutam habitu ad regiam ducit. Hic communicato conſilio, ueluti furijs agitata, Itym paruulum filium interfecit, uitroq; domum redeũti epulandũ proponit. re tandem, ob delatum iuſſu Prognes in fine cœnæ pueri caput, comperta, dum fugientem uxorem furibundus perſequitur, mutatam deorum commiſeratione in hirundinem uidit, quæ conſuetudinem habitandi intra hominum tecta ſemper ſeruauit. ipſe in upupam conuerſus eſt: ideo militarem criſtam adhuc in capite gerit, & quaſi adhuc filium quæritans clamat ποῦ, ποῦ, quod ſignificat, ubi, ubi. Itys autem in Phaſianum, quæ auis frequens eſt iuxta Phaſim fluuium in Colchis. At Philomela in auẽ conuerſa eſt ſui nominis, nec ceſſat deflere cantu dulciſsimo iniuriam, quam paulo antè elinguis promere non poterat. Hæc ex Perotto. Vide quoque Ouidium lib. 6. Metamorph.

Prometheus, Προμηθεύς, pen. prod. nomen uiri proprium, ἀπὸ τῆς προμηθίας, id eſt à prouidentia: fuit enim uir prudentiſsimus. qui, ut inquit Seruius, poſt factos à ſe homines, dicitur auxilio Mineruæ cœlum aſcẽdiſſe, & adhibita facula ad rotam Solis ignem furatus hominibus indicaſſe. Ob quam cauſam irati dij, duo mala immiſerunt terris, febres & morbos: ſicut & Sappho & Heſiod. memorant. Ipſum etiam Prometheum in monte Caucaſo per Mercurium religauerunt ad ſaxum: & adhibita aquila eſt, quæ eius cor exederet. Huius autem figmenti rationem uide in Comment. Seruij enarrantiş illud Vergilij ſextæ Eclog.

Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucaſeaſq; refert uolucres, furtumq; Promethei.

Hic fuit pater Deucalionis, & filius Iapeti, qui fuit unus ex Titanibus. A Prometheus fit patronymicum Promethides.

Pronaſtę, προνάσαι, antiqui populi Bœotiæ. Step. (pe. pro.

Propontis, tidis, προποντίς, ęquor patẽs atq; diffuſum. Hęc an guſtijs Boſphori Thracij cũ Euxino põto cõiungitur. Nam geographi primas anguſtias maris ſe coarctantis Helleſpõtum uocant: inde expaciatur æquor, quæ laxitas Propontis appellatur. Vbi iterum in arctũ coit, & ſtringitur, illę anguſtiæ Boſphorus Thracius nũcupatur. Vbi iterũ effunditur, Põtus Euxinus: qui curuatus in figurã Scithici arcus, cõmittitur oſtio Mæotidis paludis, idq; oſtium Cimmerius Boſphorus uocatur. A Propontis fit Propontiacus, a, um.

Proſa dea, cui ara deprecandi gratia periculi ab ægro partu conſtituta eſt. de qua Gell. lib. 15.

Proſerpina, pen. cor. Luna, Iouis ex Cerere filia, à Græcis Περσεφόνη dicitur. Hanc à proſerpendo dictam, Auguſt. lib. 8. de Ciuit. Dei ait: & ſignificare fœcunditatẽ, quæ cum aliquando non eſſet, dicta fuit rapta ad inferos, & tunc ceſſarunt inſtrumenta ruralia: qua redeũte, inſtituta ſunt ſolennia apud Athenas. Serpere enim uidetur ueluti ſerpens, dum modò in dextram, modò in ſiniſtram mouetur, propter quod & omniuaga dicitur. Dicta eſt Libera, Diana, Lucina, Triuia, Hecate, & Noctiluca: à Plutone dum Siciliã luſtraret rapta in campis Enneis, cum Cyane nympha & Sireni flores legens. Cuius fabulam ſic ſcripſit Seruius: Ceres, inquit, quum raptam à Plutone Proſerpinam filiam diu quæſiuiſſet: tandem aliquando eam eſſe apud inferos cõperit: pro qua re quum Iouis imploraſſet auxilium, ille reſpondit poſſe eam reuerti, ſi nihil apud inferos guſtauiſſet. Illa autem iam punici mali in Elyſio grana guſtauerat: quam rem Aſcalaphus Stygis filius prodidit. Vnde Proſerpina ad ſuperos remeare non potuit. Sanè Ceres à Ioue poſtea meruiſſe dicitur, ut Proſerpina ſex eſſet cum matre menſibus, ſex cum marito. quod ideò fingitur, quia Proſerpina ipſa eſt quæ & Luna, quæ & toto anno ſex menſibus creſcit, ſex deficit, ſcilicet per ſingulos menſes quindenis diebus creſcens apud ſuperos, deficiens apud inferos eſſe uideatur. De Proſerpinæ raptu ſcribit Cic. in Verr. act. 9. lib. 6.

Proteſilaus, Πρωτεσίλαος, filius fuit Iphicli, & unus ex Græciæ principibus, qui quamuis audiuiſſet à uatibus ſe primum omnium in bello Troiano periturum, ſi eò proficiſceretur, contemptis nihilominus uaticinijs, iuit cum cæteris ducib. ibiq; in initio belli ab Hectore interfectus eſt. quod etiam ratio nominis indicat: nam Proteſilaus ſignificat id quod primus mortuus. Vnde Auſonius:

Proteſilae tibi nomen ſic fata dederunt,
Victima quòd Troiæ prima futurus eras.

Vocatur & Phylacides à Phylace Theſſaliæ oppido. uxorem habuit Laodamiam, Acaſti filiam, de qua uide ſuprà.

Proteus, Πρωτεύς, Oceani & Tethyos filius, deus marinus, & uates, qui non niſi coactus dat reſponſa: Phocas Neptuno paſcit. De quo ſic Vergil. 4. Georg. Nouit nanq; omnia uates, Quæ ſunt, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur. Quippe ita Neptuno uiſum eſt, immania cuius Armenta, & turpes paſcit ſub gurgite phocas. Diodorus lib. 2. ſcribit: Quum Aegyptus rege careret, ex dignioribus quidã in regem adſumptus eſt, quem Aegyptij Cetea, Græci Proteum appellant, qui Iliaci belli tempore extitit. Hunc artium peritum fuiſſe tradunt, & in uarias ſe formas uertere ſolitum, ut nunc animal, quandoq; arbor, aut ignis, aut quid aliud uideretur. Conſuetudo autem regibus Aegyptijs, cauſam huiuſmodi tranſmutationes fingendi præbuit. Nam Aegyptijs mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis, priorem partem in capite ferre inſignia principatus: quandoq; uerò arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia ſupra caput unguenta. Hæc tum ad decorem ſpectant, atq; ornatum: tum ſtuporẽ, ac ſuperſtitionem quandam aſpicientibus injciebant, &c. Proteum aliquando in Carpatho inſula regnaſſe, Pallene urbe Theſſaliæ relicta, ad quam tamen reuerſus eſt poſtea, Seruius author eſt enarrans carmen illud Vergilij:

Eſt in Carpathio Neptuni gurgite uates
Cæruleus Proteus, &c. Alij ferunt hunc captũ amore Pomonæ in omnigenam ſpeciem ſe uariaſſe, hinc Latinis Vertumnus dicitur, à uerſo mutatoq; curſu fluminis Tiberini. Vnde Propertius lib. 4.

Vertumnus uerſo dicor ab amne deus, &c.

Huic, ut idem author eſt, olim frugum primitię dicabantur. Vide Prouerb. Proteo mutabilior.

Protogenes, Πρωτογενὴς, penul. corep. ſignificat aliquem primi generis, & à quo genus incipit. Et à poetis ſumitur pro eo, qui ſe talem cõfingit. Iuuenal. Non eſt Romano cuiquã locus hic, ubi regnat Protogenes aliquis Hoc nomine eţiã dictus eſt pictor nobiliſsimus. uide multa apud Pl. li. 35. ca. 10.

Protogenia, Πρωτογένεια, nomen Deucalionis & Pyrrhæ filię. Author Ariſtarchus in 10. Odyſſ.

Pruſa, Προῦσα, urbs apud Myſios, ad radices Olympi, ut autor eſt Strabo lib. 12. quam Pruſias rex Bithyniæ condidit, qui cum Crœſo bellum geſsit. Ab hac Pruſienſes dicti ſunt. Eſt & altera Pruſa ſub Hippo monte, ſeu fluuio, ut eſt apud Ptolemæum. Hoc autem diſcrimine à Pruſa, quæ ſub Olympo eſt, dirimitur. Hęc enim à Plinio Pruſia dicitur, quæ Cios quondam fuerit. A qua Pruſienſes Προυσιεῖς uocantur.

Prymneſia, Πρυμνήσια, urbs Mæoniæ, in finibus Lydiæ, ſiue Phrygiæ ac Myſiæ. Prol. lib. 5. cap. 2.

Prytaneum, Πρυτανεῖον, locus Athenis in arce digniſsimus, ubi iudices & magiſtratus habere conſilium ſolebant. In Prytaneo alebãtur publicè, qui bene meriti erant de Rep. qui hos maximus habebatur. Sic dictum quaſi Πυροῦ ταμίειον, tritici promptuarium, uelut horreum publicum. Dionyſius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prytanea uocat Curias in quib. ſacra fiebant ab ijs, qui maximam in urbe habent poteſtatem.

Pſophis, Ψωφὶς, phidis, nomen ciuitatis, à Pſophide, Erycis Sicani filia: ut eſt apud Plin. lib. 4. cap. 6. & Ptol. libr. 3. cap. 16. Arcadiæ Pſophidis nomen uetus, reddunt Phegeam à conditore impoſitum, à Phegeo Alphesibœi filio: niſi quis à faginea glande potius exiſtimet. In inſula Venetorum Zacyntho, arx ipſa uocabatur Pſophis, & aliæ multis locis. Author Hermol. in Plin.

Pſylli, Ψύλλοι, populi Libyæ prope Garamantes, à Pſyllo rege dicti, ut inquit Plin. lib. 7. cap. 2. quorum corpori ingenitum fuit uirus exitiale ſerpentibus, cuius odore eas ſopirent. Meminit & Herodotus lib. 4. Silius item de Atyro Pſyllo lib. 1.

Nec non ſerpentes diro exarmare ueneno
Dictus Atyr, tactuque graues ſopire chelydros,
Ac dubiam admota ſobolem explorare ceraſte. (Cyrus expugnauit.

Pteria, Herod. li. 1. urbs Cappadociæ omniũ munitiſsima, quã

Pterophoros, πτεροφόρος, eſt regio apud Riphæos montes. Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremiq; fiderum ambitus. Hæc ita dicta eſt ab aſsiduo niuis caſu, ſimilitudine pinnarum. Plin. lib. 4. cap. 12.

Ptolemais, πτολεμαὶς, oppidũ in margine Rubri maris, ad primos elephantorum uenatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum eſt in regione Troglodytarum, quæ ideo Epitheras à Græcis cognominata eſt, autore Plin. lib. 6. cap. 29. Eſt & Ptolemais, urbs Aegypti. Strab. lib. 17. Eſt item Phœniciæ urbs, colonia Claudij Cæſaris, quæ quondam Ace dicta eſt, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 19.

Ptolemæus, πτολεμαῖος, nomen proprium Lagi gregarij militis filij, qui maximę authoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem, poſt cuius mortem Aegypto & Aphrica, & magna Arabię parte potitus, regnauit annis quadraginta. à quo deinceps Aegyptij reges, Ptolemæi appellati ſunt, ut Romanorum Auguſti, Perſarum Arſacidæ, Athenienſium Cecropidæ. Hic frequentiſsimè apud amicos & cœnabat, & dormiebat. Quòd ſi aliquando cœnam præberet, rebus illorum utebatur. Accerſebat enim ſcyphos, ſtrata ac mẽſas. Ipſe præter neceſſaria poſsidebat nihil, quin alios locupletes facere regale magis eſſe dicebat, quàm locupletari. Et eſt nomen à Græco deductum, Græci quippe πτολεμάειν, & πτολεμᾶν, pugnare dicunt. Sic igitur à πτολεμῶ Ptolemæus dicitur, ſicut ab τιμάω, quod eſt honoro, Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunũ. Deceſsit in rerũ geſtarum gloria, cum paulo antè regni ſe abdicans adminiſtratione regẽ filiũ cõſtituiſſet Philadelphũ. autor Trogus li. 15. Philadelphus in regno patri ſucceſsit, uir doctiſsimus, Stratonis diſcipulus, qui bibliothecã illã celeberrimã fecit, quę uſq; ad primum Alexandrinorũ & Romanorum bellũ durauit. Regnauit annis triginta octo. Fuerũt & alij multi eiuſdẽ nominis, quorũ ferie deſcribit Stra. li. 7.

Ptolemæeus, æa, æum, poſſeſsiuum, πτολεμαϊκος. Propert. Et Ptolemææ littora capta Phari.

Publicola, ποπλικόλας, cognomen Publij Valerij, qui primus cũ Bruto poſt expulſos reges cõſul declaratus eſt, dictus quòd coleretur à populo, ſeu quòd ipſe populum coleret.

Publius, & Laberius poetę mimorum, Iulij Cęſaris familiares ambo, ſed Publius acceptior. Publius item prænomen eius qui populo gratus fuit.

Pucinum, oppidum eſt Hiſtriæ in mediterraneis apud Ptol. lib. 3. cap. 1. Vnde & Pucinũ uinum dicitur, quod crefcit in Adriatico ſinu, in ſaxeo colle. Plin. lib. 14. cap. 6.

Punicus, nomen quo Carthaginenſis uocatur. Verg. Punica regna uides. Vnde bella Punica dicuntur, quę Romani geſſere cum Carthaginenſibus. Vide Pœnus.

Puteoli, ποτίολοι, Plin. lib. 3. cap. 4. ciuitas Campaniæ: ab aquæ calidę putore dicta, ut inquit Feſtus: licet alij putent à multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum. Hæc etiam uocata eſt Dicæarchia, à iuſticia adminiſtrationis & gubernationis: à Samijs condita, ut uoluit Euſebius, eo tempore quo Tarquinij à Bruto ſunt expulſi. Hinc fit Puteolanus, adiect.

Pygmæi, πυγμαῖοι, breues homines, ut lib. 7. Plin. cap. 2. populi in extrema parte montium Indiæ habitantes, ſalubri cœlo, ſemperq; uernante, qui ternos dodrantes, non excedunt. πυγμὴ enim cubitus dicitur. pugnant cum gruibus, ſed uincũtur: quod Homerus quoq; prodidit. Horũ mulieres quinto anno pariunt, & ſenescũt octauo. Fama eſt inſidẽtes arietum caprarumq; dorſis, armatos ſagittis, ueris tẽpore uniuerſo agmine ad mare deſcendere, & pua pullosq; earũ altum conſumere: ternis eam expeditionẽ menſib. cõfici, aliquorum putaminibus conſtrui. Ariſtoteles in cauernis uiuere Pygmæos tradit, cætera de his ut reliqui. In Thracia quoq; Pygmæorum gentem fuiſſe, idem Plin. lib. 4. cap. 11. quod ſecutus uidetur Iuuenalis Satyr. 13.

Pygmalion, filius fuit Cilicis, qui Paphum filiũ ſuſcepit ex Eburnea matre. uide ſuprà. Alius fuit Pygmalion Beli filius, rex Tyri urbis Aſiæ auariſsimus, qui Sichæum ſororium ante aras interfecit, ut auro eius potiretur. Ver. lib. 5. Aen. ſed regna Tyri germanus habebat Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes. Aliàs Pigmalion per iota ſcribitur.

Pylades, filius fuit Strophij Phocenſis, indiſſolubili amicitiæ uinculo cum Oreſte iunctus, quem etiam furore percitum, quòd matrem interfeciſſet, ad Tauricam uſque regionem ſecutus eſt. Vide ſuprà Oreſtes. De Pyladis & Oreſtis amicitia ſcripſit Cic. lib. 2. De finibus.

Pylene, πυλήνη, Aetoliæ oppidum, teſte Hom.

Pylos, πύλος, Achaiæ iuxta Theſſaliam uetuſta ciuitas in agro Meſſenio, quem Coryphaſiũ Græci nominauerũt: à Sparta ſtadia circiter quadraginta ſita, ut Thucyd. li. 4. ſcribit. Neſtore alumno, qui Pylius inde cognominatus eſt, celebris. Ouid. Illius à tactu Pylius iuueneſcere poſſet. Idem li. 1. de Ponto: Crede mihi, Pylio Neſtore maior ero. De Pylo multa Strab. lib. 8. Sunt & aliæ duæ ciuitates hoc nomine.

Pyracmon, πυρακμὼν ἀπὸ τοῦ πυρὸς, καὶ ἄκμονος, id eſt ab igne & incude nobis inter Cyclopes eſt dictus, dicente Veg. lib. 8.

Pyræa, πυραία, pars Theſſaliæ, à Pyra nominata. Steph.

Pyramides, Hæ in Aegypto nihil aliud fuerunt, quàm regum pecuniæ ocioſa & ſtulta oſtentatio, ut Plin. ait lib. 36. ca. 12. Quippe faciendi eas cauſa ea à pleriſque traditur, ne pecuniam ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantib. præberent. Plures in Aegypto paſsim extiterunt, nullæ tamen clariores tribus illis, quarum Pomponius Mela meminit, quæ orbẽ impleuere fama, conſpicuæ undiq; adnauigantibus: ſitæ in parte Africæ, monte ſaxeo ſteriliq; inter Memphim oppidum & Delta. Turres autem ſunt, inquit Solinus, faſtigiatæ ultra excelſitatem omnem, quæ manu fieri poſsit. Sub Pyramidibus fuerunt Aegyptij reges ſepulti. Lucan. lib. 9. Non mihi Pyramidum tumulis euulſus Amaſis. Martialis, Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis.

Pyramus, adoleſcens fuit Babylonius, qui Thysben mutuo amore proſequutus eſt. Verùm cum adeo à parentibus uterque obſeruaretur, ut nullo modo ſe cõplecti poſſent, egredi urbem ad conſtitutum locũ decreuerũt. Quò quidem cum prior peruenisſet Thysbe, leæna illac tranſeunte perterrefacta, in antrum uicium confugit. Pyramus deinde aduẽniens, cum uelum quod fugienti Thysbe è capite ciderat cruentum reperiſſet, eam putans à feris fuiſſe dilaniatã, gladio quem ſecũ habebat, ſub moro arbore incubuit. Thysbe autem ex antro egreſſa, cum Pyramum uulnere confectum uidiſſet, eodem ſe gladio confodit. Quorum ſanguine quidem mora effecta fuere nigra, cum antea candida fuiſſent, ut fabulatur Ouid. li. 1. Met. Eſt etiam fluuij nomen qui per anguſtias Tauri montis & Ciliciam defertur.

Pyrene, πυρήνη, nomen puellæ, Bebrycis filiæ, in Pyrenæo monte ab Hercule compreſſæ, atq; à feris laniatæ, & ibi ſepultæ. Hinc Pyrenæus, πυρηναῖος, mons dictus. Hic mons Hiſpaniã diuidit, ab ortu æquinoctiali in occaſum brumalem porrectus, à crebris fulminũ ignibus, uel ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id eſt igne. Nam, ut ſcribit Diodorus lib. 6. ſyluæ in Pyrenæo frequentes iniecto à paſtoribus igne, priſcis temporibus cum omnibus montanis regionibus flagrauerunt, qua ex re montes aiunt cognominatos Pyrenæos. Eſt etiã Pyrene fontis nomen in Helicone Muſis conſecratus.

Pyrenęus, ſiue ut melius quidã, Pyrenus, rex Thraciæ, qui Daulida Phocidis urbẽ occupauit: ubi cũ quodã die pluuioſo Muſas ad Parnaſum eũtes uidiſſet, ut domũ ſuã ſubirẽt, donec pluuia ceſſaret, inuitauit. Cũ uerò iã imber ceſſaret, Muſęq; diſcedere uellẽt, Pyrenęus clauſis foribus illis uim inferre parabat. At Muſæ in aues cõuerſæ euolauerũt: quas cũ ſequirabat. At Muſæ in aues cõuerſæ euolauerũt: quas cũ ſequi uellet, ex arce ſe dãs præcipitẽ, caput terræ illiſit, ſicq; expirauit. Author Ouid. lib. 5. Metamorph.

Pyrgum, πύργη, πύργισσα, Tuſciæ oppidum, quod & Pyrgi numero plur. dicitur. uide Seruium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pyrois,entis,unus ex equis Solis.Vide Aethon.

Pyrpile,πυρπίλης,insula sic dicta, quòd ignis ibi primò repertus fuerit.hanc Delon dicunt esse.

Pyrrha,πύρρα,Deucalionis uxor,de qua Iuuen. Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.Vide Deucalion.

Pyrrhus,πυρρὸς, Latinè flauus siue rufus. Quo nomine dictus fuit Achillis & Deidamię filius,alio nomine Neoptolemus. Fuit & alius Epirotarũ rex, materno genere ab Achille,paterno ab Hercule oriundus,Trogo autore lib.17.Cum propter odium patris Aeacidę, qui ab Epirotis fuerat interfectus,ad necem & ipse poscereturfurtim subtractus,ad Illyricos defertur,traditusq; Heroæ Glauci regis uxori nutriẽdus fuit.Cũq; natus annos undecim esset,reuocatus à suis, tanta uirtute creuit,ut cũ,sicut Cæcilius scribit,imperiũ orbis agitaret,&Romanos potẽtes uideret,Apollinẽ de bello cõsuluerit: Ille ambiguè respondit, Aio te Aeacida Romanos uincere posse.Hoc ad se dictum putans,auxilio Tarentinis contra Romanos uenit. Vide Plutarchum in Pyrrho.

Pythagoras,πυθαγόρας,nomen philosophi,de quo dictum est: Mente deos adijt, & quæ natura negauit Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Hic in Italia in ea parte quæ magna Græcia dicta est, maximam iuuenum multitudinem philosophiã docuit,ubi uice numinis cultus est.Dictus Pythagoras,quòd uera Pythio nõ minus loqueretur.uenit autem in Italiã Tarquinio Superbo regnum obtinẽte. Ferunt Pythagoram ab Aegyptijs sacerdotibus cęremonias,potentiasq; numerorum,admirandas uices, geometriæ solertissimas formulas,à Chaldæis sideralem scientiam, planetarum & stellarum status,ambitus,effectus,in genituris hominum didicisse.Cui Brachmanes Indorum philosophi,pleraq; philosophiæ documenta contulerunt. Hic leges dedit Italis apud Crotoniatas & Metapontinos, cui non minus sexcenti discipuli erant,qui noctu ad eum audiendum confluebant. Hic Samius fuit patre Demaratho locuplete ac negociatore,in Aegyptum primò,mox Babyloniam discendi cursus siderum gratia profectus est.Inde regressus,in Cretam & Lacedęmonem peruenit,ut Lycurgi & Minois inclytas ea tẽpestate leges agnosceret.Deniq; in Italiã transmittens,Crotone consedit,ubi populos assuetos luxuriæ,authoritate ac doctrina ad frugalẽ cultũ reuocauit.Matronas ad pudicitiã, iuuenes ad modestiã cohortari cœpit.Eius passim sanctitate ac uitæ abstinẽtia inductæ mulieres,aureas uestes,ornamenta q; lasciuiora in templo Iunoni consecrauere. Pythagoras iraq; cum multos annos Crotone egisset,Metapontum migrauit,ibiq; decessit.Cuius tanta fuit admiratio, ut eius ex domo templum facerent, eumq; pro deo colerent. Hæc ex Trogi lib.20.Docuit in Italia regnante Seruio Tullo,ut Liuius & Dionysius sunt autores. Credebat animos post mortem de corporibus in corpora transire,& animas hominum quandoque in bestias mitti. Vnde esus carnium prohibebat. Vide Ouid.lib.17.Metamorph.

Pythagoristæ,qui uitam Pythagoræ sequuntur.

Pythia,orum,πύθια,ludi Apollinares,qui in Apollinis honorẽ sunt instituti,ob cædẽ Pythonis serpẽtis nocẽtissimi,aut ut Stra.li.9.scribit,hominis sceleratiss.cognomẽto Draconis.

Pythius,πύθιος,cognomen Apollinis à Pythone dracone, quẽ ipse in prima infantia sagittis interfecit, Iunonis nutu immissum,secũdum poetarum fabulas. Alij ἀπὸ τοῦ πυνθάνομαι, quod est interrogare,& consultare. Inde uaticinantes Phœbades,Pythiæ cognominantur, ut scribit Strabo lib.9. Alij à πύθειν putrescere, quòd nunquam sine ui caloris efficitur.

Python,πύθων,serpens,à πυθω,quod putredo,quoniam ex putredine terræ post diluuiũ Deucalionis natus sit. Et est tam masculini quàm fœm.gener.Claudianus:Cęruleus talí prostratus Apolline Python.Tibullus, Vbi Delphica Python. Hinc Apollo Pythius.Est & Python, aliàs Pythonoscome, ut Solinus inquit,locus in Asia, in cãpis patẽtibus, ubi primo aduentus sui tẽpore aduolant ciconiæ, atq; eam quæ ultima uenit,laniant uniuersæ.Vide Plin.lib.10.cap.23.

Quercetulanæ nymphæ, querceto præsidẽtes, δρυάδες.

Quinquatria, orum, dies festus Mineruæ, quòd post diem quintum Iduũ celebraretur sic dictus.Iuuenalis:Eloquiũ ac famam Demosthenis,aut Ciceronis Incipit optare,&totis Quinquatrib.optat,Quisquis adhuc uno partam colit esse Mineruã.Ouid.3.Fast.innuit ita appellata,quoniã quinq; post Idus celebrãtur.Nam dies post Idus erat sacer. Primo die fiebant sacrificia:tribus sequentibus gladiatores in theatro certabant:quinta die erat lustratio.

Quintilis,μεταγειτνιὼν, ἰούλιος,mensis ideò dictus est, quòd ordine quintus esset à Martio, qui apud antiquos primus anni mensis erat,sed postea in honorẽ Iulij Cęsaris dictatoris, M.Antonio M.filio Cos.legẽ ferente,Iulius appellatus est.

Quintus,& Quintius,κόιντος,sunt nomina.Vnde Quintia porta trans Tiberim,à Quintio Cincinnato.

Quirinalia,orum,uocabant diem quo sacra Quirino fiebant, Perottus.

Quirinalis collis, κυρίνιος λόφος, dictus est, quòd in eo Quirini templum erat,siue quòd in eum commigrauere Sabini à Curib. uenientes.hinc Quirinalis porta Romæ dicta,quòd ea in collem Quirinalem itur, uel quòd proximè eam esset Quirini sacellum.

Quirites, κυρῖται,pen. prod. Romani dicti sunt à Quirino, id est à Romulo urbis Romæ conditore, qui à quiri hasta, inquit Seru.Quirinus,κυρῖνος.appellatus est, quòd hasta assiduè uteretur,quæ Sabinorum lingua quiris, aliàs curis dicitur:siue quòd Cures uicerit: aut quod Græci regem κύριον, aliàs κοίρανον,dicunt. Ouid. in Fast. Siue quòd hasta quiris, priscis est dicta Latinis, Bellicus à telo uenit in astra Deus: Siue suo regi nomen posuere Quirites, Seu quia Romanus uicerat ille Cures. Alij Quirinum dici existimant,ob generis nobilitatem à patre suo Quirino,hoc est,Marte.Romani enim Martem,dum sæuiret, Gradiuum: dum tranquillus esset,Quirinum nominabant.uide in dictione Gradiuus.Et quanquam hoc nomen Quirites, quidam tantum pluraliter declinari uelint, apud poetas tamen reperimus Quiritem à Quiris,itis,uel Quirites,itis,uel hic & hæc Quiritis. In genitiuo plurali Quiritium & Quiritum per syncopen. Seru.8.Aeneidos.

Rabbath,ῥαββάθ,metropolis est filiorũ Ammõ, quæ hodie à rege Aegypti Ptolemæo, cognomento Philadelpho, qui Arabiã tenuit cum Iudæa,Philadelphia nominatur.

Rabirius,eques Romanus,perduellionis, id est læsæ maiestatis, accusatus à T. Labieno trib.plebis,ꝙ Saturninũ uirum sceleratũ & hostẽ patriæ in tumultu occiderit,defensus à Cicerone,cuius extat oratio, quæ inscribitur pro A.Rabirio,perduellionis reo.

Rhapia,urbs Idumęæ Palæstinæ prope Iordanem fluuium, à Iudæis Rama appellatur.

Rauenna,ῥάβεννα,urbs in octaua regione Italiæ, Sabinorum oppidum,in ora littoris Adriatici,olim tota ligneis compacta ædificijs, aquis diffusa,pontibusque ac lembis peragrata,à Thessalis condita perhibetur,ut scribit Strabo lib.5.Alij post excisam Troiam,alij post confusa hominum labia in Babylone constructam fabulantur. Et cum à mari fiunt inundationes,non mediocrem accipit partem cœli palustris. De hac Silius libro 8.

Lenta paludosæ proscindunt stagna Rauennæ.

Rauraci,Galliæ Belgicæ populi,ut scribit Cæsar in Commentarijs,& Plin.cap.17.lib.4.

Reate,ῥεάτιον,oppidum Sabinorum,Italię umbilicus,in medio ferè Italiæ positum,unde Reatini populi. Plin.lib.3.cap.12. Reatina præfectura apud Valer.Maxim.

Regium,oppidum est Galliæ Cisalpinę à Lepido ędificatum, unde & Regium Lepideum uocatur. Regium propter pulchritudinem & amœnitatem.Ab eo fit adiect.Regiensis,ense,à Regio autem Regius. Author Plin.lib.3.cap.13.

Regulus Attilius,de quo Gell.ca.4.sic scribit.Eundem Regulum Tubero in historijs rediisse Carthaginem,nouisq; exẽplorum modis excruciatũ à Pœnis dicit:In atras,inquit, & profundas tenebras eum claudebant: ac diu post, ubi erat uisus sol ardentissimus,repentè educebãt,& aduersus ictus solis oppositum continebant,atq; intendere in cœlũ oculos cogebant.Palpebras quoq; eius,ne cõniuere posset,sursum ac deorsum subductas insuebãt. Tuditanus aũt somno diu prohibitũ,atq; ita uita priuatũ refert.Idq́ue ubi Romæ cognitũ est,nobilissimos Pœnorum captiuos libertis Reguli à senatu deditos, & ab ijs in armario muricibus præfixo destitutos, eademq; insomnia cruciatos interijsse. Hactenus Tubero apud Gellium.Vide suprà Attilius.

Remus, filius fuit Martis ex Rhea uirgine Veſtali, à fratre Romulo interfectus, quòd uallum extruendis mœnib. deſignatum, contra edictum tranſilijſſet. Poſt cuius mortem, natam conſtat peſtilentiam: unde conſulta oracula dixerũt, placãdos eſſe manes fratris extincti: ob quã rem ſella curulis cũ ſceptro & corona, & cæteris regni inſignibus ſemper iuxta ſancientem aliquid Romulum ponebatur, ut pariter imperare uideretur. Vide Romulus & Amulius.

Rha, ῥᾶ, autore Ptolemæo lib. 5. cap. 9. Sarmatiæ fluuius, in Europa, alio nomine Volga, Volha, à Tartaris Edel nuncupatus. Hinc nomen Rhapontico radici.

Rhadamanthus, ῥαδάμανθος, Iouis ex Europa filius, & rex Lyciæ, qui quòd ſeuerus fuerit, & iuſticiæ executor, fingitur à poetis apud inferos nocentum explorare culpas. De quo Verg. lib. 6. Aeneid.

Rhamnus, cum h, ῥάμνους, genit. facit Rhamnũtis, ſicut Amathus Amathuntis, Trapezus Trapezuntis. eſt Atticæ regionis pagus illuſtris, quòd in ea fanum eſt Amphiarai uatis, & Phidiaca Nemeſis. Inde Nemeſis, Rhamnuſia dicta, quòd tẽplum illic ab Amphiarao conditum haberet. ex quo formatur Rhamnuſius, a, um. ῥαμνούσιος, quod eſt ex Rhamnũte. Ter. in And. Hoc certè ſcio, Rhamnuſium ſe aiebat.

Rhamnuſia, uel Rhamnuſius, ῥαμνουσία, indignationis dea, quam Græci νέμεσιν uocant. Nam cum Narciſſus formę bonitate abuteretur ſuperbius, rectè fingitur eiuſmodi dea ad uerſus eum indignata. Illos punire ſolet, qui præſentib. bonis ſint indigni. Nemeſis, inquam, indignationẽ ſignificat, cuius ſimulacrum pulcherrimum Rhamnunte colebatur, quod quidam marmoreum tradunt, à Phidia ulnarum in altitudine decem factum. De hac Ouid. libr. 5. Triſt. Exiget ad dignas ultrix Rhamnuſia pœnas.

Rhea, uxor Saturni, Cœli & Terrę filia, alio nomine Cybele uocata eſt. alia fuit Rhea Syluia, de qua uide in Amulio, et Ilia.

Rhebas, uel Rhebanus, ῥήβας, apud Orpheum in Argonauticis, fluuius eſt ad fauces Boſphori, dicente Plinio, quem aliqui Rheſum dixerunt.

Rhegma, ῥῆγμα, ciuitas quædam. Et ſinus iuxta Perſicum ſinum, Stephan.

Rhegyum, ῥήγιον, oppidum ſitum in margine Italiæ, cui Græci nomen dedere à fractura. Hic enim Sicilia auulſa, abruptaq; eſt ab Italia. Trogus lib. 4. Olim Rhegynæ ciuitatis ingens fuit potentia, & ob eam cauſam nomen ciuitatis factum eſſe autumant, quaſi regia urbs foret.

Rhemi, populi ſunt Galliæ ſuper Ligerim. Nemauſum habent metropolim. aduerſus Romanos ingentia bella geſſerunt. cum Cæſare apud Gergouiam congreſſi ſunt. Lucan. lib. 1.

Optimus excuſſo Leucus Rhemuſq; lacerto.

Rhene, inſula una ex Cycladibus in Aegeo, deſerta olim, in quam defunctos ſuos Delij inferebãt: cum in Delo, ut Thucydides lib. 4. ſcribit, nec párere, nec ſepelire fas eſſet, ſicut nec canem alere. ex Hermolao.

Rhenus, ῥῆνος, & Rhenum, nobilis fluuius, ex Rheticis Alpib. oriens, Belgas à Germanis diuidit, & multis amnib. auctus in Oceanum ſeptentrionalem, hodie tribus oſtijs defertur, quum olim tantum duobus influeret, ut patet ex Vergilij lib. 8. Rhenuſq; bicornis, &c. Eſt item Italiæ fluuius apud Bononiam, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 16.

Rheſus, ῥῆσος, filius fuit Strymonis & Euterpes Muſæ, rex Thraciæ, qui albis equis in auxilium Troianorum uenit, ſed prodente Dolone ſpeculatore Troiano, à Diomede & Vlyſſe, qui & ipſi ſpeculatum uenerant, prima nocte occiſus, ante quàm eius equi Xanthum bibiſſent, cum ueſpere primùm aduenijſſet, & clauſis iam portis in littore terendiſſet. fuerat enim reſponſum illi oraculo, ſi ipſe & equi ipſius Xanthum bibiſſent, Troianaq; pabula guſtaſſent, inuictum fore: ſed illi rege occiſo ſtatim abduxerunt equos, à quib. pendebant fata Troiana. Meminit & Seru. Hoc nomine etiam dictus eſt quidam Troianus fluuius.

Rheti, ῥαιθοί, populi à Tuſcis conditi, qui duce Rheto à Gallis pulſi, Alpes occuparunt, & à nomine ducis Rheti condiderunt Rhetiam. Hinc Rheticæ uites, & Rheticum uinũ, quod int generoſa Italiæ uina numeratur. Quod, ut Strabo lib. 4. bit, in montanis Rhetorum radicibus naſcitur, qui populi eronam Comumq; uſq; peruenerunt.

Rhetia, ῥαιτία, regio Europæ eſt, quæ, ut libro ſecundo, capite 11. Ptolemæus refert, ab Occaſu limites habet montem Adulam, & fontes Danubij & Rheni, ab Ortu Lycum fluuium qui in Danubium exit, & Rhetiam à Vindelicia diuidit, à Septentrione Danubium, à Meridie Alpibus terminaturſu pra Galliam Ciſalpinam. Poſt Rhetiã, uerſus Orientem ſequitur Vindelicia, quæ & Rhetia uocatur, cui Noricum adhæret, Aeno tantum fluuio diſiuncta. Quidam eam Bauariam appellant. Diuiditur in primam & ſecundam. Prima uel ſuperior inter fontes Rheni & Lycum fluuium, continens in ſe maximam Alpium partem, lacum Conſtantienſem, Algoiam (ut hodie uocant) & Sueuiam uſque ad Danubium. Secunda uel inferior, inter Lycum fluuium, & Danubij fontes, &c.

Rhetus, Centaurus quidam Ixionis filius.

Rhion, Aetoliæ promontorium eſt Plinio.

Rhiphęi, montes ſunt in Scythia, à perpetuo uentorum flatu appellati. ῥιπίζω enim Græcis flo ſignificat, ex quib. Tanain fluuiũ oriri tradũt. Hinc fit Rhiphæus, a, ũ, id eſt, Scythicus & Aquilonaris, ut Rhiphęus populus, & Rhiphęa nix. Claudianus: Non Rheni glacies, non me Rhiphæa tenebunt Frigora, &c. Vide Riphæi, cum r non aſpirato.

Rhodanus, penul. corr. ῥόδανος, fluuius Galliæ, à Rhoda Rhodiorum oppido, ut ait Plinius libro 3. cap. 4. Hieronymus in Comment. Epiſt. ad Galatas, Rhodam Rhodiorum coloni locauerunt, unde amnis Rhodanus nomẽ accepit. Adeò magni curſus eſt, ut uix aduerſa poſsit nauigari aqua. Ferũt hunc amnem ex Alpibus oriri, quæ Italiam à Gallia diuidunt, non longè à fontibus Rheni & Danubij. Fertur per Lemanum lacum, & uerſus Occidentem, per Galliam fluẽs, tardum Ararim proximè Lugdunum ſuſcipit: inde ad Meridiem conuerſus, & Iſaram Druentiamq; ſuſcipiens, apud Heracleam uno oſtio, & paulo ulterius duobus alijs, in mare Tyrrhenum irrumpit.

Rhodía, ῥοδία, nymphæ nomen à fluendo. Eſt & ſpecies uitis, de quibus Verg. lib. 2. Georg. Tranſierim Rhodia.

Rhodope, inquit Seruius, & Iſmarus mõtes ſunt Thraciæ, in quibus Orpheus ſolitus eſt canere. Vergilius Eclog. 6. Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea. à quo fiunt adiectiua, Rhodopæus, a, um. Ouidius in Epiſt. Hoſpita Demophoon, tua te Rhodopeia Phyllis. Dictus à Rhodope Thracum regina ibi ſepulta. Vel a Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui & ipſe monti nomen dedit. Sed Ouidius ipſam Rhodopen in hunc montem conuerſam tradidit, quòd deos aſpernaretur. Eſt & Rhodope Ioniæ ciuitas, cuius prima corripitur.

Rhodophone, Syria dicta eſt in ea parte, qua tranſit Taurum montem.

Rhodopis, idis, uel Rhodope, prima prod. meretrix fuit quædam Thraciæ, mirę pulchritudinis, quę unà cũ Aeſopo captiua fuit. illam Charaxes Mitylenæus, frater Sapphũs, maxima pecunia redemit, ut Herod. ſcribit lib. 2. Cuius rei etiam meminit Sappho in epiſtola ad Phaonem apud Ouid. Hanc tandem Plin. lib. 36. cap. 12. Pyramidem laudatiſsimam conſtruxiſſe ſcribit, ne quis opes regum miretur, ut maiore ſit miraculo, eam tantas opes meretricio quęſtu conquiſiuiſſe: aſſeritq; unà cum Herodoto, illam Aeſopi philoſophi conſeruam & contubernalem fuiſſe.

Rhodos, ῥόδος, Latinè roſa, inde Cynorrhodos, Rhododaphne. Et Rhodos nomen urbis, ut inquit Strabo libro 12. ca. 14. ῥόδος, ſuper Orientali promontorio ſita, quod capulo illic roſæ inuento ſit ædificata. Ea portubus & uijs, & mœnibus, & reliquis ornamentis tantopere cæteras ſuperauit, ut nulla putaretur æqualis. Legum præſtantia & naualis rei peritia adeò ualuit, ut annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia ſuſtulerit. Quo etiam nomine dicta eſt inſula, in qua ea urbs eſt, quam Plinius Lyciæ & primam Cycladum ſcribit eſſe uenientibus ab Oriente. Hæc inſula nongentorum ac uiginti ſtadiorum ambitu patet inter Aſiaticas inſulas tertia. Nam Lesbus & Cyprus, maiores habentur. Prius Ophiuſa dicta eſt, deinde Scheria, poſtea Telchin: eo quòd Telchines inſulam coluerint, quos nonnulli maleficos, alij eximios artifices fuiſſe tradunt, qui æris & ferri fabricam inueniſſe dicuntur. Sunt qui hanc inſulam Carpathio marti aſsignant, ut ex Lucani uerſu intelligi licet: Rhodus Carpathium in pelagus ſe inclinat apertum. Soli ſacra eſt, qui puellæ nomine

Rhodiæ

Rhodiæ amore captus, Rhodum ab ea nominauit, ut Diod. lib. 6. refert. Nam & Solinus autor est, nunquam ita cœlum nubilum esse, ut sol in Rhodo non sit. Aurum Rhodi pluisse ob fœlicitatem insulæ cecinit Pindarus, ubi studia liberalium artium, & in primis oratoriæ facultatis, floruerunt. In ea fuit admirandæ magnitudinis colossus 70 cubitis altus, Soli dicatus, à quo postea Rhodij appellati sunt Colossenses, ad quos Apostolus epistolam scripsit. In ea etiã urbs opulentissima Lyndus, ex qua Cares statuarius, qui Colossum extruxit. A Rhodus fiũt adiectiua, Rhodius, ῥόδιος, Rhodiensis, & Rhodiacus.

Rhœbus, equus fuit Mezentij, apud Verg.

Rhœteum, siue Rhœtus, promontorium Troiæ, in quo sepultus fuit Aiax Telamonius. Inde Rhœteius, a, um.

Rhœtus, Marrubiorum rex in Italia, qui Anchemolo filio Casperiam superinduxit nouercam: hanc priuignus stuprauit. Quo cognito, cum eum pater persequeretur, & ad pœnam uocaret, fugiens ille se ad Turnum contulit. Hæc Seruius in Verg. 3. Aeneid.

Ripæ, siue Ripęi sine h, ῥίπαια ὄρη, montes Arcadiæ, quam addimus, quoties Riphæos montes Scythiæ significamus. Verg. 7. Quiq; Ripas Batulumq; tenent, atque arua Celęnæ. Alij uerò non Ripas, sed Rufas legunt, & melius.

Riphęi, ῥίφαια ὄρη, montes Scythici, à ῥιπῆς, ut quidam putant, id est uentorum perpetuo flatu. uel ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν, id est projicere. Inde & Eurus Riphæus dictus. Vergil. lib. 3. Georg.

Gens effrena uirûm Riphæo tunditur Euro.

Riphæos populos Riphaath filius Gomer instituit, quos à se Riphæos nominauit, ut scribit Iosephus li. 1. Vide Riphæi cum aspirato.

Robigo, penul. prod. dea quam Romani putabant robiginem auertere. Ouidius: Flamen in antiquum lucum Robiginis ibat. Erat & Robigus Deus, cui Robiginalia seu Rubiginalia sacra 7. Calend. Maij fiebant, quoniam tunc ferè segetes robigo occupat, ut ait Plinius. Vide Varr. primo de Re rustica, cap. 1.

Roma, ῥώμη, nobilissima & bellicosissima Italiæ urbs, regina urbium, & totius orbis caput, quem penè totum sub suũ imperium subegerat, abundans olim optimis uiris, sed hodie ferè omnium malorũ lerna. De conditore autores uariant: cõmunior tamen sententia est, Euandrũ ex Arcadia fugientem in ea loca ubi nunc Roma est uenisse, atq; ibi oppidum inuenisse nomine Valẽtiam, paruum: quod cum ampliasset, atq; extendisset, Romam dixisse. Alij à Romulo dictam uolunt, qui quidem postea quoq; ampliauerit & mœnibus cinxerit. Sed de his abundè & ubiq; apud alios uide, quoniam huius rei describendę locus hic non est. A Roma fit Romanus, a, um. ῥωμαϊκὸς, ῥωμαῖος, quod è Roma est, uel qui Romã inhabitat. Romanensis, qui alibi ortus est, sed in Roma uersatur. Vnde sal Romanensis non Romæ factus, sed qui Romæ uendebatur. Romæ ambitum uariè prodiderunt autores. Scribit Plin. lib. 3. cap. 5. diui Vespasiani temporibus mil lia passuum 13. & 200. ambitũ fuisse. Flauius autem Vopiscus tradit Aurelianum Imperatorem ambitum urbis ad triginta millia passuum ampliasse.

Romanicus, adiect. Cato cap. 135. Aratra in terram ualidam Romanica bona erunt.

Romula, ῥωμύλη, arbor dicebat, sicut secundũ aliquos, sub qua Remus & Romulus pueri inuẽti sunt. uide Ruminalis ficus.

Romulus, & Remus fratres, Martis & Iliæ filij, qui collecta pastorum manu Romam condiderunt. Priusquam autẽ conderetur, ne factio moueretur de principatu, pacto conuenerunt, ut is præesset regno, cui in augurio plures apparuissent uultures. Sex tantum uisi sunt Remo, duodecim Romulo, eoq; iure rex constitutus est. ambitum urbis uallo & aratro designari iussit: cauitque ne quis fulcum transiliret, nisi qua parte relictus & indictus fuerat portis locus. Remus statim ægrè ferens insolens fratris edictum, uallum tanquam in ludibrium & contemptum transilijt magno suo malo, quoniam ob hanc causam rastris interfectus est iubente Romulo. Quare autem poẽtæ fabulẽtur eos à lupa nutritos, uide suprà Laurẽtia. Ab eo fit Romulida & Romulea tribus. Itẽ Romulides, & Romuleus, a, um. Cætera eius gesta uide apud Liu. Fulmine ictum interijsse ferunt. Vide in Amulio.

Roscius, Gallus Comœdus, siue histrio nobilissimus, ῥόσκιος, Ciceronis præceptor in pronunciationis & gestus exercitatione, eò præstantiæ uenit, ut cum de perfecto in arte aliqua loquimur, is in suo genere Roscius à nobis dicatur, teste Cicerone li. 1. de Oratore. Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit. Hic cum obliquos haberet oculos, turpisque esset aspectu, primus persona in scena usus est: populus tamen eum sine persona intueri malebat, ob pronunciandi dulcedinem, ut Cicero in libris de Oratore author est. Scripsit & librum, in quo histronicam eloquentiæ comparauit. Hic à Cicerone defensus est, cum à Fanio quodam ob pecuniarũ rationem in iudicium adductus est. Fuit & Roscius Amerinus, ex Cicerone satis notus.

Rostra, dictum est templum Romæ in foro, ante curiam Hostiliam, in quo erat suggestus è rostris nauiũ Antiatũ, ex quo concionabantur. Vnde sępe legimus pro rostris, id est in eo loco ubi rostra ab hostibus capta fixa erant.

Rubi, orum, ῥοῦβια, tantum pluraliter, oppidum Campaniæ, à ruborum frequentia, seu à colore ruboris. Hor. in Serm. lib. 1. Sat. 5. Inde Rubos fessi peruenimus, utpote longum Carpentes. Inde afferebantur rubea uimina pro fiscellis. Verg.

Nunc facilis rubea texatur fiscina uirga.

Rubicon, ῥουβίκων, pen. cor. fluuius est, Italiã à Gallia citeriore separans. originem ducit ab Alpibus ex Apennino monte, fluitq; inter Ariminum & Rauennam, in mare Adriaticum.

Rubrum mare, ἐρυθρὰ θάλασσα, dicitur, quia aquas rubere credebant. Quidam à Solis repercussu existimarunt talem redi colorem. Alij ab arena, terraq;, quod Latini Rubrum mare nuncupant. Græci Erythræum uocãt. ἐρυθρὸς enm rubrũ Latinè dicitur. Curtius ab Erythro rege inditum esse nomẽ existimat. Vide Erythræum mare, & Mare rubrum.

Rudiæ, diarum, ῥοῦδαι, urbs Salentinorum.

Rufæ, oppidum Campaniæ, cuius meminit Maro.

Rufimaceriæ, plur. num. oppidum Campaniæ.

Rufus, ῥοῦφος, nomen proprium, à quo per denominat. fit Rufinus. Aliqui per duplex ff scribunt.

Rullus, teste Plin. lib. 8. cap. 51. solidum aprum Romanorum primus in epulis adposuit, qui Ciceronis consulatu legem Agrariam promulgauit.

Rumia, ῥουμιλία, dicta est dea, quæ rumis, id est mãmis, hoc est pueris lactentibus præsidebat.

Ruminalis ficus, sub qua lupa Romulo & Remo dicitur mãmam præbuisse, quæ & Romula uocitata est. Ouidius:

Romula nunc ficus, Rumula ficus erat.

Siue quòd sub ea pecudes, æstatis tempore frigora captantes, herbas ruminare consueuerunt.

Rusicadæ, solum à Ioanne Hontero in Africa recensetur.

Rutheni, ῥουθηνοὶ, populi sunt Galliæ Narbonensis, nõ longè ab Auerna, & Santonibus.

Rutuli, ῥουτουλοὶ, antiquissimi Italiæ populi, qui Latium tenuerunt, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Distant autem non longè ab urbe Roma, ubi Ardea oppidum est. Vergilius:

In me conuertite ferrum, ô Rutuli.

Rutupiæ, Britanniæ insulæ portus apud Ptolemæum lib. 3. capite 3. uulgò Sanduuich.

Rutupinum, pe. pro. promontoriũ Britanniæ. Vnde Rutupiũ litorale Britãniæ oppidũ, à quo fit Rutupinus, a, um. Lucan. lib. 6. Aut uaga cum Tethys, Rutupinaq; littora feruent.

Vnda Caledonias fallit turbata Britannos.



Aba, σαβαὶ, ciuitas regia Aethiopiæ, inquit Iosephus, quam postea Cambyses à sororis suæ nomine, Meroen nominauit. Hanc Nilus circundans, inexpugnabilem reddebat. Sunt qui dicant Saba Arabum lingua, mysterium significare. Hieronymus uerò conuersionem sonare autumat. Hinc Sabæus, a, um, σαβαῖος, ut Sabæus odor. Col. lib. 10.

Saba, Arabum metropolis in monte sita, sic ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι appellata, quod est reuereri seu uenerari: quia thus mittit quo in sacrificijs utimur, ut notat Seruius, & ideo thuriferam uocat Ptolem. Vel ἀπὸ τοῦ σείειν, quod est sacrificare. Vide Sabæa & Sabæi.

Sabæa, regio Arabiæ felicis, in qua sola thus nascitur. Verg.

Solis est thurea uirga Sabæis.

Sabæi, σαβαῖοι, populi ditissimi syluarum fertilitate odorifera. Hos Iosephus lib. 1. à Saba Cusi filio, qui à Cham ortus fuit, dictos affirmat. Verg. 1. Georg. India mittit ebur, molles sua thura Sabęi. Vide Strab. lib. 16.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sabelli, populi à Sabinis orti, incolunt montes, qui sunt inter Sabinos & Marsos.

Sabidius, uir Romanus, gulæ deditus, plus uorabat quàm posset concoquere: quocirca ita fœtebat eius anima, ut nemo posset cum eo loqui, quem Martialis Epigrammate infectatur: Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare: Hoc tantum possum dicere, Non amo te.

Sabini, σαβῖνοι, populi sunt in quarta Italiæ regione, indigenæ atq; aborigines, non procul à Roma. Silius à Sabo authore gentis, Sabinos dici putat, qui lib. 8. ait:

Ductorem gentis pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Hos Plinius Apenninis iugis uallatos utrinq; scribit. Strabo Sabinos ait angustum incolere agrum, in longitudinem protensum à Tiberi usq; Nomentum oppidum, stadia mille usq; ad Vestinos. Horum filias rapuerũt Romani olim in spectaculo, quum uxoribus carerent: Romulus enim quum propinquitates uicinorum bona pace impetrare nõ posset, propter urbis nouitatẽ, consiliũ cepit de rapiendis uirginibus. Indictis itaq; ludis Neptuno peragẽdis, quũ multi hospites & accolæ uenissent cum coniugib. & liberis: ultimo die dato signo cum ad rapinã discurreretur, raptæ sunt uirgines 683. authore Dionysio in antiquitatibus: propter quã rapinã consequutũ postea est bellum inter Romanos & Sabinos: sed uicti Romam migrauerunt. Ab ijs Picentes, Samnitesq;, in colonias deflexere. A religione autem & deorũ cultu, hoc est ἀπὸ τοῦ σέβειν, dicti sunt Sabini, quasi Sebini, autor Plin. lib. 3. cap. 12. Eorum regio Sabina dicitur. à Sabinis, Sabellus, σαβέλλιος, deducitur, & Sabellicus. Iuuenal. Mensamq; Sabellam. Verg. Dentesq; Sabellicus exacuit sus.

Sacer mons, ἱερὸν ὄρος, sic dictus est, quòd Ioui esset consecratus. Hunc occupauit olim plebs Romana, cum à diuitib. nimium grauaretur, & ibi creati sunt tribuni plebis. Vel est mons in finibus Galatiæ aurum ferens.

Sacerani, appellati fuerunt Reati orti, qui ex Neptimontio Ligures, Siculosq; eiecerũt: dicti quòd iure sacro nati essent. Vide Sacrani.

Sacrani, populi fuerunt Italiæ, Romæ uicini, qui ortum sumpserunt à Corybante quodam ea loca tenente. A sacrificando dicti. Corybantium enim erat Matri deũm sacra facere. Seruius tamẽ Ardeates intelligi putat propter uer sacrum: quod immolationis genus erat, quando grauibus periculis adducti uouerent, quæcunque proximo uere apud se animalia nata essent, immolaturos, quod peste adacti uouerant. Vergil. 7. Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici, &c. Vide Sacerani.

Sacra uia, ἱερὰ ὁδός, in urbe Romana uocata est, quòd in ea ictum fœdus sit inter Romulum & Tatium.

Sacrum promontorium, ἱερὸν ἀκρωτήριον, Lusitaniæ locus, teste Ptolem. lib. 3. cap. 2. Caput sancti Vincẽtij hodie dicitur, ubi Cuneus ager.

Sadducæi, σαδδουκαῖοι, dicuntur, qui Sadducæum quendã magistrum legis sequentes, neque resurrectionem credebant, neque angelos, neque spiritus.

Sadalis, σάδαλις, urbs Aegypti. Gentile Sadalites. Steph.

Sagittarius, signum cœleste, quem alij Centaurum Chironem arbitrantur, alij Erotum filium Euphemis Musarum, & habitasse in Parnaso cum Musis, & uenationi incubuisse, unde & usum sagittis, & equo insediſſe, post mortem precibus Musarum à Ioue inter astra relatum, & uaria forma conscriptum. Idibus Februarij uespere occidit, ac uehementer hyemat, inquit Columella.

Saguntus, uel Saguntum, σάγουντος, Hispaniæ ciuitas ultra Iberum fluuium, à Zacynthijs condita, cuius habitatores adeò fideles Romanis extiterũt, ut ab Annibale obsessi, multos menses obstinatis ac infractis animis obsidionem tulerint: maluerintq; expectare urbis excidiũ, quàm deditionẽ facere. Et cum salutem desperarent ob nimiam famem, in foro suas res omnes in publicum rogum coniecerunt, seq; postremò & suos liberos eódem præcipitarunt, ne in hostium manus uenirent. Huius urbis situm eleganter describit li. 1. Silius. meminit cladis Liu. lib. 1. Decad. 3.

Sais, σάϊς, urbs Aegypti iuxta unum ex Nili fluminis ostijs, quod ab ipsa Saiticum dicitur: & Saitæ, populi in Aegypto. huius loci incolæ, qui Mineruam colunt, authore Cic. lib. 3. de Nat. deor.

Sala, oppidum & fluuius Mauritaniæ, authore Plin. lib. 5. cap. 1. Est item Sala, oppidum magnæ Phrygiæ, Pannoniæ superioris atque Armeniæ, Ptol. lib. 4. cap. 1.

Salacia, quam quidam Salicam uocant, aquæ dea, à salo ciendo appellata, Neptuni uxor, quam inferiorem aquam maris esse dicunt, quòd in salum redeat. Vnde à poetis pro aqua sumitur. Pacuu. Hinc Salaciæ fœuitiem fugimus.

Salamin, siue Salamis, σαλαμὶς, & Salamina, σαλαμῖνα, insula in Euboico mari, contra Athenas sita, in qua urbs est eiusdem nominis, ubi Telamon Aiacis & Teucri pater regnauit. Sed cum Teucer à bello Troiano reuersus, Aiacis inimicos ultus non fuisset, expulsus à patre, in Cyprum nauigauit, ibiq; urbem aliam condidit, nomine Salaminam, quæ nunc Cõstantia dicitur, ubi amnis nomine Constantia pestifer, & æstuosus. Inde Iouis Salaminij cognomen Teucro authore, qui Telamonis patris ira profugus, ad Salaminem huic deo insigne & magnificum templum extruxit, ut author est Tacitus lib. 3. Horat. in Odis, Teucer Salamina patremq; cum fugeret, &c. Inde fit Salamicus, a, um. Dicta à Salamine Asopi filia. Vide suprà Colophon.

Salaminius, σαλαμίνιος, ex Salamine urbe, unde Solon Salaminius dicitur.

Salanga, σαλάγγη, mons altissimus, mari imminens, inter Britãniam & Hiberniam, à Salanga, Barculani primi habitatoris Hiberniæ filio dictus. Mons Domini alio nomine uocatur hodie, ubi est monasterium à S. Dominico constructum.

Salapusius, à sale & pusius compositum nomen. Pusius enim siue pusus, & pusio, apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus est Caluus, Catulli familiaris, tanquam puer, ob staturam puerilem, plenus salis, & oratoriæ mordacitatis.

Salentini, σαλεντῖνοι, populi dicti, quod in Salo amicitiam fecerint Idomeneus & Locrenses. Hos Strabo scripsit esse Cretenses. Eorum regio finitima est Apuliæ, quæ nunc terra Idrunti, siue terra de Bari uocatur. Hinc Salentini campi, de quibus Vergil. libr. 3. Et Salentinos obsedit milite campos. Sunt aũt peninsulæ forma, inter Tarentinũ sinũ & Adriatici fauces protensi, Isthmo se iuxta Brundusium & Rudiæ contrahente, non amplius c c c x stadijs lato, quod ex Ptolemæi tabula discitur.

Salentinus, σαλεντῖνος, lacus est Salentinorum, iuxta Anduriã oppidum.

Salij, σάλιοι, sacerdotes Martis, Romæ à rege Numa instituti, qui lustrantes per urbem saltabant ancilia portantes. Sunt aũt ideò Salij dicti, quòd circa aras saliunt & tripudiant, ut scribit Seruius apud Virg. 8. Aen. Liu. lib. 1. Decadis primæ: Numa item Salios duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæq; pictæ insigne dedit, & super tunicam æneum pectoris tegmen, cœlestiaq; arma (quæ ancilia appellantur) ferre, ac per urbem ire, canentes carmina cum tripudijs solennique saltatu iussit.

Salisij, σαλίσιοι, populi Alpini, Boijs Heluetijsq; finitimi, quos Cato Tauriscæ gentis esse arbitratur.

Salmacis, σαλμακὶς, fons in Caria, iuxta Halicarnasum. Dictus Venereus, ab amœnitate incolarum, ubi paulatim homines illecti omnem feritatem deposuerunt. Strabo libro 14. Salmacis fons, nescio quamobrem calumniatus, tanquam emolliens eos, qui inde bibant. Hominum enim mollicies non uidetur ab aere, uel ab aqua, cum ea minimè sit causa molliciei, sed diuitiæ & uictus incontinentia. Sposita causa molliciei, sed diuitiæ & uictus incontinentia. Salmacia quoque sine labore parta, Salmacia dicuntur. Et Salmacias Baias dixit Macer. Hinc Salmacidus, a, um. Vide suprà Hermaphroditus.

Salmoneus, σαλμωνεὺς, Aeoli filius, non regis uentorũ, inquit Seruius, sed cuiusdam apud Elidem, ubi regnauit, qui cum regia maiestate contentus non esset, conatus est se deũ fuis ostendere, & fabricato æneo ponte in sublimi super eum agitabat currus, admirãda tonitrua: & in quẽ iaculatus effet facem, eum iubebat occidi. Ob quam superbiam Iupiter iratus, eum uero fulmine ad inferos deturbauit. Ver. 6. Aen.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi.

Salon, σάλων, authore Strab. lib. 12. regio Bithyniæ, pascendis bobus idonea. Vnde & Salonensis caseus, σαλωνικὸς.

Salonæ, σάλωνα, insigne oppidum est Liburniæ inter Dalmatas & Illyricos. Lucanus:

Qua maris Adriaci longas ferit ora Salonas.

Salpina,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Salpina, palus in Apulia, iuxta Salpiā ciuitatē meretricio āmore Annibalis inclytam. Luc. Qui recipit Salpina palus, &c.

Salsusæ, fons Narbonēsis Galliæ iuxta Ruscinonē, nō dulcib. sed salsioribus, quàm marinę sint, aquis defluens. Pomp. Mela lib. 2. ubi est arx munitissima regum Hispaniæ ditionis.

Salus, dea salutis creditur, unde Salutaris porta Romę appellata, ab huius deæ æde, quæ ei proxima fuit.

Samaria, σαμαρεία, ciuitas regalis in Israel, à qua tota regio decem tribuum dicta est Samaria. Postea Sebaste dicta ab Augusti nomine. dicitur quoq; Sichar & Sichem, & Sichima. ea est Palestinæ inter Iudęam & Galilæam sita. Hinc Samaritani & Samaritæ, σαμαρῖται, dicti sunt qui Samariā habitāt.

Samarobrini, Galliæ populi. horum metropolis Cameracum esse creditur. Ptol. lib. 2. cap. 9.

Samnites, pen. prod. populi in Samnio, quod nunc Aprucium uocamus: regio Italiæ inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Vrbes in ea sunt, Adria, Aquila, Amiternum, Sulmo, Ortona, Arpinum, Aquinum, Atina, Beneuentum, Corfinium. Samnites dicti sunt à Samnio colle, in quo è Sabinis uenientes confederunt, & eiusdem nominis oppidum ædificauerunt. Quidam etiam Sannites per duplex nn scribunt.

Samos, σάμος, altitudo & summitas interpretatur, & est nomen duarum insularum, quarum altera est in mari Ionio iuxta Ephesum, Iunoni sacra. Epheso opposita est, & Andro uicina. In hac maximo honore colebatur Iuno. unde Verg. lib. 1. Aeneid. Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo, &c. Altera in mari Aegæo Thraciæ adiacens, quæ ex commistis Thraciæ populis Samothracia dicta est, ut author est Strab. lib. 10. Verg. 7. Aen. Threiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur. Abundat luto conficiendis fictilibus aptissimo. unde illud, Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem, Atq; abacum Samio sæpe oneratse luto. Inde fit Samius, a, um.

Samothracia, uide Samos.

Sanates, dicti sunt, qui infra supraq; Romam habitauerunt: quod nomen ijs fuit, qui cum defecissent à Romanis, breui pòst rediere in amicitiam, quasi pòst sanata mente. Itaq; in XII. tabulis cautum est, ut idem iuris esset Sanatibus, quod fortibus, id est bonis, & qui nunquam defecerant à populo Romano.

Sandaliotis, σανδαλίωτις, uide Ichnusam.

Sanea, σάνεια, urbs Indię. gentile Saneus. Steph.

Santones, σάντωνες, & Santoni, & Santonici, populi quidam Galliæ, non longè à Tolosatium finibus, quæ ciuitas est in Prouincia, ut Cęsar Cōment. 1. scribit. Lucanus libro primo: Gaudetq; amoto Santonicus hoste. Iuuenal. Tempora Santonico uelas adoperta cucullo. Steph.

Sapis, Galliæ Cisalpinæ fluuius, Senogalliam urbem subterlabens, iuxta quam & Isaurus fluit.

Sappho, σαπφώ, per p ante ph, fuit fœmina Lesbia & nobilis, à qua uersus quidam Lyrici Sapphici sunt cognominati, quos illa comperit. floruit tempore Alcæi & Stelichori poetarum. maritū habuit Cercylam ditissimum uirum ex Andro, ex quo filiam suscepit Clio nomine. Scripsit Lyricorū libros nouem, præterea Epigrammata, Elegias, Iambos & Monodias. Carmini Sapphico, cuius inuentrix fuit, dedit nomen. Sunt qui aliam dicunt fuisse Lesbiam, siue ut alij tradunt, Mitylenęam, poetriam quoq;, priore longè iuniorem, quæ adolescentem Phaonem, cuius superius mentionem fecimus, adamauerit: cuius amore cum frui non posset, è Leucade se dimiserit in aquas. Vtracunq; fuerit, unam tantum commendant Latini poetæ. Ouid. 2. Trist. Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas?

Saraceni, uide Sarraceni.

Sardanapalus, σαρδανάπαλος, pen. pro. ultimus Assyriorū rex, de quo Iustinus lib. 1. Fuit hic omnis generis luxuriæ deditus, nec erubuit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lasciuia anteire. Quamobrem indignati Assyrij tali fœminæ parere, duce Athace, aliàs Arbacto præfecto Medorum, desciscentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui uictus, in regiam se recepit, & extructa pyra, se atq; diuitias in incendiū misit. Hic fuit à Nino trigesimus rex, ut inquit Diodor. lib. 3. Biblio. Et moriens condidit hoc epitaphium: Ede, bibe, lude, pòst mortem nulla uoluptas. Et: Cum te mortalem noris, præsentibus exple Deli cijs animum: pòst mortem nulla uoluptas. Aliud quoque epitaphium eiusdem refert Cicero 5. Tusculanarum quæst.

Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hausit, at illa iacent multa & præclara relicta.

Sardinia, insula maris mediterranei, frumenti fertilissima, de qua Sallustius: Sardinia, inquit, in Afro mari facie humani uestigij, in Occidentem, quàm in Orientem latior prominet. Ab oriente Tyrrhenū pelagus habet, à meridie Aphricum, ab occasu Sardoum: à septentrione quod inter ipsam & Cyrnum, seu Corsicam circunfunditur. Nomen habet à Sardo Herculis filio, qui magna multitudine colonorū in eā è Libya ueniens nauigasse fertur, ibiq; consedisse, ut lib. 12. Silius & Solinus scribunt. Antea Sandaliotis appellata fuit, ab effigie soleæ, quam Græci Sandalion uocant, ut suprà diximus: & Ichnusa, à similitudine uestigij, quod Græcè dicitur ἴχνος, Huius latitudo est millium passuum nonagintaocto, longitudo ducentorum uiginti: quanquam alij stadia multa adijciant. Mirum in ea insula neq; lupum gigni, neq; serpentem reperiri. Habet ciuitates multas, sed omnū præclarissima Calaris est, ubi corallorum piscatio est. In qua dui Augustini ossa tandiu conquieuere, quoad ab Helipran dro rege Papiam translata sunt. Hæc ciuitas Iole à priscis appellabatur, ab Iole illa, quam Hercules perditissimè amauit. Insulam Pœni occupauere, sed à Romanis expulsi tandē primo bello Punico amisere. A' Sardinia Sardus, Sardous, & Sardinienſis, adiectiua fiunt. Ouid. 4. Fast. Sardoaq; regna finistris Respicit à remis, &c. De hac insula uide Plin. lib. 3. cap. 7. Eras. in Chil. Pausaniam & Cælium Rhodig. lib. 11. cap. 19.

Sardinienſes, σαρδόνιοι, qui Sardiniam incolūt, ut ibi negociētur. Sardi, σάρδοι, indigenæ, qui in Sardinia nati sunt.

Sardis, σάρδις, tantum pluraliter, urbs fuit in Lydia, ad latus Tmoli montis, maximè celebris, ut testis est Herod. lib. 1. & Plin. lib. 5. Eadem fuit olim regia Crœsi Lydorum regis, ut latè ostendit Herod. & Horatius in epist. 10. Quid concinna Samos, quid Crœsi regia Sardis? Terminat autem nominatiuum & accusatiuum in is productam, quomodo Trallis & Syrtis.

Sardus, Herculis filius, à quo Sardinia dicta.

Sarepta, σάρεπτα, σάρεφθα. Plin. lib. 5. cap. 29. urbs Sidoniorū, ubi diuinus uates Helias esurientē uiduam miraculo pauit se creditur. Hinc Sareptanus, a, um, σαρεφθαῖος, σαρεπτηνός.

Saricha, urbs Cappadociæ. gentile Sarichenus aut Saricheus.

Sarmatæ, uel Sauromatæ, populi uagi inter Borysthenem & Istrum in Mæoticam paludem uergentes, plerunq; domicilia mutant. Tanta sunt barbariē, ut pacem non intelligāt. Promissas gerunt barbas, & longos capillos. Inepti sunt ad pedestrem pugnam, authore Cornelio Tacito. Mattial. lib. 1. Venit & epoto Sarmata pastus equo, &c. Sarmatia dicitur eorum regio, à qua fit Sarmaticus apud Valer. Flac. Dicti Sauromatę ab oculis lacertarum. σαῦρος enim lacerta est, ὄμμα, oculus. A' Sarmatia fit Sarmatis, tidis. Ouidius, Terreat haud manes Sarmatis umbra meos. Sunt autem duæ Sarmatiæ, quarum una est in Europa. Altera in Asia, quæ à Septentrione terra incognita terminatur, ab occasu Sarmatiæ Europeę & Tanai fluuio. in ea sunt Caucasij mōtes. Nominantur Sarmatæ etiam alijs nominibus: ut, Hippomolgi, Galactophagi, Anthropophagi, Hamaxobitæ, siue Hamaxobij, de quibus omnibus uide suis locis. Horū meminerunt Plin. lib. 4. cap. 11.

Sarnus, σάρνος, fluuius est Campaniæ, iuxta oppidum in Sarni montis radicibus situm: primoque magno cum murmure defluit, mox in paludes amplas desinit, quæ graues incolis nebulas toto anno emittunt: deinde coactis rupibus, Vesuuium montem radit: & inde paruo contentus cursu, in Tyrrhenum mare influit. De hoc Verg. 7. Aeneid. Latè iam dū ditione premebat Sarrasteis populos, quæ regius æquora Sarnus.

Saronicus, σαρόνικος, portus Achaiæ, ad Isthmum Corinthiacum. Ptolemæus sinum facit Saronicum.

Sarpedon, σαρπηδών, teste Homer. lib. Iliad. 16. Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia. Herod. uerò Polyhymnia scribit eū fuisse Iouis filiū ex Europa, ac Minois fratrē. Hic cum aliquando rex esset Lyciæ, & in armis strenuus, Troianis contra Græcos fauit: & multa bellando strenuitatis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

documento demonſtrans, à Patroclo tandem interfectus eſt, ut idem Homerus ſcribit. Huius corpus Iouis iuſſu ab Apolline è medio pugnantium ſublatum eſt, & flumine lotum, ambroſioq; reſperſum liquore, ac regia indutum ueſte ad exequendum funus, ſuis reſtitutum. Verg. lib. 1. Aeneid. Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector, & ingens Sarpedon, ubi tot Simois, &c. Eſt & Sarpedon, Ciliciæ promontoriũ, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphylia diſtinguit. Pomponius Mela lib. 1. in deſcriptione Ciliciæ.

Sarra, urbs in Phœnicia, quæ deinde Tyrus eſt dicta, à piſce quodam, qui illic abũdat, appellata, quem lingua ſua Sar appellant, ex cuius ſanguine ſericum in purpurá tingebatur. Inde Sarranæ ueſtes, Tyriæ dictæ ſunt, quæ & oſtrinæ, & purpureæ. Hæc Seru. apud Verg. 2. Georg. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.

Sarraceni, σαρρακηνοί, populi poſt Nabathęos, à Sarraca (ut Steph. inquit) quæ eſt pars Arabiæ.

Sarſina, Plin. lib. 3. cap. 14. oppidum in Vmbria, ex qua Plautus poeta comicus ortus eſt. Quanquam à doctis aliquibus Farſinas, non Sarſinas nuncupetur. Lacte abundat, ut teſtatur Silius, Sarſina diues Lactis. Aliàs Saſina.

Saſon, ſonis, inſula, quæ à Brunduſio 40. ſtadia, aliàs quinque millia paſſuum, diſtat. & inde totidem in Epirum, ut Strabo lib. 6. Cumque ſpumoſo Calaber perfunditur æquore Saſon. * Eſt etiam fluuij nomen in Italia, in Adriaticum mare profluens.

Satarchæ, populi ſunt ſeptentrionales, ad paludẽ Męotim uer gentes, ut ſcribit Pompon. lib. 2. Hi bellicoſiſimi ſunt. De quibus Valer. Flaccus lib. 6. Iaxamatæ, Toriniq;, & flaui crine Satarchæ.

Saticuli, populi Campaniæ moribus aſperi, de quibus Vergil. lib. 7. Pariterq; Saticulus aſper.

Saturium, uel Satureum, σατύριον, urbs Calabriæ fuit non longè à Tarento. Vnde Satureianus adiectiuum poſſeſſiuum. Horatius: Me Satureiano uectari rure caballo. Quidam etiam Satyrum ſcribũt. Vnde & nonnulli agrum in quo Tarentum conditum eſt, Satyram uocari affirmant.

Saturnalia, orum, κρόνια, feſta ſeptem ſeu quinq; dierum menſe Decembri, Saturno dicata, erantq; plena lętitiæ, in quib. Romani ſyntheſim ueſtem ſumebant. Dies quoq; quibus munera ultrò citroq; mitti remittiq; ſolebant, Saturnalia, ſeu Saturnalitia dicebãtur. Hinc Saturnalitius, a, um, κρόνιος, quod ad Saturnalia pertinet.

Saturnia, σατουρνία, ſubſtantiuũ, nomen regionis, & nom ẽ oppidi. Vergil. lib. 8. Aeneid. Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Saturnus, filius fuit Cœli & Veſtæ, qui Opim ſororem ſuam ſibi matrimonio copulauit. A' poetis fingitur deus, qui curſum & conuerſionem ſpaciorum ac temporum contineret, ob id ipſum enim Gręcis κρόνος dicitur, quod idẽ eſt cũ χρόνος, hoc eſt ſpacium temporis. Saturnus autem appellatus, quòd ex ſe natos comeſſe fingatur, quia cõſumit ætas temporum ſpacia, annisque præteritis inſaturabiliter expletur. Ouid. Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas, Omnia deſtruitis, uitiataq; dentibus æui Paulatim lenta cõſumitis omnia morte. Sunt qui Saturnum à ſatu deducant, quoniã peritiam ruris & ſatorum omnium primus edocuiſſe fertur. Quidam à uerbo quod Græci dicunt σάθην, quo uirilia ſignificãtur, quòd patris pudẽda abſcidiſſe, atq; in mare proiecciſſe dicitur: unde Venerem procreatam ferunt, quę à ſpuma, unde coaluit, Aphrodites nomen accepit. Fratrẽ habuit Titanem maiorem natu, qui cum parenti ſuccedere uellet, tamen animaduertens matrem ſororesq; Saturno magis fauere, regnum ipſi conceſſit: ea tamẽ lege, ne Saturnus prolem maſculam tolleret, & regnum ad ſuam prolem rediret. Saturnus igitur cum plures liberos deuoraſſet, nati ſunt gemini, Iupiter & Iuno: tum mater Iunonem Saturno oſtẽdit, Iouẽ uerò clàm nutriendum ablegauit. Neptunũ quoq; clã Saturno Opis peperit, quẽ ſimiliter clàm educari curauit. Tertiò rurſus geminos enixa eſt, Plutonem & Glaucam. ibi rurſus Glaucam Saturno oſtendit, Plutonem abſcondit. Alij uerò fabulantur, quòd Rhea Iouem patri arte ſubtraxerit: atque ne uagitus pueri audiretur, Corybantas quoſdã cymbala fecit ac tympana percutere, ut obſtrepente ſonitu infantis uagitus non audiretur. Sed cum ex uteri immutione intellexiſſet pater editum partum, expetebat ad deuorandum. Tum Rhea lapidem pannis inuolutum ei offerens, Hunc peperi, dixit. at ille ſtatim ſaxum abſorbuit. Verùm quacunq; ratione factum ſit, Titan frater illud percipiens, cum filijs qui Titanes à patre cognominabãtur, bellum aduerſus Saturnum ſuſcepit, illumq; & Opim ſororem captos, muro incluſit, ſed à Ioue filio deuictis Titanibus liberati ſunt. Porrò Saturnus ex oraculo edoctus, forè ut à ſuis filijs regno pelleretur: cum ob hoc Ioui inſidias ſtrueret, à Ioue regno pulſus in Italiam profugit, ubi diu apud Ianum regem latitauit, unde ea pars Italiæ Latium dicta eſt, relicta uide ſuprà de Latio. Fabulantur poetę, regnante Saturno ætatem auream fuiſſe, terram ſua ſponte expertem uomeris & aratri peperiſſe fruges, communes & nullis deſignatas limitibus agrorum poſſeſſiones. Ab eo ſit Saturnius, a, um, κρονίδης. ut Saturnia Iuno, Saturnia regna, & Saturnij uerſus, quos olim Fauni uatesque canebant. uide quoq; Cic. lib. 2. de Nat. Deor. & Macrobium Saturnaliorum lib. 1. cap. 40. prouerbium in Chiliad. Eraſmi: Noſce tempus.

Saxoferratum, oppidum in Piceni atq; Vmbriæ finibus.

Satyri, σάτυροι, dicti ſunt, quòd in libidinem ſemper prompti ſunt, à uirili membro, quod ueteres Græci σάθην appellabant. Hi ſunt (ut Plin. lib. 7. cap. 2. ait) animalia quadrupedia, in ſub ſolanis Indorum montibus perniciſsima, humana effigie, pedibusq; caprinis, & toto corpore uilloſo, nihil habẽtes moris humani, gaudentes ſyluarum latebris, & fugientes hominum commercia. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſylueſtribus dijs coluerunt, quẽadmodum Faunos Syluanosq;: Faunos ac Satyros nemorum deos eſſe dicentes, Panas agrorũ, Syluanos ſyluarum: quanquam hæc à poetis confundãtur. Vnde Hieronymus: Vidit homunculum, inquit, aduncis naribus, & fronte cornibus aſpera, cui extrema corporis in caprarum pedes deſinebant. Et præmiſſo ſigno crucis, cum quiſnam eſſet, interrogaſſet Antonius, reſpondiſſe fertur: Mortalis ego ſum, unus ex accolis eremi, quos uano errore deluſa gentilitas, Faunos Satyrosque & Incubos appellat. uide Faunus.

Satyriacum ſignum, ſimulacrum Priapi, quod in hortis apud antiquos ponebatur.

Satyrus, fluuij nomen in Aquitania.

Sauo, fluuius eſt in finibus Campaniæ, teſte Plin.

Sauona, Ptol. lib. 3. cap. 1. Sabbatium. Plin. Sabbatia Pop. urbs Liguriæ notiſsima, uulgò Sauone.

Sauromatæ, Σαυρομάται, uide ſuprà Sarmatæ.

Saxones, illuſtres Alemaniæ populi, qui Angelę reginę auſpicio Angliam deuicerunt.

Scæa, σκαία, porta Troiana dicebatur, à cadauere Laomedontis, hoc eſt, à ſcenomate. id enim tabernaculũ ſiue ſacellum ſignificat, quod in eius ſuperlimine erat. Strab. lib. 13. Verg. lib. 3. Aeneid. Et arentem Xanthi cognomine riuum Agnoſco, Scæaq; amplector limina portæ.

Scalabiſcus, Ptol. lib. 2. cap. 3. Luſitaniæ ciuitas, antea Iulium, præſidiũ ſiue turris Iulia, hodie Troſilium, uulgò Trugillo.

Scalde, fluuius Galliæ Belgicę. Plin. lib. 4. cap. 17.

Scamander, fluuius Europam ab Aſia diuidens.

Scaptenſula, σκαπτησύλη, locus eſt in Macedonia, teſte Feſto. dictus à σκάπτω, id eſt effodio. Nam argentũ illic fodi ſolebat. Vnde Luc. Qualeis expirat Scaptenſula ſubter odores.

Scenitæ, σκηνίται, populi ſunt Arabiæ felicis, authore Plinio li. 6. cap. 28. uagi, & à tabernaculis cognominati. De his & Solinus his uerbis: Scenitæ cauſam nominis inde ducũt, quòd tentorijs ſuccedunt, nec alias domos habent. Ipſa autem tẽtoria cilicina ſunt. Ipſa nuncupantur uelamenta, è caprarũ pilis texta. Prętera carnibus ſuillis abſtinent. Sanè hoc animalis genus, ſi inuectum illò fuerit, moritur illicò.

Scepſis, ciuitas Phrygiæ, quam quidam Aeneę regiam tradũt. Hinc Scepſius, a, um.

Schinis, aliàs Scinis, latro inſignis, à Theſeo dilaniatus. De quo Pauſanias in Corinthiacis. In Iſthmi initio locus eſt, ubi Schinis latro apprehenſas piceas in terram flectebat: & quos pugna uiciſſet, hos alligatos ſinebat in aerem efferri: quocirca cum utraq; arbor alligatum ad ſe traheret, uincu liq; nodus in neutram laxaretur partem, ſed utrinq; pariter conuelleretur, eueniebat, ut qui alligatus eſſet, lacerare-tur. Eodem pacto ipſum quoque Schinin Theſeus dilaniatur. Eodem pacto ipſum quoque Schinin Theſeus dilaniauit, uiamq; quę ex Trœzene Athenas ducit, latronibus infeſtam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

festam tutã reddidit. Hactenus Pausanias. Ouid. li. 7. Metam. Occidit ille Scinis, magnis malè uiribus usus.

Schœnus, σχοινοῦς, flumen Athenis proximum, ut inquit Strabo, à iuncis dictum. Proindeq; iuncarios in Hispania campos Schœnuntas uocat. Sed in Arcadia Schœnuntis fit mentio ab amne, quem Schœnieum appellant.

Sciapodes, pen. cor, quasi umbripedes, aliàs Sciopedes, populi Indiæ, de quibus Plinius lib. 7. cap. 2. Hominum genus est qui Monosceli uocantur singulis cruribus, miræ pernicitatis ad saltum, qui Sciapodes uocantur, quòd in maiori æstu humi iacentes resupini, umbra se pedum protegant. nõ longè à Troglodytis absunt.

Scironia saxa, (aliàs Scironides petræ Straboni li. 9.) scopuli sunt nõ lõgè ab Athenis. Ouid. li. 7. Metam. Tutus ad Alcathoen Lelegeia mœnia limes Cõposito Scirone pater, &c.

Sciron, σκίρων, latro fuit, cuius ossa cũ in mare recidisset, in scopulos cõuersa ferũtur, qui adhuc Scironia saxa uocant. Sũt autẽ in Attica regione simul cũ oppido eiusdẽ nominis, nõ longè à Megaris iuxta mare ita sita, ut trãsitũ nõ relinquãt. Hinc Atheniẽses uentũ ab his locis flantẽ procellosum, Scironem appellant, quoniam spirat à saxis, quæ Sciron latro tro incoluit. Hic paulo ab Argeste deflexus esse dicitur, qui & Olympius uocatur, & à nonnullis Hellespõtius. Seneca lib. 3. Nat. Quæst. Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Galliam Circius.

Scodra, Ptol. lib. 2. cap. 17. urbs Liburniæ, hodie Scutaram uocant, sub Venetorum dominio.

Scolis, σκῶλις, urbs Achaiæ. ciuis σκωλικὸς, Steph.

Scopas, statuarius siue sculptor eminentissimus, qui Mausoleum cælauit. Plin. lib. 35. cap. 5. σκόπας. Horat. lib. 4. Carm. Ode 8. Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas.

Scorpius, siue scorpio. cœleste signum. Colum Sol. ingreditur Scorpium 14. Calend. Nouembris.

Scoti, Britanniæ populi, quondã anthropophagi, ut est autor Hieronymus cõtra Iouinianũ lib. 2. Quid, inquit, loquar de cæteris nationibus, cũ ipse adolescentulus in Galliam uiderim Scotos gentẽ Britannicam humanis uesci carnibus: & cum per syluas, porcorũ gregem & armentorum, pecudũq; reperiant, pastorum nates, & fœminarum papillas solere abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari? Hæc ille. Lingua omnibus sibila. Ideo Strabo lib. 14. Britannos balbutientes uocat, quos ipse Romę uiderit. Olim nulla cõiunx apud eos propria erat.

Scurgum, Germaniæ urbs, uulgò Schmeben.

Scyathos, insula est cum oppido in Aegæo mari prope Thraciam, ut scribit Pomponius Mela lib. 2.

Scylace, σκυλάκη, urbs circa Cyzicum, inquit Hecatæus. Pompon. lib. 1. Placia & Scylace paruæ Pelasgorum coloniæ.

Scylla, Megarensium regis filia. uide Nisus.

Scylla, σκύλλα, Phorci & Cretheidos nymphæ filia pulcherrima, quam cum amaret Glaucus, deus marinus, dum ipse amaretur à Circe, & eam contemneret: illa irata, fontem in quo Scylla solebat se abluere, infecit uenenis: in quem cũ descendisset puella, media sui parte in uarias ferarum formas mutata est: & cum suam deformitatem horreret, in propinquum mare sese præcipitauit, & ope amasij dea marina facta est, quæ classem Vlysis & socios euertisse narratur. Alij uerò dicunt Phorci & Hecates fuisse filiam admirabili magnitudine, quæ habuit pedes duodecim, capita sex, ternos ordines dentium, & oculos ignitos, reliquo autem corpore absconditam in spelunca petræq; adhærere innata. Capita uerò non longè prominebant, ut posset ea in naues prætereuntes inferre, &c. Reuera tamen est & saxum in mari Siculo contra Charybdim nauigantibus ualde periculosum, eminus humanam effigiem referens, & collusione fluctuum repræsentans latratus canum. unde & illud, De cidit in Scyllam, cupiens uitare Charybdim.

Scyllaceum, σκυλλήτιον, Athenienſium colonia, in ultimo Italiæ. Ab Athenienſibus dum conderent, Scylletium dictũ, à quo ſinus Scyllaceus, qui ad Hipponiatem ſinum Iſthmum facit. alias Scylacæum legitur.

Scyllæum, (uel Scylleum ſine diphthõgo) σκύλλαιον, promõtorium in Peloponneſo, ut Plin. Straboq; lib. 6. teſtantur, ſed ſinu Argolico iuxta Hermionem, quo Scylla Niſi filia fluctibus eiecta creditur. Eſt & oppidum Brutiorum in Italia, ut eſt author Pomp. Mela lib. 2. uide Scyllaceum.

Scyrus, σκῦρος, inſula eſt contra Magneſiam, in mari Aegæo una ex Cycladibus, & in qua eſt urbs eiuſdem nominis. Patet hæc inſula, Plin. teſte, longitudine uigintiquinq; millia paſſuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi. Hinc Scyrius, a, um, σκύριος, & Scyrias, quorum prima producitur. Ouidius,

Sæpe malis ſtupeo, rerumq́, oblita lociq́s,
Ignara tetigi Scyria membra manu.

Scyros, inſula eſt Lycomedis regis patria, in qua Achilles ſub puellari habitu educatus, Deidamiam eius regis filiam uitiauit, & ex ea Pyrrhum ſuſcepit, quæ ab inſula & ipſa Scyrias eſt appellata. Ouid. lib. 1. de Arte amãdi, Scyrias Aemonio iuncta puella uiro.

Scythia, σκυθία, regio Septentrionalis, à Scytha Herculis filio (ut inquit Herod.) ita dicta. hęc diuiditur à Tanai fluuio, & pars una remanet in Europa, altera in Aſiã protẽditur ferè uſq; ad Indiã. Scythia Europęa terminatur ad Thraciã. in ea ſolum eſt aurum producens, ut Pomp. refert, inhabitabile tamen, propter gryphes aurum cuſtodientes.

Scythius, aliud nomen poſſeſſiuum. Vergil. 3. Geoſg. At non qua Scythię gentes, Męoticaq́; unda.

Scython, quidam fuit qui pro arbitrio modò in fœminam, modò in uirum commutabatur. Ouid. lib. 4. Metam. Vt quondam naturę iure nouato, Ambiguus fuerit modò uir, modò fœmina Scython, &c.

Sebaſte, urbs Iudææ, antè Samaria dicta, quam Herodes Baſtã appellauit. Author Strabo.

Sebennytum, σεβέννυτος, urbs in Aegypto, ubi palus & amnis ſunt cognomines. Vnde præfectura quoq; Sebennytica, & Sebẽnyticũ Nili oſtiũ uocari cõſtat, quod teſte Herod. li. 2. in duo alia diuiditur, ſcilicet in Saiticum & Mendeſium.

Sebethos, σεβέθος, pen. pro. fons apud Neapolim, cuius aqua uicatim decurrens, omnes ferè uſus Neapolitanis præſtat. Papin. lib. 1. Syl. Et pulchra tumeat Sebethos alumna.

Sebinus, σεβῖνος, pen. prod. lacus Iſtriæ inclytus, quẽ facit fluuius Lolius apud Sarnicum, uallis Calepinæ oppidũ. Hodie uulgus ipſum lacum Iſei appellat. Plin. lib. 2. cap. 19.

Segeſta, oppidum Siciliæ, ab Aenea conditum, ut ſcribit Cic. act. 6. in Ver. alio nomine Aceſta. uide ſuprà.

Segetia, dea quam priſci colebant, ut lætas faceret ſegetes.

Segobrida, σεγόβριδα, oppidum Celtiberię, ubi Sertorius & Metellus prælium commiſere. Strabo lib. 3.

Selus, uiri nomẽ, à quo Seianus equus, de quo Gell. lib. 3. cap. 9. & Eraſmus in Chiliad.

Selenus, fluuius eſt Ciliciæ in finibus Celendarum, qui emittit & recipit naues. uide Selin.

Seleucia, prima Syriæ ciuitas, quam Orontes fluuius allabitur. condita à Seleuco Nicanore, ſiue ut alij habent, Nicatore. Meminit Pomp. Mela. lib. 2.

Seleucos, σέλευκος, fuit unus ex principibus Alexãdri, qui poſt Alexandri mortem primus in Syria regnauit annos quadraginta. De quo Appianus clariſsimus hiſtoricus Græcus in Syrico. Fuerunt & alij Seleuci.

Selinis, urbs eſt Siciliç iuxta Lilybęum, palmis abundans. de hac Verg. lib. 3. Aeneid.

Selinus, Strab. lib. 8. nomen trium fluuiorum, quorum unus in Aegiorum agrum labitur. Alter Epheſię Dianę templũ prętерfluit. Tertius per Eleam oram agellum prętercurrit. Eſt eidẽ in Megarenſium tractu Hyblę uicinorum, quos Pœni eiecere. uide Selenus.

Sellæ, oppidum eſt Epiri, cuius incolæ Sellani dicũtur. Luc. li. 3. Quereuſq́; ſilentes Chaonio ueteres liquerunt uertice Sellæ, &c.

Semele, σεμέλη, pe. cor. filia Cadmi Thebanorum regis, ex qua Iupiter Bacchum genuit, teſte Horat. lib. 1. Carm. Ode 19. Proper. Narrabis Semele quæ ſit formoſa. Ab ea ſit Semeleius, a, um, ut Semeleia proles. uide Cadmus.

Semiramis, mis, uel midis, unde accuſatiuum Semiramin, uel Semiramidem facit, σεμίραμις, fuit nomen Aſſyriorum reginæ Nini regis uxoris, quæ mortuo uiro res præclaras geſſit: uerùm eadem impudica & mollis fuiſſe traditur. De hac Plutar. in Apophthegmatis. Meminit & Cęlius Rhodig. ca. 37. lectionum antiquarum. Semiramis, lingua Syriaca, auem ſignificat. namq; ab auibus adhuc infans nutrita dicitur. Scribit de hoc quoq; Valerius Maximus.

Sena, urbs Hetruriç, octingentis ſtadijs à Roma diſtans. Profertur

fertur etiam numero multitudinis Senæ Senarum. De qua Plin. cap. 5. lib. 3. sic dicta, quòd à Brenno duce pro sembus ualetudinarijsq; extructa esset.

Seneca, σενεκᾶς, Cordubensis Romam uenit, declamator egregius, & philosophus eximius & poeta insignis euasit. Sub Nerone mortuus est solutis uenis.

Sennaar, σενναάρ, campus Babylonius, in quo turris extructa est. Inde egressus Assur ædificauit Niniuen.

Senogallia, σινιγαλλία, ciuitas est Vmbriæ, sic dicta à Senonibus Gallis, qui eam condiderunt. De hac Silius: Et Glanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Senones, σένωνες, populi Galliæ, finitimi Belgis, qui olim Brenno duce urbem Romam incenderunt, & Capitolium obsederunt. Hos Furius Camillus aggressus, adeò cęcidit, ut incendiorum uestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Scribit Verrius ideò Senones appellari, quia noui uenerũt ex Trãsalpina Gallia, quasi cænonas litera immutata. κοινὸς enim Græcè, Latinè nouus dicitur. Lucan. lib. 1. Nos primi Senonum motus, Cymbrumq; ruentem, Vidimus, &c. uide Brennus & Camillus.

Senta Fauna, filia fuit Pici regis, & coniunx Fauni fratris sui, teste Lactan. uide Faunis & Fatua.

Sentica, Hispaniæ urbs, Ptol. lib. 2. cap. 6.

Sentinum, σεντῖνος, Vmbrię oppidum, quod nunc Saxum ferratum appellatur. Vocatum Sentinum ab amne, qui Sentinus dicitur.

Sepias, σιπιᾶς, ciuitas quæ nunc Sipontum dicitur, à sepiarum multitudine fluctibus eiectarum.

Seplasia, fuit forum Capuæ, in quo unguentarij negociabantur: cuius delicijs fractam fuisse Punicam ferociam, testatur Valerius Maximus lib. 9. Hinc Seplasiarius, pro unguentario & effœminato.

Septentriones, septem stellæ, ex quibus quasi iuncti Triones figurantur. Scribit Varro Triones, rusticorum uocabulo boues uocari, quasi teriones, hoc est arandæ terræ ac colendę idonei. Vel ideò magis hæ septem stellæ Triones appellatæ sunt, quoniam ita sitæ sunt, ut ternæ quæq; stellæ proximæ inter se, trigona, id est, triquetram figuram constituant, quá recentiores uocant triangulum. Ex septem siquidem stellis duæ pariles uno in loco uidentur, quæ pro bobus accipiuntur, reliquæ quinq; plaustri figuram designant. Itaq; & proximum huius sidus Bubulcus, id est Bootes appellatur, qui more bubulci currum sequitur. Hoc sidus à figura, quia simile plaustro uidetur, antiqui Græcorũ ἅμαξαν, id est plaustrum dixerunt: nostri à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. Ab his etiam uentus spirat, qui Austro obiectus est: & Latinè Septentrio, & Septentrionalis uentus, & Septentrionarius. Græcè uerò, quòd ab Arcto flet, Aparcticus appellatur.

Sequana, σηκουάνα, pen. cor. fluuius Belgarum in Gallia, iuxta quam habitantes Sequanici dicti sunt, & Sequani, σηκουανοί. Hodie Burgundiæ ducatum incolentes, Heluetijs ac Lingonibus finitimi.

Seraphis pis, & pidis, σέραπις, & Seraphis, cum ph ab aliquibus scribitur, cuius penult. indifferens est. Mart. Vincebant, nec quæ turba Seraphin amant. Idem, sęcum Seraphin Nilus uenerat ur. Osirim. Fuit cognomen Osiridis deus apud Græcos Pluto dicitur. Serapium uerò dicitur ædes Serapidis, sicut templum Isidis Isium. uide suprà Apis, Anubis, & Osiris, & Cæl. Rhodig. cap. 34. lib. 1. antiquarum lectionum.

Seres, σῆρες, populi Asiæ Scythicæ, inter Tabim & Taurum, montem, à Sera urbe sic dicti, apud quos arbores sunt, quæ non solum folia, sed lanam quoq; proferunt tenuissimam. nam ex earum frondibus canitiem depectunt aqua perfusa, ex quo uellere uestimenta conficiunt quæ Serica nuncupãtur. Verg. Velleraq; ut foliis depectant tenuia Seres. Huius nominis nominat singularis est Ser. Sidon. Apol. Assyrius gemmas, Ser uellera, thura Sabæus. Nam & uermiculus ille (ut author est Pausanias) σὴρ appellatur. Hinc Sericũ substant. & Sericus, a, um.

Serica, Hispaniæ urbs apud Ptol. lib. 2. cap. 4. Plinio Fama Iulia dicta, aliàs urbs Turditanorum in Hispania.

Seriphus, σίριφος, insula in Aegæo mari, una ex Cycladibus, aliàs Sporadibus, ut Strabo lib. 10. scribit. A' qua fit adiect. Seriphius, a, um, σιρίφιος, ut est illud Themistoclis: Neq; enim uel tu, si Atheniensis esses, clarus extitisses: aut ego, si Seriphius essem, ignobilis. Meminit ranarũ Seriphiarum Plin. lib. 8 cap. 58. Mutæ, inquit, etiamnum sunt ranæ in Seripho insula. Manauit inde adagium, βάτραχος ἐκ σιρίφου, in mutos, ac dicendi canendiq; prorsus imperitos. Plura Erasmus in Chiliad.

Seriphos, insula in quam relegabantur nocentes, ut in Gyaron. Iuuenal. Sat. 10. Vt Gyaræ clausus scopulis pauaque Seripho.

Seropta, σιρόπτη, ciuitas Phœniciæ, apud quam nascebatur uinum laudatissimum. Vnde Seroptanũ uinũ. Sidon. Quęq; Seroptano palmite missa bibas uide Sarepta.

Serunus, & Seruilius, σερβίλιος, cognomina sunt uirorum. Est præterea Seruilius locus Romæ, à conditore sic uocatus.

Sesostris, rex Aegypti, de quo Valer. Flac. Cum prima Sesostris intulerit rex bella Getis. Hic conatus est nauigabilem alueum ex rubro mari in Nilũ producere, ut scribit Herod.

Sestos, urbs ad Hellespontum sita, in Thracia, contra Abydũ, patria Herũs puellæ, quę inde Sestias appellatur. Stat. lib. 6. Theb. Contra autem frustrà sedet anxia turre supremis Sestias in speculis. Et Sestius, a, um, poss. apud Ouid. in epist. uide suprà Hero.

Setabis, amnis & oppidum Hispaniæ, agrum habens nomine Spartarium, à sparto lini genere. Inde fit Setabus, a, um. Inde sudaria Setaba Catullus dixit.

Setia, σετία, urbs Campaniæ, ex cuius agro, Plin. li. 3. Naturalis historiæ commendat Setinum uinum, σετινός. Mart. Pendula Pontinos (aliàs Pampineos) quæ spectat Setia campos, Exigua uetulos misit ab urbe cados.

Sextius Caballus, scurra maximus, qui à caballi nomen adeptus est. Mart. Qui Galbam salibus tuis, & ipsum Posses uincere Sextium Caballum. uide Tertius.

Sibylla, cum y ante geminum ll, puella dicebatur, cuius pectus numen recipit, & quæ uaticinatur, ut Lactãtius & Varro testantur: siue dicitur omnis fœmina diuinans & prophetans, quibus à consilijs Deorum enunciandis ueteres hoc nomen imposuerunt. Aeoles enim σιοὺς Deos dicunt. ἑουλὴ sententia seu consilium dicitur. Ergo Sibyllas, quasi βουλὰς, id est, quæ dei sententias dixerunt. Hieronymus contra Iouinianum: Quòd si Aeolici sermonis genere Sibylla διοβούλη appellatur, recte consilium Dei sola scribitur nosse uirginitas. Decem autem à Varrone & Lactantio nuncupatur. Prima de Persis, cuius mentionem fecit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Secunda Libyca, cuius meminit Euripides. Tertia Delphica, de qua locutus est Chrysippus de diuinatione. Quarta Cumæa, in Italia (ut aliàs additur) quam Næuius in libro belli Punici, Piso in annalibus nominauit. Quinta Erythræa, quam Apollodorus Erythræus suam ciuem esse adfirmauit. Graijsq; Ilii peteentibus uaticinatam, & perituram esse Troiam, & Hemerrmendacia esse scripturũ. Sexta Samia, de qua scripsit Eratosthenes, in antiquis annalib. Samiorũ reperisse se scriptũ. Septima Cumana, nomine Amalthæa, quæ ab alijs Demophile, uel Erophile, & à Vergilio Deiphobe nominatur. Hanc affirmant, nouem libros ad regem Tarquiniũ Priscũ attulisse, ac pro eis trecentos Philippeos aureos postulasse, regęq; aspernatũ precij magnitudinẽ, derisisse mulieris insaniam. illà in conspectu regis tres combussisse, ac pro reliquis idem precũ postulasse. Tarquiniũ multo magis mulierem insanire putasse: quæ denuo trib alijs exustis, cũ in eodem precio perseueraret, motũ esse regem, ac residuos tredecim aureis emisse, quorũ postea numerus sit auctus Capitolio refecto: quod ex omnib. ciuitatib. & Italicis & Gratis, præcipuè Erythræis, coacti, allatiq; sint Romã, cumulatis. Sibyllæ nomine fuerũt. Eadem fertur ab Apolline pecunq; Sibyllæ nomine fuerũt. Eadem fertur ab Apolline pecunq; tijsse annos pro numero pulueris, quem manu continebat. unde ipsa loquitur hoc modo apud Ouid. lib. 14. Iam mihi secula septem Acta uides, superest numeros ut pulueris æques Tercentũ messes, rercentũ musta uidere. Tepus erit, quũ de tanto me corpore paruam Longa dies faciet, consumptaq; membra senecta. Octaua Hellespótiaca, in agro Troiano nata, uico Marinesso, circa oppidũ Gergythium: quam scribit Heraclides Ponticus, Solonis & Cyri fuisse tẽporibus. Nona Phrygia, quæ uaticinata est Ancyræ. Decima Albunea: quæ Tybur siue Tyburtina dicta est, nomine Albuneæ: quęq; Tyburi ut dea colitur, iuxta ripã Anienis: cuius in urgite simulachrum eius inuentum fuisse dicitur, tenens in

mana

manu librum: cuius ſacra Senatus in Capitolium tranſtulerit. Harum omnium Sibyllarum carmina ſeruãtur & habentur, præterquàm Cumææ, cuius libri à Romanis occultantur, nec eos ab ullo niſi à Quindecimuiris inſpici fas eſt. Et ſunt ſingularum ſinguli libri, qui, quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, unius eſſe creduntur: ſuntq; confuſi, nec diſcerni, ac ſuum cuiq; aſſignari poteſt, præter Erythrææ, quę & nomen ſuum carmini uerum inſeruit, & Erythræam ſe nominatum iri prælocuta eſt, cum eſſet ortu Babylonia. Omnes igitur hæ Sibyllæ unum deum prædicant, maximè tamẽ Erythræa, quæ celebrior inter cæteras ac nobilior habetur. Hinc fit Sibyllinus, a, um, adiect. quod eſt Sibyllæ, uel quod à Sibylla fit.

Sicambri, σίκαμβροι, pŏpuli Germaniæ, Menapijs finitimi, utranq; Rheni ripam habitãtes. Hi crines natura flauos habent, quos creſcere ſinunt, & artificio quodam intorquent. Martialis lib. 1. Crinibus in nodum tortis uenere Sicambri. Quidam cum y Græco ſcribunt. Hodie Geldrenſes, uel Cliuanos uoluut eſſe. Meminit eorum Strabo lib. 4.

Sicani, σικανοί, inquit Seruius, ſecundũ nonnullos populi ſunt Hiſpaniæ à fluuio Sicori, aliàs Sicari dicti. Lucan. Heſperios inter Sicoris (aliàs Sicaris) nõ ultimus amnis. Hi, duce Sicilo, uenerunt ad Italiam, & eam tenuerunt excluſis Aborigi nibus. Mox ipſi pulſi ab illis quos ante pepulerant, inſulam uicinam Italiæ occuparunt: & eam Sicaniam à gentis nomine, Siciliam uerò à ducis dixerunt. Hæc Seruius, illud Vergilij enarrans, lib. Aeneid. 8. Tũc manus Auſoniæ, & gentes uenere Sicanæ. De hac uide infrà in dictione Sicilia.

Sicania, dicta eſt Sicilia, uel à Sicano rege Neptuni filio, uel à Sicanis populis, qui primi eam inſulam incoluiſſe feruntur. Verg. li. 7. Aruncæq; manus, Rutuli, ueteresq; Sicani. Quo loco Seruius dicit: Vbi nunc Roma eſt, ibi fuerunt Sicani, quos poſtea pepulerunt Aborigines. Inde fiunt, Sicanus, a, um, & Sicaris, idos, ut Sicanis Hybla.

Sicaris, nomen eſt fluuij in Hiſpania, à quo Sicani populi dicti ſunt. uide Sicani.

Sicelis, lidis, σικελίς, forma Græca, à Sicilia fit. Verg. Eclog. 4. Sicelides Muſæ paulò maiora canamus.

Sicemus, σίκιμος καὶ σίκιμα, urbs Arabiæ. Inde Sicemij & Sicemitæ, Steph.

Sicheus, filius fuit Pliſthenis, ſacerdos Herculis, & maritus Didonis, qui & Sicharbas dictus eſt, à Pygmalione iuxta aras incautus ob auri cupiditatem interfectus eſt, ut apud Vergil. lib. 1. Quos inter medios uenit furor, ille Sichęum Impius ante aras.

Sichem, σιχέμ, filius Canaan, qui ciuitatem ſui nominis ædificauit in Phœnice, quæ Sidon à Græcis appellata eſt.

Sicilia, σικελία, Italiæ inſula, à Siculo Neptuni filio dicta. Vel Sicilia, quaſi Sicilita, hoc eſt execta. Nã olim agro Brutio annexa, mox interfuſo mari Siculo auulſa. Ob hoc Græci Rhegyo nomen dedere, quaſi auulſo. Vnde Verg. lib. 3. Hæc loca ui quondam, & uaſta conuulſa ruina (Tantum æui lõgin qua ualet mutare uetuſtas) Diſſiluiſſe ferunt, cũ protinus utraq; tellus Vna foret. Olim Trinacria, τριναχρία, appellata eſt, quòd tria acra, hoc eſt tria cacumina habeat. Nam trib. promontorijs in diuerſa procurrit: & Triquetra, quòd trianguli figuram habeat huiuſmodi Δ. Quoniam unus angulus, qui ad Meridiem uergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem ſpectat, & ab Italia mille quingẽtis paſsibus diſtat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè ſpectare uidetur, & ab Aphricæ littoribus 12. millibus paſſuum diſtare prodiderunt. Ouid. 4. Faſt. Hæc ab oriente & occidente, Septentrioneq; Tyrrheno mari, à Meridie Aphrico alluitur. Patet in lõgitudine à Peloro uſq; ad Pachynum, millia paſſuum centum octoginta ſeptem: in latitudine centum octoginta nouem. Hæc à principio, ut Iuſtinus ſcribit, Cyclopum patria fuit: quib. extinctis, Aeolus regnũ inſulæ occupauit. Vnde Vergil. 3. Aeneid. Ignariq; uiæ Cyclopum allabimur oris.

Sicilienſes, σικελιῶται, dicuntur qui alibi orti, in Sicilia uerſantur.

Siculi, σικελοί, qui è Sicilia ſunt, uel incolæ, uel indigenæ.

Siculum mare, σικελὸν θάλασσα, anguſtum atq; anceps alterno curſu, modò in Tuſcum, modò in Ionium pelagus influit, uorticoſum, & Scyllæ ac Charybdis fæuitia inclytũ. Ab Occaſu Sardum habet, ab Aquilone Tuſcum, ab Oriente Ionium, à Meridie Africum.

Sicyonia, σικυωνία, inſula eſt in mari Aegæo, ex oppoſito ad Epidaurum, alta quidem & eminẽs, ut refert Plin. Eſt & Sicyonia ſeu Sicyon, onis, σικυὼν, urbs in Achaia non procul à Corintho, olearũ prouentu & picturis clara, in qua primus regnaſſe fertur Aegialeus, quæ nunc Clarentia dicitur. Sicyonem fuiſſe officinarum omniũ metallorũ patriam, Plin. ſcribit. In ea etiam (Cicerone teſte) molles & muliebres calcei confici ſolebant. Vnde Sicyonia calceamenta dicta ſunt. Lucil. Et pedibus læua Sicyonia demit honeſta.

Sicyon, urbs uetus Achaiæ, intra Iſthmum Peloponneſi, à qua Sicyonij, & ipſa regio Sicyonia dicta. Iuxta quam Aſopus fluit, olea lauroq; uirens.

Sidicinum, oppidũ eſt Campaniæ. Plin. lib. 2. cap. 5. Verg. lib. 7. Arunci miſere patres, Sidicinaq; iuxta Aequora, &c. Hodie Thiano, in agro Sueſſano. uide Theanum.

Sidon, σιδὼν, urbs Phœniciæ inſignis Cananeorum, ad Aquilonẽ reſpiciens, & poſtea regionis Iudææ. Hanc Phœnices, ut quidam aiunt, condidere, qui terræmotu relicto patrio ſolo, Aſſyrium ſtagnum primò, mox mari proximum litus incoluere, condita ibi urbe, quam à piſcium ubertate Sidona uocauere, eo quòd tali nomine piſcem uocent. Sed deinde poſt multos annos expugnati ciues ſunt, qui nauibus appulſi, Tiron urbem anno Troianæ cladis condiderunt. hãc Euſtathius à Side Beli filia dictam putat, Ioſephus à Sichẽ filio Canaan, quæ apud Hebræos etiam Sichem uocatur. Hinc Sidonius, nia, nium, σιδώνιος. ut, Veſtis Sidonia, id eſt purpurea, quoniam Sidon in Tyro eſt. Et Sidonia urbs dicuntur Thebæ à Cadmo conditore, Agenoris filio, quòd ex Phœnicia uenerit.

Sidonij, σιδώνιοι, populi Sidonis urbis. Sidones uerò, σίδονες, populi Thracum prope Hebrum, quos Pliu. Sidonos appellat. Sunt & alij Sidones in Scythia.

Sidona, Dalmatiæ urbs, alijs Stridona, uulgò Sdrigna, S. Hieronymi patria.

Siga, ciuitas, colonia Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol. lib. 4. cap. 2. Siphacis & Bocchi regia: uulgò hodie Zeyſen.

Sigæum, Troiæ promontoriũ. Seruius, Duo ſunt, inquit, Troiæ promontoria, Rhœteum, & Sigæum, quod dictũ eſt propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hoſpitio, ſimulauit abſceſſum, & inde contra Troiam per ſilentium uenit, quod dicitur σιγὴ & eam cæpit. Hactenus Seruius enarrãs illud Vergilij ſecundo Aeneidos, Sigæa ignis freta lata relucẽr, &c. Hinc fit Sigæus, & Sigeius, a, um. Ouid. li. 13. Sigeia toruo Littora proſpexit, &c.

Signia, σίγνια, urbs Campaniæ, in Lepino monte poſita. Col. Quæ Marrucini, quę Signia monte Lepino.

Silarus, uel Silaris, Lucaniæ amnis: cuius hæc natura eſt, ut cum non uirgulta modò immerſa, uerum & folia lapidecant. aliàs ſalubris potus eius aquæ. Plin. lib. 2. cap. 203. uide Siler.

Silanius, σιλάνιος, nõs Hiberniæ inſulæ altiſsimus, à Silanio rege in uertice eius ſepulto dictus.

Silenus, σιληνός, Bacchi fuit alũnus & pedagogus. hunc poetæ fabulantur ſemper aſino uehi ſolitum, quem poſtea Aratus inter ſidera translatum dicit. Verg. Ecl. 6. Silenũ pueri ſomno uidere iacentem, &c.

Siler, qui & Silerus dicitur. σίλαρις, gen. maſc. fluuius eſt Picẽti norum, iuxta Salernum decurrens. Lucaniam à Picentinis Campanorum diuidit. Hic fluuius cum alibi ſaluber ſit, tamen ultra Surrentum oppidum, quicquid in eum proijcitur, dureſcit in lapidem, ut inquit Plin. Silius lib. 8. Nunc Silerus quos nutrit aquis, &c. uide Silarus.

Silia, fluuius eſt de quo Strabo lib. 14. In regione montana Siliam flumen eſſe, in quo nihil innatet, quanquã id Democritus non credat, qui multam Aſiæ partem peragrauit, ſed nec id Ariſt. cõcedit: Etſi aeres quidam ſint adeò tenues, ut nulla in eis uolatilia inueniantur. uide Silla.

Silis, amnis Venetiæ, ex montibus Tauriſanis fluens, primus in ſtagnum cadit, ubi nunc habentur ſuburbanæ Venetiarũ inſulæ, Murianum Torcellumq;. Silys uerò cum y Græco, nomen eſt, quo, ut idem lib. 6. cap. 7. teſtatur, Scythæ Tanaim fluuium appellant.

Silia, ut Diod. ſiue Sillia, σίλλα, ut Strab. li. 15. ſtagnũ eſt in India, in quo nihil innatat, ſed omnia merguntur.

Silon, inſulã Indiæ docet Auguſt. De ciuitate Dei lib. 21. Quæ

ex eo

ex eo cæteris præfertur, quòd omnis arbor quæ in ea gignitur, nunquam foliis nudatur.

Simethis nympha, ex qua Faunus Acin suscepit. Ouid. Acis erat Fauno, nymphaq; Simethide cretus.

Simæthus, uerò Siciliæ fluuius est non procul à Catanêsi urbe, sed profluuio melius cum ypsilon scribitur.

Simois, σιμόεις, fluuius qui ex Ida monte Troiano defluens, iuxta Troiam labitur, & mari appropinquans commiscetur Xantho, ac in paludes cogitur: deinde exit in mare iuxta Sigæum promontorium. Vergil. lib. 1. Aeneid. Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad undas. Eius multa mentio est apud Verg. lib. 1. & 11. Aeneid.

Simones plures. hoc nomen post Philippum Græcis, Latinis Hebræisq; pariter commune.

Simonides, σιμωνίδης, Ceus poeta Melicus, qui literas inuenit longas η ω, ut Eustathius inquit, duplices uerò, eiusmodi sunt, ζ ξ ψ. Palamedes uerò, θ ξ φ χ υ. Præterea memoriæ artem, & lyræ tertium sonum comperit. At Plinius, octauâ, inquit, chordam addidit Simonides. Fuit & alius Simonides poeta Iambicus ex Amorgo insula.

Sina, σίνα, urbs Mesopotamiæ, quo nomine etiam dictus est mons Petræ & Arabiæ. Apostolus, Sina, σινᾶ, mons est Arabiæ, qui coniunctus est ei, qui nunc est Hierusalem.

Sinada, ciuitas Asiatica ad Cariæ fines. Dicitur & Sinnas, adis, ut apud Sidoniũ. Sunt qui per y in prima scribãt: quod non probo.

Sinapodes, σινάποδες, populi fuerunt in desertis Africæ, qui ut Pomponius refert, inflexi lẽtis cruribus serpere magis quã ingredi traduntur.

Sinon, insignis proditor apud Verg. De quo Seruius, Autolycus quidã fur fuit, qui se uarias formabat in species. hic habuit liberos, Sisyphum, unde natus est Sinon: & Autoliam, unde Vlysses. Consobrini ergo sunt: nec immeritò Verg. Si noni dat & fallaciam, & proditionis officiũ, ne multum discedat à fabula: quia secundum Euphorionem Vlysses hoc fecit. Hæc Seru. 2. Aeneid.

Sinope, Asopi filia dicitur, quam Apollo raptam in Pontũ traduxit, & ex ea genuit Syrũ, unde Syri postea appellati sunt: tametsi alij Martis & Aeginę, alij Pernasses & Martis: quidã autem non ab Apolline uitiatam, sed ab eo & Ioue perpetuam uirginitatem sortitam, cum illi spe concubitus, quicquid postulasset, ei daturos se promisissent.

Sinope, es, uel ut aliàs Sinopis idis, σινώπη, pen. prod. urbs Ponti. Valer. Flac. lib. 5. Assyrios complexa sinus stat opima Sinope. Hanc Milesij condiderunt, cuius potentia magna fuit: quæ classe comparata, mari, quod iuxta Cyaneas est, imperauit. ędificia in urbe magnificè extructa, gymnasium, & forum & porticus & templa splendida habuit. Hinc fit Sinopicus, Sinopica, Sinopicum.

Sinties, & Sapæi, dicebantur Thraces, qui Lemnum olim incoluerunt, Steph.

Sinuessa, uide Sinuissa, σινυσσεύς, teste Plin. lib. 3. cap. 5. ciuitas mediterranea Campaniæ, sita ad Lirim fluuium, uino satis abundans, quod Sinuessanum dicitur. Ei proximæ calidæ sunt balneæ, ad ægritudines quasdam accommodatissimæ.

Siphnus, σῖφνος, insula est una ex Cycladibus in Aegeo, quõdam locupletissima, teste Herodoto lib. 3. ut in qua auraria & argentaria metalla essent, unde pecuniæ fiebant. Hæc antè Europa & Acis appellata est.

Sipontum, σιποῦς, urbs Apulię iuxta Garganum mõtem à Diomede ædificata, quæ & Sipus, & à Græcis (ob multitudinẽ sepiarum, quæ ibi capiuntur) Sepius, untis dicitur. Author Pompon. lib. 3. cap. 1. Vulgò Siponto.

Sirene, σιρὴν, & Sirena, monstrum maris, ab ἵρμιν, quod connectere uel retinere significat. Vel ab σειρὰ, catena, eo quòd libidinis uinculũ Sirenes fuerint. Sunt, qui & hoc nomẽ ab σύρω, traho deducant, unde fit ut quidam per i Latinum, quidam per ypsilon scribant. Sirenes, filiæ fuerunt Acheloi & Calliopes Musæ, habitantes in mari Siculo. Earum nomina sunt Parthenope, Ligia, & Leucosia. Ouid. lib. 5. Metam. tradit has fuisse socias Proserpinę, eamq; raptam diu quęsisse: quam cum non inuenissent, in marina monstra conuersas, sursum uersum uirginea forma, postrema corporis parte pisces. Hæ præterea uoce, cithara, & tibijs tàm blandè canebant, ut cantus dulcedine nautas sopirent, sopitos demergerent, demersos etiam deuorarent. Vlysses autem illac nauigaturus, aures sociorum suorum cera clausit, ne illarum cantus audirent: seipsum autem ad malum nauis alligari fecit, & sic euasit, atq; ob hoc mortuas quidam tradunt. Secũdum ueritatem meretrices fuerunt, quę transeuntes, quoniam eos perducebant ad egestatem, his fictę sunt inferre naufragia: has Vlysses contemnendo deduxit ad mortem. Hæc Seru. apud Verg. 5. Aeneid.

Siris, ab Aethiopibus dicitur Nilus, antequàm totus cõfluat. Nam, ut inquit Plinius, nec antè Nilus dicitur, quàm se totum aquis concordibus iunxit. Dictum Sirin autumant Stephanus & Eustathius, à Sirio, quoniam sub ortum Canis per introitum Solis in Leonem augeatur, ut Hermolaus scribit.

Sirius, inquit Seru. stella est in ore Canis maioris: quæ quantũ in ipsa est, pestifera est: sed pro qualitate adiacẽtium aut uincitur, aut maioribus utitur uiribus. Hinc est quòd cum tempore certo oriatur, non semper est noxia. Ductum nomen ἀπὸ τοῦ σείριν, id est, hio, quod per ęstum præcipuè canes faciunt, quo tempore plerunq; in rabiem conuertuntur. Vel ἀπὸ τοῦ σειραίνω, quod est arefacio, quia tũc maxima siccitas est, amnibus ac fontibus deficientibus. Vel dicitur Sirius à longo tractu, quoniam magnitudine sua trium signorũ spacium occupare uidetur. Hæc annis omnibus, ut inquit Seruius, oritur circa Calend. Julias. Ex authoritate Aeliani sol dici potest Sir, Siros, & Sirius, sirij. Ad hanc stellam cum sol mense Iulio ueniens duplicatur æstus, & præ nimio calore languent mortalia corpora. Lucan. libro. 10. Rapidus qua Sirius ignes Exerit, &c.

Sisyphus, filius fuit Aeoli, & latro in Isthmo, qui exhospitibus alios saxo prægrandi onerans perimebat, alios calce, dũ ei pedes lauarent, in aqua, deturbauit. Quapropter à Theseo fertur occisus, & hac pœna apud inferos affici, ut grande saxum supra montem portare (aliàs uoluere) coactus, cum ad apicẽ deduxerit, cõtinuò ad ima relaxetur. Vnde Ouid. 23. Metam. Aut petis, aut urges rediturum Sisyphe saxum. Ab eo fit Sisyphius, a, um, & Sisyphides patronym.

Sithonia, σιθονία, regio litoralis Macedoniæ, uersus Thermęũ sinum, in qua mons est Sithon niuosus. Vergil. Ecloga 10. *Sithonias q; niues hyemis subeamus aquosę.*

Smilax, nomen puellæ cuiusdam, quæ amore iuuenis Croci tabescens, mutata fertur in herbam sui nominis, quæ similis est hederę: siue in flores, ut ait Ouid. lib. 4. Metamorph. Er Crocon in paruos uersum cum Smilace flores, &c. Hinc fit Smilaceus, a, um.

Smintheus, σμινθεύς, uocatus est Apollo, quòd ferucs currat, ut ait Strabo lib. 10. & 13. uel à murib. ab eo interfectis, quos Mysij σμίνθας appellant.

Smyrna, σμύρνα, urbs Ioniæ in minori Asia, de qua ide Strabonem lib. 14. Hanc Theseus Thessalus in memoriam uxoris suæ quæ Smyrna uocabatur, extruxit. Ab ea fit Smyrnæus, a, um.

Socrates, σωκράτης, pen. cor. philosophus Athenienſis, Sophronisci ex Panarista, aliàs Phænareta, filius. præceptores habuit Anaxagoram & Damonem. postea ad Archelaum physicum se contulit: ubi cum animaduerteret naturali speculationis nullũ esse fructum, primus ethicen inuenit, id est moralem philosophiam: ad quam transiens fertur dixisse, Quę supra nos, nihil ad nos. Hic unus omnium sapientissimus iudicatus, qui æquabilitatem in omni uita adeò seruauit, ut idem semper uultus eademq; frons siue prosperis siue aduersis rebus extiterit usq; ad extremum. Habuit duas uxores, Xanthippen & Myrtonem uno tempore: quæ cum crebrò inter se iurgarent, & ille eas esset solitus deridere, quòd propter se fœdissimum hominem, simisnaribus, recalua fronte, pilosis humeris, repandis cruribus discepta rent, nouissimè uerterunt in eum impetũ, & malè multatum fugientemq; diu persecutæ sunt. Interrogauit Alcibiades, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. Quoniam, inquit Socrates, cum illam domi ralem perperior, insuescо & exerceor, quo foris petulantium iniuriam facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandam esse Xanthippes ma ledicentiam. Tu inquit, non ne toleras anseres clamore perstrepentes? illo annuente, Quoniam mihi oua & pullos pariunt. Et mihi, ait, Xanthippe filios gignit. Ferendæ pauper tatis bearissimus fuit. Cum enim aliquando inter amicos haud splendidè indutus uersaretur, Emerem pallium, inquiebat, si nummos haberem. Qua oratione eos subla ter

ter admonuit,ambiguus tamen à quo accepturus esset ut egestati suæ succurreret.Eius præterea patientię Gellius scó ma pulcherrimum refert hoc modo.Cum uxorem Xanthippen contumacius ac clamosius in se agentem diu toleraſſet,postremò aqua ab ea esset perfusus,cœpì tridens dicere: Sciebam.Xanthippen tonantem quandoq; pluituram. Castitatis illud ab Aeliano memoratur, quòd Zopyrus Physiognomus dixisse fertur Socratem ex physiognomia omnium libidinosissimum esse:ciuibus autem tanquam falsa locutum eum ridentibus, Socrates minime mentitum dixit, sed naturæ uim se animi uirtute oppressisse.

Sodoma,mæ,σόδομα, & Sodomum,& Sodoma,orum, plurali tantum,oppidum fuit Iudææ, de quo in Genesi, Habitauit in Sodomis.Hinc Sodomitæ, σοδομῖται,dicti sunt Sodomo-

Solis fons.uide in dictione Fons Solis. (rũ incolæ.

Solis mensa,Aethiopię locus, apparatis epulis semper refertus.& quia,ut libet (inquit Pomponius) uesci uolentibus, licet.ἡλίου τράπεζαν,id est,Solis mensam appellant:& quæ passim adposita sunt,adfirmãt nasci subinde diuinitus. Ad quẽ locum Seuerus imperator, cum Alexandriam uenisset, rei fama permotus profectus est.Author Spartianus.

Solis ostia,de quib. Pompon.in descriptione Indię,loca sunt, ob æstum intolerabilem,& aquarum longo tractu penuriã, sic dicta:ideò periclitatum Alexandri illis locis exercitum Diodorus libro 17.scribit.

Solœ,σόλοις,numero plurali,more Græcorum σόλοι,sicut Dioscuræ pro Dioscuri, ut placet Hermolao, ciuitas insignis Ciliciæ,ab Achiuis & Rhodijs ædificata, postea Pompeiopolis appellata,à Põpeio,qui piratas in eam transtulit,quos dignos existimauit,ut seruarentur.Vnde Solenses,Solœcissare dicti sunt,& inde Solœcismi.uide Solon.

Solon,σόλων,fuit unus ex septem sapientibus Græciæ, patria Salaminius,qui teste Gellio lib. 17.cap. 21. Athenis claruit, Tarquinio Prisco Romę regnante. Hic Athenienſibus leges dedit,& eas,quas Draco tulit,præter quàm quæ de cæde erant,omnes abrogandas curauit,ob magnitudinem pœnarum.Nam una omnibus pœna constituta fuerat, ut etiam qui ocij damnati essent, aut qui olera surripuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconem nõ atramento,sed sangnine leges scripsisse.Florebat tunc in Republica Pisistratus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat.Illius igitur eloquẽtia plus potuit apud populum,quàm huius sapientia. Cessit sponte Solon tyrannum fugiẽs,primùm in Aegyptum,deinde in Cyprũ, postremò ad Crœsum regem:cuius quum opes uideret, ostentãti Crœso,atq; interroganti,num quis eo fœlicior esset?respondit,Tellum quendam pauperem admodum,alioqui iustum,Athenis agentem:qui in suo prędiolo solitarius consenuerat:simul adfirmans nihil esse fœlix,quod temporum mutationi subiaceat,fœlicitatem tantum finem indicare.Cuius sententiæ Crœsus postea à Cyro captus meminisse dicitur.Solon inde in Ciliciam profectus, ciuitatẽ à suo nomine Solos dixit,in qua Athenienſes colonos statuit, qui interuallo temporis ab Atitca lingua desciscentes,Solœcissare dicti sunt:unde uerbum Solœcismus tractum. Decessit in Cypro annorum LXXX.mandauit ossa Salaminẽ trãsferri,ibiq; per regionem proijci ac dissipari, ne Athenas inferrentur:quoniã discedens iureiurãdo ciues adegit, nõ antiquaturos leges suas,donec rediret.reliquit etiam conciones & Epistolas quasdam.Epigrãma sepulchro eius inscriptum,Cicero huiuscemodi commemorat Tusculanarũ quæstionum libro primo,

Mors mea non careat fletu,linquamus amicis
Mœrorem, ut celebrent funera cum lachrymis.

Solymi,σόλυμοι,Strabo li.1.populi iuxta Lyciã,quos Homer. pugnacissimos fuisse scribit,& à Bellerophonte deuictos.

Sophone,es,regio ppe Armeniã,iuxta Masiũ & Antitaurum mõtes,à parte septẽtrionali.Luc.li.1 Molesq; Sophene,&c.

Sophocles,σοφοκλῆς, Athenienſis poeta Tragicus, Coloneæ tribus fuit, Sophili filius, Socrate 17.annos senior, Euripidi contemporaneus,propter suauitatem uocatus fuit Apis: atque ipse primus fuit,qui tragicas contentiones ac compositiones instituit. Scripsit insuper Elegiam & Pæanas, atq; orationem prosam, quum de Choro aduersus Thespim & Chœrilum contenderet. Exhibuit fabulas centum uiginti tres,& adhuc (ut nonnulli uolunt) plures:uictorias autem uigintitres reportauit. Filios habuit Iophontem, Leosthenem, Aristonem, Stephanum, Meneclidem. Hæc ex Suida. De quo Cic.in Catone maiore sic scribit: Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit: quod propter studiũ quum rem familiarem negligere uideretur,à filijs in iudiciũ uocatus est,ut quemadmodum nostro more malè rem gerentibus patribus,bonis interdici solet:sic illum quasi desipientem à re familiari mouerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat,& proximè scripserat,Oedipum Colonæum recitasse iudicibus,quæsisseq; num illud carmen desipientis uideretur: quo recitato,sententijs iudicium est liberatus. Hæc Cicero, Sophoclem ex insperato gaudio ob uictoriam ex tragœdia quadam repẽtè obijsse,Valerius author est.Hinc Sophocleus,a,um,σοφόκλειος.unde carmina Sophoclea. Cicero ad Tironem: An pãgis aliquid Sophocleum?

Sophronium,σωφρόνιον, nomen fœminæ, per diminutionem adulationis amatoriæ prolatum,& à σωφροσύνη, quæ est prudentia,deductum,uelut,tota prudens.

Sora,fuit oppidũ Volscorum in Campania, de quo Liu.lib.9.

Soracte,σώρακτον,mons Apuliæ in Phalisçis,Apollini sacer,in quo spelunca cooperta, latebram sibi elegit diuus Sylueſter.Et est generis neutri,quod & hæc Sorax,& Soracte,Soractis dicitur.Silius lib.8.Et sacrũ Phœbo Soracte frequentant. Itẽ dicitur Soractis, ctis, sicut Prænestę & Prænestis.

Sorani,inquit Seru.dicti sunt populi Hirpini. Nam lupi Sabinorum lingua Hirpi uocantur.Sorani uerò, à Dite: nam Ditis pater Soranus appellatur,quasi lupi Ditis patris

Sisibius,grammaticus Laconicus,cuius meminit Suidas.

Sostratus architectus, qui turrim excitauit in insula Pharo, iussu Ptolemęi Philadelphi ad ostẽtandos nocturnos ignes nautarum cursibus, eiq; nomen suum inscripsit. Fuit autem inscriptio huiusmodi,Sostratus Gnidius Dexiphanis filius, dijs seruatoribus pro nauigantibus.Nam quũ ora ex utraq; parte importuosa & humilis esset,& cautes & breuia haberet,signum aliquod necessarium fuit,& altum & clarũ, quo nauigantes ad portus ingressum dirigerentur. Hæc Strabo libro 17.

Sparta,tæ,& Sparte,tes,σπάρτη, eadem est quæ & Lacedęmõ, urbs Laconiæ in Peloponneso:à Sparro Phoronei filio(qui eam condidit) appellata Sparta.Fuit aũt ciuitas Græciæ, insignis,quæ diu cum Athenienſibus grauia bella gessit, quæ Lycurgi legibus optimè instituta fuit.Ab ea dicti sunt Spartiatę,σπαρτιάται,[Spartæ, & Spartiani. Spartiatas legimus in libris Machabæorum Romanis fuisse confœderatos.

Canes habet laudatissimos. Verg.Georg.3.

Nec tibi cura canum fuerit postrema:sed unà
Veloces Spartæ catulos,acremq; Molossum,
Pasce sero pingui,& reliqua. Idem:

Virginis os,habitumq; gerens, & uirginis arma Spartanæ.

Sperchius,σπερχειός,Thessaliæ fluuius,ortus in iugis Pelij mõtis,& uelocissimo cursu in Maliacum sinum defluens. Author Strabo lib.8.De quo etiam Verg.2.Georg.Huic Achilles uouerat comas,si redijsset è Troia incolumis.

Sphinx,gis uel gos,σφίγξ, Sphingium, monstrum apud Thebas, cuius caput & manus puellę, corpus canis, alæ auis, uox hominis,ungues leonis, cauda draconis,& (ut) inquit Plin.lib.8.cap.21.à stringendo dictũ,hoc est ἀπὸ τοῦ σφίγγειν. Quod quidem monstrũ Chimera produxit ab Orco compressa.Dictum Sphinx,quòd cogeret transeuntes consistere,quibus ænigma proponebat,Quidnã id esset in orbe terrarum,quod quaternis primũ pedib. inambularet,inde tribus,duobus porrò,atque mox tribus,postremò quaternis. Quod nescientes diluere,sublatos in rupem agebat præcipites.Oedipus illac iter habẽs,ænigma diluit, hominem esse dicẽs,qui in infantia manibus & pedibus nitens quadrupes:in iuuentute pedibus tantũ,& bipes:in senectute uerò baculo utens,tripes est.Tunc Sphinx se de saxo præcipitem dedit.Inde origo huius adagij apud Terentiũ, Dauus sum, non Oedipus. Id est,seruili officio, non quæstionibus soluendis aptus sum.De Sphingibus uide Diodorum lib.4.uide in dictionibus Latinis de Sphinge simiarum genere.

Spica, signũ in cœlo oriens in Virginis parte decima. Firmicus,Quicũq; in ortu Spicæ natus fuerit,erit ruralibus officijs semper applicatus,& multas fruges horreis condet.

Spio,σπιώ,nympha Nerei & Doridis filia,sic appellata à speluncis-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

luncis maris, in quibus nympha habitare dicuntur. σπέος enim spelunca est. Boccat. lib. 7. cap. 14. Verg. 4. Aen. Niséque Speioq́; Thaliaq́; Cymodoceq́; &c.

Spoletium, σπολήτιον, cum i ante um, ciuitas in Vmbria, quæ nunc Ducatus Spoletinus dicitur, non Spoletanus, sicut ab Aretio Aretinus. Mart. De Spoletinis quæ sunt carioſa lagenis Malueris, quàm si uina falerna bibas.

Sporades, σποράδες, insulę quædam circa Cretam in mari Carpathio, sicut Strabo lib. 10. scribit. Dictæ, quòd in mari sparsæ sint. Sunt autem harum nomina, Hellene, Phocusa, Hecaria, Scimusa, Polegrados, Thera, Anephe, Astypalia, Lagusa, Ion, ubi sepultus fertur Homerus.

Stella Aruntius, poeta Patauinus lepidissimus, natus est familia cõsulari. Violantillam amauit, puellã Neapolitanam, quã tandem duxit uxorem. Hæc in delicijs habuit columbam, auẽ dicatã Veneri, quam Stella fleuit defunctam pulcherrimo carmine: opusq́; ipsum Columbam inscripsit. Martialis li. 12. Laurigeros habitat facundus Stella penates.

Stennio, Boccatio li. 10. cap. 10. una est Gorgonum. sed Sthenyo scribendum, ut infrà. filia Phorci ex monstro marino susceptra, quæ debilitas interpretatur, id est, timoris initium, quòd tantum mentem debilitat. uide Gorgones.

Srentor, στέντωρ, unus fuit è ducibus Græcorum, qui ad Troiam profecti sunt: cuius tantum erat uocis sonitus, quanta aliorum quinquaginta, teste Hom. lib. Iliad. 5. Sunt qui dicant ipsum interfectum à Mercurio, quo cũ de uocis magnitudine certaret. Iuuen. Sat. 13. Tu miser exclamas, ut Stẽtora uincere possis. Vnde Prouerbium, Stentore clamosior.

Stephanus, στέφανος, Latinè corona, à quo Stephanium & Stephanicũ diminut. Hinc aliud diminutiuum, Stephanistidiũ.

Stercutius, dictus est Saturnus, quòd primus stercorandi agri rationem inuenerit.

Steropes, à fulgetra nomen sortitus est, quæ Græcè στεροπὴ dicitur, famulus fuit Vulcani. Verg. Brontesq́; Steropesq́; & nudus membra Pyracmon. uide in dictione Cyclops.

Sthenelus, Capanei & Euadnes filius in bello Troiano, cuius meminit Hom. & Verg. lib. 2. Aeneid. Thessandrus, Sthenelusq́; duces, & dirus Vlysses.

Sthenobœa, σθενόβοια, Prœti Ephyrę, uel Argiuorũ regis uxor, quæ Bellerophontem amauit. A quibusdam Stenoboe, seu Stenobe apppellatur. uide suprà de Bellerophonte. Ab ea fit Sthenobœius, a, um. Sidonius, Quàm si spectasset quódã Sthenobœius heros. Id est, Perseus, nepos Prœti ex fratre.

Sthenyo, σθένυω, fuit una ex filiabus Phorci, & Cetus beluæ marinæ, Medusæ soror.

Stilbon, ontis, στίλβων, Mercurij stella dicitur, id est radians. Fit à uerbo Græco στίλβω, resplendeo, quòd eius orbis splẽdeat.

Strœchades, στοιχάδες, pen. cor. sunt tres insulæ in Rhodani ostio uicinæ Massilienſibus, sic dictæ propter ordinem, quo sitæ sunt. Græci enim στοῖχον, dicunt ordinem & uersum, authore Plin. lib. 3. cap. 5. Harum nomina sunt, Themista, Pompomina, Hypæa. Plin. eas sic uocat, Prote, Mese, Hype, id est prima, media, infima.

Stoici, στοικοί, philosophi appellati sunt ab στοὰ, quod significat porticum quò conuenire, ac differere solebant. Erat enim porticus Athenis dicta Pœcile, ex uarietate picturæ. Græci enim ποικίλον uarium dicunt. In hac porticu Zeno philosophus discipulos docebat. Vnde & secta Stoica, & philosophi Stoici nuncupati sunt, qui antea Zenonij dicebantur, à Zenone doctore. Hæc est illa porticus Stoicorum memoratissima, quam Chrysippus dictus est fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuitò. Stoicè aduerb. Cic. in Parad.

Strongylos, & Strongyle, es, στρογγύλη, pen. cor. insula in mari Aegeo, una ex Aeolijs, sic dicta quòd sit rotunda & glomosa, quod στρογγύλον Græcè designat. Hæc ut Plin. lib. 3. scribit, uinearum fertilis est, cuius ambitus patet 75. milibus passuum. Ea nunc Naxos, sed antea Dia uocata.

Strophades, στρόφαδες, insulæ duæ in Ionio mari iuxta Zacynthũ in meridie sitæ, ab alijs Plotæ dictæ, quib. Seru. à cõuersione Harpyiarum ex Arcadia uolantium nomen datum uoluit Verg. lib. 3. Aeneid. Excipiunt Strophades, Graio sunt nomine dictæ Insulæ Ionio in magno. Lege Seruium, & Cęlium, & Ptol.

Strymon, fluuius est Thraciæ, ex Aemo monte profluens, & Thraciam à Macedonia separans. Lucan. lib. 5. Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt. Inde fit Strymonius, a, um. ut, Strymoniæ grues apud Verg. lib. 1. Georg.

Stymphalus, oppidum est Arcadiæ: & Stymphalis palus, in qua aues fuerunt, Stymphalides apellatæ, tantæ magnitudinis, ut Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam deuastantes: quas Hercules nõ sagittis, ut quidam putant, sed sonitu ahenei crepitaculi fugauit, & usq; ad insulam Aretiada propulit. Verg. de laboribus Herculis, Stymphalides pepulit uolucres discrimine quinto, &c. A' Stymphalo oppido fit Stymphalius, a, um, συμφάλιος, & Stymphalis idis.

Styx, Stygis generis fœminini fluuius infernalis, per quẽ Dij iurabant, nec tale iuramentũ fas erat uiolare. Si quis Deorum uiolasset, centum annis nectare abstinebat, & numinis maiestate erat priuatus. Vergil. Stygiamq́; paludem Dij cui ius iurare timent & fallere numen. Sic dictus à tristitia, quã infert omnibus damnatis. sùs enim propriè mœstitiam designat. Hinc συγνός tristis dicitur, & συγνάζω, mœreo. Vel dicitur ἀπὸ τοῦ συγῶ, hoc est timeo, odi, quòd omnibus terrori sit. Hæc autẽ de Styge idcirco ficta sunt, quia Styx fons est ad Nonacrim Arcadiæ è saxis profluens, cuius aqua uenenum est præsentissimum: epota, illicò necat. Pisces in ea paruos esse tradit Theophrastus, letales & ipsos. Noxiam putant nimio frigore, utpote cum profluens ipsa statim lapide fcat: traduntq́; etiam æs ac ferrum ea erodi, & sola mulę ungula contineri: cætera uasa nullo modo eam uim ferre posse, sed statim frigoris magnitudine disrumpi. Vide Nonacris. Est & alia palus in Aegypto iuxta Memphim, quam ueteres Styga uocauere, ambiens Abaton insulam. A' Styx deducitur Stygius, στύγιος, ut Iupiter Stygius, pro Plutone apud Vergil. lib. Aeneid. 4.

Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta paraui.

Subsolanus, uentus dicitur, qui Sole oriente subnasci uidetur. A' Græcis ἀπηλιώτης, ἀπὸ τοῦ ἥλιου, id est à Sole dictus. Vẽtus Fauonio contrarius.

Subuetericus, id est loci nomen in urbe Roma, sicut & Subnouis. Plaut. in Curc. Subuetericus ibi sunt qui dant, quiq́; accipiunt fœnore. Var. Subnouis dicta pars in foro ędificiorum, quod uocabulum eius peruetustum.

Suburra, uicus Romæ, à quo regio Suburrana dicta est (ut scribit Iunius) abeo q fuerit sub urbe antiqua. Hinc Suburranus, a, um, ut regio Suburrana, in qua meretricum diuersoria erãt, quæ ob id Suburranę dicuntur à poetis. Martialis lib. 6. Famæ non nimium bonæ puellam, Quales in media sedent Suburra, Vendebat modò præco Gellianus.

Suculæ, dictæ sunt stellæ, quæ alio nomine hyades, ὑάδες, uocantur à pluuia. Nam & orientes & occidentes tempestates & pluuias cient. Exoriuntur 21. Calend. Iunij. Plinius 14. Aegypto suculæ occidunt uesperi.

Sueui, σούηβοι, populi Germaniæ, Bauaris finitimi, qui solebat olim obliquare crinem, nodoq́; substringere. Principes habebant ornatiorem capillum, quàm plebeij. Lucan. lib. 1. Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos.

Sueuia, dicitur eorum regio. Olim circa Albim habitarunt. Et plus quàm centum pagos habuerunt. Gens ualida & bellicosissima.

Sulmo, σοῦλμον, oppidum in Brutijs Pelignæ regionis, Ouidij patria, unde ipse ait, Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis, Milia qui nouies distat ab urbe decem. Dictus Sulmo à Solymo Aeneæ comite, conditore eius urbis.

Summanus, dicitur Pluto, quasi summus manium. Ouid. lib 6. Fast. Summano templa feruntur.

Surrentum uel Surrhentum, συρρέντιον, Campanię oppidum à Grecis conditum, quod alio nomine dicitur Petræ Sirenũ, quòd ibi quondam Sirenes consederint. De eo & Vergil. 5. Aeneid. Iamque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat. De hoc & reliquis Campaniæ locis Plin. lib. 3. cap. 5. & Strab. lib. 5. Hinc Surrentina uina dicta sunt, & Surrentini colles, συρρέντιος. Colum lib. 3. cap. 2.

Susa, sæ, & Susa, sorum, σοῦσα τὰ, oppidum & metropolis Persidis in Susia, quæ Persię est pars, à Suso fluuio sic uocata, cõdita à Tithono Memnonis patre. Propertius,

Non tot Achemenijs armatur Susa sagittis,
Spicula quot nostro pectore fixit Amor.

Inde Susinus, a, um, ut Susinum unguentum.

Suasina,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Susiana, σουσιάνη, prouincia Asiæ (ut lib.6.cap.3.refert Ptolemæus) quæ à septentrione terminatur Assyria, ab occasu Babyloniæ adiacet, ab oriente habet Persidem, à meridie partem Persici sinus. Cuius ciuitates insignes, Traiana & Susa, in qua templum Dianæ Susiæ.

Sybaris, σύβαρις, oppidum antiquissimum, ab urbe duodecim millib. pass. distans. Aliud est oppidum Calabriæ, in sinu Tarentino ad Crathidem amnem, cuius ciues adeò luxu delicijsq; dediti fuerunt, ut omne robur tam animi, quàm corporis amiserint. Hinc Sybaritanus, a, um, qui ex Sybari oppido est. Sybariticus, a, um, qui imitatur eorum mores, id est luxuriosus. Sybaritæ populi. Est & fluuij nomen eiusdem loci, à cuius potu greges amouēt: nā si de eius aqua biberint, sternutamentis agitantur. Author Strab. lib.6.

Sychęus, συχαῖος. uide Sichæus.

Sycoris, Plin. lib.3.cap.3. fluuius Hispaniæ, iuxta Ilerdēses Surdaonum gentis. Lucanus, Hesperios inter Sycoris nō ultimus amnes. Vide Sicaris.

Syene, συήνη, urbs in confinibus Aethiopiæ atq; Aegypti. Aegypti aliàs ciuitas, & aliàs Thebaidis Aegypti prouinciæ. super Alexandriam uersus meridiem quinq; millib. stadijs sub tropico Cancri directè locata. unde Sole existente in Cancro, medio solstitij die supra uerticem ciuitatis cadens, nullam prorsus in ea umbram facit, ut inquit Plin. lib.1.

Syla, mons & sylua est Lucaniæ (* aliàs mons syluæ Lucaniç) Lege Sylla.

Sylla, per duplex ll, mons Lucaniæ, & sylua in illo. Sic dicta quasi σύρα, id est tracta, hoc est larronibus frequētata. ut Sallust. de fugitiuis, In sylua, inquit, Sylla fuerunt. uide Syla.

Sylla, σύλλα, cum duplicato l. nobilis Romanus, teste Sallustio, qui ex antiqua Scipionum familia originem duxit: in adolescentia omnibus flagitijs inquinatam uitā egit, hoc est usq; ad quæsturam, quam sub Mario adeptus est, in qua uitā omnem penitus commutauit: ut dixit Valer. Maximus. catenas Iugurthæ manibus iniecit, Mithridatem compescuit: socialis belli luctus represit, Cinnæ minationem fregit: & Marium, qui olim se Quæstorem fastidierat, ipsum illam prouinciam proscriptum & exulē coegit petere: fuitq; literis Græcis & Latinis bene eruditus, facundus, acer, astutus, gloriæ cupidus, sui securus, multarum & pecunię maximè largitor, animo grandis, ità ut dicat Sallustius, dubitari potuisse, fortior an fœlicior esset. Nam fœlix eo dici uoluit, quòd inimicos Marianos fœliciter ultus est. Dictator deinde effectus, ita Remp. oppressit, ut, teste Cicerone in Verrem, nemo illo inuito, nec bona, nec patriam, nec uitam retinere posset. Postremò Repub. constituta, dictaturam deposuit, & priuatus Puetolos concesit. Quapropter Cæsar Iulius dicere consueuit illum literas nescisse, quia dictaturam deposuisset, ut scribit Tranquillus. Puteolis dicitur morbo pediculari correptus interijsse. uide Plutarchum.

Syluanus, syluarum Deus, (quem Græci πᾶνα uocant.) Hic amauit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam ceruam. Hanc cum Syluanus nescius occidisset, puer est extinctus dolore, quē amator deus in cupressum arboremeius nominis uertit, quā pro solatio portare dicitur. Vergil. 1. Georg. Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. Hæc Seruius. Est etiam adiect. id quod ad syluam pertinet, ut Syluanus deus, Faunus, uel Pan, syluarū incola.

Syluia, nomen quo Ilia Romuli mater uocata est. Verg. 7. Aen.

Adsuetum imperijs soror omni Sylua cura,
Mollibus intexens ornabat cornua sertis.

Syluius, Aeneæ filius, à quo postea omnes Albani reges Syluij dicti sunt.

Symethus, fluuius Siciliæ non longè ab Aetna.

Symplegades, συμπληγάδες, pen. prod. insulæ duę, siue duo scopuli in Bosphoro, dictæ quòd inter se aliquando cōcurrisse fabulis traduntur. uide suprà Cyaneæ.

Syphax, acis, σύφαξ, rex fuit Numidarum, cuius Liuius sæpe meminit: qui cum Scipioni per Lælium amicitiam promisisset, & postmodum uiolata fide adhæsisset Annibali, uictus ab ipso Scipione, ductus est in triumphum, expiraritque in carcere. Atq; eo mortuo regnum datum est Masinissæ.

Syracusæ, συρακοῦσαι, ciuitas Siciliæ, sub Pachyno monte sita, ubi fons Arethusa. Cic. lib.6. in Verr. scribit, Syracusas urbem esse maximam Græcarum urbium, pulcherrimamque, quæ ex quatuor quasi urbibus maximis constare uidebatur, quarum una Insula nominatur, altera Acradina, tertia Tyche, quarta Neapolis. Syracusani multos claros principes habuerunt, sed præcipuè clarissimum Dionysium senio rem. Qui cum apud filium Dionysium uidisset ingentem uasorum aureorum argenteorumq; copiam, exclamans inquit: In te affectus regius non est, qui ex tanta poculorum ui amicum neminem tibi conciliasti. Ambo tamen Dionysij philosophi fuere, amboq; Platonem audierunt.

Syria, συρία, regio Asiæ, quæ ab Oriente fluuio Euphrate, ab Occidente nostro mari & Aegypto terminatur, à Septentrione habet Ciliciam, & patrem Cappadociæ, à Meridie Arabiam. Cuius insignes ciuitates, (ut lib.5. refert Ptolemæus) sunt, Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmira, Heliopolis, Ptolemais, Sidō, Tyrus, Berytus, Botrys, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæsarea, & Damascus. Montes clari, Carmelus, Casius, Libanus. Fluuij, Euphrates, Chrysorrhoas, Singas. Regiones, Phœnicia, Palęstina, Iudęa, Idumęa, Comagena, & Samaria. Hæc regio in medio orbis constituta est, quo fit ut nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitā faciant diuisionē, in Syros, Assyrios, Leucosyrios, & Cœlo syrios. Plinius duplicem facit, unam Palæstinam, alteram Antiochiam. Syri siue Syrij sunt eiusdem populi, ludis celebritatibusq; dediti. Perunguntur oleo precioso, & linuntur unguentis. Maximam diei partem in comessationibus absumunt & potu. Masculi à 14. anno, fœminę à 12. usque ad 65. tributo obligantur. Fortunam colunt. Hinc Syriacus, a, um, possessiuum: ut Syriaci boues, id est qui ex Syria.

Syrictæ, συριπταί, populi dicti sunt, siue à foraminibus & fistulis, quas nasi loco præferunt, siue à fistulis & calamis auenarum. Solinus, Alij concretum os habent, modicum tantum foramen, quo calamis auenarum cibos hauriunt. σύριγγας enim Græci fistulas appellant.

Syrinx, Nympha Arcadiæ, quæ Nympharum precibus mutata est in palustres calamos, cum acrius eam insequeretur Pan, rusticorum deus, ut suprà indicauimus.

Syrissus, a, um. idem quod Syrius. συρικός. Verg. Coppa Syrissa caput Graia redimita mitella.

Syrophœnix, συροφοίνιξ, ora maritima Syriæ, circa Euphratē, cuius pars Idumęa, & Iudæa.

Syrtes, σύρτις, duo sunt sinus in extrema Africa, uersus Aegyptum periculosissimi, propter uadosum ac reciprocum mare. Dictæ ἀπὸ τοῦ σύρειν, id est à trahendo. Est enim inæqualitas maris & terræ magna, & in uno loco profundissima, in alia uerò satis undosa. Spirantęq; uento cumulus arenę qui supra mare fuerat, in profundissimas residet ualles: & qui deprimebatur, mox super aquas egeritur. Et sunt duę, pares natura, impares magnitudine, quæ dicuntur maiores & minores, & spacio passuum ducentorum quinquaginta milliū separantur. Minor à Carthagine trecentis millibus passuū distat, & totidem ambitus. Maior, quadringentis uiginti quinq; millibus passuum. Seruius uerò ubicunq; sunt areno sa loca in mari, Syrtes asserit uocari. Hoc nomen declinatur hic Syrtis, & hæc Syrtis, ut inquit Priscianus.

Syrus, σῦρος, insula Ionica, Asiæ appositа. cuius prima producitur, à qua Pherecydes Syrus ortum habuit, non à Syria regione. Scyrus uerò, σκῦρος, Thraciæ ascripta est, ut Strabo & Plin. testantur, longè à Rhodo.



Abereni, populi iuxta Chalybes, Pomponio libro primo, quos Strabo Tabarnos nominat. Rectius Tibereni, uel Tibarani dicendi, teste Hermolao. Iust. simi sunt illi: nec prius prælio cōgrediuntur, quàm diem, locum & horam, ex fide hosti denunciarint. Cum mulier partu liberatur, uir in lectulum tanquam pueri author decumbit, eumque ut puerperam essœta uxor curat, ut ex Nymphodoro Cælius annotauit. Valerius Flaccus libro quinto: Inde Genetæi rupem Iouis, hinc Tibarenum Dant uirides post tergas lacus: ubi deside mitra Fœta legat, partuq; uirum fouet ipsa soluto. Quo de loco doctissima extat Angeli Politiani epistola ad Pomponium Lętū. Quod ad risum attinet, Ephrorus tradidit, & libro iam citato Flaccus.

Taburnus, authore Seruio, mons est Campaniæ, oliuetis abundans. Verg. 2. Georg. Iuuat Ismara Baccho Conserere, atque olea magnum uestire Taburnum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tænarus, τάιναρος, pen. cor. locus umbrosus in radice Maleæ promontorij Laconiæ, iuxta Spartá ciuitatem. In quo quia hiatus magnus est, & strepitus progredientium percipiuntur, dixerunt ueteres per hunc esse descensum ad inferos. Ibi erant λατομίαι, hoc est lapidicinæ lapidum preciosorum, qui & Laconica marmora, & Tænarei lapides uocantur.

Tages, aruspicinæ inuentor, de quo uide Cic. li. 2. de Diuina. Ouid. lib. 14. Metam. Indigenæ dixere Tagem, qui primus Hetruscam Edocuit gentem casus aperire futuros, &c.

Tagrus, mons in Lusitania, apud quem quædam equæ dicuntur è uento concipere.

Tagus, τάγος, fluuius Lusitaniæ, habens arenas aureas, ut author est Plin. lib. 3. cap. 3.

Talasio, uirginitatis deus: & apud Romanos (inquit Seru.) in uocatur. Cum enim in raptu Sabinarum plebeius quidam raptam pulcherrimam duceret, ne ei auferretur ab alijs, Talasionis ducis nobilis esse simulauit, cuius nomine puellæ fuit tuta uirginitas. Hæc Seruius.

Tamaræ, insulæ Britanniæ urbs, ut scribit Ptolemæus lib. 2. cap. 3. uulgò Tanestock.

Tamaritæ, ταμαρῖται, pen. prod. populi Asiatici, non longè à Caspio mari.

Tamarus, fluuius Britanniæ insulæ, uulgò Tone.

Tanager, τάναγρος, authore Seruio, fluuius Lucaniæ, qui est inter Campaniam & Calabriam.

Tanais, ταναΐς, fluuius Scythiæ, qui diuidit Asiam ab Europa, ferturq; à Septentrione Nilo contrarius, ut inquit Strabo lib. 11. paulo tamen Orientalior non solum per Scythas in Mæotim defluens, sed & per Sauromatas. originem eius incertam aliqui putant. Ptolem. ex montibus Riphæis prodire putat, qui magis Australes sunt, Hyperborei. Alij, in quorum numero Herodotus est lib. 4. aiunt esse paludem non admodum magnam, ex qua Tanais nascitur, qui duobus ostijs Mæotim ingreditur, qui stadijs intra se circiter 70. distare feruntur. Alij ex Caucasijs montibus oriri existimant. Scythæ Tanaim Silin uocant. Fuit & oppidum Tanais, ad amnis ostia Plin. lib. 2. cap. 98. à Græcis qui Bosphorum tenuere, condita. uide Ptolem. lib. 5. cap. 4.

Tanis, τάνις, metropolis Aegypti, ubi Moyses mirabilia fecit, à qua Tanicum siue Taniticum Nili ostium dictum.

Tantalis, id est, Niobe, filia Tantali.

Tantalus, τάνταλος, Iouis ex Plote nympha filius fuit, quem Eusebius regem Phrygiæ cum Troe Dardaniæ rege bellum gessisse scribit, quòd Ganymedem rapuerit, Agamemnonis & Menelai auus. Vnde & Tantalides dicti sunt. Hic, cum deos conuiuio suscepisset, ut eorum diuinitatem experiretur, Pelopem filium membratim discerptum, coctumq; apposuit comedendum. illi uerò cum abhorruissent cibum, nõ solum abstinuere, sed collectis in unum membris, puerum in formam pristinam reduxere, & reuocata per Mercurium anima, uitam illi restituere. Sed cum aduerterent humerum deesse puero, quẽ deuorauerat Ceres, loco cõsumpti, eburneum refecere. Tantalum autem ad inferos detrusum perpetua fame torqueri constituere, aquis & pomis ori imminentibus, quæ non possit corripere. Alij dicunt hoc tormẽti genus illi inditum esse, quòd deorum secreta mortalibus reuelauerit. Ouid. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. Hac lege autem Tantalus apud inferos dicitur esse damnatus, ut in Eridano inferorum stans, nec undis præsentibus, nec uicinis eius pomarijs perfruatur. Per hoc autem auaritia significatur: ut etiam Horat. 1. Serm. Sat. 1. Quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur. Hæc Seruius 6. Aen. Plato in Cratylo scribit Tantalum dictum esse, quasi ταλάντατον, hoc est infœliciſsimum. Hinc fit Tantaleus, a, um. Propert. Tantalea poterit tradere poma manu.

Taphiæ, ταφιαί, insulæ, prope Echinadas. Ser. lib. 10. quibus Taphij & Teleboæ imperauerunt.

Taphij, τάφιοι, dicti sunt populi, à Tapho Neptuni filio, qui Echinadibus insulis imperauit. Hunc Neptunus (ut est in fabulis) inuictum fecit, ut quandiu, quem in uertice aureum dederat capillum haberet incolumem, tandiu foret insuperabilis.

Taprobane, ταπροβάνη, insula in mari Indico amplisima, inter ortum occasumq; solis, ut Solinus refert. Patet in longitudine stadiorum septem millibus, in latitudine quinq; millibus. Nulla in nauigando siderum obseruatio. Ibi enim Septentriones non uidentur. Plin. refert legatos ex Taproba-ne, quum ad nos uenissent, miratos esse Septentriones & Vergilias, ueluti in nouo cœlo. Lunam uerò apud ipsos nõ nisi ab octaua die, ad quintamdecimá supra terrã aspici. Lucet ibi Canopos sidus clarũ & amplisimũ. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, ceruleis oculis, atrocis uisu, terrifico sono uocis, uiuunt ultra annos centum. Nascuntur in ea berylli & hyacinthi, ut Ptol. lib. 7. refert. Plin. lib. 6. scribit, quingenta oppida in ea comperta fuisse. Item, ut Geometræ scribunt, in ea sunt duæ æstates.

Tapsus, uide Thapsus per Theta.

Taracina, ταρρακίνα, oppidũ Volscorũ in Cãpania, nõ procul à Caieta, & ab Amyclis Tacitis, ut author est Seruius apud Verg. 10. Aen. antè Trachina, id est aspera, à loci aspredine: & lingua Volscorum Anxur dicebãtur prius, diuersam fortunã à Rheginis experta, à ταράττω conturbo. Editum occupat collem, ut scribit Silius lib. 8. Scopulosi uerticis Anxur.

Taracon, ταρράκων, pen. cor. insignis Hispaniæ ciuitas, Scipionum opus, à qua prouincia ipsa Taraconia & Taraconensis uocatur, quæ (ut Pomponius scribit lib. 2.) altero capite Gallias, altero Bæticam Lusitaniamq; contingens, mari latera obijcit nostro, qua Meridiem, qua Septentrionem spectat Oceano. Hinc Taraconẽsia uina, optima, ταρρακωνήσιος. Mart. Taraco Campano tantum cessura Lyæo. Silius lib. 3. Dat Taraco pubẽ Vitifera, & Latio tantum cessura Lyæo. Aliàs Tarraco dicitur.

Taranis, dicebatur Iupiter à Gallis, cui humano sanguine litabant. uide Teutates.

Tarchon, τάρχων, Hetruscorũ dux, qui, ut ex Vergilio notũ est, Aeneæ suppetias tulit aduersus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abiecta litera n. Verg. Aeneid. 8. Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant Castra locis.

Tarentinus, quod ex Tarento est, uel in Tarentinis agris crescit, ut Tarentina pyra, Tarentina nux, κάρυον ταραντινόν, fragili putamine est, & ita mollis, ut uix attrectata rumpatur. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quòd iuglandes nuces & pineas molles habeat, ac similiter oues. Tarentum autem Sabini uocant molle, ad quos alludens Horat. scripsit, Et molle Tarentum.

Tarentum, τάρας, fuit inclyta Calabriæ urbs, in ultimo Italiæ circa Salentinorum confinia, à Tara Neptuni filio ædificata. Deinde à Laconibus aucta, qui duce Palanto illuc aduẽtantes expulsis incolis, uti Iustinus lib. 3. scribit, eam tenuerunt. Verg. 3. Aeneidos.

Hic sinus Herculeis (si uera est fama) Tarenti
Cernitur, attollit se diua Lacinia contra,
Caulonisq; arces, & nauifragum Scylacæum.

Tarpeius, ταρπήιον ὄρος, mons Romæ à Tarpeia uirgine Vestali sic dictus. uide sequentia.

Tarpeia, teste Plutarcho in uita Romuli, filia fuit Tarpeij, quæ Romanam arcem in Capitolio cõstitutam, cuius pater Tarpeius custos erat, Sabinis prodidit. Hinc mõs Tarpeius dictus, inquit Terent. Varro, à uirgine Vestali Tarpeia, quę ibi à Sabinis necata & sepulta fuit. Hinc eius nominis monumentũ relictũ, ut rupes quæ antea Saturnia dicebatur, etiã nunc Tarpeium saxũ appelletur. Verg. 8. Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia dicit Aurea nũc, olim syluestribus horrida dumis. Seruius declarans hũc locum, Tarpeia, inquit, sedes dicta est à Tarpeia uirgine. Cũ enim Romulus cõtra Sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidam dedisset arcem tuendam, eius Tarpeij filia aquarum profectain hostes inciditi: quam cum hortarentur ad proditionẽ, illa pro præmio poposcit ornatum manuũ siniſtrarum, id est, armillas. Facta itaq; arcis proditione, hostes ingeniosa morte promissi solu erunt. Nam scuta, id est, siniſtrarum ornatum, super illam iacientes, eam luce priuarunt, quæ illic sepulta, Tarpeię sedi nomen imposuit. Hæc Seruius.

Tarquinij, orum, uetus oppidum Campaniæ. Tarquiniensę, ab solutum, pro agro Tarquiniensi, & qui à Tarquinijs hæredibus primum nomen accepit. Plin. lib. 8. cap. 52.

Tarquinius Priscus, quintus Romanorum rex, de quo uide Liuium libro 3.

Tarquinius Superbus, cognomen à moribus meruit. de quo item uide Liu. eodem lib. 1.

Tarsus, ταρσός, urbs præclariss. ut autor est Stra. li. 25. & Ciliciæ metro-

metropolis,posita in cápis. Cydno amni alluitur:quâ Perseus Danaes nobilissima proles ædificauit: uerũ ut Eustat. Sardanapalus.Hæc fuit apostoli Pauli patria.Dicta Tarsus, ut quidã existimãt,à siccitate,uel à parte pedis,quę Tarsos dicitur,ut in manu.Vel (ut Iosephait lib.1.) à Tarso nepote Iaphet.Est & Tarsis regio Iudææ,ad quam Ionas prophe ta se uelle ire dixit,ubi & Salomon & Iosaphat naues habue runt, quæ de Tarsis solitæ sunt exercere commercia.Porrò Hebræi Tarsi mare dici generaliter autumant, secundum illud,In spiritu uiolento confringet naues Tarsis:id est,maris.Hinc Tarsenses,qui adeò philosophiæ studiosi fuerunt, ut Athenienses & Alexandrinos superarent.

Tartarus,τάρταρος, pen.cor. in singulari generis masculini,in plurali neutri: locus infernalis. à ταράττω, conturbo: quia il lic omnia perturbata. uel ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id est à tremore frigoris.Hinc Tartareus,a,um.adiectiuum.

Tartessus,ταρτησσός, urbs fuit Hispaniæ iuxta columnas Herculis, in litore prope Gades,unde familia Columellæ emanauit: à Tartaro dicta (ut meminit Strabo lib.3.) propter subterraneas illic cauernas.Hinc Tartessiacus possessiu.ut Tartessiaci thyrsi, Colum.li.10.Sidon.At Tartessiacum uenit Indus aquator Iberum. Hæc aliquando Carteia dicta est,ut scribit Pomp.Mela lib.2.

Tasium,θάσιος οἶνος,genus est uini,à τάσις,quæ est detentio,de ductum nomen:uel (ut Seruius ait) à Taso insula. unde & Tasianites.Melius scribitur cum th, aspirato,ut infrà.

Tatius,rex fuit Sabinorũ,qui aduersus Romanos bella gessit: sed demum reconciliatus,à Romulo in urbem receptus est.

Tattæus,τατταῖος,Phrygius sal uocatur, qui est oculis utilis, ut ex Dioscor.lib.5.cap.117.

Taulantij,populi in Liburnia, ut Plinius testatur, ex quibus nonnulli iuxta Dyrrachium habitarũt se contulerunt.

Tauri,numero plurali, & Taurilia,ταυρίλια,βουφόνια,ludi in honorẽ Deorũ inferorũ facti,quos & Boalia,& Bupetias uocatos inuenimus.Sed propriè hi ludi sunt boũ gratia instituti.

Tauri,populi Tauricę Septẽtrionalis regionis in Europa incolæ,Iphigeniæ (inquit Mela lib.3.) & Orestis aduentu maximè memorati: immanes sunt moribus, immanẽq; famam habẽtes,solere pro uictimis aduenas cędere. Hactenus Põpon.De Orestis in Tauricam aduentu,multa Ouid.lib.Tristium quarto. Immanis autẽ sacrificij huius Thoas rex author fuit. Hinc Diana ipsa Thoantea dicta Silio lib.4. Sacra Thoanteæ,ritusq; imitata Dianæ.

Taurica Chersonesus.uide Tauri.

Taurominium,ταυρομένιον,mons Siciliæ,multis bobus abundans:& supra eum urbs eiusdem nominis,quam ædificauerunt Zanclęi.à quo Tauromenitanus ager, & Tauromenitani ciues,unde est illud Lucani,lib.4.

Tauriminitanam uincunt feruore Charybdim.

Taururum,Ptol.lib.2.cap.16.Taurunũ Plin.li.3.cap.15.alio nomine,Alba Greca,Belgradũ hodie,uulgò Griechisch Veissenburg,à Turca nuper expugnata Vngariæ urbs.

Taurus,ταῦρος,mons ab Eois ueniens littoribus, Chelidonio promõtorio disterminatur. Cuius descriptionem legito apud Plin.lib.5.cap.17.& Soli.in descriptione Ciliciæ. Mós qui ei oppositus est Antitaurus dicitur.Est & Taurus cœleste signum,ut author est Cicero lib.2.de Nat.deorum .Ideo uerò Taurus in cœlum translatus esse dicitur,quòd Europam incolumem transuexerit in insulam Cretam.Legefabulam Sidus est in Zodiaco.

Taygeta,siue Taygete,Agenoris fuit filia,ex qua Iupiter Lacedæmonem genuit: etsi sint, qui Semeles filiam faciant. Fuit & una de septem Pleiadibus.

Taygetus,uel Taygeta, ταυγετὸν, est mons sub quo Sparta & Amyclæ, ut inquit Strabo lib.8.Lucan.li.4. Gelidiq; inculta iuuentus Taygeti.Hic mons consecratus est Baccho, teste Seruio apud Verg.2.Georg.

Tectosages, fortissimi aliquãdo Gallorũ, Pyrenæis proximi & Cemenijs sunt:adeò olim potẽtes opibus & uirium præstantia,ut per Græciã tunc uictricem gentium, magna hominũ manu profecti, in Asia supra Phrygiã, Cappadociãq; sedes posuerint, incolumes ab omni finitimorũ incursu.Tectosages & Tholistobogi dicti Floro, Plinioq;, &c.

Tegeum,tribrachus est,ut ait Seruius,τέγεια,oppidũ Arcadię, à qua Tegeus,τεγεάτης,sicut à Nemea Nemeęus siue Nemeates.Tegeaticus deus, Pan dictus est,& Mercurius quoque à Papinio, Propert. Fictilis & calami Pan Tegeæe tui.Verg. Tunc lateri atq; humeris Tegeæum subligat ensem.

Teium,τήϊον,urbs in Paphlagonia,ut Sall.scribit,in qua ortus fuit Anacreon.Vnde Teius,a,um,τήϊος,possessiuũ trium syllabarum.Ouid.Quid nisi cum multo Venerem confundere uino Præcepit Lyrici Teia Musa senis?In hac fuit templum Apollinis,unde Apollo Teius.

Telamon, fuit Aeaci filius,Pelei patris Achilis frater, & Aiacis pater, Rex Salaminis insulæ.

Telchin,dicta est Rhodos insula, cuius sunt populi Telchines,qui cum omnia aspectu suo in peius cõmutarent, à Ioue sunt submersi. Ouid.lib.7.Phœbeamq; Rhodon & Ialysios Telchinas,Quorum oculos ipso mutantes omnia uisu, Iuppiter exosus fraternis subdidit undis.

Telchines,τελχῖνες,filij Mineruæ & Solis, uel,ut alij uolunt,Saturni & Aliopes.Hi & Corybãtes & Idæi dicti sunt. Strabo lib.10.de his loquens:Sunt,inquit, qui memorent Telchines in Rhodo nouem fuisse Rheæ comites in Cretam: qui quoniam Iouis alendi curam gesserunt, Cretes nominati sunt.uide Telchin.

Teleboæ,τηλεβόαι,Aetoliæ populi fuerunt, latrocinio infamati.Fuerunt quoq; populi Campaniæ.Verg.lib.7. Seruius in septimum Aeneidos,dicit esse Caprearũ populos, quos Telon suo regebat imperio.

Teleboas,τηλεβόας,unus ex Centauris,Ixionis & Nubis filius, Bocatius libro 9.cap.3.

Telegonus,τηλέγονος,nomen propriũ uiri,quod Latinè significat nouissimo loco natũ: unde pro humili & inglorio ponitur.Fuit etiam filius Vlyssis ex Circe,qui patrem:cũ grandis iam natu esset,uidere cupiens,eum incognitum in Ithaca interfecit rostro piscis illius qui Xiphias dicitur, (quod est instar laminę magni ensis, ut scribit Oppianus de piscibus,quod genus ensis à matre accepit) cũ & ipse incognitus à patre hospitio prohiberetur. Inde in Italiá rediẽs Tusculũ condidit.Ouidius,Et iam Telegoni, iam mœnia Tyberis udi Stabant,Argolicæ quæ posuere manus.

Telemachus,τηλέμαχος, Vlyssis ex Penelope filius,Penelopæ matri à patre ad Troianũ bellũ abeũte relictus, qui multa interim à procis matris perpessus, tandẽ omnes reuerso patre ultus est.Ouid.in Epist.Tres sumus imbelles numero,sine uiribus uxor,Laertesq; senex,Telemachusq; puer.

Telemus,teste Homero in Odyss.& Theocr.in Bucolicis,Eurymi filius,& inter Cyclopas uates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcunq; ab Vlysse passus est.

Telephus,τήλεφος,Mysiorum rex fuit,& Herculis filius,ex Auge nympha,qui ex serua nutritus fertur.Nam aui iussu expositus in syluis à cerua nutritus est,deindeq; dono datus regi Mysiæ,proq; filio educatus est.Claudianus,Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis.Qui postea in Lycia imperauit.Et cũ Græcos ad expeditionẽ Troianã ꝓficiscẽtes prohibere uellet,ne per Mysiam transirent,ab Achille uulneratus est:qua plaga sanari prius non potuit, quàm suadentib. oraculis eadem hasta ab Achille repercuteretur. Quod ita intelligitur quia rubigine emplastrum fecit Achilles, quo uulnus sanauit.Ouid.Ego Telephon hasta Pugnantem domui, uictum orantemq; refeci.

Telmesum, τελμησσός, & τελμησσεύς gentile,apud Suidam oppidum Lyciorum,cum promontorio & portu.Inde Telmesis, idos.Lucan.lib.8.Magnosq; sinus Telmesidos undę,&c.

Temese,τεμέσση,Brutiorũ oppidũ in Italia.Ptol.quoq; li.3.ca.1. Temesã nominat.Est & alia Temese Cypri.uide Themes.

Tempe,τέμπη,neutro genere & numero plurali, ꝓpriè Thessaliæ loca quinq; millia pass.longitudine,& fermè sex latitudine, pulcherrimus ager, amœnus gramine, refertus arboribus,canorus auium concentu, iugis dextra læuaq; leniter sese tollentibus: media intersecat Peneus amnis, cuius ripas arbores uestiũt.Ouid.li.1.Metam. Est nemus Aemoniæ,prærupta quod undiq; claudit Sylua, uocant Tempe,per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo spumosis uoluitur undis.Sunt& Tempe in Bœotia, quæ Teumesia dicuntur,à Teumesso monte Bœotiæ,& ab Ouidio Cygneia dicta.Sũt & in Sicilia à nomine amnis Heloria.Abusiuè quæcunq; loca amœna,nemora præsertim atque aquas habentia, Tempe uocamus.

Tenedos,τένεδος,pen.cor.insula in mari Aegæo,inter Mitylenem & Hellespontum,contra Troiam,prope Sigæũ, ut do-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cet Pŏpon.li.2.ab Oſtijs uiginti millib.paſſ.diſtat. Abeſt à Lesbo 106.millia paſſuũ.Hæc prius Leucophrys, λευκόφρυς, appellabatur, quam alij Calydnam, καλυδναν, dixerunt. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cycni filius, poſtquam cum nouerca concubuiſſet, conditaq; ex ſe urbe Tenedŏ uocauit, à qua & inſula denominata eſt. Hinc Tenedij, τενέδιοι, dicuntur eius incolæ.

Tentyra, τεντυρὶς, τέντυρα, ciuitas inferioris Aegypti, unde & præfectura Tentyritica, uel (ut Plin.ait) inſula à Nilo circundata, in qua habitãt homines, qui crocodilos nŏ timẽt. Lege ſequentia.

Tentyritæ, uel Tentyri, τεντυρῖται, Aegyptiorũ populi, de quibus Plin.lib.8.cap.25.& lib.20.cap.3. Quin & gens hominũ eſt huic beluę, de crocodilo autem loquitur, aduerſa in ipſo Nilo Tentyritæ, ab inſula, in qua habitant appellata. Menſura eorum parua, ſed præſentia animi in hoc tantum uſu mira. Terribilis hęc contra fugaces belua eſt, fugax contra inſequentes. Sed aduerſum ire ſoli hi audent: quinetiam flumini innatant, dorſoq; equitantium modo impoſiti hiantibus reſupino capite ad morſum, addita in os claua, dextra ac lęua tenentes extrema eius utrinq;, ut frenis in terram agũt captiuos: ac uoce etiam ſola territos, cogunt euomere recẽtia corpora ad ſepulturam. Itaq; ei uni inſula crocodili non annatant, olfactuq; eius generis hominum, ut Pſyllorũ ſerpentes fugantur. Hæc ille.

Terbetia, τερβῆτια, urbs Siciliæ. ciues Terbetini Steph.

Terentius, poeta, Carthagine natus, libertus Romæ Terentij Lucani fuit: captum fuiſſe negant. Cum eſſet egregia indole à patrono eruditus, uenit in amicitiã nobilũ maximè Lęlij & Scipionis, quorũ opera adiutus in ſcribendo fertur ob elegantiam ſermonis, teſte Cicerone, cui adſtipulatur etiã Varro: Non obſcura fama eſt, inquit, adiutum Terentiũ ſcriptis à Lęlio & Scipione. Eandem ipſe famam auxit: nŏ enim niſi leuiter ſe tutari conatur in prologo Adelphorum. Pluribus Donatus huius uitam ſcripſit.

Terentum, locus in campo Martio, quòd in eo ara Ditis in terra occultaretur. Erat hic locus Diti & Proſerpinæ ſacer, in quo omnium qui naſcerentur & morerentur nomina ſcribi ſolebant, quoties ciuitas luſtrabatur.

Tereus, τηρεύς, rex Thracum, Martis ex Biſtonide Nympha filius. uide Progne, & Ouid.lib.9.Metamorph.

Termilę populi. Hos Sarpedon Minois & Rhadamãthi frater colonos ex Creta, quæ in Nileto eſt, duxit, ac Termilas nominauit, cum prius Minyæ uocarẽtur, ut Herodotus refert. Ac prius etiam Solymi. poſtea Lycon Pandionis filius, eoſdem à ſe Lycios appellauit.

Terminalia, orum, τερμινάλια, Varro ideo appellata eſſe exiſtimat, quòd is dies anni extremus conſtitutus. Ego potius à Termino deo nomen ſumpſiſſe exiſtimo.

Terminus, quem τέρμονα Græci uocant dei loco habitus eſt, quòd poſt Saturnum exactum cędes ac lites ruſticorum de diuidendis agris ſuſtuliſſet. Ouid.lib.2.Faſt.

Terpſichore, τερψιχόρη, uide Muſæ.

Tethys, τηθύς, Tethys, & Tethyos, Cœli & Veſtæ filia, cõiunx Neptuni & Nympharum mater, ut inquit Salluſt. At Ouid. lib.4.Faſt. uidetur ſentire illam fuiſſe Titani filiam, qui fuit Saturni frater, natu maior. ait enim, Duxerat Oceanus quõdam Titanida Tethyn. Vnde & Oceani uxorem illam fuiſſe conſtat, quæ quandoq; pro mari ponitur. Alia fuit Thetis, Achillis mater, de qua infrà.

Tetrapolis, τετράπολις, dicta eſt Antiochia, regio cognominata, ut inquit Strab.li.6.in qua ſunt quatuor inſignia oppida.

Tetricus, inquit Seru. mŏs in Sabinis aſperrimus, unde triſtes homines tetricos dicimus. Hactenus Seru. Verg.Aen.lib.7.

Teucer, & Teucrus, τεῦκρος, Scamandri fluuij Cretẽſis ex Idea nympha filius, cuius filiam Bateam Dardanus uxorem duxit, cum quo ſimul regnauit in Troade, unde Ilienſiũ regũ fluxit origo, à quo Troia Teucria dicta eſt: & Troiani ipſi Teucri. Verg.2.Aen.

Teuderium, Ptol.lib.1.cap.11.urbs Germanię, hodie Padiburna uulgò Paderborn.

Teumeſſus, pen.prod. τευμισσός, mons Bœotiæ à quo leo Teumeſſius, τευμήσσιος, dictus, inauditæ magnitudinis, qui omnibus terrori erat, quẽ Hercules adhuc penè puer occidit, eiq; pellem detraxit, qua poſtea pro pallio ſemper uſus eſt. Hic leo à Ioue in cœlum translatus dicitur, ut glorię Hercu lis conſuleret, qui eum inermis occiderat. Eſt etiam hoc nomine fluuius & regio, & paruulum oppidum in Thebanis finibus apud Strab.lib.10.

Teutates, pen.pro. lingua Gallica dictus eſt Mercurius, qui ab humano ſanguine placabatur. Nã pro uictimis homines immolabant, miniſtriſq; ad ea ſacrificia utũtur Druydibus: alij immani magnitudine ſimulachra habebant quorũ cõtexta uiminibus membra uiuis hominibus complent, quibus ſuccenſis circumuenti homines flãma exanimabantur: quoſdam ſagittis configebant, & intra ſacras ædes patibulo ſuffigebant, ut refert Strabo. Luca.lib.1. Et quibus immitis placatur ſanguine duro Teutates, horrensq; feris altaribus Hęſus. Teutoneæ, uel Teutoni, uide Alemanni.

Thais, Alexandrina nobilis meretrix fuit, quæ Atticam iuuentutem in ſui amorem pellexit. Hanc ſuis carminibus celebrauit Menander, comicus poeta Græcus, unde & Menandria dicta eſt. Propert. Tuba Menãdreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus luſit Erichthonius.

Thalamegos, θαλαμηγός, pe.pro. nauis genus. Athenæus, Aedificauit Ptolemæus Pilopator nauẽ etiã fluuialẽ, quę thalamegos uocabat. Lõgitudo eius ſemiſtadiũ, latitudo q̃ eſſet amplisſima, triginta cubitis, aliquãdo cũ ſuggeſtu tabernaculi, paulò minor 40. cubitis. Figura eius neq; lõgis nauibus, neque rotũdis aſsimilis. Hęc nauis alijs nominib. dicitur nauithalamus, nauis cubiculata, & bucẽtaurus, & thalamiphora.

Thales, θαλῆς, θάλης, fuit unus ex ſeptẽ Græciæ ſapiẽtib. qui eode tẽpore in Græcia fuerũt. Hic obijt Olympiade 58. cũ certamẽ ſpectarer ęſtu ac ſiti fatigatus. Eius illud eſt, cũ fortẽin terrogaretur, quid eſſet difficile: Seipsũ, inquit, noſſe. Illud quoq; cũ ſciſcitaretur, quomodo optimè & iuſtiſsimè uiueremus, Si, inquit, quæ in alijs reprehẽdimus, ipſi nŏ faciamus. A Thalete Ionica fluxit diſciplina, ſicut à Pythagora Italica. Dicitur autem Thales, Thaletis & Thalis in genitiuo.

Thales, poeta lyricus Cretenſis, quem è Creta Solon Spartã miſit, cuius odis ac poeſi Spartani deliniti, animarum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam caſtigabant. Author Plutarch. in Solone.

Thaleſtria, uel Thaleſtris, θάλησρις, regina Amazonum quã alij Minitheam uocant. Hęc cum trecentis mulieribus occurrit 35. dierum inter confertiſsimas gentes itinere facto, Alexandro in Hyrcania res gerenti, ut liberos ex rege ſuſciperet: ut uiſa eſt uterum impleſſe, diſceſsit. Strabo lib.11.

Thalia, θαλία, cum accẽtu in pen. una eſt Gratiarũ, à θάλλω germino, uel uireo, quoniã in longũ tempus poetarũ laus parta uireſcat. Verg. Comica laſciua gaudet ſermone Thalia.

Thalbuſa, θάλβουσα, urbs Orchomeni in Arcadia, Steph. Gentile, Thalbuſius.

Thalus, uir fuit eximiæ uelocitatis, quẽ Iupiter æreis pedib. finxiſſe dicitur. de quo uide annotationes Baptiſtæ Pij.

Thamanæi, populi ſunt Perſis tributarij. Herodotus lib.3.

Thamiea, θαμίεια, uide Thalamia.

Thamna, θάμνα, urbs Palæſtinæ, Steph. Gentile, Thamnitæ.

Thamuda, θαμουδα, locus, quod addimus de noſtro, prope Nabathæos Arabes. cuius incola Thamudenus, Steph.

Thamyris, ſiue Thamyras, filius fuit Philammonis & Arſinę, ſiue ut alij, Eratus Muſæ. Primus dicitur infanda in mares libidine in cẽſus fuiſſe. Fuit autẽ Thrax poeta. Ferũtur ipſius in Theologia uerſus ad tria millia. ſcribitur ab Homero certaſſe de cãtu cũ Muſis, ideoq; oculis captus. De eodẽ in libro Prouerbiorũ Græcorũ ſic ſcribitur: Thamyris cũ pulchritudine omnes præcelleret, ab initio mares dilexit, deinde præter cõſuetudinẽ Muſas amauit, ac cũ eis de cantu certauit, hac cõditione, ut uictor cõplexu potiretur. Victus quod eis liberet, pateretur. Itaq; ſuperatus, & oculis, & lyra priuatus eſt, ex quo prouerbiũ manauit in eos, qui prętер ingeniũ propriũ aliquid agũt, Thamyras inſanit. uide Erasmum in prouerb. & Suidam. Ouid.lib.3.de Arte.

Thanatos, inſula in Oceano Gallico, Britanniæ, ut Solinus refert, proxima, frumentarijs campis felix. In ea nullus anguis uiuere poteſt: quin aſportata aliquò terra angueis illico perimit. Dicta Thanatos, à morte ſerpentium.

Thaneum, θάνεον, metropolim fuiſſe Aegypti declarant, in qua Moſes nulla ſigna fecit. uide Tanis.

Thapſacus, θάψακος, urbs Syriæ iuxta Euphratem, gentile Thapſacenus, Steph.

Thapſipolis, θαψίπολις, prope Chalcedonem eſt, Steph. Thapſus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Thapſus, θάψος, inſula, decem ſtadijs à Sicilia diſtans, plana & penitus iacens uerſus Syracuſas, ut undis merſa uideatur. Dicta παρὰ τὸ θάπτω, ſepelio. Verg. 3. Aen.

Thariba, θάριβα, uicus quidam cuius meminit Steph. in Candara.

Tharſos, θαρσὸς, urbs eſt Cilicię metropolis: & Tharſeis, Cilices. Frequentius autem ſine aſpiratione ſcribitur, Steph. ex Ioſepho. uide Tarſus.

Thaſij, θάσιοι, populi in Thaſo habitantes. Fuit hæc inſula aurea uocitata propter aurum, quod illic effodiebatur.

Thaſium, genus uini, θάσιος οἶνος, à Thaſo inſula maris Aegæi prope Thraciam, una ex Cycladibus, quæ à Thaſo Phœnicis filio, qui eam incoluit, dicta eſt: uel à Thaſone Neptuni filio. Sic Thaſiæ uites. Verg. lib 3. Georgicorum.

Thaſus, oppidi nomẽ, teſte Herodoto li. 2. Quin etiã in Thaſum profectus ſum, ubi inueni templũ à Phœnicibus cõditũ, qui ad inueſtigãdũ Europã nauigãtes, Thaſum cõdiderunt, &c. Thaſus inſula in Aegæo mari prope Thraciam, uino ſuo & nuce optima, cuius Varro meminit, celebris.

Thaſſus, θάσσος, inſula iuxta Thraciam, ubi Telephe Europæ mater obijt, à Thaſſo quodam, qui ante Herculem fuit, nominata, & alio nomine Aeria, ἀερία uel ἠερία.

Thaumacia, θαυμακία, urbs Magneſiæ, à Thaumaco Pœantis patre dicta. Eſt & alia ciuitas in Maliaco ſinu. incolę Thaumaci. Memoratur & Thaumaciæ Dianæ templum, Steph.

Thaumas, pater fuit Iridis, quæ ab illo Thaumantias & Thaumantæa uirgo dicitur, utpote filia Thaumantis & Electræ filiæ Oceani, nuncia deorum in rebus malis, ut Mercurius in bonis. Cæterùm & ex admiratione hoc nomen accepit, quæ admiratio de eius doloribus naſcitur. θαῦμα enim Græcè miraculum ſignificat.

Thaumaſion, θαυμάσιον, mons Arcadię, in quo Saturnus lapidem deuorauit. Incolæ, Thaumaſij. Steph.

Thea, Nympha Oceani & Tethyos filia. Author Heſiod. in Theogonia, Stephano θέα, urbs eſt Laconiæ.

Theagenes, tres Athenis diuerſis temporibus Suidas fuiſſe recẽſet. Vnũ, qui de Homero ſcripſit. Alium, qui Caprus eſt appellatus, qꝝ multa ꝓmittẽs nihil præſtaret: pauper enim erat ac diues uideri uolebat. Tertius, uir potẽs ac diues Athenis, qui libertate ac beneficentia publicè ac priuatim multa laude digna geſsit. Quartum addit Pauſanias, Athletam patria Thaſium, qui CXL. coronas è certaminibus retulit. θεαγενὴς ἥρως, uide Græca.

Theangela, θεάγγελα, urbs Carię, Steph.

Theano, Meſopotamia, ſeu Creſſa genere, mulier Pythagorea, uxor Brotini Crotoniatę: ſcripſit cõmẽtarios in philoſophia, de uirtute: poemata quoq; & apophthegmata Pythagorica. Author Plotinus. Theano item apud Homer. memoratur.

Theanum, cognomine Sidicinũ, Apuliæ oppidũ, authore Cicerone in oratione pro Cluẽtio, & Strab. li. 6. uide Sidicinũ.

Thebęi, θηβαῖοι, qui ſunt ex Thebis ciuitate Aegypti, Stephano etiam Bœotiæ.

Thebais, idis, baidos, θηβαΐς, & hæc Thebaida, dæ, ab accuſatiuo Græco formatum nomen, ſicut Perſis & Perſida, Aegypti regio, à Thebe denominata. Quod nomen poteſt parronymicum eſſe à Thebe. Quo nomine etiam appellatum eſt Statij opus, in quo de Thebis tractatur. Plin. lib. 5. cap. 9. Summa, inquit, pars Aethiopiæ contermina, Thebais uocatur. uide Thebæ.

Thebais, θηβαΐς, locus ad Pontum, ab una Amazonum ab Hercule interfecta, dictus. Aiunt enim præſtantiſsimas ibi ceciſſe Trayiam, Iſocrateam, Thebain, Palam, Cœam, & Cœniam. Thebius, natus ex eo loco. Gens eſt faſcinatrix & malefica, & ſpiritu accedentes conficit. Eorum corpora in mare deiecta mergi negant. Steph.

Thebani, θηβαῖοι, qui ſunt ex Thebe ciuitate Bœotiæ.

Thebe, θήβη, urbs præclara Bœotiæ, à Thebe Promethei filia. Ciuis, Thebęus, uel θηβαιεύς, & Thebæis regio & mulier. Alia eſt in Aegypto, ubi Callimachus ſcribit ſpeluncam eſſe, quæ cum alias plena ſit uento, interlunijs ſolum nullum prorſus flatum emittat. Tertia eſt Theſſaliæ Phthiotidis. Quarta, Ciliciæ ſub Placia prope Troiam, cuius ciuis Thebaites. Quinta Ioniæ iuxta Miletum. Sexta, in Attica. Septima, Cataoniæ. Octaua, Italiæ, Nona Syriæ. Poſſeſsiuum Thebaicus, Steph.

Thebe, bes, & Theba, bæ. θήβη, & Thebæ barum, θῆβαι. nomina quarũdam urbiũ, quarũ una fuit in Aegypto, à Buſiride Aegypti rege cõdita, quæ Græcè διοσπόλις, id eſt Solis ciuitas, ambitu centum quadraginta ſtadiorũ, ut refert Herodot. Vrbs inſignis publicis priuatisq; ędificijs, quam Plin. totã penſilẽ fuiſſe ſcribit, quæ centũ portas habuit, in quarũ ſingulis, memorantur ducẽti cuſtodes excelluiſſe equis & curribus, ſubter quam reges ſoliti erant maximos exercitus armatorum educere, nullo ex oppidanis id ſentiente.

Thebeſtis, uide Thebe.

Thebetha, θίβηθα, caſtellum Meſopotamiæ. Steph.

Thecla, θέκλα, nomen proprium mulieris ſanctiſsimæ.

Theogonium, θεογώνιον, urbs Theſſalię, Steph.

Thegilis, θηγιλίς, epitheton Mineruæ. Steph. in Pamphylia.

Thelamuſa, θελαμοῦσα, caſtellũ Arabiæ iuxta Euphratẽ. Steph.

Thelbencane, Babyloniæ urbs iuxta Euphratis fluuij partem, Ptol. lib. 5. cap. 20. hodie Maraga.

Theleboæ, θεμεβόαι, Caprearum populi, quos Thelon ſuo ſub iugauit imperio. Capreæ autem inſula eſt, cõtra Neapolim ſita. uide Teleboæ.

Theleſis, Argiua mulier, Argos, oppidum Græciæ, à Cleomene Spartanorum rege obſeſſum, unà cum cæteris mulieribus, quum deeſſent uiri, tutata eſt.

Thelphuſſa, θέλφουσσα, urbs prope Orchomenum Arcadiæ, à Thelphuſſa Ladonis filia nomen habens. uide Telphuſſa, ſine aſpiratione, quod melius eſt.

Thelphuſsium, θελφούσιον, ſiue Tilphoſsium oppidum eſt in Bœotia, ubi laudatus Bacchus eſt à Pindaro.

Themaci, θημακοί, uicus in Tribu Erechtheide, Steph.

Thembinaclia, regio, quæ & Nemea, νέμεα, dicitur.

Thembrienus, θεμβρίνος, urbs Catiæ à Thembrino quodam. Gentile Thembrieneus, Steph.

Themes, θέμις, antiquũ oppidũ Cypri eſt, in quo repertũ primũ æs, ab eo ſumpſit cognomẽ. Ouid. de anu lanam deducẽte, Themeſęaq; cõcutit æra. Apud Græcos ſine aſpiratione ſcribitur. uide ſuprà. Stat. lib. 1. Sylua. Et quis ſe totis Themeſe dedit hauſta metallis. Inde Themeſæus, a, um. Ouid. Et quamuis aliquis Themeſæa remouerit æra.

Themilas, Themilæ, inquit Seruius, ut Aeneas Aeneæ, proprium eſt uiri apud Vergil. lib. Aeneid. 9. Hunc primò leuis haſta Themillæ Strinxerat, &c.

Themis, θέμις, fuit una ex tribus ſororibus Iouis, ex qua Minerua ſuſcepit. Hęc Cœli & Terrę filia fuit, quę Iouis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compreſſa fuit. Hæc dea putabatur, quæ præciperet hominibus id petere, quod fas eſt, ut ait Feſtus (nam θέμις fas apud Græcos deſignat) habuitque templum in Bœotia iuxta Cephiſum amnem, ad cuius oraculum acceſsit Deucalion cum Pyrrha uxore, pro conſilio recuperandi humani generis.

Themiſcyra, uel Themiſcyron, Cappadociæ urbs eſt, ut ſcribit Plin. libro 6. cap. 3. & Mela lib. 1. uide Thermodoon, & Chadiſia. θεμίσκυρα Stephano, urbs è regione, ſi rectè ἀντίον legitur, Thermodontis. Dicitur & θεμισκύρεια, & incolę regionis Themiſcyrij.

Themiſon, medicus apud Herodotum & Corneliũ Celſum.

Themiſones, θεμίσονες, ſiue Themiſonij populi, à Themiſonio Phrygię maioris loco propè Lyciam.

Themiſſus, θεμισσὸς, urbs Cariæ quam condidit Dadas, à Themiſſo filio, quem lupi dilaniauere, Steph.

Themiſonia, θεμισωνία, regiuncula Phrygię, Steph.

Themiſtius, philoſophus ſub Iuliano imperatore, apoſtata, cuius prędfectus prętorij fuit Conſtantinopoli, ſcripſit Paraphraſim in Ariſtotelis Phyſica lib. 8. in Analytica poſteriora. Prętereà edidit ſua, uidelicet De interpretatione & inſcriptione prędicamentorum, diſputationes etiã quaſdã. Hic Valentem imperatorem quotidie ſequentem in Orthodoxos authoritate ſua & epiſtolis reddidit mitiorem, Suid.

Themiſtocles, θεμιστοκλῆς, Athenienſis Neoclis filius, prodigus ac laſciuus prima iuuentute, poſtea dux delectus res in clytas geſsit. Pirędum ędificauit. Bello maritimo Perſas apud Salaminem uicit. Hic cum ab ingrata patria exul factus eſſet, & à Xerxe princeps exercitus aduerſus Athenienſes magno cum honore creatus, cum uideret patriæ ſuæ ingentis cladis periculum imminere, hauſto tauri ſanguine ſeipſum interẽmit (eum ſanguinem ideo peſtiferum eſſe ſcribit Cælius, quòd celerrime coeat & obdureſcat) ne aut regi de ſe merito infidelis eſſet, non pugnando uiriliter, aut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

patriæ hostis atq; oppugnator uideretur. uide Plutarchum. Huic (ut author est Aemilius) ob res bene gestas nemo præfertur, & pauci pares putantur. Cicero eũ memoria tan ta commendat, ut scribat eum solitum dicere, artem potius obliuiscẽdi malle discere. Ciceronis porrò uerba sunt: Themistocles quidem, quum ei Simonides, aut quis alius artem memoriæ polliceretur, obliuionis, inquit, mallem: nam memini etiam quæ nolo, obliuisci non possum quæ uolo. Hęc ille De finibus bonorum & malorum lib. 2. Fuit uir præstãs, ingens, & epistolas reliquit plenas prudentiæ.

Themistogenes, Syracusanus historicus, Cypri expeditionẽ & bella, quæ in historia Xenophontis continentur, compo suit. Author Suid.

Thennæ, θέννα, urbs Cretæ, uel Arcadiæ: alij montem esse dicunt. Steph. idem alibi Omphalium urbem esse scribit prope Thennas in Creta.

Theoclymenus, Homer. lib. Odysseę 17. uates, qui Penelopę prædixit Vlysis in Græciam reditum.

Theocrines, uiri proprium, qui primus tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator & sycophanta. Vnde & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinem tragicũ Theocrinem uocat. Erasmus in Chiliad.

Theocritus, Syracusanus, quẽ Verg. imitatus est in Bucolicis, patre Praxagora, cognomento Sunechides, matre Philinia, qui sub Ptolemæo Lagi filio emicuit, appellatus fuit Moschus. scripsit Dorica lingua Bucolicon carmen. Author Suid. Theocritus alter, Chius patria, unde & Theopompus fuit historicus, eius æqualis, & in administratione Reipub. æmulus scripsit historiam Libycam, & epistolas quasdam. Author Suid. θεόκριτος.

Theodectes, θεοδέκτης, orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Isocratis & Aristotelis, qui ei suos de Rhetorica libros dedicauit. conuersus deinde ad Tragœdias scripsit fabulas 12. Decessit Athenis natus annos XLI. Scripsit & uersibus artem Rhetoricam. laudauit & uirum Artemisiæ Mausolum unà cum claris eo tempore oratoribus. Theodectes orator superioris filius, scripsit Encomium Alexandri regis Epirotarum, commentarios historiæ, artem Rhetoricam libris VII. aliaq; complura. Author utriusq; Suidas.

Theodorus, θεόδωρος, Byzantius sophista, qui à Platone uocatus est λογοδαίδαλος, Logodædalus, scripsit contra Thrasybulum & Andocidem, & alia quædam. Suid. Theodorus & Teladeus, fratres Samij, sculptores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythij Apollinis signum incepit, alter Theodorus Ephesi eodem tempore, & alio saxo absoluit: quibus simul compositis, ita conuenit, ut unum corpus, ab uno artifice, & ex uno lapide sculptũ uideretur. Genus artis huius est Græcis ignotum, sed apud Aegyptios frequentatũ. Nã soli hominum non oculis tantum totius statuæ compositionẽ metiebãtur, sed ut dimensione ex uarijs multisq; lapidib. in unum corpus, in certã mensurã statua perficeretur. Hæc Diodor. De hoc Theodoro Diogenes testatur, quòd nõ solum sculptor, sed ẽtiam architectus fuerit, unusq; consuluit subijciendos esse carbones fundamentis Ephesij templi. Nam quum humidus esset locus, omissa ligni natura, soliditatem accipit humor immobilem. Idem primus ferrum fundere docuit, statuamq; ferream fecit. Author Pausan.

Theodorus Gadareus, nobilis orator. Gadara aurem Syriæ ciuitas est non longè ab Ascalone: uerùm ipse dici maluit Rhodius, teste Strab. cuius tẽpore fuit. Eius discipuli Theodorei sunt dicti, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit. Tiberius quoq; princeps cũ secessisset Rhodum, eum studiosẽ audiuit, ut Quintilianus lib. 6. tradit. Theodorus ἄθεος. De quo Laertius, & Suidas.

Theodosia, Taurica Chersonesi urbs, Ptolemæo authore, lib. 3. cap. 6. hodie Capha, quæ fuit ditionis Genuensiũ. Steph. θεοδοσία. Taurica urbs maritima, Strab. 7.

Theodosius, θεοδόσιος, nomen proprium duorum Romanorum principum.

Theodosius, uir memorabilis in Bithynia, teste Strabone lib. 12. cũ inquit: In Bithynia fuere uiri in disciplinis memorabiles, Xenocrates philosophus, & Dionysius Dialecticus, & Hipparchus, & Theodosius, & filij eius mathematici.

Theodotus Chius, præceptor ultimi Ptolemæi in Rhetorica, decertantibus in consilio regis, an profugus Põpeius esset recipiendus, solus consuluit interfici debere, quod sanè factum est. Hunc postea Brutus iam Augusto inimicus in Asia compertum, & ad se adductũ interfici iussit. uide Plutarchũ in uita Pompeij. Theodotum alium memorat Philostratus in Sophistis, qui tempore Herodis Attici præfuit Athenien sium scholæ.

Theognis, θέογνις, fuit poeta Græcus, de quo Plato in libro de Legibus, cuius opus incipit: ὦ ἄναξ, κτιστὰς υἱὲ, Λητὼς τέκνον, εὔποτε σεῖο λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀποπαυόμενος, id est, ô rex Latonæ & Iouis fili, nunquam tui obliuiscar exordiens, neq; finiens.

Theomnestus Cous, ut author est Strabo li. 14. uir fuit clarus administratione Reipub. & Niciæ æmulus.

Theon, θέων, nomen fuit pictoris Samij, de quo Quin. lib. 12. de institutione Orat. Alter mathematicus, qui scripsit de spiritibus ad Ptolemæum Astrologum. Alter etiam interpres Apollonij Rhodij.

Theones apud Suidam plures: sed notior cunctis philosophus Alexandrinus, eisdem, patria, tempore & disciplinis, quibus Pappus, sub Theodosio seniore. Scripsit de Astrologia, commentarios q; in Ptolemæũ & Astrolabiũ paruũ, & alia. Theon item Alexandrinus Stoicus, tempore superior, siquidem sub Augusto post Arriũ philosophũ emicuit: scripsit in Physicam, & in artem Rhetoricam, & alia. Alius item eius nominis Stoicus Antiochenus cunctis antiquior, scripsit astrologiam Socratis. Quartus Smyrnęus. Quintus etiã Alexandrinus sophista, cognominatus Aelius, scripsit in arte Rhetorica. Theon Sidonius sophista præcepit in patria Cõstantini II. tempore. Plin. lib. 35. cap. 11. his Theonem sculptorem addit, inter quinq; qui Mausoleum cælauere.

Theophanes, Mitylenæus historicus, qui Pompeij magni res gestas scripsit, teste Cic. in Orat. pro Archia poeta. Quid (inquit) noster hic Magnus, qui cum uirtute fortunã adæquauit, non ne Theophanem Mitylenæum rerum suarum scriptorem in concione militum ciuitate donauit? Hactenus Cicero.

Theophilus, θεόφιλος, Cæsareæ Palęstinæ Præsul Seuero imperante. Cuius meminit Hieronymus. Theophilus Antiochenus præsul imperante M. Antonino librum in Marcionẽ edidit: tum alia quæ à Hieronymo cõmemorantur. Alius item eiusdem nominis præsul Antiochenus, ad quẽ Lucas scribit Acta Apostolorum. Alius quoq; præsul Alexandrinus, qui scripsit aduersus Origenem. Præter hos Theophilus comicus antiquæ comœdiæ: eius fabulas nonnullas commemorat Suidas.

Theophrastus, θεόφραστος, philosophus fuit ex Eresso Lesbi oppido, prius Euphrastus, deinde Theophrastus uocatus ob oris & eloquẽtiæ suauitatem, quasi diuinam, à θεὸς & φράσις, quum antea Tyrtamus appellaretur. Hic Peripateticorum eloquentissimus doctissimusq; fuit, qui ex diuinitate loquẽdi nomẽ inuenit. Aristotelis discipulus & in schola successor. Dicere solebat, doctum hominem ex hominibus solum neq; alienis locis peregrinũ esse, neq; inopẽ amicorũ. Habuit discipulos ad duo millia. Opera eius à Diogene cõmemorãtur, inter quę sunt libri sex epitomes in Aristotelẽ de Animalibus. Extant hodie tantum de plantis conuersi à Theodoro Gaza, & parua quędam opuscula. Excessit admodum senex. Ex Suida, Diogene, Strabone. Theophrastus alter fuit Ephesius. Aelianus De uaria historia.

Theopolis, θεόπολις, maxima ciuitas orientis, sic à Iustiniano nominata post terræmotum, mutato Antiochiæ nomine, Stephan. uide in Antiochia.

Theopompus, θεόπομπος, Gnidius & orator, & historicus post Thucydidem & Herodotum: quibus, ut in historia minor, ita oratori magis similis, ut qui ante quàm esset ad hoc tempus solicitatus, diu fuerit orator. Quintilianus. Suidas autem de eodem sic ait: Theopompus, inquit, Chius & Ephori historici discipuli Isocratis, alter freno, alter calcaribus indigebat. Is Theopompus scripsit historiam Græcam, quæ post bellum Peloponnesiacum à Thucydide scriptum continet. Præterea epitomen historiæ Herodoti, & alia plura. Fuit item alius antiquæ comœdiæ poeta, ut idem Suidas author est. Præter hos Theopompus Gnidius Cæsari familiaris, Artemidorum habuit filium, qui apud Cæsarem ipsum plurimum poterat, ut scribit Strabo libro 14. Theopompus, rex Spartanorum, quum primus instituisset ut Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ consulari imperio Tribuni

Tribuni plebis ſunt obiecti, atq; illi uxor dixiſſet, id egiſſe illum, ut filio minorem poteſtatem relinqueret: Relinquam, inquit, ſed diuturniorē. Optimè quidem. Ea enim demū tuta eſt potentia, quæ uitibus ſuis modū imponit. Igitur Theopompus legitimis regnū uinculis conſtringendo, quo longius à licentia retraxit, hoc ad beneuolentiam ciuium propius admouit. Hæc Valer. Max. lib. 4. cap. 1. Quintilianus lib. 2. hanc modeſtiam parum ualuiſſe demonſtrat, captū de mum fuiſſe oſtendens. Theopōpus, inquit, Lacedæmonius, permutato cum uxore habitu, è cuſtodia euaſit ut mulier.

Theotimus, θεότιμος. θεὸς, deus: τιμάω, honoro. Sic Timotheus, τιμόθεος, quaſi honorans deum.

Theoxena, à Philippi Macedonis militib. cincta, cum eorum manus effugere nō poſſet, ſe præcipitem dedit in mare. uide Liu. lib. 40.

Thera, θήρα, inſula una Sporadum, à Memaliaro Cadmi ſocio condita. In ea ſeptem aut octo annorum pueros defunctos non lugebāt. Eſt & Rhodi ciuitas humilis, & alia Carię, alia Sogdianę. Incola Theræus, Theriacus: Theraſius enim peregrinum eſt, & potius à Theraſia inſula fit, Steph.

Thera, θήρα, inſula una ex Cycladibus in Aegæo, ex qua profecti ſunt Theræi, qui Cyrenen in Africa condidere. Thero olim Calliſte dicebatur, ut Callimachus ait:

Nomine Calliſte primùm, ſed poſtmodò Thera Dicta fuit

tellus, urbis origo meæ. Hæc ex Strabonis libro decimoſeptimo. De qua Plin. 4. Protinus ab Io ab eſt Thera 25000 paſſ. In ea eſt Eleuſis ciuitas, ut refert Ptolem. lib. 3. Ab Herodoto Thero ponitur inſula lib. 4. quam Iuſtinus putat Theram, alij Corſicam.

Theramenes, Atheniēſis philoſophus. Cic. 1. Tuſculan. quęſt. Prō dij immortales, quàm illud iter iucūdū eſſe debet, quo cōfecto, nulla reliqua cura, nulla ſollicitudo futura ſit: quàm me dicta delectāt Theramenis, quamq; elato animo eſt. Etſi enim flemus quū legimus, nō tamē miſerabiliter uir clarus emoritur: qui quum coniectus in carcerem, triginta iuſſu tyrannorum uenenum ut ſitiens obduxiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, ut id reſonaret. Quo ſonitu reddito, arridēs: Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conuiuijs ſolent nominare, cui poculum trahituri ſunt. Hactenus Cicero.

Therameum, uide Thera.

Theramnū, θήραμναι, urbs eſt Theſſaliæ. Therānæ Steph. urbs eſt Laconię, quam aliqui Spartam dicūt. Eſt quoq; locus, cū templo Dioſcurorum, ab illorum cultu ſic dictus. θηράπνειμι, enim eſt colere. Significat etiam domum. Steph.

Therapnæ, θεράπναι, numero multitudinis, urbs Laconiæ in finibus Thebanis. Mela lib. 2.

Therapne, ciuitas eſt Laconiæ, pātria Helenæ. à qua fit Therapneus, a, um, ut fratres Therapnei, id eſt, Caſtor & Pollux. & Therapne dicta eſt Corſica inſula.

Theraſia, inſula iuxta Eubœam, authore Ptolemæo li. 3. ca. 4. in qua ciuitas eſt hodie Sanctorinum dicta. Stephano inſula eſt θηρασία, inter Cretam & Cyrenæam. & producit duas priores ſyllabas.

Thericles, figulus fuit Corinthius, à cuius nomine fictilia quędam uaſa Thericlea dicta ſunt. Huius meminit Plin. lib. 6. cap. 40.

Therimachus, θηρίμαχος, nomen pictoris inſignis, de quo Plinius lib. 35. cap. 10. claruit Olympiade 107. uide Theromachus.

Therma, θέρμα τὰ, parua regio Siciliæ. Sunt & Bithyniæ, & alia Pythia, alia in Pruna, quæ regia dicuntur: alia Cappadociæ, alia Syriæ, alia Dorilæi.

Thermæ, arum, Siciliæ oppidum, authore Pomponio Mela lib. 2. Inde Thermitani. Cic. in Verrem. **Therme**, θέρμη, ciuitas Thraciæ, unde Thermaicus ſinus, θερμαῖος.

Thermeus, uide Thermæ.

Thermaicus, uide Thermœ.

Therme, θέρμη, urbs Thraciæ, uel (ut Apollodorus) Macedoniæ. Eſt & Thermęus ſinus. Plin. lib. 4. cap. 10. Thermaicum ſinum uocat. Steph.

Thermodoon, ſiue Thermodōn, θερμώδων, Cappadociæ fluuius, quæ eſt regio Aſiatica, ut Plinius, Strabo & Iuſtinus tradūt. Iuxta quē olim Amazones cōſederūt. Quarū regina, ut Diodor. refert, in oſtijs Thermodoontis urbem cōdidit Themiſcyram nuncupatam. prius Onyzacham, poſtea Cæſaream. Eſt etiā Thermodon oppidū Cappadociæ. A' Thermodon fiunt adiectiua, Thermodontius, θερμωδόντιος, Thermodontæus, & Thermodontiacus. Vnde pugnæ Amazonū appellantur Thermodontiacæ, Propert.

Thermopylæ, θερμοπύλαι, pen. cor. mons longiſſimus, qui incipiens à Leucade in Occidentem, & in Aegæum mare haud longè à Demetriade protendens, fauceis habet anguſtiſſimas, iuxta quas calidæ aquę ſcaturiūt. Ideo à caliditate portarum nomen inditum eſt. Pylas enim portas Græci nominant, & Thermon calidum. Ibi enim ſunt, ut inquit Strabo, Thermæ, id eſt calidæ aquæ, Herculi conſecratæ.

Thermus, θέρμος, oppidum Aeoliæ. Gentile, Thermius. poſſeſſiuum Thermicus. Steph.

Thermydra, θέρμυδρα, portus ciuitatis unius in Rhodo. Stephanus.

Therne, θέρνη, urbs Thraciæ, Steph.

Thero, uiri proprium eſt, inquit Seruius, in Pindaro tantum lectum. Verg. 10. Aeneid. Occiſo Therone uirum qui maximus ultrò Aeneam petit.

Therodamas, θηροδάμας, quaſi ferarum domitor.

Theromachus, θηρόμαχος, proprium nomen uiri ſtatuarij egregij. uide Therimachus.

Theron, θήρων, nomē regonis Hiſpaniæ citerioris, quaſi ardēs.

Therſilochus, θηρσίλοχος, nomen eſt uiri proprium.

Theſeus, Aegæi Athenarū regis filius, ex Aethra cōiuge, qui dum eſſet adoleſcens, opera Medeæ nouercæ penè à patre ueneno perijt. Sed poſt mortem patris ad regnū Athenarū euectus, tot digna memoratu peregit, ut interplures Hercules unus connumeretur. De bellauit Amazones, eorūq; reginā Hippolyten rapuit, ex qua Hippolytū genuit. Creontem regem Thebarum mortuos in bello ſepeliri prohibentē interfecit. Oppreſſit & terribilē taurū in Attica. Minotaurū in Labyrintho occidit. Ariadnē Phædrāq; Minois filias clàm ſecum abduxit: ſed relicta Ariadna in Chio inſula, Phædrā ſibi coniugio copulauit. Scironem, Procruſtē, & Schinim latrones Atticę neci dedit. debellauit centauros. Thebas domuit. Pirithoum præcipua coluit amicitia, quo cū deſcēdit ad inferos ad rapiendam Proſerpinam: ſed occiſo Pirithoo, ipſe aliquandiu in uinculis Plutonis fuit detentus, donec ab Hercule, quem ſumma proſequebatur beneuolentia, liberaretur. Primus inſtituit Athenis panathenæa, hoc eſt communem celebritatem in honorem Mineruæ, quæ Græcè Athena nominatur. Idem in Iſthmo funebres ludos inſtituit. Poſtremum iam ſenex poſt præclarè edita facinora, extorris patria factus, in inſulam Scyrum nauigauit, ubi & perijt, interemptus à Nicomede, uel (ut quidā uolunt) ex loco edito poſt cœnam deambulando delapſus. Huius geſta, natales, & obitum ſcripſit Plutarchus. De quo ſcripta fabula eſt, nomine Theſeus, θησεύς.

Theſmophroria, θεσμοφόρια, ſacra ſunt Cereris, quæ à noſtris Cerealia dicuntur. Horum meminit Herodotus lib. 2. Ceres enim Græcè dicitur Theſmophora, quaſi legifera. Prima enim Ceres leges inueniſſe proditur, quia ante frumentum homines ſine lege uagabantur, & ex agrorum diuiſione primò nata ſunt iura.

Theſoa, uide Thiſoa.

Theſpia, θέσπεια, urbs Bœotiæ, à Theſpiade Teuthrātis filio condita. Scribitur etiam θέσπια per iota: & pro communi penultima uſurpatur. In plurali, etiam θέσπιαι legitur. Theſpia alia eſt Theſſaliæ, tertia Sardiniæ. ciuis Theſpicus, Theſpiacus, & Theſpis, Stephan.

Theſpię, θέσπιαι, oppidum liberum in Bœotia, ad radicē Parnaſi, ut inquit Plin. lib. 4. cap. 6. uel (ut Strabo inquit li. 9.) Heliconi proximum. Theſpias nobilitauit Praxitelis Cupido, à Glycerio meretrice ibi cōſecratus. Hinc Theſpiades, θεσπιάδες, dictæ ſunt Muſæ, ſeu Nymphæ Theſpias incolentes. uide Theſpia.

Theſpiades, Herculis filij, ex filiabus Theſpij quinquaginta. θεσπιάδες.

Theſpici, θέσπικοι, populi ſunt Græciæ.

Theſpis, Athenienſis, Erichthei regis ſecundum Diodorum, ſecūdum alios uerò Theutrantis filius, è pluribus fœminis filias genuit quinquaginta. Cum quibus uocatus ad epulas Hercules adhuc adoleſcens, ſed corporis robore præſtans, ſigillatim concubuit. Suſcepit totidem liberos mares, qui Theſpiadę dicti ſunt. Hi cum Iolao Herculis ex Iphicleo fra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nepote in Sardiniam profecti, ciuitates ibi plurimas extruxere. Author Diodorus lib. 5.

Thespis, ex Icaria ciuitate Atticæ, primus poeta Tragicus, & qui personas inuenit. Inter ipsius fabulas Pentheus, quæ cõ memorantur à Suid. Hor. in Arte poetica eius quoq; memi nit, Ignotum carmen Tragicæ inueniſſe Camœnæ Dicitur & plauſtris uexiſſe poemata Theſpis.

Theſprotia, θεσπρωτία, urbs & regio extra ſinum Ampracium, Steph.

Theſproti, populi ſunt in Epiro: quorum meminit Lucan. lib. 3. Theſproti, Dryopesq; ruunt.

Theſſalia, θεσσαλία, regio Græciæ, quæ ſub Attica olim comprehendebatur, ex una parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habens. Prius Aemonia, αἱμονία, ab Aemone rege, & Pelaſgis, uel Pelaſgia, & Conagro, atq; Hellas, ἑλλὰς, diceba tur, unde reges Hellenes, ἕλληνες, ut Plin. libro quarto refert. Dicta Theſſalia à Theſſalo Aemonis, uel Iaſonis & Medeæ filio. Hunc Homerus Argopelaſgicon nominat. Et Stra bo lib. 10. ſcribit dictam fuiſſe priſcis ſeculis Pyrrheã, à Pyr rha Deucalionis uxore. In hac natus eſt Græcus, γραικὸς, rex, à quo Græcia. γραικία. Ibi Deucalion cum uxore Pyrrha, quorum tempore (ut inquit Ariſtoteles) ingens imbrium il luuies maiorem partem populorum Theſſaliæ abſumpſit, paucis, qui ad montium culmina ſeſe receperant, conſerua tis. Inter quos Deucalion Parnaſum petierat, raribusq; ad ſe confugientes per ſumma Parnaſi iuga benignè fouebat, propter quod dictus eſt genus humanum reparaſſe. Huius, ſcilicet Theſſaliæ, à mari & Thermopylis eſt littus, uſq; ad Penei eruptionem, & extrema Pelei. Dicta quoq; fuit Phar ſalia, Macedonia, Emathia, & Campi Philippici. In Theſſalia ſunt montes 24. quorum nobiliſsimi Pierus, patria, domusq; Muſarum, Pelion & Oſſa, Gigantum bello memora ti. Item Pindus, & Othrys, Lapitharum ſedes. Item Olympus. Flumina in ea (ut ſcribit Herodotus) ſunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamiſus, Peneus, & Phœnix. A' Theſ ſalia fit Theſſalus, la, lum, pen. cor. & Theſſalicus, ca, cum, θεσσαλικὸς.

Theſſalonica, θεσσαλονίκη, pen. prod. urbs metropolis Macedoniæ, à quo Theſſalonicenſes, θεσσαλονικεῖς, dicti ſunt populi. Hæc fuit patria Theodori Gazæ, qui ætate noſtra in utraque lingua doctiſsimus habitus eſt. Qui è Græco in La tinum libr̃ũ de Animalibus Ariſtotelis traduxit, & alia mul ta opera edidit. Strabo lib. 7. Theſſalonica, oppidum Macedonicum, quæ ſupra cæteras huius ætatis urbes eximia ciui litate floret. Alterum uerò Macedonicum, à Theſſalonica ad Meridiem porrectum uſque ad Strymonẽ. Ab hac Theſſalonicenſes dicti.

Theſſalonica, Stephanus inquit, in Macedonia, Halia, ἁλία, prius dicta, à Caſſandro condita. Sic dicta quod Philippus Amyntæ filius, Theſſalos illic deuicerit: uel (ut author eſt Lucius Tarrhæus, qui de Theſſalonico librum edidit) quòd Philippus cum ex Iaſonis nepti illic ſobolẽ ſuſcepiſſet, eaq; uicesimo puerperij die extincta eſſet, Nicę nutrici nutriendum infantem dederit, & inde nomen urbi impoſuerit. Nã & mater iuſantis Nicaſipolis dicebatur. Strabo Theſſaloni ceam uocat. Steph. uide Theſtidium.

Theſſander, Polynicis fuit filius ex Argia, Stat. teſte. Qui quũ robuſtus iuuenis euaſiſſet, cum cæteris proceribus Græcię ad Troianum bellum profectus eſt. Huius meminit Vergil. lib. Aeneid. 2. *aliàs Tiſandrus, & aliàs Therſandrus, quorũ utrumuis magis probo quàm Theſſander.

Theſtidium, θεστίδιον, urbs Theſſalonicæ. Hellanicus abſque delta, Theſtieum uocat, à Thetide. Eſt & ſtagnũ Thraciæ, cum adiacente agro Nyſa. Steph.

Theſtis, θέστις, urbs Arabum, & alia Libyę. gentile Theſtites, Stephan.

Theſtius, filius fuit Parthaonis ex Calydone Nympha, pater Althææ, quæ ab eo Theſtias, ados, appellatur: & Theſtiades, Meleager, Althææ filius. Ouid. lib. 5. Faſtorum,

Reſpice Theſtiadem, flammis abſentibus arſit.

Theſtor, θέστωρ, filius fuit Idmonis & Laothoes, & pater Calchantis, qui ab eo Theſtorides nominatur.

Theſtorus, θέστωρος, urbs Thraciæ, Steph.

Theſtrotonicia, uide Hyllarima.

Theſtylis, θεστύλις, nomen proprium mulieris, cuius Vergilius & Theocritus meminere.

Thetis, tidis, θέτις, Pelei Theſſaliæ regis uxor, Nerei marini Dei filia, & Achillis mater. De nuptijs huius Lucian. facit pulcherrimum Dialogum. uide Ouid. lib. 11. Metam.

Theudoſia, uide Theodoſia.

Theutoni, pen. cor. populi Germaniæ, qui & Theutones, & Theutonici dicuntur. Lucanus lib. 6. Cantaber exiguis, & longis Theutonus armis. Hi (ut Pomponius ſcribit) loca incolunt prope mare Actiacum. Hic duce Theutoloch oRo manorum fineis inuaſerũt, quos Marius deuicit. uide Teutoni, ſine aſpiratione.

Thibrus, θίβρης, nomen urbis apud Lycophronem, Steph.

Thinge, θίγγη, urbs Libyæ, Steph. uide Thingi.

Thisbe, θίσβη, puellæ nomen in Metamorphoſi Ouidij, quę Py ramum amauit, &c.

Thiniſſa, Africę minoris, id eſt Zeugitanæ prouinciæ urbs, Ptolemæo lib. 4. cap. 3. hodie Tunis. uide Tunetum.

Thiodamas, pater Hylæ, quem Hercules Colchos nauigans ſecum duxit. Propertius, Thiodamantæo proximus ardor Hylæ.

Thiodamas, filius fuit Melampi, Statio teſte, quidicit, inſignẽ fama, ſanctoq; Melampode cretũ Thiodamanta uolũt, &c.

Thiriomachus, θηριόμαχος, unus ex filijs Herculis, ex Megara Creontis regis Thebani filia.

This, θίς, urbs Aegyptia prope Abydũ. ciuis Thinites, Steph.

Thisbe, θίσβη, inuenitur etiam in plurali, urbs Bœotiæ à Thisbe Aſopi filia: cuius miſerabilem exitum uide ſupra in Pyramus.

Thoana, uide Tyana.

Thiſoa, θίσοα, urbs Arcadiæ. gentile, Thiſoates, Steph.

Thoas, tis, θόας, fuit rex in Thracia regione, ad quem delata eſt Iphigenia Agamemnonis filia, ſed tandem ab Oreſte oc ciſus. De quo Ouid. libro tertio de Ponto. Alter rex Lem ni fuit, Liberi patris filij ex Ariadne Minois filia, & pater Hypſipyles, ut eſt apud Ouid. libro ſeptimo Metamorph. Hic Lemni rex ſolus ab Hypſipyle filia, cum reliquę Léniades omnes uiros noctu interimerẽt, ſeruatus eſt, & clàm na ui impoſitus, in Chium inſulam peruenit. Poſtea quoq; pro fectus eſt ad bellũ Thebanũ cũ Adraſto rege. Ab eo fuit pa tronym. Thoantis, idos, id eſt Hypſipyle. Alius fuit Thoas Iaſonis & Hypſipylę filius.

Thocnia, θώκνια, urbs Arcadię à Thocno quodam, Steph.

Thoe, θόη, filia Oceani & Tethyos, una ex Nymphis, quas ad concuſſam Thetidem, ob mortem filij ſui Achillis conue niſſe ſcribit Hom.

Tholiſtobogi. uide Tectoſages, & Toliſtobij, Straboni Teli ſtobogi.

Thomas, nomen Hebraicum, uiri proprium.

Thon, primus apud Aegyptios medicinam in artem redegit. De quo meminit Homerus lib. 4. Odyſſeæ. Alter, teſte Hel lanico, fuit rex Canopi: ad quem quũ Menelaus Troia cum Helena diſcedens, tempeſtate maris deduceretur, fuit primùm ab illo, antequàm Helenam conſpiceret, gratè ſuſce ptus. Sed ut illam conſpexit, uim Menelao inferre conatur, ab illo interfectus eſt. uide Thonis.

Thonia, θώνια, urbs eſt, & caput Gabanitarum, diſtatq; à Gaza noſtri littoris Iudææ oppido, mille quingenta triginta ſe ptem paſſuum.

Thonis, Strab. lib. 17. urbs eſt prope Zephyrium. Eſt & eidẽ rex, qui Menelaũ & Helenã hoſpitio ſuſcepit: inde de medi camẽtis Hælenæ ſic poeta inquit: Quæ Polydamna dedit, Thonis clariſsima coniunx. θῶνις Steph. hæc urbs uocatur, ad oſtium Canopicum ſita. Gentile Thonites. uide Thon.

Thonius, unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius.

Thoon, uir Troianus ab Vlyſſe interemptus, ut ſcribit Home rus lib. Iliad. 12. θόων.

Thoota, θωότη, filia Phorcynis, quæ Polyphemum ex Neptuno grauida peperit, ut meminit Homerus lib. 1. Odyſſeæ.

Thootes, unus fuit ex præconib. Græcorũ teſte Hom. li. Il. 12.

Thoræ, θοραὶ, uicus in tribu Antiochide, Steph.

Thorax, ut ſcribit Strabo lib. 14. mons eſt iuxta urbẽ Magne- ſiam, in quo dicunt crucifixum fuiſſe Daphitá grámaticum, propterea quòd reges uerſibus inceſſeret. Ex quo illud tra ctum eſt, Caue à Thorace. Hoc uelut ænigmate prouerbia li, ut uult Eraſmus in Chiliad. feſtiuiter admonebimus, fre nandam eſſe linguam, ne uoces petulanter emiſſe, per- quam aliquando redeant. θώρακ Stephano urbs eſt Aeto- liæ, & alia Magneſiæ. Gentile Thoracites.

Thori-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Thoricus, θορικὸς, uicus prope Canopum iuxta Alexandriam, Steph. in ἄκυ. Apud eundē Thoricus uicus est in tribu Acamantide. Hecatæus urbem esse tradit. Vide Thyricus.

Thornax, θόρναξ, mons Laconiæ, Steph.

Thous, θόος, Hom. teste, unus ex Troianorum principibus.

Thrace, ces & Thraca, cæ, & Thracia, θράκη, Europæ regio, inter partes Scythiæ posita, Macedoniam sequens, quæ à Septrione Istrū habet, ab Oriente pontū, à Meridie Aegæum mare. Olim Scython, postea Thracia, à Thrace Martis filio, seu ab asperitate dicta. Græcè enim τραχὺ asperū dicitur. Est enim regio, ut Pomponius scribit, nec cœlo, nec solo tractabilis, & (nisi qua mari propior est) infœcunda, frigidaq;. Habet feros homines, aspero cultu. In ea sunt urbes celebriores, Apollonia, Enos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lysimachia, Calliopolis. Amnes sunt, Hebrus & Nestos. Montes, Aemus, Rhodope, & Orbelos. A Thracia fiūt adiectiua, Thrax, Thracus, Thracius, & Thracensis, θρᾴκιος. A Thrax, θρᾷξ, fit fœmininum, Thræssa, θραίσσα, uel Thraissa, diuisa diphthongo, & adiect. Thracius, & Thraicius. Item à Threix, quod Thracensem indicat, fit fœmininū Thressa, & Threissa. θρῄσσα, & adiectiua, Threicus, Threicius, de quibus habentur exēpla apud poetas. Stephanus ferè hæc deriuata, & alia recenset. Idem θράκιμν à nympha Titanide, quæ ex Saturno Dolineum peperit, dictam scribit: cum prius uocaretur Perce, & Arya. Hinc θρακίζειν, θρακισὶ. Thraces sunt populi truci aspectu, bellicosi, laborum & frigorum patiētissimi: unde nata est fabula de Marte apud eos nato. Vergilius lib. tertio: Terra procul uastis colitur Mauortia campis, Thraces arant, &c. Descriptionem huius quære ex Plinij libro 4. cap. 11.

Thraceas, θρασκίας Arist. θρασκίης Suid. uentus, qui et Thrasceas θρασκίης, & Thrascias dicitur. Arist. Post Argestem uētum flat Thrasceas. Spirat inter Septentrionem & Occasum solstitialem.

Thracon, θράκων, uicus prope Antiochiam. Inde Thraconites, qui ex uico natus est.

Thrambus, θράμβος, promontorium Macedoniæ. Thrambusius, ubi natus. Steph.

Thraseas, θρασέας Suid. philosophus Stoicus, qui cum damnatus à Nerone, ut solutis uenis moreretur, magna constantia suorum fletum compescuit, libauitq; sanguinem Ioui liberatori. Martial. lib. 1.

Quod magni Thraseæ consum matiq; Catonis.

Thrasium, loci nomen. Suidas.

Thrasius, seu Thrasillus uir fuit, qui cum ad exorandas à Ioue pluuias, Busirim docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Vide Thrasylus.

Thraso, nomen militis apud Terentium. Est & nomen pictoris apud Strab. lib. 14. θράσων.

Thrasumenus, θρασύμενος, pen. prod. lacus in agro Perusino, quem semel totum arsisse scribit Plinius lib. 2. de hoc Ouid. lib. 6. Fastor.

Sunt tibi, Flaminius, Thrasumenaq; littora testes.

Dictus à Thrasumeno puero, quem Aegyla nympha rapuisse dicitur: iuxta hunc Annibal Flaminium consulem superauit, cæsis 1500. Romanorum.

Thrasus, nomen uiri, quod apud nos fiduciam significat, quæ Græcè θράσος dicitur.

Thrasybulus, θρασύβουλος, Atheniensis exul, comparato exercitu triginta tyrannorum dominationem Athenis sustulit, iuuante Lysandro Lacedæmoniorum duce, exulesq; reduxit. Insuper plebiscitum tulit, quod ἀμνησίαν uocāt, quod iniuriarum memoria deleretur exulibus iureiurando adactis. Cuius Cic. in Philip. & Valerius de modest. mentionem fecere. de quo Aemilius Probus ait: Quòd si per se uirtus ponenda sit, dubito an hunc primum omnium ponam. Illud sine dubio, neminem huic præfero, fide, constantia, magnitudine animi, & amore in patriam. Hic Athenas à triginta tyrannis oppressas in libertatem redegit, ipse tandem noctu interfectus est. Fuit & alius Thrasybulus, dux Milesiorum, qui ut portum Sicyoniorum occuparet, ex aduersa parte oppidanos tētauit. Dumq; sic detinerētur, cum insperata classe portum cæpit. Frontinus lib. 2.

Thrasylus, θράσυλος, nomen uiri proprium, & Latinè dicitur temerarius, audax.

Thrasymachus, Carthaginensis Sophista, periodon & colon id membrum primus monstrauit, ac modum, qui nūc est rhetorices, induxit. Fuit discipulus Isocratis, ut scribit Suidas.

Thrasymedes, θρασυμήδης, filius fuit Nestoris, ut author est Homerus libro 9. Iliad.

Thria, θρία uicus in tribu Oeneide, dictus etiā θριὼ. inde Thriesius, & Thriæus à Thria. Erāt etiam θριαὶ calculi diuinatorij. unde prouerbium, Multi Thrioboli, pauci uates. Est & uicus Thrion, θρίωμ, à Thriante. Steph. uide Thrius.

Thrince, θρίγκη, urbs prope columnas (nimirū Herculis) Steph.

Thrius, θριοῦς, urbs olim Achaiæ, nunc uerò Eleæ. Homero Patrę (locus in Steph. corruptus apparet) à Thriūte Athenien si, quem Theseus cum exercitu misit auxiliatorem Herculi. Hinc Thriuntius, & Thriasius, quod etiam à Thria fit. Vide Thrius, Thrium

Thronium, θρόνιον urbs Locrorum, Steph.

Thrianda, θριανδα, urbs Lyciæ, Steph.

Thryum, θρύον, urbs Messeniæ circa Alpheum, ab herba eiusdē nominis ibi plurimū nascēte dictum. Ciuis, Thryesius, Thryites, Steph. Vide Thrius, & Thryus.

Thryus, untis, urbs in Helide: uel inter Elidem & Pylum, ut in quit interpres Homer. li. 11. Iliad. aliàs θρύον uocat apud Homerū in catalogo, & θρυόεσσα, nō Thryus: quemadmodum & Strabo meminit lib. 8. Sunt qui à Thryunte Athenienſi cō ditore dictam uelint. Est & fluuius Elidis, qui in Alpheum decurrit, de quo Homerus li. 2. Iliad. meminit. Vide Thrius, & Thrium.

Thucydides, Atheniēsis historicus, patre Chlore, genus à duobus Milciade & Cimone, qui & ipsi ab Aeaco Iouis filio originem habere, dixit, ut Didymus in historia testatur. Vxorem duxit è Thracia oriundam, alioqui diuitem: cuius opes adsecutus, non in uoluptates, sed partim in ocium literarum erogauit. Nam bellum Peloponnesiacum scribere aggressus, quo illud gerebatur, Athenienſibus pariter ac hostibus Lacedæmonijs militibus, qui bello interessent, mercedem præbebat, uti res quotidie ueras ei renunciarēt: quas fidelius accipere sperabat, si non solum ab amicis, sed etiam ab inimicis edoceretur, ne partes quisq; suas falso tueretur. Præceptores habuit in Philosophia, Anaxagoram, & in rhetorica Antiphontem. Cuius & ipse in 8. historia meminit, dicens, eum causam fuisse perdendæ Reipub. ac constituendæ tyrannidis trecentorum. Ex Marcellino Græco scriptore Quint. lib. 10. cap. 1.

Thucydides alios Marcellinus ponit: unum Milesium Athenis inter principes uiros ac duces, æmulum Periclis: alium Pharsalicum, Memnonis filium, cuius meminit Polemon in his quæ de Acropoli scripsit. Quartum poetam natione Archedrysum, cuius meminit Androtion in Atthide, dicens eum filium esse Aristonis, qui tui tēpore Platonis comici & Agathonis tragici, ac Nicerati uersificatoris. Ex Marcellino.

Thule, θοῦλαι, insula Oceani magna, Septentrioni subiecta, ubi sol æstiuum diem uiginti horarum facit, noctem quatuor: brumalem, contrà. Gentile, Thulæus. fortè etiam Thulites.

Thulæ, θοῦλαι, nomen duarum insularum, quarum una est in Oceano ante Septentrionalem & Occidentalem plagam, ultra Britanniam & Orcadas, quæ ultima fuit ex cognitis à Romanis. Verg. lib. 1. Georgic. Tibi seruiat ultima Thule. In ea solstitio æstiuo nullas esse noctes Plin. tradit, econtrario (ut Solinus refert) autumnale * hyemali, solstitio nullos penè dies. Vltra eam pigrum, & concretum mare esse ferūt. alter iu Aphrica contra sinum Carthaginis. Sunt tamen qui scribāt Thyle per ypsilon, sed melius Thulæ à Grecis θουλῆ.

Tumæum, θούμαιον, uide Ithome.

Thunia, uide Thurini.

Thurana. uide Thurium.

Thuria, Strab. lib. 8. Messeniorum urbs, alio nomine Ἀκακία, id est celsa, quòd in colle excelso sita sit: à quibusdā Thyre appellatur, ut infrà. Item Italiæ urbs, aliàs Thurij. Est & fontis nomen θουρία, ut mox dicemus.

Thurini, Italiæ populi prope Sybarim urbem, nobiles, ut author est Plin. lib. 14. cap. 6. uinis quæ habent. θουρῖνος οἶνος nominatur Stephano ex Strabone. Hos Plinius in tertia Italiæ regione ponit. Vide Thurinum.

Thurij (θούριοι Stephano) urbs Italię, antè Sybaris dicta, à Thuria fonte postea κωλίαι. Dicitur etiam Thuria, & Thurium. Gentile Thurius, & Thuriacus, cum Thurianus dici

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

deberet, Thuriates, Thuricus. & Thurias fœm. gen. Aliqui Thuniam uocant, unde Thuniates. Pausanias ἀνθειαν appellauit. Thurius etiam à Thyre & Thyrio denominatur diuersis oppidis.

Thurinum, θούριον, θούρια, oppidũ inter duos amnes, Crathim & Sybarim, ubi Herod. condidit historiam. Vide Thurini.

Thurion, θούριον, ciuitas fuit in sinu Tarentino, quæ, ut quidam putant, etiam Thurana uocatur.

Thurium, Italiæ oppidum, ubi Herodotus uitam finiuit, ibidemque in foro, ut quidam memorant, sepultus est, teste Thucydide lib. 3.

Thuscia, regio est Italiæ, quam quidam à sacrificijs dictam arbitrãtur. θύειν enim Græcis sacrificare est: quoniam huius regionis populi superstitiosissimi fuerunt. Alij à Tusco Herculis filio sic appellatam tradunt, & ideo primam sine aspiratione scribi debere. Inde Thuscus, a, um. Lucan. lib. 1. Sed conditor artis Finxerit ista Tages, flexa sic omina Thuscus Inuoluens, &c. Vide Tyrrheni, & Tuscia sine aspiratione.

Thussagetæ, τυσσαγέται, populi, de quibus Pomp. Thussagetæ Turcæq; uastas solitudines occupant, alunturq; uenando. Iidem Thyrsagetæ appellantur. Vide Thyssagetæ.

Thyamis, amnis uel fluuius, ut Thucyd. 1. lib. ait, qui Thesprotidem, Cestrinamque discriminat. Plin. lib. 4. cap. 1. oppida, Mæandria, Cæstria: flumen Thesprotiæ, Thyamis: colonia, Buthrotum, &c. θύαμις Stephano uicus est à Semiramide cõditus, iuxta Archosiam.

Thyamon, θύαμον, mons in Thraciæ regione.

Thyatira, θυάτειρα, τὰ, urbs in Mysia ad finistram Cayci fluminis partem, quæ fuit una ex septem ecclesijs, ad quas Ioannes apostolus scripsit Apocalypsin. Vide libro 13. Steph. urbem Lydiæ esse scribit, quæ prius Pelopea & Semiramis dicta sit. Deinde cum Seleucus Nicanoris bellũ aduersus Lysimachum gereret, & filiam sibi natam audiuisset, urbem θυγάτειρα uocauit. In neutro genere profertur, non in fœminino, ut debebat. Vocabatur etiam Mysiorũ ultima. Nam Mysis ciuitatem condituris, respondit deus, ubicunque ceruus ictus & currens appareret, ibi cõdendam esse: quo inuento, urbem denominasse διὰ τὸ θεῖν καὶ τροχάζειν τὴν ἔλαφον. Gentile, Thyatirenus. Stephanus. Vide Seleuci.

Thybris, uiri proprium Aeneæ comitis. Vergil. Aeneid. libro 10. Assaracique duo, & senior cum Castore Thybris, Prima acies, &c.

Thyella, θύελλα, urbs Oenotriæ, quam pars Phocensium inhabitauit. Stephan.

Thyessus, θυεσσὸς, urbs Lydiæ, à Thyesso caupone. Alia est Pisidiæ, Steph.

Thyestes, θυέστης, fuit filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater ac Tantali nepos, de quo poetę scripserũt. Inde Thyesteus, a, um, θυέστειος. Ouid. lib. 15. Metamorph.

Néue Thyesteis cumulemus uiscera mensis.

Thyestis fabula sic scribitur Seru. Fabula (inquit) hoc habet, Atreũ & Thyestẽ germanos, quũ dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam redijsse: qua occasione Thyestes cum fratris uxore concubuit. Atreus uerò ei filiũ epulandum adposuit: quæ Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. sed ueritas hæc est: Atreum apud Mycenas primùm Solis eclipsin inuenisse: cui inuidens frater, ex urbe discessit eo tẽpore quo eius probata sunt dicta. Hactenus Seruius enarrans illud Verg. lib. Aeneid. 1.

Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe.

Meminit & huius adhuc Seru. declarans illud Ver. 11. Aen.

Atrides Protei Menelaus ad usq; columnas Exulat, &c.

Thyia, θυία, Deucalionis filia, ex Ioue peperit Macedoniã, quæ regioni nomen dedit. Steph.

Thyia, θύια, nomen cuiusdam mulieris, quæ prima Liberi patris initiata sit Orgijs. A qua Thyiades, & Thyiæ. Hæc fuit filia Cephisi, authore Herod. lib. 7. à qua & urbs eiusdem nominis, in qua colitur.

Thyle, uide Thule.

Thymatadæ, θυματάδαι, uicus in Hippothoontide tribu. Step.

Thymber, θύμβρος, nomẽ uiri & fluminis, de quo in Thymbra.

Thymbra, θύμβρα, Troadis campus, per quem fluit Thymber uel Thymbræus, uel Thymbrius fluuius, in Scamandrũ. Ibi & templum Thymbræi Apollinis est.

Thymbræus, θυμβραῖος, Apollo dictus est. Vergilius libro 4. Georgicorum:

Si modò quem perhibet, pater est, Thymbræus Apollo. Vide in Thymbra.

Thymbrara, θύμβραρα, ciuitatis nomen, à (qua Tymbrarẽses, θυμβραρεῖς, & Thymbraræi, θυμβραραῖοι, θύμβριοι) ad Pactolũ

Thymbris, fluuius. Vide Thymber.

Thymbris, Siciliæ fluuius, & secundum Dialectum, mare. aliàs Tymbris scribitur. Scholiastes Theocriti. (sitæ.

Thymbrius, θύμβριος Stephano, fluuius apud Thymbram fluens. Vide Thymbra.

Thymele, nomen mulieris, quæ prima saltationem in scena docuit. Græci θυμέλην scenam uocant, hoc est eam theatri partem ubi gestiunt histriones. Martialis:

Qua Thymelem spectas, deriforemq; Latinum.

Suidas autem in Theatris Thymelem.

Thymiateria, θυμιατηρία, urbs Libyæ. Steph.

Thymœtes, θυμοίτης, secundum Seruium filius fuit Priami & Arisbes. Alij uerò Thymœtem non Priami filium, sed Arisbes maritum faciunt. Hunc Euphorion uatẽ fuisse testatur, qui cum dixisset die quadam nasci puerũ, per quem Troia posset euerti, contigit ut eadem die Thymœtis coniunx & Hecuba párerent. Quamobrem Priamus ad euitandum præsagium, Thymœtis filium cum uxore occidi iussit. Postea autem Thymœtes iniuriæ memor, cum sentiret proditionem patriæ, primus suasit, ut equus ligneus intra muros duceretur. Hæc Seruius.

Thyne, θύνη, urbs Libyæ, inde Thynæus, Steph.

Thynia, θυνία, regio Thynorum, Steph.

Thynia, Strab. lib. 12. insula in fronte Bithyniæ.

Thynias, θυνιὰς, ἄδος, insula iuxta fauces Ponti, & promontorium. gentile, Thyniadius & Thyniadis, ίδος. Dicitur etiam Thyne, Thyneis, Steph.

Thynos, Plin. lib. 5. cap. 27. oppidum Ciliciæ.

Thynus, nomen uiri proprium, de quo Orpheus meminit, & gentile à Thynia.

Thyoneus, θυωνεὺς, Bacchi epitheton, quod ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est sacrificare, deductum putabant: eo quòd ei adhuc inter humanos uersanti sacrificatur. Horat. 3. Carm. Ode 17.

Thyræum, θυραῖον, urbs Arcadiæ, ab Hypsunre filio Lycaonis condita. Steph.

Thyre, θυρέα, ciuitas Messeniorum. Sed diuus August. Lacedæmonijs adscripsit, quòd Messeni cum Antonio sensisse uiderentur. Papinius: Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorẽ. Hinc Thyreaticæ Spartanorũ corollæ quædam appellatæ. Sciendum est, Thyre numero plurali, genere neutro per synęresin efferri. θυρέα καὶ θυρεῶν. etiamsi numero singulari Thyrea quoq; dici potest. Strab. lib. 8. Thuriam appellat. uide suprà. Thyrea Steph. urbs finis Argiuis & Lacedæmonijs, qui etiam pro ea bello contenderunt. ἔστι δὲ καὶ τῆς παινεργίας γῆς. Hinc Thyreatæ.

Thyræ, θῦραι, etiam Græcè, Latinè ostia dicuntur, à quo Thyridion, θυρίδιον ostiolum.

Thyrea, insula est Peloponnesi, ut scribit Herod. lib. 4.

Thyricus, aliqui legunt apud Strabonem pro uico Atticæ. legendum autem Thoricus, ut suprà.

Thyrion, θυρίον, Acarnaniæ oppidum est. inde θυριεὺς, Andro tioni Thuritus, Steph. Sed Thurius denominatur etiam à Thurijs in Italia.

Thyros, urbs in regno Nestoris, teste Homer.

Thyrsis, θύρσις, nomen pastoris proprium apud Verg. in Bucolicis Ecloga 7.

Thysbe, puella fuit Babylonia. De qua apud Ouid. in li. Met. Huius & meminimus in dictione Pyramus. Melius tamen per iota scribitur, ut apud Suidam quoq; ἰσβη.

Thyssagetę, θυσσαγέται, populi fuerunt in Scythia, ultra Sauromatas. In horũ agro sunt quatuor flumina, uidelicet Lycus, Tarus, Tanais, & Syrgis. Viuunt autẽ ex uenatione, ut scribit Herodot. lib. 4. De his Mela lib. 1. Thyssagetæ Turcęque uastas syluas occupant, alunturq; uenando. Vide Thussagetæ. Stephano populi sunt circa Mæotin.

Thystrus, θῦστρος, urbs Libyæ. Herodianus lib. 6.

Tibarania, uide Tibareni.

Tibareni, τιβαρηνοὶ, ut Herodotus lib. 3. testatur, fuerunt populi Scythici in Asia, de quibus Hieron. Tibareni, inquit, quos dilexerunt senes, suspendunt in patibulis. uide Tabereni, licet melius per iota scribatur in prima syllaba. τιβαρηνία Stephano, regio est iuxta Pontum, prope Chalybes & Mosynœcos

hœcos & Leucoſyros: Gentile Tibaranij, Tibareni, & fœminínum Tibarenis. Ephorus li. 8. ſcribit, Tibarenis ſingulare ſtudium eſſe ludendi ridendiq;, & in iſs præcipuam fœlicitatem collocare. Steph.

Tibeon, τίβειον, mons Phrygiæ à Tibeo quodam: ab hoc & ſeruos Tibeos uocant. Steph.

Tiberias, urbs Galilææ, ab Herode condita, & ſic appellata in honorem Tiberij Cæſaris, Ptolemæo li. 5. ca. 16. dicitur Tiberias lacus. τιβεριάς, inquit Steph. urbs Iudææ iuxta Geneſyritidem lacum, ab Herode condita. Iulianus Cæſar, ciues Tiberiopolitas uocat, ut urbs Tiberiopolis dicatur. A Tiberia de uerò, Tiberius fit, Steph.

Tiberis, τίβερις, fluuius. uide Tiber.

Tiberius, inter Cæſares notiſsimus. Fuit & eius nominis grãmaticus, qui de Ideis orationis ſcripſit libros tres, aliaque complura: ut author eſt Suidas. Meminit & huius Strabo li. 7. Alij Tyberius. uide infrà.

Tibiſcus, Daciæ fluuius, cuius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 7. Barbaris Tiſſa appellatur.

Tibiſis, τίβισις fluuius in Scythia, ut author eſt Herod. lib. 4.

Tiburs, uide Tybur.

Tibyris, τίβυρις, uide Tybur.

Tichiois, τιχιόις ὁ, caſtellum prope Trachinam. gentile Tichieus, Steph.

Tichos, τεῖχος, caſtellum Achaiæ. incola Tichites, Steph.

Ticinum, nobile Inſubrium oppidum, quod Papia uulgò dicitur. Nam ut ſcribit Ptol. in Geographia lib. 3. cap. 1. Inſubres habẽt Mediolanum, Nouariam, Comum & Ticinum. Eſt & Ticinus fluuius oppido uicinus, ut ſcribit Plin. cap. 16. lib. 3.

Ticinus, fluuius Inſubriæ in Eridanum fluens. A quo Ticinũ, τίκινον, τίκινες urbs, inſignis diui Auguſtini corpore. Serenus pen. huius nominis corripuit, cum ait, Alia præcepit Ticini ſententia necti. Phil. Quosque pater Ticinus nitida perlucidus unda. Ticinos Steph. urbs Italiæ prope Rauennam, & fluuius eiuſdem nominis, cum acuto in prima: Gentile uerò τικινὸς, oxytonum.

Tiella, τίελλα, una ex trib. Hyblis Siciliæ, Stephan.

Tieon, τίειον, uide Tios.

Tifernus, fluuius Italiæ. Et Tifernum oppidum quod intercidit. Inde Tifernates populi iuxta Theanum & Lucrinũ ſexta regione Italiæ. author Plin. ca. 14. lib. 3.

Tigillinus, uir fuit Romanus uitæ corruptiſsimæ, qui per impudicitiam multa à Nerone conſequutus eſt, quem ad omnia corruperat. Author Cornelius Tacitus.

Tigrana, Ptolemæo lib. 6. cap. 2. oppidum Mediæ in Mediterraneis. τιγρανόκερτα, τὰ. apud Stephan, & Strabonem, urbs iuxta Armeniã, quaſi Tigranis ciuitas. Nam Parthis Certa ciuitas eſt. Inhabitauit enim eam Tigranes Armeniæ rex. Gentile, Tigranocertæ, Steph.

Tigranes, nis. & Tigrane τιγράνης. pen. prod. rex fuit Armenię maioris, qui auxilium ferens Mithridati regi, uictus eſt primò à Lucullo, deinde à Pompeio Magno: cuius etiam ſæpè mentionem facit Cic. in Orat. pro lege Manilia. Lucanus li. 2. Tigranemq; meum, nec Phatnacis arma relinquas. Tigranes quoque nomen fluuij.

Tigranocerta, uide Tigrana.

Tigris, τίγρης, appellatur ingens fluuius, propter uelocitatem, qui inſtar beſtiæ nimia pernicitate percurrit. Hic de paradiſo exiens, iuxta Scripturæ fidem, pergensq; cõtra Aſyrios, poſt multos circuitus (Ioſepho teſte) in mare rubrũ defluit. Solinus Tigrim fluuiũ in Armenia caput attollere dicit, ut etiam Plin. lib. 6. cap. 27. & Strabo lib. 6. in loco edito, ex lucido, conſpicuoq; fonte, nec ab exordio ſtatim totum eſſe, ſed primò pigrè fluere, non cum ſuo nomine. At cum fines Medorum inuectus ſit, Tigrim ſtatim uocari: Arethuſam la cũ transfluere grauia pondera ſuſtinentẽ, cuius piſces nunquam ſe alueo Tigridis immiſceant, ſic ut nec amnici ſtagnum attingant Arethuſæ. Mox Arabas præterfluens Meſopotamiam amplectitur: & Hydaſpen accipiens, Euphratémque defertur in ſinum Perſicum. A Tigre dicti ſunt Tranſtigritani, qui trans Tigrim habitãt, ſicut Tranſpadani. Et tam pro fluuio, quàm pro animali, Tigris uel Tigridis genitiuũ facit. A tigri, id eſt ſagitta ſit adiectiuum tigrinus. Plin. lib. 13. capite 15. Menſis præcipua dos in uena criſpis, uel in uertice uarijs. Illud oblongo euenit diſcurſu, ideoq; Tigrinæ appellantur. Lucanus: Quaq; caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates.

Tigris minor, & Delas fluuij, Apameam Meſenorum ciuitatẽ circundant. Steph.

Tigullia, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. urbs Liguriæ, alijs dicta Segeſta, uulgò Sigeſtro, Sextri.

Tigurini, τιγυρῆνοι, & Tigurinus pagus, populus ſunt Galliæ Celticæ, qui Limagum fluuium accolunt, & hodie in Heluetiorum ſocietate principem locum tenent: quorum meminerunt Cæſar libr. 1. de Bello Gallico, & Strabo lib. 7. & Florus libro tertio, & Paulus Oroſius libro quinto, capite decimoſexto, & Plutarchus in uita. C. Marij. Eorum metropolis eſt Tigurum urbs, uulgò Zurich, ſitu perquàm amœno, inter duos montes, ſupernè lacus incumbit limpidiſsimus, longus circiter duodecim millia paſſuum, ſupra quem amœnus alpium proſpectus eſt, ut uolupe ſit, uel media æſtate, in niues & quandam quaſi hyemem intueri. Is lacus urbem diſſecans in medio, Limagum fluuium, quem recipit penè apud Glareanos, rurſus effundit. Sternitur pontibus duobus, qui urbem diſſectam denuò coniungunt. Ipſe uerò Senatus populusq; Tigurinus cum olim ſuam urbem ſociã Romani imperij, ab Imperatore deſeri negligiq; cernerẽt, multis magnisq; de cauſis cum Lucernatibus & Vranijs, & Suicenſibus, & Subſyluanis (quibus tunc quoque bellum erat cum principibus Auſtriæ) in perpetuum fœdus ſociera temq; uenere, ita ut pagus Tigurinus eſſet omnium primus, & adhuc ſit. Quod factum eſt anno ab orbe redempto Milleſimo trecenteſimo quinquageſimoprimo. Hic pagus & tota regio Heluetiorum hodie inter Germanos cenſentur.

Tilataei, τιλαταῖοι, populi Thraciæ, Thucyd. lib. 2.

Tilium, Sardiniæ inſulæ urbs littoralis ab littore occidentali, Ptolemæo authore lib. 3. cap. 3. Hodie S. Repara.

Tilos, τῖλος, inſula eſt, ut ſcribit Plin. lib. 6. cum oppido eiuſdem nominis in mari Indico celeberrimi, plurimum margaritis. Ipſa fert palmas, oleas creat, uineis abundat. In ea omnis arbor nunquam foliis ſpoliatur. Mons Caucaſus nõ longè ab ea incipit, qui maximã orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadem inſula habet lanigeras arbores, ut ſcribit Plinius lib. 12. quæ cotonei mali amplitudine cucurbitas ferunt, & maturitate ruptæ oſtendunt lanuginis pilas, ex quibus ueſtes precioſæ fiunt. Vide Plin. lib. 6. cap. 27.

Tilphoſa, ut author eſt Pindarus, fons eſt ſub Tilphoſium mõtem labens, apud quem Tireſiæ uatis ſepulchrum conditũ eſt. Huius enim, ut ait Ariſtophanes, aquæ frigus cum ſenex potaſſet, & ferre non potuiſſet, extinctus eſt. Eſt & ibidem, ut libro nono teſtatur Strabo, templum Apollinis Tilphoſij. Vide Telphoſſa.

Tilphoſcum, τιλφωσσαῖον, regiuncula Theſſaliæ: Gentile Tilphoſſęus, Steph.

Timæi, τιμαῖοι, Siciliæ populi ſunt, Stephan. in Eucarpio.

Timæus, τιμαῖος, Siculus hiſtoricus, qui res Græcas conſcripſit, etiam uſque adeò arrogans, ait Plutarchus in Nicia, ut Thucydidem & Philiſtum in hiſtoria ſe facilè ſuperaturum iactet. Ipſe uerò Sicula quadam pinguedine delibutus, ad ridenda, miniméque ad hiſtoriæ grauitatem pertinentia digreditur.

Timagoras, τιμαγόρας, Athenienſis, capitali ſupplicio adfectus, quòd Darium, ad quẽ legatus miſſus fuerat, more Perſarum adulando adorauerat. Suid. & Valer.

Timantes, τιμάντης, pictor egregius Zeuſis tempore. Huius eſt Iphigenia oratorum laudibus celebrata, quà ſtante ad aras peritura, quum mœſtos pinxiſſet omnes, & triſtitiæ omnem imaginem conſumpſiſſet, patris uultum uelauit, quem dignè non poterat oſtendere. Pinxit & Cyclopem parua in tabula, cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxtà Satyros thyrſo pollicem eius metientes, itaque omnibus eius operibus intelligitur plus quàm pingitur. Huius memi nit Plin. cap. 9. lib. 35.

Timarchides, τιμαρχίδης, nomen uiri proprium. Compoſitum ex τιμὴ, id eſt honor, & ἄρχοντος principis. Facitq; genitiuo Timarchidis & Timarchidæ. Fuit autem ſculptor nobiliſsimus, cuius meminit Plin. cap. 5. lib. 36. Fuit & pictor celeberrimus eodem Plinio authore cap. 8. lib. 34.

Timarchus, ſtatuarius nobilis. Author Plinius cap. 8. libr. 34. Fuit & Timarchus, in quem extat Aeſchinis accuſatio, Demoſthenis oratoris amicus.

Timauus, τιμαῦος. pen. pro. nomen fluminis iuxta Aquileiam qui è mõtib. delatus, decidit in profundũ: deinde infra terrã abſorptus, ſtadijs circiter triginta & centũ erũpit in mare.

Vbi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vbi Seruius, Timauus fluuius Venetiæ est: quod etiam scribit Plin. lib. 3. cap. 13. Contra quem, ut idem testatur cap. 103. lib. 2. insula parua est in mari cum fontibus calidis, quiq; pariter cum æstu maris crescunt minuunturq;.

Timocles, comicus Athenienſis, fabulas scripsit, quarum non nullas commemorat Athenæus.

Timoclia, mulier Tebana, stuprum à quodam Barbaro Thracum principe per uim passa, iniuriam hoc modo ulta est. Odio enim dissimulato, dixit stupratori se scire locum ubi plurimum esset auri: perductusq; est ab ea ad altissimum puteum, qui fuit in remotiore domus parte. Quò quum Thrax uenisset, & iam pronus immineret puteo, à Timoclea, quæ à tergo stabat, deiectus est in præceps, & saxis obrutus. Author Sabel. in Exemplis.

Timolaus Lariſſęus, è Lariſſa Macedoniæ, discipulus Anaximenis Lampsaceni, scripsit poema de bello Troiano, Homeri singulis uersibus singulos addens atque subdens. Author Suidas.

Timoleon, τιμολέων, Corinthius, dux inclytus, uiribus fortissimus, uitaque abstinentissimus, cum triremibus ad liberandas à Dionysij tyrannide Syracusas, quem Dion Syracusanus implorato Corinthiorum auxilio expellere conabatur, quinquagesimo postquam Syracusas adpulisset die, urbe potitus, ac Dionysius iàm sese atque arcem Timoleonti ipsi dedidit, ab eoque cum paucis in exilium Corinthũ missus est: ille uero arcẽ solo æquauit. Syracusanis libertatem restituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum in bello captum interfecit.

Timolus, uide Tmolus, & Tymolus.

Timomachus, Byzantius pictor nobilis Cæsaris dictatoris ætate, fecit Medeam & Aiacem, quos ipse Cęsar LXXX. talentis emit, in temploq; Veneris dicauit. Author Plinius libro 35. cap. 11.

Timon, τίμων, Apolloniates, siue Nicenus philosophus, qui apud Chalcedonem philosophiam, & oratoriã exercuit, charus Ptolemæo Philadelpho. Scripsit tragœdias, & comœdias, & satyras. Dictus amarulentus, & mordax, sillorum id est dicacitatum scriptor: de quo Gellius, Timon amarulentus librum maledicẽtissimum cõscripsit, &c. Vide Suidam.

Timonium, τιμόνιον, castellum Paphlagoniæ. gentile, Timonites, Steph.

Timon Athenienſis, temporibus fuit Peloponnesiaci belli, ut ex Aristophanis & Platonis poematibus perspicere licet: de scribitur ab illis ut inhumanus, ac uitans hominum congressus, præter unius Alcibiadis adolescentis.

Timoniacus, τιμωνιακός, fuit pictor Byzantius, Cæsaris dictatoris ætate, qui Aiacem Cæsari pinxit.

Timotheus, τιμόθεος penultima corr. nomen proprium Cononis Athenienſis filij, qui acceptam à patre gloriam multis auxit uirtutibus. Fuit enim diſertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus, &, quod super omnia est, εὐτυχὴς, id est, fortunatus Imperator habebatur, cui statua publicitùs in foro Athenis posita est, ob uictoriam, quæ uictis Lacedæmonijs imperium Atheniẽsium auxit, & muros Athenarũ extruxit.

Timyra, τίμυρα, urbs iuxta Isauriam: & fluuius Indiæ. gentile Timyræus, Steph.

Tina, apud Ptolemęum. lib. 2. cap. 3. Britanniæ fluuius: uulgo Tine.

Tinde, τίνδη. Chalcidica urbs Thraciæ, gẽtile. Tindæus Step.

Tindium, τίνδιον, urbs Libyæ. ciuis Tindaras, quasi à Tinda, uel Tindeius, Steph.

Tinge, τίγγα, promontorium est Aphricæ, quod ferunt ab Antæo conditum. Vocatur Ampelusia.

Tingi, inquit Pomponius Mela lib. 1. & libro 5. Mauritaniæ peruetus oppidum, ab Antæo, ut ferunt, conditum, postea à Claudio Cæsare, cum coloniam faceret, appellatum tradu cta Iulia. Vide Thinge.

Tingitana, τιγγιτάνη, pars est Mauritaniæ, ut suprà diximus, τίγγις ιως, ἡ, Stephan. urbs est Mauruſiæ, uel Mauritaniæ. Ciuis Tingites, gentile Tingitanus.

Tios, τίος, urbs Paphlagoniæ Ponti, à Tio sacerdote Milesio: Vel à Pataro conditore, qui occupata Paphlagonia urbem appellauit Tium, ἀπὸ τοῦ τιμᾶν τὸν Δία, id est, à cultu Iouis. Strabo lib. 12. τίειον, τὸ, nominauit. Gentile Tianus, uel Tianeus, Steph. Menippe iam uerba, sed corrupta, Stephanus recitat. Vide Pſyl.

Tipaniſſæ, τιπανίσσαι, populi iuxta Caucasum Steph.

Tipasa, Ptolemæo libr. 4. cap. 2. urbs Mauritaniæ Cæsariensis, hodie Teneſe.

Tiphernum, τίφερνον, ciuitas Vmbriæ, quę nũc ciuitas Castelli dicitur, nobilis alumno Gregorio, Grẽcis & Latinis literis apprime docto: sicut eius opera eloquenter elucubrata manifestant.

Tiphis, τίφυς, uiri proprium in nauibus fabricandis arte singulari, & qui Argonautarum gubernator fuerit. Vergil. in Bucolicis Eclog. 4.

Tiria, τιρία, urbs Leucosyrorum. gentile Tirieus Steph.

Tireſias, est quorundam Latinorum hominum cacographia, id est, mala ratio scribẽdi, cum per ει scribitur in principio, τειρεσίας. Hic igitur rex Thebanus & Augur, de quo Cicero lib. 5. Tusc.

Tiridates, τιριδάτης, nomen proprium uiri magi, de quo apud Suetonium in Nerone, & apud Plinium libro 37. Erat & Romæ in septima regione uia, quæ lata dicebatur, locus ab eo quo Tiridatis regis Armeniorum nomen habẽs, ut Publius Victor scribit. Vide Teridates.

Tiriſcum, inquit Ptolemæus libro 3. cap. 1. quod iam Taros dicitur, Daciæ urbs: hodie Croſſechaua.

Tirizibani, uide Tiriza.

Tiriza, τιρίζα, urbs Paphlagoniæ. gentile Tirizi, & apud Cteſiã Tirizibani. Ab Odryſsis, inquit, ad Tirizibanos habitantes in pagis. Stephanus.

Tirſæ, τίρσαι, urbs Mygdoniæ in Macedonia, à Tirſe una exuxoribus filij Mygdonis. gentile Tirſæus. Steph.

Tiryns, tis. τίρυνς, gen. masc. fluuius est in Argo. At Tiryns, gen. fœm. nomen est patriæ Herculis in Peloponneſo, quæ proxima Argo, à Plinio Tirynthia uocatur. Vnde & Hercules Tirynthius, τιρύνθιος, appellatus est, quamuis Thebanus quoque dicatur Virgil. lib. 8.

Tiryns, urbs, inquit Stephan. dicta est à Tirynthe filia Halo, τῆς ἅλω θυγατρὸς, quæ Amphitryonis soror erat. Vocabatur autem prius Halieis, eo quòd multi Hermonei illic piscantes habitarent. Homerus.

Tiſara, portus & oppidum Datinorum. Steph. in Artiſaria.

Tiſarantus, fluuius est Scythiæ, & secũdus post Ordeſſum, ut scribit Herodotus lib. 4.

Tiſandrus, uide Theſſander.

Tiſia, τίσια, urbs Italiæ. gentile Tiſiates. Steph.

Tiſias, τισίας, Steſichorus poeta antè dictus est, ſed à chorea id nominis sortitus est.

Tiſiphone, τισιφόνη, pe. cor. ultricem cædis significat. Est enim una ex furijs, à cædibus plectendis dicta: τίσις, ultio, uel pœna: φόνος, uel φονὴ, cædes, aut mors: cui curæ sit mortis ultio. Horat. in Sermonib.

Tiſis, τίσις, urbs Aegypti, quam condidit Tiſis. ciuis Tiſites. Stephanus.

Tiſobis, fluuius Britanniæ, teſte Ptolemæo libro 1. cap. 3.

Tiſſa, Ptol. lib. 3. cap. 4. Siciliæ urbs: hodie Tiſſe. Steph. τίσσα, parua regio Siciliæ. gentile Tiſſæus.

Titacidæ, τιτακίδαι, uicus in Antiochide tribu, à Titaco qui Aphydnas Dioscuris prodidit: inde Titacides Steph.

Titana, τίτανα, regiuncula Sicyonię. dicitur etiam singulariter, ut: τιτάνοι ὁτε λίνκὰ κἀρηνα, nunc, autem, inquit Stephan. Teutanium uocatur.

Titan, & **Titanus**, τιτάν, pen. prod. Saturni frater, Cœli & Vestæ filius, qui etiam pro Sole ponitur, quoniam à Titanibus deduxit originem. Tradunt Titanas sex fratres fuiſſe, & quinque sorores, à Titea matre dictos, ut author est Diodorus.

Titannus, τίτανος, mons Theſſaliæ, à candore.

Titanus, Plin. lib. 5. cap. 30. fluuius est Aeolidis, & ciuitas ab eo cognominata.

Titareſius, qui & Orchos dicitur, Homero lib. Iliad 2. fluuius Theſſaliæ, è Styge ortum habens, qui in Peneum influens, illius aquis non confunditur, ſed instar olei innatans excurrit. de quo Plinius.

Titaron, τιτᾶρων, urbs Theſſalię, quam Lycophron τίταρον uocat. Gentile Titaronius. Stephanus.

Tithonus, τιθωνὸς, pen prod. fuit Laomedontis filius, aliàs frater, ſecundum Seruium, qui, ut fabulæ ferunt, cum iuuenis esſet, & decorus, ab Aurora dilectus & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit.

Tithoræa, τιθορέα, urbs Bœotiæ à Tithoræa nympha (Pauſanias

nias lib.9.) ubi Zethus & Amphion ſepulti ſunt,in cacumine Parnaſsi.Ciuis Tithoræus,Steph.

Tithras,τίθρας,uicus in Tribu Aegeide: inde Tithraſius,Step.

Tithronium,τιθρώνιον, urbs Phocidis, gentile Tithroneus. Stephanus.

Titia curia,& Titienſis tribus, dicta eſt à Tito Tatio. Feſt.

Titianus,Titiani filius,orator Græcus, præceptor Maximini principis,ſcripſit libros prouinciarũ pulcherrimos: appellabatur Simia ſui temporis, quòd omnia probè imitaretur.

Titi Liuij,λίβιοι, duo fuerũt. Alter tragœdiarum ſcriptor qui ob ingenij meritum, à Liuio Salinatore, cuius libros erudiebat, libertate donatus eſt. Alter Patauinus, qui floruit ſub Auguſto,laudatur in hiſtoria, cum ſit in narrando miræ iucunditatis, clariſsimiq; candoris.

Titij,ſacerdotes fuerunt Apollinis à Titijs auibus, quas in augurijs certis obſeruare ſolebant,ſic appellati, ut ait Varro. Lucan.lib.1.Et doctus uolucres augur ſeruare ſiniſtras, Septemuirq; epulis feſtis Titijq; ſodales.

Titoneus,τιτωνεύς,nomen montis apud Dionyſium. lib.1.Gigantialis:incola ſimiliter Titoneus,Steph.

Titornus,bubulcus fortitudinis monſtroſæ fuit,cum Milone de robore certauit uicitq;,cum pedem tauri una manu, altera uerò alterius tauri pedem,ipſis per uim conantibus reſilire,traheret.Author Aelianus.uide Tritanus.

Titus,τίτος,præuomen Romanorum eſt,à τίω honoro.uide Titulus in Latinis dictionibus.

Titus,clariſsimus Romanorum princeps, Veſpaſiani filius,& frater Domitiani.Author Tranquillus.

Tityrus,τίτυρος,pen.cor. nomen paſtoris apud Vergilium, & Theocritum. Vergil.in Bucolicis, Tityre tu patulę, &c. Et apud nos Aries maior dicitur. Eſt etiam Tityrus nomẽ ciuitatis Cretæ,ut ſcribit Zacharias Scholiaſtes Theocriti.

Tityus, τιτυὸς, filius fuit Iouis ex Elara,Orchomeni filia, quã prægnãtẽ Iupiter timens Iunonis irã occultauit in terram, ex quo factum eſt, ut naſcens puer ex terra natus uideretur.

Tityus,item Sextus authore Cicerone in Bruto,orator,homo loquax ſanè & ſatis acutus, ſed tamen ſolutus & mollis in geſtu,ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Tityus nomen eſſet.Ita cauendũ eſt,ne quid in agẽdo, dicendo ue facias,cuius imitatio rideatur.

Tlepolemus,τληπόλεμος,Herculis & Aſtyoches,quã ex Ephyra urbe Pelopóneſi rapuerat(ut meminit Homer.Iliad.8.) clarus rebus bellicis,& lõgo latoq; corpore redimitus.Hic cum adoleuiſſet,Licymnium auunculum ſuum Marte progenitum,& patri ſuo chariſsimum iam ſenem interfecit.

Tlctes,τλῆτες,populi Iberici iuxta Tarteſsios,Steph.

Tlos,τλῶς,urbs Lyciæ,à Tlo Mileti & Praxidices nymphæ filio.Gentile idem uel Tloites, uel Tloitus.Eſt & alia Tlos, urbs Sidiæ. poſſeſsiuum,Tloicus, Steph. Prioris meminit Strabo lib.14.

Tmares,& Tmarus.uide Tomarus.

Tmolus, τμῶλος, pen.prod.mons Lydiæ,ut ſcribit Plin.lib.5. croco florentiſsimus,& uitibus conſitus.Seruius ſcribit eũ eſſe Ciliciæ,de quo Ouid.

Tmous, τμῶος, filius Tremyli, & Praxidices, in Lycia natus, Steph.

Tnyſſus,τνύσσος,urbs Cariæ.gentile Tnyſſeus,Steph.

Tobius,Ptolemæo lib.2.cap.3.Britanniæ inſulę fluuius,ad cuius oſtia eſt oppidum quod Touue uulgò dicitur.

Tolentum,Italiæ oppidum in Piceno:à quo Tolentinates,populi dicti,Plin.cap.13.lib.13.

Tolerium,τολέριον,urbs Italiæ.gentile Tolerinus.Stephan.

Toletum,Ptolemæo lib.2.capite 6.alio nomine Serezola dicta Hiſpaniæ urbs:uulgò Toledo.

Toliſtobij,τολισόβιοι,populi Galatiæ occidentalis,qui ex Celtogallia in Bithyniam migrauere.Eratoſthenes τολισοβωγίους nominat,Steph.uide Tholiſtobogi.

Tolophon,τολοφών,urbs Locrorum Ozolorum. Gentile Tolophonius,Stephanus ex Thucydidis lib.3.

Toloſa,Tectoſagum, Narbonenſis Galliæ urbs nobiliſsima, à qua Toloſani.Tectoſagi Plinio lib.3.cap.4. dicti. Notum eſt adagium,Aurum habet Toloſanum.

Tomatus,mons eſt Aetoliæ,ut ſcribit Plin.cap.2.lib.4. Idem & Tmarus appellatur,nobilis circa radices centũ fontibus, ut Theopompo placet.τόμαρος Stephano, mons Dodones, quem aliqui Tomurum,τόμουρον,uocant, & incolas Tomuros:quos alij Tmaras,τμάρας. Gentilme Tmarius,Steph.

Tomeus,τομεύς,urbs iuxta Odeſſum.Strabo lib.7. ſic nominata quod Abſyrtus Aeetę filius à Medea & Iaſone in fuga illic diſſectus ſit.Ciuis Tomites.Steph.uide Tomos.

Tomæus mons, τομαῖον ὄρος, iuxta Coryphaſium Pyli,ſimilis σμίλη,id eſt,cultro ſutorio,Steph.

Tomiſſa,τομίσσα,regiuncula diſtinguens Cappadociã à Tauro.Gentile Tomiſenus & Tomiſcus,Steph.

Tomos, ſiue Tomi, otum τομίς, ciuitas in Ponto ab eo dicta, quod illic Medea Abſyrti fratris membra fruſtulatim conci dit.Hoc quoq; oppidum Naſonis exilio notũ,quòd ipſum à Mileſijs deductum innuit.Ouid.lib.Triſt.1.

Tomurus,uide Tomurus.

Tomyris,τώμυρις, Maſſagetarum regina in Scythia, quę potentiſsimo Perſarum regi Cyro bello cõgreſſa eſt, ipſumq; & uita & caſtris ſpoliauit ad ulciſcendam filij mortem, quẽ ille prius à matre obuiam miſſum cum ſuis per inſidias interfecerat.Nec ramẽ hoc euentu uictoriæ cõtenta fuit, aut emollita animi rabies:mortui enim caput in utrem humano cruore plenum demiſit, his uerbis inſultans: Filij mei ſanguinem hauſiſti,& meum ſitiſti Cyre,at ego cruore te ſatu rabo.Author Herodot.

Tongri,Galliæ populi,Ptolem.li.2.cap.9.uulgò Brabantins.

Topazius,τοπάσιος,inſula eſt in mari Rubro nebuloſa,& Troglodytæ eam dictam uolunt à τοπάζειν, quod eorũ lingua ſignificat quærere.Strabo lib.6.

Topazos,Plin.lib.6.cap.29.inſula in mari Rubro, in qua reperitur lapis Topazius mirè pellucidus, ſplendoreq; aureo, ita refulgens,ut interdiu uideri non poſsit.τοπάσιος uel τοπάζιων νῆσος. Stephano inſula Indica,in qua eiuſdem nominis gemma,colore recentis olei reperitur.Gẽtile etiam eſt Topazius:aliàs per x reperitur.

Toranius,mango quidam,qui,ut author eſt Plin.cap.12.lib.7. M.Antonio iam triumuiro, eximios forma pueros, alterũ in Aſia genitum,alterum trans Alpes,ut geminos uendidit: tanta unitas erat.Poſtquam deinde ſermone puerorum detecta fraude, à furẽte increpitus Antonio eſt, inter alia magnitudinem precij conquerente (nam ducentis mercatus erat ſeſtertijs)reſpõdit uerſutus ingenij mango,obidipſum ſe tanti uendidiſſe,quoniam non eſſet mira ſimilitudo in ulis eodem utero editis: diuerſarum quidem gentium natales tam cõcordi figura reperiri,ſuper omnẽ eſſe taxationẽ: adeoq; tempeſtiuam admirationem intulit, ut ille proſcriptor animus,modò & contumelia furens,non aliud in cenſu magis ex fortuna ſua duceret.

Toretæ,τορῖται,populi Pontici.Steph.

Tornacum,τόρνακον,ciuitas eſt Gallię Belgicæ.

Toro,uide Octodurum.

Torone,Plin.lib.4.cap.10.Macedoniæ oppidũ, Steph.τορώνη, urbs eſt Thraciæ,à Torone Protei filia uel Neptuni,& Phœnices.Eſt & alia Torone poſt Troiam condita, ciuis Toronæus(al.per duplex rho) Eſt item Torrhóna, τόρρωνα, Siciliæ.Vocatur & ſinus Toronæus τορωναῖος,qui eſt à Caneſtro ad Derrin uſq;.

Torquatus,τορκώατος,cognomẽ Titi Manlij,qui ad Anienẽ occiſo Gallo torquẽ detraxit.Hic eſt ille Torquatus Manlius, cuius iniuſſu cum filius aduerſus hoſtem, à quo prouocatus fuerat,pugnaſſet,eoq; occiſo equeſtria ſpolia uictor ad patrem tuliſſet,ſubitò eum,quòd aduerſus edictum ſuum & rei militaris diſciplinam feciſſet,iuſsit occidi.

Torrhebus,τόρρηβος,urbs Lydiæ,à Torrhebo, Atyis filio, Gẽtile Torrhebius, fœmininum, Torrhebis. In Thorrhebide regione mons eſt Caſius cum templo Caſij, qui Iouis & Thorrhebiæ filius perhibetur, qui circa lacum quendam obambulans,Torrhebiam ab eo dictam,uoce nympharum audita,quas Lydi Muſas uocant Muſicam edoctus eſt,& Lydis tradidit canendi modum uel carmina,τὰ μέλη,ideo Torrhebia uocabatur.Steph.

Tortomion,τορτόμιον,urbs in Syria Armenia. gentile Tortomius Steph.

Turrona,uide Torone.

Tortoſa,hodie dicitur,quæ olim Antandros,ciuitate Arado.

Toxij, & Toxiani, τόξιοι καὶ τοξιανοὶ, populi Taurici. Steph.ex Herodiani lib.7.

Trabala,τράβαλα,urbs Lyciæ.gentile Trabaleus Steph.

Trabea,τραβέα,nomen poetæ cui inter Comicos octauus locu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cus assignatur. Huius meminit Cicer. lib. 4. Tusculan. & de Finibus.

Trachali, Ariminenses maritimi. Vide in Latinis.

Trachalus, orator, Domitiani temporibus sobrius, & satis apertus fuit, & quem uelle optima crederes, auditus tamen maior. Nam & uocis, quantam in nullo cognoui, felicitas & pronunciatio, uel scenicis suffecturâ, & decora: omnia deni que ei quæ sunt extra, superfuerunt. Author Quintil. li. 10. cap. 1. qui sonum Tracali appellat.

Trachea, τραχεῖα, uocatur tota Isauria. Item Ciliciæ extra Taurum pars una Trachea, id est aspera, alia cãpestris uocatur. Strabo lib. 14. Hinc Trachiotes. Incipit à Coracesio: campestris autem à Solis & Tarso ad Issum usque. cuius incolæ etiamnum Pediani dicũtur, cum Pedici dici deberent. Step.

Trachina, τραχῖς, τραχῖν, oppidum Campaniæ: quæ nũc interposita a, Tarachina, uel Tarachinæ, arum, tantum pluraliter, quod etiàm Anxur antea dicebatur. Nunc autem Taracina uocatur. uide suprà. Est & Trachina ciuitas Thessaliæ, quæ Heraclea ab Hercule cognominata est. Hinc ab Ouidio Trachinius, τραχίνιος, Ceyx, coniunx Alcyones lib. 11. Metam.

Trachis, τράχις, inquit Steph. urbs Thessaliæ sub Oeta, ab Hercule condita & nominata propter asperitatẽ. ciuis Trachinæus, Steph.

Trachis, uide Trachina.

Traconitis, τρακωνῖτις, pars Iudææ, quam ferunt inter montem Libani & lacum Tiberiadis sitam esse. Cuius tetrarches fuit Philippus, iuxta Euangelium Lucæ. Est & (ut Hieron. in quit) trans Bosdram Arabiæ ciuitatem in deserto contra australem plagam, quasi ad Damascum respiciens. Hanc gentẽ instituit Cis filius Aram, ut scribit Iosephus lib. 1. Antiquitatum. Vide Plin. lib. 5. cap. 18. qui eam Syriæ Palæstinæ regionem scribit.

Tragea, τραγαία, insula iuxta Cyclades. Est etiam urbs in Naxo, ubi Tragius Apollo colitur. Eupolis per ι scribit, & pluraliter τραγῖται. ciuis Trageates, Steph. Ante Miletũ in proximo est Lada insula circa Trageas insulas, quę stationes Paticas habent, Strabo lib. 24. Vide Tragea.

Tragasę, τράγασαι, regio Epiri, à Tragaso quodam: in cuius gratiam Neptunus salis densationem fecit.

Tragea, siue Tragia, τραγαία, insula una ex Cycladibus, ex qua Theogiton Peripateticus Aristoteli familiaris. Vide Plin. li. 4. cap. 12. Vide Tragæa.

Tragila, τράγιλα, urbs Thraciæ iuxta Chersonesum Macedonicam. Ciuis Tragelius. Steph.

Tragius Apollo, uide Tragæa.

Tragurium, τραγούριον, insula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, in qua est ciuitas eiusdẽm nominis: author Ptol. libr. 2. Vide Plin. libro 4. capite 21. quo loco marmor insulæ commendat.

Traina, Picenorum urbs, authore Ptolem. libr. 4. cap. 3. Hodie Potentia.

Traianopolis, uide Pompeiopolis.

Traianus, inter Cæsares optimus. Fuit & Traianus Patricius, qui sub Iustiniano principe floruit. Scripsit temporum epitomen nobilem. Author Suidas. Est item Traianus, portus Tuscorum Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie Volaterranorum portus.

Trallia, τραλλία, pars Illyrię. Dicuntur & Tralli, & Tralles: nominatur item Troalicida, & Tralla, Steph.

Trallion, τράλλιον, in Bithynia pertingit usq; ad Eustacenum sinum. gentile Trallij, Steph.

Trallis, τράλλις, urbs Lydiæ, non longè à Magnesia sita in uertice quodam, qui promõtorium natura munitum habet, ab Argiuis, & à Thracib. quibusdam condita. Sunt & aliæ Trallis in Phrygia, ubi sunt Cariæ fines. Hæc alijs nominibus dicta est Euantia, & Seleucia, & Antiochia.

Trallis, oppidum est Cariæ regionis in Asia minore, ut autor est Plin. lib. 5. cap. 19.

Trampe, urbs Ioniæ, τράμπη. gentile, Trampæus.

Trampya, τράμπυα, urbs Epiri prope Bunimos: ciuis Trampyeus, & Trampyetes, Steph.

Tranipsi. uide Ladepsi.

Transalpina Gallia, eadem quæ Comata, diducitur in Celticam, & Lugdunensem. Calepin. τρανσαλπινοί. Steph.

Transyluania, uide suprà in Dacia.

Trapeza, τράπεζα, urbs Arcadiæ, prope Tricolon. ciues Trapezeis, Stephan.

Traphe, urbs iuxta Pontum, inde Traphæus, Steph.

Trapezus, τραπεζοῦς, urbs iuxta Euxinum Pontum, Sinopensium colonia. Vocabatur & Necenis. Alia est in Arcadia à Trapezũte Lycaonis filio. Alia prope sinum Arabicũ. Hinc Trapezuntius, urbs & regio Trapezusia, Steph.

Trapezus, τραπεζοῦς, Trapezuntis, Cappadociæ ciuitas libera & uasto monte clausa, ut author est Plin. lib. 6.

Trares, uide Trarus.

Trasimenus lacus, de quo Plin. lib. 2. cap. 84. Quo quidem anno ad Trasimenum lacum dimicantes, maximum terræmotũ nec̃ Pœni sensere, nec Romani. De hoc & Ouid. Fast. 6.

Sunt tibi Flaminius Trasimenaq; littora, testes.

Vide Thrasimenus.

Trauchenij, τραυχένιοι, populi iuxta Pontum Sundis finitimi, Stephan.

Trausi, τραυσοί, populi quos Græci Agathyrsos nominant: ἀπὸ μέλιτος, καλοῦνται, Steph.

Trebatius, iurisconsultus, Ciceronis familiaris, ut perspicere licet ex Familiaribus epistolis.

Trebia, τρεβίας, fluuius est prope Placentiam in Gallia Cisalpina, iuxta Dertonem ciuitatem. author Strabo lib. 5. ex Apennino monte in Padum fluens. Iuxta hanc Annibal Romanos L. Sempronio duce maxima clade affecit. Lucan. lib. 2.

Trebonius, cum Bruto & Cassio tertius coniurauit contra Cæsarem. in Asia deinde fraude Dolobellæ interfectus crudelissimè fuit, ut narrat Cic. in Philipp.

Trebula, τρεβύλη, oppidum fuit haud longè ab urbe, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5. Et olim Trebulanis ciuitas data fuit. Hinc casei Trebulani dicti sunt. De quibus Martialis, Trebulanos genuit, commendat gratia duplex: Siue leui flamma, siue domamur aqua. Prope Trebulanos sunt & alij populi, nomine Trebiani, author Plin. lib. 3. cap. 5. Sueton. in Tiber. Iterum eo cẽsente, ut Trebianis legatam in opus nouũ theatri pecuniam ad munitionem uiæ transferre concederetur, obtinere non potuit.

Trebiani, uide Trebula.

Trecæ, rum, urbs nobilis & potens, in Campania Gallicana.

Trechus, Homero Iliad. 5. uir Aetolus, bellator egregius, à Marte in bello interemptus.

Tremiles, τρεμίλης, ητος, uide Praxidice, & Tremile.

Tremile, τρεμίλη, Lycia uocabatur, incolæ Tremileis, à Tremilo, qui ex Praxidice nympha filios suscepit, Tmoum, Xanthum, Pinaxum & Cragum.

Tremithus, τρεμιθοῦς, uicus in Cypro: incolæ Tremithusij, & Tremipolitæ.

Tremilus, uide Tremile.

Trerus, τρῆρος, regiuncula Thraciæ, & Treres Thraciæ populi: Callimachus τρήρεας dixit, Theopomp. Trares, Steph.

Treueri, τρέουιροι, populi Galliæ inter Belgas, in confinibus Germaniæ, Neruijs finitimi, uetusti sanè, nomenq; retinentes, nec pristinæ cedẽtes famæ, apud quos insignis olim cognoscendarum causarũ, populi Romani curia, Treuirorum cognominata.

Treballi, Epiri populi, Dardanis oppositi & Mœsiæ gentibus. Plin. cap. 1. lib. 4. τριβαλλοί, Stephano populi Illyriæ. Aristophanes in Auibus Barbaros deos quosdam per iocum Marathanotriballos uocat.

Trica, aut potius Tricca per duplex c. τρίκη, unde τρικαῖος, gentile, Stephano urbs Thessaliæ, id nominis sortita à Trica Penei filia. Plin. uerò cap. 20. lib. 3. Tricam & Apinam, oppida quondam fuisse Apuliæ scribit. Hæc autem Diomedes tã ta ignominia euertit, ut in prouerbij ludibrium transierint. Quoties enim rem futilem ac nugatoriam ostendere uolumus, Tricas & Apinas nominamus. Vide in dictione Apina.

Gentile, Tricæus.

Tricalon, τρίκαλον, uel τρίκαλα, τὰ, urbs Siceorum, σικίων. Gentile Tricalinus, Stephan.

Tricara, τρίκαρα, castellũ Phliasiæ. Gentile Tricaneus, & Tricoloneus, ambo de eadem regione, Stephan.

Tricca, uide Trica.

Tricoloni, τρικόλωνοι, urbs Arcadiæ, à Tricono filio Lycaonis. gentile Tricoloneus, Stephan. Vide Tricara.

Trichia, τριχία, Ephesus olim dicta. uide suprà ex Stephano.

Trichonion, τριχώνιον, urbs Aetoliæ, unde Trichonicus, Trichonius, Trichonites, Stephan.

Tricongius, cognomen Nouelli Mediolanensis, qui gestis honoribus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nōribus à prætura ad cōsulatum usq; peruenerat. Hic enim tribus congijs epotis, spectante miraculi gratia Tiberio principe, præclarum cognomen sibi uindicauit.

Tricorynthon, τρικόρυνθον, τό, uel τρικόρυνθος, ὁ, uel ἡ, uicus in Acantide tribu, inde Tricorysius, Stephan. Apud eundem in Tetrapoli Tricorython legitur, sine n post y.

Tridentum, urbs ad Athesin sita, uulgò Trienta.

Trieres, τριήρης, urbs Syriæ, significat autem Triremem. Ciuis Trierites. Steph. Item τριῆρις apud eundem genus quædā est, dicta à Triero Ombriarai & Thraces filio.

Triereticа, erant Bacchi sacra: quæ quia tertio quoque anno sumptuosior, quotidianis Orgijs agitabantur, Trieretica dicta sunt, teste Ouidio lib. 9. Metamorph.

Trigarius, locus iuxta campum Martium. Plin lib. ult. cap. 13. Ne equos quidem Trigarijs præferri ullos uernaculis animaduerto. Apud Martianum quoq; Capellam lib. 9. qui de Musica inscribitur, Trigarium, inquit, supplicantis semper gemanitatis adueniet: hoc est, trigēma, inquit, illa mulier si ue tres in unius nominis uocabulo conspirantes.

Trigemina, porta Romę dicebatur, per quam Trigemini fratres Horatij exierunt.

Trinacria, τρινακρία, insula, quæ & Sicilia, Sicania, & Triquetra appellatur, à tribus promontorijs dicta est Trinacria, Pachyno scilicet, Lilybæo, & Peloro: & ἄκρα, summitas. Hinc Trinacris in Fast.

Trinemeis, τρινεμεύς, uicus in Cecropide tribu, alias Trinemia. tribulis, τρινεμιώς. Stephanus.

Trinessa, τρίνεσσα, locus Phrygiæ. gentile Trinessæus. Steph.

Trinoantes, Britanniæ insulæ populi Orient. penes Iameam æstuarium, autore Ptolemæo libro 2. cap. 3. Trinobates Cæsar appellat.

Trinobates, lege Trinoantes.

Triocla, Siciliæ urbs apud Ptolem. libro 3. cap. 4. hodie uocatur Triechala.

Trioditis Hecate, τριοδῖτις, quòd in triuijs colatur, Steph.

Triopas, τριόπας, Thessalorum rex fuit, à Triopæ filio Merope. Coi Meropes dicti sunt, & insula Meropis, Steph.

Triopion, τρίοπιον, urbs Cariæ, è Triopa uel Triope patre Erysichthonis. Dicitur etiam Triopia. Hinc Triopius, & Triopicus, Triopitis. Steph.

Triops, uide Triopion.

Triozenus, Thrax fuit unus ex his qui uenerunt in auxilium Troianorum, ut ostendit Homerus libro Iliad. 2.

Triphylia, τριφυλία, eadem quæ Elis. Dicuntur autem Triphyli, quod ex tribus numero tribubus collecti sint, uel à tribus portis, uel à Triphyle matre Clytij. Incola, Triphylius: fœmin. Triphylis Steph.

Tripodiscus, uel Tripodisci, uel Tripodisce, uicus aut ciuitas Megaridis. Hinc Tripodiscus. Steph.

Tripolis, τρίπολις, oppidum trigeminum, quoniam Tyrij, Sidonij, & Aradij, illud obtinent. Hinc Tripolitana regio dicta est. Sunt autem duæ hoc nomine, Africana scilicet, & Syriaca in Phœnice. Oppida Tripolis Africanæ sunt, Abrotonū, Tophia & Leptis magna. Pompon. Locus ex numero Tripolis dicitur. uide Plin. & Strab. & Pomp. Melam li. 1. in descriptione Phœniciæ.

Tripolissi, uel Tripolissij, τριπόλισσοι, populi Thesprotici, Step.

Tripontium, Vmbrię oppidum, sic dictum, quòd treis habeat pontes.

Triptolemus, τριπτόλεμος, nomen proprium uiri, qui authore Ouidio, Celei & Menalinę filius fertur in Attica regione usum frugum, aratri & agriculturæ primus inuenisse. De quo Seruius sic: Eleusin, inquit, ciuitas est Atticæ prouinciæ, nō longè ab Athenis, in qua cum regnaret Celeus, & Cererem filiam quærentem liberalissimè hospitio susceptisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ. filium etiam eius Triptolemum recens natum, per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: & eum alatis serpentibus superpositum, per totum orbem misit, ad usum frumentorum hominibus indicandum. Hactenus Seruius.

Triremis, uide Trieres.

Trismegistus, τρισμέγιστος, qui etiam ἑρμῆς τρισμέγιστος, Mercurius, quasi ter maximus dictus, uel ualde maximus, qui fuit nepos maioris Mercurij, quem fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secūdum asserunt occidisse Argum, Aegyptijs præfuisse, & leges literasq; tradidisse: sed literarum characteres, animalium arborumq; figuras habuisse. Hic condidit urbem, quam à se Hermopolim nominauit.

Trisplæ, τρίσπλοι, populi Thraciæ, Steph.

Tritea, urbs Achaiæ, τριτάια. ciuis, Tritæus.

Trite, τρίτη, urbs circa Herculis columnas. Steph.

Tritea, τρίτεια, urbs Troica, ab Arisbæis cōdita. ciuis, Tritæus. Est & alia inter Phocidem & Locros Ozolas. Tritea uerò per duplex t, in Achaia est Steph. uide Tritees.

Tritanus, ut author est Varro in relatione prodigiosæ fortitudinis, gladiator fuit, qui in ludo gladiatorio Samnitium, & rectis & trāsuersis neruis nō modò crate pectoris, sed & manibus cancellatis, & brachijs omnes aduersarios leui tactu, ac penè securis congressionibus uicit. Hic habuit filiū Cnei Pompeij militem pari fortitudine natum, qui hostem se prouocantem ita spreuit, ut inermi dextra cum superauerit, & captum digito uno in castra imperatoris sui reportauerit. Huius & meminit Plin. lib. 7. cap. 20. uide Titornus.

Tritanico, uide Tritonice, quod magis placet.

Tritees, populi fuerūt Achiuorū, authore Herodoto libr. 1. Vide Tritea.

Tritium metallum, Hispaniæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 6. hodie Tasalla.

Triton, inquit Seruius, deus marinus, Nepruni & Salaciæ deæ marinæ filius, ab aqua salsa dictæ. Hæc Seruius, enarrās hūc locum Vergilij Aeneid. 1.

Cymothoe simul, & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti,
Et uastas aperit Syrteis, &c.

Triton, autem fingitur esse maris deus, quòd primum in Tritone Africæ palude uisus fuerit. Vbi ait Herodotus uirgines annis singulis se purgare lāpadibus, & lignis in uenerationem Palladis. Diodorus scribit dictam Tritoniam à Cretæ filio Tritone. Est & Triton, Africæ minoris fluuius & lacus, cuius meminit Plinius cap. 4. lib. 5. Herodotus lib. 4. in palude insulam esse ait, ubi uestigia sunt euidentia, Iasonem aliquando in his locis fuisse. Amnis ipse Triton in Syrtim minorem egreditur, Ptolemæo lib. 4. cap. 3.

Tritonia, τριτονία, dicta est Minerua, quòd temporib. Ogygij regis ad lacū Tritonis uirginali primū habitu apparuerit.

Tritonice, Ponti urbs, eadem Tomos appellata, de qua antè diximus.

Tritonus, τριτωνός, oppidulū Macedoniæ: Gentile Tritonius, Steph.

Trittea, uide Tritea.

Triuia, dicta est Diana, quòd triuijs præesset, propter quod tres facies habere fingebatur, τριοδῖτις. Verg. Tria uirginis ora Dianæ.

Triumphalis porta, θριαμβευτικὴ πύλη, Romæ dicta est, quòd per eam triumphantes uictores in urbem deducerentur.

Trizi, τρίζοι, populi iuxta Istrum meridiem uersus, Steph.

Troalicida, uide Trallia.

Troas, τρωάς, ut inquit Hieronymus lib. de 12. Quæst. ciuitas est, quę prius Troia τροία appellabatur. Est & regio, quā Ptolemęus minorē Phrygiam appellat. Adiacet Hellespōto, ut Plin. lib. 4. cap. 30. scribit. Alij Mysiæ tribuunt, quæ ad occidentem subiacet, tota mari exposita.

Trocmeni, uide Trocmi.

Trocmi, uel Trocmeni, τρόκμοι ἢ τροκμηνοί, populi Galatiæ.

Troctes, uir quidam è Phœnicia, qui, ut testatur Hom. lib. Odyss. 14. aptus ad decipiendum, multa hominibus mala inflixit, atq; Vlyssi persuasit ut in Phœniciam, ubi ipsius domus & substantia erat, proficisceretur.

Trœzene, τροιζήν, fuit oppidum Pelopōnesi in sinu Argolico, à Trœzene filio Pelopis.

Trœzenij, populi, fide societatis Atticę illustres, ut inquit Pōponius Mela, in ipso Chersonneso siti, ad quos recto cursu ex Piræo commodissima nauigatio est. Eo igitur tempore, quo Xerxes cum tantis copijs in Græciam traiecit, cum Themistoclis oraculum interpretantis sententia ualuisset, terra relicta, mari se concrederent, iuuentutē omnem Athenienses in triremes imposuerunt, plurimi uerò parentes & uxores in Trœzenem, Trœzenijs eos humanissimè susciepientibus. Decreuerunt enim ut hi publicè alerentur, duobus obolis in singulos distributis: puerisque facta potestas, ut undecunque liberet poma acciperent, & pro his eruditendis magistris merces persoluta est. Eius decreti author

Nica-

Nicagoras fuisse traditur. Hactenus in Themistoclis uita Plutarchus.

Trœzenus, uide Troizenus.

Trogilos, τρωγίλος, urbs in Sicilia, & regio Macedoniæ. Gentile Trogilius. Est item Trogilia Mycales, quæ Trogilon quoq; uocatur, Steph.

Troglodytæ, τρωγλοδύται, populi Aethiopiæ, cauernas incolentes. De quibus Plinius & Hieronymus contra Iouinianum. Nomades, & Troglodytæ, & Scythæ, & Hunnorum noua feritas semicrudis uescuntur carnibus. Et nullarum opum domini, (inquit Mela lib. 1.) strident magis quàm loquantur. Specus subeunt, alunturq; serpentibus.

Troi, uide Taurisci.

Troia, τροία, ut Seruius scribit, *regio minoris Asiæ, in qua Ilion* urbs, & regia Priami, quę etiam Troia dicebatur, à Troe rege: antea Teucria à Teucro, & Dardania à Dardano. Scribiturq; Græca diphthongo, nec diuiditur i consona, adiecta uerò o & i uocales, & diuisæ. Et cum prouinciam significat, principale nomen est, & breuis est tro. Quando autem non est principale, & deriuatio est, tro longa est. Verg. & Troia

Troias, uide Troas. (gaza per undas.

Troicus mons, τρωικὸν ὄρος, & Troites, τρωΐτης, fluuius in, Aegypto sunt, Steph. nimirum iuxta Troiam Aegypti ciuitatem, Steph.

Troilus, filius fuit Priami & Hecubæ, cuius mors fatalis erat Troiæ. nam eo uiuo, Troia capi non poterat.

Troizenus, τροίζηνος, fuit Thrax, unus ex his qui uenerũt in auxilium Troianorum.

Trophonius, τροφώνιος, & Agamedes adytum Delphicum ex quinque lapidibus struxerunt, Steph.

Tropis, τρόπις, insula quædam. Steph.

Tros, τρώς, nomen uiri proprium, & nomen adiect. à Troia formatum, & facit genitiuum Troos, & Trois. Quia, ut inquit Seruius, omnia nomina monosyllaba Græca, quæ in Latinum sermonem transeunt, & tertiæ tantum sunt declinationis, & tam Latinè quàm Græcè declinari possunt, ut Tros, Trois, Troos. Pan, Panis, Panos. Fuit autem Tros Erichthonij filius rex Troiæ, ut habet Ouidius.

Tros, rex Troiæ, inquit, Ganymedis pater, à quo Troia dicta. Verg. lib. Georg. 3. Demissęq; ab Ioue gẽtis Nomina, Trosque parens, & Troiæ Cynthius author.

Trossulum, oppidum Thuscię, citra Volscinios passuum nouẽ M. à quo Trossuli dicti sunt eius incolæ. Trossuli etiam dicebantur equites, quòd Trossulum oppidum, ut ait Plin. li. 33. cap. 2. sine ullo adiumento peditum cepissent. quod nomen durauit ultra C. Gracchum, cum antea Celeres, à Celere Remi interfectore: postea Flexanimes, à flectendis animis, quoniam iudices erant, siue à flectendis equis.

Truentus, fluuius Picenorum, qui uulgò nunc Fronte uocatur. De quo Ptolemæus lib. 3. cap. 1. &c.

Trutonia, uide Locoritum.

Trychæ, τρύχαι, urbs Eubœæ. Gentile Trycheus.

Tryphiodorus, Aegyptius poeta, scripsit Marathoniaca.

Typhon, Alexãdrinus grãmaticus, Augustitẽpore, scripsit de copia orationis, de orthographia, & alia à Suida cõmemorata. Tryphon, Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant epistolæ, in sacris literis eruditissimus fuit, ut eius multa ostendunt monumenta. De hoc scribit Hieronym.

Tuæsis, æstuarium maris Britannici apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. Tuede, iuxta quod Beruicia, munitissimum oppidũ regis Anglorum, in finibus Scotiæ. uulgò Bervuyck.

Tubero, Romanus, is notissimus est ex Ciceronis oratione pro Ligario. Est item Tubero, fluuius apud Indos, Pomponio Melæ lib. 3. Plin. cap. 32. lib. 6. Tuberum appellat.

Tuberobis, fluuius Britãniæ, Ptol. lib. 2. ca. 2. uulgò Abedeuy.

Tuberũ, Plin. li. 6. ca. 23. flumẽ nauigabile, quod circa Pariræ.

Tucca, L. Varus & Plocius, uiri doctissimi, amici Vergilij, hæredesq; ex parte testamenti relicti, iussu Augusti carmina Aeneidos emendauerũt, hac lege, ut nihil adderent, ut Seruius tradit.

Tucris, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs: uulgò Tutela.

Tudæ, Ptole. li. 2. ca. 6. urbs Hispaniæ, hodie Tyde in Gallicia.

Tudertum, ti. & Tuders, dertis, τύδερτα, τὰ, Stephan. urbs Tyrrheniæ, oppidum in ducatu Spoletano. Silius libro quarto. Et gradiuicolam celso de colle Tudertem. Gentile Tudertinus, τυδέρτινος. uide Turde.

Tuditanus, nomen proprium uiri, τουδίτανος, quod caput mali leo simile haberet.

Tugini, populi sunt Galliæ in Heluetijs, quorum meminit Strabo lib. 4. & 7. ubi de Cimbris dicit, sic ait: Cumq; conflatas latrocinijs opes longè suis ampliores esse uiderẽt in Heluetios se contulisse. Et ex eis præcipuè Tigurinos & Tugi-nos. Vniuersos uerò deleuere Romani, &c. Eorũ oppidum Tugium est, quod uulgò Zug uocant, in primis amœno situ, à Septẽtrione planicie pratorũ ampla, ab occidẽte pisco so lacu. à Meridie suprà laci lõgitudinẽ alpiũ prospectu, ab Oriẽte uerò partim pascuo, partim syluoso colle cõspicuũ. Hi se Tigurinis, Lucernatibus, Vriẽsibus, Suicẽsibus, & Sub syluanis perpetuo fœdere iunxerunt anno ab orbe redẽpto 1352. & in ciuitate Heluetiorum septimum locum tenent.

Tulcis, modicus amnis Hispaniæ ad Tarraconem, ut scribit Pomponius lib. 2.

Tuliphurdum, Ptolemęo lib. 2. cap. 12. Germaniæ urbs, uulgò Gottingen.

Tulisurgium, Ptolemæo lib. 2. cap. 12. urbs Germaniæ: hodie Brunsuiga, uulgò Brunsuig.

Tullia, filia Seruij sexti Romanorum regis, Tarquinio Superbo nupsit, qui postea, ut regno potiretur solus, socerũ suum interfecit. Ferunt hanc mulierem eadem regnandi libidine qua maritum æstuasse, adeò ut cum intellexisset patrem interfectum, uehiculo se properè ferri iusserit, quo interfecto ri gratularetur. Quum autem inter eundem comperto cadauere, equi & auriga constitissent, erubescerentq; mortuum conculcare, mulier nefaria currum super faciem mortui patris duci iussit. Vnde Ouid. in Ibin:

Infamemq; locum sceleris quæ nomine fecit,
Pressit & inductis membra paterna rotis.

Tullum, Galliæ urbs in Belgica, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 9. uulgò Tulle, Toll.

Tullus Hostilius, tertius Romanorum rex, multo bellicosior Romulo, de quo Verg. lib. 6.

Tunetum, siue (ut quidã dicũt) Tunitiũ, τύνη, Scipionis tẽpore tumulus erat editior, unde Scipio spectauit Carchedonios ad Romanã classem exurẽdã proficiscẽtes. Nostra tempestate regis Libyci ciuitas metropolis est, in qua uelut amplior loco consueuit habitare, & Tunisæus rex appellatur. Tunetũ non sanè ob hanc causam habitarunt, quod Carthagine carerent à Scipione diruta, cum denuò amplificata surrexerit, ex qua, (uelut ex equo Troiano) manarunt literarum proceres. Ad cuius celeberrimum gymnasium Augustinus profitetur contendisse. Hanc Eutropius lib. 4. continuis sedecim diebus arsisse perhibet. Hæc septingentesimo anno postquam condita erat, deleta est.

Turarius, uicus Romæ. Asconius, Signũ Vertumni *in ultimo* uico Turario est, sub Basilica se flectentibus. (Serm.

Turbo, onis, τύρβων, proprium nomẽ gladiatoris. Horat. lib. 1. Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

Turcæ, teste Pomponio lib. 1. populi sunt Scythici, iuxta Thyssagetas & ultra Sauromatas. Ab his orti iudicãtur, qui ętate nostra latissimè imperitant, Turci uulgò dicti, ignaua quidem nostra magni, sed post Macedonas & Romanos sine dubio potentissimi, Hermolao. uide in dictione Thussagetæ.

Turde, Vilumbrorum ciuitas in Italia, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Tudea Silio. Tudertum hodie. uide suprà.

Turditania, τουρδιτανία, regio Iberiæ circa Bætin fluuium, quæ etiam Bætica: Incolæ Turditani, & Turduli. Artemidorus Turtytaniã uocat, & incolas Turtos, & Turtytanos, Steph. Vide Turduli.

Turduli, τουρδοῦλοι Stephano, & Bastuli, populi in Hispania Bætica præcipui, ut & Bætica Turdetania dicta sit Strab. lib. 3. Plin. ca. 1. libri 3. Abana aũt, inquit, Atlantico Oceano obuer sa Hispania, Bastulorũ, Turdulorum q; est. Strabo. lib. 3. Turdetanos cũ Ptol. lib. 2. cap. 44. nominat. uide Turditaniam.

Turia, τουρία, nomen proprium fluuij secundum aliquos, generis masculini, secundum Priscianum & Augustinum generis neutrius. uide in dictione Duria, & Turulis.

Turiasso, Ptol. lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs: uulgò Triassona.

Turmeda, ciuitas Syriæ, quæ alias Amphipolis, Stephan.

Turnus, τοῦρνος, nomen ducis, qui ab Aenea occisus est, ut uidere licet in 12. Verg. Aeneid.

Turones, Lugdunensis Galliæ populi ad fluuium Ligerim, authore Plin. cap. 18. lib. 4.

Turpio

Turpio Ambiuius, actor comœdiarum Terentij temporibus.

Turris Biſſonis, ciuitas Sardiniæ Ptolemæo lib. 3. Sardos hodie: Turris Libyſonis Plinio.

Turti, uide Turditania.

Turtitania, uide Turditania.

Turulis, fluuius Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo lib. 1. cap. 6. Turia uulgò Claudiano & Hermolao apud Plin. Pomponius Duriam corruptè nominat. uide Turia & Durias.

Turruptiana Ptol. li. 2. cap. 6. Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs, Tuitana hodie, Tuy uulgò.

Tuſcania, τουσκανία, oppidum Thuſciæ prope Tarquinios: à quo Tuſcanenſes.

Tuſcia, τυῤῥηνία, Italiæ regio celebris, à ſacrificijs, ut quidam arbitrantur, dicta. Græci enim θύειν, ſacrificare dicunt. Vel à ture, quo maximè in ſacrificijs utimur. Vel à Tuſculo Herculis filio, quod ueteres Grammatici probant, unde & ſine h ab eis ſcribitur.

Tuſculum, τύσκλανον, τοῦσκλον Straboni, & Stephano etiam τύσκλος, gentile τυσκλανός, oppidum Latij ſic appellatum quòd aditum difficilem habeat, quaſi τὸ σκληρὸν λόφον, hoc eſt fatigans, uexans, quoniam in prælto atq; arduo monte erat ſitum. Hinc Tuſculani homines, & Tuſculanus ager. Hæc ciuitas à Telegono Vlyſsis & Circes filio fundata eſt, qui per ignorantiam patrem occidit. Ex Tuſculo Cato Cenſorinus ortũ habuit. Sil. lib. 7.

Tuſculani Frederici, Aenobarbi imperatoris quondã cõiuncti copijs, Romanos inſigni clade affecere, ut poſtea reſipiſcere nõ eſſet. Romani itaq; iniuriæ memores, poſt aliquot annos tãta in eos ira perciti ſunt, ut uix urbis fundamẽta relinquerent. Volaterranus lib. 6. Tuſculum, uulgò Fraſcati.

Tuſculus, uide in Tuſcia.

Tuſcus, τυῤῥηνός, nomen poſſeſſiuum à Tuſcia. unde Tuſci dicti ſunt, qui Tuſciam habitant.

Tuſcus, uicus Romæ, in quo habitauerũt Tuſci, qui Porſenna ab obſidione recedente remãſerũt. De quo Horat. in Serm. Ac Tuſci turba impia uici.

Tuſsyli, uide Catyzi.

Tutanus, pen. prod. deus, qui homines tueri putabatur, ποναταπήριος. Varro, Tutanum deum Romæ omnes qui laborant, inuocant.

Tutilina, dea. Varro: Tuã fidem Tutilina inuoco, quæ adeſſe mortalibus ſoles. Hãc Auguſtinus li. 4. Ciuitat. præeſſe frumentis collectis atq; reconditis ſcribit, ut tutò ſeruarẽtur.

Tutunus, id eſt Priapus. uide Menta in Latinis dictionibus. & ſuprà Mutunus, quod magis placet.

Tyana, urbs Cappadociæ, Apollonij Tyanei patria. Inde Tyanenſis prætura, in qua eſt oppidum Tyana. Author Strabo lib. 12. & Plin. cap. 3. lib. 6. τύανα, inquit Stephan. urbs Cilicię & Cappadociæ, ſubiecta Tauro iuxta portas Ciliciας. Ciues Tyanẽſis. dicitur etiam Tyanites & Tyanitis fœm. Prius autem Thoana, θόανα, dicebatur. Eſt etiam Tyana urbs Aegypti, cui gentile Tyanites magis conuenit.

Tyber, eris, & Tybris, bris, & Tyberis, huius Tyberis, τύβερις, τίβερις, Stephano, θύμβρις & θίβερις. gentile Tymbrius, & fœmininum Tymbrias, fluuius Italiæ, Ptol. li. b3. cap. 1. uulgò Teuero. è media ferè longitudine Apennini Aretinorum finibus defluens, tenuis principiò, nec ferè nauigabilis: duobus & quadraginta fluuijs augetur.

Tyberius, nomen Imperatoris Romani, Auguſti ſucceſſoris. Tyberij autem dicti ſunt, ideo quòd iuxta Tyberim fluuiũ naſcerentur. Sunt qui per iota ſcribunt, & puto rectius: uide ſuprà.

Tybur, ſiue Tyburtũ, τίβυρις, uel τίβυρα, uel τίβουρα, Steph. urbs ad ſextumdecimum lapidem diſtans ab urbe Roma. Hanc Cato, Solinus, & alij quidam à Catyllo Arcade, claſsis Euãdri præfecto conditã ſcribũt. Quod etiam ſenſit Seruius: De Græcia, inquit, tres fratres uenerunt ad Italiam, Catillus, aliàs Catyllus, Coras aliàs Corax, Tybur uel Tyburtus. Hi ſimul omnes unam fecere ciuitatem, & eam de fratris maioris nomine Tybur appellauerũt, licet & alias fecerint ſingulis. Hactenus Seru. Aen. 7. Tybur autem Vergilio dicitur ſuperbum, id eſt nobile, inquit Seruius: aut per tranſitum tetigit illud, quòd aliquando quum auxilia à ſenatu poſcerẽt Tyburtes ſub commemoratione beneficiorum, hoc tantũ à ſenatu reſponſum acceperunt: Superbi eſtis. Hæc Seruius explicans illud Vergil. lib. Aen. ſeptimo.

Tyburs, urtis, generis omnis, uel hic & hæc Tyburtis, & hoc te, quod eſt ex Tybure, τυβουρτινός uel τυβούρινος, Steph.

Tyburtinus, a, um, τιβυρτῖνος, penul. prod. quod eſt ex Tyburto, &c.

Tycha, τύχη, fuit, Heſiodo teſte, Nympha, filia Oceani & Tethyos.

Tyche, τύχη, urbs Siciliæ prope Syracuſas. Gentile Tychęus. Eſt & Tychæus mons, inter Eretriam & Bœotiam. Ephorus Tychiam inſulam eſſe ſcribit. Stephan.

Tyderta, uide Tudertum.

Tydeus, τυδεύς, cum accentu in prima, fuit filius Oenei regis Calydoniæ & Eribœæ: uel, ut alijs placet, Althææ: qui quũ fratrem ſuum Menalippum inſcius occidiſſet, ad Adraſtum regem peruenit, cuius filiam Deiphilem coniugem ſumpſit, ut ſuprà dictum eſt de Adraſto. Poſtea à Polynice, qui alteram Adraſti filiam, Argiã uidelicet in uxorem habebat, legatus ad Eteoclem, regem Thebarum miſſus eſt, ut pacti memor fratri regnum redderet. Ad quem cũ ueniſſet, regiáq; eſſet ingreſſus, Eteocles negauit ſe regno ceſſurũ eſſe. Quo reſponſo Tydeus uehementer commotus eſt, ita ut non ſit ueritus & hoſtis, & ſolus, Thebanos omnes, quotquot tum fortè cum Eteocle eſſent in conuiuio, ad quodlibet certaminis genus prouocare. Atq; ut animoſe prouocauit, ita omnes (ſic illi Pallas propitia erat) ſtrenuè uicit.

Tyenis, τυῆνις, mons Colchorum, à Tyenide fluuio. gentile Tyenites, Steph.

Tyleſſus, τυλισσός, mons Italię. Lycophron, ἄλλοι δὲ τῶν ὄνων ἕνα ἕκαστον τυλισσκῶν. Steph.

Tymbrium, uide Tembrium.

Tylis, τύλις, urbs Thraciæ prope Hæmum. Gentile Tylites.

Tylus, τύλος, inſula iuxta mare rubrũ, aliàs Tyros dicta. Steph.

Tymbris, θύμβρις, uide Tyber.

Tymenæon, τυμέναιον, urbs iuxta Phrygiam: qui inhabitant, Tymenæi, Steph.

Tymena, τύμηνα, uicus Lyciæ, ſic dictus ab hirco, qui grege relicto barba madente redijt: quem poſtea ſecuti, fontẽ in quodã frutero repererunt, ac inde nomen fonti & loco indiderunt. Gentile, Tymenæus (per ſimplex n, quod magis placet) ut uidetur innuere Stephanus. nõ enim exprimit dictũ eſſe locum παρὰ τὸν τράγον, τὸν ὕδωρ μηνύσαντα.

Tymes, etis, τύμης, urbs Libyæ. Gentile Tymeſius, Steph.

Tymniſſus, τυμνισσός, urbs Cariæ, ἀπὸ τυμνησσοῦ βασιλέως. Xanthij enim uirgam tymniam uocant. gentile Tymniſſeus, Steph.

Tymnus, τύμνος, urbs Cariæ. ciuis Tymnius.

Tymolus, τύμωλος, poeticè pro Tmolus, Steph.

Tymphe, τύμφη, mons Theſprotiæ, & Tymphæa urbs. gentile Tymphęus. fœm. Tymphæis, poſſeſſiuum Tymphaicus.

Tymphæi, τυμφαῖοι, Aetoliæ Theſprotiæ ue populi, ubi & Pyrrhæbi ſunt. à quibus Tympheticum ac Tymphaicum gypſum. Eſt & mons Tympheton, ſiue Tymphæ: oppidũ quoque Tymphæa. Vide Plin. lib. 4. cap. 2. Strabo lib. 7. Propinqui Macedoniæ & Theſſaliæ ſunt ad montem Pœum, & Pindum Aethices & Penei fontes, de quibus & Tymphæi & Theſſali, Pindi accolę certant.

Tyndarus, τύνδαρος, fuit Oebaliæ rex, pater Caſtoris & Pollucis, Clytæmneſtrę & Helenæ: habuit uxorẽ formoſiſsimam Ledam. Nonnunquam pro Tyndaro Tyndareus ponitur, ut Ouidius in Epiſtolis.

Tynes, etis, τύνης, urbs Siciliæ. gẽtile Tyneſęus, Tyneus. Step.

Typæon, τύπαιον, mons Elidis, Steph.

Typaneæ, τυπανέαι, urbs Triphyliæ, gentile Typaneates. Stephanus.

Typhreſtus, τυφρηστός, urbs Trachinis, à cinere Herculis nominata, uel à Typhreſto filio Sperchij. gẽtile Typhreſtius. Eſt & Typhreſtus in maſculino genere montis nomen. In Etymologico legimus Typhreſtum urbem eſſe in finibus Męnaliæ, à rege Typhreſto.

Typhoeus, uide Typhon.

Typhon, phonis & Typhos, phõ. & Typhoeus, phoei dictio triſyllaba, eu diphthongon in ultima habens, τύφων, τυφωεύς. Inde Typhonis, idis, unus è Gigantibus, & Tertæ & Titani filius. Prima corripitur. Seneca:

Non tam ferum Typhonem neglecto Ioue
Irata Tellus edidit quondam parens.

Tyra, Plin. libro 4. cap. 12. fluuius Iſtro proximus, Mœſiæ partem perlabitur. Ptolemæo libro 3. cap. 10. & Ammiano Ty-

S ras,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ras, ciuitas sic appellata. uide Tyras, & Tyres.

Tyracinæ, τυρακῖναι, urbs Siciliæ parua Alexander Tyracinō uocauit. gentile Tyracinæus.

Tyrambę, Samariæ in Asia urbs, authore Ptolemæo libro 5. cap. 9. hodie Trapano.

Tyrannion Amisenus, discipulus Estiæi nobilis grāmaticus, tempore magni Pompeij docebat Romæ. Ductus est à Lucullo captiuus in bello Mithridatico, prius dicebatur Theophrastus: mutauit autem nomē, quòd inter æquales superbis uersaretur moribus. Clarus & diues ob doctrinā factus adeò est, ut supra tria millia librorū possideret. Decessit senex morbo podagræ, Tyrannion iunior è Phœnicia discipulus prioris, à quo nomen sibi usurpauit, quum prius Diocles uocaretur. Captiuus & ipse Romam ductus, à quodam Diamante Cæsaris liberto emptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eoq; liber factus, ludum Romæ aperuit. scripsit lib. LXVII. Vtriusq; author Suidas.

Tyrannus, sophista fuit, qui scripsit De diuisione orationis lib. 10. Author Suidas.

Tyras, Sarmatiæ fluuius in Europa, Ptolem. lib. 3. uulgò Neyster. τύρας Steph. urbs & fluuius in Euxino ponto.

Tyres, fluuius est Scythiæ, post Istrum secundus, teste Herodoto libro 4.

Tyridates, rex Armeniæ magus temporibus Neronis, ut est author Plin. lib. 33. uide Tiridates.

Tyrinthia, ciuitas Argis uicina, in qua nutritus est Hercules, qui inde Tyrinthius dictus est. Vergilius lib. 7. Aeneid. ut notat Seru. Post quam Laurentia uictor, Geryone extincto, Tyrinthius attigit arua, Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberas.

Tyrius, a, um, τύριος, quod est ex Tyro insula. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. uide Tyrus. Et ponitur pro purpureo: Tibullus: Quid Tyriæ uestes, purpura Tyria. Ouid. Tyrios laudabis amictus. Est & urbs, mœnibus insignis in Peloponneso, ut author est Homerus.

Tyritacite, τυριτακῖται, urbs Ponti: gentile Tyritacitęus, uel Tyritacenus, Steph.

Tyrmenij, τυρμένιοι, populi Scythici, pertissimi nauigandi.

Tyrmidę, τυρμίδαι, uicus in tribu Oeneide. tribulis Tyrmides. Steph.

Tyredyza, τυρέδιζα, aliàs Tirodiza, urbs Thrac. post Serrium, gentile Tyrodizenus, cum potius Tyrodizæus dicendum esset.

Tyro (ut inquit Iustinus. lib. 18.) fuit nomen proprium patris Didonis, qui ab alijs Belus uocatus est.

Tyro, uirgunculafuit Thessala, Salmonei filia, ex qua Neptunus Neleum & Peliam suscepit. Propert. lib. 7.

Vobiscum est Iope, uobiscum candida Tyro, &c.

Tyodiza, uide Tyrediza.

Tyros, uide Tyrus.

Tyrrheni, populi Italiæ, quos Romani Hetruscos ac Thuscos appellāt. Græci uerò hoc eos nomine nominarūt à Tyrrheno Atys filio, qui Lydiæ colonos hac in regione dimisit. Atys enim ex prognatis Herculis & Omphales unus, cū sterilitate ac fame populū suū emittere cogeretur, è duob. filijs, sorte iacta, Lydū quidē regni successorē tenuit: Tyrrheno autem maiori applicans populū, foras abire iussit. Hanc ille ingressus oram, de suo nomine Tyrrheniā uocauit. A' cuius gentis præcipua crudelitate tyranni sunt dicti. Verg. lib. 7.

Tyrrhenum, mare dictum est, uel quod Tusciam alluit (inquit Seruius) id est, Tyrrheniam: uel à Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mari præcipitauerunt.

Tyrrhus, τυρρός, inquit Seruius, pastor, apud quem Lauinia perit. Inde Tyrrhi filij. Hæc Seruius apud Verg. lib. 7. Aen. ubi poeta sic canit: Tyrrhidæ pueri, quem matris ab ubere raptum Nutribant, Tyrrhusq; pater cui regia parent Armenta, & late custodia credita campi, &c.

Tyrseta, τύρσητα, urbs ταυνιτῶν (uidetur legendum σαυνιτῶν, id est Samnitum) gentile Tyrsetinus.

Tyrtæus, τυρταῖος, poeta Græcus, cuius sępe meminit Plato in libris De legibus. O diuine poeta Tyrtæe, inquit, sapiēs certè ac bonus nobis esse uideris, quia excellentibus eos extulisti laudibus, qui in bello excelluerunt.

Tyrus, uel Tyros, τύρος, quondam urbs Phœniciæ, quæ est in Syria. Iulius Pollux lib. 1.

Tyros, quondam insula, & olim Sarra nuncupata, ut ait Gellius. Vnde Sarranum ostrum dicitur, & Tyriū, & purpura Tyriá diximus. Phœnices accolæ fuerūt maris rubri, dicti à palma, cuius regio plena erat. Palma enim phœnix dicitur. Hinc terræmotu pulsi in maritimá Syriæ se contulere, cōdita urbe Sidonem à pisce appellarūt. eam Syrij uocabant Sarram. Lingua Syria piscis sear dicitur. Postea cōdidere Tyrū in ipso mari, propter merces Plinius cap. 19. lib. 5.

Tyrus, Plinio lib. 5. cap. 20. oppidum iuxta Libanum montem.

Tyrclannum uel Tyrclos, uide Tusculanum.

Tyrtygias, latro fuit, & plagiarius in Arcadia, qui res alienas, quas furto abstulerat, uenditabat, eoq; quæstu diues factus est. Zenodotus apud Erasmum in Chiliadibus.



Acca, fluuius est Lusitaniæ in Hispania, ut scribit Plinius lib. 4. cap. 21.

Vaccei, Hispaniæ citerioris populi. Plin. cap. 10. lib. 4.

Vaccorium, urbs Norici apud Ptolemęum libro 2. cap. 14. hodie Vilacum.

Vacuna, pen. prod. à uacando dicta est Dea, quæ præesse uacātibus & ociosis putatur. Cui cum agricolæ à laboribus uris uacarent, ut post percepros fructus requiescerent per hyemem, uota soluebant, & sacrificabant.

Vadimonis, lacus est, in quo fluctuant insulæ. de quo Plinius multa commemorat. Cæcilius quadam epistola sic scribit: Exegerat socer meus, ut Amerina sua prædia inspicerē, hæc perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus Vadimonis nomine Vadimonis lacum intelligunt, qui in agro Viterbiensi feruet, scatetq; sulphureis aquis.

Vagenti, populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 3. cap. 20. Inter Alpinas genteis finitimi Centrones & Cotteanæ ciuitates, & Caturigibus orti Vageni, Liguras. Silius:

Tum pernix Ligur, & sparsi per saxa Vageni.

Vagitanus deus, uide Vaticanus.

Valachia, magna: uide suprà in Dacia.

Valasca, Bohemorū regina fuit, quæ facta cū cæteris mulieribus coniuratione, de excutiendo uirorū principatu, copiarum ductrix bellum mouit: interfectisq; uiris fœminas omnes asseruit in libertatem, ita ut iustar Amazonū multos annos imperarint sine uiris. Volateranus in Geographia.

Valentia, Hispanię citerioris urbs, tribus millibus passuum à mari remota, ut author est. Plinius lib. 3. cap 3. & Ptolemæo lib. 2. cap. 10. & Mela. lib. 2. Est & Valentia iuxta Viennam, ad Rhodanū, Allobrogum ciuitas, ut docet Plin. ca. 4. li. 8. De Annibualentia, quasi Annibalis Valentia. uide in Hipponio.

Valeria, οὐαλλιρία, nomen proprium Messalorum sororis, quæ amisso Seruio uiro, cum rogaretur, Cur alteri non nuberet? ait, Sibi semper maritum Seruium uiuere.

Valeria, Ptol. lib. 3. cap. 3. oppidum Hispaniæ à qua Valerienses populi Plin. lib. 3. cap. 1.

Valeria, regio in ultima Germania uersus orientem, quę hodie Stiria uocatur, ut placet Aeneæ Syluio.

Valerij, prius Valesij, teste Quintiliano appellati, sicut Fusij, deinde Furij.

Valerium, uide Phalerium.

Valerius οὐαλλέριος, L. Valesij filius, qui primùm de Veientibus, deinde de Sabinis, postremò de utrisq; triūphauit. Hic quia in locū tricipitini collegæ consulem nō subrogauerat, & domum in Velia tutissimo loco habebat, in suspicionem regni adfectati uenit: quo cognito apud populum questus est, quòd tale aliquid timuisset. Quapropter remisit, qui domū suam diruerent. secures etiam falcibus dempsit, easq; in populi concione summisit, legem de prouocatione à magistratibus ad populum tulit. Hinc plublico, dictus. Quū diem obijsset, publicè sepultus, & annuo matronarum luctu honoratus. Author Cæcilius De uiris illustribus.

Valesius, pro Valerius dixerunt antiqui. Et postea usus inualuit, ut in familiæ cognomen transierit. quo cognomine regia Francorum celsitudo nunc insignitur.

Valonia, putabatur Dea, quæ millibus præerat.

Vndali, siue, ut Plin. lib. 4. cap. 14. & Strabo in lib. 7. placet.

Vindelici, populi sunt Germaniæ, qui, ut ait Volaterranus, paucis antè annis quàm Gotthi Romā caperēt, Gallias inuasere. Inde Hispaniā, traiecto Pyreneo, penetrantes loca circa Bæticam, quæ Vandalia postea dicta est, occupauerunt.

Vandalia, οὐανδαλία, regio Europę septentrionalis, à Vandalo fluuio, qui regionem interfluit.

Vangiones

Vangiones, inter populos Galliæ Belgicę ponuntur, Coloniæ Agrippinenſi uicini. Plinius lib. 4. cap. 17.

Varduli, Hiſpaniæ populi, de quibus Pomponius Mela lib. 3.

Varnenſem cladem deſcripſit P. Calimachus Geminiacēſis.

Varus, fluuius eſt, qui Narbonēſem à Vindicia ab Italia diſtermi nat, à fluctib. tortuoſis ſic dictus. De quo lege Strab. li. 4. ab initio. Eſt etiam nomen poetæ apud Verg. in Bucol. Βάρος.

Varro, Βάρρων, poeta Romanus, quē Fabius Quintilianus inter peritiſsimos Satyrę ſcriptores enumerat. Eius uerba lib. 10. cap. 1. hæc ſunt: Alterum illud eſt & prius Satyræ genus, quod non ſola carminum uarietate miſtum condidit Terētius Varro, uir Romanorum eruditiſsimus. Plurimos hic libros & doctiſsimos compoſuit, peritiſsimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum noſtrarumque, plus tamen ſcientiæ collaturus, quàm eloquentię. A Didi uo Auguſtino etiam literatorum doctiſsimus appellatur. Eſt & alter Varro, cuius meminimus in dictione Terētius.

Vaſcones, οὐάσκονες, populi ulterioris Hiſpaniæ, quæ in Gallicum & Britannicum Oceanum uergit, in Cantabria poſiti. Hi à Metello Romanorum duce obſeſsi, in tantam famē compulſi ſunt, ut humana carne ueſcerentur. Iuuenalis. Vaſcones, ut fama eſt, alimentis talibus uſi, &c.

Vaſcones, Hiſpaniæ populi, uerſus Gallicum & Britannicum Oceanum, ad Pyrenæum ſiti. de quibus Plin. lib. 3. cap. 3.

Vaſio, Narbonenſis Galliæ Vocontiorum oppidum, ut ſcribit Pomp. Mela. lib. 2. in deſcriptione Galliæ Narbonenſis.

Vati, & Vatini, unde dicti, uide Varus in Latinis dictionibus.

Vaticanus, a, um, Βατικανός, pen. prod. à uates fit: ut Vaticanus ager. Vaticanus collis, non procul à Tiberi, ſupra molem Adriani, conterminus Ianiculo, in quo Petri baſilica eſt. Sic dictus, quòd populus Romanus eo potitus ſit uatum reſpō ſo, expulſis Hetruſcis, ut inquit Feſtus. Varro ſcribit Vaticanum Deum in eo monte fuiſſe, qui infantibus primam uocem daret, quæ eſt va, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. Auguſtinus tamē Vagitanum dixit Deum, tanquam infantium uagitibus præſidentem, unde uagire dicuntur. Prima huius nominis corripitur, quod in uerſu heroico aliter ſtare non poſsit, cum ſequens ſit breuis, & penultima longa. In hoc colle ſita eſt Petri baſilica. Is deniq; collis non longè eſt à theatro Pompeij, ut Porphyrio ſcribit apud Horatium 1. Carm. Ode 20. Gellius lib. 16. cap. 17.

Vatinius, quū eſſet dignitati Ciceronis ſemper aduerſus, ita poſtea prędualuere amicitia, ut duob. iudicijs publicis ab eo defenſus. Author Valerius. Hic quum eſſet impudentiſsimus, eleganter à Seneca deſcribitur. Vatinius, inquit, aſsiduo conuicio depudere didicerat. uide Varus in Latinis.

Vaunia, Italiæ ciuitas, Venetiæ propinqua, Ptolemæo autho re lib. 3. cap. 1. uulgò Louino.

Vbij, inter Galliæ Belgicæ populos ad Rhenum Coloniæ Agrippinenſi finitimi, ponuntur Plin. lib. 4. cap. 17.

Vcalegon, nobilis Troianus, qui tempore Troiani belli ob ſenium abſtinebat armis: ut ſcribit Homerus lib. Iliad. 13. Inde ut ſcribit Seruius, Vergilius 2. Aeneid. rem domus ad perſonam tranſtulit dum ait, Iam proximus ardet Vcalegon, Sigæa igni freta lata relucent.

Vcia, Ptolemæo lib. 2. cap. 4. Plinio lib. 4. cap. 2. Vtia, Hiſpaniæ ciuitas. uide Vrium.

Vdenoe, οὐδηνόη, uide Iſtus.

Vectis, inſula Britannici maris, ut ſcribit Ptolemæus lib. 1. cā 3. uel ut alij, in Oceano ſeptētrionali uerſus Thylen. Vuyth incolæ uocant, in qua ſunt oppida Calboret & Neuport.

Vectones, Hiſpaniæ citerioris populi, Vaccæis & Celtiberis proximi, ut ſcribit Plinius libro 3. cap. 6. Horū meminit Lucan. lib. 4. Vectonesq; leues, &c.

Vedra, fluuius Britānię inſulæ, Ptol. lib. 2. cap. 3. Vuere uulgò.

Vegeti, Aſiæ populi Murrhanis, Cappadocibus, Comagenis, & Armenis uicini, ut ait Pomponius Mela lib. 1.

Vegetius Flauius Renatus, comes Conſtantinopolitanus, ſcripſit ad Valentinianum principem libros quinq;. Epitomen uidelicet inſtitutionum rei militaris, de commentarijs Caronis, Auguſti, Traiani, & Hadriani principum, ac Frontini. In primo electionem docet iuniorum, ex quibus locis uel quales milites probandi ſunt, aut quibus armorum generibus exercitus imbuendi. Secundus ueteris militiæ continet morem, ad quem pedeſtris inſtitui poſsit exercitus. Tertius omnium partium genera, quæ terreſtri prælio ſunt neceſſaria, exponit. Quartus uniuerſas machinas, quibus uel oppugnantur ciuitates, uel defenduntur, enarrat, naualisque belli præcepta ſubnectit. Ex Raphaelis Volaterrani lib. 22.

Veios, Βοιούς, dicimus urbem in Hetruria, quam Camillus cæpit. hæc inſignis bellorum frequentia cum Romanis. Vnde cum Nero domum ædificaret ampliſsimam, editi fuerunt illi uerſus, Roma domus fiet, Veios migrate Quirites: Si nō & Veios occupat iſta domus. Luc. lib. 5. Veios habitante Camillo, Illic Roma fuit, &c. A Veijs fiunt Veiens, entis, populus Veientanus, a, um, ut uinum Veientanum. Horatius, Qui Veientanum feſtis potare diebus.

Veij, Italiæ populi et urbs in Hetruria in regione undecima Italiæ, ut ſcribit Plin. li. 4. cap. 17. hinc Veiēs dictus, & Veientana gemma Plinio lib. 34. cap. 10. Veientana, inquit, Italica gemma eſt, Veijs reperta, nigram materiam diſtinguente limite albo. Hactenus Plinius. De Veientana gemma ſcribit & Solinus cap. 8. ſub finem.

Veiouis, ueteribus dicebatur deus, cui dempta atq; detracta eſſet iuuandi facultas. lege in dictione Væ apud Gelliū lib. 1. cap. 12. Vel duarum ſyllabarum, eſt nomen oppidi in Africa apud Plinium lib. 5. ſicut Suel in Hiſpania.

Velabrum, Βήλαβρον, penul. corr. ep. à uelo, las, lare, uel (ut quidam uolunt) à ueho, locus in urbe Roma iuxta Auentinum montem, quod ratibus ac uelis eò ueherentur triumphantes Romani cū pompa. Sueton. de Cæſare. Quòd Gallici triumphi die Velabrum præteruehens penè curru excuſſus eſt, axe defracto. Hinc Velabrenſis, & hoc enſe.

Velauni, inter Alpinas gētes, Plinio cōmemorātur li. 3. ca. 20.

Velia, Lucaniæ oppidū in Italia ad mare ſitum, circa Palinurū promontorium, à paludibus quibus cingitur, ſic dictū. Inde Velinus, adiectiuum. Verg. 6. Aeneid. Inijce, namq; potes, portusq; require Velinos. uide Ἐλία.

Veliates, populi Liguriæ Ciſalpini, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 7.

Velina, regio in urbe, Palatino monti cōiuncta, in qua Valerij Publicolæ, & Victoriæ, deorumq; penatium ædes erant, dicta Velina, quòd ibi paſtores Palatini uellere lanam ſint ſoliti. unde Velinus lacus Plin. libr. 33. cap. 1. Alij duplici l. ſcribunt Βελῖνος.

Velitrę, Βέλιτρα, ciuitas Volſcorum inſignis fuit, quibus uictis, Romani agrum Veliternum ademerunt, ut ſcribit Liuius libro 7. Inde etiam Veliterni populi, Velitrarum incolæ dicti, quos commemorat Plin. lib. 1. cap. 5. Ex ea urbe gentem Octauiam fuiſſe teſtatur Suetonius in Auguſto. Eò coloni ab urbe miſsi ſunt, ut inquit Liu. lib. 2. Refert Dionyſius lib. 7. peſtilētiam adeò Velitras eſſe depopulatam, ut ex decē partibus Veliternorum uix una ſuperfuerit.

Vellina, uide Velina.

Vellocaſſes, Gallię Lugdunēſis populi. Plin. li. 4. cap. 8. Lugdunenſis, inquit, Gallia habet Lexouios, Vellocaſſes, calletos, Venetos, Abrincatuos, Oſiſmios, flumen clarum Ligerim.

Velonia, uulgò dicitur Epiri ciuitas, quæ olim Apollonia.

Venafrum, ciuitas Campaniæ oleis abundans. Author Plin. libro 3. cap. 5. & Acron grammaticus apud Horatium libro 2. Carminum.

Venaphrum, οὐενάφριον, à Venere, & aphros componitur, & eſt nomen oppidi in Campania, in cuius agro fiebat optimum oleum. Martialis lib. 13.

Hoc tibi Campani ſudauit bacca Venaphri.

Venaria, inſula eſt in mari Tuſco, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 6.

Veneria, uide Nabriaſſa.

Veneris portus, Galliæ inter Pyrenæi promontoria oppidum Author Pompon. Mela lib. 2. Strab. Aphrodiſium nominat, Veneris templum Ptolemæo.

Venetię, Ἐνετίαι, ciuitas inſignis in mari Adriatico, quæ anno à natali Chriſti quinquageſimoquarto ſupra quadringentesimū cōdita fuit, quo anno Attila rex Hūnorū Aquileiā euertit. De cuius laude quoniam apud Iacobi Philippi Chronica à nobis latè congeſtum eſt, duximus omittendum. Eſt & Venetia nomē alterius ciuitatis in Gallia, nēpe in ea parte, quæ à Britonibus incolitur, de qua in Cæſ. in ſuis Cōment. multa, eſt autem maritima. uide Veneti.

Veneti, Galliæ Lugdunenſis populi, author Plin. lib. 4. cap. 18. Sunt & Veneti, Italiæ populi, Troiana ſtirpe orti, ut author eſt Cato, quorum regio Venetia dicitur, Adriatico mari adpoſita, & omnis ora circum ſinum maris, poſt Iſtriam uſque ad oſtia Padi. uide Venetiæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Veneti, οὐένετοι, ἐνετοί, regio Italiæ, quę à Mintio amne usq; Tiliamentum protenditur. Ab Henetis populis dicta, qui post bellum Troianum cum Antenore salutem consecuti, cursum huc è Paphlagonia tenuere. author Plin. alij à Gallis eiusdem appellationis originem traxisse dixerunt. Fuerunt enim Veneti populi inter Celtas littora Oceani Gallici incolentes, quos Cæsar nauali prælio superauit. In hac regione sunt urbes illustres, Verona, Vicentia, Patauium, & Venetiæ ciuitas, & Virunus placida & amœna.

Venetus, a, um, ἐνετὸς, pen. cor. quod è Venetijs est. ut Veneti ciues. Lucan. lib. 4. Sic Veneti stagnante Pado.

Venila, dicta est unda, quæ fingitur, quod ad littus ueniat. Sicut Salacia, ꝙ in salũ redeat: author August. lib. 7. de Ciuit.

Venilia, nympha, uxor fuit Fauni, & soror Amatæ, Latini regis cõiugis, mater Turni. Verg. li. 10. Cui diua Venilia mater.

Venonius, historicus cuius meminit Cic. li. 1. de Legib. Nã inquit, post Annales pontificũ maximorũ, quib. nihil potest esse nudius, si aut ad Fabiũ aut ad eũ qui tibi semper in ore est Catonẽ, aut ad Pisonem, aut ad Fanniũ, aut ad Venoniũ uenias: quanquam ex his alius alio plus habet uirium, tamen quid tam exile quàm isti omnes? Hactenus Cicero. Huius Historiam se non habere dolet idem Cic. ad Atticum.

Venulus, Turni legatus ad Diomedẽ, ut scribit Verg. in proœmio lib. Aen. 8.

Venus, Iouis filia: atq; ex ea potius uenustas, quàm Venus ex uenustate. Concha insidentem finxerunt, quòd ut legitur apud Stobæum, mulierem deceat præter omnia cura sub tecto, ac silentiũ. Hæc ut amorum, gratiarumq;, ita pulchritudinis & deliciarum & uoluptatũ dea est. Eam triplicem, amores geminos facit, Cic. de Natur. deorum lib. 1.

Venus, dea putata est, quod ad omnia ueniat. Cic. Quæ autẽ dea ad res omnes ueniret, Venerem nominauerunt. Græcè ἀφροδίτη dicitur, ab ἀφρός, spuma, quoniam ex Saturni testib. & maris spuma nata sit. Est & Venus (inquit Cic. 2. De Nat.) infima quinq; errãtium, terræq; proxima stella, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, cum antegreditur solem: cum autem subsequitur, hesperus. uide Vesper. Ponitur etiã Venus pro libidine, & coitu in appetitu. Senec. Quòd in Venerem pronior esset.

Venerum quatuor meminit Cicero lib. 3. de Natura deorum, cuius uerba sunt, Venus prima Cœlo & Die nata. cuius Elide delubrũ uidemus. Altera spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secũdum natum accepimus. Tertia Ioue nata & Iunone, quæ nupsit Vulcano, sed ex ea & Marte, natus Anteros dicitur. Quarta Syria, Cirroq; concepta, quæ Astarte uocatur, quam Adonidi nupsisse proditũ est. hæc ille. Hinc Venereus, a, um, siue Venerius, quod ad Venerem pertinet: ut, Venereæ uoluptates, Venerea res.

Venus, amorum dea, pro quib. & sæpissimè poni solet. Itẽ pro libidine. ut Terẽt. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Fuerunt autẽ tres Veneres: Prima Cœli & Diei filia, quæ ex Ioue, seu utalij uolunt, ex Baccho Cupidinẽ & Gratias genuit: altera quæ ex Cœli pudendis & spuma maris genita est. Fertur enim Saturnus Cœlo patri suo falce pudenda amputasse: quæ in mare proiecta, & fluctibus agitata spumam fecerunt, ex qua nata est Venus. Tertia, quæ à Græcis poetis πάνδημος & πανδημόνιος uocatur, filia fuit Iouis & Deiones, uxor Vulcani, quæ quondam Martem amasse fertur, de quorum adulterio supra de Marte dictum est. Ex Anchise quoq; Troiano Aeneam susceptum, quem quũ in bello Troiano subduceret, ne à Diomede interficeretur, ab eodẽ uulnerata est. Vide suprà Diomedes. Adonidẽ quoq; summo amore prosequuta est: cuius fabulam, ubi de Adonide dictũ est, recensuimus. ex Baccho quoq; Priapũ suscepit. Sunt etiam qui affirment, hanc primam quæstum meretriciũ instituisse. Verũ à poetis confunduntur. Verg. de matre Aeneę lib. 3.

Venus Golgia, uide Golgis.

Venusia, colonia inter Lucaniam & Apuliam, Horatij poetæ patria, qui inde Venusinus dicitur. Venusiæ meminit Plin. lib. 3. cap. 11. aliàs Venusia, urbs Apuliæ.

Verbanus, lacus Cisalpinæ Galliæ, ex quo Ticinus fluuius emergit, seu per quem ex Alpibus effluit in Padum. Nunc lacum maiorem appellant.

Vercellæ, βέρκελλαι, inquit Hieronymus, Ligurũ ciuitas, haud procul à radicibus Alpium sita, olim potens, nunc raro est habitatore semiruta.

Vercellæ, urbs Italiæ Trãspadanæ, in regione undecima, Taurinis uicina, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 17.

Vergiliæ, stellæ sunt, quæ & Pleiades, πλειάδες, & insitor ueris dicuntur: ita appellatæ, quòd earum ortu uer finem facit, seu quòd circa æquinoctium uernum sit earum ortus matutinus. Sunt autem septem in Tauro siue Tauri dorso locatæ, quarum signo exoriente æstas significatur, occidẽte hyems ostenditur. earum exortus fit circa quintum Idus Maias, distans ab æquinoctio uerno 50. die.

Vergiliæ, signum est ante genua Tauri, quod ortu suo primæ nauigationi tempus ostendit. Vnde Græcis Peiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν, Latinè Vergiliæ, à uerni temporis significatione. Hæc Seruius enarrans illud Vergil. 1. Georg.

Vero, βήρων, fluuius Celtiberiæ, à quo populi Verones, βήρωνες, dicti sunt, circa eum habitantes.

Veromandui, Galliæ Belgicæ populi, quorum meminit Plinius lib. 4. cap. 17.

Verona, βερώνη, ciuitas Venetiæ, à Gallis condita, duce Brenno. * aliàs Brenone. A' quo Brenona primò, deinde mutatis literis, Verona dicta est, ut Iustin. li. 20. refert, quam Athesis fluuius interfluit. Ex hac urbe præstantes uiri orti fuerunt, Catullus, Aemilius, & Macer, poetæ, & (ut falso putãt) Plinius, & Guarinus orator, & põtifex sanctitate clarus. Hinc fiunt adiectiua Veronius, & Veronensis. Steph. ut uidetur, βέρωνος nominatur.

Verona, urbs Venetiæ à Gallis olim condita. Hi enim quum nouas sedes quærere ob intestinas discordias, & assiduas domi dissensiones cogerẽtur, in Italiam uenere: expulsisq; inde cultoribus, Mediolanum, Comũ, Brixiam, Bergomũ, Tridentum, Vicentiam condiderunt. Veronam magna ex parte alluit fluuius omniũ amœnissimus Athesis, qui ex Tridentinis alpibus ortus, non longè à fossa Clodia Pado miscetur. Clara hęc urbs solo ac frugum & fructuũ omniũ ubertate. Ex ea nati sunt Catullus, & duo Plinij. Ouidius, Mãtua Vergilio gaudet, Verona Catullo. Hinc Veronensis.

Verra, ara fuit Romæ, ad quam orabant, ne Agrippæ nascerentur.

Verres, is, & Verri, βέρρης, nomen proprium uiri Romani, contra quẽ Cicero orationes habuit, quæ Verrinæ appellãtur.

Verres, C. perfunctus quęstura & prętura urbana, patre C. Verre, & prætextato filio, & filia nupta, succesit in Sicilia prætor C. Sacerdoti: atq; in ea libidinosè, auareq; uersatus, decedens tandem succedente Metello repetundarum reus à Siculis postularus est. Qui M. Tullium ad accusandũ descẽdere cõpulerunt, iampridẽ ipsis necessitate copulatũ, quũ Quæstor in Sicilia fuisset. Author Asconius Pædianus.

Vertobrige, oppidum est Hispaniæ Bæticę, ut scribit, Plin. lib. 3. cap. 1.

Vertumnus, deus qui putabatur præesse rebus uertẽdis, emẽdis & uendendis, aut qui se uertit in uarias figuras, &c. Vertũnus, inquit Acron, deus dictus est, qui humanis mentib. præest, à uertendo: hic quondam Romę colebatur. Aliter Vertumnus dicitur deus, qui præest sensib. ab eo quòd uertat & mutet cogitationes humanas: scribitur itaq; multiformis. Is autem dicitur iniquo Vertũno natus, qui nescit se regere. Hactenus Acron apud Horat. Sermonum libro 2. Vertumnis quotquot sunt natus iniquis. uide Vertunus.

Vertunalia, Vertuni festa, quæ fiebant mense Octobri.

Vertunus, per simplex n, sicut Portunus, dictus fuit, deus inuertendarum rerum, id est emendarum, ac uendendarum. Vel (ut inquit Donat.) qui rebus ad inopinata reuertentibus præest. Sæpe autem malè cedit, quod bonum putatur, & hoc est male euertisse, ut ille gladius qui muneri datus est, adminiculum fuit reginæ pereũtis. Ter. in Adelph. Quæres tibi malè uertat. Vel Vertunus dictus est annus, à uertendo. semper enim cõuertitur finito cursu. Horat. Viuere Vertunis quotquot sunt natus iniquis.

Verulani, populi sunt Italiæ, Tusculanis & Veliterranis uicini, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5. Verulanum, uide Vrolanium.

Vescis, Ptolemæo authore lib. 2. cap. 4. Hispaniæ ciuitas: alio nomine Vesci, & Fauentia Plinio dicta lib. 3. cap. 1.

Vesęuus, ὄρος τὸ οὐεσούιον, pen. prod. mons iuxta Sarnum fluuium, non longè à Neapoli, bonitate uini celebratus, qui semper emittit fumum & ignes, sicut Aetna in Sicilia. Hic mõs amœnissimus olim habitus agris, excepto uertice, qui ut ait Strabo li. 5. cinerosus est, & cauernosus, petris exustus, quas

quas color iudicat igni abrosas fuisse. Hic (ut quidam uolunt) dictus est Vesuuius,& per syncopem Vesuius. Vesuuius appellatur à conflagratione (nam Vesuiæ fauillæ dicuntur) qui Tito imperante ruptus, in uertice tantum emisit incendij,ut regiones uicinas incenderet.

Veseuus,inquit Seruius, mons est Liguriæ sub Alpibus positus. uide Vesulus: uidentur enim confundi. Nam Campaniæ Vesuuium dicuntur, pro quo multi Veseuum esse positum uolunt.

Veseuus,mons est Campaniæ,quatuor millium passuũ à Neapoli,uinetis & oliuetis refertus. Cacumen tamen eius montis est sterile,flammam quondam & fumum euomens.

Vespasianus,imp.Rom. De quo abundè Suet. Tranquillus.

Vesper,sidus alio nomine Venus dicitur &Lucifer.Plin.lib.2. cap.8.Præueniens quippe, inquit, & ante matutinum exoriens,Lucifer nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contrà ab occasu refulgens, nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem,uicemq; Lunæ reddens.

Veseries,Hispaniæ citerioris oppidũ,ut scribitPl.li 4.ca.20.

Vestia Oppia,mulier Atellana, Capuæ habitans, quæ quondam quæstum corpore faciebat, ut est apud Liuium lib.6. secundi belli Punici.

Veste,ἑστία,Saturni filia ex Ope. Seru. Vesta dicta, ἀπὸ τῆς ἱστίας, ut digamma sit adiectum,sicut Er uer,Enetus Venetus. Interdum ponitur pro igne.

Vestæ duæ à ueteribus memorantur: altera Saturni mater,altera eiusdem Dei filia.de qua Ouid.6.Fast.

Ex Ope Iunonem memorant,Cereremq; creatas,
Semine Saturni tertia Vesta fuit.

Confundunt tamen hæc poetæ, alteram pro altera ponentes. Quando eam terram esse dicunt, de matre Saturni intelligendum est. sic dicta,seu quòd terra omnibus rebus uestiatur,seu quia ui sua stet. Ouid.lib.6.Fast.

Stat ui terra sua,ui stando Vesta uocatur,&c.

Quando uerò uirginem nominant, de filia eius intelligatur,quam ignem esse uoluere.Ouidius ibidem.

Vestini,οὐέστινοι, populi Italiæ inter Mauricinos Sabinosq;.

Vestini,populi Italiæ,Sabinis & Picentibus uicini, ut scribit Plin.lib.1.cap.5. Apud eos olim fiebant casei laudatissimi. Martialis lib.13.

Si fine carne uoles ientacula sumere frugi,
Hæc tibi Vestino de grege massa uenit.

Alij inter Mauricinos Sabinosq;, alij iuxta Marsos & Sabinos hos populos esse dicunt.

Vesulus,mõs Liguriæ iuxta Alpes,inter cæteros clarissimus, ut notat Seru.In huius radicibus imis exoritur Padus fluuius,ut Pomponius scribit lib.2. Vide Veseuus & Vintium, Vergilius libro decimo.

Multos Vesulus quos Pinifer annos.Ἔσουλος.

Vesuuius, Campaniæ mons, ut scripsimus ex Seruio in dictione Veseuus.

Vetulonium,seu Vetulonia, locus in Hetruria. Silius, Mæoniæq; decus quodam Vetulonia genris.

Vetulonium,Tuscorum urbs, Ptol.lib.3.ca.1.hodie Viterbo.

Vfens,fluuius Campaniæ, à Tarracina in Tyrrhenum mare fluens.Verg.lib.7. Gelidusq; per imas
Quærit iter ualles,atque in mare conditur Vfens.
Est quoque nomen principis apud eundem.

Vfens,fluuius, qui labitur per Pontinas paludes, ut meminit Plin.lib.3.cap.5.qui etiam Aufentum à quibusdam dicitur. Hinc Vfentinus adiect. ut Vfentina tribus Liu.9. ab Vrbe: Duæ Romæ additæ tribus,Vfentina ac Faleriana.

Via, Hispaniæ fluuius, Ptolem.lib.2. cap.6. cuius meminit & Viadrus fluuius. (Pompon.lib.3.

Viana,uide Vienna.

Vibius Virius Capuæ deditionem elegãtissima oratione dissuadet apud Liuium Decad.1. libro 6. Fuerat enim author Campaniæ defectionis ab Romanis ad Annibalem. Is mortem sibi conscíuit ante deditionem,& multis ciuibus Senatoribus,ut idem quoq; facerent,persuasit.Vibium Virium, inquit Liuius,septem & uiginti fermè Senatores domum secuti sunt,epulatique cum eo: & quantum facere potuerãt, alienatis mentibus uino, ab imminentis sensu mali, uenenum omnes sumpserunt.

Vibo,seu Vibon, ἱππώνιον,oppidũ in Brutijs, prius à Locris ædificatum & Hippo uocatum,ut scribit Mela li.2.lege Vion.

Vicentia,Venetiæ oppidum Plin.lib.2.ca.19. Vide Vincentia.

Victor,uiri nomen.

Victoria,urbs Hispaniæ,Ptolemæo Camarica.

Vienna,Austriæ metropolis urbs inclyta,& omnium urbium, quas Danubius sustinet,& ædium magnificentia, & rerum facili copia clarissima,quam Vianam Plinius nominasse uidetur cap.24.lib.3.ut placet Hermolao.

Vienna, Βίεννα, urbs metropolis quondam Allobrogum ad Rhodanum prope Lugdunum in Delphinatu.Ausonius:

Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

Vide plura apud Stephanum.

Vigisonus,lacus est in agro Patauino.

Viminalis collis, dictus est Romæ, quòd ibi uiminum sylua fuit:uel à Ioue uimineo,quòd ibi eius aræ sint.

Viminalis uia,quæ ad Viminalem collẽ ducebat:eadem Numentina,à Numentano agro.

Vincentia,urbs Venetiæ, patria Rhennij Palęmonis grammatici,à Gallis condita. Mantuanus.

Vindelici,pop.Rhetis uicini inter Alpinas gentes, Plinio cõmemorantur lib.3.cap.20. uide suprà in dictione Vandali.

Vindelicia,οὐινδηλικία,prouincia Europę,sicuti à Ptolem.lib.3. scribitur.Est autem inter Rhetiam, quam habet ab occasu, & Noricũ ab Oriente.Eam Lycus amnis disterminat à Rhetia,Enos fluuius diuidit à Norico,à Septentrione Danubio terminatur,à Meridie Alpibus supra Italiam extensis. Eius ciuitas insignis fuit Augusta Vindelicia.Vindelicos, οὐινδηλικοὺς, uicit Drusus,in cuius laudem cecinit Horatius.

Vindemiator,sidus quod tertio nonas Martij apparet. Plin. libro 18.cap.31. Cæsari & Assyriæ stella,quæ Vindemiator appellatur.

Vindius,Edulius,Egdubeda,Ortospeda,Hispaniæ Tarraconensis insignes montes sunt apud Ptolemæum lib.2. cap.6. uulgò montes Ocay de Asturias.

Vintium,Nerusiorum in Alpibus littoreis urbs Ptol.lib.3.ca. 1.uulgò mons Visol,Vesulo monte. Vide Vesulus suprà.

Vion Valentia,Apulorum urbs, authore Ptolemæo lib.3.cap. 1.hodie Biuona,Hippo.Plin.lege Vibo.

Virbius, teste Seruio, dictus est Hippolytus, quòd ab inferis reuocatus, ac pristinæ sanitati restitutus,uir bis fuerit. Vide Hippolytus.

Virgi, Hispaniæ oppidum in sinu quem Virgitanum uocant situm.Author Pompon.lib.2.

Virgilius, Βιργίλιος,οὐιργίλιος, Mantuanus poeta celeberrimus, Marone Maiaq; natus,qui primum apud Latinos inter poetas obtinet locum.Sed sunt ex recentioribus, qui Vergiliũ, non Virgilium scribi debere autument. Hinc Vergilianus, adiectiuum.ut Vergiliana uirtus, apud Plin, in præfatione noni.uide Vergilius.

Viriatus Lusitanus, Βιρίατος,primùm in Hispania,è pastore uenator,è uenatore latro,mox iusti exercitus dux factus,uniuersam Lusitaniã occupauit. M.Ventidium prætorem fuso eius exercitu cepit. Pòst, Cn. Plancus prætor nihilo felicius rem cum eo gesit:tantumq; terrorem hostis his intulit, ut aduersus eum consulari opus esset duce & exercitu.

Viritium,autore Ptolem.lib.2. cap.11.Germaniæ urbs: uulgò Griesnagen.

Viruesta,Ptol.lib.2.cap.6. in antiquo codice Virdubesca Hispaniæ urbs,uulgò Briuiesca.

Visontium,Hispaniæ urbs Ptolemæo lib.2. cap.6. uulgò Viseum,Viseo.

Visula,uide Visula.

Visula,Sarmatiæ in Europa fluuius Pompon.li.3.Visula item dicitur Iustilla & Istula,ut annotat Vadianus.

Visurgis,Germanię fluuius est,ut scribit Pomponius Mela li. 3.uulgò die Vueser.uide Bisurgis.

Vitalis,Βιτάλιος,substantiuum,proprium nomen est.

Vitella,Βιτέλλια,oppidum Italiæ,unde Vitellinus gẽtile,Steph.

Vitemberga,urbs Germaniæ uulgò dicta,Ptol.Calegia.

Vitisator,pen.cor.qui uites serit,ἀμπελοφύτης,quo nomine dictus est Saturnus.Verg.lib.7.Aeneid.

Vitisator curuam seruans sub imagine falcem.

Vitunnus,antiquis deus erat,qui credebatur uitam largiri: ut Sentinus sensum.

Vlpia Traiana,uide Zarmizegethusa.

Vlius,οὔλιος,Apollo dicebatur,quod salubritatis esset author.

Vlpianus, iurisconsultus, Adriani Imperatoris scriniorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

giſter, Tyrius fuit. Is utitur authoritate Pomponij in libris Pandectarum. Qui quum Galliam regeret, populari tumultu excitato, interfectus eſt, ut notat Rhaphael Volat.

Vlubræ, inquit Porphyrio apud Horat. locus, aliàs ciuitas eſt in Italia, in quo nutritus eſt Cæſar Auguſtus, propter quã cauſam ab Horatio nominatur, eũ ſit deſertiſsimus uicus. Hactenus Porphyrio apud Horatium lib. 1. Epiſt. 11.

Vlyſſes, Græcorum omnium, qui ad Troiam profecti ſunt, ſapientiſsimus. Cuius uitam & res omnes in uita geſtas ſcribit Hom. in Odyſ.

Vlyſſes, ὀδυσσεύς, fuit filius Laertæ regis Ithaces. unde & Laertius cognominatus eſt: & Ithacus, ab Ithaca inſula, in qua regnauit. Et Dulichius, ab inſula Dulichia, quæ in illius regno habebatur. Similiter & Naritius, à Naritio. Eſt & quandoque ſecundæ declinationis, ſicut Achilles. Verg.

Et terram altricem ſæui execramur Vlyſsi.

Vlyſſes, filius fuit Laertis & Anticlię. Alij ex Siſypho natũ tradunt, ut ſuprà de Anticlia & Siſypho dictum eſt. Hinc Aiax Telamonius apud Ouid. lib. 13. ait, Et ſanguine cretus Siſyphio, &c. Et Delphobus apud Verg. lib. 6. Hortator ſcelerũ Aeolides, &c. Siſyphus enim Aeoli fuit filius. Verũ utriuslibet filius fuerit, fingitur ab Homero uir multa præditus facundia, nec minore experientia, uafer conſilio, egregius bello, laborum patientiſsimus. Vxorem habuit Penelopem Icari filiam, ex qua Telemachum filium ſuſcepit.

Vlysbona, ὀδυσσεία, ciuitas in Hiſpania ab Vlyſſe condita. Sũt tamen qui præcipiant, & Vlyxem, & Vlyxbonam ſcribi per x, ſed tales Græcas literas ignorant. Aliàs Vlyſsipona, Luſitaniæ metropolis, quam hodie Lisbonam uocant. regum Portugalliæ hodie regia eſt. Tradit uetuſtas, ab Vlyſſe cõditam eſſe. Strabo Vlyſſeam appellari ſcribit libro 3. uide Olyſsippo.

Vmber, ὄμβριος, poſſeſſ. eſt ab Vmbria.

Vmbri, Italiæ populi, Ptolem. lib. 3. cap. 1. hodie ducatus Spoletanus.

Vmbria, ὀμβρία, regio Italiæ, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 14. pars Tuſciæ, quam Plin. in ſexta regione collocat, ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, hoc eſt ab imbre, quod Vmbri Græcis, quaſi Vmbrij dicantur, & omnium Italię populorum antiquiſsimi inundatione terrarum imbribus ſuperfuiſſe credantur. uel dicta eſt Vmbria ab umbra, quòd ea regio propter altitudinem montiũ, & uicinitatem Apennini, umbroſa ſit. Lucanus lib. 2.

Vmbro, ὄμβρος, Steph. nomen fluuij Inſubriæ nauigabilis, qui Lamber à Plinio dicitur.

Voberca, uilla eſt iuxta Bilbilim amnem, curſu fluminis, umbra arborum, & frigiditate ſcaturientium fontium amœniſsima.

Vocontij, Galliæ Narbonenſis populi, ut ſcribit Mela lib. 2. in deſcriptione Galliæ Narbonenſis.

Vogiſonus, ſiue Vogiſolus, lacus in Patauino agro.

Volaterræ, ſeu Volaterrana uada, Hetruriæ oppidũ ad Cecinnam fluuium, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5.

Volcæ, populi Galliæ Narbonenſis. Volcarum nomen trans Rhodanum in occaſum celeberrimum fuit, ſicũt citra Saliorum ſiue Salyum, uel Ptol. teſte lib. 2. cap. 10.

Volcatius, Conſul, impedijt ne Catilina ob accuſationẽ repetundarum peteret conſulatum. Author Pedian. Volcatius Gallicanus quintũ Conſul ſcripſit uitas imperatorũ ad Diocletianum. Eius tantum extat nunc Aufidij Caſsij uita. Volcatius uerò Terentianus hiſtoriam ſui temporis, id eſt Gordianorum ſcripſit, ac dicit Gordianum ſeniorem uultũ Cæſaris Auguſti ualde retuliſſe. Author Capitolinus. Volcatius Epidius grammaticus, ſcripſit res geſtas Pompeij Magni & eius patris: primus libertinorum qui hiſtoriam ſcripſerit, quum ab optimo quoq; ſcribi ſolita ſit, ut ſcribit Cornelius Nepos. Ludũ aperuit, docuitq; inter cæteros M. Antoniũ & Auguſtum. Ex Tranquillo. Volcatius Sedigitus in libro de poetis, quid ſentiat de his qui comœdias ſcripſerunt, aliquot uerſibus monſtrat.

Volones, dicti ſunt ſerui, qui bello Punico, quũ deeſſent qui ſcriberentur, pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in ciuitatem recepti ſunt: & Volones appellati, quia hoc ſpõtẽ uoluerunt. Feſtus. Liuius: Volones liberi eſſe iuſsi.

Volſci, populi mediterranei Tuſciæ. De quibus Pompon. Mela lib. 2. in deſcriptione Italiæ.

Volſci, populus antiquus in Latio, qui Turno ſuppetias tulerunt aduerſus Aeneam. Inde Volſcus, a, um. Verg. lib. 7. Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla.

Volſinium, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Tuſcorum urbs, hodie Balſena. uide Vulſinij, & Vulſinus.

Volupia, uoluptatis Dea habita eſt.

Voluſius, Βολούσιος, poeta fuit Patauinus, qui Enniũ ſecutus, res geſtas populi Romani carmine ſcripſit. Catullus:

At Voluſi annales Paduam morientur ad ipſam,
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas.

Vopiſcus, dictus eſt hiſtoricus quidam, qui de Imperatoribus ſcripſit.

Voranus, fuit Q. Luctatij furaciſsimus libertus, quem nummularius nummos de menſa ſubtrahentem & in calceos infarcientem deprehendit. Cęlius lib. 10. cap. 49.

Vr, Chaldæorum. uide Orchæ.

Vragus, ἄδης, ab antiquis dictus eſt, quem Orcum dicimus, quaſi ab urgendo, quòd is Deus maximè nos urgeat.

Vrania, οὐρανία, pe. cor. una ex Muſis, & apud nos cœleſtis dicitur. Ouid. li. 5. Faſtorũ, Excipit Vranie, facere ſilentia cunctæ. οὐρανὸς enim cœlum dicitur, quòd uiros eruditos in cœlum tollit: uel à cœleſtium rerum cantu, uel à cantus diuinitate ſic nominata, (ut Perotto placet) Verg. de Muſis,

Vranieq; poli motus ſcrutatur, & aſtra.

Vranus, authore Boccatio lib. 3. cap. 23. pater Saturni, alio nomine Cœlum uel Cælius, cui Saturnus filius amputauit uirilia, ut ſuprà de Venere dictum eſt.

Vrbinum, Italiæ oppidum in Vmbria, à quo Vrbinates Plinio libro 3. cap. 14.

Vrce, urbs Tarraconenſis Hiſpaniæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. hodie Vrchoa, uide Orchæ. (die Aquila.

Vria, uide Veia.

Vrij Iouis, οὐρίου Διός, templum. uide in Chalcedone, ex Steph.

Vrium, Hiſpaniæ urbs, ut ſcribit Ptolem. lib. 2. cap. 4. Aurienſis alio nomine dicta. uide Veia.

Vrolanium, Ptolemæo lib. 2. cap. 3. alij Verulanum, Britanniæ inſulæ ciuitas. uulgò S. Albon.

Vrſa, ſidus cœleſte, figuram habens ſimilem plauſtri, unde antiqui Græcorum ἅμαξαν, hoc eſt plauſtrum dixerunt. Noſtri quoq; à bobus iunctis, Septentriones appellarunt, id eſt à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi iuncti triones figurantur. Sunt autem duæ urſæ, maior & minor, quas Græci ἄρκτους, uocant. de quibus alibi.

Vrſa Baluia, Picenorum urbs, Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie Vrba.

Vtica, Africæ minoris urbs in littore Carthaginẽſi & magnitudine & authoritate ſecunda poſt Carthaginem, quæ illa exciſa, ut metropolis erat receptaculum Romanorum ad res in Libya gerendas. Hæc Strabo libro ultimo.

Vtica, Οὐτίκη, pen. cor. ciuitas Aphricæ, diſtans à Carthagine 30. mil. paſſ. apud quam Cato ſe interemit, unde & Vticenſis dictus eſt, Οὐτικαῖος. Lucanus lib. 6. Prohtriſtia fata, Nõ Vticę Libyæ clades, &c. uide Ityca ſuprà.

Vtinum, Italiæ oppidum iuxta Aquileiam, ubi principum Auſtriæ opus inſigne admodum, & arce in mediæ urbis edito colliculo conſpicuum, ut ſcribit Vadianus.

Vulcanalia, orum, pluralis numeri, generis neutri, feſta Vulcano dedicata. Col. lib. 11. cap. 3. Cæterũ Auguſto circa Vulcanalia, tertia ſatio eſt.

Vulcanus, Ἥφαιστος, deus antiquus putatus eſt, quo ſignificatur ignis, quòd canus per aera uolet: uolat enim flamma, & candida eſt. Hic Mulciber appellatus, quòd ferrum mulceat. fingunt enim poetæ hunc fuiſſe Deum, & Iouis ex Iunone filium, qui faber Ioui fulmina contra Gigantes fabricauit. Vulcanum, ait Plaut. in Amphitr. in cornu concluſum geris, ſignificat, ignem in laterna portas. Hinc Vulcaniæ inſulæ, Ἡφαιστιάδες, appellatæ ſunt.

Vulcanus, filius fuit Iouis, & Iunonis, qui à parentibus ob deformitatem (licet alij alias cauſas afferant) cœlo deiectus eſt in Lemnum inſulam, ubi ab Eurymone Oceani filia, & Thetide nutritus eſt, uel ut alij uolunt, à ſimijs. Ea autẽ ruina, qua decidit de cœlo, claudus factus eſt. Officinam habere fertur in Lẽno unà cum Cyclopibus miniſtris. fingitur faber Deorum, quia Ioui fulmina, & Dijs arma aduerſus gigantes fabricauit, nec tamen admiſſus eſt ad menſam Deorum: quinetiam cum Minerue nuptias expetiiſſet, repulſam paſſus eſt. unde Verg. Eclog. 4. Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili eſt.

Vulcani,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vulcani, inquit Cicero fuere complures. Primus Cœlo natus, ex quo & Minerua Apollinem, eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse uoluerunt. Secundus in Nilo natus Opas, ut Aegyptij appellant, quem custodem esse Aegyptij uolunt. Tertius è tertio Ioue & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse. Quartus Menalio natus, qui tenuit insulas prope Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur. Hactenus Cic. lib. 3. De natura Deorum. De Hephęstia, & Hephęstu, id est, Vulcani insulis, suprà diximus.

Vulsinij, Tusciæ oppidum opulentissimum, totum fulmine concrematum. Plin. lib. 2. cap. 52. Huius meminit & Strabo lib. 5. uide Volsinium.

Vulsinus, ϝωλσῖνος, pen. prod. lacus in Hetruria à Volsinijs oppido, cui adiacet, nominatus, piscium fertilis. Vulsinij enim oppidum fuit opulentissimum, à quo Vulsiniēses dicti sunt.

Vulsinienſis, adiectiuum: ut Vulsinienſis lacus, apud Col. lib. 8. cap. 16.

Vultur, mons est in Apulia.

Vulturnus, uentus qui ab Oriente hyberno spirat, ut ait Plin. lib. 27. cap. 4. dictus à uulturis uolatu, ut quidam aiunt, quoniam altè resonant. Græci εὐρονότον uocant, quòd inter Notum & Eurum sit. Hi sunt igitur tres uenti orientales, Aquilo, Vulturnus, Eurus: quorum medius Eurus est. Hactenus Gell. cap. 22. lib. 2.

Vulturnus, seu Vulturnum, βούλτουρνον, Campaniæ oppidum. cum fluuio eiusdem nominis, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5. Pōpon. Mela libro secundo. Vulturnus amnis: Vulturnum, oppidum. Silius libro octauo: Fluctusque sonorum Vulturnū. Est & Vulturnum Hetruscorum oppidum, teste Liu. lib. 4. ab Vrbe.

Vulturnus, dictus est fluuius, qui per Campaniā labens, haud longè ab Cumis mergitur. Lucanus lib. 2. Delabitur inde Vulturnusque celer, &c.

Vxama, oppidum Hispaniæ citerioris, ut scribit Plin. li 3. ca. 3.

Vxella, insulæ Britanniæ urbs, ut scribit Prol. lib. 2. cap. 3.

Xanthia, nympha est à colore. ξανθὸν enim Græci subrubrum dicunt. Malim Xantho, ut infrà.

Xanthi, populi sunt in Asia, qui cum eorum urbs ab Harpago, Cyri regis præfecto, obsideretur, uxores suas ac seruos unà cum supellectili in arce posuerunt, eamque igni succenderunt. deinde omnes pariter contra Harpagum irruentes, interfecti sunt, ut scribit Herodot. lib. 1. ξανθοί. Steph. populi sunt Thraciæ.

Xanthe, ξάνθη, olim uocabatur Troas regio Ilij, Steph.

Xanthippus, Lacedæmoniorum dux, accersitus à Carthaginensibus, cōtra Luctatiū Consulem pugnauit. Volaterran.

Xāthippe, ξανθίππη, uxor Socratis Philosophi. De qua Gellius: Xanthippe, Socratis philosophi uxor, morosa admodū fuisse fertur & iurgiosa: irarumq; & molestiarum muliebrium per diem, perq; noctem scatebat, & reliqua. Legito ipsius Gellij librum 1. cap. 17.

Xantho, una fuit ex Nymphis Oceani & Tethyos filia. Autor Hesiod. in Theog. Verg. lib. 4. Georg. Drymoq;, Xāthoq;, Ligeaq;, Phyllodoceq;.

Xanthus, filius Tremyli & Praxidices in Lycia natus. Steph. in Tremile.

Xanthus, fluuius Troianus, qui alio nomine Scamander dicitur. huius aqua potata facit oues rufas, unde & nomen sumpsit. Xanthos enim Græcis flauum. Verg. Xanthum Simoentaq; testor, &c. Verg. Aeneid. lib. 1.

Ardentesq; auertit equos in castra, prius, quàm Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent. Quia in campis Troianis proxime flumē armēta rufa, & pecora leucophea nascātur, ideo flumen id Ilienses Xanthum appellasse dicuntur.

Xaurus, ξαῦρος, locus Macedoniæ, à Xauro quodam. incolæ Xaurij. Stephanus.

Xenarchus, comicus poeta, cuius fabulas commemorat Athenæus. Xenarchus alter, è Seleucia Ciliciæ Peripateticus, docuit Alexandriæ primùm, deinde Romæ. Arij Philosophi, deinde Cęsaris Augusti iusus amicitia, usq; in senectutem in honore habitus. Deniq; paulo ante mortem uisu orbatus diem obijt. Strab. lib. 14.

Xenephyris, ξενίφυρις, uicus Libyæ, prope Alexandriam. gentile Xenephyrites, Steph.

Xenocrates, ξενοκράτης, pen. cor. nomen philosophi Calcedonij auditoris Platonis, qui in Academia Speusippo successit, & uigintiquinq; annis docuit. Fuit tardus ingenio adeò, ut cũ illũ Plato Aristoteli cōpararet, alterũ freno, alterũ calcarib. indigere dicebat. Hic philosophorũ seueritsimus extitit. Ferunt cum Phryne nobile scortum dedita opera à quibusdam intra eius cellam missa esset, atq; ab eo orans letuli partem accepisset, demumq; imperfecto opere discessisset, dixit se nō à uiro, sed à statua uenisse. Eius uerbis tāta fides adhibebatur: ut quũ iniurati nullius testimoniũ admiteretur, huic soli iniurato crederetur. Hunc Athenięses aliquando uendiderunt, ut ita in exilio degens frangeretur. Obijt secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quum noctu fortè in sartaginem offendisset. Fuere & alij hoc nomine.

Xenocrates, philosophus, Platonis auditor, præceptor Polemonis. Cum princeps quondam intētatæ legationis ad Antipatrum, à quo omnium expectatio erat nihil non illo orante impetrare posse sperarent: reliquis socijs humaniter acceptis, in conspectum uix quidem admissus est, quòd suspectus haberetur. Tunc uersus ad socios Xenocrates, beneficium accipere dixit, quòd sese unum Antipater suæ in Athenienses ingratitudinis & perfidię testem uereretur. Et dicere incipientem, nunc obstrependo, nunc obsecrando tacere Antipater coegit. Cui in orando Phocion legationis comes successit. ad hunc misit Alexander dono triginta talenta auri: ille statim remittēs, ait regibus, nō philosophis, opus esse pecunia. Author Suidas.

Xenodochus, Candianus quidam, ad quem Alexander conuersus uerba facit apud Plutarch. in Alexandro.

Xenodorus, statuarius, scientia fingendi, cælandiq; nulli ueterum postponendus. Cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 7.

Xenodotus, ξενόδοτος, fuit historicus patria Trœzenius.

Xenophanes, ξενοφάνης, philosophus Colophonius, Archelai auditor, scripsit elegias & iambos contra Hesiodum & Homerū, quæ de dijs dixere improbāda. author Laertius. Huius meminit etiā Strabo lib. 24. de Colophone scribens. Xenophanes alter poeta, item Iambicus, patria Lesbius. Suid.

Xenophilus, ξενόφιλος, musicus, patria Chalcidensis, Pythagoricus, biennio minor quàm Gorgias qui CVII. uixit annis, sed felicitate non inferior. Si quidem, ut Aristoxenus musicus ait, omnis incommodi humani expers, summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Author Valer. Felicitatis huius Xenophili meminit Plinius lib. 7. cap. 50.

Xenophon, ξενοφῶν, nomen philosophi, & ducis insignis Athenienſis. Socratis discipulus, & Platonis æmulus fuit, speciosus, moratus, & omnibus gratus. Hic primus omnium philosophorum scripsit historiam: exercitum quoque ex ultimis Babyloniæ finibus per aspera, & difficilima itinera incolumem in patriam reduxit. Fuere & alij Xenophontes.

Xenophon, Grylli filius, Athenienſis Socratis discipulus, ob eloquentiam musa Attica uocatus, equorum, uenationis, & rei familiaris in primis studiosus, ut ex eius literis deprehendi potest. Venit in amicitiam Cyri minoris, cum quo militauit, ac eius παιδείαν, scripsit, non tam historiæ seruiens ueritati, quàm ut perfectum institueret ducem, ut Cicer. in 2. de Orat. testatur, quem librum se frequenter lectitasse, & manibus triuisse, alibi in epistola quadam dicit. Scripsit prętereа Sympoſium, & Oeconomicum paruum admodum libellum, à Cicerone in Latinam orationem cōuersum, si credimus Col. Edidit & historiam Peloponnesiaci belli, ac eorum quæ Athenienses post Thucydidem gesserunt, quam Paralipomena appellauit.

Xera, ξηρά, urbs iuxta Herculis columnas, gentile Xeræus,

Xerobin, Latinè ſicca Libya dicitur. (Steph.

Xerxene, ξερξήνη, à Xerxe nominatur, ut à Cambyse, Cambysone, regio iuxta minorem Armeniam, uel pars eius. Steph. & Strabo lib. 11.

Xerxes, ξέρξης, Latinè bellator. unde Artaxerxes, magnus bellator. Fuit Persarum rex, qui contra Athenienses magnum collegit exercitum. Tradunt scriptores numerum copiarum terrestrium, quas in Græciam duxit Xerxes, fuisse CLXX. myriades, id est decies septies centena millia. Myrias enim, numerus est continens decem millia. Transiuit eius exercitus per septem dies, totidemq; noctes nullo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tempore intermisso. Fuit filius Darij regis ex Atosa Cyri filia. Hanc historiam Herodotus latè scripsit. Apud Steph. Cataxerxen, uel Axerxe regio est Persicæ.

Xerxes, decies centena hominũ millia collegisse fertur & amplius, & tria millia nauium, unde Græci finxerunt cum suis nauibus pedicas Neptuno: iaculorum & hastilium multitudine tenebras soli fuisse comminatum. Herodotus scribit, ex Abydo ad ulteriorem continentem septem stadiorum traiectum pontibus iunctum fuisse: quæ omnia cum suborta tempestas dissoluisset, Xerxes, ut ille ait, ægrè ferens, infligi uerbera iussit Hellespõto & calaphos incuti, additis etiamnum uerbis ignominiosis. Idem author est, quosdam fluuios ab Xerxis exercitu exiccatos fuisse. Athon Macadoniæ montem intercidi iussit, ad mare recipiendum, in fossam tantæ latitudinis, ut duæ triremes illac simul transire possent: quod non necessitas gratia feciisse fertur, sed ut potentia suæ monumentum posteritatis relinqueret.

Xerxes, Darij filius, maximus omnium regum Persarum fuit. Aegyptum quæ à patre desciuerat, recepit. Expeditionem etiam quam Darius in Athenienses parauerat, quinque annorum apparatu prosequens, decies centena hominum millia traduxisse dicitur. Quem numerum, ut Valerius, itemq; Hieronymus testatur, de alta prospectans specula, fleuisse fertur, quòd post centum annos nullus superesset. Hac igitur multitudine accinctus, ut omnes referunt authores, & maria pontibus coniunxit, Athon montem continenti abscidit: uel Plinio teste cap. 10. lib. 4. Demum cum se ocio, socordiæq; relicta militia tradidisset, præmium, genus luxuriæ nouum inuenientibus proposuit, ut scribit Valerius. Quamobrem à suis spretus, paucis pòst annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, cum regnasset annis octo. De quo Trogus lib. 2.

Xilia, ξιλία, urbs Libyę. gentile Xiliates.

Xiphene, ξιφήνη, regio Palæstinæ, Steph. ex Iosepho. gentile Xiphenæus.

Xiphonia, ξιφωνία, urbs Siciliæ. gentile Xiphoniates, Steph.

Xoes, ξόης, urbs & insula Aegyptia, in mediterraneo, supra Sebeniticum & Phatnicum ostium, Steph. & Strabo lib. 17. ubi Xois legitur in translatione.

Xuches, ξούχης, urbs Libyæ. gentile Xuchites. Steph.

Xuthia, ξούθα, urbs Siciliæ, gentile Xuthiates, Steph.

Xuthi filius Ion, de quo suprà.

Xylos, ξύλος, urbs Cariæ, unde Xilius, uel Xyleus, Steph.

Xylinæ, Ptol. lib. 5. cap. 6. Ponti Cappadocij, uulgò Sentina.

Xynia, ξυνία, urbs Thessaliæ, gentile Xynieus, Steph.

Xynias palus, ξυνιὰς, uel aburbe uicina sic dicta, quod ξυνὴ, id est communis esset Thessalię & Bœotię. Hanc Steph. aliàs Bœbaidem uocari scribit.

Xypete, ξυπέτη. ἢ ξυπετέωνος, uicus in tribu Cecropide. tribulis, Xypeteon, Steph.

Xypete, ξυπετὴ, uicus Atticæ, Troia prius dictus. Stephan.

Xystis, ξύσις, urbs Cariæ, à qua Xystiani dicti sunt populi liberi in Apamia, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 29.



Abida, ζαβίδα, uicus in mediterraneis Arabiæ fœlicis, Steph.

Zabij, ζάβιοι, populi Indici, qui cum Deriade contra Dionysium pugnauere, Sephanus.

Zachantei. * aliàs Zacanthei, teste Polybio Zacynthiorum coloni, in medio Pyrenæi montis iuxta, & iuxta fluuium Iberum habitantes. ζάκανθα, Stephano, urbs est Iberiæ, ab Annibale capta.

Zacharias, ζαχαρίας, nomen prophetæ proprium.

Zacynthos, ζάκυνθος, insula Ionij maris parua, cum urbe eiusdẽ nominis, à Zacyntho Dardani filio, in qua imperauit, dicta: cuius incolæ Zacynthij uocantur.

Zacynthus, Græciæ insula est, Aetoliæ propinqua, unicam habens urbem eiusdem nominis, teste Liu. in 6. de 2. bello Punico. Plin. lib. 4. cap. 12. scribit stram esse inter Samen & Achaiam, oppido magnificam, fertilitate præcipuam, & Hyrie aliquando dictam. Vergilius libro tertio: Aeneid. nemorosam appellat: Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. Paros etiam olim Zacynthus uocabatur. Stephan. scribit Delum olim dictam fuisse Cynthum, non Zacynthum, ut quidam malè sentiunt. Apud Homerum ὑλήεσσα ζάκυνθος, & ὑλήεντα ζάκυνθον, reperitur, masc. & fœm.

Zadrame, ζαδράμη, regia cinædecolpitarum, qui felicis Arabię populi sunt, Steph.

Zæa, ζαιὰ, urbs Bœotiæ antiquissima, Steph.

Zagari, uide Sangaris.

Zagrus, (ut inquit Strab. lib. 11. 326.) mons est quo Media à Babylone diuiditur.

Zagystis, ζάγυστις, parua regio Libyæ. Steph.

Zaleucus, legislator Locrensis, uinum ægris prohibuit iniussu medici, pœna capitis indita. Author Aelianus. Apud Valerium Seleucus malè scribitur, de quo eodẽ narratur, quòd cum eius filius adulterij crimine damnatus, secundum ius ab ipso constitutum utroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas uirtuti & meritis patris crimen condonaret, ipse sibi non pepercit: sed suo prius, deinde filij oculo eruto, usum utriq; uidendi reliquit.

Zamolsis, aut potius Zamolxis, uir inter Getas natus, Pythagorę discipulus ac seruus, ad Aegyptios unà cũ eo penetrauit: deinde eorum ritus in patriam deduxit, à suisq; putantibus illum Saturnũ esse, post mortem habitus deus, ut scribit Herodotus lib. 4. ζάμολξις.

Zancle, ζάγκλη, Peloponnesi oppidum fuit, in regione Messenia, in qua ipsa Messene. Fuit & Zancle oppidum Siciliæ, à Messenijs conditum in Pelori sinu, ubi ad orientem maximè flectitur, quàm à suo nomine dixerunt Messenam. Hinc Zanclei Messeniorum, apud Plinium. Et Zanclæa Charybdis. Vel à fonte dictam urbem putant, uel ab occultata ibi à Saturno falce, quam lingua Sicula Zanclon uocant, uel à gigante Zanclo, Stephan. Vel à loci curuitate. Curua enim Zanclia uocant.

Zancle, oppidum Achaiæ, ut scribit Plinius libro quarto, capite quinto. Est & Siciliæ ciuitas eodem authore libro tertio, capite octauo, condita à Messenijs, quam de suo nomine Messenam dixerunt. Zancle, Siciliæ inditum nomẽ aiũt, quòd falcis formam referat. Siculi enim Zanclen falcem dicunt, ut meminit Thucydides lib. 6.

Zancleum, saxum in freto Siculo, dictum à Zancle propinquo Siciliæ oppido.

Zarbum aliqui pro Anazarba scribunt, nescio an rectè.

Zareta, ζαρῆτα, fons supra Chalcedonium mare, paruos nutriens crocodilos, qui Zaretij uocantur, Steph.

Zarex, ζάρηξ, urbs Laconię maritima, & heros Athenienſis, & Hippothoontis heroum, ἡρώων, unde etiam tribum denominant. Stephan. uide Myconus.

Zariaspa, ζαρίασπα, ἡ uel τὰ, uel ἡ ζαριάσπη, urbs Bactriana, quæ à Bactra dicebatur. Steph. ex Strabone.

Zarmizegetusa, regia Daciæ urbs, authore Ptolem. li. 3. cap. 8. Vlpia Traiana deinde dicta, uulgò Corona, Germanice Cron.

Zauezes, ζαύηκες, populi Libyæ, Steph.

Zedicho, uide Sacamaza.

Zebece, ζεβεκή, urbs Galileæ, Steph.

Zebyttis, ζήβυττις, urbs Libyæ, Steph.

Zela, ζῆλα τὰ, urbs Armeniæ, aliàs Artemidisacea dicta.

Zela uel Zele, ζέλεια, ἡ uel ζέλη, urbs Troadis, à Zeleo heroe. Est etiam Zelea castellum Cyzici, Steph. uide κτιμένη, in Steph.

Zelus, ζῆλος, urbs Aethiopum occidentalium. Steph.

Zelia, ζελία, Nicomedis filius, Cressam Paphlagonię urbẽ occupauit. Steph.

Zeno, ζήνων, fuit philosophus ex Cypro Græca ciuitate, Stoicorum sectæ conditor, tanto in honore apud Athenienses habitus, ut apud eum claues urbis deponerent, ornarentq; ipsum aurea corona, & imagine ærea. Hic adolescenti cuidam inepta multa loquenti ait, Ideo duas habemus aures, os autem unum, ut scilicet multa audiamus, pauca uerò loquamur.

Zeno Citticus, Stoicæ sectæ princeps. De quo Cicero in Oratore, Zeno quidem ille, inquit, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat quid inter has artes interesset. nam quum compresserat digitos, pugnumq; fecerat: dilectam aiebat eiusmodi esse: cum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Hactenus Cicero. Fuit & alius Zeno philosophus Epicureus, Ciceronis synchronos, id est, contemporaneus, de quo idem Cic. lib. 1. de Finibus meminit, & eum cũ Attico fre-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

so frequenter audiuisse Epicuri sententias explicantem. Fuere & alij Zenones, quos nunc prætereo.

Zeno Eleates, Parmenidis auditor, simul cum Perdicca & in administranda Republica clarissimus, teste Suida.

Zenobia, ζηνοβία, fuit mulier quæ à Ptolemæis originem ducens, Græcis & Latinis literis ornatissima, nec non & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra Syriæ urbe regnauit. Hæc cum Saporem Persarum regem superasset, tandem ab Aureliano Augusto uicta, Romam in triumphum ducta fuit, quæ in urbe summo in honore consenuit, à qua Zenobia familia nuncupata est.

Zenobia, ut ex Pollione refert Volaterranus, regina Palmyreorum: post Odenati uiri mortem, in Syria Romanum rexit imperium: poniturq; inter xxx. tyrannos, qui tempore Galeni orbem usurpauerint. Superata tandem ab Aureliano, ac in triumphũ ducta fuit, eiq; principis clementia Tybure possessio concessa, ubi honestè agitaret. hæc ea castitate dicitur fuisse, ut nec cum uiro suo nisi prolis gratia congrederetur. Regali alioquin pompa. Persarum ferè modo adorabatur. Ad conciones galeata procedebat cum limbo purpureo gemmis dependentibus, uoce clara, moribus seueris. Græci Aegyptijq; sermonis peritissima, Latini non ignara. Orientalem Alexandrinamq; historiam epitomauit, Herennianum & Timolaum filios literis erudijt. De quorum exitu nescitur, an interierint morbo, an ab Aureliano fuerint interfecti.

Zenodotium, ζηνοδότιον, urbs Osroenæ prope Nicephorium, Steph.

Zenodotus grammaticus, uixit temporibus Ptolemæi primi, cuius etiam filios erudijt, ac præfuit Alexandrinæ bibliothecæ. primus quoq; Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas. Zenodotus alter Sophista, sub Adriano principe docuit Romæ, scripsitq; Epitomen prouerbiorum Didymi: conuertit in Græcum sermonem historiam Sallustij: præterea Genethliacon in Adrianum, & alia. Suidas.

Zephyrium, ζεφύριον, Locrorum promõtorium in Italia, à quo Locri Epizephyrij dicti, in extimo eius agri iugo siti, iuxta Heracleam & Crotonem. Plinius lib. 3. cap. 5. Strabo lib. 6. Locri agri promontorium offertur, quod Zephyrium appellatur, portum habens, uenientibus ab occasu uentis commodum, qua ex causa & nomen adsequitur. Deinceps Locri Epizephyrij urbs insignis. Hæc ille. Steph.

Zephyrium, Halicarnasseo est Cariæ urbs & Ciliciæ: gentile Zephyriota. Est & Scythiæ regiuncula, & Italiæ Zephyriũ: unde Locri ἐπιζεφύριοι. Item promontorium Aegypti, à quo Venus & Arsinoe Zephyritis.

Zephyria, uide Byblis, & Melos.

Zephyræ, insula est maris mediterranei iuxta Cretã. Author Plinius lib. 4. cap. 12. & Pomponius lib. 2.

Zephyrus, Græcis dicitur uentus, quem Latini Fauonium nominant. Is aduersus Eurum flat, ut scribit Gellius lib. 2. cap. 22. ipse leniter pluuius, tamen est siccior Fauonio, ex aduerso eius ab æquinoctiali occasu, Zephyrus à Græcis nominatus. Hæc ille. Zephyrus ineunte uere flare incipit: & ut author est Varro li. 1. de re Rustica, VII. Idus Februarij. Horatius 1. Carm. Ode 4. Soluitur acris hyems grata uice ueris & Fauoni. Vergilius 1. Georgicorum:

Vere nouo, geli dus canis cum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit.

Sic dictus est, quasi ζωηφόρος, uitam ferens, uel quia fert quæ sunt ad uitã. Eò sanè plantæ omnes germinant, & pullulãt. Quum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro. Ab eo fit Zephyritis, itidos, id est, Chloris à Zephyro adamata.

Zeranij, ζηράνιοι, populi Thraciæ: & regio Zerania, Steph.

Zerbis, Mesopotamiæ fluuius in Tigrim cadẽs, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 26.

Zeretra, Arcades uocant uadi foramina quædã, per quæ Erasinus fluuius è lacu Stymphalo erumpit in Argiuam terram.

Zeryntius, ζήρυνθος, urbs & antrũ Hecates, in Thracia, Steph.

Zeteum, ζητεῖον, uide Zœteum per œ.

Zetus, ζῆτος, Iouis filius ex Antiopa, Amphionis frater. De quo Cic. lib. 2. de Orat. Miror cum philosophiæ, sicut Zetus ille Pacuianus, propè bellum indixeris. uide Amphion.

Zethus, & Calais, Boreæ Thraciæ regis filij & Orithyiæ, alati iuuenes, cum Argonautis profecti, à quibus ad pellendas Harpyias missi sunt, ut ait Seruius.

Zeugitana prouincia, eadem quæ Africa minor.

Zeugma, Daciæ urbs, Ptol. lib. 3. cap. 8. uulgò Cleseburgk.

Zeugma, ζεῦγμα, urbs Syriæ ad Euphraten, ubi Alexander põte catenis iuncto cum exercitu transiuit. Gentile Zeugmatites, & Zeugmateus. Steph.

Zeuxis, Heracleotes pictor sua ætate maximus. Hic teste Plin. lib. 35. cap. 9. opes tantas adquisiuit, ut in ostentatione earũ Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostẽtarit. Postea donare opera sua instituit, quòd ea nullo satis digne precio permutari posse diceret. Aequales eius & æmuli fuere Timanthes, Androcydes, Epompus, & Parrhasius, cum quo descendisse in certamen traditur, ut in Parrhasio suprà uidimus. Idem eodẽ teste cap. 10. supradicti libri, fertur pinxisse puerum uuas ferentem, ad quas cum aduolarent aues, eadem ingenuitate processit iratus operi & dixit, Vuas melius pinxi quàm puerum. nam si & hũc consummassem, aues timere debuerant. Hic etiam pinxit Helenæ simulachrum. Ex Plin. lib. 35. cap. 10. Perottus pueri non meminit, sed tantum uuarum, ad quas in scenã aduolarint.

Zeuxo, nympha Oceani & Tethyos filia, teste Hesiod. in The.

Ziela, ζίελα, urbs Cappadociæ, quam condidit Nicomedis filius Zielas, trisyllabum, Steph.

Zigari, appellati insignes fures, & sine tecto uiuentes.

Zigarum, ea terra fertur, ex qua populi exierint, qui nostra ætate cum liberis & uxoribus Europam peruagantur.

Ziph, nomen uici, à quo Ziphæi dicti sunt, de quibus in lib. 2. Regum fit mentio.

Zipœtium, ζιποίτιον, urbs Bithyniæ à Zipœto rege, Steph.

Zirinia, ζιρινία, urbs Thraciæ, Steph.

Zoara, ζόαρα, urbs Persidis, ciues Zoari uel Zoaratæ. Est etiam ζόαρατα, uicus magnus siue castellum Palæstinę ad mare Asphaltite, (Hebraicè paruum significat) quò Loth cõfugit à Sodomis: ciues Zoaratæ, Steph.

Zœteũ, ζόιτιον uel ζωτεῖον, urbs Arcadiæ à Zeto quodam, Steph.

Zobidæ, ζωβίδαι, populi prope Carmaniam, Steph.

Zoilus, quidam malignus poeta scripsit aduersus Homeri libros: unde Homeromastix dictus, id est, Homeri flagellum. Quæ scripta cum Ptolemæo regi recitasset, rex indignatus, nullum ei uerbum fecit. Cumq; Zoilus inopia pressus regẽ rogaret ut sibi aliquid quo uiueret, daret: Homerus, rex air, qui ante mille annos discesit, æuo perpetuo multa hominum millia pascit: quare tu qui illo doctor es, saltem te ipsum pasce. Tandem Zoilus parricidij damnatus, iussu regis cruci adfixus est. Hinc omnis inuidus, & quicunq; doctis uiris detrahit, Zoilus uocatur. Ouid. 1. De remedio amoris: Ingenium magni luor detrectat Homeri. Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes.

Vide in Prouerbijs Des. Erasmi.

Zombis, ζομβίς, urbs Mediæ, Steph.

Zona, ζώνη, urbs Ciconum, Steph. Nicander scribit Zonã esse locumquendam montanum, & ciuitatem eiusdem nominis.

Zopyrus, ut testatur Herodot. circa finem lib. 4. nobilis Persa, qui, quum Darius rex Persarum Babyloniam diu & frustra oppugnaret, ipse sibi nasum, aures & labia amputauit, & ita ad Babylonios quasi transfuga se cõtulit, cõquerẽs de crudelitate sui regis. Receptus igitur à Babylonijs, & dux belli cõstitutus, urbem Dario tradidit. Vndè postea Darius solebat dicere se Zophyrum malle integrum, quàm uiginti capere Babylonas.

Zopyrus, ζώπυρος, pen. cor. physionomista dictus est, quod profiteretur hominum mores, naturáq; ex corpore, uultu, oculis, fronte se posse pernoscere. Qui cum turpia quædã, & à uirtute aliena de Socrate dixisset, ac à multis idcirco derideretur, Non errat, Socrates respõdit, Zopyrus: huiusmodi enim natura essem, nisi naturam philosophia superassem. Est & alter Zopyrus, qui, ut author est Plin. li. 39. cap. 12. sculpsit Areopagitas, & iudicium Orestis in duob. scypl. is ponendo duodecim æstimatis.

Zoroanda, lacus quẽ efficit Tygris fluuius ab uno latere Tauri montis.

Zoroastres, ζωροάστρης, primus Bactrianorum rex, qui primus, ut author est Plin. lib. 30. cap. 1. artes magicas in Persidem inuenit. Emicuit Nini regis temporibus, cum quo bella gessit. Fuit ante bellũ Troianũ annis CCCC. absumptus est igne cœlesti, prædixitq; Assyrijs, ut si eius cineres seruarent, regnum eorum non defuturum. alij à Nino Assyriorum rege

rege in prælio occiſum ſcribunt. Feruntur eius de natura libri IIII. De lapidibus item precioſis unus. Preterea Aſtronomica, & alia. Author Suidas. Plin. quoq; lib. 7. cap. 16. unũ eodem die quo genitus eſt riſiſſe teſtatur, cum omnes homines riſum differant uſq; ad diem ſexageſimum ſecundũ. Eidemq; cerebrum ita palpitaſſe, ut impoſitam repelleret manum, futuræ præſagium ſcientiæ.

Zuchis, ζοῦχις, urbs Libyæ iuxta Syrtin, Steph.

Zoſter, ζωστὴρ, iſthmus Atticæ, ubi Latonam aiunt zonam ſolutam in ſtagno lauiſſe. Hic piſcatores Latonæ ſacrificant, & Dianæ & Apollini Zoſterio. Zoſterius, natus ex illo loco. Colitur etiam Minerua Zoſteria in Locris Epicnemidijs, Steph. Apollinem alij in Zoſtere loco iam dicto, alij in Delo, alij in Tegyra natum ſcribunt, Steph.

Zygantes, populi ſunt Pœnis uicini, ubi, ut author eſt Herod. libro 4. magnam uim mellis apes conficiunt, ſed multo plus opifices uiri facere dicuntur. Omnes minio inficiuntur, ac ſimijs ueſcuntur quarũ affatim gignitur ijs, qui in montibus degunt. Ciuitas eorum in Libya ζυγαντίς, populi ζυγαντες, Steph.

Zygi, ζυγοὶ, populi iuxta Boſphorum Aſiæ: ad quos pertinere uidetur etiam Zygolis iuxta Trapezuntem. gentile Zygianus, Steph.

Zygina, ζύγινα, inſula in mari rubro. Gentile, Zygenites: poſſeſſiuum, Zygenicus, Steph.

Zymbræus, ζυμβραῖος, Apollo. uide Tymbra.

Zythogalli, populi.

Zypſerlandia, uide in Dacia.

FINIS.

BASILEAE EX OFFICINA HIERONYMI CVRIONIS, IMPENSIS HENRICHI PETRI, MENSE MARTIO, ANNO M. D. LVIII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

CES RENAISSANCE TOURS

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Topazium aut Sommer rubr

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

